BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVIII
G
32
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CONRADI GESNERI
MEDICI TIGVRINI
HISTORIÆ ANIMALIVM
LIBER PRIMVS

De Quadrupedibus viuiparis.

Opus Philoſophis, Medicis, Grammaticis, Philologis, Poëtis, & omnibus rerum linguarúmque variarum ſtudioſis, vtiliſsimum ſimul iucundiſsimúmque futurum.

Editio ſecunda nouis iconibus nec non obſervationibus non paucis auctior atque etiam multis in locis emendatior.

AD LECTOREM.

Habebis in hoc Volumine, optime Lector, non ſolum ſimplicem animalium hiſtoriam, ſed etiam veluti commentarios copioſos, & caſtigationes plurimas in veterum ac recentiorum de animalibus ſcripta, quæ videre hactenus nobis licuit omnia: præcipuè verò in Ariſtotelis, Plinij, Æliani, Oppiani, authorum rei Ruſticæ, Alberti Magni, &c. de animalibus lucubrationes. Tuum erit, candide Lector, diligentiſſimum & laborioſiſſimum Opus, quod non minori tempore quàm quidam de Elephantis fabulantur, conceptum efformatumque nobis, diuino auxilio nunc tandem in lucem ædimus, non modo boni conſulere, ſed etiam tantis conatibus (vt alterum quoque Tomum citius & alacrius abſoluamus) ex animo fauere ac bene precari: & Domino Deo bonorum omnium authori ſeruatorique, qui tot tantaſq; res ad Vniuerſi ornatum, & varios hominum vſus creauit, ac nobis vt ea contemplaremur vitam, valetudinem, otium & ingenium donauit, gratias agere maximas.

FRANCOFVRTI,

In Bibliopolio Cambieriano.

ANNO DOMINI CIↃ IↃ CIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

AMPLISSIMIS ET MAGNIFICIS VIRIS, PIETATE, PRVDENTIA, OMNIQVE VIRTVTVM GENERE SPECTATISSIMIS, CONSVLIBVS ET Senatoribus Reipub. Tigurinæ,

Dominis ſuis Venerandis,

Conradus Geſnerus Tigurinus S. D. P.

VNIVERSA quidem Philoſophia, Ampliſſimi viri, vndiquaque optima & pulcherrima, omnibus ſui partibus amore cultuque mortalium, ceu clientum & amatorum, digniſſima eſt, vt optimi & ſapientiſſimi quique omnibus ſeculis iudicarunt. Sed quoniam ingenia hominum diſſident, & multas in nobis opinionum varietates, educatio, conuerſatio, conſuetudo, & vitæ victusque commoditas, & aliæ forſitan complures cauſæ, efficiunt, quæ ſuis plerunque præiudicijs mentes humanas, non in literis tantum & religione, ſed ferè nuſquam non occupant: hinc adeò fit vt alij aliam partem literarum ſequantur, quam ſcilicet vel omnino, vel pro occaſione & ſtatu rerum præſenti commodiorem ſibi ſtatuerint. Sic factum eſt vt ipſe à puero, à cognato rei medicæ ſtudioſo educatus, profeſſionis iſtius amorem ab adoleſcentia imbiberim. Et quanquam progreſſu ætatis variarum rerum cognitionem deguſtarem, nonnullis etiam immoratus rem medicam plus quàm par erat relinquerem, redij tamen poſtea, requirente id etiam rei domeſticæ cura, ad medicinæ ſtudium. Cum verò maximam huius ſcientiæ cum naturali philoſophia cognationem animaduerterem, nec vllum egregium aut certe doctum medicum haberi, qui non altius prima methodi medendi rudimenta ex libris de natura tanquam fonte hauſiſſet, cœpi & ipſe philoſophorum qui de rebus naturalibus commentati ſunt ſcripta cognoſcere: In quibus illa ſemper in primis me delectabant, quæ de metallis, plantis & animalibus tractata reperiebam. Idque duplici nomine: Primum, quia certior de iſtis ſcientia haberi poteſt, quàm de meteoris, & alijs quibuſdam, vel nimium ſubtilibus & argutis, ac procul à ſenſu remotis, vel eiuſmodi vt firmam eorum cognitionem nec ratione nec ſenſu ſatis ſperare liceat. Deinde quòd non ſolum ad medicinam, ſed rem familiarem quoque adminiſtrandam & alias artes, multò vtilior & propemodum neceſſaria, mediocris ſaltem iſtarum rerum contemplatio videretur. Itaque plurimum hoc in ſtudio temporis poſui, ita vt ſucciſiuis horis (quibus vulgus hominum, & literati etiam multi, otioſè abutuntur, deambulant, ludunt, compotant) & quotieſcunque ab alijs ſtudijs aut negotiis recreari deſiderabam, ad iſtos tanquam amores meos cupidè multis iam annis deflexerim. Et quanquam de plantis permulta obſeruarim, alijs ante me non animaduerſa, certe in lucem à nemine me priore prodita, (indicio fuerit Catalogus plantarum noſter quatuor linguis, veluti rudimentum quoddam & progymnaſma iuſti aliquando voluminis parandi, ante decennium editus: & paſſim hoc ipſo in Opere digreſſiones) minus tamen neceſſarium videbatur in præſentia de eis conſcribere, cum multi hodie eruditè & vtiliter de plantis ſcripſerint & etiamnum ſcribant, vt de metallis etiam doctiſſimè vtiliſſimeque Ge. Agricola, vir vel eo nomine multa laude digniſſimus. Quamobrem ad animalium hiſtoriam perpaucis noſtri ſeculi, & ferè

Occaſio & incremẽtum Operis.

Digitized by Google

per annos tantum tractatam, animum adieci. Hic cum viderem parum me præſtiturum, niſi domeſticis ſtudijs & lectionibus peregrinationes quoque adiungerem, aliquot Germaniæ loca (non multa quidem illa) primum adij, mox etiam Italiæ pauca, non hoc tantum nomine, ſed inſuper Bibliothecæ noſtræ, quam tum in manibus habebam, vt omne ſcriptorum genus enumerarem locupletandæ. Quòd ſi Mecœnas aliquis contigiſſet, vel maior fortuna mea fuiſſet, multa profectò maris terræque remotiſſima loca, animalium in primis hiſtoriæ, deinde plantarum pariter aliarumque rerum cognitionis poſteritati tradendæ gratia, etſi non firmæ valetudinis homo, Deo ſecundante iam peragraſſem. Id quoniam non licebat, feci quod potui, aliquot in diuerſis Europæ regionibus mihi comparaui amicos, qui benigne, candide, liberaliter, multas animantium omne genus effigies ad uiuum repræſentatas, quarundam etiam nomina in diuerſis linguis & hiſtorias, mecum communicarent. Ego interim non ſolum à vulgo, & quibuſuis peregrinis, qui ex varijs nationibus ad nos ventitabant, aut hac fortè tranſibant, plurima ſubinde quæſita annotaui: & ſimul omnia veterum ac recentiorum, quęcunque de animalibus multis & diuerſis linguis, ſiue ex profeſſo, ſiue etiam obiter edita poteram nancíſci, conferebam diligenter & in vnum quaſi corpus componebam. Ita paulatim creuit opus, magno quidem & diuturno labore meo, nec paruo pro meis fortunis ſumptu. Hoc cum ad iuſtam magnitudinem tandem aliquando peruenìſſe iam videretur (quamuis opus probè infinitum appareret, & cui ſemper accedere multa poſſent) excolere tandem quicquid haberem & publicare decreui: ne ſi diutius differrem, plura potius inquirendo quàm quę adeptus eſſem perficiendo occupatus, humanitus aliquid mihi accideret, ac tot tantique labores noſtri perirent. Volui autem primo loco Librum de quadrupedibus viuiparis (quę non ouum, ſed perfectum animal & concipiunt & in lucem edunt) emittere: qui ſimul maximus, ſimul cæterorum vtiliſſimus videtur, poſtulante id etiam ipſorum animaliũ dignitate: ſunt enim hæc cæteris ſine dubio digniora, perfectiora, & homini tum corporis partibus & affectibus tum animi facultatibus ac moribus propinquiora. De reliquis omnibus (hoc eſt quadrupedibus ouiparis, auibus, piſcibus, ſerpentibus & inſectis) alterum Tomum huic, vt concijcio, magnitudine parem futurum, ſi diuina fauerint, breui dabo, materiam enim omnem in promptu iam habeo. Hæc de Operis prima occaſione, incremento editioneque dixerim.

Fructus & operæ pretium.

Sed mirabitur fortè non nemo, & quos fructus, quantum operę pretium, tantum volumen, tanti laboris ſecum ferant, inquiret. Cui reſpondeſim: Primum hanc naturalis philoſophiæ partem plurimum prodeſſe medicinæ, idque varijs modis. Vno, in genere ferè circa pleraſque animantes: quoniam plurimæ vel integræ, vel ex parte aliqua in cibo ſumuntur, aut ad medicamenta intra extráue corpus humanum requiruntur: altero, priuatim circa quadrupedes viuiparas, quæ propter ſimilitudinem temperamenti & corporis humani multos eoſdem cum homine morbos patiuntur, quos in pecoribus armentis iumentisque paſtores ac veterinarij curant, ſed & animalium quædam ſeipſa, multa enim morborum auxilia ab eis inuenta conſtat, hinc multa ad hominis quoque ſalutem medicus non indoctus transferre poteſt. Iam ſerpentium & lacertorum ferè genus, & inſecta quædam, & quadrupedes etiam nonnullæ, præſertim in rabie, nec non piſces, morſu ſuo ictúue, aut ſi in cibo ſumantur, ſeu quauis ſeu certa aliqua parte ſui hominem aut vehementer lædunt, aut interimunt, hic maxima medicorum diligentia opus eſt, neque enim par omnium curandi ratio. Præterea circa cibum, potum, ſomnum, vigiliam, motum, quietem & animi affectus, aliasque res naturales, quarum vſu decente ſanitas conſeruatur, ſecus corrumpitur, plurima paſſim à brutorum exemplis in vſum hominis eſt deriuare. Ego certe maximam medicinæ partem inter prima huius artis rudimenta à breuis tranſumpta video, tum ab ijs rebus quas illa per naturam faciebant, aut fortuito patiebantur, tum illis quas homines in ipſis experiebantur. Nam tuto & citra impietatem periculum remedij noui dubijúe in beſtia facere conceditur, in homine non item. Poſtremò cum varia medicamenta ex pleriſque (vt dixi) animalibus habeantur, quæ nos in ſingulorum hiſtorijs vno in loco ordine recenſemus, hac commoditate fruetur medicus, vt cum aliquod animal ad manus eius peruenerit, quasnam eius partes præcipuè ad vſum medicum reſeruare debeat, inſpecta illa ex partibus ſingulis remediorum enumeratione, intelligat. Idem & coquus in vniuſcuiuſque hiſtoria leget, quęnam ad cibum & quomodo, quo apparatu, & quàm ſalubriter veniant. Quod ſi ſingulatim conſiderare libet, permultę ſe offerent ad vitam homini ſuſtinendam neceſſarię artes, quę omnes circa animalia earúmue partes occupantur. Nempe cibi gratia piſcatores omne aquatilium genus venantur, partim ſibi, partim vt vendant. Rei pecuarię ſtudioſi, omne pecorum genus emunt, alunt, diuendunt: & qui Lactarij vocantur, caſeos, butyrum, & alia ex lacte pecorum opera conficiunt, qui maximus montanę Heluetiæ imò neceſſarius victus & quæſtus eſt, hic ſcientia de curandis bobus, quibus & capris requiritur: in alijs quidem regionibus alię etiam animantes, equi, aſini, alces, rangiferi, cameli, lactis & qui inde fiunt ciborum gratia nutriuntur. Venatores feras capiunt diuerſas. Sunt qui corpus muniendi cauſa coria & pelles elaborant, alutarii, pelliones, coriarij, calceolarij, & qui thoraces aliasque pelliceas veſtes, & qui ephippia, marſupia, & huius-

Ad apparatum ciborum.

Ad varias artes illiberales.

Digitized by Google

& huiuſmodi conficiunt. Quidam vnà cum pilis diuerſarum quadrupedum molles ad veſtimenta hyberna parant. Alij lanas & pilos tondent curantque, ſimiliter ad veſtes & ſtragula, vt ouium, caprarum, camelorum. Bobus & iumentis agricolæ vtuntur: iumentorum quidem vſus, præſertim equorum, latiſſime patet, neceſſarius agricolis, vt dixi, ad arandum: ijſdem & alijs hominibus ad vecturas, ad itinera in pace belloque conficienda. Eſt enim equitatus res in pace ciuitatibus & principibus decora, in bello neceſſaria, terribilis, & vbi camporum planicies patet, plane magni momenti. Sunt & in ædificijs, & alijs operibus multa, vbi niſi iumenta vehendi aliosque labores obirent, (equos dico, mulos, aſinos, camelos, elephantos, alces & rangiferos,) nónne hominum opera, ne ſatisfactura tamen, pro beſtijs requireretur? Iam canum quam multiplex ſit vtilitas quis neſcit? Domos, pecora, homines, cuſtodiunt, defendunt, amant. Venantur iidem, & feras aut fugant, aut retinent, aut occidunt. Sed quid in ſingulis hęreo, in re minime obſcura? Sat fuerit in ſumma affirmaſſe, ad multas & diuerſas artes multorum animalium magnum imò neceſſarium vſum eſſe, & poſſe tractari vnumquodque melius, & ad vſum felicius conuerti, ab eo qui naturam eius tum alijs in rebus, tum iis quas naturales (vt dixi) medici appellant, planè perſpectam habuerit.

Sed in ipſo Opere qui nam è ſingulis animantibus homini vſus contingere poſſint, ad remedia, ad cibum, ad veſtes, ad vecturam, ad prognoſtica tempeſtatum, ad voluptatem & ludos, ad alia diuerſa, ſatis in ſingulorum hiſtoria explicatur, nec opus eſt minutatim in præſentia perſequi omnia, & quaſi obtrudere Lectori. Quinetiam mores ac virtutes in homine formandi exempla & documenta ab animalibus abunde ſuppetunt, quod quidem cum alij quidam eruditi, tum longè doctiſſimus ille Theodorus Gaza vbi in Ariſtotelis de animalibus libros ſe conuerſos præfatur, copioſe & eloquenter declarat. Vnde nos eius verba præfationi noſtræ lectorem ſubijcienus. *Ad philoſophiã de moribus.*

Cæterum ad œconomicam inſtitutionem, quantum conferat animalium hiſtoria, ſi pluribus demonſtrarem, meritò prolixus & verboſus exiſtimarer: nam cum iam antea agriculturæ, rei ruſticæ, pecuariæ & coquinariæ, vt ita vocem, quibus res familiaris conſeruatur ſimul & augetur, longè vtiliſſimam hanc cognitionem eſſe docuerim, eadem opera œconomiæ vtilem eſſe oſtendi. *Ad œconomicam.*

Porrò quanquam non magnæ nec multæ vtilitates ab animalibus ad hominem redirent, eæque tanto maiores, quanto qui vtitur eis naturæ ipſorum peritior eſt: non parua tamen in eorum contemplatione voluptas, homini bene ac liberaliter inſtituto, tam varia & mira animalium diſcrimina inter ſe conſideranti oboritur: ſiue ea in corpore, ſiue animo & vtriuſque actionibus ſpectes. Quid admirandum magis quarundam auicularum extemporaneo cantu? cuius ſuauitatem ne numeroſiſſimus quidem Muſicorum hominum vocibus ſimul & inſtrumentis quibuſuis ſumma arte vtentium chorus ne longo quidem interuallo attigerit. Quantus eſt in vnius luſciniæ admiratione ſummus ille & exquiſitæ in huiuſmodi rebus doctrinę vir Plinius? Quis formicularum mirifica & apicularum corpuſcula, ingenia, opera, & in tantillis membris tantas animas, ſatis digne vel admiretur vel prædicet? Atqui nullum eſt animal in quo non aliquid ſuum, illuſtre, rarum: imò non aliquid, vt ita dicam, diuinitatis ſpectetur. *Dignitas & nobilitas animalium hiſtoriæ ad contemplationem & admirationem operis Dei*

Quamobrem ineptus ſim, ſi pluribus in præfatione ea tractem, quæ paſſim in ipſo opere copioſiſſimè refero. Ariſtoteles ille philoſophorum princeps, inter cætera generoſi & liberalis animi argumenta, hoc etiam ponit, animalibus, præcipuè rari, iucundi aut admirandi quippiam præferentibus, oblectari. Illiberalis hercle & ſordidus eſt animus, quiſquis vbique vtilitatem & lucrum ſpecter.

Quàm plurima enim & pulcherrima nullum de ſe emolumentum afferunt poſſidenti, ſed ipſa ſui pulchritudine ſola placent, & animos ſibi deuinciunt. Sic gemmæ pretioſiſſimæ, adamantes, topazij, hyacinthi, ſmaragdi, chryſolithi, & aliæ innumeræ, non quòd morbos geſtatæ aut alia quędam pericula auertant, (quod quidam ſuperſtitioſe ne dicam impie credunt,) ſed ſola illa ſplendoris & luminis in quocunque colore puriſſima pulchritudine, quam in minimo eodemque ſolidiſſimo corpore illibatam perpetuò ſeruare videntur, tanquam cœleſtis materiæ quædam particulæ aut ſtellæ quædam terrenæ, in hominum theſauros veniunt, & ipſæ ſibi pretium ſunt, nec alium de ſe fructum præbent. Interim ſaxa vulgaria ędificijs, molares piſtrinis, cotes ferro acuendo, quamuis non vtilem tantum ſed neceſſarium vitæ vſum præſtent, ſtupidiſſimus tamen habeatur & gallo Aeſopi ſimilis, qui ea gemmis nobilitate aut prætulerit aut etiam æquârit. Atqui hæc inanimata ſunt corpora, immobilia, ignaua, inertia.

Longè plus admirationis animalibus debetur: & inter animalia plurimum illis, quæ in anguſtiſſimo corpore tam multiplex organorum genus, quæ ad motus & actiones corporis requiruntur, concluſum habent. Nam & præclari artifices ingenij vim exigua magis quàm ampla materia oſtentant.

Alexander Magnus (vt Solinus refert) Iliadem ita ſubtiliter in membranis ſcriptam habuit,

Digitized by Google

vt teſtuducis claudicetur. Myrmecidæ Mileſij & Callicratis Lacedæmonij opera (vt ſcribit Aelianus)propter nimiam exilitatem in admiratione habentur. Quadrigas enim fecerunt quæ ſub muſca poſſent abſcondi,& in ſeſamo diſtichon elegeîum literis aureis inſcripſerunt. Solinus Callicratẽ formicas ex ebore ita ſcalpſiſſe ſcribit,vt portio earum à cæteris ſecerni nequiuerit. Sic natura in paruis quibuſdam & inutilibus (vt videtur) animalculis,maiori niſu & contentione quantum præſtare poſſit,& experiri ipſa & nobis oſtentare videtur.

Nam in omni re quæ ex materia & forma componitur,præſtantior huius , vilior illius dignitas eſt. At corpus materiæ rationem habet : anima verò eiuſque ſentiendi , mouendi , & agendi facultas, formæ.Quare vbi eædem omnes ſecundum formam & animam facultates,motus,actioneſque fuerint in minimo & propè nullo corpore,quale formicarum, apiçularnm & ſimiliũ eſt, naturam ſe quantum fieri potuit à materia abſtrahere voluiſſe,& veluti nudam oſtentando formam, ſi non vtile opus,dignum tamen admiratione contemplationeque efficere , omnino veriſimile eſt. Hi tanquam ludi quidam naturæ non contemnendi nobis ſed ſpectandi proponuntur.Quòd ſi hominem miramur,qui paruo corpore omnium in natura rerum imaginem gerat,animo verò patris & opificis Dei,proximo certe poſt hominem loco in admirationem animalia venient,quæ & corporis partibus & animæ facultatibus hominem imitantur. Certè natura rerum omnium parens, (vt inquit Plinius,non rectè naturam pro Deo nominans) nullum animal ad hoc tantum vt paſceretur , aut alia ſatiaret, naſci voluit , arteſque ſalutares inſeruit & viſceribus , quippe cum ſurdis etiam rebus inſeruerit.Iam ſi quæ animalium homini vtilia ſunt,vt pecora , iumenta , & alia multa, in illis non tantum contemplabimur naturæ imò Dei ſapientiam ac potentiam , ſed inſuper gratias agemus benignitati eius qui tam varias animantes in vſus humanos produxerit,earumque ſpecies perpetuò conſeruet.Si quæ vero inutilia videbuntur , in illis tantũ admirationi accedere , quantum vtilitati decedit , exiſtimare debemus . Non enim communes ſolum animi corporisque motus , vires & ſenſus , in minutis illis animalculis habentur omnibus , non minus quam in boue aut Elephanto , quod ipſum per ſe ſatis magnam admirationem mereretur : ſed inſuper in quibuſdam eorum longe excellentiora ingenij opera , quam in vllis magnis reperiantur beſtiis. Vide quam mirifice domicilia ſua parent apes & ſimilia eis genera , & formicæ: quantum induſtriæ, quantum artis in illa conferunt? Quæ obſecro eloquentia ſatis inſectorum iſtorum aſſiduitatem, prouidentiam,& ciuilem illam ac perpetuò concordem vnius operis adminiſtrationem , aliasque virtutes , ſiue , à ratione aliqua profectas , ſiue naturales potius , edidĕrat ? Non eſt autem quod ideo minus aliquis admirationi habenda hæc animalcula putet , ſi virtutes iſtæ non propriæ , hoc eſt , non ex ratione & voluntate ipſorum oriri videantur : neque enim ideo minus mirabimur opera Dei , quibus per naturam indidit , vt illius ſponte eadem multa perficiant , quæ homines vix longo tempore docti exercitatique præſtare poſſunt. Luculenta certè hęc omnia diuinitatis nihil non vbique replentis teſtimonia ſunt: & mirabilis eſt Dominus Deus in operibus ſuis , ſiue per naturam , ſiue per rationem aut voluntatem , (quæ vtraque etiam ab ipſo pendent ,) ſiue nullo intercedente medio moueat. Quomodo verò vſquam abeſſent potentia , ſapientia & bonitas diuina , vel quomodo vſquam in mundo ceſſarent , nedum in homine , quę in contemptiſſimis iſtis & minimis corpuſculis , ſæpe tantillis vt viſum fallant , nec abſunt,nec ceſſant,ſed illuſtria præſentiæ ſuę indicia edunt? Nam quòd mouentur & agunt , potentię eſt : quod ſenſibus vtuntur,& inde vtilia ſibi cognita ſequuntur , contraria vitant , quod domicilia ſtruunt,quod prouident de victu , ſapientię eſt: quòd fœtus fouent & alunt , quòd ſe inuicem amant aut amare videntur , dum degunt gregatim , dum omnes ad vnum opus conſentiunt , dum hoſtes aut fures coniunctis viribus repellunt , bonitatis. Harum virtutum , aut quomodocunque appelles, primum & perfectiſſimum exemplum,aut vt Philoſophi loquuntur , prima idea , cauſa & origo in Deo eſt.

Hæc igitur tam miranda in viliſſimis etiam & ſępe ex putredine naſcentibus animalculis Deum Optimum Maximum non fortuito aut temere nobis exhibuiſſe credemus, ſed vt hoc argumento nobis conſtaret , omnia diuinitatis eſſe plena , (cum ne paſſerculus quidem vllus ſit cuius non meminerit , aut qui citra voluntatem ipſius in humum cadat,)& verè quamuis Ethnicum Poëtam Aratum ſcripſiſſe ,

Μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ , μεστὴ δὲ θάλασσα.

Non poſſum hîc mihi temperare . quin Ariſtotelis verba ex primo de partibus animal.libro, quoniam optime huc faciunt , adſcribam : neque vitio mihi dabit aliquis , ſi quid rectè quanquam alienis verbis protulerim. Non enim tam ſpectandum eſt quis dicat,quàm quid dicatur , quámque commode & opportune. Sic igitur ſcribit: In iis etiam quę in animantium genere minus« grata noſtro occurrunt ſenſui , natura parens & author omnium miras excitat voluptates homi-« nibus , qui intelligunt cauſas , atque ingenue philoſophantur . Abſurdum enim , nullaque ratio-« ne probandum eſt , ſi imagines quidem rerum naturalium , non ſine delectatione propterea in-«

ſpectamus

Digitized by Google

„ ſpectamus, quod ingenium vnà contemplamur quod illas condiderit, id eſt, artem pingendi
„ aut fingendi. Rerum autem ipſarum naturæ ingenio, miraque ſolertia conſtitutarum contem-
„ plationem non magis perſequamur atque exoſculemur, modo cauſas perſpicere valeamus.
„ Quam ob rem viliorum animalium diſputationem perpenſionemque faſtidio puerili quodam
„ ſpreuiſſe, moleſteque tuliſſe dignum nequaquam eſt, cum nulla res ſit naturæ, in qua non mi-
„ randum aliquid inditum habeatur. Et quod Heraclitum dixiſſe ferunt ad eos, qui cum alloqui
„ eum vellent, quod fortè in caſa furnaria quadam caloris gratia ſedentem vidiſſent, accedere tem-
„ perarunt, ingredi enim eos fidenter iuſſit, quoniam, inquit, ne huic quidem loco dij deſunt im-
„ mortales. Hoc idem in indaganda quoque natura animantium faciendum eſt. Aggredi enim
„ quæque ſine vllo pudore debemus, cum in omnibus naturæ numen, & honeſtum, pulchrum-
„ que inſit ingenium. Quippe cum naturæ operibus iunctum illud præcipue ſit, vbi nihil temere,
„ viceque fortuita committatur, ſed alicuius gratia omnia agantur: finis autem, cuius gratia quic-
„ quam vel conſtat, vel conditum eſt, boni honeſtique obtinet rationem. At vero ſi quis cæterio-
„ rum animalium contemplationem ignobilem, abiectamque putat, iam hic de ſe quoque idem
„ arbitrari debet. Non enim fieri poteſt, vt ea ſine magna abominatione inſpiciamus, ex quibus
„ corpus conſtat humanum, vt ſanguinem, carnem, oſſa, venas, reliqua generis eiuſdem. Omni-
„ no ita cenſendum, vt qui de quauis corporis parte, aut de vaſe aliquo diſputat, non de materia,
„ aut eius materiæ gratia doceat, ſed formæ totius ratione: ſicut & cum de ædibus agitur, non de
„ lateribus, non de luto, non de lignis, ſed de forma ipſarum ædium docemus.
„ Pari ratione, qui de natura agit, de compoſitione, totaque ſubſtantia tractet, non de ijs, quę
„ nunquam euenit vt à ſubſtantia ſeparentur. Hæc ex Ariſtotele, prolixè quidem, ſed non præter
„ inſtitutum noſtrum, qui omnia illius de animalibus ſcripta in hoc Opus congerenda propoſui:
quamobrem ea etiam quæ præfationis loco ad commendationem totius Hiſtoriæ pertinebant,
nequaquam omittenda duxi. Hæc cum ita ſe habeant, ſingulas animalium hiſtorias, ſingulos
quaſi hymnos æſtimabimus diuinæ ſapientiæ & bonitatis, à qua tanquam perenni & puriſſima
ſcaturigine, quicquid vſquam bene, pulchre, & ſapienter fit emanat, per mentes primum cœle-
ſtes & ſpirituum angelorumque ordines, deinde hominum animos, à præſtantiſſimis ad infi-
mos progrediendo, (nam in hominibus etiam donorum Dei & excellentiæ non vna ratio eſt,) &
ab homine deſcendendo per diuerſos animalium gradus de zoophyta & plantas ad inanimata
vſque corpora, ita vt inferiora ſemper ad imitationem ſuperiorum tanquam vmbræ quædam
quodammodo componantur. Sic quidem diuinitas in res tum ſupra naturam ſitas tum natura-
les deſcendit: nos verò ad eius contemplationem vice verſa per eoſdem gradus conſcendimus.
Ipſa interim diuinitas perpetuò vna eademque & ſibi nunquam non ſimilis perſeuerat, nec in
ſeipſa decreſcit: ſed in corporibus tanquam ſpeculis pro materiæ formarumque diuerſitate ma-
gis minúsue lucidis aliter atque aliter refulget. Sic in corporibus noſtris anima, licet tota toti in-
ſit corpori, nec vlla pars ea careat, illuſtrius tamen facultates alias in alijs exercet partibus.

Verum anima ita connexa eſt corpori, idque mouet ac perficit, vt aliquid ab eo viciſſim pa-
tiatur, & damna eius nonnulla ſentiat, & corpore ſuo ceu loco & domicilio circumſcribatur,
quorum nihil in Deum cadit: qui ita omnibus ſe communicat, vt neque ſubſtantia neque pars co-
rum vlla ſit, nec afficiatur ab eis quicquam, neque includatur, ſed ita ſit vbique & omnia in o-
mnibus vt extra omnia emineat, & mundum vniuerſum ac cœlos omnes ſuperior ipſe terminet,
ac concludat. Verum hæc neque verbis neque cogitatione humana ſatis exprimi aut cogitari
poſſunt, non ideo tamen ab omni contemplatione abſterreri & abſtinere nos conuenit. Quin
potius aliquouſque contemplando progeſſos, potentiam eius humiliter agnoſcere, infirmitatem
noſtram boni conſulendo: ſapientiam eius admirari, noſtram inſcitiam emendando: denique
bonitati eius gratias agere, malitiam noſtram deprecando oportet.

Quod ſi ita affecti, circa inferiora iſta & veluti poſteriora Dei, pio & ſimplici animo verſemur,
omnia hæc diuinitus nobis producta cum gratiarum actione agnoſcentes, nec immoremur tamen,
ſed ſubinde ad ipſum opificem erigamur, & rebus alijs omnibus occaſionis tantum & admoni-
tionis loco aut tanquam ſtimulis & calcaribus de authore ipſarum cogitandi vtamur, quoniam
tales ſumus in hoc mundi theatro vt admoneri & incitari ad contemplationem rerum diuina-
rum ſemper indigeamus: relictis paulò poſt aut certe poſt hanc mortalem vitam externis iſtis &
inferioribus & poſterioribus, per gratiam Dei patris duce Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui pri-
mus & vnus hanc viam nobis morte ſua præparauit & oſtendit, ad ineffabilis illius intimi, ſum-
mi & primi boni conſortium admittemur. Atque hic eſt finis & ſcopus tum rerum omnium
naturalium conſiderationis, tum vniuerſæ hominum vitæ.

Teſtimonia ſacra.

Sed ne fortaſſis quiſquam arbitretur, noſtra hæc tantum aut philoſophorum gentilium dicta eſſe, nec vllis Sacræ ſcripturæ teſtimonijs defendi, pauca quædam ex ſacris literis mihi adferenda ſunt. Primum igitur in ipſo mundi exordio, Deus hominem creaturus,

qui

qui in hoc mundo quaſi theatro quodam ſpectaret omnia, omnibus vteretur. omne prius animalium genus produxit, vt in domicilium vndiquaq; inſtructum & abſolutum homo ingrederetur. Deinde omnibus animalibus ad eum adductis, nomina ſingulis ab eo imponi uoluit: & quanquam credimus non animalia tantum ſed reliqua etiam omnia ab homine, ſuo quodque nomine duraturo in poſterum, appellata, Scriptura tamen per excellentiam quandam de ſolis animalibus hoc prædicat. Exprimit etiam diſerte, omne animalium genus, piſces, aues, pecora ſiue quadrupedes, & reptilia, in eum finem productum eſſe, vt hominis imperio, (non fruſtra ſcilicet, nec inutili,) ſubijceretur. Idem mox in benedictione, quam Deus in hominem confert, repetitur. Et iterum poſt diluuium in benedictione Noæ & filiorum eius: Timore (inquit Deus) & metu veſtri afficietur omne animal, terrenum & volucre, & quodcunque terra producit, aut in mari degit. Omnia iuris veſtri ſunt. Quicquid mouetur & viuit, ad cibum vobis permittitur. Et iam inſtante diluuio iuſſus eſt Noas omne animalium genus, quod in aqua vitam degere non poteſt, in arcam inducere, de auibus quidem & animalibus puris, ſeptena ſingulorum coniugia, de impuris verò ſingula, nimirum vt ſpecies eorum conſeruarentur, quas hominis cauſa Deus produxerat. Vbi illud animaduertendum impura etiam animalia, non contempta fuiſſe.

Porrò in hiſtoria Regum de Salomone legimus, contuliſſe ei Deum tantam ſapientiæ facultatem, vt doctiſſimos quoſque & celeberrimos viros longo à ſe interuallo relinqueret: mox inter fructus & opera ſapientiæ illius commemorantur Parabolarum tria millia, Carmina quinque ſupra mille, Hiſtoria plantarum à cedro vſque ad hyſſopum, poſtremò Hiſtoria animalium, auium, reptilium & piſcium. Quid eſt homo (inquit Dauid Pſalmo 8.) vt memoriam eius habeas? Præfeciſti illum operibus manuum tuarum, & omnia ſubieciſti pedibus eius: oues & boues & animalia ruris, volucres quoque & piſces maris, & quicquid per æquor tranſit. Et rurſus Pſalmo 148. Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyſſi, feræ & cuncta pecora, reptilia & aues alatæ, &c. Atqui beſtiæ Deum agnoſcere vel laudare non poſſunt: nos igitur admonemur, Deum propter illas laudare, & gratias ei agere, bonitatem & ſapientiam eius in omnibus iſtis rebus quas ad vniuerſi ornatum, noſtrumque vſum produxit agnoſcentes. Hinc eſt quod D. Paulus ad Romanos ſcribit, ethnicos etiam inexcuſabiles eſſe, quòd cum Deum agnouerint ex operibus eius, quantum inde ſcilicet homini cognoſcere datur, non tamen vt Deum coluerint, neque grati fuerint. Siquidem quæ ſunt inuiſibilia Dei (inquit) ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruidentur, ipſaque æterna eius potentia ac diuinitas. Poſtremò locus extat copioſiſſimus & luculentus de prouidentia Dei, qua animalia bruta dignatur ac proſequitur, hiſtoriæ Iobi capite 38, & 39. quem ne ſim prolixior hoc in loco omittam. Hæc hactenus de dignitate & excellentia hiſtoriæ animalium: quibus vbi ſubiecero clariſſimorum virorum circa eandem ſtudij exempla, vt non modo homine liberali, ſed principe etiam dignam, imò regiam hanc cognitionem eſſe appareat, finem præfandi faciam.

Exempla eruditi vt ad hanc animalium hiſtoriam colligendam.

Alexandro Magno rege inflammato cupidine animalium naturas noſcendi, delegataque hac commentatione Ariſtoteli, ſummo in omni doctrina viro, aliquot millia hominum in totius Aſiæ Græciæque tractu parêre iuſſa, omnium quos venatus, aucupia, piſcatusque alebant: quibusque viuaria, armenta, alucaria piſcinæ, auiaria in cura erant: ne quid vſquam genitum (aliàs, gentium) ignoraretur ab eo: quos percontando, quinquaginta fermè volumina illa præclara de animalibus condidit: quę à me collecta (inquit Plinius) in arctum cum ijs quæ ignorauerat, quęſo vt legentes boni conſulant, in vniuerſis rerum naturæ operibus medioque clariſſimi regum omnium deſiderio cura noſtra breuiter peregrinantes. Hæc ille.

Integrum locum de Alexandro Magno ad hiſtoriam animalium pertinentem.

Alexander Macedo Ariſtoteli hiſtoriam animalium ei offerenti ſeptingenta, vel vt inquit, Athenæus (libro nono Dipnoſophiſt. πολυβίβλων πραγματείαν hoc Ariſtotelis opus appellans) octingenta talenta rependit. Regium enim munus eam ideo exiſtimauit, quòd inter plurima regia quę hîc traduntur, præcipuè colligi poſſint, & equitandi, & venandi, & aucupandi rationes, quę ſunt regiæ exercitationes. Niphus.

Alexander Magnus dono dedit Ariſtoteli octoginta, (Viues etiam octoginta legit: malim octingenta cum Nipho, ex nono Athenæi vbi ὀκτακόσια legitur: ſed apparet ex pretij æſtimatione, quę mox ſubijcitur, erratum eſſe librarij non authoris, quòd octoginta hoc loco legitur) talenta (auri,) quadringentis octoginta coronatorum millibus eſtimanda. Hęc autem eſtimatio ita colligitur: Centum enim talenta Attica ex abaco valent ſexaginta coronatorum millia: quę multiplicata ogdoade, numerum conſtituunt hoc loco repoſitum, Robertus Cenalis. Eadem Guil. Budęi eſtimatio eſt libro ſecundo de Aſſe. Quod ſi hodie viueret Alexander, intelligeret profecto & miraretur inter innumera eius regia opera, nullius merito tantam ad poſteros gloriam & famam ipſius tranſmiſſam, quantam ex hoc vno apud vulgus hominum contempto opere. Orbem ferè terrarum vicit, ampliſſima regna ſubegit, vrbes ingentes condidit: ſed regnum eius in multas partes eo defuncto diuiſum, in poteſtatem Romanorum, aliorumque regum venit: vrbes aut

deletę

Digitized by Google

deletę, aut mutatis nominibus, aut barbaris incolis habitatæ literarum & hiſtoriarum omnium imperitis, conditorem ſuum non agnoſcunt. Intercíderunt etiam quàm plurimi ſcriptores, qui geſta eius literis mandarunt, vt vix vnus aut alter ex poſtremis extet. At animalium hiſtoria, cura & ſumptu eius perſcripta, conſeruata tot hactenus ſeculis, annis ferè mille nongentis, maximo ſemper apud omnes bonos & eruditos in pretio fuit, & magnæ ſemper gloriæ cum ipſi regi tum conditori eius Ariſtoteli. Non ſolum vero gloria maior ex hac in philoſophum regis liberalitate ad poſteritatem manauit, ſed etiam fructus longè vberior, quàm ex multis illis victorijs & regnis ab eo partis, quid enim inde adiuuari poſteri potuiſſent, quod illius etiam ſeculi homines vehementer ſibi damnoſum experiebantur. Multa hominum millia vt ſuum pro libidine imperium vnus Alexander propagaret ſubinde occidebantur, reſpublicæ mutabantur, vaſtabantur regiones, & alia multa publica priuataque mala, vt ſolent in bellis, multis magnisque regnis obueniebant. Nihil igitur tam honeſtum & gloriosum, nihil tam vtile quod ad noſtram durárit memoriam, rex ille regum perfecit, quàm quòd elegantiſſimos illos de animalibus libros conſcribendi liberaliſſimus author Ariſtoteli fuit.

Omnem ferè animalium hiſtoriam (inquit Petrus Gillius) vel à regibus ſtudioſe animaduerſam, vel ab ijs qui hanc ipſam conſcripſiſſent, ijſdem religioſe dicatam & conſecratam video. Nam vt omittam alios nobiliſſimos reges, non optimos ſolum & diligentiſſimos pecuarios habitos, verum etiam curioſos in exquirendis animalium naturis fuiſſe: Iuba, Hieron, Attalus, Philometor, Archelaus reges de vi naturaque animalium diligenter perſcripſerunt, Hęc ille. Quæ verò noſtra ſuper regum iſtorum ſcriptis ſententia ſit, exponam in fine Catalogi veterum non extantium,, qui de animalibus ſcripſerunt.

Oppianus Anazarbenſis poëta longè doctiſſimus, cum ſua de animalibus poëmata Antonino imperatori Seueri filio Romæ obtuliſſet, poſtulare iuſſus quod vellet, non reditum modo patris exulantis, quem ſolum petebat, facile impetrauit, ſed etiam pro ſingulis verſibus ſingulos nummos aureos accepit, quo dono exhilaratus poëmata ſua aureis literis exarauit, vt meritò aurea appellentur. Sunt autem duorum eius poëmatum, de piſcibus & de venatione, quorum vtrumque Ad Antoninum ſcripſit, circiter quinquies mille & octingenti verſus.

C. Plinius Secundus Hiſtoriam mundi, in qua cætera breuiter, plantas & animalia copioſiſſimè tractat, Veſpaſiano imperatori dedicauit, cui cariſſimus & familiaris erat. Auicenna vir in re medica & omni ſcientiarum genere excellens Vziro Perſarum regi à conſilijs fuit, à qua dignitate plerique eum principem nominarunt, non dubitauit tamen aliquot de animalibus libros edere, & multa de ijſdem Ariſtotelis ſcripta interpretari. Non mirum autem maius olim cognitionis animalium ac totius eorum naturæ ſtudium fuiſſe: ſiquidem (vt Varro ſcribit lib. 2. de re ruſt.) de antiquis illuſtriſſimus quiſque paſtor erat. vt oſtendit Græca & Latina lingua, & veteres poëtæ, qui alios vocant πολύαρνας, alios, πολυμήλους, alios πολυβώτας, qui ipſas pecudes propter caritatem aureas habuiſſe pelles tradiderunt, vt Argis Atreus, vt in Colchide Aeetes, &c. Romanorum verò populum à paſtoribus eſſe ortum quis non dicit? quis Fauſtulum neſcit paſtorem fuiſſe nutricium, qui Romulum & Remum educauit? non ipſos quoque fuiſſe paſtores obtinebit, quod Parilibus potiſſimum condidêre vrbem? non idem, quod mulcta etiamnum ex veteri inſtituto bubus & ouibus dicitur: & quòd æs, antiquiſſimum quod conflatum, pecore eſt notatum? Et quot nomina multa habemus ab vtroque pecore? à maiore, & à minore, vt ſunt, Porcius, Ouinius, Caprilius, Equitius, Taurus: item cognomina, vt Annij Capræ, Statilij Tauri, Pomponij Vituli. Hæc ille.

In ſacris quidem literis Abrahamum pecoris ditiſſimum fuiſſe legimus, & Davidem patris ſui greges pauiſſe. Huc pertinet etiam quod proditum eſt, ſummos olim viros anatomes, hoc eſt diſſectionis partium corporis humani perquam ſtudioſos fuiſſe, & pueros etiamnum inter prima mathemata literarum in ea exercuiſſe. Petebant autem cognitionem illam partium corporis noſtri, non ex ipſis ſtatim humanis corporibus, ſed aliarum animantium, vt ſimiarum, porcorum, canum, & aliarum quadrupedum inſpectis, vt his rudimentis imbuti, promptius deinde ac certius in diſſecando humano corpore verſarentur. In primis autem Marcus Romanorum imperator, corporum conſectionis, & ſingularum partium naturæ peritus fuiſſe memoratur. Aegyptij reges ſuis ipſi manibus anatomen adminiſtrare non dubitarunt. Iam Boethus & Paulus Sergius Romanorum conſules, & alij quidam principes viri, Galeno animalia diſſecanti ſæpe adfuiſſe leguntur.

Hoc igitur & huiuſmodi Opus, & tantorum virorum ſtudijs nobilitatum, Hiſtoriam inquam animalium cum elaborarem, & primam eius partem de quadrupedibus viuiparis hoc tempore in publicum darem, Excellentiæ veſtræ clariſſimi & prudentiſſimi viri, omnino multis de cauſis conſecrandum exiſtimaui. Primum publico nomine, quod omnes bonas literas fauore veſtro dignemini, & ſtudia tum ſacra, tum quæ illis ſubſeruiunt linguarum & philoſophiæ, liberaliter in repub. veſtra iuueris atque promoueatis. *Dedicatio.*

Deinde

Epiſtola Nuncupatoria:

Deinde meo priuatim, quòd ciuis ſum veſter, quòd Academiæ veſtræ à puero alumnus, & nunc in eadem philoſophię naturalis profeſſor, quòd hæc omnia in ciuitate veſtra multis ſubinde beneficijs per vos affectus, conſcripſi & ædenda curaui. Has omnes ob cauſas æquiſſimum videbatur, vt Opus meorum operum, niſi fallor, præſtantiſſimum, ſub nominis veſtri auſpicio in lucem veniret. Vos pro beneuolentia veſtra & humanitate, ita accipietis hanc dedicationem, (quę vt vobis honeſta & glorioſa eſſet, quantum ingenio & labore efficere potui, nihil ferè intermiſi) vt externi etiam homines qui pietatem, prudentiam & fortitudinem veſtram mirantur, propenſum animum veſtrum in bonas literas quoque earumque cultores patrocinium non vulgare intelligant. Quod ſi feceritis, & me amplitudini veſtræ commendatum habebitis, ad reliquos etiam animalium hiſtoriæ libros maiore animo & alacritate abſoluendos accedam.

Valete. Tiguri anno Salutis M. D. LI. Menſe Auguſto.

TYPOGRAPHVS

Digitized by Google

Typographus Lectori, de Epitome huius operis.

PERIS huius Epitomen si Deo placuerit, breui dabimus, omissis scilicet iis quæ ad Philologiam & Linguas pertinent, vt illis etiam quorum tenuior est fortuna, ac iis qui occupatiores sunt aliis grauioribus studiis, quàm vt in istis oblectari eis liceat aut libeat, per nos consulatur. Et, vt hoc obiter dicam, dedissemus forte etiam primi Tomi Bibliothecæ ex officina nostra superioribus annis publicatæ Epitomen, nisi iam a nescio quo insciis nobis id fieri audiremus, qui nostris in compendium redactis, aut potius plurimis quæ in volumine nostro erant, (vt sunt præfationes, censuræ, argumenta, &c.) omissis, aliquot authorum nomina adiecit, quæ quidem per se ædi & paucis foliis comprehendi potuerant. Verum nos eadem omnia seorsim cum aliis quamplurimis veterum recentiorumque scriptorum nominibus, primo quoq; tempore in lucem dabimus, quod ad hoc vsque tempus distulimus vt eò copiosiorem Appendicem istam colligeremus. Vale, & faue illis potius qui magnis sumptibus primi in publicum alicuius operis ædendi authores extiterunt, quàm qui lucri spe belluino more aliena inuolant, præter hominis Christiani officium, (quo quidem inter nos, si boni viri essemus, vel citra leges & priuilegia sponte nos vti oportebat:) quasi in tanta rerum & literarum copia omnis alia honesti lucri ratio & occasio desit, nisi quæ cum iniuria & damno aliorum suscipitur. Iterum Vale.

Digitized by Google

QVÆ ANTE OPERIS INGRESSVM TRACTANTVR.

De Operis ratione ad Lectorem admonitio.

II. *De providentia Dei circa animalia, ex historia Jobi.*

III. *De fructu ex animaliũ historia percipiendo, ex Theodori Gazæ præfatione in conuersionem suam Aristotelis de animalibus librorum.*

IV. *Catalogus veterum non extantium, qui de animalibus scripserunt.*

V. *Catalogi librorum extantium, quibus ad hoc Opus vsi sumus.*

VI. *Catalogus doctorum virorum nostri seculi, qui aliquid ad animalium historiam (imagines, nomina in diuersis linguis, descriptiones) nobiscum communicarunt, gratitudinis ergo institutus.*

VII. *Ordinis ratio, quem per singulas ferè animalium historias in capitum partitione secuti sumus.*

VIII. *Enumeratio quadrupedum viuiparorum, eo ordine quo in hoc volumine describuntur; cum numeris paginarum.*

IX. *Eorundem copiosior index Alphabeticus.*

X. *Eorundem indices aliquot alphabetici in diuersis linguis, Hebraica, Chaldaica, Arabica: Persica, Græca, Italica, Hispanica, Gallica, Germanica, Anglica, Illyrica.*

CON-

Digitized by Google

CONRADVS GESNERVS

CANDIDIS LECTORIBVS S.

IN Epistola nuncupatoria, qua occasione ad hoc Opus accesserim, quantum in eò laborauerim, qui inde fructus sperari possint, & quanto studio tũ Reges & Principes, tum multi magni & doctissimi viri animalium historiam excoluerint, satis mihi iam explicatum est. Hic reliqua de quibus admonẽdum Lectorem in Operis ingressu duxi, separatim proponam: neque enim in dedicatione ad Reip. nostræ viros Principes facta, prolixiorem me esse decebat.

Prolixitatis excusatio.

Et quoniam ipsa libri magnitudo, antequam legatur quicquam, de prolixitate apud multos me accusatura videtur, hæc ante omnia mihi excusanda fuerit. Primum igitur non mirum est magnum euasisse Volumen, in quod omnia omnium, quotquot habere potui ante nos de animalibus scripta summo studio referre conatus sim: veterum inquam & recentiorum, philosophorum, Medicorum, Grammaticorum, Poëtarum, Historicorum, & cuiusvis omnino Authorum generis: nec eorum duntaxat qui Latinè aut Græcè, sed quorundam etiam qui Germanicè, Gallicè aut Italicè lucubrationes suas ædiderunt. Et diligentissimè quidem illorũ qui de animalibus ex professo aliquid scripsêre, minori vero cura aliorum, qui obiter tantum, vt Historici & Poëtæ, nonnunquam de iisdem meminerunt. His plurimas obseruationes proprias adieci, cum nullo pudore à quibuslibet doctis, indoctis, ciuibus, peregrinis, venatoribus piscatoribus, aucupibus, pastoribus, & omni hominum genere, multa subinde interrogando colligerem. Per literas etiam ab hominibus doctis, quas illi ex diuersis regionibus ad me dederunt non pauca cognoui. Imagines quoque animantium operis molem auxerunt. Præcipuè verò primus liber, quem nunc damus, de quadrupedibus viuiparis excreuit immodicè, quoniam hoc animalium genus, vt homini familiarius, ita notius (præcipuè nostro orbi) & vtilius: Et multi de singulis libellos aut etiam libros iustos scripserunt, vt de equis Hippiatri Græcè, Latinè, & aliis in linguis recentiores, &c. De canibus etiam multi multa prodiderunt: de pecoribus & armentis, bubus, capris, ouibus, suibus, plurima rei rusticæ conditores Græcè Latineque. Dicat aliquis non fuisse ex omnibus sed ex optimis tantum libris conscribendam historiam. Ego verò nullius scripta contemnere volui, cum nullus tam malus sit liber, ex quo non aliquid haurire boni liceat, si quis iudicium adhibeat: quod potissimum fit, collatis melioris notæ scriptoribus, Græcis cum Latinis, veteribus cum nouis. Itaque licet nullum genus scriptorum præterierim, & à barbaris etiã & obscuris in diuersis linguis non pauca excerpserim, non temere tamen id feci: ita vt neque negligentior iudicari possim, qui temere fidem quibuslibet habuerim: neque arrogans aut parum modestus, qui vllius lucubrationes contempserim. Ea sanè quæ falsa aut quouis modo absurda occurrebant, vel prorsus omisi, vel ita posui vt arguerem: aut si quando id non feci, siue per ignorantiam, siue aliam ob causam, quod tamen rarius commissum puto (præterquàm in iis quæ ad medicinam pertinent, vbi sæpe multa tum falsa tum superstitiosa retulimus, vt amuleta fortè & alia, quæ eiusmodi sunt, vt à mediocriter etiam eruditis viris bonis facile agnoscantur) ex ipso authoris nomine, quantum quidq; fidei mereatur ferè iudicabit Lector, neque enim ego fidem meam vbique astringo, contentus aliorum verba & sententias recitasse. Quamobrem diligenter & religiosè caui ne vsquam nomen authoris omitterem, quanquam in paruis etiam & vulgò notis rebus: vt licet dubitationis nihil rebus inesset, de verbis tamen & locutionibus constaret, à quo proficisceretur authore, si quis imitari vellet. Itaque copiosior sæpè fui, vt non solum rerum cognitione prodessem: sed iis etiam qui soluta aut numerosa oratione Græcè Latinéve differere aut scribere vellent, syluam vocabulorum locutionumque suppeditarem. Cæterùm vt omnia Latinè & purè scriberentur fieri latis commodè non potuit, cum quædã ex barbaris desumpta iisdem penè verbis recitârim, præsertim si quæ obscura vel dubia erant: reliqua verò ab illis descripta, ad mediocrem linguæ Latinæ vsum deflexi: non quod melius non possem, sed quod tales authores talis elocutio magis decere videretur. Quæ verò ex bonis & Latinis authoribus transcripsi, illorum nihil mutaui. De meo quidem stilo non aliud dicam, quàm hoc præcipuè mihi curæ fuisse, vt si non eleganter & grauiter, nec ad veteris alicuius imitationem, mediocriter tamen Latinè & clarè dicerem. Nam neque otium erat stilum excolendi, cum in rebus ipsis tã variis tam innumeris occupatissimus essem: & ferè ad prælum describerem ea quæ annis aliquot prius cõgesta repo-

 sue-

Digitized by Google

ſueram, vt ſi excudi contingeret, non res amplius inquirendæ admodum ſed ſcriptio ſe rè tantum, & ordo, & cura ne quid fruſtra repeteretur, me detinerent. Quin & argamentum operi non grauem & ornatum ſtilum, ſed perſpicuum & mediocrem requirebat, & plerunque grammaticum, hoc eſt interpretationi aptum. Non enim recitare tantum verba authorum volui, ſed plerũque etiam, vbi opus videbatur, explicationem adieci, ita vt hoc Volumen non tantum Hiſtoria ſit animalium, ſed etiam expoſitionis loco in pleroſque omnes qui de animalibus aliquid prodiderunt, futurum. Nam qui librum aliquem explicandum ſuſcipiunt, duo præcipuè curant, vt verba & ſenſus authoris declarent, & aliorum ſimiles locos conferant, quorum poſterius quoniam in hoc opere ſummo ſtudio perfeci, collatis tum aliorum tum vnius authoris eadem de re diuerſis in locis dictis minus operæpretium fuit pluribus declarari authorum verba, cum ipſi inter ſe loci tam diligenter collati mutuam lucẽ afferant. Sicubi tamen opus videbatur, verba etiam & ſententias pro mediocritate mea tum aliàs tum per parentheſes, vt vocant expoſui. Accedit præterea quod natura à nimio ſtili cultu & omni affectatione ſim alienus, hac cura illis relicta, quibus verba magis quàm res ſunt cordi. Sed vt copioſius dicta paucis repetam, prolixum hunc librum fieri oportuit, primum quod ex innumeris authoribus cõfectus eſt: deinde quod ſæpe multa de meo declarandi cauſa adieci. Poterat tamen ſic quoq; multò breuior eſſe, ſi Philologiam non attigiſſem, in qua me nimium fuiſſe fateor: ſed hanc quoque diligẽtiam, ſi non admodum vtilem, iucũdam tamen grammaticis & aliis quibuſdam fore ſpero: mihi certè magno labore, multis vigiliis conſtitit. Philologiam autem appello, quicquid ad grammaticã, & linguas diuerſas, prouerbia, ſimilia, apologos, poëtarum dicta, deniq; ad verba magis quàm res ipſas pertinet. Hæc & huiuſmodi magna ex parte ad octauum ſiue vltimum de vnoquoque animante caput reiecta aliquoties tamen in priora etiam capita irrepſerunt, partim quod ego voluptate quadam ad digreſſiones eiuſmodi leui occaſione inuitabar, partim quod lucis nonnihil authorũ loci commode illic recitatis afferre viderentur: vt cũ alibi tum ſecundo capite, vbi de partib. animalium ſcribebam, ex grãmaticis, medicis & aliis ſæpe pluſcula attuli. In tertio vbi de cibis animalium & morbis agendum erat, ſæpe ad plantas quibus illa vel nutriuntur ſalubriter, vel fortuito guſtatis læduntur aut etiam necantur, copioſius deſcribendas diuerti: & ſimiliter in quinto capite, ſi quæ tales erant ſtirpes, vt iis per venatores cum aliqua eſca obiectis animalia perirent. Ex profeſſo vero in ipſa philologia, plantas illas nominare & interdum multis deſcribere ſolitus ſum, quæ quouis modo nomen ſuum ab aliquo animali traxerunt. Iam capite ſeptimo, quod eſt de remediis ex animalibus, & noxis quas morſu ictúve aut in cibo ſumpta inferre ſolent curandis, non raro multa altius repeto, rei medicæ illuſtrandæ ſtudio. Eſt vbi loca authorum deprauata & reſtituenda, digrediendi occaſionem præbuerunt. Breuiter, vbi vnũq; rarum aliquid, aut aliis in dictum, ſe offerebat quod explicatum communes literas illuſtrare videretur, facilius ad id enarrandum ab inſtituto deceſſi. Nam cùm à puero in grammatice & philologiæ ſtudiis Græcis Latiníſque educatus ſim, & adoleſcens adhuc eadem profiteri cœperim: donec adultus ad maturiorem philoſophiæ præſertim naturalis & rei medicæ profeſſionem acceſſi: quanquam ex illis quoque philologiam nõ parum auxi ac ſolidiorem effeci: & auiditiſſimè ſemper variis lectionibus me exercuerim, poſſe me aliquid amplius in rerum & dictionum variarum explicationibus quàm vulgus ſtudioſorum præſertim ætate inferiorum & aliis occupatorum ſtudiis, mihi perſuaſerã. Quãobrem liberius ſæpe & copioſius multa ſcripſi, veteres ac recentiores reprehendi, nullo profectò vel obtrectandi aliena, vel mea oſtentandi animo, ſed candidè & ſimpliciter, vt quantum in me eſſet publica ſtudia promouerem. Quòd ſi nemo improbat illorum libros, qui nullo ordine vt quidque in mentem venerit, variorum authorum verba & locutiones in vtraque lingua enucleant, vt apud veteres Macrobius, Gellius, Caſſiodorus, & quicunque varia ſcripſerunt, quorum plurimos in ſecunda Bibliothecæ noſtræ parte recenſui: & apud recentiores cum alij multi, tum præcipuè Guil. Budæus, Cælius Rhodiginus & Caleagninus, Politianus, Eraſmus Rot. &c. ſed tanquam optimè meritis, quicunque vir bonus & vel mediocriter doctus, magnas agit gratias: non video quo iure vituperetur noſter hic labor, in quo multa quidem ab aliis dicta, ſed confuſe, multa à me primum prodita, ita digeſta & diſpoſita, vt propemodum nihil non ſuo loco redditum ſit. Siquidem omnium nõ ſolum ſua fuere capita, ſed capitum etiam partes, & certi ordines priores, poſteriores, mediæ vno ferè & perpetuo per vniuerſum Opus ordine ſeruato. Et quoniam non rarenter incidebat, vt aliquid diuerſos in locos ex illis quos inſtitueram, referri poſſe videretur, ne nimius eſſem repetendo, ferè ab vno loco ad alterum lectorem remiſi, niſi res tota paucis repeti poſſet. Hæc & alia quædam (vt diuerſorum authorum verba & ſtili varietas) inæquale, interruptum, & ſalebroſum vt ita dicam Opus, & (vt aliqui forte obiiciet) ſcopis ſimile diſſolutis reddiderunt: quod vitium ego etſi animaduerterem, commutare tamen non recuſaui, dum ita prodeſſem. Erit autem hoc quicquid eſt vitij multò minus, ſi quis ſecum reputet, me iſta omnia non eo inſtituto compoſuiſſe vt continua lectionis ſerie cognoſcerentur à ſtudioſis: ſed ita temperaſſe, vt quicquid aliquis ſuper quouis animante noſſe deſiderãrit, id ſuo ſtatim loco repertum, per ſe etiam legere & clarè intelligere poſſit. Itaque ſi quis tantum ad inquirendum per intervalla hoc Opere vti voluerit, qui Dictionariorum & aliorum huiuſmodi communium librorum vſus eſt, hoc rectè facere poterit. Quod ſi perpetuò ferè nobis obſeruati ordinis non meminerit, indi-

cem

cem alphabeticum consulat, quem in totius Operis, id est, fine secundi Tomi, vtriq; Tomo communem ædemus, si nihil interim aliud, vt homines sumus, acciderit. Idem ferè Plinius in Naturæ historia cauit: nam in præfatione ad Vespasianum, Quia occupationibus tuis (inquit) publico bono parcendum erat, quid singulis contineatur libris huic epistolæ subiunxi, summaq; cura ne perlegendos hos libros haberes operam dedi. Tu per hoc & aliis præstabis ne perlegant: sed vt quisq; desiderauerit aliquid, id tantum quærat, & sciat quo loco inueniat. Hoc ante me fecit in literis Valerius Soranus in libris quos Ἐπιτάφιους inscripsit. Hæc Plinius. Qui in arte grammatica proficere cupiunt, & alicuius linguæ vsum sibi comparare, illi ab optimis grammaticis qui methodo compositiua (vt vocant) artem tradunt, à literis & syllabis ad dictiones & octo sermonis partes, & postremo sermonē ipsum, & syntaxin progressi, artis notitiam petunt, interim tamen Lexicorum (in quibus singulæ dictiones locutionesq; enumerantur longe aliter quàm in præceptis artis, vbi nec omnia singillatim nec eodem ordine recensebantur) vtilitatem non negligit, non vt à principio ad finem perlegat, quod operosius quàm vtilius fieret, sed vt consulat ea per interualla. Ita qui animalium historiam cogniturus est, & continua serie perlecturus, petat illam ab Aristotele, & si qui similiter scripserunt: nostro vero Volumine tanquam Onomastico aut Lexico vtatur. Non enim me latet quod Aristoteles docet de partibus animalium 1. 4. multo præstare (ad philosophicam descriptionem) & eruditius esse, de animalibus ita scribere, vt tum partes tum affectus pluribus communes simul tractentur, per locos quosdam communes explicata eorum historia, primum ea persequendo quæ communissima sunt, ac paulatim ad minus communia, postremo ad ea quæ certis tantum generibus ac speciebus infimis propria fuerint, descendendo: nam si in singulis animalibus partes & affectus aliquis singulatim consideret, multa subinde repetenda erunt, quod perabsurdum (inquit) & prolixum fuerit. Hoc ego discrimen quamuis (vt dixi) animaduerterē, volui tamen animalium historiam singulatim persequi, quod id nostro tempore quo nomina plurimorum non amplius intelliguntur, multo vtilius futurum iudicarem: & nonnulla frequentius repeti minus absurdum putarem, propter ordinem eiusmodi institutum, vt inquisitioni magis quàm continuæ lectioni seruiat hoc Opus: non tamen omnia quæ communiter alicui generi insunt, in singulis etiam animalibus posui, tum quod quædam nulli non nota sint, vt communissimæ quadrupedum partes: tum quod in quibusdam si quis dubitauerit, facile ad Aristotelis locos, in quibus generatim illa tractantur, recurrere possit: & fortassis nos etiam aliquādo de animalibus secundum genera & species nonnihil commentabimur. Adde quod commodius erat per singula animalia historiam à nobis condi eo etiam nomine, quod non physicè aut philosophicè tantum, sed medicè etiam & grammaticè de vno quoq; tractare statueram. Nec caret tractatio ista exemplis eruditorum: de plantis enim vix vnus aut alter, vt Theophrastus, Ruellius, iuxta methodum illam quæ communibus partibus & affectibus plantas singulas subiicit, aliquid prodidit: singulas vero seperatim plurimi descripserūt & olim & nostro seculo, præcipuè medici. Vnus Ruellius ferè in vtroq; elaborauit, vt Galenus quoq;, sed in facultatibus tantum describendis. Fateor equidē potuisse me quamuis instituto meo manente, in multis multo breuiorem esse, nisi præter cætera exquisitum etiam istud diligentiæ meæ studium me oblectasset. Vbi in mentem venit Liuij illud quodam volumine sic orsi: Iam sibi satis gloriæ quæsitū, & potuisse se desinere, nisi animus indies pasceretur opere. Quanquam, vt inquit Plinius, maius meritum esset, operis amore (quod ipsum non suæ sed Romani nominis gloriæ composuisse decuit) non animi causa perseuerasse: & hoc populo Romano præstitisse non sibi. Ego quamuis Liuium non solū vel animi gratia vel quærendæ sibi gloriæ, sed magis etiam historicæ veritatis & populi Rom. illustrādi causa, scribēdi labores sustinuisse existimo: modestius tamē dixisse iudico, ita vt dixit: ne si eo modo quem Plinius requirit dixisset, arrogantior videri potuisset, vt qui clarissimo totius orbis populo & gentium victori ornamenti quippiam suis scriptis accessurum de se prædicasset. Ego similiter etsi totum hoc Opus qualecunque est, non mihi sed Reip. & Academiæ nostræ moderatoribus (qui me à puero sua liberalitate fouerunt, fouentq; etiamnū, & ad ea quæ cœpi alacriter perficienda hortantur) vniuersum deberi volo, ac si quid inde gloriæ nasci potest, ad illos potissimum recidere: modestius tamen, ni fallor, hæc reticeo, & aliorum relinquo iudiciis, an laudis & glorioſæ famæ ex opere quanquam non illaudabili, Senatui & Academiæ multo iam tempore multis nominibus pietatis, doctrinæ & variarum virtutum clarissimis, accedere quicquam possit.

Sed nimium forte hîc etiam prolixus sum, dum Operis prolixitatem excuso, quanquam obiter simul alia quædam egi, vt commoditates quasdam eius ostenderem, ac stylum nostrū qualemcunq; excusarem. Pergo ad reliqua. Et quanquam de immenso labore nostro ex antedictis satis constare possit, ac ipsa Voluminis tum magnitudo, tum varietas & difficultas explicatarū in eo rerum pro me loquatur, addam tamen nonnulla, si ita fortassis æquiores & benigniores mihi censores contingant homines docti, (nam de indoctis parū curæ,) sicubi me offendisse animaduerterint. Magni enim & ardui conatus, etsi non per omnia respondeant, veniam merentur: & (vt ille ait) opere in magno fas est obrepere somnum. Plinius se naturalem historiā suam confecisse scribit ex exquisitis authoribus centum adiectis rebus plurimis, quas aut ignorauerunt, aut postea inuenerat vita: nec dubitamus (inquit) multa esse quæ & nos præterierint. Eadem de hoc nostro volumine accipi velim: quamuis non solum ex authoribus centum sed multo pluribus id mihi cōcinnatum sit, vt facile est computare ex catalogo eorum quem infra posui. Erat autem primò perquam laboriosum omnia diligenter & cum iudicio legere, deinde excerpere, & ad suos redigere

Digitized by Google

ordinet: ac rursus inter Opus scribendum conferre, cum permulti eadem dicerent, ab aliis mutuati expressis authorum nominibus, alii suffurati suppressis. Quàm vero & difficile & tædio plenũ sit authorum scripta sic inter se conferre, vt omnia in vnum quasi corpus redigantur, nihil omittatur, nihil repetatur temerè nemo facile intelligit nisi expertus: hoc quidem ita contingit, vel duos aut tres tantum libros conferendo, multò maximè vero complures vt nos fecimus: idq; tam diligenter, vt ad alios authores super iisdem rebus minimè posthac sit recurrendum, sed qui Volumen nostrum habuerit, omnia de iisdem scripta habere se persuasus esse debeat, vnum scilicet pro bibliotheca, vnum πολλῶν ἀντάξιον ἅλλων. Hoc cum ante nos Petrus Gillius fecisset, sed in paucis authoribus. Græcos, inquit, qui de animalibus scripserunt, non modo Latinos fecimus, quod facillimum fuisset: sed Dionysium etiam Cassium, qui Magonem cõuertit, imitati, ordinem & iudicium adhibuimus. Sed hæc ego multo iustius de nostris dixerim, qui & ordinem multò commodiorem secutus sim, & longè plura contulerim inter authorum scripta, tum alia (vt supra dixi) tum pleraq; ex Græcis translata, & ab aliis & ab ipsõ Gillio. Itaq; sæpius Græca apposui, vbi vel interpretes lapsi videbantur: aut vocabula loquutionéve rarum aliquid aut pulchrum, aut rei præsenti peculiare continebant. Multa etiam ipse conuerti, vel quod translata hactenus non essent, vel quod obuium in Græcis locum ipse potius transferre, quàm apud interpretem diutius inquirere volebam. Ex Germanicis etiam, Gallicis, & Italicis quædam Latina feci. Hos lucubrandi labores, legendo, colligendo, conferendo, transcribendo, multis annis sustinui: qui certe quales & quanti fuerint, non facile credi potest nisi ab expertis: etsi an quispiam rem similem tentârit, vt omnia omnium, quotquot haberi possent vnius argumenti scriptores, in vnum corpus redigeret, non facile dixerim: nam qui ex multis quædam conscripserint quosdam noui, qui ex omnibus neminem. Quamobrem possum illud de laboribus meis dicere, quod Aristides de elegantia Smyrnæ vrbis, quam nemo nisi qui viderit cogitatione possit assequi: Δεκὴ δ' ἂν μοίρας ἡ δόγμα περὶ αὐτῶν ποιήσαιτο, ὥσπερ οἱ ὑπὸ τῆς ἰχθύος φασὶ παληῶται μὴ ἰχθῦν ἑπρῶ λέγειν ἀλλ' ἢ ὅσοι πεπείρανται· οὕτω καὶ τὸ τῆς πόλεως καλὸν ἰδεῖν μόνῳ προσῆκε, ἢ μελλοντί γε εἰπεῖν.

Quod ad stilum attinet, etsi in præcedentibus quædam dixerim, obiter digressus hic priuatim quædam adiiciam. Vsus sum igitur dictione humili & minimè affectata ob causas superius enumeratas. Nam in his scriptis in quibus rerum cognitio quæritur (vt Massarius inquit in simili argumento,) non luculentæ orationis lepos sed incorrupta veritas exprimenda est. Certe huiusmodi lucubrationes (vt cum Plinio dicam) nec ingenii sunt capaces, quod alioqui nobis perquàm mediocre erat: nec admittunt excessus aut orationes sermonéve, aut casus mirabiles, vel euentus varios, aut alia iucunda dictu, aut legentibus blanda. Sterili materia ferum natura hoc est vita narratur & hæc sordidissima quoq; sui parte, vt plurimarum rerum aut rusticis vocabulis aut externis, imò barbaris, etiam cum honoris præfatione ponendis, Hæc Plinius. Quod si ille homo doctissimus idemq; omnium iudicio eloquentissimus, quique castitatem linguæ Latinæ cum lacte hauserat, & aliis commoditatibus vsus, & vnde plurimum excitari feruor ingenii poterat Mecœnate adiutus imperatore Vespasiano, de stili angustia & ruditate, in simili ferè argumento excusationem instituere voluit: multò causatius ipse hoc facerem multas ob causas, quas ne sim prolixior non enumero. Cur quædam passim in hoc Opere diuersis in locis repetantur, rationem reddidi iam ante, nempe quod ita postularet institutus à nobis ordo, & capitum partiumq; in singulis diuisio: vt non negligentiæ nostræ, sed accuratæ potius curiosæq; interdum diligentiæ id adscribendum sit. Sed repetuntur quædam aliquando eodem in loco, quæ videri eadem possunt obiter cognoscenti: si quis verò pressius consideret, nonnihil (quantulumcunq;) interesse intelliget vel in re, vel in verbis: nam loquutio quandoque peculiaris, aut elegantia verborum, vt id facerem, inuitabat: vt haberet etiam quod dicendo imitaretur, si quis eadem de re aliquid quouis modo dicere aut scribere conaretur. Parentheses quoque (vt vocant grammatici) ad stilum pertinent, quæ passim in toto Opere plurimæ sunt, idq; plures ob causas: aut quia varia erat lectio, aut scribendi modus diffidebat, aut nostra aliorúmue castigatio addebatur, aut vt interpretarer, aut vt de meo explerem si quid deesset: aut vt Græca adderem, siue quod elegantia sua placerent, aut peculiariter ad rem præsentem facerent, siue quod Latina ex eis non satis bene reddita viderentur: deniq; simpliciter ad clariorem intellectum illorum quibus interseruntur. Quantum ad orthographiam, non semper eadem vocabula eodem modo scripsi, sed secundum authores quorum verba recitabam nonnunquam variaui.

Hæc de stilo & elocutione. Quod ad res ipsas earumq; veritatẽ & certitudinẽ fidem meã in plurimis non astringo, authorũ (penes quos ea esto) nomina posuisse contẽtus. Et certe magna ex parte fidẽ meretur, quæ multorũ & eruditorũ multis iam seculis cõsensu muniuntur, vt hac etiã gratia authores à nobis complures nominatos, & quædã fortassis nõ magno alioqui fructu repetita nõ sit pœnitendũ. A multis enim testibus res vna si verbis iisdẽ dicatur, eò fide dignior est. Fateor nonnulla leuicula esse (vt Gillius etiam in Ælliano suo, quem nos in nostrũ Opus transtulimus,) sed ea non multa sunt, & cum aliis infinitis grauibus & doctis cõpensantur: ac tanquã næui in articulo pueri delectabunt Alcæos, hoc est non stultos alieni operis æstimatores. Ego vitilitigatores non curo: tales enim potissimũ sunt, vt Cato pronunciat, homines veræ laudis expertes. Quod si non ad plenũ satisfecerim (vtor iisdẽ verbis, quibus in sua de piscibus scripta Massarius) non erit culpa desiderii mei, quod sanè ardentissimum est, sed quod plus facere hoc tempore non potui. Æqui lectores boni conferent tam diffusæ materiæ quã suscepimus maximam

partem

by Google

Ad Lectorem.

partem á nobis traditam esse neque enim tantæ rei satisfacturum me vnquã speraui. Quin prius quã-tum nos in iuuandis bonis artibus fecimus, alij tantum quoq; faciant, ac deinde blaterent. Nec enim animo feremus iniquo, si ad hanc immensam difficillimamq; à nobis susceptam prouinciam in auxilium peritiores aduenerint, nosque etiam superauerint. Pædaretum fer ũt egregiũ illum virum, qui quum in trecentorum numero lectus non esset, qui ordo apud Lacedæmonios honore præstabat, abiretque hilaris ac subridens, reuocatur ab Ephoris, interrogatusque quid rideret, respondit: Quoniam equidem ciuitati gratulor, quę ciues trecentos habeat meipso meliores. Iam etsi professus sum omnia fere omnium hactenus quæ ad manus meas peruenerunt de animalibus scripta, in nostris lucubrationibus comprehendi: non tamen idcirco superfluos aut inutiles posthac aliorum libros haberi velim, neque enim id vt efficerem vnquam cogitaui. Quin omnibus suum locum, suum honorem manere & æquum est cum prodesse omnes voluerint, & ipse omnino cupio. Merẽtur enim alij propter antiquitatem, religiose vt obseruẽtur: alij etiam propter methodum philosophicam & dialecticam, aut aliam à nostra quidam, alij propter elocutionem: quidã propter hæc omnia. Græcos sanè imprimis linguæ ipsorum fauentes obseruabimus. Sunt qui Aristotelem, Plinium, & alios veteres (inquit Gillius) omnem animalium naturam scriptis comprehendisse prædicabunt, à quibus adeò dissentio, vt ab eis præclare inchoatam multam animalium vim, non planè perfectam audeam dicere. Cur enim tot tantisque religiosissimis authoribus de vi & natura animalium extinctis, no amplũ locum hominibus minime ineruibus ad nouam commentationem relictum esse arbitremur: cũ sex centis apium scriptoribus nondum perditis, Aristarchum Solensem constet duodequadraginta annos nihil aliud egisse, quàm earum mores tùm obseruasse, tum scriptis mandasse.

Res ardua (cum Plinio loquor) vetustis nouitatem dare, nouis authoritatem, obsoletis nitorem, *Epilogus*
obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubijs fidem: omnibus verò naturam, & naturæ suæ omnia. Itaque etiam non assecutis, voluisse, abunde pulchrum atque magnificum est. Certe peculiaris in studiis cauta eorum est, qui difficultatibus victis, vtilitatem iuuandi prætulerunt gratiæ placẽdi. Quid vero laudabilius ex omni humanitatis studio quàm suscipere tam liberale tamq; laudabile munus renouandæ vetustatis, vel ab interitu potius vendicandæ, & nomina rebus, & res nominibus reddendi? Magna debetur gratia ijs qui vias publicas curant, sternunt, muniunt, repurgant, aperiunt, complanant, explent, dirigunt, vt faciles viatoribus, iumentis & curribus sint, ac sine impedimentis, sine periculo peragantur: etsi non omnia illi impedimenta, sed maiora tantum sustulerint. Nec parum in re literaria merentur, qui quid aliquod publicæ vtilitatis ergò susceptum ita excolunt, vt reliquis in eodem argumento nihil aut minimum difficultatis in posterum sit futurum. Quod ergo si circa institutum meum, vt volebam, iam consequutus, valde gaudeo: sin minus, aliquid est magnam me partem præstitisse, vt non magno negotio excitati à nobis homines docti quod reliquum est aliquãdo absoluant. Fauete igitur optimi & æquissimi Lectores Operi laborioso, honesto, iucundo, vtili, vario: & Deo opt. max. gratias agite, & orate vt si diutius in hac mortali vita degendũ sit, quoniam otiari non prodest in naturæ potius indagatione & operum Dei ac patris nostri grata celebratione, quàm alijs quibusuis quæ vel ambitio vel auaritia dictat studijs, sancte pieq; versemur, & multo conquisita labore posteritati communicemus. Interim obsecro bonos & studiosos omnes, si qui habuerint quicquam quod ad huius Operis perfectionem momenti aliquid afferre possit, vt sunt, cuiusuis generis animalium imagines, aut historiæ, hoc est quicquid ad earum naturam plenius cognoscendam facit: aut reprehensiones eorum in quibus nos hallucinati sumus, quæ certe multa esse, qui homo sim, non dubito ingenuè & candidè nobiscum vt communicent, & tanquam publicum Opus ac in medio positum illustrent: quæ res & ipsis gloriosa, & mihi iucunda & hominibus studiosis perpetuo vtilis est futura. Certe Operis egregij, quantulumcunque iueneris, participem fuisse, in gloria ducetur. Ego etsi in paucissimis vel vna tantum in re, aut admonitus de errore fuero, candide mox emendabo, aut aliquid noui edoctus, adijciam, siue ad secundum de reliquis animalibus Tomum, siue seorsim in Appendice: Et ne ingratus in illos videar qui aliquid contulerint, præter amorem quo illos perpetuò prosequar, si aliud nihil (vt tenuis est fortuna nostra) beneficij in eos referre dabitur, cãdida saltem commemoratione nominibus ipsorum in catalogo illorum per quos profeci enumeratis, animum meum declarabo. Quòd si qui vel destituti occasione ad nos scribendi mittendiue aliquid, aut alia causa affectiue impulsi, publicè etiam errata aliqua nostra castigare voluerint, quod scio multos facere posse grauiter simul & doctè, atque vt faciant opto, illis quoque gratias habebo: hoc vnum oro vt candidè & modeste scribant, quicquid aduersum me scribere visum fuerit, atq; ita vt rempub. literariam promouendi magis quàm vel suam ambiendi gloriam, vel nos reprehendendi causa id fecisse, vt viros decet magnanimos, verè videantur. Ego omninò ex quorumuis iustis castigationibus mea emendare, nec ſua laude quenquam priuare paratus sum. Spero enim, abſit inuidia, ad omnẽ posteritatem duraturum hunc laborem nostrum, non quidem doctrinæ nostræ, quę exigua est, sed diligentiæ merito, quæ tot tantasque lucubrationes ex innumeris authoribus in vnum quasi thesaurum accuratissimè coniunxit. Valete.

Digitized by Google

DE CVRA ET PROVIDENTIA, QVA DEVS BESTIAS RATIONIS EXPERTES dignatur & prosequitur, locus lectu dignissimus ex Iobi capitibus 38. & 39.

Cap. 38 *NVM tu venaberis* LEONI *pradam, & pastum catulis eius suppeditabis? Quis* CORVO *de tibo prospicit, cum pulli eius fameluci ad Deum clamantes oberrant?*

Cap. 39 *Nostine tempus quo* CAPRÆ FERÆ *in ruptibus pariunt? An obseruasti partum* CERVARVM, *aut numerum mensium quos implent, & parturiendi tempus? Submittunt se illæ, incurvataque fœtum magnis doloribus edunt. Tum hinnuli adolescunt, & pabulo iam confirmati relicta matre non redeunt. Quis* ASINVM *syluestrem* (pere) *liberum dimisit, aut quis* ONAGRI (arud Hebræi tum pere tum arud asinum fetum interpretantur) *vincula soluit? Ego domicilium eius in solitudine posui, & tabile in loco sterili. Itaque ridet turbam oppidanam, nec audit clamores agasonis. Pascua sibi in montibus disquirit, & stirpes omne genus virentes sectatur. Volétne* MONOCEROS *tibi seruire, aut morari ad præsepe tuum? An loro ipsum vincies, vt sequendo tesqua aratro imprimere, aut glebas frangere velit? An fisne illi credere, tantoque robore præstanti tuum permittere laborem? Sperabisne messem tuam ab eo conuehendam, vt condatur in horreum? Et pulcherrimas* STRVTHIONIS (pauonis secundum alios, aut galli syluestris) *alas, quantum superant pennas, & alas* CICONIÆ? (Quidam vertit: An (dedisti) alas plausibiles pauonibus, aut pennas ciconiæ & plumas?) *Sed deserit in terra oua sua, vt in puluere foueantur: nec cogitat pedibus ea disperari, & à bestijs conculcari posse. Ita immitis est in pullos suos, ac si sui non essent: & ita pro eis solicita non est, vt peperisse frustra videatur. Nullam enim mentem aut intellectum diuinitus accepit. Quo tempore verò sublimis euolat, ridet equum simul & equitem. Túne* EQVO *dabis vt generosus & bellator sis? vt alta ceruice ferociat, & hinnitum edat? An speres te illum excitare aut terrere posse instar locustæ? Atqui nares eius ferociam spirant: calcibus solum fodicat, & fortitudine sua superbus armatis occurrit. Metum omnem contemnit, non frangitur animo, non expauescit micantem gladium. Non pharetræ sonitum, non hastam vibratam, non lanceam aut cuspidem curat. Dumque fremitus & tumultus cietur, terram fodit, nec tubæ sono mouetur. Classico tubæ signo animosè adhinnit, ac eminus prælium, & ducum clamorem tumultumque tanquam odorans percipit. Num per tuam sapientiam fit, vt* ACCIPITER *volans alas suas ventis committat? Tuóne iussu sublimis* AQVILA *feratur, & nidum in alto struat? Incolit illa* (Vultur incolit petras, &c. LXX. Sed cadaueribus pasci Matthæi etiam cap. 24. aquilæ non vulturi adscribitur) *petras, & inaccessas rupium velut arces: inde sibi de esca prouidet, longe lateque perspicatissima circumspectans. Pulli eius sanguinem sorbent: ipsa cadaueribus vbicunque fuerint, aduolat.*

DE FRVCTV EX ANIMALIVM HISTORIA PERCIPIENDO, EX THEODORI GAZÆ præfatione in conuersionem suam Aristotelis de animalibus librorum.

Physicus quomodo versetur in historia animalium, & in quē finem.

OMNIS philosophandi ratio naturalis, vbi à primis illis naturæ initijs, materiam dico, formam, finem, agens, & motum (vt ita loquar) emerserit, hic versatur, ac diutissime immoratur, hic suas vires exercet, atque multiplicem, variam, & admirabilem rerum constitutionem amplissime explicat. Persequitur ordine discrimina omnia, quibus natura suas animantes differre inter se voluit: colligit summa genera, reliqua sigillatim exponit: partitur in species genera: & singula, quæ circiter quingenta numero in his continentur libris, describit: pergit quæque explanans, quemadmodum oriantur, siue terrestria, siue aquatica: quibusnam constent membris, quibus vescantur alimentis, quibus afficiantur rebus, quibus moribus prædita sint, quantum viuendi spacium datum cuique est, quanta corporis magnitudo, quod maximum, quod minimum est: quæ forma, quis color, quę vox, quæ ingenia, quæ officia: denique nihil omittit, quod in animalium genere natura gignat, alat, augeat & tueatur. Quæ omnia eò spectant, vt, quod sanctissimus quoque author ille, quem Deus sibi veluti supellectilem quandam pretiosam elegerat, admonet, ex ijs, quæ à natura prouenium, Deum in mortalem, ex quo ipsa pendet natura, intelligamus, admiremur, atque colamus: qua re nihil pulchrius, nihil grauius, nihil dignius homini esse potest. Tantus fructus horum librorum est. Nec audiendi sunt, qui inquiunt: Multa Aristoteles de musca, de apicula, de vermiculo, pauca de Deo. Permulta enim de Deo is tractat, qui doctrina rerum conditarum exquisitissima, cōditorem ipsum declarat: nec verò musca, nec vermiculus omittendus est, vbi de naturæ mira solertia agitur. Vt enim artificis cuiusuis, sic naturę ingenium in minutissimis potius contemplandum est. Quinetiam cum rerum causas cognoscere pulcherrimum sit (hac enim vna cognitione homo perfici, absoluique potest, vt Deo immortali similis, quoad eius fieri potest, euadat) his sanè libris plene docemur, cur quæque res in animalium genere ita sit: planeq; felicitatem assequimur illam nobiliorem, quę in actione animi consistit, quam sapiens quoque

Animalium historia cōtemplatio multiplex vtilitate. Causarū cognitio quam vtilis.

Digitized by Google

quoque poëta prædicans: Felix, inquit, qui rerum potuit cognoscere causas. Quid de anima loquar, de qua toties publicè, priuatimque disputatur? Nusquam suorum librorum tam aperte philosophus hic suam opinionem exponit, quàm in his libris, quid anima sit, vndeque in corpus recipitur. Ad hæc mores illi, & virtutum officia, quibus virum appellamus bonum, laudeque prosequimur, longe melius hinc accipi possunt quam vel à rhetore, quem Græci sophistam vocant, vel à prædicatore nomine iam vtro Latinis auribus. Iis enim sæpenumero vita discrepat à præceptis, & melius hortantur alios, quàm ipsi officio fungantur: vt interdum frustra illa virtutis egregia laus recitata sit prolixaq; eorum præceptio tacet. & taceat, cum exempla desiderentur vitæ præceptoris & authoritas, quam qui respicit, facilius & mouetur ad virtutem, & in officio tenetur. At vero in contemplandis animalium moribus exempla suppetunt omnium officiorum, & effigies offeruntur virtutum summa cum authoritate naturæ omnium parentis, non simulatæ, non commentitiæ, non inconstantes & labiles: sed veræ ingenitæ atque perpetuæ. Quis enim tam peruersa natura hostis sui generis est, quin emendetur, & mitigetur, cum nullum animal occidi à sui generis bestia videatur? Quis tam in parentes impius, ne cum ciconiæ auis, aut meropis pietatem erga parentes intelligat, pientior efficiatur? Quis adeò inhumanus, illiberalisque est, quem offifragæ benignitas in pullos aquilæ non faciat benigniorem? Quis tam piger, iners, & segnis est, quin excitetur ad vitæ munera, cum formicarum, aut apum labores, atque industriam intuetur? Quem non pudeat per metum peccare, cum non solum leonis animum inuictum cogitat, sed etiam reguli auiculæ, quæ cum aquila pugnat, certatque de imperio? Quis principem bonum non colat atque obseruet, cum si rex apum in itinere aberrauerit, omnes eũ inquirere, odoratuque sagaci persequi, donec inuenerint, cognitum habeat gestari: etiam regem à plebe, cum volare non potest, & si perierit, omnes discedere? Nunquid parum exempli ad boni principis siue desiderium, siue obseruantiam datur? Quis princeps non ad clementiam facile inuitetur, cum reges apum armari quidem aculeo, sed eo nunquam vti intelligat? Quæ fides, quis amor in canibus? Quanta in elephantis mansuetudo? Quæ in anser verecundia? Quantum studium ornatus, ac polituræ in pauone? Quanta opera vocis amœnæ, suauisque in luscinia? Quid de iustitia apum dicam, quæ colligunt quidem ex ijs, quibus aliquid dulcedinis inest, sed sine vllo fructuum detrimento? Quid de castitate elephantis, qui quam impleuerit coitu, eam rursus non tangit? Aut columbæ, quæ neque coire cum pluribus patitur, neque cõiugium iam inde à primo ortu initum deserit, nisi vidua, aut cœlebs? Disciplina autem & eruditio elephanti, quem non faciat studiosiorem? Omnino nulla pars vitæ humanæ est quæ non suorum officiorum exempla commodissime hinc accipiat. Nam, vt omittam artes illiberales, quæ & ipsæ ingenijs animalium non parum iuuantur, valetudinis exempla quæso vnde commodius peti, quàm ex animalibus possint? Loca pro temporis conditione solent illa mutare: non plus edunt, aut bibunt quàm sibi salubre sit: non diutius dormiunt, quàm ratio valetudinis postulat: modum mouendi, quiescendique seruant: nouit sua quodque medicamenta: viuit sua quodque sorte contentum, & gaudet: hæc late à medicis præcipiuntur. At vero exempla, in quibus vis maior, quàm in præceptis est, ab animalibus certiora præbentur. Addo vtilitatem, quæ in dicendi facultate ex hac animalium ratione afferri potest. Comparationes enim, assimilationesque illæ, quas Græci parabolas vocant, quæ plurimum orationem exornant auditoremque tenent, hinc varie, copiose, aptissimeq; accipi possunt: vt siue oras, siue cõmunem partiris cũ alijs sermonẽ, eloquens, aptus suauisque esse possis. Poëta vero vndenam pulchrius tua illa rara & mira accipiat, quàm ex his libris, qui naturæ arcana rimantur, enarrant, aperiunt? Medicus autem, quod fatetur, se sua inde ordiri, vbi philosophus desinit, nusquam plenius quàm hic viderit: quodque à Galeno medicorum principe traditur, Aristotelem primum anatomen, hoc est, membrorum dissectionem scripsisse, hic agnoscet: & quod idem & primus, & optimus fuerit author, percipiet. Iam & philosophi nostræ ætatis, qui quadrifariam rerum causam ex prima illa librorum naturalis auscultationis institutione accipiunt quidem communi quadam ratione: sed quemadmodum his natura vtatur, in constitutione, generationeque animalium, parum authore Aristotele, vidẽt, inopia scilicet exemplaris Aristotelici quod legere possint, hic vidisse aliquando gaudebunt, & Physici, quos se appellant dignius de cætero profitebuntur. Rationes enim ideo quærimus vniuersales, vt demum res particulares, & sensiles teneamus. Accedit ad hæc voluptas, qua iuuari, ac perfici quamuis actionem Aristoteles ait, quam in contemplandis rebus naturæ auidissimè capimus. Nam si pictor nos vehementer oblectat, cum animal scite pinxerit: quanto vehementius natura ipsa afficiet voluptate, cum eius tam multa & varia animalia, mira membrorum conuenientia, inauditaque moderatione & elegantia facta cernamus? Cum hos legimus libros, contemplamur profectò, quàm varius, ac pulcherrimus fructus horum librorum, & vtilitas amplior, quàm vt verbis exprimi possit. Hæc Theodorus Gaza.

Vtilitas historiæ animalium ad mores & virtutum officia.

Ad valetudinem tuendam.

Ad dicendi facultatem.

Ad poeticam.

Ad rem medicã propter anatomen.

Ad primã physicæ partem de causis.

Voluptas.

CATALOGVS VETERVM NON EXTANTIVM, QVI DE ANIMALIBVS SCRIPSERVNT.

ARISTOTELIS librum ζωϊκὸν πεῖ ἰχθύων, Athenæus alicubi citat, non peculiarem vllumpto librum quo careamus intelligens, sed partem aliquam historiæ animalium, in qua de piscibus tractatur. Nam & libro septimo Aristotelis verba de pisce anthia citat ex libro πεῖ ζώων ἰβ῀ν, quæ tamen apud Aristotelem leguntur historiæ animalium libro 9. cap. 37. quod caput Gaza aut alius Latine inscripsit de ingenio marinorum & fluuiatilium piscium pro ratione commoditatis vitæ. Circa finem quidem libri septimi, Athenæus ex Aristotele libro quinto historiæ animalium verba hæc recitat; ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἰχθύων οἱ πολλοὶ ἅπαξ τίκτουσιν ἐνιαυτοῦ οἱ χυτοὶ, οἱ τῷ ὑγρῷ πεπεχόμενοι χόρτοις, ὑπὸ ἀφανοῦς &c. quæ verba eo in libro, cuius nunc apud Aristotelem inuento. Alibi tamen eodem in libro Athenæus citat Aristotelis verba quæ leguntur ἐν τῷ πεῖ ζώων alphestem piscem esse purpureum καὶ χαίροντα, quæ nos apud Aristotelem nusquam reperimus. vt sit piscemur quædam ipsius de animalibus scripta, præsertim de piscibus, nobis amissa. Plinius libro octauo Aristotelem quinquaginta præclara volumina de animalibus condidisse affirmat: atqui Theodorus Gaza libros de animalibus octodecim esse ait, nouem scilicet de historia animalium, quatuor de partibus, quinque de generatione: his Plinium libros etiam de anima, & parua naturalia (vt vocant) adnumerasse apparet: sic enim omnes erunt quinquaginta. Niphus. Nicandri Scholiastes in Alexipharmacis in aconiti mentione, Aristotelis ex libro decimo nono de animalibus verba citat de panthera, quod sumpto aconito ad excrementum humanum in arbore suspensum à venatoribus assiduo tanquam ad remedium exhausta tandem extinguatur. Quod Aristoteles non alibi quàm nono libro cap. 6. historiæ animalium refert, quamuis etiam in Mirabilibus meminerit. Diogenes Laërtius author est scripsisse Aristotelem etiam de compositis animalibus librum vnum, item de fabulosis animalibus librum 1. & Anatomicos octo, & Selectum anatomicum vnum: hi omnes nobis intercidêrunt. Caterum composita animalia intellexerim, quæ ex parentibus genere aut specie diuersis nascuntur.

Alexandri Myndij liber de animalibus, & historia iumentorum, memorantur ab Athenæo.

Antipatri librum de animalibus citat Plutarchus in libro de cauli's nat probl. 38

Antiphorhetor scripsit de pauonib. Athenæus.

Archestratus de varijs animalibus ad cibũ apris, eorumque ad gulam & voluptatem apparatu carminibus scripsit, quæ pertæpe recitat Athenæus.

Cæcilius Argiuus de piscibus scripsit carmine, Athenæus.

Callithenis librum tertium de venatione citat Plutarchus in libro de fluuijs.

Epicharmus Syracusanus pecudum medicinas diligentissimè conscripsit. Columella.

Leonides Byzantius scripsit de piscibus oratione soluta, Athenæus.

Numenij librum Theriacum citãt Scholia in Nicandrum.

Numenius Heracleotes de piscibus poëma condidit. Athenæus.

Petrichi Ophiaca adducit Soholiastes Nicandri.

Pancratius Arcas Halieutica reliquit carmine: item Posidonius Corinthius. Athenæus:

Seleucus Tarsensi Halieutica edidit prosa, Athenæus.

Sostratus scripsit de natura animalium, vt Athenæus & Nicandri Scholiastes citant. Eiusdem secundum de venatione librum citat Stobæus in Sermone quo Venus vituperatur.

Strato Lampsacenus physicus scripsit de generatione animalium, item de animalibus, de quibus dubitatur, & de fabulosis animalibus Laërtius.

Theophrastus Eresius (Laërtio teste) scripsit de diuersitate vocis animalium eiusdem generis lib. 1. De animalibus quæ sapere dicuntur, vnum. De his quæ in sicco morantur, duos. De animalibus, septẽ. De his quæ colores immutant, vnum. De his quæ laribula faciũt, vnum. De automatis (sic puto vocat, quæ non ex coitu, sed ex putredine nascuntur) animalibus, vnum. Compendij ex Aristotele de animalibus libros 6. De animalium prudentia & moribus vnum. De fructibus & animalibus versus mille centum & octoginta duos. Horum nonnullos etiam Athenæus citat, nempe τοὺς πεῖ ζώων, πεῖ τῶν ἐν τῷ ξηρῷ διαιτωμένων ζώων, τοὺς τῶν φωλευόντων, πεῖ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρόας: item πεῖ τῶν δακέτων καὶ βλαπτικῶν.

Xenocratis librum de vtilitate quæ ab animalibus capitur citat Galenus lib. 10. c. 4. de simplicibus.

Augustinus Niphus in præfatione commentariorum quos in Aristotelis de animalibus libros addidit complures alios authores veteres, quorum libri de animalibus scripti non ex-

ten

Digitized by Google

tent, enumerat mutuatus ex Indice Plinii qui loco primi libri habetur. Authores enim aliquot quos octauo præcipuè libro Plinius nominat, tanquam omnes de animalibus simpliciter scripserint à Nipho numerantur, cum illi obiter tractatum in operibus suis vel res gestas vel rem rusticam continentibus, animalium quorundam meminerint. Iuba, Hieron, Attalus, Philometer & Archelaus reges de vi naturaq animalium diligenter perscripserunt. Gillius. Ego regum istorum nomina citari quidē apud Plinium reperio, de animalibus verò ex professo eos scripsisse nusquam legere memini. Hiero quidem, Philometer, Attalus & Archelaus de cultura agri scripserunt, vt refert Plinius 18. 3. Iuba vero tum alia, tum de Arabia siue Arabica expeditione, eodem teste 6. 27. & 12. 14. in quibus libris multa eos de animalibus scripsisse coniicio, ex professo nusquam.

CATALOGVS AVTHORVM EXTANTIVM, QVORVM SCRIPTIS adhoc Opus vsi sumus.

C. Plinius Secundus in suo de natura Volumine authorum quos sequitur nomina, & passim adlicere. & in fronte Operis ad finem capitum cuiusque libri prætexere voluit. Est enim benignum (inquit) vt arbitror, & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris: non vt pleriq; exiis, quos attigi, fecerunt. Scito enim conferentem me authores, deprehendisse à iuratissimis & proximis veteres transcriptos ad verbum, neq; nominatos. Obnoxii profecto animi, & infelicis ingenii est, deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere, cum præsertim fors fiat & vsura: Hæc Plinius, quem nos etiam secuti authorū per quos profecimus catalogum adscribemus. Enumerabuntur autem illi tantum quorum scripta extant: nam si illos etiam nominare vellem, qui ab aliis, præsertim veteribus citantur, etsi non sine exemplo id facerem, tamen catalogum nimis augerem, & hominis ambitiosi ac ostentantis suspicionem de me relinquerem. * Asteriscō notauimus illos, ex quibus omnia quæ de animalibus habebant desumsimus, siue quòd toti de animalium historia conscripti essent, siue multa passim ex instituto, aut etiam obiter de animalibus pauca continebant: ita vt nihil amplius ad particulares animantium singulorum historias ab iis petendum sit. Nam ex historicis, poëtis & aliis authoribus, non omnia quæcunq; de animalibus apud eos haberentur excerpsi, quòd id prolixius quàm vtilius futurū videretur, (cum nihil ferè noui in rebus ipsis apud illos tradatur, sed elocutio tantum varietur,) sed ea tantum quæ fortuitò siue in ipsorum libris, siue apud grammaticos citantes occurrebant. Si quæ tamen ad res ipsas facere iudicabam, ex omni genere authorum sedulo transcripsi.

Libri Hebraici.

1. *Vetus Testamentum cum annotationibus Seb. Munsteri.*
2. *Eiusdem Munsteri Dictionaria, Hebraicolatinum, & quadrilingue.*
3. *Epistola presbyteri Ioannu, vt vocant, hoc est AEthiopiæ regis ad Pontificem Rom. de rebus AEthiopicis.*

Arabicos, *hoc est ex Arabica lingua translatos, nominabo infertus inter obscuros.*

Græci.

4. * *Actuarij liber de Serpentibus & venenis, breuiter ex Dioscoride contractus est.*
5. * *Adamantij Physiognomica.*
6. *Aeschyli tragœdiæ.*
7. *Aetij non omnia sed plerag; euolui & excerpsi: integrum verò librum 13. qui est de venenis & venenatis animalibus.*
8. * *Aeliani historia animalium, Petro Gillio interprete, cum eiusdē additionib. ex Oppiano, Plutarcho, Porphyrio & Heliodoro, vt libri titulus habet. Sic autē Aeliani omnia adiecta sunt, vt nihil ad rem pertinens omitteretur: nam si quando stilus luxuriari videbatur, & leuiter euagari, aut hominē cum brutis conferēdo reprehendere, (quod sæpius facit, vt qui professione rhetor fuerit) plerung; contraximus.*
   * *Eiusdem varia historia libri 14.*
   * *Eiusdem de instruendis actibus liber.*
9. * *Alexandri Magni epistola ad Aristotelem de rebus Indicis, Cornelio Nepote interprete.*
10. * *Alexandri Aphrodisiensis problematum libri 2.*
11. *Alexander Trallianus medicus.*
12. *Ammonicus de differentijs vocum.*
13. * *Annonis Periplus.*
14. *Apollonij Argonautica, cum Scholijs.*
15. *Apostolij Byzantij paræmiæ.*
16. *Appianus historicus.*
17. *Aratus, cum Scholijs.*
18. *Aristides rhetor.*
19. *Aristophanis comœdiæ, cum Scholijs.*
20. *Aristotelis libri integri, quod particulares historias attinet, * De historia, de generatione & de partibus animalium. Physiognomica. De mirabilibus. De coloribus. Parua naturalia, vt vocant. Problemata. In cæteris libris, aut nullum aut rarissimum vllius animantis nomen occurret.*
21. *Michaëlis Ephesij Scholia in libros de generatione, quæ Ioannis Philoponi nomine publicata sunt. Nephus scribit Michaëlis Ephesij Scholia in libros de generatione extare, expositionem non extare.*
22. * *Ariani Periplus Euxini Ponti.*
   * *Eiusdem Periplus rubri maris.*
   Eiusdem de rebus gestis Alexandri historia.
   * *Eiusdem Indica.*
23. * *Athenæi Dipnosophistæ.*
24. *Biblia sacra, hoc est vetus & nouum Testamentum.* (*tum Græce.*
25. *Callimachi poëmata quædam.*
26. *Cl. Galeni libri: aly quidem multi sparsim à nobis cogniti: integri verò propter animalium historiam, qui sequuntur.*
   * *Libri de simplicium facultatibus. De antidotis. De theriaca ad Pisonem. De cibis boni & mali succi. De alimentorum facultatibus tertius. De parabilibus libri tres, quorum primus incipit, Cum ars medica*

Digitized by Google

medica circa nullas vnquam vrbes. Secundum, ad Solonem, acephalus. Tertium Galeno adscriptus, incipit: De gurgulionis vitijs.

27. Diodorus Siculus historicus.
28. Diogenes Laërtius de vitis philosophorum.
29. Dion historicus.
30. Dionysius Afer de situ orbis, & Eustathius interpres.
31. * Dioscorides.
32. Epigrammatum Græcorum authores diuersi.
33. Epistolarum Græcarum authores diuersi, quos Aldus olim vno volumine coniunxit.
34. Etymologicon.
35. Euripidis tragœdiæ.
36. Eustathius in priores quinq; Iliadis libros.
37. * Geoponicorum, id est, de re rustica ad Constantinum Cæsarem librorum authores diuersi.
38. * Heliodori Aethiopica historia libri decem.
39. * Heraclidis descriptiones Rerumpub.
40. Herodoti historia.
41. Hesiodi poëmata, cum Scholijs.
42. * Hesychij Lexicon.
43. * Hippiatri Græci, Absyrtus, Hierocles, Pelagonius & alij vno volumine coniuncti.
44. Hippocrates: præcipuè libri de natura muliebri, de morbis mulebribus, de internis affectionibus.
45. Homerus, cum Scholijs.
46. Iosephus.
47. Ioannis Tzetzæ varia historia.
48. * Iulius Pollux.
49. Lucianus.
50. Lycophron cum Scholiaste.
51. * Nicandri Theriaca & Alexipharmaca, cum Scholijs.
52. Nicolai Myrepsi medicamenta composita secundum genera, Leonhardo Fuchsio interprete.
53. * Oppiani libri de piscibus, & de venatione.
* In eosdem libros de aucupio paraphrasis.
54. * Orpheus.
55. * Ori vel Hori Hieroglyphica.
56. * Palæphatus de fabulis.
57. Paulus Aegineta medicus.
Succedanea cum eiusdem, & cum Galeni operibus coniungi solita.
58. Pausaniæ libri de regionibus Græciæ.
59. Philes qui de animalibus senarios iambicos condidit, omnia ab Aeliano mutuatus.
60. Philostrati Icones.
* Eiusdem libri de vita Apollonij.
61. * Phurnutus de dijs.
62. Pindarus, cum Scholijs.
63. Plato.
64. Plutarchi vitæ & alij varij libelli integri verò,
* Verum terrestria aut aquatilia animalia sint sapientiora.
* Gryllus, vel quod bruta ratione vtantur.
* Liber de Iside & Osiride.
* Causæ naturales.
65. Polyæni strategemata.
66. Polybius historicus.
67. Procopius Gazæus sophista in octateuchum veteris Testamenti.
68. Q. Calaber poëta.
69. Theophrasti opera.
70. Theocritus.
71. Xenophontis opera diuersa.
* De venatione.
* De re equestri.
* Hipparchicus.

LATINI AVTHORES VETERES.

72. Ael. Lampridius.
73. Ael. Spartianus.
74. Alb. Tibullus.
75. Ammianus Marcellinus.
76. Aulus Gellius.
77. Aulus Persius.
78. * Aur. Cornelius Celsus.
79. * Cal. Apicius de re culinaria.
80. C. Iul. Cæsar.
81. C. Iulius Solinus.
82. * C. Plinij Secundi Historia mundi.
83. C. Suetonius Tranquillus.
84. C. Val. Catullus.
85. Decius Ausonius.
86. Fl. Vegetius Renatus de re militari.
* Eiusdem Mulomedicina.
87. Fl. Vopiscus historicus.
88. Gratij liber de venatione.
89. Iul. Capitolinus historicus.
90. Iunius Iuuenalis poëta Satyricus.
91. L. Annæus Seneca.
92. L. Apuleius.
93. L. Iunius Moderatus Columella de re rust. & hortensi.
94. Macrobius Ambrosius Aur.
95. * Marcellus medicus Empiricus, quem simpliciter Marcelli nomine citato inter remedia ex animalibus intelligi volo, non Marcellum Vergilium illum nostri seculi qui Dioscoridem transtulit, & annotamentis illustrauit.
96. M. Actius Plautus Comicus.
97. M. Annei Lucani Pharsalia.
98. M. Aurelij Olympij Nemesiani poëta de venatione liber.
99. M. Cato de re rust.
100. M. Manilij Astronomicôn libri.
101. * M. Terentius Varro de re rust.
* Idem de lingua Lat.
102. M. Valerij Martialis epigrammata.
103. M. Vitruuius de architectura.
104. Nonius Marcellus de lingua Lat.
105. Palladius de re rust.
106. Pomponius Mela.
107. P. Virgilij Maronis Bucolica & Aeneis.
* Eius.

Digitized by Google

* *Eiuſdem Georgica.*

108 *P. Ouidij opera.*

* *Eidem falsò adſcripta, Philomela de vocibus animalium, & Pulex.*

* *Eiusdem Halieutica.*

109 *Quintus Horatius Flaccus.*

110 * *Q. Serenus Samonicus.*

111 *Seruius in Vergilium.*

112 * *Sextus Platonicus de remediis ex animalibus.*

113 *Sexti Aurelij Propertij Elegia.*

114 *Sextus Pompeius Festus de lingua Lat.*

115 *Sexti Iulij Frontini Strategemata.*

116 *Silius Italicus Poëta.*

117 *Statius Papinius Neapol Poëta.*

118 *Titi Calphurnij Siculi Bucolica.*

119 *T. Liuius Historicus.*

120 *Valerius Maximus.*

LIBRI LATINE QVIDEM EDITI, SED ADMODVM IMPVRE, VT

ex Arabica lingua conuersi plerique superioribus seculis, & illorum qui tales authores imitantur: in quibus frequentissima etiam circa res ipsas errata sunt, partim authorum, partim interpretum imperitia.

121 *Aesculapius nescio quis, ex animalibus remedia descripsit quæ plerag, eadē apud Sextum Platonicum reperio.*

122 * *Alberti Magni de animalibus libri, innumeris erroribus inquinati, sta vt Niphus tot idē ferè errores ineſſe ſcribat quot verba.*

123 *Alexander quidam author obscurus, ab aliis eiusdem farinæ authoribus citatur, ipſe non vidi vt & Rodolphus in Leuiticum.*

124 *Arnoldus de Villa noua, in iis quæ de animalibus scribit, vt in libro de theriaca, Arabum eorúmve interpretum tum nomina tum errores sequitur.*

125 * *Bartolemæi Anglici de proprietatibus rerum libri 19.*

126 *Auerrois libros Aristotelis de generatione & de partibus paraphrastice reddidit, licet meo iudicio perperam interpretetur, Niphus. Ego cum ex his ſcriptis nihil egregij ſperarem, neq, apud nos reperirem, accerſere nolui, vt neq, Auicenna de animalibus libros, in quibus pleraq, omnia Aristotelis esse puto: & ſi quid præter illa adiectum eſt, in Alberti lucubrationibus, (quibus nos vſi ſumus,) contineri.*

127 * *Auicenna opera medica. De eiusdem libris animalium in Alberti Magni mentione iam dixi.*

128 * *Elluchasem Elimithar Medici de Baldath Tacuini.*

129 * *Ferdinandus à Ponzeto Cardinalis, de venenis.*

130 * *Iacobus Dondus Patauinus, quem vulgò Aggregatorem vocant.*

131 *Iorachi cuiusdam liber de animalibus ab Alberto Magno sæpe citatur, (& ab alio obſcuris.) ait autē eum frequenter falsa ſcribere.*

132 *Kiranides etiam nescio quis ab Aggregatore & aliis recentioribus, in remediis præcipuè ex animalibus subinde citatur.*

133 * *Matthæi Syluatici Pandectæ Medicinales.*

134 *R. Moſes.*

135 * *Petrus Aponensis de venenis.*

136 * *Rasis in libro de ſexaginta animalibus.*

137 *Semeryon vel Haren Semeryon, ab Alberto Magno in historia animalium frequēter citatur.*

138 *Serapio.*

139 * *Vincentij Bellouacensis de animalibus libri 7. nempe decimusseptimus Speculi naturalis cū ſex ſequentibus Speculi doctrinalis etiam libro decimoſexto rurſus de iiſdem breuiter agit.*

140 *Liber de natura rerum authorū innominati, paſſim apud recentiores illos quorum impurus ſermo Latinus eſt, citatur, Vincentium, Albertum ex quibus nos omnia quæ nō prorſus abſurda erant mutauimus.*

141 * *Andreæ Bellunensis Gloſſemata in Auicennam, vtilia ſanè & erudita, quamuis dictionis non admodum pura. fuit enim lingua Arabicæ peritus, ita vt orthographiæ etiā ſcripturam ab eo dictionum maior ſit habenda fides, quàm ab aliis quorum plerig, miſerè illam corruperunt.*

142 *Laurentius Rufus Hippiatrica peritiſsime ſcripſit quanquam ſtilo non ſatis Latino.*

143 *Iſidorus Etymologici ſui libro 12. de animalibus quædam ſcripſit non inutilia: meretur autē medium ferè locum ni fallor, inter claſsicos & barbaros authores.*

144 *Vt & Monachi illi quorum commentarij in Meſuen ante annos circiter octo Venetiis excuſi ſunt.*

145 * *Eiuſdem ordinis fuerint & Petri Creſcentienſis de re Ruſt. libri.*

LIBRI RECENTIORVM MEDIOCRI AVT ETIAM EGREGIO STILO

Latine editi, quorum authores aut noſtra memoria vixerunt, vel etiamnum viuunt, aut paucis ante noſtram memoriam annis è vita excesserunt.

146 * *Æneæ Syluij Aſiæ & Europæ deſcriptio.*

147 * *Alexandri ab Alexandru IC. Neapolit. Dies geniales.*

148 *Alexandri Benedicti Veronenſis de morbis curandis opus.*

149 * *Aloiſij Cadamuſti nauigatio.*

150 * *Aloiſij Mundellæ epiſtolæ medicinales.*

151 * *Americi Veſputii nauigationes.*

152 * *Andreæ Alciati Emblemata.*

153 * *Andreæ Veſalij opus Anatomicum.*

154 * *Angeli Politiani opera.*

155 * *Antonij Muſæ Brafauoli libri de medicamentis vſitatis ſimplicibus & compoſitis.*

156 * *Antonius Thyleſius.*

157 * *Augu-*

157. * Auguſtini Niphi commentarij in libros Ariſtotelis de animalium hiſtoria, generatione, & partibus.
* Eiuſdem de augurijs liber.
158. * Baptiſta Fiera Mantuani cœna.
159. Baptiſta Platina Cremonenſis de honeſta voluptate & valetudine libri.
160. Baſſianus Landus Placentinus de humana hiſtoria.
161. * Beliſarius Aquinianus Aragonenſis Neritinorum dux de venatione, ex Oppiano ferè.
* Eiuſdem de aucupio liber.
162. * Brocardus monachus de Terra ſancta.
163. Calij Calcagnini opera.
164. * Calij Rhodigini Antiquarum lectionum volumen: quod frequentiſſimè in opere noſtro Calij ſimpliciter nomine citatur.
165 Calius Aurelianus Siccenſis. (hic pertinet ad ordinem veterum.)
166. * Calij Secundi Curionis Araneus.
167. * Caroli Figuli dialogi, alter de muſtelis, alter de piſcibus in Moſella Auſonij.
168. * Caroli Stephani ſcripta de vocabulis rei hortenſis, Seminarij & Vineti.
169. * Chriſtophori Columbi Nauigatio.
170. * Chriſtophori Oroſcij Hiſpani Annotationes in Aetium & eius interpretes.
171. * Deſiderij Eraſmi Rot. opera.
* Eiuſdem Chiliades adagiorum.
172. * Eraſmus Stella de Boruſſiæ antiquitatibus.
173. * Franciſci Marij Grapaldi Parmenſis de partibus aduum libri 2. Tractat autem de animalibus libri primi capitibus, 6. 7. 8. 9.
174. * Franciſci Maſſarij Veneti in nonum Plinij de naturali hiſtoria Caſtigationes & Annotationes.
175. Franciſci Nigri Baſſianatis Rhetia.
176. Franciſcus Robortellus Vtinenſis.
177. Gabrielis Humelbergij commentarij in Samonicum, in Sextum de medicinis animalium, & in Apicium.
178 Gaſparis Heldelini ciconia encomium.
179. * Georgij Agricolæ libri de metallis. De ponderibus & menſuris.
* Eiuſdem liber de animantibus ſubterraneis.
180. * Georgij Alexandrini priſcarum apud authores rei ruſticæ enarratio.
181. Guilielmi Budæi Commentarij linguæ Græcæ.
* Eiuſdem Philologia.
182. * Gul. Philandri Caſtilionij Galli in Vitruuium annotationes.
183. * Guilielmi Turneri Angli liber de auibus.
184. * Giberti Longolij dialogus de auibus.
185. * Hermolai Barbari Caſtigationes in Plinium.
* Corollarium in Dioſcoridem. * Phyſica.
186. * Hieronymi Cardani de ſubtilitate libri.
187. * Hieronymi Vidæ poëma de bombycibus.
188. * Iacobi Syluij libri de medicamentis ſimplicibus deligendis & præparandis.
189. * Iani Cornarij Annotationes in Galenum de comp. pharm. ſecundum locos.
190. * Ioachimi Camerarij Hippocomus, Rhetorica.
191. * Ioachimi Vadiani Commentarij in Melam.
192. Io. Agricola Ammonij de ſimplicibus medicamentis libri 2.
193. * Io. Boëmus Aubanus de moribus omnium gentium.
194. * Io. Brodæi annotationes in epigrammata Græca.
195. * Io. Fernelius Ambianus de abditis rerum cauſis.
196. Io. Kufnerus medicus Germanus.
197. Io. Iouinianus Pontanus.
198. * Io. Manardi Ferrarienſis epiſtolæ medicinales.
199. * Io. Rauiſij Texteris Officina.
200. * Io. Ruellij hiſtoria plantarum.
201. Io. Vrſini proſopopœia animalium carmine, cum annotationibus Iac. Olinarij.
202. * Iodoci Vuillichij Annotationes in Georgica Vergilij.
203. * Iulianus Aurelius Leſſignienſis de cognominibus deorum gentilium.
204. * Lazarus Bayfius de re veſtiaria, de re nautica, de vaſculis.
205. Leonelli Fauentini de Victorijs, de medendis morbis liber.
206. * Lilij Gregorij Giraldi Syntagmata de dijs.
207. Ludouici Vartomanni Romani patritij Nauigationum libri VII.
208. * Marcelli Vergilij in Dioſcoridem Annotationes.
209. * Marci Pauli Veneti de regionibus Orientis libri 3.
210. Matthias à Michou de Sarmatia Aſiana atque Europæa.
211. Medicorum recentiorum cum aliorum, tum qui parum Latinè de curandis morbis ſingulatim ſcripſerunt, libri diuerſi.
212. * Michael Angelus Blondus de canibus & venatione.
213. * Nicolai Erythræi Index in Vergilium.
214. Nicolai Leoniceni opera.
215. * Nicolai Leonici Thomæi Varia hiſtoria.
216 Nicolai Perotti Sipontini Cornucopiæ.
217. Othonis Brunfelſij Pandectæ medicinales.
218. * Paulus Iouius de piſcibus.
219. * Idem de Moſchouitarum legatione.
220. * Petrus Crinitus.
221. * Petri Galluſſardi Araquæi pulicis Encomium.
222. * Petri Gyllij Galli Additiones ad Aeliani libros de animalibus à ſe tranſlatos.
* Eiuſdem liber de Gallicis nominibus piſcium.
223. * Petri Martyris Oceanea decades, de nauigationibus noui Orbis.
224. * Philippi Beroaldi Annotationes in Columellam.
225. Pinzoni nauigationes: & Magellani ad inſulas Moluchas.
226. * Polydorus Vergilius de Anglia.

* Idem

Digitized by Google

Authorum.

* *Idem de rerum inuentoribus.*
227. * *Raph. Volaterranus.*
228. * *Robertus Cenalis de ponderibus & menſuris.*
229. * *Roberti Stephani Appendix ad Dictionarium Gallicolatinum.*
230. * *Scribonius Largus.*
231. * *Sebaſtiani Munſteri Coſmographia uniuerſalis.*
232. * *Sebaſtiani Sigmarij cicada Encomium.*
233. *Strozy poëta, pater & filius.*
234. *Theodoſius Trebellius Foroiulienſis, concinnator Dictionarij quod Promptuarium inſcripſit.*
235 * *Valerius Cordus de medicamentis compoſitis apud Pharmacopolas uſitatis.*

Germanici.

236. *Balthaſaris Steindel Dillingenſis Opſarthica.*
237. *Eberhardus Tappius Lunenſis de accipitribus.*
* *Eiuſdem prouerbia Germanica cum Latinis & Græcis collata.*
238 * *Hieronymi Tragi hiſtoria plantarum.*
239. *Ioannis Elie ſcripta de vocabulis venatorijs in libro eius de ſcientia ſcribarum publicorum.*
240. * *Io. Stumpfij Chronica Heluetia.*
241. * *Michael Herus de quadrupedibus.*
242. *Olai Magni tabula & libellus de inſulis & regionibus Oceani Septentrionalis Europæ.*
243. *Varij libelli Hippiatrici Medicinales, & alij, partim excuſi, partim manuſcripti.*

Italici.

244. *Franciſci Alunni (non Arlunni, vt ſæpe ſcripſimus in hoc Opere) Ferrarienſis Fabrica mundi.*
245. *Petri Andreæ Matthæoli Senenſis commentarij in Dioſcoridem.*
246. *Terræ ſanctæ deſcriptio authoris innominati.*

Gallici.

247. *Guliel mus Tardiuus de accipitribus & canibus venaticis.*
248. *Andreæ Furnerij liber de decoratione humanæ naturæ.*
249. *Io. Goeurotus, de Conſeruatione vitæ.*
250. *Thomæ Eliotæ Dictionarium Anglicolatinum.*
251. *Sigiſmundi Gelenij Lexicon ſymphonum Latinæ, Græcæ, Germanicæ & Illyricæ linguarum.*

CATALOGVS DOCTORVM VIRORVM, QVI VT OPVS hoc noſtrum & rempub. literariam illuſtrarent, vel aliunde imagines animalium, aut nomina & deſcriptiones miſerunt: vel præſentes communicarunt. Horum nonnulli ſuperius quoque nominati ſunt, quòd inſuper ſcriptis eorum publicatis adiutus ſim.

Achilles P. Gaſſarus medicus Germanus.
Alexander Peijer Scaphuſianus.
Aloiſius Mondella Brixienſis medicus.
Andreas Martinus Roſtochienſis.
Antonius Eparchus Corcyræus, Græcæ linguæ profeſſor Venetijs.
Antonius Muſa Braſauolus illuſtriſſimi Ferrariæ ducis Herculis Eſtenſis archiatros.
Antonius Stuppa Rhætus.
Arnoldus Peraxylus Arlenius Germanus.
Bartolemæus à Caſtromuro canonicus Curienſis in Rhætia.
Celius Secundus Curio Italus.
Celius Sozinus Senenſis.
Caſpar Hedio eccleſiaſtes Argentinenſis.
Chriſtophorus Clauſerus Tigurinus archiatros.
Cornelius Sittardus medicus Germanus.
Dominicus Montheſaurus medicus Veronenſis.
Florianus Suſz Rolitz à Varshauia, Polonus.
Franciſcus Belinchettus mercator Bergomenſis.
Ge. Agricola conſul Kempnicij.
Ge. Fabricius poëta, Scholæ rector Miſenæ.
Gubertus Horſtius Amſterodamus medicus Romæ.
Gregorius Mangolt Conſtantienſis.
Guilielmus Gratarolus Bergomenſis, medicus.
Guilielmus Turnerus Anglus medicus.
Henricus Stephanus Roberti filius. Pariſienſis.
Hieronymus Fracaſtorius Veronenſis medicus.
Hieronymus Frobenius Baſilienſis typographus.
Hieronymus Tragus Germanus.
Io. Altus Heſſus.
Io. Culmannus Goppingenſis.
Io. Dernſchwam Germanus.
Io. Eſtwycus Anglus.
Io. Falconerus medicus Anglus.
Io. Kentmannus Dreſdenſis medicus.
Io. Oporinus Baſilienſis typographus.
Io. Ribiſtus ſacrarum literarum interpres Lauſannæ.
Iuſtinus Goblerus I. C. & principi Naſſauienſi à conſilijs.
Lucas Gynus medicus Italus.
Michaël Alyſius Gallus Trecenſis medicus.
Nicolaus Gerbelius Phorcenſis I. C.
Petrus Daſypodius Græcarum literarum profeſſor Argentorati, præceptor meus.
Petrus Gillius Gallus.
Petrus Merbelius Germanus, Carolo V. à conſilijs Mediolani.
Petrus de Meſnil Gallus.

Digitized by Google

Ordo.

Petrus Paulus Vergerius, olim episcopus Iustinopolitanus.
Sebastianus Munsterus Hebraica linguæ professor Basilea.
Sigismundus Gelenius Bohemus.
Simon Lithonius Valesius.
Theodorus Bibliander sacrarum literarum apud nos professor.
Thomas Gybson Anglus, medicus.
Valentinus Granius vir doctus & senator Misenæ.
Vincentius Valgrisius Germanus, typographus Venetijs.

Lucæ Schân pictor Argentoratensis anes plurimas ad viuum nobis expressit, & quarundam historias quoque addidit, vir picturæ simul & aucupij peritus.

Hi ferè sunt quorum diligentiæ beneuolentiæque erga me pariter & bonas literas, tum ipse plurimum debeo, tum omnis studiosorum posteritas debitura est. Quòd si fortè alicuius per quem profeci nomen in præsentia præterii, id ille obliuioni potius & extemporaneæ scriptioni, quam ingratitudini vt adscribat etiam atque etiam oro.

ORDINIS RATIO, QVEM PER SINGVLAS FERE ANIMALIVM HISTORIAS secuti sumus.

DE PICTVRIS ANIMALIVM IN HOC OPERE.

ROMANI imperij principes olim adhuc maximæ orbis terrarum partis domini, multa peregrina subinde animalia populo spectanda offerebant, vt ita illius animos sibi deuincirent. Atqui illa non nisi breui tempore, quo scilicet durabant spectacula, inspici & considerari poterant. Nostra vero icones, quas omnes ad viuum fieri aut ipse curaui, aut ab amicis fide dignis ita factas accepi, (nisi aliter admonuerim, quod rarum est,) quouis tempore & perpetuò se spectandas volentibus, absq; labore, absq; periculo, offerent. Nam animalia quædam viua, propter periculum ex crudelitate ipsorum aut vt venenu, quis comminus inspicere sustineat? vt sæuos leones, vrsos immanes, crudelissimas tigres, rabidas pantheras, infestissimos crocodilos, & in mari canes, siluros, lamias, cete: denig; venenata viperarum, aspidum, chelydrorum, & alia serpentium ferarumq; genera, quæ vel solo aspectu, cornibus, rictu, dentibus, vnguibus, calcibus, aut aliter vulnera & mortes minitantia, protinus homini se inimica declarant. Atqui eadem picta non modo sine terrore, verum & iucunde spectamus: & tanto maiori quàm innoxias animantes voluptate, quanto minus viua accuratè & de proximo inspicere sustinemus: Cuius rei causam Aristoteles etiam in problematis inquirit. Optassem equidem cum suis coloribus excudi potuisse effigies: quod quoniam fieri non potuit, typographus pro ijs qui sumptum facere aliquanto maiorem non recusabunt, exemplaria aliquot pictoris manu coloribus illustranda ad archetypum nostrum curauit. Minora animalia, inter aues, pisces, & insecta præcipuè, ea quæ viuunt magnitudine plerunq; expressa sunt, si libri vel charta spatium admittebat. Maiora verò necessariò imminuta sunt: quod si non satis certa proportione inter ea seruata vbiq; facta est imminutio illa, excusare me poterit, partim pictorum diuersitas quibus vsi sumus, idq; diuersis temporibus & locis: partim occupationes plurimæ, quæ me tum libro conscribendo tum aliàs intricabant, vt picturis operam dare satis non possem, eamq; curam ferè in typographos reijcerem. Sed de magnitudine, & magnitudinum inter se proportione non admodum refert, dum cætera bene habeant, in quo quidem curando pro mea parte diligentiæ nihil intermissi.

DE PRIMO CAPITE A.

SINGVLORVM ferè animalium historiam, (perpaucis exceptis vbi id commodè fieri non poterat, vt ab initio statim in Alce, propter multas diuersasq; authorum de ea sententias) per octo capita, octo prioribus Alphabeti Latini literis maiusculis insignita partiti sumus, vt A. sit primum caput, B. secundum, & sic deinceps. Vltimum verò caput H. rursus in totidem partes per minores literas diuisi, vt Philologia quoq; eodem ordine tractaretur per a. b. c. d. e. f. g. h & literas. quanquam g. quæ pars de medicamentis est, perrarò in Philologiam venit, cum aliquod forte G. maioris, id est septimi capitis paralipomenon se offerebat. Sed singulorum capitum argumenta ordine prosequamur.

A. igitur quamuis cæteris collatum capitibus breuissimum sit, plurimum tamen plerunq; in eo laborandum erat, continet enim nomina diuersarum gentium, Hebraica ferè primum & Hebraicis finitima, (vt Arabica, Chaldaica, Saracenica:) deinde Persica, Græca, Italica Hispanica, Gallica, Germanica, Anglica, Illyrica, vbi hæc omnia haberi potui, quod in quadrupedibus facilius fuit. In auibus sanè multis, & piscibus, serpentibus, ac insectis, aliquando vnius tantum aut alterius linguæ nomina reperi, & forte aliquando nullius, vt vel innominatum fuerit relinquendum animal vel nomen ei fingendum. Initio quidem statim de Latino nomine constituendo laborandum erat, id quod

per

perdifficile est hoc seculo. Neq; mirum hoc videbitur hominibus doctis, cum Plinius vir tantus & in ipso literarũ linguarumq; flore natus, similiter conqueratur, in hæc verba: Illud satis mirari non queo, intercidisse quarundam arborum memoriam, atque etiam nominum, quæ authores prodidere, notitiam. Quis enim non communicato orbe terrarum maiestate Romani imperii, profecisse vitam putet commercio rerum ac societate festæ pacis, omniaq; etiam quæ occulta ante fuerant, in promiscuo vsu facta? At hercule non reperiuntur qui norint multa ab antiquis prodita, desidia rerum internitione memoriæ inducta. Huius quidem ignorantiæ præcipua videri causa debet linguarum mutatio. neque enim Italia iam Latinè loquitur, Gothorum & Langobardorum vt bellis oppressa, & coloniis occupata, ne vocabulis inquinata. Græcia Turcarum seruitio premitur, nec amplius Græcè sed barbare loquitur, adeo vt non rerum modo, sed etiam locorum illustrium nomina sint nouata. Quamobrem nemo nobis vitio dabit, si aliquando vocabulis destituti noua finxerimus, tum in vernacula lingua, tum Latina, aut Græca, quod tamen nisi admonito lectore, vt par est, nusquam fiet, in auium, piscium, serpentum & insectorum duntaxat historiis, & in illis quoque raro: in quadrupedibus nunquam aut rarissimè.

Hebraica vocabula, cum suis interpretationibus præceptor noster Theodorus Bibliander sacrarum literarum in gymnasio nostro professor, magnæ doctrinæ & incredibilis diligentiæ vir, pleraquè nobis suppeditauit. Inquisiui autem & ipse nonnulla, cum aliunde, tum ex Arabum libris qui in re medica extant, & multa animalium nomina continent, quæ ex Græcis transtulerunt, quamuis Græca nomina persæpe retineant ita plerunque detorta & deprauata vt vix agnoscantur, qualia plurima ex Aristotele Auicenna transtulit. vt apud Albertum legimus: quod indicium illius etiam seculi insciticæst, vt non sit mirum doctissimos etiam Iudæorum hodie nihil certi de rerum nominibus, vt animalium, plantarum, metallorum, vestium, instrumentorum, &c. docere posse. Certe R. Abraham abenEzra, qui claruit anno Salutis 1217. huiusmodi rerum nomina Hebraica prorsus obscura esse alicubi scribit, quòd in rebus naturalibus diuersæ regiones diuersa proferant, in iis verò quæ artes faciunt longinquitas temporis plurimum immutet. Reliquarum linguarum vocabula partim ipse vsu cognoui, Gallica enim & Italica mediocriter intelligo, partim ex dictionariis, partim ex amicis diuersis didici.

De B. Litera.

Caput secundum docet quibus in regionibus animalia quæq; reperiantur. & quomodo secundum illas differant: & si species eius diuersæ reperiuntur, aut aliæ quædam differentiæ, vt in equis secundum gressum & celeritatem, &c. illas etiam explicat. Præcipuè verò corpus describit, & primum corporis magnitudinem: deinde partes singulis, simplices primum, externas internasq;, solidas & liquidas, vt sunt, pellis, pili, (& qui accidit eis color,) sanguis, adeps, medulla, ossa, venæ. nerui. &c. deinde compositas à capite ad pedes, vt caput, cornua, cerebrum, oculos, aures, nasum, os, linguam, dentes, pectus, dorsum, cor, pulmones, ventriculum, hepar, fel, lienem, intestina, genitalia, crura, pedes, vngues vel vngulas, &c. (quanquam cornua & vngues, & alia quædam exprædictis simplices esse partes non ignoro, hoc ordine tamen collocaui propter situm.) In quibusdam quæ ab hominibus aluntur; vt pecoribus, iumentis, canibus, electionis etiam notas in hoc caput inserui.

De C. Litera.

Tertio capite comprehenduntur naturales corporis actiones, quæ vel ad vitæ conseruationem, vel speciei propagationem pertinent, singulatim vero, Animantis cuiusque. Vox. Sensus, Cibus, Potus, Somnus, Somnia: Excrementa alui, vesicæ, genitalium, sudor, menses, lac: Loci in quibus versantur, vt montes, syluæ, paludes, frigidi, calidi, &c. latibula: Actiones corporis quod ad motum & quietem, ingressus, cursus, volatus, serptio, natatio, cubatio: Sanitas, & eius signa, & conseruatio, præcipuè circa pecora, & ea quæ ab homine aluntur animalia, (quanquam hanc tuendæ sanitatis partem quæ sita est in hominis cura, ad quintum ferè caput reiici.) Libido, Coitus, Conceptus. Gestatio & prægnantium cura, Abortus. Partus Fœtarum cura, Fœtus eiusque educatio. Ætas, & eius dignotio: Vitæ spatium. Morbi eorumque causa, signa, præcautiones, remedia. Et ex illis communes primum toti corpori, siue quòd vniuersum occupent, vt febres, pestis, venena, siue quòd in quauis eius parte fieri possint, vt vulnera, vlcera, scabies, abscessus: deinde particulares à capite ad pedes. Quæ ad ornatum magis quàm sanitatem pertinent, ferè ad quintum caput differuntur.

De Litera D.

Capite quarto de animi affectibus, moribus & ingeniis agitur, quæ singulorum animi bona aut virtutes, quæ mala aut vitia sint, tum inter se, tum erga fœtus suos, erga hominem. Sympathiæ & antipathiæ, hoc est naturales quædam concordiæ & dissensiones singulorum, primum ad alias animantes, deinde ad res inanimatas.

Ordo.

De Litera E.

Caput quintum est de vsu ex animalibus percipiendo, extra cibum tamen ac remedia. De venatione animalium, & quomodo capiantur. Quomodo domentur vel cicurentur. Quomodo tractentur siue curentur, & nutriantur, & sanitatis tuendæ præcepta: & in pecoribus quæ ad pastores greges & stabula pertinent. De instrumentis quibus ad vsum eorum homini præstandum opus est vt vt in boue de aratro, in equo de re curuli, quamuis illam in Equo ad e id est, quintam partem Philologiæ retulimus. Exhibitio eorum in ludis & spectaculis. Pretium & pecunia quæ ex ipsis eorúmue partibus vendendis habetur. Vsus diuersi hominibus vtiles ex singulis partibus, vt pellium ad vestes, cornuum aut vngularum suffitus ad fugandos serpentes, excrementorum ad stercorandam terram, &c. Prognostica tempestatum, & alia si quæ ex ipsis habentur commoda.

De F. Litera.

Sexto capite tractatur de alimento ex animalibus, tum integris, tum per singulas partes: simpliciter primum quæ in cibum admittantur, aut non: deinde medicè quàm salubriter id fiat, & quale alimentum ex singulis corpori accedat, & si quid huiusmodi medici scriptum reliquerunt. Tertio de apparatu & condimentis singulorum, ex Apicio Platina, Athenæo, vulgo, &c. Opsartytica, id est cibos & obsonia parandi condendiq; artem apud veteres Græcos scripserunt, Aceſias quidam, Mithæcus, duo Heraclidæ Syracusani, Glaucus Locrus, Dionysius, Agis, Epænetus, Hegesippus, Erasistratus, Euthydemus, Criton, Stephanus, Archytas, Acestius, Diocles, & Philistion, enumerati ab Athenæo lib. 12. Idem sæpissimè multos Archestrati versus recitat. ex poëmate eius quod Gastrologiam vel Dipnologiam vel Optopœciam inscribunt, de variis cibis ad voluptatem & gulam parandis condito. Meleſermus etiam, Suida teste, scripsit Μαγειρικῶν ἐπιστολῶν, id est de re culinaria epistolarum librum vnum. Sed hos omnes intercidisse non est quod magnopere doleamus: plus satis enim huius voluptuariæ artis, & multorum tum animi tum corporis vitiorum causæ, non locupletes solum sed plerique etiam è vulgo periti sunt: & extant passim huius argumenti libelli in vulgaribus linguis, Italicè, Gallicè, Germanicè, quos ipse vidi, nec dubito quin aliæ etiam omnes linguæ hodie vsitatæ similes habeant, cum plerique non edant vt viuant, sed vice versa. De alimentis ex animalibus multa quidem diligenter, sed parum Latinè, conscripsit Antonius Gazius medicus, in Corona sua florida, vt inscribit, sed magna ex parte veterum tantum testimonia affert, quæ nos ex ipsis fontibus petere maluimus.

De Litera G.

Septimvm caput remedia ex animalibus homini vtilia comprehendit, idq; ordine, primum ex integris animalibus, deinde ipsorum partibus tum simplicibus tum compositis, eadem ferè serie quam in partibus enumerandis capite secundo sequor. Et quoniam sæpe ab vna parte multa variaque medicamenta sumuntur, in morbis etiam quibus resistunt percensendis, ordine certo vtor, vt prius communes morbi, deinde particulares à capite ad pedes progressu facto commemorentur. Authores fermè citantur isti, Plinius, Marcellus, Sextus. Ratis de sexaginta animalibus, Galenus & secuti eum medici tum Græci tum Arabes. &c. Scripsit & Xenocrates olim librum περὶ τῆς ἀπὸ ζώων ὠφελείας, vt citat Galenus de simplicibus to. 4. Cæterum quod superstitiosa non raro posuerim, cum alibi sæpe, præsertim in Philologia, tum hoc in capite inprimis, excusatione vtar, si quis reprehendat, partim communi, omnia omnium congerere me voluisse: partim quod cum quædam eiusmodi sint vt non omnibus, etiam eruditis forte superstitiosa videantur, simpliciter omnia mihi recitanda, iudicium lectori relinquendum existimarim. Ego quidem amuleta omnia & huiusmodi superstitiosa in vniuersum damno, ita vt reiiciendo potius modum excedere velim, ac simul etiam non inutilia quædam sed superstitiosis similia excludere, quàm ex reuera superstitiosis (qualia certe innumera sunt, quæ vulgus eiusmodi esse non putat) vel vnum aut alterum duntaxat admittere. Secundo post remedia ex animalibus loco, de morsibus vel ictibus animalium in homine curandis tracto: & methodum medendi primum in genere præscribo, deinde per singula medicamenta diligentissimè apud authores obseruata.

De H. Litera, hoc est de philologia eiusq; partibus.

Octavvm caput, quod totum philologicum & grammaticum est, (nisi forte cum paralipomena quædam præcedentium capitum inseruntur, quod raro fit,) ex Græcis Latinisque dictionariis inter se collatis, & aliis lectionibus variis confectum, similiter in totidem partes dissecui, minoribus notatas literis, a. b. c. d e. f. g. h. a, id est prima pars Philologiæ, in lectiones septem plerunque distrahitur. Prima nomina habet, Latina & Græca præcipuè, quæ scilicet minus vsitata sunt, vt poëtis aut alicui dialecto peculiaria, aut etiam ficta & ridicula, & nominum etymologias, ex Græcis Latinisque

tinisque dictionariis magna ex parte. Item propria animalium nomina, vt Persa canis, &c. Secunda est de epithetis, primum Latinis, deinde Græcis. Tertia, de metaphorico nominum vsu, deq; deriuatis Latinis, & Græcis separatim, substantiuis etiam & adiectiuis ferè seiunctis. Quarta de imaginibus animalium alicubi pictis, sculptis, fusis, aut aliter expressis. Poterant huc etiam emblemata quædam Alciati referri, quæ ad finem Philologiæ differre placuit. Quinta, de lapidibus, sed potissimum de plantis, quæ ab aliquo animali denominantur. Sexta, de animalibus aliis, quæ nomen à præsenti deducunt: aut aliqua ex parte ei conferuntur, quod posterius tamen aliquando ad b. retulimus. Septima, de nominibus propriis ab animalis præsentis nomine sumptis, aut certe ita similibus, vt inde sumpta videri possint, hominum primo, virorum & mulierum in vtraque lingua seorsim, deinde regionum, oppidorum, fluuiorum, &c.

b. c. d. e f. g. eiusdem argumenti sunt, quibus eisdem literis notata, sed maioribus, præcedentia capita: hoc tantum interest, quòd hic grammatica solum, philologica & poëtica, in c. vero & g. etiam superstitiosa quædam attigimus: & aliquando præcedentium paralipomena. Pars quidem g. hoc est de medicamentis, rarò inuenitur, quod omnia huius argumenti ferè semper ad septimum caput relata sint.

h hoc est vltima pars Philologiæ, varia continet, ea maximè quæ ad nullam partem præcedentem commodè referri poterant. Diuiditur autem ferè in quinque sectiones. Prima habet historias tum veras tum fabulosas. Secunda ad prædictiones pertinet, de prodigiis, ostentis, portentis, monstris, (quanquam in c. etiam vbi de partu, aliquando monstra posuimus,) omnibus, auspiciis, auguriis. Tertia ad religionem: Deinde animalium quorundam sepulturis, quæ quibus diis sacra sint, de sacrificiis ex eis, & si quid huiusmodi est, cum aliunde, tum ex Gyraldi Opere de diis, & obseruationibus propriis. Quarta enumerat prouerbia ab eis sumpta, ordine literarum ferè: vbi sæpe quædam adiecimus ab Erasmo non animaduersa, quædam prolixius, quædam breuius quàm ille reddimus, quædam castigamus. His subiiciuntur quandoque prouerbia quædam aut eis affinia, ex vulgaribus linguis aut Sacris desumpta literis. Quinta & vltima complectitur interdum paucas similitudines, Alciati emblemata, & apologos si qui apud authores alios occurrissent. Illos enim qui Æsopi nomine circunferuntur, ne prolixior essem, omisi.

Hactenus enumeraui singula capita, eorumque partes & sectiones triginta aut amplius si minutius diuidas, quæ in magnis & communibus animalibus, vt quadrupedibus ferè pleræque reperiuntur: quibusdam plures, aliis pauciores desunt, vbi nihil ad eas referendũ occurrebat, sunt quibus integra desint capita, quædam fortassis vnum duntaxat & alterũ, vt de nominibus, & corporis descriptione caput habebũt, si modo nomina mihi vlla cognita sint: nam corporis descriptio semper aliqua futura est. Huius varietatis gratia literis vt capita eorumq; partes designarem vti volui potius quàm numeris: absurdum enim videbatur, quartum caput nominare vbi tertium deesset, nec placebat quod in vna historia tertium fuisset de corporis actionibus, id in alia de ingenio & moribus aut alio dissimili argumento sub eodem numero proponere: cum statuissem sub eadem litera aut eodem numero, idem semper argumentum afferre. Sed neque capitum partiumque singularum inscriptiones integras apponere libuit, vt verbis parcerem in opere alioqui satis verboso. In literis verò aliquam ponere, præcedente omissa, minus absurdum quàm in numeris videbatur. Quod si non vbique propositam hîc partitionem exactè secutus sum, quod fortè in prioribus quibusdam quadrupedibus, antequam prorsus hunc ordinem mihi confirmassem, non multis tamen commissum est in nonnullis verò propter varias & confusas scriptorum opiniones, vt ab initio statim in Alce, seruari recte non potuit: est quando voluptas studiorum me quasi oblitum mei ad digressiones & philologiam, non suo loco, vt prioribus septem capitibus, admiscendam inuitauit: in omnibus tamen aliquam ordinis rationem secutus sum, vt facile à bonis & eruditis Lectoribus, qui operis molem & materiam adeò copiosam recte disponendi difficultatem æstimauerint, veniam mihi benignè datum iri persuasus acquiescam.

Nomina

ENVMERATIO QVADRVPEDVM VIVIPARORVM,

EO ORDINE QVO IN HOC VOLVMINE DESCRIBVNTVR.

Numerus adiectus paginam designat.

A

ALCE 1
Alcida fera fabulosa igniuoma 5
Asinus 5
Hinnus, innus, & giunnus 19
Onager 20
Asinus vel onager Indicus 23
Onocentaurus 23
Axu fera Indica 24

B.

Boryes & panthera in Africa nec aliud 24
De bone in genere, & vacca priuatim 25
Taurus 91
Vitulus 109
Buselaphus 121
Bubalus qui vulgò buffalus 122
Bubalus Africanus 125
Bones feri diuersi 126
Bison 128. litera L.8
Bison albus Scoticus 130
Bonasus 131
Catoblepon, Libyca fera tauro vel vitulo similis 137
Bones feri India 130
Libyci bones 140
Tarandus 142
Thur vel Thuro Masonisticus 141
Vrus 143
Bos Camelistes 146

C.

Catus 146
Calopus 146. recentioribus barbaris memorata fera, ignota
Camelopardalis 147
Allocamelus 149
Camelus 150
Camelus dromas 160
Campe 160
Canis in genere 160
Canes diuersi 213. & inter cateros de Cerbero quoq;
Canes Melitæi 215
Canes venatici in genere 216
Canis venaticus robustus aduersus magnas aut fortes feras 243
De cane sagace, & animalium inuestigatione 246
Canes Scotici vel Anglicani diuersorum generum 249
Canis velox 252
Canes aucupio seruientes, & aquatici 255
Canes mixti vel bigeneres 256
Canis socius & fidelis vel post mortem domini 257
Canis defensor hominis & bellicosus 259
Canes custodes, & primum de pastorali 260
Canis villaticus & nauticus 262
Canes priuatarum & publicarum aedium custodes: & primum de custodib. quadam in genere 263
Canis inutilis, & aedium priuatarum custos 264
Canis Getulus 265
Canis inimicus 265
Capra 265
Hircus 287
Tragelaphus 297
Hædus 300
Capra sylvestres: & Rupicapra figura 291
Strepsiceros 294
Caprea, capreolus, dorcas 310
Pygargus 302
Bubalus caprearum generis 302
Ibex, vulgò capricornus 304
Dama Plinij, cornibus in aduersum curuatis 306
Dama recentiorum, id est, dorcas seu capreа platyceros 307
Castor seu fiber 309
Catus seu feles 317
Catus sylvestris 325
Cervus 326
Cervus palmatus 328, 329
Colos 361
Cuniculus 362
Cuniculus aut porcellus Indicus 367

D.

Dictys 367

E.

Esle 368
Echinus seu erinaceus 368
Elephas 376
Equus 404
Hippelaphus 491
Hippopotamus 493

G.

Genetha 549
Glis 550
Gulo 554

H.

Hyena 555
Hyena partim congeneres, partim nominibus tantum differentes, Alzabo, Ana, Belbus, Lacta, Lupus vespertinus, Papio, Zilio, Crocuta, Lamia, Leucrocuta, Lupus catus 562. Mantichora 560. & deinceps.
Ad hyenam accedere videtur & lupus aureus 614
Hystrix 563

I.

Ichneumon 566

L.

Lamia 569
Leo 572
Lepus 605
Luca vel luci bones, id est elephantes 376
Lupus 634
Lupus marinus 674
Lupo congeneres, Thos, Panther, Lycopantheros, Lupus Armenius, Cicalus, Lupus canarius, Lycaon, Pathio 675 & deinceps.
Lupus ceruarius, Chaus, Lynx 677
Lynx Indica vel Africana 683
Lupus Scythicus 683
Lutra 683
Lutra congeneres, Latax, Satyrium, Satherium, Porcos 686

M.

Masolus, animal quadrupes in India, vitulo simile, nec aliud 686
Meles, vulgò taxus 686
Monoceros 689
Moschi capreolus 695
Mulus 702
Mus 714
Mures diuersi 730
Mus maior domesticus, vulgò ratus 731
Mus aquaticus 732
Mus peregrinus 732
Mures agrestes 733
Mus sylvaticus 735
Mus auellanarum 735
Mus napelli 736
Sorex 736
Mus Noricus vel Citellus 737
Cricetus 738
Mures diuersi secundum regiones, ordine literarum 740
Mus Getulus 741
Mus Indicus 741
Poticus seu Venetus mus, vulgò Varius 741
Mus alpinus 743
Mus Lassicus 746
Mus araneus 747
Mustela 753
Mustela sylvestres diuersa: & primũ de mustela sylvestri seu rustica in genere, mox de Vuerra, Furone, Illide, 762 & deinceps.

Martes

Digitized by Google

Latina.

Martes 764
Puterius, ilisſus vulgò 767
Muſtela Sobella, Neerza, Vermela, Chinrca Lardironi, Genetha, Vncken 768

N.

Neades vel Neides 769

O.

Oryx 769 *Ouis* 771
Oues Arabica platycercos & macrocercos 773
Aries 804
Vermex 815
Agnus 816
Muſmon vel muſimon, fera non abſimilis oui, caprino villo, &c. 823
Oues fera. Ibid.

P.

Panthera ſeu Pardalis, Pardus, Leopardus, Vncia 824
Feles Zibethi 836
Pœphagus 838

R.

Rangifer vel raingus 839
Raphius 678
Rhinoceros 842

S.

Sciurus 845
Sciurus Getulus 847
Simia 847
Simia diuerſa 855
Simia caudata, cercopithecus 856
Cépus 857
Callithrix ſimia caudata barbataq; 858
De ſimijs vel cercopithecis Praſianis & alijs magnis 858
Cynocephalus 859
De ſatyro ſimia, deq; Satyris dæmonibus 862
Monſtrum in ditione epiſcopi Salceburgenſis in ſaltu Hanesbergio captum anno Salutis 1531. 866
De bellua humana forma in Norwegia 866
De Aegopitheco, ſeu Pane 867
De Sphinge ſimia 867
De Sphinge fabuloſa Ibid.
De Sagoni vel galeopitheco 869
De Haut ſeu Arctopitheco 870
Simiulpa 870
Sui fera noui orbis 871
Subus 871
Sus 872
Aper 918

T.

Talpa 931
Tatus 935
Tigris 936

V.

Vrſus 941 *Vulpes* 954
Vulpes crucigera 953

INDEX EORVNDEM ANIMALIVM ALPHABETICVS, & copioſior, inſertis etiam aliis parum Latinis nominibus, quæ recentiores quidam vſurpant.

A.

Aegopithecus 867
Africana, id eſt, Panthera 824
Agnus 816
Alce 1
Allocamelus 194
Alpinus mus 743
Alzabo, id eſt hyæna 555
Ana 569
Analopes 146
Aper 918
Araneus mus 747
Arctopithecus 870
Aries 804
Armelini 753
Aſinus 5
Aſini cornuti in Scythia & Africa 23
Aſinus Indicus 23
Axis 24

B.

Belbus, id eſt hyæna 560
Biſon 128
Biſon albus Scoticus 130
Bonaſus 131
Boryes 24
Bos 25
Bos camelites 146
Boues feri diuerſi 126
Boues feri Indici 139
Boues Libyci 140
Boues Paonici 144
Boues Troglodytici 142
Bubalus de genere boum, vulgò buſfalus 122
Bubalus veterum, de genere caprearum 302
Burdo 20. 763
Buſelaphus 121

C.

Cacus 146
Callithrix ſimia 858
Calopus 146
Camelus ſimpliciter, vel Bactriana 150
Camelus dromas vel Arabica 160
Camelopardalis, vel Camelus Indica 147
Campe 560
Canicep, id eſt cynocephalus 859
Canis 160
Canes diuerſi 213
Canes aquatici, hoc eſt in aquis mergi & natare conſueti 255
Canes aucupio feruentes 255
Canes bellicoſi 259
Canes bigeneres vel mixti 256
Canes cuſtodes in genere 260. 263
Cuſtodes priuatarum & publicarum ædium 268
Priuatarum 264
Canis defenſor hominis 259
Canis fidelis vel peſt mortem domini 257
Canis fluuiatilis, id eſt, lutra 683
Canis Getulus 265
Canis inutilis 264
Canes melitæi 215
Canis mimicus 265
Canes mixti vel bigeneres 256
Canis nauticus 262
Canis paſtoralis 260
Canis ſagax, & de inueſtigatione animalium 240
Canes Scotici 249
Canis ſocius & fidelis 257
Canis velox 252
Canes venatici in genere 216
Canis venaticus robuſtus, aduerſus magnas aut fortes feras 243
Canis villaticus 262
Capra 265
Capra Indica imagines 267
Capræ ſylueſtres 291
Caprea, capreolus 310
Capreolus moſchi 695
Capricornus, vide Ibex.
Cartazanus 659
Caſtor 309
Catoblepon 157
Catus ſeu feles 317
Catus ſylueſtris 325
Catus paludis 684
Centauri 491 *& deinceps.*
Cépus 857
Cercopithecus 856
Cercopitheci Praſiani & alij magni 858
Cernus 326
Cernus Palmatus 328. 329
Cernus ſubulo 327
Cernus Achaines 327
Chaus 677
Chiurca muſtelarum genera 769
Chæropitheci 855
Cicalus 675
Citellus vel mus Noricus 737
Colos 361
Cricetus de genere murium 738
Crocuta 560
Cuniculus 362
Cuniculus aut porcellus Indicus 367
Cynocephalus 858

D.

Dama Plinij, cui cornua in aduerſum adunca 306
Dama recentiorum, id eſt, capræ platyceros 307
Dama vel damula pro muſtela, ibi.

Digitized by Google

Nomina.

Dictys 363.753
Dorcas, id eſt capreæ 310
Dromas camelus, vulgò dromedarius 160

E.

Eale 368
Echinus terreſtris 368
Elephas 376
Emptra 743
Equus 404
Erinaceus vel echinus 368

F.

Felis ſeu catus 317
Felis zibethi 836
Fiber ſeu caſtor 369
Furo 763 *alibi furettus, furunculus, fretta.*

G.

Galeopithecus 869
Genetha 549
Ginnus 19
Giraffa 147.148
Glis 550
Gorgon 157 *& deinceps.*
Gulo 554

H.

Haüt 870
Hinnus 19
Hippardium 491
Hippelaphus 258.259.491
Hippopotamus 493
Hircoboues 306
Hircus 287 *Hœdus* 300
Hyſtrix 563

I.

Ibex 304
Ichneumon 566
Idis 764
Innus 19

L.

Lacta 560
Lamia 562.569
Lardironi 769
Laſicius mus 746
Latax 686
Lauzanum 825
Leo 572
Leopardus 824. *& priuatim de eo* 605 (827
Lepus
Leucrocuta 562
Lupus 634
Lupus Arabia 556
Lupus Armenius 675
Lupus aureus 561
Lupus canarius ibid.
Lupus catus 562
Lupus ceruarius 677.675
Lupus marinus 674
Lupus veſpertinus 556
Lutra 683
Lutra congeneres 686
Lycaon 675
Lycopantheros 676
Lynx 677
Lynx Indica vel Africana 683

M.

Maſolus 686
Mantichora 562
Martes 764
Melis, vulgò taxus 686
Melitæi canes 215
Monoceros 689
Monops 136
Monſtrum in ditione epiſcopi Salceburgenſ. captum 866
Moſchi capreolus 695
Mulus 702 *Mus* 714
Mures agreſtes 733
Mus alpinus 743
Mus aquaticus 732
Mus araneus 747
Mus auellanarum 735
Mus cæcus, qui & araneus 747. *accipitur etiam pro talpa*
Mures diuerſi 731
Mures diuerſi ſecundum regiones ordine literarum 740
Mus Getulus 741
Mus Indicus 741
Mus maior domeſticus, vulgò rattus 731
Mus Laſicius 746
Mus napelli 736
Mus Nericus vel Citellus 737
Mus peregrinus 732
Mus Pharaonis 741
Mus Ponticus ſeu Venetus, vulgò Varius 741
Mus ſylueſtris 735
Mus Venetus 741
Muſmon vel Muſimon 823
Muſtela 752
Muſtela ruſtica 762
Muſtela ſylueſtres diuerſæ 762
Muſtela Sobella 768

N.

Nabis 147
Neades vel Neides 769
Nitedula, id eſt mus agreſtis 733
Noërza muſtelarum generis 768

O.

Onager 20
Onager Indicus 23
Onocentaurus 83
Oraſius vel Oraſius 148
Oryx 769
Ouis 771
Ouis platyceres & macroceres 773
Oues fera 823. 148 *ouis fera procamelopardali.*

P.

Pan 867
Panther 675
Panthera vel pardalis, pardus 824
Papio 360
Pathio 675
Pirolus 846
Poëphagus 838
Porcus 686
Putorius vulgò dictus 767
Pygargus caprearum generis 302
Pygmæi 855

R.

Rangifer vel raingus 839
Rhinocephalus 845
Rhinoceros 842
Rhizes 146
Rupicapra figura 291. *hiſtoria* 292

S.

Sagoin 869
Satherium 686
Satyrium Ibid.
Satyrus ſimia 862
Satyri dæmones Ibid.
Sciſmi 766
Sciurus 845
Sciurus Getulus 847
Serapha 147
Seſquiulus 687
Simia 847
Simia callitbrix 858
Simia candata 856
Simia diuerſa 855
Simia Praſiana & alia magna 858
Simiulpa 870
Singularis pro apro 919
Sobella è genere muſtelarum 768
Sorex 736
Sphinx ſimia 867
Sphinx fabuloſa Ibid.
Spiriolus 845
Strepſiceros 294
Su 871
Subus 871
Suillus pro ichneumone 566
Sus 872

T.

Talpa 932
Tarandus 140. *& in Rangifero* 839.
Tatus 935
Taurus 91
Taxus, vide Meles
Thos 675
Thuro 141. *in Tarando & ſeorſim*
Tigris 936
Tragelaphus 297

V.

Vacca 25
Varia, id eſt panthera 824
Varius, id eſt mus vel ſciurus Ponticus aut Venetus 741
Veruex 815
Vitulus 109
Vinerra 762
Vermela vulgò dicta è genere muſtelarum 768

Digitized by Google

Vncia 825
Vrſus 941 *Vrus* 143
Vulpes 954
Vulpes crucigera 955

X.

Xandarus 142

Z.

Zabo, id eſt hyæna 555
Zilio 561
Zibethi feles 838
Zobella generis muſtelarum 768
Zubro 257

INdicu alphabetico nominum quibus animalia in diuerſis linguis appellantur. Numerus paginam deſignat, qua quæq; hoc in Opere reperiuntur. Non eſt autem vllus tam copioſus aut perfectus animalium catalogus & index, quam Latinus iam prius à nobis poſitus: in Græcis enim vocabulis quanquam æquè copioſus eſſe poterat, non viſum eſt tamen neceſſarium tam adeo extendere, cum ratiora vt poëtica & dialectis peculiaria, ad Indicem totis Operis communem differre liberet. In cæteris linguis, partim inſcitia mea, partim earum inopia, quòd multis præſertim peregrinis animalibus nomina deſint, indices nominum imperfectos facit. Germanicus etiam, vt vernaculus, cæteris præſertim barbaris, copioſior à me confici potuit. In reliquis externis hominem ſui quoq; patrij ſermonis vocabula, ſi qua omiſerimus adiiciet, & in iis quæ poſuimus orthographiæ errata emendabit. Hoc etiam quiuis ſecum ſtatuat, multas eiuſdq; linguæ dialectos eſſe: & in eadem etiam dialecto, barbaros præcipuè homines, hoc eſt, alia quàm Græca aut Latina lingua vtentes, alios aliter ſcribere: ideoq; facilius meretur veniam, qui à diuerſis & maximè peregrinis hominibus diuerſa nomina conqueſtus, ſi non per omnia ſatisfecerit.

INDEX NOMINVM HEBRAICAE LINGVAE EX AFFINIVM, CHALDAICAE, ARABICAE, SARACENICAE: QVAE

ſæpe articulo tantum, (al. articulum Arabes præponere ſolent) aut terminatione ſola, (Chaldæi ferè aleph in fine adiiciunt) aliáue exigua mutatione variant. Apponemus autem diſcernendi gratia Chaldaicis Ch. & Arabicis Ar. Saracenica pauca tantum & Latinis literis ſcripta habemus, (puto autem eadem Arabica eſſe.) Cætera Hebraica ſunt. Syriacam quoque linguam à Chaldaica in paucis differre audio.

א

ABENAVIN Syr. 560
91 אביו
405 אבירים
Adubul vel Adulbus, Arab. 564
752.856 אוח
752 אוחיין
150.702 Chald. אחשתרנים
24 אי
24.763 איח
24 איים
326.771.804 איל
326 Ch. אילא
327 אילח
771 Ch. אימר
771 Ar. אנאל
804 אל
Alierha Ar. 564
26 אלח
363 Ar. אלרנב
Anſe 265. Sarac. Vox orta, vt videtur, ab Hebr. עז, vel Chal. עזא
309 אנסח
369 תאנסח
& 747 תאנסח
572 Ar. אסד
304 אסו
847 Ch. אסמתא
302 Ar. ארזין
572 ארז vel אורזה
572 Ch. אריא
572 Ch. ארזן
Archa Ar. Alberto pro rhinocerote. (vox corrupta mihi videtur à karas, קרש.) quanquam alibi vocem Græcam facit, vt ſic animal dicatur quaſi archos, id eſt princeps, ſed ridicule.
605 Ar. ארנב
Arneph lepus Sarac. Ibid.
605 Ch. ארנבא
605 ארנבת
931 Ch. אשותא
6 Ar. אתאן
5 אתיגות

ב

804 Ar. באדה
& בחח
804 בבשת
376 Ar. בחאיץ
376 בחמח
847 בוגיאה
697 בשרם
406 Ar. ביל
150 בכרח
Bakera Ar. 27
Baccara Saracenis 27
697 בסם
702 Ar. בעאל
376 Ch. בעירא
26 בקר
771 בוח
691 Ar. ברבראז
287 Ar. ברח
ſcribitur & בארח 804
Beruet Perſicum aut Ar. videtur, 675. pro thôë apud Auicennam.
697 בשם

ג

Gazel, gazella, Ar. 311.364
Sed Arabice cõiicio עול ſcribi: nam ain literam aliqui per gamma pronuntiant, vt ab עז, id eſt capra, deſcenderit, quoniam capreoli genus eſt.
27 Ar. גאמים
300.816 גדי
Gadeia Ch. 306
573 גיר
Algiazat 158
6 גידוד
150 גמל
150 Ch. גמלא
771 Ar. גנאס

ד

634 Ch. דאבא
Dabha vel dahab Syris 561
687 Ar. דאראש
634 Ar. דב
Adib Ar. 634
Δαβγᾶς Ch. vrſus, 941. ex Heſychio, vox tranſpoſita videtur pro aldube.
Aldub Ar. 941
941 דוב
Dubbe Ar. & Saracenice, 941
147.634 Ch. דיבא
302.691 דישון
717 Ch. דכרין
376 Ch. דמיל

ה

369.747 האנסח
Hanub Syluatico, hircus 287
neſcio cuius linguæ. Anubin quidem Aegyptii volunt capite canino. Sunt qui lingua Aegyptia anubin canem dici affirment.
Alhauar, 150. Ar. puto. Bellu-

Digitized by Google

nensis camelum exponit.

Alhamel, Ar. puto Bellunensis arietem interpretatur.

Hesel Sarac. vitulus, si rectè legitur. Hebraicè quidem עגל, egel, scribitur.

150 חוגבין

His & hyrzus, voces Persicæ vel Ar. pro mustela, apud Auicennam.

ו

363 Ar. ובר
304 Ar. ועל
369 Ar. ורל

ז

634 זאב
634 זאבה
Alsebha Ar. 573 זרשדי
20 זמר
2. 147. 320 זראפה
147 Ch.

ח

363 חגס
872 918 חור
872 Ch. חורא
872 חזרה
753 חילוח
753 Ch. חולרא
753 חלן
5 חסיר
931 חפרפרות

ט

311 Ar. טבו
311 Ch. טבוא. pro quo actorum nono legitur.
856 Ch. טדוס
772 טלח
363 Ch. טמוא

י

20. 183. 291 יהמור
Iachmura Ch. 20
369 ויל
369 ילא
16. 702 ימים
304 יעל
304 Ch. יעלא

כ

6 כאר
Katt Saracenis 37
772 כבש
804 Ar. כבשא
772 כבשה
702 Ar. כגעל
702 Ch. כורגא
150 כורבון
218 כח
847 Ar. כטאה
160 כלב
160 Ch. כלבא
Kepb vel kolb Sarac. 160
753 Ar. כלרח
788 Ar. כנזיר
573 כסיון
287. 691. 804 כר

Alcherchedeh (Ar.) id est vnicornis Beilunensis 691 כוכות
150 כשב
772 כחול
317

ל

573 Ch. למ
573 לביא
573 לביאה
24 לילית
573 936 לישׁ
573 Ch. ליתא
160 סמל

מ

265 Ar. מאז
26 מריא
20 Ch. מרורא
Mesch vel misch 696

ב

Alnegib 151 Ar. נמיה
753 נמיוס
24 נמר
824 נמרא
Alnemer Ar. 825
825 Ch.

ס

404 סוס
404 סוסח
Susuatha Ch. 405 סמגיגן
687 Ch. aliâs ששגיגא

ע

27 עגל
109 Ar. עגל
27 עגלח
265 עז
265 Ch. עזא
265 עזעזל
Azel, vide Gazel superius.
265 Ch. עזי
24 עזים
6 Ch. עזלי
6 עזר
151. 714 עכבר
Acbera Ch. Ibid.
936 עלאי
771 Ch. ענא
311 עפר
20 ערא
20 Ch. ערדא
20 ערור
265. 287 עתור
vox Hebr. & Arab.

פ

551 Ar. פאר
& 714. est autem mus, Saracenis hodie fara, apud Auicennæ interpretem far.
Alfhed Ar. 825. quidam alpheth scribunt, vel alphec, vel alpheil: nullum probo.
376 Ch מיל
702 פירוח
931 פידוח
573 Ar. פעד
27. 109 פר
109 פרכבסר
20 פרא
702 פרד
150 פרוים
Pegida Iudæis, quod tigris Græcis, Hesych. 936. Ego hanc vocem factam esse puto à פרר Hebr. quod mulum, non tigrim significat.
27 פרח
363 פרוטית

צ

772 צאן
555 צבוע
Zabo & alzabo Ar. 555
310 צבי
& femininum צביח Ibid.
265. 772 ציון
24 ציית
931 Ar. צמכרך
772 צנח
287 צסיר
265 Ch. צפירת

ס

753 848. 856 קוח
369 Ch. קוסרא
369 Ar. קנפאר
363 קפר
369 קפור
Kipod 683
369 קפיר
369 קפיד
369 קפן
691 842 קרש
772 קשיטח

ר

691. 842 ראס
772 רחל
691 ריש
302 Ch. ריבא
691 רימנין
702 רכש
& 404. Syris
405 Ar. רמח
363 Ar. אלרנב

ש

265 Ar. שאח
931 שיאחין
573 Ar. שבל
772 שח
317 שוגרא
954 שועל
26. 91 שור
572. 675. 567 שחל
573 Ch. שחצאי
Shymel Saracen. 152
Alshali 675
Samada, id est Simia, Syluaticus. (Ar. puto.)
847 שממיח
376 שן
317 שנר
24. 265. 287. 862 שעיר
265

265 שעירי בעזים
605 שיזי
687 Ch. שעגונא
alii initium per duplex ſamech ſcribunt.

ה

1::769 האי
856 הדד
26 Ch. הוד
26 תורא Ch. apud recentiores, maſculin. & torata fœmin.
687 תחש
123 תיא
287 תיוס
287.773 תיש
287 Ch. תישיא
27 תבש
931 תבשמת
954 Ch. תעל
Thealaia Ch. 954
954 Ar. תעלב
Tarnegul Ch. 20
6 תרתס

VOCES ALIQVOT QVAS RABINI AVT IVdæi recentiores, ex aliis linguis, (vt Latina, Gallica, Græca,) mutuati ſunt, tum aliàs, tum Hebraicas interpretandi gratia.

ברא 309 pro fibra.
חרישון 369. Gallica vox eſt: heriſſon pro hericio vel echino.
טגריס 936. tigris.
טלפא 931. talpa.
טרטיגא 369. tartuga, id eſt teſtudo, Italicum & Gallicum eſt.
לקוס 635. pro Græco lycos, id eſt lupus.
מושתילא 753. muſtela.
מיימון 856. pro vulgri voce Italica maimon, id eſt, ſimia caudata.
מרטורו 753. marturo, pro marte muſtela, vox Italica.
פאון 856. pauo.
פירון aut פורת 753. furo, muſtela.
צואיטא 369. Gallica vox ciueta, id eſt noctua.
תיישון 687. pro Gallica voce teſſon. quæ taxum, id eſt melem ſignificat.

PERSICA.

PRÆPONVNT AVTEM Perſæ ſæpius an articulum, vt Arabes al.

אחר 311
אסמנ 287
אסבחא 405
אסתר 687
Aſtir 151
בוז 265
בוגלי 265
בוכוחי 302
Buskahale buſan 300
בוז 265
בורחא 6
בחר 376
בנגרה 363
Beruet 675. Auicennæ thos, Perſica vel Arabica vox videtur.
ברר 691
גחר 572
גרז 326
גוספנר 771
גרדם 753
זן גירבא ורדח 931
His & hyrzus, voces Perſicæ vel Arabicæ pro muſtela apud Auicennam.
זופח 147
חומישן 771
ט. Tigris 936. vox Perſica: alii Armenicam, Indicam aut Medicam faciunt.
ביגוש 605
ברי 5
מו אזבור 872
אן מוש 551.714
Nadgaucha 26. aliàs Madagaucha.
נדמיש 804
כג 160
פרבחן 287.804
קונביחי 20.123
שר 572
שתר 150
Guzden, irbea habenium, pelagoz, colty, koky, 931. Perſicæ videntur aut Arabicæ voces.

Voces aliquot in diuerſis peregrinis & barbaris linguis.

Aegyptii canem anubin vocant: felem bubaſtum 317
Aethiopicè nabis camelopardalin ſonat 147
Tigris vocabulum eſt linguæ Perſicæ: vel Armenicæ, vel Indicæ, vel Medicæ 936
Indis cartazonus eſt monoceros 689. & ſandabenamet rhinoceros 842
Medi canem ſpaca vocant 160
Parthis σίμος eſt genus quoddam muris ſyl.
Phrygum lingua exis vel exin erinaceus dicitur.
Punica lingua mures quidam ζιγιθίαι dicti 730
Scythicè ἀμφὶς canis eſt 160

GRAECA

Nomina Græca.

GRÆCA.

Si quæ rariora, poëtica, & alicui dialecto peculiaria erant, exclusimus ab hoc catalogo.

A.

Ἀ῎ιλμος 317
Ἀ῎ξ 265
Ἄιξ ἰξαλος 305
Ἀϊκεσθόχειρ 564.369
Ἄ῎λκη 1
Ἀλώπηξ 954
Ἀμοιάμηλος 149
Ἀμνός 816
Ἀρτεμῶς 363.687.743
Ἄρνιον 816
Ἀσπάλαξ 931

B

Βίσων 129
Βίνασσος 131
Βύβαλος 123.302
Βύβαλις 123
Βῦς 27
Βῦς ἄγελος 126

Γ.

Γαλῆ πατικίδιος 752
Γαλαὶ ἄγελαι 762
Γάνος 555
Γηγήλιξ 733.735
Γήλιγξ Ibidem
Γίνος 20
Γλάνος 555
Γύλις 363

Δ.

Δάμαλις 27
Δαμάλης 109
Δασύπους 363.606
Δάψιλος 363
Δίκτυς 367
Δορκὰς 291.311
Δορκὰς πλατύκερως 307

E.

Ἔλαφος 326
Ἔλειος 551
Ἐλίφας 376
Ἔνυδρος ἢ ἔνυδρις 684
Ἔρφος 291
Ἐχῖνος χερσαῖος 368

Z.

Ζειγεῖαι 730

H.

Ἡμίονος 702

Θ.

Θώς 675

I.

Ἴκτις 764
Ἰνδός 20
Ἵππος 405
Ἵππυρις 846
Ἰχνεύμων 566

K.

Καλλίθριξ πίθηκος 858
Καμηλοπάρδαλις 147
Καμηλίτης βῦς 146
Κάμηλος 150
Κάμηλος δρομὰς 160
Καμψίνυξ 846
Κάπρος 919
Κάπρης 317
Κάτω βλίττων (ζῶον) 137
Κέβλος 857
Κερκοπίθηκος 856
Κερκοπίθηκοι Γερμανοὶ, καὶ ἄλλοι μεγάλοι 858
Κίρκος 738
Κῆβος 858
Κῆπος Ibidem
Κόλος 361
Κελὸς 804
Κελὸς τμίας 815
Κροκόττας 560
Κυνοκέφαλος 859
Κύων 160
Κύων πεπέμι 309.684

Λ.

Λαγιδεῖς γεωρύχοι 363
Λαγόγηρος 551
Λαγὼς 605
Λάμια 569
Λάπτξ 686
Λαβυρίδες pro cuniculis 606
Λέων 572
Λύγξ 678
Λυκάων 675
Λυκοπίθηξ 675
Λύκος 635

M.

Μαίσωλος 686
Μανιχώρας 562
Μαρμόρη Ibidem
Μενιὸς 209
Μονάκερως 691
Μορμὼ 571
Μόσχος 109
Μόσχοι δορκάδες 695
Μυγαλῆ 747
Μῦς 551
Μυξός Ibid.
Μυρμηλέων (nisi legendum μυρμηκολέων 573
Μῦς 714
Μῦς ἀγρωστὶς 713
Μῦς ἔνυδρος 732

N.

Νηίδες 769

Ξ.

Ξάνθαρος 142

O.

Οἶς 772
Οἶναγος 20
Ὄν 5
Ὄρυξ 769
Ὀφιομαχος 569

Π.

Πάνθηρ 675.825
Παρδάλιον 826
Πάρδαλις 825
Πάρδος 826
Πιθηκαλώπηξ 871
Πίθηκος ἢ πίθηξ 847
Ποηφάγος 838
Πόρδαλις 824
Πόρκος 686
Πρόβατον 772
Πύγαργος 302
Πυγμαῖοι 855

P.

Ῥαφὶς 731
Ῥινόκερως 842
Ῥίσκοι genus murium 731

Σ.

Σαθίειον 686
Σαπύειον Ibid.
Σάτυρος 862
Σίμος è genere murium 743
Σκάλοπες, talpæ 731
Σκίουρος 845
Σῦβος 871
Σπιδύλη 753
Στρυψίκερως 294
Σύαγρος 919
Σῦς 872
Σφὶγξ 867

T.

Τάρανδος 140
Ταῶρος 91
Τετραγωνοπρόσωποι feræ amphibiæ 684
Τίγρις 936
Τράγος 287

Υ.

Ὕαινα 555
Ὗεξ 731.736
Ὗς 872
Ὗσελξ 563

Φ.

Φερέκυνος 764

X.

Χλόνης 919
Χοιρογρύλλιος ἢ χοιρογύλλιος 363.605
Χοιροπόδης 855
Χοῖρος 872

Voces aliquot quibus Græci hodie vtuntur.

Ἀγέλη, dama 308
Ἀλωπὼ, vulpes 954
Ἀρκτίζιμος, al. ἀρκτοζιμὸς, simia 348
Ἀρνί, agnus 816
Ἐρίφι, hœdus 291
Καλλὶς 317
Λαγός, lepus 605
Λάφι, cervus 326
Λύκος, lupus 635

Μικρὸν

Italica.

Μιμὸν, ſimia 848
Μυσκάλη, vitulus 109
Νιφίτζα vel νυμφίτζα, muſtela 752
Πονλὸς, mus 714
Πρεβατίνα, ouis 772
Σκίλος, canis 160

ITALICA.

Agno 816
Alicorno 691
Aſino 6
Aſini baſtardi vel nani 19
Ballottula 753
Becchо 287
Bertuccia 848
Biuaro vel beuero 309
Bue 27
Bufalo 123
Camélla 150
Cane 160
Capra 265
Capretto 300
Capriolo vel cauriolo 310
Caſtoreo 309
Caſtrone vel caſtrato 815
Cauallo 405
Cauretto vel capretto 300
Cerno 326
Ciacco Florentinus 873
Ciauarello 300
Cinghiale vel cinghiare 919
Conigli 364
Daino vel danio 308
Donnola 753
Dromedario 160
Foino 753
Galero 552. *glis*
Gatto 317
Gatto maimone 856
Ghiro vel gliero 552
Hiſtrice 564
Iſtrice 564
Lardirono vel lardirolo 552
Leocorno 691
Lepfante 376
Leone 573
Leonpardo 825
Lepre 606
Lienora Ibid.
Lionfante 376
Lodra lodria vel lontra 684
Lonza 826
Lupo 635
Lupo cernario 679
Lup Chatt 562
Maiale 873
Marturo, vel martaro, vel martuvello 764.765
Montone vel ariete 804.805
Mulo 703
Capriolo del Muſco 697
Muſco 697
Muſerain vel muzeraigne Rhetis 747
Muſtela Rhatis Latinum nomen retinet 751
Orſo 941
Pantegana Venetis, mus maior domeſticus 714
Pardo 827
Pecora 772
Porca faſtrice 873
Porco 873
Porco caſtrato 873
Porco ſyluatico 919
Porco ſpinoſo 564
Rato di caſa 714
Riccio vel rizo 369
Schirinolo vel ſchirato 845
Scrofa 873
Simia 848
Sorgo morgange 732
Sorgio moſchardino 732
Sorice aliàs ſorgio 714
Sourco 714
Stainbuec 304
Talpa 931
Taſſo 687 *Rhatis teſch.*
Tigre vel tigra 936
Topo 714
Topo ragno 747
Toro 91
Troia vel troiata 873
Vacca 27
Veſina Rhatis ibex fœmina 304
Vitello 109
Vlzol 300
Volpe 954
Vnicorno 691
Zebelli vel zibelli 768

Hiſpanica.

HISPANICA.

Aſno 6
Bucy 27
Bufano 123
Cábra 265
Cabrito 300
Cabron 287
Cabronzillo montés 310
Camello 150
Carnéro 804
Cauallo 305
Ciervo 326
Comadreia 753
Conéio 364
Cordero 816
Córza 308
Dromedario 160
Elephante 376
Erizo 369
Eſquilo 845 *ſciurus*
Furam 763 *vinerra*
Gámo 308
Gáto 317
Gátomontés 325
Harda 845 *ſciurus*
Hurón 763 *viuerra*
Iauali 919 *aper*
León 573
Leonparde, vel león pardal 825
Liebre 606
Liron 512
Lóbo 635
Marta 764
Móna 848
Mulo 703
Muſco 697
Núrria 684 *lutra*
Orſo vel oſo, vel oſſo 941
Ouéia 772
Pérro 160
Puérco 873
Puérco ſilueſtre, vel Puércomontés 119
Puércoeſpin 564
Rapóſa 954
Rat 714
Ratón 714
Ratonpequénno 736 *Sorice.* & 748
Sorce 736
Taſugo 687 *meles*
Ternera 109 *vitulus*
Texón 687 *meles*
Tópo 932
Vaca 27
Vnicornio 691
Xtmio 848
Zorlito 310

Gallica.

GALLICA.

Agneau 816
Aſne 6
Babion 859
Baccal circa Metas muſtelam vocant, (Gallice puto.) 753
Bedouo 686 meles
Belette, belotte, balotto 753
Belier 804
Beuf 27
Beuffle 123
Biche 326
Bieure 309 fiber
Blaireau, aliâs blaureau 687 meles
Bouc 287
Brebis 772
Caion 873
Cerf 326
Chameau 150
Chat 317

Cheual

Cheual 305
Cheureuel chieure 265
Cheureau 300
Cheureul 310
Chien 160
Chiens auguer 243
Chien limier 243
Coche 873
Cochon 873
Connin 364
Dain vel daim 308
Dromadere 160
Elephant 376
Eſcurieu vel eſcureau 845
Foina vel fouina 765
Furon, furet, vel fuſon, fuſet 763
Griſart 687
Heriſſon 369
Herminne 753
Leopard vel lyopard 825
Lerot 735
Leure Sabaudis lutra 684
Loir 552
Loup 635
Loup ceruier 675
Loup chatt. 679. (Vide in Additionibus & caſtig. ſuper eadem pagina.)
Loutre 684
Lieure 606
Licorne 691
Lyon 573
Lyron vel rat liron 552
Martre 765
Martes ſoublines 768
Mouton 815
Mulet, mulus. fœm. mule 703
Mullot 733
Muſc 697
Cheureul du muſc 697
Muſerain, vel muzeraigne mus araneus 747
Muſet, vel muſette, idem Sabaudis 748
Ours 941
Porc chaſtre 873
Porc ſanglier 919
Porc eſpic 564
Porceau 873
Porcelet 873
Poutois vel poytois 767
Pouttet 767
Ran 804 aries
Rangier vel ranglier 819
Rat 714
Rat d'eau 732
Rat liron vel rat veul 552
Regnard 951
Sangller 919
Sery Burgũdis mus araneus 747
Singe 848
Souris 714
Taſſon, taiſſon, taxion, teſſon 687
Taulpe 932
Tigre 936
Toreau 91
Truye 873
Vache 27
Veau 109
Verrat 873
Celtica vetus lingua cercopithecos vocabat ἀδηφάγους 856

GERMANICA.

A.

Ackermauß 733
Aeber 873
Aff 848
Alp 863
Auwerochs 128

B.

Babion 859
Bär oder beer 941
Barg 873
Biber 309
Bilchmuß 552.737
Biſemthier 697
Bock 287
Bogner 815
Boll 91
Baummarder 766
Baumrüter 325
Bracken 216. 254
Brandhirſch 839
Büffel 123. Wilde groſſe büffel 144
Buchmarder 764

D.

Dam/dämlin/damhirſch/dannhirſch 308
Dars 687
Dornſchwein 564

E.

Eichorn oder eychorn 845
Einhorn 691
Elch/elend 1
Elg 20
Elend 1
Erdmauß 733
Eſel 6

F.

Färle oder värle 873
Farr oder varr 91
Fech oder veech 741
Feldmarder 766
Feldmauß 733
Fiechtmarder 766
Frette oder frettel 763
Friſchling 815
Fuchs 955
Fuchsaff 871
Furette 763

G.

Galtz 873
Geiß 265. Indiſche geiſſen 971
Gemß 292
Genithkatz 549
Gitze 300
Grauwerck 741
Greul 552

H.

Hälemlin 753
Hagen 91
Hammel 804.815
Hamſter oder hameſter 738. vnd 739
Harnball 746
Haß oder haas 606
Haſelmauß 735. Groſſe haſelmuß 735.737
Heilwider 804
Helfant 376
Hermelin 742.753
Herthund 255
Hyn 326
Hinde/hindkalb 326
Hirtz/hirs/hirſch 326
Hodenwider 048
Haupebär 941
Hund 160
Hundsigel 370
Haußmarder 764

J.

Jaghund 246
Ybſch oder Ybſchgeiß 304
Igel 369
Illis 764.767
Iſeren verk 369

K.

Kalb 109
Kamel oder kämelthier 150
Katz 317. Wilde katz 325
Kitzlein 300
Knütſcher 817
Kornfärle 738
Künele/künigle/kunlein 364
Ku 27
Kurßhund 244 Corſici canes

L.

Lamb 816
Laſſitz 746
Lefrat 824.827
Leidthund 246
Leem oder lemmer murium genus in Norduegia vocatur 731
Leppard 824
Lew 573
Liechtmarder 766
Lochhündle 252.688
Looß

Digitized by Google

Germanica.

Loos 873
Luchs oder Lux 675.679
Luckmuß 733

M.

Marder oder marter 764
Wild marter 766
Meerkatz 856. Kleine meerkatzen 858
Meerschwyn 564
Mistbellerle 743
Mol oder molmuß 932. Flandricè. Molmuß 747. Hollandis. Moor 873
Müllereſel 6
Multhier/muleſel 703
Mulwerff oder molwurf 932 Saxonicè
Mummelſtier 91
Murmelthier/murmentle 743
Muß 714
Mützer 736

N.

Nörs 768
Nulmuß oder nielmuß 738

O.

Ochs 27
Otter 684

P.

Pantherthier 824
Pile 737
Porcopick 564
Pundten 742

R.

Ramchen 804
Ratz 714.731
Reh oder reech 310. capreolus. Et 326. pro hinnulo cerui.
Rell oder rellmuß 552
Reen/rein/reyner/reinger/renſchieron 839
Rind 27
Roſſs 405
Rüden 243.259.262

S.

Schaaff 772
Schär oder ſchirmuß 932
Schormuß 733
Schrettele 863
Schwyn/ſchwein 873. Wild ſchwyn 919
Schmunckel oder ſumme ſimia Flandris 848
Slacpratte 735. Flandricum.
Spanfärle 873
Spitzmuß 736
Spürhund 246
Stachelſchwein 564
Steinbock 304
Steinmarder 764
Stier 91
Stoßmuß 733
Suw/ſu/ſaw 873
Sewigel 363

T.

Tachmarder 764
Tachs 687
Taran 564
Thanmarder 776
Thierwolf 675.679
Tigerthier 936

V.

Varr/farr 91
Färle/Färle/verk 873
Vech/ſeeh 741
Vilfraß 554
Viſent oder wiſent (aliâs vocſent) 122.128.144. Groſſe viſent 144
Vogelhund 255
Vorſtendhünd 255
Vos 955. Vulpes Flandricè
Vrochs 143

W.

Waldeſel 20
Waſſerhund 255
Waſſermuß 732
Werck 741
Wider 804.815
Wilprecht 326 cerua
Windſpiel 254. Türckiſche wind 255
Wiſele 753
Wolff 635
Wormlein 768
Wucherſtier/das wucher 91

Z.

Zibethkatz 836
Zyſel oder zeiſel 737
Zißmeuß die groſſen 737. 747
Zytku 109
Zobel 768
Zündmarder 766

ANGLICA.

APE 848
Aſſe 6
Babons 859
Badger vel bagert 687
Barowe hogge 873
Bauſon 687
Beer vel beare 941
Beuer 309
Bor vel boore 873
Bore 919
Brocke 687
Bugill 123
Bugle vel buffe 144
Calfe 109
Camel 150
Cat 317. Catum montanum Angli pro leopardo dicunt 827
Cony 364
Cow 27
Deer 687
Dogge 160
Dormuſe 735
Erdshrew, vide Shrew.
Falouue deere 308
Feret vel ferrette 763
Fitſche 767
Foxe 951
Geldid ſu 873
Gore 265
Gotebucke 287
Gray 687
Hare 606
Harte 328
Heffar 109
Heggehogg 369
Hogg, hogge, hog 816.873
Horſe 305
Kydd 300
Lambe 816
Lybarde vel leparde 824
Libdhog 873
Libdſu 873
Marmoſet 856
Mineuer 753
Molle 932
Mows vel mouſe 714
Mule 703
Munkai 856
Muske katte 697
Olyfant 376
Otter 684
Oxe 27
Pygge 873
Pork 873
Porkepyne 564
Ram 804
Rat vel ratte 714.731
Roo 310
Sheepe 772
Shrew, ſhrewe, ſhrow, erdſhrew 748
Squyrrell 845
Su vel ſowe 873
Tup 804
Vnycorne 691
Vrchin 369
Want 932
Watterratte 732
Weſel, vel weſyll, vel weaſyll. 733
Wether ſhepe 815
Wolf 635

ILLYRICA.

Extenditur autem hæc lingua hodie per innumeras gentes. Bohemi, Poloni & Moſcouitæ peculiaria quædam habent nomina in hac lingua, vt plerunque notauimus.

BAbion 859
Bauwol 123
Beram 804. 815
Bobr 309
Ceruiro 679
Gaynus Bruſſis martes eſt 766
Gednorozecz 691
Gelen 326
Geſs 369
Gezwecz 687
Ielijenij Polonicum 326
Iunecz 91
Keret Polonicum 748
Koczka 817
Kolczawa 753
Konij 305
Koza 265
Kozel 287
Koziel Polonicum 300
Kozoroziecz 304
Kralik vel kroliik 364
Krticze
Kun Bohemicum 305
Lanij 308
Lanij (cerua) Polonicum 326
Laſica Polonicum 746
Lew 573
Lewhart 824
Liſska 967
Loni Bohemicum 136
Los 1
Malox 369
Mezeck 703
Myſs 714
Morska koczka 816
Nedwed Bohemice 941
Niemegka myſs 748
Nouogrodela Polonicum 746
Opicze 848
Oſel 6
Otzijſchax 369
Owcze 772
Pes vel pas 160
Pizmo 697
Pouuod Polonicum 1
Porcoſpino 564
Praſe 873
Rys 679
Roſſomak animal apud Lituanos & Moſcouitas 514
Sarna 310
Sczurek Polonicum 552
Sczurcz 714
Syſel Bohemice 738
Skop 772
Skrzeczick 738
Slon 376
Sniatky Moſcouiticum 362
Sobol vel Sobôl 768
Srna 310
Swinie 873
Tchorz 767
Tur vel thuro Polonicum 141
Tzuuijerzatko 369
Vijdra Polonicum 767
Vislij canes robuſtiſſimi Polonis 244
Vuelblud 110
Weprz 1040
Wewer Polonicum 641
Wewerka vel wijewijerka 845
Vuydra 684
Wlka 635
Wul 27
Zagicz 606
Zubr vel zubro 144

FINIS.

Digitized by Google

OTIGV-

RINI HISTORIÆ ANIMALIVM

LIBER I. DE QVADRVPEDI-bus viuiparis.

DE ALCE.

Picturam hanc à pictore quodam accepi, quam veram esse negant: cornua, quæ gemina habet separatim subiiciuntur.

ALCES, alcis: vel alce, alces: ἄλκη, paroxytonum potius quàm oxytonum: Germanice *Elch* vel *Elend*, aliqui l geminant, alii aspirationem præponunt, vt apud Latinos etiam nonnulli, quod non probo. (Zieglerus *Elg* interpretatur alinos syluestres.) Illyrice Los, Polonice similiter, & apud alios Pouuod, vt ex indigena quodam Polono nuper accepi. Illyrij etiam ceruum Gelen vocant, & fieri potest, vt inde nomen huius animantis ad Germanos translatum sit, propter similitudinem eius cum genere ceruino. *Ellend* (inquit Sigismundus Baro) apud Germanos dictus, habet nomen apud Hungaros, Valachos & Thurcos laius. Nullum huius animalis nomen aliæ gentes habent, cum peregrinum omnibus sit præterquam Scandinauiæ, quod sciam: proinde non assentior Iudæis illis, qui Deuteronom. cap 14. זמר: zamer alcen interpretantur: quanquam alij pro eadem rupicapram, alij camelopardalin reddunt: mihi ad postremam animus magis inclinat. In tam rara igitur & longinqui soli fera authores inter se variare, minus mirabimur. Ego singulorum verba apponam seorsim, cum alioqui satis commode conciliari non possint. Inter Græcos solus Pausanias (qui Antonini tempore claruit) in Eliacis differens de elephanti vulgo creditis dentibus, quod cornua sint non dentes, haud omnibus enim eodem loco cornua nasci: argumento sunt, inquit, Æthiopici tauri, & alcę ferę Celticæ, ex quibus mares cornua in superciliis habent, fœmina caret. Sed forte hoc loco Pausanias alcen confundit cum quadrupede illa, quam hodie rangiferum vocant, cui cornu è media fronte procedit, vt suo loco dicemus. Eiusdem in Bœoticis verba hæc sunt: Alce nominata fera, specie inter ceruum & camelum est, nascitur apud Celtas, explorari inuestigariq; ab hominibus animalium sola non potest: sed obiter aliquando, dum alias venantur feras, hæc etiam incidit. Sagacissimam esse aiunt, & hominis odore per longinquum interuallum percepto, in foueas & profundissimos specus sese abdere. Venatores montem vel campum ad mille stadia circundant, & contracto subinde ambitu, nisi intra illum fera delitescat, non alia ratione eam capere possunt. Hæc Pausanias, qui vt plærique; veteres Germaniam totam & Septentrionales finitimas regiones vno Celticæ nomine comprehendit.

Cæsar lib.6 Commentariorum de bello Gallico: Sunt item in Hercynia sylua quæ appellantur Alces, harum est consimilis capris (ceruis potius legerim, quibus & varietas pellium conuenit,& res ipsa ostendit) figura, & varietas pellium: sed magnitudine paulò antecedunt,mutilæq; sunt cornibus: & crura sine nodis articulisq; habent: (Hæc Plinius de machli scribit,vt postea dicemus) neq; quietis causa procumbunt: neq; si quo afflictæ casu conciderunt,erigere sese aut subleuare possunt. His sunt arbores pro cubilibus,ad eas se applicant:atq; ita paulum modo reclinatæ quietem capiunt, quarum ex vestigiis cum est animaduersum à venatoribus, quo se recipere consueuerint,omnes eo loco,aut à radicibus subruunt, aut absindunt arbores tantum, vt summa species earum stantium relinquatur:huc cum se consuetudine reclinauerint, infirmas arbores pondere affligunt, atq; vna ipsæ concidunt.Romæ in triumpho Aureliani fuerunt tigrides quatuor,camelopardales,Alces. Vopiscus. Ludos seculares institutos in honorem Apollinis & Dianæ celebrauit Val. Publicola, in quibus fuere, Elephanti, Alces, Tigris,&c.Sub Gordiano Romæ fuerunt Alces [illegible] Capitolino scribit: quæ [illegible] Gordiani sylua memorabili picta in domo rostrata Cn. Pompeij. C.Plinius natural. historiæ lib. 8. cap.15. Septentrio fert Alcen, ni proceritas aurium & ceruicis distinguat (quoniam aures & ceruicem breuiores habet alce quàm iumentum,id est,mulus.Ioh.Caius de Alce scribit, collum eius breuius esse quàm pro corporis modo) iumento simile.m.Item notam in Scandinauia insula, nec vnquam visam in hoc orbe,multis tamen narratam, machlin,haud dissimilem illi,sed nullo suffraginum flexu:ideoq; non cubantem, sed accliuem arbori in somno, eaq; incisa ad insidias capitur,aliàs velocitatis memoratæ. Labrum ei superius prægrande: ob id retrograditur in pascendo,ne in priora tendens inuoluatur.Hæc Plinius, & apparet eum de alce & machli tanquam diuersis animalibus scripsisse ea, quæ Cæsar in vnam Alcen coniunxit. Sunt qui coniiciant machlin feram illam esse, quæ vulgo *rener* appellatur:de qua in Rangifero dicemus: alij vero tarandum. In figura quam damus alcis etiam labrum superius perquam crassum apparet: & Olaus Magnus Gothus vir propter eruditionem ac regionis vicinitatem fide dignus,velocissimas esse alces testatur,vt paulo post dicam. Quamobrem cum solus quod sciam Plinius machlin feram nominauerit, nec de ea quicquam scripserit,quod alij authores alcibus non attribuant,animus mihi inclinat non animalis, sed nominis tantum differentiam esse: nisi forte lectio corrupta est: in quibusdam enim codicibus non machlin, sed iterum alcen legitur: quanquam propter præcedentia verba sic legi non possit,aut nisi fera illa è Scandinia similis Alci,cuius figuram Caius ad me misit, machlis fuerit: quod plane existimo. Ioannes Ammonius Agricola legit,multis tamen narratam alcen, haud dissimilem bubus syluestribus, & nullo suffraginum flexu.Solinus simia Plinij sic scribit cap.23. Sunt & alces mulis comparandæ, adeo propenso labro superiore, vt nisi recedentes in posteriora vestigia pasci non queant. Scandinauia insula è regione Germaniæ mittit animal quale Alces,sed cui suffragines, vt elephantis, flecti nequeunt: propterea non cubat cum dormiendum est. Tamen somnolentum arbor sustinet,quæ prope cæsura,secatur,vt fera dum assuetis fulcimentis innititur,faciat ruinam.Ita capitur:alioqui difficile est eam manu capi. Nam in illo rigore poplitum incomprehensibili fuga pollet.

Nunc veterum scriptis subdam recentiora. Matthæus Michauanus in descriptione Sarmatiarum: Apud Moschos Bisontes sunt & Alces, quarum crura absq; articulis prælonga. Moschi appellant Lozzos,& Germani *Hellend*. Lozzi autem forte dicti sunt ab Alce per metathesin: vt & *Elch* germanicum, quod ad vocem Alce accedit.Erasmus Stella in libro de Origine Brussorum: Ibidem, inquit, sunt Alcæ, non tamen ex asinorum agrestium genere: nam illi tantum in Africa & Asia reperiuntur. Alce autem quasi medium genus inter equos & ceruos, cornua quotannis amittit, & propter timiditatem gregarium est. Apud Albertum Magnum, virum in rerum cognitione non infeliciter versatum, nominibus vero imperitissime abutentem,libro historiæ animalium 22. vbi quadrupedum historiam ordine literarum exponit, pro alce primum Alches scribitur, deinde Aloy, postea in E litera,Equiceruum duorum generum facit,vnum quem Germani vocitant *Elent*, cuius tamen nomenclaturæ testem nullum producit:& alterum à Solino descriptum.de quo infra dicemus. Cæterum libro 2.eiusdem operis de Alce in hanc sententiam scribit,& verè,vt ego iudico. Equiceruus nobis cognitus equo similis est, sed altior,vulgo *Elent*,& ad equitandi vsum cicuratur.tantundem enim vno dici spacij,quantum equus triduo perficit.Cornua eius solida & ramosa sunt, colore quo cerui. Ab initio vbi enascuntur ad tres vel quatuor digitos rotunda sunt, deinceps lata & tenuia asseris instar, & circa finem multos producunt ramos. Facit hæc latitudo.vt scabellis idonea sint.Pondus cornuum ingens. Magnus horum animalium numerus est in syluis Prussiæ, Vngariæ, & Illyriæ. Maiora sunt ceruis & hirsutiora,simili tamen pilo, in cæteris cauda solum ceruis similia. Frontis latitudo ad duos palmos.Hæc Albert. Videtur autem palmum pro dodrante dicere.

Alces figuram nuper doctissimus vir Sebast.Munsterus ad nos misit, ad viuum (vt ait) pictam, quæ à nostra nihil differt,nisi quod iubata non est:& sanè puto non rectè huic quadrupedi iubam addi. Eadem cornuta est geminis cornibus, (talibus quale nos vnum separatim dedimus,) tergum versus reclinatis, ita vt pars in mucrones diuisa frontem spectet, opposita tergum. Borussia (inquit Erasmus Stella) gignit & alces, quos falsò syluestres asinos quidam autumant,quum hos Asia tantum & Africa procreet: specie media inter ceruinam & iumenti,nisi quantum aurium proceritas ipsaq; ceruix distinguit, magnitudine inter camelum & ceruum. Maribus in superciliis cornua nascuntur,quæ quotannis amittunt, latiora quàm ceruinis, ramosa tamen,& per totum concreta ac solida. Vngula bisida, coloreq; ceruum imitatur. Venatorem è longinquo sentit.animal certe simplex,& quod plus latebris quàm fugæ fidat.Si vi canum vrgetur, magis in canes se calce quàm cornibus tuetur.In locis palustribus sese plurimum condit,illic & partus edit suos. Formidinis eius argumentum esse aiunt, quòd raretner solitarium.in armento multum appareat. Vngulis eius comitialem morbum etiam spumantem abigi creditum est, si cute attingitur. Hallucinati sunt qui hanc feram nullo suffraginum flexu dixerunt. Hæc ille. Nuper etiam à peregrino quodam accepi, alcen à venatoribus agitatam ad aquas confugere, atque in iis stantem, aquam in ore haustam in canes feruidam eructare.

De Alcibus quoq; ad me scripsit anno 1561 D.Iohannes Bonarus de Balicze liber Baro, his verbis, Alces siue onagri,quos Polonicè vocamus Lossie in plurali. In singulari verò Los, est animal valde melancholicum ac tetrum aspectu: æstate subcineritij coloris, hyeme ad nigredinem vergens, gradatim incedit, in paludinosis ac opacis locis plurimum inuenitur,humiditate gaudens, frigidis & septentrionalibus locis vtitur, impatiens omnis æstus.Propterea neque in Polonia non inueniuntur & aduectæ non durant, quod iam sæpius tentatum est.Cornua deiiciunt quotannis quemadmodum cerui. Caro illorum etsi pinguis & dulcis, tamen ingrati saporis, grossa ac melancholica. Anterioribus pedibus canes & venatores tanquam cuspide traiicit, vulnerum impatiens: nam illa tanta

tanta moles, ad similitudinem magnitudine duorum ceruorum, vno vulnere prosternitur, aut mediocri ictu bombardæ. Hoc ille.

Nunc reliqua addam, quæ vulgo apud nos feruntur. Cornua singula libras circiter duodecim appendunt, longitudine ferè duorum pedum, non ramosa vt ceruorum, mucronibus tamen aliquot diuisa, dodrantem lata, armi potius quàm cornu figura, aduehuntur ex Lituania. Germanicum nomen miseriam significat: & verè miserum est animal, si credendum est quod sæpe audiuimus, quotidianum ei morbum comitialem ingruere, à quo non prius leuetur quàm dextri (si bene memini) posterioris pedis vngulam auriculæ sinistræ immiserit: quod ego, si sit fortuito fieri suspicor, conuulsis & distortis morbi magnitudine membris. Vngulam habet vt bos bisulcam illam, vel partem eius, aut annulum inde factum, eiusdem morbi amuletum gestant: vnde sit vt maximo pretio veneat. Illam autem congruo tempore abscindi oportere dicunt. nam nisi post venationem cæso animali & adhuc viuenti eo tempore, quo in Venerem solent efferuere, abscindatur, nullas habere vires affirmant. Tempore autem cæsam aduersus [illegible] & affectiones [illegible] valere credunt. Scio id non raro profuisse. sæpius tamen frustra tentatum: causam alij in morbi discrimen reiiciant, ego animi persuasionem superstitiosis rebus magis minusve aut nullo modo confisam effectus rerum maxime variare crediderim. Capta vel modico vulnere læsa, expirat statim præ timiditate nimirum. Pro vngula eius agyrtæ nonnulli bubulam vendunt, probatur odore, raditur enim & bene olet, vt fertur, bouis fœtet. Alutarii pellem eius ad thoraces piscium adipe (ad hunc vsum alumini præferendo) præparant, vt imbres arceat. Veneunt singulæ, vt audio, tribus aut quatuor denarijs aureis. A ceruina, cui similis est, inspirata discernitur, fertur enim transmittere spiritum, vt ab opposita manu percipiatur, cum sit plena meatibus, & pili in ea concaui. Ego vngulam integram cum ima tibiæ parte pilosa vidi, in qua pili colore ferè pilorum cerui erant. nec vllam in pilis cauitatem reperi quamuis fieri potest, vt meatus quidam, qui in viuis erant, mortuis collabantur, præsertim longo post tempore. Densa & solida est adeò, vt vehementes etiam ictus punctim cæsimq; factos auertat, & ferrei thoracis instar hodie expetatur: quod Ælianus Tarando etiam attribuit, qui ex boum syluestrium genere est: quanquam & Alces medici quidam & sepulsiarij hodie tarandulos vocitent, vt Ioannes Agricola Ammonius scribit: qui etiam de vngulis huius feræ prodidit: suspensas ita vt nudam cutem attingant, epilepsiam curare, & ab accessione eius liberare hominem, quamuis iam ore spumantem. Pellis Alcis parata Cracouiæ ad minus 5. florenis in moneta venditur, interdum 8 9 10. Neruis alcis ad spasmum quidam vtuntur, membrum quod conuellitur, cum eo circumligantes. Aut. Schneberg. Audio præterea ramenta vel scobem vngulæ (vt etiam asininæ à nonnullis) aduersus eandem noxam in Polonia propinari. Quidam volunt hæc quæ de viribus vngulæ Alcis aduersus epilepsiam dicuntur. de Alce parua tantum sumi debere, quæ nondum coierit. Sunt qui miscent puluerem vngulæ cum theriaca, dein pulsibus & cordi apponunt in epilepsia. In Scandinauia, vt dixi, plurimæ sunt Alces, quæ gregatim degunt, & supra aquas gelu astrictas, irruentes in eas montanos lupos excipiunt hanc pugnam venatores obseruant, & partem victam persequuntur. Trahuntur à cicuratis homines in vehiculis per niues & glaciem in Suedia: quod in Gotthia non licet, nec tanta velocitate exploratores frui possint. Alces viuæ captæ principibus aliquando inter munera mittuntur. Elegans & argutum est Andreæ Alciati epigramma, ideoq; huc adscribendum:

Alciate gentis ut signia sustinet alce. — *Vngulibus & μηδὲν ἄγαν fert ἀκάθαρτα lupis.*
Constat Alexandrum sic respondisse roganti, — *Qui tot obiuisset tempore gesta breui.*
Nauanam (inquit) differre volens, quod & indicat alce. — *Fortior hac dubites, ocyor anne fuit.*

Alce & Tigris inter canes Alceonis apud Ouidium nomin antur.

Alces figura accuratior quàm superius exhibita. Hanc quidē ceu ad viuum pictā Io. Kentmanus, & Io. Pontanus, excellētissimi medici, ad me dederunt: nec dissimilem, sed breuiore, & magis compacto corpore, Ant. Schnebergerus.

Quæ fera Lithwanis (inquit Sigismundus Liber Baro) sua lingua Los est, eam Germani *Ellend*, quidam Latinè Alcen vocāt: Poloni volunt Onagrum, hoc est, Asinū agrestem esse, nō respondente forma. Sectas enim vngulas haber. quanquam & quæ solidas haberent, reperiæ sint. sed id perrarum est. Animal est altius ceruo auribus & naribus prominulis, cornibus à ceruo nonnihil diuersis, colore item magis ad albedinem tēdentē. Cursus est velocissimi: non quo cætera animalia modo, sed (Equi) gradarij instar. Vngulæ, tanquam amuletum contra morbum caducum gestari solent. Rursus generosus & illustris in regno Poloniæ vir Io. Bonerus de Balicze. &c. non politicæ tantum administrationis, sed variarum insuper naturalium rerū peritus, de Alce ita ad me scripsit: Mitto tibi Gesnere cornua Alcis, talia vt vix pulchriora possint reperiri: & frustū vngulæ. ego enim pedem integrum (*integram tibiam nuper mihi donauit Augustæ Christophorus Wirsungus, vir doctrina & pietate eximius, præstantissimi medici Philippi parens: & dum hæc scribo alteram longè maximam è Vilna Lithuaniæ ab Antonio Schnebergero meo*

accepi)vna cum vngulis ſeruo, de fera quam ego ipſe in venationibus Lithuanicis (præſente ſereniſſimo Sigiſmundo Auguſto ſecundo rege Poloniæ) vno venabuli ictu mirandæ magnitudinis confeci. eſt enim vt vaſtæ magnitudinis, ita mollis ad vulnera, & impatiens nec aliud periculum venatori, niſi is à fronte & non à latere imperet. fortiſſimo enim ictu anterioris pedis tanquã telo traiicit venatorem. Eius magnitudo ferè duos cernos adæquat: ſicut ex pede integro iudicari facilè poteſt. Verùm hæc & alia, quæ ad me dono mittebat, neſcio quo infortunio hactenus ad me non peruenerunt: & quoniam nuper maximo bonorum omnium mœrore, fatis conceſſit, ſpem planè omnem hæc & huiuſmodi rara è Sarmatia acquirẽdi abiicerem. niſi Antonius Schnebergerus meus, (cui longam & felicem in Polonia vitam opto, vt virtus & doctrina eius merentur,) mei curam ſuſciperet aut Georgius Ioachimus Rhæticus, aut alius quiſpiam in illis regionibus, mihi ſimul gratificari ſimul, Naturæ hanc partem illuſtrare, & honorificam eo nomine ſui memoriam in libris noſtris poſteritati relinquere vellet. Vnius Alcen, ni proceritas aurium diſtinguat, iumento ſimilem facit: is quidem hac in re fide dignior quàm Cæſar, ſpectatis iam aliquoties Alcibus Romam adductis. Præterea vt Pauſaniæ ſæculo, ita hodieq; rarò capitur hæc fera: quod vel ex pedis vngulæve pretio conſtat: quæ quoniam amuletum eſſe conuulſionum & morbi comitialis creditur, in magno eſt pretio, non tanti æſtimanda, ſi frequenter caperetur. Vngula Alcis (vt ſcribit Bonerus) habetur apud Polonos geſtata in digito vel brachio pro ſingulari remedio contra ſpalmum aut morbum caducum. Obſeruatur autem tempus vngulis abſcindendis, poſt medium ſcilicet Auguſti, vſq; ad finem Septembris. quo tempore, vt aſſerunt, hoc animal patitur hunc morbum: per quem cum proſternitur, perfricat dextram auriculam dextro poſteriore pede, & liberatur. is pes viuo animali abſcinditur, & vngula detracta ſeruatur pro certiſſimo horum morborum remedio: quod vtrum ſuperſtitioni an rationi naturali adſcribendum ſit, relinquo aliorum iudicio. Hæc ille. Velocitas etiam animalis, vt rarius capiatur, in cauſa eſt, & loca ſyluarũ vaſta, deſertaq; quæ incolit. Hæc omnia animal *Elend* dictum, vt Alcen eſſe credam, mihi perſuadent. Sed adhuc obiicit quidam Iul. Cæſaris verba: Harum eſt conſimilis capris figura, & varietas pellium: cerua ſine nodis articuliſq;. Mirum verò cur non cornibus etiam mutilas eſſe Alces ex eiuſdem verbis obiiciat. atqui Pauſanias cornutas fecit, cui maior fides. eius enim ſæculo regiones, vbi hæ feræ capiuntur, Romanis ſubiectæ erant & ipſæ in Romanorum ſpectaculis aliquoties viſæ. Fieri quidem poteſt, vt Cæſari Alcen aliquis deſcripſerit, qui eam nondum adultam, & vel adhuc ſine cornibus, vel iis nuper amiſſis viderit. Paruas enim adhuc Alces, capris (capreisve) ſimiles ferè putarim, eaq; præſertim breuitate, & barba, ac pellium varietate. (Si Capris legas, ſimilitudo erit in barba: ſed Capreis legẽdum ſuadet varietas pellium.) Hoc etiam veriſimile eſt, in vnam feram ab imperitis relata, quæ ad diuerſas pertinebant: vel contra interdum. Pauſanias Alcen marem cornua in ſupercilijs habere ſcribit. Cæſar feræ in Hercynia ſylua innominatæ id attribuit: Eſt Bos (inquit) cerui figura, cuius à media fronte inter aures vnum cornu exiſtit, excelſius magisq; directum his quæ nobis nota ſunt cornibus. Ab eius ſummo ſicut palmæ ramiq; latè diffunduntur. Eadẽ eſt fœminæ marisq; natura, eadem forma magnitudoq; cornuum. His verbis Tarandum ſeu Rangiferum feram inſinuat, quod ad cornuũ figuram, fortaſſis etiam ſitum. At vnicorne animal in Europa (ni fallor) præter capras quaſdam feras in Carpatho monte ſi vera eſt fama nullum inuenitur: & cum ceruina ſpecie animal ſit, fœminas quoq; cornibus, iiſq; forma & magnitudine non aliter quam mares, armari, vix mihi veriſimile fit. Plinius Alcen & Machlin diſtinguit: hanc illi ſimilem faciens, ſed nullo ſuffraginũ flexu, &c. Alci igitur Plinius articulos tribuit. Cæſar negat. an habet quidem tum Alce, tum Machlis, (vt cunctæ animantes quibus pedes ſunt. ſed propter nimiam velocitatem vel habere, vel flectere eos non ſatis apparet? Sed hæc an alia cauſa ſit huius falſæ perſuationis, viri docti, quibus animal ipſum eiuſque greſſum aut curſum aſpicere datum fuerit, obſeruabunt. Quod verò addit Plinius, Machlin velociſſimam eſſe, & labrum ei ſuperius prægrande, in Scandinauia notũ eſſe, hæc etiam Alci conueniunt: vt eam à Machlide non rectè diſtinxiſſe videatur, præſertim cum apud nullũ alium autorẽ Machlis nomẽ legatur. Germ. *Elend, Ellend, Elch, Elg.*

Cornu Alces, quale pictum olim amicus miſit.



Eiuſdẽ, vt videtur, effigies alia, ad cornu quod domi meæ habeo, delineata. longitudo eius dici non poteſt, propter ſitũ partium eius diſtortum. latitudo decẽ ferè digitorũ eſt, ſi à mucrone longiſſimo ad partẽ oppoſitã metiaris. Eſt autẽ mucro longiſſimus, digitorum 15. breuiſſimus, ſeptem. Principium ſiue radix cuti proxima qua enaſcitur, paulò craſſiore eſt ambitu quã manus mea amplecti queat. Cornu totũ bipartitũ videtur, vt icon præ ſe fert:

coniicio autem latere sinistro feræ additum fuisse. quoniam partes fere omnes introrsum vergunt, si ita colloces, vt pars altera, quæ tribus mucronibus distinguitur, antrorsum spectet. Totum est solidum. Pondere librarum medicinalium 15. Alces audio Rigæ in Liuonia nutriri in domibus, & per vicos vrbis cicures obambulare.

ALCIDA FERA FABVLOSA.

DIODORVS Siculus lib. 4. de fabulosis antiquorum gestis: Mineruam ferunt alcidam peremisse feram stupendam, ex terra natam, & antea, vt quæ natura plurimum ignis ex ore euomeret, insuperabilem pugna. Ea primum in Phrygia apparuit, regionem quandam comburens, quæ hucusq; exusta Phrygia dicta est. Deinde ad montem Taurum transcendens, syluas continuas vsq; ad Indos incendio vastauit. Postmodum per mare in Phœniciam reuersa, syluas Libani incendit: perq; Ægyptum in Libyam profecta, ad loca peruenit occidua. Postremo syluis circa Ceraunia destructis, omniq; incensa regione, cum homines partim flamma absumpti essent, partim timore patriam linquentes ad remotiora diffugerent loca, Mineruam ferunt eam feram necasse, pellem pectori circundedisse. At vero alcidæ morte terra commota, deorum hostis, gigantes peperit. Hæc ille. Liuius lib. 2. Decadis 5. Mineruam Alciden cognominatam scribit. Similiter de Caco Latini fabulantur, semihominem & semiferum fuisse, ignem ore vomuisse, regiones combussisse: demum ab Hercule occisum fuisse.

DE ASINO.

A.

ASINVS, Græcis ὄνος & ὄνη, Hebræis חמור chamor Deut 5. Persis خر care. Interpres Græcus ferme ὑποζύγιον vertit. Cæterum אתונות atonot asinæ, in multitudinis numero vbiq; ponitur. Non placet quod LXX.



ἡμίονος, id est, mulos vertunt, & Hieronymus asinos genere masculino. Inuenio & à posterioribus Iudæis pro asino poni tria hæc vocabula, גיידור gaiedor, תרתק tartak & כאר caar. Est & עיר air asini pullus vel asellus, Genes. 32. vbi translatio Chaldaica עיילי ili habet, Persica בורחחא borah ha, Arabica אתאן atan, LXX. πῶλος simpliciter vertunt: & Iudicum 10. aliqui pullos equorum etiam exponunt. Italis lasino, Hispanis asno, Gallis vng asne, Germanis *Esel, Mul, Mullereſel,* Illyrice osel, Anglice an asse. Asellus, ὀνίδιον, ὀνάριον (ὄνιος enim insectum est) ab asino forma diminutiua: quanquam simpliciter etiam pro asino per contemptum ponatur. Nascuntur autem parui, vel vteri vitio vel aliam ob causam præter naturam, vel propter loci frigiditatem. Columella ab initio lib. 7. Principium (inquit) tenebit minor Arcadiæ, vilis hic vulgarisq; asellus. Minor Arcadiæ, id est, Arcadico asino, qui & maior & præciosus est.

B.

Asinus animal gerulum, plagarum & penuriæ inter iumenta tolerantissimus, tardius reliquis armentis desicit, laboris & famis maxime patiens, corpore macilento & deformi. Frigoris impatiẽs est: quapropter Pontica & Scythica terra & finitimæ asinis carent, vt etiam Celtica (Gallia supra Hispaniam sita) propter immodicum frigus. Parui sunt in Illyria, Thracia & Epiro, cum cæteras quadrupedes Epirotica terra magnas ferat. Apud Indos Psyllos arietibus non maiores equi gignuntur: asini tantuli nascuntur, & similiter muli, boues, & quod illic cunq; bestiarum perparuulum est. Ælianus. In Arcadia fertilia pecori fuere pascua, præsertim equis atque asinis (ἀπὸ βατῶν, (lego ἀπὸ βατῶν, id est, admissariis ad mulos procreandos) Strabo. In mulis etiam, asinis communia quædam dicemus. Asini speciosi & mularum generi feminando commodissimi forma, in mulis infra describetur. Ab aspectu (inquit) non aliter probari debet, quàm vt sit amplissimi corporis, ceruice valida, robustis ac latis costis, pectore musculoso & vasto, feminibus lacertolis, cruribus compactis, coloris nigri vel maculosi, aut etiam rubei, secundum Palladium. Nam murinus cum sit in asino vulgaris, tum etiam non optimè respondet in mula. Murius apud Varronem. Ego, inquit, de asinis potissimum dicam, quod sum Reatinus, vbi optimi & maximi fiunt, è quo seminio ego hic procuraui pullos, & ipsis Arcadibus vendidi aliquoties. Igitur asinorum gregem qui facere vult bonum primum videndum vt mares fœminasq; bona ætate sumat, vtique vt quàm diutissimè fructum ferre possint, firmos, omnibus partibus honestos, corpore amplo, seminio bono, ex his locis, vnde optimi exeunt: quod faciunt Peloponnenses, cum potissimum eos ex Arcadia emebant, in Italia ex agro Reatino. Non enim si murenæ optimę fluxæ sunt in Sicilia, & helops in Rhodo, continuo hi pisces omni mari similes nascuntur. Et alibi apud Varronem: Quòd similes parentum gignantur, eligendi, & mas & fœmina cum dignitate vt sint. In mercando item (vt cæterarum pecudes) emptionibus & traditionibus dominium mutant, & de sanitate ac noxa solet caueri. Vtrinq; dentati, Homo, Equus, Asinus, & sine adipem habent, Ælianus. Asinus & mulus dentes habent 36. & agnatos, Absyrtus. Asino & tauro inter ea quæ animal generãt, crassissimus & nigerrimus sanguis est Plinius: asinis pinguissimum, homini tenuissimũ esse scribit. Caput grande (quanquã Aristoteles in Physiognomicis paruum id facit) aures longæ latæq;. Tum mas, tũ fœmina trigesimo mense dẽtes mittit priores: secundos autem sexto mense, atq; etiam tertios quartosq; eodẽ: gnomonas hos quartos à diiudicandæ ætate nuncupãt. Quod si non prius peperere quàm decidant postremi, sterilitas certa. Cor ei proportione maximum, vt omnibus timidis, aut propter metum maleficis. Venter vnicus, vt & reliquis quæ solidas habẽt vngulas. Felle caret, vt solipeda omnia. Mammas binas gerit inter femora, in anteriore dorsi parte circa scapulas debilior, vbi & crucis figura in eo apparet: posterius & circa lumbos validior. Caudã habet quàm equus longiorem. Cur pili è cicatrice nascãtur eis, nq; candidi, Aristoteles quærit Problemate 29. & 31. sectionis 10. Corpore asinorũ exanimato scarabeos gigni putãt. Stygis aqua ex petro profluẽs insigni frigiditate est, dissilientibus vasis omnibus, asini modo vngula excepta, aut mulæ, sicuti alij prodidere, ni mendosa sunt Græcorum exemplaria. Certè in libro de primo frigido Plutarchus de asini vngula intellexit; quod facit in historiis item Ioannes Mõnachus in Alexandri mentione. At libro tricesimo Plinius, mularum vngulis contineri modo Stygis aquam prodit, facilis lapsus: nam Græcè ὄνος asinus est: mulus autem vel mula, ἡμίονος. Aut vtrunq; est, aut forsan labitur, Plinius. Nam in Alexandro Plutarchus ὄνου χηλὴν dicit: quanquam interpres equi vngulam reddidit, Cœlius Rhodig. Vitruuius etiam lib. 8. mulina tantum vngula Stygis aquam conseruari posse dicit. Iustinus lib. 17. seu Trogus, equi. Curtius autem lib 10. dum iumenti ait, in medium relinquit. Ælianus non vngulis, sed cornibus asinorum Scythicorum contineri scribit.

C.

Tardus & piger incessu asinus, eoq; verberibus promouendus; inter quæ durissimus est. Rudissima & absona voce rudit, de qua plura mox in Philologia. Ferulæ asinis gratissimæ sunt in pabulo, cæteris vero iumentis præsentaneo veneno: qua de causa id animal Libero patri assignatur, cui & ferula. Ocimum Venerem stimulat, ideo etiam equis asinisq; admissuræ tempore ingeritur. Spinis quoq; adhuc teneris vescitur asinus, & fructibus arborũ. Quin & eo rure (Columella teste) quod paleo caret, contineri potest exiguo, & qualicunq; pabulo contentus. Quippe vel foliis spinisque, vel perticis sálignis alitur, vel obiecto fasce farmẽtorum. Paleis verò, quibus ferè omnes regiones abundant, etiam gliscit. Q. Hortensius maiorem curam sibi habet, ne eius esuriant mulli in piscinis: quam ego habeo ne mei in Rosea esuriant asini, &c. Ego enim vno seruulo, ordeo, nõ multa aqua domestica, meos multinumos alo asinos, Varro: & alibi, Commodè (ait) pascuntur farre & furfuribus ordeaceis. Eadem ferè in pastu obseruantur quæ in equis. Aquæ potu pinguescere eos ferunt, & ex cibo eò magis proficere quo plus biberint. Pullum asinæ à partu recentem lubiiciunt equæ, cuius lacte amplior fit, & hippothelas vocatur: præterea educant eum paleis, fœno, hordeo. Non nisi assuetos potant fontes, qui sunt in pecuariis, atq; ita vt sicco tramite ad potum eant. Nec pontes transeunt per raritatem eorum translucentibus fluuiis. (Hic pro eorum aliàs legitur plancarũ in Plinio: quæ vox etiam Gallica est, & põtium tabulas significat: vt non approbemus illos qui placarum, aut vt Hermolaus phalangarum legere malunt.) Mirumq; dictu, sitiunt: & si immutentur aquæ, vt bibant, cogendæ exonerandæve sunt, Plinius. Apud Afros pastorales asini reperiuntur impoti, id est, qui nunquam bibunt, Herodotus lib. 4. De asini pastu & potu vide etiam in equis. Non nisi spaciosa incubitant laxitate. Varia nanq; somnio visa concipiunt, ictu pedũ crebro: qui nisi per inane emicuerit, repulsu durioris materiæ clauditatẽ illico affert. Asini cur plus excrementi sicci egerant quàm humidi, Aristoteles inquirit Problemate 58. sectionis 10. Asinæ tenuiorem reddũt vrinam quàm mares. Purgantur mensibus, amplius quidem quàm oues & capræ, sed multò ex proportione minus. Anna socer Esau primus equis asinos copulauit, vt Iudæi asserunt. Iliodorus, Multus est in coitu asinus, minus tamen quàm equus. In admissario asino Absyrtus caput magnum commendat. Tam mas quàm fœmina mense tricesimo

triceſimo coitu: ſed magna ex parte nequeunt generare: verum in bimatu, aut trimatu & ſemiſſe. Sed iam vel anniculam ventrem geſtiſſe aſellam aiunt, ita vt quod pepererat, educari ac perfici potuerit, Ariſtoteles. Et Plinius ſimiliter, Partus (inquit) à triceſimo menſe ocyſſimus, ſed à trimatu legitimus: totidem quot equæ & eiſdem menſibus, & ſimili modo. De aſinis ad coitum idoneis lege Conſtantinum lib. 16. cap. 20. item cur equæ in Elide ex aſinis concipere non potuerint, Leonicenum l. 62. Aſinus niſi à prima dentium mutatione generare incipiat, nunquam poſt generat, ſed ſterilis omnino perdurat, Ariſtot. Superſtitioſè à quibuſdam proditum eſt aſinas non concipere tot annis, quot grana hordei muliebris purgationis ſanguine contacta ederint. Non æquinoctio verno, vt equæ & cætera pecua, admiſſarijs iunguntur aſinæ: ſed æſtiuo ſolſtitio, propter naturæ frigiditatem, vt tempore calido pulli naſcantur, eodem enim tempore parit, quo coierit, Ariſtot. Admittuntur ante ſolſtitium, vt eodem tempore alternis anuis pariant, duodecimo enim menſe conceptum ſemen reddunt, Varro. Mares in remiſſione operis deteriores ad generationem ſunt, quamobrem ab opere non diſiungunt. Aſinus equam ſuperueniẽs citius implet quàm equus. Si equus ſuperuenerit aſinam, quam inierit aſinus, non peruertet aſini initum: ſed ſi aſinus ſuperuenerit equam, quam equus inierit, peruertet (ita vt abortus ſequatur, Plin.) propter ſeminis ſui frigiditatem, Ariſtot. Et alibi, Aſinus quidem equi genituram corrumpit, ſed equus aſini minimè, cum equa iam aſini initu cõceperit. Cum vel equus cum aſina, vel aſinus cum equa inierit, multo magis abortus conſequitur, quàm cum vnigenæ inter ſe iunguntur: verbi gratia, equa cum equo, aut aſina cum aſino. Euenit etiam tempus gerẽdi vteri, cum equus cum aſino coierit, maris normam eſt, vt quanto ſpacio temporis mas perficitur ſuo in genere, tanto etiam fœtus, quem ipſe procreat, abſoluatur. At magnitudine corporis, ſpecie, & viribus, magis fœminæ quàm mari ſimile euadit quod naſcitur: ſi frequenter coeant, neq; vllo interpoſito tẽpore ceſſent, quæ ita iunguntur, breui fœmina ſterile fit: qua de cauſa non frequenter ita coniungunt, qui curam huic adhibent rei, ſed tempus aliquod interponunt. Non aſinum equa, vt aſina equum recipit, niſi aſinus ſit, qui equã ſuxerit. Admittunt de induſtria quos hippothelas vocant, ac ſi equimulgos cognomines, qui in paſcuis modo equorũ viribus bonis ſuperantes coeant. Reiicit aſina ſemen à coitu niſi interpelletur: quamobrem ſtatim à coitu verberant infectanturq;, Ariſtot. Plinius rem eandem his verbis exprimit, Incontinens vterus vrinam genitalem reddit, ni cogatur in curſum verberibus à coitu. Parit duodecimo menſe (annum vterum fert & aſina & equa) ſingulatim magna ex parte procreat prolem: ea nanq; natura eſt, vt vnum pariat, ſed nonnunquam gemellos etiam ædit, rariſſime tamen. (Geminos aſinam ex ſeſe peperiſſe non facile quenquam meminiſſe ferunt. Aelianus.) Mulus ex aſina & onagro genitus omnes antecellit. Parere vel in conſpectu hominis, vel in luce nolit, ſed tenebras quærit (aliàs in tenebras ducitur) cum parturit. A partu die ſeptimo mari iungitur, eoq; die iuncta maxime recipit initum, ſed poſtmodum etiam patitur. Solet hæc, niſi priuſquam gnomonem amittat, peperit, nunquam poſtea initum recipere: ſin antea pepererit parere tota ſua ætate poteſt. Gignit tota vita (teſte Plinio) quæ eſt ei ad trigeſimum annum. Ad mularũ maximè partus, aurium referre in his & palpebrarum pilos aiunt: quamuis enim vnicolor reliquo corpore, totidem tamen colores quot ibi fuêre, reddit. Prægnantes opere leuant. Venter enim labore nationem reddit deteriorem. Marem nõ diſiungunt ab opere, quod remiſſione laboris fit deterior. Secundum partũ pullos anno non remouent à matre. Proximo anno noctibus pariuntur eſſe cũ his, & leuiter capiſtris, aliaue qua re habent vinctos. Admittuntur ante ſolſtitium, vt eodem tempore alternis annis pariant: duodecimo enim menſe conceptum ſemen reddũt. In paſtu eadem terè obſeruant quæ in equis. Partus charitas ſumma, ſed aquarum tædium maius, per ignes ad fœtus tendunt. Eædem, ſi riuus minimus interſit, horrent, ita vt pedes omnino caueant tingere. Dolent eis à fœtu mammæ: ideo ſexto menſe arcent partus, cum equæ anno propè toto prębeant. Lac grauidæ habent menſe decimo, vel vt Plinius ſcribit, prægnantes continuo lacteſcunt. Pullis earum, vbi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac guſtaſſe lætale eſt. Genus mali vocatur coloſtratio. Craſſiſſimum aſinæ lac eſt, vt quo coaguli vice vtantur: tenuius equę, tenuiſſimum cameli. Hæc Plinius, quomodo autem craſſiſſimum ſit aſinæ lac paulò poſt differemus. Equi & aſini ad biennium lactentur, Anatolius. Vita aſinis ad trigeſimũ annum (aliàs amplior annis triginta) fœmina viuacior mare eſt. In Scythia ingentẽ & diuturnam vim hyemis equi perferunt, muli aſiniq; nec; incipientem quidem ferunt, cùm tamen alibi ſtantes in gelido equi labeſiant, aſini verò ac muli durent, Herodotus. Vno maxime morbo laborant, quem malida vocant, quod vitium in capite oritur, facitq; vt per nares pituita multa, ruſſaq; effluat, quæ ſi ad pulmonem deſcenderit, moriuntur. ſed ſi in capite ſolum eſt, non infert interitum. Soli inter animalia piloſa, non à pediculo tantum, verum etiam rediuo immunes ſunt. Plinius oues etiam à pediculis infeſtari negat. Aſinus Catarrho corripitur (καταρρεῖται) & ſi is in pulmonem defluxerit, moritur. Porphyrius lib. 3. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχ. Mulus tantum fit μαγωναῖος, aſinus rarò: equus non, ſed podagricus Abſyrt. Eſt autem μαγωναῖος tuberculum iuxta coronam id eſt, vngulæ exortũ. Præter canẽ alia quoq; animalia ſimili rabie obnoxia ſunt, vt lupi, vrſi, leopardi, equi & aſini, Cœlius Aurelianus. Aſino moriente viſo celerrime deficiũt: rarò alioqui morbis afficiuntur. Grãmatici Græci maliaſmon eſſe dicunt catarrhũ per nares in aſinis: & tormina etiã eis accidere: à neutro morbo eos euadere. Malie, μαλίαι apud eoſdẽ, affectus iumentorũ cum tuſſiunt: & malis, aphtha, id eſt, oris vlcus, inflãmatio. Abſyrtus de morbis equorũ cap. 2. Maxima (inquit) ægritudo eſt, à quo equi nõ facile cõualeſcunt, quã pleriq; malin, alij catarrhũ, Romani ſumperiũ vocant, eſt autẽ reuera articularis morbus, deinde eius ſigna & curationẽ ſubijcit. Nos plura de hoc morbi genere in Boue dicemus. Si oues vtãtur ſtabulo, in quo mulæ, aut equi, aut aſini ſteterunt, facile incidunt ſcabiẽ, Columella. Circa Abderam & limitẽ qui Diomedis vocatur, equi naſcẽtibus illic herbis paſti, inflãmantur rabie, circa Potnias vero aſini, Plin. Aſini in Thuſcia depaſti cicutã, tam graui ſomno premũtur, vt ſtupidi ſenſuq; priuati, cadauera videãtur. Et ſæpe accidit, vt dũ à ruſticis propter pellẽ excoriarentur, iam dimidia parte detracta, tũ primum expergiſcerẽtur, excoriantibus inde vehemẽter cõſternatis, Petrus Andreas Matthæolus. Ad vrinæ difficultatẽ aſini, vt Suidas ſcribit, ſuperſtitioſi quidã hæc verba immurmurabant, Gallus bibit & nõ meijt, myxus nõ bibit & meijt. Ego pro myxo hîc myoxum id eſt glirem accipio, vt ſuo loco repetã copioſius. Ad morbos particulares in equis, aſinis, & mulis, ſanguinis detractione vtendũ eſt, Hippocrates in Geoponicis. Eidẽ ferè morbi aſinis & equis infeſti ſunt, & ſimiliter curãtur: proinde aſinos curaturus, ad equos tranſibit. Aſinis non detrahendus eſt ſanguis, quia naturaliter minus habent ſanguinis, graciliores q; ſortiti ſunt venas. Vegetius.

D.

Aſinus ineptiſſimis eſt moribus, & degenere animo, in primis manſuetus, ingenij placidi, ſtolidus, nec vlla vtcunque magna & iniqua onera detrectat. Obuijs in via cedere neſcit. Vocem hominis conſuetam intelligit, & meminit iter quod aliquoties ingreſſus eſt. Mauruſij aſini primum ut ſe in viam dederunt, incredibiliter in-

citata celeritate iter conficiunt, vt euolare, non excurrere videantur. Deinde eos cito fessos de via, & pedes & spiritus deficiunt, ac pedum tarditate ad currendum constricti insistunt, & acerrimas profundunt lachrymas, nō tantopere, meo iudicio, ob futuram mortem, quàm ob pedum infirmitatē, quare vt captiui ad equos alligati trahuntur, Aelian. Muli & asini voluptationi indulgent, vt ita scilicet a lassitudine recreentur. Asino & tauro coruus aduersatur, quippe qui aduolans feriat, & eorum oculos laceret. Cum salo etiā auicula prælium ei est: Spinetis enim se scabendi causà atterens, nidos eius dissipat: Item cum spino, cui victus à vepribus, quas asinus tenellas adhuc pascit Sunt & lupi eis inimici, vt qui carne alantur, itaq; ab illis circumueniuntur. Nullo negotio lupi Asinos comprehendunt & facile è vita tollunt, Aelianus. Cum lupum asinus præsentem viderit, caput in latus vertit, ne aspiciat, & visu auerso inuaditur. Præterea colocæ hostis est: dormit enim colota in præsepibus, & narem subiens asini, ne comedat, impedit. Plura de colota lib. 2. in Stellione docebo. Quætūt asini asplenon herbam, vt minuant atram bilem. Vnguibus mulæ vel asini (adustis) mures fugantur, Vrsinus. Pulmo asini si fumigetur, omne ventosum fugat, Gal. cap. 2. Ammonianus Syriano cognatus, poetarum interpretationi & Græcæ linguæ eleganriæ deditus erat, atque asinum sapientiæ auditorem posidebat, Suidas. Quod asini etiam discernant genus, speciem ac indiuiduum, Galenus confirmat lib. 2. Methodi, his verbis: Adeoque (inquit) est euidens, ac omnibus natura insitum, tum hominibus, tum brutis, vt aliud quid ceu in substantia subiectum, aliud ceu specie vnum intelligant: vt vel asinorum (qui tamen omnium brutorum stupidissimi videntur) aliud esse specie vnum, aliud numero, notitiam non fugiat Conspecta nanq; camelo, asinus se retrahit, & fugit, ac timet, si nunquam ante camelum conspexit: sin autem videre iam assuecit, quamuis aliam aliamque illi demonstres, tamen propter consuetudinem non amplius timet, sed veluti vnam speciem intuetur & illam cui insuecit, & hanc quę nunc primum apparet. Ad eundem modum nec homines timet propter consuetudinem: sed hos quoque velut vnam speciem videt. Verum si curatorem inspexit, non solum vt hominem, sed etiam vt hunc hominem agnoscit, & micat auribus, & caudam quatit, & rudit, & lasciuit, cum eum aspexit, vtiq; indicans se familiarem agnoscere. Hunc itaque tum vt hominem, tum vt familiarem nosci. Eum autem quem primum iam videt, vt hominem similiter, vt familiarem non similiter. Et paulo post. Eodem modo viam norunt, non tantum absolute vt viam, sed etiam vt hāc aliquam viam Nam in ingressu viæ quam non nouit, asinum statue, attendeq; vt illam perambulet, ac totam peragat, in neutram partē declinans, nisi ficubi in diuersa scinditur, vtiq; declarans se speciem ipsam viæ meminisse & clarè agnoscere. Quippe inambulat eam, quæ trita est: quatenus autem ignorat, fallitur. Neque enim ex recordatione eius, quæ insectilis vnaque numero est, hanc quam non nouit, peragere potest: & quæ sequuntur reliqua. Huius loci sunt etiam quæ in Physiognomonicis Aristotelis legimus, vbi ex aliqua hominis & partium eius ad asinum similitudine de ingenio pronunciat. Asinis, inquit, & suibus communis est intemperantia circa Venerem. Asinis proprium, cura & solicitudine carere. Qui asinos referunt capite paruo, fere è sunt stupidi. Qui facie carnosa, timidi: eadem magna, tardi: Qui fronte rotunda, stupidi: Qui eminentibus oculis, simplices: magnis, asinini: Qui labijs crassis, & superioribus magis eminentibus, stulti: denique voce magna & graui, contumelioſi, vel (si Græce mauis) ὀνείδεσι. Adamantius etiā illos quorum oculi sicut asinis prominent, dementes & contumelioſos esse conijcit.

E.

Tertio anno domare incipiunt ad eas res, ad quas quisq; eos vult habere in vsu. Greges eorum non sanè fiunt, nisi ij, qui onera portent, ideo quod plerique deducuntur ad molas, aut ad agriculturam, vbi quid vehendum est, aut etiam ad arandum, vbi leuis est terra, vt in Campania. Greges fiunt ferè mercatorum, vt eorum qui è Brundusio aut Apulia asellis dossuarijs comportant ad mare oleum, aut vinum, itemq; frumentum, aut quid aliud, Varro. Cæterum Columella lib. 7. initio: Principium (inquit) tenebit minor Arcadiæ. vilis hic vulgarisque asellus, cuius pleriq; rusticarum rerum autores in emendis tuendisq; iumentis præcipuam rationem volunt esse: nec iniuria: ná absq; vllo ferè sumptu alitur (vt supra explicauimus) & imprudentis custodis negligentiam fortissimè sustinet. Huius animalis tam exiguæ tutelæ plurima & necessaria opera supra portionem respondent cum & facilem terrā, qualis in Bætica totaq; Libye sit leuibus aratris proscindat. In Byzacio Africæ illum centena & quinquagena fruge fertilem campum, nullis cum siccus est arabilem tauris, post imbres vili asello, & à parte altera iugiano vomere trahente, vidimus scindi, Plinius. Ad hæc vehicula non nimio pondere trahit. Sæpe etiam vt celeberrimus poeta memorat, Tardi costas agitator asselli, Vilibus aut onerat pomis lapidemq; reuertens Incussum, aut atræ massam picis vrbe reportat. Iam verò molarum & conficiendi frumenti penè solennis est huius pecoris labor. Quare omne rus tanquam maximè necessarium desiderat asellum: qui, vt dixi, pleraque vtensilia & vehere in vrbem, & reportare collo, vel dorso commodè potest, Columella. Apud nos molitores maximè asellis vtuntur, & rustici ad lignationem & rebus suis vehendis medici. Quicquid per asellum fieri potest vilissimè constat, Plin. Mulis, equis, asinis feriæ nullæ, nisi si in familia sunt, Cato. Quot iuga boum, mulorum, asinorum habebis, totidem plostra esse oportet, Idem. Alibi quoq; asinos plostrarios & asinum molarium & iugum asinarium apud Catonem nominari reperio. Ad belli vsum asini perneccssarij sunt qui portēt onera (ὀκτακόσια μεν ἔνιοι φασιν Pollux) boues item qui currus trahant, muli, qui vtrumq; præstent. Celius ex Pollucis lib. 1. Quondā asinis non solum onera gestanda imponebantur sed & pistorum hi carruculas trahebant. Nunc & hi propè vbiq; cum equis commutantur. Camerarius: Iudi inuehuntur camelis, equis, asinis: feliciores elephantis, Arrianus. Almō 400 nummūm emptū Q. Axio Senatori autor est M. Varro, haud scio an omniū pretio animalium victo, Plin. Quæstus ex ijs opima prædia exuperat Notum est in Celtiberia singulas quadragenis milibus numorum emtas (aliās emi) Plin. Asini Arcadici in Græcia nobilitati, in Italia Reatini, vsque eò vt mea memoria asinus venierit sestertijs millibus sexaginta, & vnæ quadrigæ Romæ constiterint quadringentis millibus, Varro. Et alibi, Optimum est (inquit) Reatinum seminiū, vbi tricenis ac quadragenis millibus HS. admissarij aliquot venierunt. Quadraginta sestertia valent ære Gallico bis mille libras Turonicas, hoc est mille solatos bibbres. Tanti comparatam referunt asinam Reatinam gerulam, ac atricem & prolificam. Quo fit vt sexaginta milia sestertiorum nummorum, quibus asinū sua memoria emptum Varro miratur, solatorum mille quingentorū compleant æstimationem, vt Robertus Cenalis calculauit. In Timochaim regno Persidis, asini sunt pulcherrimi & optimi, vt & vnus vendatur pro triginta argenti ponderibus. Paul. Venetus. Et quoniam asini propter mulorum generationem præcipuè vtiles ac pretiosi sunt, multa hic quæ ad eam & asinos admissarios pertinent, dici poterant, nisi commodius videretur in mulorum vsq; mentionem ea differri. Ex onagro & asina genitus omnes antecellit, Plin. Carmani propter equorū inopiam asinis in bello plu-

rimum

rimum vtuntur: & asinum Marti sacrificant, quem solum Persæ ex omnibus dijs colunt, & bellicosi sunt, Strabo lib.15. Id à Scythis fieri ait Arnobius Apollodorum citans, Gyraldus. Saracori Asinis ad ferenda onera non vtuntur neque ad molas sed bellatores habent, & quemadmodum in equis Græci sedentes, sic asinis hi bellica pericula excipiunt. Aelianus. Asininum lac miscent ad Phrygium caseum conficiendum, Aristot. Stercus asinorum primum est maximè hortis: deinde ouillum, & caprinum, & iumentorũ, Palladius. Brassicis simum asininum maxime conuenit, Plin. Quidam bubulo iumentorũ simum præferunt, ouillumq; caprino: omnibus vero asininum, quoniam lentissimè mandant: e contrario vsus aduersus vtrunq; pronunciat, Idem. Vide plura de Asinino stercore in Caprino. Aegrotantem malum (arborem) curabis stercore asinino aqua diluto, rigando ad dies sex, Anatolius in Geop. Tibiæ ludicræ nunc è loto ossibusq; asini & argẽto fiunt, Plinius: & alibi, Asinorum (inquit) ossa ad tibias canora sunt. Tibiarum artifices ceruinis ossibus, quorum olim vsus erat, asinina præponunt, tanquam argutiora: & Aesopus apud Plutarchum in sapientum conuiuio miratur tam crassum & à Musis alienum animal ossa maxime tenuia & mulica habere. Nicoxenus etiam eodem in libro: Busiritæ inquit Naucratitas nos accusant, quod ex asinis ossa tibijs adhibere cœpimus, cum ipsis vel tubam audire nefas sit, quod asini vocem assimilet, qui propter Typhonem eis exosus est. Colysanemas cognominatus est Empedocles Laertio teste: Nam cum Agrigentini vento infestarentur, illum auertisse dicitur circumpositis vrbi pellibus asinorum innumeris. Apud Cumanos mulier in adulterio deprehensa ducebatur in forum, vt illic lapidi insistens omnibus esset conspicua. Deinde impositam asino, atq; ita per totam ciuitatem circumductam, reducebant ad lapidem, vtibi rursus esset omnibus spectaculo. His actis habebatur infamis per omnẽ vitam, & ignominiæ gratia ὀνοβάτης dicebatur, quod asinum equitasset. Lapis autem nefastus ac detestabilis habebatur in quo steterat mulier, Plutarchus in Problematis. Quadrabit hîc nomenclatura adagij instar in quamuis prostitutæ famæ. In Varini Camertis Lexico onobosides & onobatides eodem sensu legimus. Oneabates, Stephano ὀνεάβατις. Aegyptũ vrbs est. Maxima etiam apud Parthos ignominia ducebatur, nudũ asino inuehi, Suid. Asininæ pellis germen *Lefebure* sunt spissæ, & parantur à pictoribus qui ijs ad pingendum vel scribẽdum vtuntur. Mesha Arabice nominatur pannus contextus ex pilis asinorum & caprarum, vel caprinis tantum: vnde Arabes solitudinum incolæ tentoria & saccos sibi conficiunt, Andreas Bellunen. Equæ caluatia, sed non virginis, intra hortum ponenda est, vel etiam asinæ. Creduntur enim sua præsentia fœcundare quæ spectant, Palladius. Columella lib.10. inter rusticorum remedia aduersus tempestates, sic scribit: Hinc caput Arcadici mudum cute fertur aselli Tyrrhenus fixisse Tages in limite ruris. Asinus quatiens aures, tempestatem indicat, Incertus. Aselli se vertentes fricando ad terram dorsa sua, indicant magnas pluuiæ guttas. Obscurus.

F.

Pullos asinarum epulari Mecœnas instituit, multum eo tempore prælatos onagris: post eum interiit autoritas saporis, Plin. Aristophanis interpres in Vespis scribit asinos Athenis in cibũ venisse, super his verbis poetæ: Ὄνων ἀφανῶν ἐστιν ἐφήμερα κρέα τὰ δ' ἄλλα πάντα ἐστὶν ἀστοχάστως ὀνικὰ βοός. Sunt qui asinorum domesticorum, etiam cum senuerint, carnes mandant: quæ pessimi sunt succi, ac concoctu difficillimæ, stomachumq; lædunt, & præterea inter edendum sunt insuaues: quemadmodum equorum ac camelorum carnes, quibus etiam ipsis homines, animo & corpore asinini ac camelini, vescuntur, Galenus lib.3. de alimentorum facultatibus. Circa Alexandriam abundat Elephantia, propter calorem aeris & victum: vescuntur enim athara, lente, cochleis & salsamis multis, & asininis carnibus & alijs huiusmodi exassum & melancholicum succũ gignentibus. Gal. 2. ad Glauc. Lac muliebre temperatissimum est, mox caprillum, hinc asininũ, ouillumq;, postremo vaccinum, Aegineta. Archigenes & Philagrius omne lac incommodũ esse calculosis pronunciant, præter asininum, quod substantia tenuissimum est, & facultatis facillimè dissoluentis. Igitur mirabiliter articulorum tumores & nodos (quos ad callosæ duritiei modum ex vitioso lactis vsu pueri sustinere coguntur) leuigat & delet: vnde admonendum duxi vt ipsum calculosis assiduè heminæ mensura exhibeatur, post matutinas deambulationes, atq; id præsertim à lapidis generatione gratia, præ omnibus alijs fiat. Meminit horũ Aetius in curatione lapidis vesicæ. Idem scriptor alibi de suppuratis renibus tractans, his verbis vtitur: Lac itaq; cũ melle post puris eruptionem eis præbendum: & primum quidem asininum aut equinum, ad vlcera enim repurganda conducit: quũ vero repurgatione amplius opus non habent, & morsus fiunt obtusiores, indigetq; ager nutrimẽto, tunc etiam bubulum lac eis exhibendũ duarum aut trium heminarũ mensura. Bubulum, asininum, & equinum lac, ventri magis idonea sunt, sed ipsum turbant, Dioscorides. Maximè perpurgat lac equinum, tum asininum, deinde bubulum, tum caprinum. Varro. Agathus cum vrsis & tauris & lupis conuiuere solitus lacte asinino vescebatur. Textor. Pullum asininum à partu recentẽ subijciunt equæ, cuius lacte ampliores fiunt, quod id lac quàm asininum, ac alia omnia dicunt esse melius, Idem. Dulcissimum ab hominis lacte camelinum, efficacissimum ex asinis, Plin. Bubulum lac pinguissimum est, ouinum & caprinum multo minus, asinarum minimum pingue habet. Quamobrem perraro alicui in ventre coagulatur, si recens mulsum & calidum adhuc bibatur: quod si sal & mel adijciantur, fieri non poterit vt amplius coaguletur in ventre. Eandem ob causam aluum magis subducit, quòd serum ei copiosius insit, minus autem de casei natura, cuius ratione lac aluum sistit, Galenus lib 3. de alimentorum facultat. Et alibi, Equinum lac ocyus descendit, similiq; modo asininum. Quæritur apud recentiores medicos, an asininum lac sit omni alio tenuius: quoniam Galenus secum etiam in hoc pugnare videtur, lib.6. de sanitate tuenda inter omnia lactis genera tenuissimum dicens: tertio autem de alimentorum facultat. paulò ante citatum iam locum camelinum & equinum ei in tenuitate præferens, Aristotelem tertio de animalium historia secutus. Hos locos Ioan. Manardus in epistolis ita conciliat: Sexto de sanitate tuenda, inquit, Galenus asininum lac leptomeres laton, id est, maximè tenuium partium affirmat: in tertio vero de alimentis, camelinum asinino, non in tenuitate sed in humiditate præfert, hygrotaton enim dicit. Quare nisi fateri voluerimus Aristotelem aliud sensisse quàm Galenum, dicere oportebit, quod per tenuissimum non intellexerit tenuissimarum partium, sed maxime humidarum, Hæc ille. Ego Galeni verba sic accipio, asininum lac tenuissimum recte dici, si comparetur animalium lacti quæ apud nos & plærasque gentes mulgeri solent vaccarum nempe, ouium, & caprarum simpliciter vero, & comparatione ad animalia, quorum inusitatum fere ad cibum & potum in Europa lac est, vt cameli & equi non tenuissimum, sed crassius. Sic etiam Plinius tenuissimum lac camelis esse scribit, mox equabus, crassissimum asinæ, vt coaguli vice vtantur. Crassissimum dixisse videtur, pro crassius quàm cameli & equæ. Leptomeres, id est, tenuium partium vocatur, quod non crassis neque viscosis partibus constat, & cito ac facile corporum meatus subit: id quod lacti eò magis conuenit, quò liquidius est, minusque caseosæ substantiæ habet, vt Galenus ipse exponit. Sed ne sim longior, & si plura hoc in loco

contra

contra Manardum dicenda haberem, ad remedia transeo quæ ex asino & diuersis eius partibus apud scriptores celebrantur.

G.

Ex eadem aqua, de qua bos aut asinus biberit paululum sumptum & potatum, tollit efficaciter capitis dolorem, Marcellus & Plin. E caluaria asini, &c. ad comitialem remedium est apud Trallianum: nisi forte ὄνε malè aliquis scripserit pro ἀνε, quod est ἀνθρωπε. Asini frons cuti alligata gestataq; morbo comitiali liberat, vt legitur in libro Stratonis, dicitur autem moschionis, Trallianus. Corallium ex cerebro asini alligato Epilectico. Idem. Ad comitialem prodest asini cerebrum ex aqua mulsa, infumatum prius in folijs, semuncia per dies potum, Plinius lib. 28. cap 16. Numerus dierum in exemplaribus vulgatis non est expressus: ex sequentibus tamen constat non pauciores esse quam 30. Ridiculum est quod apud eundem legitur: Si quis asino (inquit) in aurem percussum à scorpione se dicat, transire malum protinus tradunt. Est genus febrium quod amphemerinum vocant, hoc liberari tradunt, si quis è vena auris asini tres guttas sanguinis in duabus heminis aquæ hauserit: item venenata omnia accenso asini pulmone fugere, Plin. Idem si tritus bibatur ad anhelitum & tussim commendatur ab Haly Arabe. Sunt qui ex asino mare nigroq; cor edendum cum pane sub dio prima aut secunda luna præcipiant contra morbum comitialem, Plin. Iecur inassatum esu comitialibus prodest, sed ieiunis edendum præcipitur, Dioscorides. Alij admixta modice panace, ori instillandum docent idq; diebus quadraginta: sic à comitialibus morbis & alijs infantes tueri, Plin. Aridum tritum cũ petroselini partibus duabus, & nucibus iuglandibus tribus purgatis ac melle illitis (aliâs ac melle tritum) in cibo datum hepatico ieiuno mirabile est. Plinius & Marcellus. Cinis ex eo cum oleo ad scrophulas vtilis est. Item ex hepate & carne eius cinis ad fissuras frigore contractas, vt Auicenna scribit: ego Dioscoridem magis approbo, qui vtraq; hæc remedia vngularum cineri attribuit, vt etiam Rasis. Ad lienis vitium efficacissimè datur inueteratus lien asini, ita vt in triduo sentiatur vtilitas, Plin. Si lienosus de splene asini arefacto quotidie ieiunus pauxillum manducet, ita potenter sanabitur, vt intra triduum vtilitas remedij huius appareat, Marcel. Splen contritus & ex aqua impositus mamillis lac prouocat, Sextus. Lien inueteratus ex aqua illitus, mammis abundantiam facit, vuluas suffitu corrigit, Plin. Splenis asinini leuissimus puluis, cum seuo vrsino & oleo ad mellis crassitiem redactus, & illitus, supercilijs pilos restituit, Rasis. Renes inueterati tritiq;, & in vino mero dati, vesicæ medentur, & vrinæ incontinentiam cohibent, Plin. Eidem arefacti atque exusti tritiq;, id est in puluerem tenuissimum redacti, & ex mensura conchulæ vnius cum vini meri cyathis duobus strangurioso potui dati efficaciter medentur, Marcellus. Cinere genitalis asini spissari capillum putant, & è canicie vindicari si rasis illinatur, plumboq; tritis cum oleo, Plinius. Coitus stimulat dexter asini testis in vino potus pro portione, vel adalligatus brachiali: nec non eiusdem à coitu spuma collecta roseo panno, & inclusa argento, vt Osthanes tradit. Salpe genitale (asini) in oleum feruens mergi iubet septies, coq; perungi pertinentes partes: Bialcon cinerem ex eodem bibi. Testes sale asseruati, & aspersi potioni, in asinarum maxime lacte vel ex aqua, ad comitialem prosunt, Plinius. Fel tauri vel asini vtrumq; per sese aqua infractum, maculas in facie tollit, cuitatis solibus ac ventis post detractam cutem. Plinius & Marcellus. Sanguis asini sedat fluxum sanguinis ex velamine (id est, cerebri tunica, ni fallor) Barbarus quidam: (Dioscorides hanc vim cerebro gallinaceorũ attribuit) Sanguis asini prohibet fluxũ sanguinarium è meninge, Auicenna. Eiusdem tres vel quatuor guttæ cum vino haustæ, febres quotidianas sanant, Aesculapius quidam. Plinius, vt paulò ante retuli, idem scribit de tribus guttis sanguinis ex vena auris, in duabus heminis aquæ haustis. Sanguis asinini pulli ex vino, regio morbo medetur, Plin. Medulla cameli, adeps & lac asini, pili è cauda simiæ, adijciuntur vnguento cuidam ad resolutiones apud Aetium 12. Spuma nitri canum morsibus ex asinino adipe aut suillo medetur. Dioscor. Adipem tradunt cicatrices corpori concolores reddere, Dioscorides: vel vt alij, vestigia cutis abolet: vt Plinius, cicatrices nigras reducit ad colorem. Sanat & vulnarum exulcerationes idem inueteratus, & in vellere appositus duriciem vulnarum emollit: per se vero recens & inueteratus ex aqua illitus, psilothri vim obtinet, Plin. Si medulla asini aut seuo, is qui comitialem patitur, loco calido inungatur plurimum iuuabitur, Rasis, Scabiem hominis asininæ medullæ maximè abolent, Plin. Seuo cicatricibus ac lichenibus leprisq; maximè color redditur: Sole adusta eodem aptissime curantur, Plin. Coitus stimulat anseris masculi adipe permixto illitum, Plin. Sextus similiter, qui non seuum sed adipem rectius vocat, & ad anum hoc medicamentum apponi iubet. Pellis iniecta impauidos infantes facit, Plin. Somnos allicit ardeolæ rostrum in pelle asinina fronti adalligatum. Idem fusti asini albi pilos & lupi stercus, Hippocrates lib 1. de morbis mulier. in præscripto quodã ad conceptum, Epilepticus concidet si pilos asini & mulę in fustibus offeras, Trallianus. Sanguinem sistit pilorum asini cinis illitus efficacior vis è maribus aceto admixto & in lana ad omnia profluuia impositio. Plin. Ossa cõfracta & decocta contra leporis marini venenum dantur. Vngularum asini cinis per dies multos (toto mense, Plinius) binis cochlearibus (vel vt Rasis habet, pondere trium aureorum & dimidij) potus, proditur comitiales adiuuare: eædem oleo subactæ strumas discutiunt: & illitæ (puluis siccus illitus) pernionibus medentur. Dioscorid. & Galenus lib. 11. de simplicibus pharmacis. Ad epilepticos, vngulas asininas vstas & tritas dato bibendas continuo: prorsus enim curãt. Nic. Myrepsus. Pernones Græci chimetla vocant, aliqui in iam citato Galeni loco non rectè phygetla legunt. Strumas discutit vngula asini vel equi cinis, ex oleo aqua illitus, & vrina calefacta. Plin. Curat etiam ea quæ serpunt vlcera, insperfus. Idem. Asini vsta vngula miscetur medicamentis ad vmbilici tumores infantium, apud Aetium: item collyrio oculorum apud Myrepsum. Vngulæ asininæ fustibus partum maturant, vt vel abortus euocetur: nec aliter adhibetur, quoniam viuentem partum necant, Plin. Cinis ex eisdem esi asinæ lacte inunctus, cicatrices oculorum & albugines tollit. Vt leucomata oculorũ efficaciter discutias, vngulas asini viuentis lima, & scobe earum quàm tenuissimo, qui leuitate sua oculos non offendat, cum lacte muliebri mixto, frequẽter inungito, Marcell. Annulum ex vngula asini, in quo nigri nihil sit, ab epileptico gestatum, prohibere aiunt, ne concidat. Hodie idem pollicentur de annulo ex vngula alces. Ad concussos dentes & dolentes, Asini vngulã vstam tritamq; aceto excipe, & orbiculos faciens repone ad vsum, aceto orbiculum vnum liquato, datoq; ore continendũ, ilicò enim dolorem sedat tollitq;, è Gal. cap. 2. Capilli & barbæ nascentur etiã glabro, si lichenẽ asini, id est collectionẽ duram quæ est circa crura eius, comburas, & teras, & pulverem illum ex oleo vetere imponas: hoc ita validũ est, vt si mulieri inde maxillam vnxeris, barbas ei nasci scias, Idem. Lethargicos excitat illitus ex aceto, Plin. Ex quacunq; causa grauedinẽ capitis exortã, quæ intempestiuũ cõcitet somnũ, sine dolore discutit, si quis impetigines in asini cruribus naturaliter natas detrahat, easq; in scobẽ delimatas, immixto aceto narib. penitùs obstipet, Marcell. Carnes ex iure sumptæ phthisicis medentur: Hoc genere maximè in Achaia curant id malum, Plin. Simile quid apud

Auicennam

Auicennam legitur. Ad phthisin, carne asinæ seuoque capræ, medicina salubris, Serenus. Sunt qui carnem asini, sanguinem alij aceto dilutum, per dies 40. bibendum contra morbum comitialem præcipiunt, Plin. Asininum lac cum melle potui datum, ventrem facile & sine periculo soluit, Marcel. Dioscorides & alij simpliciter aluum mollire scribunt. Bubulum, asininum, & equinum lac, ventri magis idonea sunt, sed ipsum turbant, Dioscorid. Asinæ lac ad purgationé dat Hyppocrates in libro & dixta morborum acutorum, vbi Galenus cõment. 4. lac istud purgantium omnium mitissimum & infirmissimum esse scribit: esse verò humidius quouis alio lacte & ventri deijciendo aptius. Vide Mundellam in Dialogis, quod lac asinæ nõ purget asserentem. Asininum peculiariter collutos dentes gingiuasq; stabilit, Idem. Asinino lacte dentes dolentes colluito: hoc & eos qui mobiles sunt corroborat. Archigenes apud Galen. Nic. Myrepsius. Eodem lacte percussu vexatos dentes, aut dentium eiusdem cinere, confirmari notum est, Plin. Non solum enim dentibus innoxium est, sed ob tenuitatem etiam abstergendo conducit Comitialibus morbis vtiles tradunt testiculos arietinos inueteratos tritosque dimidio denarij pondere in aqua, vel lactis asinini hemina. Interdicitur vini potus quinis diebus ante & postea, Plin. Ad comitiales (vt diximus) coagulum vituli marini bibunt, cum lacte equino asininoue, aut cum punici succo: quidam ex aceto mulso, nec non aliqui per se pilulas deuorant, Idem. Diocles epilepticis dat lac asininum & equorum impetigines vel mulorum, neque tempus adijciens factis & odiosis ægrotantes afficiens rebus, Cœl. Aurel. quod ipse Cœlius non probat. Lac asininum melle mixtum Galenus iuueni, qui ferè contabuerat, a balneo statim exhibuit. Lac asininum in hecticis & tabidis morbis administratur: nam plus seri habet quam alterius substantiæ, vnde in phthisicis magis ad detersionem præbetur quàm ad nutritionem, è nutriendis autem asinus in otio & herbis recentibus, vt farragine, hordeo, secale. Rond. cap. de affect. ventris. Suspitiosis ante omnia efficax est potus equiferorum sanguis: proxime lactis asinini tepidi cum bulbis decocti, ita vt serum ex eo bibatur, addito in tres heminas cyatho nasturtij albi, perfusi aqua, deinde melle diluti, Plin. Si dolent vbera, lactis asinini potu mulcentur: quod addito melle sumptum & purgationes mulierum adiuuat, Idem. Stomachum exulceratum lactis eiusdem potus reficit, item bubuli, Plin. Aristolochia vel agaricum, obolis ternis ex aqua calida, aut lacte asini pota, stomachi vitia sanat, Idem. Dolores stomachi lenit & maxime his, quibus tristitia aut desperatio accedunt, lac asininum aut muliebre aut bubulum, silicibus incoctis potatum, Archigenes, apud Gal. xx. :o= Heraclides orthopnoicis dedit anisi seminis, quod ternis digitis prehenderit, tantundem hyoscyami cum lacte asinino, Plin. Commendatur etiam ad tussim, extenuationem, sputum sanguinis, hydropem & duritiem splenis. Capiti tamen infirmo, & vertigine aut tinnitu laboranti non conuenit. Priuatim prodest contra gypsum, & cerusam, & sulphur, & argentum viuum: Item duræ aluo in febri. Gargarizatur quoque faucibus exulceratis vtilissime: & bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus, quos atrophos vocant. In febri etiam quæ careat dolore capitis. Pueris ante cibum lactis asinini heminam dari, aut si in exitu cibi rosionem sentirent, antiqui in arcanis habuerunt: si hoc non esset, habuerunt è caprino, Plin. Ad columellam pendulam (id est, valde laxatam absq; inflammatione) mentam ac rutam & coriandrum lacte asinino trita gargarissanda præbe. Galenus de compos. med. xx. 7x. lib. 6. Ad aphthas, lac asininum gargarissandum præbe. Idem. Eiusdem potus vtilis est cœliacis & dysentericis, addito melle, Plin. Tenesinus (id est cerebra & inanis voluntas egerendi) tollitur poto lacte asinino, item bubulo, Idem. Serum aut lac asininum propinat Hippocrates in tabe dorsali & bubulum lac per dies 40. lib. 2. de morbis. Idem ad fluxum & alios morbos veteri, coagulum asininum cum mali punici radice, &c. bibendum præcipit. Sunt inter exempla qui lac asininum bibendo liberati sunt podagra chiragraue. Alij vero seri asinini potu eosdem morbos prorsus euasere, Plin. Aqua mulsa contra hyoscyamum salutaris est cum lacte, maxime asinino, Idem. Asinino lacte poto venena reslinguuntur. Peculiariter si hyoscyamum potum sit, aut viscum (chamæleon ixias potius) aut cicuta, aut lepus marinus, aut opocarpathum, aut pharicon, aut dorycnium: & si coagulum alicui nocuerit: nam id quoque venenum est in prima lactis coagulatione. Sed meminisse oportet recenti vtendum, aut non multò postea tepefacto. Nullum enim celerius euanescit, Plin. Canceri fluuiatiles triti potique ex aqua recentes, seu cinere adseruato, contra venena omnia prosunt, priuatim contra scorpionum ictus cum lacte asinino: vel si non sit, caprino, vel quocunque: Addi & vinum oportet, Idem. Venenis datis expellendis, lac asinæ, placidæque bouis prodesse loquuntur, Serenus. Lac asini contra leporem marinum commendat Nicander. Si hydrops a splene fuerit, lactis asinini hemmas octo præbe melle affuso: Hippoc. lib. de internis affectibus. Rupta, conuulsa, canceri fluuiatiles triti in asinino lacte maxime sanant, Plinius. Asininum lac conferre aliquid candori in mulierum cute existimatur. Poppea certe Domitij Neronis coniunx, quingentas per omnia secum fœtas trahens, balnearum etiam solio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credens, Plinius: & rursus alibi, Cutem (inquit) in facie erugari & tenerescere, & candorem custodire lacte asinino putant. Notumque est quasdam quotidie quingentarum custodito numero fouere: Poppea hoc Neronis principis instituit, balnearum quoque sic solio temperato, asinarum gregibus ob hoc eam comitantibus. Denigrant capillos hæc. Radicem capparis tritam cum muliebri lacte, aut, vt alijs placet, asinino, ad tertias cognito & ad noctem pro cataplasmate imponito. Archig. x. :=. Vrina asini attritus calciamentorum cum luto suo illita sanat: item scabiem hominis, & vngues scabros, Plin. Lepras ac furfures tollit tauri, vel addito nitro vrina asini circa canis ortum, Plin. Asini vrina traditur nephriticis siue renum vitijs mederi in potu, Dioscorides. Eadem cum melanthio prodest contra omnes impetus & suppurationes siue panos & apostemata, Plin. A sydere percussorum curatio. Asini lotio ipsos consperge & sanescent, Galenus. Alij vlceribus excedentibus & humidis vtilem prædicant. Sideratis vrina pulli asinini nardo admixto perunctione prodesse dicitur, Plinius. Eadem capillum densari putant, admiscentque nardum fastidij gratia, Idem. Vrina muli vel mulæ vel asini cum suo luto illita, & clauos abolet, & callis medetur, Marcel. Ad pendulam columellam Apollonius lotium Asini plurimum & calidissimum bibendum præberi præcipit. Galenus. Fimum asini recens cum rosaceo in grauitate aurium tepidum instillatur, Plinius. Vlcera capitis subito nata sanantur, si asini stercoris succo, & scillæ contritæ quantum satis videbitur, & bubulæ adipis tantundem miscueris, atque ad capitis vlcera veluti cerato vsus fueris, Marcel. Quidam, si intestina prolapsa in hernia non poterant intromitti, superponebat stercus asini calidum & hoc per 3. dies continuabat. Arnoldus. Tam asinorum quàm equorum fimum, siue crudum, siue crematum, addito aceto, sanguinis eruptiones cohibet, Dioscorides. Stercus asinæ aridum naribus infrictum sanguinem sine intermissione fluentem cito compescit, Plinius. Idem si recens imponatur, profluuia sanguinis mire sedare dicitur: item cinis ex eo. Qui vulvæ etiam prodest impositus, Plin. Ad fluxum sanguinis è vulnere: Recentem ac calidum adhuc fimum asininum cataplasmatis modo

super

ſuperimponito quòd ſi aridus fuerit, diſſolue pauxillo aceto. Galen. eupor. 1. Ad fluxum ſanguinis narium, Aſini ſtercus comburens inſuffla cinerem eius aut exprimens inſtilla ſuccum. Idem cap 2. Item, Aſinini ſimi (ſic enim reddo Latinè Onida) etiamnum calentis ſuccum miſtum cũ aceti æquali portione, & tanta farinæ triticeæ, vt ſordium habeant conſiſtentiã, lineamento adfricato, quod affectæ nari imponito. Idẽ cap. 1. Aſini ſtercus ad hæmorrhoidas, apud Actium lib. 14. Stercora aſinina vel equina, ſi dũ calida ſunt apponantur, ſanguinẽ ex vulnere fluentem ſiſtunt Ruſius. Ad ſanguinẽ vndecunq; fluentẽ adhibetur ſi è naribus profluat, ſuccus expreſſus inſtillatur ac retinetur. Si obſtruantur eo venarũ vel arteriarũ aperta oſcula, ſanguis cõtinetur. Fimus aſini calidus vino miſcetur, cui intincta vt affatim ſuccum combibant linamenta goſſampina, ad fluxũ ſanguinis coercendũ locis affectis immittuntur, Raſis. Emplaſtrum ex eodẽ fronti impoſitum fluxionem auertit, Raſis. Armentarij equi vel aſini, qui herba paſcitur, ſiccum ſimum liquatum in vino, mox potum, contra ſcorpionum ictus magnopere auxiliatur, Dioſcorid. Aſinini fimi cinis ex vino cœliacis & dyſentericis confert, Plin. Ad lienoſos cum præduro tumore: Aſini ſtercus aridum aceto diſſolue, & per linteolum excolatum potui dato. Gal. eup. 2. Ad comitialem morbum, Aſini ſtercus frictum cochlearium duorum pondere quotidie exhibeto atque ægrotus morbo liberabitur. Id remedium longa experiẽtia comprobatum eſt. Idem. Si fella creſcant, Et niueus prodeſt ex vbere ſuccus aſellæ, ſi tepido vino infundas, ac mella piperq; ſerenus. Fimum aſinini pulli, quod primum ædidit à partu, polean vocant Syri, dant in aceto muſſo contra lienis vitium: Idem cœliacis & dyſentericis confert: In ſapa decoctum, colo magnopere prodeſt: Datum fabæ magnitudine è vino medetur morbo regio intra diem tertium: Eadem & ex equino pullo ſimiliterq; vis eſt, Plinius. Ad podagram, Aſinini ſtercoris ſuccum aſinino lacti ac dulci vino admiſce & illine Gal. eup 3. Si prægnanti mulieri menſes profluant, ſtercus aſininum ſiccum & rubricam & ſapiæ teſtam terito, & linteo illigata apponito. Hippocr. lib de ſterilib. Idem in lib. de ſuperfœtatione, inter medicamenta quibus ſuſtinus vterus clauſus aperitur, numerat fibri teſtẽ, aſini maſculi ſtercus, adipem ſuillum. Ad nyctilopa id eſt, nocturnam oculorum cæcitatem, expreſſum ex recenti onide (id eſt, fimo aſini) ſuccum oculis illine. Gal. eup. 1. Eruptionibus pituitæ aſinini fimi cinis illinitur cum butyro, Plinius. Equarum virus à coitu Anaxilaus prodidit in lychnis accenſum equinorum capitum viſus repræſentare monſtrificè: ſimiliter ex aſinis, Plin. Membrana partus earum, præcipue ſi marem pepererint, olfacta, accedente morbo comitialium reſiſtit, Plinius. Ad leucoma equi miſcetur, iac canis aut aſini, ſanguis columb.r, ros braſicæ, &c. Hippiat. cap 11. Sunt qui ex luto orto ex vrina quã aſinus in via excreuit, ſcabiem ouium illinunt, Diophanes in Geop. Stercus aſininum ſtatim oportet imponere in ictum ſcorpij, Vegerius in hypiatricis.

H. Philologia de aſino.

a. Aſinus Græcis ὄνος dicitur παρὰ τὸ ὀνῆσαι quod hominum opera iuuet, vnde & iumenta Latinis dicta. Λάταξ aſinus vel mulus, &c. Vide in Mulo a. Cyrenenſes aſinum βεκὲν vocitant: Cretenſes βάλλεσθαι quidam βύκτιλον, quidam κάμηλον alij μεγάμυκητα à nimia vocis abſurditate, ὀνίδιον, ὀνίδιον & ὀνάριον, diminutiua ſunt. Aſella pro ala quoq; ſiue axilla reperitur, vnde illud in ſacris, Prouer. 19. & 26. Abſcondit piger manum ſub aſella: ſic à qualo quaſillum dicimus. Κανθήλιος Varinus aſinos interpretatur, quæ vox ad canthelios accedit. Inueniuntur & hæc nomina apud Græcos, κάνθων vnde vocatus cantharus, id eſt ſcarabeus, qui ex aſini fimo ſobolem ſibi parat: τίλλα quod talum quoque ſignificat, μύωρος apud Varinum, haud ſcio quàm rectè ſcriptum. Μόνος, vt D Cyrillus in Oſee propheta exponit, alij verò magnam belluam, quæ propter feritatem ſolitaria paſcatur, propriè tamen aprum ſignificat, qui ſolitarius degit. Suidas etiam lupum ſolitarium interpretatur. Νωθρός, ἀδιάπνοος (vel ἀδιάπνευστος ſicut & Pierius legit) συρφετώδης ὄνος. Varinus. Τέλλιος, aſinus fuſcus, Etymologicon Παρὰ τὸ τέλλεσθαι πρωΐαν, ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν ὄντως ἀμέλγεται, apud Varinum. Τερόνης, aſinus labore & ſenio confectus: accipitur etiam pro homine ſene & ætate exhauſto, ὀκλίας aſinus, vel aries agreſtis, vnde ὀκλιάζειν etiam pulpita dicũtur, ἐφ' ὧν ἀκροωνται ὑποκριτῶν ἑστῶτες ταῖς ὀκλιάσι. Camers. Ariſtophanes in Veſpis, Ὦ τέμενος ἱππάζεται Ὁμοῦ τοῖς κλητῆρσιν εἶναι κωλύει. Κλητῆρες dicũtur miniſtri publici qui homines ad iudicia vocant, item teſtes qui vocantur: ſed poeta κλητῆρα hic dixit παρ' ὑπόνοιαν αὐτὸ ἐκφέρων. Et alibi in eadẽ comœdia, Ὄνικε μὴ περιόδευε τὰ πλάτη τῆς γῆς. Κλητῆρά σοι ἀγοράσω δοκιδίου ἀκρου. Hic item κλητῆρα dixit pro aſino, eſt autem ſcomma in ſenem. Φιλόδικαστος. Γραῶν anus putida, vel aſina vetula: Φορυτός, aſinus regius, Varinus. Μυχλός libidinoſus, mœchus, vt μάχλος. Thocenſes aſinos quoq; admiſſarios mychlos nominant. Aſini epitheta apud poetas leguntur, tardus, onerarius, doſſuarius, vilis, plauſtrarius, molarius, piger, pandus, vulgaris, Arcadicus, Mænalius, ignauus, lentè gradiens, auritus, iners, rudens, ſegnis, horripilus, turpis, clitellarius, lentipes, quadrupes, inſulſus, miſerãdæ ſortis. Et apud Græcos νωθὴς, παλιντριβὴς, ὀγκηρός, βραδύπους, βραδύτοκος, ἐλεήλατος, πολυκαφιδοσιννήλατος. Ἀκανθόμυθος τῇ ὕσμινι interpretantur Grammatici ἀκανθώδη μύθον τῇ ὁρμῇ, quod epitheton cani ſagaci aptius eſt. Extat egregium Palladæ epigramma in aſinum ſegnem, non indignum hîc legi.

Ἀνὴρ ἀσυνέμιτος ὄνον μακρόθυμον ἐδάμασεν,
Τὸν βαρὺν ὀμοῦ καὶ ἀτρόμητον ἐς μάχην.
Τὸν τῆς βραδυπάτου, ὄνον, πῶλον, ὄνον, ὄνον, ὄνερον,
Τὸν ἀκανθαμπλόκαν ὑσμίνην, πόλεμον.

De aſello inſecto multipede, & eiuſdem numinis piſce, ſuis locis dicetur: vtrumque etiam Græci onon vel oniſcon vocant: vtrique à cinereo (quem Germani etiam aſininum vocant) colore nomen. Ὄνιος ſtercus aſini. Aeginetæ 2. 52. Aſinius & Aſellius nomina propria virorum leguntur. Heratia inſula eſt, quæ antea dicebatur Onus. Plin. Aſine, Ἄσινη Peloponneſi vel Achaiæ vrbs iuxta Meſſeniam, vnde ſinus Aſinæus: Lucanus, Quas Aſine cautes, & quas Chios aſperat vndas. Eſt & Laconica vrbs dicta ab Aſine filia Lacedæmonis, item Cypri & Ciliciæ. Præterea vaſis genus eſt ὄνος apud Ariſtotelicos inter exempla homonymiæ, quod à figura ſic dictum conijcio, vt orcham à bellua marina. In ſigno cancri duæ ſunt ſtellæ paruæ Aſelli appellatæ, Plinius lib. 18. Exiguum inter illas ſpatium obtinet nubecula, quod præſepe dicitur, Lactantius. In cancri deformationis parte, vt Hyginus ſcribit, ſunt quidam qui aſini appellantur, à Libero in teſta cancri duabus ſtellis figurati. Liber enim à Iunone furore obiecto, dicitur mente captus fugiſſe per Theſprotiam, cogitans ad Iouis Dodonæi templum peruenire, vnde peteret reſponſum, quo facilius ad priſtinum ſtatum mentis rediret: ſed cum veniſſet ad quandam paludem magnam quam tranſire non poſſet, de quibuſdam duobus aſellis obuijs factis dicitur vnum deprehendiſſe eorum, & ita eſſe tranſuectum, vt omninò aquam non tetigerit. Itaq; cum veniſſet ad templum Iouis Dodonæi, ſtatim dicitur à furore liberatus, & aſellis gratiam retuliſſe, & inter aſtra eos collocaſſe. Nonnulli etiam dixerunt aſino illi quo fuerat vectus, vocem humanam dediſſe. Itaque poſtea cum eum Priapo de natura contendiſſe, & victum ab eo interfectum. Pro quo Liberum eius miſertum, in ſideribus annumeraſſe. Et vt ſciretur id pro deo, non pro homine timido

mido (quia Iunonem fugerit) feciſſe, ſupra cancrum conſtellatum, qui deæ beneficio fuerat affixus aſtris. Dicitur etiã alia hiſtoria de aſellis, vt ait Eratoſthenes: Quo tempore propter bello gigantibus indicto, ad eos oppugnandos omnes deos conuocauit, veniſſe Liberum patrem, Vulcanum, Satyros, Silenos, aſellis vectos: qui cum nõ longe ab hoſtibus abeſſent, dicuntur aſelli pertimuiſſe, & ita pro se quiſq; magnum clamorem & inauditum gigantibus feciſſe, vt omnes hoſtes eorum clamore in fugam ſe coniecerint, & ita ſint ſuperati, Hæc Hyginus. Poſtremam fabulam Varinus etiam in Lexico ſuo in aſini mentione affert: & hanc ob cauſam aſinis hunc honorem habitum inquit, vt in caueri ſydere occaſum verſus collocarentur. Acharnici aſini, de magnis aſinis dicebatur, Varinus Οἴονιον verbum apud Thucydidem Aelius Dionyſius mouere & circumagere exponit: & apud Hippocratẽ ὀνικὸς ἄξων eſt πρὸς ὄνον ἐπιτηδείως τεῖνον. Οἴονοι enim ſunt funes ductarij ex cannabi ſtuppa aut lino, nimirum ad machinas vel ergatas idonei, vel alioqui ad trahendum aliquid. Nam & cameli funes magni vocantur, à quibus anchoræ ſuſpendũtur. Ἄξονες etiam, id eſt vectes machinarum, ὄνοι nominantur. Latini ſuculas vocant tractorij generis machinas, quæ conſtant tereti ligno duobus aut pluribus vectibus traiecto, vtrinq; æqua extantibus longitudine: quæ dum verſantur funis ductarius circa eas obuoluitur. Gallo-turones dicunt, Germani *haſpel*, genus illud earum quo ex hypogeis cupæ ſubuehuntur, vel in ea demittuntur. Ὀνικὸν κόμμα ſcomma in craſſi & rudis ingenij hominẽ apud Ariſtophanem, nimirum à funibus iam dictis tractum. Apud eundem Midam ὀνοφυὴς legitur diuiſis dictionibus per π ſimplex, cum tamen apud eundem in Σ. per π geminum ſyppus (quod magis placet) ſine interpretatione habeatur. Cæterum ergata machina tractoria vel hoc à ſucula differt, quod axe eſt recto. Nam etiam vectibus ſicut ſucula verſatur, non id quidem brachiorum ductu, ſed obtorti funis & ambientibus vectiarijs: Itali arganum vocant, vt Guliel. Philander ſcribit in Vitruuium: Germani *ein windas*. Ad hæc ὀνικὸν vnitas eſt in cubis vel teſſeris, Polluce teſte (vt canis in talis) quæ etiam cubus dicebatur, eodem nomine quo integra ipſa teſſera: & eo ſenſu accipitur in prouerbio ἡ τρεῖς ἡ τρεῖς κυβοι. hoc eſt vel maxima vel minima ſumma. Merito autem aliquis per iocum miretur in iiſdem Midam, cui auriculæ aſininæ, feliciſſimum fuiſſe iactum, cum ipſe infeliciſſimus fuerit. Οἰονόμος ſerra frabrilis, Varinus, Τὸν δὲ νῦν μυλακόπον, ὀνακόπον Ἀλεξις εἰρηκεν ἐν Ἀμφιτρύωνι. Pollux. Superior molæ lapis qui circumuertitur, Latine catillus, Græce ὄνος & inferior Latinis meta. Xenophon libro 1. de expeditione Cyri: εἰ δὲ ἐκκόψειαν τοὺς μύλους ὀνους ἐκάλουν. apud Pollucem etiam ὀνεύειν legitur ſimiliter pro lapide molari. Cato molarium aſinum, & Paulus Iureconſultus aſinum molendinarium appellat, non lapidem, ſed ipſum iumentum. Aſinaria mola, quæ ab aſino circumagitur: vt Matth. 18. Qui offenderit vnum de puſillis illis, qui in me credunt, præſtaret ei ſuſpẽdi molam aſinariam à collo eius, ac demergi in profundum maris. Græca eſt μυλος ὀνικὸς. Hippocrati chirurgicum eſt inſtrumentum oniſcus, luxatorum curationi accommodum. Aſini nomen in ludis literarijs illi imponitur, qui in ſtudijs vel moribus deliquerit: is enim protenſis indice & auriculari digito aſinum vendere iubetur: hoc eſt tantiſper hac ignominia notari, donec in alium propter ſimile peccatum eam transferat. Sunt qui è collo ſtipitem, aſini vel nomine tantum, vel etiam figura onocephalum, eandem ob cauſam pueris appendant. Similiter & alij quandoq; deriſuri quempiam, digitis vt dixi protenſis auriculas aſini imitantur, & ſibilum addunt. Hinc Perſius:

O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinſit, *Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas.*

Ἐπίσπαστρον ὄνικον, Pollux: rotulam nendi inſtrumentum intelligo. Licebit etiam ὄνον vocitare, quem girgillum Latini, inſtrumentum quo fila reuoluuntur. Ἀποδιδράσκησις apud Pollucem ludi genus eſt, in quo pila ad pauimentum vel parietem vi illidebatur, & repercuſſa manu ludentis ſubinde reijciebatur, cui plures cõtinui pilæ ſaltus ſucceſſiſſent, rex appellabatur, & imperabat: victus autem aſinus, & imperata quæuis exequebatur. Alius apud eundem ludus puerilis oſtracinda deſcribitur, in quo deprehenſus in fuga ſimiliter aſinus dicebatur. Teſta erat ab interiori parte picc illita: eã aliquis ad lineam in terra ductam eminus proijciebat, ſimul pronuncians, nox, dies, propter colores teſtæ diuerſos, quorum altera ſibi factio eligebat: perſequebatur illa fugientem alteram, cuius in proiecta teſta color eminebat. Plato in Theæteto: Ὃ γὰρ ἂν ἐν ἀμφοῖν καθ' ἑκάτερα, ὥσπερ φασὶν οἱ σφαιριζοντες ἐν τοῖς διαγράμμασι περιγένηται ἀναμάρτητον, βασιλεὺς ἡμῶν. Commodus Cæſar (vt Lampridius refert) habuit hominem cuius prominebat penis vltra modum animalium, quem onon appellabat, id eſt aſinum, ſibi chariſſimum, quem & ditauit, & ſacerdotio Herculis ruſtici propoſuit. Hinc etiam onobelos dici coniectant: ſunt autem hi qui viriliores videntur, vt in Heliogabalo ſentit Lampridius, velut aſini telum præferentes, Cælius. Eryſichthon Myrmidonis filius propter voracitatem aſinus eſt appellatus, Aelianus. Euclio ille Plautinus paupertatem ſimulans ad Megadorum diuitem filiam eius ambientem in Aulularia ſic loquitur: Nunc ſi filiam locaſſim meam tibi, in mentem venit, Te bouem eſſe, & me eſſe aſellum, vbi tecum coniunctus ſiem, Vbi onus nequeam ferre pariter, iaceam ego aſinus in luto. Tu bos me haud magis reſpicias, gnatus quàm ſi nunquam ſiem: Et te vtar iniquiore, & me meus ordo irrideat: Neutrobi habeam ſtabile ſtabulum: ſi quid diuortij fuat, Aſini mordicibus ſcindant, boues incurſent cornibus. Hoc magnum eſt periculum me ab aſinis ad boues tranſcendere. Chriſtiani cur aſinarij per ignominiam nominati ſint, & Chriſtus onochelus, mox docebimus. De Ariſtone Epheſio & Onoſcelide eius filia abſurdior eſt hiſtoria in Plutarchi Parallelis, quàm vt hîc referri debeat. Ab aſino deſcendiſſe mihi videntur Græcorum vocabula, ὀνηδόν, ὀνόσαι, ὀνος, ὀνοτάζειν, & alia huiuſmodi. Nealces cùm prælium nauale Aegyptiorũ & Perſarum pinxiſſet, quod in Nilo, cuius aqua eſt mari ſimilis, factum volebat intelligi, argumento declarauit, quod arte non poterat. Aſellum enim in littore (pro ripa) bibentem pinxit, & crocodilum inſidiantem ei, Plinius. Lapis ſpecularis in quibuſdam Italiæ locis vulgo ſpeculum aſini dicitur. Onopordon herbam ſi comederint aſini, crepitus reddere dicuntur. Trahit vrinas & menſes, aluum ſiſtit, ſuppurationes & collectiones diſcutit, Plinius: nec alibi aliud, vt ignota ſit hodie, ſicut etiam onocichla, cui flos diuturnior per partes florenti apud eundem. Inter vuas damnantur viſu cinerea, & rabuſcula & afiniſca à colore nimirum dicta: cui eadem forte fuerit ὀνόχειρ Varino memorata. Aſinaſtræ, Macrobio, ſi bene memini, inter ficorum genera nominantur. Pruna ſeriora maioraq;, aſinina cognominata à vilitate, eodem colore ſunt quo hordearia, Plin. Auriculam aſini Galli quidam vulgo vocant ſymphytum alterum. Sabaudi lotum pratenſem, panem aſini. Inter ſtirpium nomenclaturas Dioſcoridi attributas, onomordiam helxine eſt aſini ſanguis Aegyptijs, filix: aſinus ichrei Magis, ſampſuchum. Onitis etiam herba ex origani generibus, aſinum nomine præ ſe fert. Nicander ὄνου πτελέαν vocat, quod folium eius aſinis pabulo gratum ſit. Onobletum herba linguæ ſimilis Hippocrati contra fœminarum profluuia in vellere apponitur. De Onocichle vide in Turdo. Onopyxus folio & caule ſpinoſus eſt, Plin. Anonin quidam ononida malunt vocare, Idem. Grammatici ἀνῶνιν exponunt τὴν τὰς ὄνους ὠφελοῦσαν. Huic nomine ſimilis onuris eſt, aliàs œnothera dicta, quæ

in potu data feras quoque mitigat Plin. Onogyrus planta eſt male olida, quam alij anagyrum vocant, proverbio etiam celebris, item viri nomen. A bubus Athenis Buzuges nobilitatus, Argis Onogyrus, Varro. Onophylion eadem anchuſæ eſt, quæ Arabicæ linguæ autoribus etiam aſini lactuca vocatur. Anchuſam ipſam quoq; Græci onoclean vocant, & folijs lactucæ deſcribunt. Lycopſis etiam à nonnullis anchuſa vocatur, lactucæ folijs quæ & onoſmati herbæ apud Dioſcoridem tribuuntur. Anchuſæ genus alterum apud Dioſcoridem onochiles appellatur, alij onochilon vel onochelim ſcribunt. Eadem eſt Alcibiadion Dioſcoridis contra ſerpentes, præcipuè viperas, efficax: nec aliud Alcibion Plinij lib. 25. cap. 5. quamuis ille qualis ea herba eſſet apud authores ſibi repertum neget. Barbara & Arabica quæ anchuſæ ſiue lactucæ aſininæ & generibus eiuſdem tribuuntur nomina, quæ in Arabicorum nominum interpretatione in Auicennam Andreæ Bellunenſis, & antiquioris cuiuſdã innominati reperiuntur, hæc ſunt: Achatini, hearphilus, feſula, almiphar, anſadius, ſenuat, ſenchar, ſengiar, alſangiar: ſimarem vel ſincarem genus anchuſæ cæteris maius: ahugiliſe, lactucella maior abugileſa, argialetus, abuchaleſa, achaſunas. Cæterum onocardion, dipſacus intelligitur (quaſi aſininius carduus, ille nimirum qui in prouerbium abijt. Similes habent labra lactucas:) à quo longè diſtat anacardium fructus arboris Indicæ. Dipſacum nonnulli etiam virgam paſtoris vocant, & lactucam aſini cum ea confundunt, Onobrychis folia habet lentis, &c. Dioſcorides. Vrticam marinam Galli vulgo vocant *culd aſne*: Græci hodie colicenã. Lingua aſini eſt planta, habens folia rugoſa non magna & radiculas odore ligni cupreſſi fragrantes Syluat. Onocecidas Galenus à ruſticis ſcribit appellari gallas eas, quæ grandeſcunt fungoſæ, quaſi aſininas, quod ignauæ ſint & minus efficaces. Cliſthenes tribus Dorienſium diuerſis nominibus notauit ac præter ſuam reliquas ex brutis per ludibrium appellauit. Quippe hyatas id eſt, ſuales: aliquibus oneratas id eſt, aſinales: reliquis chærcatas id eſt, porcales nomina indidit Alex. ab Alex. Aſinaria feſtum erat Syracuſis menſe Maio, ab Anapo fluuio appellatione ducta, apud quem Athenienſium imperatores Nicias & Demoſthenes capti. Eiuſdem nominis comœdia extat Plautina, in qua mercator pro aſinis emptis pretium numerare introducitur Leonidæ ſeruo, qui [illegible]riam atrienſem, cui numerari debuerat, ſe fingebat: De hac pocta in prologo ſcribit, à Demophilo prius Græce editam onagri nomine. Onoſander philoſophus fuit Platonicus, cuius librum de optimo imperatore habemus. Ὀνεῖα κρέα aſininæ carnes, Varinus. Aſinis & mulis procomij loco ad oculos defendendos aures datæ ſunt longiores. Xenophon. Δερὰ cutis vel pellis aſini: ὀνεία ἡ paroxytonum, idem, vel forma aſini, Varinus Ὀνεῖα ἐκ τῶν ὄνων ſimus aſini: poſterius etiam de bubulo Homerus dixit, Pollux. Ὀνεῖα δὲ ὀνεῖα, excrementa equi, vt ὄνειος aſini, Varinus. Κίλλος veſtis color qui nunc onagrius vocatur: Aſinum Dores κίλλον vocant. Pollux. Μύλλαι, lineæ nigræ in aſinorum collis & pedibus naſcentes, Idem. Μύλλα reduplicatio quædam in aſinorum & boum collo, Idem. Aſini colorem refert tarandus, cum ei libuit ſui coloris eſſe: quem ſæpe immutat. Cercopithecus pilo eſt aſinino. Λείριον ἦκε δολὴ χείρεσσι, φέρε λάθετε καὶ ἐείσατο ἴσα καὶ ὄνοιο ἀπειπάδη ἔξ μήτηρ ἑκείνης Nicander in Alex. In medio, inquit, flore κρίνου fecit aſini genitali ſimiles. Leucrocuta aſini ferè magnitudine eſt, Plin plerique legunt aſini feri, id eſt onagri. Ad Cadaram rubri maris peninſulam belluæ exeunt quædam aſinorum capitibus, aliæ alijs, & depaſcuntur fata, Plin Vox aſino apprime rudis, vt merito rudere Latinis dicatur: hinc & Græcorum onomatopœiæ, βρωμᾶται, βρεμάεται (quod de mulis etiam dicitur) & ἰγκᾶσθαι: poetæ quidam aſinos ἰγκητὰς cognominant. Ὀ ἴγκησις aſini clamor. Heſychius, Βρωμᾶται δὲ καὶ ἰγκᾶται. τὸ γὰρ ἰγκᾶται λέγεις ἐπὶ ὄνου εἶπε. Thom mag Βρωμᾶσθαι Grammatici exponunt de aſinis maribus, cum præ fame exclamant, παρὰ τὸ βρῶμος ἐστὶν τροφὴς δεῖσθαι Varinus citans Pauſaniam Βρωμᾶν abſolutè pro ὄνον, Nicander in Alex. Βρῶμος καὶ βρῶμα ἡ φωνὴ τοῦ ὄνου. Οἱ δὲ βρωμηροὶ μᾶλλον βρωμητὴς, aſinus rudens per eſuriem, aut pabulum edens vel auenam, quam Græci brômon appellant. Μακάρτατον, ὅτις ἐν κυμινοπρίστοις ἁμάξαις βρύχεται καὶ βρέμει. Heſychius. Perſius Sat. 3. Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere credas. Ouid. lib 3. de Arte: Vt rudit à ſcabra turpis aſella mola. Rudentes reſtes nauticæ, & Aſini cùm vocem emittunt. Feſtus. Abuſiue etiam de leonibus & de hominibus dicitur apud Vergilium. Aliqui homines vocem edunt ſimilem cani, aſino, equo, &c. hinc quiſque iudicandus eſt eiuſdem animalis ingenium referre, Adamantius. In Philomela poemate obſcuri authoris hic verſus legitur, Quirritat verres: tardus rudit, oncat aſellus. Oncare vocem Græcam eſſe dixi nec apud vllum Latinorum legiſſe memini. Nullus in terra Scythica neq; aſinus neque mulas gignitur, ac ne vllus quidem viſitur propter frigora. Itaque rudentes aſini perturbabant Scytharum equos & cum Scythæ ſæpenumero Perſas adorirentur, eorum equi exaudita aſinorum voce, conſternati auertebantur, arrectis auribus ſtupefacti, vtpote inſolentia tum vocis, quam prius nõ audiſſent tum formæ, quam nunquam inſpexiſſent, Herodotus lib 4. Onocrotali aues ab aſinino clamore nominantur. Philemon mortuus riſu dicitur, cum aſellam ficus conſumpſiſſe videret, Valerius Max. lib 9 Ὀνοβατεῖν de aſinis proprie dicitur cum equas inſcendunt, Pollux. Homerus vt aſini tardum & ne per vim quidem celeritatis capacem inceſſum ſignificaret, vel vt Græce dicam ἠρέμα καὶ ἀσθμαντὶ πρέπει ἐπὶ τάχα πηδᾶν, hoc verſu vſus eſt, Ὡς δ' ὅτ' ὀνηΐοισι παρ' ἄγραυλοι ἐρύσσωσι παῖδες. Iliad. . Eraſmus in prouerbio, Aſinus eſuriens fuſtem negligit, non recte ἐσθίων legit & vertit. Aiunt aſinum ſi ex eius cauda lapidem appendas, non rudere, Aelianus. Ὀνώδης aſininus, aſini inſtar ſtupidus. Μονοφόρους, μονοφόρους, ἵππους. Varinus: doſſuarios aſinos intelligo, quos ναυφόρους, ναυτικοὺς, & σαλοφόρους, Græcis vocitare vſitatius eſt. Clitellæ ſunt quibus ſarcinæ colligatę mulis vel aſinis portantur. Hinc clitellarium & clitellatum iumentum dicunt. Cato cap. 10. Aſinos inſtratos, clitellarios, qui ſtercus vectent, tres. Et Plautus in Moſtell. Nam muliones mulos clitellarios Habent ego homines habeo clitellarios: Magni ſunt oneris, quicquid imponas, vehunt. Sed quas homines baiuli gerunt clitellæ, muli Mariani potius dicuntur furculæ ſcilicet, quibus religatas ſarcinas viatores geſtãt. Frontinus libro 4. Strategematum. C Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maximè exercitus agmen oneratur, vaſa & cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit, ſub quibus & habile onus & facilis requies eſſet. (Vide etiam in Mulo H a. Et in equo E. de clitellis.) Græci hæc aut ſimilia inſtrumenta ἀναφίδες, ἀλλαντὸν, & ἀμφίνυφες nuncupant. Aliqui iumentorum clitellas etiam θήκας, σαγμάρια & ἀγράβας. Varinus ἀγράβαν σαγμοσκάμμιον interpretatur, cum dubitatione tamen an totum potius iumentum, nõ ſolæ clitellæ hoc nomine accipiendum ſit apud Demoſthenem contra Midiam: cum alioqui mulum ſemper ſignificet. Mulorum, equorum, aſinorumque genus ſub ſellis aut ſagmis ſolo tergore præſtat officium, Vegetius 2. 59. Καθήλια, σάγματα τῶν ὄνων, & quę eis imponuntur ex vimine contexta & ligna incurua in puppi nauis ad inſtruendas attegias: & montes Bithyniæ, Varinus. Sagma, ſagmæ vel ſagma ſagmatis, ſella quam vulgus (apud Italos & Gallos) baſtum vocat, ſuper quo componuntur ſarcinæ. vel inſtratum, quo mollior fiat feſſio: ſed & pro ſarcina quandoque ponitur, Cælius libro 11. Forte hinc etiam patrio ſermone equos & aſinos clitellarios vocant *fourmi-oſſe* & *fourmeſel*: vt Græci Latinique ſagmarios & ſarcinam iumenti *ein ſoum* (vt Itali ſomam Græci puto etiam γόμον) & ſellam ipſam

ein ſoume

oin ſonuſatte'. Palmæ in Babylone ad iugeri ſpatium extenduntur,& pondere depreſſæ ſuperius euruantur veluti aſini canthelij,Xenophon. Varinus canthelios magnos aſinos interpretatur:& prouerbialiter canthelium pro ſtupido tardiqúe ingenij homine.Καυθήλιοι καὶ καυθωνες ὁπόταν τοὺς ὄνους καλέσῃ, Euſtathius. Polybius, Ἡ γὰρ τῶν ὑποζυγίων ἕφεσις τὰ καυθήλια λαβόντας ἐκ τῶν ὑποκειμένων τόπων πρὸς τὰς ἐπικαλουμένας [illegible] συμβῆ παραγενέσθαι πρὸς ἑκάστους αὐτῶν φαλάκρας ζητοῦσι τὸ ἐξελθεῖν. Per canthelia clitellas intelligo.Φυσικὸν τὸ καυθήλιον. Varinus. Ὄνον ὑπαίξαι, asinum ad iter parare ſella vel ſarcina impoſita,Herodotus:Xenophon de equo etiam hoc verbum vſurpauit;Pollux.Ὑπαίξαι, ἐπισάξαι ἢ ἐπαγαγέσθαι ὄνῳ ἢ ἵππῳ, Varinus.Ὀνίων, ſtabulum aſinorum, Varinus. Ὀνέας idē ſignificat. Aſinarius qui paſcit vel ducit aſinos,vt agaſo qui equos curat:apud Græcos ὀνηλάτης. ὀνηγέτης. ὀναγωγὸς. ὀνοφορβὸς. ὀνοκόμος. vt Varinus habet:vel Dorice ὀνοκλόος, vt Suidas & Pollux:pro eodem κιλλακτὴς similiter Dorice apud Varinum legitur,quod probo, nam κίλλος. & κίλλαν ſuprà aſinum eſſe diximus:apud Pollucem κυνηγὸς. quod non placet in hac ſignificatione: pro venatore tamen, qui & κυνηγὸς,rectè dici puto.vt Varinus quoq; errauerit κιλλακτὴς tum aſinarium tum venatorem exponens.Ὀνηλατεῖν verbum Polluci,aſinum agere. Κλωγμὸς, ὁ ἀφ' ὑποκρίσεως γινόμενος ὑπὸ τῶν ὀνηλατῶν ἀνάκλησιν τοῖς φασιν, οἷον οἱ ὀνηλάται ποιοῦντα κυρίως, id eſt ſonus qui ore editur ab aſinarijs ad ſiſtulæ imitationem.Κλωζεσθαι καὶ θηρευθῆναι λέγονται οἱ ἐνθέσεις κινούμενοι, καὶ κλωγμὸν ἄσχετον. Varinus. Lityerſas rex Celænarum fuit,vir voraciſſimus,de quo Soſitheus Tragicus apud Athenæum, Ἐθέσπισε πέρσαι τινὰς (forte ὄνους) κανθηλίους. Τελοῦσι δὲ καὶ χιλίας ἡμέρας Regi Perſarum quotidie mactantur χιλιάδες (animalia quæ tanquam pura ſacrificari & edi poſſunt) è quibus ſunt equi cameli, boues, aſini, cerui & plurimæ & aues multæ, &c. Heraclides. Ouæ gallinarum imparia in vrina aſini elixata & eſa, nephriticos & colicos ſanabunt mirificè. Kiranides. Simonides poeta per quam feſtiuus pro diuerſis mulierum ingenijs alias ex alijs animalibus natas fingit, & inter cæteras ex cinere & aſino natã his ſenarijs depingit:Ἣν δ' ἐκ τεφρῆς καὶ ἀκλητοπώλου, Ἣ σιωπᾷ καὶ μάλα σιωπᾷ ἐπίπαν μάλα, θ' ἕζεσθαι πάντα, καὶ τύπτηται, Ἀεὶ χέζει δ' ἐπὶ τὰ ἐλάχιστα μύζει. Ποτὲ δὲ [illegible] ἐρᾷ. Ὁμοίως καὶ πρὸς ἄρχοντα Διόδωρον Ἑλλάνικος ἐπαίρων ἐνέπαιξε λέγων. Alexandro Macedoni quum reddita ſors eſſet: Eum qui primus occurriſſet,interimeret: vbi quendam præ ſe agentem aſellum vidit,arripi hominem ex oraculo confeſtim imperauit. At is iam iam iugulandus,intellecta mortis ratione,proclamauit: Ante ambulonem ſuum non ſe peti ex reſponſo,quando is obuiam latus eſſet prior. Perquàm lepida apud Nicandrum de aſino fabula legitur,qui iuuentutem à Ione hominibus donatã,& ſibi impoſitam,cum valde ſitiret, dipſadi ad fontem moranti, vt ad potum innoxius admitteretur,tradidit.Hinc eſt quod dipſas ſenectute exuta iuueneſcit, & propter aſini deriuatam in ſe ſitim, eandem hominibus morſu infligit. Sed ipſos poetæ verſus propter elegantiam non omittemus. Ἄφρονες, ἠμὺ δὲ καὶφρένες; ὄστεα πάντα. Νωθὴς δ' ἀμαυρὸς αἰσθάνοντο λιπαργὴς Δῶρα, πολυσκαφέος δῆμος ἀεικελίης ψυχὴν ἀλίψυ Ῥώοντο, καὶ τὰ λοιπά. Λέπαργοι interpretes exponunt ὄνοι, παρὰ τὸ τὴν λαγόνα ἔχειν λόχμην. Et paulo poſt. Νῶτον δ' ἀργαλέην βρωμήτορος ἁλομένην ἐπὶ δέξατο. Alexandrum Magnum in Babylone multa prodigia perturbabant. Ex his enim quos educabat, leonem quendam eximiæ magnitudinis ac formæ manſuetus aſellus calcibus exanimarat Plutarchus in eius vita. Auguſto apud Actium deſcendenti in aciem aſellus cum aſinario occurrit Eutychus homini,beſtiæ Nicon erat nomen, quod ſibi bonum omen eſſe interpretabatur. Suetonius Aſinum Coptitæ apud Aegyptios præcipitem agunt,& homines rufos iniurijs afficiunt in contumeliam Typhonis, quem rufi & aſinini coloris fuiſſe ferunt.Buſiritæ & Lycopolitæ tubas non admittunt,vt quæ ſonum rudentis inſtar aſini edant: In ſumma,aſinum impurum & dæmonicum animal eſſe credunt propter ſimilitudinem cum Typhone,tum colore tum animi ſtultitia & improbitate:& cum placentas faciunt in ſacrificijs Payni & Phaophi menſium,inſigniunt eas nota aſini ligati. Perſarum etiam regem Ochum vehementer eis inuiſum, aſini cognomine notauerunt (aliâs,Artaxerxæ cognomen fuit Ochi) vnde commotus ille: Atqui aſinus iſte (dixit) bouem veſtrum vorabit & Apin mactauit. Illi vero qui dicunt Typhonem ſuper aſino ex pugna euaſiſſe, & cum ſeptem dierum itinere aufugiſſet, filios procreaſſe Hieroſolymum & Iudæum,res Iudaicas manifeſtis fabulis implicant, Hæc Plutarchus,vt nos tranſtulimus ex libro de Iſide:paulò aliter Aelianus, qui Petro Gyllio interprete ita ſcribit:Buſiritæ, Abydus, Lycopolis, idcirco tubæ ſonitum ab auditione ſua deteſtantur,atque execrantur, quòd ab aſino rudente eius clangor diſſimilitudinem non habet:& ſimul eis qui Serapidis religionem obſeruant, odio eſt aſinus,atque acerbitati. Cuius rei non ignarus Ochus Perſes, Apim quidem interfecit, aſinum autem & conſecrauit,& ſanctiſſima religione coli iuſſit, Aegyptios vt moleſtia afficeret. Sed is ſanè tanti ſceleris ſacro boui perſoluit pœnas,nec iniuſtas,neque minus graueis,quàm Cambyſes dediſſet,qui primus bello ſacrilego religionibus inflicto eiuſmodi impietatem commiſerat,Hactenus Aelianus, Ochum Aegyptij vernacula lingua aſinum appellabant,inertem eius animum,imbecillitati animalis per vituperium comparantes. Quamobrem ipſe Apin, vi abſtractum immolauit aſino.Idem. Cur in Conſualibus feſtis equos & aſinos coronant & otiari ſinunt? An quia Neptuno equeſtri feſtum hoc peragunt,& aſinus cum equo libertate communi fruitur? Aut quies iſta iumentis conceſſa eſt,quod mare tranquillum & nauigationi commodum ſe præbuiſſet? Plutarchus in quæſtionibus Romanis cap.47. Onoſceli dæmones ſunt inaquoſa & arida corporibus areſcentibus frequentantes, aſininis cruribus. Hi ſeſe mares plurimum exhibent, interdum quoque leonem & canem induere videntur, Cælius. Lectum in hiſtoria eſt ab Hyperboreis item Apollini aſinum immolari,cui ſententiæ aſtipulatur Callimachus, Τέρπει λιπαρὰς φαιὸν ὀνοφαγίας. id eſt pingues Apollinem oblectant aſinorum iugulationes. Sed & de Hyperboreis Pindarus in Pythijs, Παῖδα τοτε Πηρσᾶν ἱδρύσατο λαὸς ἀγητὸς Δώμασιν ἐν κλειτᾶς ὄπιν ἑκατόμβας. Lactantius lib.1. de falſa religione cap.21. ait Lampſacenos Priapo aſinum in vltionem & ludibrium mactare conſueuiſſe: quod quum is deus Veſtæ dormientis pudicitiæ inſidiaretur, illa intempeſtiuo aſelli clamore ſit excitata, & detecta inſidiatoris libido. Ouidius Faſtorum 6.prolixius hanc fabulam perſequitur,& aſinum in deæ Vacunæ feſto feriari, & è pane monilibus floribusque coronari ſolitum teſtatur in Veſtę gratiam. Idem Faſtorum 1.ſimillimam de Sileno eiusq; aſello & Lotide nympha fabellam recitat:& lib.1. de Arte, Silenum aſino delabentem inducit, cum Bacchum in Ariadnes raptu comitaretur. Aſinos à Scythis Martiimmolari, Apollodorus & alij prodiderunt, teſte Arnobio. Phornutus ſcribit propter bellicum clamorem vociferationemque aſinos Martiimmolatos. Saracori Aſinis ad ferenda onera non vtuntur,neque ad molas, ſed bellatores habent, & quemadmodum in Equis Græci ſedentes, ſic Aſinis hi bellica pericula excipiunt: Quòd ſi quis Aſinorum apud eos corpulentior eſſe videatur,illum Marti ſacrificant. Aelianus. Aſini in Pompis Bacchi frequentes ſunt, Phurnut. Gentes quędam olim, vt ait D. Athanaſius, in dijs ſuis humana cum brutis miſcebant,& quę in natura diſſimilia erant, deos ſuos fecerunt, cynocephalos, ophiocephalos, onocephalos, criocephalos:hoc eſt, qui canis, ſerpentis, aſini, & arietis eſſent capitibus.

Non est hic silentio prætereunda mirabilis illa Bileami asina in sacris libris Numerorum cap. 22. celebrata, cui & angelum Dei videre, & dominum insidentem alloqui diuinitus datum est. An non etiam ipse rerũ dominus Christus, dum suum ipse ingenium ab omni fastu alienissimum ostendit, & indomito adhuc asello vehitur, vt diuus Zacharias olim futurum prædixerat, maximam huic quadrupedi gloriam adiecit? Extat Luciani liber Lucij vel Asini titulo, & L. Apuleij libri vndecim Asini aurei: idem vtriusq; argumentum, sed Apuleius omnia copiosius tractat & multa intermiscet. Institutum est naturam mortalium & mores humanos obiter designare, vt admoneremur ex hominibus asinos fieri, quando voluptatibus belluinis immersi asinali stoliditate brutescunt, nec vlla rationis virtutisq; scintilla in eis elucescit. Sic enim homo, vt docet Origenes in libris peri archôn, fit equus & mulus: sic trãsmutatur humanum corpus in corpora pecuina. Rursus ex asino in hominem reformatio significat calcatis voluptatibus exutisq; corporalibus delicijs rationem resipiscere, & hominem interiorem, qui verus est homo, ex ergastulo illo cœnoso ad lucidum habitaculum virtutibus & religione ducibus remigrasse, ita vt dicere possimus iuuenes illicio voluptatum possessos in asinos transmutari: mox senescentes, oculo mentis vigente, cum virtutes iam maturescunt, exuta bruti effigie humanam resumere. Proclus nobilis Platonicus monet multos esse in vita lupos, multos porcos, plurimos alia quadam bruti specie circumfusos. Quod minimè mirari nos oportet, cum terrenus locus Circes ipsius sit diuersorium, in quo animæ aut vnguentis delibutæ, aut pharmacis epotis inebriatæ, transfigurentur in brutas animantes. Pharmaca autem sunt obliuio, error, insciția: Quibus anima consopita brutescit, donec gustatis rosis, hoc est scientia (quæ mentis illustratio est, cuiusq; odor suauissimus) auidè hausta in humanã formam, hoc est rationalem intelligentiam, reuertatur: Hæc Beroaldus in Apuleij Asinum. Asini encomium scripsit Hen. Cornelius Agrippa, in postrema parte libri de vanitate scientiarum. Leo Africanus in descriptione Africæ lib. 8. cap. 20. agens & histrionibus Africæ qui certis diebus in quoddam Alcairi suburbium conueniunt, qui camelos, asinos, & canes saltare docent, inter cætera sic scribit. Plerunq; histrionum quispiam, vbi nonnihil præsultauerit, ad asinum conuersus alta voce Sultanum magni operis ædificium meditari ait, proinde opus illi fore omnibus Alcairi asinis, calce, lapidibus, cæterisq; id genus necessarijs rebus deferendis. Tum asinus repentè in solum prolapsus, pedes in aera attollit, ventrem iurgefacit, atq; oculos non secus claudit quàm si exanimus esset. Interim astantibus histrio asini casum conqueritur, obnixeq; rogat alio recuperando ipsum adiuuent. Coacta viritim qua potest pecunia, Ne existimetis, inquit, asinum mortuum: helluo enim paupertatis domini sui conscius, hoc dedita opera confingit, vt munusculis illi collatis, pabulum sibi emere queat. Deinde ad asinum conuersus, vt confestim exurgat monet: cæterum non se loco dimouens asinus, frequentibus fustuarijs vapulat: quibus nec dum excitatus, fabulam repetit histrio, iterumq; plebem adortus, Scitote, inquit, Sultanum edictũ tulisse, vt luce crastina populus omnis triumphi spectãdi causa ciuitatem exeat: fœminæq; omnes venustæ ac nobiles pulcherrimos asinos incequitent, atq; ijs auenam & præstantem Nili aquam potandam exhibeant. Vix hæc verba absoluit histrio, quando asinus in pedes erectus prosilit fremens & lætitia exultans. tum fabulã prosequens histrio, Vici, inquit, nostri præfectus, à me commodato petijt elegantem hunc meum asinum, deformi ac vetulæ vxori suæ vtendũ. Ad hæc verba asinus, tanquam humanæ mẽtis compos, auriculas complicat, & altero pede claudicans luxatum se fingit. Tum histrio: tibi itaq; arridentiuuenculæ? Asinus caput inclinans annuere videtur. Age, igitur, hic plurimę sunt iuuenculæ, indica quæ tibi magis placeat? Asinus spectatorum coronam circundat, & fœminam honestiorem seligens, eò contendit, capiteq; contingit. spectatores verò alta voce ridentes, exclamant, Heus, inquiunt, asini fœmina. Posthæc asino intiliens histrio, ad alium se locum confert. Hæc ille. Aegyptij in Hieroglyphicis onocephalum pingunt, hominem rudem & nunquam peregrinatum significantes, vt qui nec historias cognouerit neq; ea quæ alibi sunt persentiscat, Horus. Appion Posidonij & Apollonij Molonis mendacia secutus, vt Iosephus secũdo aduersus ipsum libro redarguit, Iudæos Hierosolymis in templo aureum asini caput ingentis pretij coluisse scribit: idq; deprehensum esse ab Antiocho Epiphane cum templum spoliaret. Atqui cum varij casus (inquit Iosephus) nostram ciuitatem vexauerint, & Theos ac Pompeius magnus ac Licinius Crassus, & postremo Titus Cæsar ciuitatem ceperint, nihil huiusmodi illic inuenêre, sed purissimam pietatem. Antiochus verò pecuniarum inops, cum non esset hostis, sed fœdere iunctus, socios & amicos nos aggressus est, nec aliquid in templo derisione dignum inuenit, vt multi & fide digni scriptores testantur, Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes Castor Chronographus & Apollodorus: qui omnes Antiochum pecun js indigentem & fœdera violasse, & templum auro argentoq;j plenum spoliasse scribunt. Hæc Aegyptius Appion considerare debuerat, nisi cor asini ipse potius habuisset, & impudentiam canis, qui in Aegypto assolet coli, Hæc Iosephus. Meminit historiæ huius Nic. Leonicenus etiam lib. 3 cap. 30. Plutarchus Sympositacorum lib. 4. problemate 5. Probabile videtur (inquit) Iudæos suem colere, vtpote seminandi & arandi magistram, vt asinum quoq; colunt, quod aquæ fontem eis aperuerit. Huc facit Petri Crinitii ex primo libro de honesta disciplina caput 9. Verba sunt (inquit) Cornelij Taciti, quo loco historiam de Iudæorum origine & moribus scribit. Assensere Iudæi Moſi duci, atq; omnium iguari fortuitum iter incipiunt: sed nihil æque quàm inopia aquæ fatigabat: lamq; haud procul exitio totis campis procubuerant, cum grex asinorum agrestium, è pastu rupem nemore opacam conscendit. Secutus Moses, coniectura herbidi soli, largas aquarum venas aperit. Hic vulgatissimi codices deprauati sunt: sed ita legendũ esse constat ex Apologetico Tertulliani, vbi ille, Refert (inquit) Tacitus Iudæos Aegypto expeditos, siue (vt putauit) extorres, vastis Arabiæ aquarum locis egentissimos, cum siti macerarentur, onagris, qui forte de pastu potum petituri existimabantur, indicibus fontium vsos, ob eamq; gratiam cõsimilis bestiæ superficiem consecrasse. Sed hæc mera mendacia sunt. Nos in sacris legimus Geneseos 36 quòd Ana socer Esau dum pasci asinos patris sui in deserto, inuenerit יְמִים *iemim*, mulos interpretantur rabini Saadias & Salomon, vt etiam Steuchus & Sanctes ex nostris. Hieronymus aquas calidas, secutus quorundam Iudæorum opinionẽ. Sic enim scribit in Quæstionibus. Alij putant iamim maria appellata, & volunt illum aquarum congregationes reperisse, quæ iuxta idioma linguæ Hebraicæ maria nuncupãtur. Et paulò post: Nonnulli putant aquas calidas iuxta Punicæ linguæ viciniã, quæ Hebręæ contermina est, hoc vocabulo signari. Sunt qui arbitrentur onagros ab hoc admissos esse ad asinas, & ipsum ilIiusmodi reperisse concubitum: vt velocissimi ex his asini nascerentur, qui vocãtur iamim. Pleriq; putant quod equarum greges ab asinis in deserto ipse curauerit primus inscendi, vt mulorũ inde noua contra naturam animalia nascerentur. Aquila, Symmachus, Theodotion & LXX. vocẽ Ebraicam reliquerunt, quæ tamen à librarijs vitiata est, dum alij scribunt *iauon*, alij *iauin*. Chaldaica translatio habet, גִּבֹּרַיָּא *gibaraia*, id est fortes. Arabica בנאל *begal*: Persica Mar an astarta. R. Dauid Kimhi in libro Radi cum mulos exponit quem doctiores hodie sequũtur.

Cæterum

Cæterum Romani veteres pari causa & Christianos æque ac Iudæos asinarios vocarunt, obstinato videlicet in Christi nomen odio, quem per ignominiam etiam Christum per literam appellabant. Sed & figuris picturisque Christianis illudebant, quando infando etiam picturæ genere Deum nostrum sic depictum spectanti populo proposuerunt, vt is foret auribus asininis, pede altero inungulatus, librum gestans & togatus. Cui flagitio vt sceleris adderent, tali titulo Christi effigiem dedecorarunt: Deus Christianorum ὀνοκοίτης: qua in re vel ipse quidem Tertullianus ægrè à risu abstinuit, cum nomen ipsum & formam conspiceret, Hæc Crinitus. Non emittenda est hoc loco Simsonis historia, quæ in sacris Bibliis libro Iudicum cap. 15. proponitur. Simson vir apud Iudæos omniũ fortissimus, cum in ipsum inermen Philistæi irruerent, maxilla asini arrepta quamuis iam marcida hostes mille prostrauit: inde cum nimia siti laboraret, proiecta maxilla, preces ad Deum fudit, & aquæ ex dente molari profluentis scaturiginem impetrauit. Sunt qui vocem Hebraicam חמתחש hamactesch, non verum dentem molarem, sed saxum dentis specie interpretentur, quod fuerit in loco illo tum recens à re gesta Læhi, id est maxilla, appellato. Notum est lapides quosdam molares vocitari, non solum qui tam in vsu molæ sunt, sed quoniam illi us sunt generis, ex quo præstantiores fiunt molares siue catilli, quos asinos etiam Græci nominant.

VT Pierius Valerianus in vario & doctissimo suo Hieroglyphicorum volumine docet, per Asini effigiem denotabantur olim, denotariúe possunt hæc. I. Rerum omnium, hominumq; locorumq; ignarus per Asellicipitem hominem significabatur. II. Immodica petulantium hominum luxuria, per Asinum in diuinis literis notatur. III. Impudentia: quòd Asinus sua tantùm commoda destinatissimo quodam animo prosequatur: & modò suæ morem gerat voluntati, nihil pensi habeat, castigationes contemnat, verbera etiam nihili faciat. Xenophon Asinos quadrupedum inuerecũdissimos dixit. Iosippus cor Asini & Canis impudentiam obijcit Appioni. IIII. Populus Iudaicus: vtpote qui sublimioris doctrinæ, quæ in diuinis eorum literis delitescit, intellectum minimè percipiunt, simplicitatemq́ue scriptorum tantùm prosequuntur, ob huiusmodi stuporem & imperitiam Asinæ assimilatur, quam Christus posthabuerit insceníso eius pullo, qui factus est ea doctrina dignus quam ille nos docuit, &c. V. A Deo & sacris alienus. Asinum enim Aegyptij adeò impurum existimabant, vt animal etiam dæmoniacum arbitrarentur, &c. Erat verò apud eos mos vt Asinum ludibrijs omnibus incesserent, luto cespitibusque passim impetitum, contis etiam simularent, quaque se locus offerret opportunus, præcipitem agerent. vnde prouerbium in contemptibiles despicatissimosque homines emanârit, Asinus Aegyptius. VI. Egregium prine pium citò desitutum. In ore enim omnium est Asini succussationem (vel incœptum cursum) parum admodum procedere, &c. VII. Stoliditatis ludibrium. Sic Aegyptij in Simiarum grege Asinum vel saltare vel tibijs cancre, vel etiam disceptare fingebant, rem quidem tam dictu quàm spectatu ridiculam, sed quæ in secessu pondus habeat. VIII. Indocilitas, per Asinum frænatum, apud Aegyptios & Mathematicos. IX. Sophistarum nugæ. Asinum enim (inquit Pierius) Sophistæ nostri ita in delicijs habent, vt sine Asino nihil meditentur, nihil moliantur, & disciplinam omnem suam αὐτόδιδακτον ostentent, &c. X. Adulatorum illecebræ. Sacerdotes enim Aegyptij Asinum inter flores & vnguenta statuebant: quorum nihil ad sensum eius pertineret: ex hoc scilicet perniciem, quæ potentioribus præcipuè assentatorum machinis insidiatur, indicantes, cùm inde risui & ludibrijs omnium exponantur, qui enormes adulatorum assentationes aucupantur. XI. Ignauia. XII. Mulier male morigera & conceptum cuitans, &c. per Asinam & fustem inhærentem tergo, designatur: vt vir etiam minimè officiosus in vxorem, per Asinum, &c. XIII. Prægnantiæ dissimulatrix. Asina enim impendio cauet ne vel in conspectu hominum, vel in luce pareat. XIIII. Solstitium vel tempus annuum, per Asinæ pullum. Solstitio enim ferè & parit & admittitur: annumque integrum omnino gestat. XV. Vir frugi, vxor prodiga, per hominẽ sparti funiculum torquentem, & Asellum à tergo opus quantumcunque fieret, abrodentem. XVI. Patrem familiâs parcum, familiam prodigam, per Asinum vnum longioris funis nodos complicantem, ac alios à tergo clanculum dissoluentes. XVII. Bonum omen quod Augusto in aciem descendenti Eutychus asinarius, & Asinus Nicon nomine obuij fuerint. XVIII. Vinitor, nam abroso ab Asino vitis palmite, vindemiam inde feraciorem prouenisse obseruatum est: idque secuti mortales lætiorem sibi quotannis prouentum compararunt. XIX. Ochus ab Aegyptijs, quem tanquam tyrannum oderant. XX. Labor indefessus atque seruilis. Eremitam diuinæ literæ per Onagrum intelligunt, hoc enim animal in solitudinarijs locis vitam degit.

Andreæ Alciati Emblema in auaros.

Septitius populos inter ditissimus omnes,
Defraudans genium q; suum, mensasq; paratas,
Cui similem dicam hunc, inopem quẽ copia reddit?
Nanq. asinus dorso pretiosa obsonia gestat,

Arua senex nullus quo magis amplatenet,
Nil prater betas, duraq; rapa vorat.
An ne asino? Sic est; instar hic eius habet.
Seq; rubo aut dura carice pauper alit.

Σεκούνδα, ὃν ὁ λαλῶν.

Τίπτε τ' ὀγκησεὶ βοᾶδύπιν ὄνον ἄμμιγ' ἐνίπποις,
Οὐχ ἁλὶς ἡ μυλοις παιζομεν ἀχθοφόρης;
Ἀλλ' ἐπὶ μὲ πώλοισι τὲ χόμβω; ἠὲ ἔπι λαιτὸν
Γυμνὸν ἀλωεναῖς ἐξελάσας δρέμεν;
Σπειρηδὸν σκοτόεις κυκλοδίωκτος ἔχω.
Ἦ ν μοι τὼ σκολιὼ ἀυχένι γαῖαν ἀρῶν.

PROVERBIA.

Asinus Aegyptius, pro eo qui derisui sit omnibus, quemque omnes insectentur, conuellant, lacerent. Cælius Rhod. Bouem si non possis, asinum agas. Vide inter prouerbia de Boue. Asellam agas. Asinus alia portat, alia Lacon Antronius asinus. Asinus inter apes, de ijs qui in mala inciderunt, Erasmus & Suidas. Sus sui pulcher, asinus asino. Vide in Sue. Asinus auis, Eras. & Suid. Asinus auriculas mouens, Erasmus & Suid. Ἠλιθιώτερος ὄνου φωνῆσαι, καὶ ἀνθρώπου ἀκοῦσαι, καὶ ὄνου τῶν χαλινὸν ἔλκοντι πιθέσθαι, συγχαίρει ἐπιμύων τὸ ὦτον: Verba hæc apud Varinum ex authore innominato citantur. Auriculis demissis, prouerbium à iumentis ductum, cui aduersari videtur illud, Auribus arrectis Horatius Serm. 1. Demitto auriculas, vt iniquę mentis asellus Quum grauius dorso subijt onus. Nos etiam aures illum demittere dicimus, qui spe sua frustratur, *Es lasst die ören hangen.* Asini aures, vide paulò inferius in Mida, Asinus balneatoris, in eos qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus capiunt sic Germani, *Ein kar-*

ger reycher iſts Salomons eſel. Ab aſinis ad boues tranſcendere, eſt ex humiliore cõditione ad ditiorum partes tranſire, apud Plautum in Aul. vt ſupra recitauimus. Aſini homines pro ſtupidis & ſtolidis apud eundem in Pſeud. Camelus vel ſcabioſa compluriũ aſinorum geſtat onera, Eraſmus. Ἡ κάμηλος ψωριῶσα (alias καὶ ψωριῶσα) πολλῶν ὄνων ἀκανθώδεις φορτία, καὶ αἰγιλωπὸν ἐπὶ κατωφερεῖ λαὸν ἱππάζει. Suidas & Varinus. De Laide meretrice dictũ puto, quæ iam vetula ſpeculum Veneri conſecrauit, vt Alciatus Emblemate perquàm lepido expreſſit. Si vel aſinus canem mordeat, item mouebit. Suidas Canthelius, tardus ingenio, rudis, vel magnus aſinus, Suidas. Καυθήλιος, ὠμὸς, μωρός, Varinus: forte legendum, καυθήλιος ὁ μωρός. Aſini caput ne laues nitro. Similia nobis ſunt, *Es iſt nit not das man die ſauw ſchirt. man pflucke oder ſenge ſy doch vnd &, Man ſol die ſeck nit mit ſeiden nehen.* Aſini cauda. Aſinus compluitur: Cephiſodorus apud Suidam, Σκώπτει μέν, ἀγνοῶ πῶς λέγεις ὄνῳ οὐρὰν: in eos qui maledictis nihil omninò commouerentur. Nam aſinus ob cutis duritiem adeò pluuia nihil offenditur, vt vix etiam fuſtem ſentiat. Huic aſſinia ſunt apud nos. *Ich bin ſo neſſ̃t elnisch vuerden mag:* &, *Vuenn ich den rock ſchüttel, ſo fallet es alles ab.* Aſinus Cumanus, vel apud Cumanos, ὄνος εἰς Κυμαίους, Eraſmus & Tzetzes in varia hiſtoria 4. 10. & 11. de rebus raris & inopinatis dicitur, Apoſtolius. Vide in Leone H e. Aſinos non curo. Ab aſino delapſus. Ab equis ad aſinos. Equus ex aſino. Vide vtrumque in Equo. Aſinus eſuriens fuſtem negligit: Huic reſpondet Germanicum, *Hunger iſt gefluge oder mucken beiſſend ſcharpff.* Fabulam narrare ſurdo aſello, Horatius 2. epiſt. Suidas etiam refert in prouerbio, Ὄνος τὰ ὦτα κινῶν. Aſinum ſub freno currere doces, hoc eſt indocilem doces. Nã equus ad curſum idoneus, aſinus ad equeſtrem curſum inutilis, Horatius, Infelix operam perdas, vt ſi quis aſellum. In campum doceat parentem currere frene. Vtere curru tuo de aſinis nihil laborans, Ἀπόλαυε τῶν σῶν ἁμάξης, τὸ δ' ὄνων εἶδος μέλησε: hoc eſt, Cura res tuas hiſque fruere, nihil inquirens de alienis. Nam cui plauſtrum eſt domi, nõ opus habet deportandis oneribus aſinos aliunde conducere. Aſini lana, Ab aſino lanam, & Aſinum tondes, Ὄνος πόκας vel πόκας, Ὄνου κείρει, de inutili vel impoſſibili labore. Aſinus in pelle leonis: Notus eſt Aeſopi apologus. Aſinus ad lyram: Ὄνος λύρας, ſcilicet ἀκροᾶται. Ὄνος λύρας ἀκούων κινεῖ τὰ ὦτα: in imperitos & laude digna non approbantes, vel ea laudantes quæ non intelligunt, ſecundum illud, Aſinus auriculas mouens. Apud Menandrum ſic effertur, Ὄνος λύρας ἤκουσε, ἐκάλπαζε δ' ὅλος. Pythagorei de animalibus ſolum aſinum aſſerunt ad harmoniam non factum eſſe, proinde abſurdam beſtiam nullo ſenſu ad lyræ ſoni tum affici, Aelianus. Miretur ſanè aliquis cum natura auriculas longiores illis addiderit animãtibus, quas auditu præcellere oportebat, & ſonos promptiſſimè apprehendere, cur non eædem ſonos ſimul argutius diſcernant: ceruus enim diſcernit & afficitur, aſinus non item. An non tam ad cognitionem & voluptatem aurita ſunt animalia quædam, quàm ad corporis incolumitatem tuendam? præſertim cum timida ea omnia ſint. Proinde in ſtupidum & ea quæ non intelligit ſe intelligere ſimulantem prouerbium hoc conuenient: Πῶς γὰρ ἂν γένοιτο παίσας ἐγκιθάρᾳ καὶ πρὸς τὸ καλῶς ἄδειν αὐτῷ, καὶ ὦτα μεγάλα ἔχων καθάπερ ὄνος; Suidas. Eiuſdem argumenti ſunt apud Suidam, Aſinus ad tibiam, Aſinus tubam audit, Ὄνος πρὸς αὐλόν, Ὄνος ἀκούσεται σάλπιγγος. Malo aſino vehitur, ἐπ' ὄνου πονηρᾶς ὀχεῖσθαι, in eum cui res ſunt parum ſecundæ: felices enim eximijs equis inſidere gaudent: nec inſcite iacietur in hominem parum feliciter coniugatum. Simile eſt illud Vueſtphalorum, *Hevyt eyn geck pferdt.* Nos vulgo hominem ira temere commotum aſino inequitare dicimus. Aſini maxilla vel mandibula, Ὄνου γνάθος, iocus in hominem voracem apud Eupolidem. Eiuſdem nominis Laconiæ promontorium eſt, quod ſtadijs ab Aſopo ducentis diſtat, Pauſania teſte, à figura forſitan appellatum. Midas auriculas aſini, Suidas & Varinus in Midæ mentione: in ſtolidos & craſſis auribus pinguiſque iudicio homines: vel contra, qui aliquid eminus audiunt, quibus vulgo aures tenues eſſe dicimus: tyrannos præſertim, qui coryczos & auſcultatores quaſi oblongas aures habent, qua prouerbij figura longè etiam regum manus dicuntur. Euſtathius annotat veteres finxiſſe homines quoſdam habuiſſe aures Aſini quod ſenſu audiendi valerent. Nullum aliud animal acrius aſino audire ferunt, mure tantum excepto. Lucianus in libello cui titulus, non eſſe facile credendum delatoribus, Calumniæ depingens imaginem, Midæ auresilli tribuit. Argo poetæ complures oculos attribuunt, quod homo ſolers ac perſpicax & πολυπάγμων fuerit: ſic auditioni præcipuè intentum aſini aures habere dictitamus. Midæ aures quomodo abierint in aſininas Ouidius libro 11. Metamorphoſeon graphicè depingit. Aſini mortes, Ὄνου θάνατος, de ijs qui narrarent abſurda ridiculaque dictu, vt Apuleius in Aſino ſuo. Muli aſinis quantum præſtant. Aſinus myſteria portans, Ὄνος φέρων μυστήρια, in eum qui præter dignitatem in munere quopiam verſatur: vt ſi quis ignarus literarum bibliothecæ præficiatur. Athenis olim res quibus ad peragenda ſacra Eleuſinia opus erat, aſino impoſitæ deportabantur. Huc pertinet apologus ille, quem Alciatus inter Emblemata verſibus illuſtrauit, ſub titulo, Non tibi, ſed religioni.

Iſidis effigiem tardus geſtabat aſellus,
Pando verenda dorſo habens myſteria.
Obuius ergo deam quiſquis reuerenter adorat,
Piaſq; genibus concipit flexis preces.
Aſt aſinus tantum præſtari credit honorem
Sibi, & inſumeſcit admodum ſuperbiens:
Donec eum flagris compeſcens dixit agaſo,
Non es deus tu (aſelle) ſed deum vehis.

In Myſia rari reperiuntur aſini quibus recta ſint ilia: inde nato adagio vt Ἐκ Μυσίας κατηγὸς, ἄγνωτα παράγων. id eſt ile fractum habens, dicatur, ex Myſia aſellus, Cælius Rhod. Aſino oſſa das, cani paleas. Aſinus in paleas, Ὄνος εἰς ἄχυρα, in eos qui præter ſpem in bona quædam incidunt, ijsq; fruuntur abunde. De aſini proſpectu, Ὄνου περισκοπή, in eos qui ridendo titulo quempiam calumniantur, aut de friuolis rebus aliquem in ius vocant. Prouerbij occaſionem alij aliam referunt, vt Eraſmus recenſet, ego ne nimius ſim, ad reliqua pergo. Rex aut aſinus: id eſt victor aut victus: Fractum eſt adagium à ſphæræ ludo de quo ſuprà diximus. Eodem ſenſu noſtri quidam, *Er vuil König oder dreck ſein.* Prouerbium olet quod ſcribit Horatius in Epiſtolis:

Qui male parentem in rupes protruſit aſellum,
Et merito: quis enim inuitum ſeruare laboret?

Quadrabit in quoſdam peruerſo natos ingenio, qui cum ipſi non ſapiant, nolint tamen bene conſulentium monitis obtemperare. Aſinus inter ſimias, vbi ſtolidus aliquis incidit in homines naſutos & contumelioſos. Simile habent Germani, *Ein eſel vnder einem haffen krãyen.* Scytha aſinum. Vide Scytha equum. Aſinus ſtramen mauult quàm aurum. De aſini vmbra, περὶ ὄνου σκιᾶς: in illos qui temere quamuis ob cauſam ſine fructu contendent, quod noſtri dicunt, *Vmb ein tubendreck haderen.* Ridiculam hiſtoriam ex qua ortum eſt prouerbium paræmiographi referunt. Archippus comœdiam ſcripſit titulo Vmbræ aſini. Aſinus in vnguento, Ὄνος ἐν μύρῳ, Eraſmus & Suidas. Τὸν ξένον πάππον, prouerbium ab aſinis tranſlatum, Vide in mulo hi, mutuum muli ſcabunt.

Σωαγη

Σπυρὶς ἕνεκα τῆς θρίππης. Torquet piger funiculum, prouerbium apud Ionas celebratum, vt Pausanias scribit in Phocicis, cuius verba paulò aliter quam ab Erasmo translata subscribam. Ex Polygnoti picturis (inquit) hęc etiam est. Vir quidam (apud inferos) sedet, quem titulus Ocnon esse indicat. Factus est autem ad hūc modum, vt ipse funiculum torqueat, astante asella, quę quod tortum fuerit assidue abrodat. Hunc Ocnum, aiunt, hominem fuisse industrium, operiq; intentum, sed vxorem habuisse sumtuosam & prodigam, quæ omnia illius labore corrasa mox absumpserit. Cognitum autem est mihi etiam ab Ionibus dici solere, si quem conspexissent in re quapiam elaborantem, quæ nihil adferret emolumenti, Hic homo funiculum Ocni cōtorquet. Picturæ hoc genus Delphis consecratum fuit. Plinius inter Socratis pictoris argumenta, Et piger, inquit, qui appellatur Ocnos, spartū torquens, quod asellus arrodit. Errat Varro, qui desidem & ignauum hac pictura significari putauit, cum laboriosus potius & industrius, sed cui vxor prodiga sit. designetur, quamobrem asina, non asinus in pictura est. quod Pausanias de industria annotauit, authores reliqui neglexerunt. Idem argumentum marmore cælatum, Romæ duobus visitari locis, nempe in Capitolio & in hortis Vaticanis Hermolaus Barbarus testis est. Hoc interim admirandum, non solum cur Plinius, vt Erasmus putat, sed Pausanias etiam & alij, ipsum hominem Ocnon, id est pigrum appellauerint potius quàm asinum, cui conuenit tum res ipsa nempe pigritia, tum nomen, cum onos & ocnos vna tantum litera differant: & Propertius non Ocnon torquere funem, sed illum ipsi torqueri his versibus confirmet: *Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno, / Æternumq; tuam pascat asella famem.* Plutarchus in libro de animi tranquillitate: Ἀλλ' ὥσπερ ἐν ᾅδου ζωγραφοῦσι σχοινοπλόκῳ, ὄνῳ παρεστῶτι θαρρεῖν κελεύουσιν τὸ πλεχόμενον, &c. Hoc est, Quemadmodum apud inferos depictus is qui funem torquet, permittit asino vt depascens absumat id quod tortum fuerit: ita pleriq; rudes obliuiosi & stupidi homines, nulla præteritorum ratione habita, futura semper expectant, & præsentia abolent. Hæc prolixius adiicio, vt quæ Erasmus nec Græce rectè legit, nec aptè Latinè reddidit, emendentur. Sunt qui ex hoc figmento, referente Suida, Erasmus enim præterit prouerbium ὄνῳ πέκειν de rebus nullo fine perficiendis interpretentur, vt πόκοι non ipsa asini vellera sint, sed funiculi, quos abrodere & quasi tondere fingitur. Quinetiam prouerbium, πὶς ἐφ' ἁλί, id est, Quæ apud inferos, Aristophanis interpres ad eandem fabulam refert: quasi non in genere ad omnia pertineat, quæ de inferis poetæ nugantur, vt omnia inania somnia; similia aptè sic nominemus. Mihi sanè qui primi hæc confinxerunt, Cratinus & Aristophanes, veterum poetarum & Homeri maximè fabulas imitati videntur, qui alias quoq; apud inferos pœnas similiter perpetuas & infinitas celebrarunt, vt cribra Danaidum, Sisyphi saxum, & Tityi iecur, & in Caucaso Promethei. vt hic ipse perpetuus in torquendis funibus labor, pœna illius fuerit, qui vinus vel in vxorem luxuriosam, vel in meretricem prodigus fuisset. Extat Alciati Emblema hoc titulo: Ocni effigies: De his qui meretricibus donant, quod in bonos vsus verti debeat.

Iampiger haud cessat funem contexere sparto, *Humidaq; artifici iungere fila manu.*
Sed quantum multo vix torquet strenuus horto, *Protinus ignauo ventriti asella vorat.*
Fœmina iners animal, facili congesta marito *Lucra rapit, mundum prodigit inq; suum.*

Sed desino tandem Ocni funem torquere, si prius monuero ocnon etiam dici Græcis auem ex ardearum genere maximam & pulcherrimam, teste Pausania, quam Aristoteles stellarem vocat, & olim è seruo in auem transisse fabulam narrari scribit quoniam vt cognomen sonat, iners otiosaq; sit. Empusa mutabilior, prouerbij loco ab Erasmo refertur. Aristophanes enim meminit in varias eam formas mutari, vt bouis, muli, canis, & rursus mulieris formosæ. Interpres scribit spectrum quoddam esse, quod ab Hecate soleat emitti videdum miseris & calamitosis. Quidam existimant meridianis horis apparere solitum iis qui parentant manibus. Fit autem in sacris etiam Psalmis mentio meridiani dæmonij. Sunt qui hanc ipsam Hecaten affirmant esse: narrant autem vno videri pede, vnde & nomen additum putant Μιᾶς ἐπὶ ποδὸς ἐπιφαίνεται: Hæc Erasmus. In Etymologico legimus Empusam esse dictam παρὰ τὸ ἐμπεδίζειν, ἤγουν τὸ ἕτερον ποδὰ χαλκοῦν ἔχειν. ἢ ἐπὶ τῶν ἐσθιόντων τὰ ἀνθρώπινα σώματα. ἐπαλλάττει δὲ αὐτὴ καὶ ὀνοπόλαι. Suidas habet sic dictam παρὰ τὸ ἐμπεδίζειν ἤγουν ἕτερον ποδὰ χαλκοῦν ἔχειν: quæ lectio similiter in Etymologico restituenda est. Vocabatur etiam ὀνοκώλη ab asinino pede, quem βελίπουν vocant: βόλιτος enim propriè asinorum fimus est. Cæterum dæmones quosdam onoscelos dictos supra annotauimus. Nunc Germanica quædam adagia, in quibus asini mentio fit, subnectemus, & quæ eis respondent Latina, nulla tamē eiusdem animantis mentione *Ein esel heisset den andern sacketrager*, id est, Asinus asinum saccigerulum vocat: quo sensu illud vsurpatur, Lotipedem rectus derider. *Distelu sind des esels salat kreuter*, id est, Cardui asino acetarij loco sunt: cui conuenit, Similes habent labra lactucas. *Vil seck sind des esels todt*, id est, Multi sacci asinum opprimunt vel enecant: Huiusmodi est, Cedendum multitudini. *Man ruffe den esel nit zu hoffe. er sol dann secke tragen*, id est, Asinus non vocatur ad aulam nisi pro saccis portandis: Latini similiter monent, Porrò à Ioue atq; fulmine. *Wenn dem esel zu wol ist, so gehet er auff das eyss tanzen, vnd bricht ein bein entzwey* id est, Cum asinus lasciuit, in glaciem saltaturus progreditur, & crus perfringit. Eiusdem argumenti est illud, Viro Lydo negotium non erat, sed ipse egressus emit. Apologum de Leonis asini & vulpis societate retuli in prouerbio, Leonina societas.

DE HINNO, INNO, ET GINNO.

INNVS, innus, & ginnus, animalia nobis per Germaniam ignota sunt (nisi, quis viles & parvos asellos etiam sic nominare velit, veteri vitio nanos) quanquam ne aliarum gentium nomina præter Græca reperio, à quibus Latini quoq; mutuati sunt. Nam Itali qui nanos & hastardos asinos vocant, circumloquuntur. Qui ex equo & asina concepti generantur, quamuis à patre nomen traxerint, quod hinni vocantur, matri per omnia magis similes sunt, Columel. Equo & asina genitos mares, hinnulos antiqui vocabant: contraq; mulos quos asini & equę generarent, Plin. Hinnulus, fœtura capreolorum, caprarum, damarum, leporum, similiumque: item ex equo & asina genitus, Idem Inulos accipiunt nonnulli (Hermolaus Barbarus) ceruinos pullos: hinnos autem & hinnulos cum statili ac duplici consonante, ex asina conceptos mares equi seminio, Cælius Rhodig. Muli & hinni bigeneri atq; insitij (insititij) non suopte genere ab radicibus: ex equa enim & asino, fit mulus: contrà ex equo & asina hinnus, vterq; eorum ad vsum vtilis, partu, fructu, ventre, Varro. Et paulò pòst. Hinnus minor est quàm mulus corpore, plerunq; rubicundior, auribus vt equi, iubam & caudam similem asini habet. Item in ventre est, vt equus, menses duodecim. Hosce item vt equulos & educant, & alunt, & ætatē eorum ex dentibus cognoscūt. Hinnos vel hinnas quo sensu accipere debeamus, Varro designat,

Ait enim, ex equis & mulis (aliàs hinnulis, quod non placet) qui naſcantur, hinnos vocari, Nonius. Hinus, hima, & himulus, & himula vocantur, qui ex equo & aſina naſcuntur, quos quidam burdones appellant, Perot. Ego in quatuor his dictionibus librariorum culpa factum puto, vt m pro duplici n legatur. Burdo autem dictus videtur ὀνηρὸς φόρτων, id eſt, oneribus: nam & Græce apud quoſdam recentiores βούρδων legitur: vel quòd bardum, id eſt, ſtupidum & fatuum ſit animal, aut forſan ab Hebraica voce pered, quæ mulum ſignificat, vt pirdah mulam. Sunt enim hinni etiam muli quidam, cum ἡμίονοι, id eſt, ex altero parente aſini ſint. Latini grammatici hominem bardum dici putant a Græco βραδὺς, qui tardus ingenio ſit. Manni ſeu mannuli equi dicebantur, haud ita magni, ac præmites, vulgus vti ſcribit Porphyrio) burdos vocabat: Burdones dici videntur quoq; ab Iureconſulto, Digeſtorum triceſimo ſecundo, ac de legatis tertio, Cælius Rhodig. Peculiare quoddam mulorum genus in Gallia circa Gratianopolin habet audire aliquando memini. quod ex aſina & tauro natum vernacula lingua iumar appellant. In Heluetiæ alpibus ſupra Curiam ad pagum Spelugam ex equa & tauro natum equum ex viris fide dignis accepi. Hinnulus ex tauro & equa generatur. Multos vidimus, inquit Scaliger. duos olim habuimus: nunc vnam fœmellam: cuius aures inter, oſſea tubercula duo ſemiiuglandis magnitudine paternæ frontis præ ſe ferunt rudimẽtum. Huic generi aiunt quidam ſuperiores deeſſe dentes. Illud in iis vitium frequens, quòd inferior mandibula porrectior eſt ſuperiore. quod in multis conſpicitur piſcibus. Beſi dicuntur à Gabalis & Aruernis. Hoc tempore in aula regis Galliarum animal nutriri aiunt ab anteriore parte aſini, poſteriore ouis ſpecie. Sed præter inſtitutum eſt bigenera hic omnia perſequi. Ferrariæ in aula principis inter peregrina animalia aſelli etiam pumili aluntur. De mulis pomiliis Martialis diſtichon extat:

Hæ tibi de mulis non eſt metuenda ruina, *Altius in terrà pene ſedere ſoles.*

Mulus cum equa coniunctus innum procreauit: poſt deinde ſuperuenire non ſolet, Ariſtoteles interprete Gaza: Græci codices γόνον habent cum gamma & hic, & mox de equo nano. Plinius 8.44. hæc ita reddit. In plurium Græcorum eſt monumentis, cum equa muli coitu natum, quem vocauerint hinum, id eſt, paruũ mulum. Hinum ſcribit per n ſimplex. Prodeunt quos ginnos vocant ex equa, cum in gerendo vtero ægrotauit, more pumilionum in ordine hominum, aut porcorũ quos poſthumos (μετακοιρα) vocant: & quidem vt pumilio, ſic ginnus modum ſuo genitali excedit. Ariſt. 6.24. hiſtoriæ animalium. Et alibi in libris de partib. animalium: Ex equo & aſino ginni proueniunt, cum conceptus in vtero ægrotauit. Aliqui non ginnum, ſed ὄνον ſcribunt pro manno vel equo pumilo. Ginni apud Ariſtotelem deminuta forma equi dicuntur: quos & gygenios ab Strabone nunc nonnulli putãt: quanquam & mulorum genus ſic in Liguria vocetur, Cælius Rhod. ὄνος apud Græcos filium vel nepotẽ ſignificat: & fieri poteſt, vt ab hac voce iumenta nana quæuis Græce ὄνοι & γόνοι dicantur, quòd pullorum magnitudinem nunquam excedant: & apud Latinos hinni & hinnuli, & fortè ginni quoq;. Quanquã apud eos complurium quadrupedum fœtus, ſimiliter vt ſupra diximus, ſic appellentur. Etymologiam literatores afferunt quod hinniant & vocem reddant equinæ ſimilem, quam ego non probo: neq; enim in ceruis & leporibus, & aliis huiuſmodi talem percipimus vocem: & Græcæ magis quàm Latinæ originis vocabulum apparet. Vt mulus ſic & burdo ſterilis eſt. Hic equum magis refert & vocem edit equi, ille aſinum, Albertus Mag. Videtur autem intelligere muli genus ex equo & aſina prognatum. De hinno & hinnulo, &c. vide plura in ceruo H.a. & in mulo C. Mulimon pen cor. aſinus, mulus, aut equus breuis, Promptua.

DE ONAGRO SIVE ASINO SYLVESTRI.



Onagrvs apud Varronem, imitatione Græcâ, ὄναγρος: Latinis vſitatius onager dicitur, aſinus eſt ferus aut ſyluestris: regionibus noſtris ignotus, dici tamen poteſt vernacula lingua ein Wildesel. Hiſtoriæ Iob cap. 6. פרא pere exponunt, onagrum Latini & Græci: item Hieremiæ cap. 14. Pered verò in eadem lingua mulus eſt. Prophetæ Oſeæ cap. 8. legitur פרא בודד לו, pere boredlo, Latini tranſferunt Onager ſolitarius apud ſe. Septuaginta omnino nullum hîc animal nominant. Varinus meminit Cyrillum in huius Prophetæ interpretatione ἄγριον aſinum exponere: alios verò magnam belluam, quę ob ferocitatem ſola paſcatur. Μονὰς alioqui aprum ſolitarium ſignificat. Ego hanc vocem in translatione LXX. interpretum ſiue vulgata Græca non reperio: ſi in aliqua alia reperitur, ad hunc omnino locum capitis 8. pertinere puto. Non conuenit autem onagrum gregarium animal ſolitarium vocari: niſi quis ita accipiat, quod licet gregatim in ſolitudine tamen degat. Et fortè diuerſa onagri genera ſunt. Ego præter hoc genus monocerotem onagrum legi, de quo paulò pòſt dicemus. Dictio פרא pere, ponitur etiam adiectiue pro ſyluestri, vt אדם פרא pere Adam. id eſt, ſyluestris homo, Geneſ. cap. 6. ירמשיריא, ziz ſchadai, Pſalmo 80. Græcus interpres transtulit μονὰς ἀγρὸς. Chaldæus tharnegul, id eſt, gallus ſyluestris. Ebræorum alij autem omnium maximâ interpretantur, alij ferarũ omnium commune nomen. ימור, iachmur, Deut. 14. animal eſt ſimile magnæ capræ, teſte R. Iona, cui etiam apud Arabes nomen idem. Chaldaica translatio habet iachmura. Perſica kutz cohi. Septuaginta, Ioſephus, & Hieronymus, bubalus. Eſt autem bubalus etiam de caprearum genere. Sunt ex noſtris, qui ſuſpicentur aſinum ferum ſignificari. De hac voce vide in Bubalo boue. ערוד arod conſtanter omnes onagrum vertunt: & ערא ere etiam Iob 39. De voce iemim, quam in Geneſi quidam mulos ex onagris & aſinabus natos interpretantur, ſupra in aſino I.h. diximus. מרודא merodà & ערדא arda quoq; à Seb. Munſtero onagri nomine redduntur. Martialis lib. 3.

Dum tener eſt onager, ſolaq; laſſia matre *Paſcitur, hoc infans, ſed breue nomen habet.*

Noſtra memoria rex Saracenorum, qui apud Tunim in Africa imperitat, Ferdinando regi Neapolitano aſinum ingẽtem, forma conſpicua ac varia dono miſit, Raph. Volaterranus. Onagri in Phrygia & Lycaonia præcipui ſunt, ſed pullis eorum tanquam ſapore præſtantibus Africa gloriatur: hos lalliones appellant, Plin. Onagrorũ in Phrygia & Lycaonia ſunt greges multi, Varro. Vltra Cataadupa Nili procedens Apollonius & comites, viderunt leones & pantheras, item ceruos capreas ſtruthiones & aſinos ſyluestres complures, &c. Καυδὰ inſula prope Cretam, vbi maximi onagri naſcuntur, Suidas. Aſinorum agreſtium copia eſt in Perſide, Suetonius. Angermanniæ ducatus tenet ſeptentrionalia ad confinia Laponiæ: eius tractus eſt totus ſyluoſus, & ibi in præcipuis feris venantur vros & biſontes, quos patria lingua dicunt *elg*, id eſt, aſinos ſyluestres, Iacobus Zieglerus in Schondia. Alces feras quoſdam inepte onagros interpretari, reprehenſum eſt ſupra. Fuerunt ſub Gordiano Romæ præter alias feras onagri viginti & triginta in Syua Gordiani primi (depicti tantum puto) Iulius Capitolinus. Aſinorum greges ferorum Aſia fert & Africa, Plin. In Lycia onagri non tranſeunt montem, qui Cappadociam à Lycia diuidit. Regio ſub æquinoctiali ad orientem & meridiem (vt ſcribit Nicephorus Calliſtus) aſinos feros magnitudine ingentes fert,

pelle

pelle mirificè præter morem versicolores, albo scilicet & nigro colore admodum inter se variatis, & zona: quædam à summa dorsi spina ad latera & ventrem demissæ, atq; ibi diuisæ, & conuersionibus quibusdam inter se implicatæ, mirificam & nouam efficiunt plicaturam & varietatem. Sunt & asini syluestres in Madera insula, Aloysius Cadamystus, Giraffæ, leones, leopardi, onagri in prouincia Abasiæ nascuntur, Paulus Venetus. Amant onagri locos excelsos & rupes. Hiere. 14. Onagri (peraim Heb.) steterunt in locis excelsis, & attraxerunt auram sicut dracones, defecerunt oculi eorum, quod non esset herba. Septuaginta vertunt, Ὀναγροι ἕστησαν ἐπὶ νάπαις. Hinc sumpta occasione obscuri quidam authores onagrum beneficio ventorum absque aquis viuere scribunt, tanquam Propheta per naturam id ipsum facere dicat, non potius necessitate & inopia aquæ: hoc enim multis animalibus per sitim commune est, vt ore hiante frigidum captent aerem. Isidorus & Iorath quidam scribunt onagrum æquinoctio verno, vel 15. die Martij, per singulas noctis & dici horas semel rugire, & inde æquinoctium cognosci: item terram pedibus terere & fodere, atque inde ad sitim & fugam prouocari. Apparet autem istos orygem vel cynocephalum pro onagro somniare. Errant & alij recentiores, qui scribunt domari non posse hoc animal, & hominum consuetudinem ei intolerabilem esse. Nam, vt M. Varro testatur, onagrus ad seminationem idoneus est, quod è fero sit mansuetus facile & è mansueto ferus nunquam. Sed illi forsan Indicum & vnicornem onagrum cum vulgari confundunt. De onagro quædam, eius ingenio & mansuefactione, & genito ex eo mulo, vide in mulo C. Epitheta onagri reperiuntur asininus, timidus (Vergil. lib 3. Georg. vbi canes alendos consulit, *Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros*) & segnis. At fide digni authores, minimè segnem, sed velocissimum faciunt: vt claret his Oppiani versibus, quos libentius propter alia etiam epitheta adscribo,

Κραιπνὸν, ἀελλαῖον, ἀραιπερὶ νῶτα φορῆα, Κραιπνὸν, ἀελλαῖον, ἀραιπερὶ νῶτα φορῆα,
Ὀξυτάτοις ἀκάμαντα ποδῶν ἐπιβήμονα θοῦρον, Ἀργυφέοις γναμπτοῖσι δολιχαῖς ὀξυτάτοις θοῦρον.

In his carminibus attribuuntur ei vngulæ bonæ & robustæ, velocitas vento comparanda, corpus satis amplum, αἰπὺ altum, latum, & pulchrum aspectu, aures longæ, color argenti: ego cinereum splendidum intelligo, vt ἀργύφεος eodem pertineat: nisi quis ita accipiat, vt Vergilij aeripedem ceruam, quod minus probo: neque enim quenquam hoc sensu vsurpasse memini. Grammatici apud Græcos poetas æreum exponunt obscurum, nigrum, nebulosum. Nebulæ color vtpote cinereus asino conuenit: videtur autem idem asini & onagri color esse, vt coniicio ex Polluce, cuius hæc verba sunt, Κίλλος color est vestium, quem nunc onagrium vocant. Dores enim asinum cillon vocant. Quod autem onager non totus sit albus, quamuis ἀργύφεος καὶ χροιᾶι à poeta dictus, apparet ex sequentibus, Ταινίαι δὲ μέλαιναι μέσου μᾶλλον ἀμφιβόλιοι λινοειδεῖς ἐκατέρωθεν ἐκτείνονται ἐς φάραγγα, id est, vittæ nigræ medium occupant dorsum, quam ambiunt lineæ vtrinque niueæ. Nam si totum corpus album esset, dorso excepto, frustra candidæ illæ lineæ memorarentur. Magnus tamen ille & vnicornis Indicus onager, vt Philes testatur, toto corpore albet, capite tantum rubet. Sed adiiciam reliqua etiam ex Oppiano, ita ferè vt à Petro Gyllio Latinè expressa sunt. Onagri pastu aluntur herbarum, quas abundè fundit terra, fortibus feris opima præda sæpe fiunt, magna fœminarum multitudine gaudent, quoquò maritus ducit, fœminæ sequuntur, siue is ad pastiones, siue ad fontes proficiscitur, atque ad vesperam vnà cum ipso ad domesticam sedem redeunt. Ex æmulatione & riualitate tantopere laborat, vt sui pulli de matre sint ei suspecti. Itaque fœminæ parienti proximus assidens, partum expectat, ac si fœmina editur, amat partum, & lambens ipsum lingua conformat: Sin autem editum marem videt, tum sanè animo incitatur, & ex ægritudine laborare incipit, quòd alter mas natus sit, qui matre aliquando potiri possit: quam ob rem furenti animo & prompto pullorum testiculos aggreditur abscindere: Mater etsi pariendi doloribus debilitata, suo tamen infelici filio contra patrem auxiliari molitur: & quemadmodum in bello cum hostes filio interfecto matrem retrahunt, quæ gnatum adhuc cæde palpitantem amplexa magno gemitu plorat, genasq; lacerans infra mamillas sanguinem effundit: Sic illa videns pullum vicinum ad moriendum, miserabiliter lamentatur, & lugenti persimilis est. Diceres miseram suum partum circumeuntem suaui & supplici locutione dicere: Marite, cur tuus aspectus tam truculentus? Cur oculi tui, qui ante lucidi essent, sanguinei apparent? Anne Medusæ faciem vides, quæ homines in saxa conuertit? an immanis draconis virulentum fœtum? an leænæ catulum montiuagæ? Itáne filium communi susceptum voto castrabis? O me miseram, quæ partum edidi infelicem ob scelus paternum. O filium hoc miseriorem, quod non vnguibus leonum, sed plus quàm hostilibus patris dentibus ob riualem inuidiam castraris. Post hæc elegantissima est epiphonesis poetæ in æmulationis & zelotypiæ vim, cuius partem quin subscribam temperare mihi non possum:

Ἀλλ' ὅτε πῃ ἀστὸν ἴδῃς ἐπιμάστιον ἠὲ γυναῖκα, Κῆπον ἐς ἢ φυτὸν ἐρχομένην ἐπιεφράδεσθαι
Θῆλυν ἀναξιδέην ἢ ἀμήτορα ἠὲ τοκῆος Δεξιτερὴν ἢ ἕζεσθαι ἀδαημονέοντι ὀπωπάς.
Οὐ παῖδας τέρπει φίλος γλυκερώτατος ἔσται, Οὐχ ἑτέρας, τῆς πῆμα μελῃ, σὺ δὲ εἶδος ἀμαίμων.
Ὅππως τὰν δύνῃ ἀλείς πολυκαρπέα καὶ ἀέκητι
Ἀντιβολήσῃς.

Aristoteles in mirabilibus quiddam simile scribit de equis syluestribus in Syria, quos gregatim incedere dicit, ac eorum duces, si quem minorem natu fœminam salire viderint, tandiu illum persequuntur, donec assecuti ore inter posteriora crura inserto testiculos eius euellant.

Sitis impatientem esse hanc feram, constat ex Psalmo centesimo quarto, Dominus, inquit psaltes, fontes immittit fluuiis, vt inter montes prætermeent: bibunt inde animalia cuncta, & sitim suam extinguunt פְּרָאִים *peraim*, id est, onagri. Nam cum in regionibus calidis siccisque tantum reperiatur, & ob timiditatem subinde locum mutet magna cum celeritate, præsertim cum natura corpore sicco sit, asinini nempe temperamenti (sunt enim syluestria eadem qua vrbana temperie, sed sicciora ferè, calidioraque) necesse est sæpe sitim pati. Videndum est tamen, ne oryx, quem physiologi veteres & boni authores perpetua siti ardere scribunt, non item onagrum, à recentioribus & imperitis cum onagro hac in re confundatur. Vtrunque sanè Africæ siticulosæ regionis peculiare animal est, sed magis oryx. Metuit & fugit feras omnes carniuoras, ideoque, vt pleraq; timida, velocitate valet. Venatio leonis onager in solitudine, & pascua diuitum pauperes, Sirach cap. 13. & Oppianus, κραιπνοῦ ἀγρίης ἐλάφοιο πανείκελον ἄγρην. Addunt recentiores, aquam purissimam tantum ab onagro bibi, nec facile aliam: & cum vrgetur à canibus, excrementum alui odoratum reddere, circa quod illis detentis ipsum effugere: Fœminam nimis libidinosam esse, eoq; nomine mari sæpe molestam: Mares libidine accensos, si fœminæ desint, montes scandere, ventum naribus haurire, & voce terribili rugire: Cor onagri pinguissimum esse: Feram ipsam quãto magis capta mansuescit, tanto efferatiorem esse antequam capiatur. Sed horum omnium grauem authorem habeo neminem: nisi quod Plinius testatur, fœminas gaudere copia libidinis. In hoc genere singuli imperitant gregibus fœminarum.

Æmulos

Æmulos libidinis suæ metuunt. Inde est quod grauidas suas seruant, vt in editis maribus, si qua facultas fuerit, generandi spem morsu detruncent: quod cauentes fœminæ, in secessibus partus occultant, & parere furto cupiunt, Solinus & Plinius. Leo onagrum odit & venatur, Albertus. Asini syluatici reperiuntur in desertis Africæ vel desertorum confinis maxima frequentia. Leucophæi pariter coloris. Velocitate equis tantum Barbaricis cedunt, atque hominem videntes, magnis clamoribus vlulantes recalcitrant, firmique donec illis adeò proximus sit, vt manibus attingi possint, persistunt, tum in fugam se coniiciunt. Ab Arabibus deserta incolentibus, decipulis, aliisq; huiusmodi machinationibus capiuntur. Confertim incedunt, cùm vel pabulantur vel potant. Carnes calidę fœtent, sapiũtq; syluaticũ verùm refrigeratæ ac biduo elixæ absoluti sunt saporis, Leo Africanus. Asini feri gregatim pascũtur: qui venantur eos, equites persequuntur, ac defessos tandem anhelosque, & plurimo puluere excitato impeditos, partim iaculis conficiunt, partim viuos capiunt, & catenis vinciunt: partim nimia persecutione perculsos attonitosq; equis alligant, quos illi præcurrentes sequuntur, Pollux. Martialis lib. 11.

Pulcher adest onager, mitti venatio debet, *Dentis Erythræi iam remonete sinus.*

Ælianus scribit onagros in Mauritania cursu pernices esse, citoq; desistentes & anhelos à venatoribus capi, Raph. Volaterranus. Dorcades, asini syluestres, &c. ficus & farinam appetunt: quare Armenij vt eas capiant (sicut & alias complures feras) piscium nigrorum qui venenati apud ipsos nascuntur, farina ficus conspergunt: quibus gustatis bestiæ statim intereunt, Ælianus. Generantur ex equa & onagris mansuefactis mulæ veloces in cursu, duritia eximia pedum, verùm strigoso corpore, indomito animo, sed generoso, Plinius 8.44. Hi fortè sunt muli, quos Aristoteles Syriæ peculiares scribit, celeritate præstantes, nec steriles vt propriè dicti muli: quibus tamen commune nomen sortiti sunt propter formæ similitudinem: vt asini feri vrbanorum nomen accepere, quibus tamen longè præstant celeritate. Onagro & asina genitus mulus omnes anteceilit, Plin. Pullos asinorum epulari Mecœnas instituit, multum eo tempore prælatos onagris: post eum interiit autoritas saporis, Plin. Galenus lib. 3. de alimentorum facultatibus, Ceruina caro, inquit, non minus quàm bubula & ouilla, succum vitiosum generat ac concoctu difficilem: His syluestrium asinorum, bono habitu præditorum ac iuuenum, caro est propinqua. Sunt qui pantheris vt & asinis bono habitu præditis, cuiusmodi sunt agrestes, vescuntur, Idem. Plinius cum ex asinino lacte & ossibus remedia contra venena quædam recensuisset, omnia eadem onagris efficaciora esse subiungit. Ad panos & apostemata in quacunq; parte præcipuum remedium traditur in calculo onagri: quem dicitur cum interficiatur reddere, vrinam liquidiorem initio, sed in terra spissantem se. Hic adalligatus femini, omnes impetus discutit, omniq; suppuratione liberat. Est autem rarus inuentu, nec ex omni onagro, sed celebri remedio, Plinius 28.15. Fel eius extirpat morum, & super abscessuum vestigia vtiliter illinitur: Admiscetur etiam emplastris contra ignes sacros, quos curare dicitur: priuatim ad elephantiasin & varices adhibetur: Adeps cum oleo costino commendatur ad renum & dorsi dolorem, quem crassi llarus produxerint: illinitur quoque ad panos salubriter, Auicenna. Splen asini syluestris vel equi syluestris, aridus tritus in potu datus splenetico pondere drachmarum trium in 5 vnciis vini temperati conuenit illi, Galenus 7. κατ. τοπ. vt citat R. Moles. Adeps vulturis dissoluit, sicut adeps asini syluestris, Rasis. Caro contra dolorem spinæ dorsi & coxendicum iuuat, Rasis. Caro dorsi asini syluestris cum oleo cataplasmatis instar articulis dolentibus applicatur, Auicenna. Vrina eius lapidem in vesica frangit, Galeno teste, vt Auicenna citat. Vngulæ crematæ cinis comitialibus prodest: idem oleo admixtus strumas dissoluit, & alopeciam emendat, si cataplasmatis instar adhibeatur, Vincentius Bell. Medulla inuncta, podagras curat, & dolorem extinguit: Fimum vitello oui permixtum fronti illinitur, vt sanguis erumpens sistatur: Idem crispat capillos cum felle bouino inunctum: Aridum cum vino hausum contra scorpionis ictum maxime celebratur, Rasis. Inspectio in oculum asini syluestris adiuuat sanitatem visus: etiam est vtilis descensui aquæ in oculum: & dixit filius Zor, quòd hoc est sanum & indubitatum, R. Moses. Ὀναγαὶ vocantur pelles onagrorum, Suid. Asini feri magnitudine Leucrocuta est, Plin. alij codices non feri, sed ferè habent. Fabulam apud Corn. Tacitum Judæos onagris indicibus fontium vsos cum in desertis Arabiæ siti macerarentur, in Philologia de asino supra retulimus. Onagrum fabulam inscripsit Demophilus, quam Plautus transtulit Asinariæ nomine, vt supra diximus. Onagri item machinæ sunt, quæ & harpages vocantur, quibus iniectis accedentes quos uis arripere & attrahere licebat, Suidas. Harpagem alioqui vocant & λύκον & ἁρπαγέα, instrumentum coquinarium, quod quidam fuscinam interpretantur. Ἅρπαξ vel ἅρπαγη paroxytonum, Latinè harpago instrumentum est, quo situlas & alia è puteis extrahimus. item quod nauibus in bello nauali iniicitur, sicut coruus & manus ferrea. Licebit & vncum à figura nominare. Vegetius 4.2: Lupum instrumentum quoddam describit in modum fuscis dentatum, quo contra arietes in oppugnationibus oppidani funibus alligato vtantur. Onagri nomen, sicut & ereagræ & podagræ pedicæ, ἀπὸ τοῦ ἀγρίου inditum apparet, quod verbum comprehendere significat. Quamuis ὄναγρος etiam vectem sonat, non quemuis tamen, sed quo machinæ versantur: & fieri potest, vt improprie pertica etiam cui vncus inseritur, ὄναγρος nuncupetur, quasi ὄναγρον, id est, vectis ad comprehendendum aptus: sed nostra hęc coniectura sit. Nos huiusmodi onagros certis locis per ciuitatem publice expositos habemus, vt cum incendiorum calamitas postulauerit, omnibus ad manum sint. Nunc de alio eiusdem nominis instrumento dicendum. Flauius Vegetius lib. 4. de re militari, cap. 22. post descriptionem balistæ, quæ funibus, neruis, chordisq; tenditur, & quanto maior fuerit, tanto spicula longius mittit: Onager autem, inquit, dirigit lapides: sed pro neruorum crassitudine & magnitudine, saxorum pondera iaculatur. Nam quanto amplior fuerit, tanto maiora saxa fulminis more contorquet. His duobus generibus nulla tormentorum species vehementior inuenitur. Saxis enim grauioribus per onagrum destinatis, non solum equi eliduntur & homines, sed etiam hostium machinamenta franguntur. Cæterum scorpiones dicebantur, quas nunc manubalistas vocant, ideo sic nuncupati, quod paruis subtilibusq; spiculis inferant mortem, Hæc Vegetius. Ammianus Marcellinus lib. 23. diligentissime hæc & alia bellica instrumenta describit: onagrum tamen à scorpione non distinguit. Idem enim instrumentum, tormentum (inquit) appellatur, quod ex eo omnis explicatio torquetur: scorpio autem, quoniam aculeum desuper habet erectum: cui etiam onagri vocabulum indidit ætas nouella, ea re, quod asini feri cum venatibus agitantur, ita eminus lapides post terga calcitrando emittunt, vt perforent pectora sequentium, aut perfractis ossibus capita ipsa disploduant, Hęc Marcellinus: Formam qui quærit ex ipso petat: ego hoc tantum adferam summitati eius vncos ferreos copulari, è quibus pendet stupea vel ferrea funda: & quoniam vncos, vt ex Suida docuimus, onagros aliqui vocant, inde aliquis potius quam à lapidum reiectione nomen instrumento factum coniecerit. Ὀναγὸς oxytonum, pro asinario exponitur: & ὀναγεώτης, loca pascendis asinis apta.

Animal

Animal eſt quoddam onagro ſimile, quo veſcuntur Indi quidam verſus auſtralem portum, vt in Magellani nauigatione legimus.

DE ASINIS SCYTHICIS, ET AFRICANIS.

In Scythia aſini cornibus præditi naſcuntur, quorum cornua Arcadiæ fluminis Stygis aquam continent, quæ tranſmittit vaſa omnia, etiamſi ſint ex ferro. Hæc cornua à Sopatro apportata fuiſſe aiunt Alexandro Macedoni, & illum admiratum miſiſſe Delphos, vt dedicarentur Pythiæ, Ælianus. Vide ſupra in B. de aſino. Proprie dictos aſinos ſupra ex Ariſtotele in Scythia reperiri negauimus. Apud Afros, qui Aratores cognominantur, aſinos cornutos reperiri, Herodotus author eſt libro 4.

DE ASINIS, VEL ONAGRIS POTIVS, INDICIS.

Sylvestres aſinos equis magnitudine non inferiores apud Indos naſci accepi, coſq; reliquo corpore albos, capite verò purpureo, oculisque nigris (cæruleis vertit Raph. Volat.) eſſe, cornuq; in fronte gerere vnicum: (Volaterranus addit ſeſquicubitale) cuius ſuperius puniceum, inferius autem album, medium verò nigrum ſit: atq; non omnes quidem Indos, ſed potentiores, cum tanquam armillis quibuſdam brachia, ſic cornua auro certis ſpaciis ornarunt, ex his ipſis bibere ſolere. Ex hoc cornu bibentem ab inſanabilibus morbis tutum fieri, neq; eum ipſum conuulſionibus corripi, neq; ſacro morbo tentari, neq; venenis vllis ferunt. Quinetiam ſi quid prius peſtilens biberit, tum id euomere, tumq; ad ſanitatem redire. Cum autem cæteri aſini, quibuſcunq; in terris ſint tam domeſtici, quàm ſylueſtres, tum ſolipeda animalia, non talos habeant, aſinos Indicos cornigeros Cteſias inquit, talis primum, iisq; nigris, præditos eſſe. Deinde ſi quis eos confregerit, interiora quoq; nigra deprehenſurum eſſe: neq; modo corporis velocitate longe multumq; cæteros aſinos ſuperare, ſed & velocitate eadem multo equis & elephantis præſtare. Cum autem in viam ſe dederunt, tardius primo ingrediuntur, deinde paulatim tantum confirmantur ad contendendum iter, eos quidem vt ſequi operoſum ſit, eorum verò curſum tranſcurrere nulli concedatur. Poſtea autem quàm fœminæ peperierunt, patres circum pullos à partu recentes ſumma cuſtodia verſantur, eorumq; commorationes locis Indiæ deſertiſſimis ſunt. Cum à venatoribus Indis inuaduntur, pullos ſuos adhuc ætate infirmos à tergo ſuo paſcentes habent, atq; pro eis propugnant: contra equites audent venire, coſq; ferire. Tanto ſanè hi robore exiſtunt, nihil eis vt obſiſtere queat, quin ſtatim & concidat, & perdatur, è quorumq; incurſu latera diſcerpunt ac lacerant, & viſcera diſrumpunt: ex quo fit, vt ad eos equi appropinquare valde metuant, appropinquatio enim capitalem vtriſque mulctam miſerabiliter infert. Ex eo namque conflictu non equi modò, ſed & aſini pereunt: pergrauiter calcibus pugnant: eorum morſus eatenus acerbiores exiſtũt, vt quicquid comprehenderint, funditus diripiant: ex his verò, qui ſunt confirmata ætate incomprehenſibiles ſunt. Carnes eorum quod amariſſimæ ſint, haudquaquam eſculentæ: Hæc Ælianus Petro Gyllio interprete. Raph. Volaterranus malè tranſtulit hanc feram felle carere: & potionem ex hoc poculo ad ignem ſacrum conferre. Nam & fellis veſicam habet, & potio illa contra morbum ſacrum, id eſt, comitialem, non ignem ſacrum prædicatur: vt in Græco Philæ codice legimus: à quo ſimiliter, vt Æliano, ſed breuius deſcribitur: Ὀναγρῶ ἐμῶ ἐσί φησί τις μέγας. Facit autem ille Indorum regem ex cratere de huius animalis cornu confecto bibentem, quem ſplendidum (διαυγῆ) & cubitalem eſſe dicit: Feram ipſam inter ſolipedes ſolam & talum & bilis veſicam habere. Aſinus Indicus licet ſolipes, corniger tamen eſt, ſed ſingulare cornu gerit, & ſolus in ſolipedum genere talum poſſidet, Ariſtoteles, & Plinius. Cornigera ferè biſulca. Solida vngula & bicorne nullum: Vnicorne aſinus tantum Indicus. Vnicorne biſulcum, oryx. Talos aſinus Indicus vnus ſolidipedũ habet, Plinius: & alibi, Cornua ſolipedum nulli, excepto aſino Indico, qui vno armatus eſt cornu. Xenophon talos (aſtragalos) etiam equis attribuit, cùm Ariſtoteles vir in his rebus doctiſſimus ſolidipedũ nulli talum ineſſe dicat, ne aſino quidem, præterquam Indico, cui etiam cornu è fronte promineat, Pollux. Recẽtiores quidam obſcuri, onagrum Indicum, magnam & crudelem feram deſcribunt, cornu vnico, duro, acuto & longo: Robur ei tantum eſſe, vt ingentia ſaxa de rupibus euellat, idq; tantum vim ſuam experiundi gratia. Monoceros alius eſt ſimpliciter dictus, quem Indi Cartazonum vocant, niſi autores errauerint, quod in rebus adeo peregrinis facile fit: alius item rhinoceros, quem ſæpe cum monocerote quidam confundunt: alius deniq; oryx, omnes vnicornes. Cornu quod tanto pretio hodie contra morbos quoſdam & venena celebratur, plæriq; hodie rhinocerotis eſſe aiunt, alij monocerotis ſimpliciter: Ælianus & illum ſecutus Philes, ſcriptores Græci, non alterius vnicornis, quàm aſini Indici cornu, vt diximus, dotibus iſtis prædicant: in hiſtoriis ſanè horum trium, aſini Indici, monocerotis, & rhinocerotis, plurima communia reperio: pauca diuerſa: vt ſuſpicetur aliquis duo tãtum diuerſa animalia eſſe, vnum rhinocerotem, & aliud monoceros ex media fronte, quod alij aliter nominauerint, & cum rhinocerote imperiti quidam confuderint. Plura vide infra in Monocerote. Magnus Indorum rex quotannis diem vnum proponit, tum hominum tum beſtiarum certaminibus: committuntur autem pugnaturæ inter ſe beſtiæ, feri tauri, arietes manſueti, aſini vno armati cornu, hyænæ, poſtremo elephanti, Ælianus.

DE ONOCENTAVRO.

Onocentavrvm quiſquis vidit, non incredibile ducet, quod fama peruagatum eſt, Centauros fuiſſe, neq; fictores atq; pictores in eorum deſcriptione erraſſe. Verùm ſiue reuera fuerint, ſiue omni cera flexibilior, & ad fingendum habilior, fama illos finxerit, præterco. Quæ verò de onocentauro fama accepi, hæc ſunt. Eum homini ore & promiſſa barba ſimilem eſſe, ſimul & collum, & pectus, humanam ſpeciem gerere: mammas diſtantes tanquam mulieris ex pectore pendere: humeros, brachia, digitos, humanam figuram habere: dorſum, ventrem, latera, poſteriores pedes, aſino perſimiles: & quemadmodum aſinum, ſic cinereo colore eſſe: imum ventrem leuiter exalbeſcere: duplicem vſum ei manus præſtare: nam celeritate vbi ſit opus eæ manus præcurrunt ante poſteriores pedes: ex quo fit, vt non cæterorũ quadrupedum curſu ſuperetur: Ac vbi rurſus habet neceſſe, vel cibum capere, vel aliud quiddã tollere, qui antea pedes eſſent, manus efficiũtur: tumq; nõ graditur, ſed in ſeſſione quieſcit. Animal eſt graui animi acerbitate. nam ſi capiatur, non ferens ſeruitutẽ, libertatis deſiderio ab omni cibo abhorret, & fame ſibi mortẽ conſciſcit, licet pullus adhuc fuerit. Hæc de onocentauro Pythagoram narrare teſtatur Crates ex Myſio Pergamo profectus, Ælianus & Philes Raph. Volaterranus ſcribit, quod anticã corporis partem ſimilem humanæ habeat, poſticam aſininæ, colore ſit albo, idq; ex Æliano ſe tranſtuliſſe: ex quo nos tam interpretẽ P. Gyllio cinereum colorem ei tribuimus, imo ventri tantummodo albicantem. Ignobiles quidam authores

onocẽ-

onocentaurum aiunt monſtroſum animal eſſe, quod non cum cæteris ab initio creatum, ſed poſtea temere ex adulterina commixtione prognatum ſit: vocem articulatam aliquatenus ſonare, non tamen humanam: in perſecutores ligna vel lapides reiicere: ſed nihil horum authoritate muniunt. Lapidum certè reiectio onagris conuenit, vt ſupra docuimus. Ὀνοκένταυροι, apud Aquilam trichiones, id eſt piloſi dicti, dæmones quidam corporei, ſuperficie obſcura, ſatyri quidam ex Hebraica voce tranſtulerunt, Varinus. Eſaiæ cap. 34 Hebraica verba על רעהי יקראו אך שם הרגיעה לילית ומצאו עיים את איים ישעיר Sebaſtianus Munſterus reddit, Occurrent ſibi (beſtiæ) ſylueſtres & inſulares, & ſatyrus vociferabitur ad ſocium ſuum: quin & lamia ibi quieſcet. Vulgata translatio, Et occurrent dæmonia onocentauris, & piloſus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia. Septuaginta, καὶ συναντήσονται δαιμόνια ὀνοκενταύροις, καὶ βοήσεται ἕτερος τῷ πλησίον· ἐκεῖ γὰρ κατέπαυσαν ὀνοκένταυροι. Munſterus in annotationibus, שעירים (inquit) fauni piloſi ſunt, & monſtra quædam deſerti: Hebræi communiter interpretantur שדים dæmones: ſicut & per לילית lilit, infauſtum quoddam nocturnum intelligunt monſtrum, puerperis maximè infeſtum: & multa ſtultiſſimè de eo ſibi perſuaſerunt. Porrò per איים ijm Ionathan intelligit תתולין, catos ferales: Hæc Munſterus, per ferales puto feros & ſylueſtres accipiens. ציה tziah ſolitudinem ſignificat, vnde ציים tziim incolæ deſerti, qui ſunt Æthiopes & animalia in locis deſertis, quæ במדבר nemiot vocant: ego lamias interpretor: alij dæmonia, dracones, catos marinos, id eſt, cercopithecos. Idem in Dictionario ſuo. De lamiis latius, ex illarum genere quas Empuſas & Mormolycias vocant, mirabilem hiſtoriam recenſet Cælius Rhodiginus libro 29. cap. 5. ferunt eas in amorem & Venerem procliues eſſe, & humanas carnes vehementer expetere, Venereorumq; cupidine allicere multos, quos deglutiant mox. Dicuntur & Libycæ feræ quædam eſſe eiuſdem nominis, de quibus in litera L. Vide infra in Lamia. Onoſcelos dæmonum quoddam genus ſupra nominauimus: & Empuſam quoq; aſinino pede fingi diximus: ex quorum genere forſan & onocentauri fuerint. Credibile eſt enim ſtultos & ſuperſtitioſos quondam homines, varias apparitiones & dæmonum ſpecies naturali animalium generi temere adnumeraſſe. Quod ſi qui in rerum natura onocentauri, ſatyri, lamiæ, & ſimiles feræ extant, ex ſimiarum genere eas omnes eſſe crediderim: vt ſuo loco copioſius exequemur. Vlulæ, in Eſaia cap. 13. ab omni translatione, nomine ipſo Hebræo iim appellantur: pro his Septuaginta tantum onocentauros in translatione poſuerunt, Eucherius. Eruditi quidam per איי ij bubonem intelligunt, à voce querula dictum: nam & dolentis interiectio eſt. Dauid Kimhi etiam איה aia, id eſt, vulturem vel miluum eſſe ſuſpicatur. Vlulæ ſanè apud Hebræos etiam aliud nomen habent. Idem R. Dauid lilit exponit animal ſolitarium & noctu clamoſum. Sunt qui auem magnam interpretentur, quæ vento victitet & alio nomine גמליון gamaleon vocetur. Sed Chamæleon quadrupes eſt ouipara, non auis: hunc Plinius etiam aere victitare putauit. Quidam deniq; Iudæorum furiam eſſe ſuſpicantur. Alborach, animal album, aſino ſimile, quo Turcæ Mahumetem ſuum in cœlum euectum nugantur.

DE AXI.

Ctesias in India naſci feram nomine axin, hinnuli pelle, pluribus candidioribusq; maculis, ſacram Liberi patris, Plinius.

In arce Cairi vidimus marem & fœminam animalis cuiuſdam peregrini, quod Axin Plinij eſſe coniicio, his ab eo verbis deſcriptum: In India & feram nomine axin hinnuli pelle, pluribus candidioribusq; maculis, ſacram Libero patri. Hoc animal in vtroq; ſexu cornibus carebat: & caudam longam ad poplites vſq; demittebat, vt damæ. Et ſanè primo aſpectu damas eſſe putabam: ſed mox quid à damis differrent animaduerti. Fœmina mare minor eſt. Tota eorum pellis maculis rotundis & albis varia erat, in ſpacio coloris fului vel ſubflaui: camelopardalis contra in ſpacio albo maculas punicei coloris habet, per corpus diſperſas ſatis amplas. Vocem quàm ceruus clariorem & argutiorem (magis ſonoram) ædunt, Petrus Bellonius.

BORYES.

Boryes, pantheræ, thóes, & aliæ feræ diuerſæ in Africa apud Paſtorales populos Orientem verſus gignuntur Herodot. libro 4.

DE BO-

Digitized by Google

DE BOVE SIMVL IN GENERE, ET VACCA PRIVATIM.

A.

BOs proprie dicitur qui caſtratus eſt, vt aptior aratro fiat, aut vt ſaginetur: ſed præter ſuum proprium ſignificatum, taurum quoq; vaccamq; comprehendit, Valla lib. 4. In bubulo genere (vt ſcribit Varro) ætatis gradus dicuntur quatuor: Prima vitulorum, ſecunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta vetulorum. Diſcernuntur in prima vitulus, & vitula: in ſecunda iuuencus & iuuenca: in tertia & quarta, taurus & vacca. Quæ ſterilis eſt vacca, taura appellatur: quæ prægnans, horda. Ab eo in faſtis dies hordicalia nominantur, quod tunc hordæ boues immolantur. Iuuencus (& iuuenca) qui iam (vt ait Varro) ad agrum colendum iuuare poſſet. Plautus Truc. Vidi equidem iuuencum ex indomito domitum Fieri, atq; alias belluas. Plinius lib. 8. Optime cum domito iuuencus imbuitur.

C Vaccu-

Digitized by Google



Vaccula, diminut. Verg. *Vaccula nonnunquam ſecreta cubilia captans.* Bucula, diminut. βοΐδιον. Verg 1. Georg *Aut bucula cœlum Suſpiciens patulis captauit naribus auras.* Plinius lib. 34. cap. 8. Myronem Eleutheris natum, & ipſum Ageladis diſcipulum, bucula maximè nobilitauit, &c. Et Cicero 6. Verr. Aut ex ære Myronis buculam? Idem 1. de Diuinat. Itaq; ex auro quod exterebratum eſſet, buculam curaſſe faciendam, & eam in ſumma columna collocauiſſe. Verg. 1. Georg. *Aut errans bucula campo.* Buculus (aliâs bucolus) nouellus bos & tyrunculus. Columell. lib. 6. Quum deinde buculos comprehenderis, extra ſtabulum producito. Hebraice *ſchor* nominatur, שור, Deut. 14. in maſculino tantum genere, bos vel taurus exponitur: *bakar* verò בקר, bos, armentum, aut vacca. Thor Chaldaice, idem quod ſchor Hebræis, Danielis 4. inde nimirum Græci & Latini taurum dixerunt. Inuenitur & *tora* apud recentiores, תירא maſculini generis, vt torata fœminini. *Aleph* etiam אלוף à docilitate & aſſuefactione ad labores dictus videtur. Pſalmo 8 pro alaphim, id eſt, boues, Chaldæus reddit tore, id eſt tauri, Græcus βόας, Latinus armenta: Arabs bakar. Alpha etiam Græci grammatici caput bouis exponunt. Sacræ literæ diſtinguunt pecus in duo genera, vt oues & capræ dicantur צאן *tzon*, id eſt, greges: armenta verò & iumenta, בקר *bakar*. בהמה *meria*,

Digitized by Google

meria, genus boum magnorum, bubalus. Sunt qui bene faginatas pecudes, vt boues & oues, intelligant: nam vox מרית *marah* faginare significat, vt scribunt rabini Kimhi, & Salomon in commentariis Amos 5. Hieronymus pinguia vertit. Abraham ex sententia R. Saadiæ, animal esse dicit maius boue, quod in hisce regionibus non extet: Arabica translatio habet באמיר. Eruditi apud nos meria pro nomine adiectiuo accipiunt, quod altile & faginatum sonet, vt etiam baria. תבש *tachasch*, Exodi 25. animalis nomen variis coloribus distinctum. Onkelus vertit sasgona. R. Salomon Ezechiæ cap. 16. taxum exponit, quod eruditi ferè nostri temporis approbant: quanquam Hebræi quidam bouem expresserint. Cæterum *egela* עגלה Genes. 15. & Ierem. 46. iuuencam potius quàm vaccam verterim, cum עגל *egel* vitulum significet. Exodi cap. 32. pro egel Hebraico Chaldæus & Arabs habent egela: Persa gosalai: Septuaginta μοσχάριον, id est, vitulum. Vaccæ etiam nomen ab Hebræis deductum non dubito, qui bouem bakar vocant, vt vaccam Saraceni hodie baccara, quæ & *para* פרה Hebraice dicitur, vt *par* פר iuuencus, aut vitulus, cum additur ben bakar: simpliciter autem bos in genere Genes. cap. 32. pro Hebraico parim, Chaldæus vertit tore: Arabs bakera, Persa nadgaucha, vel nadagaucha. Βοῦς apud Græcos communis generis habetur, vt apud Latinos etiam. Italice bue, Gallice beuf, Hispanice buey, Germanice *ochsi* & *rind* in masculino genere tantum: Anglice oxe. Illyrice wul. Baulbulis pro vrina bouis apud Syluaticum legi, ceu Arabicam vocem. Vacca, Italice etiamnum vacca, græcè vulgò ἀγελάδα. Gallice vache, Hispanice vaca, Germanice *Kw* vel *Kuhe*, Anglice cow. Simili voce in Italia quondam Altinæ regionis incolæ vaccas humilis staturæ & lactis abundantes ceuas appellabant, teste Columella. Iunix, iunicis, teneræ ætatis bos fœmina, quæ iam cessauit vitula esse, necdum tamen ad summam magnitudinem peruenit. Persius Sat. 2. *Tot tibi quum in flamma iuuicum omenta liqueſcant.* Plautus Milite, Quam mox ad stabulum iunix recipiat sese pabulo. πόρις vitulæ, quæ paulo adultiores factæ δαμάλεις, & poetis δαμάλαι dicuntur: neutræ iugum, neutræ Venerem expertæ: adultæ demum βόες, id est, vaccæ dicuntur, Varinus. Vaccam Florentinus author Græcus βοδήλατον aut damalin reddit.

B.

Bos in lege Mosaica animal est sacrificiis & cibo concessum, quoniam ruminat & vngulam habet bifidam. De antiquis illustrissimus quisq; pastor erat, vt ostendit Græca & Latina lingua, qui πολυβότας cognominant aliquos. Bos certe in pecuaria maxima debet esse authoritate: nec dubium, quin (vt ait Varro) cæteras pecudes honore superare debeat, præsertim autem in Italia, quę ab hoc nuncupationem traxisse creditur, quod olim Græci tauros ἰτάλους vocarent: & in ea vrbe, cuius mœnibus condendis mas & fœmina aratro terminum signauerunt: velut pecus, quod item Athenis Cereris & Triptolemi fertur minister: quod inter fulgentissima sidera particeps cœli, quod deinde laboriosissimus adhuc hominis socius in agricultura: cuius tanta fuit apud antiquos veneratio, vt tam capitale esset bouem necasse, quàm ciuem. Hæc Varro. Hoc animal, tantæ apud priores curæ fuit, vt sit inter exempla damnatus à populo Rom. dicta, qui concubino procaci rure omasum edisse se negante, occiderit bouem; actusq; in exilium tanquam colono suo interempto. Quare dicam de bubulo pecore, quam acceperim scientiam, vt si quis quid ignorat, discat: si quis scit, vbi nunc labar obseruet. Quod ad laudes & excellentiam boum, alia etiam quædam infra dicemus. Quæ in emendis bubus sequenda, quæq; vitanda sint, non ex facili dixerim, cum pecudes pro regionis cœliq; statu, & habitum corporis, & ingenium animi, & pili colorem gerant: aliæ formæ sunt Asiaticis, aliæ Gallicis, Epiroticis aliæ: nec tantum diuersitas prouinciarum, sed ipsa quoq; Italia partibus suis discrepat. Campania plerunq; boues progenerat albos & exiles, labori tamen & culturæ patrij soli non inhabiles. Vmbria vastos & albos, eademq; rubros: nec minus probabiles animis, quàm corporibus. Hetruria & Latiũ compactos, sed ad opera fortes. Apenninus durissimos, omnemq; difficultatem tolerantes, nec ab aspectu decoros. Quæ cum tam varia & diuersa sint, tamen quædam quasi communia, & certa præcepta in emendis iuuencis arator sequi debet, eaq; Mago Carthaginensis ita prodidit, vt nos deinceps memorabimus. Martio mense comparandi sunt boues, qui tamen siue de nostris capiantur armentis, siue emantur, idcirco nunc comparabuntur vtilius, quia necdum sagina temporis pleni, aut cælare possunt fallaciam venditoris, & vitia sua, aut repugnando domituræ contumacem pleni roboris exercere fiduciam. Hæc signa spectanda sunt in bobus, seu de nostro, seu de alieno grege fuerint comparandi, vt sint boues nouelli, quadratis & grandibus membris, & solido corpore, denso breuiq;: musculis, ac toris vbiq; surgentibus, colore rubeo vel fusco, tactu corporis mollissimo: cornibus proceris ac nigrantibus & robustis, ac sine curuaturæ prauitate lunatis (camuris, Vergil.) fronte lata & crispa, magnis & hirtis auribus: oculis & labiis nigris (subnigris, nigrantibus) naribus resimis patulisque, ceruice longa, torosa & compacta (cui plurima ceruix, Verg.) palearibus amplis & penè ad genua promissis (circa genua fluentibus) pectore magno, armis vallis: capaci & tanquam implente vtero (ventre non paruo) lateribus porrectis, lumbis latis, dorso recto planoq;, vel etiam subsidente, clunibus rotundis: cruribus neruosis, solidis, compactis ac rectis, sed breuioribus potius quàm longis: nec genibus improbis, vngulis magnis, caudis longissimis & setosis pilosisque. Magni interest cuiusmodi quæq; pecus sit ad fructum: Itaq; potius bouem emunt cornibus nigrantibus quàm albis, Varro. *Nec mihi displiceat maculis insignis & albo: Aut ingens adrectans, interdumq; aspera cornu: Et facies tauro propior, quadratus & artus*, Verg. *Optima torua Forma bouis, cui turpe caput*, Idem. Vaccas etiam mense Martio maxime parabimus: & quanquam eadem ferè in ipsis desiderentur, quæ & in maribus, priuatim tamen earum signa referemus, vt veterum etiam aliqui fecerunt. Ergo qui vaccas aut gregem armentorum emere vult, obseruare debet primum, vt sint hæ pecudes ætate nouellæ, & potius ad fructus ferendos integræ quàm iam expertæ: vt sint bene compositæ (corpore bene compactæ) vt integris membris, oblongæ, amplæ, magnitudine commoderata, forma altissima, ætatis maxime trimæ, saltem non minores anniculis: quia vsq; ad decennium fœtura ex his procedet vtilior: bima aut trima fructum ferre incipit: corium attactu non sit asperum ac durum: colore potissimum nigro, deinde rubeo, tertio heluo, quarto albo. Mollissimus enim hic, vt durissimus primus. De mediis duobus prior quàm posterior melior, vtriq; pluris quàm nigri & albi. Probantur item vaccę ceu maxime generosæ, flauescentes colore, nigrisq; cruribus. Ad hęc per singulas partes commendantur, si fuerint cornibus nigrantibus venustis & læuibus: latis (latissimis vel altis) frontibus: oculis magnis, patentibus & nigris: pilosis vel setosis auribus: cõpressis malis subsimisve, gibberi spina leuiter remissa (δαμάλεις εὐλαχεῖς γναθμοῖς σωτηλαμένας ἰχθύας, ἐσσίμους, μήκυρτας) apertis naribus, labris subnigris, ceruicibus crassis ac longis: amplissimis à collo palearibus demissis: bene collatæ (ἐυξύστολοι) maximis & capacibus vteris, latis humeris, lato tergo: bonis clunibus. coda amplissima & profusa vsq; ad calces, vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam: compactis cruribus (βραχίονα) hirsutis, nigris & modicis, potius breuioribus quàm longis: rectis genibus (σκέλεα) & eminulis, distantibus inter se, pedibus

dibus non latis, neq; ingredientibus qui displodantur, (ἐν τῷ βαδίζειν μὴ ἀπαποδίζειν ἀεὶ ἐμπροσθεν ἐξιόντες:) vngulis modicis (breuibus) quæ non diuaricent, & quarum vngues sint læues ac pares. Pulchrum sanè fuerit decorari signis omnibus naturalibus: sin minus, ac certè pluribus. Omnis bos indigena lõgè melior est quàm peregrinus: nam neq; aquæ, nec pabuli, nec cœli mutatione tentatur, neq; infestatur cõditione regionis, sicut ille, qui ex planis & campestribus locis, in montana & aspera perductus est, vel ex montanis in campestria: itaq; etiam, cũ cogimur ex longinquo boues accersere, curandum est, vt ex similibus patriis locis traducãtur. Illud ante vniuersa curandum est, vt viribus ad trahendum comparentur æquales, ne valentioris robur alteri procuret exitium. Dentes bimus emittit bos, nec vniuersos, vt equus. Nerui bubus præ cæteris animalibus duri: tauro duriores quàm boui castrato. Caro eis sicca & atribiliaria. Cornua tauris robustiora quàm vaccis, Arist. circa finem libri 4. de hist. animalium: quo in loco Albertus Magnus contrarium habet, his verbis: Cornua vaccarum fortiora & maiora & longiora sunt cornibus taurorũ: deceptus fortè Plinij verbis, qui tauris minora quàm bubus tenuioraq; esse cornua scribit, cum Plinius boum nomine non vaccas, sed boues exectos intelligat. Similiter & Rasis errat cornu robustius vaccis attribuens. Gerunt autem boues ectomiæ, id est, castrati, cornua maiora, eadem ratione qua spadones calui effici nequeunt. Nam coitus cerebrum maximè debilitat & imminuit. Bubulo pecori castrato Democritus ait tortuosa, gracilia, longa nasci cornua. Contrà testibus prædito enasci secundum radicem, crassa, recta, multoq; minus prolixa, eosdemq; latiori, quàm alteros fronte esse: Nam hic ibidem cum multę venæ sunt, ab iis ossa dilatantur, simul & cornuum eruptio, quoniam crassior existat, frontem huic in latitudinem proferunt. Castrato verò quod sedes cornuum & initium enascendi perparuum habeat circulum, minus dilatãtur. Pars cauа cornuum in bubus, vt aliis etiam ferè omnibus, ex cute potius oritur, quàm solidum quiddam osse enascens subit, impletq; totam. Cornua vaccæ calefacta facile in quamuis partem flectuntur. Cornua iuniorum tepefacta in cera flectuntur, ducunturq; facile quò volueris, Aristot. Boum attritis vngulis, cornua (id est, ipsas vngulas. Sed Plinius homonymia fortè deceptus, non ita accepisse videtur. Vide infra in H. b.) vnguendo aruina, medentur agricolæ: Adeoq; sequax natura est, vt in ipsis viuentium corporibus ferventi cera flectantur, atq; incisa nascentium in diuersas partes torqueantur, vt singulis capitibus quaterna fiant, Plinius. Plura de cornuum natura, vide paulò pòst in bubus Nomadibus. Mutili dicuntur boues, qui cornibus carent, Columella lib. 7. cap 3. mutili boues threnõdes (vt Democritus vocat) id est, foraminulentam cranij partem, & poris seu meatibus plenam non habent, sed os vniuersum solidum: quod cum affluxum humorum non admittat, vt cornibus, nudi ac mutili sint, in causa est. Venæ etiam circa idem os cum pertenues sint & infirmæ, minus alimenti continent, Ælianus. Lapillum habent in capite, vt fertur, quem expuunt, si necem timeant. Dentes eis continui, & bis mutantur. Ruminant, nam superiore dentium ordine carent, id est, primoribus quatuor, vt oues etiam & omnia quæ ruminant. Oculi boum nigri sunt, Aristoteles: item lati planiq;. Cor sine osse omnium, quæ nos nouerimus, præterquam equi, & generis boum cuiusdam, quod in corde ossiculum cõtinere aiunt, Arist. In equorum corde & boum ossa reperiuntur interdum, Plinius. Nervosam verò cordis bubuli essentiam, significatur vel eo esse, quod in nonnullis gignitur: maximè verò taurorum cor eiusmodi est. Palearia à pelle dicuntur, quę cum laxa prolixaq; à collo dependet, generositatis signum in boue est. Seneca in Hippolyto, Musco tenaci pectus ac palear viret. Ouidius Metamorph. 7. Pendula palearia dixit. Palearium verò locus est vbi conditur palea. Vaccæ mammas binas inter femora habent: capra etiam & cerua & reliqua generis eiusdem mammas parte eadem gerunt: cuius rei causa est, quod hæc sursum versus capiant sui corporis incrementa. Itaq; vbi confluuium & copia excrementi sanguinis, qui locus sanè infra est, & circa effluentis materię ostia, ibi mammæ à natura positæ sunt. Qua enim parte motus agitur alimenti, inde etiam capi alimentum potest, Arist. Boues in feminibus mammas habent quaternas, Plin. Vaccis papillæ quaternæ sunt, Arist. De ventribus eorum dicendi locus erit alius, vbi de ruminantibus in genere agetur. Lapidem etiam qui reperitur in felle bouis, ad tauri fel differemus. Vmbilicum venæ contentæ in putamine complent, plures in maioribus animalibus, vt boue, cæterisq; generis eiusdem: binæ in mediocribus: singulæ in minimis, Arist. Suum pili crassiores sunt quàm bubus & elephantis: quamuis tenuiorem quàm boues & elephanti cutem habeant, Idem. Vaccinum lac crassum est, vnde facile coagulatur, Albertus. Animalia quædam colore varia sunt: idq; vel genere, vt pauo, vel non genere toto, sed parte, vt boues & capręinterdum variæ generantur, Aristot. Boum caudæ tenor longus, pili sunt breues: equis contra, Arist. Horum caudis est longissimus caulis, atq; in vna parte hirtus, Plin. Et paulò mox, Leoni infima parte setosus, vt bubus & sorici. Huic tantum animali omnium quibus procerior cauda non statim nato consummatæ. vt cæteris, mensuræ: crescit vni, donec ad vestigia ima perueniat. Camelopardalis pedibus & cruribus boui similis est. Boum pro sua magnitudine auctior in longitudinem lien est: cæteris omnibus bisulcis cornigeris rotundus. Bubulis similes sunt renes vituli marini, sed solidi non caui. Item hominum renes, quippe qui tanquam compositi ex multis renibus exiguis constent, neque æquabiles sunt quomodo renes ouium cæterarumq; quadrupedum, Arist. Boues & capræ & quæcunque id genus cornigera sunt, ob siccitatem adipem plurimum generant, Galenus de facult. med.

Boum multa sunt genera, & varij mores: Ægyptij qui accolunt Nilum, & colore niuei sunt, & magnitudine omnium præstantissimi. Veruntamen mites, & ad hominum genus mansueti, facile imperiõ audientes sunt, Ælianus & Oppianus. Aristoteles etiam boues in Ægypto maiores quàm in Græcia nasci scripsit. Æthiopicos tauros ex euentu rhinocerotes denominant, Pausanias. Aoniorum variis coloribus distinctorum perpetuæ indiuisæque vngulæ sunt, eorundemq; vnicum cornu, quod ex media fronte existit, Ælianus & Oppianus. Boues domestici quotquot in Africæ montibus nascuntur, adeo sunt exigui, vt aliis collati, vituli biennes appareant, Leo Africanus. Afrorum qui inter Getuliam & nostram oram habitant, equi & boues μακροχειλέστεροι sunt quàm nostri, id est, longioribus labris (interpres ω pro ο legit, & vngulis longioribus vertit) Strabo. Plurimum lactis est vaccis Alpinis, quibus minimum corporis, plurimum laboris, capite non ceruice iunctis, Plinius. Columella idem scribit de Altinis pecudibus, quas incolæ eius regionis ceuas appellent, id quod magis probo. Altinum enim vrbs olim in littore Venetiæ florentissima fuit iuxta Aquileiam, à qua Altinates populi dicti. Vaccæ Arabicæ propter alentium humorum confluxum, qui permultum generosæ propagationis nutrimentum cornibus præstat, eisdem excellunt: quæ verò cornibus carent, os humorem capere solitum solidius habent, & haud-quaquam hunc ipsum sibi humorem recipere potest. Quare incrementi causa cornibus existit influentia, quam sanè plurimæ & crassissimæ venæ humore, quantum ferre possunt, grauidatæ infundunt, Ælianus. Armeniis duo cornua sic erraticis flexionibus tanquã hedera retorqueutur: Ac si mucrone appetuntur, ob corneam duritatem,

non ſine damno ferrum retunditur, Ælianus. Item Oppianus qui cum vnico cornu Aonios deſcripſiſſet, ſubdit ſe Armeniis gemina eis eſſe cornua. Circa Bœotiæ vrbem Pœmandriam, quæ & Tanagra dicitur, optimi boues naſcuntur, Varinus: Apparet inde factum Pœmandrię nomen. Carici in parte Aſiæ ſœdi viſu, tubere ſuperarmos à ceruicibus eminente, luxatis cornibus, excellentes in opere narrantur: cæteri nigri coloris candidiue, ad laborem damnantur, Plin. (Similia vide mox in Scythicis.) Cyprij boues κοπροφάγοι, id eſt, ſtercore humano veſcuntur, vt medeantur torminibus. Plinius. In Bœotia etiam Ariſtophanis interpres κοπροφάγους boues eſſe ſcribit. Vide inter prouerbia ex boue. Boues præcipue magnos fert Epirotica terra: quas incolæ Pyrrhicas vocant: paſtum enim abunde præbet, & loca ſingulis anni temporibus accommodata habet, Ariſtot. In noſtro orbe (inquit Plinius) Epiroticis laus magna, a Pyrrhi (vt ferunt) iam inde regis cura. Id conſecutus eſt, non ante quadrimatum ad partus vocando. Prægrandes itaq; fuere, & hodieq; reliquiæ ſtirpium durant. At nunc anniculæ ad fœcunditatem poſcuntur, tolerantius tamen bimæ, Plinius. Theodorus ex Ariſtotele tranſtulit Pyrrhicas vaccas ab incolis per annos nouem intactas Venere ſeruari: ego cum Plinio annos quatuor potius quàm nouem legerim: facilis lapſus ex δ in θ. Has numero quadringentas eſſe, & proprias regis accipimus, nec poſſe viuere locis aliis, quanquam tentatum ab aliquibus eſt. Ariſtot. Fuere in Epiro Pyrrhicæ boues, quas atauros vocabant, intactas Venere, vt incrementum ampliter caperent, quaſi ſetauras dicas. Sic vero creduntur dictæ ab ignea mobilitate, aut à colore: ſunt qui diminutiuum putent ex forma Æolica. Alij Pyrrhicas intelligunt Epiroticas, de regis Pyrrhi nomine, Cælius. Scribunt Græci Epiroticos boues Larinos dici ab Larino paſtore, cuius meminit Athenęus quoque, qui ab Hercule redeunte ab Geryonis nece, exceperit educaueritque: vnde Epirotica mox armenta ſint celebrata. Etiamſi ſint, qui ab narium magnitudine dici larinos velint, vt eſt ab interprete Ariſtophanis adnotatum, ſiquidem λα particula intendendi vim habeat, ἰῖνες, verò nares ſint. Cæterum Ceſtrini quoq; vocantur, qui Larini, Cælius. Athenæus lib 9. Larini boues (inquit) dicti ſunt à λαγνιδεύω. quod eſt σπίζόδην, id eſt, ſaginari. Sophron, βόες ἡλαγνιδευμένοι τοῦτο: vel à Larine Epirotico vico: vel à Larino paſtore. Hinc aliqui abuſiue ſues etiam larinos dixere, altiles nimirum & pingues. Epiroticæ vaccæ præ ſua præcipua magnitudine, amphoras ſingulas ſingulæ implent lactis, menſuræq; eius dimidium mammis duabus præſtant. Erectus qui mulget, aut paululum ſe inclinat. quoniam ſedendo vbera contingere nequeat. Cæteras etiam quadrupedes magnas terra eadem Epirus gignit, excepto aſino: ſed præcipue boues & canes, atq; etiam oues Pyrrhicas, à Pyrrho rege cognominatas, Ariſtot. Erythręi boues mobilia ſimiliter cornua vt aures habent, Ælianus: idem alij de Phrygiis ſcribunt. Argiuum Herculem miſſum eſſe ad Geryonem vt boues abigeret, Hecatæus ſcribit, non quidem ad terram Hiſpaniam, nec ad Erythiam vllam inſulam: ſed loca circa Ambraciam atq; Amphilochos Geryonem imperio tenuiſſe: indeq; abactas boues, quæ mira ſpecie in illis comperiãtur locis, herbida regione & paſcuis admodum læta, Cælius. Boues in Eubœa ferè omnes albi naſcuntur, quare & argiboœon poetæ Eubœam cognominant, Ælianus. Boues in Hiſpaniolam noui orbis inſulam aducti magnitudine valde increſcunt, adeò vt eius inſulæ boues à nonnullis, quanquam hyperbolicè, elephantis comparentur, porci mulabus, P. Martyr. Vaccæ in Friſia, Hollandia & Selandia, propter abundantiam pabuli in regionibus illis magna corpora habent: & omnes ferè quarum maculoſæ ſunt pelles. lacte abundant, teſte Alberto Magno. Ludouicus Guicciardinus in deſcriptione Belgij, maximos in Fuſia & Hollandia boues eſſe ſcribit, ac quoſdam tantæ tamq; inuſitatę magnitudinis reperiri, vt pondus ſedecies centum librarum excedant. Narrat præterea, Comiti Hoochſtatenſi aliquando Machliniæ commoranti bouem Friſiæ dono datum tam ingentem & tam pinguem, vt bis mille quingenta viginti & octo pondo penderet: quod cum prodigioſum & incredibile videretur, effigiem eius ad viuum in veſtibulo palatij eiuſdem Comitis depingi curarunt cum notatione diei & anni quo id factum eſt, cuius adhuc monumenta extant. Hæc Guicciardinus. Boues quidam carniuori ſunt inſtar luporum, Raſis In India boues ſolidis vngulis vnicornes, Cteſias naſci ſcribit, Plinius. Aliqui etiam tricornes. Solinus. Bubus Indicis camelorum altitudo traditur, cornua in latitudinem quaternorum pedum, Plin. Ptolemæo ſecundo ex India cornu allatum ferunt, quod tres amphoras caperet. Vnde coniicere poſſumus, bouem illum, à quo eiuſmodi tantum cornu extitiſſet, maximum fuiſſe, Ælianus. In bubulo pecore, quod incitato curſu valet, curam Indi ponunt: & ſimul de eorum velocitate rex & permulti principes decertant, neque turpe ducunt pro huiuſcemodi animalium genere auro argentoue ſponſionem facere. Currendi meta bobus hæc conſtituitur, vt inter ſe nexi & iugati triginta ſtadia currant. Æquales & pares boues equis currunt, neq; velocitate boues ab equis internoſcas: Ac ſi quando rex de ſuis bobus cum quopiam ſponſionem fecerit, in tantum contentionis ſtudium procedit, vt is ipſe in curru ſequatur, atque adeò aurigam incitet. Is ſanè quidem equos ſtimulis cruentat, à bubus verò manus abſtinet, ſiquidem ij nullis admotis ſtimulis incitatiſſimo curſu feruntur: Ac nimirum tam ambitioſa eſt bubali certaminis contentio, vt non diuites modò, ſed inferioris ſtatus homines in eiuſmodi concertaminibus permultum verſentur. Sunt item apud Indos alij boues, qui maximos hircos magnitudine non ſuperare videntur. Ij vel coniugati velociſſime currunt, nec minus ſtrenue quàm Getici equi curſum conficiunt Ælianus. Boues illi quibus Indi ad velocitatem vtuntur, feri ſunt, vt infra apparebit ex eodem Æliano in ſuibus feris Indicis. Apud Indos Ptyllos arietibus non maiores equi gignuntur, itemq; oues non magnitudine agnos noſtros ſuperant: Aſini tantuli naſcuntur & ſimiliter muli, boues, &c. Ælianus. Ariſtoteles ait Leuctricorum boum cornua atq; aures, ex vna ſtirpe cognata & ſimul contexta eſſe, Ælian. Garamantum armenta obliquis ceruicibus pabulantur. Nam ſi reiecta (recta forte) ad paſtum ora dirigant, officiunt prona in humum cornua & obnixa, Solinus: Vide in Troglodytica mox. In Africa regio eſt (Garamantum aut vicina quædam) vbi boues præpoſterè paſcuntur, quod cornua inflexa anterius habent, & ob id ceſſim euntes paſcuntur. Nam offenſantibus in terra cornibus, progrediendo paſci nequeunt, alioqui nihil differentes à cæteris bobus, præter craſſitudinem pellis atque duritiam, Herodotus lib 4. In Libya Indis finitima (ego Libyam Indis finitimam nullam ſcio) retrouerſus paſcentium boum eſſe armenta auditione accepi. Cauſa cur ſic paſcantur, eſt, quod ante oculos cornua habent, vt quæ ante pedes ſunt, videre non queant. Ex quo fit vt ingreſſionem ad caudam retorquentes, herbam depaſcantur, Ælianus: ante quem primus & ſolus opinor Herodotus in Libya boues iſtos opiſthonomos reperiri ſcripſit, id exprimentibus cornibus quæ adnuunt proclinanturque in ima: eius hiſtoriam conuellit Athenæus ſub aliena perſona, quoniam à nullo præterea hiſtoricorum ſit comprobata, Cælius. Ariſtoteles tamen de partib. animal. libro 2. cap. 16. horum quoq; mentionem facit. In Bangala prouincia maximi boues ſunt, qui craſſitudine, ſed non altitudine elephantes æquant, M. Paul. Venetus. Apud Myſios, boues cornuum expertes ſunt, non item in Scythia, vbi minimè cornibus boues mutili ſunt. Nec mihi moleſtus quiſpiam eſſe debebit, quod contra ſcribam

atque Herodotus cum ait bubulo generi non esse in Scythia cornua: Ideircoq; cornibus mutilum est, quòd vniuersum caluariæ os nullas commissuras habeat, nihilq; humorum confluentium propter duritiem resistentem capiat, & vero venæ per hoc ipsum os pertinentes, propterea graciliores & debiliores, quia minus alantur: Itemq; eorundem qui à cornibus nudi sunt, eò sicciorem ceruicem, ac minus fortem esse necesse est, quòd ipsorũ pertenues venæ sint. In Nomadibus, qui ad Mæoticas paludes hyemant, & dies æstiuos in camporum æquoribus viuunt, ex bobus partim sine cornibus nascuntur, partim serrula ideo exsecantur, quod hæc pars vim frigoris sufferre non queat, Ælian. Pæonij boues hirsuti toto corpore, tum potissimum in pectore & mandibula, Pausaniæ, Pellęi, vide in Syriis. Pusillę buculæ quas Phasiana regio fert, lingulæ abunde beneficio pabuli mulgentur, Aristot. Phœnicum libri testantur, indigenas vaccas ea esse magnitudine, vt vel procerissimi pastores cum mulgent stare, atq; adeo in scabellum ascendere habeant necesse, vbera vt possint pertingere, Ælianus: idem Aristoteles de Epiroticis. Boues in Phrygia & alibi sunt, qui cornua perinde vt auriculas mouent, Aristoteles & Plin. Ælianus idem de Erythræis tradit. Boues Phrygij rubro colore & flammeo (ξανθοὶ καὶ φλογεροὶ Oppianus) altaq; & torosa ceruice præstant. Eorum ab aliis cornua longe diuersa sunt: neque enim consistunt, sed flexibilia huc illuc flectuntur, Ælianus & Oppianus. Boues in Scythia cornibus carent, ob illius regionis frigiditatem, Hippocrates. Scythici in quorum dorso gibber est, & procerissimi & ex omni parte albi, perparuis cornibus sunt, & minime acutis: similiterque vt cameli eminenti dorso existunt: simul & cum dorso clitellæ imponuntur, perinde vt cameli genu flectunt, rursumq; suscepto onere surgunt, quod ipsum hominum, qui iis ad grauissimorum onerum vectiones vtuntur, disciplina facere solent. Quærendum num quid differant à Caricis, de quibus paulò ante diximus ex Plinio: nec dissimilia de Syriacis nunc adferemus, vt suspicari quis posset authores confudisse. Syriacis non sunt palearia, sed gibber in dorso, Plin lib. 8. cap. 45. Nodos scapularum flectunt vt cameli. Ælianus absq; vlla gibberis mentione, hæc scribit: Syrij bellicosi sunt, magno robore, & lata fronte, cornibus robustis, aspectu truculento, non obeso corpore, neq; rursus macilento, ad cursum & pugnam præstant. Ælianus & Oppianus, qui & Pellæos hos vocat: apud quem vide plura. Troglodytarum armentis cornua in terram directa sunt, qua de causa obliqua ceruice pascuntur, Plin. Idem Solinus de bubus Garamantum prodit. Borlini vulgo Italis, boues qui ex Hungaria in Italiam adducuntur satis pingues & boni.

C.

Boues dentibus superficiem tantum herbarum carpunt, radices non lædunt. Animalium soli & retro ambulantes pascuntur, apud Garamantas quidem haud aliter. Laudantur multi cibi edaces, verùm in eo conficiendo lenti: nam hi melius concoquunt: ideoq; robora corporum citra maciem conseruant, qui ex commodo, quàm qui festinanter mandunt. Sed tam vitium est bubulci pinguem, quàm exilẽ bouem reddere: humilis enim & modica corporatura pecoris operarij debet esse, neruisq; & musculis robusta: non adipibus obesa, vt nec sui tergoris mole, nec labore operis degrauetur. Vaccas pasci oportet in locis viridibus & aquosis: amãt enim pascua locorum irriguorum. Quamuis butyrum, vt audio, colore saporeq; præstantius sit ex pascuis sicciosibus quam palustribus. Si regionis ratio patitur, nullus melior cibus est quàm viride pabulum. Vbi verò deest, eo ordine ministretur, quo pabuli copia & laborum coget accessio. Maritima & aprica hyberna hoc armentum desiderat, quia melius frutetis & his herba internascente saturatur: æstate in opacissimis nemorũ commonde pascetur, vbi virgulta & frons multa. & in mõtium altis frondosisq; magis quàm planis pascuis. Nam melius nemoribus herbidis & frutetis & carectis, quàm lapidosis locis durantur vngulæ. Nec tam fluuios riuosq; desiderant quàm lacus manu factos: quoniam fluuialis aqua, quæ ferè frigidior est, partum abigit, & cœlestis iucundior est, Columella. Quamuis circa fluuios recte propter amœna loca pascantur: fœtura tamen aquis tepidioribus adiuuatur, vnde magis vtilius habentur, vbi pluuialis aqua tepentes format lacunas, Palladius. Omnis extremi frigoris tolerantior equino armento vacca est, ideoq; facile sub dio hybernat. Boues autem recte pascendi non vna ratio est: nam libertas regionis viride pabulum luminiſtrat, nemo dubitat, quin id genus cibi cæteris præponendum sit: quod tamen nisi riguis, aut roscidis locis non contingit: itaq; in iis ipsis vel maximum commodum est, quod sufficit vna opera duobus iugis, quæ eodem die alterna temporum vice vel arant, vel pascuntur: sicciosibus agris ad præsepia boues alendi sunt, quibus pro conditione regionum cibi præbentur, Columella. Boues & fruge & herba vescuntur: pinguescunt iis, quæ flatum cient, vt ervo, & faba fresa, atq; etiam ipsa fabarum herba. Et seniores, si cute incisa spiritum adigas, deinde præbeas pabulum, pingues facies. Ad hæc hordeo vel integro, vel pinsito, & à gluma separato pinguescunt, & dulcibus, vt ficu, & passa: vino etiam & frondibus vlmi: sed præcipue sole, & lotione calidæ aquæ, Aristot.

Cytisum in agro esse quàm plurimum maxime refert, quod bubus & omni generi pecudum vtilissimus est, quod ex eo cito pinguescit, & lactis plurimũ præbet ouibus: tum etiam quòd octo mensibus viridi eo pabulo vti, & postea arido possis: præterea in quolibet agro, quamuis macerrimo celeriter comprehendit: omnem iniuriam sine noxa patitur. Satio autem cytisi vel autumno circa idus Octob. vel vere fieri potest. Cum terram bene subegeris, areolas facito, ibiq; velut ocymi semẽ cytisi autumno serito. Plantas deinde vere disponito, ita vt inter se quoquo versus quatuor pedum spacia distent. Si semen non habueris, cacumina cytisorum vere deponito, & stercoratam terram circumaggerato. Si pluuia non incesserit, rigato quindecim proximis diebus simulatq; nouam frondem agere cœperit, sarrito, & post triennium deinde cædito, & pecori præbeto. Equo abunde est viridis pondo xv. bubus pondo vicena, cæterisq; pecoribus pro portione virium. Potest etiam ante Septembrem saris commode ramis cytisus seri, quoniam facile comprehendit, & iniuriam sustinet. Aridum si dabis, parcius præbeto, quoniam vires maiores habet, priusq; aqua macerato, & exemptũ palcis permisceto. cytisum cum aridum facere voles, circa mensem Septembrem, vbi semen eius grandescere incipiet, cædito, paucisq; horis, dum flaccescat in sole habeto: deinde in vmbra exsiccato, & ita condito, Columella. Serenda in tenuiore terra quę non multo indigent succo, vt cytisus & cicer, Plin. ¶ Quoniam verò tam salutarem non omni solum pecudũ generi, sed etiam homini fruticem, & non medicis modo, sed poetis quoq; Græcis Latinisq; celebratum, quinam hodie & vbi esset, nemo adhuc ex eruditis, quorum ego scripta legerim, nos docuit: commodum hinc digressus ea de re studiosis cãdide quod habeo, communicabo recitabo autem primum aliorum opiniones. Primum igitur Marcellus Vergilius (qui Florentiæ in Italia vixit) in commentariis suis in Dioscoridem, cytisum hodie in Italia nusquam apparere, & in antiquum ac natale sibi solum reuersum, non paruum antiqua amantibus desiderium sui reliquisse: aut si sit, incognitum sine honore iacere cõqueritur. Post hũc Ioan. Ruellius Gallus cytisum hodie in segetibus præcipue hordeaceis inueniri scribit, fruticẽ albicantem, cui omnes ex descriptione Dioscoridis notæ cõueniant: Sed alio in loco hũc cytisum

suum

ſatum meliloto tam ſimilem facit, vt difficillimè diſcernatur: diſtinguit autem hoc modo, Cytiſi (inquit) folia digitis friata ſubolent erucam, melilotus magis crocum iucundo ſequitur odore. Guſtus quoq; diſcrimẽ facile prodit: nanq; cytiſus manſu cicer reſipit. Hieronymus Tragus Germanus trifolium pratenſe maius, aſperiusq;, foliis glutinoſis, oblongis, & mucronatis (in Italia nonnulli trifolium lunatum vocant) pro cytiſo accipit. Poſtremo Petrus Andreas Matthæolus Senenſis, in Italicis ſuis ad Dioſcoridem commentarijs, ſic ſcribit, vt nos tranſtulimus: Cytiſus hoc tempore copioſiſſimus per omnẽ Italiam prouenit, Dioſcoridis ac Plinij deſcriptionibus vndequaq; reſpondens. Sunt qui vernacula lingua trifolium caballinũ vocant, alij tribolum. Ramos primum cubitales producit, ac ſæpe maiores, qui foliis veri trifolij veſtiuntur, cum coſta è medio ſatis prominente. Frondes eius albicant, & ſi manu fricentur, acrem ceu erucæ odorẽ ſpirant: ſi mandas ciceris recentis guſtum repræſentant. Flores muſcoſi racematim hærent, aliàs flaui, aliàs candidi. Hæ notæ cytiſum adeò exprimũt, vt quin ipſiſſimus ſit negare poſſit nemo. Caballinum autẽ trifolium vocant, eò quod plurimũ eius pabulo delectentur equi, qui liberi ætate paſcuntur: id quod ſententiæ noſtræ confirmandæ accedit: nam (vt Plinius inquit) cytiſus equis tam gratus eſt, vt præ eo hordeum negligant. Fuchſius & Monachi qui cõmentarios in Meſuen ediderunt, cũ hanc ſtirpem verum cytiſum eſſe neſcirent, trifolij odorati ſpeciẽ fecerũt. Hactenus Pet. Matthæolus. Præter illos qui noſtra tempeſtate vllam cytiſi mentionẽ faciat, reperio neminem. Eſt autẽ communis hic Ruellij, Tragi & Matthæoli error, quòd cytiſum arboreſcere non animaduerterunt, idq; non modo proceritate, ſed materia quoq; lignoſa, imò oſſea. Sic enim Plinius ſcribit, Tota oſſea eſt ilex, cornus, robur, cytiſus, morus, ebenus, lotus, & quæ ſine medulla eſſe diximus. Et quanquam alibi fruticem appellet, arbuſtis tamen potius adnumerare debuerat. Ruellius quidẽ cytiſum ſuum fruticẽ nominat, ſed cum laboret in diſtinguendo eo à meliloto herba, fruticis nomine cum abuſum, vt ſæpe fit, non eſt dubium. Ebeni duo genera facit Plinius, vnum arboreum, alterum fruticoſum cytiſi modo, & tota India diſperſum. Agit autem de cytiſo inter peregrinas arbores: Frutex eſt, inquit, inuentus in Cythno inſula, inde tranſlatus in omnes Cycladas, mox in vrbes Græcas, magno caſei prouentu: propter quod maxime miror rarum eſſe in Italia. Quid eſt igitur quod Matthæolus per omnẽ Italiam copioſiſſimum eſſe ſcribit? Ego cũ anno Salutis Chriſtianæ 1542. Italiam ingreſſus Patauium veniſſem, in horto Petri Bembi Cardinalis arbuſculam nunquam priùs a me viſam, & omnibus qui mecum aderãt ignotam, vt primum vidi guſtauiq;, mox verum cytiſum eſſe intellexi. Procera erat, ſi bene memini, ſex circiter cubitos, folia (quę adhuc feruo) vbiq; terna, omnino loti ſiue trifolij pratenſis, minora tantum: guſtu dulcia & glutinoſa, maluæ propemodũ inſtar: id quod de cytiſo Galenus (& poſtea Ægineta) prodidit: Cytiſi (inquit) folia vim habent diſcutiendi, ſed aquoſo tepidoq; ſucco dilutã, quemadmodum etiã maluæ. Deinde cum per alpes in Germaniam rediremus, non procul Tridento, idẽ omnino genus ſylueſtre reperi, longe minus & fruticoſius ſatiuo. Io. Quintinus, qui de inſula Melite libellum ædidit, cytiſum in ea abundare teſtatus nullã eius deſcriptionem adiunxit. Nos, vt à ſtudioſis diligentius poſthac animaduertatur, plura ea de re tum formã tum facultates eius attinẽt, ex veteribus repetemus, & primũ ex Dioſcoride. Cytiſus frutex eſt albus in totũ, vt rhamnus, ramos ſpargens cubitales, maioresq; interdũ, in quibus folia fœnigræci, aut loti trifoliæ, minora tantũ, dorſo medio prominente: ea digitis trita erucã olent, guſtataq; cicer (aliàs cicer viride) ſapiunt. Folia refrigerant, tumores inter initia diſcutiunt, ſi cũ pane trita illinantur: decoctum eorũ potu vrinam ciet. Nonnulli, quòd apes alliciat, propè aluearia ferunt. Hæc Dioſcorides: in cuius etiã codicibus nonnullis nomenclaturæ cytiſo iſtæ attribuuntur, teline, lotus grandis, trifoliũ, & apud Romanos trifoliũ maius: omnes ſcilicet à foliorum ſimilitudine ductæ: nã telis fœnum græcum eſt. Columella cytiſum & zeas, & carnicin, & trifarin vocari ſcribit: & eſſe geminam, hoc eſt ſatiuam, & alterã ſuæ ſponte. Paulus Ægineta comam cytiſi iubet præcordijs prægnantiũ contra vomitiones ex vetere vino imponi. Plinius libro 13. cap. 14. Frutex eſt (inquit) & cytiſus, ab Ariſtomacho Athenienſi miris laudibus prædicatus pabulo ouium, aridus vero etiã ſuum: ſponderetq; iugero eius annua HS. MM. vel mediocri ſolo reditus. Vtilitas quæ eruo ſed ocyor ſatietas, perquàm modico pingueſcente quadrupede, ita vt iumenta hordeũ ſpernant. Nõ ex alio pabulo lactis maior copia, aut melior, ſuper omnia pecorũ medicina à morbis omni vſu præſtante. Quin & nutricibus in defectu lactis aridũ, atq; in aqua decoctũ, potui cum vino dari iubet: firmiores celliores q; infantes fore. Viridem etiam gallinis, aut ſi aruerit madefactum. Apes quoq; nunquã defore cytiſi pabulo contingente, promittunt Democritus & Ariſtomachus. Nec aliud minoris impendij eſt. Seritur cũ hordeo, aut vere ſemine vt porrũ, vel caule autumno ante brumam. Si ſemine, madidũ. Et ſi deſint imbres, ſatum ſpargitur. Plantæ cubitales ſeruntur ſcrobe pedali. Seritur poſt æquinoctia tenero frutice. Perficitur triennio. Demetitur verno æquinoctio cum florere deſinit, vel pueri, vel anus vtiliſſima (forte viliſſima) opera. Canus aſpectu, breuiterq; ſi quis exprimere ſimilitudinẽ velit, anguſtioris trifolij frutex. Datur animalibus poſt biduum ſemper: Hyeme vero quod inaruit, madidum. Satiant equos denæ libræ, & ex portione minora animalia, obiterq; inter ordines allium & cepe ſeri fertile eſt. Non æſtuum, non frigorum, non grandinum, aut niuis iniuriã expaueſcit. Adijcit Hyginus, ne hoſtium quidem, propter nullam gratiam ligni, Hucuſq; Plinius. Idem alibi: Glaux cytiſo & lenticulæ foliis ſimilis (quod Dioſcorides quoq; ſcribit) &c. coquitur in ſorbitione ſimilaginis, ad excitandũ vbertatem lactis, camq; qui hauſerint, balineis vti conuenit. Et alio in loco: Glaucio quoq; (inquit) lactis vbertas intermiſſa reſtituitur. ſumitur eius rei cauſa ex aqua. Hîc ego nõ glaucio ſed glauce legerim. Glaucij enim vſus eſt extra corpus tantũ applicati (cum ſit odore tetro, & guſtu amara) ad ophthalmiam maximè à principio, & ignes ſacros nõ validos, Dioſcoride & Ægineta teſtibus. Folia ramuloſa ſunt vlmo & cytiſo, Plin. Quid autem hîc ſibi velit vox ramuloſa nõ ſatis mihi cõſtat, nec video quid vlmus cũ cytiſo circa folia cõmune habeat: digeruntur enim vlmi folia ſingula alternis ad ramulorũ latera. Cornelius Celſus lib 4. cap. 9. in curatione lienis: inter ea quæ vrinam mouent & lieni proſunt, vt trifolij ſemen, cuminum, apium, ſerpyllum, portulacam, & reliqua, cytiſum quoq; cõnumerat. A cytiſo dulce & pingue lac producitur. Mulieres quidem, ſi lactis inopia premuntur, cytiſum aridum in aquam macerari oportet, & cũ tota nocte permaduerit, poſtero die expreſſi ſucci ternas heminas permiſceri modico vino, atq; ita potandum dari: ſic & ipſæ valebunt, & pueri abundantia lactis confirmabuntur, Columella 5. 11. Fimum ad agros lætificandos alij aliud præferunt: quidã cuiuſcunq; quadrupedis ex cytiſo. Moleſta arboribus eſt & hedera adnaſcens, & vincia: moleſtus & cytiſus, nã omnia fermè necat: ſed eo valentior auro (alimon frutex) eſt: hic enim vel cytiſum ipſum interimit, Theophraſtus interprete Gaza. Et alibi, Spiſſa & roboris medulla, quod etiam cognominant atq; etiam magis cytiſi quippe cum hæc proxima ad ebenum accedere videatur. Principatus quidem ei in pabulis datur, propter lactis inde copiam bonitatemq;: incommodum tamen tantiſper dum floret, vt inquit Ariſtoteles, apium examina eliciuntur: quanquam Democritus prædicet, nunquam de flore cytiſi pabulum

bulum contingere. Hederæ modo vincit & strangulat, Ruellius. Apparet eũ erroris huius occasionem ex Theophrasto sumpsisse, qui loco iam citato libri 4. cap. vltimo sic scribit: φύεται δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλοις ἐπιφυόμενος τοῖς προσφερέσι, καθάπερ ἐπὶ κύτισον ἐπιφύεται ἕλκητρον ἢ κράμβη ἀγρία. παραφυόμενον δὲ καὶ ἕλκητρον ἢ καὶ ἐπὶ κύπειρον. κύπειρον (lego κύτισον) γὰρ πολὺ δοκεῖ τὸ ἄλλοις ἐπιφυόμενον ἢ τὸ κύπειρον. Hîc παραφυόμενον vox homonyma est: nam & innasci vel circumnasci significare potest, id quod hederæ cõuenit: vel iuxta nasci, quod cytiso, cuius materia cum durissima & ossea sit, adeò vt vel hebenum prouocet, minimè apta est flecti & vincire. Sed iuxta nascens radicibus suis alimentum arboribus præripit, gustanti enim vt malua succi plenus apparet, vt plurimum attrahere opus sit. Sic orobanche vicina strangulat, non superficie circumuoluta, vt sciunt qui herbam nouerunt (quanquam Theophrastus alicubi per imperitiam proximis herbis conuolui eam scribat, vt etiam Pet. Anereas Matthæolus rectè obseruauit) sed radicibus, siue succum duntaxat terræ omnem attrahentibus illis, siue etiam circumuolutis. Sic & alimon frutex propinquum necat cytisum, non aliter quàm sal fugine sua, cuius vi præsens cæteris affertur calamitas. Nam proxima inuadere & inuolui alimon, ex bonis authoribus nemo tradidit. Similis error est Plinij circa æram etiam, id est lolium & festucam, de quibus 18. 17. hęc eius verba sunt: Triticum, æra, hordeum festuca quæ vocatur ægilops, circumligando se & complexu necat. Theodorus in hoc Theophrasti loco, de hedera pro παραφυόμενον, id est adnascens, addidit, & vinciens quod licet in hedera congruat, errandi tamen ansam Ruellio dedit, vt idem verbum ad cytisum transferret. Quod si quis contendat Theophrastum omnino sensisse cytisum arbores iuxta se ramis suis amplecti, errasse etiam in cytiso cum dicam similiter vt in orobanche. In Mysia, qua parte nostræ prouinciæ finitima est, tractus occurrit, quem Britum nominant, in quo mel Attico simile penitus magna cũ admiratione conspexi quanquam deteriora planè mella ibi quoq; proueniant. Extabat autẽ ibi monticulus quidam non magnus, saxosus totus, thymo & origano plenus, ad cuius radices agri cytiso quamplurimo abundabãt: ex eo collis dominus mel vsq; adeò colligebat, vt hac in parte Atticum etiam superaret, acre tamen vt Atticum nõ erat, statimq; ideirco se gustantes auertebat, & nauseam cito commouebat, si paulò liberalius comessum fuisset. Hoc siquidem de cytiso scriptores vno ore tradunt, apes ex cytisi floribus plurimum mellis excerpere. Fruticosa vero planta cytisus est, eam altitudinem attingens, ad quam myrtus crescit: Hæc Galenus libro 1. de Antidotis, vbi optimi mellis indicia recenset. Necant inuicem inter sese vmbra, vel densitate, atq; alimenti rapina. Necat & edera vinciens. Nec viscum prodest & cytisis, Plinius libro 17. cap. 24 circa finem, de morbis arborum loquens: transtulit autem ad verbum penè Græca Theophrasti verba quæ paulo ante posuimus, hoc tantum interest, quod viscì mentionem addit: vt non immerito aliquis conijciat diuersam huius loci Theophrasti lectionem fuisse, eamq; ab aliquo in margine vel versuum interlitio annotatam, in textum ascitam. Ego certe Theophrasti Græca sic legerim: κακὸν δὲ ἰξὸς παραφυόμενος. καὶ ἕλκητρος ἢ καὶ ἐκτίσος. κατακτείνει γὰρ πάντα τὰ ἄλλοις ἐπιφυόμενα ἰσχυρότερον ἢ τὴν τὸ ἄλλοις. κατάλλυσι δὲ ἡ κιττίς. Hoc est, Nocet etiam viscus si adnascatur: nocet item hedera, quæ in vniuersum ferè omnia necat: alimon solum ea validus est: nam hederam quoq; necat. Facilis transitus fuit ab ἰξὸς in κιττίς, & à κιττὸς in κύπειρος: nã in Græcis quoq; exemplaribus Dioscoridis aliquot, vbi glaucis herbæ folia cytiso comparantur, vti Plinius etiam exponit, κιττὸς pro κυπείρῳ legitur. Huic lectioni confirmandæ accedũt Theophrasti verba, quibus eiusdem rei causam enucleat lib. 5, de causis plantarum capite 22. cui ex Theodori translatione hucapponam: conferendo enim rectè conuersa animaduerti. Quæ autem (inquit) vicinitate iuxta satorum, aut cõtagione sponte se associantium, corruptiones conferuntur, has alimenti prorsus rapina solet committere: eoq; celerius, quò validiora pluraq; sint quæ infestant, ceu quæ syluestria sunt, quæ radice numerosa cohærent, quæ multo indigent alimento, quæ abscindere, amplecti, strangulare atq; irrepere apta sunt, vt edera. Nam viscum quoq;, & omnino quæ aliquam plantam pro fede capiunt, interimere possunt. Edera & auro, nimio pabuli desiderio, salsugineq; sibi ingenita, arbores necant sed auro perniciosior est, quòd plus habet salsuginis, Hæc ille. Nulla hîc cytisi mentio, vt vel cæco appareat, rectè à nobis emendatum esse tum Plinij locum, tum Theophrasti superiorem. Obtinuimus itaq; rectam non inuolutam plantam esse cytisum. Hoc vel corollarij loco addam, non cytisον, sed citton, id est hederam, omnia corrumpere, a Theophrasto hîc scriptum esse. Nam libro 3. histor. cap. vltimo, ijsdem verbis de hedera scribit: Ἀπόλλυσι γὰρ πάντα τὰ ἄλλοις ἐπιφυόμενα, προσπεσὸν ἰσχυρότερον ἢ τὴν τὸ ἄλλοις. Notandus est insuper Marcelli Vergilij error, qui nõ modo cytisum cum Plinio & Theodoro & Herm. Barbaro apud Theophrastum inepte legit, quod tantis authoribus eum facere tolerandum erat sed insuper ita vertit: Theophrastus (ait) testatur hederam alias arbores, hederam vero cytisum, cytisum tandem halimum enecare. Ridiculus iste κλῦμαξ planè falsus est, & nusquam in Theophrasti neq; integris neq; corruptis codicibus reperitur. Sed forte Vergilij ex Bucolicis versus in mentem ei venerunt.

Torna leana lupum sequitur, lupus ipse capellam, Florentem cytisum sequitur lasciua capella:

Et Theocritus, Αἰὲξ τὰν κόννον, ἁ λύκα τὰν αἶγα διώκει. Quare cum & ipse de cytiso scriberet, eandem figurã est imitatus. Sed quoniam commodũ hos de cytiso Vergilij versus recitaui, subijciam & reliquos eiusdem, in quibus cytisi mentionem facit. Aeglo. 1. *Non me pascente capella, Florentem cytisum, & salices carpetis amaras.* Seruius super hoc loco cytisum genus fruticis vel herbam esse meminit, quæ nascatur inter campos & syluas in Cytiza ciuitate: sic enim scribitur, siue per authoris imperitiam, siue librariorum vitio nos ex Plinio supra docuimus in Cythno insula vna Cycladum primum inuentum hunc fruticem. Scribitur autem Cythnus rectè per t aspiratum, Κύθνος apud Steph. cuius etiã Ouidius meminit libro 7. Metamorphos. *Florentemq; Syron, Cythnon, planamq; Seriphon.* Cytisum vero Græcè omnes per t scribunt, non th: Latinè vero indocti quidã per th. Et Aegl. 9. *Sic cytiso pastæ distentent vbera vaccæ.* Aegl. 10. *Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capella.* Et Georg. 2. *Tondentur cytisi, tædas sylua alia ministrat.* Postremo Georg. 3.

At custodes ouium, lucumq; extrema tenentes Ipse manu, salsasq; ferat præsepibus herbas.

Cytisi epitheta apud poetas leguntur, florens, viridis, agrestis, tenuis, vt Ioan. Rauisius obseruauit. Eupolis poeta in fabula quæ inscribitur Aeges, inducit capras de cibis suis & alia quædam iactantes, Καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτ' ἀπὸ τοῦ κυπείρου τηνδὶ Φασσαν ἰοῦσαν, &c. vt Macrobius citat. Satis iam multus in cytiso fuisse mihi viderer, nisi ex prædictis occasionem pauca quædam adiungendi haberem. Nam quod supra diximus Democritum prædicare nunquam de flore cytisi pabulum contingere apes: admonet me laburni de qua Plinius lib. 16. cap 18. Laburnum (inquit) aquas odit: Alpina & hæc arbor, nec vulgò nota, dura ac candida materiæ, cuius florem cubitalẽ longitudine apes non attingunt, Hæc Plinius: nec alibi apud vllum authorem laburni mentionem reperias. Nos arborem vidimus dependente flore luteo pedem longiore. forma qua piforum flores: nam & siliquæ subnascentur. Florem autem appellamus oblongam ex multis floribus pendulam congeriem. Folia ei terna, sicut in loto pratensi aut cytiso, sed maiora.

maiora. Rustici prope Orthodorum (Ostodurum Iulius Cæsar nominat) inter ortũ Rhodani & Lemannum lacum leuit, aut lebit, sua lingua indigerant: & floré testantur apibus infestũ, quo vel alueribus impositò diffugiãt similiter clauo ex arboris materia impacto Materiã ne sub terra quidẽ in ædificijs putredinem sentire. Reperitur etiã in montibus circa Toggenburgum Heluetiæ regionẽ: nec procul Bononia in Apennino. Hanc arborẽ si quis Alpinum cytisum nominet, propter foliorũ materiæq; similitudinem, & eundẽ aduersus apes effectum (si modo verè scribit Democritus) meo quidẽ iudicio nõ errauerit. Cytisus auget lac, vt eruum: sed dũ floret incommodus est, vrit enim tantisper, & extinguit lac, Aristot. lib. 3. hist. animal. cap. 21. Non mirũ igitur si eo tantisper abstineant apes. Albertus Mag. eo in loco, vt solet inepte omnia, pro cytiso cocturẽ legit, & adhuc ineptius viciam interpretatur. Præter cytisum & laburnum, arborẽ quæ folia similia, similiterq; digesta, hoc est terna habeat, anagyrin solã in monasterij cuiusdã horto Venetijs vidi. Hæc etiã fruticosa est arboris instar, & semẽ in corniculis gignit oblongis: sed graui tetroq; odore à laburno ac cytiso facile distinguetur. Fruticosum illud arbustũ, quod Galli vocãt bagenaulde, Germani alicubi (Basileæ enim in hortis vidi) *verbrü neküchle*: sic autem proprie nominant placentarũ genus turgidum & rotundũ, spongiosum intus & imagine fauacea. Istis enim placentulis siue globulis figura & inanitate fruticis huius folliculi bellè respondent. Folia tamẽ ei non terna, sed bina, è regione, qualia in cicere, pisis, & alijs multis: neq; facultas vlla quæ in gustu maluæ comparari possit. Quanquam autẽ Dioscorides glaucis folia tam cytiso quàm lenticulæ comparat: lenticulæ autẽ bina esse nõ terna constat, non tamen necesse est cytisi quoq; bina esse, figuram enim singulorũ foliorum, non quo digeruntur ordinem, Dioscorides in ista comparatione respexit. At Plinius trifolio tam similẽ fecit cytisum, vt absq; similitudinis nota ipsum trifolij nomẽ ei tribuerit: breuiter enim (inquit) si quis exprimere similitudinẽ velit, angustioris trifolij frutex est Hoc est, finge trifolium (angustioribus tantum folijs) lignescere & adolescere in fruticẽ, cytisum habes. Sic alibi de ligustro: Eadẽ (inquit) arbor est quæ in oriente cypros, cum non eandẽ reuera, sed vndiquaq; simillimã indicaturus esset. Sed redeo ad bagenauldam Gallorum, quæ hic & propter generis cum cytiso affinitatẽ, & vsum ad pecora, si modo colutea Theophrasti est, omitti nõ debuit. Colutea (inquit Theophrastus libro 3. historiæ plantarum cap. 17.) Liparæ propria traditur, arbos magnitudine præstãs, fructum in siliqua ferens, magnitudine lentis, qui oues mirum in modũ pinguefacit. Nascitur semine, & fimo præcipuè ouillo. Tempus serendi, cũ Arcturus occidit: serendũ semine præmadefacto, cum iam in aqua pullulare incœperit. Habet folium non absimile fœnogræco: germinat primo vnicaulis, triennio maxime: quo quidẽ tempore baculos deciduntElegantes enim illos proferre videtur: & si ita quis (Ruellius non recte legit, si quis nimis, quasi ad baculos tantum referret, nõ ad cacumẽ) decurtauerit, mox arbor emorietur: haud enim latere plantigera cõstat. Spargitur deinde in ramos, quartoq; anno arborescit, Hæc Theophrastus. Colutea (inquit Ruellius) iam etiã in Gallia prouenit, omnibus nota bagenaulde nomine. Nanq; frutex est quadricenum pedem se in arborẽ efferens, ramis exilibus, folio fœnogræci, membranaceo folliculo, pellucente, prætumido, & veluti quodã spiritu distendente turgido, ita vt digitis si prematur, crepitans dissiliat: in quo semen atrum, durũ, latum, lentis magnitudine, pisi gustu. Mauritani sermone suo vernaculo sene nominant, duoq; eius faciunt genera, suæ sponte, & hortense. Nam & semine nascitur, in fimo præcipuè ouillo. Addunt vbiq; siliquas oblongas, quibus semina in ordinem vtrinq; digesta clauduntur, tenui pendere pediculo. Ob id facile ventorum impetu deturbari, hærentesq; pertinacius perticis decuti. Caducas opiliones legunt, vaginandis ouibus perquam vtiles, Hæc Ruellius cuius sententiam Leonardus Fuchsius etiã sequitur, nempe coluteam Theophrasti & sene Arabum eandem esse plantam Manifestum autem illis est qui vtranq; inspexerunt, stirpes toto genere diuersas esse. Nam colutea frutex est anno quarto arborescens: sena vero herba cubitalis tantũ & annua: folliculis etiam multũ discrepant Foliis forte aliquo modo conueniunt, & vt quidam scribunt purgandi viribus. Describitur sena à Serapione, quod autem siliquæ tenacius hærentes perticis decutiantur, vt Ruellius tanquam ex Mauritanis scribit, nusquam reperio. Petrus Andr. Matthæolus Senensis in commentarijs Italicis super Delphinio Dioscoridis, senam diligentissime describit, & Ruellij errorem refellit. Quamobrem non immorabor hîc prolixius: sat fuerit hoc indicasse in præsentia, senam Græcis Latinisq; veteribus fuisse incognitam: bagenauldam verò coluteam esse etiam ipse sentio, & nisi fallor Matthæolus quoq; eiusdem opinionis videtur. Illud postremo circa cytisum adijciemus, videri nobis Matthæolum errare, cum herbam illam quam pro trifolio odorato in prima editione Fuchsius pinxit, eandem esse putat cum illa planta quam ipse pro vero cytiso accipit, flauis aut albis floribus. Nam trifolium illud Fuchsij (quod ille à me admonitus trifolium Dioscoridis non esse sed lotum *syluestrem* potius, in secũda editione quæ solas imagines habet, in lotum vrbanam vertit) flauis floribus nunquam apparet, imò ne albis quidem, sed canis, aut ex albo subcæruleis. Frequentissimum autem apud nos seritur propter quoddã caseĩ secundarij genus, Claronensem vocant, quod nostri hac potissimum herba condire solẽt. De qua egi in Libello nostro de operibus lactarijs: & agam fortitan aliâs copiosius. Hactenus de cytiso & alijs quibusdam cytisi occasione herbis, prolixius quidem scripsi, non tamen præter institutum, quod ad animalium historiam. Non enim bubus solum, sed omni pecori, præcipuè autẽ ouibus, capris, equis, apibus, gallinis, & ipsi etiam homini, maximus cytisi vsus à maximæ authoritatis scriptoribus prædicatur: & quæ hic verbosius dicta sunt, in animalibus cæteris repeti nihil opus erit. Non difficile autem fuerit cytisum aliunde accersitam plantare, cum nullam regionem aspernetur. interim loco eius frondibus vlmeis potissimum vtemur. Nã & Columella illam cæteris præfert frondibus, vt mox ex eius verbis patebit: Et Aristoteles vlmum apibus gratã, & frondibus eius boues pinguescere testatur. Iucundissimum bubus pabulum adfert vlmus: capræ etiam & oues id appetunt. Varijs generibus foli prouenit: quamobrem à plerisq; seritur. Maxime autem commendatur Attinia, quæ procerior lætiorq; quàm nostras est.

Cytiso aut Medica herba nutrimus boues lactantes: sic enim plus continebunt lactis, Sotion in Geoponicis Græcis. Aristoteles contra, lib. 9. histor. anim. cap. 21. Pabuli genus (inquit) aliud copiã lactis extinguit, vt Medica herba, & præcipue ruminantibus aliud auget, vt cytisus & eruum Idẽ lib. 8. cap. 8. Herbæ Medicæ prima falx vitio datur, & cum fœtida aquâ rigatur, incommoda est. Et lib 9. cap. 40. Expedit consuesse apud alueatia, piros, fabas, Medicam herbam, suriam, &c. Dioscorides, pratensi trifolio (inquit) similis Medica recens nata est: crescenti deinde contrahitur & angustius fit folium, profertq; similes trifolio caules, in quibus semen lenticulæ simile, inflexumq; corniculorum modo: quod siccatũ suauitatis gratia condimẽtario sali miscetur. Id viride emplastri modo impositum, prodest his quæ refrigeranda sunt. Tota autem herba pro gramine vtũtur, qui quadrupedes & iumenta pascunt, Hæc ille ex translatione Marcelli Vergilij, qui murilum corruptumq; hunc de siliquis & seminibus locum suspicatur. Ruellius & Matthæolus ita transtulerunt: Medica siliquas habet corniculorum modo intortas,

tortas,in quibus semen lentis magnitudine dependet. Ex Hispania (scribit Marcellus in Annotationibus) integros herbæ quam illi Medicam censent,cum suo semine caules afferri nobis curauimus. Estautē illius in Hispania quotidianus in iumentorum pabulo vsus:caules cubitales geniculatosq; profert, trifolio vndiq; similes. Audiuimusq; ab ijs qui in Hispania rem obseruarunt,quod de ea ab antiquis fertur,quicquid in caule assurgit,in folijs contrahi:nullo cibo prius magisq; lætari & pinguescere iumenta pecusq; omne:parcius dari, quoniā inflet & multum creet sanguinem, quem ducere postea necesse sit: deniq; nihil non ab antiquis traditum de ea nūc etiam inueniri. Quod non conuenit scriptori huic,semen est:quod hic lentis magnitudine indicat,& intortū:in illa vero exiguum,panici minus,papaueris vero semine nō adeò maius,cum rotunditate oblongum,colore flauescente videtur: quorum nihil in Dioscoridis Medicæ semine est. Siliquam non licuit videre, sed vt conijcere ex seminis quantitate facile est,gracilem & vitiæ siliqua graciliorem credere oportet,&c. Verba illa,ἐφ' οἷς πολλὰ σπερμάτια σκεπάζουσι φακοῦ μέγεθος, non eodem modo in cunctis leguntur,arguitq; varietas vitium,Hactenus Marcellus. Ruellius pro ἐφ' οἷς legit λεβῆσι,id est siliquis. Nunc Petri Matthæoli ex commentarijs in Dioscoridem verba subijciam: Medica (inquit) quanquā olim vulgaris fuerit,& per totam fata Italiam pro pecore,nostro tamen tempore prorsus non deseruisse videtur. Abundat hodie (vt quidam scribunt,in Hispania,& summa diligentia propter pecora colitur:vernacula lingua alfalfa vocant,quę quidem vox originis est Arabicæ.Nā apud Auicennam in capite Cot, alfasafat (aliâs,al aselet:aliâs,alistisat)nominatur,Hæc Matthęolus. Ego his diebus ab Hispano accepi patrio sermone alfalfes vocari hāc herbam, ad duos aut tres ad summum cubitos excrescere, folia terna loti pratensis instar proferre. Io.Rodericus Lusitanus,qui annotationes quasdam in Dioscoridem reliquit,Medicam Hispanice melguas vocitari author est. (Sic videtur ille perperam de melega,quam nos sergi vocamus intellexisse, vt etiam Hermolaus) Alasfest,authore Ebenbitar,vox Persica, idem significat quod fasfasa,quæ est species trifolij,quod datur equis faginandis, & in Syria pabulum est pecorum omnium: siccum appellant cot,recens alrathbe, Andreas Bellun. Nunc Plinij verba apponemus ex lib.18.cap 16. Medica (inquit) externa,etiam Græciæ, vtà Medis aduecta per bella Persarum,quæ Darius intulit,sed vel in primis dicenda: Tanta dos eius est,cum vno satu amplius quàm tricenis annis duret. Similis est trifolio caule folijsq;, geniculata: quicquid in caule assurgit, folia contrahuntur. Vnum de ea & cytiso volumen Amphilochus fecit confusim.Solum in quo seratur,elapidatum purgatumq; subigitur autumno: mox aratum & occatum integitur crate iterum & tertium, quinis diebus interpositis,& fimo addito.Poscit autem siccum succosumq;, vel riguum.Ita præparato seritur mense Maio,aliâs pruinis obnoxia. Opus est densitate seminis omnia occupari,internascentesq; herbas excludi:id præstant in iugera modia vicena.Cauendum ne aduratur,terraq; protinus integi debet. Si sit humidum solum herbosumúe, vincitur, & desciscit in pratum. Ideo protinus altitudine vnciali herbis omnibus liberanda est manu potius quàm farculo. Secatur incipiens florere,& quotiens resloruit.Id sexies euenit per annos, cum minimum quater. In semen matuescere prohibendum est,quia pabulum vtilius est vsq; ad trimatum. Verno seri debet,liberariq; cæteris herbis: ad trimatum martis ad solum radi.Itaq; reliquæ herbæ intereunt sine ipsius damno,propter altitudinem radicum. Si euicerint herbæ:remedium vnicum est aratro,sæpius vertendo,donec omnes aliæ radices intereant.Dari non ad satietatem debet,ne repellere sanguinem necesse sit: & viridis vtilior est. Arescit surculose, ac postremo in puluerem inutilem extenuatur. De cytiso cui & ipsi principatus datur in pabulis,affatim dicimus inter frutices, Hactenus Plin. Medica herba stercoris & vrinæ causa perit,vt quidam dixere, Theophrastus.Et alibi: Herbæ quædam diminutæ tonsæq; meliores euadunt,ceu porrum,brassica,Medica,&c. tollitur enim acredo & siccitas,& radices validiores reduntur.Multis regionibus Medica natu satis morosa,alijs cumulatim emergit:cum seritur decem annis durat:per annum deinde quater rectè,interdum sexies demetitur:agrum stercorat, omne emaciatum armentum ex ea pinguescit:ægrotanti pecori remedium est. Ad maciem equorum, vt Columella prodidit,nulla res tantum quantum Medica potest.Flos in purpureum colorem spectat.Hac herba (Ruellij verbis vtor) pleriq; tractus Galliæ virent, quam vernacula consuetudine grande treflon,quasi trifolium vocant.Alij quod allatum sit à Burgundionibus semen auorum nostrorū memoria,Burgundiense fœnum agricolæ nominant. Rura quædam etiam apud nos fœnaciam sermone patrio dicunt.Ruris disciplinæ prudentes Medicam iactato semine serunt,adiecta nostratis auenæ portiuncula: eam siquidem radiculis fundamenta iacere putant,quibus comprehendens firmius nitatur. Sed & pleraq; prata scatent apud nos Medica, quæ vel naturæ sponte,vel cœli conditione nata est: nisi quædam olim illic satæ reliquiarum vestigia restent, quæ herboso (vti solet) cespite victa, desciuit in pratum. Hanc Marcellus Vergilius dum in lucem reuocare conatur,magis eius obliterauit cognitionē. Vereor sanè ne cytisum ille pro Medica viderit:nam hac ferè facie,quam explicat,repræsentatur,& Hispanijs etiam frequens. Fieri oleum ex Medica tradunt ad neruorum tremores efficax, Hactenus Ruellius. Quod autem oleum alcot ad tri morē maxime commendetur,author est Auicenna. Ego liquorem ex alfalfes Hispanorum vi ignis elicitum per instrumenta, egregiam aduersus calculum opem ferre audio. Medicæ herbæ genus esse crediderim quam in Heluetia nostra quidam trifolium maius vocant, *grossen klee*, Hieronymus Tragus fœnogræcum syluestre:folia ei loti pratensis, sed bina:ternis aut quaternis per singulos ramulos binorum foliorum ordinibus:quorum in gustu dulcedo tanta, vt vel glycyrrhizam prouocent. Coliculi cubitales,& aliquando bicubitales, ab vna radice plures exeunt, transuersi ferè per terram sparsi,subrutfi,geniculati,multis alarum canis. Flores candicant.Siliquæ modice incuruæ & lunatæ in mucronem exeunt,triangulæ, eminente ab vna parte angulo per longitudinem quæ duorum digitorum est, ab altera carinatæ: in quibus semina fœnogræco minora paulò,angulosa,specie renum,colore lutea, sapore viciæ. Radix alba, cubiti aut sesquicubiti etiam altitudine descendit, crassitudine pollicari. lenta & tenax, vetustate rufescit: minus dulcis quàm superficies, imò subamara ferè. Nascitur iuxta vias, & locis siccis, vt montanis vel arenosis interdum. Herba omnino in multos annos viuacissima. Hieronymus Tragus totum syluestrem siue Libycam esse suspicatur: sed sapor medicatus abest. Ego iam olim & nostro sæculo primus syluestrem totum illam esse ostendi,quam nostri vocant *stundkraut*. Rustici quidam apud nos folia trifolij maioris sui ad vomitum prouocandum edunt, aduersus crapulam præsertim:nimia enim sui dulcedine & nescio qua indicibili qualitate nauseam ciet. Medica (inquit Hermolaus Barbarus) imperitia vulgi melica vocari cœpit. Hac quondam plena erat Venetia,sed pridem perijt: nunc in eandem prouinciam reuerti eam quasi postliminio curauimus, ab annis multis ferè non visam in Italia,sed ne intellectam quidē magnopere qualis esset, allatam ex Africa in Campaniam. Semen eius sub dente phaseoli recentis saporem præsentat, Hæc Hermolaus.Impulit eum opinor in hunc errorem Albertus Magnus,qui circa finem libri 3.de animalibus, Quædam pascua (inquit) lac minuunt, vt granum quod

melega

melega vocatur, & à nonnullis furigum. Aristoteles hoc Medicæ attribuerat: Alberto nominis vicinitas imposuit. Culmos melega (vel sorgi, vt Fuchsius appellat: cuius hæc verba sunt) quatuor aut quinq; habet, altos, crassos, geniculatos, rubicundos, foliis vestitos longis, latis & in summitate acuminatis, harundini non dissimilibus: spicam quàm panicum maiorem ac densiorem, rufam & barbatam, in qua semen rufum, rotundum, lentis magnitudine, & acuminatum. Florem luteum. Radicem multis fibris capillatam. Semen dulce est, & gustu planè panicum refert, Hæc Fuchsius. Ex iubis eius scopæ vestiariæ fiunt. Errat Ruellius cum scribit panicum in Italia melegam vocitari. Melega enim Longobardorum, non alia est quàm sorgo alibi dicta, & in Hetruria sagina (nimirum à saginando pecore) Panicum vero per omnem Italiam priscum nomen Latinum retinuit. Μηλίκη ωίαν, ἡ τοῖς ἀνθρώποις ἄρτους ποιοῦσιν, Varinus: sed in huiusmodi rebus grãmatici fide digni non sunt. In Græcia tempore Eustathij archiepiscopi Thessalonicæ Medica herba nomen vetus adhuc seruabat, vt ipse scribit in commentarijs in Dionysium: nec dubito quin hodieq; seruet, Hæc hactenus de Medica. Bubus frondẽ populneam, vimeam, querneam, siculneamq; vsq; dum habebis, dato, Cato. Folia populnea quernaq; animalibus Cato iubet dari non perãridat bubus quidem & siculnea, ilignaq; & ederacea: Dantur & ex harundine & lauro, Plinius: qui alibi etiam ernum bubus iumentisq; vtilissimum esse scribit. Ex cibis nemo dubitat, quin optimi sint, vicia in fascem ligata, & cicercula, itemq, pratense fœnum. Minus commode tuemur armentum paleis, quæ vbiq; & quibusdam regionibus solæ præsidio sunt, eæ probantur maxime ex milio, tum ex ordeo, mox etiam ex triticeo: sed iumentis iustam operam reddentibus, ordeum præter has præbetur. Quibus alimentis potissimum quæq; pecudum pascatur habenda ratio: nec solum quod fœno satura sit equa, aut bos, cum sues hoc vitent, & quærant glandem: sed quod ordeum, & faba interdum sit quibusdam obijciendũ, & dandum bubus lupinum, & lactarijs Medica & cytisum, Varro. Fabæ largius datæ copiam efficiunt lactis, Aristot. Miratus sum aliquando cicuta etiam nõ abstinere boues nec viridi, nec aridæ: vidi enim magnos cicutæ fasces ex pratis collectos pro cibo vaccis offerri. Nostri hanc herbam vocant *ruskumich*, id est, carum equinum, alij *karbenkolen*, *zigerkrut*, *wutscherling*, & alij aliter. Hæc minus quàm noxia sit suprà retulimus. Ranunculo similem herbam, quam coronopodem aliqui putãt floribus aureis, inter verna olera vulgarem, butyri colorem commendare credũt si à vaccis depasta fuerit: eam ob causam Germani inferiores nominant *butterblumen*, nostri à splendore *glysblumen*, & *alpblumen*, quòd in alpibus vaccis pergrata sit. Est & alia in palustribus nascens flore simili ma ore, folio rotundo, crenato, radicibus albis capillatis, sapore ferè betæ: nostri vocant *masiblumen*, id est, flores palustres, alij *dotterblumen*, à colore vitelli, alij *gauchblumen*, quod tanquam vncti niteant: Gall pratenses bacinos. Nos idem genus in hortis dasypod on, id est densis confertisq; florum foliis, alimus. Ruellius chamæleucen interpretatur: cui ego non assenserim. Chamæleuce enim verius eadẽ quæ tussilago est. Butomon planta similis est arundini, quam boues edunt, Suidas: de quo plura mox in H. dicemus. Galion herba est cubitalis, foliolis angustis & per genicula radiatis simul pluribus: flore flauo, confercto, muscoso, odorato, abstinent eo boues: vt & vrticæ simili herba fœtida, & marrubij quodã genere fœtido, quod in aruis & noualibus nascitur, aliud quàm ballote, longioribus & in acutum exeuntibus foliis, crenatis. Vaccæ non edunt ebulum, nec solanum. De alijs quibusdã herbis quæ bubus noxiæ aut venenosæ sunt, mox in morbis eorum dicemus. Si herbas aereo melle dicto, cœlitus conspersas oues & boues ederint, suauissimum lac habebunt, Aelianus. Bobus (inquit Columella) pro temporibus anni pabula dispensantur. Ianuario mense singulis fresi, & aqua macerati erui quaternos sextarios mistos paleis dare conuenit, vel lupini macerati modios, vel cicerculæ maceratæ semodium, & super hæc affatim paleas: licet etiam, si sit leguminum inopia, & clata, & siccata vinacea, quæ de lora eximuntur, cum paleis miscere. Nec dubium est, quin ea longe melius cum suis folliculis antequam eluantur præberi possint: nam & cibi, & vini vires habent, nitidumq;, & hilare, & corpulentum pecus faciunt: grano abilinemus. Frondis aridæ corbis pabulatoria modiorum viginti sufficit, vel fœni pondo triginta, vel si non, modius viridis laureæ, & ilignææ frondis: sed his, si regionis copia permittat, glans adijcitur, quæ nisi ad satietatem detur, scabiem parit: potest etiam si prouentus vtilitatem facit, semodius fabæ fresæ præberi. Mense Februario plerunq; eadem cibaria sufficiunt. Martio, & Aprili debet ad fœni pondus adijci, quia terra proscinditur: sat autem erit pondo quadragena singulis dari: ab Idibus tamen mensis Aprilis vsq; in Idus Iunias viride pabulum recte secatur. potest etiam in Calen. Iulias frigidioribus locis idem præstari, à quo tempore in Calen. Nouemb. tota æstate, & deinde autumno satientur fronde, quæ tamen nõ ante est vtilis, quàm cum maturuerit vel imbribus, vel assiduis roribus probaturq; maxime vlmea, post fraxinea, & ab hac populnea: vltimæ sunt ilignea, & quernea, & laurea, sed post æstatem necessarie deficientibus cæteris, possunt etiam & folia siculnea probe dari, si sit eorũ copia, aut stringere arbores expediat: lignea tamẽ vel melior est quernea, sed eius generis, quod spinas non habet. nã id quoq; vti iuniperus respuitur à pecore propter aculeos. Nouemb. mense ac Decembri, per sementem, quantũ appetit bos, tantum præbendum est: plerunq; tamẽ sufficiunt singulis modij glandis, & palex ad satietatem datæ, vel lupini macerati modij, vel erui aqua consperti sextarij VII. permisti paleis, vel cicerculæ similiter cõsperſæ sextarij XII. misti paleis, vel singuli modij vinaceorum, si ijs, vt supra dixi, large palex adijciantur, vel si nihil horum est, per se fœni pondo quadraginta, Hæc Columella. Fœnum alibi bis tantum, alibi ter aut quater etiam anno secatur. Armentorum id cura, iumentorumq; progeneratio suum cuiq; cõsilium dabit optimum, maximè quadrigarum quæstus, Plinius. Sufficiũt singulis boum iugis erui modij quini sati. Martio mense satum, noxium esse bubus aiunt: item autumno grauedinosum: innoxium autẽ fieri primo vere satum, Idem. Bubus glandem circa brumam aspergi conuenit, in iuga singula modios 240: Largior valetudinem infestat & quocunq; tempore detur, si minus triginta diebus continuis data sit, narrant verna scabie pœnitere, Plinius. Lupini modij singuli bouem vnũ satiant, validumq; præstant, Idem. Palea plures gentiũ pro fœno vtũtur. Melior ea quę tenuior minutiorq;, & pulueri propior: ideo optima è milio, proxima hordeo, pessima ex tritico, præterquam iumentis opere laborantibus. Culmum saxosis locis cum inaruit, baculo frangunt substratu animalium. Si palea defecit & culmus teritur. Ratio hæc, maturius defectus iuria diu respersus, dehinc siccatus in manipulos conuoluitur, atq; ita pro fœno bubus datur, Plin. Vinaceos per autumnum quotidie recentes succernito. Lectos exsiccato, restibus subtentis, cribro illi rei parato, siccos conculcato in dolia picata, vel in lacum vinarium picatum, id bene operito, iubetoque oblini, vti habeas quod des bubus per hyemem, Cato. Hordei stipulam bubus gratissimam seruant, Plin. Maxime studendum est vt competentibus redundantibusque saturi semper habeantur & pingues. Omnis enim ægritudo exordium sumit ex macie. Exhaustum animal celerius labor frangit, æstus vexat, frigus penetrat. Non solum enim æstiuis mensibus pascuum sufficit, vbi frondes diuersi generis addantur, & minuat varietas ipsa fastidium.

fastidium. Hyeme non tantum paleis sed fœno quoq; & hordeo, & sæpius eruo saginandi sunt boues. Nullus autem vberiores ciborum repudiabit expensas, qui considerare voluerit bóum per inopiam pereuntium quàm cariora sunt pretia. Vegetius 3.1. M. Varro turdorum simo ex auiarijs ad agros lætificandos principatum dat: quod etiam pabulo boum suumque magnificat, neque alio cibo celerius pingue fcere assueuerat. Plin. Boues quidam luporum instar carniuori sunt. Rasis. Theophrastus prodidit boues quoque pisce vesci, sed non nisi viuente. Apud Pæones qui Prasiadem paludem habitant, equis & subiugalibus pisces pro pabulo præbent. Herodotus. In prouincia Aden, equi, boues, cameli, & oues vescuntur piscibus (quorum ingens illic copia) & libentius quidē siccis quàm recentibus: nam propter immensum calorem herbis & frugibus carent. Paul. Venetus. Horotas & Gedrusios fama est tanquam fœnum pisces equis edendos obijcere. Celtas audio, boues & equos piscibus alere, &c. Aelianus. Circa Mosynum Thraciæ boues sunt qui piscibus vescuntur in præsepia obiectis, Athenæus. In Narbonensi prouincia nobilis fons Orge nomine est in eo herbæ nascuntur in tantum expetitæ bubus, vt mersis capitibus totis eas quærāt. In remotissimis ad Septentrionem Oceani Germanici insulis boues adeo pinguescunt, vt periculum eis sit ne moriantur præ pinguitudine. Facile saginantur, si labore abstineant. Augentur iuuencæ amplius cum plus temporis expertes Veneris degunt, vt iam in Epiroticis diximus, Aristot.

Boues & equi sorbendo bibunt, vt & reliqua animalia quorum dentes continui sunt, Aristot. & Plinius. Bos contra quàm equus nisi aqua sit clara, frigida atq; limpida, bibere nolit, Aristot. Aquam quidem istius generis animal non requirit nitidissimam, nec vsq; adeò læditur si sordidā biberit: Sed tamen bubulci diligentis est procurare, vt mundam semper & optimam bibat, Vegetius. Per æstatem boues aquam bonam & liquidam bibant, semper curato, vt valeant refert, Cato. Theophrastus in Thurijs Crathin, candorem facere tradit, Sybarin nigritiam bobus ac pecoribus, Plin. Confluentem candidi coloris efficientem & Crāthis fluuius emittit. Nā ouillum & bubulum pecus & omnis grex quadrupes, sicut Theophrastus ait, ex eo bibens, & nigro rufoúe albus fit. Aelianus. In Palisco omnis aqua potata candidos boues facit, Plinius. Aestate ad aquam appellendum bis, hyeme semel, Varro.

Bubus tantū fœminis vox grauior, in alio omni genere exilior (tenuior & acutior) quàm maribus, quod maxime in homine patet, Aristot. & Plin. Vitulis etiam vox grauior quàm adultis, perfectisq; quamobrē his castratis vox è contrario mutatur: transeunt enim quæ castrantur in fœminā. In cæteris animalibus vox maribus grauior, fœminis acutior est, Aristot. Albertus Magnus vaccā ait eò quod corpore atribiliario, id est frigidæ & crassæ constitutionis sit, grauius sonare: tauros autem beneficio sexus magis ad temperamentum accedere, eiusque gratia vocem habere acutiorem. Cætera omnia (inquit Aristot.) cum natu minora sunt, vocem mittunt acutiorem: vituli autem bubuli grauiorem, vt & vaccæ quàm tauri. Vituli enim & vaccæ partem quam mouent non habent validam, alteri propter ætatem, alteræ propter fœminei sexus naturam. Vas nempe per quod primum spiritus fertur, amplum in ijs est, multumq; aeris mouere cogitur: multum autem, præsertim si tardè moueatur, graue sonat. Cætēris animalibus vas illud angustius est.

Boues grauidas negant præterquam dextero vuluæ sinu ferre, etiam cum geminos ferant, Plin. Taurus quidam cum natum à castratione inijsset, impleuit quoniam nondum exacti essent meatus, Arist. Non procul à Patrensium ciuitate fluuius est Milichus: & post illum alius nomine Charadrus: Ex hoc pecora βουκμαῖα tempore veris bibentia, vt plurimum mares parere aiunt. Eā ob causam pastores, in diuersam à flumine partē ea abigūt, bubus tantum exceptis, quas illic ad fluuium relinquūt, quoniā tauri tum ad sacrificia tum ad labores vaccis vtiliores sunt. Inter aliqua verò pecora fœminæ maribus præferuntur, Pausanias in Achaicis.

Boues etiā somniare palàm est: vt omnia ferè quæ animal pariunt. Impendentē pestem, & terræ motum, & cœli salubritatem, & frugum fertilitatē præsentiunt: Neq;, tametsi ratione carent, ab eorū quæ sibi aut salutē, aut perniciem afferre queunt, intelligētia aberrant, Aelianus. Vita fœminis quindecim annis longissima, maribus viginti: robur in quinquatu, Plinius. Viuunt magna ex parte fœminæ annos quindecim, atq; etiam mares excisi: nonnullis ætas, vel ad viginti annos, atq; etiā plures si corpore bene habito sint nam excisos assuefaciunt, & duces cōstituunt boum, vt ouium, qui plus temporis quàm cæteri viuunt vsu exercitij, & copia pabuli. Vigent quinquennes maximè: quocirca Homerum quidā rectè dixisse aiunt, Quinquennē taurum, & bouis lustro florentis. Idē nanq; significari arbitrantur, Aristotel. Aetas boum dignoscitur ex dentibus: mutant enim anteriores anno euoluto & decem vel octo mensibus: deinde post sex menses paulatim amittunt proximos, donec intra trienniū omnes mutauerint. Quo quidē tempore optimè habiti sunt, & in vigore ad decē vsq; vel duodecim annos perseuerāt. Viuūt ad quatuordecim vsq; vel quindecim annos. In statu dentes habent pulchros, longos & æquales: qui per senectutē eis imminuuntur, nigrescunt, & cōroduntur, Pet. Crescentiensis. Nostri ex circulis quibusdā qui circa vaccarum cornua nascūtur supernè ferè, de ætate iudicant: illi in quinquatu ferè terni sunt, postea plures. Sunt qui quoties fœta fuerit, toties singulos adnasci circulos existiment. Equo & bouí pili quotannis decidui, vt quidam scribit, Cælius. Bubulum lac fertilius caseo est, quàm caprinū. Cum enim ex amphora lactis caprini formagines obolæ (τροφαλίδες ὀβολιαῖαι, id est casei obolares, vel quorū singuli obolo venirent) vndeuiginti conficiantur, bubulū eadem mensura triginta facit, vt pastores cōfirmant, Aristot. Bouis lac crassissimum est: cur autē paucius proportione sui corporis sit, in caprini mētione infra dicemus ex Aristotele. Pusillæ buculæ quas Phasiana regio fert, singulæ abūde beneficio pabuli mulgētur. & Epiroticæ vaccæ præ sua præcipua magnitudine, amphoras singulas singulæ implent lactis, mensuræq; eius dimidiū mammis duabus præbēt. Quantū lactis prouenerit primū concrescens, perinde vt lapis durescit: qd ita accidit, nisi aqua admisceatur. Lac à partu vtile est antequā peperit, caret lacte, Arist.

Vaccæ purgantur menstruis mensura quidem amplius quàm oues & capræ: proportione autem multò minus, Aristot. In vaccis interdum purgatio menstrua quinto quoq; mense apparet in regionibus valde calidis, reliquo tempore cum vrina externitur: cuius rei indicium est, quod vrina fœminarum omnium animalium tenuior est cum grauida sunt quàm aliàs, Aristot. Vaccæ acriorem quàm tauri reddunt vrinam. Idem, Menses & vaccis fiunt, vt equabus, sed minus, Idem. Bos fœmina cum coitum affectat, leuiter purgatur mensibus, quantū heminæ dimidium, aut paulò plus. Tempus autem cocundi tunc potissimum est cū purgatur, Aristot. Adferemus & infra nonnihil de libidine & coitu taurorum, præter ea quæ hic dicuntur. In Aegypti vico Schussa nuncupato, non magno quidē, sed certe eleganti, qui in Hermopolitæ præfecturā censetur, Venerem religiosè & sanctissimè colūt, quam Vraniam appellant: Atq; vaccam etiam ideo venerantur, quia affinitatem & conuenientiam cum dea ipsa habere existimetur. Etenim huiusce modi bestia tantopere ad Venerem incitata est, vt cum maris mugitum audit, ad

coitum

coitum vehementissime exardescat, Atque adeò, sicut harum rerum experientes confirmant, taurum à triginta stadijs ipso mugitu amatoriam significationem, quasi tesseram Veneris dantem, exaudiat. Itemque illum bubulis cornibus Ægyptij & fingunt, & pingunt, Aelianus. Vacca cum appetit coitum (appetit autem non diutius quàm tres horas) tum quàm maximum potest, mugitum edit. Ac nisi hoc trium horarum spatio taurus accurrit, in aliud certum tempus, quod perraro accidit, naturam claudit. Taurus autem vel longo loci interuallo, ex clamore illius appetitionem auribus concipiens, celerrime ad coitum accurrere festinat. Aelianus ex Horo Apollinis qui addit hanc ob causam Aegyptios vt auditum designent tauri auriculam pingere. Vaccæ ex fœminis pouissimum, post equas, libidine incenduntur. Tauriunt enim & efferantur adeò, vt bubulci eas tenere aut capere nequeant. Indicium tum equæ tum vaccæ suæ libidinis præstant, genitalis specie prominentiore. Vaccæ etiam mingunt crebrius more equarum. Adhæc, vaccæ tauros superueniunt, & sequuntur sedulò, & assistunt. Turgent ad coitum prius minores natu, quàm maiores, tum in equorum genere, tum in boum, Aristot. Mensem vnum vel triginta dies ante admissuram obseruari solet, ne fœminæ cibo & potione se impleant: quamobrem pabuli pars eis subtrahenda est: quòd existimatur facilius graciliores & macræ (macescentes) concipere, ac semen attrahere: nimia verò corporis obesitas steriles reddit. Contrà tauros, duobus mensibus ante admissuram herba & palea ac fœno pleniores facere conuenit, & à fœminis secernere, vt vires habeant & fortius ineant. Hoc & armentarij & opiliones obseruant. Vnum marem quindecim vaccis sufficere abunde est, Columel. Varro habere se tauros totidem scribit, quod Atticus, ad matrices septuaginta, duos, vnum anniculum, alterum bimum. Hoc secundum astri exortum se facere, quod Græci vocant lyram, fidem Latini, tum denique tauros in gregem redigere. Iuuenca aliquando annicula peperit, vt educari augerique, quantum genus exigeret, licuerit. Recentior verò quàm annicula non patitur Venerem, nisi ostento. Iam enim vel quarto ætatis mense coisse perspectum est, Aristot. Iuuenca si annicula, aut mula si gemellos peperit, ostentum ditum pestemq; denunciat, Alex. ab Alex. Non minores oportet iniri quàm bimas, vt trimæ pariant, eo melius si quadrimæ. Pleræque pariunt in decem annos, quædam etiam in plures, Varro. Cum excesserint annos decem fœtibus inutiles sunt. Si tamen ante bimatum conceperint, partum earum remoueri placet, ac per triduum, ne laborent, vbera exprimi, postea mulctra prohiberi. Necante ætatem trimam tauros his oportet admitti. Sed erit studium diligentis, amotis senioribus, nouellas subinde conducere, & steriles aratro ac laboribus deputare, Pallad. Coitus à delphini exortu ad pridie nonas Ianuarij diebus triginta, aliquibus & autumno: gentibus quidem quæ lacte viuunt ita dispensatus, vt omni tempore anni supersit id alimentum, Plin. Maximè idoneum tempus ad concipiendum à delphini exortu vsque ad dies quadraginta aut paulo plus. Quæ enim ita conceperint, temperatissimo anni tempore pariunt, Varro. Tempus admissuræ optimum, secundum alios, medium veris existit. Initium coitus plurimis quidem mense Aprili & Maio: sed nonnullæ etiam ad autumnum vsq; tempus coëundi deducunt, Aristot. Mense Iulio fœminæ maribus plerunque (maximè) permittendæ, (submittendæ) vt eo tempore conceptos proximo vere adultis iam pabulis edant: quia decem mensium partus sic poterit maturo vere concludi. Nam decem mensibus ventrem perferunt neque ex imperio magistri, sed sua sponte marem patiuntur. Atque in id ferè, quod dixi, tempus, naturalia congruunt desideria, quoniam post vernam pinguedinem gestientes, & pabuli nimietate exhilaratæ lasciuiunt, Columel. & Pallad. Quod si aut fœmina recusat, aut non appetit taurus (eadem ratione qua fastidientibus equis monstrauimus) elicitur cupiditas odore genitalium admoto naribus, Columel. Si autem vaccæ non exceperint tauros, præcordium squillæ, hoc est tenerrimæ squillæ partes, atque (vt quispiam dixerit) pingue ipsum aqua tundendum est, ex eoque, vbi fuerint absterti, vaccarum sinus vngendi, Quintilij. De tauris ad libidinem excitandis seorsim etiam infra dicemus. In vaccis equabusque maximè conceptus indicium fit, cum menses cessârunt, spacio temporis bimestri, trimestri, quadrimestri, semestri: sed id percipere difficile est, nisi quis iandudum secutus, assuetusque admodum sit: quamobrem non desunt, qui menses in his animalibus negent, Aristot. Hoc admirandum, quod fertur, ex boue castrato etiam, si statim admiseris, vaccam concipere. Si abundantia pabuli est in regione, qua pascimus, potest annis omnibus in fœturam vacca submitti. Si vero indigetur hoc genere, alternis temporibus onerandæ sunt, maximeq; si eædem vaccæ alicui operi seruire consueuerunt, Palladius. Sed non dubium est, vbi pabuli sit lætitia, posse omnibus annis partum educari: at vbi penuria est, alternis summitti: quod maxime in operariis fieri placet, vt & vituli annui temporis spatio lacte satientur, nec forda simul operis, & vteri grauetur onere. Vacca cum partum edidit, nisi cibis fulta est, quamuis bona nutrix labore fatigata nato subtrahit alimentum. Itaque & fœtæ cytisus viridis, & torrefactum ordeum, maceratumque eruum præbetur, vel tenero olere commisto, torrido, moliroque millio, & per vnam noctem lacte macerato saliuatur. Melius etiam in hos vsus Altinæ vaccæ probantur, quas eius regionis incolæ ceuas appellant: eæ sunt humilis staturæ, lactis abundantes, propter quod remotis earum fœtibus, generosum pectus alienis educatur vberibus: vel si hoc præsidium non adest, faba fresa, & vinum recte tolerat, idque præcipue in magnis gregibus fieri oportet, Columella. Si vaccæ à coitu, cauda anguilla detur, certò concipiet, ex germanico quodam scripto. Silere montano putat promoueri conceptionem in vaccis & equabus. Boues fœtæ pinguescunt dum gerunt vterum, eduntque amplius, vt etiam aliæ quadrupedes. Boues circa Toronam, paucis ante partum diebus, lacte carent: reliquo tempore habent perpetuo. Ventrem ferunt decem menses, Varro. pariunt mense decimo: quicquid ante gentium, inutile est, & non vitale. Sunt authores, ipso complente decimum mensem die, parere, Plinius. Quandiu viuunt & coire solent & parere. Parunt singulos, geminos raro, Aristot. Ferunt vterum menses nouem decimo patiunt. Sunt qui decem toto. menses, exceptis paucis diebus, affirment. Quod autem in lucem præcurrerit hæc tempora, id abortiuum est, vitaleque minime, etiamsi paulò maturauerit partum: præmolli nanque, imperfectaque vngula prodit, Aristot. Mas vbi iuuencam superuenit, certis signis comprehendere licet, quem sexum generauerit, quoniam si parte dextra desiluit, marem seminasse manifestum est: si læua fœminam: id tamen verum esse non aliter apparet quàm vbi post vnum coitum forda non admittit taurum: quod & ipsum raro accidit. Nam quamuis plena fœtu non expletur libidine, adeo vltra naturæ terminos etiam in pecudibus plurimum pollent blandæ voluptatis illecebræ, Columella. Varro, & Africanus. Cæterum si desideres vt id quod orietur sit masculus, quo tempore coëundum est, vinculo sinistrum testem excipito. Sin autem fœmina, dextrum similiter deligato. At nonnulli id ipsum naturaliter faciunt: qui quidem si masculum nasci volunt, spirante Borea congressus præparant: sin contra fœminam, aëre existente Austrino, Africanus. Aprili mense vituli nasci solent, quorum matres abundantia pabuli iuuentur, vt sufficere possint tributo laboris, & lactis. Ipsis autem vitulis tostum molitumque milium cum

lacte miſceatur, ſaluiati more præbendum, Palladius. Cum parere cœperint, ſecundum ſtabula pabulum ſeruari oportet integrum, quod egredientes degustare poſſint, faſtidioſæ enim ſiunt, Varro. Vaccæ per æſtatem fœcundiores pluuioſam inſtate hyemem indicant. Arist. Cum vaccæ plures grauidæ ſunt, & facile initum patiuntur, nimirum pro ſigno hyems & imbrium id accipitur, Ariſtot. Neque enim fieri poſſet, vt Alberto placet, animal ſiccum fœcundo & genitali humore abundare, niſi iam à cœleſti influxu ſtellarum, quæ annum regunt, humor in eis commoueretur. Tolerat frigus hoc armenti genus, & poteſt facile hybernare ſub dio: prouidendum tamen quo recipiunt ſe frigidus locus ne ſit: algor enim eas & fames macreſcere cogit. Calore igitur ſub dio: frigoribus intra tectum manere oportet. Sed laxo ſpatio conſepta facienda ſunt, ne in anguſtijs ſtent, aut feriantur, aut concurrant, & vt inualida fortioris ictus effugiat, nec iniuria fiat grauidatum, & conceptem altera alterius elidat. Propter tabanos etiam & beſtiolas quaſdam minutas, aliqui ſolent includere ſeptis ne concitentur. Octo pedes ad ſpatium ſtandi ſingulis boum paribus abundant. & in porrectione quindecim. Stabula equorum vel boum meridianas plagas reſpiciant, non tamen egeant ſeptentrionis luminibus, quæ per hyemem clauſa nihil nocent, per æſtatem putrefacta refrigerent. Optima ſunt ſaxo aut glarea (glareis) ſtrata, non incommoda tamen etiam ſabuloſa: (arenis ſtrata) illa, quod imbres reſpuant: hæc, quod celeriter ſorbeant tranſmittantque: Sed vtraque deuexa ſint (propter vngulas animalium ab omni humore ſuſpenſa) vt humorem effundant, ſpectentque ad meridiem, vt facile ſiccentur. & frigidis ventis non ſint obnoxia (vel propter flatus glaciales, quibus aliquis reſiſtere debet obiectus.) Subſterni oportet frondem aliudue quid in cubilia, quo mollius conquieſcant. Boues nitidiores fient, ſi focum proxime habeant, & ignis lumen intendant. Præſepium oportet extructum eſſe diligenter, ne quid pabuli inter pedes animalium pereat. Bubilia bona beneque ædificata, bonas præſepes, faliſcas habeant clatratas. Clatros inter ſe oportet pede diſtare. Sita feceris, pabulum boues non eiicient, Cato. In incendiis ſi ſimi aliquid egeratur è ſtabulis, facilius extrahi, nec recurrere oues bouesque ferrur, Plinius. Hybernæ ſtabulationi boum præparanda ſunt ſtramenta, quæ menſe Auguſto intra dies triginta ſublatæ meſſis præcliſa, in aceruum extrui debent: horum defectio cum pecori, tum agro eſt vtilis: liberantur arua ſentibus, qui æſtiuo tempore per caniculæ ortum reciſi, plerunque radicitus intereunt, & ſtramentis pecoris ſubiecti plurimum ſtercoris efficiunt. Hæc cum ita curauerimus, tum & omne genus pabuli præparabimus, dabimusque operam, ne penuria cibi macreſcat pecus. Leuis autem cura paſcui eſt: nam vt lætior herba conſurgat, ferè vltimo tempore æſtatis incenditur: ea res & teneriora pabula recreat, & ſentibus vſtis fruticem ſurrecturum in altitudinem compeſcit. Ipſis vero corporibus affert ſalubritatem, iuxta conſeptum ſaxis & canalibus ſal ſuperiectus, ad quem lætiæ pabulo libenter recurrunt, cum paſtorali ſigno quaſi receptui canitur: nam id quoque ſemper crepuſculo fieri debet, vt ad ſonum buccinæ pecus, ſi quod in ſyluis ſubſtiterit, ſepta repetere conſueſcat: ſic enim recognoſci grex poterit, numerusque conferi, ſi velut ex militari diſciplina intra ſtabularij caſtra manſerint, Columella.

Nec equus nec boues morbo premuntur aliquo, ſi illis cornu ceruinum attendas, Abſyrtus in Geop. De bouum ſanitate tuenda complura ſunt, quæ exſcripta ex Magonis libris, armentarius ſuus crebro vt legeret. M. Varro curabat. Laborant armenta vehementius pruina ſollicitata quàm niue. Quocunque autem tempore, ſed maximè æſtate, ſi boues concitentur ad curſum, aut aluus eorum ad pernicicm ſoluitur, aut febriculæ commouentur. Natura enim pigrum animal bos, & labori potius, quàm velocitati accommodum, vehementer læditur ſi ad opus cogatur inſuetum, Colum. & Vegetius. Plantæ oliuarum primo ſurculari debent, ita vt ſimplex ſtylus altitudinem maximi ſcorbis excedat: deinde arando ne coxam bos aliamue partem corporis offendat, optimum eſt etiam conſtitutas plantas circummunire caucis, Columella. Cauendum præcipuè eſt, ne aut curſu nimio, aut longo itinere fatigentur, vel vllis grauioribus certe oneribus affligantur: nimiam enim laſſitudinem ſequitur ægritudo, & omne animal eſt debile ſi rumpitur, Veget. Vt longæui & ſani ſint boues, bubulcum conuenit prouidere vel dominum, vt à frigoribus calidiſſimo cubili muniantur, & ſi fieri poteſt, ſemper foco vicini ſint boues. Quodam enim beneficio naturali eiuſmodi animalibus ſemper ignis commodum eſt: ſiue quod inutilis & peſtifer humor exudat, ſiue conceptum ex paſtu vel opere frigus expellitur, ſiue in flammarum halitu interna curantur. Bouile loco ſicco ſtatuendum eſt, aſſidueque mundandum, ita quod quotidie pabulum ad edendum inutile ſubſternatur, vt boues ſiccius & mollius cubent. Parum quoque faſtidij eſt cum boues reuocantur ex opere, vt colla eorum ex vino tepido perfundantur, & diutiſſime perfricentur. Cum vero de via vel paſtu redeunt luculentia adhibita, priuſquam deducantur ad bouile, aqua diluendi pedes, ne inhærentes corpori ſordes vlcera generent, vel vngulas faciant molliores, vel certe moleſtiam manducantibus, vel inquietudinem afferant dormituris. Sed hyeme omni ſolertia frigus eſt prohibendum, velut æſtiuis menſibus pura aura quærenda. Per diem igitur ſub vmbra, per noctem ſub diuo boues ſtare conuenit. Non enim pauciores ſi æſtuauerint, quàm ſi alſeriut, colligunt morbos, Veger. Omnes ferè incerti ſunt obſcuriq; animalium affectus. Qui enim diſcere aliquis poſſit, aut à quo percontari, quonam affectu aut morbo ipſum animal conflictetur? Si igitur ſilphiũ contuſum ex vino meraco & nigro in nares illis infundas, omnem obſcurũ affectum facile perſanabis. Democritus autem cõſulit vt vere ipſo inciplente, ſquillę atq; rhamni radicem boũ poculo permiſceamus, quatuordecim dierum ſpatio. Si vero manifeſto morbo laborent, elelisphacũ (id eſt ſaluiam) montano ex loco collectũ, praſiumque in aqua, quã bibituri ſunt boues, pari dierũ numero infundens offerensq; illos reſtitues. Id quod non ſolum bubus, ſed etiam aliis pecorib. opitulatur. Sal præterea nutrimentis confuſum, conducit mire. (Multi largo ſale miſcent pabula, Columel.) Iuuat & Medica herba, Paxamus. Inter exordia tædianti boui aduerſus omnes morbos potio iſta ſuccurrit: Tres ſemuncias ſquillæ minutatim conciſas, præterea radices tenerę popinum (vox vt apparet corrupta) effoſſas & diligenter lotas, contundes in pila, & tria ex eis pondera (forte pondo) addito ſextario ſalis, in vini ſeptẽ ſextarios mittes, & per ſeptem dies per os bobus ſingulos ſextarios digeres. Quod ſi toto anno aduerſus omnes ægritudines deſperatas, boues ſtagnare (lego ſeruare, vel ſaluiare, vel ſaluare) volueris incipiẽte vere, id eſt idib. Februarij quindecim diebus continuis hanc potionẽ dabis, quæ vſq; adeo ſalutaris eſt, vt approbatum ſit integro anno boues ſic curatos nullius morbi contagione tentari. Veger. in cap. de malide & morbis contagionis boum. Non proderit cibis ſatiari pecora, niſi omni adiuuentur diligentia, vt ſalubri ſint corpore, vireſq; conſeruent: quæ vtraq; cuſtodiuntur large dato per triduum medicamento, quod componitur pari pondere triti lupini, cupreſſiq; & cum aqua nocte vna ſub diuo habito: idq; quater anno fieri debet vltimis temporibus veris, æſtatis, autumni, hyemis, Columel. Idem fermè remedium Vegetius ſic deſcribit: Foliorum lupini (ſic enim lego, non ca-

non caprina) folliculis myrti syluestris, folliorum cypressi, singulorum vncias tres diligentissime deteres, & infundes in congium equæ, & vna nocte sub dio manere patiêris, & inde vnicunq; repetitos per triduum singulos sextarios dabis, idq; quater in anno, vt prædictum est. Sæpe etiam langor & nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ouum ieiunis faucibus inferas, ac postero die spicas vlpici vel allij cum vino conteras & in naribus infundas, Columel. Ouum crudum cum hemina salis & sextario vini per singula capita (septimo) diffundi percommodum est. Vegetius. Bos si ægrotare cœperit, dato continuo ei ouum vnum gallinaceum crudum, integrũ facito: postridie caput vnum vlpici conterito, & id vase ligneo terito, & cum hemina vini facito bibat sublimiter: Bosque ipsius, & qui dabit, sublimiter ster. Ieiunus ieiuno boui dato, Cato. Iuuat etiam si allium tunsum hircino misceas sepo, herbam quoque verbenam additam deteras, rutam herbam, etiam pollinem iniungas, & cum vino per os digeras, Vegetius. Boum morbis commendatur seuum, sulphur viuum, allium syluestre, ouum coctum: omnia hæc trita in vino danda, aut vulpis adipem, Plinius. Quidam marrubium dederunt cum oleo & vino, Vegetius id mane infundendum ait. Quidam porri fibras, alij grana thuris, alij sabinam herbam rutamq; ue cum mero diluunt: eaque medicamenta potanda præbent, Columella. Thuris puluerem cum mero siue per nares iniecceris, siue per os dederis prodest, Vegetius. Neeminores medicinæ bobus horum copia (malim, per illorum inopiam) subministrantur. Nam porros, rutam, apium, & herbam sauinam, si quis large deteret & misceat vino, ternasque heminas præbeat ad potandum, ægrotanti subuenit, Idem. Multi caulibus vitis albæ & valuulis erui bubus medentur, Columella. Plurimi caulem vitis albæ concisum, atq; serpyllum & squillæ partem in aqua macerant, ternasque heminas per triduum digerunt, quę potio ventrem purgat, vires quoq; confirmat, Veget. Ne boues debilitentur, orobum (id est eruum) comminutum aqua dilutum perans, propina singulis mensibus, Constantinus. Bubus si morbum meroes, fanis dato salis micas tres, laurea folia tria, porri fibras tres, vlpici spicas tres, allij spicas tres, thuris grana tria, herbæ sabinæ plantas tres, rutæ folia tria, vitis albæ caules tres, vini sextarios tres. Hæc omnia sublimiter legi, teri, dariq; oportet. Ieiunus fier, qui dabit. Per triduum de ea potione, vicinique boui dato. Ita diuidito, cum ter vnicuique dederis, omnem absumas: Bosque ipsius, & qui dabit, facito vt vterque sublimiter stent: vase ligneo dato, Cato. Nonnulli pellem serpentis obtritam cum vino miscent, Columella. Anguina pelle & sale & farre cum serpyllo contritis vno die, deiectisque cum vino in fauces boum vua matura fecente, toto anno eos valere quidam scripserunt: Vel si hirundinum pulli tres tribus offis dentur, Plinius. Similiter Cato, sed aliis verbis: Vbi vuæ (inquit) variæ cœperint fieri, bubus medicamentum dato quotannis, vti valeant. Pellem anguinam vbi videris, tollito, & condito, ne quæras cum opus fiet. Eam pellem, & far, & salem, & serpyllum, hæc omnia vnà conterito, cum vino dato bubus omnibus vt bibant. Est etiam remedio cum dulci vino tritum serpyllum, & concisa & in aqua macerata scilla. Quæ omnes prædictæ potiones trium heminarum (mensura) singulis diebus per triduum datæ, aluum purgant, depulsisque vitiis, recreant vires. Maxime tamen habetur salutaris amurca, si tantundem aquæ misceas, & ea pecus insuescas, quia protinus dari non potest, sed primo cibi aspergunter: deinde exigua portione medicatur aqua, mox pari mensura mista datur ad satietatem, Columella, Vegetius. Peramus. De eadem Cato sic scribit: Boues vti valeant, & curati bene sient: & qui fastidient cibum, vti magis cupide appetant: pabulum, quod dabis, amurca spargito, primo paululum, dum consuescant, postea magis: & dato rarenter bibere, commistam cum aqua æquabiliter quarto quintoque die: hoc si feceris, ita boues & corpore curatiores erunt, & morbus aberit. Votum pro bubus, vt valeant, sic facito. Marti Syluano in sylua interdius, in capita singula boum votum facito: farris adorei libras tres, & lardi pondo quatuor, pulpæ pondo quatuor semis, vini sextarios tres semis. Id in vnas liceto conijcere, & vinum idem in vnum vas liceto conijcere. Eam rem diuinam vel seruus, vel liber licebit facere. Vbi res diuina facta erit, statim ibidem consumito. Mulier ad eam rem diuinam ne adsit, neue videat quomodo fiat. Hoc votum in annos singulos, si voles, licebit vouere, Cato. Idem alibi, Dapem (inquit) pro bubus pyro florente facito. Eam hoc modo fieri oportet: Ioui dapali culignam vini quantum vis poluceto. Eo die feriæ bubus & bubulcis, & qui dapem facient. Cum polucere oportebit, sic facies. Iupiter dapalis, quod tibi fieri oportet, in domo familiaque mea culignam vini dapi eius rei ergò. Macte vino inferiori esto. Macte hac illace dape polucenda esto. Manus interluito: postea vinum sumito. Iupiter dapalis, macte istace dape polucenda esto. Macte vino inferiori esto. Vestæ si voles dato: daps Ioui assaria pecunia vnæ vini Ioui caste. Profanato sine contagione. Postea dape facta ferto milium, panicum, lentim, allium. Hæc ex M. Catone vicunque superstitiosa transcripsi: qui volet obeliscum inducat. Non omittendum est etiam illud ex Vegetio remedium, quod diapente vocari potest, quoniam vno tantum pharmaco, betonica nempe, theriacam diatessaron apud veteres antidotum excedit: Tres vncias baccarum lauri, gentianæ, aristolochiæ longæ myrrhæ, & betonicæ, diligentissime detere & misce cum mero, ex quo trinas heminas triduo iugiter iumento per os dabis: Morbos ægritudinesque depellit. Auris vulneratur, & sanguis eius in os datur ægrotanti boui. Sili vel seseli Creticum quadrupedum quoque aluum sistit, siue tritum potui infusum, siue mandendo commanducatum è sale: Boum morbis tritum infunditur, Plin. Vaccæ ægrotanti infundi iussi puluerem de baccis iunipéri cum gentiana & melius habuit.

Druidæ Gallorum famolum herbam nominauere nascentem in humidis: & hanc sinistra manu legi à ieiuno contra suum bonumque iussere, nec respicere legentem, nec alibi quàm in canali deponere, ibique conterere poturis, Plinius lib. 24. cap. 11. nec alibi vsquam hoc nomen hactenus reperi. Hoc etiam Lectorem hîc admonere operæ pretium videtur, Flauium Vegetium, qui boum remedia tradidit libro tertio Veternariæ per quatuor capita, omnia ferè ad verbum & eodem ordine (paucis ab initio exceptis) transcripsisse ex libro sexto Columellæ, a capite quarto illius libri vsque ad vicesimum, copiosius tamen sæpe quàm apud Columellam legantur. Codex Vegetij Basileæ olim excusus multis modis depravatus est. Curantur & sanguinis detractione quandoque boues, incisus iuxta caudam & in rostro venis. Nostratium quidam aridas iuniperi baccas & vrticarum folia terunt, & pabulo aut fœno intermiscent, ad viscerum incolumitatem, pulmonis & iecinoris præcipue, conducere persuasi. Sunt qui pueri impubis vrinam infundant. Abluuntur aliquando boues decocto veratri albi in aqua cum sanina & axungia vetere, vt cum aliis sordibus ac molestiis tum pediculis liberentur: Iuuencas tamen hoc decocto tanquam vehementiore contingi vetant. Porrò ne infestentur à muscis, lauri fructum contundens oleoque incoquens, ex eo boues inungito: aut bubulia etiam saliua illine, Africanus. Bubus multæ ægritudines accidunt, tum occultæ, tum manifestæ: & lassitudines, quæ proueniunt ex nimio labore

atque calore, quæ cognoscuntur ex fastidio cibi, vel modo edendi mutato, & frequenti decubitu, & lingua ob calorem exerta, aliisque mutationibus, quas facile animaduertunt illi qui sanos & incolumes eos prius cognouerint. Cæterum boues sani, fortes, & agiles noscuntur, si facile se moueant cum tanguntur aut pungunturmembra eisdem plena, & auriculæ erectæ. Pulchros simul & validos iudicabis, quibus membra tum plena fuerint, tum proportione inuicem bene responderint, Pet. Crescent. Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocymum vocat, quo fistebant (lego citabant) aluum bubus. Id erat è pabulis segete viridi defecta antequam gr[illegible]laret. Sura Manilius id aliter interpretatur, & tradit fabæ modios decem, viciæ duos, tantundem & eruilis in lugero autumno misceri & seri solitos: Melius & auena Græca, cui non cadit semen, admixta. Hoc vocitatum ocymum, boumque causa seri solitum. Varro appellatum à celeritate proueniendi, à Græco quod ὠκὺ dicunt (Plinius) quod valet cito: similiter quoque ocymum (lege ocimum) in horto. Hoc amplius dictum ocynum, quod citat aluum bubus, Varro: nimirum intelligens de ocymo Suræ Manilij. Ocimum per iôta herba illa oderata est, quam vulgo nomine Græco basilicum, id est olus regium etiã Germani appellant: & hoc dictum videri potest à verbo ὄζω quasi ozimum, propter odoris in eo suauitatẽ. Ocymum vero per y, vel quod cito perueniat dictum, vel quod citet aluum bubus, quibus purgandi gratia datur, farraginis vel pabuli genus est, nempe segetes sectæ virides antequam siliqueantur. Contra ex segete, vbi fata admista, hordeum & vicia & legumina, pabuli causa sunt: Inde quod far ferro cæsum, farrago dictum: aut quod primum in farracea segete seri cœptum. Ea equi, iumenta, verno tempore purgantur, ac etiam saginantur, Varro. Plinius ocymum antiquos appellasse tradit pabulum, vmbræ patiens, quod celerrime (tertio statim à satu die) prouenial. Cato in vinea vetere seri iubet, nisi macera sit. Quod secale atque farrago appellatur (Gallis segale, Germanis *roggen*) occari tantum desiderat. Taurini sub alpibus asiam vocant, deterrimum, & tantum ad arcendam famem vsle. Duplici ratione apud nos (inquit Ruellius) secale seritur, aut simplex, vel triticum aut far miscetur æquis ferè partibus. Miscellaneam hanc segetem Galli mistellam quasi miscellam nominant: Conditiuamque excussis etiam granis, farraginem rustici nostrates appellant: quemadmodum & fasces & manipulos inde compositos, farcum. Ea per hyemem iumentorum pecudumque pabulo cedit, quibus etiam pro lætamine est: id causæ fuit cur secale Plinio farraginis genus fuerit. Farrago ex recrementis farris prædensa seritur, admista aliquando & vicia. Eadem in Africa fit ex hordeo, vnde hordacea farrago dicitur. Farragini quæ ex hordeo est, Columella pabulorum secundas partes tribuit: eam in restibili stercoratissimo loco & altero sulco ferere conuenit. Fit optima cum cantherint hordei decem modijs iugerum obseritur circa æquinoctium autumnale, sed impendentibus pluuiis, vt contita rigataque imbribus celeriter prodeat, & confirmetur ante hyemis violentiam. Nam frigoribus cum alia pabula defecerunt, ea bubus cæterisque pecudibus optimè dissecta præbetur, & si depascere sæpius voles, vsque in mensem Maium sufficit. Quòd si etiam semen ex ea voles percipere à Calendis Martijs pecora depellenda, & ab omni noxa defendenda est, vt sit idonea frugibus: Hactenus Ruellius. Hinc colligimus farraginis vocabulum ad diuersa tum pabula, tum remedia, tum simplicia, quàm composita pertinere. Farrago simplex est, vt secale, hordeum, ocymum, far aut farris recrementa potius: mixta, cum triticum, vel auena, vel quæuis legumina alicui iam dictorum miscentur in satione. Græci mixtam farraginem ad equos purgandos graslin vocant: sed quæ circa farraginem ad equos priuatim spectant, in illis dicemus suo loco: Hic enim communia quædam liber de farriginem adferre, quòd ea non bubus solum, sed omni pecudi conueniat. Sementim facito fœna ocymum, viciam, fœnum græcum, fabam, eruum, pabulum bubus serito. Cato cap. 27. Plinius lib. 17. cap. 22 circa finem, ocymum ipsum à veteribus pabulum appellatum scribit, cum Cato & hic distinguat, & rursus cap. 54. his verbis. Per ver cum arabitur antequam ocymum nascatur, des quod edant bubus pabulum. Id hoc modo parari, darique oportet. Vbi sementim patraueris, glandem parari, legique conuenit, & in aquam conijci. Inde semodios, singulis bubus indies dari oportet, aut modium vinaceorum, quos in dolium condideris. At si non laborabunt, pascantur, satius erit. Interdiu pascito, nocte fœni pondo xxv. vni boui dato. Si fœnum non erit, frondem iligneam & ederaceam dato. Paleas triticeas, & ordeaceas, viciam, acus fabaginum, vel de lupino, item de cæteris frugibus omnia condito. Cum stramenta condes, quæ herbosissima erunt in tecto condito, & sale superspargito. Deinde ea pro fœnu dato. Vbi verno dare cœperis, modium glandis aut vinaceorum dato, aut modium lupini macerati. & fœni pondo xv. Vbi ocymum tempestiuum erit, dato primum. Manibus carpito, id renascetur: quod falcula secueris, non renascetur. Vsque ocymum dato, donec arescat, ita temperato, post viciam dato, postea panicum dato, secundum panicum frondem vlmeam dato. Si populneam habueris, admisceto, vt vlmea satis fiet. Vbi vlmeam non habebis, querneam & ficulneam dato. Nihil est quod magis expediat quàm boues bene curare. Boues nisi per hyemem cum non arabunt, pasci non oportet. Nam viride cum edunt, semper id expectant: Et fiscellas habere oportet, ne herbam sectentur, cum arabunt, Hæc Cato: & alibi capite 60. Bubus cibaria annua in iuga singula lupini modios cxx. ac glandis modio eccxl. fœni pondo lxxxi. ocymi tantundem: fabæ modios xx. viciæ modios xxx. Præterea penetratim videto vti satis viciæ seras. Pabulum cum seres, multas sationes facito. Omne pabulum plurimum, ocymum, farraginem, viciam, nouissime fœnum secari oportet, Varro l. 31. Eodem in loco Varronis erratum esse puto, quòd ocymum in horto, hoc est basilicum, vt ego interpretor, similiter per ypsilon scribat, & ab eodem vocabulum ὠκὺς, quod valet cito, deducat: Quod etsi admittam, per iôta tamen differentiæ causa scribi debuit, vt veteres Græci omnes scribunt. Existimo certe ocymum sui generis plantam esse: deinde etiam quasuis segetes siue vnius siue diuersorum generum quæ virides secabantur pecudum vel pabuli vel purgationis causa eodem nomine dictas apud Varronem. Tertio etiam farraginem proprie dictam, hoc est seminum & leguminum diuersorum miscelam: postremo basilicum olus, quod recentiorum quidam cum ocymo pabulo confundit: & ocymum interpretatus genus illud frumenti, quod vulgo *hosdenkorn*, id est paganicum frumentum appellatur, (non alia ratione motus, quam quod pecudibus saginandis vtile sit, in eumque vsum in nonnullis Germaniæ locis seratur) eadem ei attribuit quæ scriptores ocymo oleri & herbæ oderatæ, à qua id prorsus non distinguit, ac per imperitiam illos reprehendit qui basilicon ocimum Dioscoridis faciunt. Sed nimis operosum foret omnes omnium præsertim nostri temporis errores reprehendere. Io. Ruellius idem frumentum paganicum, veterum erysimon cereale vel irionem Plinij esse contendit: sed improbatur à Matthæolo Senensi, inde quod irione virente nullum animal vescatur, & folia ei sanguinea tribuantur: frumenti vero Turcici non folia sed caulis rubeat: nec eo abstineant pecudes, imò auidè vescantur: denique quod nihil tesamo

commune

commune aut ſimile habeat. Idem ab Italis circa Tridentum Formentone, & alibi Saracinum vocari ſcribit. Ruellius apud Gallos velatum quondam, nunc ireon, & frumentum Turcicum, quod auorum ætate è Græcia vel Aſia venerit. Folium ei hederaceum, ſcapus grandis per faſtigium paniculas exerit, triangulis rariuſculè coacernatis granis, quæ foliaceis membranis concepta detinentur. Ea pecudem omnem cæteraque veterina quàm optimè ſaginant: & in candidiſſimam teruntur molunturue farinam, quæ cum annonæ premit inopia in panificia ſubinde cogitur. Cum ematuruit granum ſuis apludis explicitum faginæ glandis nucleo ſimile noſcitur, quod incoquunt ruſtici, vt bubus, iuuentis pecudibusq; cedat in pabulum, cuius vſu vehementer gliſcit ſagina: mire enim ab eiſdem expetitur. Iam agri plerique in Gallia hac fruge rubent. Trionum conſtat vbique non irionem à Theodoro verti, forſitan quod ei ſemen triangulum. Plinius herbæ oleraceæ quæ eryſimon quoque Græcis nuncupatur à cereali longe diſſidens, vires permiſtim aſſignauit. Hæc Ruellius. Et quanquam hæc ad ſuperiorem locum de pabulo quadrare videantur, irrepſerunt tamen huc nobis ocymi & farraginis ratione, quibus veteres ad medicandos boues & iumenta vtebantur.

Limeum herba appellatur à Gallis, qua ſagittas in venatu tingunt medicamento quod venenum ceruarium vocant. Ex hac in tres modios ſaliuati additur, quantum in vna ſagitta addi ſolet: ita offa demittitur in boum faucibus in morbis. Alligari poſtea ad præſepia oportet, donec purgentur. Inſanire enim ſolent. Si ſudor inſequitur, aqua frigida perfundi, Plinius. Herbæ limei mentionem nuſquam alibi vllam reperi: exiſtimo autem de generibus aconiti eſſe, quod Ariſtoteles in Mirabilibus narrationibus xenicum appellet. Nam id quoque venenum eſſe ſcribit quo Celtæ ſagittas inficiant, ceruos aliasque feras venaturi. Toram hodie vocant, vt in Lupis occaſione aconiti docebimus. In Gallia ſanè ante non multos annos aconiti cærulei radicibus ad purgationes etiam hominum periculoſa & capitali inſcitia vtebantur: quod & Io. Sylius in Gallis ſuis reprehendit, & ipſe in Sabaudia fieri obſeruaui. In Galeni libello de medicinis parabilibus cap. 100. ſuperſtitioſam curam vt ne boues ægrotent huiuſmodi legimus: Cerui cornu ſuper Panis dei ſacellum ponito, candelamque deſuper accendito, & ne interdiu accenſam obliuione demittito: & in tempore ſanctum Demuſarim inuocato ac tollito: armenta tua & vitam cuſtodient. Noſtrates quidam valetudinis gratia bubus conſeruandæ pridie diui Martini, hoc eſt quarto idus Nouembris cepas præbent aut ingerunt. Sunt qui ad omnes occultos morbos, viſcerum præſertim, vt palmonis & iecoris, tam hominum quàm pecorum, edendas offerant radiculas rubiæ ſyluaticæ, quàm vulgò vocamus *waldmeiſter* ab excellentia, & *leberkraut*, id eſt iecoratiam. Naſcitur in ſyluis tantum & vmbroſis locis: alia quàm vulgaris rubia agreſtis, congener tamen: breuior ea, caulibus rectis, foliis maioribus, ſimiliter per geniculа radiatis, candidis floſculorum corymbis, de qua plura in Cane rabido dicemus, vbi alyſſi mentio incidet. Peritiores quidam noſtratium, ſeptimo quoque die, ſi domi ſit pecus: ſin abſit in montibus, per ſingulos menſes ſemel remedium hoc cum linctu (ſalem ſic vocant) vorandum exhibent: quod ex hedera terreſtri vulgo dicta, baccis iuniperi, viſco de pyro arbore, & pulmonaria arboribus adnaſcente conficiunt: præſeruat à morbis viſcerum. Ingeritur eis etiam contra omnes morboſas ſuſpiciones gentianæ quædam ſpecies, flore cæruleo, radicibus albis amariſſimis, & quaſi de induſtria decuſſatim inciſis, vnde aliqui vernacula lingua radicem cruciatam vocitant, alij *modelgeer*. Naſcitur in ſiccis, aſperis, & ſaxoſis collibus. Celebratur eius præconium, *modelgeer, iſt aller kreuter ein eer*. Priuatim vero aduerſus lumbricos & peſtilentiæ luem laudatur. Tempore verno, & apud nos menſe Maio potiſſimum, ros mellitus interdum cadit, Græci æromeli & droſomeli vocant, Ebræi mannam, noſtri *das himmelthau*, id eſt mel cæleſte, hoc rore madidas herbas ſi pecora paſcant, multi peſtem ſequi perſuaſi ſunt. Chamæleontis nigri ſuccus iuuencas necat anginæ modo: quare à quibuſdam vlophonon vocatur, Plinius. Helleboro nigro equi, boues, ſues necantur: itaque cauent id, cum candido veſcantur, Idem & Theophraſtus. Circa Scytharum & Medorum dictam Thraciæ regionem, locum eſſe aiunt vigiuti ferè ſtadiorum ſpacio, qui hordeum producit, quo homines veſcuntur, equi verò & boues cæteraque animalia abſtinent, Ariſtoteles in Mirabilibus. Gramen quod naſcitur in Cilicia, ab incolis cinna dictum, inflammat boues quæ id frequenter comedunt dum eſt viride, Dioſcorides. Forſan & hæc aconiti aliqua ſpecies eſt: nam Theophraſtus aconitum deſcribit herbam breuem quæ nihil ſuperuacui habeat, frumento ſimilem, ſemine tamen non ſpiceo. Quod ſi ita eſt, nihil impedit quin etiam gramini ſimile, aut quædam eius ſpecies dicatur. Nam (vt obiter moneam) aconiti nomen ad varias formaſque plurimum differentes herbas vagum videtur, cum aliud cyclamini, aliud platani, aliud ſcridis aut iridis potius foliis aconitum ab antiquis commemoretur. Sola inexpugnabilis veneni vis tabifica omnibus illis, vt video, communis eſt. Prouenit apud nos noxia quædam herba, qua non ipſa ſolum boues abſtinent, ſed etiam gramine circumcirca naſcente, licet eodem equi veſcantur. Ruſtici quidam apud nos malum florem, alij malum Henricum appellant: vtrumque triplicis quoddam ſylueſtre genus bonum Henricum. Caulis ei albus, pedalis, ſolidus, & ſubſtantia quadam humida mollique infarctus. Flores hirſuti, purpuraſcentes, in ſpicam congeſti vt in teſticulo canis ferè, ſemina rotunda inſtar milij. Guſtu ſubaſtringit. Radice albiſſima, nodis quibuſdam exaſperata & veluti ſquamata (vt ſaxifraga alpina, ceu folia quina ſunt ſimilia fraxini foliis: & vt ſanicula alba Heſſorum) longiſſima, ad quinque vel ſex cubitos deſcendente: quamuis raro integra effodiatur: teretis planè frigida humidaque tactu percipitur. Vites vicinas corrumpit & frigore ſuo lædit. Quamobrem diligenter à vinitoribus effoſa in aquam reijcitur, ne in terra denuo comprehendere poſſit. Plurimum circa eam graminis abundat. Foliis caret. Vis enaſcenti tanta, vt vel per pauimentum, ſi quod obſiſtat, eluctetur. Vere tantum prodit. Flos ſolis impatiens, craſſus, aquoſus, intra triduum vi ſolis marceſcit. Natales ei vineæ collinæ, & prata ſyluis proxima. Autumno, vt audio, rurſus erumpit. Eadem, niſi fallor, ægolethros Plinij fuerit, de qua ille lib. 21. cap. 13. Herba eſt (inquit) ab exitio & iumentorum quidem, ſed præcipue caprarum, appellata ægolethros. Huius flores concipiunt noxium virus aquoſo vere marceſcentes. Ita fit vt non omnibus annis ſentiatur hoc malum. Ex his floribus apes Heracleæ in Ponto mel venenatum conficiunt, Hæc Plinius: Nec alibi quicquam de ea aliud proditum legi. Mel Heracleoticum (vt ſcribit Ruellius lib. 3. cap. 21.) ex herba fieri candida commemorant, quæ ægolethros vocetur: Similiter etiam Hermolaus Barbarus legit, tanquam ex Plinio. Quanquam autem illius noſtræ ſuperficies ex albo palleat, radix albiſſima ſit: ex Plinio tamen de colore eius nihil cognoui: ſed alia Plinij libro 18. cap. 17. herba alba videtur, panico ſimilis, occupans arua, pecori quoque mortifera. Theophraſtus aconitum (ſecundum Dioſcoridis) frumento comparat, quod ad geniculа ſcilicet, propter caules geniculatos: ſicut & primum gramini. Hieronymus Tragus lib. 2. cap. 35. inter

vitia frugum sexto loco describit herbam panico culmis nodisque ac foliorum vaginis similem, prorsus inutilem & vitiosam, inter milium & panicum nascentem. Et mox aliam superiori non dissimilem, sed longe maiorem: cuius folia ab initio planè milium referant, longis & asperis aristis armatam, quæ lapparum instar vestibus hæreant: in aruis milio & hordeo consitis frequentem. Hanc alt valde noxiam esse, & cultari à bubus. Harum litera procul dubio erit illa Plinij herba alba panico similis. Hieronymus ipse alteram phalaridem Dioscoridis esse coniicit, quod ne sim prolixior in præsentia non refutabo: alteram miliariam Plinij, quam ille milium implicando enecare scribit, cum ex duabus illis ab Hieronymo descriptis neutra implicet. Forsitan autem illa posterior non aliam ob causam bubus noxia est, quàm quod interiora partium suarum asperitate lædat. Herbæ iam dictæ, quam ægolethron reor, perquàm similis orobanchæ est, nisi radice differret: & caule magis purpurascente: & quoniam ea quoque ad boues & alia quædam animalia pertinet, diligentius eam describemus. Orobanche (inquit Dioscorides) caulículus est sesquipedalis, & interdum maior, subruber, hirsutus, tener, sine folio, pinguis, flore subalbido, & (aliàs vel) in luteum vergente, radice digiti crassitudine, & cum ariditate flaccescit caulis, fistulosa (cum radix arridente flaccescit scapus dehiscens in rimas dissilit, Ruellius:) Hanc inter quædam legumina nasci constat, & ea strangulare, vnde orobanchæ sibi cognomentum vsurpauit. Estur, vt olus cruda, & in patinis asparagi modo (dum tenera est, Plinius) decocta legumentis addita, coctionem accelerare creditur, Hæc Dioscorides, & Plinius similiter ferè. In quibusdam codicibus adduntur & istæ nomenclaturæ: Sunt qui cynomorion, qui leonem appellent, Cyprij thyrsinen, lingua communis lupum. Plinius etiam libro 22. cap. vltimo aut à similitudine canini genitalis cynomorion ab aliquibus nominari: non mala neque concinna similitudine, si plantam contempletur aliquis: quæ à radice surgens, nudo, glabro singularique caule, in summo folia aliquot confercta, & inter ea emergentes habet flores simul, & quasi in glomerem collecta omnia: qua forma caninum genitale in summo est, crassius & quasi galeritum. Vidimus nos eruianginam, nec quicquam inter segetes & legumina per æstatem frequentius inuenitur, Marcellus Vergilius. Miror autem quod cum orobanchen sibi notam profiteatur, nihil interim dicat in Theophrastum, cuius verba citat, qui non recte de orobanche scribit quod circumligando se herbas adnatas strangulet (Marcellus etiam ineptius effert, citris quibusdam circumligando se, scribens) in quod Plinius quoque Theophrastum, vt solet, imitatus, libro 18. cap. 17. his verbis scribit, Est herba quæ cicer enecat & erunum circumligando se, vocatur orobanchæ. Quamuis Matheolus se aliquid huiusmodi apud Plinium legisse neget: qui & ipse super hoc errore Theophrastum non immerito arguit. Nam Theophrastus libro 5. de Caulis, cap. 22 sic scribit: Ἡ ὀροβάγχη καλαμίῳ τὸν ὄρεβον τῷ σπέρματι ἐπιλέγεται καὶ κατολαμβάνει, καὶ τὸ λειμάδωρον τὸ βάκτρας διὰ τῆς ῥίζης ἀφανίζει. Hæc Græce apponere malui, ne quis non autorem, sed interpretem erroris incusaret. Quanquam ab errore vindicari possit Theophrastus si dicatur alia esse eius orobanche sicut & Galeni quàm Dioscoridis. Dioscoridis enim orobanche, Theophrasti hæmodorus videtur quod Plinius non animaduertit. Galeni verò & Theophrasti orobanche, conuoluulus niger Germanis vulgo dictus fuerit vel helxine cissampelos forte. Orobanche certe Dioscoridis vt sciunt oculati testes, nequaquam amplexi caulis est: sed sola præsentia sua non attactas etiam necat, vt Matthæolus sentit: ego radicis hoc maleficium esse putauerim, aut quia alimentum omne vicinis subtrahit, vt apparet ex eo quod succi pleniſſima est. Nascitur autem non inter legumina solum, sed etiam in aruis frumento & cannabi consitis. Flores etiam vt caulis ad rubicundum colorem vergunt, minus tamen, magisque albicant. Cynomorion apte vocatur, quod summitate quæ flores continet crassiore & infra eam caule tenuiore, genitale caninum refert, vt Matthæolus obseruauit: qui hæc etiam addit, à rusticis in Italia hanc herbam vocari lupam, eo quod plantas vicinas deuorare videatur: alibi caudam leonis: alibi toram, quoniam certò constet vt primum vaccæ hanc herbam gustauerint, tauros ab eis requiri. Alias herbas torę nomine in Lupo infra demonstrabo in mentione aconiti. Orobanchen frigidam & siccam esse in primo ordine Galenus & Aegineta scribunt. A recenti Græcia ostreoleon, quasi legumen leoninum, & aut leontéos botane (aliàs leontobotanon) quod est herba leonina dicitur. In Parisiensi agro tenia, à tenendo, vt arbitror (inquit Ruellius) quod tenaci noxa fabam, cicer, eruum & viciam obuoluat: cincinnisque vel citris tanquam brachiis strictim amplexetur, vt ea penitus obstrangulet: vel quod pestis hæc pertinacius hæreat, vt manantia capitis vlcera, quæ vulgus appellat tineas, in pueris. In aruis (vt scribit Sotion in Geoponicis 2. 40.) non prodibit, si in quatuor eorum angulis, & medio, rhododaphnæ ramuli pangantur: hoc eodem remedio putant legumen omne à noxa vindicari. Qui volunt hanc frugum pestem prorsus aboleri, quinque testas creta depingunt, Herculis effigiem leonem strangulantis referentes, & in quatuor agrorum angulis atque in medio collocant. Sunt qui delineatam eo modo testam in area tantum media, vt hanc amoliantur perniciem, iubeant obrui. Democritus affirmat orobanchen herbam confestim abigi, si mulier quæ in menstruis est, solutis crinibus & nudo corpore, gallum in manibus tenens, aream circumeat. Ita validiora coalescere legumina testantur, qui hac superstitione sunt imbuti: quippe cum herba gallinaceum verens gallum deliteſcat, Hæc Ruellius. Apparet autem non rectè cognitam ei orobanchen fuisse, cum leguminibus eam obuolui, suisque ea brachiis amplexari, Plinium & Theophrastum secutus, scribat: quod aut falsum est, aut alia Dioscoridis, alia Theophrasti orobanche fuerit, quod mihi verisimile sit, vt iam dictum est. Idem Ruellius libro 1. cap. 8. orobanchæ folia pinguia tribuit, cum Dioscorides eam sine foliis faciat: sed excusari potest quod omnino breuissima caulique hærentia & alternis digesta habeat, vt nulla videri possint nisi quis de proximo intueatur: quod autem in summo caule folia aliquot ei confercta sint, vt Marcellus testatur, nusquam vidi. Hoc insuper obseruaui gustu subdulcem esse, vt non sit mirum in cibis recipi solitam: floribus suauiter odoratis, cauli, oblongis, in cacumine spicatim hærentibus, sicut in cynoseorchi: eundem radici thyrso an floribus colorem esse è luteo candidum: radicem crassam, nodosam, plurimis capillatam fibris. Cyprios thyrsinen appellasse suspicor, quod tota ferè tyrsus sit, id est scapus planè rectus. Ab imperitis quibusdam falso hypocisthidis nomine appellatam olim audire memini. Qui picturam eius desiderat, in Germanico de plantis libro Hieronymi Tragi reperiet, inter satyria (vt vocat) nono loco: in quo mireris cur flores ei neget, cum eosdem imagine adiecta depictos exhibeat: Nascitur (inquit) in humidis & vmbrosis syluis mense Maio, caule pingui satyrio simili, colore ligni aut fungorum in syluis nascentium, radice multis intricata fibris, vt in Phu & elleboro nigro: Vitium omnino inter herbas, vt apparet: Hæc Tragus. Aconito nullum pecus, nullum animal pascitur: ceti fructum & folium nil nocere prædicent, vim mortiferam in radice tantum haberi. Ruellius ex Theophrasto, qui tamen non aconitum, sed scorpium hanc stirpem vocat. Est autem primum aconitum

Dioſco-

Dioscoridis. Boues, oues, iumenta omnemque quadrupedem necat, eodem die, si genitalibus radicula vel folium imponatur, Theophrastus de aconito simpliciter. Est autem alterum genus aconiti apud Dioscoridem, recentiores confundunt. Ego in montibus circa ipsa vaccarum stabula & tugnitia pastorum magnam ſæpe cæruleí præcipue aconiti copiam vidi, nam cum à bubus non attingatur, copiosissimum prouenit. Quēmadmodum & alia quædam herba mire frequens circa eadem viret, qua similiter boues abstinent, bonam vel *bane* Germanice vocant, cubitali aut altiore caule, erecto: foliis incanis lapathi quodammodo (si bene memini) figura, floribus luteis, odoratis, sed parum grato odore, calendulæ similibus, minoribus tamen & angustioribus in capituli circuitu foliis. Herbam lixiuio injiciunt, vt flauo colore id commendet: Hanc caltham alpinam vocare licebit, donec alius aliud nomen adferat. Est & alia qua boues abhorrent, amplexicaulis, annua, conuoluolo similis natura foliisque, quæ etiam proxime ad paganicum frumentum hederæ foliis supra descriptum accedunt, acutiora tantum nigrioraque sunt: cuius & semen refert figura triangula, sed minus eo ac nigrius est: Hinc quoq; lingua vernacula *schwartz vninden*, id est volucrum nigrum appellatur: ab aliis *spin*, eò quod coliculis suis tanquam filis tenuibus proxima quæque intricet, & irretita in solum deprimat. Radix palmi longitudinem non excedit, simplex, rotunda, Luxuria omnis in coliculos abit, quibus color spadiceus, genicula vt in polygono. Flores plurimi, albi, exigui, inodori, insipidi. Nascitur cum alibi, tum inter cannabin, eamque invadit. Hanc Hieronymus Tragus libro 2. cap. 33. orobanchen propter simile maleficium esse suspicatur, non affirmat tamen cum descriptio veterum longe dissideat. Postremo quædam *blakken* Germanis dicta, vt audio (personatam esse conijcio) foliis latis, cum rore madida à bubus depascitur, inflat eas adeò, vt aliquando rumpantur; nisi cursu agitari incalescant, & per alnum reijciant. In Burgundia frequentius hoc malum euenire aiunt, quod maior eius herbæ illic copia sit. Cum rore non mandet, obesse negant, & apperi alioqui ab ipsis. Villicus meus cum boues ægrotarent deuorato copiosius rapistro (vel lapsana, floribus luteis inquit, rapis simillima herba) & inflarentur (aiunt enim radici eius adhærere globulos ceu auellanæ, in quibus vermiculi lateant, pecori noxij: facile autem radix etiam cum herba ab eis euellitur) cannabis semina integra cum sale in patella bene calefecit & per os eis egessit ac sic euaserunt. Semper propterea cannabim domi seruabat. Gesnerus. Conuenit huic loco etiam machinæ descriptio, quamquam communis omnium maiorum quadrupedum, quæ clausa iumenta boues que curentur. Machina igitur (inquit Columella) fabricanda est, vt & propior tutusque accessus ad pecudem medentibus sit, nec in ipsa curatione quadrupedes reluctando remedia respuat. Est autem talis machinæ forma: Roboreis axibus (assibus) compingitur solum, quod habet in longitudinem pedes nouem, & in latitudinem pars prior dupondium semissem (pedes duos & semis, Vegetius) pars posterior quatuor pedes. Huic solo teretum pedum stipites recti ab vtroq; latere quaterni applicantur: ij autem quatuor angulis affixi sunt, omnesq; transuersis sex temonibus quasi vacerræ inter se ligantur, ita vt à posteriore parte, quæ latior est, velut in caueam quadrupes possit induci, nec exire alia parte prohibentibus aduersis axiculis: primis autem duobus statuminibus imponitur firmum iugum (transuersum tigillum ad modum iugi, ad quod equorum capita vel boum cornua religantur, Vegetius) ad quod iumenta capistrantur, vel boum cornua religantur: vbi possunt etiam nomelli fabricari, vt inserto capite descendentibus per foramina regulis ceruix teneatur: cæterum corpus laqueatum, & distentum temonibus obligatur, sicque immotum animal medentis arbitrio est expositum. Hæc hactenus.

Deinceps de morbis singillatim dicemus, generalibus primum & contagiosis, postea reliquis. Morbus qui appellatur malis (de quo etiam in Asino iam diximus) diuerso genere pasſionum emigrans, equini generis perplures contagione consumit, boues quoque idem interficit, sed à diuersis diuerso nomine vocatur. Si quando bouem tentauerit, istis agnoscitur signis: Erit bos pilo horridus & tristis, stupentibus oculis, ceruice delecta, salluis assidue per os fluentibus, incessus pigrior, spina rigidior, fastidium maximum, pauca ruminatio: cui si inter initia subuenite tentaueris, discrimen euadet: si per negligentiam adhibeatur tardior cura, vetustioris morbi non potest superari pernicies roborata. Inter exordia igitur adhibebis remedia quæ supra descripsimus tanquam aduersus omnes morbos, quæ parantur ex scilla, vel lupino & cupresso, vel allio, vel marrubio, vel amurca: vel theriacam diapente, &c. Si porcinum stercus, præsertim suis ægræ, bos deuorauerit, statim pestilentiam contagionis solius mallei (malidis) sustinet morbi. Qui cum semel ingregem vel armentorum vel domitorum incesserit iumentorum, statim omnia animalia quæ leuem suspitionem habuerint, de possessione tollenda sunt, & distribuenda illis locis, vbi nullum pecus pascitur, vt nec sibi inuicem nec aliis noceant. Confestim (inquit Columella) mutandus est cœli status & in plures distributo pecore longinquæ regiones petendæ sunt, atq; ita segregandi à sanis morbidi, ne quis interueniat qui contagione cæteros labefaciat. Nam pascendo herbas inficiunt; bibendo fontes, stabulo præsepia: & quamuis sani boues odore morbidorum afflante depereunt. Vtq; eò etiam mortua cadauera vltra fines villæ projcienda sunt & altissime obruenda sub terris, ne forte ipsorum corporum (halitu) interna sanorum contingantur & pereant.

Vno quidem vocabulo pestilentia appellatur, sed habet plurimas species quas enumerare non licet: facilius ipsa principia à diligentibus intelligi possint. Est itaque humidus humor (humida malis) quoties per os & nares humor effluit bobus, & fastidium ægritudoque consequitur. Est siccus, quoties nullus humor apparet, sed animal quotidie macescit & fit deterius, nec iuxta consuetudinem appetit cibos. Est articularis, quoties interdum de prioribus, interdum de posterioribus pedibus claudicant boues, cum habeant vngulas sanas. Est & subrenalis, quoties à posterioribus debilitas apparet, & lumbi dolere creduntur. Est farciminosus, quoties per totum corpus bobus tubercula exeunt, aperiunt se, & quasi sanantur, & iterum in aliis locis exeunt. Est & subtercutaneus, quoties humor pessimus in diuersis partibus corporis bobus erumpit & decurrit. Est elephantiasis quoties velut scabies minutæ cicatrices exeunt extra corium, & ad similitudinem lenticulæ. Est mania, quæ infectis bobus eripit sensum, vt nec audiant more solito, nec videant: ex qua passione celerrime moriuntur, quamuis hilares pinguesque videantur. Hi omnes morbi contagione sunt pleni, & si vnum animal apprehenderint, celeriter ad omnia transeunt, & sic interdum aut integris armentis, aut omnibus domitis afferunt interitus. Sed de malide morbo, eiusque nominibus, differentiis & remediis plura dicemus in Equis, nunc ex Vegetio & Columella boum contra hanc pestem remedia subiungamus. Euincendi sunt igitur quamuis pestiferi morbi, & exquisitis remediis propulsandi. Panacis & eryngij radices fœniculi seminibus miscendæ & cum defruti ac molliti tritici farina, candentique aqua conspergendæ, eoq; medicamine saliuandum ægrotum

pecus, Columella. Panacem à sepisiariis compara. Eryngion autem herba dicitur, quæ in littore nascitur prope vndam maris, florem habet quasi aureum vel galbineum, folia eius sunt quasi folia cardui syluestris, inter arenas littorum larg ssimè spargitur: has effodies, & in vmbra siccatas seruabis, aduersus morbum tam equorum quàm boum plurimum prosunt. Potio ex eis componitur ista: Radicum panacis & eryngij & seminis fœniculi, singulorum vncias ternas pariter deteras diligenter, addasque farinæ triticeæ sextarium, ita vt prius frumentum frangas & molas: quæ omnia de calida feruente consperges, & cum melle vel sapa nouenas offas singulis diebus digeres, Vegetius. Tum paribus casiæ myrrhæque & thuris ponderibus, ac tantundem sanguinis marinæ testudinis miscetur potio, cum vini veteris sextariis tribus, & ita parua res infunditur. Sed ipsum medicamentum ponderet sex vnciarum diuisum, portione æqua per triduum cum vino dedisse sat erit, Columella. Sanguinem marinæ testudinis colliges, & cum vino per os dabis: quam quia inuenire difficile est, vulgarium testudinum prodesse æstimant: Quod vtrum bene opinentur, vsus viderit. Nam auctores de terrestri (marina legendum puto) testudine tractauerunt. Puluerem etiam casiæ hstolæ, nec non etiam thuris pro æqua parte admisceb's, ex eo vnam semunciam cum sextario vini veteris in die per nares boues infundes: Quod medicamentum per triduum facies. Morbi quoque quos superius nominauimus amari sunt, & non nisi amaris potionibus superantur. Nam contraria contrariis potionibus curantur ratione medicinæ, ideoque puluerem herbæ absinthij & crudorum lupinorum, herbæ quoque centaureæ vel peucedani æquis ponderibus diligenter miscebo, & in sextario vini veteris trina cochlearia singulis diebus, additis vnciis tribus olei, per os dato, Veget. Nostri etiam pastores & opiliones absinthij flores aridos contritos salique permistos, ouibus ac bubus præbent, quotidiana experientia edocti, omne genus interiores morbos absinthio curari, dolores sedari, & excrementa purgari, Hieron. Tragus. Sticados citrinum valet multum contra pestem boum & equorum & omnium animalium, quando tritum cum potu datur animalibus, vt quidam multum expertus mihi retulit, Albertus in remedijs canum. Præsens aduersus pestem remedium cognouimus radiculæ, quam pastores consiliginem vocant (alij pulmonariam, alij tantundem radiculam, Vegetius.) Ea in Maris montibus plurimum nascitur, omnique pecori maximè est salutaris. Læua manu effoditur ante solis ortum: sic enim lecta maiorem vim creditur habere. Vsus eius traditur talis: Aenea subula (acu vel acuto cuprino) pars auriculæ latissima circumscribitur (quasi in circulo signatur) ita vt manante sanguine tanquam o literæ ductus appareat orbiculus. Hoc & intrinsecus & ex superiore parte auriculæ cum factum est, media pars descripti orbiculi eadem subula transuitur, & facto foramini prædicta radicula inseritur: quam cum recens plaga comprehendit, ita continet, vt elabi non possit. In eam deinde auricula omnis vis morbi, pestilensque virus elicitur, donec pars quæ subula circumscripta est, demortua excidat, & minimæ partis iactura caput conseruatur. Est autem consiligo herba illa quam Germani *lentkraut*, id est pedicularium vocant (nam hac quoque vt veratro albo contra pediculos pecorum vtuntur) aliqui *schlangenwurtzel*: Galli pedem leonis, vel pomeleam, id est pulmonariam, Sabaudi Marsicam herbam: Græci recentiores veterinarij diapyron, id est feruidam & igneæ facultatis herbam. Est enim temperamento calidissimo, per omnia ferè ijsdem quibus veratrum nigrum viribus prædita. Plinius à Marsis repertam scribit, & inde Sabaudicum nomen factum videtur. Cum siligne mihi planè commune habet, vt suspicer Latinos cum Græcam vocem diapyron imitari vellent, ἀπὸ τοῦ πυροῦ, id est tritico, cuius species siligo est, vocem compositam credidisse: eum abigne potius descenderit, vt iam ostendi. Inest autem feruor ille radici & semini præcipuè. Non aliud videtur enneaphyllon Plinij: conueniunt enim numerus foliorum & vis caustica. Liquore eius qui per ignem elicitur in vitreis vasis, in nonnullis Sabaudiæ locis aduersus pestem hominibus quoque propinant, vt sudores moueat. Cætera quæ de hac herba cognoui, quia nihil ad animalium historiam pertinent, in aliud tempus differo. Consiligo si desit, ellebori nigri radicibus eodem successu, non bubus solum, sed equis etiam & suibus medicandis vtemur. In equis tamen cuti pectoris foratæ radicem inserunt, non auriculæ vt in bubus & suibus. Cornelius Celsus etiam vlici folia cum vino trita per nares infundere iubet, Columella. Bubus in peste dantur vitrioli drachmę 2. vel ad summum 4. cũ modico pumice & mensura vini vel aquæ: quod remediũ à Thadęo alicubi in practica sua scriptum Gratarolus etiã expertus est Tellij in valle Tellina: & si apostema appatuisset, secari iussit, imponiq; ellebori nigrum. Ex vitriolo quidẽ aluus eius soluitur, &c. Suffimenta quoq; plurimũ iuuant sulphur, bitumen, allium, origanum, semen coriandri, carbonibus insperge, & cooperta boum (capita) supra vas, in quo suffimenta incenderis, diutissimè continebis, vt fumus eorum capiat, aeuares impleat, atq; ita ad cerebrum & interna salutari remedio penetret. Sed & totum suffire percommodum est, vt ab eodem morbo pernicies expellatur, & cætera pestilentiæ contagio non coinquinet. Vergilius in Georgicis bouum pestem his carminibus describit,

Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
Concidit: & mistum spumis vomit ore cruorem:
Extremosq; ciet gemitus: it tristis arator
Mœrentem abiungens fraterna morte iuuencum:
Atq; opere in medio defixa relinquit aratra.
Non vmbra altorum nemorum, non mollia possunt
Prata mouere animum: non qui per saxa volutus
Purior electro campum petit amnis: at ima
Soluuntur latera, atq; ocnlos stupor vrget inertes:
Ad terramq; fluit deuexo pondere cernix.

In Rhætia Heluetica prope thermas Fabarias pagus est *Vatis* appellatus, vbi cum pestilentia pecori ingruit, schedas quasdam magicis characteribus descriptas & funiculo alligatas supra viam extendunt & pecudes vt subtus transeant impellunt: Sic pestem illico finiri aiunt. Schedas illas à mago quodam ante annos centum dono se accepisse testantur, vt reconciliarentur, cum ille à vicino monte deducto dracone herba & fruges quas duxerat prostrauisset. Pestilentem in quadrupedibus luem rustici vatiis nominibus vocant, *das sterben*, *das geah*, *der schelm*. Est quãdo conquerantur pecora noxio vento afflata esse, *das vihe seye in ein g solter oder hasen vnnd kommen*, quod ex insolito tremore apparet: Huic malo medẽtur astrãtiæ siue imperatoriæ herbę radice, quæ luna crescente effossa sit. Valesij cùm pestis est inter boues, vaccas duas vel capras, iã peste correptas, sub limen vinas defodiunt: deinde purgatis & ablutis omnibus (præsepibus & aliis) faciunt fumũ ex ossibus & calceis veteribus ita pestẽ cessare aiũt. Generalia igitur remedia aduersus morbos generales contagiosos q; retulimus, nunc aduersus valetudines, quæ singulis animalib. accidunt, nec in alia transeunt, remedia subiungemus. Veget. Hactenus ex Vegetio & Columella de malide & pestilẽcib. morbis diximus: quib. adhuc addendũ videtur maiũ quod Aristoteles

κραῦρα,

καχῦξιν, vocauit, quam Theodorus Gaza, nescio qua ratione strumam transtulit: Euenit struma (inquit) vt calidius frequentiusque spiretur: quod denique in homine febris, idem in boue struma est: indicium morbi, vt demisse aures faciant, & vt comedere nequeant: breui moriuntur, adapertisque pulmo inspicitur putris, Hæc Gaza ex Aristotele, libro 3. cap. 23. Grammatici καχῦξιν exponũt siccum, aridum, & friabile: & καχυρὸν morbum aluearium, cum vermes & aranei innascuntur. In suibus etiam Aristoteles paulò ante de eodem morbo καχυγξῶν dixerat (si recte habent codices excusi) capitis dolorem & grauitatem definiens, qui plures simul inuadat, & tribus vel quatuor diebus perimat, interdum tamen vino per nares infuso curetur. Ventris etiam profluuium incurabile eodem nomine vocari scribit. Branchum etiam (Gaza raucedinem reddit) in suibus morbum esse Aristoteles ibidem prodit, in quo maxillæ præcipuè & partes circa branchias inflammentur: eumque in aliis quoque corporis partibus fieri, vt pede vel aure interdum: putrescere protinus membrum & vlcus serpere, donec ad pulmonem deueniat, quo tacto, mortem sequi: crescere hoc vitium celeriter, nec posse suem quicquam edere cum ita ægrotat: curari à porcarijs cum malum adhuc modicum senserint, haud alio modo quàm tota parte abscissa qua cœperit. Albertus Magnus Græca voce corrupta crocharon inepte nominauit, ineptior etiam cum vocem Arabicam esse ait: rectè verò, vt iudicio, mali originem facit à defluxu capitis: addit experimento constare, heptaphyllon (vel vt vulgus vocat, tormentillam) tum bubus tum equis saluberrimè contra hanc luem in potu pastúue dari. Hæc omnia hoc loco referre placuit: quoniam καχῦξ- Aristoteli dictus morbus, tum in bubus tum in suibus, non alius mihi videtur quàm malis humida à Vegetio & recentioribus Græcis appellatus: quibus cum etiam branchus propter periculum, eiusque celeritatem & pulmonis noxam conuenit, differt autem quod in quibusuis etiam extremis partibus incipiat, ijsque sectis curetur. Non alius etiam quàm malis humida videtur morbus ille boum, quem Itali vulgo, vt Petrus Crescentiensis scribit guttam robeam vocant. Is inuadit ex pabulo potúue nimio, præcipue post humidas depastas herbas, & propter otium & ætis humiditatem. Vultus & oculi inflantur: & nisi curetur, bos moritur. Curatur autẽ detracto sanguine sub lingua, hoc modo: Duæ glandulæ sub lingua cultri acuti mucrone plurib. in locis secantur & sanguis copiosè demitur. Fit etiam suffitus cum thure ad nares bouis. Nullo autem tempore, & minimè æstate, vtile est boues in cursum concitari. nam ea res aut cit aluum, aut mouet febrem. Sunt autem febricitantis bouis signa, calor totius corporis, maximè circa os, linguam, & aures, manantes lachrymæ, caput grauatum, & nutans, oculi lippi, compressi (semiclausi) & introrsum ceu in foueam reconditi: fluidum saliuis os: calidus, longior, & cum quodam impedimento tractus spiritus, interdum & cum gemitu: venarum inquietudo, cibi fastidium. Causæ sunt, immoderatus labor aut caloc. Fetè enim ægrotant boues cum laborauerint propter æstus, aut propter frigora, aut propter nimium laborem, aut otium diuturnum, aut si cum exercueris statim sine interuallo cibum potumue dederis. Conuenit autem febricanti abstineri cibo vno die: Postero deinde exiguum sanguinem ieiuno sub cauda emitti, atque imposita hora modicæ magnitudinis coctos brassicæ caulículos triginta ex oleo & garo (liquamine) salsati more demitti (digeri) eamque escam per quinque dies ieiuno dari. Præterea cacumina lentisci aut oleæ, vel tenerrimam quanque frondem, aut pampinos vitis obijci, tum etiam spongia labra detergeri, & aquam frigidam ter die præberi potandam: Quæ medicina sub tecto fieri debet, nec ante sanitatem bos emitti, Columella. Ex vmbrosis locis accipiens gramen & lauans, febricanti boui vorandum porrigito: aut vitis similiter folia. Aqua autem illi frigidissima danda est, eaque in loco maximè vmbratili, sed expositò sub dio. Quinetiam spongia perfusa aqua, tum aures tum nares ipsæ perfrigerandæ sunt. Alij faciem bouis, easque partes quæ sub oculis collocantur, stigmate inurunt: quas postea spongia lotio calido & veteri madidata, bis fouent singulis diebus, donec decidant ipsæ escharæ, vlceribusque cicatrix inducta fuerit. Aures etiam exsperantur, donec sanguis videatur effluere. Sunt qui læuigantes farinam vino, eam comedendam apponant. Alij vbi lauerunt muria, bouem amiculis tegunt & calefaciunt. Alij cerussam ex vino porrigunt. Didymus. Conducit eis victus ratio frigida: quamobrem à labore cessent, & in loco frigido contineantur salicum frondibus & pampinis obtecti. In cibo etiam salicum frondes conueniunt, & quæ refrigerent herbæ, & hordeum infrigidatum. Si pleniores videbuntur, detrahatur sanguis. Aquam bibant de malis acidis & prunis, ipsaq; mala & pruna comedant. Petr. Crescentiensis. Bos febricitans perfunditur aqua, & perungitur oleo & vino tepefacto. Sitienti datur frigida. Si hæc non proficitur, demitur sanguis maximè à capite, Varro vt Petrus Crescent. citat: Ego hæc nusquam apud Varronem reperi: neq; in his qui publicati sunt libris Varronis villa pecoris remedia leguntur, neq; in Geoponicis Græcis ex eo quicquam inter remedia profertur.

Bubus perfrigeratis vinum nigrum infundendum est, Florentinus. Bos ossa non deuorabit, si lupi caudam ad præsepe suspenderis, Paxamus. Suis simum si forte deuoretur à bubus, lædit mirum in modum. Præcipuè autem quod egerit sus ægra pestilentiam facere valet, vt suprà diximus: procul igitur à præsepibus sues arceantur: nec minus gallinæ. Nam bos cum gallinæ simum inter pabula sumpserit, statim nimio ventris dolore torquetur, inflatusque moritur: Cui hac ratione succurri conuenit. Apij seminis vncias tres, cumini sextarium semis, & duas libras mellis commisce, & tepidum per os infunde, ac tam diu ambulare compelle, & confricandum cura manibus plurimorum, donec ventrem potio moueat. Gisni (vox corrupta videtur) quoque cum vino deterere, & per os dare creditur salutare remedium. Lixiuium quoque ex arbore vlmi vel cuiuscunque generis ligni cinerem, dummodo bene coctum, cum oleo miscere, & liquidum ac tepidum diffundere per fauces aduersus stercus (gallinæ) plurimum prodest, Vegetius. Pro Gisni forte legendum folia fici, nam Absyrtus equis hoc veneno periclitantibus folia caprifici triduo ex aqua tepida bibenda præbet. Alia etiam contra hoc malum remedia equis adhiberi solita apud Veternatios leges. Miretur autem aliquis cum adeò nuxium sit stercus suillum, iumento tamen cui natura exciderit loco remedij in potu dari à Vegetio libro 3. cap. 9. Bupresti in fectum si bubulum pecus deuorauerit, tantopere inflammationibus torquetur, vt & rumpatur, & non ita multò post efflet halitum extremum, Aelianus. Bupestis dicta est quoniam βοῦς πίμπρησιν id est boues inflat, Nicander. In Græcis Geoponicis libro 17. cap. 17. Paxami verba inscripta περὶ βουπρήστεως duo Latini interpretes de bupresti vertunt, ego potius de ventris boum inflatione vertendum iudicio: vt nihil referat an βου particula hic intensiua sit, an ad boues proprie pertineat. Quanquam enim ex buprestis insecto vorato turgeat & infletur venter, idem tamen affectus alias quoque ob causas interdum inuadit: Mulomedici in equis κενώσεως vocant, id est τῆς ἐντὸς τοῦ σώματος λαγόνος περίτασιν ἐμφύσησιν: fit autem talis inflatio aliàs in ventriculo, aliàs in intestinis. Accedit quod in Geponicis caput iam citatum περὶ βουπρήστεως

inscribitur

inscribitur per v non per u in penultima: Et Columella tria in Geoponicis capita, de eruditate, bupresti, & torminibus inscripta, sub vno de eruditate comprehendit, nulla bupresti mentione facta, sonitum autem ventris & inflationem tanquam signa & symptomata eruditatis non omittit. Sed idem fortassis remedium vtrique malo conueniet, quod Paxamus ita præscribit: Aduersus hanc noxam quidam oleum in nares infundunt bubus: alij caprifici grossos aqua diluunt & naribus infundunt. Dioscorides certe post vomitiones & clysteres, caricas in cibo prodesse docet, & earum vino potum earum decoctum aduersus bupresti in sectum: Cæterum oleum bubus per nares infundi donec ructent ad inflationem sedandam, in Pliuio legitur: Nec tamen negauerim oleum contra omnia venena bibi cum aliàs, tum ad vomitum prouocandum. Bupresti m herbam magna inconstantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere. Idemque remedium tanquam contra venenum prodiderunt: Et ipsum nomen indicio est, boum certe venenum esse, quos dissilire degustata fatentur: Quapropter nec de hac pluta dicemus. Hæc Plinius. Videtur autem animal bupresti s, quod bubus venenosum est, cum herba eiusdem nominis confundere, ideoque Græcorum inconstantiam reprehendere. Legitur sanè apud Hippocratem bupresti s nomen oleris syluestris: & grammatici quidam sinapi simile faciunt. Earum in Italia (inquit Plinius) animal bupresti s est, longipedi scarabeo simillimum. Fallit inter herbas bouem maxime, vnde & nomen inuenit: denotatumque tacto felle ita inflammat, vt rumpat. Nouerunt nunc etiam (vt in commentarijs in Dioscoridis librum 2. scribit Marcellus Vergilius) Italiæ rura hoc malum: vidimusque nos peremptum aliquando eo veneno bouem. Non satis tamen ostendunt rustici eius animalis formam, diuersisque appellationibus diuersis locis & diuersa forma describitur & appellatur, Hæc ille. Et rursus in librum 6. Bupresti s (inquit) nunc frequentior Italiæ est, quàm agrestis fortuna & res patiatur, interempto quotidie boue inuenitri agricolæ lamentantur. Sed de bupresti suo loco pluta. Est etiam parua rana in arundinetis & herbis maxime viuens, muta ac sine voce, viridis, si forte hauriatur, ventres boum distendens, Plinius. Magnam etiam perniciem sæpe affert hirudo hausta cum aqua: ea adhærens faucibus sanguinem ducit (trahit) & incremento suo transitum cibis præcludit: si tam difficili loco est (interius) vt manu detrahi non possit, fistulam, vel arundinem inserito, & ita calidum oleum infundito: nam eo contactu animal confestim decidit. Potest etiam per fistulam densti cimicis nidor immitti, qui vbi superponitur igni, fumum emittit, & conceptum nidorem fistula vsque ad hirudinem perfert, isque nidor depellit hærentem. Si tamen vel stomachum, vel intestinum tenet, calido aceto per cornu infuso necatur. Has medicinas quamuis bubus adhiberi præceperimus, posse tamen ex his plurima etiam omni maiori pecori conuenire, nihil dubium est, Columella. Aduersus hirudinem ab equis haustam plura vide apud Hippiatros. & infra in Hirudine inter aquatica animalia. Incauti quoque vorant interdum aranеos, & renomunt. Est etiam morifer ijs serpentis ictus, est & magnorum animalium noxium virus: nam & vipera, & cæcilia sæpe cum in pascua bos improuide supercubuit, lacessita onere morsum imprimit: Musque araneus, quem Græci μυγάλην appellant, quamuis exiguus dentibus (parui quidem corporis Veget.) non exiguam pestem molitur. Venena viperæ depellit super scarificationem ferro factam herba, quam vocant personatam, trita & cum sale imposita: plus etiam eiusdem radix contusa prodest: Vel Symonianum trifolium (caret eo Germania) quod inuenitur confragosis locis, efficacissimum, traditur, odoris grauis, neque absimilis bitumini, & ideirco Græci eam ἀσφάλτιον appellant, nostri autem propter figuram vocant acetum trifolium: nam longis, & hirsutis foliis viret, caulemque robustiorem facit, quàm præcedens. Huius herbæ succus vino mistus infunditur faucibus, atqi ipsa foliis, cum sale trita malagmatis more, scarificationi intenditur (ipsa folia cum sale trita imponuntur, Veget.) vel si hanc herbam viridem tempus anni negat, semina eius collecta, & leuigata cum vino dantur potanda, radicesque cum suo caule tritæ, & farina (cum succo caulis & farina hordeacea, Veget.) & sale commistæ ex aqua molsa scarificationi superponuntur. Est etiam præsens remedium, si conteras fraxini tenera cacumina quinque librarum cum totidem vini, & duobus sextarijs olei, expressumque succum faucibus infundas: itemque cacumina eiusdem arboris cum sale trita læsæ parti superponas. Cæciliæ morsus tumorem, suppurationemque mollitur. Idem facit etiam muris aranei. Sed illius sanatur noxa subula ænea: si locum læsum compungas, cretaque cimolia ex aceto linas. Mus perniciem, quam intulit, suo corpore luit: nam animal ipsum oleo mersum necatur, & cum imputruit, conteritur, eoque medicamine morsus muris aranei linitur (confricator.) Vel si id non adest, humorque ostendit iniuriam dentium, cuminum conteritur, eique adijcitur exiguum picis liquidæ, & axungiæ, vt lentorem malagmatis habeat. Id impositum perniciem submouet. Vel si antequam tumor discutiatur, in suppurationem conuertitur, optimum est ignea lamina (vel cauterio collectionem aperire. Veget. Sed summa cutis cultello prius recidenda est. Pelagonius) resecare & quicquid vitioli est inurere, atque ita liquida pice cum oleo linire: solet etiam ipsum animal viuum creta figulari (gypso Pelagonius) circundari: quæ cum siccata est, collo boum suspenditur: ea res innoxium pecus à morsu muris aranei præbet, Columel. Mures aranei vt à rusticis nostris audio, apud nos quidem minus venenosi sunt morsu: sed aliud malum inferunt, vngulas boum in stabulis crodentes. Quod ad morsum, magis conqueruntur de mustelis: à quibus vulneratas partes pelle mustelina cum in vsum reseruata demulcent. Viperæ & colubri iniurias Vergilius in Georgicis exprimit, hisce versibus:

Sæpe sub immotis præsepibus, aut mala tecta
Exiit, & tecto assuetus coluber succedere, & umbræ,
Foetus humum: cape saxa manu, cape robora pastor,
Diræ: tum sibilis tumidum caput abdidit alte,
Soluuntur, tardique trahit sinus vltimus orbes.
Vipera delituit: cœlumq; exterrita fugit:
Pestis acerba boum, pecorique aspergere virus,
Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem
Cum medij nexus, extremæq; agmina caudæ

Si bouem aut aliam quamuis quadrupedem serpens momordetit, melanthij acetabulum, & quod medici vocant smyrinum, conterito in vini veteris hemina. Id per nares indito, & ad ipsum morsum sterens fullum apponito: Et idem hoc (si vlus euenerit) homini facito, Cato. Non desunt hodie qui allium cum butyro coctum in qua pecori à serpentibus morso exhibeant. Infestantur boues tum redibus, & pediculis, Arist. Ricinus nunquam in iumentis gignitur, in bubus frequens, Plin. Est & infesta pestis bubalo pecori, coriaginem rustici appellant, cum pellis ita tergori (dorso) adhæret, vt apprehensa manibus deduci à costis non possit. Ea res non aliter accidit: quàm si bos aut ex languore aliquo ad maciem perductus est, aut fudans in opere faciendo refrixit, aut si sub onere pluuia madefactus est. Quæ quoniam perniciosa sunt custodiendum est, vt cum ab opere boues redierint, adhuc æstuantes anhelantesq; vino aspergan-

aspergatur, & offæ adipis (ossula panis vino infusa, Veget) faucibus eorum inferam ur. Quod si prædictum vitium inhæserit, proderit decoquere laurum, & ea calda (& cum calida, Veget.) fouere terga, multoque oleo & vino confestim subigere, ac per omnes partes apprehendere, & attrahere pellem (& velut à costis separare, Vegetius) idque optime sit sub dio sole feruente, (aut in loco calidissimo, Veger.) Quidam fraces vino, & adipe (axungia, Veget.) commiscent, eoque medicamento (tepido, Vegetius) post fomenta prædicta vruntur. Scabies extenuatur trito allio defricto: eodemque remedio curatur rabiosæ canis, vel lupi morsus, qui tamen & ipse impositio vulneri veteri salsamento, æque bene sanatur, & ad scabiem præsentior alia medicina est. cunila bubula & sulfur conterantur, admistaque amurca cum oleo, aqua (aliàs atque aceto incoquuntur. Deinde tepefactis scissum alumen tritum spargitur. Id medicamentum cadente sole illitu maxime prodest, Columella. Glans largior valetudinem infestat, & vernam ferè scabiem efficit, vt supra diximus: nostri lumbricos etiam inde generari autumant. Scabies atque exanthemata boum, vrina veteri atq; butyro illita curantur. Alij ex resina & humida pice vino simul vultis vngunt, ac sic medentur, Florentinus. Sal pecorum scabiem & boum illitus tollit: daturque lingendus, & oculis iumentorum inspuitur. Plinius. Corchoro Alexandrini cibi herba boum scabiem celerrime sanari inuenio, Idem. Vulnera boum curabis maluam arborescentem contundens admouensque. Democritus. Frutex quidam periclymeno non dissimilis tum foliis tum floribus, in sæpibus locisque asperis & saxosis nascitur, ramulis albicantibus. Floribus acini rotundi omnes gemini subnascuntur, colore rubro: hunc germellam appellemus licet: folia eius contusa boum vlceribus, vt audio, tustici imponunt. Vlceribus gallæ tritæ remedio sunt, nec minus succus marrubij cum fuligine, Columella. Si in vlcere sit pus collectum, vlcus ipsum est abstergendum, vrinaque calida prouecti bouis lauandum, lanaque mol: fouendum, ac denique ex tenui sale & pice humida imponendum emplastrum. Didymus. Suppuratio melius ferro rescinditur, quàm medicamentis. Expressus deinde sinus ipse, qui eam continebat, calida bubula vrina eluitur, atque linamentis pice liquida, & oleo imbutis colligatur. Vel si collui (colligati, Vegetius) ea pars non potest, lamina candenti sevum caprinum aut bubulum instillatur. Quidam, cum vitiosam partem inusserunt, vrina vetere (humana, Veget.) eluunt, atq; ita æquis ponderibus incocta pice liquida cum vetere axungia linunt, Columella. Malis farciminosa, quoties per totum corpus bobus tubercula exeunt, aperiunt se, & quasi sanantur, & iterum in aliis locis exeunt, dicta superius, vt etiam Elephantiasis. Solent etiam neglecta vlcera scatere vermibus, qui si mane perfunduntur aqua frigida, rigore contracti decidunt: vel si hac ratione non possunt eximi, marrubium, aut porrum conteritur, & admisto sale imponitur: id celerrime necat prædicta animalia: (vel calcis viuæ puluis inspergitur, aut cucurbitæ viridis succus cum aceto mittitur, Vegetius.) Sed expurgatis vlceribus, confestim adhibenda sunt linamenta cum pice & oleo veteroque axungia: & extra vulnera eodem medicamento circumlinienda, ne infestentur à muscis, quæ vbi vlceribus insederunt, vermes creant, Columella. In Geoponicis Græcis rectè legitur ἐυλαὶ pro vermibus vlcerum, vt Cornarius etiam reddidit: Andreas à Lacuna inepte legit, & transfert ἐλαὶ, id est cicatrices. Pulnis veratri intritus suppurationibus cum oleo vel butyro, aut per se etiam necat vermes. Sunt qui hyoscyamum imponant vt excidant vermes. Commendatur & chelidonium eodem vsu, & persicaria: Aliqui absinthij, marrubij, & phu decocto verminantia loca abluunt. Sunt qui folia Persici contusa cum suo succo vulneribus indant: Alij castrangulam herbam vrticæ similem (Germani *braunwurtz* vocant) fœtidam: nodosis radicibus, pecori verminanti appendunt. Aliud item genus mali nostri vulgò vermem vocant, *der wurm oder vnguampt*: est autem genus vlceris maligni, & contumaciſſimi, quod artus præcipue extremos infestat, sed & alias partes, & ossa quoque vitiat: cuius plurimas differentias faciunt. Id in Equo etiam memorabitur: hic satis sit monuisse in bubus contra hoc vitium herbas contusas imponi, chelidoniam: vel clymenum, cui vulgo nomen *grune nachtschatt*: vel gentianæ illam speciem quam paulo ante cruciatam à radicis incisæ figura nominaui. Alij aliter medentur: quidam incantationes adhibent, vt ad paronychias etiam hominum, quas vulgus eodem vocabulo appellat. Ferè omnis dolor corporis, si sine vulnere est, recens melius fomentis discutitur: vetus vritur, & supra vstum, butyrum, vel caprinus instillatur adeps, Columella. Si pecori sanguis per anum, aut veterum aut nares profluat, farinam triticeam cum ouo & butyro & lotio ex equili hausto permisce, & massam inde confectam in cinere calido coques ac pecori dabis. Sunt qui herbam, quam germani columbæ ingluuiem vocant in aqua decoquunt, ac infundunt. De sanguine sistendo, qui cum vrina aut lacte profluit, inferius dicam. Si qui boum artus luxati fuerint, in aqua natare compelluntur, vt commotione illa restituantur. Sæpe etiam vel grauitate longioris (vel ab asperitate itineris, Veget.) vel cum in proscindendo, aut duriori solo, aut obuiæ radici obluctatur conuellit armos. Quod cum accidit, è prioribus cruribus sanguis mittendus est: si dextrum armum læsit, in sinistro: si lævum, in dextro: si vehementius vtrunque vitiauit, item (etiam, Veg.) in posterioribus cruribus venæ soluentur. Præfractis (Perfractis, Veger.) cornibus linteola sale, atq; aceto, & oleo imbuta superponuntur, ligatisque per triduum eadem infunduntur. Quarto demum axungia pari pondere cum pice liquida (arida, Veget.) & cortice pineo, leuigatoque imponitur. Et ad vltimum cum iam cicatricem ducunt, fuligo infricatur, Columella. Si in opere collum contusum erit, præsentissimum est remedium sanguis de aure emissus: aut si id factum non erit, herba, quæ vocatur auia, cum sale trita, & imposita. Si cervix mota & delecta est, considerabimus quam in partem decliner, & ex diuersa auricula sanguinem detrahemus. Ea porrò vena, quæ in aure videtur esse amplissima, sarmento prius verberatur: deinde cum ad ictum intumuit, culrello soluitur, & postero die iterum ex eodem loco sanguis emittitur, ac biduo ab opere datur vacatio. Tertio deinde die leuis infungitur labor, & paulatim ad iusta perducitur. Quod si cervix in neutram partem delecta est, mediaque intumuit, ex vtraque auricula sanguis emittitur, qui cum intra biduum (triduum, Veget.) quàm bos victum capit, emissus non est, intumescit collum, nerui que tenduntur, & inde nata duricies iugum non patitur. Tali vitio comperimus aureum esse medicamentum ex pice liquida, & bubula medulla & hircino seuo, & vetere oleo (Vegetius axungiam quoque veterem addit) æquis ponderibus compositum, atq; incoctum. Hac compositione sic vtendũ est, cum disiungitur ab opere, in ea piscina, ex qua bibit, tumor cervicis aqua madefactus subsiccatur (lauatur, Veget.) prædictoq; medicamento defricatur, & illinitur. Si ex toto propter cervicis tumorẽ iugum recusat, paucis diebus requies ab opere danda est. Tum cervix aqua frigida defricanda, & spuma argenti illinienda est. Celsus quidem tumenti cervici herbam, quæ vocatur auia (ama, Veget. aliàs amati & amaticum, Veget) vt supra dixi, contundi, & imponi iubet. Dioscorides filices fœminæ radices iumentorum cervicibus mederi scribit, & easdem in farinam tritas, humentibus & pernicatibus vlceribus inspergi.

Clauorum

Clauorum, qui vere ceruicem infestant, minor molestia est: nam facile operanti lucerna instillatur. (nam facile sonantur per ardentem lucernam oleo instillato, Veget.) Potior tamen ratio est custodiendi ne nascantur: Néue colla calueſcant, quæ non aliter glabra fiunt, nisi cum sudore, aut planta ceruix in opere macefacta est: itaque cum id acciderit, veteri lateri later conteritur, coque intrito prius quàm disiungantur (puluere lateritio trito priusquam dolinganeis, Veget. id est à iugo soluuntur) colla conspergi oportet: deinde cum id siccum erit, subinde oleo imbui. Columella. Læditur collum nimio iugi pondere, & maximè si pluuia accesserit. Interdum etiam collectis humoribus exulceratur locus affectus, pharmacis quæ consolident cutimq; generent curandus, qualia in equis etiam vsitata sunt: quamuis & peculiaria quædam habent qui bubus medentur, qualia ferè sunt ex quibus vngentum Agrippæ dictum componitur, Petros Crescentienſis.

Cum bos aures demittens non comedit, cephalalgia torquetur. Quare thymo vino commacerato, allijsq; & sale, ipsa lingua fricanda est. Hordeum etiam crudum ex vino sumptum opitulatur. Quinetiam follorum lauri quantum manu apprehendi possit, in os inferens, aut tantundem corticis mali Punici, tritè conteraris. Myrrham præterea ad magnitudinem fabæ cum duabus similiter heminis vini distemperans, infundensq; per nares, dolorem exterminabis. Paxamus. Mania bobus eripit sensum, vt nec audiant more solito, nec videant, dicta superius inter species malidis. Nostrates insaniæ quoddam genus vocant *hirnmütig*, à cerebri vitio, cui vertigo siue in orbem discursos adiungatur. Iunior es frequentius hoc morbo vexari putant, præsertim si inter cornua sæpius aut vehementius feriantur: vel cornua nondum confirmata nimium contrectentur. Sic affectos si mactauerint lanij, carnem vendere non licet. Plures morinntur, nonnulli verò curantur terebello iuxta cornua frontem versus adacto, mique adacto, dia vt sanguis effluat: sunt qui vermem etiam viuum aliquando ex vulnere illo egredi affeuerent, vt ex paronychijs hominum: Mihi quidem neutrum verisimile sit. Quidam miles vidit quandam vaccam rabiosam percussisse quandam ouem cornu, quæ statim fuit rabiosa, Rufus. Oesita siue asili pungendo resonandoque boues in furorem adigunt: minimè autem accedent eis, si quis contulas lauri baccas & aqua incoctas, per loca in quibus pascuntur boues eas disperserit: mox enim diffugient nescio qua naturæ vi. Quod si adhuc infestare non desinant, cerotam bubus aq ia lenigaram inungunt, Sotion. Plura de œstris inter insecta. Malis humida vocatur quoties per os & nares humor effluit, & fastidiũ ægritudoq; consequitur, de qua supra dictum copiosius est inter reliquas malidis differentias. Pituita pecoris curatur surculo hellebori nigri per aurem maturè traiecto, & postridie eadem hora exempto. Oculorum vitia plerunq; melle sanantur: nam siue intumuerunt, aqua mulsa triticeæ farinæ cõspergitur, & imponitur: siue album in oculo est, montanus (fossilis Veget.) sal, Hispanus vel Ammoniacus, vel etiam Cappadocus minute tritus, & immistus melli vitiũ extenuat: facit idem trita sepiæ testa, & per fistulam ter die oculo inspirata: facit & radix, quam Græci σίλφιον vocant, vulgus autem nostra consuetudine laserpitium appellat: huius quantocunque ponderi decem partes salis Ammoniaci adijciuntur, eaque pariter trita oculo similiter infunduntur (cum fistula insufflantur, Veget) vel eadem radix contusa, & cum oleo lentiscii nuncta vitium expurgat: epiphoram (si genæ humorem profundunt, lachrymisque visus confunditur, Veget.) supprimit polenta (ex hordeo, Veget.) conspersa mulsa aqua, & in supercilia genasque imposita: pastinaca eaque agrestis semina, & succus armoraceæ, cum melle collinita oculorum sedant dolorem (pastinaca quoque agrestis, quam armoraceam vocant, cum melle trita oculorum sedat dolorem, Veget.) sed quotiescunque mel, aliúsue succus remedijs adhibetur, circumliniendus erit oculus pice liquida cum oleo, ne à muscis infestetur: nam & ad dulcedinem mellis, aliorumq; medicamentorum non hæ solæ, sed & apes aduolant (& vespæ, Veget.) Columella. Iumentorum & boum oculis Tragasæum & Bæticum salem antiqui laudabant, Plinius. Interdum & tumore palati cibos respuit, crebrumque suspirium facit, & hanc speciem præbet, vt bos in latus pendere videatur: ferro palatum opus est sauciare, vt sanguis profluat, & exemptum valuulis eruum maceratum, viridemque frondem, vel aliud molle pabulum, dum sanetur præbere, Columella. Hunc morbum recentiores hippiatri lampascum, vt coniicio, in equis vocauerunt. Interdum duriusculus tumor, qui postea suppuratur, rustici apud nos vocant *die lichte*, maxillis adnascitur, & mandentes impedit adeò vt emacrentur: proinde hanc ob causam nonnunquam mactantur, aut lanijs ad cultrum venduntur.

Solent etiam (periculosa addit, Veget.) fastidia cibi afferre vitiosa incrementa linguæ, quas ranas veterinarij vocant. Hæc ferro reciduntur, & sale cum allio pariter trito vulnera defricantur, donec lacessita pituita decidit. Tum vino perluitur os, (melius creditur si ad acutam cannam execes ranulam, post vino os lauatur, &c. Veget.) & interposito vnius horæ spatio virides herbæ, vel frondes dantur, dum facta vlcera cicatrices ducant. Si neq; ranæ fuerint, neque aluus citata, & nihilo minus cibos non appetet, proderit allium pinsitum cum oleo per nares infundere, vel sale, vel cunila defricare fauces, vel eandem partem allio tonso (tunso) & halecula linire. Sed hæc his fastidium est, Columella. Ranæ vitium (vt à nostris accipio) instar lati vlceris linguam occupat, subnigrum & nono die nisi curetur interimit: signum est saliua defluens. Curatur cuspide lignea, qua rana rubeta, transfixa sit, melius verò si in eadem aruerit. Sanatur etiam stercore canino candido, sale, ruta, fuligine, & saluia pariter contritis, & exertæ linguæ infricatis. Cæterum linguæ pustulis ita medeberis: Bouem oportet collocare supinum, & capite reclinato linguam, an pustulas habeat, inspicere: quas quidem candenti ferro acutoque exurere conuenit. Dein verò agrestis oleæ foliis contusis, saleque etiam, vlcera inungenda sunt: aut sale tenuissimo & oleo: aut butyro & sale: Aut cucumeris agrestis radix sicca contusa vnà cum ficubus in pastum est apponenda: Aut etiam farinæ hordeaceæ, triticisque torrefacti pollinis, singulorum heminas duas vino madidatas offerto, Florentinus. Putrida oris vlcera, *die mundfeule*, in quibus & venæ sub lingua inflatæ apparent, acero & indurato vini fecibus aliquoties colluunt: vide paulò ante in linguæ vlceribus. Abscessus quidam seu pustulæ in faucibus nascuntur, vnde locus multò angustior fit, quidam nostra lingua vocant *das trect blut*: illas vel digitis vel ligno inserto comprimunt, repurgántque locum affectum: sanguis & humor fœtidus effluit, nisi curarentur interituris: Quidam ad incantationes confugiunt. Haud scio an idem malum sit, vel coniunctum superiori, vel omnino diuersum, quod aliqui nominant *das gachte blut*, hoc est subitum sanguinem: & de pecude sic affecta dicunt, *das bins hats angeflogen*, videtur autem nihil aliud esse quàm inflatio subita, & eruditatis species (de qua nonnihil supra in bupresti dixi, & dicam etiam plura paulò post) quamuis imperitia vulgi nescio quem sanguinis impetum causetur. Huic morbo vt medeantur manum aliqui in aluum adigunt, vel statim, vel virga præmissa & sicca excrementa proruunt, interdum & grumos quosdam tanquam sanguinis, vt audio. Alij culinariæ colluuiei aquam eis infundunt, & ad cursum propellunt, quo calefactæ stercus liquidum emittant, & alleuantur. Pecori

pulmo-

pulmonario noſtratium quidã,agarico,gentiana, & rhapontico permixtis medentur. Aſari contritæ radices cum ſale tum ouibus ad pulmonis vitia & tuſſim dantur,tum bubus vt purgentur, Hieron. Tragus. Tuſſim & anhelitus anguſtiam nonnulli vinaceis aut iuniperi baccis ſali admixtis in hoc animali curant. Alij aduerſus eaſdem cauſas & lentam pulmonum pituitam beronicæ herbæ, cui vulgo nomen *ererenpreyſſi*, pollinẽ ſali immiſcent, Hieron. Tragus: Qui eandem herbam Teucrion veterum Græcorum eſſe conijcit,partim alijs rationibus id vt crederet adductus,partim quòd mira eius vis ad remedium lienis explorata ſit, ſi quis vinum in quo maceretur per dies aliquot bibat. Ego quanquam veronicam noſtram rectè pro Teucrio vſurpari poſſe admitto,nec admodũ repugnauerim iudicio Tragi:magis tamẽ animus mihi inclinat ad illam herbam quam Leonardus Fuchſius primus ſic appellauit,cuius hic verba ſubſcribam. Teucrium (inquit) officinis ignotum Germanis *groſs bathengel* (id eſt betonica maior,quod nomen puto ipſe confinxit) dicitur. A Dioſcoride chamædrys etiam nominatur, vtpote chamædryi ſimillima,adeò vt viciſſim etiã chamædrys hoc nomine dicta ſit Teucrion. Maius tamẽ quàm chamædrys Teucrion eſt,vt merito Germanis betonica maior nuncupari queat. Nuſquã quod ſciã ſponte in Germania prouenit. In Cilicia, Dioſcoride teſte,abundat. Ego id ante annos aliquot in hortis quibuſdã Italiæ vidi, nec vnquam alibi. Iunio ac Iulio mentibus floret Incidendi & tenuium partiũ facultatis eſt,quare lienes ſanat,& ordine ſecundo calida,tertio ſicca exiſtimari poteſt,vt Galenus ſcribit. Herba eſt,inquit Dioſcorides,virgæ referens effigiem, chamædryi ſimilis,tenui folio,non multũ ciceri diſſimile. Apud Plinĩ hemionitis quoq; Teucrium cognominatur,nimirũ quòd ſimiliter lienoſis medeatur. Inuenit & Teucer eadẽ ætate (qua Achilleon Achilles) Teucrion, quam quidã hermion vocant,ſpargentẽ iuncos tenues, folia parua, aſperis locis naſcentem, auſtero ſapore, nunquam florentem. Neq; ſemen gignit. Medetur lienibus. Conſtatq; ſic inuentam. Cum exta ſuper eam proiecta eſſent,adhæſiſſe lieni,eumq; exinaniſſe. Ob id à quibuſdam ſplenion vocatur. Narrant ſues,qui radicem eius edunt, ſine ſplene inueniri. Quidam ramis hyſſopi ſurculoſam,folio fabæ,eodẽ nomine appellant,& colligi florentẽ adhuc iubent,adeò florere nõ dubitant,maximeq; ex Cilicijs & Piſidiæ montibus laudant. Hæc Plin.25.5. Apparet autẽ Teucrion illud quod priore loco deſcripſit & hermion à quibuſdã vocari prodidit (codices quidam impreſſi nõ hermion,ſed hermemon habent, Hermolaus recte reſtituit hemionion: hermion vero inter eryngij nomenclaturas apud Dioſcoridem legimus,non etiam aſpleni quod Hermolaus in Plinium ſcribit) omnino Dioſcoridis hemionitin eſſe (vtcunq; refragetur Maſſarius) quam & ipſe ſplenion cognominat:& ſimiliter ſine flore, ac ſine ſemine deſcribit,petroſis naſcentem locis,guſtu aſtringente:cum aceto ad minuendos lienes bibi. In folijs ſolum non cõuenit eis,quæ Plinius parua eſſe ſcribit: Dioſcorides dracunculo ſimilia & *σκορδίῳ*, id eſt lunata: vel,vt Marcellus Vergilius transfert,lunæ nondũ tumentis in globum figura. Sed videtur Plinius cum diuerſa Teucrij genera nõ diſcerneret,alterius quod Dioſcorides Teucrion vocat,folia,tenuia & ciceri ſimilia,huic attribuiſſe. Aut error potius librariorum eſt,vt Hermolaus ſentit,& legendũ ari vel curua: à Maſſario enim nõ recte ſuper hac caſtigatione reprehenditur. Porrò alterum Plinij Teucrion ramis hyſſopi ſurculoſum,omnino cum Hermolao Dioſcoridis Teucrium eſſe crediderim:nam id ſimile chamædryi ſcribitur, quam inſtar hyſſopi ramis ſurculoſam eſſe conſtat: Accedunt & natales eidem ex Ciliciæ & Piſidiæ montibus:nec obſtiterit quòd fabæ folium Plinius ei tribuat, Dioſcorides ciceris. Nã vbi vno excepto omnia conueniunt,facilis excuſatio eſt:præſertim in illis rebus quæ ex aliorũ dictis pendent,vt hæc duo Plinij Teucria, quorũ neutrum ab ipſo cognitum verba eius ſatis declarant. Quamobrẽ non probauerim illos qui fabam inuerſam vulgo dictam alterũ hoc Plinij Teucrion eſſe ſuſpicantur: refrigerat enim illa humectatq; (licet modicè ſimul aſtringat) ac portulacæ propemodum per omnia vires habet: tantũ abeſt vt lienem obſtructione liberare poſſit. Eadẽ ratio eſt cur non probem Antoniũ Braſauolam, cui Teucrion Dioſcoridis pimpinella vulgò dicta videtur,cum illi plurimũ aſtrictionis inſit: Teucrion vero ſecundũ Galenum incidat ac attenuet. Noui quidem aſtringentia plurima lieni prodeſſe,ſed illis opus eſt acrimonia aliqua vel amaritudine coniuncta, vt ad locum tam remotum penetrare valeant. Horũ vero neutrum in pimpinella deprehendas. Proinde cũ prius illud Plinij Teucrion,nõ aliud quàm Dioſcoridis hemionitis ſit,aut Plinius errauit: aut Fuchſius,qui lienis exinaniti hiſtoriã nõ hemionio Dioſcoridis vt Plinius,ſed eius Teucrio attribuit. Hemionion (inquit Hermolaus) aſpleno ſimilis eſt in tantum, vt difficile ſit internoſcere:eadẽ ferè Marcelli Vergilij ſententia eſt. Ego & foliorum figura (vt ſciunt qui veram aſplenon vulgo ceterach apud Arabes & Italos adhuc dictum norunt) & aliàs permultum intereſſe video. Quanquã Plinius aſplenon etiã hemionion vocari ſcribat, lib.27.cap.5. Aſplenum (inquit) ſunt qui hemionion vocant,folijs trientalibus,multis: radice limoſa, cauernoſa, ſicut filicis, candida,hirſuta:nec caulem,nec florem,nec ſemen habet. Naſcitur in petris,parietibus opacis,humidis,laudatiſſima in Creta. Huius foliorũ iure in aceto decocto per dies quadraginta poto lienem abſumi aiũt: quæ & illinuntur eadẽ vi (ſic enim legendũ ex Dioſcoride.) Sedant ſingultus. Nõ danda fœminis,quoniã ſterilitatem facit, Hęc Plin. Et lib.26.cap.7. Singultus (inquit) hermionium ſedat,legendũ hemionium. Hoc etiã philologis annotatu non indignũ videbitur, vbi Dioſcoridis interpretes ſcribunt Teucrion naſci in Cilicia eiuſq; partibus quas Gentiadem & Ciſſadem vocant, in Græco codice impreſſo legi, ἐν Κιλικίᾳ τῇ πρὸς Γεντιάδα καὶ Κισσίδα καλουμένῃ: apud Plinĩ vero in Ciliciæ & Piſidiæ montibus: vnde apparet Dioſcoridis locũ eſſe corruptũ: ego Plinij lectionẽ prætulerim. Nam neq; Ciſſadis neq; Cepidis vllius loci nomen vſquã hactenus legere memini. De aſpleno Dioſcorides eadẽ omnia quæ Plinius ſcribit: ac inſuper,folia ei eſſe ſcolopendræ inſecto ſimilia, polypodij herbæ modo inciſuris diuiſa,inferne aſpera & ſubflaua,ſupernè viridia: Folia veſicæ ſtillicidio,& fellis ſuffuſionibus ſubueniunt. Calculos veſicæ frangunt. Creditur ſterilitatẽ facere aſplenos per ſe,& ſi cũ muli liene corpori adalligetur: iubentq; in hunc vſum nocte effodi ſilente luna, Hæc Dioſcorides. Theophraſtus lib.9 cap.19. hemionon ſic vocari ſcribit,quòd muli libenter ea veſcuntur: amare eam loca montana & petroſa: Radice tenui eſſe,& ad faciendã hominis ſterilitatem dari,additis mulina vngula & corio: vel vt Gaza vertit, ſemine: nam *ἔλλεμα* & *πτέρμα* Græcis finitima ſunt. Scolopendrion herba (inquit Franc. Maſſarius) quam Dioſcorides etiam aſplenon appellauit, gignitur in petris, & vmbroſis etiam montium,& circa fontium riuulos maiore ex parte prouenit. Aſplenon vocatũ eſt, quod animalibus lienem abſumat,hoc modo inuentũ teſtante Vitruuio circa Potereum flumen,quod eſt Cretæ inter duas ciuitates Gnoſon & Gortynam: dextra enim & ſiniſtra eius fluminis paſcebantur pecora, ſed ex ijs quæ paſcebantur proxime Gnoſon ſplenem habebant: quæ autem ex altera parte proxime Gortynam,non habebant apparentem ſplenem: vnde etiam medici quærentes de ea re,inuenerunt in ijs locis herbam, quam pecora rodendo imminuerant lienes: ita enim herbam colligendo curabant lienoſos hoc medicamento: quam ob cauſam aſplenon & ſplenion vocauere: non autẽ, vt ridiculè expoſuit Marcellus, quòd longitudine latitudineq; ſua faſciolæ & emplaſtelli

plaſtelli formam haberet. Plerique omnes medici hactenus pro ſcolopendrio aliam omnino plantam acceperunt, (quam & alij vulgo & Germani linguam ceruinam vocant) quæ prouenit folijs lapathi, longioribus duntaxat adultioribusque, modo ſenis, modo ſeptenis, interius leuior, auerſis annexos exiles ceu vermiculos præferent: in opacis hortisque naſcitur, auſteri guſtus, caule, flore, ſemine deficitur. Sed phyllitis hæc non ſcolopendrion vocatur à Dioſcoride, quæ rectius & magis proprie quàm quæ ſcolopendrion appellatur, lingua ceruina à Latinis interpretaretur, vt Theodorum omnino taxem, qui ſcolopendrion in Theophraſto linguam ceruinam improprie conuerterit. Non deſunt qui & hemionion (ſcilicet Theophraſti) eſſe ſcolopendrion affirment, Hæc Fr. Maſſarius. Ego in iam citato Theophraſti loco, vbi de hemionio, id eſt aſpleno Dioſcoridis ſcribit, ἡμιόνιον ἢ τὸ φύλλον σκολοπενδρίῳ, id eſt folium ſcolopendrio ſimile (eſſe vel habere aiunt: neq; enim ipſe herbam inſpexit, vt ex verbis eius apparet) vel librariorum erratum eſſe puto, vt ſcribendum ſit σκολοπένδρᾳ, id eſt ſcolopendræ animali multipedi, vt rectè apud Dioſcoridem legitur his verbis, σκολοπένδρᾳ τῷ θηρίῳ, & res ipſa declarat: vel ipſius Theophraſti, quod facile fieri potuit, qui rem ſibi non viſam, & ab alijs tantum auditam deſcribat: vel ſcolopendrion vocem diminutiuæ formæ eodem ſenſu quo primitiua ſcolopendra, animal ſcilicet, accipiendam eſſe. Nullus certe veterum vſquã ſcolopendrij herbæ ſeorſim tanquam ab aſpleno diuerſæ meminit. Quamobrem nouam Fr. Maſſarij opinionem nequaquam probauerim, qui in commentarijs ſuis in nonum Plinij ad herbas digreſſus, dum hemionon Theophraſti ab aſpleno ſiue ſcolopendrio Dioſcoridis diuerſam eſſe contendit, Theophraſti verba, non Græca, ſed ex tranſlatione Theodori ſuis confirmandis adduxit: vbi Theodorus hemionon radice numeroſa & tenui conſtare tranſtulit, cum Græcus codex impreſſus ῥίζαις λεπτάις, id eſt radices tenues ſolum commemoret, non etiam numeroſas. Deinde Dioſcoridis verba, cum ait aſpleno multa eſſe folia ab vna radice, πλείονα ἀπὸ μιᾶς ῥίζης φύλλα, huc torquet vt ſimplicem & ſingularem radicem aſpleno à Dioſcoride tribui exiſtimet, cum Dioſcorides non id ſentiat, ſed ab vna radice, id eſt vno radicis ſummo principio (quod in plæriſq; plantis vnũ & ſingulare reperitur, licet inferiora in diuerſas abeant partes) plura ſtatim enaſci folia, quod & in filice fœmina fieri videmus. Sed hemionios, inquit, quam modo citherach recentiores appellant, vt res ipſa monſtrat, radice eſt nigra, numeroſa, enui, vt capillamenti ſpeciem referat: aſpleno vero (quæ in omnibus fere cum hemionio præterquã in radice conuenit) limoſa cauernoſa, ſicut filicis, candida hirſuta (quæ omnia Plinius ei tribuit) itaque diuerſam eſſe neceſſe eſt. Addimus etiam (inquit) quod Dioſcorides ipſe myoſotida radicem vnam digiti craſſitudinis multis capillamentis fibratam habentem in totum ſcolopendrio comparauerit. Hæc duo poſtrema Maſſarij argumenta non difficile eſt refellere: nam quod colorem attinet, variant aliquando authores, & colores ipſi pro natalibus ac ætate variant: & cum ſuperficies tantum vnius coloris, interior vero pars tota alterius eſt, nil mirum ſi diſſideant authores, præſertim cum ſæpe contingat radices non recenter effoſſas, ſed purgatas intueri. Poſtremo quod hemionon tenues radices habere ſcribit Theophraſtus, de capillamentis quibus fibrata eſt accipi poteſt, præſertim cũ ex tam numeroſæ ſint, vt maior ſiue vna ſiue plures, ijs inuoluta occultetur. Obtinuimus igitur niſi fallor hemionon Theophraſti non eſſe aliam quàm Dioſcoridis aſplenon. Hemionitin verò Dioſcoridis aliam quam hemionon eſſe, Maſſarius rectè fatetur. In Theodori tranſlatione hoc etiam mihi diſplicet, quod hemionon montanas planicies amare conuertit. In Græco legimus ἐστὶ γὰρ καὶ ὀρεινὰ καὶ πετρώδη, id eſt loca montana & ſaxoſa: neque enim vt plana ſint requiritur. Adeò difficile eſt hominem in rebus ipſis non exercitatum, vtcunq; linguarum peritia polleat, boni interpretis officio ſatisfacere. Sic proximè ante citatum locum, cratei reddidit pro cratæogoni, id que lini modi ruffum naſci: in Græco eſt φύεται δὲ τοῦτο ὅμοιον λίνου πύρανον. hoc eſt melampyro herbæ ſimile naſcitur. Cæterum quomodo accipiendum ſit lunatum hemionitidis folium, non facile dixerim: intelligi enim poteſt vel folio ad totum latus alterutrum in dimidiatum circulum contracto: vel qua latiſſimum eſt ſolium circa primum à pede ortum, vt in aro conſpicitur & anaxyride ob eandem figuram ſic dicto rumicis genere, eminentibus vtrinque tanquam cornibus. Alio modo lunata ſunt dracunculi maioris folia, ratione caulis cui hærent incuruati. Linguam ceruinam vulgo dictam quamuis aliquando hemionitin eſſe credidi, (enaſcentia enim primum folia lunata ſunt) nunc phyllitin potius eſſe perſuaſus ſum, partim doctiſſimorum hominũ Euricij Cordi, Petri Matthæoli, & Franc. Maſſarij ſententiam ſecutus (quanquam Leonicenus, Manardus, Ruellius & Fuchſius aliter ſentiant) partim verbis Galeni commotus, qui phyllitidi acerbitatem, id eſt, vehementem aſtrictionem tribuit, vt optima ratione diarrhœa & dyſenteria eius potu iuuentur: hemionitidi vero, quam nulli hodie cognitam puto, aſtrictionem vnà cum amaritudine, ideoq; cum aceto potam ſplenicis prodeſſe. Atqui in lingua ceruina noſtra amaritudinis nihil percipimus. Quamobrem non ſubſcribam Hieronymo Trago phyllitin & hemionitin vnam & eandem herbam à Dioſcoride pro diuerſis deſcriptas aſſerenti, eamq; linguam ceruinam noſtram eſſe. Idem cum genus quoddam montanæ filicis polypodio ſimile longioribus folijs & acutioribus, ac pluribus circa vnam radicem (quæ forte altera lonchitis Dioſcoridis fuerit) verum ſcolopendrion eſſe aſſeruiſſet, mox ceteraq; etiã Italis dictũ, herbã longè diuerſam ſimiliter ſcolopendrion verũ facit. Matthæolus ſcribit ſe à quibuſdã rei herbariæ peritis & fide dignis hominibus accepiſſe, hemionitin verã abunde prouenire in agro Romano, vnde ipſi erutam in hortis plantauerint. Hemionitidi connumeranda videtur filicula illa quã Hieronymus Tragus deſcribit lib. 2 cap. 184. rara inuentu, in ſyluis aliquando inter ſaxa prominet, radice capillata, ex qua plurimi iunci ſetarum inſtar tenues enaſcuntur, trientales ferè, ſinguli ſingula folia in cacumine erigunt, anguſta, breuia, & ab altera parte friabili quodam puluere, vt filicum genus ſolet, obſita: horum quædam modicè lunata ſunt, alia corniculorum inſtar finduntur. Obijciet aliquis, Quid hæc ad boum remedia? Reſpondeo. Quoniam veronicam vulgò dictam, celeberrimi in medicandis bubus experimenti herbam, nonnulli veterum Teucrion eſſe credunt, & Plin. Teucrion à Dioſcoridis hiemonitide non ſatis diſtinguit, & alij hemionitin cum phyllitide & ſcolopendrio vel aſpleno confundunt de omnibus vna eademque opera dicendi occaſionem me nactum exiſtimaſſe, præſertim cum omnes ad animalia quædam pertinerent. Proinde quæ hic de ſcolopendrio herba attulimus, in ſcolopendra inſecto non repetentur: neq; in mulo, quæ de hemiono & hemionitide: neque in ceruo, quæ de lingua ceruina. Adde quòd aſplenos ad animalium omnium, non ſuum & pecorum duntaxat iecinem ægrum, vim habet maximam bubulo etiam pecori proculdubio profuturam. Sed redeo ad veronicam noſtram & Teucrion. In Italia quidam circa Tridentum abrotono etiam veronicæ nomen attribuunt. Sed noſtræ veronicæ à vetonicæ (alij per u, alij per b ſcribunt: Latini per t ſimplex, Græci per duplex) quadam ſimilitudine nomen factum ſuſpicor: neque enim vna ſolum vetonica eſt, quæ vulgo apud omnes ferè gentes nomen retinuit: ſed etiam altera Pauli Æginetæ, quam ille his verbis deſcribit: Bettonica ramulos pulegij ſpargit, tenuiores, guſtu ferè inſipido, naſcitur maximè in petroſis. Vſus eſt eius inter nephritica medicamenta.

Digitized by

βετονικὴ λεπτόφυλλος ἐστιν. Herm. Barbarus legit μονόκαυλος & vnicaulem reddit. Hanc noſtro tempore quæ eſſet hactenus nemo indicauit: neque ſanè ex breuibus adeò deſcriptionibus ſatis certũ aliquid indicari poteſt. Oritur apud nos in parietibus, & in aſperis montanis locis herbula odorata pulegio ſimilis adeò, vt pulegiũ petræum appellari poſſit: minor, tenuior, floſculis ſubcærulei coloris, guſtu ferè fatua. Hæc ſanè videri poſſet Aeginetæ betonica, licet in nullo apud nos vſu & anonymos negligatur. Proxima quidẽ Aeginetæ deſcriptioni etiam pſeudochamædrys eſt, qua multi hactenus falſo pro chamædrye vſi ſunt ſimilis enim eſt, flore cæruleæ anagallidis: vnde cæruleam aut fatuam aut inodoram chamædryn nuncupare licebit. Germani vocãt *blauwenderlin, vergiß mein nicht, frauwenhoſs & ſchaffkraut:* quod nomen poſtremum ab ouibus ei inditum eſt, quibus ægris, in tuſſi præſertim, hac herba medentur. Mirum in ea quod ad latera tantum flores aperiat, nunquam in medij caulis cacumine. Caule est rectus, ſed altera ſpecies eius in ſyluis reperitur & ſaxis, quod pulegij inſtar per humũ ſe extendit. Quemadmodum & veronica, vna recta, altera ſupina eſt: quæ & ipſa fortaſſis alicui ad Aeginetæ betonicam proxime accedere videbitur. Ego ex tribus iſtis generibus ad nominis huius authoritatẽ primo loco à me deſcriptum præ cæteris admiſerim. Chamædryn fatuam ſiue cæruleam Hieronymus Tragus à Teucrio Dioſcoridis non excludit. in qua ſententia Matthæolus etiam fuiſſe videtur, cum ſcribit vulgarem quandam & vbiq; naſcentem herbam, chamædryi tam ſimilẽ vt eam mentiri poſſit homini parum exercitato, ſæpius ſe cogitaſſe Dioſcoridis Teucrion eſſe. Sed de nominibus veterum quæ quibus noſtris plantis accommodari debeant, non ego cuiquam valde contenderim & voluptatis gratia magis quæ ex iſto ſtudiorum genere mihi accedit, quàm ſeriò vel tanquam contentioſus in eis immorari ſoleo. Duo tantum neceſſaria ſunt, primum vt qua de re ſermo ſit nobis conſtet, quacunque tandem illa vetere aut nouo aut inter nos ficto nomine veniat alterum vt certam de vniuſcuiuſque facultate iudicandi methodum ex ſaporum, odorum, ac cæteris qualitatum formis calleamus. Nam plurimi prorſus amethodi, impetiri & audaciſſimi homines de plantarum nominibus prolixe ac impudenter contendunt. Quippe vt aliud nihil nunc adferam, tales omnino ſunt qui fatuam chamædryn, nõ ſolum nomine ſed authoritate ac viribus cum vera coniungunt.

Redeo tandem ad boum circa thoracem morbos, additurus primum reliqua de tuſſi & aſthmate, vt incœperã. Recens tuſſis optime ſaluiato farinæ ordeaceæ diſcutitur. (Si recens fuerit, ſextarius farinæ hordeaceæ cum vno ouo crudo & hemina paſſi per os datur ieiuno, Veget.) Interdum magis proſunt gramina cõciſa (tunſaq;, Veget.) & his admiſta freſa faba: Lentes quoq; valuulis exemptæ, & minutè molitæ: miſcentur aquæ calidæ ſextarij duo, factaq; ſorbitio per cornu infunditur. Veterem tuſſim ſanant duæ libræ hyſſopi macerati ſextarijs aquæ tribus. Nã id medicamentum teritur, & cũ lentis minutè, vt dixi, molitæ ſextarijs quatuor more ſaluiati datur, ac poſtea aqua hyſſopi per cornu infunditur. Porri etiam ſuccus cum oleo, vel ipſa fibra cum ordeacea farina cõtrita remedio eſt. Eiuſdem radices diligenter lotæ & cum farre triticeo pinſitæ, ieiunoq; datæ vetuſtiſſimam tuſſim diſcutiunt. Facit idem pari menſura eruum ſine valuulis cum torrefacto ordeo molitum, & ſaluiati more in fauces demiſſum. Columella. Hordeum redactum in pollinem madefaciens, atq; palearum partes tenerrimas optimè repurgatas, cum illisq; farinæ orobi miſcens heminas treis, diuidensque totum in partes ternas, bubus tuſſientibus tribus vicibus edendum dato. Quidam Artemiſiam herbam purgantes, macerantesq; aqua, ex ea exprimunt ſuccum, quẽ quidem ante aliud pabulum ſpatio ſeptem dierum infundunt. Didymus. Pulmonariam quæ arboribus adnaſcitur, cum ſale edendam bubus anhelosis & tuſſientibus vulgus noſtrum commendat, maximè cum pulmo turgidior excreuerit, & vt ipſi loquuntur collum ſubiuerit. Nullam huius herbæ apud veteres mentionem reperimus: pulmoni exulcerato & ſanguinis ſputo cõferre creditur: ſiccat enim & aſtringit vt Matthæolus teſtatur. Sunt qui inſuper facultatem ei adſcribant vulnera ſanandi, & vlcera genitalium: & fluxiones tueri tum pituitoſas tum cruentas, nec non dyſenteriam & vomitus bilioſos ſiſtendi. Eſt & altera eiuſdem nominis (Angli vocant ſaliuam Hieroſolymitanam) folijs ferè borraginis, hirſutis & aſperis, ſed acutioribus figura, maculis paſſim albis, guſtu etiã borraginis. Natales ei ſyluæ & montes, lociq; opaci. Primo verè cauliculi dodrantales ſubcæruleos flores in corymbis proferunt, cynogloſſæ floribus ſpecie ſimiles. Radices ei plures, nigræ, & glutinoſæ. Hanc etiam ad explenda pulmonis vlcera eruditi celebrant. In Italiæ hortis maculoſa vidi folia, apud nos vero ſemper abiq; maculis: cætero nihil diſtabãt. Eadem aut eiuſdem generis proculdubio eſt quorundẽ pulmonaria, cuius meminit Syluaticus, quam aliqui (inquit) pepanum vocant, bugloſſi folio, ſed promiſſo magis atque læuiori, colore inſuper dilutiore, albicantibus maculis notato, inſtar pulmonis, inde nomen: naſcitur in humidis. Volunt aduerſus morbos viſceris ſui nominis peculiari eſſe remedio, in cibo ſumptam, vel potam, Hæc Ruellius. In Heſſia, vt audio, quidam Germanice vocant *blauwen angentroſt*, id eſt euphraſiam cæruleam. In Gallia quidam ſecundum genus auriculæ muris apud Dioſcoridem eſſe putant. Videntur autem fallinam folia oblonga & anguſta non habet, quanquam quę ſuperius cauli adnaſcuntur talia ferè ſint: inferiora oblonga quidem, ſed palmi plerunque latitudine, circa extremitatem demum anguſta in mucronem exeunt, ſubtus albicant, plurima ab vna radice, pediculis oblongis, per quos nerous tranſit, diſtractis etiam ipſis integer, vt in pimpinella vulgo dicta. Ego ex omnium partium inſpectione, & qualitatibus omnibus collatis, certò aſſerere poſſum, hanc ſtirpem ſymphyti ſpeciem eſſe, non petræi, ſed alterius, nec aliud ab eo diſtare, niſi quod vndequaque minor eſt: idroque non erraturum qui in medendo alteram in alterius locum ſubſtituerit. Huc etiam referri debet herba in Hiſpanijs frequẽs, præcipue in Galitia & circa Compoſtellam, cui folia ſunt aſpera, verbaſci communis vel ſymphyti potius folijs ſimillima, longiora quàm borraginis, floribus & radicibus bugloſſo noſtræ ſimilibus: bubus gratiſſimam eſſe aiunt. Monachi qui in Italia commentarios in Dioſcoridem nuper ediderunt, hanc veram bugloſſum eſſe contendunt. licet borraginem quoque eiuſdem nominis commercio non excludant, cum & ſapor & herbæ ſpecies conueniant. Vernacula lingua marrubium quoque pulmonis herbam vocat. Eſt præterea ex lactucæ ſeu ſonchi ſylueſtris genere herba cubitalis, lacte manans, florum corymbis lutei, quorum calyces nigricant, folijs hirſutis, angulosis maculoſisq; aſperis & ſaxoſis locis & in parietibus emicat: eam quoque docti in Gallia pulmonariam vocitant. Mirifica eius præconia ſæpe audiui circa vulnera glutinanda, & reduuiam hominum curandam. Perdicium, id eſt parietariam vulgarem veteres tum iumentis tum bubus ad tuſſim & anhelandi difficultatem dederunt, Hieron. Tragus. Mulieres quæ bubus medentur, parthenij, id eſt matricariæ vulgo dictæ, pollinem ſali admiſcent veſperi vt lingant: Eo medicamento boues purgantur, reſpirandique difficultate & inflatione liberantur. Idem. Lienem quoque obſtructum & turgidum tuſſis comitatur, præcipuè cum ad curſum aduguntur pecudes. Aſthma Græci vocant anguſtiam & difficultatem reſpirationis, quam ferè ſonitus quidam comitatur. Germani in quadrupedibus, vt equo & boue *die*

hynſch.per onomatopœian fortaſſis:Inde & herbis quibuſdam, quæ remedium aduerſus hãc noxam præſtare creduntur,impoſitum nomen *hynſchkraut*,vt ariſtolochiæ longæ:& ſolano perpetuo,quod boum cetuicibus aduerſus hoc malum paſtores appendunt. Perpetuum autem à recentioribus genus hoc ſolani vocatum conijcio, inde quòd licet folia amittat,non tamen etiam caules vt reliqua ſolani genera,ſed toto anno virides vegetoq́; conſeruet. Vbique illam à noſtris appellari audio *ye longer ye lieber*: quanquam & chamæpityi nuper quidam nomen idem communicauerint,quod minimè probo:neque enim ratio nominis eadem ei conuenit. Quippe ſolani perpetui corticem aut radicem quò quis mandit diutius,eò dulciorem ſubinde ſentit,vnde nomen ei impoſitum: chamæpitys vero vt ab initio amara & inſuauis eſt guſtu,ita nihilo ſuauior fit quantumcunq; immoreris mandendo. Audio etiam mortale à quibuſdam cognominari,cum veneni minus quàm vllum ſolani genus habeat, vt ipſe perſuaſus ſum,nec vnquam ab eius vſu incommodi quicquam vel homini vel quadrupedi natum audiui. Et cum cætera ſolani genera,quæ Græci veteres nobis deſcripſere (hortenſe,veſſicarium, ſomniferum & inſanum, ex quibus duo priora tantum nobis cognita ſunt) omnia,teſte Galeno,refrigerent, ideoq́ noxia ſint, præſertim copioſius ſumpta,vt frigida venena ſolent:illud de quo hic agimus,cum dulciſſimum ſit, & pulmonis iccoriſq; obſtructiones expediat,ac pituitæ lentorem incidat,quod multis experimentis certum eſt, nequaquam refrigerare dicemus. Succum vero acinorum refrigerare,cum ſubacidus ſit,& diſſecare,vt Matthæolus refert, non negauerim: Addit idem ad maligna & contumacia vlcera,ac vulnerum inflammationes, egregiam huius ſuccivim ſeſe expertum. Damnauerunt in eo fortaſſis odoris grauitatem,quæ in folijs & baccis percipitur, qui primi mortalis cognomen addiderunt. Acini quidem omnibus ſolani generibus communes ſunt,& foliorum ferè figura. Quod olim hortenſe fuit,in hortis iam coli deſijt,ſponte vero natum paſſim circa hortos ſatis copioſum habetur. Neq; enim aſſentior Hieronymo Trago, qui ſolanũ illud ſylueſtre,radice maxima,acinis halicacabi,ſed nigris & nudis,quod inter cognita nobis ſolani genera nocentiſſimum eſt (in Italia ſolanum maius vel bella donna vocãt,nos *ſchlaffbeere*) pro hortenſi capiendum docet:de quo plura inter ſuum remedia dicemus. Cæterũ ſolani noſtri perpetui nomen apud veteres,niſi malacociſſus Plinij fuerit,nullum agnoſco. Malacociſſus (inquit Plinius) Democritus aquilex mollibus hederæ folijs depingit,caule tenero,ſeſe cuicunq; quod fuerit nactus inuoluente. Subeſſe aquam vbi reperitur affirmat. Hæc deſcriptio quamuis etiam conuoluolo conueniat,qui aquas & ipſe amat,& hederæ folijs ſimilior videtur,malo tamen ſolanum noſtrũ antiquo iſto nomine interim donare,donec alunde certiora diſcamus. Nam Ruellij ſententiam de frutice illo amplexicaule,quem ſigillum D. Mariæ aliqui vocãt,& ipſe alibi malacociſſum,alibi cyclaminon alterum facit, Matthæolus iam reprehendit, cui nos libenter ſubſcribimus. Præterea veratri nigri ſpeciem,abrotoni folijs, quam Hieronymus Tragus deſcribit lib.1.cap.135. itidem à ſimili effectu contra aſthma quidam vocant *hynſchkraut*.nec non gnaphalium herbam,quam aliqui *rono kraut*: quoniam torminibus medeatur:deſcribitur autem ab eodem Trago lib.1.cap.109. vbi id polium alterum Dioſcoridis eſſe conijcit,ſed falſò. Calendula datur vaccis anheloſis. Iudæi hodie cum propter diuerſos alios affectus carnem non ſani bouis abominantur,de quibus in libris eorum Thalmudicis permulta præcipi audio, tum ſi pulmones coſtis adhæſerint, (quod ſuibus etiam accidere fertur,vulgò vocant *angheffi*) vel omentum peritonæo:quos quidem adhæſus partium exulcerationem interdum ſequi crediderim. Eſt autẽ & illa grauis pernicies, cum pulmones exulcerantur:inde tuſſis & macies,& ad vltimum phthiſis inuadit. Quæ ne mortem afferant,radix coryli inuſta ita,vt ſupra docuimus,perforatæ auriculæ inſeritur,tum porri ſuccus inſtar heminæ pari olei menſuræ miſcetur,& cum vini ſextario potandus datur diebus compluribus,Columella. Apud Vegetium vero ſic legitur:radix conſiliginis, ſuccus porri,omnium hemina pari menſuræ olei miſcetur,&c. Ego Columellæ lectionem prætulerim. De crauro ſiue ſtruma (vt Theod. Gaza reddidit) affectu vt videtur peſtilente, cum tabe pulmonis coniuncto, in præcedentibus dictum eſt.

Cruditatis ſigna ſunt crebri ructus,ac ventris ſonitus,faſtidia cibi,neruorum intentio,hebetes oculi: Propter quæ bos neq; ruminat,neq; lingua ſe deterget. Remedio erunt aquæ calidæ duo congij, & mox triginta braſſicæ caules modice cocti,& ex aceto dati. Sed vno die abſtinendum eſt alio cibo. Quidam clauſum intra tecta cõtinent, ne paſci poſſit: Tum lentiſci,oleaſtriq; cacuminum pondo 1111. & libra mellis vna trita permiſcent aquæ congio, quam nocte vna ſub dio habent,atq; ita faucibus infundũt. Deinde interpoſita hora macerati erui quatuor libras obijciunt,aliaq; potione (alio cibo vel potione, Veget) prohibent. Hoc per triduum fieri,dum omnis cauſa languoris diſcutiatur Nam ſi neglecta cruditas eſt,& inflatio ventris & inteſtinorum maior dolor inſequitur,qui nec capere cibos ſinit,gemitus exprimit locoq́;ſtare non patitur,ſæpe decumbere,& agitare caput (Vegetius nõ agitare caput habet,ſed volutare cogit,) caudamq́; crebrius agere (commouere, Veget.) Manifeſtum remedium eſt proximam clunibus partem caudæ vinculo (reſticula vel lino, Vegetius) vehementer obſtringere, viniq́; ſextariũ cum olei hemina faucibus infundere,atq; ita citatum per mille & quingentos paſſus agere (bouem currentẽ trahere, Veget.) Si dolor permanet,vngulas circumſecare,& vncta manu per anũ inſerta ſimum extrahere, rurſuſq; agere currentẽ. Si nec hæc profuit res,caprifici aridæ conteruntur,& cũ dodrante aquæ calidæ dantur, Columella. (Vegetius ſic legit, Si tardius proficit, tres partes lauri diu conteruntur, & cum duplici aquæ calidæ dantur.) Vbi nec medicina proceſſit,myrti ſylueſtris foliorum duæ libræ deligantur (tunduntur in pila, Veget.) totidemq́; ſextarij (libræ, Veg.) calidæ aquæ miſti per vas ligneum faucibus infunduntur: Atq; ita ſub cauda ſanguis emittitur (quatuor digitis ab ano percuſſa vena) qui cum ſatis profluxit,inhibetur papyri ligamine. Tum concitate agitur pecus eouſq;,dum anhelet. Sunt & ante detractionem ſanguinis illa remedia:tribus heminis vini, tres (quatuor, Veget.) vnciæ pinſiti allij permiſcentur,& poſt eam potionem currere cogitur. Vel ſalis ſextans,cum cepis decem (decem vncijs ceparum, Vegetius) conteritur,& admiſto melle decocto collyria (longiora, vt ventrẽ reſoluant, Veget.) immittuntur aluo. atq; ita citatus bos agitur, Columella. Eadẽ fermè remedia ad ſtrophos,id eſt tormina, Paxamus præſcripſit,vt paulò poſt referemus,etſi idem prius de cruditate ſeorſim agat. Bubus cruditate laborãtibus (inquit Paxamus) medebimur aquam calidam propinantes,braſſicaq́; aceto perfuſæ apponentes faſciculum vnum. Aliqui partes teneriores braſſicæ elixantes & contundentes,ex oleo easillis per cornu infundũt. ſtraguliſq; ſimul bouem laborantem calefacientes,lenta illum exercent deambulatione:Id quod nõ ſolum boues, ſed omnia pecora iuuat. Alij rurſus agreſtis oleæ folia,aut coliculos aliarum arborum teneres contundẽtes, aquamq́; inſpergentes diſtemperant,ac tandem vnã & altera die ſex heminas infundunt, Hæc Paxamus. Si cruditas & ventris diſtentio male habeant bouem,caudam eius deorſum magna vi trahito & extendito Plura de inflatione diximus retro in mentione bupreſtis,& rurſus ſtatim poſt puſtulas faucium. Matricariam quoq; herbam, vt vocant, cõtra hoc

malum

malum cum ſale miſceri iam ante dictum eſt. Bos cũ gallinæ ſimum deuorauerit, ſtatim nimio ventris dolore torquetur, & inflatus moritur. huius etiam veneni remedia ſupra requires. Hoc tamen hic adijciemus, noſtrates non tam de ſimo quàm plumis gallinaceis conqueri, ſi boues fortè voraueriut. Inflantur boues (vt ſcribit Petrus Creſcent.) ventribus ipſorum obſtructis aut flatu repletis, ſi manu vel digito feriantur partes circa ilia & coxas, tympani modo reſonant. viſu etiam inflati apparent & dolore torquentur, & quandoq; in terram ſe proſternunt, ac libenter procumbunt. Curantur clyſtere vel cannula, vt equi etiam: aut manu pueri oleo illita extrahuntur ſtercora: aut vena caudæ acuto cultello inciditur, quæ parte inferiore quatuor abano digitis diſtat. Periculum & hoc vitij affert, quo vulgus interdum queritur, boues ruminandi facultatem amiſiſſe. Ruminantibus enim omnis ferè cibus ore elabitur, vnde totius corporis macies ſtatim conſequitur. Curandũ eſt igitur, vt manu inſerta in fauces ingeratur, ſiue illud ipſum quod boui ægro exciderat, ſiue quod alteri ruminanti ex ore ſubtractum fuerit: ità tamen ne nimium vel omne alimentum illi ſubtrahatur, ac idẽ qui in ægro curatur affectus, in ſano creetur. Abſurdo ruſtici quidam pharmaco ruminationem reſtitui putant, ſordibus vaginarum excuſſis & buccellæ panis ori inſerendæ inſperſis. Si bos cibum faſtidiat, pabulum eius amurcæ ſufficienti portione inſpergito. Olei etiam, reſinæ aut terebinthinæ, ſingulorum æquis partibus miſtis, ad radicem vſque cornua bouis deungito, Florentinus. Plærosque ſanè affectus faſtidij ſymptoma comitatur, vt malidem humidam, capitis dolorem, cruditatem, tumorem palati, alui profluuium, tormina & ventris dolorem. &c. Vide etiam ſupra vbi de rana ſublingua diximus. Nullo autem tempore, & minimè æſtate, vtile eſt boues in curſum concitari: nam ea res aut cit aluum, aut mouet febrem. Cholera affectis crura cauterio vſq; ad vngulas exurenda ſunt, poſteaque lauacro calidæ aquæ aſſiduè fouenda, contegendaq; ſtragulis, Florentinus. Ventris & inteſtinorum dolor ſedatur viſu nantiũ (anſeris, Veget.) & maxime anatis, quam ſi conſpexerit, cui inteſtinum dolet, celeriter tormento liberatur. Eadẽ anas maiore profectu mulos, & equinum genus conſpectu ſuo (celeriter) ſanat. Sed interdum nulla prodeſt medicina. Sequitur torminum vitium: quorum ſignum eſt cruenta & mucoſa ventris proluuies. Remedia ſunt cupreſſini quindecim coni, totidemq; gallæ, & vtroiumq; ponderum vetuſtiſſimus caſeus, quibus in vnum tunſis admiſcentur auſteri vini quatuor ſextarij, qui pari menſura per quatriduum diſpenſati dantur: nec deſinit lentiſci. myrtiq; & oleaſtri cacumina viridis (ita vt lentiſci myrtiq; & oleaſtri cacumina præbeantur, Veget.) Aluus corpus, ac vires carpit, operiq; inutilẽ reddit: quæ cum accident, prohibendus erit bos potione per triduum, primoq; die cibo abſtinendus. Sed mox (ſecundo die) cacumina oleaſtri, & arundinis (cannæ ſylueſtris, Veg.) item baccæ lentiſci, & myrti dandæ, nec poteſtas aquæ (poſt triduum etiam, Veg.) niſi quàm parciſſime facienda eſt. Sunt qui teneræ laurus caulium libram, cũ abrotani macerati (alias hortenſis, Veg.) pari portione dent, cum aquæ calidæ duobus ſextarijs, atq, ita faucibus infundant, eademq; pabula, vt ſupra diximus, obijciant. Quidã vinaceorum duas libras torrefaciunt, & ita conterunt, & cum totidẽ ſextarijs vini auſteri, potandum medicamentũ præbent, omniq; alio humore prohibent, nec minus cacumina prædictarũ arborum obijciunt. Quod ſi neq; ventris reſtiterit citata proluuies, neq; inteſtinorũ ac ventris dolor, ciboſq; reſpuet: & prægrauato capite, ſi ſæpius, quàm conſueuit, lachrymæ ab oculis, & pituita è naribus profluent: vſq; ad oſſa frons media vratur, auresq; ferro ſcindantur. Sed vulnera facta igne, dũ ſaneſcunt, defricare bubula vrina cõuenit. At ferro reſciſſa melius pice & oleo curãtur, Columella. Qui bos torminibus diſcruciatur (inquit Paxamus: loquitur autẽ de illis quos Græci φρένας vocant) minime in vno loco conſiſtit, nec cibum tangit ſed mugit. Parum igitur nutrimenti illi offerendũ eſt, caroq; circa vngulas vſq; ad ſanguinẽ perpungenda. Alij circa caudam ſolutionẽ facientes, donec effluat ſanguis. poſtea linteolo deligant. Alij cepas cũ ſale tundentes admouentesq; ſedi quàm penitiſſimè fieri poſſit. poſtea boues impellunt, eosq; cogunt ad curſum. Alij terentes nitrum perfundentesq; (διάνιτρα, ſubaudio ὕδατα, id eſt aqua reſoluẽtes) per os injiciunt. Hæc Paxamus: pleraq; autẽ eadem remedia ſuperius ex Columella ad cruditatẽ deſcripſimus. Boues in Cypro contra tormina hominum excrementis ſibi mederi ferunt, Plin. vt inter prouerbia diximus. Aduerſus diarrhœam, rhamni folia contundens, aſphaltoq; miſcens, da comedenda. Quidam folia mali Punicæ macerata farinaq; miſta offerunt. Alij farinæ hordei cotylas duas, & farinæ tritici torrefacti mediam cotylæ partem miſcentes aqua, porrigunt, Paxamus. Hodie quidam ex noſtris ſerpyllum contra ventris profluuium commendant: alij burſam paſtoris. Quidam boues foriolos & ſtercore liquido laborantes noſtra lingua vocant *rennig*. Lien boum etiã quandoq; lentis craſſisq; humoribus infarcitur, vnde non liberantur, & diuturnus fit affectus: dignoſcuntur ex tuſſi, cum aliàs infeſtante, tum maxime quando ad curſum aguntur, Petrus Creſcent. Malis ſubrenalis vocatur quoties à poſterioribus debiles apparet, & lumbi dolere credũtur, ſuperius inter ſpecies malidis memorata. Eiuſdem, ni fallor, loci affectus eſt, quẽ noſtrates vocãt *die blatern vnder dem kruitz*. & neſcio quid concreti ſanguinis illic reperiri aiunt, foris nihil apparere: remedio eſſe vrticæ faſciculum cum radicibus, quem puto faucibus eorum ingerunt, vt rumpatur abſceſſus. Cum ſanguinem mingunt boues, rarò euadũt. Aiunt autem cum prata paſcuis aperiuntur, propter nimiam pabuli pinguitudinem ſolere aliquando hunc morbum ſequi, aucto nimirum ſanguine ex alimenti copia: inde nomen etiã ei apud Germanos *graſiſiech*, id eſt morbus ex gramine: ferè enim oboritur cum à montibus vel macris paſcuis ad lætiora migrauerint. Remedia tentantur huiuſmodi: hordeum in aqua decoquitur, ſimulq; lardum & panis: decoctum illud infundunt. Aliqui blitum (quod circa fimeta & ſolo pingui prouenire ſolet, nomine ſanguinariæ, caulibus & folijs rubris) tuſum ſalitũ q; præbent. Naſcitur & herbula quædam in collium montiumq; humidis & glareoſis locis, herba ipſa ſeſſilis eſt, ſine caule, folijs ex viridi pallidis, triſt digitorum (ſi bene memini) pinguibus ac ſi oleo illita eſſent (vnde pinguiculum voco) floſculis colore & figurà ferè violarum quas Martias dicimus, per ſingulos pediculos ſingulis: hanc aliqui noſtrorum à loco natali vocant *moſigele*, & ad ſanguinis mictum commendant: & mulierum quoq; menſibus ſiſtendis. Alij ſecreto experimento iuglandium nucamenta in ouo exhibenda celebrãt. Sunt qui ipſam cruentam vrinam dum redditur excipiunt, ac rurſus ſtatim per os infundunt. Mulierculæ quædã ſuperſtitioſæ ſpinæ appendicis (quam Galli ſpinam albam vocant, nos *hagendorn*) ſpinam vnam in terra defigũt eo in loco, in quem lotium cruentum defluxerit, ſi cum primum cruenta eſſe incipit id fecerint, malum deſiturum perſuaſæ. Præterea ad ſiſtendum ſanguinis mictum vix quicquam efficacius eſſe aiunt herba Roperti vel gratia Dei vulgo dicta, quam eam ob cauſam paſtores in montibus noſtris vocant *harn kraut*, id eſt vrinalem. Quamuis enim verbum *harnen* ſimpliciter vrinam reddere ſignificet: ruſtici tamen apud nos aliquando priuatim de cruenta vrina eo vtuntur. Inſerunt autem herbæ Roperti manipulos aliquot contuſos. Alij tormentillæ herbam ſimul & radicem terunt ac ſali miſcent. Alij muſcum de nuce arbore in cibo præbent: & niſi profuerit, butyrum crudum admiſcent. Alij (ſi bene memini) oxylapathi

folia contusa salitaq; ori immittunt. Oportet autem hoc morbo periclitantes boues, in stabulo quiescere, ne subitaneus (vt vocant) sanguis superueniat & fœno tum alio tum cordo salubri pasci. Si membrum coxendicis vitio, alimentum non sentiat & contabescat, sæpe diuq; illines hoc vnguento, quod recipit ceram iuglandis magnit diue, axungiam de ruffo maiali, medullam sabuci arboris, bubulam medullam ac seuum & salem, quæ omnia ad ignem bullire & misceri debent. Alij de opima bubula carne, postquam diu bullierit, innatantem pinguedinem auferunt, mox iure quod reliquum est, locum affectum lauant, deinde pinguedinem perfricando illinunt ad solem: aut si solis copia non sit, afferem igne calefactum membro admouent. Alij inungi iubent, allio, axungia, herba sabina & fuligine tritis mixtisq;, bobus simul & equis vtili medicamẽto. Herba pidrie (hippomarathrum videtur) vtuntur Rheti ad vaccarum dysuriam.

Est quando lac etiam cruentum excernitur: quo animaduerso, mulierculę lac omne emulsum aquæ fluenti infundunt: aliæ mulctrali inuerso id est fundo immulgent, & signo crucis notant. Hæc scribo vt aniles superstitiones istæ proditæ improbentur. Vaccam fuisse Pirunthi accepimus, cui cibi excrementũ extenuatum per vesicam transmittebatur, dissectusq; anus denuo propere coalescebat, nec resecando euincere vitium poterant, Aristoteles. Boues gregales (vt Aristoteles scribit) morbis duobus tentantur, struma, de qua supra dictum est: & podagra affectu ægre curabili: facit hæc vt pedibus intumescant & quamuis non intereant, tamẽ vngulas amittant: valent melius cornibus pice illitis calida. Hæc Aristot. Et alibi, Vngulas cum dolore articulorum laborat bos non amittit, sed pedes tantummodo intumescunt vehementer. Et rursus alibi, Nec pedum dolores sentiunt boues, si corũ cornua illinantur cera, aut oleo, aut pice. Boum attritis vngulis cornua vngendo aruina medentur agricolæ, Plinius. Non subteri pedes boum si prius cornua pice liquida perungantur, reperimus, Idem. Boues pedes ne subterant, priusquam in viam quoquam agas, pice liquida cornua infima vnguito, Cato. Per cornua hic vngularum subitantiam intelligo, vt etiam vernacula lingua appellamus: licet Plinius non ita accepisse videatur. Subtriti pedes eluuntur calefacta bubuli vrina: deinde falce sarmentorũ incenso, cum iam ignis in fauillam recidit, feruentibus cineribus cogitur insistere, ac pice liquida cum oleo, vel axungia cornua eius linuntur, Columella. Sanguis dimissus in pedes claudicationẽ affert: quod cum accidit, statim vngula inspicitur: tacti sautẽ feruorem demonstrat: nec bos vitiatam partẽ vehementius premi patitur. Sed si sanguis adhuc supra vngulas in cruribus est, fricatione assidua (ad triduum triti salis perfricatione, Veget.) discutitur: vel cum ea nihil profuit, scarificatione demitur. At si iã in vngulis est, inter duos vngues cultello leuiter (leniter) aperies. (& mundabis intus, Veget.) Postea linamenta (stuppa) sale atq; aceto imbuta applicantur, ac solea spartea pes induitur, maximeq; datur opera, ne in aquam pedem mittat, & vt sicce stabuletur. Hic idẽ sanguis nisi emissus fuerit, saniem creabit, qui si suppurauerit, tarde procurabitur: ac primo ferro circunciſus, & expurgatus (expurgatur ad viuũ, Veget.) deinde pannis aceto & sale & oleo madẽtibus inculcatis (aliâs impletur, Veg.) mox axungia vetere & fœno hircino pari pondere decoctis (aliâs ferro candẽti stillantibus, Veget.) ad sanitatẽ perducitur. Si sanguis in inferiore parte vngulæ est (Veget. addit, nec aperturam facit, & tantũ claudicat animal) extrema pars ipsius vnguis ad viuum resecatur, & ita emittitur, ac linamentis (stuppa vel linteolis cum sale & oleo & aceto infusis, Veget.) pes inuolutus spartea munitur. Mediã vngulã ab inferiore parte nõ expedit aperire, nisi eo loco iam suppuratio facta est. Si dolore neruorum claudicat, oleo & sale genua, poplitesq;, & crura confricanda sunt, donec lateretur. Si genua intumuerunt, calido aceto fouenda sunt, & lini semen, aut milium detritum, cõspersumq; (infusumq;, Veget.) aqua mulsa imponendũ spongiæ quoq; feruenti aqua imbutæ, & expressæ, atq; melle litæ recte genibus applicãtur, ac fasciis circundantur. Quod si tumori sub, si aliquis humor, fermentũ, vel farina ordeacea ex passo, aut aqua mulsa decocta imponitur: & cum maturuerit suppuratio, resciditur ferro eaq; emissa, vt supra docuimus. linamentis curatur. Possunt etiam (vt Cornelius Cellus præcipit) lilij radix, aut scylla cum sale: vel sanguinalis herba, quam αἱματίτιν Græci appellant, vel marrubium ferro recluſa sanare. Ferè autem omnis dolor corporis, si sine vulnere est, recens fomentis melius discutitur, vetus autẽ vritur, & supra vulnus butyrum vel caprinus instillatur adeps, Columella. Si ob partis frigiditatem (inquit Florentinus) bos claudicet, pedẽ abluere conuenit, locumq; affectum (vbi scalpello fuerit manifestatus) fouere veteri vrina. Dein vero sale cõspergere, atq; ex spongia peniculoue alio mundare. His factis, adeps hircina, aut bubula, probe contusa, parti dolenti ex ferro calido instillanda est. Sin autẽ, quòd calcârit erectũ palum, aut aliquid simile, bos claudicare videatur, cætera quidẽ omnia similiter facienda sunt, cerã autẽ cum oleo veteri, melle, & orobi farina, solutam refrigeratamq; vlceri imponere debes. Postea verò, accipiens incretam testulam, ficusq, aut mala Punica tundens atq; permiscens, vlceri circumponito: ac linteo aliquo deligato adeò curiosè, vt externarum rerũ nihil subingrediatur, donec bos ipse firmiter possit stare. Sic liquidẽ percurabitur: tertia autẽ die simili medendi ratione succurrito. Si claudicet ob materiæ influxũ, oleo & passo concoctis, pars ipsa calefacienda est, ac deinde calida polenta hordeacea illi imponenda. Cæterum vbi pars ipsa tenera & mollis est reddita, aperienda est, extergendaq;. Postea verò folia liliorum, aut squillam ex sale, aut polygonon, aut deniq; prasium contusum imponere pedi, Hactenus Florentinus. Si quid pedẽ alioquẽ parte bouis penetrauerit curandum est vt extrahatur cũ radicibus arundinis tritis, vel radicibus dictamni superpositis & fascia alligatis, vel alijs medicamentis quæ spinis extrahendis adhibentur in equis, vt in illorum historia docuimus, Petrus Crescent. Si talum, aut vngulam vomer læserit, picem duram, & axungiam cum fuligine, & lana succida inuolutam candente ferro supra vulnus inurito (aliâs inuoluito & candẽte ferro supra vulnus imponito, & vngito, Veget.) Quod idẽ remedium optime facit exempta stirpe, si forte furculum calcauerit, aut acuta testa, vel lapide vngulã perfuderit, quæ tamen si altius vulnerata est, latius ferro circunciditur, & ita inuritur vt supra præcepit: deinde spartea calceata per triduum suffuso aceto curatur. Itẽ si vomer crus sauciarit, marina lactuca quã Græci θρίδακα vocãt, admisto sale imponitur. Minus claudicabunt armẽta, si opere diiunctis multa frigida lauẽtur pedes: & deinde suffragines, coronæ, ac diserimẽ ipsum, quo dimissa est bouis vngula, vetere axungia defricetur, Columella. Cum fissuræ in pedibus dehiscunt, *pilufen oder schrunden*, sanguinem detrahi iubent. Hetruria myriophyllon (Hermolaus legit millefoliam) appellat herbã in pratis tenuem à lateribus capillamenti modo foliosam, eximij vsus ad vulnera: boum neruos abscisos vomere solidari ea rursusq; iungi addita axungia affirmans, Plin.

His iam perscriptis cum à remedijs ad reliqua de bubulo pecore dicenda transiturus essem, in libellum quendam qui diuersa remedia manuscripta Germanicè continebat, incidi: quæ & ipsa corollarij vice præcedentibus adnectere operæpretium duxi. Sunt autem ista. Si pestilentia bubus ingruerit, radices asari in aqua decoquito & in potu exhibeto: vel ipsas contritas aquæ inspergito & faucibus infundito: vel testas limacum, sutfi-

ciunt

ciunt autem ſingulis bubus ſingulę. Alij herbam cruciatam gentianæ ſpeciem, vt ſupra dixi, pariter cum limacum teſtis terunt, & per os infundunt. Alij virgam auream (ſic Itali vocant, nos *heidniſch wundkraut*) contritam pani imponunt, & ori inferunt. Forſan hæc Dioſcoridis Panaces Chironium eſt, flore aureo, folio non amaraci, vt in Dioſcoride legitur, ſed lapathi, vt in Plinio, maiore & hirſutiore: radix parua non altè demittitur, guſtu acri: naſcitur in montanis, ſiccis & aſperis. Dioſcorides ſerpentium veneno potam radicem, vel illitam comam reſiſtere docet. Aſclepion panaces & Chironion Heracleo calidiora ſunt, (ego cum Galeno potius minus calida legerim) hinc floribus ipſorum & ſemine ad malefica vlcera & phymata vtuntur, Paulus & Galenus. Arnoldus de Villa noua virgam auream apprime laudat à viribus vrinæ ciendæ & calculi renum frangendi: Italorum quidam herbam Iudaicam vel paganam vocant. Auicenna per herbam Iudaicam eruum intelligit: recentiores etiam vnam ſideritidis ſpeciem eodem nomine vocitant, quam alij retrahit. Noſtrates coſtum hortenſem quoque nominant *heidniſch wundkraut*, Tragus *frauwen kraut*. Sic fit, vt cum vel vna res diuerſis nominibus appellatur, vel rurſus diuerſa vno, magna apud pleroſque rerum inſcitia & confuſio naſcatur. Boues ſi intumuerint, calendulæ ſuccum cum aqua potandum eis miſceto. Sanicula & eupatorium (quod vulgus agrimoniam vocat) in vino decocta, boum vulneribus imponuntur. Si bos à ſerpente morſus fuerit, butyrum de menſe Martio cum ſale ad focum permiſce, & illine: vel pelle muſtelina locum demulce. Si vlcus malignum, quod vulgo vermem appellamus, infeſtat carduos edendos apponito, tum bubus, tum equis præcipue: aut radicem Valerianæ ore commanſam ſuperillegato, quod & hominibus prodeſt. Boui pulmonario herbam pulmonariam arboribus adnaſcentem, contritam, panique cum ſale inſperſam in fauces demittito. Aduerſus malum, quod noſtrates ſanguinem ſubitaneum vocant, (de quo ſupra, vbi de inflatione diximus) vrticarum radices ex tribus plantis collectæ, in cibo medentur. Cum ſanguinem ex veſica reddunt boues, quieti in ſtabulo permittendi ſunt, ne fortè ſanguine ſubitaneo corripiantur. Si boui aut vitulo aluus nimium fluat, toſtam auenæ farinam faucibus immittes, & panem toſtum inſperſo ſale. oxylapathi quoq; ſemen in cibo iunare certum eſt. Contrà ſi excrementa alui retineantur, muſcerdam & cannabis ſemen in fauces inſerito: vel vaccinum lac calidum, vel coquinariam colluuiem veterem infundito. Boum & vitulorum lumbricos expelles infuſo ſucco quem expreſſeris è foliis & radicibus betæ rubeæ: idem medicamentum pueris etiam conducit. Alij pollinem burſæ paſtoris dictæ aduerſus eoſdem commendant quos ego errare iudico: alia enim herba eſt, quam vulgo Germani *wurmkraut* appellant, naſturtij ſylueſtris genus, cui ſimillima ſeminum conceptacula burſæ paſtoris ſunt, ad lumbricos maximè commendata. Cum vacca fœtauerit, ex auena fomentum ſtatim admouetor, vt prorſus liberetur. Si poſt fœturam viribus exhauſta erit, adeò vt conſiſtere vix queat, flores fœni ſacco ſalario infarcti & in aqua decocti, dorſo lumbiſq; bene calidi imponantur: bis die ſal offeratur, & in ſolem progredi permittatur, ac cibus ibidem præbeatur. Si vaccam taurire voles, falſam bouis carnem iuglandis magnitudine in oſcij ingerito. Vel. Cum vitulus menſis vnius ætatem attigerit, ſalem vaccę lingendum tam calefacito, quàm ferre calidiſſimum manu potes, & quater aut quinquies vaccæ offerto, mox taurum deſiderabit. Pediculos boum & vitulorum hoc vngento emolieris, quod conſtat cremæ lactis ſeſquiſextario, butyri menſura, quæ duas iuglandes æquet, & reſinę pari, ſalem abunde addes, & pariter feruefacies. cum opus erit illines. Aliqui lauant eos decocto Sabinæ, cui alumen etiam inſpergunt. Si quid noxij aut venenoſi boues deuoraſſe videbuntur, quod cum ex aliis ſignis, tum inflato corpore, facile eſt coniicere: præſtantiſſimam antidotum & omnibus theriacis vulgaribus (nam illas quoq; pecori venenato quidam infundunt) longè præferendam, & multis experimentis celebrem, ab amico quodam, dum hæc ſcriberem, excepi huiuſmodi: Gentianæ radix in pollinem redacta, & ſtillatitio liquori ex fecibus vini (aquam ardentem vocant) permixta infunditur in fauces bouis: Aut ſi gentiana defuerit, liquor etiam ſolus. Idem pecori vehementer noxium eſſe aiebat genus illud glutinis aerei (ſic enim appello, cum nomen aliud ignorem) quod colore ſubflauo, molle, & coagulatum in muris interdum & herbis adhærens inuenitur. Ruſtici quidam trajicientibus in aëre ſtellis id naſci aiunt: & gramen etiam cui hæſerit, licet aquis pluuiis ablutum, venenoſam vim retinere aſſerunt. Non deſunt qui ius in quo hordeum diutiſſimè coctum fuerit, vnà cum cremore ſiue ipſo hordeo, bubus contra quemuis ignotum morbum infundant. Boum etiam quidam morbus eſt, quem aliqui Galli vocant ducru, quo ſæpe pereunt boues, qui oritur ex eo, quod vaccæ in pluuia diutius refrigeratæ fuerint. Ruſtici in hoc morbo dicunt pulmonem coſtis & ſpinæ adhærere: & ſiquis contrectet crucem, id eſt, os ſacrum non poſſe pati illam contrectationem ſed ſe ſubmittere: Et aliquando etiam vi morbi fatiſcere omnibus cruribus. vt inſiſtere tandem non poſſint; & quanquam ſubinde comedant, conſumantur tamen atrophia & marcore. Contra hunc morbum Al. Reſtaldus optimum remedium eſſe dixit, vt ab anu quadam curante audierat, maximam ſpeciem millefolij, quæ cætero multo maior in ſepibus naſci ſolent intra corpus dato. Vetula illa herbam vocabat bien tournec, κατ' ἐξοχὴν, vt puto. Alij ſic affectis vaccis folia conſiliginis circumponunt. Eſt & alius morbus boum qui apud Germanos *die voelle* nominatur, cum ex cruditate & plenitudine cibi boues inflantur, morbus (vt audio) peracutus, ad cuius curationem etiam incantatione quidam vtuntur, huiuſmodi ferè, In nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti, *ſo bitt ich, daß die boeſe blater, die in diſem vieh iſt, zerſpringe*, inflationem ſcilicet veſicam nominantes, & ne naturalis veſica diſſiliat vi verborum, vt ſibi perſuadent, cauent addito verbo *die boeſe*. Ad vomicam pulmonis in Anglia dant pulmonariam (id eſt, conſiliginem) è cereuiſia cum fuligine.

D.

Non probat Plinius illos, qui ſubtilitatem animi conſtare non tenuitate ſanguinis putant, ſed cute operimentisque corporum magis aut minus brута eſſe: boum tergora, ſetas ſuum obſtare tenuitati immeantis ſpiritus, nec purum liquidumque tranſmitti. Sunt ſanè boues ingenio miti, remiſſo, & minimè peruicaces, Ariſtoteles. Agnoſcunt vocem bubulci, vocatique nominibus propriis intelligunt, juſſisque armentarij aut præfecti parent & obſecundant, Florentinus. Mores in operario boue quales probentur, infra dicemus. Boues cœlum olfactantes, ſeque lambentes contra pilum, tempeſtatem præſagiunt, Plinius. *Bubus arator ſtem trahit atræ ſigna procellæ, Lambere ſi lingua prima bos veſtigia forte Viderit, aut dextrum proſternere corpus in armum: Aut ſi prolixis auras mugitibus implent, Paſcua linquentes vix veſpere*, Auienus. *Mollipedasq; boues, ſpectantes lumina cœli, Naribus humiferum, duxêre ex aere ſuccum*, Cicero. Iam ſi proximum eſt, vt pluat, ad dextram Bos coxæ vertebram inclinatur: ſin ſerenum tempus propè futurum eſt, ad ſiniſtram incuruatur.

Præterea si mugit,& terram olfacit,pluuia impendet : si suprà quàm consueuit pabulo completur, tempestatem futuram ostendit,Ælianus. Autumno si oues aut boues fodiunt & iacent vniti ad inuicem habentes caput, hyemem tempestuosam portendunt, tardè coeuntes serenitatem,Incertus.Susias boues numerandi scientiam tenere Ctesias Gnidius scribit. Nam Susis regi singulæ quotidie centum cados ad irrigandos hortos hauriunt. Quem quidem laborem,siue quòd sit eis certus & constitutus, siue etiam quia diu multumq; in eo se exercuerint,promptissime obeunt : Nullam enim earum ad opus remollescere videres, neque ad alterum supra quàm diximus cadum exhauriendum,nec verberibus,nec blanditiis inducere posses,Ælianus. Plutarchus etiam in libro terrestriáne an aquatica animalia plus sapiant, idem scribit in hæc verba : Boues Susis hortos regios versatili machina & modiolis hausstoriis numero certis rigant : centenos modiolos in dies singulos singuli boum ducunt. E natura etiam bouis est, cum ex feritate ad mansuetudinem traductus est, vt ad parendum facilis sit. Enimuero ad feretrum portandum sub iugum missus quietus manet, siue velis eum erecto capite quiescere, siue ad terram inclinato abiici,tum in ceruice & dorso puerum puellámve gestari patitur. Equidem ipse vidi,qui supra nihil se commouentes tauros saltarent.Item boues instituti sese in theatris inclinant,& erigunt,& motus vel homini ipsi difficiles saltant, Ælianus.Bouem licet mansuetum,non facile tamen illius qui sibi stimulos admouet.obliuio capit : at iniuriam animo ac memoria vel longissimo interuallo continens,pœnas pro maleficio sibi illato sumit. Nam cum est sub iugum missus,lorisq; constrictus, quodammodo similis est homini in vincula coniecto,& se quidem trahi quò impellitur, acquiescit. Vt verò solutus est, aliàs ad bubulcum versus pedem suum laxans, aliquod illius membrum contriuit : aliàs sæpe in cornua incitatus, in cursu illum interfecit : Cum tamen in cæteros subito mansuetus existat,ac quietus in stabulum ingrediatur : neque enim ferus in eos existit,qui iram sibi non mouent, Ælian. Boues & pascunt per societates atque consuetudines : & si vnus aberrarit, reliqui sequuntur : quapropter boarij nisi præuenerint,totum armentum requirant, necesse est, Aristoteles. Eximia boum aratorum in socios pietas animaduersa est : nam alter alterum,quo cum arare consuecit,si forte desit,requirit, & frequente mugitu desiderium testatur. In Rhætia inter Curiam & Velcuriam anno 1551. mense Aprili cum vaccæ ex duobus pagis eductæ in vnum pratum conuenissent,mutuam inter se pugnam inierunt,quam nemo dirimere potuit. Ex 60.vaccis 24.eo in loco perierunt,cæteræ vulneratæ sunt,octo tantum illæsis : occisæ ad cibum non sunt adhibitæ,sed inhumatæ, quod id prodigij loco haberetur: fertur tamen, si vaccæ plures per hyemem in vno stabulo fuerint,cum emittuntur,cauendum esse ne concurrant. Quanto fœtus suos amore prosequantur vaccæ Oppianus his versibus prædicauit,

Οἷαι δ' ἐλαφηίδι κεχαλιγμέναι ἀσχαλόωσαι — Μητέρες, οὐκ ἀπάτερθε γυναικείων σταχύων
Κικλήσκουσι, καὶ οὔτε ἑῆς ἐπιλήθεται ἀγλαΐης.

Rubram vestem non ferunt,qui ad boues (tauros maxime, sed magis bubalos) accedunt, neque splendidam, qui ad elephantos,quòd eiusmodi colore eas bestias constet efferari,Gyllius. Apud nos cum exacta hyeme vaccæ primum in pascua emittuntur, quæuis proximam cornibus adoritur : quæ tum victa fuerit, totam deinceps æstatem alteri cedit.Sunt qui allium cum sale vaccis suis primum emittendis in cibo præbeant, vt reliquæ omnes propter odorem eas auersentur : sed minus placidæ inde fieri existimantur. Sunt qui nescio an allium an aliud quidpiam bubus edendum ingerant, vt à cæteris vitentur,& ipsi herbis abundè fruantur. Boues lupus inuadit : aliter enim carne, Aristoteles Cauda lupi suspensa supra præsepe, non poterit comedere (bos, Alberto) cœnam suam quam diu ibi fuerit,Rasis. Si bos ferus fune lanceo ligetur,mãsuescet,Rasis. Ælianus taurum mansuescere scribit,si dextrum ipsius genu fascia deligetur. Cynamyni populi canes alunt,quibus se contra Indicos boues tuentur,Diodorus Siculus. [illegible] : hoc est,bos grauitatem quandam & simplicitatem vultu ac moribus præ se fert, Adamantius. Aristoteles in physiognomonicis illos,quibus facies carnosa est,remissi & negligentis animi esse coniicit : quibus magna,ignauos seu tardos : quibus oculi magni similiter : quibus admodum caui,mites,& illos etiam ignauos, quibus frons magna sit : postremò querulos & indignabundos, quibus vox primum grauis, in fine acuta fuerit : quod eadem omnia in bubus similiter se habeant.

E.

Multiplicem ex bubus vtilitatem capi Philes poeta recentior istis versibus complexus est :

Πολύχρηστον βοῦς, καὶ χαλικὸς φυτεία, — Καὶ σὺν γεωργὸς ἀφελεῖ σὺν σὺν πόνῳ,
Καὶ γάλακτος πηγὴ, τέχνης ἐργαστήριον, — Μετὰ πολλοῦ τοῦ μέλιτος ἐξαγγ[illegible].

Hoc est,Boum vsus extenditur ad vecturam,agri culturam,lac & opera lactaria,deniq; ad apum restaurandam sobolem. Quid,inquit Cicero,de bobus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse ad onus accipiendum figurata : ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus quum terræ subigerentur fissione glebarum, ab illo aureo genere, vt poetæ loquuntur, vis nulla vnquam afferebatur. *Ferrea tum proles exorta repente est, Ansaq, funestum prima fabricarier vsum, Et gustare manu vinctum domitumq, iuuencum.* Tanta putabatur vtilitas percipi ex bobus, vt eorum visceribus vesci scelus haberetur.

Curandum est omnibus annis in hoc æquè atque in reliquis gregibus pecoris,vt delectus habeatur : nam & enixæ & vetustæ,quæ gignere desierunt,summouendæ sunt,& vtique tauræ, quæ locum fœcundarum occupant, ablegandę,vel aratro domandæ, quoniam laboris & operis non minus quàm iuuenci propter vteri sterilitatem patientes sunt,Columella.Iuuencus castratus aptior fit iugo, & mansuetior tractabiliorque,& laboris socium mirificè diligit,vt supra diximus.Boum vulgarium quidam sunt maiores, quorum vsus est in locis planis : alij minores,qui ferè ad montes remittuntur : mediocres vtrisq; conueniunt locis : Oportet autem adultos boues non iuniores laboribus destinare, Petrus Crescent. Quæ in emendis bubus sequenda, quæq; vitanda sint,non ex facili dixerim(inquit Columella)cum pecudes pro regionis cœlique statu & habitum corporis, & ingenium animi,& pili colorem gerant : alię formæ sunt Asiaticis,aliæ Gallicis,Epiroticis aliæ : nec tantum diuersitas prouinciarum, sed ipsa quoq; Italia partibus suis discrepat.Campania plerunq; boues progenerat albos & exiles, labori tamen & culturæ patrij soli non inhabiles. Vmbria vastos & albos,eademque rubros : nec minus probabiles animis quàm corporibus.Hetruria & Latium compactos,sed ad opera fortes.Apenninus durissimos,omnemque difficultatem tolerantes, nec ab aspectu decoros : Quæ cum tam varia & diuersa sint, tamen quædam quasi communia & certa præcepta in emendis iuuencis arator sequi debet : eaq; Mago Carthaginensis ita prodidit,vt nos deinceps memorabimus.Parãdi sunt boues nouelli,quadrati(viribus magnis, grandibus membris,cornibus proceris(amplis)ni-

granti-

grantibus & robuſtis,fronte lata & criſpa,hirtis auribus,oculis & labiis nigris, naribus reſimis patuliſque, ceruice longa & toroſa,palearibus amplis, & penè ad genua promiſſis, pectore magno (lato) armis vaſtis,capaci & tanquam impleńte vtero, lateribus porrectis,lumbis latis(craſſis coxendicibus) dorſo recto planoq;,vel etiam ſubſidente,clunibus rotundis,cruribus compactis ac rectis,ſed breuioribus potius quàm longis, nec genibus improbis,vngulis magnis, caudis longiſſimis & ſetoſis piloſisque,corpore denſo breuique,colore rubeo vel fuſco,tactu corporis molliſſimo.Hactenus Columella de bouis aratoris electione. Bouem rubeum ab aratoribus probari diſcimus: qualis fortaſſe eſt,quem hodie Veneti agricolæ lorum ſuo vocabulo appellitant : Nec enim idem prorſus color eſt rubeus,qui ruber à nobis,à Græcis ἐρυθρὸς dicitur, Nic.Erythræus. Talis notæ vitulos,id eſt,iuuencos vel boues indomitos & rudes (inquit rurſus Columella)oportet cum adhuc teneri ſunt,conſueſcere manu frequenter tractari,ad præſepia religari,vt exiguus in domitura labor eorum ,& minus ſit periculi. Verum neq; ante tertium,neq; poſt quintum (quartum Varro) annum iuuencos domari placet : quoniam illa ætas adhuc tenera eſt, hæc iam prædura,Columella & Pallad Domitura boum in trimatu,poſtea ſera,ante præmatura, Plinius. Eos autem,qui de grege feri comprehenduntur, ſic ſubigi conuenit. Primum omnium ſpacioſum ſtabulum præparetur,vbi domitor facile verſari,& vnde digredi ſine periculo poſſit. Ante ſtabulum nullæ anguſtiæ ſint,ſed aut campus,aut via latè patens,vt cum producentur iuuenci,liberum habeant excurſum,ne pauidi aut arboribus,aut obiacenti cuilibet rei ſe implicent,noxamq; capiant.In ſtabulo ſint ampla præſepia, ſupraq; tranſuerſi aſſeres in modum iugorum à terra ſeptem pedibus elati configantur,ad quos religari poſſunt iuuenci (boues indomiti.) Diem deinde,quo domituram auſpiceris,liberum à tempeſtatibus,& à religionibus (impedimentis omnibus) matutinum eligito. (quo capti perducantur ad ſtabulum) canabiniſq; funibus cornua iuuencorum ligato : ſed iaculi, quibus copulantur, lanatis pellibus inuoluti ſint, ne tenera fronte ſub cornua lædantur : cum deinde buculos comprehenderis,extra ſtabulum producito, & ad ſtipites religato ita, vt exiguum laxamenti habeant, diſtentque inter ſe aliquanto ſpacio,ne in colluctatione alter alteri noceat.Si nimis aſperi erunt,patere vnum diem noctemque deſæuiant (inter vincula mitigentur ieiuniis) ſimul atq; iras contuderint,manu producantur,ita vt & aliquis ante,& à tergo complures,qui ſequantur,retinaculis eos contineant:& vnus cum claua ſalignea procedēs modicis ictibus ſubinde impetus eorum coerceat.Sin autem placidi & quieti boues erunt,vel eodem die, quo alligaueris, ante veſperum licebit producere,& docere per mille paſſus compoſite, ac ſine pauore ambulare : cum domum perduxeris,arctè ad ſtipites religato,ita ne capite moueri poſſint : tum demum ad alligatos boues,neq; à poſteriore parte, neq; à latere, ſed aduerſus placide, & cum quadam vocis adulatione (appellationibus blandis,& illecebris oblatorum ciborum)venito (bubulcus admulceat) vt accedentem conſueſcant aſpicere : deinde nares perfricato,vt hominem diſcant odorari.Mox etiam conuenit tota tergora & tractare, & aſpergere mero, quo familiariores bubulco fiant: ventri quoque,& ſub femina manum ſubiicere, ne ad eiuſmodi tactum poſtmodum paueſcant: & vt ricini,qui plærunq; feminibus inhærent,eximantur:idq; cū ſit à latere domitor ſtare debet, ne calce (aut cornu)cōtingi poſſit(quod vitium ſi in primordiis effectui ſibi ceſſiſſe ſenſerit,obtinebit.) Poſt hæc diductis malis,educito linguam,totumq; eorum palatum ſale defricato, libralesq; offas in præſulſæ adipis liquamine tinctas,lingula (in gulam,Pallad.) demittito,ac vini ſingulos ſextarios per cornu faucibus infundito.Nam per hæc blandimenta triduo ferè manſeſcunt,iugumq; quarto die accipiunt, cui ramus illigatur, & temonis vice trahitur: interdum & pondus aliquod(leue)iniungitur,vt maiore niſu laboris exploretur patientia , poſt eiuſmodi experimenta vacuo ploſtro ſubiungendi,& paulatim longius cum oneribus producendi ſunt. Sic perdomiti mox ad aratrum inſtituātur,ſed in ſubacto agro,ne ſtatim difficultatem operis reformident,néve adhuc tenera colla, dura proſciſſione terræ contundant.Quemadmodum autem bubulcus in arando bouem inſtituat,primo (inquit Columella) præcepi volumine : curandum ne in domitura bos calce,aut cornu quem contingat : nam niſi hęc caueantur,nunquam eiuſmodi vitia, quamuis ſubacta,eximi poterunt. Verùm iſta ſic agenda præcipimus, ſi veteranum pecus non aderit : Nam ſi aderit,expeditior,tutiorq; ratio domandi eſt,quam nos in noſtris agris ſequimur : nam vbi plauſtro aut aratro iuuencum conſueſcimus,ex domitis bubus valentiſſimum , eundemq; placidiſſimum cum indomito iungimus,qui & procurrentem retrahat , & cunctantem producat. Si verò non pigeat iugum fabricare,quo tres iungantur,hac machinatione conſequemur , vt etiam contumaces boues grauiſſima opera non recuſent : nam vbi piger iuuencus medius inter duos veteranos iungitur , aratroque iniuncto terram moliri cogitur,nulla eſt imperium reſpuendi facultas : ſiue enim efferatus proſilit,duorum arbitrio inhibetur : ſeu conſiſtit, duobus gradientibus etiam obſequitur : ſeu conatur decumbere , à valentioribus ſubleuatus trahitur : propter quæ vndiq; neceſſitate contumaciam deponit,& ad patientiam laboris pauciſſimis verberibus perducitur. Eſt etiam poſt domituram mollioris genetis bos, qui decumbit in ſulco : eum non ſæuitia, ſed ratione cenſeo emendandum : nam qui ſtimulis,aut ignibus, aliisque tormentis id vitium eximi melius iudicant, veræ rationis ignari ſunt,quoniam peruicax contumacia plerunq; ſæuientem fatigat. Propter quod vtilius eſt citra corporis vexationem fame potius & ſiti cubitorem bouem emendare : nam eum vehementius afficiunt naturalia deſideria,quàm plagæ.Itaq; ſi bos decubuit,vtiliſſimum eſt ſic pedes eius vinculis obligari , ne aut inſiſtere,aut progredi,aut paſci poſſit : quo facto inedia,& ſiti compulſus deponit ignauiam,quæ tamen rariſſima eſt in pecore vernaculo : longeque omnis bos indigena melior eſt quàm peregrinus : nam neque aquæ,nec pabuli , nec cœli mutatione tentatur, neq; infeſtatur conditione regionis,ſicut ille,qui ex planis,& campeſtribus locis , in montana & aſpera perductus eſt,vel ex montanis in campeſtria : itaque etiam cum cogimur ex longinquo boues arceſſere , curandum eſt, vt ex ſimilibus patriis locis traducantur : item cuſtodiendum eſt,ne in corporatione (aliàs comparatione) vel ſtatura, vel viribus impar cum valentiore iungatur : nam vtraque res inferiori celeriter affert exitium. Mores huius pecoris (bouis operarij) probabiles habentur, qui ſunt propiores placidis quàm concitatis, ſed non inertes (arguti, manſueti, Pallad.) qui ſunt verentes plagarum , & acclamationum, ſed fiducia virium, nec auditu,nec viſu pauidi,nec ad ingredienda flumina,aut pontes formidoloſi : multi cibi edaces, verùm in eo conficiendo lenti : nam hi melius concoquunt,ideoque robora corporum citra maciem conſeruant : qui ex commodo, quàm qui feſtinanter mandunt.Sed tam vitium eſt bubulci pinguem,quàm exilem bouem reddere : humilis enim & modica corporatura pecoris operarij debet eſſe,neruisq; & muſculis robuſta : non adipibus obeſa , vt nec ſui tergoris mole, nec labore operis degrauetur. Hactenus Columella. Nouellos cum quis emerit iuuencos, ſi eorum colla in furcas deſtinata incluſerit ac dederit cibum,diebus paucis erunt manſueti , & ad domandum proni. Tum ita ſubigendum vt minutatim aſſuefaciant,& tironem cum veterano adiungāt : imitando enim facilius domātur.Et primum

cos

Digitized by Google

eos æquo in loco,& ſine aratro, tum eo leui ſimul arare faciant, & principio per arenam, aut molliorem terram dum conſueſcant. Quos ad vecturas alimus item inſtituendum, vt in ania primum ducant plauſtra,& ſi poſſis,per vicum,aut per oppidum,vbi creber crepitus ſit, ac varietas rerum conſuetudine celeberrima, ad vtilitatem adducito. Neque pertinaciter quem feceris dexterum in eo manendum. Quod ſi alternis ſit ſiniſter,ſit laboranti in alterutra parte requies. Vbi terra leuis,vt in Campania,ibi non bubus grauibus, ſed vaccis aut aſinis quòd arant,eò facilius ad aratrum leue adduci poſſunt,& ad molas,& ad ea,ſi qua ſunt,quæ in fundo conuehuntur. In qua re alij aſellis, alij vaccis ac mulis vtuntur, exinde vt pabuli facultas eſt. Nam facilius aſellus quàm vacca alitur,ſed fructuoſior hæc. Cauto agricolæ hoc ſpectandum,quo faſtigio ſit fundus : in confragoſo enim ac difficili hæc valentiora parandum,& potius ea,quæ plus fructum reddere poſſunt,cum idem operis faciunt, Varro. Araturos boues quàm arctiſſimè iungi oportet, vt capitibus ſublatis arent : ſic minimè colla contundunt : Si inter arbores vitesq; aretur,ſiſcellis capiſtrari,ne germinum tenera præcerpant : Securiculam inſitiuam pendere,qua intercidantur radices. Hoc melius quàm conuelli aratro,bouesq; luctari. Hæc Plin. apud quem plura ad arandi diſciplinam lege libro 18. cap. 18. & deinceps : & apud Columellam lib. 2. cap. 2. 3. & 4. Bubulcus ſiue arator nunquam ſtimulo laceſſet iuuencum, quod detrectantem calcitroſumq; eum reddit : nonnunquam tamen admoneat flagello Columella. Fortiſſima bouis pars caput eſt,ideoq; cornibus prædita, quæ iugo alligantur. Ceruix etiam ei firmæ robuſtæque carnis eſt,quamobrem non deſunt,qui iugum ceruici committant. Syria tenui ſulco arat,cum multifariam in Italia octoni boues ad ſingulos vomeres anhelent, Plinius. Vno boum iugo cenſeri anno facilis ſoli quadragena iugera : difficilis tricena,iuſtum eſt, Idem. Saſerna apud Varronem ad iugera ducenta arui, boum iuga duo ſatis eſſe ſcribit. Cato in oliuetis ducentorum quadraginta iugerum boues ternos, ita ſit vt Saſerna dicat verum,ad cẽtum iugera,iugum opus eſſe,ſi Cato ad octogena. Sed ego neutrum horum,inquit Varro,ad omnem agrum conuenire puto,& vtrumq; ad aliquem. Alia enim terra facilior aut difficilior eſt alia. Terram duram proſcindere niſi boues magnis viribus non poſſunt,& ſæpe fracta bura relinquunt vomeres in aruo. Ne boues operantes laſſentur, oleum & terebinthinam concoquens, vngito cornua, Democritus. Boues ſeriis coniungere licet. Hoc licet facere,trahant ligna,fabalia,frumentum quod non daturus eris, Cato. Tribula vel tribulum eſt tabula ſaxo vel ferro aſperata,qua frumenta tererentur : in frequenti etiam nunc Italiæ vſu, Varro. Eſpicis in aream excuti grana oportet,quod fit apud alios iumentis iunctis & tribulo, &c. Varro 1. 52.

Ne boues in area ad trituram accommodata ſpicas interim edant,dum proculcant,eorum bubulo ſimo nares illinendæ ſunt : Quæ aſtuta machinatio perficit,ab illarum vt ſeſe eſu abſtineant. Hoc nimirum animal huiuſmodi tetri odoris aſperſione deterritum,nihil, ne ſi fame quidem acerrima premeretur,vnquam ederet, Ælianus. Vaccarum aliæ ſunt magnæ & mediocres,quæ ſobolis gratia nutriri ſolent,vt vituli mactandi,ac boues plauſtris & aratris neceſſarij, ex eis generentur. Harum lac, licet ad cibum & conficiendum caſeum vtile ſit, tolli tamen ex eis non debet,ſed pro nutrimento vitulis relinqui. Aliæ minores ſunt, quæ lactis tantum & caſei gratia nutriuntur: ideoq; vituli quindecim à partu diebus elapſis occidendi ſunt. Eligendæ ſunt non nimium paruæ,& vberibus magnis (& caudis longis,vt aliqui addunt) Petr. Creſcent. Non degeneres exiſtimandi etiam minus laudato aſpectu plurimum lactis Alpinis,quibus minimum corporis plurimum laboris, Plinius : Altinas apud Columellam non Alpinas legimus. Boues dicuntur matrices Varroni,quas & fructuarias rectè appellaris. Cenomani & Orobij quidam quotidiano ſermone Bergaminos appellitant, quos Vaccarios alij dicunt : Germani *ſennen* : & bergaminas ipſas vaccas,quæ gregatim in montibus paſcuntur : bergum enim Germani montem vocant: vnde & Bergomum dictum,quod in montibus ſitum ſit : videntur & Orobij populi illius regionis inde dicti etymo Græco, quod vitam in montibus agant : & forte Cenomani Germanico,quaſi *ſennmannen*, id eſt, viri vaccarij : vel ceuomani,à ceua,id eſt, vacca, vt Germani hodie & olim in Italia Altini vocabant.

Numerus de tauris & vaccis ſic habendus, vt in ſexaginta vnus ſit anniculus,alter bimus. Quidam habent aut maiorem,aut minorem numerum gregum. Nam apud eum duo tauri in ſeptuaginta matribus ſunt. Numerum gregum alius alium facit. Quidam centenarium modicum putant eſſe, vt ego, Atticus centum viginti habet, vt Lucienus, Varro. Noſtri Lactarij vaccas circiter triginta aut quadraginta vt plurimum in vno grege habent. Vt reliquis gregibus pecuariis,ſic & vaccis delectus quotannis habendus, & reiiculæ reiiciundæ, quòd locum occupant earum,quę ferre poſſunt fructus, Varro. Vaccæ cum vel ſterileſcunt, vel aratrum & plauſtrum renuunt,mactantur : & cum vetulæ iam dentibus amiſſis non amplius bene aluntur. Boues euadent habitiores, ſi calida ſubinde lauentur : & ſi quis inciſa cute ſpiritum in viſcera harundine adigat, Plinius Poſt laborem pingueſcunt,at ſi ante laborem victu & otio abundent,citius moriuntur. Noſtri prægnantes etiam vaccas ad mactandum ſaginant, idque optimè fieri aiunt circa medium geſtationis tempus. Pinguefacies boues (vt Sotion docuit) ſi prima die vbi redierint à paſtu,comminuens braſſicas, acetoque acri perfundens,eas illis porrexeris : & poſtea paleis cribro tranſmiſſis furfur triticeum permiſcens, id in dies quinque ſimiliter appoſueris. Cæterum ſexta die hordei redacti in pollinem heminas quatuor apponens, paulatim curriculo dierum ſex nutrimentum augebis. Sed tempus exhibendi alimenti bobus, hyeme erit, primò quidem, dum galli occinunt : ſecundò autem, circa matutinum crepuſculum : quo tempore etiam dandus eſt potus : ac reliquum alimenti quod ſupereſt, id veſperi exhibendum eſt. At æſtate, primo quidem,diluculo nutriendi ſunt boues : ſecundo autem, poſt id, hoc eſt meridie,ac ſubinde potus eſt dandus. Quo quidem modo,circa horam nonam iam tertio cibans,denuo aquam adminiſtrabis. Verum hyeme quidem potus ſit illis calidior aqua : tepida autem æſtate. Lotio etiam ipſorum buccas colluito, extrahens adnatam pituitam : linguamque à vermibus repurgato, volſella auferens (gignuntur ſiquidem vermes in linguis boum) ac ſale deniq; linguam ipſam inſpergito, Hæc Sotion. Friſones ſtudent impinguationi porcorum & boum per vnum & eundem cibum : bouem enim alligant ad præſepe, miniſtrantes ei hordeum cum pilo durum, quia quia dentes non habet, non comminuit hordeum, ſed in ipſo emollitur,& ex ipſo molli trahit nutrimentum : & alterum quaſi integrum emittitur cum ſtercore. Porcum igitur alligare dicuntur caudæ bouis, & ille maſticando grana hordei cum ſtercore emiſſo ex illis impinguatur, Albertus. Varro memorat iuuencam quandam pinguitudine carnis adeò auctam eſſe, vt in eius corpore ſorex eſa carne nidum fecerit, & mures pepererit : Quod in ſue etiam in Arcadia ſpectatum ſit. Eruum boues impinguat, Dioſcorides. Eruum verum Lugduni vidi, vbi à ruſticis ſeritur, vt Claudius Milletus medicus illic mihi retulit : id ſi ſues nimium vorauerint, ſanguinem per vrinam eis moueri aiunt, quod veteres etiam eruo attribuunt in hominibus : accedit & color, qui cortice exteriori detracto intus rubet, quod in Lugdunenſi illo legumine ipſe obſeruaui, & Actuarius de eruo ſcribit : Hypoſtaſis orobea (inquit)

(inquit) à leguminis similitudine nomen habet in vrina, cuius instar est globosa, ac eiusdem excorticati colorem refert, qui rubeus est, vitello oui rubeo similis. In Germania hactenus legumen hoc non vidi. Ciceris etiam genus alterum orobizum vocant, ab erui similitudine, & quod similiter subamarum sit. Ciceram Columella non tam leguminibus quàm pabuli generibus annumerat, quæ bubus erui loco detur fresa in Betica, nec hominibus inutilis, sapore nihil differens à cicercula: colore tantum discernitur, quo sordet, obsoletior videlicet & nigro propior, Hermolaus Barbarus. Idem in Corollario ad Dioscoridis caput de lino, sic scribit: Oleo seminibus lini expresso fraces & retrimenta quoque ipsa reponuntur, saginando iumentorum generi, præcipuè bubus, obesitate sola insignibus futuris: Quales ad nos Mediolano coronati veniunt, principibus quotannis officij gratia donantibus: visceratione hinc solenni orta, magistratibus diuisa carne globulis: quos quia ferè pares sunt, sociolos consuetudo appellat: quidam non sociolos, sed succidulos à suilla visceratione vocare malunt, quæ singulis annis ante curiam venationis die agitur. Hæc Hermolaus. Quidam brassicæ capitatæ folia, etiam ea quæ tanquam inutilia separantur, bubus plurimum alimenti conferre putant. Genus graminis in Cilicia nascitur, quod indigenæ cin nam appellant, quod viride obiectum boues inflammat. Sunt tamen qui boues inde pingueſcere contendant, nato alterutris errore, quòd alij κέμπενον, alij κίμπολον legant, sensu longè diuerso, Ruellius. Viscum siue stelis & hyphear, bubus & iumentis post messem pabulum præbet & saginat, Theophrastus de causis 2.23 De cibis boum copiosius egi supra, & de ocymo ac farraginis generibus seorsim, quibus non purgantur solum, sed etiam saginantur boues.

Verres, iuuencos, arietes, hœdos decrescente luna castrato, Plin. Quomodo autẽ vituli castrandi sint, vide in Vitulo E. Ad copiã lactis melius Altinæ vaccæ probantur, quas eius regionis incolę ceuas appellant: eæ sunt humilis staturę, lactis abundantes, Columella. Apud nos etiam humiles & breuioribus cruribus vaccas tanquam lacte fœcundiores magis probant Ouillum lac caprinumq́; , mox bubulum, commodum est ad conficiendum reponendumq́; caseum, Arist. Bubulum lac caseo fertilius quàm caprinum ex eadem mensura penè altero tanto, Plin. Ex Aristotele tamen non duplam, sed sesquialteram ferè proportionem colligimus. Casei bubuli maximi sunt cibi, & difficilimè transeunt sumpti, Varro. Bos ante partum lac non habet, quo tempore à nostris dicitur *zegnst gaan*, per dies circiter decem, sub quod tempus lac densius redditur, & grauius olet: quas ob causas, & ne fœtui iam grandiori alimentum subtrahatur, mulgere desinunt. Ex primo semper à partu colostra fiunt, ni admisceatur aqua, in pumicis modum coëunt duritia, Plin. Colostrum, id est, primum à partu lac, Germani vocãt *brenst*, rustici quidam *ampfaffen*. Improbari audio quod omnium primum est, illud verò quod statim sequitur inter delicias censeri, vtpote pinguius. Machid al. Mathid vaccinum (apud Arabes) est lac vaccinum, à quo propter multam eius in vtre aut alio vase concussionem extractum est butyrum. Andreas Bellunensis. Bubulci quidam siue Vaccarij apud nos, vaccas à medio Aprilis plerunq; ad autumnum vsq; conducunt, pro quo tempore sex circiter mensium butyri libras ferè septuaginta quinq; (libram dico duodecim vnciarum) locatoribus pendunt. Vaccas nonnulli emunt, & iisdem rursus aut aliis locant nutriendas, propter spem sobolis, quæ ad dominum & conductorem ex æquo pertinet. Quod si soboles quotannis non prouenit, certa pecunia à conductore numeratur. Si quid damni nulla cõductoris negligentia inciderit, hoc etiam ex æquo ad vtrosq; spectat. Pecudes armentaq́; & iumenta, sale maximè solicitantur ad pastum, multo largiore lacte, multoq́; gratiore etiam in caseo dote, Plin. Βούτυρον aut βούτυρος, siue maris, siue neutro genere pronuncietur, nihil refert: è pinguissima & oleosa lactis parte fit, interdũ vnà cum caseis relinquitur, seiunctо solũ sero: vnde casei quandoq; tam optimi, vt adiposum humorẽ destillent. Butyrum à boue nominatur, è cuius lacte copiosissimum confit, vt miretur Dioscoridẽ Galenus, quod ex caprino & ouillo confici lacte dixerit. Ex caprino tamẽ fieri solere testis est Plinius, Hermolaus. Ego butyri nomen quoties absolutè ponitur, de bubulo semper acceperim: quod & nominis ratio, & pecudis huius excellentia postulant: optimum enim plurimumq́, ex vaccino lacte fit. Autores si aliarũ pecudum butyrum intelligant, nomen illarum, vt caprinum aut ouillum, adiiciunt. Inula in oleo discocta (inquit Marcellus Empiricus) & contrita, & cum butyro ouillo & melle imposita, cacoëthe maligna emendat. Sed quanquam butyri nomẽ simpliciter positum de bubulo semper accipiendum mihi videatur, non aliter tamen in hoc Opere de butyro agam, nisi per singula animalia vbi singulorum nomen additur: vt etiam de lacte, sero, & caseo. Nam quæ de illis in vniuersum & communi quadam ratione dici possunt, ea explicantur in libello nostro, quem de lacte & operibus lactariis priuatim ædidimus, & si vita superfit, aliquando dabimus arctiorem. Linguæ vaccæ puluis datus mulieri cũ brodio seu vino, subitò lac euocat, Incertus.

Boum cornua magna præcipue & seniorum, apta sunt pectinibus: ossa tesseris & cultellorum manubriis. Petrus Crescent. Boum & elephantorum cornua eriguntur & flectuntur, ac nimirum ex rotundis in planas & alias quasuis figuras contorquentur, & se vt fabris libet, artificio attentari patiuntur, Ælianus. Boum cornibus veteres pro poculis vtebantur, vt in Philologia dicemus. Cornua dicebantur olim, quæ nunc tubæ, cò quòd ea quæ iam sunt ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu, Varro de Lingua Lat. *Ranco strepuerunt cornua cantu*, Vergil. Æneid. 8. Hinc cornicines dicti. Vtitur hodieq́ue cornu in bello, mugitu terribili, Heluetiorum pagus Vria. Qui bombardas, vt vocant, gerunt milites, puluerem accendendum in cornibus pulchrè adornatis reconditum habent. Boum coriis glutinum excoquitur, taurorumq́ue præcipuum, Plinius: id Græci taurocollam vocant, vt in Tauro dicemus. Tergo bubulo lentor quidam mucosus abundè inest, ex quo glutinum facere solent, Aristoteles. Gummi albelat (vt Alchuinus & Ebenbitar scribunt) res est composita ex glutine (quod è pellibus vaccarum fit) & marmore trito. Sunt qui interpretentur pharmacum quoddam simplex quod ex India afferatur: sed prima opinio verior est, Andreas Bellunensis. Confectos casiæ surculos corio bubulo præsuunt, vt eo putrescẽte enati vermes lignum erodant, Theophrastus. Coria boum adultorum soleis calceamentorum conueniunt, Petrus Crescent. Carbatinas Græci vocant, vt Xenophon, calceos factos ex rudi corio bubulo, ἐκ τῶν ἀκεάστων βοῶν, Varinus. Itali hodie calandrellos nominant. Pollux calceamentum rusticum exponit, cui nomen à Caribus inditum sit. Hermolaus Barbarus in Corollario ad saxifragam Dioscoridis, Carbatinis (inquit) legèndum in secundo historiæ animalium volumine Aristotelis, capite primo, (vbi camelos, quæ per exercitum longiore itinere fatiscunt, carbatinis calceari scribit) non carbasinis est. Sunt autem carbatinæ, quas Catullus ad Victium carpatinas crepidas vocauit, calceamenti genus è Caria translatum, quod hodieq́ue vulgò sic vocatur, detractis vtique posterioribus syllabis, & f litera principio adiecta, vt assolet. Nam & carpisculus calceamenti genus est, vt Fl. Vopiscus ait in Aureliani Cæsaris vita. Quidam tamen carbasa etiamnum vocant boum coria, quæ Cæsar alutas appellauit: nam, vt Suidas ait, vbi defecissent calcei, carbatinis vtebantur, ex crudis boum tergoribus

goribus recens detractis, vt illud Vergilianum: *Vestigia nuda sinistri Insistunt pedis, nudus tegit altera pero.* Nostri hodie tergoribus bubulis vtuntur etiam ad conficiendum puluerem tormentorum bellicorum. Nauigant Britanni vimineis alueis, quos circundant ambitione tergorum bubulorum (aliàs bubalorum) Solinus. In magnis nauibus maris, ex quibus pugnatur, pelles bubulas habent, quas statim ad foramina nauis clauis affigunt, cùm necessitas postulat. Cilices pro scutis gerebant parmulas è crudo bouis corio, Herodotus. Equites antiquitus clypeos habebant ex bubulo concinnatos corio, Polybius. Aiacis σάκος ἑπτάβοειον vocat Homerus Iliad. η. id est, septem pellibus bubulis circumtectum. Malthæ frigidariæ compositio talis est: sanguinem bubulum, florem calcis, scoriam ferri, pilo vniuersa contundes, & ceroti instar efficies, & curabis adlinire, sicubi frigida balnei inter rimas labetur, Palladius: qui etiam paulò antè ad malthan calidariam sanguinem taurinum requisiuerat. Est & luxuriosa ratio vites serendi, vt quatuor malleoli vehementi vinculo colligentur in parte luxuriosa: atque ita vel per ossa bubuli cruris, vel per colla fictilia traiecti, obruantur binis eminentibus gemmis, &c. Plin. 17. 21. Scabritia chartarum leuigatur dente concháve, sed cadacæ literæ fiunt, Plinius. Nostri boum præcipuè dentibus ad chartam poliendam vtuntur. Βύκρανον Grammatici exponunt galeam factam ex capite bouis. Aduersus mures agrestes Apuleius asserit semina bubulo felle maceranda antequam spargas. Mures abiguntur cinere mustelæ, vel felis diluto, & semine sparso, vel decoctarum aqua. Sed redolet (frumentum) virus animalium eorum, etiam in pane: ob id felle bubulo semina attingi vtilius putant, Plinius. Si radici arboris fel vaccinum illinatur, non accedent ad eam formicæ, Rasis. Lycium adulteratur etiam amurca ac felle bubulo, Plinius. Et alibi: Lycium Indicum aliqui felle bubulo adulterant. Extinguuntur cimices amurca & felle bubulo, lectis aut locis perunctis, Palladius. Auiculæ si edant grana, quæ vel in fæce vini cum cicutæ succo, vel in aqua ardente, vel etiam in fæce sola potentioris vini, vel in decocto albi ellebori cum felle antiqui bouis (maduerint) attonitæ redduntur, Cardanus. Boues ne infestentur à muscis bubulam saliuam illine, Africanus. Corni arboris flore degustato, aluo concita moriuntur apes, remedium præbere eis vrinam hominum vel boum. Circumlini alueos apum fimo bubulo, vtilissimum. Alueraria hyeme stramento operiri conducit, & crebro suffiri, maximè fimo bubulo. Cognatum hoc iis innascentes belliolas necat, aranæos, papiliones, teredines: apesque ipsas excitat, Plinius. Per vernos dies, vt Higinus ait (circa calendas Aprileis, Palladius) curandæ sunt apes adapertis alueis, vt omnia purgamenta quæ sunt hyberno tempore congesta, eximantur, & araneis qui fauos corrumpunt detractis, fumus immittatur, factus incenso (& sicco, Pallad.) bubulo fimo. Is enim quasi quadam cognatione generis, maximè est apibus (apium saluti) aptus, Columella. Tineæ & papiliones plerunque fauis adhærentes decidunt, si fimo medullam bubulam misceas, & his incensis nidorem admoueas, Idem. Castrandis alucaribus fumus admouetur ex arido fimo bubulo, quem in pultario factis carbonibus conuenit excitare, Palladius. Quidam ægris examinibus apum, ne intereant, bubulam vel hominis vrinam (sicut Higinius affirmat) alueis apponunt. Campos nonnulli siculneo cinere perfequuntur: si permanserint, vrina bubula & amurca æqualiter missa conferuicant, & vbi refrixerint, olera omnia hoc imbre conspergo, Palladius. Apes quomodo ex iuuenco perempto, vel (vt alij volunt) ex ventribus bubulis, vel (vt alij) ossibus procreentur, explicabimus in historia Apum. Fimus bubulus stercorandis agris & arboribus ac vineis vtilis est, Petrus Crescentius. Acerrimus hominis fimus est, vt & Chartodras, omnium optimum cum esse asseuerat: secundum suillum, tertium caprarum, quartum ouium, quintum boum, sextum iumentorum, Theophrastus: & Plinius ferè similiter: qui tamen his omnibus à Varrone præferri scribit turdorum fimum ex auiariis: cui proximum (inquit) Columella è columbariis facit, mox gallinariis, &c. Et alibi, Quidam etiam bubulo iumentorum fimum præferunt, ouillumque caprino. Loteis (è loto) aliisque lignis, quorum vsus ad cardines est, ne findantur, fimum illinunt bubulum, vt siccetur, sensimque defluat, atque euaporetur humor medullæ, Theoph. 5. 7. de hist. pl. Lentes bubulo stercore arido ante sementem oblitæ, meliores & citius nascentur, Florentinus. Ne quod animal pastu malefico decerpat frondem, fimo boum diluto aspergi folia iubent, quoties imber interueniat, quoniam ita abluatur virus medicaminis, Plinius. Area ad messem creta præparatur, Catonis sententia amurca temperata, Vergilij operosius. Maiore ex parte æquant tantum, & fimo bubulo dilutiore illinunt: Id satis ad pulueris remedium videtur, Plinius. Cato argillæ vel cretæ harenam fimumque bubulum admisceri, atque ita vsque ad lentorem subigi iubet, idque interponi & circumlini, Plin. 17. 14. de insitione scribens. Fimum bubulum rustici nouellis plantis (earum foliis) illinunt, vt pecus odore auertatur, ne abrodat, Theophrastus. Bubulum stercus contra culices valere tradit, Actius.

F.

Bubula caro multum nutrit, & qui ab ea gignitur sanguis, supra mensuram crassior est, propterea his qui temperamento sunt melancholico, diuersos & melancholicos morbos infert. Difficulter etiam concoquitur & redditur. Sed si concoquatur, abundè (& probè) nutrit: & si cum ouilla carne comparetur, frigida est, sanguinemque melancholicum gignit. Si quis verò eam comedere expetat, vel cogatur, eius lesionem quæ futura timetur, sic moderetur: cum aceto, alliis & ruta intingat. Solis hæc calidos (& valentes) ventriculos habentibus confert, & his insuper qui valde & continenter exercentur, Symeon Sethi. Hirci & boues carnem quidem habent minimum humidam, pituitosam ac lentam: nocent tamen admodum ob duritiem, & in alterando difficultatem, Galenus de attenuante victu. Idem libro tertio de alimentorum facultatibus, capite primo: Carnes bubulæ (inquit) alimentum corpori suggerunt non mediocre, neque dissipatu facile: sanguinem tamen generant, quàm conueniat, crassiorem. Quod si quis temperamento naturali melancholicus magis fuerit, affectu aliquo melancholico prehendetur, si largius his vescatur. Affectus autem melancholici sunt, cancer, elephas, scabies, lepra, febris quartana, & quæ peculiari nomine melancholia nominatur. Lien item quibusdam à tali succo intumuit: quam rem cachexia, id est, prauus habitus, & hydropes sæpenumero sunt consecuti. Cæterum quantum carnes bubulæ totius suæ substantiæ crassitie suillam superant, tanto suillæ bubulas lentore antecedunt. Porrò quemadmodum ex suibus, qui ætate sunt florenti, iis iuuenibus qui bono corporis sunt habitu, conueniunt: sic & boum, qui nondum florentem ætatem attigerunt. Bos enim temperamento est quàm sus, multò siccior: quemadmodum & vir ætate florens, quàm puer. Iure igitur iis animalibus, quæ natura temperamento sunt siccior, adolescens ætas ad mediocritatem ipsam confert: humidiorum verò natura, quod sibi ad probam ac conuenientem temperiem deest, ab ætate florenti adsumit. Non modò itaq; vituli carnes habent ad conficiendũ perfectis bubus præstantiores, sed etiam hœdi capris. Et paulò post, Animalia quæ herbas è terra emergentes, aut arborum

arborum ſurculos,aut germina depaſcuntur: ea omnia cum his abundant, habitiora ſunt,ac pinguia,nobisque alendis accommodatiora: Quamobrem illa, quibus herbas denſiores paſci eſt naturale, hyeme,vere primo ac medio fiunt gracilia,ac praui ſucci: vt boues,qui procedente tempore manifeſto fiunt obeſiores, ſucciq́ melioris, cum herbæ augentur ac denſeſcunt,& ad ſemen producendum feſtinant. Quæ verò exigua & gracili herba nutriri queunt,ea primo ac medio vere præſtant,vt oues: æſtate prima ac media capræ,cum fruticum germina ſunt frequentiſſima. Et rurſus eodem libro, Caro leporum ſanguinem quidem gignit craſſiorem, ſed melioris ſucci quam bubula & ouilla. Item in aphoriſmos 2.18. Caro bubula tardius & paulatim alit. Bubula ouillaq́; caro craſſum ſuccum creat,& caput replet, Aretæus in cura Cephalæ. Caro vaccina & reliquę carnes groſſæ prædictæ faciunt euenire aluefues,id eſt,imaginationes malas propter exiccationem, Auicenna. Frigidæ & ſiccæ naturæ hęc caro eſt, impurum & atribiliarium præſtat alimentum,& morbos eiuſdem humoris alumnos creat, quartanas,ſcabiem,lepram,ſplenis vitia & hydropem, in illis prętertim quorum temperiem iſtis affectibus aptam inuenerit: tardè à ventriculo deſcendit,& aluum ſiſtit, Iſaac & Platina. Præcipuè autem boum adultorum carnes vitioſum ſuccum generant,& contumaces ſunt coctioni,idq́; eò magis quo ſeniores fuerint: Iuniorum enim temperatæ ſunt, corpus benealunt, roburq́; & ſanitatem eius tuentur, Petrus Creſcent. Elixa eſſe debet bubula & vaccina caro, Platina. Caules caprifici ſi addantur magno ligni compendio eam percoquunt, Plin. Caprificorum ſummi cauliculi, quos Græci cradas dicunt bubulis carnibus in coquendo additi, cocturam eorum adiuuant, Dioſc. Quinetiam ipſos boues & tauros caprifico alligatos manſueſcere, tum Plinius alibi, tum alij autores ſcribunt. Quam ob cauſam pleriq; cibos craſſos atq; difficiles concoquere facilius poſſunt, vt carnes bubulas: faciles & ſucci compotes laudabilis, vt piſces ſaxatiles, ægrè concoquunt? Rationē alij ad conſuetudinē referunt, alij ad habitum quendam naturalem ingenio humano inexplicabilē: alij ventris calore immodico cibos concoctu faciles vltra modum pro ſua facilitate concoqui, itaq; perfringi corrumpiq́; (ſubito corripi, deuri & fumigari, vt eruditatem pene quod accidit imitetur) cenſent. difficile verò & quod modice immutatur, concoqui tantū, non præterea quicquā vitiari: Nam & paleæ quoniam perquam facile aſſiciuntur, in cinerē vertuntur ab igne largo & rapido: quod ligno quernoaccidere non poteſt. Materiam enim patientem cauſæ reſpondere efficienti conuenit: aliter fieri non poteſt, vt effectus is prodeat, quem vel natura, vel hominis ingenium ſpectat, Alexander Aphrodiſ. 1. 52. & 2.17. Bubula caro valida eſt, ſiſtitq́;, & difficulter concoquitur, quoniā craſſi & multi ſanguinis eſt hoc animal, caroq́; & ſanguis & lac graue eſt. Quorum lac tenue eſt, ſic & ſanguis & caro, vt Hippocrates lib. 2. de ratione victus teſtatur. Celſus ex domeſticis animalibus bubulā plurimi alimenti & ſtomacho aptiſſimam eſſe dicit,& inter ea connumerat, quæ minimè intus corrumpantur. In vitulinam ſiue bubulam cum porris ſuccidaneis, vel cepis, vel colocaſiis liquamē piper, laſer & olei modicum, Apicius. Charis albachar Arabicè. ab Andrea Bellunēſi exponitur cibarium ex carne bouina. Bakar enim bos eſt. Pulmonis morbo laborans cum tuſſi ſaliuæ craſſæ & fuliginoſæ abſtineat carnibus bubulis, ouillis & porcinis, Hippocrates lib 2. de morbis. Idem laborantibus tertio genere tabis carnium bubularum & porcinarum eſum prohibet. Mulier cui vlceratus eſt vterus, abſtineat carnibus porcinis, bubulis & caprinis, &c. Idem. In epilepſia imperant abſtinentiam carnis,& magis porcinæ, vel bubulæ,& caprinæ, &c. Cal. Aurelian. Genus farciminis eſt, quod noſtri vocant *hirnwurſt* id eſt, cerebri farcimen,& hoc ferè modo parant Inteſtinū rectū bouis aut vituli cum bona parte ſalis in aqua bullit mox pulmo, lardū & aromata minutatim concidūtur, & includuntur inteſtino, vna cū cerebro,& ouis quatuor,& lactis ſextario & apio: Sic paratū farcimen & feruefactum in craticula torretur, vnde vel ſiccum, vel cum dulci & aromatibus condito iuſculo apponitur. Pinguiſſimum eſt lac bubulum: ouillū verò ac caprinum, habēt quidem & ipſa pinguedinis quidpiā, ſed multò minus. Galenus. Bubulum, aſininum, equinumq́; lac, magis aluū emolliūt, quàm ouillum, quod dulce, craſſum,& pingue eſt. Bubulum, aſininum,& equinū lac ventri magis idonea ſunt. ſed ipſum turbant, Dioſcorides. Lac & caſeus ex vaccis non tam conueniunt hominis nutrimēto, quàm ex ouibus, Petrus Creſcent. Lac quod maximè perpurget eſt equinū, tum aſininū, deinde bubulū, tum caprinum, Varro. Quod præſtat? Caprę. Poſt? Ouis. Inde? Bouis, Bapt. Fiera Mantuanus de lacte. Lac mulicbre temperatiſſimū eſt, mox caprillum, hinc aſininū, ouillumq́; poſtremò vaccinū, Ægineta. Caprinum lac ſubſtantia temperatū, purgando quidem bubulo imbecillius: ad reliqua verò ſatis idoneum. Lac bubulum pinguiſſimum, craſſiſſimumq́;, nutriendo & moderatè penetrando idoneū. Quædam exiguo guſtu famem ac ſitim ſedant, conſeruantq́; vires, vt butyrum, hippace, glycyrrhizon. Caſeorum maximi cibi ſunt bubuli,& qui difficillimè tranſeant ſumpti, Varro. Equinus caſeus multum nutrit,& bubulo quodammodo ſimilis eſt.

G.

Ex cornu bubuli ſummis partibus cinis, tuſſim ſanat, Plinius Bubuli cornus mucronem exuſtum duorum cochlearīorum menſura, addito melle, pilulis deuoratis, phthiticis prodeſſe tradunt, Idem. Cinis de cornu vaccæ cum aceto illitus, impetiginem (morpheam ſoli contrapoſitam) curat & naribus immiſſus ſanguinem profluentem ſiſtit, Raſis. Cornum bouis combures ex ea parte, qua capiti adhæret,& in puluerem tenuiſſimum redige, atq; ex eo puluere cochlearia duo, cum aquæ calidæ cyathis tribus, & paululo aceti, iciuno ſplenitico per triduum da bibendum, Marcellus. Cornu bubulum medicamento ad ignem ſacrum miſcet Celſus 5 24. Bouis vngulæ cinis ex aqua illitus ſtrumas diſcutit Item ex aqua & melle, panos & apoſtemata diſcutit Plin. Vngula vaccæ vſta & pota à muliere cui lac defecerit, reſtituit lac,& corpus lactantis corroborat, Raſis. Coxæ boum vruntur bibunturque vt ſanguinem fluentem & menſes cohibeant, Raſis: Galenus tauri femora vſta ſanguinem ſiſtere ſcribit. Vaccarum femora cremata, ſanguinis & alui quoq; profluuium compeſcunt, Auicenna: Galenus de ſcobe taurini cornu idem refert. Vt lac redeat nutricibus, & linguam vaccæ, quam ita arefacies vt poſſit inde puluis fieri: quem propinabis è iure aut vino albo, & quaſi ſubitò redibit lac, Andr. Furnerius. Scobs de TALO bouis vino excepta & dentibus mobilibus appoſita eos confirmat, Galenus: alij non ſcobem tali, ſed cremati cinerem,& dentes gingiuasq; laxas eo confricari iubent (vt Plinius: & Raſis,& Haly, quorum interpretes pro talo calcaneum & os bouile imperite verterunt) dentes ita firmandos & mitigandum dolorem polliciti. Eiuſdem cinis cum myrrha dentifricium eſt, Plin. Cum cera etiam & medulla ceruina ambuſtis medetur. Scobs eius cum melle pota lumbricum rotundum educit, Galenus: Cum vino & melle perimit lumbricos cucurbitæ granis ſimiles, Raſis. Cum aceto mulſo ſcobs eadem (aliàs Os bouis in cinerem redactum) ſplenem minuit turgidulum, Galenus, Raſis, Haly. Vide infra in cornu ceruino, quod pleraq; eadem præſtare dicitur. Tollit præterea leucas, id eſt, impegetinem albam, Galen. Lepræ prodeſt, Haly. Venerem mediocriter excitat, Galen. & Haly. Friuolum licet videatur, non tamen omittendum propter deſideria mulierum: Talum candidi iuuenci quadraginta diebus noctibusq́;, donec reſoluatur

in liquorem,decoctum,& illitum linteolo,candorem cutisq; erugationem præstare,Plin. Aristolochia oblonga in summa gloria est,si modo à conceptu admota vuluis in carne bubula, mares figurat,vt traditur,Plin.Ius carnis bubulæ præpinguis coxendici boum & equorum alimentum non sentienti quomodo conferat, supra in morbis explicaui.Ad hominis morsus carnem bubulam decoctam imponi iubent: efficacius vituli, si non ante quintum diem soluatur,Plin.Bubula caro imposita tumorem sanat,Idem. Calida imposita panos & apostemata discutit,vt sanguis etiam & fel eiusdem pecudis,Plinius. Auribus verminosis infundito ex bubulis carnibus inter assandum defluentem liquorem,aut aristolochiam tritam vt emplastrum ipsis admoueto,Galenus. Caro vaccina (bubula, Plin.)recens veretro imposita,vlcera eius & epiphoras mirè persanat, Marcel. Eadem rancorem(rosiones,Plin.) stomachi temperat ex vini & aceti æqua portione discocta & cibo sumpta,Idem. Bubulæ carnis ius ventris fluxus ex flaua bile compescit,Symeon Seth.Ius è carne vaccina,vt medulla etiam, vlcera oris & rimas sanant,Plin. Ad carbunculos valde vtile: Carnem bubulam diligenter contusam imponito: Solue post tres dies,& cum radice ascendet; postquam deciderit vt canum vlcus curato.Est probatum, Nic.Myrepsus.

Corij bubuli cinis cum melle phlagedenas in vlcerum genere adrodit, Plin. Veteris solex crematæ cinis calceamentorum attritus sanat, Plin & Dioscorides, qui ambustis etiam & intertriginibus hunc cinerem mederi ait, si illinatur: Hermol.Barbarus ex lini oleo illinendum transtulit. Perniones sanat corium combustum,melius si ex vetere calceamẽto,Plin. Cutis pedum & rostrorum bouis & ouis igni lento diu coquatur,donec veluti coagulum remittat. id exemptum siccatumq; in aere perflatili,ad hernias commendatur,Sylui us.De glutine ex corio bubulo eiusq; vsu medicinali,vide infra in Tauro: nam Græci taurocollam vocant. Fortior est medulla ceruina quàm bubula,Galenus ex Asclepiade.Boum medulla & seuum neruis commotis conferunt, & molliunt si inungantur, Rasis.Medulla bubula ex dextro crure priore trita cum fuligine,pilis,& palpebrarum vitiis, angulorumq; occurrit: calliphlebariq; modo fuligo in hoc vsu temperatur: optimè ellychnio papyraceo, oleoque sesamino, fuligine in nouo vase pennis detersa.Efficacissime tamen euullos ibi pilos coërcet,Plin. Lucernam fictilem de papyro & medulla vaccina concinnato,atq; eius fumo siue fuligine,pro calliphlebaro vtere,quo palpebras exesas & glabras sæpius inungendo,decentissimas facies,Marcel.In variolis & morbillis, optimũ est inungi medulla ossium boum vel ceruorũ.Abyrzoar.Medulla bubulina (fortè bubula aut bubalina à bubalo legendum)vel taurina liquefacta, tepensq; infusa auribus,plurimum prodest,Marcel. Vlcera oris emendat ceruina vel vaccina medulla cum resina, Plin. Ceruix boum si media intumuit comperimus aurcum esse medicamentum ex pice liquida & bubula medulla & hirceno seuo,& vetere oleo æquis ponderibus compositum atq; incoctum,&c.Columella. Medulla vaccina cum farina tenui subacta,& velut excoctus panis cibatui data,mirè dysentericum sanat,maximè si & caseus bubulus recens manducetur,Marcellus. Vituli aut bouis medullæ excoquuntur cum farina & cera,exiguoque oleo,vt forberi possint,pro cœliacis & dysentericis. Medulla etiam in pane subigitur,Plinius.Vbi puer aphthas habeat, similaginem & medullam bubulam ac farinam,cocta in cibo exhibeto, si verò sugere nequeat,lienem bubulum in vino coctum ac tritum cum melle,in cibo dato,Galen. item ex Apollonio.Plura de medullis in genere ex Galeno dicemus infra in Vitulina.

Seuum vitulinum seu bubulum contra venena quæ exulceratione enecant, auxiliatur,Plinius. Clanos seuum bubulum sanat cum thuris polline,Plinius.Lepras,furunculos, lichenes & psoras sal emendat cum passa vua exempto cius ligno,& seuo bubulo atque origano ac fermento vel pane, maximè Thebaicus,Plinius. Et alibi,In furunculis (inquit) illinitur seuum bubulum cum sale,similique modo caprinum. Sole adusta seuo bubulo cum rosaceo aptissime curantur, Idem. Suppuratio in bubus ferro rescinditur, expressus deinde sinus ipse, qui eam continebat,calida bubula vrina eluitur: vel si collui ea pars non potest, lamina candenti seuum caprinum aut bubulum instillatur, Columella. Boum medulla & seuum neruis commotis conferunt,& innncta molliunt,Rasis. Sanguis bubulus concoquit abscessus,si cum seuo ad ignem emplastrum fiat: emollit etiam tumores duros Rasis. Vlcera capitis subito nata sanantur,si asini stercoris succo,& scillæ contritæ quantum satis videbitur, & bubulæ adipis tantundem miscueris,atque ad capitis vlcera veluti ceroto vsus fueris,Marcellus. Oculorum epiphoras bubulo seuo cum oleo cocto illinunt,Plinius. Seuum bubulum cum adipe anserino tepefactum in aurium grauitate infundunt,Idem. Ad fluporem dentium arcendum,pinguedine aliqua expurgata, bubula vel anserina subunge, Oribasius synop 3.Ad aurium inflammationes, adipem bubulum ac anserinum æquis partibus liquefactos instilla,Apollonius apud Galenum. Seuum vituli vel bouis cum adipe anserino impositum, rimas scissurasque oris optimè iungit, Marcellus. Vlcera oris ac rimas seuum vituli vel bouis cum adipe anseris & ocimi succo emendat, Plinius. Rigores ceruicum bubulo seuo (quod & strumis prodest cum oleo) optimè perfricantur: nam continuo mollescunt,& dolor omnis abscedit,Plinius & Marcellus. Datur & seuum vitulinum aut bubulum cœliacis & dysentericis, Plinius. Adeps bouis efficax est vitiis sedis,Plinius Igni sacro: *Vel tu vicino seuum bouis igne remitte, Mollitumq; linas.* Serenus capite quadragesimo primo. Taurinus adeps, bubulus, & vitulinus aliquantum adstringunt, Dioscorides: Reprehenditur autem à Galeno libro vndecimo de simplicium pharm. facultatibus, capite quarto,quòd adstringendi vocabulo abutatur, vt cum caprinum adipem suillo magis adstringere scribit, cum acriorem esse scribere debuisset: quæ tamen interpretatio iam citato Dioscoridis loco de tauri, bouis, & vituli adipe non conuenire videtur. Porrò bubulum seuum, renibus maximè detractum, exemptis membranis, aqua marina ex alto petita eluendum est: mox in pila tundendum diligenter, affusa maris aqua. Cum verò dissolutum fuerit,in fictilem ollam coniiciendum,& marina aqua, quæ non minus dodrante superemineat, proluendum: decoquendum donec omnis abolcatur odor,additis ad singulas seui Atticas minas, quaternis Tyrrhenis ceræ drachmis: excolatumque, detractis quæ pessum ierant sordibus, in nouo fictili reponendum, operturnque soli interdiu credendum, vt ad candorem reducatur, & odoris virus euanescat, Dioscorides: Ex quo infra etiam quomodo taurorum pingue priuatim curari debeat, præscribemus. Si sanguis reiiciatur, efficacem tradunt bubulum sanguinem, modice & cum aceto sumptum. Nam de taurino credere temerarium est,Plinius. Sanguis vaccinus vulneri infusus, emanantem sistit sanguinem,Haly. Bubulus sanguis abscessus concoquit, si cum seuo ad ignem emplastrum fiat: emollit etiam tumores duros,Rasis. Panos idem & apostemata discutit, vt fel quoque & caro bouis si calida imponantur, Plinius. Canum scabies sanantur bubulo sanguine recenti, iterumque cum inaresca illito, & postero die abluto cinere lixiuio, Plinius. Tradunt Arcades quidem non medicaminibus vti,sed lacte circa ver,quoniam tunc maximè succis herbæ turgeant, medicenturq; vbera pascuis. Bibunt autem vaccinum,quoniam omniuoræ ferè sunt in herbis,Plinius. Vt in Arcadia bubulum biberent phthisici,syn-

ſici, ſyntecticiq; , & cachectæ, diximus in ratione herbarum, Idem. Hippocrates in lib. de internis affectionibus in 3. ſplenis morbo per dies aliquot bubuli lactis quatuor heminas ieiuno dari iubet, tertia muriæ parte ammixta. Idem in tabe dorſali bubulum lac per quadraginta dies propinat. Stomacho accommodatiſſimum caprinum, bubulum medicatius, quo & aluus maximè ſoluitur, Plinius. Bubulum lac priuatim prodeſt his, qui colchicon biberint, aut cicutam, aut dorycnium, aut leporem marinum, Idem. Cuncta venena expugnari eo tradunt Græci, maximè ſupra dicta (id eſt, quæ roſiones vſtionesque inferunt) & ſi ephemerum impactum ſit, aut ſi cantharides datæ, vomitione omnia egeri, Plinius & Dioſcorides. Venenis datis expellendis, *Lac aſinæ, placideq; bonis prodeſſe loquuntur*, Serenus. Cortex glandis (arboris, non fructus) decoctus lacte vaccino, ſerpentis plagæ illinitur, Plinius. Nitrum in facie exulcerationes ſanat cum melle & lacte bubulo. Plinius. Lac bubulum oris vulnera recentia ad ſanitatem reducit, vt quidam citat ex Dioſcoride. Lacte bubulo aut caprino tonſillæ & arteriæ exulceratæ leuantur: gargarizatur tepidum, vt eſt expreſſum, aut calefactum: caprinum vtilius cum malua decoctum, & ſale exiguo, Plinius. Ægrotantibus ἰσφηλικῇ remedium eſt bouillum lac infuſum, Strabo. Lac caprinum vel bubulum vel ouillum recens mulſum, dum calet, vel etiam calefactum gargarizatum, tonſillarum dolores & tumores cito ſedat, Marcellus. Lac bubulum recens mulſum, & lento igne calefactum gargariſatumq; arteriam conſtrictam infuſo catarrho, & fauces exaſperatas, priſtinæ ſanitati reſtituta perſanat, Marcellus. Picem præcoquam, ſiue quam viſcoſam vocant, & rubricam Scythicam, quam alij piſſaſphaltum vocant, cum ſeui ceruini remiſſi cyatho vno, & lactis bubuli vel ouilli pari menſura, ſi quis iam periclitanti phthiſico in potu vel in cibo quotidie dederit, mirè ei ſubuenit, Marcellus. Lac bubulum tepidum incoctum ſubinde ſumtum, exulceratum quoq; ſtomachum ſanabit, Marcellus. Stomachum exulceratum lactis aſinini potius reficit, item bubuli, Plin. Dolores ſtomachi lenit, & maximè his quibus triſtitia aut deſperatio accedunt, lac aſininum, aut muliebre, aut vaccinum, ſilicibus incoctis poratum, Archigenes apud Galenum κατ. τοπ. Alui exulceratos fluores & teneſmos, ouillum bubulúmve aut caprinum lac ſiſtit ignitis calculis (interpres addit, marinis) decoctum, Dioſcorides. Laborantibus teneſmo, id eſt, qui de perfrictione aſſidue ſedere cupiunt, & nihil deiiciunt, lac bubulum decoctum frequenter potum, maximè prodeſt, Marcellus. Teneſmus, id eſt, crebra & inanis voluntas egerendi, tollitur poto lacte aſinino, item bubulo, Plin. In bilioſis fluxionibus lac bubulum aut caprinum tepidum recens mulctum auxiliatur in potu: aut ad ignem decoctum, aſſidueque agitatum, donec ad tertias ſit reductum: quod ipſum & per fluuiales filices (καλλιγας Græci vocant) ferrique laminas igni candefactas, ac in lacte extinctas, fieri poteſt. Cæterum in decoquendo ſuperſtantem concretionem ſiue ſpumam cochleari aut penna auferre oportet. Hoc enim nullum compendioſius remedium ad fluxiones bilioſas reperire poſſis. Quandoquidem autem febricitantibus lac ipſum in nidorem aut etiam acorem conuerti conſueuit, maiuſque nocumentum quàm commoditatem inferre: tunc ſanè in præſens, ipſum exhibere vitabimus: aquæ verò quarta parte ad lac ipſum affuſa, decoctionem faciemus, donec dimidium eius conſumatur, atque hoc modo exhibebimus, Aetius. Qui eadem ferè etiam in cœliacorum dicta tradit, ita exhibitum ſimul ſiſtere ac temperare fluxiones inquiens. Bubulum lac potum dyſentericos iuuat, Galenus. Bubuli lactis decocti potus inter cœliacorum & dyſentericorum remedia numeratur: dyſentericis addi mellis exiguum præcipiunt: & ſi tormina ſint, cornus ceruini cinerem, aut fel taurinum cumino mixtum, & cucurbitæ carnes vmbilico imponere, Plin. Contra roſiones inteſtinorum à medicamentis factas lac infunditur: Et ſi vrat dyſenteria, decoctum cum marinis lapillis, aut cum ptiſana hordeacea. Item ad roſiones inteſtinorum bubulum aut ouillum vtilius, Plin. Noſtri vt dyſenteriæ occurrant in vaccino lacte tepido ſtomoma ſiue aciem ferri optimam nouies candefactam extinguunt, idque calidum propinant ægro. Nonnulli in aqua etiam ægro bibenda aciem ſimiliter extinguunt. Alij lac vaccinum in olla ad ignem ponunt, & duos lapides nigros fluuiatiles ſimul & aciem candefaciunt, & lacti imponunt, ac ne exundet ebulliendo cauent: Lac ita medicatum quam calidiſſimum bibi præcipiunt. Aetius de ſuppuratis renibus tractans, Lac (inquit) cum melle poſt puris eruptionem eis præbendum: & primum quidem aſininum aut equinum: ad vlcera enim repurganda conducit. quum verò repurgatione amplius opus non habent, & morſus fiunt obtuſiores, indigetque æger nutrimento, tunc etiam bubulum lac eis exhibendum duarum aut trium heminarum menſura. Conceptus adiuuari aiunt vaccini lactis potu, Plinius. Vulnerato inteſtino reſpiratio prodit infernè inconſpicua iuxta vulnus, & euacuantur pectora: Dato igitur lac & vinum, pari aquæ menſura ammixta, Hippocrates lib. 2. Epidemiorum, ſectione 6. Et alibi eodem libro, Capitis os (inquit) ſi doleat fractúmve ſit, lac vinumque pari modo propinato. Noſtro tempore aliqui aduerſus quartanam remedium prædicant, ſi ex vino & lacte confuſis liquor in balneo Mariæ (vt vocant) extractus per aliquot dies bibatur. Præterea Hippocrates in libro de natura muliebri, Cum fluxus albus abortus fuerit, qui vel ventris mouet profluuium, vel ad vterum vertitur, &c. pharmacum bibi iubet, à quo ſuperna purgentur, & lac aſininum. Poſtquam autem (inquit) infra purgata fuerit, bubulum lac bibat ad dies quadraginta, ſi poterit, meracum (vt Cornarius transfert, in Græco eſt, ἄκρητον οἶνον) ſub dio per noctem expoſitum, quarta aquæ parte ammixta, & quæ ſequuntur: iubet autem aquam paulatim imminui, & eius loco plus lactis tepidi recens emulſi admiſceri, donec rurſus ferè merum lac fiat. Nam ἄκρητον non de vino ſolum dicitur, ſed de quouis mero & non mixto. Totus ſanè ille apud Hippocratem locus, difficilis mihi & obſcurus videtur. Hoc ſaltem nobis ſi non ex iſto loco, ex ſuperioribus tamen conſtat, vinum lacti permixtum inter remedia quondam fuiſſe. Sanos verò in cibo idem facere noſtrates metris huic argumento accommodatis reprehendunt, quorum hic ſenſus eſt, Lac non Lyæo deiecore Eſt abluendum, ſed liquidis Argenteisque nymphis Ei, qui diu frui volet Dextra valetudine: Nimirum quod facile lac vino mixtum aceſcat, & ſimul in ventriculo corrumpantur: aut etiam fortè coagulandi in eo lactis periculum ſit. Auicenna certè Empiricos Indos aliosque docere ſcribit, lac cum acidis vel acetoſis edendum non eſſe, quoniam diuturni morbi inde oriantur, vt lepra & alij. Aetius de cura melancholiæ, Vtile eſt (inquit) lactis ſero ventrem ſubducere: veruntamen id non ſit, quod ex caſeo fuerit expreſſum: melius eſt enim id, quod per decoctionem ex lacte ſeparatur, præſertim equino vel bubulo, &c. Serum de lacte bubulo, adiecto melle & ſale, quantum ſatis ſit, potui ſumptum, morantem aluum impellit, Marcellus. Idem ante omnia orthopnoicis prodeſt cum naſturtio, Plinius. Tumores præter naturam maturat efficaciſſimè lac bubulum cum ſtercore bubulo & mica panis, Incertus. Medulla vaccina cum farina tenui ſubacta, & velut excoctus panis cibatui data, mirè dyſentericum ſanat, maximè ſi & caſeus bubulus recens manducetur. Marcellus. Ad omnes epiphoras ventris, caſeum vaccinum mollem calidum imponi oportet, quo tempore dyſentericis potiones ferro candenti calefactas dari conuenit, Idem. Caſeus recens vaccinus cœliacis & dyſentericis immittitur. Item butyrum hemi-

nis quatuor, cum resinæ terebinthinæ sextante, aut cum malua decocta, aut rosaceo. Sextius eosdem affectus casco equino, quos bubulo tradit, Plin.

Bouis capiti lapillum tradunt inesse, quem ab eo expui si necem timeat: inopinatis præciso capite exemptum adalligatumq; mirè prodesse dentitioni: Item cerebrum eiusdem ad eundem vsum adalligari iubent, Plin. Ex eadem aqua, de qua bos aut asinus biberit paululum sumptũ & potatum, tollit efficaciter capitis dolorẽ, Marcellus. In iuuencarum secundo ventre pilæ rotunditate nigricans tophus reperitur, nullo pondere: singulare (vt putant) remedium ægrè parientibus, si tellurem non attigerit, Plin. Et alibi lapillum memorans, qui in cervis reperiatur, subdit: Nam de pumice, qui in vaccarum vtero simili modo inuenitur, diximus in natura boum: non alium quàm citatum iam locum significans. Linguæ exulcerationi & arteriarum prodest ius omasi gargarizatum, Plin. bubuli accipiendum puto, de illo enim lacte proxime dixerat, quanquam simul etiam de caprino. Iecur vaccinum cœliacis & dysentericis medetur, Plin. Iecur bouis vsum potumq;, ventris & sanguinis profluuium inhibet, Haly. Lycium Indicum aliqui felle bubulo adulterant, Plin. Vaccinum fel validius est quàm aliarum quadrupedum: Miscetur emplastris ad vlcera quæ erysipelati & dolori vehementi iunguntur, Auicenna. Fel tauri calidius est, magisq; desiccat quàm boum castratorum, Galenus. Fel boum melli admixtum, ferrum infixum vel spinam extrahit. Bdellium in eo dissolutum iuncto aceto, & fistulæ infusum iuuat, Rasis. Permixto alumine & myrrha fel bubulum ad crassitudinem mellis subactum & illitum, ea quæ veretris serpunt, mira celeritate persanat: supra etiam beta vino cocta rectè imponitur, Marcellus: apud Plinium verò lib 28. cap. 15. sic legitur, Vitia quæ in verendis serpunt, fel bubulum sanat, cum alumine Ægyptio ac muria ad crassitudinem mellis subactum, insuper beta ex vino cocta imposita, vt caro quoq; bubula. Panos & apostemata in quacunq; parte fel bubulum discutit, vel sanguis etiam & caro bouis calida imposita, Plin. Strumas discutit fel aprinum, vel bubulum tepidum illitum Plinius. Marcellus non aprinum sed caprinum ad strumas commẽdat, his verbis: Fel bubulum vel caprinum ad incipientes strumas optimè facere experimenta docuerunt. Nam penitus crescere non sinentur, si eo adsiduè tangantur. Cicatrices nigras reducit ad candorem, cum felle bubulo erucæ semen, Plin. Ad anginam, Bouis masculi felle collum oblinito, Galen. cap. 3. Bubulum fel cum nitro & cimolia furfures amolitur, si caput inde lauetur, Auicenna. Fel bouis cum plurima aqua manus dealbat, Cardanus. In vsu est etiam ad collyria contra vngues oculorum. Fel vaccæ nigræ, si eo illinantur oculi debiles, scripturam amilli non percipientes, prodest, Rasis: quid sibi velit vox amilli non assequor: sensus forsitan est, iuuari eos qui scripta remotiora legere nõ possunt, quos Græci μύωπας vocant, luscioſos vel luscitioſos Latini: Plinius tamẽ nyctalopas luscioſos interpretatur, eorumq; oculos felle capræ à quibusdam inungi scribit. De liuoribus oculorum: Erucæ semen recens cum felle bouino cataplasmatis modo impones, Gal. cap 2. Quibus furfures caput occuparunt, his cum fœnogræco, betæ succo, ac nitro præfrictis & extersis, cimoliam felle bubulo ac suillo acetoq; subactam illine. Deinde post horam ablue, atramentumq; sutorium ac nitrum cum oleo trita illine, Archigenes apud Galenũ. In felle boum inuenitur aliquid lapidi simile, figura annuli, quod philosophi vocant alcheron, quod tritũ & naribus attractũ, aciem oculorũ promouet, & prohibet ne quis humor descendens in oculis colligatur: Itẽ si magnitudine lentis inde capiatur cum succo betæ, & hauriatur naribus, comitialibus prodest. Quod si desit alcheron, substituitur ei sesquidenarius de felle tauri nigri, Rasis. Hunc lapidẽ in felle bouis repertũ, aliqui etiam guers & massatũ vocant, vt Matthæus Syluaticus scribit, Arabica nimirũ dialecto. Vide in felle tauri infra. Ad calculũ renũ vsurpatur lapis citrinus, qui inuenitur in cysti fellis vaccæ, in libro de medicinis expertis in duabus compositionibus diuersis. Fel bouis tinnitui & sonis aurium intestinis medetur, si cũ gossipio imponatur: & si cũ oleo instilletur, contractũ ex frigiditate dolorẽ aurium lenit, Haly. Aduersus grauitatẽ audiendi fel bubulũ cum vrina hirci, auriculæ quæ molestiã surdiginis patitur, instillabis statimq; subuenies, Marcel. Si grauitas sit audiendi, fel bubulũ cum vrina capræ vel hirci medetur, vel si pus sit, Plin. Fel testudinum cũ vernatione anguiũ aceto admixto, vnicè purulẽtis auribus prodest: Quidam bubulũ fel admiscent, decoctarumq; carniũ testudinis succũ addita æque vernatione anguiũ. sed diu in vino testudinẽ excoquunt, Plin. Senectus serpentiũ (quæ nõ vetustior anno sit) feruẽte testa vsta instillatur auribus rosaceo admixto, cõtra omnia quidẽ vitia efficax, sed contra graueolentiã præcipue: aut si purulentæ sunt ex aceto, melius cum felle caprino vel bubulo aut testudinis marinæ. Idẽ alibi, Auriũ dolori & vitiis medetur fel apri vel suis vel bubulũ, cum oleo cicino & rosaceo æquis portionibus: præcipuè verò taurinũ, cum porri succo tepidũ, vel cum melle si suppurent: contraq; odorẽ grauem per se tepefactũ in mali corio, Plin. Fel anseris cũ felle bouis & succo daphnæ, surdos sanat, Kiramdes. *Felq; bouis surdis etiam prodesse loquuntur, Si sungas oleda graue quod iunxere capella*, Serenus. Bouis felle palatum illinitur ad prouocationem, Auicenna: fortè apophlegmatismum, id est, pituitæ à capite detractionem prouocationis vocabulo accipere conuenit. Sunt qui morbum regium pelli credant fascia linea in bubulo felle calido tincta, & corpori sub costis incincta: quod triduo faciendum aiunt, ita vt quotidie renouetur medicamentum. Si mulier diu non concepit, mensibus apparentibus tertia aut quarta die, alumen tritum vnguento dilutum, lana exceptum apponat, & per tres dies appositum habeat: tertia verò die fel bouis radito, & ramentum oleo dilutum ac subactum, linteo exceptum apponito, & tres dies appositum habeat: sequenti verò cum viro concumbat, Hippocrates in libro de natura muliebri. Induratam vuluam aperit fel bubulum rosaceo admixto, foris vellere cum resina terebinthina imposita, Plinius. Adtalpas (sic dictos abscessus) locum prius mulso eluito, deinde bubulum fel iniicito, Galenus cap. 3. Fel bouis mixtum vino & medullæ colocynthidis ac melli, anoillito, aluum proritat, Rasis. Hæ morrhoides aperit, Auicenna: in quem vsum Galenus & alij taurino præcipuè vtuntur. Maricę aut fici vt quidam scribunt, si felle bubulo linantur, indubitanter abolentur. Genus maligni & depascentis vlceris, in tibiis præcipuè, quod nostri lupum vocant, sanari quidam promittunt, impositio cataplasmate, ex succo carlinæ (qui radice contusa expressus sit) & chelidonij maioris & felle bubulo, ita vt partes singulorum æquales misceantur. Fel bouis destillatum, summum remedium doloris capitis febrium: prouocat etiam somnum si applicetur supra tempora, Incertus. Fel, præcipuè bubulum, illitum mammis, facit, ne lac in eis grumescat, Aetius. Lien bubulus in melle editur, & illinitur ad lienis dolores: ad vlcera manantia cum melle, Plinius. Inueteratus ex vino datur ad lienem sedandum: recens autem assus vel elixus in cibo, Plinius. Vlcera in facie tolluntur membrana è partu bouis madida. In vesica bouis allij capita viginti tusa cum aceti sextario imponuntur ad lienis dolorem, Plinius. Aeris florem tritum bene cum sinapi, aut etiam solum, mittes in acetum, simalque in bucculari decoques: ita vt aliquandiu illic bulliant, & ad similitudinem pulticulæ spissentur: postea in vaccinam vesicam calida ea transferes, ita vt duobus digitis liquori huic vesica maior sit,

cum

tum ſpleni ſatis calidum medicamen adpones, ligabis faſcia, tertia die ſolues, mirabili gratulaberis remedio, Marcellus. Ad colicam remedium vſu perſæpe comprobatum ab amico quodam accepi nuper huiuſmodi: Later ignitus & faſcia madente inuolutus, pedibus ægri in lecto bene cooperti applicetur, & præterea panni calidi: Mox lac caprinum prius feruefactum in veſicam bubulam infundes (vel ſpongia excipies, & paropſide lignea operies ne diſtillet:) & vmbilico impones quàm calidiſſimum. Hinc ſudor copioſus manabit: proinde ne aluus ſiſtatur, ſimul etiam parum olei ægro propinetur: quod & ipſum aliqui calidum bibi volunt. Boues ne infeſtentur à muſcis, bubulam ſaliuam illine, Africanus. Aiunt ſi bouis caſtrati vrinæ cinis arboris myricæ immiſceatur, vel in potu, vel in cibo, Venerem finiri: Carboque ex eo genere vrina ea reſtinctus in vmbra conditur: idem cum libeat accedere, reſoluitur, Plinius. Si quis ſe infundat in vrina bouis, ſtomacho ob frigiditatem ægro conducit: item ad hæmorthoides, Haly. Vrinam tauri maximè, aut certè bouis vetuſtiſſimam, in ollam nouam anguſti oris infundito, & aceti tertiam vrinæ partem, ac myrtum contuſam ammiſceto, deinde teſtas pro ollæ magnitudine ſatis multas, igni candefactas in ollam coniicito, poſteaque hominem inclinatum appoſita ad ollam aure, fomentum admittere iubeto. Circum aurem verò faſciculum ex lana in orbem circumponito, ne videlicet circumſitæ partes exurantur, Apollonius apud Galenum. Noſtro tempore quidam militibus quos dira oris vlcera populari luce per exercitum graſſata vexabant (noſtri vocant *die brune*) vaccarum lotium gargariſandum dedit, ac pleroſque magno lucro ſuo curauit. Vulnera facta igne, dum ſanescunt, defricare bubula vrina conuenit, Columella vbi agit de cauteriis boum ad epiphoras oculorum. Suppuratio boum melius ferro reſcinditur, quàm medicamento: Expreſſus deinde ſinus ipſe, qui eam continebat, calida bubula vrina eluitur, &c. Columella. Corni arboris flore deguſtato, aluo concita moriuntur apes, remedium præbere eis vrinam hominum, vel boum, Plinius.

Stercus animalium vim habet maximè digerentem. Verùm ſtercus humanum ob fœtorem abominandum eſt. At bubulum, caprinum & ex aliis quibuſdam animalibus, neq; grauiter olet, & multa experientia non tantum nobis, ſed & aliis medicis me natu maioribus comprobatum eſt, Galenus de ſimpl. medic. facultatib. lib. 10. cap. 17. Et mox cap. 23 Stercus bubulum (inquit) pro paſtu vario exiguam habet differentiam, eſtque & ipſum facultatis exiccatoriæ. Verùm attractoriam etiam obtinet, vt monſtrat dum apum veſparumq; morſus iuuat. Quanquam hæc vis à proprietate ſubſtantiæ totius iuuentur fieri poteſt. Cæterum medicus quidam medicamentorum peritus, in Myſia quę in Helleſponto eſt aqua inter cutem laborantes bubulo ſtercore oblinens, in ſolem exponebat. Atque hic ipſe impoſuit & partibus ruſticorum phlegmone obſeſſis, humidum illud vere collectum, cum herbam boues paſcuntur. Manifeſtum autem eſt hoc eſſe alio moderatioribus multò viribus: dico autem aliud cum paleis veſcuntur. Nam hoc medium eſt inter id quod modo diximus & quod prouenit ab erui paſtu. Liquet ergo, quemadmodum id quod ex paſcuo herbaceo prouenit, ad phlegmonas accommodatur, ſic illud aqua infeſtatis eſſe idoneum. Scire tamen oportet, omnia id genus medicamenta duris agreſtium hominum corporibus aptari, nempe foſſoribus & meſſoribus, & qui opus obeunt tam validum: in quibus vtique Myſius ille medicus & ad chœrades adhibeat, & ad tumores omnes ſcirrhoſos, ex aceto in cataplaſmatis formam compoſitum imponens. Hæc Galenus. Illinitur in his quæ rumpere opus eſt, ſimum bubulum in cinere calefactum, aut caprinum in vino vel aceto decoctum, Plinius. Boas ſimum bubulum, vnde & nomen traxêre, abolet, Idem. Medetur aduerſus apum & veſparum ictus, Raſis: & Galenus, vt ſupra recitauimus. Omnes tumores & abſceſſus calidos cum aceto impoſitum ſedat, Anicenna: & Galenus, vt paulò antè dictum eſt. Igni ſacro vitulinum ſimum recens illinitur, vel bubulum, Plinius. Armentariæ bouis ſimum ſi recens admoueatur, vulnerum inflammationes mitigat: Foliis autem inuoluitur, & calfactum cinere feruenti ſuperponitur, Dioſcorides. Illitum ex aceto duritias, panos, & ſtrumas diſcutit, Idem. Abſceſſus craſſos diſſoluit, Haly. Simum bubulum cum melle recentia vulnera non patitur intumeſcere, Plin. Ad ſcrophulas & parotidas quæ ſunt apoſtemata ſecus aures, ſtercus bouis aut capræ coque in aceto & appone, Gal. eup. 2. Quemuis tumorem ſedari aiunt farina hordei cum ſtercore bubulo vel caprino cocta, Author obſcurus. Ad vlcera antiqua tibiarum quidam hoc arido medicamento vtuntur: teſtæ ouorum, veteres calceamentorum ſoleæ, & bubulum ſimum de menſe Maio, arida teruntur, & inſperguntur vlceri: ſuperinditur etiam typha paluſtris: ſic vlcus exiccari aiunt. Simum bubulum naribus inflatum, ſanguinis profluuium cohibet, Raſis. Aliqui ad eundem vſum acetum addunt: Alij non ipſum, ſed eius cinerem inflari iubent, vt Haly. Simus bouis ſolio inuolutus & calefactus in cinere varicibus applicatur, Raſis. Conuenit etiam abſceſſibus qui poſt aures fiunt, Auicenna. Bubulum ſimum feruens ex aceto decoctum, ſtrumas diſcutit, Plin. ſtrumas & alios ſcirrhoſos tumores, vt ſupra ex Galeno relatum eſt. Ad ſtrumas facit ſimus bubulus cum aceto elixus & illitus: hoc etiam indurato, omnes tumores probè diſcutit. Nic. Myrepſus. Et rurſus, ſimum caprinum aut bubulum elixum, aut farinam eruinam cum vrina pueri non corrupti, & vino, ſi placet, exiguo excepta impone, ac cum eis picis liquidæ & colophoniæ quantumuis & ceræ & olei, bene elixa ad emplaſtri formam redacta imponito, Idem. Magi ſimi bubuli cinere conſperſo puerorum vrina illinunt digitos pedum, manibusque leporis cor adalligant, contra quartanam, Plinius. Fimo bubulo vſto ſuccum betæ admiſceri, atque inde caput porriginoſum lauari oportet, Marcel. Phthiſicis prodeſſe tradunt, ſimi aridi, ſed pabulo viridi paſto boue ſimum harundine hauſtum, Plin. Stercus vaccinum eſt ex medicamentis, quibus pulmoni, eiusque tabi, & ſimilibus noxis medemur, Auicenna. Potum vel clyſtere infuſum, ventri ob inteſtinorum vlcera fluenti ſalubre eſt, Raſis. Morbum arquatum pelli ferunt recentiores quidam, ſi è bubulo ſimo recente (aut viridi, vtrumque enim ex lingua noſtra transferri poteſt) liquor in chymiſtico inſtrumento ſeparatus potetur. Ad coli dolorem: ſtercus bubulum recens exprime per linteum mundum, & ſuccum eius in qualibet potione colico da bibendum, ſtatim ſubuenies: quod remedium efficaciſſimum eſſe multa experimenta docuerunt, Marcellus. Germani (præſertim noſtri) colicam etiam matricis vocabulo nominant, & quod abſurdius eſt in viris quoque: celebratur autem etiam apud nos medicamentum illud Marcelli iam dictum: Simum vaccinum nempe vino permiſcent, ſuccumq; linteo percolatum, ægroto calidum propinant. Alij hoc ſimum magnitudine oui dimidiati quinq; vnciis vini permixtum colant, & minutim inciſa addunt aromata, zingiber, caryophyllos, macis, & cinnamum: Hoc ęgrum vbi primum noxam ſenſerit, vna potione haurire, & inſuper ſudare præcipiunt. Bouis ſtercus aridum vſtum, tribus cochlearijs potum hydropicos iuuat, Galenus ad Piſonem, cap. 12. & Raſis. Ad hydropicos: Stercus bubulum accipito, ſi mas ægrotat, maris, ſi fœmina, fœminæ, in ollam nouam coniice, contege, opereulum luto, ne diffletur, obline: ollam deinde ſuper cinerem vinæ calcis per dies ſeptem ſtatue: octauo die detecta olla ſtercus eximo, & aridum medicamentum vitreo vaſe repone, cùm vti voles,

tres ligulas ex vino per ſeptem dies exhibeto, ſed in vino rutam feruefacias: hæc potio bene facit, etiamſi tumores adſint & ædemata reliceat, euacuatq; per lotium ægrotus, etiam non potet per totum diem niſi ter, Galen. cap. 3. Hydropicis auxiliatur fimi ceruini, maximè ſubulonis, ſed & bubuli (de armentinis loquor) quod bolbiton vocant, cinis cochlearíorum trium in mulſi hemina: bouis fœminæ in mulieribus, & ex altero ſexu in viris, quod veluti myſterium occultarunt magi, Plin. Hydropicus illitus fimo bubulo iuuatur, ſi diutius ad ſolem deſiccetur, Antiquus quidam, & Galenus, vt ſupra ex eo citaui. Hydropico plurimum prodeſt fimo bubulo inungi ad ſolem, & confricari corpus totum, Raſis. Ex eodem arido, aceto optimo & aqua in mortario diligenter admixtis, cataplaſma toti ventri calidum contra aquam citrinam (id eſt, hydropem) vtiliſſimè imponitur, Raſis. Prodeſt & vituli fimum, vt infra docebimus. Hydropicis pro cataplaſmate ſtercus bouis armentariæ impone. Reſicca autem ipſum ſtercus diligenter, & tritum in poſca velut crudam hordeaceam farinam coque, inſperſa ſulfuris viui quarta parte. Cataplaſma verò per omnem ventris amplitudinem impone, Archigenes apud Galenum. Bouis fimum coxendicis cruciatus fotu compeſcit, Dioſcorides. Iſchiadicis fimum bubulum imponunt, calfactum in foliis cinere feruenti, Plin. Fimum bubulum feruentem, quem in cinere ardenti calefeceris, coxarum dolori imponito, plurimum prodeſt, Marcell. Emplaſtrum ex eo fit iſchiadi, Auicenna. Recens calidus podagram lenit, Marcellus. Recens cataplaſmatis inſtar podagram impoſitus leuat, Raſis. Podagris medetur bouis fimum cum aceti fæce, Plinius. Priuatim ſuffitu fimi, quod à maſculo boue redditum eſt, procidentes vuluæ reprimuntur, Dioſcorides. Maximum beneficium præſtat fimus maſculi bouis, hyſtericis mulierum fumigatus propendentibus, Antiquus quidam. Aiunt & ſuffitu fimi è mare boue, procidentes vuluas reprimi, partus adiuuari, Plin. Hippocrates in libro de natura muliebri, vbi medicamenta refert menſibus & ſecundis detrahendis idonea, cum odoramenta quædam, (crocum, calamum, roſas, ſtyracem, cneorum pauco melle ſubigenda) recenſuiſſet, Hæc (inquit) ſuffiantur ſtercore bubulo: id velut acetabulũ olearium formetur, habeatq; fundamentum tenue, & ſit ſiccum. Ignis autem ſit ſarmentitius, in quo ſtercus iaceat, & ex illo mulier inſidẽs (καθεδέσα) contecta ſuffiatur. Et paulo poſt, Stercus bubulũ, cedri ramẽta, & bitumen ſuffito. Et rurſus, Stercus bubulũ contuſum ac cribatũ, aceti dimidia mẽſura, & decocti erui dimidia adiecta, leniter pro fomẽto adhibeto, &c. Et paulo poſt initiũ ciuſdẽ libri, aduerſus aquã intercutẽ veteri, pharmacũ (inquit) deorſum purgans bibendũ dare oportet: poſt pharmacũ verò, veteros bubuli ſtercoris fomẽto fouere. Quibus bilẽ atram generantibus ſtomachus inflatur, armentarię bouis ſtercus aridũ vino coctũ imponito, Galen. κ. τῶν. ex Archigene. Aqua pota, quæ de bouis aut aſini potu relicta eſt, capitis dolores ſanat, Plin.

H.

Bos, ô bos, & datiuus pluralis bobus, vel ſecundũ veteres bubus, primã ſyllabam producũt: reliqui caſus omnes corripiunt, Seruius. Εὕρημι & πόρτις (inuenio & πόρις) pro iuuenca dicitur à Græcis: itẽ δαμάλη Dorice & Poetice, vel δάμαλις, quam nos iunicẽ vocamus. δαμάλης verò iuuencũ ſignificat, quem in Alexandri Cæſaris vita Lampridius damalionem vocauit. Vterq; ſexus in moſcho continetur. Photion damalin vocare omne animal exiſtimat in iuuenta, Hermolaus Barb. & Ariſtophanes grammaticus, qui iuuencã etiam à Sophocle γηθμῇ βόδαλιν dictam teſtatur, & λευκοτριχίαν βόδαλιν apud Æſchylũ legi. Videntur ſanè autores non ſemper vituli & iuuenci diſcrimẽ obſeruare, quod ab ætate eſt, cũ hic illo natu maior ſit, (vt diximus ſupra in A. circa principiũ, & rurſus circa finem.) Ariſtophanes iam citatus, Τὰ γένια δαμαλικὰ μόσχια, &c. Vnum nobis vocabulum eſt, *das rindvieh*, id eſt, bubulũ pecus, quo omnes eius ſecundũ ſexum & ætatẽ differentias comprehendimus. Iuuencum vocamus *ein Jungk rindt*, iuuencam *ein Jungk kue*, reliquæ gentes circũloquuntur. Apud Suidã legitur γέγωνα βόες, αἱ εὐσχεῖαι, ἐξοστικῶς γεγωνότα. Καὶ νῶτα βοὸς ἰσχυροὶ, ὀλίγοι, id eſt, robuſti, quadrati, coſtiſq; & coxis plenis, Varinus. Ἱερεῖον, quoduis animal quod immolatur: per excellentiam autẽ bos, Idem. Dionyſius Siculus bouem nuncupabat garotan, Cælius. Γίγαντα βῶν ἥλικα. Εἰχῆς ποιεῖ, Heſychius. Βῶς genitiuũ facit βοὸς, vel βῦ poetice, accuſatiuũ βῶα vel βῶν. Iones & Attici in fœminino genere proferunt, vt etiam βὶς, ἵππους, ἡμιόνους, & κύνας. Significat autẽ non ſingulos tantum, ſed etiam gregem aut armentũ boum, Varinus. Βῶς à βοῶ τὸ τρέφω. Τὸ τρέφον ἡμᾶς ζῶον ἐκ τοῦ παρὰ τὴν γλῶτταν ἔχειν. Etymolog. quidam ἀπὸ τῆς βοῆς à mugitu dictũ volunt. Græci βῶς nominari aiunt commiſſuras futurarũ in tunicis, Pollux. Βῶν etiam appellare licebit chytropodem, qui anthraciũ aliûs, & λάσανα τὰ, & ἰσχάρας, ἰσχάδας, & χυτροπόδιον vocatur, Idẽ. De boue piſce plano cartilagineo alius eſt dicendi locus. Salpã quoq; piſcem aliqui βῶν vocabant. Plinius lib. 8. tradit elephãtes Italiam vidiſſe primum Pyrrhi bello, & boues Lucas appellaſſe, in Lucanis viſos. De boue placenta mox inter prouerbia dicemus. Βῶς pro corio bubulo, totũ pro parte, vt elephas etiam Græcis pro dente ſolo, Euſtathius. Βῦς etiam, apud poetas præcipue pro βῶς ponitur, & à grammaticis exponitur, ſcutum, pelta, σάκος, corium, piſcis quidam. Βῶν ἀζάνια apud Homerum, vt alibi βόας αὐάς, & alibi Χαλκᾷ τε ἰσάντα βοῶν βοὸς ἀσπιδιώτου, ad differentiam τῶν ἀμοβδείων, id eſt, crudi corij bubuli, Varinus. Γηλίνεος βῶς exponitur apud Suidam & Varinum. Menſem principis dici ratione Orpheus μονοκέρωτα μόσχον, id eſt, vnicornem vitulum nuncupauit: cuius rei meminit ſuper Iliados primum Euſtathius. Siquidem menſis ſimpliciter, vt generationis effector, bos appellatur. Quòd verò habeat tunc primam ſubſtantiæ domeſticę ἔκφασιν, moſchos, id eſt, vitulus, vel (vt inquit Euſtathius) ἀπὸ τοῦ παίζειν ἀεὶ φύσεως ποιᾷ, Cælius. Armenti deſcriptio inter Claudiani poëmata extat.

Bubulus, idem quod bouinus, vt lac bubulum, Plin lib. 28. Stomachum exulceratum lactis aſinini potus reficit: item bubuli. Sic bubulum pecus, Varro 2. de Re ruſt. Bubulum monumentum ioco dixit Plaut. Sticho. Sunt qui & bouillum rectè dici putant, & citant Plinij locum, Bouillæ carnis iure facile curatur, quem nos in Plinio nuſquam reperimus Bubulinum pro bubulum apud Marcellum empiricum, vt bubulina medulla: Eadem voce vtitur Platina. Βοίδιον bucula eſt, triſyllabum pro tetraſyllabo βοΐδιον, dicitur & βοΐδάριον, in auibus Ariſtoph. Ceruus eſt animal adeò ſimplex, vt equo aut bucula accedente propius, hominem iuxta venantem nõ cernat: aut ſi cernat, arcũ ipſum ſagittaſq; miretur, Plin. Vaccinus adiectiuũ nomẽ à vacca, lac vaccinũ, apud Plin. Quod ſcorta paſſim vacchas nũcupamus, ex antiquitate profluxit, in comœdiis quippe Ariſtophanis comperitur fuiſſe Athenis celebres meretriculas Cynnã & Salauacchã, Cælius. Πετάλα βῶν, ἢ πέτηλοι μόσχοι, apud Varinum: & βῶς κεντρὶς, qui cornua habet ἀνακεκλασμένα, reflexa. Tauras vaccas ſteriles dici exiſtimãt, hac de cauſa, quod nõ magis quã tauri pariãt, Feſtus Columella lib. 6. Et vtiq; tauræ quæ locũ occupant fœcundarũ ablegandæ. Varro lib. 2. de Re ruſtica, Quæ ſterilis eſt vacca, taura appellatur. Bouis & vaccæ epitheta hæc reperimus: Arator, armoſus, agreſtis, agricola. Aeripes Ouidio, qui habeat pedes tanquam ex ære ſolidos. Albus, Horatius in Carmine Seculari, Quiq; vos bobus veneratur albis. Cerebroſus, Columella 2. 11. Contumax. Crud. Horat. Epod. Candens. Corniger. Cornupeta. Decori ab aſpectu, Colum. Durus. Duriſſimi, Colum. Formoſæ, Ouid. 2. de Arte. Ferus. Hirſutus. Immunis aratri, Ouid. Metam. 3.

Metam 3.Incuſloditæ,idem Faſt.1.Indigena,Ouid.Amor.3.Indomita,Valer.lib.4.Argo & Porphyr Intacta,id eſt iugum non paſſa,Horat Epod.9.Lectus,Ouid. Metam.6. Minaces,idem Metam.11. Nitida & nitida, Ouid Omninoræ in herbis,Plin 25.8.Opimi,Varro de Reruſt.2 1.Otioſus,Horat.Carm.3.Paſſa iugum,Ouid.Metam.3.Paſti,Verg.Aeg.5.Patuli, quorum cornua in diuerſum ſupra modum patent, Plautus, Pauidi, Clandian.Panegyr 3. Perdomiti,Colum.6.1.Piger,Horat:Epiſt.1.Tolerantes laborum, Colum.Ruricolæ, Ouid.Faſt.1. Boues perpetuo epitheto toruos poetæ vocant,quòd præcipua frontis aſperitas in hoc pecore apparet:Claudianns, *Inultam non blandius amnis Terua parens*, id eſt vacca.Vnde Toruitas,vt Pompeio placet,quaſi taurorum acerbitas ducta. Tardi,Ouid.Amor.1.Trux. Tumidus. Tutus, Horat.Carm 4. Validus, Vetulus,Iuuenalis Sat.10. Armenti epitheta,bucerum,validum,montanum,toruum, ſpumans, lanigerũ,diſcolor. Buceriæ,boum greges.Lucret.lib.2. Buceriæq; greges Nonius.Bucerus.a,um,vt Ouid.6 Metam *Armentaq, bucera pauit*, id eſt boues ipſos valde cornutos.Lucret.lib.5. *Lanigeraq, ſimul pecudes, & bucera ſecla*, hoc eſt boues. Iuuenci & iuuencæ epitheta,cornigeræ,formoſæ,fortes,laborifer,lunati fronte, petulans, torua fronte, pulcher,rudes operum, tonius, validus. Iuuencus de homine quoque iuuene, Horat.lib.2.Carm. *Te ſuis matres metuunt iuuenci, Te ſenes parci, miseraq, nuper Virgines nupta.* Porphyrion.Iuuenci ergo non tantum boues dicuntur,ſed homines:quamuis in vſu ſit vt non niſi per diminutionem iuuenculos dicamus.Catullus ad puerum,Epigr. *Qui floſculus es iuuenculorum*. Ouid Epiſt 5. *Graia iuuenca venit.* Plin.lib 10. Exijs iuuencæ plura quam veteres,ſed minora oua pariunt.de auibus. Αργοὶ βόες apud Homerum,non albi,cum nigri mortuis immolarentur:neq; veloces,hos enim εἰλίποδας vocare ſolet poeta:ſed qui iam excoriati propter pinguitudinem albi apparent. Οἰνοπες, qui vini colorem referũt, nigri:quo ſenſu etiam οἶνο πα πάντων poeta cognominat. Βόες ἐρεθίχαμαι quibus erecta ſunt capita:nam κράνος Attice caput eſt. Εἰλίποδες βοῦς, qui pedes inter ambulandum conuoluunt, Pauſanias mulieres etiam εἰλιπόδας vocat. Ἕλικες, eodem ſenſu quo εἰλίποδες, vel quorum ſuffragines commode voluuntur aut flectuntur: vel nigri (vt & ἐλικὼν ὕδωρ aquam nigram interpretantur:) vel qui cornua habent ἑλικοειδῆ, hoc eſt intorta. Hæc omnia in Varini Lexico legimus. Βοῦς ἰνδάλλεται & τύρσεται. Theocritus. Βόες κεκορυθμένοι cornuti dicuntur ab Homero. Καλαι βόες τιταμένοι ab eodem dicuntur Solis boues,Odyſſ.. Et Iliad.λ. Diomedes Euryalo dat μανίας ἰνδάλλοντας βόας ἀγραύλους Achilles autem curſu certantibus præmia proponit primo craterem argenteum,ſecundo βοῦν μέγαν ἐς μῆνα δαμεῖσ. In eodem libro dicitur Arax Oileus inter currendũ lapſus eſſe cum calcaſſet βοὸς ὀδοντιεμένοιο. Item Iliad.λ. βοὸς ἀγελαίου dicitur. Βοὸς ξανθὰς ἀγέλας vocat Pindarus in Pythijs. Μυκητὰν ὄπιπε βοῶν, id eſt o bubulce, Theocritus. Id 8. Pharos aratio eſt,& bouis etiam epitheton, Celius ex Varino. Boarium,quod ad bouem pertinet. Arua boaria in quibus boarium forum Romæ fuit. Propert.lib.4.Eleg. *Armaq, mugitu ſancite boaria longo.* Feſtus tamen boarium forũ Romæ dictum ait,quòd ibi venderentur boues:& Plinius bouem æreum ex Aegina captum in eo conſpicillo ſcribit, & Herculis cognominati Triumphalis ſtatuam. Bucardia gemma bubulo cordi ſimilis, Babylone tantum naſcitur, Plinius. Lappæ boariæ radix è vino pota articulis medetur,Plin.Ego hanc Dioſcoridis Arcion eſſe iudico, quã à Romanis perſonatiã & lappam vocari ſcribit.Accedunt etiã vires ſimiles: Radix enim eius (eodẽ teſte) contuſa & emplaſtri modo impoſita,obortos membrorũ fractis oſſibus circa articulos dolores ſedat. Vulgo lappam maiorem & bardanã appellant.Boarię nomen ei factũ crediderim,quod cũ procera ſit,bubus facile adhæreat:vt lappa canaria canibus,quæ à reliquis eiuſdẽ nominis(Plinij verbis vtor)ſola humilitate differt Cunilam bubulã originem ſylueſtre Græcorũ eſſe Io.Ruellius lib.3.ca.25.de ſtirpibus validiſſimis argumentis cõuincit.Ego bubulam appellatã cõijcio,quòd inter boum remedia forte olim in vſu fuerit, quanquã apud ſcriptores in Hippiatrica ſolum mentionẽ eius inueniam:ſic enim ſcribit Columella lib.9 cap.30. Si bilis moleſta iumẽto eſt,venter intumeſcit,nec emittit ventos.Manus vncta inſeritur aluo,& obſeſſi naturales exitus adaperiuntur, exemptoq; ſtercore poſita cunila bubula,& herba pedicularis cum ſale trita,& decocta,melli miſcentur, atq; ita facta collyria ſubijciuntur,quæ ventrem mouent,bilemq; omnẽ deducunt, Hæc ille.Eſt & botes origanũ apud Cydoniatas, idẽ nimirum bubuio,vt vel nomine proditur.Crateuas apud Græcos Liguſticum falſo cunilã appellat, cæteri ferè conizoides,cunilaginẽ,Plin.Nicander ſylueſtre origanũ cunilam (κονίλιν) & panaces Heraclẽũ vocat Paronychiã herbam Romani bouinalẽ vocabant.Femur bubulũ appellatur herba,neruis vtilis, recẽs in aceto & ſale trita. Plin. Videndum an eadem ſit,quam alibi ſcribit myriophyllon dici,in Hetruria, qua boum nerui abſciſſi addita axungia ſolidentur. Βόεια ἰαχὴ, id eſt,bouina verba,grandia,ſublimia,ſuperba,& ſoni plena apud Ariſtophanem interpretantur.Βοείας,coria,ſcuta,& lora bubula exponunt:βοῶνας,ὀδόν,αἰγοικίαν. Cretenſes βουνίαν vocant, veſtibuli ianuam,id eſt primam à via ingredienti. Fœnogræcum aliqui buceras vocant, quoniam coroiculis ſemen eſt ſimile,Plin.Alibi apud eundem buceros legitur,nimirum βουκέρως vt rhinoceros.ſunt qui buceron ſcribant. Apud Varinum pro eodem ſemine βουκέρας legitur:Buceraon appellari etiam anagallidem herbam Menetheus teſtis eſt, Galenus in Gloſſis. Βουκέγδις fons eſt Platearum:item βουκέγδα lacus ſic olim dictus,nunc vero genus herbæ.Vitem nigram aliqui bucranion vocitant: idem nomen aliqui antirrhino tribuunt. Bugloſſos boum linguæ ſimilis, Plin.Ego ſimilitudinem iſtam ad figuram pariter & aſperitatem refero: vtrunque borragini noſtræ conuenit: quanquam & aliæ quædam herbæ ad bugloſſi deſcriptionem accedant, omnes ferè viribus eiſdem præditæ, vt ſupra oſtendi.Cato cap 4.de inſitione loquens Inſuper (inquit) lingua bubula obtegito,ſi pluat ne aqua in librũ permeet:eam linguam inſuper librum alligato,ne cadat.Citat hunc locum etiam Plin.17.14. & herbæ genus interpretatur.Arabica & Perſica nomina huius herbæ & generum eius inuenio,marmacor,marmues, ſumuſe, ſcalue,alſafrens ſumuſe,meiſidaſ,keuzauguen.Syluaticus betonicæ quoq; tribuit linguæ bubulæ vel equinæ nomen. Cirſio folia bouis linguæ ſimilia,minora ſubcandida Plin.Aliqui bugloſſum magnam pro cirſio dixerũt. Βραυρὶς & Βούπρηστις genera ſunt herbarum,Varinus.Buphthalmus ſimilis boum oculis,Plin.Romani olim boariã vocauerunt. Herba hæc apud nos in cibum venit,Varin. Arabice chiaugeſem nominatur. Ebenſis in lib.de ſimplicibus medic.albehar buphthalmũ facit:cũ alij ocimi genus eſſe ſcribãt. Aizoon maius alij buphthalmon vocãt,alij zophthalmõ,Plin.Apud Dioſcoridẽ bubophthalmos inter eiuſdẽ herbæ nomẽclaturas legitur.Boephthalmõ Oſthani ſideritis.Boanthemõ Galenus in Gloſſis buphthalmõ exponit,quod & chryſanthemõ vocetur. Bupleurũ, genus oleris,Varin.Deſcribitur à Plinio herba ſponte naſcens, caule cubitali folijs multis longisq;,capite anethi: laudata in cibis Hippocrati,& Nicãdro in medicina. Meo quidẽ iudicio inter paſtinacas erraticas cẽſeri debet, quibus & deſcriptione & facultatibus fauet. Bupleurum,bouis coſta,& eſt dulbub,Syluaticus. Dulbub autem quid ſit nondum reperi. Βουπρῆσις vel βουπρῆστις potius, genus oleris ſylueſtris ſimile ſinapi, Varinus. De hoc pluribus in bupreſti inſecto. Βούτομον, trifolium herba, Varinus.Butomo Theophraſtus folium reddit arundinaceum,

haceum,angulare: caulem inoffensissimum, qui malũ magnitudine fidæ proximum in lacu producat: fœminam sterilem esse,ad nexus vtilem,&c. Democritus in Geoponicis est author butomum in paludibus nasci, folia ferre irinis proxima,quibus boues iucundè vescantur,vnde nomen ei datum:vbicunq; prodierit,solum excauandis aquilegijs idoneum fatetur.Herbarij & officinæ,vt Ruellio placet,vocant hodie iuncum cabacinum,quòd folijs eius tegetes & sportulæ,sicut & sparto texuntur:nanque corbulas quibus ficus & vuas passas recondunt, corbas vel potius cabas solent appellare.

Βυ particula in compositione sæpenumero nihil aliud quàm magnitudinẽ innuit, Græci Βυπαχνόμεσαι vocant: sic etiam equi nomen propter corporis magnitudinem in compositis vsurpatur,vt hipposelinon, hippolapathon,hippognomon.Tauri nomine apud veteres omnia magna & violenta significabantur,vnde & Βυ particula,vt quibusdam videtur,à boue dicta est,Eustathius.Lapathorum generibus Solon bulapathon adiecit,radicis tantum altitudine differens,& erga dysentericos effectu,potu ex vino, Plin. Mihi quidem verisimile fit eandẽ esse hippolapathon à Dioscoride dictam,quæ rumicũ maxima locis prodit palustribus, nec viribus à cæteris dissidet.Pro eadem hydrolapathum quoq; acceperim,cuius loci natales nomine produntur. Dioscorides trium rumicum,agrestis oxylapathi,& oxalidis,semina in aqua vinoúe contra intestinorum tormina vtiliter bibi author est. Oxylapathum quanquam passim nascitur,lætius tamen copiosiusq; in montibus, præsertim circa buum stabula,ipsis intactum.Bumasti vuæ tument mammarum modo,in pergulis feruntur albæ nigræq;,Plin. Varro bumammas vertit. Macrobius bumammias circa finem libri 3 Huius generis esse puto quas Arabes & vulgus hodie cibibas vel zibibas vocant.Fraxinum amplissimam lentissimamq; bumeliam vocant in Macedonia,Plinius. Gaza apud Theophrastum bubulam fraxinum reddidit.Illam esse puto ex qua mensæ elegantiores conficiuntur.Buselinon prodidere quidam differre breuitate caulis à latiuo & radicis colore ruffo,eiusdem effectus,prævalere contra serpentes potum & litum,Plin.Menas apud Varronem,Noui (inquit) maiestatẽ boum, & ab his dici pleraq; magna,vt Βουσκόρον,Βούσκαλον,Βουλίμας,Βοώπιν Sunt autem busyca grandiores & fatuæ fici authore Festo: vulgo mariscas ficus nominant,Ruellius.Ego quasdam ficos mariscas coniunctis vocibus in Plinij,Catonis, & aliorum libris nominari inuenio.

Aegyptijs ἀλκῆς καὶ ῥώμης symbolum est Leo: quemadmodum terræ & agriculturæ & alimenti bos,fortitudinis & parrhesiæ,equus.Clemens lib 8. Βουμασίαν. Cottina insignis meretrix Lacedæmone ἀνέθηκε βοῦν χαλκοῦν (& mox βοῦθον χαλκοῦν) Athenæus.Mythræ,qui sol est apudPersas,simulachrum fingebatur leonis vultu,ambubus manibus reluctantis bouis cornua tenens,quo significabatur lunam ab eo lumen accipere,cum incipit ab eius radijs segregarij,Gyraldus.

Βουλασίαν apud Homerum exponunt ἀπέλασιν id est abactum,non boum solum,sed quorumuis pecorum:Alibi pluribus vocabulis rem eandem exprimit poeta,Οὐδ ἐμοὶς βουσὶ ἤλασεν:& alibi abigeum vel abactorem ἐλατῆρα βοῶν appellat. Βουδόρα ἤματα ab Hesiodo dicuntur frigidissimi dies,in quibus flante Aquilone tum boues tũ aliæ quadrupedes excoriantur:Boreas enim inquit,Καὶ τε διὰ βουδόρα δέρεται.συνδέμενος ἐχέτας.Βυδόρα τόμια,de ijs qui boum instar excoriari mererentur,Suid. Βούδιος.Stolidus.Βοῦνις mansuetus,simplex,apud Menandrũ. Βουβάσας, magnus & stupidus,ἀναίσθητος.superbus,à nimia corporis mole dictus videtur,&c. vide Etymologicon. Βουβών glandula in inguine tumida,à bu particula intendente,& τοῦ τὸ βαίνω,τὸ πεζῇ πορεύομαι,Etymolog. Bubones antiquis fuêre tumores vniuersi præter naturam:mox ita priuatim nuncupati,qui in fœmoribus,alis protuberarẽt ac collo, Cælius. Βουλιμία,βούτενα,βούβρωσις,diuersa vocabula rem eandem significant,famem scilicet ingentem, & vniuersam:Indoctiores superiore sæculo medici bolismum & famem vaccinam vocarunt. Lud.Cælius lib.26. ab initio,multa scitè de bulimo scribit,tum alia,tum quid ab appetitu canino differat. Gellius transtulit vim famis non tolerabilem.Sunt qui καυδιαγῶν quoq;,id est oris ventriculi morsum & famem intempestiuã bulimon vocitent, Cæl.Dores καρδιώτην dicunt,quod Xenophon βουλιμιᾶν,Pollux.Reperitur & βούβοσις, & βουβρώσις, siue à bu vocula intendente,siue ab ipsa quadrupede,quòd ita affecti boues integros esurire videantur (vel boues mactare cogantur) vt de Herculis voracitate legimus. Sunt qui bubrostin dolorem aut tristitiam ingentẽ aut misericordiam accipiant,vnde cor & animus consumatur.apud Home. Iliad.ω. Ἔκαμε βουβρῶτις ἀκύνει. Eiusdem præterea nominis deam quandam vel dæmonem Ionum legimus,templo ei in Smyrna dedicato,apud quam hostes deuouebant. Βουλιμιᾶν ἢ βουλιμιᾶτιν. vehementer esurire. De bulimo plura Suidas. De buphago mox inter prouerbia. Βουλιμεῖς,οἱ Βουλιτικὴν βαλνεοί,populi prope Liburnidas insulas,Dionysius poeta. Βοάγελος fluuius Locridis cuius meminit Homerus Iliad.β. Βοηδρομεῖν accelerare exponunt,vt sit idem quod βοηδρομεῖν aut βοηθεῖν,cum clamore accurrere: nisi malis à bu particula ob vehementem cursum. Βαδῦται aues quædam sunt in Ixeuticis Oppiani. Dedit & nostra lingua auibus nonnullis nomen à bubus:nam sturnos vocat *rinderstaren*.regulos *ochserengle*, & ardearum quoddam genus *mosikon* vel *vrrind*. Βυκῶτις apes à poetis vocari dixi: Aristoteles etiam centauros vocat βυκῶν & ἀπὸ τοῦ πίνειν ἄκρατα Βυκάρζας.pituita vel grauedo immoderata:& βυκάρζος.stupidus,nimis imperitus: quẽ & κελλμαίνον eadem ratione dicimus,vt cui cerebrum muco ac pituita occupatum sit. Βούπαις est grandis puer, adolescens (qui ex pueritia in pubertatem transit,quẽ & ἀντίπαιδα & παῖλικα vocant:Germanica vox eius ætatis *een knecht* proxima Græcæ est) & piscis quidam, Varinus:item apicula,sic dicta quod ex bubus nascatur. Βούπαλος, asinus. Βουπελίδες,periscelides,femoralia. Κούρτιος,amnis rapidus & valde fluens,Varinus. Βουπέδιαι, magna præcipitia & colles,Idem. Βοῶνις,βούχιλος,Varinus:vox nusquam alibi mihi comperta. Βυφίστων κοίρανοι εἰκοσόρων, nauium valde oneratarum principes, Suidas. Herculi propter eius voracitatem sacer est larus qui & Βυφάγος cognominatur,Athenæus. Βυχανδέα,capacissima:ut Βυχανδὲς λέβης.qui vel bouem caperet,in Epigrammate. Βουχίλος,fertilis, ut: ὄμβρος,vt in carmine, Πᾶσαι βουχίλαι καρπὸν φέρουσι Ἀρκαδίαι. Βούχυλον autem nomen est loci,apud Suidam tamẽ similiter per iôta scribitur. Βουπρῳ (μαυρουσίοι ἔχουσι δόρατα βυπρῳ βοείοις ἱμᾶσι,Suidas boues feriens: Βούπρον,φάλαρα,ἵππον ἀτρακτόν,Varinus. Βούπρῳ,ὁ πῶχυς ἢ παχύς, Idem, Βυπαίη, pars nauis (longæ) cui clauus alligatur: vel flagrum,,ἢ πάντως ἡ βοειακὴ μάχη ἢ ἔριδα. id est contentio & molestia, Hesychius nimirum ἀπὸ τῆς σφοδρότητος, quod prædictis omnibus conuenit. Alexandri equum bucephalan vocarunt,siue ab aspectu toruo,siue ab insigni taurini capitis armo impressi,Plinius.De hoc plura dicemus in Equo.Bucephalum etiam inter tribuli nomẽclaturas apud Dioscoridem legimus.Buphagus,vorax,helluo,& leonis epitheton,siue per hyperbolen, tanquam qui boues integros voret,vt de Hercule fama est:siue è bu simpliciter intendente particula. Nam & in alijs quibusdam compositis apud Græcos dubitari potest,ab ipsis ne bubus,an qua diximus vocula nominentur. Buprestis siue scarabei genus boues inflantis,siue alla ventris inflatio accipiatur,æque ad ipsos boues ac morbi magnitudinem

eudinem,vocabuli etymon referri poteſt. Sic & buryncho piſci cetaceo apud Varinum,figuráne roſtri an amplitudo nominis cauſa fuerit,dubites. Βοωπις Iliadis lib.13.Grammatici exponunt,bouem operarium,val tardum & craſſo corpore hominem:vel imperitum & ſtupidum (qualem Galli quoque ſua lingua appellant grand ueau, id eſt grandem vitulum) vel denique arrogantem & iactabundum,& ſimpliciter βοωδη, Varinus.Samij lacte victitantem & imbecillum βοηλατον vocant. Βουναιος, Alexandri Paridis ex Helena filius. Bupalus αγαλματοποιος Athenis,Suidas in Hipponax. Apud Herodotum hiſtoriarum ſecunda obeliſci bupori nominantur: quos Rhodopis quæſtu ditata meretricio Delphis dicauit.Nec ambigitur apud Græcos,quin magnos intelligere oporteat,etiamſi aſſandis bobus aptos Vella buporos accipit,ridiculè,ni fallor, Cælius.Buſiris Aegypti rex (à quo ciuitati quoque nomen) ab auia Io in vaccam mutata hoc nomen forte inditum habet:vel απο του βους ειρειν, vt Etymologici author conijcit, id eſt à conſerendis & iungendis bobus, vt qui vel ſolus duos boues ſub iugum includere poſſet: vel απο του βους εχειν σωμα, vtpote adeò robuſtus vt bouem catena vinctum ducere valeret, ſicuti de Laerte fertur. Hillas inteſtina veteres eſſe dixerunt, vnde bohilla oppidum in Italia, quòd eo bos inteſtina vulnere trahens aduenerit, Non.Marcellus. Perpauca ſunt quæ primam ſyllabam bu purum habent,nec tamen cum ſuperioribus, vt videtur, quicquam commune,ex quibus cenſeo quę ſequuntur. Βοκαρη, ἀντι του η το αὐθ. κυπτειον. Βουπεις, αθροισμα. Βουχωμια, φρυγια. Βυθαρα, γεφυρα. Βυλλιδια, Varinus videtur αυτοχειρίαν exponere: vocabulum rarum, nec alibi mihi repertum, apparet autē excoriationem ſonare Βυρσως πεποιημενος ὑπο ξηρος, Varinus: forte à magnitudine corporis. βυρσα enim corpus eſt: & Βυσσωμια, forte à βυ & αυχην. Budini, Βουδινοι, Sarmatiæ populi ſunt, apud quos tarandus fera naſcitur, Gelonis adnumerati, Euſtathius in Dionyſium. Pannonij, ſecundum aliquos Βουγαροι, Idem: Bulgari nimirum.

b. Συβοκεφαλη βους, σημαινει ἡ τα μυκηρα πιχουσα, Varinus. Boæ in Italia appellatæ ſerpentes, in tantā magnitudinem exeunt, vt diuo Claudio principe, occiſæ in Vaticano ſolidus in aluo ſpectatus ſit infans. Aluntur primo bubuli lactis ſucco, vnde nomen traxêre, Plin. Apud eundem boa appellatur morbus papularum, cum rubent corporis lambuci ramo verberatur: ſanatur etiam ebuli folijs contritis & è vino vetere impoſitis. Homerus regiā & eximiæ authoritatis in homine formam hoc verſu depingit, Ὡς δ' ὁτε τις ταυρον μεγ' ἐξοχον ἐλκηται ταυτην Tarandus fera apud Budinos in Samatia naſcitur magnitudine bouis, Euſtathius. Πενταβους μελλοντες, Callimachus dixit, membra bouis elixantes. Κλοα Varinus exponit caput bouis: quod & βουκρανον vna voce dicitur, Bucephalus appellatur equus cuius coxis inuſtum eſt Βουκεφαλον (aliàs Βουκεφαλοι) id eſt bouis caput, Etymolog Si oculi plani & lati fuerint, boum oculis ſimiles exiſtimato, Adamantius. In Indico mari arbuſculas naſci ferunt colore bubuli cornus, ramoſas &c. Plin. Plutarchus in Sympoſiacis Decade 7 Problem.2. docet homines præfractos & aſperis moribus, & intractabiles κεραοβολους vocari ſolitos, quam vocem haud ſatis cōmode verteris Latine Sumptam autem metaphoram ab agricolis, apud quos ſemina quæ priuſquam in terram decidant, incidant in cornua boum, κεραοβολια dicantur. (Hermolaus Barb legumina inobſequioſa & contumacia vocat.) Hæc aiunt prouenire cæteris multò duriora, vnde & απερειτεια vocantur. Qui ſcripſit Etymologicon indicat hanc vocem ſemel duntaxat vſurpatam à Platone, ſumptamq; à leguminibus quæ nec igni nec aqua molleſcant: cuiuſmodi quædam videmus admixta leguminibus minuta nigraque. Locus eſt apud Platonem libro de Legi 9. vbi interpres inepte vertit fulminis tacta prædura, quaſi κεραυνοβολα dictum eſſet. Porrò cur id accidat, vt ſemina quæ in cornua boum impegerint, aut non proueniant, aut proueniant ſiccriora durioraq;, Plutarchus hanc adfert cauſam: quòd ea quæ à manu calida ſtatim excepta terra foueantur, magis adiuuantur calore, qui ſeminibus eſt amicus. At quæ in cornua incidant, proiecta magis videntur quàm ſeminata & mota frigus colligunt. Theophraſtus dubitat, num friuolum ſit, quod de cerasbolis iactant agricolæ, Hæc Eraſmus Rote: od.in Chiliad. Homerus ατιεγμενον ὑδωρ appellat πατερ' ου πινον, ἑτερον πιον, Τεγμων eſt tener & mollis cui contrarius ατεγμων: neq; enim ατεγμων in maſculino genere profertur. Gaza apud Theophraſtum ateramnon incoctibile vertit. Τεγμα ατεγμων, aqua cruda. Μηδ' ατινης ἀγαν γ' ατεγμονος ἁπτου. Ariſtoph in Veſpis, pro viro inexorabili, duro, & cornea fibra. Circa Philippos ateramon nominant in pingui ſolo herbam, qua faba necatur: teramon, qua in macro, cum vdam quidam ventus afflauit, Plin. Semina quæ dum ſparguntur boum cornibus attacta fuerint, non euadunt in bonam frugem, & grana producunt exigua, Ratis. Mihi quidem veriſimile ſit ortam hanc perſuaſionem de ſeminum duritate, quòd quæ dura & incoctilia ſunt, cornu duritiem ac tenacitatem & inſuper colorem præ ſe ferant, tanquam vitio per contagium nato. Similiter falſam illorum credulitatem reor, qui ſatis ramentis de cornu arietis aſparagos naſci tradiderunt: Nam illorum quoq; ſemina cornu ſubſtantiam repræſentant. Hermolaus Barbarus in Corollario ad fabam Dioſcoridis, Plinius (inquit) Theophraſtum intelligit, non nunquam fieri vt teramos in ateramon tranſeat, cum vapore atq; halitu terræ madidam indigena quidā ventus afflauerit. Aliter Theodorus, qui duo illa, teramon & ateramon ſiue ateramnon pro coctibili & incoctibili, non pro herbis ita nuncupatis accipit. Theophraſtus certe alio loco facile ſignificat veriorem Theodori quàm Plinij ſenſum fuiſſe: Tantum Hermolaus, apud quem pro his Plinij verbis, teramon qua in macro ſolo, librarij ſuppoſuerunt, de qua in Macrobio. Macrobius certe quod ſciam nullam huius rei mentionem fecit: non alienum tamen ab iſtorum vocabulorum etymo eſt, quod idem ex Faborino ſcribit terenum Sabinorum ligua molle ſignificare, vnde Terentios quoq; dictos putat Varro: Hinc & Horatium molle Tarentum dixiſſe: & Tarentinas oues nucesq; vocari, quæ ſint terentinæ, id eſt molles Apparet ſanè Græcorum τιερον Sabinos retinuiſſe, Romanos autē tranſpoſitis literis terenum dixiſſe. τιεγμενον grammatici etiam tectum, domus exponunt, &c. Boum cornua cur in Auentino ſuſpendantur, cum in cæteris Dianæ templis ceruorum tantummodò cornua affigantur, lege apud Plutarchum Problem. Roman.4. Βοος κερας apud Homerum eſſe aiunt cornu quod lineæ piſcatoriæ iuxta hamum circumponitur, alij pilum, Varinus. Coronius appellatur bos, cui cornua ſunt ηλικοειδη, id eſt lunata, Cælius. Κιμιξ, bos qui cornu alterum peruerſum habet, Varinus. In Scythia maximum frigus mihi videtur eſſe cauſa, cur omnino cornua bouino generi non ſuccreſcant, aſſtipulante ſententiæ meæ Homeri carmine Odyſſeæ quarto, quod ita habet: Et Libyen, vbi ſunt cornuti protinus agni. Quod rectè dicunt in locis calidis maturè cornua exiſtere. Nam in vehementibus frigoribus, aut non oriuntur ſtatim pecoribus cornua: aut ſi oriuntur, vix oriuntur, Herodotus libro 4. Vergilius ſanè in Georgicis meminit boues in Scythia nimio frigore perire, cum non in ſtabulis ſed campis niuoſis hyemem agant: *Intereunt pecudes, ſtant circumfuſa pruinis Corpora magna boum.*
Cornu vox etiam ad vngulas propter ſubſtantiæ ſimilitudinem transfertur, vt in vernacula lingua circa boues & equos, ſic apud Latinos, Solido grauiter ſonat vngula cornu, Vergilius Georgicis 3. Hinc equi cornipedes

pedes poetis dicti. Hoc non animaduerso deceptus videtur Plinius cum scribit: Boum attritis vngulis cornua vnguendo aruina medentur agricolæ: adeoq; sequax natura est vt in ipsis viuentiũ corporibus feruenti cera flectantur, &c. vt singulis capitibus quaterna fiant. Apparet eum ex diuersis authorum locis, quæ alibi de propriè dictis in capite cornibus legerat, & alibi de cornu, id est cornea substantia vngularũ, sine iudicio coniunxisse. Quid enim vngulis cum cornibus capitis ita commune, vt hæc illis attritis vngi debeant? In simili errore Græcos quosdam Grammaticos deprehendo: nam vbi Dionysius Afer Πανὰ κεροώνυχα cognominat, Eustathius exponit, non cornipedem (sicut etiam Latini poetæ capripedem & semicaprum Pâna vocitant) sed ὀξύκερων, id est qui acuta capitis habeat cornua, ὡς ἔστιν ὄνυξ κεραοῦται (hæc eius verba sunt) ὀξὺ πᾶν ὀνομαζόμενον, καὶ νῦν ὅτε αἰχμητικὸν ὅρος φαμέν. Sed quid opus est longius interpretationem quærere, vbi non deest proximior, vt ὄνυξ (id est vnguis qui de multifidis pedibus proprie dicitur, vti de solidis ἵππος, id est simplex vngula) pro chela id est vngula bisulca accipiatur. Miretur autem aliquis quòd animal bisulcum, quale bos est, Græci ὀνύχηλον vocent, cũ illo numeri aduerbio nihil opus fuisset nam χηλὴ per se de dionychis, id est bisulcis tantum dicitur, cuiusmodi pedem in crustatis forcipem appellamus. Μυκλὸς est reduplicatio quædam in asinorum & boum collo, Varinus. Βοὸς βορὴν, pleonasmus est apud Homerum pro corio bouis, quod & βυρσίδιον vocatur, Varinus. Κόλλα est glutinum vel corium dorsi bubuli vnde glutinum excoquitur, de quo plura mox in Tauro, taurocollæ vocis occasione. Collopas vocant Græci coria duriora circa ceruicem suum & boum, ex quibus fiunt κόλλοπες dicti, id est clauiculi quibus intenduntur & remittuntur fides in cithara, Varinus. Dionysius in Periegesi de Iberia, Ἠπείροιο χελώνῃ ἰκέλῳ εὐρεῖαν βοείῃ, id est Ibericam terram siue Hispaniam, corio bubulo assimilant: figura nimirum. Hyda mensura terræ apud Anglos, authore Polydoro Vrbinate in Historia Anglicana, viginti iugera Anglicana comprehendens, nomẽ sortita a corio bubulo (id Germani ferè hydam aut hutam appellant) quòd in tenuissimas laminas sectum hydæ quantitatem circumscribere posse videatur: quod si verum est, longè abesset hyda à viginti iugerum dimensione. Verum nihil prohibet eam dictionem ab vna significatione in aliam fuisse translatam, vt centuriæ etiam. Verum authorem habeo Henricum archidiaconum Hintendunensem, qui asseuerat hydam tot in se capere iugera, quot vni aratro annuo cultu sufficere possent. Quod si verum est, idem foret hyda apud Anglos, quod mansum apud Iureconsultos, Robertus Cenalis. Dido soror Pygmalionis, Agenoris filia, cum Sichæo marito Tyrum habitabat: Illum Pygmalion vt pecunias eius obtineret in peregrinatione clam occidit. Occisus ille vxorem in somnis monet vt fuga sibi caueret à fratre impio, qui maioris pecunias quàm naturæ leges faceret. Itaque eis in Libyam fugit, assumptis aliquot Tyrijs & pecuniarum copia. Et cum Iarbas Nomadum rex non admitteret eam, tantum loci quantum bouis corium occuparet sibi vendendum petijt. Hoc impetrato, corium discidit in lorum angustum & oblongum, eoq; loci quantum potuit longe lateq; inclusit, ita vt maximam in eo ciuitatem cõderet, quæ primum noua ciuitas, deinde Carthago dicta est: & arx eius Byrsa, id est corium, Eustathius in Dionysium. Cicero lib. 2 de Natura deorum, ciuitatem hanc à Carthagine Herculis filia dictam scribit, cum Byrsa prius diceretur. Reperitur & alia historia ab Eustathio ibidem prodita quod cum Elissæ siue Didonis comites vrbem condituri terram foderent, capite bouis inuento, cœptum reliquerint, perpetuos sibi labores & seruitutem illic futuram, quales boum sunt, inde augurati: Postea cum alio loco effosso equinum caput inuenissent, bonum omen interpretati, tanquã & otium & victus aliunde suppeditandus defutura non essent, Carthaginem illic extruxerunt, quæ eam ob causam vernacula lingua caccabe (κακκάβη) dicta videtur, hoc est equi caput. Λαμπάλιον, τὸ βοῶν τὸ ὑπὸ τὸ πρόχνιον χάλασμα, Varinus: forte palearia item λαμπανιμιῶν & ὑωπιῶν, Idem. Κοπάσιον, τὸ ὑπηθίον & βοὸς ἡ ζώνη ὑπὸ τὸ ἀρθρον, Idem: Forte sine distinctione legendum ἡ βοὸς ἢ ὑπὸ: Nusquam alibi hanc vocem inuenio: conijcio autem esse partem illam carnosam quam Latini lumbos Græci ἰσχία proprie vocant, *der schluchhbraten*. Nostri bubulum ventrem multiplicem ruminationi destinatũ nominant *menig fait*: quo nomine puto comprehendunt, omnes illos ventres numero tres, in quibus ruminando alimentum præparatur, quorum singulos Græci suis nominibus efferunt. Eorum primus (inquit Aristoteles de partibus animalium 3.14.) cibum recipit inconfectum, secundus aliquantulum confectũ, tertius plenius, quartus perquam plenè confectum. Nomina hæc Græcè indita sunt, κοιλία καὶ κεκρύφαλος, ἐχῖνος καὶ ἔντερον, quæ Latine, interprete Gaza, sic reddi possunt, venter, arsineum siue reticulũ, omasum, abomasum. Sed de his alibi agendum erat, vbi de animalibus in genere tractabitur. Qui Germanica eorum nomina desiderat, si quæ sunt à bubularijs cognoscet sic illos voco qui intestina diuendunt Nam Grunnius Porcellus in testamento ludicro bubularijs intestina sua donat. Græci ἀλλαντοπώλας eosdem vocant, non illos solum qui farcimina vendũt, vt vel ex hoc Aristophanis in Equitibus loco patet, Τίμ' ὦραῖ' οὐ πλυνεῖν φὴς τὰς κοιλίας, Πωλεῖν τε τοὺς ἀλλᾶντας; Echinum Eustathius exponit interna ventris seu ventriculum, Nicandri scholiastes bouis ventriculum proprie hac voce signari ait: coniecerit autem aliquis eminentium partium asperitatẽ causam huius nominis fuisse. Omasum grammatici exponunt pinguius atque crassius intestinum, quod nonnulli bubulum esse credunt, Horatius Serm. 2. *Seu pinguis tentus omaso*. Et rursus 1. epist. *Pinnas cœnabat omasi Vitulo, & agninæ, tribus vrsis quod satis esset*. De illo qui concubino procaci rure omasum edisse se neganti, bouem occidit, supra diximus ex Plinio. Abomasi vocabulum a Gaza fictum existimo, à situ: Reticulũ vero imitatione vocis Græcæ à figura cum dixisse. Cæterum membranas cum alias, tum diaphragma & peritonæum priuatim nostri appellant *hysten*: alij diaphragma priuatim *die krãe* id est cornicem, nescio quam ob causam. Alia nomina vernacula partium illarum quæ in lanienа seorsum venire solent, paulò post adferam in F. litera.

Pulmo elephanti quadruplo maior bubulo, Plinius. Bucardia gemma bubulo cordi similis Babylone tantum nascitur, Idem. Homini renes bubulis similes, velut è multis renibus compositi, Idem. Camelo tali similes bubulis, sed minores paulò, Idem. Βοὸς πόδα Attici bouis viuentis pedem nominant, mortui autem βόειον πόδα. Varinus & Ammonius. Hippopotami vngulæ binæ, quales bubus, Plinius. Sarcites gemma bubulas carnes præsentat, Idẽ. Βόλβιτον & βολοτῶδες, vel βόλιτον & βόλιτος, bouis fimus propriè à Grammaticis exponitur (impropriè autem quorumuis animalium, Etymolog.) item ὄνος apud Homerum, quæ vox ad asinum magis pertinere videtur, vt ὄνιος etiam, author Pollux. Boliton asellorum propriè dici retrimenta putant: sed & boum superfluitates ita vocantur. Quod verò boliton pronunciant Attici, reliqua Græcia (præsertim Iones, Etymologus) bolbiton, Cælius Rhod. ex Aristophanis interprete in Batrachos, vbi de Empusa legitur quod pedem alterum habeat βόλβιτον, id est asininum. Agnoscunt vocem Latini quoque: siquidem Pompeius Festus inde inflexum verbum bulbitare putat, quod signet puerili stercore inquinare, Cælius. Aristophanes in Acharnensibus: Γεραίρειν τὸ παῖδα βολίταις: scholiastes exponit, in omnibus delicijs & bonis, siue παρ' ὑπόνοιαν, nam sermo de bobus erat: siue quod stercorata quæ

plantantur

plantantur aut seruntur omnia lætiora vegetioraque proueniunt. Idem in Equitibus, καὶ κατωμάγῳ· hic Βολίτας interpretatur *Βοηδίτης*, vel ἐ τῆ βοῶν ἐπαγγελίας: vbi & hæc verba legun. Βολίτης ἔχει item, Βολίτης ὁ οἰκέτης τῶν βοῶν, id est boum stercora. De Empusæ pede bolitino, id. Βολίτης δίκελλος, prouerbium in eos qui ob minima delicta puniuntur: extabat enim Solonis lex bubuli fures, Suidas, Aristophanis interpres, & Erasmus in prouerbio Boliti pœnam, vbi Βολίτινον σκέλος· ineptè exponit crus veluti è bubulo stercore conflatum. Βόλιτον appellatur, quasi βοὸς λίτη: quod liquidiora sint bouis excrementa quàm cæterorum animalium, Etymolog. Citat autem & Hipponactem, qui Βολίτας ἐπαγωγὴν dixerit, fœminam opinor extremè contemptam. In Phrygiorum agris videre est domos bolitinis parietibus: in alijs bubulum stercus ad ignis materiam (propter ligni inopiam) siccari: Quin & hodie nostrates quem inter contemnunt, Βόλιτον appellant, Erasmus Rot. Βολίτου sinetum vel sterquilinium est, κοπρεών, vbi boum & iumentorum stercus reponitur: Significat etiam locum in portu vbi alligatæ sunt anchoræ. Bœotia regio nomen habet à rege loci Bœoto, quem Arne mater mulier Aeolis enixa, vt patrem lateret, abiecit εἰς βοῶνας (id est stabulum, vt ego interpretor: Cyrillo Βοῶν, ὦν· custodia est apud Alexandreos) vnde nomen Bœoti illi impositum. Ouidius, Metamorpho. libro 6. *Te quoque mutatam torno Neptune iuuenco Virginem in Aeolia posuit*, Pallas scilicet in sola sua. Euphorion, Τὸν δὲ Ποσειδάων ἁλιμαιάκῃσι πίκεμπτο, Βοιωτὸν δ' ὀνόμηνε, τὸ δὴ καλέουσι βοτῆρα, Ὅτι μιν ἔτρεφε κατὰ βοῶν ἐπιθήκας ἀγέλας. Alij Bœotiam dictam malunt à boue, quam ex Apollinis oraculo Cadmus secutus est, & quo in loco illa moribunda procubuit, Thebas condidit: cum regio illa Aonia prius diceretur, Etymologicon. Huic fabulæ qui prolixius immorari voluerit, legat Ouidium lib. 3 Metamorph. Bolbitinum & Bucolicum, duo sunt ex hostijs Nili, non genuina, sed effossa, Eustathius in Dionys.

c. Βαύμεια, loci palustres vel alij bubus pascendis apti: apud Suidam legimus *βαύμειον ἀκτὰν* id est littus pascuum, & βαύκεια ὑπερφάς, loca in quibus boues pascuntur. Μηλόβοτα καὶ κώμεια καὶ βαύκεια, in Epigrammate de Myceneis diruitis. Βοσκάσιμον, τὸ, pascuum, Strabo, χώραν ἀλγίσιμον βοσκάσιμον, Βοτάνην δὲ πᾶσαν βόες ἔδουσι τὴν ἄγριον. Etymologicon· Βοτρυχίδες, eruum, Varinus, malim per ω in penultima: est enim eruum in boum cibo laudatum. Βοτάνη. ἡ χόρτος ὁλοσχερὴς ἄμικτον. Idem pro posteriore significato legendum videtur βοτάνη. Lotus pratensis apud Dioscoridem, doctorum omnium consensu vulgare trifolium est, quo in quibusdam Italiæ locis, vt Brixiæ & alibi, etiam agri conseruntur: cum pecori, bubus præsertim, plurimum optimumq; præstet alimentum. est enim subdulce: & semel satum restibili per aliquot annos fœcunditate germinat. Lotum arborem (vt obiter dicam) alij alia facie describũt, quam ego in Prouincia Galliæ sic priuatim nominata vidi circa montẽ Pessulanum: folijs referebat verticam maiorem ferè, baccis nigricantibus rotundis, paulo minoribus quàm ceraforum, exigua carne, dulcissimis: arbor est satis magna, vulgus illic le donnier appellat. Gramen passim cognoscitur, geniculatis ramulis serpens, radicesq; ab ijs geniculatas & dulces spargens. Folia eius in tenuitatem cacuminata & dura, vt arundinis paruæ lata, bubus iumentisq; pabularium. Nec vlla iumentis herba gratior, siue viridis siue in fœno siccata, Ruellius. Vulgus nostrum graminis nomine plures vsu facieq; cõsimiles herbas appellat, & Plinius quoq; tria facit genera in quibus discernendis nostri temporis medici contendunt: Dioscoridis autem & veterum medicorum gramen, vnum & vnius generis est, quod cum alijs notis, tum denticulatis præcipue radicibus, siue radicũ mucronatis germinibus discernitur, & loca amat arenosa. Petrus Matthæolus reprehẽdit Ruellium & Leonicenum, qui graminis genus aculeatum à Plinio descriptum, coronopodem Dioscoridis esse arbitrãtur. Gramen in officinis (inquit Ruellius) nomẽ seruauit rura dentem canis & olitores appellant. Vulgaris est herba, nunquam se ab humo attollens, flagellis teretibus articulatis, exilibus folijs, & in cacumen fastigiatis, radice etiam geniculata. gustu non ingratæ dulcedinis. Gramen aculeatum rura nostra etiam canarium dentem appellãt: aliqui è vulgo capriolam, quòd capris gratos sit pabulo: multi ab effectu sanguinariam, quòd aculei foliorum quini seniúe in echinatum fastigium vnà conuoluti nares farciunt, eliciendi sanguinis gratia cum extrahuntur. Crus galli etiam Latini appellauere, quòd stylus è medijs folijs exurgens in pedem galli conformatus articuletur, reliquum exhibens cruris effigiem. Eadem ratione Græcis & Dioscoridi coronopus id est cornicis pes ab eadem figura nominatur. Nanq; gramen aculeatum, crus galli, sanguinaria hæc, vna & eadem est herba, quæ coronopus dicitur Dioscoridi, Tantum Ruellius. Plura vide in Cornice infra lib 3. De cunila bubula supra dixi: cuius mentionẽ hic repeto, vt Georgium Alexandrinum reprehendam, qui eandem esse quæ nunc cotula & bouis oculus appellatur imperitissime scribit. Polygoni siue sanguinariæ maris genus quoddam est pusillum, cui Germanicum nomẽ *knauel*, & frequentius reperitur æstatibus pluuijs per arua, præcipuè rapis consita. Herbula dodrantalis, fruticosa, pluribus ab vna radicula alba inutili recta descendente cauliculis, quorum geniculis folia adnascuntur angusta, incana, & in omnibus alarum cauis flosculi minimi numerosi subuirides stellatiq; prodeunt. In pabulo mire expetitur bubus, quamobrem multis in locis fasces eis collectos offerunt. In vino cocta & pota calculos imminuit, & vrinę stillicidium emendat. Describitur ab Hieronymo Tragolib. 1. cap. 129. Quemadmodum & alia ei similis ferè sed per omnia minor, semine plenissima botryos instar breuissimis foliolis, à quibusdam herba cancri dicta (alia tamen ab heliotropio) eiusdem ferè facultatis cuius superior, eodem lib. cap. 128. Germani vocant *harnkraut*. id est vrinalem, in Gallia aliqui centigraniam vel millegraniam: sapore est ferè betæ, vinoso, linguam & os vellicante. Licebit hanc polygonon minimam illam minorem vel mediam appellare. Inter vitia frugum est, quod triticum vaccinum vulgò vocatur, *kúeyssen*, nostri *blaun klaissen*, nescio qua nominis ratione. herba est caule pedali vel altiore folijs nigricantibus, binis, mucronatis: spicam florum purpuream ædit, folijs etiam insertis eiusdem ferè coloris, aspersis maculis quibusdam flauis: radice breui inutili, messis tempore postquam defloruit, in singulis conceptaculis bina ternáue semina, tritici simillima, colore tamen punicco producit. Eodem colore panis, si forte immisceatur, infici solet. Prouenit in agris qui triticum vel zeam alunt. Describit eam Hieronymus Tragus lib. 2. cap. 32. vsu nullo.

Βοσκάσιμος, præsepe boũm: ἀκάθαρτα enim est edere. Περίττωμα sunt reliquiæ & quisquiliæ, quæ à præsepibus equorum, boum, & aliorũ pecorum vel iumentorũ decidũt, Varin. Vaccam fœtam Vergilius dixit: est autẽ fœta & grauida, & partu liberata, Seruius Antiqui etiã fordam dixerunt bouem prægnantem, Ouid. lib 4. Fast. *Forda ferens bos est fœcundaq; dicta ferendo.* Et rursus, *Pontifices forda sacra luate bouẽ.* Bos forda, quæ fert in ventre, Varro. Eandem hordam appellabant, vnde hordicalia Romæ festa, quo die hordæ boues immolabantur, Hermolaus. Φορβὰς βοῦς, ἡ πιαίνουσα τὰ βοσκήματα, Varin. id est vacca quæ alitur & pinguescit. Forbeam antiqui omne genus cibi appellabant, quam Græci φορβὴν: His vocabulis propinquũ est Germanicum *fueter*, & Gallicum fourrage, nisi quis à farragine potius deducat. De caprifico, quo ita boues (vel tauri) edomentur, vt propè immobiles consistant, res perquisita etiam

tiam Plutarcho in Sympoſiacis,iniuria temporum deſideratur.Si quis curioſior rationes aut coniecturas requirat,adeat Cælij Calcagnini epiſtolicarum quæſtionum libri 2. epiſtolam 15. Vide in Tauro etiam in E.ex Horo. Mugio,fictitiũ verbum à voce boum. Ad Herenn.lib.4.Imitationis hoc modo:Vt maiores rudere, vagire & mugire,& murmurare & ſibilare appellauerunt.Litera mugiens.Quintil.lib.12.Inde cum actæ boues quędam,ad deſiderium (vt fit) relictarum mugiſſent,&c. Liuius 1.ab Vrbe. Prætides implerunt falſis mugitibus apros,Verg. Aegloga 6 Dicitur etiam de alijs animalibus,vt monocerote apud Plinium.Et de inanimatis,Terram mugire videbis,Verg.Aeneid 4.Malus mugit Africis procellis,Horat.3.Carm.Equidem & montium ſonitus,nemorumq; mugitus prędicunt,Plin.lib.18.Crebris mugitibus ſonant amnes.Verg.Georg.3. Mugi tus boum fumifici,luctiſoni,rauci,& terrifici à poctis nominantur. Diros victima mugitus edidit.Ouid.Metam.7, Et vox aſſenſu nemorũ ingeminata remugit.Verg.Geor.3.& in Aeneide, Sequitur clamor cœlumq; remugit. Eſt auis quæ boum mugitus imitetur in Arelatenſi agro taurus appellata,alioqui parua,Plinius. Greges mugientium, pro boum, Horatius. Boare,boum videtur proprium,etiam ab ipſa voce,quemadmodũ baubare canum:boire Pacuuio,Clamore & ſonitu reſonantes bount, ſed hoc antiquum & inuſitatum eſt. Bouare dicuntur boues,cum vocem emittunt, teſte Varrone lib.6.de lingua Latina:boare tamen magis eſt in vſu.Græci de boum voce μύκημα dicunt, μυκηθμὸς, μυκᾶσθαι,μυκώμενος, Pollux:omnia per υ. μηκᾶσθαι enim per η caprarum eſt.μυκηθμὸς δὲ ἤκουεν βοῶν,Homerus: Idem Iliados ς.Ἀμφὶ δὲ πύλαι μύκον ἀίξαντο, portæ cœli reſonuerunt,id eſt apertæ ſunt, Etymolog. Dicuntur & βεμικαὶ boum mugitus, Varin.Μωκᾶται βοῦς ἡ μυκᾶται, ἢ ὅταν τὸν τράχηλον διὰ πάντος τοῦ ζυγοῦ ἐκβάλλουσιν ἢ καταμηκᾶσθαι. τὸ καταγελᾶν, Varinus.Hanc vocem irridendi ſignificatione etiam ſermo Gallicus habet.Hé veſolas, ὦ δὲ τὴν βελὴν, ἀντὶ τοῦ καταγελῶ, ἢ ὦ δὲ τὴν βοῦν, Varinus.Mycaleſſus, μυκαλησσὸς, vrbs mediterranea eſt Bœotiæ, Thucyd.lib.6.ſic dicta,quòd vacca,quæ Cadmum cum exercitu Thebas duxit,mugitum illic ediderit. Eſt & alia Cariæ:item mons è regione Sami,Stephanus.Mycale, mons quidam Didymo:Herodoto promontorium in continenti ſitum:Stephano vrbs Cariæ.Nomen inde natum,quod reliquæ Gorgones μυκώμεναι,id eſt mugientes cùm Perſeum perſequuntur caput Meduſæ eo in loco reuocarint.Vide Mycale & Mycaleſſus apud Etymologum. Aliqui Mychalen nominant, quòd ſita ſit ἐν μυχῷ τοῦ Καρικοῦ κόλπου, id eſt in receſſu Carici maris,Stephanus. Bouinari,conuitiari & quaſi in aliquem mugire; Calepinus.

d. Narratur Pythagoras,bouem vbi prope Tarentum conſpexiſſet fabaciam ſegetẽ morſicatim corrumpentẽ, tum etiam proterentem pedibus,bubulco inſinuaſſe. Bouem moneret,frugibus parceret. Ridens buſequa: Ego (inquit) bouatim non didici,tu qui vidère ſcholarum id genus experiens,obeas vicem meam. Eueſtigio Pythagoras auribus ſeſe admouens,ſui artificij quæpiam immurmurauit. Res additur mira: Obedientiſſimus bos,vt ab eo qui amplius ſaperet,edoctus,lacerare mox ſegetem deſtitit:quin etiam in futurum eiuſmodi pabulo abſtinuit: ſed & bubulum deſijt obſequium,factusq; de rureſtri colono ambulator vrbanus, Tarenti placide conſenuit, de manibus hominum victitans Cælius

e. Cuncta legumina ſiue frumenta bobus merito aratriſq; debentur: vinearum ipſarum vſus periret niſi eorum adminiculis ſubuehendis carpenta ſudarent.Quid de diuerſorum onerum comparatione referamus,dum inter mobilia & quicquid grauius eſt,abſq; vehiculis penè reddatur immobile?Reliqua quoque animalia,ipſæque cohortales aues,ex eorum capiunt labore ſubſtantiam. Vnde enim equis hordeum, vnde cibum canibus, vnde porcis pabulum dominorum ſolertia miniſtraret,ni pararentur boum labore frumenta ? Et ne longum faciam,bobus debet alimenta quicquid ali poteſt.Apud alios genus mulorum, apud alios camelorũ, apud paucos elephantorum licet exiguus vſus eſt,nulla poteſt natio eſſe ſine bobus, Hæc Vegetius in prologo in librum 3.Veterinariæ.Βοῦς κατὰ [illegible] (id eſt,ταῦρος ὑβαύχης) ἐκαντόβοιος. Archilochus apud Etymologum. Mutatio olim non niſi ouium boumq; impendio dicebatur, non omittenda priſcarum legum benecuolẽtia.Cautum quippe eſt,ne bouem priuſquã ouem nominaret qui indiceret multam,Plin. Multa etiamnum ex vetere inſtituto bubus & ouibus dicitur,Varro.Ouibus duabus multabantur apud aliquos minoribus criminibus:at in maioribus 30.bub.nec vltra hunc numerum excedebat multatio, quæ poſteaquam ære ſignato vti ciuitas cœpit, pecoráq; multitia,aut incuria corrumpebãtur, vnde etiam peculatus crimen vſurpari cœptum eſt, facta eſt æſtimatio pecoralis multæ,& boues centenis aſſibus,oues denis æſtimatæ, Feſtus. Aes quod antiquiſſimum cõſtatum eſt, pecore eſt notatum,Idem. Seruius rex ouium boumq; effigie primus æs ſignauit,Plin.Ἀλφεσίβοιαι apud Homerum mulieres bene dotatæ, quæ boues multos pro dote acciperent: nam ἀλφὴ & ἀλφάνειν ſonat inuenire,acquirere : & ἀλφὴ, εὕρεσις, τιμή, Varinus. Nota eſt illa Iliados ſexto armorum permutatio,vbi Glaucus cum Diomede mutauit, Χρύσεα χαλκείων,ἑκατόμβοι,ἐννεαβοίων: hoc eſt arma aurea pretij cẽtum boum, pro armis æreis quæ vix nouem bubus redimerentur. Hoc ſenſu etiam δυωδεκαβοίου reperitur, quod duodecim boues pretio æquet.Βοὸς τιμαῖος,βοοτιμὴς,bouis pretio redemptum,Varinus.Βοῦς τε, [illegible] ἢ δοῦλος τε, ἀλλὰ κτητὸς δὲ ἀτίμητος, Idem.Πολυβοῦται, diuites & qui multa armenta poſſideant, Varro & Varinus. Vrbs cum condita eſt,tauro & vacca qui eſſent muri definitum,Varro. Apud Phryges,ſi quis aratorem Bouem occiderit, morte multatur,Ælianus.

Ariſtæum à Nymphis aiunt in Co inſula ouium boumque curam & ſcientiam didiciſſe: à Briſis verò mellificandi rationem,Heraclides.Boues ad aratrum,Diodorus libro quarto & quinto,ait Dionyſium ſecundum ex Ioue & Proſerpina genitum,vel vt alij ſentiunt, ex Cerere,primum iunxiſſe, cum terra prius manibus hominũ coleretur. Plinio verò libro 7. teſte, aratrum Briges Athenienſis inuenit, vt alij tradunt, Triptolemus,de quo Poëta in primo Georgicorum intellexit, cum dixit: Vnciq; puer monſtrator aratri. Quo in loco Seruius: Alij, inquit, Triptolemum,alij Oſirim,quod verius eſt:nam Triptolemus frumenta diuiſit. Tacuit autem de nomine,quia non vnus in vrbe monſtrator aratri fuit,ſed diuerſi in diuerſis locis.Ex quo Trogus prodidit Habidem Hiſpaniæ regem barbarum populum primò docuiſſe boues aratro domare,frumentaq; ſulco ſerere. De Oſiride vt oſtendimus,ſentit etiam Tibullus.Cæterũ omnia ferramenta ruſtica,quibus terra vertitur,ſimul,vt puto, cum aratro Cererem comperiſſe,Vergilius proculdubio hoc verſu demõſtrat: Prima Ceres ferro mortales vertere terram Inſtituit. Quod vel Seruius approbat,dicens: Ceres prima omne genus agriculturæ hominibus indicauit:nam quamuis vel Oſirim,vel Triptolemum aratrum inueniſſe dicant,illa tamen omnem agriculturam docuit:quia ferrum dicẽdo,omnia agriculturæ ferramenta expreſſit.Verũ aut illi quos commemorauimus,nouiſſimi,vel alij alibi hæc cõmonſtrarunt:nam, vt Euſebij atq; Lactantij teſtimonio cõſtat,ante multas tẽpeſtates quàm eſſet Ceres, frumenti vſus apud mortales erat, præſertim apud Hebræos & Ægyptios, vti ex Ioſepho cognoſ-

cognoſcere licet,&c. Hæc Polydorus Vergilius de rerum inuentoribus libro 2. cap. 2. Baccho cornua attribui quidam indicant, quòd primus coniungendorum boum author fuerit. Diodorus Siculus. Buzyges, Hercules quòd bobus iunctis terram arauerit, à quo familia Buzygia, Varinus. Alij Buzygen quendam heroen, arationem inuenisse, & familiæ nomen dedisse ſcribunt. Iugatinus deus colebatur, quòd coniuges coniungeret, vel quòd iuga committebantur, Auguſtin. libro 4. de Ciuit. Dei. Βοαρμία dicta Minerua παρὰ τὸ συναρμόσαι καὶ ζεῦξαι, id eſt quòd coniunxerit in iugum & aratrum boues. Colitur autem hoc nomine apud Bœotos, Varinus. Pallas Βέδεια cognominatur, quia humana excogitatum prudentia eſt, boum opera terram colere, Cælius. Bobus terra aranda eſt, & nulla cum eis altera animalia iungenda ſunt: ſed proprium hoc genus ſit ad arandum. Semina ſint munda & impermixta, Ioſephus libro 4. Antiquitatum inter leges Moſaicas. Pharos aratio eſt, & bupharos terra quæ arari facile poteſt, Varinus. Βουκαῖος arator, ὁ ἐπὶ βοῒ καίνων τὴν γῆν: vel meſſor à bu vocula augente & καίνω τὸ κόπτω καὶ θερίζω: vel denique bubulcus. Iugerum vocabatur, quod vno iugo boum in die exarari poſſet. Actus, in quo boues agerentur, cum aratur, vno impetu iuſto. Hic erat CXX. pedum, duplicatusque in longitudinem iugeram faciebat, Plinius. Manſum nonnulli terram eſſe aſſeuerant, culturæ annuæ vnius aratri capacem: circiter viginti iugera continentem, &c. Robertus Cenalis. Bos γαῖος dicitur veluti colonus, à terra videlicet: à qua etiam Caius Γάϊον nominatum putant: ſic enim Itali & Tarentini mercenarium, aut etiam rudem hominem ac plane brutum vocabant, Cælius. Ἰσοφόροι βόες apud Homerum Odyſſeæ libro 18. qui ex æquo progrediuntur, aut æquale pondus trahunt, Varinus. Genus quoddam ſcribendi βουστροφηδὸν Græci vocant (vt Pauſanias ait Eliacorum libro 1. arcam Cypſeli hoc modo inſcriptam fuiſſe tradens) quod quidem tale fuit, à fine videlicet prioris verſus, ſecundum verſum conuertere, vt in diaulo curſu fit. Dictum vero eſt ab arandi ratione, cum in extremo ſulci in alterum ſulcum boues conuertuntur, vt Grammatici obſeruant Græci. De hac eadem re ſic Iſidorus libro 6. Verſus autem vulgò vocati, quia ſic ſcribebant antiqui ſicut aratur terra: à ſiniſtra enim ad dextram primum deducebant ſtylum, deinde conuertebatur ab inferiore rurſus ad dextram verſus, ques & hodie ruſtici verſus vocant, Hæc Iſidorus, vt Lil. Greg. Gyraldus obſeruauit. Βουλάτης eſt qui boues ſub iugo ducit. Pollux: qui & ζυγηλάτης vocatur: ſignificat etiam bubulcum. Βουκατηλᾶς apud eundem is videtur qui vendit boues. Μεταβοῦν proprie eſt boues iungere, abuſiue vero etiam alia animalia. Μίτραβα dicuntur inciſuræ in iugo, quibus quadrupedum ceruices alligantur, Varinus. Πηλίνα, iugum boum, Idem Ζύγελα, τὰ τῶν βοῶν ἡ ἡμίονων ζεύγη, Idem. Βούζυγον, τὸ, bouis iugum. Lexicon ſine authore. Athenienſes ſolitos legimus arationes tres celebrare, quas ἀρότους nuncuparent ἱεροὺς. Earum verò prima in Sciro erat, veteſtiſſimarum arationum monumentum: ſecunda in Rharia: tertia ſub Pelinto, qui locus Buzygion vocabatur. Omnium autem harum ſacratiſſima eſt nuptialis ſatio, id eſt γαμήλιος ἀρόσις atque aratio ὑπὲρ παιδοποιΐας, hoc eſt quæ fiat ad liberorum procreationem. At dipolos terra, id eſt bis arata: & apud Homerum tripolos, id eſt tertiata, nil ad negotium præſens, Cælius. Μεταβοῦν, boues iungere aratro, Lycophron. Ἄμαξαν funis inter vtrunque bouem vel equum temonis vice protenſus: inuenio & ἄμπαν apud Varinum eiuſdem ſignificationis, quod ita ſcribi tamen probo, ἄμαξαν, τὸ σχοινίον τὸ ἕλκει σὺν βίᾳ, ἢ μετ' εὐωχίας εἵλκειν, ἤτοι παρὰ δὲ καμίζειν μεγάλα φορτία, ἢ τὸ ζύλευ τὸ ὑποκείμενον τοῖς αὐχέσι τῶν ἀροτήρων. Hinc verbum ἀμπρόειν, apud Callimachum trahere ſignificat, apud Lycophronem καπετᾶσθαι, laboribus & ærumnis fatigari: proprie autem cum curru progredi. Sed de nomine ἄμαξαν, & verbo ἀμπρόειν, plura dicemus in Equo H. c. & mulo H. d. Item de vocabulis ἄμπυξ, ὕστληξ, μίνωψ, plura ſimilitet in Equo H. c. Eſt & ἄμπυξ funiculus quo iuba equina colligitur, & ipſa habena. Ἅμαξα currus boum ἄμαξα mulorum, Varinus in Ζεῦξαι. Βελυπὲς, tempus veſpertinum quo boues à labore & aratro ſoluimus, Idem, & Tzetzes Chiliade 8. cap. 231. vtitur hac voce Arrianus, citante Suida. Cubitor bos qui libenter decumbit in ſulco, & vitio decumbendi obnoxius eſt, Columella. *Iaculatur Iupiter imbres Grandine dilapidans hominumque bouumq; labores*, id eſt arua & ſegetes, Idem. Βοστόν flagellum interpretatur, Varinus. Βοτάλης, ſtimulus quo punguntur boues: eſt autem prælonga arundo, aut haſtile cuſpide quapiam acuminatum, quo & hodie vtuntur Itali. Βάκιστρον: vnde buſſequæ βακίστραι dicuntur, Varinus: vt in prouerbio. Πολλοὶ βακίστραι, παῦροι δὲ πρὸς ἀρότρῳ. Suidas hunc verſum citat poëtæ innominati, Κέντρῳ ὀπισθονυγῇ, καὶ βύτροφα δέσμα πενήτων. Βοτάλης etiam flagrum eſt ex loro bubulo: item ſecuris qua bos occiditur, Varinus. Βοτάλαγες, paſſiuè, à bubus ictâ: βοτάλαγες verò actiuè, qui feriunt boues. Idem: hoc penanflexum, illud properoxytonum eſt. Τοτάλης, ſtimulus & ſcutica: dicta quod fiat ex ſetis ſuillis, vnde & ὕστριξ & ὑστριχίη nominatur. Μώνωψ & infectum eſt bubus infeſtum, & ſtimulus quo vrgentur ac pungantur ſimiliter vt ab infecto illo: pro vtroque melius per υ diphthongum ſcribitur μύωψ pro luſcioſo autem, vel illo qui non niſi admota oculis videt, μώνωψ per y pſilon ſolum. Erat & prioribus ænea dicta virga, exagitandis bobus accommoda: ſed & eodem modo metiendis agris inſtrumentum dicebatur, pedum decem: vt ſcribit Apollonij interpretes, ab Theſſalis excogitatum. Ex quo & Callimachus: Ἀμφίπορον, κέντρον τι βοῶν, καὶ μέτρον ἀρούρης. Ænea agros metiri in Aegypto exorſus eſt primum Theſſalus quidam, nomine ab re indito, quia cognoſcentibus ſingulis agri ſui modum ſublatæ ſunt cædes: vnde nuncupata ænea, quaſi σῴζουσα τοὺς τοῦ χαλκοῦ. Hinc & Pelaſgida vocauit aenam Apollonius Argonauticôn tertio, veluti ab Pelaſgis compertam, id eſt Theſſalis. Cælius. Multa hic de aratione adferri poterant, ſed quoniam illa præter boues ab aliquibus quoque quadrupedibus, vt equis & aſinis peragitur, differemus in alium locum, ad reliqua de bubus narranda hinc progreſſuri, ſi veterem aratri figuram, & quale deſcribit Heſiodus, prius appoſuerimus: nihil autem impediet quòd & alia quædam ruſtica inſtrumenta ſimul depicta ſint.

Aratri partes à Polluce deſcribuntur libro 1. cap. 13. Extat Archiæ Epigramma in boues trahentes nauigia:

Οὐ μόνον ἀλλ' ἀρότρου βόες ἴδαμεν αὔλακα τίμιον,
Ἀλλ' ἴδε καὶ πόντου νῆας ἀφελκόμεθα.

Ἔργα γὰρ εἰρήνης δεδιδάγματα. καὶ σὺ θάλασσαν
Δελφῖνας γαμφηζεῦξον ἀροτροφορεῖν.

Item & Philippi Hexaſtichon eiuſdem argumenti, ſed trahentibus tauris, quod infra recitabimus. Bubulcus, qui vel bobus arat (apud Columellam) vel boues fundi aratorios paſcit. Cic. de diuin. Eius aſpectu cum obſtupuiſſet bubulcus, clamoremque, &c. Ouid. 4. de Pon. *Ipſe vides enerata ferox vt ducat lacus Per medias Iſtri plauſtra bubulcus aquas.* Sauromates bubulcus, Idem 3. Triſt. Tardus Verg. Aegel. 10. Iuniorum familiæ Bubulcum nominauerunt, qui bubus optime vtebatur, Plin. Alius eſt opilio, alius arator: Nec ſi poſſit in

agro pasci armentarius, non aliud ac bubulcus. Armentum enim id quod in agro natum non creat, sed tollit dentibus. Contra, bos domitus causa fit, vt commodius nascatur frumentum in segete & pabulum in nouali, Varro. Bubulcitari, bubulci officium facere. Plautus Mostel. Decet me amare, & te bubulcitarier. Omnia secum Armentarius Afer, agit tectumque, laremque, Armaque, Amyclæumque canem, Cressamque pharetram, Vergilius. Venit & spilio, tardi venere bubulci, Idem Aegel. 10. Seruius & alij eo in loco legunt subulci, quos Nic. Erythræus in Indice suo Vergiliano reprehendit, his verbis: Tardi, id est pigri, quod epitheton Bootæ proprium est, Iuuenalis, Frigida circumeant pigri sarraca bootæ. Et Claudianus de Raptu Proserp. 2. Præcipitat pigrum formido Booten: quamquam hic etiam mathematica adest ratio. Potuit itaque hoc epitheton, quod bubulci proprium, submonere doctissimum Seruium, & alios, bubulci hoc loco legendum esse, non subulci, quibus tardis esse non licet per porcorum celeritatem, quos sequuntur. Quorum pastorum etiam neglecta mentio consultò à vate fuit, cum nusquam eos etiam Theocritus introducat: & tria tantum sint, quod & Aelius Donatus scribit, pastorum genera, quæ dignitatem in Bucolicis habeant, bucolici, opiliones, & omnium minimi æpoli, id est cuprarij. Quin & ille ipse Theocriti versus, quem Vergilius æmulatus est, nullam subulci mentionem habet, Ἦλθετοὶ βοῦται, τοὶ ποιμένες, αἰπόλοι ἦλθον, Hæc Nic. Erythræus. Gergittius canis Geryonis, qui boues seruabat frater fuit Cerberi, Pollux. Titormus bussequa fuit corpore statutosus, cuius historiam in Tauro adferemus. Βουκόλος, id est bubulcus, nomen habet, vel tanquam βουκόμος (nam & hippocomum dicimus qui equos curat) vel quoniam Græci cibum etiam colon vocant: vnde & colax, id est adulator appellatus. Βοῶν ὀπιβουκόλος αὐτός, pleonasmus est apud Homerum, vt, αἰπόλος αἰγῶν. Multa in Lexicis Græcorum bucoli synonyma reperimus, qualia sunt, βατρόφος, βκφεβεύς, βκπελάτης, βκπόλος, βοεκόμος, βόπτης, βοωστός, βοοστώος, βότης. Λήϊκῶς: βοοκός, βκεύς, βοωϊτης vel βωϊτὴς oxyton. βωΐτης, βουλάτης. Horum postremum Pollux à bubulco distinguit, & exponit pro eo qui boues iugo submittit: Videtur autem pro aratore magis accipiendum sed potest pro vtroque, vt & bubulcus Latinis. Βκκυᾶσαι, boues agere. Βκκαῖος in Ther. Nicandri, Ἀρεικὴς, βκκόλος, ζάγκη βοῶν ἐπιμέλος ἢ γαμφώνος αἴπυς ὄνυξ Schol. Μυκητὴς ἑπίκλησις βοῶν, bubulcum appellat Theocritus Idyll. 8. Βκπλάτης, bubulcus Oppiano: Βούτης, βκπόλος, καὶ ἐν τοῖς Διιπολίοις τὰ Βουφόνια δρῶν, καὶ καρσιμία ὕδατι τῶν ἱερείων σωπαλυμένων, Varinus. Ego sic verterim: Butes, bubulcus est, & sacerdos qui in Dijpoliis festo Buphonia celebrabat, id est bouem mactabat: quod in prouerbium etiam abiit, de illis rebus quæ sine apparatu & simpliciter (vetere quodam ritu) fierent. Οὐ μὴν τεκείνης γε νεμεσᾷ ὠνὴσατο βότης, Dionysius de Mesopotamia. Hos versus, Αὐτὰρ ὁ βότην Λύτης ἐκ πλαγίων ἕλκε, διηροπάλῳ γυρὸν ἀπειρεσίνῃ βοῦς κέρας, citat Suidas ex poeta innominato. Item in Βκμολγὸς is est qui vaccas mulget, Κέρας Ἐκμολγὸς ταύρου κλάσει ἀπημαγέλα. Δηκατὴρ alij messorem, alij aratorem, alij denique bubulcum accipiunt. Diphilus in Nicandri Theriacis nomen proprium interpretatur, Varin. Λαμπρὸς γὰρ ὁ Βοώτης, καὶ μέγας ἀρχαῖος ἐπὶ τούτῳ ἐχειροτονεῖτο, Demost. contra Midiam. Bootes stella est iuxta Vrsam maiorem, sic dicta quod instar bubulci plaustrum sequi videtur. Cicero 2. de Nat. deorum: Arctophylax vulgo qui dicitur esse Bootes, Quod quasi temone aduersam præ se quatit Arctum. Ouidius, Arctophylax formam terga sequentis habet. Iuuenal. Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ. Aratus, Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes.

Sunt qui Arcadem Iouis ex Callisto filium in Booten mutatum dicant: Pluribus tamen placet Callistonem in Vrsam maiorem, Arcadem in minorem conuersum. Βοωτεῖν, idem quod βοηλατεῖν, id est boues agere. Bucolion filius Laomedontis fuit; teste Homero in Iliade. Guardalbia vel Guarum, id est bubulcus caninus, apud Matthæum Syluaticum legitur, haud scio quo sensu. Σιτθὸ λέπαργος, acclamatio est bubulcis vsitata, & similiter ψιτθὸ λέπαργος, Varinus: reperitur autem apud Theocritum Βουκολεῖν est boues pascere, bubulcitari: Homerus impropriè etiam de equis hoc verbo vsus est: Et Euripides, Πολύβα δὲ νιν λαβόντες ἱπποβουκόλοι, Dionysius de Nomadibus Libyæ populis, Ἀλλ' αὐτως ἀπὸ πάρος ἀνὰ δρυὰ βουκολέονται, quo paulo ante dixerat. Βόσκονται σὺν παισὶν ἀνήτειρόν τε καὶ ὕλλιν. Vsurpatur etiam βουκολεῖν verbum pro fallere & decipere, aliquem veluti bouem & stupidum vana spe lactare: σφίζεσθαι, μὴ βουκολεῖσθαι Lucianus, Εὖ μάλα βουκολεῖ αὐτὸν καὶ ἐλπίζειν, ἤγουν ἀπατᾷ καὶ εἰς ἐλπίδας ἄγει. Et alibi, Ἀποτρέπομαι τὸ τῆς φύσεως ἀπρεπὲς βουκολεῖσθαι; hoc est, Ascititius ornatus naturæ dedecus & turpitudinem fallit, mitigat, lenit. Et incertus quidam citante Varino, Φησίν τις τοὺς ἐλπίσιν ἡμᾶς δεῖν βουκολεῖν καὶ ἐξαπατᾶν ἀγαθόν. Βουκολεῖν μὲν ἐστι τὸ δεῖν πλεῖον ἀεὶ προσδοκᾶν, ἐξαπατᾶν δὲ τὸ μηδὲν ὅλον πράγματα σωαρπάζειν, Ammonius in Differentiis: Posteriotis verbi explicatio corrupta mihi videtur. Ego ita acceperim vt ἐξαπατᾶν quoquo modo decipere sonet. Βουκολεῖν autem cum quis longo tempore opinione vel spe ab aliquo fallitur: Germani dicunt, *anf dem vnon laſſen, faſzen, am narren ſeil vmbziehen*, &c. Ad hæc βουκολεῖν capitur pro μειλισσᾶν, curare: fouere, multum amare. Hinc nomen βουκόλημα, ψύλαγτρον, δόσπλάσμα, ἀπάτημα, Varinus: hoc est, mulcimentum lenimen, solatium, vt ἵππως ἔχεις πρὸς βουκόλημα τῆς λύπης. Βουκολία, maledicentia, Varinus. βουκολὶς γῆ terra pascendis bubus apta. Bucolicos, milites rusticos legimus apud Capitolinum, Cælicus. Bucolicum carmen dictum à custodia boum, id est ἀπὸ τῶν βουκόλων: præcipua enim sunt animalia apud rusticos, boues, Seruius. Ouid 2. Trist. Bucolicis iuuenis luserat ante modis. Dianam Siculi Lyen cognominauerunt, quoniam ab ea essent morbo infesto soluti: vnde natum, vt rustica multitudo theatrum ingressa victoriam caneret, quam de Syracusanis mox adeptus est rex Hiero, quę prima creditur Bucolicorum origo, quæ omnium princeps carmine Daphnis celebrauit, mox Theocritus, Cælius. Diomedes heroicum versum, etiam hexametrum, & bucolium, aliisq; nominibus dici testatur. Bucolici tamen propriè dicti versus hoc ferè à cæteris heroicis differunt, quòd quintum locum dactylus claudit absoluta dictione, qualis est, Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua. Bucoliasmus vel bucoliatmus, genus melopœiæ, id est cantionis & saltationis: vtrumque rusticorum, & à Theocrito descriptum est, Varinus. Bucolicum, Bucoliscus, Bucoli, Bucoliastæ, inscriptiones sunt, Idylliorum aliquot apud Theocritum, nempe quarti, 6 8. 9. 24. Bolbitinum & bucolicum hostia Nili sunt manu effosa, cum cætera quinque natura apetuerit. Eustathius in Dionysium. Βουκόλοι vocabulum non bubulcos tantum significat, sed etiam animalia quædam, Etymologicon. Ego huius nominis animal nullum hactenus reperi: nisi quod bucolinen cinclum auem Varinus interpretatur. Panaces quod è Macedonia affertur, bucolicon vocant, armentariis sponte erumpentem succum excipientibus: hoc celerrime euanescit, Plinius. Dioscorides hoc panacis genus Heracleum vocat, vt ab Aesculapio & Chironio distinguat: ex huius radice liquor densatus opopanax dictus nomen in officinis pharmacopolarum adhuc retinet. Herbam ipsam in hortis quibusdam Italiæ vidi, folio ferè fici, & per omnia sphondylio nostro (quod aliqui brancham vrsinam, quæ acanthion est, non rectè vocant) simillimam Cæterum panaces Hera-

ces Heracleon Plinij, ne quis erret, planè diuersum est: ab Hercule (inquit) inuentum tradunt, alij origanum Heracleoticum sylvestre vocant, quoniam est origano simile, radice inutili. Βυκόλω, vrbs Phatsaliæ aut Thraciæ Varinus.

Bubile, locus vbi boues morantur, Plaut. Perf. Etenim metuo ne possim In bubile reijcere, ne vagentur. Quædam exemplaria hic legunt bubilem masc. genere. Columella lib. 1. Domitis armentis duplicia bubalia sint, hyberna atque æstiua. Cato cap. 4. Bubilia bona, beneque ædificata, &c. vt supra in C. Bostar, locus vbi boues stare consueuerunt, Calepinus sine authore. Bouilia dicuntur in quibus boues morantur, vt Calepinus probat ex Columellæ loco libro 3. in quo tamen nunc bubilia legitur. Μέμνηδ' ἀνδήτων κατ' ἀγρὸν, βυκόλια, αἰπόλια, πόλμια. καὶ βρίθει δόξει ἴσασιν. Βεσσεύματα, βοαύλια, βεσσεῖαι: ἃ δὲ αἰόλες καὶ αἶγες. αὐλὴ καὶ σηκός, Pollux lib. 1. cap. 12. Βυκόλιον igitur proparoxytonum, armentum vel gregem boum significat: quo sensu etiam βυκόλεια apud Varinum legimus: Βουκόλιον vero penan flexum, & bubile & gregem ipsum, vt quidam scribunt, ego prostabulo tantum acceperim. Bucolia in Aegypto apud Hieronymum, ceu bubulcorum intelliguntur loca, Cælius. Hippostasium esse videtur equorum stabulum, sicuti boum bustasium, Cælius. Βέσσαθμον καὶ βεσσάδιον, τὸ βοσσάσιον, Suidas: forte βεσσάσιον legendum non βοσσάδιον. Sunt & alia synonyma, βεσσάθμεια, βυσσάνη, βοσσασία, κλείσιον, βόαυλα, μάνδρα: & βοών, vt infra dicam. Αὐλὴ & σηκὸς proprie de caulis ouium & capratum dicuntur, authore Polluce: sed inuenio in genere etiam vsurpari, vt apud Varinum, μάνδραι σηκοὶ βοῶν καὶ ἵππων: Et apud Dionysium, Οὐδὲ βοῶν μυκηθμοῖς αὐλιον ἐχομένων. Caula ferè pro ouili in vsu est, voce forsan deriuata ἀπὸ τῆς αὐλῆς: quæ vox Græcis ouile aut caprile notat, vt iam ex Polluce probauimus. Mandræ vocabulo ne Latini quidem abstinent, in significatione speluncæ, cubilis, & receptaculi pecudum: Iuuenalis Satyra tertia. Et stantis conuicia mandræ Eripiunt somnum Druso. Tanagra Bœotiæ mediterraneæ oppidum est nobile: quod prius Pœmandria dicebatur: producit autem boues præstantissimos, Stephanus & Varinus. Sibas Indicam gentem ab exercitu Herculis illic relictam aiunt: nam pellibus amiciuntur, scytalas (id est baculos vel scuticas) gerunt, & bubus clauæ notam inurunt, Arrianus libro 8. Apiculam Græci βουγενῆ cognominant, quod ex bubulus ossibus gignantur, Varinus. Animas etiam in mysteriis gentilium theologorum melissas & βουγενεῖς appellatas, & Buclopum deum qui generationem latenter audiret, Cælius Rhod. prodit 22. 3. Βουγενῆ καὶ ἀνδροπρωῤῥῶ περφερῆ centauros appellat, Aristoteles. In veterum scriptis mentio fit de eo fœdere, quod inter Gabios & Romanos actum est, Tarquinio Romanum imperium regente: Vbi illud in primis notandum, quod in corio bubulo eius capita & conditionem exarauit priscis literis (vt refert Dionysius) cumque instar clypei foret in templo Iouis locarunt. Qua in re Pompeius Sextus Dionysio accedit, vt in eius commentariis probatur, quos à Verrio Flacco collegit: etsi iuramentum Dionysius vocat, in quo sanciendo eximium bouem immolarunt. Clypeum (inquit Pompeius) ob rotunditatem veteres cotium bouis appellarunt, in quo Romanorum fœdus cum Gabiis foret descriptum, Petrus Crinitus 16. 3. Κέρας prima significatione cornu, secundaria tum alia quædam tum poculum indicat. Antiquitus enim cornuum bubulorum pro poculis vsus erat, antequam inuenta essent alia. Eam ob causam Bacchus quoque cornutus fingebatur, & taurus appellabatur, & in Cyzico effigie taurina colebatur. Hinc factum aiunt κεραίειν verbum, quod est aquam vino permiscere: & κεράστης poculum quasi κεραστής. Eiusmodi pocula rhyta vocabant: Quale fuisse existimatur etiam Amaltheæ cornu, quod vulgaris fabula capræ attribuit. Eiusdem generis poculum quoddam ἐνιαυτὸς, id est annus dicebatur, à magnitudine nimirum & summa capacitate. Ingentia enim cornua quædam prægrandium boum habentur: quales Pæonum & Molossorum fuerunt, ex quibus pocula conficiebant, labris eorum argento vel auro inductis. Maxima capacitas, congiorum Atticorum quatuor, vt apud Athenæum & Varinum legimus. Aristoteles ab initio Mirabilium narrationum monopis sylvestris in Pæonia bouis corpore amplissimi cornua singula dimidiati congij mensuram continere scribit. Vide infra in Bonaso. Conuiuallium cornuum mentio fit passim apud Xenophontem, hic in locis, Κέρατα χάλκεα φαλάρους, καὶ παίονας ἐλέγοντο. Καὶ Φίλων τὸ κέρας ὃ ἐν χερσὶν εἶχε. Καὶ λακεδαιμόνιος κέρας μεθύειν. ἐπὶ πρωτίνῳ σοι. Et apud Aeschylum, cum inquit: Ἀργυρηλάτοις Κέρασι χρυσᾶ σώματα περσοβλαμμένοις. Pindarus quoque centauros inducit ἐξ ἀγχιμόλων κεράτων πίνειν. Non est autem quod quis suspicetur pauperibus tantum in vsu cornua pro poculis fuisse: cum & reges ijsdem vterentur: Philippum enim regem aiunt, illis quos benignius excepturus esset, è cornu propinasse: Κερασοῦν, τὸ ὄπισθεν ὄντα, παλαιγενῆ ἐκ περσῶν κέρατα αὐτοῦ τὸ πρόσθεν, Varinus. Homerus Iliados Θ. Οἶνον: ἐγκεραστάσασθε. Rhyta, id est, maxima pocula heroibus solis olim attribuerunt: nunc vero etiam ex cornu facta sic appellant, Athenæus. Xenophon describens conuiuium apud Scytham Thracem, sic scribit: Ἤραιζόντο μὲν ἀρῶτον ἀπὸ λιθίνης καὶ κατὰ τὸν Θρᾴκιον νόμον κέρατα οἶνον προὔτεινον. Et alibi, Καὶ ἔπινον κεραστοῖς ποτηρίοις. Sophocles in Pandora Καὶ πλῆρες ὀπτῖνον χρύσεον κέρας. Μετὰ δ' αὖ κεραὸς ἡφύσατ' ἄλλο, apud poëtam quendam citante Suida. ἀπὸ τῶν κεραστικῶν, ἢ ἀπὸ τοῦ κεράσματος· ἄλλο ἤντλησεν, ἀπὸ τοῦ ἀγγείου ἐν ᾧ ἦν.

Abstinebit censione (cæsione vt quidam legunt) bubula, Plautus in Aulularia: Id est scutica quæ ex corio bubulo fiebat. Βυτάνη, flagrum auriactus: idem βυτάνη & βυταλῆς, vt supra dixi. Iuuenalis Sat. 6. Taurea punit Continuo flexi crimen facinusque capilli, scholiastæ scuticam ex corio bubulo exponunt. Zea vel zeteion vocatur locus quo seruitia punienda mittebantur, ad quod illusit poëta noster comicus in Asinaria (ni fallor) cum dixit: Qui polentam pransitant, & vbi viuos homines mortui incursant boues. Hermol. Barbarus. Seui bubuli maximus vsus est ad candelas: laudatur præcipuè ex iuuencis & circa trimatum. Rura nostra vulgari dicto veenum aut Maij mensis examen apum, vel bouis vtilitatem æquare celebrant: *Eim Meyem ymb Ist alsgut als ein rind.* Βοοθυτῆς, qui boues immolat aut mactat, & securi ferit, Varinus. Iudæi non feriunt, sed cultro adacto iugulant. Butypos Argonauticorum secundo apud Apollonium dicitur, qui inter sacrificandum securim boui impingit, βουπλῆγα διὰ πέλεκα τυπτων κατὰ τοῦ αὐχένος: proparoxytonum, vt Etymologicon habet, in quo etiam sacerdotis hoc officium fuisse legimus: Alij penultimam acuunt, βουπλῆγα ὁ τοὺς θυομένους βοῦς τῷ πελέκει τύπτων κατὰ τοῦ αὐχένος: vehementiorem autem ille ictum illidet si in summos pedum digitos sese erigat, Varinus. Βουπλῆγα τυθμίλῳ αἰθίσσοντα ἐπαλλάξαι, ἐκ τοῦ Θαυλαντιάδαν γένος κλυθι ἀμύνειν, Hesychius. Malim ἱερόδουλος quam τυθμίλῳ. Βοῶν ὄπισθεν, ἐπάνω τοῦ τραχήλου πληγήν. ἴδιον καὶ τοῦτο. ἀπὸ γὰρ τῶν παλαιῶν τὸ ὄπιξιμον, ὅπερ ἰδιωτικῶς ὄπικόμιον λέγεται. Varinus. Est autem truncus in quo coqui & lanij secant carnes: κρεωτόμος quilibet truncus est: ὄπιξιμον autem dici conijcio ἀπὸ τοῦ ὄπιξεσθαι αὐτὸν παῖς πληγαῖς. Lanionia mensa apud Suetonium in qua scinditur caro machæra. Spartianus in Geta, Percussit hostiam popa nomine Antonius. Propertius, Succinctique colent ad noua (sacra alij) lucra popæ. Popæ dicebantur qui victimas habebant venales, & ligabant eas ad altare, feriebantque. Suetonius in Calig. Admota altaribus victima

victima, succin Cus Caligula poparum habito, elato altè malleo, cultrarium mactauit. Persius Sat. 6. Mihi crassa figuræ Sit reliqua, ast illi tremat omento popa venter, id est crassus & opimus, quales erant victimarij. Lanius vel lanio, qui carnes in carnario vendit, quod pecora concidat, lanterque dictus. Lanij qui ad cultrum bouem emunt, Varro. Laniena, officina in qua fiunt & venduntur carnes. Qui succidiam in carnario suspenderit potius ab lanario, quàm ex domestico fundo, Varro lib. 2. de Re rust. Lanarium hic lanienam exponunt, mihi videtur de lanio etiam accipi posse. Cultrarius idem qui victimarius, is qui victimam coltro immolat. Carnarium & cella, vbi domi caro seruatur & laniena publica. Apud Armenos nostro tempore (vt scribit Bartolomæus Georgenitz) mulier adultera super asina vicatim ducitur, & nuda flagris cæditur, & tandem intestina bouis in collo gestans lapidibus obruitur. Cæterum vir adulter, iniectus carceribus, post aliquot menses pecunia redimitur. 10

H. f. Helueticiboues commendantur à teneritudine carnis, cum alibi, tum iuxta Zofingam oppidum agri Bernensis. In Suenia quoque nobis vicina circa regionem Bar, pingues præcipue seuo habentur. Pinguissimi Hungarici: qui hyemes etiam sub diuo transigunt, & liberi pascuntur: vnde fit vt parum mansueti sint, & minus tenera carne. Bubula absolute, sabauditur caro, Plautus in Aulularia: Aguinam caram, caram bubulam. Pollux βοείαν κρέας dixit carnem bubulam, vt suillam ὑείαν: ego βόειον & ὕειον malim. Βόεια, κρέα βόεια, Varinus: Lanij nostri bouem primum in duas partes scindunt, anteriorem vocant *den vorderen schilt*: posteriorem, *den hinderen schilt*. Deinde anteriorem, siue thoracem, trifariam diuidunt: primum separant armos, & carnem adiunctam, a cin frusta aliquot secant. Reliqui thoracis partem pronam & circa spinam, appellant *borruggen*, hoc est dorsum superius, νωτιαῖον: supinam verò, quæ os στῆθος comprehendit, in cæteris pecoribus, & vitulis etiam, *die brust*, id est pectus στῆθος: in bubus priuatim *das faderstuck*. Appetitur ea pars propter pinguedinem, quæ solidior 20 est quæque gratior est, πιμελή τε χαλεπώδης, *der brust kernen*: solent autem cum ea plerunque lanij scindendo relinquere iugulj partem cruentam & ingratam emptoribus, *den stich*. Cæterum inferioris dorsi partem, qua renes continentur, ex cæteris animalibus & vitulis, quoniam assari solet cum sua pinguedine, vocant *nierbraten*, id est assariam renum: in bubus vero *schluchbraten* vel *lummeln*, quasi lumbos, id est partem carnosam & musculosam iuxta renes, osse vacuam, vnde pingue vel seuum potius separatur ad lucernas & alios vsus. Coxas cum natibus vocant *das stertzle*, & in duas partes diuidunt: alteram, cui vbera in vaccis adhærent, *das ober spaltle*: & alteram ab ea separatam carnosam, *den vnder spaltle*. Posterior hæc pars, sicut & lumborum caro, cum ossibus carent, in ollis assari solent, hoc modo. Caro lota in vase reponitur affuso aceto cum sale & iuniperi baccis, & sic vel horis aliquot vel etiam diebus macerata, cum iure illo admixta aqua lixatur, donec modicum iuris supersit: additur autem aliquid butyri cocti cum iuris pars ferè media consumpta videtur. Sic & tenerior & palato gratior fit. Vbera 30 elixa, mox incisa, torrentur in craticula, & sale & aromatibus (pipere & caryophyllis maximè) inspergunturSimilis & linguæ apparatus est: & pedum, & oris siue buccæ, vel si mauis, rostri. Alij has partes, pedes inquam & buccas, quæ in carnatio elixa emuntur, ex aceto frigida edere malunt cum cepitio & pipere. Lingua etiam per medium incisa, saliri vt reliqua caro & infumari solet, cibo diuitibus etiam grato. Quibusdam in locis bubulas linguas principibus debẽt: tanta earum æstimatio. Nouerunt nimirum etiam Mercurij olim sacerdotes hanc lautitiam, nec temere ex victimis Mercurio deberi linguam asserebant, nimirum tanquam deorum præconi & sermonis deo. Nam & alloqui lingua in sacrificiis præconibus donabatur. Hinc locus ille Aristophanis in Pluto, Ἡ γλῶττα τῶν κηρύκων πᾶσιν ἡδεῖα πιεῖται, iucunda amphibolia, cum lingua tam præconis quàm bonis intelligi possit. Idem in Pace, Ἡ γλῶττα χοιρείας πᾶσιν ἡδεῖα πιεῖται quod interpres admonet prouerbialiter dictum. Homerus, Odyssææ libro 3. Ἀλλ' ἄγε πάντες μύθου γλώσσης. Apud Plutarchum Antipater cum incidisset mentio de Demade iam senio imbecilli fractoque, velut, inquit, ex immolata victima, solus venter & lingua supersit. Apparet sanè linguam ceu profanum membrum sacris adhiberi non solitum, quod ego quidem ad gulam hominum, præcipue sacerdotum, religionem prætexentium, retulerim. Præfertur autem in cibo bubula cæteris: & à nonnullis operosius paratur: nam condimentis farctam in veru assant. Aliarum pecudum quia minores sunt, cum suis capitibus relinqui solent. Pars circa ceruicem duriore & tenaciore neruosaque carne constat, difficilior concoctu. Intestina etiam elixa adferuntur ex laniena, & domi modico vino affuso, cum butyro, cepis, careo & aromatibus percoquuntur. Ὅταν φάγῃς ἀπὸ ζεστοῦ χοιρείου καὶ ἡλικτοῦ. Aristophanes in Vespis: κἀπὸ τοῦ εἰσὲν ἀπὸ ζεστοῦ ὄντ' ἤβολε. Sacerdotes Aegyptij nihil è re domestica consumunt, sed eorum singulis quotidie cibi sacri cocti præsto sunt, & carnis bubulæ & anserinæ satis abundeque, Herodotus. Antiquissimos bouem aratore & immolando & comedendo abstinuisse, paulò post, vbi de sacrificiis boum, dicemus. Hercules cum in Dryopia filio Hylæ esurienti 50 pauxillum cibi à Theodamante peteret, nec ille quicquam daret, iratus bouem ei per vim abstulit, & mactatum epulando consumpsit. Hanc historiam siue fabulam prolixius describit Varinus in Ἡρακλῆς γαστήρ. Milo robustissimus athletes bouem aliquando in theatro gestauit, & eundem postea deuouauit, βοῦν ἐνάσατο Herculem ea in re imitatus, Eustathius in Dionys. Hinc & buphagus alterum Herculis cognomen. Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bouem viuum, Cicero de Senectute. Turcas in magnis epulis & nuptiis boues integros assare audio, & bubus infertam suem, sui gallinam, gallinæ oua. Verua sanè maxima in quibus etiam boues assari possent, βοηρόκοβοι Græcis appellati supra diximus. Varinus etiam βοωπόρους habet. Quod autem carnes bubulas verubus transfixas veteres alluerint, paulò post in sacrificiis boum ostendemus. Boues castratos, ἐκτομίας & ἐνηχοθέντας Græci vocant: posterius apud Galenum legimus. Qui bubulam carnem apud nos sale condiunt (quod ferè idibus Octobris vel circa festum D. Galli primum faciunt, & deinceps 60 per hyemem tantum) in plenilunio incipiendum putant: sic enim maiorem vegetioremque carnem permansuram: vt magis sapidam, sub interlunium saliatur. Si diutius seruari velint (seruant autem multi integro anno) per dies circiter viginti in vase salitam relinquunt, ac infumandam postea in camino suspendunt, vbi donec bene siccetur dies plus minus duodecim relinquitur, prout altius aut humilius pependit, & plus minusue ignis ac fumi passa est. Vbi primum suspensa est, accensis iuniperi ramis & mox extinctis plærique fumigant. Nonnulli carnis colorem commendari putant, & rubescere magis, si aridis vreticæ falcibus suffiatur. Qui seruare nolunt, vno die cum sale relictam suspendunt, & mox post vnum aut alterum diem elixant: sic enim plerisq; tenerescere ac in cibo sapidior fieri videtur. Antequam suspẽdatur quæ diutius in vase salita fuit, muria sua, quæ ex sale & carnis succo conflauit, diligenter abluunt. Sunt qui frigida lauare malint. Optima quæ de iuuencis aut vitulis sumitur, vetulorum nimis dura & ingrata, certe difficillima concoctu fit, cum fustis instar durescat. Hoc etiam obseruari solet, 70

vt caro

vt caro saliendæ iuxta fornacem prius expositæ aliquandiu incalescat: inde salitæ operteque in vale in penus collocatur. Carnes ossibus adiunctæ cæteris superponuntur, vt ad vsum subinde auferantur: seruatæ enim deteriores fiunt.

Qui vaccas mulget, βυμολγὸς Græcis est: nos vaccarium aut lactarium appellare possumus, vt supersius etiam dixi: quanquam Lampridius in Helsogabalo lactarios nominauit qui cibos ex lacte conficiunt. Implebunt mulctralia vaccæ, Vergil. in Georg. Βούτυρον, butyrum est ex crema lactis: βούτυρος autem herba quædam Dionysio, Varinus.

b. A bobus dicta est Bubona dea, vt à bello Bellona, D. Augustinus. Bubotiæ ludi fuerunt à bobus appellati, vocantur & boalia, Textor. Pausanias in Messenicis circa finem, quanto in pretio boues olim fuerint, his verbis exponit: In Pylo ciuitate agri Messenij spelunca est, in qua Nestoris & ante eum Nelei boues stabulatas aiunt. Videtur autem genus hoc boum Thessalicum esse, & ab Iphiclo Protesilai olim patre descendisse: Has enim Neleus à procis filiæ suæ dono petebat: & harum causa Melampus vt fratri Bianti gratum faceret in Thessaliam venit: vbi vinctus à bubulcis Iphicli, cum illi roganti vaticinium aperiret, boues pro mercede accepit. Hoc scilicet maximo fuit antiquis studio, vt equorum & boum greges tanquam illius seculi diuitias sibi compararent. Hinc est quòd Neleus de acquirendis Iphicli bubus solicitus fuit: Et Eurystheus Herculi Geryonis armenta ex Iberia, quorum percelebris erat fama, abigere præcepit. Videtur & Eryx Siciliæ princeps tantopere boues ab Hercule ex Erythia abductos amasse, vt earum gratia cum Hercule luctaturus, victor illius boues acquisierit, victus verò regnum suum amittere voluerit. Homerus insuper in Iliade de Iphidamante Antenoris filio refert, eum inter præcipua dona socero centum boues pro sponsa contulisse. Quamobrem veteres plurimum bubus delectatos fuisse constat. Pascebantur autem, vt ego conijcio, Nelei boues vt plurimum extra Pylium agrum qui vbique ferè arenosus est, nec pascuis tam copiosis idoneus: id quod vel Homero teste probauerim, qui Nestorem toties Pyli arenosæ regem cognominat, Hæc Pausanias, vt nos ex tempore conuertimus. Βοῶπις epitheton Iunonis apud Homerum, quod boum instar excelsos & rotundos oculos habeat: vel vt alij, magnos, quod in muliebri facie laudabatur, & inde etiam Europæ nomen impositum videtur. Conuenit autem hæc appellatio aëri, quem sub Iunonis nomine tegebant, vt qui longè lateque pellucidus & visui perulus circumquaque pateat. Quidam à sono & voce deducunt, παρὰ τὸν βοᾶν καὶ ὄπα, propter sonitus qui in aere reddi solent, Varin. Etymologus in Iunone exponit, formosam & pulchris decoram oculis. Thraces Dianam Βοσσάμην appellant, Varinus. Qui mysteria gentilium tractant, βουφῶς interpretantur in generationem pergentes animas: & Bucolopum deum qui generationem latenter audiat, Cælius. Fluuiorum alios ἀνθρωπομόρφους, id est humana specie effinxere veteres, aliis bubulam effigiem induxerunt. Vnde βούκερων Acheloum in Trachiniis vocat Sophocles, id est ταυρόκερων. In iis Erasinus est, Eurotas item apud Lacædemonios. Asopus apud Sicyonios ac Phlyasios, apud Argiuos Cephisus. Hominis figuram præfert Alpheus, Cephisum Athenienses hominem monstrant vtique, sed ita, vti promant se nihilominus cornua. Auctor in Deorum natura Phutnutus, fluuios effingi plerunque κεφαλοφόρους καὶ ταυρώπας, ex vndarum violento impetu, qui mugitibus assimile insonet quiddam. Nam & de Scamandro Homerus, ἠυγένης (ἠϋγὲς potius legendum) ὡς ὅτε ταῦρος. Quin & ratione eadem Neptunus Mycetas nuncupatur, cui & tauros immolabant ταυροκτόνους, ob maris colorem. Taurinæ formæ rationem illam promit Sophoclis interpretes, quod veluti boues flumina tertâ proscindant, vel quòd fluuijs ferè adiacent pascua, Cælius. Cur Eleorum mulieres Dionysium precentur vt bouino ad se pede veniat, Plutarchus explicat in Græcanicis problemate 36. De Iside quam vaccæ forma Ægyptij colebant, iam supra dixi ex Aeliano. Ego bouem quinq; præditum pedibus vidi, sacrum & dedicatum Deo qui colitur ad Alexandriam in luco vbi Perseæ arbores consitæ, perpulchra vmbra opacant: pedem is in armis appensum habebat cum ad ingrediendum adiuuantem, tum absolute factum, Aelianus de se, vt videtur, loquens: nisi Apionem intelligat, cuius testimonium ante citârat.

Ex bobus victimæ optimæ & lautissima deorum placatio, Plin. Bouem vel boues sacrificare Græci his verbis efferunt, βοῦς θύειν, βοῦν τεῖν, βοῦν λύειν, βοῦν δρύειν, βοῦν φονεῖν. Victima ipsa βοῦς, & victimarius βοῦτης. Βοῦν τὸν ἄπυρον ἐπὶ τὸν ἐλαιῶνα, Λύκιοι ὁ λύκαιον, ὡς Λέσβιοι Φάνης, Varinus. Ego istarũ vocum nullam alibi vsquam reperio. Βεμίτης apud Aetolos vocatur qui sacrificiis præfectus est. Idem Boues altiles ad sacrificia publica saginati dicuntur optimi, Varro. Qui Anathan munimentum, quod fluentis Euphratis circumluitur, contra Iulianum & Romanos defendebant, cum Romanis se dedidissent, præ se bouem coronatum agentes, quod est apud eos susceptæ pacis indicium, descendêre supplices, Ammianus Marcellinus libro 24. Fordicidijs boues fœdæ, & grauidæ immolabantur, dictæ à fœtu, Festus. Quem aliqui, alij bouem victoria potiti immolare consueuerunt, vt scribit Robertus Valturius de re militari libro 12. cap. 2. Deque triumphato viscera tosta boue, hoc est occiso in triumphi sacrificio, Ouid Fast. 3. Spartani cum stratagemate hostes vicissent, bouem Matti sacrificabant: sui vi aperta, gallum: Plutarchus in Laconicis. Pluris enim æstimabant incruentam victoriam quàm cruentam, Cyraldus. Pronerbium, Bouem sacrificauit nemo vnquam beneficio præter Pyrrhiam, inferius require. Ceres ab Hermionensibus eximia colitur veneratione, & festum eius Chthonium appellatum magnifice concelebrant. In his ferunt boues magnitudine visenda & ferocia ad aram ex armento facile agi immolandos à Cereris sacerdote, quæ vetula plærunque est, ac viribus præcenuis. Super qua re carmina circumferuntur apud Græcos, quę & apposui, auctore eorum Aristocle:

Δάμαρ πρὶν πολύκαρπε, σὺ κ' ἐν Σικελοῖσιν ἐναρὸς,
Ἑρμιονεῦσι. τὴν δ' ἀγέλης μὰρ ἀφεῖσα ταῦρον,
Τοῦτον χραῦσε σιγῶσα μένη μόνον οὐ τορὸν ἰλαὸν
Σὸν πόσ', δάμαρ πρὶν, σὺ τ' ἀθύτορ, ἰλαρὸν ἴης,
Καὶ πρὶν Ἐρεχθείδαις, ἐπὶ μέγα κεῖνται,
Οὔτ' οὖν αἰρεῦσιν αἰῶρες οὐδὲ δίκαι.
Τόνδ' ὅπη βωμὸν, ὃ δ' ὡς μαπέα παῖς ἵπεται.
Καὶ πάντων θαῖε οἰκλαῦ ἐν Ἑρμιόνῃ.

Taura, id est sterilis vacca, inferis immolatur. Idque merito propter infœcunditatem: sic & ouis non nigra tantum (ὄις μέλας, id est aries niger) sed nigerrima ijsdem, propter tenebras inferorum, Varin. Peste olim Lacedæmona diuexante redditum oraculum, vt Plutarchus refert, mali vim cessaturam, si nobilem virginem quotannis immolasseot. Quum obtemperarent Lacedæmonij ac fortè mactanda duceretur suo ornatu Helena, deuolans aquila gladium abreptũ & ad armenta, quæ βουκόλια vocant, delatum super iuuencã demisit. Quo prodigio παρθενιαν, id est virginum immolationem desisse: quod Aristodemus auctor tradit. Idem obuenisse Romæ in Valeria Luperca, ratione consimili volumine 19. Italicarum rerũ Aristides prodidit, Cælius: ex Parallelis Plutarchi minoribus, quãuis ipse non citet, vt neq; alios authores solet. L. Aurelio, L. Octauio Coss. Cyzicũ mycridates cum

oppugnaret, ad immolandum bos sacra inlussa, de montibus per hostium classem adnatauit, seque ad aras percutiendam obtulit, Iul. Obsequens. Mactatur vacca Mineruæ, Alipedi (id est Mercurio) vitulus, taurus tibi summe Deorum, Ouidius 4. metam. Si quis Mineruæ bouem sacrificasset, oportebat etiam Pandrysо ouem vnà cum boue sacrificare: quod sacrificij genus Βοῦβοτον vel Βούβοτον appellabant, eò quòd post bouem immolatũ celebraretur: vt scribunt Lycurgus in libro de sacrificando, & Philochorus lib. 2. (cuius verba sunt quæ iam posuimus) & Staphylus lib. 9. de Athenis, Varin. Ἑκάτομβος, sacrificium ex boue, Idem. Hecatombe (apud Varinum) non quoduis, sed sumptuosum sacrificium est, & propriè quod bubus centum constat: id quod quis rectè etiam ἑκατὸν βοῦν secundum Tragicum appellauerit: quali scilicet Clisthenes ille apud Herodotum filiæ suæ procos & ciues excepit. Sic & chiliombe à millenario numero dicitur. Impropriè verò hecatombe dicitur etiam de alijs animalibus siue pecoribus præter bouem: interim tamen per excellentiam tanquam solis bobus constaret nomen retinuit. Numeros quoque centenarius pro multitudine simpliciter ponitur, vt cum dicimus ἑκατόζυγα ναῦν, id est multorum iugorum nauem. Hecatombæon mensis dicebatur, qui apud Latinos Iunius, eò quod plurimæ in eo hecatombæ fierent, Varinus. Hic mensis apud Athenienses Soli sacer erat: cuius quia tunc magnus sit cursus, inde tempori factum nomen: quando numerus ἑκατὸν signate magnitudinem aduertitur plerunque: fiebat autem in eo solstitium æstiuum. Idem & Cronion dicebatur à sacrificijs quæ Saturno fierent, Cælius. Hecatombæus Iupiter in Gortyna, vt Hesychius ait, appellatus est, & à Caribus, & à Cretensibus. Sunt qui putent primum Græcorũ mensem Hecatombæona vocatum ab Ioue, vt docuimus in libro de annis & mensibus, &c. Sed & hoc nomine Apollo nuncupatus ab Athenienſibus: quin Harpocration, alijque libentius mensem ipsum Apollini attribuunt. Lilius Greg. Gyraldus. Idem alibi hunc mensem à Lacedæmonijs sic appellatum scribit, & Hiacynthia festa in eo celebrata. Igitur fuit hoc sacrum (inquit idem) interdum centum boum: sed & ouium interdum, & caprarum, & suum. Fuerunt & qui ex omni genere hoc sacrum peragerent, qui etiam syscion, id est opacũ & vmbrosum nuncuparunt. Sunt qui centum pedum victimarum dixerint. Inuenimus & bupronon sacrificium quoddam, ex centum ouibus & boue vno: alij & βοιόχλιν dicunt, vt notat Hesychius. Sanè quidam non à victimarum numero, sed quod centum Peloponnesi vrbes id sacrum facerent, dici voluerunt. Hac quoq; ratione qua hecatombe dicitur, & εἰκοσίβοια, & poeticè εἰκοσάβοια sacrificia, ex viginti bobus dicuntur, Hæc Gyraldus. Ego quidem hactenus εἰκοσίβοιον aut alterius numeri eiusdem terminationis in ον sacrificium nullum legi: sed omnia huiusmodi, vt ἑκατόμβοιον, sic τετρόβοιον, ἑνιακόβοιον, δωδεκάβοιον, εἰκοσίβοιον (si antepenultima recte per alpha legitur in Varino) & similia, de rebus illis dicuntur quæ totidem siue boum siue numerorum pretia æquarent, Varino teste. Nam aureos quosdam numos, boues appellatos Etymologus refert in Hecatombe. Sunt enim qui bouem in vocabulis istis compositis numum intelligũt, cui propter æquale pretium bouis effigies impressa fuerit: alij verò certum pondus. Alij deniq; ἑκατόμβοιον accipiunt, non quod exactè centum, sed quod multorũ boum, id est quorumuis pecorum, per synecdochen partis pro toto pretio constet, Varinus. Hersæa ciuitas est, quæ & Hecatombæa vocatur. Celebrantur autem ab Argiuis Hecatombæa centum bubus deæ (nimirum Iunoni) immolatis. Præmium tunc certaminis scutum æneum proponebatur, & corona myrtea. Vel vt alij, in certamine Hecatombæorum Argis, æs præmium datur, quoniam Archinus qui rex Argiuorum fuit & huius certaminis author, cum apparatus armorum cura ei delegata esset, arma etiam præmij loco donari voluit. Nomen Hecatombæis, inde quod in magna pompa boues centum præcederent, vnde visceratio ciuibus cunctis dari solebat. Pindarus Diagoram in Hecatombæis victorem Argis maximè celebrat, Varinus. Hesychius ab Hecatombæo Apolline Athenis dicto Hecatombæa celebritatem & certamen nominata docet. Βεθυσία non solum sacrificium ex bubus est, sed quoduis regale & magnificum sacrum: vel conuiuium opiparum, & magnificus apparatus, vt Erasmus etiam meminit in prouerbio, Nemo bene merito bouem immolauit. Sic & βεθυτεῖν verbum proprie est boues sacrificare, per catachresin vero vel à bũ particula intendente, magnificos amplosque sumptus facere. Diuitium enim est, vel regum potius, boues immolare. Ἐνδεν βεθυτεῖ τὴν γυναῖκα τὸν ἐρανιστὴν ἐστεφανωμένον, Aristophanes in Pluto: abutitur (inquit Scholiastes) buthysiæ vocabulo, vt sacrificij magnitudinem & perfectionem indicaret, quod hecatomben vocant. Perfectum enim sacrificium sue, tauro, hirco & ariete constat, quod trittyn appellant: Athenienses vero eodem nomine sacrificium ex reliquis tribus etiam absque boue. Τεττύα sacrificium à tribus animalibus dictum: constabat enim duabus ouibus & boue, Epicharmo teste: vel boue, capra & oue: vel hirco, ariete & tauro. Hoc sacrificij genus βύπρωρον etiam dicebatur eò, quod bos præcederet, vt prora nauim. Videtur etiam trittyan quandam insinuare Aristophanes, cum Chorus inquit à Chremylo immolari suem, hircum, & arietem. Sic δωδεκάχοις θυσία (vel δωδεκάβοις potius vt Gyraldus habet, vel δωδεκὰς vt Suidas, alij δωδεκαὶς) à duodecim animalibus nomen accepit, Varinus. Apud Gyraldum τεττύα & τρύττυα & τελιττυρα legi, ego hæc omnia inepte scribi arbitror & semper trittys oxytonum, fœminini generis scribendum, non in neutro plurali vt Gyraldus accipere videtur. Nam cum à ternatio dicatur, omnino ῑῶτα in prima syllaba retinere debet (sed hunc librariorum, nõ Gyraldi, errorem existimo) quemadmodum idem nomen cum tertiam partem tribus significat eodem planè modo τεττὶς scribitur: & hoc postulat etiam analogia: sic enim à quaternario τετρὰς formatur. Quanquam autem τεττύα & in accusandi casu τεττύαν apud Varinum legatur, non satis tamen grauis ille author est quem sequamur: & apud Aristophanis scholiasten in Plutum, loco quem ipse citat, trittyn & trittys legimus: sic etiam apud Suidam & Etymologum. Iam trittyn quoq; pro tertia tribus parte, nonnulli per simplex t. perperam scribunt. Sed redeo ad Gyraldum (quem vt tribus istis modis, nec vllo rectè trittyn scriberet, Hesychius decepit & secutus eum Varinus) hic ex Hesychio annotat sacrificium hoc Enyalij, id est Martis esse, quod tribus animalibus cum testiculis, id est non castratis fieret: vel vt alij tradunt (Callimachus apud Etymologicum) sue, ariete, tauro. ferè Romanis Solitaurilibus simile. Hoc ex Hesychio addendum, triadem alio nomine dici hoc sacrificium, nimirum eadem ratione qua aliud dodecadem supra vocari monuimus. Ister quidam, vt Etymologus habet, ex bubus, capris & suibus hoc sacrificium perfici author est: quæ quidem omnia mascula & trima essent. Apud Hesychium non rectè legitur, θυσία πάντα τελεα pro τεττὶς. Quanquam Latinorum quidam nullam hostiam maiorem minorémue bidente, id est, bima esse debuisse prodiderint. Sed nimis forte digredior, dum corrigenda authorum loca sequor audius. Βύπρωρον (inquit Varinus) sacrificium ex centum ouibus constabat, & boue vno: ὃ ἦν τὴν ἀριθμὸν ἢ βοὸς ἢ προβάτου, ὅτι κεφάλαιον τὸ βοῦς ἐστιν. Hecatombe (inquit Iulius Capitolinus) tale sacrificium est: centum aræ vno in loco cespititiæ extruuntur, & ad eas centum sues, centum oues mactantur. Nam si imperatorium sacrificium sit, centum leones (vel vt aliqui legũt, oues, quod parum mihi placet, inquit Gyraldus) centum aquilæ, & cætera huiusmodi animalia

animalia centena feruntur. Quod quidem & Græci quondam feciſſe dicuntur, cum peſtilentia laborarent, & a multis imperatoribus id celebratum conſtat. Ὠῶν ἑκατόμβη, id eſt ouorum hecatombe, per iocum apud veterem quendam legitur Cinnamomum in Aethiopia gignitur, nec metitur niſi permiſerit Deus: Iouem hunc intelligunt aliqui, Aſſabinum (aliàs Sabin) illi vocant, quadraginta quatuor bouem caprarumque & arietum extis impetrantur venia cædendi, Plin. Ἀγῶν πρωτοτόκων ἕξειν ἱερεῖα ἑκατόμβας, Homerus. Hecatomben aliqui perfectum ſacrificium interpretantur, ſiue à centum bubus, ſiue à centum pecoribus, id eſt viginti quinque animalibus, Etymologus. Apparet autem legendum eſſe, ſiue à centum pedibus pecorum viginti quinque. Huc pertinet iocoſus ille Ariſtophanis locus in Equit. loquitur autem quidam ad ſenatum Athenienſem: Ἄνδρες βουλή μοι δοκεῖ

Ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσαγγελλόμενος,
Εἰ τὴν δύσιν εἰς ἑωθινὸν ἥβυλλὴ πάλιν.
Διηρεθίσθη θ' ὅτι ἐπετέρμησ' ἅπαξ:
Εὐχὴν ποιησάσθαι χιμαῖραν ἰσαίμονα,
Εὐαγγελίοις ἥνικ' ἂν πρῶτ' ἐλθὼν τύχῃ.
Κἄγωγ' ὅτ' ἤκουον τὸν βουλῆς ἡγεμόν',
Τὸ γ' ἀγροπρίατ' ἂν χιλίων πορνίσκα
Αἱ τετρίβιδες γενόμεναι ἑκατὸν τὰ βολεῦ.

Addit hîc ſcholiaſtes Callimachum imperatorem Dianæ vouiſſe tot boues immolandos, quot barbaros occidiſſet in Marathone: cum vero ingens eorum numerus cecidiſſet, nec ille tantum boum haberet, capellas immolauit. Ἔρδων δ' Ἀπόλλωνι τελησσάμενος ἑκατόμβας Ταύρων ἠδ' αἰγῶν, ἅδυ δὲ μηλοβοτείρην, Homerus Iliados lib. 1. Videtur autem perfectas dixiſſe hecatombas, quæ omnino centum pecora complecterentur, non ſimpliciter magnifica ſacrificia: niſi quis ad victimarum potius quàm numeri perfectionem referre malit. Oportebat enim perfecta animalia, id eſt integra & non mutila immolari. Eſt & alia ratio, qua trityn ſupra dixi plenum perfectumq; ſacrificium appellatum fuiſſe. Hoſtia ſi maior erat, auratis cornibus plerunque immolabatur. s.c. extat de ludis Apollinaribus primùm faciendis, quod Macrobius recitat primo Sat. in quo decemuiri præceptum fuit, vt Græco ritu hoſtijs ſacrum facerent, Apollini boui aurato, & capris duabus albis auratis: Latonæ bouc fœmina aurata: ludos in Circo populus coronatus ſpectare iuſſus eſt: hinc Ouidius ait, Indutaque cornibus auro Victima vota facit. Et alio loco, Blandis indutæ cornibus aurum Conciderant ictæ niuea ceruice iuuencæ. Iuuenalis. Frontemque cotuſcat, dixit: propter ſcilicet cornua aurata. Aſcanius in decimo Æneidos apud Vergilium, Et ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum Candentem, pariterque caput cum matre ferentem, Iam cornu petat, &c. Quo loco Seruius quæ Ioui conueniret victima perbellè exponit, Tantum Gyraldus. T. Liuius lib. 1. quintæ Decadis, Quod caput lecinori defuiſſet, tribus bubus perlitaſſe nequiuit, ſenatus maioribus hoſtiis vſque ad litationem ſacrificare iuſſit. Litare verò eſt ritè ſacrificare, & impetrare, vt authorum teſtimoniis Gyraldus probat. Hoc mirum Græci dicunt καλλιεῖν, καλῶς πάλιν ἐφ' ἱερεῖα ποιεῖν: Arrianus τὰ ἱερὰ γίγνεσθαι dixit cũ exta apparerent felicia. Xerxes in Pergamo Priami regia Mineruæ Iliadi mille boues immolauit, quarum libamine Magi heroibus parentauerunt. Herodotus libro 7. Hecatomphonia ex lege immolari à Meſſeniis ſolita, in Septem ſapientum conuiuio auctor Plutarchus eſt: tanquam ex hoſtibus centum interemiſſent, vt inquit Pauſanias. Id ſacrum obiit Ariſtomenes Ioui Ithomatæ, Cælius. Epigrammatum Anthologij libro 1. ſectione 33. extat Philippi cuiuſdam epigramma in iuuencam, quę cum Dianæ immolanda parturiret, quoniam hæc dea parturigínum præſes eſt, demiſſa fuit. Pythagoram proditur memoriæ cum noui quippiam excogitaſſet in Geometria, Muſis bouem immolaſſe: quod (inquit apud Ciceronem Cotta) non credo, quoniam ille ne Apollini quidem Delio hoſtiam immolare voluerit, ne aram ſanguine conſpergeret, Cælius. Iuſtitiam aiunt propter iumentorum (boum) cædem violentam derelictis terris ad ſydetum remeaſſe conſortium, Veget. Ritus ſacrificandi varios, & quicquid de ſacrificiis gentilium afferri poteſt, copioſe doctiſſimeque proſecutus eſt Lilius Greg. Gyraldus in Opere ſuo de diis: nos hîc pauca quædam, non de ſacrificiis in genere, ſed quæ ad boues ſacrificandos priuatim faciunt adiungemus ex primo Iliadis Homeri libro: vbi is hecatomben cum Chryſeide filia remiſſam patri, & Apollini immolandum his verſibus deſcribit:

Αὐτὰρ ἐπεὶ πρῶτον ἐύξαντ', καὶ ὀλοχύτας προβάλοντο,
Μηρούς τ' ἐξέταμον, κατά τε κνίσῃ ἐκάλυψαν,
Καῖε δ' ἐπὶ σχίζης ὁ γέρων, ἐπὶ δ' αἴθοπα οἶνον
Αὐτὰρ ὁ τοὶ κῆρ ἰκάνε, καὶ ἀμφὶ μιν ἵσταντο νέοι
Ὠμοπλάτῃσί τε φῦσεν ἐφεψάμενοι, ἐὺ δὲ πάντα
Δαίνυντ', οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἴσης.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο,
Κούρη μὲν πρῶτα, καὶ ἐσθλὰ ἰδυῖα, φέρεσθαι
Δῖπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοθετήσας
Λῖβε. νέοι δ' ἄρα οἱ παρ' ἴσαν πεμπώβολα χερσίν.
Μίσυλλόν τ' ἀρέσαντο, καὶ αἰθέμεν ἔδμεναι ἔπειρε,
Αὐτὰρ ἐπεὶ παύσαντο πόνου, πεπύκοντό τε δαῖτα,

Eiuſdem vertibus Odyſſeæ libro 12. ab Vyſſis ſocijs Solis

Φύλακα ἧς λειψαύχενι (alias δ' ἐρυσάμυσι) πέρνα δρυὸς ὑψηρέμοιο
Οὐδ' εἶχον μέζω λεῖψαι ἐπ' αἰθομένοις ἱερεῦσιν:

boues mactatos ſcribit: addit autem præterea,

Οὐ γάρ πω κελάδησεν ἐυπλόκαμος θεὸς ἠὼς.
Ἀλλ' ὕδατι σπένδοντες ἐποίπτων ἔγκατα πάντα.

Conſtat ſanè, partim aliunde, partim ex his carminibus, immolantes precari primum & vota deo facere ſolitos: Deinde prothymata celebrare: ſic vocant quæ ante ſacrificium fieri conſueuêre: vt eſt vaporatio thuris aut id genus primitiæ quæcunque, vt ſiligo, vel etiam placentulæ: item vlochytæ, id eſt hordeum ſale conſpertum, quod ante ſacrificium aris infundebatur, de quo plura Cælius Rhodig. 12. 1. & Gyraldus circa vltimam partem Operis ſui de diis. Vlochytas aliqui (vt Pollux) accipiunt ipſa vaſa ex quibus vlæ fundebantur. Peractis precibus, & aliæ quædam ceremoniæ fiebant, vt ſacerdotis ad dextram, vel apud Gallos ad lævam conuerſio: & manuum oſculatio apud Græcos: & ſacrificulus ſetas inter cornua victimæ manu excerptas, tanquam prima libamina in ignem mittebat: Tum vinum ſimpullo circumferebat, vt aſtantes pariter litarent (quod proprie λείβειν vel σπένδειν dicitur: hinc illa phraſis apud Pollucem, κατὰ βοὸς ἢ ἄλλο τι σπένδειν) Mox victimarius ſeceſpitam à fronte ad caudam victimæ ducere, & ſe ad orientem vertere ſolebat, quod in ſacrificio habebatur primum. Seceſpitam alij cultrum, alij ſecurim, alij dolabram exponunt. In quocunq; ſacro faces adhibebantur ex tedæ ligno, quas ſolos mares ferre fas erat. Tum victimam immolare ſuccinctos miniſtros ſacerdos iubebat. Hi autem victimam ſupra verticem, pletunq; infra iugulum feriebant, idq; pro dei vel animalis ratione. Græci quidem ſi cœleſtibus deis immolarent, ſic hoſtiæ caput ſtatuebant, vt cœlum ſpectaret (hinc illud Homeri, αὔξουσαν) ſi verò inferis, vt deſpiceret terram. Interim cæſa victima alij ſphagia vaſa, vt cruorem excíperent, cadenti hoſtiæ ſupponebant: alij victimam decoriabant, aliaq; peragebant. Mox aruſpex, flamen, aut ſacerdos, cultro ferreo viſcera & exta rimabatur, & extiſpicium fiebat. Et tunc exta reddi dicebantur, cum probata aræ ſupponebantur, vt notat Seruius. Vergilius Georg. 2. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Eadem dicebantur proiecta

cum aris dabantur ex fibris pecudum dissecta. Extis postò inspectis, ex omni viscere & membro primitias partesque dissectas farina sartis inuolutas, in calathis sacrificanti offerebant: & tunc hostia perfecta dicebatur. Has sacerdos aris imponens accensis, igne cumburebat, addito igni thure & costo, aliisque odoramentis, prout sacrum ferebat, & ritus. In maritimis sacrificiis, quæ diis marinis fiebant, exta in fluctus iactabantur, vnde illud, Porricit in fluctus. Sanè exta veru assa apponebantur, præterquam arietis quæ elixare mos erat. Sed etiam coxas cum inguinibus cnissa, id est adipe operientes conburebant. Sic victimarum quidem viscera, licet nunquam abluta, elixa per sese fiebant: vinumque aris postea fundebatur, & tunc porrici hostia dicebatur. Ex quo emanauit prouerbium illud, Intec cæsa & porrecta. Ex reliquis autem hostiæ partibus seu membris cœnam apparabant, quibus qui sacris interfuissent, vesci licebat, Hæc ex Gyraldo compendio quodam decerpsimus. Apud Thussas in Ægypto, vt Venus cornuta colebatur, vacca illi immolabatur, Idem Mineruam Græcorum quidam Ἀγελαΐδα vocant, siue tanquam ducem populorum, siue quod indomita sit sicuti boues armentinæ, quas etiam præcipue ei sacrificabant, Phurnutus. In hostiis quædam fuere quæ iniuges vocabantur, id est quæ nunquam domitæ ac iugo subditæ fuerunt. Harum & Vergilius meminit. Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos Præstiterit, totidem lectas de more bidentes. Et vt iniuges euidentius exprimeret, adiecit, Et intacta totidem cervice iuuencas. Manilius Chrestus in libro de hymnis deorum, ait Mineruæ iniuges boues sacrificari solitas, id est iugum quæ nunquam tulerunt: illa videlicet causa, quòd & virginitas iugum nesciat mari tale, & virtus nunquam sit iugo prementi subiecta: Idem Fulgentius in libro ad Chalcidium repetit. Locupletiores in celebribus Isidis conuentibus boues immolant & cervos: quorum autem tenuior est res familiaris, anseres atque aues meleagrides, sues sacrificiis inferre non decet, nec vesci suilla licet aut caprina carne, Pausanias in Phocicis.

Ex bobus, vitulis, & pecudibus, laudatissimæ vitulæ ad deorum placamenta habebantur. Idcirco Ioui à flamine omnibus idibus bos candidus, ex agro Falisco, aut Mesania immolabatur: illos enim ad sacra saginabant, & deorum suppliciis seruabant. Bos autem qui iugo subactus fuisset, purus non putabatur. Fœtus bouis non ante tricesimum diem idoneus sacris ac purus putabatur. Creditum quoque bouem quinquennalem, insignem Ioui victimam esse. Aegyptij boues ruffas Typhoni mactare soliti fuere. Προσκυσὶ βοῦς ἀζύγους Pollux. Bidentes non oues solum, sed omnes bestias bimas olim appellabant, & antiquiores easdem bidentes, quasi biennes, quia neque maiores aut minores licebat hostias dare, Macrobius. Nos & bouem quinquennem Ioui immolari iam diximus: & pecora trima in sacrificio quod trityn vocauimus. Nullum etiam ex authoribus locum puto afferri posse, vnde bidentem bouem dictum aliquis intelligat: de ouibus vero plerosque omnes: Vnus Pomponij Atellanarum poetæ locus Macrobio citatur, quo Marti vouet se facturum bidente verre. De bidentibus igitur in Oue dicam: nam si veteres & quorum libri non extant, de aliis etiam animalibus hac voce vsi sunt, nihil ad nos. Lucianus in libello de sacrificiis varia esse sacrificia prodit pro personæ sacrificantis qualitate: Agricola, inquit, de boue rem diuinam facit, opilio de agno, æpolus de capra. Βουάρης apud Suidam vocatur qui bubus ad sacrificia emendis publice præficiebatur: quod quidem honestissimum erat munus, & imperatoribus præcipuè deferri solitum. D ■ seruatum apud Athenienses & Solonis lege interdictum. Ne bouem, cuius opera, vel aratro vel curru vterentur, omnino immolarent, ὅτι καὶ οὐτελῆ ἂν γεωργὸς, καὶ τῶν εἰς ἀνθρώπους καμάτων κοινωνός: id est, quoniam & hic colonus sit, ac laborum quoq; nostrorum particeps. Bouem aratorium immolasse, nefas censebatur summum. Athenienses autem primos hisce non abstinuisse vel in cibis, auctor est nobis Theon. Vlyssis quoq; socios non temperasse, cecinit Homerus: quo sit nomine indignatus Sol, quippe vt Solem intueamur, causam videri hoc bruti genus, quia sit τροφῆς ποιητικὸν, id est alimenta suggerat, Cælius. Plinius author est, Omnia pleniluuio maria purgari: quædam & statotempore: circa Mesanam & Mylas limo similia expui in littus purgamenta. Vnde fabula, Solis boues illic stabulari. Meminit & loci & boum Apollonij interpretes libro 4. Milæ (inquit) Siciliæ Cherronesus, in qua Solis boues pascebantur. Sed & rem quoque cum fabula recensuit in Naturalium Quæstionum libris Seneca. Has quidem Solis boues Homerus Odysseæ primo videtur nouisse. Verum scire conuenit, quandoque prioribus recepti fuisse moris, Soli animalia dicare: quod apud classicos obseruatum authores est. Nam & Appolloniæ, quæ in sinu Ionico est, sacras Soli oues fuisse, Græci scribunt, Cælius. Memini alicubi legere per Solis boues à sociis Vlyssis deuoratos, annos significari: tunc enim obijsse illos, cum omnes ætatis anni, quos eis viuere in fatis erat, exacti consumptique essent. Sol enim ætatis & temporis autor est. Et sicut in sulcis aratro designandis, boues ad certum progressi terminum retrogrediuntur, ita Sol etiam ad vtrunque solstitium, tanquam βουστροφηδὸν, sinum peragit motum, vt vel hac ratione per nostram coniecturam boues pro annis Soli tribuantur. Cæterum Apollinem bubus delectatum fuisse, mox Pausaniæ verbis declarabo. Supra etiam ex Eustathio docui mensem vitulum & bouem appellatum. Huc facit septem egregias & opimas, quas totidem al æ macie confectæ & turpes aspectu deuorabant. Accersitus Iosephus, boues opimas septem interpretatur annos totidem fœcundos & abundantes annonæ, quos mox alij septem steriles & inopiosi subsecuturi essent. Βόας θεωρεῖν εἰς καλὸν πρᾶξιν φέρει, senarius est apud Suidam, quo quæuis de bubus somnia inauspicata esse conficitur. Apud Aegyptios quoque bouem marem Soli sacrum fuisse, paulò inferius in Apidis bouis historia dicam. Certe cum Lunæ propter cornuum speciem, (quæ veluti minor Sol est, sed fœmineæ naturæ) boues fœminæ consecrarentur: ratio postulabat Soli tauros sacros existimare: Quanquam Homerus de Solis bubus in fœminino genere loquitur, καλαὶ βόες εἰρυμέτωποι, mirum Aetico more vtrunque sexum ita complexus.

Apud Aegyptios & Phœnices, sicut Porphyrius scribit, humanis carnibus potius vsi fuissent, quàm vaccam comedissent: & quamuis tauris haudquaquam abstinerent, tamen vaccarum vsus nó modo mensarum consuetudini, verum etiam sacrificationi interdictus fuit. Aelianus. Ab Ægypto ad Tritonidem lacum Pastoritij Afri sunt, carne victantes ac lacte, nihil vaccinum gustantes (quia nec Aegyptij gustant suem) nec alentes quidem vaccam. Nec Cyrenææ fœminæ ferire sibi fas putant, ob Isidem quæ est in Aegypto, cui etiam ieiunia & dies festos agunt studiose. At mulieres Barcææ, non modo gustu vaccinæ carnis, sed etiam suillæ abstinent, Herodotus libro 4. Inter exempla est damnatus à populo Romano die dicta, qui concubino procaci rure omasum edisse se neganti, occiderit bouem: actusque in exilium, tanquam colono suo interempto. Huc referenda sunt etiam Ciceronis verba, quæ supra posui in E. circa initium. Animal occidit primus Hyperbios Martis filius, Prometheus bouem, Plinius. Buphonia festum vetus, quod Athenienses post mysteria celebrabant per bouis immolationem, vnde & nomenclatura. Aristophanes, Ἀρχαῖά γε, καὶ διιπολιῶδη, καὶ πατέρων αἱμάτων, καὶ κυ-

κλάδων

κεῖθι Βουφόνιον. Sed & Iouis Polici sacerdos, inquit Pausanias, buphonus est appellatus, Cælius: & alibi. Inuenio (inquit) in literis, Erechtheo imperante Athenis, à Buphono primum in Iouis Polici ara immolatum bouem: quo peracto, securi relictâ, mox se è regione Buphonus proripit. At in iudicium vocata securis est, ac absoluta: idque quotannis vt fieret, seruatum traditur. Meminit etiam Aelianus Variorum libro 8. Βουφόνια Athenis agebantur scirrhophoriònis, id est Martij mensis die quartodecimo, multis bubus immolatis, Etymologicon. Apud Varinum legimus Buphonia antiquissimum festum Athenis esse, inde ortum, quod in Dijpolijs bos qui placentam sacrificio destinatam vorauerat à Baulone quodam, qui forte cum securi aderat, occisus sit, idq; vt deinceps ita seruaretur institutum. Vocabatur autem βούτυπος qui in hoc festo buphonia peragebat. De Butarum familia supra diximus. Vide Erasmum in prouerbio Cecidis & Buphoniorum: & Gyraldum in Opere de diis, vbi sacrificia describit. Διὸς βοῦς, bos Ioui sacer, festum Milesiorum, Varinus Boalia, ludi diis inferis consecrati. Sipontinus, Fiebant autem cum bubus, quemadmodum nunc quoque fieri solet apud Italos Septuagesimæ tempore, quod tempus quidam Carniprivium vocant. Bubetiæ siue bubetij ludi, quos veteres à bobus pecoreque appellârunt, qui & boalia, boum gratia instituti, teste Plinio. In eo enim festo solennis boum & taurorum venatio fieri solebat, quemadmodum nunc quoque Venetiis, & ferè per totam Italiam, fieri solet eo die, quem Iouedi grasso appellant.

Apides dij erant apud Aegyptios culti, vituli scilicet qui per longum temporis interuallum ex splendore lunæ (ὅτε τῇ σελήνῃ τῆς σελήνης) gignebantur: quo facto magna festiuitas agebatur, & sacerdotes circa bouem natum consecrati epulas publicas proponebant, Varinus. Fuit & Apis Aegyptiorum rex Phoronei filius: & eodem nomine insula ante Cretam sita, Idem. Sed quoniam passim apud authores Apidis bouis frequentissima mentio incidit, pleniorem eius historiam ex Plinij, Aeliani, & Herodoti scriptis hic adiungemus. Primum igitur Plinius libro 8. cap. 46. Bos (inquit) in Aegypto etiam numinis vice colitur, Apim vocant. Insigne ei in dextro latere candicans macula, cornibus lunæ crescere incipientis. Nodus sub lingua, quem cantharum appellant. Non est fas eum certos vitæ excedere annos, mersumque in sacerdotum fonte enecant, quæsituri luctu alium quem substituant, & donec inuenerint mœrent, derasis etiam capitibus: nec tamen vnquam diu quæritur. Inuentus deducitur Memphim à sacerdotibus. Sunt delubra ei gemina, quæ vocant Thalamos: auguria populorum. Alterum intrasse lætum est, in altero dira portendit. Responsa priuatis dat, è manu consulentium cibum capiendo. Germanici Cæsaris manum auersatus est, haud multo post extinctI. Cetero secretus cum se proripuit in campum, incedit summoto lictorum (vetus lectio & Gyraldus addunt, strepitu. Fieri potest vt Plinius aut ante eum alius è Græco transtulerit, & pro δημίων, id est populi, legerit δημίων id est lictorum, grexque puerorum comitatur carmen honori eius canentium: intelligere videtur, & adorari velle. Hi greges repente lymphati futura præcinunt. Fœmina bos semel ei anno ostenditur, suis & ipsa insignibus, quanquam aliis: semperque eodem die & inuenirI eam, & extingui tradunt. Memphi est locus in Nilo, quem à figura vocant Phialam, omnibus annis ibi auream pateram argenteamque mergentes, diebus quos habet natales Apis: septem hi sunt. Mitumque neminem per eos à crocodilis attingi: octauo post horam diei 6. redire beluæ feritatem, Hæc Plinius. Locum de cantharo sub lingua illustrat Porphyrius in libro de abstinentia carnium sic scribens: Scarabeum animal rerum diuinarum indocti abominantur, quod Aegyptij summopere venerantur, animatam Solis effigiem putantes. Lunæ præterea taurum dedicarunt, quem Apin nuncupant, nigrum præcæteris, & signa solis atque lunæ habentem. Mutuatur enim ex sole luna lumen. Solis symbolum est coloris nigredo (nam & solis ardor, nigriora reddit humana corpora) & qui sub lingua est scarabeus. Lunæ vero coloris dilutio. Adijcit in Iside Plutarchus, ita cantharos pilulam excrementitiam sensim in aduersum protrudere, sicuti contrarium mundo sol cursum agat, dum ab occasu in exortum fertur. Hæc ex Lodouici Cælij Rhodigini obseruationibus.

Nunc & Aeliani verba subdamus. Apis (inquit) apud Aegyptios efficacissimus deus creditur, ex vacca quæ fulgure afflata conceperit nascitur, Epaphum Græci vocant. At huius generis antiquam stirpem repetentes, Io Archiuam Inachi filiam illius matrem fuisse testantur. Sed hunc sermonem Aegyptij vt mendacem reijciunt, temporis longinquitatem testem citantes. Epaphum enim multis pòst sæculis extitisse ferunt. Primum vero Apim permultis annorum milibus in homines venisse. Insignes eius notas Herodotus, & Aristagoras explicant: Quibus Aegyptij non assentiuntur: nouem enim & viginti eas huic sacro boui aptas, & conuentaneas esse dicunt. Quænam sint, tum quemadmodum per corpus sparsæ, tum vt ipsis quasi floribus insignitus sit, aliunde intelligendum. Cuiusnam autem ex sideribus naturam vnumquodque insigne per notas designet, Aegyptij satis superque declarant. Etenim Nili ascensum, vnum insigne significare aiunt: aliaque insignia aliarum rerum significatione esse, haud profectò prophanis, & diuinæ historiæ imperitis intellectu facilia. Cum autem fama emanauit, Aegyptiorum deum exortum esse: ex scribis & sacerdotibus quidam, vt documentum procreationis à patre traditum insignium notarum indictum accurate exquirant, eò vbi diua vacca partum ex sese ediderit, accedunt, atque ibidem domum ad orientem solem, vbi sanè alatur, quatuor menses, excitant. Postea autem quàm ibi nutritus est ex exoriente luna, scribæ, sacerdotes, & propheræ eòdem proficiscuntur, & simul nauem huic sacram instruunt, eaque ipsum Memphim transportant, vbi sedes huic sunt & commorationes suaues: tum curricula, pulueriationes, exercitationes, & vaccarum formæ præstantia insignium ædes, tanquam thalami in quos ingreditur, quum quam amat superuenire appetit: Itemque est puteus, & fons aquæ potabilis. Nam eiusmodi huic semper conducere ministri & sacerdotes asserunt: non item ex Nili potione, ne propter dulcedinem in immensam molem pinguescat. Iam vero quas pompas, quæ sacrificia Aegyptij conficiant, cum nouæ alluuionis aduentum, tum dei exortum celebrantes, quas etiam saltationes tum agant, quos conuentus habeant, tum quemadmodum omnes vrbes & viri immortaliter gaudeant, longum esset explicare. Is autem ex cuius armento hæc diuina bestia exorta fuerit, beatus habetur, summamque Aegyptiorum admirationem habet. Is bos præsensione valet: Nec sanè vel puellas, vel aniculas ad tripodem sessitantes habet, neque sacra potione implet: sed pueri diuino afflatu concitari, extra ludentes, atque inter se ad numerum saltantes, consulentibus futura prædicunt. Apim sane Aegyptij etiam Oro comparant, quem frugum prouentus & totius anni fertilitatis autorem præcipuum esse existimant. Hinc est quòd de multifario eius colore differant, fructuum scilicet varietatem hoc symbolo innuêtes. Hactenus Aelianus. Cæterum Herodotus lib. 2. de sacro isto Ægyptiorũ boue in hęc verba scribit: Sacerdotes in Ægypto boues mares Epaphi esse cẽsent, eaq; de re hunc in modũ explorant: Si pilum in eo nigrum vel vnũ viderent, nequaquam mundũ censent. Exploret autem hæc sacerdotum aliquis ad id constitutus linguam:

singulam pecudis cum stantis erectæ, tum resupinatæ exerendo. si immunda sit, his signis, quæ ego alio referam in libro. Inspicit & candæ pilos, nunquid habeat secundum naturam procreatos. Eam, si fuerit his omnibus munda, notat alligato cornibus cannabo (βύβλῳ) deinde applicata terra sigillari anulo impressa, atque ita abducunt. Nam immolare non notatam pœna morte sancita est. Et hunc quidem in modum pecus probatur. Sacrificandi autem is est ritus: Pecude, quæ obsignata est, ad aram vbi immolatur abducta, pyram incendunt: deinde supra pecudem libato contra templum (πρὸς ἡλίου) vino ac deo inuocato, eam mactant: mactatæ caput asportant, & corpus reliquum excoriant. Caput autem multis verbis execrati in forũ si nundinæ sint, & eis Græci negotiatores affuerint, atque illis vendunt: qui si non affuerint, in flumen abijciunt. Execrantur autem capita in hæc verba: Si quid mali aut ipsis immolantibus, aut vniuersæ Aegypto futurum sit, id in caput hoc conuertatur. Eodem ritu circa capita pecudum immolandarum, & vini libamina, omnes pariter Aegyptij ad omnia templa (ipsa) vruntur. Atque ex hoc ritu nemo Aegyptiorum de capite vllius animantis degustat. Est tamen sacrorum delectus, & alius apud alia templa adolendi modus ab eis institutus. Quem verò dæmonem maximum putant, & maximo festo colunt, hunc pergam dicere. Posteaquam ieiunauerunt ante festum atque preces fuderunt, vaccam immolant, eamque corio exuunt, & toto aluo vacuant. Viscera intra ventrem, adipemque linquunt, crura truncant, & externos lumbos armosque ac ceruicem. His actis, reliquum vaccæ corpus stipant panibus puris & melle, & vua passa, & ficis, & thure, & myrrha, atque aliis odoribus. Vbi hæc infarserunt, adolent, multum vini, oleique infundentes, ieiunij tamen priusquam sacrificent. Dum sacrificium ardet, omnes verberantur. Posteaquam vapulauerunt, dapes ex sacrificij reliquijs proponuntur. Boues mares eosdemque mundos, ac vitulos vniuersi Ægyptij immolant. Fœminas eis immolare non licet, vtpote Isidi consecratas. Nam Isidis simulacrum muliebre est, bubulis præditum cornibus, quemadmodum Io Græci describunt. Bouesque fœminas omnes itidem Aegyptij venerantur ex omnibus pecudibus longè plurimum: eoque nemo Aegyptius, Aegyptiáue, Græci viri aut os suauiaretur, aut cultro, verúnc, vel olla, vel plura bouis carne Græco cultro incisa vteretur. Boues qui demortui sunt, hunc in modum sepeliunt: Fœminas quidem in flumem abijciunt, mares autem in suburbanis singuli defodiunt, vno aut altero cornu extante, signi gratia. Vbi computruerunt, & statum tempus aduenit, præsto est ad singulas vrbes nauis, ex insula nomine Prosopitide, quæ est in Delta, nouemque schœnorum ambitus. In qua cum aliæ sunt frequentes vrbes, tum ea vnde proficiscuntur naues ad ossa tollenda, nomine Atarbechis, vbi templum Veneris extructum est. Ex hac vrbe alij permulti vagantur in alias vrbes. Vbi effoderunt ossa, asportant, eaque vno in loco cuncti sepeliunt. Quem in modum boues, in eundem defuncta alia pecora sepeliunt. Ita enim apud eos circa hæc legibus comparatum est. Hactenus Herodotus lib. 2. Et rursus in eodem: Psammitichus potitus Ægypto, fecit in Memphim tum Vulcano vestibula ad ventum austrum vergentia, tum è regione vestibulorum aulam Api, in qua, cum apparuit, Apis educatur, vndique columis cinctam, ac figuris refertam: in qua aula loca stant columnarum colossi duodenùm cubitorum. Apis autem, Græca lingua Epaphus est. Et rursus libro 3. Cambyse Memphim regresso, parte copiarum amissa, Apis apparuit. Aegyptij, vbi Apis extitit, vestimenta quàm pulcherrima ferre, & celebrando festo operam dare. Id tunc facientes Aegyptios Cambyses intuens, ratusque ob res à se malè gestas, prorsus illos esse in his gaudijs, præpositos accersit Memphis, & insolitæ ab ijs lætitiæ causam requirit: Qui cum responderent, quo tempore deus illis apparet (longo autem interuallo apparere solitum) omnes Aegyptios solennem celebrare lætitiam: mentiri iussos morte mulctauit. Mox sacerdotibus eadem referentibus dixit, Si quis deus mansuetus ad Aegyptios veniret, fore vt se non lateret: & Apim eos adducere iussit. Est autem hic Apis, idemque Epaphus è vacca genitus, quæ nullum dum alium potest concipere fœtum, quam Aegyptij aiunt fulgere ictam concipere ex eo Apim. Habet hic vitulus, qui appellatur Apis, hæc signa: Toto corpore est niger, in fronte habens candorem figuræ quadratæ, in tergo effigiem aquilæ, cantharum in palato, duplices in cauda pilos. Posteaquam Apim sacerdotes adduxere, Cambyses veluti vecordior, educto mucrone cum vellet ferire ventrem, femur percussit, cachinnansque ad sacerdotes inquit: O capita nequam, huiuscemodi dij existunt, sanguine atque carne præditi, & ferrum sentientes? dignus nimirum Aegyptiis hic deus. Nos certe ludibrio habuisse non inuabit. Hæc locutus, imperauit his quorum munus erat, vt sacerdotes quidem flagris cæderent, Aegyptios autem (vt quemque feriantem adipiscerentur) occiderent. Ita festum solutum est. Sacerdotes mulctati: Apis sauciatus femur, in templo iacens extabuit: quem è vulnere extinctum tumulauêre sacerdotes, clam Cambyse. Ob hoc scelus (vt Aegyptij aiunt) continuo Cambyses insanijt, cum ne compos mentis quidem fuisset, exorsus primum perpetrare facinus necando Smerdim germanum fratrem, & sororem quæ ei & vxor erat in Aegyptum vsque secuta. Hactenus Herodotus. Porrò sicuti Memphitæ Apim bouem sacrum habuere: ita & Heliopolitani post Solis templum Mneuin bouem pro deo coluerunt, qui in septo quodam nutriebatur. Ammianus quoque Marcellinus inter multa quæ de Apide scribit lib. 22. hist. & hoc ferè ait: Inter animalia ab antiquis consecrata Neumis & Apis reponuntur. Neumis quidem Soli, Apis verò Lunæ dedicatus: qui diuersis notarum figuris expressus, &c. quare considerandum an Mneuis pro Neumis legendum apud Marcellinum, apud quem & longe plura inuenies. Veneri Vraniæ vaccam sacram custodiebant in Hermopoli præfectura, in loco Scussa nuncupato, Gyraldus in Apide: idem alibi, in Venere. Legimus quoq; (inquit) apud Thussas (sic enim ibi scribit non Scussa) in Aegypto cornutam Venerem cultam, cui & vacca immolabatur. Fortassis etiam Iudæi ab Aegyptijs, cum recens ab eis migrassent, hoc idololatriæ genus acceperunt vt vituli aurei effigiem sibi colendam proponerent: & fieri potest vt inde occasio nata sit gentilibus calumniandi, aureum asini caput ab eis adoratum fuisse: schor enim bouem significat: literis verò transpositis roseh, caput. De boue lignea Mycerini in Aegypto culta, paulò post dicemus. Cæterum an Serapis eadem vocabuli origine nominatus sit, quæ seraphim Ebraice angelorum genus ob ardorem amoris vel claritatem visionis ita dictum, peritioribus huius linguæ discutiendum relinquo. Mihi quidem pulchre conuenire videtur, non solum vox in vtrisque, sed vocis etiam ratio: cum alij à fulgure, alij Lunæ splendore Serapin concipi voluerint. Vide Suidam, qui Sarapim vocat. Vsurpatur autem saraph verbum apud Ebræos pro ardere & vrere. Aequius sanè est Aegyptio deo Ebraicum & congeneris linguæ nomen quàm Græcæ attribuere. Quamobrem non sentio cum Varrone, qui Nymphodorum secutus, vt frequenter circa etyma nugari solet, cur Apis post mortem Serapis appellatus sit, hanc rationem reddit. Quia enim arca (inquit) in qua mortuus ponitur, σορὸς dicitur Græcè, & ibi eum venerari sepultum cœperunt, priusquam templum eius esse extructum, velut Sorapis primo, deinde vna litera commutata Serapis dictus est, &c. Ille autem bos (scribit hæc Augustinus lib. 18. de Ciuitate dei)

virate dei) quem mirabili vanitate deceptâ Aegyptus, in honorem eius delicijs affluentibus alebat, quoniam eum siue sarcophago vinum venerabantur, Apis non Serabis vocabatur: quo boue mortuo quoniam quærebatur & reperiebatur vitulus coloris eiusdem, mirum quiddam diuinitus sibi procuratum esse credebant. Minus etiam probo Plutarchi coniecturam, cui Serapis dictus videtur ὡς ἀπὸ τοῦ σεσῆφθαι καὶ τοῦ σωθῆναι τὸν πάντας ἄμα χίνησιν, quòd deus ipse sit vniuersi motus auctor. Honoris boui impensi causam nonnulli eam tradunt, quod Osiride à Typhone interfecto, Apis eius membra collegerit, collecta in bouem ligneum corio bouis albo circumtectum coniecerit, ideoque ciuitatem Busiridem appellatam, vt scribit Diodorus: Alij aliam, Serapia prisci medici vocabant, vnde syruporum nomen ad nos manauit, vt ego conijcio, quod manifestum sit ex Actuario: nimirum quòd ægri à Serapidis sacerdotibus talia quædam medicamenta didicissent: vnde etiam similia à posteris eodem nomine dicta. Solebant autem in Aegypto potissimum, vel in somnis, vel per oracula, remedia à diis accipere, vt ex locis aliquot apud Gale. deprehendimus: Non raro enim ægros à deo, cuius nomen non exprimit, monitos scribit.

Memphis Aegyptiorum regia Apidis templum habet, qui idem est quod Osiris. Ibi bos Apis in septo quodam alitur & pro deo habetur, albus frontem & quasdam paruas corporis partes, cætera vero niger, quibus signis iudicant, qui sit ad successionem idoneus, alio vita functo. Ante id septum aula quædam iacet, in qua est aliud septum matris eius. In hanc aulam nonnunquam Apis emittitur, præsertim vt peregrinis ostendatur. Videtur enim per fenestram quandam in septo, & extra etiam si velint. Vbi verò paululum lasciuierit, rursum in propriam mansionem recipitur, Strabo libro 17. Taurum verò ad Solem referri, multiplici ratione Aegyptius cultus ostendit, vel quia apud Heliopolim taurum Soli consecratum, quem Netiron (aliâs Neuton) cognominant, maximè colunt: vel quia bos Apis in ciuitate Memphi, Solis instar excipitur: vel quia in oppido Hermunthi magnifico Apollinis templo, consecratum Soli colunt taurum, Bachin (aliâs Bacin) cognominantes, insignem miraculis conuenientibus naturæ Solis. Nam & per singulas horas mutare colores affirmatur, & hirsutus setis dicitur inaduersum nascentibus contra naturam omnium animalium: vnde habetur veluti imago Solis in aduersam mundi partem nitentis, Macrobius Sat. l. 21. De alio boue ligneo in Sai, in quo Mycerini regis Aegyptiorum filia sepulta fuit, cui etiam odores omnifarij quotidie inferebantur, inferius dicam. Bouem adorant etiam hodie in Lac regno idololatræ Habraiam, in vltima parte Indiæ versus meridiem. In regno Nimbar adorant bouem pro Deo. Hunc postquam sex annis laborauit, in septimo ponunt in communi. Hunc autem ritum obseruant. Quotidie mane duobus vasis aureis vel argenteis, quum dimittunt bouem è stabulo, excrementa eius excipiunt, vno vesicæ altero alui. Deinde vrina facies lauant: stercus verò ponunt primò in medio visus in vno loco, deinde super vtraq; summa gena & præterea in medio pectore. Hoc facto dicunt se fore sanctificatos. Hoc non populus tantum, sed rex etiam & regina faciunt. Ijdem similiter aliud idolum adorant, quod ex dimidio hominis, ex altero bouis speciem habet, per os respondet & loquitur, & multoties sanguinem ex virginum petit ac requirit. Hinc viri & mulieres filios ac filias suas deuouent, eosque ante idolum interficiunt, Odoricus de foro Iulij. Incolæ insulæ quæ Nicueram dicitur, facies caninas habent & bouem pro Deo adorant: quamobrem vnusquisque bouem aureum vel argenteum in fronte gestat. Idem. Tenedij olim præstantissimam grauidam vaccam aluut, & cùm peperit, tanquam sanè puerperæ inseruiunt. Pullum (id est, vitulum) recens natum cothurnis induti immolant: qui eum securi percusserit, lapidatione facta appetitur, atque ad explandam occisionem in mare fugit. Ælian. Dianę Persiæ boues sacris, Cęlius. Est frequens in prodigiis priscorum bouem locutum: quo nunciato senatum sub diuo haberi solitum, Plinius. C. Volumnio & Ser. Sulpitio Coss. bos mugitu in humanum sermonem conuerso locutus est, Niphus. Ante paulo quàm Augustus imperator factus esset, Bos in suburbano Romæ ad arantem locutus est, frustra se vrgeri: non enim frumenta sed homines breui defuturos. Idem in prodigijs legitur apud Valerium Max. Bouem dixisse, Cane tibi Roma. Textor. Tempore Ioannis Tzetzæ vulgo ferebatur oraculi instar hoc dictum, Βοῦς βοήσει καὶ ταῦρος Θρῄκιος: quod ipse ita interpretatur, vt per bouem in fœminino genere Constantinopolin (quæ ingenti exercitu Alemannorum, & aliorum, à Romanis nimirum misso tum temporis obsidebatur) intelligat, quæ à tauris, id est Italis siue Romanis condita est: nam taurum (inquit) Latini etiam Italum vocabant: Exclamante autem boue, id est Constantinopoli, nimirum bellico & classico clamore, tantum, id est Italiam repugnantem ploraturam inquit. Chiliadis 9. cap. 277. Βατίδαι vicus est tribus Oeneidis in Attica (vel vt Stephanus, Ægeidis, Varinus vicum illum βατίαν appellat) cuius etiam incolæ Butadæ dicebantur, à Bute quodam sacerdote, cuius posteri Butadæ & Eteobutadæ vocati sunt. Etymologicon. Scira festum erat Minervæ, vel vt alij Cereris & Proserpinæ. In eo Erechthei sacerdos vmbellam ferebat albam, quæ vocatur sciron. Agebatur autem Scirophorionis, id est Martij duodecima. Sunt qui scribant Palladis sacerdotem ac Solis, cum sciro ex arce prodire in locum quem dicunt Sciron. Vmbellam ferre solitos, qui vocentur Eteobutadæ. Ij fuere nobiles & perillustres Athenis, à Bute sacerdote propagati: Ex qua familia producebantur sacerdotes. Id vero symbolicè apud illos institutum, dum quenque summonerent tacitè, tempus ædificandi, & tectum aliquod sibi sustruendi iam iam appetere, Cælius. Βάτος, inde patronymicum βατίδης, Neptuni filius, Etymologicon. Apud Stephanum viri nomen legimus Βάτ@ non Βάτος. Pandionis non Posidonis, id est Neptuni, filij (quod magis placet) à quo Butadæ vicus in Aegeide dictus sit. Fuerunt & alij Butæ, quos in Onomastico memorauimus. Βατρόφ@ ordo quidam sacerdotum inde nomen habuit, quòd boues publice diis immolandos nutriret, Etymolog. De Buphagoin prouerbiis mox dicam. Buzuges Athenis bubulo pecore nobilitatus est, Argis Onogyros, Varro. Inuenio Buzygiam Athenis fuisse familiam sacerdotio præditam à Buzyge quodam heroe, (alij Herculi Buzygi idem attribuunt) qui omnium primus iunctus bobus arasse terram creditur, Cælius & Etymologicon. Athenienses tres sacras arationes celebrabant, primam in Sciro, secundam in Rharia, tertiam sub Pelinto, qui locus Buzygium vocabatur, Cælius. Buzygæus mons est Thessaliæ, Plin. 4. 8. Anthermi Chij sculptoris filij fuerunt Bupalus & Anthermus, clarissimi in ea scientia, Olympiade sexagesima, Plin. Princeps omnium Bupalus Fortunæ simulacrum fecit polum in capite gestans, & manum altera sustinens Amaltheæ cornu, Cælius: Vide Onomasticon nostrum. Bassiadæ celebrantur in Aegina generis auctore Basso: etiamsi apud Pindarum Budidas legit Didymus de Budione progenitore, Cælius.

Βοὸς κῆμα, Hellesponti, vrbs, Germanicopolis postea dicta, Plin. Boosura (bouis cauda) vrbs Cypri insulæ, vicina Paphopho, Strabo. Pella vrbs Macedoniæ, nomen acceptũ refert boui, à quo inuenta est: κίχλη enim vocant bouem colore nigri, vt & pelian asinum, Etymologus. Bosphorus, Græci Βόσπορον sine aspiratione scribunt, à bubus mea-

bus meabili transitu dictus est, propter angustias freti, vt Plinius docet. Sunt autem duo Bosphori, alter iuxta Byzantium, qui Thracius dicitur, omnium angustissimus: cui nomen, vt Valerius Flaccus scribit, à traiectu Ionis in vaccam deformatæ: alter in introitu Mæotidos paludis, per quem ipsa palus in Pontum defluit, qui Cimmerius & Mæoticus cognominatur, cum vrbe eiusdem nominis. τῆδ' ἐπὶ Θρηικίου σέμα Βοσπόρου, ὃν πάρος Ἰὼ Ἥρης ἐννεσίῃσιν ἐνήξατο πόρτις ἐοῦσα, Dionysius Afer: Vbi Eustathius in Commentariis suis præter cætera hoc fretum quatuor stadiorum esse scribit, & aliquando Mysium appellatum à minoris Asiæ populis, qui è regione Thracum habitant: postea vero Bosphorum Thracium dictum siue quod Io vacca œstro percita illic transuerit: siue, vt aliis placet (Arriano teste) quod alia quædam vacca, quam Phryges monente oraculo sequebantur, vt eam ducem itineris haberent, intrepide angustias illas maris inter Chalcedonem & Byzantium traiecerit: quà & illi tutò secuti sunt: ad cuius rei memoriam bos ænea apud Chalcedonios postea conflata est: & eandem fortassis ob causam locus quidam illic Damalis etiamnum vocatur. Cæterum Ionis vaccæ traiectus ad Bosphorum Cimmerium ab aliis refertur. Est & Indicus quidam Bosphorus. Et præterea eiusdem nominis portus iuxta Byzantium, qui literis quibusdam mutatis perperam ita vocatus est pro Φωσφόριον. Nam cum Philippus in obsidione cuniculis actis locum ex improuiso oppressurus esset, Hecate Φωσφόρος dicta, lumen à facibus, quæ per cuniculos lucebant ciuibus ostendit: vnde illi obsidione liberati Phosphorion ciuitatem nuncuparunt, Eustathius & Stephanus. Plura vide illic in Eustathij Commentariis, & in Onomastico nostro. Varro inter boum laudes recenset, quòd Bosphorus vnus Thracius, alter Cimmerius ab eis dicti sunt. Βύβαστις, vicus Aegypti, & dea. Nam Io Inachi filia in bouem mutata, & post multos terra marique errores Aegyptum ingressa, cum per humidum agrum incederet, vestigia luto impressit: quæ cum regi illius loci ab anterioribus pedibus iota literam, à posterioribus o mega præferre viderentur, Io nomen vaccæ imposuit, & vicum à bouis gressu Bubastin nominauit, Etymolog. Et rursus, Βύβαστος πόλις Αἰγύπτου, ἡ Βουβαστίτης πόλις: gentile Bubastites. In hac Dianæ quam Bubastin nominant, clarissimum fuit templum, &c. vt in Onomastico dictum est. Cæterum Bubasus regio est Cariæ. Bubasides videre nutus, Ouid. Metamorphos. 4. Bubo ciuitas est Lyciæ. Nascitur & in Lycia Creta circa Bubonem, Plinius 3 5. Βουβών & Βάλβουρα Lyciæ oppida, à Bubone & Balburo latronibus condita sunt, Stephanus. Bubo Lycaoniæ ciuitas est, à Bubone latrone dicta, cuius ciuis Βουβωνίτης cum Bubonius dici debuisset. Muræna Balburam & Bubonem Lyciis adiecit, Strabo libro 13. Bubula cum aliis Cyrenes vrbibus Plinio commemoratur lib. 5. cap. 5. Bubeium natio est vel oppidum Cyrenes, Plinius ibidem. Bubetani, Campaniæ populi Coriolanis vicini, Plinius 3. 5. Bubulcorum ciuitas quædam in Aegypto nominatur, Strabo lib. 16. Βούδωρον promontorium est Salamini oppositum. Iuxta Istiæas & Cerinthum oppidulum in Aeolia Budorus amnis est, cuius appellationis montem habet Salamis in Atticam prospectantem, Strabo li. 10. Ephorus castellum in Salamine esse scribit, sed pro castello Budaron per a apud Stephanum legitur. Sunt & Budoræ insulæ duæ prope Cretam, Plinius 4. 12. Βοῦθη, ciuitas Illyriæ sic dicta, quod Cadmus è Thebis fugiens lugo boum inuectus celerrimè illuc peruenerit & ciuitatem condiderit ἀπὸ τῶν βοῶν καὶ τοῦ ἧθος φυγεῖν: Βουθόη Δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσιν ἰνάδεθη, Sophocles in Onomacle (iota nimirum propter carmen adiuncto) Alij dictam volunt, ἀπὸ τοῦ βοηθεῖν Θεσσαλίδας (addendum videtur, αὐτῷ τὸν Κάδμον) vel à Buto viro, t in th mutato, Etymolog. Sunt qui inepte Buthye per y scribant. Βουθία vero Ioniæ ciuitas est & regio, Stephanus: qui paulò post etiam Buchiam exiguum Ioniæ locum esse scribit. Buthrotum vrbs est Epiri in Thesprotiis (prope Oricum portum, vt Eustathius habet in Dionysium, vel vt Strabo Orchimum, quod non probo) in qua regnauit Helenus Priami filius: vel Epiri colonia non longe ab Ambracio sinu. Huic nominis causa fuit, vt Teucer Cyzicenus scribit: quod cum Helenus ex patria in Epyrum venisset & bouem pro felice ingressu immolare pararet, bos vulnere non letali affectus aufugerit, & sinu quodam Epiri illic traiectio, in terram egressus, mox collapsus obierit. Quo in loco Helenum aiunt religione motum vrbem condidisse & ab euentu Buthrotum nominasse, Etymologicon: plærique per θ scribunt: sed si à boue vulnerato dictam velimus, per τ scribendum erit. Vide etiam in Stephano Græco. Βοιαὶ vrbs est Phocidis in Parnaso, sic dicta, inde quod cum Deucalion & Pyrrho diluuio ingruente illuc fugissent seruatiq; essent, incolæ quotannis magnum bouem in struem lignorum accensam intrudant, patrio more Ἔξω βοῦς acclamantes, & comburant, ἀπὸ τοῦ καίειν τὸν βοῦν, Etymologicon. Bucarteron inuenio montem esse Asiæ. Βύκτερα palus quondam sic dicta, Etymolog. Et rursus, Βυκτεραὶς fons est Plataeis, sic appellatus: quoniam Polybus post diluuium Deucalionis secuto ex Argis illus venisse fertur, bouem ex oracuio ducem secutus (vt quondam Cadmus quoque) qui cum procumbens terram cornu feriret, fons emicuit, vt scribit Theon in commentariis in Callimachum, Etymolog. Βουπάσιον regio est Elidis Straboni: Stephanus non regionem solum Elidis esse scribit, sed etiam ciuitatem, & fluuium, & vicum (κατοικίαν) non paruum, à Buprasio quodam principe. Bupianoctistos apud Ilium tumulos in Alexandra vocat Lycophron, quod ex Mysia bouem insecutus Ilus, ibi demum vrbem condiderit Ilium, vbi interquieuisset ea, Cælius. Bura, Βύρα, ciuitas Achaiæ mediterraneæ in sinu Corinthio, hausta à marl, aliàs Buris dicta: Ouidius Metam. 15. Si quæras Helicen & Bùrin Achaidas vrbes. Condidit eam Hexadius Centaurus, & illic armentorum suorum stabula habuit, proinde dicta est Bura ἀπὸ τῆς βοὸς οὐρᾶς, id est à custodia boum, vt ex hoc veteris cuiusdam versu apparet, Βύρα τε Δεξαμένοιο βοὸς σάκος Οἰκαλίδαο, Etymolog. Videtur autem vel priore etiam loco Dexamenus pro Hexadio legendum, vel contra in versu Ἑξαδίου pro Δεξαμένοις, quod minus placet. Βύσσα apud Theocritum fons est in Italia, à similitudine cum naribus bouis, siue arte exciso lapide à Chalcone quodam ad bouini capitis similitudinem, ex cuius naribus aqua flueret: siue loco sponte ita formato: siue quòd magna aquæ copia inde manaret: nam aliqui Βύσσαν scribunt, ἀπὸ τοῦ βοῦς ἐπιπωτᾶν, καὶ τὸ ῥεῖν: siue aliam ob causam. Lege Varinum: qui à nonnullis etiam Βύσσιν scribi ait. Βύχετα τὰ (vel Βυχέτιον τὸ, vt Strabo vocant) vrbs Epiri, cuius meminit Demosthenes in Philippicis: Hanc Philostephanus (aliàs Pilochorus) sic nominatam putat eo quod Themis in Deucalionis diluuio boue inuecta, ἐπὶ βοὸς ὀχεμένη, illic deuenerit. Hinc gentile Bucherius, Etymolog. Termini regionis Megalopolitarum & Heræensium sunt circa fontes Buphagi fluuij: cui nomen inditum aiunt à Buphago heroë, Iapeti & Thornacis filio: quem in Philoë monte pudicitiæ eius insidiantem Diana sagittis confoderit, Pausanias in Arcadicis. Βουκέφαλος idem quod bucephalus sonat: est autē nomen fluuij in Salamine apud Lycophronem. Κατὰ τὸν εἰς Σαλαμῖνα ἐκβολὸν τοῦ Βουκέφαλος ποταμοῦ, Polybius. Bucephalas portus est Achaiæ vel Atticæ. Bucephalea vrbs Indiæ ab Alexandro condita, & nomine equi sui illic sepulti appellata. Bouillæ oppidum fuit in Latio haud procul ab vrbe Roma, via quæ Ariciam ducebat: Ouidius, Otta suburbanis quędā fuit Anna Bouillis: sic dictum quasi bouis hillæ, quod eò vulnerata bos sua trahens intestina deuenerit

Bouianum, Samnitum colonia vetus, Plin. 3.12. Βούνεμα τὰ, Bunema vrbs Epiri ab Vlyſſe condita, &c. Stephanus. Bunomus vel Bunomia, Macedoniæ ciuitas, Pella poſtea dicta, Idem. Bunartis, Libyæ ciuitas, Idem. Eubœa inſula Abantis olim dicebatur. Nam vt ſcriptis affirmat Ariſtoteles, profecti de Aba Phocidis ciuitate Thraces, inſulam incoluere: vnde illius inquilini Abantes dicti. Sunt qui ab heroe Abante ita nominatam primum dicant, ſicut heroicæ indolis matronam Eubœam ei cognomen tradidiſſe poſtea. Fortaſſis autem quemadmodum & in littore ſitum antrum quoddam in Aegeum vergens Aula bouis vocatur, vbi Io Epaphum peperiſſe fertur, eadem ex cauſa hoc nomen adepta fuit inſula: quam Hellopiam quoq; nominauere ab Ionis filio Hellope, ſiue ab Aæcli & Cothi fratre, vt alij perhibent, qui aliam etiam condidiſſe Hellopiam dicitur in ea quæ nominatur Oria Iſtiæa terra, Strabo lib. 10. paulò poſt initium libri. De iuuenca ex Baſan furibunda & œſtro percita Io. Tzetzes mentionem facit Chiliade 10. cap. 306. & Baſan ſecundum aliquos Scytharum ciuitatem interpretatur: Sed verſus eius aliquot recitabo:

Ο' μελῳδὸς πῶτο Φοῖν εἰς Ἠ'ωλιάδα,
Ω'ν τοῦ πυρὸς ἀλκμαίωνος Βακχεῖν ἐξαρμηνεύσαι.
Ο' Ω'ιὴ δ' εἶπεκ' τὴν τοῦ αὐτοξήμωτον,
Πάλιν Ε'φεῖμ ως ἀλκμαίων ἠλείδαγμβλήνεικ@.
Δαμάλεις Μωαβίτ@ αἱ ἴδιαι Σαμαρείας,

Ω'ν ἵνα τοῦ πεμοιχήσεως τοῦ πάντ μαινάδ@.
Ἐκ τοῦ ποθοῦ δ' αὐτὸς ἐχρήσατο τῷ λόγῳ. Et paulo poſt:
Ο' Ἰσραὴλ πατρίζεσιν ὡς δάμαλιν ἠπάτησε:
Ἀμὼς πάλιν, Ἀκούσατε τοῦ λόγου τούτου, λέγει,
Πέντε δίωκεύσαι, πλῆκτος καὶ κατοῦσαι.

De Nelei bobus vide Nic. Leoniceni Varia. 1.33. & nos ſupra quædam attulimus ex Pauſania circa finem Meſſenicorum. Myron celeberrimus fuit ſtatuarius Eleutheris natus & Ageladis diſcipulus (Plinius 34.8.) Syracuſanus, cuius vacca ſeu bucula ex ære multorum poetarum epigrammatis celebratur. Propertius, Atque aram circum ſteterant armenta Myronis. Quatuor artificis inuida ſigna, boues, &c. Aeginetico ære Myron vius eſt, Deliaco Polycletus; æquales atq; condiſcipuli: æmulatio autem & in materia fuit, Plinius. Anthologij epigrammatum Græcorum lib. 4. Sectione 7 diſticha ſunt Elegiaca vnum & triginta diuerſorum poetarum, omnia in Myronis buculam, tetraſticha quatuor: hexaſtichon iambicum vnum. In eandem apud Auſonium epigrammata decem legimus, ex quibus vel vnũ apponemus. Bucula loquitur: Vbera quid pulſas fœtantia matris alienæ? O vitula, & ſuccum lactis ab ære petis? Hunc quoque præſtarem, ſi me pro parte paraſſet Exteriore Myron, interiore Deus. Epigramma in bouem & hircum cælatos in orbe vel quadra ex argento apud Suidam extat huiuſmodi: Ἡ μὲν βοῦς λέπτα κεκαὶ ἀνάπλαστος γῆς οὐ τέτυπται. Ἀλλ' ὡς πάρεστ@ αἰγόβοτος ἐκ πάλαι. Ἡ δ' αὖ χὶ καὶ ζῶν πρόβατα μιμεῖται Σπαρτέχης, Ἀλλ' ἀργυρᾶν ἐβόλησεν ἐκτελέσαι χαλκοτέχνης. De hac re vide infra in prouerbio, Bos in quadra argẽtea. Leguntur quandoq; & Atabyriæ boues, de montis Rhodij nomine ſic nuncupatæ. Cæterum ænea fuerunt hæc, quas malo ingruente aliquo ſolitas mugire proditum eſt, Cælius & Io. Tzetzes Chiliade 4. cap. 138. Pindarum & Callimachum authores citans. Meminit etiam Leonicenus in Varia hiſtoria 3 103. In templo quodam Elidis boues ærei duo dedicati viſuntur, alter à Corcyræis, ab Eretrienſibus alter. Quamobrẽ vero Corcyræi bouem vnum Olympijs & alterum Delphis conſecrauerint, dicam cũ de Phocenſibus ſermo erit. Cæterum de anathemate ipſorum in Olympia rem ſic habere audio. Cum paruus puer ſub hoc boue ſederet demiſſo capite luſitans, & ſubito caput erigeret, æri illiſum confregit, & non multis poſt diebus ex vulnere obijt. Quamobrem Elcis bouem tanquam homicidam ex Aitis luco ſacro deportaturis, Delphicum oraculum redditum eſt vt ritibus ijs bouem expiarent, quibus circa cædem inuoluntariam Græci vterentur. Hęc Pauſanias circa finem primi libri Eliacorum. Phalaris Agrigentinorum tyrannus nimium crudelis admirandis & nouis tormẽtis homines cruciabat & torquebat: Quod animaduertens Perillus artifex iuuencam ex ære fabricatam à ſe dono dedit regi, vt hoſpites in ipſam conjectos (ſubdito igne) viuentes exureret: ædebat autem iuuenca mugitum naturali conſimilem. At Phalaris eo ſolum tempore iuſtus, ipſum artificem primum iniecit, Dorotheus lib. 1. rerum Sicularum, vt recitat Stobæus in Vituperio tyrannidis. Plutarchus in Parallelis minoribus, ijſdem ferè verbis rem deſcribit: vtriſq; damalin, id eſt iuuencam fuiſſe conuenit. Ouidius tamen lib. 1. de Arte, taurũ facit, his verſibus: Et Phalaris tauro violentus membra Perilli Torruit infelix imbuit author opus. Item Plinius lib 34. cap. 8. Addunt quidam huic boui ianuam in latere fuiſſe.

Mycerinum Aegypti regem Cheopis filium ferũt, quòd cum filiam defunctam excellentiori aliquo genere ſepelire vellet, feciſſe ligneam bouem vacuam, quam cum inauraſſet, in ea filiam ſepeliſſe defunctam. Neque humo bos hæc condita eſt, ſed ad meam vſq; memoriam in propatulo fuit in vrbe Sai apud regiam, in conclaui quodam exornato poſita: Cui ſingulis diebus omnifarij odores inferuntur: noctibus autẽ perpetuo incenſa lucerna aſſiat. In altero contiguo conclaui imagines ſtant concubinarũ Mycerini, vt in vrbe Sai ſacerdotes aiebant. Stant enim coloſſi, id eſt grandia ſimulacra, circiter viginti, è ligno fabricati, nudi pleriq; : qui quarum ſint mulierum, nõ poſſum dicere, præterquam quæ narrantur. Sunt qui de hac boue & coloſſis hæc referant. Mycerinum amore filiæ ſuæ captum, vim illi intuliſſe: deinde illam cum præ mœrore ſe ſuſpendiſſet, patrem in hac boue ſepeliſſe: matrem autẽ manus miniſtrarum, quæ filiam patri prodidiſſent, præciſiſſe: & nunc earũ hæc eſſe ſimulacra eius mali, quod viuæ paſſæ fuiſſent. Hæc (vt ego opinor) dicunt nugatores vt alia, ita & de manibus coloſſorum: quippe quas ipſi vidimus temporis diuturnitate delapſas, quæ ad meam vſq; ætatem ad pedes eorum ſtratæ viſebantur. Bos quoq; cũ cæterum corpus operta eſt Phœniceo pallio, tum vero ceruicem & caput craſſo admodum auro: Cuius inter media cornua circulus adnexus iuelt, Soli aſſimilatus. Neq; ſtans eſt bos ſed in genua cubans, magnitudine quanta eſt grandis vacca. Effertur autem è conclaui quotannis. Et poſtquam Aegyptij verberarunt deum quendam, quem in tali negotio non puto mihi nominandum, tunc & bouem in lucem proferunt. Aiunt enim eam oraſſe patrem Mycerinum, vt defuncta quotannis ſemel ſolem intueretur. Hactenus Herod. Paſiphaen filia Solis, & vxor Minois regis Cretæ (vt eſt in fabulis) nefando tauri amore deflagrauit: cui opera Dædali cõcubuit intra vaccã ligneã incluſa, & ſepta iuuẽcæ corio: ex quo cõcubitu natus eſt Minotaurus, medius ſcilicet homo, mediusq; taurus. Seruius ſcribit eã in domo Dædali cũ Tauro ſcriba regio coijſſe, & hinc datã fabulæ occaſionẽ. Verg. Aegl. 6. *Et fortunatã ſi nunquã armenta fuiſſent, Paſiphaen nimes ſolatur amore iuuenci.* Et copioſius li. 6. Æneid. *Hic crudelis amor tauri*, &c. Meminit etiam Ouid. lib 4. Metam. Minotaurus monſtrũ fuit, partim hominis partim tauri forma: quod Minos incluſit Labyrintho (vt ſcribit Homerus lib. 8. Odyſſeæ) & cũ veſceretur humanis carnibus, coegit Athenienſes, qui Androgeum filium ſuum interfecerant, vt quotannis ſeptem filios ac totidem filias in Cretam mitterent ad alendum monſtrum. Quò demum cum veniſſet Theſeus filius Aegei regis Athenarũ, beneficio Ariadnes

Minotaurum occidit,& egressus est Labyrintho. De Pasiphae,Minoe,Minotauro,Dædalo & Icaro multa scribit Io. Tzetzes Chiliade 1.cap.19. nos hæc pauca excerpsimus: Cum Cretenses Minoi regnum non permitterent,Neptuno vouit,si quid ligni ad confirmationem eius ex mari appareret, se immolaturum: & cum statim taurus egregius apparuisset, ad regnum admissus est. Ipse vero taurum Neptuno alium immolauit, & illum qui apparuerat armentis suis immiscuit:ex hoc & Pasiphae Minotaurum Βασιλικὸν ἄγαλμα natum aiunt.Cæterum historiæ veritas huiusmodi est: Cum Cretenses Minoi regnum negarent, Taurus imperator cum classe superuenit,& regnum ei confirmauit. Cum hoc imperatore,non in boue lignea, sed domo arte Dædali fabricata,Pasiphae cōcubuit. Minotaurus in Creta facie bouis fuit,reliquo corpore viri, Varinus in Scylla.Aquilam Romanis legionibus C. Marius in secundo consulatu suo propriè dicauit.Erat & ante prima,cum quatuor alijs:lupi,Minotauri,equi,apriq;, singulos (aliàs,quæ singulos) ordines anteibant. Hinc egregium illud Alciati emblema:

Lumine quod caco,obscura & caligine monstrum
Depictum Romana phalanx in prælia gestat,
Veiq; monent debere ducum secreta latere
Gnosiacis clausit Dædalus in latebris,
Semimuroq; nitent signa superba boue:
Consilia: authoris cognita techna nocet.

Sed quòd Minotaurus cum hoc epigrammate, anteriore parte humanum præferat corpus,posteriore bouinum, cum contra apud Plurnut.& Varin. legatur, erratum forte fuerit. Aristoteles de generatione animalium lib.4. cap.3. Iam puerum (inquit) ortum capite arietis aut bouis referunt: idemq; in cæteris membrum nominant animalis diuersi: vitulum capite pueri, & ouem capite bouis natam asseuerant. Motye, Μοτύη, vrbs vel maritimum castellum Siciliæ,à Motye muliere nomen habet,quæ Herculi prodidit illos, qui boues eius abegerāt, Stephanus. Βοσπόρους Hercules inde dictus quod Geryonis boues Ioui adduxerit,Etymologicon.Ouidius Fast.1. *Ecce boues illic Erythreidas applicat heros*, id est Hercules qui Geryoni iuxta Gades regnanti eas abstulit. Dionysius in Periegesi de Erythea & Geryone sic scribit:

Ἠὼ μὲν νάσου βοτάνῃ ἐπαμφὶ Ἐρυθείαν
Μακρόθεν ἀμφοτέρωθεν ἀμιγέες, ἠδὲ μάλ' ἐγγύς

Κτήνεσι δὲ πλεῖ χέρσος ἀγαλλομένη Ἀτλαντίς,
Ἠμενίῃ δ' ἀτμοῖσιν ἀεργέες ἠέρες ὄμβρου.

Hoc est Aethiopes Macrobij circa Erytheam (vel etiam in ipsa) bubus abundantem insulam habitant, iuxtà Atlanticum mare,qui quidem illuc post Geryonis mortem venerunt.Nam dum ipse viueret (vt Eustathius scholiastes ait) inhabitabilis erat propter ipsius inhospitalitatem. Fertur autem Hercules boues eius abacturus æreo lebete in eam nauigasse vt Euphorion testatur, καὶ ἐν λέβητι χαλκείῳ ἐξ Ἐρυθείας: item Alexander Ephesius, Χαλκείῳ γὰρ λέβητι πέραια διανήξατο πόντου. Fortassis autem lebes nauigij genus fuerit, cui etiam lembi piratici vocabulum colludit: idq; æreum appellari potuit,propter aliquid in eo ex ære factum,vt rostrum æratum,vel insigne aliquod æreum in prora puppiue. Sunt qui Erytheam insulam ipsas Gades interpretentur cōtra Dionysij sententiam: alij insulam quandam vicinam, quæ à Gadibus freto vnius stadij tantum distet: in quam sententiam eos adduxit pascuorum illius loci vbertas. nam lac ouinum illic ferum reddere negant, & adeo pingue vel crassum esse. vt ad caseum conficiendum aquam copiosam affundi delideret, & pecus intra dies triginta suffocetur,nisi minuatur sanguis, Hucusq; Eustathius. Idem alibi in eundem poetam, Hercules (inquit) cum proficisceretur abactum boues Geryonis,in Scythiam peruenit,vbi ex vipera mixopartheno,(cui supernapars corporis mulieris,inferna serpentis erat) Gelonum,Agathyrsum & Scytham tres filios suscepit. Erythea vel Erythe,insula est Geryonis in Oceano,sic dicta ab Erythea Geryonis & Mercurij filia,teste Pausania Stephanus. Theogoniæ Hesiodicæ interpretes, Herculis nomine Solarem intelligunt potestatem: Geryonem verò, cuius boues ab illo orbi terrarū illatas fabulantur,hyemem esse volunt,Σὸν ἔργον, ἐκεῖνον βοᾶν, ob hyberni temporis tumultū. Hyemem verò Sol perimit ab hyemali tropico ad vernum conuersus æquinoctium.At boum nomine tonitrua intelligūt,quadam soni similitudine quæ Geryonis dicuntur, quod hyeme quidem non fiant, sed illam statim consequantur: vel quia ex humecta eius natura mox hæc proueniant,Caelius. Vnde nā Geryonis boues Hercules adduxerit,ex Arriani sententia supra dixi in B litera,vbi de Epiroticis bubus. Plura de Geryone & Erythea, vide in Onomastico nostro. Orthus canis Geryonis fuit in Erythea,qui canina capita duo habuit,draconum septem, Varinus in Scylla.Palæphatus Orum hunc canem vocat:de Cerbero eiusdem Geryonis cane, infra in cane dicam. Gergittium quoq; vnum ex Geryonis canibus supra nominaui.Leonicenus in Varijs 1.33.de Geryonis bobus scribit, quas Eryx habere cupiens ab Hercule fuit interfectus & nos idem paulò post ex Pausania referemus.Plura vide in Palæphato capit.26. Io filia fuit Inachi regis Argiuorum, quam cum Iupiter ob formæ elegantiam maximè diligeret, ab Inacho fluuio redeuntem tenebris superinductis detinuit & oppressit. Iuno autem cum ex alto tenebras videret, suspicata maritum suum alterius amore frui, in terras descendit, tenebrasq; soluit. Quod Iupiter sentiens, ne pateret crimen, puellam in vaccam transformauit, camq; Iunoni poscenti ægrè concessit. Iuno autem nec tum suspicionibus libera Argo centoculo custodiendam tradidit, quem Mercurius à Ioue missus sopitum interfecit. Quapropter Iuno dolens, vaccæ œstrum immisit, quo per multa loca agitata, tandem in Aegyptum venit,ibiq; prece Iouis à Iunone eidem formæ restituta est, & ab Aegyptijs illis nominata Osiridi regi nupsit: post morem vero prodęa culta est cui anserem immolare,eiusq; sacra Isiaca dicere solebant,Iuuenalis Satyra 6. *Si candida iuuenca fuerit Io, ibit ad Aegyptios finem*,&c. In fabula Ius describenda prolixus est Ouidius lib.1. Metamorph. Meminit etiam Valerius Flaccus lib.4.Argonauticorum. Argis olea nunc etiam durare dicitur, ad quam Io in vaccam mutatam Argus alligauerit,Plinius.De Epapho siue Apide filio paulò ante copiosissime dictum est,& quædam de ipsa etiam Ione. Qui historicam interpretationem requirunt,legant Palæphatum capite quadragesimotertio. Violam idcirco dictam ion Græci putant, quòd cum Io in vaccam conuersa esset, terra florem illum pabulo bouis eius fuderit. Nostri quoq; violam quasi vitulam,imitatione Græca videri possunt appellasse. Τὴν ἴον καὶ τὴν βοὸς ἰνάχειον, Varinus sine authore. Mycenæ ciuitas Peloponnesi sic dicta est à mugitu, quem Io vacca, cum illuc venisset, edidit, quanquam alij alia etyma proferant, Stephanus. Europa filia fuit Agenoris regis Phœnicum, quam Iupiter forma bouis aut iuuenci raptam,abduxit in Cretam: ibiq; ex ea Minoem, Radamanthum, & Sarpedonem genuit. Vide Ouidium Metamorph.lib.2. Iuno ab Argiuis colebatur olim in templo quodam extra vrbem: eo mulier sacerdos currui bobus,albis iuncto insidens solenni die quotannis vehi solebat. Cum autem boues albi quondam deessent, sacerdos filiorum mater duorum, iugo bouum loco eos submisit, & sic ad templum inuecta est. Cum autem à dea muneris aliquid pro hoc labore filijs suis petijsset, illi, cum nocte in somno è viuis excessissent,

ſerunt,Palæphatus cap.vltimo,& Stobæus ex Plutarcho in Sermone de laude mortis. Thebani (autor Pauſanias in Arcadicis) Apollini Polio,id eſt cano,tauros olim immolabant. Et cum aliquãdo in feſto taurus deeſſet,& diutius cunctarentur qui miſſi erant adducturi, de curru bubus iuncto, qui forte appulerat,alterum bouem deo immolauerunt,& inde boues etiam operarios ſacrificandi mos eis inoleuit. Sunt qui narrent, Cadmum ex Delphis in Phocidem profectum boue duce,itinteris,quæ ex Pelagontis armentis empta fuerit: & in vtroq; bouis latere ſignum adhuc viſi album,lunæ orbi cum plena eſt cõſimile,Hæc Pauſanias. De Cadmi boue Ouidius initio libri 3. Metamor. Noui (inquit Menas apud Varronem) maieſtatem boum:& bouem eſſe ſcio,in quem potiſſimum Iupiter ſe conuertit,cum exportauit per mare è Phœnice amans Europam. Hũc eſſe, qui filios Neptuni à Menalippa ſeruârit,ne in ſtabulo infantes grex boum obtereret. Haud ſcio an hæc fuerit Menalippe illa Antiopes Amazonum reginæ ſoror,ab Hercule in bello capta. In Achaia (inquit Pauſanias) templum eſt Apollinis & ſimulachrum eius nudi,calceos tamen pedibus induti: quorũ altero bouis cranium calcat. Apollinem enim bubus imprimis gaudere Alcæus ſcribit in hymno in Mercurium,quem etiam Apollini boues ſuffurantem inducit: & longe ante Alcæum Homerus fingit Apollinem armenta Laomedontis mercenarium pauiſſe: & Neptunus in Iliade Apollinem ſic alloquitur, θεῖνε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέοντες, Hæc ille. Eſt autem pleonaſmus, βοῦς βουκολεῖν. Cæterum quamobrem Apollo Laomedonti ſeruierit,qua in re alij aliter ſentiunt,explicatur à Varino in Βίαι βουκολεῖν. Apollo cur vocatus ſit Nomius,variæ redduntur cauſæ. Dicunt enim aliqui nomen hoc ideo tributum ei, quòd Cyclopibus interfectis,amiſſaq; diuinitate regis Admeti armenta pauerit: νέμειν enim eſt paſcere. Alij malunt dictum à legibus,hoc eſt ἀπὸ τοῦ νέμειν: Ipſum ſiquidem Arcadibus quondam imperaſſe,legesq; eis dediſſe, verum ob nimiam earum ſeueritatem regno pulſum,ad Theſſaliæ regem Admetum cõfugiſſe,ab eoq; eam quæ circa Amphryſum eſt regionem impetraſſe:indeq; factũ eſſe, vt eius pecora pauiſſe creditus ſit. Iuno in vaccam mutata alicubi ab Ouidio in Metamorphoſi deſcribitur,ſi bene memini:& iuuencus in ceruum. Prœtus Abantis regis Argiuorum filius fuit eiq; ſucceſſit in regno. Hic teſte Homero lib.11. Odyſſeæ ex Antia vxore filias quatuor habuit: quæ (teſte Pherecyde) quum in forma ſeu pulchritudine ſe Iunoni prætuliſſent, offenſa dea eis furorem talem immiſit, vt vaccas ſe eſſe arbitrarentur,& aratra timentes ſyluas peterent. Hinc Vergil. in Sileno, Prœtides implerunt falſis mugitibus agros. Harum furorem emendatum ferunt elleboro à Melampode: à quo ellebori genus nigrum appellatur Melampodion. Plura vide in Capra,H.h. Eudoxius apud Stephanum,fontem quendam in Azania Arcadiæ memorat,cuius aquam guſtantibus vini veniat tædium tantum, vt ne odor quidem eius feratur,quòd in eam aquam Melampus abieciſſe credatur pigmenta illa, quibus Prœti filias furentes luſtrauit. Ouid. lib.vltimo Metam. ſimiliter tradit,& fontem vocat Clitorium. Meminit & Plin. lib.31.cap.30.& Vibius Sequeſter. Vide præterea Lactantium lib.3. Thebaidos Statij,ſiue Lutatium vt alij volunt.

PROVERBIA CIRCA BOVES.

Bos apud aceruum, Βοῦς ἐπὶ σωρῷ, de ſplendide ampliterq; viuentibus,& ijs qui in vbere rerum affluentia prolixius faciunt ſumptum : Quo ſenſu noſtrates dicunt, *Vber in voren ſitzt, der ſchneidet ein pfeiffen vnd er vnd.* Suidas ſcribit hoc adagium accipi poſſe etiam de ijs, qui in media rerum copia conſtituti, non ſinuntur præſentibus bonis frui: per tranſlationem à bubus ore obligato trituram exercentibus: Id quod apud Iudæos nefas erat. Si bouem non poſſis,aſinum agas: huic finitimum illud noſtrũ eſt, *Vur net kalch hat, der muſs mit leym mauren*: & aliud, *Man muſs mit den pferden pfluegen die man hat.* Equus in quadrigis, in aratro bos : Hoc eſt, vnuſquiſque ad id negotij adhibeatur,ad quod natus vel inſtitutus eſt. Pindarus, Τὸ ἅρμασιν ἵππος, ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς, ἐπίδειξαι χαίνει δ' ὑμῖν πόχις ἀδελφιδοῦς ἁπτῆρ βαλεῖν Φόνον κύνα δεῖ πλαδῶντ' ἐξ ἕδρας. Sic Germani, *Ein münch iſt morgens beſſer dann im kloſter, ein dieb morgens dann am galgen.* Confine eſt illi, Bos ſub iugum, Βοῦς ὑπὸ ζυγόν. Bos alienus ſubinde foras proſpectat, Βοῦς ἀλλότριος ἐκ τοῦ πολλὰ ἔξω βλέπει, de ijs qui apud alienos non ſatis ex animi ſententia tractantur, eoque ſæpius ſuos deſiderant: Huc alluſiſſe Plutarchus videtur, cum ἔξω βλέπειν illum ſcribit, qui nõ contentus ſuis aliunde pendet: Sic Satyricus, Nec te quæſieris extra. Ab aſinis ad boues tranſcendere, eſt ex humiliori conditione ad ditiorum partes tranſire: cuius argumenti Plautinos verſus recitaui in Aſino H.a. Homeri carmen Iliados α. Οὔ ἐμοί ποτε βόας ἠλάσατο, οὐδ' ἵππους. id eſt, Nunquam enim meos boues abegerunt nec equos, à Plutarcho prouerbiali figura vſurpatur, pro eo quod eſt, Nunquam me læſerunt aut affecerunt iniuria. Bos capite vltra Taygeton porrecto, vide inter prouerbia à tauro ſumpta. Oleum perdit & impenſas, qui bouem mittit ad ceroma, D Hieronymus ad Pammachium. Ceroma dicitur vnguentum quo olim vngebantur athletæ: bos autem ad certamina inutilis eſt. Itaq; bouem ad ceroma mittere dici poteſt, qui docet indocilem: aut ad id muneris quempiam aſciſcit, ad quod obeundum minime ſit idoneus. Bos in ciuitate, Βοῦς ἐν πόλει. vbi quis ad nouos honores euehitur. Nam Lyſias bouis imaginem æream in arce collocauit Athenis quæ res in vulgi iocum ceſſit. Nam in agris boum vſus, nõ in vrbibus. Reſipit huius prouerbij naturam Germanicum illud, *Die ſtuel vff die benck ſetzen.* Et illud in indignè honoratos, *ein dieben vom galgen nemmen.* Solidos è clibano boues apponere, in prodigos: deuorare, in helluones dici poterit. Ariſtophanes in Acharnenſibus, Παρατίθει δ' ἡμῖν ὅλους ἓξ κεβδάνα βοῦς. Ὡς πᾶς εἶδον πώποτε βοῦς κεβδαυίτας; Antiphanes apud Athenæum facit quendam querentem de frugalitate Græcorum, qui paululum carnium apponerent, quum maiores ſolerent totos boues, ceruos & arietes aſſos apponere. Et ibidem ex Herodoto tradit, apud Perſas diebus natalitijs fuiſſe morem, vt diuites bouem, aſinum, equum, & camelum apponerent, totos in clibano aut camino coctos, Hæc Eraſmus Chiliade 3. Centuria 1. & rurſus Chiliade 4. Centuria 5. ſuper eodem prouerbio ſcribit, per obliuionem nimirum. Quintilianus Inſtitut. Orat. lib. 5. paræmiæ, quam ait eſſe ceu breuẽ apologum, hoc adfert exemplum. Non noſtrum onus, bos clitellas? Satis conſtat, inquit Eraſmus, ex apologo ſumptũ: verum quis ſit is apologus, equidem nondum reperi. Poterit autem hoc prouerbium duplici forma efferri: Boui clitellæ impoſitæ ſunt, vbi mandatũ eſt negotium parũ apto. Et, Bos clitellas? vt ſubaudias, ferat. vbi quis deprecatur prouinciam, cui parum ſit idoneus, aut quam ſibi ducat indecoram. Boum ſanè terga non eſſe ad onus accipiendum figurata, ſupra in E. ex Cicerone diximus. Currus bouem trahit, Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν ἕλκει de re quæ præpoſtere geritur. Lucianus in Terpſione, Νῦν δὲ τὸ παροιμιῶδες, ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν πολλάκις ἐκφέρει. Simile eſt, canes ceruus trahit vel ducit: & apud Germanos, *die roſs hinder den vnagen ſpannen.* Cyprio boui merendam, Verſum hunc Sotadicum ex Ennio Feſtus Pompeius citat: oſtenditque conuenire, quoties conuiua ſordidus & inſipidus ſordido atque inſipido accipitur conuiuio. Græci hoc prouerbium efferunt, Κύπριος βοῦς, id eſt Bos Cyprius, quod Varinus ait conuenire ἐπὶ τοῦ πανυφάγου καὶ ἀκόλου, hoc eſt in ſordidiſſimum & viliſſimum hominem: vel vt Suidas habet, χυδαίου

καὶ ἀναιδῆτην. Erasmus in brutum ac stolidum iaci solitum ait, propterea quod Cyprij boues magis bruti ferantur, quippe qui stercore humano pascantur. Refertur à Diogeniano. Eudoxus etiam affirmit Cyprios boues κοπροφάγους: & Plinius lib. 28. cap. vltimo, narrat Cyprios boues hominum excrementa appetere, non pastus causa, sed vt hoc remedio torminibus medeantur. Inter pres Aristophanis in Plutum scribit Bœotios boues σκατοφάγους fuisse, id est olctum edentes. Ego sanè in Ennij verbis non merendam legerim, vt Erasmus, sed merdam, vt res ipsa habet: & sensus inde prouerbio fit clarior. Deinde quod stolidos & brutos hoc nomine Cyprios boues Suidas & cæteri esse aiunt, quòd stercus vorent: ego potius ad ingenij ipsorum sagacitatem retulerim, qui torminibus lætali sæpe morbo sic medeantur. Quis enim pardalin dixerit stupidam, quod aduersus aconiti venenum eodem remedio vtatur? Quinetiam homines ipsi eum coli dolor & ventris torsiones vrgent, ad auxiliũ ab excrementis boum (vt supra retuli) vel equorum, vel gallinarum sæpe confugiunt. Miranda potiùs hæc ingenij solertia est, certam illic opem inuenire, vbi nemo speraſſet. Redeo ad prouerbia. Expecta bos aliquando herbam, Μὴ βοῦς πρὶ βοτάνην: Vbi quid serò contingit. Laborat enim bos in agricolando, sed aliquando gustatura herbam enatam. Finitimum illi, Et adhuc tua messis in herba est. Boues messis tempus expectantes, Βοῦς ἀμητὸν ὑπομένοντες, vel Βοῦς εἰς ἀμητὸν: dici solitum, vbi quis ingentium emolumentorum spe laborem sumeret. Nã boues messis tempore inter trituram pascuntur interim, & pabulum largius apponitur. Alijs vero temporibus molestior est arandi labor, quod nullo præsente fructu leniatur. Bos in faucibus, explicabitur inferius in Buphago. Bos Homolottorum, Βοῦς Ὁμολωΐων, dicebatur in plurima distractus ac veluti dissectus negotia. Poterit & ad rem referri, vt si quis argumentum nimis minutatim diuidat. Zenodotus prodidit Homolottos populos, dissecto in minimas partes boue, fœdus iungere. Quem morem Scythis fuisse testatur Lucianus in Toxaride. Hæc Erasmus, qui errat quod Homolottos facit populos, qui nulli sunt. Accipiendum autem de Holossis, & articulum esse, clarissimum est apud Suidam. Nõ probo etiam quod de homine multis negotijs distracto prouerbium interpretatur: de rebus enim solum minutatim sectis semper vsurpandum existimo: Suidas exponit ὅτι ἐπὶ τῶν πολλὰ διαιρεμένων καὶ κατατεμνομένων πράγματα: atqui hominem κατατέμνεσθαι εἰς πράγματα, nemo opinor Græce peritus dixerit. Immolare boues, Βοθυτεῖν, de amplis & magnificis sumptibus, iam supra copiosius explicatum nobis est. Nemo bene merito bouem immolauit præter Pyrrhiam, Οὐδεὶς εὐεργέτην βοῦν ἔθυσεν ἀλλ' ἢ Πυῤῥίαν, in hominem gratum: Pyrrhiæ historiam Erasmus ex Plutarchi Quæstionibus Græcanicis recitat: Meminit etiam Aelianus in Varijs. Inuitos boues plaustro inducere, simile est Inuitis canibus venari. Videtur autem ex Theognide sumptum. Μὴ μ' ἄκοντα βίῃ κεντῶν' ἐπ' ἄμαξαν ἔλαυνε. Tale dictum etiam vulgo perseuerat, *Mit vnwilligen ochsen oder pferden ist nit guet pflügen.* Diuus Hieronymus ad b. Aur. Augustinum scribens, eumq; deterrere cupiens, ne iuuenis senem prouocet, Memento (inquit) Daretis & Entelli, & vulgaris prouerbij, quod bos lassus fortius figat pedem. A veteri trituræ more ductum apparet, cum circumactis à bubus super manipulos plaustris grana excutiebantur: partim à rotis in hoc armatis, partim à taurorum vngulis. Hûiusmodi est illud Germanorum, *Vnser sichan die alten kessel reibt, der beschreyst sich gern*: nisi hoc forte magis ad reprehensionem, illud ad laudem senectutis facit. Nec admodum hinc abludit illud, Ἀτρέμας βοῦς, id est Lente (vel placide) bos, subaudiendum incedit, vel mouet pedem: nam sensim quidem mouet, at grauius premit. Congruet in illos, qui placide ac paulatim, citraq; tumultum, sed tamen assiduitate rem conficiunt. In sacris precibus tradit Plutarchus (in commentario de Oliride & Iside) mulieres Eleas publicis ac solennibus votis ad hunc modum solitas Bacchum inuocare, vt accederet Βύκῳ ποδί, id est bubulo pede, siue quod huic animanti, cum sit viribus immensis præditum, deinde tanta corporis mole, tamen peculiare videatur molliter, quasiq; pedetentim ingredi, nulloq; strepitu, vel quod bouis pedes arua calcatu reddunt meliora, quum reliquorum animantium noceant. Bouem venari leporem, quale illud Homeri est, Κιχάνει τε βεβῶτ' ἐπὶ ἴχνεσι: & Germanorum, *Es vmer ein schumpff, das man ein hasen mit der trummen fienge.* Lemniæ bouis latera Athos cælat, Ἄθως καλύπτει πλευρὰ Λημνίας βοός: vbi quis officit, aut molestus est, aut gloriam cuiuspiam obscurat, aut alioquin obsistit. Tradunt in Lemno bouis fuisse simulacrum ingens, candido factum lapide: Id Athos Thraciæ mons, tametsi longo dissitus interuallo, tamen ob summam celsitudinem obscurat vmbra sua. Nam, vt Stephanus scribit, ad stadia trecenta vmbram iacit: vt Plutarchus, per septingenta fermè. Theocriti Scholiastes versiculum hunc citat ex Sophocle, Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας ἁλός, Athos obumbrat terga Lemnij maris. Bos in lingua, Βοῦς ὑπὸ γλώσσης, de ijs qui nõ audent libere quod sentiunt dicere. Translatum vel à robore animantis, quasi linguam opprimens non sinat eam loqui: vel hinc quod Athenienſium numisma quondam bouis obtinuit figuram. Hinc iactatum nouimus, vt quicunq; pecunia corrupti causam silentio prodant (quod fecisse quum oratores alios, tum verò Demosthenem, subnotauit historia) dicamus, Βοῦν ὑπὸ γλώσσαν βάλλειν, id est bos linguam inscendit. Ex qua loquẽdi figura facetissime Aristophanes, Στόμ' ὑπέβυσας κἀπόμαξον τὸ ῥητέον, id est, Os rhetorum obturans stipe, Cælius. Philostratus in Scopeliano sophista: Καὶ ὑ χρὴ θαυμάζειν, εἰ πεπεδημένοι τὰς γλώττας τινες, ἢ βοῦν ἀφωνίας ἐπ' αὐτοῖς βεβλημένοι. Aeschylus in Agamemnone, Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, βοῦς ὑπὸ γλώσσης μέγας Βέβηκεν. Ita corruptos homines, eleganter bugloſſos appellabimus, vt apud Varinum obseruaui, qui scribit, Παροιμιάζεται δὲ ἡ βοῦς, ὥσπερ ὑπὸ βυγλώσσων, ἐντεῦθεν βοῦν ὑπὸ γλώσσης φέρειν. Apud Athenienses nummus erat bouis sculptura & nomine insignis, à Theseo institutus primũ, Plutarcho tradente, vel ob Marathonium taurum, vel ob Minois ducẽ, vel quod ad agricolationẽ perlicere vellet ciues. Iulius Pollux etiã lib. 9. scribit olim apud Athenienses numismatis genus à sculptura vulgo bouẽ dictum: ideoq; in spectaculo apud Delios, si cui munus dandum erat, præconem pronunciare solitum, tot boues illi donandos esse. Bouem autẽ valuisse duabus drachmis Atticis: vnde fuisse qui crederent hoc numisma Deliorum fuisse propriũ, non Atheniensium. Addit item in Draconis legibus extare mentionẽ, περὶ δ' ὀκτὼ ἐπὶ δέκα βοῶν, id est de pendendis decẽ bubus, id est nummis decem. Neq; defuisse qui senserint, Homerũ quoq; de numismate locutum, non de animante, cum ait: Χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι' ἔντεα βοῶν. Verum hanc opinionem alio in loco refellit Iulius Pollux, ostendens illam fuisse commutationem rerum citra nummos: Hæc Erasmus ex Polluce, apud quem ἑκατόμβη pro ἑκατόμβοι, cum ι & apostropho corrupte legitur: vnde Cælius Rhod. deceptus, nouem boum hecatomben exponit, ignorãs locum hunc esse de armorũ Glauci & Diomedis permutatione. Philostratus in vita Apollonij, Παλαιόν πως πεῶτον ἀνθρώπων συνέσχε, βοῦν ὑπὸ αὐτῇ σιωπῆς ἰσχὺν λέγων: de Pythagora loquitur silentij authore. Scholiastes in Homerum lib. 2. scribit priscos in altera parte numismatis bouem, in altera faciem regiam insculpsisse. Seruius rex ouium boumq; effigie primus æs signauit, Plinius lib. 18. 3. Hinc pecunia dicta, quòd pecudes signatas haberet, quædam boues. Plautus in Persa, Boues bini hic sunt in crumena. Hæc hactenus ex aliorum scriptis: nunc nostram coniecturam de bouis nummi pretio subijciemus. Videtur sanè eius pretij hic nummus fuisse, quo tum

temporis

temporis boues ſinguli vænire ſolebant. Quamobrem non æreum neq; argenteum, ſed aureum fuiſſe colligimus, eiusq; ſententiæ teſtimonium ex Etymologo ſupra citauimus, qui in Hecatombes mentione hæc etiam ſcribit: βοὺς alij ponderis nomen, alij pretium bouis interpretantur, alij didrachmum nummum boue inſignem, alij pedem. Hinc nimirum formata compoſita illa, ἑκατομβοιον, ἑκατόβοιον, & reliqua huius terminationis. Iam cum Pollux ſcribat didrachmum eum fuiſſe Athenis, id eſt duas drachmas appendiſſe (quanquam de vtro metallo ſentiat non expreſſerit, magisq; de argento quàm auro ſentire videatur: quod tamen bouis pretio minimè conuenit) ex ipſo de pondere ſaltem, ex Etymologo autem & re ipſa de metallo conſtat. Nam quòd didrachmus nummus non argenteus ſolum, ſed etiam aureus fuerit, cum alij, tum Robertus Cenalis epiſcopus Abrincenſis, vir in hoc argumento exercitatiſſimus, pluribus veterum teſtimonijs approbant. Valet autem (inquit Robertus) drachma auri ſeſcuncia argenti, hoc eſt drachmas duodecim argenteas, quæ Gallico numiſmate æſtimandæ ſunt libris Turonicis duabus, & ſolidis totidem. Nunc autem vrgente auri inopia, vel hominũ ſeu temporum iniquitate, ſeutum coronatum ea æſtimatione permutatur, pauloq; amplius. Et rurſus alibi, triplicem olim aureum ſolidũ fuiſſe docet, vnum drachmalem, alterum didrachmalem, tertium ſextularem: eſt autem ſextula, vnciæ ſexta pars. His confirmatis, Aureus iſte didrachmalis (inquit) æquabat pondere Philippeum nummum, qui olim apud nos erat: cui ſucceſſit apud Anglos nummus Odoardeus, ſeu Nobilis ad roſam: nec obſtat quod hodie pluris æſtimetur. Cur autem bos dictus ſit nummus, triplex mihi ratio reddi poſſe videtur: vna ab effigie, altera ab æquali pretio, & tertia forte à magnitudine nummi, quòd is inter aurços maximus fuerit. Huiuſmodi igitur bouem nummum olim fuiſſe, nec amplius etiam bouis communis pretium, hucuſque dixerim. Redeo ad prouerbium, Bos in lingua, vt moneam ſimilia à Germanis celebrari iſta: *Er iſt mit einer fuderen büchſen geſchoſſen: Er hat die geltſuchs.* Quibus & illud proximum, Argentanginam patitur.

Locrenſis bos, Λοκρικὸς βοῦς, de re vili, aut de munere leuiculo dici poteſt. Locrenſes enim aliquando publicum ſacrum facturi, cum bouem deſiderarent, compoſito ex minutis lignis bouis ſimulacro, dijs rem diuinã fecerunt. Ex ipſo boue lora ſumere, ἀπὸ βοὸς ἱμάντας λαμβάνειν, illi dicuntur, qui quo lædunt quempiam, ex ipſo quem lædunt accipiunt: Agricolæ enim lora cædunt è boum tergoribus, quibus boues vinciunt. Aſinus ad lyram prouerbium, in Aſino retulimus. Cæterum cum Cleon quiſpiam, cui nomen inditum Boui, ſcite caneret voce, lyra vero non perinde vteretur: Stratonicus canentem audiens. Olim, inquit, aſinus ad lyram dictus eſt, nunc verò eos ad lyram. Bos marinus, vide paulò poſt Bos in ſtabulo. Boues meſſem expectantes, & Bos Molottus, vide in præcedentibus. Contra bouem ne opta, Μὴ βοῦν εὔχου, adagium, admonet non eſſe vitam inſtituendam iuxta votum animi, neque quiduis ſperandum à ſuperis, ſed vt ea duntaxat ſibi quiſque promittat, quæ ponit induſtria conſequi: Refertur in Collectaneis Diogeniani. Videtur autem ducta metaphora ab agricola, qui negligens adhibere bouis operam in colendis agris, optat vt citra ſuum laborem proueniat ſeges, Eraſmus. Mihi quidem ſenſus clarior videretur, ſi pro μὴ præpoſitione legas ἀεί, vt ita reddatur, Ne optes ſine boue. Oppidò quam eleganter Horatius hoc carmine, Optat ephippia bos piger, optat arare caballus, vitium illud ſignificat humanis ingenijs inſitum, vt ſemper alienam ſortem magis mirentur, ſuam contemnant ac faſtidiant, optent inexperta, experta damnent. Veteres bubus arabant non equis. Heſiodi carmen, Μήθ' ἀν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ χείτων κακὸς εἴη, id eſt, Nec bos intereat, vicinus ſi improbus abſit, Columella tanquam prouerbiale refert. Bos ad præſepe, Βοῦς ἐπὶ φάτνῃ, in emeritos dici conſueuit, quiq; iam ob ætatem ocio atque abdomini ſeruiunt. Effertur item ad hunc modum, Βοῦς ἐπὶ αὐλίῳ γέρων, Bos in ſtabulo ſenex. Rurſum hoc modo, Βοῦς ἐν αὐλίῳ καθ', Bos in ſtabulo deſides, de ijs qui molliter & in ocio viuunt. Stratonicus inebriatus, dixit ſe ab illo qui ipſum inuitauerat, tanquam bouem ad præſepe data cœna occiſum, vt copioſius ex Athenæo Eraſmus refert. Cõgruet & in illos, qui in ſuum aluntur exitiũ: quemadmodũ ij qui ſe voluptatibus mundi explent, orco quid aliud quam victimæ nutriuntur? Bos aduerſus ſeipſum puluerem mouet, Βοῦς πρὸς ἑαυτῷ κονίεται, vbi quis ad ſuum ipſius malum volẽs lubensq; ducitur. Nam boues vt ſunt manſueti, facile ſe præbent vinciendos, neq; grauatim obtemperant iugo. Κονιᾶν enim Græcis ſignificat feſtinandi ſtudio ciere puluerem. Quidam accommodant in eos, qui prudentes ac ſcientes, ſemet in præceſum periculum inijciunt, bouis in morem, qui ſibi patitur inijci vincula, quibus ad cædẽ ducatur, refertur à Zenodoto, Eraſmus: Ego κονιᾶι & κονιᾶται. hoc cum circumflexo in penultima illud in vltima, Græce dici non puto: ſed κονιᾶι paroxytonum. & κονιᾶται proparoxytonum. Quanquam enim à κονίζομαι futurũ κονιοῦμαι formari poſſit, ſenſus tamen prouerbij tempus præſens requirit. Cæterum quod Eraſmus verbum κονιᾶται exponit, feſtinandi ſtudio ciere puluerem non placet: ego ex Plinio & Plutarcho potius reddiderim, puluere & arena ſe conſpergere, vt athletæ ante luctam ſolent. & ſic forte alius, quàm qui ab Eraſmo affertur, prouerbij ſenſus fuerit. Bos in quadra argentea, in eos qui perſonam ſuſtinent officium aliquod egregium pollicentem, nec vlli tamen ſunt vſui, niſi ad voluptatem aut faſtum. Simillimum eſt illi quod alibi retulimus Bos ſeptimus, Eraſmus. Deinde recitatis Suidę verſibus, quos nos etiam ſupra Græce poſuimus, Πῶς βοῦς ἐπτακέρχων, &c. ſubdit, Meminit huius bouis Iulius Pollux lib. 6. cap. 11. tanquam & bos in quadra placentæ aut cibi aliquod genus ſit, ſimiliter vt bos ſeptimus. Vnde apparet ipſum vel non animaduertiſſe, vel non intellexiſſe Suidæ verba hæc, Ἐπίγραμμα εἰς βοῦν ἢ πρόβατον ὅτι κεῖται ἐκτὸς δέρματος ἐγκεκολαμμένον, id eſt, Epigramma in bouem & hircum in tabella argẽtea (ſic enim potius verterim, quam quadram) cælatos ſiue ſculptos. Quod ſi ex epigrammate vel apologo potius prouerbium facere libet, conueniet in otioſos, & ignauos, quiq; externa ſpecie tantum, non re ipſa, munus ſuum exercent. Iulius Pollux loco citato nullam huius apologi, ſed ſeptimi bouis tantum, id eſt placentæ, mentionem facit. Regia vaccula vel bucula, Βασιλικὴ βοῦς, de prodigioſa fœcunditate ferebatur, natum è miraculo rei geſtæ. Ætate Ptolemæi iunioris vacca quædam eodem partu ſex ædidit vitulos, author Diogenianus. Bos ſenex non lugetur, Γέρων ὁ βοῦς οὐ πένθεται· ἄωρος δέμας, hoc eſt, ſenum mors quòd tempeſtiua videatur, non lugetur ab amicis. Γηρᾷ ὁ βοῦς, τὰ δ' ἔργα πάλαι ἦν βοός, Bos conſeneſcit, at opera multa ſunt bouis, prouerbialis ſenarius, cum ob ætatis imbecillitatem aliquis inutilis redditur ad obeundum munus. Senarij ſenſus clarius ita reddi poſſe mihi videtur, Bos licet iam ſenecta inutilis, merito tamen illorum operũ, quæ plurima iam olim confecit, reijci vel contemni non debet. Bos ſeptimus, Ἕβδομος βοῦς, olim in ſtupidos brutosq; dicebatur. Id hinc ortum eſſe tradũt, quòd antiquitus poſt ſextam lunã bouis imaginẽ è farina pinſere conſueuerint, qui ſeptimã lunam cornibus referret. Sunt qui malint hinc natũ, quòd cum apud veteres ſex animantium genera mactari dijs ſolerent, ouis, ſus, capra, bos, gallina anſer: pauperes nõ habentes viuũ animal quod immolarent, bouis ſimulachrũ è farina fingere cõſueuerint: is quoniã ſenſu vitaq; careret, in ſtoliditatis abijt prouerbiũ, Eraſmus. Bos genus eſt placentæ, quæ dabatur antrum Trophonij ſubituris: eò quòd in adyta deſcendentes

mugitus audirent, Etymologus. Eraſmus dum ex Suida transfert, antiquos poſt ſextam lunam bouis imaginem è farina pinſere conſueuiſſe, qui ſeptimam lunam cornibus referret, duplicem committit errorē. Scribit enim Suidas hanc placentam cornutam fuiſſe ἐξ μίμησιν τῶν πεντφούων (πεντφουῶν per ν habet Varinus) σελήνης. hoc eſt inſtar lunæ quæ à coitu primum apparet: quo tempore eam Græci etiam ἀρτίγονον & μιγαδιαῖαν vocant, Latini corniculantē: inde dichotomos, id eſt diuidua vel dimidio orbe cæſa vocatur, primo ſcilicet, vt nos loquimur, ſui motus quadrante confecto. Sed fefellit Eraſmum quòd Suidas ſcribit. ὅτι ἀπὸ τῆς σελήνης ἐπὶ τὴν ἑβδόμην: vbi ille per ſex lunas non ſed placentas, vt debuit: ſed Lunaris motus ſex dies accepit: nec animaduertit quòd mox ipſe Suidas lunas interpretatur placentas latas & rotundas, quales noſtri vocant *fladen*. Eaſdē Pauſania teſte πελάνους vocabant, vt Varinus citat. ex quo etiam clarius quam Suida Eraſmus hallucinatus deprehendetur. Solebant nonnulli etiā ὅτι πέμπτοις πελάνοις id eſt poſt quatuor placentas, communes ſcilicet, quinto loco bouem, id eſt placentam vnam cornutam immolare, quanquam frequentius poſt ſex: proinde eodem ſenſu prouerbiali quintum aut ſeptimum bouem aliquis proferat, nihil intereſt. Pollux pelanos placētas à bubus diſtinguit nam dijs omnibus eas communiter immolari ſolitas ait, bouem vero (id eſt cornutam placentam) priuatim Apollini, Dianæ, Hecatæ, & Lunæ. Addit præterea pelanos à figura dictas eſſe, vt etiam boues ſed qualis earū figura fuerit, nec ipſe exprimit: nec alibi reperio, niſi quod Etymologus inter cætera pelani etyma, ὅτι & πλατυντῶν deriuatum conijcit, id eſt à latitudine At latitudo non figura eſt, ſed figuræ, aut quantitatis potius, accidens. Ariſtophanis interpres in Acharnenſibus, cum expoſuiſſet πλατῆναι placentam latam ſiue panem latum quæ pulte ſuperimpoſita immolaretur: ſubijcit, εἰσὶ γάρ, λαγαναῖδες, καθὰ τὸ λαγανῶν· καὶ πελανοὶ παρὰ Εὐναπίῳ: nimirū vt indicaret ex latis placentis huius generis, alias ventroſas & intus inanes fieri, alias vero ſolidas. Empedoclem quoq; ferunt, cum Olympia viciſſet equis. quòd animatis ex præſcripto abſtineret, vtpote Pythagoricus, ex myrrha, thure, & aromatibus alijs bouem concinnaſſe, quem ad panegyrin conuenientibus diſtribuerit: quod paræmiæ quadam imagine vſurpari à nobis poteſt, in ijs quæ de ſaccaro paſſim coaptari conformariq; animaduertimus, Cælius ex Athenæi lib. 1. Μαζονόμους βοῦς, bos ex farina confectus, Varinus. Seruabis bouem, vel bubulcus eris, Βουκλήσεις. hoc velut ænigmate ſignificabant exilium. Siquidem qui per oſtraciſmum ejiciebantur, in Argiuam exulatum ibant: ac illic bos erat æneus inſigni magnitudine. Refertur in Plutarchi Collectaneis: Heſychius teſtatur extitiſſe in Phaſmate Menandri. Bos in ſtabulo, vide ſupra Bos ad præſepe. Eraſmus quidem in Suida ſe legiſſe ſcribit Βοῦς ἐκάλι, id eſt Bos marinus: ſuſpicari tamē vitium eſſe & ἐκυλι legendum. Apud me vero certum eſt, neq; ἐκάλι, neq; ἐκυλι ſed ἐκαύλιον id eſt in ſtabulo legendum. Nam ſic habent excuſa Suidæ, quæ nos hoc tempore inſpeximus exemplaria, idq; bis repetunt: ſic Apoſtolius Byzantius, ſic alij authores habent. Πολλοὶ βόες ἐν αὐλῇ ὀλίγη γῆ ἀροτῆρες. Qui taurum ſtimulēt, multi, ſed rarus arator: in eos qui virtutis inſignia aut famam habent, ſed vera virtute vacant. In tergore bouis deſedit, ὅτι βοὸς ἐκαθέζετο id eſt ſupplex implorat auxilia. Natum à cōſuetudine Scytharum, vt teſtatur Lucianus in Toxaride. Nam apud hos ſi quis forte læſus eſſet, neq; ſupperet vleiſcendi facultas, immolato boue carnes minutim ſectas coquebat, ipſe in tergore humi ſtrato ſedebat, manibus in tergum reductis. Idq; maximō ſupplicandi genus apud illos habebatur. Accedebat quicunq; vellet opitulari, & carniū portione gratata, dextroq; pede tergori impoſito, pollicebatur pro viribus auxilio futurū Atq; hoc fœdus apud Scythas ſanctiſſimum habebatur. Toto deuorato boue in cauda defecit, Πάντα ἐκπεφαγὼν τὸν βοῦν ἐπὶ τῇ οὐρᾷ ἀπέκαμε: hoc eſt, reliquo negotio peracto, in extremo fine defeſſatus eſt. Boui trituranti os nō obligandum, Moſaica lex, Deuteron. 25. prouerbij locum habebit, cum ſignificabimus dignum eſſe mercede vnumquenq; in quouis labore, & illo præcipue fructu qui ex eiuſdē laboris genere percipi poſſit, priuari non debere. Vide ſupra in prouerbio, Bos apud aceruum. Boue venari leporē, Plutarchus in commentario de animi tranquillitate, veluti de re vehementer abſurda, ſtulta, ac præpoſtera vſurpat, his verbis Οὐδὲ γὰρ ἂν τοξεύσειεν ἀρότρου βέλεμνον, καὶ τῷ βοὶ τὸν λαγὼν καυηγετεῖν, δυσχερὲς ἴσως· οὐδὲ γὰρ φεύγει ἐλαφρίως ἐλαφος ὑπὸ λακωνικῶν πωλουμένη, μηδὲ οἱ λακωνικοὶ κύνες ποιοῦσι μοχθηρὸν, ἀλλὰ ἀβελτηρίαν καὶ μοχθηρίαν τὸ ἀδύνατα πρᾶξαι διηνεκῶς. Ne ſi bos quidem vocem ædat: Alciphron in epiſtola Glyceræ ad Menandrū, Ἀλλὰ ἔστι μὲν οὐδενὶ τρόπῳ μὰ τὰς θεὰς, οὐδ' εἰ βοῦς μοι, πολεμοῦμεν. Φθέγξαιτο, πειθοίμην ἄν. Nam in annalibus frequenter commemoratur bos humanam vocem reddidiſſe. Volentem bouem ducito, Τὸν θέλοντα βοῦν ἕλκειν: vtere illorum opera qui ex animo faciunt. Stultitia eſt venatum ducere inuitas canes, vt ait Plautus. Sunt & alia quædam prouerbia, quæ in præcedentibus attigi, vt bulimia, buthyſia, budoro more, & quæ à bolito, id eſt ſtercore bubulo ſumuntur: de quibus qui legere copioſius voluerit, Chiliadas Eraſmi adeat. De buphago tantum nonnihil adijciamus, quanquā & ſupra leonis id eſſe epitheton monuerim, & de homine voraciſſimo dici, vide H. b. & Arcadiæ fluuium eſſe à Buphago Iapeti filio nominatum, & Herculem buphagon vel buthoēnan cognominari. Athenæus lib. 10. indicat larum auem Herculi attributam à priſcis, quod & ille fuerit ἀδηφάγος atq; itidem βουφάγος eſſe vocatam. Huc & illud pertinet, Bouem in faucibus portat, Βοῦν ἤδη γναθοις φέρει. in hominem edacem, vt indicant Zenodotus & Suidas. Natum, vti conijcio (inquit Eraſmus) vel à Theagene athleta Thaſio, vel à Milone Crotoniata, quorum alter bouem ſolidum ſolus comedit, teſte etiam Græco epigrammate, tum authore Poſidippo apud Athenæum: alter, vt narrat apud eundē Theodorus Hierapolites, in Olympijs taurum quadrimum humeris ſuſtulit, cumq; eodē die ſolus comedit: Cuius rei meminit & A. Gellius. Cæterum Hercules vt buphagus, quod multi cibi eſſet, ſic & polyphagus, & addephagus, & ab Orpheo in eius hymno pamphagus vocatur: & philopotes quòd multum biberet, vnde & ſcyphum eidē dicarunt, vt gauiam propter edacitatem. Apud Lindios pium eſt Buphagum, id eſt Herculem execrari: quod in dei cedere honorem creditur, ſi in eum multa conuicia dicantur, Gregorius Naz. aduerſus Iulianum. De Buphonijs etiam multa retro dixi Eraſmus in prouerbio Cecidis & Buphoniorum Ariſtophanis verba in Nebulis citat, Ἀλλὰ, ὦ δημόται, ξυμπέπτωκεν ἀνάγκη. Καὶ Κηκείδη ξὺν Βουφονίοις: Quæ ſic interpretatur: Priſca hæc ſanè atque obſita canis, nec non oppleta cicadis, Ac Cecide cum Buphonijs: cum Διιπολιῶν in emēdatis codicibus legatur, id eſt quæ Dijpolia reſipiunt antiquiſſima Iouis feſta, quorum aliquoties Gyraldus etiam meminit. Vſus prouerbij eſt de re magnopere priſca, & ob vetuſtatem iampridem obſoleta deſuetaq;. Buphonia feſtum erat, &c. Huiuſmodi ludos adhuc durare videmus apud Italos, præcipue Romanos, priſcæ videlicet etiamnum inſaniæ veſtigia, quos illi Taureos vocant. Buthus obambulat, Βοῦθος ἀβελτερίᾳ, de leuibus ac ſtolidis dicebatur: à moribus Buthi cuiuſdam athletæ, qui vicit in Pythijs ludis: meminit Heſychius. Fieri poteſt vt ab edacitate id nominis ei inditum fuerit, vt etiam Herculi βοῶλαι: Vnde videtur dici poſſe in edaces quoque, Eraſmus. Apud Varinum Βοῦβος oxytonum legitur, & exponitur ὅτι ὁ ἰνδικὸν καὶ πυρροφόνιον: & rurſus alibi apud eundem ſic legitur, Βοῦφος, ἔνιοι βοῦβος· ὅτι πορφυρίς: qui locus apparet corruptus. Ego malim Βοῦθος, vt apud Suidam quoq; legitur. Videntur ſanè Græci à ſtulto & ſimplici

ſimplici bouis ingenio, vt Butalionis quod Etymologus alicubi ſcribit, ſic etiam Buthi nomen finxiſſe. Βοῦθος· ὄνομα Λυσιπατρικὸν πάνυ· (lego ὄνομα) Κύων δέ τις ἐβόα λεπτῷ· ὅστις βοῦθος. Seleucus inſipientem & ſtultum exponit Heſychius.

Animus heptaboeus, Θυμὸς ἑπταβόειος apud Ariſtophanem, de forti magnoq; & inuicto. Nam Homerus Aiacis clypeum hoc epitheto inſignit, quod ſeptem boum tergoribus eſſet obductus, atq; ob id impenetrabilis. Ouidius, Dominus clypei ſeptemplicis Aiax. Augiæ ſtabulum, Λυγεία βυκολία, in hominem, aut in rem maiorem in modũ inquinatam. Lucianus in Pſeudomante oſtendit huius ſtabula tantum habuiſſe congeſti fimi, quantum ter mille boues pluribus annis reddere potuerint. Seneca in libello de morte Claudij, In quos (inquit) ſi incidiſſes, valde fortis licet tibi videaris, maluiſſes cloacas Augiæ purgare, multò plus ego ſtercoris exhauſi. Pauſanias Eliacorum lib. 1. paulò poſt initium ſic ſcribit: Eleorum princeps fuit Eleus filius Eurycydæ Endymionis filiæ, patre Neptuno, ſi quis credat. Poſteri Ἤλειος nomen in Ἠλεῖος mutauerunt, & Solis non Elei filium faciunt Augeam, vt ſplendidius de eo loquantur. Augeas ille boum caprarumq; greges tam numeroſos habuit, vt magna pars regionis propter ſimum illorum inutilis iam eſſet. Proinde Herculi expurgandum illũ perſuadet, ſiue regionis parte, ſiue alio munere promiſſo. Quod ille mox fluuio Minyeia immiſſo perfecit. Cæterum Augeas, cum res arte magis quàm labore confecta videretur, mercedem negauit: & Phyleum maiorem natu inter filios, à quo tanquam iniquus in hominem benemeritum reprehendebatur, eiecit, &c. Græci hanc Augiæ ſtabuli repurgationem, inter duodecim eius labores numerant. Extat Epigrammatum Græcorum lib. 1. ſectione 46. ænigma elegantiſſimum de numero armentorum Augiæ. Octapedes, Ὀκταπόδης, Scythico prouerbio dicebantur, qui duos poſſiderent boues & currum vnum meminit Lucianus in Scytha. Dici poterit per iocum, in hominem qui ſibi locuples videatur: vel in eum cui ruſticanæ ſunt opes. Fœnum habet in cornu, longè fuge, Horatius in Sermon. conuenit in homines maledicos & feroces. Inde translatum, vt Acroni placet, quod antiquitus bubus cornipetis fœnum pro ſigno in cornu appenderetur, quo ſibi cauerent qui forte occurriſſent. Idq; ideo fieri ſolitum Plutarchus in problematis Roman. ſi autumat, quod copioſiore pabulo, non modo boues, ſed & reliquæ animantes ferociant. Hic locus me admonet vt Ebræorum etiam leges de boue cornupeta referam, ex Ioſephi Antiquitatum lib. 4. Bouem cornu petentem (ſcribit Ioſephus, interprete Ruffino) dominus interficiat. Si vero aliquã interficiat petens taurus, ipſe quidem lapidatus moriatur, & neq; ad cibũ vtilis habeatur. Si vero culpabilis etiam approbetur dominus præſcius eius naturæ, nec cauens, & ipſe moriatur: tanquam ipſe eius qui à boue peremptus eſt, autor mortis extiterit. Si vero ſeruum vel ancillam bos perimat, ipſe quidem lapidetur. triginta vero ſiclos eius domino, lapidati dominus dare damnetur. Bos autem ſi à boue percuſſus mortuus fuerit, vendatur, & qui mortuus eſt, & qui percuſſit: & pretium amborum eorum domini ſibi diſtribuant.

Habent præterea Germani peculiaria ſua prouerbia à boue facta, ex quibus nonnulla coronidis vice hîc adiecimus. Præponemus autem Latina vel Græca eodem ſenſu vſitata, ſine bouis mentione. Deo volente, vel vimine nauigabis. Vueſtphali dicunt. *Vuan Gott vuil ſo kalbet ouch vuol ein ochſe*: Si Deus voluerit etiam bos vel taurus fœtabit. Anus bacchatur: Vueſtphali, *Due olde koe vuil brſten*, Vacca vetula mordere vel mortificatim ludere appetit, in præter ætatem indecorè laſciuientes Camelus ſaltat. Germani, Vacca in grallis (vt quidam vocant) incedit. Dij bona laboribus vendunt: Germani, *Gott gibt einem vuol ein ochſen, aber nit bey den hoernren*, Deus bouẽ aliquando donat, ſed non cornibus apprehendendum. Non temere eſt quod vulgò dictitant: Germani. *Man heiſſet ſelten ein kou blümlin, oder blume, ſy hab dann ein punten flecken*. Bos rarò floris nomine appellatur, niſi macula vel vna inſignis ſit. Solent enim ruri maculoſas vaccas flores appellare noſtri. vt alias alijs nominibus, *bläſſle, hoernle, moetſchie*. Rem odioſam & moleſtiam quam quis maxime fugiat, deſiderari dicimus vt veſpæ à vaccis: *Er lauffi jm nach vnie ein kou den vneſſpuren*. Hominem qui immoderate & vno hauſtu plurimum bibat, ἀμυδὶς πίνειν dicunt Græci, noſtri inſtar vaccæ, *truncken vie ein kou*. Sic & Nicander in Theriacis de percuſſo à dipſade:

Λυτὰς ἐγὼ κύτε ταῦρος· ἐπὴρ πατρώιος ἐνδοθι πίνων Χανδὸν, ἀμὶς δὲ μέσην τε καὶ ἰξύας ἔπτυσε πηδῷ.

Hæc hactenus de boue & vacca dixerim: quibus immorari prolixius volui: quoniã bos principatum inter animalia homini vtilia ſemper obtinuit: & cum Heluetia noſtra boum armentis abundet, copioſius de eis ſcribendum mihi exiſtimaui. Multo enim vtilius iudico noſtratium animalium naturas habere perſpectas, quam ijs neglectis aut parcius tractatis, moram in peregrinis facere.

DE TAVRO.

A.

TAVRVS bos eſt ad procreandum reſeruatus, dux & maritus vaccarum. Accipitur etiam ſimpliciter pro forti boue, Vergilius Georg. 1. Ergo age terræ Pingue ſolum primis extemplo à menſibus anni Fortes inuertant tauri. Sed nos hîc tantum de proprie dicto tauro loquemur, non de boue caſtrato. Quæcunq; de boue in genere afferri poſſunt, quorum plurima ad tauros etiam pertinent, iam ante diximus. Græci etiam ταῦροι vocant, βοῦν τέλειον καὶ ἐπίχλων, id eſt bouem marem, adultum (vt à vitulo & iuuenco differat) & non caſtratum. Ebræi taurum vocant שׁוֹר, aliqui bouem ſimpliciter interpretantur. Vide ſupra in Ebraicis nominibus bouis. Matthæus Syluaticus taur exponit taurum, nimirum ex Arabica dialecto: nam & Chaldæi tor appellant אבר abir robuſtum ſignificat, & per excellentiam vel antonomaſiam abirim numero multitudinis, pro tauris robuſtis exponitur Pſal. 22. alij caballos reddunt. Italicè toro. Gallice toreau. Germanice *einſtier, ein vuucherſtier, das vuucher, ein mummelſtier, ein hagen*. Aliqui taurum non caſtratum vocant *varren* vel *farr*, forſan à par Ebraica voce, quæ & iuuencum & bouem ſimpliciter ſignificet: alij *ein bullen*: nam & Angli dicunt a bulle, vt Illyrij *vul* bouem in genere: idem taurum iunecz quaſi iuuencum.

B.

Taurus animal robuſtiſſimum, præcipue colli & capitis robore valet: & frontẽ validam pugnæq; idoneam habet. Cornua eis infeſta natura dedit, Plin. Ea quam vaccis robuſtiora ſunt, Ariſtotele teſte. minora etiã tenuioraq; quam bubus, vt Plinius ſcribit. Plura vide ſupra in Boue in B. Homines caſtrati ita commutãtur, vt etiam cæterarum animantiũ quæcunq; caſtrata. Nam & tauri, & verueces ſua cornua è contrario gerunt: quòd fœminæ quoq;



torum contra,quàm mares armantur cornibus. Itaq; illi maiora excisi gerunt,hi minora. Aristoteles sectione 10. problemate 38. Et mox iterum eiusdem sectionis problemate 56.eandem dubitationem soluit cur boues castrati maiora cornua gerant. Tauri potissimum neruosi sunt,& durioribus quàm castrati neruis. Cor etiam eorum neruosum esse in Boue dictum est. Collopa Græci vocant pellem in ceruice bouis,vnde colla,id est glutinũ fit, vt mox explicabimus capite quinto. Taurorum sanguis fibris refertus est: quare omnium celerrime coit & durescit,Aristot. Et alibi. Tauro & asino,inquit,inter ea quæ animal generant,crassissimus & nigerrimus sanguis est. Venenosam eius naturam,& contra eam antidota capite 7.referemus. Arnobius libro 7.ridens antiquorum superstitiosa sacrificia: Non enim placet,inquit,carnem strebulam nominare,quæ taurorum è coxẽdicibus demitur. Strebula authore Festo,lingua Vmbrorum appellabãtur partes carnium sacrificatarum. Taurorum colla & truces in sublime iactus,tigrium rapinas,&c. miramur,cum rerum natura nusquam magis quàm in minimis tota sit,Plin. In felle bouis inuenitur lapis,quem Arabes Guers appellãt,de quo supra in G. diximus. Syluaticus tauri fel priuatim mamacur vocari meminit: vide infra in G. Mense Martio,cui cordi est armenta construere,tauros comparabit, aut his signis à tenera ætate summittet: vt sint alti,membris amplissimis (ingentibus) moribus placidis,media ætate (& magis quæ iuuentute minor est,quàm quæ declinet in senium, cætera ferè eadem omnia in his obseruabimus,quæ in bubus eligendis: neque enim alio distat bonus taurus à castrato,nisi quòd huic torua facies est,vegetior aspectus,breuiora (parua) cornua,torosior ceruix, & ita vasta, vt sit maxima portio corporis, ventre paulò subsidentiore,qui magis rectus,& ad ineundas fœminas habilis sit,Columella & Palladius. Addunt alij,generosum taurum probari,si facies sit minax: si anteriores pedes fortiter figat ac terram fodiat: si cauda erecta, sed modice incuruata sit: si cornua in promptu ad feriendum. Obseruandum est inquit Varro,vt boues mares seminis boni sint,quorum & forma est spectanda,& qui ex his orti sunt,vt respondeant ad parentum speciem. Et præterea quibus regionibus nati sunt,refert. Boni enim generis in Italia, pleriq; Gallici ad opus Contra iugatorij Liguslici. Transmarini Epirotici non solum meliores totius Græciæ,sed etiam Italiæ,tametsi quidam de Italicis, quos propter amplitudinem præstare dicunt,ad victimas farciunt,atq; ad deorum seruant supplicia: Qui sine dubio ad res diuinas propter dignitatem amplitudinis, & coloris præponendi. Quod cò magis sit, quòd albi in Italia non tam frequentes quàm qui in Thracia,vbi alio colore pauci, Varro.

Diuersa boum genera proposuimus supra in Boue cap.2. Cæterum Oppianus poëta Græcus libro 2.de Venatione,vbi de tauris scribit, non boum sed taurorum (tauri nimirum nomine tanquam digniore omne bubulum pecus complectens) diuersa facit genera: & primum Ægyptios commemorat tauros, non aliter quàm nos boues supra: mox etiam Phrygios similiter,qui colore sint [illegible],id est,flauo & flammeo. Deinde Aonios, Armenios, & Syrios similiter, vt nos supra ex Æliano. Syrios quidem etiam Assyrios & Pellæos vocat,& in Cherronesso nasci scribit: atque hos ipsos esse, quos Herculem Geryoni in Erythea abstulisse fama sit. Est autem Pella ciuitas Syriæ quæ aliàs Apamea,à Pella Macedoniæ sic dicta,& Berenice postea,Stephanus. Idem. Cherronesum Syriæ ciuitatem, eandem Apameæ facit. Secundum alios,Pella Cœlesyriæ ciuitas est, quæ & Bũtis vocabatur. Pausanias tamen sentire videtur, Herculem boues ex Macedonica Pella abegisse.cum loca circa Ambraciam atq; Amphilochos Geryonem imperio tenuisse tradat. Æthiopici tauri Pausaniæ rhinocerotes sunt: vt boues luci, elephanti Vnde apparet bouis & tauri nomen ad quadrupedes syluestres maiores diuersorum generum à veteribus applicatum fuisse. Cibyratici tauri apud Suetonium in Gordianis,nominantur à Cibyris. Stephanus Cabalidem vrbem esse docet prope Cibyram, iuxta dorsum Mæandri, & Cibyriatas à Lydis ortos esse,qui regionem illam occupauerint. Meminit etiam Strabo.

C.

Vita bubus fœminis quindecim annis longissima,maribus viginti: robur in quinquatu,Plin. Græcis sacrificaturis

turis moris erat, tauros explorare farina appoſita. Nam ſi guſtare abnuiſſent, concipiebant inde, haud valere ſatis, Cælius. Laſer è ſilphio cauernis dentium in dolore indi cera incluſum, Plinius non ſuadet: quoniam tauros inflammet naribus illitum, & ſerpentes auidiſſimas vini admixtũ rumpat. Si tauris oleo roſaceo nares inunctæ fuerint, obtenebrantur, Africanus in Geoponicis. Coire tum mares, tum fœminæ anno ætatis primo peracto incipiunt, quoad facultas ſit procreandi: verũ quod magna ex parte ſit, vel anniculi, vel nacti octauum menſem Venerem adeunt. Sed enim quod maxime confeſſum habemus, bimatu generant, Ariſtot. Qui quadrimis minores ſunt (qui annum ſecundum non attigerint, Didymus) maioresq; quam duodecim annorum, prohibẽtur admiſſura illi, quoniam quaſi puerili ætate ſeminandis armentis parum habentur idonei: hi, quia ſenio ſunt effœti, Columella. Idem de vaccis intelligendum eſt, Didymus. Generationem quadrimi implent, & ſingulis denæ eodem anno traduntur, Plinius. Tauri duo ſufficiũt matribus ſeu matricibus ſeptuaginta, vide ſupra in Boue cap. 3. Duobus ante congreſſum menſibus cũ vaccis tauri paſci non debent: deinde admittendi ſunt, nec impetus eorũ coercendus. Sunt autem explendi herba. Quod ſi paſtura non ſatis eſſe videatur, cicera, aut orobos, aut hordeum macerare, & eis offerre conuenit, Didymus. Tempus admiſſuræ optimum, medium veris. Neq; enim omni anni tempore Veneris libidine flagrat, ſed decurſo breuiter laſciui ardoris ſpacio, aliàs ſemper tanquam ratione quadam & modo ſe à coeundo abſtinet. Salax minimè inter mares bos eſt, Ariſtot. Poſt conceptum vaccæ, nunquam cum illa coit. Quamobrem Aegyptij virum fortem eundemq; temperatum ſignificaturi, taurum integræ valetudinis pingunt, Horus. Tauri non ſæpius quàm bis die ineunt, Plinius. Seniores nec ſæpius quidem fœminam eandem, codẽ ſuperueniunt die, niſi ex interuallo. At iuniores, & eandem ſæpius cogunt, & pluries petunt ac ſuperueniunt, vigoræ ſuæ ætatis, Ariſtot. Taurus tanto ardore genitalem nerum contendit ad vaccã adiunctus vt ſine motu vllo ſemen emittat ac ſi à muliebri genitali neruus in aliam corporis partem aberrauerit, vaccam rigidiſſima intentione vulnerat, Gyllius ex Hero Apolline. Bos vno initu impletur: idq; merito, agit enim tam vehementer, vt fœmina vix tolerans ſuccumbat, Ariſtot. Taurorum ceruorumq; fœminæ vim non tolerant ea de cauſa ingrediuntur in conceptu. Plin. Boues laborioſius quàm equi coeunt, Ariſtot. Si forte conceptio pererrauerit, vicesimo poſt die marem fœmina recipit, Ariſtot. vel repetit, vt Plinius. Quod ſi tauri ad coitus torpeſcant, caudam (*cocan*: accipitur autem hoc loco pro genitali) ceruinam vrens & cõterens, atq; læuigaos cum vino, pudendum tauri atq; teſticulos vngito: cõfeſtimq; vel ad inſaniam vſq; pruriet in Venerem. Quod quidem haud in tauris duntaxat, ſed etiã in animalibus cæteris, in ipſoq; hominũ genere ſimiliter vſu veniet. Soluit autem pruritum illum exobitantem, oleum inunctũ. Iam vero polyſpermos, polygonusq; vocata herba, animalia ipſa reddet multis numeris fœcundiora. Quintilij. Ego vnam & eandem herbam vtriſq; nominibus iſtis intelligo: Quanquam cratæogonon quoq; diuerſam à polygono herbam, & polycarpon appellari, & fœcunditatem augere inueniam. Taurus tempore coitus tantum cum fœminis paſcitur, cæterosque oppugnat mares: temporibus cæteris mares inter ſe conuerſantur: quod coarmentari dicitur. Iam Epiri prouinciæ tauri ſæpius trimeſtri temporis ſpacio non apparent, Ariſtot. Per libidinem tauri efferantur, vt etiam arietes, & hirci. Qui enim ſuperiore tempore ſocij iugi concordia paſcerentur, coitus tempore diſſident, & alter alterum libidinis rabie inuadit, Idem. Coit qui vicerit: cumq; is Venere iam debilitatus languerit, aggreditur victus ille languentem, & plerunq; ſuperat, Ariſtot. Hanc taurorũ concertationem elegantiſſimus poeta Oppianus lib. 2. de Venatione pulcherrimè deſcribit, quem locum vt à Petro Gyllio tranſlatus & Aeliani hiſtoriæ de animalibus hiſtoriæ interpres eſt, huc apponam. Sequitur (inquit) vt dicã quemadmodum pro vaccis taurorum maxime riualis & perpugnax natio, acerrime inter ſe certet. Vnus præſtantiſſimus in minorum taurorum & vaccarum armentum dominatur. Hunc magnum regem perhorret grex armentorum cornibus armatum. vaccæ hunc maritum ſuum impotenti ferocitate exultantem, eo maxime tempore timent, cũ diuerſorum armentorum tauri alij in alios mugiunt, & ab reliquis ſeparati, ceruicem iactantes inter ſe minitantur. Tum ſanè vtrinq; vehemens inſtat pugna. Primum infeſto obtutu inter ſe intuentur, atq; agreſti iracundia ardentes, ignem naribus ſpirant, & terram pedibus ſpargunt, & puluerulenta iactatione, & martiali ſpiritu contentiſſime vociferans vterque prouocat alterum. Ac poſteaquam tuba ſignum dederunt, ad pugnam acerbam effreni impetu ruentes, inter ſe mutuis vulneribus cædunt. Et quemadmodum in pugna nauali duæ præſtantes naues permultis militibus armatis fulgentes, & vehementi vento & remis propulſæ, contrarijs proris roſtra inter ſe mutua allidunt & concrepant armis, & ſtrepitu virorum: ſic taurorum in cœlum tandiu ſonitus fertur concurrentium, dum eorum alteruter ex certamine victoriam retulerit. Victus cum dolens de pugna à ſe male pugnata, tum verecundans in armento comparere, in ſyluam proficiſcitur, & ſeparatim à cæteris paſcitur, ac in montibus aliquandiu ſe tanquam athleta quiſpiam exercet, dum collegerit vires, quibus cum ſe confirmatum ſentit, ſtatim vociferatur, adeò vt ſylua ad eius mugitus vehementer reſonet: Ac poſteaquam validiorẽ ſuum quàm hoſtis mugitum eſſe perceperit, iam robori ſuo confidere incipit, & ad prælium deſcendens, facile antè victorem vincit, vt qui paſtionibus ſe exercuerit, & remotus ab omni Venere virium eneruatrice vixerit, Hactenus Gyllius ex Oppiano. Nos pauca circa poſtremam partem Græcis collata emendauimus: Rem eandem Vergilius Georgicorum lib. 3. tanta virtute poetica deſcribit, vt temperare mihi nequeam, quin ea quoq; operi noſtro aſciſcam:

Sed non vlla magis vires induſtria firmat, (al' ſeruat)
Seu boum, ſiue eſt cui gratior vſus equorum.
Paſcua, poſt montem oppoſitum, & trans flumina lata:
Carpit enim vires paulatim, vrutq; videndo
Dulcibus illa quidem illecebris. Et ſæpe ſuperbos
Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca:
Vulneribus crebris: lauit ater corpora ſanguis:
Cum gemitu reboant ſyluæq; & magnus Olympus:
Victus abit, longeq; ignotis exulat oris:
Victoris, tum quos amiſit inultus amores:
Ergo omni cura vires exercet: & inter
Frondibus hirſutis, & carice paſtus acuta:
Arboris obnixus trunco, ventoſq; laceſſit
Poſt vbi collectum robur, viresq; receptæ;
Quam Venerem, & caci ſtimulos auertere amoris:
Atque ideo tauros procul, atq; in ſola relegant
Aut intus clauſos ſatura ad præſepia ſeruant.
Fœmina: nec nemorem patitur meminiſſe nec herbas
Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantes:
Ille alternantes multa vi prælia miſcent
Verſaq; in obnixos vrgentur cornua vaſto
Nec mos bellantes vna ſtabulare: ſed alter
Multa gemens, ignominiam, plagaſq; ſuperbi
Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit auitis.
Dura iacet pernox (al' pernix) inſtrato ſaxa cubili;
Et temptat ſeſe: atque vrgſcim cornua diſcit.
Ictibus: & ſparſa ad pugnam proludit arena.
Pugnã monet: præcepsq; oblitum fertur in hoſtem.

Finitur

Fluctus vt in (al. vti) medio cœpit enim albescere ponto
Longius, ex alto q; sinum trahit: vtq; volutus
Ad terras, immane sonat per saxa: nec ipso
Monte minor procumbit: at ima exæstuat vnda
Vorticibus, ingrauq; alte subiecta (al. subnectat) arenam.

Plura vide infra in prouerbio, Abiit & taurus in syluam. Quàm acutè taurus audiat vaccam tempore libidinis mugientem, & spatio vel longissimo accurrat, in Boue supra dictum est cap. 3. Græci asserunt, si mares creari velis, sinistrum tauri in coitu ligandum esse testiculum: si fœminas, dextrum: tamen tauros diu ante abstinendos (Venere) vt cum tempus est acrius in causas dilati feruoris incumbant, Palladius in Martio: & Africanus in Geopon. Græcis: qui & hæc addit: Vt masculus nascatur, spirante Borea quidam congressus præparant: vt fœmina, Austro. Si tauri pos coitum ad dextram partem abeant, generatos mares esse tradunt: si in læuam, fœminas, Plinius: & Horus in Hieroglyphicis, Quamobrem Ægyptij, inquit, mulierem quæ filiam pepererit, significaturi, taurum 1
pingunt sinistrorsum respicientem: sin filium, taurum qui se vertat dextrorsum. His similia, vel eadem potius, de equis etiam scribunt authores, quantum attinet, inquam, ad curandum, vt mas vel fœmina procreetur, vel vter sexus conceptus sit, discernatur, vt in Equo referemus cap. 3. In Gallia circa Gratianopolin muli vel inni genus nasci audio ex asina & tauro, quod vulgò iumar appelletur. Apud nos etiam viros fide dignos affirmantes audiui, visum sibi equum ad pedem montis Spelugi (vt nos vocamus) in Rhætia ex equa & tauro generatum.

D.

Tauris in aspectu generositas, torua fronte, auribus setosis, cornibus in procinctu dimicationem poscentibus. Sed tota comminatio prioribus in pedibus stat, ira gliscente alternos replicans, spargensq; in altum harenam, insperso puluere ad luctam procinguntur, Plutarchus) & solus animalium eo stimulo ardescens. Vidimus de im- 2
perio dimicantes, & ideo demonstratos rotari, cornibus cadentes excipi, iterumque resurgere, modo iacentes ex humo tolli, bigarumq; etiam cursu citato velut aurigas insistere, Plinius. Tauri animosi, iracundi, furibundiq; sunt. Sanguis enim eorum fibris refertior est, quare omnium celerrime coit & durescit, Aristot. Contra, quorum sanguis tenuis & sine fibris est, vt leporis & cerui, timida sunt. Cur taurus iratus costas per caudã verberet, in Leone qui idem facit, explicabimus. Taurus nisi castretur, ferocit & infestat cornibus: ad iracundiam facilis, præcipue si prouocetur. Extra armenta solitarius ferè, non longè tamen à vaccis pascit. Taurum color rubicundus ad iram excitat, vt amplius in Philologia dicemus. Non eadem in tauros (quæ in vaccas) exercentur imperia, qui freti viribus per nemora vagantur, liberosq; egressus reditusq; habent: nec reuocantur, nisi ad coitus fœminarum: Columella, cum dixisset de vaccis crepusculo reuocandis sono buccinæ. Animalia fortia grauiorem habent vocem, vt taurus & leo: timida acutam, Aristoteles in Physiognom. Nos in boue supra, ex ipso etiam Aristotele, docuimus 3
tauri vocem acutiorem esse quàm vaccæ. Proinde illam hoc in loco comparatione aliorum animalium grauem dicemus, non item vaccæ. Cui obiectioni forsan vt occurrat, mox addit: Verum præstiterit fortassis non ex acumine aut grauitate vocis, animal timidũ aut forte iudicare: sed validam vocem fortitudinis, remissam & infirmam timiditatis signum faciemus. Θυμοειδῆ, id est, animosa sunt, quorum crassa & plena ceruix est: referuntur enim ad tauros animosos, Arist. ibidem. Taurus animo incitatus, eo impetu cornibus appetit, ea impotentis animi effrenatione fertur, nihil vt eum, neq; bubulcus, neq; metus vllus reprimere queat. Atqui eum quidem ipse homo sistit, atq; ab impetu continet, si dextrum ipsius genu fascia deligauerit, Ælianus. Hinc est forte quod Rasis scribit, bouem ferum si funelaneo ligetur, mansuescere. Caprificus tauros quamlibet feroces collo eorum circundata, in tantum mirabili natura compescit, vt immobiles præstet, Plinius. Huius rei rationem Cælius Calcagninus inquirit libro 2. epistolarum. Gyllius ex Plutarcho citat, si ad ficum (non caprificum, vt alij) alligetur, mansuescere. 4
Ego de caprifico intelligere malim: Nam & caules caprifici, si carni bubulæ inter elixandum addantur, vt Plinius alibi scribit, magno ligni compendio eam percoquunt. Hominem nouissima calamitate castigatum designaturi Ægyptij, taurum pingunt, caprifico illigatum: hic enim cum mugit, si de caprifico ligetur, redditur mansuetus, Horus Apollo. Mithridates Ponticus cum somnum caperet, sui corporis custodiam non modo armis & satellitibus excubitoribus committebat: sed & tauro & equo & ceruo, quos mansuefactos habebat. Ij enim ad custodiam eius dormientis aduigilantes, si quis accederet, illius sensum ex ipsa respiratione quam mox percipiebant, atq; illo mugitu alter hinnitu, alius sua propria voce, eum à somno excitabant, Ælianus. Taurum vrsus aperto Marte aggreditur, conserta iam pugna, sternit se resupinum, dumque taurus ferire conatur, ipse suis brachiis amplectitur cornua, ore morsum armis dehgit, prosternitque aduersarium, Aristoteles. Vrsi tauros, ex ore cornibusque eorum pedibus omnibus suspensi, pondere fatigant: Nec alteri animalium in maleficio stultitia solertior, Plinius. 5
Tauri solent diuersi assistere clunibus continuati, & cornibus facile propulsare lupos, Varro. Tauri cæteris animantibus satis mansuetos se prębent, præterquam illis, quæ rapacitate alias adoriuntur. Has viribus coniunctis sæpe impugnant: & linguas in certamine exerunt, Author obscurus. Elephantos Romæ aduersus tauros pugnasse Lucullorum ædilitate curuli Fenestella tradit, Plinius. Vrsi siquando tauros aggrediuntur, sciunt quibus potissimum partibus immorentur, nec aliud quam cornua aut nares petunt, &c. Vide in Vrso D. Tauro & asino aduersarius est coruus: quippe qui aduolans feriat, & eorum oculos laceret. Tauri quomodo ab aquila germana siue chrysæto inuadantur, vide in aquila D. ex Æliano.

E.

Boum coriis glutinum excoquitur, taurorumq; præcipuum. Præstantissimum fit ex auribus taurorum & genitalibus. Nec quicquam efficacius prodest ambustis. Sed adulteratur nihil æquè, quibusuis pellibus inueteratis, 6
calciamentisq; etiam decoctis. Rhodiacum fidelissimum, eoq; pictores & medici vtũtur. Id quoq; quò candidius, eò probatius. Nigrum & lignosum damnatur, Plinius: Et alibi, Ichthyocollam (inquit) quidam ex ventre piscis eiusdem nominis, non ex corio fieri dicunt, vt glutinum taurinum. Collan, id est, glutinum, aliqui xylocollan vocant, quod in ligno ferruminãdo eius sit vsus, alij taurocollan. Probatissimum Rhodium est. Ex boum coriis conficitur, colore candido, & lucem transmittit: nigrũ deterius, Dioscorides. Dædalo inuentori præter serrã, asciam, perpendiculum, & terebrum, glutinum quoq; debemus (teste Plinio) quo tenaci nexu hærerent simul quæ alia ratione coniungi aptius non poterant. Inest coriis omnibus mucosus lentor, aliis minor, aliis copiosior, vt in bubus: ex quo glutinum faciunt. Fabri affirmant, vbi conglutinata sunt ligna minus frangi, quàm vbi continua. Collopa Græci vocant pellem taurinæ ceruicis (vel partis inferioris in ceruice) vnà cum pinguedine adhærente, vnde prisci collabos faciebant. Alij suum & boum duriora coria circa collum interpretantur, vnde collabi fierent. 7

Sunt

Sunt autem [illegible] fidium epitonia, id est clauiculi in cithara, quibus intenduntur & remittuntur fides. Κόλλα & [illegible] pellis in docto bouis, vnde gluten conficiebant: Κόλλα, coriorum quædam segmenta ex quibus glutinum coquitur. Syluaticus triasel taicum (nescio qualem vocem, crediderim autem à taurocolla corruptam) gluten taurinum exponit. De glutinandi ratione docet Plinius lib. 16. cap. 43. Glutinum vulgare è pollinis flore temperatur feruente aqua, minimo aceti asperſu. Nam fabrile gummisque fragilia sunt, Plin. Et alibi, Scammonium (inquit) laudatur Colophonium, Mysium, Prienense: specie autem nitidum & quàm simillimum taurino glutini. Taurorum felle aureus ducitur color, Plinius. Hermolaus addit, æramentis atq; pellibus, qualia cholobaphina cognominant. Χολοβαφῆ δ' [illegible] καλοῦσι τὰ τοιαῦτα τῶν ἀργυρικῶν ἐκμαγείων, Pollux. Et Plinius alibi, Taurino præcipua potentia, etiam in ære, pellibusq; colore aureo ducendis. Item, Aes coronarium tenuatur in laminas, taurorumq; felle tinctum speciem auri in coronis histrionum præbet. Ad faciem ornandam, hepar tauri terito cum oleo illinito autem cum vino meraco, fel verò furfures extergit, Hippoc. de morb. mul. lib 2. Ad faciendum capillos albos, stercus hirundinis terens cum felle tauri, vnge, Gal. cup. 2. Taurea, scutica ex corio bubulo: Iuuenalis Sat. 6. Taurea punit Continuo flexi crimen facinusq; capilli. Malthæ calidariæ ad balnea compositio huiusmodi est, sanguini taurino & oleo florem calcis admisce, & rimas coniunctionis obducito. Itē ficum, & picem durā, & ostrei testas siccas simul tundes. His omnibus iuncturas diligenter adlines, Palladius lib 1. Tit. 41. Ex eodem frigidariæ malthæ compositionem, quæ cum cæteris sanguinem bubulum recipit, supra posuimus in Boue. Est sanè malthis aptus bubulus sanguis, quòd quam cæterorum animalium crassior sit, & cito coeat dureturq; præcipuè taurinus, qui eo nomine etiam inter venena est: ideoq; is calidariæ malthæ, vbi crassior & firmior materia requiritur, frigidariæ autem bubulus simpliciter additur. Epigrammatum Græcorum lib. 1. sect. 33. extat epigramma Philippi in tauros, qui trahebant naues.

F.

Tauris Aegyptij vescebantur, vaccis non item, vt supra diximus. Hircorum caro tum ad coquendum, tum ad succum bonum generandum, est deterrima: hanc sequitur, arietum, post, taurorum. Porrò in ijs omnibus carnes castratorum sunt præstantiores: vetulorum autē pollinæ, tum ad coquendum: tum ad succum bonum generandum, tum ad nutriendum, Galen. lib. 3. de alimentorum facultatibus.

G.

Serpentium senectus in pelle taurina adalligata spasmos fieri prohibet, Plin. Taurini cornu scobs cum aqua pota, sanguinem profluentem sistit, Galenus & Rasis. Similiter sumpta ventris etiam profluuium sæpenumero cohibet, Galenus. Taurini cornus veteris ex parte ima cinis, insperſus potioni aquæ, aluum sistit, Plinius. Tauri cornu combures eo loco vbi serpentes fuerint, & statim fugient, Sextus & Aesculapius. Sanguis taurinus discutit mollitq; durities cum polenta illitus, Dioscorides. Panos & apostemata in quacunq; parte taurinus sanguis aridus tritus discutit, Plinius: qui idem etiam de bubulo simpliciter eodem in loco tradit. Galenus de medicam. simplicium viribus lib. 10. cap. 4. reprehendens curiosum vsum ex sanguine animalium quorundam, quorum loco faciliora paratu alia & præstantiora medicamenta habemus: Vrsorum (inquit) sanguis, si abscessibus imponatur, fieri potest vt concoquat. Adijciam vero etiam caprinum, hircinum, taurinum. Licetq; tibi, si voles, præteritis sexcentis medicaminum parabilium, quibus concoquuntur abscessus: vrsos, tauros ac hircos mactare, quolibet scilicet vsu: Nec enim quispiam semel impositio in partem medicamento, promissum eius exiget: nec etiam si refrixerit vt iam cogatur. Tauri sanguis serpentes necat, Aesculap. Maculas omnes illitus de facie tollit, Sextus & Aesculapius. Calidus ossa fracta fomentant, Innominatus: fortè legendum serruminat. Si sanguis reijciatur, efficacem tradunt bubulum sanguinem, modice & cum aceto sumptum: Nam de taurino credere temerarium est, Plin. Taurinus sanguis aridus tritus contra parotidas prodest, Plin. Magnificant quidam aduersus podagras sanguinē tauri per se, Plinius. Sanguis taurinus ad podagram equi, in Hippiatricis. Aridus cū cotyledone herba phagedænis & fistulis immittitur, Plinius. Antidota aduersus taurini sanguinis venenum, vltimo huius capitis loco profetam. Taurinæ pinguedinis frequens medicis vsus est, quamobrem quomodo ea præparetur, & odoramentis imbuatur, repetam hic ex Dioscoride, præsertim cum ad aliorum quoq; animalium pinguedines idem apparatus ex æquo pertineat. Priuatim (inquit) taurorum pingue sic curari debet. Renibus euulsum pingue profluente amnis aqua abluito, detractisq; tunicis, lictili nouo, postquam exiguum salum insperseris, liquefacito: dein in nitentem aquam excolato, & vbi concrescere cœpit, manibus iterū confricando vehementer lauato, aqua sæpius infusa refusaq;, donec quamoptimè elotum videatur, rursus in olla cum pari modo vini odorati decoquito, & cum iterum efferbuerit, dempto ab igni vase, ibidem finito pernoctare: postridie si grauiter adhuc oleat, noua olla repetitū, vino odorato perfundatur: eadem quæ prius fiant, dum omne virus euanescat. Colliquatur & sine sale, præsertim affectionum earum causa, quibus sal aduersari solet, sed ita paratum nō magnopere albescit. Eodem modo pardorum (παρδάλεων, id est pantherarum, vt etiam Plinius habet, & capitis in Dioscoride titulus) ac leonū pinguia curari oportet: (In Græco additur, & apri, & cameli, & equi, & similia: quæ verba interpretes omittunt, eam nimirū ob causam quòd in titulo capitis non habeantur: Plinius tamē cameli adipem similiter curari testatur.) Hæc Dioscorides, ex quo supra etiam bubuli seui curationem seorsim dedimus. Nunc eadem de re Plinium audiamus: Quæ ratio adipis (inquit) eadem in his quæ ruminant, seui est, alijs modis non minoris potentiæ. Perficitur omne, exemptis venis aqua marina vel salsa lotū, mox in pila tusum, aspersum marina. Crebro postea coquitur, donec odor omnis aboleatur. Mox adsiduo sole ad candorem reducitur. A renibus autem omne laudatissimum est. Si vero vetus reuocetur ad curam, liquefieri prius iubent: mox frigida aqua lauari sæpius, dein liquefacere affuso vino quamodoratissimo. Eodemque modo iterum ac sæpius coquunt, donec virus euanescat. Multi priuatim sic taurorum leonumq; ac pantherarum, & camelorum pinguia curari iubent, Vsus dicetur suis locis. Plinius. Cæterum odoramentis imbuendi, taurinum & vitulinum nec non ceruinum pingue, & eiusdem animalis (cerui) medullam, ratio hæc est. Pingue quod odoratum reddi debet, demptis, quo diximus modo, membranis, elotum & vino quamodoratissimo, nulla maris aqua diluto, feruefactum, pernoctare finitur: alterum id genus vinum eadē mensura infunditur, colliquatur, & exquisite colatur: nouemque eius heminis, iunci Arabici septem drachmæ adijciuntur. Quod si ipsum odoris fragrantioris fieri voles, quadraginta floris eiusdem drachmæ, cum paribus palmæ, calami, & casiæ modis adiuntur, & xylobalsami, aspalathi singulæ drachmæ, cinnamomi, cardamomi, & nardi, singulæ vnciæ. Omnia exactius tunduntur, & affuso vino odorato, in vase operto, quod supra carbones firmiter collocatum

collocatum ſit ter efferueſcunt,& ſemoto ab igni vaſe inibi pernoctant:poſtridie vinum effunditur aliudq; generis eiuſdem adijcitur: ter ſimili modo bene conferueſcat: deinde matutinis exempto adipe vinum effundatur: & abluto vaſe,ſi quid imo ſubſidens hæſit, detergatur: poſtremò cliquatum pingue & excolatũ,ad vſus reconditur. Hoc autem modo odoramentis imbuitur, quod antea curatum eſt: verum ante dicta prius inſpiſſari ſolent, quò facilius ſibi odoramentorum vires adſciſcant. Itaq; aſſumens quodcunq; horum voles,cum vino feruefacito, impoſitis vnà myrti ramulis,ſerpyllo,cypero,item alpalatho pleniu: tuſo:aliqui tamen ad hunc vſum,vno duntaxat horum contenti ſunt: cum autem ter efferbuit,exemptum leniter & linteo colatum, aromatis, vti expoſitum eſt, imbuitur,Hactenus Dioſcorides. Nunc de adipis ſiue ſeu taurini facultatibus in genere primum agemus ex Galeno:deinde particulatim ex diuerſis authoribus. Galenus igitur lib.11. de ſimplicũ pharmac. facultatibus cap.4 Taurorum adeps (inquit) ſuillo multò calidior eſt & ſiccior. Hoc interim addendum, marem fœmina eſſe tum calidiorem,tum ſicciorem: marem autem caſtratum adſimilari fœminæ,velut quicquid iuuenilis eſt ætatis. Et inter iuuenilia fœmina mare humidior eſt,& minus calida. Sic & adeps vitulinus taurino minus tum calidus eſt,tum ſiccus. Cæterum quanto ſiccior calidiorq; ſuillo eſt taurinus adeps, tanto ſuperatur à leonino. Itaq; tanquam in medio conſiſtens, merito vtrique medicamentorum miſcetur generi, & ei ſcilicet quod ſcirrhoſis medetur: & ei quod phlegmonas concoquit. cuiuſmodi eſt tetrapharmacum quod vocant,ea cera, reſina, pice,& adipe cõſtans. Nam ſiue in hoc taurinum,ſiue vitulinum,ſiue hircinum,ſiue caprinum,ſiue ſuillum indideris, ſemper puri mouendo aptum,& concoctorium medicamen effeceris. Taurinus tamen foſſoribus & meſſoribus, & omnibus carnem duram habentibus ſiue ob naturalem temperiem,ſiue ex ratione ac forma vitæ, magis conuenit, Hæc Galenus: & alia quædam de adipe in genere: quibus explicatis reprehendit illos qui aſtringendi vocabulo apud Græcos abutuntur: ex quibus etiam Dioſcorides non recte caprinum adipem ſuillo magis aſtringere ſcribit: item taurinum,bubulum,& vitulinum aliquantum aſtringere (quanquam poſterioris huius dicti Galenus illic non meminit) cum potius aliquid caloris & acrimoniæ habere dicendum ei fuiſſet: & caprinum ſuillo acriorem eſſe, & calidiorem ſiccioremq;. Vincit maculas in facie taurinum ſeuum vitulinumúe fel, cum ſemine cunilæ, ac cinere è cornu ceruino,ſi canicula exoriente comburatur,Plinius. Compoſitioni cuidã ad alopecias miſcet adipem taurinum,Galen. Sepum tauri cum reſina & creta Cimolia impone omnẽ duritiem diſcutit,Sextus. Aeſculapius ſimiliter, niſi quòd pro creta Cimolia ceram habet: quod magis probo, cum ad Galeni iam dictum tetrapharmacum accedat. Arborum reſinæ panos & ſimilia cum ſeuo taurino & melle ſanant,Plin. Parotides miro remedio comprimit adeps vrſinus,pari pondere cum ſeuo taurino & cera permixtus, atq; adpoſitus Plinius & Marcellus. Ruta emendat vitiligines, verrucas, ſtrumas, & ſimilia,cũ ſtrychno & adipe ſuillo ac taurino ſeuo, Plinius. Ad fœminarum ſtrumas cinis aſpidum cum ſeuo taurino imponitur,Plin. Podagris medetur vrſinus adeps,taurinumq; ſeuum, pari pondere & ceræ: addunt quidam hypociſthidem & gallam, Plin. Medicorum aliqui axungia ad podagras vti iubent,admixto anſeris adipe,taurorumq; ſeuo,& œſypo,Plin. Ad dyſenteriã omentum vitulinũ vel taurinum fartagine excalefactum, pectini & genitalibus impoſitum mirè medetur. Alexander Benedictus. Taurina medulla tertio loco poſt ceruinam & vitulinam laudatur: ſequuntur eam caprina & ouilla, Dioſcorides. Ex medullis optimam ſemper expertus ſum ceruinam,deinde vitulinam. At hircorum & taurorũ,tum acrior eſt, tum ſiccior. Itaq; duritiei ſcirrhoſas emollire nequit,ſi qua etiam memoria manet eorum, quæ in quinto libro de his ſunt prodita,Galenus de ſimplicib 11.5. Tauri medulla in vino trita & potata, torminoſos emendat, Sextus: Aeſculapius non torminoſos habet,ſed tremulos,ſed rectè legi poteſt torminoſos:nam & vaccarum & vitulorum medulla dyſentericos ſanat. Raſis ad neruorum contractiones ea vtitur,quanquam foris illita,his verbis: Medulla tauri ad ignem liquata ſi miſceatur quarta pars myrrhæ rubentis & olei laurini tantundem, manuſq; ac pedes inungantur diluculo & veſperi, neruorum contractiones ſoluit, lenitq; artus. Gliris pingue,& gallinæ adeps, & medulla bubulina vel taurina,liquefacta tepenſq;,infuſa auribus plurimum prodeſt,Marcellus. Taurinum iecur lento igne frictum, dentibus impoſitum,ſimul atq; tetigit, dolorem diſcutit, Gal.cap.2. Ad cæliacos: taurinos renes frictos potui dato,Gal.cap.3.

Taurinum fel Dioſcorides ouillo, ſuillo, hircino atq; vrſino præfert:& poſtea, Vrſinum (inquit) ouillumúe, eadem taurino poteſt,ſed minore efficacia. Galenus de ſimplicium pharmac. lib.10.cap.12. Taurorum bilis (inquit) calidior & ſiccior eſt,quàm boum caſtratorum. Et quorundam ego taurorum bilem vidi cœruleam, flaua nimirum ſuperaſſata (quod ob nimiam fatigationem,& ſitim famemq; contingit) quam medicamento præparando inijci vetui. Facile autem eſt ex colore conijcere,quodnam fel calidius acriusq; ſit,quod contra. Taurinum fel miſcetur cum melle vulnerarijs emplaſtris,theriacisq; medicamentis quæ foris inunguntur,Dioſcorid. Melle mixtum vlcera maligna ſanat,Raſis. Rodit vulnera fel,præcipuè taurinũ, Celſus. Vlcera cætera ſanantur felle taurino cum cyprino oleo Plinius cum de vlceribus crurum & tibiarũ paulo ante locutus eſſet. Contra phagedænas cum melle vtiliter inungitur, Dioſc. Phagedænis & fiſtulis immittitur cum ſucco porri aut lacte mulierũ, Plinius. Ambuſtis prodeſt fel tauri Plin. Illitum ſuper ſimiæ morſum,perſanat,Sextus. Vlcera in capite tanquam proprius morbus præcipuè infantibus naſcuntur,ſed & viros & mulieres grauiter moleſtant: hæc ergo felle taurino cũ aceto tepefacto inlita,efficaci remedio ſanantur,Marcellus. Mixtum cum nitro & vino & oleo,quod ſatis ſit, vlcera capitis vel ferueſcentem ſcabiem ſanat, Marcellus. Alopecias felle taurino cum Aegyptio alumine tepefactis illinunt,Plin. Leporinæ lanæ exuſtę cinis cum oleo myrtino & felle taurino & alumne trito miſcetur,tepefactumque medicamen illitum ad fluentes capillos admodũ prodeſt,Marcellus. Cum nitro cretáue cimolia, lepras furfuresq; efficaciſſime exterit,Dioſc. Fel tauri vel aſini,vtrumque per ſeſe aqua infractum, cutitisq; ſolibus ac ventis poſt detractam cutem,maculas in facie vincit,Plin. In faciem illitum,lentigines purgat. Comitialibus datur ſeuum caprarum cum felle taurino pari pondere decoctum,& in folliculo follis reconditum,ita ne terram attingat,potum vero ſub limine ex aqua,Plin. Alcheron,id eſt duram lapidis inſtar ſubſtantiam,quæ in felle bubulo reperitur,comitialibus prodeſſe & aciem oculorum promouere, ac ne quid humoris in oculis colligatur prohibere, ſupra in Boue docuimus ex Raſi: Quòd ſi deſit alcheron, ſubſtituetur ei ſeſquidenarius de felle tauri nigri, eodẽ authore. Felle tauri cum oui albo collyria fiunt,aquaq; diſſoluta inunguntur per quatriduum,Plin. Cum melle & balſamo oculorum vitia curat, Aeſculapius. Ego, vt apud Sextũ reperitur, potius legerim,hoc modo: Cum mulſo & melle Attico inunctum,ſuffuſionem & caliginem oculorum ſanat. Fel tauri,hyænæ,perdicis, ſcari apud Gal. . Ingrediuntur compoſitiones quaſdam oculares ad incipientes ſuffuſiones, & omnem viſus hebetudinem & cicatrices. Mulſo infuſum,& auribus inſtillatum,ſanat earum dolorem, Sextus. Aurium dolori & vitijs medetur præ-

cipuè

ciquè fel taurinum, cum porri ſucco tepidum: vel cum melle ſi ſuppurent: contraq; odorem grauem per ſe tepefactum in mali corio. Plin. Sanat purulentas aures, & in his rupta, cum caprino humanóue lacte inſtillatũ, Dioſc. Purulentæ & obtuſæ auriculæ & dolorem tollies, & auditum cõfirmatiſſimum reddes, ſi prius eluas eam ſalſere cum recenti caprino aut mulieris lacte permixto, deinde inſtilles tepidum fel taurinum cum oleo cedrino æquis portionibus mixto, Marcellus. Fel tauri confert vlceribus in aure recentibus, Auicenna. Si duæ vel tres guttæ eius inſtillentur auri tinnienti, conducit, Raſis. Cum porri ſucco ſibilis aurium medetur, Dioſcor. Ad aurium dolores, fel taurinum aut caprinum cum porri ſucco inſtilla, Apollonius apud Galenum. Fel ſeu taurinũ & caprinum roſaceo miſtum inſtillato ad grauem auditum. Idem. Efficax habetur & caprino lacte collui dentes, vel felle taurino, Plin. Contra anginas cum melle inungitur, Plinius & Dioſcor. Melle permixtum & extrinſecus faucibus appoſitum, vel pro vnguine inductum, anginas efficaciter ſanat, Marcel. Fellis taurini, ſalis, aceti, mellis, olei veteris, æquas partes in vnum miſceri oportet, & cum opus fuerit pinna perfricare fauces diutius laborantes, Marcellus. Bubuli lactis decocti potus, inter cœliacorum & dyſentericorum remedia numeratur: dyſentericis addi mellis exiguum præcipiunt: & ſi tormina ſint, cornus ceruini cinerem, aut fel taurinum cum mino mixtum, & cucurbitæ carnes vmbilico imponere, Plinius. Ad lumbricos egerendos felle taurino madefactam lanam vmbilico adpone, Marcellus. Sedis vitia vſq; ad cicatricẽ perducit, Dioſcor. Sedis vitijs præclare medetur in linteolis conceptis, rimasq; perducit ad cicatricem, Plin. Vlceribus ani prodeſt, Auicenna. Qui occluſas hæmorrhoides taurino felle aperiunt, ijs interdum imbecillum interdum vero ſupra quam conueniebat acre apparuit: facile autẽ ex colore quodnam fel vehementius, quod remiſſius ſit, diſcernetur, Galenus In lana collectum, & ſuppoſitum ano, ventrem ſoluit: Idem facit & infantibus ſuper vmbilicum poſitum, & lumbricos proijcit, Sextus Cum abſinthio tritum ac ſubditum paſtillo, aluum ſoluit, Plinius. Felle tauri vmbilicum perungito aluum ſoluet, Galen. cap. 2. Malagma purgatorium ad paruulos, ſi ob infirmitatem potionem purgatoriam bibere, aut ſiſtere nõ poſſunt: Lupinos crudos ſiccos in ollam nouam miſſos in furno torrebis, ſiccatosq; ac tunſos vel molitos cum felle taurino vel vitulino miſcebis & ſubiges: & pro malagmate ad imum ventrem, ab vmbilico deorſum verſus impones. Nam ſi ſuper vmbilicum impoſueris, ſtercus omne ſurſum vocabit: impoſitum autem deorſum verſus, & eundem detrahet & pituitam deducet, Marcellus. Ad hydropicos, Veratrum nigrũ, fel taurinũ, nitrum, piper, ſi æquis partibus cum melle aluo per dimidiæ horæ ſpatium imponito, Archigenes apud Galenum. Taurinũ fel pro peſſo ſubditur contra flatus ventris, Hippocrat. de mor. mul. Cõtra genitalium & ſeroti dolores cũ melle viriliter inungitur. Pterygia digitorum leuat aqua calida diſſolutum: quidã adijciunt ſulphur & alumen, pari pondere omniũ, Plin. Butyro & medulla ceruina & felle taurino cum oleo cyprino aut laurino perfricta genua ſanantur Marcellus. Podagris (prodeſſe aiunt magi) ſpinæ hyænæ cinerem, cum lingua & dextro pede vituli marini, addito felle taurino, omnia pariter cocta, atque illita hyænæ pelle, Plin. Illinuntur felle taurino vuluæ in dolore, Auicenna. Mulierum purgationes adiuuat lana ſuccida appoſitum. Olympias Thebana addidit hyſſopum & nitrum: Cornus ceruini cinis potus: item vuluas laborantes, illitu quoque: & fel taurinum cum opio appoſitum obolis binis, Plin. Tauri fel trium dimidiorum obolorum Atticorum pondere, in vino iciunæ bibendum dato: & efformata quoque ex ipſo catapotia deuoranda, vt menſes detrahantur, Hippocrates de natura muliebri. Fel taurinum diuerſis ad vterum medicamentis ſubdititijs idem miſcet in lib. de ſterilibus: item illitioni ad fedẽ. Cum aqua colocynthidis recentis datum mulieri in partu laboranti, cito partum educit, Raſis. Sterilitatem ob partus vexationem fieri certum eſt Hanc emendari Olympias Thebana affirmat felle taurino, & adipe ſerpentium, & ærugine, addito melle, medicatis locis ante coitus Plin. Ad extrahendum fœtum mortuum: Fellis tauri quantitatẽ amygdalæ diſſoluens in vino lymphato da cochlearia 2 bibere & emittet cõfeſtim, Gal. cap. 2. Peſſus ad cõceptum promouendum Leonis aut vrſi aut hyænæ vel ſaltẽ taurini fellis veſicam euacuato & ibidem vnguenti nardini, irini, roſacei mellis, partes æquas injicito, cumq; omnia ſimul ſuper calido cinere vntueris, ſeruato & vtere poſt menſium purgationem ante concubitum, Aetius. Fel taurinum, vel eius loco hirci ſylueſtris (τραγελαφείου.) Abſyrtus miſcet compoſitioni cuidam ad neruos equorum vulneratos cap. 85. Membrum tauri in aceto maceratum & illitum, ſplendidam facit faciem, Sextus Sic & glutinum ex genitalibus tauri, vt infra dicetur. Genitale tauri rubri aridum tritum, & aurei pondere propinatum mulieri, faſtidium coitus affert, Raſis. Recentiores quidam contrà vt in viris Venerem excitent, tauri membrum cæteris huius facultatis medicaminibus admiſcent. Montignana ad viri impotentiam palueris virgæ tauri exiccatæ ℈ i. propinat ante coitum cum vino dulci & potenti. Femora tauri (vt cornua etiam) vſta ſanguinem cohibent, Galen. Tauri fimus tumores atque duritias ſolut, Aeſculap. Cum aqua calida potatus, omnes dolores ſanat, Sextus. Calidum alopecijs imponito, Sextus. Combuſtus & aſperſus vino aut aqua feruente, combuſtum ſanat, Sextus. Fimo taurino malas rubeſcere aiunt, non crocodileam illini melius: ſed foueri frigida & ante & poſtea iubent, Plinius. Suffitu fimi, quod à maſculo boue redditum eſt, procidentes vuluæ reprimuntur, Dioſc. Tauri ſtercus ad hydropem equi adhibet, Abſyrtus. Lepras ac furfures tollit vrina tauri, vel addito nitro aſini circa canis ortum, Plinius & Marcellus. Lotio taurino caput ſi laueris, porriginem veteſtiſſimam tollit, Marcellus. Ad porriginem, vtq; non tædia animalium capillis increſcant, fel hircinũ cum vrina tauri prodeſt, Plinius. Capitis vlcera manantia vrina tauri efficaciter ſanat: ſi vero vetus ſit, etiam furfures adiecto ſulphure emendat, Plin. Vrina tauri ſi cũ myrrha inſtilletur, aurium dolores lenit, Dioſcor. Si maior ſit grauitas aurium, vrina capri vel tauri, vel fullonia (id eſt humana) vetus calfacta prodeſt, vapore per lagenæ collum iubeunt: admiſcent & aceti tertiam partem, & aliquid vrinæ vituli, qui nondum herbam degustauerit, Plin. Bialcon ad Venerem ſtimulandã tauri à coitu vrinam bibi iubet, lutoq; ipſo illini pubem, Plin. Ad eiectionem pudendi: quando taurus poſtquam coierit minxerit, terram commiſce & luto quod ſit ex vrina vnge pudendum. Galenus cap. 2. Purgatorium ſi mulier non concipiat, ex Hippocratis de natura muliebri libro: Tauri vrinam (inquit) collige trium heminarum menſura. Deinde artemiſiam herbam, aut parthenium, & adiantum, & laurum viridem, & cedri ramenta ſimul contunde. Deinde in effoſſa ſcrobe carbones accende, & impoſita olla vrinam tauri infunde, & contuſa in mortario adijce: poſtea ſellam circumpone, & artemiſiam herbam, aut hyſſopum, aut origanum impone & muliere ſuper hæc collocata, donec ſudet, foue, Vbi vero ſudârit, laua cum calida, & in lauacrum artemiſiam & laurum immitte. Deinde ſubditirium medicamentum adhibe. Aut artemiſiam, aut bulbium in vino albo tritum lanæ inuolutũ ſubdat. Hæc ad tres dies faciat, & deinde cum viro dormiat. De taurino glutino, & quodnam optimum ſit, & quomodo adulteretur, ſupra dixi cap. 5. Præſtantiſſimum ſit ex auribus taurorum & genitalibus, nec quicquam efficacius prodeſt ambuſtis, Plin. Cum melle & aceto ambuſtis illi Auicenna

cennā iubet. Scabiem hominis aholet in aceto liquefactum, addita calce, Plin. Cum aceto illitum impetiginē tollit, & scabiem si profunda non fuerit, Auicenna. Aceto remissum, adiecto sulphure viuo leni igne decoctum, ità vt ad mellis crassitudinem perducatur, furculoq; ficulno dum coquitur agitatum, ac bis per diem impositum, impetigines agrias, id est feras, potentissime sanat. Marcellus. Recentes plagas ferro illatas sanat, liquefactum & tertio die solutum, Plinius. Cum melle & aceto miscetur, eaque lotione lendes tolluntur, Auicenna. Membrum genitale tauri in aceto maceratum & illitum splendidam reddit faciem, vt scribit Sextus: fit enim hoc modo glutinum candidandæ cuti & scabici tollendæ idoneum. Medetur dentibus fabrile glutinum in aqua decoctum illitumque, & mox paulo detractum, ita vt confestim colluantur vino, in quo decocti sunt cortices mali punici dulcis, Plinius. Glutinum taurinū tribus obolis cū calida aqua bibitur in vetere sanguinis excreatione, Plin. Ad eundem vsum Marcellus Empiricus commendat glutinum quo charta glutinatur: hoc enim (inquit) calidum in modum sorbitionis hauritur: vel ex aqua calida sanguinem excreantibus datur. Glus taurina aqua calida resoluta, cœliaci ventris inflationi vtiliter imponitur, Marcellus. Ego magis probo Plinij lectionem, quę huiusmodi est, Infundunt dysentericis & glutinum taurinum aqua calida resolutum: Inflationes autē discutit vitulinum fimum in vino decoctum.

Sequitur vt de taurini sanguinis maleficio, eiusque signis & antidotis, collatis authorum locis doceamus. Hic celerrimè coit atque durescit (vt supra diximus) ideo pestifer potu maximè, Plin. Miror autē cur aduerbium maximè addiderit. quasi etiam aliter quàm potus lædere posset, id quod authorum nemo tradidit, nec ratio indicat. Neq; enim tota substantia sua venenosus est hic sanguis, non magis quàm lac: sed ex accidenti, cum coagulantur: quod fit in sanguine priuatim cum recens bibitur, non aliàs & ne tum quidem, exemptis fibris, quæ condensationis causam habent. Taurinus sanguis recens inter venena est, excepta Aegira. Ibi enim sacerdos Terræ vaticinatura tauri sanguinem bibit, priusquam descendat in specus. Tantum potest sympathia illa de qua loquimur, vt aliquando religione vel loco fiat, Plin. De Terra dea eiusque oraculis Gyraldus scribit in Opere de dijs cū alibi, tum Syntagmate 15. in Themide. Simile quid supra retulimus, nempe vaticinij causa descensuris in Trophonij antrū bouem placentam dari solitam, eò quod intus mugitus quidam æderentur. Aegira vrbs est inter Aetolos & Peloponnesiacos, Plinio & Pomponio testibus: est & Aegira insula apud Plinium. Αἴγειρα (inquit Stephanus) vrbs est Achaiæ ab Homero Hypereſia dicta: Philon Cilicia vrbem facit Aegeiran. Midam illum veterem multaque temporum fabulositate inuolutum, Plutarchus in libro de superstitione scribit, cōtracta ex somniorum diritate animi ægritudine, cum mali nullum se promeret allenamen, tauri sanguine copiosius hausto, cōcessisse ab humanis. Quod item Strabo testatur lib. 1. Taurini sanguinis venenum deprehenderunt in diuina re mortales, cum iugulatis ad sacrificium tauris, qui aderant superstitiosiores calentem adhuc biberent. Nullus tamen clarius hoc genus mortis quam Themistocles fecit: qui post pulsum e Græcia Xerxen exul à patria, accepto ab Artaxerxe exercitu, siue nolens, siue desperans quæ illi contra Græcos pollicitus fuerat præstare, in Ioniæ Magnesia decepto cultrario ipse taurum in sacrificio tenens, (simulato Dianæ sacro, quam Leucophryn vocant, Cælius) exceptum poculo sanguinem repente hausit. Hinc in Helena Sophocles, Ἐκεῖνός γ' ἐκπιὼν αἷμα ταύρου γ' ἐκ πατρῶν, Καὶ μητρὸς πλείω τῶνδ' ἔχειν ἀγαθά. Ex Aristophanes in Equitibus, Βέλτιστ' ἀνὴρ ἔπιεν αἷμα ταύρειον πάνυ, Ὁ Θεμιστοκλέης γ' ἁπλοῦς καὶ γενναῖος. Frequentius quondam taurini sanguinis periculum hoc fuit: nostra ætate nulla id afferente religionis occasione, nullum aut rarissimum est, Marcellus Vergilius. Thucydides tamen Themistoclem mortuum modò scribit, & in Attica clam humatum. Tauri recens iugulati sanguis epotus spirandi difficultatem strangulatumque concitat: faucium tonsillarumq; meatus præcludit cum neruorum distentione, lingua rubescit: dentes inficiuntur: quædā concreti sanguinis vestigia, inter eorum commissuras restant, Dioscorides. Aegineta omnia Dioscoridis verba super hoc veneno in suum codicem transcripsit: variat autem in nonnullis, quæ vt hæc scribendo obseruaui, breuiter annotabo, ἀπὸ τοῦ μυοῦ ἕλκειν, Aegineta pro τοῦ μυὸς habet σπασμοῦ idque probo, nam σπυγμοῦ, id est suffocationis mentionem iam prius fecerat. Proinde etiam interpretes rectè non suffocationem, sed conuulsionem vel neruorum distentionem verterunt. Et Nicander in Alexipharmacis, vbi de hoc maleficio tractat, sic scribit, Ὁ δ' ἀπαδύεται ἀίσσων Δηλήσας ὀργαῖσι σπασμὸς ὃν ἀμφιέπει. Hoc est, Ille vero conuulsionibus vexatus. Subinde humi spuma pollutus palpitat. Posterius hoc signum de spuma, quam ore nimirum reddit qui bibit, aliorum nullus commemorat. Sed non opus est quod quis solicitus sit de signis huius veneni: neque enim ita latere potest, aut cibis potionibusue immisceri vt alia quædam venena: euenire tamen posset vt in stultis aut insanis hominibus, qui vel sponte vel oblatum bibissent hunc sanguinem aliquis horum signorum vsus esset. Rursus vbi in Dioscoride rectè legitur, ἐρυθραίνει τοὺς ὀδόντας, id est eruento colore infecti dentes: Aegineta & Aetius perperam habent βιβρωσκει, vtriusq; interpretes quidam ineptissimè reddunt corrosi. Nicandri scholiastes Aristotelem citat de sanguine taurino his verbis. Ὁ δὲ ταῦρος ἡ πινόμενος, ὥσπερ καὶ τὸ ἄλλο αἷμα ἀλληγορικῶς ποθ' ἁπλοῦς, ἀγριωτικὸς ἐστι δὲ ἀπιπώτερον τῶν ἄλλων ζώων αἷμα τοῦ ταύρου, ὡς Ἀριστοτέλης· διὸ καὶ ἀφρίνους ἐπιφέρει δοκιμαστικοὺς ὄντας, πίνειν αὐτὸ ἐκ πελούτου, Et rursus paulò post. Ἀπιπώτερον πάντων αἱμάτων Ἀριστοτέλης τοῦτό φησι, Ego apud Aristotelem ἀπιπώτερον vocem, quæ infirmum significat, de taurino sanguine nusquam reperio: sed lib. 3. historiæ animalium cap. 19. italegimus, μᾶλλον πάντων δὲ καὶ μεταλαμβάνουσιν τοῦ ζώου τούτου αἵματος πῶν τὸ παχύ. Quamobrem in Nicandri etiam scholiaste pro ἀπιπώτερον, vel παχύτερον, vel μᾶλλον παχύ leges, vel vtrunque: & similiter pro ἀπιπώτατον eadem vocabula in superlatiuo gradu. Hoc admisso, vt necesse est, verborum quæ ex scholijs citauimus, hic sensus erit: Cum cætera venena sæpe fallant, & lateant, vt vel ab inuitis cautisque sumantur: taurinus sanguis eiusmodi est, vtpote nigerrimus & crassissimus in toto sanguinis genere, Aristotele etiam teste, vt latere non possit, nec nisi à volentibus sumi, quibus stultitia aut desperatio hoc faciendum persuaserit. Quamobrem rectè Nicander dixit si quis hoc venenum biberit ἀφραίνων, id est suapte stultitia non fraude & dolo aut insidijs. Transeo ad remedia. Vomitum à sanguinis istius hausti (monente Dioscoride) vitabimus: sanguinis enim globi seu grumi, attractu illo in sublime relati, magis gulæ inculcantur. Idem Aetius & Aegineta præcipiunt. Cæterum Galenus lib 2. de Antidotis cap. 42. Aduersus taurinum sanguinem epotum, inquit, remedium est acetum bibere & vomere. Mihi quidem Dioscorides & alij vomitum rectè prohibere videtur, illum scilicet qualis post cætera venena moueri solet, nempe ab vsu dulciū pinguiumq;, vt olei, hydrelæi, hydromelitis, &c. Galenus probat, sed à solo aceto, vt quod grumos dissoluat, neque simpliciter educat & gulæ infarciat. Certe à lacte coagulato in ventriculo, similiter vomitiones vitandas Dioscorides, Aegineta, & Aetius præcipiunt, ne hærens in gulæ angustijs coagulatum lac ad exitum eluctādo suffocet. Hoc etiam obiter monuerim, eadem ferè omnia quæ lac in ventre coagulatum dissoluunt, & quæ sanguinem suum cuiusque in ven-

in ventriculo vel alibi concretum discutiunt, contra sanguinem taurinum quoque antidoti locum obtinere. Statim autem (inquit Dioscorides) exhibenda sunt medicamenta, quæ concretum sanguinem discutiunt, aluum subducunt: & rursus paulo post aluum resoluendam consulit, vt Galenus quoq; loco iam citato. & Nicander hoc versu, Ἠ καὶ ἐκκλίσειε κατασχόμενα κοπρίη ἔμπα τε γαστήρ, id est vel etiam exprimas onerati excrementa ventris medicamento scilicet purgante. Nam quod scholiastes illic addit, ἢ καὶ σὺν τῆς φλοιοῦ, tanquam poeta de cortice fici hic aliquid dicat, id ita accipi neque sensus & constructio loci illius admittit, neq; cum alijs scriptoribus conuenit. Ibidem scholiastes scribit, Κλύσαι φησὶ τὴν γαστέρα, id est poeta aluum clystere vacuandam monet. Et Actij interpres, Aluus (inquit) pinguibus & lubricis infusis eluatur. Ego certe licet clystêris vsum inter huius veneni remedia non reprehendam, authores tamen nihil de eo præcepisse contenderim. Nam & Nicandri verba commodius de medicamento purgante per os sumendo acceperis. & Actij locus apparet corruptus. Dioscorides enim, à quo is sua transcripsit, sic habet, Δεῖ δὲ λῦσαι τὴν κοιλίαν ἐκφορητικοῖς διὰ τῶν σωζομένων καταδιδόντα διὰ τῆς ἕδρας κλυσμοῖς (Aeginetæ melius, κοπρώδη καὶ ῥευστὰ) id est, Aluum soluere oportet. Nam ijs qui seruantur stercorosa & fœtida per sedem egeri consueuerunt. Ruellius legit κοπρώδη καὶ ῥοώδη id est stercorosa & fluida. Præterea stomachum & ventrem hordeacea farina ex aqua mulsa perungere (καταπλάσσειν, id est in cataplasmatis formam redacta fouere) oportet, Dioscor. Proderit quoque ventrem subducere, eundemq; lupinorum farina & nitro in oxymelite decoctis contegere, Galenus: nimirum vt inde fluat, vt solet ab epomphalijs dictis medicamentis. Forsan & apud Dioscoridem nō κριθίνῳ sed ἑρμιδίνῳ legendum: Nam & ad aluum ciendam, & ad grumos dissoluendos quantum lupini hordeo præstent, medici omnes sciunt. Meminit huius veneni etiam Ferdinandus Ponzettus cardinalis, sed nihil adfert, græcium, vt neque alij recentiores quorum libros in præsentia adiui. Nunc remedia quæ particulatim apud authores inueni ordine literarum subnectam, vt inuenire & conferre facilius sit. Acetum per se prodest ad vomitum ciendum, vt ex Galeno dixi alij id nequaquam ad vomitum exhibent, sed vel mero vel aqua diluto (posca vocant) alia medicamenta quæ sanguinis grumos dissoluere possunt, admiscent. Ad lac quoq; coagulatum acetum per se bibi Galenus consulit non tamen ad vomitionem. Amarantus, Actio. Dioscorides hanc herbam heliochrysον vel helichrysον vocat. Quænam vero hæc nobis sit, vel quo nomine hodie dicatur, medici contendunt Fuchsius Cordus & Leon. Fuchsius putant eandem esse quæ hodie vulgo stichas citrina nominatur, in qua ego abrotoni folia desidero, & potius ageraton Dioscoridis esse conijcio. Io. Ruellius cotulam non fœtidam. Ego Matthæoli Senensis sententiæ magis accesserim. qui helichrysον apud Tuscos abūde nasci scribit, locis incultis, & pratis siccioribus, collibus, & arenosis flaminum ripis, altitudine cubiti, folijs abrotoni, per interualla digestis in caule teretem & solidum habet: vmbella in cacumine aurea, quæ vulgaris millefolij aut eupatorij Mesuei speciem refert. flores vel aridi diutissime vigent, & seruant colorem, quamobrem initio veris antequam alij prouenient, vsus eorum ad corollas, Hæc ex Matthæoli commentarijs Italicè scriptis. Rara apud nos hæc herba est, aut nulla: apparet autem athanasiæ vel tanaceti vulgo dicti generibus adnumerandam esse, vt etiam Mesuei eupatorium, quod Monspessuli herbam D. Mariæ vocant: in Italia quidam herbam Iuliam, cōtra lumbricos vtentes. Omnibus vna florum species, vmbellæ videlicet aureæ, florum corymbi sicci, quod pulchre cum Dioscoride facit: & hæc causa est, quod decerpti etiam longo tempore seruentur: nihil enim aut parum succi amittunt. Omnibus sapor aeris cū amaritudine quadam: omnibus odor quidam suus est, non ingratus, & qui vel moschi aliquid resipere videatur. Quare minimam in hoc genere iuam moschatam nonnulli appellant, quam ex agro Mesuei oppidi vallis Telliæ, vt vocant, amicus quidam ante annos aliquot ad me misit. Illa quam describit Matthæolus, aut certe congener prorsus, Basileæ proxime vrbem locis arenosis emicat, qua torrens influit. Nos tanacetum nostrum in aliorū locum non minore effectu, cum ad alia præstanda quæ de helichrysο veteres promittunt, tum ad sanguinem vbicunq; resoluendum, substituemus. Helichrysi Galenus meminit in amaranto tantum, vt Actius quoq;: Aegineta in Amaranto primum ex Galeno, deinde in Helichrysο ex Dioscoride, quasi vnam & eandem herbam esse nesciret. Amarantum (inquit Galenus) incidit & attenuat: coma eius cum vino pota mēses detrahit (quod & Plinius scribit.) Creditur & sanguinis grumos non in ventre solum sed etiam vesica liquefacere, in quem vsum cum vino mulso bibendum est. In summa, fluxiones omnes potum exiccat, sed stomacho nocet. Helichrysum Dioscorides etiam chrysanthemum & amarantum vocari scribit, eoq; simulacra deorum coronari: (quod diligentissimè seruauit Ptolemæus rex Aegypti, Plin.) Virga (inquit) est candida, virens, recta firma vel solida. Folia habet ex interuallo angusta, abrotono similia comam aureæ lucis, in orbem: vmbellam circinatam, quæ siccis veluti corymbis constat (ad solis repercussum, aureæ lucis in orbem veluti corymbis dependentibus, qui nunquam marcescunt, Plin. radicem gracilem, & in superficie terræ. Theophr.) Nascitur in asperis & terrentiū alueis χαραδρώδεσιν aquosis conuallibus. Marcellus Verg. Plinius in frutectis nasci scribit.) Coma cum vino pota medetur angustijs vrinæ, serpentium morsibus, coxendicis doloribus (lumborum vitijs, Plin.) & ruptis. Menses eadem trahit, concretumq; in grumos in vesica & ventre sanguinem cum mulso pota absumit. Catarrhum etiā sistit, trium obolorum pondere ieiunis data in dilutā vini albi potione. Miscetur etiam vestibus, vt integras ab eruginū noxis tueatur, (Plinius addit, odore non ineleganti.) Hæc Dioscorides. Duritias etiā & inflammationes discutit, Plin. Marcellus Vergilius in sua translatione virgam ei breuem non rectè attribuit, vbi nos in Græco ῥάβδον λευκήν, id est virgam albam legimus. Theophrastus certe lib. 9. cap 21 tribuitei φύλλα λευκὰ, κ. τὸν καυλὸν λεπτὸν ἔχειν καὶ λεῖον, id est folium candidum, caulem vero tenuem & durum. Plinius lib. 21. cap. 11. Theophrasti verba sic reddit, Heliochrysos florem habet auro similem, folium tenue: cauliculum quoq; gracilem, sed durum. Hoc coronare se magi, si & vnguenta fumantur ex auro, quod apyron vocant ad gratiam quoq; vitæ gloriamq; pertinere arbitrantur. Hinc patet Plinium in Theophrasto neq; caulem neque folium λευκὸν, id est album, sed vtrunq; λεπτὸν, id est tenue vel gracile legisse. Ipse præterea loquendi modus, καὶ τὸν καυλὸν λεπτὸν, id est caulem quoque tenuem (sic enim potius vertendum, quàm caulem verò) aliam quoque partem de qua prius dixerit similiter tenuem esse oportere admonet. Græci quidem sæpenumero λεπτὸν dicunt, non solum quod crasso opponitur, sed simpliciter paruum. Conuenit etiam quod Dioscorides στενὸν id est angustum dixit, à Theophrasto λεπτὸν appellari. Quod ad caulem, si legas in Dioscoride vt vulgata exemplaria habent, λευκὸν χλωρὸν, id est candidum viridem, absurdus erit sensus, nisi quis λευκόχλωρον, id est ex viridi albicantem legi posse existimet, sicut μελάγχλωρον dicimus: sed præstiterit cum Theophrasto & Plinio λεπτὸν legere, quàm de noua lectione diuinare. Non probo etiam Ruellium qui ῥάβδον hic ex Dioscoride ramulum transfert, cum virgam aut caulem debuisset: nam Theophrastus καυλὸν habet, Plinius caliculum. Quanquam lib. 21. cap. 25. quod totum de heliochrysο est, Plinius etiam sibi dissimilis, ita scribit: Heliochrysum

chrysum ramulos habet candidos, folia subalbida, &c. Sed nec illud quod reddit, veluti siccis corymbis dependentibus, quanquam alium Plinij locum in hoc imitatus. neq; enim in Græcis dependere eos legimus: & res ipsa declarat in tanaceto & similibus herbis, vmbellas siue corymbos (ambigunt enim ferè inter vtrunq;) non pendulos sed rectos esse. Reprehendendus est etiam Theodorus, qui in Theophrasti loco iam citato, pro heliochryso aureliam reddens, sic vertit: Aurelia folium habet candidum, fructum tenuem durumq; absurdissimus hic error est, quo pro caule semen suppositi. Seminis enim mentionem nullus scriptorū facit, caulem vero huiusmodi esse, omnibus conuenire satis ex antedictis constat. Venio ad vires amaranti: Vtuntur eo ad serpentium morsus cum vino: & ad ambusta cremato & melli mixto, Throphrast. (Plinius simpliciter, ambustis cum melle imponitur.) Hæ vires ad herbæ superficiem, & comam vel florem maximè pertinent: Theodorus vero ita transtulit, vt herbane an radix accipienda sit in dubio relinquatur. Iam pro his verbis Dioscoridis, ἴσχει δὲ καταῤῥοὰς, id est sistit etiam catarrhum vel destillationem à capite: ab Hermolao redditur, profluuia mulierum sistere. Legitur sanè in manuscriptis quibusdam Græcis codicibus Dioscoridis, vt Marcellus Vergilius obseruauit, non καταῤῥοὰς sed ῥοὰς, tantū, id est profluuium: & sic legit etiam Plinius, sed fluxionis vocē ad muliebrem tantum contraxit: Nam lib 21. cap. 25, Folia heliochrysi trium obolorum pondere mulierum profluuia in vino albo sistere scribit. Nec aliter forte Galenus legit, scribens: Καὶ κατέχειν ἐστὶ καὶ τὰς ἀδρὰς τῶν γυναικῶν ῥοὰς: sed melius quàm Plinius, ad quemuis fluxum nō muliebrem tantum, vim vocabuli extendit. Hoc etiam melius quàm fluxiones vsu eius, nō simpliciter sisti, vt Plinius & Dioscorides verbum ἴσχειν vsurpans (quod astringentium potius & obstruentium est) sed exiccari docet: menor scilicet incidendi attenuandiq; & menses prouocandi facultatem ei se attribuisse. Aegineta helichrysum catarrhis subuenire scribit. Quod si muliebris profluuia exiccat, de pituitosis præcipuè & albis (vt vocant) intelle- xerim: ea enim & diureticis & menses cientibus, vt asaro ac similibus, ab initio præsertim adhibitis, multo felicius quàm astringentibus solis curantur. Inter Dioscoridis nomenclaturas, chrysocome etiam & centaurium minus amaranti cognomen habēt, & ocimastrum amarantis cognominatur: nihilominus tamen & inter se & ab heliochryso diuersa sunt omnes hæ plantæ vt improbandas sit Aeginetæ interpres Andernacus, qui amarantum Aeginetæ (quod & Galeni amarantum, & heliochrysos Dioscoridis est) centaurium minus interpretatur, de quo tamen Aegineta alibi seorsum agit. Plinius et heliochryson inter vernos flores commemorat: Sequitur (inquit) cynanthe, melanion, ex syluestribus heliochrysos: quem locum ex Theophrasti historiæ plantarum lib. 6. cap. 7. transtulit. Est & alterum amaranti genus, quod Plin. lib. 21. cap. 8 ita describit, Amaranto non dubiears à natura vincitur (hoc est nullum in vestibus æque formosum purpuræ splendorem ars vlla effingere potest, ac in amaranto natura nobis exhibuit.) Est autem spica purpurea verius, quàm flos aliquis. & ipse sine odore. Mirumque in eo gaudere decerpi, & lætius renasci. Prouenit Augusto mense. Durat in autumnum. Alexandrino palma, qui decerptus asseruatur. Mirumque, postquam defecere cuncti flores, made factus aqua reuiuiscit, & hybernas coronas facit. Summa eius natura in nomine est, appellato, quoniam non marcescat, Hæc Plinius: Cuius postrema verba, Summa eius natura in nomine est, sic interpretor, quasi medicinæ inutilem hūc amarantum dixisset; nec ob aliud àppetendum, quàm quia & elegans flos est, & non marcescit quæ summa eius laus vel ex nomine deprehenditur. Huius amaranti (quem Plinij vel purpureum amarantum, cognominandum cēseo, diseriminis gratia) nec alius quisquam veterum, nec ipse Plinius alibi, mentionem facit. Recentiores quidam florem amoris vocant, Germani *Liebesblum*, aliqui *tausentschoen*: Galli ialousiam, quasi zelotypam, & nobiles flores, & passeuelours, quod serici villosi purpuram vincat: Itali fiorueluto, & alij fior di grana, id est florem sericī villosi, & florem coccī. De quo pluribus scriberem, si quid ad medicinam faceret, etsi iam nimis longè digressum me video. Hoc saltem præterire tum non duxi, duplicem in eo Matthæoli errorem esse: primum, quòd Aetij de amaranto verba, quæ ille ex Galeno mutuatus est non intelligit omnino ad aureum amarantum, id est heliochrysum pertinere, & tanquam de purpureo accipi debeant, contendenter asserit: deinde, quòd Ruellium & Fuchsium immerito reprehēdit, quòd amaranti potione à vino fluxus omnes sisti scripserint, quæ quidem non illorum, sed Galeni verba sunt. vt supra ostendi. Accedit tertius error, quòd Aetium testem citat fluxiones omnes eo prouocari, cum ille non prouocari, sed contrà siccari scripserit, Galenum in hoc secutus, Hieronymus Tragus amarantum purpureum Circeam esse suspicatur, helichrysum vero linariæ speciem quandam, quos errores in præsentia alijs refellendas relinquo. Mihi satis sit in vnica planta tam multos variosque veterum & recentiorum errores aliud agendo indicasse. Pergo tandem, vt cœperam, remedia illa ordine alphabeti recensere, quæ contra taurinum sanguinem in ventre coagulatum à veteribus commendantur. Brassicæ semen confert, Dioscor. Nicander idem cum aceto copioso propinat. Brassicæ syluestris semen tostum auxiliatur, Plin. Caprifici fructus (Latini grossos, Græci olynthos vocāt) lacteo succo turgentes, ex posca. Dioscor. Marcellus Vergilius pro olynthis eo in loco reddit sicorū caprificorūmue grossos; quoniam Græca vox (inquit) vtriusque arboris immaturum adhuc pomum significet, & Dioscorides lib. 1. vtriusque lac æqualem habere potestatem tradiderit. Grossi caprifici cū posca & nitro, Aegineta. Caprifici grossi aceto diluti, Galenus, & Nicander: qui grossos caprifici ἐρινοὺς vocat, arbor ipsa ἐρινεὸς dicitur scholia ἐρινοὺς exponunt olynthos, vel ramos fici, quod minus placet. Grossi caprifici potæ resistunt sanguini taurino poto. & lacti coagulato, Plinius. Grossi ex fico maxime syluestri liquore pleni, cum nitro & posca, Aetius. Aut fici succus eodem modo, Idem. Aut ramuli fici tricī cum nitro & posca, Idem. At vero syluestris fici succus etiam siccus comestus. cuestigio grumos dissoluit, Idem. Aggregator citat ex Plinij lib. 23. etiā lignum caprifici sumptum prodesse, ego eo in libro cap. 7. vbi de caprifico agit Plinius, ex grossis tantum remedium inueni. Ex fici lignorum cinere lixiuium, Dioscor. & Aetius. Prodest autem etiam contra lac coagulatum lixiuij genus quod πλεσσητικὸν vocāt, Dioscoride teste. interpretes eam vocem relinquunt, quidam luto traiectum aut vino factum reddit. Idem sic nominat Aegineta lib. 3. cap. 2. & lib. 5. cap. 57. & alijs multis locis: & Galenus circa finem libri 10 de compositione medicamentorum secundum locos, ὕδωρ πλεσσητικὸν vocat. Item lib. 6. secundum genera & sæpe aliàs Græcis medicis hæc appellatio in vsu est. Est autem nihil aliud quàm lixiuium, quale figulis in vsu est. Galenus lib. 6. Methodi, Cum nullum medicamentum ad manum haberem, petiui conian flacten, id est lixiuium liquidum, vbi vidissem pelopœon, id est figulum ægro vicinum. Eadem est πλεσσητὴ τῶν πλεσσοποιῶν Aetio lib. 12. cap. 42. Hæc ex Iani Cornarij commentarijs in Galenum de compos. secundum locos. Ego verò nullum lixiuij vsum apud nostros figulos reperio: quo si quem Cornarius nouerat, quale id lixiuium esset indicare debuerat. Sed quorsum esset? ad lutúmne lauandum? frustra nimirum, quod vel prouerbium monet, quo laterem lauare pro imanem sumere operam dicimus. Melius certe fecerunt, qui vocabulum hoc tanquam ignotū prætericrunt, & aquam lixiuam nobis simpliciter

pliciter reddiderunt. Decepit ipſum (vt Linacrum etiam ante, lib. 6. Methodi Galeni vertendo) quòd paſſim omnes codices πηλοπικὸν per η ſcribunt, cum per iota deberent. Nam πηλὸς per η lutum ſignificat, vnde πηλοπλάστης & πηλουργὸν aliqui figulos interpretantur: πηλοπιὸν vero in ea ſignificatione, nuſquam hactenus legi. Πιλοποιὸς autem per iota, & inde formata vocabula πιλοποικὸς, πιλοποιία, πιλοποικὴ, legimus apud Pollucem lib. 7. cap. 30. Eſt autem pilopœus hic artifex qui πίλους vel πιλία, vel πιλίδια, id eſt pileos aut pileolos conficit ex lana, illa præcipue puto quam Feltriam vocamus, vulgo *filtz* (de qua dicam etiam in Oue E.) Eundem artificem πιλητὴν, πιλουργὸν, & πιλωτὴν vocant, Pollux: aliqui etiam πιλοτοιὸν: Germani *huntmacher*. Illorum opera πίλωτὰ Græci nominant, quòd lanæ inter ſe confertæ conſtipatæq; ſint: πίλωσις & συμπίλησις, denſationem huiuſmodi. Quamobrem non capitis ſolum, ſed etiam pedum tegmina, vel tibialia ſic parata Græci πίλους nominant. Nam cum reliqui ex lana panni, à textoribus contexi ſoleant, hoc genus conſtipando tantum fit. Pilotarij igitur iſti, præſertim cum rubro viridique colore lanas tingere voluerint, lixiuio vtuntur, ex cinere quem vulgo clauellatum vocant, noſtri *vnetaſchen*, qui combuſtis animalium oſſibus fit. Audio alicubi pileos omnes iam factos, cuiuſcunq; coloris ſint, tali lixiuio ab eis ablui. Vtuntur eo & alij tinctores, ad certa colorum genera. Noſtri præferunt cinerem illum qui ex fœce vini in maſſas coacta crematáq; fit. Hæc lixiuij genera quoniam plus acrimoniæ habent, & diſſecantis abſtergentisq; facultatis ſunt, vulgari lixiuio non ſolum ad lactis aut ſanguinis grumos in ventriculo concretos, ſed ad alios etiam vſus extra corpus, à medicis præferri debent, vt neruorum vlcera, ſcabiem malignam, &c. Hæc admonere operæpretium viſum eſt, cum ſex aut ſeptem Dioſcoridis, Galeni, & Aeginetæ interpretes, hac in re omnes hallucinati ſint. Aduerſus lac coagulatum quidem lixiuium pilotariorum auxilio eſſe ſolus Dioſcorides, & imitatus eum Aegineta ſcripſerunt. Galenus, Aetius & Nicander, vbi de eodem veneno agunt, non meminere. Hoc omnino monendus eſt medicinæ tyro, non temere lixiuium vllum, præſertim vehemens, intra corpus propinandum eſſe, cum erodendi & ſepticam vim propemodum habeat: Et ſi quando vſum eius neceſſitas poſtulabit, recuratione vtendum per pinguia, & abluentia vel obtundentia morſus, vt butyrum, &c. Coagulum omne cum aceto, radiceq; ſilphij ſeu laſeris, aut eiuſdē liquore, taurini ſanguinis grumos diſſipat, Dioſco. Ego Aeginetæ lectionem præfero, qui coagulum ex aceto ſeorſum commendat, & rurſus ſilphij radicem cum liquore ſeorſim: ſic enim habet: καὶ σιλφίου ῥίζαν τῶν ἐπὶ τοῦ (Aduerſus lac coagulatum quoque, coagulum quoduis cum aceto datur: aut ſilphij radix liquóre ue cum poſca, apud Dioſcor. Galenus coagulum ex aqua propinat, vel laſerpitij & nitri æquas partes ex aceto mulſo.) Nicander coagulum probat capreæ (αἰγὸς ἐστι δορκάδος, Scholia) vel hinnuli, vel hœdi, vel leporis: idq; raro linteo percolari iubet & miſceri, poſcæ nimirum. Coagulum hœdi ſumitur contra ſanguinem taurinum, contra quem & leporis coagulum ex aceto; Plinius. Calaminthæ, id eſt nepetæ aridæ folia, coruncq; ſuccum Dioſcorides aduerſus lac coagulatum auxiliari ſcribit: quamobrem crediderim in ſanguinis taurini etiam periculo prodeſſe, præſertim cum remedia cætera plæraque vtriſque eadem ſint. Conyzæ folia cum pipere, Aegineta & Dioſc. quibus etiam lixiuium addit Aetius. In excuſo Dioſcoride Græco non bene legitur κονύζης ἄνθεμα pro σύκα. Κόνυζα δὲ ἐσθίεται καὶ καπνὸ φλοιοῦται κονύζης, Nicander. Ficus, vide ſupra in caprifico. Helichryſos in amaranto prædictus eſt. Laſer vel ſilphij radix ex aceto, Aetius. Laſerpitij obolus ſemiobolúsue, Galenus. Vide etiam paulo ante in Coagulo. Nitrum per ſe etiam prodeſt, Dioſcorid. Nitri oboli duo in vino diſſoluti, Galenus. Nitrum cum laſere datur, Plinius. Ἡ νίτρου ὀβολὸς ἀπὸ τοῦ ἀνθεμίδος ἐν ἀκράτῳ. Ἐνεργεῖ δὲ καὶ πρὸς ἰκτερικοὺς διδόμενον (legendum ἀνθεμίδος, ex Scholiaſte, id eſt ſuaui vel vetere & ſubamaro vino) βάρος. Ἐν δὲ σιλφίου καὶ ὀπὸς τὸ παλαιὸν ἀνάλυσον, Nicander: id eſt æquas portiones radicis laſeris eiuſque liquoris admiſceto. Baurach cum aniuden ſumptũ, Auicenna. Spuma nitri cum aniuden, Serapio citans Galenum vt Aggregator habet. Piper apud Nicandrum per ſe: Dioſcorides conyzæ folijs admiſcet. Poſca, id eſt aqua aceto permixta, vide ſupra in Aceto. Petroleum recentioresquidam laudant ad ſanguinis grumos diſſoluendos: nec dubito quin ad taurinum quoq; vtile ſit. Agathocles contra ſanguinem tauri ſonchi nigri ſuccum demonſtrat, Plin. Rubi ſuccus ex aceto, Dioſcorides & Aegineta: Nicander rubi germina conteri iubet, nimirum ad ſuccum quoq; exprimendum: Loniceri tranſlatio ſemina habet pro germina, vitio forte typographico. Thymus cum & ſanguinem concretum diſcutere, & lac coagulatum diſſoluere prædicetur, in tauri quoq; ſanguine reſoluendo non ignauus exiſtimandus eſt.

H.

Ταῦρος τῶν βοῶν ἡγεμών, Taurus armenti dux eſt, Pollux. Hinc eſt, quod Homerus lib. 2. Iliados Agamemnonem Græcorum imperatorem tauro comparat: Ἠύτε βοῦς ἀγέλης μέγ' ἐξοχος ἔπλετο πάντων Ταῦρος, ὁ γὰρ κατὰ βουσὶ μέτα κῦδος ἀγοῦσιν: Βοῦς ταῦρος per appoſitionem dixit, quaſi βοῦς ἄρρην. Accipitur etiam improprie, pro quouis boue, tum à Latinis, vt ſupra dixi in A. tum à Græcis, vt in hoc verſu, Ἵπποι μὲν σφῆκες ἠδὲ, ταῦροι δὲ μέλισσαι. Ταῦρος inquit Etymologus, dictus eſt quaſi τανυόρρος, à caudæ extenſione: vel quaſi γαῦρος, id eſt ſuperbus. Ego à tor Chaldaica voce appellatum potius ſupra dixi. Italia à bubus nomen habere exiſtimata eſt. Græcia enim antiqua (vt ſcribit Timæus) tauros vocabat ἰταλούς, à quorum multitudine & pulchritudine & fœtu vitulorum Italiam dixerunt. Alij ſcripſerunt, quod è Sicilia Hercules perſecutus ſit eò nobilem taurum, qui diceretur Italus, Varro. Et alibi, Italia (inquit) à vitulis dicta eſt, vt ſcribit Piſo. Tyrrhenorum lingua taurus dicitur Italus: Propterea ab vno ex tauris Geryonis abductis ab Hercule, dicta eſt Italia, quum prope Rhegium enatasſet in Siciliam in Eryon campum, ac regnum Neptuni filij peruaſtaſſet, Cælius ex Græcis interpretibus vtait. Italia olim armentoſiſſima fuit, Perottus. Ἰάλη, taurus exponitur Heſychio & Varino. Suidæ πέλω & πελών, nihil quàm eminentior montis pars eſt, καλλιβόλιον, tauri, Heſychius & Varinus. Ταυρίδιον, paruus taurus, Suid. Tauras etiam vaccas ſteriles nominari ſuprà indicauimus. Omnia magna & violenta Græci tauri nomine appellant, vnde & βὲ particula intendendi apud ipſos, (de qua multa ſuperius) Euſtathius in Dionyſ. & Stephanus in Tauri montis mentione, nam illum quoque à magnitudine aliqui ſic dictum putant. Extat Ioachmi Camerarij in Exercitijs eius Rhetoricis de tauro elegans ænigma, huiuſmodi: Mœchus eram regis: ſed lignea membra ſequebar. Et Cilicũ mons ſum; ſed mons ſum nomine ſolo. Et vehor in cœlo, ſed in ipſis ambulo terris.

Taurorum epitheta, Aeripedes, Ouidius, id eſt pedes ære ſolidos habentes. Agreſtes differunt à ſylueſtribus, Plin. lib. 8. Alacres, Claudian. 2. Paneg. Acer, Silius lib. 13. Arator, Ouid. 1. Faſtorum. Bellator, Stat. 3. Thebaid. Corniger, apud Cicer. de Nat. ex Poeta, & Ouidius 15. Metamor. Eximij præſtanti corpore tauri, Verg. 4. Georg. Iners, Stat. 9. Thebaid. Ingens, Verg. 2. Aeneid. Macer, Aegl. 3. Nitens, Aeneid. 3. Toruus, Ouid. 8. Metam.

Metam, Trux,9 Metam. Validus,7.Metam. Et apud Græcos, [illegible] quæ omnia licet ab Oppiano Syrijs priuatim tribuantur,de omni taurorum genere dici possunt.Idem taurum vocat armenti [illegible] & [illegible]. Quintilianus lib. 8. Sicut in his quæ homonyma dicuntur, vt Taurus animal ne sit, an mons,an signum in cœlo, an nomen hominis,an radix arboris, niti distinctum non intelligitur. De tauro sydere dicam infra in h. Ephesij pincernas appellare tauros solebant,Hesychius;non quoshbet tamen,nec vbiuis,sed in Neptuni tantum festo,vt repetemus infra. Est auis quæ boum mugitus imitetur in Arelatensi agro taurus appellata , alioquin parua, Plinius. Tauri vocantur scarabei terrestres ceruo similes,nomen cornicula dederet:alij pediculos terræ vocant,Plin. [illegible] pars est membri,& pro ipso membro per synecdochen accipi videtur. Taurum & orrhon, vt scribit Ammonius,Græci eam vocant partem quæ testiculos interiacet,quam in auibus orrhopygion vocant. [illegible](malim [illegible] per duplex ρ.) locus est secundum nates, [illegible] quem aliqui taurum vocant, vt scripsit Herennius Philo,Varin. [illegible] Pollux. Quæ eius verba ita intelligo, vt taurus ei sit locus ille qui inter anum & scrotum interiacet, linea autem media quæ sub cole est , ac inde per scrotum & taurum futuræ instar extenditur ad anum vsq;,tramis & orrhos & perineon appelletur, nempe in homine In auibus enim alia ratio est, quanquam in ijs quoq; locus inter testiculos medius,vel potius finis loci illius eminentior orrhos nominetur. Sic igitur taurus à cæteris tribus nominibus differt,quæ tamen aliqui cũ tauro confundunt Aliqui [illegible] per e scribunt aliqui in masculino,alij in neutro genere proferunt.In Glossis Galeni hęc verba legimus,[illegible] Est autem locus, inquit) inter scrotum & anum, vbi vesicæ collum situm est. Et paulo post,[illegible] (inquit) Hippocrates vocat [illegible] in libro autem de hæmorrhoidibus & fistulis,anum sic appellare videtur. Hesychius [illegible] exponit [illegible] & pudendum, [illegible] ,pudendum,Suidas: [illegible], pudendum,penis, scrotum,scilicet taurus,Varinus. [illegible] Aristot. lib.1. hist. anim. Theodorus sic transfert,Pars interior femoris & natis communis,coles:exterior subnatale. Sed colis in hac significatione vocabulum fictum ab eo reor.ego interfeminium potius appellârim.[illegible]. Suidæ anus est,cæteris ipsum ani foramen, [illegible] in Hesychio corrupta vox est. [illegible] pro [illegible] [illegible] (lego [illegible]) [illegible] id est, Alij vero tramin exponunt partem ab ano vsq; ad initium balani,id est glandis: sic vocatur extrema veretri pars. Accusatiuus [illegible] per ι in Hesychio & Etymologo perperam scribitur,cũ deberet per iota.Postremo [illegible] secundũ aliquos interpretatur [illegible] (quam vocem cũ acuto in penultima semper scribere malim ad [illegible] id est ferè differentiam quo & vltimam acuit) [illegible], Hesychius. [illegible] Etymologus. Hæc verba non intelligens quidam,in Lexico Græco-latino, Taurum Achaiæ locum ridiculè interpretatur, cum non [illegible] sed [illegible] legendum sit. Vide Oἶον & deinceps apud Varinum. Redeo ad taurum,id est penem vel interfeminium:ab hoc [illegible] vox pro casta & virgine apud Tragicos conficta est,Pollux. [illegible] Suidas. Est autẽ Aristophanis versus in Lysistrata.Significauit eo,inquit Erasinus in prouerbio, Abijt & taurus in syluam)vitam cœlibem fœminæ,negligentis taurum,id est maritum.Sic & Horatius,pereat male quæ te Lesbia quærenti taurum,monstrauit inertem.Quod autem Erasinus impudicam tauri significationem omittit,modestiæ causa magis quàm per ignorantiam fecisse videtur.Eodem sensu sed alia ratione,[illegible] vel [illegible] potius Aristoteli dicuntur Pyrrhicę iuuencæ, Theodorus seraurasas transfert, quæ annis aliquot Venere intactæ seruabantur, vt incrementum ampliter caperent.A tauro videtur etiam verbum [illegible] formari,vnde & mulier [illegible],quę viro coniuncta non fuerit, tanquam iuuenca taurum non experta, Varinus. Hippobinum Græci quidã vocant illum,qui meretricio amore debacchetur:aut qui inexplebiliter Veneri se consectetur,quem Latinorum nonnulli etiam lastaurum dicũt, sed Græce tamen vt ex Athenæo liquet. Nãeo verbo Pompeius Leneus nobilissimo historico,velut nævum inussit. Id vero signare hominẽ libidinis validæ,in libro de grammaticis & rhetoribus auctor Suetonius est. Cuiusmodi narratur Proculus inter minusculos Romanorum tyrannos.Vocabuli ratio hæc,quia Græcorum lingua λαὸς (Attice, Etymologus) dictionem sic incidit:taurus vero est pudendorum pars,sicuti adnotatum à Galeno scimus, nec non à Quintiliano Laurentio politam Eustathius interpretatur. Alij lastaurũ dici putant quasi [illegible], quòd hispido sit pudendo,vt idem Eustathius asserit, (& Varinus.) Nã lastaurocaccabum apud Chrysippum in libro [illegible] legimus esse delicatioris edulij genus ([illegible], Suidas) vti est apud Athenæum,vt quod sit libidinis incentiuum. Lastarnos quidam (Hesychius) malunt scribere,vt sint [illegible] ,Cælius. [illegible] Suidas ex authore innominato. Apud Etymologum & Varinum lego etiam, [illegible], vilis quædam vestis,videtur autem ea vox à Latinorum lacerna interpolata, [illegible] Hesychius. Taῦρα insuper [illegible] exponit Hesychius,& muliebre pudendum. [illegible] Varinus. [illegible] id est audacter & superbe aliquid dicẽs aut faciens, Varinus & Hesychius. Phanodemus hordeum scribit appellari [illegible],quoniam cornutum sit, Hesychius. Aristas forsitan quibus hordei spica armatur,cornua aliquis dixerit. Taurion est inter lychnidis coronariæ nomenclaturas apud Dioscoridem. De tora herba vulgò dicta apud Italos,quam Dioscorides orobanchen vocat:supra disserui in Boue cap.3. Est & altera tora, vulgò dicta,prima scilicet aconiti species,de qua in lupo dicemus. Hoc saltem in præsentia monendũ lectorem duxi,lychnidi & aconito non solum nomina communia esse:cum illa taurion,hoc tora vel taura vocetur:sed etiam effectus,vt rauis enim admota scorpiones torpescere Dioscorides tradit.& licet aliud nihil eis commune existimem,ad philologiam tamen hæc non taceri pertinebat, Taurus apocathemenes Magis,lychnis syluestris est,Dioscorides. Est & alia taura,de qua Hermolai Barbari verba hæc sunt:Sunt qui oxyn putẽt esse quam vulgus tauram & triada,hoc est trinitatem,& sphragida,hoc est sigillum Salomonis appellauit: folio triplici, aut vno potius in terna disposito, radice capillamentis multiplici:flore cum maculis quibusdam candidis cæruleo. Astringit,ad stomachum dissolutum & enterocelas in cibo datur,Hermolaus Barb. De nauigijs tauri nomine. infra dicam in b. A maiore pecore nomina habemus,Equitius, Taurus & cognomina,Statilij Tauri,Pomponij Vituli. Varro. Troglodytæ pecorum nomina filijs indunt,vt tauri,arietis,ouis,quòd ab ijs vt a parentibus alantur, Promptuarium. Taurus ille qui Europam Phœnissam rapuit, Cretæ rex fuit,& Gortynam condidit. Tauri cuiusdam

cuiusdam quæstoris ad Armeniã missi, meminit Ammianus Marcellinus lib. 14. Taurus medicus celebris in Creta fuit, & alij quidam hoc nomine, Varinus. Taurus Berytius philosophus Platonicus, vixit sub Antonino Pio. &c. Suidas. De Tauro illo ex quo Minotaurus natus fertur, dixi supra in Boue cum Pasiphae. Taurosthenes proprũ viri nomen est, de quo Aelianus in Variis lib. 9. cap. 2. Taureas nomen proprium, Suidas, nec plura. Taureæ Inbelli Campani, viri memoranda fortitudine historiam, describit Livius lib. 2 de bello Punico, Vide in Onomastico nostro. Tauriscum sæuum tyrannum qui Gallias infestabat, Herculem Amphitryonis filium occidisse aiunt Galli, Ammianus Marcellinus lib. 15. Taurisci Cyzicen sculptoris meminit Plinius lib. 34 cap. 12. Tauriscus pinxit Discobolum, Clytæmnestram, Paniscum, Polynicen regnum repetentem, & Capaneã, Idẽ lib. 35. cap 11. Hermerotes Tauritci, non celatoris illius, sed Trallani, inter monumenta sua spectari voluit Pollio Atinius, Idẽ 36. 5.

10 Taurites quidam vir robustus fuit, vnde apud Philetærum quidam de viribus suis glorians, inquit. ὁ Ταυρίτης ὁ παῖς ἐστιν ἐκεῖνος ἐγώ, senarius est. Seuero Alexandro imperãte, Taurinus angustus effectus est, S Aur. Victor. Ταυρόκτονος & proparoxytonum, a tauro occisus: paroxytonum autem is qui occidit, Ammonius & Cyrillus. De taurea id est scutica alibi dixi. Eutropius autor est Superbum Tarquiniũ excogitasse primum vincula, taureas, fustes, &c. Et ferunt molles taurea terga manus, id est tympana. Ouidius lib. 4. Fast. dixit autem taurea pro taurina, id est ex corio taurino. Vergilius lib. 2. Aeneid. Tauro quantum possent circundare tergo. Lucanus lib. 1. Tauriferis vbi se Lucania campis Explicat. Torus à tauro dicitur, aspectu seuerus & terribilis. Tornitas, vt Pomponio placet, quasi taurorum acerbitas dicitur. Est autem torus proprium bouis epitheton. Trux etiam quasi taurux dictus existimatur, id est ferox, crudelis: vnde tracitas truculentus, & trucido verbum, Perottus.

b Ταυροκτόνοι, Horatius Ausidum tauriformem dixit: Exprimebantur autẽ a priscis fluuiorũ imagines bucra-
20 nis, id est boum capitibus, vel taurina forma, & cornuti, vt supra in Boue dixi. Fluuij cur taurocrani, id est taurinis capitibus fingerentur, quatuor ferè causas afferunt: vnã, quòd vbi se in mare exonerant, remugiũt: Homerus, Τοὺς δὲ ποταμοὶ προρέουσι μυκώμενοι ἅλα δῖαν. alterã, quòd boum instar sulcant proscinduntq; tellurem: tertiam, quoniã pascua circa ripas esse solent: postremò, quoniã curuis ambagibus cornua imitantur, Varinus. Taurus, vt idẽ habet, Alpheo fluuio immolabatur. vt Neptuno quoq;. In vniuersum enim taurus animũ naturæ conuenit cũ aliàs, tũ quia violentũ est animal, & cornibus terrã reijcit. Taurorũ species simulachra flaminũ id est, cũ cornibus formantur, quod sunt atrocia, vt tauri. Festus. οἳ εἰς ἔσπερα πλεῖν οὐκέτι (sic habent impressi codices, Cælius reddit in Libya) ἀφίκοντο ἀλλ' ἐπὶ τὰς ἑσπερίους Αἰθίοπας καὶ τοὺς καλουμένους ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων Ταυροκερωτίνους, Pollux 19 Europen qui rapuit Taurus apud Lycophronẽ, nõ aliud fuerit quam ταῦρος ἐπὶ τριήρους ἄκρῳ, id est tauri forma præsigne nauigiũ, Cælius & Varinus. Nominabantur autẽ naues nominibus illorũ quæ prætendebãt insigniũ: & maximè verisimile est, centaurũ pistrimq;, & cuncta id genus, ea ratione dicta prolataq; a Vergilio in quinto, Bayfius. Hac de re copiosius scribit Nic. Erythræus in Indice suo Vergiliano in Scylla. Taurocerculi, naues Ianuitules. Suidas. Est autẽ cercurus, genus nauis breuioris, lembus, vide Bayfium. Elephantes nasci ũtur, vt Iphicrates scribit, apud Hesperios Aethiopas, & qui rhiges vocantur, forma tauris persimiles, vita vero magnitudine & pugnãdi viribus elephantes referũt, Strabo. Ταυρίς, pelis tauri, Varinus: & galea ex pelle taurina, Hesychius. In vulgaribus Lexicis legitur ταυρέαι, tegmina ex taurina pelle, quibus caput & cerui obuoluuntur. Ἀμφὶ δὲ ταύρεαι βοὸς ἄγριος ἔρρον ἄνακτες, Homerus. Sanguinem taurinũ Græci dicũt αἷμα ταυρεῖον. Magi marrubiũ tauri sanguinẽ vocant, Dioscor. Alexandri equũ bucephalan vocatũ, siue ab aspectu toruo, siue ab insigni tauri capitis animo impressi, Plinius. Ad Cadaram rubri maris peninsulam exeunt pecori similes belluæ in terram, palmæq; radices fructũ remeant: & quædam equorũ, asinorũ, taurorũ capitibus, quæ depascuntur sata, Plin. Ταυρικὴ φάλαγξ ταῦροι ὀρεσίτροφοι, Hesychius: videtur autẽ locus corruptus. Κεραὸς, taurus ἐκ τοῦ κέρας, vt ὠτὸς & bos cui cornua sunt lunata. Cælius, Varinus, & Hesychius. Taurocerus tribulus cognominatur apud Dioscoridem Κερατία, γαυλίαι, superbi, per translationem ἀπὸ τῶν ὑψηλοκεράτων ταύρων, id est a tauris qui ferociores & elata ceruice sunt, Hesych. Ταῦρος βαθὺν τέγγων, ὑφαίνεται ἐκ Μυσῶν γίγαντος, ἢ ἐπὶ τοῦ Διὸς ἀπεσταλμένος ἐστίν. Antipater Antholog. lib. 1. sect. 1. Io Tzetzes Chiliade 11. cap 393. genus taurorũ Scythicorum ἄβους vocari scribit, & ἀκεπτυλόφους exponit ταυροκέφαλους.

c. Nicander in Theriacis de percussa à dipsade, Ἀντικρὺ δ' ἐπὶ παιδὸς ἀνὴρ ἐπιμάσσεται ἕλκος Χαλκείῃ σφύρῃ ἠὲ βοὸς ἀγραύλοιο μετώπῳ. Ταῦρος δὲ μυκᾶται, ἀναστενάχουσι δὲ πάντες apud Varinũ. taurus vehementem ædens mugitũ: apud eundem, ἐμυκήσατο legitur, vox (vt mihi videtur) corrupta Ταῦρος φθέγξατο Suid. Ταῦρος φθέγγεται. qui vocem taurinæ similem ædũt, Varinus. ἐγρύζων ταῦρος taurus mugiens cũ mactatur, vel sanguinẽ eructans diffluo iugulo: Homerus, ταῦρος ὣς ἐρυκανόωντα &c. Varinus. Ἀμφὶ δὲ οἱ ὀξὺν ὄμοιτο, φόνῳ λευκαίνετο πρῶτα τὰ ταῦρος. Theocritus Id 22. de tauris. Germani de vehementi illa bouis aut tauri per dolorem vel iracundiam emissa voce, dicũt *brullen*. Quales mugitus, fugit cũ saeuus aram Taurus & incertam excussit ceruice securim, Vergilius. Idem lib. 12. Aeneidos: Mugitus veluti cũ prima in prælia taurus Terrificos ciet: atq; irasci in cornua tentat Arboris obnixus trunco: ventosq; lacessit Ictibus & sparsa ad pugnam proludit arena) Inclusa parenthesi leguntur etiã lib. 3. Georgicorum vt supra citauimus, cadẽ prorsus, nisi quod pro tentat illic discit habetur. Dente lupus, cornu taurus petit, vnde, nisi intus Monstratũ. Hotius ferm. 1. Ταυρίζειν vaccarũ est cũ tauros appetũt, quasi taurire dicas: sicut τραγῶ, id est subare, cũ scropha: libidine pruriunt & apros desiderant vtraq; enim hac verba de fœminis tantũ dicuntur, non etiam maribus vt quidam putauerunt. Ἀπομαγάδες dicuntur tauri χαλεπώτατοι δὲ ἀγέλαιον ἀπομαγάδες εἰσί, id est ferociores & validiores, qui etiam robore suo freti solitarij pascuntur, Varinus. ἀπομάζω est contemnere: inde nomen quòd ἀγέλαι, id est gregem & gregatim pasci aspernentur. Hi etiam ἀπομαγάδαται (malim ἀπομαγέλαται per ε) apud Varinum dicuntur. Κεῖται βουκόλος ταῦρος ἀπομαγάδας. Cæterum cur tauri a rivalibus certamine victi, grege deserto solitarij pascantur, vt copiosè prosecuti sumus supra capite tertio, aliam rationem habet, neque recte quis illos ἀπομαγάδας dixerit: neque enim vel virium fiducia, vel gregis & vaccarum contemptu, sed metu & dolore id faciunt. Aristoteles etiam scribit tauros cum ipsi interse tantum absque vaccis pascuntur, ἀπομαγέλους dici: quam vocem Gãza coarmentari reddit, contrario planè sensu, vt recte obseruauit Erasmus: dearmentari enim potius vel abarmentari vertendum erat: & sic forsitan ille vertit, peruerterunt autem librarij. Theocritus in Bubulcis, Καὶ μὴν καὶ βόες ἦσαν ἐπ' ἀγρόθεν, ἐν δὲ φάλαντοι ταῦροι Οἰδίνες ἀπομαγέλαδες: Hunc locum Varinus explicans in Ἀπομαγ. negationem omittit, qua quidem omissa contrarius verbi sensus euadet. Erasmus non recte ἀπομαγέλαι scribit vocem proparoxytonam & per omicron: ἀπομαγέλαι enim per α cum acuto penultimæ scribi debet. Deceptus videturinde quòd apud Suidam ἀπομαγέλας legit, qui genitiuus ab vtrouis nominatiuo formari

mari potest. Taurus qui grege vaccarum spreto & relicto seorsim pastitur, in syluam abijsse dicitur: id quod in prouerbium etiam cessit, præsertim apud Græcos. Theocritus in Theonycho, Λῦτο θεὼ λέγεταί τις, ἔβα κ' ταὖρος ἀνὰ ὕλαν: quæritur autẽ his verbis amans quidam se iam pridem ab amica relictum, plurimumq; esse temporis quo illa alijs amoribus indulgeat, neque omnino curet ad pristinam redire consuetudinem. Licebit etiam ad alios diuersos vsus prouerbium trahere, vt si quis amicos pristinos, aut solita studia deserat: aut à conuictu hominum abhorrens secum viuat. Scholia quæ feruntur in Theocritum, prouerbium interpretantur de his, qui abessent non reuersuri. Taurus enim si semel aufugerit in syluam, capi non potest. Vnde non inconcinne quis dixerit maritum diutius ab vxore secubantem ἀπαγελεῖν: Tantum Erasmus. Bos initor, taurus est procreationi reseruatus. Pascite vt ante boues pueri, submittite tauros, Vergilius Aegl. 1. Submittere pro substituere accipit Palladius, & Iustinianus institutionum lib. 2. de Rerum diuisione. Sed si gregis, inquit, vsumfructum quis habeat, in locum demortuorum capitum ex fœtu fructuarius summittere debet, vt & Iuliano visum est: & in vinearum demortuarum vel arborum locum, alias debet substituere: Megasthenes scribit in India serpentes in tantam magnitudinem adolescere, vt solidos hauriant ceruos taurosq;, Plinius.

d. & e. Odientis signum est limis oculis aspicere & taurine ταυρηδὸν, vt inquit Plato: de qua voce mox plura inter prouerbia. Quibus frons est corrugata ac veluti nubila (συωτὶς) peruicaces (αὐθάδεις) ac duri iudicabuntur, à taurino forma, Aristoteles in physiogn. vt in Latino recte legitur, in græco desideratur. Taurum color rubicundus excitat, vt sos leonesq; mappa proritat, Seneca lib. 3. de ira. Rubram vestem non ferunt qui ad boues accedunt, &c. quòd eiusmodi colore eos constat efferari: Gyllius ex Plutarcho, qui tamen in libro de Alexandri fortuna, & rursus in connubij præceptis, tauros, non simpliciter boues, hoc colore irritari scribit. Martialis in libro spectaculorum de rhinocerote, Quantus erat cornu cui pila taurus erat. Vestes vetustate dilabentes ac laceras (inquit Cælius) Aristophanes lacidas vocauit: Latini id genus pilares dicere vestes possent. Quod Martialis significat, quum Epigrammatum lib. 2. de toga sua, quam pertritam conscissamq; intelligi volebat, ita scribit: At me, quæ passa est furiosi cornua tauri, Noluerit dici quam pila prima suam. Erant siquidem, vt Sextus Pompeius scribit, pilæ viriles effigies atque item muliebres ex lana, quę compitalibus suspendebantur in compitis, quòd esse deorum inferorum putarent, quos vocant lares: quibus tot pilæ, quot capita liberorum, seruorum, mulierum circa compita habitabant, ponebantur: vt essent ijs pilis & simulacris contenti, viuisq; parcerent. Hisce vero imaginibus nullius omnino pretij vestes circumponebantur. Proinde pannosos etiam quandoque Martialis pilas vocat, vt Epigrammatum decimo in Laurum: Sed qui primus erat lusor, dum floruit ætas, Nunc postquam desijt ludere, prima pila est. Ab hac pilarum similitudine, vt scribit Martialis interpres, vestes quæ in spectaculo tauris obijcerentur irritandis, pilæ sunt nuncupatæ: quòd à tauris peterentur, tanquam effigies hominum. Vel, inquit, pilæ dicebantur, quòd in globum & lusoriæ pilæ speciem conuolutæ iactabantur: Quanquam rudis antiquitas, vt Pædianus auctor est, homines è stramine formaret ad eum vsum. Postea, inquit, luxus in tantum auctus est, vt vestes etiam purpureæ obijcerentur. Quod duodecimo Metamorphoseon significasse Ouidius quoque videtur, quum ita canit, Haud secus exarsit, quàm circo taurus aperto, Cum sua terribili petit irritamina cornu, Phœniceas vestes, clusaq; vulnera sentit. Sed quod ille per luxum institutum ait vt phœniceæ obijcerentur: id minus veritate conititur: nam ex natura rerum oborta consuetudo est: Quam & iureconsultus Vlpianus Digestis de furtis non ignorasse videtur, vbi ait Cum eo qui pannum rubrum offendit, fugauitq; pecus, vt in fures incideret, furti actio est. Hoc & in Institutionibus relatum inuenies De obligationibus quæ ex delicto nascuntur, Hactenus Cælius. Martialis in libro spectaculorum, de rhinocerote scribens, Nano; grauem gemino cornu sic extulit vrsum Iactat vt impositas taurus in astra pilas. Et mox de Carpophoro qui ceruum & leonem in spectaculo telis confecerat, Ille tulit geminos facili ceruice iuuencos Idem ibidem, Qui modo per totam flammis stimulatus arenam, Sustulerat raptas taurus in astra pilas, Occubuit tandẽ cornuto ardore petitus, Dum facilem tolli sic Elephanta putat. Extat in eodem libro Epigramma in Domitianum, quem Alciden vocat: Qui cum futurũ cœlum & immortalitatem sibi vellet repræsentare, tauro insidens superiores scenæ partes in speciem cœli confectas petijt æmulatione Herculis, cuius nomen etiam sibi indiderat: nam Alcides appellabatur. Qui taurum ex Creta in Atticam ducens eius dorso insedisse fertur, Domitius. Ornithônis ostium debet esse humile & angustũ, & potissimum eius generis, quod cochleam appellant, vt solet esse in cauea, in qua tauri pugnare solent, Varro. Thessalorum gentis inuentum est equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare: primus id spectaculum dedit Romæ Cæsar dictator, Plinius. Taurus caprifico alligatus mansuescit, Taurus syluestris quietus fit & mitigatur ad ficum alligatus, Zoroast in Geop. Κεραστοκῆς, vel κεραστλεκὴς vel κερκλεκὴς, qui tauros cornibus trahũt, Varinus & Hesychius. Καὶ κερκλεκὲς πνεῦμα αὐδῆσαι εἴδατο ἐγώ, Author innominatus. Supra inter epitheta tauri κερκλεκὴς, id est cornibus robusti, ex Oppiano posuimus. Κερκλὸς, etiam exponitur qui cornibus trahit aratrum: taurus nimirum, id est bos robustus. Sic item vocant κερκίδα καὶ κάλων, id est funem antennarum (funes opiferos Latini dicunt) Hesychius: idem Apollinis cognomen est, Varinus. Ἵππου μὲν φύσιν ἡνίοχος, ταύρου δὲ βουλεύων: hîc tauri nomen pro quouis bone ponitur, vt supra etiam monui. Veteres taurorum cornibus pro poculis vsi sunt, vt in boue supra dixi in H. c. Ταυρεὴν scutum vocatur, à superficie quæ taureo tergore operitur, per synecdochen, Varinus. Supra quoque sic appellari diximus galeam ex corio taurino.

f. Milo solus absumpsit taurum quadrimum, quem per stadium retento spiritu portauerat. Item Theagenes solus taurum vorauit, Textor. Taurum deuorauit Hercules contendens cũ Lepræo: itẽ Thasius, Milo, Titormus.

g. Annibalem aliqui (vt Liuius veneno hausto se peremisse dicunt, alij Midæ & Themistoclis exemplo tauri cruore poto: alij suffocatũ à seruo id facere iusso, Plutarchus in T. Quintio Flaminio. Themistocles tauri sanguine calido epoto moritur, vide Suidam in Themistocle. Psammenitus Aegyptiorum rex cùm ad defectionem Aegyptios induxisset, captus est: ac deinde à Cambyse conuictus, epoto cruore taurino confestim expirauit, Herodotus lib. 3. Midas tauri cruore poto ad versuram faciendam abijt, Strabo.

h. Asphaltites lacus animal nõ habet, nihil in eo immergi potest: tauri etiam camelíq; impune ibi fluitant, Solinus. Alciati Emblema Ἀνὴρ καὶ ἀστὴρ, ad picturam bubulci taurum iuxta vaccas vinctum tenentis huiusmodi est: Ea toleranda homini tristis fortuna ferendo est, Et nimirum felix sæpe timenda fuit. Sustine (Epictetus dicebat) & abstine. oportet Multa pati, illicitis absque tenere manus. Sic ducis imperium vinctus fert poplite taurus In dextro: sic se continet à grauidis. Lactantius 4. Theb. comment. Hetruscos confirmare ait, nymphã quæ cum nupta fuisset, prædicasse, maximi Dei nomen exaudire hominem per naturæ fragilitatem pollutionemq;

tionemque fas non esse: quod vt documentis assereret, conspectu exterorum ad aurem Dei nomen nominasse quem illico vt dementia correptum, & nimio turbine coactum exanimasse, & reliqua. De Titormo bussequa Aetolo ferunt, quòd stans in armento ferocissimi omnium maximiq; tauri pede correpto, furentem ac inde se proripere adnitentem frustra, retinuerit constantissime: ac insuper manu altera prætereuntis forte tauri alterius pedem apprehenderit audacissime, ac compresserit ferociter. Id cum intueretur Milo Crotoniates, in cœlum manibus sublatis, exclamasse fertur O Iupiter, an alterum proseminasti nobis Herculem hunc? Hinc prouerbij demanasse primordia memorant, Hic alter Hercules, Cælius. Polydamas Herculis æmulator leonem in Olympo inermis confecit: idem boum ingressus armentum, inibi taurum magnitudine insignem ac præcipue ferum conspicatus, ex posterioribus alterum arripuit pedem, retinensq; pertinacissimè, ferocientem, ac impetu prærabido prosilientem non dimisit prius, quàm indignabundus ac furens, tandè in Polydamantis manu chelam, id est vngulam reliquit, Cælius. Milo quum quotidie vitulum gestaret, eundem taurum factum citra negotium gestasse dicitur. Seleucus Nicanor Taurum syluestrem qui sacrificãdus eu serat ταῦρον ἄλσεως, ὃν τῷ Μάνεϊ dicitur cornibus apprehensum tenuisse & superasse, ac ideo eius simulachro in capite cornua apponunt, Suidas. De Apide tauro, & Minotauro, & tauro Minois (quem & Marathonium vocant, ex quo natũ ferunt Minotaurum, vide plura in Onomastico nostro in Marathone, & ibidem in Hercule nono laboreeius: & Leonicenũ in Varijs 2. 27. & Pausaniam in Atticis, &c.) & æneo tauro Perilli quem Phalaridi donauit, supra in Boue egimus. Taurus Europæ raptor rex Cretæ Gortynem condidit, Eustathius. De Ioue tauro raptore Europæ lege Ouidium lib. 2. Metamorphos. Nos iam prius ostendimus taurum istum ab eruditis nauem taurina forma insignem exponi. Idem hic taurus quod Europam incolumẽ transuexerit in Cretam, inter astra constitutus fertur, Euripide teste: de quo plura apud Hygmum & astrologos lege: alij hoc signum effigiem Iouis in vaccam mutatæ esse malunt, vide Varinũ. Versus istos Vergilij ex primo Georgicorum, Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus, & aduerso cedens canis occidit astro, Macrobius exponit lib. 1. cap. 18. in Somnium Scipionis. Tauri sydus Veneri consecratum, Ibidem 1. 21. Et Saturnaliorum cap. 12. Cum primum signum aries (inquit) Marti assignatus sit, sequens mox Veneri, id est taurus accepit: & rursus eiusdem libri cap. 21. Taurum ad solem referri, multiplici ratione Aegyptius cultus ostendit, &c. vt supra in Apidis bouis historia recitauimus. Medea apud Ouidium Metamor. lib. 7. iugulato Pelia pennatis serpentibus per aerem super diuersa loca inuehitur, & inter alia super Cyaneia tempe, Quæ subitus celebrauit olor: nam Phyllius illic Imperio pueri volucresq;, ferumq; leonem Tradiderat domitos: taurum quoq; vincere iussus Vicerat: & stricto toties iratus amori, Præmia poscenti taurum suprema negauit. Ille indignatus cupies dare: divit: & alto Desiluit saxo cuncti cecidisse putabant: Factus olor niueis pendebat in aere pennis. Arnobius lib. 5. de Cerere à Ioue delusa in tauri forma: Parit, inquit, mensem post septimum, luculenti filiam corporis, quam ætas mortalium consequens, modo Liberam, modo Proserpinam nuncupauit. Quam cum uerueceus Iupiter bene validam, floridam & succi esse conspiceret plenioris, &c. mox subdit, In draconis terribilem formam migrat, ingentibus spiris pauefactam colligat virginem, & sub obtẽtu fero molliss. ludit atq; adulatur amplexibus: fit vt & ipsa de semine fortiss. compleatur Iouis sed non eadem conditione qua mater. Nam illa filiam reddidit lineamentis descriptam suistat ex partu virginis tauri specie fusa Iouialis monumẽta pellaciæ. Auctorem aliquis desiderabit rei, tum illum citabimus Tarentinum, notumq; senarium, quem antiquitas canit, dicens Taurus draconem genuit, & taurum draco. Ipsa nouissimè sacra, & ritus initiationis ipsius quibus Sebadijs nomen est, testimonio esse poterũt veritati. In quibus aureus coluber in sinũ demittitur consecratis, & eximitur rursus ab inferioribus partibus atq; imis, Hæc quidẽ eruditè Arnobius. Porrò & Eusebiũ audiamus de eadẽ re loquentẽ. Ceres, inquit, Persephonen peperit educatur puella. τοῦτ' ἔστι scilicet (Pherephatten nonnulli appellãt) cui Iupiter, qui genuit, draco factus coniungitur. Vnde in Sabaziorũ mysterijs draco in spiram inuolutus, in sacrificijs, ad factorũ memoriam immò vero in testimoniũ tantæ turpitudinis, vt sic dixerim, adhibetur. Peperit & Pherephatten tauriformem filiũ, vnde poetę quoq; nonnulli taurũ laudant draconis patrẽ, & draconẽ rursus tauri patrẽ. Ferũ montẽ arcana hæc facta ducentes, pastoralem stimulũ celebrant: pastoralẽ (vt puto) stimulũ, ferulam, quod ligni genus bacchantes ferunt, appellãtes: Hęc ex Arnobio & Eusebio, vt à Gyraldo citãtur Syntagmate 6 in Proserpina. Scribit insuper Clemẽs Iouem commutatũ in anguem intulisse P. oserpinæ filiæ vitiũ, vnde sit natus Dionysius. Quo argumento etiã Sabaziorum mystica draconẽ præferunt in orbẽ complicatum. Hinc & poetæ draconem tauri pattem dum concelebrant, symbolice operteq; Iouem innuunt, ex quo & filia natus hic sit tauri specie. Quare ab Lycophrone taurũ vocari scimus, Cælius. Achelõus Epiri, vel vt alij Aetoliæ fluuius, nomẽ sub Acheloo rege mutauit, cum Thoas antea vocaretur, authore Stephano. Hic cum Hercule duello certauit pro Deianira Oenei Calydoniæ regis filia: sed videns Herculem fortiorem, se vertit primo in serpentem, deinde in taurum, cui Hercules amputauit cornu, quod Copiæ comiti Fortunæ datum est. Sed postea Achelous Amaltheæ cornu Herculi dédit, atq; ita suum recepit. Tandem ab Hercule victus se in sui nominis fluuio gemino cornu insignito occuluit. Nam reuera Achelous Græciæ fluuius est, duobus alueis, qui per fines Perrhæbiorum in Maliacum sinum effunditur. Vide Ouidium Metamorph. lib. 9. de Acheloi transformatione. Ceraste incolæ Amathũtis hospites immolabant: vnde Venus offensa. Dum dubitat quo mutet eos, ad cornua vultum Flexit, & admonita est hæc illis posse relinqui, Grandiaq; in toruos transformat membra iuuẽcos, Ouidius Metam. lib. 10. Tauros in Colchide ignem efflantes, fuisse fabulantur poetæ, quos venefica ope Medeæ Iason vicerit, de quibus Ouidius lib. 7. Metamor. Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant Aeripides tauri &c. vtq; solent pleni resonare camini. Pectora sic intus clausas voluentia flammas, Gutturaq; vsta sonant. tamẽ illis Aesone natus Obuius it. Vertere tuces venientis ad ora Terribiles vultus, præfixaq; cornua ferro, Puluereumq; solum pede pulsauere bisulco, Fumificisq; locum mugitibus impleuere, &c.

Venetiæ fluuius Silis ex montibus Taurisanis fluit, Plin lib. 3 cap. 18. & mox cap. 18. Taurisanos Istriæ populos facit. Et rursus ibidem, In hoc situ (inquit) interiere, Carnis, Segeste & Oera: Taurisci Noreia. Et cap. 20. Incolæ Alpium multi populi, sed illustres à Pola ad Tergestis regionem, Secusses, &c. iuxtaq; Carnos quondam Taurisci appellati, nũc Norici. Leponticos & Salasos Taurisceæ gentis Cato arbitratur. Tauriſci, Ταυρίσκοι populi iuxta alpes (alias Taurini) Polybius lib. 3. Eratosthenes Teriscos, Τερίσκους vocat: Dicebanturetiam Ταῦροι, Stephanus. De Noricis vel Oricis & Noricijs plura scribit Eustathius in Dionysium: & Strabonem citat testem, in Tauriscis Noricijs iuxta Aquileiam, ad duos sub terra pedes statim aurum inueniri fossile. Orici (inquit idem Eustath. iuxta Polybium habitant circa initium Adriatici maris: Norici vero vel Noricij iuxta intimum eiusdẽ recessum,

ceſſum. Taurinum (vt hodie vocant) vrbs Celtica eſt Maſſilienſium colonia, Ταυρόεις Stephano dicta: & ciues eius Taurocenti. Apollodorus ſcribit conditores huius vrbis vectos eſſe naui ταυροφόρῳ, id eſt cuius inſigne erat taurus: qui à Phocenſium claſſe reiecti, ad terram appellentes, vrbem inde nominauerunt: Gentile Taurini, Stephanus. Taurini populi ſunt Italiæ Tranſpadanæ in Alpium radicibus, Plinius 3.7. Tranſpadanæ Italiæ colonia eſt Auguſta Taurinorum, antiqua Ligurum ſtirpe, inde nauigabili Pado, Plinius 3.15. Præter mediam & compendiariam magisq; celebrem Alpium viam (per alpes Cottias ſcilicet) ſunt etiam aliæ multo ante temporibus conſtructæ diuerſæ: primam Thebanus Hercules ad Geryonem extinguendum, vt relatum eſt, & Taurifcum lenius gradiēs, prope maritimas compoſuit alpes: hicque horum nomen indidit: Monœci ſimiliter arcem & portum, ad perennem ſui memoriam conſecrauit, Ammianus Marcellinus lib. 15. Tauri populi ſunt Tauricæ Septentrionalis regionis in Europa incolæ, Iphigeniæ & Oreſtis aduentu maximè memorati: moribus ſunt immanes, immanemq; famam habent, ſolere pro victimis aduenas cædere, Pomponius. Vide Onomaſticum noſtrum. Tauri Scythica gens ab Aegyptijs colentibus bouem & Apim oriundi, vt quidā ex Etymologico tranſtulit, in quo nos hæc tantum verba reperimus: Ταῦροι τε Σκυθικὸν ἔθνος, ἐπὶ τιμαῖον Αἰγύπτιοι σὺν βοῒ καὶ τὸν Ἆπιν. Alij ſic dictos aiunt à tauro, eò quod Oſiris illic bubus iunctis terram arauerit: Apud hos eſt Taurica inſula (vel Cherroneſus potius) quæ & Mæotica nominatur: habitant quoque dictum Achillis curſum, &c. Euſtath. Dionyſius poeta de Boſphoro Cimmerio, Ἦ τοι ὅ γε πεπόλ Κιμμερίοις ναίουσιν ὑπὸ ζυγὸν ποδὶ ταύρου. Alius (inquit Euſtathius) hic Taurus eſt, quàm qui in Orientem vergit: aut Septentrionalis quædam eius portio eſt, ſub qua Cimmerij habitant, gens Scythica: & Taurica Cherronneſus ingens ſita eſt verſus occaſum Mæotidis faucibus adiacēs, quam aliqui aiunt tum figura tum magnitudine Peloponneſo parem eſſe. Regionis illius incolæ Tauroſcythæ vocantur à Tauro monte qui illic eſt: quod etiam Herodotus non ignorauit, cum & ipſe de montibus Tauricis, id eſt Scythicis mentionem faciat, Euſtath. De Tauroſcythis ab Antonino Pio victis hiſtoria refertur apud Iulium Capitolinum. Ad Syriam mons Taurus nomen à pecore habet, Varro. Taurus mons Aliæ, ab Eois veniēs littoribus, Chelidonio promontorio diſterminatur: immenſus ipſe & innumerārum gentium arbiter, dextero latere ſeptentrionalis, vbi primum ab Indico mari exurgit, &c. Vide Onomaſticum noſtrum. Nomen ei vel à magnitudine: Nam veteres tauros vocabant omnia magna & vehementia: vel quòd eius pars ad mare prominens, taurinam faciem (τετυπωμένη) referat: Gentile Taurianus, Stephanus. Cælius non à tauro quadrupede, à quo & reliqua magna violentaq; tauri dicuntur, vt Stephanus & Euſtathius ſcribunt, Tauro monti nomen inditum putat: ſed contrā à Tauro monte magna violentaq; omnia tauros appellari ait: quod ego non probo, & Stephani Euſtathijq; verba contrario quàm debebat ſenſu eum accepiſſe video. Dionyſius Apher Taurum montem appellatum canit, Οὔνεκα ταυροφανὴς ἐξύκαμψε (aliâs ὀρθοκαμψ) ἰδυίῃ Οὔρεσιν ἐκπαδίοισι. Quæ verba Rhemnius Fannius ſic reddit, Cornua nam ſummus ſcopulis imitatur acutis. Suidas hunc montem tauro boui perſimilem ait, σκιρτῶντι ἐοικέναι τῷ βοὸς ἀναθλίσαντι τοὺς ὀπισθίους πόδας εἰς ὕψος, εἶτα δὲ τὸν αὐχένα κυρτοῦν: id eſt, ſaltanti & poſteriores pedes in altum reiectanti, & mox collum incuruatum attollenti. Alius præterea Taurus mons videtur de quo apud Etymologum & Varinum legimus ex authore innominato, Taurus mons regionis illius glandes producit pabulum ſuibus: pendebant etiam ex monte illo tributa, quæ redditus Tauricos appellabant. In Arrabia ſunt Tauri duo quidam montes qui à longe formam quandam oſtendunt Tauris ſimilem, Strabo lib 16. Taurus locus vbi gaza Iudæorum recondita erat in Hierichuntis ingreſſu, Idem. Taurominiū, Ταυρομένιον. mons eſt Siciliæ multis bobus abundās; & ſupra eum vrbs eiuſdem nominis, Perottus. Diodorus lib. 16. in Philippi regis hiſtoria ſcribit. Andromachum Timęi hiſtorici patrem, coactis in vnum qui cladi ſuperfuerant, ab Dionyſio Naxo euerſa, Taurum vrbi vicinū collem diutius incoluiſſe: quare Tauromenij nomen loco conciliatum; quæ mox opulentior fuit ciuitas. Tauromenitanum littus cur Copria dictum ſit, in Boue indicaui. Tauropolis, vrbs Cariæ, Stephanus. Taurania, vrbs Italiæ Stephanus. In Campano agro intercidit Taurania, Plinius 3.5. Taurianum, Brutiorum oppidum in Italia iuxta Rhegium, Mela lib. 2. Ad Brutium littus in Italia, intus in peninſula Metaurus amnis eſt, & Tauranium oppidū, Plinius 3.5. Taurorum Ptolemæo 2.16 idem Taurinum Plinio 3.25. alio nomine Alba Græca Belgradum hodie, vulgo *Griechiſch Weiſſenburg*, vbi Danubio miſcetur Sauus, Eſt autem Vngariæ vrbs à Turca nuper expugnata. Tauri amphitheatrum apud Suetonium nominatur, in quo C. Cæſar Caligula munera gladiatoria aliquot ediderit. Tyburtina porta Romæ aliquando Taurina dicta eſt, à capite tauri, quod illic inſculptum erat, Perottus. Alexandria Aegypti fallacibus vadis, tribus omnino aditur alueis, Tegano, Poſidonio, Tauro. Plin. 5.31. Taurus item fluuius eſt apud Trœzenem, ex quo apud Sophoclem nominatur Tauria aqua, Ταύρειον ὕδωρ, Varinus & Euſtathius Iliad. λ. & Athenæus lib. 3 addunt autem illi fontem etiam quendam Hyoeſſan à Sophocle vocari: quæ verba non intellexit Cælius ineptè reddens fontem Hyoeſſan etiam viſi apud Trœzenem. Ταύρειον ὕδωρ. Λέγει δὲ Ἀγγελίων πεποιῆσθαι πρὸς Τροιζῆνα τὸν Θησέα λέγοντα, τὰ ὦ κρηναῖα ὑγρὰ τῆς Ὑόεσσα. Hæc verba apud Heſychium & Varinum corruptiſſimè leguntur, quemobrem hîc emendata citare volui. Emendaui autem tum ex Athenæo, tum alio Varini loco cuius initium Ταύρειον ὕδωρ ἐστὶ. Sic tauriformis voluitur Auſidus, Horatius 4. Carm.

Nunc de ſacrificijs dicendum: Fuit quidem priſcis opinio, vt ex hædis potius & agnis hoſtiæ fierent, quòd hæmites & cicures eſſent. Nam gallinacei, ſues & tauri animo magis abundare videntur, Gyraldus. Diximus iam in Boue præter alia quædam bubulo pecori ſacrificando communia, boues mares ab Aegyptijs Epapho immolari, & quomodo ab eis explorētur an puri ſint ad ſacrificiū, explicauimus ex Herodoti lib. 2 Apud Homerū ταῦροι ἑκατόμβοιοι leguntur, id eſt ſelecti: tales enim ſacrificari oportebat Sic Vergilius, Mactant lectas de more bidētes. Græcis ſacrificaturis moris erat tauros explorare farina appoſita. Nā ſi guſtare abnuiſſent, concipiebant inde haud valere fatis, Cælius & Gyraldus. Druidæ viſcum omnia ſanantē appellantes ſuo vocabulo, ſacrificio epuliſq; rite ſub arbore præparatis, duos admouent candidi coloris tauros, quorū cornua tunc primū vinciantur, &c. Fœcunditatē eo poto dari cuicunq; animali ſterili arbitrārtur, contraq; venena omnia eſſe remedio. Tanta gentiū in rebus frinolis plerunq; religio eſt, Plin. Quoties aut thus, aut vinum ſuper victimā fundebatur, dicebant, Mactus eſt taurus, thure, vel vino: hoc eſt; cumulata eſt hoſtia, & magis aucta: id quod & Iſidorus lib. 10. ſcriptum reliquit. Gyraldus. Homerus, Πρῶθι λυθήσεσθ' Ἑλικαόνιον αἰμοφόρητα: Tunc enim de ſacris bene ſibi promittebant Iones, cū taurus mactandus magnum ęderet mugitum, Varinus in Helice. Meſſenij taurum quē manibus Ariſtomenis mactaturi ſunt, columnæ quę in eius ſepulchro eſt alligāt: Quòd ſi ille, dum vinculū euadere conatur & ſaliendo tumultuatur, columnā commouerit: lætum omen interpretantur ſin minus, triſte, Pauſanias in Meſſenicis. Cum Agamemnon in Aulide ceruum Dianæ ignarus occidiſſet, dea irata ventorū flatus amouit, vt nauigare non poſſent.

Oraculum

Oraculum consulentibus responsum est Agamemnonio sanguine deam esse placandam. Missus igitur Vlysse Iphigeniam filiam astu à Clytæmnestra sub prætextu facti cum Achille matrimonij impetratam adduxit: cumq; iam immolari pararetur, dea misserta illam sustulit, ceruamq; pro ea supposuit, virginem autem in Tauricam regionem transtulit, &c. Quidam in vrsam scribunt mutatam esse, alij in taurum, alij in anum, in ceruam alij. Sed hæ meræ fabulæ sunt, res ipsa autem sic habet. Cum Iphigenia iamiam immolanda esset, accidit forte vt vnum aliquod ex prædictis animalibus se obtulerit, quod comprehensum mox Iphigeniæ loco mactatum est. Non est autem absurdum rem ita contigisse credere, cum in sacris etiam literis Isaaci immolandi loco arietem se obtulisse legamus, Varinus in Neoptolemo, vbi plura etiam de Iphigenia afferç ex Isaacij Tzetzæ in Lycophronem commentarijs deprompta, & Perottus in Cornucopiæ. Solitaurilium & quo pacto fiant, meminit Cato de Re rustica cap. 141. Simile eis sacrificium Græci trittyn vocant, de quo in Boue supra dixi, Trittys vel trias sacrificium constabat ex verre (quem Græci capron vocant) ariete, & tauro, Varinus. Populus Romanus cum lustratur Solitaurilibus circumaguntur verres, aries, taurus, Varro. Perfectum sacrificium sue, tauro, hirco & ariete constabat. hoc hecatomben Græci & trittyn vocabant, vt supra exposui Solitaurilia sacra fuere, quæ singulo perfecto lustro per Censores celebrari mos fuit, ad lustrandam vrbem, sue, oue, & tauro: aut verre, ariete, & tauro, qui circum vrbem ducebantur, tumq; multa religione lustrum condebatur. Solitaurilia, Festus inquit, hostiarum trium diuersi generis immolationem signant, tauri, arietis, verris, quod omnes integri solidiq; corporis sint: solum enim lingua Oscorum significat totum, & solidum: hæc Festus, sed & Græci ὅλον dicunt totum & integrum. Porrò de Solitaurilibus meminit Liuius, Asconius, Quintilianus, alijq;, Gyraldus Plura vide in Ariete. Tauri etiam & taurilia ludi erant in honorem deorum inferorum facti, qui hac de causa instituti sunt. Regnante Tarquinio Superbo cum magna incidisset pestilentia in mulieres grauidas, existimantes Romani eam factam ex carne taurorum diutius populo vendita, prohibuerunt ne amplius venderetur, & ob hoc ludos dijs inferis instituerunt: quos & boalia & bubetios aliquando vocatos inuenimus. Sed proprie hi ludi sunt boum gratia celebrati, Perottus. Tauri ludi dicebantur, qui deis inferis fiebant, Festus. Sed de Taurcis ludis supra etiam in Boue diximus: Et & Tauria Neptuni celebritas, de qua paulò post. Ταυρικὰ δὲ, χοροὶ, ἢ παιδιαί (forte legendũ ἄθλος, id est ludus) θεῶν Ταραντίνοις, Hesych. Videtur sane locus esse corruptus. Ταυροχολία dicebatur festum quoddam in Cyzico celebrari solitum, Hesychius & Varinus: nimirum in Bacchi honorem, qui in Cyzico tauriformis colebatur, vt mox repetemus. Ego ταυροκολία potius legerim, quanquam & Tauricæ Dianæ festum sic nuncupatur.

Taurum vt Neptuno sic etiam fluuijs immolare solebant: præcipuè autem Alpheo taurum legimus immolatum: habet enim quandam affinitatem taurus cum fluuijs, vt supra in secunda huius capitis parte ex Varino protulimus. Homerus de Chryse scribit, eum tauros & capras Apollini immolasse. Sunt enim tauri coloni quidam terræ, & ad frugum prouentum Solis effectum suo labore adiuuãt. De capris & alijs animalibus cur Apollini immolarentur suis dicemus locis. Supra in Boue, vbi Cadmi mentio incidit, de taurorum etiam hostijs Apollini sacris nonnihil attuli. In Icaro insula maris Persici splendidè colitur Apollo ταυροπόλος, vel eodẽ cognomine Diana, Eustathius in Dionysium. Apollini taurum, Ioui non item immolabant, vide paulo mox in tauris Neptuno sacris ex Macrobio. Ex eodem supra in Boue (vbi de Apide) taurum ad Solem referri docuimus: & vbi armentorum Solis meminimus. Bugenes, Βυγενὴς Διόνυσος, id est boue genitus Bacchus ab Argiuis colebatur. Hunc & Græcorum plærique; ταυρόμορφον, id est tauriformem Bacchum & ταυροκέφαλον, id est tauricipitem, item ταυροπόλον ab Orpheo (dictum) effingebant, & appellabant: natumq; ex Persephone, vt Clemens in Strom. & Eusebius in 2. Præp Euang. tradunt (quorũ verba paulo ante adnumerauimus) vt alios mittam. Quinimo etiam taurus dictus est, & illi cornua attributa, & cognomen etiam factũ ταυρόκερως, id est tauricornis, vt est apud Nicandri commẽt. in Alexipharm. Idem & ab Orpheo in Hymnis βούκερως & βύκερως vocatur, id est bucerus & bicornis. Hinc Ouidius, Accedant capiti cornua, Bacchus eris Ideò autem cornua Baccho sunt attributa, vt Diodorus lib. 5. tradit, quia primus boues iugo iunxerit & Bacchus idem sit & Osiris. Idem tamen in quarto idcirco cornutũ Dionysium pictum dicit, quòd Ammonis filius fuerit, qui arietino capite cũ cornibus fuisse dicatur. Sunt qui cornua pro audacia fuisse dicant, vt Phurnutus, quod audaces trucesq; vinũ faciat Hinc Ouidius, Tunc pauper cornua sumit. Sunt qui & scribant cornua cristas vocari, &c. & cincinnos interpretentur: ac ideo Mosen cornutũ Hebræis visum putant, vt etiã Eusimachũ regem in eius nomismatibus videmus sed Armenios adhuc & Lydos sacerdotes, cũ huiusmodi cincinnis & capillis Romæ conspeximus. Porrò & illud item legimus, veteres cornu bouis pro poculo vsos fuisse: & inde factũ esse, vt non solũ cornua Dionysio finxerit antiquitas, sed etiam taurus ipse diceretur & tauriformis in Cyzico coleretur: & κερασφόρος, id est cornutus dicatur à Nicandro, Gyraldus. Bacchus κεραοφυὴς & taurus dicebatur, &c. vt supra monui cũ dicerem veteres cornibus pro poculis vsos. Athenæus lib. 2. Plato (inquit) secũdo de Legibus vini vsum sanitatis gratia concessum ait. Verum ab ingenio hominũ ebriorum, Dionysium tauro & pardali conferunt, eo quod inebriati sæpe quædam per violentiam agere conentur. Alcæus, Ἄλλοτε μὲν μελιαδὴς, ἄλλοτε δ' ἐπαχθὴς γίγνεται (lego ἐπαχθαλὴς) χἠσυχάζων (forte ἀϊδὴς μένων) id est vino placidũ aliquando ingenium contingit, aliquando vehemens & violentius quàm verbis exprimi possit. Quidam etiam ἰωμηστὴν, id est feroces & animosi sunt, qualis nimirum taurus est. Euripides, Ταῦροι δ' ἐφεστᾶσ' ἐκ κέρως ἰωμήμονες, id est, Tauri proterui sunt & cornibus ferociunt. Sunt qui natura pugnaces prorsus efferantur, vt pardalis effigies eis conueniat, Hæc Athenæus. Sophocles in tragœdia quæ inscribitur Tyro. Tereus perperam secundum Varinum) taurophagum vocat Dionysium, id interpretantur quia dithyramborum poetis in victoria daretur bos (in quo tamen aliqui Aristarchum mendacij arguunt. Suid.) Alij crudelem & immitem (ὠμηστὴν) accipiunt, quando & Aristophanes Cratinum ita infamauit. Sed ad vinolentiam magis referendum alij putant, quòd philœnus esset is, hoc est vino indulgeret largius, vel audax Baccharum instar, Cœlius, Varinus, Suidas, Etymologus. At forsitan ὠμηστὴν hic interpretari conueniet, non simpliciter crudelem & immitem, vt Cœlius transtulit sed ὠμοφάγον. id est qui cruda & non cocta vorat. Arnobius enim lib. 5 aduersus Gentes, Bacchanalia etiam (inquit) prætermittemus inania, quibus nomen Omophagijs Græcum est, in quibus furore mentito, & sequestrata pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus atq; vt vos plenos dei numine ac maiestate doceatis, caprorum reclamantiũ viscera cruentatis oribus dilipatis. Suidas citat Aristophanis ex Ranis versus, quibus Cratinum taurophagum vocat: & Bacchum eadem ratione moschophagum cognominat. Inter ea quæ maxime memorabilia sunt apud Cynethaenses, templum Bacchi est, hyemisq; tempore solenne celebrant, in quo oleo inuncti viri taurũ, quemcunq; Dei instinctu comprehendunt, ex armento boum sublatum, educunt ad templum, Pausanias in Arcadicis. De tauro quem vetula

Cereris

Cereris apud Hermionenſes ſacerdos ducit & ſacrificat, in boue ſupra diximus in H.h. Diana Tauriea dicitur, Græcis etiam ταυρὼ (vt habet Varinus) quæ à Tauris populis colebatur: eadem Thoantea vel Thoantis, Oreſtea, Faſcelis, Aricina & Nemorenſis apud Romanos dicta eſt. Nam Iphigenia iam immolanda, vt ſupra narraui, numinis miſeratione ſubtracta, & ad Tauricam regionem tranſlata, regi Thoanti tradita eſt, ſacerdosq; facta Dianæ: vbi cum ſecundum ſtatutam conſuetudinem humano ſanguine numen placaret, agnouit fratrem Oreſtem: qui accepto oraculo carendi furoris cauſa cum amico Pylade Colchos petierat: & cum is occiſo Thoante ſimulacrum ſuſtuliſſet, abſconditum faſce lignorum, vnde & Faſcelis dicitur (ab alijs Facelis aut Facelina, ſiue à face cum qua pingitur: propter quod & Lucifera Diana, & φωσφόρος, & στιλαφόρος dicitur: ſiue ἀπὸ τῆς φακέλης, id eſt à lignorum onere & faſce) Ariciam detulit, &c. Gyraldus. Iphigenia etiam Diana à quibuſdam cognominata, nõ alia quàm Taurica videtur. Quiq; Thoanteæ Taurica ſacra Deæ, Ouidius in Ibin. Tauropoliæ Dianæ meminit etiã Diod. lib. 5. Idem & Tauropolia ſacrificia Dianæ & Martis apud Amazonas vocari ſcribit. Strabo quoque lib. 14. ait in Icaria inſula (Icaro Perſici maris inſula, Dionyſius Afer) templum Dianæ fuiſſe, (Stephanus id ex eodem Strabonis libro, in Samo fuiſſe tradit) quod Tauropolium à dea diceretur, id quod in decimoſexto repetit, vbi fuit & oraculum. T. Liuius lib. 4. quintæ Decadis, Amphipolim cum iam fama pugnæ perue..iſſet, concurſusq; matronarum in templum Dianæ, quam Tauropolon vocant, ad opem expoſcendam fieret, &c. Varinus, Tauropolon (inquit) Dianam dixerunt, quoniam vt taurus circumeat omnia: vel quòd taurum Neptunus immiſerit Hippolyto, furentem œſtro per omnem ferè terram: vel quod Iphigenia è Scythia fugiens, in Attica ſimulachrũ Dianæ conſtituerit & Tauropolon Dianam appellarit, quod à Taurica gente tum primum veniſſet. Dionyſius Afer in ſitu Orbis, non à gente tantum, ſed à tauro, Tauropolon Dianam denominatam ait: quia, vt Euſtathius, ea regio armentis abundet, quibus præſit dea: ſeu quia Diana Luna credatur: quare & Tauropus, Ταυρωπὸς, dicta eſt, quod ſit vt taurus aſpectu, Gyraldus. Cælius Euſtathij locum melius ſic reddit, vel quia cum Luna eadem ſit, quæ tauris vectatur. & Tauropus dicitur. Sanè Heſychius non modo Tauropolam Dianã, ſed & Mineruam vocat. Alij Tauropolan dictam aiunt, διὰ τὸ ἁλίσκεσθαι καὶ ταυροβόλον. inde quod telum immiſerit (tauro nimirum) vnde & Taurobolos appellata eſt, quo nomine Mineruam quoq; in Andro venerabãtur, Suidas. Alij non Tauropolon eam, ſed Taurophagon nominauerunt, quòd taurus pro Iphigenia in ſacrificio ſuppoſitus ſit, Etymologus. Ταυροφάγη, quæ in Tauris Scythiæ colitur, ſic dicta tanquã greguin & pecorum præſes, per ſynecdochen à parte: vel quod non alia quàm Luna eſt, & tauris inuehitur, quam & ταυρωπὸν appellant. Ἥρᾳ ταυροπόλῳ Διὸς Ἄρτεμις Ὠρομάσῃ παιδάμυι· δῶκε βοῦς ἀγελαίας, apud Sophoclem in Aiace: Multos enim furẽtes poetæ fingunt à Luna affectos eſſe, eò quod illa ſpectris nocturnis præſit, Suidas. Ioui taurum immolare nefas exiſtimatum, vt exponemus mox ex Macrobio. Ioui tamen in triumpho ſacrificari ſolitum taurum candidum teſtatur Gyraldus. Taurus Iunoni immollatur, apud Theocritum. Mineruam quoq; Tauropolam cognominari, ex Heſychio iam docui. Suidas eandẽ ταυροβόλον dictam in Andro coli ſcribit idcirco quod Anius taurum Atridis dederit, & vbicunq; ille de naui exiliret, Mineruæ ædem condendam iuſſerit, ita enim ſecundã fore nauigationem: Taurus autẽ in Andrum exilijt. De bubus Mineruæ immolari ſolitis, in Boue dixi. Mirabile eſt Olympiæ ſacro certamine, nubes muſcarum immolato tauro deo quẽm Myoden vocant, extra territorium id abire, Plinius. Ταῦρος vel Ταυρεὼς, Neptunus, Heſychio: apud Suidam Ταύριος ſcribitur. Ταυρεία, feſtum Neptuni, Heſych. & Varinus. Καὶ ταυρεὼς ἐνοσίγαιος, Heſiodus in Scuto: vbi Scholia addunt Ταύριος epitheton Neptuni eſſe, Bœotice, quòd ei deo tauri mactabantur in Helicone: vel vt alij dicunt, in Oncheſto: idq; vel propter vndarum fluctuumq; ſonitum: ex quo etiam ταυρόκερως, id eſt tauriceps dictus eſt, Gyraldus. Qui potus miniſterio præficiuntur, dici quidem œnochoi ſolent: in Neptuni tamẽ feſto apud Epheſios) etiam tauros ſcio appellatos, Cælius ex Athenæo quem tamen non citat. Euangelus apud Macrobium lib. 3. cap. 10. Et ex his (inquit) quæ nota ſunt nobis, Maronem pontificij diſciplinam iuris neſciſſe conſtabit. Quando enim diceret, Cœlicolũm regi mactabam in littore taurũ, ſi taurum immolari huic deo vetitum? aut ſi dixiſſet, quod Atteius Capito comprehẽdit. Cuius verba ex lib. 1. de iure ſacrificiorũ hæc ſunt: Itaq; Ioui tauro, verre, ariete immolari non licet. Labeo vero lib. 68. intulit, niſi Neptuno, Apollini & Marti, taurum non immolari. Ad hæc Prætextatus renidens, Quibus deorum immoletur tauro, ſi vis cum Vergilio communicare, ipſe te docebit: Tauram Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo. Vides in opere poetæ verba Labeonis? Igitur vt hoc doctè, ita illud argute. Nam oſtendit ideo non litatum, ideo ſecutum Horrendum dictu, & viſu mirabile monſtrum. Ergo reſpiciens ad futura hoſtiam contrariam fecit. Sed & nouerat hunc errorem non eſſe inexpiabilem. Atteius enim Capito, quem in acie cõtra Maronem locaſti, adiecit hęc verba: Si quis fortè Ioui tauro fecerit, piaculum dato. Committitur ergo res non quidẽ impianda, inſolita tamen. Et committitur non ignorantia, ſed vt monſtro locum faceret ſecuturo. Hucuſq; Macrobius. Pauſanias in Corinthiacis mentione Danai facta, eiusq; ſolij, ibidem (inquit) Bitonis imago eſt, humeris tamen ſuſtinens: de quo Lyceas poeta ſcripſit, quod cum Argiui ſacrificium Ioui in Nemeam ducerent, Biton vir admodum robuſtus, humeris ſublatum geſtauerit. Taurus vt fluuijs (cauſam ſuperius indicaui) ſic etiam Neptuno aptum ſacrificium iudicatur, Varino teſte. Immolabantur autem ei, tauri παμμέλανες, id eſt nigerrimi vel vndequaq; nigri, propter nigrũ aquæ colorem: à quo poetæ πορφυρέην κῦμα dicunt, & πόντον μέλανα. & ἁλοσύδνια, & ἰοειδέα, Varinus. Eſt autem carmẽ Homeri in Odyſſea, Ταύρους παμμέλανας ἐνοσίχθονι κυανοχαίτῃ. In Pindaro ταῦροι ἀργαῦντες Neptuno ſacrificantur, id eſt albi, quod quidẽ fieri poteſt διὰ τὴν πλησίαν ἅλα, id eſt propter canũ maris colorem. Sed veteres ἀργαῦντας intelligunt albos pinguedine: vt contra quædã pinguia pro albis dicũtur: qualia ſunt κριοὶ ἴσχια λιπαροί, πολλοὶ δὲ λίπα. Varin. Pindarus inſuper alibi Neptuno taurum immolandũ cratæpoda vocauit, qui ſuus fuit Delphorũ mos, Cælius. Homeri Scholiaſtes, Tauros (inquit) ei immolabant, propter maris violentiã: nigros vero, propter aquę colorẽ, ex maris profundo. Idẽ ferè ſcribit Phurnutus. Varinus in ἱερεῖ καλῷ taurum Neptuno immolari ſolitum ait, Ἀλλὰ τὸ μὲν εὐθὺ πάντα κίνησιν πλησιαίτερον ἔχει· ἀλλὰ τὸ ἀργὸν ἐπὶ τῶν ὑδάτων καὶ τὰς ἀφρίδας σημαίνει. Pindarus in Olympijs, ταῦρον ἀργὸν (forte ἀργαῦντα, vt ſupra ex Varino) illi aſcribit: quidam album interpretantur, propter maris ſpumas: alij non album, ſed florentem, ſeu nitentẽ, aut procerũ interpretãtur. Ego velocẽ expono: nam ſic canes cognominatos videmus: Sed de hac voce cum alibi, tum in Argiphõnte Mercurio plura dixi, Gyrald. Iunoni de tauro albo antiqui rem ſacram faciebant, (vt in Boue ſupra oſtendi) vel de iuuenca potius alba vt docti autumant, quod Gyraldus poetarũ teſtimonijs comprobat. Pindarus in Nemeis in laudem Alcimedis Aeginetæ, Ἐν Ἀμφικτύοσιν Ταυροφόνια πεμπάλοις Τίμασε Ποσειδᾶν· Νίσοι δὲ πυκνοί. Interpres taurophonon trieteridem exponit, in qua tauri Neptuno ferirentur: Repetebant autem Iſthmiorum certamen tertio quoq; anno. In maritimis ſacrificijs exta in fluctus iactabantur,

vnde

ſ. de illud Silij libro 17. Cui numen pelagi placauerat hoſtia taurus, factaque cœruleis innabant fluctibus exta. Græci aliquot Neptuno de cruribus taurorum rem ſacram faciebant: *Vlyſſes* ariete, apro, & tauro litauit. Non ſolos tamen tauros vel Neptuno vel Apollini, ſed & alias quandoque victimas immolabant. Horotbus tauro, capro, & ariete litabant, Gyraldus. De lupo qui taurum confecit, quo auſpicio Danaus regnum obtinuit, in Lupo dicemus.

PROVERBIA. Tauricum vel taurine tueri, Βλέπειν ταυρηδὸν, pro eo quod eſt torue ἀγρίως, Ariſtophanes in Ranis, de Aeſchylo cuius irati faciem exprimit. Ἐβλεψεν οὗν ταυρηδὸν ὑπογλαυκώσας κἀτει. Plato demonſtrat hunc Socrati fuiſſe morem, taurinis oculis obtueri. Optimæ torue Forma bouis, Vergilius. Ταυρηδὸν ἐκβλέπειν apud Pollucem legimus. Odij ſignum eſt limis oculis aſpicere & taurinè, vt inquit Plato. Weſtphali trucem aſpectum hoc prouerbio notant, *Er ſicht als ein ochs der dem fleiſchhawer entloffen iſt:* Tuetur inſtar Tauri, qui ab ictu lanij euaſit. Taurum tollet qui vitulum ſuſtulerit: adagium in fornice natum, vti videtur (inquit Eraſmus) ſed quod ad vſum verecundiorem commode torqueri poſſit, ſi quando ſignificabimus maiora peccaturum adultum qui puer vitiis minoribus aſſueuerit. In fragmentis Arbitri Petronij, Quartilla mulier omnium impudiciſſima. Infans (inquit) cum paribus inquinata ſum, & ſubinde prodeuntibus annis, maioribus me pueris applicui donec ad hanc ætatem peruenj. Hinc etiam puto natum prouerbium illud, vt poſſe dicatur taurum tollere, qui vitulum ſuſtulerit, Hæc illa. Cæterum non abſurdum videtur adagium ad Milonis Crotoniatæ factum referri, qui quotidie vitulum aliquot ſtadiis geſtare ſolitus, eundem taurum factum, citra negotium geſtaſſe legitur: Atq; ita quadrabit in eos, qui paulatim rebus etiam maximis aſſueſcunt, Eraſmus. Simile noſtri prouerbium habent *Es muß zeytlich krümmen, das ein guter bogg ſol werden*, Maturè curuetur oportet lignum, quod commodus vncus euaſurum eſt. Ταῦρος ὑπερκύψας τὸν Ταῦγετον κερατίζει τοῦ Εὐρώτα πίνειν, id eſt, Taurus porrecto vltra Taygetum capite ex Eurota bibit, de re vehementer abſurda, ſimillimum illi, Quid ſi cœlum ruat? Prouerbium natum ex Apophthegmate Geradæ Lacedæmonij, is ab hoſpite quopiam interrogatus, quæ pœna foret adulteris apud Lacedæmonios, negauit vllos eſſe adulteros apud Lacedæmonios. At inſtans ille, Quid ſi quis exiſteret, inquit, quam pœnam daret? Is, inquit, taurum maximum dependeret, qui producto vltra Taygetum montem capite, biberet ex Eurota. Cumque hoſpes arridens. Et vnde taurus tam ingens? Lacedæmonius vicißim, At vnde apud Lacedæmonios adulter? Refertur à Plutarcho in vita Lycurgi, Eraſmus. Abiit & taurus in ſyluam, & Ἀπωγελᾶν prouerbia, ſuperius enarraui capite 3.

Germanicum dictum apud Hollandos. *Man drybe ein varren gen Montpelier, Kumpt er vnider er bleybt ein ſtier*, hoc eſt, Bouem etiamſi longiſſime abducas, bos manet: Horatiani carminis ſenſum habet, Cœlum non animum mutant qui trans mare currunt. Prouerbium, Non ſi te ruperis, ex apologo natum, ad Ranam differetur.

DE VITVLO.

A.

VITVLVS bos Iunior dicitur. Diſcernuntur in prima ætate vitulus & vitula, in ſecunda Iuuencus & iuuenca, Varro. Nos iuuencum & iuuencam ſupra comprehendimus in generali bouis vocabulo, hic de ſolis vitulis ſeorſim dicturi. Attulimus autem ſupra quoque nonnulla, quæ vt bubulo generi in vniuerſum ſic vitulis quoque conueniunt. Vitulum Ebræi vocant עגל egel, vel פר par cum additur ben bakar, ſimpliciter enim poſitum par, bouem in genere ſignificat, vt ſupra expoſui in Boue. Rabi Salomon & Abraham Ezra egel interpretantur vnius anni bouem, niſi quis vertat primi anni. Græci νεῖον vocant τὸν ἐπιταυρίδιον καὶ μόνον ἐνιαύσιον βοῦν, id eſt bouem anniculam, Varinus. Saraceni, vt lego, vitulum heſel vocant. Græci μόσχον, quæ vox ad vtrumque ſexum pertinet, teſte Ammonio: à qua diminutiuum exiit μοσχάριον: Græci vulgo hodie vitulum μοσχίον vel μοσχάκι nominant. Itali vitello, Galli veau: Hiſpani ternera, nimirum à teneritudine, vel bezeron & vezerro: Germani *ein kalb*, Flandri *kalf*, Angeli a calfe, Vitulus in maſculino genere δαμάλης, ταυρίδιον etiá dici poſſe videtur, Germanice *ein ſtierle*: Vitula in fœminino, bucula δάμαλις & βοῦδιον, Ebraicè egela, de qua voce pluribus ſupra docui: quidam Germanice exponunt *ein Zenke*, quæ vox tamen ad iuuencam vitulo ætate paulo ſuperiorem pertinet: Angelis an heffar or yongo cowe.

B.

Vituli vngula ſi in vtero non abſoluatur, moritur, author obſcurus. Cætera quæ ad partes corporis, ſupra cum Boue requires.

C.

De cibo potuque vitulorum, vide mox quædam in E. De fœtura & partu vaccarum etiam in Boue dixi. Vituli item cur grauius mugiant quàm boues, cum animalia cætera nouella vocem acutiorem ædant, iam ſupra explicauimus. Adhæc, remedia vitulorum non pauca, boum remediis pariter coniunximus. Præter cætera, ſolent vitulis nocere lumbrici: qui ferè naſcuntur cruditatibus. Itaque moderandum eſt, vt bene concoquant: aut ſi iam mali vitio laborant, lupini ſemierudi conteruntur, & offæ ſaluiati more faucibus ingeruntur: Poteſt etiam cum arida fico & eruo conteri herba Santonica, & formata in offam, ſicut ſaluiatum demitti. Facit idem axungiæ pars vna tribus partibus hyſſopi permiſta. Marrubij quoque ſuccus & porri valet eiuſmodi necare animalia, Columella. Vergilius in Georgicis peſtem pecorum deſcribens. Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in herbis, Et dulces animas plena ad præſepia ponunt.

E.

Poſt partum cura in vitulos traducitur omnis: Conſtituoque notas & nomina gentis inuruut.
Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo: Aut aris ſeruare ſacris, aut ſcindere terram, Et campum horrentem fractis inuertere glebis, Vergilius in Georgicis. Poſthæc primum de domitura eorum præcipit, de qua nos ſupra etiam in Boue cap. 5. deinde de alimonia ipſorum his verſibus:

Interea pubi indomitæ, non gramina tantum,
Sed frumenta manu carpes sata, nec tibi fœta
Nec vescas salicum frondes, vivamq; palustrem:
More patrum nitida implebunt mulctralia vacca:
Sed tota in dulces consument ubera natos. Si qua (matrix) amisit vitulum, ei oportet supponere eos, quibus non satis lactis præbent matres. Semestribus vitulis objiciunt fastorè triticeos, & farinam ordeaceam, & teneram herbam: & vt bibant mane & vesperi curant, Varro. In alimonijs armentitium pecus sic contuendum: lactantes cum matribus ne cubent, obteruntur enim. Ad eas mane adigi oportet, & cum redierint à pastu: Cum creuerint vituli, leuandæ matres, & pabulum viride obijciendum in præsepijs. Item his, vt ferè in omnibus stabulis, lapidem sustinendi, aut quid item, ne vngulæ putrescant. Ab æquinoctio autumnali vnà pascuntur cum matribus, Varro. Mense Aprili vituli nasci solent, quorum matres abundantia pabuli iuuentur, vt sufficere possit tributo laboris & lactis. Ipsis autem vitulis tostum molitumq; milium cum lacte misceatur saluiati more præbendum, Palladius. Χλωρᾶς σπυρίδος & μίσχους σπάστους, id est fartiles seu altiles apud Athenæum legimus.

Iunio mense vituli rectè, vt dictum est, ante, castrantur, Palladius. Mense maio castrandi sunt vituli, sicut Mago dicit, tenera ætate, &c. Idem. Vitulis tempus castrandi anniculis est, alioquin minores deformioresque euadunt, Aristoteles. Castrare non oportet ante bimatum: quòd difficulter, si aliter feceris, se recipiunt. Qui autem postea castrantur, duri & inutiles fiunt, Varro & Sotion in Geopon. Castrare vitulos (inquit Columella) Mago censet, dum adhuc teneri sunt: neque id ferro facere, sed fissa ferula comprimere testiculos & paulatim confringere (& paulatim confractis resoluere, Pallad.) Idque optimum genus castrationum putat, quod adhibetur ætati teneræ sine vulnere. Nam vbi iam indurnit, melius bimus, quam anniculus castratur. Idque facere (verno, vt recte addit Pallad.) vel autumno Luna decrescente præcepit, vitulumque ad machinam deligare: deinde priusquàm ferrum admoueas, duabus angustis ligneis (stagneis, Pallad. fortè stanneis, sed neutrum probo) regulis, veluti forcipibus apprehendere testium neruos (quos Græci κρεμαστῆρας ab eo appellant, quod ex illis genitales partes dependent) quibus comprehensis, statim testes (tentos testiculos, Pallad.) ferro resecate, & expressos (Palladius simpliciter habet, ferro resecant. & ita reciduntur) ita rescindere, vt extrema pars eorum adhærens prædictis neruis (capitibus nervorum suorum) relinquatur. Nam hoc modo nec eruptione sanguinis periclitatur iuuencus, nec in totum effœminatur adempta omni virilitate, formaque seruata maris, generandi vim deposuit, quam tamen ipsam non protinus amittit. Nam si patiaris cum à recenti curatione fœminam inire, constat ex eo posse generari: Sed minime id permittendum, ne profluuio sanguinis intereat. Verum vulnera eius sarmentitio cinere (cinere simpliciter, Sotion in Geopon. cum argenti spuma linenda sunt: abstinendusq; eo die ab humore (potu, Pallad. & exiguo cibo alendus. Sequenti triduo velut æger cacuminibus arborum, & defecto viridi pabulo oblectandus (præbeantur ei teneræ arborum summitates, & frutera mollia, & herbæ viridis coma, dulciora fagina roris aut fluminis, Pallad.) prohibendusque multa potione. Placet etiam pice liquida, & cinere, cum exiguo oleo (vt Sotion etiam habet) vlcera ipsa post triduum (à castratione scilicet) linire (vulnera diligenter vngere, Pallad.) quo & celerius cicatricem ducant, nec à muscis infestentur. Hæc Columella & Palladius. Sed melius genus castrationis (inquit Palladius) sequens vsus inuenit. Alligato enim iuuenco, atque defecto, testiculi stricta (scissa legit Petrus Crescentiensis) pelle clauduntur, atq; ibi lignea regula premente, decidunturignitis secutibus, vel dolabris, vel, quod est melius formato ad hoc ferramento, vt gladij similitudinem teneat. Ita enim circa ipsam regulam ferri acies ardentis imprimitur, vnoque ictu & moram doloris beneficio celeritatis absumit. & vltis venis ac pellibus à fluxu sanguinis strictis, plagam cicatrix quodammodo cum ipso vulnere nata defendit, Hæc Palladius. Vitulis (inquit Aristot. lib. 9. historiæ anim. cap. 50.) tempus castrandi anniculis est, alioqui minores deformioresque euadunt. Modus castrandi hic est. Tractos deorsum testes, atque obtentos, pressosque in imum scorti, cultello dacto, extrudunt: mox fibras sursum, quoad maxime fieri potest, reprimunt, & plagam infarciunt capillamento, ne sanies effluere possit: & si inflammatur, ignem adhibent scorto, & respergunt. Si bos à recenti castratu ineat, procreare potest, Hæc Aristoteles interprete Gaza. Græca in codibus impressis sic habent: Οἱ μὲν οὖν μόσχοι ἐκτέμνονται, ἐὰν αὐξῶσι· εἰ δὲ μή, αἰσχίους καὶ ἐλάττους γίνονται. αἱ δὲ δαμάλεις ἐκτέμνονται τὸν τρόπον τοῦτον. καταλίνοντες καὶ ἐστηριγμένους τοὺς ὄρχεις, κάτωθεν τοὺς ὄρχεις ἐστὶ θλίβουσιν, εἶτα ἀναστέλλουσι τὰς ῥίζας ἄνω, ὡς μάλιστα, καὶ τὴν πυέλην θραύουσιν, ἕως ἂν ἰσχνὰ ᾖ ἔξωθεν καὶ ἐὰν φλεγμαίνῃ, κατεπαύσαντες τὴν ὀσχέαν, ἐπιτάττουσιν. ἐὰν δ' ἐπὶ ἐχόντων βοῶν ἐὰν ἐκτιμῶσι, τὸ φάρμακον συγχέουσι. In his verbis multa corrupta, multa obscura sunt, & ab interpretibus variè reddita quibus ego pro virili mederi conabor. Primum igitur post hæc verba εἰ δὲ μή, sic lego αἰσχίους καὶ ἐλάττους γίνονται αἱ δαμάλεις. ἐκτέμνονται δ', &c. De vitulis maribus loquitur, quos Græci proprie δαμάλεις (à tecto δαμάλης) vocant, teste Ammonio: quanquam à fœminino etiam δαμαλὶς, similiter (δαμάλεις in plurali formari potest. Εἰ δὲ μή, sin minus, id est si non castrentur cum anniculi sunt, sed post illam ætatem, minores & deformiores euadent iuuenci (quamuis enim μόσχος & δαμάλης eandem significationem ferè habeant, sæpe tamen δαμάλης pro iuuenco accipitur) quæ ætas proximè vitulum excipit, & ita conuenit hic interpretari. Dixerat autem paulo ante, omnia animalia, si dum crescunt castrentur, maiora & elegantiora quàm non castrata euadere: sed si posteaquam adoleuerunt, & iam incremento constiterunt, castres, nihil præterea accedere ad magnitudinem potest. Proinde non assentior Augustino Nipho, qui vbi hunc Aristotelis locum interpretatur, Minores (inquit) deformioresque euadunt, scilicet si infra annum castrentur. Nam quod de castratione post anni primi ætatem, & quo tempore iam crescere desinunt, non ante illam facta Aristoteles loquatur, manifestum est ex iam dictis. Addit Niphus, si autem supra annum, non sine periculo agitur: at nos ex Sotione & Varrone iam docuimus, non ante bimatum castrandos esse: Sed esto vt posterius dictum Niphi, pugnantibus inter se authotibus, vel excusandum, vel etiam verum sit: prius certe omnino Aristotelis sententiæ aduersatur, quod vel Albertus Magnus ipsam monere poterat. Genus illud castrationis, quo vitulorum, dum adhuc teneri sunt, testiculos fissa ferula comprimere, & paulatim confringere, Palladius & Columella ex Magone docent: minus frangere vires, ideoque turius esse in tenera ætate existimauerim, minus etiam effœminare: cum testes eis non omnino demantur, sed atterantur tantum. Id quod testibus iam ætatis progressu durioribus, vt difficilius, ita nimio cum dolore fierer. Hominem ita castratum Græci θλασίαν (vel θλαδίαν quod minus placet) vel θλιβίαν appellant, à contritis contusisque coleis. Hic modus quoniam sine ferro fit, nec tantum dolorem affert, nec sanguinem profundit, non pugnat illis qui anniculos aut bimos demum castrari volunt: intelligunt enim illi de castratione ferro aut cauterio facta. Varia spadonum inter homines genera, Alciatus in libro de verborum significatione proponit. Paulus Aegineta libro 6 cap. 68. duplicem castrandi modum explicat, alterum κατὰ θλάσιν

id est

id eſt per contuſionem, alterum κατ' ἐκπαλὴν, id eſt erectionem. Poſterior ad Ariſtotelis etiam verba lucis non nihil afferret, is huiuſmodi eſt: Caſtrandus in ſedili reſupinatur, & ſcrotum cum teſticulis ſiniſtræ manus digitis premat: & per ſcrotum ita extenſum duas lineas rectas, per vtrunque teſticulum vnam, ſcalpello incides: vbi exilierint teſticuli, cute detracta excidentur, ita vt tenuiſſimum ſolum naturale vaſorum commercium relinquatur. Atque hic modus, eo qui per contuſionem fit, magis probatur. Nam quibus teſtes ſolum contuſi ſunt, nonnunquam Venerem appetunt: nimirum quòd pars aliqua teſticulorum contuſionem ſubterfugerit, Hæc Aegineta: qui de contuſione etiam ſcribit, eam in infantibus ſolum fieri ſolere, &c. Quod ſequitur apud Ariſtotelem κατακλίνοντες καὶ ἐκτίμωντες τὸν ὄσχεον, &c. ſic verto, Vitulis reſupinatis, ſcrotoque inciſo, teſtes per inferiorem ſcroti partem exprimunt (& abſcindunt vel excidunt, quod deeſt in Græco: addendum igitur, καὶ ἐκτίμωνται, vel ſimile verbum:) deinde neruos à quibus pendebant, quàm penitiſſimè fieri poteſt ſurſum recondunt. Quod Ariſtoteles dixit, ἐκθλίβωσιν, id eſt digitis vel inſtrumento aliquo extrudunt, Aegineta ſic effert: ἐκπιέζοντες ἢ διδύμους, ἐκπυρίζωσιν. Proprie ſanè ἐκπιέζειν dicemus τὸ ἐκθλίβεσθαι, vt pomorum nuclei digitis expreſſi, Græci ἐκπυρηνίζειν vocant proprio & eleganti vocabulo. Albertus Magnus totum hunc locum ſic reddidit, Proſternitur ad terram vitulus, & diuiditur corium oſchei, & exprimuntur teſticuli, & ligantur nerui teſticulorum fortiter: & tunc abſcindantur teſticuli, & eriguntur (id eſt ſurſum reponuntur) radices neruorum, cineribus iniectis in vulnus: Et ſi coquantur (id eſt vrantur) nerui, melius erit contra ſanguinis fluxum. Quæ pleraque ad Ariſtotelis ſententiam quadrare puto: quanquam de ſuo adiecit neruos (ſcilicet cremaſteres) præligari, ex vulgi experientia nimirum: Nam quòd cineres pro capillamentis ſupponit, cum veteres rei ruſticæ authores in hoc imitetur, facile condonabimus. Nam & in libro de ſimplicibus medicamentis ad Paternianum, qui inter nothos Galeni circumfertur, ita legimus cap. 148. Cinis in recentia vulnera penitus infarctus, ſanguinem ſiſtit: ideoque omnibus pecoribus caſtratis cinis impoſitus prodeſt, omnibusque abſciſſis. Theodorus Gaza pro κατακλίνοντες legiſſe videtur καθέλκοντες, cum non opus eſſet quicquam mutare. Obſcurum eſt etiam quod vertit, Et ſi inflammatur, ignem adhibent ſcroto, & reſpergunt: Primum enim loco inflammato, ignem vel cauterium adhibere, verè eſt ignem igni addere, & augere malum: deinde quod inflammationem reſpergi ait, nec quiſquam vnde vel quonam medicamento ea reſpergi debeat ex verbis eius intelligere queat, reprehenſione dignum mihi videtur. Paſtores (inquit Niphus μετὰ φειδοῦς Ariſtotelis verba, vt aliquo modo Gazæ translationem ſulciat) pulueres aut aliud medicamentum ad hoc præparatum inſpergunt. Sed abſurdum eſt Ariſtotelem remedij inſpergendi nomen tacuiſſe putare, præſertim cum eo omiſſo, obſcura & ineptæ conſtructionis relinquatur oratio. Albertus Magnus ridicule ſimul & indocte ſic vertit: Si autem apoſtema acciderit in loco illo, pulueriz atus teſticulus & loco ſuprapoſitus, erit conueniens cura ipſius. Mihi poſt κατακλίνοντες diſtinguendum videtur, non poſt δεχέσθω vt Gaza fecit: & ita vertendum: Quòd ſi locus inflammetur, vrunt, & ſcroto inſpergunt: Intelligo autem idem remedium quod proxime vulneri infarciendum dixerat, nempe τρίχας, id eſt capillamenta, aut lanas. Lanæ enim, Dioſcoride teſte, vulneribus à principio ſtatim ex aceto, oleo, vinóue vtiliter imponuntur, &c. crematarum præterea cinis cruſtas inducit, carnem excreſcentem cohibet, & ad cicatricem vlcera perducit. Ab initio igitur, vbi ſiſtere tantum ſanguinem oportet, lana mollis ſimpliciter adhibetur: deinde vbi locus intumeſcit (quod Ariſtoteles φλεγμαίνεσθαι dixit, vt conijcio: ſæpe enim hoc verbo Græci parum prõpriè vtuntur) & plus colligitur, vehementiore remedio, ſiccante expurganteque opus eſt, quod quidem non amplius lanæ, ſed vſtarum cinis præſtare poteſt. Poſtremo in citato Ariſtotelis loco vltima verba ἐὰν ἐκτμηθῶσι τὸν φανερὸν συγγενῆ, procul dubio ſic reſtitui debent, ἐὰν ἐκτμηθῶσι τὸ φανερὸν, ἐπιχωσῶσι: cum ex ſimili loco Ariſtotelis libri 1. de generatione animi. cap. 4. tum ex Gazæ conuerſione, & Columellæ Palladijque verbis confirmati poteſt. Hæc hactenus dixerim ſuper vitulorum caſtratione, non tam reprehendi & emendandi aliorum ſcripta, quàm negotium ipſum clarius explicandi inſtituto.

Apes ex vitulis aut iuuencis, &c. quo modo generentur, in apum hiſtoria proſequemur. Apes ere duntur non fugere, ſi ſtercus primogeniti vituli adlinamus oribus vaſculorum, Palladius. Caſeus fit lacte coagulato, hœdino imprimis vitulorúmue coagulo, Plinius. Pelles vitulinæ ad varios vſus parantur, vel cum pilis, vel ijs detractis: & vel diuerſis coloribus tinctæ, vel natiuo relictæ, ad culeos, peras, tibialia præſertim mulierum in Germania: veſtiuntur eiſdem libri, mira elegantia, præ cæteris enim nitorem leuoremque politæ admittunt.

F.

Vitulos lanij ad cultrum emunt, Varro. In omni animalium genere, carnes vetulorum duræ, ſiccæ, & concoctu difficiles ſunt: iuniorum contra, humidæ, & molles, atque idcirco commodius concoquuntur: his tamen exceptis, quæ vbi in lucem editæ ſunt, protinus in cibo ſummuntur. Nanque omnes eiuſmodi muccoſæ ſunt, ac præcipuè quæ ſuapte natura humidiore ſint carne, vt agni & ſues: verum hœdi & vituli, vt qui natura ſunt ſicciores, multò melius concoquuntur nutriuntque, Galenus in libro de boni & mali ſucci cibis. Ex eiuſdem libro 3. de aliment. facult. ſupra in Boue de vitulina carne iudicium recitauimus, nempe quod bubulæ præſtet & facilius concoquatur. Ex pedeſtribus animalibus ſuilla caro probatiſſimus cibus eſt, dein hædina, mox vitulina, Idem. Gaynerus in cura Iſchiadis, conuenire ait in cibo, vitulos lactentes à ſecundo ad quartum menſem. Omni tempore anni conueniunt hominibus temperatis aut calidis carnes hœduli lactentis aut vituli, ſi poſſunt haberi, Arnold. de conſeru. ſanit. Vituli vaccarum illarum, quas lactis tantum & caſei cauſa nutrimus, quindecim à partu diebus elapſis occidendi ſunt: carnes eorum temperatæ ſunt & faciles concoctu, ſalubresque illis qui vitam degunt otioſam, Petrus Creſcent. Hanc itaque non iniuria menſæ nobilium crebro repetunt, Platina. Aſſiduos habeant vitulum tua prandia in vſus, Cui madida & ſapida iuncta tepore caro eſt, Bapt. Fiera. Elixatur vitulina vt reliquorum pecorum caro: quidam vt appetitui conſulant excitando eodem ferè modo quo piſces coquunt, in qua primum elixant deſpumantque, & ſallunt (parcius autem ea ſaliri conuenit, in quibus ius magna ex parte feruendo conſumi debet) & cum ſemicocta videtur, vinum affundunt, deinde cepas per tranſuerſum conciſas, poſtremo cum parum iuris iam ſupereſt butyrum feruefactum: aliqui butyro in ſartagine farinæ aliquid addunt, & aceti modicum, & croceum ex aromatibus pollinem, ipſasque cepas. Similiter etiam exta parantur, ſic voco arteriam cum pulmone, corde & iecore cohærentibus: Germani in vitulo priuatim *das gricke*, noſtri etiam *gricke*: Apponuntur enim aut ſimpliciter elixa, aut condimentario iure cum vino cocta, vt de carne iam diximus: ſed ius illud cum carne ſemper coqui ſolet donec modicum ſuperſit: cum exta vero interdum relinquitur copioſum &

ſum & aromatibus cum croco adiectis pani παρασιδοι diſſecto in patinis infunditur (*eingrielſuppen*) idque inter lauta etiam primæ menſæ fercula numeratur. Ventrem cum inteſtinis vituli, Germani priuatim in vitul- & hœdis nuncupant *ainlœſz*: quæ itidem elixa & aromatibus condita initio menſæ apponunt. Lixatur & vituli caput a prima ferculo prandiorum, idque artetino longe præferrur, pretio ſuperans ſelquialtero. Cerebrum inde ſeorſim etiam in aqua modicè coctum, mox tunicis liberatum, in vino coquitur, & inſpergitur aromatibus: Sunt qui cum lacte mixtum & cepis minutatim inciſis, butyro frigunt, & aromatibus condiunt. De vitulina carne ſalienda ſupra in Boue dixi: relinquitur autem cum ſale in vaſis fictè non vltra diem antequam ſuſpendatur in caminum. Gelu in patina fictum ex pedibus vitulinis, tum metaphrenı ſeu dorſi ſuperioris carnib. Pedes etiam elixi cum aceto & pipere eduntur: vel friguntur cum butyro inuoluti confractis tudicula ouis. Cibi leues ſunt pinguis caro & quæcunque glutinoſa eſt: Quod ferè quidem in omni, quæ domeſtica ſit, præcipuè tamen in vngulis truncisque ſuum, in petiolis capitulisque hœdorum & vitulorum & agnorum, omnibusque cerebellis, item lacte, Celſus. Apicius libro 8. cap. 5. vitulinæ carnis varios apparatus præſcribit, his verbis: In vitellina fricta: Piper, Liguſticum, apij ſemen, cuminum, origanum, cepam ſiccam, quam poſſam: mel, acetum, vinum, liquamen, oleum, defrutum. In vitulinam ſiue bubulã cum portis ſuccidaneis, vel cepis, vel colocaſiis: liquamen, piper, later, & olei modicum. In vitulinam elixam: Teres piper, ligullicum, careum, apij ſemen: ſuffundes mel, acetum, liquamen, oleum: calefacies, amylo obligas, & carnẽ perfundes. Aliter in vitulina elixa: Piper, Ligusticum, fœniculi ſemen, origanum, nucleos, caryotam: mel, acetum, liquamen, ſinapi & oleum. Elixum eſſe debet vituli pectus. Dorſum tamen ſeu ſpina aſſatam requirit: Coxas eiuſdem in pulpamentum rediges. Platina.

Artocreas quomodo paretur ex carne vituli. & Platina libro 8. cap 36. his verbis docet: Aut vituli aut hœdi aut capi carnem elixabis: elixam & enervatam, minutatim concides, & in mortario tundes. Huic deinde parum caſei recentis, tantundem veteris & triti, parum petroſelini & amaraci conciſi, oua quinque bene defracta, abdomen porcinum, aut huber vitulinum concilum, modicum piperis, pluſculum cinnami, minimum gingiberis, tantum croci vt colorem conciliat, addes. Curabis concoquatur eo modo, quo albam diximus. Hoc edant Scautus & Celius, qui nimiam macilentiam cum obeſitate libenter permutarent. Vehementer enim alit, corpus obeſcat, hepar iuuat, obſtructionem tamen & calculum facit. Et lib. 6 cap. 9. Paſtillum ex vitulo alijue cicuribus animantibus hunc in modum parat: Cicures (inquit) appello, omnia quæ domi aluntur, vt vitulum, capum, gallinam & ſimilia. Ex his paſtillum ſic facies. Carnis macræ quantum voles ſumito, minutatimque gladiolis concidito. Vitulinum adipem cum aromatib. huic carni bene miſceto, inuoluta, ruſtillis in furno coquito. Cocta vbi fuerint, duo vitella (vitella in plurali numero genere neutro ſæpenumero profert) ab albore ouorum excreta cum modico agreſtæ, cumque iure perpingot bene tudicula agitata. in paſtillum infundes. Sunt qui modicum croci ad ſpeciem addant. Fieri & hic paſtillus in patella bene vncta, etiam ſine cruſta poteſt: capum, pullaſtram, & quicquid voles, integrum & in fruſta concilum in paſtillo pro voluptate optimè coques. In hoc & multum alimenti ineſt: tarde concoquitur, pauca recrementa in ſe habet: cor, hepar, & renes iuuat, obeſat, ac ventrem *ciet. Et mox ibid. cap. 12. Paſtillum (inquit) in olla ſic facito: Carnem vitulinam cum adipe minutatim conciſam, in ollam ponito: pipiones & pullos, ſi voles, ad jus. Ollam ipſam ad carbones longè à flamma, ne concitatè efferueat, ponito. Vbi ebullire cœperit, de pinnato paſſillas deinde imponito. Cepã poſtremo minutatim conciſam, cum lardo frigito: Factam in ollam indito. Vbi omnia propè cocta exiſtimaueris, agreſtam & aromata ſuffundito. Sunt qui & duo vitella ouorum bene agitata, cum agreſta infundant. Multum alet, tarde concoquetur, nauſeam facier, ſtomacho nocebit, hepar & renes concalefaciet. ſperma augebit, caput & oculos ledet. Idem Platina eodem lib. 6. cap. 18 In pulpam vitulinam. Ex coxa vitulina carnem macram abſcindito, in fruſta oblonga & lubtilia concidito: batuitoque cum gladio coſta, ita ne teſcindantur: ſtatimq; ſale & fœniculo trito ſuffundito: amaracum deinde ac petroſelinum cum lardo bene conciſum, & aromatibus ſparſum ſuper pulpas extendito: caſq; ſtatim inuolutas in veru ad ignem ponito: ne nimium deſiccentur, caueto: coctas eodem ſtatim appones. Multum alet, corpus ſolidum reddet, pauca recrementa relinquet. In pulpam Romanam, ca 19. Carnem vitulinam in fruſta non maiora ouo ita concidito, ne alterum ab altero reſcindatur: ſalemque ac coriandrum, aut fœniculum tritum ſtatim inſpergito: aſſa, inter duas tabulas aliquantulum opprimito. Veru deinde traiecta cum teſſala lardi, ne ſe contingant, nè nimium deſiccentur, ad ignem voluito, donec coquantur. Multi hoc eſt & groſſi alimenti, tarde etiam concoquitur, & aluum aſtringit. Et ſubinde cap. 20. Eſitium ex pulpa: Ex coxa vitulina pulpam accipito, eamq; vel cum adipe eiuſdem, vel cum lardo minutatim concidito. Amaracum & petroſelinum contundito, vitellum oui cum caſeo trito tudicula agitato, aromata inſpergito, corpus vnum facito, ac omnia cum ipſa carne miſceto. In omentum deinde vel procinum vel vitulinum teſſellatim inciſum, hoc pulmentum ad oui magnitudinem inuolito, ad focum in veru lento igne decoquito. Mortadellam vulgares hoc eſitium vocant, quod certe parum incectam quàm nimium, ſuauius eſt. Tarde ob hanc rem concoquitur, obſtruit, calculum creat, cor tamen & hepar iuuat. Ruſſus cap. 22 Farcimina: Pulpæ vitulinæ atque adipi ſuillæ bene tunſæ, trium caſeum tum veterem tum pinguem, aromata bene tunſa, duo aut tria quæ tudicula agitata: ſalis tantum quantum res ipſa requiret, & croci quo croceaſint, admiſcebis: admixtaque in inteſtinum bene lotum, & perquam tenuatim productum, injicies. Coquuram in cacabo requirunt. Bona non niſi biduo durant. Seruari tamen in dies quindecim aut plures poterunt, ſi plus ſalis & aromatum addideris, ſiue ad fumum deſiccaueris. Et cap 30. Caput vitulinum aut bubulum: inquit, aqua calida depilato, vt ſuem conſueſti, ſi elixum voles: vbi coctum fuerit, in alliatum mergito: ſi aſſum placuerit, repletum aromatibus, allio ac pleriſque odoriferis herbis, in furno decoquito. Et mox cap 31. In cerebrum vitulinum: Ex capite elixo ac cocto cerebrum eruis, cum quo duo vitella ouorum tudicula bene agitata, modicum piperis, parum agreſtæ, ſalis quantum ſat erit, miſcebis. Mixta hæc omnia in ſartagine cum liquamine tantiſper friges, donec, quod breuiſſimè, concreta ſimul fuerint. Comedi certo hoc pulmentarium debet: vbi refrixerit, nil inſipidius. Item cap. 35. In ventriculum vitulinum: Vitulinum ventrem in angulo leniter perforato, ſtercusque ac ſordes omnes eximito: in lotum ventrem, hæc quæ dicam, indito: Ex caſeo veteri ouа quatuor bene facta (fracta) parum piperis leniter tunſi, croci modicum, paſſulas integras petroſelinum, amaracum, mentã conciſam. Mixta omnia & in ventriculum claua, in cacabo bene coquantur. Et cap. 26 Pulmentarium in carbone: Carnem macram ex coxa vitulina in buccellas non nimium ſubtiles conciſam, culteri coſta contundito: ſale deinde & fœniculi ſemine bene trito vtrinque aſperſam, inter duas tabulas per dimidium horæ comprimito. Iude in craticula ad carbones concoquito, in vtranque partem crebro

vertendo

vertendo, addendoque theſſelas lardi, ne igne inareſcat. Coqui non admodum hoc pulmentarium debet: ca- lidam item conuiuis apponatur, quo magis appetentiam & deſiderium bibendi excitet. Hoc Bibulus vtatur, qui ficim in ſe demortuam quærit. Idem 5 15. Non diſplicuit mihi Palelli hoſpitis noſtri patina, qui pedes vitulinos bene lotos, & coctos cum iuſculo aromatibus inſperſo, in cœnam more Romano attulit. Inditum quoque aliquid ex aceto putárim: adeo appetentiam excitabant. Apponi hæc patina prima menſa conſueuit. Boni & facilis extra alimenti: pectori confert, tuſſim leuit, meatus vrinæ exulceratos ſanat, dyſentericis prodeſt. A medicis tamen antetiores magis quàm poſteriores, animalium partes probantur. Eſitium ex abdomine porcino aut vitulino parandum, ex eodem Platina referemus in Porco. Genus farciminis quod noſtri vocant cerebri farcimen, (cerebrum enim cum condimentis recto inteſtino bouis aut vituli infarcitur) ſupra in Boue deſcripſi. Circumfertur liber quidam Germanicus coquinarius, vbi eduliorum ex vitulo apparatus aliquot præſcribuntur, quorum nomina hæc ſunt, *Leberſulltz von kalbs gelung, Lungenkuchlin, Gebachens von kelberlungen, Holbraten von kalbfleiſch.*

G.

Caro vituli recentis vulnera non patitur intumeſcere, Plin. Caro vitulina recens cum aceto cocta madidaque alis impoſita, fœtorem hirci detetrimum tollit, Marcellus. Ad hominis morſus carnem bubulam coctam imponunt: efficacius vituli, ſi non ante quintum diem ſoluant, Plinius: & alibi, Canis rabidi morſu facta vulnera circumciduntad vivas vſque partes quidam, carnemque vituli admouent, & ius ex eodem carnis decoctæ dant potui: aut axungiam cum calce tuſam, ſcilicet admouent. Cornel. Celſus lib. 5. cap. 27. agens de curatione communi aduerſus omnes morſus ſerpentium: Si neq; qui exugat (inquit) neque cucurbitula eſt, forbere oportet ius anſerinum, vel ouillum, vel vitulinum, & vomere. Vituli ius vulgaritet datum, inter auxilia cœliacorum & dyſentericorum tradunt, Plinius. Carnem vituli ſi cum ariſtolochia inaſſatam edant mulieres circa conceptum, mares parituras, promittunt, Plin. Vituli cornua decocta contra aconitum, Nicander.

Feminum vituli cinis ſordida vlcera, & quæ cacoethe vocant, è lacte mulieris ſanat, Plinius. Ex cerui & vitulorum cerebro (medulla Galenus) fit peſſarium mollificans apoſtemata matricis & duritiem eius, Roſis.

Medullæ animalium vim habent dura & ſcirrho affecta corpora molliendi, ſiue muſculi, ſiue tendines, ſiue ligamenta, ſiue denique vlcera, induruerint. Semper autem optimam expertus ſum ceruinam, deinde iuuencorum ſeu vitulinam. Hircorum vero & taurorum acrior eſt magisque deſiccat, vnde ſit vt ſcirrhoſas duritiesdiſſoluere non valeat. Cæterum ex vitulina & ceruina medulla, peſſi etiam mollientes ad matricis quædam vitia componuntur: & pharmaca ex medulla confecta molliendique vi prædita foris quoque vtero imponuntur. Accipitur autem non tantum oſſium medulla, quæ verè medulla eſt, ſed ex ſpina quoque dorſi, quæ reliqua ſicciori ſqualidiorque eſt, & eam ob cauſam ſeorſim vtraſque repono. Hæc Galenus lib. 11. de facult. ſimpl. cap. 5. plura mox inferens de recondendi & ſeruandi medullas ratione. Communis ratio medullarum eſt: (Plinij verbis vtor) Omnes molliunt, explent, ſiccant, excalfaciunt. Pro his verbis in Dioſcoride legimus, Ἁπαντες θελγουσι μαλακτικοι, ἀφλεγματικοι, ξηραντικοι πλαυρωτικοι ἑλκων, Pro ξηραντικοι legendũ ξηρωτικοι cum Plinio: Dioſcoridis interpretes noſtri ſeculi calfacere ex Plinio transferunt: verũ de Græco textu emendando nullus meminit. Ἁφλεγματικοι ijdem ratefacere transferunt: & recte quidem meo iudicio fecerunt, quod non in hac etiam voce Plinium imitati ſint, qui ξηραντικοι legit. medullas autem ſiccare, neque ratione neque authoritate vlla niti opinor. Quanquam enim malactica, id eſt mollientia ea proprie dicantur, quæ calfaciunt, exiccant, ſed vtrumque moderate, magis tamen calfaciendo ea quàm ſiccando primi ordinis modum excedere poſſe ſcio. Nam Galenus mollientia conferens pus mouentibus: hæc æqualem calorem ei qui in homine ſecundum naturam eſt, efficere docet: illa multo maiorem. Proinde vt mollientia pleraque, ita medullas maxime, calfacere abſolutè dici poteſt (quod meum eſt iudicium) ſiccare non item: niſi cum additione quod moderatè omnino & in primo ordine. Nihil enim eorum quæ ſcirrhi in morem indurata ſunt (inquit Gal.) vel valide ſiccantibus, vel excalfacientibus valide, curari poteſt. Similiter ἀλεαντικα, id eſt rarefacientia Galenus calida moderate & tenuium partium eſſe ſcribit, καὶ τὸ μὴ ξηραινειν, id eſt & minimè ſiccare: non quod non ſiccent, ſed quòd minimum ſiccent, cuius generis, hamæalum eſſe ait, ordine primo calidum & ſiccum. Verum Dioſcorides, qui non raro Græcis vocabulis abutitur, quod ad ſecundas medicaminum facultates, hac etiam voce rarefaciendi pro laxandi abuſus mihi videtur in medullis: molliunt enim medullæ quæ dura ſunt, laxantque intenſa, magis quàm ratefaciant denſa, aut obſtructa aperiant, præſertim cum pinguiuſculæ ſint & emplaſticæ facultatis tenuibus habeant, recentes præcipuè: accedunt enim medullę natura in ruminantibus ad ſeuum, in cæteris ad adipem. Quamobrem rectè Galenus vbi de medullis agit, non calfacere, non ſiccare, non rarefacere aut aliud tale eas præſtare ſcribit, ſed mollire tantum: quanquam & λαλαινειν id eſt diſſoluere obiter etiam tribuit non ſatis propria ſignificatione. In translatione Serapionis pro ἀφλεγματικοι habetur reſolutiuæ, & pro ξηροτικοις, ſedatiuæ: vnde hoc ſaltem conſtat olim etiam hunc locum incertæ lectionis fuiſſe, vt minus mirum ſit Plinium quoque & Dioſcoridem, qui ab aliis nimirum hæc deſcripſere, non eodem modo legiſſe. Porrò quod Plinius medullam explere, Dioſcorides vlcera explere dixit, nec ipſe rectè dictum exiſtimo, nec apud vllum ex probatis inuenio medicis. Nam quæ ſarcotica, id eſt carnem generare & vlcera explere proprie dicuntur, ſiccare modice & abſtergere ſine morſu debent: ego vero nullam in medullis abſtertionem ſentio. Fieri quidem poteſt vt per accidens aliquando carnem inducant, præſertim cum aliis mixtæ. Multa enim per ſe lædunt, aliis admixta eundem affectum ſanant. Quod ſarcoticis etiam contingit. Oleum ſordes colligit, ſic & cera: æruginem rodit: tria hæc miſta, carnem regenerant, magis etiam ſi quid ſarcotici adiungas. Scio Plinium commendare medullam ceruinam aut vaccinam ad vlcera oris, ſed cum reſina: item vituli vel bouis ad dyſentericos, ſed aliis admixtis: & vitulinam primarim ad exulceratas vuluas cum ſeuo, quibus tamen alia ratione quàm ſarcotica prodeſt: aut ſi illa quoque interdum, per accidens tamen. Sed ſatius hiſce relictis, veram medullarum facultatem ex Galeni verbis ſuperius recitatis addiſcere: quibus hæc addi poſſunt, Medullis (vt etiam adipe) recentibus laxando, veteribus inſuper diſcutiendo vtendum eſſe. Medullarum (inquit Dioſcorides) probatiſſima eſt ceruina, mox vitulina poſt hanc taurina, tum caprina & ouilla. Laudatiſſima (inquit Plinius) ceruina, mox vitulina, dein hircina & caprina. Curantur ante autumnum recentes lotæ, ſiccataque in vmbra per cribrum. Dein liquatæ per lintea exprimuntur, ac reponuntur in fictili locis frigidis. Vide etiam Dioſcoridem quomodo ad vſum parandæ ſint medullæ. Vituli medullæ cum pari pondere ceræ & olei, vel roſacei, addito

uuo, duritiæ genarum illinuntur, Plinius. Marcellus paulo aliter, Medulla (inquit) cum cera & oleo roſaceo æquis ponderibus liquefacta, & permixta, & ad emplaſtri modum impoſita, duritias palpebrarum, & ſi qua illic in modum pilularũ naſcuntur, cõmollit ac diſcutit, Marcel. Vituli medulla admixto cumino tepido infula prodeſt in auriũ dolore & grauitate, Plinius. Simile remedijũ vide mox in ſequo. Recens vituli medulla cũ cymino contrita infulaq; quamuis magnos dolores auriculæ ſtadm releuat, & intra triduũ tollit, Marcell. ex quo in Boue etiã dixi, bubuſinam (ſic legitur) vel taurinam medullã liquefactam, tepentemq; in fuſam auribus, plurimũ prodeſſe. Medulla vituli, vel ſi vaccina ſit, vlcera oris ac rimas emendat: Plin. Vituli aut bouis medullæ excoquuntur cũ farina & cera, exiguoq; oleo, vt ſorberi poſſint, pro cœliacis & dyſentericis: Medulla etiã in pane ſubigitur, Plin. Marcellus item vaccinam, cũ farina tenui ſubactam, & inſtar excocti panis in cibo datam, mirè dyſenteriã ſanare ſcribit, maximè ſi & caſeus bubulus recens manducetur. Manantia verendorum vlcera ſanat ſeuum cum medulla vituli, Id. Plin. Medulla vituli in vino ex aqua decocta cũ ſeuo exulcerationibus vuluarũ impoſita prodeſt, Plin. Componũtur ex ea medicamenta ad mollicndũ vterum, tum forti applicanda, tum peſſis inditis. vt ex Galeno ſupra recitaui.

Vitulinum pingue quomodo odoramentis imbui debeat, copioſè explicatum eſt ſupra in Tauro ex Dioſcoride. Idem quomodo à putredine conſeruetur, vide in Anſerino ex Dioſcor. Vitulinum adipem aliquantum aſtringere Dioſcorides ſcripſit, vide ſupra in bubulo adipe. Seuum vituli cum ſale ſubactum vtiliſſime adhibetur pityriaſi. Marcel. Cum ſale totum capitis vlceribus vtiliſſimum eſt, Plin. Adipe vituli ſi palpebras craſſiores perũnxeris, extenuabis eas, & ad ſanitatem perduces, Marcel. Seuum vituli cum anſeris adipe & ocimi ſucco, genarum (palpebrarum) vitiis aptiſſimum eſt, Plin. Idem remedium alibi ad aurium dolorem & grauitatem commendat. Plinius: & Marcellus quoque, qui tepidum infundi iubet. Et rurſus alibi in Plinio idem remedium (niſi quod nihil differe ait, vitulinc an bouis ſeuum capiatur) vlcera oris & rimas emendare docet. Eſt & alia mixtura (inquit) ſeuo vituli cum medulla cerui, & albæ ſpinæ foliis vnà tritis: Idem præſtat & medulla (videlicet vitulina) cum reſina, vel ſi vaccina ſit. Vituli adipem ſucco ocimi adiecto, ſi pariter tepefactum auriculæ infuderis, amariſſimo incommodo laborantem continuo liberabis, Marcellus. Cuminum ſylueſtre auribus inſtillatur ad ſonitus atque tinnitus, cum ſeuo vitulino vel melle, Plinius: Quid ſi legas? vel medulla, vt ſupra habuimus ex eodem autore, & Marcello quoque. Vituli adeps ex fœmina (id eſt vitula: ſed malim ex femine, vt paulò poſt ex inguinibus) ſublata, cum aquæ cotylis tribus decocta, & ſorbitionis more ſumpta, cœliaco plurimum prodeſt. Marcellus. Datur & ſeuum vitulinum aut bubulum, dyſentericis & cœliacis, Plinius. Ad dyſenteriam, Omentum vitulinum vel taurinum ſartagine excalefactum pectini & genitalibus impoſitum mirè medetur, Alexander Benedictus. Omentum vituli calfactum in patella totum applica circa renes, prouocat enim vrinam, Leonellus. Butyrum adipes anſerinus, vitulinus, porcinus apud Gal. lib. 9. c. 7π. miſcentur medicinis ad ſedem. Manantia verendorum vlcera ſanat ſeuum cum medulla vituli in vino decoctum, Plinius. Inflationibus in ſede ſeuum vituli auxiliatur, maximè ab inguinibus, cum ruta, Plin. Medulla vituli in vino ex aqua decocta cum ſeuo, exulcerationibus vuluarum impoſita prodeſt, Plin. Teſtium tumor, cum ſeuo vituli, addito nitro cohibetur, Plinius. De eodem remedio Marcellus, Adeps vituli (inquit) & nitri modicum, vnà permixta, & ceroti modo impoſita teſticulis, tumores omnes & dolores perſanare dicuntur. Vngues ſcabros ſeuum vituli emendat, Plinius. Sal prodeſt contra incipientes verrucas cum ſeuo vitulino, Plin. Author quidam obſcurus ex Plinio citat, ſeuum vitulinum podagricis & articularibus morbis prodeſſe: quod ego apud Plinium non de ſeuo, ſed fimo vitulino, nec eo ſimpliciter, ſed eius cinere legi, vt inferius recitabo. Leporino coagulo pares habent vires, hœdi, agni, &c. & vituli coagulum, Dioſcor. Lethargicos coagulum vituli adiuuat in vino potum oboli pondere, Plinius libro 32. qui totus eſt de aquatilibus, proinde hoc in loco non vituli terreſtris, ſed marini, coagulum accipiendum eſt. A recentibus & calidis adhuc vituli extis (id eſt arteria, pulmone, corde & iecore) minutatim concißis, liquor in vaſis chymiſticis elicitur, cui æquales partes ſaluiæ & meliſſophylli liquorum ſimiliter extractorum, admiſcentur: inde membra frigida, vel reſoluta, vel tabida, mane & veſperi aliquandiu perfricantur, & mox calidis pannis inuoluuntur. Iecur vituli maſculi, & tantundem foliorum ſaluiæ, minutatim pariter concidantur: collectus inde ſtillatitius liquor potui datur tum virisi tum mulieribus, qui durum tumorem tranſuerſum in imo ventre ſupra pudenda percepernt. Vincit lepras ac furfures vitulinum fel, cum ſemine cunilæ ac cinere è cornu ceruino, ſi canicula exoriente comburatur, Plinius. Felle vituli caput perunctum lendes exterminat, Marcellus. Alopecias ſanat vrina hominis vetus, ſi cyclaminum adijciatur, & ſulphur: efficacius tamen & vitulinum fel: quo cum aceto calefacto tolluntur & lendes, Plin. Fel vituli calefactum cicatrices extenuat: Medici adiiciunt myrrham & mel, & crocum, æreaque pyxide condunt: aliqui & florem æris admiſcent, Plinius libro 23. in ſiue capitis 18. imperitiſſimè ad cicatrices cutis referens, cum ad oculorum cicatrices tantum pertineat, quod vel ipſa medicamentorum oculariam materia monere ipſum debuiſſet. Idem medicamentum Marcellus Empiricus inter oculorum remedia his verbis deſcribit: Fel vituli diligenter collectum ad cotylæ menſuram in vas æreum mittitur, tenuique igne admoto ita excoquitur vt ſpiſſetur, deinde mellis boni tantum mittitur, quantum fellis illius decocti remanſerit: adjciuntur poſtea myrrhæ tritæ drachmæ duæ, & croci vna, & æris flos pauxillum ac poſtea ſimul omnia diu coagitata, ad tertias decoquuntur: quod medicamen in pyxide ærea debet reponi, ſatis vtile & lencomatis & cicatricibus, & omnibus vitiis oculorum, ſi adſi due inde & opportunè inungantur. Cum felle vitulino & aceto pari menſura ſerpentis ſenectus, id eſt exuuiæ decoctæ, & lanula madefacta medicamentum auriculæ inſertum, maximæ vtilitatis eſſe creditur, ſi prius feruenti aqua de ſpongia autem foueris. Marcellus. Ex eodem malagma ventri ſoluendo de felle taurino vel vitulino parandum, iam in Tauro ſcripſi. Vituli num fel ſi in purgationibus fuerit ſub coitu aſperſum vuluæ, etiam duritiam ventris emollit, & profluuium minuit vmbilico perunctο, atque in totum vuluæ prodeſt. Modum ſtatuunt fellis pondere denarij addapij tertiam, ammixto amygdalino oleo, quantum eſſe ſatis apparet hoc in vellere imponunt. Maſculi fel vituli, cum mellis dimidio tritum ſeruatur ad vuluas, Plinius. Lien vituli in vino decoctus, tritusque & illitus, vlcuſcula oris ſanat, Plinius. Ad lienem ſedandum, emi lienem vituli quanti iudicatus ſit, iubent magi, nulla pretij cunctatione, quoniam hoc quoque religioſe pertineat: diuiſumque per longitudinem annecti tunicæ vtrinque, & induentem pati decidere ad pedes: dein collectum in vmbra arcſacere: Cum hoc fiat, ſimul reſidere lienem ægri vitiatum, liberarique eum morbo dicitur, Plinius. Gluten vitulinum aceto remiſſum, admixta modica calce vſus, vt craſſitudinem mellis habeat, illines locis leproſis, atque illic ſiccari medicamen permittes, efficaciter proderit, Marcellus. Lichenas oris præſtantiſſimè vincit glutinum factum à genitalibus vitulorum, liquatum aceto cum ſal-

cum sulphure viuo ramo ficulneo permixtum, ita vt bis die recens illinatur: Item lepras ex melle & aceto decoctum, Plin. Simile remedium in Tauro ex taurocolla diximus, quæ & ipsa ex genitali tauri fit. Antibus fractis glutinum è naturis vitulorum factum, & in aqua liquatum medetur, Plinius. Fimo vituli suffiti percussos à scorpione prodest, Plinius. Sanguinem sistit fimi vitulorum cinis illitus ex aceto, Plinius. Vlcera quæ sordidata sunt, fimi vitulini cinere & muliebri lacte purgantur, Marcellus. Igni sacro vitulinum fimum recens, vel bubulum illinitur, Plinius. Varicum dolores sedat fimi vitulini cinis cum lilij bulbis decoctis addito melle modico, itemque omnia inflammata & suppurationes minantia, Plinius. Verrucas aufert vitulini fimi cinis ex aceto, Plinius. Aestates & quæ discolorem faciunt cutem, fimum vituli cum oleo & gummi manu subactum emendat, Plinius. Oesypum cum melle Corsicano tritum & appositum, abolet de facie omnes maculas, quidam & bu-
10 tyrum addunt: si vero & vituli fimus, & fel caninum misceatur, medicamen vtilius erit, ita vt pariter temperata omnia decoquantur, Marcellus. Idem locus apud Plinium sic legitur, Maculas in facie, æsipum cum melle Corsico, quod asperrimum habetur, extenuat: item scobem cutis in facie cum tofaceo impositum vellere. Quidam etiam butyrum addunt. Si verò vitiligines sint (hic vituli fimum Marcellus habet) fel caninum prius acu compunctas. Melancholicis fimum vituli in vino decoctum remedio est, Plinius Fimum vituli recentem si quis ex vino potui dederit his quos Græci cholericos vocant, manifesto periculo liberabi, Marcellus. Hydropicis auxiliatur fimum vituli masculi illitum: fimi vituli cinis cum semine staphylini, æqua portione ex vino, Plinius. Intestinorum inflammationes discutit vitulinum fimum in vino decoctum, Plinius. Testium tumor cohibetur vituli fimo ex aceto decocto, Plin. Manantia verendorum vlcera seuum cum medulla vituli sanat, in viuo decoctum, vel caprinum cum melle rubique succo: Vel si serpant, fimum etiam (vitulinum forte, quod supra etiam
20 ad sordidata vlcera & ignem sacrum facere ostendi, quanquam & capræ stercus cancrosis cum melle mixtum sanare apud Sextum legitur) sed malim de caprino accipere, quod Plinius alibi etiam cum aceto vlcera serpentia curare scribit, at in capra dicam: prodesse cum melle dicunt, aut cum aceto, Plinius. Luxatis recens fimum aprinum vel suillum, item vitulinum prodest, Plinius. Vitulinum fimum recentem articulis laborantibus illines, sanum subuenies, Marcellus. Podagris medetur bouis fimum cum aceti fece: Magnificant & vituli qui nondum herbam gustauerit, fimum, Plinius. Articulorum arthritis medetur vituli, qui nondum herbam gustauerit fimum, Plinius. Fimi vitulini cinis cum lilij bulbis decoctis addito melle modico, podagris prodest & articularijs morbis, è maribus præcipuè vitulis, Plin. Si dolor sit & grauitas aurium, vrina capri medetur, vel tauri, vel fullonia vetus calfacta, vapore per lagenæ collum subeunte: admiscent & aceti tertiam partem & aliquid vrinæ vituli qui nondum herbam gustauerit: Fimum etiam, mixto felle eiusdem, Plinius.

30 H.

Vitulus bos iunior est, à vitulando, id est lasciuiendo dictus: vel vt Isidorus conijcit, à viridi ætate, sicut virgo (aut forte quia Græci vitulos olim ἰτάλους, & πιτάλους, vel πετάλους dixerunt) Vitulus quod Græcè antiquitus italus aut quod plerique vegetij, quasi vegitulus, Varro. Sic & vitula vacca est viridioris ætatis, necdum enixa: cum primum enim peperit nomine mutato iuuenca aut vacca dicitur. Sed hanc nominum proprietatem Latini non perpetuo seruant. Vergilius Aegloga tertia: Ego hanc vitulam (ne forte recuses, Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus) Depono. Et libro tertio Georgicorum, quos prius vitulos vocauerat, domitasque iam iuuencos, hoc versu: Iam vitulos hortare viamque insiste domandi, paulo post iuuencos nominat, Iunge pares & coge gradum conferre iuuencos. Nec poetæ solum, sed etiam Columella, Talis notæ vitulos (inquit) id est iuuencos vel boues indomitos & rudes, &c. Plinius alicubi vitulum masculum dicit, tanquam alias de vitula
40 etiam intelligi potuisset: mihi quidem in cæteris casibus non opus videtur sexus differentiam addere, cum inflectendi ratio vitulum à vitula vbique distinguat, præterquam in datiuo & ablatiuo pluralibus, proinde recte alibi Plinius vitulis matibus dixit: neque enim ita vitulabus vt equabus apud authores reperitur. Apud Græcos etiam μόσχος generis communis est, authore Ammonio. Apud Theocritum Daphnis Idyllio 9. Ἀδὺ μὲν ὁ μόσχος γα-, ἀδὺ δ' ἀκὶ βοῦς, Ἀδὺ δ' ἀκὶ σύελος, ἀδὺ δ' ὑακίνθος, ἀδὺ δ' ἀκὶ κῆπος: lego ἀ μόσχος vel propter carmen. Apud Nicandrum etiam in Theriacis μόσχος πρωτοτόκος dicitur iuuenca quæ primum parit. Cæterum vituli nomen vsurpatur etiam de alijs quadrupedibus maioribus, vt elephantis & balænis apud Plinium. Sic & damalin Græce Photius omne animal vocari existimat in iuuenta. Stultè quidam in Dictionarijs suis Vergilium in carmine iam citato, Iam vitulos hortare, &c. vitulos de equis interpretantur, cum proculdubio de boum vitulis illic intelligat poeta.
50 Sæpe vocamus & vaccam, & taurum, & vitulum aliquando, Io. Tzetzes. Βοῦς δ' ὁμοῦ ἡνίκην, πέρτις εἰδικόν, Varinus. Βοΐδιον & βοΐδιον apud Varinum & Hesychium, ad vtrunque sexum conuenire videtur, de boue vel per ætatem vel aliter paruo: Latini buculum vel bucolum (vt Columella habet) de mare, de fœmina buculam dicunt. Μόσχος, inquit Etymologus, dictus est vel quod μῶ vocem ædat: ἢ παρὰ τὸ ἐσμᾶσθαι τὰ μηρία, ἢ παρὰ τὸ μῶ τὸ ζῆτα, καὶ (lego ὃ λέγει σχεδὸν ὁ ἔλαφος πρὸς τὰς μητέρας. Τῶν βοῶν τὰ νέα μόσχοι καλεῖται, Poll. diminutiua reperio. μοσχάριον & μοσχίον, & περτίκιον (malim περτίκιον, vt à σκύλαξ σκυλάκιον) apud Varinum & Hesychium. Δαμάλαι & πέρτες, vitulæ sunt, neque Venere neque iugo domitæ (vt per antiphrasin δαμάλεις vocentur, contraria ratione quàm δάμαρ pro vxore) πέρτες autem minores sunt quàm δαμάλεις: vitulis mares lactentes adhuc μόσχοι appellantur, ijdem adulti tauri, Varinus. Vide supra in Boue, ab initio octaui capitis. Apud Varinum δαμάζη vox corrupta est pro δαμάλης. A πέρτης fœminino licet, vox diminutiua fit πέρτηξ in masculino genere, & ab hac rursus περτίκιον, vt iam dixi. Πέρτης pro περιττός abundante τ litera. Dicitur autem πέρις, ὥσπερ τὸν περίαν, σκιρτητικὴ δὲ ἡ δαμάλης, Varinus: vel potius vt Etymologus & Suidas habent, πέρτης ἡ μικρὰ βοῦς, ἡ ἀρξαμένη νῦν τῆς ἡλικίας περίας, vel δαμάλης ἡ ἀρτιπερίστατος διὰ μῆνα. Ego potiùs à par Hebraica voce deduxerim. Apud Oppianum tamen dicuntur δαμάλαι ὠδῖνες πέρτας οὐθατοείσας. id est, vituli circa vaccas vbere distentas. Τιτύπερτις ἔμβρυον, ἤγουν πέρτικον βοῦς, apud Hesiodium, Varinus Apud Lycophronem πέλλις legitur per duplex thô, vt Suidas & Varinus obseruarunt. Πέρπα, πέρτις, περτής, non in alio quàm Varini Lexico reperi. Πορπάζει, δαμαλίζεται, Hesych. & Varinus: Δαμαλίζω vocem nusquam legi, videtur autem idem significare quod vitulari apud Latinos, id est lætari, vel iuueniliter exultare vt vituli solent. Πέρτης ὁ ὄσος apud Hesychium & Varinum exponuntur, ὃ αἴρουσι τὰ κόρρια ὄπι τῶμων: & quanquam ratio vocis compositæ interpretari postulat pro ijs qui vitulos humeris gestant: tamen vocabulum κόρρια (pro quo κόρρη per iota legendum puto, id est μικρὰ κορράδια vel κορράσια) facit vt illos etiam qui pueros aut puellas humeris imponunt, vt sæpe per ludum fit, sic appellari putem. Δαμαλείδιον, iuuencula apud Varinum legitur in Καλυδίων.
70 Ἐνορᾶται ἡ δαμάλης μόσχα δίκα, sic legitur in Geoponicis Constantini ex Varrone, pro vacca Venerem experta &

grauida. impropriè. Πέζας μίσχους, ἅτινας ἐκάλουν τὰς μισθαρνούσας ἑταίρας χωλὰς ἱππάνην, Hesychius. Mallin πέζας vt meretrices quæ organa nautica non haberent, & organis tanquam equis carerent, πέζας, id est pedites, vt poetæ ignobiliores dicerentur: quemadmodum & πεζὸν λόγον, id est orationem pedestrem dicimus, cuius comparatione quæ numeris ligatur ἔποχος quasi equo sublimis vocatur. Πέζας, μίσχους, ἀπαίρειν καὶ χωλὰς ἱππάνην ἐπὶ τὰ συμπόσια φασὶ τὰς ἑταίρας, Varinus. Videtur sanè vox πέζας rum de vitulis boum, tum de meretricibus illis dici posse, vt desit coniunct o καὶ vel ἢ posit μίσχους in Lexicis Græcis. Κολοβολίνη, vt Sigismundus Gelenius obseruauit, ad Germanicam vituli vocem accedit: vt ἰταλὸς (sic enim viculos olim à Græcis vocatos Varro scribit) Illyricam telle Ἐγγελὸς, νέας βοῦς Hesychius & Varinus. Ἥνις βοῦς, bos annicula, (ἡμίνα ἐκ ἴνεν, mutato ε in η) genitiuum ἥνιδος facit, vel ἥνιθος Ionice.

Achæus Eretriensis in Aethone Satyrico sues πεταλίδας dixit, cum vituli proprie πέταλοι dicantur à cornibus, ὅταν αὐτὰ ἐκπέταλα ἔχωσιν, Athenæus libro 9. Cælius ecpetala interpretatur patula, vel patua exiliaque: ego posteriorem interpretationem priori contrariam improbo. Nam vt πέταλον pro paruo reperiatur (quod nusquam fieri puto apud Græcos, præterquam in πέταλας, quas Hesychius exponit palmas paruas & fruticosas) sicut apud Latinos petilum, ἐκπέταλον tamen nunquam hoc tensu accipitur: sed patulum & planum & in latitudinem extensum semper significat, proinde plana & latiora pocula, quales pateræ sunt Latinis à patendo dictæ, & phialæ Græcis, πατέρια ἐκπέταλα nominant. Quin & folia latiuscula πέταλα vel πέτηλα dicuntur: Et πετάλωσιν, quod amplum vegetumque fuerit. Inde & sues πεταλίδας, nimirum optimæ, & petasus genus pilei lati, & alia plurima, quæ omnia à verbo πετάω formantur, quod est extendere & dilatare. Et quoniam plana lataque, eadem supino situ esse videtur, πεφαλοῦσθαι pro ἐκπεπῶσθαι καὶ πεφῶ exponitur Hesychio & Varino: cuius significationis etiam πλακεῦται verbum apud eosdem extat, quam scripturam ego non probo. Πεταλίδων, νέων, id est suum (sic enim legendum) per translationem à vitulis, qui πέταλοι dicuntur, Varinus & Hesychius. Ἐκ τῶ Ὀνησίμου πετάλων καὶ πεπλατυσμένων, τὰ πλατέα, Varinus. Πετάλιον, πατέριον, ἐκπέταλον δὲ αὐτό, καὶ πέπωκεν, Idem. Πεδάσαι τὰ ἐκπέταλα, καὶ Φιλοσιδῆ (lege Φιαλοειδῆ) πατέρια, Hesychius, & Varinus. Sed hæc super ecpetali significatione sufficiant; præsertim cum ipse Cælius alibi ἐκπέταλα pocula latiora interpretur, quoniam πέταλα folia perampla fiunt. Debuerat sanè eum res ipsa monere ne ecpetala patua exiliaque cornua redderet, aut reddi posse dubitaret, cum Athenæus sues petalides, id est præpingues saginatosque à petalis, id est vitulis quorum ecpetalia cornua sunt translato nomine appellare testetur. Pingue verò paruo & gracili contrarium est. Ausus est quidam in Lexico Græcolatino ecpetata cornua ramosa exponere, & falsæ interpretationis illius Athenæum testem mentiti. At poterant hominem vtrunque Græci sermonis indoctum oculi sui dolere nunquam sibi ramosis cornibus aut boum aut vitulum visum. Πετάλα, ἰνίματα βλήματα καὶ βοῦς, Hesychius & Varinus: locus mihi paru n integer videtur.

Vituli epitheta, Ferox. Templis maturus, Iuuenal. Sat. 12. Imbelles, Stat. 8. Theb. Lactentes, Ouidius Metam. 10. Tener, Horat. 4. Carm. Apud Græcos, Ἴταλὸς, Νεαλὴς Nicandro, Ἄγραυλοι πέρεις Homero Odyss. κ. Ἀλίζωνος Suid. ex Epigr. Mensem principis dici (γενεθλίαις) ratione Orpheus nuncupat μονοκέρωτα μόσχον, id est vnicornem vitulum vt in Boue iam explicauimus in H. a. De moscho odorato vel aromatico, quem vulgo muscum vocitant, suo loco tractabo in M. litera. Μόσχος, καυλὸς ἢ τὸ φύλλον ἐξήρτηται, Eustath. in Dionys. Moschos & pediculum significat, quo frondes & fructus ramis annexi pendent, qui & petiolus, & à Palladio tenax vocatur, Hermolaus. Μόσχος ὁ σὺν τῷ φύλλῳ κρέμενος (lege καυλός) Varinus & Hesychius: apud Suidam μόσχος nudum sine interpretatione legitur. Μίσχον etiam pro μίσχον in Hesychio corruptum est, quod vel ordinis ratio prodit. Πίτυρα, πίτσματα μόσχων, ἢ τὰ δὲ ἐξ οὗ τὸ φύλλον ἤρτηται, Hesychius: in Varino μόσχος perperam legitur: Suidas non meminit. Dioscorides felicem malè describit his verbis, φύλλα ἐστὶν ἀκαυλα, ἐλάνθη δὲ ἄκαρπα, ἐξ ἑνὸς μόσχου πεπηχότα μήκει τοῦ ἀγκῶνος, hoc est, folia sunt sine caule, sine flore, sine semine, ex vno pediculo cubitali magnitudine. Quod in silice (inquit Marcellus interpres) supra terram extollitur, pediculi foliorum, non caulis rationem habet. Quoniam negato illi semine, merito caulem natura etiam negauit: propter semen enim plerunque caulis est. Rursus in thelypteride, id est filice fœmina, Τὰ μὲν φύλλα περιδρόμια, οὐ μισχόμενα δὲ: hoc est, Folia mari similia habet, non tamen vno singularique pediculo hærentia: μίσχον in hac significatione sæpe in Theophrasto legimus: facile autem ab aliis significationibus discernitur. quoniam semper cum folij aut fructus mentione profertur. Μίσχοι putamina & relectamenta pomorum sunt, Pollux. Dicitur & moschos, siue quod idem est oschos, pampinus & capreolus, & clauicula, quæ Græci helicas & ligna & clemata, & amphidas quoque appellant, vt Galenus inquit, Hermol. in Corollario, sunt autem hęc verba Galeni ex Glossis in Hippocr. Ὀχλίου τὸ σῶμα τῆς μήτρας ἐστὶν ὑπὸ τὸν ὀμφαλόν. ἔχθρα γὰρ καὶ μίσχος, τὰ κλήματα τὰ ἐπὶ ἑλίκων· πᾶν αὐτὸ καὶ ἀμφίδρομον ἑρμηνεύεις λέγων. In Hermolai translatione errores quatuor inueni: quorum duo forte librariorum sunt, qui ligna pro legna, & amphidas pro amphideon supposuerunt: reliqui ipsius Hermolai, cui errandi ansam dederunt exemplaria perperam vel scripta vel excusa: Nam hæc verba ἔχθρα γὰρ καὶ μίσχος, non à nouo initio legi debent, vt in vulgatis exemplaribus leguntur, sed præcedenti voci ὀχλίου coniungi: quod vel γὰρ præpositio addita ostendit. Cornarius Galeni verba sic transfert: Ὀχλίου, pampinoformi circa vteri osculum eminentiæ: ἔχθρα enim & μόσχος, sarmenta & pampini vitis. Idem etiam ἀμφίδρομον nominat & λέγνα. Τὸ αὐτὸ, scilicet ὀχλίον, id est, eandem muliebris pudendi partem, Hippocrates alibi amphideon vel legna vocat: helices autem, id est Capreolos plantarum, Græci nusquam vel amphidas vel legna appellant, vt male conuertit Hermolaus, nequaquam ita conuersurus, si Galeni verba quibus in eodem libello Amphideon & legna ordine alphabetico interpretatur legisset: Ea (vt nos transtulimus) huiusmodi sunt. Amphideon orbiculis extremitas est oscula matricis, similis cucurbitæ labiis: ducta metaphora ab armillis muliebribus, quas Græcia circumligando & in orbem comprehendendo amphidas (ἀμφίδρομας. Pollux) vocant (Bubalion quoq; vt amphideon, & armillam significat & pudendum muliebre) Et in Lambda, Legna (inquit) oscula matricis oræ vel extremitates sunt, per translationem à legnis id est fimbriis vestium: Has oras alibi amphideas nominat Hippocrates, Hæc Galenus. De Hermolai igitur erroribus constat. In Cornarij translatione non probo quòd ἕλικας & κλήματα pampinos & sarmenta reddit, & helicoides pampiniforme. Melius eo Hermolaus capreolos & clauiculas Latine reddidit, sunt enim capreoli coliculi intorti veluti cinciuni quidam in ipsis pampinis teneriorib, quibus vitis veluti manibus quibusdam (inquit Cicero) adminicula complectitur ac comprehendit: Germani nostri à figura furculas vocant, à qua etiam (vt mihi videtur) clauiculas Cicero & Plinius dixerunt:

Varro

Varro capreolos à capiendo, Græci ab inuoluendo helicas. Plinius etiam crines & viticulas appellat. Pampini autem vitium dicuntur virgæ seu rami folioſi à brachiis vel palmatibus, atque adeo ipſis caulibus, & (vt inquit Plinius) à lateribus exeuntes. Videntur & frondes seu folia vitium veteres quidam pampinos dixiſſe. Hanc huius vocabuli ſignificationem propriam innumeris teſtimoniis confirmarem, ſi opus eſſet: vbi vero pro capreolo accipi videatur, vnus tantum in Plinio locus eſt libro 9. Polypi (inquit) pariunt vere ova tortili vibrata pampino: Hic forte ſynecdochice pampinum pro parte eius clauicula dixit. Sed hoc non defendit Cornarium: nam vbi multa propria vocabula ſuppetunt, ijs omiſſis improprio vti nemo laudauerit. Græcum vocabulum κλῆμα, vbique apud auth-res pro pampino proprie dicto, & palmite, & ſarmento legiſſe memini, pro capreolo nunquam: nec aliter Grammatici interpretantur. Proinde in ijs etiam plantis, quæ nec amplexicaules ſunt, neque capreolos habent vllos, oblongos tenerioresque, & flagellorum inſtar flexiles ramulos clemata Græci frequentiſſimè vocant. Galenus autem hoc in loco κλήματα & ἕλικας coniungit, non tanquam ſynonyma (niſi quis improprie & per ſynecdochen clema pro helice capiat, quod apud authores factum non reperio) ſed vt oſchon vel moſchon vocem vtrunque ſignificare doceret. Quanquam ea pampinum & culuſuis arboris ramulum tenerum proprie ſignificat, helica fortaſſis improprie, neque enim eo vſu apud authores inuenimus: Latini tamen viticulam vtraque ſignificatione dicunt. Sed hæc relictis ad rem præſentem: Galeno ſermo eſt de ore matricis, quod quia foris apparet orbiculare (eandem enim ob cauſam cucurbitæ ori ipſum comparat, & τὸ τῆς ὑστέρας στόμα κυκλοειδὲς ἄκρον interpretatur) à figura ἕλικα dici exiſtimat: quoniam & in oſchis, id eſt capreolis, vt ipſe interpretatur, figura orbicularis appareat. Mihi certe hæc Galeni interpretatio & oſchi muliebris etymologia parum arridet. Alia enim orbicularis figura eſt oris cucurbitæ, cui aptius extremum muliebre pudendum conferrur, ab ipſo etiam Galeno: alia vero clauicularum & capreolorum, quæ per ſpiras & anfractus in ſe non redeuntes fit. Præterea quod ad rem ipſam, amphideon à Hippocrate dici totum quod foris apparet mulieris pudendum puto, ideoque in ſingulari numero poni: partes autem eius vtrinque & oras legua in plurali: oſchion vero aliam partem interiorem, nempe prominentem caruncularn, quam Græci nymphan quoque nominant, quæ interdum adeo excreſcit vt ferro ſecanda ſit: hanc recte ἐκκαίδεκα, id eſt partem eminentem dixeris: ſed non ἑλικοειδῆ, quod Galenus aut ipſe finxit, aut ab alio confictum vſurpauit, niſi meum me in iudicium fallit. Ὄσχια autem eandem partem non à figura dixerim, vt Galenus: ſed quoniam prominet, ὄσχοι enim & μόσχοι vocantur ramuli prominentes, teneri & molles præcipuè: Vnde forſan & oſcheo virili, id eſt ſcroto nomen inditum, quod Etymologus ἀπὸ τῶ ἰσχύειν deducit. Videtur autem natura carnem illam quam in viris circ ſcrotum conſumpſit, in mulieribus ad ipſorum oſchion quaſi alterum ſcrotum tranſtuliſſe. Sed Galeno ſi errauit, errare facilius fuit, quod tres iſtæ partes muliebris pudendi omnes coniunctæ loco & circa extremum eius oſculum habeantur. Ego Hippocratem virum parci ſermonis & propriis vocabulis vti ſolitum, de re eadem tria diuerſa vocabula protuliſſe vix crediderim. Ὀσχοφόρια celebritas ſeu feſtum Athenis fuit, cuius apud auctores, & in primis Plutarchum, crebra eſt mentio. In Oſchophoriis pueri ingenui pubeſcentes (hi duo erant genere & diuitiis eximij, oſchophori dicti, Varinus) eligebantur, qui ferrent ὄσχας, id eſt ramos ac palmites cum ſuis racemis (ſic Heſychius & Varinus interpretantur) in templum Mineruæ Sciriados. Fuit & Athenis locus Oſchophorion nuncupatus, à Phalero non procul, vbi Mineruæ templum fuit, Heſychius & Nicandri interpretes in Alexiph. Ab his Oſchophorica carmina dicta, de quibus in primo de hiſtoria poëtarum egimus, Gyraldus. Galenus ὄσχοι & μόσχοι ſynonyma facit, vt ſupra dixi, vtrunque in maſculino genere: In Lexicis Græcis omnibus ὄσχη fœmininum legitur & exponitur κλῆμα βότρυς ἐξηρτημένος ἔχων: Suidas & Heſychius addunt eandem à quibuſdam ἀμπελίδα vocari. In neutro etiam genere, multitudinis numero ὄσχεα apud Heſychium & Varinum pro ijſdem palmitibus ſcribitur.

Μόσχος, ὁ πολὺς Suidas: nomen adiectiuum pro tenero & nouello. Hinc illud apud Homerum, μόσχοισι λύγοισι, teneris viminibus: Appion & Herodotus tranſlationem eſſe aiunt à teneris bubus, id eſt vitulis, ἀπὸ τῶν τρυφερῶν καὶ λυγώδων φυτῶν, id eſt ad molles & flexiles plantas (ἀπὸ τῶν τρυφερῶν τῶν βοῶν, lege φυτῶν in Etymol.) Quanquam, vt idem addunt, lygos non de qualibet arbore vimen eſt, ſed illa præcipuè quæ Græcis agnos vocatur, Latine vitex vel Amerina ſalix: habet enim illa præcipue flexiles & vtiles ramulos. Dicuntur etiam per ſe & ſubſtantiue μόσχοι, nouelli ramuli ac teneri in quibuſuis arboribus: κλαδοτόμοι, βλαστήματα τὰ φυτῶν; κλαδίσκοι ἢ πόαι, ἢ πόρδυλοι ἁπαλοί, Varinus: ſurculi recens enati, annotina germina & apta inſitioni. Forſan & turiones aliquando reddere licebit: ſic vocat Columella teneritates ſummas ipſarum arborum, quæ pecori in cibo conueniunt, vt hominibus etiam ex fruticibus & herbis quos Græci aſparagos nuncupant, de quibus Galenus lib. 2. de facultat. alim. Siue aſpharagos (inquit) Attico more, ſiue aſparagos dicas, nihil intereſt. Sic autem vocant omnes ferè Græci τοὺς ἁπαλοὺς κλωνίσκους, id eſt coliculos teneros, dum creſcunt & ad fructum aut ſemen proferendum pergunt. Producunt ſane καὶ βλαστήματα τὰ πολλά, id eſt germina huiuſmodi, tum olera multa, tum ſtirpes in genere, non ab omnibus tamen illis ad cibum decerpuntur. In braſſica priuatim κύμα quaſi κύημα per ſynæreſin appellant: deinde de diuerſorum olerum aſparagis agens, ſubijcit: Aliud aſparagorum genus eſt in fruticoſis plantis, vt ruſco, chamædaphne, & oxyacantha: à quibus differunt (per excellentiam dicti aſparagi) regius & paluſtris (Latinè corruda) poſtremo bryoniæ, id eſt vitis albæ aſparagi. Hæc Galenus. Cymas de braſſica Latini etiam dicunt, Plinius libro 19. Braſſica toto anno ſeritur, &c. cymas à prima ſectione præſtat proximo vere: hic eſt quidam ipſorum caulium delicatior teneriorque cauliculus. Itali etiamnum cymas aut cymolas vocant: hinc & Germanis natum videtur ſuum *kymen* & *kymle*. Columella libro 10. Græcorum imitatione genere neutro protulit, Frigoribus caules & veri cymata mittit. Quòd autem μόσχοι de holeribus quoque dicantur, ex Etymologo etiam probari poteſt, cuius hæc verbba ſunt μοσχύνεται, τρέφεται. κυρίως τὰ μοσχεῖα, ἢ τῶν λεπίδων λαχάνων φυτεῖα, ἢ φυτῶν, hoc eſt μοσχύνεσθαι verbum nutriti & creſcere ſignificat: proprie autem dicitur de moſchis, id eſt teneris holerum aliatúmue ſtirpium ſurculis. μοσχεῖα vocat, quæ alij μοσχία: pro λεπίδων lego ἁπαλῶν ex Suida, qui μοσχεύματα exponit ἁπαλὰ φυτὰ δένδρων καὶ λαχάνων. Notandum autem φυτὸν vocem quæ totam plantam propriè ſignificat, per ſynecdochen pro ſurculo accipi. In Etymologico etiam φύτα potius quàm φυτεῖα legerim, & δένδρων quàm φυτῶν ex Suida: vt talis ſit lectio, μοσχύνεται, τρέφεται, κυρίως τὰ μοσχεῖα, ἢ τῶν ἁπαλῶν λαχάνων φυτὰ ἢ δένδρων. Verum pro μοσχύνεται etiam, μοσχεύεται mallem: Verbum enim μοσχεύειν, vt infectius dicam, ſæpè apud authores legitur, μοσχύνειν nunquam, quod ſciam. Huc formationis etiam analogia accidit. Nam ſicut à δοῦλος, ἴδιος, κωλὸς, &c. verba in εύω fiunt, ſic & à μόσχος, μοσχεύω: rariſſima ſunt in ύνω à nominibus in ος, vt à

λεπὶς

Λεπτὸς λεπτίνου. Μοσχία (malim μοσχία paroxytonum, vt moris eſt in diminutiuis) ἁπλῶς φυτὰ, id eſt plantæ tenellæ: nimirum recens plantatæ vel inſitæ, vel potius ipſi ſurculi, ſiue ad inſerendum idonei, qui & μοσχίδια & μοσχεύματα dicuntur, nec non μόσχοι, vt etiam docuimus. Moſchia vocant item Græci conceptacula in cepis quædam ſemen obſeruantia, & ad maturitatem perducentia, Cælius: apud Heſychium & Varinum nihil aliud inuenio quod ad hanc rem, quàm κρομμύου τὸ σπέρμα. (Thallos ceparum vocat Columella 12. 3. vt Beroaldus exponit) Iidem μόσχια interpretantur κρέα μοσχεῖα, id eſt viduli carnes: in qua tamen ſignificatione penultima per ω. diphthongum ſcribi debet. Μοσχίδια, germina recentia, & vimina noua ac tenera, item fici nouellæ, id eſt nuper plantatæ, Varinus. Νέα μοσχίδια συκίδων, Ariſtophanes in Acharnenſibus: interpres exponit μοσχεύματα συκῆς: ἅτινα διϊκαλοῦνται αἱ νεαρὰι συκαί. Flagella dicuntur Latinis cymæ arborum & ipſarum ſummæ partes, quæ ad cuiuſcunque venti flatum mouentur: vnde etiam nomen traxerunt, ab eo quod flatibus petantur, Verg. Néue flagelis Summa pete. Mihi inde dicta videntur, quod flagellorum inſtar lenta flexiliaque ſint. Hæc quoque moſchos & moſchia Græce dixerim. Quòd ſi arbor inutili quadam fruticatione multos veluti caudices emittere videatur, cuiuſmodi ſolent ceraſus, prunus, corylus: tantum is caudex iuſtè appellabitur, qui eſt medius & robuſtior: alij autem vicini ab eadem radice prodeuntes, qui quidem deſecati & transplantati ſolent, vt arbor craſſior ſit, & ne ſoboles luxurians parentem enecet, ſtolones appellantur, à vulgo in Gallia reiectons quaſi reijciendi: Ab his (inquit Varro) Licinius Stolo primus cognominatus eſt, quod nulli in eius fundo repetiri poſſent ſtolones, quos circum arbores è radicibus effodiebat. Huiuſcemodi ſtolones vocantur etiam ſoboles ab oleſcendo, Columellæ: In vineis appellantur pampini: vnde pampinare vites, ſuperfluos ſtolones reſecare. (In vite ſobolem & ruſtico vocabulo ſuffraginem vocant, Ruellius.) Eoſdem Cato cap. 51. pullos arborum vocat: Ab arbore (inquit) abs terra pulli qui naſcentur, eos in terram deprimito. Pullulos quoque nominauit Plinius libro 17. Hinc pullulare & pullulaſcere verba, quaſi pullulos emittere, Carolus Stephanus in Seminario. Ego iſtos quoque ſtolones Græce μόσχους appellauerim, & moſchidia &c. quanquam & ποδαβλαστήσεις aliàs & ποδαυλάδες Theophraſto dicantur: Pulli certe appellatio molchis pulchrè colludit. Παραφυάδες, ſtolones adnaſcentes euellere. Μόσχισμα in literis ſacris interpretati ſunt vitulamen, cum Latine viuiradix dici poſſet, Hermolaus. Virgulta appellat Vergilius, quæ quibuſdam vulgò plantalia, aliis ſemina appellari placuit: nonnulli etiam palmites vocant: nempe ſurculos eos qui terræ committuntur, vt in arborem inſurgant. Virgas interdum appellant Plinius & Columella, interdum etiam virgas mallcolares. His itiddem μόσχων nomen non negabimus. Arborum ſurculi qui in terram pangontur, vel ſeruntur, vocantur etiam ſemina, & plantæ, plantaria, ſeminaria, & Græcis quoque σπέρματα, quod Carolus Stephanus (ſine authore tamen aſſerit. Quanquam ſeminaria & plantaria alioqui vocantur ipſi agri nouellis plantis nutriendis deſtinati. Ὁμοίως δὲ τῆς ἀμπέλου τὸ δοὺς τῆς γῆς ἴσως τῆς ἐκφύσεως τῶν κλημάτων τῶν δενδρων (forte legendum, Τῆς ἀμπέλου τὸ δοὺς τῆς γῆς ἴσως τῆς ἐκφύσεως τῶν κλημάτων ἅμα ὡς καὶ τ' δένδρων) αἱ παραφύσεις, ἃς εἴποις ἂν ποδαβλαστήματα, ἢ ἐξ Πλάτωνα ἀναβλαστήματα, αὐτομολίας καλοῦντας, καὶ μολύνειν τ' τοιούτους κλάδους, ὡς τ' τὰ πρέμνα πριμνίζειν: ἐν γὰρ τῷ Δ' Πλίνιῳ νόμῳ τῷ περὶ τ' κηπίων γέγραπται, Μὴ ἀνθρηνεύειν, μηδὲ μολύνειν, μηδὲ πριμνίζειν, Pollux libro 7. Et paulò poſt addit μοσχεύειν de arborum nutricatione dici, (aut ſi Græce mauis, τ' αὐταρκέφειν τὰ φυτὰ) quod moneo, ne quis forte verbum μολύνειν perperam ſcriptum exiſtimet pro μοσχεύειν. Automolias (id eſt, ſtolones & pampinos) vt Pollux vocat, nuſquam alibi hac voce reperio: Pro μολύνειν vero μολούειν apud Varinum, interpretatur autem ἐγκόπτειν τὰς ποδαφυάδας, id eſt pullorum ſobolem recidere, pampinare. Ego κολούειν verbum in ea ſignificatione malim, quod planè vſitatum eſt pro amputare, mutilare, & imminuere. Cæterum μοσχεύειν idem ſignificare mihi videtur apud Theophraſtum de cauſis plant. lib. 3. cap. 3. vbi cũ docuiſſet phyteuteria, id eſt ſurculos inſerendos lęues & minimè ſcabros eſſe debere, nec vllos habere nodos ſiue cæcos, ſiue etiã ſanos & germinantes: quoniã vis in germina abeat & fruticando diſpergatur: ſubdit, Eandem enim ob cauſam δεῖ τ' δένδρων ἐπιτ μοσχεύειν, ἐξ ὧν πλεῖστοι: καὶ ἀλλεῖαι τ' κλάδων, id eſt arborum ſtolones circa truncum infra & radicem, aliqui reſecant, alij etiam luxuriantem in ramis germinationem abſcindunt, nempe in ſuperiore parte arboris. Et paulò poſt ſeminis, id eſt ſurculi inſerendi, infirmitati conſulendum monens: Ideo, inquit, qui inſerunt curant, vt ſurculi ad eandem cœli regionem ſpectent, quam prius in arbore ſua, & vt in ſimili vel meliore ſolo inſitio fiat, denique vt à robuſtiore parte arboris ſurculi auferantur: tales autem ſunt qui circa imum truncum & iuxta radices naſcuntur (pullos & ſtolones vocant) quos reſectos inſerunt, ſic enim vertò ἡ μεταμοσχεύουσι φυτεύσει. Quaſi diceret, eo tempore quo arbores à ſtolonibus purgant, eodem mox aliquos de iis plantant. Eo autem robuſtiores ſunt omnes ferè arborum ſurculi quo inferiores in trunco naſcuntur: habent enim illi tanquam rudimenta quædam radicum, aut vim ad creſcendum maiorem ob radicum vicinitam, (τὰ ἐγγὺς ῥιζῶν, Gaza non recte vertit, quæ fibris ſuffulta ſunt) καθάπερ τ' μεμοσχοβολημένον, id eſt quemadmodum ſtolo recitus. Cuius equidem ſtudioſos cum Gazæ translatione conferre noſtra & iudicare. Omnis autem illius error inde mihi ortus videtur, quod μοσχεύειν ſemper pro viuiradices facere exponit, cum plærunque ſimpliciter ſtolones recidere ſignificet. Sed quid ſi viuiradix de ſola vite dicatur? (eſt enim hæc vitis ſurculus cum radice exemptus, quo ipſo à malleolis & taleis differt) vt non Gaza ſolum, ſed Hermolaus, Budæus, & alij recentiores hactenus circa hanc vocem decepti ſint omnes: quod ego quidem in præſentia nondum aſſero, ſed illis quibus otij plus eſt & rei ruſticæ amor inquirendum propino: & hoc etiam inter cætera an Budæus viuiradicem rectè φυτόσπειον Græce nominauerit, cum Theophraſto libro 3. cap. 6. de cauſis, φυτόσπειον vel φυτὸν, & alibi φύτευμα, ſurculum inſerendum ſignificet, quem & ſemen Latini dicunt, vt illic Gaza tranſtulit: Quanquam idem mox capite ſeptimo: vbi lapides circumponi iubet περὶ τ' πρέμνον τῷ φυτοσπείῳ, transfert, circa ſtolonem plantæ, rectius translaturus circa truncum (vt Palladius etiam vocat) cui inſitus eſt ſurculus. Mihi certe rectè nominari videtur, φυτόσπειον in genere quicquid nouellum plantandum eſt, ſiue id viriradix ſit, ſiue ſurculus, ſiue ſtolo, ſiue talea, ſiue aliud quàm propriè dictum ſemen, vt apparet ex fine capitis 2. & initio tertij, libri 2. hiſtoriæ plantarum Theophraſti. Quin & propagines forſitan tum vitium tum arborum, ad idem moſchidiorum nomen admittentur, quod quis ex hiſce Varini verbis conijciat. Μοσχεύειν (inquit) apud ruſticos eſt palmites inuerſos in ſcrobem imponere vt radices mittant, & poſtea tranſplantare: Aut ſi Græce mauis, Μοσχεύειν ποδαγωγεῖς τ' ἐμβάλλειν κατορυμμένους τὰ κλήματα ἐν ὀρύγματι γῆς, ὅπως τῷ ἐκφύσει ῥίζας. εἶθ' οὕτως ἐμφυτεύσειν. : lego μεταφυτεύσειν. Nam Theophraſtus libro primo de cauſis plant. capite 2: vbi palmam arborem non ſemine ſolum naſci ſcribit, vt reliquæ arbores quæ ſiccæ & ſimplici caule ſunt, & circa imum truncum non pullulant, ſed etiam virgis eam Babylonios plantare, his verbis vtitur: Τὰς πολλὰς μέντοι φασὶ μοσχεύειν οὕτω Βαβυλωνίους τὰς φοινικοστύπους, ἢ ὅταν ἐμφυτεύσωσι

ἐμβεύσωσι μετὰ φυτείων. καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι δένδρων φησὶ τὰς ἄνω φύεσθαι, ῥιζοῦσθαι, &c. ἐπὶ δὲ ἀνατολῶν, ἐκ τοῦ κεφαλοῦ καὶ ἐκ τῆς πτυχῆς, &c. Hoc est, vt Gaza vertit, Virgas enim tenerrimas Babylonios viuiradices efficere, adultasque transferre accepimus. Quin & Græciæ si quis ramos supernè decisos serat, radix demittitur, &c. Item si truncus inuersus deponatur, sitque solum humectum, &c. Videri posset hic Theophrastus μοσχεύειν verbum aliter quàm aliàs vnquam accipere, nempe pro eo quod est ramos è superiore arboris parte recidere, cum pullos siue stolones inferius nullos habeat. Ego verò hunc locum ita exponendum puto, palmam non sine semine solum nasci, sed aliter quoque, in Babylone enim stolones eam producere qui serantur, & cum in terra compresti stolonibus trunco prouenirent, illic tamen quoque aliter quàm semine, nempe ramis supernè resectis & terræ gulta plantanda sumúntur) palmis manifestè tribuit, ijsque vt similiter vlmis, arboris suæ & ramorum vmbram nihil obesse ait: cum eædem in ceteris arboribus quæ hanc sobolem habent, vmbra plerunque pereant. Eandem rem in historia plant. lib. 2. cap. 2. Theophrastum ita tractare legimus, Ἀπὸ σπέρματος μόνον φύεται πᾶν τὸ κατάφυλλον, ἔτι δὲ φοίνιξ· πλὴν εἰ ἄρα ἐν Βαβυλῶνι, καθάπερ τῶν ἐν Βίβλῳ φασί τινες μωλίνων: Gaza sic reddit, Ex semine tantum nascuntur omnes coniferæ, item palmæ: ni forte apud Babylonem è virgis quoque proueniat, sicut nonnulli asserunt, pro μωλίνων legendum censeo μοσχεύκων, vt supra. Quòd si quis obtineat Theophrastum omnino palmas absque stolonibus esse intellexisse, & tamen μοσχεύειν verbum de eis vsurpasse: concedam illi μοσχεύειν interpretari pro eo quod est in seminarium vel plantarium (veluti vitulum aut pullum ad nutricem) pangere & deponere ramum, vt iam adultus inde transferatur: quæ tamen expositio à nullo hactenus clare prodita est: mihi quidem satis probatur. Est autem hoc quoque notandum in superioribus verbis, vbi Græce legitur in excusis codicibus, ἐπὶ δὲ ἀνατολῶν, Gazam vertisse, si truncus inuersus deponatur: cui versioni nonnihil attipulantur Varrini verba hæc superius recitata, μοσχεύειν τὰ ἐκπεφύκοτα ἀνεστραμμένα τὰ κλήματα. Plinius libro 17. cap. 10. Folia palmarum (inquit) apud Babylonios seri, atque ita arborem prouenire, Trogum credidisse demiror. At ego Plinium magis miror, qui cum ex illo Theophrasti loco vbi is de prouentu palmarum docet, multa in suum opus transtulerit, non obseruauerit Theophrastum hoc de virgis palmæ non foliis (quod ridiculum esset) narrasse scribere. Porrò libro 2. cap. 3 historiæ plantarum, Theophrastus μόσχωμα nominat, plantam è semine prodeuntem: Amygdala quoque, inquit, semine facta degenerat, tum sapore, tum quod dura ex molli reddita est: ideirco adultam inserere, aut plantam sæpius transferre præcipiunt: hic pro moschcuma Theodorus plantas ramosue aut surculos plantandos, sed stolones & pullos accommodetur, aliter tamen interdum ab eo accipi, nulla contentione negauerim (nam quæ hic scribo, dubitando magis & in te.im ipse mecum addiscendo inter tot authorum difficultates, quam docendo asserendóue scribo) de insitione certe nusquam ab eo vsurpari reperi. Habet enim insitio alia & sibi propria vocabula. Μόσχωμα, παῖς τοῦ ἀπαλοῦ, Nicandri interpretes Μοσχεύσας, φυτεύσας Hesychius & Varinus. Μοσχεύων, μεταφυτεύων, transplantans, transferens, Suidas: Qui etiam in his Eunapij verbis Οὗτοι μὲν ὧδε μένοντες ἐπολέμουν τὸν πόλεμον (id est, illi quidem hoc in loco manentes bellum clam fouebant & nutriebant) exponit ἐπετήδευον (lego ἐπετείνοφον) & ὑπεφύτευον. Τὰ μοσχεύματα δεῖ ἐς τὰς ἐπιβούλους χώρας μᾶλλον ἐμβαλεῖν, ἢ τὰ φυτεύματα τῶν ἄλλων δένδρων: ἐπὶ τὰς ῥίζας τὰς καθειμένας τῶν φυτευμάτων ἀσθενεῖς οὔσας ἐκσπᾶν: τὰ δὲ μεμοσχευμένα (sic enim lego) ἰσχυρὰ πρὸς τὸν αἰπλαισβάνειν: τὰ δὲ πάχη (forte παχέα) τῶν φυτῶν, εἰς μὲν τὴν ἐπιμέλειν εὐκολα, &c. Verba sunt Theophrasti libro 3. de causis cap. 17. Quæ quidem ego longe aliter quàm Gaza sic verterim. Commune hoc omnium arborum est, vt moschcumata, id est auulsi à trunco infectore rami, magis quàm reliqui (id est minores & supernè decerpti surculi) solo humido mandentur. Ratio est, quoniam humor radices surculorum quæ deorsum emittuntur infirmæ, putrefacit: stolonum vero vel auulsionum plantæ cum robustiores sint, statim comprehendunt. Sunt autem crassiores plantæ humido solo aptiores. Artificiosas plantationes, quæ non sponte naturæ, sed arte & industria fiunt, præter insitiones Theophrastus de historia plantarum, initio libri 2. quinque commemorat, ἐκ ῥάβδου καὶ ὀφθαλμοῦ, ἐκ βλαστοῦ, ἐκ κλωνός, ἀπ' αἰπολαισβάνειν, τοῦ ξύλου καὶ πεκοπίτος εἰς μικρά: hoc est, auulsione, ramo, surculo, ipso trunco, ligno minutatim concisso, interprete Gaza. Hic licet ex professo & copiosè de plantandi differentiis agatur, moschcumatum tamen nulla mentio: vnde apparet, moschcumatis proprie dicti & ex auulsione plantationem eandem esse. (Plinius 17. 10. hunc Theophrasti de ligno minutatim concisso locum non intellexit, & manifesto errore ad insitionem illam transtulit quæ fisso arboris trunco fit.) Est autem eius quod auellitur, differentia triplex, aut enim radicis aliquid simul auellitur, aut saltem stipitis, aut nec huius nec illius quicquam: quo postremo modo punica & malus verna exoriuntur, vt ibidem scribit Theophrastus. Et mox capite 2. Ἀπὸ ῥάβδου καὶ ὀφθαλμοῦ ἢ καὶ ῥίζης οὐκ ἔστι φύεσθαι φασὶ τῶν μὴ ῥᾳδίως βλαστανόντων. Ἁπάντων δὲ, ἐκ μὲν τῶν πλείους ἀπὸ ῥάβδου καὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ἐπιμελῶς ἢ ἀπὸ ῥαφυάδος, ταχίστη καὶ εὐαυξὴς, ἐκ δὲ ῥίζης ἡ ῥαφυάς ἐστι. Quæ Gaza sic vertit, Auulsione aut radice nihil ex iis, quæ ab imis plantigera non sint, exoriri posse arbitrantur. Cunctorum autem, quorum generatio numerosior est, ea quę auulsione, atque etiam magis quæ sobole perfici potest, ocyllima & auctu perfacilis est, si ab radice soboles accipiatur. Constat igitur auulsiones trium generum esse, quę licet omnes paraspades & moschcumata Græcis in genere dicantur, illam tamen quæ cum radice simul eruilla sit, priuatim ῥαφυάδα nominari (sobolem ex Plinio apte reddit Gaza:) & hanc solam Latinis viuiradicem nominari, idque in vitibus vel solum vel maxime: Græci ἐκ ῥίζης vel ἔμριζον ῥαφυάδα (vt Theophrastus de caus. 2. 2.) μοσχεύειν dicunt, tum in vitibus tum in cæteris arboribus: Cæterum ea quæ ab imo plantigera non sunt, sed ficca, simplicique stipite (ξηρὰ, μονόφυη, ἀνῤῥίβλαστα) nec auulsione, nec ramo aut surculo plantari posse docet Theophrastus libro 1. de causis cap. 1. Didymus in Geoponicis Græcis libro 5. qui de vitibus est, viuiradices vocat ἔμριζα φυτὰ, malleolos autem τὰ ἀπὸ κλήματος φυτὰ, propaginem, ἀπόῤῥυγα κλήματα: surculos qui arboribus immittuntur vel inseruntur ἐμβλήματα, vnde & verbum ἐμβλητίζειν inserere: denique truncum in quem insitio fit, τὸ ἐμπεπαχυσμένον φυτόν: Idem libro 10. quatuor modis arbores plantari docet, aut semine, aut ἀπὸ ῥαφυάδων τῶν λεγομένων μοσχευμάτων, id est auulsione & viuiradicibus (neque enim distinguit vt Hermolaus, qui differre quidem parum ait, sed quomodo differant omittit: ego non aliter differre puto, quàm quod μόσχωμα interdum de aliis etiam ramis soleat efferri, tanquã communius vocabulum: paraspades vnam & certam significationem de imis circa truncum & radicẽ adnatis perpetuo retinent:) aut ἀπὸ παρασκάλου, id est talea, aut ἀπὸ σκαλμοῦ, id est surculis. Transtulit hinc quędam Varro, lib. 1. cap. 39. & 40. & paraspades vel moschcumata viuiradi-

vitiradices videtur interpretari. Plinius libro 17. cap. 10. Natura & plantaria demonstrauit, multarum arborum radicibus pullulante sobole densa, & pariente matre quas enecet, &c. Nullis vero tales pulli prouenium, nisi quarum radices amore solis atque imbris in summa tellure spatiantur. Omnia ea non statim moris est in sua locari, sed prius nutrici dari (hoc etiam μοσχεύειν Theophrastus dicere videtur) atque in seminarijs adolescere, iterumque migrare. Hæc Plinius: sunt autem pulli illi ex radicibus paraphyades Theophrasti. Et mox paulò, Et aliud genus (inquit) simile natura monstrauit, auulsique arboribus stolones vixere: quo in genere & cum perna sua auelluntur, partemque aliquam è matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore: Hæ scilicet parasspades & moscheumata Theophrasti sunt: quas dum in arbore sunt παραβλαστήσεις etiam & παλάμας nominat, nepores Græca conuertit. Errat autem Carolus Stephanus qui stolones cum pullis Plinij confundit. Ex eodem cuentu est (inquit Plinius ibidem) furculos abscisios serere. Vitiradicum certe in hac arborum plantatione nusquam meminit. Cæterum ramorum & furculorum plantaria vt Theophrastus, non distinguit: nam Theoph. libro 1. cap. 10. de causis, Multa, inquit, ἀπὸ κλωνῶν nasci non possent, ἀπὸ ἀκρεμόνων possunt) quemadmodum & alia quædam aliter quàm Theophrastus quod ad hoc negotium attinet, eodem in loco tradit. Quæ nos lectori relinquimus: qui ista παρέργως à nobis rei rusticæ studio collecta vtut sese offerebant, boni consulet. Μοσχευτάριον, fœno græcum Nic. Myrepso, vt Fuchsius exponit. Μοσχιαῖοι, σκιρτητικοί, Hesychius & Suidas: lasciui & exilientes vitulorum instar.

Icones. Et in medio sedis (in cælo) & in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro. Et animal primum simile leoni, & secundum simile vitulo: & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti &c. Apocal. 4. Vide in Leone H 2. Moloch fuit imago concaua, habens septẽ conclauia, vnum aperiebat similæ offerendæ, aliud turturibus, tertium oui, quartum arieti, quintum vitulo, sextum boui. Qui verò volebat offerre filium, huic aperiebatur septimum conclaue. Et facies huius idoli similis erat vitulo &c. Munsterus in Tophet. Menæchim statuarij vitulus genu premitur replicata ceruice, Plinius, Μοσχηδὸν, in morem vituli, vt ταυρηδὸν: Nicander in Alexipharmacis eum qui bupresti in hauserit, lac ex mamillis sugere iubens, ita scribit, Ἠ ὄγε καὶ θηλῆς αὖτι δὺ βοέοιο ἐμπλήσειε Κρηγύης, μέσσης ἢ ποτὸν μοσχηδὸν ἀμέλγοι. Μοσχηδὸν apud Hesychium & Varinum exponitur ἕξης καὶ ἀπαύστως, id est continuo deinceps ductu & sine intermissione, qualis forte & vitulorum suctus est ex vberibus matrum, vt propriè ad potum referatur, quo sensu tamen μοσχηδὸν libentius dixerim & ἀμυστί. Μοσχίδες, aries triennis, Eustathius, Agnus nuper natus Pollucі μοσχίον est. Istro verò in Atticis dictionibus (vt Varinus citat) μοσχίας est aries trimus. Moschiæ lepores vestigia habent odoratiora, quorum odore canes in furorem aguntur, Pollux. Violam idcirco dictam ion Græci putant, quod cum Io in vaccam à Ioue conuersa esset, terra florem illum pabulo bouis eius fuderit. Nostri quoq; violam quasi vitulam, imitatione Græca videri posse appellasse, Hermolaus. Μοσχαυγὴς, ἐαρινός, καὶ χάρτος ἐνδεὴς καρπὸν ἔχων, Hesychius: Varinus & Suidas non habent, nec mirum cum vox sit corrupta.

Pomponius Vitulus viri nomen apud Varronem. Idem circa finem libri 2. Discedimus (inquit) ego & Scrofa in hortos ad Vitulum Nigrum Turannium. Vitellius Galbæ Cæsar fuit. Moschi sophistæ hydropotæ meminit Cælius Rhodig. lib. 6. in fine capitis 4. ex Athenæi libro 6. Moschus grammaticus Syracusanus, Aristarchi familiaris, alter à Theocrito Bucolicorum poëta, Suidas. Antiquum de atomis dogma (si Posidonio credimus) Moschi est, hominis Sidonij, qui ante Troianas res fuit, Strabo libro 16. Moschion, ἰατρὸς vel μαγειρικὸς mentio est apud Athenæum libro 6. & Moschionis coci celeberrimi libro 12. Μοσχίνη mulier fuit Attica ἰαμβικὴ ποιήτρια, mater Hedyles, cuius Hedyles filius fuit Hedylogus Samius vel Athenensis, qui ab Athenæo citatur.

b. Μαισωνὶς, animal quadrupes in India, vitulo simile, Varinus, Hesychius. Elephanti pariunt singulos magnitudine vituli trimestris, Plinius. Bubalos proprie dictos gignit Africa, vituli ceruinæ quadam similitudine, Plinius. Moschum aliqui dictum putant, quod Græci animal hoc ex quo moschus colligitur, vitulorum colorem habere iudicarunt, quos μόσχους & μοσχάρια appellant, Brasauolus. Μοσχῆ, ἢ τοῦ μόσχου δορά, id est pellis vituli apud Anaxandriden, Pollux. Μοσχίν, idem. Εἰ δὲ νέατσαι λόγχαν ἐνδαμάλαν καλὰ δέρματα: τόν μοι ἀπάσας, Λίψ κόμαρον τραφοίσας δόν σκηπίας ἐπίναξε, Theocritus Idyllio 9. Aron herbam aliqui vulgo pedem vituli vocant. Sylvaticus. Antirrhinon vocatur herba flore hyacinthi, semine vituli narium, Plinius: Hanc & bucranon vocant, Galenus in Glossis. Dioscorides etiam semen eius vituli naribus confert: Est & inter hippoglossi nomina antirrhinon. Burrham olim appellabant vitulum, qui rostro esset ruffo, Thylesius.

c. Οἵη τ' ἐξ ὑμέων ταλὴς ἔπι οὖθαρ μόσχῳ βεβῶσα, ἀναπρήσασα ἑοῖσιν μυσὶ κέλσθῃς, Nicander in Alexiphar, vbi contra upræstis venenum lac ex vberibus sugendum consulit. Iosephus author est in mutatione legis sacrificiorum Hierosolymis in templo, vitulam inter manus sacrificantium pepetisse agnam, Albertus Magnus. Vitulum aliquando capite pueri natum esse testatur Aristoteles de gener. animalium libro quarto, capite tertio.

d. Ὡς δ' ὅταν ἄγραυλοι πόριες περὶ βοῦς ἀγελαίας
Πάσσαλόν θ' ἑλίσσουσιν ἐπάλμενοι οὐδέ τι σπεῦδ'
Μητέρας: ὣς ἐμὲ κεῖνοι ἐπειγόμενοι ἀφάλοιεν, &c. Loquitur autem Vlysses de sociis, cum ex beluina forma in homines redijssent, apud Homerum Odysseæ libro 10.

Ἐλθούσας ἐκ νήσοιο, ἐπὶ βοτάνης κορέσωνται,
Ἴσχασ', ἀλλ' αἰεὶ μυκηθμοῖο ἀΐουσι φίλοιο

e. Πύσσατο ξύλεν καμπύλον, τοῖς μόσχοις περὶ πὺς μυκτῆρας πθέμενον, ὄκωλύει θηλάζειν, Hesychius. Κυνοῦχος μόσχειος locum vel saccus è pelle vitulina: vt in cane venatorio dicam.

f Caro vitulina nominatur Plauto in Aulul. Cicero libro 1. de diuin. An tu, inquit, carunculæ vitulinæ malis, quàm imperatori veteri credere? Idem Pæto lib. 9. Integram famem ad ouum affero, itaque vsque ad assum vitulinum (quidam hîc vitellinum legunt, sed vetus exemplar vitulinum habet) opera perducitur. Κρέας μόσχειον Græci dicunt: Apicius vitellinam dixit, & Itali hodie pro vitulo vitellum. Imperator Valens legem Orienti dixerat, Ne quis vitulinam esitasse carnem vellet dum agricolationi consultum cuperet, Cælius. Aegyptios Agesilao vitulos saginatos misisse apud Athenæum alicubi legimus. In vitulis præcipue musculosam & superiorem femoris partem, nostrates vocant *rorbraten*, quoniam os femoris in ea cannæ speciem refert.

h. Bacchus cur ταυροφάγος & μοσχοφάγος dictus sit, ex Aristophanis interprete in Tauro ostendi. Μοσσοφαγία, sacrificium quoddam celebratum in Salamine Cypri, Hesychius & Varinus: apud Suidam pertinsimplex legitur: dubitauerit fanè aliquis an μοσχοφαγία scribi debeat: Monophagorum celebritatis apud Aeginenses Gyraldus meminit ex Plutarchi Quæstionibus Græcis: Est & alia ὠμοφαγία dicta. Vitulam deam Victoriam dici

Piso pu-

Piſo putauit:cuius rei hoc argumentum protulit, quod poſtridie nonas Iulias re bene geſta, cum pridie populus à Thuſcis in fugã verſus eſſet,vnde Populi fugia dicta ſunt.poſt Victoriam certis ſacrificijs fiebat vitulatio. Quidam interpretati ſunt quod potẽs eſſet vitæ tolerandæ: hinc illi pro frugibus ſacra fiebant,quod obſeruat Macrobius.Hyllus in lib.de Deis, Vitulam deam ait quæ lætitiæ præeſſet:vnde etiam Vitulatio & Vitulari. Varro in lib. Rerum diuinarum ait,quod pontifex in ſacris quibuſdam vitulari ſoleat,quod Græci ἀλαλάζειν vocant. (Hinc illud Vergilij,Lætumq; choro paana canentes.) Titius vero vitulari interpretatus eſt, voce lætari. Quidam de hac dea Vergilium intellexiſſe volunt,cum cecinit, Cum faciam vitula (pro vitulatione,ſacrificio ob lætitiam facto) pro frugibus ipſe venito, Hæc Gyraldus ex Macrobij lib. 3. cap.2. Saturn. Vitulari veteres dixerunt pro lætari, teſtibus Feſto & Nonio,Plautus in Perſa, Commodanti lubens,vitulorque merito. De Apide vitulo, copioſe in Tauro locuti ſumus:vbi & vituli aurei à Iudæis idololatris in Choreb conſecrati mentionem fecimus. Mactatos crederet illic Lactentes vitulos,Amathuſiacasq; bidentes,Ouidius Metam.9. Dum faciam vitula pro frugibus, Vergil.Sic Seruius videtur legere,& Macrobius lib.3.cap.2.Sic Columella,Niſi prius catulo feceris. Alij malunt vitulam quarto caſu legere,vt dicimus rem diuinam facere:ſed illi à doctioribus non approbantur. Circa vitulos duæ ſacrificantibus dictæ leges:Vitulum probari,ſi articulum ſuffraginis cauda contingat:breuiore non litari:Vitulos item ad aras humeris hominum allatos,non ferè litare:ſicuti nec claudicante, nec aliena hoſtia deos placari, nec trahente ſe ab aris,Cælius ex Plinio.Ariſtophanis interpres in Acharnẽſibus (vbi poeta dixerat χοῖρον οὐκ ἐᾶσαι θύσειν ὅτι κίφων οὐκ ἔχει,id eſt porcum nõ eſſe idoneum ſacrificio,eò quod cauda careret) addit, colura,id eſt mutila non licere ſacrificari.Bouis fœtus ſacrificio vicesimo demum die purus eſt,Plinius. Boues mares, eoſdemque mundos & vitulos,vniuerſi Aegyptij immolant,Herodotus.Vide nonnihil etiam ſupra in ſacrificijs ex boue.Mineruæ virgini virgo cæditur vitula,Arnobius.Ex bobus,vitulis, & pecudibus laudatiſſimæ vitulæ ad deorum placamenta habebantur,Gyraldus.Pythagoram aiunt ſuis ſectatoribus permiſiſſe,vt gallum,agnum,& alia quædam paulò antè nata præter vitulum,ritè ſacrificarent,Item. Ambaruale ſacrum,niſi de porca fœcunda aut grauida,aut vetula fieri non conſueuit,Vide in Suc h.in ſacrificio Cereris ex Sue. Veteres Græci hœdorum,agnorum,vitulorumq; inſpectis inteſtinis,futura prædicebant,Gyraldus,ex Pauſania. In Lunæ deliquio Aemylius Paulus aduerſus Macedonas imperator,vndecim ei vitulos,id eſt moſchos, immolaſſe narratur:etiamſi eo vocabulo tauros accepit interpres,Cælius, De immolando porco,agno,vitulo,mentio fit apud Catonem cap. 141. Italiam à vitulis dictam Varro ſcribit,authorem citans Piſonem. Regionem tertiam Italiæ tenuerunt priuatim dicti Itali,Plinius. Vitella,Βίτελλα,oppidum Italiæ,vnde Vitellinus,Stephanus. Moſchouitas quidam interpretantur populos illos, qui à Ptolemæo Hamaxobij,à Pomponio Mela Hamaxobitæ dicuntur,populi Sarmatiæ in Europa: qui ędium vice plauſtris vtebantur:hamaxa enim Græcis plauſtrum eſt quamuis alio hodie loco quàm olim ſiti videantur:

Luceriæ oppido Heluetiæ fuit vitulus qui à poſteriore parte ceruus apparebat,Nic.Clauſerus.Carolus 5.in expeditione Africana cùm in Largheram nobilem Sardiniæ vrbem appuliſſet, eadem nocte res inſolita contigit: bos enim vitulum bicipitem peperit,quem mulier,cuius bos erat, videndum Cæſari obtulit, Nicol. Villagagn. Prodijt venalis anno 1552 pictura quædam vituli monſtroſi. quem vacca pepererat Bonnæ in epiſcopatu Colonienſi die 16 Maij eiuſdem anni. Monſtrum illud habebat duo capita,quorum vnum ab vno latere leporis caput referebat,tres oculos & duo corpora ſibi inuicem oppoſita, quorum pars poſterior tota erat glabra, cauda verò ſubnigra & piloſa:item ſeptem pedes,quorum vnus tres gerebat vngulas. Vixiſſe aliquandiu hoc monſtrum & à multis viſum fuiſſe teſtatur author picturæ.

Prouerbium, Taurum tollet qui vitulum ſuſtulerit,in Tauro explicatur. Μόσχῳ ἐπὶ μόσχῳ Βοιώτιον, Moſchus canens Bœoticum,in multiloquos & inepte loquaces. Moſchus hic citharœdus fuit imperitus, qui citra reſpirationem vocem in longum producebat. Bœoticum autem vocant cantionis genus veluti Phrygium aut Doricum, Eraſmus,Suidas & Apoſtolius. Ariſtophanes in Acharnenſibus, Ἀλλ' ἕτερον ἦδλω, μᾶλλον ἢ ἐπὶ μόσχῳ τινὶ Λεξίθεος εἰσῆλθ' ἀσάμενος Βοιώτιον: id eſt, Sed aliud eſt quod me oblectauit,cum ſcilicet ἐπὶ μόσχῳ Dexitheus ingreſſus eſt vt caneret Bœotium. Scholiaſtes ἐπὶ μόσχῳ exponit poſt Moſchum, qui ineptus citharœdus Agrigentinus fuerit: Alij propter vitulum,cò quòd victori præmium daretur vitulus. Bœoticum autem melos Terpandrum inueniſſe ferunt, ſicut & Phrygium. Cæterum Dexitheus optimus fuit citharœdus,& victor in Pythijs: alij eundẽ frigidum & ineptum fuiſſe aiunt, Hæc Scholiaſtes. Aliquid cito factum ſignificaturi Vueſtphali,dicunt, *Ehe dann das kalb ſein auge lecke*, Antequam vitulus oculum lambat,vt Latini Citius quàm aſparagi coquãtur. Luſcioſum Latini lolio victitare prouerbiali ioco dicunt, Germani quidã in eundem, *Wo er recht in ein hauſ ſicht, da vnerdeut das kalber bl indt*, Si oculos in domum conuertat,vitulos excæcabit.

DE BVSELAPHO.

Ex Mauritaniæ deſertis locis (inquit Ioh.Caius Anglus ad me ſcribens) aduectũ ad nos eſt animal biſulco veſtigio,magnitudine ceruę; forma & aſpectu inter ceruam & iuuencam,vnde ex argumento voco buſelaphum ſeu bonicernum, moſchelaphum ſeu buculam ceruinam capite & aure longa atque tenui,tibia & vngula gracili vt ceruæ,ita vt ad celeritatem videatur factũ animal. Cauda pedali longitudine,& paulo amplius,forma caudæ vaccinæ quam ſimillima, ſed breuitate accedẽs propius ad ceruinam: natura quaſi ambigente ceruæ ne eſſet an vaccæ:per ſuperiora,ruffa & lenis,perima,nigra & hirta. Colore corporis fuluo ſeu ruffo vndique pilo ſeſſila cutiq; æquato,in fronte ſtellatim poſito,at ſub cornibus per ambitum erecto. Cornibus nigris,in ſummo lenibus, cætera rugoſis,rugis ex aduerſa parte ſibi vicinioribus, ex auerſa, ad duplam aut triplam latitudinem à ſe diductis. Ea cornua primo ſuo ortu digitali tantum latitudine diſtantia paulatim ſe dilatant ad mediam vſque ſui longitudinem & paulo vltra,qua parte diſtant pal.tres com. & ſemiſſem, tum ſe reducunt leniter,& recedunt rurſum in auerſum,ita vt extrema cornua non diſtent niſi pal.duorum,dig. trium & ſemiſſis interuallo. Longa quidem ſunt ped.vnum & pal.vnum:craſſa verò in ambitu ad radices,pal.tres.

Caput à vertice,qua parte linea nigra inter cornua diuiditur,ad extremos nares,longum eſt pedem vnum palmos duos & digitum vnum:latum qua eſt latiſſima,in fronte videlicet paulo ſupra oculorum regionem,digitos ſeptem:craſſum in ambitu,qua maximum eſt,ped.vnum,& pal.tres.Dentes habet octonos,ordine caret ſuperioti,& ruminat:Hubera ſunt duo corpori æquata,quo conſtat iuuencam eſſe, nec dum fœtam.Placidiſſimum animal eſt & tractabile,ludibundumque, ſaltu valens atque curſu. Quibuſuis per famem veſcitur, pane, phormagine, carne ſalita, fœno, herba, & quouis oblato: vſus eius eſt in venatione, caroque dulcis.

L DE

DE BVBALO.

A.

BVBALI nomen omnino incertum eſt, non hodie ſolum, ſed iam Plinij ſeculo confuſum. Alius enim Græcorum bubalus eſt, cui nullum aliud apud Latinos nomen cõtigit, vt peregrinis pleriſq; de hoc alio loco inter capreas, quibus adnumeratur, docebo. Alius quem vulgo bubalum vel buffalum vocant, qui de boum ſylueſtriũ genere eſt, nec vllum peculiare apud Græcos quod ſciam, nomen habet: Cum inter ſylueſtres alij quidam certa habeant nomina, ſiue propria, ſiue à regionibus ſumpta, vt bonaſi biſontes, Indici &c. Accedit hoc etiã difficultatis, quod diuerſos ſylueſtres boues (vt Plinij tempore olim vros hodie multi, præſertim in illis regionibus ad quas aliunde adducuntur) vulgus bubalos appellat. Pauciſſima animalia (inquit Plin. lib. 8.) Scythia gignit: pauca contermina illi Germania: inſignia tamẽ boum ferorum genera, iubatos biſontes, excellentiq; & vi & velocitate vros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomẽ imponit: cum id gignat Africa vituli potius ceruinæ quadam ſimilitudine, Hæc Plinius. Sed quanquam diuerſi boues ſylueſtres bubali nominentur à quibuſdam, maximè tamen & à plurimis bos ille, cuius effigiem appoſuimus à præſtantiſſimo medico Cornelio Sittardo Norimberga ad me miſſam, bubalus appellatur: qui inter cicures & ſylueſtres medius ferè mihi videtur. Hunc Perottus apud veteres in vſu fuiſſe negat: & addit, ex Africa primum id animal allatum prodi. Ego Plinij verbis iam recitatis, quibus proprie dictum, id eſt Græcorum bubalum, in Africa gigni ſcribit, hominem deceptum ſuſpicor. Quanquam bubali, quos priuatim ſic vocitamus, ex quibus locis primum aduecti ſint, certi nihil habeam: Albertus Magnus meminit magnorũ bubalorum ſylueſtrium, qui *vrſent* apud Germanos appellentur, hos ego biſontes interpretor, de quibus pluribus dicam inferius. Eraſmus Stella in libro de origine Bruſſorum, Buffelus, inquit, quadrupes habet barbam veluti capra, alioqui ſimilis boui per omnia, &c. Hunc ego vrum eſſe docebo infra. Iſidorus etiam bubalos caprearum generis cum bubalis bubus confundit. Bubali (inquit) vocati ſunt eò quod ſunt ſimiles boum, adeò indomiti, vt præ feritate iugum ceruicibus non recipiant: hos Africa proceat. At illi qui caprarum ſylueſtrium generis ſunt bubali, quos in Africa naſci conſtat, neque bubus (vtiulis tamen aliquo modo) ſimiles eſſe, nil mirum ſi iugum non recipiant. Quod autem de noſtris non Africanis agat bubalis Iſidorus, vel inde apparet, quod biſontibus eos coniungit. Martialis in Libro ſpectaculorum, Carpophorum quendam laudans, Illi ceſſit atrox bubalus atque biſon. Domitius interpres recte bubalum exponit vrum, illum dico qui inter boues ſylueſtres omnium maximus eſt, & proprie vrus dicitur. Plinius bubalum vulgarem intelligere videtur, vbi ſcribit è boue ſylueſtri nigro, ſi ſanguine ricini lumbi perungantur mulieri tædium Veneris fieri dicit Oſthanes. Ariſtoteles apud Arachotos (India ciuitatem) boues ſylueſtres eſſe tradit, qui differant ab vrbanis, quantum inter ſues vrbanos & ſylueſtres intereſt: colore atro, corpore robuſto, rictu leuiter aduncо, cornua gerunt reſupinatiora. Hi bubalis forte congeneres fuerunt: conſentiunt enim color, robur, & cornuum etiam figura, vt paulò mox dicetur. De rictu iudicabunt illi qui præſentes habent bubulos, quibus noſtra regio caret. Amu puincia ſubiecta magno Cham habet bubalos multos & boues M. Paul. Venetus. Sed relictis cæteris, tum Africano bubalo, tum ſylueſtribus bubus, de illo ſolum agamus hoc in loco,

cuius

Digitized by Goog

cuius imaginem adiunximus. Huius igitur nomen apud Ebræos nullum reperiri puto, niſi quis ſub תאו teo comprehendi arbitretur: Nam Dauid Kimhi exponit per שור הבר ſchor habar, id eſt bouem ferum Deuteronomij cap. 14. Chaldaica tranſlatio pro to habet turebalah, (nam tor vel tora taurum eis ſignificat, balah (ni fallor) ferum: vnde & camelopardalis anabulah, id eſt ouis fera Chaldaice dicta videri poteſt.) Arabica taietal, Perſica badek, Septuaginta & Hieronymus orygem. Sunt autem verba legis eo in loco: Veſcemini bubus, ouibus & capris: item ceruo, caprea, bubalo, capricorno, vnicorne, boue ſylueſtri, & alce, vt Sebaſtianus Munſterus tranſtulit. Vnde apparet teo animal fuiſſe purum, & in cibis conceſſum: quamobrem non poterit idem eſſe quod thóo id eſt lupus ceruarius, vt quidam coniecerunt propter nominis affinitatem. Idem nomen תיאו to ſcribitur Eſaiæ cap. 51. Filij tui (inquit propheta, interprete Munſtero) iacuerunt mœrore affecti in capite omnium platearum, ſicut bos ſylueſtris reti (captus,) pleni furore Domini, increpatione Dei tui. Hieronymus hic orygē illaqueatū reddit, Septuaginta, φάλαινα ἐμίσφη, id eſt betam ſemicoctā. Meriah Ebraicam vocem in ſacris literis aliqui bubalū reddunt, vt ſupra in Boue dixi: ſed magis probauerim illos qui pecora (boues vel oues) bene ſaginata reddunt: nam marah ſaginare eſt. Prophetæ Amos capite 6. in tranſlatione Hieronymi ſic legitur, Nunquid currere equi in petras queunt, aut arari poteſt in bubalis? Error eſt, nam Ebraice bekarim legitur, id eſt bubus ſimpliciter. Septuaginta ſic habent, Ἐν διώξονται ἐν πέτραις ἵπποι, ἢ παρασπάσονται ἐν βελείαις; Cæterum Deuter. cap. 14. loco proximè iam citato, vbi bubalum reddiderunt Ioſephus, Septuaginta, Hieronymus, & Munſterus, Ebraice legitur iachemur vel iachmur (quod Arabes etiam & Chaldæi ſimiliter reddiderunt, Perſæ kutzcohi aut potius buzcohi. Sic enim etiam Deut. 14. Perſica tranſlatio habet, pro diſchon Hebraica voce, quam pygargum interpretatur) alieni ex noſtris aſinum ferum eſſe ſuſpicantur, cum alia tamen onagrorum nomina Ebraica habeamus, bubali Græcorum vero nullum ſi iachmur demas. Ego certe iachmur bubalum proprie dictum à Græcis eſſe crediderim, de caprearum genere. Nam R. Iona animal ſimile magnæ capræ interpretatur: & Iudæi quidam, Munſtero teſte: capram rupicolam reddunt. Hoc certum eſt non eſſe bubalum vulgarem: primum quia Ioſephus & Septuaginta dorcada Græce reddiderunt, quem de genere ſylueſtrium caprarum eſſe eruditorum nemo dubitat: deinde quia ter in Regum lib. cap. 4. inter lautiores Salomonis regis cibos adnumeratur. Quotidie enim conſumebantur in aula Salomonis (vt illic legitur) decem boues ſaginati, & viginti gregarij, atque centum oues, præter ceruos, capreas, capras ſylueſtres atque aues caſtratas: hîc Munſterus iachmur non bubalos vertit, vt in Deuteronomio, ſed dorcades ſylueſtres: Hieronymus hîc quoque bubalos: Septuaginta omiſerunt. Bubali vero vulgares nequaquam poſſunt inter lautos cibos cenſeri. Sed tandem, vt cœperam, concludo, aut nullum Ebræis nomen eſſe bubali vulgaris ſub to, id eſt boue ſylueſtri, tanquam ſpeciem ſub genere contineri. Syluaticus dictionem iamus bubalum exponit: videtur autem corrupta à iachmur. Aufeac in veteri Expoſitione alphabetica verborum Arabicorum Auicennæ interpretatur coagulum ceruinum, & genitum buffali: apparet autem genitum vocem corruptam eſſe. Sed ne Græci quidem, quod ſciam, quo bubalum noſtrum appellent, nomen habent: Nam βούβαλος & βούβαλις oxytonum ſynonymæ voces caprearum generis ſunt, quod ſæpe iam repetij: Quæ autem his animalibus etymi ratio ſit, non facile dixerim: ſed barbarum & peregrinum vtpote Africanum nomen eſſe puto: quod cum vulgus Græcorum audiuiſſet, & vocis ſimilitudine deceptum bubuli pecoris genus eſſe ſibi perſuaderet, poſtea boues ſylueſtres ad ſpectacula adductos ſic appellaſſe videtur, tanquam Latino nomine. Ariſtophanes grammaticus (inquit Varinus in ἀκμῇ) ſcribit ab Aeſchylo dici λεοντοκέρταν βούβαλιν (proparoxytona voce) eodem modo, declinanci ſcilicet & accentus ratione, quo ἀγκύλην dicimus: nam alioquin communior vox eſt βούβαλις, oxytona, in accuſatiuo βούβαλιδα, & à Sophocle γραμῖν βουβάλιν: ego γραμῖν potius legerim, quanquam enim γραμὶς vocem nuſquam reperiam in Lexicis: dici tamen poſſe exiſtimo (vt poetæ multa huiuſmodi vocabula præſertim compoſita & epitheta fingunt) pro γραμίδα, vt etiam ἀγκάνη eodem ſenſu. Mea hæc coniectura eſt, qui aliter cur γραμὶς, id eſt terrigena dicatur bubalis non video: niſi forte quod ex terra & herbis alatur, quod nimis latè patet. In Etymologico in dictione βούβαλος, legimus βούβαλον, μέγα καὶ πολύ: Heſychius βούπαλον exponit μέγα, quod magis probo: ſed quod addit καὶ ὄνομα legendum ὄνος, id eſt aſinus ex Varino: & manifeſtius ex Suida. Βου particula auget, κάναβον concutere eſt: magnum autem eſſe oportet quod valde & vehementer concutitur: vt ſi quis βούπαλον δόρυ dicat, nemo de parua haſta intelliget. Aſinus autem βούπαλος apud Ariſtophanem dici mihi videtur, ἀλλ' ὑποσφὸν ἀκανθίνου καὶ πλαγιαῖς. Poſtquam igitur Latini bubalum pro boue ſylueſtri vſurpare cœperunt, aliarum etiam linguarum prouinciæ idem nomen ab eis mutuatæ ſunt: neque id mirum, cum perpaucis animalibus peregrinis alia nomina habeantur, quàm à Latinis vel Græcis accepta, licet illi plurima primum à barbaris, id eſt quibuſuis alijs gentibus acceperint. Græci inquam, ſiue ſua ſiue aliunde accepta vocabula Romanis & Latinis communicauerunt, illi poſtea nationibus cæteris præſertim à ſe deuictis. Viſuntur Romæ permulti, vt audio, bubali: vulgus adhuc vocat bufalos. Galli beuffle, Hiſpani bufano, Germani *büffel*, Angli bugill, Illyrica lingua *bavvol*.

B.

Bubali vulgaris (ſic enim appellabimus ad differentiam Africani, & vri, & biſontis) deſcriptionem in libris Alberti Magni, Petri Creſcentienſis, & recentiorum quorundam, huiuſmodi reperio. Bubali ex genere boum ſylueſtrium ſunt, perquam robuſti, & boue communi maiores altioresq; corpore valde craſſo, cute duriſſima, membris macilentis: pilis nigris, paucis & paruis (minimis, ita vt in cauda ferè nulli ſint, Albertus:) fronte aſpera, criſpa & intricata pilis: Capite vt plurimum prono ad terram, paruo ſi conferas ad reliqui corporis modum, Albertus etſi author libri de natura rerum, ſimpliciter caput ingens eis attribuat. Intuitu ſimplicitatem & manſuetudinem præ ſe fert. Cornua eis longa, intorta, nigra: Albertus barbara dictione valliculoſa eis cornua tribuit, & nigra ſicut capræ: Et rurſus, Cornua eorum (inquit) parua ſunt, ſicut cornua capræ domeſticæ, & aliàs interius iuxta collum dependent verſus internam pectoris partem: aliàs erecta ſunt. Præterea collum bubalis craſſum eſt, vel vt author quidam obſcurus habet, longum: Inferior dorſi pars caudam verſus decliuis: cauda breuis, parua, & nullis ferè pilis: crura craſſa robuſta, & reliqui corporis reſpectu breuia. Bufalus vulgo dictus Italis (inquit Cæſar Scaliger eſt bouis genus atri, maximi roboris: depreſſiore quam bos magnitudine: ſed corpore compactiore, latiore, pleniore, firmiore. Cornua non tam teretia quam preſſa: nec ſurrecta, ſed deorſum verſum retro flexa: Etiam domitis maxima ferocia: quæ corrigitur, vitulis annello ferreo pridem naribus inferto: cui funiculus in-

ditus pro habenis eſt. Hunc neque Bubalin (veterum) neque Vrum eſſe ſcio. Calcibus non cornibus (vt Bubalo Ariſtotelis) pugnat inepta enim ſunt ad pugnam cornua, quia retrorſum auerſa ac demiſſa cuſpide.

C.

Bubalus vngulis terram ſpargit. Mugitus eſt terribilis. Vaccæ & boues ſyluestres, quæ ruſticè dicuntur bufalæ, hac habent & tempore coitus, & in principio partus, Auguſtinus Niphus. In hoc genere vacca alterius quàm ſui generis vaccæ vitulum non admittit vberibus, ſed odore agnitum reijcit: ſin autem vitulus vaccino ſtercore illinatur, odore decepta lactat, & pro ſuo educat, Albertus. In aquis morari gaudet, Petrus Creſc.

D.

Bubalus quanquam remiſſus aliàs & ſatis manſuetus, ſi tamen irritetur, perquam iracundus & indomitus euadit: Pugnat autem præcipue pedibus & vngulis, quas magno niſu defigit, & iterum iterumque conculcat ea quibus iraſcitur. Perſequendo recta fertur neque declinat, Albertus. Ira commotus aquam ingreditur & ſe mergit ad os vſque, vt ſanguis æſtuans reſtinguatur: Nam & cæteri boues aqua refrigerari per æſtum omnes deſiderant, Petrus Creſcent. Bubali non facile ferunt frigus, quare in frigidis regionibus non ſunt. Iidem caloris adeo impatientes vt in aquam currant vſque ad collum, etiam currus aliquando trahentes, vnà cum curribus, nec vlla vi inde exigi poſſunt antequam ſatis refrigerentur, Incertus. Pueri multis in locis ludendo moleſti ſunt bubalis, qui inſidentibus illis eorum dorſo, aquam ſi quæ vicina ſit ingreſſi ſe ſubmittunt, vnde pueri quandoq; periclitantur. Colore vario & rubro prouocatur: qua de re pluribus egi in Tauro in H.d Bubalus crocodilo infeſtus eſt, eumq; extra aquam repertum conculcat, Albertus ex Auicenna: Ego Auicennam de Africano bubalo locutum crediderim, cum pleraq; omnia ſua ex Græcis deſcripſerit: accedit quod crocodilus Africæ peculiaris eſt.

E.

Bubalus quoniam robuſtus eſt & patiens laboris, paſſim ducendo curru, & vehendis oneribus, ac etiam terræ arandæ eo vtuntur, Perottus. Ad plauſtra & aratra non ſatis idonei ſunt, ſed in trahendis per terram magnis ponderibus exercentur, ligati artificialiter quibuſdam catenis, Petrus Creſcentienſis. Maximo conatu onera trahunt, adeò vt ad primi impetus niſum maiorem in genua ſe demittant, & rurſus erecti pergant. Vnus tantundem ponderis, quantum equi duo fermè trahere valet, Albertus. Quod ſi nimium ſit onus in terram decumbit, & ne verberibus quidem facile ad ſurgendum cogitur, niſi leuato prius onere, Author obſcurus. Ferreus aut æreus circulus per nares ei traijcitur, cui alligato funè vel habena ducitur ac regitur, quo minus homini repugnare poſſit. Coria bubalorum minus probantur quàm aliorum boum, etſi valde craſſa, Petrus Creſc. Nauigant Britanni viminеis alueis, quos circundant ambitione tergorum bubalorum, Solinus: vide ne legendum ſit bubulorum. In lege, Argumento ſunt Sed ſtragulas & bubolonicas, quæ equis inſterni ſolent: Sunt qui ſentiant hoc in loco legendũ, bubalinas, vt ſubintelligatur pelles eſſe non veſtes: tanquam ex bubalorum pellibus ſtragulis ad equos fieri ſolitis. Ego vero (inquit Bayſius in libro de Vaſculis) legendum puto Babylonicas, quam lectionem mox teſtimonijs fulcit. In Creta faciunt arcus de cornibus bubalorum, Bellonius. In officinis illorum qui manubria cultrorum faciunt Conſtantinopoli, inueniuntur dentes & cornua rara, vt de bubalis, gazellis, &c. Idem. Incolæ regionis Caraiam, vtuntur in bello ſcutis & armamentis de corio bubalorum factis.

F.

Bubalus hinc abeat, néue intret prandia noſtra, Non edat hunc quiſquam, ſub iuga ſemper eat: Baptiſta Fiera. Carnes bubalinæ nimium melancholicæ ſunt, & ne boni quidem ſaporis, quare parum probantur: crudæ adhuc forma & colore non adeo indecoræ ſunt, coctæ vero omnino, Petrus Creſc. Caſeus de lacte bubali valde ſolidus & terreſtris eſt, Albertus.

G.

Ex vngulis vel cornibus bubali vulgaris, annuli fiunt, qui ſi in digitis vel manuum vel pedum ſubinde geſtentur, mirifice à quibuſdam laudantur aduerſus neruorum conuulſiones ſeu ſpaſmos. Sunt qui ijſdem quaterna fila ex totidem metallis, auro, argento ære & ferro fabricata innectant: tanquã efficacioribus ſic futuris, tum ad ſpaſmos, tum ad alia quædam vitia. Aliqui tantundem ſperant ex annulo confecto de ſolis iſtis filis inter ſe contortis. Nõ deſunt qui inſuper mentiantur annulos ex cornu vel vngula bubali in coitu diſſilire, quod alioqui puto chryſolithis & ſmaragdis tribuitur. Ex parte imminentis venti, cornu ac ſtercus bubali (forte bubulum) crematũ tuetur, vt dicunt, plantas ac ſata à rubigine, Cardanus. Reliqua ex bubalo remedia quæ recentiores ei adſcripſerunt, ad bubulum Africanum pertinent. de quo ſuo loco.

H.

Vulgare conuitium eſt, vt craſſi & inepti homines, iuniores præſertim & ſerui, bubali apud Germanos appellentur. Naribus trahi, eſt citra iudicium, alieno arbitratu quouis adduci: metaphora ſumpta à bubalis animantibus, qui annulo in ſummam narem inſerto circunduntur. Eraſmus.

Digitized by Google

DE BVBALO Africano, longè diuerſo à bubalo recentiorum.



VIDIMVS præterea (inquit Pet. Bellonius) in Cairo paruum bouem Africanum, forma corporis plena, parua, in ſe confercta, craſſa, ſed ſcitè expreſſa. hunc ſtatim bubalũ veterum Græcorum eſſe conieci, notis omnibus: Aduectus autẽ erat Cairum è regione Aſamiæ: quãuis in Africa quoq; reperiatur. Aetate iam prouectus erat, corporis mole ceruo inferior, ſed plenior & maior capreolo: membris omnibus tam ſcitè in ſe confertis & compactis, vt iucundiſſimum ſui conſpectum præberet. Pilus etiam cum coloris ſubflaui eſſet, præ ſplendore politus videbatur. idem ſub ventre magis ruffus eſt ad ſubflauum inclinans colorem quàm in dorſo, vbi ferè bæticus apparet. Pedes eius bubulis ſimiles ſunt, crura compacta & breuia. collum craſſum & breue, palearia vix modicè præ ſe ferens. Caput bouis, in quo cornua ab oſſe quodam eleuantur in vertice capitis, nigra, & valde crenata, (cochées, Gallicè. cæterum in Gazellæ cornibus deſcribendis facit ea in extremo parum eſſe crochues, id eſt adunca) ſicut in gazella: & arcuata inſtar lunæ creſcentis, quibus non admodum defendere ſe poſſet, eò quod mucrones introrſum verſi ſe inuicem ſpectent. Auriculæ vaccinæ. ſcapulæ nonnihil eleuatæ & validæ. cauda vt camelopardali vſq; ad poplites extenditur, pilis nigris intecta duplò maioribus quàm ſetæ in cauda equi. Mugitus qui bouis, ſed minus altus. In ſumma, ſi quis fingat videre ſe bouem paruum, politum, (nitidum) bene compactum, fuluum & ſplendidũ, cornibus inſtar Lunæ creſcentis armatum, altis & ſupra caput erectis, veram huius animantis formã conceperit. Cęterum bouis illius qui vulgò bubalus hodie vocatur, nomen antiquum ignorare me fateor: quamuis per Italiam, Græciam & Aſiam, ita abundet, vt vix aliud animal frequentius occurrat, Petrus Bellonius. Ego de bubalo vulgũ ſic dicto, ſententiam meam iam protuli. bubalum verò ſiue bubalidem Græcorum, inter capreas retuli, multas ob cauſas, quas poſtea adferemus.

Neſcio an idem quod Bellonius bubalum Africanum vocauit animal ſit, quod nuper quidam ex Italia rediens Florentiæ ſibi viſum referebat bouis Indici nomine, magnitudine iuuenci, colore flauo fere ad ruffum inclinante, capite magno pro portione reliqui corporis, oblongo: cornibus non altis, rectis, modicè ſupra intortis quaſi in ſpiras, parte circa lumbos multò humiliore. Sed fieri poteſt vt ille, cum obiter tantum ſpectãrit, non rectè omnia meminerit.

Manſuetum hoc animal an ferum ſit, non expreſſit Bellonius: ferum tamen eſſe hoc ipſo quòd Bubalum veterum eſſe conijcit, inſinuat. Io. Leo in deſcriptione Africæ. Lant (inquit, capitis quidem inſcriptio habet Lant vel Dant) ſimilitudine Bouem refert: ſed minor eſt, cruribus cornibusq; elegantior: colore albo. vnguibus nigerrimis, tantæq; velocitatis vt à reliquis animalibus, præterquam ab equo Barbarico ſuperari nequeat. Faciliùs æſtate capitur. Eius tergore clypei validiſſimi conficiuntur. quos nulla ratione præterquam ſclopeti ictu traijcias: ſed carè admodum væneunt. Sic ille: & mox de alio bouc ſyluatico, cuius aliud nomen non exprimit: Bouem (inquit) refert domeſticum, tametſi ſtatura minor, leucophæi coloris, ipſe etiam velociſſimus. In deſertis ſolùm, vel deſertorum confinijs reperitur. Carnem aiunt abſoluti ſaporis eſſe. Quòd ſi color conueniret, alterutrum iſtorum animalium, prius præſertim, Bubulum Africanum Bellonij eſſe diceres. Sed ſi aliud nihil obſtet, color ſolus hoc non efficiet, vt ſpeciem diuerſam ſtatuamus. Fortaſſe Lant Bubalis ſit (inquit Scaliger) nam Plinius ambiguè Vitulo Ceruóue ſimilem facit. Ego ſanè hunc Bubalum eſſe facilè perſuadeor, quoniam alium hactenus non noui cui veterum deſcriptio æquè conueniat: præſertim Oppiani lib 2. de venatione: etiamſi minorem eum facere videatur: nempe dorcade platycerote corpore inferiorem. Cornua quidem eius ita deſcribit, vt non ramoſa, ſicut cervis & capreis: ſed Rupicaprarum noſtrarum cornibus ſimilia, tum ſitu, tum in auerſam partẽ retortis mucronibus, eſſe videantur ad pugnam ferè inutilia. Author innominatus cuius Græcum de animalibus libellum manuſcriptum habeo: Bubalum in Libya, inquit, partim boui, partim ceruo ſimilem eſſe: non dormire: & alium vltra alpes prope Rhenum fluuium Bubalum eſſe, colore albo, ſæuum, vel, vt ipſe loquitur, ἀγριον.

Cornu incertum cuius beſtiæ, catena ſuſpenſum ad columnam in æde ſumma Argentinæ: longum (filo ducto ſecundum hemicyclium à principio ad finẽ) quatuor ferè cubitos Romanos. Cultro cum raderem, cornu verum eſſe apparebat. fuere nimirũ Vri alicuius vaſtiſſimi, a tate multùm prouecti. illic quidem cuius ſit animalis nemo ſcit. Craſſitudinem ſiue circunferentiam baſis oblitus ſum metiri. Apparet ante annos quã plurimos (duo aut tria ſæcula forte) propter admirationẽ magnitudinis illic ſuſpenſum fuiſſe. Philippus rex Macedonum ad pedẽ Orbeli montis in Macedonia iaculo confodit Taurum ferum, & cornua eius, orgyiæ vel (vt alij) ſedecim palæſtarum longitudinis. in veſtibulo templi Herculis conſecrauit. Plura leges inferius in Monocerote.

DE BOBVS FERIS ET SYLVESTRIBVS DIVERSIS.

A.

BOVIS nomine veteres multa peregrina & ſylueſtria animalia, magna & cornuta præcipue, quorum propria nomina ignorabant, appellauerũt: vt elephantos, boues lucas, rhinocerotes, Aethiopicos boues: Cæſar etiam alces & rangiferos boum nomine comprehendere videtur, nimirũ propter animaliũ illorum magnitudinem & lactis vſum.

Tauri agreſtes differunt à ſylueſtribus: Plinius lib 8. Aethiopia, inquit, atrociſſimos habet tauros ſylueſtres, maiores agreſtibus. Ego ſylueſtres intelligo feros, vt ſunt vri, biſontes, & alij, quos Græci ἀγελίους vocant, non tam à locis ab hominum conſuetudine remotis, quàm natura ſiue ingenio fero & ſylueſtri. Agreſtes ijdem ἀγραύλους vocant, qui quanquam manſueti ſint, & ex maſuetis nati, liberi tamen ſolutiq́ue in agrorum, ſyluarum, aut montium paſcuis relinquuntur, nec ad ſtabula reuocantur vt vaccæ, &c. vt ſupra in tauris ἀπεραύλους dixi. Homerus, Ἢ ποτ' ἀγραύλοισι βόεσσι μεθ' ἡμένοις ἰαύεσκεν. Ἀγραύλους reddunt grammatici, in agris verſantes aut pernoctantes. Proinde & paſtores ἀγραύλοι cognominantur à poetis, quòd ſub dio morentur. Oppianus tamen lib. 2. de venatione hanc differentiam non ſeruat nam de tauris domeſticis coitus tempore pugnantibus canit, Οἱ πρὶν μαχέσαντ' ἀγροῖσι βόες, &c. Βοάγρια ſcuta ſunt ex pellibus boum ſylueſtrium: item ſpolia ex bello relata, τὰ ἐκ βοῶν (ἤγουν μάχης) ἀγρεθέντα λαφύρα, Varinus. Apud Heſychium βοάγρια, ἀσπίδες: malim in ον genere neutro: vt Varinus habet: & boagria numero plurali. Βοάγριος fluuius eſt, vel potius Βοάγριος, alluens Thronium ſitum in mediterraneis Κνημιδίοις: eſt enim Locrorum qui Epicnemidij dicuntur, Varinus. Meminit eius Homerus & Strabo lib. 1. & pluribus lib. 9. vnde ſua Varinus tranſcripſit. Videtur autem ſic appellatus ab alluuione ſubita: nam cum exiguus aliàs torrens ſit, vt Strabo teſtatur, quandoque ad bina late iugera effunditur, vt rectè impetuoſo & fero boui comparetur. Καταβάτης, ὁ βοάγριος, λαίλαψ, Varinus & Heſychius. Hodie in Græcia vulgò Gonidia agria vocantur, boues ſylueſtres, Bellonius.

De Ebraica voce to vel teo, quam bouem ſylueſtrem exponunt, paulò ante in Bubalo dixi. Taurus Græcis & Latinis de boue mare non caſtrato dicitur: Varinus tamen in voce Ἀμάλακις, ταῦρον etiam ſylueſtrem bouem priuatim ſignificare admonet.

Et boue ſylueſtri nigro ſi ſanguine ricini lumbi perungantur, mulieri tædium Veneris fieri dicit Oſthanes, Plinius.

Supra in Boum manſuetorum hiſtoria cap 2. diuerſa boum genera enumeraui, quorum aliquot fera eſſe non dubito, vt Aonios & Armenios, quos tamen ab alijs non ſeparaui, quoniam authores ferine an manſueti eſſent, non ſatis expreſſerunt.

Circa Pæonium agrum atque Creſtonicum ſuper amnem Chidorum leones multi ſunt, & boues agreſtes prægrandibus cornibus qui ad Græcos veniunt, Herodotus lib 7. Hi mihi bonaſi ſiue monopes videntur, vt infra oſtendam. Τὰς παρωτίδας βοὸς ἀγρίου, τὰς μεγάλας ἃς ἀπὸ ταύρου εἶναι λέγεται, Ariſt. in mirabilibus. Boues perferi etiam nũc ſunt multi in Dardania & Media & Thracia, Varro.

Tauri ſylueſtris epitheta, αὐχένες, ταυρίων θ', βριαρὸν κῶλον, in Cynegeticis Oppiani. Infeſtus eſſe dicitur tauris ſylueſtribus elephas, Albertus.

In taurum ſylueſtrem qui Macedoniam vaſtabat ad pedem Orbeli montis Macedoniæ à Philippo rege iaculo (ἀγαθὸν κυνηγετικὸν) confoſſum, cuius deinde pellem & cornua ἀγκῶνα vel παλαιστοδακτύλους, in veſtibulo templi Herculis conſecrauit: extant epigrammata doctiſſima, Simmiæ duo, & Antipatri vnum, Anthologij Græci lib. 6. Pollux lib. 2. ἑκταδακτύλους expouit, quæ palmos, vel vt ipſe vocat, palæſtas quatuor digitorum, æquent numero ſedecim ſed hæc nondum attingunt orgyian, id eſt vlnam. Dora vero quinque digitorum (palmum maiorem vel medium recentiores quidam vocant) numero ſedecim, proximè ad vlnam accedunt. Sed non eſt neceſſe tam exactè has menſuras reſpondere, cum orgyiæon etiam ſimpliciter magnum exponatur & poetis maior in vocabulis licentia ſit. De orgyia & palmo menſuris paulò poſt in Bonaſo copioſius agam.

Taurus ille quem Phyllius viciſſe fertur, vt ſuperius retuli in Tauro ex Ouidij Metamorphoſeon lib. 7. ſylueſtris fuiſſe videtur.

De bubus opiſthonomis, id eſt qui retrocedendo paſcuntur, meminit Ariſtoteles lib. 2. de Partib. anim. cap. 16. de elephantis ſcribens, quod niſi naris eorum mollis aptaq́; ad flectendum fuiſſet, impediſſet eos in cibo capiendo longitudine ſua, vt boues opiſthonomos ſua cornua niſi retrogrediantur: vbi autem illi reperiantur non meminit. Herodotus auctor eſt in Libya boues opiſthonomos eſſe, id exprimentibus cornibus, quæ adnuunt proclinanturq́ue in ima, & oculos obumbrent, tametſi hiſtoriam conuellit Athenæus ſub Vlpiani perſona, quoniam à nullo præterea hiſtoricorum ſit comprobata, Cælius. De alce etiam diximus, tam craſſa ei prominere labra vt paſcendo retrogredi opus habeat. Sed opiſthonomos boues non puto ſylueſtres eſſe cũm armentorum nomen

à Plinio

à Plinio & Solino eis tribuatur: & Herodotus excepta cornuũ figura nihil à cæteris bobus differre ait præter craſſitudinem pellis atque duritiam. Solinus in Garamantum regione armenta obliquis ceruicibus paſci ſcribit prona in humum cornua & obnixa: idem Plinius de Troglodyticis. Herodotus vero & Aelianus Libycos boues propter eundem cornuum ſitum, opiſthonomos, id eſt retropaſcentes vocant. Ego omnes de iiſdem bubus locutos puto Libyci enim omnes ſunt, nec pugnat obliquis ſimul ceruicibus & retrogrediendo paſci. Sunt & alij Troglodytici feri, de quibus ſtatim dicemus.

Boues quidam ſylueſtres habentur in Gallia iuxta mare mediterraneum prope Montempeſſulanum, in parte loci quem Paludem vocant, muris cincta. Manſuetis longè maiores ſunt, vt audio, & capiuntur à viris qui celerrimis equis inſident cum haſtilibus, hi vel ſtatim conficiunt boues, vel in anguſtum quendam locum adactos includunt: Sua lingua vocant beuf brau, per onomatopœiam.

Aethiopici tauri ijdem qui rhinocerotes ſunt Pauſaniæ in Eliacis, de quibus ſcribit quod cornua in naribus producant. Errauit Angelus Politianus in Miſcellaneis cap. 56. tauros Aethiopicos, quorum Pauſanias in Bœoticis meminit, non veros rhinocerotas eſſe aſſerens, ſed per ſimilitudinem tantum à quibuſdam ita vocatos. Atqui Pauſanias illic non ſolum rhinocerotas dictos tauros illos Aethiopicos ſcribit, ſed addit ſingulos ſingula in naribus cornua habere, & inſuper aliud ſuperne exiguum, quod omnino proprie dictorum rhinocerotum eſt, vt vel ex pictura, quam ad viuum factam dabimus, inferius patebit. Immerito igitur Domitium Martialis interpretem reprehendit Politianus, reprehendendus ipſe. Quanquam enim & alij quidam Aethiopici tauri ſylueſtres ſint, à rhinocerotibus longe diuerſi, vt iam dicemus, Pauſanias tamen nequaquam de illis intellexit: quod quidem ita manifeſtum fit collatis Pauſaniæ & aliorum ſcriptis, vt ne minimum quidem dubitare quiſquam poſſit. Aethiopia (inquit Plinius) atrociſſimos habet tauros ſylueſtres, maiores agreſtibus, velocitate ante omnes, colore fulvos, oculis cæruleis, pilo in contrarium verſo, rictu ad aures dehiſcente, iuxta cornua mobilia, tergori duricia ſilicis, omne reſpuens vulnus. Feras omnes venantur. Ipſi non aliter quàm foueis capti, feritate ſemper (malim, ſua) intereunt. (Eadem omnia ſcribit Solinus cap. 55. de Indicis tauris.) De ijſdem Aeliani verba in hiſtoria animalium Petro Gyllio interprete, hæc ſunt: Feri tauri Aethiopici, ſi cum Græcorum bobus conferantur, duplam habent magnitudinem, ac velocitate corporis ſummè excellunt: tum rufis pilis veſtiuntur, tum cæſijs oculis ornantur: & aliàs quemadmodum aures, ſic cornua mobilia habent. At enim in pugna ita animi feruore contendunt & erigunt, pugna vt nulla flecti queant: Eius enim tergora tanto robore ſunt, vt nullis neque ſpiculis neque telis penetrari poſſint. In equorum & boum armenta & feras omneis inuadunt. Itaque paſtores ad tuendum ſuum pecus, occultas foueas in magnam altitudinem depreſſas, machinantes, moliuntur eis inſidias. Hi cum deciderunt, acerbe ferunt, & atroci animi excandeſcentia ſuffocantur. De eodem & ipſe Gyllius in Corollario, ſic ſcribit. Ferus taurus, ſicut Oppianus ait, omnium animalium maxime carnibus veſcitur, & domeſticis tauris maior eſt, ac cum equo in velocitatis comparatione coniungitur. Oris rictus ad aures vſque pertinet: tum rubro colore niteſcit, & oculorum candore noctu fulget, ſimiliterque vt aures, cornua aliàs mobilia habet. In pugna vero conſtanter firmat, pili contra naturam aliarum beſtiarum ad caput verſus ſpectant. Inuicto robore cum alijs animalibus belligeratur, quæ poſtquam deuicit, exedit & conficit, egregieq; paſtorum vires & canum multitudinem contemnit: eius pellis ab ictibus eſſe dicitur inuicta. Non vi comprehenditur, ac ſi in foueam incidit, aliáue doloſa machinatione capitur, priſtinæ libertatis retinentiſſimus, ſibi mortem conſciſcit. Troglodytæ, apud quos huiuſcemodi belua naſcitur, præſtantiſſimam iudicant, cui inſit leonis vis, equi celeritas, tauri robur: & quod magnam admirationem habet, ferro non concedit, Hæc Gyllius. Nil mirum autem ſi idem taurus Troglodyticus appelletur, cum Aethiopiæ vicini ſint Troglodytæ. Quanquam & alios Troglodyticos ex Plinio ſupra commemoraui, qui propter inclinata terram verſus cornua obliqua ceruice paſcantur. Et quæ Gyllius ſcribit, nuſquam apud Oppianum reperio quem ipſe teſtem citat. Phrygios tamen boues deſcribit Oppianus, qui vt Aethiopici iam deſcripti tum cornua habent mobilia, auricularum inſtar, tum ſimilem corporis colorem. Nam ξανθὸν τε φλογεόν τε, vt Oppianus in Phrygijs habet: & fuluum, vt Plinius in Aethiopicis, pro eodem accipio: Aelianus in Aethiopicis rufum facit, Gyllius in ſuis rubrum. Cornua quidem Phrygijs mobilia etiam Plinius alibi tribuit, nec non Ariſtoteles, Aelianus Erythræis: de quibus aliud nihil legiſſe memini. Erythra vrbs Ionum eſt, alia Libyæ, alia Locridis, alia Bœotiæ, & alia Cypri quæ nunc Paphus, Stephanus. Phrygijs etiam præter mobilia cornua, & altam toroſamque ceruicem, nihil aliud attributum inuenio. Quod ad Aethiopicorum oculos, Plinius cæruleos eſſe ſcribit, Aelianus glaucos, id eſt cæſios, Gyllius in ſuis noctu fulgentes, quæ omnia facile conciliantur, vt nihil diuerſum ſit. Vltra Catadupa Nili procedens Apollonius & comites viderunt ſylueſtres boues complures, &c. Philoſtratus. Boues quidam luporum inſtar carniuori ſunt, Raſis: Idem Gyllius de Aethiopico, vel (vt ipſe vocat) Troglodytico ſcribit; quamobrem merito ei rictus ad aures vſque dehiſcit, vt Plinius & Gyllius teſtantur: Aelianus etiam omne genus animalium ab eis inuadi. Sunt & rhizes apud Heſperios Aethiopes taurorum generis ſylueſtrium, de quibus in fine capitis de vro.

DE BISONTE.

Biſontis hæc effigies deſumpta eſt ex tabula D. Sigiſmundi Liberi Baronis in Herberſtain: de qua vide quæ in alteram Vri imaginem ex eadem tabula deſumptam ſcripſimus paulo poſt in Vro.

BIſontem bouem eſſe ſylueſtrem conuenit omnibus, qualis vero is ſit, & quo hodie nomine appellandus, magna inter receniores varietas & inſcitia eſt. Confundunt enim biſontem alij cum bubalo, alij cum vro, alij cum rangifero appellato, alij denique cum bonaſo, vel tarando. Ego quoad eius poſſum hæc genera diſtinguam. Scythia anima ita gignit pauciſſima, inopia fructuum: pauca contermina illi Germania, inſignia tamen boum ferorum genera, iubatos biſontes, excellentiq; & vi & velocitate vros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, Plinius. In his Plinij verbis Raphael Volaterranus & alij, pronomen quibus non ad vros ſolum referunt, ſed etiam ad biſontes, quod ego non probo, & ad vros tantum bubali nomen à vulgo tum temporis tranſlatum opinor: proinde Martialis in hoc verſu, Illi ceſſit atrox bubalus atq; biſon, bubalum pro vro (vt Domitius rectè exponit) ſeorſim nominat. Sed idē euidentius conuincetur ex Solino, cuius hæc ſunt verba cap. 23. In tractu ſaltus Hercynij, & in omni Septentrionali plaga, biſontes frequentiſſimi ſunt, boues feris ſimiles, ſetoſi colla iubis horridi, vltra tauros pernicitate vigentes, capti aſſueſcere manu nequeunt. Sunt & vri, quos imperitū vulgus vocat bubalos, Hæc Plinij ſimia Solinus. Sed licet obtineamus vros tantum, non etiā biſontes, olim bubalos à vulgo dictos, hodie tamē (vt ſupra monui) aucta nominū confuſione & inſcitia rerū, biſontibus quoq; bubalorum nomē apud quoſdam tribuitur: quemadmodū & biſontū nomen in lingua Germanica tum proprie dictis biſontibus tum vris, vt mox Alberti verbis declarabitur. Biſon cerui ſpeciem ſimilitudinemq; gerit, cuius à media fronte inter aures vnū cornu in excelſitatem magis dirigitur, quàm ea quæ nobis nota ſunt cornua, &c. Hæc verba Petrus Gyllius in Aelianum ſuum tranſcripſit ex lib. 6. C Iulij Cæſaris de bello Gallico, nulla authoris, vt ſolet, mentione facta. Ego eo in loco nihil prorſus de biſonte reperio: ſic enim habent exemplaria noſtra, Eſt (in Hercynia ſylua) bos cerui figura, cuius à media fronte inter aures vnum cornu exiſtit excelſius, magisq; directū his, quæ nobis nota ſunt cornibus: ab eius ſummo ſicut palmæ, ramiq; latè diffunduntur: eadem eſt fœminæ marisq; natura, eadem forma magnitudoq; cornuum, Hæc Cæſar. Hoc autem animal ego alibi docebo rangiferum hodie dictum eſſe. Nam quod non ſit biſon ex veterum deſcriptione, Oppiani præſertim, claret. In eodem errore verſatum deprehendo & alios recentiores & Io. Piniciannum in Promptuario verborum eius, in quo biſontem vnum habere cornu ſcribit ex media fronte. Apud Moſchouitas multi ſunt boues feri (*anuuerochſen*) quos aliqui vros, alij biſontes vocitant, Olaus Magnus. Albertus Magnus etiam vrum cum biſonte confundere videtur: nam lib. 22. de animalibus, Vri (inquit: licet codices excuſi habeant vrni) quos nos Germanicè *viſent* vocamus, cornua ingentia duo geſtant, quæ capaciſſima ſunt, ita vt multi potum in ea infundant, & reſeruent etiam in eis. Idem alibi bubalos ſylueſtres magnos *viſent* apud Germanos vocari meminit. Vrſontes etiam apud eundem in V litera, vbi quadrupedes literarum ordine enumerantur, corrupte legitur pro viſontes (vel vt recentiores quidam ſcribūt, veſontes) & id rurſus pro biſontes. Animal (inquit) eſt boui ſimile, collo ſetoſo & iubis vt equus, ſed pernicius & truculentius, vt captum domari vix vel nunquam poſſit: Hæc eum ex Solino tranſcripſiſſe apparet. Cæterum libro 2. cap. 2. Inueniuntur (inquit) in genere boum nigri, magni, qui à quibuſdam vocantur bubali, & apud Germanos *veeſent* (ſic enim illic ſcribitur, Aelius *Vviſent* vt alibi habet) hi perquam robuſti ſunt, adeò vt irritati equum ſimul & equitem cornibus ventilent, magnitudine æquant magnū dextrarium (ſic egregium & inſignē equum Itali vocant) & facies illorū boum (vtor ipſius verbis quanquam barbaris, quoniam obſcuriora hoc in loco videntur) aliquantulū declinat inferius: ita quod

ita quod habent eminentiam ſuper mediam lineam deſcendentem inter oculos: & declinatio artus illius eſt verſus os, & verſus frontem declinatio alia, & eleuatio in medio. Cornua eis maxima & ad dorſum recurua, vt facilius cum eis eleuare & ventilare ſeu reijcere poſſint quod inuaſerint. Plura eorum genera ſunt: quibuſdam alta & longa cornua (Vros forte intelligit) alijs breuia, craſſa & robuſta. Nota hæc genera ſunt Sclauis & Vngaris, & finitimis Germanis. Ex his Alberti verbis manifeſtum eſt *vſum* diuerſa ſylueſtrium boum genera appellari, ex quibus ego minores biſontes dixerim, quod vocis etiam cognatio declarat: maiores vero vros. Bonaſi enim eſſe non poſſunt, quibus cornua ad pugnam inutilia ſunt. Biſontes & alces apud Moſchos reperiuntur, Matthæus Michauanus in deſcriptione Sarmatiarum. In Bruſſia etiam biſontes ſunt, ſed non admodum multi noſtro ſæculo, tauris omnino adſimiles, & iubas habentes proximè cornua, Eraſmus Stella in libro de origine Bruſſorum. Angermanniæ ducatus tenet ſeptentrionalia loca ad confinia Laponiæ: eius tractus eſt totus ſyluoſus, & ibi in præcipuis feris venantur vros & biſontes, quos patria lingua dicunt elg, id eſt aſinos ſylueſtres, tantæ proceritatis vt etiam dorſo æquent menſurâ hominis porrecti in brachia elata. Sed hæc altitudo vris conuenit, nõ proprie dictis biſontibus, qui minores ſunt. Lituanis ſuber dicitur, Polonis Zuber, vnde aliqui Latina inflexione Zubronẽ nominãt.

Biſontes ſiue biſones, Græce βίσωνες apud Pauſaniam & Oppianum, quanquam excuſi codices Oppiani βίσσας habent, quod vel carminis ratione reprehenditur: manuſcripti quidam βίσσας, ſed omnino legendum eſt βίσωνας. nomen habent à Thracia, quæ alio nomine Biſtonia vocatur, vnde & Biſtoniam gruem poetæ cognominant. Sunt enim Biſtones Thraciæ populi à Biſtone Ciconis filio dicti, Philoſtephano teſte, Varinus. Eſt & Βιστωνὶς λίμνη id eſt Biſtonius lacus Dicæ proximus in Thracia, Herod. lib. 7. Biſtonia cithara, à Biſtone filio Terpſichores, (ſic enim legendũ, cum Terpſichoræ Muſæ cithara attribuatur) Varinus. Scribendũ eſt autẽ per omicron. Ouidius, Feſſaq; Biſtonia mẽbra lauabis aqua. Et alibi, Tuta tamen bello Biſtonis ora fuit. Sunt qui velint & ſtagnũ & prouinciã à Biſtone rege nomẽ accepiſſe, vide Stephanũ. In Biſtonio iuxta Abderam ſtagno concta natantia demergi legimus. Turpes etleda quòd trahũt biſontes, Martialis lib. 1. Nil eſt tritius Edili lacernis, Nõ raſum canea latus biſontis, Nec dens iam ſenior ferocis apri, Idem. Tibi dant variæ pectora tigres, Tibi villoſi terga biſontes, Latiſq; feri cornibus vri, Seneca in Hippolyto. Et rurſus in eadem tragœdia, Amat inſani Bellua ponti, lucique boues Vendicat omnes natura ſibi. Hic lucos boues quidam exponunt ſylueſtres, vt ſunt vri & biſontes: ego potius elephãtos intellexerim, quos in fœminino genere boues lucas appellare vſitatius eſt. Biſon aliorũ, vel Taurus Pæonicus, vt Pauſanias interpretatur, eſt turpis, villoſus, iubatus, leonis inſtar, & barbatus: cornibus acutis admodum, mucrone recuruo & ſurſum ſpectante. Ex Martiali, Seneca Oppiano, Pauſania, qui in Bœoticis Tauros Pæonios toto corpore hirſutos eſſe ſcribit, præcipuè tamen in pectore & mandibula (barbalum nimirum.) De biſonte Oppiani aliquot verſus ex lib. 2 de Venatione hic recitabimus, tum quia perelegantes illi ſunt, tum vt ſtudioſi eos cum Petri Gyllij tranſlatione conferre poſſint.

Τὰς καλέουσι βίσωνας ἐπεὶ κάρηϊ πέλωσι
Φοιναλέῳ καυτῷ ὑπὸ τριχὸς αἰθυσσοῦσιν
Οἷα πελαργὸν ἔπεσσι κάρη ἐτεὸν ἐϊκυῖαν
Ὀξεῖαι κεράων ἀξ πυκνὰ γλωχῖνες ἀκωκαὶ
Ἀλλ' οὐχ ὡς ἑτέρωσιν ἐναντίον ἀλλήλοισιν
Γαῖαι δ' εἰσανέχουσι πρὸς αἰθέρα φοινικόεντα, &c.

Hæc Gyllius ita reddidit, Biſones ad facienᵈas cædes prompti, horribili ceruice & pingui, rubro piſo, & oculis terribilibus: cornuum mucronibus aduncis, & hamatis, non inter ſe reflexis, ſed ſurſum verſus ſurgentibus. Eos cum impegerunt vel in hominem vel feram, in ſublime tollunt. Eorum lingua quidem anguſta, ſed aſperrima, tanquã ferrum limare poteſt, vt cum lingit, ſanguinem eliciat. Hæc qui cum Græcis cõferet, facile deprehendet, primum omiſſa poetæ verba, quibus biſontem iubam circa armos terribilem in craſſa ceruice quatere ait, nec nõ circa maxillas aut mentum, vt ita vocem, vt barbatus videatur. Deinde vbi iubatis ſiue hirſutis, & fuluis, & terribili aſpectu leonibus biſontem comparat, hoc totum à Gyllio in biſontem cõgeri nulla interim leonis mentione: cum poeta præter iubam reliqua non conferat: Ego certe biſontes non ξανθοὺς, id eſt fuluos, & multò minus rubros, ut Gyllius reddidit, eſſe puto, ſed nigricantes: vt ſupra ex Alberto retuli. Quòd ad cornua, Oppiani verborum ſenſus hic mihi videtur, ea non eſſe patula, vel extenſa vt in cæteris bobus nec è regione in diuerſum ad latera abire vel extendi, (epicarſion enim tranſuerſum eſt) ſed rectà ſurgere, ita tamen vt ὀρθία ſint, id eſt dorſum verſus inclinent: & circa finem hami inſtar tum recurua tum acuta eſſe vnde & ἀκωκαὶ vocat ab acumine. Talis cornuum ſpecies, vt parua magnis conferam, in rupicapris noſtris alpinis apparet. Gyllij verba, non inter ſe reflexis, nullam in Græcis rationem habent. Quod autem ad dorſum recurua biſontum cornua ſint, ex Alberti etiam verbis paulò ante recitatis conſtat, Sic etiam boues ſylueſtres apud Arachotas cornua gerunt ὀξυπλαγκτοτέρα, id eſt reſupinatiora, vt Gaza ex Ariſtotele vertit. Adhæc linguam biſontis Oppianus propter aſperitatem limæ confert, non autem inſtar ferri limare poſſe dicit: ne quis forte intelligat, eam limarum quoque vſum præſtare. Ego me ante paucos annos biſontis cornu videre memini, quod aurifaber quidam habebat, vt labra argento includeret ad vſum poculi: nigredine ſplendebat, duos dodrantes longum, aduncum inſtar vnguium in rapacium auium genere, vnde imperiti quidam gryphis pedem eſſe conijciebant: capiebat vini plus quàm duas libras. Adijciam hic etiam deſcriptionem illã Biſontis quæ anno 1561 ad me miſſa à D. Iohanne Bonaro Libero Barone, his verbis, Biſontis imago non eſt abſimilis boui. Hoc autem differt à reliquis bobus, quòd ſit maior, gibboſus, latiſſima fronte & criſpa, redolentibus villis illius muſchum: mento & alijs pilis lõgioribus prout in pictura videtur: Colore fuſco partim ſubcinericio, neſcio quid ſylueſtre repræſentans. Aeſtate caro eius pinguiſſima, ſed fœtor allij, quo ſylueſtri plurimum paſcitur illius nobilitatem viciat: Caro diuiditur in fibras groſſiſſimas tamẽ valde ſapit ac nobilis eſt, ita vt præſtet alijs omnibus carnibus. Animal ipſum fortiſſimum, velox atq; agile. nõ conficitur niſi multis vulneribus: ſanguis adeò pulcher, vt omnium rerum pulchritudinem, etiam ipſius purpuræ colorem ſuperet, ſed qui etiam intentiſſimis frigoribus propter nimiam caliditatem intra duarum horarum ſpatium putreſit: Et ſi quando venator hoc animal non euacuatum inteſtinis per aliquot horas detinet, tam actum eſt de tota carne, etiam in ipſa hyeme intentiſſimis frigoribus, ijdq; ratione ipſius caliditatis. Nam & ferrum venabuli, quo à venatore conficitur, ita molle fit ex caliditate ipſius, vt flectatur in omnes partes, tanquam ſi plumbum eſſet. Fronte adeo latam inter cornua habet, vt duo vel tres homines in ea conſideant. Hæc ille.

BISONTEM

Bisontem Lithvuani (inquit Sigismundus liber Baro in Herberstain,&c.) lingua patria vocãt Suber: Germani impropriè *Aurox* vel *Vrox*:quod nominis Vro conuenit, qui planè bouis formã habet,cum Bisontes specie sint dissimillima.Iubati enim sunt Bisontes, & villosi secundum collum & armos, barba quadam à mento propendente: pilis moschum redolentibus, capite breui,oculis grandioribus & toruis, quasi ardentibus,fronte lata, cornibus plerunque sic diductis & porrectis,vt interuallum eorum tres homines bene corpulentos insidentes capere possit:cuius rei periculum factum perhibetur à rege Poloniæ Sigismundo, (huius qui nũc regnat Sigismundi Augusti patre.) quem bene habito & firmo corpore fuisse scimus,duobus alijs se non minoribus sibi adiunctis. Tergum ipsum ceu gibbo quodam attollitur,priore & posteriore corporis parte demissiore. Qui venantur Bisontes, eos magna vi,agilitate & solertia præditos esse oportet. Deligitur locus venatui idoneus,in quo sint arbores iustis diremptæ spacijs,truncis nec crassis nimis, vt facilè circumiri possint:nec paruis, vt ad tegendum hominem sufficiant.Ad has arbores singuli venatores disponũtur.atque vbi Canibus persequentibus exagitatus Bison eum in locum propellitur:qui primus ex venatoribus sese profert, in eum magno impetu fertur. At is obiectu arboris sese tuetur,& quà potest percutit venabulo feram:quæ ne sæpius quidem icta cadit, sed incensa magis ac magis rabie,non tantùm cornua,sed etiam linguam vibrat: quam ita scabram & asperam habet, vt venatorem solo vestis eius attactu comprehendat & attrahat:nec antè relinquet, quàm occidat. Quòd si quis fortè circumcursitando & feriendo delassatus respirare cupit,is feræ obijcit pileum rubrum,in quem & pedibus & cornibus sæuit. Si verò alteri in idem certamen non confecta fera descendere libet,vt fieri necesse est, si salui illinc abire velint: is eam facilè in se prouocat,si vel semel sono barbaro Lululu succlamârit: Sic ille in Commentarijs suis Rerum Moscouiticarum, editione secunda, vbi imaginem quoque huius feræ, qualem nos etiam ab ipso nacti sumus,exhibet. Reliquũ est,vt quo venationis modo bisontes capiantur ex Pausania perscribamus. Is igitur in Phocicis ita scribit:Bisonis tauri Pæonici caput ex ære factum Dropion (Δροπιων ἀγαλμα τ῀ forte Λειμωνος τ῀) rex Delphos misit. Sunt autem bisones illi ferarum omnium difficillimi captu, nec vlla vi retium detineri possent. Locum igitur decliuem ac deuexum sepimentis primum venatores circunclaudunt, deinde totam decliuitatem,& id quod ad primum eius ingressum planiciem attingit pellibus recentibus detractis cõsternunt:ac si recentibus carent,sicca coria vt lubrica efficiantur,oleo madefaciunt: Pòst vero qui maximè equitandi periti sunt,eiusmodi tauros in loci illius angustias vndiq; compellunt: Ii autem ad primas pelles delabuntur, atq; per accliuitatem vsq; cò præcipites aguntur,quoad in planiciem delati fuerint:quo abiecti primò non curantur: Deinde quarto aut quinto ad summum post die,cum iam fames & labor eorum præcipuum animi robur fregerit,homines qui ad mansuefaciendas beluas præstant,ijs adhuc humi stratis, pineos nucleos detractis inuolucris, neq; enim alium cibum ab initio admitterent,edendos obijciunt, ac denique vinculis constrictos abducunt, Hucusq; Pausanias, vt Petrus Gyl. ferè conuertit.Raphael Vola lib.7. eodem planè modo bonasos à Lituanis capi scribit. Vros & bisontes Græci in experimentis non habuerunt,quanquam boue fero refertis Indiæ syluis: portione tamen eadem, efficaciora omnia (quam ex domesticis vel gregarijs bubus) ex his credi par est, videlicet quod ad medendi vim,Plin.Fortassis etiam thuro Polonorum,quem mox in Tarando describam,bisontis genus est.

DE BISONE ALBO SCOTICO.



IN Scotia Calydoniæ syluę olim dictę nomẽ adhuc manet vulgare Callendar & Caldarsea excurrit per Monteth & Erneuallem longo tractu ad Atholiam & Loquhabriam vsq;. Gignere solet hæc sylua boues candidissimos in formã leonis iubam ferẽtes, cætera mansuetis simillimos, verũ adeò feros indomitosq; atq; humanũ refugientes consortiũ, vt quas herbas arboresq; aut frutices humana

mana contrectatas manu ſenſerint, plurimos deinceps dies fugiant: capti autē arte quapiam (quod difficillimum eſt) mox paulò præ mœſtitia moriantur. Quum verò ſeſe peti ſenſerint, in obuium quemcunq; magno impetu irruentes eum proſternunt, non canes, nō venabula, nec ferrum vllum metuunt, Hector Boethius in Deſcriptione regni Scotiæ. Et rurſus, Huius autem animalis carnes eſui iucundiſſimæ ſunt atq; in primis nobilitati gratæ, verum cartilaginoſæ. Cæterum quum tota olim ſylua naſci ea ſolerent, in vna tantum nunc eius parte reperiuntur, quæ Cummirnald appellatur, alijs gula humana ad internicionem redactis, Hæc ille. Mihi quidē genus hoc bouis videtur recte appellari poſſe Biſon albus Scoticus vel Calydonius, eò quod leonis inſtar iubatus ſit, vt de biſone Oppianus ſcribit ſed non etiam barbatus, vt biſon ſimpliciter dictus eidem.

DE BONASO.

BONASVS, Βόνασος Ariſtoteli, per n. ſimplex & ſ. duplex, alibi vero contra per n duplex, & ſ. ſimplex, bos eſt ſylueſtris, monops, vel monapios alio nomine dictus: de quo primum veterum ſcripta recenſebo, deinde recentiorum. Ariſtoteles de hiſtoria animalium lib. 9. cap. 45. Bonaſus (inquit) gignitur in terra Pæonia, monte Meſſapo, qui Pæoniæ, & Mediæ terræ collimitium eſt, & monapios) μόναπος) à Pæonibus appellatur, magnitudine tauri, ſed corpore quàm bos latiore (ἐγκωβότερος, ἢ πρὸς πλευρὰς ἐστὶν) breuior enim, & in latera auctior eſt. Tergus diſtentum eius locū ſeptem accubantium occupat. Cætera forma bouis ſimilis eſt, niſi quod ceruix iubata armorū tenus, (μέχρι τῶν ὠμοπλατῶν) vt equi eſt, ſed villo molliore, quàm iuba equina & compoſitiore: color pili totius corporis flauus: iuba prolixa, & ad oculos vſq; demiſſa, & frequēs (πυκνή, id eſt denſa) colore inter cinereum & ruffum: nō qualis equorū, quos partos vocant, eſt, ſed villo ſupra ſqualidiore, ſubter lanario, nigri aut admodū ruffi nulli ſunt: vocem ſimilē boui emittunt: cornua adunca in ſe flexa, & pugnæ inutilia gerūt, magnitudine dodrantali, aut paulò maiora amplitudine non multo arctiore, quàm vt ſingula ſemicongiū capiant, nigritie proba (pulchra & nitida) antiæ, (τὰ πρόμυα) ad oculos vſq; demiſſæ, ita vt in latus potius quam antè pendeāt. Caret ſuperiore dentium ordine, vt bos, & reliqua cornipera omnia: crura hirſuta, atq; biſulca habet: caudam minorē quàm pro ſui corporis magnitudine, ſimilē bubulę: excitat puluerē, & fodit, vt taurus: tergore cōtra ictus præualido eſt. Carnē habet guſtu ſuauē: quamobrē in vſu venādi eſt. Cū percuſſus eſt fugit: niſi defatigatus nuſquā conſiſtit (ἢ ἂν κοπάσῃ ὅταν ἐξαναγκασθῇ) repugnat calcitrās, & proluuiē alui vel ad quatuor paſſus (ἐρύματα) ptoijciēs: quo præſidio facile vtitur, & plerūq; ita adurit, vt pili inſectantiū cānū abſumantur. ſed tūc ea vis eſt in ſimo, cū bellua excitatur, & metuit: nā ſi quieſcit, nihil vrere poteſt: talis naturæ & ſpecies huius animalis eſt. Tēpore pariendi vniuerſi (ἄῤῥενες) in montibus enituntur. Sed priuſquā fœtum ædāt, excremēto alui circiter cum locū in quo pariant, ſe quaſi vallo circundāt & muniunt: largā enim quandā eius excrementi copiā hæc bellua egerit, Hactenus Ariſtoteles. Deſcribit autē rurſus hoc animal ijſdē ferè verbis ab initio libri Mirabilū narrationū: ego quę cōferendo vtrobiq; differre obſeruaui, paucis notabo: In libro Mirab. narrat. ipſa fera nō magnitudine tauri, ſed boue maior & robuſtior deſcribitur: p bonaſo, legitur bolinthus: pro Meſſapo mōte, Heſſænus: pro ὑπὲρ τῶν ὠμοπλατῶν: pro πλαγίων, διατεταμένων. Iuba plixa ad oculos, additur à vertice. Cornua adunca, καμπυλωμένα: id eſt deorſum verſa, ἡ τὸ ἄγχι κάτω πρὸς τὰ ὦτα ita vt mucro inferne iuxta aures ſit: cōtra q̄ in hoc poetæ verſu patulæ camuris ſub cornibus aures, etſi tū infra tū ſupra aures eis habeātur. Et pro μελανίαι καλαὶ ἐλιπαραὶ, μέλανα ὄμματα ἔχει, Μελανίδες τε εἰσὶ καλλιπώλιοι, lego λιπαυγεῖς à verbo λιπαίνω à quo & λιπαυγὴς: hoc ſenſu, Cornua aiūt nigro colore adeò ſaturata eſſe, vt tanquā peruncta ſplendeant. Quod ad Gazæ translationē, miror eū in comparatione bonaſi coloris ad ἵππους παροίους, in Heſychio legitur παροὺς oxytonum, Græcā vocē reliquiſſe: quāuis partos in verſione corrupte legitur pro paroos) cū alibi ſemper, etiamſi deſint, Latina fingere ſoleat. In Heſychio & Varino legimus, Παροὶ λέγονται ἵπποι πυῤῥοὶ τὸ χρῶμα πυῤῥοί: id eſt, paroi dicūtur quidā equi colore ruſi. Mihi animus inclinat paroos dici q̄ inter rufum & cinereū colore ſint equi, vt οὐ negatio abundet: ſic enim multo cōmodius cohærebit ſenſus hoc pacto: Iuba bonaſi inter cinereum & rufum colore eſt, qui in parois dictis equis cōſpicitur: hoc tamē intereſt, quod ſqualidior bonaſis pilus eſt iubæ (Gaza rectè addit ſupra, id eſt foris) infra vero, id eſt intus, lanæ inſtar mollis. Vetus trāſlatio pro καταφὴς vertit, pili eius in alijs mēbris lanæ aſſimilātur: & pro cruribus hirſutis, rari pili, cōtrario ſenſu, quod cū negatione legerit οὐ δασέα. Itē pro Græcis verbis μεταξὺ πυῤῥοῦ καὶ φοινικοῦ, id eſt inter cinereū & ruffum, vt Gaza vertit, habet inter nigrū & rufum: quod fortè probari poteſt propter ſequētia, vbi neq; nigros admodū neq; rufos inueniri bonaſos Ariſtot. ſcribit: quaſi coſdē colores ſemp in eis miſceri innuat. Iam quod τῷ μεγέθει παλαιστιαίους trāſfert magnitudine palmari, melius dodrantali trāſtuliſſet: nam per ſpithamē eruditi dodrantē intelligūt. Et licet triplicem palmū faciant nonnulli, paruū, quatuor digitorū, quē παλαιστὴν maſculino vel παλαιστὴν fœminino genere Græci vocāt, Polluce teſte: maiorē, quinq;, dōron Græce dictū, etſi Pollux dōron & palæſten pro eodē accipit. maximū octo digitorum: dodrans tamē tres minores & propriè dictos palmos cōtinet, id eſt digitos duodecim. Polluci ſpithame extenſio eſt à pollice ad minimi digiti finē, lichās vero ad finē lichani, id eſt indicis. Quamobrē partim vitādæ gratia homonymiæ, præſtiterit ſpithamiæon reddere dodrantale: partim vt propriè loquamur: nam pro duodecim digitorum menſura palmi nomē rariſſimum eſt, pro quatuor vſitatiſſimū. Porrò dubitauerit aliquis quonā modo cornua magnitudine dodrantalia ſint, & ad quā dimentionē menſura ea pertineat, longitudinemne an circumferentiā, an circūferentiæ diametrū: quod ſi quis capacitatem conſideret quæ dimidiati congij eſt, omnino ad imæ circumferentiæ diametrū, qua cauitas orbicularis maximè

maximè patet, dodrantis mensuram pertinere intelliget. Neq; enim alijs duobus modis bonasi communes boues excedunt: cum illis plerunq; tum longiora dodrante tum ambitu etiam ampliora cornua sint, diametro autē intra circumferentiæ dodrantali nunquam. Cæterum in eadem cornuum capacitate pro Græca voce ἡμίχους, quæ dimidium congij significat, Gaza imperitissime semisextarium vertit: cum chûs, id est congius sextarium sexies capiat, vnde & sextario nomen apud Latinos in Mirabilibus narrationibus legitur ἡμίχους πλεῖον, id est plus quàm dimidium congij. Est autem congius mensura liquidorum, quæ vini vel aquæ libras decem capit, teste Paulo Aegineta: qui etiam ξέστου sextario vncias viginti attribuit: Alius est aridorum sextarius, ἑκτεύς apud Græcos, cuius dimidium ἡμίεκτον. Huic nomen quod medimni Attici pars sexta sit: chœnices capit octo: constituunt autem chœnices octo medium Aegyptium vel Italicum. Chœnix xestas (id est sextarios liquidorum) duas capit. Quod si quis de illo intelligat, semisextarius chœnices quatuor capiet, id est sextarios liquidorū octo, qui vini vel aquæ libras tredecim & vncias quatuor caperent. Ita semisextarius aridorum ad semicongium liquidorum, duplus erit & supertripartiens quintas, vt vncias quatuor omittam. Sed chûs liquidorum est mensura, & Aristotelem de liquidis intellexisse verisimilius est, quoniam cornibus huiusmodi pro poculis vtebantur. Sed forte Gazam defenderit aliquis D. Hieronymi authoritate, qui commentariorum in Ezechielem lib. 1. choa Atticum, sextarium Italicum esse scribit. At hoc authorum alius nemo scribit, vt omnino memoria vel rei insciti lapsum Hieronymum aut librarium potius credam: qua de re aduersus Alciatū Hieronymo patrocinantem, Georgius Agricola lib. 2. de ponderibus & mensuris doctissime disserit: vbi Plinium etiam erroris incusat, qui in vini nectaritis apparatu vbi Dioscorides choas, id est congios sex habet, ipse siue ex Dioscoride siue alio Græco authore transferens, totidem sextarios reddit, quod itidem vel ipsius vel librariorum negligentia factum constat, cum alibi semper pro Græcorum sextario congium reponat. Sed Gazam fortassis offendebat nimia capacitas, si dimidium congij reddidisset. Atqui alia legimus longe capaciora cornua, qualia Plinius vrorum esse scribit, ex quibus barbari septentrionales potant vrnasq; binas capitis vnius cornua implent. Amphora duas capit vrnas, vrna congios quatuor, Volusio teste, & approbante Ge. Agricola. Vnum igitur vri bouis cornu congios quatuor capere poterat. Aelianus Ptolemæo secundo ex India cornu allatum scribit, quod tres amphoras caperet, vt Aelianus tradit. Tres amphoræ congios viginti quatuor efficiunt.

Iam ne quis me reprehendat quod δίφρων ἐκτάκλινον dissimulanter præteream, quamuis certū nihil habeo quantum hoc spatium sit, proferam tamen in medium coniecturas meas, & aliquot authorum loca, vt initium saltem & εὐοδίαν aliquod inquirendi studiosis præbeam, quod ante me nullus adhuc publice fecit, quod sciam. Quanquam enim de triclinio & similibus vocabulis, & triclinij forma, & veterum accumbendi more, primus (vt profitetur) Gulielmus Philander in Annotationibus suis in librum sextum Vitruuij diligenter quæsiuerit: de spatio tamen quod vel triclinon vel pentaclinon vel alijs huiusmodi vocabulis dictum à veteribus sit, quantum illud fuerit magnitudine, nullus adhuc ne inquisiuit quidem. Quòd autem veteres certam mensuram hisce vocabulis designauerint, non minus quàm si cubitos & pedes nominassent, apparet, ex iam citato Aristotelis loco, vbi pellem bonasi extensam spatium occupare ait ἑπτακλίνιον, Gaza vertit locum septem accubantium: in Mirabilibus narrationibus de eadem pelle scribitur, excoriatam κατέχειν τόπον ἑκτακλίνου. In eodem libro fontem in Siciliæ Palisci (Palicis habet Stephanus) esse scribit ὡς ἑξακλίνιον, id est qui circiter decem accumbentium obtineat locum. Veteres Græci οἶκον non modo domum, sed etiam domus partes cœnacula, vel cœnationes (quanquam distingui hęc scio) & cubicula vocabant: Hinc Pollux lib. 1. cap. 8. Λέγεται δὲ οἴκου τρίκλινος, πεντάκλινος, καὶ ἑξακλίνιος, καὶ ἀπλῶς περὶ τὸ μέγεθος ἢ τὴν καινὴν ἀρχιτεκτονίαν. Triclinium igitur non quoduis est conclaue aut quæuis cœnatio, sed certi spatij tantum: posteriores tamen hoc verbo abusi sunt non ad quasuis modo cœnationes, sed etiam ædificia quandoque. Seruius Aeneidos 1. scribit antiquos stratis tribus lectis epulari solitos: errarecq; eos qui triclinium dicunt ipsam basilicam, aut cœnationem: quam eius sententiam de triclinij significatione Gulielmus Philander non approbat, cum Vitruuij eo ipso in loco, quem illic exponit lib. 6. cap. 5. verba hæc sint, Tricliniorum quanta latitudo fuerit, bis tanta longitudo fieri debebit: Altitudines omnium conclauiorum quæ oblonga fuerint, &c. & paulo post, Sin exedræ aut œci quadrati fuerint, &c. Quibus quidem verbis vt triclinium, conclauium, exedram & œcon, synonyma facere alicui parum animaduertenti videri potest: nam οἶκον τρίκλινον ex Polluce iam diximus. De exedra vero apud eundem sic legimus. Λέγεται ἡ κατὰ χώραν, ἵνα ζωνίσωνται οἱ ἄνδρες εἶτα ἐξέδρα, ἵνα συγκαθίζωνται. Τὸ δὲ συμπόσιον ὅτε δὲ ἵνα ὑπομασθῶσιν καὶ συνιστῶσι καλεῖται. λέγεται δὲ οἶκος τρίκλινος, &c. vt supra. Ego œcon tū apud Vitruuium & Pollucem, tum aliàs, communiori significatione accipio: triclinium vero, vel vt Græci dicunt τρίκλινον οἶκον, certæ formæ & magnitudinis œcon, aut mensam saltem certæ magnitudinis cum tribus lectis, vel vno qui tres capiat. Vitruuius eodem in libro mox capite sexto, Fiunt autē (inquit) etiam non Italicæ consuetudinis œci, quos Græci Cyzicenos appellant, &c. ita longi & lati, vti duo triclinia cum circuitionibus inter se spectātia possint esse collocata, habeantq; dextra & sinistra lumina fenestrarum valuata. Hūc Cyzicenum œcon, quoniā duo triclinia capit, hexaclinon aliquis forte nominandum suspicetur, & sic recentiores nonnulli exponunt: mihi secus videtur, nā in hexaclino spatio mensam vnam collocari assero, quæ sex conuiuas cum suis lectis & circuitione recipiat: at œcus Cyzicenus duo triclinia inuicem spectātia habet, vtramq; cum sua circuitione. At iuxta vnā mensam lectos duos triclinos ponere contiguos, aut hexaclinon vnum, idē fuerit. Triclinia hyberna, æstiua, & autumnalia ad quam quæq; cœli regionē spectare debeant, idē mox ibidē cap. 7. præscribit, Pinacothecæ (rursus cap. 5.) vti exedræ amplis magnitudinibus sunt constituendæ. Oeci Corinthij tetrastyliq;, quiq; Aegyptij vocantur, longitudinis & latitudinis, vti supra tricliniorum symmetriæ scriptæ sunt (id est vt longitudo ad latitudinē dupla sit) ita habeant rationē: sed propter columnarū interpositiones, spacioſiores constituantur. Et paulo post, in œcis Aegyptijs supra columnarū epistylia & ornamenta, lacunarijs ornantur, & inter columnas superiores fenestræ collocantur, ita basilicarū ea similitudo, non Corinthiorum tricliniorū, videtur esse. Hîc triclinia vocat, quæ paulo ante œcos, Corinthios. Et inferius ca. 10. vbi de Græcis ædificijs loquitur, Circum autē in porticibus, triclinia quotidiana, cubicula etiā & cellæ familiaricæ cōstituuntur. Et paulo post: Græcorum domus habent triclinia Cyzicena, quæ ad septentrionē spectant: ad meridiē verò spectātes œcos quadratos tā ampla magnitudine, vti faciliter in eis, triclinijs quatuor stratis, ministrationū ludorumq; operis, locus possit esse spatiosus. In his œcis fiunt virilia conuiuia. Non enim fuerat institutū matres familiarum eorū moribus accumbere. Hæc ferè nec plura apud Vitruuium de triclinijs reperio. Valer. Max. & Quintil. quod Cicéro lib. 2. de Orato. de Scopa loquens conclaue dixerat, triclinium interpretantur. Veteres pransuri aut cœnaturi (inquit Gul. Philander) solebant lectos nonnunquam tres sternere

nere accubitorios, diuerſos ſcilicet ab eis in quibus dormirent. (Nam Hellogabalum tradit Lampridius ſolido argento habuiſſe lectos triclinares & cubiculares) vnde vocatum triclinium: aliquando duos, inde Plautus quarto actu Bacchidum, biclinium formauit. Antiphanes & Anaxandrides τρίκλινον dixerunt, Phrynichus ἐπτακλινον & ἐνναπλινον vſurpauit, vt eſt apud Athenæum libro 2. Et apud eundem libro 5. ſcribit Callixenus ad prorarum nauis Philopatris fuiſſe ὄροφον τεσσαρακαιδεκάκλινον, vt coniecturæ ſit locus plures aliquando ſtratos lectos pro conuiuarum numero: Nam in Platonis ſympoſio conuiuæ viginti celebrantur. Conſueuiſſe autem in lectis veteres diſcumbere & accumbere, vel ipſa nomina indicant, & authorum aliquot teſtimoniis Philander comprobat. Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos, Horatius, quem locum ſic interpretantur aliqui, vt conuiuatoris auaritia notetur, qui tribus lectis voluerit cœnare duodecim potius quàm quattuor lectum & menſam ſternere, cum non amplior eſſe deberet lectus quàm qui tres caperet nili anguſtè. At mihi videtur potuiſſe quartus lectus addi, vt noua menſa non opus eſſet, niſi altera foret breuior. Lectis accumbere Germani etiam ſoliti ſunt, ſed mos ille paulatim ſolutur: ſunt autem illi ſex ferè pedum longitudine, vt ſinguli tres conuiuæ capiant: quanquam ſinguli tantum huiuſmodi lecti in ſingulis zetis vel hypocauſtis, vt vocant, noſtris habeantur. Sedilibus tamen, quæ vel ſtragulis vel etiam puluinis aut lectis ſternantur, circa menſas, quas ferè quadratas aut rotundas habemus, pluribus aliqui vtuntur: Eorum nonnulla ſic fabricata ſunt, vt aſſeres à dorſo modicè inclinati accumbentes, ac innitentes recipiant: Quidam ſellis quoque profundioribus inſtratisque cum anaclinteris, id eſt parte quæ dorſi reclinationem excipiat, accumbunt magis quàm aſſident menſis. Huiuſmodi videntur κλισμοὶ & καναπεῖς Græcorum fuiſſe, de quibus apud Grammaticos legimus, Κλισμὸς διφρος ἀναπαυτικὸς, ἐπίδοσιν ἔχων τοῦ νώτου· καναπεῖον δὲ τὸ ἐπὶ κλισμοῦ καθέδρα, Etymologus & Varin. Κλισμὸς, ἡ καθέδρα· ἢ ὁ ἔχων ἐπίδοσιν τοῦ νώτου· καναπεῖον δὲ τὸ ἐπὶ κλισμοῦ καθέδρα, τουτέστιν ἐξέδρα ὑπόκλινον, πρόσκεφάλαιον ἔχουσα, Varin. Huiuſmodi equidem κλισμοὶ ſingulas & earum inſtituras intellexerim à quib. τρίκλινον & aliæ voces formantur, ita vt in ſingulis conuiuæ ſinguli ſederent, non autè quales aut quanti Romanis lecti quidam fuerunt, in quibus tres aut quatuor diſcumbebant, qui non clinæ ſimpliciter, ſed clinæ triclinii vel tetraclini ſunt. Verisimile eſt autè huiuſmodi accubitorias ſellas non vltra duos cum dimidio pedes latitudinem extendiſſe, ne menſæ ſpatia vacarent, cum amplitudo iſta diſcumbenti ſufficiat. Iam ſi ſellas ſeptem ordine ponas deinceps contiguas, longitudinem omnes efficient pedum XVII. cum dimidio. Hæc quoq; benaſi pellis longitudo videri poterit, neq; id mirum cum vri multò longiores deſcribantur à noſtris. At Ariſtoteles quamuis pellem eius heptaclinon vel octaclinon faciat, animal tamen ipſum τὸ μέγεθος ἴσον ταύρῳ, id eſt magnitudine tauro æquale eſſe ſcribit, & non oblongum, ſed in latera auctum. Mihi quidem in hoc erratum videtur: nam in Mirabilibus idem animal multò maius ſimul & robuſtius boue facit: deinde fieri poteſt, vt caudæ quoque longitudo ſuperiori menſuræ adiungenda ſit, Heptaclinos igitur bonaſi longitudo non breuior erit pedibus ſeptendecim: quæ vero latitudo ſit, ex proportione longitudinis ad latitudinem in communium boum pellibus deprehendetur. Ego certe eadem omnium iſtorum ſpatiorum, quæ à clinæ nomen habent, latitudinem fuiſſe perſuadeor, & longitudine ſolum differre: quod menſis oblongis vterentur, non vt noſtri frequentius quadratis rotundisue, quod ex Vitruuij etiam verbis patere poteſt, qui triclinia propriè ſic dicta longiora duplo quàm latiora eſſe vult. Crediderim inſuper ab vno tantum latere menſæ ſtratos fuiſſe lectos, non vtrinque nec è regione. Iubet enim Vitruuius triclinia duo in æco Cyzicено ſibimet inuicem ſpectare, vbi per triclinia conuiuas accumbentes ſynecdochice accipio, vel lectos conuiuis paratos: quos ab vtraque parte ſtratos, non rectè ſe ſpectare, id eſt è regione eſſe diceres. Commodius etiam erat miniſtris menſæ inſeruire, ab altero latere vacuo: adhæc commodius auferre menſam. Toties enim menſas quoties fercula & obſonia mutari, & onuſtas à duobus ferri, conuiuisque accubantibus apponi ſolitum fuiſſe, ex Alexi poeta apud Athenæum libro 9. & Plutarcho in vita Pelopidæ coniecimus, inquit Philander. Poſtremo ſi Græci ſuas clinas vtrinque habuiſſent, pari ſemper numero ſpatium inde denominatum proferre debuiſſent, vt diclinon, tetraclinon, hexaclinon: Nunc quoniam etiam impari numero triclinon, pentaclinon, &c. dicunt, ab altero tantum menſæ latere lectulos ordine poſitos conijcio. Suetonius in Auguſto, Neque cœnauit vnà, niſi vt in imo lecto aſſideret. Et poſt, Incerto caſu ſpem mercantium vel fruſtrari vel explere ſolebat, ita vt per ſingulos lectos licitatio fieret. Valerius l. bro 2. Fœminæ cum viris cubantibus ſedentes cœnitabant. Romæ vidimus, inquit Philander, in æde D. Euſtathij & alijs locis, Matinæ etiam, ſcalptum in marmoribus ſingulis ſecentem in lecto hominem ſub lecto puluillo cubito, appoſitaad lectum tripede menſa, aliquando monopodio: Hanc deinde rem (id eſt accumbendi apud veteres ritum) duabus picturis appoſitis declarat. Soleas etiam (inquit) demere ſoliros eſſe, puluinoſque initi cœnantes, præter marmora, multis Martialis & aliorum locis probari poteſt. Pedes tribus aliquando in lecto accubitorio iacuiſſe, indicat Martialis Epigram. libro 9. in Mamurram: Et teſtudineum menſus quater hexaclinon. Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo. Querebatur Mamurra quod lectus quem comparare velle videri optabat, minus quadraret, cum ſex tantum caperet, ipſius autem menſa amplior eſſet atque capacior. Ex receptioribus quidam in Lexico Græcolatino clinen menſam interpretatur: quod ſine authore pato fecit. Cælius Rhod. Antiquarum lect. 27. 25 Obſeruatum eſt (inquit) ex Pollucis theſauris ſuper quibus accumbamus dici κλίνας, κλινίδας, κλινίδια, hoc eſt lectos, lectuloſque, atq; item ſcimpodas. Σκίμπους, vel σκίμπους Etymologo pars eſt grabati, & ſynecdochicè pro ipſo grabato accipitur. Apud Athenæum & Gellium ſcimpodium deminuta forma legitur. Libanius in libro de ſua ipſius vita. Quum domi (inquit) ſum, iaceo in lecto: vbi vero in ſchola, in ſcimpode, id eſt in lectica, vt Cælius interpretandum putat: qui & hoc à Græcis annotatum ſcribit, ſcimpodion ſignificare τὸ χωλὸν κρεβάτιον, id eſt claudum grabatum: σκιμποδίζειν, claudicare. Eruditus inter Græcos grammaticus ſic finit, σκιμπόδιον τύπτεις κλινίδιον μικρὸν κλίνης, id eſt ſcimpodion eſt lectulus vilior in quo decũbat vnus modo. κλίνη, τὸ κρεββάτιον, Suidas & alij, Ἀνακάμπτειν βαστάζειν, ἀνακλίνειν· ἀνάκλισις τὸν μέγαν τρίκλινον τὸν ἐν Βυζαντίῳ, ὃς μέχρι δεῦρο Ἀνακλίσεως λέγεται, Suidas. Hîc τρίκλινον, ſubaudi οἶκον, baſilicam ſiue regium ædificium intelligo: (quo abuſu etiam architriclinum dixerunt, qui quantocunq; conuiuio præeſſet) nam cum proprie dicta triclinia diuites ſolum conſtroerent, vt mihi videtur, in quibus epulabantur, integras diuitum domos poſtea per ſynecdochen aliqui ineptè triclinia vocauerunt, à parte totum: contrà factum apparet in baſilicæ nomine, quæ cum palatium aut integram domum, vt οἰκίαν ſubaudias, regiam aut regiæ ſimilem proprie ſignificet: aliqui ad partem domus tranſtulerunt (vt ex Seruij ſupra citatis verbis apparet) ſplendidiorem ſcilicet, qualem pleriq; hodie in diuerſis linguis recepto vocabulo ſallam appellant, ſiue, corrupto à baſilica nomine: ſiue à ſalutatione. Eſt enim baſilica, vt Sipontinus ſcribit, locus amplus, vbi à diuinibus.

expectantur salutatores, & conuiula fiunt maxima, & saltationes & ludi. Posteriores ædem sacram priuatim basilicam nominarunt. Ex nostris grammatici quidam triclinium interpretantur mensam quadratam, ad cuius tria latera singuli sternantur lecti, quartum vero vacuum relinquatur: quod si tale triclinium est, quid heptaclinon & enneaclinon esse dicent? mensas nimirum octo vel decem laterum, in quibus vacuum relinquatur vnum Scio Seruium, vt supra citaui, antiquos stratis tribus lectis epulari solitos scribere: quod vt nulla authoritate munit, sic mihi ridiculum videtur: nam pro conuiuarum numero vel tres vel plures sternebant: & locus ipse, quamuis nullos haberet lectos aut mensas, pro magnitudinis tamen ratione triclinos aut tetraclinos, &c. dicebatur: sunt enim hæc nomina adiectiua, & mensoræ, ac si pedalem aut cubitalem dicas. Proinde etiam mensam triclinon dicere licebit, non ipsam mensam, sed magnitudinem eius significantes. Item lectum triclinon, vel tetraclinon, qui tantus sit vt tres vel quatuor conuiuas capiat. Substantiue vero ipsum locum triclinium Latini dixisse videntur, in quo tres huiusmodi clinæ commodè ponerentur, ab vno scilicet latere tantum. Rectè igitur & lectum vnum triclinon appellabimus, in quo tres discumbant: locum vero aut spatium triclinon, siue quod vnum maiorem lectum in quo tres accumberent continet, siue tres minores & μονοκλίνας, μονοκλίνους enim nondum legi. Errat igitur etiam Grapaldus, qui triclinium interpretatur in quo tribus toris, vel quod magis ridiculum est, totidem mensis stratis comedebant. Plautus in Bacchidibus, In biclinio cum amica sua vterque accubitum eatis, Ita negotium est, atque ibi in lectis stratis potetis cito: Qui locum ipsum biclinium hic accipere volet, permittam: ego (vt Philander quoque) lectum in quo bini discumberent intelligere malo: vt etiam in Heliogabali triclinijs, quæ apud Lampridium versatilia fuisse legimus: in quibus (inquit) quandoq; amicos suos ponere consueuit, eosque violis & floribus obrutos opprimere, sic vt aliqui animam effluxerint. Cicero ad Atti. lib. 13. Villa ita completa militibus est, vt vix triclinium, vbi cœnaturus ipse Cæsar esset, vacaret. Pluta apud Ciceronem loca, in quibus triclinij meminit, in Nizolij indice reperies. Lectos mulierum scimus iam pridem totos operiri argento, & triclinia quædam, quibus argentum addidisse primus traditur Caruilius Pollio eques Romanus, non vt operiret, aut Deliaca specie faceret, sed Punica: Idem & aureos fecit, Plin. 33. 11. Et paulo post, Cornelius Nepos tradit ante Syllæ victoriam duo tantum triclinia Romæ fuisse argentea. Hic ipse Plinius triclinia lectos interpretatus: nam cœnationes totas argenteas fuisse quis credat? Item libro 34. cap. 2. Triclinjorum pedes & fulcra Deliaco ære exornati solita scribit: & mox cap. 3. Triclinia ærata Cn. Manlium primum inuexisse. Et libro 9. Testudinum putamina secare in laminas, lectosque & repositoria his vestire, Carbilius Pollio instituit: hinc est quod testudineum hexaclinon dixit Martialis. Repositorium Grammatici interpretantur id quod super antiquorum mensa reponebatur ad ferecula collocanda, quæ subinde vnà cum ipso repositorio adferebantur & auferebantur. Plinius lib. 28. Bibente conuiua mensam & repositorium tolli, insuspicatissimum iudicatur. Videtur autem per epexegesin addidisse & repositorium, innuens non integram mensam, sed repositorium tantum cum ferculis auferri solitum. Proinde cum veteres afferri & auferri mensas meminerunt, per synecdochen de repositoriis tantum intelligo. Solent etiam nostri mensis repositoria, id est opercula lignea imponere, (quæ commode eis demi reponique possunt, vnde & appellata mihi videntur) vel munimenti gratia, vt pretiosis: vel vsus, vt calculatio per cretam super eis fiat: vel ornatus, vt cum diuersis coloribus florum alijsue inducuntur: vel denique vt latiusculæ mensæ fiant: sunt enim repositoria ipsis quas tegunt mensis latiora, vt constat Plinij verbis 33. 11. Repositoriis (inquit) argentum addi sua memoria cœptum Fenestella dicit, qui obijt nouissimo Tiberij Cæsaris principatu. Sed & testudinea tum in vsum veniisse. Ante se autem paulo lignea rotunda solida, nec multò maiora quam mensas fuisse. Sequidem puero quadrata & compacta, aut acere operta, aut citro cœpisse: mox additum argentum in angulis, lineasque per commissuras. Quod si quis nec vsu nec figura repositoria veterum (quibus tamen nec ipsis certa figura fuit) nostris conuenire dicat, hoc certe conuenit (respondebo) quod vtraque mensis imponantur: & possent nostra, si moris esset, eundem præstare vsum. Errant igitur grammatici qui repositorium simpliciter exponunt loculos vel reconditoria vbi aliquid reponatur vel recondatur: Quod & Bayfius ante nos animaduertit, qui in libro de vasculis repositoria dicta putat non solum in quibus opsonia, sed etiam in quibus mensæ collocarentur, citans verba Plinij ex eodem capite, quo nos alia iam superius citauimus. Iam vero & mensas (inquit Plinius) repositoriis imponimus, & ad sustinenda opsonia intercradimus latere (mensarum intellige, vt addit Bayfius) & interest quam plurimum lima perdiderit. Ego suspicor legendum mensis repositoria, cum hæc illis maiora fuerint. Repositorium ex Athenæo ὑποβλῶ appellatum, ibidem docet Bayfius: & id genus repositoria Gallicè chapeletz vocari, quorum vsus sit ad sustinendas lances & discos: in quo quidem ipse sibi parum constare videtur. Inuenio ὑπόβλω periòta solum apud grammaticos pro calatho ex foliis contexto in arcæ vel cistæ formam. Triclinjarium, idem quod triclinium, vel quod ad triclinium pertinet. Varro 1. de Re rust. Quo elaborant vt spectent sua æstiua triclinjaria ad frigus Orientis. Plin. lib. 19. Qua purpura quis non iam triclinjaris facit. Triclinjaris etiam adiectiuum in vsu est pro quo alij triclinaris dicere malunt. Plin. lib. 37. Lectos triclinjares tres. Bellos conuiuas & conuictores faciles in candida, non pulla veste accumbere decet: Tametsi cœnatoria & triclinaria conuiuis dari antiqui moris fuit, Alexander ab Alex. Habentur & domesticæ ac cibariæ vestes, quales intra domesticos parietes gestamus, quas triclinares & cœnatorias appellamus, Cælius Calcagn. Peristromata cum ad triclinia & cœnacula accommodantur, triclinatia appellantur: qualia Plinius triclinaris Babylonica nuncupauit. Idem. In triclinio chorea apud Quintilianum, ænigmatice dictum in bibacem arbitratur Cælius Rhod. 29. Accumbere Græci κατακεκλίσθαι, κατακεκλιμένον, & ἀνακεῖσθαι dicunt, Varinus. Villicus sit frugalitatis exemplum, nec nisi feriis diebus accubans cœnet, Columella 2. 1. Triclinium pro lecto discubitorio siue accubitorio etiam Varro dixit lib. de re Rust. 3. cap. 13 Erat locus (inquit) celsus, vbi triclinio posito cœnabamus. Et ll. 1. ca. 59. in quo quidam etiam triclinium sternere solent cœnandi causa. Legi alicubi (inquit Philander) nec succurrit locus, apud antiquos tres mensas fuisse, vnde & triclinium vocatum esset: primam domini vxoris liberorumque: secundam hospitum: tertiam seruorum & domesticorum. Ego apud idoneum authorem de triclinio tale quid legi, vix crediderim. Iuuenalis, Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto, Vnà simus ait. Apuleius lib. 10. Iam denique cœnati è triclinio domini decesseramus, Quintilianus, Vix eo limen egresso triclinium illud supra conuiuas corruit: Cicero de eadem [illegible]. Hoc interim spatio conclaue illud concidit. In triclinijs cæterisque conclauibus maximus est vsus lucernarum, Vitruu. Constat triclinium (inquit Calepinus, aut si quis edixerit) & lectos discubitorios, & ipsam cœnationem, id est locum vbi cœnaturi discumbebant, significare. Sed postea triclinium per abusionem apparatus ad mensam

adimendum factus dici conſuevit, & coacta in locum vnum parandæ paucorum cœnæ ſuppellex neceſſaria. Idem triclinarcham vocari dicit, in triclinio miniſtrum. Hæc ſunt quæ dum ſolicite inquiro de heptaclino pelle bonaſi, obiter ſemihi obtulerunt: quæ licet paterga, lectori communicanda iudicaui, ne labor hic nobis periret, in ea præſertim re, de qua plerique grammaticorum vel nihil vel perperam docent: cum quintuplicem κλισίου vocabuli ſignificationem (de quauis cœnatione: de certæ formæ & magnitudinis cœnatione: de lecto qui tres accumbentes capiat: de certa menſura cuius libet rei, vt fontis, vt pelis: denique de toto conuiuij in triclinio apparatu) paucißimi intelligant. Superiora cum ſcribebam, nondum inueneram quantam menſuram Ariſtoteles per κλισίου intelligat & dum inquirere apud authores quæcunque obiter de clines triclinij, & ſimilium vocum vſu & ſignificatione & diſcumbendi more veterum ſe offerebant, annotabam. Poſteà verò deprehendi in Mechanicis Ariſtotelis problemate 25, κλίνης id eſt lecti longitudinem eſſe pedum ſex & paulo plus: latitudinem vero pedum trium, vnde ἐπικλίνιον ſpatium tantum intelligo, quantum ſeptem lectis inter ſe contiguis occuparet: quomodo verò inter ſe contungendi ſint lecti, non facile dixerim. Nam ſi omnes vno ordine ponas, maior quàm deceat longitudo, latitudo anguſtior erit. Hoc ſaltem conſtat, quoniam lectus, vt dixi, pedes ſex longus, tres latus eſt, vnius lecti ſuperficiem totam octodecim pedes continere: qui ſepties repetiti pedes conſtituunt centum viginti ſex, ex quibus quot longitudini, quot item latitudini tribuas, coniiciendum eſt ex proportione longitudinis ad latitudinem cor.j de boue vulgari. Redeo ad Bonaſum.

Non placet quod orgyias Gaza vertit paſſus: quanquam & Valla apud Herodotum ita verterit, & vetus hoc in loco Ariſtotelis translatio, vt apparet apud Albertum Magnum in Enchyto libro 22. Licet enim paſſus dictus videri poſſit à paſſis, id eſt eſt extenſis manibus, ſecundum grammaticos: apud authores tamen in hac ſignificatione nuſquam inueniri puto: proinde à pedibus paſſis, id eſt quàm maximè ſine periculo poſſunt diuaricatis extenſisque, nomen hoc potius factum crediderim. Eſt enim ea menſura circiter quinque pedes, vel paulò maior. Quod autem paſſum pro quinque pedibus veteres dixerint, facile eſt calculare ex Plinij libro 2. Stadium, inquit, CXXV. noſtros efficit paſſus, hoc eſt pedes ſexcentos XXV. Eſt igitur paſſus duorum greſſuum, vt ſit greſſus cubitus vnius & pedis, hoc eſt pedum duorum ſemis. Orgyia vero græcis eſt τὸ μετὰ τῶν πήχεων χειρῶν μέτρον, vt Suidas docet, id eſt menſura quæ manibus extenſis ſit, quæ ſua cuique etiam ſtatura vel procerites eſſe ſolet. Eſt autem cubitorum quatuor, id eſt pedum ſex: hinc verbum ὀργυιᾶν, brachijs extenſis metiri: & ὀργυιὰ pro magno vel longo ſimpliciter. Ὀργυιὰ oxytonum, vel ſecundum veteres Atticos properoxytonum, extenſio manuum eſt vnà cum pectoris latitudine (quod & Pollux ſcribit libro 2.) dicta παρὰ τὸ ἀείρειν χεῖρας ἐκτείνοντα τὰ χεῖρα, ἤγουν τὰς χεῖρας, Varinus. Errant qui trium cubitorum orgyiam eſſe ſcribunt. Nos vlnam potius interpretabimur: Eſt enim vlna ſpatium, vt Seruius inquit, quantum vtraque extenditur manus. Tradunt in Pæonia feram, inquit Plinius, quæ bonaſus vocetur, equina iuba, cætera tauro ſimilem, cornibus ita in ſe inflexis vt non ſint vtilia pugnæ, quapropter fuga ſibi auxiliari, reddentem ea ſimum, interdum & trium iugerum longitudine: cuius contactus ſequentes, vt ignis aliquis, amburat. Hæc Plinius: qui orgyias iugera exponit ineptiſſimo ſenſu. Quis enim credat ad tantum ſpatium ſtercus bonaſos eiaculari? Iugerum enim vocabatur, vt alibi ſcribit Plinius, quod vno die boum, vno die boum vno iugo exarari poſſet, vel vt Columella libro 5. Quadratus actus ſi duplicetur, facit iugerum: & ab eo quod erat iunctus, nomen iugeri vſurpauit. Eſt autem actus quadratus, latus pedes centum viginti & longus totidem, Varro lib. lib. 1. de Reruſt. Sed ſiue Plinij hic error ſit, ſiue librariorum, aut illorum qui vocem non intellectam emendare voluerunt, pro iugerum tum in Plinio tum Solino reponemus orgyiarum: quid enim obſtat quo minus voce Græca vtamur? Solinus enim cap. 43. hunc bouem deſcribens ſtatim poſt Phrygiæ & Lydiæ mentionem: In his locis, inquit, animal naſcitur, quod bonaſum dicunt, cui taurinum caput, ac deinceps corpus omne, tantum iuba equina: cornua autem ita multiplici flexu in ſe recurrentia, vt ſi quis in ea offendat, non vulneretur. Sed quicquid præſidij monſtro illi frons negat, alvus ſufficit. Nam cum in fugam vertitur, proluuie citi ventris ſimum egerit per longitudinem trium iugerum: cuius ardor quicquid attigerit, adurit. Ita egerie noxia ſummouet inſequentes. Hæc Solinus. Medi & Pæones (inquit Hermolaus in caſtigationibus Plinianis) in Europa ſunt, à Pæone filio Endymionis Epei fratre, in Thraciam ſiue Macedoniam ad amnem Axium profecto: conuenerat autem inter fratres, vt qui curſu ſuperatus eſſet, imperium victori cederet, vt ſcribit Pauſanias: meminit eorundem Trogus, Strabo, cæteri. At Solinus animal hoc circa Lydiam Phrygiamque haberi tradit: quaſi Mæoniam videatur legiſſe, non Pæoniam. Sunt & Pſones in Aſiæ Myſia, quæ ſupra Caicum amnem ſita eſt: ab vrbe dicti, quam Pſonis conditor Pſoniam vocauit, vt libro 5. in Plinium expoſui, quæ omnia Solino erroris occaſiones fuere. Hæc ex Hermolao. Errores enim veterum, quantumuis ipſe multis in locis animaduertam: vbicunque poſſum tamen, alienis eos verbis arguere quàm meis malo: quo minus ipſe facili ad reprehenſionem ingenio videar. In manuſcriptis quibuſdam codicibus Plinij Mœnia pro Pæonia reperitur, quali lectione forſan Solinus etiam vſus Mæoniam intellexit. Porrò quòd idem bonaſi cornua multiplici flexu in ſe recurrere ſcribit, ſine authore facit: ego in vnum ſolum curriculum impertectum ea conuerti puto, culuſmodi in effigie apparent, quam adieci: Miſit autem eam ad nos Norimberga Cornelius Sittardus medicus, vnà cum bubali vulgaris pictura ſuperius collocata. Cæterum quod ad Mediam regionem licet duobus in locis Μηδικὸν per η. apud Ariſtotelem ſcribatur, nono inquam libro hiſtor. anim. & ab initio Mirabilium: eandem tamen eſſe non dubito, quæ Stephano Μαιδία per αι. diphthongum ſcribitur. Media (inquit) ciuitas eſt Thraciæ prope Macedoniam, à qua Mædi populi, diuerſi à Madis Aſiæ. Hinc præfectura Mædica Thraciæ, vicina Pæoniæ. Horum nonnulli ad Macedones migrauerunt, Mædobithyni dicti. Eſt & alius Ariſtotelis locus in Mirabilibus, in quo ſic ſcribitur. Circa Scytharum & Medorum (Μήδων, cum epſilo in prima ſyllaba & ô circumflexo in vltima) aiunt fluuium eſſe Pontum nomine, &c. Heſeni, Ἡσηνὸν, montis vt in Mirabilibus legitur, mentionem nuſquam inuenio: malim Meſſapi vt in Hiſt anim. Gaza transfert, licet impreſſi codices Μεσσαπίς habeant. Apud Stephanum Μεσσαπιον Eubœæ montem legimus, & Meſſapiam Apuliam olim à Meſapo rege dictam: ſed hæc nihil huc faciant. Bonaſi Ariſtoteles meminit etiam libro 3. cap. 2. de partibus anim. Bonnaſis (inquit, ſic enim illic ſcribitur per n. duplex & ſ. ſimplex) quoniam cornua eis ad ſele reflexa ſunt, excrementi profuſionem natura pro auxilio dedit: hoc enim cum metuunt ſeruentur. Hac eadē profuſione alis quoq; ſeruari certū eſt. In eo loco Gaza obſcurius vertit, quibus pari aduncitate cornua reflexa inter ſe orbem colligunt: poſſent enim accipi hęc verba, tanquā de aliis quoq; ſimiliter aduncorū cornuum

animalibus eo in loco tractaſſet Ariſtoteles, quod tamen non apparet. Nam bubalis & capreis, de quibus proximè dixerat, licet adunca & parum vtilia pugnæ cornua forte ſint, non partem tamen aduncitate, ſed longe alia quàm bonaſorum ſunt. Alijs item in locis, bonaſum ſcribit ſyluestrem eſſe, b ſulcum, capronatum equorum inſtar, iubam habere, & cornua bina orbem inflexu mutuo colligentia, vt Gaza vertit pro Græcis verbis κεράτα περὶ ἀλλήλα: quæ itidem translatio obſcurior eſt, intelligi enim poteſt ac ſi cornua pariter incurnata ambo in orbem colligantur, vt ſi quis brachia ante pectus extenſa in gyrum vertat: cum per ſe verumque ſubrus aures curuatum γναθὸν, id eſt aduncum portus quàm orbiculare ſit. Rurſus alibi bonaſum interiora omnia bubus ſimilia continere tradit Ariſtoteles. Aelianus libro 7. interprete Gyllio, hoc animal à Pæonibus monopem vocari ſcribit, piloſo tauro magnitudine ſimilem: & ſtercus eius quod præ vexatione acre & igneum reddit, ſi in venatorem quempiam inſequentem inciderit, mortem afferre: cum Ariſtoteles, Plinius & Solonius aduerſetur antum ſcripſerint. Pauſanias in Bœoticis Pæonios tauros Romæ in ſpectaculis ſibi viſos meminit, quibus cum reliquo corpore piloſi (δασεῖς) fuerint, tum maximè circa pectus & genyn, id eſt mandibulam. Hos ego non bonaſos, ſed biſontes eſſe crediderim: nam & alibi in Phocicis b ſontem taurum Pæonium vocat ipſe Pauſanias: & Oppianus iubam eum geſtare ſcribit, Λειχήνια πελάσσαι, καὶ ἀμφ' ἰσχία λάχνοισι. Accidit quod apud authores bonaſum vel monopem Romæ in ſpectaculis viſum nuſquam legimus: biſontem verò ſæpius. Ego certe bonaſum genus biſontis crediderim: nam & Albertus, vt ſuperius retuli, boum qui vulgo *viſent* dicuntur, diuerſas ſpecies magnitudine ſolum differentes eſſe reſtatur: quippe excepta cornuum figura, & reiectione ſtercoris, reliqua videtur omnia cum biſonte communia habere. Bonaſi certe ſolus Ariſtoteles meminit, nam Aelianus & Plinius ſua proculdubio ex Ariſtotele deſcripſerunt, Solinus ex Plinio. Aliorum vero authorum quotquot biſontis meminerunt, tum Græci tum Latini, bonaſi nomen nunquam attingunt. Cornuum quidem neque magnitudo neque figura generis differentiam ſtatuere poſſunt, cum in domeſticis cornutis pecudibus quantum, licet eiuſdem generis vel ſpeciei animantes, cornibus differant, notiſſimum ſit. Iam quod ad ſtercoris reiectionem, pleraque animalium in curſu, prolixiore præſertim, id reijciunt, feruidiusque quàm in quiete ſolerent, & longius: inteſtinis ſcilicet curſu calefactis, & ob calorem flatibus excitatis, vt fit in humore: quibus incluſis violenta per anguſtum, magno impetu eruptio fit: Accedit & locorum compreſſio ex vehementi motu. Nonnulla etiam in metu, vt ſepia ſuum atramentum, excrementa emittunt. Hæc adferre libuit, vt illi quibus occaſio eſt, & propius illas regiones habitant, de boum iſtorum differentia diligentius inquirant. Auguſtinus Niphus bonaſum ſcribit à recentioribus vaccam Indam vocari: in quo decepit eum Albertus Magnus, qui Solini de tauris Indicis & bonaſo diuerſis in locis ſcripta, confundit. Albertus Magnus circa finem libri 22 biſonti quem zubronem vocat, ſimilem limi eiaculationem attribuit. Raphael Volaterranus libro 7. bonaſos eodem modo à Lituanis capi ſcribit, quo nos ſupra biſontes capi docuimus Pauſaniæ verbis. Bohemi, vt audio, monopem vocant Ioni. Germani iubam vocant *mæne* (vt Angli etiam mane) inde factum monopis vel monapi nomen aliquis coniecerit, vtpote bouis iubati. Ariſtoteles quidem nomen hoc non Græcum ſed Pæonicum eſſe ſcribit, Pæonum autem lingua eadem quæ Illyrica eſt. Apud Albertum Magnum libro 22. bonachus pro bonaſo corrupte ſcribitur: & rurſus in eodem libro in ε. litera, Enchytos, vbi omnia quæ nos ſupra recitauimus Ariſtotelis de bonaſo verba ex veteri translatione recitantur: alij enchires ſcribunt, neſcio quibus tam barbarè & abſurdè ſcribendi occaſionibus allijs, niſi quòd ex Arabicis translationibus ſumpta videntur, quæ Græcorum dictiones plerasque abſurdiſſimè corrumpunt, adeo vt originem amplius non agnoſcas. A iij tauro ſyluestri, quem duram vel daran vocant, eadem quæ bonaſo Ariſtoteles adſcribunt. Superius in capite de diuerſis bubus ſyluestribus bonaſum mihi videri dixi illum quem Philippus rex Macedonum ad pedem Orbeli montis in Macedonia iaculo confodit, & cornua eius ἑκκαιδεκάσπαρτα, id eſt ſedecim palmorum in veſtibulo templi Herculis conſecrauit. Sed forſitan vrus fuerit potius: nam ſi bonaſorum cornua in ſeſe, vt diximus reflectuntur, minus conuenire eis videtur iſta menſura.

BONASI (vt conijcimus) CAPVT adſcelecton expreſſum.

BONASI capitis picturam & eius cornuum ab amico quodam miſſam ſupra dedimus. Sed quoniam præſtantiſſimus medicus Io. Caius ex Anglia nuper figuram cornibus differentem miſit, vnà cum deſcriptione ad ſceleton facta, hanc quoque in commune proponere volui. Mitto ad te (inquit in epiſtola ad me) caput vaſti cuiuſdam animalis, cui nudum os capitis vnà cum oſſibus, quæ cornua ſuſtinebant, grauiſſimi ponderis ſunt, & iuſtum ferè attollentis onus. Cornuum curuatura ita ſe protendit, vt non non rectà deorſum vergat, ſed obliquè antrorſum. quod quia videri nequit in facie proſpiciente, curaui vt appareret in auertente in latus. Spacium frontis inter cornua, palm. Rom. trium eſt cum ſemiſſe. Longitudo cornuum, ped. 2. palm. trium, & digiti ſemiſſis eſt. Bonaſus Ariſtotelis dodrantalia habet cornua, vel paulo longiora.) In ambitu, vbi capiti iunguntur, pedis vnius & palm. ſemiſſis ſunt. Huius generis caput aliud Varuici in caſtello vidi, quo loco magni & robuſti Guidonis comitis, olim Varuicenſis, arma ſunt: cuius cornuum oſſibus ſi ipſa cornua addas, multo fierent longiora, & alia figura atq; curuatura. Eo in loco etiam vertebra colli eiuſdem animalis eſt, tanta magnitudine, vt non niſi longitudine 3. pedum Rom. & 2 palm. cum ſemiſſe circundari poſſit. Æquè & ad id animal pertinere exiſtimo omoplatam illam quæ viſitur catenis ſuſpenſa è porta ſeptentrionali Couentriæ, cui vt nulla ſpina eſt, (ſi bene memini) ita lata eſt ima ſua parte pedes 3. digitos 2. Longa ped. 4. palm. 2. Ambitus acetabuli quod armum excepit, ped. trium eſt, & palm. vnius. Circundatos integrum, non niſi pedum vndecim, palm. vnius longitudo & ſemiſſis. In ſacello magni Guidonis, quod poſitum eſt non amplius 1000. paſſ. à Varuico oppido ſuſpenditur coſta huius item animalis (vt ego quidem reor) cuius ambitus quo loco mintima eſt, palm. trium eſt: Longitudo, ſex pedum cum dimidio. Sicca ea eſt, & in extima ſuperficie cariоſa, pendit tamen libro 9. cum ſemiſſe. Et vulgo pars. apri eſſe coſtam putant, à Guidone occiſi: pars, vaccæ quæ prope Couentriam in foſſa quadam commorabatur, multis infeſta. Quæ poſterior opinio ad verum propiùs accedit puto, cum bonaſi forſan eſſe poſſit. Vri eſſe dicere, verant cornua recurua. Hæc forſan ſuperuacua ſunt, quod in libro tuo bonaſi faciem depinxiſti: tamen quia dubitauerim animali hoc vo-



hoc, volui cogitandi materiam tibi ministrare, vt si forte alius animalis ossa essent, tu per otium nomen nobis aperires. Hæc ille: cuius coniecturis ipse etiam assentiar, donec aliquando fortassis aliquid certius exploratum nobis fuerit. Bonasum quidem boum ferorum omnium longè maximum veteres faciunt. Huius enim pellis vel domum totam intexerit, (τὸ δέρμα αὐτοῦ καλύπτει ὅλον οἶκον. sed οἶκον hîc domus partem accipio, cœnaculum vel cubiculum) propter capronas vilum impedientes non rectà sed oblique intuetur. color eius similis est terræ & locis in quibus moratur, & cornua gerit λοξὰ τὰ κέρατα πρὸς ἄλληλα μὴ βλάπτοντα, id est innoxia quod ad se inuicem conuertantur, vt in Coronide quadam Græci codicis manu scripti Aeliani de animalibus reperi. Hanc quidem coloris mutationem cum alij authores tarando adscribant, Aelianus aut quisquis hanc coronidem scripsit, bonaso non rectè tribuere videtur.

DE CATOBLEPA VEL CATOBLEPONTE LIBYCA FERA TAVRO VEL VITVLO SIMILI.

VM multiplices & varias Africa procreat bestias, tum Catoblepontem sic nuncupatum parere existimatur. Tauro similis spectatur, truculentus, terribilisque aspectu: alta ei & densa sunt supercilia: oculi non perinde quidem magni vt bubuli subiiciuntur, sanguine suffusi: non directè, sed terram versus intuetur. A vertice incipiens iuba, e quinæ similis, per eius frontem promittitur, quæ si vique ad faciem pertinet, formidabiliorem eum reddit. Mortiferas depascitur herbas, ac simul vrsaurino aspectu conspexit, statim horret, & iubam erigit: Ea autem in excelsum excitata, atque apertis labris pergattur quiddam vehementer acutum & horrendũ emittit, vt aër supra caput obducatur, & inficiatur: animalia autem appropinquantia, quæ hoc cœlum hauriant, grauiter affligantur, & vocis visum amittant, in letalesque conuulsiones incidant, Hæc Aelianus ab initio libri 7. Cæterum Plinius lib. 8. cap. 7. Apud Hesperios (inquit) Aethiopes fons est, Nigris: vt plerique existimauere Nili caput, vt argumenta quæ diximus persuadent. Iuxta hunc fera appellatur Catoblepas, modica alioquin, cæterisque membris iners, caput tantum prægraue ægre ferens, id dejectum semper in terram, aliàs internecio humani generis, omnibus qui oculos eius videre confestim expirantibus, Hæc Plinius: ex quo etiam Solinus transcripsit in suum polyistorem cap. 33. vbi aliqui Tigrin pro Nigri fonte perperam legunt, vt Hermolaus annotauit. In Libya Gorgones sunt animalia κάτω βλέποντα, id est semper despectantia, ouibus creduntur agrestibus similia, aut vitulis, sicuti quidam voluêre. Pestilens iis est oris halitus, quippe intereunt mox afflata omnia. Sed nec innocentior ab oculis radius manans, vbi concussa, quæ à fronte in oculos propendet, coma, spectarint aliquid. Cognitum & à Marij militibus aduersus Iugurtham bellantibus Cæl. Rhod. ex Athenæi lib. 5. circa finem. Vbi Cæl. Rhod. vertit, Gorgones, sunt animalia κάτω βλέποντα, id est semper despectantia. Græce legitur, Τὸν γοργόνα τὸ ζῶον καλοῦσιν ἐν τῇ Λιβύῃ Νομάδες, ὅταν γένηται κάτω βλέπων. Hic post γένηται distinguendum est, vt rectius vertatur: Gorgonem animal in Libya Nomades, apud quos etiam habitat, catoblepon vocant. Mirum est autem neque Plinium neq; Aelianum in huius animantis descriptione, eandem esse gorgonem prodere: quod ne aliorum quidem scriptorum, quod sciam, vllus docuit. Cæterum quod halitu eam occidere vertit, & afflata omnia mox interire: quanquam ea Aeliani quoque sententia fuisse videtur, ex Atheneo tamen non rectè conuersum est: Cuius verba adnumerabo, vt eruditi iudicent: ἔχειν δὲ λέγεται καὶ τὰ πλευρὰ καὶ πτέρυγας, ὥστε παίειν τὸν ἐντυγχάνοντα τῷ ζώῳ. Λέγει δὲ Φύλαρχος. Φέρειν δὲ χαίτην ἀπὸ τοῦ μετώπου καθημμένην

(legor ad mulcko per ei diphthongum in antepen.) Τῶν πυρ ὀφθαλμῶν, ἰοῦ ἐπέταμεν μέγας Περσεὺς, Δαρεῖος, Βαρεῖαι μὲν ὀφρύς, ἐτείνατο δ' ὑπὲρ αὐτῆς ἠεροειδὴς, ἀτὰρ τῷ γηγενέος ἐκ δειρῆς δόμεναι θυσσανόεσσαι φοβερὸν κομόωντο πάγον. Hæc ego sic transtulerim. Aiunt autem vim quandam adeò venenosam ab hac fera emitti, vt omnes qui in eam incident. enecet: iubam enim gestare à fronte demissam qua oculi obumbrentur: qua discussa, quod quidem ægre facit propter grauitatem, quemcunque intuetur interimit, non spiritu aut halitu (oris) sed nescio qua vi ab oculis eius emissa. Objiciet aliquis ἀναπνοὴν oris halitum & spirationem significare: quod vt concedam, latius tamen patet, & ne quis in hoc errare posset, diserte & expositionis loco additur, ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν, ἀπὸ, &c. Mox addit. Quod autem resita se habeat, hoc modo cognitum est. Cum milites quidam Marium contra Iugurtham secuti, gorgone visa ouem feram esse putarent, cum & caput ad terram ei inclinaret, & ipsa motu tardo procederet, gladiis confecturi in eam irruerunt. Vnde illa turbata, iubam oculis incumbentem discussit, & milites irruentes mox necauit. (Nulla hic spirationis aut halitus vllius mentio.) Deinde cum iterum atque iterum quicunque aduersus feram pergebant, interirent omnes: quidam feræ naturam ab incolis didicerunt: vnde Marij iussu Nomades quidam equites eminus per insidias eam iaculis confecerunt, & imperatori feram attulerunt. Quod autem talis, qualem descripsimus, ea fuerit, pellis etiam, & Marij exercitus, testimonio sunt. Hæc cum Vlpianus apud Athenæum dixisset, Laurentius Romanus, qui dipnosophistas excipiebat, assensit, & Marium ferarum illarum pelles Romam missse addidit, de quibus cuiusnam animantis essent propter formæ insolentiam conijcere nemo potuerit: suspensas autem eas esse in templo Herculis, in quo imperatores triumphantes ciues epulo excipere soliti fuerint, vt multi Latinorum poëtæ & historici tradiderunt. Gorgonis vocabulum apud Græcos pluribus modis in vsu est, γοργών, ὁ & ἡ γοργώ, ὡ γοργόν, ὄνος: & Attice γοργώ, οῦς. Gorgones, vt poëtæ fingunt, dictæ sunt Phorcynis filiæ (non Phorci, vt quidam recentiores scribunt. Medusam Phorcynidem Ouidius cognominat) & Cetûs, scilicet Medusa, Sthenio (quam Hesiodus Sthenò vocat) & Euryale. Quæ Dorcades (imò Gorgades) insulas in Oceano Aethiopico sitas habitasse dicuntur, contra Hesperidum hortos. Scribit Diodorus libro 4. Bibioth. fœminas fuisse in Africa bellicosas, aduersus quas Perseus bellum gesserit, & earum reginam Medusam debellauerit ac interfecerit. Nominantur autem fœminæ illæ à Diodoro & aliis Amazones, diuersæ ab Amazonibus Sauromaticis vel Scythicis. Gorgonum & Hesperidum domicilia Strabo libro 7. obiter nominat. Perseus læua supra aurigam tenet Gorgoneum ad summum caput, Vitruuius 9. 6. vbi sydera à zodiaco Septentrionem versus describit.

Gorgonum vnam Perseus interemit lonchodrepano, id est hasta falcata, Suidas. Gorgonum capita draconum squamis obsita fuisse dicuntur: dentes maximi, suum instar: item manus & alæ quibus per aëra ferri dicebantur: & in se intuentes in saxa vertere. Ex tribus vero Medusa mortalis fertur fuisse, ideoque à Perseo decollata: reliquæ duæ sorores immortales Perseum nequiuere consequi, quod Orci galea obtectus (vt ait Hyginus) non cernebatur: hinc illæ tandem eum persequi desiuere. Mycale vrbs Cariæ est, sic dicta quod reliquæ Gorgones mycomenæ, id est mugientes, Medusæ caput eo in loco reuocarint, cum Perseum insequerentur, Steph. Gorgonas Seruius, in extrema Africæ circa Atlanticum montem fuisse scribit, vnumque omnes oculum habuisse, quo inuicem vterentur. Serenus tamen ait puellas eas fuisse vnius pulchritudinis: quas cum vidissent adolescentes, stupore torpebant: vnde fingitur, quod si eas vidisset, vertebatur in lapidem. Harum allegoriam in primo explicat Fulgentius, & eo subtilius Io. Zezes grammaticus in commentario in Hesiodum, Gyraldus, Græ quoque (vt idem scribit) Phorci (Phorcyis vel Phorcynis) & Cetûs filiæ in numero nympharum habitæ fuere, tres. Pephredo, Enyo, & Dinon: (Hesiodus Dinon non habet) sic nuncupatæ, quod statim vt natæ sunt, anus fuisse ferunt, & vnicum tribus oculum, vnicumque dentem, quibus vicissim inter se vterentur, Gyraldus, Horat qui cum Gorgonibus confundunt. Plura de Gorgonibus vide apud Palæphatum cap. 33. cuius superbis laruis omnia in librum suum paræmiarum Apostolius transcripsit in prouerbio Γοργόνα Περσεὺς ἐχειρώσατο: item apud Erasmum in prouerbio Occigalea: & Lucanum libro 9. & Onomasticon nostrum in Euryale, Medusa, & Pegaso. Perset & Medusæ fabulam prosequitur Ouidius Metam. lib. 4. Sanè videtur Gorgonis nomen ad puerilia terriculamenta confictum, vt etiam Lamiæ ex eadem Africa mulieris: nam monstrosa pleraq; in Africam reijciebantur. Sic nostri aliquando nocturnas mulieres pueris minantur, sic Iudæi de sua Lilith nugantur, vt in Onocentauro dixi. Gorgonem πεφαλάδες ζῶον, id est monstrosum animal Etymologus exponit.

Gorgones, pro voraces. Φοβεροὶ εἰς γαστρομαργίαν, Suidas: tales etiam lamiæ finguntur: Horatius, Neu pransæ lamiæ puerum viuum extrahat aluo. Aristophanes in pace, Ποσσὶ ξυμβῆναι πρῶτον τῇ θεῷ, Ἢ πρὸ ἡμῶν τοὺς λόφους ἀφεῖλε καὶ τὰς γοργόνας, scholia exponunt πᾶν σκεῦος ἁρμάζον ἐς πόλεμον. Καὶ γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ κωδῶνος, Aristophanes: Gorgonem περὶ σωτηρίας dixit pro κορυθολόφην ἀσπίδα ἐπίσημον ὅπλοις ἢ κεφαλῆς, Suidas. Ego in Acharnensibus Aristophanis carmen repetio, Τίς γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος, id est. Quis gorgonem excitauit ex theca vel hoplotheca? vt scholiastes exponit: loquitur enim poëta de Lamacho, qui scutum gorgone insignitum habuit. Καὶ περὶνίπτως εἰπὼν τὴν γοργόνα κατεγέλασεν, ἄλλως (sic lego apud Suidam) περίαλλος ὢν καὶ ἐπαμύνων, Aelianus: vide Suidam in Gorgonis mentione. Γοργώ, φοβερός. Suidas: δεινὸς, πικρὸς, ἀπὸ τῆς ὀργῆς. Etymologus, Varinus. Videntur Gorgones dictæ ἀπὸ τοῦ γοργὸν τὸ ὀφθαλμῶν, id est, à terribili oculorum intuitu. Ἀπὸ γὰρ μεγάλης τινὸς ἐξόδου τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀπολιθοῦντο τοὺς ὁρῶντας, terribili enim acri obtutu spectantium corpora in lapides vertebant, Etymologus. At Latinorum quidam, vt Serenus, cuius opinionem ex Gyraldo supra citaui, & nostro sæculo Cælius Rhod. non horribili sed formosa facie intuentes stupore quodam affectos aiunt: Hi sententiam à Græcis hausisse videntur, & γοργότητα pulchritudinem intellexisse, quo sensu apud authores non reperitur. Nam vt γοργὸς adiectiuum in communi dialecto horribile significat. Attica verò πρόχειρος καὶ κεκινημένος, id est agile vel actuosum vt ita dicam, & in actione promptum ac velox: sic etiam γοργότης substantiuum vtroque sensu capitur. Hermogenes libro 2. de ideis ab initio γοργότητα vocat illam formam orationis, quæ viuida & concitatior est, & animos auditorum erigit atq; excitat, remissæ supinæque contraria, Ἀπὸ τοῦ τυκτικοῦ γινομένη τόπου, &c. Apud Ciceronem tamen In Verrem legitur, Gorgonis os pulcherrimum cinctum anguibus: Et Lamiam olim formosam fuisse mulierem annotatum est. Gorgus, paroxytonum viri nomen est, cuius meminit Suidas. Gorgias rhetoris nomen fuit, à quo γοργιάζειν, declamare, ἐπιδείκνυσθαι. Γοργὸν quidam interpretatur in Lexico Græcolatino schema rhetoricum, quod & parison & homœocataiecton dicatur: non rectè puto: latius enim patet γοργότητος forma. Γοργιάζον dicendi genus arduum & lacinlosum, vt quidam scribunt, à Gorgia rhetore. Fuit & statuarius Gorgias apud Plinium. Apelles pinxit Alexandriæ Gorgosthenem tragœdum, Plin. Plastæ laudatissimi fuêre Damophilus & Gorgasus

Gorgasus, iidemque pictores, Plin. Pastillos Ruffillus olet Gorgonius hircum, Horatius. Γοργῶπις γοργόφθαλμος & γοργῶπις ἰδεῖν, δεινὸν ἰδεῖν καὶ δέρκεσθαι, Suid. Γοργώ, κατάπληξις, πτοία, αὐσηρία, φόβος. Homeros Iliad. lib. 8. Γοργὸς ὀμμαίνων, Etymologus exponit γοργὸς ἢ χαροπός.

Γοργὸν βλέπειν, aliquoties apud Lucianum pro acribus oculis tueri sumptum è fabula Persei & Gorgûs. γοργὸν dictum putant ἀπὸ τοῦ ἐγρηγορέναι quod itati acribus oculis obtueantur. Homerus Iliad. 6. de Hectore, Γοργὸς ὀμματ' ἐγρηγορὼς, ὡς βροτολοιγοῦ Ἄρηος. Veteres (inquit Cælius Rhod.) pulchritudinem adeo admirati sunt, vt Gorgonem propter eximium venustatis decus, stupidos reddentem spectatores, in saxa eos deformare fabuloso confinxerint inuolucro. Γοργόνα Περσεὺς ἐχειρώσατο, Gorgonem Perseus adortûs est, in Græcorum collectaneis tanquam prouerbium citatur, vbi quis egregium facinus incœpta, Erasmus. Apostolius hanc paræmiam exponit de ijs qui rem magnam & insignem strenue confecerint: & χειρῶν est vincere ac subigere, vt non solum ad eos qui adoriuntur aut incipiunt aliquid pertineat, sicut Erasmus interpretatur: etiamsi apud illos quoque dici possit, hortandi animandique gratia. Γόργειαι vel γοργεῖαι potius & γοργωνεῖαι, vt Suidas & Varinus habent, personæ sunt & larvæ, quales histrionum in tragœdijs erant. Aristophanes in Vespis Choro loquente ad Lamachum, Οὐδὲν δέομαι σοῦ νῦν τοῦ σὺ μορμόνος. Scholia addunt, ὡδὶ γὰρ τὸν μορμὼ καὶ τὴν γοργόνα, ἐν ἔχων ὁ Λάμαχος ἐπίσημον· εὐτάκτως ἐκίνησεν τὸ κράνος, καὶ τὰ πτερωτὰ τοῦ αἰσχροῦ μορμολύκεια, ἀφ' οὗ τραγικὰ καὶ κωμικά. Alibi etiam in Scholiis huius poëtæ Lamachum insigne scuti gorgonem habuisse legi: Proinde in Acharnensibus sic loquitur, φέρε δεῦρο γοργόνα τὸν ἀσπίδος κύκλον. Gorgona Minervam Cyrenenses, vt Græci grammatici notant: sed & hoc nomine eam Romani inuocabant. M. Tullius ad Equites: Teque, inquit, Tritonia armipotens Gorgona Pallas Minerua, &c. Gyrald. Gorgonia autem Minerua dicta est, & apud Suidam Γοργολόφας (ἀπὸ λόφου τοῦ ἀπὸ φαλαίνης καὶ κήτους) quod examputato Gorgonis capite galeam habeat, Varin Legendum est autem Gorgolopha absque figma, vt in Aristophanis Equitibus habetur, item in Acharnensibus. Gorgones insulæ obuersæ sunt promontorio, quod vocamus Hesperionceras: has incoluerunt Gorgones monstra, & sanè adhuc monstrosa gens habitat: distant à continenti bidui nauigatione. Prodidit denique Xenophon Lampsacenus, Hannonem Pœnorum regem in eas permeauisse, repertasq; ibi fœminas alitri pernicitate: atque ex omnibus quæ apparuerant duas captas, tam hirto atque aspero corpore, vt ad argumentum spectandæ rei, duarum cutes miraculi gratia inter donaria Iunonis suspenderit, quæ durauêre vsque in tempora excidij Carthaginensis, Solinus cap. vltimo: transcripsit autem ex Plinij lib. 6. cap. 13. Timomacho pictori ars præcipuè fauisse in Gorgone visa est, Plinius. Gorgones Tithrasiæ apud Suidam cognominantur, à Tithraso fluuio aut loco Libyæ vbi habitabant. Gorgonia gemma nihil aliud est quàm coralium, nominis causa, quod in duritiam lapidis muratur, Plinius: Ouid ait libro 4 Meta coralij virgas imposito Medusæ capite in littore primum indurnisse fabulatur. Aspungitani populi ex Mæotis inter Phanagoriam & Gorgopiam habitant, quingentorum stadiorum spatio, Strabo. Γοργὼπις λίμνη, id est Gorgôpis lacus, in Corintho apud Cratinum, Varinus. Propertius etiam alicubi Gorgonium lacum meminit. Syndicus, vrbs contigua Scythiæ cum portu, aliqui Gorgipen vocant, Stephanus. Gorgippia, vrbs Indiæ. Idem. Gorgyia, locus in Samo vbi Dionysius Gorgyensis colitur. Gorgythion apud Homerum Iliad. 8. Priami filius ex Castianira.

DE BOBVS FERIS INDIÆ.

CARAMANTVM bubus cornua in terram directa esse, ideoque obliqua cernice pasci, vt Solinus scribit, &c. supra dixi inter diuersos boues feros. INDIA syluas boue fero refertas habet. Plinius, In Indeta regione, vbi Gymnetæ habitant, maxima est boum syluestrium multitudo, Strabo lib. 16. Apollonius dextra quidem Gangem, sinistra verò Hyphasin fluuium habens, ad mare descendit. Descendentibus autem struthiones multi occurrerunt, multi etiam boues agrestes, &c. Philostr. lib. 3. In regno Nic. quod ad meridiem confine est Indiæ, multi sunt boues syluestres magni & pulchri. M. Paulus Venetus. Montes esse dicuntur in intimis regionibus Indiæ, ad quos difficulter eatur, vbi quæ apud nos bestiæ domesticæ sunt, feras aiunt esse, vt oues, capras, boues, &c. Aelianus. Magnus Indorum Rex quotannis diem vnum proponit hominum cursibus & pugillationibus, tum luctationibus bestiarum, quæ sanè inter se cornibus appetentes, mirabili natura quadam catenus strenue decertant, quoad aduersarium funditus vicerint: Sicque omni neruorum contentione, quemadmodum athletæ, vt aut maximo afficiantur præmio, aut gloriam capiant certaminis, nituntur. Rationis quidem expertes sunt feri tauri, arietes mansueti, asini vno armati cornu, hyenæ, postremi in certamen veniunt elephanti: ij inter se vulnerant, & alter sæpe alterum vincit, atque adeò interimit: sæpe etiam vterque vulneribus confectus, simul decumbit. Hæc Ælianus. Cuius supra etiam alium locum recitaui in Boue cap. 2 de Indis qui bubus iunctis velocissimo cursu in certaminibus ferantur: quoniam illic ferine an mansueti essent hi boues non distinxerat: Hoc autem in loco omnino feros esse apparet: & res ipsa ostendit boues domesticos tanta velocitate minime pollere. India generat boues solidis vngulis, vnicornes. Plinius: Et proxime ante, Aethiopia Indicos boues (id est Indicis similes, nempe vnicornes) vnicornes tricornesque gignit. Solinus vtrunque locum coniunxit: nescio quàm rectè: Boues (inquit) vnicornes & tricornes solidis vngulis, nec bifidis, in India reperiuntur. Bubus Indicis camelorum altitudo traditur, cornua in latitudinem quaternorum pedum. Ptolemæo secundo ex India cornu allatum ferunt quod tres amphoras caperet, Aelianus. Sunt item apud Indos alij boues qui maximos hircos magnitudine non superare videntur: Ij vel coniugati velocissimè currunt, nec minus strenuè quàm Getici equi cursum conficiunt, Idem. Hos etiam syluestres existimauerim. Rangiferum certe nostrum, & bouem syluestrem esse, & omnium in hoc genere velocissimum, & ad certamina cursusque aptissimum, & partim vnicornem partim tricornem dici posse, nec in Scandinauia solum, sed aliis etiam Asiæ regionibus inueniri, aliàs docebo: vt Indicos boues eiusdem generis credamus. Solinus non recte Indicos boues nominat, quos Aelianus Aethiopicos, & Plinius etiam lib. 8. cap. 21. vt supra in Aethiopicis dixi, quibus cornua mobilia, &c. Decepit eum fortassis quod paulò post sequitur,

apud Plinium, In India & boues solidis vngulis, &c. quasi & aliud antea quod in India nasceretur commemorasset, quod fecit quidem, sed vox est corrupta: non enim eosdem legendum, sed Indos, in his verbis. Apud eosdem nasci Ctesias scribit, quam mantichoram appellat: quod constat ex Aristotele de hist. anim. 2. 1. Errorem hunc Hermolaus & alij non animaduerterunt. Apud Arachotas (lego Arachotos) boues syluestres sunt, qui differunt ab vrbanis, quantum inter sues vrbanos & syluestres interest. Sunt colore atro, corpore robusto, rictu leuiter aduncо (ὑπαγκυπα) cornua gerunt resupinatiora, Aristoteles. Arachoti, Ἀραχωτοί, Indiæ ciuitas illi, ab Arachoto fluuio sic dicta, qui ex Caucaso profluit. Sunt & alij prope Massagetas, Stephanus. Sed Arachosia potius vocatur ciuitas illa Massagetis vicina, à Semiramide condita, quæ etiam Cophen appellabatur, Steph. Cornua resupinata, ἐξυπτιάζοντα, qualia sint, in bisonte explicaui. Animalia quæ Aristoteles ἡμερα vocat, id est mansueta, Theodorus vrbana vertere solet: quod mihi parum arridet. Nam vt de plantis vrbanum syluestri contrarium dicatur (sicut Plinius arbores vrbanas dicere solet) animal tamen vrbanum ad ἄγριον, id est syluestris discrimen, an apud idoneum authorem vllum reperiatur, nescio: mansuetum vero hac significatione poni scio: Plinius lib. 11. Præterea cum apes sint neque mansueti generis, neque feri, &c. Cicero Philipp. 3. Illud quæro cur tam subito mansuetus in senatu fuerit, quum in edictis tam fuisset ferus. Plin. lib. 9. Lepores mansuescunt rarò, cum feri dici iure non possint. Complura nanque sunt nec placida, nec fera, sed mediæ inter vtrunque naturæ, vt in volucribus hirundines, apes, in mari delphini. Sicut vero animal non tam mansuetum est, quàm mansuefactum, quod prius scilicet ferum fuerit: vnde cicurare, mansuefacere: videtur tamen pro natura mansuero interdū abusiue accipi. Cicero 2. de Nat. deorum. Quæ vero & quam varia genera bestiarum, vel cicurum vel ferarum? Hoc obiter addam, cicur à Græcis mihi deriuatum videri, ἀπὸ τῆς χειρὸς, ζῶον τῆ χειρῶδες, vnde etiam χειρίον & ἐπιχείριον pro cicure mansueto que: sed hæc latius patent: πῆμα δὲ vero ad animalia proprie, cui oppositum ἄπημαντον. Legimus etiam domesticum animal apud Plinium. Quamobrem minor cum vocabula propria Theodorum non deficerent, quibus redderet ἥμερον, vrbanum dicere voluisse: quod certe etiamsi de animalibus simpliciter mansuetis dici concesserim, potest tamen tam de illis quæ in vrbe nutriuntur, quàm de mansuetis, quæ ne ruri quidem desunt, intelligi. In plantis enim (ne quis illas mihi obiiciat) alia ratio est.

Cynamolgi, qui ab indigenis Agrij appellantur, comati & barbati sunt. Hi canes maximos alunt, quibus Indicos boues venantur è vicina regione venientes, siue à feris pulsos, siue pascuorum inopia, Strabo libro 16. Ctesias Cnidius in libro de rebus Indicis, apud Cynamolgos populos, innumeros boues feros degere scribit, qui quidem ab æstiuo solstitio ad hyemem vsque mediam, gregatim homines inuadere soleant. Cynamolgi canes eis opponunt, quos ea gratia plurimos alunt, Hyrcanis magnitudine pares. Hi bubus feris immissi, facile eos debellant & interemunt, Aelianus.

DE LIBYCIS BVBVS.

LIBYCORVM boum tanta est innumerabilitas, tanta item celeritas, vt vnum insequentes venatores interdum fallantur, quod nimirum in alios feros incidant, & ille interim sub dumeta, saltusve obiens se subducat, alij autem similes exoriantur, & venatorum oculos fallant: quorum quemtam si quis ingrediatur insequi, ne equo quidem, sed fessum longinquitate temporis comprehendet. Quòd si quis vitulum adhuc tenerum cœperit, & non statim occiderit, ex eo duplici commodo afficietur: Nam præterquam quod & ipse commoditatem affert, matrem suam in captiuitatem inducit. Postea enim quàm venator vitulum fune alligauit, ab eo secedit illa filij desiderio inflammata, tanquam asilo stimulata fertur, cupiens dissoluta reste eum abducere: ac nimirum cornua compingit, vt vinculum laxet & distrahat: At enim cornibus in funis complicationem insertis, vnà cum vitulo constricta tenetur. Cuius venator cum iecur detraxit, & vbera excidit, & pellem exemit, carnes relinquit auibus & feris, Hæc Aelianus. De Libycis bubus, quibus terram versus dirigunturcornua, & eam ob causam retrocedendo pascentibus, ex Herodoto & Aeliano dixi superius, in capite de diuersis bobus syluestribus. Philes scribit eos ideo retrogrados esse, quoniam cornua lata oculos eis obumbrent, vt ad progrediendum visus eis inutilis sit, retro non item. In Africa est bos Syluaticus, qui bouem refert domesticum: tametsi statura minor, leucophæi coloris, ipséque velocissimus. In desertis saltem vel desertorum confinio reperitur. Carnem aiunt absoluti saporis esse, Leo Africanus.

DE TARANDO.

TARANDO magnitudo quæ boui, caput maius ceruino nec absimile: cornua ramosa, vngula bifida, villus magnitudine vrsorum (vrsino colore, & pariter villo profundo, Solin.) Sed cum sibuit sui coloris esse, alius similis est. Tergori tanta duritia, vt thoraces ex eo faciant. Colorem omnium arborum, fruticum, florum, foliorumque reddit mutuensin quibus latet: ideoque raro capitur. Mirum esset habitum corpore (id est cute) tam multiplicem dari, mirabilius & villo, Plinius. Et paulo ante, Mutat colores (inquit) Scytharum tarandus, nec aliud ex iis quæ pilo vestiuntur, nisi in Indis lycaon, cui iubata traditur ceruix. Roborem, pallorem, liuorem homini & bestiis cutem mollem habentibus, & minime villosis, accidere, nihil mirum: Tarando vero animali, cui est tergus impenetrabile, & villus vrsorum magnitudine, admirabile rideri debet: seipsum enim cum villis suis hic vertit, milleque colorum species cum summo videntium stupore reddit. Scythicum animal est, dorso & magnitudine tauro simile, eius cortium ne spiculo quidem penetrari potest, Aelianus, Cæterum Solinus cap. 33. cum lycaonem dixisset Aethopiam mittere, subdit, Mittit & tarandum: cuius erroris occasionem præter otiositatem & negligentiam ipsius, nullam video: cum Plinius dilucidè Scytharum, id est Scythicum tarandum appellet: lycaonem vero non in Aethopia, vt Solinus, sed in Indis nasci ibidem scribit. Hunc tarandum, addit Solinus, affirmant habitum metu vertere: & cum delitescat, fieri assimilem cuicunque rei proximauerit, siue illa saxo alba sit, seu fruteto virens, siue quam aliam præferat qualitatem. Faciunt hoc idem in mari polypi, in terra chamæleontes. Sed & polypus & chamæleon glabra sunt, & pronius est cutis leuitate speculi modo proximantia æmulari: in hoc nouum est ac singulare, hirsutiam pili colorum vices facere, Solin. Tarandus, ταῦρος, animal est ceruo simile, cuius pellibus ad thoraces (χιτῶνας)

Scythæ

Scythæ vtuntur, Heſychius & Varinus. Bodini Sarmatiæ populi ſunt: apud hos tarandus naſcitur, animal bouinæ rabiei, magnitudine bouis, facie (τὴν ὄψιν ταῦρος πως) cernuum repræſentans: difficile captu, propter mutationem pilorum, quos pro loci colore immutat, vt chamæleon etiam & polypus, Stephanus in Ταῦρος. Euſtathius in Dionyſium. Barbari quidam authores pro tarando corrupte parandrum & pyradum ſcribunt: aliqui etiam tanquam diminutiua voce tarandulum, quod ridiculum eſt cum animal boui ſimile fateantur: quidam adhuc abſurdius faciunt cum tarandum à tarandulo diſtinguunt. Ioannes Agricola Ammonius tarandulum interpretatur *elend*, quam nos ſupra alcen eſſe docuimus. Georgius Agricola rangiferum, *ein reen*. Et quanquam pleraque tarando & rangifero noſtro eadem ſint, libet tamen ab eo diſſentire, non certe doctiſſimum virum reprehendendi animo, ſed vt hominibus ſtudioſis diligentius inquirendi occaſionem præbeam. Tarandum igitur eſſe exiſtimo feram illam, quam Poloni tur vel thuronem appellant. Inuenitur in vna ſolum parte regni Polonici, in ducatu Mazouiæ inter Oſzezke & Garuolijn: maior boue manſueto, minor vro, ore diſſimilis vtique, præacutis in fine cornibus, perniciſſimo curſu, & valde robuſta. Deſcriptionem hanc nobis communicauit, nobilitate doctrina & omni virtutum genere vir ornatiſſimus Folianus Suſliga Rolz à Varshauia Polonus. Hæc ſra ſi ſubata eſſet, quod nondum certo ſcio, biſonti adſcriberem: Nam recentiores quidam thuronem Polonorum, zubronis, id eſt vri ſpeciem faciunt. Cæterum vt tarandum credam, plura concurrunt, pluſimum magnitudo & ſpecies bouis, ſed caput vel os abſimile, deinde quòd boum ſylueſtrium rariſſima eſt. & in Sarmatia capitur vicina Gelonis, apud quos tarandum reperiri legimus: accedit etiam nominis affinitas. nam in barbarorum quorundam recentiorum libris, daran huius bouis nomen legitur: quamuis alij doran vel duranſcribant, & bonaſum interpretentur. Vnum eſt quod obijci poteſt, cornua thuroni non eſſe ramoſa, qualia Plinius ſuo tribuit tarando. Reſpondeo, videri mihi veteres tarandum vel cum alce, vel cum rangifero forte confudiſſe: nam & alce & rangifer ramoſa prætendunt cornua. Deſcribunt autem alcen quoque veterum alij aliter: quòd in adeo peregrinis animalibus mirum non eſt: cum ea ferè ſolcamus vt ex diuerſis auditu accepimus deſcribere. Hæc ſi cui non ſatisfaciunt, vel tarandum pro rangifero accipiat, vt Ge. Agricola & ante ipſum Eliota Anglus. quibus cum ego ſuper hac re non contenderim: aut ſi quid melius inuenerit, in commune proferat. Hoc addam pro corollario, ex Plinij deſcriptione tarandum animal inter cernuum bouemq; medium videri poſſe: cerui enim caput, cornua, & metum habet, cætera ferè bouis. Thuronem ſanè taurum non meticuloſum, ſed taurorum omnium præſertim ſylueſtrium inſtar, animoſum eſſe crediderim. Iam quod Plinius ſcribit caput ei maius cernino eſſe, & magnitudinem bouis, rangifero ſatis conuenit, quoniam in vniuerſum multo maior cerno eſſe fertur. Capiuntur etiam apud Gelonos vicinos populos: quidam etiam colorem aſininum ei tribuunt: præterea biſculos eſſe conſtat. Hæc tam multa cum conueniant, ſi de coloris etiam mutatione certior fiam, ſine cunctatione rangiferum pro tarando accipiam: & Polonicum thuronem biſontibus adiungam. Nam quod de cotio fertur, vſum eius eſſe ad thoraces, quod ferrum non facile tranſmittat, nihil impediet: pleraſque enim magnas feras in regionibus frigidis huiuſmodi pelles habere crediderim, quales etiam alces habent, quæ ad hunc vſum in Germania communiores ſunt. Omnino quidem maiora minoribus, fera domeſticis, & in frigidis regionum quàm calidis, animalia pelles craſſiores ſolidioresque gerunt. Sed rangiferi hiſtoriam integram in R. litera dabimus: in præſentia ſatis fuerit mihi non tam diſſentiendo quàm dubitando de eruditorum quorundam interpretatione, vel ipſos, vel alios ad thuronis ſimul & rangiferi hiſtorias maiore ſtudio inueſtigandas excitaſſe, & ſcepticorum inſtar in vtramque partem rationes attuliſſe. Ταῦρος δ', regio Phrygiæ, Stephanus. Hinc forte nomen feræ.

DE THVRO SEV THVRONE MASOVITICO.

QVONIAM paulo antè Thuri ſeu Thuronis Sarmatici ſeu Maſouitici mentio facta eſt, hîc adijciam, quæ poſt ſuperiora ſcripta & edita ad me à viris doctis de illo animali ſcripta ſunt. Ac primum D. Antonius Schneebergenis in quadam ad me epiſtola ſic ſcribit. Thuros incolæ venatores biſontes & bubalos manifeſto errore nominant: quidam tamen boues ſylueſtres ſimpliciter ac melius appellant. Quidam Pythicas boues nominandos cenſent quoad verior appellatio proferatur. Bobus domeſticis admodum ſimiles ſunt, multò verò maiores, pilisque elegantioribus veſtiti, cornua bina, in anteriorem partem incuruata, graciliaque habent. Frons propter pilos craſſos & contortos terribilem aſpectum ipſorum reddit. Vngula fiſſa, magis caua quàm domeſticorum. Fœminæ minores maribus ſunt, minusque elegantes. Mas dum naſcitur pilos habet caſtanei coloris (*ſchwartzbraun, dunckelbraun oder ſchwartzaſchenfarb: plowy*) Poloni nominant:) intra ſemeſtre verò tempus omnino nigreſcunt, ſpinæ dorſi linea latitudine duorum digitorum ſubnigra permanente. Fœminæ ſupradictum colorem ſemper retinent, rariſſimeq; nigræ reperiuntur. Agunt in ſyluæ Hercinæ parte à Warſchauia principatus Maſouiæ primaria ciuitate quinque miliaribus diſtante, prope *Sochaczounam & Kiſzkam* pagos. Plerunque in denſiſſimis ſyluæ partibus verſantur, in eadem ſylua cerui, dorcades, pri, ſed hi ratiores ſunt. Autumni tempore glandibus quercinis (ſunt autem in iſta ſylua ingentis magnitudinis quercus: ferunt quaſdam quinque orgyas in in circuitu excedere) veſcuntur, tuncque corpulentiores nitidioresque quàm aliàs apparent. Hyeme frondes virgultorum & arborum depaſcuntur: datur verò etiam fœnum quod æſtatis tempore ruſtici prædictorum pagorum pro thuris comparauerunt, in æſtate in agros ſyluis relictis exeunt, frumentaque dum ceſſa deuorant, ſaturique reliquum cornubus diſijciunt, niſi canibus depellantur. Ferunt quinquageſimo ſeptimo anno plures ob frigoris vehementiam obijſſe, nunc verò vltrà quinquaginta eſſe conijciunt, certus enim eorum numerus celatus, neſcio qua ſuperſtitione moti id facitant. Hyeme gregatim obambulant, vnoque in loco inſtar exercitus cuiuſdam quieſcunt: Æſtate verò ſingulî hinc inde per ſolitudinem deuagantur, quod ſi quis remotius abierit, nec per aliquot dies apparuerit (venatores enim conſtituti ſunt qui ſingulis diebus ipſos adeant) ſummâ cum diligentia inquiritur, canibusque reuocari cogitur. Animal velociſſimum eſt, ſed non diuturnum: paucos ferunt annum decimum quintum ſuperuixiſſe, à lupis nullum damnum accipiunt, niſi quando nuper nati ſeorſim vagantur, tunc enim interdum à lupis deuorantur. Hominem non timet thurus, nec obuiantem fugit, imò impetu erga eum facto in eum ruenti vix parum de via cedit.

cedit. Quod ſi quis eum perterrefacere vel clamore, vel alicuius rei proiectione conetur, ne minimum quidem irritauerit, ſed in ſuo loco firmiter perſiſtens, os ſaltem aperit, dilatatumque mox claudit, ac ſi hominis conatum irrideret. Vbi in via comederit aliàsue ſteterit circumire eum oportet vel in curru etiam ſedens, ipſe namq; de via haud diſceſſerit. Laceſſiti vehementer excandeſcunt: quod ſi is qui prouocauit ſe in terram proſtrauerit, nihil incommodi accipiet, proſtratis namque prout leones parcunt, mira clementia, at ſi laceſſere non deſiterit, cornubus petunt, ijsque in ſublime iaciunt. Menſe Septembre coeunt: dum verò veneris libidine ardent, frequentia eaque acerrima duella committunt, atque interdum ambo exanimes concidunt. Venatores autem eum quem cæteris robuſtiorem, aliosque perpetuò ad duellum prouocantem animaduerterint ex regis iuſſu infrà ſcribenda ratione venantur. Sed eos quoque venantur, qui cum vaccis domeſticis coire obſeruati fuerint: domeſticæ namque vaccæ ex ijs quidem concipiunt, ſed vel abortum faciunt, vel fœtum haud duraturum pariunt. Malo tandem pariunt: quædam more domeſticarum vaccarum in ſeptembre: hoc verò rarius contingit, ſuntque autumnales fœtus imbecilles, miniméque ſuperuiunt propter hyemis intenſum frigus. Quum pariendi tempus inſtat fœmina in denſiſſima ſyluæ loca abſcedit, illicque cum fœtu dies plus minus viginti permanet: tandem vbi iam firmiorem, ſalientemque viderit ad paſcua producit, diligenter ne fœtus à venatoribus capiatur, vel à lupis dilanietur cuſtodiens. Sæpius vitulos thrurorum ablatos domeſticis vaccis educandos appoſuerunt, ſed fruſtra, omnes namque interiêrunt. Nunquam niſi rege iubente venantur: ad venationem plurimi equites pediteſque cum ſagittis, bombardis, canibus plurimis exeunt. Mox eum quem venari conſtituerunt clamoribus, canumque latratu à cæteris ſecedere cogunt, interim verò equites, & bombardas geſtantes &c. ſeſe partim in foſſis, partim poſt arbores grandiores abſcondunt, ne bellua multitudine hominum conſpecta furioſa fiat. Vbi ſegregatus iam diu ſuę fuerit ex bombardis mox petitur, ipſe tamen nihilominus etſi plurimos globos exceperit, ferens diſcurrit interdum per integrum diem & vltra. quoad in pectus ictus fuerit, tunc n. citiſſimè cadit. Ruſtici continuò ligna cædunt quæ ſuper eum obliquè, tranſuerſim, rectaque inijciunt, his ipſi firmiter inſiſtentes belluam ne ſe demò ad reſiſtendum commoueat conſtringunt, itaque detento adhuc viuenti cutem illam criſpis & contortis pilis terribilem aſpectum belluæ reddentem atque in fronte inter duo cornua exiſtentem, detrahunt: eaque detracta tandem interimunt: mox verò interempto cor eximunt, quo per medium diſſecto oſſiculum parvum crucis formam referens reperiunt, quod cum cute de fronte detracta regi tranſmittunt, magnique vtrunq; æſtimant. Ferunt quidam oſſiculum illud prægnantibus, ac in partu grauiter laborantibus prodeſſe. Carnes aliquando recentes, interdum ſalitæ in cute regi tranſmittunt. Audini Sigiſmundum ſanctiſſimæ memoriæ regem aliquoties imperatori Carolo quinto carnes thuri ſalitas magni muneris loco miſiſſe. Hæc ille.

His autem adiecit illuſtris Baro D. Bonarus quæ ſequuntur.

PYRRHICAS boues nominare nullo modo poſſum aſſentiri, quoniam cùm primus omnino exterorum Regum Pyrrhus Elephantes in Italia oſtendit, propterea poëtæ quidam per antiphraſin Pyrrhicas boues vocauerunt, & quia in Lucania primo ſunt viſi, auſi nonnulli appellare lucæ boues, ſed quantum abſunt Elephantes à bobus omnes ſciunt. Ideo non videtur mihi eos appellari lucas boues vel Pyrrhicas boues eſſe, cum non ſint. Et hoc (Thur. ſc.) longe aliud genus animalium differens ab Elephante, cætera boui ſimile. Longe adhuc melius vocare poſſumus Sarmaticum hunc Maſouticum bouem. Cùm ſatis conſtet hoc animal nuſquam reperiri, quam in Sarmatia. Ac ſæpius mihi hæc de re cogitanti quale hoc vtique genus belluarum eſſet, nihil aliud in mentem venire potuit, quam caſu hæc animalia ex egregio aliquo boue procreata in eum numerum excreuiſſe: aut Biſontem, quos etiam habet Maſouia cum vacca domeſtica congreſſum hanc edidiſſe prolem, qua deinde multiplicata conſpectaque iuſſu Regum ſiue Principum loci illius cuſtodiri cæpta, & in hunc vſque diem cuſtoditur, ita vt iſti boues nec ſylueſtres euaſerint nec pro domeſticis haberi poſſint, nomen autem illis inditum Thur, quia ſiue equus ſiue quodcunque animal generosè atque alacriter incedit, dicimus idiomate noſtro Polono incedit tanquam Thur. Sed quia negligentia hominum, atque inopia ſcriptorum, nihil planè conſtat, neque inuenitur quo tempore aut ſub quo Principe ortum ſuum ceperint hæc animalia, ſic etiam difficile eſt indicare an propter illorum alacritatem illis inditum ſit nomen Thur, vel an propter animantium ſuperbiam in alia quoq; animalia hæc verbi Ethymologia deriuetur.

Pellis huius bouis poſtqua expurgata fuerit tenerrimis nigris pilis contegitur, quæ deinde ſcinditur in cingulos quibus prægnantes cinctæ miram facilitatem pariendi ſentiunt. Corrigium autem eſt valde ſpiſſum, ita vt propter duritiem in nullum alium vſum aptum ſit, quam in phaleras & ephippia equorum cum ſit plane incorruptibile. Hæc ille.

DE TROGLODYTARUM bubus, qui cornua terram verſus habent directa, eamque ob cauſam obliqua cerulce paſcuntur, ſupra dixi in capite de diuerſis bubus ſylueſtribus. XANDARUS, Ξανδαρος, animal ſimile boui, iuxta Atlanticum mare, Heſychius & Varinus. Omnino vox corrupta eſt à tarando: nec obſtat quod tarandi nomen apud eoſdem ſuo loco legatur: nam & alia huiuſmodi errata innumera in ipſorum Lexicis deprehendimus. Dicat aliquis xandarum à tarando diuerſum eſſe, quoniam ad Atlanticum mare naſcatur, quod de tarando à nemine memoriæ proditum ſit. Reſpondeo tarandum in Scythia nasci, quæ Aſiæ, & Europæ partim, maritimas ad Oceanum regiones complectatur: Atlanticum mare autem dixi, non ſolum occiduum illud & Aphricani partem Oceani: ſed vniuerſum etiam Oceanum apud veteres, vt apparet ex his verbis Ariſtotelis in philoſophiæ Compendio ad Alexandrum: Πέλαγος δ' ἔξω τοῦ οἰκουμένης Ἀτλαντικὸν καλεῖται, καθ' ὃ κύκλῳ περιῤῥεῖ ἡμᾶς: hoc eſt, vt Guilielmus Budæus tranſtulit, Porro autem pelagus quod extra orbem nobis habitatum fuſum eſt & Atlanticum dicitur, & Oceanus, à quo ipſi circumluimur.

DE VRO

IN ſylua Hercynia naſcũtur, qui appellantur vri. Ii ſunt magnitudine paulo infra elephãtos, ſpecie & colore & figura tauri: magna vis eſt eorum, & magna velocitas: neq; homini, neque ferę, quàm conſpexerũt, parcunt. Hos ſtudioſe foueis captos interficiunt. Hoc ſe labore durant adoleſcentes, atq; hoc genere venationis exercent & qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicũ cornibus, quæ ſint teſtimonio, magnam ferũt laudem. Sed aſſueſcere ad homines, & manſuefieri, ne paruuli quidẽ excepti poſſunt. Amplitudo cornuum, & figura, & ſpecies multumà noſtrorũ boum cornibus differt. Hæc ſtudioſe conquiſita ab labris argẽto circũcludunt, atque in ampliſſimis epulis pro poculis vtũtur. Cæſar libro 6. belli Gall. Pauciſſima Scythia gignit inopia fruticũ: paucæ contermina illi Germania, inſignia tamen boum ferorum gẽnera, lubatos biſontes, excellentiſque & vi & velocitate vros, quibus impetitum vulgus bubalorum nomen ſuponit, cum id gignat Africa vitulli potius ceruiue quadam ſimilitudine, Plinius. Vri à Scythis Bubri dicti, magnitudine ſunt iuuencorum (forte elephantorum) colore inter ruffum & pallidum, aſpectu medio inter ceruos & mulos, miræ velocitatis, caro eorum dura eſt & lapida, vt in deliciis habeatur, gregatim incedunt. Iul. Pomp. Sabinus. Vrorum cornibus barbari Septentrionales potant, vnasque binas capitis vnius cornua implent. Alius præfixa lis pila cuſpidant. Apud nos in laminas ſecta translucent, atque etiam lumen incluſum latius fundunt, multasque alias ad delicias conferuntur, nunc tincta, nunc ſublita, nunc quæ ceroſtrota picturæ genere dicuntur, Plinius. (Ego cochlearia tum nigra, tum rubra, & alia quædam vidi, quæ ex bubalorum cornibus facta aiebant.) Iſtis quos vros dicimus, taurina cornua in tantum modum protenduntur, vt dempta ob inſignem capacitatem inter regias menſas potuum gerula fiant, Solinus. Vros & biſontes Græci in experimentis non habuerunt; quanquam boue fero refertis Indiæ ſyluis: portione tamen eadem omnia ex his efficaciora (quàm ex bubus domeſticis) credi par eſt, Plin. Tibi dant variæ pectora tigres, Tibi villoſi terga biſontes, Latisque feri cornibus vri, Seneca in Hippolyto. Et alibi in eadem tragœdia, Amat inſani Belua ponti, lucique boues: Hîc quidam lucos boues, ſylueſtres exponit, vt ſunt viri aut biſontes: ego pro elephantis potius acceperim. In carmine illo apud Martialem, Illi ceſſit atrox bubalus, atque biſon, bubalum pro vro exponunt ex Plinij verbis proxime recitatis. Vergilius libro 2. Georgicorum, de vitium cultura, Texendæ ſæpes etiam, & pecus omne tenendum: Præcipue cum fons tenera, imprudensque laborum, Cui ſuper indignas hyemes, Solemque potentem, Sylueſtres vri aſſidue, capreæque ſequaces Illudunt, &c. Syluestres vri (inquit Seruius) boues agreſtes ſunt, qui in Hercynia naſcuntur monte, poſito inter Gallias & Hiſpanias; Sunt autem exceptis elephantis, maiores cæteri animali-

animalibus, dicti vri ἀπὸ τῶν ὀρῶν, id est à montibus, quod Isidorus etiam scribit. Idem libro 3. Georg. de pestilen. 2 boum. Tempore nonalbo, dicunt, regionibus illis. Quæsitas ad sacra boues Iunonis: & vris impar. bos ductos alta ad donaria currus. Hæc poëtæ verba interpretes referunt ad historiam Cleobis & Bitonis, quæ ab Herodoto narratur lib. 1. & à Cicerone libro 1. Tusculanarum: Vide supra in Boue ii h. Exponunt autem hic quoque vros, boues syluestres: ego potius pro quibuslibet magnis & egregiis bobus acceperim hoc in loco, vt taurus nomen etiam vsurpatur: & Acheloi pro qualibet aqua. In Græcorum enim scriptis Argiuæ Iunoni, de qua hic mentio, simpliciter boues albos, sacros fuisse legimus: vide Palæphatum cap. vltimo de Iunone. Vergilius peregrina verba non respuit, vt in illo, Syluestres vri assidue. Vri enim Gallica vox est, qua feri boues significantur, Cæcina Saturnal. Macrobij libro 6. Cæterum vri vocabulum in Gallica lingua, quæ hodie sic vocatur, nusquam inueni: in nostra verò retinetur, nusquam tamen simplex, sed in compositione semper, pro syluestri aut veteri aut principali: dicimus enim *vrochs* vrum bouem, quem Sueui & Bauari & alij quidam Germani v nostrum in au mutare soliti, *auuerochs* appellant: & propter similem vocis mugitum auem quandam ardeatum generis aliqui *vrrind* alij *mosiku* nuncupant. Sic *vrhan* quasi gallum vrum, id est syluestrem dicimus: pro veteri autem vel principali, vt in nominibus *vrali, vrane, vrsprung, vrsath, vrhab*: & videri potest *vr* in hoc sensu factum per syncopem à præpositione *vor*. Apud Moschouitas frequentes sunt *auuerochsen*, id est boues syluestres, quos aliqui vros, alij bisontes interpretantur: sed supra docui vros Germanicè dici *grosse visent*, id est bisontes: vel *grosse vnsde büffel*, id est bubalos syluestres magnos: vbi etiam Alberti Magni verbis ostendi, in illorum præcipue cornibus (quæ maxima altissimaque sint) singulas quotannis rugas adnasci. Erasmus Stella in libro de origine Brussorum. Buffelus (inquit) quadrupedes. habet herbam veluti capra, similis alioqui boui per omnia, & est in Brussia quidē ferocissimus. Caligula Cæsar hos primus Romæ exhibuit in theatro, quos populus putauit esse tauros syluestres. Sunt qui scribant boues syluestres Germanicè dictos *auuerochsen* in Prussia nasci, similes ferè mansuetis, nisi quod breuiora eis cornua sint, & barbæ sub ore prolixæ: Hos perquam atroces esse, non homini, non feris parcere: & sic à venatoribus, qui inter arbores se continent. telis & iaculis petantur, adeò exardescere & efferari vbi se cruentos vident, nec vlcisci se posse hostem, vt crebro in ipsas arbores impeto se ipsi confician. Addunt, ea magnitudine esse, vt cornuum interuallum duos sedentes recipiat, Munsterus libro 3. Geographiæ suæ in descriptione Prussiæ. Dubitet autem aliquis ad vrum ne an bisontem descriptum his verbis bouem potius referat. Vri enim magnitudo videtur, & nomen Germanicum: cornuum verò breuitas & barba, bisontis. Nam hominem & animalia omnia inuadere, plerisque omnibus syluestribus bubus commune est. Barbatum vero esse bisontem conijcio ex Oppiano, qui χαίτην el attribuit, non solum circa ceruicem, sed etiam ἀμφ' ἀπαλοῖσι γένυσιν. Et Pausanias boues Pæonicos circa pectus & γένυν maxime pilosos facit: bisontes autem ex Pæonicorum boum genere esse alibi dixerat. Ego certe suspicor, quoniam ex diuersis aduenis percunctari solemus, alium de alio, quem ipse viderit vel audiuerit, syluestri boue respondere, & ita in vnum animal congeri quod diuersorum est, Vri cornua, quem ego vrum dico, in nulla sunt differentia à boue mansueto, Sigismundus liber Baro. Vros dicunt adeo gregis esse amantes, vt non separentur, donec omnes capti sint: & aliquando circiter 30 & amplius capiuntur.

Vrum Illyrica lingua audio vocari zubr vel zubronem: Eliota Anglus vros sua lingua exponit bugles vel buffes, tanquam hoc nomen à bubalo diuersum sit, quem alibi à bugill. interpretatur. In Angermannia ducatu Europæ maxime Septentrionali & confini Laponiæ, in præcipuis feris per syluas vros & bisontes venantur, quos patria lingua dicunt elg, id est asinos syluestres, tantæ proceritatis vt summo dorso æquent mensuram hominis porrecti in brachia elata. Iac. Zigler. in Schondia sua. Tur vel thuronem Polonis nominari bouem syluestrem domestico maiorem, minorem vro, etiam supra monui. Zubrones, vt fertur, boum sunt generis, longitudine aliquando quindecim cubitorum: Cornib. maximis, trium cubitorū longitudo colore subnigris: tanta velocitate, vt (cum impetu) reiectam aliquo proiectē conuersum (retroactum) animal cornibus quandoq; excipiat, antequam in terram cadat (addunt quidam, & cornibus excepta longius proijciat in canes.) In syluis maxime septentrionalibus degit, tanto robore vt equum cum equite (hominem & equum) cornibus in altum proijciat, iterumque excipiat donec enecauerit. Capi aliter non potest quam foueis, aut venatore circa crassissimi trunci arborem circumeunte, & feræ infestantis latera i terrum vanabulo perforantis. Alui excrementum tanto cum flatu eiaculatur, vt insequentem canem aut venatorem inquinatum inutilem reddat, vel vt alij, excæcet (quod item de bonaso Aristoteles scribit, sed aduersere addit, & cornua eius pugnæ inepta facit,) Hæc Albertus circa finem libri 22. parenthesin meis verbis inserui. Ibidem paulo superius, Vri (inquit sic scribitur pro vsi) sunt boues quos Germanice *visent* (alias *Wisent*) vocamus: cornua ingentia duo gestant copiosi liquoris capacia: proinde nonnulli pro poculis vruntur: His iracundi hominem cum equo ventilant. Vide plura in Bisonte supra.

Alba Russia siue Moscouia, qua iungitur Lithuaniæ, vros in Hercynia sylua producit, Antonius Vuied in tabula Moscouiæ. Alibi etiam legimus in Lithuania multos esse vros, qui hominem cataphractum etiam facile cornibus sublimem rapiant. Isidorus arbores & armatos milites cornibus eos eleuare scribit. Ioannes Boëmus vrum in Polonia reperiri, author quidā obscurus in Boëmia. Ego Moguntiæ & Vuormaciæ, Germaniæ ad Rhenum ciuitatibus, ingentia boum syluestrium capita, duplo (vt mihi videbantur) domesticis maiora, cum reliquis quibusdam cornuum, ædificijs publicis affixa (ante sæcula aliquot, vt fertur) olim cum admiratione inspexi. Vrum aiunt quidam iuxta armos altiorem esse, parte posteriore magis depressum, pilis subnigris. Ex corijs vrorum apud Polonos fiunt cingula cum ipso pilo, qui nigerrimus est (vt ex nobili Polono audiui:) & commendantur tanquam morborum quorundam amuleta, ornant ea nobiles auro & argento.

COROLLARIVM.

VRI effigiem ante paucos dies, ad viuum expressam Seb. Munsterus nobis communicauit à nostra (quàm ex tabula Moscouiæ Antonij Vuied mutuati sumus) nonnihil diuersam. Corpus vri, quem pictura illa repræsentat, perquàm crassum est, tergo fummo ferè gibboso, longitudo ei à capite ad caudam breuior quàm proceritas & ventris laterumque & dorsi crassitudo postulet. Cornua densa, nigra, breuia, oculi versus exteriorē canthum rubicundi. os latum, crassus & simus nasus. Crassum & amplum caput, facies (vt sic vocem) lata. Tempora villosa

villoſa, mentum barbatum, ſed breuibus villis, nigris. Color ferè niger, maximè in temporibus, mento, collo, & in facie, lateribus, cruribus, cauda, ad puniceum vergit. Qui ſe venatione vrorum exercent, ſi plurimos interfecêre, relatis in publicum cornibus, quæ teſtimonio ſunt, magnam laudem adipiſcuntur. Soliti erant antiquitus caucis ad hoc ex opera (foueis ad hoc in terra) factis eos capere, captosq; iugulare: fortè quòd ea tempeſtate ferro caruêre (Boruſſi.) Poſterioribus verò, lectis ad hoc præcipuæ virtutis & audaciæ iuuenibus, canibus eos inſequi placuit, venabulisq; cominus ac eminus petere, arboribus ſeſe robuſtioribus ſemper condẽdo, ne à fera impetantur, quæ cornibus arbori inſertis, vindictæ auida inhæret, donec inſequentium telis ſaucia concidat. Sub mento villos longiuſculos habet in arunci ſpeciem, cæteris tauro perſimilis, Erasmus Stella. Vri caro ponderoſa grauis eſt: recens vel ſtatim poſt venationem comeſta fluxum alui facit, quare prius per integrum diem ſale conditam iertiant. Pondus, alui commotio, conditura, indicant præhumidam ſubſtantia ſua eſſe. Grauiter incedit, ita vt terra ſub eo ſubſidat: Cutis denſa ad duos digitos ex ea fiunt cingula & lora pro aurigis, Ant Schnebergerus.



HAEC Vri icon, & biſontis quam paulo antè in hiſtoria biſontis dedimus, ad viuum redditæ ſunt, vt Vuolfgangus Lazius nobis aſſeruit cura nobiliſſimi doctiſſimiq; herois Sigiſmundi Liberi Baronis in Herberſtain, &c. qui etiam in ſuis rerum Moſcouiticarum Commentarijs, de his duobus boum ferorum generibus ità ſcribit: In Lithuuania reperitur biſons, qui patrio nomine Subr (zubro Alberto) vocatur, Germanice *Aurox*. Vri etiam quos indigenæ Thur, Germani Biſontes vocant, in ſola Mazouia reperiuntur. Vrus autem eſt forma bouis nigri, habet longiora cornua quàm bubalus. Nec te moueat dictio Germanica, quæ vrum biſontem vocat, & biſontem *aurox*. Nam ex Commentarijs Cæſaris habes, Germanos vrorum cornibus pro inſignioribus poculis quondam vſos fuiſſe: quem vſum etiam hodie Samogithæ obſeruant. Vrorum porrò cornua, quæ etiam noſtro tempore in quibuſdam templis auro & argento exornata, veluti rara quædam monimenta reperiuntur, & longitudine & colore à biſontis cornibus aliquanto breuioribus, poculisq; minime aptis, facile diſcernuntur. Hæc Sigiſmundus Liber. Idem hoc animal, quod ex eius ſententia biſontem eſſe diximus, ſcribit, Germanice *aurox*, id eſt vrum bouem appellari, cum à bouis forma diuerſus ſit: vrum verò, Germanice *Wiſent* dictum, bouem forma referre ait. Sed hæc in tabula cum imaginibus horum animalium ab ipſo (ni fallor) Viennæ edita, ambigue ſcribuntur, mihi quidem vtrunq; animal bubuli generis videtur omnino: ſed biſon ex pictura propter iubas, barbam & magnitudinem & gibbum, etiam multò horribilior aſpectu fera apparet. Huius ego opinioni interim acquieſcam, donec aliquis rem certius aperiat. neque dum enim affirmare omnino poſſum, quod illi videtur, bouem, cuius hic figuram dedimus, vrum eſſe, cum altero quem biſontem eſſe dicit, minor appareat: Cæſar autem vros magnitudine paulò infra elephantos eſſe ſcribat, quanquam Cæſar etiam in nonnullis quæ de Germaniæ feris ſcripſit, facile à peritis reprehendi poteſt, Bubalo fere aſſimilis videtur. Sed neque bouem illum ferum, cuius figura in biſonte expreſſa eſt, omnino biſonem vel biſontem eſſe aſſeruerim, cũ nomen (vtipſe Sigiſmundus ſcribit) vri vulgo ei tribuatur, quanquam hoc cõuenit quod ferè iubatus inſtar leonis, & inſuper barbatus appareat, quantum pictura refert, quorum vtrunq; biſoni Oppianus tribuit. Stoi cus quidem bos ferus, cuius iconem ſupra quoq; in hiſtoria biſontis poſuimus, iubatus eſt, & biſon albus vel Scoticus vel Caledonius, meo quidem iudicio recte appellabitur, ſed non ſimpliciter biſon, quoniam barbatus non eſt. Porrò quæ veteres ac recentiores de biſone vro tradiderint, iam retulimus.

Libet adhuc adijcere quę prædictus Sigiſmundus Liber Baro iterum de hoc animali ſcripſit, his verbis: Vros ſola Maſouia Lithuanię contermina habet: quos ibi patrio nomine Thur vocant, nos Germani propriè *Vrox* dicimus. Sunt enim verè Boues ſylueſtres, nihil à domeſticis bobus diſtantes, niſi quòd omnes nigri ſunt, & ductum quendam inſtar lineæ ex albo mixtum per dorſum habent. Non eſt magna horum copia ſuntq; pagi certi, quibus cura & cuſtodia eorum incumbit: nec ferè aliter quàm in viuarijs quibuſdam ſeruantur. Miſcentur Vaccis domeſticis,

sticis, sed non sine nota. Nam in armentum postea, perinde atque infames, à cæteris Vris non admittuntur: & qui ex eiusmodi mixtione nascuntur Vituli, non sunt vitales. Sigismundus Augustus rex mihi apud se oratori donauit exenteratum vnum, quem venatores eiectũ de armento semiuiuum conteccerant: recisa tamen pelle quæ frontem tegit, quod non temerè factum esse credidi: quanquam cur id fieri soleret per incogitantiam quandam non sum percontatus. Hoc certum est, in precio haberi cingula ex Vri corio facta: & persuasum est vulgò horum præcinctu partum promoueri. Atque hoc nomine regina Bona, Sigismundi Augusti mater, duo hoc genus cingula mihi dono dedit: quorum alterum sereniſſima domina mea Romanorum regina, sibi à me donatum, clemẽti animo accepit. Hæc ille. Ego etiam ex Vri pelle cingulum ab Antonio Schnebergero meo ex Polonia missum accepi cuius corium duriusculum validumq; est, pili verò (quod mireris) mollissimi, instar pecoris lanæ, densi, coloris nigri, sed ruffo modicè admixto, si propiùs spectes. Icon quam suprà posuimus tanquam Vri, cum venatore post arborem stante & vulnerante, ipsum venabulo, Bisontis est potiùs secundum Sigismundum Baronem, (quanuis non satis probè facta,) qui hoc modo Bisontes (quibus & barbam tribuit) non Vros capi scribit. Plinius alicubi Bouem syluestrem nigrum nominans, Vrum intellexisse videtur. Sunt & apud Arachotos Boues feri, colore atro, corpore robusto, rictu leuiter adunco, (Ἀπαγωνες,) quorum cornua resupinantur, ἰξυοειδεζωσι: qui ad Bisontes potiùs quàm Vros accedere videntur. Vri populi fuerunt Indiæ sic appellati, teste Plinio. Sic etiam vocatur vnus ex pagis Heluecticis.

Rhizes vocantur, vt author est Ipsicrates, bellux forma tauris persimiles, vita vero & magnitudine, pugnandi viribus, elephantes referunt. Nascuntur apud Hesperios Aethiopes, Strabo lib. 17. Hi fortassis rhinocerotes sunt, qui & tauri Aethiopici appellantur, magnitudine etiam & viribus elephantis similes: sed præstat diuersos credere, quoniam rhinocerotum lib. 16 seorsim meminit Strabo, visum à se describens.

DE BOVE CAMELITA.

Inter Floridam peninsulam Noui orbis & Palmam flumen, (inquit Andreas Theuetus) ferarum monstrosarum formæ diuersæ reperiuntur: & inter alias Taurus quidam grandis, cuius cornua sunt pedalia tantùm. dorso imminet tumor sicut in Camelo, pilus toto corpore prolixus est, colore Mulæ flauæ aut ex ruffo nigricantis, ea maximè parte quæ sub mento est. Huius generis duo viui aliquando in Hispaniam aduecti sunt, (quorum alterius pellem solùm vidi,) sed viuere diu non potuerunt. Aiunt hoc animal perpetuum esse hostem Equi, nec ferre posse vt in propinquo sit. Sic ille, qui iconem etiam eius in Gallica sua descriptione Americæ proponit. Carici Boues Plinio in parte Asiæ. fœdi visu, tubere super armos à ceruicibus eminente, luxatis cornibus, excellentes in opere narrantur. Idem memorat Scythicos in quorum dorso, similiter vt Camelorum, gibber sit, & eos quoque cùm dorso clitellæ imponuntur, perinde vt Camelos genu flectere, &c. Quin etiam Syriacis gibber in dorso esse scribit, palearia negat. Sed hi omnes mansueti videntur. Theueti verò Bos ferus est: quem idcirco Bouem camelitam ferum nominabimus. legitur autem camelitæ nomen apud Suidam, his verbis: Καμηλίτης βοῦς ἄγριος καλλίμηλος. De quibus superius in Boue.

DE CACO.

Cacvm recentiores quidam ineptè animalibus adnumerauerunt, occasione sumpta ex Aeneidos Vergilianæ lib. 8. vbi poeta sic canit:

Hic spelunca fuit vasto submota recessu
Semihominis Caci facies quam dira tegebat
Sollicitum quæ fama locum, sedemq; recenti
Cæde tepebat humus: foribusq; affixa superbis
Ora virum tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Vulcanus erat pater, illius atros
Ore vomens ignes magna se mole ferebat, &c.
Et paulo post, de cadauere è spelunca ex tracti Caci,
Nec minus interea extinctum tot funere toto,
Terribiles oculos, vultum, villosaq; setis
Pectora semiferi, atq; extinctos faucibus ignes,

Grammatici aiunt hunc Cacum Latium vndiq; latrocinijs & incendijs infestasse: demũ Herculis quoq; ex Hispania occiso Geryone redeuntis & apud Euandrum hospitantis, boues noctu cauda traxisse in antrum suum. Has cũ mane diminutas cerneret Hercules, nec quorsum errassent scire posset, fortè fortuna ad hoc antrum peruenit: sed cum vestigia omnia foras versa videret, cum reliquis abijt. Abeuntibus autem cæteris, occlusæ boues aliarum desiderio mugierũt. Hercules igitur audito mugitu, Caci fraudem cognouit, raptaq; claua iratus recurrit: sed Cacus spelunca fretus in eadem se abscondit, clausis foribus ingenti saxo. Quod Hercules videns ad montis cacumẽ tendit, & ad extremum deiecta maxima montis parte, in antrum desiliens, Cacum strangulauit, bouesq; suas recepit. Sunt qui affirment hunc Cacum Euandri fuisse seruum, qui in eo loco Italiæ omnia latrocinio & incendio vastauerit, & ob id Vulcani filium appellatum. Ouid. fabulatur illum tricipitem fuisse cum inquit, Mænalio iacuit fusus tria tempora ramo Cacus, &c. Veritas tamẽ secundum philologos & historicos hoc habet, Hunc fuisse Euandri nequissimum seruum ac furem. Nouimus autem malum à Græcis κακὸν dici, quem ita illo tempore Arcades appellabant: postea translato accẽtu Cacus dictus est vt Helena. Ignem autem dictus est vomere, quod agros igne populabatur. Hunc soror sua eiusdẽ nominis prodidit: vnde etiam sacrum meruit, in quo ei per virgines Vestæ sacrificabatur. Hæc Seruius enarrãs iam citatum Vergilij locum. In huius rei memoriam Petitij & Pinarij Herculis sacrificuli Romæ constituti sunt, vide Macrobium Saturn. 3. cap. 6. Alberti Magni & imitatorum eius nugas de Caco, tanquam fera naturali, valde ridiculas prætereo. Similis ferè huic est alcida fera fabulosa, quam ex terra natam, insuperabilem pugna, plurimum ignis ore vomuisse, & Phrygiam (quæ inde nomen exulæ retinuit) combussisse ferunt, demum a Minerua occisam esse, vt supra ex Diodoro Siculo recitaui.

DE CALOPODE, SI QVAE EST, A RECENTIORIBVS BARBARIS MEMORATA FERA.



Alopvs apud Albertum Magnum, & eius imitatores, vel analopos, vel antaplon, vel aptalos (vt nominum corruptorum nullus est modus) animal est acutis, longis & ferratis cornibus, quibus etiam arbores, licet magnas & altas, secare fertur: sæpius autem dum rami & virgulta cornibus adactis cedunt, eis inuoluitur, retineturq;: vnde fit vt voce & clamore se prodat venatoribus. In Syria iuxta Euphratem inuenitur, cuius aquæ potu propter frigiditatem gaudet, astutum & mira velo-

citate,

citate,vt venatores facile effugiat. Hæc ferè Albertus authorem citans neſcio quem Iorach, à quo tamen ſæpius tanquam parum probatæ fidei diſſentit. Alij antaplon ſuum capreolo ſimilem faciunt, corpore fœtido,cui bina peracuta & falcata cornua ſint: quibus poſt potum ex Euphrate alacrior tanquam ludendo, arbores (vel, vt alij, frutices & dumeta) ſecare ſoleat:eſſe autem genus quoddam fruticis,longis,tenuibus, lentisq; virgis ſeu viminibus,quæ cum reſecare conatur,implicari inuoluiq; eius cornua:& ita ex voce,quam indignabundus emittit,à venatoribus deprehenſum occidi. Ego apud veteres & idoneos authores neque hanc feram, neq; ſimilem ei vllam reperio, præter vnum locum circa finem epiſtolæ Alexandri Magni ad Ariſtotelem de mirabilibus Indiæ, cuius tranſlationem inſcriptio Cornelio Nepoti tribuit:In illa ſtatim poſt Gangis & Euphratis riparum mentionem, ſic legimus: Euri venti flatus ſecuti incidimus in malignas feras, de quarum capitibus velut gladij à vertice acuta ſerrataq; eminebant oſſa. Et hæ arietino more aduerſus homines currebant: Tum iuuictæ plurimorum militum clypeos cornu ſuo tranſuerberabant. Quarum occiſis ad modum octo millibus quadringentis quinquaginta, ſic inde ad Porum exercitus meus cum ſummo tandem labore ac periculo meo peruenit. Hic proculdubio illorum calopus ſiue analopos eſt. Καλόπους, ὁπὸ μέρος καλή; Suidas.

DE CAMELOPARDALI.

AMELOPARDALin ſacrę literę vocant זמר zamer, Deuteron.14. vbi Chaldaica trãſlatio habet דיבא deba, Arabica זראפה ſaraphah, Perſica זרפה ſeraphah, Septuaginta καμηλοπαρδαλιν, Hieronymus camelopardum.Dauid Kimhi præterea citatur Rabi Ionã ſcribere, zamer animal Arabice vocari ſarapha.In tanto igitur veterum interpretum cõſenſu,nihil mouebunt nostrecentiores,ſiue Iudæi (qui merito magna rerum omnium inſcitia laborant) ſiue alij, qui rupicapram aut alcen Ebraicam vocem zamer exponunt.Alces enim Syriæ peregrinæ ſunt, rupicapræ verò aliud Ebraicum nomẽ habent, vt ſuo loco dicemus. Numeratur autẽ zamer inter animalia cibo hominũ conceſſa: nec obſtat quod camelopardalin nuſquam in cibum veniſſe legerimus: raritas enim & peregrinitas facit vt cibo eã nemo experiatur. Camelopardalim Aethiopes nabin vocant,à qua voce recẽtiores fortaſſis Albertus & alij, anabulam inam detorſerunt: ſæpe enim in Arabicis dictionibus a vel ha prima ſyllaba articuli ratione abundat. Pauſanias camelũ Indicam vocat. Reliquæ gentes, quod ſciã omnes non alia quàm Arabica voce ſerapham appellant,ſed alij alter ſcribũt gyrapham,giraffam,zirafam:Albertus ciusq; ſimiæ, oraſium & oraſium dicere auſi ſunt. Hieronymus,ſi illius eſt trãſlatio vetus Biblica quam habemus, & recentiores quidã indocte camelopardum pro camelopardali efferunt. Fuerunt ſub Gordiano Romæ elephanti 32.&c. camelopardali 10. & cætera huiuſmodi animalia innumera & diuerſa,quæ omnia Philippus ludis ſecularibus vel dedit vel occidit,Iulius Capitolinus:camelopardalum dixit maſculino genere,inflexione ſecunda (niſi vitium librariorum eſt) cum authores reliqui omnes,Græcos imitati,in fœminino genere & inflexione tertia tantum protulerint. Politianus chamelum & chamelopardalin per ch.ſcribit,antiquo more fortaſſis qui chenturionem pro centurione dicebant. Latinè etiã ouis fera dici poteſt,vt ex Plinio patet: Perottus in Plinio ouem ſimpliciter legit,feræ nomen omittit: codices quidam fere aduerbium habent,id accipi poſſet pro plerunq; vel apud multos camelopardalin ouem vocari. Camelorum aliqua ſimilitudo in duo transfertur animalia:Nabim Aethiopes vocant,collo ſimilem equo,pedibus & cruribus boui (vel ceruo.Albertus) camelo capite,albis maculis rutilũ colorem diſtinguentibus: Vnde appellata camelopardalis,dictatoris Cæſaris Circenſibus ludis primũ viſa Romæ.Ex eo ſubinde cernitur,aſpectu magis quàm feritate conſpicua:quare etiã ouis feræ nomẽ inuenit.Plin.8.18. Alias oues feras,quibus corporis & cornuum ſpecies id nomen dedit,ſuo dicemus loco:nam camelopardalis præter placidos & manſuetos mores nihil cũ ouibus commune habet. In Lexico trilingui Sebaſtiani Munſteri inuenio נזע ana pro oue poni, Chaldaicam vocẽ exiſtimo: inde potius anabula hoc animal à quibuſdam dictum videtur, quàm à nabi cum articulo, vt ſuperius diuinabam.

Quod si anabara vel anabura diceretur potius quàm anabula, ouis ferę nomẽ ex integris duobus vocabulis Chaldaicis haberemus compositũ: sed balah etiã videtur syluestre significare: nam turebalah bouem syluestrem Chaldæi vocitant, vt supra annotaui. Albertus Magnus apud Plinium non nabim sed anabulã legit: & codices quidã Pliniani nabuna habẽt, vt Isidorus etiã legit: quanquã antiquior lectio sit nabin, quę apud Solinũ quoq; extat cap. 33. teste Hermolao per n. in fine. Strabo lib. 16. camelopardalin βόσκημα esse scribit, id est pecudem vel ouem, οὐ θηρίον, id est non feram, quòd ingenij feri nõ sit. Hac ratione in Plinio legendũ, ouis, non ferę: vt post ouis distinguatur, & fera accipiatur substantiue. Porrò Plinij verba hæc camelorum aliqua similitudo in duo transfertur animalia, cũ solius camelopardalis, cui cameli similitudo cõueniat mentio subiungatur, obscura sunt: Præter camelopardalin quidẽ struthiocamelum auem scimus à similitudine cameli dictã, sed nulla hic eius mentio, fortassis de equo & boue Plinius intelligi voluit: huic enim cruribus, illi collo similis est. Camelopardi nascuntur ex his duobus, à quibus nomẽ habent: camelis minores, & breuiores collo, capite, oculis, colore, pilis, pardi similes: Vngulæ fissura eadem quæ cameli, caudà longa vt pardi, Diodorus lib. 3. Biblioth. interprete Pogio, sed Græcum exemplar inspiciendum est, habeat: Quod ad caudam, Oppianus paruam ei tribuit vt mox subijciam.

Oppianus lib. 3. de Venatione, camelopardali ù (καμήλων αἶλοι τόδες, φᾶ δίμεν, ἰμερόεν, πῆχυν ἔχες) valde miratur: & eius descriptionem accuratam instituit quam nos ita conuertimus: Camelopardalis mixtam ex pardali & camelo naturam habet. Corpus ei varium, ... collum oblongum, aures exiguæ: caput etiam paruum, (ψιλὸν) pedes longi. vestigia (πόδαι) lata, sed crurum & pedum inæqualis mensura est, maior (altior) multo prioribus, minor posterioribus, qui humiles & ἰκλαζόμενοι, id est ad terram se submittentibus similes sunt. A medio capite iuxta aures vtrinq; in temporibus binæ eminentiæ seu tubera, veluti cornua exilia (κέλητες αἱ κεφάλαι) rectà procedunt. Os ei mediocre (ἄρκιον) & tenerum vt cerui: dentes parui & albi vtrinq;: oculi splendidi, cauda parua vt velocibus capreolis (δορκαλίδεσι, ceruis, Gillius) & nigris in extremitate pilis hirsuta. Heliodorus lib. 10. Aethiopicæ historiæ camelopardalin elegantissimè describit, nos ita conuertimus: Axiomitarũ legati Hydaspi regi Aethiopum inter cætera peregrinum & mirabilis naturæ animal donabant. cui proceritas & altitudo cameli erat: pellis color floridis varius maculis, θῆλυς partes posteriores & infra ilia humiles & leoninæ formæ: anteriores vero circa armos & pectus, & pedes priores, altiores multò quàm pro cæterarum partium portione. Collum gracile, & licet à reliquo corpore crasso procedens, ad canini (κυκνειότερον φαίνεται: vt habent libri impressi: Politianus legit κύκνειον, quod præfero) vel olorini potius gutturis modum desinebat. Caput forma quidem cameli (Politianus hæc non rectè legit) magnitudine vero paulo maiori quàm dupla ad struthiocameli caput. Oculis tanquam pictis ὀφθαλμοὶ ὑπογεγραμμένοις βλοσυρῶς ἐπέβαλλον. (Politianus vertit, subscriptosq; velut oculos torue è motans conniuebat.) Incessus longe alius quàm animalium vlli vel terrestri vel aquatico: neq; enim crura dextra & sinistra vicibus mouebat alternis, sed alterutra simul: vt dextra pariter ambo, inde sinistra (ζυγὸν, id est iunctum: sic enim legendum, & statim ἐπιφαυσκομένων πλευρῶν) ita vt vtrunq; latus cum suis pedibus simul totum loco moueretur. Trahenti autem regentiq; magistro tam facile & mansuetum se dabat, vt tenui funiculo capiti circumuoluto, pro illius arbitrio quomodo & quocunq; vellet ageretur, non minus ac si robustissimo vinculo ductum fuisset, Hæc Heliodorus: ex quo transtulerunt hunc locum, Angelus Politianus Miscellaneis, & Petrus Gyllius in Aeliano suo, vtriq; in suis translationibus reprehendendi. Dion Prusensis Romanæ historiæ lib. 43. Cæsarem hanc primo populo Romano spectandam dedisse commemorat: & addit, ex cęteris quidẽ partibus camelum videri: crura vero disparia habere, nam posteriora prioribus breuiora sunt, vt à clunibus, quasi cõscensionis gradus, eius excelsitas leuiter attollatur, corpusq; reliquũ excelsum prioribus cruribus sustineatur. Colore similiter maculoso vt panthera distinguitur. Apud Hesperios Aethiopes tum aliæ ferę tum camelopardales gignuntur, Strabo lib. 17. itẽ lib. 16. In ijs locis (inquit, circa mare rubrum puto) Camelopardales nascuntur, nullã cum pardali similitudinẽ habentes. Coloris enim varietate hinnulo similima est, virgatis pilis distincto: posteriora quoq; humiliora sunt anterioribus, vt à cauda sedere videatur ad bouis altitudinẽ. Anteriora vero crura à cameli cruribus nõ superantur, collum rectũ est, & in altum auectum, verticẽ paulo sublimiorem camelo habet, vnde propter hanc incommensurationem, nec tantam celeritatẽ habere eam puto, quantã dixit Artemidorus, qui eam excellentẽ facit. At nec fera est, θηρίον: sed pecus, βόσκημα. Id autem sic accipio, moribus eam pecudũ instar placidis earumq; ritu βόσκεται, id est herbis & frondibus pasci, homini & alijs animalibus innoxiũ. Camelos Indicas colore similes pardalibus Pausanias in spectaculis Romanorum sibi visas scribit in Bœoticis: ego nõ alias quàm camelopardales intelligo. Camelopardalis regionis illius (sub æquinoctiali ad orientẽ & meridiem) est soboles, quę quidẽ alijs partibus cerui magnitudinẽ refert, proceritate autẽ cameli corpus imitatur: collum longissimũ & reliquæ corporis proportioni & cõuenientiæ minimè respondẽs, in altũ erectũ gestat: & pelle tota à summo capite ad imos pedes versicolore, quàm proximè ad pardalini accedit, pedesq; priores posterioribus altiores habet, Niceph. Callistus. Animal est (inquit Io. Leo Africanus) adeò syluaticũ vt rarò videatur, in syluis ac desertis latet, hominũ conspectũ fugit, quanquã nõ est magnæ velocitatis, capite camelũ refert, auribus bouẽ, pedibus. * Parua tantũ & recens nata à venatoribus capitur. Georgiani regni incolæ asserũt Camelopardalim in vallibus quibusdã suæ regionis inueniri, Paul. Iouius. Nihil habet cameli præter collum. Nõ vnus omnibus color, &c. Caput ceruinũ, cornicula capreoli. Lingua purpurea, pene tripedalis, teres, hac herbas & frondes legit tãta celeritate vt oculos pene fallat. Collum ad 15 pedũ pertingit altitudinẽ. anteriora crura aliquãto præcelsiora quàm quæ Equi maximi: posteriora valdè breuia. vt ei dorsum deciue sit ad clunes, quas astrictas habet, vt Asinus: cuius etiã caudam sua cauda refert. Cõtrà latissimo pectore est, Hæc Scaliger. Gyraphã, id est camelopardalin Laurentio Medici à Sultano Aegyptio donatam, Italia longo post vidit tempore, Egnatius. Hoc animal paucis ante annis in Hetruria vidimus, quod à rege Tunis (magno Sultano Paulus Iouius) ex Africa Laurentio Medici dono missum fuerat, Raph. Volaterranus. Diuersum cõfusa genus panthera camelo, Horatius in epistola ad Augustum: quã enim vocamus pantherã, Græci pardalin. M. Varro in libro de lingua Latina ad Ciceronẽ, Camelus (inquit) suo nomine Syriaco, in Latiũ venit. vt Alexãdrea camelopardalis nuper adducta, quod erat figura vt camelus, maculis vt panthera: Camelopardalin Laurẽtio Medici missam mirati sumus habere cornicula, quanquã mas erat, quoniã de his nihil hactenus in veteribus memorijs legeramus, donec Heliodori super hac re verba legimus. Centũ Gordiani principis ludis exhibitas feras oues accepimus, auctore Capitolino: Politianus, Videtur aũt feras oues camelopardales exponere: de quo vt dubitẽ facit partim ipse Capitolinus q alio loco camelopardalos decẽ sub Gordiano Romę fuisse scribit partim quoniã alias oues feras nouimus, de quib. aliàs. Giraffis & damis cornua cadunt, Bellonius. Giraffæ, Leones, Leopardi, onagri, in prouincia Abasiæ nascuntur, Paul. Venetus. Orasius anteriori parte altus, valde eminet, ita vt extenso capite viginti cubitorum altitudinem

possit

possit attingere. In posteriori vero parte demissus est instar cerui. Collum habet extensum, caput equinum, licet minus: pedes & caudam vt ceruus: pellem vero sic omni colorum genere diuersimodè variatam, vt homo frustra tentet artificio naturalem eius pulchritudinẽ imitari. Hoc animal nostris temporibus à Soldano Babyloniorum transmissum est imperatori Friderico Romanorum augusto, Hæc Isidorus: ex quo etiam Albertus Magnus descripsit: sed addit præterea, quod licet multis coloribus insignis sit oraflus (sic legitur) album tamẽ & rubeum frequentiores habeat: & cum se spectantibus admirationi esse intelligit, huc illuc se vertere, & vndiquaq; inspiciendum præbere. Hoc animal (inquit) temporibus nostris visum est, & Arabice seraph vocatur. Alij quidam obscuri authores anabulam colore valde rutilo, & pellẽ eius propter ornatum in magno pretio esse scribunt. Quidã in descriptione Terræ sanctæ, ex qua etiam hanc imaginem mutuati sumus, girapham capræ comparat, & pellem eius in ventre piscatorio reti, ob virgulas nimirum cancellatum digestas, quod in pictura nostra expressum non est. Florentinus in suis Georgicis ait Romæ se vidisse olim camelopardalim, quod animal in Antiochia ego etiam vidi ab India translatũ, Author Geoponicorũ Græcorũ. Schiltbergerus Mõnacensis in lib. de suis peregrinationibus meminit cuiusdã animalis quod Surnosam vocat, ac ceruo simile dicit, altũ longo collo, anterioribus pedibus lõgis, posterioribus breuibus, cuius generis maximus sit numerus in India minore. Videtur autẽ omnino esse Camelopardalis.

CAMELOPARDALIS icon accuratior (quàm exhibita sit suprà) ex charta quadam nuper impressa Norimbergæ, vbi hæc etiam verba legũtur: Rarum & admirabile animal, nunquã priùs visum (*in Germania*) Surnappa nomine, altitudine ad summum verticem supra quinq; orgyias, corniculis duobus ferrei coloris, pilo læui (& composito,) colore pulchro: diligenter & probè depictum per Melchiorem Luorig Cõstantinopoli, (vbi Turcarum imperatori hoc animal donatũ fuit,) & amico cuidã in Germaniam transmissum, anno Salutiferi partus M. D. LIX.

ALTOCAMELUS Scaligeri. Animal est (inquit) in terra Gigantum, capite, auriculis, collo Mulæ: corpore Cameli, cauda Equi. Quamobrem ex Camelo & alijs compositum Ἀλλοκαμηλον appellauimus. Sicille. Apparet autẽ hoc ipsum esse, cuius figurã proponimus, ex charta quadã typis impressa mutuati, cũ hac descriptione: Anno Do-

mini 1558. Iunij die 19. animal hoc mirabile Mittelburgum Selandię aductum est, antehac à principibus Germaniæ nunquam visum, nec à Plinio aut alijs antiquis scriptoribus commemoratum. Quem Indicam esse dicebant è Piro (*forte Peru*) regione sexies mille miliaribus ferè Antuerpio distante. Altitudo eius erat pedum sex, longitudo quinque: collum cygneo colore candidissimum: corpus (reliquum) russum vel puniceum. pedes ceu Struthocameli: cuius instar vrinam quoq; retro reddit. Hoc animal (erat autem mas, ætatis annorũ quatuor) Theodoricus de Neus ciuis Colonien sis ad Rhenum, Cæsareæ maiestati adduxit & obtulit. Hæc hactenus vt in Scheda illa leguntur, Noribergæ, vt conijcio, excusa. in qua ciuitate hanc bestiam sibi visam amicus quidam nobis retulit. Eam quanuis non cornutam, hoc loco post Camelopardalim dare volui, quòd quàm plurima ei communia habeat: & nomen Ouis similiter, non ab aliqua corporis similitudine, vt apparet, sed ob similem morum mansuetudinem in tanto corpore miram.

DE CAMELO.

A.

AMELI nomen apud Aristotelem & veteres absolute positum, non ad Bactrianam solum quam hodie simpliciter camelum nuncupamus: sed Arabicam etiam, quam Strabo camelum dromadem, recentiores dromedariũ vocant, extenditur. Cum camelos quinquaginta annos viuere percepi, tum Bactrianos ad centesimum annum, Aelianus: ex quibus verbis apparet, cameli nomen commune esse, neque Bactrianis duntaxat, quibus geminum in dorso gibber, proprium. Dicam igitur priore loco tum de camelo in genere, tum simul etiam de Bactriana: posteriore seorsum pauca de dromade, quoniam & figura dorsi præcipue differt, & cameli nomine apud recentiores non appellatur.

Camelus Hebraicè גמל gamal, Deuter. 14. Chaldaicè גמלא gamela, Arabice גמל gemal, Persice שתר schetor. Manifestum est sanè linguas alias pleraſq; hanc vocem debere Hebraicæ. Γαμάλη camelus vocatur à Chaldæis, Hesychius & Varinus. Varro in libro de lingua Latina, Camelus inquit, suo nomine Syria co in Latium venit אחשתרנים achastranim, Esther 8. Dauid Kimhi mulos interpretatur, animalia magna & magni pretij ex equa & asino: Septuaginta prætermittunt: Hieronymus veredarios: aliqui teste Abrahamo Esra פרדים peradim, id est mulos R. Salomon ex camelis celeriter currentibus. בכרה bikra fœmininũ: Esaiæ 60. bikre plurale masculinum reperitur: vbi ab Hieronymo vertitur, dromedarij Madian: à Septuaginta ἀγέλαι καμήλων, id est greges camelorũ: à Kimhi, cameli parui, (sunt autem dromades camelis cæteris minores:) Chaldaicè, חוגנין hogenain, id est dromedarij. Rursus vocem בכרה Kimhi camelum paruum interpretatur, Hieronymus capreamiab Aquila Symmacho & Theodotione *frontis* redditur, id est cursor, pro dromade vel dromedario nimirum: à Septuaginta ὀφεῖς, id est sero. Nobis ex Theodori Bibliandri sententia camelus dromas fœmina videtur. כוכרות kirkarot, Esaiæ 66. Chaldaice ברדונין kudanuuan, quod Iudæi mulos interpretantur, item Septuaginta. Abraham Esra genus camelorum excellens: R. Salomon camelos aut alia animalia velocissima: Eodem modo Kimhi explicat in libro radicũ. Sed magis congruit interpretatio nostrorum hominum, vt currus aut carrucas intelligamus. Nam Hieronymus & Symmachus carrucas verterunt, alij voce consona φορεῖα: Septuaginta σκιάδιον, quæ Hieronymus vmbracula & basternas interpretatur & dormitoria. His subiungam nomina quæ reperio in libris medicorũ ex Arabica lingua, quanquam corrupta quædam ex illis & ineptè scripta videantur. Gemel, camelus est, inde baul gemel, id est vrina cameli, Syluaticus Antiqua expositio vocabulorum Auicennæ zemel habet per z. Camelus alnegib, id est qui pascitur in locis syluestribus: secundum alios vero est camelus valde velox gressu & cursu suo, quem Latini dromedarium appellant, Andreas Bellunensis in Auicennam, in Camelo & in Alnegib. In Pandectis Syluatici legitur anegibus (corruptè pro alnegib) id est camelus. Alhauar, camelus, Andreas Bell. Algiazar, id est camelorũ. Idem. Ebenars, camelus, Syluaticus. Astergar seu astergazi quid sit, inter authores Arabes non conuenit. Legitur enim in libro Benagi Albian quod sit radix aniuden (id est filphij:) & in libello de simplicibus Alchuin, astergar esse vocabulum Persicum: quoniam astir (nos שתר schetor supra scripsimus ex Persica translatione in Deuteronomion) Persice idem sit quod camelus, & gar spina, vt astergar sit spina camelorum: Alij corticem radicis aniuden exponunt, Andreas Bell. Bartolemæus Georgieuitz camelum Saracenice shymel vocari scribit, quę vox accedit ad zemel supra dictam. ea rursus ad gemel. Camelus Italice & Hispanice camello. Gallice chameau, Germanice *kamelthier*, Anglice camel. Illyrice Vuelblud.

B.

Cameli syluestres, cerui & capreæ abundant circa Arabiam, Agatharcides. Camelos inter armenta pascit Oriens, quorum duo genera, Bactriani & Arabici: differunt quod illi bina habent tubera in dorso, hi singula: & in pectore alterum cui incumbant, Plin. Camelus proprium inter cæteras quadrupedes habet in dorso, quod tuber appellant: sed ita, vt Bactrianæ ab Arabijs differant. Alteris enim bina, alteris singula tubera habentur. Sunt etiam omnibus singula parte ima, quale in dorso, tubera, quibus incumbat reliquum corpus, & firmetur, quoties in genua inclinantur, Aristoteles interprete Gaza. Græca verba, Διαφέρουσι δὲ αἱ Βάκτριαι τῶν Ἀραβίων, αἱ μὲν γὰρ δύο ἔχουσιν ὄγκους, αἱ δὲ ἕνα μόνον, Plinius multò clarius quàm Gaza reddidit, vt non dubium sit quin Bactrianis duo dorsi tubera, Arabicis vnicum sit: nam vt ille pronomen Latinis ad remotius, hic ad proximius refertur: sic Græcis ὁ μὲν & ὁ δὲ. Hæc differentia ex Gazæ translatione certa haberi non potest. Impulit eum fortassis Solinus, vt de industria ambiguè verteret. Is enim errore manifesto contra quàm debuit, Arabicis tubera duo, Bactrianis vnum attribuit, his verbis cap. 51. Bactri (inquit) camelos fortissimos mittunt, licet & Arabia plurimos gignat. Verum hoc differunt, quod Arabici bina tubera in dorso habent, singula Bactriani. Errat etiam Sepontinus qui Bactrias camelos, quibus bina tubera, vulgo dromedarios vocari scribit. Albertus magnus in distinguendo à dromade camelum mecũ sentit. Quod autem res contra se habeat, quàm Solinus scribit, facile Didymi etiam testimonio comprobauerim. Is enim Bactrianam camelum in ijs montibus, qui ad Indicam pertinent, concipere ex apris (συάγρων) simul pascentibus, profitetur. Natus autem ex sue (ἐκ συὸς) & camelo fœmina camelus duplici gibbo est. Verum quemadmodum



modum in equis & asinis plurimas notas patris fert mulus: sic camelus ortus ex femine suis tanquã indicium, virtutis robur pilorumq; densitudinem cõtrahit. Nec in luto etiam facile camelus talis dilabitur, sed erigitur statim suis viribus ponderisq; fert duplum quàm cæteri. Vocant autẽ ipsos, & meritò sanè Bactrianos, quod primo fuerint in Bactris orti, Hæc ex Geoponicis Græcis in fine libri 16. & mox de dromadibus seorsim. Vocat autem διχυρον illum cui duo sint tubera: pro qua voce mendum est Bibliotheces tertio apud Diodorum: vbi ditili scriptum reperias pro dicyrti, Cælius. Vide an dityli fortè legi possit, à tylo de quo paulo post. Arabia multa & diuersa camelorum præbet genera, tum pinguium tum macilentorum, quorum quidam ditili à gibbo duplici nominantur, &c. Diodorus interprete Pogio. Cameli in dorso tuber Græci vocant hybon, quanquam & eo nomine intelligitur colloqiu est obtorto, Cælius. Boues Scythici similiter vt cameli eminenti dorso existunt: simul & cũ dorso clitellæ imponuntur, perinde vt cameli genu flectunt. Aelianus. Boues in Syria nodos scapularum flectunt, vt cameli, Aristoteles. Bubus Indicis camelorum altitudo traditur, Plinius. Nabim Aethiopes vocant animal collo simile equo, camelo capite, &c. Plinius. Camelus inter bisulca maximũ est, Aristoteles. Et alibi, Camelis opitulata est natura magnitudine corporis. sufficit enim hæc ad necem arcendam. Camelis Caspij abundant, quarum maximæ ad equorum maximorum accedunt magnitudinem, Aelianus. Colorem habent cameli pullum atque natiuum, ob id vulgo pullum colorem camelinum vocant, Sipontinus. Est in India camelorum armentum qui toto corpore albi sunt, Philostratus. Bubet, id est lana cameli, And. Bell. τύλη, ἡ καμήλου ἀπὸ τῆς ῥαχέως τὸ ἄκρον δέρμα. id est suprema (dorsi) cutis post colium, Hesychius & Varinus. forte quia callosa sit: proprie enim tyli dicũtur, inquit Hesychius, callosæ partes animalium dossuariorum circa humeros, vel scapulas, ex frequẽti affrictu nimirum & compressione præter naturã. Potest tamen tylos etiam secundum naturam dici, vt apud Nicandrum caro protuberans, circum oculos anguium: inde τύλωμα Grammatici etiam tuber exponunt, & inferiorem pedis partem. Protagoras primus quam nuncupant τύλα, in qua onera portant, inuenit, Laertius lib 9. Nihil igitur obstat quin apud Diodorum legamus δίτυλοι, idq; elegantius meo iudicio, quàm δίχυρα. pro camelo cui geminũ tuber. Cameli non sunt vtrinq; dentati, quamuis cornibus careant: cuius rei causam reddit Aristoteles lib. 3. de partibus animalium, cap. 14. Camelus vna ex ijs quæ non sunt cornigera, in superiori maxilla primores non habent dentes, Plinius. Et alibi, Dentium (inquit) superiore ordine carent in vtroq; genere, id est tum Bactrianæ tum Arabiæ. Cameli adiuuantur proceritate collorum, Cicero de Nat. Anhar, id est locus qui est in inferiori parte gulæ, Latinè sonat vulneratio cum lancea: eò quod camelus ibi cum lancea percussus, citius quàm vllo alio vulnere moritur, Syluaticus. Cameli venter cur multiplex sit, declarat Aristoteles lib 3. de partib cap. 14. Desenem, adeps zirbi, id est omenti cameli, Syluaticus. Camelus fel nõ discretum, sed venulis quibusdam confusum habet, Aristot. lib. 4. cap. 2 Et paulo post, Camelus quia felle caret, diu viuit. Plinius etiam camelos felle carere scribit. In ventre (vel vt alibi, inter femora) mammas duas cum papillis quatuor habet, modo vaccæ, Aristot. Genitale camelis neruosum est, Arist. Et alibi, Neruo (inquit) ita constat, vt vel ex eo confici possit (neruus) quo arcus fidissimè intendatur. Caprez, καπρέαι, sunt in natura cameli prominentes carnes, Cælius: nos clarius ex Suida dicemus mox cap. 5. vbi de castratione cameli. Caudam habet camelus asino similem, genitale retro Arist. Herodotus scribit, Camelũ in posterioribus cruribus gerere quatuor femora, & totidem genua, & veretrum inter posteriora crura caudam versus spectare, Aelianus. Genua singula in singulis cruribus sunt, & flexus artuum, non vt quidam perhibẽt plures: sed propter alui interuallum plures esse videntur. Habet etiam talum simile bubulo: clunes proportione magnitudinis paruos. Bisulcum id animal est, nec vtrinq; dentatum. Sed bisulcum sic est, vt pes parte posteriore (scilicet versus calcaneum, Niphus. ἐκ ὀπίσθια, ego non versus calcaneum, sed superiore parte quæ posterior est externis digitis) scissus paululum sit ad flexum digiti secundum: parte autem priore summa, quadripartito findatur discrimine paruo, quantũ primotenus digiti inflexu, & quidam inter fissuras, perinde vt in anserum pedibus adiectum contexat. Pes vestigio est carnoso, vt vrsi, qua de causa eas quæ per exercitum longiore itinere fatiscunt, calceant carbatinis, Aristoteles. Camelo tali similes bubulis, sed minores paulo. Est enim bisulcus discrimine exiguo pes imus cameli, vestigio carnoso vt vrsi, qua de causa in longiore itinere sine calciatu fatiscunt. Plinius. Coitus tota die est camelis solis ex omnibus quibus solida virgula, Plinius. Carbatinas calceamenti genus esse ex rudi vel recente corio bubulo supra docui in Boue cap. 5. Apud Varinum legimus etiam ἀρβύλας & ἀρβύλια, & ἄρμυλα secundum Cyprios, calceamentorũ genera. Ἀναβάθρα, τὰ μὴ ἐξωμίδα, ἀρβύλας ἢ τὰ ὁμοια. Hesychius & Varinus. Ego ita potius legerim, Ἀναβοθύλα, τὰ μὴ ἐξωμίδα ὑποδήματα. ἀρβύλας ἢ τὰ ὁμοια. Nam ἀρβύλας alibi exponunt, ὑποδήματα τὰ πρὸς τὰς ἁμάξας. Herodotus scribit camelum in posterioribus cruribus gerere quatuor femora, & totidẽ genua & crurum posteriorum articulos versus caudam conuerti, Aelianus. Ego per genua articulos intelligo, per femora vero ossa quæ inter articulos recta habentur. Hæc autem terna esse in prioribus cruribus, in posterioribus quaterna, ipse dum hæc scriberem in dromade obseruaui. Pedes nunquã atterunt: sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta. Vnde & cõtraria est labes (id est lapsus vel lapsio) ambulantibus, nullo fauente præsidio ad nisum insistendi, Solinus. Auicenna author est camelos quosdam fissos habere pedes, alios vero equi instar solidos Albertus. Camelus animal est deforme, collo & cruribus longis, Idem.

C.

Genus camelorum vtrumq;, Bactrianum dico atq; Arabium pedatim (ἐφεξῆς) incedit, cum pes sinister nõ transit dextrum sed subsequitur, Aristot. Omnia animalia a dextris partibus incedunt, sinistras incubant (id est sinistris interim innituntur:) Reliqua vt libitum est gradiuntur. leo tantum & camelus pedatim, hoc est vt sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur, Plinius. Apparet autem eum non intellexisse locum Aristotelis qui est lib 2. cap. 1. historiæ anim de gressu animalium: nam vbi Aristoteles dixit reliqua animalia ἅμα ἀμφοτέρους ingredi, quod fit cum statim post anteriorem dextrum pedem sinister posterior progreditur & post anteriorem sinistrum dexter posterior: Plinius vertit, vt libitum est, Asefeteni, id est pastura camelorum, Antiqua expositio in Auicennam. Schœnuanthos aliqui pastum vel fœnum camelorum vocãt: nam vbi nascitur, longe lateq; omnia occupat, ita vt pascendi copiam abunde præbeat. Amant hordeum, cuius pabulum subito glutiunt, & postea tota nocte ruminant: Si vnus abstineat in stabulo, cæteri tanquam condolentes in stabulo simul abstinent, Albertus. Quædam præ sui corporis magnitudine, aut difficultate cibi nõ ad concoctionem idonei, sed spinosi & ligneri, multiplicem habent ventrem, vt camelus. Et hæc quidem quanquam cornibus caret, ideo nõ superne dentata est, quod ei magis necessarium est ventrem talem habere, quàm dentes priores, &c. Ruminat etiam camelus more cornigerorũ, quoniam ventres similes cornigeris habeat, Aristot. Pastus columbarum & camelorum, est berba habens granum simile

ſimile grano myrti, qua paſcuntur cameli, nec inde læduntur quicquam, cùm ſit venenum vermibus, Syluaticus & Antiqua exp. in Auic. Aſſergar, id eſt ſpina camelorum, vt paulo ante dictum eſt cap. 1. Arabes Scenitæ paſcua omnis generis pecorum, præſertim camelorum, optima habent, Strabo. Schœnuanthos quidam Arabice adcher appellant. In prouincia Aden, equi, boues, cameli, & oues veſcũtur piſcibus (quorum ingens illic copia) & libentius quidem ſiccis quàm recentibus: nam propter immenſum calorem herbis & frugibus carent, Paulus. Venetus. Camelus facilè paſcitur, etiam vbi pabulũ deſit. Philoſtratus. Cameli & equi turbulentam & craſſam aquã ſuauius bibunt, quippe quæ ne ex fluuio quidẽ prius hauriant, quàm pede inturbent. Poſſunt vel ad quatuor dies tolerare ſine potu, mox bibunt quàm multum, Ariſtot. Suim & quatriduo tolerant: implentur cum bibendi occaſio eſt, & in præteritum & in futurum, obturbata concalcatione prius aqua: aliter potu non gaudent, Plinius. Didymus in Georgicis ait triduum integrum tolerare ſitim camelum. Lutulentas aquas ceptant, puras refugiũt: deniq; niſi cœnoſior liquor fuerit, ipſi aſſidua conculcatione limum excitant, vt turbetur. Solinus. Bactrij minus infeſtantur ſiti, ideoq; laboris patientiores ſunt, Cælius. Irati ſtridunt horribiliter, Author obſcurus. Μυκᾶσθαι, ὅταν οἱ κάμηλοι ὑμᾶς ὀργισθῶσι ἢ χαίρωσι Heſychius. In auerſum (ex auerſo, ab auerſo) mingit, & mas & fœmina: alioqui quadrupedum fœminæ omnes id faciunt, Ariſt. Feruidum animal camelus eſt, proindeq; laſciuum: ex quo in Veſpis Ariſtophanes feſtiuiſſimè, Phocarum (inquit) odorem habebant, lamiæ verò teſticulos illotos, cameli autem podicem. Coitus auerſus elephantis, cameli, tigribus, &c. quibus auerſa genitalia, Plinius & Solinus. Cameli ſedente fœmina (ἐφημένας καμήλους) coeunt, nec auerſi (οὐκ ἀνάπαλιν) ſed complectente mare, vt cæteræ quadrupedes agunt, & coitum toto die exercẽt, Ariſtoteles. Errat igitur Plinius qui camelis auerſum peragi coitum ſcribit, quod Hermolaus etiã in Caſtigationibus Plinianis obtenuauit. Interim miror qui fiat quod auerſæ nõ coeant more aliarum omnium quadrupedum, quæ genitale retro vertunt. Tempus coeundi in terra Arabia, menſe Septembri. Incipit & mas & fœmina coire in trimatu. fœmina poſt partum vno interpoſito anno coit, Ariſt. A trimatu pariunt vere, iterumq; poſt annum implentur à partu, Plinius. Vere pariunt, Ariſtot. Petunt receſſuum ſolitudines cum libet coire, nec aliquis eò poteſt tutò accedere, præterquam paſtor armenti, Ariſtot. Coituri ſolitudines aut ſecreta certa petunt, neq; interuenire datur ſine pernicie. Coitus tota die eſt tantum ijs ex omnibus, quibus ſolida vngula, Plinius. Genituræ cupidine efferantur adeò, vt ſæuiant cum Venerem requirunt, Solinus. Camelus mas ſæuit tempore coitus, ſiue homo, ſiue camelus accedat: nam equis quidem odio naturali aduerſantur, Ariſtot. Maſſagetæ cum vxoribus in propatulo concumbunt vt Herodotus ſcribit: at cameli coeundam Veneris ſocietatem nunquam palàm inter ſe ducunt. Quod quidem factine verecundia an admirabili naturæ munere faciant, Democrito alijsq; diſputandum relinquo. Cum autẽ inter eos coniunctionis appetitum paſtor exoriri ſentit, aliquò concedit, Aelianus. Nec matri nec ſorori miſcetur camelus, Didymus. Camelos in Admirabilium relatione tradit Ariſtoteles nunquam coiſſe cum matre. Obſeruatum id & in nono Auicennæ libro, qui eſt de animalibus, Cælius. Camelus cum matre nunquã concumbit: Cuius rei exemplo eſt paſtor quiſpiam, is cum fœminam quoad eius fieri poterat, exceptis genitalibus obtexiſſet, deindeq; filium matri ſic opertæ admiſiſſet. hic ex latebris coitus appetitione falſus, matrem imprudens ſuperuenit ſuam, quod vbi intellexiſſet, camelarium ſceleratí coitus admiſſarium, & mordicus premens, & ad terram abiectum genibus affligens, cum ſummis doloribus interfecit, atq; ſeipſum præcipitem agens, voluntariam mortem ſibi cõſciuit. At inter homines Oedipum cum matre commiſiſſe inceſtum, conſtat: & Telephum etiam commiſſurum fuiſſe, niſi eos diuino ductu draco diremiſſet, Aelianus ex Ariſtotelis de hiſtoria animalium lib. 9. cap. 47. Camelus ventrem fert menſes duodecim, parit ſingulos, Ariſtot. & Plinius. Vniparum (ſic legendum. non viuiparum) nanq; eſt. Ariſtot lib. 5. cap. 14. hiſtoriæ animal. Camelus fert vterum menſes decem, Ariſtot. hiſtor. anim. 6. 2. pro ἕξ lege δέκα, vt loco iam citato: nam & Plinius ita legit. Separant prolem à parente anniculam, Ariſtot. Tenuiſſimum lac camelis, mox equabus, Plinius. Tertio loco aſinæ, Ariſtot. Lac camelinum liquidiſſimum, tenuiſſimum ac minime pingue, licetq; plurimo ſerò abundet, tardius tamen ſeccedere longa experientia compertum eſt. Cameli lac habent, donec iterum grauefcant, Plin. Lac ſuum vſq; eò ſeruant, quò iam conceperint, Ariſto. Syluaticus aſina lac camelinum exponit. Lac equarum ſicut & lac camelarum partui vicinarum, ſubtile eſt, aquoſum, & ventrem lenit: Auicenna. Cameli lac impoſitũ alteri lacti impedit caſcari, Kiranides. Camelus quia felle caret, diu viuit, Ariſtoteles. Et alibi, Viuit diu, plus enim quàm quinquaginta annos. Et rurſus alibi, Viuit magna pars camelorũ annos triginta, ſed multò plures nonnullæ: nam vel ad centeſimum annum facultatem viuendi protrahunt. Viuunt quinquagenis annis, quidam & centenis: vtcunq; rabiem & ipſi ſentiunt, Plinius. Durant in annos centum, niſi forte tralati in peregrina, inſolentia mutati aeris morbos trahãt, Solinus. Scabies cameli cedria curatur, Didymus. Rabiẽ & ipſi ſentiũt aliquãdo, Ariſtot. & Plin. Περὶ δὲ θῆρας καμήλου, καθαίρει δὲ ἰκμὰς ἡ καμηλεία. Porpyrius. Camelis accidit rabies & podagra, vnde facile moriuntur: quamuis enim non amittant vngulas, dolent tamen vehementer cũ per itinera dura & ſalebroſa incedunt, Albertus & alij recentiores. Camelos necare traditur in Babylonis regione graminid, quod iuxta vias naſcitur, Plinius. Iuba tradit cetaceo pingui & omnium piſcium adipe, negociatores in Arabia camelos perungere, vt aſilos ab his fugent odore, Plinius.

D.

Quantopere inceſtum cum matre fugiat camelus, paulo ante dixi. Odium aduerſus equos gerunt naturale, teſtibus Ariſtotele & Plinio: Vide etiam in Equo D. Cum Xerxes per Pæoniam agrum atq; Creſtonicum iter faceret ſuper amnem Chidorum, leones impetum dederunt in camelos, qui commeatum portabant. Sub noctẽ enim relictis locis conſuetis eò deſcenderunt: nulloq; alio neq; iumento neq; homine tacto, in camelos graſſati ſunt. Miror autem quænam impulerit cauſa leones, vt cæteris abſtinerent, aggrederentur verò camelos: quod animal nunquam antea nec experti fuerant illic, nec viderant. Sunt autem per ea loca leones multi, Herodotus lib. 7. Simonides in Iambis dicit Perſas poſt Cyri pugnam in Lydia camelos ſimul cum equis alere, equorum metum ex camelis, conuictu conantes expellere, Aelianus. Onerandi cameli ſi vel modice à camelario ſuper genua calce percutiantur, ſtatim flexis cruribus ſe ſubmittunt.

E.

Camelos inter armenta paſcit Oriens, Plin. Omnes iumentorum in ijs terris (Bactris & Arabia) dorſo funguntur: atq; etiam equitãtur in prælijs. Velocitas inter equos (id eſt æqualis equorum velocitati, quamuis Pollux ſcribit Bactrijs camelos eſſe equis velociores) ſed ſua cuiq; mẽſura, ſicuti vires. Nec vltra aſſuetũ procedit ſpatiũ, nec plus

plus instituto onere recipit, Plinius. Sunt alij oneri ferendo accommodati, alij leues ad pernicitatem: sed nec illi vltra iustum pondera recipiunt, nec isti amplius quàm solita spatia volunt egredi, Solinus. Currunt Cameli celerius quàm equi Nissani, propter laxiorem sui gradus glomerationem, Arist. Arabes in Persico bello agebant camelos nihilo inferiores equis pernicitate, Herodotus. Formicæ Indicæ Indos aurum ab ipsis congestum furantes, crebro lacerant, quamuis præuelocibus camelis fugientes, Plinius. Camelis iunctis Indi tendunt ad auri furta, quod custodiri aiunt à formicis, quæ vulpes excedãt magnitudine, Herodotus. Adijcit Philostratus Indos ad cursum camelis vti, hisq; vno die stadiorum milleiter conficere, Cælius. Strabo lib. 15. de elephantis scribens, Ἄγουσι δὲ καὶ ζυγῶν καὶ πομπὰς, (lego ἕως ζυγὸν οὐ καμήλας.) In Tesseto Numidiæ oppido terram equo & camelo exercent, qui arandi mos per totam Numidiam obseruari solet, Leo Africanus. Thus collectum Sabotam camelis conuehitur, Plinius. Onera sexaginta camelorum memorantur in sacris literis lib. 4. Reg. cap. 8. & sex milia camelorum, Iob 42. & rursus quinque milia, primo Paralipomenon cap. 3. Nonnulli superioris Asiæ incolæ camelos vel ad tria milia possident. Ex ditylis camelis (id est quibus bina dorsi tubera prominent) quidam ferendis oneribus apti, supra decem frumenti minas, homines vero quinque in lecto iacentes vehunt, Diodorus lib. 3. Biblioth. interprete Pogio, quibus Græci codicis copia est, si volent conferant. Castrantur cameli mares, vt pugnaciores sint, à Bactris populis, sic petulantia excisa robustiores fieri aiunt, (quod & Solinus scribit:) Quinetiam fœminis vuluas ferro exulcerari, vt partibus illis quæ ad furorem libidinis incitant adustis, ad bellum aptiores existant, Aelianus. Cameli etiam fœminæ castrantur, cum eis vti in prælio libet, ne concipiant vtero, Aristot. Castrantur fœminæ sues sic quoque vti cameli, post biduj inediam, suspensæ pernis prioribus, vulna recisa, Plinius. Capreæ, καπρίαι, carnes sunt eminentes intra pterygomata pudendi, quas excindunt cum ad bellũ parantur, ne amplius coire possint, Suidas. (sic in suibus fœminis apria dicta vuluæ adhærens excinditur.) Pterygomata pudendi fœminei labra sunt, quæ κρημνοὶ ab Hippocrate vocantur, ambitus genitalis muliebris Cornelio Celso: intra hæc quæ prominet caro in camelis capreas vocant Græci, Hippocrates in mulieribus ὀχθίον, aliqui nymphã. Ad belli vsum, camelorum quoq; gerula opera expetitur: ex camelis etiam Bactrij pugnant, quod sint equis celeriores, & magnitudinis ratione formidabiliores etiam, & hirsutiores: & quia non infestantur liti, ac laboris patientiores sunt, ad diuersos vsus bellicos magis idonei, Cælius ex Pollucis lib. 1. Camelos aliquantæ nationes (inquit Vegetius de re milit 3. 23.) in aciem produxerunt, vt Vrcilani in Aphrica, Mahetes hodie quoq; producunt. Sed hoc genus animalium aceruis & tolerandæ siti aptum, confusas etiam in puluere vento vias absque errore dirigere memoratur. Cæterum propter nouitatem, si ab insolitis videatur, inefficax bello est.

Vrinam camelorum fullonibus vtilissimam esse tradunt, Plinius. Lycion aptissimum medicinæ quod est spumosum, Indi in vtribus camelorum aut rhinocerotum id mittunt, Plinius. Ex pilis camelorum & dromadum, qui mediocriter molles crispiq; sunt, vestes audio confici, camelotas inde vulgo dictas. Cœrulei coloris vestis dicitur & cymatilis, inquit Bayfius. Hic vndas imitatur, habet quoque nomen ab vndis, Ouidius: κῦμα enim fluctus est. Nec me latet quosdam per cymatilem vestem apud Plautum intelligere vndulatam, id est de camelot: quod haud scio an ridiculum sit, Hæc Bayfius. Diuum Ioannem baptistam legimus indutum fuisse veste ex pilis camelorum, contexta nimirum ex pilis, non camelota, id est ipsa cameli pelle, vt pictores & statuarij fingunt. Camelorum Caspiorum villi adeò sunt molles, vt cum Milesijs lanis mollitudine cõparari possint, ex ijsq; Sacerdotes & Caspiorum ditissimi præcipuiq; vestes conficiunt, Aelianus. In ciuitate Calacia prouinciæ Egrigaiæ sub magno Cham, inueniuntur panni Zambilotti dicti de lana alba & camelorum pilis contexti, omniũ qui vsquam sunt pulcherrimi, Paulus Venetus. Fiunt & in regionibus Gog & Magog optimi Zambilotti è pilis camelorum. Idem. Genitale camelis ita neruosum est, vt vel neruus ex eo confici possit, quo arcus fidissime intendatur, Aristoteles. Alhacab Arabice est neruus camelorum contusus in villis, quibus simul cum colla inuoluuntur arcus ligatione forti, sicut fit in Damasco. hinc etiam in humano corpore ossium ligamenta seu chordæ alhacab dicũtur, Andreas Bell.

F.

Camelus in sacris literis animal in cibo vetitum est: quanquam enim ruminat, vngulam tamẽ non omnino diuidit, sed parum aliquousq;, & superne tantum: imum enim vestigium omnino planum solidumq; est: ita vt inter bisulca & solidipeda ambigere mihi videatur proinde & Plinius alicubi solidam ei vngulam tribuit, vt in 2. supra dictum est. Sunt qui alinorum domesticorum mandunt carnes, pessimi succi, ac concoctu difficilimas, nec non insuaues: ita etiam equorum ac camelorum nonnulli, animo scilicet & corpore asinini ac camelini homines, vescuntur, Galenus lib. 3. de alimentorum facultatibus. Caro algiezur, id est camelorũ, est grossi nutrimenti & valde calefacit, Auicenna. Cameli tum lac tum caro, suauissima omniũ est: bibitur eius lac ad vnam mensuram duabus aut tribus aquæ admixtis, Aristoteles & Plinius: qui tamen lactis solum, non item carnis suauitatem commendat: Et alibi, Dulcissimum (inquit) ab hominis lacte camelinum est. Camelorum duplici gibbo insignium, carnibus lacteq; vescuntur incolæ Arabiæ, Diodorus Sic. lib. 3. Biblioth. Qui circa Caput Album dictũ habitant, camelorum & aliorum animaliũ lac bibunt, Cadamystus. In regione Fezzen dicta maxima frugum carniumq; est penuria camelinis enim duntaxat carnibus vescuntur, Leo Africanus. Apud maiores nostros, inquit Antiphanes Comicus, boues integros assabant, ceruos, agnos: deniq; coquus quidam integrum monstrum assatum, nempe calidam camelum, magno (id est Persarum) regi apposuit, Athenæus lib. 4. Lac camelorum partui vicinarum butyri & caseosæ substantiæ minus habet, ac tenue est: Equarum lac est sicut camelorum partui vicinarum, tenue, aquosum: Omne lac obstruit, iecur præsertim, excipimus camelorum fœtarum lac & similium (asininum, equinum) in quo parum caseosi est, & aquositate sua abstergit, Auicenna. In lacte camelino salsedo est, inde quod amát acetosum, Auicenna: (forte legendum, Salsum esse camelinum lac, quoniam cameli appetunt salsa. Acetosum vero lac, &c. à nouo initio.) Lactis vsus sæpe inducit sordes (albaras, id est, vitiliginem profundiorem) præterquam camelorum recenter fœtarum: ex hoc enim raro timentur albaras, Auicenna. Aluum mollit lac equinum, camelinum, & asininum, Idem. Camelinum lac omnium tenuissimum est, & meliorem tenuioremq; succum gignit: extenuat crassos humores excrementitios: aluum mollit, & obstructionibus liberat, propter vehementẽ calorẽ qui ei per naturam inest, Rasis. Arabes nouimus camelorũ lacte vesci, à carnibus tuillis vero abstinere imprimis, copiæ vel raritatis vtrumq; ratione. At camelos detestantur in Septentrionẽ reiecti, Cælius. Heliogabalus comedit sæpius ex Apicij emulatione, vt Spartianus prodit, camelorũ calcanea, cristas gallinaceis demptas viuentibus, &c. Heliogabalus struthiones & camelos exhibuit in cœnis aliquoties, dicés præceptũ Iudæis vt ederẽt, Lampridius.

Camelus

G.

Camelus calido & ſicco temperamẽto eſt, Raſis. Veneno infectus, ſi neceſſitas poſtulet, collocetur in ventrem muli vel cameli recens occiſi: liquidem calor illorum animalium reſoluit venenum, & ſpiritus partesq; corporis omnes corroborat, Ponzettus cardin. Caro cameli prouocat vrinam, Auicenna: Bellunenſis cerui non cameli, legendum monet. Camelorum pingue quomodo curandum ſit, ex Plinio & Dioſcoride prædixi iam in Tauro. Adeps de gibbo cameli ſuffita, iuuat hæmorrhoides, Auicenna. Si non ſentitur in eo aduſtio, vngatur vnguento quod fit ex adipe qui in gibbo cameli inuenitur, & bdellio, &c. Raſis cap. 80. lib. 9. de cura thagadum ani. Medulla cameli, adeps & lac aſini, pili è cauda ſimiæ adijciuntur vnguento cuidã ad reſolutiones apud Aetium. Sanguis cameli fricatus (lege frixus) dyſenteriæ prodeſt, & diuturno alui profluuio, Haly. Siccatus & frixus, fluxiones ſiſtit. cum vino potus, ſagittæ Armenæ veneno aduerſatur, Auicenna. Poſt purgationẽ vero menſium potum (hoc forte ad lac cameli pertinet) conceptum promouet, & prodeſt prouocationi vteri, Auicenna: vt citat quidam author obſcurus: ego apud Auicennam neque in ſanguinis neq; in lactis mentione reperio. Medetur ſanguis cameli epilepſiæ, ſed hoc negat Galenus: quoniam non admodum incidit, ſed forte ex tota ſubſtantia hoc facit, Auicenna. Cameli cerebrum arefactum, potumq; ex aceto, comitialibus morbis aiunt mederi, Plinius, & Auicenna, & Galenus in libro de theriaca ad Piſonem cap. 12. Serapion pro epilepticis ordinat cameli cerebrum atque fella, Cælius Aurelianus qui videtur non probare. Dentes quando fricantur, inteſtinis excoriatis manifeſte proſunt: & hæmorrhoidas impoſiti ſanant miſcentur item cum aſſagij, id eſt vngento & liuole cum aqua porrorum nabati, quo remedio inuncto efficaciter dolor hæmorrhoidum tollitur, Raſis. Spuma cameli cum aqua pota ab homine cõrio, reddit eum dæmoniacum, Raſis. Si quis de pulmone cameli arido & trito pondus aurei biberit, cæcitatem incurret, Raſis. Fel cum melle potum comitialibus morbis aiunt mederi, item anginæ, Plinius. Solum per ſe fronti illitum, prodeſt aduerſum caliginem: ſed ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis optimi cyathis tribus, & croci vncia in vnum miſcebis, & ſic ſuffuſionem ad oculos facies, vel etiam ſuperlines inde caligãtes & lippientes oculos: hoc medicamine etiam excreſcentes carnes in oculis & cicatrices curantur, Marcellus. Cauda cameli arefacta aluum ſolui aiunt, Plinius. Setas è cauda contortas, & ſiniſtro brachio adalligatas, quartanis mederi, Idem. Lac camelorum recenter fœtarum auxiliatur aſthmati & anheloſis, Auicenna. Lac camelorum (quidam addunt, recenter fœtarum ambulantium, aliàs Arabicarum, quod magis placet) prodeſt aduerſus hydropem & duritiem lienis, vt caprinum etiã & aſininum, Auicenna. Cameli lac roborat iecur, obſtructiones aperit, lienem craſſum extenuat & iuuat hydropicos, ſi calidum bibatur, præſertim admixto ei ſaccharo alazur, Raſis. Lac camelorum recens fœtarum cũ oleo de alcanna (aliàs, alkerua) partibus internis induratis auxilio eſt, Auicenna. Lac omne ſpleneticis & hepaticis, & victu attenuante indigentibus, inſalubre, excepto camelorũ fœtarum lacte: hoc enim confert affectibus pleriſque ſplenis & hepatis, & renouat (aliàs humectat, aliàs impinguat) hepar: Conducit præterea in hydrope, maximè ſi bibatur cum vrina camelorum recens fœtarum Arabicarum: excitat etiam appetitum cibi, ſed ſitim facit, Auicenna. Prouocat menſes, & confert hæmorrhoidum vitijs, Idem. Epoto veneno antidotum eſt lac cameli: idem corruptam temperiem corporis emendat, & auget ventrem (id eſt aluum deijcit.) Haly. Coagulum præcipue Camelinũ (alchuſi, vt notat Bellanenſis) prætocationi matricis confert, Auicenna. Fimi cameli cinere criſpari capillum cum oleo aiunt: & dyſentericis prodeſt illitus cinis, potusq; quantum trinis digitis capitur, & comitialibus morbis, Plinius. Stercus cameli prohibet remanere veſtigia variolarum, & tollit verrucas & fluxum ſanguinis è naribus ſiſtit, & cum medicamentis potum comitialibus confert, Auicenna: author quidam obſcurus falsò ex Plinio citat. Fimus cameli alnus cum melle tritus & impoſitus, tumores reprimit, & vulnera deficcata expurgat: reſoluit bothor ac vlcera, ſcrophulas quoq; fortiter, &c. Hæc ex Dioſcoride citata, neque apud ipſum, neq; apud Serapionem inuenio. Apud Auicennam vero ſic legimus, Stercus cameli reſoluit bothor & vlcera: & ſimiliter ſtercus pecudis ſuper mellinum: ſtercus caprarum reſoluit ſcroſulas fortiter, & ſimiliter ſtercus cameli: quod etiam articulorum dolores ſedat & abſceſſus eorum ſanat, Hæc Auicenna. Cameli fimus miſcetur Oribaſij medicamento ad alopeciã, apud Nic. Myrepſum. Cameli ſtercus ad podagrã, apud Aetiũ, Apud eundem lib. 12. cameli ſtercus in vnguentũ quoddam ad reſolutiones injicitur. Vrinã vlceribus manantibus vtiliſſimam eſſe tradunt. Barbaros eam ſeruare quinquennio, & heminis pota ciere aluum, Plinius. Vrina cameli pulli cum à lacte ſeparatur, ſoluit ventrem & niſi ſoluerit, medicamento aluo deijciendæ apto vtendum, Raſis. Vrinarum vtiliſſima eſt, quam reddit camelus Arabica, quam alnegib vocant, furfures abſtergit, ſi caput ea abluatur: odoratus lætio prodeſt: vetus tranſlatio non recte habet, fœtori narium) & obſtructum os, quod colatorium vocant, efficaciter aperit, Auicenna Vrina cameli, vt hominis etiam, remedium eſt hydropi: eadẽ illinitur ſplen, præcipuè cum lacte cameli, Auicenna. Ad impetiginem, Fœda fluunt cruri quæ purgamenta cameli, (id eſt vrina, vt puto,) Vrentur, cineremq; dabunt, vngentur aceto Maſcula thura ſimul, diuinaq; cura valebit, Serenus. Sal Ammoniacus factitius hodie nobis affertur ex Germania plerunq; licet nõnulli ex vrina camelorum arte quadam denſata fieri credant, Petrus Matthæolus.

H.

a. Recentiores quidam chamelum per c aſpiratum ſcribũt, vt Politianus & Calepinus, forte veteres imitati Latinos qui chenturionem pro centurione dicebant: aut propter etymologiam qua Græci κάμηλον dici arbitrantur, quaſi χειμηλόν, ἀπὸ τοῦ χαμαὶ καθῆσθαι εἰρῆσθαι τὸ φορτίον, id eſt quoniam humi ſedenti, vel potius cubanti onus imponitur. Ἡ δὲ κάμηλος διὰ τὸ κοῖλα, καὶ ταπεινὰ ἔχειν τὰ σκέλη, Suidas in voce Κῶλα ſine authoris nomine, vt ſolet. Alij κάμηλον quaſi κάμψιγον dictã conijciunt, ὅτι τὸ κάμπτειν σὺν μηροῖς ἐν τῷ καθίζεσθαι, id eſt ab eo quod femora inflectat cum ad ſedendum cubandumúe ſe demittit. Scribit Onirocriticorum primo Artemidorus, ex Eueni ſententia in Eroticis ad Eunomum, camelum dici velut κάμψιγον, quia αἱ σὺν μηροῖς κάμπτει: quo argumento præmonſtratam cruris debilitatem ſomnianti, hoſpitio ſe exceptum in fuga, cui nomen foret Camelus. Artemidoro ſubſcribit Horus, apud Aegyptios camelum inquiens, indicare hominem inceſſu tardum: quoniam inter animalia camelus modo ἢ μηρὸν κάμπτει, vnde etiam nomen ei contigerit. Ex Strabonis tamen interpretamento Georg. libro 17. conjectare licet camelum eſſe Aſſyrium vocabulum: gamal enim dicunt illi, vnde vico conciliatum nomen Gangamela, velut domus cameli: quod eſt ab Dario impoſitum Hyſtaſpis filio, quum fatigatæ

camelo

camelo alimentorum ratione locum contribueret. Gangamela tamen pronunciant Græci, forte per inscitiam, quia gentium illarum proprietate, gan, locum dicunt munitum. Meminit loci ac interpretamenti in Alexandro Plutarchus, Cælius. Camelum Græci omnes, ni fallor, fœminino genere tantum proferunt, quanquam recentiores quidam generis communis faciunt: Apud Latinos etiam fœmininum frequentius inuenias, masculinum rarius. Recentiores quidam in veterum scriptis fœminine posita cum mentione cameli nomina, per imperitiam in masculina verterunt, vt apud Plinium vbi vetus lectio Bactrias, & Arabias camelos habet, idq; recte (nam Aristoteles etiam sic habet, & Gaza similiter reddidit) Bactrianos & Arabicos supposuerunt: non genere solum mutato, sed possessiuis etiam nominibus gentiliũ loco vsurpatis: quorum vtrunq; licet fieri posse aliquis asserat, malim tamen & antiquum & magis proprium morem seruare. Sic camelus dromas fœminino solum genere à Græcis profertur, pro more oxytonorum in ás quæ flectuntur per ádos: apud Liuium in masculino legimus, Ante hunc equitatum (inquit lib. 7. belli Maced.) falcatæ quadrigæ, & cameli quos appellant dromadas. Κάμηλος & ἡ κάμηλος, Varinus. Κάμηλα, τὸ κάμηλον, Hesychius, Κάμηλος, ου, sumitur etiam pro multitudine camelorum, vt ἵππος pro equitatu, vt apud Herodotum in clio, τῇ καμήλῳ ἐπέβησαν ἐκ τῶν ἁρμάτων ἐκείνων. Camelinus adiectiuum, vt lac camelinum Plinio. Asinorum etiam vetulorum, vt equorum & camelorum quoque carnibus nonnulli vescuntur, ἀλίσκομαι τὸ ὄνειον καὶ τὸ ἵππειον ἐνίοτε καὶ καμηλικόν, Galenus. Camelus non tantum significat τὸ αἰχμοφόρον ζῶον, id est quadrupedem dossuariam, vel iumentum clitellarium: sed & crassum illum funem nauticum cui anchora alligatur, à similitudine cameli animantis tortuosi, Cælius & Theophylactus in Matthæi Euangelium. Latini, vt Cæsar lib. 1. belli Ciuil. anchorarium funem, aut anchorale vocant, Plin. lib. 16. Vsus eius anchoralibus maximè nauium, piscantiumq; tragulis. Liuius lib. 2. belli Punici, Vixdum omnes conscenderant, quum alij resoluunt oras, aut anchoram vellunt, alij, ne quid teneat, anchoralia incidũt. Ammianus Marcellinus, Per anchoralia quadrupedo gradu repentes, in scaphas sese iniectabant. Κάμιλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, vt in Euangelio legimus, Matthæi cap. 19. id est camelum vel anchorale per foramẽ acus transire aut transmitti (quod seruator noster facilius esse pronunciat, quàm diuitem in regnum Dei ingredi. Acus foramen Græci τρυπὴ vocant:) prouerbiali sensu de re impossibili profertur: Vt illud etiam Matth. cap. 23. Ὁδηγοὶ τυφλοὶ οἱ διυλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες, id est, Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes: Quod præceptoris nostri Iesu dictum est in superstitiosos & præpostere meticulosos homines, qui vel ignorantes, vel dissimulantes, quibus in rebus sita sit vera Christianaq; pietas, in nugis sibi nunc placent, nunc trepidant, in maximis securi, pleni Iudaicarum superstitionum, vera charitate vacui. In hos Christus huiusmodi torsit prouerbium, Culicem liquant, camelum glutientes. Ab hoc non abhorret quod alibi retulimus, Ἀνδριὰντα χαλκοῦν διϋλίζειν, id est, Statuam colare gutture, Hæc Erasmus. Videtur autem mihi liquandi verbo abusi pro colandi: deinde χαλκίζειν, quod titillare significat, vt rectè Gaza ex Aristotele transtulit, vna litera deceptus ineptè tanquam idem sit quod χαλκεύειν exponit. Nos ἀνδριάντα χαλκίζειν, non faucibus colare statuam, sed titillare vertemus: quod cõueniet in eum qui impossibile aliquid conetur, quo sensu mortuo mederi, & mortuo verba facere dicimus, longè alio quàm sit prouerbij Camelum glutire, colare culicem, cuius occasione huc diuerti. Diuus Hieronymus Matth. cap. 19. camelum de animante quàm fune intelligere maluit. Calepinus camelum pro animali communis generis facit, pro fune autem masculini tantum, quod tamen nullis testimonijs comprobat: nec equidem probari posse crediderim, cum semel tantum in sacris literis cameli nomen pro fune legatur nec alibi vsquam quod sciam, & illic quoque funisne potius quàm animans accipi debeat incertum sit. Ego de animali potius acceperim, partim quia Dominus noster in alio etiam prouerbio quod nam retulimus, cameli nomine tanquam animantis vtitur, quod vel inde constat, quia culicem aliud animans cui opponit: partim quia doctissimi apud Græcos grammatici, Aristophanis interpres, Suidas & Varinus, [illegible] per ο cum in penultima, non per ε cum funem significat, scribendum docẽt. Cameli epitheta, Hirtus, deformis, hirtiens Iuuenalis, Deformis poterunt immania membra cameli. Persius Saty. 5. Tolle recens primus [illegible] citiante camelo nam quod sitim vel quatriduo toleret, supra dictum est.

Καμηλίτης [illegible] καμηλίτης. Suidas: Varinus & Hesychius non habent: Coniecerit autem aliquis bouem, cui tuber in dorso camelorũ instar prominet, sic appellari, quod de Caricis, Scythicis & Syriacis bubus veteres quidam scribunt: & insuper Syriacos, nodos scapularum flectere, vt cameli. De camelasio paulò post dicam in e. Camel stomachi (ventriculi potius) est superficies ipsius stomachi intrinseca, crispa, instar superficiei panni vel langę pilis erectis & crispis, Andreas Bell. Camella, genus vasis, cuius meminit Ouid. 4. Fastorum his verbis, Dum licet apposita veluti cratere camella Hac niueum potes, purpureamq; sapam. Non prætereundum hic camelaucium est propter vocis vicinitatem, Suidas & Varinus καμηλαύκιον scribunt per η in secunda syllaba, & Romanum vocabulum esse docent quod tamen a Græcis etiam vsurpari possit vel etymi ratione, παρὰ τὴν κάυσιν ἐκείνου, id est ab æstu abigendo (est enim pilei seu galeri genus lati, quo æstiuo tempore qui in sole versantur, vtuntur: cuius formę & vsus vulgo ex triticeis alijsue culmis cõtexi solent. Τὸ πιλίδιον παρὰ τὸ καίειν τὸ μυῖον, Aristophanes in Acharnensibus: tribuit autem poeta Telepho πῖλος vel pilidion (quas voces apud Pollucem quoq; legimus) quod nunc, inquit scholiastes, καυσαύκιον vocatur per epsilon, Cælius galericulum interpretatur. Vt camelaucion sic & causia, καυσία, nomen habet, quod genus pilei sit πρὸς τὸ καῦμα, id est aduersus æstum, idoneum: de quo Antipater Thessalonicen. in epigrammate, Καυσίαν τὸ πάροιθε Μακηδόνιον (Μακηδόνων propter versum) εὔκολον ὄντων, Καὶ σκέπας ἡνίκα θερμὸς ἐπὶ πολέμιον. Hæc Orus apud Etymologum. Ego camelaucij nomen apud Latinos nusquam legi: Causiam verò regum Macedonum insigne fuisse grammatici tradunt. Valerius Maximus lib. 5. Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit, causia, qua velatum caput more Macedonum habebat. Plautus in Milite, Facito vt venias ornatu huc naucleriaco, causiam Habeas ferrugineam. Καυσίαν aliqui etiam καυλῆν exponunt, & pileum latum contra imbrem. Icon. Romæ in domo Ioannis Zampolini iuxta plateam Iudæorum est imago cameli, hanc habens inscriptionẽ, Salius Augustus Fælix Leonides vt legimus in antiquis inscriptionibus à Petro Apiano & Bart. Amantio collectis, vbi etiam imago expressa est. Camelopodion pro marrubio inter nomenclaturas herbarum leginus: forte clinopodion potius legendũ: florum enim verticillis marrubium & alia herba proprie clinopodion dicta, conueniunt. Camelani Italiæ populi in sexta regione, Narnientibus & Nucerinis vicini, Plinius: Camelides, insulæ duæ ignobiles Mileto vicinæ, in ora Ioniæ regionis, Plinius 5. 31. Camelocomi, Καμηλοκόμοι, populi Arabiæ sunt, à camelorum nutritione & cura, vt apparet, nuncupati: meminit eorum Stephanus in Chatramotites vocabulo. Alij sunt Camelitæ apud Strabonem lib. 16. Ab Euphratis (inquit) fluminis transitu Scenas vsque, est iter dierum vigintiquinq; hic sunt Camelitæ, &c. Camale, Κάμαλα, vrbs in Iudæa vel Syriæ

Stephanus.

Stephanus & Ioſephus Antiquitatum lib. 4. Suetonius in Tito, Tarrhachiam (inquit) & Gamalen vrbes validiſſimas Iudææ in poteſtatem redegit. Videtur ſanè hæc etiam à camelo appellata, quam Hebræi gamal vocant. De Gaugamela vico Perſidis paulo ſuperius in hoc capite dixi. Caravana, camelorum agmen apud Turcas.

b. Salluſtium mirari ſoleo, qui Romanos ſub Lucullo imperatore in Aſia primum camelos vidiſſe ſcribit, arbitratum forte non eos primum qui cum Scipione Antiochum deuicêre, neque iterum qui cum Archelao ad Orchomenum & Chæroneam nuper conſeruerunt, cognouiſſe camelum. Plutarchus in Lucullo. Hippocameli nihil præter nomen in Auſonij carminibus legi. Leucricutæ caput eſt melium, Plinius: vel vt Solonus, camelinum. Καμηλὰ πρωκτὸν Ariſtophanes in Veſpis Philocleoni attribuit, cuius corporis partes veluti monſtri alicuius deſcribit: ſcholia ἡμιλάπρωκτον τὸν κάμηλον καὶ λάγνον eſſe docent: id eſt camelum libidinoſam & feruido ano eſſe: ſpeciem habet prouerbij in libidinoſos, ſed plebeiæ turpitudinis, ideoque honeſtis auribus vitandi.

c. Αἱ μὲν οὖν κάμηλοι ἐφόβουν μόνον τοὺς ἵππους, &c. Xenophon de inſtitutione Cyri libro 7. Nos ita vertimus: Cameli nihil quàm terrori equis erant. Nam qui inſidebant eis, neque cædebant hoſtium equites, nec ab ipſis cædebantur, cum equus nullus propius accederet. Hoc quanquam tunc vtile viſum eſt, nullus tamen vir honeſtus & ingenuus camelum inequitandi gratia alere vellet, neque eas in hoc exercere & inſtruere eas vt pugnari ab ipſis poſſit. Quamobrem priſtino habitu relumpto, inter iumenta impedimentis deſtinata degunt. Hæc Xenophon. Idem libro 4. rerum Græcarum, Καὶ αἱ κάμηλοι αἱ τότε ληφθεῖσαι, ἃς Ἀγησίλαος ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀπήγαγεν, id eſt Cameli etiam, quas Ageſilaus in Græciam ſecum abduxerat, tum captæ ſunt. Heliogabalus fertur iunxiſſe camelos quaternos ad currum in circo, priuato ſpectaculo. Lampridius. Tartari habent quadrigas filtro coopertas, quæ à camelis trahuntur, quibus omnem familiam & rem familiarem imponunt. Paul. Venetus. Καμηλωτὴ, pellis cameli. Inſignioris notæ cenſebatur olim, ſi quis camelo inſidens, ac per vrbem circunductus, viſendum ſe omnibus præberet. Quod contumeliæ genus Byzantij in Arſacem Armenium, proditionis conuictum; prompſit quandoque imperator Iuſtinianus, Cælius. Similem infamiæ notam in Aſino ſupra oſtendi. Caput Gebanitarum Thomna abeſt à Gaza noſtri littoris Iudææ oppido LXXX. XXVII. M. paſſ. quod diuiditur in manſiones camelorum LXII. Plinius 12. 14. circa finem: Et mox. Sumptus in ſingulos camelos denariûm DCLXXX. ad noſtrum ſitus colligit. Manſio, inquit Sipontinus, iter eſt vnius diei. Idem iam citatum Plinij locum ſic legit, Abeſt à Gaza, &c. M. D. XXXVII. millia paſſuum, quod diuiditur in manſiones camelorum ſexaginta duas. Hinc percipi poteſt iter cameli vnius diei eſſe circiter quadraginta aut paulò amplius millia paſſuum. Hæc Sipontinus: ſecundum cuius calculationem bis mille quingenta & triginta ſeptem millia paſſuum legendum mihi videtur: aut minores manſiones faciendæ. Πῶς δὲ καμήλῳ Μῆδος ὠνὴ ἐπέβατο; Ariſtophanes citante Suida: Medi enim venerant camelis inuecti. Camelarij dicuntur qui camelos equitant in acie, καμηλίται Herodiano libro 4. poſſunt & καμηλεύσιμοι dici, vt Arabiæ populi. Καμηλελάτης, qui camelos agit vel ducit. Arabiam ſterilem Arabes Scenitæ camelorum paſtores habitant, Strabo lib. 16. Καμηλλασία munus inſtitutum erat impedimentis exercitus agendis & comportandis in expeditionibus publicis, Iureconſulti titulo De muneribus, camelariam dicunt camelorum curationem, quæ publica pecunia alebantur, & camelarios curatores ipſos. Quod munus, inquit Arcadius, perſonale eſt. Sunt qui camelaſia dici arbitrentur camelorum præbendorum munus tabellarijs publicis transmittendis Cælius. Camelaſium eſt apud Ammianum Marcellinum libro 17. Factum, inquit, tunc eſt, & deinde vnus annorum firmitate, vt præter ſolita nemo Gallis quicquam exprimere conaretur camelaſij nomine iniquè: Apparet exactionis genus eſſe. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madiam & Epha. Eſa. 60.

h. Aſphaltites lacus animal non habet: nihil in eo immergi poteſt, tauri etiam camelique impune ibi fluctuant, Solinus. Arabes pingues ac ſaginatos camelos in ara Ignoti dei ſacrificabant: nupturæ virgines camelis deos propitiabant Gyraldus. Sagarentes quotannis ſumma aduerſus Mineruam obſeruantia ei celebrant camelorum certamen: enimuerò velociſſimi apud eos procreantur. Aelianus.

Proverbia. Cameli in fabulis dictum circumfertur ex Libanij declamationibus, Dum plura affecto, etiam ijs, quæ habui ſum excuſſus. Cælius. Camelus cornua deſiderans, etiam aures perdidit. Ἡ καμηλὸς ὀρεγομένη κεράτων καὶ τὰ ὦτα προσαπώλεσεν, In eos qui dum peregrina ſectantur, ne ſua quidem tuentur: ſumptum ab apologo de camelis, qui per oratorem cornua poſtularunt à Ioue, qui offenſus ſtulta poſtulatione aures quoque reſecuit. Camelum Bactrianam, καὶ δίχρωμον ἄνθρωπον, id eſt bicolorem hominem, veniſſe in prouerbium in Ægyptia hiſtoria animaduertimus: aduerſus eos quidem, qui ea promunt, quæ admirationi putant futura, re autem ipſa vel meticuloſa ſunt vel planè ridicula. Antigonum rationem habet eiuſmodi: Ptolemæus Lagi duo quædam inuſitata in Ægyptum induxit, camelum Bactrianam inſigniter nigram: bicolorem item hominem, ita vt medietas quidem ex æquilibrio ſummè foret nigra, reliqua portio albedinem præferret eximiam. Conuenientibus igitur in theatrum Aegyptijs, alia vtique non pauca ſpectaculo digna exhibuit: Demum ſtuporem nouitate rei, ac inuiſitatæ ſpecie inuexerunt, camelum produxit & ſemialbum hominem. Cæterum Aegyptij cameli aſpectu territi, paulo minus proſilientes mandarunt fugæ præſidium, etiamſi auro eſſet ornata egregiè, ac purpura inſtrata, freno quoque lapillis interlucentibus conſpicuo, è thelauris Darij regis, vel Cambyſæ, aut ipſius Cyri. Ad hominis autem illius ita coloribus diſtincti, & (vt ſic dixerim) variegati intuitum, partim fuſius riſerunt, partim vt monſtrificum quiddam auerſati ſunt. Hinc Lucianus, Δέδοικα μὴ καὶ τὰμὲν καμήλῳ ἐν Αἰγυπτίοις ἴσα πάθω. Sum veritus, inquit, ne libelli mei perinde fiant ac camelus apud Aegyptios, hæc Cælius. Camelus vel ſcabioſa complurium aſinorum geſtat onera, Ἡ καμήλῳ ψωρᾷ πολλῶν ὄνων ἀναστέγαστα φορτία, prouerbium in Aſino ſupra relatum. Perſij carmen, *Tolle recens primus piper è ſitiente camelo*. Eraſmus citat in prouerbio ἀπὸ καταδυομένου, quod exponit A ſubeunte portum naui, & refert ad celeritatem quæ ad quæſtum plurimum valeat: tractat prouerbio, vt ipſe ait, à negotiatorum diligentia, qui merces ſtatim emunt ab ipſis nautis in portum appellentibus. Non alium autem huius prouerbij authorem vel teſtem citat, quàm Suidam: cuius verba commemorabo, vt Eraſmi error intelligatur: ſic igitur ſcribit, Ἀπὸ καταδυομένης, λείπει ὅτι ἀν λαβῃς κέρδος, ἀπὸ τῶν ἐμπόρων ἢ μεταφορά, οἱ καταδυομένης τῆς νεὼς ὅτι ἂν λάβωσι κέρδος ἡγοῦνται. hoc eſt vt nos conuertimus: A naui quæ ſubmergi incipit, ſubaudi, quicquid acceperis lucrum eſt: ducta metaphora à mercatoribus, qui è naui iam iam ſubmergenda, quicquid abſtulerint, in lucro ponunt. Fefellit Eraſmum καταδύεσθαι verbum, quod appellere exponit, & portum ſubire: quoniam aliquando ſimpliciter ſubire vel ingredi ſignificat: cæterum de naue

appellente plurima apud Pollucem libro 1. verba legimus, καταγελᾶσθαι, καταίρειν, κατατιτθεύειν, εἰσεμβλώσθαι, περιστρέφειν, περιβάλλειν, &c. καταδύεσθαι nusquam hoc sensu. Formica camelus, Μύρμηξ ἡ κάμηλος, de vehementer inæqualibus, & modo minimis, modo maximis: quod perinde sit, quasi repente camelus in formicam verteretur. Lucianus in prima epistola Saturnalium, Ὡς δὲ νῦν ἔχομεν, μύρμηξ ἡ κάμηλος, ὡς ἡ παροιμία φησίν, id est, Nam vt nunc vinitur à nobis, formica camelus, quemadmodum prouerbio dicitur. Loquitur de opibus inæqualiter inter mortales distributis, vt huic plurimum superfit, huic multum desit. Neque intempestiue dicetur in eos qui sibi non constant, in vtramque partem immodici, Hæc Erasmus. Ego errorem suspicatus, locum in ipso Luciano requirere volui, in quo μύρμηξ ἡ κάμηλος reperi, id est formica aut camelus, & omnino sic proferendum puto longe clariore sensu quàm si articulus ἡ pro disiunctiua coniunctione ἢ ponatur, vt Erasmus fecit. Similia huic prouerbia sunt, Rex aut Asinus, *bischoff oder bader*, Aut ter sex aut tres tesseræ, Aut regem aut fatuum nasci oportet. Quod ad significationem prouerbij, Germani eleganti disticho eam exprimunt, *Tzuliützel vnd tzuvil, Verbzent alle spil*, id est, Parum & nimium vbique nocent. Camelus saltat, vbi quis indecore quippiam facere conatur, & inuita, sicut aiunt, Minerua. Veluti si quis natura seuerus ac tetricus, affectet elegans ac festiuus videri, naturæ genioque suo vim inferens. Hieronymus in Heluidium. Risimus (inquit) in te prouerbium, Camelum vidimus saltitantem: Taxat autem hominis ineptiam, qui cum à Musis esset alienissimus, tamen disertus haberi veller, Erasmus. Cælius hæc prouerbia, Lenticulam decoquens vnguentum ne indideris, In oleribus piper, Camelus saltitans, omnia eiusdem ferè significationis facit, de quo viderint quibus vacat: mihi non admodum probatur. Ad camelum saltantem proximè accedit Germanicum nostrum. *Die kw gaut auff stelzen*, id est, Vacca grallis (vt vocant) incedit. Prouerbia à Domino nostro in sacris literis vsurpata, Facilius camelum per acum traijci, & Camelum glutire, colare culicem, superius in prima huius capitis parte posui. Καμήλῳ πρωκτὸν ἔχειν, inuerecundius est quam vt repeti mereatur, cum vel supra à nobis positum displiceat.

COROLLARIVM.

Hic corollarij loco adijcientur quæ Leo Africanus de camelis scripsit, in descriptionis Africæ libro 9. his verbis.

CAMELVS animal blandum ac domesticum maxima copia in Africa inuenitur, præsertim in desertis Libyæ, Numidiæ, & Barbariæ, ex quibus Arabes suas diuitias ac possessiones æstimant: & si quando de diuitiis Principis aut nobilis cuiusquam sermo fiat, possidere aiunt tot camelorum, non aureorum milia. Qui porrò camelos possident Arabes, heriliter viuunt, ac liberè, vtpote cum quibus in desertis agere possint, ad quæ propter asperitatem nec Reges nec Principes peruenire valent. Huius generis animalia in omnibus orbis partibus visuntur, nempe in Asia, Africa, & Europa. Iis in Asia vtuntur Tartari, Cordi, Dalemij, & Turcomani. In Europa Turcici Principes, clitellis ac sarcinis deferendis, quemadmodum & in Africa vniuersi Arabes, tũ qui deserta Libyæ inhabitant, Regesque omnes camelis annonam & impedimenta vehenda curant: verùm Africi cameli Asiaticos excellunt, mediam enim quadraginta vel quinquaginta diebus perferentes, pabulum serotino tempore non attingunt, verum exonerati in proximis campis herbam, vepreces, vel arborum frondes pabulantur, quod Asiatici præstare non valent, quos profectionem quandam auspicaturos, obesos & saginatos esse conuenit. Experientia comprobatum est, camelos onustos iter quinquaginta dierum absque pabulo confeciisse, quibus primo gibbi, deinde abdominis, postremò coxæ obesitate attrita, vix centum libris gestandis sunt accommodi. Asiaticis verò camelis mercatores pabulum porrigunt, & singulis singulum pabulo onustum circumducunt, turmatim onusti euntes & redeuntes: qua ratione & pingues conseruant, & quæstum conduplicant. Verum Africani mercatores in Æthiopiam nundinarum gratia profecturi, de reditu, quod vacui reuertantur, neque res magni ponderis illinc reportent, parum solliciti, vt camelos macilentos dorsiq; vulneribus saucios in Æthiopiam perduxerunt, vili precio desertorum incolis saginandos diuendunt. At qui in Barbariam vel Numidiam reuertuntur, paucissimis egent camelis: vtpote quibus ad equitationem, annonam, aurum, resq; ipsaltem leuiores perferendas vtantur. Camelorum tres sunt species, quarum primi Hugium nuncupati, crassi sunt, ac proceræ staturæ, clitellisque gerendis aptissimi, verùm ante quadriennium inutiles: quo exacto, mediocris quisque camelus mille libras Italici ponderis gestat. Cum sarcinis oneratur, genibus & collo virgula ictus in solum recubans, dum pondus sufficiens agnouerit, surgit. Solent porrò Africani castrare quos oneribus gestandis seruare cupiunt, decem fœminis masculum vnicum miscentes. Alterum camelorum genus (Bechetes vocant) duos habet gibbos, oneribus gestandis & equitationi pariter accommodos: cuiusmodi Asia saltem producit. Tertium genus, patria lingua Ragnahil dictum, gracilibus, exiguæq; staturæ camelis constat, qui sarcinis gerendis inferiores, reliquos tanta sui pernicitate superant, vt diei vnius spacio amplius centum passuum milia conficiant, iter modico viatico ad dies octo vel decem per deserta perpetuantes, quibus nobiliores Numidiæ Arabes & Afri Libyci vti solent. Cum Rex Tombuti magna celeritate alicuius momenti negotium Numidis mercatoribus indicare cupit, nuntius camelo illiusmodi insidens, Tombuto Datam vel Segelmessam nongentis passuum milibus diffitam, octiduo ad summum spacio procurrit: verum ea negotia obeuntes, viros itineris per deserta expertos esse conuenit, qui infra quingentos aureos in singulas profectiones non exigent. Sub Veris initium in Venerem propensi, non modò se mutuò offendunt, verùm homines à quibus injuria olim affecti fuere, leuiorum etiam ictuum reminiscentes, capitaliter infectantur: & si quenquam dentibus arripere possint, in aërem erigunt, ac humi deiectum pedibus proculcant, atque in hoc furore diebus quadraginta permanent. Famis patientes, adeò sitim tolerant, vt potu absque incommodo diebus quindecim abstinere possint: nocturus alioquin si camelarius triduo absoluto aquam illis porrigat, quòd singulis quinis aut nouenis diebus consueto more potentur, vel vrgente necessitate quindenis. Sunt & cameli naturæ benigni, & humano sensui aliquatenus participant: nam si quando inter Aethiopiam & Barbariam diei iter solito diutius protrahatur, camelos defatigatos flagris incedere non vrgeant, verùm certas cantilenas occinunt, quarum suauitate demulsi, itet tanta velocitate prosequuntur, vt nec illos cursu iosequi valeant. Vidi ego in Alcairo camelũ ad sonum tympani saltare, quam artem à magistro edoctus paucis referre libet. Camelus seligitur iuuenculus,

iuuenculus, quem per horæ dimidium in hoc loco instar hypocausti præparato, cuius pauimentum igne calefactum sit, constituunt: tum pulsante quodam foris tympano, camelus non soni, sed ignis gratia, quo pedibus offenditur, tum crus vnum, tum alterum modo saltatorum erigit, cui exercitio per annum vel menses decem assuetus, in publicum deductus, audito tympano, temporis quo calorem sub pedibus sentiit reminiscens, confestim saltat, ac supra idem pauimentum consistere existimans se in pedes erigit, & saltare videtur; atque ex vsu naturam formans, perpetuò hoc obseruat. Alia pleraque de hoc animale narrare possem, quæ breuitatis gratia omitto.

DE CAMELO DROMADE.

AMELVS dromas Græcis à curſu & velocitate dicta & Arabica camelus, omnia ferè cum ſuperiore communia habet: priuatim tamen quæ apud ſcriptores reperi aut ipſe obſeruaui, de ealiterà mandare viſum eſt, cum figura etiam differat: vtpote vnico dorſi tubere, cum ſuperiori geminum ſit. Dromedarij nomen pleræque gentes vſurpant, Itali, Galli, Germani, Hiſpani. Græci dromadem ſolum fœminino genere dicunt, nec vnquam quod ſciam ſine cameli nomine præpoſito. Plura quæ ad nomina eius pertinent, & alia quædam de hac quadrupede in camelo dixi, nihil eorum hîc repetiturus. Vidi δρομάδας (lego δρομάδας) id eſt dromedarios camelos, qui in curſu ipſo cum equis componi poſſent, imò verò etiam qui illos vincerent, Didymus in Geopon. Dromeda genus eſt camelorum, minoris quidem ſtaturæ, ſed velocius, vnde & nomen habet: nam dromos Græce curſus & velocitas appellatur: Ruminat ſicut bos & ouis & camelus, Iſidorus. Audio regi Gallorum nuper duas camelos dromadas albas ab imperatore Turcarum dono miſſas eſſe. Dromas quam vidi dum hæc ſcriberem, altitudine erat quinque cubitorum dodrante deducto longitudine circiter ſex: ſuperius labrum in medio ſciſſam habet vt lepus: In pedibus duos vngues latos: bilulci apparent, ſed diuiſio ſupernè tantum eſt, nec penetrat ad ima veſtigia: quæ carnoſa ei & plana lataque ſunt, orbis cibarij inſtar. Tuber durum & glabrum habet infra in pectore cui incumbit, & ſingula in ſingulis cruribus ſuperius: reliqua vt Bactrianæ cameli. Camelos quinquaginta annos viuere percepi, Bactrianas ad centeſimum vſque, Ælianus. Liuius libro 7. belli Macedonici, Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli quos appellant dromadas. Et alibi apud eundem ni fallor, Dromades cameli inter dona erant velocitatis eximiæ. Diodorus libro 3. Bibliothecæ de camelis ditylis, id eſt gemina tubera habentibus, locutus, ſubdit: Anacoli verò ligariique, qui dromadum ſunt forma, plurimum viæ conficiunt: præſertim per deſerta & aquis carentia loca. In bello quoque duos in certamen ſagittarios ferunt, dorſo contrariè inuicem inſidentes: alterum à fronte aduerſus hoſtem, alterum contra perſequentem pugnantes, Hæc Diodorus de Arabia ſcribens, interprete Pogio. Centum & amplius miliaria vno die pergere ſolent, Iſidorus. Dicunt eos camelis dormedariis triginta ſexagintáue dierum itinere, diebus vndecim peracto, rem confeciſſe, Strabo libro. 15. in Græco eſt, καμήλων δρομάδων. Illa quam ego inter ſcribendum hæc vidi, onus geſtare dicebatur conſuetum libras mille quingentas: interdum etiam dicentis ſupra bis mille onerari. Inclinat ſe in tetram ac procumbit vt ſeſſorem admittat, vel onus recipiat, mox denuo ſurgit. Eſt enim omnino facile & morigerum animal, quod in tanta corporis mole mireris. Per iracundiam calcitrat, ſed rarò.

Dromadi naui curſus pernicitas nomen dedit, Cælius Calcagninus. Eſt & piſcis hoc nomine apud Ariſtotelem, Gaza vertit curſorem. Vſurpatur etiam pro ſcorto, vt Pollux, Heſychius, & Varinus ſcribunt: inde fortaſſe, quod camelorum genus (vt ſupra dixi) valde libidinoſum ſit. Δρόμων, cancer paruus, Heſychius: apud Terentiũ ſerui nomen. Δρομαίειν, currere Varinus δρομάδιν curriculo, curſim, Varinus Δρομαῖος ὁ ταχὺς ἄνθρ, & δρομαίως aduerbiũ, Suid. Impetu ſine ratione veluti camelus dromas ad omne ſcelus fertur, Heraclides in Allegoriis.

DE CAMPE.

DIONYSIVS contracto exercitu, per loca arida ac deſerta ferisq; infeſta profectus, ad Zambirram vrbem Lybiæ peruenit. Ibi feram indigetem, campes nomine, multis eius ore mortalibus pernitioſam, peremit: quæ res magnam ei gloriam penes accolas tulit. Vt autem ſempiterna occiſæ ab ſe beſtiæ gloria extaret, erexit ibi tumulum ingentem, qui ad poſteros vſque perſeuerauit, ſuæ virtutis monumentum, Diodorus Siculus libro 4. de fabuloſis antiquorum geſtis.

DE CANE IN GENERE.

CANIS quadrupes terreſtris. Hebraice כלב keleb, Chaldaice כלבא kalba, Arabice כלב kelbe cum ſcheua ſub media ſimul & vltima conſonante. Perſice سگ ſag. Inuenio & לבמש lamas, tanquam Hebraicum aut linguæ Hebræis finitimæ nomen, in lexico trilingui Seb. Munſteri. Antiqua in Auicennam expoſitio, gaukileb vrinam canis interpretatur. Apud Syluaticum nomina hæc reperi, kilbu, id eſt canis: Laſenel chelbe, id eſt lingua canis: haraltis, id eſt ſtercus caninum: baulleb, id eſt vrina canis. Bulzuzemet, id eſt vrina catuli: chos alkeb, id eſt teſticuli canis: catilabker, id eſt ſtrangulator canis, aconitum, apud Auicennam. Recentiorum quidam canem Saracenice kep vel kolpb vocari ſcribit. Græcè κύων, & hodie vulgo σκύλος vel σκυλί, quod nomen corruptum eſt à ſcylax. Medi canem ſpaca vocitant, vt Herodotus ſcribit libro 1. his verbis: Aſtyagis regis bulcus vxorem habuit nomine Cyno Græca lingua, id eſt canis, Medica ſpaco. Nam canem Medi ſpaca appellant. Apud Heſychium & Varinum legimus, σπάκα, κύνα ἀσφιγξ. Apud eoſdem σπάδακες exponuntur canes. Ναγαν, canis lingua Scythica. Heſychius & Varinus. Germani vocant *hund*. Itali cane, Galli chien. Hiſpani perro. Illyrij pes vel pas, quod nomen Gelenio noſtro ad ſpaca vel σπάξ in recto caſu, accedere videtur. Angli, dogge.

B.

Cani totum corpus hirtum eſt, Ariſtot. De diuerſis canum generibus ſeorſim agemus poſtea, vbi de canibus ea primum explicata fuerint quæ omnibus fere communia videntur. Catulorum optimus exiſtimatur, qui vltimus videre incipit, vel quem primum mater in cubile reportat, Albertus. ego idem in cane Venatico infra pluribus declarabo. Degeneres ſub aluum reflectunt caudam Ariſtoteles. Boni temperamenti in cane ſignum eſt, ſi pilos mediocriter longos habet: excrementa enim in pilos redundant, & corpus expurgatur. Si vero nimium longi denſique fuerint pili, cutis ferè ſubtus corrumpitur, fœtori aut ſcabiei obnoxia, Albertus. Canis ex proportione (id eſt ex æquo) vtriuſque partis incrementa capit, Ariſtot. Hybernum pilum amittit, Idem Sect. 10. problem. 23. Prona totius corporis hirſuta habet, Idem. Medulla non eſt niſi canis oſſibus, nec cruribus iumentorum aut canum: Quare fracta non ſetruminantur, quod defluente euenit medulla, Plinius. Cerebrum lupi & canis præcipuè creſcit & decreſcit creſcente luna, licet hoc fiat in omnibus animalibus, Albertus & libro de nat. rerum. Canis calua nulla oſſea commiſſura conſtat, ſed oſſis perpetuitate continetur, Ariſtoteles, Aelianus.

Generoſis

Generosis canibus imæ nares rotundæ, solidæ, & ferè obtusæ sunt, Albertus ex Platone. Canis os recissum est, Aristot. Serrati pectinatim coëuntes ne contrario occursu conterantur dentes sunt canibus serpentibus, piscibus. Plinius & Aristoteles. Dentes cani mutantur canini tantum appellati, vt etiam leoni. Plinius. Dentes canes non mutant, præterquam eos, quos vocant caninos, eosque quarto ætatis mense tam fœminæ, quàm mares. Vnde fit, vt diuersa sit authorum sententia. Alij enim quod dnos tantum modo mutant, negant omnino hos mutari, cum eos paucos reperire difficile sit: alij cum hos viderint, cæteros quoque pari ratione mutari existimant, Aristoteles. Et rursus alibi, De canibus (inquit) diuersa sententia est, quippe cum alij nullum ex decidere dentem opinentur, alij caninos tantum appellatos mutare velint, quos etiam homo amittit: verum hoc latè se, propterea quia non ante mutant, quàm pares intus enascantur. Quod idem vel in cæteris feliceteris euenire verisimile est. Et quidem caninos tantum mutare perhibentur. Ætatis iudicium ex dentibus sumatur: quippe cum iuniores candidos habeant, & acutos: seniores (nigros fuscos & croceos, Albertus) & hebetes, Aristoteles & Aelianus.

Cuncta intestina canis simillima sunt leonis visceribus, vt quidam scribunt. Caninus venticulus vnus paruus & arctus est, nec multò ampior intestino, læuisque intus: habent autem omnia ferè viuentque dentata ventriculum aut canino aut fullo similem, Aristoteles. Canibus intestinum qua ventri iungitur, laxius est: qua desinit, arctius: quamobrem vehementi nixu, nec sine cruciatu eam partem leuant excremento, Aristoteles et Plinius. Alius angustissimus canibus Plinius. Pectus canis angustum acuminatumque est. Splenem habet ut gum sicut homo & porcus, Arist. Penis canibus & mustelis esse constat, Vesalius. Testes & mentula canis feris dependent, intra posteriores pedes, vt etiam leoni. Canum degeneres sub alium reflectunt caudam Aristoteles. Priores pedes flectunt vt homo brachia: & vice brachiorum eisdem vtuntur, Blondus. Pedes priores quinis distinctos digitis habent, posteriores quaternis, Aristoteles de partibus anim. 4. 12. vnde Plinius etiam transtulit, 11. 45. sed locus Plinij corruptus est, vt docuimus in Lupo B. Rapacibus vnci sunt vngues: cæteris recti vt canibus, præterquam qui à cruce plerique dependent Plinius. Canes quoniam numerosa partu & multifidæ sunt, mammas plures per ventrem duplici ordine vtroque de latere gerunt, Aristoteles. Quæ numerosa fœcunda partu, & quibus digiti in pedibus, hæc plures habent mammas toto ventre duplici ordine, vt sues: generosæ duodenas, vulgares binis minus: similiter canes, Plinius. Bipedes & quadrupedes quæ animal procreant, omnes vuluam aut vterum, infra septum transuersum continent, vt homo, canis, sus, Arist. Et alibi, Quæ intra se & foris animal generant, vterum habent in aluo, vt canis. Finum cani siccum est, vt lupo. Canis animal est temperamenti calidi & sicci, si ipsum per se consideres: nam comparando aliis animalibus, contraria etiam temperamenta ei attribuerentur: Quippe ad hominem si conferas, siccus est: ad formicam, humidus: Rursus hominis respectu calidus est, leonis frigidus, Galenus.

C.

Somnus & vigilia, incrementum & corruptio, & vita & mors, cæteraque accidentia ex sensibus, sunt in canibus, sicut in equis & hominibus, Author obscurus. Cani vita producitur ad decimumquartum annum, Ælianus. Viuunt Laconici annis denis, fœminæ duodenis: cætera genera quindecim annos, aliquando viginti, Plinius. Laconici sanè generis fœminæ, quia minus laborant, quàm mares, viuaciores maribus sunt: at verò in cæteris, & si non latè admodum constat, tamen mares viuaciores sunt, Aristoteles. Et rursus alibi, Cæteri canes

vt mollius incubent & calefiant. Est enim impatiens frigoris huiusmodi animal. Catuli bimestri spatio cum matribus sunt liquendi, Fronto in Georgon. Quanquam autem de pastorali cane priuatim illic loquatur, vt etiam Varro in loco iam recitato: videbantur tamen hæc huiusmodi esse, vt commode communi de cane tractatui adscriberentur, sicut & sequentium quædam. Subternitur eis acus, aut quid aliud, quod meliore cubili facilius educentur, Varro. Catulos sex mensibus primis, dum corroborentur, emitti non oportet nisi ad matrem lusus ac lasciuiæ causa, postea & cathenis per diem continendi & noctibus soluendi, nec vnquam eos, quorum generosam volumus indolem conseruare, patiemur alienæ nutricis vberibus educari: quoniam semper & lac, & spiritus maternus longe magis ingenij, atque incrementa corporis auget: quod si effœtus lacte defecerit, caprinum maxime conueniet præberi catulis, dum fiant mensium quatuor, Columella, agens de cane pecuario. Plures sunt catuli, secundum patrum statim eligere oportet quos habere velis, reliquos abijcere. Quàm pauciores reliqueris, tam optimi in alendo fiunt propter copiam lactis. Catuli lacte siue mazâ, vel aqua lactis alendi sunt: nec vllum aliud alimentum offerendum: quia laxus (largus) victus solet esse maximo damno. Verum adulti siccis vescantur edulibus: panc videlicet, & ossibus. & hoc fiat digestis horis, vt concoctio peragatur. & potius famescant paululum, quam non exactis horis pascantur. Blondus. Nemesianus etiam in Cynegeticis catulos cum matribus fero, & lacte, vel pane cum lacte pascendos canit, à tempore verno ad solstitium vsque: nam cum Sol in cancro fertur, consuetam minuisse saginam Profuerit. tenuesque magis retinere cibatus: Negrauis articulos deprauet pondere molles. Nam tum membrorum nexus nodosque relaxant, &c. (sic enim legendum.) Mox cum iam sextum ætatis mensem agunt catuli, Tunc rursus miscere fero Cerealia dotis Conuenier, fortemque dari de frugibus escam. Non permittendum est vt nimium indulgeant somno canes: nam cum natura calidi sint, calor internus per somnum etiam auctior prauos humores ad ventriculum attrahit, vnde morbi scaturiunt. Parum igitur à cibo dormiant, quoad cibus mediocriter concoquatur, Albertus. Canis tanta sagacitas narium, vt nunquam caninam carnem, ne varietate quidem condimentorum falsissima temperatam, degustet, Aelianus. Canis caninam non est, Scoppa. Fel cerui in cauda aut intestinis esse putant: Ideo tantam habent amaritudinem, vt à canibus non attingantur, Plinius. Abstinent fraxini fructu, licet sues eo saginentur, quod dolorem vertebræ cozarum inde incurrant. Sunt & coprophagi canes: quamobrem Plinius. Venenati mellis, inquit, malum (quo homo infectus fuerit) certum est per excrementa, ad canes etiam peruenire, similiterque torqueri eos. Corui & canes inebriantur cnneta herba. Athenæus. Vinum auersantur, vnde caninum prandium dictum, vt infra explicabo: Panem tamen vino tinctum deglutiunt. Canis æstate frequentius quàm hyeme cibandus est, vt æstiuis diebus longis & calidis durare possit. Infringatur ei panis in aquam. Si tamen sæpius quàm par est cibetur, ventriculus ei subuertitur. Lac aut panis lacte madidus optimè alunt. Si cumini tunsi cibarijs eis modicum injiciatur, ventris flatibus non erit obnoxius. Caro siccata in cibo ei conuenit. Olei parum aquæ bibendæ superfusum, habitiorem simul velocioremque reddit. Si cibum fastidiat, panis atri micas acero maceratas, in nares eius exprimes. In magna fame butyrum recens cum pauco pane calido ei obijcies, paulò ante reliquum cibum, Tardiuus. Boum catulum lactentem & præ cæteris eligendum, ita cognosces. Præstat qui pondere vincit reliquos, proinde diligenter lactandum curabis: Vel ille, quem mater primum ore suo reportat: Vel qui postremus vomere incipit. Alij præstantiorem hac industria discernunt. Locum satis amplum circumquaque sarmentis aut cremtis includunt, & catulis impositis accendunt, qui cum totus ardet in circuitu, matrem foris detentam dimittunt: quæ mox insiliens optimum quenq; priorem effert, postremò vilissimum, Tardiuus. Videntur autem ex Nemesiani Cynegetic shæc eligendi indicia esse transcripta: nam illud à loco igne ambito sumptũ, omnino similiter deterebat. Quòd verò ad pondus contra quàm Tardiuus, leuiorem præferre videntur, his verbis: Pondere nam catuli poteris perpendere vires, Corporibusq; leues grauibus præno-scere cursu. Ego ita concilio iam, vt ad robur præferendi sint, graviores: ad celeritatem, leuiores.

DE MORBIS CANVM.

Offeres cani nonnunquam ius elixationis hederæ: quoniam si istud exhibueris saltem per septem dies, seruabis canis syncerit atem: quam & quem pultis hederæ seruat. Blondus: (per septem dies, forte intelligit, septimo quoq; die.) Elleborit tenuissimæ radices breuesq; ac velut decortatæ etiam hæ leguntur. Nam summa quæ est crassissima, cepis similis, canibus tantum datur purgationis causa, Plinius. Venter cani mollitur aut purgatur potu lactis caprini: aliqui talem contritum deglutiendum ingerunt, aut cancros contritos cum aqua miscent, eâque in potu exhibent: aut animalis alicuius ventrem in cibo: alij staphisagriam contritam cum pauco oleo in ouo præbent, et mox à purgatione lac mulsum, Tardiuus. Canes humidis potius quàm siccis edulijs ales: cum enim natura sicci sint, accedẽte insuper ab alimento siccitate, aluo astricta periclitantur sæpe ac pereunt. Obstructionis signum est, quod subinde gemendo vociferantur, & loco manere nesciunt. & præ nimio deijciendi conatu febricitantium instar tremunt. Hoc frequens est in catellis mulierum, quarem plurimæ aluo morientur obstructa. Detur ergo eis massa auenacea ex aqua calida, vt instar densæ pultis edulium fiat: vel pane auenaceo molli fermentato pascantur. & sero lactis interdum: sic veloces & bonæ valetudinis euadent. Albertus. Ego auenam, præsertim in densa pulte, astringere magis quàm mollire aluum contra Albertum dixerim. Canes tribus laborant vitijs, rabie, angina, podagra: Aristoteles, Pollux, Aelianus. Ego ex recentioribus longe plures infestos canibus morbos cum remedijs suis enumerabo.

Vulnerantur canes vel sui generis hostium morsibus, vel alieni, à feris, ab hominibus. De vulnetibus curandis Gratij (vel vt Blondus citat. Maximi) elegantissima carmina hæc sunt:

Nec longe auxilium, licet alti vulneris ora
Inde rape ex ipso quo vulnus fecerit hoste
Sparge manu, venas dum succus cõprimat acer.
Circum labra sequi, tenuiq; includere filo.
Contra pande viam, fallentesq; arguc cauſas.
Sed tactu impositi mulcent pecuaria (id est canes) palmæ,
Quod si distracto leuis ille vulnere nexus,
Absiterint, vtroq; (lego vterq;) cadant cũ sanguine fibræ.
Virosam eluuiem, lacerisq; per vlceris ora
Morte enim patuere viam: tum pura monebo
At si pernicies angusto pascitur ore,
Morborum in vitio facilis medicina recenti.
(Id satis) aut nigra circum pice vnguine signant.
Ipse habet auxilium valida nascente saliua.

Blondus hunc locum paraphrasi reddens, viscera & fibras reponi iubet, ac labra filo consui & detractos pilos illius qui intulit vulnus superponi, aut virosam eluuiem, donec sanguis sistatur: inde cani latebidum relinqui.

Naturam

Naturam enim canem ita dotasse, vt lingua medeatur vulneribus: & se breui tempore vulnus latissimum hoc modo consolidatum vidisse: Idem scribit Aelianus, & recentiores aliqui. Curare vulnera sua & aliena dicuntur lambendo, & si vulnus attingere lingua nequeant, pede saliuam ingerunt & sanant, Albertus. Si vulnus (inquit Blondus) lingua sua canis contingere non possit, medicamentis & methodo vti licebit, iisdem quibus in vulneribus humani corporis. Vulnus simplex vel cani tantum lambendum dimittes, vel insperges cinerem de capite canis, qui maximè prodest: vel salem tenuem torrefactum cum pice liquida impones, Blondus. Si canis à cane morsus sit, squamæ ferri pollinem pice, excipe & inunge, Tardiues. (qui errat picem liquidam Gallice vertendo poix fondue.) Canibus morsis anagallidem venatores imponunt: quæ etiam hominibus à cane rabido morsis prodest, Hieron. Tragus. Albertus anagallidem non ad vulnera, sed vermes in vulneribus canum adhiber, vt paulò post dicam. Canem à vera in venatione morsum, cui rostrum valde intumuerat, moribundum ferè, citissimè curauimus, primum extracto sanguine (circa vulnus) cum incisione, sic enim venenum euocatur: postea oleo de hypericо illito, Blondus. Cimices prosunt cani a serpente morso, Plinius libro 29. Remedia contra morsus quos canis rabidus homini infixerit, infra docebo cap. 7, & mox ante illa, de morbis canis non rabidi in homine curandis. Aduersus rimas & vlcera remedium Tardiuus præscribit ex testa vel ollæ fragmento, quod tritum acetoq; ne forti mixtum imponatur: vel cum adipe auferis terebinthinam. Senecio (sic vocat sisymbrium alterum, *brunnenkressich*) cum lardo recenti tritum & appositum, tumorem in cane sedat, & saniem funditus extrahit, & vlcus ac vulnus consolidat, Albertus. Si canum vulnera intumuerint, butyro inungito: hoc enim tumores depelli creduntur: si maxime lingere vulnera consueſcant: (melius, sic consuescent,) quod perutile canibus est: senationibus (id est sisymbrio altero) præsertim tritis, cum axungia vel hircino seuo appositis, Aquinius: qui ex Alberto descripsisse videtur. Alberti verba de senecione herba supra posui: is butyro quidem illini iubet vlcera verminantia, vbi vermes in eis per alia medicamenta iam enecati fuerint: Butyro, inquit, mense (Martio, addiderim) facto, inungantur: & per hoc etiam ipsi tumores depelluntur: & partes sic illitas canis lambet libentius, quod perutile est. Si spina vel aculeus in pede aliáue parte canem læserit, furfuresca cum lardo trita & apposita, extrahit, & saniem denudando aperit: Idem facit puluis hirundine larum in olla nouа cum partibus intestinis combustarum: quod medicamentum tanquam saluberrimum in pyxide reseruandum est, Albertus. Furfuresca m, vt vocat, herbam, video non aliam esse quàm bechion, id est tussilaginem, vulgo *rossshub*: nam illam quoque nonnulli ex veteribus farfariam vocauerunt, forte quod folia albis quibusdam, cum furfuribus obducantur: huius folia, vt apud Ruellium legimus, tela omnia infixa corpori extrahunt. Quòd ad hirundines (sic enim & Aquinius etiam ex Alberto legit) hunc cineris ipsarum vsum apud veteres non reperio: cæterum harundinis, quam phragmiten cognominat, radicem concisam per se, & vnà cum bulbis illitam, succulos & cuspides extrahere, Dioscorides tradit. Vlceribus quæ nasci solent ex prauorum succorum decursu, maximè rodentium, medetur quoduis corrodens pharmacum, & ipsa lingua canis (lambendo scilicet,) Blondus. Accidit etiam vt vermes innascantur in posterioribus cruribus, quos vt eneces, præter vnguentum apostolorum sine Ægyptiacum ceratum, Injicies vlceri succum foliorum persici: sic mortui confestim exibunt: reliquam curam saliuæ canis permitte. Sic enim quodque putridum vlcus & verminosum curatur, quamuis quidam consueuerunt & salem spargere, & dulci oliuo inungere. Hæc nisi profuerint, vtendum ea ratione quam in humanorum corporum vlceribus medici præscribunt, Blondus. Vulnera vel vlcera verminantia canum succo hippæ, quæ vocatur tanacetum agreste, perfundantur quoad extinguantur vermes. Venatores quidam experti affirmant, omnes huiusmodi vermes in omnibus brutis animalibus interire, si ficcas citrina collo eorum suspendatur, vbi primum aruerit. Porrò iam extinctis vermibus, butyro de mense Martio locum inunges, quod & tumorem remittit, & canes ad lambendum inuitat, Albertus. Hippiæ nomine anagallidem intelligo (nec enim vel Arabes, vel barbaros quosdam appellare inuento) cui cum tanaceto nihil commune est, quàm quod vermes similiter interimere potest, nimirum acri & nitrosa facultate sua, qua betæ similis aut etiam superior est. quod ipse obseruaui: quamobrem idem ad apophlegmatismos vtriusque vius. De hac paulo ante etiam ex Hieron. Tragi sententia locutus sum. Contra vermes vlceribus innatos: Verminantes partes aqua calida abluc, & posca: deinde pice, calce, & fimo bouis in aceto mixtis, lauato locum, & insperge puluerem elleboti nigri, Tardiuus. Vlcera in ventre canis oborta, pice liquida (de poix clere, id est pice pura vel purgata) inunge: & puluerem insperge qui recipit æquales partes opopanacis & radicum flammulæ, Tardiuus.

Si scabies infestabit, cytisi & selami tantundem conterito, & cum pice liquida permisceto, vitiosamq; partem linito: quod medicamentum putatur etiam hominibus esse conueniens: Eadem pestis si fuerit vehementior, cedrino liquore aboletur, Columella. Si scabies, impetigo aut lepra, quæ tria pro vno connumeramus, canem inuaserit: primum sanguis detrahatur à quatuor cruribus è vena maiori, quæ in externa cruris parte descendit: postea fiat vnguentum ex argento viuo, sulphure, & semine acalabis (vtricam intelligo) trito: æquales partes de duobus (lego, tribus) cum duplo axungiæ veteris vel butyri misce, & inunge locos affectos, curabitur. Confert etiam lupini decoctio, & aqua salsa, Albertus. Decoctione lupinorum abluc canem scabiosum, Rasis. Gratius poëta aduersus canum scabiem remedium præscribit, bitumine, pice, & amurca simul ad ignem mixtis: Inde lauant ægros, forte linunt legendum, nisi intelligas inungendos primum canes, inde lauandos. Hoc medicamine illiti canes, pluuias & frigora vitent: & locis tranquillis, calidis apricisque contineantur, vt vitium exudent, & medicamenti vis poros aperiat. Sunt qui scabiosos canes aqua marina mergant. In Sicilia specus est, vbi Stagna sedent venis, oleoque cadentia viuo (petroleum intelligo:) Huc pecudes mala tabe affectæ sæpe ducuntur, cum alia remedia non successerint: sacra Vulcano fiunt, &c. Nec mora (sic lego) si medias exedit noxia fibras H slaue præsidijs, &c. Quòd primam si fallet opem dimissa facultas: At tu præcipitem, qua spes est proxima, labem Aggredere, in subito subita est medicina tumultu. (forte, in summo summa est, vt conueniat huc sententia Hippocratis, Extremis morbis extrema remedia tentanda.) Stringendæ nates, scindenda ligamina (articuli) ferro Atmorum, geminaq; cruor ducendus ab aure. Hinc (à sanguine vitium, hinc illa est auidæ vehementia pelli. Licet auxilijs fessum solabere corpus: Subsiduasq; fraces (id est amurcam) diffusaq; Massica prisco Sparge cado. Liberrimus è pectore curas Exiget: est morbo Liber medicina furenti, Hæc Gratius. Sæpe scabies contagiosa plures simul canes inficit, aut etiam perimit, Quin acidos Bacchi latices (id est acetum) Tritonide oliua Admiscere decet, catulosq; canesq; maritas Vngere profuerit, tepidoq; ostendere Soli: Auribus & tineas candenti pellere cultro, Nemesianus. Scabiem adusta ferè bilis, aut falsa pituita generat. Comprimunt eam

aliquando

mini 1558. Iunij die 19. animal hoc mirabile Mittelburgum Selandię aduectum est, antehac à principibus Germaniæ nunquam visum, nec à Plinio aut alijs antiquis scriptoribus commemoratum. Quem Indicam esse dicebant è Piro (*forte Peru*) regione sexies mille miliaribus ferè Antuerpio distante. Altitudo eius erat pedum sex, longitudo quinque: collum cygneo colore candidissimum: corpus (reliquum) russum vel puniceum. pedes ceu Struthocameli: cuius instar vrinam quoq; retro reddit. Hoc animal (erat autem mas, ætatis annorũ quatuor) Theodoricus de Neus ciuis Colonien sis ad Rhenum, Cæsareæ maiestati adduxit & obtulit. Hæc hactenus vt in Schedæ illa leguntur, Noribergæ, vt conijcio, excusa. in qua ciuitate hanc bestiam sibi visam amicus quidam nobis retulit. Eam quanuis non cornutam, hoc loco post Camelopardalim dare volui, quòd quàm plurima ei communia habeat: & nomen Ouis similiter, non ab aliqua corporis similitudine, vt apparet, sed ob similem morum mansuetudinem in tanto corpe miram.

DE CAMELO.

A.

AMELI nomen apud Aristotelem & veteres absolute positum, non ad Bactrianam solum quam hodie simpliciter camelum nuncupamus: sed Arabicam etiam, quam Strabo camelum dromadem, recentiores dromedariũ vocant, extenditur. Cum camelos quinquaginta annos viuere percepi. tum Bactrianos ad centesimum annum, Aelianus: ex quibus verbis apparet, cameli nomen commune esse, neque Bactrianis duntaxat, quibus geminum in dorso gibber, proprium. Dicam igitur priore loco tum de camelo in genere, tum simul etiam de Bactriana: posteriore seorsim pauca de dromade, quoniam & figura dorsi præcipue differt, & cameli nomine apud recentiores non appellatur.

Camelus Hebraicè גמל gamal, Deuter. 14. Chaldaicè גמלא gamela, Arabice גמל gemal, Persice שתר schetor. Manifestum est sanè linguas alias pleraſq; hanc vocem debere Hebraicæ. Γαμήλη camelus vocatur à Chaldæis, Hesychius & Varinus. Varro in libro de lingua Latina, Camelus inquit, suo nomine Syria co in Latium venit אחשתרנים achastranim, Esther 8. Dauid Kimhi mulos interpretatur, animalia magna & magni pretij ex equa & asino. Septuaginta prætermittunt: Hieronymus veredarios: aliqui teste Abrahamo Esra פדרים peradim, id est mulos. R. Salomon ex camelis celeriter currentibus. בכרה bikra fœmininũ: Esaiæ 60. bikre plurale masculinum reperitur: vbi ab Hieronymo vertitur, dromedarij Madian: à Septuaginta ἀγέλαι καμήλων, id est greges camelorũ: à Kimhi, cameli parui, (sunt autem dromades camelis cæteris minores:) Chaldaicè, חגגנין hogenain, id est dromedarij. Rursus vocem בכרת Kimhi camelum paruum interpretatur. Hieronymus capreamam: ab Aquila Symmacho & Theodotione ἀγωγὸς redditur, id est cursor, pro dromade vel dromedario nimirum: à Septuaginta ὀλὶς, id est fero. Nobis ex Theodori Bibliandri sententia camelus dromas fœmina videtur. כורכרות kirkarot, Esaiæ 66. Chaldaice ברדכון kudanuuan, quod Iudæi mulos interpretantur, item Septuaginta. Abraham Esra genus camelorum excellens: R. Salomon camelos aut alia animalia velocissima: Eodem modo Kimhi explicat in libro radicũ. Sed magis congruit interpretatio nostrorum hominum, vt currus aut carrucas intelligamus. Nam Hieronymus & Symmachus carrucas verterunt, alij voce consona Φορεῖα: Septuaginta σκιαδίων, quæ Hieronymus vmbracula & basternas interpretatur & dormitoria. His subiungam nomina quæ reperio in libris medicorũ ex Arabica lingua, quanquam corrupta quædam ex illis & ineptè scripta videantur. Gemel, camelus est, inde baul gemel, id est vrina cameli, Syluaticus Antiqua expositio vocabulorum Auicennæ zemel habet per z. Camelus alnegib, id est qui pascitur in locis syluestribus: secundum alios vero est camelus valde velox gressu & cursu suo, quem Latini dromedarium appellant, Andreas Bellunensis in Auicennam, in Camelo & in Alnegib. In Pandectis Syluatici legitur anegibus (corruptè pro alnegib) id est camelus. Alhauar, camelus, Andreas Bell. Algiazar, id est camelorũ, Idem. Ebenars, camelus, Syluaticus. Astergar seu astergazi quid sit, inter authores Arabes non conuenit. Legitur enim in libro Benagi Albian quod sit radix aniuden (id est silphij:) & in libello de simplicibus Alchuin, astergar esse vocabulum Persicum: quoniam astir (nos שתר schetor supra scripsimus ex Persica translatione in Deuteronomion) Persice idem sit quod camelus, & gar spina, vt astergar sit spina camelorum: Alij corticem radicis aniuden exponunt, Andreas Bell. Bartolemæus Georgieuitz camelum Saracenice shymel vocari scribit, quę vox accedit ad zemel supra dictam. ea rursus ad gemel. Camelus Italice & Hispanice camello. Gallice chameau, Germanice *kamelthier*, Anglice camel, Illyrice Vuelblud.

B.

Cameli syluestres, cerui & capreæ abundant circa Arabiam, Agatharcides. Camelos inter armenta pascit Oriens, quorum duo genera, Bactriani & Arabici: differunt quod illi bina habent tubera in dorso, hi singula: & in pectore alterum cui incumbant, Plin. Camelus proprium inter cæteras quadrupedes habet in dorso, quod tuber appellant: sed ita, vt Bactrianæ ab Arabijs differant. Alteris enim bina, alteris singula tubera habentur. Sunt etiam omnibus singula parte ima, quale in dorso, tubera, quibus incumbat reliquum corpus, & firmetur, quoties in genua inclinantur, Aristoteles interprete Gaza. Græca verba, Διαφέρουσι δὲ αἱ Βάκτριαι τῶν Ἀραβίων, αἱ μὲν γὰρ δύο ἔχουσι ὄγκους, αἱ δ' ἕνα μόνον, Plinius multò clarius quàm Gaza reddidit, vt non dubium sit quin Bactrianis duo dorsi tubera, Arabicis vnicum sit. nam vt ille pronomen Latinis ad remotius, hic ad proximius refertur: sic Græcis ἐμὸς & ὁ ἐμός. Hæc differentia ex Gazæ translatione certa haberi non potest. Impulit eum fortassis Solinus. vt de industria ambiguè verteret. Is enim errore manifesto contra quàm debuit, Arabicis tubera duo, Bactrianis vnum attribuit, his verbis cap. 51. Bactri (inquit) camelos fortissimos mittunt, licet & Arabia plurimos gignat. Verum hoc differunt, quod Arabici bina tubera in dorso habent, singula Bactriani. Errat etiam Sepontinus qui Bactrias camelos, quibus bina tubera, vulgo dromedarios vocari scribit. Albertus magnus in distinguendo à dromade camelum mecũ sentit. Quod autem res contra se habeat, quàm Solinus scribit, facile Didymi etiam testimonio comprobauerim. Is enim Bactrianam camelum in ijs montibus, qui ad Indicam pertinent, concipere ex apris (συάγρων) simul pascentibus, profitetur. Natus autem ex sue (ἐκ συὸς) & camelo fœmina camelus duplici gibbo est. Verum quemadmodum



modum in equis & asinis plurimas notas patris fert mulus: sic camelus ortus ex semine suis tanquã indicium, virtutis robur pilorumq; densitudinem cõtrahit. Nec in luto etiam facile camelus talis dilabitur, sed erigitur statim suis viribus ponderisq; fert duplum quàm cæteri. Vocant autẽ ipsos, & meritò sanè Bactrianos, quod primo fuerint in Bactris orti. Hæc ex Geoponicis Græcis in fine libri 16. & mox de dromadibus seorsim. Vocat autem δίκυφον illum cui duo sint tubera: pro qua voce mendum est Bibliotheces tertio apud Diodorum: vbi ditili scriptum reperias pro dicyrti, Cælius. Vide an dityli forte legi possit, à tylo de quo paulo post. Arabia multa & diversa camelorum præbet genera, tum pinguium tum macilentorum, quorum quidam ditili à gibbo duplici nominantur, &c. Diodorus interprete Pogio. Cameli in dorso tuber Græci vocant hybon, quanquam & eo nomine intelligitur colloqiu est obtorto, Cælius. Boues Scythici similiter vt cameli eminenti dorso existunt: simul & cũ dorso clitellæ imponuntur, perinde vt cameli genu flectunt. Aelianus. Boues in Syria nodos scapularum flectunt, vt cameli, Aristoteles. Bubus Indicis camelorum altitudo traditur, Plinius. Nabim Aethiopes vocant animal collo simile equo, camelo capite, &c. Plinius. Camelus inter bisulca maximũ est, Aristoteles. Et alibi, Camelis opitulata est natura magnitudine corporis: sufficit enim hæc ad necem arcendam. Camelis Caspij abundant, quarum maximæ ad equorum maximorum accedunt magnitudinem, Aelianus. Colorem habent cameli pullum atque natiuum, ob id vulgo pullum colorem camelinum vocant, Sipontinus. Est in India camelorum armentum qui toto corpore albi sunt, Philostratus. Buber, id est lana cameli, And. Bell. τύλη, ἡ καμήλου ἀπὸ τῆς ἰσχίου πάχος δίφυμα. id est suprema (dorsi) cutis post colium, Hesychius & Varinus. forte quia callosa sit: proprie enim tyli dicũtur, inquit Hesychius, callosæ partes animalium dossuariorum circa humeros, vel scapulas, ex frequẽti affrictu nimirum & compressione præter naturã. Potest tamen tylos etiam secundum naturam dici, vt apud Nicandrum caro protuberans, circum oculos anguium: inde τύλωμα Grammatici etiam tuber exponunt, & inferiorem pedis partem. Protagoras primus quam nuncupant τύλους, in qua onera portant, inuenit, Laertius lib 9. Nihil igitur obstat quin apud Diodorum legamus δίτυλοι, idq; elegantius meo iudicio, quàm δίκυφοι, pro camelo cui geminũ tuber. Cameli non sunt vtrinq; dentati, quamuis cornibus careant: cuius rei causam reddit Aristoteles lib. 3. de partibus animalium, cap. 14. Camelus vna ex ijs quæ non sunt cornigera, in superiori maxilla primores non habent dentes, Plinius. Et alibi, Dentium (inquit) superiore ordine carent in vtroq; genere, id est tum Bactrianæ tum Arabiæ. Cameli adiuuantur proceritate collorum, Cicero de Nat. Anhar, id est locus qui est in inferiori parte gulæ, Latinè sonat vulneratio cum lancea: eò quod camelus ibi cum lancea percussus, citius quàm vllo alio vulnere moritur, Syluaticus. Cameli venter cur multiplex sit, declarat Aristoteles lib 3. de partib. cap. 14. Desenem, adeps zirbi, id est omenti cameli, Syluaticus. Camelus fel nõ discretum, sed venulis quibusdam confusum habet, Aristot. lib. 4. cap. 2 Et paulo post, Camelus quia felle caret, diu viuit. Plinius etiam camelos felle carere scribit. In ventre (vel vt alibi, inter femora) mammas duas cum papillis quatuor habet, modo vaccæ, Aristot. Genitale camelis neruosum est, Arist. Et alibi, Neruo (inquit) ita constat, vt vel ex eo confici possit (neruus) quo arcus fidissimè intendatur. Caprex, καπρέαι, sunt in natura cameli prominentes carnes, Cælius: nos clarius ex Suida dicemus mox cap. 5. vbi de castratione cameli. Caudam habet camelus asino similem, genitale retro Arist. Herodotus scribit, Camelũ in posterioribus cruribus gerere quatuor femora, & totidem genua, & veretrum inter posteriora crura caudam versus spectare, Aelianus. Genua singula in singulis cruribus sunt, & flexus artuum, non vt quidam perhibẽt plures sed propter alui interuallum plures esse videntur. Habet etiam talum simile bubulo: clunes proportione magnitudinis paruos. Bisulcum id animal est, nec vtrinq; dentatum. Sed bisulcum sic est, vt pes parte posteriore (scilicet versus calcaneum, Niphus. ἐκ ὄπισθεν, ego non versus calcaneum, sed superiore parte quæ posterior est externis digitis) scissus paululum sit ad flexum digiti secundum: parte autem priore summa, quadripartito findatur discrimine paruo, quantũ primotenus digiti inflexu, & quiddam inter fissuras, perinde vt in anserum pedibus adiectum contexat. Pes vestigio est carnosus, vt vrsi, qua de causa eas quæ per exercitum longiore itinere fatiscunt, calceant carbatinis, Aristoteles. Camelo tali similes bubulis, sed minores paulo. Est enim bisulcus discrimine exiguo pes imus cameli, vestigio carnoso vt vrsi, qua de causa in longiore itinere sine calciatu fatiscunt. Plinius. Coitus tota die est camelis solis ex omnibus quibus solida virgula, Plinius. Carbatinas calceamenti genus esse ex rudi vel recente corio bubulo supra docui in Boue cap. 5. Apud Varinum legimus etiam ἀρβύλαι & ἀρβύλαι, & ἀρμύλαι secundum Cyprios, calceamentorũ genera. Ἀραβυλαι, τὰ μὴ ἐξεσμένα, ἀρβύλαι δὲ τὰ ὁλόκληρα, Hesychius & Varinus. Ego ita potius legerim, Ἀραβυλαι, τὰ μὴ ἐξεσμένα ὑποδήματα. ἀρβύλαι δὲ τὰ σκυτάλια. Nam ἀρβύλαι alibi exponunt, σκυτάλιον σκυτικὸν σκεῦος: Herodotus scribit camelum in posterioribus cruribus gerere quatuor femora, & totidẽ genua & crurum posteriorum articulos versus caudam conuerti, Aelianus Ego per genua articulos intelligo, per femora vero ossa quæ inter articulos recta habentur. Hæc autem terna esse in prioribus cruribus, in posterioribus quaterna, ipse dum hæc scriberem in dromade obseruaui. Pedes nunquã atterunt: sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta. Vnde & cõtraria est labes (id est lapsus vel lapsio) ambulantibus, nullo fauente præsidio ad nisum insistendi, Solinus. Auicenna author est camelos quosdam fissos habere pedes, alios vero equi instar solidos Albertus. Camelus animal est deforme, collo & cruribus longis, Idem.

C.

Genus camelorum vtrumq;, Bactrianum dico atq; Arabium pedatim (κατὰ πόδα) incedit, cum pes sinister nõ transit dextrum sed subsequitur, Aristot. Omnia animalia à dextris partibus incedunt, sinistras incubant (id est sinistris interim innituntur:) Reliqua vt libitum est gradiuntur. Leo tantum & camelus pedatim, hoc est vt sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur, Plinius. Apparet autem eum non intellexisse locum Aristotelis qui est lib 2. cap. 1. historiæ anim. de gressu animalium: nam vbi Aristoteles dixit reliqua animalia τὸ πλάγιον ingredi, quod fit cum statim post anteriorem dextrum pedem sinister posterior progreditur & post anteriorem sinistrum dexter posterior: Plinius vertit, vt libitum est, Asesetenai, id est pastura camelorum, Antiqua expositio in Auicennam. Schœnuanthos aliqui pastum vel fœnum camelorum vocãt: nam vbi nascitur, longe lateq; omnia occupat, ita vt pascendi copiam abunde præbeat. Amant hordeum, cuius pabulum subito glutiunt, & postea tota nocte ruminant: Si vnus abstineat in stabulo, cæteri tanquam condolentes in stabulo simul abstinent, Albertus. Quædam præ sui corporis magnitudine, aut difficultate cibi nõ ad concoctionem idonei, sed spinosi & lignei, multiplicem habent ventrem, vt camelus. Et hæc quidem quanquam cornibus caret, ideo nõ superne dentata est, quod ei magis necessarium est ventrem talem habere, quam dentes priores, &c. Ruminat etiam camelus more cornigerorũ, quoniam ventres similes cornigeris habeat, Aristot. Pastus columbarum & camelorum, est herba habens granum simile

ſimile grano myrti, qua paſcuntur cameli, nec inde læduntur quicquam, cùm ſit venenum vermibus, Syluaticus & Antiqua exp. in Auic. Aſtergar, id eſt ſpina camelorum, vt paulo ante dictum eſt cap. 1. Arabes Scenitæ paſcua omnis generis pecorum, præſertim camelorum, optima habent, Strabo. Schœnuauthos quidam Arabice adcher appellant. In prouincia Aden, equi, boues, cameli, & oues veſcũtur piſcibus (quorum ingens illic copia) & libentius quidem ſiccis quàm recentibus: nam propter immenſum calorem herbis & frugibus carent, Paulus. Venetus. Camelus facilè paſcitur, etiam vbi pabulũ deſit. Philoſtratus. Cameli & equi turbulentam & craſſam aquã ſuauius bibunt, quippe quæ ne ex fluuio quidé prius hauriant, quàm pede inturbent. Poſſunt vel ad quatuor dies tolerare ſine potu, mox bibunt quàm inuitum, Ariſtot. Sitim & quatriduo tolerant: implentur cum bibendi occaſio eſt, & in præteritum & in futurum, obturbata concalcatione prius aqua: aliter potu non gaudent, Plinius.
10 Didymus in Georgicis ait triduum integrum tolerare ſitim camelum. Lutulentas aquas captant, puras refugiũt: deniq; niſi cœnoſior liquor fuerit, ipſi aſſidua conculcatione limum excitant, vt turbetur. Solinus. Bactrij minus infeſtantur ſiti, ideoq; laboris patientiores ſunt, Cælius. Irati ſtrident horribiliter, Author obſcurus. Μυκᾶσθαι, ὅταν κριὸς καμηλοις ὁμιλῇ ἐρῶν χάσκειν ἢ ὑλακτεῖν ἢ ὑλάειν Heſychius. In auerſum (ex auerſo, ab auerſo) mingit, & mas & fœmina: alioqui quadrupedum fœminæ omnes id faciunt, Ariſt. Feruidum animal camelus eſt, proindeq; laſciuum: ex quo in Veſpis Ariſtophanes feſtiuiſſimè, Phocarum (inquit) odorem habebant, lamiæ verò teſticulos illotos, cameli autem podicem. Coitus auerſus elephantis, camelis, tigribus, &c. quibus auerſa genitalia, Plinius & Solinus. Cameli ſedente fœmina (ὑπὸ θηλείας καθημένης) coeunt, nec auerſi (οὐκ ἀπεστραμμένοι) ſed complectente mare, vt cæteræ quadrupedes agunt, & coitum toto die exercẽt, Ariſtoteles. Errat igitur Plinius qui camelis auerſum peragi coitum ſcribit, quod Hermolaus etiã in Caſtigationibus Plinianis obtenuauit. Interim miror qui fiat quod auerſæ nõ coeant
20 more aliarum omnium quadrupedum, quæ genitale retro vertunt. Tempus coeundi in terra Arabia, menſe Septembri. Incipit & mas & fœmina coire in trimatu: fœmina poſt partum vno interpoſito anno coit, Ariſt. A trimatu pariunt vere, iterumq; poſt annum implentur à partu, Plinius. Vere pariunt, Ariſtot. Petunt receſſuum ſolitudines cum libet coire, nec aliquis eò poteſt tutò accedere, præterquam paſtor armenti, Ariſtot. Coituri ſolitudines aut ſecreta certa petunt, neq; interuenire datur ſine pernicie. Coitus tota die eſt tantum ijs ex omnibus, quibus ſolida vngula, Plinius. Genituræ cupidine efferantur adeò, vt ſæuiant cum Venerem requirunt, Solinus. Camelus mas fœuit tempore coitus, ſiue homo, ſiue camelus accedat: nam equis quidem odio naturali aduerſantur, Ariſtot. Maſſagetæ cum vxoribus in propatulo concumbunt vt Herodotus ſcribit: at cameli coeundam Veneris ſocietatem nunquam palàm inter ſe ducunt. Quod quidem factine verecundia an admirabili naturæ munere faciant, Democrito alijsq; diſputandum relinquo. Cum autẽ inter eos coniunctionis appetitum paſtor exoriri ſen-
30 tit, aliquò concedit, Aelianus. Nec matri nec ſorori miſcetur camelus, Didymus. Camelos in Admirabilium relatione tradit Ariſtoteles nunquam coiſſe cum matre. Obſeruatum id & in nono Auicennæ libro, qui eſt de animalibus, Cælius. Camelus cum matre nunquã concumbit: Cuius rei exemplo eſt paſtor quiſpiam, is cum fœminam quoad eius fieri poterat, exceptis genitalibus obtexiſſet, deindeq; filium matri ſic opertæ admiſiſſet. hic ex latebris coitus appetitione falſus, matrem imprudens ſuperuenit ſuam, quod vbi intellexiſſet, camelarium ſcelerati coitus admiſſarium, & mordicus premens, & ad terram abiectum genibus affligens, cum ſummis doloribus interfecit, atq; ſeipſum præcipitem agens, voluntariam mortem ſibi cõſciuit. At inter homines Oedipum cum matre commiſiſſe inceſtum, conſtat: & Telephum etiam commiſſurum fuiſſe, niſi eos diuino ductu draco diremiſſet, Aelianus ex Ariſtotelis de hiſtoria animalium lib. 9. cap. 47. Camelus ventrem fert menſes duodecim, parit ſingulos, Ariſtot. & Plinius. Vniparum (ſic legendum, non viuiparum) nanq; eſt. Ariſtot lib. 5. cap. 14. hiſtoriæ ani-
40 mal. Camelus fert vterum menſes decem, Ariſtot. hiſtor. anim. 6. 2. pro δέκα lege ἑνδέκα, vt loco iam citato: nam & Plinius ita legit. Separant prolem à parente anniculam, Ariſtot. Tenuiſſimum lac camelis, mox equabus, Plinius. Tertio loco aſinæ, Ariſtot. Lac camelinum liquidiſſimum, tenuiſſimum ac minime pingue, licetq; plurimo ſerò abundet, tardius tamen ſecedere longa experientia compertum eſt. Cameli lac habent, donec iterum grauescant, Plin. Lac ſuum vſq; eò ſeruant, quo iam conceperint, Ariſto. Syluaticus aufa lac camelinum exponit. Lac equarum ſicut & lac camelarum partui vicinarum, ſubtile eſt, aquoſum, & ventrem lenit: Auicenna. Cameli lac impoſitũ alteri lacti impedit caſeari, Kiranides. Camelus quia felle caret, diu viuit, Ariſtoteles. Et alibi, Viuit diu, plus enim quàm quinquaginta annos. Et rurſus alibi, Viuit magna pars camelorũ annos triginta, ſed multò plures nonnullæ: nam vel ad centeſimum annum facultatem viuendi protrahunt. Viuunt quinquagenis annis, quidam & centenis: vtcunq; rabiem & ipſi ſentiunt, Plinius. Durant in annos centum, niſi forte tralati in peregrina,
50 inſolentia mutati aeris morbos trahãt, Solinus. Scabies cameli cedria curatur, Didymus. Rabiẽ & ipſi ſentiũt aliquãdo, Ariſtot. & Plin. Περὶ δὲ βᾶσιν καὶ μανίαν καὶ ἕλκη καὶ ψώραν καμήλου. Porpyrius. Camelis accidit rabies & podagra, vnde facile moriuntur: quamuis enim non amittant vngulas, dolent tamen vehementer cũ per itinera dura & ſalebroſa incedunt, Albertus & alij recentiores. Camelos necare traditur in Babylonis regione gramẽ id, quod iuxta vias naſcitur, Plinius. Iuba tradit cetaceo pingui & omnium piſcium adipe, negociatores in Arabia camelos perungere, vt aſilos ab his fugent odore, Plinius.

D.

Quãtopere inceſtum cum matre fugiat camelus, paulo ante dixi. Odium aduerſus equos gerunt naturale, teſtibus Ariſtotele & Plinio: Vide etiam in Equo D. Cum Xerxes per Pæonium agrum atq; Creſtonicum iter faceret ſuper amnem Chidorum, leones impetum dederunt in camelos, qui commeatum portabant. Sub noctẽ enim
60 relictis locis conſuetis eò deſcenderunt: nullo; alio neq; iumento neq; homine tacto, in camelos graſſati ſunt. Miror autem quænam impulerit cauſa leones, vt cæteris abſtinerent, aggrederentur verò camelos: quod animal nunquam antea nec experti fuerant illic, nec viderant. Sunt autem per ea loca leones multi, Herodotus lib. 7. Simonides in Iambis dicit Perſas poſt Cyri pugnam in Lydia camelos ſimul cum equis alere, equorum metum ex camelis, conuictu conantes expellere, Aelianus. Onerandi cameli ſi vel modice à camelario ſuper genua calce percutiantur, ſtatim flexis cruribus ſe ſubmittunt.

E.

Camelos inter armenta paſcit Oriens, Plin. Omnes iumentorum in ijs terris (Bactris & Arabia) dorſo fungun-
tur atq; etiam equitãtur in prælijs. Velocitas inter equos (id eſt æqualis equorum velocitati, quamuis Pollux ſcri-
70 bit Bactrijs camelos eſſe equis velociores) ſed ſua cuiq; mẽſura, ſicuti vires. Nec vltra aſſuetũ procedit ſpatiũ, nec

plus

plus instituto onere recipit, Plinius. Sunt alij oneri ferendo accommodati, alij leues ad pernicitatem: sed nec illi vltra iustum pondera recipiunt, nec isti amplius quàm solita spatia volunt egredi, Solinus. Currunt Cameli celerius quàm equi Nissani, propter laxiorem sui gradus glomerationem, Arist. Arabes in Persico bello agebant camelos nihilo inferiores equis pernicitate, Herodotus. Formicæ Indicæ Indos aurum ab ipsis congestum furantes, crebro lacerant, quamuis præuelocibus camelis fugientes, Plinius. Camelis iunctis Indi tendunt ad auri furta, quod custodiri aiunt à formicis, quæ vulpes excedãt magnitudine, Herodotus. Adijcit Philostratus Indos ad cursum camelis vti, hisq; vno die stadiorum mille iter conficere, Cælius. Strabo lib. 15. de elephantis scribens, Ἄγεσθαι δ' ὑπ' ἀνθρώπων καὶ καμήλων, (lego ὑπ' ἀνθρώπων καὶ καμήλοις.) In Tesleto Numidiæ oppido terram equo & camelo exercent, qui arandi mos per totam Numidiam obseruari solet, Leo Africanus. Thus collectum Sabotam camelis conuehitur, Plinius. Onera sexaginta camelorum memorantur in sacris literis lib. 4. Reg. cap. 8. & sex milia camelorum, Iob 42. & rursus quinque milia, primo Paralipomenon cap. 3. Nonnulli superioris Asiæ incolæ camelos vel ad tria milia possident. Ex ditylis camelis (id est quibus bina dorsi tubera prominent) quidam ferendis oneribus apti, supra decem frumenti minas, homines vero quinque in lecto iacentes vehunt, Diodorus lib. 3. Biblioth. interprete Pogio, quibus Græci codicis copia est, si volent conferant. Castrantur cameli mares, vt pugnaciores sint, à Bactris populis, sic petulantia excisa robustiores fieri aiunt, (quod & Solinus scribit:) Quinetiam fœminis vuluas ferro exulcerari, vt partibus illis quæ ad furorem libidinis incitant adustis, ad bellum aptiores existant, Aelianus. Cameli etiam fœminæ castrantur, cum eis vti in prælio libet, ne concipiant vtero, Aristot. Castrantur fœminæ sues sic quoque vti cameli, post bidui inediam, suspensæ pernis prioribus, vulna recisa, Plinius. Capreæ, καπρίδια, carnes sunt eminentes intra pterygomata pudendi, quas excindunt cum ad bellũ parantur, ne amplius coire possint, Suidas. (sic in suibus fœminis apria dicta vuluæ adhærens excinditur.) Pterygomata pudendi fœminei labra sunt, quæ χόρια ab Hippocrate vocantur, ambitus genitalis muliebris Cornelio Celso: intra hæc quæ prominet caro in camelis capreas vocant Græci, Hippocrates in mulieribus ἰσχία, aliqui nymphã. Ad belli vsum, camelorum quoq; gerula opera expetitur: ex camelis etiam Bactrij pugnant, quod sint equis celeriores, & magnitudinis ratione formidabiliores etiam, & hirsutiores: & quia non infestantur siti, ac laboris patientiores sunt, ad diuersos vsus bellicos magis idonei, Cælius ex Pollucis lib. 1. Camelos aliquantæ nationes (inquit Vegetius de re milit. 3. 23.) in aciem produxerunt, vt Vrcilani in Aphrica, Mahetes hodie quoq; producunt. Sed hoc genus animalium aceruis & tolerandæ siti aptum, confusas etiam in puluere vento vias absque errore dirigere memoratur. Cæterum propter nouitatem, si ab insolitis videatur, inefficax bello est.

Vrinam camelorum fullonibus vtilissimam esse tradunt, Plinius. Lycion aptissimum medicinæ quod est spumosum, Indi in vtribus camelorum aut rhinocerotum id mittunt, Plinius. Ex pilis camelorum & dromadum, qui mediocriter molles crispiq; sunt, vestes audio confici, camelotas inde vulgo dictas. Cœrulei coloris vestis dicitur & cymatilis, inquit Bayfius. Hic vndas imitatur, habet quoque nomen ab vndis, Ouidius: κῦμα enim fluctus est. Nec me latet quosdam per cymatilem vestem apud Plautum intelligere vndulatam, id est de camelot: quod haud scio an ridiculum sit, Hæc Bayfius. Diuum Ioannem baptistam legimus indutum fuisse veste ex pilis camelorum, contexta nimirum ex pilis, non camelota, id est ipsa cameli pelle, vt pictores & statuarij fingunt. Camelorum Caspiorum villi adeò sunt molles, vt cum Milesijs lanis mollitudine cõparari possint, ex ijsq; Sacerdotes & Caspiorum ditissimi præcipuiq; vestes conficiunt, Aelianus. In ciuitate Calacia prouinciæ Egrigaiæ sub magno Cham, inueniuntur panni Zambilotti dicti de lana alba & camelorum pilis contexti, omniũ qui vsquam sunt pulcherrimi, Paulus Venetus. Fiunt & in regionibus Gog & Magog optimi Zambilotti è pilis camelorum. Idem. Genitale camelis ita neruosum est, vt vel neruus ex eo confici possit, quo arcus fidissime intendatur, Aristoteles. Alhacab Arabice est neruus camelorum contusus in villis, quibus simul cum colla inuoluuntur arcus ligatione forti, sicut fit in Damasco: hinc etiam in humano corpore ossium ligamenta seu chordæ alhacab dicũtur, Andreas Bell.

F.

Camelus in sacris literis animal in cibo vetitum est: quanquam enim ruminat, vngulam tamẽ non omnino diuidit, sed parum aliquousq;, & superne tantum: imum enim vestigium omnino planum solidumq; est: ita vt inter bisulca & solidipeda ambigere mihi videatur proinde & Plinius alicubi solidam ei vngulam tribuit, vt in 8. supra dictum est. Sunt qui asinorum domesticorum mandunt carnes, pessimi succi, ac concoctu difficilimas, nec non insuaues: ita etiam equorum ac camelorum nonnulli, animo scilicet & corpore asinini ac camelini homines, vescuntur, Galenus lib. 3. de alimentorum facultatibus. Caro algiezur, id est camelorũ, est grossi nutrimenti & valde calefacit, Auicenna. Cameli tum lactum caro, suauissima omniũ est: bibitur eius lac ad vnam mensuram duabus aut tribus aquæ admixtis, Aristoteles & Plinius: qui tamen lactis solum, non item carnis suauitatem commendat: Et alibi, Dulcissimum (inquit) ab hominis lacte camelinum est. Camelorum duplici gibbo insignium, carnibus lacteq; vescuntur incolæ Arabiæ, Diodorus Sic. lib. 3. Biblioth. Qui circa Caput Album dictũ habitant, camelorum & aliorum animaliũ lac bibunt, Cadamystus. In regione Fezzen dicta maxima frugum carniumq; est penuria camelinis enim duntaxat carnibus vescuntur, Leo Africanus. Apud maiores nostros, inquit Antiphanes Comicus, boues integros assabant, ceruos, agnos: deniq; coquus quidam integrum monstrum assatum, nempe calidam camelum, magno (id est Persarum) regi apposuit, Athenæus lib. 4. Lac camelorum partui vicinarum butyri & caseosæ substantiæ minus habet, ac tenue est: Equarum lac est sicut camelorum partui vicinarum, tenue, aquosum: Omne lac obstruit, iccur præsertim, excipimus camelorum fœtarum lac & similium (asininum, equinum) in quo parum caseosi est, & aquositate sua absterget, Auicenna. In lacte camelino salsedo est, inde quod amãt acetosum, Auicenna: (forte legendum, Salsum esse camelinum lac, quoniam cameli appetunt salsa. Acetosum vero lac, &c. à nouo initio.) Lactis vsus sæpe inducit sordes (albaras, id est, vitiliginem profundiorem) præterquam camelorum recenter fœtarum: ex hoc enim raro timentur albaras, Auicenna. Aluum mollit lac equinum, camelinum, & asininum, Idem. Camelinum lac omnium tenuissimum est, & meliorem tenuioremq; succum gignit: extenuat crassos humores excrementitios: aluum mollit, & obstructionibus liberat, propter vehementẽ calorẽ qui ei per naturam inest, Rasis. Arabes nouimus camelorũ lacte vesci, à carnibus suillis vero abstinere imprimis, copiæ vel raritatis vtrumq; ratione. At camelos detestantur in Septentrionẽ reiecti, Cælius. Heliogabalus comedit sæpius ex Apicij æmulatione, vt Spartianus prodit, camelorũ calcanea, cristas gallinaceis demptas viuentibus, &c. Heliogabalus struthiones & camelos exhibuit in cœnis aliquoties, dicés præceptũ Iudæis vt ederẽt, Lampridius.

Camelus

G.

Camelus calido & ſicco temperaméto eſt, Raſis. Veneno infectus, ſi neceſſitas poſtulet, colliocetur in ventrem muli vel cameli recens occiſi: liquidem calor illorum animalium reſoluit venenum, & ſpiritus partesq; corporis omnes corroborat, Ponzettus cardin. Caro cameli prouocat vrinam, Auicenna: Bellunenſis cerui non cameli, legendum monet. Camelorum pingue quomodo curandum ſit, ex Plinio & Dioſcoride prædixi iam in Tauro. Adeps de gibbo cameli ſuffita, iuuat hæmorrhoides, Auicenna. Si non ſentitur in eo adultio, vngatur vnguento quod fit ex adipe qui in gibbo cameli inuenitur, & bdellio, &c. Raſis cap. 89. lib. 9. de cura rhagadum ani. Medulla cameli, adeps & lac aſini, pili è cauda ſimiæ adijciuntur vnguento cuidã ad reſolutiones apud Aetium. Sanguis cameli fricatus (lege frixus) dyſenteriæ prodeſt, & diuturno alui profluuio, Haly. Siccatus & frixus, fluxiones ſiſtit cum vino potus, ſagittæ Armenæ veneno aduerſatur, Auicenna. Poſt purgationẽ vero menſium potum (hoc forte ad lac cameli pertinet) conceptum promouet, & prodeſt prouocationi vteri, Auicenna: vt citat quidam author obſcurus: ego apud Auicennam neque in ſanguinis neq; in lactis mentione reperio. Medetur ſanguis cameli epilepſiæ, ſed hoc negat Galenus: quoniam non admodum incidit, ſed forte ex tota ſubſtantia hoc facit, Auicenna. Cameli cerebrum arefactum, potumq; ex aceto, comitialibus morbis aiunt mederi, Plinius, & Auicenna, & Galenus in libro de theriaca ad Piſonem cap. 12. Serapion pro epilepticis ordinat cameli cerebrum atque fella, Cælius Aurelianus qui videtur non probare. Dentes quando fricantur, inteſtinis excoriatis manifeſte proſunt: & hæmorrhoidas impoſiti ſanant miſcentur item cum aſſagi, id eſt vngento & liuore cum aqua porrorum nabathæi, quo remedio iuncto efficaciter dolor hæmorrhoidum tollitur, Raſis. Spuma cameli cum aqua pota ab homine ebrio, reddit eum dæmoniacum, Raſis. Si quis de pulmone cameli arido & trito pondus aurei biberit, cæcitatem incurret, Raſis. Fel cum melle potum comitialibus morbis aiunt mederi, item anginæ, Plinius. Solum per ſe fronti illitum, prodeſt aduerſum caliginem: ſed ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis optimi cyathis tribus, & croci vncia in vnum miſcebis, & ſic ſuffuſionem ad oculos facies, vel etiam ſuperlines inde caligãtes & lippientes oculos hoc medicamine etiam excreſcentes carnes in oculis & cicatrices curantur, Marcellus. Cauda cameli arefacta aluum ſolui aiunt, Plinius. Setas è cauda contortas, & ſiniſtro brachio adalligatas, quartanis mederi, Idem. Lac camelorum recenter fœtarum auxiliatur aſthmati & anheloſis, Auicenna. Lac camelorum (quidam addunt, recenter fœtarum ambulantium, aliàs Arabicarum, quod magis placet) prodeſt aduerſus hydropem & duritiem lienis, vt caprinum etiã & aſininum, Auicenna. Cameli lac roborat iecur, obſtructiones aperit, lienem craſſum extenuat & iuuat hydropicos, ſi calidum bibatur, præſertim admixto ei ſaccharo alazur, Raſis. Lac camelorum recens fœtarum cũ oleo de alcanna (aliàs, alkerua) partibus internis induratis auxilio eſt, Auicenna. Lac omne ſpleneticis & hepaticis, & victu attenuante indigentibus, inſalubre, excepto camelorũ fœtarum lacte: hoc enim confert affectibus pleriſque ſplenis & hepatis, & renouat (aliàs humectat, aliàs impinguat) hepar: Conducit præterea in hydrope, maximè ſi bibatur cum vrina camelorum recens fœtarum Arabicarum: excitat etiam appetitum cibi, ſed ſitim facit, Auicenna. Prouocat menſes, & confert hæmorrhoidum vitijs, Idem. Epoto veneno antidotum eſt lac cameli: idem corruptam temperiem corporis emendat, & auget ventrem (id eſt aluum dejcit) Haly. Coagulum præcipue Camelinũ (alchuli, vt notat Bellanenſis) præfocationi matricis confert, Auicenna. Fimi cameli cinere criſpari capillum cum oleo aiunt: & dyſentericis prodeſt illitus cinis, potusq; quantum trinis digitis capitur, & comitialibus morbis, Plinius. Stercus cameli prohibet remanere veſtigia variolarum, & tollit verrucas & fluxum ſanguinis è naribus ſiſtit, & cum medicamentis potum comitialibus confert, Auicenna: author quidam obſcurus falsò ex Plinio citat. Fimus cameli albus cum melle tritus & impoſitus, tumores reprimit, & vulnera deficcata expurgat reſoluit bothor ac vlcera, ſcrophulas quoq; fortiter, &c. Hæc ex Dioſcoride citata, neque apud ipſum, neq; apud Serapionem inuenio. Apud Auicennam vero ſic legimus, Stercus cameli reſoluit bothor & vlcera: & ſimiliter ſtercus pecudis ſuper mellinum: ſtercus caprarum reſoluit ſcroſulas fortiter, & ſimiliter ſtercus cameli: quod etiam articulorum dolores ſedat & abſceſſus eorum ſanat, Hæc Auicenna. Cameli fimus miſcetur Oribaſij medicamento ad alopeciã, apud Nic. Myrepſum. Cameli ſtercus ad podagrã, apud Actiũ, Apud eundem lib. 12. cameli ſtercus in vnguentũ quoddam ad reſolutiones injicitur. Vrinã vlceribus manantibus vtiliſſimam eſſe tradunt. Barbaros eam ſeruare quinquennio, & heminis pota ciere aluum, Plinius. Vrina cameli pulli cum a lacte ſeparatur, ſoluit ventrem & niſi ſoluerit, medicamento aluo dejiciendæ apto vtendum, Raſis. Vrinarum vtiliſſima eſt, quam reddit camelus Arabica, quam alnegib vocant, furfures abſtergit, ſi caput ea abluatur: odoratui læto prodeſt (vetus tranſlatio non recte habet, fœtori narium) & obſtructum os, quod colatorium vocant, efficaciter aperit, Auicenna Vrina cameli, vt hominis etiam, remedium eſt hydropi: eadẽ illinitur ſplen, præcipue cum lacte cameli, Auicenna. Ad impetiginem, Fœda fluunt curui quæ purgamenta cameli, (id eſt vrina, vt puto,) Vrentur, cineremq; dabunt, vngentur aceto Maſcula chura ſimul, diuinaq; cura valebit, Serenus. Sal Ammoniacus factitius hodie nobis affertur ex Germania plerunq; : licet nõnulli ex vrina camelorum arte quadam deuſata fieri credant, Petrus Matthæolus.

H.

a. Recentiores quidam chamelum per c aſpiratum ſcribũt, vt Politianus & Calepinus, forte veteres imitati Latinos qui chenturionem pro centurione dicebant: aut propter etymologiam qua Græci χάμηλον dici arbitrantur, quaſi χαμαὶ καὶ ἥμενον, ὅτι πρὸς καμηλὸν κάμνει τὸ ἄρσεν πεσεῖν, id eſt quoniam humi ſedenti, vel potius cubanti onus imponitur. Hinc χαμαιλέων & ὑφῆς τὰ χῶλα, καὶ ἀνατείνει ἐπὶ πολὺ ἐκ τοῦ ἐσθίειν εἰς τὸ στόμα, Suidas in voce κῶλα ſine authoris nomine, vt ſolet. Alij χάμηλον quaſi χάμψαν dictã conijciunt, ὅτι δὲ τὸ καμπὴν ἔχον μηρὸς ἐστὶν καθίζοντι, id eſt ab eo quod femora inflectat cum ad ſedendum cubandumúe ſe demittit. Scribit Onirocriticorum primo Artemidorus, ex Eueni ſententia in Eroticis ad Eunomum, camelum dici velut κάμψαντα, quia αἴτιος κάμπτει ἔνδον μηρούς: quo argumento præmonſtratam cruris debilitatem ſomnianti, hoſpitio ſe exceptum in fuga, cui nomen foret Camelus. Artemidoro ſubſcribit Horus, apud Aegyptios camelum inquiens, indicare hominem inceſſu tardum: quoniam inter animalia camelus modo τὰ μηρὼ κάμπτει, vnde etiam nomen ei contigerit. Ex Strabonis tamen interpretamento Georg. libro 17. conijcere licet camelum eſſe Aſſyrium vocabulum: gamal enim dicunt illi, vnde vico conciliatum nomen Gangamela, velut domus cameli: quod eſt ab Dario impoſitum Hyſtaſpis filio, quum fatigatæ

camelo alimentorum ratione locum contribueret. Gangamela tamen pronunciant Græci, forte per inſcitiam, quia gentium illarum proprietate, gan, locum dicunt munitum. Meminit loci ac interpretamenti in Alexandro Plutarchus, Cælius. Camelum Græci omnes, ni fallor, fœminino genere tantum proferunt, quanquam recentiores quidam generis communis faciunt: Apud Latinos etiam fœmininum frequentius inuenias, maſculinum rarius. Recentiores quidam in veterum ſcriptis fœmininè poſita cum mentione cameli nomina, per imperitiam in maſculina verterunt, vt apud Plinium vbi vetus lectio Bactrias, & Arabias camelos habet, idq; recte (nam Ariſtoteles etiam ſic habet, & Gaza ſimiliter reddidit) Bactrianos & Arabicos ſuppoſuerunt: non genere ſolum mutato, ſed poſſeſſiuis etiam nominibus gentiliũ loco vſurpatis: quorum vtrunq; licet fieri poſſe aliquis aſſerat, malim tamen & antiquum & magis proprium morem ſeruare. Sic camelus dromas fœminino ſolum genere a Græcis proferrur, pro more oxytonorum in ás quæ flectuntur per ádos: apud Liuium in maſculino legimus, Ante hunc 10
equitatum (inquit lib. 7. belli Maced.) falcatæ quadrigæ, & cameli quos appellant dromadas. Ἀκάμας & ἡ καμηλός, Varinus. Ἀκάμαλα, ἢ καμήλους, Heſychius, Κάμηλος, ſumitur etiam pro multitudine camelorum, vt ἵππος pro equitatu, vt apud Herodotum in clio, τῇ ἡ καμηλικὴ πᾶσα στρατιὴ ἐκέλευε. Camelinus adiectiuum, vt lac camelinum Plinio. Aſinorum etiam vetulorum, vt equorum & camelorum quoque carnibus nonnulli veſcuntur, ἀλλά τοι ἡ ὑυγίου καὶ κτήνεα ἐνώδια καὶ καμηλίδες, Galenus. Camelus non tantum ſignificat τὸ ἀγχιβόλιον ζῶον, id eſt quadrupedem doſſuariam; vel iumentum clitellarium: ſed & craſſum illum funem nauticum cui anchora alligatur, à ſimilitudine cameli animantis tortuoſi, Cælius & Theophylactus in Matthæi Euangelium. Latini, vt Cæſar lib. 1. belli Ciuil. anchorarium funem, aut anchorale vocant, Plin. lib. 16. Vſus eius anchoralibus maximè nauium, piſcantiumq; tragulis. Liuius lib. 2. belli Punici, Vixdum omnes conſcenderant, quum alij reſoluunt 19
eras, aut anchoram vellunt, alij, ne quid teneat, anchoralia incidũt. Ammianus Marcellinus, Per anchoralia quadrupedo gradu repentes, in ſcaphas ſeſe iniectabant. Κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, vt in Euangelio legimus, Matthæi cap. 19. id eſt camelum vel anchorale per foramẽ acus tranſire aut tranſmitti (quod ſeruator noſter facilius eſſe pronunciat, quàm diuitem in regnum Dei ingredi. Acus foramen Græci κύαθος vocant:) prouerbiali ſenſu de re impoſſibili profertur: Vt illud etiam Matth. cap. 23. Ὁδηγοὶ τυφλοὶ οἱ διυλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες, id eſt, Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes: Quod præceptoris noſtri Ieſu dictum eſt in ſuperſtitioſos & præpoſtere meticuloſos homines, qui vel ignorantes, vel diſſimulantes, quibus in rebus ſita ſit vera Chriſtianaq; pietas, in nugis ſibi nunc placent, nũc trepidant, in maximis ſecuri, pleni Iudaicarum ſuperſtitionum, vera charitate vacui. In hos Chriſtus huiuſmodi torſit prouerbium, Culicem liquant, camelum glutientes. Ab hoc non abhorret quod alibi retulimus, Ἀνδριάντα χαλκαλίζειν, id eſt, Statuam colare gutture, Hæc Eraſmus. Videtur autem mihi liquandi verbo abuti pro colandi: deinde χαλκαλίζειν, quod titillare ſignificat, vt rectè Gaza ex Ariſtotele tranſtulit, vna litera deceptus ineptè tanquam idem ſit quod χαλκαρίζειν exponit. Nos ἀνδριάντα χαλκαλίζειν, non faucibus colare ſtatuam, ſed titillare vertemus: quod cõueniet in eum qui impoſſibile aliquid conetur, quo ſenſu mortuo mederi, & mortuo verba facere dicimus, longè alio quàm ſit prouerbij Camelum glutire, colare culicem, cuius occaſione huc diuerti. Diuus Hieronymus Matth. cap. 19. camelum de animante quàm fune intelligere maluit. Calepinus camelum pro animali communis generis facit, pro fune autem maſculini tantum, quod tamen nullis teſtimonijs comprobat: nec equidem probari poſſe crediderim; cum ſemel tantum in ſacris literis cameli nomen pro fune legatur nec alibi vſquam quod ſciam, & illic quoque funisne potius quàm animans accipi debeat incertum ſit. Ego de animali potius acceperim, partim quia Dominus noſter in alio etiam prouerbio quod nam retulimus cameli nomine tanquam animantis vtitur, quod vel inde conſtat, quia culicem aliud animans ei opponit: partim quia doctiſſimi apud Græcos grammatici, Ariſtophanis interpres, Suidas & Varinus, κάμηλος per ητα in penultima, non per ε cum funem ſignificat, ſcribèndum docẽt. Cameli epitheta, Hirtus, deformis, ſitiens Iuuenalis, Deformis poterunt immania membra cameli. Perſius Saty. 5. Tolle recens primus, ceu te ſitiente camelo nam quod ſitim vel quatriduo toleret, ſupra dictum eſt.

Καμηλίτης ὁ τὸν κάμηλον ἔχων. Suidas: Varinus & Heſychius non habent: Coniecerit autem aliquis bouem, cui tuber in dorſo camelorũ inſtar prominet, ſic appellari, quod de Caricis, Scythicis & Syriacis bubus veteres quidam ſcribunt: & inſuper Syriacos, nodos ſcapularum flectere, vt cameli. De camelatio paulò poſt dicam in e. Camel ſtomachi (ventriculi potius) eſt ſuperficies ipſius ſtomachi intrinſeca, criſpa, inſtar ſuperficiei panni vel laneę piliserectis & criſpis, Andreas Bell. Camella, genus valis, cuius meminit Ouid. 4. Faſtorum his verbis, Dum licet appoſita veluti cratere camella Lac niueum potes, purpureamq; ſapam. Non prætereundum hic camelaucium eſt propter vocis vicinitatem, Suidas & Varinus καμηλαύκιον ſcribunt per η in ſecunda ſyllaba, & Romanum vocabulum eſſe docent quod tamen a Græcis etiam vſurpari poſſit vel etymi ratione, παρὰ τὸ καύμα λαύειν, id eſt ab æſtu abigendo (eſt enim pilei ſeu galeri genus lati, quo æſtiuo tempore qui in ſole verſantur, vtuntur: cuius formę & vſus vulgo ex triticeis aliſue culmis cõtexi ſolent. Τὸ πιλίδιον ἢ τὸ καυσίαν ἢ τὸ μυκτῆρα, Ariſtophanes in Acharnenſibus: tribuit autem poeta Telepho πῖλον vel pilidion (quas voces apud Pollucem quoq; legimus) quod nunc, inquit ſcholiaſtes, καμηλαύκιον vocatur per epſilon, Cælius galericulum interpretatur. Vt camelaucion ſic & cauſia, καυσία, nomen habet, quod genus pilei ſit πρὸς τὸ καῦμα, id eſt aduerſus æſtum, idoneum: de quo Antipater Theſſalonicen. in epigrammate, Καυσίαν τὸ πάρος δὲ Μακεδόνων (Μακηδόνων propter verſum) τύκολον ἔπλον, Καὶ σκέπας ἐσπερινὸν, κέδνον ἔμπλεον πλόοις. Hæc Orus apud Etymologum. Ego camelaucij nomen apud Latinos nuſquam legi: Cauſiam verò regum Macedonum inſigne fuiſſe grammatici tradunt. Valerius Maximus lib. 5. Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit, cauſia, qua velatum caput more Macedonum habebat. Plautus in Milite, Facito vt veniat ornatu huc naucleriaco, cauſiam Habeas ferrugineam. Καυσίαν aliqui etiam καυλιὸν exponunt, & pileum latum contra imbrem. Icon. Romæ in domo Ioannis Zampolini iuxta plateam Iudæorum eſt imago cameli, hanc habens inſcriptionẽ, Salius Auguſtus Fælix Leonides, vt legimus in antiquis inſcriptionibus à Petro Apiano & Bart. Amantio collectis, vbi etiam imago expreſſa eſt. Camelopodion pro marrubio inter nomenclaturas herbarum legimus: forte clinopodion potius legendũ: florum enim verticillis marrubium & alia herba pronæ clinopodion dicta, conueniunt. Camelani Italiæ populi in ſexta regione, Narnienſibus & Nucerinis vicini, Plinius: Camelides, inſulæ duæ ignobiles Mileto vicinæ, in ora Ionæ regionis, Plinius 5. 31. Camelocomi, Καμηλοκόμοι, populi Arabiæ ſunt, à camelorum nutritione & cura, vt apparet, nuncupati: meminit eorum Stephanus in Chatramotites vocabulo. Alij ſunt Camelitæ apud Strabonem lib. 16. Ab Euphratis (inquit) fluminis tranſitu Scenas vſque, eſt iter dierum viginti quinq; in hic ſunt Camelitæ, &c. Gamale, Γαμαλὰ, vrbs in Iudæa vel Syria, 70

Stephanus.

Stephanus & Ioſephus Antiquitatum lib. 4. Suetonius in Tito, Tarrhachiam (inquit) & Gamalen vrbes validiſſimas Iudææ in poteſtatem redegit. Videtur ſanè hæc etiam à camelo appellata, quam Hebræi gamal vocant. De Gaugamela vico Perſidis paulo ſuperius in hoc capite dixi. Caravana, camelorum agmen apud Turcas.

b. Salluſtium mirari ſoleo, qui Romanos ſub Lucullo imperatore in Aſia primum camelos vidiſſe ſcribit, arbitratum forte non eos primum qui cum Scipione Antiochum deuicêre, neque iterum qui cum Archelao ad Orchomenum & Chæroneam nuper conſeruerunt, cognouiſſe camelum, Plutarchus in Lucullo. Hippocameli nihil præter nomen in Auſonij carminibus legi. Leucricutæ caput eſt melium, Plinius: vel vt Solonus, camelinum. Καμηλὰ πρωκτὸν Ariſtophanes in Veſpis Philocleoni attribuit, cuius corporis partes veloti monſtri alicuius deſcribit: ſcholia ἀναίδεστερον τὸν κάμηλον καὶ λάγνον eſſe docent: id eſt camelum libidinoſam & feruido ano eſſe: ſpeciem habet prouerbij in libidinoſos, ſed plebeiæ turpitudinis, ideoque honeſtis auribus vitandi.

c. Αἱ μὲν γὰρ κάμηλοι ἐφόβουν μόναι ἵππους, &c. Xenophon de Inſtitutione Cyri libro 7. Noſtra vertimus: Camelinihil quàm terrori equis erant. Nam qui inſidebant eis, neque cædebant hoſtium equites, nec ab ipſis cædebantur, cum equus nullus propius accederet. Hoc quanquam tunc vtile viſum eſt, nullus tamen vir honeſtus & ſtrenuus camelum inequitandi gratia alere vellet, neque eas in hoc exercere & inſtruere eas vt pugnari ab ipſis poſſit. Quamobrem priſtino habitu reſumpto, inter iumenta impedimentis deſtinata degunt. Hæc Xenophon. Idem libro 4. rerum Græcarum, Καὶ αἱ κάμηλοι οὐ πόρρω ἐλήφθησαν, ἃς Ἀγησίλαος ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀπήγαγεν, id eſt Camelli etiam, quas Ageſilaus in Græciam ſecum abduxerat, tum captæ ſunt. Heliogabalus ferunt iunxiſſe camelos quaternos ad currum in circo, priuato ſpectaculo. Lampridius. Tartari habent quadrigas ſilvtro coopertas, quæ à camelis trahuntur, quibus omnem familiam & rem familiarem imponunt. Paul. Venetus. Καμηλωτὴ, pellis camelli. Inſignioris notæ cenſebatur olim, ſi quis camelo inſidens, ac per vrbem circunductus, viſendum ſe omnibus præberet. Quod contumeliæ genus Byzantij in Arſacem Armenium, proditionis conuictum; prompſit quandoque imperator Iuſtinianus, Cælius. Similem infamiæ notam in Aſino ſupra oſtendi. Caput Gebanitarum Thomna abeſt à Gaza noſtri littoris Iudææ oppido LXXX. XXVII. M paſſ. quod diuiditur in manſiones camelorum LXII. Plinius 12. 14. circa finem: Et mox. Sumptus in ſingulos camelos denariûm DCLXXX. ad noſtrum littus colligit. Manſio, inquit Sipontinus, iter eſt vnius diei. Idem iam citatum Plinij locum ſic legit, Abeſt à Gaza, &c. M. D. XXXVII. millia paſſuum, quod diuiditur in manſiones camelorum ſexaginta duas. Hinc percipi poteſt iter camelivnius diei eſſe circiter quadraginta aut paulò amplius millia paſſuum. Hæc Sipontinus: ſecundum cuius calculationem bis mille quingenta & triginta ſeptem millia paſſuum legendum mihi videtur: aut minores manſiones faciendæ. Ἱππεῖς καὶ καμηλῖται μιᾷ ὠνούμεθα, Ariſtophanes citante Suida: Modi enim venerunt camelis inuecti. Camelarij dicuntur qui camelos equitant in acie, καμηλίται Herodiano libro 4. poſſunt & καμηλασίαι dici, vt Arabiæ populi. Καμηλάτης, qui camelos agit vel ducit. Arabiam ſterilem Arabes Scenitæ camelorum paſtores habitant, Strabo lib. 16. Καμηλασία munus inſtitutum erat impedimentis exercitus agendis & comportandis in expeditionibus publicis, Iureconſulti titulo De muneribus, camelariam dicunt camelorum curationem, quæ publica pecunia alebantur, & camelarios curatores ipſos. Quod munus, inquit Arcadius, perſonale eſt. Sunt qui camelalia dici arbitrentur camelorum præbendorum munus tabellarijs publicis transmittendis. Cælius. Camelaſium eſt apud Ammianum Marcellinum libro 17. Factum, inquit, tunc eſt, & deinde vnius anni firmitate, vt præter ſolita nemo Gallis quicquam exprimere conaretur camelaſij nomine iniquè: Appareat exactionis genus eſſe. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madiam & Lſa. Eſa. 60.

h. Aſphaltites lacus animal non habet: nihil in eo immergi poteſt, tauri etiam camelique impune ibi ſaltant. Solinus. Arabes pingues ac ſaginatos camelos in ara Ignoti dei ſacrificabant: nupturæ virgines camelis deos propitiabant Gyraldus. Sagarentes quotannis ſumma aduerſus Mineruam obſeruantia ei celebrant camelorum certamen: eorum verò velociſſimi apud eos præcantur. Aelianus.

Proverbia. Camelus in fabulis dictum circumfertur ex Libanij declamationibus, Dum plura affecto, etiam ea, quæ habui, ſum exculſus. Cælius. Camelus cornua deſiderans, etiam aures perdidit. Ἡ κάμηλος τὰ κέρατα ζητοῦσα καὶ τὰ ὦτα ἀπώλεσεν, In eos qui dum peregrina ſectantur, ne ſua quidem tuentur: ſumptum ab apologo de camelis, qui per oratorem cornua poſtularunt à Ioue, qui offenſus ſtulta poſtulatione aures quoque reſecuit. Camelum Bactrianam, καὶ δίχρωμον ἄνθρωπον, id eſt bicolorem hominem, veniſſe in prouerbium in Ægyptia hiſtoria animaduertimus: aduerſus eos quidem, qui ea promunt, quæ admirationi putant futura, re autem ipſa vel meticuloſa ſunt vel planè ridicula. A legium rationem habet eiuſmodi: Ptolemæus Lagi duo quædam inuſitata in Aegyptum induxit, camelum Bactrianam inſigniter nigram: bicolorem item hominem, ita vt medietas quidem ex æquilibrio ſummè foret nigra, reliqua portio albedinem præferret eximiam. Conuenientibus igitur in theatrum Aegyptijs, alia vtique non pauca ſpectaculo digna exhibuit: Demum ſtuporem nouitate rei, ac inuiſitatæ ſpecie inuectorus, camelum produxit & ſemialbum hominem. Cæterum Aegyptij camelli ſpectu territi, paulo minus proſilientes mandarunt fugæ præſidium, etiamſi auro eſſet ornata egregiè, ac purpura inſtrata, frenoque quoque lapillis interlucentibus conſpicuo, è thelautis Darij regis, vel Cambyſæ, aut ipſius Cyri. Ad hominis autem illius ita coloribus diſtincti, & (vt ſic dixerim) variegati intuitum, partim fuſius riſerunt, partim vt monſtrificum quiddam auerſati ſunt. Hinc Lucianus. Δέδοικα μὴ καὶ τὰ ἐμὰ βιβλία καμηλοῦ ἐν Αἰγύπτῳ ἀποβῇ: Sum veritus, inquit, ne libelli mei perinde fiant ac camelus apud Aegyptios, hæc Cælius. Camelus vel ſcabioſa complurium aliorum geſtat onera, Ἡ καμηλὸς ψωριῶσα πολλὰ ἄλλα ἀναπίμπλησι φορτία, prouerbium in Aſino ſupra relatum. Perſij carmen, *Tolle recens primus piper è ſitiente camelo*, Eraſmus citat in prouerbio Ἀπὸ καταδυομένης, quod exponit A ſubeunte portum naui, & refert ad celeritatem quæ ad quæſtum plurimum valeat: tractat prouerbio, vt ipſe ait, à negotiatorum diligentia, qui merces ſtatim emunt ab ipſis nautis in portum appellentibus. Non alium autem huius prouerbij authorem vel teſtem citat, quàm Suidam: cuius verba commemorabo, vt Eraſmi error intelligatur: ſic igitur ſcribit, Ἀπὸ καταδυομένης, λείπει ὅτι ἂν λάβῃς κέρδος, ἀπὸ τῶν ἐμπόρων ἡ μεταφορά, οἵ κατὰ δυομένης τῆς νεὼς ὅτι ἂν λάβωσι κέρδος ἡγοῦνται. hoc eſt vt nos conuertimus: A naui quæ ſubmergi incipit, ſubaudi, quicquid acceperis lucrum eſt: ducta metaphora à mercatoribus, qui è naui iam iam ſubmergenda, quicquid abſtulerint, in lucro ponunt. Fefellit Eraſmum καταδύεσθαι verbum, quod expellere exponit, & portum ſubire: quoniam aliquando ſimpliciter ſubire vel ingredi ſignificat: cæterum de naue

appellente plurima apud Pollucem libro 1. verba legimus, καταγελᾶσθαι, καταίρειν, καπνᾶν, εἴπειλεῖσθαι, πεσσεύειν, πεσσόμενον, &c. καταλύεσθαι nusquam hoc sensu. Formica camelus, Μύρμηξ ἢ κάμηλος, de vehementer inæqualibus, & modo minimis, modo maximis: quod perinde sit, quasi repente camelus in formicam vertatur. Lucianus in prima epistola Saturnalium, Οὐ γὰρ νῦν ἔχομεν, μύρμηξ ἢ κάμηλος, ὡς ἡ παροιμία φησίν, id est, Nam vt nunc viuitur à nobis, formica camelus, quemadmodum prouerbio dicitur. Loquitur de opibus inæqualiter inter mortales distributis, vt huic plurimum supersit, huic multum desit. Neque intempestiue dicetur in eos qui sibi non constant, in vtramque partem immodici, Hæc Erasmus. Ego errorem suspicatus, locum in ipso Luciano requirere volui, in quo μύρμηξ ἢ κάμηλος reperi, id est formica aut camelus, & omnino sic proferendum puto longe clariore sensu quàm si articulus ἢ pro disiunctiua coniunctione ἢ ponatur, vt Erasmus fecit. Similia huic prouerbia sunt, Rex aut Asinus, *bischoff oder bader*, Aut ter sex aut tres tesseræ, Aut regem aut fatuum nasci oportet. Quod ad significationem prouerbij, Germani eleganti disticho eam exprimunt, *Tzu lützel vnd tzu vil, Verhœnt alle spil*, id est, Parum & nimium vbique nocent. Camelus saltat, vbi quis indecore quippiam facere conatur, & inuita, sicut aiunt, Minerua. Veluti si quis natura seuerus ac tetricus, affectet elegans ac festiuus videri, naturæ genioque suo vim inferens. Hieronymus in Heluidium. Risimus (inquit) in te prouerbium, Camelum vidimus saltitantem. Taxat autem hominis ineptiam, qui cum à Musis esset alieniſſimus, tamen disertus haberi veller, Erasmus. Cælius hæc prouerbia, Lenticulam decoquens vnguentum ne indideris, In oleribus piper, Camelus saltitans, omnia eiusdem ferè significationis facit, de quo viderint quibus vacat: mihi non admodum probatur. Ad camelum saltantem proximè accedit Germanicum nostrum. *Die kue gaat auff steltzen*, id est, Vacca grallis (vt vocant) incedit. Prouerbia à Domino nostro in sacris literis vsurpata, Facilius camelum per acum traijci, & Camelum glutire, colare culicem, superius in prima huius capitis parte posui. Καμήλου πρωκτὸν ἔχειν, inuerecundius est quam vt repeti mereatur, cum vel supra à nobis positum displiceat.

COROLLARIVM.

Hic corollarij loco adijcientur quæ Leo Africanus de camelis scripsit, in descriptionis Africæ libro 9. his verbis.

CAMELVS animal blandum ac domesticum maxima copia in Africa inuenitur, præsertim in desertis Libyæ, Numidiæ, & Barbariæ, ex quibus Arabes suas diuitias ac possessiones æstimant: & si quando de diuitiis Principis aut nobilis cuiusquam sermo fiat, possidere aiunt tot camelorum, non aurcorum millia. Qui porrò camelos possident Arabes, heriliter viuunt, ac liberè, vtpote cum quibus in desertis agere possint, ad quæ propter asperitatem nec Reges nec Principes peruenire valent. Huius generis animalia in omnibus orbis partibus visuntur, nempe in Asia, Africa, & Europa. Iis in Asia vtuntur Tartari, Cordi, Dalemij, & Turcomani. In Europa Turcici Principes, clitellis ac farcinis deferendis, quemadmodum & in Africa vniuersi Arabes, tũ qui deserta Libyæ inhabitant, Regesque omnes camelis annonam & impedimenta vehenda curant: verùm Africi cameli Asiaticos excellunt, mædiam enim quadraginta vel quinquaginta diebus perferentes, pabulum ferotino tempore non attingunt, verum exonerati in proximis campis herbam, vepreces, vel arborum frondes pabulantur, quod Asiatici præstare non valent, quos profectionem quandam auspicaturos, obesos & saginatos esse conuenit. Experientia comprobatum est, camelos onustos inter quinquaginta dierum absque pabulo confecisse, quibus primo gibbi, deinde abdominis, postremò coxæ obesitate attrita, vix centum libris gestandis sunt accommodi. Asiaticis verò camelis mercatores pabulum porrigunt, & singulis singulum pabulo onustum circumducunt, turmatim onusti euntes & redeuntes: qua ratione & pingues conseruant, & quæstum conduplicant. Verum Africani mercatores in Æthiopiam nundinarum gratia proficiscentes, de reditu, quod vacui reuertantur, neque res magni ponderis illinc reportent, parum solliciti, vt camelos macilentos dorsiq; vulneribus saucios in Æthiopiam perduxerunt, vili precio desertorum incolis saginandos diuendunt. At qui in Barbariam vel Numidiam reuertuntur, paucissimis egent camelis: vtpote quibus ad equitationem, annonam, aurum, resq; ipsas leuiores perferendas vtantur. Camelorum tres sunt species, quarum primi Dromedarij nuncupati, crassi sunt, ac proceræ staturæ, clitellisque gerendis aptissimi, verùm ante quadriennium inutiles: quo exacto, mediocris quisque camelus mille libras Italici ponderis gestat. Cum farcinis oneratur, genibus & collo virgula ictus in solum recubans, dum pondus sufficiens agnouerit, seipsum erigit. Solent porrò Africani castrare quos oneribus gestandis seruare cupiunt, decem fœminis mascula vnicum miscentes. Alterum camelorum genus (Bechetes vocant) duos habet gibbos, oneribus gestandis & equitationi pariter accommodos: cuiusmodi Asia saltem producit. Tertium genus, patria lingua Ragnahil dictum, gracilibus, exiguæq; staturæ camelis constat, qui farcinis gerendis inferiores, reliquos tanta sui pernicitate superant, vt dei vnius spacio amplius centum passuum milia conficiant, iter modico viatico ad dies octo vel decem per deserta perpetuantes, quibus nobiliores Numidiæ Arabes & Afri Libyci vti solent. Cum Rex Tombuti magna celeritate alicuius momenti negotium Numidis mercatoribus indicare cupit, nuntius camelo ittiusmodi insidens, Tomburo Datam vel Segelmessam nongentis passuum milibus dissitam, octidui ad summum spacio procurrit: verum ea negotia obeuntes, viros itineris per deserta expertos esse conuenit, qui infra quingentos aureos in singulas profectiones non exigent. Sub Veris initium in Venerem propensi, non modò se mutuò offendunt, verùm homines à quibus iniuria olim affecti fuere, leuiorum etiam ictuum reminiscentes, capitaliter infectantur: & si quenquam dentibus arripere possint, in aërem erigunt, ac humi deiectum pedibus proculcant, atque in hoc furore diebus quadraginta permanent. Famis patientes, adeò sitim tolerant, vt potu absque incommodo diebus quindecim abstinere possint: nocturus alioquin si camelarius triduo absoluto aquam illis porrigat, quòd singulis quinis aut nouenis diebus consueto more potentur, vel vrgente necessitate quindenis. Sunt & cameli natura benigni, & humano sensui aliquatenus participant: nam si quando inter Aethiopiam & Barbariam diei iter solito diutius prorrahatur, camelos defatigatos flagris incedere non vrgent, verùm certas cantilenas occinunt, quarum suauitate demulsi, itet tanta velocitate prosequuntur, vt nec illos cursu insequi valeant. Vidi ego in Alcairo camelũ ad sonum tympani saltare, quàm artem à magistro edoctus paucis referre libet. Camelus seligitur iuuenculus,

iuuenculus, quem per horæ dimidium in hoc loco instar hypocausti præparato, cuius pauimentum igne calefactum sit, constituunt: tum pulsante quodam foris tympano, camelus non soni, sed ignis gratia, quo pedibus offenditur, tum crus vnum, tum alterum modo saltatorum erigit, cui exercitio per annum vel menses decum assuetus, in publicum deductus, audito tympano, temporis quo calorem sub pedibus sentiit reminiscens, confestim saltat, ac supra idem pauimentum consistere existimans se in pedes erigit, & saltare videtur; atque ex vsu naturam formans, perpetuò hoc obseruat. Alia pleraque de hoc animale narrare possem, quæ breuitatis gratia omitto.

DE CAMELO DROMADE.

AMELVS dromas Græcis à cursu & velocitate dicta & Arabica camelus, omnia ferè cum superiore communia habet: priuatim tamen quæ apud scriptores reperi aut ipse obseruaui, de ea literis mandare visum est, cum figura etiam differat: vtpote vnico dorsi tubere, cum superiori geminum sit. Dromedarij nomen pleræque gentes vsurpant, Itali, Galli, Germani, Hispani. Græci dromadem solum fœminino genere dicunt, nec vnquam quod sciam sine cameli nomine præposito. Plura quæ ad nomina eius pertinent, & alia quædam de hac qudrupede in camelo dixi, nihil eorum hîc repetituros. Vidi δρομιαικας (lego δρομαδας) id est dromedarios camelos, qui in cursu ipso cum equis componi possent, imò vero etiam qui illos vincerent, Didymus in Geopon. Dromeda genus est camelorum, minoris quidem staturæ, sed velocius, vnde & nomen habet: nam dromos Græce cursus & velocitas appellatur: Ruminat sicut bos & ouis & camelus, Isidorus. Audio regi Gallorum nuper duas camelos dromadas albas ab imperatore Turcarum dono missas esse. Dromas quam vidi dum hæc scriberem, altitudine erat quinque cubitorum dodrante deducto longitudine circiter sex: superius labrum in medio scissum habet vt lepus: in pedibus duos vngues latos: bituli apparent, sed diuisio supernè tantum est, nec penetrat ad ima vestigia: quæ carnosa ei & plana lataque sunt, orbis cibarij instar. Tubet durum & glabrum habet infra in pectore cui incumbit, & singula in singulis cruribus superius: reliqua vt Bactrianæ cameli. Camelos quinquaginta annos viuere percepi, Bactrianas ad centesimum vsque, Ælianus. Liuius libro 7. belli Macedonici, Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli quos appellant dromadas. Et alibi apud eundem ni fallor, Dromades cameli inter dona erant velocitatis eximiæ. Diodorus libro 3. Bibliothecæ de camelis ditylis, id est gemina tubera habentibus. locutus, subdit: Anacoli vero ligarique, qui dromadum sunt forma, plurimum viæ conficiunt: præsertim per deserta & aquis carentia loca. In bello quoque duos in certamen sagittarios ferunt, dorso contrariè inuicem insidentes: alterum à fronte aduersus hostem, alterum contra persequentem pugnantes, Hæc Diodorus de Arabia scribens, interprete Pogio. Centum & amplius miliaria vno die pergere solent, Isidorus. Dicunt eos camelis dormedariis triginta sexagintáue dierum itinere, diebus vndecim peracto, rem confecisse, Strabo libro. 15. in Græco est, καμήλων δρομάδων. Illa quam ego inter scribendum hæc vidi, onus gestare dicebatur consuetum libras mille quingentas: interdum etiam dicentis supra bis mille onerari. Inclinat se in terram ac procumbit vt sessorem admittat, vel onus recipiat, mox denuo surgit. Est enim omnino facile & morigerum animal, quod in tanta corporis mole mireris. Per iracundiam calcitrat, sed rarò.

Dromadi naui cursus pernicitas nomen dedit, Cælius Calcagninus. Est & piscis hoc nomine apud Aristotelem, Gaza vertit cursorem. Vsurpatur etiam pro scorto, vt Pollux, Hesychius, & Varinus scribunt: inde fortitan, quod camelorum genus (vt supra dixi) valde libidinosum sit. Δρόμων, cancer paruus, Hesychius: apud Terentiũ serui nomen. Δρομαχαν, currere Varinus Δρομαδίων curriculo, cursim, Varinus Δρομαδῶ δ' ἐληλακὼς, & δρομαίως aduerbiũ, Suid. Impetu sine ratione veluti camelus dromas ad omne scelus fertur, Heraclides in Allegoriis.

DE CAMPE.

DIONYSIVS contracto exercitu, per loca arida ac deserta ferisq; infesta profectus, ad Zambirram vrbem Lybiæ peruenit. Ibi feram indigetem, campes nomine, multis eius ore mortalibus perniciosam, peremit: quæ res magnam ei gloriam penes accolas tulit. Vt autem sempiterna occisæ ab se bestiæ gloria extaret, erexit ibi tumulum ingentem, qui ad posteros vsque perseuerauit, suæ virtutis monumentum, Diodorus Siculus libro 4. de fabulosis antiquorum gestis.

DE CANE IN GENERE.

CANIS quadrupes terrestris, Hebraice כלב keleb, Chaldaice כלבא kalba, Arabice כלב kelbe cum schema sub media simul & vltima consonante. Persice سگ sag. Inuenio & למש lamas, tanquam Hebraicum aut linguæ Hebræis finitimæ nomen, in lexico trilingui Seb. Munsteri. Antiqua in Auicennam expositio, gaukileb vrinam canis interpretatur. Apud Syluaticum nomina hæc reperi, kilbu, id est canis: Lasenel chelbe, id est lingua canis: haraltis, id est stercus caninum: baulleb, id est vrina canis. Bulzuzemet, id est vrina catuli: chos alkeb, id est testiculi canis: catilabker, id est strangulator canis, aconitum, apud Auicennam. Recentiorum quidam canem Saracenice kep vel kolpb vocari scribit. Græcè κύων, & hodie vulgo σκύλος vel σκυλή, quod nomen corruptum est à scylax. Medi canem spaca vocitant, vt Herodotus scribit libro 1. his verbis: Astyagis regis bulcus vxorem habuit nomine Cyno Græca lingua, id est canis, Medica spaco. Nam canem Medi spaca appellant. Apud Hesychium & Varinum legimus, σπάκα, κύνα ἢ σφίγξ. Apud eosdem σπάδακες exponuntur canes. Παγάν, canis lingua Scythica. Hesychius & Varinus. Germani vocant *hund*. Itali cane, Galli chien. Hispani perro. Illyrij pes vel pas, quod nomen Gelenio nostro ad spaca vel σπαξ in recto casu, accedere videtur. Angli, dogge.

B.

Canis totum corpus hirtum est, Aristot. De diuersis canum generibus seorsim agemus postea, vbi de canibus ea primum explicata fuerint quæ omnibus fere communia videntur. Catulorum optimus existimatur, qui vltimus videre incipit, vel quem primum mater in cubile reportat, Albertus. ego idem in cane Venatico infra pluribus declarabo. Degeneres sub aluum reflectunt caudam Aristoteles. Boni temperamenti in cane signum est, si pilos mediocriter longos habet: excrementa enim in pilos redundant, & corpus expurgatur. Si vero nimium longi densique fuerint pili, cutis ferè subtus corrumpitur, fœtori aut scabiei obnoxia, Albertus. Canis ex proportione (id est ex æquo) veriusque partis incrementa capit, Aristot. Hybernum pilum amittit, Idem Sect. 10. problem. 23. Prona totius corporis hirsuta habet, Idem. Medulla non est nisi canis ossibus, nec cruribus iumenti totum aut canum: Quare fracta non ferruminantur, quod defluente euenit medulla, Plinius. Cerebrum lupi & canis præcipuè crescit & decrescit crescente luna, licet hoc fiat in omnibus animalibus, Albertus & libro de nat. rerum. Canis calua nulla ossea commissura constat, sed ossis perpetuitate continetur, Aristoteles. Aelianus.

Generosis.

Generosis canibus imæ nares rotundæ, solidæ, & ferè obtusæ sunt, Albertus ex Platone. Canlos recissum est, Aristor. Serrati pectinatim coë intes ne contrario occursu conterantur dentes sunt. canibus serpentibus, pisc-bus. Plinius & Aristoteles. Dentes cani mutantur canini tantum appellat-, vt etiam leoni, Plinius. Dentes canes non mutant, præterquam e-s, qu s vocant caninos, eosque quarto ætatis mense tam fœminæ, quam mares. Vnde fit, vt diuersa sit authorum sententia Alij enim quod dnos tantummodo mutant, negant omnino vllos mutari, cum eos paucos reperire difficile sit: alij cum hos viderint, cæteros quoque pari ratione mutari existimant, Aristoteles. Et rursus alibi, De canibus (inquit) diuersa sententia est. quippe cum alij nullos ex decidere dentem opinentur, alij caninos tantum appellatos mutare velint, quos etiam homo amittit: verum hoc latè e, propterea quia non ante mutant, quàm pares intus enascantur. Quod idem vel in cæteris (scilicet ferris euenire verisimile est. Et quidem caninos tantum mutare perhibentur. Ætatis iudicium ex dentibus fi-tur: quippe cum iuniores candidos habeant, & acutos: seniores (nigros fulcos & croceos, Albertus) & hebetes, Aristoteles & Aelianus.

Cuncta interiora canis simillima sunt: leonis visceribus, vt quidam scribunt. Caninus ventriculus vnus paruus & arctus est, nec multò amplior intestino, laxisque intus: habent autem omnia ferè vtrinque dentata ventriculum aut canino aut fuillo similem, Aristoteles. Canibus intestinum qua ventri iungitur, laxius est: qua desinit, arctius: quamobrem vehementi mixtu, nec sine cruciatu eam partem leuant excremento, Aristoteles & Plinius. Alius angustissimus canibus Plinius. Pectus canis angustum acuminatumque est. Splenem habet longum sicut homo & porcus, Aristo. Pones canibus & mustelis esse constat, Vesalius. Testes & mentula cani foris defendent. intra posteriores pedes, vt etiam leoni. Canum degeneres sub alium reflectunt caudam Aristoteles. Priores pedes flexi nt vt homo brachia: & vice brachiorum eisdem vtuntur, Blondus. Pedes priores quinis distinctos digitis habent, posteriores quaternis, Aristoteles de partibus anim. 4. 12. vnde Plinius etiam transtulit, 11. 45 sed locus Plinij corruptus est, vt dicebo in Lupo B. Rapacibus vnci sunt vngues: cæteris recti vt canibus; præterea qui à cruce plerique dependent Plinius. Canes quoniam numerosa partu & multifidæ sunt, mammas plures per ventrem duplici ordine vtroque de latere gerunt, Aristoteles. Quæ numerosa fœcunda partu, & quibus digiti in pedibus, hæc plures habent mammas toto ventre duplici ordine, vt sues: generosæ duodenas, vulgares binis minus: similiter canes, Plinius. Bipedes & quadrupedes quæ animal procreant, omnes vuluam aut vterum. Infra septum transuersum continent, vt homo, canis, sus, Aristor. Et alibi, Quæ intra se & foris animal generant, vterum habent in aluo, vt canis. Fimum cani siccum est, vt lupo. Canis animal est temperamenti calidi & sicci, si ipsum per se consideres: nam comparando aliis animalibus, contraria etiam temperamenta ei attribuerentur: Quippe ad hominem si conferas, siccus est: ad formicam, humidus: Rursus hominis respectu calidus est, leonis frigidus, Galenus.

C.

Somnus & vigilia, incrementum & corruptio, & vita & mors, cæteraque accidentia ex sensibus, sunt in canibus, sicut in equis & hominibus, Author obscurus. Cani vita producitur ad decimumquartum annum, Ælianus. Viuunt Laconici annis denis, fœminæ duodenis: cætera genera quindecim annos, aliquando viginti, Plinius. Laconici sanè generis fœminæ, quia minus laborant, quàm mares, viuaciores maribus sunt: at verò in cæteris, & si non latè admodum constat, tamen mares viuaciores sunt, Aristoteles. Et rursus alibi, Cæteri canes

inquit, excepti Laconicis) maxima ex parte ad annos quatuor decem, sed nonnulli vel ad viginti protrahunt vitam. Quamobrem rectè apud Homerum canem Vlyssis vicesimo anno mori aliqui iudicant. Canis cum vocem edit altiorem, latrare dicitur: quod varias ob causas facit. Est & gannitus quidam eius submissior, vt adulando, vt de infra in H. c. Canibus senescentibus vox grauior redditur, Arist. Canes etiam somniare palàm est, idq; suo latratu declarant, quem per quietem agunt, Aristoteles. & Plinius. Cubile suum lustrat canis & circuit antequam cubet: quod quidem non alia causa facere videtur, quam vt hoc commodius in orbem se colligat: plerique enim ita se componunt ad somnum, minores & iuniores præsertim, qui corpore tenero ac flexili sunt. Canes, boues, aliæque bestiæ, impendentem pestem & terræ motum, cœlique salubritatem, & frugum fertilitatem præsentiunt, Aelianus. Ferè omnes quidem sagaces sunt, quidam tamen cæteros vincunt sagacitate & inuestigatione, quorum ad venandum vsus est, de quibus seorsim dicam postea. Leones mares canum instar vrinam crure sublato reddunt, Plin. Existimantur in vrina attollere crus ferè semestres, id est signum consummati vitium roboris, & initij coitus: fœminæ hoc idem sidentes, Plinius & Arist. Verum ex fœminis etiam nonnullæ crure elato mingunt, Arist. Ex maribus quidã serius quàm sexto ætatis mense crus tollunt, quidam maturius. Idem. Quandocunq; id faciunt, indicium est ætatem eò indè adesse, Arist. Fœminæ in vrina reddenda sedent, id est disponunt se ac si sedere vellent, Albertus. Mas nunquam ante 180. dies à natali crus erigit, Blondus. Omnes ferè canes, vuluas & posteriora odorantur, & forsitan vt sagaces sunt, qualitates habitudinum in resolutionum corporis odore cognoscunt, Albert. Canes à curiu voluptatis inuat, vt veterinarij iugo, Plin. Cæteræ canes (præter Laconicas) etiam semestres coitũ patiuntur, Plin. Tam mares quàm fœminæ annicoli, magna quidem ex parte eò eunt: sed nonnunquã vel mense octauo: quod magis fœminæ eueniat, quàm mari, Arist. Hoc quadrupedi neq; fœminæ, neq; mari, nisi post annũ permittenda Venus est: quæ si teneris conceditur, carpit & corpus & vires, animosque degenerat, Columella. Canum generibus annus pertus: ista ad pariendum annua ætas, Plin. Quod ad fœturam (inquit Varro & Fronto) principium admittendi faciunt veris principio: tunc enim dicuntur catulire, id est ostendere se velle maritari. Quæ tum adire illæ, pariunt circiter solstitio. Σκυλάσσειν apud Aristotelem Gaza vertit canire. Initio Februarij canes ferè secundũ naturam coitum appetunt: tardiores Ianuarij, Tardiuus. Canes sæpius coëunt (coitum nunquam aspernantur) pariunq; propter teporem & pabuli vbertatem, vt alia etiam animalia quæ cum homine viuunt, Arist. Indicium in mammis etiam apparet, cum ætatem coëundi iam habent. Fit enim perinde ac in hominibus, tumor in papillis in animatum & cartilago quædam (χόνδρος, id est solida quædam vel grumosa densitas, qua turgent mamillæ: quidam simpliciter cartilaginem, vt Albertus: alij gluten, vt Blondus, ineptè reddiderunt:) consistit: sed difficile id percipies, nisi habeas vsum rei: carent enim hæc indicia magnitudine: hoc igitur fœminæ euenire certum est: mari nihil eiusmodi accidit: sed quo primum tempore eius tollit, coire incipit, vt supra dictum est. Cum se plurimum in currendo exercuit canis, multò efficaciorem ad res Venereas existere ferunt, Ælianus: Aristoteles tamen peculiare Laconicis facit, vt cum laborarint, coire melius quàm per otium possint. Auertuntur in coitu canes, lupi, phocæ, in medio q; coitu, inuitiq; etiam cohærent, Arist. Vt canes in terra cœunt, sic in mari testudines & phocæ: omnes diu copulantur, tanquam colligati posterius, Oppianus Halieut. 1. Quam ob causam canes soli ex omnium animantium numero colligari post coitum Venereum soleant, inquirit Aphrodisiensis problem. 1. 73. Impletur canis vno initu, quod in fortitis maxime constat initibus: implent enim qui semel interint, Arist. Implentur omnes vno coitu, Plinius. Canis vterum gerit diebus sexaginta & vno, aut duobus, aut ad summum tribus: nec minus quàm sexaginta diebus: quod si quid celerius prodierit, educari ac perfici nequit. Cum peperit, rursum sexto post mense: nec prius, coitu impletur, Arist. lib. 5. cap. 14 historiæ animal. Cæterum libro 6. cap. 20. Laconicam canem priuatim sexto mense à partu coire scribit. Gaza tamen illic quoque de canibus in vniuersum interpretatus est: idque meo iudicio recte fecit, memor nimirum Aristotelem supra quoque de canibus in vniuersum id scripsisse: nec non Plinium, cuius hæc verba sunt, Ineuntur à partu sexto mense. Vbi Gaza vertit coitu impletur, in Græco tantum est ἐχεύσατο id est initur. Sunt quæ parte quinta anni vterum ferant, hoc est duobus & septuaginta diebus (impressi codices Latini, interprete Gaza, falso habent sexaginta:) quarum catelli duodecim diebus (quatuordecim in Græco, lib. 6. cap. 20. Apud Pollucem corrupte τεσσαρεσκαιδεκάτοις legitur: luce carent: nonnullæ quarta parte anni, hoc est tribus mensibus ferunt, quarum catelli diebus decem & septem luce carent. Tantundem temporis canire etiam fœminæ putantur (quantum scilicet grauidæ sunt, vt in Græco additur:) Arist. ex quo eadem Pollux descripsit libro 5. cap. 7. Constat igitur ex Aristotele, canum alias sexta anni parte, alias quinta, alias denique quarta, gestare vterum: reliqui authores non destiterunt, sed simpliciter alij duos, alij tres menses, canes grauidas esse scribunt. Gerunt in vtero sexagenis diebus, Plinius: qui ex duobus supra citatis Aristotelis locis, priorem solum legisse videtur. Nemesianus etiam in Cynegeticis duos solum menses cani grauidæ tribuit. Prægnantes solent esse ternos menses, Varro & Fronto de cane pastorali. Obseruaui in canibus nostris nonnullas catellas gessisse vterum præcise diebus sexaginta, nonnullas vno insuper aut duobus. Peregrina leporaria nostra excellens tulit vterum diebus 63. Augustinus Niphus in Aristotelis histor. anim. lib. 5. cap. 14. Ibidem addit expertum se Pisauri nam à partu non ante sextum mensem impleri, serius verò in quàm plurimis se obseruasse. Multifida, vt canis, & lupus, multa pariunt, Arist. Canes, feles, & ichneumones, æquales numero fœtus pariunt, Arist. Canis cur numeroso partu sit, Arist. Sect. 10. problemate 16. Gignunt cæcos, & quo largiore aluntur lacte, eo tard ore n visum accipiunt. Non tamen vnquam vltra vicesimum primum diem, nec ante septimum. Quidam tradunt, si vnus gignatur, nono die cernere: si gemini, decimo. Idemque in singulos adijci, totidemque esse tarditatis ad lucem dies. Et ab ea quæ fœmina sit ex primipara genita citius cerni. Optimus in fœtu, qui nouissime cernere incipit, aut quem primum fert in cubile fœta, Plinius. Catelli cæci nascuntur, à partuque tredecim primis diebus ita oculis affecti sunt: postea acerrimum oculorum sensum acquirunt, Aelianus. Visum catuli recipiunt diebus viginti, Fronto & Varro. Quæ ante lustrum tempus concepere, diutius cæcos habent catulos, nec omnes totidem diebus. Plinius. Quomodo catulorum alij prius, alij tardius visum acquirant, ex Aristotelis sententia paulo ante exposui. Parit canis duodecim complurimum, sed magna ex parte quinq; aut sex: vnum etiam aliquam peperisse certum est, Aristoteles. Cursus & canis sint tam fœcundæ, & multiparæ, Democritus causam affert, quod multiplicem vuluam, & seminis cellas receptatrices multas habeant: Eas omnes semen non vno initu explet, sed iterum & sæpius ea proseminantur, vt frequentia seminis receptacula impleantur, Aelianus. Nos ex Aristotele & Plinio supra ostendimus canem etiam vno initu impleri. Partus duodeni, quibus numerosissimi, cætero quini, seni, aliquando singuli, quod prodigiosum

digitosum putant: sicut omnes mares, aut omnes fœminas gigni. Primos quoque mares pariunt, in cæteris alternant, si ineant opportuno & recto mense, Plin. Albertus scribit visam sibi canem è genere mastinorum, quæ simul nouendecim catulos peperit: & rursus proximo post partu octodecim, & tertio tredecim: erat autem (inquit) nigra, & magno corpore. Singulos fere pariunt paruæ illæ catulæ quas mulieres in deliciis alunt, propter vteri exiguitatem, Albertus.

Quadrupedum multifida, vt canis, leo, &c. omnia cæcos generant, post palpebræ dehiscunt, Aristot. Multifidæ quæ pariunt imperfecta. omnes multiparæ sunt: Quo fit, vt partum adhuc recentem alere possint, auctum iam adeptumque magnitudinem nequeant: sed cum corpus ad nutriendum non sufficiat, parum emittant, vt ea quæ vermem pariunt. Quædam enim ex ijs catulos inarticulatos propemodum pariunt, vt vulpes, vrsa, leæna, & alia nonnulla: sed omnia ferè cæca, vt ea quæ modo dixi: atque etiam canis, lupa, lupus cernarius, Aristot. Capræ & oues, vt & reliqua fœcundiora & multipara animalia, partus interdum monstrosos edunt, vt etiam multifida: multipara enim id genus animalia sunt nec partum perficiunt, vt canis: cæcos enim magna eorum pars solet parere, Arist. Idem Sect. 10. probl. 60. causam monstrat cur canes & reliquæ paruæ quadrupedes (sues, capræ, oues, monstra pariant frequentius quàm maiores. Canis etiam plerumque multos ex se parit catulos, horum tamen è numero primus prodiens in lucem patrem refert, omnino neque similitudinem, speciemque illius gerit: cæteri vt casus tulerit nascuntur. Quod studio & prouidentia naturæ fieri videtur, cum matri anteferentis patrem, tum cæteris canibus primigenium longe anteponentis. Coitus cani semper opportunus, Arist. Mares quarto anno gignere incipiunt (lego incipiant, opera scilicet hominum admittentium tunc primum robustioris generandæ sobolis gratia) fœminæ tertio vsque in nonum, Verus quidam. Canes non per totam ducunt vitam, sed vsque ad quendam ætatis vigorem: ad annos enim duodecim magna ex parte, & ducunt, & implentur. Verum iam aliquibus, tum fœminis, tum maribus, vel annum octauum & decimum, atque etiam vigesimum nactis facultas non defuit prolifici coitus: nam ij quoque senectus vim generandi, pariendique, vt & cæteris tollit, Aristoteles. Non tota ætate sua generant, ferè à duodecim desinentes, Plinius. Tempus ad conceptum & procreationem, in mare optimum cum quadrimus esse iam cœperit, idque deinceps, sed non vltra octauum annum: fœmina à triennio ad sexennium vsque circa sobolem occupetur, Pollux. Mares iuueniliter vsque in annos decem progenerant: post id tempus inundis fœminis non videntur habiles quorum seniorum pigra soboles existit. Fœminæ concipiũt vsque in annos nouem, nec sunt vtiles post decimum, Columella. In cane fœmina ætas bima ad procreationem probatur magis quàm minor, Tardiuus. Cum mares appetunt coitum, dies aliquot abstinendi sunt, donec genitalia eis inflentur & turgeant, Idem. Fœminam & marem domi retinebis, si mazam cum pauco sale vesperi eis obiecceris, Idem. Si mas ad Venerem frigidus sit, suillam aut cuiusdam carnem pinguem vnà cum iure ei appone, Tardiuus. Canes & sues mares initum matutinum appetere, fœminas autem post meridiem blandiri, diligentiores tradunt. Plinius. Canes à partu valde ferociunt, Aristoteles: qui & causam cur tum temporis sæuiant inquirit Sect. 10. problemate 37. Mares libidinis copia placidiores fiunt, Idem. Prominet genitale in fœminis cum ad coitum stimulantur, & locus humescit, Aristot. Et alibi, Menstrua (inquit) huius animalis diebus septem mouentur, simulque euenit, vt genitale promineat: verum nondum per id temporis coitum patiuntur, sed sequentibus septem diebus: tempus enim quo toto canis libidine tenetur, diebus quatuordecim magna ex parte describitur. Verum nonnullæ etiam ad sextumdecimum pruriunt. Purgatio autem quæ coniuncta partui est, vna cum catellis nascentibus prouenit, crasso pituitosoque humore: redduntur etiam tenuiores à partu Aristot. Sus, canis, lepus partu sunt numerosi: nimirum quòd vulnas siue vteros continent multos, totidemque formanda loculamenta, Aristot. probl. 10. 16. Hoc cati & mustelæ commune habent, vt fœtus suos de loco in locum circumferãt sed hoc etiam canes aliquando faciunt, Perottus. Lac ante diebus quinque quàm pariant, habent magna ex parte: verum nonnullis etiam septem aut quatuor diebus anticipat: Vtile statim, vt peperint, est, Aristot. Crassius canum quàm cæterorum animalium, lac est, excepto ferorũ ac leporis, Idem. Canes miscentur coitu non inter se solum generibus diuersis, sed aliis etiam feris, vt infra docebo, vbi de Canibus mixtis agam. Oportet autem adæquare naturam ac ætatem & masculi & fœminæ: & caue ne canes ex eadem matre prognati simul coeant, Varro in Græcis Geop.

Primus efferæ partos amouendus est: quoniam truncula, nec rectè nutrit, & educatio totius habitus augmentum, Columella. Apparet sanè eum ioqui de cane quæ primum peperit. In fœtura dandum potius hordeaceos quam triticeos panes: magis enim eo aluntur, & lactis præbent maiorem facultatem, Varro. Sero quod à calce commanet quàm optime canes nutriũtur: plurimum enim eis alimentum præstat, Dioscorides & Aurelianus. Veloces Spartæ catulos acremque Molossum Pasce sero pingui, Verg Georg. 3. Canes, feles, & ichneumones vescuntur eisdem cibis, Aristot. Canis quoniam sicci temperamenti est, humido nutrimento reficiendus est, Albertus. Stultos canes nutriemus non triticeis, sed hordeaceis panibus, vt qui maximi nutrimenti sint. Ossa item omnia exuta carne apponemus, sed cocta, vt eorum medolla temperet & pinguefaciat ips ipsum; Quod etiam panibus comminutis postea infundentes, tundentesque rursus, similiter efferemus. Enixis autem hordeacea farina, caprillo bubulóue lacte permista, offerenda est: ossiumque, vt diximus, elixorum, decoctum ipsum erit potius quo vtentur. Ipsis verò catulis recens ortis opitulabimur: matris enim mamma non sufficit: ac proinde lacte bubulo iureque ossium imbuentes panes, in pabulum eis offeramus. Sed apponenda etiam illis sunt ossa, vt eum roborent tum confirment, ac simul exactuant dentes. Hæc Varro in Geopon. Græcis. Cibatus canis propior hominis, quàm ouis. Pascitur enim è culina & ossibus, non herbis, aut frondibus. Diligenter vt habeant cibaria prouidendum. Fames enim hos ad quærendum cibum ducet, si non præbebitur, & à pecore abducet. Nisi si (vt putant quidam) etiam illuc peruenerint, prouerbium vt tollunt antiquum βελιμιᾶς κύων, aperiant. de Actæone, atque in dominum afferant dentes. Nec non ita panem ordeaceum dandum, vt non potius eum in lacte desintritum, quòd eo consueti cibo vti, à pecore non cito desciscunt. Morticinæ ouis non patiuntur vesci carne, ne ducti sapore minus se abstineant. Dant etiam ius ex ossibus, & ea ipsa ossa contusa: dentes enim facit firmiores, & os magis patulum. Propterea quòd vehementius diducuntur malæ, acriores que fiunt propter medullarum saporem. Cibum capere consuescunt interdiu, vbi pascuntur: vesperi, vbi stabulantur, Varro in opere Latino de re rust. Heliogabalus canes iecinoribus anserum pauit, Lampridius. Canes & gallinæ humano stercore vtuntur, Brasauolus. Vbi primum canis peperit statim reijciẽdi sunt degeneres, aut vitio aliquo maculati. Excipe porro seruandi sunt tres aut quatuor: duo autem ex tribus, Quibus quidem paleas substernunt, vt mollius

vt mollius incubent & calefiant. Est enim impatiens frigoris huiusmodi animal. Catuli bimestri spatio cum matribus sunt liquendi, Fronto in Georgon. Quanquam autem de pastorali cane priuatim illic loquatur, vt etiam Varro in loco iam recitato: videbantur tamen hæc huiusmodi esse, vt commode communi de cane tractationi adscriberentur, sicut & sequentium quædam. Substernitur eis acus, aut quid aliud, quod meliore cubili facilius educantur, Varro. Catulos sex mensibus primis, dum corroborentur, emitti non oportet nisi ad matrem lusus ac lasciuiæ causa, postea & cathenis per diem continendi & noctibus soluendi, nec vnquam eos, quorum generosam volumus indolem conseruare, patiemur alienæ nutricis vberibus educari: quoniam semper & lac, & spiritus maternus longe magis ingenij, atque incrementa corporis auget: quod si effœta lacte deficitur, caprinum maxime conueniet præberi catulis, dum fiant mensium quatuor, Columella, agens de cane pecuario. Speciosiores sunt catuli, secundum patrum statim eligere oportet quos habere velis, reliquos abijcere. Quàm pauciissimos reliqueris, tam optimi in alendo fiunt propter copiam lactis. Catuli lacte siue mazâ, vel aqua lactis alendi sunt: nec vllum aliud alimentum offerendum: quia laxus (largus) victus solet esse maximo damno. Verum adulti siccis vescantur edulibus: panè videlicet, & ossibus, & hoc fiat digestis horis, vt concoctio peragatur. & potius famescant paululum, quam non exactis horis pascantur, Blondus. Nemesianus etiam in Cynegeticis catulos cum matribus fero, & lacte, vel pane cum lacte pascendos canit, à tempore verno ad solstitium vsque: nam cum Sol in cancro fertur, consuetam minuisse saginam Profuerit, tenuesque magis retinere cibatus: Ne grauis articulos depranet pondere molles. Nam tum membrorum nexus nodosque relaxant, &c. (sic enim legendum.) Mox cum iam sextum ætatis mensem agunt catuli, Tunc rursus miscere fero Cerealia dona Conueniet, fortemque dari de frugibus escam. Non permittendum est vt nimium indulgeant somno canes: nam cum natura calidi sint, calor internus per somnum etiam auctior prauos humores ad ventriculum attrahit, vnde morbi scaturiunt. Parum igitur à cibo dormiant, quoad cibus mediocriter concoquatur, Albertus. Cani tanta sagacitas nerium, vt nunquam caninam carnem, ne varietate quidem condimentorum fallacissima temperatam, degustet, Aelianus. Canis caninam non est, Scoppa. Fel ceruo in cauda aut intestinis esse putant: Ideo tantam habent amaritudinem, vt à canibus non attingantur, Plinius. Abstinent fraxini fructu, licet sues eo saginentur, quod dolorem vertebræ coxarum inde incurrant. Sunt & coprophagi canes: quamobrem Plinius. Venenati mellis, inquit, malum (quo homo infectus fuerit) certum est per excrementa, ad canes etiam peruenire, similiterque torqueri eos. Corui & canes inebriantur cœnutta herba, Athenæus. Vinum auersantur, vnde caninum prandium dictum, vt infra explicabo: Panem tamen vino tinctum deglutiunt. Canis æstate frequentius quàm hyeme cibandus est, vt æstiuis diebus longis & calidis durare possit. Infringatur ei panis in aquam. Si tamen sæpius quàm par est cibetur, ventriculus ei subuertitur. Lacaut panis lacte madidus optimè alunt. Si cum isti tunsi cibarijs eis modicum injiciatur, ventris flatibus non erit obnoxius. Caro siccata in cibo ei conuenit. Olei parum aquæ bibendæ superfusum, habiliorem simul velocioremque reddit. Si cibum fastidiat, panis atri micas aceto maceratas, in nares eius exprimes. In magna fame butyrum recens cum pauco pane calido ei obijcies, paulò ante reliquum cibum, Tardiuus. Boum catulum lactentem & præ cæteris eligendum, ita cognosces. Præstat qui pondere vincit reliquos, proinde diligenter lactandum curabis: Vel ille, quem marer primum ore siso reportat: Vel qui postremus vomere incipit. Alij præstantiorem hac industria discernunt. Locum satis amplum circumquaque sarmentis aut cremlis includunt, & catulis impositis accendunt, qui cum totus ardet in circuitu, matrem foris detentam dimittunt: quæ mox insiliens optimum quemque priorem effert, postremò vilissimum, Tardiuus. Videntur autē ex Nemesiani Cynegetic is hæc eligendi iudicia esse transcripta: nam illud à loco igne ambito sumptū, omnino similiter describit. Quòd verò ad pondus contra quàm Tardiuus, leuiorem præferre videtur, his verbis: Pondere nam catuli poteris prapendere vires, Corporibusq; leues grauibus præno-scere curtis. Ego ita conciliarim, vt ad robur præferendi sint, graniores: ad celeritatem, leuiores.

DE MORBIS CANVM.

Offeres cani nonnunquam ius elixationis hederæ: quoniam si istud exhibueris saltem per septem dies, seruabis canis synceritatem: quia & ouem pastos hederæ seruat, Blondus: (per septem dies, forte intelligit, septimo quoq; die.) E laboriosissimæ radices breuesq; ac velut decurtatæ etiam hæ leguntur. Nam summa quæ est crassissima, cepis similis, canibus tantum datur purgationis causa, Plinius. Venter cani mollitur aut purgatur potu lactis caprini: aliqui salem contritum deglutiendum ingerunt, aut cancros contritos cum aqua miscent, eâque in potu exhibent: aut animalis alicuius ventrem in cibo: alij staphisagriam contritam cum pauco oleo in ouo præbent, et mox à purgatione lac mulsum, Tardiuus. Canes humidis potius quàm siccis edulijs ales: cum enim natura sicci sint, accedēte insuper ab alimento siccitate, aluo astricta periclitantur sæpe ac pereunt. Obstructionis signum est, quod subinde gemendo vociferantur, & loco manere nesciunt. & præ nimio dejiciendi conatu febri citantium instar tremunt. Hoc frequens est in catellis mulierum, quarum plurimæ aluo morientur obstructa. Detur ergo eis massa auenacea ex aqua calida, vt instar densæ pultis edulium fiat: vel pane auenaceo molli fermentato pascantur. & sero lactis interdum: sic veloces & bonæ valetudinis euadent, Albertus. Ego auenam, præsertim in densa pulte, astringere magis quàm mollire aluum contra Albertum dixerim. Canes tribus laborant vitijs, rabie, angina, podagra: Aristoteles, Pollux, Aelianus. Ego ex recentioribus longe plures infestos canibus morbos cum remedijs suis enumerabo.

Vulnerantur canes vel sui generis hostium morsibus, vel alieni, à feris, ab hominibus. De vulneribus corū curandis Gratij (vel vt Blondus citat. Maximi) elegantissima carmina hæc sunt:

Nec longe auxilium, licet alis vulneris ora
Inde rape ex ipso qui vulnus fecerit hoste
Sparge manu, venas dum succus cōprimat acer.
Circum labra sequi, tenuiq; incidere filo.
Contrà pande viam, fallentiq; arguc cassu.
Sed tactu impositis mulcent pecuaria (id est canes) palmis,
Quòd si districte lenis est in vulnere nexa,
Absistent, vtroq. (lego vterq.) cadunt cū sanguine fibra.
Virosam eluuiem, lacerisq; per vlcera ora
Morte enim patuere viæ: tum pura monebo
Ac: si pernicies angusto pascitur ore,
Morborum in vitia facilis medicina recenti.
(Id satis) aut nigra circum pice vnguine signant.
Ipse habet auxilium valida nasalis iuuenca.

Blondus hunc locum paraphrasi reddens, viscera & fibras reponi iuber, ac labra filo consui. & detractos pilos illius qui intulit vulnus superponi, aut virosam eluuiem, donec sanguis sistatur: inde cani lambēdum relinqui.

Naturam

Naturam enim canem ita dotasse, vt lingua medeatur vulneribus: & se breui tempore vulnus latissimum hoc modo consolidatum vidisse: Idem scribit Aelianus, & recentiores aliqui. Curare vulnera sua & aliena dicuntur lambendo, & si vulnus attingere lingua nequeant, pede saliuam ingerunt & sanant, Albertus. Si vulnus (inquit Blondus) lingua sua canis contingere non possit, medicamentis & methodo vti licebit, iisdem quibus in vulneribus humani corporis. Vulnus simplex vel cani tantum lambendum dimittes, vel insperges cinerem de capite canis, qui maximè prodest: vel salem tenuem tortefactum cum pice liquida impones, Blondus. Si canis à cane morsus sit, squamæ ferri pollinem pice, excipe & inunge, Tardiuus. (qui erat picem liquidam Gallice vertendo poix fondue.) Canibus morsis anagallidem venatores imponunt: quæ etiam hominibus à cane rabido morsis prodest, Hieron. Tragus. Albertus anagallidem non ad vulnera, sed vermes in vulneribus canum adhiberi, vt paulò post dicam. Canem à vera in venatione morsum, cui rostrum valde intumuerat, moribundum feré citissimè curauimus, primum extracto sanguine (circa vulnus) cum incisione, sic enim venenum euocatur: postea oleo de hypericon illito, Blondus. Cimices prosunt cani à serpente morso, Plinius libro 29. Remedia contra morsus quos canis rabidus homini inflixerit, infra docebo cap. 7, & mox ante illa, de morbis canis non rabidi in homine curandis. Aduersus rimas & vlcera remedium Tardiuus præscribit ex testa vel ollæ fragmento, quod tritum aceroque forti mixtum imponatur: vel cum adipe anseris terebinthinam. Senecio, (sic vocat sisymbrium alterum, *brunnenkressich*) cum lardo recenti tritum & appositum, tumorem in cane sedat, & saniem funditus extrahit, & vlcus ac vulnus consolidat, Albertus. Si canum vulnera intumuerint, butyro inungito: hoc enim tumores depelli creduntur: si maxime lingere vulnera consuescant: (melius, sic consuescent,) quod perutile canibus est: senationibus (id est sisymbrio altero) præsertim tritis, cum axungia vel hircino seuo appositis, Aquiuiuus: qui ex Alberto descripsisse videtur. Alberti verba de senecione herba supra posui: is butyro quidem illini iubet vlcera verminantia, vbi vermes in eis per alia medicamenta iam enecati fuerint: Butyro, inquit, mense (Martio, addiderim) facto, inungantur: & per hoc etiam ipsi tumores depelluntur: & partes sic illitas canis lambet libentius, quod perutile est. Si spina vel aculeus in pede alicuius partis canem. læserit, furfuresca cum lardo trita & apposita, extrahit, & saniem denudando aperit: Idem facit puluis hirundinellarum in olla nouа cum partibus intestinis combustarum: quod medicamentum tanquam salubertimum in pyxide reseruandum est, Albertus. Furfurescam, vt vocat, herbam, video non aliam esse quàm bechion, id est tussilaginem, vulgo *roßhuff*: nam illam quoque nonnulli ex veteribus farfariam vocauerunt, forte quod folia albis quibusdam, cum furfuribus obducantur: huius folia, vt apud Ruellium legimus, tela omnia infixa corpori extrahunt. Quòd ad hirundines (sic enim & Aquiuiuus etiam ex Alberto legit) hunc cineris ipsarum vsum apud veteres non reperio: cæterum harundinis, quam phragmiten cognominat, radicem concisam per se, & vnà cum bulbis illitam, succulos & cuspides extrahere, Dioscorides tradit. Vlceribus quæ nasci solent ex prauorum succorum decursu, maximè rodentium, medetur quoduis corrodens pharmacum, & ipsa lingua canis (lambendo scilicet.) Blondus. Accidit etiam vt vermes innascantur in posterioribus crutibus, quos vt eneces, præter vnguentum apostolorum siue Ægyptiacum ceratum, iniicies vlceri succum foliorum perfici: sic mortui confestim exibunt: reliquam curam saliuæ canis permitte. Sic enim quodque putridum vlcus & verminosum curatur, quamuis quidam consueuerunt & salem spargere, & dulci oliuo inungere. Hæc nisi profuerint, vtendum ea ratione quam in humanorum corporum vlceribus medici præscribunt, Blondus. Vulnera vel vlcera verminantia canum succo hippæ, quæ vocatur tanacetum agreste, perfundantur quoad extinguantur vermes. Venatores quidam experti affirmant, omnes huiusmodi vermes in omnibus brutis animalibus interire, si ficcas citrina collo eorum suspendatur, vbi primum aruerit. Porrò iam extinctis vermibus, butyro de mense Martio locum inunges, quod & tumorem remittit, & canes ad lambendum inuitat, Albertus. Hippiæ nomine anagallidem intelligo (nec enim vel Arabes, vel barbaros quosdam appellare inuenio) cui cum tanaceto nihil commune est, quàm quod vermes similiter interimere potest, nimirum acri & nitrosa facultate sua, qua betæ similis aut etiam superior est, quod ipse obseruaui: quamobrem idem ad apophlegmatismos vtriusque vius. De hac paulo ante etiam ex Hieron. Tragi sententia locutus sum. Contra vermes vlceribus innatos: Verminantes partes aqua calida abluc, & posca: deinde pice, calce, & fimo bouis in aceto mixtis, lauato locum, & insperge puluerem elleboti nigri, Tardiuus. Vlcera in ventre canis oborta, pice liquida (de poix clere, id est pice pura vel purgata) inunge: & puluerem insperge qui recipit æquales partes opopanacis & radicum flammulæ, Tardiuus.

Si scabies infestabit, cytisi & setami tantundem conterito, & cum pice liquida permisceto, vitiosamq; partem linito: quod medicamentum putatur etiam hominibus esse conueniens: Eadem pestis si fuerit vehementior, cedrino liquore aboletur. Columella. Si scabies, impetigo aut lepra, quæ tria pro vno connumeramus, canem inuaserit: primum sanguis detrahatur à quatuor cruribus è vena maiori, quæ in externa cruris parte descendit: postea fiat vnguentum ex argento viuo, sulphure, & semine acalabis (vrticam intelligo) trito: æquales partes de duobus (lego, tribus) cum duplo axungiæ veteris vel butyri misce, & inunge locos affectos; curabitur. Conferet etiam lupini decoctio, & aqua salsa, Albertus. Decoctione lupinorum ablue canem scabiosum, Rasis. Gratius poëta aduersus canum scabiem remedium præscribit, bitumine, pice, & amurca simul ad ignem mixtis: Inde lauant ægros, forte linunt legendum, nisi intelligas inungendos primum canes, inde lauandos. Hoc medicamine illiti canes, pluuias & frigora vitent: & locis tranquillis, calidis apricisque contineantur, vt vitium exudent, & medicamenti vis poros penetret. Sunt qui scabiosos canes aqua marina mergant. In Sicilia specus est, vbi Stagna sedent venis, oleoque cadentia viuo (petroleum intelligo:) Huc pecudes mala tabe affectæ sæpe ducuntur, cum alia remedia non profuerint: sacra Vulcano fiunt, &c. Nec mora (sic lego) si mediis exedit noxia fibras Hic laue præfidiis, &c. Quòd primam si fallet opem dimissa facultas: Actu præcipitem, qua spes est proxima, labem Aggredere, in subito subita est medicina tumultu. (forte, in summo summa est, vt conueniat huc sententia Hippocratis. Extremis morbis extrema remedia tentanda.) Stringendæ nares, scindenda ligamina (articuli) ferro Atmorum, geminaq; cruor ducendus ab aure. Hinc (à sanguine vitium, hinc illa est auidæ vehementia pesti. Licet auxilijs fessum solabere corpus: Subsiduasq; fraces (id est amurcam) diffusaq; Massica prisco Sparge cado. Liber tenues è pectore curas Exiget: est morbo Liber medicina furenti, Hæc Gratius. Sæpe scabies contagiosa plures simul canes inficit, aut etiam perimit, Quin acidos Bacchi latices (id est acetum) Tritonide oliua Admiscere decet, catulosq; canesq; maritos Vngere profuerit, tepidoq; ostendere Soli: Auribus & tineas candenti pellere cultro, Nemesianus. Scabiem adusta ferè bilis, aut falsa pituita generat. Comprimunt eam

aliquando

aliquando leniora remedia, vt sunt, decoctio fumariæ, lapathi, lupi salictarij, borraginis, vel serum lactis in quo eadem macerata fuerint. Prodest etiam lauari lixiuio, vel aqua marina, vel garo temperato, vel aqua fabrorum ferrariorum in qua ferrum candens extingunt, vel denique decoctione fumariæ cum radicibus inulæ & lapathi: Auferetur & sanguis nonnunquam, verum moderatius. Præstiterit autem ante omnia purgante medicamento bilem detrahi, Blondus. Tardiuus ad scabiem commendat vnguentum, quod constat pice nigra, sulfure, lithargyrio, oleo & vrina. Locus scabiosus (inquit) tondendus est, inde panno vel penicillo fricandus donec sanguis appareat: postremò vngento iam dicto calido inungendus, & loco mundo continendus donec vnguentum decidat: hinc iterum vngues, sed absque fricatione, & iterum dum decidat loco mundo continebis. Canum scabies sanantur bubulo sanguine recenti, iterumque inarescat illito, & postero die abluto cinere lixiuio, Plinius. Pix liquida præstantissimum remedium est ad canum & iumentorum scabiem, Plinius. Dioscorides oleum lentiscinum & cedrinum quoque commendat. Amurca scabiosis canibus auxiliatur, Theomnestus. Si tumor in aliqua parte oriatur, remedium est, alcæam cum aqua tritam, miscere cum pasta (id est massa farinæ) & simul subigere manibus, ac iam ceræ instar tractabilem imponere: alij pannum ex cannabi imponunt, maximè cumino inspersum: alij eundem aqua madidum pilis circa tumorem prius rasis: Lac acidum quoque bene agitatum & impositum, dolorem sedat, & reprimit tumorem: Item lini semen cum recenti sanguine coctum: Betula trita & applicata: Seneciones (id est sisymbrium alterum) cum aqua lardo recenti triti & appositi, tumorem sanant, & saniem funditus extrahunt: & vlcus ac vulnus consolidant, Albertus. Si tumor absque vlcere aut vulnere fuerit, de osse sepiæ puluerem emplastri modo impone. Quòd si etiam vesicæ (papulæ vel exanthemata) adfuerint, coques simul galbanum, styracem, medullam cerui, ceram, oleum, salem amarum, (fortè ammoniacum,) & mel: hoc pharmaco dorsum & loces affectos canis per decem dies inunges. Tumori post vulnus facto medeberis, si furculis arborum calefacientium in aqua decoctis, locum lauueris: dabis autem statim postea edendum butyrum cum melle, Tardiuus. Verrucas ita tolles: primum diligenter fricabis & purgabis, inde pinguedinem aliquam illines vt mollientur: deinde impones medicamentum instar emplastri ex puluere de cortice cucurbitæ, & sale minuto cum oleo & aceto. Aut alcyonium tritum cum sinapij embammate mixtam, applicabis, vt erodatur: Postea decoctis in aceto foliis faueis cum scoria ferri (id est micis illis quæ inter fabricandum prosiliunt, vt Tardiuus exponit, cum hæc squama potius sit quàm scoria dicenda) etiam verrucas colluito. Idem aduersus clauos (cloux Gallice) remedium describit, quod componitur ex fimo arido, cortice cucurbitæ, & pane hordeaceo: quibus simul crematis addatur puluis è plumbo, & affundatur acetum, vt claui perfricentur: Quos etiam posca prius abluere iubet, ac deinde præscriptum pharmacum emplastri instar imponere. Granunturaliquando in canibus ricini, vt pedes etiam & pulices, Plinius. Quidam nucibus Græcis (amygdalis amaris, Fronto, quas Columella etiam contra muscas commendat) in aqua tritis perungunt aures & inter digitos, quod muscæ, & ricini, & pulices (& pediculi, Fronto) soleant (si hoc vnguine non sis vsus) ea exulcerare, Varro. Aduersus pediculos staphisagria contrita inspergatur: vel totum corpus lauetur calido decocto radicum aceris contusarum. Prodest & radix cedri, sed mandragoræ radix præfertur. Cauendum est interim ne quid de his medicamentis, vtpote venenosis, in os canis perueniat. Tutius abluentur decocto radicum cyperi, quod pediculos omnes extinguit, Blondus. Pulicolæ canum remedia sunt, cyminum tritum pari pondere cum veratro aquaq; mistum: seu cucumeris anguini succus: vel si hæc non sunt, vetus amurca per totum corpus infusa, Columella. Pulices extingues ac pernices, aqua marina atque etiam muria perfundens canem, postea que inungens illum cyprino, cum elleboro, aqua, cymino, & vua immatura: aut ex radicula syluestris cucumeris aqua distemperata: (Remedium simile contra alcarden, id est ricinos apud Rasin legimus.) Sed multò melius fuerit, amurca corpus inficere, quæ etiam scabiosis canibus auxiliabitur, Theomnestus. Tardiuus decocto staphisagriæ, aut foliorum & fructuum cucumeris agrestis loca pulicosa lauari iubet: Albertus oleo vngi: sic recessuras pulices, nec cito redituras. Canibus proprium ricini vitium est, qui inde etiam nomen cynocrambes accepit, Aristoteles. Non infestari ricino locum amygdalis amaris illitum paulò ante dixi. Nemesianus oxelaeo, inquit, scabiem canum. Vngere profuerit, tepido sole ostendere Soli. Auribus & tineas cadenti pellere cultro, ricinos puto tineatum nomine intelligens. Canis qui habet alcarden (id est ricinos) abluatur cum aqua marina, aut aqua salsa, & deinde vngatur aceto vini & cymino, extinguentur alcarden, Rasis. Fere per æstatem sic mulcis aures canum exulcerantur, sæpe vt totas amittant: quod ne fiat, amaris nucibus (amygdalis amaris, vt supra) contritis liniendæ sunt. Quòd si vlceribus tam præoccupatæ fuerint, coctam picem liquidam fullo adipi vulneribus stillari conueniet: hoc eodem medicamine contracti ricini decidunt. Nam manu non sunt vellendi, ne vt ante prædixeram faciant vlcera, Columella. Plura de ricinis videm libro de Insectis, vbi etiam de cynomyia, id est musca canina agemus. Amaris nucibus Græcis illita loca, à ricinis, muscis, aliisque vitijs tuta esse, paulo supra dictum est. Chamæleontis succo ricinos canum necant, Plinius. Si apes aut vespæ, aut similia insecta canem pupugerint, remedio erit ruta vlta, & ex aqua imposita: Quòd si punctura muscæ maioris, (vt crabronis) fuerit, aquam insuper tepidam adhibe, Tardiuus. Canes & aliæ pleræque & bestiæ impendentem pestem, cœli salubritatem præsentiunt, Ælianus. Si pestilentia ingruerit, vitandi contagij causa canes adhuc incolumes in aliam regionem transferantur. Experimento autem probatum est præseruari canem ab hac lue, si vel puluis ventriculi ciconiæ, vel eiusdem partis in aqua decoctum in os canis apertum infundatur, Blondus. Gratius etiam in libro de venatione canum pestem describit, & primum esse ait ad euitandum contagium, mutare cœlum: sin illud fieri non possit, secundum vt medicamentis vtamur: Sed varij motus, nec in omnibus par potestas. Discere vices, &, quæ tutela est proxima, tenta. Muli & canes apud Homerum libro 1 Iliados, ingruente peste primi inficiuntur: causam inquirit Eustathius in commentarijs, & Cælius lib. 17. cap. 28. Heraclides Ponticus (inquit) putat iumenta peste infici primum, quia deiecta in terram & prona in pastum, οἱ γὰρ ἀνάδην ἐκπίπτοντες ἕλκουσι trahant proclinius homine, cuius est surrectum corpus, & purius sublimi inspirato aëre, &c. Vide etiam in Mulo H. c. Alexander Benedictus cauendum consulit ne canes & cati nostri tempore pestis extra domum vagentur: facile enim ab eis aërem pestilentem respirando haustum afferri.

Aconitum (λυκοκτόνον apud Rhætos occidit omne animal quod exæcatur, vt lupos, vulpes, vrsos, canes. Incertus. Apocynum frutex est folio hederæ, molliore tamen, & minus longis viticulis, semine acuto, diuiso, lanuginoso, graui odore: canes & omnes quadrupedes necat in cibo datum, Plinius. Apud Dioscoridem apocynialia nomina legimus, ab eodem esse ito, nempe cynanchen, cynomoron, cynocramben, cynoctonon, cynaricam, &

ricam, & caninam: & apud Paulum Æginetam cinoctonon, vt Marcellus Vergilius legit: noſtra exemplaria cynomoron habent, & rectè. cum apud Galenum quoque ſic legatur. Cæterum cur cynocrambe, quaſi canina braſſica, item braſſica ruſtica nominetur à quibuſdam, non video niſi quod ſiliquas profert, ſimiles fortè braſſicæ ſiliquis: vel potius à ſimilitudine braſſicæ marinæ, cui ſimilia habet folia, nempe hederacea: ſimiliter etiam ſucco turgent, quamuis apocynon luteo, illa candido. Habent inſuper ramulos ſimiles, nam quales Dioſcorides apocyno tribuit, longos & lentos: tales ipſe in braſſica marina, id eſt ſoldanella vulgo dicta obſeruaui. Plinius ſemen acutum, diuiſum, & lanuginoſum apocyno tribuit, Dioſcorides πεπεμμένα λόγκαι, σκληραί, σμικραί, μέλαινα. Matcellus tranſtulit, ſemine dura, exigua, nigraque: Ruellius, ſemine intus albo, duro, paruo: hic μέλαινα vocem tanquam ſuperfluam omiſit, ille λόγκαι. Siliquæ ei (inquit Dioſcorides) quales in fabis, digitales, folliculari ſpecie: viticulæ paruæ (vt Ruellius vertit: longè, vt Marcellus. Μικρὸν enim & μακρὸν facile permutantur:) λυδώδεις, id eſt lentæ & vitiles: pro qua voce aliqui δυσώδεις legerunt, id eſt, fœtidæ, quod admitti poteſt, cum δυσθραύστους vox ſequatur, idem ferè ſignificans quod ἰσχυώδεις. Apocyno (quod Matthiolus depingit: ex Aegypto autem primum à Bellonio inuectum & demonſtratum arbitror) prorſus congenerem ei herbam illam exiſtimo quam aliqui ridiculo nomine Noli me tangere vocitant, eò quod vel leuiter tractæ eius ſiliquæ iam maturæ mox diſſiliant & ſemen eiaculentur, quod & cucumeris anguini fructus facit. Semina in ſiliquis duriuſcula & alba producit: ſuccum luteum continet: non ſemel enim libros, quibus ramulos huius herbæ impoſueram, hoc poſtea colore tinctos inueni. Vim acrem & erodentem habet, vt læpe guſtando cognoui, Flos ei luteus aconiti inſtar cucullatus, Venenoſam arbitratur etiam Hieron. Tragus, qui vltimum inter tithymallos locum, ſed perperam, ei attribuit. Et quanquam folus Mercurialem vel atriplicem quodammodo referat, non ideo tamen nullum apocyni genus eſt: Nam & Dioſcorides cynix herbæ (quàm itidem cynocramben vocat) folia vel Mercurialis vel hederæ foliis comparat. Ego interim apocynon minus noſtram hanc herbam appellabo, donec alius aliquid melius attulerit: nec admodum refert, cum nullus ferè in medicina eius ſit vſus: cauendi tamen gratia refert: nam & homini venenoſum apocynon eſſe, quod Galenus ait, facile credo, cum lupos, vulpes & pantheras interimat, vt Dioſcor. ſcribit, & vt Plinius quadrupedes omnes. Hoc obiter monebo Lectorem, aliam eſſe cynocramben apocynon dictam, ac prorſus venenoſam, quam Dioſcorides deſcribit libro 4. cap. 79. Aliam vero cyniam, cui item cynocrambes cognomen, eodem libro cap. 184. Marcellus Vergilius teſtatur in veuſtiſſimis Græcis & Latinis codicibus hoc caput non legi: præterea ſi nomen (inquit) ſolum expendatur, eadem apocynon eſt, de quo non multò ante hocipſo voluimine egit: ſi vires, Mercurialis eſſe merito credetur, præſertim quem penitus verbis in hoc ſcriptore tractata: quæ enim de ea feruntur, ſemen eam ſecus folia habere, exiguum rotundumque: potam præterea aluum ſoluere, & olerum modo coctam, bilem & aquas corporis trahere: omnia paulo ante dictæ Mercurialis herbæ ſunt. Sed nec Plinius quod hactenus deprehenderim, aut Theophraſtus, de hac cynocrambe vllam agunt: Inclinat ideo animus nobis, adulterinum ſcriptoris huius eſſe hoc caput; & alterius Mercurialis herbæ traditam ab aliquo ſub hoc titulo hiſtoriam eſſe. Hæc Marcellus. Ego ſiue ab alio adulteratam, ſiue à Dioſcoride primum deſcriptam, hanc cynocramben, ſui generis herbam eſſe exiſtimo, nempe Mercurialem ſylueſtrem, quam ipſiſſimis ferè verbis, quibus communis Mercurialis, deſcribi nihil mirum eſt, quum & forma & viribus non aliter ab ea diſcrepet, quam ſolent agreſtia ab vrbanis. De nominibus equidem nemini contendetim: reipſa vero Mercurialis genera duo ſylueſtria cognoſco: quorum vnum in ſylus ferè naſcitur, nigrius, & reptantibus per tranſuerſum radiculis, quod Leon. Fuchſius pro cinocrambe pinxit: maius alterum, & candidius, hirſutumque circa oppida & rudera paſſim emicat. Fœmina, quod ſciam, in neutro ſylueſtrium genere reperitur: vtrumque gemella ſemper ſemina conceptacula inter folia gerit, vt rectè à Dioſcoride Mercurialis ſyluęſtris mas cognominetur, & ſtatim poſt vulgarem ac locis tantum cultis naſcentem Mercurialem collocetur. Matthæolus Ruellium reprehendit, qui hanc cynocramben atriplicem ſyluęſtrem eſſe putauerit, quum atriplex iſta libro 2. poſt ſatiuam ſtatim à Dioſcoride commemorata ſit. Qua quidem in re cum Matthæolo tenui: ſed diſſentio ab eodem, quod immerito Fuchſium notet, vt qui depinxerit apocynon à Dioſcoridis deſcriptione prorſus alienum: cum Fuchſius non cynocramben apocynon, ſed cynocramben cyniam depictam dederit. Peruicit forte Ruellio vt ita iudicaret herbæ odor: eſt enim genus quoddam atriplicis ſyluęſtris circa parietes interdum naſcens, omnium fœtidiſſimum: deſcribitur autem apocynon quoque graueolens Dioſcoridi βαρυοσμον: quod tamen aliud eſt quàm fœtidum, quamuis Galenus δυσῶδες dixerit. Idem Matthiolus perperam Galeni verba de apocyno citat, quod maturandi vim habeat, cum apud Galenum ſimul & Æginetam diaphoretica, id eſt diſcutiendi facultas non maturandi tribuatur, idque merito, quoniam (vt inquit Galenus) non inſtrenuè calefaciat, non æquè tamen exiccat: huiuſmodi enim diſcutienda ſunt. Apud Æginetam non placet quod legitur, eam valde fœtidam & calidam eſſe, abſque ſiccandi tamen facultate: quam quidem Galenus ei non negauit, ſed minorem quàm calefaciendi eſſe dixit. Discutiendi ſanè vim Mercurialis etiam habet: & haud ſcio an apocynon & cyniam Galenus alijq; ſecuti cum confuderint, cum alterius ſolum mentionem faciant. Hoc quidem Galeno frequens eſſe videtur, vt ex viribus plantarum à Dioſcoride præſertim ſcriptis, de temperamento earum & qualitatibus primis pronuncier, quod tamen perſæpe non ſine errore fit, ne prorſus ſtirpes quaſdam ignorasſe exiſtimetur. Epicharmus braſſicam ſyluęſtrem contra canis rabioſi morſum imponi ſatis eſſe tradit, melius ſi cum laſere & aceto acri: Necari quoque canes ea, ſi detur ex carne Plinius: ſentit autem de apocyno.

Chamæleontis albi radix mixta cum polenta, vel (vt interpretes reddunt, in Græco tamen eſt copulatiua coniunctio) cum aqua & oleo, canes, ſues & mures occidit, Dioſcorid. Chamæleonis candidi radicis ſuccus, occidit canes ſuesque in polenta: addita aqua & oleo, contrahit in ſe mures ac necat, niſi protinus aquam forbeant, Plinius. Auicenna idem de herba Mezereon ſcribit, quæ chamelæa Græcis eſt: quod de chamæleonte Dioſcoridem, vt linguarum imperitiſſæpe vocabulorum ſimilitudine decipiuntur. Blondus chamæleonem cardum varium appellat (eodem lupos occidunt Romæ, Blondus.) Habetur etiã apud Dioſcoridem inter chamæleontis albi nomenclaturas, cardus varius: Gaza in Theophraſto vernilaginem transfert, quoniam inter Dioſcoridis nomenclaturas à quibuſdam ſic appellari chamæleonem nigrum legerat: ipſe commune vtriq; nomen fecit. Hoc ſanè aliquis miretur, cur ſoli albo chamæleonti canes aliasq; quadrupedes necandi venenũ adſcribatur, cum nigrum longè pernicioſiorem Galenus cæteriq; faciant: & inter illius quoq; nomenclaturas cynomazon (quaſi maza cani obijcienda) habetur, & cynozolon propter grauitatem odoris, teſte Plinio: nam apud Dioſcoridem male ſcribitur cynoxylon: quo etiam iuuencæ pereũt angine modo, quare à quibuſdam vlophonon vocatur, (Sipontinus legit bu-

legit buphanon) Plin. Vide plura in chameleontis animalis historia in a. Elleborus & squilla canes & leones plurimos beluasque interficiunt, Rasis. Faba lupina seu marcillum (nimium concoquitur) datum in adipe necat canes, lupos, vulpes, vrsos, Arnoldus.

Zinziber caninum vel aquaticum, olus est quod interficit canes, folia habet saliginis similia, sed pallidiora (magis citrina) ramulos rubentes sapore zinziberis. Sylusticus ex Auicenna: descripto ad persicariam vulgo dictam vel hydropiper Dioscoridis accedit. Rhododaphanes (recentiores oleandrum appellant) flos & folia, canes, asinos, mulos, & pleraque quadrupedes perimunt. Dioscorides & Auicenna. Idem facit elleborus albus apud Serapionem secundum Eben Mes. & Auicennam. Nuces vomicæ etiam venenum sunt canibus. Pereunt canes nucis vomicæ veneno, nisi auricula vulneretur (vbi iam gestus & saltus miros insanientium edunt) ita vt sanguis exeat, aut etiam amputetur pars: sic enim statim liberantur, vt quidam expertus chirurgus mihi retulit. Ait autem dimidiam nucem satis esse ad necandum canem, & illam omnino intra duas horas perituram: non vomere, sed mirè saltare, &c. Nux vomica, vt expertus sum, canes illico interficit. Cardanus Canes ab ortu periclitantur ex esu vuæ apud Cabynium in Achaia: item mulieres, Theophrastus. Chrysippus docet canes occidi, si aqua detur in qua decoctus fuerit asparagus; Plinius, Dioscorides, & Auicenna. Plumbi fumus canes occidit, Plinius libro 24. vt Aggregator citat. Venenati melis malum (quo homo infectus fuerit) certum est per excrementa, ad canes etiam peruenire, similiterque torquere eos, Plinius. Circa Scytharum & Medorum dictam Thraciæ regionem, locus est viginti ferè stadiorum spatio, qui hordeum producit, quo homines vescuntur: equi verò & boues abstinent: imò sues etiam & canes excrementa hominum qui mazam aut panem ex hordeo illo comederint, auersantur, tanquam mortis periculo. Aristoteles in Mirabilibus. Si canis non cibi inopia, sed aliquo præter naturam affectu in maciem incidit, ter aut quater bato, o abunde eum nutries: vnde nisi statim habitior fiat, signum est eum vermes sub lingua alere: illos igitur acu extrahes: Quod si ne sic quidem corpulentior fiat, incurabilem & breui perituram existimato, Albertus. Sunt qui fatemates etiam paulatim emaciari credant, vt proxime dicam. Si ex pigro ignauoque agilem & velocem reddere cupis, pane auenaceo accuratè cocto fermentatoque subinde pasce, Albertus. Gratius quidem etiam veterno quandoque laborare canes author est.

De tabe canum, ijsque omnibus quæ circa eam considerari possunt: & quomodo in canibus curari debeat, & quæ auxilia sint homini aduersus morsum canis tum rabiosi tum non rabiosi, infra differam cap. 6. Blondus negatur quædam de fascino, quæ ipsius omnino verbis apponam, non quòd probem, sed ne quid omittam. Canis (inquit) vt & infantulus, frequenter inficitur fascino, ita vt deueniat ad extremam maciem. Quorundam enim hominum oculi adeo ligant, vt quem ligauerint non patiantur liberum esse, quinimò nec mentis compotem. Fascinum autem dicimus esse genus incantationis, vt patet apud Virgil. *Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.* Morbus autem is oritur è spiritu fascinantis. Sed fascini est ingressus per oculos fascinati ad ipsum cor vsque. Propterea cauendum est ne catulus perspicatur ab inuidis hominibus donec adoleuerit. Quoniam hæc est maxima conseruatio salutis eius: quia remotis quæ inficiunt, saluberrimus seruatur. Plerique autem alij ex corallio baccatum monile circundant collo. Quidam & factis herbis prætegunt, & ciungunt frontem bacchare. Horum tamen vsus est minus proficuus. Conclusio verum prohibet fascina, velut sarmentorum ignis, Hæc Blondus. Lippitudini vel lachrymis canis medeberis, si aspergas aquam tepidam, & mox farinam cum albumine oui cataplasmatis modo adhibeas, Tardiuus. Ad albuginem oculorum canis, os sepiæ crematum tritumq; mane & vesperi adhibeto. Si vero inueterata albugo fuerit, illines medicamen compositum, pari portione croci, fellis bubuli, succi fœniculi & melis, Tardiuus. Ranunculum viridem aiunt in os canis infectum, mutum reddere, vnde in Ecclesiastico dicitur. Xenia & dona excæcare oculos iudicũ, & quasi mutus in ore canis auertit correctiones eorum, Vincentius Bellouacensis ad ẽs hanc canam ab hoc effectu mutam dici quòd voce canem priuet, sed authore nullo se munit. Ad surditatem, quæ deprehenditur ex pigritie canis & tarditate, & omni alacritate amissa, oleum rosaceum vino mero permixtum, ter die auribus immittes, Tardiuus. Inflatis vel tumidis auribus remedium præstant cortices granatorum oxelæo incocti, quod auribus instillabis, Idem. Vulnus post tumorem apparens, aceto lauabis, & mox insperges spongiam tritam, Tardiuus. Vermes etiam in auribus occides, spongia trita albo oui excepta & cataplasmatis instar applicata, Idem. Cynicus spasmus, id est canina conuulsio in homine appellatur, oris præter naturam distentio, ita vt canis risui instar ringi videatur, quod ferè fit musculis alterà parte remissis, Celsus oris distentionem, Auicenna torturam faciei vocauit. Si calor nimius palatum canis inuaserit, butyrum melli commixtum in cibo dabis, Tardiuus. Eandem partem si durities aliqua vel cancer insederit, salem & myrrham teres, ac miscebis aceto, vt locum affectum perfrices, Tardiuus.

Anginam barbari squinantiam vocant, corrupto vocabulo à Græco synanche vel cynanche. Κύναγχη morbus est canum καὶ ἀνθρωποκτόνος, Varinus: lege ἀνθρώπων πνιγμὸς ex Hesychio, id est hominum suffocatio. Quidam cynanchen interpretantur morbum faucium, à canibus quos infestat. Cynanche est præfocatio nocturna, humore crasso & tenace ad bronchum, id est arteriam delapso, maximè in pueris, Pollux: qui anchonen etiam (ἀγχόνην) purulentum abscessum inter epiglottidem & linguæ radicem interpretatur. Synanche (vt ait Pausanias citante Hermolao Barbaro) musculis qui sunt intrita fauces, inflammatis oritur: sicut ijs qui extra, parasynanche. Ad eundem modum cynanche fit, cum musculi gutturis interiores accenduntur: paracynanche, cum exteriores. Galenus tamen libro 4. de locis affectis cap. 5. & Prognost. 3. comment. 20. hoc discrimen reprehendit. Celsus aliter, tria enim facit anginæ genera: Synanchen, vti synanchen (συνάγχην.) paralynanchen. In primo nec tumor nec rubor compatet vllus, sed corpus atidum est. vix spiritus trahitur, membra soluuntur. In secundo lingua fauceſque cum tumore intumescunt, vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallet, singultusque est. Illa communia sunt. æger non cibum denotare, non potionem potest, spiritus eius includitur. In tertio, quod leuius est, tumor tantum & rubor est, cætera non sequuntur. Hippocrates & alij veteres, omnia mala quæ in gutture & faucibus accidunt, quas quidem spirandi comitatur difficultas, anginæ nomine appellant. Cynanche, id est angina interimit canes, Aristoteles. Pollux: Albertus addit intra secundum, aut tertium, aut quartum diem. Ego innumeros vidi canes angina affectos, quorum nullus euasit, Aug. Niphus. Quid dicam tussis, quid mœsti damna veterni? Gratius de canibus. Tussis clamosa, id est canina, Syluaticus. Tussis canum venationem, & custodiam indigentem taciturnitate maximè impedit. Ideo vt pastores oui tussienti per nares infundere

infundere consueuerunt, ita & cani injicies, vini cyathi duos siue paulò minus, in quo dulces amygdalæ contusæ, ac mundæ, fuerint solutæ, Blond. Tardiuus pulegium maius in oleo, melle & vino coctum, cani deglutiendum offert. Anhelitus difficultas cani ingruit ab aëre crasso: quamobrem in aërem puriorem ducendus est: & nisi aëre mutato curetur, aures eius ferro perforentur, vt spiratio leuior fiat, Blondus.

Caninus appetitus dicitur apud Galenum De locis affectis, vbi canum more, aut nil omnino, aut prauia affectatur cibi à mulieribus secundo aut tertio post conceptũ mense. Sic grammatici quidam in Dictionarijs suis falsò docent, & simul Galeno iniuriam faciunt. Nam ille De locis affectis libro 5. cap. 5 inter affectos oris ventriculi sic scribit: Constat quod etiam citræ vocatæ mulieribus accidunt, vbi hæc particula affecta est. Quæ enim aut canum more, aut nihil omnino, aut malos cibos appetunt, ijs appetentiæ instrumentum læsum esse certum est, Id vero os ventriculi esse demonstratum iam est, Hæc Galenus. Et licet inde citram siue malaciam, aliquando à canino appetitu nihil differre iudicari possit, sæpe tamen ab eo differt: & mulieribus solum accidit, circa tertium gestationis mensem præcipue (vt Galenus scribit libro 1 cap. 7. de Sympt. causis,) quod non possit tum fœtus, vtpote imbecillus, quicquid ad vterum alimenti ratione fertur absumere. Sed de hoc affectu in Pica aue plura. Cæterum κυνώδης ὄρεξις, vel τὸ κυνωδῶς ὀρέγεσθαι, omnibus & varias ob causas accidit. In Græco ex textu Galeni De locis aff. verbis Græcis, Ὅσαις γὰρ ὀρεγομέναις κυνωδῶς, ἢ μηδ' ὅλως ὀρεγομέναις, ἢ καὶ ὑπὸ τῶν ἐδεσμάτων ἐρεγομέναις γίγνεται, ταῦτα πάντα τῆς ὀρέξεως ἐρεγόντων παθήματα τυγχάνει, &c. Ego sic legerim, Ὅσαις δὲ, vt referatur ad παθήματα, & ὀρεγομέναις in masculino genere vbique, quoniam non ad mulieres solum pertinent isti affectus, sed quoslibet homines: ἔσαις certe legi nulla construendi sermonis ratio patitur. Est igitur secundum Græcos medicos canina appetentia, contrarium amissioni appetitus malum. Qui enim sic laborant, plures appetunt cibos & ingerunt: quorum deinde multitudine grauitati, & assumptos cibos citra noxam ferre haud potentes, ad vomitum diuertunt. Postea rursus cibo se explentes, denuò ad vomitum reuertuntur, quemadmodum canes: vnde etiam malum hoc appellationem accepit, Aëtius lib. 9. cap. 21. Plura vide apud medicos. De bulimo in Boue dixi, capitis 8. parte 1. Caninum appetitum à bulimo scite distinguit Cælius Rhod. initio libri 26. cum prius 25. 9. confudisset. In Hippocratis Aphorismum libro 2 Famem vini potio soluit, Galenus non quamlibet famem, sed caninã siue caninũ appetitum intelligit: qua de re pluribus tractat Cælius 25. 9. Sunt qui caninum prandium ad caninam appetitionem contra Gellium putent referendum, Cælius. Laphygmus dicitur eruditè canum & suum inexplebilis vorandi auiditas, inclinato vocabulo à verbo λάπτω καὶ λαπάσσω, & λαφύσσω id est lambeo & deuoro, pro quo Itali quidam Slapare dicunt, Idem. Si quod os gulæ canis impactum fuerit, nasum apprehende & collum versus aliquandiu deprime: & oleum faucibus infunde vt excites tussim: tussiendo enim os sæpe excutitur: Aut oleum aquæ tepidæ infusum paulatim immitte in gulam canis, vt remollito laxatoque loco os cedat, Tardiuus. Si hirudines adhæreant gulæ canis, accipe quinque muscas illius generis quæ per æstatem ante equorum capita volitant (Galliraciues vocant) ex his crematis nidorem canis ore excipiat, & hirudines cadent, Tardiuus. Alui in cane obstructæ remedia iam superius proposui. Vomitiones canis mirabiliter homini videtur, Plinius. Canes cum morbo laborant, herba (alias herba) ingesta euomunt, atque ita purgantur, Aristot. De canaria herba vide in H. 2. Cum redundantia canis vexatur, herbam in macerijs nascentem nouit, qua comesa, omne id, quo affligitur, cum multa pituita & bile euomit, sibique hæc vomitio salutem affert, siue vllius medici opera, qu o ad expellendam bilem nihil ei opus est: rabiem hæc nisi tollatur, facit, Aelianus: Et rursus alibi, Cum autem vtrunq; ventrem exhaurire habent necesse, herbam dicuntur quandam comesse, cuius vi partim euomendo, partim deijcienda aluo superfluentes cibos ejciunt. Vnde Ægyptios aluos purgare didicisse ferunt. Si canes parcius neque crassis alimentis nutrias, non adigentur ad vomitum, Blondus. Si stomachus debilis fuerit, & eruditate ac vomitu laborârit, ossa bouis in aceto cocta rodenda objcies, Tardiuus. Ventrem fluentem sistet caseus vetus ac durus in cibo, item palumbes cocta & aspersa aceto, Tardiuus. Ad tormina ventris proderit cani, si coopertum igni admoueris: & gulæ eius inseruerisaurum tritum in oleo calido mixtum Tardiuus. Ventris tormina cum frigidis ex causis oriuntur, calidis iusculis, & potibus piperatis vincuntur, oleis etiam vel aliquo ex pinguibus oblatis. Forinsecus autem laudamus quodque linimentum calidæ virtutis, vt est oleum liliaceum, rutaceum, natdinum, & laurinum, ceratum diaithez, Marcianon, vel Agrippæ, & cineratis pannis dum circumuoluitur curari poteris in frigidis affectibus: Tum etiam si per os euomuerit succum è ventriculo, curatur, neglectis præsidijs omnibus. Vana itaque erunt præsidia si vitius valida fuerit ad expellendum nocua, Blondus.

Canes cum lumbricibus infestantur, herbam tritici comedunt, Aristot. segetem herbescentem depasti lumbricos expellunt, Aelianus. Podagra in canibus quanquam difficilis, non tamen incurabilis est. Pollux ex Aristotele. Pertæo ex ea conualescunt. Aelianus. Lumbricos in ventre canis occides hoc medicamine, semen absinthij, cornu cerui, & lumbricos, arida tere & misce butyro aut melli, Tardiuus. Cani sanguinem per vrinam reddenti, remedium est, coriandrum in lacte & aqua coctum cum pauco oleo, & duabus libris lenticulæ, & quadraginta granis piperis contritis, quæ omnia commixta vt edat curabis, Tardiuus. Aut incuruatæ, si qua est tutela podagræ, Gratius de canibus. Podagra canum pedes extrorsum incuruat. Albertus. Augustinus Niphus canes duos podagricos secuisse scribit, nunquam tamen efficere potuisse quo minus post vnum aut ad plurimum duos cursus claudicarent, Podagra (Albertus addit calida) tentati pauci euadere possunt, Aristot.

Cum plantæ pedum canis ob terræ calorem feruidiores aut vstæ sunt, cinerem lixiuium (cendre passee) melli mixtum superilligabis. Plantas aut coxas propter laborem tumidas, exlæo tepido inunge. Si pellis aut vngues à pede separentur, farinam aquæ mixtam insuper deligato: Aut cortices mali punici & salem conterito, & cum aceto feruefacto in olla, cui canis pedes immittes quàm ferre poterit calidissime: Aut gallas cum chalcanthio contere ac misce aceto, eoque tepido medicamento canis pedes lauato, Tardiuus. Hi ferè canum morbi sunt, quos à scriptorib. memoratos inuenio: quanquam & alij plures eis contingere possunt. Namvt (Gratius inquit) Mille tenent pestes, curaque potentia maior. Morbi latentes præterea dictos, sola ignis calefactione & graminis esu curantur, Albertus. Reliqua canum vitia, sicut in cæteris animalibus præcepimus, curanda sunt, Columella. In Geoponicis Græcis libro 19. cap. 3. vbi de morbis canum tractatio definit, adiectum est: Κρείττων εἰς καὶ τὰς ἄλλας νόσους τῶν κτηνῶν δυνατὸς ἔσται τὸ σῶμα ἔχοντας, ἰσχνάνεται γὰρ τὰ περιττώματα εὐημερίᾳ. Cornarius pro κτηνῶν, id est pecorum, legit κυνῶν, id est canum, & ita reddidit: Ricinos & alios morbos canum, corpus peius affectum habentium, curabunt ea quæ ad oues sunt relata: Andreas à Lacuna maluit vertere, Ricinos alios que morbos pecorum, quæ infestantur ægrius aut difficilius, &c, Ego cum Cornario sentirem, κτηνῶν, id est canum

omnino legendum esse. δυσαθῆ verò quamuis plerunque significet id quod natiuo quodam robore prædictum difficulter à noxijs causis vincitur, videtur tamē hoc loco poni pro male affecto vt Cornarius vertit: nam in Grammaticorum Lexicis δυσαθῆ, κακοπαθῆ exponitur: & δυσαθῶν, κακῶς πασχόντων.

Canem detenturus ne fugiat, butyro à capite vsque ad caudam illines, lingendumque butyrum dabis, aut humida arundine à capite vsque ad caudam cum mensurabis, Fronto in Geopon. Græcis: Vt ne canes domestici aufugiant, audio hac machinatione ac solertia retineri: eorum caudam primum arundine, quæ butyro sit obli a, dimetiuntur: deinde hanc eis ad lambendum concedunt: eo fit vt postea tanquam ligati permaneant, Aelianus. Tardiuus alias tantum oleo illinendas scribit, vt à cursu impedjantur. Canis sequetur te, si alterius canis secundam obligatam panniculo, ipsi olfaciendam dederis, Fronto in Geopon. Canes non allatrabunt, qui dentem canis nigri manu tenuerit, quamobrem fures & latrones eo vtuntur, Rasis. Et rursus, Non allatrabitur à canibus super quo dens canis suspensus fuerit. Videtur hæc superstitio ex Dioscoridis verbis non intellectis nata, quæ sunt: Ad præcauendum etiam vtuntur (morsi scilicet à cane rabido, ne in metum aquæ incidant, de quo proxime egerat) dente canino illius qui momorderit canis, folliculo exalota claudentes, & ex brachio suspendentes. Marcellus etiam in commentarijs addit, Dioscoridem sibi videri loqui de præcautione metus aquæ, non rabidi canis impetu: suum tamen (inquit) relinquatur legentibus iudicium. Constantinus in libello de incantatione, contra morsum canis amuletum facit, citans Dioscoridem. Præcipiunt quidam, vt qui velit se à cane sectari, ranam obijciat coctam, Varro. Cor canis si quis secum habuerit, canes ei molesti non erunt, Sextus. Costanbenluce scribit, si quis cor canis supra se habuerit, non morderi à canibus: sed quamuis accesserint & olfecerint eum, statim refugere, Albertus. Biondo non satis videtur secum habere, aut supra se canis cor, sed idem vorandum, aut (quod præstantius sit) tritum bibendum suader furibus & illis qui noctu ad amores suos accedunt, sic à nullo cane allatrandis: quod furibus (inquit) & amantibus credendum dimittimus. Ego quisquis hæc credit, non caninum duntaxat habere cor, sed totum esse canem credo. Sed Biondum fefellit, quod cor canis portatum, pro portatum, vt ego conijcio, apud Aesculapium legitur. Canis latratum auertit, linguam canis in calceo subditam pollici portare, Plinius lib. 29. Item ex secundis canis membranam habere, Plin. lib. 30. Et cor canis siccum (secum) habere vel linguam eius summam politam sub pollice pedis, Sextus. In sinistra manu tenere linguam in panno ligatam, canes obmutescere cogit, Kiramides. Leporis simum vel pilos tenere, Plin. lib. 30. Mustelæ vinentis caudam ab fusum in pede portare, sicut dictum est de lingua canis, Plinius lib. 29. Rana viua data in offa, Plinius lib. 32. Hæc omnia ad cohibendos canum latratus, ex Plinio, Sexto, & Kiramide ab Aggregatore citantur. A quo hæc etiã canes fugantia recensentur, Cor canis portatum, Plin. 29. sinistra manu portandũ Kiramides addit: aut lingua eius in panno ligata, Kiramid. Corpus inunctum lapathi & cyclamini succo, Thessalus. Nigidius fugere tota die canes conspectum eius, qui è fuse ricinum euellerit (& ad ligatum gestauerit nimirum) scripsum reliquit, Plinius. Canum morsus auertentia, cap. 7. recensebimus.

D.

Canis cæteras rationis expertes animantes cum alijs moribus excellit, tum quod homines à quibus alitur potissimum, amet, agnoscat, eisque seruiat. In petulantia & mœstitia mitigatur ab homine considente humi, Plin. Clementis & excelsi simul ingenij significationem canes præbent, statim vt se demisit is quem petunt, ardorem remittentes. Notum est illud Homeri Odysseæ ξ. Οἱ μὲν ἔπειτ' ἀπάνευθε πολὺν ἐν ἄνεῳ αἰπὺν Ὀδυσσῆα ἔζοντ' ἐκπεφοβημένοι ἐν δὲ σφεας ἔσχεθε μῆνις. Neque enim qui humi se dejecit ac speciem supplicis præfert, amplius inuadunt, Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Natura de præsidium est ad mercendos canes, sedere, & baculum dimittere, ne possint intuiti suspicari canes, Homeri Scholiastes. Aelianus in animalium historia canum ratiocinatione quadam ac dialectica vti scribit. Venatica enim canicula quædam, inquit, cum leporis qui nusquam videbatur vestigijs insisteret, eaque persecutando ad fossam peruenisset, dextrúmne potius an læuum ad fossam iter ingrederetur dubitando aliquandiu perhibebat: At vbi re perpensa neque hac neque illac leporem ab ille secum concluisse, cum nulla per fossam vestigia apparerent, transijt. Eidem de re Plutarchi quoque verba adiungam ex libro Vtra animalium, &c. idque eò libentius, quoniam eadem opera dialecticos ille refutat. Dialectici igitur, inquit, canem quoties ad ista venit viarum diuerticula multifida, eo quod ipse è pluribus disiunctum vocant argumentationis genere vti, & hoc pacto compendio se constituere dicunt, aut hac fera abijt aut illhac, atqui neque hac neque illhac, illac igitur vt abierit reliquum est: eamque ad rem nil sensum quam apprehensionem nudam conferre: rationem verò & sumpta, & ex tum ipsis ipsam mox conclusionem efficere. Atqui isto quidem dialecticorum testimonio falso nimirum & adulterino canis non eget. Nam sensus ipse, quà elapsa fera sit, ex ipsius vestigijs & cursu deprehendit, valere longum tam disiunctis quam coniunctis istis Dialecticorum dicens. Alia tamen studia tunc ille atque & opera innumerabilia, quæ visu nullo, sed nec olfactu, ratione verò sola, sola mente cum fieri tum deprehendi certum est, è quibus æstimari naturam canis licet. Canes animosæ, amatrices, & assentatrices sunt, Aristot. Canem maxime omnium animalium hominis amantissimum dicunt. Cum homini occurrit, cum decliuat, reuerentia quadam & pudore ductus, cum vero minuta affectum hominem ab alia fera perspexerit, tum exsultat, Aelianus. Soli dominum nouere: & ignotum quoq; si repente veniat, intelligunt: Soli nomina sua, soli vocem domesticam agnoscunt: Itinera quamuis longa meminere, Plin. Nihil sagacius canibus: plus enim sensus cæteris animalibus habent: Nam soli nomina sua cognoscunt, recognoscunt dominos suos & diligunt, & eorum tecta defendunt, ac pro dominis suis se morti obijciunt, Isidorus. Discernit canis dominum suum ab extraneis: nec eos quos insectantur odit: sed pro eo quem amat æmulatione solicitoque ambit odit, si mirigiat, Author obscurus. Sibilo vocem dominj plerique dignoscunt. Venetus canis quidam in medio fori post triennium agnouit suum dominum, Blondus. Bestias & fures latratu produnt. Sunt qui peculiare quoddam genus esse canum scribant, quod odoratu fures deprehendat, & cæteris hominibus implacabili odio discernat, Author obscurus. Fidelissimi ante omnia animalia hominis canes atque equi, Plin. Hinc est quod canem illum maximè probant, qui verberibus quantumcunque affectus, non fugit: sed etiam repulsus, mox ad domum vertitur, ceu veniam petens, quamuis innocens, Blondus. Impactiræ alimoniæ memoriam seruat, gratiamq; refert, Ambrosius. Maximè omnium animalium canes defixis oculis deorum simulacra intuentur, Aelianus. Qui paruam & planam (μικρὸν ἐπίπεδον) habent frontem, stolidi judicabuntur, eò quod caninam referant frontem.

Qui

Quibus front quadrata est, & pro facie portione mediocris, magnanimi; ob similitudinem leonis. At quibus corrugata ac veluti nubila (σωμφοὶ) pervicaces ac duri, αὐχμηδεῖς, à taurina forma: contra quibus ferena & exporrecta, assentatores, ab affectu frontem huiusmodi reddere consueto. Hoc sanè in canibus manifestum est, quod a leonem frontes exporrigant, &c. Aristoteles in Physiognomicis: vbi textum Græcum mutilum quomodo explerim, partim ex ipso sensu, & sequentibus verbis Græcis: partim ex veteri translatione Latina, qui nostra cum Græcis contulerit, animaduertet. Hoc notandum κύλικας & αὐχμηδεῖς ab Aristotele opponi. & oppositis in fronte signis cognosci, quæ sunt γαλεωδὴς & σωμφὸς. Adamantius αὐχμηδεῖς iudicat illos qui habeant μέτωπα κατηφῆ, me ius per rhô: & forte σωμφῶ, legendum: sin minus, ea tamen vtriusque significatio fuerit: licet Cornarius pro κατηφεῖς φαλακὰς reddiderit, quod non placet: quanquam κατηφὲς Varinus ὑψηλὸν exponit: τέτωται verò ὑψηλὸν iam antea ac Adamantio nominatum erat. In hoc tamen probo Cornarium quod ibidem μέτωπα πεπλατυσμένα, id est frontes explanatas legit, non πεπλατυσμένα vt Parisiensis æditio habebat. Exporrectæ fronti, tum σωμφῶ tum γαλεωδεῖ, id est nubilam & rugosam opponi iudicio, sed diuersa ratione. Cætera ad physiognomoniam à cane sumpta, vide infra in H. d. Glaucum citharistriam à cane amatam fuisse audio: alij dicunt non à cane, sed ariete: alij ab anserе: Apud Solos Ciliciæ populos puerum, cui nomen erat Xenophon, canis amauit. Aelianus, ex quo Cælius descripsit 13. 12. Atqui Plinius non à cane, sed ab anserе amatam scribit Glaucen Ptolomæo regi cithara canentem: quam eodem tempore, inquit, & aries amasse proditur: item ab anserе amatum Atigis puerum Olenum: facile quidem κυνὸς pro χηνὸς scriptum, vel contra. Vide in Ariete d. Iam verò caniculum Siculum adulteris infestissimum fuisse auditione accepi. Cum adultera mulier coniugem suum peregre redire audisset, illum qui cum ea stupri consuetudinem haberet latebras bene penitus, vt ipsa putabat, occultauit: verum etsi ex seruis non lautissimi modò, sed & ianitores pecunia corrupti, cum dominam ad occultationem adulteri iuuabant, tum adultero confidentiam ad inferendum stuprum afferebant. Tantum tamen huic mulieri hæc astutia abfuit ad præcauendum, vt certe perparuus canis partim locum illum, quo adulter abdebatur allatraret, partim pedibus fores constupratoris receptatrices eousque conuelleret adortretur, domino vt non mediocris terror injiceretur, ex eoque suspicaretur ibi malum aliquod latere. Quare fores effregit, adulterum comprehendit, qui eo animo cinctus gladio noctem expectabat, vt primo dominum domus interficeret, deinde vero, quam antè dixi, vxorem duceret, Aelianus. Canis animal est adeò docile, vt ad varios ludos institui possit. Mire valet ingenio: & per quandam disciplinæ ac obedientiæ formulam, timidus solicitusque expectatione suspendi solet, donec ad peragendi licentiam signo mittatur, Author obscurus. Qui canes aut catulos domant ac erudiunt, obsequentes delinimento aliquo demulcent, reluctantes virga compellunt, Blondus. Francisci Marchio Mantuæ, parens Federici Ducis, comprehensam vocem habens, morbi defectu, instituerat canem, vt vocaret quem volebat ex curialibus. is tandem vtebatur cane, in aduocandis hominibus quos præcipuè desiderasset, quemadmodum quis vtitur officio optimi serui, Blondus. Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. scribit, se non debere præterire eam canis disciplinam, quam ipse Romæ spectasset. Mimi ducentis minorum fabulam, in qua varia & multiplex persona agebatur, non modo apposite canis alios subiectos affectus imitatione consecutus est: sed etiam cum veteni (quod quidem tanquam mortiferum poculum subiectum esset, veruntamen tum duntaxat vim concilians somni haberet) in eo ipso cane periculum fieret: is panem, ad quem venenum admixtum esset, sumpsit, & deuorauit, ac quàm mox præ se trementis & ebrietate oppressi, animoque deficientis similitudinem speciemque gessit, ac mentum se tandem ad terram abjciens, tanquam mortuus, humi stratus iacuit, sequè huc & illuc, vt fabulæ ratio ferebat, trahendum permisit, atque etiam cum ex dictis & actis intellexit tempus esse excitandi (surgendi) sese sensim primum tanquam ex arctissimo somno expertectus mouit, & allegato capite aspexit, deinde illinc sui ex tempore ad eum quem oportebat, & necesse erat cum gaudio profectus est; vt omnium sanè spectatorum, & ipsius Cæsaris (nam aderat Vespesianus senex in Marcelli theatro) admirationem & assensionem commouerit. Anno 1043 apparuit quidam ex regione Italorum, nomine Andreas, per villas discurrens, habens canem raptum, & cæcum, qui iussus ab eo fecit miranda: cùm enim staret in foro, & turba in circuitu adesset, clam eodem cane deferebantur annuli aurei, argentei & ferrei, & ponebantur in terra, quos ille cooperiebat, ipsoque præcipiente canis tollebat & vnicuique suum dabat: similiter & diuersorum imperatorum numismata mixta porrigebat per nomina, turba etiam astante interrogatus ostendebat fornicarios, auaros. Vnde quidam dicebant quòd plenum Pythonis haberet. Abbas Vrspergensis. In Ioannis regione Tartariæ sunt canes qui currus trahunt & onera ac farcinas initinere portant. Schilbergerus Monacensis. Canes si excidantur, cessant à relinquendis heris: nec ad custodiam aut venationem deteriores fiunt, Xenophon de institutione Cyri libro septimo. Inter canes cum nulla est societas, vt persæpe de esse inter se hic taceret & distrahantur: quemadmodum de Helena Paris & Menelaus. Solos verò Memphiticos canes in medium auditione accepi rapinas proponere, & communiter viuere, Aelianus. Nonnunquam canis & lupus aliqua societate amica confœderantur, adeo vt & ipsi fures noctè pariter caulas ingrediantur. Ex lib. de nat. rer. Canes hyænam capit vomitionem hominis imitando, Aristoteles. Hyænam traditur vomitionem hominis imitati ad sollicitandos canes, quos innatat: præterea vmbræ eius contactu canes obmutescere, Plinius. Hyænæ linguam si quis manu tenear, contra canum impetum maximam cautionem habebit, Gillius. Pellis hyænæ canes fugat ante portam suspensa Kiramides. Mirum est & tamen verum fidibus lupi aginas malè obstrepere, quod idem contingit nervis canis & agni, Cardanus. Canis quando est percussa lapide non tam illum appetit qui se fecit, quàm illum eum ipsum lapidem quo ipsa facta est. Non. Marcel. Odor ex argentifodinis inimicus omnibus animalibus, sed maximè canibus, Plinius.

E.

Canem, sicut ait Cicero, tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos, & tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid significat aliud nisi se ad hominum commoditates esse generatos? Sed de canum sagacitate, ac venatione, hominumque & prædium & pecorum defensione, postea dicam per singula canum genera. Dominorum vtui canes seruire, & res domesticas his planè sciunt administrare: & pauperi satis ad famulatum est, vnum possidere canem, Aelianus. Canes diuersi generis feris nostro tempore non misceantur, Pares jungendi sunt paribus: Et admittendi

qui primi lasciuierint, Blondus. Catulo um caudas post diem quadrigesimum, quàm sint æditi, sic castrare conueniet: neruus est, qui per articulos spinæ prorepit, vsque ad vltimam partem caudæ: is morsicus comprehensus & aliquatenus eductus abrumpitur: quo facto neq; in longitudinem cauda fœdum capit incrementum, & (vt plurimi pastores affirmant) rabies arcetur letifer morbus huic generi, Columella. Equis & canibus curatores illos præfecit Cyrus, quos existimabat reddituros hæc pecora ad vsum suum quàm optima, Xenophon. Canis fimum cum vrina putidissima miscetur, & funditur circa plantas aut semina, quæ à pecore tanginosis, Democritus in Geopon. Fera omnia animalia cicurantur; si statim vbi nata sunt lacte humano lactentur à muliere, aut quod facilius est, canino. Sic etenim feles discunt amare dominum, nec secus ac canes blandiri illi atque eum comitari, Cardanus. Ex canino fimo gluten quoddam faciunt, qui profitentur artem coriariam, ad glutinãdas pelles, Blondus. Canum intestina si murmurauerint pluuiam significat. Canis volutans se in terram venti magnitudinem significat: in dextram coxam procumbens, tempestatem arguit, Incertus. 17.

F.

Quid loquar de canibus, quos iuuenes ac pingues, & potissimum cum fuerint castrati, apud quasdam gentes frequentissime mandunt, cum multi sint qui pantheris vescantur? Galenus libro 3. de aliment. facult. Canum & vulpium carnem nunquam equidem gustaui, nec sanè gustare vnquam fui adactus, neque in Asia, neque in Græcia, neque in Italia: aiunt tamen hanc quoque mandi: coniectare tamen possum vim eius inesse carni leporum similem. Nam canis, & vulpes, vt summatim dicam, temperamento sunt sicco, Galenus de attenuante victu. Plura de cane dici cogunt priscorum mores: Catulos lactentes adeò puros existimabant ad cibum, vt etiam placandis nominibus hostiarum vice vterentur his. Genito mane catulo res diuina fit, & in cœnis deûm etiam nunc ponitur catulina: Adijcialibus quidem epulis celebrem fuisse, Plauti fabulæ indicio sunt, Plinius. Catullinam carnem esitauisse, hoc est, comedisse Romanos Plautus in Saturione refert, Festus. Petrus Martyr Oceanicæ decadis primæ libro 3. insulam quandam in noua orbe esse scribit, in qua canes non latrabiles, aspectu fœdissimi, hœdorum instar comedantur. Tartari equos & canes comedunt, Paul. Venetus. In regione Tartariæ Ibissibur dicta canibus vescuntur, Scultbergerus Monacensis libro 3. de suis peregrinationibus. Rapacium omnium carnes declinant ad ficcitatem generatiuam in corporibus bilis atræ: pelotes earum lupinæ & caninæ, Rasis. Corsicæ insulæ accolæ cum catulis paruis non solum cicuribus sed etiam agrestibus vescuntur, iracundi sunt, crudeles, infidi, audaces, prompti, agiles, robusti. Talis enim est natura canum, Cardanus. Constat in Cozumella & Lucatana atque alijs insulis, canes altiles haberi ad vescendum: quos latratum vllum edere negant, Scaliger. Cynamolg Indiæ populi canes mulgent & lacte vescuntur, vt infra dicemus in Canibus diuersis. Adhuc non videntem catellum si edas, nullum senties dolorem, Sextus.

G.

Præcordia vocamus vno nomine extain homine, quorum in dolore cuiuscunque partis, si catulus lactens admoueatur, apprimaturque his partibus transire in eum morbus dicitur, idque exenterato per fusoque vino deprehendi, vitiato viscere illo quod doluerit hominis, & obrui tales religio est. Hi quoque quos Melitæos vocamus, stomachi dolorem sedant applicati sæpius: Transireque morbos ægritudine eorum intelligitur, plerunque & morte, Plinius. Plinio subscribit Serenus capite de præcordijs sanandis, inquiens, Quin etiam catulum lactentem apponere membris Conuenit, omne malum transcurrere fertur in illum. Cui tamen extincto munus debetur humandi, Humanos quia contactus mala tanta sequuntur, Et iunctus vitium ducit de coniuge coniunx. Idem remedium Marcellus Empiricus ex Plinio, vt videtur, descripsit, cap. 21. Et Plinius ipse rursus alibi, Sunt occulti (inquit) interaneorum morbi, de quibus mirum proditur: si catuli priusquam videant applicentur triduo stomacho maxime ac pectori, & ex ore ægri suctum lactis accipiant, transire vim morbi, postremo exanimari, dissectisque palam fieri ægri causas. Mori, & humari debere eos obrutos terra. Catulus vel columbus viuus dissectus per spinam supra caput mulieris melancholicæ vel desipientis impositus, iuuat, Amatus. Spleni dolenti quidam incisum filiumque catulum imponunt, Sextus. Idem aduersus omnem dolorem remedium describit, si quis nondum videntem catulum edat. Ad comitales: catulus lacteus sumptus abscisso capite pedibusq; ex vino & myrrha, Plin. Ad lienosos cum præduro tumore: Venatorij canis catulum aridum tritum modi conardo adiecto ieiuno exhibe, Galen. Eupor 2. 40. Mulier quæ aliquando prægnans fuit & postea steriloscit, interim dum curatur edat catulos coctos & polypum in vino dulci coctum, Hippocrates. Aduersus rabiem, necantur catuli statim in aqua, ad sexum eius qui momorderit, vt iecur crudum deuoretur ex ijs, Plinius. Contra malidem humidam equo infunditur, per os, ptisana ex auena percolata, cui incoctus sit κυνηκτάβιος bene purgatus & depilatus: sin minus, gallina, ἔρις, Hierocles. Mulier cui stomachus veteri non rectus fuerit, sed vel retro vel in latus auersus, &c. vnde menses non recte perfluunt, nec concipit, edat catulos pingues percoctos & polypum in vino dulcissimo coctum & de iusculo bibat, Hippocrates in libro de sterilibus. Aqua ex catulis destillata prohibet renasci pilos, And. Furoerius. In Leonelli Fauentini libro de curandis morbis, capite de paralysi, vngenti catulini, vt vocat, descriptionem istam reperio: Catelli subrusi exenterati in aqua decoquantur donec ossa separentur, & in superficie prorsus nuda appareant: deinde refrigerato vase in quo bullierunt, quod liquatum est (intelliga pingue supernatans) colligi debet, & inde inungi spina dorsi, & membra resoluta. Catulos viuos in oleo decoxit vt equo suo arthritico mederetur, sed & homini vtilissimum expertus est Alysius. Cibarium in Antidotario virile vnguentum chinarium (ex cynarijs) à catulo canis dictum, Syluaticus. Vermiculus (sub lingua scilicet) canis rabidi in collo suspensus, sanat morsum à cane rabido, Sextus. Aliqui morsis à cane rabido vt à pauore aquæ tuerentur, vermem à cadauere canino adalligauêre, Plinius. Sanguinis ricini cruda cani, psilothrum est, Plinius: Alij ipsum canis sanguinem psilothrum faciunt. Canis cinere ex oleo illito supercilia nigrescunt, Plinius. Aduersus vrinæ incontinentiam Magi vermini genitalis cinere poto ex vino dulci, demonstrant vrinam facere in canis cubili, ac verba adijcere, ne ipse vrinam faciat vt canis in suo cubili, Plinius. Destillationes sedat canina cutis cuilibet digito circumdata, Plinius. Gorrigio canino (alibi etiam in genere

genere neutro vtitur) tudi nec vnquam vncto, quilibet digitus in quauis manu ligatus, remedium deſtillantibus naribus præſtat, Marcellus. Corrigiam caninam ter collo circumdatam remedio eſſe tradunt aduerſus angnam, Plinius: mire anginam releuat, Marcellus. Ad capitis dolorem plurimus ſemperque prodeſt, limacis inter duas orbitas inuentę officulum per aurem cum ebore traiectum, vel in pellicula cantna adalligatum, Plin. Corrigia canina medius cingatur qui dolebit ventrem, ſtatim remediabitur, Marcellus. Podagricis multum profuerit ad corpus (id eſt ita vt tangatur cutis) in duplici calceo pellem caninam habere. Scribonius. Neruoſa caro canis pota, aduerſus canis morſum laudatur, Biondus: Aeſculapius ficum adjcit: Ego non neruoſa, ſed tabioli canis carō legere malim. Saliuntur carnes canum qui rabidi fuerunt, morſus à cane rabido in cibo dandæ, Plin. Pythagoras pro epilepticis celebrat carnem catulorum: Cæl. Aurelianus. Caninus ſanguis commodè ab his bibitur, quos efferata in rabiem beſtia momorderit: contra epotum toxicum auxilio eſt, Dioſcorides. Sanguine canino contra toxica nihil præſtantius putatur, Plinius. Sanguis canis nigri illitus (reſperſus Plinius) omnibus paries huius domus in qua eſt maleficium, tollit, Author obſcurus. Dioſcorides Parabilium libro 2. ſanguinem catelli cum oxycrato potum, ictericis & hydropicis vtilem facit. Contra toxica, Sanguis poterit prodeſſe caninus. Serenus. Torminoſi ſanguinem canis bibant, mirè ſanantur, Sextus: Alij ex Aeſculapio hæc verba citantes, tremulosos legunt: & Blondus etiam tremori conferre hauſtum ſanguinem caninum ſcribit. Scabiem curat ante omnia ſanguis caninus, Plinius. Auicenna Galenum citat qui ſcripſerit ſanguinem canis pilos euulſos renaſci prohibere: Plinius non canis, ſed ricini cani euulſi ſanguinem pſilothrum eſſe meminit. Canino ſanguine parietes domus aſperſi, ab omni purgantur maleficio, Arnoldus. Sanguis canis ad orthopnœam equi Abſyrtus. Canis adeps cum oleo vetere & ſucco abſinth auribus (moderatè, Sextus) inſtillatus, quacunque ex cauſa exſurdatas aures miro modo reparare creditur, Marcellus & Sextus. Canis adeps cum abſinthio & oleo vetere grauitatem auricum ſedat, Plinius. Canis adeps podagram & aurium dolorem ſanat, Aeſculapius. Lendes teſtantur aſperum canino, Plin. Caninum adipem cum alumine ſciſſo fabæ magnitudine, ad vrinæ incontinentiam probeſſe tradunt, Plin. niſi quis potius ad hydrocelicos referat: non ſatis diſtinctè enim de his vtrijs eo in loco agit Plin. Sextus ad vrinam cum Marcellus quoq; ſic ſcribat, Vrinam continet lac caninum, & adeps eius cum alumine datus ſi ſit fabæ magnitudine globulus qui detur.

Medullam canis ex vino vetere ſubige, & emplaſtri modo impone condylomatis, potenter ea ſanabit, Marcellus. Pilos caninos panno adalligant capitis doloribus, Plinius. Quidam vt tueretur à pauore aquæ morſu canis rabidi, pilos de cauda canis combuſtos inſuere vulneri, Plinius. Pili canis in vulneribus quæ canis homini inflexerit, applicati, & ſanguinem compeſcunt, & vulnus defendunt quo minus vicus rabidum fiat: cæterum autem mox ab inflicto vulnere adhiberi. Biond. Pilus ex toto nigri canis adalligatus epilepticos iuuat Constantin. de incantatione. Oſſibus fractis medetur caninum cerebrum linteolo illito ſuperpoſitis lanis quæ ſubinde ſuffunduntur ferè quatuordecim diebus, ſolidat, Plinius. Infandum dictu cunctis procul abſit amicis. Sed fortuna potens omen conuertat in hoſtes, Vis indigna nouo ſi ſparſerit oſſa fragore, Continuet cerebum blandi canis addere fractis. Lintea deinde ſuperque inducta nectere lanas. Sæpius & ſuccos conſpargere pinguis oliui. Bis ſeptem credunt reualeſcere cuncta diebus, Serenus. Idem remedium apud Sextum legitur, qui addit, Fractura autem debet ſolida alligatione vti. Glaucomata dicunt magi cerebro catuli ſeptem dierum emendari, ſpecillo dimiſſo in dextram partem, ſi dexter oculus curetur: in ſiniſtram, ſi ſiniſter, Plinius. Caluaria canis ſinditur, & ſi dexter oculus laborat, in dextertotem partem ſpecillo demittitur: ſin ſiniſter, ſiniſtram, Sextus. Marcellus glaucomata efficaciſſimè detergi ſcribit, ſi catello dierum ſeptem, caput viuenti diffindatur, & de dextra parte cerebri oculus dexter, de ſiniſtra ſiniſter, intincto illi ſpicillo inungatur.

Summa vis in canini capitis cinere: excrescentia omnia ſpodij vice crodit ac perſanat, Plinius. In vlceribus genitalium ſpodij vim ſuperat, Marcellus. Canis non rabidi caput combuſtum, & idem cinis in cancerosa vulnera aſperſus, ſanat, Plinius. Caput canis à fronte ſuperius combuſtum tritum, ſi ſuperfundatur oleum roſaceum, & accuratè teratur, fiatque emplaſtrum ex eo ſuper vlcera capitis, deſiccat ea, Rhaſis. Albertus Galenum citat, quod caput canis combuſtum, oleo infuſum, & ſepo canis eiuſdem, deſiccata vlcera capitis & humida, Albertus ex Raſi. Ambuſtis canini capitis cinis medetur, Plinius. Cum vulnere canis afficitur, cinerem capitis canis vulneri ſuperſpargens: aut ſal tenuis torrefactus cum pice liquida imponatur. Capitis canini cinis à cane rabido morſos perſanat, Sextus: vel caput vſtum tritumque, Aeſculapius. Sed certiora ſuper eodem remedio Plinij verba ſunt, In canis rabidi morſu (inquit) tuetur à pauore aquæ capitis canini cinis illitus vulneri: Oportet autem comburi omnia eodem modo, vt ſemel dicamus, in vaſe fictili nouo argilla circumlito, atque ita in furnum indito: Idem & in potione proficit: Quidam ob id edendum dederunt. Vpupæ cor in lateris doloribus laudatur, & cochlearum cinis in ptiſana decoctarum quæ & per ſe illinuntur: canis rabioſi caluariæ cinis potioni inſpergitur, Plinius. Medetur teſtibus farina ex oſſibus canini capitis ſine carne tuſis, Plinius. Caluaria canis crita & impoſita, tumores teſticulorum mire ſanat, Sextus. Terris teſtium vlceribus & manantibus auxiliantur canini capitis recentis cineres. Plinius. Canini capitis recentis exuſti cinis veterem vel teſticulorum rabidis & humidis vlceribus inſperſus, cui cum aceto adpoſitus, adeò prodeſt vt ſpodium & vulnerates eius, in hoc curationibus vincat, Marcellus. Sedis vitijs efficaciſſimus eſt canini capitis cinis, Plinius. Ficus quæ in ano naſcuntur, aſperſus ſanat, & rhagades & omnem ſpurcitiam, Sextus. Rhagadas adſperſus adiungit, Marcellus. Si pili in caudis equorum deſluant, capitis canini cinerem, loco prius butyro inuncto, inſperges, Pelagonius. Reduuias & quæ in digitis naſcuntur pterygia, tollunt canini capitis cinis aut vulua decocta in oleo, ſuperlito butyro ouillo cum melle, Plinius. Idem cinis appoſitus pterygia quæ naſcuntur in digitis, vrit, & cicatrices tollit, Sextus. Omne iumentum (ἀπύρωτον) morbo aut peſte afflictum, ſi caput caninum vratur & fumum reddat ſub capite eius, leuatur, Abſyrtus. In muſso medetur morbo regio, Plinius. Rabidi canis caput contuſum & commixtum cum vino, potatum mire ſanat morbum regium, Sextus. Dentium doloribus, vt magi narrant, medetur canum qui rabiem præferunt, capitum crematorum cinis ſine carnibus, inſtillatus ex oleo Cyprio (lege cyprino) per aurem cuius è parte dolent, Plinius. Hemicranij dolorem & refrigerationem ſanantia: Canis mortui inferiorem capitis partem, radens capillos, parti dolenti impone & ſanabitur, Nicol. Myreptus. Aliud. canini capitis officula ſublata ad hemicranium appende. Et ſi dextera pars dolet, adjice oſſiniſtrum: ſi verò ſiniſtrum, dextrum, Idem. Aliud, canis caput combuſto, & cinerem eius cum aceto ſufficienti excipe, Idem. Cinis canini

capitis ad vlcus in dorso vel latere equi, Hippiatr. cap. 26. Sordes aurium canis cum vino mixtæ, statim inebriant, Albertus ex Rasi. Apud ipsum tamen Rasin legimus, Si vinum in quo infusi fuerint alkarden, id est ricini propines alicui, inebriabis. Sordes aurium canis, si eis peructa licinia (ellychnia nimirum) de gossipio nouo in crucibulo (vase testaceo) viridi extendantur cum zambac (oleo Albertus) puro, ijs accensis, capita præsentium canina (caluæ, Albertus) videbuntur, Rasis. Magorum quidam ricinum ex aure sinistra canis omnes dolores sedare adalligatum tradunt, &c. Vide in Ricino. Caninus dens sinister maximus, circumscarificato eo qui dolet, medetur, Plinius. Colluunt dentes dolentes caninis dentibus decoctis in vino ad dimidias partes, Plinius. Canis eorum puer os tardè dentientes adiuuat cum melle: fit eodem modo & dentifricium, Plinius. Dens canis combustus & cum melle tritus, gingiuas reprimit, vt dentes sine dolore crescant, Sextus. Dens inde contactus citò emittitur, Aesculap. Puluis dentium canis, dolores dentium & gingiuas curat, Aesculap. Ad dentium dolores è frigiditate, sustito canis mortui dentem, ita vt fumus inde progressus ore excipiatur: post verò ipsum dentem vstum & modico aceto tritum, calidum ore retinendum præbe & dolore liber erit. Aetius 8. 28. Dentem canis accipito, & in ignem conjice, sufficumque faciro: vt enim iste crematur, ita dentes confirmat, Galen. Eup. 2. 22 Ad dentes dolentes, mirifice facit dens caninus vstus & tritus, deinde cum aceto coctus & ore retentus Archigenes apud Galenum. Si infantium gingiuæ canis dente conterantur (affricentur) citius euocantur dentes lupino dente (quam si lupino dente perfricarentur, vt ego interpretor,) Blondus. Dentem canis combure, & cinerem eius in vini hemina decoque, & ex eo gargarizet cui dentes dolent, sanabitur, Sextus. Dens canis combustus & tritus impositus, gingiuas (aliàs tumorem gingiuarum) sanat, Sextus. Idem cicatrices oculorum extenuat, Aesculapius: Blondus pulnere dentium canis contacta cicatricum (simpliciter) signa, pelli scribit, in quo cum ei ridiculum puto, vt in permultis etiam alijs, quod veterum verba attinet: de re ipsa enim non disputo, quanquam & hoc ridiculum est cicatricem solo contactu tolli. Molares dentes canis rabiosi qui momordit hominem, in corio alligati brachio, canis rabiosi morsum emoliuntur, Serapio citante Syluatico, vide supra in c. circa finem. Canis nigri dentem longissimum in quattannis adalligati iubent, Plinius. Dentes canini suspensi supra ictericum, conferunt, Rasis. Canis lingua lambendo & sua & aliena tum vlcera tum vulnera curat, supra dixi capite 3. Vulnus si simplex & paruum fuerit, canis lingua lambendo, & natali saliuæ succo emendat, Blondus. Vermes qui sub lingua rabidi canis inueniuntur, excisos & circum arborem sterilem ter latos & datos, qui ab eo morsus fuerit, sanabitur, Sext. Est limus saliuæ sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu fieri hydrophobos non patitur, Plin. Canis rabidi id quod sub lingua habet acceptum & potatum cum aqua calida, vel ex vino, mirifice sanat hydropicos Sextus: lege hydrophobos ex Plinio: qui si non sanat, sed tales fieri prohibet.

Si sumas de coagulo catuli parui & conficias cum vino, dissolut colicam solutione leui, & alleuatur æger eadem hora qua biberit, Rasis. Vomitus canum illitus ventri, aquam trahere promittitur, Plinius. Vomitum canis hydropico super ventrem pone, statim incipit per secessum aquam emittere, Sextus. Aduersus aquæ metum multò vtilissime iecur eius, qui in rabie momorderit, datur, si possit fieri, crudum mandendum: si minus quoquomodo coctum, aut ius incoctis carnibus. Plura vide infra circa finem remediorum ad morsos à cane rabido, vbi de metu aquæ. Maculas in facie, œlypum cum melle Corsico, quod aspertimum habetur, extenuat: item scobem cutis in facie cum rosaceo impositum vellere: Quidam & butyrum addunt. Si vero vitiligines sint, fel caninum prius acu compunctas, Plinius. Marcellus Empiricus idem remedium describit, sed variat in quibusdam, proinde verba eius apponam: Oelypum (inquit) cum melle Corsicano tritum & appositum, abolet de facie omnes maculas, quidam & butyrum addunt. Si vero & vituli fimus & fel caninum miscentur, medicamen vtilius erit, ita vt pariter temperata omnia decoquantur, Hæc Marcellus. Quod autem vituli fimus etiam æstates & discolorem cutem emendet, ex Plinio annotauimus in Vitulo: proinde dubito Marcelline an vulgatorum Plinij codicum lectionem præferam. Fel canis cum melle curat oculos Aesculapius. Felle catelli dierum septem oculi ex melle inuncti, citò a lencomate liberabitur, Marcellus. Suffusionem oculorum canino felle malebat quàm hyænæ curari Apollonius Pitanæus cum melle: item albugines oculorum, Plinius. Fellis autem lactis canini scrupulum vnum, & mellis optimi tantundem miscebis, conteres, & in strigili calefacies, & auriculæ infundes, & lana obcludes: Nihil potentius neque certius hoc medicamine, etiamsi intrinsecus cancerauerint aures, Marcellus. Podagras lenit fel caninum, ita ne manum attingatur, sed penna illinatur, Plinius. Fel canis aquatici aut canis rabidi lentis magnitudine sumptum, septem diebus interficit, quibus superatis esse potest salutis spes, Bertrutius. Fel canis nigri in masculi amuletum esse magi dicunt domus totius tutatæ eo purificataque contra omnia mala medicamenta, Plin. Fel in canis masculi nigri domui aspersum, dæmonem oppugnat ne maleficum damnum inferat, Arnoldus. Splen canis in vino potatus, splenem sanat, Sextus. Caninos lien si viuenti exprimatur, & in cibo sumatur, lienis dolore liberat. Quidam recentem super alligant. Alij duorum dierum catuli ex aceto salitico dant ignoranti vel herinacei lienem, Plinius. Caninus splen recens supra splenem hominis imponitur, dicente eo qui adponit, remedium se spleni facere, postea splen intra parietem dormitorij cubiculi tectorio, id est capella inclusus, reponitur, & desuper rem nouem signatur, Marcellus. Splen viuenti catulo exemptus, ciboque sed coctus splenitico datus ignoranti, liberat eum quamuis grauiter laborantem. Marcellus. Catellum lactentem de canna occide, & de ipsa canna splenem eius tolle, ac nescienti splenitico, in carnibus coctum vel assatum, manducandum dato, Marcellus. Genitale canis sub limine ianuæ defossum, magi amuletum esse dicunt domus totius contra omnia mala medicamenta, Plinius. Coriæ virgæ canis si involuatur terra super quam quis minxerit, & ligetur, vrinam emittere impedietur: & quàm diu hoc ab aliquo seruatum ligatumque fuerit non poterit ille vrinam reddere, Rasis. Reduuias & quæ in digitis nascuntur pterygia, tollit canina vulua decocta in oleo superillito butyro ouillo cum melle. Plin. Partus euocat membrana canum secundis, si terram non attigerit, Plin. Quidam in canis rabidi morsu, vt tuerentur à pauore aquæ, menstrua canis in panno subtidere calici, aut intus ipsius CAVDÆ pilos combustos insuere vulneri Plin. Vide circa finem huius capitis, inter remedia contra aquæ metum. Mendacem magorum compositionem qua inuictos faciunt, & præter alia canis vnges adhibent cum cauda draconis, &c. in dracone exponam.

Primiparæ canis lac porum, contra venena antidori vicem obtinet, Dioscorides. Cinis cum lacte canis primi partus, cuilis pilis quos rena/ci nolunt; vel nondum natis penuctis partibus, alij non surgunt, Plin. Senectus etiam. Ergo locum cinis vulsi tange lacte canino, Auulsamque vetat rursus procrescere syluam. Pilos oculis molestos diligentissimè velles, atq; eorum loca canino lacte continges, Marcel. lac caninum cuilios pilos non pa-

non patiuntur recrescere, si locum statim linieris vnde sublati sunt, Sextus. Vt pili non crescant, & decidant: Lac caninum et lachryma hederæ & lac tithymalli in vino mixtum, euulsos pilos non finit crescere, si mox linieris locum, Sext. Principia canis lacte perunctos, narrant glabrescere, Dioscorid. Canis lac bibitum (lego illitum) pilos & capillos crescere prohibet, Aesculapius. Fel herinacei psylothrum est, vtique mixto cerebro vespertilionis & lacte caprino. (lege canino) Plin. De lacte canino quidam manifestè mentiti sunt, quod in palpebris pilos renasci prohibeat, si prioribus euulsis eo loco foret illitum vnde pilorum radices extractæ essent: Ad eundem modum qui scripserunt, quod celerem pilorum in pudendis exortum reprimat, si quidem foret ante pubertatem illitum: quique quod fœtus emortuos eijceret potum, verum non protulere. Sed & alia quædam præstigiatoris contaminata, tum de horum, tum de aliorum quorundam animalium lacte conscribunt, quæ me ab initio dicturum negaui, etiamsi experientia didicissem vera dixisse. Hæc Galenus libro 10. de simplicium facultat. cap. 8. Si genus est morbi miletum quod lumen (id est oculos) aduris. Huic calor infuso mitescit lacte canino Serenus. Albugines emendat canini lactis instillatio, vt quidam ex Plinio citat: non supra fel ad easdem ex Plinio valere scripsimus, quod magis probamus. Blondus ridicule de canini lactis albugine somniat, tollere eam aurium dolores & pondus, &c. Canini lactis instillatio sedat dolorem aurium, Plinius, Ex lacte aut felle canino remedium ad aures, paulò ante Marcelli verbis descripsi. Caninum lac instillatum dolorem & grauitatem aurium sedat, vt quidam citat ex Plinio: apud quem tamen sic legitur: Canini lactis instillatio sedat aurium dolorem, grauitatem adeps cum absinthio & oleo vetere. Dolor aurium sedatur canino lacte, & vrino, si recens instilletur, Marcellus. Lacte canino si assiduè infantibus gingiuas tangas, dentes eis sine dolore crescunt, Sextus. Infantibus qui dentiunt, si doluerint, lacte gingiuas obline, Archigenes apud Gal. Si feruentia (vt aqua, ius vel alius liquor feruidus) os intus exulserint, lacte canino statim sanabitur, Plinius. Ora ambusta cibo sanabis lacte canino, Serenus. Vrinam continet lac caninum, Marcellus. Caninum lac abortus mortuos expellit, Dioscorides: quod paulò ante ex Galeno falsum esse ostendi. Lac canis eijciet mortuum (fœtum) si mulier continuè biberit cum melle & vino pari mensura, Sext. & Aesculapius, & Rasis: qui ad difficilem quoq; partum idē remedium pollere scribit. Partus conceptos maturat caninū lac potum: Euocat membrana è canū secūdis, si tertium non attigerit: Lumbos parturientiū potus lactis (nescio an de canino adhuc intelligat) reficit, Plin. Canino lotio defluunt pili, Sext. Canis vrina ad nigrum colorem faciendū in capillis vel parte aliqua corporis, vide Auicennam lib. 3. fen. 17. tr. 570. Lotium caninum lutum factum, in lana collectum, callos & verrucas mitè sanat & tollit Sextus. Verrucas omnium generum sanat vrina canis recens illita cum suo luto, Plin. Auicenna, Marcel. Serenus. Lotium caninum cum nitro, lepras & prurigines tollit, Dioscor. Lotio cauis si addideris portiunculam salis nitri, & regio morbo & prurigini apponetur. Recens lotium credimus quod omnem verrucam tollat, Blondus puto. Qui in vrinam canis suam ingesserit, torporem lumborum dicitur sentire Plin. & alibi, ad Venerem pigrior fieri. Herba iuxta quam canes vrinam fundunt euulsa, ne ferro attingatur, luxatis celerrime medetur, Plinius.

Stercus canum, (Album Græcum vulgò pharmacopolæ nominant: nimirum quod à Græcis celebratum sit, qui etiam album eligere iubent) vbi ossibus duntaxat vescuntur, neque graviter olet, multa experientia, non tantum nobis, sed & alijs medicis me natu maioribus, comprobatum est, Galenus libro 10. de facult. simpl. cap. 18. & mox cap. 10. Sanè ego memini (inquit) me admirandam tum humani, tum canini stercoris experem facultatem. Canino vti consueuit præceptorum nostrorum quidam, sola ossa cani edenda exhibens duobus continuò diebus, ex quibus durum, candidum ac minimè fœtens stercus proueniebat. Hoc igitur acceptum deliccabat, vt cū postea vius esset, facile ad leuiorem posset redigi. Vtebatur eo ad anginam, dysenteriam, & summè inueterata vlcera: Et paulò post. In vlceribus extremè malignis multam experientiam habeo stercoris canini, cuius paulum quiddam medicamentis probatis miscui, & manifestò seipso valentius redditum est medicamen, Hæc Galenus. Stercus canis tritum cum succo coriandri, rubentes abscessus illitum sanat, Rasis. Gratius poeta, in vulnere canis sanguinem sistit fimo canino his versibus,

Nec longè auxilium, licet alte vulneris ora
Inda rape ex ipso qui vulnus fecerit hoste
Sparge manu, venas dum succus comprimat acer.
Absiterint, vtroq; cadant cum sanguine fibræ:
Vires fimi eluuiem, lacerisq; per vlcera

Blondus pilos caninos ad sanguinem sistendum commendat. Ad induratas mamillarum inflammationes canis fimum terrebinthina exceptum apponito, Philumenus apud Aëtium. Verrucas omnium generum sanat fimi canini cinis cum cera, Plinius: Marcellus hunc cinerem impositum etiam absque cera verrucas curare scribit. Cinere fimi canini candidi cum rosaceo, verrucas efficacissime tolli aiunt, Plinius. Ossibus in canino fimo inuentis, adultio infantium, quæ vocatur sisiasis, adalligatis emendatur, Plinius. Stercus canis album potatum ex cineris lixinio, caducos mire sanat, Sextus. Rana vitium linguam in boue occupat velut latum vlcus, subnigrum: nono die necat nisi curetur: signum est saliua defluens. Curatur stercore canino candido, sale, ruta, fuligine & saluia: quibus simul contritis in pila, lingua exerta perfricātur, quod rusticorum experimenta docent. Caninum & humanum stercus gutturi impositum anginis auxiliari, inter omnes conuenire inuenio, Dioscorides. Canino stercore (quali iam dictum est) ex præceptoribus meis quidam ad anginam vtebatur, ijs admiscens quæ alioqui huic affectui congruebant, Galenus. Canino stercore candido trito ex aceto collum oblinito, ad anginam colliquedolorem, Idem. Illitio anginæ conferens optima. Stercus lupi aut canis album tenuo in pollinem, melléque excipiens illinito, Nicol. Myrepsus. Stercus canis ad synanchen & faucium abscessus iam maturos, optimum est remedium, celeriter enim ea constringit, Rasis. Recentiorum quidam ad anginæ abscessus canino stercore vnà cum hirundinis cinere vtuntur, vt in Hirundine expenam. Canis fimum cum melle oppugnat anginam & glandularum (tonsillarum) inflammationes illarum, Blondus. Ad oris crustas Archigenes iubebat caninum stercus cum melle illini apud Galenum κατ. τοπ. lib. 6 ad vlcera in ore puerorum nata, admodum vtile & mirificum est. Stercus caninum candidissimum vrere, & tritum cum melle subigere, ac vti, Nicol. Myrepsus. Idē caninū stercus miscet emplastro ad eminentias externas & internas. Quidā ex chirurgis nostris ad vuam, hoc medicamentū aridū faucib. indunt, quod fit ex albo stercore canino, pipere longo, libj montani iureis radicibus, & solano perpetuo. Caninū fimum albū morbo regio medetur, Author obscurus. Idem flagrantissimo canis sydere exceptū cum vino aut aqua potū, sistit aluū, Dioscor. Rasis præcipue ad hunc vsum commendat stercus canum qui ossa edunt. Stercus canis siccatum, sumptum, (collectum) triginta diebus Iulij, & in ortu Solis pondere aurei potum, cum decoctione gallarum (galli decrepiti, Albertus: quod non placet) aut cum aqua malorum granatorum, stringit naturam (ventrem, Albertus) saluram, Rasis. Ad dysenteriam stercore canino (quali prædictum est) quidam ex præceptoribus Galeni vtebatur: lacti

illi admiscens, cui decocto calculos vocatos κάλλικας (inquit Galenus) ignotos injici antè posuimus: aut, vt ego postea ob parabilitatem ad ferrum confugi, id candens lacti probè decocto injiciens, quod quidam non proprie lac schistum appellant. Cæterum præceptor ille meus, stercus caninum lacti, in quo extincti erant calculi marini, etiam injiciebat, & id solum generosissimos quosque discipulos docebat. In his ergo duobus (addysenteriam & anginam) multum expertus sum stercus caninum, ceu medicamentum mirabile, Tantum Galenus. Stercus canis combustum & cum melle illitum, tineas infantium tollit, Sextus: ventri forte & vmbilico illinendum intelligens. Stercus canis siccum & in potionem aspersum, hydropicos sanat, Sextus. Ictericis stercoris canini albi sextantem cum mellis quadrante ad triduum bibendum dato, Archigenes apud Galenum. Ad vterinum dolorem (vt nostri appellant, sæpe etiam colicam improprie intelligentes) commendari inuenio fimum canis album & à superficie repurgatum, siccatumque, bibendum cum liquore chymicis vasis collecto ex floribus liliorum. A Dioscoride etiam in Euporistis cum nitro ex aqua calida modico pipere insperso laudatur ad colicam. Ad sanguinem congelatum in stomacho aut in vesica detur aureus vnus stercoris canis, Auicenna. Ad ischiadem remedium, Cera rubea, & stercus canis quod est album, hoc siccatum in sole, & in modum farinæ cribratum cum fuerit contusum, lento igni ceræ remissæ admiscetur per partes & olei parum, tantum vt mollius idem efficiatur medicamen: sed antea tamen colocynthide & centaurio curetur cui medendum est (per clysterem nimirum, ut (lego &) si non profecerit, curationem iterum adhibeas, Marcellus. Cinis fimi canini candidi cum rosaceo thagades curant, aiuntque inuentum Aesculapij esse, Plinius. Stercus canis cum rosaceo tritum & impositum, rhagades statim sanat, Sextus. Stercoris albi canini & betæ cinis insertus, rhagades adiungit, Marcellus. Otibasius apud Aetium lib. 13. cap. 129. medicamentis ad nigras cicatrices finalbandas, miscet stercus crocodili & caninum. Fimus caninus ad procidentem sedem, Aëtius 14 6 Ficos seu mariscas ani, vt ex chirurgis nostris quidam pollicentur, hoc modo curabis: Caninum stercus album & folia allij super foco concremabis, ficos axungia inunges, deinde cinerem allij insperges, postea fimi: experimento constat. Aliqui simul vtrunque cinerem cum oleo subigunt, & inungunt. Plagam ex morsu muris aranei canino stercore line: id n. salutare est, Hierocles. Canis sterens ad dysuriam equo dandum percepit Absyrtus. Si quis biberit vinum, cui iniectus fuerit lapis à cane morsus, exclamare cogetur, Rasis. Ad extrahendum fœtum mortuum: super lapidem quem mordet canis quando proijcetur in eum, positum in sole transeat mulier quæ patitur difficultatem partus, Galenus cap. 3. 137.

G. id est Capitis septimi de Cane, pars II.

De morsibus canis non rabiosi. De rabie canum in genere. Quomodo in ipsis canibus caueatur aut curetur. Methodus curandi morsus ab eis homines. Medicamenta contra rabidi canis venenum morsu inflictum foris adhibenda, composita primum, deinde simplicia, ordine literarum. Amuleta, &c. Medicamenta intra corpus sumenda, composita & simplicia, eodem ordine.

Græci κυνόδηκτους vocant à cane morsos simpliciter, aliquando tamen à rabioso cane, quos alij melius λυσσοδήκτους appellant: lyssa enim rabies est. Θηριόδηκτα (scilicet ἕλκη Græci vocant bestiarum morsus: κυνόδηκτα illi, nos canum morsus: qui si rabidi fuerint, λυσσοδήκτα ab illis nominantur, Manardus. Apud Latinos etiam vbi de canis morsu mentio incidit, plerique distinctionis causa, rabiosi, vel non rabiosi, addunt: quidam omittunt, vt Dioscorides cum scribit caninam vrinam ad perfundendos canis morsus idoneam esse, Ruellio interprete: nam Marcellus Vergilios rabidi canis morsus conuertit: Et in commentario super Dioscoridis de fœniculo capite, Quæ Dioscorides (inquit) hic & alibi κυνόδηκτα simpliciter vocat, non simplex eius animalis vulnus significant, sed cum rabit & in rabie illatam homini suo dente noxam: siquidem non rabidi canis morsus ab alijs aliorum animalium morsibus & vulneribus non differt. Neque Dioscoridem oportebat priuatim de eo in radicibus fœniculi aliquid docere: communi enim aliorum vulnerum curatione non rabidi canis morsus curandus est. Hæc Marcellus. Ego quanquam concesserim canis morsus simpliciter pro rabiosi canis morsibus apud authores aliquando vsurpari, non vbique tamen nihil interesse contra Marcellum assero. Nam Aëtius de rabiosi canis morsu libro 6. cap. 14. copiose agit: de canis autem non rabidi morsu, lib. 13. cap. 2. vbi etiam de hominis & crocodili & aliarum ferarum extra rabiem morsibus curandis differit. Sic & Plinius Valerian. expressè contra canis non rabidi morsus medicamina aliquot profert: & alia rursus contra canem rabidum seorsim. Quamuis enim non tantundem veneni habeant, ac si rabie tentarentur canes, non omnino tamen veneno carent huiusmodi morsus, vt disertè testantur authores: Et ratio dictat, non instar simplicis vulneris curanda esse, quæ dentibus inflicta sunt, vtpote angustiora & nunquam profunda. Iracundia quoque caput maximè petens animantis iratæ, venenī nonnihil suggerit. Quamobrem Aegineta etiam libro 6. cap. 3. docet περὶ λυσσοδήκτων καὶ ὑδροφοβικῶν, id est de morsis à C. rab. & aquam pauentibus: mox autem cap. 4. separatim præscribit curationem ἐπὶ τοῦ μὴ λυσσώντων κυνῶν δήγματος, hoc est ad morsus canum non rab. Adhæc Plinius vbi Dioscorides κυνόδηκτα habet, ferè semper canis morsus simpliciter reddit (siue ex Dioscoride siue alijs Græcis: vbi λυσσόδηκτα, addit rabidi. In remedijs quidem ex vrina clarè distinguit, his verbis: Sua cuique vrina maxime prodest, confestim perfuso canis morsu, echinorumque spinis inhærentibus, & in spongia lanisue imposita: aut aduersus canis rabidi morsus, cinere ex ea subacto; contraque serpentium ictus. Hinc non solum distinxisse eum apparet, sed quo modo etiam: nempe vt efficaciora vehementioraque sint remedia illa, quæ contra C. rab. morsus faciunt, quamobrem hic vrinæ cinerem addit, & contra serpentium etiam virulentos morsus commendat: qua quidem adiectionis nota admoniti alibi etiam κυνόδηκτα αἰνὶ λυσσοδήκτων plerunque apud authores interpretabimur: secus, non item. Ad simplices vero canis morsus, vrinam simpliciter pollere scribit, quemadmodum etiam extrahendis echinorum spinis, quæ nihil veneni habent: quamuis morsus illi, non nihil, vt iam dixi, sed exiguum virus habeant. Nuces iuglandes cum cepa & sale & melle, canis hominisque morsui imponuntur, Plinius. Hic facile apparet eum sentire de morsu canis non rabiosi, quoniam hominis morsum simpliciter ei coniungit. Ægineta quoque idem remedium, nisi pro iuglandibus origanum poneret, ad morsus canis non rabidi commendat. At alio in loco, Nuclei iuglandium (inquit Plin.) à ieiuno homine commanducati illitiq; præsenti remedio esse dicuntur contra rabiosi canis morsus. Mihi sanè ita videtur, quæcunq; morsibus canum rabidorum imposita iuuant,

iuuant, eadem simplicibus etiam canum morsibus profundioribus præsertim, ab initio prodesse: quod & Aetius testatur, libro 13. cap. 2. his verbis. Si magnus sit morsus, quemadmodum à magnis canibus inflígi solet, præscripta in sexto sermone methodo curato, veluti eos qui à rabido cane sunt lauciati. Fieri etiam potest vt efficaciora nonnunquam applicanda præscribantur pharmaca ad simplicter morsos: in causa est, quoniam nullis plerunq; intra corpus sumendis, nec alijs ferè foris illi remedijs curantur: Leniora autem interdum ad morsos à rabidis feris, non quod illa per se sufficiant, cum multis varijsque alijs intus & foris medicamentis illi exerceantur: sed cæteris & maioribus omissis, siue per imperitiam, siue potius tanquam à studiosis rei medicæ per se intelligendis, qui sua ex aliorum scriptis colligunt, leniora interdum sola commemorant, ne toties vniuersa curandi methodus repetenda veniat. His ita confirmatis, remedia aduersus canis non rabidi morsus enumerabo, si prius vniuersam eis medendi methodum ex Paulo & Aëtio Græcis medicis præscripsero. Plus igitur libro 5. cap. 4. Canis non rabiosi (inquit) morsus, quum & ipsi virulentæ cuiusdam substantiæ sint participes, statim aceto irrorans, lata manu morsum ferito: insuper nitrum cum aceto tritum ab alto superinfundito: deinde spongiam recentem aceto, aut ipso nitroso aceto madidam imponito, & eodem medicamento vulnus per triduum foue, tandem enim consanescet. Cætera quæ Aegineta ibidem perscribit pharmaca ordine literarum paulò post subiungam, vnà cum cæteris ex Græcis & Latinis authoribus ad simplices canis morsus remedijs. Sed Aetij prius verba libro 13. cap. 2. de morsu canis non rabidi in homine curando, operæ pretium videtur adiungere, quoniam pleraque scitu digna continent, præsertim quod ad vniuersalem curandi rationem ab Aegineta omissa. In his igitur (inquit) quos canis momordit, statim acetum irrorato, & expassa palma morsum percutito. Deinde nitrum cum aceto tritum ex alto supra morsum destillato & spongiam nouam posca aut aceto imbutam imponito, & ad tres dies obligato, ligamentóque supernè ex posca aut acero prout visum fuerit, madefacito. Egregie enim auxiliatur. Post hæc verò vt commune vlcus curato. Aut perdicium herbam cum sale tritam imponito, quotidie eam alterando donec excidat crusta. Deinde vbi ad cicatricem perducere volueris, ipsam per se tritam imponito. Quod si magnus sit morsus, quemadmodum à magnis canibus inflígi solet, præscripta in sexto sermone methodo curato, veluti eos qui à rabido cane sunt lauciati. Si vero cauus & angustus appareat morsus, in principio cum aceto, vt dictum est, irrorato: Deinde nitrum itidem cum aceto tritum ex alto superstillato, & rhoebo sicco vsto morsum expleto, & linteolum conuolutum ex aceto madefactum indito, & obligato. Post triduum verò soluito, & reperies morsum repurgatum. Idem facit & cuminum tritum morsui inditum. Postquam verò vlcera fuerint repurgata, prædicto pharmaco vtere liquefacto ad hominis morsum relato. (Id conficitur. Mellis, terebinthinæ, butyri, adipis anserini, medullæ cerui, aut tituli, æqualibus partibus liquefactis.) Si verò inflammatio succedat, lenticulam cum mali corio coctam & tritam impunito: Vel rubi folia contrita emplastri modo impone: aut panis medullam in betæ succo maceratam, tritamque pauco rosaceo admixto, pro emplastro adhibeto. Ad vulnera verò iam suppurata, erui farinam cum melle subigito, & morsum expleto. Summè enim auxiliatur. Aut irin cum melle & linamentis indito: ac superne lenticulam coctam tritam cum modico melle, & rosaceo pauco imponito. Repurgatis verò iam ipsis cum prædicto liquido pharmaco expleto, ac deinde his quæ cicatricem inducere possunt, vtitor. Emplastra autem ad demorsos à cane, vel vrso, aut similibus animalibus, statim à principio commodè adhibentur, ex sale & cerusa apparata. Etenim venenosum humorem in morsibus ex dentibus relictum expurgant, & callosam ex impactis dentibus concretionem explanant. Hæc Aëtius. Emplastrum Haliei confert morsibus canum, apud Mirepsum num. 54.

Foris imponenda aduersus canum morsus, vbi rabidorum nomen authores non adiecerunt, hæc sunt.

Acetum medetur canis morsibus, Plin. calidum aum spongia, Valerianus. Spongia aceto imbuta simpliciter, Aegineta: aceto vel posca, Aëtius. Linteolum conuolutum ex aceto madefactum indito vulcert, & obligato, si cauus & angustus fuerit morsus: post triduum soluito, & reperies morsum repurgatum, Aetius. Miscetur & alijs diuersis in hunc vsum medicamentis acetum, vt deinceps dicimus. Vide Spongia. Aceti fex, Plinius lib. 23. Eadem cum melanthio, Valerianus. Adianton, Author obscurus. Sed Aggregator ex Auicenna citat, etiam ad rabidi canis morsum imponi. Alabastrum, Plin. 33. Alex in linteolis conceptis, Plinius: Valerianus addit cruda. Allium appositum, Plinius & Macer. Cum melle tritum, Valerianus. In vulnera ex canum morsibus cum melle imponitur, Plin. Allium illitum prodest, & intra corpus sumptum, Galenus de parabilib. Ampeloprasον, Plin. lib. 24. Amygdala, Plinius lib. 23. Amygdalini nuclei cum melle triti, Valerianus. Amygdalæ amaræ cum melle, Dioscorides & Plinius. Apiastrum vide Melissophyllon infra. Anetho sicco vsto morsum expleto. si cauus & angustus sit, Aëtius.

Ballotes folia, Galenus. Ballote, id est marrubium nigrum cum sale, Valerianus & Aegineta: folia ex sale trita, Plin. Betæ succo macerata panis medulla tritaque pauco rosaceo admixto pro emplastro adhibita, Aëtius. Bulbi cum melle triti, Plin. Bulbi omnes cum melle & piperis polline illiti, Dioscor. Bulbus applicatus, Author obscurus.

Canis vrina perfusa, Dioscor. Caprificus, vide In fico. Cepæ succus cum aceto, ruta, & melle, Dioscorid. Cepæ tritæ cum melle, Aegineta. Crudæ cum melle vel aceto, vel coctæ cum melle & vino appositæ, Macer. Virides ex aceto illitæ, aut siccæ cum melle & vino, ita vt post diem tertium soluantur, Plin. lib. 20. Certi piscis caro, non secus atque salsamentum, Dioscor. Cerusa vide in Sale mox. Cinis vitium cum oleo, Plin. & Valerianus: Exacetu illitus, Dioscor. Cinis è fico cum cerato, Dioscorides in Euporistis. Cucumeris sativi folia cum vino illita, Dioscor. vide Pepones. Corcomagna, Plin. lib. 21. Cuminum tritum morsui inditum, Aëtius. Cynoglossi folia cum suillo adipe veteri, Dioscorides.

Ebulus, Plin. lib. 24. Ebuli folia recentia & tenera cum polenta illita, Dioscorid. Sambucus vel chamæacte refrigerat canis morsum, cum polenta mollissimis foliorum illitis, Plin. Erui farina cum oleo subacta, Aegineta. Eruum cum vino, Dioscor.

Fici folia, Plin. lib 23. Nigræ ficus folia cauliculique, Dioscor. Ramorum fici teneri cauliculi cuti imponuntur, Plin. Cauliculi teneri bene triti, Valerianus. Tum syluestris, tum sativæ fici lacteus succus instillatus plagæ, Dioscor. Caprificus aut lac eius. Plin. Grossi caprifici cum melle & follis, Plin. Fructus, frondes, & folia cum melle Plin. Fimum suis cũ acero coctum, Dioscor. in Euporistis. Fœniculi radices tritæ cũ melle, & cataplasmatis modo impositæ;

impositæ Dioscorides. Fœniculi radice in succo, vel cum melle, contra canis morsum vtuntur, & contra multipedem ex vino: Hippomarathron ad omnia vehementius, Plinius. Fungi suilli canum morsibus ex aqua illinuntur, Plinius.

Garum omne, Dioscorides Garum, Plinius lib. 31. Gobius illitus contra serpentium canumque morsus, Dioscorides.

Heliotropium herba, Thessalus. Hippomarathum, vide Fœniculum. Hipposelini, semen cum vino, Dioscorides apud Seraplonem: in nostris codicibus non inuenio.

Iris ex oleo, Plinius. Iris gemma cremata, Plinius libro 37. vt Aggregator citat.

Lana succida, vide in spongia. Lapathum cum melle & aqua, Thessalus. Laser cum aceto, Plinius lib. 22. Laser è silphio cum ruta, vel cum melle, vel per se visco superlitum, vt hæreat, Plinius.

Malum Persicum mansum & impositum: videtur autem de citrio intelligendum. Marrubium tunsum cum axungia veteri imponitur, Plinius & Valerianus. Sic autem refertur à Plinio vt videatur ad vtrunque marrubium pertinere, magis tamen ad candidum. Marrubium nigrum, vide Ballote. Melanthium cum aceti fece, Valerian. Melissophyllon, id est apiastrum impositum vel illitum, Galenus de parabil. Dioscorides. Cum sale tritum, Macer. Menta cum sale illita, Dioscor. & Macer. Cum melle contrita, Valerianus. Mitulorum caro vitulissime imponitur, Dioscor. & Plin. Muria acida fotu prodest. Dioscor. Myaces cremati morsus canum hominumq; cum melle sanant, Plinius. Myacum carnes. Dioscorides.

Nitrum addita resina, initijs cum aceto illinitur, Plinius, Valerianus axungiam addit, & æquis ponderibus miscet. Nitrum cũ aceto tritum ab alto superinfundatur: vel spongia codẽ imputa imponatur. Nux iuglans cum cepa sale & melle ad canum hominumq; morsus facit, Dioscor. Plin. & Valerianus. Nuces, Auicenna & Plin. lib. 23. Iuglandium carnes ab homine ieiuno cõmanducatæ, Valerianus.

Origani comæ, salis, cepæ, pars singulorum modicum melle, Ægineta.

Peponis cortex cum vino, Plinius lib. 20 Folia peponum (vt cucumerum etiam) cum vino, Plinius. Perdicium herbam cum sale tritam impone, quotidie eam alterando, donec excidat crusta: deinde vbi ad cicatricem perducere volueris, ipsam per se tritam impone. Aëtius. Pisces salsi maximè sardinæ. Seraplo ex Gal. Polygonos, vide Sanguinaria. Porrum, maxime syluestre, Plin. lib. 24. nigrum, lib. 27. Plantago. Macer & Author obscurus: Ex plantagine cataplasma cum sale. Dioscorid. Pulegium recens cum vino bibendum, aut foris cum melle imponendum, Macer.

Rubi folia cum aceto tunsa cataplasmatis modo, Ægin. & Aetius. Ruta cum aceto, Dioscorid. Eupor. 2. tox.

Ex sale & cerussa, vt supra ex Aëtio dictum est. Salsamentum, vide Smaris. Sambucus, vide Ebulus. Sanguinaria cũm axungia & pane, Apulcius. Schistos lapis, Plin. lib. 36. Smaridis caro non secus atq; salsamentũ prodestà cane demorsis, Dioscor. Spongia posca aut aceto imbuta, Aetius. Spongia recens, vel lana succida, aceto & oleo imbuta, Ægineta. Spongiæ minutè concidiuntur, & imponuntur infusæ, vel ex aceto, aut ex aqua (frigida, Plin.) aut melle, abunde subinde humectandæ. Plin. & Valerianus. Spuma nitri cum pinguedine asini vel axungia, Dioscorides & Galenus apud Serap. & Auicenna, baurach nominans. Squilla cum pice illita, Plin. lib. 22. Stibiũ tritum, Plin. lib. 32. Succida lana, vide in Spongia.

Thunni conditanei caro. Dioscorid. Triticum crudum mansum & impositum, Dioscor. lib. 2. de mat. simpliciter ad κυνοδήκτας commendat & in Euporistis ad λυσσοδήκτους.

Virorum capillus ex aceto, Plinius. Vitium cinis cum oleo, Plinius libro 23. & Valerianus. Sua cuique vrina maximè prodest, confestim perfuso canis morsu, echinorumque spinis inhærentibus & in spongia lanisue imposita, Plinius. Vrina canis perfusa, Dioscorides. lib. 2. de mat. at Euporist. l. 12. humanam vrinam commendat. Ex viticis (vel agni casti, vt vulgò vocant) semine, cataplasma, Auicenna. Vrtica cum sale trita & illita, Plinius, Valerianus, Macer, Auicenna, Dioscorides apud Serapionem. Cum sale combusta, Plinius lib. 22. vt Aggregator citat. Vrticæ semen emplastri modo impositum, Galenus de parabilibus. In puluere vpupæ est remedium contra morsum canis: decollatur autem & scinditur & fit emplastrum supra locum, Rasis.

Quæ potu aut esu intra corpus assumi medicamenta præcipiuntur, ad canis morsum simpliciter, perpauca reperio: vt, Allium tostum potui cuique datum, Galenus de parabilib. Calamenthæ succus potus, Auicenna. Caro canis neruosa pota, Aesculapius. Melissophyllon ex vino potum, Galenus in Parabil. Ego illa omnia quæ contra κυνοδήκτας medici edi aut bibi iubent, ad λυσσοδήκτους retulerim: quòd propter periculi magnitudinem, intus foris q;, hîc attrahentibus, illic expellentibus, medicamentis impugnari deberent.

Cæterum ad feruidos iam morsus (πεπυρωμένα, lege πεπυωμένα, id est suppuratos, vt Aëtius habet) erui farina cum melle subacta admouetur: peculiariter enim his efficax est. Inflammatione conflictantes, argenti spuma trita ex aqua oblinito, Aegineta. Hæc aduersus canis morsum simpliciter posita ab authoribus medicamenta, hactenus recensuerim. Hoc non dissimulabo quæ aggregator enumerauit, ex Opere eius hîc repetita esse, nam & ipse remedia contra canis morsus absolute, & contra rabidi canis morsus distinguit: Otho Brunfelsius, vt sparsim colligi, ita confundit.

Quomodo curandi sint morsus canum non rabidorum, quos ipsi inter se intulerint, dictum est superius cap. 3.

De rabie canum in genere.

Rabies vel rabia apud antiquos, morbus est canum, quum veluti furore quodam acti, huc atque illuc rapiuntur, nec vllum quietis locum inueniunt. Alij rabiem quasi rauiem dici putant, à rauedine vocis, quam rabiosi habent similem latratui canis. Græci hunc furorem lytran appellant, λύσσαν τὸ λύειν τὸν νοῦν. Legitur etiam lyssa apud Varinum quod non placet. Andreas cynolysson vocauit morbũ ex rabie canina, Cælius Ælian. Λύσσαν ἔχων ὀλολυγῇ Iliad. 1. de Hectore. Κυνὸς δὲ, Φρυγὸν, ἄφιν, καὶ λαδικὲς φέρφορε, καὶ κύνα λυσσητῆρα (λυσσητῆρι potius propter carnem) καὶ παλιλλαδικὲς, Suidas. Vide plura in Rana rubeta G. Λυσσοδήκτους, id est à rabido morsus, non quouis animali sed cane solum Græci nominant: vt non recte vertat interdum Ruellius, bestias rabie efferatas, &c. Inuenio tamen de alijs etiam animalibus rabiei nomen positum, Murænæ etiam rabie vexantur, vt caninum genus, Columella. Camelus etiam rabie tentatur. Aristoteles. Circa Aberam & Limitem qui Diomedis vocatur, equi ipsi (nascentibus illic herbis) inflammantur rabie, circa Ponias verò asini, Plinius. Rabiem, inquit Albertus, aliqui

alíqui cinítiem (quod Barbarum nomen est) siue caninam insaniam vocant. Excitat rabies in canibus furorem: & quæ momorderint, omnia rabiunt, excepto homine: (quod posteriores falsum esse deprehenderunt: nam & homines morsu sæpe rabiunt: quod & scriptores testantur, & prouerbium Δήγμα κυνὸς λυττῶντος, de quo in H. l. Rabiem concipiunt canes hoc morbo, & quæ morsa sunt, excepto homine, Aristot. lib. 8. cap. 22. Pro verbis postremis excepto homine, Græcè legitur πλὴν ἀνθρώπου: & rectè quidem meo iudicio: Nam Pollux etiam libro 5. cap. 8. hunc philosophi locum paraphrastícè reddit his verbis, Πᾶν τὸ ὑπὸ κυνὸς λυττῶντος δηχθὲν, ἀναιρεῖται. ἀνθρώπου δὲ μόνου οὐ δύναται ἀποθανεῖν. Hoc est. Omne animal à cane rabido morsum, interit: solus homo non hoc periculo euadit. Non rectè igitur suspicatur Leonicenus πλὴν ἀνθρώπου, id est prius homine, potius legendum quàm πλὴν ἀνθρώπου. Quanquam homines quidam morsi longo post tempore moriantur. Albertus refert historiam cuiusdam mo. sum in brachio, cui cum anno post duodecimo cicatrix recruduisset, intra biduum obiit. Auicenna quoque sententias quorundam aduocat, qui dicerent, post duodecimum à morsu annum in rabiem aliquando incidere nonnullos. Quod verò serius quam cætera animalia tabificam rabiendi vim sentiant homines, efficit id naturæ dissimilitudo. Nam & in contagiosis morbis homines ab hominibus & sanguine coniunctis facilius contrahunt facilius, Cælius. Petrus Matthæolus narrat de Baldo quodam imperito, qui Tridenti cum cane suo ludens leuiter in labris morsus est, & re neglecta, cum rabidum fuisse nesciret, post quatuor menses rabie & aquæ timore correptus, miserè periit. Medicus quidam in iam citato Aristotelis loco legit πλὴν χοιρώου, id est excepto porcello, qui solus ex pedestribus morsus, nec rabit, nec moritur ex morsu: Et licet hoc reipsa verum sit ferarum. non facilè tamen defendi potest hæc lectio, cum nulla verborum inter se similitudo appareat, August. Niphus. Non mirum est autem, si solus animalium homo à cane morsus & rabiem & mortem euadat, non semper quidem, sed sæpenumero: cum medicamenti ab vtroque præseruari possit: quæ cæteris animantibus non æquè contingunt. Idem. Omne animal à rabioso cane morsum perimitur, Aelianus. Animalium quædam nullo præcedente morsu sua natura rabiunt, vt quibus dentes serrati habentur, Michaële Ephesio teste, vt lupi, vulpes & canes: alia nunquam rabiunt nisi morsa; vel raro & non nisi ex magnis causis, vt equi & muli, & cætera id genus. Obseruatum est animalia quædam a cane rabido morsa, rabiem non incidere: in causa est, quoniam vt rabies excitetur, canem eo solum dente, vel iis dentibus mordere oportet, quibus vis inest veneni: neque enim id ex æquo omnibus inest, Aug. Niphus. Homo morsus a rabido cane excitatur ad rabiem ab vmbra sorbi (corni, aliàs) quod nonnulli medici pro explorato tradunt, Idem. Multi putant quod si homo rabidus morderet canem sanum hominem in eo rabiem inducere posse. Quod ego fieri nunquam vidi vel audiui: nam homo rabidus timet & fugit canem, Ponzettus. Cur solus animantium canes rabiant per æstatem, causam inquirit Alexander Aphrodis. lib. 1 proble. 74. Vergilius in Georgicis pestilentem constitutionem describens, Hinc (inquit) canibus blandis rabies veniet. Farre vel triticeo pani, quo canes pascentur, admisceatur liquor coctæ fabæ, sed tepidus: nam feruens rabiem creat, Columella. Pituitæ & bilis redundantiam, canis herba quadam deuorata vomitu leuat, quæ nisi tolleretur, rabiem faceret, Aelian. Rabiem canum sanguinis menstrui gustatu incipere scribit, Plinius. Rabies canina Suio ardente homini pestifera, & mortis letalis aquæ metus, Plin. Canes per dies caniculares maximè in rabiem magnam est dubium, Plinius. Canem rabiosum fieri putant aliqui ex nimio dentium dolore. Tanta vis in rabie est, vt vrina quoque calcata rabioli canis noceat, maximè vlcus habentibus. Remedium est simum caballinum aspersum aceto, & calfactum in fico compositum. Minus hoc miretur, qui cogitet lapidem à cane morsum, vsque in prouerbium discordiæ veniisse, Plin. Aggrauari vulnera constat introitu eorum, qui vnquam fuerint serpentium canisue dente læsi. Ijdem gallinarum incubitus, pecorum fœtus abortu vitiant. Tantum remanet virus excepto semel malo, vt veneficentur venena passi Remedio est ablui prius manus eorum, aquaque illa eos quibus medeatis inspergi, Plin. Quantam habet vim afficiendæ rei aptitudo, facile intelligitur in canibus: cum enim reliquorum animalium nullum rabie capiatur, solus canis eo affectu corripitur, atque tanta sit in ipso humorum corruptio, vt sola eius saliua, & si humanum corpus contigerit, rabiem excitare possit. Vt igitur ab exiguo initio, saliuæ videlicet qualitate, aucta quædam in corpore affectio, quando ad magnitudinem notatu dignam peruenerit, discerni potest, idque post sex menses, cum nonnunquam ante id tempus nulla nota deprehendatur: sic eodem modo vitiosus humor in animalis corpore genitus, paulatim tractu temporis, principalium quæque contentit, à qua deinde vniuersum corpus celeriter alteratur, Galenus libro 6. de Locis affectis. Canis rabiosi fellentis magnitudine sumptum, septem diebus interficit, quibus superstitis potest esse salutis spes. Vitruuius. Cùm vestem quàm rabidus canis laceraisset sarcinatrix mordicus, vt eam sarciret, tenuisset, in rabiem per ijt. Cum igitur tanta sit venenum vis ex rabido cane, quis sanæ mentis ad morbum regium rabidi canis capite contritum, mixtumque vino, quod remedium apud Sextum legimus, propinauerit? Multò tutius ex Plinio cani capitis simpliciter cinerem ex mulso ad eundem morbum aliquis biberit: licet ne hoc quidem probemus, si tot alia tam multa liberalissimæ naturæ, homini familiaria remedia. Quam ob causam aquam extimescunt hydrophobi, quos à rabido cane morsos diximus, & podendum cum hypochondriis simul illis intenditur: interrumpunt etiam ac conuulsionem patiuntur, adeoque delirant, vt canum ritu latratum ædant? Cassius problemate 73 Ad timentes canum impetum: Nervi rabidi collo circundato, & liberabitur: quod si experiri volueris, cum canis in furorem versus sit, illi circumponito, statim furorem deponet, Galenus de parabilibus cap. 67. Qui edit illium & superbibit vinum, totus creditur à morsu rab. C. qui. fugit odorem Ponzettus. Caninus dens in corio alligatus brachio, auertit morsum canis vel etiam interpretantur, aquæ interum vt supra in c. dixi. Rabidis canes includere oportet, illisque non vnam diem intercedere nutrimentum. Subinde autem veratri aliquid in potu miscendum est. Vbi verò purgatæ fuerint, hordeaceo pane nutriendæ sunt. Similiter curabis & eos quos rabidus canis morsu impetierit, Theomnestus in Geoponicis. Elleborites tenuissimæ radices breuesque, ac velut decorticatæ etiam hæ leguntur. Nam fusti ma quæ est crassissima, cepis similis, canibus tantum datur purgationis causa: Plinius Est vermiculus in lingua canum, qui vocatur à Græcis lytta, quo exemptio infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt, Plinius. Sed hoc (inquit Ponzettus) neminem hactenus expertum legimus. Nanque subit nodis quæ lingua repastibus hæret, Vermiculum dixêre, malaque inconcita pestis, &c. Iam teneris elementa mali, causasque recidunt, deinde salem vulneri inspergunt & oleo permulcent, vt statim sanetur, Gratius. Catulorum caudas post diem quadragesimum quàm sint editi, sic castrare conuenit: Nervus est qui per articulos spinæ prorepit, vsque ad vltimam partem caudæ: is mordicus comprehensus, & a quatenus equitis abrumpitur: quo facto neque in longitudinem cauda fœdum caput increscit: &

plurimi paſtores affirmant) rabies arcetur letifer morbus huic generi, Columella. Columella author eſt, ſi quadrageſimo die quàm ſit natus catulus, caſtretur morſu cauda, ſummusque eius articulus auferatur, ſequenti neruo exempto, nec caudam creſcere, nec canes rabidos fieri, Plin. Mulieris quæ marem peperit lacte guſtato, canes rabioſos fieri negant, Plin. Rabies letale periculum in canibus, ſeu cœleſti corrupto ſydere manat, cum Sol vel in Cancro vel Leone mouetur, Exhalat ſeu terra ſinus, ſeu noxius aër Cauſa mali: ſeu cum gelidus non ſufficit humor, Torrida per venas concreſcunt ſemina flammæ. Quicquid id eſt, medeberis canibus. Tunc viroſa tibi ſumes, multumque domabis Caſtorea, adtritu ſilicis lenteſcere cogens. Ex ebore huc trito puluis, ſeráque feratur, Admiſcensque diu facies concreſcere vtrunque: Mox lactis liquidos ſenſim ſuperadde fluores, Vt non cunctantes hauſtus infundere cornu Inſerto poſſis, furiasque repellere triſtes, Atque iterum blandas canibus componere mentes, Nemeſianus. Sirio ardente rabies canum homini peſtifera eſt. Quapropter obuiam itur per triginta eos dies gallinaceo maxime ſimo mixto canum cibis: aut ſi præuenerit morbus, veratro, Plinius. Rabidi canes ſi helleborum cum polenta comederint euomunt, ac ſtatim ſoluti à rabie reſipiſcunt, Aëtius. Si lymphaticus (inquit Albertus Magnus) aut rabioſus fuerit canis, ſtatim ab aliis ſeparetur, ne in ſanos quoq; peſtis hæc deriuetur. Arinetia rex Valentiæ docet canem rabidum in aqua calida per longitudinem corporis mergendum eſſe diebus nouem, ita vt poſterioribus pedibus vix terram attingat, anterioribus ſurſum erectis. Poſt hoc tempus extracto de aqua caput radatur, & diligenter deglabretur, adeò vt cutis etiam cruentetur. Sic raſum ſucco betæ inungatur & perfundatur ſæpius: & cibi, ſi quos admittit, eodem ſucco tingantur. Danda eſt etiam ſambuci medulla, cuius aduerſus rabiem non exigua vis eſt. Quod ſi curatio intra ſeptem dies non proficiat, pro deſperato occidatur, Hæc Albertus. Sunt qui rabidum canem veneno quàm ferro necare malint: Moti autem aiunt ſi cibo immiſceatur riſagalli parum, cum hyoſcyamo & hermodactylis, Ponzettus. Cætera quæ canes perimunt, ſupra in c. recenſui. Tumorem quendam ſub lingua canis rab. vermiculo albo ſimilem, auferto cani vt primum in rabiem inciderit: deinde dabis ei panem edendum cum chelidonio trito & mixto adipi veteri: & vulnus inde factum illine foliis rutæ, ſale contrito, axungia & melle commixtis, Tardiuus. Rabies eſt morbus canis, vel ira accenſa non differens à furore. Accenditur is morbus in venis prope cor ipſum. Signum eſt, quod canis agitur per ſe & currit errando ceu furore correptus: vt igitur is morbus comprimatur, ſtudendum eſt quieti & ſomno canis. Sub lucendus cibus, & liquida tantum ac ſorbilia offerenda ſunt & ne hæc quidem ad ſaturitatem: quoniam præſtat ſtudere ventris lubricitati, negando oſſa & ſanguinem gignentia bilioſum. Poſt tertium diem venæ turgentes tam in lateribus, quàm in cruribus etiam ſecandæ ſunt: ſiue proijciendus eſt in lacum in quo fuerit hirudinum copia, vt multum ſanguinis poſſint ſugere. Poſt hoc caput & corpus vulneſum oleo roſaceo omphacino, ſiue vnguento populeonis illinendum eſt. Per os etiam cum oportuerit medicamen injciendum eſt, quod ipſam bilem educat. Poſt hoc lauabis eum decocto lapathi acuti, rad. Inulæ & fumariæ, quoniam multum proficies. Cum vero canis iuuenculus patitur rabiem, cani admittatur maſculus fœminæ, & fœmina maſculo, quoniam ſic educi ſolet rabies, Blondus. Quid priſcas arteis, inuentaque ſimplicis anni Si referam? non illa metus ſolatia falſi Tam longam traxêre fidem. Collaribus ergo Sunt qui lucifugæ criſtas inducere melis Iuſsêre, aut ſacris conſerta monilia conchis, Et vinum lapidem, & circa Meliteſia nectunt Coralia, & magicis adiutant cantibus herbas. Ac ſic affectus, oculique venena maligni Vicit, tutela pax impetrata deorum, Gratius. Canes rabidi ſæpe nec verbera nec vulnera curant, & contra omne genus armorum hominem mordent: quod ne fiat, quiſque ſecum geſtet canis dentem. Nam Dioſcorides exemptum cani dentem caninum, & in veſicula brachiis alligatum, ad inhibendos canum impetus vtilem facit, Blondus. Nos ſupra ad præcauendum potius aquæ timorem, Dioſcoridis verba iſta interpretati ſumus: Molares dentes canis rabioſi, qui momordit hominem, in corio adalligati brachio, prohibent à morſu canis rabidi. Serapio apud Syluaticum: Videtur hæc Serapio ex Dioſcoride tranſtuliſſe, & Serapionis Interpres pro caninis dentibus reddidiſſe molares.

An canis qui momordit rabidus fuerit cognoſci refert: multi enim quia nihil graue ſtatim ſequebatur morſum, neglectis initio remedijs, & vulneri cicatrice inducta, incurabiles poſtea obierunt. Quamobrem nuces iuglandes bene contritas (commenſas, Ponzettus:) vlceri imponi: & poſtridie (poſt duas horas, Ponzettus) gallo aut gallinæ edendas objice: is vel ea initio quidem abſtinebit: fame autem vrgente ſi deuorârit, obſerua: nam ſi canis qui momordit, non fuerit rabidus, viuet auis: ſecus, morietur poſtridie. Quod ſi fiat, vlcus aperire feſtina: Et rurſus interpoſitis aliquot diebus, ſimiliter experire, ita vt cicatricem non prius inducas vlceri, quàm auis deuorata nucibus iſtis incolumis degat, Aegineta ex Oribaſio. Idem ab Aëtio libro 6. deſcribitur, & à Ponzetto Cardinali. Simile experimentum (inquit Ponzettus) haberi poteſt ex medulla panis vlceri adhibita, & poſtmodum alijs canibus oblata. Micis ex triticeo pane morſum perfricabis, easque mox alteri cani porriges: quas ſi comederit, indicium eſt non rabere canum: ſin abſtinuerit, rabere. Ex ipſo quidem vulnere dignoſcere non datur, cum id ſibi ſimile ſemper ſit, nec ab aliis vlceribus & feratum morſibus diuerſum. Tritici grana vndecim appoſita vulneri donec humore mollita ſe impleant, & intumeſcant, proijcito gallinæ, quæ ſi faſtidiat: rurſus alio objicio aliàs, quibus ſi ſimiliter abſtineat, periculoſum & letale ſignum eſt: ſin eſſe cœperit, periculi ſublati, Apulcius vt Aggregator citat Dioſcorid. vt infra dicam, tritici grana ſimpliciter canis rabidi morſibus inſeri laudat.

Dioſcorides ſermonem de rabioſi canis morſu cæteris præpoſuit, quoniam id animal (inquit) domeſticum ac frequens eſſe conſueuit: & in rabiem ſæpius agitur ac perit, ab eoque cauere difficile: inde periculum inculcabile hominem manet, niſi multis vtatur auxilijs. Plerunque autem flagrantiſſimis æſtibus (vel regionibus huiuſmodi) in rabiem efferatur: interdum quoties frigora inceſſerunt, Dioſcor. ἐν τοῖς ὑφ' ἡμῶν λεγομένοις χρόνοις: melius apud Aeginetam legitur, ἐν παραφθορίοις. Frequentius & manifeſtius quàm cætera animalia rabiem patiuntur canes, quia veſcuntur cibis corruptis, cadauera & multa putrefacta lambunt: accedunt, penuria cibi, timor, latratus frequens, iracundia, & alia vnde humores ad rabiem excitandam exardeſcunt, autumno præſertim. Quamquam cætera animalia, vt lupi, vulpes, &c. rabiem æſtate potius quàm hyeme incurrant, Ponzettus. Canis rabioſus potum & eſcam auerſatur: torvè & ſolitò triſtius intuetur, Dioſcor. Corpus ei ſtrigoſum & ſolitò compreſſius conſpicitur, Actuarius. Largam ſpumantemque pituitam naribus & ore projcit, Dioſcor. Hians quàm maximè anhelat, linguam exerit: languidæ ei aures, cauda demiſſa: inceſſus ſegnis, ac veluti ſtupidus: ſi verò currat, celerius ſolitò currit, idque intempeſtivè & inæqualiter, Aëtius. Siticuloſus eſt, ſed potu ferè abſtinet. Mutus vt plurimum, ac demens, ita vt ne ſuos quidem familiares agnoſcat, Aegineta. In omnes paſſim ſiue latratu irruit, æquè

æquè feras hominesque, tam familiares quàm ignotos mordet: nec protinus infestum quicquam infligit, nisi, vt vulnus, dolorem: Exinde morbus ille, qui ab aquæ metu hydrophobicus Graia est voce appellatus, contrahitur, Dioscor. Rabido cani caput ad terram nutat: lingua exeritur, idq; adeò interdū vt retrahi non possit: timore plenus est, & solitudinem quærit, Ponzettus. Oculi rubent: caudam inter femina inserit: raucus est. alienatur non solum à reliquis canibus, sed suis etiam catulis: fugiunt eum cæteri canes (& allatrare solent) ac imbuto sanguine eius pane abstinent, Bertrutius. Aquæ metu afficiuntur, vt ea visa pili plerunq; inhorrescant, & nonnunquam ex ea formidine emoriantur, Textor: Mihi ad hominem potius à cane morsum hæc pertinere videntur. Canis rabidi cauda demissa est: lingua porrecta, & tanquam bile colorata: citra rationem currit, deinde subitò rursus consistit, Galenus ad Pisonem. Oculis vagis circumspectat, & prætereuntes intuetur, Tardiuus. Morsus canis rabidi est lethalis, quòd non nisi ex ira mordet: sed fœmellæ pestilentior quàm maris, Paracelsus. Hydrophobi ferè incurabiles: illi præsertim quos momordit canis rabidus in rabiem actus à gustatis menstruis mulieribus, Galeottus. Cæterum illis qui à rab. cane morsi sunt corpus inarescit, & conuellitur interdum, ac febri intus acri vritur, animus delirat. Galenus ad Pisonem. Si vel modicum aquæ viderint, tremunt & conuelluntur statim, & vigilijs delitijsq; detenti vel breui tempore vitam finiunt, vel aliquanto post, cum iam euasisse videntur, subito rursus tanquam à recenti morsu periclitantur, Damocrates in descriptione antidoti diacarcinon apud Galenum lib. 2. de antid. Somnia eis accidunt terribilia, punctura in corpore, singultus & siccitas oris, Galenus in Parabil. In ijsdem malum signum est, vox rauca. Quandiu vero intuendo speculum cognoscunt seipsos, spes est salutis. Cum per terram volutantur instar canum, nihil sperandum præter mortem: licet morsus adhuc mente constet. Est quando rident. Interdum æger ipse sibi vas vitreum videtur, vel cœlum metuit ruiturum. Bertrutius addit, à rabido cane morsum intelligi, si vulnus doleat magis quàm pro ratione, affectus incidant atribiliarij: his accedere anhelitus difficultatem, aluum siccari: vrinā retineri, & emitti quandoq; nigram, vel lacteam, & adeò crassam vt catuli inesse videantur: quandoq; contra tenuem & aquosam: postremo accidere suffocationem cum subita morte. Voces creditæ audiri in corpore morsi (quorum etiam Gariopontus meminit lib. 1. cap. 11. in antencasino) sunt rugitus vaporum qui etiam ex cruditate augeri solent in corporibus infirmis, & ita conuerti in sonum quendam similem illi qui auditur in caueruis quando plures concertant, Ponzettus. Accidit eis aliquando gonorhœa, id est seminis profusio, Idem. Qui sanguinem in morsis statim congelari putant, falluntur: nam ne parum quidem superuiuerent Idem. A rabidis canibus morsi, in aquæ formidinem corruunt, præcipuè qui prauis succis pleni fuerint. Aetius. Euenit autem cum distentione neruorum totiusque corporis rubore, præsertim facici, cum sudore & languore quodam: μετ' ὀκνέω, Dioscorides interprete Ruellio: qui aporian de eadem re apud Actuarium vertit fastidium. Est autem aporia hoc loco proprie, anxietas & præ dolore ac spei inopia, corporis præter rationem iactatio. Aliqui auræ splendorem fugiunt, Dioscor. Alij tenebras quærunt. alij tristitia mœroreq; contabescunt, Actuar. Alij sine vlla doloris intercapedine vexantur. Sunt etiam qui canum more latratus edant, & obuiam factos morsu adoriuntur, ac mordendo simili vitio labefactant, Dioscorides. Fugiunt aquam, vt neque aspicere neq; gustare sustineant: aliqui etiam omnes alios liquores, Aegineta. Exoritur autem hic affectus, non stato definitoq; tempore, plurimum tamen ad quadragesimum vsq; diem neglectis differri cōsueuit, Dioscorides: (plurimum à quadragesimo die sin negligentes, siue remedia differentes aggreditur, interdum exacto semestri, Actuar.) Post semestre etiam nonnullos inuadit. Quendam post annum aquam horruisse constat, quæ nobis visu comperta fuere. Narrant & aliquos post septennium aquę metu fuisse tentatos, Dioscorides. Differtur aliquando metus aquæ ad hebdomadem vnam, vel duas, vel plures, Ponzettus. Noui hominem morsum, qui se lauerat aqua marina: & cum liberatus crederetur, post aliquot menses contactu ligni cornui (corni, sorbi apud Aug. Niphum) rediit mor[illegible]. Habet enim forte hæc planta vim quandam occultam commouendi venenum. Scribunt etiam Arabes (ex Dioscoride nimirum) post septem annos aliquando recrudescere malum, cum interim latuerit, nec aliter præterquā ex habitu corporis ad macritudinem pergentis cognosci potuerit, Ponzettus. Quidā statim ac morsi sunt, aquam cæteraq; humida formidant: quidā post quadraginta dies aut serius: alij deniq; alijs ita prius aut posterius, vt prauis humoribus plus minúsue obnoxij fuerint, Actius. Aliorum sanè symptomatum rationes in promptu sunt, toto scilicet corpore vi veneni infecto cæterum affectionis quam aquam metuunt, causam aliqui nimiæ siccitati adscribunt, tanquam omnis substātia humida prorsus eos deseruerit, (natiuus & substantialis humor penitus demutatus sit, Cælius.) At Rufus melancholiæ quoddā hoc genus esse ait, veneno melancholicum humorem imitante: scimus autē melancholicorum alios alia metuere. Quæ quidē ratio etiam pro illis facit, qui sic affectos imaginari aiunt videre se canem in aquis, Aegineta. Hi vbi aquam, vel aliquid aliud lucidum tanquam speculum inspexerint, propriam nimirum ipsorum faciem adeò rubentem, visumq; toruum & plenum irarum contemplati deterrentur. Cæterum philosophus quidam morsus à cane rabido, & egregia virtute animi passioni resistēs dum sibi canis imago appareret in balneo (illi enim quoq;, sicuti & reliquis eodem morbo affectis apparebat) diu intra se meditatus, Et quid, inquit, cani commune est cum balneo? quod effatus balneum intrauit. & imperterritus bibit, atq; ita morbum superauit, & sanitatem adeptus est Actius. Vide Cassium in fine problematis 80, quòd insidias sibi fieri putantes ἀγεσφῶν. Qui aquam metuunt sic afficiuntur, siue quia canes in ea videre sibi videntur, siue alia horribilia quæcunq; olim vel animo cogitarunt, vel vsurparunt oculis, vel ab alijs narrata audiuerunt, species eorum & vestigia retinente memoria, puta dæmonū, furiarum, inferorum, quibus etiam sanæ mentis homines deterrentur, Ponzettus. Mentiuntur quidam, in vrina morsi à rabido cane, non item ab homine, apparere imagines seu vestigia catulorum: alij, vt mendacium augeant, catulos etiam viuos per vrinam ab eis emitti, Ponzettus. Ex ijs qui aquæ pauorem senserint, neminem seruatum vidimus, nisi forsitan ex historia vnum aut alterū euasisse audiamus: siquidem Eudemus superasse quendam affirmat (mallem legere, siquidem Eudemum quendā superasse aiunt: Et Themisonem, &c.) Themisonem aliqui demorsum in hunc furorem incidisse & euasisse fatentur. Alij ipsum cum amico aquam expauescenti morem gereret, & officium exhiberet, quadam naturarum concordia similem contraxisse affectum: sed post multos tandem cruciatus seruatum extitisse. Grauissimum itaq; malum aquæ metus est sed antequam illo tentarentur, multos & ipsi restituimus, & complures ab alijs medicis seruatos nouimus, Dioscorides. Ex canis rabidi morsu aliquando fit anteneasinos (vox corrupta) species maniæ, cuius meminit Gariopontus l. 11. nostri vulgò chore am S. Viti appellant. Noui quendam lithotomum Tigurī, qui cùm à cane suo rabido morsus esset initio Iulij per totum digitum, imposuit allium & rutam & oleum scorpionis: sanatum est vulnus breui, nec suppuratum: visus sibi bene habere, medicum nullum consuluit. In fine,

Augusti inuasit eum morbus cen febris quædam, frigus sensit, deinde sudare cœpit per vnum aut alterum diem, aerem tamen & frigus ferre non poterat, multum sitiebat, bibere tamen non poterat, ad aquæ & aliorum liquidorum exhorrescens: sudor erat frigidus: totus erat anxius & inquietus. frigidum aerem sentiens tanquã ad aquæ aspectum exhorrescebat. aquam aspiciens tremebat, & quasi singultiebat vel vomituriebat: vluiabat vt canis: in hinc bidui perijt.

Ratiõ medendi duplex est: vna communis, qua vtendũ in omnes morsus, quos virulentæ animantes impresserunt, alia peculiaris priuataq; eorũ duntaxat quos rabiosi canes momorderint: quæ quidẽ summam ægris opẽ afferre consueuit, illis tantũ inutilis qui ex multo iam tẽpore ictum acceperũt, Dioscorid. Canis rabiosi morsus immedicabilis hactenus extitit, &c. Plin vide paulo post in cynosbato, inter medicamẽta simplicia quę intra corpus aduersus hunc affectũ sumuntur. Sciendũ est neminem perperam curatũ effugisse, Actius. Vt inflicti à rabido cane, sic omnes à pestiferis animalibus morsus, nisi per initia protinus rectè curentur, eò deueniunt vt summè pernitiosi sint. Quæ igitur recta curatio est? an scilicet venenũ extrahere, quod vnà cum ictu corpori percusso inhæsit: ideoq; ad cicatricẽ perducere, claudereúe quę huiusmodi sunt, nõ accelerant sed contra agũt, eaq; insuper minutim admodũ sæpe concidunt iam ijsdem quoq; quæ calida acriaq; sunt, quibusq; attrahi venenũ liceriq; possit medicamentis ob candẽ causam vtuntur, Galenus in libro de sectis ad tyrones cap. 7. Morso à cane rab. exhibeatur primo medicamen è caneris fluuiatilibus, vt præcipit Dioscorides: (nos id ex Dioscoride & alijs infrà describemus, cũ cæteris antidotis compositis intra corpus sumendis.) Sed vt alijs etiamnũ auxilijs cõtra ineuitabile periculũ tumultuamur, nihil cæteris vti prohibet. Satius autẽ multò fuerit, etiamsi in vanũ aliquando fortassis recidat, medicamentorũ inhumanos tolerare cruciatus, quàm per inertiam ac delidiã in discrimen adduci, Dioscor. Canis rab. morsu facta vulnera, circumcidunt ad viuas vsq; partes, Plinius. Vulnus cõfestim amplius efficies, carne multo interuallo orbiculari figura præcisa, ne facile ad cicatricẽ perueniat, Galenus ad Pisonem. Nec ita in demorsis à rabioso animali maiora vulnera vereri oportet vti minora, & vltusculis (ἀνυχαῖς, id est dilaniatiunculis) cutis similia: quippe maiori vulnere cõfertim copiosus (εἰκὸς πλεῖστον ἐκρεῖν αἷμα, melius πλεῖον vt aliàs legitur) sanguis emanans, potest nonnihil virulenti liquoris exhaurire: quod in minoribus nõ accidit. Quin à maioribus abscedẽtes carnes auferre (secare) & labia (labiorũ margines) acie scalpelli circũscribere, & prehensam hamulo aut vulsella (ἀγκίστρῳ) carnẽ amputare oportet. In vtrisq; circumstantia loca altioribus vlcusculis scarificanda, vt copiosior sanguinis vacuatio eruat, ne venenũ mẽbratim insinuetur, Dioscor. Locus hic apud Actuariũ (interpretẽ q dẽ, nã Græca nõ vidi) turpiter corruptus ex Dioscoride emẽdari potest. Cucurbitulæ cũ multa flãma agglutinatæ, id inuaẽti pstãt vt veneni vis extrahatur, Dioscor. Sanguisugæ & vẽtosæ supra vulnus canis rabidi ponãtur, Arnold.

Contra virulentos ictus vltio expeditissimum est auxilium: Ignis enim qui vim omnẽ superat, simul & domat virus, & ferri pernitiem nõ patitur: simul etiam pars ignem experta, postea non vulgare fundamentũ curationi futuræ præbet, imminute diutius exulceratione, Dioscorides interprete Ruellio: qui eandem sententiã apud Actuarium paulo aliter transtulit, & melius quidem meo iudicio, his verbis: Simul vero pars veneni aliqua incerepta sistitur, quæ non mediocre curationi futuræ iacit fundamentũ: modò diu patens vlcus dehiscat: nec; cito eius oræ coalescant. Imponuntur salsamenta cõtra morsum canis rabidi. vel si non sint, ferro vltæ plagæ, corporaq; clysteribus exinanite: hoc per se sufficit, Plinius. Sunt qui ferreis cauterijs vlcus vrant, Aegineta. Escharotica etiã pharmaca ignis vim obtinent, eiusq; loco vsurpantur, vt infra dicam in medicamentis compositis quæ foris adhibentur. Ridicula est igitur Ludo Celsi superstitio simul & ignorantia, quam in homine tantæ doctrinæ & tam variæ lectionis non possum satis admirari. Nam cum medici optimi quiq; nullum remediũ aduersus canis rabidi morsus cauterio præferant, Celsus vel id ignorans, vel vt sciens potius cum vulgo insaniret & naturales causas fictæ religioni adscriberet, lib. 17. cap. 28. Nobis (inquit) potentius quàm cynorrhodon Plinij. suppetit medicamẽ, sed & ipsum cœlitus petitũ. Est in Rhodiginis paludibus D. Bellini templum miraculorum frequentia celeberrimũ, & affluxu hominũ etiam notissimum. Erectæ aedis causa ferè publica est. Pulsus is diuus Patauio, grassantibus nobilium plerisq;, quod seuerius sanctiusq; quam ab illis probari posset, episcopũ ageret infectantibusq; inimiciter aduersarijs, in palustre agri nostri solum, quindecim millibus passuum Rhodigio distans, diuertit. Quum manus hominum euasisse videretur, canum rationem non euasit, à quibus euestigio conuulsus discerptusq;. mox in diuorum indigitamenta relatus, templum in illis emeruit locis in quo & area marmorea ferreis occlusa cancellis, latet sanctissimum eiusdem corpus. Templi verò ex necis genere ea cœlestis est proprietas, si quis clauem sibi quæsierit, qua aedis valuæ reeludantur, ac ea candente, quicquid rabie agitari orsum sit, attigerit: præsentissimum est remedium, & nunquam non verum, Tantum Cœlius. Post vstionem cum crustę decident, animaduertendum ne vlceris orę coalescant, &c. Ruellius ex Dioscoride: Sic autẽ vertere debuerat, (vt recte apud Actuarium vertit) Vstione parata mox danda est opera vt crustæ decidant, ne vlceris oræ claudantur. Et si fieri potest ad muhũ idq; præfinitum tempus vlcerationes sordidas adhuc & tumidas (φλεγμονώδεις ἕλκεσι. Ruellius vertit inflammationem in egrotes) prorogari conuenit. Quod inditum ijs salsamentum optimè præstabit, & syluestre allium detritum (intritæ alliorum spicæ, Actuarius: qui pro agrion, id est syluestre, aglithes legisse videtur. quę vox nucleos in capite allij significat) item cẽpe: & liquor, præsertim Cyrenaicus, aut qui Medicus aut Parthicus appellatur: ad hæc tritici genera præcipue commendantur mansa vel non mansa impolita (vt in simplicibus medic. foris applicandis inferius repetam. Hęc Dioscor. Posteruslę casum vsq; ad dies quadraginta aut sexaginta, à cicatrice vulnus arcebis: ad quam si festinet, rursus vitis aut ficulneo cinere aperies, Actius. Sed quando tutum sit cicatrice claudere vlcus, ta vt nulla residentis amplius latentisq; veneni suspicio relinquatur, & quo pacto hoc experiri oporteat iuglandium nucleis vel panis medulla tritis vulneri impositis, & postea gallinę aut cani obiectis. satis explicatum est suprà. Vlcus apertum vt minimum per quadraginta duos dies seruetur, Aegineta. Abluendum est etiam vlcus chamęmali in aqua decocto, & radicis syluestris rumicis Aegin. Locum sordidum lauant aqua cepe, Ponzettus. Noui ego senem qui morsos à cane rabido, solo acido rumice (oxalide) curabat: primo enim vlcus eius decocto fouebat, deinde herbam ipsam illinebat, candemque potandam exhibebat: quod quidem medicamentum tanquam efficacissimum summopere commendabat plurima & turbulenta (χολώδη. id est biliosa) qui illum assumpserint mingere solent, & cęt. Nos quoque non rarò cum reliquis medicamentis eum miscuimus. Similes vires habet & agrestis rumex aculeatus (ῥοῦμεξ ὀξύς) radice oblonga, veluti raphanus pusilla, Actius lib. 6. cap. 24. Theriaca rosacea diluta optime & tutissimè vlcus ad cicatricem ducit, Actius: vide infra inter composita quę foris adponuntur. Obducta vlceri cicatrice, ad integram morbi abolitionem, elleborus albus propinetur. Si tamen quidpiam ab elle-

bore

boro prohiberet, satis esset hiera Rufi inferius purgari. Exhibenda etiam hiera (πολλῷ θέρους, Aegin.) quotidie, non quidem purgandi gratia, sed tanquam medicamentum proprietate huic morbo resistens, deturq; auellanæ quantitas, cum cyatho decoctionis saluiæ (Aegineta, cum decocto saluiæ, simpliciter) aut sideritidis herbæ, quam Heracleam vocant, quæ etiam sola vruntur, aiuntque non parum prodesse, propterea & alyssum appellant, Aetius. De alysso plura dicam mox inter medicamina intra corpus sumenda: licet hoc etiam foris alligetur, teste Plinio. Si verò, quod persæpe accidit ante dies præfinitos cicatrices coirent, committerenturque, manum postulabant: nenque eas diducere (redulcerare) carnemq; scalpello circinare (carnes circum auferre. & dissecare ferro. Actuar.) autiterum vrere expediet. Vbi vero propositum tempus præterijt, vlcus ad cicatricem ducendum, & emplastro quod è salibus conficitur (dialôn dictum) locus comprehendendus: nec multò post sinapismo vtendũ, Dioscorides. In quodam scripto Germanico reperitur optimum esse, partem morsam in confluente aliquo per mediam horam continere: inde fore vt morsus nihil noceat. Quæ ad partem ictam pertinent præsidia, ita se habent. Cæterum victus rationem ex ijs quæ veneno aduersantur, constare oportet, & in eum tendere scopum, simul vt venęni vires hebetet restinguatque: simul vt arceat, quo minus ad intima pernicies illabatur. Assumpta enim quædam pernicioſarum virium penetrationi obuiam eunt. Horum vtrunque præstare potest, vini meracioris, pulli, & lactis potus: (ὄινος ἀκρατέστερος ζωρότερος πεπτὸς, καὶ γλυκύς, ἐγάλακτος. Aegineta, qui sua ex Dioscoride transferipsit, sic habet, ὄινῳ γλυκεῖ κεχρῆσθαι καὶ μᾶλλον ζωροτέρῳ, γάλακτι δὲ πίνειν. Prodest & vinũ vetus meracius bibere, Actuarius.) Quippe qui hæc omnia (hinc apparet tria saltem ab eo prius nominata: nam de duobus non dicimus omnia:) capiunt ad curam, nonnihil veneno obijciunt, quod omnẽ eius acrimoniam obtundat. Simili modo alliorum, porrorum, ęparumq; cibus: quod ea difficulter conficiantur, vixq; abolcantur: nã multos dies huius cibi qualitates remanent, quo tempore nec euincuntur, nec permutantur à mortifera vi: sed contrarijs illa vis expugnatur. Cui rei antidotorũ vsus accommodatur, & theriaces, & Mithridatij, & eius quod eupatorio temperatur: (lego & Mithridatij Eupatoris: hãc enim apud Galenum etiam morsis à C rab. dari lego: antidotum vero ab Eupatorio nominatam nullam reperio) deniq; omnium quę magnã aromatum partem sibi vendicant: quippe aromata omnia viribus & substantijs ægre permutantur, quare in corporibus euincũt: Victus ratio hoc modo se habet, Dioscor. His adijciam Rufi ex Aetio verba de victus ratione circa cibum præcipuè seruãda. In victu (inquit) indigentia & satietas euitanda: magis tamen indigentia: hæc enim succorum prauitatem adauget, quod in quaquam expedit maleficio vlceri. Ergo alimentum moderari oportet, vt & rectè conficiatur, & laudabilem succum corpori præbeat. Nec minus egestioni & vrinarum prouocationi studendum quod quidem, tum ea quę prædiximus, tum fœniculum & scandix comesta efficiunt. Cremus (quidam inepte κρόμμυον legit & pultem vertit) simul & aluum & vrinam ducit. Cichorium agreste crudum oblatum stomacho confert, quam nonnulli serin. nonnulli ab amaritudine picrin appellant. Prosunt & brassicæ cymæ, & palustris asparagus, & hortensis rumex, agrestisq; & acidus (oxylaphathum:) & è piscibus qui teneras carnes habent, locustæ, caneri, & echini recentes; cũ vino mulso & carnium extremitates auiculæq; omnes montanæ quæ facile coquuntur, boniq; succi sunt. Vinum album tenue, nec valde antiquum. Intra annum verò præseruationis gratia, accedente occasione, hiera purgari expedit. Ac instante die tribus iugiter diebus theriaca accipiẽda est, Hactenus Rufus. Morsus à cane rabido edat propriè carnes cancrorum fluuiatilium præ cæteris cãctis, & caules, pullorumq; brodium: & malis symptomatibus sedatis cibentur post triduum pullis auium præter columborum, Arnoldus. Inter principia de morsorum à cane rabioso curandi ratio talis est. Verumenimuero si ea quæ retulimus auxilia, primis diebus prætermissa fuerint, nec scalpro carnem circinare, nec vllionem experiri operæpretium est, Dioscor. (Aegineta addit etiam κικυηζειν, id est cucurbitulas affigere: hæc igitur tanquã fera remedia ἀφαιρετέα, id est omittenda sunt, vel μὴ ἀφαιρετέα pro, id est non vsurpanda.) Non enim quod iam pertransijt satis euocare possent. (Græce sic lego, ἀλλ' ἐπειδὴ ἔστι τὰ ἀπὸ ἀρχῆς βοηθήματα πάντα ἄχρηστα: nam & Aegineta sic habet, ἀλλ' ἐπειδὴ ἔστι τὰ ἀπ' ἀρχῆς βοηθήματα ἄχρηστα.) Nulla vtiq; harũ rerum occasio aut vtilitas, sed ineassam corpora doloribus sternentur. Alter vero curationis modus accedat: deiectio magnum præbet iuuamentum, vtpote cum mouendo corporis habitum transmutet, συμμεταποιῶν & quę cocynthidem recipit hiera item lac scilliticum, quod & ad deiectionem mouet, & venenũ domare possit, Actuarius. Hæc duo non lacti scilliticum solum, sed etiam hierę tribuit, si recte habet translatio. Clysteres, & meracui potus, quibus vis veneni vehementer retundatur, quotidie sumi debent. Cæterum sudores ante cibos, & post etiam ciendi, dropacismi, id est picationes sinapismiq; alternatim per totum corpus adhibendi. (Ruellius ex Actuario vertit: dropacismo & sinapismo, vniuerso corpore & particulatim vtendum.) Sed longè omnium efficacissimum auxilium helleborismus cognoscitur: quo cum fiducia, non semel atq; iterum, sed frequẽtius ante quadragesimũ diem, vel post hoc tempus, vti licet. Tantam enim vehementiam hoc auxilium habere fertur, vt quidam qui iam aquæ metum sentirent, sumpto helleboro, simulac primum morbi impetum experirentur, fuerint seruati. Nam & iam vitio tentatos, nemo vnquam seruare potest, Dioscorides. Ego postremum membrum sic verto. Nam eo iam vitio occupatos (κατεχομένους δὲ αὐτοὺς, pro λέγω δὲ) ne helleborus quidem seruare potest. In libro quodã Germanico manu scripto præter cætera à canerab morsi remedia quędam iam recitatis similia, quadraginta diebus continuis balneo vtendum reperio. Apud Io. Iouianum Pontanum in Antonio dialogo, Neapolitanus quidam refert se ab Antonio quodam audiuisse carmen, quo oppidatim vterentur Apuli, ad sanandum rabidæ canis morsum. Insomnes enim nouies sabbato lustrare oppidum, Vithum nescio quem è diuorum numero implorantes: idq; tribus sabbatis noctu cum peregissent, toll. rabiem omnem, venenumq; extingui. Est autẽ (inquit) carmen huiusmodi: Alme Vithe pellicane, O am qui tenes Apulam, Littusq; Polignanicũ, Qui morsus rabidos leuas, Irasq; canum mitigas: Tu sancte rabiem asperam, Rictusque canis luridos, Tu sæuam prohibe luem, I procul hinc rabies, procul hinc furor omnis abesto. Qui aquam expauescunt, videntur lymphatici etiam dici posse: nympham enim, id est aquam, Latini lympham vocant: & lymphaticum exponunt furiosum, qui vitium ex aquæ conspectu contraxerit. Vulgo memoriæ proditum est, inquit Festus, quicunq; speciem quandam è fonte, id est effigiem nymphæ viderint, furendi non fecisse finem, quos Græci νυμφόληπτους vocant, Latini lymphaticos appellant. Aggregator sanè lymphaticorum quædã remedia interserit illis quę ad canis rabidi morsus sunt. Noluimus illud etiam relinquere, videri nobis quòd Dioscorides scribit nullum a metu aquæ seruatum sciri. &c. credidisse aliquos de his intelligendum esse, qui nõ à rabido cane, sed rabiente & aquam iam timente homine morsi fuerint: Dioscorides tamen simpliciter tradidisse id videtur, Marcellus Vergilius. Clysteris mentionem ad morsos à C rab. Plinius facit, vt supra dixi: nec alius præterea quàm Galenus lib. 2. de antidotis cap. 18. Ab linthij de

cocto (inquit) ægrum euacua, salisq; tantum immittes, vt clyster vehemens reddatur. Si quis communem venenatis morbis cunctis medendi modum desiderat, à Dioscoride requirat: nos satis prolixi fuimus in peculiari ad canis rab. morsus curatione, tum ex Dioscoridis tum aliorum scriptis collatis hactenus exposita. Actuarius sua omnia huius argumenti ex Dioscoride, sed breuius descripsit. Aegineta quædam addidit, quæ suo loco vel iam posui, vel ponam deinceps: vt Posidonij etiam & Rufi ex Actio scripta & aliorum.

Nunc post vniuersalem huic malo medendi methodum, ad particularia descendam remedia, eo ordine seruato, vt primum eà quæ foris adhibentur commemorem, deinde quæ intrò sumuntur: & in vtrisque composita medicamenta prius quàm simplicia: eaq; omnia literarum ordine.

Composita remedia quæ morsui forinsecus adhibentur, hæc sunt.

Ex opopanace & pice emplastrum fit optimum πρὸς λυσσώδεις. Dioscorides.

E Brutia pice medicamentũ Menippi, quo vsus est Pelops: Picis Brutiæ libra, opopanacis vnciæ quatuor (tres, Actio & Actuario: & ipsi Galeno lib. 11 de simplicib. cap. 30. vbi Aeschrionem præceptorem suum hoc emplastro vsum scribit, propinantem interim per dies 40 antidotum è caneris,) aceti (acerrimi) sextarius (Italicus.) Opopanacem dissolue in cyathis quatuor aceti, & quod supereſt aceti vnà cum pice decoquito: vbi consumptum id videris, tum opopanacem addito, sed caueto ne efferuerat: cũ satis inter se commista videbuntur, plagellas bene magnas (longa & grandia splenia Actuar.) inde conficito, locoq; demorso superindito, Galenus lib. 2. de antidotis cap. 74. Actius, aceto cum pice decocto & consumpto, (inquit) deinde contrito in mortario opopanaci superinfundens vnito & colligito: atq; ita vulneri quadraginta aut sexaginta diebus applicato: prohibet enim cicatricem. Vtendum est anastomoticis, id est aperientibus (inquit Aegineta) ex quibus primarium est, quod è pice & aceto acerrimo & opopanace conficitur, in tractatione de neruis vulneratis diligenter à nobis descriptũ: Quod si morsus cutem habet teneriorem, dilui potest irino aut balsamo, aut aliquo simili. Hoc Actuarius etiam ex Galeno describit, statim post mentionem antidoti diacarcinon. Loco morso prius dilatato cucurbitula agglutinetur, & postea imponatur cataplasma ex allio & cepa simul tritis subactisque cum butyro: longè tamen præstat emplastrum factum ex opopanace, aristolochia & pice, Ponzettus. Escharoticon, id est crustam inducens, aridũ medicamentum efficacissimum, ab Actio & Aegineta descriptum: Salis fossilis drach. octo, chalcitidis, scillæ, sing. drach. sedecim. rutæ viridis, æruginis rasilis, sing drach. quatuor. seminis marrubij drach. vna Insoletur in pyxide æneа, & aridum applicetur, quousq; vlceri crusta inducatur: deinde rosaceo temperetur, donec crusta excidat. Aegineta insolationis non meminit. Emplastrum dialôn (quo locum 2ũ ad cicatricem ducitur comprehendere iubet Dioscorides) nisi vnum fuerit ex illis duobus quæ Galenus describit lib. 6. de compos. secundum genera, cap. 8. ad extrahendum, aliud iam non occurrit eiusdem nominis. Crediderim sanè eo rectè huc facere, vtraq; enim sale & ceruſſa constant, & alijs quibusdam: scribit autem Actius lib 13. cap. 2. emplastra ex ceruſſa & sale statim à principio commodè adhiberi morsis à cane &c. Solent autem Græci sales in plurali numero proferre etiam de vno tantum salis genere. Aliud emplastrum ad morsos à C rab. Damocratis senarijs descriptum affert Galenus lib 2. de antidotis, cap. 119. quod constat ex terra ampelitide, bitumine, lithargyro, oleo, propoli, aristolochia, & alijs pluribus. Eodem libro cap. 76. describitur Album Bafuli medicamentum, ad morsum C. rab. quod & extrinsecus (inquit) vlceri imponitur, & per os intrò assumitur, maximè ab ijs quibus iam rabies dominatur, &c. quod quidem non parum aliquis miretur cum & emplastri formam habeat, & ceruſſam & argenti spumam venena copiosè recipiat. Et mox cap. 77. Basilica, quæ in aquarum formidinem (inquit) ægros incidere non permittit: hanc Augusta apud se compositam semper habuit. Habet autem emplastri formam, vt Menelai quoq; medicamentum ibidẽ cap. 75. Theriaca è viperis cum rosaceo diluta, & vlceri apposita, confert, Actius. Ego theriacam aliquando oleo ex rosis confecto dilui, & ceu medicamentum, quod linteolis concerptis excipitur (emmoton Græci vocant) in vulnus indidi, vt cucurbitulæ cuiusdam modo exugeret, & ex alio venenum extraheret, Galenus ad Pisonem.

Medicamenta simplicia ad morsum canis rabidi foris imponenda, ordine literarum.

Acetum, Auicenna de agresta. Adamas, Plin. 37. Adiantum, vel capillus algol cum vino, Auicenna, vt Aggregator citat: Ego apud Auicennam non reperio, Dioscorides vero adianti herbæ decoctum πρὸς δηγματα, id est morsibus venenatis prodesse ait: & rursus, Cruda etiam, inquit, illinitur πρὸς δηγματα posteriorem locum Serapio omisit: in priore reddit ventrem astringit si bibatur cum vino, & confert morsibus venenosorum. Adeps anseris, vide Anser. Allium illitum foto prius vlcere, Aegineta, Isaac. Syluestris rosæ radix pota, allio præsertim vulneri impositio. Aquinuius. Trito allio defricto rabiosæ canis vel lupi morsus in boue curatur, Columella. Allũ syluestre detritum, Dioscor. Amygdala, præcipuè amara, Auicẽna. Anagallidis folia, Actius. Succus quo abluatur vulnus, Tragus. Anseris adeps cum melle, Plin 29. Assa, vide Laser. Aster herba cum axungia vetere viridis trita, Dioscorides. Axungia cum calce tusa, Plinius. Anguium senectus cum cancro masculo trita, Plinius.

Ectonica superilligata, Serapio secundũ Dioscor. Nos in Dioscoride Græco ad πρὸς ἐχιδνας solum, id est morsa serpentibus commendari legimus. Trita applicata, Musa, Apuleius. Brassicæ folia cum lasere trita ex aceto. Per se etiam brassica aduersus rabidi canis morsus proficit, & ipsius decoctum in potu, Galenus de Parabil. Caulis, id est brassicæ succus cum vino, Serapio secundum Dioscoridem. Græci codices nostri πρὸς κυνόδηκτα habent eo in loco. Epicharmus brassicam syluestrem contra canis rabiosi morsum imponi satis esse tradit, melius si cum lasere & aceto acri, Plin.

Calx tusa cum axungia, Plin. Cancrorum cinis è melle illitus, Actius potus, Auicenna. Cinis cancri aspersus aceto, Hali. Vide Anguium senectus. Cinis testarum marini cancri, Aggregator ex nescio quo authore. Canis pili impositi, Galenus in Parabil. Pili caudæ canis combusti Aggregator. Quidam vlceri imponunt pilos eiusdẽ canis rabidi, Ponzettus. Canis vel draconis qui momordit caput, abscissum excoriatumq;, cum pauco euphorbio applicatur, ac liberat in totum, vt quidã aiunt, Ponzettus. Cinis vsti canini capitis, à cane rabido morsos perfanat, Sextus: Aggregator intus & extra prodesse scribit. Capilli hominis cum aceto, Auicenna & Sextus: cum bulli cum aceto impositi, Haliabbas. Capilli hominis morsi aceto remolliti, Galenus in Parabil. Capilli Algol, vide Adiantum

tum paulo ante, Capræ ſtercus cum vino, Plin. Caro ariens vſta cum vino Auicenna: ſed bibendam potius intelligere videtur, licet non exprimatur. Caſtaneę cum pauco ſale & meile, Iſaac: ego iuglandes potius quàm caſtaneas adhiberem, aperiendum enim non aſtringendum eſt. Addunt autem alij authores iuglandibus quoque in hunc vſum ſalem & mel. Cepæ, Dioſcor. Crudæ cum melle vel aceto, Plin. lib. 20. vel coctæ cum melle & vino, Macer, Aetius. Ex cepis cum ſale & ruta cataplaſma, Aegineta, Auicenna, Haliabbas & Serapio ſecundum Dioſcoridem. Vide mox in Nucibus. Locum ſordidum lauant aqua cepæ, Ponzet. Chamæmali decocto lauandus eſt locus, Aetius. Cinis ficulneus ceroto exceptus, Aeginet. Cinis vitium cum oleo, Aegineta. Si vlcus ad cicatricem feſtinet, rurſus vitis aut ficulneo cinere aperies, Actius. Cucumeris folia, Auicenna: ego ad ſimplices canis morſus cum Dioſcoride potius retulerim.

Eruum cum vino, Serapio ſecundum Dioſcor: cuius Græci codices ſimpliciter à cane morſis ipſum commendant: Iſaac, Auicenna, Colliget Aliqui præter vinum mel etiam addunt. Oleum de orobo, id eſt eruo, Galen de Parabil. Euphorbium, Haliabbas. Vide paulò ſuperius in Canis capite. Equi fimus cum aceto calidus, Plin.

Fabæ crudæ commanſæ, Galenus in Parabil. Fici folio trito ex aceto C. rab. morſus reſtringunt, Plin. Nigræ ficus folia ex aceto, Valerian. Fici folia recentia, Auicenna. Ficulneus cinis, vide in Cinere. Ficus immaturæ cum aceto, Plin. 23. Iſaac & Dioſcorides apud Sarapionem: ego in codicibus noſtris non reperio. Fœniculi radix, Auicenna. Dioſcorides ſimpliciter ad morſus canis refert. Frumentum, vide Triticum.

Gallinaceum fimum duntaxat ruffum, ex aceto impoſitum, Plin. Kiranides, Valerianus. Galli criſta contrita, Plin & Kiranid. Gentiana, Auicenna, Habyx.

Hippocampus ex acri aceto tritus & vulneri applicatus, Aetius. Hirci iecur impoſitum, Plin. 28. aquæ metum auertit. Hirundinis pulli combuſti vel glebula ex hirundinum nido, illita ex aceto, Plin. De glebulis idem ſcribit Valerian. Hirundinis fimus, Ponzet. Hominis capilli, vide Capilli. Hominis vrina, vide Vrina. Hyænæ pellis.

Iris ruffa cum melle, Plinius.

Kakille herba marina, Auicenna.

Lana ſuccida morſibus inculcata poſt diem ſeptimum ſoluitur, Plin. Lapathi id eſt rumicis, tum acidi, tum ſylueſtris, vſus eſt fouendo aut abluendo locum, & illinendo, vt ex Actio ſupra docui in ratione curandi. Laſer vel ſilphij ſuccus (barbari aſſam vocant) præſertim Cyrenaicus, aut qui Medicus, aut Parthicus appellatur, Dioſcor. Aſſa cum oleo, Auicenna. Silphium cum ſale. Aegineta. Vide ſuperius in Braſſica ſylueſtri. Limacum caro & teſta, Serapio citans Galenum, apud quem ego nihil tale reperio.

Marrubij folia. Aetius. (λάπαθον, id eſt porri, ſemina cum ſale trita, Aegineta: malim πράσιον. id eſt marrubij, vt Aetius habet: quanquam porrum etiam contra hoc venenum à Dioſcoride laudari ſciam, ſed in cibo. Marrubium ſupra etiam contra ſimplices canis morſus commendauimus. Praſium (id eſt marrubium) cum ſale, Serapio ſecundum Paulum, & Auicenna. Melliſſophyllon per ſe, vel cum ſale, Aegineta. Menta, Aegineta, Auicenna. Muris aranei caudæ canis, ita vt ipſe cui abſciſſus ſit, viuus dimittatur, Plinius.

Nuces (iuglandum nuclei, Plin.) à ieiuno commanſæ & illitæ, Auicenna, Plin 23. Vide ſupra ad morſus canis non rab.

Orobus, vide Eruum. Oluſatrum Plin. Oſtracorum carnes, Auicenna.

Pecudis ſtercus vſtum & illitum cum aceto, Auicenna. Perſonatiæ radix cum ſale marino, Apuleius. Petroleum, Incertus. Piſces omnes, & iura eorum, & capita ſalſorum vſta applicata, Auicenna: Vide Salſamenta. Kamen piſcis marinus tritus impoſitus, Serapio ſecundum Galenum. Plantago tuſa, Apuleius, & Valerian. Lingua arietis cum ſale cõtuſa, Apuleius, vt citat Aggregator. Porrum, vide Marrubium, Potamogiton cum ſale illita aquæ formidinem arcet: vſus eſt & recentis & aridæ, Aetius.

Rutæ folia trita vel commanducata imponuntur cum melle & ſale, vel cum aceto & pice decocta, Plinius. Rutæ folia cum melle & ſale, & pice, Apuleius. Ruta cum vino Apuleius vt Aggregator citat.

Salpæ ſuccus perfuſus aut cinere ex ſalpa ſubacto, Plinius. Salſamenta Plinius. Salſamenta indita præſtant ne vlceris oræ coaleſcant, Dioſcorides. Rabioſæ canis vel lupi morſus, impoſito vulneri vetere ſalſamento ſanatur in bubus, Columella. Vide Piſces. Sambuci folia, vide ſupra ad morſus ſimplices in Ebulo. Senecta, vide Anguis. Silphium, vide Laſer. Seſamum, Auicenna.

Terra ſigillata (id eſt Lemnia) ſecundum Galenum apud Serapionem (meminit Galenus de ſimpl. 9. 2.) illita ex acri aceto (& pota ex vino dilato) ſuperpoſitis aliquibus foliis: quorum præcipua ſunt ſcordij folia, pòſt centaurij minoris, denum praſij. Tritici grana, tam manſa, quàm non manſa imponantur, ſiquidem ſubacta piſtáne (ἐκφυσώδεα quaſi fermentata, & turgida) à perfuſione (humore vel ſanie manante ab vlcere) vulnera dilatant. Sunt qui à mandentium ieiunio ſibi aliquid aſciſcere arbitrentur, quod ſuapte natura reſiſtat. Verum id certum non eſt: cæterum tempeſtiuus eorum vſus, minimè eſt cõtemnendus, Dioſcorides. Triticum toſtum & commanſum, Iſaac Apuleius tritici granis appoſitis & gallinæ obiectis, indè experiri docet rabidúsne fuerit canis qui momordit, vt ſupra dictum eſt.

Verbena vel herba ſacra impoſita, Apuleius. Vituli marini adipe inungatur facies timentis aquam, Plinius 32. Vitium cinis, vide Vitis. Vrina hominis morſi goſſipium intinctum, Galenus in Parabil. Vrina, cinere ex ea ſubacto, Plinius. Vrina cum nitro, Serapio ſecundum Dioſcoridem, & Auicenna. Vrina pueri cum baurach (id eſt ſpuma nitri) Hali. Vrinæ fex cum carbonibus vitis viridis trita appoſita frequenter, abluto interim quem extrahit humore, Apuleius vt citat Aggregator. Hæc ſunt remedia quæ veteres aduerſus rabidi canis morſus foris imponenda celebrauerunt: Quæ ſi cui non ſatisfaciunt, augeat ea ex præcedentibus ad ſimplicẽ canis morſum commemoratis, efficacioribus præſertim. His ſubijciemus amuleta quædam, id eſt ſuperſtitioſa pharmaca, quæ geſtata ſolum abſque vlla ratione à nonnullis conducere creduntur: & his ſimilia, quæ cauſas quidem aliquas in natura habent, foris tamen ad auertendum aliquid vſurpantur, alligantur inunguntur, ſubſternuntur. Ad arcendos aquæ pauores vtuntur dente eo, qui canonus dicitur: hunc à cane qui momordit exemptum & folliculo inditum, pro amuleto brachio adnectunt, Dioſcorides. Arabes & qui eos ſequuntur, pro canino dente molarem reddunt, qui coxis alligatus, vel à brachio ſuſpenſus, tueatur geſtantem. Vermem è cadauere canino aliqui adalligant contra pauorem aquæ, Plinius. Vermiculus canis mortui in collo ſuſpenſus, ſanat morſum à C. rab. Sextus. Gentiana diebus ſeptem cum hyænæ pelle amuleti loco geſtatur, Actuarius. Hyænæ pellis vtiliter ſubſternitur morſis à C. rab. Aetius. Lupi vel lupuſculi pellis ſuſpenſa ab eo qui à C. rab. morſus eſt, aquæ pauorem amolitur, Aggregator

gator ex Haliabb. Lais & Salpe canum rabiosorum morsus leniri aiunt, menstruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluso. Diotimus Thebanus vestis omnino ita infectæ portiuncula, ac vellicio brachiali inserta, (fortè lineo brachiali, vt proximè antè argenteo brachiali dixit, nisi legas, ac vel licio (id est filo, vestis ita infectæ) brachiali inserto) Plinius. Inter omnes conuenit, si aqua potusque formidetur à morsu canis, suppositа tantum calici lacinia menstruo tincta, statim metum eum discuti, videlicet prævalente sympathia illa Græcorum, Plinius. Iis qui iam aquam extimescunt, vt bibant, poculo panniculum ex sella (μάκελλον) supponito, & bibent, Galenus de antidotis lib. 2. cap. 133. Ruellius apud Actuarium in medicamento diacarcinon ἀντὶ ἀφέδρου, non rectè vertit sub sedem. Ἄφεδρον sella est ad secessum: ἀφεδρών, apud Varinum ἀκαθαρσία, in Lexico Græcolatino quidam puerperium reddidit, sine testimonio. Succo rutæ perunctos, aut etiam habentes, negant feriri ab his veneficijs (apibus, vespis, &c. cane rabioso) Plin. lib. 20. E vitice baculus à canis & alijs morsibus defendit, vt quidam ex Dioscoride citat: ego nihil tale in codicibus impressis inuenio. Aggregator quidem ex Auicenna citat, emplastrum ex agno casto morsis à cano prodesse. Vsu pellis, aut vituli marini, vtiliter à C. rab. morsis substernitur, Actius.

Antidoti & medicamenta composita quæ aduersus C. rab. morsus (id est ne in rabiem aut aqua metum qui morsi sunt, incidant) intra corpus sumuntur.

Potiones omnes quas contra viperarum morsus scripsit Damocrates apud Galenum lib. 2. de antidotis.

A elij Galli antidotus cum ad alia quædam, tum morsis a C. rab. salubris, describitur à Galeno lib. 2. de antidotis cap. 54. constat varijs aromatibus cum opio, quæ melle excipiuntur. Item alia eiusdem cap. 71. videtur autem & ipsa ad morsos à C. rab. facere, propter antecedentia & sequentia.

Basuli Album & foris imponitur, & intro sumitur, &c. vide supra inter composita foris applicanda.

E cancris paratur optimum aduersus rabiosorum canum morsus auxilium, quod & plerisque vnum satisfecit, eóque cum fiducia vti licet: Est autem huiusmodi. Cancros fluuiatiles in sarmentis albæ vitis cremare oportet, & cinerem eorum quaminutissimè tritum habere reconditum itidem gentianæ radicem tusam cribratamq; reponere: quoties autem canis rabiosus morsum intulerit, in quaternos cyathos meraci vini, bina cineris cancrorum cochlearia, vnumque gentianæ conjciantur: hæc in polentæ dilutioris modum subacta, quatriduo bibantur. Inter principia medicamentum hoc modo detur: at qui si ab illato morsu bini terniue dies fluxerint, curationem auspicabimur à triplicato pondere supra id quod ab initio retulimus, Dioscorides. Similis huic extat descriptio Damocratis senarijs iambicis apud Galenum de antidotis lib. 2. cap. 116. in paucis quibusdam & parui momenti rebus differens: Codices Græci tamen corrupti sunt, & interpretes quædam male transferunt. Eadem est etiam Mithreæ descriptio eodem in libro cap. 70. quo loco cum Damocratis versibus collato, qua dosi medicamenti vtendum sit illi, qui secundo aut tertio die à morsu demum vti incipit, clarius patebit: nempe triduo à ieiunis bibenda tria cochlearia (κοχλιάρια μικρά, Damocrat. Martianus rectè legit μικρά, id est parua) huius medicamenti, in totidem plus minus vini meri & veteris (dulcis Damocrates) cyathis ita vt quotidie sumant cochleare vnum (vt Martianus rectè vertit, licet Græci codices nostri non exprimant) scilicet paruum, cum tribus vini cyathis: idque facere pergant per tres dies: vel quatuor, si maior fuerit morsus. Si quis vero secundo die antidoto vti incipiat, duplum medicamenti capiat, nempe cochlearia bina, & vini quantum prius. (tres enim cyathi vini, etiam duobus & tribus cochlearijs medicamenti temperandis sufficiunt: si recte legitur, bis in iam citato Galeni loco, ὑπὸ δὶς καὶ τρὶς ἡμιν. Tres quidem cyathi vini appendent vncias quinque. Sed res ipsa quantum vini misceri conueniat ad commodam medicamenti potionem, satis docebit.) Sequentibus autem duobus diebus, hoc est tertio & quarto à morsu, sat fuerit singula quotidie medicaminis cochlearia id est drach. tres, vt infra dicam, ex prædicto vini modo haurire. At si quis tertio à morsu die medicamento primum vtatur, triplum, id est tria cochlearia eo die bibat, & sequentibus duobus quotidie singula: ita enim fiet vt tantundem hauriat, qui tardius bibere incipit, ac qui primo statim die incœpit. Ex hac interpretatione Dioscor. etiam verba clariora fient. Marcellus interpres apud Dioscor. dubitat verum cineris cancrorum cochlearia duo, gentianæ vero vnum, meraci vini cyathis quatuor mixta, à prima die vsque ad quartam bibenda sint, ita vt quotidie hac mensura hauriatur: in singulis diebus vsque ad quartam, quoniam vini cyathi quatuor sunt, bibendus cyathus vnus tantum sit. Nobis (inquit) in priorem illam rationem inclinat animus. Et merito quidem ille dubitat, cum neque Dioscoridis hic locus integer mihi videatur: neq; alij eũ secuti, satis aperte medicamenti vsum descripserint. Multis omnino modis exemplaria Græca, tum Galeni diuersis in locis, tum Aeginetæ, Aetij & Actuarij variant: interpretes etiam Latini alij aliter transferunt: ita vt ratione & iudicio magis quàm collatione codicum intelligenda sint omnia: ego in præsentia non omnia sed vt se obtulerint quædam, partim conferam, partim emendabo. In Mithreæ compositione gentiana ad cancrorum cinerem dupla est, vt apud Actuarium etiam, contra quàm apud Dioscoridem & Damocratem. In eadem, terebinthina etiam adijcitur pari cum gentiana pondere: Martianus interpres eam vocem omittit cui ego assentior, licet καὶ præpositio sequatur, quæ duo vt minimum ante se nominata pharmaca postulat. Videtur sanè hæc vox ab aliquo adiecta, qui πισσόβιτον perperam legerat: (apud nullum enim aliàs reperitur) pro στυρακίνης aut κεδρελαίου, aut alia simili voce, Damocrates κελεβινθίνης dixit. Iam cum in eadem compositione Mithreæ, triduo exhibendum hoc medicamentum bis scriptum sit, semel autem ad sex dies: Martianus sex tantum dierum mentionem facit: apud Aeginetam dies quatuor legimus, apud Dioscoridem vsque ad quartum, id est tres: Aetius theriacam quoque primis tribus diebus propinat. Quanquam Aeschrionem Galenus suum è cancris medicamentum per dies quadraginta propinasse solitum scribit: quod quidem ratione non caret, quoniam ad eum vsque diem ferè aquæ pauor timetur. Cochlearij nomen non omnino certæ semper significationis videtur. Vbi Galenus dicit κοχλιάριον ὑμιγὲς, Aetius cochlearium simpliciter habet. Iam cum cochlearium magnũ (quamuis id aliud videtur quàm ὑμιγὲς) vini tres vncias cum scrupulis octo capiat, vt Aeginета docet: quis tale vasculum arido puluere vel semel plenum, vt duplam & triplam mensuram taceam, vnica potione hauriret? Præstiterit igitur cochlearium ὑμιγὲς de paruo intelligere, sed bonæ mensuræ vt vulgo loquũtur. Porrò quòd Dioscorides scribit cancros vrendos esse in sarmentis vitis albæ, & Galenus in vase æris rubri, Aeginета in vnum conuenit vrendos monens ἐπὶ πλακατίδων λεπτῶν ἀμπέλου ἐν πυρίνῳ ἀγγείῳ χαλκῷ, sic sentiens nimirũ vri debere cancros

cros in æneo vel Cyprio vaſe,cui ſubiectus ſit ignis ex ſarmentis vitis albæ:vel vitis ſimpliciter,vt Actius habet: κα-λ̓ν ἐκ τῶν πρὸ τῆς ἀμπέλου ἐστραμμένων: interpres non ſatis clarè ſimpliciter vrere vertit. Dioſcorides tamen ſenſiſſe videtur cancros ipſis ſarmentis dum vruntur,non vaſi imponendos eſſe. Galenus parum curare videtur ex qua materia ſuccendatur ignis,poſtulat autem vas æris rubri:nimirum quòd ex ære etiam ſalutaris quædam cõtra venenum vis cancris accedat. Ex Cypro quidem (inquit Marcellus) in omnes medicinæ vſus æs laudabatur. Huius medicamenti cochlearij menſuram quotidie cum aqua calida dabis vſq; ad dies quadraginta: quòd ſi non ab initio,ſed poſt dies demum aliquot morſus vti incipiat,bina quotidie dabis,donec dies quadraginta expleas, Actius. Montanus interpres dierum numerum omiſit. Facile quidem fieri potuit, vt negligentiores aliqui ρκ pro ρμ ſcriberent aut legerent. Aegineta præter cæteros docet cancros creſcente luna ſumendos eſſe, idque ante Solis ortum. Diacarcinon antidotus,ex ſiciliquo cineris cancrorum, & drachma gentianæ contritæ mixta,bis aut ter aut ſæpius ex vino albo datur:iis vero qui iam horrent aquam, frequentius exhibere conuenit: vt autem bibant,ſuppone poculo lacerum pannum ex ſella (ἀπὸ σέλλης,apud Galenum. Dioſcorides in capite de lepore,& in capite de coagulis ἀφέδρου pro puerperio accipit. Poteſt autem hoc faciendum intelligi, vel vt medicamentum bibant:vel ſimpliciter vt bibant,cum potum omnem abhorreant) Actuarius. Gentiana etiam per ſe inſtar cochlearium trium ex aqua efficax eſt,diebus quadraginta vel ſexaginta, Galenus & Actuarius. In libro Secretorum,qui Galeno attribuitur,cap.59.eadem ferè leguntur quæ de ſimplicium facultate lib.11.cap.30. & medicamenti è cancris deſcriptio talis,qualem ex Actio infra recitabimus. Huius medicamenti (inquit) cochleare vnum magnum ex aqua bibatur,nec minus quàm drachmæ tres bibatur. Myſtrum ſanè ſiue cochlearium medicum drachmas tres continet, vt Ge. Agricola probat, apud quem plura reperies de cochlearij diuerſis ſignificationibus,tum alijs,tum in liquidorum & aridorum menſuris. Sed his omiſſis Galeni de hac ex cancris antidoto verba lib.11.de ſimplicib.cap.30.afferam. Fluuiatilium cancrorum cinis (inquit) quanquam ſimiliter prædictis (cochleis,echinis) exiccatorius eſt,totius ſubſtantiæ tamen proprietate mirabilis eſt eius in ijs qui à rabiente cane ſunt morſi,effectus,tum per ſe,tum cum gentiana & thure multò præſtantior. Thuris partem eſſe vnam oportet,quinque gentianæ,cancrorum decem. Et rarò equidem aliter illis vſus non ſumus vſi:cæterum ad eum modum plerunque,quo Aeſchrion empiricus,medicamentorum peritiſſimus ſenex, conciuis ac præceptor meus. Patella erat æris rubri,in quam impoſitis cancris viuentibus,eos hactenus vſſit,dum facile ad leuorem redigi poſſent. Hic Aeſchrion paratum ſemper in ædibus hoc habebat medicamen,vrens cancros æſtate poſt ortum canis, quando Sol in Leonem tranſiſſet,non niſi Luna decimaoctaua. Porrò bibendum hoc medicamen iis qui à cane rabido fuiſſent morſi præbebat quotidie diebus quadraginta,menſura cochlearij magni (ἐμμελὲς) aquæ inſperſum Actius non protinus ab initio,verum aliquot poſt dies curam cepiſſet demorſi, tunc quotidie duo cochlearia aquæ inſpergebat. Interim vulneri emplaſtrum è Brutia pice adhibebat. Hæc tametſi à præſenti inſtituto aliena (inquit Galenus) ſcribenda tamen cenſui,quia magnopere medicamento huic ipſe confiderem, nimirum cum nullus vnquam eorum,qui illo fuerint vſi,ſit mortuus. Poſt hæc Pelopem præceptorem ſuum notat, qui cur cancri,iijq; fluuiatiles potius quàm marini,à C.rab.morſis mederentur, nihil proprietati ſubſtantiæ tribuens, cauſas naturales ac certas afferre conabatur. Ego (inquit) cancros opinor ex proprietate totius ſubſtantiæ prodeſſe. Volui autem hoc in loco id commemorare,eò quod nullus eorum qui cancris vſi ſunt, totis ſcilicet eorum corporibus,mortuus ſit:quanquam præter huius operis inſtitutum, in quo de ijs quæ tota ſubſtantia agunt differere non propoſueram. Hunc locum Latinus interpres perquam ineptè & obſcurè trãſtulit. Quod ſi eo tempore,quo iam diximus ex Galeno,paratum medicamentum non habueris,non ideo deſiſtes, ſed quocunque tempore præparabis,Actius. Conficies autem hoc modo,Cancrorum fluuialium congruæ magnitudinis, qui viuentes in vaſe rubri æris vremati fuerint,cineris vncias decem,gentianæ vncias tres, (quinq; in Græco, melius) ſynceri thuris vnciam vnam,Actius. De cancris per ſe intra corpus ſumendis,paulo poſt ſuo ordine dicam. Eſt & aliud è cancris medicamentum Cratippi inſcriptum viri egregij & canum nutritoris apud Galenum de antid. lib.2. cap.71. quod præter cancres & gentianam,myrrham recipit cum croco & pipere:& denarij pondere cum vini diluti cyathis tribus datur. Vide etiam Aggregatorem inter remedia morſus C.rab. in Cancri & in gentianæ mentione. Nicoſtrati quoq; antidotus eodẽ libro cap.131.præter cancros & gentianam, caſtoreum ac lycium cum melle excipit. Cl. Apollonij theriaca ad rabioſorum morſus idonea deſcribitur apud Galenũ lib.2.de antid.cap.73. quæ præter cætera multa è ſcinco & cancris marinis exuſtis conſtituitur. Vide plura in Cancro fluu. G.

Cyphi,vide paulo poſt in Antidoto è nucibus iuglandi.

Eſdra compoſitio cum vino ſumpta,& illita cum ſucco mentæ,Nicolaus.

Heræ Cappadocis antidotus apud Galenum lib.2.de antidot.cap.31.videtur & ipſa efficax eſſe morſis à C. rab. propter antecedentia & ſequentia. Cæterum quæ ibidẽ proximè ſequitur Zenonis Laodicenſis,expreſsè ad λυσσώδεις inſcribitur. Hiera Archigenis,vt teſtantur Meſue, Auicenna,Serapio & Haliabbas. Vide ſupra in curandi methodo.

Mithridatis Eupatoris diaſcincu antidotus. Dioſco.vt ſupra emendaui, cum nullam ex eupatorio antidotum reperiam. Antidotus cum ad alia venena,tum ad canum rab. morſus,à Mithridatio diaſcincu nihil ferè differens, præſertim illo quod carmine ſcripſit Damocrates, præterquam paucis in fine adiectis, apud Galenum de antid. lib.2.cap.127.

E nucibus iuglandibus antidotum apud Aetium lib.6.cap.24. morſis à C.rab. etiamſi febricitare cœperint, confert,quadam aduerſus hunc morbum reſiſtendi proprietate,ſomnumq; obiter conciliat. Drachmam vnam eius (inquit) ex aqua pluuiali calida in nocte poſt febris vigorem dato,ita vt mane quidem confectio ex cancris exhibeatur,veſpere autem è iuglandibus: Quæ ſi nõ affuerint,exhibeto quod cyphi appellatur,ſiue illud habueris quod è triginta quinq; rebus componitur,ſiue quod è vigintiocto.

Theriaca diateſſaron,Nicolaus. Theriaca magna,Auicenna. Aquæ pauorem morborum peſſimum hoc medicamentum ſæpe tollere conſueuit, & mirabiliter tantorum malorum concurſui reſiſtere, Galenus ad Piſonem.

Ad aquæ metum antidotus ſiue potio,& catapotia,vtraq; ex caſtorio & granis lathyridis compoſita, apud Galenum de antidotis lib.2.cap.129.& 130. Et cap 67. potio præſeruans ne morſi in rabiem incidant,valde generoſa, Lycij Indici oboli tres cum exigua verbena ex aqua dantur ad dies aliquot.

Medicamenta ſimplicia, quæ intra corpus ſumuntur à morſis à cane rabido.

Allia in cibo, Dioſcorid. Aetius. Abſinthium potum, Aetius. Arietis caro aduſta cum vino, Auicenna: videtur autem bibenda. Alyſſon herba contuſa in edulio, rabiei canis mederi putatur, Dioſcorides. Huic plantæ nomẽ, vt apparet, à pellenda rabie impoſitum eſt. Et quoniam nihil certi de ea noſtri ſeculi homines docent, & veteres quoque alij aliter deſcribunt, quæ ipſe obſeruauerim lectori communicabo. Alyſſon (inquit Dioſcorides lib. 3. cap. 96. & apud alios 105.) exiguus frutex eſt, vnicaulis, ſubaſper, rotundis folijs: fructu duplicem ſcutorum effigie, in quo eſt ſemen quadantenus latum. In montibus & aſperis locis emicat. Eius decoctum ſingultus ſine febri, potu diſcutit. Idem efficit, ſi quis eam aut teneat, aut odoretur: (poterit ſanè hinc etiam alyſſon quaſi alygmon, id eſt ſine ſingultu dictum videri, quod eum pellat.) Cum melle trita, vitia cutis in facie, & lentigines emendat. Contuſa in edulio, rabiei canis mederi putatur. Domibus appenſa ſalutaris eſſe creditur, & hominibus atque animalibus faſcini amuletum. Purpureo linteo (ad collum) circumligata, pecorum morbos abigit. Hæc Dioſcorides interprete Ruellio. Hic primum notatu dignum eſt, quod Dioſcorides ſcribit rabiem canis ſanare hanc herbam in cibo ei datam, hoc alios ad homines à cane rabido morſos tranſtuliſſe. Fieri tamen poteſt, vt vtriſq; conueniat quemadmodum de elleboro creditur. Μονόκαυλον vocabulum, quod vnicaule ſignificat, Marcellus interpres omiſit, quoniam vltimo inter nomenclaturas loco ponitur, vt codices vulgati habent: Ruellius in contextum aſciuit. Pro his verbis, ταύτης τὸ ἀφέψημα πόσει, id eſt herbæ decoctum potum, aliàs legitur ταύτης τὸ σπέρμα ἀφέψημα πόσει, id eſt ſemẽ eius decoctum & potũ. Nomenclaturæ eius iſtæ leguntur, aſpidion, haplophyllon, accyſteton adeſeton: & monocaulon, niſi id potius ad contextũ, vt dixi, referri debeat. Aſpidion dictũ apparet à forma fructus, id eſt pericarpij, quo duplicem clypeolum refert. Atractylin etiam aſpidion cognominari legimus. Plutarchus lib. 5 Sympoſiacôn, alyſſon numerat inter herbas quæ ſolo cõtactu halitúue, aut aſpectu, prodeſſe homini contra ſingultum poſſunt. Gregibus etiam (inquit) ouium & caprarum, ſi circa ſtabula plantetur, ſalubrem eſſe perhibent. Alyſſon (inquit Galenus lib. 6. de ſimplicib.) nuncupata eſt, quod mirifice iuuet morſos à cane rabido. Sed & rabienti quoq; data, ſæpe in totum ſanauit: atque hoc ex totius ſubſtantiæ ſimilitudine efficit: quæ quidem facultas ſola percipitur experientia. Experiendo ſanè ad multa aliquis cognoſcet, eam habere facultatẽ mediocriter ſiccantem, & digerentem, & ſimul abſterſorium nonnihil: caq; ratione vitiliginem & ephelin expurgat. In Arabum libris alyſſon inuenio nominari algacen, vel alguaſcen Auicennæ, vel aluſen: qua omnia à Græco corrupta ſunt. Matthæus Syluaticus cap 36. Latine lilialem dici ſcribit, Lilialis (inquit) folia habet rubiæ, minora, ſubaſpera: per terram quoque rubiæ inſtar extenditur: flore paruo, qualis in ſoiano eſt, lilij planè figura. Deinde Auicennam citat, qui & ipſe florem eius lilio ſimilem faciat: & herbam ipſam calidam & ſiccam in primo ordine, panariciæ, id eſt paronychiæ (aliàs panno) vtilem. Pro lilio, vt Bellunenſis monet, Arabice legitur altors, id eſt clypeus, vnde herba ipſa nominatur torſia, vt Græcis aſpidion. Idem Syluaticus cap. 27. Algacen, inquit, herbę flos eſt ſimilis lilio, exiguus, minor flore ſambuci, caule & folijs rubiæ. Et alibi, Alahuch eſt arbor magna, lilialis dicta, qua caremus Auerrois eluoxat appellat: & renes quoque ab ea obſtructione liberari ſcribit, Aeginetam in eo imitatus: cuius verba ſunt, νεφροὺς τε ἐκ φαρμάκων καὶ φλεγμονῆς. At apud Galenum & Aetium nulla νεφρῶν, id eſt renum mentio fit, ſed ἀκροχόρδων, id eſt vitiliginum, vnà cum ephelide. Apud Dioſcoridem vero φακῶν id eſt lentiginis, quam ego lectionem omnibus præfero quoniam & cæteri ex Dioſcoride deſcripſerunt, aut ſaltem Galenus, alij ex Galeno ſolet autem vt plurimum ephelidis mentio φακῶν. coniungi. Eandem eſſe video lib. 2. cap. 25 apud Auicennam Aſcleni, vel vt Bellunenſis calligat, alſefani dictam, de qua ijſdem verbis, quibus Aegineta ſcribit, renes eam purgare, & mederi morſis à C. rab. hoc tantum de ſuo addit, exiſtimare ſe eam eſſe paſturam camelorum, vel coruorum vt Bellunenſis emendat. Vide hominis inſcitiam, duobus capitibus proximis eandem plantam nomine tantum variante bis deſcribentis. Io. Ruellius reprehendit eos qui alyſſon Dioſcoridis herbam crucialem vulgo dictam exiſtimant, cui flos luteus eſt, quaterna in geniculis folia: item illos qui iliaginem ruſticè dictã intelligunt, folio quadantenus & flore lilij purpureo. Propius autem (inquit) accedere videtur ad eam, quam ruſticam cannabim vocant herbarij: quæ fruticoſa herbula eſt, vnicaulis, folijs per initia ſatis rotundis, vbi adoleuit oblongis, & per ambitum leuiter ſerratis, fructu duplicium ſcutorum effigie, in quo eſt ſemen quadantenus latum. Sed in hoc rurſus eum erroris notat Matthæolus Senenſis. Ego ſanè peregrinam nobis & ignotam Dioſcoridis alyſſon reor, vt Matthæolus etiam: quod vt ita credam, Andreæ Bellunenſis verba in Arabicorum Auicennæ vocabulorum lexico præcipue mihi perſuadent. Aaluſen (inquit) vel aaluſen, ſecundum Ebenbitar ſcribitur per duplicem literam aleph: herba eſt folijs paruis, quæ cito amittit fructus, folijs maior eſt, magnitudine ſeminis cucurbitæ, effigie clypei (appingit autem binos clypeos ouata ferè figura cohærentes.) Geminæ fructus tunicæ ceu vaginæ, vtroque latere ſemina lenticulis paruis ſimilia continent: & per ſingulos caules abundant huiuſmodi fructus. Ii ferè palmo altiores non ſunt. Vocant autem Arabes ipſas vaginas ſeu folliculos fructuum nomine. Et quoniã hi fructus referunt altors Arabicè dictum, id eſt clypeum, herba nominatur Arabice altorſia, id eſt clypealis. Meminit eius Auicenna quarto canonis in capite de curatione morſus rabidi: & Ebenbitar in libro de ſimplicibus præſtantiam eius contra morſum canis rabidi celebrat: Eſt autem notiſſima in Syria. Hæc Bellunenſis. Alia eſt alyſſos Galeni, vel potius Antonini Coi apud Galenum lib. 2. de Antidotis cap. 69. Alyſſum herbam contuſam (inquit) & cribratam repone: huius cum opus fuerit à rabido cane morſis cochlear exhibebis ex aquæ & mulſæ cyathis tribus ſtatim à primo die vſque ad quadraginta: ſin minus, ſaltem primis ſeptem diebus. Alyſſus autem herba eſt marrubio ſimilis, aſperior tamen & magis ſpinoſa circa verticillos (σφαῖραι) florem κυανίζοντα, id eſt ad cœruleum vergentem profert. Hanc inter caniculæ æſtus colligere oportet, & exiccatam cribratamq; ſeruare, vt expirare non poſſit. Hæc Galen. Martianus non rectè vertit, alyſſon orbes habere in ſummitatibus ramulorum, quod Græcè non legitur: & reipſa in marrubio ac ſimilibus herbis verticilli huiuſmodi totos ramulos in geniculis ambiunt, non ſummos tantum. Hæc eadem de alyſſo apud Actuarium legimus, in mentione antidoti diacarcinon. De eadem lib. 1. Aetius ſic ſcribit, Alyſſon eſſe aiunt ſideritin cognomine Heracleam, quæ paſſim iuxta vias naſcitur, flore purpuraſcente, κυανίζοντα: folijs craſſioribus, (περὶ τὰ φύλλα παχύτερα:) ſic dicta quod à cane rab. morſos mirificè iuuet: deinde eadem ei attribuit quæ Dioſcorides ſuo alyſſo, & Galenus eidem, à quo tamen diuerſum eſt. Hæc verba, περὶ τὰ φύλλα παχύτερα, corrupta videntur, pro quibus ex Galeno legerim, ἔχει δὲ σφαίρια παχύτερα,

πεχύτερος, id est verticillos autem asperiores habet, nempe quam marrubium cui similem esse, itidem ex Galeno addendum est. Nam Dioscorides quoq; scribit, sideritin Heracleam marrubio similia habere folia, sed longiora, ad saluiæ aut quercus figuram accedentia, verum minora his & aspera, πεπυκνωμένα: vt apud Aetium etiam φύλλα πεχύτερος recte legere possimus. Caules profert quadrangulos, dodrantales, & aliquando maiores, gustu non insuaui, cum astrictione aliqua: in quibus per interualla velut in marrubio in orbem circumacti verticilli sunt & in his nigrum semen. Nascitur lapidosis (σκληροτόποις) locis. Possunt folia emplastri modo imposita glutinare vulnera, & à vulneribus inflammationes arcere Hæc Dioscor. Ruellius & secutus eum Matthæolus erant, hanc sideritin Heracleam esse putantes illam, quæ tertia huius nominis à Dioscoride coriandri foliis describitur, obliti primam quoq; sideritin Heracleam vocari, foliis marrubij, &c. Hanc vulgo hodie herbam Iudeicam vocant, aliqui tetrahit, vt pluribus probat Ruellius. Diligentiores inquirent num quæ ex vrticæ mortuæ, vt vocant, generibus, huc faciat: qualis est quædam ballotæ similis, purpureis & dulcibus floribus, quam apes petunt præ cæteris eius generis. Matthæolus alysson in secũdo de antidotis à Galeno descriptam passim in Italia vulgarem esse scribit, sed nullum eius nomen affert, vt ne quę descriptionem. Cæterum herba Iudaica Auicennæ, nihil aliud quàm cruciata est. Herba paganica etiam, virga aurea quibusdam dicta, ab alijs Iudaica vocatur. Tetrahit herba vires ad matricem & vrinæ meatus expurgandos, item ad stillicidium & difficultatem vrinæ Platearius celebrat. Aegineta morsis à cane rab. purgatis cicyonia pharmacum quotidie propinandum scribit cum decocto saluiæ. vel sideritidis Heracleæ, ἰῶ καὶ ἀλεξιπυρετικῶν, Marcellus Verg. melius legit ἰῶ καὶ ἀντιπυρετικῶν. Alysson folio (flore potius. Nã Aetius ἀλύσσῳ πεφυλλάδι ei tribuit, vt paulò supra dixi) suppurpureo Phocion Grammaticus describit, Ruellius.

Venio ad tertiam alysson nomine herbam, de qua Plinius, Diffat (inquit) ab erythrodano (id est rubi) frutex alysson vocatus, foliis tantum & ramis minoribus. Quippe nomen accepit quòd a cane commorsos rabiem furire non patitur, potus ex aceto adalligatusque: Mirumque est quod additur insaniam (aliàs saniem, lego linguitum ex Dioscoride & Plutarcho (conspecto omnino frutice eo sanari, aliàs siccari. Hanc Ruellius & Matthæolus rubiam minorem vulgo dictam interpretãtur. Eiusdem generis fuerit rubia syluatica, quam nostri *wuldt meister* & *laberkraut*,, quasi matrem syluæ, & hepaticam, vocant. In syluis & montibus, locisque vmbrosis prouenit, breuior quàm vulgaris rubia agrestis, sed vegetior aspectu, caulibus rectis dodrantalibus, foliis maioribus, minoribus tamen quàm satiuæ: candidis & odoratis floscul orum corymbis: seminibus, ni fallor, gemellis: salutaris homini & pecoribus omnibus creditur, ad omnes occultos morbos, viscerum præsertim, vt pulmonis & iecoris, si radiculæ edantur, aut vino injciantur, quo vsu etiam exhilarare putant helenij instar Homerici, inde impositio nomine *hertz freud* Hæc habui de tribus alysси generibus. Alysson vocant etiam fontẽ in Arcadia cuius aqua potа rabidi canis morsibus medeatur in Cynætheutium agro, Hermolaus in Plin.

Anagallidis succus potus à C. rab. morsos tuetur, Tragus. Aprinum iecur recens aridum cum vino potum, contra serpentium & canum morsus proficit, Dioscorides libro secundo in Græcis codicibus habetur, ἰὸν ἀσπίδων καὶ κυνῶν ἄγχουσα ὠφελεῖ: Ruellius vertit, contra serpentium volucrumque morsus auxilio est. Marcellus legit κυνῶν, & vertit quadrupedum. Ego vero κυνῶν id est canum legerim, nam alibi quoque non raro ἰοβόλων καὶ κυνῶν ἄγχουσα Dioscorides coniungit, vt in gobio, ἰοβόλων καὶ κυνῶν ἀγχόμενα ῥαφίδι ταχέως: Volucrum vero aut quadrupedum morsus, nullos ab eo alibi memoratos reperias. Serapio hunc locum ex Dioscoride citans, nihil quam morsibus venenosis auxiliari vertit. Plinius libro vigesimooctauo, capite decimo. Apri iecur (inquit) inueteratum cum ruta potum ex vino, contra serpentes laudatur: simili modo verrinum iecur, &c. & paulo post de canis rabidi morsu agens, Laudant hirci iecur, quo impositio, ne tentari quidem aquæ metu affirmant. Iecur hirci mature sumptum, subuenit, Ponzet. Suspicetur sanè aliquis κάπρου Græcam vocem quæ aprum significat, interdum à Latinis parum animaduertentibus pro suo capro, id est hirco accipi. Artemisia, Aetius. Aristolochia, Idem.

Bitumen Iudaicum omnium vtilissimum est, ex tribus aquę cyathis potum: datur pondere scrupuli vnius aliàs drachmæ vnius, Aet. Brassica, & eius decoctum in potu, Galenus de Parabil. cap. 68. Britannica, vide inferius in Lycio.

Cepæ & porri in cibo, vt supra ex Dioscor. dictum est. Canerorum cinis epotus, Aetius, Plinius, Colliget, Albucasis: cum melle, Auicenna. Cancrorum fluuialium decoctum, cum quibus copia anethi elixata sit, Idem καρκίνων ποτὸν ἀφέλιμον πρὸς ὑδροφοβίαν, ἐὰν ὑπὸ θαλάσσιος (forte πόλιος) κνίδης ᾖ. Dioscorid. cupor. 2 102. Vbi alia etiam remedia aduersus hoc malum traduntur. Caninus sanguis Dioscor. 2. 89. & Galen. Sanguis rabidi C. illius qui momordit, Auicenna. Saliuntur & carnes canum qui rabidi fuerunt in cibo dandæ, Plinius vigesimonono. Aggregator addit, eius proprie qui momordit. Vide paulò post in iecore C. rab. ex Plin. Capitis canini cinis, vltus (vt supra diximus) illitus vulneri: idem & in potione proficit: quidam ob id edendam dederunt: tuetur à pauore aquæ, Plin. Sextus hunc cinerem simpliciter à cane rabido morsos persanare scribit. Vermis qui sub lingua rabidi canis inuenitur excisus, & circum arborem sterilem ter latus & datus illi qui ab eo morsus fuerit, sanabit. Plinius eundem (exemptum infantibus catulis, quanquam etiam de alijs canibus exemptо intelligi potest) ter igni circumlatum dari scribit morsis à rabioso, ne rabidi fiant. Est limus saliuæ sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu, fieri hydrophobos non patitur. Plin. Canis rabidi id quod sub lingua habet acceptum & potatum cum aqua calida vel ex vino, hydrophobos (perperam scribitur hydropicos) mirifice sanat, Sext. Ego vermem viuum in lingua vel sub lingua canis reperiri nullum puto, sed vel limum, vt Plin. scribit: vel venam aliquam vermis instar turgentem (Tardiuus tumorem vermi similem dixit: in homine quidem ranam appellant, Græci batrachon. tumorem sub lingua, qui maximè pueros infestet:) à quali figura in cerebro etiam meatum quendam vermiformem appellant medici. Apparet autem etiam veteres certi nihil hac de re habuisse, ideoque alios aliter, vermem, linum saliuæ, vel simpliciter id quod sub lingua est nominasse quosdam vero è cadauere canis vermem. Videtur sanè hæc de verme persuasio à vulgo sumpta, quod in bubus etiam genere quodam insaniæ, quam nostri vocant *hornwuig*, terebello iuxta cornua adacto vermem viuum aliquando egredi assueuerat, vt ex reduuijs hominum. Iecur canis qui rabie exagitatur, tostum, & in cibo ab emorsis sumptum ne tententur metu aquæ tueri creditur, Dioscor. Hepar canis qui momordit aliqui edendum dederunt, Aegineta, & Auicenna. Aetius addit assatum: Sextus, coctum. Multò vtilissimè iecur eius qui in rabie momorderit, datur si possit fieri, crudum mandendum: si minus, quoquo modo coctum, aut ius incoctis carnibus. Scio certe quosdam, qui iecur assum C. rab. sumpsere, mansisse superstites, verum non illo duntaxat vsos, sed etiam alijs deinceps medicamentis,

Digitized by Google

dicamentis, quæ huic veneno reſiſtere experientia nouimus. Quoſdam vero cum ſoli iecori fidem adhibuiſſent, poſtea mortuos audiui, Galenus de Simplic. 11 9. Necantur catuli ſtatim in aqua, ad ſexum eius qui momorderit, vt iecur crudum deuoretur ex ijs Plin. Lactētis catuli iecur, & eiuſdem coagulum, Plinius Valerian. quoq; commendat. Catuli coagulum ex aqua propinatum, efficaciſſimum eſt: quod vel ſemel aſſumptum, aquæ deſiderium protinus excitat, ita vt & reliqua humida vniuerſa affatim appetantur: oportet autem catulum non prouectioris ætatis eſſe, ſed nuperrimè natum & adhuc lactentem, Aetius. Caprifici cortex contuſus & ex aqua potus, Aetius. Caſtorei drachma cum roſacei alibi cyatho, Galen. de antid. cap. 68. Centaurium minus potum, Aetius. Chamædrys pota, Idem. Chamæmalum, vide Leucanthemis paulò poſt. Cuculi fimus decoctus epotus, Plinius.

Cynorrhodon. Ad canis rab morſum (inquit Plinius) vnicum remedium oraculo quodam nuper repertū eſt, radix ſylueſtris roſæ, quæ cynorrhoda appellatur. Et alibi, Herbas alias inuenit caſus, alias (vt vere dixerim) deus. Inſanabilis ad hoſce annos fuit rabidi canis morſus, pauorem aquæ, potusq; omnis afferens odium. Nuper cuiuſdam militantis in prætorio mater vidit in quiete, vt radicem ſylueſtris roſæ, quam cynorrhodon vocant, blanditā ſibi aſpectu pridie in frutecto, mitteret filio bibendā in lacte. In Lacetania res gerebatur, Hiſpanię proxima parte: caſuq; accidit, vt miles à morſu canis incipiente aquas expaueſcere, ſuperueniret epiſtola orantis, vt parēret religion seruatusq; eſt ex inſperato, & poſtea quiſquis auxilium ſimile tentauit. Alias apud authores cynorrhodi vna medicina erat, ſpongiolæ, quæ in medijs ſpinis eius naſcitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri, Hæc Plin. Sylueſtris roſæ radix medetur emorſis à C. rab. allio pręſertim vulneri impoſito, Aquiuiuus. Huius remedij excellentia, & impoſitum à cane nomen, diutius huic plantæ immorari me cogunt. Cynosbatus idem & cynorrhoda, id eſt canis roſa, quondam dictus eſt, quoniam flos eius roſeus ſit, & rabidi canis morſibus medeatur: Rura noſtra paſſim cum nouerūt, maximum inter rubos omnes, & qualem in cunctis Dioſcorides deſcripſit, Marcellus Vergilius. Reprehendit eum Petrus Matthæolus, quod diuerſas (vt ipſe inquit) plantas, cynosbaton & cynorrhodon confundat, & pro eadem accipiat. Sed antequam argumenta Matthæoli proferam & refellam, cynosbati ex veteribus deſcriptionem perpendamus. Cynosbaton (inquit Dioſcorides) ſunt qui oxyacanthan dicunt. frutex rubo longe maior eſt, arboris inſtar: folia habet longè quàm myrtus latiora. Spinas in virgis robuſtas, florem candidū, fructum oblongum, oliuæ nucleo ſimilem, cum matureſcit rubentem (κυάνεον, fulueſcentem, Ruellius: fulueſcit autem intrinſecus maximè, foris rubet: quod in roſis tū ſatiuis tum ſylueſtribus apparet) qui floccules, vel quædam lanis ſimilia intus continet. Aluum ſiſtit aridus eius fructus in vino decoctus & potus, ſic vt fine interioribus lanis illis ſumatur: faucibus enim & arteriæ nocent, Hæc Dioſcorides. Canirubus (κυνόσβατον malim in maſculino genere nam in neutro de fructu potius dicitur:) inquit Theophraſtus lib. 3. cap. 18. de hiſt. plan. fructum ſubrutilum, ἐρεθρόν (Athenæus lib. 2. citans hæc Theophraſti verba legit ἐρυθρόν) parit malo punico ſimilem: eſt inter fruticem atq; arborem. Panica non abſimilis folio amerinæ, ἢ ἡ Φυλλάνθου ἀγρία. Columella cynosbaton vaſtis ſpinis paliuro rubiſq; coniungit, cum in conſerenda ſepe præcipit ſemina vaſtiſſimarum ſpinarum ſolo credenda eſſe: cuius generis etiam ſunt cynosbati, quos ſua ætas ſentem canis appellauit Marcel. Verg. Rubi alterum genus eſt, in quo roſa naſcitur: gignit pilulam caſtaneæ ſimilem, præcipuo remedio calculoſis: Alia eſt cynorrhoda, de qua proximo decimo volumine, Plinius lib. 24. cap. 13. Et mox cap. 14. Cynosbatum, alij cynoſpaſton, alij neuroſpaſton vocant: folium habet veſtigio hominis ſimile. Fert & vuam nigram in cuius acino neruum habet, vnde neuroſpaſtos dicitur. Alia eſt à cappari quam medici cynosbaton appellauerunt. Huius thyrſus ad remedia ſplēnis & inflationes conditus ex aceto manditur. Nervus eius cum maſtiche Chia commanducatus os purgat. Ruborum roſa alopecias cum axungia emendat, &c. Cæterum roſas ſylueſtres Theophraſtus de hiſt. plant 6 7 ſeorſim nominat ac deſcribit: Aſperiores (inquit) rum virgis tum folijs conſtat quàm ſatiuæ, & florem minus odoratum, minusq; coloratum, nec tantum magnitudine ferunt. Cynosbati fructus (inquit Galenus lib. 7. de Simplicib.) non parum aſtringit, folia vero mediocriter. Itaq; particularis eius vſus haud ignotus eſt. Cauendum ab eo quod in fructu eius lanæ ſpeciem habet, ceu arteriam vitiante. Idem alibi cynosbata huius fruticis fructus appellat, adnumerans eos alijs agreſtibus, qui vt minimum alimenti habent, ita praui ſunt ſucci, vt cornis, moris rubi, arbuti & halicacabi fructibus, dioſpyris, &c. Matthæolus Senenſis de rubo canino ſcribens, cum hodie ignotum arbitratur, cynorrhodon vero roſam eſſe ſylueſtrem, quam Plinius ad rab. C. morſus celebrauit. Primum, inquit, ſi cynosbatus eadem roſæ ſylueſtri eſſet, nihil opus fuiſſet eam pluribus à Dioſcoride deſcribi, ſed vno verbo roſam ſylueſtrem appellando ſatisfeciſſet lectoribus. Sed hoc argumentum leuius eſt, quàm vt refelli debeat: cum & aliæ quædam ſylueſtres plantæ, nominibus veniant proprijs, nec ſemper adiectione ſylueſtris circumſcribantur: ſic ſpinum pro pruno ſylueſtri dicimus: & ipſas ſylueſtres roſas Germani ſuo nomine, quod de ſatiuis nemo diceret, *hagenbutten* vel *hent nitel* nominamus. Galli eſglantier. Deinde folia multum à myrti folijs differre ait, cū Dioſcorides non ſimpliciter ea myrti folijs comparauerit, ſed tantū multò latiora eſſe dixerit: mihi ſanè quamuis ſerrata, tamen aliquo modo myrti folijs ſimilia videntur, & ſimiliter per ramulos digeſta, bina videlicet è regione. Fructus quamuis longe maior ſit quam nucleus oliuæ, figuræ tamen ſimilitudo reſpondet, de qua ſolum Dioſcorides loquitur. Plinius quidem alibi de cynorrhodo agit quam roſam ſylueſtrē eſſe inter omnes conuenit: quanquam & libij genus, vt poſtea dictū, ſic appelletur: alibi vero de cynosbato: ſed hāc ita deſcribit vt prorſus ei ignota fruſtra videatur & ipſe ſeipſum intricare. Sed non differre cynorrhodon à cynosbato, id eſt roſam caninam à rubo canino, vel ſuis verbis ipſum aliquis coniiciat. Vtrique à cane nomen: vtrique roſam attribuit, vtrique ſpongiam (licet in cynosbato pilulam caſtaneæ ſimilem appellet) vtrique vim eandem in medicina contra alopecias. Nam lib. 25. Aliàs apud authores (inquit) cynorrhodi vna medicina erat, ſpongiolæ, quæ in medijs ſpinis eius naſcitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri. Libro autem 24. Ruborum roſa (inquit) alopecias cum axungia emendat. Et quanquam hæc verba ad proprie dictos rubos refert, in eo tamen errare mihi videtur, cum hoc remedium cynorrhodo debeatur: de quo paulo ante dixerat, Alterum genus rubi eſt in quo roſa naſcitur: gignit pilulam caſtaneæ ſimilē, præcipuo remedio calculoſis. Certe roſæ ſylueſtris ſpongia, pilula propter figuram recte dicetur, recte etiam caſtaneæ echino ſuo adhuc intectę comparabitur. Errat igitur Hermolaus qui cynorrhodon à cynosbato non flore roſeo differre ait, quem ferat vtrunque: ſed ſpongiolis, quas cynorrhodon habeat, cynosbatus non habeat. Galenus circa finem cap. 1. lib. 1. de compoſitione ſecundum locos, κυνοσβατον vocem repertam in ænigmatico quodam medicamento ad alopeciam, cynosbatum exponit. Apud Dioſcoridem rubum etiā proprie dictū, Græce βάτον, cynosbaton cognominari legitur: vt etiā capparin cynosbaton & philoſtaphylon. Attribuuntur autem etiam cappari frutici apud Dioſcoridem, ſpinæ, vt rubi, in hami modum aduncæ: fructus oleæ ſimilis;

milis, qui cū debiscens panditur florem candidū promit, quo excusso, nōnihil glandis oblongæ figura inuenitur, quod apertū grana acinis punicorū similia ostendit, parua, rubicunda. Ex istis notis multę cynosbato etiā proprie dicto cōmunes sunt, quæ Plinio videntur intricasse. Vtrunq; certum apud me est, Plinio cynosbaton ignorasse, quæ apud Græcos inuenerat nullo iudicio transtulisse. Paulo post initiū cap. 14. lib. 24. Alia est à cappari (inquit, quā medici cynosbaton appellauerūt, huius thyrsus ad remedia splenis & inflationes cōditus ex aceto manditur. Neruus eius cū masticbe Chia cōmanducatus, os purgat. Hæc omnia de cappari intelligēda sunt: cuius nō fructus solū, sed etiā thyrsos & cauliculos ad remedia splenis cōditi scimus. Exusdē fructum στοματαγωγεῖν, id est per os purgare & pituitā detrahere Dioscorides author est. Plinius hoc neruo attribuit, cum prius nō de capparis, sed de cynosbati tanquā alterius plantæ neruo in acino eius contento, locutus esset. Proinde vel illa omnia ad capparin referre oportet, cui etiam vua conueniet (quā cynosbato nemo tribuit) vnde & philostaphylon Græci vocārūt, ac Plinius ipse alibi opheostaphylē: aut Plinio omnino errasse fateri. Theophrastus, vt dixi, ἀγνῶσις (ἀγλῶσις apud Athenæū, non placet) id est agni vel viticis foliū cynosbato tribuit, pro quo Plinius χνῶες vel ἰχνοειδὲς legisse videtur, cū vestigio humano cōparet. Visum à se rubum quidā testantur in syluis hac specie, vt quali solea esse videretur, Hermolaus. Mihi animus inclinat mutilum esse hunc Theophrasti locū & ἀχνώδη legendū, referendumq; ad fructū non ad foliū reuera enim ἀχνώδη est cynosbati, id est rosæ syluestris, vt etiā satiuæ fructus: hoc est acerolus, & floccis plenus quo sensu πάνυ ἀχνώδη ἐστῶσι Dioscorides dixit: ἐχίνω Varinus exponit ἀχύρου, & τὸ ἀχύρου λεπτὸν περικάρπιον, ἀχύρου ἄμοιον. Cæterum vbi malo punico similē cynosbati fructū esse Theodorus vertit, Græcè legitur, καρπὸν ἐχίνου ἔχει ἐπὶ μᾶλλον τῷ τοῦ ῥοῦ: Athenæus non recte habet πρὸς ῥοῦ) id est fructū, vel semen potius, rubicundū habet, & mali punicæ semini simile: & sic vertendū erat ne quis integro malo punico cōferri arbitraretur: quod vt caueret Marcellus Vergilius in alium errorē incidit, transferendo, punicæ cytino simile. Id licet quod ad rē ipsam defendi possit: cytinus enim non solum appellatur flos satiuæ mali Punicæ apud Galenū lib. 6. de Simplic. sed etiā prima post florē pomi ipsius rudimenta, apud eundē lib. 6. de compos. secundū loc. Theophrastus tamen omnino grana interiora significasse videtur: quæ licet alba sint in fructu cynosbati, succo tamē rubente circumfunduntur, & magnitudine figuraq; ad mali punicæ grana quàm proxime accedunt. Eodē planè sensu Dioscorides de cappari scribit, fructū eius apertum grana acinis punicorū similia ostendere, parua, rubicūda. Errat Ruellius in historia sua plantarū, circa finē capitis de rubo canis, cynosbaton magnitudine inter fruticē & arborē punicæ esse scribens: fefellit eum non bene distincta translatio Gazæ. Græce quidē clarissimè scribitur, cynosbaton inter fruticem & arborē simpliciter magnitudine esse, deinde additur, punicæ simile, aut si libet æqualem: nā τὸ μεγέθει ἴσον nonnunquā ad quantitatem refertur. Opinor autē in foliis etiā similitudinem esse nam & punicæ folia, vtpote gemina sibi opposita & angusta, myrto cōferuntur. Capparis quamuis & ipsa cynosbatus appellatur, propter spinarum maximè similitudinem: longè diuersæ tamen naturæ est, quàm nostra hæc cynosbatus nec vllæ eius species existimari debet, vt neq; aconiti quamuis hoc etiam nomen ei tribuatur. Neq; enim homonyma, id est ea quibus idem nomen est, ratio vero substantiæ diuersa, ad vnum genus referri debent. Errat igitur duplici nomine Matthiolus, qui Plinium lib. 24. cap. 14. duas cynosbati species facere asserit, vnam vestigij humani foliis, alteram foliis capparis. Non enim species duas cynosbati illic Plinius facit, sed præter cynosbaton capparin quoq; sic appellari tradit cappari verò folio similem. præter ipsam capparin (quam ipsam sibi similem esse nihil mirabimur) cynosbatum nullum facit. Sed quid opus est pluribus? cū vel vnica ista nota, de floccis & lanis in fructu sufficiat (quæ nulli alteri fructuum cōuenit, quod ipse legēdo vel aliter obseruauerim, quam vt Dioscorides soli cynosbato attribuit, ita nos in solo cynorrhodo, id est rosa syluestri, quam quam in satiua quoq; reperimus. Quod autē illi arteriam infestent, sæpe periculo meo ipse didici. Horum causa fortassis flatu auerso fructum huius legendum præcipiunt, ne periclitentur oculi, vt Theophrast. scribit in hist. plant 9. 9. Atqui non possunt flocci illi in oculos inuolare, cùm in vasculo suo semper inclusi maneant. etiam atido, si tamen ingrederentur oculos (quod vasculo per hominem aperto fieri posset à vento) omnino læderēt. Verum nec ipse Theophrastus simpliciter hoc approbat, sed ab herbarijs dici aut fieri scribit quędam huiusmodi, partem fortitan rectè, partem quorem suam ostentant ac prædicent. Sed de scriptione omissa vires in medēdo consideremus: quas illi Dioscorides & Galenus astringēdi aluum, sistendi tribuunt. Atqui rosas syluestres nostras cū alijs partibus, idq; magis quam satiuas, tum præcipue fructu, liccare, astringere, sistere, apud omnes hodie in confesso est, & gustus ipse manifestò ostendit. Non est autē quòd miremur quo pacto validè astringentia venenis resistant, cū & alia non pauca eiusdē generis habeamus, vt pentaphyllon, tormentillam, terrā Lemniam, chalcanthum &c. siue tota substātia id agant, siue quia partes corporis roborant, ita vt & promptius venenum repellant, & meatibus clausis minus ab eo afficiantur. Hieronymus Tragus etiā dupliciter errat, primum quòd cynosbaton à cynorrhodo separat: deinde quòd spinā sepibus nostris vulgarē, quam pleriq; hodie spinā albam vocāt, cynosbaton facit. In qua tamē, vt reliqua taceā, aculeorum species ipsum docere poterat, cynosbati nomine ei non cōuenire baton enim Græci rubū appellant, fruticē vulgò notissimum, cui aduncæ & hamatæ sunt spinæ: à quarū similitudine nō in fruticū genere solū plantas diuersas cynosbati, id est rubi canini nomine vocauerūt Græci, vt cynorrhodon capparin, rubū ipsum, similacem asperam, cui rubi vel palluri spinas esse Dioscorides testatur sed inter animalia etiā baton piscem planū, quem raiam Latini vocāt. Spinæ albæ verò sic vulgò dictæ rectæ omnino & minimè aduncæ spinæ rigēt. Plin. 24. 14. Inter genera rubo. um, inquit, rhamnos appellatur à Græcis, ramos spargēs rectis aculeis, nō vt cæteri aduncis proximè autē de rubo primatim dicto, & cynosbato locutus erat, vt vel inde cōstet neutri illorū rectos esse aculeos. Rhamnum certe Græci batoi, id est rubi generibus nō adnumerant. Plinio tamē viro Latinæ & patriæ linguę doctissimo, in sua lingua rubū cōmunius fecisse vocabulū licuit, quàm Græci baton faciāt. Inter Græculā rosam & moschuton dictā, quæ funditur è caule maluaceo, folia oleacea habens, media magnitudine autumnalis est, quam coroneolā vocant: omnes sine odore præter coroneolā & in rubo natā, Plin. 21. 4. Cū igitur sua in rubo rosa sit, quid obstat quin illam nūc à rubo cynosbaton, nūc à rosa cynorrhodon appellemus, nulla interim rei ipsius differētia? Apparet etiā ex his Plinij verbis rosam in rubo odoratā esse: quod idcò dico, ne quis imperite pro rubi rosa, proprie dicti rubi flores accipiat: quod ipse Plinius in remedijs ex rubo fecit, vt supra dixi. Maximè aūt odoratū est rosæ syluestris genus nostranū, & cæteris minus, nō florib tantū, sed frutice toto, nostri ob suauitatē odoris vinariā (*Vneuroeſſe*, cuius cōgeneris videtur *Meineresse*) appellāt quā cū semel & iterū in horto plantasse, statim degenerauit, & omnē qua prius vndiq;, foliis maximè, suauitate odoris spirabat, exuit. Herm. Barbarus in proximè recitatis Plinii verbis legit, præter coronariam in rubo natā, sine copulatiua coniunctione quā nostri codices habēt, quos ego magis pro

uimus enim cynosbatum & rosam in rubo nascentem, quæ tamen autumno apud nos quidem non floret: nisi raro fortassi. nam & satiuas interdum autumno florere vidimus. Ad hæc cum alibi etiam cynosbatum & rosam in rubo describat, coroneolam tamen vocari nusquam meminit. Hermolaum & hac in re & alijs omnibus, vbi de cynosbato scribit secutus est Io. Ruellius: Idem, Coroneola (inquit) in rubo nata, iucundi odoris est, sed angusti. Rosa vineæ vocatur flos spinæ albæ, Syluaticus: hinc errandi forte occasio nata quibusdam, vt spinam albam cynosbatum facerent. Idem Syluaticus cisthum rosam caninam vocat, & aliam eius speciem (ledon forte) rosaginẽ. Recentiores (inquit Ruellius) tum rosaginem tum rosam caninam vocant, fruticem thymo maiorem: folijs ocymi, rotundioribus, flore mali punicæ: flos masculo rosaceus est, fœminæ albicans. Ego in summis alpibus circa saxa odoratum fruticem, prorsus lignosum, humilem, & copiosum vbi nascitur: folijs oleæ, pinguibus, duris, & rufis parte supina: flore mali Punicæ rosco sæpe reperi, quam Heluetij etiam in alpibus *rosikrut* (si recte memini) appellant. Sed rhododendron quoque in Gallia rosaginem vocari Ruel. meminit. Quidam sentem canis non recte pro vulgari rubo accipiunt. Cynacanthan in lexico Ambr. Calepini pro oxyacantha imperitissime scribi & exponi reperio. Stephanis agria apud Aetium corruptè legitur pro staphisagria ad vitia pforasq; capitis: nisi quis stephanida putârit esse, quam à nostris coroneolam vocari diximus, hoc est cynosbaton: vtique si & hæc, vt rubi, manantibus in capite vlceribus præsidio esse potest, Hermolaus in Staphidem agriam Dioscoridis. Physcius Locrus Amphictyonis filius, cum forte inter eum & parentem obortum esset dissidium, multis ciuium acceptis de sedibus statuendis Apollinem consuluit: responsumq; tulit, vt eo loco vrbem conderet, ὅπου πρῶτον τύχῃ ὁ ηχθεὶς ὑπὸ κυνὸς ξυλίνου. vbi à cane ligneo morderetur. In alterum itaq; maris littus transgressus, cynosbatum, id est caninum rubum pede compressit: vexatusq; plusculos dies vlcere, eo loco vbi oraculum iusserat, (loci natura interim cognita,) vrbem condidit, Physcos (Φυσκεῖς) Hyanthiam, & alias omnes, quas Locri Ozolæ coluerunt, Cælius Calcaginus in Equitatione: transtulit autem ex Græcanicis Plutarchi, problemate 15. Errat autem ab initio: sic enim vertendum videtur, Amphictyon filium habuit Physcium, is Locrum, Locrus Cabyen Locrum: quo cum orto dissidio, pater multis ciuium assumptis, &c. Meminit etiam Athenæus lib. 2. & Cælius Rhod. 17. 28. Canẽ ligneam Theophrastus cynosbatum vocat, Varinus. Illud ferè præterieram quod supra iam dictum oportuerat. quo sententia nostra cynorrhodon non aliam à cynosbato esse, vel maximè confirmatur, ex eodem Varino: apud quem verba hæc Græce habentur, Κυνόσβατος· φυτόν ἐστιν, ὅμοιον ῥόδῳ ἔχον τὸν καρπόν· ἔστι δὲ μεταξὺ θάμνου καὶ δένδρου· παρόμοιον τοῖς ἰτεικοῖς, ἢ ῥοδίοις, ἀκανθῶδες. Hoc est, Cynosbatus planta est quæ fructum rosæ similem habet: magnitudine inter fruticem & arborem: similis punicis arboribus vel rosis satiuis, spinosa. Et paulo ante nomen ei à cane impositum scripserat, propter asperitatem & spinas quibus ita videlicet riget, vt canis serratis dentibus suis. Κυνάκανθα apud veteres Græcos aliquoties legitur, quorum verba citat Athenæus lib. 2 semper autem adijcitur ἀκάνθα. id est spina. Hecatæus Mileũus in montibus altissimis circa mare Hyrcanium nasci scribit ἀκανθώδη κυνόσβατον· & alibi, In Chorasmiorum montibus arbores sunt syluestres, cynara spina, salix, myrica: nascitur etiam circa Indum fluuium cynara. Et Scylax vel Polemon, In montibus (inquit) proueniunt cynara, & aliæ herbæ. Cæterum Didymus grammaticus apud Sophoclem quid sit κυνάκανθα exponens, dubitat an sit cynosbatus, eò quòd aspera & spinosa sit planta. Hæc Athenæus: cum ab initio propositum esset loqui de herba cinara. κύναρον (inquit, in neutro plurali numero. Sophocles κυνάκαν, per ypsilon vocat, in singulari fœminino: quo modo etiã ipse paulo post per ióta scribit κυνάκαν, & eandem esse putat herbam quæ carduus Romæ vocata sit, & in Sicilia cactus: quanquam & caules eius cactos vocarent cibo idoneos, vt alium eiusdẽ caulem κάρδωνα (aliâs κήρδωνα) & in capitulo medullam ablatis pappis palmæ cerebro similem, ascaleron: vnde vulgare nostri temporis nomen arrichau natum mihi videtur. Eadem ferè Plinius de cacto, & caulẽ pternicem vocari ait, sed pro ascaleron habet ascalla. Cynaron fortassis esse cynoabaton, Hesychius etiam & Varinus Athenæi verbis scribunt. Apud Suidam κύναρον nudum nomen legitur, pro κύναρον forte, lic et ordine repugnante. Κύνακα, cynosbatum, vel planta quam capras depascerentur, Hesychius: in Lexico Græcolatino κυνάκα, pro cynosbato exponitur. Κυνὶς, genus herbæ spinosæ similis rosis, Varin. κυνόκνεφον, herba quædam, Hesychius & Varinus. hæc etiam à cane & aculeis nomen habet, vt non alia quàm cynosbatus videatur. Est & rubens lilium, quod Græci crinon vocant alij florem eius cynorrhodon: laudatissimum in Antiochia & Laodicea Syriæ, mox in Phasclide, Plin. Cynorodon lilium est hyacintho simile, Hesychius & Varinus, hoc nimirum fuerit genus illud lilij montanum apud nos, quod recentiores nonnulli non recte asphodeli genus faciunt, flore rosco, cuius folia reflexa maculis asperguntur, quales & hyacintho tribuuntur. nostri à radicis colore radicem auream vocant. Itali martagon, forte corrupta a vulgo voce pro cynorrhodon. Est & rubens lilium, satis apud nos frequens, differens à purpureo: florem lilij nascẽtis in Italia cynorrhodon vocari Plinius est author: quod & Hippocrates accepit, cum rubentia cynorrhoda fœminarũ purgationibus commendat in vino, Ruellius. Ego cynosorchin hyacintho propiorem putauerim, flore purpureo, radicis bulbo gemino, quæ aluum sistit è vino pota: qua facultate etiam mentes sistere posse videtur.

Ellebori & elleborismi vim supra in curandi ratione ex Dioscoride docui.

Gallinæ cerebellum potum cum aliquo liquore, Galenus in Parabilib. Ne morsi à rabioso cane rabidi fiant, cerebello gallinaceo occurritur: sed id deuoratum anno tantum eo prodest. Plinius. Gentiana proprietate quadam iuuat pota & applicata, Auicenna, & Serapio secundum Habyx. Quidam solius gentianæ obolos tres in tribus aut paulo amplius meri cyathis per dies duos & viginti propinant, Galenus lib. 2. de antid. in versibus Damocratis. & in fine eorundem cap. 119 similiter, succus autem (inquit) radici præstat. Vsum certe eius præstantissimum esse, ex nobilissima omnium è cancris antidoto, quam supra descripsimus, facile est conijcere.

Helleborus, vide Elleborus. Hinnuli (νεβροὶ) coagulum bibendum, Damocrates apud Galenum libro secundo de antid. Hippocampus marinus tostus, vtiliter comedi proditur à rab. C. morsis: quòd eius sanguis aquæ amorem inducat, & propria quædam vi pauori aquæ resistat. Quamobrem bis ac ter hippocampum comedi cogunt: eundemq; ex acerrimo aceto tritum vulneri applicant, rabiemq; hoc medicamento frequenter peruicerunt, Aetius. Hipposelinum, id est olusatrum potum & illitum, Plinius. Hirundinis fimus decoctus epotus, Idem. Hirundinis fimus illitus vel potus, Ponzettus. Hirci iecur mature sumptum, Ponzettus: Vide paulo supra in Apri iecore. Hyænæ carnes in cibo, vt magi scribunt, Plinius.

Lapathum tum acidum, tum agreste, vt supra explicaui in ratione curandi ex Aetio. Lapathi succus cum melle & oleo potus, Thessalus. Laser potum & cum oleo impositum, Auicenna in Assa. Liquor Cyrenaicus aut Parthicus fabæ quantitate potus, Actius. Cyrenaici aut Medici liquoris obolus è duobus aquæ cyathis, Damocrates

erites apud Galenum. Leucanthemis herba pota efficaciſſima eſt: cui tanta ineſſe vis traditur, vt vel poculi crites apud Galenum. Leucanthemis herba pota efficaciſſima eſt: cui tanta ineſſe vis traditur, vt vel poculi fundo ſublita potionem libenter admitti faciat: Idem aſſerunt chamæmalum efficere. Aëtius. Lycium, Aegineti. Lycij Indici obolitres ex aqua, cum modico verbenacæ: aut lycium per ſe ex ouo ſorbili. Aſclepiades apud Galenum de antid. Lycij Paratici, vel Indici, ſi haberi poteſt, obolos tres ex aqua (aquæ cyathis circiter tribus) N ceratus per dies vigenti duos ieiunis propinabat, celebri (vt aiebat) experimento: Idem efficere aiunt Britannicæ luccum, eodem modo exhibitum, Damocrates ibidem. Lycium in cataplaſmatis deuoratum, Dioſcorides.

Mel linctum aut potum, Dioſcor. Iſaac, Auicenna. Mel decoctum epotum, Plin. Mentam cum granis mali granati aiunt eſſe ſingulare remedium, Porzettus: non exprimit autem ſatisne adhibenda ſit, an intra corpus ſumenda. Dioſcor. vt Serapio citat, & Macer, mentam cum ſale ad C. morſus ſimpliciter apponunt. Metrij iecur aſſatum cũ oleo & modico ſale datur, mira facultate: ita enim præſentaneum eſſe aiũt, vt æger protinus aquam fugiat. Aëtius. Videntur ſanè mihi medicamenta quædam ab aquaticis animalibus aduerſus aquæ metum à veterib. tentata, non tam alia ratione, quàm quod naturæ quadã ſimilitudine obſiſtere poſſe crederentur: vt ex canctis, mergo, caſtore, hippopotamo, vitulo marino: & vrſo etiam fortè ſimili ratione: nam hic quoq; nonnullis in locis amphibius eſt, ac piſcibus viuit. Ste inter herbas ex potamogitone.

Oluſatrum, vide Hippoſelinum.

Plantago pota, Plin. Valer. Pimpinella (nimirum germanica) detur canibus aut vaccis morſis à cane rabido, ter vel amplius: pro canibus inuoluatur pinguedine: vaccis & cæteris animantibus edenda detur in pabulo. Incertus. Polium potum, Aëtius. Porri, vide in Cepis. Morſus à cane rabido capiat vnciam petrolei, bibatq; dimidium & reliquo locum affectum inungat. Ex lib. germanico.

Ranæ præparatæ & in cibo ſumptæ, Dioſcorides eupor. 2. 102. Rutæ denarij ſex ex vino poti, Apuleius. Rutæ ſuccus acetabuli menſura è vino bibitur, Plinius: apud Valerianum denariorum quindecim pondus bibendum legitur.

Spinæ albæ ſemen potum, Dioſcorides vt citat Serapio: codices Græci habent ἐχεμυθικὸν, id eſt ſerpentium morſibus.

Terra ſigillata, id eſt Leminia, cum vino diluto ſumpta, & ex acri aceto impoſita foris, Galenus de ſimplic. libro 9. cap. 2.

Vitis albæ radix pota, Aëtius. Quidam ius ex vitulo carnis decoctæ dant potui. Plinius. Vrſini fellis myſtra duo cum duobus aquæ cyathis, ieiunis triduo offerunt, & in magna admiratione habent, Damocrates apud Galenum. Hæc ſunt quæ ex veteribus, quorum hac de re ſcripta hoc tempore habui, & recentioribus nonnullis. In rei medicæ ſtudioſorum gratiam præcipuè, ſummo labore colligere & conferre volui: Quæ ſi cui non per omnia ſatisfaciunt, legat inſuper qui de morſu rabidi canis ſcripſerunt, Conſtantinum Practicæ lib. 7. cap. 23. & recentiores, Arnoldum in Breuiario 3 15. (& 3 16. vbi de canis non rab. morſu tractat:) Gordonium 1 17. Valeſcum in Philonio, Bruſchum in Hortulo ſanitatis, Fuchſium in Methodo, Victorium Faxianum parte 4. tractatu 3. cap. 2. & Antonium Guaynerium cap. 12. de Venenis. Nunc antequam ad Philologiam aggredior, de paucis quibuſdam adhuc medicinæ candidati mihi admonendi ſunt: quæ licet opportunius alia alibi in præcedentibus dici potuiſſent, hic corollarij vicem tenebunt. Arabes non raro dum ex Græcis ſua transferunt, κυνόδηκτα non ſimpliciter à C. morſa, ſed à rab. C. verterunt: ex recentioribus etiam multi confuderunt, quod mihi in colligendis medicamentorum catalogis, quos ſupra poſui, laborem adauxit. Remedia quæ hydrophobis, id eſt aquam pauentibus ſalutaria inſcribuntur, vel ad hydrophobicum affectum, ferè ſemper accipi debent pro illis quæ affectum abſentem prohibent, & ab eo præſeruant ac tueantur, quæ etiam ſimpliciter morſis à rab. C. auxiliaria dicuntur, & ne morſi in rabiem incidant. Horum pleraque intra corpus ſumuntur, vt ſanas adhuc partes corroborent, & venenum ab eis auertant: perpauca quæ foris adhibentur eodem donantur præconio, vt aquæ formidinem arcere dicantur: ea enim potius vt affectum curent præſentem, & quod adeſt venenum euocent in vſu ſunt, vt nõ propriè ſed per accidens ab aquæ metu præſeruare dici poſſint. Remedia quædam (inquit Galenus in aphoriſmum 22. libri 2.) ab affectione adhuc abſente præſeruant, alia præſentem curant: tertium genus ex præſeruatione & curatione miſtum eſt, quod proprio nomine caret atque idcirco aliàs alia medici vocant appellatione, nonnunquam præſeruari dicentes, ne morbus qui iam incipit generari, ad complementum perducatur: nonnunquam vero curari, quemadmodum in ijs quos canis rabidus momorderit. Quæ enim ipſis adhibentur medicinæ, duplicem habent appellationem. Nam nonnunquam rabiei remedia dicuntur, ac ſi rabiem facientis affectionis dicerentur. Nonnunquam vero non remedia præſentis affectionis appellantur, ſed à rabie futura præſeruantia. Hæc ſi quis prolixius à me tractata exiſtimat, is ſecum perpendat velim quam latè huius argumenti vſus pateat. Neque enim ad rabioſos canes ſolum quæcunq; hactenus dicta ſunt pertinere omnia quiſquã arbitrari debet: ſed præterea ad aliorum quoq; animalium morſus, idq; tribus diuerſis modis. Aut enim perpetuo venenata ſunt quæ mordent, vt viperæ & alij pleriq; ſerpentes: Aut non venenata: eaq; vel non rabida, & ſimplici morſu lædunt, qui tamen non prorſus veneno caret, in profundo præcipue vulnere: vel rabida & cum morſu venenum inſtigunt nihilo mitius quàm quæ perpetuo venenata ſunt. Sed cum multa ſint, vt dixi, animalia quæ morſu aut ictu nocent, medicis tamen præcipua cura fuit rabidi canis morſus impugnare: quod hoc animal, vt ſupra dictũ eſt, frequentius homini & familiarius ſit, eoq; minus caueri poſſit. Quiſquis verò exploratam habuerit medendi morſis à rab. C. methodum, & ſimul materiam ſiue particularia medicamenta cognouerit, eadem opera à qualibet animante morſis hominibus cum Deo opem feret. Potiones quæcunq; contra viperatum morſus deſcriptæ à nobis ſunt, aduerſus rab. C. morſus etiam efficaces erunt, Damocrates apud Galenum lib. 2. de antid. Morſis à crocodilo conueniunt eadem remedia quæ ad morſos à cane ac ad reliquos relata ſunt Aëtius. Empla ſtra ad demorſos à cane vel vrſo aut ſimilibus animalibus ſtatim à principio commodè adhibentur ex ſale & cerutſa apparata, &c. Idem. Et rurſus. Omnia ferè quæ ad canis morſum dicta ſunt, etiam à fele morſis conducunt. Erit præterea, quod nemo ante nos monuit, non mediocris occaſio ab hac curandi ratione propter affectus & ſymptomatum ac periculi ſimilitudinem, ad febrim peſtilentem eiusq; vlcera curanda tranſeundi: Quod eruditi medici facile animaduertent: nobis ad ſequentia properandum eſt. Κυνόλυσσα ab Andrea medico hydrophobus eſt dictus. Galli morſos à cane rabido ad S Hubertum adducunt, vbi à ſacerdotibus certa victus ratione eos curari audio: aquam bibere iubent & quotidie edere aliquot ouа dura ex acetо. Alyſius. Idem in Gallia λυσσώδη canes ad ſacerdotes tantum adduci ait. Templum inquit eſt D. Lamberti in vrbe

quadam Picardiæ: huius sacerdotes adducto ad se Lyssodecto crucem scindunt in fronte, & vulneri imponunt particulam ignitam de stola D. Lamberti refectam (quam tamen nunquam minui siunt) vulnus iterum consuunt, & emplastrum quoddã imponunt, præscribunt & victus rationem, vt ova dura, &c. Quod nisi curetur homo morsus intra dies 40 constrictis in lecto pedibus manibusq; eum vinctum altero lecto superimposito premente suffocant, tanquam de cuius salute deploratum sit & alijs forte mordendo noxium futurum: nec putantur hoc faciendo quicquam peccare, Hoc ille.

II. Philologia.

a. Canis, à canendo, authore Varrone, quod latratu signa dare soleat. Græcis κύων, παρὰ τὸ κύω, quod amare nobis indicat, vt docuit Eustathius, Cœlius: est enim animal natura φιλάνθρωπον, id est hominis amans, Varinus. Dubij generis est apud Græcos pariter & Latinos, ita vt hos vel has canes vtrunq; sexum comprehendo dicamus. Κυνὸς, ὁ καὶ ἡ, ἀπὸ τοῦ κύνω (alijs, κύων) κυσαίνω, ἢ παρὰ τὸ ὀκύς, transcriptione literarum: ἢ παρὰ τὸ ὀξὺ ἔχειν ὄψιν, Varinus. Κυνίσκας, τὰς κύνας, vt phialas & phialiscas dicimus, Suidas, Varin. Nostri peculiari voce *hetz* in cane vocando vtũtur, ab Illyrijs forte sumpta qui canem pes appellant. Μασσὴρ & σκύμνα pro cane apud Varinum legimus: posterius etiam apud Hesychium. Ἀκαμάτης, canis, παρὰ τὸ ἀκάματόν ἐστι διὰ τὸ δεσπότας, Varin. ex Methodio. ἀλαλάζω adulator est. Catuli non solum canum fœtus dimittuè, verum omnium animalium appellantur, Novius: Catuli aspidis, viperarum, draconum, lacertarum, simiæ, t gridis, vulpium, murium, Plinio: serpentis, Virgilio Georg. 3. leonis, Claudiano & Virgilio. Ego cum de canibus intelliguntur, absolutè pono, puto, de cæteris non nisi cum additione. Catulum canis Varro libro 4. de lingua Lat. dictum ait à sagaci sensu & acuto. Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos, Virgil. Chrysippus omnia in perfectis & maturis docet esse meliora, vt in equo quam in equulo, in cane quam in catulo, in viro quam in puero, Cicero. Græci plura habent vocabula: σκύλακες (inquit Varin. ex Polluce) catuli canum & luporum dicuntur. A scylace diminutiuum fit scylacion, catellus. Σκυλάκιον τὸν κύνα λέγετε, Hesych. Scyllos proprie de cane infante dicitur, Κύων τὸ ἔθνος, ἢ ἐπὶ νηπίων καὶ τῶν ὀλιγοχρόνων ἀξ, Orus. Scymnos paroxytonum de leonis catulo, oxytonum vero de catulis aliorum animalium, Eryci. ol. Pollux & alij non distinguunt: nam Hesychius & leonum & aliorum animalium σκύμνας paroxytona dictione vocat: de canibus neutrum inueniri puto. Catuli animalium illorum quæ proprium nomen non habent, scylacia vel scymnia dicuntur, Pollux. Catellum Græci etiam cynidion & cynarion vocant, Varin. Suid. non solum autem ætate exiguos sic vocant, qui proprie scylaces dicuntur, sed potius naturæ, vt Latini caniculas. κάλλιον, κυναρύτριον, ἐκ τοῦ καλοῦ ξύλου, id est canicula, baccillus, Hesychius. & Varin. ego pro cynarion malim schœnarion, id est funiculus: calos enim funis est, vt calon lignum. Tantillum loci vbi catellus cubet, id mihi fat est loci, Plautus in Sticho. Os & labra tibi lingit Manuella catullus, Martialis. Cato etiam catellam dixit fœm. genere. Legimus aliquando hæc ateus hæc catellus & hæc gallus, imitatione Græcorum qui ὁ καὶ ἡ κύων, ὁ καὶ ἡ ἀλεκτρυών dicunt, Semius. Χαμαιδόκα, ἀπὸ τοῦ δέκεσθαι τὰ χαμαὶ, id est ignauissimi canes: aliqui testudines: alij cochleas interpretantur (omnibus ijs tarditatis nota conuenit,) Hesychius & Varin. Xenophon l. 8. institut. Cyri, equos & canes βοσκήματα, id est pecora nominat: & Gratius poeta, pecuaria.

Epitheta. Acer, Horat. Epod. 12. Nec naribus aeres Irecanes, Ouid. Amarus. Atrox. Argutl, Seneca in Hyppolyc. id est sonantes. Scindent auidi perfida corda canes. Ouid. in Ibin. Audax. Auritus. Blandi, Verg. Georg. 3. Celeres, Ouid. Epist. 4. & 5. Citi, Idem Epist. 5. Clamosus. Emeriti, Stat. 3. Syluarum. Feror. Fidus. Fideles catuli, Horat. 1. Carm. Acron exponit sagaces, vel silentium inuestigando seruantes. Horrendus. Horrisonus. Hirsutus. Ieiuna, Horat. Epod. 5. Immanis. Immitis. Immundus. Horatius epist. 1. Infestus. Mœnalius. Mordex. Obscœni, Verg. 1. Georg. Obesus lacte. Claud. in Eutrop. Odoni, Claud. 2. de raptu Proser. Odorisequus, in hymno Lynij Andronici. Pernix canis pecuarius, Columel. Petuigil. Senec. in Herc. fur. Properus. Rabidi, Sene. in Oedipo. Rabiosa, Horat. 2 Epist. Ant rapidis canibus succinctas semimarinis Corporibus Scyllas, Lucret. lib. 5. Raucus. Sagax. Solicitos vocat Ouid 11. Metamorph. quod rem domini diligenter custodiant. Vocalis. Introijit in ædes atet alienus canis, Terent. Pherm. Epitheta Græca, Ἀργιόδους, id est celeres Homero. Ἀργοί, celeres vel albi, Varin. Alunt autem albos, vt quorum corpora molliora ratioraq; sint prius peste infectos, Vide Varinum in Ἀργὸς. Porphyrius celeres interpretari mauult. Ἀργιόδοντες, Homerus Iliad. Λαιψηρὸν, sagax. Εὔτολμοι, Oppian. de venaticis. Καρχαρίαι, ἀπὸ τραχύτητος, asperi, Etymol. Dentibus autem ratione maxime sic dici videntur: vnde & καρχαρόδοντες ab Homero cognominantur, à dentibus serratis, Etymol. in καρχαρ. Λαίβοσι, Oppian. ὁ Λιτραγὼν, παρὰ τὸ λίαν αἴρειν ἡ ταχὺ εἶναι, id est à nimia velocitate: Vide infra inter prouerbia à cane. Σφίγκτης, λαθροδάκτης, Hesych. & Varin. Vide ibid. Γλαυκώπιδες, apud Homer. Odysseæ 5. Ξ. δῦ φασι. Aristarcho: melius ἐπὶ τοὺς ἀκτὰς μεμαυῖαι, ἀϊσσουσι πεπτηυῖαι, ἴσασι δακόντες, ὑλακτηροί, Scholiastes: Plura vide in Lexico Varini. Φιλοφώγγους, in epigrammate Anytes. κακοφθογγῶν κύων, vehementer clamans aut latrãs. Κύνες τρεῖς, Hom. Iliad. Χ.

Veneti passim Patarinum fulgur, nec non hominem canem Patarinum, summa eius iniuria appellant, Nic. Eychtæus. Canes muti non latrantes, Esai. 56. dicuntur pastores & concionatores populi qui vitia non reprehendunt, sed magis adulantur. Canes lucernarij à dicto quodam viro dicti, qui nihil ipsi scribunt, sed ex alienis tactum colligunt, vt canes qui lambunt alienas dapes. Canis verbum est, quo impudentibus inimicis conuicium fieri solet. Nam militare dictum est in hostem canis: & apud Homerum pro graui contumelia aduersarium dicitur. Terentinus Eu. Diminuam ego caput tuum hodie, nisi ab eo. Ain' verò canis? Donatus. Ἐξαινῶν ἔφυγες ἑκατὸν κύνα, Homerus. Et alibi de impudentibus, Ἐξελάαν ἐκ δήμου κύνας κτεατοφορήτας. Canum impudentiam Oppianus lib. 5. de Venatione notat, quamuis impudentiores eis marinos facit, his versibus: Εἰσὶ δ' ἐπὶ τραφερῇ λάβροι κύνες, ἀλλὰ κύνεσσιν Ἐννάλιοις ὀλίγη τις ἀναιδείη ἐρίσαι, Κυναιδὼς, ἀναιδὴς, id est impudens, proparoxytonum Varinus & Hesychio & Suidæ properispomenon. Κύναιδος, valde impudens, Hesychius & Varinus: Hermolaus quoq; per y. scribit, sed frequentior vsus obtinuit, etiam apud Græcos, vt periòta scribatur, idq; melius meo iudicio: à cane enim qui deriuet non inuenio authorem. Κιναδεῖς, cinædi, molles, κίναδος, ὑγιεῖς αἰδοῖα, ἡ αἰσχρὰ ἀφὸς τὸ κυνέον. Etymol. Κυναδὴς, illiberalis, sordidus, Hesychius & Varinus. Κυνῶπις, impudentes, lidem. κύνωπος, inuerecundus animus. Hesiodo. Κυνώπη, impudentissima, Varinus. κυνώπη apud Hesychium κύνωπον, impudentius, grauius, deterius, Hesychius & Vari. Κυνοθαρσὴς, impudenter audax. lidem. Κυνώπης, ὁ, (quæ vox meo oratu etiam Erasmo in proverbio Atticus aspectus, id est impudens: ab aspectus & oculorum impudentia dictus, apud Homerum Iliad. α. ἰταμὸς καὶ ἀναιδὴς κυνὸς ὄμματ' ἔχων. Legimus etiam in

alia declinatione κυνᾶτος κυνήτου, ἀφ' οὗ ἡ Κυνάτιδος, de vitio oculorum intelligitur, vt κυνανία & de laude eorundem, Varinus: quæ oppositio mihi non placet: cum posterius ad colorem referatur, cæruleum aut nigrum, qui in oculis probatur: prius ad fixum & impudentem aspectum. Eadem ratio est in dictione κυνοβλεψία id est, κύνειον ἀρᾶσθαι, apud Hesychium & Varinum. Canis oculum habere (inquit Pollux) apud Homerum dicitur is qui nimio plus impudens est. Et alibi apud Homerum legitur κύων ἀναιδείης, id est impudens canis, Cælius: in nostro Pollucis codice ἀδείης habetur: & apud Homerum, ni fallor, κύων ἀδδέος. Aristogiton etiam Cydimachi filius cyon, id est canis, vocabatur propter audaciam: & cynes, id est canes, sectatores Antisthenis, Pollux. Cynici philosophi dicti sunt ab ingenio canino, impudente, audace, contumace, Varinus. Cynici philisophi à canum inuerecundia dicti, non priuatim, sed publice quem vellent tanquam allatrantes reprehendebant: Cibum etiam in publico sumebant, & quæuis alia in hominum conspectu faciebant, Etymologus: Athenæus libro 14 non procul à fine, aduersus cynicos, ex Clearcho Solensi, conferens eos cum canibus, his verbis vtitur: Non frugalem & abstinentem vitam exercetis ô cynici, sed reuera caninam viuitis. Verum cum hæc quadrupes, quatuor rebus ab animalibus cæteris differat, vos ex istis duo deteriora solum vobis retinatis. Excellit enim canis sagacitate, & sensu alienos à familiaribus discernendi: qua de causa hominibus conuersatur, & tum domorum alias res pertinentes ad vitam illorum, à quibus benefice tractatur, singulari fide custodit. Harum virtutum neutra præditi estis, vos qui cynice viuitis. Neque enim hominibus conuersamini, neque ex ijs qui agunt aut colloquuntur vobiscum quenquam discernitis: & sensu siue sagacitate plerisque inferiores, inertem ac improuidam vitam degitis. At vitia canum, allatrandi nempe & maledicendi licentiam, & voracitatem: nec non miseram & nuditatem vitæ, diligenter imitamini. &c. Κυνισμὸς δέ ἐστι, ἀνομοιότροπος μέν, ἀλλ' ἐπὶ κακίστοις τοῦ βίου πᾶσιν ὁδηγὸν ἔχουσα τὸν ἐμπαθῆ λογισμόν: Ὁ γὰρ κυνικὸς, ἀπὸ τῶν ἀλόγων ζώων τὸν ἀναίσχυντον μιμούμενος. Κυνισμὸς, εὐτονία ἐπ' ἀρετὴν ὁδοῦ, Varinus. Κυνίζειν, κυνικὸν φιλοσοφεῖν, cynice viuere, vel cynicam profiteri philosophiam: posterius apud Suidam legitur in Ἀντισθένης ὁ κυνικός: prius in Antisthene apud eundem, quo loco plura de cynica philosophia disseruntur, & in dictione κυνισμός. Intet Luciani dialogos est qui Cynicus inscribitur, colloquium cum Lycino. Κυνικὸν διὰ τοῦτο ἀπαιδαίνειν pro κυνίζειν, Varinus in Cynismo. De cynico anno dicam paulo post in mentione caniculæ syderis. Κυνίζειν μὴ βλακεύειν, ἀφαπατᾶν, Hesychius, Varinus: Etymologus deducit τὸ ἄδην τὸ κυνῶ quasi κυνίζειν per iôta. κυνηδὸν, canis instar, Hesychius, Varinus. Sic Latine canatim apud Nigidium Grammaticum inuenitur, aduerbium obsoletum, Nonius. Ἡ γὰρ ἀναισχυντία, καὶ κυνικὴν ἐπιτείνασα τοῦ θυμοῦ, τοῖς ὀδοῦσιν ἐμφύσα εἰς τὸ σκέλος, Suidas. Ab impudentia canis κυναλωπὴξ etiam & κυνοκέφαλος nomina facta sunt, vt inferius explicabo: item cynomyia, id est canina musca, pro impudentissima: cuiusmodi & canis & musca sunt, Etymologus, Varinus: Vide plura inter insecta. Νυκτερινοὶ κύνες, οἱ λύκοι, Suidas. Cynura Lycophroni petræ dicuntur asperæ, Cælius. Κυνεῦραι, astragali sunt, id est, tali, Varinus. Κυνόχαρες, βάλανοι, κύνες τοῦ ἄλεω, ἢ πάλεως. Idem, & Hesychius coniecerit autem aliquis canem cæcum, & ciuitatem ludos quosdam hoc loco ab eis dici, in quibus tesserarum aut talorum iactus quidam hoc nomine appelletur: πάλεις quidem ludi nomen esse vel ex prouerbio notum est, πάλεις παίζειν. Sed hoc ludi genus absque tesseris & talis fiebat, solis calculis hinc inde loco mouendis: Nam Cælius Calcagninus in lucubratione sua de calculis, multis rationibus probat calculorum siue latrunculorum ludum (quos Græci ψήφους & πεττοὺς vocârint: & lineis distinctas in eo regiones, πόλεις) non alium esse, quàm qui hodie passim in vsu duodecim calculorũ ludus nominatur. Huius calculos (inquit) latronum etiam & canum nomine celebratos agnosco, κύων ψῆφος ἐκαλεῖτο πάλαι, Pollux. Omnia quibus datos est talus, cruribus eum posterioribus continent, ita vt erectus in suffragine parte sui prona foras, supina introrsum spectet: & quæ Veneres (κῶλα, lege κῶα) vocantur, intus aduertæ sibi positæ sint: quæ canes (κύα, κύα legendum videtur) foris: quæ antennæ (κεραῖαι) supra habeantur, Aristoteles libro 2. de hist. anim. cap. 6. interprete Gaza. Ex catibus seu iactibus talorum qui sex continebat, Cõus dicebatur & hexites, qui Latine senio dici solet: qui vero vnum, Chius dicebatur, & cyon, id est canis, ex quo prouerbium, Χῖος παρασὴς Κῶος οὐκ ἐάσων: vel plenius, vt Stratides comicus scribit, οὐκ ἐᾷ λέγειν, id est, At Chius adstans non sinit Cõum loqui: Doctis scilicet, qui cum multo inferiores sint, eos tamen qui maiores superioresque sunt, compescunt. Ad quod videtur alluisse Aristophanes in Ranis, de Theramene homine ambiguo atque ideo cothurni nomen adepto, loquens: cum inquit, κἀπόλωνται ξὺν Θηραμένει, οἵτις χῖός ἐστι, καὶ κοθόρνειος ἀνήρ. In eo enim bella est allusio, quod Theramenem Chium fuisse accepimus, Cælius Calcagninus in commentario de talis: in quo præter cætera alium esse Galeni astragalum inter os tibiæ & calcaneum ostendit, alium item Aristotelis: & paulo ante recitatum Aristotelis locum Græce & Latine interprete Gaza, diligenter examinat ac emendat. In talo figura in cadendo vicem habebat numeri. Monada significans vocabatur canis, Persio canicula: Quid dexter senio ferret, Scire erat in voto, damnosa canicula quantum Raderet. Semper damnosi subsiluêre canes, Propertius. Damnosi facito stent tibi sæpe canes, Ouidius. lib. 2 De Arte. Vide Erasmum in prouerbio Chius ad Coum. Onos, id est asinus, vnitas est in cubis vel tesseris, vt in talis cyon, Pollux. Apud Varinum tamen in κύων legimus chium iactum esse τὸ κυβόλων, id est cubis vel tesseris, non talis ludentium; quod non placet. De Theodori translatione quid sentiam alio dicam loco: non differendo statim quod apud Iulium Pollucem legitur, qui non coon nec ischion in talo: sed coon & chion vocari tradit, vt cous iactus idem sit qui senio: & chius idem, qui & canis. Alij tamen pauci (vt idem author est) canem pro monade accipiunt: chium vero pro chiliade (χιὰς, non χιλιὰς in nostris exemplaribus Pollucis legitur lib. 9. curiosi conferant) qui numerus cani sit aduersus, Hermolaus in Plin. 11. 46. Talis iactatus vt quisq; canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat. Suetonius in Octauio Augusto, recitans ex illius quadam ad Tiberium epistola, ὑπερχαλάσαι, τὸν πανηγυρικὸν κύνα, καταγηρᾶσαι κύνα, Varin. & Hesychius: apud quem ὑπερχαλᾶν etiam in singulari similiter exponitur.

Lupus qui & canicula, ferreus harpax: quo si quid in puteum deciderit, capitur & extrahitur, Isidorus. Σκύλαξ, σχῆμα ἀφροδισιακὸν, ὡς τὸ τῶν φοινίκων ζῶντων, Hesychius. Κυνοδέσμη, δεσμὸς ἀκροποθίας, id est vinculum præputij: pars scilicet inferior, vbi adhæret. Eadem pars etiam cyon Etymologo dici videtur, qui scribit, Κύων τὸ κάτω τῆς ἀκροποθίας, σημαίνει φυκὸς τὸ δέρμα τοῦ πέους καὶ ἀναδίδεσθαι, ἢ συνδεῖσθαι, Etym. At Pollux lib. 2. cynodesmion interpretari videtur, non præputij partem, sed vinculum aut fibulam qua ligaretur, his verbis: Ὧν τὰ μὲν ἀνδρεῖα τέτταρα, πέντε τὰ δεσμὰ τὰ κυνοδέσμιον καὶ σπάγχος. Videndum an hæc sit fibula illa Cor. Celsi 7. 25 qua adolescentes vocis aut valetudinis causa in præputio infibulabant. Κύων item scintilla est à ferro ignito, dum cuditur, prosiliens

sitiens, si rectè verto Græca illa Varini verba ὁ ἀλαπηξ κ τὸ σπληκτρ κ τὸ ἀρχεῖον ἐξαλέσμ, & mox ἀπυθρ. Significatetiam pudendum virile, eodem teste: & muliebre, quod ex his eius verbis colligitur, Ὡς κύνων ὀπὶ μερῶν ἡ λεξ ἐστὶν ἡ περὶ τὰ αἰδοῖα συντροφὴ ἀκρ. Eadem significatione κυσὸς legitur, vnde κυσελίσσης turpiloquus apud Eustathium Iliad. 9. pro quo κυσολίσσης, perperam, vt puto, in Græcis quibusdam & Græcolatinis lexicis habetur. Est & morbi genus κυων apud Varinum, quod quale sit non explicat: fuerit autem fortassis cynanche. Item vinculum quo canum cerutices muniuntur, de quo pluribus dicam quinta parte huius capitis. Σκύλαξ vinculum ferreum apud Pollucem. Κύλιξ, pars vngulæ equi, clani, dracones, Hesychius & Varin. Vide in Equo, vbi & κύνοπλον & κυνὶ κοδδε vocabula ponentur. Equos quosdam minus probandos cynepodas fuisse nuncupatos inuenimus, Cælius. Ego apud Pollucem κυνήποδας ἵππους in canum mentione simpliciter legi. Κυνοβάμων equus quidam sic dicitur, Hesych. & Varinus. Κυναιρίς, ἡ κυνηγίς, ἀρχολόγος Hesychius & Varinus: locus videtur mendosus: forte legendum κυνηλίς, ἀστραγαλος: nam supra quoq; cynuras ex Varino astragalos esse dixi: nisi quis κυνάγχην ἀρχολικὴν scribendum existimet, nam & ἀρχολικὰς κύνας Pollux commemorat.

Sirius, Σείριος, stella est in ore canis cœlestis, quæ omnibus annis, vt inquit Seruius, oritur circa calendas Iulias. Vergil. lib. 10. Aen. Sirium ardorem dixit. Lucanus lib. 10. Rabidus qua Sirius ignes. Exerit. Vide Onomasticon nostrum, Etymologicon, Hyginium, Aratum, & alios astronomos. Sirium Cato vocat catulum. Canicula stella, quæ & Sirius dicitur, in medio centro cœli, ad quam quum Sol peruenerit, duplicatur æstus, & nimio calore languent mortalium corpora: à qua dies caniculares vocati: Vide Plinium 18. 28. & lib. 2. cap. 37. & 40. Cicero 1. de Diuin. Vt enim Ceos accepimus ortum Caniculæ diligenter quotannis solere seruare, coniecturamque capere, vt scribit Ponticus Herachides, salubris ne an pestilens annus futurus sit. Vnde ab astronomis vocantur dies Caniculares, ab ortu ad occasum Caniculæ, quos periculosos esse aiunt. Sunt autem maximè circa triginta dies post solstitium æstiuum, Ibidem lib. 2. Huic poëtæ veteres epitheta tribuunt, flagrantis, insanæ, rabiæ, bibientis. Canem æstiuum Tibullus dixit, autem autumni canem Valerius Flacus: æstiferum Verg. Erigonium & Icarium Ouidius Canis sydus inuisum agricolis Horatius. Plutarchus caniculares dies πρὸς τὰς κυνὸς ἡμέρας dixit. Eustathius in Dionysium scribens vulgo κυνοκαύματα dici testatur, vt Varinus etiam in κυων, propter æstus illo tempore immodicos. Quamobrem, inquit poeta Sirium esse ait malum signum, & multas inferre febres inflammato aere. Poeta canem Orionis interdum cognominant. In fabulis enim est Orionem primum venatorem defunctum sideribus adiunctum esse, & simul canem cum eo. Varin. Ὁ πεσὼν Ὠρίων σὺν τῷ κυνὶ κατηστερίσθη, apud poëtam. Plerique putant caniculares dies capricio dies esse, Gyraldus. Icarij canis filiæ cadauer Icarij monstrauit: & si credendum est poëtis, hic Sirius est, Pollux lib. 5. A cane sydereo, quem astro cynon dicunt Græci, ac solechyn Aegyptij. Cynicum comperio annum appellari, qui annis compleatur mille quadringentis sexaginta: Visitationem porrò id sydus facere quadriennio intercepto, Cælius, De honoribus & sacrificijs canum canicula sydori exhibitis, infra dicam parte 8. huius capitis. Arctos, id est vrsas cœlestes scribit Theon appellari ἀπὸ τοῦ κυνὸς τὴν οὐρὰν κόσμ, qui summæ sint ac cœli velut capita: Peculiarius autem Cynosuram dici, ex caudæ imagine: quoniam κυνὸς οὐρὰν ἔχει, quod est, canis caudam habet, Cælius: Vide apud Varinum. Helice & cynosuram in cœlo duæ vrsæ sunt, quas Iouis nutrices fuisse aiunt: alij vnam tantum eius nutricem, alteram ab eo amatam fuisse ferunt, Pollux lib. 5. Io. Tzetzes in Comment. Hesiodi, nomina nympharum quas Melies vocant hæc esse ait, Helice, Cynosura, Arethusa. Ide. &c. Gyrald. Aega & Helice, nymphatum nomina, quæ ex Oleno natæ, & ipsæ Iouis nutrices feruntur, vt Hyginus alijque prodiderunt. Quidam Aegam Panos vxorem dixêre, vt alibi docuimus, à qua & Aegis dicta. Plura Hygin. alij Helicem & Cynosuram dixere, Hyginus in secundo, alij, Gyraldus. Cynosura, tribus Laconica, & arx Marathônis Euboeam versus: & vrsa minor: κυνόσουρα ἡ μικρὰ ἄρκτος, ὁ Κυδώνιος καλεῖται κυνόσουρος, Varin. & Hesychius. Cynosurium qui Mercurium appellauere, decepti esse videntur ex verbis, quæ citant, Stephani. Ipse enim Cynosuram vocari ait verticem seu arcem Arcadiæ, à Cynosuro Mercurij filio, Gyraldus. Ova vrina fiunt incubatione delecta, quæ alij cynosura dixerunt. Plinius. Κυνόσουρα, ἄρκτος, id est vrsa apud Macedones, Varin. Pythagorei planetas Persephones canes vocabant, Clemens lib. 5. στρωματέων. Vsæque canes vlulare per vmbram, Verg. 6. Aen. vbi Seruius canes furias dicit. Lucanus, Stygiasq; canes in luce superna Destituam. Vlulare autem & canum & furiarum est. Infernæ canes, Horat. 1. Serm. Varino etiam cyon exponitur erinnys, id est furia. Cerberum serpentem dictum fuisse ἀπὸ τοῦ κύειν, id est capem infernalem, reperio. Exitiales dæmones canes vocantur atri: & dæmonum symbolum triceps est canis: ille scilicet qui in aqua, terra, & aëre versatur perniciosissimus dæmon, Cæl. ex Porphyrio. Χρύσιππος δ' ἐκάστῃ, φησὶ, τῶν ἀρετῶν κύνα τριπρόσωπον, Homerus.

Canes & caniculas libro 4. inter pisces numerabimus: Δελφὶς κύων π, Oppianus. Germani etiam & Angli suis linguis canes appellant marinos pisces, quos sic veteres Græci & Latini nominarunt, *hundfisch, dogfish*. Κυνοκοπίσω σε, verberabo te tanquam canem: & κυνοκοπίσω σε τὸν ὄρθον, apud Aristophanem in Equitibus: hic loquitur coquus quidam, canis enim piscis est (à pisce si deducas, exponendum videtur κυνοκοπεῖν in partes secare: non enim puto canes etiam salparum modo verberibus antequam coquerentur præmollitos.) vel canino corio te feriam, vtpote asperrimo, Varinus ex Scholiaste Aristophanis: canis certe piscis mustelorum generis pellem valde asperam habet. Cynopotamon, id est canem flumialem, Syluaticus castorem exponit, castoreum pro castore proferens. Cynopus & cynedexia à Plinio 33. 11. inter pisces nominantur, vel animalia aquatilia, solis nominibus potitis. Cynoraistas, id est ricinos, & cynonyias: quas aliqui eadem ricinis faciunt. inter Insecta quære. Item κυνάλφιτον, blattam: ἀλφὸν enim exponunt, & κυνάλφιτον, κρύπτειν, vt ab occultatione sui dicta videantur. Κυνηγίαν quoque ricinum esse puto. Decynalopece vide infelicius inter prouerbia ex cane. Sic etiam dici possent canes Laconici, quos primum ex cane & vulpe natos ferunt. Sed de canibus mixtis & bigeneris, id est natis ex cane & alterius generis animante, vt vulpe, tigride, lupo, priuatim & copiosius dicam insequentibus. Νυκτερινὸς κύων, id est nocturni canes: lupi dicuntur, Varinus. De lupo canario, vt recentiores appellant in panthere (non panthera) dicam. Crocutas velut ex cane lupoque concepros, omnia dentibus frangentes, protinusque deuorata conficientes ventre, Aethiopia generat, Plinius. Arabice aut Syriace dabha vel dahab, vel abenaul, id est babuin, nominatur animal medium inter lupum & canem, &c. And. Bellunen. Vide in Hyæna.

Leones. In comessationibus (κωμασίοις) apud Aegyptios dictis, deorum aureæ simulchra circumferunt, canes duos, accipitrem vnum, & ibin vnam: eaque literas quatuor appellant. Sunt autem canes symbola duorum he-

rum hemiſphæriorum, vt quæ circuitum & veluti cuſtodiam peragant. Accipiter ſolis, ſeruidæ enim naturæ eſt, & ad perdendum comparatus, nam ad Solem etiam morbos peſtilentes referunt. Ibis denique lunæ, tenebroſam enim Lunæ faciem, nigris in hac aue pennis: lucidam albis comparant. Sunt qui per canes circulos tropicos notari velint: qui ſcilicet Solis Meridiem & Septentrionem verſus tranſitum determinant & inſtar ianitorum obſeruant. Iiſdem æquinoctialem circulũ ſublimem & exuſtum accipiter deſignat, vt Ibis Zodiacum. Videtur enim Aegyptijs hæc canis præcæteris animalibus numeri & menſuræ initium exhibuiſſe, vt inter circulos Zodiacus. Clemens lib. 5. Stromatum: Nicias pictor Athenienſis canes elegantiſſime expreſſit, Plinius. Simon Statuarius canem & ſagittarium fecit. Idem. Imperatores imagine Auguſti ſignare ſolebant. Galbam excipit Dion: Hic enim ſignatorium habuit annulum maioribus ſuis familiarem, cuius erat ſcalptura, canis è proca ſeſe proclinans. Cælius.

Cynæ arbores Arabicæ ex quibus veſtes fiunt, folio palmæ ſimili, Plin. lib. 12. Vide Crl. lib. 17. cap. 27. De cynnara ſiue cinnara (aliqui per n ſimpliciter ſcribunt) ſupra in cynosbato dixi. Inuenio & ſpinam albam agriocinaran, id eſt ſylueſtrem cynaram nominari: hanc frequentem vidi in Montepeſſulano: magnus & albicans cardnus eſt, ſatiuo non diſſimilis: eius flore lac coagulant per ieiunia quadrageſimæ præcipue. Cania, vrticæ ſylueſtris genus, Plinio 21. 15. Inuenerunt & canes canariam, qua faſtidium deducunt, eamque in noſtro conſpectu mandunt: ſed ita vt nunquam intelligatur quæ ſit: etenim depaſta cernitur. Notata eſt hæc animalis huius malignitas in alia herba maior. Percuſſus enim à ſerpente, mederi quadam ſibi dicitur, ſed illam homine inſpectante non decerpit, Plinius. Inuenti cucumeres & ſine ſeminibus ſunt, macerato videlicet ſemine farina cuiuſdam herbæ quam culicem appellant (vt ſcribit Plinius) Hermolaus in Corollario ad cucumerem Dioſcoridis. Et paulo poſt, Herbam culicem (inquit) à Theophraſto conopa vocari cenſeam, nec ne, quoniam & cynopa ſcriptum eſt maiori parte, non dixerim. Theodotus canis oculam & canariam conuertit, quaſi cynopa non conopa probauerit. Olus eſt hoc, Theophraſtus inquit, primis poſt æquinoctium imbribus germinat, & inter ſpicas herbas ponitur: à Plinio quoque duobus locis dictum, vt in caſtigatione Pliniana demonſtrauimus. Aphace cynops (canaria, Gaza) & bupreſtis, primis ab æquinoctio proſiliunt imbribus. Theophraſtus lib. 8 hiſt. cap. 7. Hermolaus pro bupreſti legit epipetron: ego bupreſtin malo, vt Græci codices noſtri habent, & Gazæ etiam tranſlatio: Epipetron enim florere negatur. Eodem libro cap. 10. Theophraſtus, Spicoſa ſunt, inquit, cerinus caninus, & cauda vulpina, & plantago. Tranſtulit hunc locum Plinius lib. 21. initio capitis 17. & cynops vocem reliquit. Alia certe videtur canaria Plinij, qua canes ſibi vomitum cient, vnde nomen inuenit, quæ omnino ex graminis aut fœni genere eſt. Alia vero Theophraſti canaria, quæ mihi omnino pſyllium eſſe videtur, id eſt pulicaris herba: non quidem conyza, quam Gaza apud Theophraſtum pulicarem vertere ſolet, ſed Dioſcoridis & veterum medicorum & Plinij pſyllion. Quæ noſtra opinio, nulli hactenus prodita, confirmari poteſt, nominibus primum, quæ quidem pſyllion à cane accepit: vt ſunt, cynocephalion & cynomyia apud Dioſcoridem. Pſyllion (inquit Plinius) alij cynoides, alij cynomyian appellant: foliis (Ruellius legit floribus, quod probo) canino capiti non diſſimilibus, ſemine autem pulicis, vnde & nomen. Flores pſyllij (inquit Ruellius) canino capiti non diſſimiles ſunt. ob id cynocephalon & cynoides vocatur. Et paulo poſt, Dioſcorides vno genere contentus eſt, recentiores duo ſtatuerunt faſtigia. Vnum calamo exili & longo, in cuius ſpica continetur ſemen pulicis colore & magnitudine: alterum ſarmentoſum, floribus canino capiti ſimilibus, fabaceis capitellis, ſemine pulicis effigie, radice tenui & ſuperuacua. Accedit nominibus res ipſa, quod pſyllium quoque ſpicatum cernitur: nec aliter nominatum Theophraſto reperitur. Itaque nihil apud me dubij reliquum eſt, quin Theophraſti cynops pſyllium ſit: quod & Plinium ignoraſſe video, & Theophraſti interpretem Gazam: imò (quod eruditorum pace dixerim) quicunque ſcripſerunt hactenus omnes. Obijciat aliquis cynopem olus eſſe ex Hermolai verbis: dicam illum de ſuo hoc addidiſſe. Theophraſtus enim eo in loco, vnde eius verba Hermolaus citat, non ſolùm de oleribus, ſed ijs omnibus quæ in aruis naſcuntur, aruæa vocat, tractare inſtituit: at pſyllium quoque in aruis terrenisque (alias incultis) naſcitur, vt Ruellius ex Dioſcoride tranſtulit. Admonendi tamen ſumus, inquit Hermolaus in Plinium ad 17. in Theophraſto legi quandoque conopa, quaſi culicem: non cynopa: & ſanè culex nomen eſt herbæ Plinio. Hæc ille. Plinius certe ſi conopem apud Theophraſtum in lectione citatis legit, prorſus errauit: culicis quidem herbæ ſemel & vno duntaxat verbo meminit, vt ſupra dictum eſt, de macerandis in ea trita cucumeris ſeminibus. Cum igitur alia ſit canaria Plinij quàm Theophraſti cynops, melius fecit Gaza vbi cynopem oculum caninum reddidit, quàm vbi canariam. Grammatici quidam anicm. nem quoq; κυνοκέφαλον interpretantur. Antiochinum Apuleius cynocephalion & cerebrum canis cognominat. Magi anethum cynocephali genitoram aut capillos vocant, vt inter nomenclaturas apud Dioſcoridem legitur. Cynia non eſt ea quam Theodorus canariam interpretatus eſt, vt in culice docuimus. Hermolaus in Corollario. Nos de cymilla Dioſcoridis, quæ & cynocrambe vocatur, ſatis prolixè ſupra diſſeruimus. Cæterum Plinij canariam, quam ex fœni genere eſſe dixi, Ruellius his verbis deſcribit. Canaria (inquit) humilis eſt herbula, foliis tritici, multò minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatim cohærentibus articulato, internodijs modo tibiarum in ſe infarctis, quæ tecta ſuis à vaginulis exeruntur, euanida ſpicæ loco panicula, ita vt folio & culmo triticum, cacumine arundinem æmuletur. Noſtrates (Galli) herbam canis appellitant, qua guſtata canes præſentaneam eliciunt vomitionem, ſic vt excuſſo rurſum ventris onere, vorandi mollantur auiditatem. Hæc Ruellius. Idem alibi, Gramen (inquit) in officinis nomen ſeruauit, rura dentem canis & olitores appellant. Vulgaris eſt herba, nunquam ſe ab humo attollens, flagellis teretibus, articulatis, exilibus foliis, & in acumen faſtigiatis, radice etiam geniculata, guſtu non ingratæ dulcedinis: Gramen aculeatum rura noſtra etiam canarium dentem appellant, aliquis vulgo capriolam, quod capris grato ſit pabulo: multi ab effectu ſanguinariam, &c. Hæc Ruellius. Ego aliquando ſuſpicatus ſum canariam non certum graminis genus eſſe, nec peculiari aliqua vi ad vomitum ciendum pollere: ſed quoduis genus fœni à cane voratum, & non bene commanſum (præcipue ſi aut folia duriuſcula, aut ſpicam aſperiorem habeat) fauces & gulam ſtimulando non aliter vomitum facere, quàm in homine digitus aut penna vel aliud quidpiam ſiccum (vt linteolum) paulo profundius immiſſum: præſertim cum neminem certi aliquid hac in re obſeruaſſe viderem: & veteres herbæ illius nullum nomen potuiſſe. Vide ſupra in c. in mentione vomitus canis. Nos ſæpe canes per luſum etiam gramen obuium decerpere & mandere vidimus. Aliqui feles quoque deuorato gramine vomuiſſe ſibi obſeruatum aiunt. Hyoſcyamum Latini caniculatam vocant, Macer & Syluaticus: qui caniculatem quoque dici meminit: nominis cauſa

ὁ τῆς ῥάχεως δὲτὸ κεφαλῆς εἰς τὰ αἰδοῖα φερόμενος γόνος. Hesychius & Varinus, lego ὁ ἀπὸ τῆς ῥάχεως. Id est, Cynencephalos vocatur semen genitale quod à capite & cerebro per dorsi spinam ad partes genitales descendat. Κυσὶν nates & muliebre pudendum: hinc forte dictum cyschene vinculum, quo scorta coërcebantur: hinc etiam ὑπὸ τὰ κλεῖσα, ὑπερβολικῶς: & κυσπυγίς quæ aliàs pygolampis, noctiluca: &κυσίαι, πυσχηταί: vt etiam κυσάπτης. Cysaron apud Galenum vocatur intestinum rectum, eiusdem vt videtur originis: hinc & κυσπλέκτης Eustathio, pro quo alij κωπολέκτην scribunt (vt supra dixi) turpiloquos: nisi quis per ει diphthongum scribere malit, κλινεῖν enim scortari exponunt, κοινεῖον lupanar, κοιτολέκτη adulterum. Κυνίπασαν, ἐξέδυσαν, ἢ τὸ αἰδοῖον ἐπιτείναντες εἶδον ἐνέπασαν, Varin. Hesychius. Huc pertinnet σιύλαξ, σχῆμα αἰσχρὸν εἶδος τῶν φαυλιζόντων: & prouerbium κυνὸς δίκην δεδαρμένος: quæ omnia vt turpissima sunt, sic ab honestis viris explicari non debent: prorsus quidem omittenda, nisi hoc saltem facerent vt miserrimam gentilium & impiorum hominum conditionem, qui his non modo vocabulis ludere ac libros replere suos: sed ipsis etiam criminibus turpissimè se inquinare soliti sunt, plenius inde cognosceremus. Κυκρία, ἅπαξ τῷ χειμῶνι κῦμα ἐκβάλλει, Hesych. Varin. aliqui fluctum aut procellam interpretantur. Κυνοσχία apud Suidam nudum nomen legitur. Κυνίσκος, res nullius pretij, Lexicon Græcolat. Cynulchos vocant qui secum ducunt canes, Cxl. Cæterum cynuchus pera est, vel lorum quo canis ligatur. Κυνόφαντοι, Κορίνθιοι, Τυρρ. Hesych. & Varinus. Κυνάλωπι, κυνοφθόρῳ, οἱ δὲ λεπίνης κύνα ἄδικον αἰκίδασιν, Hesychius & Varinus. Κυνώλης, ἑάλως. Idem. Κυνεδρομεῖν & κυνομαχεῖν verba apud Pollucem ad venationem pertinent, Κυνόβηγες venatores, apud Dioscoridem.

Catulum, Catullum, Caninium, Canidium, & Canulcium, propria virorum nomina apud veteres Romanos legimus. Vide Onomasticon nostrum in Catulis, & alibi. Canius poëta fuit temporibus Martialis, cuius meminit Martialis lib. 1 Epigr. ad Maximum. Gratidia proprium nomen mulieris Neapolitanæ maleficæ, quam Horat. in Epist. Canidiam vocat. Scylacis Caryandei librum citat Io. Tzetzes 7. 144. Cynna, Κύννα, nomen meretricis, Hesych. apud Suidam & Varinum non rectè per n simplex scribitur. Athenis admirationi fuisse meretriculas Cynnam & Salauaccham apud Aristophanem legitur. Cyne etiam per simplex n in Vespis Aristophanis meretricis nomen est: Οὔ δεινότατα μᾶν' ἀπ' ὀφθαλμῶν κύνης αἰκτῖνες ἕλαμπεν: Cleonem (inquit Scholiastes) cani propter impudentiam comparaturus, mutauit orationis figuram. Κυνῆχή τις, apud Varinum corruptè legitur pro κύνη (paroxytonum) γυνή τις. Cynnidæ, familia sacra Athenis, cui Cynes vel Cynides heros nomen dedit, Etymol. Cyneas Thessalus Pyrrhi regis legatus, vide Onomasticon nostrum: meminit eius Plutarchus. Hunc Aelianus & legatum Pyrrhi & medicum illum proditorem fuisse credidit falsò, Hermolaus. Cynisca Archidami filia plurimum studij ad Olympiacum certamen contulit: prima mulierum equos nutriuit, prima etiam in hoc sexu Olympia vicit, Pausanias in Laconicis. Κυναίγειρος, vir Athenien sis fortissimus in bello Persico, &c. Vide Suidam & Onomast. Cynaras, rex Cypri. Cyne, Κυνή, vrbs Lydiæ Stephano: vnde Cynei vel Cynij dicti. Cynticum, Κυντικὸν, locus Iberiæ prope Oceanum, incolæ Cynetes & Cynesij, Steph. Cynetia, Κυνέτεια, vrbs in Argo vel Argolica Stephan. Idem Cynuran. Κύνουρα, vrbem in Argo vel Argolica facit, à Cynuro filio Persei. Canarij populi circa Atlantem Africæ montem habitant, dicti quod victus, vt canibus, eis promiscuus sit, Grammaticus quidam, sed ineptè: nam Plinius 5. 1. ita scribit: Qui proximos (Nigro Africæ fluuio vltra Atlantem montem) inhabitant, saltus repertos elephantorum ferarumque & serpentum omni genere, Canarios appellari, Suetonius Paulinus prodidit. Quippe victum (id est cibum) cum animalis promiscuum his esse & diuidua ferarum viscera. Hemicynes, Ἡμίκυνες, quasi semicanes, non procul à Massagetis & Hyperboreis habitant, & canum instar latrant, Apollonij poetæ versib. celebrati, qui apud Stephanum recitantur, sed corrupti: Vide paulò post in Cynocephalis. Canaria insula est in mari Atlantico Fortunatis propinqua: sic dicta à magnorum canum multitudine ingenti, meminit eius Plin. 6. 33. Κυνῶν νῆσος, id est, Canum insula ad Libyam refertur, Steph. Cynopolis, vel duabus vocibus, Κυνῶν, πόλις Stephano, id est Canum ciuitas in Aegypto, in qua Anubis colitur, & honor & sacer quidam cibus canibus est constitutus. Ab hac Cynopolitana præfectura appellata est: qui in ea habitant Canarij dicuntur, Perot. Cynosura Stephano promontorium est Arcadiæ, à Cynosuro Mercurij filio. Κυνόσουρα, tribus Laconica, & promontorium Marathônis Euboeam versus: καὶ πᾶς χερσονήσου πόπος, καὶ οἱ Κυδωνιᾶται, Varinus, Cynos ciuitas in Locride. Liuius 8. tertiæ decadis, Cynum Locridos emporium. Stephano Κῦνος Opûntis nauale vel ciuitas est: & Homeri versus citatur, Οἳ Κῦνόν τ', Ὀπόεντά τε, Καλλίαρόν τε, quasi eadem sit Cynos & Cynetos: hinc Cynij & Cynæi: plura Varinus & Hermol. in Plinium 5. 28. Cyon, Κύων, Cariæ ciuitas, Canebium prius dicta, Stephan. gentile Cyites. Cynocephali, vt scribit Plin. 7. 2. homines sunt in montibus terræ Indiæ caninis capitibus, qui ferarum pellibus velantur, & latratum pro voce edunt, vnguibusque armati venatu & aucupio vescuntur. Vide Gellium. Solinus cynocephalos in Aethiopia esse scribit, violentos ad saltum, morsu feros: sed feras ita dictas simiarum generis, non homines intelligens. Vide in Cynocephalo H. inter Simias. Meminit etiam Augustin. lib. 16 de Ciuitate Dei. Plinius eos lacte viuere author est. Eosdem ab alijs Cynamolgos dici puto, Indiæ populos (Solinus tamen Cynamolgos Aethiopes facit: de his infra pluribus, in prima parte de canib. diuersis:) & Hemicynas à Stephano, quanquam loco authores separant, capitis tamen effigies & pro voce latratus conuenit. Cynocephali asperi sunt rictibus, amicti vestitu tergorum, Solin. Et paulo post, Sunt qui syluestres, hirti corpora, caninis dentibus, stridore terrifico. De Semicanibus & Cynocephalis apud Hyperboreos Simmiæ scripta refert Io. Tzetzes Chiliade 7. cap. 144. Regno Zomba relicto nauigans per Oceanum versus meridiem, reperi multas insulas & regiones, quarum vna vocatur Nicueueram. hæc insula magna est, circuitu circiter duo millia miliariorum. Incolæ facies caninas habent & bouem pro Deo adorant, Odoricus de foro Iulij. De Canibalibus anthropophagis multa passim in historijs Noui orbis Petrus Martyr & alij scribunt. Κυνὸς κεφαλαί, id est, Canis capita, collis est Thessaliæ, & parua regio Thebarum, patria Pindari, Stephan. Scotussæ in Macedonia sunt & Thessalia, quarum altera insignis est victoria Romanorum contra Philippum regem ad Canis caput: ita locus appellabatur, vbi T. Quinto Flaminio duce pugnatum est, Hermolaus in Plin. 31. 2. Copias aduersus Thebas egit: vbi fossis omnia vallisque munita comperiens, superato loco, quem Canis capita vocant, agrum omnem ad oppidum vsque deuastauit, Xenophon in Agesilai laudibus: meminit etiam alibi, qui locus iam non occurrit. Item Plutarchus in vita Pelopidæ, Cum autem in planum (inquit) procederent, atq; vterq; ea promontoria, quæ Canis capita vocant, capere peditibus niterentur, &c. Catularia porta Romæ dicta est, quia non longe ad placandũ caniculæ sydus frugib. inimicũ. rufæ canes immolabãtur. Cynæthiũ Κύναιθα vel Κυναίθη, ciuitas in Arcadia. Hinc Cynæthẽses populi, quos aliqui à Cynætho Lycaonis filio pu-

filio putent appellatos, Steph. Cynætha etiam vrbs est Thraciæ sub Nestito monte. Lusi Arcadiæ vrbs est in montanis agri Clitorij, iuxta quos à Melampode perhibentur curatæ Prœti filiæ, in Dianæ fano: inde haud procul fontem esse aiunt in agro Cynæthensium vicino, cuius aqua pota morsos à rabida cane liberet, ob id Alysson vocari Hermolaus in Plinium, 31. 2. Dionysius antiquitatum lib. 1. tractum Cynethium ab Aceæ socio ibi defuncto sepultoq; nominatum putat in Arcadia, Hermol. De Ioue Cynætheo quòd à venatione nominatus sit, cui Arcades & Cynæthenses vacabant, alibi quoque dicam. Cynæthus patria Chius ex rhapsodis poëtis maxime illustris fuit, &c. Cæl. 7. 29. Cynethi vel Cynethusæ insulæ meminit Hermolaus in Plinium 4. 12. Scylace, Σκυλάκη, vrbs iuxta Cyzicum, inquit Hecatæus. Placia & Scylace paruæ Pelasgorum coloniæ, Pomponius, lib. 1. Scylaceum Athenienſium colonia in vltimo Italiæ, eorum qui Menesthei comites fuere: hoc tempore Scylacium vocatur (vulgo Scilazo) Brutiorum ciuitas: Vergil. Aen. 3. Caulonisque arces & naufragium Scylacæum, vide Onomast. nostrum, & Nic. Erythræum (qui per simplex lambda scribendum asserit Σκύλλακιον: quod etymon mihi non placet) in Indice Vergiliano. Iris fluuius Thermodonti vicinus, Scylacem & Lycum ex Armenia, aliosque fluuios excipit, Eustathius in Dionys. Σκυλακίτης, vir Calabro lib. 14. è bello Troiano reuersus, & à mulieribus occisus, pro Deo deinceps cultus est. Cynadra, fons est ex quo bibebant qui manumittebantur, vnde natum prouerbium, τὸ ἐκ κυνὸς ἐλεύθερος ὕδωρ, de vita libera, Varin. Cynosarges, κυνόσαργες, gymnasium in Attica prope vrbem & templum Herculis & vicus sic dictus à cane albo, qui sacrificante Diomo & Herculi paratam victimam ostendente rapta femora in hunc locum detulit, Stephan. Nomen autem inditum est loco à canis vel albedine vel celeritate. Diomo territo propter abreptum sacrificium responsum contigit, aram illic condendam esse vbi canis femora dimisisset. Didymus pro Diomo apud Suidam perperam legitur. Exercebantur in eo gymnasio spurij (nam Hercules quoque spurius fuisse existimatur) qui neutro parente ciue nati erant. Imprecatio In Cynosarges, similis est illi, In coruos, Suidas, Hesych. Varin. Vide Cynosarges in Chiliadibus Erasm. Examinabantur eo in loco spurij, cum de patre controuersia erat: spurios autem (νόθους) Athenienses etiam libertos vocabant, Varinus exponens prouerbium Ἐκ κυνὸς ὄσχους. Quidam acuunt vltimam, sed properoxytonum vsitatius est. Ab hoc Diomo etiam χωρὶς Διώμεια dicitur: & Διώμεια vel Διόμεια per omicron, pars tribus Aegeidis est: quo Hercules illic Colyti hospitio susceptus, Dominum eius filium amauerit Stephanus. Cynosarges etiam Hercules cognominatus est, vt meminit Herodotus & Plutarchus: & Cynosargis templi, in quo Herculis & Hebes aræ fuerint, Pausan. in Attic. Plato non à cane alba, sed à Cynosargo quopiam, Cynosargen (malim Cynosarges in neutro tantum genere: vnde & datiuus ἐν κυνοσάργει profertur) dictam ait. Et inde quoque adagium deductum est, Ἐπὶ τοὺς κυνοσάργας, in infames atque ignobiles, Gyrald. Cynossema (κυνὸς σῆμα, vel κυνόσσημα, alij per simplex sigma scribunt) id est Canis sepulchrum, quo nomine dictus est tumulus Hecubæ (teste Plinio) vxoris Priami, quæ doloris impatiens, post cladem exitiumque patriæ ac suorum, in canem conuersa fertur. Tumulus Hecuba (inquit Pom. Mela 1 b. 2) siue ex figura canis, in quam conuersa traditur (vide Ouidium Metam 12.) siue ex fortuna in quam decciderat, humili nomine accepto. Est autem promontorium Hellesponti, cuius etiam Thucydides libro 8. meminit: Stephano, locus Lybiæ, & alia quædam regio. Cynossemon locus est Cherronneti, in quem Hecuba captiua ducta post captum Ilium, in mare desiliit, & vitam finiuit, Varinus & Suidas. Vlysses Ilio capto Maroneam præternauigans, cum Hecuba illic exercitui dira imprecaretur, ac tumultum moueret lapidibus obruit, & iuxta mare obtexit (tepeliuit) ac locum Cynossema nominauit, Suidas Pollux lib. 5. Cynossema in Hellesponto à celebri quodam cane dictum putat, nisi quis (inquit) credere malit, à tumulo Hecubæ in canem versæ, nomen ei impositum. Aliud est Cynossema apud Calydonios, vbi Aura canis Atalantæ à Calydonio apro occisus, sepultus est, Idem. Aliud est Cynossema in Salamine, sepulchrum canis Xanthippi Pericles patris: Sed de canũ aliquot sepulchris plura dicam in vltima parte huius capitis. Cynna, Κύννα, oppidulum prope Heracleam, ab vna Amazonum appellatum: vel à Cynne fratre Cœi, Stephanus. Cynna, Philippi Macedonum regis filia, Athenæus libro 13.

b. Κυνοειδὲς, cani similis, aspectu canino. Pysillon supra cynoides appellauimus. Canibus interiora omnia similia leones habent, Aristot. Felium & ichneumonum pietaque, vt canum, Plinius. Pathyo animal magnitudine canis est, Albertus. Cepus faciem habet Satyro similem, cætera inter canem atque vrsum, &c. Strabo. Rossomaka siue Gulo fera est magnitudine canis, facie cati, corpore & cauda vulpis. Κυνῆ, pellis canina, Pollux. & pileus, de quo infra mox. Suidas κυνέαν λαμβάνω dixit. Cynocephali cognomentum, quod quum alijs, tum verò Pericli adhæsisse legimus, non ferè aliud quàm impudentiam & rapacitatem signat, Cælius. Ego his vitijs Periclem notatum nusquam memini legere, sed contra potius, virum bonum, liberalem, & pecunijs inuictum fuisse. Cleonem vero (in Equitibus Aristophanis) cynocephalum nominasse ipsum, καὶ ἅρπαγα, ἀναίσχυντον, ἰταμὸν, ἀχάλινον, ex Varino & Suida constat. Cratinus Periclem ἰσχνοκέφαλον dixit. Pollux libro 2. lege σχινοκέφαλον: Ita enim Plutarchus in Vita Periclis scribit: Corporis quidem specie Pericles haud indecora fuit, capite vero oblongo, nec cæteris partibus respondenti. Ex quo omnes ferè eius statuæ velantur casside, quod videlicet nollent scalptores eare hominem deformiorem videri. Et Attici poëtæ eum σχινοκέφαλον contumeliæ gratia appellare soliti sunt, quia σχῖνος scillam interdum vocant. Deinde ab Eupolide cum cephalegeretam nominatum addit, & à Teleclide caput eius ἰσθμοκέλευστον. Videtur sanè in Plutarcho deesse quod Pollux scribit, eum à Cratino schinocephalon dictum: quod omnino adeundum putauerim post hæc verba Cratini, μάλλα ἃ ζεῦ ξένε καὶ μακάριε, alioqui nihil ad rem. Ibidem Lapus interpres Tyrannum pro tyrannum vertit, nisi mendum librariorum est: intelligit autem Cratinus tyranni nomine ipsum Periclem. Rursus ibidem. Eupolis cum interrogaret de singulis principibus qui ab inferis redijssent, idcirco Periclem nominatum vltimum esse inquit, quia caput inferorum adduxerit: Græce est, ἔσχατον κεφαλαίων, legerim ἐσχατοκέφαλον, id est eò quod pulmonum secum ab inferis adduxerit: Magnum enim & graue caput, quale Pericli tribuunt, aut etiam curis & negotijs grauatum (quod Teleclides de eo scribit) pulmonum & quietem desiderare videtur. Eo autem secum gestando impeditum, postremum venisse fingit. De cinocephalis animalibus inter Simias dicam. Sunt enim simiæ quædam caninis capitibus, quas voce Græca cynocephalos appellamus: at canes cynocephalos dicere, quod Gyllius in Aeliano fecit, non minus absurdum est, quàm si quis Latine canino capite canem dicat. Κυνοειδέστατος ὤν, facie cani similis. Lexicon Græcolatin. Κυνοφθαλμίζειν, impudenter intuetur, Varinus, Hesychius, & Suidas. Δειλὸς καὶ κυνοβλὴς ἀνὴρ. Ignauus, timidus, Hesychius & Varinus. Κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κυνέης ὄμματα θηρός. Id est, impudentissimus & timidissimus Homerus, Iliad. α. Κυνῶπις & κυνοβλῆτα vocabula supra posita sunt,

gator ex Haliabb. Lais & Salpe canum rabiosorum morsus leniri aiunt, menstruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluso. Diotimus Thebanus vestis omnino ita infectæ portiuncula, ac vel licio brachiali inserta, (fortè lineo brachiali, vt proximè antè argenteo brachiali dixit, nisi legas, ac vel licio (id est filo, vestis ita infectæ) brachiali inserto) Plinius. Inter omnes conuenit, si aqua potusque formidetur à morsu canis, supposita tantum cælici lacinia menstruo tincta, statim metum eum discuti, videlicet prævalente sympathia illa Græcorum, Plinius. Jis qui iam aquam extimescunt, vt bibant, poculo panniculum ex sella (μικρῷ κοπρίῳ φίδρᾳ) supponito, & bibent, Galenus de antidotis lib. 2. cap. 133. Ruellius apud Actuarium in medicamento diacarcinon κοπρίῳ φίδρᾳ, non rectè vertit sub sedem. Φίδρα sella est ad secessum: ἀφίδρων, apud Varinum ἀκαθαρσία, in Lexico Græcolatino quidam puerperium reddidit, sine testimonio. Succo rutæ peruncti os, aut etiam habentes, negant feriri ab his venesicijs (apibus, vespis, &c. cane rabioso) Plin. lib. 20. E vitice baculus à canis & alijs morsibus defendit, vt quidam ex Dioscoride citat: ego nihil tale in codicibus impressis inuenio. 11 Aggregator quidem ex Auicenna citat, emplastrum ex agno casto morsis à cano prodesse. Vrsi pellis, aut vituli marini, vtiliter à C. rab. morsis substernitur, Actius.

Antidoti & medicamenta composita quæ aduersus C. rab. morsus (id est ne in rabiem aut aquæ metum qui morsi sunt, incidant) intra corpus sumuntur.

Potiones omnes quas contra viperatum morsus scripsit Damocrates apud Galenum lib. 2. de antidotis.

Aelij Galli antidotus cum ad alia quædam, tum morsis à C. rab. salubris, describitur à Galeno lib. 2. de antido- 12
tis cap. 54. constat varijs aromatibus cum opio, quæ melle excipiuntur. Item alia eiusdem cap. 71. videtur autem & ipsa ad morsos à C. rab. facere, propter antecedentia & sequentia.

Rafuli Album & foris imponitur, & intro sumitur, &c. vide supra inter composita foris applicanda.

E caneris paratur optimum aduersus rabiosorum canum morsus auxilium, quod & plerisque vnum satisfecit, eóque cum fiducia vti licet: Est autem huiusmodi. Caneros fluuiatiles in sarmentis albæ vitis cremare oportet, & cinerem eorum quam minutissimè tritum habere reconditum itidem gentianæ radicem tusam cribratamq; reponere: quoties autem canis rabiosus morsum intulerit, in quaternos cyathos meraci vini, bina cineris cancrorum cochlearia, vnumque gentianæ conjciantur: hæc in polenta dilutioris modum subacta, quatriduo bibantur. Inter principia medicamentum hoc modo detur: atqui si ab illato morsu bini terniue dies fluxerint, curationem auspicabimur à triplicato pondere supra id quod ab initio retulimus, Dioscoridis. Similis huic extat descriptio 13
Damocratis senarijs iambicis apud Galenum de antidotis lib. 2. cap. 116. in paucis quibusdam & parui momenti rebus differens: Codices Græci tamen corrupti sunt, & interpretes quædam male transferunt. Eadem est etiam Mithreæ descriptio eodem in libro cap. 70. quo loco cum Damocratis versibus collato, qua dosi medicamenti vtendum sit illi, qui secundo aut tertio die à morsu demum vti incipit, clarius patebit: nempe triduo à ieiunis bibenda tria cochlearia (μικρὰ μικρά, Damocrat Martianus rectè legit μικρὰ, id est parua) huius medicamenti, in totidem plus minus vini meri & veteris, dulcis Damocrates) cyathis ita vt quotidie sumant cochleare vnum (vt Martianus rectè vertit, licet Græci codices nostri non exprimant) scilicet paruum, cum tribus vini cyathis: idque facere pergant per tres dies: vel quatuor, si maior fuerit morsus. Si quis vero secundo die antidoto vti incipiat, 14
duplum medicamenti capiat, nempe cochlearia bina, & vini quantum prius. (tres enim cyathi vini, etiam duobus & tribus cochlearijs medicamenti temperandis sufficiunt: si recte legitur, bis in iam citato Galeni loco, ὁ δὲ 15
ἐν ᾧ κυάθιοι τρεῖς. Tres quidem cyathi vini appendent vncias quinque. Sed res ipsa quantum vini misceri conueniat ad commodam medicamenti potionem, satis docebit.) Sequentibus autem duobus diebus, hoc est tertio & quarto à morsu, sat fuerit singula quotidie medicaminis cochlearia id est drach. tres, vt infra dicam, ex prædicto vini modo haurire. At si quis tertio à morsu die medicamento primum vtatur, triplum, id est tria cochlearia eo die bibat, & sequentibus duobus quotidie singula: ita enim fiet vt tantundem hauriat, qui tardius bibere incipit, ac qui primo statim die incœpit. Ex hac interpretatione Dioscor. etiam verba clariora fient. Marcellus interpres apud Dioscor. dubitat verum cineris cancrorum cochlearia duo, gentianæ vero vnum, meraci vini cyathis quatuor mixta, à prima die vsque ad quartam bibenda sint, ita vt quotidie hac mensura hauriatur: in singulis diebus vsque ad quartam, quoniam vini cyathi quatuor sunt, bibendus cyathus vnus tantum sit. Nobis (inquit) in priorem illam rationem inclinat animus. Et merito quidem ille dubitat, cum neque Dioscoridis hic locus integer mihi videatur: neq; alij eũ secuti, satis aperte medicamenti vsum descripserint. Multis omnino modis exemplaria Græca, tum Galeni diuersis in locis, tum Aeginetæ, Aetij & Actuarij variant: interpretes etiam Latini alij aliter transferunt: ita vt ratione & iudicio magis quàm collatione codicum intelligenda sint omnia: ego in præsentia non omnia sed vt se obtulerint quædam, partim conferam, partim emendabo. In Mithreæ compositione gentiana ad cancrorum cinerem dupla est, vt apud Actuarium etiam, contra quàm apud Dioscoridem & Damocratem. In eadem, terebinthina etiam adijcitur pari cum gentiana pondere: Martianus interpres eam vocem omittit cui ego assentior, licet καὶ præpositio sequatur, quæ duo vt minimum ante se nominata pharmaca postulat. Videtur sanè hæc vox ab aliquo adiecta, qui τερεβίνθινα perperam legerat: (apud nullum enim aliàs reperitur) pro πεπεμμένα: aut κεκομμένα, aut alia simili voce, Damocrates ἀτλαφείνης dixit. Iam cum in eadem compositione Mithreæ, triduo exhibendum hoc medicamentum bis scriptum sit, semel autem ad sex dies: Martianus sex tan- 16
tum dierum mentionem facit: apud Aeginetam dies quatuor legimus, apud Dioscoridem vsque ad quartum, id est tres: Aetius theriacam quoque primis tribus diebus propinat. Quanquam Aeschrionem Galenus suum è cancris medicamentum per dies quadraginta propinasse solitum scribit: quod quidem ratione non caret, quoniam ad eum vsque diem ferè aquæ pauor timetur. Cochlearij nomen non omnino certæ semper significationis videtur. Vbi Galenus dicit κοχλιάριον σύμμετρον, Aetius cochlearium simpliciter habet. Iam cum cochlearium magnũ (quamuis id aliud videtur quàm σύμμετρον) vini tres vncias cum scrupulis octo capiat, vt Aegineta docet: quis tale vasculum arido puluere vel semel plenum, vt duplam & triplam mensuram taceam, vnica potione hauriret? Præstiterit igitur cochlearium σύμμετρον de paruo intelligere, sed bonæ mensuræ vt vulgo loquũtur. Porrò quòd Dioscorides scribit cancros vrendos esse in sarmentis vitis albæ, & Galenus in vase æris rubri, Aegineta in vnum conijcit vrendos monens Παλλακιστέων λοιπὸν ἁπαλὸν ἐν πυρίνῳ ἀγγείῳ ἰσχάρᾳ, sic sentiens nimirũ vri debere can- 17
cros

crosin æneo vel Cyprio vaſe, cui ſubiectus ſit ignis ex ſarmentis vitis albæ: vel vitis ſimpliciter, vt Actius habet [illegible]: interpres non ſatis clarè ſimpliciter vrere vertit. Dioſcorides tamen ſenſiſſe videtur cancros ipſis ſarmentis dum vruntur, non vaſi imponendos eſſe. Galenus parum curare videtur ex qua materia ſuccendatur ignis, poſtulat autem vas æris rubri: nimirum quòd ex ære etiam ſalutaris quædam cõtra venenum vis cancris accedat. Ex Cypro quidem (inquit Marcellus) in omnes medicinæ vſus æs laudabatur. Huius medicamenti cochlearij menſuram quotidie cum aqua calida dabis vſq; ad dies quadraginta: quòd ſi non ab initio, ſed poſt dies demum aliquot morſus vti incipiat, bina quotidie dabis, donec dies quadraginta expleas, Actius. Montanus interpres dierum numerum omiſit. Facile quidem fieri potuit, vt negligentiores aliqui [illegible] pro [illegible] ſcriberent aut legerent. Aegineta præter cæteros docet cancros creſcente luna ſumendos eſſe, idque ante Solis ortum. Diacarcinon antidotus, ex ſiciliquo cineris cancrorum, & drachma gentianæ contritæ mixta, bis aut ter aut ſæpius ex vino albo datur: ijs vero qui iam horrent aquam, frequentius exhibere conuenit: vt autem bibant, ſuppone poculo lacerum pannum ex ſella (Χειρόβλητρον, apud Galenum. Dioſcorides in capite de lepore, & in capite de coagulis Φάλαγγος pro puerperio accipit. Poteſt autem hoc faciendum intelligi, vel vt medicamentum bibant: vel ſimpliciter vt bibant, cum potum omnem abhorreant) Actuarius. Gentiana etiam per ſe inſtar cochlearium trium ex aqua efficax eſt, diebus quadraginta vel ſexaginta, Galenus & Actuarius. In libro Secretorum, qui Galeno attribuitur, cap. 59. eadem ferè leguntur quæ de ſimplicium facultate lib. 11. cap. 30. & medicamenti è cancris deſcriptio talis, qualem ex Actio infra recitabimus. Huius medicamenti (inquit) cochleare vnum magnum ex aqua bibatur, nec minus quàm drachmæ tres bibatur. Myſtrum ſanè ſiue cochlearium medicum drachmas tres continet, vt Ge. Agricola probat, apud quem plura reperies de cochlearij diuerſis ſignificationibus, tum alijs, tum in liquidorum & aridorum menſuris. Sed his omiſſis Galeni de hac ex cancris antidoto verba lib. 11. de ſimplicib. cap. 30. afferam. Fluuiatilium cancrorum cinis (inquit) quanquam ſimiliter prædictis (cochleis, echinis) exiccatorius eſt, totius ſubſtantiæ tamen proprietate mirabilis eſt eius in ijs qui à rabiente cane ſunt morſi, effectus, tum per ſe, tum cum gentiana & thure multò præſtantior. Thuris partem eſſe vnam oportet, quinque gentianæ, cancrorum decem. Et rarò equidem aliter illis vſus non ſumus vſi: cæterum ad eum modum plerunque, quo Aeſchrion empiricus, medicamentorum peritiſſimus ſenex, conciuis ac præceptor meus. Patella erat æris rubri, in quam impoſitis cancris viuentibus, eos hactenus vſſit, dum facile ad leuorem redigi poſſent. Hic Aeſchrion paratum ſemper in ædibus hoc habebat medicamen, vrens cancros æſtate poſt ortum canis, quando Sol in Leonem tranſiſſet, non niſi Luna decimaoctaua. Porrò bibendum hoc medicamen ijs qui à cane rabido fuiſſent morſi præbebat quotidie diebus quadraginta, menſura cochlearij magni (ἰγκυάθου) aquæ inſperſum Act[illegible] non protinus ab initio, verum aliquot poſt dies curam cepiſſet demorſi, tunc quotidie duo cochlearia aquæ inſpergebat. Interim vulneri emplaſtrum è Brutia pice adhibebat. Hæc tametſi à præſenti inſtituto aliena (inquit Galenus) ſcribenda tamen cenſui, quia magnopere medicamento huic ipſe confiderem, nimirum cum nullus vnquam eorum, qui illo fuerint vſi, ſit mortuus. Poſt hæc Pelopem præceptorem ſuum notat, qui cur cancri, ijſq; fluuiatiles potius quàm marini, à C. rab. morſis mederentur, nihil proprietati ſubſtantiæ tribuens, cauſas naturales ac certas afferre conabatur. Ego (inquit) cancros opinor ex proprietate totius ſubſtantiæ prodeſſe. Volui autem hoc in loco id commemorare, eò quod nullus eorum qui cancris vſi ſunt, totis ſcilicet eorum corporibus, mortuus ſit: quanquam præter huius operis inſtitutum, in quo de ijs quæ tota ſubſtantia agunt differere non propoſueram. Hanc locum Latinus interpres perquam ineptè & obſcurè trãſtulit. Quod ſi eo tempore, quo iam dixi mus ex Galeno, paratum medicamentum non habueris, non ideo deſiſtes, ſed quocunque tempore præparabis, Actius. Conficies autem hoc modo, Cancrorum fluuialium congruæ magnitudinis, qui viuentes in vaſe rubri æris cremati fuerint, cineris vncias decem, gentianæ vncias tres, (quinq; in Græco, melius) ſynceri thuris vnciam vnam, Actius. De cancris per ſe intra corpus ſumendis, paulo poſt ſuo ordine dicam. Eſt & aliud è cancris medicamentum Cratippi inſcriptum viri egregij & canum nutritoris apud Galenum de antid. lib. 2. cap. 71. quod præter caneres & gentianam, myrrham recipit cum croco & pipere: & denarij pondere cum vini diluti cyathis tribus datur. Vide etiam Aggregatorem inter remedia morſus C rab in Cancri & in gentianæ mentione. Nicoſtrati quoq; antidotus eodẽ libro cap. 131. præter cancros & gentianam, caſtoreum ac lycium cum melle excipit. Cl. Apollonij theriaca ad rabioſorum morſus idonea deſcribitur apud Galenũ lib. 2. de antid. cap. 73. quæ præter cætera multa è ſcinco & cancris marinis exuſtis conſtituitur. Vide plura in Cancro fluu. G.

Cyphi, vide paulo poſt in Antidoto è nucibus iuglandib.

Eſdra compoſitio cum vino ſumpta, & illita cum ſucco mentæ, Nicolaus.

Heræ Cappadocis antidotus apud Galenum lib. 2. de antidot. cap. 31. videtur & ipſa efficax eſſe morſis à C. rab. propter antecedentia & ſequentia. Cæterum quæ ibidẽ proximè ſequitur Zenonis Laodicenſis, expreſsè ad [illegible] inſcribitur. Hiera Archigenis, vt teſtantur Meſue, Auicenna, Serapio & Haliabbas. Vide ſupra in curandi methodo.

Mithridatis Eupatoris diaſcincu antidotus. Dioſco. vt ſupra emendaui, cum nullam ex eupatorio antidotum reperiam. Antidotus cum ad alia venena, tum ad canum rab. morſus, à Mithridatio diaſcincu nihil ferè differens, præſertim illo quod carmine ſcripſit Damocrates, præterquam paucis in fine adiectis, apud Galenum de antid. lib. 2. cap. 127.

E nucibus iuglandibus antidotum apud Actium lib. 6. cap. 24. morſis à C. rab. etiamſi febricitare cœperint, confert, quadam aduerſus hunc morbum reſiſtendi proprietate, ſomnumq; obiter conciliat. Drachmam vnam eius (inquit) ex aqua pluuiali calida in noctẽ poſt febris vigorem dato, ita vt mane quidem confectio ex cancris exhibeatur, veſpere autem è iuglandibus: Quæ ſi nõ affuerint, exhibeto quod cyphi appellatur, ſiue illud habueris quod è trigintaquinq; rebus componitur, ſiue quod è vigintiocto.

Theriaca diateſſaron, Nicolaus. Theriaca magna, Auicenna. Aquæ pauorem morborum peſſimum hoc medicamentum ſæpe tollere conſueuit, & mirabiliter tantorum malorum concurſui reſiſtere, Galenus ad Piſonem.

Ad aquæ metum antidotus ſiue potio, & catapotia, vtraq; ex caſtorio & granis lathyridis compoſita, apud Galenum de antidotis lib. 2. cap. 129. & 130. Et cap 67. potio præſeruans ne morſi in rabiem incidant, valde generoſa. Lycij Indici oboli tres cum exigua verbena ex aqua dantur ad dies aliquot.

Medicamenta ſimplicia, quæ intra corpus ſumuntur à morſu à cane rabido.

Allia in cibo, Dioſcorid. Actius. Abſinthium potum, Actius. Arietis caro aduſta cum vino, Auicenna: videtur autem bibenda. Alyſſon herba contuſa in edulio, rabiei canis mederi putatur, Dioſcorides. Huic plantæ nomẽ, vt apparet, à pellenda rabie impoſitum eſt. Et quoniam nihil certi de ea noſtri ſeculi homines docent, & veteres quoque alij aliter deſcribunt, quæ ipſe obſeruauerim lectori communicabo. Alyſſon (inquit Dioſcorides lib. 3. cap. 96. & apud alios 105.) exiguus frutex eſt, vnicaulis, ſubaſper, rotundis folijs: fructu duplicem ſcutorum effigie, in quo eſt ſemen quadantenus latum. In montibus & aſperis locis emicat. Eius decoctum ſingultus ſine febri, potu diſcutit. Idem efficit, ſi quis eam aut teneat, aut odoretur: (poterit ſanè hinc etiam alyſſon quaſi alygmon, id eſt ſine ſingultu dictum videri, quod eum pellat.) Cum melle trita, vitia cutis in facie, & lentigines emendat. Contuſa in edulio, rabiei canis mederi putatur. Domibus appenſa ſalutaris eſſe creditur, & hominibus atque animalibus faſcini amuletum. Purpureo linteo (ad collum) circumligata, pecorum morbos abigit. Hæc Dioſcorides interprete Ruellio. Hic primum notatu dignum eſt, quod Dioſcorides ſcribit rabiem canis ſanare hanc herbam in cibo ei datam, hoc alios ad homines à cane rabido morſos tranſtuliſſe. Fieri tamen poteſt, vt vtriſq; conueniat quemadmodum de elleboro creditur. Μονόκαυλον vocabulum, quod vnicaule ſignificat, Marcellus interpres omiſit, quoniam vltimo inter nomenclaturas loco ponitur, vt codices vulgati habent: Ruellius in contextum aſciuit. Pro his verbis, πότος τὸ σπέρμα αὐτοῦ πότον, id eſt herbæ decoctum potum, aliàs legitur πότος τὸ σπέρμα αὐτοῦ [illegible], id eſt ſemẽ eius decoctum & potũ. Nomenclaturæ eius iſtæ leguntur, aſpidion, haplophyllon, accyſeton adeſeton: & monocaulon, nili id potius ad contextũ, vt dixi, referri debeat. Aſpidion dictũ apparet à forma fructus, id eſt pericarpij, quo duplicem clypeolum refert. Atractylin etiam aſpidion cognominari legimus. Plutarchus lib. 3 Sympoſiacôn, alyſſon numerat inter herbas quæ ſolo cõtactu halitũue, aut aſpectu, prodeſſe homini contra ſingultum poſſunt. Gregibus etiam (inquit) ouium & caprarum, ſi circa ſtabula plantetur, ſalubrem eſſe perhibent. Alyſſon (inquit Galenus lib. 6. de ſimplicib.) nuncupata eſt, quod mirifice iuuet morſos à cane rabido. Sed & rabienti quoq; data, ſæpe in totum ſanauit: atque hoc ex totius ſubſtantiæ ſimilitudine efficit: quæ quidem facultas ſola percipitur experientia. Experiendo ſanè ad multa aliquis cognoſcet, eam habere facultatẽ mediocriter ſiccantem, & digerentem, & ſimul abſterſorium nonnihil: eaq; ratione vitiliginem & ephelin expurgat. In Arabum libris alyſſon inuenio nominari algacen, vel alguaſcen Auicennæ, vel aluſen: qua omnia à Græco corrupta ſunt. Matthæus Syluaticus cap. 36. Latine lilialem dici ſcribit, Lilialis (inquit) folia habet rubiæ, minora, ſubaſpera: per terram quoque rubiæ inſtar extenditur: flore paruo, qualis in ſoiano eſt, lilij planè figura. Deinde Auicennam citat, qui & ipſe florem eius lilio ſimilem faciat: & herbam ipſam calidam & ſiccam in primo ordine, panariciæ, id eſt paronychiæ (aliàs panno) vtilem. Pro lilio, vt Bellunenſis monet, Arabice legitur altors, id eſt clypeus, vnde herba ipſa nominatur torſia, vt Græcis aſpidion. Idem Syluaticus cap. 27. Algacen, inquit, herbę floe eſt ſimilis lilio, exiguus, minor flore ſambuci, caule & folijs rubiæ. Et alibi, Alahuch eſt arbor magna, lilialis dicta, qua caremus. Auerrois eluoxat appellat: & renes quoque ab ea obſtructione liberari ſcribit, Aeginetam in eo imitatus: eius verba ſunt, [illegible]. At apud Galenum & Aetium nulla [illegible], id eſt renum mentio fit, ſed [illegible], id eſt vitiliginum, vnà cum ephelide. Apud Dioſcoridem vero [illegible] id eſt lentiginis, quam ego lectionem omnibus præfero quoniam & cæteri ex Dioſcoride deſcripſerunt, aut ſaltem Galenus, alij ex Galeno ſolet autem vt plurimum ephelidis mentio [illegible] coniungi. Eandem eſſe video lib. 2. cap. 25 apud Auicennam Aſeſeni vel vt Bellunenſis caſtigat, alſefani dictam, de qua ijſdem verbis, quibus Aegineta ſcribit, renes eam purgare, & mederi morſis à C. rab. hoc tantum de ſuo addit, exiſtimare ſe eam eſſe paſturam camelorum, vel coruorum vt Bellunenſi, emendat. Vide hominis inſcitiam, duobus capitibus proximis eandem plantam nomine tantum variante bis deſcribentis. Io. Ruellius reprehendit eos qui alyſſon Dioſcoridis herbam crucialem vulgo dictam exiſtimant, cui flos luteus eſt, quaterna in geniculis folia: item illos qui liliaginem ruſticè dictã intelligunt, folio quadantenus & flore lilij purpureo. Propius autem (inquit) accedere videtur ad eam, quam ruſticam cannabim vocant herbarij: quæ fruticoſa herbula eſt, vnicaulis, folijs per initia ſatis rotundis, vbi adoleuit oblongis, & per ambitum leuiter ſerratis, fructu duplicium ſcutorum effigie, in quo eſt ſemen quadantenus latum. Sed in hoc rurſus eum erroris notat Matthæolus Senenſis. Ego ſanè peregrinam nobis & ignotam Dioſcoridis alyſſon reor, vt Matthæolus etiam: quod vt ita credam, Andreæ Bellunenſis verba in Arabicorum Auicennæ vocabulorum lexico præcipue mihi perſuadent. Aaluſen (inquit) vel aaluſen, ſecundum Ebenbitar ſcribitur per duplicem literam aleph: herba eſt folijs paruis, quæ cito amittit fructus, folijs maior eſt, magnitudine ſeminis cucurbitæ, effigie clypei (appingit autem binos clypeos ouata ferè figura cohærentes.) Geminæ fructus tunicæ ceu vaginæ, vtroque latere ſemina lenticulis paruis ſimilia continent: & per ſingulos caules abundant huiuſmodi fructus. Ii ferè palmo altiores non ſunt. Vocant autem Arabes ipſas vaginas ſeu folliculos fructuum nomine. Et quoniã hi fructus altors Arabicè dictum, id eſt clypeum, herba nominatur Arabice altorſia, id eſt clypealis. Meminit eius Auicenna quarto canonis in capite de curatione morſus rabidi: & Ebenbitar in libro de ſimplicibus præſtantiam eius contra morſum canis rabidi celebrat: Eſt autem notiſſima in Syria. Hæc Bellunenſis. Alia eſt alyſſos Galeni, vel potius Antonini Coi apud Galenum lib. 2. de Antidotis cap. 69. Alyſſum herbam contuſam (inquit) & cribratam repone: huius cum opus fuerit à rabido cane morſis cochlear exhibebis ex aquæ & mulſæ cyathis tribus ſtatim à primo die vſque ad quadraginta: ſin minus, ſaltem primis ſeptem diebus. Alyſſus autem herba eſt marrubio ſimilis, aſperior tamen & magis ſpinoſa circa verticillos (ἀνθερίκια) florem κυανίζοντα, id eſt ad cœruleum vergentem profert. Hanc inter caniculæ æſtus colligere oportet, & exiccatam cribratamq; ſeruare, vt expirare non poſſit. Hæc Galen. Martianus non rectè vertit, alyſſon orbes habere in ſummitatibus ramulorum, quod Græcè non legitur: & reipſa in marrubio ac ſimilibus herbis verticilli huiuſmodi totos ramulos in geniculis ambiunt, non ſummos tantum. Hæc eadem de alyſſo apud Actuarium legimus, in mentione antidoti diacarcinon. De eadem lib. 1. Aetius ſic ſcribit, Alyſſon eſſe aiunt ſideritin cognomine Heracleam, quæ paſſim iuxta vias naſcitur, flore purpuraſcente, πεθυμίζοντα: folijs craſſioribus, (καὶ τὰ φύλλα παχύτερα:) ſic dicta quod à cane rab. morſos mirificè iuuet: deinde eadem ei attribuit quæ Dioſcorides ſuo alyſſo, & Galenus eidem, à quo tamen diuerſum eſt. Hæc verba, καὶ τὰ φύλλα παχύτερα, corrupta videntur, pro quibus ex Galeno legerim, ἴχνη δὲ ἀνθερίκια παχύτερα,

πολύποδες, id est verticillos autem asperiores habet, nempe quam marrubium cui similem esse, itidem ex Galeno addendum est. Nam Dioscorides quoq; scribit, sideritin Heracleam marrubio similia habere folia, sed longiora, ad saluiæ aut quercus figuram accedentia, verum minora his & aspera, πολύποδες. Apud Actium etiam δύσκολα πολύποδες rectè legere possimus. Caules profert quadrangulos, dodrantales, & aliquando maiores, gustu non insuaui, cum astrictione aliqua: in quibus per interualla velut in marrubio in orbem circumacti verticilli sunt & in his nigrum semen. Nascitur lapidosis (ἐν τραγέσι) locis. Possunt folia emplastri modo impositi glutinare vulnera, & à vulneribus inflammationes arcere. Hæc Dioscor. Ruellius & secutus eum Matthæolus arbitrant, hanc sideritin Heracleam esse putantes illam, quæ tertia huius nominis à Dioscoride coriandri foliis describitur, obliti primam quoq; sideritin Heracleam vocari, foliis marrubij, &c. Hanc vulgo hodie herbam Iudaicam vocant, aliqui tetrahit, vt pluribus probat Ruellius. Diligentiores inquirent num quæ ex vtricæ mortuæ, vt vocant, generibus, huc faciat: qualis est quædam ballotæ similis, purpureis & dulcibus floribus, quam apes petunt præ cæteris eius generis. Matthæolus alysson in secũdo de antidotis à Galeno descriptam passim in Italia vulgarem esse scribit, sed nullum eius nomen affert, vt neque descriptionem. Cæterum herba Iudaica Auicennæ, nihil aliud quàm cruciata est. Herba paganica etiam, virga aurea quibusdam dicta, ab alijs Iudaica vocatur. Tetrahit herba vires ad matricem & vrinæ meatus expurgandos, item ad stillicidium & difficultatem vrinæ Platearius celebrat. Aeginata morsis à cane rab. purgans è cicyonia pharmacum quotidie propinandum scribit cum decocto saluiæ. vel sideritidis Heracleæ, ἰῶν καὶ ἀλυσσου χυλοῦ, Marcellus Verg. melius legit ἰῶν καὶ ἀλυσσου χλοῦ Alysson folio (flore potius. Nã Actius ἀλυσσῳ πορφυρίζοντι ei tribuit, vt paulò supra dixi) suppurpureo Phocion Grammaticus describit, Ruellius.

Venio ad tertiam alysси nomine herbam, de qua Plinius, Dillat (inquit) ab erythrodano (id est rubia) frutex alysson vocatus, foliis tantum & ramis minoribus. Quippe nomen accepit quòd a cane commorsos rabiem furire non patitur, potus ex aceto adalligatusque: Mirumque est quod additur insaniam (aliàs saniem, lego lingi) tum ex Dioscoride & Plutarcho (conspecto omnino frutice eo sanari, aliàs liccari. Hanc Ruellius & Matthæolus rubiam minorem vulgo dictam interpretãtur. Eiusdem generis fuerit rubia syluatica, quam nostri *wuld röte* & *leberkraut*, quasi matrem syluæ, & hepaticam, vocant. In syluis & montibus, locisque vmbrosis prouenit, breuior quàm vulgaris rubia agrestis, sed vegetior aspectu, caulibus rectis dodrantalibus, foliis maioribus, minoribus tamen quàm satiuæ: candidis & odoratis floscul orum corymbis: seminibus, ni fallor, gemellis: salutaris homini & pecoribus omnibus creditur, ad omnes occultos morbos, viscerum præsertim, vt pulmonis & iecoris, si radiculæ edantur, aut vino injiciantur, quo vsu etiam exhilarare putant helenij instar Homerici, inde impositio nomine *hertz frewd*. Hæc habui de tribus alysси generibus. Alysson vocant etiam tomẽ in Arcadia cuius aqua potã rabidi canis morsibus medeatur in Cynæthensium agro, Hermolaus in Plin.

Anagallidis succus potus à C. rab. morsos tuetur, Tragus. Aprinum iecur recens aridum cum vino potum, contra serpentium & canum morsus proficit, Dioscorides libro secundo in Græcis codicibus habetur, ἰοβολιῶν καὶ κυνῶν ὀδήγματα ὠφελεῖ. Ruellius vertit, contra serpentium volucrumque morsus auxilio est. Marcellus legit κτηνῶν, & vertit quadrupedum. Ego vero κυνῶν id est canum legerim, nam alibi quoque non raro ἰοβολιῶν καὶ κυνῶν δήγματα Dioscorides coniungit, vt in gobio, ἰοβολίαις καὶ δήγμασι κυνῶν. Volucrum vero aut quadrupedum morsus, nullos ab eo alibi memoratos reperias. Serapio hunc locum ex Dioscoride citans, nihil quam morsibus venenosis auxiliari vertit. Plinius libro vigesimooctauo, capite decimo. Aprii iecur (inquit) inueteratum cum ruta potum ex vino, contra serpentes laudatur: simili modo verrinum iecur, &c. & paulo post de canis rabidi morsu agens, Laudant hirci iecur, quo impositio, ne tentari quidem aquæ metu affirmant. Iecur hirci mature sumptum, subuenit, Ponzet. Suspicetur sanè aliquis κάπρου Græcam vocem quæ aprum significat, interdum à Latinis parum animaduertentibus pro suo capro, id est hirco accipi. Artemisia, Actius. Aristolochia, Idem.

Bitumen Iudaicum omnium vtilissimum est, ex tribus aquæ cyathis potum: datur pondere scrupuli vnius aliàs drachmæ vnius, Act. Brassica, & eius decoctum in potu, Galenus de Parabil. cap. 68. Britannica, vide inferius in Lycio.

Cepæ & porri in cibo, vt supra ex Dioscor. dictum est. Cancrorum cinis epotus, Actius, Plinius, Colliget, Albucasis: cum melle, Auicenna. Cancrorum fluuialium decoctum, cum quibus copia anethi elixata sit, Idem κάνθαρον ποτισμῶν δὲ μάλιστα ὠφελεῖ ὕδατι ἑφθόμενος ἐν ᾧ ἄνηθον ἑφθόν (forte ἀνήθου) κυνόδηκτα. Dioscorid. cupor. 2 102. Vbi alia etiam remedia aduersus hoc malum traduntur. Caninus sanguis Dioscor. 2. 89. & Galen. Sanguis rabidi C. illius qui momordit, Auicenna. Saliuntur & carnes canum qui rabidi fuerunt in cibo dandæ, Plinius vigesimonono. Aggregator addit, eius proprie qui momordit. Vide paulò post in iecore C. rab. ex Plin. Capitis canini cinis, vstus (vt supra diximus) illitus vulneri: idem & in potione proficit: quidam ob id edendum dederunt: tuetur à pauore aquæ, Plin. Sextus hunc cinerem simpliciter à cane rabido morsos persanare scribit. Vermis qui sub lingua rabidi canis inuenitur excisus, & circum arborem sterilem ter latus & datus illi qui ab eo morsus fuerit, sanabit. Plinius eundem (exemptum infantibus catulis, quanquam etiam de alijs canibus exempto intelligi potest) ter igni circumlatum dari scribit morsis à rabioso, ne rabidi fiant. Est limus saburæ sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu, fieri hydrophobos non patitur. Plin. Canis rabidi id quod sub lingua habet acceptum & potatum cum aqua calida vel ex vino, hydrophobos (perperam scribitur hydropicos) mirificè sanat, Sext. Ego vermem viuum in lingua vel sub lingua canis reperiri nullum puto, sed vel limum, vt Plin. scribit: vel venam aliquam vermis instar turgentem (Tardiuus tumorem vermi similem dixit: in homine quidem ranam appellant, Græci batrachon. tumorem sub lingua, qui maximè pueros infestet:) à quali figura in cerebro etiam meatum quendam vermiformem appellant medici. Apparet autem etiam veteres certi nihil hac de re habuisse, ideoque alios aliter, vermem, linum saliuæ, vel simpliciter id quod sub lingua est nominasse quosdam vero è cadauere canis vermem. Videtur sanè hæc de verme persuasio à vulgo sumpta, quod in bubus etiam genere quodam insaniæ, quam nostri vocant *hirnwüng*, terebello iuxta cornua adacto vermem viuum aliquando egredi assueuerat, vt ex reduuijs hominum. Iecur canis qui rabie exagitatur, tostum, & in cibo ab emorsis sumptum ne tententur metu aquæ tueri creditur, Dioscor. Hepar canis qui momordit aliqui edendum dederunt, Aegineta, & Auicenna. Actius addit assatum: Sextus, coctum. Multò vtilissimè iecur eius qui in rabie momordit, datur si possit fieri, crudum mandendum. si minus, quoquo modo coctum, aut ius incoctis carnibus. Scio certe quosdam, qui iecur assum C. rab. sumpserẽt, mansisse superstites, verum non illo duntaxat vsos, sed etiam alijs deinceps medicamentis,

dicamentis,quæ huic veneno resistere experientia nouimus. Quosdam vero cum soli iecori fidem adhibuissent, postea mortuos audiui. Galenus de Simplic.11 9. Necantur catuli statim in aqua,ad sexum eius qui momorderit, vt iecur crudum deuoretur ex ijs. Plin. Lactētis catuli iecur, & eiusdem coagulum, Plinius Valerian. quoq; commendat. Catuli coagulum ex aqua propinatum, efficacissimum est: quod vel semel assumptum, aquæ desiderium protinus excitat, ita vt & reliqua humida vniuersa affatim appetantur: oportet autem catulum non prouectioris ætatis esse, sed nuperrimè natum & adhuc lactentem, Aetius. Caprifici cortex contusus & ex aqua potus, Actius. Castorei drachma cum rosacei alibi cyatho, Galen. de antid. cap. 68. Centaurium minus potum, Aetius. Chamædrys pota, Idem. Chamæmalum, vide Leucanthemis paulò post. Cuculi simus decoctus epotus, Plinius.

Cynorrhodon. Ad canis rab morsum (inquit Plinius) vnicum remedium oraculo quodam nuper repertū est, radix sylvestris rosæ, quæ cynorrhoda appellatur. Et alibi, Herbas alias inuenit casus, alias (vt vere dixerim) deus. Insanabilis ad hosce annos fuit rabidi canis morsus, pauorem aquæ, potusq; omnis afferens odium Nuper cuiusdam militantis in prætorio mater vidit in quiete, vt radicem sylvestris rosæ, quam cynorrhodon vocant, blanditā sibi aspectu pridie in frutecto, mitteret filio bibendā in lacte. In Lacetania res gerebatur, Hispanię proxima parte: casuq; accidit, vt militi à morsu canis incipiente aquas expauescere, superueniret epistola orantis, vt parēret religioni: seruatusq; est ex insperato, & postea quisquis auxilium simile tentauit. Aliàs apud authores cynorrhodi vna medicina erat, spongiolæ, quæ in medijs spinis eius nascitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri, Hæc Plin. Sylvestris rosæ radix medetur emorsis à C. rab. allio præsertim vulneri impositio, Aquiuinus. Huius remedij excellentiæ, & impositum à cane nomen, diutius huic plantæ immorari me cogunt. Cynosbatus idem & cynorrhoda, id est canis rosa, quondam dictus est, quoniam flos eius roseus sit, & rabidi canis morsibus medeatur: Rura nostra passim eum nouerūt, maximum inter rubos omnes, & qualem in cunctis Dioscorides descripsit, Marcellus Vergilius. Reprehendit eum Petrus Matthæolus, quod diuersas (vt ipse inquit) plantas, cynosbaton & cynorrhodon confundat, & pro eadem accipiat. Sed antequam argumenta Matthæoli proferam & refellam, cynosbati ex veteribus descriptionem perpendamus. Cynosbaton (inquit Dioscorides) sunt qui oxyacanthan dicunt. frutex rubo longe maior est, arboris instar: folia habet longè quàm myrtus latiora. Spinas in virgis robustas, florem candidū, fructum oblongum, oliuæ nucleo similem, cum maturescit rubentem (πυῤῥὸν, fulueſcentem, Ruellius: fulueſcit autem intrinsecus maximè, foris rubet: quod in rosis tū satiuis tum sylvestribus apparet) qui flocculos, vel quædam lanis similia intus continet. Aluum sistit aridus eius fructus in vino decoctus & potus, sic vt sine interioribus lanis illis sumatur: faucibus enim & arteriæ nocent, Hæc Dioscorides. Canirubus (κυνοῤῥόδακον malim in masculino genere: nam in neutro de fructu potius dicitur:) inquit Theophrastus lib. 3. cap. 18. de hist. plan. fructum subrutilum, ὑπερύθρον (Athenæus lib. 2. citans hæc Theophrasti verba legit ἐρυθρὸν) parit malo punico similem: est inter fruticem atq; arborem. Punica non absimilis folio amerinæ, τῇ φυλλῳ ἀγρίας. Columella cynosbaton vastis spinis paliuro rubisq; contungit, cum in conserenda sepe præcipit semina vastissimarum spinarum solo credenda esse: cuius generis etiam sunt cynosbati, quos sua ætas sentem canis appellauit Marcel. Verg. Rubi alterum genus est, in quo rosa nascitur: gignit pilulam castaneæ similē, præcipuo remedio calculosis: Alia est cynorrhoda, de qua proximo decimo volumine, Plinius lib. 24. cap. 13. Et mox cap. 14. Cynosbatum, alij cynospaston, alij neurospaston vocant: folium habet vestigio hominis simile. Fert & vuam nigram in cuius acino nervum habet, vnde neurospastos dicitur. Alia est à cappari quam medici cynosbaton appellauerunt. Huius thyrsus ad remedia splenis & inflationes conditus ex aceto manditur. Neruus eius cum masticha Chia commanducatus os purgat Ruborum rosa alopecias cum axungia emendat, &c. Cæterum rosas sylvestres Theophrastus de hist. plant 6. 7 seorsim nominat ac describit: Asperiores (inquit) tum virgis tum foliis constat quàm latiuæ, & florem minus odoratum, minusq; coloratum, nec tantum magnitudine ferunt. Cynosbati fructus (inquit Galenus lib. 7. de Simplicib.) non parum astringit, folia vero mediocriter. Itaq; particularis eius vsus haud ignotus est. Cauendum ab eo quod in fructu eius lanæ speciem habet, ceu arteriam vitiante. Idem alibi cynosbata huius fruticis fructus appellat, adnumerans eos alijs agrestibus, qui vt minimum alimenti habent, ita praui sunt succi, vt cornis, moris rubi, arbuti & halicacabi fructibus, diospyris, &c. Matthæolus Senensis de rubo canino scribens, cum hodie ignotum arbitratur, cynorrhodon vero rosam esse sylvestrem, quam Plinius ad rab. C. morsus celebrarit. Primum, inquit, si cynosbatus eadem rosæ sylvestri esset, nihil opus fuisset eam pluribus à Dioscoride describi, sed vno verbo rosam sylvestrem appellando satisfecisset lectoribus. Sed hoc argumentum leuius est, quàm vt refelli debeat: cum & aliæ quædam sylvestres plantæ, nominibus veniant proprijs, nec semper adiectione sylvestris circumscribantur: sic spinum pro pruno sylvestri dicimus: & ipsas sylvestres rosas Germani suo nomine, quod de satiuis nemo diceret, *hagenbutten* vel *hanbutte* nominamus. Galli eglantier. Deinde folia multum à myrti foliis differre ait, cū Dioscorides non simpliciter ea myrti foliis comparauerit, sed tantū multò latiora esse dixerit: mihi sanè quamuis serrata, tamen aliquo modo myrti foliis similia videntur, & similiter per ramulos digesta, bina videlicet è regione. Fructus quamuis longe maior sit quàm nucleus oliuæ, figuræ tamen similitudo respondet, de qua solum Dioscorides loquitur. Plinius quidem alibi de cynorrhodo agit quam rosam sylvestrē esse inter omnes conuenit: quanquam & lilij genus, vt postea dicā, sic appelletur:) alibi vero de cynosbato: sed hāc ita describit vt prorsus ei ignota fuisse videatur. & ipse seipsum intricare. Sed non differre cynorrhodon à cynosbato, id est rosam caninam à rubo canino, vel suis verbis ipsum aliquis conuincat. Vtrique à cane nomen: vtrique rosam attribuit, vtrique spongiam (licet in cynosbato pilulam castaneæ similem appellet) vtrique vim eandem in medicina contra alopecias. Nam lib 25. Aliàs apud authores (inquit) cynorrhodi vna medicina erat, spongiolæ, quæ in medijs spinis eius nascitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri. Libro autem 24. Ruborum rosa (inquit) alopecias cum axungia emendat. Et quanquam hæc verba ad proprie dictos rubos refert, in eo tamen errare mihi videtur, cum hoc remedium cynorrhodo debeatur: de quo paulo ante dixerat, Alterum genus rubi est in quo rosa nascitur: gignit pilulam castaneæ similē, præcipuo remedio calculosis. Certe rosæ sylvestris spongia, pilula propter figuram recte dicetur, recte etiam castaneæ echino suo adhuc intectę comparabitur. Errat igitur Hermolaus qui cynorrhodon a cynosbato non flore roseo differre ait, quem ferat vtrunque: sed spongiolis. quas cynorrhodon habeat, cynosbatus non habeat. Galenus circa finem cap. 1. lib. 1. de compositione secundum locos, κυνοῤῥόδακον vocem repertam in ænigmatico quodam medicamento ad alopeciam, cynosbatum exponit. Apud Dioscoridem rubum etiā proprie dictū, Græce βάτον, cynosbaton cognominari legitur: vt etiā capparin cynosbaton & philosaphylon. Attribuuntur autem etiam cappari frutici apud Dioscoridem, spinæ, vt rubi, in hami modum aduncæ: fructus oleæ similis,

milis, qui cū dehiscens panditur florem candidū promit, quo excusso, nō nihil glandis oblongæ figura inuenitur, quod apertū grana acinis punicorū similia ostendit, parua, rubicunda. Ex istis notis multę cynosbato etiā proprie dicto cōmunes sunt, quæ Plinio videntur intricasse. Verunq;, certum apud me est, Plinio cynosbaton ignorasse, quæ apud Græcos inuenerat nullo iudicio transtulisse. Paulo post initiū cap. 14. lib. 24. Alia est à cappari (inquit, quā medici cynosbaton appellauerūt, huius thyrsus ad remedia splenis & inflationes cōditus ex aceto manditur. Neruus eius cū masticbe Chia cōmanducatus, os purgat. Hæc omnia de cappari intelligēda sunt: cuius nō fructus solū, sed etiā thyrsos & cauliculos ad remedia splenis cōdiri scimus. Eiusdē fructum σιαφλεγματίζειν, id est per os purgare & pituitā detrahere Dioscorides author est. Plinius hoc neruo attribuit, cum prius nō de capparis, sed de cynosbati tanquā alterius plantæ neruo in acino eius contento, locutus esset. Proinde vel illa omnia ad capparin referre oportet, cui etiam vua conuenit (quā cynosbato nemo tribuit) vnde & philostaphylon Græci vocarūt, ac Plinius ipse alibi opheostaphylē: aut Plinū omnino errasse fateri. Theophrastus, vt dixi, ἀγνῶσις (ἀγλῶσις apud Athenæū, non placet) id est agni vel viticis foliū cynosbato tribuit, pro quo Plinius ἰχνῶσις vel ἰχνοειδὲς legisse videtur, cū vestigio humano cōpareat. Visum à se rubum quidā testantur in syluis hac specie, vt quasi solea esse videretur, Hermolaus. Mihi animus inclinat mutilum esse hunc Theophrasti locū & ἀχνώσεις legendū, referendumq; ad fructū non ad folū. reuera enim ἀχνώσεις est cynosbati, id est rosæ syluestris, vt etiā satiuæ fructus: hoc est acerolus, & floccis plenus quo sensu πεπωκὸς ἀκανθῶδες Dioscorides dixit: ἰχνώδη Varinus exponit ἄχνωσιν, ἐπὶ τὸ ἀχνῶδες μεταλαμβάνει τὸ ἄχνωσις, ἀχνώδη ὀνομάζων. Cæterum vbi malo punico, similē cynosbati fructū esse Theodorus vertit, Græcè legitur, καρπὸν ἔχειν ὅμοιον ἐκείνῳ τοῦ ῥοῦ: Athenæus non recte habet τῷ ῥοῷ:) id est fructū, vel semen potius, rubicundū habet, & mali punicæ semini simile: & sic vertendū erat ne quis integro malo punico cōferri arbitraretur: quod vt caueret Marcellus Vergilius in alium errorē incidit, transferendo, punicæ cytino simile. Id licet quod ad rē ipsam defendi possit: cytinus enim non solum appellatur flos satiuæ mali Punicæ apud Galenū lib. 6. de Simplic. sed etiā prima polt florē pomi ipsius rudimenta, apud eundē lib. 6. de compos. secundū loc. Theophrastus tamen omnino grana interiora significasse videtur. quæ licet alba sint in fructu cynosbati, succo tamē rubente circumfunduntur, & magnitudine figuraq; ad mali punicæ grana quàm proxime accedunt. Eodē planè sensu Dioscorides de cappari scribit, fructū eius apertum grana acinis punicorū similia ostendere, parua, rubicūda. Errat Ruellius in historia sua plantarū, circa finē capitis de rubo canis, cynosbaton magnitudine inter fruticē & arborē punicæ esse scribens: fefellit eum non bene distincta translatio Gazæ. Græce quidē clarissimè scribitur, cynosbaton inter fruticem & arborē simpliciter magnitudine esse, deinde additur, punicæ similē, aut si libet æqualem: nā ἰσομεγέθη nonnunquā ad quantitatem refertur. Opinor autē in foliis etiā similitudinem esse nam & punicæ folia, vtpote gemina sibi opposita & angusta, myrto cōferuntur. Capparis quamuis & ipsa cynosbatus appellatur, propter spinarum maximè similitudinem: longè diuersæ tamen naturæ est, quam nostra hæc cynosbatus nec vlla eius species existimari debet, vt neq; aconiti quamuis hoc etiam nomen ei tribuatur. Neq; enim homonyma, id est ea quibus idem nomen est, ratio vero substantiæ diuersa, ad vnum genus referri debent. Errat igitur duplici nomine Matthiolus, qui Plinium lib. 24. cap. 14. duas cynosbati species facere asserit, vnam vestigij humani foliis, alteram foliis capparis. Non enim species duas cynosbati illic Plinius facit, sed præter cynosbaton capparin quoq; sic appellari tradit cappari verò folio similem. præter ipsam capparin (quam ipsam sibi similem esse nihil mirabimur) cynosbatum nullum facit. Sed quid opus est pluribus? cū vel vnica ista nota, de floccis & lanis in fructu sufficiat (quæ nulli alteri fructuum cōuenit, quod ipse legēdo vel aliter obseruauerim, quam vt Dioscorides soli cynosbato attribuit, ita nos in solo cynorrhodo, id est rosa syluestri, quam quam in satiua quoq;, reperimus. Quod autē arteriam infestent, sæpe periculo meo ipse didici. Horum causa fortassis statu auerso fructum huius legendum præcipiunt, ne periclitentur oculi, vt Theophrast. scribit in hist. plant. 9. 9. Atqui non possunt flocci illi in oculos inuolare, cùm in vasculo suo semper inclusi maneant. etiam arido, si tamen ingrederentur oculos (quod vasculo per hominem aperto fieri posset à vento) omnino læderēt. Verum nec ipse Theophrastus simpliciter hoc approbat, sed ab herbarijs dici aut fieri scribit quędam huiusmodi, partem fortean rectè, partem quorem suam ostentent ac prædicent. Sed de scriptione omitta vires in medēdo consideremus: quas tū Dioscorides & Galenus astringēdi ac aluum sistendi tribuunt. Atqui rosas syluestres nostras cū alijs partibus, idq; magis quam satiuas, tum præcipue fructu, siccare, astringere, sistere, apud omnes hodie in confesso est, & gustus ipse manifestò ostendit. Non est autē quòd miremur quo pacto validè astringentia venenis resistant, cū & alia non pauca eiusdē generis habeamus, vt pentaphyllon, tormentillam, terrā Lemniam, chalcanthum &c. siue tota substātia id agant, siue quia partes corporis roborant, ita vt & promptius venenum repellant, & meatibus clausis minus ab eo afficiantur. Hieronymus Tragus etiā duplicitèr errat, primum quòd cynosbaton à cynorrhodo separat: deinde quòd spinā sepibus nostris vulgatē, quam pleriq; hodie spinā albam vocāt, cynosbaton facit. In qua tamē, vt reliqua taceā, aculeorum species ipsum docere poterat, cynosbati nomē ei non cōuenire. baton enim Græci rubū appellant, fruticē vulgò notissimum. cui aduncæ & hamatæ sunt spinæ: à quarū similitudine nō in fruticū genere solū plantas diuersas cynosbati, id est rubi canini nomine vocauerūt Græci, vt cynorrhodon capparin, rubū ipsum, similacem asperam, cui rubi velut spinas esse Dioscorides testatur. sed inter animalia etiā baton piscem planū, quem raiam Latini vocāt. Spinæ albæ verò sic vulgò dictæ rectæ omnino & minimè aduncæ spinæ rigēt. Plin. 24. 14. Inter genera ruborum, inquit, rhamnos appellatur à Græcis, ramos spargēs rectis aculeis, nō vt cæteri aduncis proximè autē de rubo priuatim dicto, & cynosbato locutus erat, vt vel inde cōstet neutri illorū rectos esse aculeos. Rhamnum certe Græci baton, id est rubi generibus nō adnumerant. Plinio tamē viro Latinæ & patriæ linguę doctissimo, in sua lingua rubū cōmunius fecisse vocabulū licuit, quàm Græci baton faciāt. Interē Græculā rosam & moschcuton dictā, quæ funditur è caule maluaceo, folia oleacea habens, media magnitudine autumnalis est, quam coronеolā vocant: omnes sine odore præter coroneolā & in rubo natā, Plin. 21. 4. Cū igitur sua in rubo rosa sit, quid obstat quin illam nūc à rubo cynosbaton, nūc à rosa cynorrhodon appellemus, nulla interim rei ipsius differētia? Apparet etiā ex his Plinij verbis rosam in rubo odoratā esse: quod idcò dico, ne quis imperite pro rubi rosa, proprie dicti rubi flores accipiat, quod ipse Plinius in remedijs ex rubo fecit, vt supra dixi. Maximè aūt odoratū est rosæ syluestris genus mollitanū, & cæteris minus, nō florib tantū, sed fruticē toto, nostri ob suauitatē odoris vinariā (*Vneuroeste*, cuius cōgeneris videtur *Vfeuroeste*) appellāt quā cū semel & iterū in horto plantasset, statim degenerauit, & omnē qua prius vndiq;, foliis maxime, suauitate odoris spirabat, exuit. Herm. Barbarus in paulò recitatis Plinii verbis legit. præter coroneolam in rubo natā sine copulatiua coniunctione quā nostri codices habēt, quos ego magis pro-

uimus enim cynosbatum & rosam in rubo nascentem, quæ tamen autumno apud nos quidem non floret: nisi raro fortassi. nam & tardiuas interdum autumno florere vidimus. Ad hæc cum alibi etiam cynosbatum & rosam in rubo describat, coroneolam tamen vocari nusquam meminit. Hermolaum & hac in re & alijs omnibus vbi de cynosbato scribit secutum est Io. Ruellius: Idem, Coroneola (inquit) in rubo nata, iucundi odoris est, sed angusti. Rosa vineæ vocatur flos spinæ albæ, Syluaticus: hinc errandi forte occasio nata quibusdam, vt spinam albam cynosbatum facerent. Idem Syluaticus cisthum rosam caninam vocat, & aliam eius speciem (ledon forte) rosaginẽ. Recentiores (inquit Ruellius) tum rosaginem tum rosam caninam vocant, fruticem thymo maiorem: folijs oxymi, rotundioribus, flore mali punicæ: flos masculo rosaceus est, fœminæ albicans. Ego in summis alpibus circa saxa odoratum fruticem, prorsus lignosum, humilem, & copiosum vbi nascitur: folijs oleæ, pinguibus, duris, & ruffis parte supina: flore mali Punicæ roseo sæpe reperi, quam Heluetij etiam in alpibus ῥοδόκρανα (si recte memini) appellant. Sed rhododendron quoque in Gallia rosaginem vocari Ruel. meminit. Quidam sentem canis non recte pro vulgari rubo accipiunt. Cynacanthan in lexico Ambr. Calepini pro oxyacantha imperitissime scribi & exponi reperio. Stephanis agria apud Aetium corruptè legitur pro staphisagria ad vitia psorasq; capitis: nisi quis Stephanida putârit esse, quam à nostris coroneolam vocari diximus, hoc est cynosbaton: vtique si & hæc, vt rubi, manantibus in capite vlceribus præsidio esse potest. Hermolaus in Staphidem agriam Dioscoridis. Physcius Locrus Amphictyonis filius, cum forte inter eum & parentem obortum esset dissidium, multis ciuium acceptis de sedibus statuendis Apollinem consuluit: responsumq; tulit, vt eo loco vrbem conderet, ὅπῃ περ ἂν τύχῃ ὄμβριος ὑπὸ κύνεον ξύλον. vbi à cane ligneo morderetur. In alterum itaq; maris littus transgressus, cynosbatum, id est caninum rubum pede compressit: vexatusq; plusculos dies vlcere, eo loco vbi oraculum iusserat, (loci natura interim cognita,) vrbes condidit, Physcos (Ὑσπεῖς) Hyanthiam, & alias omnes, quas Locri Ozolæ coluerunt. Cælius Calcagninus in Equitatione: transtulit autem ex Græcanicis Plutarchi, problemate 15. Errat autem ab initio: sic enim vertendum videtur, Amphictyon filium habuit Physcium, is Locrum, Locrus Cabyen Locrum: quo cum orto dissidio, pater multis ciuium assumptis, &c. Meminit etiam Athenæus lib. 2. & Cælius Rhod. 17. 28. Canẽ ligneam. Theophrastus cynosbatum vocat, Varinus. Illud ferè præterieram quod supra iam dictum oportuerat, quo sententia nostra cynorrhodon non aliam à cynosbato esse, vel maximè confirmatur, ex eodem Varino: apud quem verba hæc Græce habentur, Κυνόσβατος· φυτόν ἐστιν, ὅμοιον ῥόδῳ ἔχον τὸν καρπὸν· ἐν ᾧ μεταξὺ βάτου καὶ ξύλου. πυκνὰ ἐστὶν αὐτῷ τὰ ἀκάνθια, ἢ τὰ ῥόδια, ἀκανθώδη. Hoc est, Cynosbatus planta est quæ fructum rosæ similem habet: magnitudine inter fruticem & arborem: similis punicis arboribus vel rosis satiuis, spinosa. Et paulo ante nomen ei à cane impositum scripserat, propter asperitatem & spinas, quibus ita videlicet riget, vt canis serratis dentibus suis. Κυνάκανθα apud veteres Græcos aliquoties legitur, quorum verba citat Athenæus lib. 2. semper autem adijcitur ἀκανθα. id est spina. Hecatæus Milesius in montibus altissimis circa mare Hyrcanium nasci scribit ἀκανθας κυνώδεις: & alibi, In Choræsmiorum montibus arbores sunt syluestres, cynara spina, salix, myrica: nascitur etiam circa Indum fluuium cynara. Et Scylax vel Polemon, In montibus (inquit) proueniunt cynara, & aliæ herbæ. Cæterum Didymus grammaticus apud Sophoclem quid sit κυνάρα & ἀκανθα exponens, dubitat an sit cynosbatus, eò quòd aspera & spinosa sit planta. Hæc Athenæus: cum ab initio propositum esset loqui de herba cinara. κίναρα (inquit, in neutro plurali numero.) Sophocles κυνάκαν per ypsilon vocat, in singulari fœminino: quo modo etiã ipse paulo post per ὼτα scribit κινάρᾳν, & eandem esse putat herbam quæ carduus Romæ vocata sit, & in Sicilia cactus: quanquam & caules eius cactos vocarent cibo idoneos, vt alium eiusdẽ caulem κίονα (alias πίονα:) & in capitulo medullam ablatis pappis palmæ cerebro similem, ascaleron: vnde vulgare nostri temporis nomen arrichau natum mihi videtur. Eadem ferè Plinius de cacto, & caulẽ pterniceam vocari ait, sed pro ascaleron habet ascalla. Cynaron forte ait esse cynoabaton, Hesychius etiam & Varinus Athenæi verbis scribunt. Apud Suidam κίναρον nudum nomen legitur, pro κινάρα forte, licet ordine repugnante. Κυνάδα, cynosbatum, vel planta quam capras depascaiũt, Hesychius: in Lexico Græcolatino κυνάκανθα, pro cynosbato exponitur. Κυνὰς, genus herbæ spinosæ similis rosis, Varin. κυνάκανθον, herba quædam, Hesychius & Varinus: hæc etiam à cane & aculeis nomen habet, vt non alia quàm cynosbatus videatur. Est & rubens lilium, quod Græci crinon vocant alij florem eius cynorrhodon: laudatissimum in Antiochia & Laodicea Syriæ, mox in Phaselide, Plin. Cynorodon lilium est hyacintho simile, Hesychius & Varinus, hoc nimirum fuerit genus illud lilij montanum apud nos, quod recentiores nonnulli non recte asphodeli genus faciunt, flore roseo, cuius folia reflexa maculis aspergantur, quales & hyacintho tribuuntur. nostri à radicis colore radicem auream vocant. Itali martagon, forte corrupta a vulgo voce pro cynorrhodon. Est & rubens lilium, satis apud nos frequens, differens à purpureo: florem lilij nascẽtis in Italia cynorrhodon vocari Plinius est author: quod & Hippocrates accepit, cum rubentia cynorrhoda fœminarũ purgationibus commendat in vino, Ruellius. Ego cynosorchin hyacintho propiorem putauerim, flore purpureo, radicis bulbo gemino, quæ aluum sistit è vino pota: qua facultate etiam mentes sistere posse videtur.

Ellebori & elleborismi vim supra in curandi ratione ex Dioscoride docui.

Gallinæ cerebellum potum cum aliquo liquore, Galenus in Parabilib. Ne morsi à rabioso cane rabidi fiant, cerebello gallinaceo occurritur: sed id deuoratum anno tantum eo prodest Plinius. Gentiana proprietate quadam iuuat pota & applicata, Auicenna, & Serapio secundum Habyx. Quidam solius gentianæ obolos tres in tribus aut paulo amplius meri cyathis per dies duos & viginti propinant, Galenus lib. 2. de antid. in versibus Damocratis: & in fine eorundem cap. 119. similiter, succus autem (inquit) radici præstat. Vsum certe eius præstantissimum esse, ex nobilissima omnium è cancris antidoto, quam supra descripsimus, facile est conijcere.

Helleborus, vide Elleborus. Hinnuli (νεβροῦ) coagulum bibendum, Damocrates apud Galenum libro secundo de antid. Hippocampus marinus tostus, vtiliter comedi proditur à rab. C. morsis: quòd eius sanguis aquę amorem inducat, & propria quædam vi panori aquæ resistat. Quamobrem bis ac ter hippocampum comedi cogunt: eundemq; ex acerrimo aceto tritum vulneri applicant, rabiemq; hoc medicamento frequenter peruicerunt, Aetius Hippocelinum, id est oluscatrum potum & illitum, Plinius. Hirundinis fimus decoctus epotus, Idem. Hirundinis fimus illitus vel potus, Ponzettus. Hirci iecur mature sumptum, Ponzettus: Vide paulo supra in Aprri iecore. Hyænæ carnes in cibo, vt magi scribunt, Plinius.

Lapathum tum acidum, tum agreste, vt supra explicaui in ratione curandi ex Actio. Lapathi succus cum melle & oleo potus, Thessalus. Laser potum & cum oleo impositum, Auicenna in Assa. Liquor Cyrenaicus aut Parthicus fabæ quantitate potus, Actius. Cyrenaici aut Medici liquoris obolus è duobus aquæ cyathis, Damocrates

crates apud Galenum. Leucanthemis herba pota efficaciſſima eſt: cui tanta ineſſe vis traditur, vt vel poculi fundo tublita portionem libenter admitti faciat: Idem aſſeruunt chamæmalum efficere, Aëtius. Lycium, Aeginet. Lycij Indici obolitres ex aqua, cum modico verbenacæ: aut lycium per ſe ex ouo ſorbili. Aſclepiades apud Galenum de antid. Lycij Paratici, vel Indici, ſi haberi poteſt, obolos tres ex aqua (aquæ cyathis circiter tribus) Nicerato per dies vigenti duos ieiunis propinabat, celebri (vt alebat) experimento: Idem efficere aiunt Britannicæ ſuccum, eodem modo exhibitum, Damocrates ibidem. Lycium in catapotio deuoratum, Dioſcorides.

Mel linctum aut potum, Dioſcor. Iſaac, Auicenna. Mel decoctum epotum, Plin. Mentam cum granis mali granati aiunt eſſe ſingulare remedium, Porzettus: non exprimit autem forisne adhibenda ſit, an intra corpus ſumenda. Dioſcor. vt Serapio citat, & Macer, mentam cum ſale ad C. morſus ſimpliciter, apponunt. Mergi iecur aſſatum cũ oleo & modico ſale datur, mira facultate: ita enim præſentaneum eſſe aiũt, vt æger protinus aquam fugiat. Aetius. Videntur ſanè mihi medicamenta quædam ab aquaticis animalibus aduerſus aquæ metum à veterib. tentata, non tam alia ratione, quàm quod naturæ quadã ſimilitudine obſiſtere poſſe crederentur: vt ex cancris, mergo, caſtore, hippopotamo, vitulo marino: & vrſo etiam fortè ſimili ratione: nam hic quoq; nonnullis in locis amphibius eſt, ac piſcibus viuit. Sic inter herbas ex potamogitone.

Oluſatrum, vide Hippoſelinum.

Plantago pota, Plin. Valer. Pimpinella (nimirum germanica) detur canibus aut vaccis morſis à cane rabido, ter vel amplius: pro canibus inuoluatur pinguedine: vaccis & cæteris animantibus edenda detur in pabulo. Incertus. Polium potum, Aëtius. Porri, vide in Cepis. Morſus à cane rabido capiat vnciam petrolei, bibatq; dimidium & reliquo locum affectum inungat, Ex lib. germanico.

Ranæ præparatæ & in cibo ſumptæ, Dioſcorides eupor. 2. 102. Rutæ denarij ſex ex vino poti, Apuleius. Rutæ ſuccus acetabuli menſura è vino bibitur, Plinius: apud Valerianum denariorum quindecim pondus bibendum legitur.

Spinæ albæ ſemen potum, Dioſcorides vt citat Serapio: codices Græci habent ἐχεπάϊκος, id eſt ſerpentium morſibus.

Terra ſigillata, id eſt Leminia, cum vino diluto ſumpta, & ex acri aceto impoſita foris, Galenus de ſimplic. libro 9. cap. 2.

Vitis albæ radix pota, Aëtius. Quidam ius ex vitulo carnis decoctæ dant potui, Plinius. Vrſini fellis myſtra duo cum duobus aquæ cyathis, ieiunis triduo offerunt, & in magna admiratione habent, Damocrates apud Galenum. Hæc ſunt quæ ex veteribus, quorum hac de re ſcripta hoc tempore habui, & recentioribus nonnullis, in rei medicæ ſtudioſorum gratiam præcipuè, ſummo labore colligere & conferre volui: Quæ ſi cui non per omnia ſatisfaciunt, legat inſuper qui de morſu rabidi canis ſcripſerunt, Conſtantinum Practicæ lib. 7. cap. 23. & recentiores, Arnoldum in Breuiario 3 13. (& 3. 16. vbi de canis non rab. morſu tractat:) Gordonium 1 17. Valeſignanam parte 4. tractatu 3. cap. 2. & Antonium Guyerium cap. 12. de Venenis. Nunc antequam ad Philologiam aggredior, de paucis quibuſdam adhuc medicinæ candidati mihi admonendi ſunt: quæ licet opportunius alia alibi in præcedentibus dici potuiſſent, hic corollarij vicem tenebunt. Arabes non raro dum ex Græcis ſua transferunt, κυνόδηκτον non ſimpliciter à C. morſa, ſed à rab. C. verterunt: ex recentioribus etiam multi confuderunt, quod mihi in colligendis medicamentorum catalogis, quos ſupra poſui, laborem adauxit. Remedia quæ hydrophobis, id eſt aquam patientibus ſalutaria inſcribuntur, vel ad hydrophobicum affectum, ferè ſemper accipi debent pro illis quæ affectum abſentem prohibent, & ab eo præſeruant ac tuentur, quæ etiam ſimpliciter morſis à rab. C. auxiliaria dicuntur, & ne morſi in rabiem incidant. Horum pleraque intra corpus ſumuntur, vt ſanas adhuc partes corroborent, & venenum ab eis auertant: perpauca quæ foris adhibentur eodem donantur præconio, vt aquæ formidinem arcere dicantur: ea enim potius vt affectum curent præſentem, & quod adeſt venenum euocent in vſu ſunt, vt nõ proprie ſed per accidens ab aquæ metu præſeruare dici poſſint. Remedia quædam (inquit Galenus in aphoriſmum 22. libri 2.) ab affectione adhuc abſente præſeruant, alia præſentem curant: tertium genus ex præſeruatione & curatione miſtum eſt, quod proprio nomine caret atque idcirco aliàs alia medici vocant appellatione, nonnunquam præſeruari dicentes, ne morbus qui iam incipit generari, ad complementum perducatur: nonnunquam vero curari, quemadmodum in ijs quos canis rabidus momorderit. Quæ enim ipſis adhibentur medicinæ, duplicem habent appellationem. Nam nonnunquam rabiei remedia dicuntur, ac ſi rabiem facientis affectionis diceretur. Nonnunquam vero non remedia præſentis affectionis appellantur, ſed à rabie futura præſeruantia. Hæc ſi quis prolixius à me tractata exiſtimat, is ſecum perpendat velim quam latè huius argumenti vſus pateat. Neque enim ad rabioſos canes ſolum quæcunq; hactenus dicta ſunt pertinere omnia quiſquã arbitrari debet: ſed præterea ad aliorum quoq; animalium morſus, idq; tribus diuerſis modis. Aut enim perpetuo venenata ſunt quæ mordent, vt viperæ & alij pleriq; ſerpentes: Aut non venenata, eaq; vel non rabida, & ſimplici morſu lædunt, qui tamen non prorſus veneno caret, in profundo præcipue vulnere: vel rabida & cum morſu venenum infligunt nihilo mitius quàm quæ perpetuo venenata ſunt. Sed cum multa ſint, vt dixi, animalia quæ morſu aut ictu nocent, medicis tamen præcipua cura fuit rabidi canis morſus impugnare: quod hoc animal, vt ſupra dictũ eſt, frequentius homini & familiarius ſit, eoq; minus caueri poſſit. Quiſquis verò exploratam habuerit medendi morſis à rab. C. methodum, & ſimul materiam ſiue particularia medicamenta cognouerit; eadem opera à qualibet animante morſis hominibus cum Deo opem feret. Potiones quæcunq; contra viperatum morſus deſcriptæ à nobis ſunt, aduerſus rab. C. morſus etiam efficaces erunt, Damocrates apud Galenum lib. 2. de antid. Morſis à crocodilo conueniunt eadem remedia quæ ad morſos à cane ac ad reliquos relata ſunt Aëtius. Emplaſtra ad demorſos à cane vel vrſo aut ſimilibus animalibus ſtatim à principio commodè adhibentur ex ſale & ceruſſa apparata, &c. Idem. Et rurſus, Omnia ferè quæ ad canis morſum dicta ſunt, etiam à fele morſis conducunt. Erit præterea, quod nemo ante nos monuit, non mediocris occaſio ab hac curandi ratione propter affectus & ſymptomatum ac periculi ſimilitudinem, ad febrim peſtilentem eiusq; vlcera curanda tranſeundi: Quod eruditi medici facile animaduerterent: nobis ad ſequentia properandum eſt. Κυνόλυτος ab Andrea medico hydrophobus eſt dictus. Galli morſos à cane rabido ad S. Hubertum adducunt, vbi à ſacerdotibus certa victus ratione eos curari audio: aquam bibere iubent & quotidie edere aliquot oua dura ex acето. Alyſius. Idem in Gallia κυνοδηκτους ad ſacerdotes tantum adduci ait. Templum inquit eſt D. Lamberti in vrbe

quadam Piccardiæ: huius sacerdotes adducto ad se Lyssodecto crucem scindunt in fronte, & vulneri imponunt particulam ignitam de stola D. Lamberti resectam (quam eamen nunquam minui aiunt) vulnus iterum consuunt, & emplastrum quoddã imponunt, præscribunt & victus rationem, vt ova dura, &c. Quod nisi curetur homo morsus intra dies 40 constrictis in lecto pedibus manibusq; eum vinctum altero lecto superimposito prementes suffocant, tanquam de cuius salute deploratum sit & alijs forte mordendo noxium futurum: nec putantur hoc faciendo quicquam peccare, Hoc ille.

H. Philologia.

a. Canis, à canendo, authore Varrone, quod latratu signa dare soleat. Græcis κύων, παρὰ τὸ κύειν, quod amare nobis indicat, vt docuit Eustathius. Cælius: est enim animal natura φιλάνθρωπον, id est hominis amans, Varinus. Dubij generis est apud Græcos pariter & Latinos, ita vt hos vel has canes vtrunq; sexum comprehendo dicamus. Κυών, ὁ σκύλ. &, ὅτι τὸ κυεῖν (alias, κύειν) καὶ σαίνειν, ἢ παρὰ τὸ οἰκεῖν, transcriptione literarum: ἢ παρὰ τὸ δέξυ ἁπτόμενον ζῷον, Varinus. Κυνίσκας, τὰς κύνας, vt phialas & phialiscas dicimus, Suidas, Varin. Nostri peculiari voce *beix*, in cane vocando vtũtur, ab Illyrijs forte sumpta qui canem pes appellant. Μαυσὲς & σκάμμα pro cane apud Varinum legimus: posterius etiam apud Hesychium. Ἀκαμάντ&, canis, παρὰ τὸ ἀκαίνειν ἐπὶ ἰδίους διώκειν, Varin. ex Methodio. κόναλ& adulator est. Catuli non solum canum fœtus dimittiuè, verum omnium animalium appellantur, Nonius: Catuli aspidis, viperarum, draconum, lacertarum, simiæ, tigridis, vulpium, murium, Plinio: serpentis, Vergilio Georg. 3. leonis, Claudiano & Vergilio. Ego cum de canibus intelliguntur, absolutè puto, de cæteris non nisi cum additione. Catulum canis Varro libro 4. de lingua Lat. dictum ait à sagaci sensu & acuto. Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos, Vergil. Chrysippus omnia in perfectis & maturis docet esse meliora, vt in equo quam in equulo, in cane quam in catulo, in viro quam in puero, Cicero. Græci plura habent vocabula: scylaces (inquit Varin. ex Polluce) catuli canum & luporum dicuntur. A scylace diminutiuum fit scylacion, catellus. Σκυλάκιον τὸν κύνα λέγουσι, Hesych. Scyllos proprie de cane infante dicitur, ὅσον τὸ βάθος οὐ πλέον ἢ τὸ ὑλακτεῖν ἀφεστηκὸς σκύλλεται, Oros. Scymnos paroxytonum de leonis catulo, oxytonum vero de catulis aliorum animalium, Etymol. Pollux & alij non distinguunt: nam Hesychius & leonum & aliorum animalium σκύμνος paroxytona dictione vocat: de canibus neutrum inueniri puto. Catuli animalium illorum quæ proprium nomen non habent, scylacia vel scymnia dicuntur, Pollux. Catellum Græci etiam cynidion & cynation vocant, Varin. Suid. non solum autem ætate exiguos sic vocant, qui proprie scylaces dicuntur, sed potius natura, vt Latini caniculas. καλάμιον, κυνάριον, ἐκτετριμμένον, id est canicula, baccillus, Hesychius. & Varin. ego pro cynation malim schœnarion, id est funiculus: calos enim funis est, vt calon lignum. Tantillum loci vbi catellus cubet, id mihi sat est loci, Plautus in Stycho. Oy & labra tibi lingit Manuella catellus. Martialis. Caro etiam catellam dixit fœm. genere. Legimus aliquando hæc aretus, hæc catellus & hæc gallus, imitatione Græcorum qui ὁ καὶ ἡ κύων, ὁ καὶ ἡ ἀλεκτρυών dicunt, Semilus. Χρυσαδέλφα, αἰνιττόμενοι τοὺς κυνῶν, id est ignauissimi canes: aliqui testudines: alij cochleas interpretantur (omnibus istis tarditatis nota conuenit,) Hesychius & Varin. Xenophon l. b. 8. institut. Cyri, equos & canes βοσκήματα, id est pecora nominat. & Gratius poeta, pecuaria.

Epithera. Acer, Horat. Epod. 12. Nec naribus acres Ire canes, Ouid. Amarus. Arrex. Arguti, Seneca in Hyppolyc. id est sonantes. Scindent auidi perfida corda canes. Ouid. in Ibin. Audax. Autitus. Blandi, Verg. Georg. 2. Celeres, Ouid. Epist. 4. & 5. Citi, Idem Epist. 5. Clamosus. Emeriti, Stat. 3. Syluarum. Ferus. Fidus. Fideles catuli, Horat. 1. Carm. Acron exponit sagaces, vel silentium inuestigando seruantes. Horrendus. Horrisonus. Hirsutus Iciuna, Horat. Epod. 5. Immanis. Inimicis. Immundus. Horatius epist. 1. Infestus. Mœnalius. Mordex. Obscœni, Verg. 1. Georg. Obesus lacte, Claud. in Eutrop. Odori, Claud. 2. de raptu Proser. Odoris equus, in hymno Lynij Andronici. Pernix canis pecuarius, Columel. Peruigil. Senec. in Herc. fur. Propetus. Rabidi, Sene. in Oedipo. Rabiosa, Horat. 2 Epist. Aut rapidis canibus succinctas semimatris Corporibus Scyllas, Lucret. lib. 5. Raucus. Sagax. Solicitos vocat Ouid 11. Metamorph. quod rem domini diligenter custodiant. Vocalis. Introijt in ædes ater alienus canis, Terent. Phorm. Epithera Græca, Ἀργοπάδες, id est celeres Homero. Ἀργοί, celeres vel albi, Varin. Aiunt autem albos, vt quorum corpora molliora ratioraq; sint prius peste infectos, Vide Varinum in Ἀργούς. Porphyrius celeres interpretari mauult. Ἀργεόδοντες, Homerus Iliad. λαιψηρόν, sagax. Εὐστοχίαν, Oppian. de venaticis. Καρχαρίαι, ὁ τραχεῖς, asperi, Etymol. Dentium autem ratione maxime sic dici videntur: vnde & καρχαρόδοντες ab Homero cognominantur, à dentibus serratis, Etymol. in καρχαρ. Λαίβοσι, Oppian o. Λιπαρ&, παρὰ τὸ λιαν αἴρειν ἢ τὸν χὶν εἶναι, id est à nimia velocitate. Vide infra inter prouerbia à cane. Σηρπὸς, λαθροδάκτης, Hesych. & Varin. Vide ibid. Γλαυκώπιδες, apud Homer. Odysseæ ξ. ὀξυφανεῖς, Aristarcho: melius εἰσὶ τὸ γλαυκὸν μεμορημένοι, ὁ ἐστὶ πανημέριοι, ἰσοκοιμῆται, γλαυκοί, Scholiastes. Plura vide in Lexico Varini. φιλόφθογγοι, in epigrammate Anytes. κακκοφθέγ&κύων, vehementer clamans aut latrãs. Κύνες ταχεῖς, Hom. Iliad. χ.

Veneti passim Patarinum frigus, nec non hominem canem Patarinum, summa eius iniuria appellant, Nic. Etythræus. Canes muti non latrantes, Esai. 56. dicuntur pastores & concionatores populi qui vitia non reprehendunt, sed magis adulantur. Canes lucernarij à facto quodam viro dicti, qui nihil ipsi scribunt, sed ex alienis tactum colligant, vt canes qui lambunt alienas dapes. Canis verbum est, quo impudentibus inimicis conuicium fieri solet. Nam militare dictum est in hostem canis: & apud Homerum pro graui contumelia aduersarium dicitur. Terentinus Eu. Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis. c. Ain' verò canis? Donatus. Ἐξαπίνης φύγε ἅπαντες κύνες, Homerus. Et alibi de impudentibus, Ἐξελάαν ἐλάφοιό κύνας κηριοφορήτας. Canum impudentiam Oppianus lib. 5. de Venatione notat, quamuis impudentiores eis marinos facit, his verbis: Εἰσὶ δὲ ἐπὶ τραχεῖαι λάβροι κύνες, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πᾶσι ἐπαιδέες ἐφέπουσι, Κύνα &, ἀναιδῆ, id est impudens, properoxytonum Varino: Hesychio & Suidæ properispomenon. Κύναιδ&, valde impudens, Hesychius & Varinus: Hermolaus quoq; per y. scribit, sed frequentiori vsu obtinuit, etiam apud Græcos, vt perióta scribatur, idq; melius meo iudicio: à cane enim qui deriuet non inuenio authorem. Κιναίδου, cinædi, molles, κίναιδ&, ὀκνηρὰς αἰδοῦς, ἢ ἀσελγῆ παρὰ τὸ κυνῶν. Etymol. Κυναδὲς, illiberalis, sordidus, Hesychius & Varinus. Κυνῶς, impudenter, Idem. κύντ&, impudens, inuerecundus animus. Hesiodo. Κυνώπιν, impudentissima, Varinus. κυνώπα apud Hesychium κύντερον, impudentius, grauius, detestius, Hesychius & Varl. Κυνοβαρῶς, impudenter audax. Idem. Κυνώπης, ὁ. ἡ. (quæ vox mendosa legitur etiam Erasmo in prouerbio Auricus aspectus, id est impudens: ab aspectu & oculorum impudentia dictus, apud Homerum Iliad. α. ἰπνὸς ἀναιδείης κυνὸς& κυνὸς ὄμματ' ἔχων. Legimus etiam in alia decli-

alia declinatione κυνῶπις κυνώπιδος, ἰδ. ἡ. Κυνώπιδος, de vitio oculorum intelligitur, vt κυνωπὶς de laude eorundem, Varinus: quæ oppositio mihi non placet: cum posterius ad colorem referatur, cœruleum aut nigrum, qui in oculis probatur: prius ad fixum & impudentem aspectum. Eadem ratio est in dictione κυνοβλῆτις id est, κύνεος ἐρῶντος, apud Hesychium & Varinum. Canis oculum habere (inquit Pollux) apud Homerum dicitur is qui nimio plus impudens est. Et alibi apud Homerum legitur κύων ἀναιδὴς, id est impudens canis, Cælius: in nostro Pollucis codice ἀϐὴς habetur: & apud Homerum, ni fallor, κύον ἄϐλης. Aristogiton etiam Cydimachi filius cyon, id est canis, vocabatur propter audaciam: & cynes, id est canes, sectatores Antisthenis, Pollux. Cynici philosophi dicti sunt ab ingenio caulno, impudente, audace, contumace, Varinus. Cynici philisophi à canum inuerecundia dicti, non priuatim, sed publice quem vellent tanquam allatrantes reprehendebant: Cibum etiam in publico sumebant, & quæuis alia in hominum conspectu faciebant, Etymologus: Athenæus libro 14 non procul à fine, aduersus cynicos, ex Cleantho Solensi, conferens eos cum canibus, his verbis vtitur: Non frugalem & abstinentem vitam exercetis ô cynici, sed reuera caninam viuitis. Verum cum hæc quadrupes, quatuor rebus ab animalibus cæteris differat, vos ex istis duo deteriora solum vobis fectatis. Excellit enim canis sagacitate, & sensu alienos à familiaribus discernendi: qua de causa hominibus conuersatur, & tum domo tum alias res pertinentes ad vitam illorum, à quibus benefice tractatur, singulari fide custodit. Harum virtutum neutra præditi estis, vos qui cynice viuitis. Neque enim hominibus conuersamini, neque ex iis qui agunt aut colloquuntur vobiscum quenquam discernitis: & sensu siue sagacitate plerisque inferiores, inertem ac improuidam vitam degitis. At vitia canum, allatrandi nempe & maledicendi licentiam, & voracitatem: nec non miseram & nuditatem vitæ, diligenter imitamini, &c. Κυνικὸς, ὁ κυνηγετικὸς μὲν, ὁ δὲ κυνίστικος τοῦ ἤθους πάντας διαπτύοντας σὺν ἐμπαθεῖ λοιδορίᾳ: Οἱ γὰρ κυνηγετικοὶ, ἐπαινοῦσι σὺν ἀληθείᾳ καὶ μόνον κυνῶν ἀρετάς. Κυνικοὶ δὲ, οὐτωσὶ ἐπ' αἰσχίστῳ ὄντες, Varinus. Κυνίζειν, κυνιδὸν Φιλοσοφεῖν, cynice viuere, vel cynicam profiteri philosophiam: posterius apud Suidam legitur in Λύσιος ὁ κυνίσκος: prius in Antisthene apud eundem, quo loco plura de cynica philosophia differuntur, & in dictione κυνισμός. Inter Luciani dialogos est qui Cynicus inscribitur, colloquium cum Lycino. Κυνεῖν δεῖ σοῦ σπουδαίως pro κυνίζειν, Varinus in Cynismo. De cynico astro dicam paulo post in mentione caniculæ syderis. Κυνίζειν μὴ βλακεύειν σφόδρα πατεῖν, Hesychius, Varinus: Etymologus deducit παρὰ τὸ κινῶ quasi κινίζειν per iŏta. κυνηδὸν, canis instar, Hesychius, Varinus. Sic Latine canatim apud Nigidium Grammaticum inuenitur, aduerbium obsoletum, Nonius. Ἡ γὰρ ἀναισχυντία, καὶ κυνηδὸν ἐπεσθαι τῶν ἐπιτυχόντων ἤθους, τοῖς ἀδίκοις ἐμφύεται εἰς τὸ σκέλος, Suidas. Ab impudentia canis κυναλώπηξ etiam & κυνοκέφαλος nomina facta sunt, vt inferius explicabo: item cynomyia, id est canina musca, pro impudentissima: cuiusmodi & canis & musca sunt, Etymologus, Varinus: Vide plura inter insecta. Κυνοπεμολικνίτες, οἱ λύσσοι, Suidas. Cynura Lycophroni petræ dicuntur asperæ, Cælius. Κυνεῦραι, astragali sunt, id est, tali, Varinus. Κυνέργας, βόλυ ἀνομασμένος παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ἢ πόλεως. Idem, & Hesychius coniecerit autem aliquis canem cæcum, & ciuitatem ludos quosdam hoc loco ab eis dici, in quibus thesseratum auctorum iactus quidam hoc nomine appelletur: πόλεις quidem ludi nomen esse vel ex prouerbio notum est, πόλεις παίζειν. Sed hoc ludi genus absque tesseris & talis fiebat, solis calculis hinc inde loco mouendis: Nam Cælius Calcagninus in lucubratione sua de calculis, multis rationibus probat calculorum siue latrunculorum ludum (quos Græci ψήφους & πεττοὺς vocârint: & lineis distinctas in eo regiones, πόλεις) non alium esse, quàm qui hodie passim in vsu duodecim calculorũ ludus nominatur. Huius calculos (inquit) latronum etiam & canum nomine celebratos agnosco, κύνων ψῆφοι ἐκαλοῦντο πολλαί, Pollux. Omnia quibus datus est talus, cruribus eum posterioribus continent, ita vt erectus in suffragine parte sui prona foras, supina introrsum spectet: & quæ Veneres (κῶλα, lege κῶες) vocantur, intus aduersæ sibi positæ sint: quæ canes (ἰσχία, κῶλα legendum videtur) foris: quæ anconæ (πτερὰ) supra habeantur, Aristoteles libro 2. de hist. anim. cap. 1. interprete Gaza. Ex talibus seu iactibus talorum qui sex continebat, Cõus dicebatur & hexites, qui Latine senio dici solet: qui vero vnum, Chius dicebatur, & cyon, id est canis, ex quo prouerbium, Χῖος παρεστὼς Κῶον οὐκ ἐᾷ λέγειν: vel plenius, vt Stratides comicus scribit, οὐκ ἐᾷ λέγειν, id est, At Chius adstans non sinit Cõum loqui: De iis scilicet, qui cum multo inferiores sint, eos tamen qui maiores superioresque sunt, compescunt. Ad quod videtur alluisse Aristophanes in Ranis, de Theramene homine ambiguo atque ideo cothurni nomen adepto, loquẽs: cum inquit, κἀπιτήδειον ἔχω τὸν καιρὸν, εἰ χῖος, ἀλλ' εἰ κεῖος· ἢ Κεῖος. In eo enim bella est allusio, quod Theramenem Chium fuisse accepimus, Cælius Calcagninus in commentario de talis: in quo præter cætera alium esse Galeni astragalum inter os tibiæ & calcaneum ostendit, alium item Aristotelis: & paulo ante recitatum Aristotelis locum Græce & Latine interprete Gaza, diligenter examinat ac emendat. In talo figura in cadendo vicem habebat numeri. Monada significans vocabatur canis, Persio canicula: Quid dexter senio ferret, Scire erat in voto, damnosa canicula quantum Raderet. Semper damnosi subsiluêre canes, Propertius. Damnosi facito stent tibi sæpe canes, Ouidius lib. 2 De Arte. Vide Erasmum in prouerbio Chius ad Coum. Onos, id est asinus, vnitas est in cubis vel tesseris, vt in talis cyon, Pollux. Apud Varinum tamen in κύων legimus chium iactum esse τῶν κυβόλων, id est cubis vel tesseris, non talis ludentium; quod non placet. De Theodori translatione quid sentiam alio dicam loco, non differendo statim quod apud Iulium Pollucem legitur, qui non colon nec ischion in talo: sed coon & chion vocari tradit, vt cous iactus idem sit qui senio: & chius idem, qui & canis. Alij tamen pauci (vt idem author est) canem pro monade accipiunt: chium vero pro chiliade (χιὰς, non χιλιὰς in nostris exemplaribus Pollucis legitur lib. 9. curiosi conferant) qui numerus cani sit aduersus, Hermolaus in Plin. 11. 46. Talis iactatus vt quisq; canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat, Suetonius in Octauio Augusto, recitans ex illius quadam ad Tiberium epistola. ἀσεσγαλάς, τὰς πανηγερικὰς κύνας, καταγώγιδας κύνας, Varin. & Hesychius: apud quem ἀσεσγαλὴς etiam in singulari similiter exponitur.

Lupus qui & canicula, ferreus harpax: quo si quid in puteum deciderit, capitur & extrahitur, Isidorus. Σκύλαξ, σκῶμμα ἀφροδισιακὸν, ὡς τὸ τῶν Φοινικιζόντων, Hesychius. Κυνοδέσμη, δεσμὸς ἀκροποθίας, id est vinculum præputij: pars scilicet inferior, vbi adhæret. Eadem pars etiam cyon Etymologo dici videtur, qui scribit, Κύων τὸ κατὰ τὸ αἰδοῖον, σημαίνει τὸ ἄκρον τοῦ πέους κυνοειδῶς καὶ αἱ ἀδιδοῦσαι, ἢ συνδιδύσαι, Etym. At Pollux lib. 2. cynodesmion interpretari videtur, non præputij partem, sed vinculum aut fibulam qua ligaretur, his verbis: Ὃ δὲ τοῖς παιδίοις ἀπέδουν, οὗπερ τὸ δεσμὸν κυνοδέσιον ἀνόμαζον. Videndum an hæc sit fibula illa Cor. Celsi 7. 25 qua adolescentes vocis aut valetudinis causa in præputio infibulabant. Κύων item scintilla est à ferro ignito, dum cuditur, prosiliens

silens, si rectè verto Græca illa Varini verba: ἀλλανοῦς τὸ σῶμα τοῦ ἀνέρος ἐξαλάομαι καὶ πτήσσω. Significat etiam pudendum virile, eodem teste: & muliebre, quod ex his eius verbis colligitur, ὡς κύων ὄπισθεν ἡμερὶς ἥλιε καὶ κύνα ἀμφιπολεύουσαν ἐοῦσαν χθονίην. Eadem significatione κυνὸς legitur, vnde κυνολέσχης turpiloquus apud Eustathium in Iliad. 9. pro quo κυνολόχης perperam, vt puto, in Græcis quibusdam & Græcolatinis lexicis habetur. Est & morbi genus κύων apud Varinum, quod quale sit non explicat: fuerit autem fortassis cynanche. Item vinculum quo canum cervices muniuntur, de quo pluribus dicam quinta parte huius capitis. Σύλαξ vinculum ferreum apud Pollucem. Κύξ, pars vngulæ equi, clavi, dracones, Hesychius & Varin. Vide in Equo, vbi κύνεσλοι & κυνίκοδες vocabula ponentur. Equos quosdam minus probandos cynepodas fuisse nuncupatos inuenimus, Cælius. Ego apud Pollucem κυνήποδας ἵππους in canum mentione simpliciter legi. Κυνοθάλων equus quidam sic dicitur, Hesych. & Varinus. Κυναιρίς, ἡ κυνηγός, ἀγρέλουκα Hesychius & Varinus: locus videtur mendosus: forte legendum κυνηρίς, ἀστραγάλη: nam supra quoq; cynuras ex Varino astragalos esse dixi: nisi quis κυνάγχου ἀγρολικόν scribendum existimet, nam & ἀγρολίγας κύνας Pollux commemorat.

Sirius, Σείριος, stella est in ore canis cœlestis, quæ omnibus annis, vt inquit Seruius, oritur circa calendas Iulias. Vergil. lib. 10. Aen. Sirium ardorem dixit. Lucanus lib. 10. Rabidus qua Sirius ignes. Exerit. Vide Onomasticon nostrum, Etymologicon, Hyginium, Aratum, & alios astronomos. Sirium Cato vocat catulum. Canicula stella, quæ & Sirius dicitur, in medio centro cœli, ad quam quum Sol peruenerit, duplicatur æstus, & nimio calore languent mortalium corpora: à qua dies caniculares vocati: Vide Plinium 18. 28. & lib. 2. cap. 37. & 40. Cicero 1. de Diuin. Vt enim Ceos accepimus ortum Caniculæ diligenter quotannis solere seruare, coniecturaque capere, vt scribit Ponticus Heraclides, salubris ne an pestilens annus futurus sit. Vnde ab astronomis vocantur dies Caniculares, ab ortu ad occasum Caniculæ, quos periculosos esse aiunt. Sunt autem maximè circa trigintà dies post solstitium æstiuum, Ibidem lib. 2. Huic poëtæ veteres epitheta tribuunt, flagrantis, insanæ, rubiæ, ardentis. Canem æstiuum Tibullus dixit, acrem autumni canem Valerius Flacus: æstiferum Verg. Erigonium & Icarium Ouidius Canis sydus inuisum agricolis Horatius. Plutarchus caniculares dies τὰς ἡμέρας τὰς κυνικὰς dixit. Eustathius in Dionysium scribens vulgo κυνοκαύματα dies testatur, vt Varinus etiam in κύων, propter æstus illo tempore immodicos. Quamobrem, inquit poeta Sirium esse ait malum signum, & multas inferre febres inflammato aere. Poeta canem Orionis interdum cognominant. In fabulis enim est Orionem primum venatorem defunctum syderibus adiunctum esse, & simul canem cum eo, Varin. Ὠρίων καὶ Σείριος ἀστέρες καλέονται, apud poëtam. Plerique putant caniculares dies caprificos dies esse, Gyraldus. Icarij canis filiæ cadauer Icarij monstrauit: & si credendum est poëtis, hic Sirius est, Pollux lib. 5. A cane sydereo, quem astro cynon dicunt Græci, at Solechyn Aegyptij. Cynicum comperio annum appellari, qui annis compleatur mille quadringentis sexaginta: Vitationem porrò id sydus facere quadriennio interiecto, Cælius, De honoribus & sacrificijs canum canicula syderi exhibitis, infra dicam parte 8. huius capitis. Arctos, id est vrsas cœlestes scribit Theon appellari ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν οὐρὰν κάλαμον τοῦ κόσμου, qui summæ sint ac cœli velut capita: Peculiarius autem Cynosuram dici, ex canis caudæ imagine: quoniam κυνὸς οὐρὰν ἔχει, quod est, canis caudam habet, Cælius: Vide apud Varinum. Helice & cynosuram in cœlo duæ vrsæ sunt, quas Iouis nutrices fuisse aiunt: alij vnam tantum eius nutricem, alteram eb eo amatam fuisse ferunt, Pollux lib. 5. 10. Tzetzes in Comment. Hesiodi, nomina nympharum quas Meliss vocant hæc esse ait, Helice, Cynosura, Arethusa. Ide. &c. Gyrald. Aega & Helice, nymphatum nomina, quæ ex Oleno natæ, & ipsæ Iouis nutrices feruntur, vt Hyginus alijque prodiderunt. Quidam Aegam Panos vxorem dixêre, vt alibi docuimus, à qua & Aegis dicta. Plura Hygin. alij Helicem & Cynosuram dixere, Hyginus in secundo, alij, Gyraldus. Cynosura, tribus Laconica, & arx Marathônis Euboeam versus: & vrsa minor: κυνόσουρα, κυνοσουρὶς ἡ μικρὰ καὶ ἑπτάστερος ἀρκτος καλέονται, Varin. & Hesychius. Cynosurium qui Mercurium appellauere, decepti esse videntur ex verbis, quæ citant, Stephani. Ipse enim Cynosuram vocari ait verticem seu arcem Arcadiæ, à Cynosuro Mercurij filio, Gyraldus. Ova vrina fiunt incubatione derelicta, quæ alij cynosura dixerunt. Plinius. Κυνόσουρα, ἄρκτος, id est vrsa apud Macedones, Varin. Pythagorei planetas Persephones canes vocabant, Clemens lib. 5. στρωμάτων. Vsæque canes vlulare per vmbram, Verg. 6. Aen. vbi Seruius canes furias dicit. Lucanus, Stygiasq; canes in luce superna Destituam. Vlulare autem & canum & furiarum est. Infernæ canes, Horat. 1. Serm. Varino etiam cyon exponitur erinnys, id est furia. Cerberum serpentem dictum fuisse κύνα κυνέαν, id est canem infernalem, reperio. Exitiales dæmones canes vocantur atri: & dæmonum symbolum triceps est canis: ille scilicet qui in aqua, terra, & aere versatur perniciosissimus dæmon, Cæl. ex Porphyrio. Χρύσεοι δ' ἐκάτερθε κύνες κατὰ τοῖσιν ἔασιν, Homerus.

Canes & caniculas libro 4. inter pisces numerabimus: Διελφινὰς καὶ κύνας τε, Oppianus. Germani etiam & Angli suis linguis canes appellant marinos pisces, quos sic veteres Græci & Latini nominarunt, *hundfisch, dogfisch*. Κυνοραπίσω σε, verberabo te tanquam canem: & κυνηδὸν ἐκτενῶ σε τῶν ὄνων, apud Aristophanem in Equitibus: sic loquitur coquus quidam, canis enim piscis est (à pisce si deducas, exponendum videtur κυνοσπᾶν in partes secare: non enim puto canes etiam salparum modo verberibus antequam coquerentur præmollitos.) vel canino corio te feriam, vtpote aspertimo, Varinus ex Scholiaste Aristophanis: canis certe piscis mustelorum generis pellem valde asperam habet. Cynopotamon, id est canem fluuialem, Syluaticus castorem exponit, castoreum pro castore proferens. Cynopus & cynedexia à Plinio 33. 11. inter pisces nominantur, vel animalia aquatilia, solis nominibus positis. Cynoraistas, id est ricinos, & cynomyias: quas aliqui eisdem ricinis faciunt, inter Insecta quære. Item κυνόλφιον, blattam: λύκφιον enim exponunt, & κυνόλφιν, χρύσιλλον, vt ab occultatione sui dicta videantur. Κυνεῖον quoque ricinum esse puto. Decynalopece vide inferius inter prouerbia ex cane. Sic etiam dici possent canes Laconici, quos primum ex cane & vulpe natos ferunt. Sed de canibus mixtis & bigeneris, id est natis ex cane & alterius generis animante, vt vulpe, tigride, lupo, priuatim & copiosius dicam in sequentibus. Νυκτερινοὶ κύνες, id est nocturni canes: lupi dicuntur, Varinus. De lupo canario, vt recentiores appellant in panthere (non panthera) dicam. Crocutas velut ex cane lupoque conceptas, omnia dentibus frangentes, protinusque deuorata conficientes ventre, Aethopia generat, Plinius. Arabice aut Syriace dabha vel dahab, vel abenaul, id est babuin, nominatur animal medium inter lupum & canem, &c. Aud. Bellunen. Vide in Hyæna.

Icones. In consecrationibus (κοιμητηρίοις) apud Aegyptios dictis, deorum aurea simulchra circumferunt, canes duos, accipitrem vnum, & ibin vnam: eaque literas quatuor appellant. Sunt autem canes symbola duorum he-

sum he-

rum hemiſphæriorum, vt quæ circuitum & veluti cuſtodiam peragant. Accipiter ſolis, feruidæ enim naturæ eſt, & ad perdendum comparatus, nam ad Solem etiam morbos peſtilentes referunt. Ibis denique lunæ, tenebroſam enim Lunæ faciem, nigris in hac aue pennis: lucidam albis comparant. Sunt qui per canes circulos tropicos notari velint: qui ſcilicet Solis Meridiem & Septentrionem verſus tranſitum determinant & inſtar ianitorum obſeruant. Iiſdem æquinoctialem circulū ſublimem & exaſtum accipiter deſignat, vt Ibis Zodiacum. Videtur enim Aegyptijs hæc canis præ cæteris animalibus numeri & menſuræ initium exhibuiſſe, vt inter circulos Zodiacus, Clemens lib. 5. Stromatum: Nicias pictor Athenienſis canes elegantiſſime expreſſit, Plinius. Simon Statuarius canem & ſagittarium fecit. Idem. Imperatores imagine Auguſti ſignare ſolebant, Galbam excipit Dion: Hic enim ſignatorium habuit annulum maioribus ſuis familiarem, cuius erat ſcalprura, canis è proca ſeſe proclinans. Cælius.

Cynæ arbores Arabicæ ex quibus veſtes fiunt, folio palmæ ſimili, Plin. lib. 12. Vide Cæl. lib. 17. cap. 27. De cynnara ſiue cinnara (aliqui per n ſimpliciter ſcribunt) ſupra in cynosbato dixi. Inuenio & ſpinam albam agriocinnaran, id eſt ſylueſtrem cynaram nominari: hanc frequentem vidi in Montepeſſulano: magnus & albicans cardous eſt, ſatiuo non diſſimilis: eius flore lac coagulant per ieiunia quadrageſimæ præcipue. Cania, vitiæ ſylueſtris genus, Plinio 21. 15. Inuenerunt & canes canariam, qua faſtidium deducunt, eamque in noſtro conſpectu mandunt: ſed ita vt nunquam intelligatur quæ ſit: etenim depaſta cernitur. Notata eſt hæc animalis huius malignitas in alia herba maior. Percuſſus enim à ſerpente, mederi quadam ſibi dicitur, ſed illam homine inſpectante non decerpit, Plinius. Inuenti cucumeres & ſine ſeminibus ſunt, macerato videlicet ſemine farina cuiuſdam herbæ quam culicem appellant (vt ſcribit Plinius) Hermolaus in Corollario ad cucumerem Dioſcoridis. Et paulo poſt. Herbam culicem (inquit) à Theophraſto conopa vocari cenſeam, nec ne, quoniam & cynopa ſcriptum eſt maiori parte, non dixerim. Theodorus canis oculum & canariam conuertit, quaſi cynopa non conopa probauerit. Olus eſt hoc, Theophraſtus inquit, primis poſt æquinoctium imbribus germinat, & inter ſpicas herbas ponitur: à Plinio quoque duobus locis dictum, vt in caſtigatione Pliniana demonſtrauimus. Aphace cynops (canaria, Gaza) & bupreſtis, primis ab æquinoctio proſiliunt imbribus. Theophraſtus lib. 8. hiſt. cap. 7. Hermolaus pro bupreſti legit epipetron: ego bupreſtin malo, vt Græci codices noſtri habent, & Gazæ etiam translatio: Epipetron enim florere negatur. Eodem libro cap. 10. Theophraſtus, Spicoſa ſunt, inquit, oculus caninus, & cauda vulpina, & plantago. Tranſtulit hunc locum Plinius lib. 21. initio capitis 17. & cynops vocem reliquit. Aliacerte videtur canaria Plinij, qua canes ſibi vomitum cient, vnde nomen inuenit, quæ omnino ex graminis aut fœni genere eſt. Alia vero Theophraſti canaria, quæ mihi omnino pſyllium eſſe videtur, id eſt pulicaris herba: non quidem conyza, quam Gaza apud Theophraſtum pulicarem vertere ſolet, ſed Dioſcoridis & veterum medicorum & Plinij pſyllion. Quæ noſtra opinio, nulli hactenus prodita, confirmari poteſt, nominibus primum, quæ quidem pſyllion à cane accepit: vt ſunt, cynocephalion & cynomyia apud Dioſcoridem. Pſyllion (inquit Plinius) alij cynoides, alij cynomyian appellant: foliis (Ruellius legit floribus, quod probo) canino capiti non diſſimilibus, ſemine autem pulicis, vnde & nomen. Flores pſyllij (inquit Ruellius) canino capiti non diſſimiles ſunt. ob id cynocephalon & cynoides vocatur. Et paulo poſt, Dioſcorides vno genere contentus eſt, recentiores duo ſtatuerunt faſtigia. Vnum calamo exili & longo, in cuius ſpica continetur ſemen pulicis colore & magnitudine: alterum ſarmentoſum, floribus canino capiti ſimilibus, fabaceis capitellis, ſemine pulicis effigie, radice tenui & ſuperuacua. Accedit nominibus res ipſa, quod pſyllium quoque ſpicatum cernitur: nec aliter nominatum Theophraſto reperitur. Itaque nihil apud me dubij reliquum eſt, quin Theophraſti cynops pſyllium ſit: quod & Plinium ignoraſſe video, & Theophraſti interpretem Gazam: imò (quod eruditorum pace dixerim) quicunque ſcripſerunt hactenus omnes. Obijciat aliquis cynopem olus eſſe ex Hermolai verbis: dicam illum de ſuo hoc addidiſſe. Theophraſtus enim eo in loco, vnde eius verba Hermolaus citat, non ſolum de oleribus, ſed ijs omnibus quæ in aruis naſcuntur, aruæa vocat, tractare inſtituit: at pſyllium quoque in aruis terrenisque (alias incultis) naſcitur, vt Ruellius ex Dioſcoride tranſtulit. Admonendi tamen ſumus, inquit Hermolaus in Plinium 21. 17. in Theophraſto legi quandoque conopa, quaſi culicem: non cynopa: & ſanè culex nomen eſt herbæ Plinio. Hæc ille. Plinius certe ſi conopem apud Theophraſtum in locis iam citatis legit, prorſus errauit: culicis quidem herbæ ſemel & vno duntaxat verbo meminit, vt ſupra dictum eſt, de macerandis in ea trita cucumeris ſeminibus. Cum igitur alia ſit canaria Plinij quàm Theophraſti cynops, melius fecit Gaza vbi cynopem oculum caninum reddidit, quàm vbi canariam. Grammatici quidam anemonem quoq; κυνοκέφαλον interpretantur. Antirrhinum Apuleius cynocephalon & cerebrum canis cognominat. Magi anethum cynocephali genituram aut capillos vocant, vt inter nomenclaturas apud Dioſcoridem legitur. Cynia non eſt ea quam Theodorus canariam interpretatus eſt, vt in colice docuimus. Hermolaus in Corollario. Nos de cynſailla Dioſcoridis, quæ & cynocrambe vocatur, ſatis prolixè ſupra diſſeruimus. Caterum Plinij canariam, quam ex fœni genere eſſe dixi, Ruellius his verbis deſcribit. Canaria (inquit) humilis eſt herbula, foliis tritici, multò minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatim cohærentibus articulato, internodijs modo tibiarum in ſeinfarctis, quæ tracta ſuis à vaginulis exeruntur, euanida ſpicæ loco panicula, ita vt folio & culmo triticum, cacumine arundinem æmuletur. Noſtrates (Galli) herbam canis appellitant, qua guſtata canes præſentaneam eliciunt vomitionem, ſic vt excuſſo rurſum ventris onere, vorandi mollantur auiditatem, Hæc Ruellius. Idem alibi, Gramen (inquit) in officinis nomen ſeruauit, rura dentem canis & olitores appellant. Vulgaris eſt herba, nunquam ſe ab humo attollens, flagellis teretibus, articulatis, exilibus foliis, & in acumen faſtigiatis, radice etiam geniculata, guſtu non ingratæ dulcedinis: Gramen aculeatum rura noſtra etiam canarium dentem appellant, aliqui è vulgo capriolam, quod capris grato ſit pabulo: multi ab effectu ſanguinariam, &c. Hæc Ruellius. Ego aliquando ſuſpicatus ſum canariam non certum graminis genus eſſe, nec peculiari aliqua vi ad vomitum ciendum pollere: ſed quoduis genus fœni à cane voratum, & non bene commanſum (præcipue ſi aut folia duriuſcula, aut ſpicam aſperiorem habeat) fauces & gulam ſtimulando non aliter vomitum facere, quàm in homine digitus aut penna vel aliud quidpiam ſiccum (vt linteolum) paulo profundius immiſſum: præſertim cum neminem certi aliquid hac in re obſeruaſſe viderem: & veteres herbæ illius nullum nomen poſuiſſe. Vide ſupra in c. in mentione vomitus canis. Nos ſæpe canes per luſum etiam gramen obuium decerpere & mandere vidimus. Aliqui feles quoque deuorato gramine vomuiſſe ſibi obſeruatum aiunt. Hyoſcyamum Latini caniculatam vocant, Macer & Syluaticus: qui canicularem quoque dici meminit: nominis cauſa

forte est odor qualis catulorum lactentium: cui simillis ferè in cynoglosso etiam percipitur. Genus alij quod in aruis sponte nascitur, caninum à nostra gente dictum, ampelopraſum videtur: canini autem nomen additum in conuicium vitioſi odoris puto: deſcribitur ab Hieron. Trago Tomo 2. cap. 71. quanquam figuram eius præcedente capite appoſuerit. Eodem capite 71. allium caninum minus appellat, bulbi ſylueſtris quoddam genus, quod initio Aprilis pulcherrimos flores cæruleos in pratis profert, vnde in hortos etiam transferri cœpit, foliis paruis porraceis: floſculis cauis & ſpecie ſimillimis lilij conuallium, vt vocant, floribus: proinde eodem nomine, addita cæruleicoloris differentia, à noſtris nominatur *blaume meyenryſle*. Ipſe hyacinthi ſpeciem facit, quod & etſi improbare poſſum, in præſentia omittam. Violas Martias ſylueſtres cæruleas, quarum flores maluſculi ſed parum odorati ſunt, Germani quidam caninas vocitant, Tragus. Rubum minorem, cui odorata & rubentia mora ſunt, noſtri nominant *hyndbeere*, alij *hundbeere*: id eſt canina mora: quamuis ad veterum cynosbati deſcriptionem nihil accedant. Bryonia ſeu vitis alba, *hundskæbs*, id eſt cucurbita canina à nonnullis vocatur, Tragus. Syluaticus vitem canis faxifragam interpretatur. Squillam aliqui cepam caninam dicunt: alij cepam muris, quòd mures interimat, Vetus expoſitio vocabulorum Auicennæ. Cepe canis, vel aratillus, vel cepe ſylueſtre, Græce azit (vide ne ab hyacintho corruptum ſit nomen) bulbum habet paruum, foris rubentem, intus album, foliis croci, venenoſum, nullius in medicina vſus, & ideo non deſcriptum authoribus, Syluaticus. Bulborum ſylueſtrium generis eſt, & forte Plinij bulbina: cui ſimiliter bulbus radicis rubet, intus candidus: abſque ſquamis. Flos in ſpicis violaceus vel ferrugineus: ſemen nigrum. Huius ſunt generis Fuchſij duo priores hyacinthi. Euaſdalbiar, id eſt bulbus caninus, Vetus expoſitio in Auicennam. Guardalbia, bubulcus (lego bulbus caninus) Siluaticus. Romani mandragoram vocant caninum malum, vt legimus inter nomenclaturas apud Dioſcoridem. Zinzibil alchel, zingiber caninum, herba nota eſt, ſimilis hydropiperi, foliis ſalicis (kalef) pallidioribus (magis citrinis) ramulis rubentibus, ſapore zinzeberis: canes occidit. Calidum eſt in ſecundo ordine, ſiccum in primo. Recens contritum cum ſemine abſtergit maculas facici & pannum, & lentigines inueteratas: ac ſimiliter impoſitum abſceſſus duros reſoluit. Auicenna libro 2. tract 2. cap. 276. In veteri expoſitione Auicennæ dictionum, ſimiliter deſcribitur zinzeber Carmenum (voce proculdubio corrupta pro caninum) addit etiam author credere ſe perſicariam eſſe. Aggregator quoque à nonnullis perſicariam exponi ait. Naſcitur apud nos in montanis & ſylueſtribus locis, iuxta riuos ferè, herba ad hominis procreritatem, floribus purpureis, foliis ſalicis: flores ſiliquarum rudimentis præfixi hærent: ſiliquæ trium ferè digitorum longitudine floccis ſiue lanis albis plenæ ſunt, floret particulatim, caudes & ramuli rubent: A nullo, quod ſciam, qui noſtro ſeculo plantarum hiſtoriam excoluêre, deſcripta. Ego propter elegantiam in hortum tranſtuli, vbi viuax iam aliquot annis viret: hyeme ſuperficiem omnem ſaluis radicibus amittit, guſtu acus eſt: propter totam denique ſpeciem rhododaphne minor appellari poſſet, ni fallor (& eadem forſitan Dioſcoridis delphinium fuerit, Vide in Lupo H a.) Aut hæc, aut perſicaria vulgo dicta, Auicennæ zinzeber caninum videtur. Sed potius credidetim perſicariam eſſe, & Dioſcoridis hydropiper: quoniam id ſimiliter cum ſemine illitum, tumores ac inueteratas duritiesdiſcutere ait, & ſuggillata abſtergere. De apocyno ſtirpe tum propriè ſic dicta, tum cognomine braſſica ruſtica, ſupra ſat copioſè docui. Eſt & apocynon oſſiculum, in phryni ſeu rubetæ aus buffonis latere compertum ſiniſtro: quoniam canum impetus inhibeat, Cælius ex Plinio. Cæterum apocynon ſaltationis genus apud comicos ſcriptura diſtinguitur, Hermolaus. Cynanchon etiam vel cynanchen apocynon dictam refertur inter nomenclaturas apud Dioſcor. Cynocardamon, naſturtium, Ibid. Cynochala, polygonum, Dioſcor. Cynoctonon, apocynon, Idem. Aconitum etiam ſecundum, aliqui cynoctonon cognominant, vide in lupo H. a. Cynogloſſus vel cynogloſſon herba vulgo nota eſt, à foliorum ſimilitudine ad caninam linguam appellata: Plinius rectè ei caulem tribuit, quem Dioſcorides negauit. Plantagini etiam nomen idem attribuitur apud Dioſcoridem. Cynogloſſi piſcis à bugloſſo diuerſi Athenæus meminit libro 7. Cynomazon, chamæleo niger, Dioſcorides. Κυνόμαλα, τὰ πρασκόμηλα, id eſt pruna, Heſychius & Varinus. Caninum malum Romani mandragoram vocabant, vt ſupra monui. Cynomoron. κυνόμορον per omicron, apocynum, à morte quam canibus infert, Dioſcorides. At cynomorion quinque ſyllabis, orobanchen cognominant Dioſcorides & Plinius: à ſimilitudine canini genitalis, vt Plinius ait. Nos pluribus ſupra in Boue cap. 3. de hac herba egimus, hic pauca addituri. Aegolethron herbam eodem in loco docui perſimilem orobanchæ eſſe: quæ quoniam vt capris, ſic & alijs nimirum animalibus exitio eſt, forte cynomoron etiam dicta eſt à canibus necandis: deinde idem nomen ad herbam ei ſimillimam ab imperitis translatum. Sed nomina rerum vmbræ ſunt, de quibus minimè contendendum. Apud Syluaticum orobanche araris appellatur, & alibi alianik, vt ſtatim ex deſcriptionibus apparet. Araxis (inquit) herba caulem ſine foliis ædit: naſcitur locis incultis: caule rubente & genitali canis ſimili, Latinè cancellaria dicta. Galenus de compoſitione ſecundum locos 1. 2. cynomoron (quatuor ſyllabis) conjcit non aliud quàm cynosbaton eſſe: Cornarius eo in loco per omega ſcribere maluit, (niſi librariorum culpa eſt) in penultima, cum Græcus contextus Galeni omicron habeat duobus in locis. De cynocephalio herba ſupra dictis in mentione canariæ & pſyllij, eſt quod addam: Plinius cynocephaliam herbam in Ægypto Oſiriten vocari ſcribit: deſcribitur autem oſiris herba à Dioſcoride. Cynocephalon herbam aliqui anemonen vocant, Varinus & Heſychius: forte quod pericarpion ſine ſeminum eius receptaculum canini capitis quandam referat ſpeciem. Sebeſten vulgo dictos fructus, Syluaticus Perſice inquit mammillam canis appellari, verſu etiam barbaro id confirmans: ſed errat, ſi ſebeſten Perſicam eſſe vocem putat. Græci enim myxa primum vocarunt, deinde in honorem Auguſti ſebaſtos. Canis teſticulos noſtrates Colchicon herbam venenoſam appellant, propter gemellos ſeminum folliculos. Cynomorphos, crocus, Dioſcorides. Cynoſorchin (id eſt canis teſticulum) aliqui orchin vocant, foliis oleæ, mollibus, ternis, per ſemipedem longitudinis in terra ſtratis: radice bulboſa, oblonga, duplici ordine, &c. Plinius. Herba vulgò nota eſt, cum multis & diuerſis eius generibus. Hippocrates radicem eius didymen, id eſt gemellam appellauit. Cynozematitis, conyza maior, Dioſcorides. Cynoxylon, chamæleo niger, Dioſcor. ſed malim cynozolon, vt Plinius habet lib. 22. cap. 18. propter grauitatem odoris. quidam fœtore eius ricinos è canum auribus decidere ſcribunt.

Nominibus non longiſſimis appellandi ſunt canes, quo celerius quiſque vocatus exaudiat: nec tamen breuioribus, quam duabus ſyllabis enuncientur, ſicuti Græcum eſt Scylax, Latinum Ferox: Græcum Lacon, Latinum Celer: vel fœmina, vt ſunt Græca, Σπαθὼ, Ἄλκη, Φίλη: Latina, Lupa, Cerua, Tigris, Colum. in cane pecuario. Sic etiam Xenophon, τὰ ὀνόματα αὐτοῖς τιθέναι βραχέα, ἵνα εὐανάκλητα ᾖ. Omnia ſanè quæ Xenophon

numeroſa

numerosa ponit, bisſyllaba ſunt. Similiter Oppianus, Αὐτὰρ ὑπαὶ γυίοισιν ἐνόμασε σκυλάκεσσι διὰ τάδε, θοὰ πανυ-
χίοις ἅμα θαρσαλέοις. Quid ſi per ῐ intelligamus ὀξύ, & oxytona eſſe debere canum nomina? vt κασσάς, κρεμνὸς, ἐρυμὸς,
ἐρυὸς & ἄλκη potius quàm ἄλκη; arguciora enim magisq; ſonora ſunt quæ vltimâ acuunt nomina. Grammatici quidẽ Græci ῐ̀ον acutum exponũt, & ὑπερτρέχειν τὴν ὀξεῖαν & νύκτα ἠλιώ, quod vmbra noctis in acutũ ſeu conum definat.

Sed canum nomina quæ apud veteres reperi (quamuis alia alijs canum generibus magis conuenirent, vt ceteribus, ſagacibus, pugnacibus, cuſtodibus, &c.) ex Xenophonte præcipue, & Ouidij Metamorph. libro tertio, vbi Actæonis canes enumerat, ordine literarũ enumerabo. X. litera pro Xenophonte addetur. O. pro Ouid. Poſt veteribus vſitata nomina, recentiora ſubtexam.

Acalanthis (oxytonum) videtur nobiliſſimi canis nomen, vnde illud eſt Ariſtophanium, Ἀκαλανθὶς πετομένη τύπτει, Acalanthis feſtina bunda occæcatos patit. Quidam tamen eo nomine aues intelligunt; quas nonnulli baſilicas nuncupant. Cæl. Ἀκαλάνθης, παρὰ τὸ κηλεῖν, ἐκμαγματικῶς (id eſt nomine proprio) κεκλῆσθαι κύνα. Vide in Achanthide H. Agre naribus vtilis, O. Aglaodos ex patre Dictæo & matre Laconide, vt Labros etiam, & Hylactor, O. Aëllo curſu fortis, O. Αἴθων, X. Αἴκμων, X. Ἄκτις, X. Ἄλκη paroxytonum, Columellæ, oxytonum X. Alce, Ouid. Ἀλκὼν, X. Argus canis Vlyſſis, Pollucę teſte, Ἄργος. X. Asbolus atris villis, O. Augeas canis Molotricus, de quo inter Moloſſos dicam. Αὐγὼ, X. Auram canis Atalantæ Calydonius aper occidit, Pollux. Βία, X. Vide Πολυ-βρέμων, X. Βρύας, X. Καίνων, X. In Calachinam canem facile enixam extat epigramma Anthologij Græci lib. 1. Sect 31. Canache, O. Cappatus canis cuſtos templi Æſculapij, de quo infra dicemus. Cerberus, vide infra de canibus diuerſis cap. 1. Cerus, Columel. Χαρὸς, X. Charon, Corax, Harpyia, & Lycitas, canum Actæonis nomina apud Æſchylum, Chiron nomen canis Codri poetæ apud Iuuenalem. Corax. vide Charon. Κραναὸς, X. Cyprio (aliàs Cyprius) velox cum fratre Lyciſca, O. Dorceus Arcas, O. Dromas, O. Ferox, Columel. Gergittius canis Geryonis, Pollux. Γυδεὺς, X. Γνώμων, X. Omnibonus legit Gnomon. Et nigram medio frontem diſtinctus ab albo Harpalus, O. Harpyia vna ex canibus Actæonis, O. & Æſchylo, vt Pollux ſcribit. Hęba, Ἥβα, X. Xenophon Grylli filius fertur celebrem canem habuiſſe, Hippoceutauri nomine, Pollux. Horme, Ὁρμὴ, X. Hybris, Τβρις, X. in Omniboni verſione Thybris legitur, quod non placet. Hylactor, O. vide Aglaodos. Hylax in limine latrat, Vergil. Hyleus, Τλαῦς, X. Hylæusq; ferox nuper percuſſus ab apro, O. Ichnobates ſagax Gnoſius, O. Iſſa Publij catella apud Martialem. Ἀκτὼν nomen canis apud Ariſtophanem in Veſpis ἐπὶ τὸ κατιβάντα τὸν λαγὼ. Simile fictum canis nomen eſt Δάκτης apud Telecliden. Labros, O. Vide Aglaodos. Lachne hirſuta corpore, O. Lacon, Columella. Præualidusque Lacon, O. Et ſubſtricta gerens Sicyonius ilia Ladon, O. Lælaps, O. fuit & Cephali canis hoc nomine. Lampurus canis nomen apud Theocritum eſt in Daphnide ac Menalca, ex ratione albicantis caudæ, vt inquit interpres: vel a peruigili cura & ſolerti cuſtodia, ἀπὸ τοῦ λαμπρῶς καθορᾶν, id eſt a videndi ſe undique diligentia: vel quoniam ſic vulpi ſimilis quam lamputon vocant, Cæl. Lethargus, Λήθαργος, canis Hippamonis, Pollux. Leucon niueus, O. Λεύκων, X. niſi Leuçon legendum ſit. Leucippus. Locoridem canem epitaphio celebrauit Anyte, Pollux. Λύκη, X. Λύκος, X. Lupa, Columella. Lycas canis venaticus Simonid. s. Pollux. Lycitas, vnus ex canibus Actæonis apud Æſchylum, Pollux. Lyciſca, O. vide in Cyprio. Lydiæ ab apro peremptæ epitaphium ſcripſit Martialis. Μάρων canis Orionis, Cæl. Μέλας, X. Melampus Spartanus, O. Melanchætes, O. Melaneus, O. De ſue lupo concepta Nape, O. Nebrophonos, O. Νέων, X. Οἰνὰς, X. Omen. Cicero 1. de Diuinat. Tumillearet ne puellam comperiret: Accipio omen, inquit, mea filia: erat autem mortuus catellus eo nomine. Ophitrophus, O. Ὄφυς, X. Orbaſes Arcas, O. Orthus Geryonis. Pampinagus Arcas, O. Perſa catellus L. Paulli conſulis apud Valerium Max. Pecudesque ſecuta Pœmenis, O. Πολὺς, X. Omnibonus (niſi librariorum erratum eſt) ex hoc & ſequente Bia vnum fecit canem, Polyſibiam nomine: Conſtat autem duos eſſe vel ex ſyllabarum numero, cum cætera omnia biſſyllaba ſint, & hunc numerum etiam Columella requirat, vt ſupra dictum eſt. Πολύκτης, X. Πόρθων, X. Φλέγων, Y. Φύτας, X. Φρουρὸς, X. Φύλαξ, X. Ψυχὴ, X. Pretelas pedibus vtilis, O. Pyrrhus Gelonis tyranni canis, Πύρρος, X. & Columella Σκύλαξ, Columella. Σκύμνος, X. Σπουδὴ, X. & Columel. Σκύμνος, X. Στίλβων, X. Στίκτη, X. Stictę. O. Σπουδαῖος, X. Σῶος, χάων τε, πολυβρώμων, Τάχος, X. Τυφὼν, X. Θήρων, X. Theridamas, O. Theron, O. Thous, O. Θοὺς, X. Tigris, O. & Columel. Τιγρὰς canis Pæonica, quam Panes Pæoniæ ſatrapa dono dedit Alexandro regi, Pollux. Τοξὰς, X. Χίφων, X. malim per omega in vltima.

Nunc quæ apud recentiores reperiuntur nomina canum, ſubiungam. Parcus. Aug. Niphus. Falco, leporarij nomen apud eundem. Quæ ſequuntur, omnia ex Mich. Blondi de canibus libro mutuatus ſum, ex ſi quadam ex eis parum probem. A Pio (inquit) nobis olim familiariſſimo, canis vocatus erat Scymnis. Mantuanus vero canes his nominibus vocitauit, Hylaxe (malim Hylax) Harpalagus, Tigrina, & alijs iam recitatis: item Rigonis, Serpens, Ichtia, Helor, Argus. Sunt & hæc canum nomina, Syagius (Syagrus potius) Menalcas, Glaucis, Chiron, & Plaſter. Recentiores etiam varijs nominibus vocitant canes, vt Leonem, Lupum, Stellam, Quatrocchium, Fulgur, Bellinam, Rubinum. A patria etiam vocant, vt Britannum, Gallum, Corſicum, Croacum, Milanum à Mediolano: & Africano à Turpeto nomen imponunt. Alia deniq; Hiſpanis, Gallis, Germanis, alia alijs gentibus nomina ſunt. Nos noſtram catellã Furiam appellamus, quod frequenti rabie in furorẽ concitetur. Hæc Blondus. Eſt & Satious noſtris nõ infrequens canis præſertim elegantioris nomen: & à gente Thaſianus, quod ex gentili in propriũ tranſiuit. vt & alia quædã gentilia. Strozæ filius ſcripſit epicedion canis, cui nomen fuit Borgetus.

Venio ad reliqua vocabula à cane deriuata: quædam enim eorũ prima huius capitis parte iam recenſui. Canifera mulier nihil ad canem, vt prima fronte videtur: ſic enim vocatur mulier quæ canum, id eſt qualiũ fert, quod eſt ciſtæ genus, Græcis κανοῦν dicta, Feſtus Pompeius. Cynaſones, acus ſunt quibus mulieres caput exornant. Idem. Κωβάλια proxima, dicunt Dores, Varin. Catulus quoddã genus vinculi, qui interdum canis appellatur. Varro. Κυνάλεα vinculũ eſt ſine ligno, in quo ſorta, ſi quid deliquiſſent, tenebantur. Κωφὰ χεῖρα ſecundũ aliquos vinculum eſt manuum. Ἀφὴ χειρῶν δεσμὸς, ἀπὸ τροπῆς μέσης, (forte ἀπὸ τροπῆς γυίου,) ἀφὴ τε, Varin. Κύφων, κυφὸν ἔχων & ἐπὶ τὸν ξύλα ἐπιτιθέμενα εἰς ἑστίαν τὸν ὀπτικὸν τὸν καπνὸν, καμινὸς ἐστιν ἀγγεῖον, ἀπὸ τοῦ κάειν ξύλα, ἢ οἱ μάγκανοι ξύλα ἐστὶ, &c. plura vide apud Varin. Cippum Latini vocant inſtrumentum ad colligandos pedes, Cæſar lib. 7. belli Gal. Κυνηγέσια, ἀπὸ τοῦ κυνεῖν, id eſt velitationes, Heſychius & Varin. in Lexico Græcolatino κυνάτης ſcribitur perperam, vt puto. Κυνῶν, vide parte quinta huius capitis, vbi de pileo agemus, quem Græci κυνῆν vocant. Κύναιδος, miſerrimus, peſſimus, impudentiſſimus, turpis & ἰσχνὸς apud Apollonium, Varin. & Heſych. Κύναιθος robuſtus, ἰσχυρὸς, Varinus. Κυναγχὴ verbum Etymologus in κυνὰ exponit, κυνάγχη, id eſt colligatum eſſe. Κυναγχέφλη,

ὁ τὸ ῥάχεως λεπτὸν κεφαλὴς εἰς τὰ αἰδοῖα φερόμενον γόνον. Hesychius & Varinus, lego ὁ ἀπὸ τοῦ ῥάχεως. Id est, Cynencephalos vocatur semen genitale quod à capite & cerebro per dorsi spinam ad partes genitales descendat. Κυσὶν nates & muliebre pudendum: hinc forte dictum cylochene vinculum, quo scorta coërcebantur: hinc etiam τὸ κυλόχειον, ὁ περίζωμα: & κυσσυγίς quæ aliàs pygolampis, noctiluca: & κυσίαι, πορνεῖαι: vt etiam κυπάττειν. Cysaron apud Galenum vocatur intestinum rectum, eiusdem vt videtur originis: hinc & κυσολέσχης Eustathio, pro quo alij κωλολεσχῶν scribunt (vt supra dixi) turpiloquus: nisi quis per ει diphthongum scribere malit, Κυσεῖν enim scortari exponunt, κυσεῖον lupanar, κυσολεχὴ adulterum. Κυνίασασιν, ἐξέδυσαν, ἢ τὸ αἰδοῖον διατείναντες ὅπερ ἐπέφασαν, Varin. Hesychius. Huc pertinnet σκύλαξ, σχῆμα ἀφροδισιαστικὸν ὅπερ τοῖς φοινικίζουσιν: & prouerbium κυνὸς δέρειν ὀδόντα: quæ omnia vt turpissima sunt, sic ab honestis viris explicari non debent: prorsus quidem omittenda, nisi hoc saltem facerent vt miserrimam gentilium & impiorum hominum conditionem, qui his non modo vocabulis ludere ac libros replere suos: sed ipsis etiam criminibus turpissimè se inquinare soliti sunt, plenius inde cognosceremus. Κυκρία, ὅταν τὴν χεῖρα ὑπὸ κύμα βάλλῃ. Hesych. Varin. aliqui fluctum aut procellam interpretantur. Κυνοσουρία apud Suidam nudum nomen legitur. Κυνόσουρα, res nullius pretij, Lexicon Græcolat. Cynulchos vocant qui secum ducunt canes, Cæl. Cæterum cynuchus pera est, vel locus quo canis ligatur. Κυνόφαλοι, Κορίνθιοι, φασὶ. Hesych. & Varinus. Κυνάλωψ, κυνοειδέρως, οἱ δὲ δισλόφους κύνας ἀδίκως αἰτιῶνται. Hesychius & Varinus. Κυνώλης, ἐξώλης, idem. Κυνοδρομεῖν & κυνομαχεῖν verba apud Pollucem ad venationem pertinent, Κυνόδρομοι venatores, apud Dioscoridem.

Catulum, Catullum, Caninium, Canidium, & Canuleium, propria virorum nomina apud veteres Romanos legimus. Vide Onomasticon nostrum in Catulis, & alibi. Canius poëta fuit temporibus Martialis, cuius meminit Martialis lib. 1 Epigr. ad Maximum. Gratidia proprium nomen mulieris Neapolitanæ maleficæ, quam Horat. in Epist. Canidiam vocat. Scylacis Caryandei librum citat Io. Tzetzes 7. 144. Cynna, Κύννα, nomen meretricis, Hesych. apud Suidam & Varinum non rectè per n simplex scribitur. Athenis admirationi fuisse meretriculas Cynnam & Salauaccham apud Aristophanem legitur. Cyne etiam per simplex n in Vespis Aristophanis meretricis nomen est: Οὐδενὸς πατοῦμαι μᾶλλον ἢ 'φ' ἁλμυρῶν κύννης ἀκτῖνες ἅλμασιν: Cleonem (inquit Scholiastes) cani propter impudentiam comparaturus, mutauit orationis figuram. Κυνὴ γλυφή τις, apud Varinum corruptè legitur pro κύνη (parosytonum) γλυφή τις. Cynnidæ, familia sacra Athenis, cui Cynes vel Cynides heros nomen dedit, Etymol. Cyneas Thessalus Pyrrhi regis legatus, vide Onomasticon nostrum: meminit eius Plutarchus. Hunc Aelianus & legatum Pyrrhi & medicum illum proditorem fuisse credidit falsò, Hermolaus. Cynisca Archidami filia plurimum studij ad Olympiacum certamen contulit: prima mulierum equos nutriuit, prima etiam in hoc sexu Olympia vicit, Pausanias in Laconicis. Κυναίγειρος, vir Athenensis, fortissimus in bello Persico, &c. Vide Suidam & Onomast. Cynaras, rex Cypri. Cyne, Κυνὴ, vrbs Lydiæ Strephano: vnde Cynei vel Cynij dicti. Cynticum, Κυντικὸν, locus Iberiæ prope Oceanum, incolæ Cynetes & Cynetij, Steph. Cynetia, Κυνέτεια, vrbs in Argo vel Argolica Stephan. Idem Cynuran. Κύνουρα, vrbem in Argo vel Argolica facit, à Cynuro filio Persei. Canarij populi circa Atlantem Africæ montem habitant, dicti quod victus, vt canibus, eis promiscuus sit, Grammaticus quidam, sed ineptè: nam Plinius 5. 1. ita scribit: Qui proximos (Nigro Africæ fluuio vltra Atlantem montem) inhabitant, saltus repertos elephantorum ferarumque & serpentum omni genere, Canarios appellari, Suetonius Paulinus prodidit. Quippe victum (id est cibum) eius animalis promiscuum his esse & diuidua ferarum viscera. Hemicynes, Ἡμίκυνες, quasi semicanes, non procul à Massagetis & Hyperboreis habitant, & canum instar latrant, Apollonij poetæ versib. celebrati, qui apud Stephanum recitantur, sed corrupti: Vide paulò post in Cynocephalis. Canaria insula est in mari Atlantico Fortunatis propinqua: sic dicta à magnorum canum multitudine ingenti, meminit eius Plin. 6. 33. Κυνᾶν νῆσος, id est, Canum insula ad Libyam refertur, Steph. Cynopolis, vel duabus vocibus, Κυνῶν πόλις Stephano, id est Canum ciuitas in Aegypto, in qua Anubis colitur, & honor & sacer quidam cibus canibus est constitutus. Ab hac Cynopolitana præfectura appellata est: qui in ea habitant Canarij dicuntur, Perot. Cynosura Stephano promontorium est Arcadiæ, à Cynosuro Mercurij filio. Κυνόσουρα, tribus Laconica, & promontorium Marathónis Euboeam versus: καὶ πᾶς χερρονησὸς πόπος, καὶ οἱ Κυδωνιᾶται, Varinus, Cynos ciuitas in Locride. Liuius 8. tertiæ decadis, Cynum Locridos emporium. Stephano Κῦνος Opûntis nauale vel ciuitas est: & Homeri versus citatur. Οἳ Κύνον εἶχον, Ὀπόεντά τε, Καλλίαρόν τε, quasi eadem sit Cynos & Cynetos: hinc Cynij & Cynæi: plura Varinus & Hermol. in Plinium 5. 28. Cyon, Κύων, Cariæ ciuitas, Canebium prius dicta, Stephan. gentile Cyites. Cynocephali, vt scribit Plin. 7. 2. homines sunt in montibus terræ Indiæ caninis capitibus, qui ferarum pellibus vestiantur, & latratum pro voce edunt, vnguibusque armati venatu & aucupio vescuntur. Vide Gellium. Solinus cynocephalos in Aethiopia esse scribit, violentos ad saltum, morsu feros: sed feras ita dictas simiarum generis, non homines intelligens. Vide in Cynocephalo H. inter Simias. Meminit etiam Augustin. lib. 16. de Ciuitate Dei. Plinius eos lacte viuere author est. Eosdem ab alijs Cynamolgos dici puto, Indiæ populos (Solinus tamen Cynamolgos Aethiopes facit: de his infra pluribus, in prima parte de canib. diuersis:) & Hemicynas à Stephano, quanquam loco authores separant, capitis tamen effigies & pro voce latratus conuenit. Cynocephali asperi sunt rictibus, amicti vestitu tergorum, Solin. Et paulo post, Sunt qui syluestres, hirti corpora, caninis dentibus, stridore terrifici. De Semicanibus & Cynocephalis apud Hyperboreos Simmiæ scripta refert Io. Tzetzes Chiliade 7. cap. 144. Regno Zumba relicto nauigans per Oceanum versus meridiem, reperi multas insulas & regiones, quarum vna vocatur Nicueram. hæc insula magna est, circuitu circiter duo millia milliariorum. Incolæ facies caninas habent & bouem pro Deo adorant, Odoricus de foro Iulij. De Canibalibus anthropophagis multa passim in historijs Noui orbis Petrus Martyr & alij scribunt. Κυνὸς κεφαλαί, id est, Canis capita, collis est Thessaliæ, & parua regio Thebarum, patria Pindari, Stephan. Scotussæ in Macedonia sunt & Thessalia, quarum altera insignis est victoria Romanorum contra Philippum regem ad Canis caput: ita locus appellabatur, vbi T. Quinto Flaminio duce pugnatum est, Hermolaus in Plin. 31. 2. Copias aduersus Thebas egit: vbi fossis omnia vallisque munita comperiens, superato loco, quem Canis capita vocant, agrum omnem ad oppidum vsque deuastauit, Xenophon in Agesilai laudibus: meminit etiam alibi, qui locus iam non occurrit. Item Plutarchus in vita Pelopidæ, Cum autem in planum (inquit) procederent, atq; vterq; ea promontoria, quæ Canis capita vocant, capere peditibus niteretur, &c. Catularia porta Romæ dicta est, quia non longe ad placandũ caniculæ sydus frugib. inimicũ, rufæ canes immolabãtur. Cynæthiũ Κύναιθα vel Κυναίθιον, ciuitas in Arcadia. Hinc Cynæthẽses populi, quos aliqui à Cynætho Lycaonis filio pu-

filio putant appellatos, Steph. Cynætha etiam vrbs est Thraciæ sub Nerito monte. Lusi Arcadiæ vrbs est in montanis agri Clitorij, iuxta quos à Melampode perhibentur curatæ Prœti filiæ, in Dianæ fano: inde haud procul fontem esse aiunt in agro Cynæthensium vicino, cuius aqua pota morsos à rabida cane liberet, ob id Alysion vocari Hermolaus in Plinium. 31. 2. Dionysius antiquitatum lib. 1. tractum Cynethium ab Aeneæ socio ibi defuncto sepultoq; nominatum putat in Arcadia, Hermol. De Ioue Cynætheo quod à venatione nominatus sit, cui Arcades & Cynæthenses vacabant, alibi quoque dicam. Cynæthus patria Chius ex rhapsodis poëtis maxime illustris fuit, &c. Cælh. 7. 29. Cynethi vel Cynethusæ insulæ meminit Hermolaus in Plinium 4. 12. Scylace, Σκυλάκη, vrbs iuxta Cyzicum, inquit Hecatæus. Placia & Scylace paruæ Pelasgorum coloniæ, Pomponius, lib. 1. Scyllaceum Athenienſium colonia in vltimo Italiæ, eorum qui Menesthei comites fuere: hoc tempore Scylacium vocatur (vulgo Scilazo) Brutiorum ciuitas: Vergil. Aen. 3. Caulonisque arces & naufragium Scylacæum, vide Onomast. nostrum, & Nic. Erythræum (qui per simplex lambda scribendum asserit Σκύλακιον: quod etymon mihi non placet) in Indice Vergiliano. Iris fluuius Thermodonti vicinus, Scylacem & Lycum ex Armenia, aliosque fluuios excepit, Eustathius in Dionys. Σκυλακίτης, vir Calabro lib. 14. è bello Troiano reuersus, & à mulieribus occisus, pro Deo deinceps cultus est. Cynadra, fons est ex quo bibebant qui manumittebantur, vnde natum prouerbium, τὸ ἐκ κυνάδρας ἐλεύθερον ὕδωρ, de vita libera, Varin. Cynosarges, κυνόσαργες, gymnasium in Attica prope vrbem & templum Herculis & vicus sic dictus à cane albo, qui sacrificante Diomo & Herculi paratam victimam offendente rapta femora in hunc locum detulit, Stephan. Nomen autem inditum est loco à canis vel albedine vel celeritate. Diomo territo propter abreptum sacrificium responsum contigit, aram illic condendam esse vbi canis femora dimisisset. Didymus pro Diomo apud Suidam perperam legitur. Exercebantur in eo gymnasio spurij (nam Hercules quoque spurius fuisse existimatur) qui neutro parente ciue nati erant. Imprecatio In Cynosarges, similis est illi, In coruos. Suidas, Hesych. Varin. Vide Cynosarges in Chiliadibus Erasm. Examinabantur eo in loco spurij, cum de patre controuersia erat: spurios autem (νόθους) Athenienses etiam liberos vocabant, Varinus exponens prouerbium Ἐκ κυνοσάργους. Quidam acuunt vltimam, sed proparoxytonum vsitatius est. Ab hoc Diomo etiam χεὰς Διομείας dicitur: & Δημείας vel Δεμείας per omicron, pars tribus Aegeidis est: quo Hercules illic Colytti hospitio susceptus, Dominum eius filium amauerit Stephanus. Cynosarges etiam Hercules cognominatus est, vt meminit Herodotus & Plutarchus: & Cynosargis templi, in quo Herculis & Hebes aræ fuerint, Pausan, in Attic. Plato non à cane alba, sed à Cynosargo quopiam, Cynosargen (mihi Cynosarges in neutro tantum genere: vnde & datiuus ἐν κυνοσάργῃ profertur) dictam ait. Et inde quoque adagium deductum est, Ἐπὶ τοὺς κυνοσάργας, in infames atque ignobiles, Gyrald. Cynosema (κυνὸς σῆμα, vel κυνοσόημον, alij per simplex sigma scribunt) id est Canis sepulchrum, quo nomine dictus est tumulus Hecubæ (teste Plinio) vxoris Priami, quæ doloris impatiens, post cladem exitiumque patriæ ac suorum, in canem conuersa fertur. Tumulus Hecuba (inquit Pom. Mela l. b. 2.) siue ex figura canis, in quam conuersa traditur (vide Ouidium Metam 12.) siue ex fortuna in quam deciderat, humili nomine accepto. Est autem promontorium Hellespontı, cuius etiam Thucydides libro 8. meminit: Stephano, locus Lybiæ, & alia quædam regio. Cynosemon locus est Cherronnesi, in quem Hecuba captiua ducta post captum Ilium, in mare desiliit, & vitam finiuit. Varinus & Suidas. Vlysses Ilio capto Maroneam præternauigans, cum Hecuba illic exercitum dira imprecaretur, acumulum moueret lapidibus obruit, & iuxta mare obtexit (tepeliuit) ac locum Cynosema nominauit, Suidas Pollux lib. 5. Cynosema in Hellesponto à celebri quodam cane dictum putat, nisi quis (inquit) credere malit, à tumulo Hecubæ in canem versæ, nomen ei impositum. Aliud est Cynosema apud Calydonios, vbi Auta canis Atalantæ à Calydonio apro occisus, sepultus est, idem. Aliud est Cynosema in Salamine, sepulchrum canis Xanthippi Periclis patris: Sed de canũ aliquot sepulchris plura dicam in vltima parte huius capitis. Cynna, Κύννα, oppidulum prope Heracleam, ab vna Amazonum appellatum: vel à Cynne fratre Cœi, Stephanus. Cynna, Philippi Macedonum regis filia, Athenæus libro 13.

b. Κυνοειδὴς, cani similis, aspectu canino. psyllion supra cynoides appellauimus. Canibus interiora omnia similia leones habent, Aristot. Felium & ichneumonum pleraque, vt canum, Plinius. Pathyo animal magnitudine canis est, Albertus. Cepus faciem habet Satyro similem, cætera inter canem atque vrsum, &c. Strabo. Rossemaka siue Gulo fera est magnitudine canis, facie cati, corpore & cauda vulpis. Κυνῆ, pellis canina, Pollux. & pileus, de quo in c. mox. Suidas κύνεον δορὰν dixit. Cynocephali cognomentum, quod quum alijs, tum verò Periclı adhæsisse legimus, non ferè aliud quàm impudentiam & rapacitatem signat. Cælius. Ego his vitijs Periclem notatum nusquam memini legere, sed contra potius, virum bonum, liberalem, & pecunijs inuictum fuisse. Cleonem vero (in Equitibus Aristophanis) cynocephalum nominasse ipsum, κἀτὶ δ' ἐστὶν, ἀτοὶ χυνῆν, ἰταμὸν, ἁρπαλοῦν, ex Varino & Suida constat. Cratinus Periclem ἰχνοκέφαλον dixit. Pollux libro 2. lege σχινοκέφαλον: hic enim Plutarchus in Vita Periclis scribit: Corporis quidem specie Pericles haud indecora fuit, capito veto oblongo, nec cæteris partibus respondenti. Ex quo omnes ferè eius statuæ velantur casside, quod videlicet nollent sculptores eare hominem deformiorem videri. Et Attici poëtæ eum σχινοκέφαλον contumeliæ gratia appellare soliti sunt, quia σχῖνον scillam interdum vocant. Deinde ab Eupolide cum cephalegeretam nominatum addit, & à Telecliде caput eius ἀνδροκάλαμον. Videtur sanè in Plutarcho deesse quod Pollux scribit, eum à Cratino schinocephalon dictum: quod omnino adendum putauerim post hæc verba Cratini, μόλις ἂ ζῇ ξένη κοὐ μακάρτη, alloqui nihil ad rem. Ibidem Lapus interpres Titanum pro tyrannum vertit, nisi mendum librariorum est: intelligit autem Cratinus tyranni nomine ipsum Periclem. Rursus ibidem, Eupolis cum interrogaret de singulis principibus qui ab inferis redijssent, ideirco Periclem nominatum vltimum esse inquit, quia caput inferorum adduxerit: Græce est, ὅτι κεφαλὴν ἤγαγεν, legerim ὅτι κεφαλὴν ἤγαγεν, id est eò quod paluinum secum ab inferis adduxerit: Magnum enim & graue caput, quale Pericli tribuunt, aut etiam curis & negotijs grauatum (quod Telecliдes de eo scribit) paluinum & quietem desiderare videtur. Eo autem secum gestando impeditum, postremum ventisse fingit. De cinocephalis animalibus inter Simias dicam. Sunt enim simiæ quædam caninis capitibus, quas voce Græca cynocephalos appellamus: at canes cynocephalos dicere, quod Gyllius in Aeliano fecit, non minus absurdum est, quàm si quis Latine canino capite canem dicat. Κυνοπρόσωπος, facie cani similis, Lexicon Græcolatin. Κυνοφθαλμίζειν, impudenter intuetur, Varinus, Hesychius, & Suidas, Ἀναιδὴς καὶ θρασύβλεπτος, θρασύτατος, ἀναιδὴς καὶ θρασύτατος, Hesychius & Varinus. Κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κυνὸς ὄμματα μαρμαίροντα, Homerus Iliad. α. id est, impudentissimus & timidissimus Homerus, Iliad. α. Κυνῶπις & κυνοθαρσὴς vocabula supra posita sunt.

sunt. Ῥύγχος, id est rostrum, de canibus & suibus inter quadrupedes Grammatici proprie dici scribunt. Ἡ ὑπερηλωμένη τιμὴ σώματος πάνυ βάρος, ὠμόφρονα, ἀνοητὸν ἀνοσιώτατον, δηλοῖ. τοιαῦτα δὲ τὰ τῶν κυνῶν σώματα, Adamantius. Nasus canis alsiosus, & plerunque tactu frigidus est, quod & metris quibusdam Germanicis testamur. Κυνὸς ὀδὼν κυνέων, id est dens caninus, Hesychius, Varinus. Primores quatuor in homine dentes Græci à secundo πρῶτοι appellant: his deinceps singuli vtrinque canini hærent: his omnibus singulæ radices insunt: sequuntur gomphij, id est molares vel maxillares, qui vt plurimum in maxilla superiore ternas, in inferiore binas radices habent, Galenus in libro de ossibus. Canini autem dicuntur quod acuti, & caninis dentibus similes sint, Pollux. Nostri oculares vocant, quod oculis rectà subijciantur, & vi extractis oculi sæpe lædantur. Nescio quis sciolus in Lexico Græcolatino Aristotelem caninos cum gomphijs eosdem facere, & licere nobis cum Cicerone non solum caninos, sed & genuinos & intimos interpretari, ineptissime (ne dicam mendacissime) scribit: Aristoteles enim de partibus anim. 3. 1. manifestè distinguit. Ossa quædam in homine a morum loco sunt, quibus præpediëtia protelentur, vt quæ trito medicis vocabulo ex curuitatis natura, vt ipsi interpretantur, simenia nuncupantur, ab Græcis cynolopha dicta, id est canina prominentia: Hæc vero super dorsi sphondylos locum habent, Cælius 3. 17. Clarius hæc ossa Pollux describit libro 2. his verbis, Περὶ δὲ τοὺς νώτους ἐστὶ τραχύτητες αἱ νῶτοι. ὧν δύο μέν, αἱ μετὰ τὸ πρωτεῖον ἀναφαινόμεναι ὀνομαζόμεναι, κύκλωνται κυνίλοφα. κέρνα δ' αἱ πλάγιαι δύο. αἱ δ' λοιπαὶ, κάτω τρεῖς εἰσι.

Catulire (σκυζᾶν apud Aristotelem, Gaza canire) dicuntur canes (fœminæ, vt πυρᾶν etiam & καπρᾶν de vaccis & scrophis propriè, non item maribus) quando Venerem appetunt, vel (vt Varro inquit) ostendunt se velle maritari, quo tempore etiam terra aperitur, vt Varro testatur. Quum meam vxorem vidi catulientem, Plautus. Laberius scripsit catulientem lupam, id est coitus appetentem. Catulitionem rustici vocant gestiente natura femina accipere, eaque animam inferente omnibus satis, Plinius libro 16. Simile est illud nostrorum initio veris, *Dic Son lubelet.* Lacedæmonij hoc animal templis omnibus arcebant, quod impurum sit & palàm coëat. Canes etiam cum mulieribus Veneris consuetudinem habere deprehensi sunt. Nam Romæ mulier adulterij accusata à marito fuisse dicitur: Adulter in iudicio canis esse prædicebatur, Aelianus. Κύων ὀχεσαμένη τίκτει τὰ πεφυτευμένα, Tzetzes 4. 126. Primus canis fœtus parenti similior est, vt supra dixi, ac ideo forsan præfertur. Fœta canis, Plautus. Canem masculum catellos duos lactasse Cælius Calcagninus Epistolicarum quæstionum lib. 1. epistola ad Thom. Calcag. his verbis testatur: Quod catuli (inquit) duo ex eo genere quos ἰχνοβάτας Græci vocant, tibi nuper dono dati, frequenti suctu, ex grandioris canis papilla lac euocauerint, ita vt nunc ille non sine magna omnium admiratione matris vice educationis munere perfungatur: minus tibi insolens ac mirum videbitur, si intellexeris, hircum aliquando ita mulctralia impleuisse, vt colostra inde conficerentur, &c. Sola ex omni calidorum genere canis & sus, partu numeroso notantur, Theophrastus de caus. 1. 27. Et rursus. Ex plantis quædam (inquit) vt fici, vites, &c. aliæ maturius, aliæ serò fructum ferunt. At inter animalia genus nullum eiusmodi est, cane excepto: sed omnia pari tempore & ferunt in vtero, & alunt cum pepererunt: quanquam tempora pro locorũ natura sæpe permutant, & præcipuè quæ cum hominibus viuunt. Σκυλακοτροφία Oppiano, catulorum educatio. Σκυλακεία Polluci tum nutritionem catulorum, tum procreationem significat. Σκυλάειν τὰς κύνας (forte σκυλακάειν) est per hyemem eas sobole implere & admittere ad coitum. Tempestiuè autem admittentur, si labore prius exercitatæ fuerint, & deinde aliquantisper quieuerint. Labor enim corpora durinscula & solida reddit, quies roborat & alit. Eodem tempore cibus eis ad satietem concedendus est: nam cum venantur, cibo saturari inutile est. Conueniunt autem catulis qui nutriuntur, edulia vino madida, Pollux. Ὡς ἡ κύων ἀπαλὸν περὶ σκυλάκιον βεβῶσα, Homer. est enim canis animal prorsus philotecnon, id est miro erga sobolem amoris affectu præditum. Quæ de re Oppiani lib. 1. de piscatione aurei versus hi sunt: Ἤδη δ' ἀρτιτόκοις κυνὸς σκυλακας τροφὸν δίνῃ Πειμελίῃ ἐγχρίμψαι. αἱ γὰρ ἔαρ ἦν ἑταῖρον, Χάσκασι παρβῆσι μητρὸς χόλον ὑλακτοῦντα. Οἷον ὑπὲρ πικέων ἐστεφυλάοντι, κἠδέ τι εἰδὼς Γινώσκει. πᾶσι δ' ἐπέλει κρύσταλλα πελάσσαι. Simonides de mala muliere. Μαύετται ἄλλην, ὅπερ ἄμφι πίκροισι κύων. In Calathinam caniculam facile enixam Adæi epigramma extat lib. 1. Anthologij, sect. 33. Canis iuxta die noctuq; videt, Cælius Calcagn. in rebus Aegypt. Canibus inter quadrupedes, inter aues vulturibus præcipuæ odorandi vis est: Fortè quod animalia illa ficciora sint, nec aliorum modo humidum aut pituitę obnoxium cerebrum habeant. Vigilantissimum natura canem esse, in ædium custode dicemus.

Latrare proprium canis est, cum impetum facit, & voce terret. Plautus, Etiamne meæ in me latrant canes. Et alibi, Nec gannio, nec latro. Venaticus ex quo Tempore ceruinam pellem latrauit in aula, Militat in sylvis catulus. Horat. Epist. 1. pro allatrauit: Sic Plinius, Hanc habentes negant latrari à canibus. Latrator Anubis, Vergilio & Ouid. Sæuit canum latratus in auras, Verg. Apud Hebræos vox נבח nabach, id est latrauit, non alibi reperitur in Biblijs quàm Esaiæ cap. 56. Apud Pollucem de canum vocibus hæc verba legimus, Τλακὴ δὲ ὑλαγμὸς, καὶ ὑλακτεῖν, ὑλακτοῦντες, καὶ κυνζᾶσθαι. εἴπεις ἂν καὶ ἀοζίζειν, καὶ ἀοζίζεται. καὶ ἴζειν καὶ ἰζόντας. κἂν ἡ Ξενοφῶντος καὶ κλαγγὴ φησὶ δὲ ἐπαγακτικλαγγίαι. εἰρήκασι δέ τινες τὴν πτῆξιν, καὶ βλύζειν τοὺ κύνας. σκυζᾶν δὲ τινα καὶ ἐνδεῖσθαι τὰ ἀποφθέγγεσθαι, Hæc Pollux. Τλάειν etiam pro ὑλακτεῖν, accipitur (vnde & ὑλάσσειν & ὑλακτεῖν formantur,) Hesych. & Vari. Ῥυθμοῖς ὑλάει, καὶ παιδαλίσκοις αὐτεῖ, Oppian. de cane testiculis alligato in pardaliũ venatione. Κορδιὴ δ' εἰ (Vlyssi) ἐνδὰν ὑλάκτει, ὡς εἰ κύων ἀμφὶ λύκοισι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα, Λιὸς δ' αἰγεσιήσας ὑλάει, μεμονὼς πρὸς μάχεσθαι Hom. Odyss. υ. Τλακομυρεῖς κύνας, apud eosdẽ vt inter Epitheta retuli. Χαλκεόφωνος κύων, canis vehementer clamans aut latrans, Varin. Κιωνλαγμὸς, latratus per pleonasmum: Λάσκουσι κύνες, canes latrant, Varinus & Hesychius. Κύων θωύσσει, ὑλακτικὸς δὲ θωύσσειν, ὑλακτεῖν, Varinus, Κλαγγὴν vocem acutam non solum in ſnibus, sed etiam canibus Homerus vocat. Κεκλάγξω, κεκλάξομαι, latrabo, Varin. Αἱ δ' ἀκύνες κλαγγεῦσι, Theocritus in epigr. Θώσσειν latrare, Suidas. Βαύζειν proprie dicitur de catulis, vt de adultis canib. ὑλακτεῖν: βαύσδειν tamen apud Theocr. ὑλακτεῖν simpliciter exponunt, Varin. Baubari, latrare: verbũ factidum à voce canum. Lucret. li. 5 Et cũ deserti baubantur in ædib. omnes. Baubatus, latratus. Canis ἀφορίξειν dicitur apud Athen. Λοιπὸν τὸς ἀφωνῆς, παρ' ἡμῖν δ' ὑλακτεῖν λέγεται Ammon. Γρύζειν ἐστὶ μικρὰ φθέγγεσθαι· ἢ ὑλακτεῖν, Hesychius. Ἰύζειν apud Homerũ de canibus & venatoribus contra leonẽ clamantibus. Κυζᾶσθαι de auibus dicitur, & de obscura quadã ac submissa canũ voce: quæ ab hoc verbo κυζηθμὸς appellatur, blanda canũ immurmuratio, & gannitus quidam. Inuenitur & κυζήμασιν eodẽ sensu participiũ, vt κυζήμασα παιδία apud Aristophanẽ in Vespis: Καὶ κυζήματα λέγειν, κἀπιβολεῖν, καὶ δακρύειν, Germani dicunt *winseln.* Κυζούμενος, ὑποφθεγγόμενος, Varinus & Galenus in Glossis Hippocratis. Apud Hesychium perperam scribitur κυζητμὸς. Reperitur etiam κυθὸς, κυθμὸς, κυθμὸς, omnia ἀπὸ τοῦ κυζᾶσθαι per onomatopœian à voce canum. Ῥύγμη vox, clamor: proprie autẽ canum Varinus. Ῥύεσθαι dicitur de lupis, canibus, & leonibus cum per famem vlulant: & de alijs animalibus quæ

proprium

ptiam vocis vocabulum non habent, Varin. Pollux de minoribus tantum, vt vulpibus, thoibus & lupis, ὑλακτεῖν & ὠρύεσθαι vsurpari scribit, cum alterum prius canibus, alterum lupis peculiariter tribuisset. Vlulare dicuntur canes, quum lamentantibus similes lugubrem quandam & querulam ædunt vocem: Ouid. lib. 15. Metam. luq; foro ciet cumq, domos & templa deorum Nocturnos vlulasse canes. Manet Germanis quoque eadem onomatopœia. Et altè Per noctem resonare lupis vlulantibus vrbes, Lucanus. τῆς ἅμα φανείσης ἐσω συλακῶν ἀσυγκλήτῳ, Homerus. Catulus glaucitat, Author Philomelæ. Gannire de cane & vulpe dicitur, gall. glappir. Gannitio canum querula, murmuratio, Festus. Nictit canis in odorandis vestigijs ferarum leuiter ganniens, &c. Festus. Canina eloquentia, Quintilianus 9. 12. Vide inter prouerbia. Latrat & in toto verba canina foro, Ouidius in Ibin. Guttaraq; imbuerunt infantia lacte canino, Ibid. Hominem conuicijs & maledictis vtentem canatim loqui (cui simile aduerbium bouatim est) aliquis dixerit. Aduerbio hoc obsolero vsus est Nigidus, teste Nonio. Ringi, os torquere, quod canes faciunt latraturi, vel cum ex ira in rugas deducunt os. Ringi quidam à rhin, quod Græce rinum significat, & ago deducunt: vt nares torqueri significet. Hinc rictus oris distensio. Rictum caninum Iuuenalis dixit Satyra 10. Græci canem qui ringitur σκηρίαν dicunt. Σκηρώσει γελῶν, καὶ ἐχίδνας, apud Aristoph. per translationem à canibus, ὅταν δὲ ἀγχίζονται σκέμμασιν ἀλλήλοις, Varinus Hirrire, ringere, quod genus vocis est canis rabiosi Festus. Ῥινᾶν τὸ ἴξα ποιεῖν ἀπὸ τῶν ἐπὶ τῶν ῥινῶν αἰσχυμμένων κυνῶν, Eustathius. Σκυζᾶσθαι, vultu tristi, vel truce & iracundo esse, irasci, hoc verbũ alij à Scythis deriuant, quod ij natura sint iracundi: alij à cane deriuari posse coniiciunt, vt σκυζᾶσθαι sit τὸ κύνειόν τινα σχεῖν ἢ τὸ ἰκνῶδες εἶναι, ὅθεν καὶ τὸ ἀσκυνίον, Varin. Ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitarier, Plautus in Capt. Canicula quædam Indicæ nunquam latrant, vt infra dicetur.

Canicæ, furfures de farre à cibo canum vocatæ, Sex. Pompeius & Nonius. Plerique ex veteribus ad manuum ablutionem vsi sunt apomagdalia: id verbum signat, molle (& medullam) panis: quod quia mox obijcerent canibus Lacedæmonij cynada vocabant (Pollux 6. 14.) Significare id ipsum videtur Athenæus quoque: Post cœnam (inquit) libationes obibant, necabluentes manus, verum abstergentes buccella, & apomagdaliam afferebat vnusquisque: id quod faciebant ob nocturnus in biuijs metus. Idem libro 9. apomagdaliæ honores nuncupat. Meminit eius vocabuli Plutarchus in Lycurgo: sed ita, vt intellectum eius vocis neutiquam videatur interpres animaduertisse. Innuit ipsum hoc etiam Homerus illis versibus: Ὡς δ' ὅταν ἀμφ' ἀλετρίσι δαῖτα γυναῖκες δμῶαι Δαμάσσω· καὶ δέ τε φῶτ μαλίγματα γνοῖ. Sunt qui apomagdaliam esse sic finiant (Hesych.) ἐκεῖνο τὸ ἐκ τῆς ἀποψήξεως τῶν ἐδεσμάτων. Auctoritem Eustath. est, magdaliam dici ἀπὸ τοῦ μάσσειν esseq; zythoma quoddam, in quo absterso cibariorum sordibus pinguioribus, inde canibus pararetur cibus, Hæc omnia Cælius 28. 1. Κυνάδεα, αἱ ἀπομαγδαλίαι. Hesych. & Varinus: malim vna voce oxytona: αἱἀπομαγδαλιαί aliqui paroxytonam faciunt, vt Pollux, nisi deprauata est scriptura. Μαγδαλιαί, τὰ ἀλφίτων ἀπόβλημα, (furfures intelligo) Vel nutrimentum canum, nempe adeps & pingue, quod à cibo ἀποψῶντα (abstergebant, nimirum à vasis & discis abradentes) & canibus obijciebant, Varinus. In principum & diuitum ædibus, vbi canes aluntur, multis in locis, orbibus vel quadris, super quibus carnem sibi quisq; coqui curat, segmenta panis atri imponuntur, vt defluentem excipiant pinguedinem, & postea canibus dentur. Μάσσειν & ἀπομάσσειν Græcis est abstergere: inde apomagmata & apomactra, sordes vel purgamẽta: & magdalia apud Comicum, apud alios apomagdaliæ, & ἀπομαγδαλίς: est autem ψωμὸς, id est buccella, qua manus à cibo tergebant, & canibus offerebant Pausanias interpretatur καὶ ὁ Φερσεφόνης οἶκος τὸ δεῖπνον, εἰς ὃ τὰς χεῖρας ἀπομάσσουσιν, ἔστιν ὅτε καὶ τῇ κυνὶ ἔβαλον, Varinus. Στατὸς, Φύραμα ἀλετρίδος, πυρὸς εἰκὸς (vel ἠῶ) ἀπομαί ἔφατο οἱ μαγείρου, ἵνα προσκόλλῃ χειροπαγῆ (quę vox aliàs mantile significat) ὃ μετὰ τὴν ἐρασίνην ἐπιβάλλεται τῇ κυνί. Canis viuens è magdalia, Κύων ζῶν ἐκ τῆς μαγδαλίας, Eustath. in Iliados librum quartum ostendit dici solitum in parasitos, & alieno victitantes cibo, Erasmus in Chiliad. vbi citans Pollucis verba, τὸ ἐκ σίτου μαλακὸν καὶ σιτώδες, non recte vertit, quod in pane est molle ac pinguis. σιτὶς enim non πίων solum, id est pingue & adipem significat, sed etiam farinam subactam, vt ex paulò ante citatis Varini verbis apparet. σιτώδες igitur in pane erit, non pingue, sed illa medulla quæ facile manibus comprimi & subigi potest, contra quàm crusta. Ibidem, εἰς ἀποψηπάμενοι, in quo absterso obsonio: legere debuerat ἀποψηπάμενοι, & reddere, quo cum absterso manibus, nam ἀποματτόμενοι, vt supra posui, Pausanias habet. Non enim lauabant magdalijs, furfuribus, aut panis medulla, manus: sed nihil quàm detergebant, vt Cælius quoque errauerit scribens, vt supra citaui, plerosque veterum ad manuum ablutionem vsos apomagdalia: melius scripturus, loco ablutionis manuum. Redeo ad Erasmum: Cæterum de apomagdalijs (inquit) quæ ante conuiuium dabantur, &c. non ante sed conuiuium scribere debuit. Et paulo post: Athenæus libro 4. tradit apud Arcades fuisse moris, vt à cœna sacrificarent (libarent potus) non quidem lotis manibus, sed iure seu offa (ζωμῷ inepte legit pro ψωμῷ, id est buccella panis) absterso: & quo se absterserat quisque id secum auferebat: id faciebant ob terrores nocturnos, qui in compitis solent accidere. (Et arbitror sanè non inutile remedium (inquit Eras.) aduersus canes in compitis adorientes viatorem.) Hæc sanè melius Cælio cõuertit Erasmus. Στατὸς enim ille ἀμφίδια, id est vicos, biuia vertendo & ἀποφέρειν afferre pro auferre. Plutarchi in Lycurgo locum quo pulcherrimè is describit Laconum morem apomagdalijs calculorum locum vrentium in reprobando vel admittendo aliquem ad conuiuia sua, miror non intellexisse Erasmum, quod ipse fatetur, cum clarius à Plutarcho dici nequaquã potuisset; ita nihil desideres nisi pro κρίνων fortè legendum ἀποκλίνων, id est ἀποκλίζων: is enim omnino senius est. Res erat huiusmodi, Gestabat minister vas in capite, in illud cõuiuę singuli apomagdalias singulas immittebãt: qui probarent, simpliciter: qui reprobarẽt manu & digitis compressas, vt calculorum perforatorum significationẽ haberent. Inspectis deinde suffragijs si vel vna cõpressa reperiretur, q admitti petebat excludebatur ab eis, vt qui vellet omnes omnino inter se suauiter cõuersari. Sic exclusus κακαδίζειν (malim ἐκκαδίζειν, vt ἐκκαδίζειν sicut ἐξοσφρίζειν thema sit: per delta verò duplex an simplex scribatur, nihil referre puto) dicebatur: caddos enim (additio Florentina habet κάδδιχα. Φ. κακαδῆσαι Grammatici exponũt priuatũ esse, vt non opus sit à cado deducere.) vas cui apomagdalias injiciebãt, vocabatur. Lapus omnia ridiculè & cõtrario sensu reddidit. Σκυβάλων, ἵνα κυσὶ βαλὼν πάλιν τῶν κυνῶν βαλλόμενος μὴ βάλωμαι, Varin. & Suid. Hinc illud in Epigrãmate, Οὐδ' ἀπὸ δείπνου δίκην ῥιπτούμενος σκυβάλου Στυγνὸν εἰς ἄλλας ἔδρας ἴδοις ἀποκρίνειν, ἀποσκυβαλίζειν. bestijs & canib. objicere, vt quidã in Lex. Græcolat. interpretatur, Κυναβόα, odor est sub alis, vel caprarũ: alij canũ cibũ exponunt, quasi κυνοβορὰν, sed sic per ypsilon scribi oportet. Scholiastes Aristophanis Κυνῶν ἀπάντων ὑγρὸν φαγέσεται, ἵνα σβεσθείσης τῆς ὑγιείας ἐν κύκλῳ, ἐπὶ τὸ πάλιν τὴν σωτηρίαν ἐξεδέξηται: τίτθη τὴν πῶϊν ὧδε τὸ ὕδωρ τῶν τυρῶν. Suidas in Σκύβαλον. Objicitur cani pasta, qua calida absterta sit facies, mamillæ, inguina, pedes & manus ægroti: eam si comederit canis, ægrotus euadet: secus, morietur. Kitanides De canino prandio vide infra inter prouerbia. Canis Pontani abhorrebat carnes gallinæ, ijsque oblatis fugiebat:

Obseruã-

Obſeruauimus etiam quod canes vulgò ſturnum horrent, Blond. Λάπτειν eſt ſorbere, ſorbendo glutire: & propriè dicitur de canibus & lupis, ac huiuſmodi animalibus (quæ ſcilicet lambendo bibunt) per onomatopœiam, Varin. Idem verbum Germani vſurpant.

Canes vehementiore contra feras concepta ira quandoque occæcantur. Plutarchus in Sympoſiacis. Λαιψὰς canes vocant, quæ macilæ ſtrigoſæ ſunt, & pilos amiſerunt: ἢ ἀπὸ μικρῶν λαγῶν, Heſychius & Varinus in voce Λαιψός, id eſt macilentus, pallidus per αι diphthongum in prima ſyllaba: vnde librariorum errorem exiſtimo quod λαιμὰς per η in prima apud vtroſque legimus. De cynanche morbo à canibus dicto (aut forte à cynanche vinculo, quod collum ceu vinculo inecto ſuffocati inde videatur) ſupra dixi in c. hîc corollarium addam ex Cælio, Cynanchen (inquit) Galenus dicit intima infeſtantem colli: cynancheu vero ad extima nuere amplius, minusque periculoſam eſſe, & minus ſuffocare. Supra quoque cum de cane rabido agerem, nonnullos ab eo morſos in furorem quendam incidere dixi, quem noſtri choream S. Viti appellent: Gariopontus voce corrupta anteneaſmon dixit, pro entheaſmo, vt Græci vocant. Quanquam idem melancholiæ genus etiam extra canis rabidi morſum nonnullis accidit: qua de re Io. Manardi verba lib. 7. epiſtola 3. apponere viſum eſt, præſertim cum non à cane ſolum, ſed etiam lupo, & tipula, tribus diuerſis animalibus nomen huic inſaniæ contigerit. Affectionibus à melancholia prouenientibus (inquit Manardus) addunt Græci diuinam quandam paſſionem, à qua detenti maioribus quibuſdam efferti poteſtatibus videntur, adeò vt futura quoque pronuncient, & propterea entheaſtici vocantur, quaſi deo pleni. Et paulo poſt, Addiderant Arabes quam cutabutum appellant, deriuato nomine à beſtiola, quæ irrequieto quodam motu ſuper aquas modo huc modo illuc abſque ordine vagatur: Latini (vt quidam volunt) tipulam id inſectum vocant, in paluſtribus locis frequens. Hactenus putaui hunc morbum ab Arabibus, præcipuè autem à Raze, inuentum, nec eſſe eius mentionem apud Græcos. Dum verò hæc ſcriberem, docente me ſuprema veritate, clarè cognoui eſſe quem Græci lycaonem, lycanthropiam, & cynanthropiam vocant, nomine à lupis vel canibus deriuato. De his enim ſcribit Paulus, Nocte exeunt, ad diem vſque circa ſepulchra plerunque vagantur, lupos canesque (canes non dicit Paulus, ſed Aëtius:) per omnia imitantes, oculis concauis & ſiccis ſunt, craſſe imbecilliterque vident, linguam ſiccißimam habent, valde ſitiunt, os ſaliua caret, cruraque habent ob aſſiduas offenſiones inſanabiliter vlcerata. Aëtius ferè eadem, vnum addens, quod menſe Februario incipit. Quæ ſi conferantur his quæ de cutaburo ſcribit Auicenna, nemo ambiget eum morbum ab eo deſcriptum quem Græci (vt diximus) lycanthropiam vocant, deſt hominis in lupum conuerſionem, præſertim cum & curatio, ferè verbum ex verbo, à Paulo ſit aſſumpta. Huculque Manardus. A canibus quidem & lupis huic affectui nomen impoſitum reor, ſiue quod hæ animantes in rabie ſimiliter afficiunt, ſiue quod à rabidis ipſis homines morſi vnà cum hydrophobo interdum hoc affectu capiantur. Canis ſeu in mortem incidit, ſeu in furorem, ſplenis noxa in cauſa eſt, Cælius ex Horo. Κύνειον θάνατον, id eſt caninam mortem, apud Ariſtophanem, difficilem interpretantur: quoniam difficulter animam efflare deprehenſum ſit animal hoc, Heſychius, Valerianus, Cælius. Morticatim inter ſe & homini colludunt canes, & alia quædam animalia.

d. At illud non modo arrogantis, ſed potius prudentis, intelligere ſe habere ſenſum & rationem, hæc eadem & caniculam non habere, Cicero lib. 3. de Nat. Nos tamen de ingenio & induſtria canum, multa diximus ſupra cap. 4. De impudentia canum, vide parte 1. huius capitis. De fide canum complura exempla proferemus infra vbi de canibus ſocijs, defenſoribus, & cuſtodibus agetur. Canis albus ſymbolum eſſe putatur fidei, vnde Picus Mirandula cecinit, Signa quibus tubino vitum eſt oſtendier albis Ex villis animal, dominis domibusque fidele. Homines qui paruam & planam habent frontem, nempe ſimilem caninæ, ſtolidi (ἀναίδητοι) iudicabuntur: Item qui ſerenam & exporrectam habent, aſſentatores: quod canes cum adulantur, frontem ſimilem præ ſe ferant, vt ſupra copioſius dixi in 9. ex Ariſtotelis Phyſiognomicis: Ex quibus reliquas etiam à canibus ſumptas de hominum moribus pronunciandi coniecturas hîc adſcribam. Animalia fortia, inquit, grauem ædunt vocem, vt leo, taurus, & canis latrator, κύων ὑλακτικός. Et alibi, Ὅσοι βαρύφωνοι φωνῆσι μέγα καὶ πολυγομφίοις, ἀναφέρονται ὅτι ἐοὺ δέρμησι κύνας: Latinus interpres abſque omni ſenſu transfert. Quicunque graniter vocant, magnum ac perplexum: reducuntur ad fores canes. Adamantius de vocis genere ſic ſcribit, Ὅσοι ξηλοι καὶ βαρὺ καὶ ἀκαμπτὸν ἠχοῦσι, ἡμεροῦται τάχιστα τὰ ἤθη, καὶ μεγαλόνοια αὐτοῖς ἔσται καὶ ἀνδρεία. Cornarius vertit, Qui vero cauum & grauem ac minime flexuoſum ſonum ædunt, his generoſi mores ſunt, & magna ſapientia ac iuſtitia ipſos ornat. Ἀκαμπῆ φωνὴν vocat contrariam illi quam Ariſtoteles in cinædis & mulieribus κεκλασμένην id eſt fractam nuncupat. Apud Ariſtotelem igitur ex Adamantio, vel ſic legimus. Ὅσοι βαρὺ καὶ ξηλον φωνῆσι, μεγαλοφρονες, ἀναφέρονται ὅτι ἐοὺ δέρμησι κύνας: Vel alijs, ſed ad eundem ſenſum, verbis. Si quis tamen βαρύτονοι pro βαρύγηθοι legere malit, non impedio. Nam & paulo ante Ariſtoteles eo verbo vſus eſt, Ὅ τε μέγα φωνοῦντες βαρύτονοι, ὑβρεισταί: propter quem locum, ne bis videatur de eadem vocis differentia agere, hæc verba μέγα καὶ πολυγομφίοις, tanquam differentiæ vocis relinqui poſſunt, & mox ſubijci μεγαλόφρονες aut ſimile quid. Tranſeo ad reliqua. Canibus (inquit Ariſtoteles) proprium eſt πολύδωρον, id eſt vox plena conuiciorum & maledicentiæ. Qui canibus ſimilem ædunt vocem, canini ingenij homines exiſtimabuntur, Adamantius. Qui caput magnum habent, canum inſtar, ἀναίδητοι ſunt: qui paruum, vt aſini, ἀναίδητοι, Ariſtoteles. Miretur autem aliquis cur ἀναίδητοι hîc canes vocet, à ſenſus excellentia: quos alibi in paruę & planę frontis mentione ἀναιδήτους vocauit: niſi id diſcernamus, vt aliàs ad ingenium & veluti rationem animalium referamus vocabulum ſenſus: aliàs ad exteriorem ſenſuum acumen & ſagacitatem. Rurſus, Quibus oculi, inquit, ignim ſunt, impudentes habeantur, ob ſimiles canum oculos. Et de labris, Quibus (inquit) labra tenuia ſunt, & in angulis vtrinque (quos Græci συγγνάθους vocant) laxa: ἀναίδη (lego δὴ) τὰ ἄνω χείλη, &c. id eſt ita vt pars ſuperioris labri iuxta angulum inferiori labro ſuperimplicetur, vt ita dicam, magnanimi ſunt: hac enim ſpecie leones, nec non magni robuſtique canes apparent. Idem de huiuſmodi labris iudicium Adamantij eſt, ſed addit tenuia eſſe debere labra ἐπὶ ἐλάττονι μείζονι, id eſt in ore ampliori: corruptè autem apud ipſum legitur ἐπὶ τῇ ἀχειλίᾳ χώρᾳ pro ἐπὶ ταῖς συγγνάθοις ἀκραις: quod Cornarius interpres facile deprehendiſſet ex Ariſtotele, niſi conferendi laborem fugiſſet. Et paulo poſt, Hoc etiam caninum eſt, ſi labrum ſuperius & gingiuæ promineant: hos ad conuicia & maledicendum pronos conijciro. Quibus circa dentes caninos labia prominent (κυνόδακται) maligni, contumelioſi, vociferatores & maledici ſunt (vel ſi Græcè mauis, κακόζηλοι, ὑβρεισταί, κερφόται, ἐπισβόλοι: poſtremum Cornarius iactatores exponit:) vt qui canes referant, Adamantius. Os nimis reſciſſum, valde voracem, crudelem, dementem ac impium ſignificat, Idem. Οἱ τὸ μέγα ἀνοιγόντες ἰχῶντες,

ἐκτεταμένος, δυσπάρυστος, οἷόν φησιν ὁ τῶν ὀρνίθων. post ἄκρον aliquid deest, interpres acutum addit: Adamantius, βραχὺ τὸ ἄκρον λεπτὸν id est nasi extremitatem tenuem, iracundiæ indicium facit. Eandem si crassa, obtusa, rotunda & solida sit, qualis in leonibus & generosis canibus spectatur, fortibus & magnificis seu gloriosis viris conuenire ait. Οἱ μεγαλόψυχοι, ὧν ψυχρὸν καὶ ἀνατεταμένον τὸ ἐν τῷ γενείῳ. Aristoteles. Interpres transfert, qui mentum habent frigidum, &c. legendũ forte μακρογένειοι (mentum enim hominis tantum est) quales, vt Adamantius inquit, non admodũ improbi sunt, sed loquaciores, καὶ ἐπιτροχαδικώτεροι. & submolliores, Cornarius: sed quoniam eo in loco Aristot. de pilosis tantum partibus loquitur, est quod dubitemus. Qui supra lumbos in cinctu (sic voco partẽ qua cingimur) graciles sunt (ἰσχία vocat Aristoteles. nihil mendosum est: Adamantius ὀσφύας, Cornarius ineptè succinctos vertit) canum & leonum instar, venationis studio tenentur: maximè autem studiosissimi venationum canes, eiusmodi sunt. Aristoteles. Phocylides poeta mulieres alias ex alijs animalibus natas fingit, pro ingeniorum diuersitate: & inter cæteras ex cane natam χαλεπώτατον ἄκαγον, id est difficilis & asperi ingenij mulierem. Simonides, qui idem argumentum senatijs prosequitur) λαικαστὴν (forte λαιψηρὸν legendum, de qua voce inter prouerbia ex cane) curiosam, oculis vagam, clamosam, implacabilem. Vide Stobæum nostrum in Sermone de vituperio mulierũ. Homini formato eluto Iupiter à Mercurio inseri iussit κυνέην πνέοντος, ἠδ' ἐπίκλοπον ἦθος, Hesiodus.

Canis αἰκάλλεται dicitur cum familiaribus aurium & caudæ motu blanditur alij hanc vocem à gallinaceorũ barbis deducunt, quas Græci κώλλα nuncupant, Varinus, Hesychius exponit σαίνει, θωπεύει: & κίκαλλον, adulatorium. Suidas κυνῶν, ὅτε τὴν οὐρὰν κινοῦσι, ἢ ὅταν ἐσθίωσιν legitur etiam ἐσθιόντων apud eundem. Σαίνειν vel σαῦσαι cognominantur equi & canes, quod caudas subinde moueant, Varinus. Αἶψα κύων σαίνων Κίρκης ἐπεβήσατο κοίτης, Versus apud Suidam. Σαίνεις σῴζουσα, vide mox inter prouerbia. Σωπαίνουσι οἱ κύνες ὑπὸ τῶν ἀτροφίαν, Hesychius, (sed forte legendum, Σαίνουσι.)

Nuper in nauiin Africa, cum nautis absentibus canis in amphoram oleo non plenam filices inijceret, obstupui, qui in mentem venisset, ac vnde subijsset cani, grauibus subsidentibus leuiora tolli eludiq; Aristotimus apud Plutarchum in libro Vera animalium, &c. Impetus canum amplitur nerij radix coilo suspensa: vel dens canis in corio alligatus brachio, vt supra dixi vbi de rabie canum in genere egi: & ibidem seorsim inter amuleta. Acon cynon officulum esse aiunt in sinistro latere rubetæ, quo canum impetus cohibeantur, Plinius. Salpe negat canem latrare, quibus in offa rana viua data sit, Plinius. Vis etiam cani hæc est, vt cum non latret, qui Mustelæ caudam secum habeat, modò abscissa cauda viuam dimittat. Aelianus Cor caninum habentem fugiunt canes: Nõ latere verò, lingua canina in calciamento subdita pollicitus aut caudam mustelę, qua abscissa dimissa fit, habentes. Plinius. Et alibi, membranam ex secundis canis habentem, aut leporis simum vel pilos tenentem aut qui hyænæ linguam in calciamento sub pede habeant, vt magi pollicentur: aut qui periste reon (id est verbenaca herbam) habent. Pedes leporis dextro armo ligati non permittit canes latrare: similiter iecur canis facit, nihil eius generis sit cui iecur fuerit, Cõstant. in lib. de incantat. Lapis in Nilo niger fabæ similis reperitur, quo viso canes nõ latrant: agit idem dæmonia, Thrasyllus in Aegyptiacis vt Stobæus citat. Lagduni in Gallia vidi lapillos quosdam albos eos, rotundos, cochleæ quadam specie, quas fabas marinas (si bene memini vocãt) & appensa, lac nutrientibus gere promittunt. Κύων γὰρ ἂν ὑλακτήσαι θέλοι ὅλως ἐπιστὰς ἐκείνῃ τῇ πύλῃ φθεγξάμενος. Plutar. Romæ in ædem culis in foro boario, nec muscæ, nec canes intrant, Tria sunt quæ optimè in cadunt, imo quatuor bene gressum. Leo qui fortissimus est inter bestias, & non auertit se a conspectu cuiuscunq; Canis venaticus fortem lumbis, & Hircus atq; rex contra quem nemo consurgit, Prouerb. 30. Putant per hæc animalia significari principem: Leo nõ sæuit nisi irritatus, nec princeps arma vel iram exercere debet, nisi cum opus est. Canis venaticus feras non hospites suos Hircus præcedit gregem tanquam custos, Munsterus.

e. Nunc vt sum pollicitus (inquit Columella, de mutis custodibus loquar: quanquam canis falsò dicitur mutus custos. Nam quis hominum clarius, aut tanta vociferatione bestiam vel furẽ prædicat, quàm iste latratu? quis famulus amantior domini (quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubator inueniri potest vigilantior? quis deniq; vltor aut vindex constantior? Quare vel imprimis hoc animal mercari, tueriq; debet agricola: quod & villam, & fructus, familiam q. & pecora custodit, Columella. Mox autem subijcit venaticum canem agricolæ inutilem esse: eosq; dicturum de villatico tantum & pastorali, de quibus nos etiam infra seorsim. In emptione canis, de sanitate & noxa stipulationes fiunt eædem quæ in pecore, nisi quod hic veliter excepta est. Alij pretium faciunt in singula capita canum: Alij vt catuli sequantur matrem: Alij vt bini catuli vnius numerum obtineant, vt solent bini agni vnius ouis: pleriq; vt accedant canes, qui consueuerunt esse vnà, Varro. Quo colore eligendi sint canes docet Pollux 5. 11 sed ita vt de venatorio præcipuè loqui videatur, quam obrem eorum; differemus. Turcæ pilos in caudis canum inficiunt rubro colore, Blondus. Canis in sylais a venatoribus testiculis alligatur, vt clamore pardalin fine pantheram illiciat, vt in Panthera ex Oppiano declarabitur. Σκυλακίων κριὸς, ἐπικαρχαρόδων κῷ συνωρὶς, ἐσθὶς δ' ἐπιπλατὺς ἔστω δασυμάλλου, Varinus legendum censet, id est subus ex Suida non ovi. Pelles caninæ ab artificibus ita præparantur, vt planè molles fiant, & chirothecis aptæ aduersus imbres: quæ æstate etiam refrigerare existimantur. Existiem ocreæ fiunt corrigijs transmissis, quibus vtuntur qui tumida & vlcerosa crura habent, duplici commoditate: nam & astricta pars minus influentes recipit humores & laneis caligis, quarum sæpe molestus est contactus non exasperatur. Κνωδάλας (forte σκυμνίας per ι,) ἔζευξε πρὸς ἅρμα καὶ ἐπεβιβάσθη ἐπὶ τὰ βασίλεια Ἡλιογάβαλος ἐν τοῖς ἰδίοις κήποις, Hesychius & Varinus. Κυνηγετικὸν ἅρμα ἐξαπήνην, vide superius in a. Heliogabalus canes quaternos ingentes iunxit ad currum & sic est vectatus intra domum regiam, idq; priuatus in agris suis fecit, Lampridius.

Collaria canibus circundantur, præcipuè munimenti gratia aduersus feras venatorijs, maximè pugnantibus, necessaria, nec non pastoralibus vtilia: quibusdam pro ornamento & discernendi gratia: & pro amuleto aduersus rabiem, quod Gratius poeta testatur, his verbis: Collaribus ergo Sunt qui lucifugæ cristas inducere melis Iussere, aut sacris conserta monilia conchis: Et viuum lapidem, & circa Meliteia nectunt Coralia, & magicis aduersantes cautibus herbas. Quapropter hoc in loco tanquã communi, de collaribus agere volui, non in pecuarijs aut venatorijs solum: & propter affinitatem simul etiam de loris, quæ venaticis propria sunt, quibus aduersum feras muniuntur armanturq;. Venaticis canibus (inquit Cælius 17. 26.) collare munimenti causa addi solitum, quo retundi luporum impetus posset, nouimus ex Grammaticorum glossematis, & Pompeij præcipuè Festi, qui id etiam vocari millum scribit. Sed M. Varro Rerum rusticarum libro 2 dicere mellum maluit. Is millus ex corio concinnabatur, ferreis cuspidibus clauis. Inde factum, vt quicquid prædio nobis est, proueribio quodam,

id esse munimento pronunciemus, perinde ac sit millus cani. Poetæ armillatos videntur appellasse canes ex hac ratione, quoniam millus sit ijs armillarum vice. Apud Græcos deræambus est latum corium (& firmum) ob canis collum. Dicitur & perideræum, atq; item perideris. Xenophon in libro de venatione ita scribit: Canum ornatus sunt, δέρεαι, ἱμάντες, στλμονίαι. In quo illud aduertendum, quas Xenophon stelmonias vocauit, id est fascias quibus canum latera præmuniuntur: Pollux telamonias dixit, Hæc Cælius. Canibus, ne vulnerentur à bestijs, imponuntur collaria, quæ vocantur mellum, id est cingulum circum collum, ex corio firmo cum clauulis capitatis, quæ intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. Quòd si lupus, aliúsue quis his vulneratus est, reliquos quoque canes facit, qui id non habent, vt sint in tuto, Varro. Atque armillatos colla Molossa canes, Propertius 4. Eleg. Ex pelle melis pharetras & canum colla obtegunt, inde melium (aliqui per l duplex scribunt) vel millium genere neutro, vt Varro: vel milius masculino, vt Festus vtitur, nominatur. Scipio Aemylianus ad populum: Nobis, inquit, reiq́ue pub. præsidio eritis, qua si millus cani. Pollux libro 5. cap. 9. de vinculis, loris, & fascijs canum, sic ferè scribit: Canes ad venationem educantur, ἱμάντι μακρῷ ἐνηγγυλωμένῳ ἐξημμένοι, id est oblongo ligati loro, quod quidem ansam habeat, id est in summo reflexum & duplicatum sit, vt firmius manu iniecta retineatur. Xenophon, Οἱ δ' ἱμάντες χεῖρας ἀγκύλας τε καὶ ἄλλο δή μηδέν. διὸ καλῶς ποιοῦσι τοὺς κύνας, οἱ ἐξ αὐτῶν ἀγαστοὶ ὦσι τὰ θέρεια. Omnibonus vertit, Lori manibus ansas habeant, præterea nihil: neque enim bene seruant canes, si collaria ex ipsis contexta fuerint. Ego rem sic intelligo, Retinacula siue lora (Omnibonus masculino genere loros dicit, imitatione Græcorum puto) sic fortasse esse debere, & annexos tantum collaribus, non continuos: sed hæc ab illis certius petenda sunt, qui venationem experti callent. Quod ad vocabulum ἐνηγγυλωμένῳ, forte legendum ἐνηγκυλωμένῳ: & rursus eodem capite apud Pollucem pro ἐξηγγύλωται, ἐνηγκύλωται, aut ἐνηγκύλωται potius: vbi de inferiore lori, quo canis ducitur, parte loquitur, eam à collari pendere scribens, & iuxta cynanchum annecti: siue quod annulo ferreo, quem ἀγκύλιον appellare licet (ἀγκύλια catenarum anuli, Varinus) innectatur, siue corio, vtrouis scilicet modo ita vt per foramen in vna extremitate lori altera transmittatur, quod nodi genus nostri vocant einbiſſch: sic enim facile erit cum ad cursum dimittetur canis, nodum resoluere, vel vt Græce dicam, πλὴν ἀγγυλίου δεσμόν, ὡς καὶ τοῦτο μέρος ἐνηγκύλωται. Ἐνηγκυλωμένα, ἐστι παιόμενα ἢ τετυπωμένα Varinus interpretatur, rectè quidem, sed eo solum in loco, id est ad exemplum propositum, quod est, Ἔτι καθέσκοπε καμπύλους τοξεύοντας, τῶν καὶ τὰ τόξα ἐνηγκυλωμένα φέροντας αἰεὶ τόνου, arcus tensos, incuruatos, & ad sagittandum paratos. In lexico Græcolat. ἀγγύλη quidam exponit lorum in modum catenæ intortum sine authore. Sed ad rem, Ornamentum canis, inquit Pollux, derææmbus dicitur, id est collare (vt iam ex Cælio diximus) intra quod assuta esse debet agnina pellis, ne collum canis corio atteratur. Telamonia, τελαμωνία, similiter latum est lorum ἐκατέρωθεν δὲ δι' ἀλλήλων περὶ τὰς πλευρὰς παρήκων ἐναλλάξ, ὡς τὰ ἀγκύλια τὰ ἐπὶ τοῖς ὤμοις πλατείας αἰσάς ἐφ' ἑκάτερα ἐκ τοῦ λαιμοῦ ἐπιτείνει, malim ἐπίσχει, id est vtrinque à collari circa latera procedens oblique (ἐναλλάξ: quod verbum ita intelligo, vt telamonia ambæ se mutuo decussent: hoc est, vt lateralis fascia ea quæ à dextra collatis parte incipit, obliquè feratur ilia sinistra versus: quæ verò à sinistra collaris parte procedit, ad ilia dextra) ita vt summa dorsi pars, Græci tenontas dicunt propter latos illius loci tendines, post armos extremos, & alia quoque obtegantur. Verbi ἐπίσχει hanc esse significationem apparet apud Suidam in Ἐναλλαγίδιον. τένοντας pro ceruice & summa dorsi parte accipi ex Varino probari potest. Cæterum claui, inquit Pollux, ἥλοι ἡγκεντρίδες, in telamonijs erant: & hæc ad αἰσχύνην (id est locum supra pudenda) vsque extenduntur, ne canis iniri possit, clauis inscendentium audaciam reprimentibus, ne ex ignobilibus concipere possint. Porrò à collari longum & angustum dependet lorum, quod iuxta cynanchum innectitur: eoq́; canis circunducitur. Sunt qui etiam terga canum validis corijs operiant, quæ & ipsa à collaribus procedunt (ἀπὸ τῶν ἐπωμίδων ἀράμενοι) ita vt canes hoc modo muniti nequaquam facile à pugnacibus feris, quas adoriuntur, vulnerari possint, Hactenus Pollux. Notandum est apud Pollucem δέρρεαι per duplex rho scribi, Aeolicè nimirum, cum apud alios reperiatur eum simplici rhô communiter. Apud eundem perideræon primum simplici, postea duplici rhô legitur: deriuantur enim omnes hæ voces ἀπὸ τοῦ δέρεως ἢ δέρρεως, id est à collo, quam vocem deducunt Græci à verbo δέρειν vel δείρειν, quondam excoriari illic incipiant animalia solent autem Aeoles verba in ειω, paroxytona mutare in ερρω, vt κείρω κέρρω, δέιρω δέρρω. Δειρήνας, ὑποκάτω τοῦ τραχήλου, Varinus, malim κυναγχῶν pro κυνάγχων, vt in sequẽte vocabulo: Δερρίσκης, κυναγχίσκης παλαιστικόν τι πάθος, Idem. Δέρεια, ὕπτερα τραχήλου νόσημα, Suidas & Varinus. Δέρεια, περιτραχήλια, παίγνια τὰ αὐτὰ τοῖς δέρεσι, Hesychius. Περιδέρραια, περιτραχήλια κόσμια, Suidas. Περιδέρραιον, περιτραχηλίδιον κοσμίδιον, ὅπερ ἔστι δέρρεως διὰ τοῦ ιν σημαίνει ὁ τράχηλος. Varinus. Παιδερὶς Polluci nõ aliud quàm περιδέρεια videtur. Hypoderæon & hypoderidẽ Varinus exponit ornamentũ muliebre, monile, murẽnulam. Derææ, id est collaria (inquit Xenophon) sint lata & mollia, ne atterant canũ pilos Stelmoniæ etiam (fascias vertit Omnibonus) loros habeant latiores, ne terant lagonas, id est latera vel ilia canum: clauatæ sint etiã (encentridas, id est clauos insutos habeant) ἵνα πλήρη φυλακτίωσιν, vt ab angustijs defendant, Omnibonus. Ego verterim, vt genera canum conseruentur, nec ignobiliorum coitu degenerent: clauos enim eam ob causam posterioribus quoque loris addi Pollux mouet, ἵνα μὴ ἐμπαθεῖς αὐτοὺς ἐς ἐπιφανῶν χάρι, id est ne ex vilioribus canibus cõcipiant. Τελαμώνια, lorum latum scuti vel gladij, ὅπερ ἔστι πλατὺ τὸ καρπωτὸν τοῦ ἰσχίου καὶ βαστακτικὸν, Vide Varinũ. Στελμόνια, ζώματα. Hesych. Varinus. Hesychius telamonem similiter exponit, item δεσμὸν φασκίαν. Sic & in ædificijs telamones vocantur signa quæ sustinent, vt inquit Seruius, Græci atlantes vocitant, vtraq; nimirum voce ὅτι ἔστι τλητὰ id est à tolerando & sustinendo facta. Herodoto telamõnes sunt linteola vel splenia quibus vulnera obliganturPεριβαλὼν δὲ αὐτοῦ τὰς χεῖρας αὐτῷ τελαμῶσι καὶ περόνησι τῷ κλίνῃ. Iamblichus: id est, Iectis manibus eius vinculis alligauit eum lecto. Κυνῶν ἐν τῷ κύνα χαλκοῦν δέσμιος. Κόλπαν ἀσκλήγιον, ἀγχάλκωτον πνευσῖνι, in epigrãmate: est etiã pœræ vel sacculi genus, Suidas, Hesychius, Varinus. Quærendum an idem sint, κυνῶχος, κυνάγχης vel κυναγχίς, & περιδέραιον. Τὸ δὲ περιδέραιον κεῖσθαι ἐξῆλθε καὶ ἐπὶ ἵππων καὶ κυνῶν ὃν κατὰ τὸν κυνάγχην ἐξυγγυλῶται, καὶ ὅσπερ τάττει ἀγέται ἡ κύων, Pollux: quibus verbis licet perideræon à cynancho distinguere videatur, dubites tamen an variandi solum gratia (quod libri eius argumento conuenit) de re eadẽ duo statim nomina posuerit: quin & in lexicis Græcis δερρίσκης, κυναγχὶς exponitur. Κυνῶχοι ἀχάλκωτοι dixerim millũ sine clauis, aut ex corio. Nam & ferreum instrumentũ cynanches erat, quo fontiũ colla clauduntur: quod catulũ ferreum Plautus appellauit: alij similiter, vt in canibus, collare. Lucilius lib. 9 Cum manicis, catulo, collareq́;, vt fugitiuum, Deportem: vt citat Nonius. Eodẽ sensu collariam fœm. gen. protulit Plautus in Capt. Hoc quidem haud molestũ fuam, quòd collus collaria caret. Sed de fontium vinculis supra etiam docui, prima huius capitis parte. Λαιμοπέδη quoq; vinculũ circa canis collum significat, Καὶ τὸν τοῦ ἵππου λαιμοπέδην

λαιμοπέδην

κυνὸς πῖλον παυλέαν in epigrammate, Suid. Varinus. Eandem vocem Suidas in Δεσποτίδι, laqueum interpretatur quo capiuntur aues quanquã ipſa incerti ſcribit κυνὸς καὶ λίνου, quod pro recti potius aliquis accipiat. Κυνὸς pro collare tum canum tum ſontium apud Varinum legi, κύνα τὸν κλέπτην, id eſt à claudendo inuenitur & [illegible]

Κυνῆ, κυνῆ, κυνίδιον, κυνέη, omnia fœm. gen. & κυνίας maſculini, nomina Græcis pileum, vel petaſum & galerum ſignificant: aut vt aliqui interpretantur κυνέα ἐκ κυνείου, id eſt galeam, quod ab initio ex canina pelle (nam ad κυνὸς & ſimiles voces fœminini gen. δορᾶς id eſt pellis ſubauditur, vt in λυκῆ, ταὼς &c. maſculinum πίλος ad hæc referri poteſt:) ſiue terreſtris canis ſiue fluuiatilis, vt Varinus ſcribit, galeę vel pilei tales fierent: quibus poſtea ex alia etiam materia factis idem nomen remanſit. Ego potamij, id eſt fluuiatilis canis mentionem nõ memini apud veteres reperire (Syluaticus cynopotamon caſtorem exponit) marini frequentiſſimè (Lutram aliqui canem fluuiatilem vocant. Vide in Lutra.) Solebant autem veteres capitis tegumenta ex pelibus diuerſis conficere, vnde Varinus, Diuerſa, inquit, κυνῆ φαλαινῶν genera ſunt: & inter cætera κυνῆ λυκίη (ex pelle multella ruſtica, vt lupi ſecundum alios;) & quæ proprie cynea vocatur, alia ex taurino, alia ex caprino corio, vel ex quouis alio. In Germania multis in locis non ex caſtoris, ſed lutræ pelle cum ſuis pilis, tegumenta capitis parantur, quæ aliæ tantum ferunt, non ruſtici, vt veteres ſuas cynâs, ſed in ciuitatibus. Non peccauerit autem ſi quis lutram quoq; canem fluuiatilem appellârit. Κυνέαν aliâs κυνῆν in Peloponneſo petaſum vocabant, Varinus & Suidas. apud quem κύλικες mendoſè legitur. Heſychius κυνῆν pileum (πῖλον, de qua voce in Tauro docui) Arcadicum interpretatur, alij Laconicum. Κυνίσκιον, πῖλον χειρός, Varinus & Heſychius: & forte χειρός, id eſt manus pro chirotheca manuum tegumento hic accipi debet: vt πῖλος quoq; non capitis tantum eſt, ſed pedum etiam ex ſimili & ſimiliter parata lana. Dubitet aliquis quomodo canina pellis vel aliorum animalium pericephalæa, id eſt capitis vſum implere potuerit, cum propriè dicta galea ex ære aut ferro conſtet, & quamuis graues ferri ictus ſuſtineat? Reſpondeo pericephalææ nomen, vt etiam κύνεον commune mihi videri ad omne capitis tegumentum, non galeam tantum. Πίλον χαλκοῦν, id eſt pileum æreum in Ariſtophanis Lyſiſtrata legi teſtatur Suidas in Λίνεος. Eiuſdem poetam in Acharnenſibus πίλον τοιοῦτον περὶ τοῖς ἀκροκωμίοις ἐκπεσόντα, ἀφ' οὗ ἠχεῖν ἐκεῖνον ἐκεῖνον ἐδόκει: ſcholiaſtes exponit ex ære delapſam per petras vehementer ſonuiſſe. vt πίλον videatur pro πάλον accipere: non vt alij pro pondere nullum ſuo lapſu ſonitum cient: ſed ex comicorum iocis propria vocabulorum ſignificata rectè probari non poſſunt, cum ijs ſæpe abuti & παρ' ὑπόνοιαν loqui ſoleãt. Κυνέαις ἀβλαβέσι φαλαίναις πρὸς ὄμβον ἐχρῶντο, Varinus. Hæc veneis dictis, vel ex pelle canina pericephalæis, contra pluuiam vtebantur: at galeis terreis in pluuia nemo vtebatur: neq; ruſtici galeas portant, cum grammatici κυνῆν exponant pericephalæam quę ruſticis in vſu ſit: itaq; Mercurius pericephalæam habere petaſum. Hinc nemo non intelligit pericephalææ nomen eſſe commune tum galeis propriè dictis (quarum differentias in hac voce Varinus enumerat) tum alijs pileis diuerſis. Sic etiam κυνῆ aliâs tam quam commune vocabulum vſurpatur, aliâs pro lato craſſoq; & ruſtico ac viatorio pileo, quem à latitudine petaſum vocant: qualem Mercurio vtpote nuncio tribuunt. Eadẽ puto forma galeri erat, rotunda & lata, arcendis æſtibus. Et temperat aſtra galero, Statius 1. Theb. Flauo crinem abſcondente galero, Iuuen. Sat. 6. Nomen habet galerus (vel galerum) quod in modum galeæ eſſet factus, vt inquit Varro. De camelaucio & cauſia in Camelo dixi. Strepſiades apud Ariſtophanem in Nubibus conqueritur, quod miſer non ſecum domo attulerit, propter pluuiam nimirum. Τοῖς Εἵλωσι πᾶν ὕβρεως εἶδος ἐπιτιθέασι καὶ ἀτιμίας ἀγεννοῦς, Athenæus lib. 14. id eſt, Helotis autem opus omne iniurioſum & ignominioſum imperabant: cogebatur enim quiſq; ferre cynam, vt Bayfius transfert. Qui Strabonis etiã verba ex lib. 6. de origine Tarenti citat, quæ ſequuntur: Conuenerat vt Hyacinthinis inſultus initium fieret in populares, quando habita in Amyclæo ludorũ celebritate, Phalanthus capiti cynam imponeret. Loquitur inquit, de inſidijs quas Lacedæmoniorum helores, id eſt mancipia vocati, & Parthenæ populatibus ſtruxerant. Cynam paulò poſt idem author (vt opinor) ex Ephoro, pileum Laconicum appellat, licet aliter rem ipſam narret, Hæc Bayfius. Κυνῆν aliqui dictam putant à Cyne (ἀπὸ Κύνης) huius nominis artifice, qui primũ id genus pilei parauerit, Suidas, Etymologus, Varinus. Demoſthenes contra Neæram, Οἱ τὰς κυνᾶς ταύτας ἐνωτακίζοντες. Mercurius arietem ſub axilla ferens, & capiti geſtans impoſitam κυνῆν &c. anathema Arcadum in templo quodam Hieroceſariæ, Pauſanias in Eliacis. Cynæ diuerſæ fiebãt, ſed pulcherrimæ in Bœotia, quas ruſtici geſtabant, Varinus. Theophraſtus lib. 5 hiſt. plant. cap. 10. de abiete fœmina ſcribens, Ἔχουσι δὲ τὸ φύλλον, ἐπὰν λάχωσι, ὅτε τὰς κυνᾶς φοροῦσιν αἱ παρθένοι αἱ Βοιωτίαις κυνέαις, &c. lego κυνέαις. Gaza imperitè vertit cyathis. Minerua apud Homerum in Diomedis curru, ne videretur à Martę Orci galeam (Ἄϊδος κυνέην) ſubiuit: hanc aiunt omnium in natura rerum nigerrimam eſſe. Grammatici craſſiſſimam nubem interpretantur. Hinc prouerbialiter κυνῆν φορεῖν, id eſt galeam ferre dicitur, qui in fraudulento aliquo facinore latet & tanquam Orci tenebris occultatur, Varinus. Λαβὲ δ' ἐμοῦ γ' ἕνεκα παρὰ Γοργόνος Σκαμωδοπυκνότητος καὶ Πλουτοκυνέου, Ariſtophanes in Acharnenſibus. Hieronymus, inquit Scholiaſtes, in comœdijs irridebatur tanquã nimis comatus: quapropter hic comico ioco Orci galeam ei attribuit, ceu qui ſub nimia coma caq; deformi & ſqualida (quo ſenſu Græci verbum κυνοῦν proferunt) propemodum lateret. Vide Eraſmum in prouerbio Orci galea. Πλοῖον ἡ κυνῆ; Nauis aut galerus, de re ancipiti & dubia, vt Suidas exponit: extat apud Ariſtophanem in Auibus: vbi Iris quæ alata & petaſata aduolauerat, quidam interrogat, Ὄνομα δέ σοι ἐστὶ πλοῖον ἡ κυνῆ; Poterat enim nauis appellanda Iris videri, cò quod alis tanquam remis aerem traijceret: ſimiliter enim extenſæ alæ ſulcant aerem, ac remi aquam vel quod veſtis eius in curſu (volatu) ſinuata eſſet. Κυνῆ autem, vel galerus, propter petaſum pileum, quo tanquam nuncia vtebatur. vt Mercurius quoque: nam & Sophocles in Inacho cynam Arcadicã Iridi attribuit. Hæc ferè Ariſtophanis Scholiaſtes: pro cuius verbis, Πλοῖον ἡδύ, καθάπερ ἐπιστατεῖ (ſcilicet ipſa Iris) καὶ τὰ πλεῖστα διαπέτεται ὡς κώπαις, (lego κώπαις:) apud Suidã ſic legitur, Πλοῖον ἡδύ, καθὸ ἐπιβαίνουσαι τὰ ἀέρια, ἃ τὰ πλεῖστα διαπέτεται ὥσπερ κώπαις κώπας: facili quidẽ lapſu vt pro ἡ ἶρις, ſcriberetur αἱ ἐπιβαίνουσαι: hinc deceptus Eraſmus multa de triremi & malo petaſata nugatur, nulla interim Iridis eiuſq; habitus mentione, à qua tamen primariò prouerbium hoc deſcendit. Canautas capitis ornamenta veteres dixêre, Feſtus. Heſychius bis κυνῆν exponit οἰκίαν, id eſt domum cuius interpretationis occaſionem aliam non video, niſi quod ſuſpicor, σκηνὴν aliquem οἰκίαν expoſuiſſe eamq; vocem poſtea ab imperito aliquo in κυνῆν mutatam: non pauca enim ſimilia in Græcorũ lexicis oſtendimus. Κυνεῖν, pro προσκυνεῖν, id eſt adorare, verbum recẽtiores quidam à cynâ, id eſt pileo factum putant: quod adorantes pileum à capite dimoueant: ſed huius etymi neminem veterum, quod ſciam, authorem habent: κυνεῖν proprie amare ſignificat verbum deriuatum à primitiuo κύων. Lamachus in Acharn. Ariſtophanis, τίρτε κυνίσκε, ſcholia ἄκαινα exponunt.

f. Canarij circa Atlantem Africæ montem dicti sunt populi, quod victus eius animalis ijs promiscuus sit, & viscera ferarum diuidua, Plinius 5.1. Infelices Hispanos, qui Nicuesam secuti, Beraguam habitandam elegerãt, oppressit egestas tanta, vt neque à scabiosis canibus, quos venatus & tutelæ causa secum habebant (in certaminibus nanq; cum nudis incolis canum opera plurimũ vtebantur) neq; aliquando à peremptis incolis abstinuerint, Petrus Martyr in rebus Oceanicis. Et rursus alibi Vaschum Nunnez quendã nescio quo in loco Noui orbis ad tantam inopiam peruenisse ait, vt scabiosas canes & cœnosas bufones, ac huiusce modi alia pro delicatis epulis edere fuerint coacti. Cyrus Persarum rex expositus infans, à cane fœmina aliquandiu lactatus est, Onomasticon.

h. De cane quem Vulcanus ex ære Monesio constauit, inter venaticos celeres dicam. Alciati Emblema in impetum inanem, Lunam (vt speculum) canis inspicit orbem: Seq; videns, alium credit inesse canem, Et latrat: sed frustra agitur vox irrita ventis, Et peragit cursus surda Diana suos. Authologij Græci lib. 4. inter epigrammata in imagines animalium, vltimum est authoris incerti in Priapum horti custodem, quem canem siculneum vocat, Τοῦμπασσὸ φυλακῶ μακρὰν ἀπὸ τέλος νυκτὸς ἰάμι. Τοῦ δ' ἐντὸς ὁ τρῶξ, ὁ πανὶμ' ἐρχόμενος, Σύκων, &c. Brodæus pentametrum claudicare scribit, & legendum, Τοῦ δ' ἐντὸς τρώξ. Mihi per σαπροφωνικὸν monosyllabum efferri posse videtur, quam vocem id os retinere malim, quia conuenit Priapo, cum pudendum significet, vt supra exposui. Epitaphia quædam canum diuersorum, in suis infra generibus referam, vt venatici inter venaticos &c. De canum quorundam (Hecubæ in canem mutatæ, Aurea canis Atalantæ, Xanthippi) sepulchris, vndè locis etiam imposita nomina, superius dixi parte 1. huius capitis sub finem. Apud Molossos canes inhumari solitos aiunt. Honori defuncti canis ciuitatem constituisse Magnum Alexandrum Theopompus scribit, Cælius. Bactriani, vt Onesicritus scribit, eos quibus iam senio morbóue confecti sint, viuos canibus apponere solebant, ad hoc ipsum de industria enutritis, quosq; illarum gentium vocabulo sepulchrales vocent, Cælius. Diogenes dicebat, si canes enim lacerarent Hyrcaniam hanc sibi fore sepulturam: sin vultures. Caspiam, Stobæus: apud quem tamen non Caspiam, in vulgatis simul & manuscriptis codicibus sed Κάλλιον reperi. Verum cum alij Indos, alij Iberos & Caspios cadauera vulturibus lanianda proposuisse scribant, Gyraldo teste, Κάλλιο vox corrupta ad Κασπίους vel Κασσίους propius mihi accedere videtur.

Κυνῶν ὑλαγμὸς ἰχθυοκλωβὸν δηλοῖ βλάβην, Suidas, Varinus. i. Canum latratus, (in fonestis auditus) mali aliquid ab inimicis metuendum monet. Asperi & latrantes canes iniurias hominibus præfagiunt, & magna damna: Alieni canes si blandiuntur dolos & insidias nunciant, &c. Artemidorus Idem de venaticis, custodibus, & alijs, quid significent in somnis, seorsim nugatur. M. Cicerone C. Antonio Cos. Lupi in vrbe visi, nocturni vlulatus flebiles canum auditi, Iul. Obsequens Ouidius Meram. 15 inter prodigia quæ Cæsaris mortem portenderint, hæc recenset. Tristia mille locis flygus dedit omnia bubo mille locis lachrymauit ebur. Inq; foro circumq; domos & templa Deorum, Nocturno vlulasse canes ferunt, &c. Aethiopes Sambris proximi summam regiæ potestatis cani tradunt, de cuius motibus quisnam imperitet, augurantur, Solinus. Natio Aethiopum est quæ canem, & habet regem suum, & illius etiam appetitui paret. Si adulatur, eum non iratum esse credunt: si latrat, iram agnoscunt: tum etiam vellicationes, vlulatus, discursus coniectantes, ei obtemperant, Aelianus Apud Aethiopes gens (Nubas quidam vocant) in Africa Ptoemphanæ fuere, quibus regis vice canis dominabatur, quem mirificè obseruabant: ex illius enim motu & nutu imperia, & quæ essent placita augurabantur, Gyraldus ex Plinio. Canem locutum in prodigijs, quod equidem annotauerim, accepimus: & serpentem latrasse, cum pulsus est regno Tarquinius, Plinius. Equidem etiam verba priscæ significationis admiror. Ita enim est in commentarijs Pontificum: Augurio canario agendo dies constituantur: priusquam frumenta vaginas exeant, & antequam in vaginas perueniant, Plinius. De sacrificio canario (quamuis Gyraldus canarium augurium & sacrificium idẽ faciat) quod pro frugibus Caniculæ syderi immolabatur, inferius dicam. Pausanias Eliacorũ lib. 2. scribit de Thrasybulo (Gyraldus Thrasyllum vocat) quodam vate Iamida (ex Iami Apollinis filij familia) cuius imago in Olympia sit, cui galeotes (id est stellio, non mustella aut feles vt Cælius suspicatur) ad dextrum humerũ arrepat, & canis assiliat, verum intercisus, aciecur patefaciens, quod is primus exitis canum inspectis vaticinium instituerit quem locum in Lectiones antiquas suas transtulit Cælius 13.35. Scribam significaturi Aegyptij, aut prophetam, aut splenem aut odoratum, aut risum, aut sternutationem, canem pingunt. Scribam quidem, quoniam cum qui debet esse perfectus scriba, oportet multa meditari, adlatrare omnes quodammodo, agrestem esse neminigratificari, quemadmodum nec canes. Prophetam, quoniam præ cæteris animalibus admiratur canis, & obtutu firmo intuetur simulacra deorũ, quemadmodum prophetam. Splenem, quoniam leuissimum splenem canis habet: & ex eo mors est illi, & rabies aliquando: & ministri canem curantes, cum est moriturus, vt plurimum splenetici fiunt. Odoratum vero, risum, & sternutationem: quoniam qui planè sunt splenetici, neq; odorari, neq; ridere, neq; sternutare possunt, Orus in Hieroglyph. interprete Bernardino Vicent. Magistratum scribentes iterum canem pingunt, cui addunt regiam stolam nudæ figuræ appositam: Quoniam quemadmodum canis, vt ante dictum est, in deorum simulacra intentis oculis prospicit: sic & magistratus antiquis temporibus in nudum regem prospiciebant, cuius gratia vendicat sibi regiam stolam, Orus ibidem. Et alibi, Canis auertionem significat. In homine impudente etiam pro quo ranam pingunt, canis meminit nescio qua ratione. nam cum ranam in oculis sanguinem habere dixisset, & impudentes esse, quibus tales sint oculi, subijcit, Hinc illud Homeri, Ὀφθαλμὰ κυνὸς ἐμπεδαίνων, quasi vero canis etiam sanguineos habeat oculos. Canem album fidei symbolum esse iam supra in d. ex Gyraldo docui. Veteres iurabãt per canem, vt in Anser e dicemus. Rhadamanthus incepit iurare per canem & per anserem, ne quauis occasione Deum nominaret, Eustathius. Cur sacerdotem (flaminem dialem) canc & capra abstinere, & ne tangere quidem aut nominare oportuerit, explicatur à Plutarcho in quæstionibus rerum Romanorum. De capra aliâs: Quod ad canem, inquit, minus quidem ille libidinosus, minus etiam quàm capra fœtidus est. Dicunt tamen aliqui non fas esse canem arcem Athenis ingredi, vt neq; Delum insulam, cò quòd in propatulo cocãt, tanquam boues, sues & equi in thalamis, non autem publice & inuerecundè misceantur. Sed illi veram causam ignorant: ideirco enim à sacris & asylis templis canem arcent, vtpote animal pugnax, vt tutum accessum supplices habeant. Videtur autẽ Iouis quoq; sacerdos, viua quædam vel ædes vel imago Iouis existimatus, ad quam libere supplices nemine prohibente aut terrente confugerent. Quamobrẽ lectulus eius in vestibulo domus erat &c. Ad hæc canis animal impurum credebatur, nec vlli cœlestium deorum sacrum, sed Hecatæ, Marti, &c. (vt inferius repetã.) Hæc Plutarchus. Canem alere in Delo nefas erat, Strabo lib. 10. Magi Zoroastrem secuti canes, gallinas (ἀλεκτρυόνας) & terrestres echinos bono Deo attribuunt, aquaticos autem malo, Plutarchus. Panegyrin canum mense Augusto ab Romanis

manis solitam celebrari. auctores Græci sunt, monumento vrbis captæ ab Gallis. Tunc verò cædebantur canes qui & ἀνάλακτοι, id est sine latratu agebãt, anseribus ampliter sonoreq; inclamantibus. Hoc ipsum arbitror à Plinio significatum lib. 29. vbi canes ait annua pendere supplicia inter ædem Iuuentutis & Sumani, in furcas vicos arbore fixos sambucea, Cælius. Viuę canes cruci sambucęæ affigebantur à Romanis & anſere insidente inter ædes Iuuentutis & Sumani deferebantur, Gyraldus. Sed hac de re etiam in Anſere dicam. Caribus exta canis deis offerre mos fuit, vnde factum est prouerbium Caricum sacrificium: nam pro hirco canem mactabant, authores Diogenianus, Hesychius, Arnobius. Meminit etiam Suidas. Catulos lactentes adeo puros existimabant ad cibum, vt etiam placandis numinibus hostiarum vice vterentur his, Plinius. Apud Bœotios expiatio fieri publicè solebat cane per mediũ duas in partes dissecto, inter quas transibant, Plutarchus problemate iam citato. Vbi apud Græcos canis immolaretur, Leonicenus in Varia historia l. 6. Romani in Lycæis, quæ Lupercalia vocant, Februario mense canem immolant, cuius rei causam Plutarchus in quæstionibus Roman. inquirit: Canis sacrificio, inquit, omnes ferè Græci vtebantur, & etiamnum quidam vtuntur ad expiationes. Et Hecatæ catulos cum alijs ad expiationem pertinentibus exponunt. & eos qui expiari opus habent catellis lustrant, (καθαίρειν) hoc expiandi genus periscylacismon vocantes. Aut quia canis lupo inimicus est, ideo in Lupercalibus immolatur. Aut quia Lupercos in vrbe discurrentes canes latrant & molestant. Aut quoniã Pani hoc sacrificium peragitur, cui canis propter caprarum greges gratus habetur. Hæc Plutarchus. Idem in eodem cur canis in vrbe non apparet cum rem diuinam Herculi faciebant, hanc rationem affert: quoniam canis Herculi semper molestus fuerit: vt Orthus (sic suspicor legendum pro ὄρφνος) & Cerberus: & cum Licymnij filius Oeonus propter canẽ occisus esset ab Hippocoontidis, præliari cum ipsis coactus præter multos alios amicos Iphiclum fratrem amisit. In Lupercalibus capræ candidæ immolabantur vel (vt alij tradũt) canes, Gyraldus. Plura de Lupercalibus eorumq; ritu leges apud Plutarchum in vita Romuli: Vide ne non rectè Gyraldus ex Plutarcho citet periscylacismum sacrum esse ex catulis: sacrum enim vel sacrificium ab expiatione differt. Cur Genetæ manæ dictæ canem sacrificãt, & ne quis ex domesticis γενέτης, id est bonus euadat, precantur? An quia Geneta generationis dea est: & quemadmodum Græci Hecatæ, sic Genetæ Romani canem immolant pro domesticis? Socrates quidem Argiuos scribit Ilithyiæ, id est Lucinę canem sacrificasse facilioris puerperij gratia. An forte hęc precatio ne quis domesticorum bonus fiat, non ad homines, sed canes domesticos pertinet? canes enim asperos & terribiles esse oportet. An quia defunctos γενεσίους & καλοὺς nominabant (id est bonos & elegantes) ne quis ex domesticis moriatur, obscurè petunt? nec mirum, cũ Aristoteles quoq; referat in pacto Vticadum cum Lacedæmonijs ἀνδρὰ γενέτην μὴ pro eo quod est neminem occidere scriptum fuisse referat, Plutarchus in quæstionibus Rom. De Gynæcea & Geneta deabus vide Gyraldum Syntagmate 17. Genito mane catulo res diuina fit, & in cœnis deûm etiamnum ponitur catulina, Plinius. Ego pro Genito mane legendum puto Genito manæ, vel vt Plutarchus scribit in Rerum Romanarum quęstione 50. Γενετὰν μανὰν, deæ scilicet ita vocatæ: nam veteres bonũ vocabant, quanquam Gyraldus Bonam deam quæ & Rhea vocatur & alio nomine Gynæcea, vt paulò inquit,) à Geneta dea separat Syntag. 17. Cynetiam, κυνατίαν. Hesychius & Varinus interpretantur [illegible]. Quamobrem laribus ijs quos proprie præsides (præsules) vocant, canis assistit, & ipsi canum pellibus vestiuntur? An quia præsides domus custodes esse conuenit, externis terribiles, quemadmodum canis est: domesticis verò mites ac benignos? An potius verum est quod Romanorum quidam dicunt, & Chrysippo philosopho probatur, malos quosdã dæmones circuire, quorum operæ quasi lictorum & carnificum vtantur puniendis impijs & iniustis hominibus: & ex eorum numero etiam lares sunt, noxij dæmones vitæ & familiarum inspectores eamq; ob causam caninis pellibus amiciuntur, & canem assistentem habent, vt qui in malis hominibus insectigãdis puniendisq; acres natura sint. Plutarchus in causis Rom. Lar familiaris ab antiquis, teste Plauto, in canis figura efformabatur, Gyraldus: Et mox, Valde (inquit) considerandum puto, quid tandem sibi Cornutus seu Probus grammaticus in Persij Satyris voluerit, cum scribit: Succinctis laribus, inquit, quia Gabino habitu cynomia, id est canina pelle dei penates formabantur, obuoluti toga supra humerum sinistrum & sub dextro. De Serapidis cane in Cerbero dicam in canibus diuersis cap. 1. Hecatæ canis immolabatur, vt quæ Proserpina existimaretur, vt Plutarchus scribit: & Lycophronis interpres, citans illud Sophronis in Mimis, [illegible]: hoc est, Canisq; baubans dissipat phantasmata. Cælius addit, sicuti æris tinnitus quoq;, aut eiusmodi quippiam. Huc respexisse videtur Vergilius in Bucolicis, hoc versu, Nescio quid certe est, & Hylax in limine latrat. Ab Hebro flãmine haud ita dissita est ciuitas nomine Zona, post quam habentur Orphei quercus sub quibus est Zerynthium antrum: quod tamen in Samothrace statuunt alij: & Lycophron esse Zerynthium scribit [illegible], quam Hecaten interpretamur, Cælius. Hecaten τρισσοκέφαλον Ausonius tergeminam vocat, quod caput eius dextrum sit equi, sinistrum canis, medium hominis agrestis, vt scribit Orpheus in Argonauticis, Cælius 20. 6. Hecatæ canes antiqui tribuebant, Theocritus in Pharmaceutria, Τὰν χθονίαν δ' Ἑκάταν, τὰν καὶ σκύλακες [illegible], Hoc est, Terrestrem Hecaten, quam & catuli metuunt. Scholia addunt à poeta id dictum quoniam catuli auferrent Hecatæ cœnam, Gyraldus: (malim, quoniam catulos Hecatę pro cœna offerrent. Plutarchus, [illegible]. Tibull. Sola feros Hecates perdomuisse canes. Scribit Sophron, & item Lycophron, à Diana canes iugulari: quin & spelunca fuisse Hecates in Zerantho, Lycophron hoc senario recinit, Ζήραν τε δίκρανόν θ' ἁγνὸν Φάγρου (vel vt Cælius legit Φαγρίτου) Ζεραντίον: Zeranthon est antrum Canisuoræ deæ. Putauit autem id fuisse in Samothracia: Stephanus citans hunc senariũ, in Thracia: Nicandri interpres ibidem ad quercus Orphei. Verum enimuero (inquit Gyraldus) si eadem Hecate & Diana sit, non mirum illi attribui canes, vt venatrici. Hinc Liuius Andronicus in hymno, vt est apud Terentianum, Dirige odoratis equos ad certa cubilia canes versus est myurus. Vergilius, Notior vt iam sit canibus non Delia nostris. Porrò ait etiam Phurnutus, canes ideo Triuiæ sacratos, quod illi iugulari solerent. Alij, propter venationem. Quidam etiam attribuunt, quod & Proserpina putetur cui canes, id est Furiæ ascriberentur. Horatius Serm. 1. Viderat infernas errare canes: (ἀνὰ, ἰέναι, Varinus: [illegible]) Vel quod, vt ait Vergilius, Nocturnis Hecate triuijs vlulata per vrbes. Ad hæc scribit Hesychius, simulacrum Hecates canem fuisse, vel quod ei immolarentur canes: vel quod ipsam nonnulli cum capite canino, hoc est cynocephalon effingerent, Gyraldus. Exta canum Triuiæ vidi libare Sabæos, Et quicunq; tuas accolit Acmenides, Ouid. De sacrificio Hecatæ celebrato Romæ Idibus Augustis plura vide apud Gyraldum Syntag. 17. Canes adhibebantur Aesculapij templo, quod is vberibus canis sit nutritus, Festus. Cynetheus Iupiter sic cognominatus, quoniam venationem Arcades, vtpote rudes (rusticioris vitæ homines) antiquitus exercebãt: venandi verò ars cynegia & cynegetice

gotice Græce vocatur cynegétes & cynegòs venator: quare cynegetes Iouis potius cognomẽ ipſe putarim, quam Cynethers: licet id libentius docti quidam (Cæl. 16.3) ſcriptis ſuis aſſerant, Gyral. Catuleana Minerua dicta, de qua Plin. lib. 34. de Euphranoris Alexandro, id eſt Paride agens: huius eſt, ait, Minerua Romæ, quæ dicitur Catuleana, infra Capitolium à Q. Luctatio Catulo dicata. Sunt qui libentius Catulianam legant, Gyrald. Canes à Caribus Marti immolari Apollodorus & alij ſcripſerunt, teſte Arnobio. Marti veterum quidam canes immolabant, propter eius animalis audaciam, Gyrald. Ἐν Λακεδαίμονι τῷ Ὁπλισμάτων θεῷ Ἐνυαλίῳ σκύλακα θύουσιν, Plutar. Marti canes immolant Μάστιγος καὶ θηρητῆρος θεῷ, Phurnutus. Lacedæmonij Marti Enyalio canem mactabãt, vt ait Pauſanias in Lacon. Scribit enim ephebos Lacones cum pugnã eſſent inter ſe inituri, Marti canis catulum noctu immolaſſe, deo ſcilicet validiſſimo victimam validiſſimam inter cicures dicare ſe arbitrãtes. Subdit idem, catulos quod ſciat, non ſacrificari ab alijs Græcis, Colophonijs exceptis, qui catellam nigram nocturno tempore immolabant Triuiæ, τριοδίτιδι. Quare mirum eſt quoſdam Enodio deo ſcripſiſſe potius, cum Mercurius eo cognomine dictus ſit, Gyraldus. Quidam humana cum brutis iungebant & quæ in natura diſſimilia erant, vt ait D. Athanaſ. deos ſuos fecerunt, cynocephalos, ophiocephalos, &c. Nec Anubin modo canis facies ſed & canes ipſos in tota Cynopolitana præfectura coluêre, Gyral. Omnigenumq; deûm monſtra & latrator Anubis, Verg. lib. 8. quo loco Seruius, Hũc volunt, inquit, eſſe Mercurium, ideo capite canino pingitur, quia nihil eſt cane ſagacius. Tertullianus & D. Auguſtinus videntur cynocephalũ pro Anubi deo ponere, quòd ſcilicet capite ſit canino, non enim cynocephalum animal intelligũt. Nos in templa tuã Romana arcepimus Iſin, Semicanesq; deos, Lucan. Semihominem canẽ Sedulius dixit. Plura de Anubi, & cur capite canino effictus ſit, apud Gyraldum lege Syntag. 9. vnde hæc etiã deſumpſimus. Aegyptus Harpocratẽ quoq; habuit & cynocephalum siue Anubim: quorũ imagines digitis geſtare, moris etiã Romani fuit quandoq;, Cælius. Canẽ (alij ad Anubin hoc referũt) Aegyptij venerantur, ex eoq; legẽ quampiam vocitarũt: cur id faciant, duplicem cauſam afferunt. Alterã, quòd cũ Iſis vſque quaq; Oſyrim quæreret, canes præcurrentes, partim vnà cũ ipſa puerũ inueſtigare conarentur, partim feras reprimerẽt: Alteram, quod cum ſtella canis (quẽ Orionis fuiſſe fama celebratũ eſt) exoritur, tum cũ ipſo pariter Nilus ſeſe attollens irrigationem in terrã Aegyptum inuehit in agrosq; redundat. Quamobrem canẽ vt fertilis aquæ conciliatorem Aegyptij venerantur, Aelian. Sunt qui lingua Aegyptia Anubin canẽ dici affirment. Aliqui eundẽ Mercurium interpretantur, & Hermanubin quoq; vocant. Strabo lib. 17. in templi Heliopolitani deſcriptione, In ingreſſu fani, inquit, eſt pauimentũ latitudine iugeri aut paulò minus, longitudine vero tripla quadrupláue, & hoc Dromus dicitur, de quo Callimachus, Ὁ δρόμος ἱερὸς ἐν Αἰγύπτῳ. Quid verò, quod enixa Nephthy Anubim, Iſis ſubijcitur? Nempe quod Nephthys ea eſt obſcuritas quæ ſub terra latet: Iſis ea lux quæ ſupra terrã emicat. At finitor circulus, quẽ horizontem vocant, vtriq; cõmunis Anubis dicitur & iure cani comparatur. Iuxta enim die noctuq; canis videt & eam videtur apud Aegyptios vim habere Anubis, quam apud Græcos habet Hecate, cœlo ſcilicet terraq; pollens. Alij Anubim Saturnũ exiſtimant, quod ex ſe pariat & ob id κύων appellatus creditur. Adde quod antiquitus ab Aegyptijs canis maximos honores meruit: quod occiſo abiectoq; Api à Cambyſe, ex eo nihil omnino guſtãrit, Cælius Calcag in Rebus Aegypt. Herodotus in Euterpe ait in Aegypto canes in ſacris loculis ſepeliri conſueuiſſe. Oxyrinchitæ in Aegypto, cum viderent cynopolitas oxyrinchum piſcem edere, ipſi etiã canes ſacrificarunt & ederunt. Plutarchus. Onoſceli dæmones, mares ſe vt plurimum exhibent, interdum quoque leonem & canem induere videntur, Cælius 1.47. Cynades, Κυνάδες, Neptunus, Athenis colebatur, Heſych. & Varin. Meminit eius Gyraldus etiam. Canatio augurio (vt ſupra etiam dixi) cõſtituebantur dies, priuſquam frumenta vaginis exirent, & antè quam in vaginas peruenirent, à cane ducto vocabulo. Siquidem rutilæ canes, id eſt non procul à rubro colore immolabantur, vt ait Atteius Capito, canario ſacrificio pro frugibus, deprecãdæ ſæuitiæ cauſa ſyderis Caniculæ, (hoc, vt ſcribit Feſtus, Iulio menſe fiebat.) Legimus in Græcorum monumẽtis, Exurente quandoq; Cycladas inſulas Cane, atq; inde ſterilitate multa ac ſiccitate conſequuta, qui in Ceo habitabant, ex oraculo Ariſtæum Apollinis & Cyrenes filium accerſiuerunt: aduenit is, ex Arcadia ſecum quibuſdam ductis, templumq; erexit Iouis, quem vocauit Icmæum, quaſi tu pluuium dicas. Canẽ quoq; rebus diuinis operatus placauit, Ceisq; legẽ inſtituit, ſingulis annis eiuſdem ſeruarent exortum cum armis, ac eidẽ rem obirent diuinam: Ex quo Argonauticõn ſecundo Apollonius, Κύνα δ' ἐπὶ τῷ ἱερῆες Ἀντολίην ἀνέγραπτοι ἐπιχθόνιοι βάζουσι θυηλαῖς. Cur vero placandis Caniculæ ardoribus immolarentur canes nulla (quod ſciam) idonea redditur ratio: nã & Ouidius Faſtorum 4. ita canit, Pro cane ſydereo canis hic imponitur aræ. Et quare fiat, nil niſi nomen habet. Cur autẽ rutilæ, forſan de Aegyptiorum ſuperſtitione duxerit initia, quando boues ruffos gentium illarũ ritu immolare permittebatur, quod Typhoni per ſimiles viderentur, &c. Cælius. Ego propter ſimilitudinem rutili Caniculæ coloris id potius obſeruatum coniecerim. Feſtum quo ex canibus res diuina fiebat, recte à canum cæde nominari Cynophontis poteſt: cuiuſmodi apud Argos celebratũ videtur quandoq;, Cælius. Ceos ſolerter quotannis ortum Caniculæ obſeruare, &c. ſupra ſcripſi ex Ciceronis lib. 1. de diuin. Rubigo deo vel Robigini deæ, ad arcendam ex ſegetibus robiginem veteres menſe Aprili extis canis & ouis ſacrificabant, vt Ouid. in Faſtis teſtatur, Gyrald. Niſi prius catulo feceris, Columella.

PROVERBIA.

Agnos canibus obijcere, Προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἄρνας, dicebatur qui imbellem & litium imperitũ calumniatoribus & exercitatis exponeret: hemiſtichium eſt heroicũ, Eraſmus ex Diogeniano. Agninis lactibus alligare canẽ, apud Plautũ in Pſeudolo. Lactes dicũtur inteſtina molliora. Qui canẽ alligat, inquit Eraſmus inteſtinis agninis, is non modo canẽ amittit, verum & prædã vltrò dederit fugitiuo. Sic qui credit homini malæ fidei. Teipſum non alens, canes alis: Αὐτὸν σὺ τρέφων, κύνας τρέφεις, in eum dicebatur, qui cũ per inopiam ſibi quæ ſunt ad vitã neceſſaria ſuppeditare nõ poſſet, conaretur aut equos aut famulos habere domi, &c. Si vel aſinus canẽ mordeat, litem mouebit. Aſino oſſa das, cani palcas. Attali canis, in homines nimiũ voraces: nã Attalicanis cibũ glutiebat, non guſtabat, Rauiſius Textor. Quid cani & balneo? Τί κυνὶ καὶ βαλανείῳ; Vtitur Lucianus aduerſum ineruditũ multos emptitantem libros. Idẽ in Paraſito, Καὶ ἐμοὶ γε δοκεῖ, ὁ τοιοῦτος φιλόσοφος τῷ οὐ πάνυ ἐμπείρως ἔχοντι βαλανείου κύων. Quadrabit in eos qui ad rem quampiã prorſus ſunt inutiles. Vſum huius prouerbij nõ prouerbialem, cũ philoſophus à cane rab. morſus balneum ingrederetur, ſupra oſtendi. De vſu huius prouerbij vide plura apud Cælium 30 15. Vt canis è Nilo: Qui leuiter ac obiter artẽ quampiam, aut authore degustant, hi veu canis è Nilo deguſtare dicẽtur. Id adagij natũ eſt ex apophthegmate quodã, cuius meminit Macrobius Satur. lib. 2. cap. 2. id eſt huiuſmodi: Poſt fugam Mutinenſem quærentibus quid ageret Antonius quidã familiaris eius reſpondit: Quod canis in Aegypto, bibit & fugit.

& fugit. Nam in illis regionibus cõſtat canes raptu crocodilorum exterritos, bibere & fugere (aliâs, currere & bibere.) Solinus ait, eos non niſi currentes lambitare, ne deprehendantur. Certum eſt iuxta Nilum amnem currentes lambere, ne crocodilorum auiditati occaſionem præbeant, Plin. De quo dicam etiam infra cap. 1. de diuerſis canibus, vbi de Aegyptijs. Simile habent Germani, *Er laufft dar vber, als ein han vber die heiſſen kolen.*

Ceruus canes trahit, in rem impoſſibilem vel prępoſteram. Theocritus in Thyrſide, Δαρὸς ἐπὶ βρέτανον, ἢ τὰς ἀκανθίδας ἄγειν, Germani, *Die roſſz hinder den vnagen ſpannen*, Currus boue trahit. Κυνάλωπηξ & canis oculum habere, in impudentes, vt ſupra expoſui. Κυναλώπηξ, qui caninam impudentiam cum vulpina aſſutia cõiunxit. Ariſtophanes Philoſtratum quendam (Athenienſem) laſciuiuſculè ſe ornantem vocauit cynalopecam, ex cane & vulpe concinnata dictione, niſi ad Cynnam ſcortum referre malueris, Caſius nam & παιδοσκὸς fuiſſe aiunt. Vocant item cynalopecas canes Laconicos ex vulpe & cane natos, Varin. & Heſych. Canis ad cibũ, Κύων ἐπὶ βοτῶν, de ijs qui in ſuum properant exitiũ. Qui canem volũt occidere, cibo oſtenſo allicunt. Heſychius ſimilia eſſe ait, Bos ad mactationem, & Sus in vincula: Vide infra, Canis in vincula. Canis corio affectus: vide poſt in prouerbio Canis inteſtina guſt. Digna canis pabulo, Ἄξια κυνῶν ἐδεσμάτων, fermè perinde valet ac ſi dicas, Dignus operarius mercede ſua. Et vix quiſquam eſt tam inutilis miniſter, quin ſi non amplo ſalario, certe victu dignus eſſe videatur. Refertur à Suida. Simillimum illud Germanicum, *Das pferd iſt ſeins futers vnwerdt.* Canis digna ſede, Ἄξια κυνὸς ἕδρα, cum nouus honos obtigit cui piam immerenti Sumptum videtur à Melitæis canibus, quibus nonnullæ mulierculæ maiorem habent honorẽ quàm ipſis maritis. Nili mauis referre ad Anubim Aegyptiorum deum. Refertur à Diogeniano. Canes vel catellæ dominas imitantes, vbi qui ſubſunt eorũ exprimunt mores (ferociam, arrogantiã, faſtum, &c.) ſub quorũ imperio degunt. Videas autẽ & Melitæas opulentarum mulierũ delicias, faſtum, laſciuiã, totamq; fermè morum imaginẽ reddere. Plato lib. 8 de Repub. de ciuitate licentioſe libertatis loquens: Planè, inquit, etiã beſtiæ quæ ab hominibus nutriuntur, quanto liberiores hac in ciuitate ſint quàm alibi, nemo niſi expertus crediderit. Nã & catellæ, vt habet prouerbiũ, perinde ac heræ ſunt: & equi & aſini tanta per vias libertate progredi conſueſcunt, vt in obuium quenq; impetũ faciant, niſi ceſſerit. Vna domus non alit duos canes, Μία οἰκία δύο κύνας οὐ θρέψει, ſenarius prouerbialis citatus ab Ariſtophanis interprete. Noſtri etiã duobus canibus in vna domo, vel circa vnum os conuenire, ſuis prouerbijs negant. Ἐνταῦθα κύων, περισσωδῶ, Varin. & Heſych. Videtur alluſum ad ἰνδαῖσια & σανδαλίσια ſcuta, quæ totidem bubulis corijs obducta erant. Homerus Aiacis clypeum ἑπτάβοειον vocat. Ouidius ſeptemplicem: non quod integra ſeptẽ boum haberet coria, ſed quod quantocunq; corio ſepties plicato conſtaret. Ariſtophanes ἑπταβόειον dixit. Qui canẽ alit externum, huic præter funiculũ nihil ſit reliqui, Ὁ κύνα τρέφων ξένον, τοῦτον οὐκ ἔστιν ὅστις οὐ φιλεῖ, id eſt, qui beneficiũ collocat in ingratũ, perdit operam. Nam canis alienus relicto fune quo alligantur, priſtinum dominũ repetit. Noſtrates perire aiunt panem qui vel pueris alienis vel canibus externis detur. Canẽ excoriatam excoriare, Suidas ait dici ſolere de ijs qui iterum ea patiuntur, quibus aliquando fuerunt afflicti, Ariſtophanes in Lyſiſtrata, Τὸ δ' ὄνειδος ἐστί, κυνὰ δέρειν δεδαρμένην. Diogenianus ait conuenire in eos qui fruſtra ſumunt operã: alij in eos, qui affligunt afflictum. Ἐπὶ κύνα δέρειν ἐπιλαμβάνεται τοῦ μάτην, Suid. & Varin. Canina facundia: Saiuſtius apud Nonium Marcellum in dictione Rabula, Canina (vt ait Appius) facundia exercebatur. In eos, qui tantum ad maledicendum eloquentiæ ſtudium exercerent: à rixa canum & oblatratu, ſumpto epitheto. Siquidem r litera quę in rixando prima eſt, canina vocatur. D. Hieronymus in epiſtola ad Ruſt. monachum, Pomparum ſeculis procedũt in publicum, vt caninam exerceant facundiam. Idem obtrectatores ſuos ſubinde canes appellat. De canina eloquentia ſuperius etiam in voce canum nonnihil: & alibi in Cynicorum mentione. Ariſtophanes in Veſpis duos canes inducit πανικὸς παῖς κεκινηκώς. Canis feſtinans cæcos parit catulos, Ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει, in eos qui nimio feſtinandi ſtudio rem parum abſolutã ædunt. Galenus in libro De ſemine, Τὰς γὰρ κύνας ἤδη τινὲς ἐπὶ πλεῖστον ἐκύησαν τυφλὰ τίκτειν. Quanquam canum catulos Galenus mauult imperfectos dici quàm cæcos, quum talpæ prępriè cæcæ dicantur. Ariſtophanes in Pace, Ἡ καλὸν ἀκαλανθὶς ἐπεγείρασ' ἐπὶ πλεῖστον τυφλὰ τίκτει. Cæca parit properato Acalanthis tinnula nixu. Et interim Græci grammatici dubitant quid ſit acalanthis alij putant nomen inſignis canis deductum ἀπὸ τοῦ ἀκαλανθίζειν, id eſt quod placidè currat: vel ἀπὸ τοῦ αἰκάλλειν, id eſt à blandiendo. Alij ſuſpicantur auem eſſe, Ariſtophanis interpres, Etymologus, Suidas. In Auibus quidem Ariſtophanes vbi diuerſis dijs diuerſa auium nomina imponit, Dianam Acalanthin vocat' alludens ad aliud cognomen eius Colænin. Periculoſum eſt canem inteſtina guſtaſſe, Χαλεπὸν γεύσασθαι κυνὶ χύτρας, Theocritus Idyllio 10. Admonet adagium haud facile temperare à peccando qui ſemel illecebram vllam, velut autoramentum vitiorum deguſtarit, Οὐδὲ κύων παύσεται ἐν αἰτῇ σπουδὴ ἐπιτερπέα γεύσατο λαφύσσων, Lucianus. Effertur & ad hunc modum, vt Theocriti Scholiaſtes indicat, Χαλεπὸν μαθεῖν κύνα σπουδὴν ἐπιτερπέα γεύσασθαι, id eſt, Periculoſa res eſt canis, quæ didicit arrodere coria. Horatius in Sermonibus. Quæ ſi ſemel vno De ſene guſtârit, tecum partita lucellum, Vt canis à corio nunquam abſterrebitur vncto. Idem noſtris in vſu eſt, *An den leppln oder riemen lernend das hund läder eſſen*, id eſt. Canes rodendo corrigias, corium edere diſcunt: ſic Latini, Dicendo dicere diſcunt. Canis circum inteſtina, Κύων περὶ ἐντέροις, vbi quis res eas, quarum eſſet cupientiſſimus propoſitas conſpiceret, quibus frui tamen non liceret. Canes enim oberrant circum inteſtina, deuoraturi niſi fuſtem timerent. Suidas arbitratur accommodari poſſe in res inutiles & infuaues: inteſtina enim non facile deglutiri à canibus ac deuorata reuomi plerunque. Præſtat canem irritare quàm anum, Πολὺ χεῖρον τὴν ἐρεθίσασθαι γραῦν ἢ κύνα, ſenarius Menandri. Tetigit (vel calcauit) lapidem à cane morſum, in iracundiorem & ad diſſidia propenſum: & forte in hominem conuiciatorem ac rixoſum. Plinius 29. 5. de veneno rabidi canis agens: Tanta, inquit, vis mali eſt, vt vrina quoq; calcata rabioſi canis noceat, maxime hulcus habentibus. Minus hoc mirctur, qui cogitet lapidem à cane morſum, vſq; in prouerbium diſcordiæ veniſſe. De vſu huius prouerbij vide etiam Cæliam 26 27. Οἷον ὁ κύων ὁ πολίτης τὸν λίθον. Στάσιν πρεσβὺν ἐξεγείρει πῶς Φίλες, Philes. Iracundos ſimul & timidos homines, (vel qui timiditate hoſtem præſentem declinant, ac per diſſimulationem ad alias nugas dilabantur, vt qui ſecundum prouerbium cum adſit vrſus veſtigia quærunt:) recte aliquis comparet cum Platone lib. 5. de Rep. πῶς καὶ διωκτέον ἐστὶ λίθους αἰσχύνοντας τοὺς βάλλοντας ἢ κακίζοντας, id eſt catulis qui lapides mordẽt, cum eos qui iecerint nõ auſint attingere: confert autem Plato canibus qui lapidem mordent, eos qui cæſorum cadauera ſpoliant. Refertur & alibi ab Eraſino, Canis ſæuiens in lapidem, Κύων εἰς τὸν λίθον ἀγανακτῶν, in eos qui mali ſui cauſam imputant, non ipſi autori, ſed alteri cuipiam. Pacuuius apud Nonium in armorum iudicio, Nam canis cum eſt percuſſus lapide, non tam petit illũ qui ſe iecit, quàm eum ipſum lapidẽ quo ictus eſt petit. Quare canes relicto homine qui iecit, lapidẽ morſu infectantur. Vide Plutarchum in Caulis naturalibus 37. Alciati Emblema, quod inſcribitur, Alius peccat, alius plectitur,

Arripit vt lapidem catulus, morſuq; fatigat, Nec percuſſori mutua damna facit. Sic plæriq; ſinunt veros elabier hoſtes, Et quos nulla grauat noxia, dente petunt. Λαίψηρος canes dicuntur, qui clam accedentes mordent, inde ſenarius ille prouerbialis, Σαίνεις ὀλαίνων καὶ κυνὸς λαίψηρος εἶ, Blandiẽdo mordes, & canis læthargus es, in eos qui beneuolentiam ſimulando, lædunt interim. Λαίψηρον exponit Varinus κρυφοδακτικὸν ἐδῴκει. Et alibi, Λαίψηρε κύνες, κρυφαῖα δηλήσαντες: & Λαβύρινθος Λαβυρίνθιος. Huiuſmodi canẽ πυγιστὴν etiã & λαβροδακτὸν dictũ inuenio. Meus eſt iſthic clã mordax canis Plautus in Bacchidibus. Λίγειαν Φιλοστράτειον κύνα μὴ σὺ ἀφιέναι, Λαίψηρον, ταχύπουν, δολίαν κερδοῦς πολυμήτιν, Ariſtophanes in Equitibus Philoſtratum notans: cuius ſupra etiam memini. Λαίψηρον κύνα, πρὸς τὰ λίαν αἰρόμενα ταχὺν εἶναι, Varinus. Λαίψηρος ſcribitur idem. Λαίψηρος & per η nomen fuit canis Hippamonis. Huc pertinet etiam adagium Κίνα σείειν cauda blandiri, quod facere dicuntur, inquit Eraſmus, qui ſpe cõmodi cuipiam adulantur. Ariſtophanes in Equitibus, Οὐκ ἔρχομαι κινῶν, ὥσπερ ἂν ἀλωπηξ θηλυπρεπῶς, Ἐξέδεσται σὺ τύφλον, ὅτι οὐ πυθάνου χλαίνης. Pro eodem frequenter vſurpat αἰκάλλειν. quod canum eſt, auribus, cauda, totoq; corpore blandientium: vt in eadem fabula, Τὸ μὴ λίγ' αἰκάλλειν σε. Cum cane ſimul & lorum, Σὺν τῷ κυνὶ καὶ ἰμάντα, Eudemus indicat dici quoties ſimul omnia percunt, vt nihil omnino ſit reliqui, ne ſpes quidem recuperandi quod perijt. Canis magdalia viuens, prouerbium ſupra retuli parte 3. huius capitis. Maſculi canis complura cubilia. Πολλοὶ κυνὸς ἀρσενικοῦ, hemi. Hichium heroicum prouerbiale, in hominem mulieroſum, peculiariter eum qui non contentus certo toro, paſſim per aliena cubilia volutari gaudeat. Canis mendico auxilians, Κύων τῷ πτωχῷ βοηθῶν, vbi quis nobis aduerſatur & diuerſis ſtudet partibus, is cuius auxilio nitebamur. Nam canes infeſti ſunt mendicis, velut ὀμοτέχνοις, niſi ſi quando fruſto panis corrumpuntur. Quaſi millus cani, vbi certum firmumq; præſidium ſignificamus, vt ſupra in collarium mentione retuli. Non magis quàm canem: Odium & contemptum vulgò declarant canis vocabulo. Horatius, Odit cane peius. Plautus in Amphitryone, Expectatum eum ſalutat haud quiſquã magis quàm canem: ſic enim legendum opinor, vt conſtet ratio carminis, Eraſmus. Prouerbium Odit cane (nimirum rabido) peius & angue, etiam alibi tractat Eraſmus Chiliad. 2. Cent. 9. Canem naribus prendere id eſt prouocare mordacem & nociturum, Syneſius in eneomio caluitij.

Canis panes ſomnians: Sunt quibus prouerbiali figura dictum videatur illud apud Theocritum in Piſcatoribus, Καὶ γὰρ ἐνύπνιος Πάσσατ' ἰὼν ἀγρῶν τε καὶ ἰχθύα κἠγών. Senſus eſt vnicuiq; ea per ſomnũ occurrere, quæ impenſe deſyderat, vel quibus magnopere deditus eſt. Eraſmus apud Theocritum pro ἀγρῶν legendum ſuſpicatur ἀγρούς id eſt agros, vel ὠγρας, id eſt venationes: quoniam apud Ariſtotelem legatur, audire nos ſæpenumero canes dormientes venationẽ ſomniare. Ego ipſum dum hæc ſcriberet Eraſmum ſomniaſſe puto: nihil enim huiuſmodi apud Ariſtotelem reperitur cuius de ſomnijs canũ lib. 4 hiſtoriæ animaliũ cap. 10. verba hæc ſunt: Item ſomniare non ſolum homines, ſed etiam equos, & canes, & boues palàm eſt, &c. Declarant id canes ſuo latratu quem per quietem agunt: nec aliter Græca habent, quæ cum Gazæ tranſlatione contulimus. Ad hæc cõmunius eſt & æque ad omnes pertinet canes panem ſomniare: venationem, non item Quamobrem non eſt vt cum Eraſmo emendatiorem hac parte Theocriti codicem expectemus. Pellem caninam rodere, prouerbiali metaphora dixiſſe videtur Martialis, pro eo quod eſt hominem maledicum & improbum conuiciis infectari. Sic enim ſcribit in obtrectatorem quendam & oblatratorem: Non deerunt tamen hac in vrbe forſan, Vnus vel duo, ti ésue, quatuórue, Pellem rodere qui velint caninam. Ductus per phratores canis, Ἀγωγὴ διὰ φρατόρων κυνός, vbi quis inciderit in eos quibus pœnas det. Phratria Athenis dicebatur tertia pars tribus. In comitijs autem ſi quis canis intercurriſſet, continuò petebatur à populo. In canis podicem inſpicere: Τὸν πρωκτὸν ἐμβλέπειν τοῖς κυνοῖς πυγιστῇ, Ariſtophanes in Eccleſia zuſis. Interpres admonet vulgo dici ſolere in cæcutientes, (ὀφθαλμιῶντας, id eſt lippientes, Varin.) adſcribens & hunc trochaicum, Εἰς κυνὸς πυγὴν ἰὼν ἄδην καὶ τετῶν ἀλωπέκων. Alluſit eodem & in Acharnenſibus. Τὸ δεῖνας φυσᾷ τὸ πρωκτὸν κυνός, Eraſmus Chiliade 2 Cent. 2. Et rurſus Chil. 4. Cent. 2. E canis podice, dictum (inquit) videtur à Luciano, pro eo quod eſt rebus anxijs atq; anguſtis, quod ea pars arctior ſit huic animanti, quamobrẽ & excernunt difficilius. Nam aſinum ſuum finit his verbis, Ἐγὼ δὲ ταῦτα γελῶν ἐπῄνουν καὶ ἀνάθημα τὸ ὄνειρον ἐποιούμην, μὴ ὄφελον ἐκ κυνὸς πρωκτοῦ, τότε δὴ τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ἐξ ὄνου πρωκτοῦ ἐπιγενέσθαι, Δι' ὃν μακρὰν πάνυ, ὡς ἔστιν ὁμολογεῖν, ἀπεστάμεθα. Vulgo iactabatur & in Zenonem teſte Laertio, quod in canis poſtico de republica conſcripſiſſet, vel quod nimis anxiè, vel quod ineptè. Canis in præſepi, Ἐπὶ κυνὸς ἐν τῇ φάτνῃ, in eos qui nec ipſi fruuntur re quapiã neq; reliquos itẽ ſinunt vti. vt canis in præſepi nec ipſe veſcitur hordeo, & equũ vetat veſci. Lucianus aduerſus indoctũ, Λύκα τοῦ κυνὸς παῖε, ἢ ὦ τῇ φάτνῃ καθεύδοντος; ἢ καὶ αὐτὸ τὸ κριθῶν ἐσθίει, ἵνα τῶν ἵππων δυναμένων φαγεῖν ἐπιτε[illegible] μὴ ἔχωσι τὰ κύνα, ἢ σὺ τοῦ Διόνυσον ἄγεις αὐδεῖ, Suidas in prouerbio Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον: Hoc eſt, adfers quæ ad rem nihil attinent, ex his vero quæ pertinebant ad cauſam propoſitam nihil adfers. Caninum prandiũ, id eſt abſtemium, & in quo nullũ vinum biberetur propterea quod peculiari naturę proprietate, canes à vino abhorrẽt. A. Gellius lib. 13. cap. vltimo; Eius autẽ loci in quo id prouerbiũ eſt, verba hęc ſunt. nimirũ ex M. Varronis Satyrarum libro, qui ὕδωρ κρύον, id eſt aquã rigens inſcribitur. Non vides apud Mneſitheum ſcribi tria genera eſſe vini, nigrum, album, mediũ, quod vocant χάλυβ, id eſt gilaum: nouum, vetus, mediũ. Et efficere nigrum, vires: albũ, vrinam: mediũ pepſin, id eſt concoctionem. Nouum refrigerare, vetus calfacere, medium vero eſſe prandium caninum. Quid ſignificet, inquit Gellius, rem leuiculam diu & anxie quæſiuimus. Prandium autem abſtemium, in quo nihil vini potatur, caninũ dicitur, quoniã canis vino caret. Cum igitur medium vinum appellaſſet, quod neq; nouum, neq; vetus eſſet & plerunq; homines ita loquantur, vt omne vinum aut nouum eſſe dicãt, aut vetus, nullam vim habere ſignificauit, neq; noui, neq; veteris, quod medium eſſet. Idcirco pro vino nõ habendũ, quia neq; refrigeraret, neq; calfaceret, Hactenus Gellius. Plautus etiã in Caſina, caninam cœnã vocat, quæ abſtemia & ſine vino ſit. Sunt qui caninum prandiũ ad caninam appetitionem cõtra Gellium putent referendũ, Cæl. Vinum mediũ pro aqua veteribus videtur accipi, quoniam vinũ omne aut muſtum ſit, aut vetus. Cælius qui ex Mneſithei verbis iam recitatis id probare conatur, mihi non videtur. Cynicum conuiuium, id eſt, cynicorum philoſophorũ, vbi lentes ferè cibus erat, aqua potus, Athenæus lib. 4 deſcribit. Promeri canes, vide infra cap. 9. de canibus in Euripidis hiſtoria. In puteo cũ cane pugnare, Ἐν φρέατι κυνομαχεῖν, in eum cui res eſſet cum improbo aliquo, quem declinare non poſſet, Apoſtolius. Simile huic eſt, In puteo conſtrictus. Plato in Theæteto, Τὸ μετεωρολογεῖν ὑπὸ ἐφοδημάτων, τε λεγόμενον, ἐν φρέατι στρέφεσθαι. Quadrabit in eos, inqt Eraſmus qui in anguſtias eas redacti ſunt vt extricare ſeſe nullo modo poſſint. Rabidi canis morſus, Δῆγμα κυνὸς λυσσῶντος, prouerbiũ in eos, qui infecti ipſi malorũ congreſſu, alios itidẽ inficiunt. Et enim recepta opinio eſt, & expoſita à Luciano: non modo rabie agitari & aquam expaueſcere, quos ita affectus canis momorderit: ſed & ipſos item retinere vim, eundem imprimendi morſum, atque ita deinceps fieri hydrophouicos

phouicos omnes, vt fiat quædam rabidorum catena. Lucianus. Καὶ ἐν πίνακι ἰσχνὰς αὐτὸς ἐκ Εὐκράτους, ἀγαθὸς ἀνὴρ πάλαι ποτὲ φιλόσοφος, ἀντὶ τοσούτου ἐπρίατο κύνα ἀλλὰ ὄψον. Pro malo cane suem repoſcis, Ἀντὶ κυνὸς κακοῦ σῦν αἰτεῖς, id eſt pro re vili pretioſam. Sus enim eſculentus, canis haudquaquam veſcus eſt Refertur à Diogeniano. Canis peccatum ſus dependit, Τὸ κυνὸς ἁμάρτημα ὗς ἀποτίνει quoties pro ijs quæ peccauit alius, alius dat pœnas. Aliter catuli longe olent, aliter lues, Plaut. in Epidico. Quo dicto ſignificat non velle dignoſci hominẽ ab homine, verum ineſſe nãtiuum quiddam, genuinum ac proprium in vnoquoq; quod in ipſo vultu oculisq; eluceat, quo hominum ingenia diſcernas. Similiter Martialis, Omnia cum fœtent, Thaida Thais olet. Hodie de cane vulgo dicunt, eum in ſuo ſterquilinio plurimum audire, Eraſmus. Vide in Gallinaceo h prouerbium, Gallus in ſuo ſterquilinio plurimum poteſt: Ἐμὸν τοῦτο, τοῦτο δ' ἐς βόλακα κύων: Sit condus (vel, promus) in reliquis canis eſto ſi libet, vt Eraſmus vertit: In eum cui fœlicitas immerenti contigiſſet, peculiariter in eunuchos. Tamiæ quæſtores erãt Athenis, &c. vt Suidas refert. Erant & tamiæ triremium. Is magiſtratus interdum furacibus committebatur, non integris & incorruptis viris. Per ironiam dici poteſt de eo, qui dignitatem inuadit, nihil laborãs quam eruditionem, quósue mores poſtulet ea dignitas. Canes timidi vehementius latrant: Q Curtius lib. 7. demonſtrat huiuſmodi prouerbium apud Bactrianos vulgò iactatum fuiſſe, Canis timidus vehementius latrat quàm mordet: Cui ſimilem allegoriam ſubijcit. altiſſima quæque flumina minimo ſono labi. Germani etiam vtranq; ſententiam in noſtra lingua prouerbialem habemus.

Canis in vincula, Κύων ἐπὶ δεσμὰ: vbi quis ſeipſum in ſeruitutem, aut in malum aliquod inijceret. A canibus ſumptum vltrò ſe præbentibus vinciendos cibi lenocinio, Autor Zenodotus, Heſychius & Suidas indicãt in eandem ſententiam dici Bos in vincula. Supra etiam ex Eraſmo ſimiliter expoſui parœmiam Canis ad cibum. Canis vindictam Κυνὸς ἀλκάν, ſubaudi paſſus eſt, aut aliud commodius: Macedonicum adagium in eos qui præter expectationem pœnas dant ijs, quos aliquando læſerunt: natum ex morte Euripidis, de qua infra de canibus diuerſis cap. 2. Canis reuerſus ad vomitum, Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον, in eos qui relabuntur in eadem flagitia, a quibus aliquando ſunt expiati. Refertur in epiſtola D Petri, adiecto etiam altero ſimili prouerbio, Sus lota ad volutationẽ cœni. In eandem ſententiã Hebræus ille Paræmiographus, Sicut canis (inquit) qui reuertitur ad vomitum ſuum, ſic imprudens qui iterat ſtultitiam. Nam hunc, ni fallor, locum Petrus deſignauit. Sumpta metaphora à canibus reſorbentibus quod euomuerint. Noli canibus ſacrum nec ſuibus margaritas obijcere. Matth. 7.

Cynadra fons prouerbio occaſionem dedit, vt ſupra dixi parte 1. huius capitis. Chius ad Coum: hoc etiam ſupra explicatum eſt ibidem.

His ſubtexam Germanica quædam adagia, in quibus mentio canis ſit, & Latina quibus ſenſu conueniunt adiungam. *Vwan der alte hund bellet, ſo ſol man auffſehen:* Proſpectandum vetulo cane latrante: hoc eſt, nequaquã negligendum quoties ſenes periculum cauendum admonent. Canes enim veteres non latrant temere, quemadmodum iuuenculi. Meminit Eraſmus in prouerbio, Eum auſcultandum, cui quatuor ſunt aures: *Vwan man den hund ſol lehen vnd ſoh ut er vnder geeſſen:* Quoties canem verberare libet corium voraſſe dicitur, Occaſione dũtaxat opus eſt improbitati. *Sy läſend einander en die flochab, vnie die hund:* Alter alterius pulices legit, vt canes, Mutuum muli ſcabunt. *Alte hund ſind nit gut bendig zumachen,* Canis veteres non facile aſſueſcunt loro, Senis mutare linguã difficile. *Ein ſchlafenden hund ſol man nit vwecken,* Canis dormiens non eſt excitandus, Malum bene conditum ne moueas. Sic etiam leonem dormientem excitare adagium prohibet. *Laß einen hund ſorgen, der bey dir vff vwer ſchuch,* Quin cani curas relinque, is quatuor calciamentis eget, in ſolicitum & anxium. *Vil hund iſt der haſen todt,* Multi canes mors leporum, Cedendum multitudini. *Es iſt dem einen hund leid, daß der ander in der kuche gadt,* Canis dolet cum alterum in culina videt, Figulus figulo. *Er trecht die hund auß, vnd gaat ſelbs mit,* Canes expellit, ac ſimul ipſe egreditur: in eum cui nihil omnino negotij ſit in aulis principum. *Die todten hund beyſſend nit:* Canes mortui non mordent, Græci ſimpliciter, Οἱ τεθνηκότες οὐ δάκνουσι, Mortui non mordent. *Der hund iſt in dem potte,* Veſtphalis vſitatum: vel. *Du virſt den hund im potte finden,* Canis in olla, vbi ne bolum quidem relictum eſſe intelligũt. *An der hund hencken, An der hueren vnnutzen, An der kräme ſchmieren, Da ſol ſy hie man an keren:* Canum claudicatio, meretricum nutus & mercatorum iuramenta, ex æquo omnia fidem non merentur. *Du wilt von dem hundſchlagen ein kolben kauffen,* Fuſtem petis (aut licitaris) à canicida: Hoc eſt, petis quippiam ab illo qui ipſe indigeat: Aquam è punice poſtulas. Simile eſt, *Du ſuchſt vnvrſt in dem hundſtal.*

DE CANIBVS DIVERSIS.

PLATENVS de canibus dixi ea quæ canibus communia omnibus videbãtur: reliquum eſt vt quæ ſingulatim ad canes diuerſos pertinent conſcribam. Itaq; primo loco ordine literarum dicam de ijs canibus, quorum hiſtoriæ extant aliquæ, nec tamẽ ad vllum genus ſequentium commodè referri poſſunt. Nam quæ ad venaticorum genera diuerſa, vel paſtorales, vel ſocios, vel cuſtodes, &c. pertinent, ſeorſim poſtea ad ſuum quæque genus referam.

Canes in Aegypto minores quàm in Græcia fiunt, Ariſtot. Aegyptij canes fugaciſſimi ſunt. Nam cum ea quæ in Nilo degunt, timeant, ab his admodum fugitiui ſunt, neque quamuis illuc ſitis ad bibendum eos attrahat, ferarum Nilicarum metus quiete illos potione ſe complere permittit. Ideo ne quid eorum, quæ infra aquam degũt emineat foras, ipſoſq; obtorta gula de ripa in altitudinem abripiat, nõ inclinatione corporis abiecta incumbunt ad bibendũ, ſed vt primum ad ripam acceſſerunt, feſtinanter, & in tranſcurſu lingua lambentes, rapiunt, ac certe, vt ita dicam, potionem furantur, Aelianus: Idem ſcribit Variæ hiſt. lib. 1. cap. 4. Vide ſupra in prouerbio, Vt canis è Nilo bibit, & fugit. Solos Memphiticos canes in medium auditione accepi rapinas proponere, & communiter viuere, Aelianus.

Alcibiades canem habuit ſexaginta minis venalem, mirè formoſum: cuius caudam cum mutilaſſet, illi qui formam canis ab eo corruptam reprehendebat: de induſtria ſe abſcidiſſe reſpondit, vt hoc ſaltem, (ſi nihil aliud) τοῦ μισθοῦ (lego οἱ μισθοὶ) de eo Athenienſes dicerent, Pollux. Alcibiadis canis pretium fuiſſe tradunt ſeſtertium 28 millia id eſt, coronatos ſeptingentos, Camers.

Attali canis inter prouerbia eſt, in homines voraces: quod is rictu ingenti cibum glutiret, non guſtaret, Textor.

Celebris

Celebris fuit etiam Cerberus Epiroticus canis, Pollux 5.5. Inuenio hunc Alexandri fuisse canem, adeò robustũ vt cum leonibus congrederetur, Cælius: qui Pollucis verba malè perpendit, & canes diuersos confudit. De hoc Alexandri cane inter robustos dicam inferius.

Carmanius vir, & canis eiusdem nationis, animo agresti atque adeo duro, in mansueti ac feri existimantur, vt natura mansuefieri non queant, Aelian.

Cerberus alius fuit, quem poetæ fabulantur inferorum custodem fuisse, tricipitem, & cum ab Hercule ad lucẽ (triplici catena vinctus) extraheretur ex spuma eius natum esse aconitum, vt Nicander canit. Cerberum quasi κρεοβορον, id est carniuorum dictum grammaticorum cõiectura est. Fertur quod hic fuerit serpens in Tænaro Laconiæ promontorio cuius veneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tænaro ad inferos dicitur esse aditus Ditis canem dixerunt: quem cum Hercules trucidasset, nata est fabula, canẽ tricipitem interemisse: Aut quia omnes cupiditates & cuncta vitia terrena cõtempsit ac domuit. Ouidius ter geminum & vipereum canem appellat, Seneca in tragœdijs triformem & Tartareum. Serapidis symbolum canis est, triceps ille scilicet, qui in aqua, terra, & aere, tribus his elementis versatur, perniciosissimus dæmon. vt ait Porphyrius. Nam & exitiales dæmones apertè canes vocantur atri, & furiæ canum nomine veniunt. Serapidis simulacro, inquit Macrobius, signum tricipitis animantis adiunguut, quod exprimit medio eodemque maximo capite, leonis effigiem: in dextra parte caput canis exoritur, mansueta specie blandientis: para verò læua ceruicis rapacis lupi capite finitur, easque formas animalium draco connectit, volumine suo capite redeunte ad dei dextram, qua compescitur monstrum. Quidam tria tempora interpretantur, præsens leoni, præteritum lupo, futurum cane blandienti: & hæc fermè Macrobius. Hecaton quoque tria capita habuisse, equi, canis, & hominis agrestis, supra dixi. In Hecatæi lectum monumentis est, fuisse in Tænaro serpentem meticulosum (terribilem) quem dixerunt Ἄιδος κύνα, id est Plutonis canem, quoniã mortium cuestigio insequeretur mors, veneni potestate violenta. Eum tamen ab Hercule ad Eurysthea fuisse productum, vnde irrepserit Cerberi fabella quem princeps Homerus dixit. Ἄιδος κύνα, Cælius ex Pausaniæ Laconicis, vbi plura leget qui videt super hoc cane. Ἡ σκυτάλη, ἡ σκορπαινα, τὸ πιτυωριον, Aristophanes in Ranis. Cimmerios intelligit, vt habent Scholia, ludit autem alludendo ad Cerberum: quanquam apud Homerum etiam Cerberios pro Cimmerijs aliqui scribũt. Plura de Cerbero vide apud Palæphatũ, & diuersis apud Gyraldũ locis in Opere de diis. Κερβερειος, ἀιδοποιος, φασι δὲ τὸν Κιμμεριον, Κερβερίαν δὲ τὴν πελλίδα μὴν Κερβερίαν καλεῖσθαι, ἢ ἢ Κιμμερίαν. ἀλλοι δὲ Κιμμερίαν ἢ [illegible] Ἀλκμᾶν τὸν [illegible] Varin. & Hesych. Κερβερειόν, ταῦτα· οἰκτρὸν, ἐλεεινὸν κύνα Ἄιδου, Idem. De Gregittio cane Geryonis Cerberi fratre, dicam nonnihil in cane pastorali. Fuit & Orthus Geryonis canis in Erythea, cui canina capita duo, & draconum septem erant, Varinus in Scylla. Plura de Cerbero cane vide apud Varinum.

Cyrus commemorabat se ab vxore Mitradaris bubulci, quæ Cynò vocabatur, fuisse educatum, semper eam laudibus prosequens, ita vt in omni eius sermone esset Cyno. Quod nomen accipientes eius parentes, vt diuinius videretur Persis filius eorum fuisse seruatus, diuulgarunt à cane Cyrum, cum esset expositus, fuisse educatũ: Vnde hæc fabula emanauit, Herodotus lib 1. Cyrum Mandalæ filium à cane fuisse enutritum fama refert, Aelian. libro 12. Variorum.

Diogenis Cynici seruus fugitiuus, captus & Delphos abductus à canibus laniatus est, fugæ pœnam hero persoluens, Aelian. in Varijs lib. 13.

Euripidem à canibus proscissum interisse, ferè omnes tradunt, ad locum Bormiscum, de montis Bormij nomine appellatum in Macedonia. Canes eas scribit Stephanus ab indigenis Esterinas (Ἐστερινὰς) nuncupari, ab Homero trapezẽas, Κύνας τραπεζὰς παλαιστὰς. Iliad. χ. Cælius. Historiam mortis Euripidis à canibus illatæ copiosius prosequitur Erasmus in prouerbio Promeri canes, cuius & Suidas meminit: item in prouerbio Canis vindictam. Κυνὸς δίκλαν, Canis vindictam, scilicet passus est: Macedonicum, inquit, adagium est in eos, qui præter expectationem pœnas dant ijs, quos aliquando læserunt, ab Euripidis interitu natum. In Macedoniæ vico qui Thracum dicitur, quod olim à Thracibus sit inhabitatus, cum canis quidã Archelai regis aberrasset, Thraces de more suo mactatum sacrificarunt, ac deuorarunt. Quod vbi comperisset Archelaus, talentũ eis mulctam dicit. Verum cum illi soluendo non essent, Euripidem subornarunt, qui regẽ exoraret vt sibi mulctam remitteret, ita vt fecit. Postea verò cum Euripides in sylua quadam solus esset, & Archelaus à venatu reuerteretur, canes Euripidem cinctum discerpserunt, deuorarunt; Existimatum est autem eos canes, ex eo prognatos fuisse cane, quem Thraces sacrificarant. Valer. Max lib. 9 cap. de morte non vulgari, refert Euripidem, cum ab Archelao rege Macedonum cœnæ adhibitus fuisset, domum à conuiuio repetentem, à canibus fuisse discerptum. Eos canes ab æmulo quopiam immissos fuisse confirmat A. Gellius 15.29. Suidas (in Euripide) addit hos æmulos fuisse Arridæum Macedonem, & Crateuam Thessalum poetas, quos Euripidis gloria vrebat. Hi finxerunt eum à regijs canibus dilaceratum fuisse. Sunt qui narrent eum non à canibus, sed à mulieribus fuisse dilaniatum, cũ intempesta nocte Cisterum adolescentẽm peteret, Archelai amasium (vel vt alij, vxorem Nicodemi Arethusij.) Accommodari potest hoc prouerbium etiam in hunc sensum, quoties author illati mali dissimulatur. veluti cum veneno tollitur inimicus, & spargitur in vulgum rumor illum febri periisse. Videtur hinc fluxisse quod hodie passim apud Germanos dicitant, vbi quid accidit incommodi certi, incerto authore, quodque nemini possis imputare, id canis accidisse morsu, Hactenus Eras. Sunt qui Promerum nominatum dicant Archelai ministrum, qui in Euripidẽ valde sibi exosum, quod ab eo apud regem aliquando delatus esset, canes quosdam feroces soluerit. Vnde Προμηθικοὶ κύνες, id est Promeri canes, prouerbio dicantur, quoties potens quispiam offensus, aliquos subornat submittitque, qui alicui negotium faccessant. Refertur à Diogeniano, Eras.

Præter Euripidem feruntur & alij quidẽ celebres viri à canibus laniati, quos illius historiæ occasione hoc ipso in loco memorandos duxi. Thraſ, Actæonis, & Lini, omnium hoc mortis genere defunctorũ, meminit Ouidius in Ibin hoc tetrasticho: Prædaq; fis illis, quibus est Laconia Delos Ante diem rapto non adeunda Thraſo. Quiq; verecundæ speculantem membra Dianæ. Quiq; Crotopiaden diripuêre Linum. Lucianus quoq; Samosatenus sophista, à canibus dilaniatus est, non sine diuinæ vltionis suspicione: Nã Christianus primum cum à fide catholica defecisset, animum & stylum ad lacerandam religionem conuertit, Io Rauisius. Medio Linus intextus acantho, Letiferique canes, Statius libro 7. Thebaidos. Milo (Croto niates) à feris laniatus est, vel (vt alij) à canibus, Varinus. Heracletus Ephesius philosophus cum hydropicus esset, & medicorum operam recusaret, suo ipse perijt medicamento. Nam quum scuo bubulo se aliquando vt prius inunxisset, ac dormiens apricanque soli

ſoli præbuiſſet exiccandum, canum fato neſcio quo ſuperuenientium morſu laniatus eſt, Io. Rauiſius.

Feri canes reperiuntur. Ariſtoteles.

De Hecuba in canem mutata, nonnihil attuli ſupra in voce Cynoſſema, inter nomina propria à cane facta. Vide Ouidium lib. 13 Metamorph. Hippamon canem habuit Magnetem, nomine Lethargum, qui cum hero ſuo ſepultus eſt, vt indicatur hoc epitaphio quod Pollux refert, Ἄνδρ᾽ ἐμὲ Ἱππάμων ὁ μέγ᾽ ἐνθάδε κεύθει τάφος γᾶ, Καὶ κύων Λήθεργος ἐπ᾽ ἀμφοτέροις βεβαώς, Pollux & Cælius.

In terra Indorum haud prope mare inuenitur canis qui ſemper poteſt vocari catulus. Isq; domeſticus eſt canis, colore maculoſæ lynci perimilis Piloſus itaq; reperitur, ac depilis, vt tonſus. Nec tamẽ latrat nec gemere ſcit, aut ſuſpirare, vt retulit nobis Hiſpanus quidam, qui maximam partem Indiæ peragrauit. Itaq; nullam emittit vocem, cum etiam necatur: & compar videtur fœturæ lupi. Edit autem ac bibit, vt alius canis, eſtq; paulo minus minior Italo cane: quibus eſt domeſticus, mouet tantum caudam geſtiens, & ſaliens, quod eſt indicium amoris in dominum, Blond. De Indicis canibus magnis & robuſtis, infra dicam inter Venaticos. Petrus Martyr etiam in deſcriptione Noui orbis canum quorundam non latrantium meminit, qui in cibum quoque veniant: Et alibi, canum non latrantium roſtro vulpino.

Moſchouiticæ atq; Lituanicæ ſyluæ aliquibus in locis abundant canibus albiſſimis tum etiam fuſci ſiue griſei coloris, id nigredinem parum vergentis, qui ad exteras nationes euecti, falsò vulpes appellantur. Ioh. Bonerus Liber Baro.

Palamedes agricola canem habuit quem Vlyſſem appellabat, &c. Blondus, neſcio ex quo authore. L. Paulo conſuli cum forte euenisſet, vt bellum cum rege Perſa gereret, domum è curia tegreſſus, filiolam ſuam nomine Fertiam, quæ tum erat admodum paruula, oſculatus, & triſtem animaduertens, interrogauit quid ita eo vultu eſſet: quæ reſpondit Perſam periſſe: deceſſerat autem catellus, quem puella in deliciis habuerat, nomine Perſa. Arripuit igitur omen Paulus, eq; fortuito dicto, quaſi certam ſpem clariſſimi triumphi animo præſumpſit, Val. Maximus. Pholyes, fului dicuntur canes, ore nigricante, Cælius. Φολύες κύνες, οἱ πυῤῥοὶ, Varin. apud Heſychium plenius, Φολύες, οἱ κύνες μέλανα στόματα ἔχοντες ἢ δολιανά, (malim δολιανὰς proparoxytonum, vt canes cuſtodes intelligantur.) Idẽ δολιοῦν exponit μιαίνειν, id eſt inquinare, & forte inde pholyes dicti fuerint, quod ora nigra & quaſi inquinata haberent Niſi quis ab aliquo loco ſic dictos fuiſſe malit. Pholon quidem vrbs Arcadiæ eſt: & Pholoe eiuſdem regionis mons ſyluoſus.

Salentini canes à Varrone probantur in paſtoralium mentione.

Scylla Phoret & Cretheidos Nymphæ (ſecundum alios Hecates) filia fingitur à poetis. Inguina eius in canes mutata eſſe fabulatur Ouidius Metamor. lib. 14. Et Vergilius Aeg 6 marinos canes dicit de Scylla loquens. Vide Onomaſticon noſtrum, & Gyraldum in ſuæ hiſtoriæ de marinis dijs. Illum Scylla rapax canibus ſuccincta Molloſſis, Vergilius in Culice.

In Scythia canes cum aſinis, in magnitudinis comparatione coniunguntur, quibus ad vehicula rotis carentia mercatores vtuntur ac duo homines in vno vehi poſſunt: quod ipſum ad lutulenta cõficienda itinera inuentum eſt. Sex igitur canes ad vehiculum ordine ligantur. ij quocunq; ab auriga qui vnà cum mercatore in vehiculo ſedet, dirigũtur, eò plauſtrum euchunt, & lutum tranſmittunt Vnum iam diem amplius laborem ferre non poſſunt. Itaq; his laſſis recentes atq; integri canes ſuccedunt neq; tamẽ magna onera imponuntur, ſed duntaxat negotiatorem, & aurigam & pellium falciculum vehunt. Ergo vnoquoq; die negotiator habet tandiu neceſſe commutare canes & aurigas, quoad ad montes, vbi emat pelles, peruenerit Aelian.

Turcarum imperatorem audio Gallorum regi, vno aut altero antequam hæc ſcriberem anno, canes dono miſiſſe pectore & ventre rubentes

Bembus lib. 6. ſcribit in quibuſdam inſulis à Columbo inuentis canes puſillos eſſe qui muti etiam ſint nec latrent. In regione Tebeth. canes maximi ſunt aſinis æquales, qui ſyluestres capiunt bellias, M. Paulus Venetus.

DE MELITAEIS CATVLIS, ET ALIIS PARVIS *qui in deliciis habentur.*

Pachyno Siciliæ promontorio imminet Melita, de qua catelli portantur, quos Melitæos vocant, Strabo lib. 6. Erant olim in pretio & deliciis mulierum catuli qui naſcebantur in Inſula Melita ſita in ſinu Adriatico non procul Ragulio ciuitate: Ea nunc pauperes piſcatores tantum habet incolas: nec vili eius catuli amplius celebrantur, Blond. Ἀνὴρ Μελιταῖος, κύων μελιτταῖος Heſychius, Varinus, Μελιταῖα κυνίδια, κύνες μικροὶ, οἱ ἔνιοι τῶν τερετίων, Suid. id eſt Melitæi vel Meliteri catuli ſunt, qui ad voluptatem ſolum aluntur. Ariſtoteles problematum ſectione 10. Probl. 14. inquirens cur in animantium genere alia paruo, alia magno conſtitant corpore: Cauſa, inquit, duplex reddi poteſt: Aut enim locus, aut alimentum id facit. Locus, ſi anguſtus eſt: alimentum, ſi exiguum: quod etiam parcius edito nonnulli efficere conantur, vt qui catellos in caueolis occluſos educant. Et paulo poſt, Fit vt aliqui quamuis breues (parui) admodum ſint, modicè (σμικρογενεῖς) tamen coagmentatas omnes ſui corporis partes habeant, vt Melitenſes catelli. Ratio enim, quod non vt locus, ſic natura ſuum efficere opus ſoleat. Catelli Melitenſis magnitudine ictis eſt (genus muſtelæ ruſticæ, quam viuerram interpretor, Gaza) ſed minor. Ariſtoteles. Græce habetur, Ἡ δὲ ἶκτις, ἐστὶ μὲν τῷ μεγέθει τῶν ἁπλῶν Μελιταίων κυνιδίων τὰ μικρὰ id eſt, Ictis magnitudine æquat paruum illum catellum Melitenſem. τὰ μικρὰ pro σμικρὰ, frequens locutio apud Græcos. Sed vtcunq; exiguis non deeſt ingenium, nec in homines amor. Nam Theodori ſaltatoris Melitenſis catellus, vitro ſeipſum in heri tumulum injiciens, cum ipſo vnà ſepeliri voluit, vt Aelianus prodidit. Catuli quos Melitæos vocant ſtomachi dolorem ſedant applicati ſæpius tranſireq; morbos ægritudine eorũ intelligitur, plerunq; & mortẽ, Plin. Catella Melitæa, Μελιταῖον κυνίδιον, prouerbij vſu dicitur in eum qui habetur in deliciis ac lautius in otio alitur ad voluptatem, non ad vſum. Eſt in familijs diuitum huiuſmodi miniſtrorũ genus, quos illi non ad miniſterium, ſed animi cauſa domi habent, Eraſmus Chiliad 3 Cent. 1. Et rurſus Chiliad. 4. Cent. 4. eodẽ prouerbio repetito, Melitæi catuli (inquit) ſic vocantur nimirum ab inſula Melita, inter Corcyram nigram & Illyricum ſita, author Plin. lib. 3. cap. vltimo. Itidem Strabo & Stephanus. Apud Lucianum in Lapithis γελοιαστὴς Alcidamantem Cynicum, μελιταῖον κυνίδιον vocat. Athenæus lib 12. ſcribit Sybaritis vehemẽter in deliciis fuiſſe canes Melitæos. Qui quidem hoc eſſe videntur in genere canum, quod nani & pumiliones inter homines, Hæc Eraſ. Canis digna throno, adagium ſumptum, vt videtur, à Melitæis catulis, vt ſupra dixi inter prouerbia in hiſtoria Canis in genere.

Præter

Præter Melitæos, qui hodie ex Melite, vt Blondus refert, nulli sunt: diuersi alij catelli mulieribus præcipue delicatis & otiosis nutriuntur. Membris omnibus pusilli & graciles sunt, quos nostrates vulgò *bracken* vocant, Eberhardus Tappius. Inferiores Germani, vt idem scribit, huiusmodi caniculas nominant *junffern hundgen*, hinc illud Vuestphalorum. *Dat byeest, als een junffern hundeken.* Tremis delicati instar catelli. Nostri à delicijs appellant etiam *schoßhundle* & *aniß henhundle*. Itali sua lingua bottolo vocant catellum corpore exiguo, sed ferocem & iracundum instar rubetæ id est ranæ venenosæ quam bottam dicunt. Nomina diminutiuæ formæ à cane apud Latinos & Græcos vsitata, supra recensui cap. 8. de Cane parte 1. Martialis distichon in catellam Gallicanam, Delitias paruæ si vis audire catellæ. Narranti breuis est pagina tota mihi. Catellos perquam elegantes & pretiosos Lugduni in Gallia haberi audio, quorum singuli decem denarijs siue drachmis aureis, aliquando væneant. Catellus qui in delicijs habetur, inquit Blond. paruulus est, pedalis vel semipedalis: habetur autem in maiore pretio, si adultus non maior sit mure. Eligitur quadratus corpore, nõ testaceus (sic ille loquitur) capite etiam instar capitis muris, rostro paruo, auribus non maioribus cuniculi (absurdum videtur:) cruribus breuissimis, pedibus angustis, cauda oblonga. Laudatur etiamsi collum longiusculis pilis ad armos vsq; veluti iubatum sit, partes cæteræ tonsis similes. Blandus feroci præfertur. Color candidus vel niger præ cæteris probatur. Sunt ex eis nonnulli hirsuti admodum prolixis pilis, alij breuibus & glabri propemodum. Hæc ferè Blond. Et rursus, Canis delicatulus, inquit, placet cum huc illuc saltitat, ac leniter latrat, & absq; morsu mordicat: præcipuè si mundus est, nec aliud quam oblatum tangit. Sunt qui erecti pedes anteriores manuũ instar protendunt, vel motant & vt vulgus loquitur, seruiũt: alij quod proiectum fuerit rostro reportant, &c. Lasciuæ mulieres præcipuè lectis admittunt, & lambi gaudent, Blond. Et alibi, Catulos (inquit) quos principes & matronæ in delicijs fouẽt, præcipuò gignit Hispania. Et rursus: Catulis cingulum sericum collo apponunt cupreis campanulis circumseptum: sic nanq; matronæ plurimum afficiuntur. Sæpe iam visum est caniculas singulos peperisse fœtus, exiguas præsertim catellas, quas in sinu matronæ fouent, propter vteri angustiam: nam cum plures concipiunt, frequenter moriuntur, Albert. Catellis matronarum aluus sæpe obstruitur, vnde plæræq; moriuntur, Albert. De catellis quæ animi causa nutriuntur, & ad vsum duntaxat mulierculũ, illud Platonis est, Τὰ γυναικῶν μανιώδη τῶν ἐστιατορίων, id est, Catellæ dominas imitantes, quod superius inter prouerbia à cane retuli. Et Grego apud Theocritum in Syracusijs profectura duo mandat famulæ, vt infantem vagientẽ placaret, & catellum reuocaret intrò. Lucianus falsissimè ludit in Stoicum barbatum, cui in eodem sedenti vehiculo domina catellam committit, obtestans illum per ea quæ sunt in vita dulcissima, vt diligenter curet, Eras. Martialis versus in Issam catellam Publij, tam lepidi sunt, vt omnino hic adscribi mereantur.

Issa est purior osculo columbæ.
Issa est carior Indicis lapillis.
Hanc tu si queruntur loqui putabis.
Collo nexa cubat, capitq; somnos,
Et desiderio coacta ventris,
Sed blando pede suscitat, torosq;
Casta tantum tuest pudor catellæ.
Pictam Publius exprimet tabella:
Vt sit tam similis sibi nec ipsa.
Aut vtranq; putabis esse veram,
Issa est blandior omnibus puellis.
Issa est delicia catella Publi.
Sentit tristitiamq; gaudiumq;.
Vt suspiria nulla sentiantur.
Gutta pallia non fefellit vlla:
Depoſi monet, & rogat leuari.
Hanc ne lux rapiat suprema totam,
In qua tam similem videbis Issam,
Issam denicq; pone cum tabella,
Aut vtranq; putabis esse pictam.

De Persæ catello, quem L. Pauli consulis filiola in delicijs habuerat præcedente capite dixi. Calathina nomen aptum melitæ caniculæ, ceu quæ in quasillo circumferretur, Brodæus. Corticem caprificus arboris detrahes, & dum recens est, ad splenem, vel etiã si opus fuerit, ad iecur pones. & vbi tumor siue duricies splenis vel iecoris erit, ibi corticem diutius continebis: deinde in fumo eam suspendes. Quod cũ facies, rogabis, vt sicut cortex ille paulatim fumo siccatus arescit, sic splen vel iecur laborantis arescat. Hæc autem res tantum valet, vt si catulis recens natis fiat, dicantur omnino non crescere, Marcellus Empiricus. In Anthologio Græco legitur Adæi epigramma in catellã Calathinam nomine, facile enixam, Τῇ βαιῇ Καλαθὶ τᾷδε σκυλάκων μετέχουσα Λητοὶς καὶ φίλα τίκτε πολὺ ἔμπα. Io. Tzetzes Chiliade 5. à principe quadam muliere catellam nimis delicate nutritam his versibus reprehẽdit, Νῦν ἠκουσάμην Παρά τινος τῶν γυναικῶν Φερούσῶν τὴν πόλιν Διαπαντὸς ἐν τῷ κύτρᾳ (quam feles reginæ, de qua proxime dixerat, quod ex aureis vasis ederet. &c.) καὶ τὰ βδελύγματα Καὶ ἐμοῦ μᾶλλον ἐσθίειν, ἢ δραχμὰς ἑξήκοντα, Ἀνθρώπων δίκην Ἐπίνειν & ἄρτου σπερμάτων; Epitaphia tria catellorum ex Blondo hic apponam. Romæ, Corporis exiguos cura dum cogor in artis, Subducto matris lacte, miser perij. Ne tamen & fati nomẽ vis aspera tollat, Leucippi cineres hæc canis vrna tegit. Fr. Molsij, Vrnam qui vetulæ vides catellæ, Concretæ teneros breuesq; in artus, Mitis ne renuas fauere linguæ. Nam qui me exiguo solo recondit, Exemplum est Iouis optimi secutus, Quo dante Erigones polo refulget, Ob summum catulus decus fidemq;. R. Inscriptio, Φρατίλλης κυνιδίῳ γλυκυτάτῃ Φεδερίκος Γονζάγα ἕνεκα χάριτος. Id est, Phratillæ catellæ dulcissimæ Phedericus Gonzaga II. memoriæ gratia. Reperitur etiam catella diminutiuum nomen à catena, teste Cælio, (apud Catonem.)

DE CANIBVS VENATICIS IN GENERE.

Canes venatici, quos Græci θηρευτικοὺς vocant (Suidas in μελιταίων) alij maioribus & robustis feris opponũtur, alij minores & timidas persequuntur, vel vt comprehendant, vel vt in retia adigant: alij sagacitate valent: aliqui sagaces simul & celeres sunt: alij & celeres & mediocriter robusti: robustissimi enim in suo genere simul & celerrimi esse nõ possunt. De robusto, celere, sagace, singillatim dicã in sequentibus: hic de venatico in genere. Quamuis enim plerag; que de venaticis canibus in genere prolata, præcipue apud Xenophontem, Pollucem & Nemesianum & Gratium, ad canes celeres, vt qui vel lepores, vel ceruos aliasq; feras in retia adigunt, spectare videantur: sunt tamen nonnulli quos simpliciter venaticos dicas, quod celeritati vel robur vel sagacitatem vel vtrumque coniunxerint. Hinc illa Platonis comparatio est libro 2. de Rep. vbi inquirit quæ & quales naturæ sint ad vrbem custodiendam idoneæ, his verbis. Existimásne differre naturam generosi canis, & generosi adolescentis ad custodiam agendam? Quorsum hæc? Vtrunque ipsorum sagacem oportet esse ad sentiendum, & velocem deinde ad insec-

ad insequendum, ac demum robustum cum assecutus fuerit, ad pugnandum capiendumque. Audax etiam & fortis sit oportet, siquidem bene pugnaturus sit: neutrum autem erit, nisi etiam iracundus (θυμοειδὴς) fuerit, siue equus, siue canis. Canum duo genera, vnum venaticum, & pertinet ad feras bestias ac syluestres: alterum quod custodiæ causa paratur, & pertinet ad pastorem. Varro. Mirandum in modum canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia & peruestigabant, Cicero 6. Verr. Catulus venaticus, Horat. 1. epist. Turba venatrix canum, Valer. Argonaut. 3. Amphitheatrales inter nutrita magistros Venatrix, syluis aspera, blãda domi. Martialis in epitaphio canis Lydiæ. Ceu pernix cum densa vagis latratibus implet Venator dumeta Lacon, Silius lib. 3. Et varias capimus facili cane lumere prædas, Gratius. Sed quoniam venationis vsus latissime patet, quæcunq; ad eam in genere pertinent, differam in alium librum, vbi de animalibus generatim docere proposui, & quæ vel omnibus vel pluribus communia sunt certis locis ac ordinibus rerũ digerere. De feris etiam singulis quomodo in venatione canum opera capiantur, in sua cuiusque historia dicam, in præsentia non alia de venatione dicturus, quàm quæ canibus peculiaria vel rerum vel nominum ratione videntur.

Ἐλαπηβόλοι, θηρατικοί. Hesychius & Varinus: ego celetes potissimum ἐλαπικὰς dixerim. ἐλᾶν enim & ἐλαύνειν, persequi est: hinc & κυνηλάτης venator, qui cum canibus feras cursu persequitur, κυνοδρομεῖν vocat Pollux κυνηγὸς verò, qui quouis modo canum opera ad venationem vtitur, qui & κυνηγέτης & κυναγωγὸς appellatur: Pollux distinguit, his verbis, Συνεχεῖ δ' κυνηγέτη κυναγωγοὶ διπταναγωγοί: nimirum vt cynagogus cynegetæ inseruiat, canibus ducendis. Incipiam captare feras, & reddere pinu Coruua, & audaces ipse mouere canes. Propertius lib 2. Κυνηλάται, θηρεύται, Hesychius: apud Varinum penultima per ει scribitur. Ἐπαπτῆρες etiam & ἐπακτῆρες venatores cum canibus propriè dicuntur, Apollonius in Argonauticis pro piscatoribus posuit. Κυνηγέσιον, ipsa venatio. Pollux in præfatione libri 5. ad Commodum, Ἐπεὶ δ' κυνηγεσίων σοι μέλλομεν. Et ab initio eiusdem libri, Θηρεύειν δὲ λέγουσι καὶ ἄγρα. καὶ κυνηγέσιον· θήρα τε καὶ ἄγρα, καὶ κυνηγέσια, &c. vbi etiam hæc vocabula subiungunt: συγκυνηγέτης, ὁ τῷ κυνηγέτῃ ὁμοπαθὴς ὤν: Φιλοκυνηγέτης, κυνηγετικὸς, κυνηγετικῶς, κυνηγετεῖν. Et capite 3. Ἡ δὲ κυνῶν ἀγωγὴ κυνηγέσιον ὁμωνύμως τῷ ἔργῳ καλεῖται. Κυνηγεῖν idem quod κυνηγετεῖν. Varinus. Κυνήγιον vel Κυνηγίδιον nomen proprium loci (Constantinopoli puto) in quem abijciebantur οἱ βιοζῶντες, Suid. Εἰς κυνηγὸν, in venatorem qui nihil ceperat. Lucilij scopticum: Παῦε φιλοσπήλυγγε, καὶ ἀγρεφοιτικὲ νύμφας, Καὶ Σατύροις, ἱερὸς τ' ἐνδον Ἀμαδρυάσι, Σύνευσοι, καὶ κεγχαυσὶ τὰς πέρι συφόρτοις μάχῃ. Μηδὲ ἐλῶν αὖτις (forte αὖτὸς) δεῦρο κύνας ἐλάσσῃς. Εἰς κυνηγούς, in venatores, epitaphia duo leguntur Anthologij libro 3. sectione 9. nam tertium in auctipem cit. Cynulchos vocant qui secum ducant canes, Cal. Cynæthei Iouis à venatione dicti, quẽ Gyraldus Cynegeten appellare mallet. mentionem feci supra. Est & κυνηγέτις, id est venatrix, inter Dianæ cognomina, quanquam apud Pollucem κυνηγέτιν legitur. Εἰσὶ δὲ τῶν κυνηγεσίων εἶσι τελμηροὶ περὶ τὰς τῶν θηρίων συγκατασπάσεις, οἱ δ' αὖτοὶ περὶ ὕπνα καὶ τελμῖνες ἀγρεῖ, Suidas in Ἀγρέτης θερατής. Κῆβδηλον, quodvis animal. ὥσπερ τὸν κύνειον ἀλεκτρυόνα: proprie tamen marinum animal, Scholia Aristophanis. Venaticorum canum, propria nomina varia recensui supra in Cane in genere capit. 8. Canis alleluchi, est canis quo venatores vtuntur, ad capiendas aues aut quadrupedes, Andreas Bellunensis.

Nunc canes venaticos ordine literarum enumerabo, tum secundum regionum & populorum apud quos nascuntur nomina, tum dominorum, &c. illos imprimis, qui ad certum aliquod venaticorum genus, vt robustum, celer, sagax, commodè referri non possunt: Si tamen hic etiam illorum quosdam breuiter attigero, nihilominus suis in locis reperiam. Non tunc egregios tantum admisêre Molossos, Cum parat (lego comparat, id est, Canes hi versuti tandem dolo efficiunt, quantum Molossi viribus) his versuta suas Athamania fraudes, Acyrusque Pheræque, & clandestinus Acarnan: Sic & Acarnanes subierunt prælia furto: Sic canis illa suos taciturna superuenit hostes. Gratius in libro de Venatione. Pro Acyrus lege Acytus. Est enim Acyto, Plinio 4. 12. insula, de qua sic scribit, Itatim post Sporades: Melos cum oppido, quam Aristides Bolida appellat. Aristoteles Zephyriam, Callimachus Momallida, Heraclides Siphnum & Acyton: Hæc insularum rotundissima est. Hinc forte Melos à simili figura appellata. Ἄμοργος, insula iuxta Cydoniam Cretæ, Stephanus Melos insula inter Cretam & Peloponnesum interiacens æquali fere à Peloponneso promõtorium Scyllæum, à Creta Dictynnæum habens, Strabo. Est autem Dictynnæum promontorium in Tityro Cydoniatarum monte, Hermol. Quod autem de hac insula Gratius intelligat ex vicinis constare videtur: quod illarum quoque canes ad venationem commendentur, vt Cretæ & Amorgi. Vicina est etiam Thera insula, quam alij inter Cyclades, alij inter Sporades numerant, Plin. Stephanus Θήρα per η prima longa scribit. Gratius forte Theras in pluralit numero dixit, vt legendum sit, Acytus Theræque, &c. de quo etiam inquirant quibus otium est. Si quis Pheras legere malit, vt Φεραὶς Thessaliæ oppidum intelligamus: non pugnabo. Situm enim hoc oppidum est in Pelasgicorum camporum termino ad Magnesiam, vt Strabo docet: Laudantur autem ex Magnesia quoque canes. Accedit quod & Athamania Thessaliæ regio sit, quanquam alij Epiri ad eubant, authore Stephano. Acarnania regio & pars Epiri est, mersa medio sinu Ambracio, vt Plin. scribit. Hanc ab Aetolia diuidit amnis Achelous, aut Pindus mons vt Solino placet. Acytos igitur, Pheræ Acarnaniæ, & Athamaniæ, omnes eiusdem ingenij canes producunt venaticos, versutos, fraudulentos, clandestinos, taciturnos: Aetoli vero contra, latratu feras disturbant antequam conspexerint: de his dicam inferius inter celeres & sagaces simul. Aegyptios Oppianus βουκόλων σώφρονας, id est armentorum custodes vocat: ego supra ab initio huius tractationis de canibus diuersis, de Aegyptijs quoque dixi, sed nihil quod ad venationem, aut pecoris custodiam. Alopeciæ, id est vulpinæ canes, vide inter Mixtos infra: item in Laconicis inter celeres, & mox in Castoris. Amorgi, Ἀμόργοι, inter venaticos numerantur ab Oppiano: possent & Amorgini dici, ab Amorgo insula vna Cycladum Stephano. Amyclæum canem non alium esse puto quàm Laconicum ab Amyclis Laconiæ ciuitate, in qua Castor & Pollux educati sunt. Vergilius pro pastorali cane posuit, eo tropo (ni fallor) quo Acheloum pro quauis aqua. Arcades à Pollucе & Oppiano commendantur: & in eodem versu Tegeatæ, Τεγεᾶται, Oppiano: cum Tegea Arcadiæ oppidum sit. Idem Arcades Eleis canibus commode misceri scribit, cum Elis etiam, Ἦλις, Arcadiæ urbs sit, vnde gentile Ἠλεύς: neque enim Aegyptiam vel Hispanicam Elidem, quarum Stephanum meminit, puto eam intellexisse crediderim. Arcadiæ canem ex leonibus creduntur prouenisse, vnde & λεοντομιγεῖς dictæ sunt, Cælius. Menalius lepori det sua terga canis, Ouid. lib. 1. de Arte. Argiui, Ἀργεῖοι, Oppiano: Argolici, Ἀργολίδες, Polluci, in catalogo venaticorum sunt. Athamânes, vide supra in Acyto. Aulonij, Oppiano: Idem Tyrrhenos canes Laconicis rectè misceri ait, non alios puto quàm Ausonios intelligens.

Digitized by Google

De Britannis canibus inter fagaces dicam ex Oppiano & Gratio.

Et vanæ tantum Calydonia linguæ Exibit vitium patre emendata Molosso, Grat.

Cares, Oppiano: qui eosdem Thracijs commiscen posse scribit. Carinæ, Καρῖναι. Polluci celebrantur, non aliæ quàm Cares, aut in fœminino genere Cariæ vel Caricæ canes. Nam Καρινη gentile nomen fœminini generis apud Stephanum reperio. Quamuis apud eundem in mentione Carnes ciuitatis Phœniciæ, à qua gentile fit Carnites, hic Lycophronis senarius referatur. Ὀλκὰς ναύτης πρῶτα Καρνίτης κύων, vbi ipsos nautas Carnitas canes appellare videtur. Καρῖναι, Harmodij, & Melenaides, à dominis vel nutritoribus dicti sunt, Pollux. Et rursus, Castoridis Apollo Castori donauit. Nicander easdem alopecidas vocat, eò quod Castor canes vulpibus miscuerit. Xenophon, Τὰ δὲ γένη τῶν κυνῶν ἐστι διττά. αἱ μὲν ἁπλαῖ εἰσιν, αἱ δὲ ἀλωπεκίδες. Ἔστιν οὖν αἱ ἁπλαῖ τὴν ἰσχνοτέραν ποιοῦνται τῶν κυνῶν καὶ ἀφειδεστέρας τῶν ἔργων, μᾶλλον αὐτὰς διαφυλάττε. Χειρὶ καταφιλοῦν ἀνὴρ κύων ἐστὶ, versus apud Suidam absq; authoris nomine. Celtæ canes, vt Oppianus & Gratius habent: vel Celtici, vt Pollux. Magnaque diuersos extollit gloria Celtas, Grat. Quondam inconsultis mater dabit Vmbrica Gallis Sensum agilem, Idem. De Gallico cane plura inter celeres. Chaonidas canes aliqui è Cephali cane, alij de chao luporum generis fera progenitas suspicantur, Cælius. Ego potius à Chaonia regione, quæ in media Epiro est, nominatas dixerim: hinc enim Chaonis gentile fœmininum fit, authore Stephano. Ex Epiri quidem populi celeberrimi fuerunt Chaones & Molossi: commendabantur autem Molossi quoque canes, vt infra dicemus: qui & ipsi ex Cephali cane, vt Chaonides, nati primum existimabantur. Cretici canes, Oppiano & Polluci. Hos Oppianus ad sobolem cum Pæonibus commodè iungi scribit. Xenophon Cretenses canes etiam apris immittit. Ex Creticis canibus alios diponos dici audio, alios paripposos. Et illis quidem in venando gloria plurima: noctes etiam feras impugnando addunt labori, sæpeque feris assidentes dormiunt, mox orta luce depugnant. Paripposi vero cum equis currere consueuere, tanta quoque arte, vt nec præcedant vnquam ferè, nec subsequantur, Cælius ex Polluce. Cretica canis expeditissima est, saltuque maximè valet, vt Cretenses testantur, & fama peruagatur, Aelian. Gnosus vrbs Cretæ est, vnde Gnosij canes inter fagaces ducendi. Et patre Dictæo, sed matre Lacænide nati Labros & Aglaodos, Ouid. Dictæum Cretensem intelligo: est enim Dicte mons Cretæ, vel vna ex quatuor præcipuis vrbib. Cretæ. Dictæus etiam Cephali canis fuit Martiali. Acron grammaticus Molossos etiam apud Horatium 2. Sermon. 1. Cretæos interpretatur è Molossia ciuitate Cretæ: (de qua ego nihil apud classicos authores reperiri puto.) Sed paulo ante ostendi ab Epiri regione Molossum nomen his canib. inditum esse. Ichnobatem fagacem Gnosium Ouidius cognominat. Cypsellicæ, vide Meneclaides paulò post, & Psyllici. Cynamini canes sunt quibus se contra Indicos boues tuentur, Diod. Siculus.

Elei cum Arcadibus ad sobolem venaticam procreandam miscentur, Oppian. Elymæis nomen à gente sita in meditullio Bactrorum & Hyrcaniæ, Cælius ex Polluce. Stephanus eam regionem Elymas, Plinius Elymaidem vocat. Cæterum Elymiæ vrbi Macedoniæ ab Elymo heroë nomen contigit, vel Elymo Thuscorum rege. De Elymæis Siciliæ gente, & Elymnio loco Eubœæ, vide Vatinum. Quid si Elymæi ex Eubœa potius oriundi sint. cum & Eretrici inde commendentur? ne tam procul petendi sint. Sunt & lepores Elymæi de quibus suo loco. Clarus est Epiroticus canis Cerberus nomine, Pollux. Eretricas Eurytidæ ab Apolline dono acceperunt ac nutriuerunt, Pollux: apud Cælium non rectè legitur Eretrinæ. Eretria Eubœæ insulæ vrbs est, & alia Thessaliæ Stephan.

Gallici, vide Celtæ superius, & infra inter Celeres. Geloni sagaces Martem odêre, Gratius. Traxêre animos de patre Gelonæ Hyrcano, Idem. Gnosij, vide in Creticis.

Harmodij à nutritore dicti, Pollux. Hyrcani, Pollux. Canes Hyrcana ex tigride concipit, vt dicam in Mixtis. Traxêre animos de patre Gelonæ Hyrcano, Grat.

Iberi, Ἴβηες, Oppian. Gyllius Hispanos transfert. Ἰβηρικὰ, Pollux. Sarmatæ Iberis ad fœturam miscerì possunt, Oppian. Nec quorum proles de sanguine manat Ibero, subaudi contemnantur, Nemesian. Quærendum an de Iberia Asiatica vel orientali accipere debeamus, quæ regio sita est iuxta Pontum inter Colchidem & Armeniam, vt eædem canes forte sint Phasianæ, quæ nomen etiamnum retinent. Phasis enim Colchorum fluuius est. Phasiane canis à partu non ante sextum mensem impletur, serius vero in quàm plurimis obseruaui. Aug. Niphus. Indicæ, vide inter Venaticos fortes.

Laconici, Lecænæ, Lacedæmonij, vide infra inter Celeres. Libyci. Quinetiam ficcæ Libyes in finibus acres Nascuntur catuli, quorum non sprueris vsum, Nemesian. Locrides, Pollux. Λοκροί, Oppian. Locrides canes Xenophon apris immitti scribit. Gratius cum Seras canes intractabilis iræ dixisset, subdit, At contra faciles, magnique Lycaones armis, id est ea parte quam humeros in homine dicimus. Lycaonia regio Asiæ minoris est prope Phrygiam: vel secundum Stephanum Lyciæ & Isauriæ regio. Alij partem Arcadiæ Lycaoniam vocant, Stephanus totam Arcadiam sic dictam scribit: Gentilia, Lycaonius, Lycàn, & Lycaon.

Magnetes, Oppian. De Hippamonis cane Magnete, cui nomen Lethargus fuit, supra dixi. Magnesia Macedoniæ regio est, Thessaliæ annexa. Est etiam vrbs & regio eiusdem nominis in Asia ad Mæandrum sita, Stephan. Magnetes iuxta Mæandrum aiunt alere canes præliandi socios, πολεμικοὺς κύνας, Pollux. Indocilis dat præda Medus, Grat. Menelaides dictæ sunt à Menelao nutritæ, Pollux. Et rursus, Menelaides Nicander eaidem Cypsellicis esse scribit: eò quod Menelaus canes duos ex eo loco Spartes circa Argolicam educauerit, Vide mox in Psyllicis. Molossi vide inter Venaticos fortes.

Pæones, Oppian. Nec tibi Pannonicæ stirpis temnatur origo, Nemesian. Pæones & Cretici ad fœturam recte miscentur. Oppian. Vide inter canes robustos infra. Perses fagax simul & pugnax est, Grat. Phasiana, vide in Iberis paulò superius. Pheræus. vide supra in Acyros.

Psyllici canes nomen habent ab vrbe Archaica, Pollux. Cælius dubitat an Cypsellici legendum sit: quoniam in Arcadia munitus locus Cypseta vocetur, cuius apud Thucydidem mentio fit historia 5. Est & in Thracis nominis eiusdem adiacens Hebro ciuitas, Stephanus.

Sauromatæ, Oppianus: idem Sarmaticum canem cum Iberide fœmina coniungi posse ait. Sarmatiæ pars est Polonia hodie dicta: vbi venatorij canes his nominibus habentur: Valj, maximi omnium, aduersus lupos, vrsos, & apros. Chatzij, minores paulò. Pobicdnicz'j, parui, ad aues & lepores. Paj, medij magnitudine inter primum & secundum genus. Sunt qui Seras alant, genus intractabilis iræ, Gratius. Spartani, vide Laconici inter Celeres infra.

Tegeatas

Tegeatas supra cum Arcadicis memorauí. Thracij. Oppianus: idem Thracios & Cares fobilis gratia miscet ait. Tyrrhenorum mentionem feci in Ausonijs. Tuscos cum sagacibus memorabo.

Veltrum vulgo in Italia vocant canem venaticum, & velocissimum cursu, Fr. Arlunnus: Vide inter celeres. Vertagus, celer simul & sagax, de quo plura inferius. Vmber fidelis & sagax est, vt inter sagaces referam.

Hæc quidem celeberrima canum venaticorum genera sunt, ἅμως ἡ φύσις οὐκ ἐᾷ τοὺς ἄνδρας καὶ ἅπαντα πάντως θηρεύειν κύνας ἀξιοθρύλλητος, ἀπλῆς τε ἡμῖν ὁ Ἄρης &c. Varin. totidem canum genera sunt, quod equorum, vt Gyllius ex Oppiano ridiculè transtulit. Nam libro 1. de Venatione, cũ de equis agere pœta desineret hac clausula, Τοσαῦτα μὲν ἀμφ' ἵπποισιν, &c. id est, Tantum de equis: subdit, Τόσοι δ' (sic legendum non τ') ἐπὶ πᾶσι κύνεσσιν ἔοχα ἀρίζηλοι, &c. id est, Tot vero canes inter cæteros excellunt, quot & quorum mox nomina addit, Pæones, Ausonij, &c.

CANES venatici quales eligi debeant & ad sobolem procreandam admitti, Gratius pœta his carminibus elegantissime docet.

Iamque pares ergo, & maiorum pignore signa
Quos tenuere (genuere forte) sua pectus hoc immane inuẽm.
In Venerem iungunt: tum sortis cura secunda
Sint velut vultus, sint hirta frontibus aura,
Spirent, attrecta succingant ilia ventris
Cæsaries, non pexa nimis, non frigoris illa.
Quod magnos capiat motus magnisq; superfit.
Mollius officio, siccis ego dura lacertis
Sed frustra longius properat labor, abdita si non
Fœmina, nec patitur Veneris sub tempore magnos
Primi complexus dulcissima prima voluptas.
Si tenuit cunctos, & mater adultera non est,
Vxoneris super ille suo. Hæc Grat. Nemesiani de canibus venaticis ad sobolem eligendis versus, infra recitabo in Celere, de hoc enim ille potissimum agere videtur. Canis venatici (inquit Tardi.) partium corporis omnium bona sit proportio: caput leue, cerebrum amplum: pili à capite & fronte antrorsum dirigantur. Aures sint molles, laxæ, pendulæ, longæ, & multum distantes. Venæ frontis magnæ: oculi nigri, visus acutus: nasus amplus: fauces largæ & profundæ. Pili circa os barbam referant, similes resectis. Multa & crassa in ore saliua: facies clara collum longum & in fine plenum: pectus amplum & crassum, costæ prominentes: dorsum breue & & planum, non acuminatum circa vertebras. Cauda non separata à coxis, breuis, mollis, nodis robustis. Coxæ sint amplæ, & superius torosæ: pedes parui, digitis ductis, & apte coniunctis, ne quid terræ aut luti in via admittant. Corporis posterior pars altior anteriore probatur. Si pars in cruribus prominens, calcar appellant. cursum impediat, secari debet. Laudantur qui lorum aut catenam, qua vincti tenentur, sæpe & validè trahunt. Ex colore nihil certi ferè pronunciatur, sæpius enim turpi colore canes, pulchrioribus præstant. Niger tolerantior frigoris est quàm albus. Canis alba, oculis nigris aut albis pectore terram versus inclinato, pelle longa inter coxas, denique; cauda longa & crassa, alacris & animosa in venatione est. Hęc Tard. A partu etiam catulorum delectus habeatur, de quo itidem Gratij verba adscribam.

Tum deinde monebo
Perpensare notis, iamq; inde excernere paruos.
Ille, tuos olim non defecturus honores.
Extulit: affectat materna regna sub aluo.
Dum tepida indulget terris clementia mundi.
Ire placet, turbaq; potens operitur inerti.
Perpensare: leuis deducet pondera fratres:
Pondere nam catuli poteris perpendere vires.
Ne matrem indocilis natorum turba fatiget.
Signa dabunt ipsa, teneris vix artubus haret
Iamq; illum impatiens aqua vehementia sortiũ
*Libera tota tenet *ea *tergo liber aperto,*
Verum vbi Caurino perstrinxit frigore vesper,
Illius è manibus vires sit cura futuras
Nec me pignoribus, nec te mea carmina fallent.

(Vide quæ supra diximus de catuli electione in genere.) Nemesianus rem eandem clarius describit,

Corporibusq; leuis grauibus præuoscere cursu.

Sed hæc ad celetem canem magis pertinent, quam venaticum in genere: quemadmodum & illud forte quod Aristot. ait σκύες ζωικοὶ (ὑζώικες Adamantius) φιλοθηρικώτεροι εἰσὶ καὶ φύσει πρὸς τοῦτο μᾶλλον ἢ κυνῶν τῶν φιλοθηρικωτάτων ζωικοὶ χεῖρον (malim τὰ ὑζώικα ἧττον.) Idem alibi in Physiognomonicis certa in canibus signa esse ait, ex quibus periti venatores de ipsorum ingenio & natura coniecturam facere possint: Καὶ τῶν δὲ κυνῶν οἱ ἐπιτήδειοι θηρεύειν ἐκ τῶν ἰδίων διαθέσεων δύνανται γνωσθῆναι, ἱππικοί τε ἵππων, καὶ κυνηγέται κύνων.

Xenophon canis venatici formam, & animi corporisque dotes, quæ maximè probentur, his verbis depingit. Primum, inquit, magnus esse oportet, capite leui, simo, articulato, & sub fronte venoso, ἰνώδη χαίτας τὰ κατωφερῆ ἔχοντα. oculis lucidis limbis, nigris & splendidis (ardentibus, Pollux) fronte magna, lata, & canis discriminibus insigni, (cui apud Pollucem contraria est in improbando cane carnosa frons:) auribus (auriculis) paruis, tenuibus, & à posteriore parte glabris: cervice longa, molli, ac tereti: pectore lato, non macilento, (carnoso, Pollux:) armis qui parum ab humeris distent. Anteriora crura breuia sint, recta, tereria, solida, σφυρά, Pollux habet σκυφιά: Idem crura tam ante quàm retro excelsa esse vult, longiora tamen posteriora. & ἀγκῶνα, id est curua, nimirum propter flexum suffraginis. (apud Xenophontem non recte legitur σφύρα) cum anteriora ὀρθὰ, id est recta esse debeant, (non eminentia in cubitis) quod Xenophon bis monere videtur: primum, cum dicit σκέλη τὰ πρόσθια ὀρθὰ, deinde cum ἀγκῶνας ὀρθοὺς, id est cubitos rectos: ἀγκὼν enim anteriorum crurum est, ἰγνὺς posteriorum, id est poples vel suffrago. Latera non admodum profunda sint. pro βάθεα Pollux πρὸς γλῶ καθυπομάδας dixit. sed in obliquum tendentia πλευραλμύδα Pollux, lego πλευστραλμύδα. Lumbi sunto carnosi, inter longos & breues medij, vel vt Pollux habet, inter duros & molles. Ilia quoque, nec magna nec parua sint: vel iuxta Pollucem, magnitudine simul & duritie mediocria. Clunes (ἰσχία) rotundæ, posterius carnosæ, parte superiori laxæ, μηνωειδέμβολα: inferius astrictæ, κάτωθεν πεστραλμύδα, sic enim lego: quamuis & in Polluce reperiam πλευραλμύδα fine sigma. Venter sub costis statim, & deinceps, gracilis: cauda longa, recta, quæ paulatim tenuior vel acutior euadat;

id esse munimento pronunciemus, perinde ac sit millus cani. Poetæ armillatos videntur appellasse canes ex hac ratione, quoniam millus sit ijs armillarum vice. Apud Græcos derææbus est latum corium (& firmum) ob canis collum. Dicitur & perideræum, atq; item perideris. Xenophon in libro de venatione ita scribit: Canum ornatus sunt, δέρμα, ἱμάντες, τελαμῶνες. In quo illud aduertendum, quas Xenophon stelmonias vocauit, id est fascias quibus canum latera præmuniuntur: Pollux telamonias dixit, Hæc Cælius. Canibus, ne vulnerentur à bestijs, imponuntur collaria, quæ vocantur meillum, id est cingulum circum collum, ex corio firmo cum clauulis capitatis, quæ intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. Quòd si lupus, aliúsue quis his vulneratus est, reliquos quoque canes facit. qui id non habent, vt sint in tuto, Varro. Atque armillatos colla Molossa canes, Propertius 4. Eleg. Ex pelle melis pharetras & canum colla obtegunt, inde melium (aliqui per l duplex scribunt) vel millium genere neutro, vt Varro: vel milius masculino, vt Festus vtitur, nominatur. Scipio Aemylianus ad populum: Nobis, inquit, reiq́ue pub. præsidio eritis, qua si millus cani. Pollux libro 5. cap. 9. de vinculis, loris, & fascijs canum, sic ferè scribit: Canes ad venationem educantur, ἱμάντι μακρῷ ἐπηγγυλωμένῳ ἐν ἡμίσει, id est oblongo ligati loro, quod quidem ansam habeat, id est in summo reflexum & duplicatum sit, vt firmius manu iniecta retineatur. Xenophon, Οἱ δὲ ἱμάντες ἔχοντες ἀγκύλας τῇ χειρί, ἄλλο δὲ μηδέν. ἀγαθὸν γὰρ κύνας τρέφειν, οἱ ἐξ αὐτῶν ἐπιζευγνύμενοι τὰ δέρματα. Omnibonus vertit, Lori manibus ansas habeant, præterea nihil: neque enim bene seruant canes, si collaria ex ipsis contexta fuerint. Ego rem sta intelligo, Retinacula siue lora (Omnibonus masculino genere loros dicit, imitatione Græcorum puto) seorsim esse debere, & annexos tantum collaribus, non continuos: sed hæc ab illis certius petenda sunt, qui venationem experti calleat. Quod ad vocabulum ἐπηγγυλωμένῳ, forte legendum ἐπηγκυλωμένῳ: & rursus eodem capite apud Pollucem pro ἐξηγγύλωται, ἐπηγκύλωται aut ἐπηγκυλῶται potius: vbi de inferiore lori, quo canis ducitur, parte loquitur, eam à collari pendere scribens, & iuxta cynanchum annecti: siue quod annulo ferreo, quem ἀγκύλιον appellare licet (ἀγκύλια catenarum annuli, Varinus) innectatur, siue corio, vtrouis scilicet modo ita vt per foramen in vna extremitate lori altera transmittatur, quod nodi genus nostri vocant eun læfeld. sic enim facile erit cum ad cursum dimittetur canis, nodum resoluere, vel vt Græce dicam, ταῖς ἀγκύλαις λῦσαι, ὡς μὴ τεταμένῳ ἱμάντι ἐπιγένηται. Ἐπηγκυλωμένα, ἐντεταμένα, ἢ τεταμένα. Varinus interpretatur, rectè quidem, sed eo solum in loco, ad est ad exemplum propositum, quod est, Ἐπὶ καθάπερ τὰ τόξα ἐπηγκυλωμένα φέροντας ἁλῶναι, arcus tensos, incuruatos, & ad sagittandum paratos. In lexico Græcolat. ἀγκύλη quidam exponit lorum in modum catenæ intortum. sine authore. Sed ad rem, Ornamentum canis, inquit Pollux, derææbus dicitur, id est collare (vt iam ex Cælio diximus) intra quod assuta esse debet agnina pellis, ne collum canis corio atteratur. Telamonia, τελαμωνία, similiter latum est lorum ἐκατέρωθεν δὲ ἡ ἀμφίκαιρον ἐπὶ τοὺς πλευρικοὺς παρίασιν ἐναλλάξ, ὡς ἂν τείνοντων τὰ μετὰ τοὺς ὠμοπλάτας ἄκρας καὶ τοὺς λαγόνας σκύτη, malim σίγνα, id est vtrinque à collari circa latera procedens oblique (ἐναλλάξ: quod verbum ita intelligo, vt telamonix ambæ se mutuo decussent: hoc est, vt lateralis fascia ea quæ à dextra collatis parte incipit, obliquè feratur ilia sinistra versus: quæ verò à sinistra collaris parte procedit, ad ilia dextra) ita vt summa dorsi pars, Græci tenontas dicunt propter latos illius loci tendines, post armos extremos, & alia quoque obtegantur. Verbi ἐναλλάξ hanc esse significationem apparet apud Suidam in Ἐναλλάξ ὦμι. τένοντας pro ceruice & summa dorsi parte accipi ex Varino probari potest. Cæterum claui, inquit Pollux, ἦλοι ἢ ἐγκαρσίδες, in telamonijs erant: & hæ ad αἰδοῖον (id est locum supra pudenda) vsque extenduntur, ne canis iniri possit, clauis inscendentium audaciam reprimentibus, ne ex ignobilibus concipere possint. Porrò à collari longum & angustum dependet lorum, quod iuxta cynanchum innectitur: eoq́; canis circunducitur. Sunt qui etiam terga canum validis corijs operiant, quæ & ipsa à collaribus procedunt (διὰ τοὺς ἐκατέρωθεν ἀράχνας) ita vt canes hoc modo muniti nequaquam facile à pugnacibus feris, quas adoriuntur, vulnerari possint, Hactenus Pollux. Notandum est apud Pollucem δέρμαν per duplex rho scribi, Aeolicè nimirum, cum apud alios reperiatur cum simplici rhô communiter. Apud eundem perideræon primum simplici, postea duplici rhô legitur: deriuantur enim omnes hæ voces ἀπὸ τοῦ δέρης ἢ δειρῆς, id est à collo, quam vocem deducunt Græci à verbo δέρειν vel δείρειν, quondam excoriari illic incipiant animalia solent autem Acoles verba in εἴρω, paroxytona mutare in ἴρω, vt κείρω κίρρω, δείρω δίρρω. Δειρήνη, ἡ σωνίχων περιαχήλιον, Varinus, malim κυναγχῶν pro κωνίχων, vt in sequēte vocabulo: Δειρῆνες, κωναγχῆς περιαχήλιον, Hesychius & Varinus. Δειρῆνες, περιδέρμαιον ἵππου, Iidem. Δέρμα, περιαχήλιον κόσμος, Suidas & Varinus. Δέρμα, περιαχήλια, παίγνια· τὰ αὐτὰ δὲ δέρματι, Hesychius. Περιδέρμαια, περιαχήλια κόσμια, Suidas. Περιδέρμαιον, περιαχήλιον κόσμον, ἀπὸ τοῦ δέρης. Διὸ κακῶς ὁ σημαίνει τὸ τραχήλιον, Varinus. Τραδιεὺς Polluci nō aliud quàm περιδεὴς videtur. Hypoderæon & hypoderidē Varinus exponit ornamentū muliebre, monile, murēnulam. Deræa, id est collaria (inquit Xenophon) sint lata & mollia, ne atterant canū pilos Stelmoniæ etiam (fascias vertit Omnibonus) loros habeant latiores, ne terant lagonas, id est latera vel ilia canum: clauatæ sint etiā (encentridas, id est clauos insutos habeant) ἵνα τὰ λάγνα φυλάττωσιν, vt ab angustijs defendant, Omnibonus. Ego verterim, vt genera canum conseruentur, nec ignobiliorum coitu degenerent: clauos enim eam ob causam posterioribus quoque loris addi Pollux mouet, ὃ μὴ ἐμπλησθείσας αὐτὰς ἐκ τῶν χάλεων, id est ne ex vilioribus canibus cōcipiant. Τελαμών, lorum latum scuti vel gladij, ἀπὸ τοῦ τλῆναι τὸ καρτερῆσαι, καὶ τὸ ἰσχυρὸς εἶναι παρὰ Βασσαρικοῖς. Vide Varinū. Στελμονία, ζῶνα τι. Hesych. Varinus. Hesychius telamonem similiter exponit, item ἀτρεμὲς, φαυλίαν. Sic & in ædificijs telamones vocantur signa quæ sustinent, vt inquit Seruius, Græci atlantes vocitant, vtraq; nimirum vox ἀπὸ τοῦ τλῆναι, id est à tolerando & sustinendo facta. Herodoto telamōnes sunt linteola vel splenia quibus vulnera obliganter. Περιβαλὼν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ πλαμῶνας, συνέσφιγξε τῷ κλοιῷ. Iamblichus: id est, Iniectis manibus eius vinculis alligauit eum lecto. Κωνῶχαι· αἱ τῶν κυνῶν κοσμοῦσαι δέρματα. Κάλλιον ἀσπίδηγμα· ἀχάλκωτον πανοῦχον, in epigrāmate: est etiā pera vel sacculi genus Suidas, Hesychius, Varinus. Quærendum an idem sint, κωνῶχαι, κωναγχαὶ vel κωναγχης, & περιδέρμαιον. Τὸ δὲ περιδέρμαιον ἐξηπλῶσθαι φασὶν ἱμάντα, ὃς κατὰ τὸν κύναγχον ἐξηγγύλωται, καὶ ἀπὸ τούτου ἄγεται ἡ κύων, Pollux: quibus verbis licet perideræon à cynancho distinguere videatur, dubites tamen an variandi solum gratia (quod libri eius argumento conuenit) de re eadē duo statim nomina posuerit: quin & in lexicis Græcis δειρῆνες, κωναγχῆς exponitur. Κωνῶχαι ἀχάλκωτοι dixerim millū sine clauis, aut ex corio. Nam & ferreum instrumentū cynanche erat, quo sontiū colla clauduntur: quod catulū ferreum Plautus appellauit: alij similiter, vt in canibus, collare. Lucilius lib. 9 Cum manicis, catulo, collareq́;, vt fugitiuum, Deportem: vt citat Nonius Eodē sensu collariam fœm. gen. protulit Plautus in Capt. Hoc quidem haud molestu fuam, quòd collus collaria caret Sed de fontium vinculis supra etiam docui, prima huius capitis parte. Ἀμφιτύλη quoq; vinculū circa canis collum significat, Καὶ τὸ εἰς ἑκάτερον

καμπτήλιον

κυνὸς τῶν ὠτακουστῶν in epigrammate, Suid. Varinus. Eandem vocem Suidas in Δεσποτῆς, laqueum interpretatur quo capiuntur aues: quanquã ipsa incertius scribit πέδη τινὰ λίνου, quod pro reti potius aliquis accipiat. κύων procollari tum canum tum fontium apud Varinum legi, πρὸς τὸ κολάειν, id est à claudendo inuenitur &c.

Κυνῆ, κυνῆ, κυνέα, κυνέη, omnia fœm. gen. & κυνέας masculini, nomina Græcis pileum, vel petasum & galerum significant: aut vt aliqui interpretantur πῖλον ἐκ δέρματος κυνείου id est galeam, quod ab initio ex canina pelle (nam ad κυνῆ & similes voces fœminini gen. ἀσπὶς id est pellis subauditur, vt in λευκὴ, παμφαὴς &c. masculinum μάλ. ad ἐσθὴς referri potest) siue terrestris canis siue fluuiatilis, vt Varinus scribit, galeæ vel pilei tales fierent: quibus postea ex aliis etiam materia factis idem nomen remansit. Ego potamij, id est fluuiatilis canis mentionem nõ memini apud veteres reperire: (Syluaticus cynopotamon castorem exponit) marini frequentissimè (Lutram aliqui canem fluuiatilem vocant. Vide in Lutra.) Solebant autem veteres capitis tegumenta ex pellibus diuersis conficere proinde Varinus, Diuersa, inquit, πῖλων γένη sunt: & inter cætera κυνῆ χυνέη (ex pelle multella confecta, vt lupi secundum alios) & quæ proprie cynea vocatur, alia ex taurino, alia ex caprino corio, vel ex quouis alio. In Germania multis in locis non ex castoris, sed lutræ pelle cum suis pilis, tegumenta capitis parantur, quæ dicitur tantum ferunt, non rustici, vt veteres suas cynâs, sed in ciuitatibus Non peccauerit autem is qui lutram quoque canem fluuiatilem appellârit. Κυνέαν altâs κυνέω in Peloponneso petasum vocabant, Varinus & Suidas, quem κύλικος mendosè legitur. Hesychius κυνέᾳ pileum (κύνεα, de qua voce in Tauro docui) Arcadicum interpretatur, alij Laconicum. Κυνέας, πίλους, ἢ χύρις, Varinus & Hesychius & forte χεῖρες, id est manus pro chirotheca manuum tegumento hic accipi debet: vt πίλους quoq; non capitis tantum est, sed pedum etiam ex similibus & similiter parata lana. Dubitet aliquis quomodo canina pellis vel aliorum animalium pericephalæa, id est galeæ vsum implere potuerit, cum propriè dicta galea ex ære aut ferro conflet, & quamuis graues ferri ictus tutè excipiat. Respondeo pericephalæa nomen, vt etiam κύνεα commune mihi videri ad omne capitis tegumentum, non militare tantum. Πῖλον χάλκεον, id est pileum æreum in Aristophanis Lysistrata legi testatur Suidas in Λίπαρὸν. Apollonidem poetam in Acharnensibus πῖλον τὸν μέγα πεσὸν στὰς ἐπὶ πέτρας, δεινὸν ἠχὴν μέλος, scholiastes exponit ex ære delapsam per petras vehementer sonuisse: vt πῖλος videatur pro κώδων accipere. non vt alij pro penula, quæ nullum suo lapsu sonitum ciet: sed ex comicorum iocis propria vocabulorum significata rectè probari non possunt, cum ijs sæpe abuti & παρυπόνοιαν loqui soleãt. Κυνέας πίλους παλαίας πρὸς ὑετὸν ἐφόρουν, Varinus ad Reuenis dictis, vel ex pelle canina pericephalæis, contra pluuiam vtebantur: at galeis ferreis in pluuia nemo vtitur. neq; rustici galeas portant, cum grammatici κυνῆν exponant pericephalæam quę rusticis in vsu sit: item Macedonũ pericephalæam habere petasum. Hinc nemo non intelligit pericephalææ nomen esse commune tum galeæ propriè dictis (quarum differentias in hac voce Varinus enumerat) tum alijs pileis diuersis. Sic etiam κυνῆν quam commune vocabulum vsurpatur, aliâs pro lato crassoq; & rustico ac viatorio pileo, quem à latitudine vel petasum vocant: qualem Mercurio vtpote nuncio tribuunt. Eadẽ puto forma galeri erat, rotunda & lata, arcendis æstibus. Et temperat astra galero, Statius 1. Theb. Flauo crinem abscondente galero, Iuuen. Sat. 6. Nomen habet galerus (vel galerum) quod in modum galeæ esset factus, vt inquit Varro De camelaucio & causia in Camelo dixi. Strepsiades apud Aristophanem in Nubibus conqueritur, quod miser non secum domo galeam attulerit, propter pluuiam nimirum. Τεῦ ἦ Ἕλωσι πᾶν ὕβρισμα κἀνόσιον ἔργον ὃ οὐ πεποίηκε πρός γ' ἅπαν ἄρα ἐπῆλθε κυνῆν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φορεῖν. Athenæus lib. 14. id est, Helotis autem opus omne iniuriosum & ignominiosum imperabant. Cynam enim quisq; ferre cynam, vt Baylius transfert. Qui Strabonis eadẽ verba ex lib. 6. de origine Tarentinorum citat, ita sequuntur: Conuenerat vt Hyacinthinis insultus initium fieret in populares, quando habita in Amyclæo ludorum celebritate, Phalanthus capiti cynam imponeret. Loquitur inquit, de insidijs quas Lacedæmoniorum heloten, id est mancipia vocati, & Parthenias populares struxerant. Cynam paulò post idem author (vt opinor) ex Ephoro, pileum Laconicum appellat, licet aliter rem ipsam narret, Hæc Baylius. Κυνῆν aliqui dictam putant à Cyne (Κύνης) huius nominis artifice, qui primũ id genus pilei parauerit, Suidas, Etymologus, Varinus. Demosthenes contra Neæram, Ὅταν τοίνυν κριὸν τὸν συναγείρουσαν ἔχοντες. Mercurius arietem sub axilla ferens, & capiti gestans impositam κυνῆν &c. anathema Arcadum in templo quodam Hierocæsariæ, Pausanias in Eliacis. Cynæ diuersæ fiebãt, sed pulchetrimæ in Bœotia, quas rustici gestabant, Varinus. Theophrastus lib. 5 hist. plant. cap. 10. de abiete fœminam scribens, Ἔχει δὲ πέευκας τὸ φύλλον, ἐπὶ πλατὺ, μᾶλλον ἐλάτης ἢ πεύκης, καὶ πλατύτερον ἔτι τὸ Βαβυλωνικὸν κυνέας, &c. lego κυνέαν. Gaza imperitè vertit cyathis. Minerua apud Homerum in Diomedis curru, ne videretur à Marte Orci galeam (Ἄϊδος κυνέην) subiuit: hanc aiunt omnium in natura rerum nigerrimam esse. Grammatici crassissimam nubem interpretantur. Hinc prouerbialiter κυνῆν φορεῖν, id est galeam ferre dicitur, qui in fraudulento aliquo facinore latet & tanquam Orci tenebris occultatur, Varinus. Λαβὲ δ' ἐμοῦ γ' ἕνεκα Παρ' Ἡσιόνειν Σαμβδουκιστρίαν τε καὶ Πλὴν ἀϊδῶν κυνέην, Aristophanes in Acharnensibus. Hieronymus, inquit Scholiastes, in comœdijs irridebatur tanquã nimis comatus: quapropter hic comico ioco Orci galeam ei attribuit, ceu qui sub nimia coma eaq; deformi & squalida (quo sensu Græci verbum κυνῆν proferunt) propemodum lateret. Vide Erasmum in prouerbio Orci galea. Πλοῖον ἢ κυνῆ; Nauis aut galerus, de re ancipiti & dubia, vt Suidas exponit. extat apud Aristophanem in Auibus: vbi Iris quæ alata & petasata aduolauerat, quidam interrogat, Ὅτου ποτ' ἐστὶ ταυτὶ τὸ πλοῖον ἢ κυνῆ; Poterat enim nauis appellanda Iris videri, cò quod alis tanquam remis aerem traijceret: similiter enim extensæ alæ sulcant aerem, ac remi aquam vel quod vestis eius in cursu (volatu) sinuata esset. Κυνῆ autem, vel galerus, propter petasum pileum, quo tanquam nuncia vtebatur. vt Mercurius quoque: nam & Sophocles in Inacho cynam Arcadicã Iridi attribuit. Hæc ferè Aristophanis Scholiastes: pro cuius verbis, Πλοῖον ἢ, καθάπερ φέρονται (scilicet ipsa Iris) ἡ ὠκὺ πτέρυξι διατέτακται ὡς κώπαις, (lego κώπαις) apud Suidã sic legitur, Πλοῖον ἢ, καθάπερ φέρονται αἱ τριήρεις, ἢ τὸ πτερὸν διατέτακται ὡσεὶ κώπαις: facili quidẽ lapsu vt pro ἢ ἴρις, scriberetur αἱ τριήρεις: hinc deceptus Erasmus multa de triremi & malo petasata nugatur, nulla interim fridis eiusq; habitus mentione, à qua tamen primariò prouerbium hoc descendit. Canautas capitis ornamenta veteres dixêre, Festus. Hesychius bis κυνῆν exponit οἰκίαν, id est domum cuius interpretationis occasionem aliam non video, nisi quod suspicor, σκηνὴν aliquem οἰκίαν exposuisse, eamq; vocem postea ab imperito aliquo in κυνῆν mutatam: non pauca enim similia in Græcorũ lexicis ostendimus. Κυνεῖν, pro προσκυνεῖν, id est adorare, verbum recẽtiores quidam à cynã, id est pileo factum putant: quod adorantes pileum à capite dimoueant: sed huius etymi neminem veterum, quod sciam, authorem habent: κυνεῖν proprie amare significat verbum deriuatum à primitiuo κύειν. Lamachus in Acharn. Aristophanis, Τίμα σὺ κυνῶν: scholiastes αἰνεῖς exponunt.

by Google

f. Canarij circa Atlantem Africæ montem dicti ſunt populi, quod victus eius animalis ijs promiſcuus ſit, & viſcera ferarum diuidua, Plinius 5.1. Infelices Hiſpanos, qui Nicueſam ſecuti, Beraguam habitandam elegerãt, oppreſſit egeſtas tanta, vt neque à ſcabioſis canibus, quos venatus & tutelæ cauſa ſecum habebant (in certaminibus namq; cum nudis incolis canum opera plurimũ vtebantur) neq; aliquando à peremptis incolis abſtinuerint, Petrus Martyr in rebus Oceanicis. Et rurſus alibi Vaſchum Nunnez quendã neſcio quo in loco Noui orbis ad tantam inopiam peruenille ait, vt ſcabioſas canes & cœnoſas bufones, ac huiuſcemodi alia pro delicatis epulis edere fuerint coacti. Cyrus Perſarum rex expoſitus infans, à cane fœmina aliquandiu lactatus eſt, Onomaſticon.

h. De cane quem Vulcanus ex ære Monetio conflauit, inter venaticos celeres dicam. Alciati Emblema in impetum inanem, Lunam (vt ſpeculum) canis inſpicit orbem: Seq; videns, alium credit ineſſe canem, Et latrat: ſed fruſtra agitur vox irrita ventis, Et peragit curſus ſurda Diana ſuos. Anthologij Græci lib. 4. inter epigrammata in imagines animalium, vltimum eſt authoris incerti in Priapum horti cuſtodem, quem canem ficulneum vocat, Τὸν μετ' αὐτὸν φύλακα μακρὰν ἀπὸ τέλλε κύνα. Τὸν ἐπὶ σὺν ἰρῷ, ὃν παρ' ἐμὶ ἱεχέμυθε, Σύκινον, &c. Brodæus pentametrum claudicare ſcribit, & legendum, Τὸν ἐπὶ σὺν ἰρῷ. Mihi per συνεκφώνησιν monoſyllabum efferri poſſe videtur, quam vocem ideo retinere malim, quia conuenit Priapo, cum pudendum ſignificet, vt ſupra expoſui. Epitaphia quædam canum diuerſorum, in ſuis infra generibus referam, vt venatici inter venaticos &c. De canum quorundam (Hecubæ in canem mutatæ, Auræ canis Atalantæ, Xanthippi) ſepulchris, vnde locis etiam impolita nomina, ſuperius dixi parte 1. huius capitis ſub finem. Apud Moloſſos canes in humari ſolitos aiunt. Honori defuncti canis ciuitatem conſtituiſſe Magnum Alexandrum Theopompus ſcribit, Cælius. Bactriani, vt Oneſicritus ſcribit, eos qui iam ſenio morbóue confecti ſint, vivos canibus apponere ſolebant, ad hoc ipſum de induſtria enutritis, quosq; illarum gentium vocabulo ſepulchrales vocent, Cælius. Diogenes dicebat, ſi canes eum lacerarent Hyrcaniam hanc ſibi fore ſepulturam: ſin vultures Caſpiam, Stobæus: apud quem tamen non Caſpiam, in vulgatis ſimul & manuſcriptis codicibus ſed ἀπίδα reperi. Verum cum alij Indos, alij Iberos & Caſpios cadauera vulturibus lancinanda propoſuiſſe ſcribant, Gyraldo teſte, ἀπίδα vox corrupta ad Κασπίαν vel Κασπίους propius mihi accedere videtur.

Κυνὸς ὑλακὴ μὴ ἐχθρικῶν ἀκουσθεὶς βλάβην, Suidas, Varinus. i. Canum latratus (in ſomnis auditus) mali aliquid ab inimicis metuendum monet. Aſperi & latrantes canes iniurias hominibus præſagiunt, & magna damna: Alieni canes ſi blandiuntur dolos & inſidias nunciant, &c. Artemidorus Idem de venaticis, cuſtodibus, & alijs, quid ſignificent in ſomnis, ſeorſim nugatur. M. Cicerone C. Antonio Coſs. Lupi in vrbe viſi, nocturni vlulatus flebiles canum auditi, Iul. Obſequens Ouidius Metam. 15. inter prodigia quæ Cæſaris mortem portenderint, hæc recenſet, Triſtia mille locis ſtygius dedit omnia bubo mille locis lachrymauit ebur. Inq; foro circumq; domos & templa Deorum, Nocturno vlulaſſe canes ferunt, &c. Aethiopes Sambris proximi ſummam regiæ poteſtatis cani tradunt, de cuius motibus quiſnam imperitet, augurantur, Solinus. Natio Aethiopum eſt quæ canem, & habet regem ſuum, & illius etiam appetitui paret. ſi adulatur, eum non iratum eſſe credunt: ſi latrat, iram agnoſcunt: eum etiam vellicationes, vlulatus, diſcurſus coniectantes, ei obtemperant, Aelianus. Apud Aethiopes gens (Nubas quidam vocant) in Africa Ptoemphanæ fuere, quibus regis vice canis dominabatur, quem mirificè obſeruabant: ex illius enim motu & nutu imperia, & quæ eſſent placita augurabantur, Gyraldus ex Plinio. Canem locutum in prodigijs, quod equidem annotauerim, accepimus: & ſerpentem latraſſe, cum pulſus eſt regno Tarquinius, Plinius. Equidem etiam verba priſcæ ſignificationis admiror. Ita enim eſt in commentarijs Pontificum: Augurio canario agendo dies conſtituantur: priuſquam frumenta vaginas exeant, & antequam in vaginas perueniant, Plinius. De ſacrificio canario (quamuis Gyraldus canarium augurium & ſacrificium idẽ faciat) quod pro frugibus Caniculæ ſyderi immolabatur, inferius dicam. Pauſanias Eliacorũ lib 2. ſcribit de Thraſybulo (Gyraldus Thraſyllum vocat) quodam vate Iamida (ex Iami Apollinis filij familia) cuius imago in Olympia ſit, cui galeotes (id eſt ſtellio, non muſtella aut feles vt Cælius ſuſpicatur) ad dextrum humerũ arrepat, & canis aſſiſtat, verum interciſus, aciecur patefaciens, quod is primus extis canum inſpectis vaticinium inſtituerit quem locum in Lectiones antiquas ſuas tranſtulit Cælius 13.35. Scribam ſignificaturi Aegyptij, aut prophetam, aut ſplenem aut odoratum, aut riſum, aut ſternutationem, canem pingunt. Scribam quidem, quoniam cum qui debet eſſe perfectus ſcriba, oportet multa meditari, adlatrare omnes quodammodo, agreſtem eſſe nemini gratificari, quemadmodum nec canes. Prophetam, quoniam præ cæteris animalibus admiratur canis, & obtutu primo intuetur ſimulacra deorũ, quemadmodum prophetam. Splenem, quoniam leuiſſimum ſplenem canis habet: & ex eo mors eſt illi, & rabies aliquando: & miniſtri canem curantes, cum eſt moriturus, vt plurimum ſplenetici fiunt. Odoratum vero, riſum, & ſternutationem: quoniam qui planè ſunt ſplenetici, neq; odorari, neq; ridere, neq; ſternutare poſſunt, Orus in Hieroglyph. interprete Bernardino Vicent. Magiſtratum ſcribentes iterum eandem pingunt, cui addunt regiam ſtolam nudæ figuræ appoſitam: Quoniam quemadmodum canis, vt ante dictum eſt, in deorum ſimulacra intentis oculis proſpicit: ſic & magiſtratus antiquis temporibus in nudum regem proſpiciebant, cuius gratia vendicat ſibi regiam ſtolam, Orus ibidem. Et alibi, Canis auerſionem ſignificat. In homine impudente etiam. pro quo ranam pingunt, canis meminit neſcio qua ratione. nam cum ranam in oculis ſanguinem habere dixiſſet. & impudentes eſſe, quibus tales ſint oculi, ſubijcit, Hinc illud Homeri, Ὀφθαλμὸς ἔχων κυνὸς ἀμείνατ' ἔχων: quaſi vero canis etiam ſanguineos habeat oculos. Canem album fidei ſymbolum eſſe iam ſupra in d. ex Gyraldo docui. Veteres iurabãt per canem, vt in Anſere dicemus. Rhadamanthus incepit iurare per canem & per anſerem, ne quauis occaſione Deum nominaret, Euſtathius. Cur ſacerdotem (flaminem dialem) cane & capra abſtinere, & ne tangere quidem aut nominare oportuerit, explicatur à Plutarcho in quæſtionibus rerum Romanorum. De capra aliâs: Quod ad canem, inquit, minus quidem ille libidinoſus, minus etiam quàm capra fœtidus eſt. Dicunt tamen aliqui non fas eſſe canem arcem Athenis ingredi, vt neq; Delum inſulam, cò quòd in propatulo coeãt, tanquam boues, ſues & equi in thalamis, non autem publice & inuerecundè miſceantur. Sed illi veram cauſam ignorant: ideirco enim à ſacris & aſylis templis canem arcent, vtpote animal pugnax, vt tutum acceſſum ſupplices habeant. Videtur autẽ Iouis quoq; ſacerdos, viua quædam vel ædes vel imago Iouis exiſtimatus, ad quam libere ſupplices nemine prohibente aut terrente confugerent. Quamobrẽ lectulus eius in veſtibulo domus erat &c. Ad hæc canis animal impurum credebatur, nec vlli cœleſtium deorum ſacrum, ſed Hecatæ, Marti, &c. (vt inferius repetã.) Hæc Plutarchus. Canem alere in Delo nefas erat, Strabo lib. 10. Magi Zoroaſtrem ſecuti canes, gallinas (ἀλεκτρυόνας) & terreſtres echinos bono Deo attribuunt, aquaticos autem malo, Plutarchus. Panegyrin canum menſe Auguſto ab Romanis

manis ſolitam celebrari.auctores Græci ſunt,monumento vrbis captæ ab Gallis. Tunc verò celebantur canes, qui & ἀνλακτοι, id eſt ſine latratu agebãt,anſeribus ampliter ſonoreq; inclamantibus. Hoc ipſum arbitror a Plinio ſignificatum lib.29. vbi canes ait annua pendere ſupplicia inter ædem Iuuentutis & Sumani, in furcas vicos arbore ſixos ſambucea,Cælius. Viuę canes cruci ſambucęæ affigebantur à Romanis & anſere inſidente inter ædes Iuuentutis & Sumani deferebantur,Gyraldus.Sed hac de re etiam in Anſere dicam. Caribus exta canis deis offerre mos fuit,vnde factum eſt prouerbium Caricum ſacrificium:nam pro hirco canem mactabant, authores Diogenianus,Heſychius,Arnobius Meminit etiam Suidas. Catulos lactentes adeo puros exiſtimabant ad cibum, vt etiam placandis numinibus hoſtiarum vice vterentur his,Plinius. Apud Bœotios expiatio fieri publicè ſolebat cane per mediũ duas in partes diſſecto,inter quas tranſibant,Plutarchus problemate iam citato. Vbi apud Græcos canis immolaretur, Leonicenus in Varia hiſtoria l.6. Romani in Lycæis,quæ Lupercalia vocant, Februario menſe canem immolant,cuius rei cauſam Plutarchus in quæſtionibus Roman.inquirit: Canis ſacrificio, inquit, omnes ferè Græci vtebantur,& etiamnum quidam vtuntur ad expiationes.Et Hecatæ catulos cum alijs ad expiationem pertinentibus exponunt. & eos qui expiari opus habent catellis luſtrant, (περικαθαίρει) hoc expiandi genus periſcylacſmon vocantes. Aut quia canis lupo inimicus eſt,ideo in Lupercalibus immolatur. Aut quia Lupercos in vrbe diſcurrentes canes latrant & moleſtant. Aut quoniã Pani hoc ſacrificium peragitur,cui canis propter caprarum greges gratus habetur Hæc Plutarchus. Idem in eodem cur canis in vrbe non apparet,cum rem diuinam Herculi faciebant,hanc rationem affert: quoniam canis Herculi ſemper moleſtus fuerit: vt Orthus ſic ſuſpicor legendum pro ὄφις) & Cerberus:& cum Licymnij filius Oeonus propter canẽ occiſus eſſet ab Hippocoontidis prælians cum ipſis coactus præter multos alios amicos Iphiclum fratrem amiſit. In Lupercalibus capræ candidæ immolabantur vel (vt alij tradũt) canes,Gyraldus. Plura de Lupercalibus eorumq; ritu leges apud Plutarchum in vita Romuli: Vide ne non rectè Gyraldus ex Plutarcho citet periſcylacſimum ſacrum eſſe ex alijs: ſacrum enim vel ſacrificium ab expiatione differt. Cur Genetæ manæ dictæ canem ſacrificãt, & ne quis ex domeſticis ἀγαθὸς, id eſt bonus euadat,precantur? An quia Geneta generationis dea eſt:& quemadmodum Græci Hecatæ,ſic Genetæ Romani canem immolant pro domeſticis? Socrates quidem Argiuos ſcribit Ilithyiæ,id eſt Lucinę canem ſacrificaſſe facilioris puerperij gratia. An forte hęc precatio ne quis domeſticorum bonus fiat,non ad homines,ſed canes domeſticos pertinet? canes enim aſperos & terribiles eſſe oportet. An quia defunctos ἀγαθοὺς & καλοὺς nominabant (id eſt bonos & elegantes) ne quis ex domeſticis moriatur, obſcurè petunt? nec mirum, cũ Ariſtoteles quoq; referat in pacto Vrcadum cum Lacedæmonijs μηδένα ἀγαθὸν ποιεῖν pro eo quod eſt neminem occidere ſcriptum fuiſſe referat, Plutarchus in quæſtionibus Rom. De Gynæcea & Geneta deabus vide Gyraldum Syntagmate 17. Genito mane catulorum diuina fit,& in cœnis deûm etiamnum ponitur catulina,Plinius.Ego pro Genito manę legendum puto Geneto manæ, vel vt Plutarchus ſcribit in Rerum Romanarum quæſtione 50. Γενετυλλίδα, deæ ſcilicet ita vocatam illum veteres bonũ vocabant, quanquam Gyraldus Bonam deam quæ & Rhea vocatur & alio nomine Gynęcea,vt poſt inquit,) a Geneta dea ſeparat Syntag.17. Cynetiam,κυνεῖον. Heſychius & Varinus interpretantur Ἱερὸν ἀγαθῆς θεοῦ. Quamobrem laribus ijs quos proprie præſides (præſlites) vocant,canis aſſilit,& ipſi canum pellibus veſtiuntur? An quia præſides domus cuſtodes eſſe conuenit,externis terribiles,quemadmodum canis eſt domeſticis verò mites ac benignos? An potius verum eſt quod Romanorum quidam dicunt,& Chryſippo philoſopho probatur,malos quoſdã dæmones circuire,quorum operad ſtanquam lictorum & carnificum vtantur puniendis ſtultis & iniuſtis hominibus:& ex horum numero etiam lares ſunt,noxij dæmones vitæ & familiarum inſpectores eamq; ob cauſam caninis pellibus amiciuntur,& canem aſſiſtentem habent,vt qui in malis hominibus intereſſe gãdis puniendisq; acres natura ſint Plutarchus in cauſis Rom: Lar familiaris ab antiquis,teſte Plauto,in canis figura efformabatur, Gyraldus:Et mox, Valde (inquit) conſiderandum puto,quid tandem ſibi Cornutus ſeu Probus grammaticus in Perſij Satyris voluerit,cum ſcribit:Succinctis laribus,inquit, quia Gabino habitu cynomia,id eſt canina pelle dei penates formabantur, obuoluti toga ſupra humerum ſiniſtrum & ſub dextro. De Serapidis cane in Cerbero dicam in canibus diuerſis cap. 1. Hecatæ canis immolabatur,vt quæ Proſerpina exiſtimaretur,vt Plutarchus ſcribit: & Lycophronis interpres, citans illud Sophronis in Mimis, Ὀρθίαν βαυβὼ καὶ τὰ Θάργαια: hoc eſt, Canisq; baubans diſſipat phantaſmata. Cælius addit,ſicuti æris tinnitus quoq;,aut eiuſmodi quippiam.Huc reſpexiſſe videtur Vergilius in Bucolicis,hoc verſu, Neſcio quid certe eſt,& Hylax in limine latrat. Ab Hebro fluuine haud ita diſſita eſt ciuitas nomine Zona, poſt quam habentur Orphei quercus ſub quibus eſt Zerynthium antrum: quod tamen in Samothrace ſtatuunt alij: & Lycophron eſſe Zerynthium ſcribit Ἑκάτην ἐπαοιδὸν, quam Hecaten interpretamur,Cælius.Hecaten τρισσοκέφαλον Auſonius tergeminam vocat, quod caput eius dextrum ſit equi,ſiniſtrum canis, medium hominis agreſtis, vt ſcribit Orpheus in Argonauticis,Cælius 20 6. Hecatæ canes antiqui tribuebant, Theocritus in Pharmaceutria, Τὰν χθονίαν δ' Ἑκάταν, τὰν καὶ κύνες ἐντρομέοντι, hoc eſt, Terreſtri Hecaten,quam & catuli metuunt. Scholia addunt à poeta id dictum quoniam catuli auferrent Hecatæ cœnam,Gyraldus: (malim,quoniam catulos Hecatę pro cœna offerrent. Plutarchus, Μισοῦσι δὲ τὰς ἐπιφανείας τῆς θεοῦ, διὸ τοῖς κυσὶν ἐπιτίθεται τὴν ἑορτήν. Tibull.Sola feros Hecates perdomuiſſe canes.Scribit Sophron,& item Lycophron, à Diana canes iugulari: quin & ſpeluncã fuiſſe Hecates in Zerantho,Lycophron hoc ſenario recinit, Ζηράνθιον ἄντρον Ἑκάτου θηλυσφάγου τινός. (vel vt Cælius legit Ἑκάτου θηλυσφαγοῦς ἐκ πάτρας Ἀστῶν:) Zerantium eſt antrum Caniſuoræ deæ. Putauit autem id fuiſſe in Samothracia: Stephanus citans hunc ſenariũ,in Thracia: Nicandri interpres ibidem ad quercus Orphei. Verum enimuero (inquit Gyraldus) ſi eadem Hecate & Diana ſit, non mirum illi attribui canes, vt venatrici Hinc Liuius Andronicus in hymno, vt eſt apud Terentianum, Dirige odor ille equos ad certa cubilia canes verſus eſt myurus. Vergilius, Notior vt iam ſit canibus non Delia noſtris. Porrò ait etiam Phurnutus,canes ideo Triuiæ ſacratos, quod illi iugulari ſolerent.Alij,propter venationem. Quidam etiam attribuunt,quod & Proſerpina putetur cui canes, id eſt Furiæ aſcriberentur.Horatius Serm.1. Viderat infernas errare canes: (κύνας, ἰχνευτὰς, Varinus:) Vel quod,vt ait Vergilius,Nocturnis Hecate triuijs vlulata per vrbes. Ad hæc ſcribit Heſychius,ſimulacrum Hecates canem fuiſſe,vel quod ei immolarentur canes: vel quod ipſam nonnulli cum capite canino,hoc eſt cynocephalon effingerent,Gyraldus. Exta canum Triuiæ vidi libare Sabæos, Et quicunq; tuas accolit Aemeniues,Ouid. De ſacrificio Hecatæ celebrato Romæ Idibus Auguſtis plura vide apud Gyraldum Syntag.17. Canes adhibebantur Aeſculapij templo,quod is vberibus canis ſit nutritus,Feſtus. Cynetheus Iupiter ſic cognominatus,quoniam venationem Arcades,vtpote rudes (ruſticioris vitæ homines) antiquitus exercebãt:venandi verò ars cynegia & cyne-

gētice Græce vocatur: cynegétes & cynegòs venator: quare cynegetes Iouis potius cognomē ipſe putarim, quam Cynethen: licet id libentius docti quidam (Cæl. 16.3) ſcriptis ſuis aſſerant, Gyral. Catuleana Minerua dicta, de qua Plin. lib. 34. de Euphranoris Alexandro, id eſt Paride agens: huius eſt, ait, Minerua Romæ, quæ dicitur Catuleana, infra Capitolium à Q. Luctatio Catulo dicata. Sunt qui libentius Catulianam legant, Gyrald. Canes à Caribus Marti immolari Apollodorus & alij ſcripſerunt, teſte Arnobio. Marti veterum quidam canes immolabant, propter eius animalis audaciam, Gyrald. Ἐν Ἀκαρνᾶνι μετὰ τῷ Φοινικιστῇ θεῷ Ἐνυαλίῳ σφάλλουσι, ἐπήμασι., Plutar. Marti canes immolant Μολοσσοὶ ἐν θυσίαις ἐπιτηδείους ἡγοῦνται. Phurnutus. Lacedæmonij Marti Enyalio canem mactabāt, vt ait Pauſanias in Lacon. Scribit enim ephebos Lacones cum pugnā eſſent inter ſe inituri, Marti canis catulum noctu immolaſſe, deo ſcilicet validiſſimo victimam validiſſimam inter cicures dicare ſe arbitrātes. Subdit idem, catulos quod ſciat, non ſacrificari ab alijs Græcis, Colophonijs exceptis, qui catellam nigram nocturno tempore immolabant Triuiæ, τριοδίτιδι. Quare mirum eſt quoſdam Enodio deo ſcripſiſſe potius, cum Mercurius eo cognomine dictus ſit, Gyraldus. Quidam humana cum brutis iungebant & quæ in natura diſſimilia erant, vt ait D. Athanaſ. deos ſuos fecerunt, cynocephalos, ophiocephalos, &c. Nec Anubin modo canis facie: ſed & canes ipſos in tota Cynopolitana præfectura coluēre, Gyral. Omnigenumq; deûm monſtra & latrator Anubis, Verg. lib. 8. quo loco Seruius, Hūc volunt, inquit, eſſe Mercurium, ideo capite canino pingitur, quia nihil eſt cane ſagacius. Tertullianus & D. Auguſtinus videntur cynocephalū pro Anubi deo ponere, quòd ſcilicet capite ſit canino, non enim cynocephalum animal intelligūt. Nos in templa tuā Romana arcepimus Iſin, Semicanesq; deos, Lucan. Semibominem canē Sedulius dixit. Plura de Anubi, & cur capite canino effictus ſit, apud Gyraldum lege Syntag. 9. vnde hæc etiā deſumptimus. Aegyptus Harpocratē quoq; habuit & cynocephalum ſiue Anubim: quorū imagines digitis geſtare, moris etiā Romani fuit quandoq;, Cælius. Canē (alij ad Anubin hoc referūt) Aegyptij venerantur, ex eoq; legē quampiam vocitarūt: cur id faciant, duplicem cauſam afferunt: Alterā, quòd cū Iſis vſque quaq; Oſyrim quæreret, canes præcurrentes, partim vnà cū ipſa puerū inueſtigare conarentur, partim feras reprimeret: Alteram, quod cum ſtella canis (quē Orionis fuiſſe fama celebratū eſt) exoritur, tum cū ipſo pariter Nilus ſeſe attollens irrigationem in terrā Aegyptum inuehit in agroſq; redundat. Quamobrem canē vt fertilis aquæ conciliatorem Aegyptij venerantur, Aelian. Sunt qui lingua Aegyptia Anubin canē dici affirment. Aliqui eundē Mercurium interpretantur, & Hermanubin quoq; vocant. Strabo lib. 17. in templi Heliopolitani deſcriptione, In ingreſſu fani, inquit, eſt pauimentū latitudine iugeri aut paulò minus, longitudine vero tripla quadruplāue, & hoc Dromus dicitur, de quo Callimachus, Ὁ δρόμος ἱππεῦσι. Quid verò, quod enixa Nephthy Anubim, Iſis ſubijcitur? Nempe quod Nephthys ea eſt obſcuritas quæ ſub terra latet: Iſis ea lux quæ ſupra terrā emicat. At finitor circulus, quē horizontem vocant, vtriq; cōmunis Anubis dicitur & iure cani comparatur. luxta enim die noctuq; canis videt & eam videtur apud Aegyptios vim habere Anubis, quam apud Græcos habet Hecate, cœlo ſcilicet terraq; pollens. Alij Anubim Saturnū exiſtimant, quod ex ſe pariat & ob id κύων appellatus creditur. Adde quod antiquitus ab Aegyptijs canis maximos honores meruit: quod occiſo abiectoq; Api à Cambyſe, ex eo nihil omnino guſtārit. Cælius Calcag in Rebus Aegypt. Herodotus in Euterpe ait in Aegypto canes in ſacris loculis ſepeliri conſueuiſſe. Oxyrinchitæ in Aegypto, cum viderent cynopolitas oxyrinchum piſcem edere, ipſi etiā canes ſacrificarunt & ederunt, Plutarchus. Onoſceli dæmones, mares ſe vt plurimum exhibent, interdum quoque leonem & canem induere videntur, Cælius 1.47. Cynades, Κυνάδης, Neptunus, Athenis colebatur, Heſych. & Varin. Meminit eius Gyraldus etiam. Canario augurio (vt ſupra etiam dixi) cōſtituebantur dies, priuſquam frumenta vaginis exirent, & antè quam in vaginas peruenirent, à cane ducto vocabulo. Siquidem rutilæ canes, id eſt non procul à rubro colore immolabantur, vt ait Atteius Capito, canario ſacrificio pro frugibus, deprecādæ ſæuitiæ cauſa ſyderis Caniculæ, (hoc, vt ſcribit Feſtus, Iulio menſe fiebat.) Legimus in Græcorum monumētis, Exurente quandoq; Cycladas inſulas Cane, atq; inde ſterilitate multa ac ſiccitate conſequuta, qui in Ceo habitabant, ex oraculo Ariſtæum Apollinis & Cyrenes filium accerſiuerunt: aduenit is, ex Arcadia ſecum quibuſdam ductis, templumq; erexit Iouis, quem vocauit Icmæum, quaſi tu pluuium dicas. Canē quoq; rebus diuinis operatus placauit, Ceisq; legē inſtituit, ſingulis annis eiuſdem ſeruarent exortum cum armis, ac eidē rem obirent diuinam: Ex quo Argonauticôn ſecundo Apollonius, Κεῖθι δ' ἐπ' εἰρεσίῃς Αἰγιαλίων ἀστεμφὲς ἐρύκεται ἔμπλεος ἠοῦς. Cur vero placandis Caniculæ ardoribus immolarentur canes, nulla (quod ſciam) idonea redditur ratio: nā & Ouidius Faſtorum 4. ita canit, Pro cane ſydereo canis hic imponitur aræ. Et quare fiat, nil niſi nomen habet. Cur autē rutilæ, forſan de Aegyptiorum ſuperſtitione duxerit initia, quando boues ruffos gentium illarū ritu immolare permittebatur, quod Typhoni per ſimiles viderentur, &c. Cælius. Ego propter ſimilitudinem rutili Caniculæ coloris id potius obſeruatum coniecerim. Feſtum quo ex canibus res diuina fiebat, recte à canum cæde nominari Cynophontis poteſt: cuiuſmodi apud Argos celebratū videtur quandoq;, Cælius. Ceos ſolerter quotannis ortum Caniculæ obſeruare, &c. ſupra ſcripſi ex Ciceronis lib. 1. de diuin. Rubigo deo vel Robigini deæ, ad arcendam ex ſegetibus robiginem veteres menſe Aprili extis canis & ouis ſacrificabant, vt Ouid. in Faſtis teſtatur, Gyrald. Niſi prius catulo feceris, Columella.

PROVERBIA.

Agnos canibus obijcere, Προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἀρνας. dicebatur qui imbellem & litium imperitū calumniatoribus & exercitatis exponeret: hemiſtichium eſt heroicū, Eraſmus ex Diogeniano. Agninis lactibus alligare canē, apud Plautū in Pſeudolo. Lactes dicūtur inteſtina molliora. Qui canē alligat, inquit Eraſmus inteſtinis agninis, is non modo canē amittit, verum & prædā vltrò dederit fugitiuo. Sic qui credit homini malæ fidei. Teipſum non alens, canes alis: Αὐτὸν οὐ τρέφων, κύνας τρέφεις, in eum dicebatur, qui cū per inopiam ſibi quæ ſunt ad vitā neceſſaria ſuppeditare nō poſſet, conaretur aut equos aut famulos habere domi, &c. Si vel aſinus canē mordeat, litem mouebit. Aſino oſſa das, cani palcas. Attali canis, in homines nimiū voraces: nā Attalicanis cibū glutiebat, non guſtabat, Rauiſius Textor. Quid cani & balneo? Τί κυνὶ καὶ βαλανείῳ; Vtitur Lucianus aduerſum ineruditū multos emptitantem libros. Idē in Paraſito, Καὶ μὴν γε ἀλγεῖ, καὶ ἐστι γε τοῦτο φιλόσοφος καὶ οὐ τί γε ἐστὶν ἐπὶ βαλανείων κύων. Quadrabit in eos qui ad rem quampiā prorſus ſunt inutiles. Vſum huius prouerbij nō prouerbialem, cū philoſophus à cane rab. morſus balneum ingrederetur, ſupra oſtendi. De vſu huius prouerbij vide plura apud Cælium 30 15. Vt canis è Nilo: Qui leuiter ac obiter artē quampiam, aut authore deguſtant, hi veu canis è Nilo deguſtare dicētur. Id adagij natū eſt ex apophthegmate quodā, cuius meminit Macrobius Satur. lib. 2. cap. 2. id eſt huiuſmodi: Poſt fugam Mutinenſem quærentibus quid ageret Antonius quidā familiaris eius reſpondit: Quod canis in Aegypto, bibit & fugit.

& fugit. Nam in illis regionibus cõſtat canes raptu crocodilorum exterritos, bibere & fugere (aliàs, currere & bibere.) Solinus ait, eos non niſi currentes lambitare, ne deprehendantur. Certum eſt iuxta Nilum amnem currentes lambere, ne crocodilorum auiditati occaſionem præbeant, Plin. De quo dicam etiam infra cap. 1. de diuerſis canibus, vbi de Aegyptijs. Simile habent Germani, *Er lauffi der nber, als ein han vber die heiſſen kolen.*

Ceruus canes trahit, in rem impoſſibilem vel prępoſteram. Theocritus in Thyrſide, Δαφνις ἐπὶ βύκαισι, ἢ τὰς ἀγρίας ἐλάφους ἕλκει, Germani, *Die roſſz hinder den wagen ſpannen*, Currus bouẽ trahit. Κυνάλωπηξ, qui caninam impudentiam cum vulpina aſſutia cõiunxit. Ariſtophanes Philoſtratum quendam (Athenienſem) aſcitiuſculè ſe ornantem vocauit cynalopecen, ex cane & vulpe concinnata dictione, niſi ad Cynnam ſcortum referre malueris, Cælius nam & κυνάλωπας fuiſſe aiunt. Vocant item cynalopecas canes Laconicos ex vulpe & cane natos, Varin. & Heſych. Canis ad cibũ, Κυνὸς ἐπὶ βοῦν, de ijs qui in ſuum properant exitiũ. Qui canem volũt occidere, cibo oſtenſo allicium. Heſychius ſimilia eſſe ait, Bos ad mactationem, & Sus in vincula: Vide infra, Canis in vincula. Canis corio aſſuetus: vide poſt in prouerbio Canis inteſtina guſt. Digna canis pabulo, Ἄξια κυνὸς τὰ βιβρώσκω, fermè perinde valet ac ſi dicas, Dignus operarius mercede ſua. Et vix quiſquam eſt tam inutilis miniſter, quin ſi non amplo ſalario, certe victu dignus eſſe videatur. Refertur à Suida. Simillimum illud Germanicum, *Das pferdt iſt keins jnter vnerdt.* Canis digna ſede, Ἄξια κυνὸς ἕδρα, cum nouus honos obtigit cui piam immerenti Sumptum videtur à Melitæis canibus, quibus nonnullæ mulierculæ maiorem habent honorẽ quàm ipſis maritis. Niſi mauis referre ad Anubim Aegyptiorum deum. Refertur à Diogeniano Canes vel catellæ dominas imitantes, vbi qui ſubſunt eorũ exprimunt mores (ferociam, arrogantiã, faſtum, &c.) ſub quorũ imperio degunt. Videas autẽ & Melitæas opulentarum mulierũ delicias, faſtum, laſciuiã, totamq; fermè morum imaginẽ reddere. Plato lib. 8 de Repub de ciuitate licentioſe libertatis loquens: Planè, inquit, etiã beſtiæ quæ ab hominibus nutriuntur, quanto liberiores hac in ciuitate ſint quàm alibi, nemo niſi expertus crediderit. Nã & catellæ, vt habet prouerbiũ, perinde ac heræ ſunt: & equi & aſini tanta per vias libertate progredi conſueſcunt, vt in obuium quenq; impetũ faciant, niſi cauerit. Vna domus non alit duos canes, Μία οἰκία οὐ θρέψει σὺν δυοῖν κύσιν, ſenarius prouerbialis citatus ab Ariſtophanis interprete. Noſtri etiã duobus canibus in vna domo, vel circa vnum os conuenire, ſuis prouerbijs negant. Ἐπικαψῦχε βοῦβαλον, παροιμιώδως, Varin, & Heſych. Videtur alluſum ad ἐπωμίδια & ἐπωμίδεα ſcuta, quæ totidem bubulis corijs obducta erant. Homerus Aiacis clypeum ἑπταβόειον vocat. Ouidius ſeptemplicem: non quod integra ſeptẽ boum haberet coria, ſed quod quantocunq; corio ſepties plicato conſtaret. Ariſtophanes ἑπτὰ βοὸς ἐπταβοεῖς dixit. Qui canẽ alit externu, huic præter funiculũ nihil ſit reliqui, Ὁ κύνα τρέφων ξένον, πυτιᾶν ἀπολέσας ἀφῆκεν, id eſt, qui beneficiũ collocat in ingratũ, perdit operam. Nam canis alienus relicto fune quo alligantur, priſtinum dominũ repetit. Noſtrates perire aiunt panem qui vel pueris alienis vel canibus externis detur. Canẽ excoriatam excoriare, Suidas ait dici ſolere de ijs qui iterum eã patiuntur, quibus aliquando fuerunt afflicti, Ariſtophanes in Lyſiſtrata, Τὸ δὲ ἐκδαρέντα, κυνᾶν δέειν δέδασκάλευται. Diogenianus ait conuenire in eos qui fruſtra ſumunt operã: alij in eos, qui affligunt afflictum. Ἐκδαρέντα κυνᾶν δέειν ἐπὶ τῶν ἀδίκως τοὺς πεπονηκότας ἀδικούντων, Suid. & Varin. Canina facundia: Saluſtius apud Nonium Marcellum in dictione Rabula, Canina (vt ait Appius) facundia exercebatur. In eos, qui tantum ad maledicendum eloquentiæ ſtudium exercerent: à rixa canum & oblatratu, ſumpto epitheto. Siquidem littera quę in rixando prima eſt, canina vocatur. D. Hieronymus in epiſtola ad Ruſt. monachum, Pomparum ſeculis procedũt in publicum, vt caninam exerceant facundiam. Idem obtrectatores ſuos ſubinde canes appellat. De canina eloquentia ſuperius etiam in voce canum nonnihil: & alibi in Cynicorum mentione. Ariſtophanes in Veſpis duos canes inducit πυκνὰ πικρὰ καγχάζοντε. Canis feſtinans cæcos parit catulos, Ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει, in eos qui nimio feſtinandi ſtudio rem parum abſolutã ædunt. Galenus in libro De ſemine, Τὰς γοῦν κύνας ἐξὸν τυφλὰ τίκτειν ἐν τῇ παρούσῃ φησὶ τυφλὰ τίκτειν οὐκ ἐᾶν ποιεῖν. Quanquam canum catulos Galenus mauult imperfectos dici quàm cæcos, quum talpæ propriè cæcæ dicantur. Ariſtophanes in Pace, Ἡ κύων ἀκαλανθὶς ἐκτεκοῦσ' ἐτυφλὰ τίκτει. Cæca parit properato Acalanthis tinnula nixu. Et interim Græci grammatici dubitant quid ſit acalanthis alij putant nomen inſignis canis deductum ἀπὸ τοῦ ἀκαλανθίζειν, id eſt quod placidè currat, vel ἀπὸ τοῦ ἀκαλίζειν, id eſt à blandiendo. Alij ſuſpicantur auem eſſe, Ariſtophanis interpres, Etymologus, Suidas. In Auibus quidem Ariſtophanes vbi diuerſis dijs diuerſa auium nomina imponit, Dianam Acalanthin vocat' alludens ad aliud cognomen eius Colænin. Periculoſum eſt canem inteſtina guſtaſſe, Κακὸν κυνὸς χολίων γεύσασθαι, Theocritus Idyllio 10. Admonet adagium haud facile temperare à peccando qui ſemel illecebram vllam, velut autoramentum vitiorum deguſtarit, Οὐδενὸν πώποτ' ἀπέσχου πονηρᾶς ἡδονῆς, Lucianus. Effertur & ad hunc modum, vt Theocriti Scholiaſtes indicat, Κακὸν κυνὸς μάθημα τὸ πονηρίαν γεύσασθαι, id eſt, Periculoſa res eſt canis, quæ didicit arrodere coria. Horatius in Sermonibus. Quæ ſi ſemel vno De ſene guſtârit, tecum partita lucellum, Vt canis à corio nunquam abſterrebitur vncto. Idem noſtris in vſu eſt, *An den lappen oder riemen lernend die hund läder eſſen*, id eſt. Canes rodendo corrigias, corium edere diſcunt: ſic Latini, Dicendo dicere diſcunt. Canis circum inteſtina, Κύων περὶ ἐντέροις, vbi quis res eas, quarum eſſet cupientiſſimus propoſitas conſpiceret, quibus frui tamen non liceret. Canes enim oberrant circum inteſtina, deuoraturi niſi fuſtem timerent. Suidas arbitratur accommodari poſſe in res inutiles & inſuaues: inteſtina enim non facile deglutiri à canibus ac deuorata reuomi plerunque. Præſtat canem irritare quàm anum, Πολὺ χείρων ἐστὶν ἐρεθίσαι γραῦν ἢ κύνα, ſenarius Menandri. Tetigit (vel calcauit) lapidem à cane morſum, in iracundiorem & ad diſſidia propenſum: & forte in hominem conuiciatorem ac rixoſum. Plinius 29. 5. de veneno rabidi canis agens: Tanta, inquit, vis mali eſt, vt vrina quoq; calcata rabioſi canis noceat, maxime buleus habentibus. Minus hoc mirctur, qui cogitet lapidem à cane morſum, vſq; in prouerbium diſcordiæ veniſſe. De vſu huius prouerbij vide etiam Cælium 26 27. Οἱ μὴ κύνα λίθος ἐπιστὰς πυκνὰν ἐξεγείρει τὴν φιλεῖν, Philes. Iracundos ſimul & timidos homines, (vel qui timiditate hoſtem præſentem declinant, ac per diſſimulationem ad alias nugas dilabuntur, vt qui ſecundum prouerbium cum adſit vrſus veſtigia quærunt:) recte aliquis comparet cum Platone lib. 5. de Rep. πῶς οὖν διοιστέον τοὺς λόγους τοὺς βαλόντων ἐς ἀπόλυσιν, id eſt catulis qui lapides mordẽt, cum eos qui iecerint nõ auſint attingere: confert autem Plato canibus qui lapidem mordent, eos qui cæſorum cadauera ſpoliant. Refertur & alibi ab Eraſmo, Canis fœuiens in lapidem, Κύων εἰς τὸν λίθον ἀγανακτῶν, in eos qui mali ſui cauſam imputant, non ipſi autori, ſed alteri cuipiam. Pacuuius apud Nonium in armorum iudicio, Nam canis cum eſt percuſſus lapide, non tam petit illũ qui ſe iecit, quàm eum ipſum lapidẽ quo ictus eſt petit. Quare canes relicto homine qui iecit, lapidẽ morſu infectantur

Vide Plutarchum in Cauſis naturalibus 37. Alciati Emblema, quod inſcribitur, Alius peccat, alius plectitur,

Arripit vt lapidem catulus, morſuq; fatigat, Nec percuſſori mutua damna facit. Sic plæriq; ſinunt veros elabier hoſtes, Et quos nulla grauat noxia, dente petunt. Ἀκίδνημοι canes dicuntur, qui clam accedentes mordent, inde ſenarius ille prouerbialis, Σκίνες ἀδάκνουσι καὶ κύνες λαυθάνουσι δάκνοντες, Blandiẽdo mordes, & canis læthargus es, in eos qui beneuolentiam ſimulando, lædunt interim. Ἀκίδνημον exponit Varinus κρυφοδακτικὸν & δόλιον. Et alibi, Ἀκίδνημοι κύνες, κρυφίως δάκνοντες: & Ἀκίδνημον καθαίρειν. Huiuſmodi canẽ ὀκίδνητον etiã & λαθροδάκτην dictũ inuenio. Meus eſt iſthic clãmor: dax canis Plautus in Bacchidibus. Λίγκειν δ' ἐμὲ τὸν κύνα καὶ τὸν ἀκίδνημον, ἀκίδνημον, ταχύπειθες, δολίαν κεφαλὴν ἔχοντα, Ariſtophanes in Equitibus Philoſtratum notans: cuius ſupra etiam memini. Λιπαρογένειος, ἢ δόλιον τὸν λιμὸν ἀφῆκε καὶ ταχύπειθες, Varinus. Λιπαρογένειος, σκληρὸς καὶ ἰδίων. Ἀκίδνημος & per η nomen fuit canis Hippamonis. Huc pertinet etiam adagium Κύνα κινεῖν cauda blandiri, quod facere dicuntur, inquit Eraſmus, qui ſpe cõmodi cuipiam adulantur. Ariſtophanes in Equitibus, Οὐκ ἔχω ἔγωγ', ὅπως ἂν ὀλίγιστ' ὀδυνηρῶν, Ἐξίδωμαί σε τἀψόν, ὅτι σὺ πυκάλοσι 10 χαίρεις. Pro eodem frequenter vſurpat αἰκάλλειν. quod canum eſt, auribus, cauda, totoq; corpore blandientium: vt in eadem fabula, Τὸν μὲν λέοντ' αἰκάλλουσι. Cum cane ſimul & lorum, Σὺν τῷ κυνὶ καὶ ἱμάντα, Eudemus indicat dici quoties ſimul omnia pereunt, vt nihil omnino ſit reliqui, ne ſpes quidem recuperandi quod perijt. Canis magdalia viuens, prouerbium ſupra retuli parte 3. huius capitis. Maſculi canis complura cubilia. Πολλαὶ κυνὸς ἀρσενικῆς εὐναί, hemiſtichium heroicum prouerbiale, in hominem mulieroſum, peculiariter eum qui non contentus certo toro, paſſim per aliena cubilia volutari gaudeat. Canis mendico auxilians, Κύων τοῦ πτωχοῦ βοηθῶν, vbi quis nobis aduerſatur & diuerſis ſtudet partibus, is cuius auxilio nitebamur. Nam canes infeſti ſunt mendicis, velut ἐμπίπρασθαι, niſi ſi quando traſto panis corrumpuntur. Quaſi millus cani, vbi certum firmumq; præſidium ſignificamus, vt ſupra in collarium mentione retuli. Non magis quàm canem: Odium & contemptum vulgò declarant canis vocabulo. Horatius, Odit cane peius. Plautus in Amphitryone, Expectatum cum ſalutat haud quiſquã ma- 20 gis quàm canem: ſic enim legendum opinor, vt conſtet ratio carminis, Eraſmus. Prouerbium Odit cane (nimirum rabido) peius & angue, etiam alibi tractat Eraſmus Chiliad. 2. Cent. 9. Canem naribus prendere id eſt prouocare mordacem & nociturum, Syneſius in eneomio caluitij.

Canis panes ſomnians: Sunt quibus prouerbiali figura dictum videatur illud apud Theocritum in Piſcatoribus, Καὶ γάρ τινες Πανὸς ἀγρῶν κἄτος μαστεύνται, ἰχθύια κήγών. Senſus eſt vnicuiq; ea per ſomnũ occurrere, quæ impenſe deſyderat, vel quibus magnopere deditus eſt. Eraſmus apud Theocritum pro ἀγρῶν legendum ſuſpicatur ἀγρεῶν id eſt agros, vel ἀγρας, id eſt venationes: quoniam apud Ariſtotelem legatur, audire nos ſæpenumero canes dormientes venationẽ ſomniare. Ego ipſum dum hæc ſcriberet Eraſmum ſomniaſſe puto: nihil enim huiuſmodi apud Ariſtotelem reperitur cuius de ſomnijs canũ lib. 4 hiſtoriæ animaliũ cap. 10. verba hæc ſunt: Item ſomniare non ſolum homines, ſed etiam equos, & canes, & boues palàm eſt, &c. Declarant id canes ſuo latratu quem per 30 quietem agunt: nec aliter Græca habent, quæ cum Gazæ tranſlatione contulimus. Ad hæc cõmuniuſ eſt & æque ad omnes pertinet canes panem ſomniare: venationem, non item. Quamobrem non eſt vt cum Eraſmo emendatiorem hac parte Theocriti codicem expectemus. Pellem caninam rodere, prouerbiali metaphora dixiſſe videtur Martialis, pro eo quod eſt hominem maledicum & improbum conuicijs inſectari. Sic enim ſcribit in obtrectatorem quendam & oblatratorem: Non deerunt tamen hac in vrbe forſan, Vnus, vel duo, tri ésue, quatuórue, Pellem rodere qui velint caninam. Ductus per phratores canis, Λυκοφόνος δι' ἀφρατόρων κύων, vbi quis inciderit in eos quibus pœnas det. Phratria Athenis dicebatur tertia pars tribus. In comitijs autem ſi quis canis intercurriſſet, continuò petebatur à populo. In canis podicem inſpicere: Τὸν μὲν οὖν κύνα, κύνα πυγὴν ἐρᾷ, Ariſtophanes in Eccleſia zuſis. Interpres admonet vulgo dici ſolere in cæcutientes, (ἐξ ὀφθαλμιῶντας, id eſt lippientes, Varin.) adſcribens & hunc trochaicum, Ἐγκύνει πυγὴν ἐρᾷδας καὶ τὸν ὦν ἀπαντᾷν. Alluſit eodem & in Acharnenſibus, Τὸ δ' ὄνειον 40 φυσᾷ τὸ πρωκτὸν κυνί, Eraſmus Chiliade 2. Cent. 2. Et rurſus Chil. 4. Cent. 2. E canis podice, dictum (inquit) videtur à Luciano, pro eo quod eſt rebus anxijs atq; angustis, quod ea pars arctior ſit huic animanti, quamobrẽ & excernunt difficilius. Nam aſinum ſuum finit his verbis, Ἐπειδὴ γὰρ ἐς τὸ σωτῆρον ἦλθεν, ἐγὼ ἀναλήμματα ἔλεγον, μὰ Δία οὐκ ἐκ κυνὸς πρωκτόν, τοῦτο δὴ τὸ ἔπος λέγω, ἀλλ' ἐξ ὄνου πρωκτόν, Δι' ὃν μάχη πᾶσιν, ἐς ὃν ἀμέλει ἀναφέρεται. Vulgo iactabatur & in Zenonem teſte Laertio, quod in canis poſtico de republica conſcripſiſſet, vel quod nimis anxiè, vel quod ineptè. Canis in præſepi, Ἐν κυνὸς ἐν τῇ φάτνῃ, in eos qui nec ipſi fruuntur re quapiã neq; reliquos itẽ ſinunt vti. vt canis in præſepi nec ipſe veſcitur hordeo, & equũ vetat veſci. Lucianus aduerſus indoctũ, Ἀλλὰ πρὸς κυνὸς πατρὸς, ἐν τῇ φάτνῃ καταπαυόμενος; ἢ ὅτε αὐτὴ τὰ κριθῶν ἰσθίει, ὑπὸ τῶν ἵππων δυναμένων φαγεῖν ἀπείργεται τὰ κριθᾶς; ἢ πρὸς τὸ Λίνου ἄγγος οὐδέν, Suidas in prouerbio Οὐδὲν πρὸς τὸ Διόνυσον: Hoc eſt, adfers quæ ad rem nihil attinent, ex his vero quæ pertinebant ad cauſam propoſitam nihil adfers. Caninum prandiũ, id eſt abſtemium, & in quo nullũ vinum 50 biberetur propterea quod peculiari naturę proprietate, canes à vino abhorrẽt. A. Gellius lib. 13 cap. vltimo; Eius autẽ loci in quo id prouerbiũ eſt, verba hęc ſunt. nimirũ ex M. Varronis Satyrarum libro, qui ὕδωρ κρύον, id eſt aqua rigens inſcribitur. Non vides apud Mneſitheum ſcribi tria genera eſſe vini, nigrum, album, mediũ, quod vocant κρᾶσιν, id eſt gilauum: nouum, vetus, mediũ. Et efficere nigrum, vires: albũ, vrinam: mediũ pepſin, id eſt concoctionem. Nouum refrigerare, vetus calfacere, medium vero eſſe prandium caninum. Quid ſignificet, inquit Gellius, rem leuiculam diu & anxie quæſiuimus. Prandium autem abſtemium, in quo nihil vini potatur, caninũ dicitur, quontã canis vino caret. Cum igitur medium vinum appellaſſet, quod neq; nouum, neq; vetus eſſet & plerunq; homines ita loquantur, vt omne vinum aut nouum eſſe dicãt, aut vetus, nullam vim habere ſignificauit, neq; noui, neq; veteris, quod medium eſſet. Idcirco pro vino nõ habendũ, quia neq; refrigeraret, neq; calfaceret, Hactenus Gellius. Plautus etiã in Caſina, caninam cœnã vocat, quæ abſtemia & ſine vino ſit. Sunt qui caninum prandiũ 60 ad caninam appetitionem cõtra Gellium putent referendũ, Cæl. Vinum mediũ pro aqua veteribus videtur accipi, quoniam vinũ omne aut muſtum ſit, aut vetus. Cælius qui ex Mneſithei verbis iam recitatis id probare conatur, mihi non videtur. Cynicum conuiuium, id eſt, cynicorum philoſophorũ, vbi lentes ferè cibus erat, aqua potus, Athenæus lib. 4 deſcribit. Promeri canes, vide infra cap. 9. de canibus in Euripidis hiſtoria. In puteo cũ cane pugnare, Ἐν φρέατι κυνομαχῆσαι, in eum cui res eſſet cum improbo aliquo, quem declinare non poſſet, Apoſtolius. Simile huic eſt, In puteo conſtrictus. Plato in Theæteto, Τί δὲ χρήματα; ἐνίοτε ἡμῖν ἐμπίπτει, ἢ λαμβάνειν, ἢ φίλων ἀπορέσθαι; Quadrabit in eos, inqt Eraſmus, qui in anguſtias eas redacti ſunt vt extricare ſe nullo modo poſſint. Rabidi canis morſus, Δῆγμα κυνὸς λυσσῶντος, prouerbiũ in eos, qui infecti ipſi malorũ congreſſu, alios itidẽ inficiunt. Etenim recepta opinio eſt, & expoſita à Luciano: non modo rabie agitari & aquam expaueſcere, quos ita affectus canis momorderit: ſed & ipſos item retinere vim, eundem imprimendi morſum, atque ita deinceps fieri hydro- 70 phouicos

phouicos omnes, vt fiat quædam rabidorum catena. Lucianus. Καὶ σὺ πίνων ἴσως αὐτὸς ἐν Ἐυκρέτει. Δηλῶν ὅτι πάντων βδελυκτότατος ὁ παράσιτος καὶ ὁ ἐξ ὑγιαίνοντος. Pro malo cane ſuem repoſcis, Ἀντὶ κακοῦ κυνὸς σῦν ἀπαιτεῖς. id eſt pro re vili pretioſam. Sus enim eſculentus, canis haudquaquam veſcus eſt Refertur à Diogeniano. Canis peccatum ſus dependit, Τὸν κύων ἁμαρτὼν ὗς ἀποτίνει: quoties pro ijs quæ peccauit alius, alius dat pœnas. Aliter catuli longeolent, aliter ſues, Plaut. in Epidico. Quo dicto ſignificat non veſte dignoſci hominẽ ab homine, verum ineſſe natiuum quiddam, genuinum ac proprium in vnoquoq; quod in ipſo vultu oculisq; elucerat, quo hominum ingenia diſcernas. Similiter Martialis, Omnia cum fecit, Thaida Thais olet. Hodie de cane vulgo dicunt, eum in ſuo ſterquilinio plurimum audire, Eraſmus. Vide in Gallinaceo h prouerbium, Gallus in ſuo ſterquilinio plurimum poteſt: Ὁ κύων πανάριος, πάλιν ἀπὸ τοῦ ἐμέσματος: Sit condus (vel, promus) in reliquis canis eſto ſi libet, vt Eraſmus vertit: In eum cui fœlicitas immerenti contigiſſet, peculiariter in eunuchos. Tamiæ quæſtores erãt Athenis, &c. vt Suidas refert. Erant & tamiæ triremium. Is magiſtratus interdum furacibus committebatur, non integris & incorruptis viris. Per ironiam dici poteſt de eo, qui dignitatem inuadit, nihil laborãs quam eruditionem, quósue mores poſtulet ea dignitas. Canes timidi vehementius latrant: Q Curtius lib. 7. demonſtrat huiuſmodi prouerbium apud Bactrianos vulgò iactatum fuiſſe, Canis timidus vehementius latrat quàm mordet: Cui ſimilem allegoriam ſubijcit, altiſſima quæque flumina minimo ſono labi. Germani etiam vtranq; ſententiam in noſtra lingua prouerbialem habemus.

Canis in vincula; Κυνὸς ἐπὶ ἅλυσιν: vbi quis ſeipſum in ſeruitutem, aut in malum aliquod inijceret. A canibus ſumptum vltrò ſe præbentibus vinciendos cibi lenocinio, Autor Zenodotus, Heſychius & Suidas indicãt in eandem ſententiam dici Bos in vincula. Supra etiam ex Eraſmo ſimiliter expoſui paræmiam Canis ad vitulum. Canis vindictam Κυνὸς ἄτιλον, ſubaudi paſſus eſt, aut aliud commodius: Macedonicum adagium in eos qui præter expectationem pœnas dant ijs, quos aliquando læſerunt: natum ex morte Euripidis, de qua infra de canibus diuerſis cap. 1. Canis reuerſus ad vomitum, Κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἐξέραμα: in eos qui relabuntur in eadem flagitia, à quibus aliquando ſunt expiati. Refertur in epiſtola D Petri, adiecto etiam altero ſimili prouerbio, Sus lota ad volutationẽ cœni. In eandem ſententiã Hebræus ille Paræmiographus, Sicut canis (inquit) qui reuertitur ad vomitum ſuum, ſic imprudens qui iterat ſtultitiam. Nam hunc, ni fallor, locum Petrus deſignauit. Sumpta metaphora à canibus reſorbentibus quod euomuerint. Noli canibus ſacrum nec ſuibus margaritas obijcere. Matth. 7.

Cynadra fons prouerbio occaſionem dedit, vt ſupra dixi parte 1. huius capitis. Chius ad Coum: hoc etiam ſupra explicatum eſt ibidem.

His ſubtexam Germanica quædam adagia, in quibus mentio canis ſit, & Latina quibus ſenſu conueniunt adiungam. *Vvan der alte hund bellet, ſo ſol man aufſehen:* Proſpectandum vetulo cane latrante: hoc eſt, nequaquã negligendum quoties ſenes periculum cauendum admonent. Canes enim vetuli non latrant temere, quemadmodum iuuenculi. Meminit Eraſmus in prouerbio, Eum auſcultandum, cui quatuor ſunt aures: *Vvan man den hund ſol ſchlahen vnd, ſo hat er lader geſſen:* Quoties canem verberare libet corium voraſſe dicitur, Occaſione dũ taxat opus eſt improbitati. *Sy läſend einanderen die floch ab, vnie die hund:* Alter alterius pulices legit, vt canes, Mutuum muli ſcabunt. *Alte hünd ſind nit gut bendig zumachen,* Canis vetuli non facile aſſuefcunt loco, Senis mutare linguã difficile. *Em ſchlafenden hund ſol man nit vnecken,* Canis dormiens non eſt excitandus, Malum bene conditum ne moueas. Sic etiam leonem dormientem excitare adagium prohibet. *Lats einen hund ſorgen, der vrlaub vber ſchuch,* Quin cani curas relinque, is quatuor calciamentis eget, in ſolicitum & anxium. *Viel hund iſt der haſen todt,* Multi canes mors leporum, Cedendum multitudini. *Es iſt dem armen hund leid, das iſs der ander in der kuche gadt,* Canis dolet cum alterum in culina videt, Figulus figulo. *Er tribt die hund auß, vnd gaat ſelbs mit,* Canes expellit, ac ſimul ipſe egreditur: in eum cui nihil omnino negotij ſit in aulis principum. *Die todten hund beyſſend nit.* Canes mortui non mordent, Græci ſimpliciter, Οἱ τεθνεῶτες οὐ δάκνουσι, Mortui non mordent. *Der hund iſt in dem potte,* Vueſtphalis vſitatum: vel. *Du vrſt den hund im potte funden,* Canis in olla, vbi ne bolum quidem relictum eſſe intelligũt. *An der hundthincken, An der hueren vnnutzen, An der kräme ſchweren, Da ſol ſy hueman an keren:* Canum claudicatio, meretricum nutus & mercatorum iuramenta, ex æquo omnia fidem non merentur. *Du wilt von dem hundſchlagen einkelben kauffen.* Fullem petis (aut licitaris) à canicida: Hoc eſt, petis quippiam ab illo qui ipſe indigeat: Aquam è punice poſtulas. Simile eſt, *Du ſuchſt vnvrſt in dem hundſtal.*

DE CANIBVS DIVERSIS.

HACTENVS de canibus dixi ea quæ canibus communia omnibus videbãtur: reliquum eſt vt quæ ſingulatim ad canes diuerſos pertinent conſcribam. Itaq; primo loco ordine literarum dicam de ijs canibus, quorum hiſtoriæ extant aliquæ, nec tamẽ ad vllum genus ſequentium commòdè referri poſſunt. Nam quæ ad venaticorum genera diuerſa, vel paſtorales, vel ſocios, vel cuſtodes, &c. pertinent, ſeorſim poſtea ad ſuum quæque genus referam.

Canes in Aegypto minores quàm in Græcia fiunt, Ariſtot. Aegyptij canes fugaciſſimi ſunt. Nam cum ea quæ in Nilo degunt, timeant, ab his admodum fugitiui ſunt, neque quamuis illue ſitis ad bibendum eos attrahat, ferarum Nilicarum metus quiete illos potione ſe complere permittit. Ideo ne quid eorum, quæ infra aquam degũt emineat foras, ipſoſq; obtorta gula de ripa in altitudinem abripiat, nõ inclinatione corporis abiecta incumbunt ad bibendũ, ſed vt primum ad ripam acceſſerunt, feſtinanter, & in tranſcurſu lingua lambentes, rapiunt, ac certe, vt ita dicam, potionem furantur, Aelianus: Idem ſcribit Variæ hiſt. lib. 1. cap. 4. Vide ſupra in prouerbio, Vt canis è Nilo bibit, & fugit. Solos Memphiticos canes in medium auditione accepi rapinas proponere, & communiter viuere, Aelianus.

Alcibiades canem habuit ſexaginta minis venalem, mirè formoſum: cuius caudam cum mutilaſſet, illi qui formam canis ab eo corruptam reprehendebat: de induſtria ſe abſcidiſſe reſpondit, vt hoc ſaltem, ſi nihil aliud) τὰ ἄλλα ἀκόσμα (lego ἀκόσμια) de eo Athenienſes dicerent, Pollux. Alcibiadis canis pretium fuiſſe tradunt ſeſtertium 28 millia id eſt, coronatos ſeptingentos, Camers.

Attali canis inter prouerbia eſt, in homines voraces: quod is rictu ingenti cibum glutiret, non guſtaret, Textor.

Celebris

Celebris fuit etiam Cerberus Epiroticus canis, Pollux 5.5. Inuenio hunc Alexandri fuisse canem, adeò robustũ vt cum leonibus congrederetur, Cælius: qui Pollucis verba malè perpendit, & canes diuersos confudit. De hoc Alexandri cane inter robustos dicam inferius.

Carmanius vir, & canis eiusdem nationis, animo agresti atque adeo duro, immansueti ac feri existimantur, vt natura mansuefieri non queant, Aelian.

Cerberus alius fuit, quem poetæ fabulantur inferorum custodem fuisse, tricipitem, & cum ab Hercule ad lucẽ (triplici catena vinctus) extraheretur ex spuma eius natum esse aconitum, vt Nicander canit. Cerberum quasi κρεοβορον, id est carniuorum dictum grammaticorum cõiectura est. Fertur quod hic fuerit serpens in Tænaro Laconiæ promontorio cuius veneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tænaro ad inferos dicitur esse aditus Ditis canem dixerunt: quem cum Hercules trucidasset, nata est fabula, canẽ tricipitem interemisse: Aut quia omnes cupiditates & cuncta vitia terrena cõtempsit ac domuit. Ouidius ter geminum & vipereum canem appellat, Seneca in tragœdijs triformem & Tartareum. Serapidis symbolum canis est, triceps ille scilicet, qui in aqua, terra, & aere, tribus his elementis versatur, perniciosissimus dæmon. vt ait Porphyrius. Nam & exitiales dæmones operte canes vocantur atri, & furiæ canum nomine veniunt. Serapidis simulacro, inquit Macrobius, signum tricipitis animantis adiungunt, quod exprimit medio eodemque maximo capite, leonis effigiem: in dextra parte caput canis exoritur, mansueta specie blandientis: pars verò læua ceruicis rapacis lupi capite finitur, easque formas animalium draco connectit, volumine suo capite redeunte ad dei dextram, qua compescitur monstrum. Quidam tria tempora interpretantur, præsens leoni, præteritum lupo, futurum cane blandiente: & hæc fermè Macrobius. Hecaton quoque tria capita habuisse, equi, canis, & hominis agrestis, supra dixi. In Hecatæi lectum monumentis est, fuisse in Tænaro serpentem meticulosum (terribilem) quem dixerunt Ἅιδου κύνα, id est Plutonis canem, quoniã morsum cuestigio insequeretur mors, veneni potestate violenta. Eum tamen ab Hercule ad Eurysthea fuisse productum, vnde irrepserit Cerberi fabella quem princeps Homerus dixit. Ἅιδου κύνα, Cælius ex Pausaniæ Laconicis, vbi plura leget qui videt super hoc cane. Ἡ κυρία σου, ἢ τὸν κέρβερον, ἢ τὸν τυφῶνα, Aristophanes in Ranis. Cimmerios intelligit, vt habent Scholia, lusit autem alludendo ad Cerberum: quanquam apud Homerum etiam Cerberios pro Cimmerijs aliqui scribũt. Plura de Cerbero vide apud Palæphatũ, & diuersis apud Gyraldũ locis in Opere de dijs. Κέρβερος, κύων ἀπὸ τοῦ Κιμμερίου, Κυνὸς ἐρίου τὸν μῦθον Κέρβερον καλοῦσιν, ἢ ὁ Κιμμέριος. Κύων ὁ Κιμμέριος ὁ τοῦ Ἅιδου τοῦ τριπρόσωπος. Varin. & Hesych. Κερβερικὸν δύναται, πάσης ἀληθείας ἐστὶ κύων μέγας Ἅιδου, Iidem. De Gregittio cane Geryonis Cerberi fratre, dicam nonnihil in cane pastorali. Fuit & Orthus Geryonis canis in Erythea, cui cauina capita duo, & draconum septem erant, Varinus in Scylla, Plura de Cerbero cane vide apud Varinum.

Cyrus commemorabat se ab vxore Mitradatis bubulci, quæ Cynò vocabatur, fuisse educatum, semper eam laudibus prosequens, ita vt in omni eius sermone esset Cyno. Quod nomen accipientes eius parentes, vt diuinius viderentur Persis filius eorum fuisse seruatus, diuulgarunt à cane Cyrum, cum esset expositus, fuisse educatũ: Vnde hæc fabula emanauit, Herodotus lib 1. Cyrum Mandalæ filium à cane fuisse enutritum fama refert, Aelian. libro 12. Variorum.

Diogenis Cynici seruus fugitiuus, captus & Delphos abductus à canibus laniatus est, fugæ pœnam hero persoluens, Aelian. in Varijs lib. 13.

Euripidem à canibus profcissum interisse, ferè omnes tradunt, ad locum Bormiscum, de montis Bormij nomine appellatum in Macedonia. Canes eas scribit Stephanus ab indigenis Esserincas (Ἐσσερικὰς) nuncupari, ab Homero trapezẽas, Κύνας τραπεζήας τε λαοσσόους Iliad. χ. Cælius. Historiam mortis Euripidis à canibus illatæ copiosius prosequitur Erasmus in prouerbio Promeri canes, cuius & Suidas meminit: item in prouerbio Canis vindictam. Κυνὸς δίκην, Canis vindictam, scilicet passus est: Macedonicum, inquit, adagium est in eos, qui præter expectationem pœnas dant ijs, quos aliquando læserunt, ab Euripidis interitu natum. In Macedoniæ vico qui Thracum dicitur, quod olim à Thracibus sit inhabitatus, cum canis quidã Archelai regis aberrasset, Thraces de more suo mactatum sacrificarunt, ac deuorarunt. Quod vbi comperisset Archelaus, talentũ eis mulctam dicit. Verum cum illi soluendo non essent, Euripidem subornarunt, qui regẽ exoraret vt sibi mulctam remitteret, ita vt fecit. Postea uero cum Euripides in sylua quadam solus esset, & Archelaus à venatu reuerteretur, canes Euripidem cinctum discerpserunt, deuoruntq; Existimatum est autem eos canes, ex eo prognatos fuisse cane, quem Thraces sacrificarant. Valer. Max lib. 9 cap. de morte non vulgari, refert Euripidem, cum ab Archelao rege Macedonum cœnæ adhibitus fuisset, domum à conuiuio repetentem, à canibus fuisse discerptum. Eos canes ab æmulo quopiam immissos fuisse confirmat A. Gellius 15.29. Suidas (in Euripide) addit hos æmulos fuisse Arridæum Macedonem, & Crateuam Thessalum poetas, quos Euripidis gloria vrebat. Hi finxerunt eum à regijs canibus deuoratum fuisse. Sunt qui narrent eum non à canibus, sed à mulieribus fuisse dilaniatum, cũ intempesta nocte Cinerarium adolescentem peteret, Archelai amasium (vel vt alij, vxorem Nicodemi Arethusij.) Accommodari potest hoc prouerbium etiam in hunc sensum, quoties author illati mali dissimulatur. veluti cum veneno tollitur inimicus, & spargitur in vulgum rumor illum febri periisse. Videtur hinc fluxisse quod hodie passim apud Germanos dictitant, vbi quid accidit incommodi certi, incerto authore, quodque nemini possis imputare, id canis accidisse morsu, Hactenus Eras. Sunt qui Promerum nominatum dicant Archelai ministrum, qui in Euripidẽ valde sibi exosum, quod ab eo apũd regem aliquando delatus esset, canes quosdam feroces soluerit. Vnde Προμήθειοι κύνες id est Promeri canes, prouerbio dicantur, quoties potens quispiam offensus, aliquos subornat submittitque, qui alicui negotium faccssant. Refertur à Diogeniano, Eras.

Præter Euripidem feruntur & alij quidẽ celebres viri à canibus laniati, quos illius historiæ occasione hoc ipso in loco memorandos duxi. Thrasi, Actæonis, & Lini, omnium hoc mortis genere defunctorũ, meminit Ouidius in Ibin hoc tetrastichо: Prædaq; sis illis, quibus est Laconia Delos Ante diem rapto non adeunda Thraso. Quiq; vereeundæ speculantem membra Dianæ. Quiq; Crotopiaden diripuêre Linum. Lucianus quoq; Samosatenus sophista, à canibus dilaniatus est, non sine diuinæ vltionis suspicione: Nã Christianus primum cum à fide catholica defecisset, animum & stylum ad lacerandam religionem conuertit, Io Rauisius. Medio Linus intextus acantho, Lætiferique canes, Statius libro 7. Thebaidos. Milo (Crotoniates) à feris laniatus est, vel (vt alij) à canibus, Varinus. Heracletus Ephesius philosophus cum hydropicus esset, & medicorum operam recusaret, suo ipse perijt medicamento. Nam quum scuo bubulo se aliquando vt prius, inunxisset, ac dormiens apricanique

soli

ſili præbuiſſet occidendum, canum fato neſcio quo ſuperuenientium morſu laniatus eſt, Io. Rauiſius.

Feri canes reperiuntur, Ariſtoteles.

De Hecuba in canem mutata, nonnihil attuli ſupra in voce Cynoſſêma, inter nomina propria à cane facta. Vide Ouidium lib. 13 Metamorph. Hippamon canem habuit Magnetem, nomine Lethargum, qui cum hero ſuo ſepultus eſt, vt indicatur hoc epitaphio quod Pollux refert, Ἄνθρωπε μὴ παράμενε τύμβῳ τῷδε, παρὰ δὲ Ἕκτορος γυῖα, Καὶ κυνὸς ἀμφὶ δὲ πηγαμενιδαο, Pollux & Cælius.

In terra Iudorum haud prope mare inuenitur canis qui ſemper poteſt vocari catulus. Isq; domeſticus eſt canis, colore maculoſæ lynci perſimilis. Piloſus itaq; reperitur, ac depilis, vt tonſus. Nec tamẽ latrat nec gemere ſcit, aut ſuſpirare, vt retulit nobis Hiſpanus quidam, qui maximam partem Indiæ peragrauit. Itaq; nullam emittit vocem, cum etiam necatur: & compar videtur fœturæ lupi. Edit autem ac bibit, vt alius canis, eſtq; paulo minus mitior Italo cane: quibus eſt domeſticus, mouet tantum caudam geſtiens, & ſaliens, quod eſt indicium amoris in dominum, Blond. De Indicis canibus magnis & robuſtis, infra dicam inter Venaticos. Petrus Martyr etiam in deſcriptione Nouorbi canum quorundam non latrantium meminit, qui in cibum quoque veniant: Et alibi, canum non latrantium roſtro vulpino.

Moſchouiticæ atq; Lituanicæ ſyluæ aliquibus in locis abundant canibus albiſſimis tum etiam fuſci ſiue griſei coloris, id nigredinem parum vergentis, qui ad exteras nationes euecti, falso vulpes appellantur. Ioh. Boncrus Liber Baro.

Palamedes agricola canem habuit quem Vlyſſem appellabat, &c. Blondus, neſcio ex quo authore. L. Paulo conſuli cum ſorte euenisſet, vt bellum cum rege Perſa gereret, domum è curia regreſſus, filiolam ſuam nomine Tertiam, quæ tum erat admodum parnula, oſculatus, & triſtem animaduertens, interrogauit quid ita eo vultu eſſet: quę reſpondit Perſam periiſſe: decesſerat autem catellus, quem puella in deliciis habuerat, nomine Perſa. Arripuit igitur omen Paulus, eq; fortuito dicto, quaſi certam ſpem clariſſimi triumphi animo præſumpſit, Val. Maxim. 1. 5. Pholyes, fului dicuntur canes, ore nigricante, Cælius. Φόλυες κύνες, οἱ ῥυσοί, Varin. apud Heſychium plenius, Φόλυες κύνες μέλανα στόματα ἔχοντες, ἢ ὑπὸ φυλακῆς, (malim φυλακὰς proparoxytonum, vt canes cuſtodes intelligantur.) Idẽ Φολύειν exponit μαίνεσθαι, id eſt inquinare, & forte inde pholyes dicti fuerint, quod ora nigra & quaſi inquinata haberent. Niſi quis ab aliquo loco ſic dictos fuiſſe malit. Pholon quidem vrbs Arcadiæ eſt: & Pholoe eiuſdem regionis mons ſyluoſus.

Salentini canes à Varrone probantur in paſtoralium mentione.

Scylla Phorci & Cretheidos Nymphæ (ſecundum alios Hecates) filia fingitur à poetis. Inguina eius in canes mutata eſſe fabulatur Ouidius Metamor. lib. 14. Et Vergilius Aeg 6 marinos canes dicit de Scylla loquens. Vide Onomaſticon noſtrum, & Gyraldum in ſuae hiſtoriæ de marinis dijs. Illum Scylla rapax canibus ſuccincta Moloſſis. Vergilius in Culice.

In Scythia canes cum aſinis, in magnitudinis comparatione coniunguntur, quibus ad vehicula rotis carentia mercatores vtuntur ac duo homines in vno vehi poſſunt: quod ipſum ad lutulenta cõficienda itinera inuentum eſt. Sex igitur canes ad vehiculum ordine ligantur. ij quocunq; ab auriga qui vnà cum mercatore in vehiculo ſedet, dirigũtur, eò plauſtrum euehunt, & lutum tranſiniterunt. Vnum iam diem amplius laborem ferre non poſſunt. Itaq; bis laſſis recentes atq; integri canes ſuccedunt. neq; tamẽ magna onera imponuntur, ſed duntaxat negotiatorem, & aurigam & pellium faſciculum vehunt. Ergo vnoquoq; die negotiator habet tandiu neceſſe commutare canes & aurigas, quoad ad montes, vbi emat pelles, peruenerit Aelian.

Turcarum imperatorem audio Gallorum regi, vno aut altero antequam hæc ſcriberem anno, canes dono miſiſſe pectore & ventre rubentes.

Bembus lib. 6. ſcribit in quibuſdam inſulis à Columbo inuentis canes puſillos eſſe qui muti etiam ſint nec latrent. In regione Tebeth. canes maximi ſunt aſinis æquales, qui ſyluestres capiunt beſtias, M. Paulus Venetus.

DE MELITAEIS CATVLIS, ET ALIIS PARVIS *qui in deliciis habentur.*

Pachyno Siciliæ promontorio imminet Melita, de qua catelli portantur, quos Melitæos vocant, Strabo lib. 6. Erant olim in pretio & deliciis mulierum catuli qui nascebantur in Inſula Melita. ita in ſinu Adriatico non procul Ragulio ciuitate: Ea nunc pauperes piſcatores tantum habet incolas: nec vlli eius catuli amplius celebrantur, Blond. Μελιταῖον, κυνίδιον μικρόν. Heſychius, Varinus, Μελιταῖα κύνια, ἤτοι μικρὰ, ἢ ὅτι ἐν τῇ νήσῳ τρέφονται, Suid. id eſt Melitæi vel Meliteri catuli ſunt, qui ad voluptatem ſolum aluntur. Ariſtoteles problematum ſectione 19. Probl. 14. inquirens cur in animantium genere alia paruo, alia magno conſiſtant corpore: Cauſa, inquit, duplex reddi poteſt: Aut enim locus, aut alimentum id facit. Locus, ſi anguſtus eſt: alimentum, ſi exiguum: quod etiam partu iam edito nonnulli efficere conantur, vt qui catellos in cauculis occluſos educant. Et paulo poſt, Fit vt aliqui quamuis breues (parui) admodum ſint, modicè (συμμέτρους) tamen coagmentatas omnes ſui corporis partes habeant, vt Melitenſes catelli. Ratio enim, quod non vt locus, ſic natura ſuum efficere opus ſoleat. Catelli Melitenſis magnitudine ictis eſt (genus muſtelæ ruſticæ, quam viuerram interpretor, Gaza) ſed minor, Ariſtoteles. Græce habetur, Ἡ δ' ἴκτις, ἐστὶ μὲν τὸ μέγεθος ἐλάττων Μελιταίων κυνιδίων τὸ μικρῶν id eſt, Ictis magnitudine æquat paruum illum catellum Melitenſem. τὸ μικρῶν pro τὸ κυνιδίων, frequens locutio apud Græcos. Sed vtcunq; exiguis non deeſt ingenium, nec in homines ſinor. Nam Theodori ſaltatoris Melitenſis catellos, vltro ſeipſum in heri tumulum injiciens, cum ipſo vnà ſepeliri voluit, vt Aelianus prodidit. Catuli quos Melitæos vocant ſtomachi dolorem ſedant applicati ſæpius tranſireq; morbos ægritudine eorũ intelligitur, plerunq; & morte, Plin. Catella Melitæa, Μελιταῖον κυνίδιον, prouerbij vſu dicitur in eum qui habetur in deliciis ac lautius in otio alitur ad voluptatem, non ad vſum. Eſt in familijs diuitum huiuſmodi miniſtrorũ genus, quos illi non ad miniſterium, ſed animi cauſa domi habent, Eraſmus Chiliad 3 Cent. 3. Et rurſus Chiliad. 4. Cent. 4. eodẽ prouerbio repetito, Melitæi catuli (inquit) hic vocantur nimirum ab inſula Melita, inter Corcyram nigram & Illyricum ſita, author Plin. lib. 3. cap. vltimo. Itidem Strabo & Stephanus. Apud Lucianum in Lapithis Μελιταίοις Alcidamantem Cynicum, Μελιταῖον κυνίδιον vocat. Athenæus lib 12. ſcribit Sybaritis vehemẽter in deliciis fuiſſe canes Melitæos. Qui quidem hoc eſſe videntur in genere canum, quod nani & pumiliones inter homines, Hæc Eraſ. Canis digna throno, adagium ſumptum, vt videtur, à Melitæis catulis, vt ſupra dixi inter prouerbia in hiſtoris Canis in genere.

Præter

Præter Melitæos, qui hodie ex Melite, vt Blondus refert, nulli sunt: diuersi alij catelli mulieribus præcipue delicatis & otiosis nutriuntur. Membris omnibus pusilli & graciles sunt, quos nostrates vulgò *bracken* vocant, Eberhardus Tappius. Inferiores Germani, vt idem scribit, huiusmodi caniculas nominant *junffern hundtgen*, hinc illud Vuestphalorum. *Dat is neſt, als ein junffern hündeken.* Tremis delicati instar catelli. Nostri à delicijs appellant etiam *schoßhundle* & *gnisi henhündle.* Itali sua lingua bottolo vocant catellum corpore exiguo, sed ferocem & iracundum instar rubetæ id est ranæ venenosæ quam bottam dicunt. Nomina diminutiuæ formæ à cane apud Latinos & Græcos vsitata, supra recensui cap. 8. de Cane parte 1. Martialis distichon in catellam Gallicanam, Delitias paruæ si vis audire catellæ, Narranti breuis est pagina tota mihi. Catellos perquam elegantes & pretiosos Lugduni in Gallia haberi audio, quorum singuli decem denarijs siue drachmis aureis, aliquando væneant. Catellus qui in delicijs habetur, inquit Blond. paruulus est, pedalis vel semipedalis: habetur autem in maiore pretio, si adultus non maior sit mure. Eligitur quadratus corpore, nõ testaceus, sic ille loquitur) capite etiam instar capitis muris, rostro paruo, auribus non maioribus cuniculi (absurdum videtur:) cruribus breuissimis, pedibus angustis, cauda oblonga. Laudatur etiamsi collum longiusculis pilis ad armos vsq; veluti iubatum sit, partes cæteræ tonsis similes. Blandus feroci præfertur. Color candidus vel niger præ cæteris probatur. Sunt ex eis nonnulli hirsuti admodum prolixis pilis, alij breuibus & glabri propemodum. Hæc ferè Blond. Et rursus, Canis delicatulus, inquit, placet cum huc illuc salsitat, ac leniter latrat, & absq; morsu mordicat: præcipuè si mundus est, nec aliud quam oblatum tangit. Sunt qui erecti pedes anteriores manuũ instar protendunt, vel motant & vt vulgus loquitur, seruiũt: alij quod proiectum fuerit rostro reportant, &c. Lasciuæ mulieres præcipuè lectis admittunt, & lambi gaudent, Blond. Et alibi, Catulos (inquit) quos principes & matronæ in delicijs fouẽt, præcipuos gignit Hispania. Et rursus: Catulis cingulum sericum collo apponunt cupreis campanulis circumseptum: sic nanq; matronæ plurimum afficiuntur. Sæpe iam visum est caniculas singulos peperisse fœtus, exiguas præsertim catellas, quas in sinu matronæ fouent, propter vteri angustiam: nam cum plures concipiunt, frequenter moriuntur, Albert. Catellis matronarum alnus sæpe obstruitur, vnde plæræq; moriuntur, Albert. De catellis quæ animi causa nutriuntur, & ad vsum duntaxat muliercularũ, illud Platonis est, Τὰ γυναικῶν μειρακύλλια τὰς ἑταιρικὰς, id est, Catellæ dominas imitantes, quod superius inter prouerbia à cane retuli. Et Grego apud Theocritum in Syracusijs profectura duo mandat famulæ, vt infantem vagientẽ placaret, & catellum reuocaret intrò. Lucianus salsissimè ludit in Stoicum barbatum, cui in eodem sedenti vehiculo domina catellam committit, obtestans illum per ea quæ sunt in vita dulcissima, vt diligenter curet, Eras. Martialis versus in Issam catellam Publij, tam lepidi sunt, vt omnino hic adscribi mereantur.

Issa est purior osculo columbæ.
Issa est blandior omnibus puellis.
Issa est carior Indico lapillo.
Issa est delicia catella Publii.
Hanc tu si queritur loqui putabis.
Sentis tristitiamq; gaudiumq;.
Collo nexa cubat, capitq; somnos,
Vt suspiria nulla sentiantur.
Et desiderio coacta ventris,
Gutta pallia non fefellit ulla:
Sed blando pede suscitat, toroq;
Depoui monet, & rogat leuari.
Casta tantus inest pudor catellæ.
Hanc ne lux rapiat suprema totam,
Pictam Publius exprimet tabella:
In qua tam similem videbis Issam,
Vt sit tam simulo sibi nec ipsa.
Issam denig; pone cum tabella,
Aut vtranq; putabis esse veram,
Aut vtranq; putabis esse pictam.

De Persæ catello, quem L. Pauli consulis filiola in delicijs habuerat præcedente capite dixi. Calathina nomen aptum melitæ caniculæ, ceu quæ in quasillo circumferretur, Brodæus. Corticem caprificus arboris detrahes, & dum recens est, ad splenem, vel etiã si opus fuerit, ad iecur pones. & vbi tumor siue duricies splenis vel iecoris erit, ibi corticem diutius continebis: deinde in fumo eam suspendes. Quod cũ facies, rogabis, vt sicut cortex ille paulatim fumo siccatus arescit, sic splen vel iecur laborantis arescat. Hæc autem res tantum valet, vt si catulis recens natis fiat, dicantur omnino non crescere, Marcellus Empiricus. In Anthologio Græco legitur Adæi epigramma in catellã Calathinam nomine, facile enixam. Τῇ βαιῇ Καλαθῖ τὴν ὀλίγην σπυλάκων μετέχειν Λητοὶς κἀφλιὸν τόκον ἔπορεν. Io. Tzetzes Chiliade 5. à principe quadam muliere catellam nimis delicate nutritam his versibus reprehẽdit, Νῦν ἡ χαμαιδίστη Παπῳ ἀρχοντίσσης γυναικὸς Φερεμβὸν τῆς πόλεως Διαπεραιοῦται τὴν αὐτὴν (quam feles reginæ, de qua proxime dixerat, quod ex aureis vasis ederet. &c.) καὶ τὰλλα ἡδυεῖσα κἀν χρυσῇ ἐσθίουσα, ἀλλ' ἀγροικοῦ ἤθους, Ἀνθρώπων δίκην ἐσθίει ἢ μετὰ σφυρίδων; Epitaphia tria catellorum ex Blondo hic apponam. Romæ, Corporis exiguos cura dum cogor in artis, Subducto matris lacte, miser perij. Ne tamen & fati nomẽ vis aspera tollat, Leucippi cineres hæc canis vrna tegit. Fr. Molsij, Vrnam qui vetulæ vides catellæ, Concretæ teneros breuesq; in artus, Mitis ne renuas fauere linguæ. Nam qui me exiguo solo recondit, Exemplum est Iouis optimi secutus, Quo dante Erigones polo refulget, Ob summum catulus decus fidemq;. R. Inscriptio, Φρατίλλης κυνιδίου γλυκυτάτου Φεδερίκος Γονζάγα Ἐπιτάφιον χάριν. Id est, Phratillæ catellæ dulcissimæ Phedericus Gionzaga II. memoriæ gratia. Reperitur etiam catella diminutiuum nomen à catena, teste Cælio, (apud Catonem.)

DE CANIBVS VENATICIS IN GENERE.

Canes venatici, quos Græci θηρολύκους vocant (Suidas in μελιταῖος) alij maioribus & robustis feris opponũtur, alij minores & timidas persequuntur, vel vt comprehendant, vel vt in retia adigant: alij sagacitate valent: aliqui sagaces simul & celeres sunt: alij & celeres & mediocriter robusti: robustissimi enim in suo genere simul & celerrimi esse nõ possunt. De robusto, celere, sagace, singillatim dicã in sequentibus: hic de venatico in genere. Quamuis enim plaraque de venaticis canibus in genere prolata, præcipue apud Xenophontem, Pollucem & Nemesianum & Gratium, ad canes celeres, vt qui vel lepores, vel ceruos aliasq; feras in retia adigunt, spectare videantur: sunt tamen nonnulli quos simpliciter venaticos dicas, quod celeritati vel robur vel sagacitatem vel vtrumque coniunxerint. Hinc illa Platonis comparatio est libro 2. de Rep. vbi inquirit quæ & quales naturæ sint ad vrbem custodiendam idoneæ, his verbis. Existimásne differre naturam generosi canis, & generosi adolescentis ad custodiam agendam? Quorsum hæc? Vtrunque ipsorum sagacem oportet esse ad sentiendum, & velocem deinde ad inse-

ad insequendum, ee demum robustum cum assecutus fuerit, ad pugnandum capiendumque. Audax etiam & fortis sit oportet, siquidem bene pugnaturus sit: neutrum autem erit, nisi etiam iracundus (*χωμοδὴς*) fuerit, siue equus, siue canis. Canum duo genera, vnum venaticum, & pertinet ad feras bestias ac sylvestres: alterum quod custodiæ causa paratur, & pertinet ad pastorem. Varro. Mirandum in modum canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia & peruestigabant, Cicero 6. Verr. Catulus venaticus, Horat. 1. epist. Turba venatrix canum, Valer. Argonaut. 3. Amphitheatrales inter nutrita magistros Venatrix, sylvis aspera, blanda domi, Martialis in epitaphio canis Lydiæ. Ceu pernix cum densa vagis latratibus implet Venator dumeta Lacon, Silius lib. 3. Et varias captimus facili cane sumere prædas, Gratius. Sed quoniam venationis vsus latissime patet, quæcunq; ad eam in genere pertinent, differam in alium librum, vbi de animalibus generatim docere proposui, & quæ vel omnibus vel pluribus communia sunt certis locis ac ordinibus rerũ digerere. De feris etiam singulis quomodo in venatione canum opera capiantur, in sua cuiusque historia dicam, in præsentia non alia de venatione dicturus, quàm quæ canibus peculiaria vel rerum vel nominum ratione videntur.

Ἐλαπηβολοῦντες, θηρεύοντες. Hesychius & Varinus: ego celetes potissimum *ἐλαπηβολοὺς* dixerim. *ἐλᾶν* enim & *ἐλαύνειν*, persequi est: hinc & *κυνηλάτης*: venator, qui cum canibus feras cursu persequitur, *κυνοδρομῶν* vocat Pollux *κυνηγὸς* verò, qui quouis modo canum opera ad venationem vtitur, qui & *κυνηγέτης* & *κυνηγωγὸς* appellatur: Pollux distinguit, his verbis, *Συνεργοὶ δὲ κυνηγέτης κυναγωγοὶ, ἱππαγωγοί*: nimirum vt cynagogus cynegetæ inseruiat, canibus ducendis. Incipiam capere feras, & reddere pinu Cornua, & audaces ipse mouere canes. Propertius lib 2. *Κυνασάαι, θηρεύται*, Hesychius: apud Varinum penultima per *ο* scribitur. *Ἐπακτῆρες* etiam & *ἁπακτῆρες* venatores cum canibus propriè dicuntur, Apollonius in Argonauticis pro piscatoribus posuit. *Κυνηγέσιον*, ipsa venatio. Pollux in præfatione libri 5. ad Commodum, *Εἰ καὶ ἡ κυνηγεσίων τε πραγματεία*. Et ab initio eiusdem libri, *Θήρας λέγειτ' ἂν καὶ ἄγρας, καὶ κυνηγέσιον· θήρα τε καὶ ἄγρα, καὶ κυνηγέσια*, &c. vbi etiam hæc vocabula subiunguntur: *συγκυνηγέτης, τῷ κυνηγέτῃ σύμπεπλεγμένος: φιλοκυνηγέτης, κυνηγετικὸς, κυνηγετικῶς, κυνηγετεῖν*. Et capite 3. *Ἡ τῶν κυνῶν ἀγωγὴ κυνηγέσιον ἐμμούσως τῷ ἔργῳ καλεῖται*. *Κυνηγεῖν* idem quod *κυνηγετεῖν*. Varinus. *Κυνήγιον* vel *Κυνηγεῖον* nomen proprium loci (Constantinopoli puto) in quem abijciebantur *οἱ βιοθάνατοι*, Suid. *Εἰς κυνηγὸν*, in venatorem qui nihil ceperat. Lucilj scopticum: *Παῦε φιλοσπήλυγγα, καὶ ἀσεοφοίτιν νύμφην, Καὶ Σατύρους, ἀρχαῖ' ἄνδρα Ἀμαδρυάδι, Σύντυχε, καὶ λογχας ταῖς πέριν συοφόνοις μάρκ@· Μηδὲ ἐλὼν αὐτὸς (forte αὐτὸς) ἔσο κύνας ἀκρήμονας*. *Εἰς κυνηγούς*, in venatores, epitaphia duo leguntur Anthologij libro 3. sectione 19. nam tertium in aucupem est. Cynulchos vocant qui secum ducunt canes, Cæl. Cynæthei Iouis à venatione dicti, quẽ Gyraldus Cynegeten appellare maluit, mentionem feci supra. Est & *κυνηγέτις*, id est venatrix, inter Dianæ cognomina, quamquam apud Pollucem *κυνηγετικὴ* legitur. *Οἱ ναῦται τὰς κυνηγετικὰς εἶπε πλωτῆρι σφῆκι τὰς τῶν θηρίων συγκαταπαύσεις, οἱ δ' αὐτοὶ σφῆκας ἵππους καὶ πλοῖα ἀγρίᾳ*, Suidas in *Ἀγρίᾳ σφῆκι*. *Κυνάκιον*, quodvis animal, *ἀπὸ τοῦ κυνὸς ἁλιευτικῶς*: proprie tamen marinum animal, Scholia Aristophanis. Venaticorum canum, propria nomina varia recensui supra in Cane in genere capit. 8. Canis alleluchi, est canis quo venatores vtuntur, ad capiendas aues aut quadrupedes, Andreas Bellunensis.

Nunc canes venaticos ordine literarum enumerabo, tum secundum regionum & populorum apud quos nascuntur nomina, tum dominorum, &c. illos imprimis, qui ad certum aliquod venaticorum genus, vt robustum, celer, sagax, commodè referri non possunt: Si tamen hic etiam illorum quosdam breuiter attigero, nihilominus suis in locis reperiũ. Non tunc egregios tantum admirêre Molossos, Cum parat (lego comparat, id est, Canes hi versuti tandem dolo efficiunt, quantum Molossi viribus) his versuta suas Athamania fraudes, Acyrusque Pherequ. & clandestinus Acarnan: Sic & Acarnanes subierunt prælia furto: Sic canis ille suos taciturna superuenit hostes. Gratius in libro de Venatione. Pro Acyrus lege Acytus. Est enim Acyto, Plinio 4. 12. insula, de qua sic scribit, statim post Sporades: Melos cum oppido, quam Aristides Bolida appellat. Aristoteles Zephyriam, Callimachus Menallida, Heraclides Siphnum & Acyton: Hæc insularum rotundissima est. Hinc forte Melos à multa figura appellata. *Ἄχυτος*, insula iuxta Cydoniam Cretæ, Stephanus Melos insula inter Cretam & Peloponnesum interualla æqualiter à Peloponneso promontorium Scyllæum, à Creta Dictynnæum habens, Strabo. Est autem Dictynnæum promontorium in Tityro Cydoniatarum monte, Hermol. Quod autem de hac insula Gratius intelligat ex vicinis constare videtur: quod illarum quoque canes ad venationem commendentur, vt Cretæ & Amorgi. Vicina est etiam Thera insula, quam alij inter Cyclades, alij inter Sporades numerant, Plin. Stephanus *Θήρα* per *η* prima longa scribit. Gratius forte Theras in pinrait numero dixit, vt legendum sit, Acytus Theræque, &c. de quo eruam inquirant quibus otium est. Si quis Pheras legere malit, vt *Φεραὶ* Thessaliæ oppidum intelligamus: non pugnabo. Situm enim hoc oppidum est in Pelasgicorum camporum termino ad Magnesiam, vt Strabo docet: Laudantur autem ex Magnesia quoque canes. Accedit quod & Athamania Thessaliæ regio sit, quanquam alij Epiri ad eam ducant, authore Stephano. Acarnania regio & pars Epiri est, mersa medio sinu Ambracio, vt Plin. scribit. Hanc ab Aetolia diuidit amnis Achelous, aut Pindus mons vt Solino placet. Acytos igitur, Pheræ Acarnaniæ, & Athamania, omnes eiusdem ingenij canes producunt venaticos, versutos, fraudulentos, clandestinos, taciturnos: Aetoli vero contra, latratu feras disturbant antequam conspexerint: de his dicam inferius inter celeres & sagaces simul. Aegyptios Oppianus *βουκόλων σύριγγας*, id est armentorum custodes vocat: ego supra ab initio huius tractationis de canibus diuersis, de Aegyptijs quoque dixi, sed nihil quod ad venationem, aut pecoris custodiam. Alopeciæ, id est vulpinæ canes, vide inter Mixtos infra: item in Laconicis inter celetes, & mox in Castoriis. Amorgi, *Ἀμοργοὶ*, inter venaticos numerantur ab Oppiano: possent & Amorgini dici, ab Amorgo insula vna Cycladum Stephano. Amyclæum canem non alium esse puto quàm Laconicum ab Amyclis Laconiæ ciuitate, in qua Castor & Pollux educati sunt. Vergilius pro pastorali cane posuit, eo tropo (ni fallor) quo Acheloum pro quauis aqua. Arcades à Pollure & Oppiano commendantur: & in eodem versu Tegeatæ, *Τεγεῆται*, Oppiano: cum Tegea Arcadiæ oppidum sit. Idem Arcades Eleis canibus commode misceri scribit, cum Elis etiam, *Ἦλις*, Arcadiæ vrbs sit, vnde gentile Eleus: neque enim Aegyptiam vel Hispanicam Elidem, quarum Stephanum meminit, peritam intellexisse crediderim. Arcadiæ canem ex leonibus creduntur prouenisse, vnde & *λεοντομιγεῖς* dictæ sunt, Cælius. Menalius lepori det sua terga canis, Ouid. lib. 1. de Arte. Argiui, *Ἀργεῖοι*, Oppiano: Argolici, *Ἀργολῖται*, Polluci, in catalogo venaticorum sunt. Athamanes, vide supra in Acyro. Ausonij, Oppiano: Idem Tyrrhenos canes Laconicis rectè misceri ait, non alios puto quàm Ausonios intelligens.

Tegeatas ſupra cum Arcadicis memoraui. Thracij. Oppianus: idem Thracios & Cares ſobilis gratia miſceri ait. Tyrrhenorum mentionem feci in Auſoniis. Tuſcos cum ſagacibus memorabo.

Veterum vulgo in Italia vocant canem venaticum, & velociſſimum curſu. Fr. Arlunnus: Vide inter celeres. Vertagus, celer ſimul & ſagax, de quo plura inferius. Vmber fidelis & ſagax eſt, vt inter ſagaces referam.

Hæc quidem celeberrima canum venaticorum genera ſunt, ἔμως ἡ φύσις ἐν ἅπασι καὶ ἄπειρα τὰ εἴδη κυνῶν ἀγαθῶν, ἴσασι τοῦτο καὶ οἱ Ἄραβες. Varin. totidem canum genera ſunt, quod equorum, vt Gyllius ex Oppiano ridiculè tranſtulit. Nam libro 1. de Venatione, cū de equis agere pœta defineret hac clauſula, Τέσσαρα μὲν ἀριθμὸν ἵππων, &c. id eſt, Tantum de equis: ſubdit, Τέσσαρα δ' (ſic legendum non-) ὅσσι κύνες ἐξοχάζονται ἔπειμι, &c. id eſt, Tot vero canes inter cæteros excellunt, quot & quorum mox nomina addit, Pæones, Auſonij, &c.

Canes venatici quales eligi debeant & ad ſobolem procreandam admitti, Gratius pœta his carminibus elegantiſſimè docet.

Iunge pares ergo, & maiorum pignore ſigna
Qui tenuere (genuere ſortè) ſua pectus hoc immane iuuenci.
Ite Veneremque ſtringunt: tum ſortis cura ſecundæ
Sunt celſi vultus, ſint horrida frontibus aures,
Spirent, aſtricti ſuccingant ilia ventris
Cæſaries, non pexa nimis, non frigoris illa.
Quod magnos capiat motus magnumq; ſuperſit.
Mollibus officio, ſiccis ego dura lacertis
Sed fruſtra longius properat labor, abdita ſi non
Fœmina, nec patitur Veneris ſub tempore magnos
Primi complexus dulciſſima prima voluptas.
Si tenuit cunctos, & mater adultera non eſt,
Fœturam, prodantq; tibi metagonta parentes,
Et primum expertos animi, quæ gratia prima eſt,
Ne rennat ſpecies, aut qua detrectet honorem.
Os magnum: & patulis agitatos morſibus ignes
Cauda brevis longumq; latus, diſcretaq; collo
Impatiens: validus tum ſurgat pectus ab armis,
Effuge qui lata pandit veſtigia planta
Crura velim, & ſolidos hæc in certamina calces.
Altus in latebras, vniq; incluſa marito
Illa, neq; emeritæ ſervat veſtigia laudis.
Hunc Veneri dedit impatiens natura furorem.
Da requiem grandæ, ſolitoſq; remitte labores.

Vix oneri ſupereſſe ſuo. Hæc Grat. Nemeſiani de canibus venaticis ad ſobolem eligendis verſus, infra recitabo in Celere, de hoc enim ille potiſſimum agere videtur. Canis venatici (inquit Tardi.) partium corporis omnium bona ſit proportio: caput leue, cerebrum amplum: pili à capite & fronte antrorſum dirigantur. Aures ſint molles, laxæ, pendulæ, longæ, & multum diſtantes. Venæ frontis magnæ: oculi nigri, viſus acutus: naſus amplus: fauces largæ & profundæ. Pili circa os barbam referant, ſimiles reſectis. Multa & craſſa in ore ſaliua: facies clara collum longum & in fine plenum: pectus amplum & craſſum, coſtæ prominentes: dorſum breue & & planum, non acuminatum circa vertebras. Cauda non ſeparata à coxis, brevis, mollis, nodis robuſtis. Coxæ ſint amplæ, & ſuperius toroſæ: pedes parui, digitis ductis, & apte coniunctis. ne quid terræ aut luti in via admittant. Corporis poſterior pars altior anteriore probatur. Si pars in cruribus prominens, eslear appellant, curſum impediat, ſecari debet. Laudantur qui lorum aut catenam, qua vincti tenentur, ſæpe & validè trahunt. Ex colore nihil certi fere pronunciatur. ſæpius enim turpi colore canes, pulchrioribus præſtant. Niger tolerantior frigoris eſt quàm albus. Canis alba, oculis nigris aut albis pectore terram verſus inclinato, pelle longa inter coxas, deniq; cauda longa & craſſa, alacris & animoſa in venatione eſt. Hęc Tard. A partu etiam catulorum delectus habeatur, de quo itidem Gratij verba adſcribam.

Tum deinde monebo
Percenſere notis, iamq; inde excernere paruos.
Ille, tuos olim non deficientia honore.
Extulit: affectat materna regna ſub aluo.
Dum tepida indulget terris clementia mundi.
Ire placet, turbaq; potens operitur inerti.
Perpenſare: lexis deducet pondere fratres:
Ne matrem indecilis natorum turba fatiget,
Signa dabunt ipſæ, teneris vix arubus haret
Iamq; illam impatiens aqua vehementia ſortis
*Libera tota tenet *ea *tergo liber aperto,*
Verum vbi Cæurino perſtrinxit frigore veſper,
Illius è manibus vires ſit cura futuras
Nec me pignoribus, nec te mea carmina fallent.

(Vide quæ ſupra diximus de catuli electione in genere.) Nemeſianus rem eandem clarius deſcribit,

Ponderе nam catuli poteris perpendere vires.
Corporibusq; leue, grauibus præноſcere curſu.

Sed hæc ad celerem canem magis pertinent, quam venaticum in genere: quemadmodum & illud forte quod Ariſtot. ait τοὺς ζωοὺς (κύονας Adamantius) φιλοθήρους εἶναι. διὰ φύσιν ἔχουσι τοὺς λέοντας καὶ κύνας. ἴδοι δ' ἄν τις καὶ τῶν οἰκίων τοὺς φιλοθηρεύτους ζωοὺς ὄντας (malim εὐξώνους ὄντας.) Idem alibi in Phyſiognomonicis certa in canibus ſigna eſſe ait, ex quibus periti venatores de ipſorum ingenio & natura coniecturam facere poſſint: Καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ περὶ θήραν ἄσκησιν ἔχοντες ἐκ τῶν ἰδίων μεθόδους δύνανται θεωρεῖν, ἱππικοὶ μὲν ἵππων, κυνηγετικοὶ δὲ κυνῶν.

Xenophon canis venatici formam, & animi corporisque dotes, quæ maximè probentur, his verbis depingit. Primum, inquit, magnos eſſe oportet, capite leui, ſimo, articulato, & ſub fronte venoſo, ἰνώδη χοῦσαι τὰ κάτωθεν τῶν μετώπων. oculis ſublimibus, nigris & ſplendidis (ardentibus, Pollux) fronte magna, lata, & canis diſcriminibus inſigni, (cui apud Polluccm contraria eſt in improbando cane carnoſa frons:) auribus (auriculis) paruis, tenuibus, & à poſteriore parte glabris: ceruice longa, molli, ac tereti: pectore lato, non macilento, (carnoſo, Pollux:) armis qui parum ab humeris diſtent. Anteriora crura brevia ſint, recta, teretia, ſolida, σφυρὰ, Pollux habet σφυρά: Idem crura tam ante quàm retro excelſa eſſe vult, longiora tamen poſteriora, & ὀπίσω, id eſt curua, nimirum propter flexum ſuffraginis. (apud Xenophontem non recte legitur ἔσω καμπὰ) cum anteriora ἐρθὰ, id eſt recta eſſe debeant, (non eminentia in cubitis) quod Xenophon bis monere videtur: primum, cum dicit σκέλη τὰ πρόσθια ἐρθὰ, deinde cum ἀγκῶνας ἐρθοὺς, id eſt cubitos rectos: ἀγκὼν enim anteriorum crurum eſt, ἰγνὺς poſteriorum, id eſt poples vel ſuffrago. Latera non admodum profunda ſint. pro βαθέα Pollux πρὸς γῆν καθηκούσας dixit, ſed in obliquum tendentia περιπλαγίους Pollux, lego περιστεγάλμους. Lumbi ſunto carnoſi, inter longos & breues medij, vel vt Pollux habet, inter duros & molles. Ilia quoque, nec magna nec parua ſint: vel iuxta Polluccm, magnitudine ſimul & duritie mediocria. Clunes (ἰσχία) rotundæ, poſtetius carnoſæ, parte ſuperiori laxæ, μὴ σωδαλέους: inferius aſtrictæ, κάτωθεν περιστεγάλμους, ſic enim lego: quamuis & in Polluce reperiam περιστεγάλμους fine ſigma. Venter ſub coſtis ſtatim, & deinceps, gracilis: cauda longa, recta, quæ paulatim tenuior vel acutior

enadat, λαγωβόλ, Pollux videtur ὀξέιαν interpretari: femora dutiuscula, legendum ὑπολίαν σκληράν, ex Polluce, facile deprehendet, qui laudabilem & vitiosam canis formam apud eundem contulerit. Ὑπολία, in Polluce ὑπόκωλία perperam: hypocolion intelligo femoris partem infertiorem supra poplitem statim, vt superiorem circa clunes, acrocolion: sic acrorean & hyporean Græci dicunt, pro inferiore & superiore montis parte: nisi quis hypocolion pro tota illa parte quæ sub poplite est accipiat, quæ à Polluce in lepore hyposcelion nominatur, vt cólon sicut Icelos crus integrum significet. Hypocolia igitur sint longa, tertia, solida, ἄπαχη Pollux. Postremo pedes rotundi. Eiusmodi si fuerint canes, robustæ erunt, corpore agiles, habiles vel partibus bene respondentibus, celeres, alacres, & rostro commodo, εὔρινοι, rostro validæ Omnibonus: Pollux addit εὐθύρινοι, id est rostro recto: γρυπαὶ enim supra ἄρινες esse dictum est. Hactenus de signis canis laudabilis ex Xenophonte: nunc ijs contraria ex eodem depromam. In libro igitur de venatione, de canibus, quas castorias & alopecidas vocant, locutus, subdit: Deteriorum vero maior est numerus, cuiusmodi sunt, paruæ, grypæ (id est naso aquilino, vel astomi, id est rostro inepto, oculis rauæ, χαροπαί, luscitiosæ, deformes, duræ vel strigosæ, infirmæ, glabræ, proceræ vel altæ, ἀσύμμετροι, id est quæ corporis partes non bene respondentes habent, pusillanimes, non lagaces, ἄγριοι: non probis pedibus, ἀπόδες, οὐκ εὔποδες, Omnibonus vertit mollipedes. Siquidem paruæ sæpe frustrantur venatione ob exiguitatem corporis. Grypæ, paruo sunt rostro, & ideo leporem tenere non possunt. Rauæ oculis & luscitiosæ, visum habent vitiosum. Deformes, vel aspectu turpes sunt. Strigosæ vel duræ membris, venationes ægre remittunt, χαλεπαὶ γὰρ πρὸς τὰ κυνηγέσια ἀπαναίσθητοι, (Omnibonus vertit, à saltu non facile absistunt.) Infirmæ & glabræ, laborem non tolerant. Proceræ & quibus corporis partes non aptè respondent, propter corpus non bene constitutum magnitudine & proportione, in cursu laborant, βαρέως ἀγωνίζονται, (hoc loco impressi codices ὀμμασὶν habent pro σώμασι.) Pusillanimes laborem deterunt, & sub vmbras à sole se recipiunt ac recubant. Quæ vero sagaces non sunt, ægre ratóque semiant leporem. Quarum pedes non probi, licet magnanimæ fuerint laboris patientes non sunt, sed præ pedum dolore deficiunt, Hæc Xenophon.

Color canum venaticorum, qui omne genus feras persequuntur, nec albus, nec cæruleus (nigrum intelligo probatur: neutri enim vel æstus vel frigoris patientes sunt, vt Oppianus tradit. Laudantur qui ferarum colorem referunt, lupi, rigridis, vulpis, pantheræ: aut frumenti granorum, πύρρους quem recentiores aliqui spiceum vocant: tales enim veloces pariter & robusti esse solent. Colorem canibus (inquit Pollux) neq; omnino candidus placet, neq; saturatus nigredine, sed nec planè ruffus: sed singuli nonnihil alterius coloris admixtum habeant siue in fronte, siue summo naso, siue alia corporis parte. Xenoph. similiter, Colores canum (inquit) non sint omnino ruffi, nigri aut albi. hic enim vilem & simplicem, aut ferinú potius canem notat, nón generosum. Ruffi igitur & nigri pilis nonnullis albis circa faciem splendeant: albi autem ruffis. Canes hyeme labore soluatæ prolis dent operam, vt per quietem ad vernum vsq; tempus gestantes fœtum ædant generosum. Nam hoc anni tempus nutritioni & incremento canum accommodatissimum est. Sunt autem dies quatuordecim quibus libidine aguntur. Mittentur autem ad strenuos canes quo tempore cessant, vt celerius concipiant. Nec vero cum ventrem gestant venatum subinde ducentur, sed cum intermissione, ne alacritatẽ amittant, Fœtæ sunt sexaginta dies. Catulos recens natos venator genitrici relinquat, nec alienæ canæ subijciat. Minus enim prohet aliena cura: matrum vero lac & halitus bonus est, & fomenta suauia. Cum iam obertant catuli: lac ad annum vsque præbeat, & ea cibaria quibus omnem ætatem victuri sunt, præterea nihil. Graues enim repletiones canum crura peruertunt, morbos corporibus ingenerant, & interiora depranent, Xenophon.

Inter canes venaticos non leporarios, excellunt, (vt scribit Albert. lib. 22) quorum aures magnæ & latæ directæ ad maxillas pendent: & superius labrum item longe dependet. Vox probatur sonora: cauda non admodum longa, magisque dextrorsum curuata, frequenter erecta. Huiusmodi canes in vtroque sexu, quantum fieri potest, magnitudine, colore, ætate & robore pares eligantur: quanquam coloris inter cætera minor cura est. Fœmina includi, & macerari debet: & mas similiter seorsim. deinde saturabis eos butyro, multo immixto caseo recenti, & simul per nouem dies includes, donec videas catulam concepisse: nec vllo modo ante hoc tempus euagari permittes. Cum autẽ conceperit fœmina, dimisso mare, grauidam retinebis, ita vt interdum, sed raro, inambulandi copiam ei concedas, mox iterum ad cubile ex stamentis reuoces. Quò partui vicinior erit, eò copiosius ales, vt fœtui postea lac supperat. Præbebis autem humida nutrimenta, vt lac & serum cũ parte butyri, quibus & panis aliquid & carnis coctæ miscebis. A partu pro numero catulorũ eam nutries, ita vt nec obesior, nec macilenta fiat: ne vel lactis inopia propter maciem aut prava qualitas propter pinguedinem sequatur. Nam cum canum lac natura crassissimum sit propter temperamenti ipsarum calorem, in corpore obeso frigidus ac tenuis euadit. Catuli suo tempore ablactandi, & cibarijs commode nutriendi, venec iusto fiant habitiores, nec alimentũ quod incremento & robori sufficiat, desiderent. Serum igitur cum aliquanto lacte quod pinguiusculũ sit, primò dandum est eis, & paulatim postea cum á magisq; proficere videntur, detrahendũ hoc alimentum: ita vt exactis octo mensib. pane remollito in sero sine multo humore nutriantur, sic fiet vt intra annũ canes sanos, agiles, fortes atq; sagaces habeas. Post menses octodecim exerceantur ad venationem, idq; primo moderatè, vt vltro in dies, magis magisq; se exerceant. Nimius enim cursus & labor ab initio, tenella adhuc membra exicet, & venationi inutilia inepraq; reddit: Mediocri vero exercitio, excitatus calor in cruribus alimentum attrahit, neq; consumit, vnde fit vt crur. bus validi venari ponte desiderent, Hæc Albert.

Media æstate, ex Nemesiani consilio, canes tenuius alentur, ne granis cibatus molles articulos ponderé deprauet. Protinus & cultus alios, & debita fœræ blandimenta feres, cuiaque iequere merentem. Ille perinde tuos vt erit delata minores, Ac longam præstabit opem: tum denique fœtu Cum desunt operi, fœgitque induftria matres. Transeat in catulos omnis tutela relictos. Lacte nouam pubem, facilique educere cura. Nec luxus alios, auidæque impendia vitæ Noscant: hæc magno redit indulgentia damno. Grat. Et paulo post de venatore, vel magistro canibus præficiendo, Idcirco imperium catulis, vnusque magister Adsitet, ille dapes, pœnamq; operamq; minatus. Temperet: hunc spectet syluas domitura iuuentus, &c. Venatici canes (ait Oppian.) assuescant equis venaticis, & cunctis hominib. blandi tanto, foris infesti feris: non facile ad latrandum alliciendi enim omnino venationi conuenti, præcipuè iuter inuestigandum. Canibus tacitis mittere habenas. Semel ait Hippolyto, Pollux ἀσιγητοὺς canes laudat: quos intelligo, vel absistentes latratu, vel qui ferarum captam ad dominos ducentium conferent, aut ore illæsam afferant, vt vertagus leporem. Idem probat canem [illegible], ἀγρίαν, ἀγρεύ, φιλέσπουδον, εὔλεκτον. Quod ad cibum, lac maternum catulis præcipuè conuenit: deinde

deinde sanguis animalium quæ ceperint canes vt paulatim venatorio alimento assuescant, Pollux. Opplanus ad venationem educandos lactari præcipit, non domesticatum canum neque captatum aut ouium vberibus, segnes enim & debiles futuros: sed ceruæ, aut leænæ cicuris, vel dorcalidis aut lupæ, vt robusti ac veloces fiant. De victu catulorum præcipuè venaticorum, ex Nemesiano docui supra in Cane in genere. Sed neque conclusos (catulos) teneas, neque vincula collo Impatiens circundederis, noceásque futuris Cursib. Imprudens: catulis nam sæpe remotis, Aut vexare trabes, lacerasque aut pandere valeas Mens erit, & teneres torquent conatibus artus, Obtundúntue nouos adroso robore dentes, Aut teneros duris impingunt poplibus vngues, Nemesian. Canes venatici & alij quomodo procreandi sint, & quib. parentibus, supra ex Blondo dixi cap. 5. de cane in genere. Castrati canes cessant à relinquendis heris: nec tamen ad custodiam aut aut venationem deteriores fiunt, Xenophon in Pædia. Si canis inter venandum nimia siti laboret, duo aut tria oua confracta ingulam ei immittes: sic enim sitim extingues, & à periculo hecticæ vel marasmi canem liberabis, Tard. Laudatur venaticus canis, qui lætus, alacris, & animosus est, qui auriculas subinde mouet, & frontem vertus dirigit: qui circumspectat vndequaq; & ferarum vestigia, tractus & halitus sequitur & olfactat, Tard.

Canum inter venãdum continentiam, obedientiam, sagacitatem Plutarchus extollit in lib. Vtra animalium, &c. De admirabili canum fide in Niciam venatorem dicam in Cane socio: Mira venatici canis disciplina spectatur, dum paret domino, nec illũ reliquit, sed suspensus expectat, donec ad persequendi licentiam mittatur signo: & comprehensam feram dum seruat, vel ad dominum refert, Blondus.

Omnis canis venaticus ex eo quod ceperit feram non medici voluptate afficitur, & tanquam præmio, si dominus ei permittat, sic ea capta vtitur. Si quidem non conceditur, bestiam seruat, quoad venator aduentarit, de totaq; captura pro suo arbitratu statuerit. Quod si mortuo vel apro vel ceruo inciderit, non attingit quidem, nec enim alienis se laborib. adscribit, nec quæ ad se non pertineant, sibi assumit: ex quo apparet æmulationum virtutis natura eũ non expertem esse. Nec enim carnes quærere, sed victoriã amare videtur, Aelian. Idem canis ingenium Plutar. in lib. Vtra animalium, &c. his verbis describit: Venatici leporẽ cum insequuntur, siquidem necarũt ipsi discerpere & sanguinẽ auide lambere gaudent: sin, quod persæpe fit, cursu confectum, ac spiritib. quantũ supererat, extrema contentione consumptis, exanimem assequuntur, prorsus nõ attingunt: astant autem cauda tantum gesticulantes, quasi non pulpæ, sed virtutis ergò certasse videri velint.

Equis & canibus Cyrus illos præfecit, quos existimabat reddituros hæc pecora ad vsum suum quàm optima, Xenophon. Canes singuli seorsim ligari debent: nam si iungantur, putore, scabie, aut morbo aliquo afficientur. Cubabunt prope magistrum, in stramine, vel allo cubili puro. Lauquotidie aut saltem semel à vinculis soluentur & mox iterum vincientur: nam si diutius soluti fuerint, alacritatem & audaciam amittent. Si manibus tractentur, aut panno cutis eorum perfricetur, mollior & leniot fiet: & canes ipsi magis cicures & in venatione obedientiores erunt, cum vel reuocantur, vel animantur, Tard. Socrates non quosuis homines conueniebat: sed eos qui natura boni existimarentur, doctrinam vero negligerent, docebat bona ingenia maximè indigere eruditione: probans id equorum exemplo, &c. & canum, ex quibus ingeniosæ, sagaces, laboriosæ feris insidiosæ, bene quidem eruditæ, optimæ ac perutiles venationibus fiunt: è conuerso vero, vanæ furiosæ, ac inobedientes. Xenophon dictorum Socratis lib. 4. De collarijs, loris, & fascijs canum, tractatum est supra in H. e. vbi cynanchum etiam vel cynũcham lorum esse dixi circa collum Xenophon in libro de venatione saccum cynuchi nomine intelligit, hisce verbis. Ἐγὼ δ' καὶ ἱστία ἔστιν αἱ ἄρκυες καὶ τὰ δίκτυα, ἐντεκτέον, (forte κἀντεκτέον) καὶ τὸν κυνάγχην, καὶ τὰ ὑφάσματα, ἵν' ἡ δύνῃς τέμνειν φάσγανον τὰ δεσμά. Omnibus Interpres copulam canum vertit: potest fortassis etiam lorum intelligi ex pelle viculina, quo rami amputati colligentur. Et sic facci vel receptaculi nomen subaudiendum esset: sin minus, & cynũchon saccum esse placet, vt Polluci, post μάχιμον punctum notandum erit. Cynũchus (inquit Pollux libro 5. capite 4) pellis est viculina, in qua rete imponunt, eiusdem figuræ cuius loculi vel marsupia quæ contrahuntur, ὥστε τε συνάγειν βαλάντια. Canes agitentur æstate vsque ad meridiem, hyeme per solidum diem: autumno vltra meridiem. Vere circa vesperam, ἐντὸς ἑσπέρας, id est, circa vel intra vesperam, nempe à diluculo ferè vsque ad vesperam. Hic enim modus seruandus est, Xenophon. Canis (inquit Tard.) ante decimum ætatis mensem exactum non educi debet ad venationem: nam si prius educeretur, periculum foret aliquid interiorum rumpi, conuelli, aut aliter affici: aut saltem canem deinceps fieri ignauiorem. Æstatis initio educatur canis matutino tempore, ad secundam vsque ad tertiam antemeridianam horam. Nam calore meridiano pedes offenduntur, & sitis molesta est. Hyeme dies toti ad venationem commodi sunt. Obseruabit venator cœlum serenum & tranquillum. Siquidem pluuiæ & venti, odoratum impediunt. Nix parua & gelu, nares ei adurunt: nix vero magna, nihil obest. Initio æstatis parum sagaces sunt canes, non quidem cerebri vitio, sed propter multos variosque florum odores: minus per ipsam æstatem: nimius enim æstus olfactum dissipat. Et quamuis leporum vestigia deprehenderint (solent enim tum temporis & lepores & vulpes noctu progredi) non assequuntur tamen eos odore: sed ad diuersa vestigia variosque odores stupidi, irascuntur ac temere latrant. Canem à vomitu venatum ne duxeris: nam cum debilis sit, nimio labore & tumulti male acciperetur. Cum ad venationem exis, canes exhilarato, & suis quosque nominib. blandè appellato, & ad venandum irritato. Vinctos quoq; ducito, ne discurrendo fatigentur aut aberrent. Cum lorum solues, cape ne quis alienus canis adsit, quocum ludant, & venatum negligant. Palpabis eos, adulaberis, animabis. Hæc omnia Tardiuus. Quibus remediis vtendum sit ad vitia pedum & nimium in eis calorem, supra in Cane in genere cap. 3. ex eodem authore retuli. Canes fœminas cum sex mensium sunt, mares octo mensium, venatum duces, Pollux lib. 5. cap. 9. Et ibidem cap. 6. Quouis tempore (inquit) venatione vtendum est. Experiri autem oportet canum naturam: frigido quidem cœlo, an parib. sint, infirmis: æstiuo autem an solem tolerent, & vestigia percipiant sole halitum eorum abolente. Verno an in varia florum fragrantia odores (vestigiorum) discernant. Vernum sane tempus, quod ad aeris temperiem, venationi commodius est quàm vel æstiuum vel hybernum: hoc solum incommodi est, quod flores vestigia discerni impediunt. Autumnus, temperie veri proximus est: neque florum odoribus, neque frugum, vt quæ iam reconditæ sint, canes à venatione auertit. Cæterum inter niues euidentiora sunt vestigia nec difficilia inuentu: quare lepus facile capitur, præsertim cum etiam pilli sub pedibus eius globuli quidam adhærescentes cursum impediant, Hactenus Pollux. Canes leporem vestigent, cum nixata ceciderit, vt terram operiat: nam hyems absq; niue (εἰ δ' ἐνείη μελάγγεια, rectius forte μελαγγεία, id est, si inter niuem passim terra appareat, quasi maculæ nigræ, vt fit in pauca & tenui niue: hanc vocem apud alios quoque authores reperimus,

illam non item) vestigabilis non est. At cum ningit, si Boreas spirârit, vestigia diu manifesta eminent: neq; enim citò liquantur. Sin & auster flauerit, & sol superfulserit, breui apparent: nam statim dilabuntur. Sed neq; cũ nix iugiter cadit, vestigia enim obducit: Neq; cũ ventus acriter incumbit: niuem enim conuoluens incerta facit. Ad huiusmodi igitur venationẽ cum canib. exeundum non est: siquidem nix canum nares adurit, & pedes, scleporis odorem gelu nimio tollit: sed sumptis retib. cum filio veniens, &c. Hæc Xenophon.

Canes vinctos soluere, & ad cursum dimittere. Græci dicunt, τοὺς κυνηγέτας ἐφεῖναι, καὶ ἐφέναι τοὺς κύνας, καὶ ἐπιφέναι, ἀπολῦσαι δ' ἐπάλξεως τὸ μετὰ τοῦ ἀφεῖναι βοῦς ἀφεῖναι, Pollux. Ἐπαφιέναι apud Lycophronem & Eratosthenem τὸ ἐπιφέναι τοὺς κύνας. Διὸ τῆς ἐπαφιέσεως ἐν ἐπαφιέναι, τὸ ἀπολῦσαι ὁμοίως ἐφωμῆσαι τοὺς κύνας, Varin. Ἐπαφιέναι, ἐπὶ ἐφιέναι ἐπὶ τοὺς κύνας ὅτι τοὺς ἔχοντας ἐπὶ τοὺς κυνηγέτας, Varin. & Etymologus. Ἐπαφίει, ἐφιέναι, Hesychius. Ἐπαφίεσι, ἐπιφέρει ἐπιφέρω, ἐπάγεσι (forte ἐπαγέσι) Idem. Ἐπαφιέναι, κυνηγετικὸν ἐπιφώνημα. Idem. Νύσσει, ἐφιᾶσι τοὺς μεταφέρει, Hesych. πρὸ ἐχθὲς δοκεῖ τοῦ, ὡς τὸ τοῦλο ἐπιφέρω; præ nimio feruore stridere, Suid. apud Hesychium sic pro ἐφιᾶσι male legitur. Κυνηγέτης ἐπάξειν (Varin. ἐπάξειεν) τοὺς κύνας, ἐγκελεύεται, ἐπικαλεῖται, ἐπικαλεῖται, ἐπικαλεῖται, ἐπικαλεῖται, ἐπικαλεῖται τοὺς κύνας. σχοινία τινὰ ἐξ ἐκατέρου τοῦ ἐρύματος, ἱμάντια, ἡνιόχια τὰ ἱμάντια, Pollux & Varinus.

Canem venando fessum recreabis, si duo ouа vino infracta, edenda præbueris, is cibus interanea eius refrigerabit. Alij aquam pauco aceto miscent, cum micis panis atri: & coliquore collum ac dorsum canis illinunt, Tardiuus. Quomodo lupos, vulpes, vrsos, cernos, capreas, & alias feras, canum operа venatores capiant, in ipsis quæ capiuntur feris singulatim explicabimus. Venatici cum genus canum, non solum nihil agricolam iuuat, sed & auocat, desidemque ab opere suo reddit. Columella. Lepus & vulpes canum metu exhortescunt, & interdum vel sola canis latrantis denunciatione ex loco vndique septo, vepribus & dumetis vestito excitantur, Aelianus. Nonne vides quod etiam venatores, dum lepores patui æstimandam rem sectantur, multa machinantur? Dum enim noctu pascendo oberrant, sagacibus canibus (ὑπὸ τῶν κυνηγετικῶν περιέχονται, Bessario legit ἐχιδνῶνται, quod non probo, ne denuo de ijsdem agat) eos captant. Sed quoniam interdiu refugiunt, & ad cubile se recipiunt, alios canes parant, qui qua redierint odore percipiant, & in cubili eos deprehendant. Quoniam vero celerrimi sunt, vt à conspectu etiam facile aufugiant, aliud genus canum velocium habent, quibus auolantes intercipiunt. Et quia his etiam aliquando elabuntur, retia per tramites qua fugiunt, disponunt, quibus tandem irretiantur. Hæc Socrates libro 3. Apomnemoneumatum eius apud Xenophontem, ad Theodotam mulierem formosam. Cui illa, Quonam horũ, inquit, vtar ad meos captandos amatores? Si per louem, inquit ille, pro cane quempiam apud te habebis inuestigatorem huiusce modi amatorum, atque fortunatorum hominum, qui quidem vt primum eos compererit, doctus arte, efficiet vt tua in retia concidant. Retia sunt, forma ista hæc tua, atq; ingenium, &c. Vterum fecum duobus mensibus, non oportet autem grauidam venatum educere, cum partui vicina erit, ἐπεὶ τίκτειν ἐν καὶ τίκτουσαν, Pollux. Canes ad venatum educere non conuenit, si obiectum cibum non auidè admiserint, quod eas non bene valere significat. Nec si ventus ingens flauerit: nam vestigia rapit, nec canes odorari, nec sagenas retiáue stare permittit. Quod si horum neutrum impediat, tertio quoq; die educito (ἄγειν δὲ τρίτην ἡμέραν: Omnibonus vertit, triduum educito.) Nec vulpes agitare assuescant canes: id enim non mediocre vitium, & cum oportet, nunquam præsto adsunt. Sed in diuersos saltus educito, (εἰς τὰ κυνηγέσια μεταβαίνοντα.) vt & canes venandi, & ipse regionis peritus euadas. Exeundum est autem diluculo, ne vestigatione frustrentur: siquidem tardiusculis neq; canes leporem inueniunt, nec ipsi fructum capiunt. Neq; enim diutius manet natura vestigij. res planè euanida.

Actæon venator Aristæi filius, ira Dianæ, quam nudam in fonte lauantem viderat, in cernum mutatus, à suis canibus laceratus est, vt canit Ouidius libro 3. Metamorphoseon: Canum Actæonis nomina superius recensui inter alia diuersa canum nomina. Scholiastes in quartum Argonauticorum Apollonij. Actæonem Melissi filium facit, quem mulieres Bacchi Orgia celebrantes laniarint. Actæonem (inquit Fulgentius ex Anaximene) venationem dilexisse aiunt: is cum ad maturam peruenisset ætatem, consideratis venationum periculis, id est, quasi nudam artis suæ rationem videns, timidus factus est. Et paulò post. Sed cum venandi periculum fugeret, affectum tamen canum non deposuit, quos insaniter pascendo pene omnem substantiam perdidit. Ob hanc rem à suis canibus deuoratus est. Paulò extra Megara (vt scribit Pausanias in Bœoticis) fons est ad dextram: & paulò vlterius petra, quam Actæonis vocant, & in ea quiescere aiunt Actæonem solitum venando defessum. In fontem vero inspexisse, cum Diana in eo lauaretur. Stesichorus Himeræus scribit pellem ceruinam à dea Actæoni circumiectam esse, vt à canibus occideretur, nec vxorem duceret Semelen. Ego absque numine Actæonis canes rabiem passos puto: in quo quidem fatore etiam alium quemuis obuium lacerassent, Hæc ille. Plura de Actæone vide in Fabulosis Palæphati historijs, cap. 4. Actæonem, inquit, à proprijs deuoratum canibus, falsum est. Canis enim herum imprimis diligit: & peculiariter venatici cunctis hominibus adulantur, αἱ γοῦν κυνηγετικαὶ πάντας ἀνθρώπους σαίνουσι, &c. Actæonis quidem nomen aptum venatori mihi videtur, & eiusdem originis cuius ἀκτωκὸς, id est venator, apud Græcos, à canibus ducendis. Sunt qui scribant Indicos ex Actæonis canibus propagatos: qui post rabiem in lanitatem redeuntes, Euphrate transmisso in India errauerint: Orion maximis fuit venator, qui cum viribus fidens gloriaretur nullam esse ferам, quam non conficeret: dus insolens verbum vlciscentibus, contigit vt terra scorpionem pareret, à quo ictus periit. Diana satellitis sui obitum grauissimè ferens, eum in cœlum iuxta Tauri sydus constituit. Lucanus à Diana scorpione immisso occisum dicit, & deorum miseratione in cœlum sublatum. Horat. ab ipsa Diana sagittis confossum tradit, eò quod vi voluerit eam comprimere, &c. Plura in Onomastico nostro. Mæram dicunt Orionis canem appellatum fuisse, Cælius. Atalanta Schœnei filia fuit, quæ Meleagri amore capta, aprum omnes Aetoliæ agros deuastantem occidit, &c. Vide Onomasticon in Melagro. Lycadem nomine canem Thebaicam celebrem epitaphio, quod tumulo eius inscriptum fuit, Simonides fecit: quod vt à Polluce referatur adiponam. [illegible] In somnis canes venari ad venationem exeuntes, omnibus boni sunt, & actionum præuncij: verum reis & in ius vocatis, mali. Blondus ex Artemidoro. Et Inferius. Quitigitur ad venationem aluntur, ea quæ foris comparantur bona significant, & actiones: quare bonum est ipsos videre venantes. Canes venatici dici possunt, qui alios clam auscultantes produnt, vt Coryczi: item ministri magistratuum, satellites, lictores. Tullius Actione in Verrem sexta, Apponit de suis canibus quendam, qui dicat se Diodorum Melitensem rei capitalis tecum velle facere.

Ibidem

Ibidem aliquanto post, Qu'simul atque in oppidum quopiam venerat, immittebantur illi continuo Cibyratici canes, qui inuestigabant ac perferebabant omnia. Duos fratres Cibyratas appellat canes, quod ad furandum Verres illorum oculis, sed suis manibus vteretur. Ac superius in eadem, Qui posteaquam venerunt, mirandum in modum canes venaticos d ceres, ita odorabantur omnia & vestigabant, &c. Hæc ferè ex Erasmo, in prouerbio Canes venatici. Ἄνευ κυνῶν τε καὶ δικτύων, id est, Absque canibus & retibus. Hoc quidem schemate Pindarus Nemeorum Oda 3. significauit summam celeritatem, (ἐφ' ὧν κεν ποσοῖν, Scholiast.) Quis enim pedibus assequatur ceruos, nisi aut à canibus remorentur, aut implicentur retibus? Conueniet tamen in eo qui clancularijs artibus capiunt prædam. Pindari verba sic habent, κτείνοντ' ἐλάφους, ἀνευ κυνῶν δολίων θ' ἑρκέων, id est, Ceruos occidentem sine canibus ac dolosis retib. Dicetur & in eos qui non alienis præsidijs, sed proprio Marte rem gerunt. Erasm. Pindarus de Achille loquitur, quem Homerus etiã à celeritate ποδάρκη appellauit. Inuitis canibus venari: Hoc adagio (inquit Erasm.) significatur, non sat feliciter succedere, quod à nolentib. extorquetur: Neq; eorũ officio vtendum, qui non ex animo operam suam nobis commodant. Apud Plautum in Sticho Panegyris patri interminans, ne se suamq; sororem inuitas viris collocet: Stultitia est, inquit, pater, venatum ducere inuitas canes: Additq; sententiam qua metaphoram explicat: Hostis est vxor, inuita quæ ad virum nuptũ datur. Eodem prouerbio Germani vtuntur, *Mit vnwilligen hunden ist nit gut iagen.* Et aliter, *Wann der hund nit iustig ist zu iagen, so reytet er auff einen ars:*

DE CANE VENATICO ROBVSTO, ADVERSVS MAGNAS aut fortes feras.

De maximis & robustissimis canibus, qui maiores & fortiores feras conficiunt, seorsim agam. Hoc animadũtendum l-ctori est, nonnulla superius dicta de cane venatico, tum ad robustos tum cæteros venationi destinatos canes cõmuniter pertinere: quemadmodum rursus plurima in tractatione de Cane in genere prolata, non ad venaticos solum, sed reliquos etiam canes.

Robustos & pugnaces canes Oppianus libro 1. de venatione his ferè verbis describit: Canes, inquit, bellicosi, non solum in barbatos (ἀγρώστας, quales syluestres quosdam esse docuimus) tauros inuadunt, & apros occidunt, sed neque leones suos reges timent. Vasto sunt corpore, ζατρεφέες, πεφύκασιν δὲ κύνες ἀγριόφωνοι: rostro simo laxa & horribili supra oculos inter supercilia pelle, oculis igneis rauo colore splendentibus, πυρίσπεις ὀφθαλμοὶ ἐπὶ ῥώθωνι διαπρὸ βεβληκότες ὀφρύσι. Pelle tota hirsuta, robusto corpore, dorso lato. Hi non veloces, sed magno robore & animi & corporis, & acerrima audacia præditi sunt. Huiusmodi canes quoslibet feras impugnant. Canes vehementiore aduersus feras concepta ira quandoque occæcantur, Plutarch. in Symposiacis. Τὸν κύνα τὸν πάσης ἐπιμανέντα θήρας, carmen heroicum apud Varinum Ὡς δ' ὅτε καρχαρόδοντε δύω κύνες, αἴτ' ἐπὶ θῆρι, &c. Homer. Et cruculentus Helot certare leonibus audens, Baptista Mantuan. Vide infra in Leone, Taurus Aethiopicus (alius quàm rhinoceros) pastorum vires & canum multitudinem contemnit, Gyllius. Τὸν ἀμήχανον ἵππον ὁ δ' ἀρτιτόκοις ἐπὶ μόσχοις, οὐδὲ γεύων ἀλλ' ἴσχων πάσσε δελφίς. κάπεσε δ' βυκανίστη φόνον κύνα δεῖ τελέσσαι ἐξόπιθεν. Pindarus vt Erasm. citat in adagio Equus in quadrigis. Sæpe volutabris pulsos syluestribus apros Latratu turbabis agens, Vergil. Epigramma in canẽ caprophonon, id est apricidam, extinctum cũ visis delphinis in mare insiliisset, extat Anthologij Græci lib. 1. sect 33. His gloria magnos Frangere apros, sæuos his debellasse leones, Et molem Ingẽtem corpostrasse elephanti, Strozæ filius in Epicedio canis. Atalantæ canis Aura nomine fuit, quam cũ Calydonia sus peremisset, bruto sepulchrum indigenæ struxere, Cæl. Hylæusq; ferox nuper perculsus ab apro, Ouid, Canis Lydiæ ab apro occisæ epitaphium Martialis lib. 11. reliquit, his versibus.

Amphitheatrales inter nutrita magistros
Lydia dicebar domino fidissima dextro,
Nec quo Dictæa Cephalum de gente secutus.
Nec me longa dies, nec mutilus abstulit æuo,
Fulmineo spumantis apri sum dente peremptæ,
Nec gurgor infernas quamuis ceto rapta sub vmbras,
Venatrix siluis aspera, blanda domi:
Qui non Erigones mallet habere canem,
Luciferæ pariter venit ad astra deæ.
Qualia Dulichio fata fuere cani.
Quantus erat Calydon, aut Erymanthe tuus.
Non potuit fato nobiliore mori.

Syagrus viri nomen apud Herodotum lib. 7. legitur. Syagrum dicit Sophocles canem, qui suum venationi fit aprissimus. Cæl Hinc forte & Syas canis nomẽ apud Hesych. Qui homines à canibus lacerati sint, vide supra parte prima huius tractationis de canib. diuersis in historia mortis Euripidis. Pro comperto est Benignũ martyrem, quũ nullis ad idololatriam tormentis posset impelli, ab Aureliano famelicis & diuturna maceratis inedia canibus obiectum, mortis tamen periculum euasisse. Interfectorũ à Diocletano Gorgonij & Dorothei martyrum canes vel famelici multum cadauera non attigêre, Io. Rauisius Textor. Videntur autẽ magni & validi canes fuisse quib. obiecti sunt, quamobrem hoc in loco commemorare volui. Eiusmodi nimirum & sepulchrales fuere canes apud Idyreas, de quibus dixi in Cane in genere parte vltima capitis octaui.

Augues, vt audio, in Gallia vocantur canes, qui è Britannia vt plurimum veniunt, capiendis vel occidendis maioribus feris, apris, vrsis & lupis, vtiles: vt qui ferocitate simul & magnitudine insignes sint. Solent autem eos aduersus ferarum iniurias cilicijs quibusdam vel pannis crassioribus obtegere, ac millo collo munire. In Narbonnensi Gallia canem limier appellari aiunt, magnum & robustum, autibus magnis, qui feras maiores inuadat. Poloniæ validissimi canes, quibus contra lupos, vrsos, & apros vtuntur, vislij nominantur, vt supra dixi. Molossi apud Aristotelem magni & robusti canes, duorum generum sunt, alij pastorales, alij ad venationem vtiles, vt infra dicam. Albertus ferè mastinos pro Molossis vertit: quod nomen Itali etiam & Angli vsurpant, haud scio cuius originis, nisi quis mastinum quasi maximum accipiat Germani *Rüden* appellant, forte quod rudes & præ cæteris hirsuti sint. De horum igitur genere pastorali infra dicam: de venatico & pugnace hoc in loco: quanquam pastoralibus etiam aduersus lupos aliquando pugnandum est. Ex cane cum lupo coitu gignitur magnus canis qui mastinus vocatur à nobis, Albertus. Mastini canes sunt grandes & mordaces, Franciscus Alunnus. Canem vidi quæ simul vnde viginti catulos peperit, & alio partu octodecim, tertio tredecim: erat autem nigra, corpore magno, ex illorum genere qui mastini dicuntur, Albertus. Ex leporario & mastino nati cæsuli, robusti simul & veloces fiunt, Albert. vbi Aristoteles habet ex Laconico & Molosso. Mastinus lupo similis

est, & circa generationem similiter se habet vt leporarius. sed cum ablactatur nutrimentis flaccidioribus & crassioribus alitur. Idem, Mastini (inquit Bellarius Aquinuus) ex illo genere canum sunt, qui grandiores & minus veloces habentur: quos in Dalmatia potiùs plures inueniri. Nasci enim solent (vt fertur) in ea parte, quam Illyrij incolunt & Liburni quoque. Eiusdem generis albani videntur, ex Plinio. In Corsica quidem plures sunt, feroces in primis, & ad quæcunq; animalia inuadenda capiendáq; audacissimi. Eligi debent, atroci vultu, ceruice & capite maximo, labro superiori super inferius dependente, rubicundis oculis, apertis naribus, ore quod veluti flammam hiatu enormi videatur: acutis dentibus, collo rumente, pectore amplo, ita vt leonis similitudinem præ se ferant: magnis pedibus, discretisq; digitis: duris ac curuis vnguibus, vt solo inhærere magis possint, quo validius feram prosternant conculcentque. Hi enim canum generibus venatus omnes superare facilius cursu & capere venatores poterunt. Hæc Aquinas. Canum ex Corsica (*kurshünd*) in Italia, Romæ præcipue, vsum esse aiunt aduersus apros & boues feros. 10

Alanum canem Hispanice dictum Fr. Alanus scribit eundem esse quem Itali vulgò Molossum vocent: & alibi Alanum canem vertagum interpretatur. De vertago dicam inferius. Alani veluti contra apros, vide in Aro E. Alania regio est Scythiæ Europææ, quę ad Mæotin paludem pertingit: cuius incolæ Alani (prope Istrũ, Ptolemæo) quorum meminit Plin. 4. 12. vbi Alanum etiam Scythiæ fluuium facit. Ammianus scribit Alanos vocari, quos priscis Massagetas dixerint. Et sequeretur duros æterni Martis Alanos, Lucan. De Attali canib. dixi supra in prouerb. Ira Cane in genere.

Indiam petenti Alexandro Magno rex Albaniæ dono dederat inusitatæ magnitudinis canem: cuius specie delectatus iussit vrsos, mox apros, & deinde damas emitti, contemptu immobili iacente. Eaque segnicie tanti corporis offensus imperator generosi spiritus, eum interimi iussit. Nunciauit hoc fama regi. Itaque alterum mittens, addidit mandata, ne in paruis experiri vellet, sed in leone elephantóue: duos sibi fuisse, hoc interempto præterea nullum fore. Nec distulit Alexander, leonemque fractum protinus vidit. Postea elephantum iussit induci, haud alio magis spectaculo lætatus. Horrentibus quippe per totum corpus villis, ingenti primum latratu intonuit: mox ingruit assultans, contráque beluam exurgens hinc & illinc, artifici dimicatione qua maximè opus esset infestans, atque eurans, donec assidua rotatum vertigine afflauit, ad casum eius tellure concussa. Plin. Apud Albanos nati canes feris omnibus anteponuntur, frangunt tauros, leones perimunt, desinent quicquid obiectum est. Solin. Et paulò mox. Hoc genus canum crescit ad formam amplissimam, terrificis latratib. vltra leones rugitibus insonans. Albania est regio Orientalis inter Colchon & Armeniam, cuius incolæ Albani: à quibus orti sunt quorum pars in Peloponneso, pars in Macedonia consedit iuxta Dyrrhachium, quorum dux fuit Georgius Scanderbegus. 30

Arcadici ex canib. & leonibus creduntur prouenisse primum, & λεοντιμιγεῖς dicti, Pollux. Vide supra in canib. venaticis in genere ordine literarum, de Arcandicis.

Canaria vna ex Fortunatis insulis, repleta canib (ingentibus) forma etiam eminentissimis: Inde etiam duo exhibita Iubæ regi, Solin. & Plin. 6. 32.

Creticæ canes, vt Xenophon scribit, aptis opponuntur. Et pugnaces tendant Cretæ Fortia trito vincula collo, Seneca in Hyppolito. Hæ nimirum disponi dict. sunt: vide plura supra in Canibus venat. in genere, inter Cretenses.

Cynamolgos alij populos, alij canes eorum appellant. Reperio prope paludes quæ ad meridiem sunt, esse canes qui dicuntur Cynamolgi, quibus lac bubulum cibus gratissimus: Hi Indicos boues qui gentem illam æstate inuadunt, expugnant, vt Ctesias scribit, Pollux, Cæl. Cynamolgos Aethiopes aiunt habere canes minores rictus & prominula ora, Solin. Vide supra Hyrcanos in Canes in genere. In his libris, quos Ctesias de reb. Indicis conscripsit. Cynamolgorum gentem, ait canes permultos, magnitudine Hyrcanis canibus pares, alere solere. Quamobrem si hæc natio tam canum studiosa, causam idem affert. Cum ab æstuoso solstitio ad mediam hyemem, tãquam aprum examina, quæ ad alucos frequentes versantur, sic armenta numero ampliora boum ferorum eos coronibus vehementer infestata appetant & noceant, hi non aliter hæc retundere valentes, canes quos magna cura aluerunt, in ipsos immittunt, qui facile boues depellant, & interimunt. Deinde ante commemorati homines, quas esculentas carnes existimant, sibi auferunt, reliquas canibus impertiunt, libenterque communicant. Reliquo anni tempore cum non amplius eò boues accedunt, ad venandas alias feras secum ducunt. Ideircóque Cynamolgi appellantur, quod à canib. lac exprimunt mulctra, tum vero sic idipsum, quemadmodum nos vel ouium vel caprinum, bibunt. Aelianus Cynamolgi, qui ab indigenis Agrij appellantur, comati & barbati sunt. Hi canes maximos alunt, quibus Indicos boues venantur, è vicina regione venientes, siue à feris pulsos, siue pascuorum inopia. Strabo lib. 16. 50

Epiro etiam terra canes præcipuè magnos fert, Aristoteles. Clarus est inter canes Epiroticus Cerberus. Pollux. Epiri regio est Molossia, de cuius canib. inferius mox dicam. Chaonia etiã Epiri pars est, vnde canes dictæ Chaonides de quibus supra inter Venaticos in genere.

Hyrcani canes robusti & feroces, ex cane quæ conceperit ex tigri: quanquam Plinius Indicas etiam ex tigribus concipere scribit. Vide infra in Mixtis.

Indicæ canes apros, ceruos & hinnulos venantur, Xenophon. Indicos canes ex canibus Actæonis propagatos scribit Nicander Colophonius quæ à rabido furore respicientes, Euphrate tranato in Indos vsque aberrarint, Pollux, Cælius. Apud regem in Babylone canum Indicorum tanta alebatur multitudo, vt ad præbenda eis cibaria, quatuor in eadem planicie magni vici attributi essent, aliorum tributorum immunes Herodotus libro 1. Aristoteles hos canes nasci scribit ex cane & tigride, alibi vero ex cane & fera quadam simili (ἐκ θηρίου τινὸς ὁμοίου) non expresso nomine. Et tigribus canes (inquit Plinius) Indi volunt concipi: & ob id in sylvis coitus tempore alligant fœminas. Primo & secundo fœtu nimis feroces putant gigni, tertio demum educant. Sunt qui hircanos etiã canes è tigribus concipi scribant, vt in Mixtis dicam. Ex Indicarum rerum scriptis de his quæ subsequuntur docemur: Canes fœminas multò generosissimas, tum ad inuestigandas feras narium sagacitate præstantissimas, tum vero ad cursum velocissimas in loca vbi tigridibus est habitandi consuetudo, venandi rationibus eruditi, perductas vt primum ad arborem alligarunt, alcamque vt vulgò dicitur, iecerunt, discedunt. Ibi has autem tigres incurrentes venationis inopia, ex fame laborantes lacerant: si autem ad libidinem inflammati, & cibo completi sint, cum canibus complexu venereo iunguntur: nanque illi quoque cum sunt exsaturati, 70

venerem

enerem memineruntEt hac tigridum consuetudine cum canibus, tigris quidem non generatur, sed semen ad deterius delapsum, maternum genus tetereos, canis efficitur. Si canes tigride patre nati, vt vel cerui, vel apri venatum præclare sperauit, sic cum in leones incurrunt, gaudio vehementi exiliunt, Gyllius ex Aeliano. Canes Indici maximi contra Leones pugnant, Crefias Aduersus hinnulos & ceruos canes Indicas esse oportet: sunt enim validæ, magnæ, veloces, nec pusillanimes: & cum tales sint ad laborem sufficiunt, Xenophon. Celebris est & Alexandri canis, qui leones impugnauit, alumnus Indiæ centum minis emptus, in cuius defuncti honorem Alexandrum ciuitatem constituisse Theopompus scribit, Pollux. Is etiam, quem Porus Alexandro donauit: duos leones vicit, Pollux. Apponam & Aeliani de canibus Indicis Alexandro donatis quantumuis prolixam historiam, quod non exiguum inde ad scuendam animi fortitudinem pro virtute & pietate retinenda argumentum viri boni trahere possint: Summa igitur huius, inquit, nobilitate homo, Alexandro Philippi regis filio, horum roboris canum, sic periculum fecit, vt primo ceruam emitteret. canis ex eo loco, vbi quiescebat, cum despicatissimum habens, nihil se commouit: deinde ad aprum dimissum, quemadmodũ affectus fuerat in ceruum, immotus permansit: tum vero vbi vrsus immissus fuisset, æque hunc, atque alios despicatui duceret, ab eo inuadendo se retinuit: Ad extremum hic leonem quem protulissent in medium, vt vidit, cum ira exarsit, ac profecto tanquam iustus hostis in certamen descendisset, sine mora intrepidus inuasit, atque acerrima comprehensione, leonem conflictum tenens, illius fauces premebat, & suffocabat. Tum Indus, qui hoc spectaculum regi præbebat, quique probe sciebat eius robur animi & constantiam, primum huic caudam abscindi iussit, is præ ipso leone, quem mordicus tenebat, sibi caudam facile abscindi patiebatur: deinde etiam crus vnum suffringi imperauit. Is vero æque vt à principio vrgebat, & perinde nihil remittebat, quasi alienum crus, & ad se nihil pertinens suffringeretur. Post alterum, vnde quoque is nihil commotus arctè tenebat: tum tertium incidi præcepit, is similiter vt ante nihil se relaxauit à retinendo leone: tum etiam quartum crus abscindi voluit, is nihilo remissior factus, nihiloquominus leonis retinens, maximo robore ad eius perniciem incumbebat. Denique etsi caput à reliquo corpore abscissum erat, illius tamen dentes, ex illa leonis parte, in quam primum defixi fuissent, pendebant simul, & quam diu is qui eos in initio defixisset, iam mortuus esset, eius tamen ipsius etiam nunc ex leone appensum caput sublime ferebatur. Hæc cum Alexander non mediocri dolore afficeretur, ipsius admiratione virtutis obstupefactus est, quod is qui tale virtutis experimentum dedisset è vita, quàm ex robore animi cedere malisset. Quare Indus videns Alexandrum ex huius casu dolorem non mediocrem cepisse, quatuor canes huic similimos illius donauit: ille cum grato & iucundo animo eos munere accepit: tum vero eum ipsum qui dedisset tanto precio, quanto par esset præstantissimum regem, remuneratus est. Itaque horum quatuor munere Alexander ex memoria dolorem quem ex primo suscepisset, deposuit. Hactenus Aelianus interprete Gyllio. Diodorus Siculus & Strabo Sopitheo regem fuisse dicunt qui canes illos Alexandro donauit. Apud Pollucem libro 5. cap. 5 eadem historia refertur, vbi pro his verbis ὧδε τοι μοῦνος reponi debet ὧδε ὁ Σωπείθης: quidam inepte Sophiten scribunt. Describitur etiam apud Stabonem libro 15. sed copiosius apud Diodorum Siculum libro 17 Sopithes rex (inquit) præter multa & splendida dona alia dedit Alexandro centum quinquaginta canes, qui prægrandes, robusti, nimi, alijsque naturæ donis præstantes valde erant, atque cum tigribus commiscri dicebantur. Eorum virtus vt Alexandro ipsa innotescerer, leonem fortissimum intra septa quædam duci fecit Sopithes, deósque iubet ex illiores è numero canum, quos donauerat, contra feram immittit. Qui quum succumbere viderentur, duos alios addidit, simulque quatuor leonem prostrauerunt. Tunc à Sopithe quispiam cum gladio missus, crus dextrum vnius canis cœpit abscindere. Ibi Alexandro inclamante, regij speculatores accurrerunt, manumque hominis retraxerunt. Iussit Sopithes æquo animo adferrent pro eo canes tres (quatuor Strabo & Aelian.) ab se dono accepturi. Igitur venator reprehensum crus paulatim concidere, neque vnquam canis aut latratum aut clamorem quicquam edidit: tantummodo frendens dentibus (οὔτε κλαγγὴ οὔτε μυγμὸν σημήνας, ἀλλὰ σὺν [illegible]) carnificinam eã sustinuit, donec exangvis factus super leonem expirauit. Hæc Dionys. Diuersus ab his canis Indicus fuisse videtur de quo Plutarchus in libro. Vera animalium, &c. Canem, inquit, qui inter Indicos primas tenebat, quique aduersus Alexandrum depugnârat, in harenam productum, quantilper ceruus aut aper vrsúsve emitteretur, contemptim immotum iacuisse ferunt. Sed enim vbi leo conspectus est, excitatum momento, pedibus harenam sparsisse, velut hunc antagonistam dignum se iudicaret, cæteros omnes despicaretur. Ἴδιον κυνὸς μέγας [illegible], &c. Plures eadem ferè quæ Aelian. sed breuius scribens, & simpliciter de Indico cane quolibet, non Alexandri tantum. Apud Prasios Indiæ populos Megasthenes scribit, canes valentissimos esse, qui non ante morsum dimittant, quàm aqua naribus infundatur. Nonnullis præ studio in morsu oculos distorqueri, nonnullis etiam excidere, leonem & taurum à cane detineri, tantum mortis ictu comprehensum, priusquam dimittatur, Strabo libro 15. In parte Indorum, vbi regnasse Sophites memoratur, & gentem esse sapientia præcipuè insignem, & nobilem ad venandum tradunt canes: quique latratu abstineant cum videre feram, leonibus maximè infestos, Cælius absq; authoris nomine.

Hircanæ canes venatoribus etiam aduersus apros seruiunt, Xenophon: sed de his infra in Canere.

Lycaonij canes venantur apros, Xenophon.

Indocilis dat præda Medus Gaz.

Molossi canes, vel Molotici (μολοσσικοὶ vel μολοττικοὶ. Pollux) à Molossis Epiri populis dicti sunt. Nam & hi & Chaones celeberrimi ex Epiri tractu fuerunt: vnde & Chaonides & Epirotici canes commendantur. Chaonides & Molossi canes, ex Cephali cane (de quo inter celeres) natos priscum fabulantur. Acron interpres Horatij Molossos canes à Molossis ciuitate Cretæ nominatos somniat. Ex canib. maximi animi est Molossus, quia & certi animoli sunt Molossi viri. Aelian. Molotti cum genus venaticũ nihilo à cæteris differat pecuarium longe & magnitudine, & foetitudine contra bestias præstat. Insignes vero animo & industria, sic est fortitudine & [illegible] quies vereq; Molottici dico & Laconicum prodiderint Auctor. Albertus ex Isidoro & Isidoro natum comprehendat: hoc nomine Laconicum, illo Molossum intelligens. Molossus hoc tempore, à Germanis vulgo rudius dictus alius pastoralis est, de quo infra: alios venaticus, sed is quoque longus vt ex Aquitanico iam ceruli cum Molossis venaticos nihil à cæteris venaticis differre scribat Auctor. Molossus vel Molottus, canis magnus & pastoralis, Varin. Suid. Vergilius etiã Georg. 3 pro pastorali accepit his verbis. Veloces Spartæ catulos, acremq; Molossum Pascito pingui, nunquã custodib. illis Nocturnum stabuli furem incursusq; luporum, Aut impra-

Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. Apud Molossos populos ferunt canes inhumari solitos. Canis Molossus, magnus & mordax est, vt canis è Corsica, Gr. Alun. Mordacem dici puto, non quod temere mordeat, sed quod vehementer, & morsum feris inflictum vix remittat, vt de Indicis diximus. Nam Corsicanum etiam audio, cum apro aut bove syluestri dentes infixit, non aliter abstrahi posse, nisi venator caudam eius mordicus apprehendat. Scoppa in dictionario suo Latinoitalico Molossum canem bracco vel vracco Italice dictum interpretatur, quod non placet. Calydoniam canem Molosso miscere Gratius poëta probat. Χαρσανίτι Μολοσσοί, Oppian. Quando rure redierunt Molossici. Odiosiq; & multum incommodestici, Plaut. in Captiuis. Incommodesticum quidam exponit, qui incommoda inferat: ego immodestum malim, & modi nescium. Exanimes trepidare simul domus ola Molossis Personuit canibus, Horat. Serm. 2. Sat. 6. Teneant acres lora Molossos, Seneca in Hippolito. Atq; armillatos colla Molossa canes, Propert. Eleg. 4. Illum Scylla rapax canib. succincta Molossis Verg. in Culice. De Nicomedis cane Molosso dicam in cane defensore: & ibidem de Eupolidis poetæ cane Molottico, cui nomen fuit Augeas.

Pæonum canes σαῦρα, id est venationum socij erant, nec non præliorum, Pollux. Vide supra in parte 1. de canibus diuersis. Notatu est Triacàs nomine canis Pæonica, qua Panes Pæoniæ satrapa Alexandrum regem donatum. Pollux.

Persis, sagax simul & pugnax est Grat.

Inter canum nomina, quæ apud Xenophontem legimus robustis præcipuè conueniunt ista: Ἀλκὴ, Πάρδαν, Ὀξυδόρκας, Θυμὸς, Ἐρίτιμος, Φύλαξ, Βλαξ, Σθένων, Ἔκφορος, Σπουδαῖος, Λάγχη, Λίσμη, Φύσαξ.

Canes defensores, qui & ipsi magni robustiq; sunt, seorsim infra commemorabo, vt pastorales quoque.

DE CANE SAGACE, ET ANIMALIVM INVESTIGATIONE.

Sagacitas de odoratu præcipuè dicitur, Plinius de gustu etiam protulit. Seneca sagacitatem sensuum corporis simpliciter dixit, transfertur etiam ad ingenium. Hinc sagæ mulieres dictæ, quæ (vt Cicero ait) multa scire volunt, item peritæ factorum, diuinæ, incantatrices, maleficæ. Plin. lib. 8. de moribus, Quorum palatum in gustu sagacissimum authores quó nam modo intellexerint, miror. Sagax catulus, Ouid. 1. remed. am. Fidelem catuli, Horat. 1. Carm. Acron exponit sagaces, vel silentium inuestigando seruantes. Naris sagax, Lucan. lib. 7. Plautus in Curcul. Canem esse hanc quidem Magis par fuit: nasum ædepol sagax habet. Sagaces canes dicuntur authore Festo, qui ferarum cubilia præsentiunt. Anser sagacior canibus, Ouid. 11. Metam. Acuto homine nobis opus est, & natura vsuque callido, qui sagaciter perquisiget, Cic. 1. de Orat. Sagacissimè odorari, Ibid. lib. 1 Odoricanes, Claudian. lib. 2. de raptu. Et odorum canum vis, Vergil. sic Lucret. lib. 4. Promissa canum vis: & libro 6. Comprimis fida canum vis Dirige odorisequos ad certa cubilia canes, versus est myutus Liuij Andronici. Nec naribus acres Ire canes, Ouid. 7. Metam. Et natibus vtilis Agre, Ibid. lib. 3. Germani hoc genus canum vocant *sun hund. leuthund*, quorum aures (inquit Pinicianus) languidæ sunt & flaccidæ: idem hos canes plaudos appellat. Ex Festo scilicet qui plaudos canes flaccidis & latis auribus interpretatur. Nostrates priuatim *saghund*, id est venaticos, sagaces nominant: alijs enim venaticis alia nomina tribuunt. Angli, houndes vel spaynelles, sagaces vocitant. Horum malor hodie vsus est quàm olim: indicatas enim feras aut exturbatas cubili, bombardis eminus petunt venatores vt plerunque canum celeritate aut robore, ac retibus etiam parum sit opus. Vt in cane vultûs ima sagacitas, ita acies aquilina in venatore, requiritur, Budæus. Carteiæ in certaris polypusè mari exire assuetus in lacus aperios, atque ibi fallamenta populari, deprehendi non potuit, nisi canum sagacitate: hi redeuntem circumsalire noctu, &c. Plin. Græci ἰχνευτὰς vocant, Oppianus ἰχνεύτορας. ἰχνεύτας, ἀντὶ τοῦ μιμητὰς λεγόμενος Varin. intelligit autem canes sagaces, non ichneumones Aegyptios luctatum generis, de quibus suo loco dicam. Est & piscis ichneumon, Varin. Ichnos Græcis vestigium est, proinde ab inuestigando hæc facta sunt nomina. Ἰχνεύειν, ἰχνεύσειν. Suid. & Varin. Ἴχνεια, ἡ ἴχνευσις, Varin. Ἰχνηλατοῦντες διαφέρουσι ἀπὸ τοῦ Ἴχνια pro ἴχνη poëtice, Idem. Ἰχνηλατῆσαι, Διὰ τὸ ἰχνᾶν αἰτιατικῶς. Suid & Varinus. Ἰχνηλασία, ipsa inuestigatio. Κυνὸς Λακαίνης ὃς πεῖνεν Θοάντος, Sophoclis fenatius apud Suid. in Βάκις Εὐβοεύσιν id est sagax, &c. Etymologus. Ἀρτιμανὴς ἰχνεύειν τοὺς ἀγκυλοκώλους, Nicand. apud eundem Ἰχνεύειν κυνῶν. Apollonius: vbi interpres exponit ὀδμήσεων id est bene pellitarum, vel sagacium naribus. Μηλατεῖν, ὅτι τὸ ἀνιχνεύσας τὰ κυνῶν: licet etiam μηλατεῖν ἐν τῇ ὄσμῃ reperiatur, ἐκδοκιμῇ ἐν τῇ ὄσμῃ. Μαστεύειν μηλατεῖν Helych. Ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἰχνεύειν λέγεται, καὶ ἀνιχνεύειν, καὶ ἰχνηλατεῖν, καὶ ἰχνεύτης ὁ κύων, ὅτι ἐπὶ τῆς ὀσμῆς ἐνεργεῖ: ἐν ἱστορίαις δὲ, ζητεῖν, ἀναζητεῖν, ἐξιχνεύεσθαι ἀντὶ τοῦ ἐρευνᾶν, ἐξερίσκειν, συνεζυγασμένον ὅτι ἐπὶ τῶν θηρίων, χειρωθῆναι, μεταθῆναι (sic habent codices Pollucis vulgati. lege μετασθῆναι &c. Poll. Et cursus Ἴχνος ἀνίχνευσις, ἰχνηλατία, καὶ ἰχνηλασία πεδῶν, συμβολαὶ, ἐπισημαίνεσθαι τῇ γῇ, ἰχνεύματα, ἴχνια ἰχνέων. Ἰχνηλασίη, συνεπιτηγμὸς, τύπος, σῆμα (incertum videtur) ὀσμαίνεσθαι, ἐξιχνεύειν, ἀζηχὲς, ἀδηχὲς, πυκνὸν ἀσπαίρειν, ἀσπαιρὸν ἀπὸ τοῦ πνεύματος: ἄνεσμα, δύσεσμα, τύπος. πεπαγὼς ἢ τὸ δυσχερὲς ἢ ἡδὺ ἐπὶ τῶν ἐσθιόντων λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἀναίσθητον ἢ δύσοδμον πρὸς τὰ ἴχνη. Προκυνεῖν, τὸ πρὸ τῶν ἀκρέων πνεῖν τὸ θηρίον ἀπὸ ῥεῦν, Pollux. Illud quoque vsus inuenit, vt acerrimos sagacissimos canes in turribus nutriant, Veget. lib. 4. de re milit. Canes sagaces odore & importunis latratibus feram insequuntur, cogũtq; ad lassitudinem, donec eam in manus venatorum vel leporariorum dejiciant: & quam iussu venatorum insequi cœperunt, non relinquunt, etiam si multas alias inuenerint, Author obscurus.

Indagare proprie significat locum aliquem retibus cingere, vt fera vbicunque sit intra id spatium reperiatur. Id impropriè aliquando simpliciter pro inquirere & inuestigare ponitur: hinc deducuntur indagatio, indagomus: indagatrix, indaganter. Omnibus vestigijs indagare aliquid, Cicero ad Atticũ lib 2 Saltusq; indagine cingunt, Verg. 4 Aen. id est, feriè reptagarũ salius cingentium. Syluis vndiq; impeditissimis, aut altissimo flumine vel indagine munitum, Cæsar 8. Bell. Gal. de campo quodam. Et syluas, vallaq; feras indagine claudit Lucanus lib. 6. Budæus indaginem metephoricè interpretatur fossam & turrium munitatum seriem.

Vnus an varij coloris indagatores sint canes (inquit Belisarius) parum referre videtur: vt staturæ etiam pariter ac magnitudo. Satis erit si dejectis ac propendentibus auribus, retortis sursum naribus, odoratu acutissimo fuerint, vt neq; aliud quàm venarum latratu indicent: quo quidem atroci maximoq;, qua incedant feræ per nemora virgulta; ac vepres cognosci à venatorib. possit: vt non ventorum strepitu aliarúmue rerũ ad latratum inuitentur, ne falla suspicione venatores concitent. Debent autem venatorum vocibus parere, vt nec longissimè progredi

progredi audiant, nec prope venatores tantum manere velint. Fit sanè non natura, solum sed etiam arte disciplinaque, vt canes ad obediendum faciles efficiantur. Albi coloris indagatores præferuntur, quum ferarum generibus longe dissimiliores sint: nigri enim interdum apros, rufi capreas aut alias feras colore suo referunt, vnde venatores decipiuntur, Hactenus Belisarius.

Canem odorum (inquit Blond.) quidam autumant præstantissimum quadratum esse: quem nos etiam probamus, & breuem: simo potius quàm adunco rostro, capite concinno: cruribus posterioribus eadem ferè altitudine qua sunt anteriora: pectore quod non sit maius ventre: dorso plano & porrecto ad caudam. Oculi sint agiles & crebrò moueantur, aures pendulæ arrigantur subinde: caudæ mutilæ frequens motus, & rostri per terram odorus error. Qui dum prædam quærit, sentes ac spineta diutius odoratur, sagacior est. Laudatur imprimis qui præda inuenta, domini accursum expectat. Quod ad colorem, in Italia eligunt varium, & maculoso lyncis persimilem: nec tamen spernendus est nigri coloris. Albus etiam ac fuluus color canem odorum decorat. Dum non venatur, loris in stabulo vinciendus est: & siccis potius eduliis alendus, quam pinguibus insculentis: hæc enim graviorem reddunt. Educendus tamen nonnunquam est è stabulo vinctus, in vicos tantum, vt excrementis se exoneret promptius: mox iterum coercendus vsque ad tempus venationis, Hæc Blond. Canis sagax singularum semitarum exordia tacitus percunctatur, &c. Ambrosius. In venatu solertia (Plinij verbis) vtor & sagacitas præcipua est. Scrutatur vestigia atque persequitur, commantem ad feram inquisitorem loro trahens: qua visa, quàm siluens & occulta demonstratio est, cauda primum, deinde rostro. Ergo etiam senecta fessis, cæcósque ac debiles sinu ferunt, ventos & odorem captantes, prodentesque rostro cubilia, Hæc Plin. Canes præcipuè sagaces, taciti & minimè prompti ad latrandum sunto, Oppian. Εἶτε γ' ἀκεστῆρες ἐπιστρεφέες ἀναθεῖναι, Ἀνέρων ἠδὲ συῶν, μέρμερα μηδόμενοι κακὸν ἔμμεναι· Οἱ μὲν ἄνευθε πεδήσαντο, καὶ ἐρύκανον ἐπιόντα. Μοῦνοι γὰρ κύνες ὄσσε δεδορκότες ἀντιόωσιν, Oppianus. Subinde autem adijcit, hominibus ad inuestigandum commodiorem esse hyemem, quod vestigia eam temporis vel niuib. vel luto impressa liquidò appareant: vel canibus aduersari propter varios florum odores, aptissimum esse autumnum. In Aetna Siciliæ (ait Aristoteles in Mirabilib.) antrum quoddam esse fertur, & circa id vndiquaque magnam florum copiam toto anno prouenire: præcipue vero violis refertum esse locum amplissimum, quæ fragrantia sua locos vicinos adeò repleant, vt canes eo odore occupati, frustra lepores inuestigent. Fugiunt ceruli latratu canum audito, aura semper secunda, vt vestigia cum ipsis abeant, Plin. Nunc Xenophontis de inuestigatione verba adscribam, partim nostra, partim Omnibonitranslatione vsus, vbi ille non errasse videtur. Diuersæ igitur, inquit, canum indagines sunt. Quædam vestigijs deprehensis, nihil significantes pergunt, vt an vestigent nescias: aliæ auribus tantummodo micant, cauda immota manent. Aliæ auribus immotis summum caudæ vibrant: nonnullæ demittunt aures. συνάγουσι πάντα, & contracta fronte velut tristes (vtpote nimium intentæ) caudam quoque immobilem demittentes, cursum peragunt. Multæ nihil horum faciunt, sed insanientes obambulant: & vestigia circum latrantes cum meare desint, temere signa confundunt. Sunt quæ ambagibus multis ac erroribus vsæ, nec vestigia rectè qua antrorsum ferunt secutæ, (ἐπανακαμπτόμενόν τε ἐπὶ θάτερα τρέχουσι: Videnum ἐπανακαμπτόμενον aut κατὰ πρανὲς legendum sit: vel ex Polluce ἐπανακαμπτόμενα ἐπὶ χαίρα τὸν τόπον) leporem derelinquunt: & quoties ad vestigia redeant, coniectetam faciunt. Ac vbi leporem vident, trepidant: nec inuadunt, priusquam illum mouerit conspexerint. Quæ vero inter indagandum & persequendum, aliorum canum inuenta præcurrunt, & sæpe respectant, sibi ipsæ diffidunt: vt contra nimis audaces & cõfidentes sunt quæ peritas laboris socias ante se progredi non sinunt, sed interturbando impediunt. Aliæ falsa amplectuntur, & quicquid nactæ fuerint, plaudentes sibi & tactabundæ procedant tuæ sibi fraudis conscijæ. Quædam hocidem faciunt insciæ. Sunt & ignauæ, quæ nusquam à tramite aut viis (πρανῶν legendum in excusis, ex Polluce) declinant, vestigia recta ignorantes. Damnantur etiam quæ vestigia cubilium (circa cubilia leporum) non discernunt: cursu vero impressi, celeriter percurrunt. Sunt quæ ab initio cursus magna contentione vrgentur, præmollite deinde remittunt. Aliæ anteuertunt (ἀποθέουσι Atticè accipio pro προθέουσι: Pollux coniungit ἀποθέουσι & προθέουσι, nimirum ἐκ παραλλήλου.) Quædam in vias stultè incidunt, aberrantque: & reuocantes ægre exaudiunt. Multæ ferarum odio, pleræque hominum desiderio, venatione omissa, recurrunt. Nonnullæ ad vestigia clangentes (κεκραγυῖαι, Pollux habet κεκραγότα, sicut Omnibonus etiam legisse videtur) fallere tentant, pro veris falsa simulantes. Sunt quæ hoc non faciunt, sed interdum currendum ficande clamorem audierint, ad hanc relicto opere feruntur. Aliæ temere sequuntur, aliæ multum præueniunt. Quædam (rectè se facere) putant, aliæ simulant. Nonnullæ inter currendum inuidia & æmulatione certant, seque mutuo iuxta vestigia irritant, ita vt alter ab altero non abscedat, sed vnà ferantur. His quidem vitijs canes partim natiuis, partim ex mala institutione ortis præditi, inutiles euadunt: & homines etiam studiosos venationis deterrere possunt, hactenus Xenophon: A quo vsurpatum, κυνᾶν verbum (pro quo Omnibonus imperite reddidit interosculari, & adhuc imperitius quidam eum in interpretationem in Græc. latinum Lexicon retulit) certare & se inuicem irritare tranttuli. Nam apud Hesychium & Varinum legimus, κύνας, ἰοβόλους, ἐπιπόνους: Et apud eosdem, κυνοῦν, cum acuto vel circumflexo in vltima, κυνᾶν τὴν κοιλίαν legò, κύνωσις, proparoxytonum, κυνικὰ πάθη, id est morbus canum: cum non corporis morbus sit, sed animi pactus, id est vitium animi, vt ex Xenophonte patet: vt ipsi canes hoc vitio laborantes κύνωσι dicantur. Apud Pollucem 5. 11. legantur hæc vocabula, κύνωσις, κυνικὰ πάθη, κυνᾶν, sed absque vlla interpretatione: & facile credo ipsos etiam Græcos grammaticos has voces vt antiquas & obsoletas non satis intellexisse. Scio κυνᾶν exponi osculari κύνωσιν vero vocem quam Pollux à canibus factam esse ait, nemo quod legerim, in ea significatione posuit. adde quod φιλοτιμίαν, id est inuidiæ apud Xenophontem adiungitur, (quamuis Omnibonus imperite, vt solet ad præcedentia referat) conuenit autem inuidia irritationi, osculis minimè. Hoc clarius constat ex alio etiam Xenophontis loco, vbi sic scribit: Ἐπειδὰν δ' ἅμα ἕπωνται πρὸς ἄλλήλους φιλοτιμούμενοι, ἀναλαμβάνειν, ἵνα μὴ ἴδιόν τι ἁμάρτημα ἀποφαίνωνται τῷ ζητοῦντι (malim μὴ ἀκόσμως ἀεὶ δ' ἅπτεσθαι,) πλανῶσαν ἀναγιγνώσκουσι, πανήμερον μάχην. Quærendum an idem ἐκύνων quod alibi dixit ἐπὶ φιλοτιμίαν ἐπὶ θάτερα τρέχειν τὸν ἴχνη, vltra leporem vel eius cubile excurrere: quasi de cursu tantum contentio eis sit, non de lepore, & aliter præcurrentem alterum ferre non possit. Omnibonus vertit, studio certandi vestigia præterire, quod Græce dixerim, Διὰ φιλονικίαν ἔξω καὶ ὑπερτέρω τοῦ ἴχνους φέρεσθαι, μέλοντας αὐτῶν. Eam ob causam ἀναλαμβάνειν, id est reuocare hos canes iubet, tanquam desertores, non ignauia aut metu, nec errore, quæ alia canum vitia sunt, sed inuidia mutua & contentione quadam ambitioneque.

Canes

canem educit, vt sit prope initium viæ. Is percepto statim odore, nullis apparentibus vestigijs anxius & solicitus discurrit, & circumobuta quæq; inquirit, lapides, colles, vias, arbores, vites, sepes, ireas: tandem aspirato aeris tractu qua delatus est lepus, illac omnino per omnes rurls ambages sequitur donec ipsum attingat & capiat. Quòd si in ipsa venatione opera eius vti velis, vix satis quàm cautè vestigia premit, quàm tacitè & insidiosè accedat, cum pro corporis pusuitate facile inter aut arundines culmósue lateat. Cum vero prope leporem fuerit, incredibili celeritate, fugitæ aut excitati è latibulo serpentis instar, & mira alacritate prædam inuadit: quæ partim vngulis acutis, partim dentibus subacta vtcunq; graue onus vix magno labore ad venatorem refert. Quibus occurrens canem in via cum lepore à terra sublatũ gremio reponit. Hæc Oppian. in fine libri 1. de venatione. Hi. Gratius quoq; & Nemesianus de Britannicis canibus verius adiungam.

Quia freta si Morinûm dubio resilientia ponto
Quanta est merces, & quantum impendia supra,
Proxima, hæc via est catulis tadura Britannis,
Veloces, nostrij, orbis venatibus aptos. Nemesian.
Veneris, atque ipsos libeat penetrare Britannos?
Si non ad speciem meliturosq; decores
Gratius. *Diuisa Britannia mittit*

Agasæi canes Britannici sagacissimi vulgo vt audio, hodie appellantur *bluthund* sanguinari canes, quoniam sanguinem ferarum longis interuallis olfaciant. Hubertos dicunt vt custodiant vivaria seu leporaria ferarum. Vnde si quis prædo noctu capream aut damam aut aliam feram occisam auferat, canes insequi & repetere etiam vbi longissimè absint. Hos canes aiunt Angliæ peculiares esse. Aliud genus canum Angli habent quos vocant spaniells: hos qui iter faciunt secum ducãt. nam si quid forte amiserint, canes retro cedere iubent. Abeunt illi nec desistunt antequam inuenerint quod requirant: & si quem forte reperiant, qui e via sustulerit tandiu allatrant donec reddat quod suo hero reportent. Incertus.

DE CANIBVS SCOTICIS SIVE ANGLICIS: non minus enim in Anglia quàm in Scotia sunt trium generum.

CANIS SCOTICVS Venaticus, quem Scoti vocant ane greiv Hoivnd, id est canem Græcum.



CANIS SCOTICVS SAGAX. vulgò dictus ane Rache. Iohannes Caius canem venaticum qui feras persequitur, Anglicè vocari à Hunde dicit: In eo genere qui feras odore inuestigat, marem nomine generali à Hunde dici vult fœminam verò Anglis à Brack, Scotis autem ane Rache.

CANIS SCOTICVS furum deprehensor, Scotis vocatus ane Echluth Hownd. Germanice Echlatthund vocari potest.

Ioh. Caius iubet ei demi pudendum masculum & nominari à Brache.

SVNT apud Scotos præter vulgares domesticosq; tria canum genera, quæ aliubi nusquam (vt opinor) terrarum inuenias. Vnum genus venaticum est (*ane greuz hovnd*) cum celerrimum, tum audacissimum: nec modo in feras, sed in hostes etiam latronesq; præsertim si dominum ductoremue inimica affici cernat, aut in eos concitetur. Alterum (*ane rachi*) est odorisequorum, feras, aues, immò & pisces quoq; inter saxa latentes odoratu inuestigantium. Tertium genus (*ane sluth hovnd*) est haud maius odorisequis: sed vt plurimum ruffum nigris insperfum maculis, aut nigrum rufis. Tanta verò his sagacitas inest, vt fures furtoq; ablata persequantur, & deprehensos continuo inuadant. Quod si fur, quò fallat, fluuium traiecerit, quo loco fluuium ingressus est & ipti se præcipitant, & in aduersam deuenientes ripam in gyrum circunquaq; procurrere non cessant, donec odoratu vestigia assequuti sunt. Id minus verum videri possit, nisi vulgaris eorum esset vsus Scotis Anglisq; in confinibus, vbi ex mutua agrorum prædatione multi sibi victum quærere consueuerunt. Quod si quis pacis tempore dum sibi ablatum quispiam cane indagatore persequitur, vel etiam in secretiora cubicula canti ingressum deneget, is planè pro fure habetur, Hector Boethius in Descriptione regni Scotici.

CANIS

CANIS ſagax ſanguinarius, apud Anglos.

ANGLICE A Bludhunde. Eadem huius natura videtur, quæ Canis Scotici furum deprehenſoris, proximè deſcripti.



MARTEM odêre Geloni, Sed natura ſagax, Grat. *Traxêre animos de patre Gelone Hyrcano.* Idem Gnoſij quoq; canes ſagaces ſunt, quamobrem Ouidius inter canes Actæonis Ichnobaten ſagacem Gnoſium fecit. Oppianus lib. 4. de polypo ſcribit, qui è mari egrediatur olearum, quarum frondes libenter depaſcitur, odore illectus: Ἡνύτ' ἐϊχνῶ Κνωσσῖ' ἰουξηνοιο κιων ἐς μέσος, ὅς τ' ἐν ἄρεσσι Θηρὸς ἀειχηνεϊ σκολιὰ βάσιν ἰχνεύειν Ῥινὸς ὑπαγγελίῃ πεπιθοτι, ἔ τε μιν ὄπαζε Μαίρῃ, ἠ οἱ ἐμάπτην (ἰμάσσην corrupte habent impreſſi codices) ἰὼν ὀπιπλησιον αἰὲν ἑταίρῃ. Gnoſus vel Cnoſſus vrbs eſt Cretæ: de Creticis dixi ſupra in Venaticis diuerſis.

Hiſpanici canes, vt audio, Gallis eſpaigneulx dicti, auriculis ſunt longis, minus tamen quàm bracchi: lepores & cuniculos excitant, pilis plerunque nitidis, non hirſutis.

Κυνὸς Λακαίνης ὡς πι ἔνερθε βάσις, Sophocles. Quorum nares porrectæ ſunt longius, vt catulorum (κυνιδίων) Laconicorum, olfactu valent, Ariſtot. de generatione anim. 5. 2. Nos de Laconicis mox inter celeres dicemus: qui puto maiores ſunt. ſagaces vero Laconici minores: nam Ariſtoteles κυνίδια vocauit.

Tuſci commendantur à Nemeſian: his verſibus.

Sæpe canum forma eſt illis licet obſita villo,
Haud tamen inuncunda dabunt tibi munera præda.
Atq, etiam leporum ſecreta cubilia monſtrant.

Quin & Tuſcorum non eſt extrema voluptas
Diſſimilesq, habeant catulis velocibus artus,
Nanq, & odorato noſcunt veſtigia prato,

Vmber ſagax, ſed timidus eſt.

Vmber, quanta fides, vtinam & ſolertia naris,
Aut exigit Vmber Nare ſagax è calle feras.
Vmbrica Gallis Senſum agilem, Grat.

At fugit aduerſos idem quos repperit hoſteis
Tanta foret virtus, & tantum vellet in armis, Grat.
Syllius lib. 3. Quondam inconſultis mater dabit

Canum diuerſa nomina ex Xenophonte ſupra retulimus, inter ea ſunt quæ ſagacibus præcipue conueniant, vt Ἀϊχμῶν, Τευχών, Μηδαξ, Ταχύς, Σπίχων, Σπίδων, Νέων, Τυραννος.

Venaticorum canum alij ſagaces ſunt, in quibus tamen celeritatem deſideres, vt quos diximus iam pleriq; : alij olfactu & pedibus ex æquo valent, quos nunc recenſebo.

Qua laus prima canum? quibus eſt audacia præceps,
Quæ nunc elatis rimantur naribus auras,
Et produnt clamore feram, dominumq, vocando,
Inſequitur tumulosq, canis, campoſq, per omnes.
Ouidius in Halieuticis.

Venandiq, ſagax virtus, viresq, ſequendi.
Et nunc demiſſo quærunt veſtigia roſtro,
Increpitant, quem ſi collatu effugit armis:
Noſter in arte labor poſitus, ſpes omnis in illa,

Aetoli celeres ſagacesq; ſunt, de quibus Grat.

Aetola quæcunq, canis de ſtirpe (malignum
Seu fruſtra nimium properat furor: Et tamen illud
Mirum quàm celores, & quantum nare merentur:

At clangore citat, quos nondum conſpicit apros,
Officium, ſine illa metus commiſerat rupit,
Ne vanum totas genus aſpernère per artes.
Tum non eſt vili cuiquam conceſſere labori.

Britannicus canis ſagax & celer eſt, vt ſupra docuimus.

Celtici canes ex Gallia Britanniaq; venientes, odoratu curſuq; ſunt inſignes, Textor. De Gallico dicam infra inter celeres. Quod ſi idem eſt Celticus qui Gallicus celer tantum, non item ſagax videtur. Quondam inconſultis mater dabit Vmbrica Gallis Senſum agilem, Gratius. Inconſultis interpretor non ſagacibus: & ſenſum agilem, ſagacitatem: Vmbros autem ſagaciſſimos eſſe ſupra diximus. Sed non vnius generis Celtici canes videntur, quod vel ex Gratij iſto carmine conijcio, Magnaq; diuerſos extollit gloria Celtas.

Metagontis canis nomẽ apud ſolum Gratium reperio, videtur autem illos ſagaces pariter ac celeres & tacitos facere, vt apparebit infra in Petronijs. Addit hiſtoriam Hagnonis Bœonij Haſtilidæ (forte Aſtylidæ, id eſt Aſtyli cuiuſdam filij: nam & alij quidam Aſtyli dicti ſunt) qui primus venationis vſum oſtenderit, ſolus in ſylvas ſine ſocijs & retibus egrediens, Metagontem tantum canem, cui Glympicus nomen fuerit ſecum ducens, ſed ipſum poctam audiamus.

Vnus præsidium, atque operi spes magna petito
Pascua, per fontes, per quas triuere latebras,
Intemerata legens, si qua est qua fallitur eius
Atque hic egressu iam tum sine fraude reperto
Thessalum quadrida decus, quam gloria patrum
Sed ne qua exanimio rediens inclusa fauore,
Né ue lenem prædam, aut proprios pignora lucri
Iam uero impensum melior fortuna laborem
Admonet: & si forte loci spes prima fefellit,
Intactæ repetens primæ ad uestigia gyri.
In partem prædæ ueniat comes, & sua uaris
Gratius Etrursus in electione canis venatici,
Fœturam, prædantq; tibi metagonta parentes,
Adsumpens Metagon, lustrat per nota ferarum
Prima lucis opus: cum signa uapore ferino
Turbatæ, maiora secat spatia exterа gyro.
Incubuit spatijs, qualis permissa Lechæo
Excitat, & primæ spes ambitiosa corona.
Lex dicta officijs, ne uoce lacesseret hostem:
Amplexus primos nequicquam offenderet ictus.
Cum sequitur iuxtaq; domus quæsita ferarum
(Rerum opus) uicinus spatijs ad prospera fisset,
Erga ubi plena suo redijt uictoria fœtæ,
Præmia sic pertinuet inseruisse benigno. Hæc
Iunge pares ergo, & maxima pignore signa
Quæ tenuere (forte genuere) sua pecus hoc immane inuen-

ta &c. nam hos versus cum sequentibus superius in canis venatici in genere electione retuli: non enim ad metagontem solum pertinere mihi videbantur. Metagonium, μεταγώνιον, Stephano vrbs est Libyæ, à qua gentile Metagonites. Aliqui promontorium faciunt, quod Africam à Numidia diuidat, dictum quod angulare sit. An hic locus nomen canibus dederit haud scio

Petronium canem Gratius celerem & sagacem facit, sed non tacitum, his versibus: *At te leue si quæ*
Tangit opus: pauidosq; iuuat compellere dorcas,
Petronios (sic fama) canes, uolucresq; Sicambros,
Ocyor affectu mentis, pinnaq; cucurrit.
Illa ferat, quæ Petronijs bene gloria constat.
Dissimulare ferum, tacitumq; accedere possent:
Constaret siluis: sed uirtus irrita damno est.
Aut uersuta sequi leporis uestigia parui:
Et pilleam maculæ Vertraham deluge falsa,
Sed premit inuentas, non inuentura latentes
Quos si maturo pressantes gaudia lusu,
Ius omne decus, quod nunc metagontes habetis,
Petronij ne à venatoribus & dominis hi canes dicti sint multos enim viros Petronios adpellatos legimus: an ab aliquo loco, non facile dixerim. Petronia quidem nomen fluuij est in Tyberim defluentis, dicti quod per petras fluat.

Vertagum canem grammatici quidam interpretantur, qui sponte ad venationem exeat, prædamq; domum referat. Martialis, *Non sibi, sed domino venatur vertagus acer, Illicium leporem qui tibi dente ferat.* Vertagos dici canes legimus, verbo, vti volunt, peregrino apud Firmicum Matheseos quinto, sponte qui in venationem exeant, leporibus infesti præcipuè, Cæl. Vertagum recentiores leporarium interpretantur, vt Scoppa: alij simpliciter canem venaticum, vt Alunnus: Quidam Gallice vng metif, id est mixtum, nempe ex cane sagace, & cane Gallico celere: proinde lentum indagare eum & persequi aiunt.

Hæc de celeribus & sagacibus. Sunt quæ præter sagacitatem robustæ etiam & pugnaces sint, quales Indicas esse supra ex Aeliano recitaui & Gratius Persen quoq; ciusmodi facit.

Sunt præterea parui quidam canes, & ipsi forte sagacibus adnumerandi, quos nostrates vocitant *lochhündle*, id est cauernarum caniculas: subeunt enim cauernas vbi vulpes & meles latitant, cosq; mordendo expellunt. Canis vulpem in locum subterraneum secutа in Orchomenis Boeotiæ, cum latrando ingentem sonitum excitasset, venatores aditu effracto ingressi, locum quendam per foramina illustrari, & nescio quæ intus latere viderunt: quæ in vrbem regressi magistratui nunciarunt, Aristoteles in Mirabilib.

DE CANE VELOCE.

Cani velori, vt etiam alijs plerisque, multa conueniunt quæ supra iam dicta sunt in historia canis in genere, & venaticorum postea, quæcunq; vero priuatim ad celeres pertinere obseruaui seorsim hunc in locum conferam. De ijs canibus qui celeres simul & sagaces sunt, in proximo capite actum est. Fulmineo celeres dissipatore canes, Ouid. lib. 2. Fastorum. Hortari celeres per iuga summa canes, Idem in epistola Phædræ ad Hippolytum. Sæpe citos egi per iuga summa canes, Idem in epistola Oenones ad Paridem. Ῥίμφ' ἅμα πόδε καὶ λίγκες, ἐπὶ δρήκοντι συνάπτω, ἀθρόοι δὲ μάλ' ἔπεσθε· τέτρηνε γὰρ ἀμφοτέρωθεν & πόδες ὦτα· τὸ δὲ καὶ λαγὼς οἶδεν ἅπας, Oppianus de celeritate Britannici. Ocyor affectu mentis pinnaq; cucurrit, Grat. de Vertraha. At te leue si qua Tangit opus, pauidosq; iuuat compellere dorcas, Aut versuta sequi leporis vestigia parui, &c. Idem. Cerui vrgente vi canum, vltro confugiunt ad homines, Plinus. Hos non immissis canibus agitant, Vergil. de ceruis: Canes immittere dixit, quod Græci ἐπαίζειν. Timidi damæ, ceruiq; fugaces, Nunc interq; canes, & circum tecta vagantur, Idem. Hystrix aculeis suis missilibus ora vrgentium figit canum, & paulò longius iaculatur, Plin. Ὡς δ' ὅτε καπρὸν ἀγροῦται ἀνὴρ ἰὸν ἐπ' ἰόν, ἢ ἄρκτον, ἢ ἄγριον ἐπιτρέπει ἀμφὶς ἀίσσει, Homerus Iliad. 10. Τρέσε δ' Ἠΰ' πτε κύμαι, διὰ πνοιῶν ἰφθίμων, Homerus, ni fallor, citatur ab Etymologo in Κύμαι. Οὐκ ἂν ἐλαφρότερον, νέον ἐκπεμφθὲν ἀγκύλα δραμεῖσαν, Philippus in Epigrammate. Canes celeres è Pollucе, ἐλαφραί, πόδωκες & ὀρεμικαί cognominantur. Inter canum nomina propria, quę supra recensui, velocibus illa maximè conueniunt; Aura, Lælaps: & apud Xenophontem, Σκιδνὰς, Σπερχὼ, Ὄμμα. Thous. Ouid inter Actæonis canes. Aello cursu fortis, Ibidem. Cyprio velox cum fratre Lycisca, Ibidem. Volat acer Hylax, volat ocyor Euro Harpalagus, Baptista Mantuan. Græci de venatore feras insequente cum canibus velocibus dicunt διώκειν, μετὰ τῶν ὠκέων κυνῶν καὶ ποδωκῶν, μετὰ τῶν ἰχνευτικῶν καὶ ὀσφραντικῶν, Pollux. Καὶ τὸν μὲν ἐφέπεσθαι ἐπέλαβε, τὸν δὲ προλαβεῖν ἔφθασε, τὸν δὲ ἐπιτυχεῖν ἐκύρησε, Idem. Ὅταν δ' ἅπαξ ἀφῇ δ' ἔχνεσι πειθὼ διάγνωσιν κύνες, μὴ κατίσχειν τὰ χαμαιρεμῆ Xenophon. Et canem ipsum quoque, μιτύλον, μετρητὴν, μετρητικὸν, μιτύλων, καὶ πόδας κατὰ, ἀκόλουθον τοῖς ἀνθρώποις, Idem. Quomodo canes feris inuitantur, & ad celeritatem ac fortitudinem acclamante venatore animentur, apud Xenophontem in libro de venatione leges. Canis velox & idoneus immitti in ceruos, lepores, ac damas, caput habeat longo, valido, mediocriter magno (sic ἀμφιμακρὸν expono) capite leui, nitido in quo oculi splendeant cærulei, naribus ac dentibus aspero, oblongo auriculis paruis, quarum tenues sint membranæ: collo procero, pectore robusto & lato: pedibus anterioribus breuioribus rectis: femoribus longis & rectis: scapulis latis: costis lateram obtinentibus non pinguibus, sed bene, id est moderatè carnosis: cauda denique longa & astricta, id est solida ac nervosa. Ταῦτα μὲν ἅπαντα ἔστω ἐφάμιλλα. Δόκησις δὲ ἀλλοφύλων αἰεὶ πόδι πλαγιῶν, Hæc Oppian. Sed audiamus Nemesianum quoque de eligendis canibus ad feturam præcipue, quoniam de celeribus maximè loqui videtur, cuius hi sunt versus,

Incipit

Incipiat primo, cum fœtus temporis author
Ille tunc cursu facilem, facilemq; recursu.
Quo humilis de gente canem sit cruribus altis,
Collarum & sine decenter prona carinam,
Renibus amplefactis valido, diductaq; coxa:
Hunc parilem subnixe marem, sic omnia magnum,
Corporis & teretis primæui sanguis abundat.

Principio tibi cura canum non segnis ab anno
Pandis in occiduum bissenis mensibus annum.
Seu Lacedæmonio natum, seu rure Molosso
Sit rigidis, multamq; gerat sub pectore lato
Quæ sensim rursus sicca se colligat aluo:
Cuiq; nimis molles fluitent in cursibus aures.
Dum superant vires, dum lato flore iuuentus,

Canis celer futurus, eligi debet, qui inter catulos pondere leuior fuerit, vt supra dixi in cane in genere. Aliud canum genus est (inquit Belisarius) qui ad magna animalia fortiaque, vt apri sunt & huiusmodi, sustinenda (impedienda) apti dicuntur, quousq; fortiores grauioresq; canes aduenerint. Hi aprum sistent, & in cursu aliquando mordendo impedient. Eorum duo sunt genera: vnum strigosiorum, qui si perniciores fuerint, velocissima etiam sectari poterunt animalia. Huiusmodi canis tum corpore toto, tum capite & collo oblongis esto: pectore acuto, costis inferius longis, & ad ima paululum trahentibus: præcordijs lateribusq; ita amplis, vt sine difficultate canes spiritum trahant. Nam quo facilior respiratio fuerit, tanto expeditiores ad cursum erunt. Ilia sint angusta & compressa: venter exilis, nam crassus currentem grauat. Crura alta, brachia non æque, ne leporis capturam impediant. Anteriores pedes, vt in felc, rotundi potius quàm longi sint. Alterum vero medium (inter robustos & iam dictos celeres) genus est: cuius generis canes cum leuioribus strigosioribusq; velocissimis, ceruos domant & sternunt, cum strigosiorum vim morsumq; cerui paruifacere videantur. Et hi quidem omnium generũ canes, si pedes venator fuerit, sinistra manu ducendi sunt dextera vero, si eques, si tamen lancea caruerit. Dexteris enim partibus tum feræ tum homines commodius pugnam committunt. Hactenus Belisarius. Leporarij qui maximè probentur, dicam ex Alberto inferius in catalogo celerum. Pedes celeris spilos habeant densos, tenues, molles, Pollux ex Xenophonte. Pecuarius canis neq; tam strigosus aut pernix debet esse, quam qui damas ceruosq;, & velocissima sectatur animalia, &c. Columella. Canem ex pigro velocem reddes, si pane auenaceo bene cocto & fermentato, assidue eum reficias, Alber. Catuli celeres futuri cum iam quatuor mensium fuerint,

Crocardes & ferre gradu, classiq; teri,
Incipe non longo catulos producere cursu,
Hic leporem præmitte manu, non viribus æquis,
Membra, queant iam nunc faciles vt sumere prædam.
Sed, donec validos etiam præuertere sueſcant,
Discere, & emerita laudem virtutis amare.
Seu cursus renocent, iubeant seu tendere cursus.
Exanimare velint tantum, non carpere sumptam,

Liberatunc primum consueſcant colla ligari,
Iam cum bis denos Phœbe reparauerit ortus,
Sed parua vallis spatio, septone nouali.
Nec cursus virtute parem: sed tarda trahentem
Nec semel indulge catulis moderamine cursus,
Exerceto diu, venandi munere cogent
Nec non consueta norunt hortamina vocis,
Quinetiam docili victam contingere prædam,

Hæc Nemesian. Venator canes (inquit Xenophon) venatum agat, fœminas mensium octo, mares decem: nec eas ad cubilium vestigia soluat, sed submissas (ὑφειμένας, subnexas) longis detinens loris veltigantes subsequatur, & per vestigia currere sinat. (Hoc loco Græce legitur, περὶ δὲ τὰ ἴχνη τὰ τύραττε μὴ λύειν: legendum autem videtur τύρατε: obijciet aliquis Pollucem, apud quem lib. 5 cap. 1. vestigia τύραια & τύρατα, vocabula coniuncta vtraq; proparoxytona, legimus: quibus proximè adiungit ὀρομᾶτα. Mihi quidem Pollux suo etiam tempore corrupta voce τύραττε pro τύραια, deceptus videtur: & quanquam cum τύραια coniungens tacite eiusdem significationis facere videtur, non tamen excusatur, cum omnino vna tantum dictio sit τύραια: sed cum ea accentu variet, fieri potest vt Pollux vtroque modo scripserit. τύραια & τύραῖα, librarij deinde corruperint certe vocis τύραια nullum video etymon. nec in vllis reperio Lexicis. Dicuntur & ipsi lepores adiectiuè, τύραῖοι & ὀρομαῖοι, τύρατοι nusquam, &c.) Porrò cum iuuentus fuerit lepus, si pulchra indole ad cursum alacres fuerint, non continuò dimittat: sed vbi præcurrendo lepus è conspectu abierit, tum canes emittat: nam si comminus (ἐμφανῆ pariter) specie pulchras, & ad cursum magnanimas soluerit (dum lepus in conspectu est) nondum firmatis corporibus nitentes rumpuntur. Hoc igitur venatori cauendum est. (Ἐὰν μὲν οὖν καλοὶ ὦσι περὶ τὸ ὀρόμειον τὰ ἴχνη, Omnibonus legit, τὰ εἴδη pro τὰ ἴχνη: nam proxime sequitur καλοὺς τὰ εἴδη ἔσεσθαι: proinde pro καλοὶ etiam καλοὺς repono: cum canũ nomine semper in fœminino genere vtatur Xenophon. Notanda hic rara locutio καλοὶ περὶ ὀρόμειον, & quæ mox sequitur αἰσχροὶ περὶ ὀρόμειον, quæ clariores fiunt cum περὶ εἶδος, id est, secundum corporis formas ad priorem additur: Vt ille dicatur καλὸς περὶ ὀρόμειον τὸ εἶδος, qui corpus ad velocitatem optima comparatum habet: αἰσχρὸς cõtra nulla pulchritudinis aut deformitatis ratione.) Quod si forma fuerint ad currendum segniores, nihil eas emitti prohibet. Nihil enim erit periculi, cum statim spem capiendi leporis abijciat, (Omnibonus nescio quomodo inuertit sententiam:) sed ad pedum vestigia (ὀρομαῖα, quæ scilicet iam primum è conspectu elapsus lepus impresserit) transcurrere sinat, donec ad leporẽ peruenerint. Prædam captam ipsis lacerandam tradat. Cæterum cum iam ad retia subsistere nolucrint, sed palantes auersæ fuerint, recolligat eas, donec leporem procursantes (περιθέουσαι, accurrentes) inuenire consueuerint: ne si semper hoc faciant, retia scilicet aut vestigia deserant, id vitium tandem trahant vt planè ἄκυνοι fiant, quæ pessima consuetudo est: (hoc est inuidia aut æmulatione mutua dum inter se certant, retium vestigiorumq; & ipsius feræ negligentes, vt supra exposui vocem ἄκυνον.) Porrò cibaria canibus obijciat ad retia venator, dum iuuenes sunt, vt inde sumant (tunc enim suscipiunt, Omnibonus:) & si quando inter venandũ propter imperitiam aberrauerint, ad locum redeuntes saluentur. Nam cibaria tunc respuent, cũ iam feram hostiliter oderint: & hanc magis appetent quam illa. Multis vero de causis (εἰς τὰ πολλὰ lego ὡς pro εἰς, vt plurimum) necessaria (cibos intelligo: τὰ τρόφιμα τὰ περὶ τὸ θηρίον ὁρμώμενα Varinus:) canibus exhibenda sunt (adde, ab ipso venatore.) Nam cum inopiam patiuntur (malim cum negatione, quæ tamen in Græcis quoq; impressis nulla est) autorem eius (cibi exhibiti, per enallagen numeri) non agnoscunt: at cum auidè accipiunt, exhibitorem diligunt. Hactenus Xenophon.

Canum celeritate præstantium, quos veteres commendarunt, descriptio singillatim.

Alopecides, id est Vulpinæ, vide in Laconicis. Castorides, vide supra in Venaticis in genere.
Creticæ, vide ibidem. Ex illis parippi dictæ celeribus, diaponi robustis adnumerandæ videntur.

Laconicæ, Lacænæ, Pollux. Lacedæmonij, Oppianus. Elige tunc cursu facilem, facilemq; recursu Seu Lacedæmonio natam, seu rure Molosso Non humili de gente canem, Nemesianus. Sed non Spartanos tantum, tantúmue Molossos Pascendum catulos, Idē. Veloces Spartæ catulos, acremq; Molossum Pasce sero pingui, Vergilius in Georg. Et alibi. Omnia secum Armentarius Afer agit, tectumq;, laremq;, Armaq;, Amyclæumq; canem, Cressamq; pharetram. Amyclæum intelligo Laconicū, ab Amyclis Laconiæ ciuitate, in qua Castor & Pollux educati sunt: quanquam & aliæ fuerunt in Italia, cognomento Tacitæ: & Amyclæum quoque ciuitas & portus in Creta, authore Stephano. At Spartanos genus est audax Auidumq; feræ) nodo cautus Propiore liga, Senecain Hippolyto, Ceu pernix cum densa vagis latratibus implet Venator dumeta Lacon, Syllius lib. 3. Κυνὸς Λακαίνης ὡς τε ἰχνηλάτου βοὴν, ἐπὶ ἴδμοσι, Sophocles. vide in Sagacibus supra. Λακαινὰ θεὸς περὶ τέκνα τέθειν, πανυπέρτατον ἀστρον. Pindarus vt citat Varinus in Κυνηγῷ. Præualidusq; Lacon, Ouidius inter canes Actæonis. Melampus Spartanus, Ibidem. Et patre Dictæo, sed matre Laconide nati Labros & Agiaodos, Ibidem. Tyrrheni Laconicis ad prolem commiscentur, Oppianus. Xenophon Lacænas etiam aduersus apros inimitri scribit, Canes Laconici ex vulpe & cane generantur, Aristoteles. Alopecides, id est vulpinæ canes, ex canibus natæ sunt & vulpibus, quarum natura spatio temporis confusa est, Xenophon. Lacænas aiunt primum olim ex canibus & vulpibus natas, alopecidas appellatas esse, Pollux. Apud eundem Nicander castoridas & alopecidas confundere videtur, cum Xenophon clarè distinguat. Vide infra in Mixtis. Cynalopeces, canes Laconici ex cane & vulpe nati. Vsurpatur & κυνικὸν proueribiali sensu, vt supra retuli. Coit Laconicum genus canum mense fœrætatis octauo, Aristote. Coeunt quandiu viuunt Laconici & mares & fœminæ, Idem. Octauo mense veriq; (in vtroq; sexu) generant, Plinius. Gerunt vterum parte sexta anni, hoc est sexagenis diebus, aut vno vel altero plus minúsue, Aristot. Ferūt sexaginta diebus & plurimum tribus, Plinius. Magna ex parte octo (octonos) pariūt, Aristoteles & Plin. Coeunt à partu sexto mense, Aristot. 6. 20 interprete Gaza: Græce est, ἀπὸ τοκετοῦ ἕκτου μηνός. Proximè autē de Laconicis dixerat, quibus hæc verba adhuc cohærent, sed perperam vt videtur: Vide supra cap 3. de Cane in genere. Genus Laconicum post coitum diebus triginta, habere lac incipit Aristot. Huius sanè generis Laconici peculiare est, vt cum laborarint coire melius quàm per otium possint, Aristoteles. Aelianus tamen de quouis cane, Cum sæpissimum (inquit) currendo exercuit, multò effusiorem ad Venerem esse ferunt. Laconici generis fœminæ, quia minus laborant quàm mares, viuaciores maribus sunt: at vero in cæteris, & si non late admodum constat, tamen mares viuaciores sunt, Aristot. Viunt mas Laconicus ad annos decem, fœmina ad duodecim, Aristot. & Plin. Propria in eo genere maribus laboris alacritas, Plin. Quorum nares porrectæ sunt longius vt catulorum Laconicorum, olfactu præstant, Aristot. In genere canum Laconico fœminas esse sagaciores quàm mares, apertum est. Insignes animo & industria canes sunt, qui ex vtroque genere, Molotticum dico & Laconicum, prodierint, Aristot. Laconici canes, inquit Aug. Niph. vulgo braccæ dicantur. Albertus leporarius interpretatur. Sed bracci nomen hodie inconstans est, vt scriptura quoque. Nam aliqui per c simplex scribunt, alij per c duplex, alij aspirationem addunt, braceus braceus, bracchus, aut eadem in fœminino genere in a. Sigismundus Gelenius broccum scribit per o, vt accommodet Græco vocabulo βράκκος. Germanice *bracke*. Illyrice praczieck. Haud scio an aliquid huc faciant illæ voces, brocus vel brochus & bronchus, quasi brocho, id est crasso & prominente sit ore, quem canem brachum dicimus. Senectutem in equis intelligi negant posse, præterquam cum dentes facti sunt brochi & supercilia cana, Varro. Senectus in veterinis intelligitur dentium prochitate, superciliorum canicie, Plin. Et ex eo enatis duobus dentibus, dextra & sinistra paulò eminutis superioribus directis potius quàm brochis, & acutis, Varro de canibus loquens. Hinc patet brochos dentes dici prominentes ita vt aduncisint: quare hanc vocem Σπαθοδόντων factam conijcio: præsertim cum bronci etiam homines dicantur, producto ore & dentibus prominentibus. A labris, inquit Plin. bronci labeones dicti sunt: emendatiores codices broci habent. Quidam brochum interpretantur cui mentum & dentes inferiores magis quàm superiores prominent. Similiter Σπαθόδοντα dictum crediderim brochum vas vinarium fundēdo vino accommodatum, & implendis deplendisq; culeis & vasis conditorijs, & vino quocunque modo transuasando, quod Italis adhuc brocho dicitur: quamuis Budæus Σπαθόδοντα deducat quod fundere significet. In Germania quosdā catellas quæ in delicijs aluntur *braitkin* vocare in Melitæis dixi. Galli, vt audio, braccham appellant venaticam canem (celerem & sagacem) quæ perpetuo cursu feram quam primum conspexerit (in quam iussu venatoris immissa fuerit) insequatur, vtcunq; plures se offerant: eandem & aues excitare aiunt, corpore humilem, auriculis longis, ore crasso. Fr. Alunnus canem braco Italicè dictū exponit sagacem & odorum. Canis altus retro in lumbis, strictus & magnus in pectore, qui leporarius vocatur, coire aliquando incipit octauo mense, Albert. Quos Aristoteles Laconicos, nos Italicos dicimus, Blond. Aliqui vertagum leporarium exponunt, vt supra dixi.

Leporarij canes (barbari leuerarios scribunt) nobilissimi sunt pectore valent, latratus ædere nesciunt, & nisi producantur ad cursum, intra domum se continent, Author obscurus. Sartis vocem Hebraicam canem leporarium interpretatur, alij aliter. Vide in Aquila. Leporarius collo longo pulchrior & melior erit. Longum autem etiam arte redditur, si in scrobe pro longitudine canis effossa, ipsum (nimirū dum corpus adhuc increscit) quoties cibandus est, colloces: & cibum scrobis oræ imponas, vt canis nisi collo bene extenso assequi non possit. Leporarij (inquit Albert.) optimi sunt longis & planis capitibus, non enormibus auriculis acutis retrorsum directis & paruis: labro superiore super inferius non dependente, nisi minimum forte collo longo, & aliquantulūm turgidiore quam caput, ea parte qua capiti iungitur: pectore enormi, & bene acuto inferius: costis longis & validis: ilibus strictis: cruribus altis, magis potius quàm obesis: cauda non crassa, nec admodum longa. Rarò vel nonquam latrent. Proprium enim his canibus est succensere minoribus qui pro custodia latrant. Non quidnis inuadunt, indignum, id se existimantes. Lacte magis quàm fero nutriendi sunt. Sed nutriendi educandiq; ratio eadem his, quæ venaticis cæteris conuenit, Hæc Albert. Et alibi. Leporarios magnos, inquit, quos vel tres quidam vocāt, ex coitu leopardi cum cane, ortos nonnulli dicunt. Veltro Italice vulgò dictus canis, venaticus & cursu velocissimus est, Fr. Alun. quærendum an idem vertagus sit cum nomina colliudāt. Leuis ilia Falco Mantuan. Apud Aug. Niphum Falco proprium nomen est canis leporarij. Canibus venaticis dorsum integunt pannis diuersorum colorum aduersus frigoris iniuriam, præcipuè leporarijs: & pedibus adhibent calciamenta, quo facilius illa si cursum exerceant, Blond.

Podlenitzij Polonis appellati canes, parui & celeres sunt, quibus venantur ad aues & lepores.

Canes veloces quidam & magni Germanicè appellantur, *Vendspel*, nimirum à velocitate ipsorum ventis comparatæ

parata: Alij sunt qui nominantur *Türckisch windt*, Turcici canes: vtrique in lepores, vulpes, cervos & similia animalia immittuntur, communi nomine *hetzhund* dicti, quod etiam de robustis licet non velocibus dicitur.

Gallici canes sive Celtici dicti, diuersi sunt. vide supra in Celtis inter Venaticos diuersos, & inter sagaces simul ac celeres in Vertago. Vt canis in vacuo leporem cum Gallicus aruo Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille fugitem, Ouid. lib. 1. Metam. Leporemq; Icsum Gallici canis dente, Martial. Gratius Gallos canes inconsultos, id est non sagaces vocat, ideoq; ad prolem miscendos Vmbris. Gallicos quidam leporarios interpretantur, qui in locis montanis optimi proueniant & eam ob causam commendant Turcicos ex montibus Dalmatiæ, & regionibus ad orientem sitis Laudanturin eis, pedes duri, auriculæ longæ, caudæ setosæ & prolixioribus pilis.

Et subtricta gerens Sicyonius ilia Ladon. Ouid. inter canes Actæonis.

Locridis nomine canis Anyte poëtria Tegeatis, gloriam posteris transmisit, hoc tetrastichon in eius sepulchrũ inscripto: Ὧλεο δὴ πατρὸς κυνὶ λύκεσιν (lego Ὧλεο δὴ σὺ ἀκμῆτι πανυστάτῳ) σὺν ἀγαθαῖσιν Λύκαι Φιλοθήρεων ὠκυπόδων (lego ... φωτὶ) σκυλάκων. Τῶν ἐλαφαίζεν σὺ πὼ ἐγκατέθηκε κύων (lego ἦν) κεῖνος ὁ τὴν πολλὰ θεῷ ἔχε, Pollux 5. 5.

Chaonidas & Molottidas aliqui tradunt prolem esse eius canis, quem ære Monte sio vbi cõflauit Vulcanus, immissa quoque anima, Ioui dedit donos: is verò Europæ, hæc Minoi, Minos Procridi: illa vero Cephali esse voluit munus. Nec qui Dictæa Cephalum de gente secutus Lucifera pariter venit ad astra deæ, Martial. Eius hæc fuit natura, vt vitari non posset, vbi insequeretur: sicuti Teumesia vulpes fuisse narratur incomprehensibilis. Quæ ratio (ne inuitabilem canem vulpes effugeret, aut vulpem incomprehensibilem canis caperet) vtrunq; deformauit in lapidem, Caelius ex Poilucis lib. 5. cap 5. Plura vide apud Tzetzen Chiliade 1. cap. 20. & Ouidium lib. 7. Metam. qui Lælapem hunc canem vocatum scribit: & Palæphatum cap. 9. licet Telmesia apud eum legatur. Teumessus Boeotiæ mons est, vnde vulpes Teumesia, Stephan. Telmissus vero per iota in penult. Cariæ vel Lyciæ vrbs. Monetium ἀς quod fuerit non reperio. Teumessiam vulpem Dionysij ira in Thebanos excitatam ferunt, quam cum canis a Diana Procridi datus, capturus esset, vtriq; in lapides mutati finguntur, Blond. Pausaniæ de his verba referam in Vulpe h.

Canicula quædam cum venaretur, quamuis ventrem ferret, leporem cepit, eaq; iam capta præda, statim domino cedens secessit, atq; quàm mox nouem catulos peperit, quos aluit postea, Aelian.

Anthologij Græci lib. 1. Sect. 33. legimus epigramma in canem celerem cui grauidæ vterus vulneratus cicatrice concreuerat, partus autem tempore fectus est vt posset eniti: & aliud in canem celerem siti mortuum.

DE CANIBVS INSTRVCTIS AD AVES capiendas, & aquaticis.

Canes arte & disciplina potius instructæ, quàm suopte ingenio & sagacitate ad auium capturam inseruiunt: quamuis odoratu etiam eas valere oportet. Docentur autẽ hoc modo, li retitis perdicibus primo circumducuntur sæpius, & per minas tandem assuescunt vndiquaq; circuire. Deprehendunt autem perdices odorando, si primo vestigijs captarum sæpius imponantur, Albert. Nostrates & Galli hos canes coturnicum appellant, quod eorum opera hoc maxime auium genus capiant: Itali canes retis: retibus enim assistunt, ijsq; etiam se obrui patiuntur, vnde aliud eis nomen apud nostros, *gorstenhund*. Est & aliud canum genus, quos cõmuni nomine *vogelhund* vocitant, id est auium canes, quorum vsus est ad varia accipitrum genera. Hoc canum genus Demetrius vocat, κυνὰς ὀρνιθικὰς & κυνὰς συνεργοὺς τοῖς ἱέραξι & κυνὰς ἀετοθήρας & ἀλωπεκαγούς. Canes coturnicum tota hyeme, vt audio, soluti & liberi sunt, primo vere legantur, & per totam æstatem ad autumnum vsq; aut saltem refectas segetes, detinentur. Canis alseluchi, est canis quo venatores vtuntur in capiendis auibus aut quadrupedibus, And. Bellunen. Auis nulla non canem parui facit: vnam otidem excipio, quæ propter corporis sui grauitatem & tarditatẽ, canem perhorrescit, Aelian. Genus canis quòd in pleriſq; regionibus hodie braccham appellãt, auriculis longis, ore crasso, &c. de quo superius scripsi inter sagaces simul & celeres, auibus excitandis aptum est. Poloni canibus, qui podicnitzij apud eos nuncupantur, ad aues & lepores vtuntur. Nare fugax alius, campisq; vndisq; volucres Quærit, & ad nutus huc indefessus, & illuc Discurrit, Stroza filius in Epicedio canis. Nec verò canũ cuiuscunq; generis familiæ sagaciores vestigia tantum ferarum odorantur sed feras & perdices & lepores, eorumq; recentia cubilia persentiscunt è longinquo, vtpote aduerso vento eorum odorem captantes erectis naribus & exorbentes. Equidem ipse sæpe admiratus sum perdicarios & campestres cum cursu præcipiti in longum contendere spatium conspicerem, non aliter atq; si obiectam prædam oculis sequerentur, quoad viderem emicantes inde & euolantes perdices, quò illi contenderant.

Sunt quædam genera vrsorum alborum, canum, luporum, & similium quorundam animalium quæ venantur & habitant tam in aqua, quàm in terra, Albert. Aquaticos canes voco, quos nostri *vnasserhund*: quorum alijs castores, lutras, & anates syluestres venantur: alij siquid in aquam inciderit, aut proiectum fuerit, reportant. Sunt autem aquatici canes plerunque villoti. Galli vocant, barbeti. Haud scio an aquaticum intellexerit Bapt. Mantuanus cum scribit, Ichthya regis Deliciæ, nomen patriæ sortita marinæ.



Canis Auiarius Anglicus Campestris, quo Falconarij (id est, qui cum Accipitribus aucupantur) ad Perdicum aut Phasianorum ferè aucupium vtuntur. Sunt huius generis omnis ferè coloris (inquit Caius) sed magna ex parte candidi: & si quas maculas habeant, rubræ sunt, raræ & maiores. Peculiare nomen Anglis non habet, nisi ab auc, ad cuius venationem natura est propensior,



CANIS Auiarius aquaticus. Qui per aquas venatur (inquit Caius) propensione naturali, accedente mediocri documento, maior his (*auiarijs qui in ficto venantur*) est. & promisso pilo naturaliter per totum corpus. Ego tamen ab armis ad posteriores suffragines atque extremam caudam depinxi detonsum, vt vsus noster postulat, quò pilis nudus expeditior sit, & minùs per natationes retardetur.

ANG. A Waterspaguelle.

DE CANIBVS MIXTIS VEL BIGENERIS.

Mixti & bigeneri (bigeneres, bigenæ, insititij) canes vocari possunt, tum qui ex vtroque parente cane, sed diuersorum generum, vt ex Molosso & Laconico apud Aristotelem celer simul & validus futurus nascitur: tum qui parente altero cane, altero fera, vt lupo, leone, &c. nati sunt. Excogitarunt hanc mixtionem venatores, prioris quidem generis, vel vt vitia quædam emendarent & præcauerent in sobole: vel vt dotes quasdam adijcerent: Posterioris vero, vt vel magis robusti ad venandum aduersus maiores feras producerentur canes, vel certe callidiores, ex ingenio parentis cum non corporum modo, sed animorum quoque bona maláue a parentibus in prolem deriuari constet. Dicam igitur primum de priore & simpliciore genere.

Præstantissimi quidem canes in suo quiq; genere *γενναῖοι* sunt, id est, ex vnius generis parentibus prognati: verum superflua venatorum cura miscere etiam diuersa genera, quæ quidem innumera sunt, adinuenit. Si quis igitur mixtis delectabitur, coniungere poterit Arcades Eleis, Pæonijs Cretenses, Cares Thracijs, Tyrrhenos Laconicis. Sarmaticum Iberidi, Oppian. Iccirco varijs miscebo gentibus vsum. Quondã inconsultis mater dabit Vmbrica Gallis Sensum agilem, traxêre animos de parte Gelonę Hyrcano, & vanæ tantum Calydonia linguę Exibit vitium patre emendata Molosso. Scilicet ex omni florẽ virtute capessunt, Et sequitur natura fauens, Grat. Et patre Dictæo, sed matre Laconide nati Labros & Aglaodos, Ouidius inter canes Actæonis. Vertagum ex cane Gallico & alio quodam sagace mixtum esse, vnde Galli vocãt *vng meut*. ex quorundam sententia supra retuli. Hybris & Hybrida canis vocatur, qui imparibus parentibus natus est, inquit Porphyrio, hoc est ex venatico & gregario. Vide in Apro C.

Nostris temporibus canes non admiscentur vulpibus, lupis, aut tigribus quoniam tanta astutia & feritate non egemus, Blond. Hos quidem canes rectè aliquis semiferos appellabit, ad reliquorum mixtorum differentiam. Coeunt animalia, & quorum genus diuersum quidem, sed natura non multum distat, si modo par magnitudo sit, & tempora æquent grauiditatis raro id fit, sed tamen fieri & in canibus, & in vulpibus & in lupis certũ est; Aristot. Cani congeneres lupus, vulpes, hyæna, tygris. Concipiunt hæc ex aliena æquè atq; è sua quisq; specie Scaliger.

Chaonidas canes aliqui à Cephali cane, alij de Chao luporum generis fera, progenitas suspicantur, Cælius.

Arcades canes primum ex canibus & leonibus natos fama est, & appellatos *λεοντοφόνους*, Pollux.

Leporarios magnos, quos Veltros quidam vocãt, ex coitu leopardi cum cane procreatos quidã dicunt, Albert.

Cum canibus lupi coeunt in Cyrenensi agro, Aristoteles, & Pollux citans Aristotelẽ. Cum apud Roccam Vandream cum Federico Monfortio venaremur, in itinere reditus, quidam ex canibus, Muccius nomine, insectatus est lupam magno nisu, quam assecutus canire deprehendit, & cum ea coiuit. Nam cum nos vocibus & cornibus reuocantes non curaret, inquirentes tandem inuenimus cum lupa coëuntem, feritate vtriusq; præ desiderio Veneris remissa, Aug. Niph. E lupis canes Galli volunt concipi, quorum greges suum quisq; ductorem è canibus & ducem habent. Illum in venatu comitantur, illi parent. Nanq; inter se exercent etiam magisteria, Plin. Ex cane cum lupo coitu gignitur magnus canis, qui mastinus vocatur à nobis, Albert. alibi simpliciter mastinum lupo similem facit. Idem alibi inepte lincisium vocat ex cane patre, & lupa matre natum. similiter & alij barbari scriptores: quorum aliqui etiam lintiscum scribunt, & Isidori verba adducunt Plinium testem citantis canes ex lupis & canibus natos, cum forte miscentur, lintiscos dici. Ego nihil tale apud Plinium reperio. Videtur autem hæc vox depravata pro lyciscо vel lyciscа, quod canis nomen apud Vergilium legimus, Multum latrante Lyciscа, Aen. 3. Cyprio velox cum fratre Lyciscа, Ouid. inter Actæonis canes. Referensq; lupum toruo ore Lyciscа, Mantuan. Fuit & Lycas canis Simonidis epitaphio nobilitata, vt supra retuli. Deq; lupo concepta Nape, Ouid. Crocuta appellatur fera, quam aliqui ex lupo & cane nasci putant, vide infra in Crocuta. Dum hæc scriberem canis in vrbe nostra erat, lupo similis, & ex lupo natus vulgo ferebatur.

Canis rufus ex genere custodum, catulus adhuc cum simia versari consuetus multa iocosa & risu digna facere consuescit: Quòd si etiam coierit cum ea, natus ex eis canis omnium aptissimus ad lũdos erit, Albert.

Canes ex thoibus natos Grat. commendat, his versibus. *Hu* (Hagnon Bœotius quidam: *& semiferam thoum de sanguine prolem*

Seuorit voces, seu nudi ad pugnora Martis
Et subière astu, & paruis dimouere lacertis.
Vulpina species tamen hinc exacta voluntas.
Exercere uelis, &c.

Finxit non alio maior sua pectore virtus.
Thoës commisses (clarissima fama) leones
Nam genus exiguum, & pudeat quam informe uideri,
At non est alium quem tanta admunera fatus

In impressis codicibus hic versus, *Vulpina species*, &c. cum sequentibus, separatur à cane ex thoibus nato, sed considerandum est an præcedentibus cohæreat.

Ex tigride & cane gigni confirmant Indicos: verũ non statim, sed tertio coitu primo enim belluinos adhuc catulos procreari aiunt alligantur canes locis desertis, & nisi belluа incensa libidine sit, sæpe lacerantur, Aristoteles. Et alibi, Canes etiam Indici (inquit) ex bellua quadam simili, & cane generantur. Ex tigribus canes Indi volunt

concipi

cane pi: & ob id in syluis coitus tempore alligant fœminas. Primo & secundo fœtu nimis feroces putant gignere: tertio demum educant, Plin. Plura de Indicis canibus vide supra in Venaticis robustis. Grat. Hyrcanos canes ex tigride nasci scribit his versibus.

Scythia Hyrcanê siris est vehementia genti
Huic vemus accessus, & blando fœdere iungit.
Iuffabulis, vlroq; gradus succedere tigrim
Sed præceps virtus ipsa venabitur aulâ.
Pascetiamen quæcunq; domi sibi crimina fecit,
Tanta: suis petiere vltro fera semina syluis.
Tunc & mansuetus tuto fœtus errat adulter
Ausa canis, maiore tulit de sanguine fœtum.
Ille tibi & pecudum multo cum sanguine crescit:
Excutiet sylua magnus pugnator adepta.

Bapt. Mantuan. Tigrinam canem nomine proprio propter macularum similitudinẽ nominauit, Et Tigrina notis tergum maculosa. Lacænas aiunt ab initio ex canibus & vulpibus natas, alopecidas appellatas esse, vt pluribus supra dixi in Laconicis. Xenophon alopecidas canes venaticos facit: & sanè videntur venatici quidam veloces, vt leporarij dicti, capite magis in acutum tendente & rostri figura vulpem referre. Albertus non ad venationem sed ad numica & ridicula opera instruendum canem, ex vulpecula natum commendat, vt dicam in cane mimo. Ἐξ-νυχίζειν, Hesych. & Varinus.

DE CANE SOCIO ET FIDELI.

Socij hominum vocitari possunt, omnes qui ab hominibus aluntur canes, nõ solum vt reliqua animalia mansueta, quæ Græci συνανθρωπεύοντα, quod hominibus conuersentur, appellant: sed quia laborum curarumq; socios hominibus sepræbent. Verum canibus alijs præter ipsum hominem alius etiam scopus est, vt venandi opus, & custodiendi domos, pecora, aliasq; res. Quamobrem socium canem per excellentiam hic appello, qui ipsius tantum hominis causa nutritur, præcipue vt è domo prodeuntibus & iter facientibus comes sit, siue simpliciter & voluptatis, siue etiam defensionis gratia. Sed de ijs qui viribus corporis & animi fortitudine tantum pollent, vt homines vel priuatim, vel in bello defendant aduersus hostes, in sequentibus dicam, hoc prius loco de canibus socijs simpliciter acturus. Cæterum canem animal esse summo in hominem amore fideq;, dixi capite quinto, de Cane in genere.

Canis sodalis (inquit Blondus) eligatur magnitudine inter canem & catulum media, hirsutus, pilis oblongis, siue crispis, siue protensis quadratus, capite ad rostrum vsque piloso, placidus: & qui domino continuè assistat, in itineribus indefessus, & morantem expectet.

Codri poetæ canis apud Iuuenalem memoratur, nomine Chiron. Canum beneuolentiæ proprium in altores suos illud de viro Colophonio testatur: Is ad nundinas proficiscens, vti quædam ibi emeret, nam eius in mercaturis faciendis versabatur industria: pecuniam, seruum, & canem secum accepit. Ac quidem seruus, qui eam ipsam pecuniam ferebat, cum viæ aliquantum processissent, ad deijciendam aluum ex instituto itinere diuertit, quem secutus est canis, is postquam necessitati dedisset operam, è terra marsypium tollere oblitus, discessit. At vero canis ibi remansit marsypio incubans: deinde simul vt ad emporium, dominus & seruus venissent, re infecta, cum nummi eis abessent ad emendum, eadem via qua profecti fuissent, reuerterunt: atq; cum eò veniissent, vnde prius ille diuertisset, de recta via ab itinere fuscepto deflexerunt, eodem vbi sanè nummos seruus reliquisset: Vbi canem marsypio incubantem, præ fame vix spirantem offendunt, qui vix dum dominum & conseruum suum viderat, cum à marsypio se remouens vno & eodem tempore & custodia & vita excessit, Aelianus. Eandem historiam Io. Tzetzes narrat, Chiliade 3. cap. 131. hoc interest, quod Anacreontem Teium, non virum Colophonium, canis dominum fuisse scribit. Gelon Syracusanus cum arctissime dormiret, se ictum è cœlo cogitabat. Hoc quod ei videbatur, insomnium erat. Is etsi dormiebat, inter somnium tamen contentissima voce clamabat. Canis igitur quẽ ipse alebat, simul atq; altoris amici sui vocem audisset, tanquam quodpiam Geloni periculum crearetur, insidiæq; compararentur, & in lectum maximo impetu prosiluit, & circum dominum conuersans, vehementissime latrabat, velut insidiatorem vlcisci cupiens Gelon cum rei funestæ metu, tum canis clamore somno quamuis arctissimo teneretur, solutus est, Aelianus.

Tyrij aiunt Herculem captum fuisse amore nymphę cuiusdam illius regionis, cui nomen fuerit Tyro, (Τύρω, lego Τύρᾳ,) Sequebatur autem Herculem canis quoq;, prisco more. Solebant enim canes ad conciones etiam comitari heroes. Herculeus igitur iste canis cum ad saxum quoddam reptantem vidisset purpuram, carnem prominentem mordicus apprehensam deuorauit, & labia cruore tinxit. Hunc in canem colorem virgo intuita, Herculem deinceps admissuram se negauit, nisi vestem ei caninis labris pulchriorem floridioremq; afferret. Itaq; Hercules hoc animali inuento, & cruore collecto, munus puellæ attulit, primus vt apud Tyrios fama est, Phœnissæ tinctura inuentor. Pollux.

Tobiam canem habuisse comitem in vetere testamento legitur.

Xanthippi canes, eo tempore, quo ingenti bello Persarum in Græciam exardescente Athenienses monentibus oraculis relicta patria in classem demigrarunt dominũ secutæ ex Attica in Salamina traiecerunt. Aelian. Tzetzes Chiliade 3. cap. 130. Xanthippi, qui Periclis pater fuit, canem vt dominum sequeretur nauigantem in Salaminem, in mare se proiecisse scribit: & demum viribus natando exhaustum expirasse, &c. Asclepiades sepultum etiam à Xanthippo tradit, hoc versu, Ὅν ἐπιμὲ κυνὸς ἀμφὶ θέμεν σῆμα: Meminit & Plutarchus in vita Themistoclis, vt supra retuli parte 1 capitis 8. de Cane in genere, vbi alios quoq; locos Cynossema dictos recensui.

HISTORIÆ CANVM, QVI FIDEM DOMINIS etiam post mortem seruarunt.

Digna commemoratione sunt canum exempla, qui in fide & amore erga dominos post mortem etiam dominorum, constantissimè perstiterunt, quod vel pro eis pugnando, vel rogis sponte insilientes commoriendo, vel cadaueribus ostendendis, vel deniq; homicidas prodendo mirificè declararunt. Primum igitur de illis dicam qui pro dominis certauerunt, mox ordine de reliquis.

Romæ bello quodam ciuili Caius Romanus cum necatus esset, huius viri caput ex hostibus nemo abscindere poterat, cũ tamen summa contentione sexcenti certarent, & facinus illud conficiscere pulchrum ducerent, priusquam canem quem is aluisset, interfecissent, ei assidentem, & beneuolentiam erga illum ipsum fidissime & amantissime

tissime seruantem proq; eodem humi strato,& qui iam extremum spiritum effudisset, sic propugnantem tanquã virum comilitonem,& contubernalem bonum, & ad extremũ amicitiæ obseruantem, Aelianus,& Tzetzes Chiliade 3 cap.131 vbi interpres Galbam pro Caluo vertit. Meminit & Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. sed omisso Calui nomine. Dario qui extremus regnauit apud Persas, in ea pugna quam contra Alexandrum suscepit, & commisit,cum à Besso (Βησσῳ al.per c.vnum) & Nabarzane multis vulneribus confossus esset, & iaceret stratus omnibus mortuum relinquentibus, canis ab eo educatus solus permansit fidelis, eumq; tametsi non amplius suum altorem,sicut tamẽ adhuc viuentem seruauit, Aelianus. Tzetzes Chiliade 3.cap.131 Darij à Beso occisi canẽ iuxta sepulchrum, vt Silanionis canẽ manifeste scribit: παρὰ τὸν τάφον. malim παρὰ τὸν νεκρόν id est iuxta cadauer. Silanionis enim quoq; canem cadaueri adhæsisse, proximè ex eodẽ authore referemus. Pugnasse aduersus latrones canem pro domino accepimus,confectumq; plagis à corpore nõ recessisse,volucres & feras abigentem, Plinius.

Cum Silanion dux Romanus in pugna cecidisset,cadauer eius canibus,feris, & auibus expositum, solus canis omnium fidelissimus multis diebus seruauit, & partes eius pudẽdas operuit, donec aduenirent Romanorum duces,& sepeliri curarent, Tzetzes Chiliade 3 cap.130 Syllanion nomen fuit statuarij cuiusdam. Sed super omnia in nostro æuo actis populi Rom. testatum, Appio Iunio, & P. Silio coss.cum animaduerteretur ex causa Neronis Germanici filij, in T.Sabinum & seruitia eius, vnius ex his canem, nec à carcere abigi potuisse, nec à corpore recessisse,abiecto in gradibus Gemonijs mœstos edentem vlulatus,magna pop.Rom. corona circumstante, ex qua cum quidam ei cibum obiecisset,ad os defuncti tulisse. Innatauit idem in Tiberim cadauere abiecto sustentare conatus, effusa multitudine ad spectandam animalis fidem, Plin. Canis Iasone Lycio interfecto, cibum capere noluit,inediaq; consumptus est.Plin. Daphnidem bubulcum Syracusanum canes quinque primum deflerunt,deinde commortui sunt, Tzetz. Huiusmodi canes recte συναποθνήσκοντας,id est cõmorientes,appellabimus. Gelonis tyranni canis à sepulchro domini sui,nec vi, nec vllis blandimentis abscessit, Aelian. Gelone Syracusano in somnis clamante, vt qui fulmine ictus sibi videretur,canis latrare non desijt,donec excitauit, Tzetz. Hunc canem Philistus,teste Plinio,Pyrrhum appellatum scribit. Is vero, cui nomen Hyrcani reddidit Duris, accenso regis Lysimachi rogo,iniecit se flammæ similiterq; Hieronis regis, Plin. De Lysimachi cane idem scribit Plutarch. in lib. Vtra animalium,&c. & Aelian. Clarus est Pyrrhi Epirotæ canis, qui cum Pyrrhus in somnis exclamasset, circumiens eum custodiebat mortui autem cadauer cum cremaretur,in rogum insilijt, Pollux. Eadem eodemq; modo fecisse canem,quem Pyrrhus, non rex ille, sed priuatus homo educârat, fama est: circum corpus exanime hærentem, cap lorum efferretur assultantem, postremo in rogum sese abijcientem ac comburentem, Plutarch. ibidem. Cum Polus tragœdus (histrio Tragicus, Tzetz.) defunctus antiquo more cremaretur, canis eius alumnus in medios rogos sese immittens, viuus vnà cum altore suo exustus est: Idem de Mentoris canibus fertur, Aelian & Tzetz.sed Tzetzes vnum duntaxat Mentoris canem id fecisse scribit. Theodorum saltatorem (psalten, Tzetz.) cum propinqui in sepulchrum imposuissent, Melitensis catellus eius, vltro seipsum in cadaueris tumulum injciens, pariter cum domino humari & sepeliri voluit, Aelian.& Tzetz. Nostris temporibus in ciuitate Astensi,cum mulieris cuiusdam genere claræ funus procederet, canis facto impetu super cadauer insilijt, & præ dolore dilectus est desuper,tanquam ab aliqua fera laniatus,quoniam vnà mori voluit, Blond. Eupolidis poetæ canis,desiderio domini defuncti,mœrore inediaq;ne contabuit,de quo plura mox inter defensores. Nicias quispiam ex venatoribus cum de improuiso in carbonariam fornacem lapsus fuisset,canes, qui cum eo erant hoc intuentes,non illinc discesserunt,sed primo circa eamjnum ingemiscentes, & vlulantes commorabantur: tandem prætereuntes leuiter,& sensim morsu vestium attrahebant ad id quod accidisset, tanquam auxiliatores domino suo implorantes homines. Vnus igitur videns hoc idem,suspicatus est id quod erat, & secutus est canes, inuenitq; Niciam in fornace deflagratum (deflagrasse potius dixerim) ex reliquis coniectauit rem ipsam, Aelianus interprete Gyllio: & Tzetz.Chil.3.cap.131.cuius hi sunt versus quos appono,quoniam Gyllij interpretatio non satisfacit mihi: Σκύνης πρόσθεν ὠδύ, ὡστε τὸν οἱ τότε κύνες. Ὡς ἦ κόδεις συνέβαλε τὸ ἐξ ἀδύ μὰν τ' πρᾶγμα, Ἐξ ἱματίων ἀλκυόνος ἠμὲν ἀδὺν ἀκούσας, Εἶλκον δὲ τὸν καίμενον ἀσκηνίους τὸ καθ' ὧν. Sed clarius res intelligetur ex Cælio, qui lib. 23. cap.27.eundem locum ex Aeliano transtulit,cuius ego posteriorem tantum partem adscribam.Id autem(inquit) intuitus quidam,canem insecutus ducem, factum deprehendit, exustumque in fornace spiçantem Niciam, reprorsum coniectata ex ijs quæ in ignibus viscebantur reliquiæ. Similis est historia, quam Blondus refert, his ferè verbis: Marius Cæsarinus è patritio genere Romæ venator acerrimus, dum equo insidens & canem ducens aduenationem exit,incidit in profundam fouteam: quod videns canis creberrimis vlulatibus circum latrabat foueam: eo audito rustici quidam accurrerunt, & re cognita hominem extraxerunt è fouea, in qua ci inedia perendum fuisset,relicto mortuo equo. Anno post hunc casum euoluto, eodem die febri correptus, obijt. Icarij Erigonæ filiæ patris à rusticis interfecti cadauer canis ostendit: etsi credimus poetis, hic Sirius est, Pollux & alij: Cum Bacchus vini vsum hominibus monstrasset, & Icarius agricolis Athenicnsibus id bibendum dedisset, illi inebriati, & se venenum bibisse suspicati, occiderunt Icarium. Huius cadaüer cum filia non inueniret, cane monstrante reperit. Huic etiam postea morienti canis commortuus est, Tzetz. Idem pulcherrimos super eadem re versus ex Orphei Georgicis commemorat. Erigonæ canis, suæ dominæ sepultura affectæ immortuus est, Aelian. Qui non Erigones mallet habere canem, Martialis in canis Lydiæ epitaphio. Accepi à viris verborum non prodigis,syluam esse non procul Aurelia (vrbe Galliæ) vbi cum grassatores hominem quendam interfecissent: interfectum homicidij tegendi gratia inter frutices inhumassent: canis (qui latronum viribus impar fuerat neque his potuerat reluctari) domini sui domum propero cursu redierit:ac reiecto, qui offerebatur, cibo, velut lachrymosus nunc egrediens,nunc reuertens,non prius latrare destiterit, quàm præstita tanti infortunij coniectura impetrauerit,vt redeunti sibi ad domini cadauer aliquis daretur comes. Hunc ergo cum secutus esset vnus ex domesticis famulus,sequentem reuolutis vbique semitarum vestigijs ad inhumati locum perduxit, vbi & vnguibus scalpuriens,& terram dentibus effodiens, occultum corpus indicauit, Io.Rauisius Textor. Bononiæ puer quidam catulum amabat,semper cum eo oberrare solitus. Hunc pòst in cella vinaria seipsum laqueo suspendentem intuens catulus perterritus constitit: deinde paulò post immobilem videns, parentes tanquam suspensi nuncius latrando cursu adiuit:& subinde sursum ac deorsum recurrens, latrare non destitit, donec miseri parentes secuti filium pendentem repererunt, Blond. Hesiodi canes à mortuo non recedentes, latratu homicidas prodiderunt, Pollux. Plutarch.in lib. Vtra animalium,&c. cum recitasset historiam canis qui apud Pyrrhum regem homicidas prodidit,quam proximè subijciam, Idem (inquit) Hesiodi sapientis illius canẽ fecisse fama est,

cum

cum Gangaridis Nanaleti filios, quorum manibus peremptus erat, prodidisset. Pyrrhus Epirota (Epirotarum rex, Plutarch.) cum iter faceret, fortuito incidit in canem, cadaueri domini sui adiacentem & illud ipsum cum summa diligentia custodientem, ne quis post mortem violaret, atque imminueret. Is autem iam triduum ferens inediam, diligenti custodia auibus illud seruabat. Hoc simulatq; Pyrrhus intellexisset, hunc quidē miseratus, sepultura affecit multe; cum vero plenum cibum ad se amandum allicientem dedit, paulatimque illum allectans abduxit, atq; ad [illegible]. Sed hæc quidem hactenus. Post paulum cum exercitum lustraret Pyrrhus, (ἐξέτασιν τῶν στρατιωτῶν. Plutarch.) quidam vertit, cum inquisitio per exercitum fieret:) militesq; recenseret, & vero canis adesset: is non manibretus solum, verum cætera quam tacitus erat. Vt vero in recensione militum interfectores domini inuaduerisset, tum nō se continuit, quin valido latratu in eos ferumperet, atq; vngulibus laniaret, (vociferatu horribili procurrit intonuitq;. Plutarch.) simul & se ad Pyrrhum conuertens quoad poterat, testem in hanc rem citabat quod homicidas tengret. Latratum religioni habuit Pyrrhus, eiq; in suspicionem & circumstantibus hi venerunt e viri morte, itaq; quæstione adhibita, ea quorum accusarentur confessi sunt, Aelian. & Plutarch. Meminit etiam Tzetzes Chil. 3. cap. 131. cuius hi sunt versus, Περὶ οὗ τοῦ (σοφοῦ) ἀκριβῶς [illegible] Τὸν τύραννον [illegible] ἐξεπίτηδες, Καθηλωτὸν τὸν ἐλπιδὸν, καὶ κατοκείνου ἔρπει, Ἕως ἦλθον [illegible] Καὶτὸν [illegible]. De eodem hoc cane Plinij verba hæc sunt, Ab alio cane ne cepimus in Epiro agitum in conuentu percussorem domini, laniatu & latratu coactū, vt cogeretur fatem scelus. Simile est (inquit Tzetzes) quod Chrysippus quidem paucis ante nos annis contigisse annotauit: Nempe canponem quendā sepelisse cadaver (nimirum hominis a se occisi) qui postea proditus à cane, & præfecto vrbis flagitium confessus, cruci affixus fuit. In Gallia duo mercatores ad nundinas proficiscebantur, quorum alter canem ducebat. Hunc alter nebulo auri cupidine captus, cum per solitudinem quandā equitarent, iugulauit, & humo condidit. Canis amisso domino nemora & silvas illos latratibus implebat: quem accolæ miserati in diuersorium duxerunt & cibo refecerunt. Collectus ille ad locum cadaueris sepulti redibat. Itaq; retentus est ad reditum mercatorum: quibus reuertentibus [illegible] tanquam proprium hostem concitatus, flagitium eius prodidit: quod ille captus confessusq; laqueo suspensus, turpissimo fine pro scelere dedit pœnas, Blond. Memini etiā in Gallia (inquit idem) haud procul Parisijs, contigisse vt adolescens quidam mulierem amaret ad quam dum accederet sumpto socio iuuene, & comite cane, in medio nemoris à socio rivali traiectus gladio expirauit. Canis qui genere Britannus erat, dimissus seruatur, in quo dominus erat occultatus. Et cum ex familia quidam adolescentem perquirerent, canē solum reperierunt iuxta sepulchrum, quod tamen non agnoscebatur: quoniam tumulus terræ fuerat. Socius cædis autor obtinam esse adolescens interrogatus, ignorare proficebatur. Sed prodidit eum canis irruens tanquam in proprium hostem. Itaq; ad rectores vrbis adductus est, & cum causam proferre non posset, cur tantopere nunc infensum haberet canem, haud aliter ei quàm domino blandiri prius solitum: iussus est duellum cum cane experiri. Canis pelle cocta integitur: ipse mucronem gestans leui tantum linea veste tectus in duellum prodit. Canis gulam hominicidæ mordicus apprehendit, eumq; prosternit. exclamat ille, Miserimini patres, cane inuisso fatebor omnia. Confessus igitur quod perpetrauerat scelus, morte multatus est, Hæc Blond.

DE CANE HOMINIS DEFENSORE, & bellicoso.

De canibus robustis, sed venaticis, supra disserui: Nunc de illis dicendum, qui homines vel priuatim, vel in bellis publicè defendunt, [illegible] & [illegible] hominum. Hos à cæteris robustis tum venaticis tum pastoralibus, non aliare magis quam educatione & institutione differre puto. Plurimum sanè roboris, ferocitatis, & animi his, se quibus nunc agimus, adesse oportet, cum aduersus homines & armis munitos, & in iracundia ipsis feris ferociores, nonnunquam eis sit depugnandum. Simillimus ergo canis (inquit Blond.) in propellendis iniurijs hominum atq; ferarum, operam suam præstabit: idem fideliter stabulum domi seruabit, & pecora foris custodiet. Canes tum defensores tum alij, quomodo procreandi & quibus parentibus, explicaui cap. 5. historiæ de Cane in genere ex Blondo. Canes virorum nobilium custodes pilosi hirsutiq; sunt, & ex Gallia petuntur, Blond. Ad latrones inuestigandos, non quilibet canis idoneus est, sed eligi debet canis ferox, qui non dignetur discernere homines. Principio autem hoc modo instituendus est. Muniatur aliquis pelle densa, quam canis lacerare nequeat: aduersus hunc canis inciretur, & is fugiens tandem à cane se sinat capi, & cadens ante eum mordere patiatur: Postridie similiter in alium immittatur canis, & hoc fiat frequenter: tandem enim beneficio odoratus insequetur eum, super cuius vestigia ponitur. Eam vero ob causam eligi oportet canē, qui homines non discernat, ne si blandiri aliquibus assuescat sequatur vestigia illorum quos diligit. Sed etiam forma odoris eorum remanens apud canem, cerebrum eius confundit, adeò vt non dignoscat vestigia eius quem insequi debet. Non pauci autē eiusmodi reperiuntur canes, qui neminem fermè discernere dignantur. Quod vel inde constat: quoniam etiam canes venatici aliquando confunduntur, cum super diuersa vestigia ferarum ponuntur, & errare incipiunt, Hæc Albert. Canis defensorius horridus sit, & semper pugnaturo similis, omnibus inimicus præter dominum: ita vt ne tangi quidem se patiatur à familiaribus: sed omnibus morsum minetur, tanquam hostibus: dominum tamē rectis oculis seruet, Blond. Et alibi, Defensorius (inquit) forma præstanti deligatur, qua terrorem intuentibus inducat: laudatur seuerus, minime blandus, qui & conseruos tanquam iratus inspiciat, & citius exeandescat in exteros, item qui vigilantior sit & circumquaq; prospiciat, vt solēt animosi. Sed quoniam canis ratio natura defensor bonus est, ideo hac arte instruendus erit. Infans etiamnum irritetur ad iracundiam a pueris. Annniculum iam & adultum, gradiolacessere & obruere oportet, ac impugnare donec fessus & victor os cruentum reportet: seruus autem & gladiator, vel lacer, vel victus recedat. Post pugnam vinciendus est, neque permittendum vt solutus vagetur: sed in vinculis pascatur donec euaserit optimus defensor. Aggredi autem eum oportet strictis mucronibus. Hac ratione fortissimus fiet, & contra hostes duci, & dominum ab insidijs securum reddere idoneus. Hoc enim seruatur hac tempestate etiam plerisque in locis Hispaniæ, vt percepimus, Hactenus Blond. Alexander Pheræus Thessaliæ tyrannus educasse fertur canem insolitæ magnitudinis, atrocem, & infestum omnibus præter domesticos atque illos à quibus cibum capiebat. Hunc dormiens foribus cubiculi custodem adhibebat, vt qui sibi metueret quod variis tormentis multos subinde afficeret, Blond. Eupolidi poetæ comico Augeas Eleusinius munere donauit canem, non modo genere Molotticum, sed etiam forma præstantem: quem eodem nomine

Eupolis,

Eupolis, quo Augeas erat, appellauit. Canis iam nomine Augeas, cum longa consuetudine tum vero ciborum illecebris allectus, & blanditijs, diligebat dominum, vt præclare ostendit, cum aliquando seruus nomine Ephialtes dramata quædam Eupolidis domini sui furriperet. Eum non latuit canem furax seruus. Is itaq; acerrimo impetu, crudelique incurrit in hunc direptorem, mordicusq; comprehendens interfecit. Post autem aliquanto in Aegina Eupolis excessit è vita, ibiq; eius corpus ad sepulturam datum fuit. Huius vero canis morte illius ingemiscens, non tantum vlulatu primo illius excessum è vita luxit, sed deinde mœrore inediaq; extabuit, in odiumq; vitæ adductus ex altoris sui morte, extinctus est. Ex eo locus hic, ad huius casus memoriam conseruandam, Canis luctus appellatur, Aelian. Eadem scribit Tzetzes Chil. 3. cap. 131. Apud Suidam hæc verba legimus, Ὅτε τε ἀπέθανε [illegible] Μελιτίδου τοῦ Μελιτέως, quæ quidem de Eupolidis cane dicta mihi videntur. Memoratur & Nicomedis Bithyniæ regis canis, vxore eius Cosingi lacerata, propter lasciuiorem cum marito iocum, Plin. Nicomedes rex maximum & fidissimum sibi charissimumque canem Molossum habuit, huius coniugem Ditizelen (ex qua Prusiam, Zielum, & Lysandram susceperat) regi colludentem, canis hostem arbitratus, inuasit, & dextrum humerum morsu auulsit carnes & ossa dentibus comminuit. Illa moriens in vinis mariti Nicomediæ sepulta est in sepulchro deaurato: Quod quidam temporibus Michaelis filij Theophili effodientes, saluum a huc mulieris cadauer inuenerunt, veste ex auro texta inuolutum: qua in fornace fusa, auri libras tredecim supra centum reperierunt. Cæterum canem ipsum à regis conspectu semotum, desiderio regis & mœrore propter necatam mulierem, plerique mortuum referunt. Hæc Tzetz. testem citans Arrianum in Bithynicis. Orpheum auernio intentum draco inuasurus erat, quem interceptum canes occiderunt, vt ipse recitat in poemate de lapidibus (quod etiamnum extat. Tzetz. Apud nos Volcatium nobilem, qui Cesilium ius ciuile docuit, asturcone è suburbano redeuntem, cum aduesperauisset, canis a grassatore defendit? Item Cælium senatorem ægrum Placentiæ abarmatus oppressum: nec prius ille vulneratus est, quam cane interempto, Plinius.

Hos auxere fidem, quos nostro Cebrus sub æuo
Alebat, & Carpathij defendit littora ponti.
Pectora thoracum tunica, sacrumq; profano
Circumdant, nutritq; Rhodos, cui debita tellus
Et molles ammosa phalanx, innexa trilici
Seligit, & blande exceptum deducit ad vrbem,

Illum autem rapit, & morsu discerpit acerbo, Stroza filius in Epicedio canis. Dicunt in Rhodo insula fuisse canes, qui aduersus Turcas fuerint rabiosissimi, & erga omnes Christianos etiam ignotos quos, nunquam viderant placidi. In mea patria, scio fuisse canem qui omnes peregrinos allatrabat & in eos irruebat, sed oppidanum nullum neq; paruum neq; magnum lædebat, sed omnibus illis aduenientibus blandiebatur & ab his se etiam attingi patiebatur, Philippus Melanchton. Adolescens spectatæ virtutis inter Danaos canem habuit horrendæ acerbitatis, quæ sola plerunq; bis senos peremit viros, Blondus.

Charamantum regem canes ducen tab exilio reduxêre, præliantes contra resistentes. Propter bella Colophonij, remq; Castabalenses, cohortes canum habuêre cæ primæ dimicabant in acie, nunquam detrectantes. Hæc erant fidissima auxilia, nec stipendiorum indiga. Canes defendêre Cimbris cæsis domus eorum plaustris impositas. Cum Hyrcanis & Magnesijs canes quasi societatem bellorum gerendorum inire solebant, hisq; maximo ad bella inferenda adiumento erant. In pugna ad Marathonem commissa cuiuspiam Atheniensis canis summa contentione illi tulit auxilium, ac simul ex ea actione vterq; in varijs scriptionibus honoris memoriam consecutus est, Aelian. Magnetes qui iuxta Mæandrum habitant, ferunt alere canes in prælijs propugnatores, πολέμου [illegible] similes autem erant Pæonum quoque οἱ σύνθηρατῆρες, id est venationum socij canes, Pollux. Certum est ex verbis Valerij Maximi Massissam regem Numidarum (quum parum fidei in hominum pectoribus reponeret) corporis sui custodiam canibus commisisse, Textor. Tale (ex canibus) tibi auxilium Colophon, tibi tale parasti Caspia gens, partoq; æquè partiris honores, Stroza filius in Epicedio canis. Apparet eum Caspiam gentem apud Pinium legisse, vbi codices nostri rectè habẽt Castebalenses. Est enim Castabala Ciliciæ & Phœniciæ ciuitas, quæ & Perasia dicebatur, Stephanus ex Strabonis lib. 12. Hispani qui nouum orbem perlustrarunt, in certaminibus cum nudis incolis canum opera plurimum vti sunt, Petrus Martyr. Et alibi, Canes Hispanorum inquit in homines nudos rabidi insiliebãt, haud secus ac in feros apros aut fugaces ceruos: nec minus fidos Hispani reperiunt in periculis subeundis canes, quàm suos olim Colophonij vel Castabalenses. Et rursus, Pacaram regulam & tres alios cum comitantes, homines nefarios & extremæ libidinis, Vaschus Hispanus apud se accusatos in bellatorum canũ fauces coniecit, illorumq; lacerata cadauera cremari iussit. De canibus, cum quibus prælia meunt, mira referuntur. Ad indigenas armatos haud secus irruunt præcipites ac in ceruos aut apros, si digito monstrentur. Data quandoq; tessera canibus solutis præeuntibus agmẽ, toruo Molossorũ aspectu atq; insueto latratu perterriti hostes hæsitãtes, pugnas ordinesq; stupidi deseruerũt. Verũ Caramairenses & Caribes ferociores, ad prælia gerendis aptiores, in ruentes canes citius fulgure icto venenatas destinant sagittas, & multos perimunt.

DE CANIBVS CVSTODIBVS: ET PRIMVM de pastorali.

Canum qui custodes dicuntur & custodiæ causa parantur, alij pecora, alij villas, alij domos priuatas, alij publica vt templa custodiunt. Aptæ custodum nomina apud Xenophontem sunt Phylax & Phrura. Plura de custodiarum genere, vide infra ab initio tractationis de custodibus ædium. Sed primum de pecuario, inde differamus, de reliquis. Molorticum genus venaticum, nihil à cæteris differebat: At pecuarium, longè & magnitudine, & fortitudine contra bellua præstat, Aristoteles. Μολοσσὸς, κύων ὁ ποιμενικὸς μεγάλης καὶ ἰσχυρός, Varinus & Suidas: Sed de Molossis vide supra inter Venaticos robustos. Nec tibi cura canum fuerit postrema? sed vnà Veloces Spartæ catulos, acremq; Molossum Pasce fero pingui nunquam custodibus illis Nocturnum stabulis furem, incursusq; luporum. Aut inpacatos à tergo horrebis Iberos &c. Vergilius in Georg. Pecuarium canem Aug. Niphus mastinum interpretatur: Sunt autem mastini, vt supra docui, quos Germani *Leden* appellant.

Nunc de mutis custodibus loquar: quanquam canis falsò dicitur mutus custos, nam quis hominum clarius, aut tanta vociferatione bestiam, vel furem prædicat, quàm iste latratu? quis excubitor inueniri potest vigilantior? Quare vel imprimis hoc animal mercari tueriq; debet agricola: quod & villam, & fructus, familiamq; & pecora custodit, Columella. Sed de villatico alibi: hic de illo dicemus, qui (vt Columella inquit) propellendis iniurijs hominum ac ferarum comparatur: & idem obseruat domi stabulũ, foris pecora pascentia. Relinquitur

Relinquitur (inquit Atticus apud Varronem) de quadrupedibus quod ad canes attinet, maximè ad nos, qui pecus paſcimus lanatum. Canis enim ita cuſtos eſt pecoris, vt eius quod eo comite indiget ad ſe defendendum. In quo genere ſunt maximè oues, deinde capræ. Has enim lupus captare ſolet, cui opponimus canes defenſores. In ſuillo pecore tamen ſunt, quæ ſe vindicent, ſues, verres, maiales, ſcrofæ: propè enim hæc apris, qui in ſyluis ſæpe dentibus canes occiderunt. Quid dicam de pecore maiore? cum ſciam mulorum gregem cum paſceretur, eoq; veniſſet lupus, vltro mulos circunſtaxiſſe, & vngulis cædendo eum occidiſſe? & tauros ſolere diuerſos aſſiſtere clunibus continuatos, & cornibus facile propulſare lupos? Hæc ille.

Pecuarius canis (vtor Columellæ verbis) neque tam ſtrigoſus aut pernix debet eſſe, quàm qui damas, cernoſque, & velociſſima ſectatur animalia: nec tam obeſus aut grauis, quam villæ horreique cuſtos: ſed & robuſtus nihilominus, & aliquatenus promptus ac ſtrenuus, quoniam & ad rixam, & ad pugnam, necminus ad curſum comparatur, cum & lupi repellere inſidias, & raptorem ferum conſequi fugientem, prædamque excutere atque auferre debeat. Quare ſtatus eius longior productiorque ad hos caſus magis habilis eſt, quàm breuis, aut etiam quadratus: quoniam (vt dixi) nonnunquam neceſſitas exigit celeritate beſtiam conſectandam. Cæteri artus ſimiles membris villatici canis, æquè probantur. Hæc Columella. Canes ad pecorum cuſtodiam (inquit Varro apud Conſtantinum) præcipuè generoſi, corpore magno ſunt, vegetis viribus, animo non deiecto, graui lattatu atque formidabili vtentes: Qui etiam in adeuntes non fruſtra ac temere inſiliunt, ſed vires in ſuum tempus reſeruant, cum impetu opus erit. Hi ſiquidem ſunt fortiores, atque ægre etiam capiuntur, ἰσχυότερα καὶ δυσκατάσχετα: intelligo qui non facile capi, id eſt vnci à feris queant. Canis paſtoralis (vt Blondo placet) defenſori ſimilis eligatur, educeturque ſimiliter. Laudat in eo colorem album Columella, qui ſi non repetiatur, quemuis potius quàm varium probabis: vt quem priſci (Columella) nec in villaticis nec paſtoralibus laudarint. Non mirum eſt autem ſi candidi canes hac tempeſtate probentur à paſtoribus, cum illi præ cæteris facile dignoſcantur à lupis: nam cæteri in tenebris quandoque non agniti à paſtoribus, pro ipſis lupis petiti ſunt, (vt ſupra etiam in Venaticorum colore dictum eſt,) Hæc Blondus. Paſtor album probat: quoniam eſt feræ diſſimilis, magnóque opus interdum diſcrimine eſt in propulſandis lupis ſub obſcuro mane, vel etiam crepuſculo, ne ſi non ſit albo colore conſpicuus, pro lupo canem feriat, Columella. Primum ætate idonea parandi ſunt (inquit Varro) quod catuli & vetuli, neque ſibi, neque ouibus ſunt præſidio, & feris beſtijs nonnunquam prædæ. Facie debent eſſe formoſi, magnitudine ampla, oculis nigrantibus aut rauis, naribus congruentibus, (μυκτῆρας ἐμφερεῖς ἔχοντες, naſum eiuſdem coloris habentes, Fronto: Eiuſdem coloris intelligi poteſt vel ſimpliciter, vt vnus in vaſo color ſit: vel vt idem qui in reliquo corpore: vel idem qui in oculis, quos Fronto proxime nigros tantum probauerat:) labris ſubnigris aut rubicundis, neque reſimis ſuperioribus, neque pendulis ſubtus: mento ſuppreſſo, & ex eo enatis duobus dentibus, directis potius quàm brochis (tortis, Creſcentienſis) & acutis quos habent labro tectos. (Fronto ſint pliciter dentes acutos requirit:) capitib. & auricolis magnis ac flaccis (Creſcentien. pro flaccis habet latis exponens plicatis. in Frontone μελανοκεφάλους, id eſt nigris capitib. perperam legi puto pro μεγαλοκεφάλους, id eſt magnis capitib. vt conueniat Varroni, ſicut in cæteris ferè omnibus: pectore lato, Fronto: quod Varro Latinus non habet.) craſſis ceruibus, ac collo: (πολυαύχενες καὶ πολυτραχήλοι. τραχηλὸς collum totum eſt Græcis κεφαλὸ poſterior ἀὴρ anterior tantum pars Fronto.) internodijs articulorum longis, (μακρόκωλοι, βραχίονας περιφανεῖς ἔχοντες, id eſt, artubus longis, brachijs ſolidis & craſſis, Fronto.) crurib. rectis, ac perlus varis quàm vacijs (σκέλη ὀρθὰ, εὐθμὰ, σκαμβὰ παραμαλακά, deeſt vox βλαισόπορα, vt Andreas a Lacuna rectè ex Varrone Latino conijcit σκαμβοὶ enim vel ἰκβοὶ, Latinis vari appellantur, inceduntque crurib. introrſum pernerſis: βλαισοὶ verò, Latinis blaſij & vacij, cancrorum inſtar crura extrorſum curuant.) pedib. magnis & altis, qui ingredienti ei diſplodantur (πόδας μεγάλους ἐν τῷ βαίνειν πλατυσμένους, Fronto.) digitis diſcretis, διηρθρωμένοις: vnguibus duris ac curuis: talo, nec vt corneo, nec nimium duro, ſed fermentato ac molli: à feminibus ſummis corpore ſuppreſſo: ſpina neque eminula, neque curua, ῥάχιν οὐθεῖαν ἐκ τῶν ἄκρων ἰσχίων, Fronto:) cauda craſſa, (Fronto addit, ἐκφυομένην μυοειδῶς ὀπίσω, id eſt, quæ ab initio ad finē vſq; paulatim tenuior graciliorq; euadat) lattatu graui (grauiſſimo, Fronto:) hiatu magno colore potiſſimum albo, quod in tenebris (addendū videtur aliquid, vt hic legatur, quod in tenebris à lupo & alijs feris facilius dignoſcantur, vt ſupra etiā docui: vel tale quid:) ſpecie leonina, hactenus Varro. Poſtrema eius verba ex Frontone dilucidius intelligentur. Is canes probat albos colore, præſertim ſi greges ſequi debeant: rauos oculis & leonina ſpecies: vel ſi Græcè mauis, χαροπὰς τοῖς ὄμμασι καὶ λεοντοειδεῖς. Dubitet autem aliquis vtrum λεοντοειδὲς ad corporis vel ſpeciem vel colorem, vel adoculorum tantum coloré referat ego de oculorum tantū in eis colore acceperim, quē Græci in leonibus præcipuè χαροπὸν appellant, vt λεοντοειδὲς interpretamenti loco ad charopos ſubiecerit. Non enim intelligi puto de reliqui corporis colore, quum albū deſiderat. Quod ſi quis de corporis ſpecie & figura accipere malit, illi nō contenderim, ne Varronem quoq; erraſſe, aut locum eſſe corruptū defendendum mihi ſit: quanquam poſterius iam proximè probaui. Creſcentienſis, cuius modica apud me authoritas eſt, hunc Varronis locum vſurpans, colorem leoninum ſimpliciter in cane paſtorali laudat, nulla albi mentione. Oculis igitur charopis ſiue rauis & leoninis hoc genus canis deligendum Fronto iubet, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντας ἢ ὑπογλαυκοτέρους ἢ τοὺς, ἢ καὶ μᾶλλον, hoc eſt ſiue hirſuti ſiue glabri ſint, nempe reliquo corpore, vtin fœmina etiam dicetur, etſi hirſutos eſſe præcipuè citra armos magis leoninum eſſet. Apud Agemachetas Aſcos paſtorales homines cantu laudatur ἀμείρεσθαι κύνων, vtpote non timens hyanas, καὶ λαφυγμίζωντας λύκους. Præterea fœminas volunt eſſe mammoſas, æqualibus papillis, Varro. Fronto etiam in fœminis tum præcedentes maris notas deſiderat, tum & magnas habeant mammillas & papillas in eis magnitudine pares: quoniam nonnullæ canes marcidas mammillas, & inſtar ligni ſiccas durasque habent, ἀτρεφεῖς καὶ ἀπόξυλα μαστίδια. Nec admodum refert an reliquum corpus hirſutum & glabrum ſit: hirſuties tamen canem magis terribilem reddere videtur. Magni intereſt ex ſemine eſſe canes eodem, quod cognati maximè inter ſe ſunt præſidio, Varro. Canes ſunt nutriendi, affines affinib. iuncti: naturaliter enim illi ſibi mutuò blandiuntur, vt Andr. à Lacuna vertit: vt Cornarius, mutuam opem ferunt, Græcè ἀμύνειν legitur voce corrupta: Cornarius videtur ἀμύνειν legiſſe: quæ lectio ex præcedente etiam Varronis ſententia confirmari poteſt. Videndum vt boni ſeminis ſint: itaque à regionibus appellantur, Lacones, Epirotici, Salentini, Varro. Videndum ne à venatorib. aut laniis canes emas: Alteri quòd ad pecus ſequendum inertes: alteri ſi viderint leporem, aut cervum, quod eum potius quàm oues ſequuntur. Quare aut à paſtoribus empta melior, quæ oues ſequi conſuecit: aut ſine vlla conſuetudine quæ fuerit: canis enim facilius quid aſſueſcit, eaque firmior conſuetudo, quæ ſit ad paſtores, quàm quæ ad pecudes, Varro. Seruabimus eos

collum eorum crudo corio circumuallentes, gutturque & totas fauces munientes, ab ipso nimirum corio erigentes ferreos aculeos. Siquidem si aliquam harum partium attigerit fera, canem occidet: si veroaliam partem momorderit, vulnus excitabit duntaxat, Varro in Constantini Geoponicis. At ne in eos grassentur ferae, vt hyenae & lupi, munire illis guttur atque collum oportet, veluti ferratis thoracib. clauisque acuminatis transfixis, à se invicem latitudine digitorum diuùm aculeis ipsis distantib. Fronto ibidem. Sed de collaribus canum plura dixi parte 3. cap. 8. de Cane in genere. In locis saxosis & senticosis, calciamenta pedib. adhibenda sunt, quibus prætegantur vsque ad crura, vt integris pedibus canis validior obsistat contra impetus belluarum, Blond. Hos canes qui educant, collidunt, atq; ad mutuam pugnam impellunt, deprimi tamen non sinunt, ne pusillanimes fiant animoq; perculsi, sed in certamine audaces alus minimè cedãt, Fronto. Educũt eos, plures in vnũ locum, & irritant ad pugnandum quo fiãt acriores, neq; defatigari patiũtur quo fiant segniores, Varro. Publius Aufidius Pontianus Amiterninus non (lego, cum) greges omnũ emisset in Vmbra vltima, quibus gregib. sine pastoribus canes accessissent: pastores vt deduxerunt in Metapontinos saltus & Heracleæ emporium, inde cũ domũ redissent, qui ad locũ deduxerant: è desyderio hominũ diebus paucis postea canes sua sponte, cum dierũ multorum via interesset sibi ex agris cibaria quæsierunt, atq; in Vmbriam ad pastores redierũt: neq; eorum quisquam fecerat, quod in agricultura Saserna præcepit, qui vellet se à cane sectari, vti ranam obijciat coctam, Varro Numerus canum pro pecoris multitudine solet parari. Ferè modicum esse putant, vt singulis sequantur singulos opliones, de quo numero alius alium modum constituit. Quod si sunt regiones vbi bestiæ sint multæ, debẽt esse plures: quod accidit, qui per calles syluestres longinquos, solẽt comitari in æstiua, & hiberna. Villatico vero gregi in fundum latis esse duos, & id matrem & fœminam. Ita enim sunt assidiores, quòd cum altero idem fit acrior: & si alter indesinenter (Crescentien. vocem indesinenter omittit) ægre est, ne sine cane grex sit, Varro. Catuli duob. mensibus primis à partu, non disiungunrur à matre, sed minutatim desuescunt, Varro & Fronto. Consuescunt quoque vt possint alligari primum leuib. numellis (vinculis, Crescent.) quas si abrodere conantur, ne id consuescant facere, verberib. deterrere solent, Varro. Assuescunt eos vinculis, primo quidem loco, dein verò paulatim ferreæ catenæ, Fronto. Pluuiis diebus cubilia substernenda fronde, aut pabulo (palea Fronto:) duabus de causis, vt ne oblinantur, aut perfrigescant. Quidam eos castrant, quod eo minus putant relinquere gregem. Quidam non faciunt, quod eos credunt minus acres fieri, Varro. Canis pastoralis colludit pastori, gregem agnoscit, insidiantes feras persequitur: quæ dotes si ei nativæ & spontaneæ fuerint, excellit in suo genere, Blond. Catuli quot educandi, & alia quædam ad procreationem, educationem & cibatum pertinentia, lege supra in historia Canis in genere. Canes interdiu clausos esse oportet, vt noctu vigilantiores sint, Cato cap. 124. quæ eius verba ad villaticos & alios custodes potius quam pastorales pertinere mihi videntur, & si Petrus Crescentien. in pastoralis historia ea receperit. Cibaria ferè eadem sunt vtrique genere (pecuario & venatico) præbenda. Nam si tam laxa rura sunt, vt sustineant pecorum greges, omnes sine discrimine canes ordeacea farina cum sero commodè pascunt. Sin autem furculo consitus ager sine pascuo est, farreo vel tritico pane saturandi sunt, admisto tamen liquore coctæ fabæ, sed tepido: nam feruens tabiem creat, Columella. Non permittunt, illis mortua tangere pecora: ne in viuentia etiam assuescant impetum facere: reuocantur enim ægerrimè, vbi semel carnes crudas gustauerint, Fronto.

Et de ore pastorij canis virens exiluit ranula, Apuleius libro 9. Metamorph. Omnia secum, Armentarius Afer agit, tectemque, laremque, Armaque, Amyclæumque canem, Crassamque phareteam, Verg. in Geor. Αἱ δὲ κύνες τὰ τῶν θηρίων ἀσπαίρουσαν λύτο λύμης καρπῶν καὶ προβάτων, καὶ τῶν ἱερείων τὴν ἀσφάλειαν παρέχουσαι, ἀντωφελοῦσι τὸν δεσπότην ἀντὶ χάριτος, Xenophon in Oeconomico. Ποιμενίτιδες κύνες, ἀγελαῖοι κύνες. Pollux. Κύνες ποιμένιοι φύλακες Geopon. Græca. Κυνικὸς βοσκός, vna voce, Suidas exponit canes pastorales, adijcient, ὁ δὲ ἀναιρῶν τὸν ἐξ ἀγνοίας ἀνθρωπον, ἀλλ' ἔξω πάσης ἀναιρεῖ, quasi canis pastoralis natura his verbis declaretur, vt qui nulli familiarium noceat, externos vero quosdam (nimirum fures & prædones) interimat. Pecudesque secuta Pœmenis, Ouid. inter canes Actæonis. Aegyptij canes ab Oppiano cognominantur Βυκολίων ἕρκη, id est armentorum custodes. Geryonis canis, nomine Gergittios Cerberi frater, armenta custodiens, & ab Hercule cæsus, in Iberia sepulchrum habet, Pollux. Ὡς δ' κύνες περὶ μῆλα δυσωρήσωσιν ἐν αὐλῇ, carmen Homeri quo significatur περιποίησις καὶ τῶν φυλάκων. Λύτὰρ ὅγ' ἐξόπισθε, &c. ὡς δὲ λὶς ἠϊθέοισιν, Οὐ μὰν κύνες οὐδὲ καὶ ἄνδρες ἀπὸ σταθμοῖο δίωνται Ἐγχείῃ καὶ φωνῇ, ὃ δ' ἐν φρεσὶν ἄλκιμον ἦτορ Πάγχυ μάλ' ἀίσσων ἅπτ' ἴβη ἀπὸ μεσσαύλοιο Homer Iliad. ρ. Idem poëta à Glauco quodam hospitio exceptus, cabes nõ cessarent cœnantem ipsum adlatrare, sic monuit: Πρῶτον μὲν κύνι δόσπον ἐπ' αὐλείοισι θύρῃσι Δῶναι, μὴ δ' ἀλλοι ἐρωήσωσι πεπύσθαι· ἀλλὰ τὰ μὲν μετόπισθε, καὶ εἰ πεπυσμένος εἴης, Ἴδμεναι ἠμὲν ἐμοὶ ξείνη τε κλειτή τε πέλωμεν. Sed horum quædam commodius ad villaticum referentur. Ἴδοι δὲ αὐτὰν (τὴν ἀγέλαιον αὐλέα) κυνὶ παραφθέγξομαι, εἰ ἐν τῷ ἰδίῳ ἀγρῷ τὸν λοιπὸν ἐνδιήσεται· ἤδη δὲ καὶ ἡ θήρα κύνα σὺν πᾶσι τέχνοις ἐξαφορεῖται τὸν χνόον ἀνδρώπινος ἀγρώτας πιστὰς ἐφαίνατο, Simocatus in epist. Ἀμπέλοις κύνα φιλοπόνῳ, ἀ λύκοι ἀγρῶται· Οὐ τοῖ παιδίδοιμι τὰ θηρία πάντα διώκειν, Theocrit. Idyll. 5. Canis & ouis apologum Socrates apud Xenophontem lib. 2. Apomnemon. his verbis refert: Cum animantia essent vocalia, quem dominio suo dixisse ferunt: Mirum facis profectò, qui cum nobis, à quib. lanam, agnos, caseumque habes nihil des nisi quicquid a terra capiamus: canem, qui nihil tibi tale præbet, de quo tu comedis pane participem facis. Canis vero cum hæc audisset, Non immeritò per Iouem, dixit: Ego nanque sum ille, qui & vos ipsas saluas facio, atque custodio, vt nec homines vos furentur, nec lupi rapiant. Quòd si ego vos non custodiam, nec ad pascua vobis proficisci licebit, timentibus ne pereatis. His ab eo dictis, oues quoque fertur cani concessisse.

DE CANE VILLATICO, ET NAVTICO.

Canis villaticus villam, quæque iuncta sunt villæ custodit, is obesior & grauior esse debet quàm pecuarius, corpore etiam minus longo, cum celeritas in eo non requiratur, Columella. Nostrates vt pastorales, sic villaticos etiam eius plerunque generis habent, quos rudios vocant, *Rüden*. Villæ custos eligendus est amplissimi corporis, vasti latratus, canorique, vt prius auditu maleficum, deinde etiam conspectu terreat, & tamen nonnunquam ne visus quidem horribili fremitu suo fuget insidiantem: sit autem coloris vnius, isque magis eligatur albus in pastorali, niger in villatico: nam varius in neutro est laudabilis. Villaticus, qui hominum maleficiis opponitur, siue luce clara fur aduenerit, terribilior niger conspicitur, siue nocte, ne conspiciatur quidẽ propter vmbræ similitudi-

similitudinem: quamobrem tectus tenebris canis tutiorem accessum habet ad insidiantem. Probatur quadratus potius, quàm longus, aut breuis: capite tam magnò, vt corporis videatur pars maxima: deiectis, & propendentibus auribus: nigris, vel glaucis oculis, acri lumine radiantibus: amplo, villoque pectore, latis armis, cruribus, crassis & hirtis: cauda breui: vestigiorum articulis, & vnguibus amplissimis, qui Græce ἄρκακες appellantur: (ἄρκακες, ἃ παλαίμας ἃ χερσὶν, Varin.) Hic erit villatici canis status præcipue laudandus: mores autem neque mitissimi, neque rursus truces, atque crudeles, quod illi furem quoque adulantur, hi etiam domesticos inuadunt: satis est seueros esse, nec blandos, vt nonnunquam etiam conseruos iratius intueantur, semper excandescant in exteros. Maximè autem debent in custodia vigilaces conspici: nec erronei, sed assidui: & circumspecti magis, quàm temerarij: nam illi, nisi quod certum comperetuot, non indicant: hi vano strepitu, & falsa suspicione concitantur. Hæc idcirco memoranda credidi, quia non natura tantum, sed etiam disciplina mores facit, vt cum emendi potestas fuerit, eiusmodi probemus: & cum educabimus domi natos, talibus institutis formemus. Nec multum refert an villatici corporibus graues, & parum veloces sint: plus enim comminus, & in gradu, quàm eminus, & in spatioso cursu facere debent: nam semper circa septa, & intra ædificium consistere, immò ne longius quidem recedere debent: satisque pulchre funguntur officio, si & aduenientem sagaciter adoriuntur, & latratu conterrent: nec patiuntur propius accedere, vel constantius appropinquantem violenter inuadunt. Primum est enim, non adtentari: secundum est, lacessitum fortiter & perseueranter vindicari: atque hæc de domesticis custodibus Columella. Blondus villaticum laudat hirsutis contractisque pilis, vt ipse loquitur: qui corpus in gyrum colligat, altero oculo vigilet, altero dormiat: qui leuissimum propter motum expergiscatur: auribus & cauda domino faueat, eiusque manibus caput subijciat & dorsum, tanquam ita blandior domino, & in custodia vigilantior futurus: externis tamen, imò familiaribus quoque domini terribilis esse debet: Canes potius cum dignitate & acres paucos habendum, quàm multos: quos consuefacias potius noctu vigilare, & interdiu clausos dormire, & catena vinctos esse, vt soluti acriores fiãt, Varro. l. 2. Canes interdiu clausos esse oportet, vt noctu vigilantiores & acriores sint, Cato 124. Ad villaticos referri possunt etiam superius posita quædam circa finem historiæ de pastorali. Καὶ τὸν Κρῆτα κύνα συνέχειν νύκτωρ, Simocatus in epist. de custodiendis vinctis loqueus.

Nauticvs canis est, qui à nautis vehitur, vt nauis & rudentum mercium que custos sit. Is eligitur corpore maximo, terribili latratu, qualis est canis Cronaticus, pilis & magnitudine lupo proximus, aspectu etiam atroce, Blond.

DE CANIBVS PRIVATARVM ET PVBLICARVM ÆDIVM custodibus: (quanquam de custode priuatarum ædium inferius etiam simul cum inutili cane quadam afferemus) Et primum de custodibus quædam in genere.

Canes custodes diuersos esse supra dixi ab initio historiæ canis pastoralis. Canes si castrentur, cessant à relinquendis heris, ad custodiam & venationem nihilo deteriores facti Xenophon. Et leuisomna canum fido cum pectore corda. Lucret. libro 5. quod somni sint modici ac parcè dormiant. Custos epitheton canis, quod domum altoris protegat, Textor. Exagitent & lar, & turba Diania fures, Pernigilantque lares, pernigilantque canes. Ouid. lib. 5. Fastorum canes turbam Dianiam vocat. Boiscum pugilem Thessalum longè aliter quàm canes tractare debetis: nam ferociores quidem canes plerisque interdiu vinciunt, noctu dimittunt: Hunc vos si quod æquum est feceritis, noctu vinctum tenebitis, interdiu solutum dimittetis, Xenophon in Expeditione Cyri ad finem libri 5. Vigil. epitheton canis, quod pro foribus excubias agat vt rem domini tueatur. Robustæque fores, & vigilum canum: Tristes excubiæ munierant satis, Horat. libro 3. Carminum, Ode 16. Tenebrisque reguntur. Omnia, iam vigiles conticuêre canes, Ouid. libro 4. Fastorum, Catenarium canem legimus apud Senecam libro 3. de Ira: est autem is qui ad fores domus alligatur custodiæ causa. Κύνας τραπέζῃς πυλωρούς. Homer. Iliad. χ. communis lingua πυλωρὸς ianitores dicit. De voce τραπέζῃς vide infra in Cane inutili. Examines trepidare simul domus alta molossis Personuit canibus, Horat. Serm. 2. Sat. 6. Illud quoque vsus inuenit, vt acerrimos ac sagacissimos canes in turribus nutriant, Veget. lib. 4. de re milit. Si eximios custodes habere cupis, robustos elige, eosque ligatos interdiu semper include, noctu solue. Erunt enim mirabiles in custodia neminem omnino agnoscentes, nec admissuri in domum quenquam, Albert. Illud quoque vsus inuenit vt acerrimos ac sagacissimos canes in turribus nutriant, qui aduentum hostium odore præsentiant, latratuque testentur Vegetius.

Aedium priuatarum custodes canes, vno verbo Græcis οἰκουροὶ appellantur Οἰκουροὶ κύνες, ἤτοι φυλακῆς ἕνεκεν τῶν, Suidas, Οἰκοδηρός, οἰκουρὸς κύων, Hesychius & Varinus. Δηρὸς exponitur audax, robustus, magnus, impetuosus, bellicosus: οὐρὸς vero, custos. Canum qui communiter domus custodiunt, quidam sunt magni, quidam medij, quidam parui: sunt & minimi nobilium matronarum: omnes hi domos latratu defendunt. & alienis importuni sunt, Author obscurus. Rufus canis ex numero custodum, idoneus est vt mimicus fiat, Albertus. Genus canum ignobilius, quod ad custodiam destinatur, ita vt plurimum ante mensam se disponit, vt vno oculo ostium, altero largam domini manum inspiciat, Albertus. Anser solertiorem custodiam præbet quàm canis, Columella. Est & anseri vigil. cuta, Capitolio testata defensio, per id tempus canum silentio pro iustis rebus, Plinius. Canes domus custodes in somnis visi, vxores & famulos & quæsitas possessiones significant, Artemidorus.

Canes etiam templis custodes & ædituos multis in locis gentiles adhibuerunt, qui fures & sacrilegos arcerent ac proderint. Achæa Pallas cognominata est, cuius templum (vt Aristoteles scribit in libro Mirabilium) in Italia apud Daunios Apuliæ populos, in quo antiquitus fuisse tradit cum alia, tum secures & enses cæteraque Diomedis eiusque sociorum arma. Huius templi custodes canes fuisse perhibentur, qui Græcis aduentibus blandirentur, cæteris mortalibus agrestes & feri Gyraldus Syntag. 11. de dijs. Et paulò post: Ilias Minerua (inquit) cognominata est in Daulia, cuius templo canes alebantur, quibus id erat instituti ac moris, vt aduentantibus Græcis blandirentur: barbaris vero si aduenirent, latratu infesti erant. Scribit Diou. Chrysostomus Græcus à Troia abituros sposopoëtisse se Minerue Iliadi relicturos maximum ac pulcherrimum ἀνάθημα. Hoc Minerue Iliadis templum in Daulia esse Cælius etiam meminit lib. 23. cap. 30. Achæa vero Palladis apud Daunios, cum eiusdem illic ingenij canibus, Leonicenus in Varijs l. 9 1. Daunia dicta est Apullia, vel à Dauno Pilumni filio,

Digitized by Google

Turnieuo, qui in ea regnauit: vel à Dauno Illyricæ gentis claro viro. Eius incolæ Dauni dicti, & fluuius inde Daunus. Est & Daunium, vrbs Italiæ, & murus Thraciæ, Stephan. Daulida vero vel Daulis, Phocidis oppidum, à Daulide nympha dictum, in quo Procne & Philomela fuerunt, vt Poëtæ fabulantur. Apud hos Daulienses Mineruæ templum & statua antiquissima fuit, Stephanus.

Vulcani templum in Aetna fuit cum igne perpetuo & inextinguibili: ad cuius templi & luci custodiam canes aſtitisse ferunt, qui adeuntibus castè & religiosè blandiendo associantes comitabantur, vti dei familiaribus. In scelestos verò & contaminatos, si vel templum, vel lucum ingredi vellent, irruebant, & mordicus eos appetentes lacerabant, cæteris allatrabant. Gyraldus: cuius verbotum postrema clarius intelligentur appositis Cælij Rhodigini verbis, qui eandem rem lib. 23. cap. 29. describens, Quod si manibus (inquit) non puris, sceleréq; aliquo pollutior templum inuisat, vel lucum, irruunt mordicus. lacerant, conuelluntque. Cæteros ex cœtu aliquo remeantes, lasciuiore intemperantioréue insectari modo, satis supérque habent. Idem huius rei causam rectè in immundorum spirituum fallacioſam sedulitatem reijcit. Scipionem Africanum ferunt solitauisse noctis extremo, priusquam dilucularet, in Capitolium ventitare: ac iubere aperiri cellam Iouis, atque ibi solum diu demorari quasi consultantem de rep. cum Ioue: ædituósque eius templi sæpe esse demiratos, quod solum id temporis in capitolium ingredientem canes semper in alio sæuientes, neq; latrarent cum, neque incurrerent, Gellius 7. 1. Quid tacitos linquam, quos veri haud inscia Crete. Nec semper mendax, ait aurea templa tuentes, Parceréque haud vlli solitos (mirabile dictu) Docta Tyanei stratos senioris ad ora Non magico cantu, sed quod diuinitus olli: Insita vis animo virtutis gnara latentis, Strozа filius in Epicedio canis. Istuc verò (inquit Plutarchus in libro Vtra animalium, &c.) quod maiores nostri Athenis iam tum agentes se vidisse narrare soliti sunt, his quæ diximus longe conspicuum est magis. Aesculapij templum homo quidam clàm subiens (nocte intempesta) magni ponderis auri argentique donaria surripuit, ac latêre putans tacite sese subduxit. Canis autem qui tum custos erat templi, Capparus nomine, quoniam latratus ædituorum nemo curabat, sacrilegum fugientem insecutus est ipse: ac primo quidem saxis petitus non destitit: mox exorta iam luce, propè quidem non accessit, sed oculis diligenter hominem seruans sequebatur: cibum vero obiectum ne contingebat quidem: iam vbicunque quieuisset ille, excubabat hic iuxta: rursus cum procederet, surgens insequebatur item: viatoribus etiam quicunque se obuiam tum fortè tulissent, adulabatur, cum hunc infeste semper allatraret, impeteretque. Hæc cum qui furem persequebantur ex obuijs colorem simul & magnitudinem canis narrantibus sciscitando comperissent, auidius iam vrgentes, prehensum hominem à Crommyone vsque reduxerunt. Canis autem conuersus exultans gestiensque præuolabat, veluti suam prædam capturanque sacrilegum illum faceret. Et vt alimentum publice daretur, tum vt sacerdotibus cura huius perpetuo incumberet, Athenienses sciuerunt, Hactenus Plutarchus. Eandem historiam Aelianus describit, ex quo ea solum adscribam in quibus nonnihil à Plutarcho dissidere videtur. Fur primum, inquit, saxis lapidatione facta, canem appetebat: deinde vbi is latrare non desisteret, illum allicere conabatur, panem & offas canum illecebras obijciens: Verum custos incorruptus canis, vel fur cum euasisset in domum suam, vel cum inde exiret, se illi implacabilem inexplebilemque præbens, furem latrare non desinebat. Tandem intellectum est vbi canis esset, & in furem caprum Athenienses verberibus ac tormentis quæsiuerunt: qui omnia confessus & ex lege capite damnatus extremum dedit supplicium. Meminit etiam Io. Tzetzes Chiliade 3. cap. 131. non vnum, sed plures sacrilegos faciens, his verbis, Κύων Ἀθήνας ἔδειξε πανδήμους, Μίχεις οἰκίας τὸ αὖτε συνίλαγμα χαρᾶσι, Ἥτις καὶ ἐπιφανὲς τεῖχος ἔθηκε δημοσίᾳ. Craconiæ summum est templum Mariæ virgini dicatum, in quod semper appropinquante nocte conueniunt aliquot canes, vbique pernoctant, templumque vel quæ in templo sunt contra fures tuentur: quod si accidat vt aliquis canum hora statuta non veniat, tandiu stat, circa ædes donec intromittitur: tunc verò alij canes cum lacerant, mordentque vsque ad mortem, lidemcanes habent statuta prandia in singulos dies, apud diuersas personas, neque mutant ordinem, nam alternatim hodie accedunt hi duo canonicum, alteri duo concionatorem, cras alteri canonicum, alteri concionatorem, quod certè mirum videtur, sed verissimum est, Antonius Schnebergerus.

DE INVTILI CANE ET AEDIVM primatarum custode.

Inutilis canis, qui ad nullum hactenus enumeratorum generum pertinet, temere latrat, & cibo tantum vorando occupatur, quem sumit qualemcunque: mox somno & inertiæ deditus, Blond. Ἀγαθὸς γὰρ ὑλακτεῖν καὶ ἀλαλάζειν τοὺς κύνας Aristoph. in Vespis. Tales plerique sunt, quos vulgus domi alit παραπέζιος apud poëtas à nonnullis dicti: quod illas petant, & circum oberrent, tanquam parasiti. Homeros tamen etiam πυλαωροὺς, id est, ianitores & custodes portarum παραπέζιας dixit. Canes quæ Euripidem laniarunt in Macedonia, ab indigenis Esterias appellari Stephanus scribit, ab Homero trapezeas, Cælius. Τῶν ἦτοι μεγαθῶν μὲν ἐμοὶ ἔπεα πτερόεντα Λίχμοις οἷς, δίοσι τραπεζίταισι κύνεσσιν. Oppian. de Agasæis caniculis Britannicis scribens. Τραπεζῆες, οἱ ἀπὸ τῶν τραπέζων λιχνίσαντες καὶ οἱ ἔμπα τραπέζιοι, καὶ οἰκεροί. Τραπεζῆας, ἀπὸ τῆ τραπέζη τρεφομένους. Τραπεζίνης, ἀθρόσιτος, ἄκλητος, Hesych. Τραπεζίτης κύων, ὁ ἐπιτηδείως ἔχων τὴ τραπέζης, (cum ει diphthongo in penultima, vt à nummulario differat, quem perperam τραπεζίτην vocant:) Suid. apud quem & τραπεζῆης corruptè puro per τραπεζῆες legitur. Τραπεζῆες κύνες, οἱ καὶ τραπεζῖται, οὓς αἰγιαλίας ἔνιοι καλέουσιν ἄναπτι, ἄθρόσιτοι, οἰκοτρεφεῖς, οὓς ἄθρόφεγγοι τὰ, ἀὶ τρέφον ἐν μεγάροισι, Varin. Quid immerentes hospites vexas canis, Ignauus aduersum lupos? Horat. Epod. 6. in maledicum poëtam. Oeonus Lycimnij filius, cum in Sparta domum Hippocoontis transiret, ἐνταῦθα οἱ κύνα ἐπαφεῖναι οἰκουρὸν, ὃν τυγχάνοντα πάφεως λίθῳ, καὶ κατὰ βαλεῖν τὸν κύνα, Pausan. in Laconicis. Lycurgus legislator, cum cinctos ex molli & dissoluto viuendi genere ad honestius moderatiusque transferre cuperet, catulos duos ijsdem parentib. natos educauit: quorum alterum domi reliquit, & gulæ indulgere, liguriendo lingendoque vasa & cibos permisit, alterum rus eductum venationi assuefecit. Postea in concionem duxit, vbi simul & cibariis quibusdam propositis, & lepore emisso: hic statim leporem secutus est: ille cibaria abligurijuit, &c. Plutarch. in Laconicis apophtheg. Χερμαδύλῳ, κελεύσας, καὶ κύνα θρέψασθαι τὸν κυνῶν, οἱ δὲ τὸν κοχλίαν, Helychius & Varinus omnibus quidem istis terditatis vitium conuenit.

Lucerna

CANIS Getulus.

Canis Getulus (inquit Caius) iam apud nos est in Britannia: corpore coacto, curto & recuruo naturaliter, etiam quum ingreditur, pariter & collo breui aut nullo: cruribus longioribus quam pro corporis proportione, cauda breuissima & penè nulla: facie, veluerinaceo terrestri, acuta atque nigra. Voce canis, gressu simiæ, &c.

Lucernarius canis à quibusdam nominatur tantum, non exponitur.

DE MIMICO CANE.

Canis animal docile est, & homini facile instituendum se præbet: quamobrem agyrtæ & circumforanei homines quidam, ad ludos diuersos & mimica vel histrionum opera canes assuefaciunt. Optimi sanè mimi fuerint, id est, ad imitationem aptissimi, ex vulpe nati canes, Alberto teste: qui si desint, tusi ex catulorum numero deligantur, & catuli adhuc cum simia versentur: ex qua multa iocosa discent. Quòd si etiam ex coitu eius cum simia natus fuerit canis, omnium in hoc genere præstantissimus euadet. Apud Aegyptios tanta multis canib. docilitas fuisse proditur, regnante Ptolemæo: vt ludere, saltare, & molliter ad symphoniæ cantum moueri edocti sint: ac vicem seruorum pauperibus domi aliquando præstiterint, Io. Textor. Memorabilem mimici canis historiam retuli supra cap. 4. in Cane in genere.

DE CAPRA.

A.

APRIGENVM genus omne, capras hircos, & hœdos, Hebræi vocant עזים izim, à nominatiuo singulari עז ez. Numerorum 15. legitur עז בת שנה, id est capra annicula. Chaldaice עזא eza: Arabice שאה schaah: Persice بز buz. Et eodem capite hircus captarum, Chaldaice, עזי ize: Arabice מאז maez: Persice بوزن busan. Adiunguntur illi nomina שה seh, vt pecus caprarum, & שעיר seir hircus caprarum. Sacræ literæ distinguunt pecudes in duo genera, vt oues & captæ dicantur צאן zon, armenta בקר bakar. A masculino שעיר seir, id est hirco, fœmininum fit שעירה עזים seirah izim, capra. Seir alioqui non substantiue tantum pro hirco, aliâs piloso & satyro, aliâs dæmonio exponitur, sed adiectiue proprie hirsutum significat. Leuit. 16. vbi pro capro accipitur, Chaldæus interpres habet צפירה zephirah, Arabs עתود atud, Persa بزگلهٔ buzgalaie. Cæterum עזאזל azazel. Leuit. 16. Dauid Kimhi nomen montis exponit, quod dum captæ frequentent: quidam addunt montem esse vicinum Sinai. Septuaginta ἀποπομπαῖον emissarium, & ἀποπομπὴν, emissionem interpretantur: & τράγον ἀπερχόμενον εἰς ἄφεσιν. Componitur vox ab עז ez capra, & אזל azal iuit, vt sit caper expiatorius, qui abit & aufert mala. Hieronymus caprum emissarium interpretatur. Aquila ad confirmatum deputatus: Chaldaica & Persica translatio vocem relinquunt, Arabica vertit, جبل عزاز mons Azaz. Græci αἴξ capram sonat, quæ vox ac עז ex Hebraica formata videtur. Syluaticus mier capram exponit: dakh & metaham Vetus Auicennæ vocabulorum interptes. Apud eosdem nomina hæc reperio, Baualmais, vrina capræ: Haramiem, stercus caprinum: Adalasi, vngula caprina. Saraceni capram appellãt an se. Itali nomen Latinum seruant, vt & Hispani, nisi p in b mutarent. Galli cheure, vel chienre: Germani *geiss*: Angli a gote: Illyrij koza. Capræ à pastoribus in Thuscia hodie zebei nominantur, Artunnus.

B.

Aegyptiæ capræ fœtu: quinos parere feruntur: quod fœcundissimas Nili aquas bibant. Quam quidem pastores etiam lactis inopibus pecudibus, & in fœcundis dare solent, Aelian. In Africæ quadam parte tonsiles capræ sunt: ex quarum villis nautæ rudentes conficiunt, Textor. Aegyptij affirmant capras suas, quoties cum Sole eodem planè loco Sirius oritur, in ortum omnes conuersas eò respicere, atque hoc syderis eius reuolutionum argumentum certissimum esse, Plutarch. in libro Vtra animalium. Lybici confidenter & fortiter asserunt suum caprinum pecus similiter eiusdem stellæ (id est caniculæ) exortum proscire, itemque pluuias præsentire. nam vt extra caprile processerunt concitato cursu ad pastionem accedunt, deinde pastum se ad stabulam conuertit, Aelianus. Cæspitæ capræ & albissimæ sunt, & cornibus mutilæ, corpore paruæ & simæ. Aelianus. In Cilicia circaque Syrtes, villo tonsili vestiuntur, Plinius. In Cephalenia capræ non bibunt quotidie, vt alia animalia sed aduersum sibi ventum ore hiantes excipiunt, Aristot. in Mirabilibus. Captas Cephalenidas sex mensibus non bibere ferunt, Aelianus. Capræ sunt longissimis auribus circa Alexandriam Bellonius. Capras in Gimanti natas Alexander Myndius scribit sex menses non bibere, sed tantum in mare intueri, & ore hiante illinc auras excipere. Aelian. Illyricæ capræ vngulas quidem habent, sed non bifidas. Aelianus ex Alexandro Myndio. Apud Illyrios pecora aiunt bis anno parere, geminos pleraque, nonnulla etiam ternos aut quaternos hœdos: alia quinos vel plures: præterea lactis sesquicongium reddere. Aristot. in Mirabilib. Orthragoras in lib.

Digitized by Google

quos conſcribit de rebus Indicis, inquit in Coytha vico ſic nuncupato ab Indigenis piſces capris comedendos obiici. Aelian. Lybicorum capræ ex pectore vbera appenſa habent. Idem. Calliſthenes Olynthius, capras ſcribit in Lycia denſiſſimo & prolixiſſimo hirſutas eſſe pilo, vt muliebres crines eſſe videantur, & paſſim tanquam oues tonderi ex eiſdemq; nauiũ fabros rudentes cõtexere, Aelian. Sardiniam pecudum optimam eſſe parentem, Nymphodorus ſcribit, capráſq; procreare, quarum pellib. pro veſtimentis indigenæ vtantur, tamq; mirifica vi eſſe, vt hiberno tempore calefaciant, æſtiuo refrigerent, ſimulq; in ijs ipſis pellib. cubiti magnitudine pilos innaſci: atq; ei qui ijs indutus fuerit, ſi commodum videatur cum eſt frigida tempeſtas, pilos ad corpus conuertit, vt ab iis caleſcat: cum autem eſt æſtas, inuertit, ne calore vexetur.

Scyrias capras, require cap. 8. inter prouerbia. Capræ in Syria ſunt auriculis menſura dodrantali & palmari, ac nonnullæ demiſſis ita, vt ſpectent ad terram, Ariſtot. Capræ in Damaſco auriculis 2. dodrantes longis, Lodoic. Capræ Syriæ (forte Scyriæ) quantum aliæ nullæ lac habere dicuntur, Aelian. Capra Mambrina in regione Damiata dicta, fert equi tantem, ſellam, frenum, & cætera quib. equi inſtrui ſolent, admittit: auriculas ad terram vſq; demiſſas habet, cornua deorſum reuoluta ſub ore: Haud ſcio an ſit ex capris ſylueſtrib. illius regionis, Italus quidam innominatus in deſcriptione terræ ſanctæ. Recentiores quidã hanc Indicam capram vocãt, (vt pleraq; peregrina Indica) addunt cornua ei acuta eſſe, parũ diſtantia: corporis colorem eundem qui rupi capris. teſtes vt equi: cætero noſtratib. capris non diſſimiles: ſylueſtres tamen eſſe, & in altis montibus reperiri, viſu acutiſſimo,

acutiſſimo, & eam ob cauſam à Græcis dorcades nominari. Sed illi in dorcadum nomine plurimum falluntur. vt patebit infrà in hiſtoria dorcadum. Mambre mons eſt iuxta Hebron, inde Mambrinæ factum cognomen ſuſpicor. In regione Nubia, quam nunc Mauritaniam vocant, oues latiſſimas habent caudas, &c. Et inter auriculas caprorum & caprarum illius terræ, palmi ferè (dodrantem intellige) menſura intercedit. Et caprorum quidam caudas habent pendentes vſq; ad terram: & auriculæ eorum ferè terrã attingunt, Albert Magnus: Sed locus omnino corruptus eſt, cum ita legendum ſit, vt ſupra ex Ariſtotele citauimus. Hanc capram Io. Leo Africanus in Africæ deſcriptione Adimain vocat, vt conijcit. Adimain. (inquit) animal domeſticum, arietem forma refert, ſtaturaaſinum. Aures habet oblongas & pendulas. Libyci his animalibus pecoris vice vtũtur: quorum lacte maximum caſei & butyri copiam conficiunt. Lanam tametſi curtam gẽſtant. Ego quondam inuenili feruore ductus, horum animalium dorſo inſidens, ad quartam miliarij partem delatus fui. In deſertis Libyę frequẽter reperiuntur: alioquin rari: licet plerunq; in agris Numidiæ videantur, quod prodigij loco habent. Sicille. Oues Indiæ & capras ad maximorum magnitudinem aſinorum audio accedere. Quatuor fetus plerunq; pariunt, tres vero cum nimium: Caprina cauda in eam procedit longitudinem, vt terram contingat, Aelianus.

CAPRA Indica ad viuum depicta.

Eiuſdem ex libro quodam impreſſo Icones.

Capram Indicam, aut Mambrinam aut Syriacam potius, ante annos aliquot Ferrariæ in Italia vidi, ex qua vrbẽ figuram etiam maiorem clariſſimus illuſtriſſimi principis Herculis Eſtenſis medicus Antonius Muſa Braſauolus ad nos miſit. minorem, quæ geminas habet capras, ex Germanico quodam libro deſcriptionis Terræ ſanctę olim mutuatus ſum. Capræ in Narbonenſi Gallia, vt audio, auriculas latiores longioresque noſtris habent, vt quæ ad dodrantem longitudinis accedant. Qui caprinum gregem (inquit Coſſinius apud Varronem) conſtituere vult, in eligendo animaduertat oportet: Primum ætatem, vt eam paret, quæ iam ferre poſſit fructuum, & de ijs eam potius, quæ diutius: nouella enim quàm vetus melior. De forma vigendum, vt ſint firmæ, magnæ bene compactæ, magnæ & muſculoſæ, corporisque ſuperficiem lenem & æqualem habentes, Florentinus.) corpus lene vt

Digitized by Google

habeant, pilo crebro, nisi si glabræ sunt, duo enim genera earum: sub rostro duas vt mamillas pensiles habeant, quod hæ fœcundiores sunt: vbere sit grandiore, vt & lac multum, & pingue habeant pro portione. Capella, inquit Columella, præcipuè probatur simillima hirco (cuius formam laudabilem infra describam) si etiam est vberis maximi, & lactis abundantissimi. Capram amplam quàm paruam potius eligunt, Varro. Capratum generositatis insigne laciniæ (mamillæ, Varro vt iam posui: vel verruculæ, vt in Hirco dicetur: Noncolæ, papillæ quæ ex faucibus capræ dependent, Fest.) corporibus è ceruice binæ dependentes, Plinius. Capræ colorem mutant, vt scribit Aristoteles Sect. 10. problemate 7. Capræ interdum variæ generantur, Idem. Capræ sanguinem non coagulari, in Plinio alicubi male legitur pro capreæ. Longa & acuta sunt cornua capris & hircis frons robusta, Albertus. Non omnibus capris cornua, sed quibus sunt, in his & indicia annorum per incrementa nodorum, Plinius. Mutilis lactis maior vberras, Plinius. Cornigeræ & bisulcæ sunt, Aristoteles. Capræ oculi in tenebris splendent, lucemque iaculantur, Plinius. Conditos (quibus opponuntur prominentes) in homine oculos, clarissimè cernere putant sicut incolore caprinos, Idem. Hominum quibusdã oculi caprini sunt, Aristoteles. Oculos aliquando habet capra colore dissimiles, Author obscur. Capræ superiores dentes non sunt, præter primores geminos, Plinius. Capris pauciores sunt dentes quàm hircis Aristotel. & Plinius. Spirillum vocari barbam capræ, ait Opillus Aurelius, Festus. Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant. Hoc si quis apprehensam ex grege vnam trahat, cæteræ stupentes spectant. Id etiam euenire (aiunt) cum quandam herbam (eryngium, vt cap. 3. dicam) aliqua ex eis momorderit, Plinius. In capris aruncum Aristoteles eryngum appellauit, Cælius. Binas in fœminibus mammas habent, nec alibi, sicut & oues, Plinius. Causam eius rei reddit Aristoteles vt in Vacca exposui. Pili crassi prodeunt hircis, fœminis tenuiores. Boues & capræ & quæcunque id genus cornigera sunt, ob siccitatem adipem plurimum generant, Galen. de facultat. aliment. Cerui & capræ, &c. fel non habent, Plinius. Capreæ potius legerim. Nam Græce legitur αἶγες apud Aristotelem. Apud Plin. & alius locus est, ceruorum & capratum sanguinem non spissati, similiter ex Aristotele translatus: vbi iterum αἶγες legitur Græce: vnde apparet Plinium αἶγα vertisse capream, librarios autem corrupisse. Hoc Gaza etiam vel non animaduertit, vel non probauit: αἶγα enim ex Aristotele damam transfert, non de Plinij credo dama, sed de vulgari intelligens, quæ proculdubio caprearum generis est. Ouium & caprarum pars maxima habet fel: & quidem terris quibusdam adeò largè vt exuperantia prodigij loco habeatur, vt in Naxo: sed alijs quibusdam locis omnino caret, vt apud Chalcidem Euboicam parte quadam agri, Aristot. Plures habet ventres capra, quoniam ruminat, Aristot. Lienem bisulca inter cornigera habent rotundum, vt capta, ouis, Arist.

C.

Capras spirare per nares falso credidit Alcmæon, Aristot. & Plinius, apud quem non Alcmæon sed Archelaus, legitur, vt apud Varronem quoque. Hoc idem (inquit Varro) pastores curiosiores aliquot dicunt. Pastores capras aurib. & naribus respirare testantur, Aelian. 8. Philes signum addit, quoniam naso obstructo, nihil efflare dicantur. Huc facit quod Oppianus de ægagris, id est capris syluestribus scribit, meatum quendam à medio inter cornua loco ad pulmones peruenire, cui cera infusa suffocentur. Tradunt capras noctu non minus cernere quàm interdiu: ideo si caprinum iecur vescantur, restituit vespertinam aciem his quos nyctalopas vocant, Plin. Et alibi, Quoniam capræ noctu æquè quoq; cernant, sanguine hircino sanari luscitosos putãt, nyctalopas à Græcis dictos. Sensu (audiendi v. Gellius addit. Græce simpliciter legitur esse animal αἰσθητικώτατον τῶν ἀκουστῶν) ex omnibus vngula bipartita prædictis animalibus acerrimo eas esse putant, Aelian. Hominem acuti auditus significare volentes Ægyptij, capram pingunt: hæc enim & auribus & quadam parte gutturis audit, Horus Somniat etiam hoc animal, Aristot. & Plin.

Capræ ruminant: carent enim superiore dentium ordine, Aristot. pascuntur vero syluas, & summa Lycæi, Horrentesque rubos, & amantes ardua dumos, Vergil. in Georg. Gaudent locis montanis, Florentin. Capræ in montosis potius locis & fruticibus quàm herbidis campis pascuntur, Varro. Aluntur herbis, & arborum ramusculis quos ore possunt attingere in montibus & conuallibus, Obscurus. In pascendo loca crebro permutant, summáque tantum contingunt Aristot. Nec multo aliter tuendum hoc pecus in pastu, atque ouillum: quod tamen habet sua propria quædam, quod potius syluestribus saltibus delectantur quàm pratis. Studiose enim de agrestibus fruticibus pascuntur, atque in locis cultis virgulta carpunt, itaque à carpendo capræ nominatæ: ob hoc in lege locationes fundi excipi solet, ne colonus capra natum in fundo pascat. Harum enim dentes inimici sationis, Varro. Vrentes culta capellas, Vergil. Morsus earum arbori exitialis. Oliuam lambendo quoque sterilem faciunt, eaque ex causa Mineruæ non immolantur, Plin. Et alibi, Oleam si lambendo capra lingua contigerit, depasserit que primo germinatu, sterilescere author est M. Varro. Capras in occasum declini sole, in pascuis negant conuerti inter se, sed auersas iacere: reliquis autem horis aduersas, & inter cognitiores (lege cognatiores,) Plin. Hæc Plinij verba malè intellexit Albertus ita scribens, In die cum pascuntur dicuntur respicere ea, quæ è regione sunt opposita: in sero autem respiciunt ea quæ iuxta sunt posita. Cubant oues capræque vniuersæ per cognationem. Cum primum sol conuersus deflexerit, capras non aduersis prætereà inter se oculis, sed auersis cubare accepimus, Aristoteles. Cubant difficilius oues quàm capræ, magis enim capræ quiescunt, accedunteq; ad hominem familiarius: sed sunt frigoris impatientiores quàm oues, Aristoteles. Atque ipsæ memores redeunt in tecta, suosq; Ducunt: & grauido superant vix vbere limen, Verg. Capræ & oues pinguescunt cum gerunt partum eduntq; amplius, vt & cæteræ quadrupeces, Aristot. Cum Scolymus, pinguissimæ capræ sunt. Hesiodus id est, incipiente vere, Proclus.

Eupolis elegans veteris comœdiæ poëta, in fabula quæ inscribitur Aeges, inducit capras de cibi sui copia in hæc se verba iactantes: βοσκόμεθα γὰρ ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλάτης, πίτυος, κεφαλῆς τε πίσσης ἀπαλῆς ἀποτρώγεται· καὶ σχοῖνος ἡμῖν ἐστὶ, σῖτον τε ποιεῖ πολὺν, ἥδε φλόμος τοῖσιν, καὶ σμίλακα πᾶν πολὺ φύλλον. Κισσὸν, ἀγνὸν, μελίαν, σκῶλον, δρῦν κίττον, μυρίκην, (al. ἰρικὴν forte ἰρικίαν scribẽdum pro ἰρίκην) πρόμαλον, ῥάμνον, φλῶμον φλόμον potius, id est verbascum) ἀκρόκομον πάνθ', ὑπερφυᾶ, ὑλικά, χλωρά. Vt detur ne vobis ciborum ista simplicitas, vbi tot enumerantur vel arbusta vel frutices, non minus succo diuersa quàm nomine? Hæc Eustathius apud Macrobium contra Disarium, qui pecudes vti simplici cibo, & ideo expugnari difficilius earum quàm hominum sanitatem dixerat. Phascon

Theophra-

Theophraſtus vocat, quem alij ſphagnon, ſplanchnon, & bryon, penem (al. per n. duplex) in cerro, id eſt, muſcum è ramis eius & cortice dependentem, odoratum, cubitali magnitudine. Πέρμαλ@-, vt Heſychius & Varrinus exponunt, myricam aut agnum, id eſt viticem ſignificat. Reliqua in Eupolidis verſibus ſatis nota ſunt. Iubeo frondentia capris Arbuta ſufficere, Vergilius. Arpibutus, Græcis κόμαρ@-, arbuſtum eſt quo Germania careret: frequens vidi in Galliæ Narbonenſis nemoribus fructu omnium tardiſſimo, tam ſimili fragis, vt niſi maior eſſet, & luteo intus colore, non diſcerneres. Caprinum pecus dumeta potius, quàm campeſtrem ſitum deſiderat: aſperisque etiam locis ac ſylueſtribus optimè paſcitur. Nam nec rubos auerſatur, nec vepribus offenditur, & arbuſculis frutetisque maximè gaudet. Ea ſunt arbutus, atque alaternus, cytiſusque agreſtis. Nec minus iligni querneiq; frutices, qui in altitudinē non proſiliunt, Columella. Alaternum qui nouerit nullius adhuc ſcripta legi. Fructum arborum ſolæ nullum ferunt, hoc eſt ne ſemen quidem, tamarix icopis tantum naſcens, populus, alnus, vlmus attinea, alaternus, cui folia inter ilicem & olinam, Plinius 16. 26. Naſcitur apud nos frutex, rariſſimus alibi, iuxta fluuii Sili ripam, Perſici arboris ſapore foliorum ferè, fructu & ſemine nullo quod obſeruauerim: quem fruticem Perſicum appellare licebit donec aliud nomen reperiamus, nam alaternum eſſe nondum affirmauerim, quòd folia latiuſcula videantur. Gramen aculeatum aliqui è vulgo capriolam vocant, quod capris gratoſit pabulo, Ruellius. Gramen etiam apud Græcos ægicon cognominari inuenio. Capræ aſaro delectantur, & vbi naſcitur carpunt ac perdunt.

Cytiſum in agro eſſe quam plurimum refert, quòd & captis & omnium generi pecudum vtiliſſimus eſt, Col. Sed de cytiſo in Boue copioſiſſimè egi. Vbi etiam reprehendi illorum opinionem qui loti ſiue trifolij prætenſis genus maius, durius, & acutioribus folijs, cytiſum eſſe putant, eò quod loto ſimile folijs, & capris gratum ſit, vnde noſtri *geiſſklee* appellant, alij *ſpitzklee*, ab acutis folijs. Nicò meretrix, vt Athenæus ſcribit, Capra cognominabatur, eò quod Thallum nomine diuitem cauponē conſumpſiſſet, id eſt, ad paupertatem redegiſſet: thallos enim Græci oleæ ramos appellant, quos auide petunt capræ Α'αῖξ τὴν κύπρον, ἡ λυκ@- τὴν αἶγα διώκει Α'γλαε@- τὸ ἔρεσχον, ἐγὼ δ' ὅτι τὼ μεμάνημαι, Theocritus, Idyl. 10. Periclymenon frutex eſt apud Græcos, qui nunc caprifolium & materſylua dicitur vulgò: quanquam Dioſcorides matrem ſyluam pro hedera capit, cui periclymenon ſimile eſt, Hermolaus in Corollario. Clymeno & periclymeno multa eadem tum in viribus, tum deſcriptione Theophraſtus & Dioſcorides adſcribunt, vt Hermolaus itidem monuit: doctiores diſcernant. Periclymeno æginæ etiam nomenclatura à capris facta apud Dioſcoridem tribuitur: certum eſt id, eſſe quod noſtrates vocant *geißencreßt, vualdtißgen, zaunling, ſpeckbißgen, geyſſblatt.* Scribonius, & qui eum in ſua tranſcripſit Marcellus Empiricus, periclymenon ſylvæ mattem interpretantur. Edera dicitur, quod libenter à capris edatur: vt barba hircina etiam, & roſa canina, ab hircis appetuntur, Syluaticus. Lada appellatur herba, ex qua ladanum fit in Cypro, barbis caprarum adhærescens, Plinius. Arabia ladano gloriatur: forte caſuque hoc, & iniuria fieri odoris plures tradidere. Capras maleficum aliàs frondibus animal, odoratorum verò fruticum experentius, tanquam intelligant pretia carpere germinum caules prædulci liquore turgentes, diſtillantemque ab his (caſus mixtura) ſuccum improbo barbarum villo abſtergere. Hunc glomerari puluere, incoqui ſole. Et ideo in ladano caprarum pilos eſſe. Sed hoc non alibi fieri quàm in Nabatæis, qui ſunt ex Arabia contermini Syriæ. Recentiores ex autoribus ſtrabon hoc vocant: traduntque ſylvas Arabum, paſtu caprarum infringi, atque ita ſuccum villis inhærescere, verum autem ladanum Cypri inſulæ eſſe. Similiter hoc & ibi fieri tradunt, & eſſe œſypum hircorum barbis genibusque villoſis inhærens, ſed ederæ flore deroſo, paſtibus matutinis, cum eſt rorulenta Cypros: Deinde nebula ſole diſcuſſa, pulueren madentibus villis adhærescere, atque ita ladanum depecti, Plinius. Erat autem quod ederæ flore deroſo à capris ladanum fieri ſcribit. Græci ederam ciſſon appellant, ciſton vero (vel ciſthon potius cum aſpiratione) fruticem odoratum, cuius alterum genus ladon vel ledon dictum, illud eſt ex quo fit ladanum, nec quicquam cum edera commune habet: qua de re plura leguntur apud Marcellum Vergilium in commentarijs in Dioſcoridem. Impingo capras, homines occido cicuta, Obſcurus. Cicuta hominibus venenum, capellas efficit pingues, Iſidorus. Capris & capellis (αἰγὶ καὶ χιμαίρᾳ) fabæ largius datæ copiam efficiunt lactis, Ariſtot. de hiſt. anim. 3. 21.

Herbam pentadactylon, dictam (id eſt quinque foliũm) priuſquam bibant quinque dierum ſpacio illis vorandam daro, ſic plurimum lactis habebunt: In eundem vſum ventribus earum dictamnus alligatur, Geoponica Græca. Græcè legitur, ἐὰν δίκταμον φέρῃ τὰς αὐτῶν μαστίδας θελαίνῃ. Paulò poſt tamen de lacte in omni pecore augendo ex Africano ſic ſcribitur, Omnia pecora reddent lac copioſum, ſimulque fœtum enutrient, ſi cytiſum ederint, ἢ γάλα ἐν ταῖς μαστίσιν αὐτῶν θελαίνῃς, id eſt, aut ſi ventris illis ipſum lac applicueris, vt Andreas à Lacuna vertit: nam Cornarius hìc etiam pro γάλα reddit dictamnum. Capræ in Creta ictæ ſagitta, quærunt naſcentem illic dictamnum, &c. Ariſtoteles in Mirabilib. Intellige feras capras, vt copioſius in illarum hiſtoria dicetur. Serapion in libro de Simplicibus citat Galenum ſcribentem ſe vidiſſe capras linguentes (paſcentes) tamaricis frontes, quæ poſtea ſine ſplene inuentæ ſint: Item alias lingentes ſerpentes excoriatos, easque poſtea minus ſeneſcere & albeſcere, aliàs & poſt albeſcentes minus ſeneſcere, Albert. & alij quidam barbari. Ego hunc locum neque apud Serapionem, neque apud Galenum reperio. Si capræ ex vaſis tamaricis biberint aut ederint, non habebunt ſplenem, Conſtantin. Melioris notæ authores de ſuibus hoc ſcribunt, minui eorum lienes alueis ex tamarice factis. Si ex caprarum (vel ouium) grege quæpiam eryngium herbam ore ſumpſerit, Plutarch. eam dicit primum, ac deinceps reliquum caprarum gregem tandiu à progrediendo ſuſtinere, quo ad de eius ore herbam paſtor detraxerit, Aelianus. Si quis apprehenſam arunco ex grege vnam trahat, cæteræ ſtupentes ſpectant: Idem euenire aiunt cum quandam herbam (eryngium intelligo) aliqua ex eis momorderit, Ariſtotel. libro 9. cap. 3. hiſtoriæ. Græce legitur τῶν δ' αἰγῶν ὅταν τις μιᾷ λάβηται τὸ ἄκρον τοῦ κρύγγυ (ἔστι δ' εἶδος θρίδ) αἱ ἄλλαι ἁπάσαι ὥσπερ μεμαχημέναι, βλέπουσαι εἰς ἐκείνην, pro κρύγγυ quidem facilis lapſus fuit ad κρύγγυ: quin & Latina vox arunci à Græco ſine κρύγγ@- ſine ἔρυγγ@- deducta videtur. Vide Marcelli Vergilij commentarium in eryngium, Dioſcoridis. Huic pecudi nocet æſtus, ſed magis frigus, & præcipuè fœtæ, quæ gelicidio hyemis conceptum fecit. Nec ea tamen ſola creant abortus, ſed etiam glans cum citra ſatietatem data eſt. Itaque niſi poteſt affatim præberi non eſt gregi permittenda, Columella. Quibus in locis pecora ſcammoniam, veratrum, clematidem, aut Mercurialem paſcuntur, lac omne ventrem & ſtomachum ſubuertit: quale in Iuſtinis montib. eſſe à nobis proditum eſt. Siquidem capræ, quibus candidum veratrum pabulo fuerit, primo foliorum partu, enomunt: & eorum lac hauſtum nauſeam creat, & ſtomachum in vomitiones effundit, Dioſcorid. Alibi etiam in veratri

mentione

mentione idem de capris ſcribit. Laſer multis iam annis in Cyrenaica prouincia non inuenitur: quoniam publicani qui pa cua conducunt, maius ita lucrum ſentientes, depopulantur pecorum pabulo. Si quando incidit pecus in ſpem naſcentis, hoc deprehenditur ſigno: oue cum comederit dormiente protinus, capra ſternutante, Plin. Poſtea quam capra proxima eſt vt iuguletur, non amplius cibum attingit, Ælian.

Herba eſt ab caprio, præcipuè caprarum, appellata ægolethros, &c. Plin. de hac abunde diſſerui in Boue. Sabina capris & ouibus venenum eſt. Plin. libro 16. Rhododendron in iumentis, capriſque, & ouibus, venenum eſt: idem homini contra ſerpentium venena remedio, Plin. Et alibi, Pecus & capræ ſi aquam biberint, in qua folia rhododendri maduerint: mori dicũtur. Euonymus arbor dicta, naſcitur cum alibi, tum in Lesbo inſula, monte Orcynio, cui nomen Ordyno: magnitudine mali punicæ, atque folio eiuſdem, maiori quàm vinca peruinca (chamædaphne:) & molli, vt punica. Germinare incipit Septembri (Poſideõne) incipit. flores in vere, flos coloris albæ violæ ſimilis: odore infeſtus, velut cruorem inferens (ἔξαιμον ὄδωδεν, ἐοικὸς φόνῳ.) fructus cum putamine ſiliquæ ſeſama proximus, intus ſolidus, præterquam quod in verſus diuiditur quaternos: hic pecus (pecus) enecat guſtatus: quinetiam foliorum idem facit: & potiſſimò capras, niſi purgentur, interimit. Purgantur autem anocho (elleborum nigrum intelligo: Hippocrates ectomon vocat, apud Plinium entomon legitur,) Hæc Theophraſtus in fine libri 3. de hiſt. plant. nec alibi. Tranſtulit hæc Plin. libro 13. cap. 22. cætera ferè ſimiliter, ſed pro chamædaphne lauram reddidit: ἄπαχυ cum quid eſſet non intelligeret, ſimpliciter vertit, Succurrit aliquando præceps alui inanitio. καρπὸς ἐνδέδεται τετράγωνος (ſic enim lego) κατὰ μικρὸν ἐκφυόμενος κατὰ περιφερειχίαν, ἕν (malim κατὰ) ἑκάστῳ μέρει τοῦ καρποῦ ἐστιν, ὥστε τετράγωνον, καὶ τὸ φύλλον, καὶ ὁ καρπὸς: pro quibus verbis Plinius habet, Intus granum quadrangula figura, ſpiſſum, letale animantibus: nec non & in folio eadem vis: nulla ouium aut caprarum mentione. Hanc arbuſculam eſſe ſuſpicor illam quæ vulgò apud barbaros, item Gallos & Italos, fuſaria vel fuſanus appellatur ab vſu fuſorum propter materiæ ſoliditatem à nonnullis Gallicè ſerota ſacerdotum, à figura fructus: Germanice *ſchlimpfinſchlegele*, *eyerbretſchalen*, *ſpindelbaum*, *hanbaele*. Eſt apud nos (inquit Ruellius) montibus, & vinis interdum ſepibus naſcens arbor, punicæ mali proceritate, folio maiore, ſatis ad laureum accedente: flore luteo, albæ violæ non diſſimili: ſiliquis quadrangulis, per maturitatem purpureis: grano intus ſolido, crocata membrana clauſo. Arbuſcula graviter cum delibratur, olet, Hanc neque pecus, neque capra nouellorum germinum etiam auida prorſus attingit, ligno intus buxeo, quam ad fuſos neru mulebri celebres vſurpant. Culmæ transfigendis lardo carnibus pro veruculo frequenter vtuntur. Sed an ſit euonymos, etſi multæ deliniationes faueant, non auſim affirmare. Fuſanus (inquit Creſcentienſis) eſt arbor parua quæ in ſepibus oritur, ex cuius ligno fiunt fuſi optimi, & alia hoc genus. Hieronymus Tragus Tomo 3. Germanice ſuæ plantarum hiſtoriæ, fuſariam nulla ratione euonymon eſſe negans, carpinum facit, quod vnico argumento confirmat, quoniam ex dura eius materie vaſorum vel inſtrumentorum genera fiat, cùm fuſaria noſtra multò minor ſit quàm vt vaſa aut inſtrumenta ex ea fieri poſſint. Veterum aliqui carpinum ſub acere comprehendunt, alij genus diuerſum faciunt. Sunt qui in montibus enatam carpinum, in campeſtribus Gallicam vocent. Carpino materies eſt flaua criſpáque Theophraſtus: Aceris genus tertium zygiam appellant, quod ex ea materie iumentis iuga comparant, rubentem, fiſſili ligno, cortice liuido & ſcabro. Hinc ſatis conſtare poteſt fuſariam nequaquam eſſe carpinum aut zygiam. Ab opulus etiam arbuſto Gallico faciundo idonea arbor; corno ſimilis, vlmi proceritate adoleſcens, frondibus ferè virgineis, baccis racematim dependentibus à maturitate puniceis, &c. aceris, vel Gallicæ, vel zygiæ genus ſit (quoniam Græcum nomen aliud ei hactenus non inueni) doctis conſyderandum relinquo. Opulus (inquit Creſcentienſis) arbor eſt ſatis magna, ligno pulchro & candidiſſimo, ex quo fiunt optima iuga boum, inciſoriæ paſſides (forte patopſides) & aſſides (aſſeres forte) pro delicatis operibus. Redeo ad capras. Ægyptij hominẽ oues & capras perdentem ſignificaturi, animalia ipſa pingunt conyzam paſcentia: hæc enim conyzam edentia moriuntur, ſiti enecta, Horus. Ocymum Chryſippus dicit inſaniam facere. & lethargos, & iecinoris vitia: ideoq; capras id aſpernari: hominibus quoq; fugiendum cenſet, &c. (idem in Geoponicis Græcis legimus.) Secuta ætas acriter defendit: nam id eſſe capras, &c. Plin. Capræ ſaliuam humanam pernicioſam eſſe noſcunt (vt quæ marinas etiam ſcolopendras interficiat) itaque vitant: nec vnquam eas latet, Aelian. Capra multis herbis venenatis & ſerpentibus vtitur, & proficit ex eis, Albert. At Plinius de capreis, non capris ſcribit, quòd venenis pingueſcant. Hauſto melle capræ valde debilitantur, & mori periclitantur, Albert.

Capella per æſtatem bis ad aquam duci debet. Columella. Capræ cum mouentur poſt meridiem plus aquæ potabunt, Albert. Iubeo frondentia capris Arbuta ſufficere, & fluuios præbere recentes, Vergilius.

Capris in Aethopia vita eſt vſque ad annos vndecim, in orbe reliquo plurimum octo, Plinius. Vita capris ad octonos complurimum annos, Ariſtot. Idem non capras, ſed oues Aethiopicas ad duodecim vel tredecim annos viuere ſcribit.

Capræ coire incipiunt ſeptimo menſe, & adhuc lactentes. Mutilum in vtroque ſexu vtilius. Primus in die coitus non implet, ſequens efficacior, ac deinde concipiunt Nouembri menſe, vt Martio patiant turgeſcentibus virgultis, aliquando annicula, ſemper bimæ in trimatu inutiles: pariunt octonis annis. Abortus frigori obnoxius Plin. Tempus admiſſuræ per autumnum ferè ante menſem Decembrem præcipimus, vt propinquante vere germinantibus frutetis, cum primum ſyluæ noua germinant fronde, partus ædatur, Columella. Oues & capræ anniculæ, coëunt, atque vretum ferunt: ſed capræ potiùs: mares quoque in ijs ipſis generibus eodem illo tempore ineunt: ſed proles differt, quatenus præſtantior eſt, quam ſenescentes mares & fœminæ procrearint, Ariſtot. Oues & capræ tertio aut quaterno coitu implentur: & ſi à coitu imber acceſſit, abortum infert: pariunt maxima ex parte ſingulos, ſed aliquando & binos, & ternos, & quaternos: ferunt quinque menſibus tum oues tum capræ. Vnde fit vt locis nonnullis, quibus cæli clementia, & pabuli copia eſt, bis pariant, Ariſtot. Vltra octo annos non ſunt mares ſeruandi: quia genus hoc languore ſterileſcit & ætate, Pallad. lib. 8. Capra ouiſimilis eſt multis nominibus. Initur quippe eſdem temporibus. Quinque menſibus ingraueſcit fœtu, perinde vt oues Geminos etiam parit vt plurimum, Florentin. Commodiſſimum tempus eſt vt hæc animalia coëant, quod hybernum ſolſtitium præcedit, Idem. De maribus & fœminis idem ferè diſcrimen, vt alij ad denos capras ſingules patent hircos, vt ego: alij etiam ad quindecim, vt Menas: nonnulli etiam, vt Murus, ad viginti, Varro. Capris propriæ ſunt voces a? Venereum coitum, Ariſtoteles. Anima capris quàm ouibus ardentior, chalidioresq; cõcubitus, Plin. Capra tota vita coit: & gemellus parit, tũ pabuli beneficio, tum ſi pater aut mater vim ea germinandi per naturam obtinet, Ariſtot. Anniculæ vel bimæ capellæ (nam vtraq; ætas partũ ædit) ſubmitti hœdum non oportet.

oportet: neq; enim educere, nisi trimæ debent: Sed anniculæ confestim depellenda soboles (quod teneriores matres generant transigendum est,) binæ tandiu admittenda, dum possit esse vendibilis. Nec vltra octo annos matres (matrices) seruandæ sunt, quod assiduo partu fatigatæ steriles existant, Columella & Palladius. Capra ventrem fert quinque mensibus, Varro. De semine dicam eadem, quæ Atticus in ouibus: hoc aliter ouium semen tardius esse, quo hæ sint placidiores. Contra Caprile mobilius esse: De quarum velocitate in Originum libro Cato scribit hæc, In Sora & Fescelio capræ ferae sunt, quæ saliunt è saxo pedes plus sexagenos. Oues enim quas pascimus, ortæ sunt ab ouibus feris: sic capræ, quas alimus à capris feris sunt ortæ, Varro. Quod ad fœturam pertinet desinente autumno exigunt à grege è campis hircos in caprilia. Item vt in arietibus dictum, quæ concepit, post quartum mensem reddit tempore verno, Varro. Capræ pariunt & quaternos, sed rarò admodum. Ferunt quinque mensibus vt oues. Pinguedine sterilescunt. Trimæ minus vtiliter generant, & senectæ, nec vltra quadriennium, Plinius. Parit autem, si est generosa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. Pessima est fœtura cum matres binæ, ternos hœdos efficiunt, Columella. Capræ & oues (vt & reliqua fœcundiora & multipara animalia) partus interdum monstrosos edunt, Aristot. Idem Problem. 60. sectionis decimæ, causam inquirit cur capræ & aliæ paruæ quadrupedes, monstra pariant frequentius quã mares: Capræ crassiorem reddunt vrinam, quàm sui sexus mares, Aristot. Capris & ouibus cur plurimum sit lactis pro portione sui corporis, Aristoteles quærit problemate 6. sectionis 10. De menstruo caprarũ fluxu, vide in Ouibus.

Ouibus quidem robustiores sunt capræ: sed oues melius valent, Aristot. De emptione aliter atque de ouibus dico, quod capras sanas sanus nemo promittit: nunquam enim sine febri sunt. Itaque stipulantur paucis exceptis verbis, ac Manilius scriptum reliquit, sic: Illas capras hodie rectè esse & bibere posse, habereque rectè licere, hæc spondes ne? Varro, Quid dicam de earum sanitate? quia nunquam sunt sanæ: nisi tamen illud vnum, quod quædam remedia scripta oportet habere magistros pecoris, quibus vtantur ad morbos quosdam eorum, ac vulneratum corpus. quod vsu sæpe venit his, quod inter se cornibus pugnant, atque in spirosis locis pascuntur, Varro. Græcis sacrificaturis moris erat, capras frigida aqua explorare: nam gustare abnuissent, concipiebant inde haud valere satis, Cælius. Alysson si circa stabula plantetur, gregibus & ouium & caprarum salubrem esse perhibent, Plutarch. libro 5. Sympos. De alysso copiose docui supra, inter medicamenta simplicia intra corpus sument ab ijs quos rabidus canis momordit. Capras nunquam febri carere Archelaus auctor est, ideóque fortassis, quod anima his quàm ouibus ardentior, calidioresque concubitus, Plinius. Capra natura sua frigoris impatiens animal est, vtpote nunquam non naturaliter febriens: quòd si quando febris eam reliquerit, mox perit, Florentin. Capræ & aliæ quædam bestiæ, cum impendentem pestem, tum veroterræ motum, & cœli salubritatem, & frugum fertilitatem præsentiunt, Aelian. Nec capræ nec oues pestæ infirmentur, si exciconiæ ventriculo, aqua intrito, singulis cochleare vnum infuderis, Quintilij. Alia genera pecorum cum pestilentia vexantur, prius morbo & languoribus macescunt: solæ capellæ, quamuis opimæ & hilares, subito concidunt, velut aliqua ruina gregatim prosternantur. Id accidere maxime solet vbertate pabuli. Quamobrem statim cum vnam, vel alteram pestis perculit, omnibus fangis detrahendis. Nec tota die pascendæ, sed mediis quatuor horis intra septa claudendæ. Sin altus languor infestat, pabulo medicantur arundinis, & albæ spinæ radicib. quas cum ferreis pilis diligenter contuderimus, admiscemus aquam pluuialem, solamque potandam pecori præbemus. Quod si ea res ægritudinem non depellit, vendenda sunt pecora: vel si neq; id contingere potest, ferro necanda, sanie ndáque. Mox interposito spatio conueniet alium gregem reparare: Nec tamen ante quam pestilens tempus anni, siue id fuit hyemis, vertatur æstate: siue autumni, vere mutetur, Columella. Oues & capræ rediuos habent, pediculis vacant, Aristot. In ouib. & in capris ricini solum gignuntur, pediculi & pulices nulli: Plin. Melampodis fama diuinationis artibus nota est. Ab hoc appellatur vnum elleborí genus Melampodion. Aliqui pastorem eodem nomine inuenisse tradunt, capras purgari pasto illo animaduertentem, datoque lacte earum sanasse Prœtidas furentes, Plin. Plutarchus (in quæstionibus rerum Roman.) capram præter cæteta animalia comitiali tentari morbo refert: propterea quæ (vel propter fœtorem, vel libidinem: veteres sacerdotes ea vehementer vt morbida, abstinuisse: quoniam gustantibus aut tagenticus modo aliquid morbi eius afficetur: καὶ περιαναγκάζουσιν τοὺς φαγόντων ἢ θίγοντας, ὥσπερ ἐκ παθητικοῦ μέρους.) Cuius causam afferunt, pororum siue meatuum angustiam, quibus obseptis, sæpissime inclaudatur spiritus, quod arguat vocis renuitus. Nam qui eo affectionis genere tentantur, similem capellæ vocem edunt, Cæl. 6. 9. In morbo comitiali cerebrum ὑγρὸν humidum est. Cognouerit autem hoc ipsum quis maximè ex ouibus, & præsertim capris: hæ enim frequentissimè corripiuntur: quod si caput ipsarum dissecueris reperias cerebrum humidum & sudore refertum ac malè olens, Hippocrates in libro de morbo sacro. Podagra morbus αἰπόλων καὶ ποιμένων, Athenæus. Oculos suffusos capra, iunci puncto sanguine exonerat: caper rubi, Plin. Caliginem oculorum caprinum pecus probe curare scit: Cùm enim conturbatum oculum, & non probe affectum ad videndum sentit, cum ad rubi spinam se admouet, & referendum permittit: hæc vt pupugit, pituita statim euocatur, & nulla pupillæ lasione facta, videndi vsum recuperat. Hinc etiam homines hoc curationis genus (βδελλισμὸν medici in suffusione vocant, eam quæ acu fit: punctura m) didicisse existimantur, Aelian. Capras negant lippire, quoniam ex quibusdam herbas edant: item dorcades. Et ob id fimum earum cera circundatum noua luna deuorare iubent, Plin. Capris quas aues capri mulgi dictæ mulcere, cæcitas oboritur, Plin. Si capra distendatur aqua cutis, quod vitium Græci vocant hydropa, subarmo pellis leuiter incisa perniciosum transmitteret humorem, tum factum vulnus pice liquida curetur, Colum. Seselis Massiliensis semen capris, quadrupedibusq; aliis bibendum datur vt partus faciles reddat, Dioscorid. Cum effœtæ loca genitalia tumebunt, aut secundæ non respondebunt, defruti sextarius: vel cum id defuerit, boni vini tantundem faucibus infundatur, & naturalia cerato liquido repleantur, Columel. Idem cum de peste dixisset, quæ totos greges infestat, subdit: Cum vero singulæ domo laborabunt, eadem remedia, quæ etiam ouibus adhibebimus. Et rursus: Sed ne nunc singula persequar, sicut in ouillo pecore dictum est, caprino medebimur.

D.

Quorum vox acuta est & clamosa, μαίζει, id est stupidi sunt, propter similem caprarum vocem, Aristoteles. Item quorum oculi sunt σίμοι, & eodem colore quo caprini, Aristotel. Quod si pro σίμοι legas αἰγώλοι? nam

ægopos

ægopos oculos, inquit Cælius, ſub glaucos alliqui intelligunt & caprinos. Et Ariſtoteles ipſe libro quinto de generat. anim. cap. 1. Oculi (inquit) quorundam animalium ruffi toto genere ſunt, aut cæſij, nonnullorum caprini, vt capratij generis: ſic enim Gaza reddit hæc Græca. Τῶν δ' κατοπτῆρων ὅλον τὸ γένος, ἢ γλαυκὸν, ἢ τοιοῦτον, καθάπερ τὸ τῶν αἰγῶν αὖτ' ἐπλήσθη. Nec moueor quod Latinus interpres barbarus innominatus legit οἰνωπὸν tranſtulit enim quibus vino colore ſimiles ſunt. Apud Adamantium nihil reperio, quod huc faciat. Scio οἰνωπὸν in cenſu colorum eſſe: nam & οἰνωπὰ πάντα, & οἰνοπας βόας poetæ dicunt: Grammatici nigrum exponunt: & bubus oculos nigros eſſe Ariſtoteles loco iam citato ſcribit. Vinea vrina (vt Actuarij interpres reddit, nec dubito quin Græcè οἰνωπὸν legatur) hepatis colore exiſtit, aut vini paulo quàm rubrum eſt nigrioris, quale vel exiguum plurimæ aquæ mixtum, adhuc rubicundo colore ſpectatur. Vinco paſſeus intenſior eſt, maxime ſimilis paſſo quod ex vua nigra conſit: huiuſmodi etiam ceraſi fructus color eſt. Sed de nigris oculis Ariſtoteles proximè dixerat: & nigricantes colores non conueniunt capræ, quum ad lucem noctu fundendam minimè idonei ſint. Solertiam capratum Mutianus viſam ſibi prodidit in ponte prætenui, duabus obuijs è diuerſo: cum circumactum angustiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitatem cæca, torrente rapido minaciter ſubter fluente, alteram decubuiſſe, atq; ita alteram proculcatæ ſupergreſſam, Plin. Capra indignum putans ſe in extremo ouilli pecoris agmine incedere, gregem quidem antegreditur, at ipſam hircus barbæ fiducia antecedit, Aelian. Arunco ſi quis apprehenſam ex grege vnam trahat, cæteræ ſtupentes ſpectant, Plin. Idem eis accidere aiunt, ſi qua earum eryngum momorderit, vt ſupetius retuli in c. Sed conſiderandum eſt, an qui eryngio hoc attribuerunt, eryngi (ſic Græci aruncum vocant) nominis vicinitate decepti ſint. Curioſi experiantur: ego quod ad eryngium, rationis nihil video: erynge autem apprehenſa vna, cæteras ſtupere minus mirum eſt. Cum capris oues amicitia coniunctæ ſunt, Aelianus.

E.

Capratius, paſtor, cuſtos exercitorque caprarum eſt. Vtuntur hac voce Varro & Columella. Græci αἰπόλον dicunt, vel quaſi αἰγοπόλον, quod circa capras verſetur, vel quod αἶπα, id eſt ardua & alta loca, vel ἐν αἴπει, id eſt in altitudine (gaudent enim capræ locis montanis & excelſis) obambulet, Varinus & Etymologus. Qui & αἰγιβάμων hunc paſtorem vocant Λιπόλια, αἰγινόμια, greges caprarum, Etymologus. Λιπολῶ αἰγῶν, pleonaſmus eſt apud poetam. Τῶν αἰγῶν ἐ νομεὺς Μόρμαχ' ὁ θῆσκοπον Ἑρμᾶν Ἑστὼς αἰπολίων ὀβριμόθυμον φύλακα, Verſus Leonidæ in Epigrammate in Mercurium. Locros Ozolas aliqui cognominatos putant, quod homines fœtidi fuerint, vtpote χοιδιᾶν καὶ τραγέων, id eſt ouium & hircorum pelles geſtare, & plerunque inter caprarum greges verſari ſolitos. Plutarchus in quæſtionibus de rebus Græcorum. Tria tantum genera ſunt paſtorum, quæ dignitatem in Bucolicis apud poetas habeant, bucolici, opiliones, & omnium minimè æpoli, id eſt caprarij, vt Aelian. Donatus ſcribit.

Magiſter autem pecoris acer, durus, ſtrenuus, laboris patientiſſimus, alacer, atque audax eſſe debet, & qui per rupes, per ſolitudines, per vepres facile vadat, & non vt alterius generis paſtores ſequatur, ſed plerunque vt antecedat gregem. Quare eum eſſe maxime ſtrenuum opus eſt. Capellæ, dum dameta paſcunt, capris cedunt, ſubinde quæ cedit compeſci debet, ne procurrat Sed placide, ac lente pabuletur, vt & largi ſit vberis, & non ſtrigoſiſſimi corporis, Columella. Caprarij leues & veloces ſunto, vt caprarum celeritatem aſſequantur Geoponica Græca. Canis cuſtos eſt pecoris, quod eo comite indiget ad ſe defendendum: in quo genere ſunt maximè oues, deinde capræ, Varro. Caprile, ſtabulum eſt caprarum. Difficilius ſe recolligentes à ſerpentium ictu, in caprilibus optimè conualeſcunt, Plinius. Αὐλὴ καὶ σηκὸς, ἔ αἰγῶν καὶ ὄϊων ἴσασιν, Varinus: ſed eadem nomina pro aliarum etiam quadrupedum ſtabulis vſurpantur, vt in Boue dixi. Ipſum verò caprile vel naturali ſaxo, vel manu conſtratum eligi debet: quoniam huic pecori nihil ſubſternitur. Diligensque paſtor quotidie ſtabulum conuerrit: nec patitur ſtercus, aut humorem conſiſtere, lutúmue fieri, quæ cuncta ſunt capris inimica, Columella. Non tamen ita multæ capræ, vt oues, vna ſtatione claudantur, quam luto & ſtercore carere conueniet, Palladius. Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus ſi ſpectat, quod eſt alſioſum. Id vt pleraq; lapideant teſta ſubſterni oportet, caprile quò minus ſit vliginoſum ac lutulentum. Foris cum eſt pernoctandum, item, in eâdem partem cœli, quæ ſpectent, ſepta oportet ſubſterni virgultis, ne oblinantur, Varro. Et ſtabula à ventis hyberno opponere Soli Ad medium conuerſa diem: cum frigidus olim Iam cadit extremóque irrorat Aquarius anno, Vergilius.

Superius quædam explicata ſunt capite 3. quæ huc referri poterant, In oulum hiſtoria etiam non pauca dicemus, quæ capris & ouibus communia ſunt. Capræ natura mobiles & celeres ſunt, quamobrem paſtores non præficiunt eis ducem Ariſtot. Relinquitur denumero, qui in gregibus eſt, minor caprino, quàm in ouillo, quòd capræ laſciuiæ, & quæ diſpergunt ſe. Contra quòd oues ſe congregãt, & condenſant in locum vnum: itaq; in agro Gallico greges plures potius faciunt, quàm magnos, quod in magnis cito exiſtunt peſtilentiæ, quæ ad perniciem eos perducunt. Satis magnum gregem putant eſſe circiter quinquagenas, quibus aſſentiri putant id, quod vſu venit Caberio equiti Romano: is enim cum in ſuburbano haberet agrum iugerum mille, & à caprario quodam, qui adduxit capellas ad vrbem denarios ſibi in dies ſingulos dari audiſſet, coëgit mille caprarum gregem, ſperans ſe capturum de prædio in dies ſingulos denarios mille. Tantum enim fefellit, vt breui omnes amiſerit morbo: contra in Salentinis & in Caſinati ad centenas paſcunt, Varro. Melior ſit grex, ſi non eſt ex collectis comparatus, ſed ex conſuetis vnà. Sed numerum generis huius maiorem, quam centum capitum ſub vno clauſo non expedit habere, cum lanigeræ mille pariter commode ſtabulentur. Atque vbi capræ primum comparantur, melius eſt vnum gregem tuum, quàm ex pluribus particulatim mercari, vt nec in paſtione ſeparatim laciniæ deducantur, & in caprili maiore concordia quiete conſiſtant, Columella. Caprarum quæ coitum non patiuntur vbera, paſtores mollis Oetæ vrtica perfricant vehementer, vt dolorem infligant, itaque primum eruentum humorem eliciunt, mox putulentum, poſtremo lac non minus, quàm ex iis, quæ Venerem patiantur, Ariſtoteles. Albertus ſcribit ſe hoc vidiſſe in mulieribus tum viduis tum virginibus, quæ idem in ſuis expertæ mamillis, lac abunde emiſerint. Ex animalibus ſibi quo plus prolis naſcatur, harum rerum curatores, & paſtores ouium, caprorum, & equarum, genitalia tempore coitus, delibutis multo ſale & nitro manibus, perfricant: vnde ijs vehementior coitus appetitio exoritur. Alij ea pipere, alij nitro perungunt, alij vrticæ fructu: ſunt etiam qui myrrha & nitro

& nitro eadem inungant. Ex ea ſanè fricatione fœminæ & libidinoſiores euadunt, & mares ſuſtinent, Aelian. De capris quod meliore ſemine ex, quæ bis pariant, ex his potiſſimum mares ſolent ſimmitti ad admiſſuras: quidam etiam dant operam, vt ex inſula Medica (Melo potius, vt Pollux habet: vide infra in hœdo cap. 6) capras habeãt, quod ibi maximi ac pulcherrimi fieri exiſtimantur hœdi, Varro. Vtilitas ex pecore duplex, vna eſt tonſura, quòd oues & capras detondent, aut vellunt altera, quæ latius patet, eſt de lacte & caſeo, quam ſcriptores Græci ſeparatim tyropœiam appellauerunt, ac ſcripſerunt de ea re permulta, Varro. Hæ quoq; non cura nobis leuiore tuendæ, (aliàs, Hæc tuenda.) Nec minor vſus erit, quamuis Miletia magno Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores, (aliàs colores.) Denſior hinc ſoboles: hinc largi copia lactis. Quò magis exhauſto ſpumauerit vbere mulctra, Lacte magis preſſis manabunt vbera (flumina, Ald.) mammis. Nec minus interea barbas, incanaq; menta Cinyphij condent hirci, ſetaſq; comanteis Vſum in caſtrorũ: & miſeris velamina nautis, Verg. lib. 3. Georg. Seruius in commentarijs, In vſum (inquit) caſtrorum poeta dixit, quia de cilicijs expoliuntur loricæ, & teguntur tabulata turrium, ne iactis facibus ignis poſſit adhærere. Celſus ait retuliſſe Varronem, Cilicia ſic appellari, quod vſus eorum in Cilicia ortus eſt: ſed de his iterum paulo poſt. Capra, hœdo, lacteq; ſalubri, caſeo, pelle in caſtrorum vſum, hominem iuuat. Vnde & hyemem continuare ſub pellibus maiores dicebantur. (Sub pellibus, id eſt in caſtris ſtatiuis. Cicero 4. Acad. Budæus. Militum enim tabernacula apud antiquos pellibus conficiebantur. Apud Pollionem Trebellium legimus imperatori Claudio donatas pellium tentoriarum decurias triginta: Vide plura apud Cælium 27. 14.) His etiam nautæ vtebantur: villis enim aquam pluuiam reijciunt. Cinyphiæ capellæ olim in pretio erant, quia maiores menſe quinto pariunt. In quibuſdam lactis magna vbertas. Ex his hœdi lactẽtes eſui ſunt optimi, Platina. Illic iniuſſæ veniunt ad mulctra capellæ, Horat. in Epodis. Butyrum à boue nominatur, è cuius lacte copioſiſſimum conſit, vt miretur Dioſcoridem Galenus, quod ex caprino & ouillo confici lacte dixerit: ex caprino tamen fieri ſolere teſtis eſt Plin. Hermol. Pinguiſſimum eſt lac bubulum, ouillum verò ac caprinum, habent quidem & ipſa pinguedinis quidpiam, ſed multo minus, Galen. Caprinum lac tertia ferè parte minus fœcundum eſt ad caſeum conficiendum bubulo, Ariſtot. Bubulum caſeo fertilius eſt quàm caprinum, ex eadem menſura penè altero tanto, Plin. Cum ſal capris datur ante partum, multo lactis prouentu vigebunt. Albertus. Si vinum aceſcat, aliqui lac caprinum inijciunt, vigeſimam nimirum partem vini, & diebus quinq; tegunt, & poſtea in aliud vas effundunt vinum, diebusq, decem tegunt, & non mutatur vinum, Nic. Myrepſus.

Velabrenſes caſei dicti ſunt caprini, quod fumo apud Romanos in Velabro condirentur. Non quencunq; focum, nec fumum caſeus omnem, Sed Velabrenſem qui bibit, ipſe ſapit, Martial. Et caprarũ gregibus ſua laus eſt, Agrigenti maximè, cam augente gratiam fumo, qualis in ipſa vrbe conficitur, cunctis præferendus. Nam Galliarum ſapor medicamenti vim obtinet, Plin. Caſeum Siculum Iulius Pollux meminit & Ariſtoteles, ex ouillo & caprino mixtum lacte: quod hodieq; fit vbi vtriuſq; copia habetur. Hunc Athenæus præferri putat omnibus, vtiq; poſt Achaicum ex oppido Tromilia, vnde Tromilicus dicatur, & à Simonide Stromilius, ex caprino lacte, Hermol. In Plinio legendum ſit epityrum, an caprarum, in mentione caſei lib. 11. controuerſum diu fuit: Ipſe nõ epityrum (verba ſunt Hermolai) ſed caprarum lego: non quia epityrum oliuæ fractæ genus ſit, vt quidam putant: quandoquidem oliuæ genus illud pityrum & piryrida: non epityrum vocari conſtat: Sed illa ratione potius, quod niſi caprarum gregibus ſua laus eſt, in recenti maximè eam augente fumo gratiam: & reliqua, ſic legamus, vix ſtabit ſenſus, niſi planè quis extorqueat. Præterea cum de bubulo & ouillo caſeo diſſeruiſſet author, maximè ſequens erat, vt de caprino quoq; loqueretur: ne quia ſit omnium ferè deterrimus, improbari omnino iudicaretur. Adde quod infumari non alius magnopere caſeus quàm caprinus aſſolet. Nec ferè placet niſi muſteus atq; recens. Ἔπυον, πυάνιον, Varinus. Epityri mentio apud Catonẽ, Varronem, & Plautum ſit: apud Græcos nuſquam, quod ſciam, quod miror in compoſitione vocis Græca. Caprini caſeoli præſtantes in Rhætia Heluetica fiũt, præcipue (quod ſciam) ijs in locis qui circa thermas Fabarienſes montani ſunt: partim ex caprino mero, partim admixto bubulo lacte. Ex caprino & hircino ſeuo candelæ apud nos fieri ſolent. Caprino ſanguine adamantem molliri Albertus ſcribit, de quo in Hircini ſanguinis mentione dicam. Ad ſerpentes fugandos quidam capræ vngulas vrunt, Pallad. Vngulæ caprarum & pili ſuffiti procul fugant beſtias venenoſas, Archigenes apud Aëtium. Capræ cornu vel pilis accenſis fugari ſerpentes dicunt, Plin. Caprina cornua conficiendis arcubus idonea eſſe, apud Varinum legimus, in dictione Τοξικὸν. Homerus Pandari arcum ex cornu capræ ferę concinnatum memorat, vt in Ibice dicam. Cornua caprarum tria circũ arbuſtum erecta infigito, acumine deorſum, alia parte ſurſum ſpectante: & obruito, vt ſumma cornuum pars paululum de terra promineat, quo pluuia delapſa deſcendens, cornua irriget. Hoc facto vitis valde fertilis euadet, Africanus in Geopon. Græc. lib. 4. Fel capræ in vaſe aliquo in terra repoſitum, capras ad ſe allicere fertur, ac ſi illæ non parum inde iuuentur, Albert. Si pilos equi candidos producere volueris, locum raſum felle caprino illine, Author obſcur.

Caprina pellis, Cicero 1. de Nat. Et cinctus villoſæ tegmine capræ, Maro in Moreto. Pelles caprarum cum villis ſuis parant & expoliunt pelliones, quibus veſtitur vulgus preſertim mulierum, in Sueuia preçipuè aduerſus injuriam frigoris. Quamobrem & infantibus inde fiunt tunicæ. Pelles à mercatoribus rudes petuntur ex montanis Sabaudiæ locis circa Geneuam. Aptæ ſunt pellionum operis, ex teneris tantũ hœdis & capellis, quales verno tempore mactantur, ætate duorum plus minus menſium: Vſurpantur etiam ex illis quæ ſtatim à partu moriuntur, vt ouium quoq;. Lyrij in bello Perſico gerebant ex humeris ſuſpenſas caprarũ pelles, Herodotus. Capræ pellis apud Græcos αἰγὶς vocatur, Pollux: item αἰγέα, Suid. Varin. & αἴγεον, Varin. πραγλιῖνον ἢ μέλαινα, αἴνη δ' αἰγέα, Suid. Sardos Getulosq; caprarum pellibus amiciri conſueuiſſe author eſt Varro. Diphthera, inquit Ammonius, caprarum eſt, vt melote ouium. Διφθέρα, παιδικὸν σκεῦος λέγεται. Ἀττικοὶ δὲ λέγουσιν ἰνδικὸν ἐκλῖον (melius ἐκλίον) καὶ ἐκλίδιον, ἢ δὲ ἐκ δέρματος, Varin. Heſychius diphtheram exponit pellem, corium, librum, γραμματεῖον. Hinc diphtheralœphus apud Cyprios γραμματοδιδάσκαλος, Heſych. Varin. quod literas membranis inſcribendo illinat dum pueros docet. Etymologus ſimiliter exponit, & addit inſuper βυβλίον: & diphtheram dictam cõijcit quaſi δισσοθέρμα, διὰ τὸ ἐπὶ δύο μέρεσι φέρεσθαι γράμματα, hoc eſt membranam ab vtraq; parte expolitam & inſcriptam. Opiſthographos Hermolaus interpretatur, quoniam vtraq; pagina ſcripti eſſent, aduerſa & auerſa, minutis literis & lituris pleni. ὅσα κατ' ὀπισθίου δηλονότι φέρεται τοῦ διφθέρου, Author innominatus apud Etymologum. Εἰς διφθέρας γὰρ τὰς ἀλγειοειδεστάτων γραμμάτων ἐκ Ἑρμείου, ἐπειδὴ τοὺς τελευταίους ἐν τῇ λαπάρᾳ, apud Suidam in Diphthera. Διφθέρας εἶχον σκεπάσματα πολυτελῆ λεγουσι (lego, ὡς ἐκτήσαντο) χάρτας πάφου. εἶτα σωλῆνα ἐξ ὧν τὰς διφθέρας ὡς μὴ ἀπόλωνται ἀλλ' ἔχωσι τὸν ὕδωρ apud eundem in Καυκασία καὶ διφθέραι δ' καὶ φησὶ μπαλώματα, &c. Arrian. vt ibidem citatur. Διφθέρες ὑπὲρ δὲ καὶ διφθέρας ὕπτι-

comœdijs qui in rustico opere morantur, vt apud Cæcilium in Hypobolimæo habet adolescens, apud Terentium in Heautontimorumeno senex. De sisyra, sisyrna, & sisy, vestimentis ex pellibus caprinis siue cum pilis, siue absq; illis, multa legimus apud Varinum, Etymologum, & alios quæ breuitatis causa prætereo. Βαίτιον Varinus exponit melotam, diphtheram, sisyram. Batan enim (inquit) vocant tegmenta ex pellibus (σκεπάσματα ἐκ δερμάτων) consuta. Atuci eandem sisyram vocant: Aristophanes, Ἐνσάκκους ἐγκεκρυμμένους. Nos ea sisyrinia nominamus, Græci batam. Βαίτιον Dores diphtheram vocant, ἀπὸ τῆς βάτης. Idem. Βαίτη, δέρμα πανοῦργον ἰδιωτικόν, & secundum alios scena pellicea, Hesych. apud Suidam diphtherra exponitur, per duplex r Batatum hyeme tum æstate bona, Λαίτματα χειμῶνος καὶ θέρους ἀγαθά. Suidas, qui huius adagij meminit, adscribit batam vestis pellicex genus, quod in vtrunq; tempus videatur appositum. Nam hyeme depellit ventos, æstate solē. Iulius Pollux lib. 7. meminit tunicam fuisse prælongam, quæ totū contegeret corpus. Conuenit igitur de se ad multa vsui futura, Eras. Sophron in Mimis mulieb ribus rusticorum diphtheras, batas nuncupauit, Pollux lib. 10. cap. 45. Et rursus cap. 46. σισυρᾶν δερρίνην vulgo dicit pelliceam tunicam. Σισύραν Etymologus αἴγειον στέγασμα interpretatur: & περιχωμάτιον δέρμα. Αἰγείαν κυνῆν, galeam vel pileum ex pelle caprina, Hesych. Varinus. Αἴγεον μέλος, pellis caprina, vter caprinus, Suidas. Αἰγεῖον (recthius proparoxytonum) δέρμα αἰγὸς ἢ μέλος, Varin. Αἰγεὺς αἶξ, vter caprinus apud Homerum αἰγεύς. Idem. Ἀσκωλιασμὸς festa erant Athenis, quibus in medio theatri, super vtres inflatos obtinctosq; vno tantum saltabant pede, (ἀσκωλιάζειν vocant:) vt delabentes risum excitarent, idq; in honorem Bacchi. Ad quod allusit Vergilius lib. 2. Georg. Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres. Plura lege apud Varinum, qui vtres illos caprinos fuisse scribit. Πηγαῖα πᾶσα δέρματα παιγνίου ἕνεκα λεγόμενα, Eustathius. Λαισμία, δοκοὶ ἐγκάρσιοι ἐπὶ τὰ λοιπὰ ξύλα ἐπιβαλλόμενοι, ἐφ' οἷς ἐπιβάλλουσι αἰγείαν θέρμην ἢ ἐλάφειον δέρμα πρὸς τὰς τρυπὰς ἰχθύας, Hesychius. Ladani fruticem esse dicunt in Carmania quoq;, colligique vt gummi inciso cortice: & caprinis pellibus excipi, Plin. Σακὸς αἰγεος, πυξὶς αἰγεος, & peram per metalepsin, Hesychius & Varinus exponunt. Τραχάλιαι sandalia ex corio caprino, Idem.

In Cilicia capræ tondentur, vt alibi oues, Plinius. Tondentur capræ, quod magnis villis sunt, in magna parte Phrygiæ: vnde cilicia, & cætera eius generis fieri solent. Sed quod primum ea tonsura in Cilicia fit instituta, nomē id Ciliceas adeciisse dicunt, Varro. Aeneas Syluius zambelottum vulgo dictum è caprarū pilis in Cypro fieri scribit. Lana merhazi, est lana capræ subtilissima ex qua fiunt zambeloti, & alia vellera subtilia, Andreas Bellunensis. Mathauaze, pannus ex pilis caprx. Vetus expositio in Auicennam Mesha, pannus contextus ex pilis asinorum & caprarum & interdum ex solis caprinis: Ex hoc enim rudis panni genere qui deserta habitant Arabes, tentoria & saccos sibi conficiunt, Andreas Bellun. Tonsis caprarum villis in Africa nautæ rudentes parant. Capra pilos ministrat ad vsum nauticum, & ad bellica tormenta, & fabrilia vasa, Varro. Caprini pili necessarij sunt, quum ad funes conficiendos & saccos, aliaq; his similima tum vel maximè ad rudentes nauticos, quum neq; rumpantur facile, nec naturaliter computrescant, nisi admodum negligātur, Florentinus. Arabum Scenitarum tentoria ellicina sunt: ita nuncupant velamenta è caprarum pilis texta, Solinus.

Caprinum & ouillum stercus sedulò cōfaruato, Cato. Quidam hominis fimum quòd sit acerrimum, (ἐπὶ πλεῖστον, cuiusmodi opponitur) omnibus præferunt, secundum faciunt suillum, tertium caprarum quartum ouium, quintum boum, sextum iumentorum, ὄνου, Theophrastus interprete Gaza. Humani fimi mentionem ad stercorandum (quamuis nostrates eo vtuntur) alij authores, quod nunc meminerim, non faciunt. Asininum vero in simili comparatione diuersorum fimi generum, Palladius præfert, & Plinius idem ab aliquibus præferri scribit. Facile autem fuit apud Græcos hominis legere pro asini, vel contrà. nam genitiuum ab asino scribunt ὄνου, ab homine ἄνου cum nota abbreuiationis. Obijci potest, nō posse legi id est asini, apud Theophrastum: quoniā sexto & vltimo loco asinini meminerit. Respondeo, Gazam non asinorum eo in loco, sed iumentorum vertisse, imitatum scilicet Plinium & Palladium: & quanquam asini quoq; iumentorum nomine veniant, hic tamen iumenta pro equis & mulis acceperim: aut pro mulo per excellentiam, vt illi pro ἵππου sorte ἡμιόνου legerint. Nam de asinino & equino Plinius suis tractat nominibus, de muli fimo non item. Stercus asinorum primum est, maximè hortis, deinde ouillum, & caprinum, & iumentorum, porcinum verò pessimum, cineres optimi, Palladius. Quidam bubulo iumentorum fimum præferunt, ouillumq; caprino: omnibus verò asininum, quoniam lentissimè mandant: E contrario vlus aduersus vtrunq; pronunciat, Plinius Et alibi. Aliqui columbaria præferunt proximum deinde caprarum est, ab hoc ouium, deinde boum, nouissimum iumentorū. Adcoq; nihil omisit cura, vt carmine quoq; comprehensum reperiam, in fabis caprini fimi singulis cauatis, si porri, eruca, lactucæ, apij, intubi, nasturtij seminane sula ferantur, mirè prouenire, Plinius.

Sues & capræ cùm præter morem libidinosæ sunt (& maturius) tempestatem (χειμῶνα) magnam futurā significant, cùm verò tardiores ad coitum sunt, satis moderatum anni tempus futurum præsagiunt, Aratus.

F.

Vt vituli carnes habent ad cōficiendum perfectis bobus præstantiores, sic hœdi capris. Capra nanq; temperamento, minus quàm bos, est frigida: si tamen hominis & sui comparetur, multum superat, Galenus lib. 3. de aliment. facult. cap. 1. Et proximè post, Caprina præter succum vitiosum acrimoniam etiam habet. Et rursus, Aestate prima ac media præstantiores sunt capræ, cum scilicet fruticum germina, quibus vesci solent, abundant. Caprinam carnem si voles, mense Ianuario, cum alliato comedes, Platina. Hœdi (inquit Symeon Sethi) si sex menses excedant, capellæ iam vocantur. Caprx & hirci plurium annorum, concoctu difficiles & mali succi sunt. Carnes caprinæ vtiles sunt patientibus pustulas & bothor, si præparentur cum vino rubeo dulci. Hœdi vocantur vsque ad sex menses, & annales post annum, & duorum annorum post biennium: cò deteriores, quo maiores natu, Elluchasem author Tacuinorum. Caprinæ carnes bubulis sunt acriores & calidiores, atq; ob id vitiosiores. Bilescūt enim, si incoctæ maneant: quare frigidas eas magis, quàm calidas esitare oportet. Galenus Cōment. 4. in lib. de rat. vict. in Morb. acut. cap. 100. Capellæ atq; hirci fœtidi carnem ne degustato, Platina. Caprarum & hircorum iecora fugito, ne in epilepsiam incurras, Idem. Caprina caro plurimum alit. Quamobrem Clitomachus Carthaginēlis nouæ Academiæ sectator præclarus, Thebanum quendā athletam hac carne vescentē, reliquos suæ ætatis athletas viribus superasse scribit. Validus enim huius carnis succus & tenax est, vnde multū temporis in corporibus durare potest: obijciebatur tamē ei sudoris grauiolentia. At suillæ & agninæ carnes, cum in corporibus incoctæ manēt, facillimè corrumpūtur, propter pinguitudinē, Athenæus. Caprinæ carnes quæcūq; bu-

bulis insunt mala (hoc est concoctu difficiles esse, & atribiliarias affectiones exacerbare) omnia habent, & fauciores sunt, & ructus ampliores faciunt, & choleram generant. Sunt autem odoratissimæ, solidæ ac iucundissimæ, optimæ, & percoctæ, & frigidæ. Verum iniucundissimæ, & graueolentes ac duræ, pessimæ imò etiã recentes. Optimæ verò sunt æstatis tempore, pessimæ autumno, Hippocrates in libro de victus ratione in morbis acutis. Optimè condiuntur caprarum ouium atq; ceruorum carnes, si vbi primum sale consperſæ fuerint ablumore ipſo & sanie liberatæ & absterſæ, denuo sale inspergãtur, subindeq; inter vinaceos acinos pelliculis exutos impositæ mutuò se non contingãt. Si etiam & dulcis mulli aliquam portionem infuderis, feceris multo melius. Mulier cui vlceratus est vterus, abstineat carnibus porcinis, bubulis & caprinis, edat autem panes, Hippocrates de morbis muliebribus. Rasis ad Almansorem caprinam carnem magis quam arietum (ouillam) refrigerare scribit, & parum nutrire. Lacedæmonij in conuiuijs quæ copidas, κωπίδας, vocant mactant capras, nec vllum aliud ἱερεῖον Athenæus lib. 4. Homines rustici ventres caprarum sanguine carũ vna (cum adipe implent. vti Homerus ait solitos procos Penelopes, Galenus de simpl. 10, 4. qui etiam nullum edulium difficilius coqui asserit. Columbæ amabunt locum & alias etiam adducent, si caput capræ excoriatum in aqua coquatur, cum copioso (forte 12 vncijs) cumino Romano, & multo sale (forte 4 vncijs) quod dein deponatur in columbario, Petrus pharmacopola.

Aluum minus tentat caprinum lac: quoniam pecus hoc astringentibus pabulis, quercu, lentisco, & oleaginis frondibus, & terebintho magna ex parte vescitur: inde stomacho accommodatissimum reddi solet, Dioscorides. Maximè alit quodcunq; humanum, mox caprinum: vnde fortassis fabulæ louem ita nutritum dixere. Idem stomacho accommodatissimum est: quoniam capræ fronde magis quàm herba vescuntur. Lac schiston quomodo fiat ex caprino lacte aduersus morbos diuersos commendatum, sequenti capite Plinij verbis docebo. Multo minus pinguedinis habet quàm bubulum, Galen. Si capræ aut alterius animalis scammoniam aut tithymallum depasti, lacti bi loco quis sumpserit omnino aluus illi fluet, Idem. Et in libro de boni & mali succi cibis cap. 6. Caprini (inquit) lactis vsus, frequens apud nos est, apud alios bubuli. Caprinum inter cætera lactis genera moderatè se habet, cum non admodum pingue crassumq; sit, ob idq; medium quoq; esse censetur, quod in corporibus nostris præstat, &c. sed cum inter cætera animantium genera capellæ mediocritatem adeptæ sint, inter se tamen inuicem collatæ, alio quàm diximus modo differre videntur. Neq; enim harum parua discrimina sunt ab ætate, à pastionibus, ab anni tempore, ab eo ipso spatio quo à partu ædito distant quæ abunde tertio de facultate alimentorum libro diximus. Nunc vero id tantum referre sit satis, caprinum lac sine melle sumptum periculosum esse: plerisque enim qui purum illud hauserunt, coactum est in ventriculo in speciem casei, quod quidem cum accidit, mirum est quàm aggrauet hominem ac strangulet. Eam ob causam luc vbi sumunt nonnulli, ne in ventriculo coaguletur, mellis, aquæ, & salis nonnihil admiscent, Hæc Galen. Lac muliebre temperatissimum est, mox caprillum: hinc asininum ouillumq;, postremò vaccinum, Aegineta. Caprinum lac substantia temperatum, purgando quidem bubulo imbecillius ad reliqua vero satis idoneum, & nutriendo non parum efficax. Quod præstat? Capræ. Post? Ouis. Inde? Bouis, Baptist. Fiera Mantuan. de lacte. Lac omnium rerum, quas cibi causa capimus, liquentiũ, maximè alibile est, & id ouillum, inde caprinum. Quod autem maximè perpurget est equinum, tum asininum, deinde bubulum, tum caprinum, Varro. Lac nigrarum ouium melius est, in capris verum contrà, Albertus. Casei maximi cibi sunt bubuli, & qui difficillimè transeant sumpti: secundo ouilli: minimi cibi, & qui facillimè deijciantur, caprini. Capræ Scyriæ lac augent, præcipuè autem casei (nimirum ex lacte earum) maximè commodi sunt, Hippocr. de morbis muliebr. Mulier apud Homerum Iliad. λευκοτάτῳ conuiuantibus bibendum parat ex vino Pramnio, caseo caprino & farina.

G.

Milia remediorum ex capra demonstrantur, sicut apparebit: quod quidẽ miror, cum febri negetur carere. Amplior potentia feris eiusdem generis, quod numerosissimum esse diximus, Plin. Et alibi de anſere locutus, subdit: Multa præterea remedia sunt ex anſere, quod miror æquè quàm in capris: Nanq; anſer coruusq;, ab æstate in autumnum morbo conflictari dicuntur. Difficilius se recolligentes è serpentium ictu, in caprilibus optimè conualesc. unt, Plin. Omnium quadrupedum morbis capram solidam cum corio & ranam ruberam discoctas, mederi reperimus, Plin. Lacertæ viridis viuæ dextrum oculum effossum mox cum capite suo deciso, in pellicula caprina, contra quartanas adalligari jubent magi, Plin. Caprini corij cinis ex oleo illitus perniones primè abolet, Marcel. Iniurias è calceatu ex oleo corij caprini cinis sanat, Plin. Pelliculæ caprinæ ramenta cum pumice trita, aceto; permixta, exanthematis prosunt, Marcel. Si fœminæ sanguis ex naribus nimiè defluat; mamillæ eius vinciantur corrigo caprino, Marcell. Corium caprinum cum suo pilo decoctum, succo epoto, aluum sistit, Plin. Prohibent epilepticis supra pellem caprinam dormire sine iacere, liquidem passionis facit motum, Cœlius Aurelianus. Caprina pellis noxia est epilepticis & capiti, odoris tetri causa non speciali ac priuata ratione. Idem.

Pili caprini vti, fluxus omnes sedant, Aesculap. Vsti & aceto permixti, sanguinem de naribus fluentem reprimunt, Sext. Capræ fœminæ setas vstas & tũtas & myrrham similiter tritam & cum setis caprinis mistam in nares sufflato, Gal cap. 3 97. Combusti adiecta pice & aceto, inserti naribus cito sanguinem sistunt, Marcel. Eodẽ modo in naribus appositi, lethargicos excitant, Sext. Caprini cornus nidor aut pilorum, lethargicos excitat, Plin. Fimum caprarũ in mulso, calculos expellit: pili quoq; caprini cinis, Plin. Combusti tritiq; & in potione dati, strangurios potenter emendant, Marcel. Caprarum cornu vel pilis accensis fugari serpentes dicunt: cinereq; eorũ potum vel illitum, contra ictus valere, Plinius. Ad fluxum vteri sistendum, sordes pilorum circa sedem capræ siccas rundito & torreto, atq; cum ordeo fracto & oleo subactas sustito, Hippoc. lib. 1. de morb. mul.

Comitialibus dantur carnes caprinæ in rogo hominis tostæ, vt volunt magi, Plinius. Caprina caro quæ super focum, vel rogum hominis mortui assatur, sumpta, caducis remedium est, Sext. In epilepsia abstinentiam carnis & magis porcinæ vel bubulæ vel caprinæ impetrari contrà scribit Cœlius Aurelian. Luscioſos, quos Græci nyctalopas dicunt, quidam inassati caprini iecinoris sanie inungunt, aut felle capræ: carnesque eas vesci, & dum coquantur, oculos vaporari præcipiunt: id quoque referre arbitrantur, si rutili coloris fuerint, Plin. Ego hic non simpliciter capræ carnem luscioſis edendam intelligo, sed iecoris carnem: etsi ea minus proprie sic adpellatur, Græci in visceribus parenchyma vocant. Caprino iure cantharides expugnari tradunt Græci, Plin.

Drusas

Druſus tribunus plebis traditur caprinum ſanguinem bibiſſe, cum pallore & inuidia veneni ſibi dati inſimulaſſet Cepionem inimicum vellet, Plin. Caprinum ſanguinem bibentibus pallor accidit, De curioſo vſu caprini hircinique ſanguinis ad abſceſſus concoquendos, in tauri no ſenguine Galeni verba retuli. Sanguine caprino maculæ contactæ abluuntur, Marcel. Dioſcorides leporino calente ephelidas & lentigines illini iubet. Caprinus ſanguis contra toxicum bibitur, Dioſcorid. (qui cum vino bibendum monet) & Galenus lib. 2. de antid. Venenum potus extinguit, Aeſculap. Decoctus cum medulla contra toxica venena ſumitur, Plin. Contra toxicum auxiliatur etiam hirci vel capræ ſanguis, Aëtius. Priuatim contra toxicum conuenit quinquefolij radix, & hircinus ſanguis, aut caprillus cum viuo ſumpto, Dioſcorid. lib 6 Hircinum aut caprinum ſanguinem aliqui terræ Lemniæ miſceri ſolitum ſcribunt: ſed Galenus id ſuo tempore factum negat. Commendatur ad antidota hœdinus quoque ſanguis à Dioſcoride, Potus humores remediat, Sextus: forte per humores, ventris fluores intelligit: Quanquam Plinius ſanguinem caprinum, vel medullam, vel iecur, aluum ſoluere ſcribit: ſed maior apud me Galeni & Dioſcoridis authoritas eſt, quorum hîc verba adijciam Sanguis hirci, vel capræ, inteſtinorum tormina & alui fluores ſiſtit, in quem vſum frixus in ſartagine ſtatim ſumitur, Dioſcor. Sanguinem caprarum hydropicis quidam cum melle exhibent: aliqui ad dyſenteriam eodem toſto & ad ventris fluxum ſunt vſi: Videturq; mihi quiſpiam, craſſam eius eſſentiam & terream, cum caliditate exiccatoriam eſſe ſuſpicatus, ad hûc vſum perductus, Galenus. Sanguis caprinus cum medulla, hydropicis auxiliatur: efficaciorem putant hircorum, vtiq; ſi lentiſco paſcãtur, Plin. Sanguis caprinus decoctus cum medulla dyſentericis ſubuenit, Plin. Si ſint tormina, ſatis eſſe remedij in leporis coagulo poto è vino tepido vel ſemel, arbitrantur aliqui cautiores & ſanguine caprino cum farina ordeacea & reſina ventrem illinunt, Plinius vbi de remedijs cœliacorum & dyſentericorũ agit. Sanguinem caprinum ſi polentæ furfuribus, adiecta reſina miſcueris, atq; emplaſtri modo ano ventriq; adpoſueris, pondus omne & libidinem deiectionis efficaciter reprimes, Marcel. Sextus non capræ, ſed capri ſanguinem, cũ reſina & polline (malim polenta) mixtum, & ventri ſuperpoſitum, torminoſos ſanare ſcribit. Sed an caprę aut capri ſit ſanguis, parum refert, vt patet ex Galeni verbis paulò ante poſitis. Inuenimus etiam caprinum ſanguinem renũ calculos frangere, Marcel. Verg. de hoc plura in hircino Sanguis caprinus cũ polenta impoſitus ani vitium omne perſanat, Marcel. Cæteris vitijs ſedis (proximè de inflationibus eius dixerat) medetur ſanguis caprinus cum polenta, Plin.

Adſtringentior eſt caprinus adeps (adduntaliqui, paſcuorum cauſa,) quamobrem dyſentericis datur, &c. vt infra dicetur, Dioſcor. Boues & capræ, & quæcunq; id genus cornigera, ob ſiccitatem adipem plurimum generant. Sed ſiue adipem (ſeuum) ſiue pinguedinem, totum oleoſæ & pinguis ſubſtantiæ genus in animalibus appelles: non tamen licet citra mendacium adipem caprinum humidiorem eſſe dicere, quàm ſuum, &c. Cæterum caprinum adipem ijs qui mordicationes patiuntur, aut in recto inteſtino, aut in colo, potius quàm ſuillum injicimus non quod acrimonias plus obtundat: ſed quod ob craſſitiem citius cõcreſcat, cum ſuillus inſtar olei defluat, Galenus de ſimplicib. 11. 4. Et paulo poſt: Hœdorum adeps (inquit) minus tum calidus tum ſiccus eſt, quàm caprarum ſed & caprarum minus quàm hircorum. Et rurſus cum nonnullos aſtringentia pro acribus dicere reprehendiſſet, ſubait: Sed illi in vocabulis potius, quàm rebus ipſis hallucinari videntur: & maximè illi quibus Græca lingua inſueta eſt, qualis eſt Dioſcorides Anazarbenſis, &c. Hic enim cum ait magis eſſe aſtrictorium adipem caprinum ſuillo ſi quidem acriorem ſignificare uelit per magis aſtrictorium, accipimus ſermonem ceu verum: at ſi illud talem habentem qualitatem, qualem rhus, rheon, hypociſthis, balauſtium, haud verum eſſe ſermonem dicemus, Hucuſq; Galen. Seuum capræ adſtringentius eſt ſeuo boum, Raſis. Adeps caprinus in fuſſimento contra Scorpios. apud Aetium 13. 7. Caprinus adeps datur vtiliter his, qui cantharidũ venena hauſerunt, Dioſcor. Seuum caprinum cum cera, contra ictus ſerpentiũ imponitur, Plin. Omni morſui & læſioni ſubuenit, Aeſculap. Si mulieris vterus poſt partum doleat, ptiſanam & porrum ac adipem caprinum coquat, indeq; modicũ ſorbeat. Hippocrates in lib. de ſuperfæt. Cõtra oculorum varia vitia, Caprinum ouillumue adipem calida aqua euadentẽ imponito, Galen. cap. 3. 12. Ferè omnis dolor corporis ſi ſine vulnere eſt, recens melius fomentis diſcutitur: vetus vritur, & ſupra vſtum butyrum, vel caprinus inſtillatur adeps, Columella in remedijs boum. Et alibi, Suppuratio (inquit) in bubus ferro reſcinditur: expreſſus deinde ſinus ipſe, qui eam continebat, calida bubula vrina eluitur: vel ſi eo lui ea pars non poteſt, lamina candenti ſeuum caprinum aut bubulum inſtillatur. Seuum caprinum perniones farcit, Plin. Cum calce ſtrumas diſcutit, Plin. Adeps caprina cum calce ſubacta & appoſita, ſtrumas ſtatim diſſoluit & ſanat, Marcel. Caprinum ſeuum admixta ſandaracha vngues ſcabros emendat, Plin. Ex ſepo caprino admixta ſandaracha cerotum, vnguibus leproſis ſuperpoſitum, ſine tormento ſanat, Sext. Cantharides, Licheni illitas cum ſucco taminiæ vuæ, & ſeuo ouis vel capræ, prodeſſe non dubium eſt, Plin. Caprinus adeps mundatos proficit ad altiores oris & labiorum ſciſſuras, Gal. cap. 2. 10. Vlcera quæ ſerpunt, cohibet ſeuum cum cera: item addita pice ac ſulphure percurat; Idem. Manantia verandorum vlcera ſanat ſeuum caprinum cum melle rubiq; ſucco, Plin. In furunculis ſeuum bubulum cum ſale illinitur: aut ſi dolor eſt, intinctum oleo, liquefactum ſine ſale, ſimiliq; modo caprinum, Plinius. Adeps caprinus cum roſis mixtus, puſtulas, quæ in nocte graueſcunt, tollit, Aeſculap. Hoc etiam auribus inſtillatum ſurdos ſanat, Idẽ. Comitialibus magi commendant ſeuum caprarum, cum felle taurino pari pondere decoctum. & in ſolliculo fellis reconditum ita ne terram attingat, bibendum ſub limine exaqua. Plin. Zeæ farina ex vino rubro ad ſcorpionum ictus tepida illinitur, tuſſi (pectori ſc: contra tuſſim illinitur) cum caprino ſeuo aut butyro, Plin. Ius decocti caprini adipis, phthiſicis in ſorbitionibus prodeſt, Dioſcorid. Caprę ſeuo in pulte ex alica, & phthiſin & tuſſim ſanari, vel recenti cum muſſo liquefacto, ita vt vncia in cyathum addatur. rutaq; ramo permiſceatur, non pauci tradunt, Plin. Idẽ alibi rupicapræ ſeuo ex lacte phtiſicum liberatũ ſcribit, vt infra dicam. Ptiſana cũ adipe caprino cocta, torminoſis in declinatione conuenit, Marcel. Caprinus adeps decoctus cũ polenta, rhoẽ & caſeo, dyſentericis datur, & cũ ptiſanæ ſucco infunditur, Dioſcor. Raſis vbi remedia ex capra deſcribit, leonis etiam ſeui (niſi interpres errauit, quod omnino ſuſpicor) mentionem immiſcet, cũ de leone tractaſſet ab initio libri illius de 60. animalibus, nec vllum tale ex eius ſeuo remediũ memoraſſet: Sepum leonis, inquit, omnibus præfertur: ob hoc quũ clyſter ex eo paratur cũ aqua ordei toſti: aut cũ aqua farinæ toſtæ & ſumach cocti (coctum) & liquefactum cũ cera, exulceratis inteſtinis ſummopere conducit. Seuum caprinũ in ſorbitione aliqua inteſtinorũ vitijs magnopere prodeſt, ita vti protinus hauriatur frigida aqua, Plin. (Sextus idem remedium hydropicis commendat, quod non probo.) Seuo hirci aduerſus dyſenteriam vtuntur, in pane qui cinere coctus ſit: capræ, à renibus maximè, vt per ſe hauriatur, protinusq; modicè frigidam ſorberi iubent. Aliqui & in aqua decoctum ſeuum admixta polenta & cymino, & anetho, aceto q; Plin. Adipem

caprinum de renibus sublatum, misce cum polentæ furfuribus, atq; adijce illic cyminum, & anethum, & accetum æquis portionibus, atq; ex aqua decoq;, & colatum sorbitionis more dysenterico dato sumendũ, mire celeriterq; subuenies, Marcel. Helxine imponitur podagris cum caprino seuo ceraq; Cypria, Plin. Seuum (capri, Albertus) cum stercore caprarum coctum & croco, ponitur (fricatur, Albertus) super podagram, vt dissoluat (leniat, Albertus) dolorem, Rasis.

Caprina medulla quarto loco post ceruinam, vitulinam, & taurinam laudatur apud Dioscoridem, postremæ ouillæ. Laudatissima ceruina, inquit Plinius, mox vitulina, dein hircina & caprina. Vide supra in Vitulina, vbi multa de medullis earumq; viribus in genere dixi. Ad oculorum varia vitia, Caprina medulla oblinito & sanabis Gal. cap. 3. 12. Sanguis caprinus decoctus cum medulla, contra toxica venena sumitur, Plin. Idem remedium dysentericis & hydropicis prodest, Idem Et alibi cum ex caprino remedia quædam docuisset, subdit, Nec abdicant fimum ex melle illitum epiphoris, contraq; dolores medullam, item pulmonem leporis: vt dubitet aliquis leporinam ne an caprinam medullam accipiat: ego de caprina intelligo. Sanguis caprinus, vel medulla, vel iecur, aluum soluit, Plin. Ego contra sistere potius dixerim, cum siccandi modice & emplastuã ferè facultatem pleræq; omnes medullæ habeant: Quamobrem ad dysentericos etiam caprinæ medullæ vsus est, vt nunc dicam. Quinetiam sanguinem caprinum, aluum sistere supra dixi. idem de iecore mox confirmaturus. Sanguis caprinus decoctus cum medulla dysentericis subuenit, Plin. Sanguis caprinus cum medulla hydropicis auxiliatur: efficaciorem putant hircorum, vtiq; si lentisco pascantur, Plinius. Capræ medulla ad oculos equi, in Hippiatricis.

Cornu caprinum dextrum in Athanasiam magnam, sic appellatam compositionem apud Io. Mesuen requiritur: item in antidotorum descriptionibus filij Serapionis & Hali, & Auicennæ. Apud Mesuen codices quidã variam lectionem habent, Alhâs de cornibus cerui: Hanc reprehendunt monachi qui nuper in Mesuen scripserunt, quoniam apud alios authores non habeatur. Io. Manardum quoq; (sus Mineruam) vituperant, qui scripserit superstitiosè dexterum potius quàm sinistrum cornu sumi. ipsi enim dextrum præferendum putant, sine occulta nobis ratione illud præcellat, siue quod pugnando magis exerceatur: & alia multo risu excipienda nugantur. Non ignoro tamen ex cerui cornibus alios dextrum, alios sinistrum præferre, vt suo loco dicetur. Caprarum coruu vel pilis accensis fugari serpentes dicunt, cineremq; eorum potum vel illitum contra ictus valere, Plinius. Puluerem de cornu capræ, & eius lac cum origano, & cum vini cyathis tribus, à serpente morsus bibat, venenũ excutiet, Sextus Sedis confundit in vnum ramedium, quod Plinius triplex fecit, de cornu, de lacte, & de caseo capræ: de cornu Plinij verba iam retuli. de reliquis quoq; mox subiungam: videntur etiam corrupta quædam in Sexto, quæ omitto, & Plinij seruandam lectionem moneo. Sudores inhibet cornus caprini cinis è myrteo oleo perunctis, Plin. Cornibus cerui & capræ vstis, & (si opus est) lotis vtimur ad dentium, candorem, gingiuas mollitie fluidas, dysenteriam, fluxiones in oculos, quia terguos sine regione: tamen nec dolores leniunt nec coquunt, qui frigida sicca, sylluius citans Gal. librum de simpl. medic. & de compos. pharm. sec. loc. quartum. Citra mordacitatem exterget cornu cerui vstum velut etiam caprarum, Gale. κατ' ἐξ. in ocularibus medicam. Caprini cornus vel fimi cinis ex aceto illitus, sanguinem sistit: hircini vero iecinoris dissecti sanies efficacior. Et cinis vtriusq; (vel cornus vel fimi caprini, vt hircini iecoris per parenthesin mentio inciderit) ex vino potus, vel naribus ex aceto illitus, Plin. Ad sacrum ignem: Cornu caprinum in flamma vstulato, & crustas quæ exurgunt excuties in vas nouum, donec consumatur: deinde conteres, cum aceto scillitico, & illinies sacrum ignem, mirificè sanabitur, Sextus. Cornu caprinum capiti infirmi qui non dormit, suppositum, vigilias in somnum conuertit, Sext. Capræ cornu furfure mixto cum oleo myrtino, capillos fluentes retinet & crescere facit, Sext. Caprini cornus farina vel cinis, magisq; hircini, addito nitro & tamaricis semine, & butyro oleoq;, prius capite raso, mire continent ita fluentem capillum, Plin. Comitialem morbum deprehendit caprini cornus, vel ceruini vsti nidor, Plinius. Si caducus verè caducus est, caprinum cornu adustum naribus si sumpserit (si ante nares eius teneatur) mox cadet, Sextus. Suffimentis ad epilepticos expertis, cornu caruini & caprini, sing. zi. miscet Nicol. myrepsus cornu caprinum suffitu atguit epilepticos, vt & caprini iecinoris assati odor, ipsumq; iecur comestum, Aetius. Lethargicos excitat caprini cornus nidor, aut pilorum, Plio. Cornibus cerui & capræ vstis maximè vtuntur, vt & nos sæpe vsi sumus, tum ad candorẽ dentium, tum ad contrahendas mollitie fluidas gingiuas, Galenus. Coruu capræ ad albedinẽ vstum, dentes egregiè abstergit, & gingiuas corroborat, earumq; turgentiũ dolorem reprimit, Auicenna item & Rasis & Albertus, qui dentes eo confricandos scribunt. Cornu capræ rasum in mel mixtum, & pisatum (contusum) medicatum (ex medicinæ malicia natũ, vt Humelbergius exponit,) ventris fluxum reprimit, Sextus. Caprino cornu suffiri vuluam, vtilissimum putant, Plin. Vt conceptus fiat, caprini cornu ramenta oleo insperſa peractis menstruis suffito, sicuti diximus, & locis adhuc calentibus mulier cum viro concumbat, Aetius 16 34. In vteri dolore, cornu capræ in ramẽta confectum oleo subigito & in ignem missum suffito, Hippoc. lib. 2. de morb. muli. Ouiculæ aut capræ cornu tusum, & ordeum tostum ac fresum oleo subigito ac suffito, Hippocrates in libro de morbis muliebribus, inter medicamenta muliebria diuersa, & ita confusa, vt de multis ad cuius facultatis titulum referri debeant dubitemus. Capræ cornu, & gallam, & adipem suillum, ac redriam, suffito, Ibidem. Lotium caprinum cornu caprino inditum reseruatur ad remedia quædam, vt in lotij mentione dicam. Cornu caprinum vstum vlceribus equorum terminantibus super inspergitur, Vegetius.

Capræ vngulas ad serpentes prohibẽdos Palladius vri iubet. Caprinarum vngularum cinere perunctæ ex aceto alopeciæ sanantur, Dioscorides & Rasis. Albertus acetum vehemens requirit, & malignam quoq; alopeciam ita curari scribit. Quidam vngues caprarum deustos, moxq; aceto perfusos, alopecijs illinunt: Itaq; fuerit & hic cinis facultatis extenuatoriæ, Galen. Aesculapius vngulas vstas cum pice liquida teri & illini iubet. Vngularum cinis cum pice fluentem capillum continet, Plin.

Talorum capræ recentium cinis dentifricio placet, & omnium ferè villaticorum quadrupedum, ne sæpius eadem dicantur, Plin. Puluis ad erysipelata, vt eadem hora cuanescat malum. capræ pedem vrito, cum capillis & cinerem eius in pyxidem conijciens seruato. Vsu exigente locum vino prius madefacito, & postea puluerem insperge, Nic. Myrepſ.

Ad rupta intestina laudant caprini capitis cum suis pilis decocti succum, Plin. Caprinum caput cum pilis decoctum & cõtritum, incisa intestina solidat, Sext. Cum pilis suis contusum, atq; discoctum. ciboq; sumptũ, rupta interius intestina dicitur glutinare, Marcellus. Cerebrum capræ (capreæ, Sextus:) magi per annulum aureum traiectũ, priusquam lac detur, infantibus instillant contra comitiales, cæterosq; infantium morbos, Plin. Capræ

cerebrum

cerebrum ejus melle carbunculos in ventre sanat, Aesculap. Aqua quæ è caprę palato effunditur, & quicquid comedit, misceatur cum melle & sale, & ex eo caput & corpus ferò fricetur, pediculi extinguentur, Sextus. Idem remedium est ad ventris dolorem sed & ventrem strictum solvit, & si plus biberit, purgat, Idem. Linguæ exulcerationi & arteriarum prodest ius omasi gargarizatu, Plin. omasum intelligo bubulum: de illo enim lacte proximè dixerat, quanquam simul etiam de caprino.

Caprinum iecur assum in edatur. tum ad nyctalopas accommodari aiunt, tũ eos qui cũ mictiali morbo sunt obnoxij, arguere, convulsionemq; illis accersere: Idem potest hircinum Galenus. Papilio quoq; lucernarũ luminibus adholans inter mala medicamenta numeratur: Huic contrarium est iecur caprinum, Plin. Caprini iecoris inassati decidua sanie, inungi luscios (nyctalopas) prodest: & dum coquitur apertos oculos balitu eius vaporari: prodest in cibo toltum ad eadem, Dioscorid. & Galenus. Capras tradunt noctu non minus cernere quàm interdiu: ideo si caprinũ iecur vescantur, restituit vespertinam aciem his quos nyctalopas vocãt, Plin. Et alibi, Et quoniam caprę noctu æquè quoq; cernant, sanguine hircino sanari luscios putant, nyctalopas Græcis dictos: Caprę vero iecinore in vino austero decocto: Quidam inassati iocineris sanie inungunt aut felle caprę. carnesq; eas (ipsum iecoris viscus) vesci, & dum coquantur, oculos vaporari ijs præcipiunt. Id quoq; referre arbitrantur, si rutili coloris fuerint. Volunt & oculos suffiri iocinere in ollis decocto, quidam inassato, Plinius. Dum hepar caprę cum aqua & sale decoquitur. comprimat se oculis apertis super vaporem huius aquæ, cui visus deficit noctu, multum iuuat, Rasis. Celsus medicinæ lib. 6. post multorum in oculis morborum curationes, de oculorum imbecillitate curanda sic prodit, Præter hæc imbecillitas oculorum est, ex qua quidam interdiu satis, noctu nihil cernũt, quod in fœminam bene respondentibus menstruis nõ cadit. Sed sic laborantes inungi oportet sanguine iocinoris, maxime hircini, sin minus, caprini, vbi adassum coquitur, excepto: atq; edi quoq; ipsum iecur debet. Sext. hæc remedia ad nyctalopas caprę iecori adscribit, vide infra. De phrygijs oculorum, quidam hepar caprę melli miscentes vngunt, Galen. cap. 2. 98. Iecur assum caprę cœliacis subuenit, magisq; etiam hirci, cum vino austero decoctum potumq;, vel ex oleo myrteo vmbilico impositum: Quidã verò decoquunt à tribus sextarijs aquæ ad heminam (alij geminum) addita ruta, Plinius. Vini veteris feces, & iocineris caprini frustum sufficiens in ollam rudẽ mitte, & facito vt bulliat, atq; inde ieiuno cœliaco sufficienter da bibere, Marcellus. Ad colon. Iecur caprillum combustum læuigato, dataq; ex vino potui multum colicis augebatur, Alex. Trallianus. Iecur caprę aluum soluit, Plinius: sed quod ũstat, non soluat, constat ex eo quod cœliacis subuenit, vt iam dictum est. &c. Si pariens inflata fuerit, hepar ouillum aut caprinum. calido cinere obrutum, edendum dato meracius ad dies quatuor, & vinum bibat vetus, Hippocrates de natura muliebri.

Fel caprinum veneficijs ex mustela rustica factis cõtrarium est, Plinius. Felle capratum philothri vis efficitur, si euulsis pilis triduò feruetur illitum, Plinius: vide paulo post in remedijs huius fellis ad palpebras & supercilia. Fel caprinum ad incipientes strumas oprimè facere experimenta docuerunt: nam penitus crescere non sinentur, si eo assiduè tangantur, Marcellus: apud Plinium non caprinum, sed aprinum fel strumas discutere legimus. Fel caprinum cũ aluminis cinere scabiem hominis abolet, Plin. Lepras iecur hirci calidũ illitum tollit. sicut elephantiasin fel caprinum, Plinius: Dioscorides hircinum fel ad elephantiasis tumores commendat. Magi felle caprę sacrificatæ duntaxat illito oculis, vel sub puluino posito, somnum allici dicũt, Plinius. Ad porriginem prodest cornus ceruini cinis e vino, vtq; non tædia animaliũ capillis increscant: item fel caprinũ cum creta cimolia & aceto, sic vt paululũ capilli inarescant, Plin. Hyblæi mellis succi cũ felle caprino Subuehiunt oculis dira caligine pressis, Serenus. Fel quidem caprinũ pluribus modis assumunt ad oculorũ remedia: cum melle, cõtra caligines, (Sextus caprę fel cũ melle miscet aduersus caliginẽ. Dioscorides in eundẽ vsum fel syluestris capro commendat:) cũ veratri candidi tertia parte, contra glaucomata: cũ vino, contra cicatrices, & albugines, & caligines, & pterygia. & argema: ad palpebras verò, euulso prius pilo, cũ succo oleris, ita vt inunctio inarescat: contra ruptas tunicolas, cũ lacte mulieris: Ad omnia autẽ inueterata fel efficacius putant, Plinius: Eadẽ omnia Sextus de caprę fella scribit, paucis verbis variantibus, vide infra. Sedat caliginẽ fel cũ passo aut melle, Idem: caprinũ intelligo, etsi propius nominatus sit lepus. Ad nyctalopa id est, nocturnam oculorum cæcitatẽ, Iuuat fel caprę. Gal. cap. 1. 46. Felle caprę nyctalopas inungunt, vide supra in iecoris ex hoc animali remedio ad eosdem. Dioscorides caprę syluestris fel ad oculos luscios & varios eorũ affectus commendat. Collyrium ex felle caprarũ syluestrium vel domesticarũ, telam oculorũ sanat, Rasis & Albert. Ad pilos inutiles & pungentes in palpebris, caprę fel cũ brassicæ succo illinit. bet Archigenes apud Galenũ κα. τεν. 48. Fel caprinũ palpebris vel supercilijs impositũ, pilos abolet: acerrimũ enim est & forsan in alijs quoq; locis philothrum, Albertus. Domesticarũ suum bile vtuntur quidam ad vlcera aurium, medicamento vtiq; non reprobo: & tu quoq; vbi compositorũ nihil adfuerit, vtitor: sunt enim innumera. Sed & pro affectus magnitudine, alia etiam atq; alia alterius animalis bilis potest congruere. Nã vbi vlcus diuturnũ fuerit multamq; saniem pusq; contineat, etiam liciorẽ bilem præferes, puta ouiũ, quę paulò est acrior. suilla hac etiã magis caprarũ, cui adsimilis quodammòdo est vrsorum & boum: taurina valentior est, &c. Galen. Ad auriũ dolorem: fel taurinũ aut caprinum cũ porri succo instilla. Apollonius apud Galenum. Medicamentũ quod recipit fellis caprini & mellis ana scrupulum vnum, conteres & in strigili calefacies & infundes, & lana obeludes aurem. Nihil hoc medicamine potentius, neq; certius, etiamsi intrinsecus cancerauerint aures, Marcellus. Senectus serpentium vsta cũ felle caprino auribus purulentis instillatur, vt in Senectute serpentium dicam ex Plinio. Auriũ vitia sanantur tritis porri folijs cũ felle caprino, vel pari mensura multi, Plin. Aurium vitijs medetur fel caprinum cum rosaceo tepido, aut porri succo: aut si sint rupta ibi aliqua, è lacte mulieris, Plin. Caprinum fel cum pari potione mellis ad carbones decocti mistum tepidum in aurem instillato ad grauem auditũ & surditatem, Galenus cap. 13. Quorũ auditus hebes est, ex felle caprino, formicarũ ouis, melle & chelidonio mixtum medicamen auribus instillent. Innominatus. Ad corrosas gingiuas, Caprę fel cũ melle aut migellam ibidem cũ melle illinito, Gal. cap. 3. 11. Anginæ prodest caprinũ fel cũ melle, Plin. Caprinum fel, vel taurinũ, melle permixtũ & extrinsecus faucibus adpositum. vel pro vnguine inductũ anginas efficaciter sanat, Marcellus. Ad ceruicũ tumores sedandos, ouorũ vitelli cocti cũ adipe anserina illinũntur, felle caprino æquis ponderibus permixto. atq; inde ceruices fricãtur, Marcell. Caprę fel cum cyclamini succo & aluminis modico: aliqui & nitrũ & aquã adiecisse malunt, aluum soluit, Plinius: subditũ pastillo intelligo: quod mox etiam de felle taurino dicit cũ absinthio trito: Simile remediũ Sextus ex felle caprę describit, vt in Caprea dicã. Ad lumbricos egerẽdos felle caprino madefactã lanã vmbilico adpone, Marcellus.

cellus. Ani vitia & condylomata felle caprino peruncta, sanari certissimè constat, Marcellus. Fel caprinum per se condylomatis sedis medetur, Plinius si bene memini. Cum melle veretri doloribus vlceribusq; illitum m' prodest, Marcel. Languidus antiquo purgatur penis sacchio, Ac super illinitur fœcundæ felle capellæ, Serenus. Caprarum fel callum vuluarum emollit insperſum, & à purgatione conceptus facit. Probatum remedium est felle caprino, non manu, sed pinna, pedes peruncto s confestim dolore relevari, Marcel.

Capræ hircinæ liene asso, cœliacis vtuntur, Plinius. Sextus torminosis capreæ lienem bibendum commendat.

Genuinum capræ stercori commisceas, & factum quasi malagma, femora perunge, mirè sanat femorum dolorem, Sextus: Per genuinum (inquit Humelbergius) aut testiculos, aut naturam, aut tale quid intelligendum putamus, sicuti de patella cerui etiam diximus.

Qui vrinam tenere non poterit, capræ (Apri potius. Vide in Apro C.) vesicam comburat, & cinerem eius ex aqua cum vini potione bibat, Marcellus. Vesicam caprinam aut ouillam vstam, ex posca bibendam præbeto his qui se somno permingunt, Gal. *κατ. τόπ.*

Capræ secunda ex vino pota mulierum secundas ejiciet, Sext. Membrana caprarum in qua partus æditus, inuncta potuq; sumpta in vino, secundas pellit, Plin.

De lacte caprino vide quædam supra cap 6. Scio Damoeratem medicum in valetudine Considiæ M. Seruilij consularis filiæ, omnem curationem austeram recusantis, diu efficaciter vsum lacte caprarum, quas lentisco pascebat, Plin. Caneri fluuiales triti potiq; ex aqua recentes, seu cinere adseruato, cõtra venena omnia prosunt, priuatim contra scorpionum ictus cum lacte asinino: vel si non sit, caprino, vel quocunque: addi & vinum oportet, Plinius. Absyrtus idem ferè medicamen ad cephalalgiam in equis commendat, vt dicam paulò inferius. Caprinũ lac contra cantharides remedio est, Plinius & Sext. & contra ephemerum, potum cum taminia vua, Plin. Siquis hyoscyamum gustarit, lacte capellæ Exhausto, rabidos poterit mulcere furores, Serenus. Lactis (caprini) haustus cum vua taminia, contra ictus serpentium valet, Plin. Capræ lac quod primum mulgetur leuiores facit accessiones in quartanis, si illud editur aut ex dulci bibatur, Sext. Magorum quidam simi hirundinum drachmam vnam in lactis caprini vel ouilli vel passi cyathis tribus aduersus quartanas ante accessiones dant, Plin. Agnis febricitantibus multi lacte caprino medentur quod per corniculum infunditur faucibus, Columella. Alicæ vsum ad syntexes ex ouillo aut caprino lacte, in ouillo dicam ex Plinio. Fel hermacei psilothrum est, vtiq; mixto cerebro vespertilionis, & lacte caprino: (legendum canino) item per se cinis cum lacte, Plin. Vetonicæ farina è lacte caprino pota sanguinem ex hubere fluentem sistit. Plin. Sacer ignis morbus ouium insanabilis penè ad omnẽ tactum excandescit, sola tamen ea fomenta nõ aspernatur lactis caprini: quod infusum tantũ valet, vt blandiatur igneam sæuitiam, differens magis occidionem gregis quàm prohibens, Columella. Frigidam vstionem nostrates vocant, in vulneribus & vlceribus quibusdam periculosum symptoma, cum locus tanquam vstus nigrescere & sensum amittere incipit, & caro ipsa resolui ac decidere, ex putrilagine ni fallor, sphacelum aut gangræna dicas: huic aliqui occurrunt, filicis maioris radice in lacte caprino decocta & imposita calida: Alij anthemidis flores cum farina tritici in lacte caprino coquunt & imponunt. Lac capriuum potum pruriginẽ & morsus sanat, Aesculap. Si quid in membri alicuius articulum deciderit, vnde vel dolor vehemẽs oriatur, vel ligamenta læsa humorem remittant (quem nostri vocant *daz gliduuasser*) quod magnu tum dolore tum periculo fit, lini semen in lacte caprino decoques & impones, Author obscurus, Lacte caprino lendes tolli tradunt, Plin. Lac caprinum incoctum, sed non adulteratum aut vitiatum, rectè alopecijs infricatur, mirum est, Marcel. Contra psilothrum lac caprinum bibitur, Galen. lib. 2. de antidotis. Vt splendida fiat facies, bonum est ouillo aut caprino lacte faciem lauare, Funerius. Cancros fluuiatiles septem contritos misce sextario lactis caprini, & olei cyatho: diligenter percolatum equo ex capite dolenti per os infunde, Absyrtus: Simile paulo ante recitaui ex Plinio aduersus venena. Philistion opisthotonicis brassicæ succum ex lacte caprino cum sale & melle bibendum censet, Plin. Dextro oculo chamæleontis, si viuenti eruatur, albugines oculorum cum lacte caprino tolli, Democritus narrat, Plin. Fel tauri sanat purulentas aures, & in his rupta, cum caprino humanóue lacte instillatum, Dioscor. Purulentæ & obtunsæ auriculæ & dolurem tolles, & auditum confirmatissimum reddes, si prius eluas eam lasere cum recenti caprino aut mulieris lacte permixto, deinde instilles tepidum fel taurinum cum oleo cedrino æquis portionibus mixto, Marcel. Idẽ remedium alibi etiam describit ab initio capitis noni. Lacte caprino peruncta gingiua, faciles dentitiones faciunt, Plin. Infantibus dentientibus, Aut leporis (cerebrum) niucum bibitur cum lacte caprino, Terentius. Efficax habetur caprino lacte collui dentes, vel felle taurino, Idem. Dentes mobiles sæpius colluendi sunt lacte caprino, Sext. Caprino lacte recenti, sicut mulsum fuerit, os assiduè collutum, laborantes ex ictu dentes confirmat, Marcel. Lacte bubulo aut caprino tonsillæ & arteriæ exulceratæ leuantur: Gargarizatur tepidum, vt est expressum, aut calefactum. Caprinum vtilius, cum malua decoctum & sale exiguo, Plinius & Marcellus. Aesculapius arteriacum habet, pro eo cui læsa sit arteria: arteriacum malim, quanquam & arthriticis lac schiston caprinum datur, vt mox dicemus. Lac caprinum, vel bubulum, vel ouillum, recens mulsum dum calet, vel etiam calefactũ gargarizatum, tonsillarum dolores & tumores cito sedat, Marcellus. Pectoris doloribus decoctum in lacte caprino prodest nasturtij semen. Plin. Maximè perpurgat lac equinum, tum asininum, deinde bubulum, tum caprinum, Varro. Caprini lactis potus cum sale & melle aluum soluit, Plin. Purgatorium efficax, quod nec stomachum vexat, nec caput grauat, & bilem deducit: lactis caprini sextarium, salis ammoniaci vncias duas, mecis optimi vnciam vnam, in vnum omnia diu contrita & permixta ieiuno potui dantur: sed post potionem diu inambulare debet, vt ipsa potio melius motu corporis prosit, Marcellus. Mulieri grauidæ pituitosæ & caput dolenti, & aliâs atq; aliâs febrienti, dare oportet pharmacum quod pituitam ducit, & lac caprinum coctum cum melle miscere, Hippocrates in libro de morbis mulieb. Medici speciem vnam addidere lactis generibus, quod schiston appellauere: id fit hoc modo. Fictili nouo feruet, caprinum maximè, ramisq; ficulneis recentibus miscetur, additis totidẽ cyathis mulsi (aceti mulsi, Dioscor.) quot sint heminæ lactis. Cum feruet, ne circumfundatur præstat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus, ita ne quid fundatur. Ablatum deinde igni refrigeratione diuiditur, & discedit ferũ à lacte. Quidam & ipsum serum iam multò potentissimum, decoquunt ad tertias partes, & sub dio refrigerant. Bibitur autem efficacissimè heminis per interualla, singulis diebus, quinis (singulis vsque ad quinas, Dioscor.) melius à potu gestari. Datur comitialibus, melancholicis, paralyticis in lepris, elephantiasi, articularibus morbis. Hepaticus quidam morbus est plurimi non vissimilis, quod ad dolentes locos, &c. In hoc ægro bibat caprinum lac tertia parte mellis ammixta, Hippocrates lib. de internis affectionibus. Stomacho medentur, semina mathri factæ cum

cum lacte capellæ, Serenus. Inteſtinorum vitijs magnopere prodeſt lactis caprini potus decoctus cum malua, exiguo ſale addito & ſi coagulum addatur: maioribus emolumentis fiet, Plinius. Lac caprinum ex coagulo tepidum rabis, & dum tepet, anteq; iam penitus conſtringatur, dyſenterico bibendum dabis, cito remediabitur, Marcel. Lactis caprini ſtatim mulſi grandi potioni additur de coagulo hœdino fruſtum, quantum auellana grandis, quod digitis, medicinali & pollice ſublatum vel miſſum, ijſdem digitis contemperatur, & datur laboranti dyſenterico dum adhuc calet lac, antequam coagulo ſtringatur, per triduum. Hæc potio ieiunò dabitur contra orientē bibenda, Marcel. Lac caprinum fermens, adiecto polentæ quantum ſatis ſit, cum fuerit quaſi tenuis pulticula, dyſenterico bibendum dabis, Marcel. Lac caprinum ad dimidias partes decoctum, dyſentericis & cœliacis datur, Plin. Si torminoſi vel cœliaci propter frequentes deſurrectiones viribus deficientur, dandum erit eis ius gallinæ pinguis excoctæ cum butyro, vel lac caprinum aut ouillum tepidum per ſe, vel etiam decoctum cum butyro, Marcel. Injectio ad dyſenteriam, Amyli vncias tres in lactis caprini cōcti pro modo quantum viſum fuerit, adijcies, & ita injectionem facies, Marcellus. Alui exulceratos fluores & tenesmos, ouillum bubulúmue aut caprinum lac liſtis, ignitis calculis decoctum, Dioſcor. Poſt clyſteris vſum, ſi quidem ſtercorum multitudo in exco inteſtino ſit: ſin minus, poſt fomenta pectini inguinibuſq; admota, exhibendum eſt lac caprinum recens mulctum, hemina menſura, nequaquam minus: verum non aceruatim, ſed ſigillatim partitum. Sequenti deinde die lac ipſum ad dimidias decoquatur ablato eo quod in decoctione concretum ſuperſtat, atq; ita exhibeatur, Aetius in curatione ſimilium alibi docet quo pacto lac cum calculis fluuialibus ignitis ſiue bubulum ſiue caprinum, in biliosis aluifluxionibus & cœliacorum alibi, parare conueniat, vt in bubuli lactis mentione ſupra expoſui. Panicum ſiſtit aluum in lacte caprino decoctum, & bis die hauſtum: ſic prodeſt & ad tormina, Plin. Panis antiquus ex lacte caprino decoctus, & more forbitionis ventris fluxu laboranti bis ad diem datus, cito ſuccurret, Marcel. Satui uteris priuatim ſuccus cum lacte caprino potus, ſiſtit aluum, Plin. Caprino lacte lienes ſanantur, poſt biduī inediam tertia die edera pa-
ſtus capris, per triduum poto ſine alio cibo, Plin. Vtiliſſimum lienoſis hoc remedium eſt. Capræ lactares abſtinentur a cibo per triduum, tertia die hedera tantummodo ſaturantur, & mulgentur antequam bibant: ſi ex eo lacte ſextarios tres per triduum calidos ſtatim quomodo mulſi fuerint ieiunus lienoſus acceperit, ita vt nullos alios cibos illo triduo manducet, potenter ſanabitur, Marcellus. Qui cotidie ieiunus ſerum caprinum, ſed earum caprarum quæ hedera paſcuntur, biberit, ſplene conſumpto erit, Marcel. Lac caprinum ſemicoctum, ſi capræ tantummodo hedera paſcantur, infantibus lienoſis datur, Marcel. E caprino lacte adiecto coagulo, vt ſolet coagulum fieri, potus detur hydropicis, elabuntur, Sext. Remediū ad colicam ex lacte caprino calido in bubula veſica vetere admoto, ſupra deſcripti in Borrichie illud addam, aliquos non in veſicam lac infundere, ſed ſpongiam eo grauidam imponere, & inde per vas ligneum, quo lac minus defluat. Lac caprinum potum lumbricos necat, Aeſculap. Paſſi Cretici cyathos tres, lactis caprini itidem, ſeminis cucumeris grana triginta tria, optimè trita ſimul vna potione qui biberit, abſoluetur renium dolore, Marcel. Anatolius equis ſanguinem per vrinam excernentibus, lactis caprini cotylam cum amyli ea menſura, quæ tribus ouis par eſſet, & olei vncijs tribus, omnia mixta per cornu infundi iubet: Pelagonius lac caprinum amylum, & ouatria, & ſuccum perdicij herbæ commiſcet. Vettonicæ farinam lacte caprino pota, ſanguinem ex hubere fluentem ſiſtit, Plin. Medicamenta quædam ad Venerem inciuantia medici ex caprino lacte propinant, Marcel. Herbæ quam orchin vocant radicem alteram, quæ mollior & infecundis quibus ſemen fluit, & non potentibus, & aquoſum eſt, vnde efficit vt fœmina non concipiat: Caprinum lac cum melle potum, remedium eſt & valde optimum vt concipiat, Sext. Si ſedis muſculus promineat, & rimas pati-
tur, caprinum lac calefactum illinito, Innominatus. Is cuius oues ægrotant, ſumat lac caprinum ac eum vino miſceat, deq; illis bibendum. Incertus. Agnis febricitantibus vel ægritudine alia affectis multi lacte caprino medentur, quod per corniculum infundatur faucibus, Columella.

Caprinus caſeus recens, his qui viſcum biberint, remedio eſt, Plin. Ad reliquos (præter canis rabidi) beſtiarū morſus, caprinum caſeum ſiccum cum origano imponunt, & bibi iubent, Plin. Et alibi. Caſeum caprinum cum origano impoſitum, contra ictus ſerpentium valere tradunt. Ad cunctos autem morſus ictuſq; minorum, Caſeus aptus erit ſimæ de lacte capellæ: cumq; hoc abſumi debebit origanus herba, Serenus. Siccus ex aceto ac melle purgat vlcera, Plinius. Contra quartanam datur caſeus caprinus recens cum melle diligenter ſero expreſſo, Plin. Impoſitus caſeus caprinus omnes punctiones & dolores reprimit, Aeſculap. Mollis, id eſt recens, cum melle ſubactus impoſitusq;, & panno deſuper tectus aut linteo, fuggillationes liuoreſq; celeriter abſterget, Marcellus. Caſeus caprinus ſiccus cum porro ingni ſacro illinitur, Plin. Siccus ex melle & aceto in balneis, oleo remoto, papulis nigris illinitur, Idem. Recens coagulatus ſupra oculos poſitus dolores ſitio lenit, Marcellus. Ad feruorem vel pungitionem oculorum, capitis & pedum dolorem: Caſeus caprinus recens oculis ſuperpoſitus mire ſubuenit: Item ſimiliter modo capiti dolenti ſuperpone: Sic & pedum dolorem medicare, Sextus. Caſeo caprino molli impoſito ex aqua calida epiphoræ ſedantur: ſi tumor ſit, ex melle. verunq; vero ſero calido fouendum, Plinius. Ad veteri dolorem, caſeum caprinum & mel pari pondere in pultario fictili coque, & bis ad diem impone. ſed ante vino vetere locum qui curandus eſt, eluas, Marcel. Genitalium carbunculis caſeus caprinus tritus & impoſitus medetur, Plin. Si mulier cibos auerſans, vtero doleat, & febris ipſam ac rigor corripiat, pepli albi quintam dimidię chœnicis partem, & ſeminis vrticæ tantundem, & caſei caprini raſi dimidiam chœnicem, ſimul cum vino vetere mollito deinde cocta ſorbenda dato, Hippocrates in libro de morbis mulieb. Et paulo poſt: Si ex partu alui profluuio corripiatur, bibat vuam paſſam nigram, & punici dulcis malicorium, & internum nucleum, & coagulum hœdi, hæc vino nigro diluta, & caſeo caprino ac polenta triticea inſperſis, bibenda dato. Et alibi in eodem libro, ſi quid in vtero ſit putreuerit, item ſi ſanguis & pus exeant caſeum caprinum vel deraſum aſſatumq;, vel ſimpliciter, cū æquali parte polentæ miſcet, & in vino ieiunæ propinat.

Omnium creberrimè vtimur caprino ſtercore. Græci τραγεῖος (fœm. genere) propriè nominant, digerentis & acris facultatis: adeo vt & induratis ſcirrhorum in modum tumoribus congruat, non tantum lienis, ſed etiam aliarum partium. Vſtum tenuioris eſſentiæ quidem, verum haud manifeſtò redditur acrius: quamobrem ſanè ad alopecias congruit, & omnia adeò quæ extergentia medicamenta deſyderant, vt lepras, pſoras, lichenas, & id genus alia. Miſcetur & digerentibus cataplaſmatis, qualia ſunt quæ accommodantur ad parotidas & bubonas diuturniores. Eſt enim vis eius tum vſti tum non vſti, abſterſoria, & digerens nec eam paruā habet digerendi potentiam. Verum pro paſtu vario nonnihil habuerit differentię: non tamen tantum, quantum ſtercus humanum. Ne-

uicus

habeant, pilo crebro, niſi ſi glabræ ſunt, duo enim genera earum: ſub roſtro duas vt mamillas penſiles habeant, quod hæ fœcundiores ſunt: vbere ſit grandiore, vt & lac multum, & pingue habeant pro portione. Capella, inquit Columella, præcipuè probatur ſimillima hirco (cuius formam laudabilem infra deſcribam) ſi ertam eſt vberis maximi, & lactis abundantiſſimi. Capram amplam quàm paruam potius eligunt, Varro. Caprarum generoſitatis inſigne laciniæ (mamillæ, Varro vt iam poſui: vel verrucolæ, vt in Hirco dicetur: Noncolæ, papillæ quæ ex faucibus capræ dependent, Feſt.) corporibus è ceruice binæ dependentes, Plinius. Capræ colorem mutant, vt ſcribit Ariſtoteles Sect. 10. problemate 7. Capræ interdum variæ generantur, Idem. Capræ ſanguinem non coagulari, in Plinio alicubi male legitur pro capreæ. Longa & acuta ſunt cornua capris & hircis frons robuſta, Albertus. Non omnibus capris cornua, ſed quibus ſunt, in his & indicia annorum per incrementa nodorum, Plinius. Mutilis lactis maior vbertas, Plinius. Cornigeræ & biſulcæ ſunt, Ariſtoteles. Capræ oculi in tenebris ſplendent, lucemque iaculantur, Plinius. Conditos (quibus opponuntur prominentes) in homine oculos, clariſſimè cernere putant ſicut incolore caprinos, Idem. Hominum quibuſdã oculi caprini ſunt, Ariſtoteles. Oculos aliquando habet capra colore diſſimiles, Author obſcur. Capræ ſuperiores dentes non ſunt, præter primores geminos, Plinius. Capris pauciores ſunt dentes quàm hircis Ariſtotel. & Plinius. Spirillum vocari barbam capræ, ait Opillus Aurelius, Feſtus. Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant. Hoc ſi quis apprehenſam ex grege vnam trahat, cæteræ ſtupentes ſpectant. Id etiam euenire (aiunt) cum quandam herbam (eryngium, vt cap. 3. dicam) aliqua ex eis momorderit, Plinius. In capris aruncum Ariſtoteles eryngum appellauit, Cælius. Binas in fœminibus mammas habent, nec alibi, ſicut & oues, Plinius. Cauſam eius ter reddit Ariſtoteles vt in Vacca expoſui. Pili craſſi prodeunt hircis, fœminis tenuiores. Boues & capræ & quæcunque id genus cornigera ſunt, ob ſiccitatem adipem plurimum generant, Galen. de facultat. aliment. Cerui & capræ, &c. fel non habent, Plinius. Capreæ potius legerim. Nam Græce legitur ἔλαφοι apud Ariſtotelem. Apud Plin. & alius locus eſt. ceruorum & caprarum ſanguinem non ſpiſſari, ſimiliter ex Ariſtotele translatus: vbi iterum ἔλαφος legitur Græce: vnde apparet Plinium ἔλαφον vertiſſe capream, librarios autem corrupiſſe. Hoc Gaza etiam vel non animaduerrit, vel non probauit: ἔλαφος enim ex Ariſtotele damam transfert, non de Plinij credo dama, ſed de vulgari intelligens, quæ proculdubio caprearum generis eſt. Ouium & caprarum pars maxima habet fel: & quidem terris quibuſdam adeò largè vt exuperantia prodigij loco habeatur, vt in Naxo: ſed alijs quibuſdam locis omnino caret, vt apud Chalcidem Euboicam parte quadam agri, Ariſtot. Plures habet ventres capra, quoniam ruminat, Ariſtot. Lienem biſulca inter cornigera habent rotundum, vt capta, ouis, Ariſt.

C.

Capras ſpirare per aures falſo credidit Alcmæon, Ariſtot. & Plinius, apud quem non Alcmæon ſed Archelaus, legitur, vt apud Varronem quoque. Hoc idem (inquit Varro) paſtores curioſiores aliquot dicunt. Paſtores capras aurib. & naribus reſpirare teſtantur, Aelianus. Philes ſignum addit, quoniam naſo obſtructo, nihil eſſe undantur. Huc facit quod Oppianus de ægaris, id eſt capris ſylueſtribus ſcribit, meatum quendam à medio inter cornua loco ad pulmones peruenire, cui cera infuſa ſuffocentur. Tradunt capras noctu non minus cernere quàm interdiu: ideo ſi caprinum lecur veſcantur, reſtituit veſpertinam aciem his quos nyctalopas vocant, Plin. Et alibi. Quoniam capræ noctu æquè quoq; cernant, ſanguine hircino ſanari luſciioſos putãt, nyctalopas à Græcis dictos. Senſu (audiendi v. Gellius addit. Græce ſimpliciter legitur eſſe animal αἰσθητικώτατον τῶν ἰχνῶν) ex omnibus vngula bipartita prædituſ animalibus acerrimo eas eſſe putant. Aelian. Hominem acuti auditus ſignificare volentes Ægyptij, capram pingunt: hæc enim & auribus & quadam parte gutturis audit, Horus Somniat etiam hoc animal, Ariſtot. & Plin.

Capræ ruminant: carent enim ſuperiore dentium ordine, Ariſtot. paſcuntur vero ſyluas, & ſumma Lycæi, Horrenteiſque tubos, & amantes ardua dumos, Vergil. in Georg. Gaudent locis montanis, Florentin. Capræ in montoſis potius locis & fruticibus quàm herbidis campis paſcuntur, Varro. Aluntur herbis, & arborum ramuſculis quos ore poſſunt attingere in montibus & conuallibus, Obſcurus. In paſcendo loca crebro permutant, ſummáque tantum contingunt Ariſtot. Nec multo aliter tuendum hoc pecus in paſtu, atque ouillum: quod tamen habet ſua propria quædam, quod potius ſylueſtribus ſaltibus delectantur quàm pratis. Studioſe enim de agreſtibus fruticibus paſcuntur, atque in locis cultis virgulta carpunt, itaque à carpendo capræ nominatæ: ob hoc in lege locationes fundi excipi ſolet, ne colonus capra natum in fundo paſcat. Harum enim dentes inimici ſationis, Varro. Vrentes cultra capellas, Vergil. Morſus earum arbori exitialis. Oliuam lambendo quoque ſterilem faciunt, eaque ex cauſa Mineruæ non immolantur, Plin. Et alibi, Oleam ſi lambendo capra lingua contigerit, depauperitque primo germinatu, ſterileſcere author eſt M. Varro. Capras in occaſum decliui ſole, in paſcuis negant conueri inter ſeſe, ſed auerſas iacere: reliquis autem horis aduerſas, & inter cognitiores (lege cognatiores.) Plin. Hæc Plinij verba malè intellexit Albertus ita ſcribens, In die cum paſcuntur dicuntur reſpicere ea, quæ è regione ſunt oppoſita: in ſero autem reſpiciunt ea quæ iuxta ſunt poſita. Cubant oues capræque vniuerſæ per cognationem. Cum primum ſol conuerſus deſtiterit, capras non aduerſis præterea inter ſe oculis, ſed auerſis cubare accepimus, Ariſtoteles. Cubant difficilius oues quàm capræ, magis enim capræ quieſcunt, acceduntq; ad hominem familiarius: ſed ſunt frigoris impatientiores quàm oues, Ariſtoteles. Atque ipſæ memores redeunt in tecta, ſuosq; Ducunt: & grauido ſuperant vix vbere limen, Verg. Capræ & oues pingueſcunt cum gerunt partum eduntq; amplius, vt & cæteræ quadrupeces. Ariſtot. Cum Scolymus, pinguiſſimæ capræ ſunt Heliodus id eſt, incipiente vere, Proclus.

Eupolis elegans veteris comœdiæ poëta, in fabula quæ inſcribitur Aeges, inducit capras de cibi ſui copia in hęc ſe verba iactantes: Βασκήμεθ' ὕλης ὄντες παντοδαπῆς, ἐλάτης, πίτυος, κυπαρίσσου ἀπολαύειν δοκοῦμεν· Καὶ σπεύδεταί μοι τὰ ἄκρα, οἷον κυπάρι τι, κἀδὲ Φάσκον εὐώδη, καὶ σμίλακα πλὴν κἀλυφοῦντος. Κέπφον, ἀρίον, μελίαν, σταφῖν, δρυμικτέαν, ἀνδράχλην, (al. ἐρίαν forte ἐρεικὴν ſcribẽdum pro ἐρίαν:) Πρέμνιλλον, ῥάμνον, Φλόμον Φλόμου potius, id eſt verba ſcum) ἀσφόδελον, κόνυζαν, ἴτεαν, ἴτυν, ἴτυος. Vt detúrne vobis ciborum iſta ſimplicitas, vbi tot enumerantur vel arbuſta vel frutices, non minus succo diuerſa quàm nomine? Hæc Euſtathius apud Macrobium contra Diſarium, qui pecudes vti ſimplici cibo, & ideo expugnari difficilius earum quàm hominum ſanitatem dixerat. Phaſeon

Theophra-

Theophraſtus vocat, quem alij ſphagnon, ſplanchnon, & bryon, penem (al. per n. duplex) in cerro, id eſt, muſcum è ramis eius & cortice dependentem, odoratum, cubitali magnitudine. Πρόμαλ@-, vt Heſychius & Varrinus exponunt, myricam aut agnum, id eſt viticem ſignificat. Reliqua in Eupolidis verſibus ſatis nota ſunt. Iubeo frondentia capris Arbuta ſufficere, Vergilius. Arpibutus, Græcis χάμαι@-, arbuſtum eſt quo Germania careret: frequens vidi in Galliæ Narbonenſis nemoribus fructu omnium tardiſſimo, tam ſimili fragis, vt niſi maior eſſet, & luteo intus colore, non diſcerneres. Caprinum pecus dumeta potius, quàm campeſtrem ſitum deſiderat: aſperisque etiam locis ac ſylueſtribus optimè paſcitur. Nam nec rubos auerſatur, nec vepribus offenditur, & arbuſculis fruticisque maximè gaudet. Ea ſunt arbutus, atque alaternus, cytiſusque agreſtis. Nec minus ilignei quernei q; frutices, qui in altitudinè non proſiliunt, Columella. Alaternum qui nouerit nullius adhuc ſcripta legi. Fructum arborum ſolæ nullum ferunt, hoc eſt ne ſemen quidem, tamarix icopis tantum naſcens, populus, alnus, vimus attinea, alaternus, cui folia inter ilicem & oliuam, Plinius 16. 26. Naſcitur apud nos frutex, rariſſimus alibi, iuxta fluuii Silaripam, Perſici arboris ſapore foliorum ferè, fructu & ſemine nullo quod obſeruauerim: quem fruticem Perſicum appellare licebit donec aliud nomen reperiamus, nam alaternum eſſe nondum affirmauerim, quòd folia latiuſcula videantur. Gramen aculeatum aliqui è vulgo capriolam vocant, quod capris grato ſit pabulo, Ruellius. Gramen etiam apud Græcos ægicon cognominari inuenio. Capræ aſaro delectantur, & vbi naſcitur carpunt ac perdunt.

Cytiſum in agro eſſe quam plurimum refert, quòd & capris & omnium generi pecudum vtiliſſimus eſt, Col. Sed de cytiſo in Boue copioſiſſimè egi. Vbi etiam reprehendi illorum opinionem qui loti ſiue trifolij pratenſis genus maius, durius, & acutioribus folijs, cytiſum eſſe putant, eò quod loto ſimile folijs, & capris gratum ſit, vnde noſtri *geiſsklee* appellant, alij *ſpitzklee*, ab acutis folijs. Nicò meretrix, vt Athenæus ſcribit, Capra cognominabatur, eò quod Thallum nomine diuitem cauponē conſumpſiſſet, id eſt, ad paupertatem redegiſſet: thallos enim Græci oleæ ramos appellant, quos auide petunt capræ Α'αἶξ τὸν κύπειρον, ἡ λύκ@- τὸν αἶγα διώκει Α' γέρασ@- τὸ μέτρον, ἐγὼ δ' ὅτι πλὼ μαμαίνομαι, Theocritus, Idyl. 10. Periclymenon frutex eſt apud Græcos, qui nunc caprifolium & materſylua dicitur vulgò: quanquam Dioſcoridis matrem ſyluam pro hedera capit, cui periclymenon ſimile eſt, Hermolaus in Corollario. Clymeno & periclymeno multa eadem tum in viribus, tum deſcriptione Theophraſtus & Dioſcorides adſcribunt, vt Hermolaus itidem monuit: doctiores diſcernant. Periclymeno æginæ etiam nomenclatura à capris facta apud Dioſcoridem tribuitur: certum eſt id, eſſe quod noſtrates vocant *geißencruſt*, *vnnützgeiß*, *zeunling*, *ſpeckgeiß*, *geiſsblat*. Scribonius, & qui eum in ſua tranſcripſit Marcellus Empiricus, periclymenon ſyluæ matrem interpretantur. Edera dicitur, quod libenter à capris edatur: vt barba hircina etiam, & roſa canina, ab hircis appetuntur, Syluaticus. Lada appellatur herba, ex qua ladanum fit in Cypro, barbis caprarum adhærescens, Plinius. Arabia ladano gloriatur: forte caſuque hoc, & iniuria fieri odoris plures tradidere. Capras maleficum aliàs frondibus animal, odoratorum verò fruticum experentius, tanquam intelligant pretia carpere germinum caules prædulci liquore turgentes, diſtillantemque ab his (caſus mixtura) ſuccum improbo barbarum villo abſtergere. Hunc glomerari puluere, incoqui ſole. Et ideo in ladano caprarum piloſe eſſe. Sed hoc non alibi fieri quàm in Nabatæis, qui ſunt ex Arabia contermini Syriæ. Recentiores ex autoribus ſtrobon hoc vocant: traduntque ſyluas Arabum, paſtu caprarum infringi, atque ita ſuccum villis inhærescere, verum autem ladanum Cypri inſulæ eſſe. Similiter hoc & ibi fieri tradunt, & eſſe œſypum hircorum barbis genibusque villoſis inhærens, ſed ederæ flore deroſo, paſtibus matutinis, cum eſt rorulenta Cypros: Deinde nebula ſole diſcuſſa, puluerem madentibus villis adhærescere, atque ita ladanum depecti, Plinius. Errat autem quod ederæ flore deroſo à capris ladanum fieri ſcribit. Græci ederam ciſſon appellant, ciſton vero (vel ciſthon potius cum aſpiratione) fruticem odoratum, cuius alterum genus ladon vel ledon dictum, illud eſt ex quo fit ladanum, nec quicquam cum edera commune habet: qua de re plura leguntur apud Marcellum Vergilium in commentarijs in Dioſcoridem. Impingo capras, homines occido cicuta, Obſcurus. Cicuta hominibus venenum, capellas efficit pingues, Iſidorus. Capris & capellis (αἰγὶ καὶ χιμαίρᾳ) fabæ largius datæ copiam efficiunt lactis, Ariſtot. de hiſt. anim. 3. 21.

Herbam pentadactylon, dictam (id eſt quinque folium) priuſquam bibant quinque dierum ſpacio illis vorandam dato, ſic plurimum lactis habebunt: In eundem vſum ventribus earum dictamnus alligatur, Geoponica Græca. Græcè legitur, ἐὰν δίκταμον φέρῃ τὰς αἰτῶν μαστίδας φελάψῃ. Paulò poſt tamen de lacte in omni pecore augendo ex Africano ſic ſcribitur, Omnia pecora reddent lac copioſum, fimulque fœtum enutrient, ſi cytiſum ederint, ἢ γάλα ἐν ταῖς μαστίδαις αὐτῶν φελάψῃς, id eſt, aut ſi ventris illis ipſum lac applicueris, vt Andreas à Lacuna vertit: nam Cornarius hìc etiam pro γάλα reddit dictamnum. Capræ in Creta ictæ ſagitta, quærunt naſcentem illic dictamnum, &c. Ariſtoteles in Mirabilib. intellige feras capras, vt copioſius in illarum hiſtoria dicetur. Serapion in libro de Simplicibus citat Galenum ſcribentem ſe vidiſſe capras linguentes (paſcentes) tamaricis frontes, quæ poſtea ſine ſplene inuentæ ſint: Item alias lingentes ſerpentes excoriatos, eaſque poſtea minus ſeneſcere & albeſcere, aliàs & poſt albeſcentes minus ſeneſcere. Albert. & alij quidam barbari. Ego hunc locum neque apud Serapionem, neque apud Galenum reperio. Si capræ ex vaſis tamaricis biberint aut ederint, non habebunt ſplenem, Conſtantin. Meliorīs notæ authores de ſuibus hoc ſcribunt, minui eorum lienes alueis ex tamarice factis. Si ex caprarum (vel ouium) grege quæpiam eryngium herbam ore ſumpſerit, Plutarch. eam dicit primum, ac deinceps reliquum caprarum gregem tandiu à progrediendo ſuſtinere, quo ad de eius ore herbam paſtor detraxerit, Aelianus. Si quis apprehenſam atunco ex grege vnam trahat, cæteræ ſtupentes ſpectant: Idem euenire aiunt cum quandam herbam (eryngium intelligo) aliqua ex eis momorderit, Ariſtotel. libro 9. cap. 3. hiſtoriæ. Græce legitur τῶν δ' αἰγῶν ἐταί τις μιᾶς λάβηται τῷ ἄγκει τοῦ κρύγγυ (ἔστι δ' εἶδος θρίξ) αἱ ἄλλαι ἑστᾶσι ὥσπερ μεμορμέναι, βλέπουσαι εἰς ἐκείνην, pro κρύγγυ quidem facilis lapſus fuit ad ἠρύγγυ: quin & Latina vox arunci à Græco ſine κρύγγ@- ſive ἤρυγγ@- deducta videtur. Vide Marcelli Vergilij commentarium in eryngium, Dioſcoridis. Huic pecudi nocet æſtus, ſed magis frigus, & præcipuè fœtæ, quæ gelicidio hyemis conceptum fecit. Nec ea tamen ſola creant abortus, ſed etiam glans cum citra ſatietatem data eſt. Itaque niſi poteſt aſſatim præberi non eſt gregi permittenda, Columella. Quibus in locis pecora ſcammoniam, veratrum, clematidem, aut Mercurialem paſcuntur, lac omne ventrem & ſtomachum ſubuerrit: quale in luſtinis montib. eſſe à nobis proditum eſt. Siquidem capræ, quibus candidum veratrum pabulo fuerit, primo foliorum partu, enomunt: & eorum lac hauſtum nauſeam creat, & ſtomachum in vomitiones effundit, Dioſcorid. Alibi etiam in veratri

mentione

mentione idem de captis ſcribit. Laſer multis iam annis in Cyrenaica prouincia non inuenitur: quoniam publicani qui pa cua conducunt, maius ita lucrum ſentientes, depopulantur pecorum pabulo. Si quando incidit pecus in ſpem naſcentis, hoc deprehenditur ſigno: oue cum comederit dormiente protinus, capra ſternutante, Plin. Poſtea quam capra proxima eſt vt iuguletur, non amplius cibum attingit, Ælian.

Herba eſt ab exitio, præcipuè captarum, appellata ægolethros, &c. Plin. de hac abunde diſſerui in Boue. Sabina capris & ouibus venenum eſt, Plin. libro 16. Rhododendron in iumentis, capriſque, & ouibus, venenum eſt: idem homini contra ſerpentium venena remedio, Plin. Et alibi, Pecus & capræ ſi aquam biberint, in qua folia rhododendri maduerint: moti dicũtur. Euonymus arbor dicta, naſcitur cum alibi, tum in Lesbo inſula, monte Orcynio, cui nomen Ordyno: magnitudine mali punicæ, atque folio eiuſdem, maiori quàm vinca peruinca (chamædaphne:) & molli, vt punica. Germinare menſe Septembri (Poſideône) incipit, flores in vere, flos coloris albæ violæ ſimilis: odore infeſtus, velut cruorem inferens (ὄζει δὲ δεινὸν, ὥσπερ φόνου.) fructus cum putamine ſiliquæ ſeſama proximus, intus ſolidus, præterquam quod in verſus diuiditur quaternos: hic pecus (oues) enecat guſtatus: quinetiam folium idem facit: & potiſſimò capras, niſi purgentur, interimit. Purgantur autem anocho (elleborum nigrum intelligo: Hippocrates ecbomon vocat, apud Plinium entomon legitur,) Hæc Theophraſtus in fine libri 3. de hiſt. plant. nec alibi. Tranſtulit hæc Plin. libro 15. cap. 22. cætera ferè ſimiliter, ſed pro chamædaphne lautum reddidit: ἄνηχον cum quid eſſet non intelligeret, ſimpliciter vertit, Succurrit aliquando præceps alui inanitio. καρπὸν δὲ φέρει τετράγωνον (ſic enim lego) πλὴν διηκριβωκασι κατὰ πτερυγισμόν, ἔχον (malim τοῦτο) ἡ ἐσθὶς μέσον τὸ σπέρμα, δύσπεπτον, καὶ τὸ φύλλον, καὶ ὀκαρὲς: pro quibus verbis Plinius habet, Intus granum quadrangula figura, ſpiſſum, letale animantibus: nec non & in folio eadem vis: nulla ouium aut captarum mentione. Hanc arbuſculam eſſe ſuſpicor illam quæ vulgò apud barbaros, item Gallos & Italos, fuſaria vel fuſanus appellatur ab vſu fuſorum propter materiæ ſoliditatem à nonnullis Gallicè ſcrota ſacerdotum, à figura fructus: Germanice *ſchlimpfinſchlegele, eyerbretſchalen, ſpindelbaum, hanbœle.* Eſt apud nos (inquit Ruellius) montibus, & vinis interdum ſepibus naſcens arbor, punicæ mali proceritate, folio maiore, ſatis ad laureum accedente: flore luteo, albæ violæ non diſſimili: ſiliquis quadrangulis, per maturitatem purpureis: grano intus ſolido, crocata membrana clauſo. Arbuſcula grauiter, cum delibratur, olet. Hanc neque pecus, neque capra nouellorum germinum etiam auida prorſus attingit, ligno intus buxeo, quam ad fuſos neru mulieb ri celebres vſurpant. Culinæ transfigendis lardo carnibus pro veruculo frequenter vtuntur. Sed an ſit euonymos, etſi multæ deliniationes faueant, non auſim affirmare. Fuſanus (inquit Creſcentienſis) eſt arbor parua quæ in ſepibus oritur, ex cuius ligno fiunt fuſi optimi, & alia hoc genus. Hieronymus Tragus Tomo 3. Germanice ſuæ plantarum hiſtoriæ, fuſariam nulla ratione euonymon eſſe negans, carpinum facit, quod vnico argumento confirmat, quoniam ex dura eius materie vaſorum vel inſtrumentorum genera fiat, cùm fuſaria noſtra multò minor ſit quàm vt vaſa aut inſtrumenta ex ea fieri poſſint. Veterum alteri carpinum ſub acere comprehendunt, alij genus diuerſum faciunt. Sunt qui in montibus enatam carpinum, in campeſtribus Gallicam vocent. Carpino materies eſt flaua criſpáque Theophraſtus: Aceris genus tertium zygiam appellant, quod ex ea materia iumentis iuga comparant, rubentem, fiſſili ligno, cortice liuido & ſcabro. Hinc ſatis conſtare poteſt fuſariam nequaquam eſſe carpinum aut zygiam. Ab opulus etiam arbuſto Gallico faciendo idonea arbor; corno ſimilis, vlmi proceritate adoleſcens, frondibus ferè vitigineis, baccis racematim dependentibus à maturitate puniceis, &c. aceris, vel Gallicæ, vel zygiæ genus ſit (quoniam Græcum nomen aliud ei hactenus non inueni) doctis conſyderandum relinquo. Opulus (inquit Creſcentienſis) arbor eſt ſatis magna, ligno pulchro & candidiſſimo, ex quo fiunt optima iuga boum, inciſoriæ paſſides (forte patopſides) & aſſides (aſteres forte) pro delicatis operibus. Redeo ad capras. Ægyptij hominẽ oues & capras perdentem ſignificaturi, animalia ipſa pingunt conyzam paſcentia: hæc enim conyzam edentia moriuntur, ſitl enecta, Horus. Ocymum Chryſippus dicit inſaniam facere. & lethargos, & lecuoris vitia: ideoq; capras id aſpernari: hominibus quoq; fugiendum cenſet, &c. (idem in Geoponicis Græcis legimus.) Secuta ætas acriter defendit: nam id eſſe capras, &c. Plin. Capræ ſaliuam humanam perniciоſam eſſe noſcunt (vt quæ marinas etiam ſcolopendras interficiat) itaque vitant: nec vnquam eas latet, Aelian. Capra multis herbis venenatis & ſerpentibus vtitur, & proficit ex eis, Albert. At Plinius de capreis, non capris ſcribit, quòd venenis pingueſcant. Hauſto melle capræ valde debilitantur, & mori periclitantur, Albert.

Capella per æſtatem bis ad aquam duci debet. Columella. Capræ cum mouentur poſt meridiem plus aquæ potabunt, Albert. Iubeo frondentia capris Arbuta ſuſſicere, & fluuios præbere recentes, Vergilius.

Capris in Aethopia vita eſt vſque ad annos vndecim, in orbe reliquo plurimum octo, Plinius. Vita capris ad octonos complurimum annos, Ariſtot. Idem non capras, ſed oues Aethiopicas ad duodecim vel tredecim annos viuere ſcribit.

Capræ coire incipiunt ſeptimo menſe, & ad Iduum initium. Mutilum in vtroque ſexu vtilius. Primus in die coitus non implet, ſequens efficacior, ac deinde concipiunt Nouembri menſe, vt Martio pariant turgeſcentibus virgultis, aliquando anniculæ, ſemper bimæ in trimatu inutiles: pariunt octonis annis. Abortus frigori obnoxius Plin. Tempus admiſſuræ per autumnum ferè ante menſem Decembrem præcipimus, vt propinquante vere gemmantibus frutetis, cum primum ſyluæ noua germinant fronde, partus ædatur, Columella. Oues & capræ anniculæ, coëant, atque vtrum ferunt: ſed capræ potiùs: mares quoque in ijs ipſis generibus eodem illo tempore ineunt: ſed proles differt, quatenus præſtantior eſt, quam ſenescentes mares & fœminæ procreauerint, Ariſtot. Oues & capræ terno aut quaterno coitu implentur: & ſi à coitu imber acceſſit, abortum infert: pariunt maxima ex parte ſingulos, ſed aliquando & binos, & ternos, & quaternos: ferunt quinque menſibus tum oues tum capræ. Vnde fit vt locis nonnullis, quibus cæli clementia, & pabuli copia eſt, bis pariant, Ariſtot. Vltra octo annos non ſunt mares ſeruandi: quia genus hoc languore ſterileſcit & ætate, Pallad. lib. 8. Capra oui ſimilis eſt multis nominibus. Initur quippe iisdem temporibus. Quinque menſibus ingraueſcit fœtu, perinde vt oues. Geminos etiam parit vt plurimum, Florentin. Commodiſſimum tempus eſt vt hæc animalia coëant, quod hybernum ſolſtitium præcedit, Idem. De maribus & fœminis idem ferè diſcrimen, vt alij ad denas capras ſingulos patent hircos, vt ego: alij etiam ad quindecim, vt Menas: nonnulli etiam, vt Mutus, ad viginti, Varro. Capris propriæ ſunt voces ad Venereum coitum, Ariſtoteles. Anima capri is quàm ouibus ardentior, chalidieresq; ad cubitus, Plin. Capra tota vita coit: & gemellos parit, tũ pabuli beneficio, tum ſi pater aut mater vim eã geminandi per naturam obtinuerit, Ariſtot. Anniculæ vel bimæ capellæ (nam vtraq; ætas partũ ædit) ſubmitti hœdum non oportet.

oportet, neque enim educ re, niſi trima debet: Sed annicula confeſtim depellenda ſoboles (quod teneriores matres generant tranſigendum eſt,) b. mæ tandiu admittenda, dum poſſit eſſe vendibilis. Nec vltra octo annos matres (matrices) ſeruandæ ſunt, quod aſſiduo partu fatigatæ ſterile exiſtant, Columella & Palladius. Capra ventrem fert quinque menſibus, Varro. De femine dicam eadem, quæ Atticus in ouibus: hoc aliter ouium ſemen tardius eſſe, quo hæ ſint placidiores. Contra Caprile mobilius eſſe: De quarum velocitate in Originum libro Cato ſcribit hæc, In Sora & Pſcelio capræ ferę ſunt, quæ ſaliunt à ſaxo pedes plus ſexagenos. Oues enim quas paſcimus, ortæ ſunt ab ouibus feris: ſic capræ, quas alimus à capris feris ſunt ortæ, Varro. Quod ad fœturam pertinet deſinente autumno exigunt à grege è campis hircus in caprilia. Item vt in aſtetibus dictum, quæ concipit, poſt quartum menſem reddit tempore verno, Varro. Capræ pariunt & quaternos, ſed tardò admodum. Ferunt quinque menſibus vt oues. Pinguedine ſterilieſcunt. Trimæ minus vtiliter generant, & lenecta, nec vltra quadriennium, Plinius. Parit autem, ſi eſt generoſa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. Peſſima eſt fœtura cum matres binæ, ternos hœdos efficiunt, Columella. Capræ & oues (vt & reliqua fœcundiora & multipara animalia) partus interdum monſtroſos ædunt, Ariſtot. Idem Problem. 60. ſectionis decimæ, cauſam inquirit cur capræ & aliæ paruæ quadrupedes, monſtra pariant frequentius quã maiores: Capræ craſſiorem reddunt vtinam, quàm ſui ſexus mares, Ariſtot. Capris & ouibus cur plurimum lit lactis proportione ſui corporis, Ariſtoteles quærit problemate 6. ſectionis 10. De menſtruo capraru fluxu, vide in Ouibus.

Ouibus quidem robuſtiores ſunt capræ: ſed oues melius valent, Ariſtot. De emptione aliter atque de ouibus dico, quod capras ſanas ſanus nemo promittit: nunquam enim ſine febri ſunt. Itaque ſtipulantur pauci exceptis verbis, ac Manilius ſcriptum reliquit, ſic: Illas capras hodie rectè eſſe & bibere poſſe, habereque rectè licere, hæc ſpondes ne? Varro, Quid dicam de earum ſanitate? quia nunquam ſunt ſanæ: nihil tamen illud vnum, quod quædam remedia ſcripta oportet habere magiſtros pecoris, quibus vtantur ad morbos quoſdam earum, ac vulneratarum corpus, quod vſu ſæpe venit his, quod inter ſe cornibus pugnant, atque in ſpiroſis locis paſcuntur, Varro. Græcis ſacrificaturis moris erat, capras frigida aqua explorare: nam ſiguſtare abnuiſſent, concipiebant inde haud valere ſatis, Cælius. Alyſſon ſi circa ſtabula plantetur, gregibus & ouium & capraru ſalubrem eſſe perhibent, Plutarch. libro 3. Sympoſ. De alyſſo copioſe docui ſupra, inter medicamenta ſimplicia contra corpus ſument ab ijs quos rabidus canis momordit. Capras nunquam febri carere Archelaus auctior eſt, ideóque fortaſſis, quod anima his quàm ouibus ardentior, calidioreſque concubitus, Plinius. Capra natura ſua frigoris impatiens animal eſt, vtpote nunquam non naturaliter febriens: quòd ſi quando febris eam reliquerit, mox perit, Florentin. Capræ & aliæ quædam beſtiæ, cum impendentem peſtem, tum veroterræ motum, & cœli ſalubritatem, & frugum fertilitatem præſentiunt, Aelian. Nec capræ nec oues peſtæ infitentur, ſi exciconiæ ventriculo, aqua intrito, ſingulis cochleare vnum infuderis. Quintilij. Alia genera pecorum cum peſtilentia vexantur, prius morbo & languoribus macreſcunt: ſolæ capellæ, quamuis opimæ atq; hilares, ſubito concidunt, velut aliqua ruina gregatim proſternantur. Id accidere maxime ſolet vbertate pabuli. Quamobrem ſtatim cum vnam, vel alteram peſtis perculit, omnibus fauces detrahendas. Nec tota die paſcendæ, ſed mediis quatuor horis intra ſepta claudendæ. Sin alius languor infeſtat, pabulo medicantur arundinis, & albæ ſpinæ radicib. quas cum ferreis pilis diligenter contuderimus, admiſcemus aquam pluuialem, ſolamque potandam pecori præbemus. Quod ſi ea res ægritudinem non depellit, vendenda ſunt pecora: vel ſi neq; id conſtigere poteſt, ferro necanda, ſaliendáque. Mox interpoſito ſpatio conuenient alium gregem reparare: Nec tamen ante quam peſtilens tempus anni, ſiue id fuit hyemis, vertatur æſtate: ſiue autumni, vere muterur, Columella. Oues & capræ rediuos habent, pediculis vacant, Ariſtot. In ouib. & in captis riciui ſolum gignuntur, pediculi & pulices nulli: Plin. Melampodis fama diuinationis artibus nota eſt. Ab hoc appellatur vnum ellebori genus Melampodion. Aliqui paſtorem eodem nomine inueniſſe tradunt, capras purgari paſto illo animaduertentem, datoque lacte earum ſanaſſe Prœtidas furentes, Plin. Plutarchus (in quæſtionibus rerum Roman.) capram præter cætera animalia comitiali tentari morbo refert: propterea quæ (vel propter fœtorem, vel libidinem: veteres ſacerdotes ea vehementer vt morbida, abſtinuiſſe: quoniam guſtantibus aut tagenticus modo aliquid morbi eius affricetur: καὶ προσαπτομένοις τοῦ φαγόντος ἢ θίγοντος, ὥσπερ ἐπιμικτικὸν τι παθήματος.) Cuius cauſam afferunt, porotum ſiue meatuum anguſtiam, quibus obſeptis, ſæpiſſime inclaudatur ſpiritus, quod arguat vocis tenuitas. Nam qui eo affectionis genere tentantur, ſimilem capellæ vocem ædunt, Cæl. 6. 9. In morbo comitiali cerebrum nimis humidum eſt. Cognouerit autem hoc ipſum quis maximè ex ouibus, & præſertim capris: hæ enim frequentiſſimè corripiuntur: quod ſi caput ipſarum diſſecueris reperias cerebrum humidum & ſudore refertum ac malè olens, Hippocrates in libro de morbo ſacro. Podagra morbus αἰπόλιον καὶ προβάτων, Athenæus. Oculos ſuffuſos capra, iunci puncto ſanguine exonerat: caper tubi, Plin. Caliginem oculorum caprinum pecus probe curare ſcit: Cum enim conturbatum oculum, & non probe affectum ad videndum ſentit, cum ad rubi ſpinam & admouet, & referandum permittit: hæc vt pupugit, pituita ſtatim euocatur, & nulla pupillæ laſione facta, videndi vſum recuperat. Hinc etiam homines hoc curationis genus (ὑποβλητικὸν medici in ſuffuſione vocant, eam quæ acu fit punctura) didiciſſe exiſtimantur, Aelian. Capras negant lippire, quòniam ex quaſdam herbas edant: item dorcades. Et ob id ſimum earum cera circundatum noua luna deuorare iubent, Plin. Capris quas oues capri mulgi dictæ mulcere, cæcitas oboritur, Plin. Si capra diſtendatur aqua cutis, quod vitium Græci vocant hydropa, ſubarmo pell s leuiter inciſa perniciofum tranſmittet humorem, tum factum vulnus picc liquida curetur, Colum. Seſelis Maſſilienſis ſemen capris, quadrupedibusq; aliis bibendum datur vt partus faciles reddat, Dioſcorid. Cum effœtæ loca genitalia tumebunt, aut fecundæ non reſponderint, defrui ſextarius: vel cum id defuerit, boni vini tantundem faucibus infundatur, & naturalia cerato liquido repleantur, Columel. Idem cum de peſte dixiſſet, quæ totos greges infeſtat, ſubdit: Cum vero ſingulæ domo laborabunt, eadem remedia, quæ etiam ouibus adhibebimus. Et rurſus: Sed ne nunc ſingula perſequar, ſicut in ouillo pecore dictum eſt, caprino medebimur.

D.

Quorum vox acuta eſt & clamoſa, μάγγανα, id eſt ſtupidi ſunt, propter ſimilem capraru vocem, Ariſtoteles. Item quorum oculi ſunt σίμοι, & eodem colore quo caprini, Ariſtotel. Quod ſi pro σίμοι legas αἰγώπιδ' nam

ægopos

ægopos oculos, inquit Cælius, sub glaucos aliqui intelligunt & caprinos. Et Aristoteles ipse libro quinto de generat. anim. cap. 1. Oculi (inquit) quorundam animalium ruffi toto genere sunt, aut cæsij, nonnullorum caprini, vt caprarij generis: sic enim Gaza reddit hæc Græca. Τῶν δ' ἀιγῶν ὅλον τὸ γένος, ἢ γλαυκὸν, ἔνια δ' αἰγωπὰ καθάπερ τὸ τῶν αἰγῶν αὐτὸ πλῆθος. Nec moueor quod Latinus interpres barbarus innominatus legit *oinopi* transtulit enim quibus vino colore similes sunt. Apud Adamantium nihil reperio, quod huc faciat. Scio *oinops* in censu colorum esse: nam & οἰνωπὰ πάντα, & οἰνοπας βόας poetæ dicunt: Grammatici nigrum exponunt: & bubus oculos nigros esse Aristoteles loco iam citato scribit. Vinea vrina (vt Actuarij interpres reddit, nec dubito quin Græcè οἰνωπὸν legatur) hepatis colore exsilit, aut vini paulo quàm rubrum est nigrioris, quale vel exiguum plurimæ aquæ mixtum, adhuc rubicundo colore spectatur. Vinco passeus intensior est, maxime similis passo quod ex vua nigra confit: huiusmodi etiam cerasi fructus color est. Sed de nigris oculis Aristoteles proximè dixerat: & nigricantes colores non conueniunt capræ, quum ad lucem noctu fundendam minimè idonei sint. Solertiam caprarum Mutianus visam sibi prodidit in ponte prætenui, duabus obuijs è diuerso: cum circumactum angustiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitatem cæca, torrente rapido minaciter subter fluente, alteram decubuisse, atq; ita alteram proculcatæ supergressam, Plin. Capra indignum putans se in extremo ouilli pecoris agmine incedere, gregem quidem antegreditur, at ipsam hircus barbæ fiducia antecedit, Aelian. Arunco si quis apprehensam ex grege vnam trahat, cæteræ stupentes spectant, Plin. Idem eis accidere aiunt, si qua earum eryngum momorderit, vt superius retuli in c. Sed considerandum est, an qui eryngio hoc attribuerunt, eryngi (sic Græci aruncum vocant) nominis vicinitate decepti sint. Curiosi experiantur: ego quod ad eryngium, rationis nihil video: eryngo autem apprehensa vna, cæteras stupere minus mirum est. Cum capris oues amicitia coniunctæ sunt, Aelianus.

E.

Caprarius, pastor, custos exercitorque caprarum est. Vtuntur hac voce Varro & Columella: Græci αἰπόλον dicunt, vel quasi αἰγαπόλον, quod circa capras versetur, vel quod αἰπὰ, id est ardua & alta loca, vel ἐν αἴπει, id est in altitudine (gaudent enim capræ locis montanis & excelsis) obambulet, Varinus & Etymologus. Qui & αἰγονόμον hunc pastorem vocant Αἰπόλια, αἰγονόμια, greges caprarum, Etymologus. Αἰπολίῳ αἰγῶν, pleonasmus est apud poetam. Τὸν αἰγῶν ἐπὶ νομοὺς Μόσχῳ τὸν ὕπατον Ἐρμᾶν Ἐσσὶ αἰπολίων δόκιμον φύλακα, Verius Leonidæ in Epigrammate in Mercurium. Locros Ozolas aliqui cognominatos putant, quod homines fœtidi fuerint, vtpote σκύβαλα καὶ τραγέας, id est ouium & hircorum pelles gestare, & plerunque inter caprarum greges versari solitos, Plutarchus in quæstionibus de rebus Græcorum. Tria tantum genera sunt pastorum, quæ dignitatem in Bucolicis apud poetas habeant, bucolici, opiliones, & omnium minimè æpoli, id est caprarij, vt Aelian. Donatus scribit.

Magister autem pecoris acer, durus, strenuus, laboris patientissimus, alacer, atque audax esse debet, & qui per rupes, per solitudines, per vepres facile vadat, & non vt alterius generis pastores sequatur, sed plerunque vt antecedat gregem. Quare eum esse maxime strenuum opus est. Capellæ, dum dameta pascunt, capris cedunt, subinde quæ cedit compesci debet, ne procurrat Sed placide, ac lente pabuletur, vt & largi sit vberis, & non strigosissimi corporis, Columella. Caprarij leues & veloces sunto, vt caprarum celeritatem assequantur Geoponica Græca. Canis custos est pecoris, quod eo comite indiget ad se defendendum: in quo genere sunt maximè oues, deinde capræ, Varro. Caprile, stabulum est caprarum. Difficilius se recolligentes à serpentium ictu, in caprilibus optimè conualescunt, Plinius. Αὐλὴ καὶ σηκὸς, ἔνθα αἶγες ἵστανται, Varinus: sed eadem nomina pro aliarum etiam quadrupedum stabulis vsurpantur, vt in Boue dixi. Ipsum verò caprile vel naturali saxo, vel manu constratum eligi debet: quoniam huic pecori nihil substernitur. Diligensque pastor quotidie stabulum conuertit: nec patitur stercus, aut humorem consistere, lutúmue fieri, quæ cuncta sunt capris inimica, Columella. Non tamen ita multæ capræ, vt oues, vna statione claudantur, quam luto & stercore carere conueniet, Palladius. Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus si spectat, quod est alsiosum. Id vt pleraq; lapideant testa substerni oportet, caprile quò minus sit vliginosum ac lutulentum. Foris cum est pernoctandum, item, in eãdem partem cœli, quæ spectent, septa oportet substerni virgultis, ne obliuantur, Varro. Et stabula à ventis hyberno opponere Soli Ad medium conuersa diem: cum frigidus olim Iam cadit extremóque irrorat Aquarius anno, Vergilius.

Superius quædam explicata sunt capite 3. quæ huc referri poterant. In ouium historia etiam non pauca dicemus, quæ capris & ouibus communia sunt. Capræ natura mobiles & celeres sunt, quamobrem pastores non præficiunt eis ducem Aristot. Relinquitur denumero, qui in gregibus est, minor caprino, quàm in ouillo, quòd capræ lasciuiæ, & quæ dispergunt se. Contra quòd oues se congregãt, & condensant in locum vnum: itaq; in agro Gallico greges plures potius faciunt, quàm magnos, quod in magnis cito existunt pestilentiæ, quæ ad perniciem eos perducunt. Saris magnum gregem putant esse circiter quinquagenas, quibus assentiri putant id, quod visu venit Caberio equiti Romano: is enim cum in suburbano haberet agrum iugerum mille, & à caprario quodam, qui adduxit capellas ad vrbem denarios sibi in dies singulos dari audisset, coëgit mille caprarum gregem, sperans se capturum de prædio in dies singulos denarios mille. Tantum enim fefellit, vt breui omnes amiserit morbo: contra in Salentinis & in Casinati ad centenas pascunt, Varro. Melior sit grex, si non est ex collectis comparatus, sed ex consuetis vnà. Sed numerum generis huius maiorem, quam centum capitum sub vno clauso non expedit habere, cum lanigeræ mille pariter commode stabulentur. Atque vbi capræ primum comparantur, melius est vnum gregem totum, quàm ex pluribus particulatim mercari, vt nec in pastione separatim lacinijs deducantur, & in caprili maiore concordia quiete consistant, Columella. Caprarum quæ coitum non patiuntur vbera, pastores montis Oetæ vrtica perfricant vehementer, vt dolorem infligant, itaque primum cruentum humorem eliciunt, mox purulentum, postremo lac non minus, quàm ex iis, quæ Venerem patiantur, Aristoteles. Albertus scribit se hoc vidisse in mulieribus tum viduis tum virginibus, quæ idem in suis expertæ mamillis, lacte abunde emiserint. Ex animalibus sibi quo plus prolis nascatur, harum rerum curatores, & pastores ouium, caprorum, & equarum, genitalia tempore coitus, delibutis multo sale & nitro manibus, perfricant: vnde ijs vehementior coitus appetitio exoritur. Alij ea pipere, alij nitro perungunt, alij vrticæ fructu: sunt etiam qui myrrha & nitro

& nitro eadem inungant. Ex ea sanè frication fœminæ & libidinosiores euadunt, & mares sustinent, Aelian. De capris quod meliore semine ex, quæ bis pariant, ex his potissimum mares solent submittiad admissuras: quidam etiam dant operam, vt ex insula Medica (Melo potius, vt Pollux habet: vide infra in hœdo cap. 6) capras habeãt, quod ibi maximi ac pulcherrimi fieri existimantur hœdi, Varro. Vtilitas ex pecore duplex, vna est tonsura, quòd oues & capras detondent, aut vellunt altera, quæ latius patet, est de lacte & caseo, quam scriptores Græci separatim tyropœiam appellauerunt, ac scripserunt de ea re permulta, Varro. Hæ quoq; non cura nobis leuiore tuendæ, (aliàs, Hæc tuenda.) Nec minor vsus erit, quamuis Milesia magno Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores, (aliàs colores.) Densior hinc soboles: hinc largi copia lactis. Quò magis exhausto spumauerit vbere mulctra, Lacta magis pressis manabunt vbera (flumina, Ald.) mammis. Nec minus interea barbas, incanaq; menta Cinyphij tondent hirci, setasq; comanteis Vsum in castrorũ: & miseris velamina nautis, Verg. lib. 3. Georg. Seruius in commentarijs, In vsum (inquit) castrorum poeta dixit, quia de cilicijs expoliuntur loricæ, & teguntur tabulata turrium, ne iactis facibus ignis possit adhærere. Celsus ait retulisse Varronem, Cilicia sic appellari, quod vsus eorum in Cilicia ortus est: sed de his iterum paulo post. Capra, hœdo, lacteq; salubri, caseo, pelle in castrorum vsum, hominem iuuat. Vnde & hyemem continuare sub pellibus maiores dicebantur. (Sub pellibus, id est in castris statiuis. Cicero 4. Acad. Budæus. Militum enim tabernacula apud antiquos pellibus conficiebantur. Apud Pollionem Trebellium legimus imperatori Claudio donatas pellium tentoriarum decurias triginta: Vide plura apud Cælium 27. 14.) His etiam nautæ vtebantur: villis enim aquam pluuiam reijciunt. Cinyphiæ capellæ olim in pretio erant, quia maiores mense quinto pariunt. In quibusdam lactis magna vbertas. Ex his hœdi lactentes esui sunt optimi. Platina. Illic iniustæ veniunt ad mulctra capellæ, Horat. in Epodis. Butyrum à boue nominatur, è cuius lacte copiosissimum confit, vt miretur Dioscoridem Galenus, quod ex caprino & ouillo confici lacte dixerit: ex caprino tamen fieri solere testis est Plin. Hermol. Pinguissimum est lac bubulum, ouillum vero ac caprinum, habent quidem & ipsa pinguedinis quidpiam, sed multo minus, Galen. Caprinum lac tertia ferè parte minus fœcundum est ad caseum conficiendum bubulo, Aristot. Bubulum caseo fertilius est quàm caprinum, ex eadem mensura penè altero tanto, Plin. Cum sal capris datur ante partum, multo lactis prouentu vigebunt. Albertus. Si vinum acescat, aliqui lac caprinum inijciunt, vigesimam nimirum partem vini, & diebus quinq; tegunt, & postea in aliud vas effundunt vinum, diebusq, decem tegunt, & non mutatur vinum, Nic. Myrepsus.

Velabrenses casei dicti sunt caprini, quod fumo apud Romanos in Velabro condirentur. Non quencunq; focum, nec fumum caseus omnem, Sed Velabrensem qui bibit, ipse sapit, Martial. Et caprarũ gregibus sua laus est, Agrigenti maximè, eam augente gratiam fumo, qualis in ipsa vrbe conficitur, cunctis præferendus. Nam Galliarum sapor medicamenti vim obtinet, Plin. Caseum Siculum Iulius Pollux meminit & Aristoteles, ex ouillo & caprino mixtum lacte: quod hodieq; fit vbi vtriusq; copia habetur. Hunc Athenæus præferri putat omnibus, vtiq; post Achaicum ex oppido Tromilia, vnde Tromilicus dicatur, & à Simonide Stromilius, ex caprino lacte, Hermol. In Plinio legendum sit epityrum, an caprarum, in mentione casei lib. 11. controuersum diu fuit: Ipse nõ epityrum (verba sunt Hermolai) sed caprarum lego: non quia epityrum oliuæ fractæ genus sit, vt quidam putant: quandoquidem oliuæ genus illud pityrum & pityrida: non epityrum vocari constat: Sed illa ratione potius, quod nisi, caprarum gregibus sua laus est, in recenti maximè eam augente fumo gratiam: & reliqua, sic legamus, vix stabit sensus, nisi planè quis extorqueat. Præterea cum de bubulo & ouillo caseo differuisset author, maximè sequens erat, vt de caprino quoq; loqueretur: ne quia sit omnium ferè deterrimus, improbari omnino iudicaretur. Adde quod infumari non alius magnopere caseus quàm caprinus assolet. Nec ferè placet nisi musteus atq; recens. Πίνος, ῥακὸς ἀπὸ γάλακτος, Varinus. Epityri mentio apud Catonẽ, Varronem, & Plautum sit: apud Græcos nusquam, quod sciam, quod miror in compositione vocis Græca. Caprini caseoli præstantes in Rhætia Heluetica fiũt, præcipue (quod sciam) ijs in locis qui circa thermas Fabarienses montani sunt: partim ex caprino mero, partim admixto bubulo lacte. Ex caprino & hircino seuo candelæ apud nos fieri solent. Caprino sanguine adamantem molliri Albertus scribit, de quo in Hircini sanguinis mentione dicam. Ad serpentes fugandos quidam capræ vngulas vrunt, Pallad. Vngulæ caprarum & pili suffiti procul fugant bestias venenosas, Archigenes apud Aëtium. Capræ cornu vel pilis accensis fugari serpentes dicunt, Plin. Caprina cornua conficiendis arcubus idonea esse, apud Varinum legimus, in dictione Τανύω. Homerus Pandari arcum ex cornu capræ ferę concinnatum memorat, vt in Ibice dicam. Cornua caprarum tria circũ arbustum erecta infigito, acumine deorsum, alia parte sursum spectante: & obruito, vt summa cornuum pars paululum de terra promineat, quo pluuia delapsa descendens, cornua irriget. Hoc facto vitis valde fertilis euadet, Africanus in Geopon. Græc. lib. 4. Fel capræ in vase aliquo in terra repositum, capras ad se allicere fertur, ac si illæ non parum inde inuentur, Albert. Si pilos equi candidos producere volueris, locum rasum felle caprino illine, Author obscur.

Caprina pellis, Cicero 1. de Nat. Et cinctus villosæ tegmine capræ, Maro in Moreto. Pelles caprarum cum villis suis parant & expoliunt pelliones, quibus vestitur vulgus præsertim mulierum, in Sueuia præcipuè aduersus injuriam frigoris. Quamobrem & infantibus inde fiunt tunicæ. Pelles à mercatoribus rudes petuntur ex montanis Sabaudiæ locis circa Geneuam. Aptæ sunt pellionum operis, ex teneris tantũ hœdis & capellis, quales verno tempore mactantur, ætate duorum plus minus mensium: Vsurpantur etiam ex illis quæ statim à partu moriuntur, vt ouium quoq;. Lyrij in bello Persico gerebant ex humeris suspensas caprarũ pelles, Herodotus. Capræ peliis apud Græcos αἴγεος vocatur, Pollux: item αἰγέα, Suid. Varin. & αἰγεη, Varin. πραγλῶ ἐσκυφῶ μελαναι, ἀντὶ τοῦ αἰγέαι, Suid. Sardos Getulosq; caprarum pellibus amiciri consueuisse author est Varro. Diphthera, inquit Ammonius, caprarum est, vt melote ouium. Διφθέρα, περιβλημα· σκέπασμα. Λέγεται ἡ λέγνον ἢ νῦν ἐπαλλίω (melius ἐπάλλω) καὶ ἐπιβάλλω, ἐπὶ τοῦ ἱματίου, Varin. Hesychius diphtheram exponit pellem, corium, librum, γραμματεῖον. Hinc diphtheralœphus apud Cyprios γραμματοδιδάσκαλος, Hesych. Varin. quod literas membranis inscribendo illinat dum pueros docet. Etymologus similiter exponit, & addit insuper βυβλίον: & diphtheram dictam cõijcit quasi δυοφθέρα, τὴν ἐκ τῶν δύο μέρων φθαρεῖσαν γραμμάτων, hoc est membranam ab vtraq; parte expolitam & inscriptam. Opisthographos Hermolaus interpretatur, quoniam vtraq; pagina scripti essent, aduersa & auersa, minutis literis & lituris pleni. ἔστι κατ' ἐκείνην δηλαδὴ τὴν διφθέραν, Author innominatus apud Etymologum. Εἰς διφθέρας γὰρ τὰς λεγομένας ταύτας γράφεται Ἑρμῆς, ἱστορῶν τοὺς πελασγοὺς ἐν τῇ Δακτυλικῇ. apud Suidam in Diphthera. Διφθέρας εἶχον σκεπασμα παλαιὸν πλάσαν (lego, ὡς ἐκ πίλασαν) χρῶτα κάπρειον ἐπὶ σωμάτων ἐξ ὧν σωμάτων τὰς διφθέρας ὡς μὴ ἀπὸ δυοῖν κάπρων τὸν δῆμον apud eundem in Κάπρος. Καὶ αἱ διφθέραι δ' κάπρης ἐμπαλαίωμαι, &c. Arrian. vt ibidem citatur. Διφθέρας γὰρ ὑπὲρ ὤμων καὶ διφθέρας ὑπὲρ

comœdijs qui in rustico opere morantur, vt apud Cæcilium in Hypobolimæo habet adolescens, apud Terentium in Heautontimorumeno senex. De lisyra, lisyrna, & lisy, vestimentis ex pellibus caprinis siue cum pilis, siue absq; illis, multa legimus apud Varinum, Etymologum, & alios quæ breuitatis causa prætereo. Βαιτην Varinus exponit melotam, diphtheram. lisyram. Βαιαν enim (inquit) vocant tegmenta ex pellibus (τὰς δέρρεις ἐκ πιλῶν) consuta. Attici eandem lisyram vocant: Aristophanes, Ἐν τῷ περὶ πανύχιος λόγῳ κωμῳδουμένῳ. Nos ea lisyrinia nominamus, Græci bætam. Βαίτην Dores diphtheram vocant, ἐν Τάραντι, Idem. Βαίτη, ὁ ξερικὸς τῶν ἱματίων, & secundum alios scena pellicea, Hesych. apud Suidam diphtherra exponitur, per duplex r Bætatum hyeme tum æstate bona, Λασιόκαιν διφθέρᾳ ἐν χειμῶνι ἀγαθόν. Suidas, qui huius adagij meminit, adscribit bætam vestis pelliceæ genus, quod in vtrunq; tempus videatur appositum. Nam hyeme depellit ventos, æstate solē. Iulius Pollux lib. 7. meminit tunicam fuisse prælongam, quæ totū contegeret corpus. Conuenit igitur de se ad multa vsui futura, Erasi. Sophron in Mimis mulieb ribus rusticorum diphtheras, bætas nuncupauit, Pollux lib. 10. cap. 45. Et rursus cap. 46. σκαφιδὰς δὲ φήσας vulgo dicit pelliceam tunicam. Σισύραν Etymologus ἄγνας σκέπας interpretatur: & πτερυγωτὸν δέρμα. Αἰγείαν κυνῆν, galeam vel pileum ex pelle caprina, Hesych. Varinus. Αἰγεᾶν μῆλος, pellis caprina, vter caprinus, Suidas. Αἰγεῖος (rectius proparoxytonum) δέρμα αἰγεῖον ἀσκός, Varin. Αἰγεᾶν ἀσκός, vter caprinus apud Homerum αἰγεᾶν, Idem. Βακχεῖα festa erant Atheni s, quibus in medio theatri, super vtres inflatos obtinētosq; vno tantum saltabant pede, (ἀσκωλιάζειν vocant:) vt delabentes risum excitarent, idq; in honorem Bacchi. Ad quod allusit Vergilius lib. 2. Georg. Mollibus in pratis vnctos saliēre per vtres. Plura lege apud Varinum, qui vtres istos caprinos fuisse scribit. Πλαταγὴ, παιγνίδιόν τι ἐκ δέρματος κεκαλυμμένον, Eustathius. Λαίσια, δυσὶ ταῖς γένυσιν ἴσα λάσια ἐλαφείοις, ἃ δύσασθαι αἰγείοις ἀσκοῖς ἐπὶ τὰς τράπεζας ἔθος, Hesychius. Ladani fruticem esse dicunt in Cartmania quoq;, colligíque vt gummi incisō cortice: & caprinis pellibus excipi, Plin. Σακὸν αἰγεον, πύκον αἰγεον, & peram per metalepsin, Hesychius & Varinus exponunt. Τραχάδεαι, sandalia ex corio caprino, Idem.

In Cilicia capræ tondentur, vt alibi oues, Plinius. Tondentur capræ, quod magnis villis sunt, in magna parte Phrygiæ: vnde cilicia, & cætera eius generis fieri solent. Sed quod primum ea tonsura in Cilicia sit inſtituta, nomē id Cilicas adiecisse dicunt, Varro. Aeneas Syluius zambelottum vulgo dictum è caprarū pilis in Cypro fieri scribit. Lanamerchazi, est lana capræ subtilissima ex qua fiunt zambeloti, & alia vellera subtilia, Andreas Bellunensis. Mathalaze, pannus ex pilis caprę. Vetus expositio in Auicennam Mesha, pannus contextus ex pilis asinorum & caprarum & interdum ex solis caprinis: Ex hoc enim rudis panni genere qui deserta habitant Arabes. tentoria & saccos sibi conficiunt, Andreas Bellun. Tonsis caprarum villis in Africa nautæ rudentes parant. Capra pilos ministrat ad vsum nauticum, & ad bellica tormenta, & fabrilia vasa. Varro. Caprini pili necessarij sunt, quum ad funes conficiendos & saccos, aliaq; his similima tum vel maximè ad rudentes nauticos, quum neq; rumpantur facile, nec naturaliter computrescant, nisi admodum negligātur, Florentinus. Arabum Scenitarum tentoria cilicina sunt: ita nuncupant velamenta è caprarum pilis texta, Solinus.

Caprinum & ouillum stercus sedulò cōsaruato, Cato. Quidam hominis fimum quòd sit acerrimum, (ἀλεαντότατον, cuixerov opponitur) omnibus præferunt, secundum facium suillum, tertium caprarum quartum ouium, quintum boum, sextum iumentorum, ὄνου. Theophrastus interprete Gaza. Humani fimi mentionem ad stercorandum (quamuis nostrates eo vtuntur) alij authores, quod nunc meminerim, non faciunt. Asininum vero in simili comparatione diuersorum fimi generum, Palladius præfert, & Plinius idem ab aliquibus præferri scribit. Facile autem fuit apud Græcos hominis legere pro asini, vel contra. nam genitiuum ab asino scribunt ὄνου, ab homine ἀνου cum nota abbreuiationis. Obijci potest, nō posse legi ὄνου id est asini, apud Theophrastum: quoniā sexto & vltimo loco asinini meminerit. Respondeo, Gazam non asinorum eo in loco, sed iumentorum vertisse, imitatum scilicet Plinium & Palladium: & quanquam asini quoq; iumentorum nomine veniant, hic tamen iumenta pro equis & mulis acceperim: aut pro mulo per excellentiam, vt illi pro ὄνος forte ἡμίονος legerint. Nam de asinino & equino Plinius suis tractat nominibus, de muli fimo non item. Stercus asinorum primum est, maximè hortis, deinde ouillum, & caprinum, & iumentorum, porcinum verò pessimum, cineres optimi, Palladius. Quidam bubulo iumentorum fimum præferunt, ouillumq; caprino omnibus verò asininum, quoniam lentissimè mandant: E contrario vsus aduersus vtrunq; pronunciat, Plinius Et alibi. Aliqui columbaria præferunt proximum deinde caprarum est, ab hoc ouium, deinde boum, nouissimum iumentorū. Adeoq; nihil omisit cura, vt carmine quoq; comprehensum reperiam, in fabis caprini fimi singulis cauatis, si porri, eruca, lactucæ, apij, intubi, nasturtij semina inclusa serantur, mirè prouenire, Plinius.

Sues & capræ cùm præter morem libidinosæ sunt (& maturius) tempestatem (χειμῶνα) magnam futurā significant; cum verò tardiores ad coitum sunt, satis moderatum anni tempus futurum præsaginnt, Aratus.

F.

Vt vituli carnes habent ad cōficiendum perfectis bobus præstantiores, sic hœdi capris. Capra nanq; temperamento, minus quàm bos, est siccati tamen homini & sui comparetur, multum superat, Galenus lib. 3. de aliment. facult. cap. 1. Et proximè post, Caprina præter succum vitiosum acrimoniam etiam habet. Et rursus, Aestate prima ac media præstantiores sunt capræ. cum scilicet fruticum germina, quibus vesci solent, abundant. Caprinam carnem si voles, mense Ianuario, cum alliato comedes, Platina. Hœdi (inquit Symeon Sethi) si sex menses excedant, capellæ iam vocantur. Caprę & hirci plurium annorum, concoctu difficiles & mali succi sunt. Carnes caprinæ vtiles sunt patientibus pustulas & bothor, si præparentur cum vino rubeo dulci. Hœdi vocantur vsque ad sex menses, & annales post annum, & duorum annorum post biennium: cò deteriores, quo maiores fiatu, Elluchasem author Tacuinorum. Caprinæ carnes bubulis sunt aeriores & calidiores, atq; ob id vitiosiores. Bilescūt enim, si incoctæ maneant: quare frigidas eas magis, quàm calidas esitare oportet. Galenūs Cōment. 4. in lib. de rat. vict. in Morb. acut. cap. 100. Capellæ atq; hirci fœtidi carnem ne degustato, Platina. Caprarum & hircorum iecora fugito, ne in epilepsiam incurras, Idem. Caprina caro plurimum alit. Quamobrem Clitomachus Carthaginēsis nouæ Academiæ sectator præclarus, Thebanum quendā athletam hac carne vescentē, reliquos ætatis athletas viribus superasse scribit. Validus enim huius carnis succus & tenax est, vnde multū temporis in corporibus durare potest: obijciebatur tamē ei sudoris grauedolentia. At suillæ & agninæ carnes, cum in corporibus incoctæ manēt, facillimè corrumpūtur propter pinguitudinē, Athenæus. Caprinæ carnes quæcūq; bu-

bulis insunt mala (hoc est concoctu difficiles esse,& atribiliarias affectiones exacerbare) omnia habent,& ventosiores sunt,& ructus ampliores faciunt,& choleram generant. Sunt autem odoratissimæ, solidæ ac iucundissimæ, optimæ,& percoctæ,& frigidæ. Verum iniucundissimæ,& graueolentes ac duræ, pessimæ imò etiã recentes. Optimæ verò sunt æstatis tempore, pessimæ autumno, Hippocrates in libro de victus ratione in morbis acutis. Optimè condiuntur caprarum ouium atq; ceruorum carnes, si vbi primum sale conspersæ fuerint abhumoreq; ipso & sanie liberatæ & absterſæ, deinde sale inspergãtur, subindeq; inter vinaceos acinos pellicülis exutos impositæ mutuò se non contingãt. Si etiam & dulcis mulli aliquam portionem infuderis, feceris multo melius. Mulier cui vlceratus est vterus, abstineat carnibus porcinis, bubulis & caprinis, edat autem panes, Hippocrates de morbis muliebribus. Rasis ad Almansorem caprinam carnem magis quam arietum (ouillam) refrigerare scribit, & parum nutrire. Lacedæmonij in conuiuijs quæ cõpidas, κοπίδας, vocant mactant capras, nec vllum aliud ἱερεῖον Athenæus lib. 4. Homines rustici ventres caprarum sanguine earũ vna cum adipe implent, vti Homerus ait solitos procos Penelopes, Galenus de simpl. 10, 4. qui etiam nullum edulium difficilius coqui asserit. Columbæ amabunt locum & alias etiam adducent, si caput capræ excoriatum in aqua coquatur, cum copioso (forte 12 vncijs) cumino Romano, & multo sale (forte 4 vncijs) quod dein deponatur in columbario, Petrus pharmacopola.

Aluum minus tentat caprinum lac: quoniam pecus hoc astringentibus pabulis, quercu, lentisco, & oleaginis frondibus,& terebintho magna ex parte vescitur: inde stomacho accommodatissimum reddi solet, Dioscorides. Maximè alit quodcunq; humanum, mox caprinum: vnde fortassis fabulæ Iouem ita nutritum dixere. Idem stomacho accommodatissimum est: quoniam capræ fronde magis quàm herba vescuntur. Lac schiston quomodo fiat ex caprino lacte aduersus morbos diuersos commendatum, sequenti capite Plinij verbis docebo. Multo minus pinguedinis habet quàm bubulum, Galen. Si capræ aut alterius animalis scammoniam aut tithymallum depasti, lac cibi loco quis sumpserit omnino aluus illi fluet, Idem. Et in libro de boni & mali succi cibis cap. 6. Caprini (inquit) lactis vsus, frequens apud nos est, apud alios bubuli. Caprinum inter cætera lactis genera moderatè se habet, cum non admodum pingue crassumq; sit, ob idq; medium quoq; esse censetur, quod in corporibus nostris præstat, &c. sed cum inter cætera animantium genera capellæ mediocritatem adeptæ sint, inter se tamen inuicem collatæ, alio quàm diximus modo differre videntur. Neq; enim harum parua discrimina sunt ab ætate, à pastionibus, ab anni tempore, ab eo ipso spatio quo à partu ædito distant. quæ abunde tertio de facultate alimentorum libro diximus. Nunc vero id tantum referre sit satis, caprinum lac sine melle sumptum periculosum esse: plerisque enim qui purum illud hauserunt, coactum est in ventriculo in speciem casei, quod quidem cum accidit, mirum est quam aggrauet hominem ac strangulet. Eam ob causam lac vbi sumunt nonnulli, ne in ventriculo coaguletur, mellis, aquæ,& salis nonnihil admiscent, Hæc Galen. Lac muliebre temperatissimum est, mox caprillum: hinc asininum ouillumq;, postremò vaccinum, Aegineta. Caprinum lac substantia temperatum, purgando quidem bubulo imbecillius ad reliqua vero satis idoneum,& nutriendo non parum efficax. Quod præstat? Capræ. Post? Ouis. Inde? Bouis, Baptist. Fiera Mantuan. de lacte. Lac omnium rerum, quas cibi causa capimus, liquentius, maximè alibile est,& id ouillum, inde caprinum. Quod autem maximè perpurget est equinum, tum asininum, deinde bubulum, tum caprinum, Varro. Lac nigrarum ouium melius est, in capris verum contrà, Albertus. Casei maximi cibi sunt bubuli, & qui difficillimè transeant sumpti: secundo ouilli: minimi cibi, & qui facillimè dejiciantur, caprini. Capræ Scyriæ lac augent, præcipuè autem casei (nimirum ex lacte earum) maximè commodi sunt, Hippocr. de morbis muliebr. Mulier apud Homerum Iliad. λ, κυκεῶνα conuiuantibus bibendum parat ex vino Pramnio, casco caprino & farina.

G.

Milia remediorum ex capra demonstrantur, sicut apparebit: quod quidẽ miror, cum febri negetur carere. Amplior potentia feris eiusdem generis, quod numerosissimum esse diximus, Plin. Et alibi de anſere locutus, subdit: Multa præterea remedia sunt ex anſere, quod miror æquè quàm in capris: Nanq; anſer coruusq;, ab æstate in autumnum morbo conflictari dicuntur. Difficilius se recolligentes è serpentium ictu, in caprilibus optime conualescunt, Plin. Omnium quadrupedum morbis capram solidam cum corio & ranam rubetam discoctas, mederi reperimus, Plin. Lacertæ viridis viuæ dextrum oculum effossum mox cum capite suo deciso, in pellicula caprina, contra quartanas adalligari iubent magi, Plin. Caprini corij cinis ex oleo illitus perniones primè abolet, Marcel. Iniurias è calceatu ex oleo corij caprini cinis sanat, Plin. Pelliculæ caprinæ ramenta cum pumice trita, acetoq; permixta, exanthematis prosunt, Marcel. Si fœminæ sanguis ex naribus nimiè defluat, mamillæ eius vinciantur corrigo caprino, Marcell. Corium caprinum cum suo pilo decoctum, succo epoto, aluum sistit, Plin. Prohibent epilepticis supra pellem caprinam dormire siue iacere, siquidem passionis facit motum, Cœlius Aurelianus. Caprina pellis noxia est epilepticis & capiti, odoris teteri causa non speciali ac priuata ratione. Idem.

Pili caprini vsti, fluxus omnes sedant, Aesculap. Vsti & aceto permixti, sanguinem de naribus fluentem reprimunt, Sext. Capræ fœminæ setas vstas & tritas & myrrham similiter tritam & cum setis caprinis mistam in nares suffiato, Gal cap. 5 97. Combusti adiecta pice & aceto, inserti naribus cito sanguinem sistunt, Marcel. Eodẽ modo in naribus appositi, lethargicos excitant, Sext. Caprini cornus nidor aut pilorum, lethargicos excitat, Plin. Finum caprarũ in mulso, calculos expellit: pili quoq; caprini cinis, Plin. Combusti tritiq; & in potione dati, stranguriosos potenter emendant, Marcel. Caprarum cornu vel pilis accensis fugari serpentes dicunt: cinereq; eorum potum vel illitum, contra ictus valere, Plinius. Ad fluxum veteri sistendum, sordes pilorum citrea sedem capræ siccas tundito & torreto, atq; cum ordeo fracto & oleo subactas suffito, Hippoc. lib. 1. de morb. mul.

Comitialibus dantur carnes caprinæ in rogo hominis tostæ, vt volunt magi, Plinius. Caprina caro quæ super focum, vel rogum hominis mortui assatur, sumpta, caducis remedium est, Sext. In epilepsia abstinentiam carnis & magis porcinæ vel bubulæ vel caprinæ imperari contrà scribit Cœlius Aurelian. Luscioſos, quos Græci nyctalopas dicunt, quidam inflati caprini iecinoris sanie inungunt, aut felle capræ: carnesque eas vesci, & dum coquantur, faculos vaporari præcipiunt: id quoque referre arbitrantur, si tutili coloris fuerint, Plin. Ego hic non simpliciter capræ carnem luscioſis edendam intelligo, sed iecoris carnem: etsi ea minus propriè sic adpelletur, Græci in visceribus parenchyma vocant. Caprino iure cantharides expugnari tradunt Græci, Plin.

Druſus

Druſus tribunus plebis traditur caprinum ſanguinem bibiſſe, cum pallore & inuidia veneni ſibi dati inſimulaſ: Q Cepionem imaicum vellet, Plin. Caprinum ſanguinem bibentibus: palior accidit, De curioſo vſu caprini hircini; ſanguinis ad abſceſſus concoquendos, in tertio ſenguine Galeni verba retuli. Sanguine caprino maculæ contractæ abluuntur, Marcel. Dioſcorides leporino calente ephelidas & lentigines illini iubet. Caprinus ſanguis contra toxicum bibitur, Dioſcorid. (qui eum vino bibendum monet) & Galenus lib. 2. de antid. Venenum potus extinguit, Aeſculap. Decoctus cum medulla contra toxica venena ſumitur, Plin. Contra toxicum auxiliatur etiam hirci vel capræ ſanguis, Aëtius. Priuatim contra toxicum conuenit quinquefolij radix, & hircinus ſanguis, aut caprillus cum viuo ſumpto, Dioſcorid. lib 6. Hircinum aut caprinum ſanguinem aliqui terræ Lemniæ miſceri ſolitum ſcribunt: ſed Galenus id ſuo tempore factum negat. Commendatur ad antidota hœdinus quoque ſanguis à Dioſcoride, Potus humores remediat, Sextus: forte per humores, ventris fluores intelligit: Quanquam Plinius ſanguinem caprinum, vel medullam, vel iecur, aluum ſoluere ſcribit: ſed maior apud me Galeni & Dioſcoridis authoritas eſt, quorum hîc verba adijciam. Sanguis hirci, vel capræ, inteſtinorum tormina & alui fluores ſiſtit, in quem vſum frixus in ſartagine ſtatim ſumitur, Dioſcor. Sanguinem caprarum hydropicis quidam cum melle exhibent: aliqui ad dyſenteriam eodem toſto & ad ventris fluxum ſunt vſi: Videturq; mihi quiſpiam, craſſam eius eſſentiam & terream, cum caliditate exiccatoriam eſſe ſuſpicatus, ad hûc vſum perductus, Galenus. Sanguis caprinus cum medulla, hydropicis auxiliatur: efficaciorem putant hircorum, vtiq; ſi lentiſco paſcãtur, Plin. Sanguis caprinus decoctus cum medulla dyſentericis ſubuenit, Plin. Si ſint tormina, ſatis eſſe remedij in lepotis coagulo poto è vino tepido vel ſemel, arbitrantur aliqui: cautiores & ſanguine caprino cum farina ordeacea & reſina ventrem illinunt, Plinius vbi de remedijs cœliacorum & dyſentericorũ agit. Sanguinem caprinum ſi polchræ furfuribus, adiecta reſina miſceueris, atq; emplaſtri modo ano ventriq; adpolueris, pondus omne & libidinem deiectionis efficaciter reprimes, Marcel. Sextus non capræ, ſed capri ſanguinem, cũ reſina & polline (malim polenta) mixtum, & ventri ſuperpoſitum, torminoſos ſanare ſcribit. Sed an capræ aut capri ſit ſanguis, parum refert, vt patet ex Galeni verbis paulò ante poſitis. Inuenimus etiam caprinum ſanguinem renũ calculos frangere, Marcel. Verg. de hoc plura in hircino. Sanguis caprinus cũ polenta impoſitus ani vitium omne perſanat, Marcel. Cæteris vitijs ſedis (proximè de inflationibus eius dixerat) medetur ſanguis caprinus cum polenta, Plin.

Adſtringentior eſt caprinus adeps (adduntaliqui, paſcuorum cauſa,) quamobrem dyſentericis datur, &c. vt infra dicetur, Dioſcor. Boues & capræ, & quæcunq; id genus cornigera, ob ſiccitatem adipem plurimum generant. Sed ſiue adipem (ſeuum) ſiue pinguedinem, totum oleoſæ & pinguis ſubſtantiæ genus in animalibus appelles: non tamen licet citra mendacium adipem caprinum humidiorem eſſe dicere, quàm ſuum, &c. Cæterum caprinum adipem ijs qui mordicationes patiuntur, aut in recto inteſtino, aut in colo, potius quàm ſuillum injicimus non quod acrimonias plus obtundat: ſed quod ob craſſitiem citius cõcreſcat, cum ſuillus inſtar olei defluat, Galenus de ſimplicib. 11. 4. Et paulo poſt: Hœdorum adeps (inquit) minus tum calidus tum ſiccus eſt, quàm caprarum ſed & caprarum minus quàm hircorum. Et rurſus cum nonnullos aſtringentia pro acribus dicere reprehendiſſet, ſubijt: Sed illi in vocabulis potius, quàm rebus ipſis hallucinari videntur: & maximè illi quibus Græca lingua inſueta eſt, qualis eſt Dioſcorides Anazarbenſis, &c. Hic enim cum ait magis eſſe aſtrictorium adipem caprinum ſuillo ſi quidem acriorem ſignificare uelit per magis aſtrictorium, accipimus ſermonem ceu verum: at ſi illud talem habentem qualitatem, qualem rhus, rheon, hypociſthis, balauſtium, haud verum eſſe ſermonem dicemus, Hucuſq; Galen. Seuum capræ adſtringentius eſt ſeuo boum, Raſis. Adeps caprinus in ſuffimento contra Scorpios apud Aetium 13. 7. Caprinus adeps datur vtiliter his, qui cantharidũ venena hauſerunt, Dioſcor. Seuum caprinum cum cera, contra ictus ſerpentiũ imponitur, Plin. Omni morſui & læſioni ſubuenit, Aeſculap. Si mulieris vterus poſt partum doleat, ptiſanam & porrum ac adipem caprinum coquat, indeq; modicũ ſorbeat. Hippocrates in lib. de ſuperfæt. Cõtra oculorum varia vitia, Caprinum ouillumue adipem calida aqua euadentẽ imponito, Galen. cap. 3. 12. Ferè omnis dolor corporis ſi ſine vulnere eſt, recens melius fomentis diſcutitur: vetus vritur, & ſupra vſtum butyrum, vel caprinus inſtillatur adeps, Columella in remedijs boum. Et alibi, Suppuratio (inquit) in bubus ferro reſcinditur: expreſſus deinde ſinus ipſe, qui eam continebat, calida bubula vrina eluitur: vel ſi collui ea pars non poteſt, lamina candenti ſeuum caprinum aut bubulum inſtillatur. Seuum caprinum perniones ſarcit, Plin. Cum calce ſtrumas diſcutit, Plin. Adeps caprina cum calce ſubacta & appoſita, ſtrumas ſtatim diſſoluit & ſanat, Marcel. Caprinum ſeuum admixta ſandaracha vngues ſcabros emendat, Plin. Ex ſepo caprino admixta ſandaracha cerotum, vnguibus leproſis ſuperpoſitum, ſine tormento ſanat, Sext. Cantharides, Licheni illitas cum ſucco taminiæ vuæ, & ſeuo ouis vel capræ, prodeſſe non dubium eſt, Plin. Caprinus adeps mundatos proficit ad altiores oris & labiorum ſciſſuras, Gal. cap. 2. 10. Vlcera quæ ſerpunt, cohibet ſeuum cum cera: item addita pice ac ſulphure percurat; Idem. Manantia verandorum vlcera ſanat ſeuum caprinum cum melle rubiq; ſucco, Plin. In furunculis ſeuum bubulum cum ſale illinitur: aut ſi dolor eſt, intinctum oleo, liquefactum ſine ſale, ſimiliq; modo caprinum, Plinius. Adeps caprinus cum roſis mixtus, puſtulas, quæ in nocte graueſcunt, tollit, Aeſculap. Hoc etiam auribus inſtillatum ſurdos ſanat, Idẽ. Comitialibus magi commendant ſeuum caprarum, cum felle taurino pari pondere decoctum. & in ſolliculo fellis reconditum ita ne terram attingat, bibendum ſub limine ex aqua. Plin. Zeæ farina ex vino rubro ad ſcorpionum ictus tepida illinitur, tuſſi (pectori ſc. contra tuſſim illinitur) cum caprino ſeuo aut butyro, Plin. Ius decocti caprini adipis, phthiſicis in ſorbitionibus prodeſt, Dioſcorid. Capræ ſeuo in pulte ex alica, & phthiſin & tuſſim ſanari, vel recenti cum mulſo liquefacto, ita vt vncia in cyathum addatur. rutaq; ramo permiſceatur, non pauci tradunt, Plin. Idẽ alibi rupicapræ ſeuo ex lacte phtiſicum liberatũ ſcribit, vt infra dicam. Ptiſana cũ adipe caprino cocta, torminoſis in declinatione conuenit, Marcel. Caprinus adeps decoctus cũ polenta, rhoẽ & caſeo, dyſentericis datur, & cũ ptiſanæ ſucco infunditur, Dioſcor. Raſis vbi remedia ex capra deſcribit, leonis etiam ſeui (niſi interpres errauit, quod omnino ſuſpicor) mentionem immiſcet, cũ de leone tractaſſet ab initio libri illius de 60. animalibus, nec vllum tale ex eius ſeuo remediũ memoraſſet. Sepum leonis, inquit, omnibus præfertur: ob hoc quũ clyſter ex eo paratur cũ aqua ordei toſti: aut cũ aqua farinæ toſtæ & ſumach cocti (coctum) & liquefactum cũ cera, exulceratis inteſtinis ſummopere conducit. Seuum caprinũ in ſorbitione aliqua inteſtinorũ vitijs magnopere prodeſt, ita vti protinus hauriatur frigida aqua, Plin. (Sextus idem remedium hydropicis commendat, quod non probo.) Seuo hirci aduerſus dyſenteriam vtuntur, in pane qui cinere coctus ſit: capræ, à renibus maximè, vt per ſe hauriatur, protinusq; modicè frigidam ſorberi iubent. Aliqui & in aqua decoctum ſeuum admixta polenta & cymino, & anetho, aceto q;, Plin. Adipem

caprinum de renibus ſublatum, miſce cum polentæ furfuribus, atq; adijce illic cyminum, & anethum, & acetum æquis portionibus, atq; ex aqua decoq;, & colatum ſorbitionis more dyſenterico dato ſumendũ. mire celeriterq; ſubuenies, Marcel. Helxine imponitur podagris cum caprino ſeuo ceraq; Cypria, Plin. Seuum (capri, Albertus) cum ſtercore caprarum coctum & croco, ponitur (fricatur, Albertus) ſuper podagram, vt diſſoluat (leniat, Albertus) dolorem, Raſis.

Caprina medulla quarto loco poſt ceruinam, vitulinam, & taurinam laudatur apud Dioſcoridem, poſtrema eſt ouilla. Laudatiſſima ceruina, inquit Plinius, mox vitulina, dein hircina & caprina. Vide ſupra in Vitulina, vbi multa de medullis earumq; viribus in genere dixi. Ad oculorum varia vitia. Caprina medulla oblinito & ſanabis Gal. cap. 3. 12. Sanguis caprinus decoctus cum medulla, contra toxica venena ſumitur, Plin. Idem remedium dyſentericis & hydropicis prodeſt, Idem Et alibi cum ex caprino remedia quædam docuiſſet, ſubdit, Nec abdicant fimum ex melle illitum epiphoris, contraq; dolores medullam, item pulmonem leporis: vt dubitet aliquis leporinám ne an caprinam medullam accipiat: ego de caprina intelligo. Sanguis caprinus, vel medulla, vel iecur, aluum ſoluit, Plin. Ego contra ſiſtere potius dixerim, cum ſiccandi modice & emplaſticã ferè facultatem pleræq; omnes medullæ habeant: Quamobrem ad dyſentericos etiam caprinæ medullæ vſus eſt, vt nunc dicam. Quinetiam ſanguinem caprinum, aluum ſiſtere ſupra dixi. idem de iecore mox confirmaturus. Sanguis caprinus decoctus cum medulla dyſentericis ſubuenit, Plin. Sanguis caprinus cum medulla hydropicis auxiliatur: efficaciorem putant hircorum, vtiq; ſi lentiſco paſcantur, Plinius. Capræ medulla ad oculos equi, in Hippiatricis.

Cornu caprinum dextrum in Athanaſiam magnam, ſic appellatam compoſitionem apud Io. Meſuen requiritur: item in antidotorum deſcriptionibus filij Serapionis & Hali, & Auicennæ. Apud Meſuen codices quidã variam lectionem habent, Aliâs de cornibus cerui. Hanc reprehendunt monachi qui nuper in Meſuen ſcripſerunt, quoniam apud alios authores non habeatur. Io. Manardum quoq; (ſus Mineruam) vituperant, qui ſcripſerit ſuperſtitioſè dextrum potius quàm ſiniſtrum cornu ſumi. ipſi enim dextrum præferendum putant, ſine occulta nobis ratione illud præcellat, ſiue quod pugnando magis exerceatur: & alia multo riſu excipienda nugantur. Non ignoro tamen ex cerui cornibus alios dextrum, alios ſiniſtrum præferre, vt ſuo loco dicetur. Caprarum coruu vel pilis accenſis fugari ſerpentes dicunt, cineremq; eorum potum vel illitum contra ictus valere, Plinius. Puluerem de cornu capræ, & eius lac cum origano, & cum vini cyathis tribus, à ſerpente morſus bibat, venenũ excutiet, Sextus Sed is confundit in vnum ramedium, quod Plinius triplex fecit, de cornu, de lacte, & de caſeo capræ: de cornu Plinij verba iam retuli. de reliquis quoq; mox ſubiungam: videntur etiam corrupta quædam in Sexto, quæ omitto, & Plinij ſeruandam lectionem moneo. Sudores inhibet cornus caprini cinis è myrteo oleo peruncti, Plin. Cornibus cerui & capræ vſus, & (ſi opus eſt) lotis vtimur ad dentium candorem gingiuas mollitie fluidas, dyſenteriam, fluxiones in oculos, quia terguos ſine regione: tamen nec dolores leniunt nec coquunt, qui frigida ſicca, ſyluius citans Gal. librum de ſimpl. medic. & de compoſ. pharm. ſec. loc. quartum. Citra mordacitatem exterget cornu cerui vſtum, velut etiam caprarum, Gale. κα. τετ. in oculoribus medicam. Caprini cornus vel fimi cinis ex aceto illitus, ſanguinem ſiſtit: hircini vero iecinoris diſſ. cti ſanies efficacior. Et cinis vtriuſq; (vel cornus vel fimi caprini, vt hircini iecoris per parentheſin mentio inciderit) ex vino potus, vel naribus ex aceto illitus, Plin. Ad ſacrum ignem: Cornu caprinum in flamma vſtulato, & cruſtas quæ exurgunt excuties in vas nouum, donec conſumatur: deinde conteres, cum aceto ſcillitico, & illinies ſacrum ignem, mirificè ſanabitur, Sextus. Cornu caprinum capiti infirmi qui non dormit, ſuppoſitum, vigilias in ſomnum conuertit, Sext. Capræ cornu furfure mixto cum oleo myrtino, capillos fluentes retinet & creſcere facit, Sext. Caprini cornus farina vel cinis, magisq; hircini, addito nitro & tamaricis ſemine, & butyro oleoq;, prius capite raſo, mire continent ita fluentem capillum: Plin. Comitialem morbum deprehendit caprini cornus, vel ceruini vſti nidor, Plinius. Si caducus verè caducus eſt, caprinum cornu aduſtum naribus ſi ſumpſerit (ſi ante nares eius teneatur) mox cadet, Sextus, Suffimentis ad epilepticos expertis cornu caruini & caprini, ſingulari. miſcet Nicol. myrepſus cornu caprinum ſuffitu atquit epilepticos, vt & caprini iecinoris aſſati odor, ipſumq; iecur comeſtum, Aetius. Lethargicos excitat caprini cornus nidor, aut pilorum, Plio. Cornibus cerui & capræ vſtis maximè vtuntur, vt & nos ſæpe vſi ſumus, tum ad candorẽ dentium, tum ad contrahendas mollitie fluidas gingiuas, Galenus. Coruu capræ ad albedinẽ vſtum, dentes egregiè abſtergit, & gingiuas corroborat, earumq; turgentiũ dolorem reprimit, Auicenna item & Raſis & Albertus, qui dentes eo confricandos ſcribunt. Cornu capræ raſum in mel mixtum, & piſatum (contuſum) medicatum (ex medicinæ malicia natũ, vt Humelbergius exponit,) veneris fluxum reprimit, Sextus. Caprino cornu ſuffiri vuluam, vtiliſſimum putant, Plin. Vt conceptus fiat, caprini cornu ramenta oleo inſperſa peractis menſtruis ſuffito, ſicuti diximus, & locis adhuc calentibus mulier cum viro concumbat, Aetius 16. 34. In veteri dolore, cornu capræ in raméta confectum oleo ſubigito & in ignem miſſum ſuffito, Hippoc. lib. 2. de morb. muli. Ouiculæ aut capræ cornu tuſum, & ordeum toſtum ac freſum oleo ſubigito ac ſuffito, Hippocrates in libro de morbis muliebribus, inter medicamenta muliebria diuerſa, & ita confuſa, vt de multis ad cuius facultatis titulum referri debeant dubitemus. Capræ cornu, & gallam, & adipem ſuillum, ac redriam, ſuffito, Ibidem. Lotium caprinum cornu caprino inditum reſeruatur ad remedia quædam, vt in lotij mentione dicam. Cornu caprinum vſtum vlceribus equorum terminantibus ſuper inſpergitur, Vegetius.

Capræ vngulas ad ſerpentes prohibẽdos Palladius vri iubet. Caprinarum vngularum cinere peruncta ex aceto alopeciæ ſanantur, Dioſcorides & Raſis. Albertus acetum vehemens requirit, & malignam quoq; alopeciam ita curari ſcribit. Quidam vngues caprarum deuſtos, moxq; aceto perfuſos, alopecijs illinunt: Itaq; fuerit & hic cinis facultatis extenuatoriæ, Galen Aeſculapius vngulas vſtas cum pice liquida teri & illini iubet. Vngularum cinis cum pice fluentem capillum continet, Plin.

Talorum capræ recentium cinis dentifricio placet, & omnium ferè villaticorum quadrupedum, ne ſæpius eadem dicantur, Plin. Puluis ad eryſipelata, vt eadem hora cuaneſcat malum. capræ pedem vrito cum capillis & cinerem eius in pyxidem conijciens ſeruato. Vſu exigente locum vino prius madefacito, & poſtea puluerem inſperge, Nic. Myrepſ.

Ad rupta inteſtina laudant caprini capitis cum ſuis pilis decocti ſuccum, Plin. Caprinum caput cum pilis decoctum & cõtritum, inciſa inteſtina ſolidat, Sext. Cum pilis ſuis contuſum, atq; diſcoctum, ciboq; ſumptũ, rupta interius inteſtina dicitur glutinare, Marcellus. Cerebrum capræ (capreæ, Sextus:) magi per annulum aureum traiectũ, priuſquam lac detur, infantibus inſtillant contra comitiales, cæteroſq; infantium morbos, Plin. Capræ cerebrum

cerebrum cum melle carbunculos in ventre sanat, Aesculap. Aqua quæ è capræ palato effunditur, & quicquid comedit, misceatur cum melle & sale, & ex eo caput & corpus ferò fricetur, pediculi extinguentur, Sextus. Idem remedium est ad ventris dolorem sed & ventrem strictum soluit, & si plus biberit, purgat, Idem. Linguæ exulcerationi & arteriarum prodest ius omasi gargarizatu, Plin. omasum intelligo bubulum: de illo enim lacte proximè dixerat, quanquam simul etiam de caprino.

Caprinum iecur assum si edatur, tum ad nyctalopas accommodari aiunt, tũ eos qui cõmitiali morbo sunt obnoxij, arguere, conuulsionemq; illis accersere: Idem potest hircinum Galenus. Papilio quoq; lucernarũ luminibus aduolans inter mala medicamenta numeratur: Huic contrarium est iecur caprinum, Plin. Caprini iecoris inassati decidũa sanie, inungi luscioſos (nyctalopas) prodest: & dum coquitur apertos oculos halitu eius vaporari: prodest in cibo toſtum ad eadem, Dioscorid. & Galenus. Capras tradunt noctu non minus cernere quàm interdiu: ideo si caprinũ iecur vescantur, restituit vespertinam aciem his quos nyctalopas vocãt, Plin. Et alibi, Et quoniam capræ noctu æquè quoq; cernant, sanguine hircino sanari luscioſos putant, nyctalopas Græcis dictos: Capræ vero iecinore in vino austero decocto: Quidam inassati iocineris sanie inungunt aut felle capræ carnesq; eas (ipsum iecoris viscus) vesci, & dum coquantur, oculos vaporari ijs præcipiunt. Id quoq; referre arbitrantur, si rutili coloris fuerint. Volunt & oculos suffiri iocinere in ollis decocto, quidam inassato, Plinius. Dum hepar capræ cum aqua & sale decoquitur. comprimat se oculis apertis super vaporem huius aquæ, cui visus deficit noctu, multum iuuat, Rasis. Celsus medicinæ lib. 6. post multorum in oculis morborum curationes, de oculorum imbecillitate curanda sic prodit, Præter hæc imbecillitas oculorum est, ex qua quidam interdiu satis, noctu nihil cernũt, quod in fœminam bene respondentibus menstruis nõ cadit. Sed sic laborantes inungi oportet sanguine iocinoris, maxime hircini, sin minus, caprini, vbi adassum coquitur, excepto: atq; edi quoq; ipsum iecur debet. Sext. hæc remedia ad nyctalopas capreæ iecori adscribit, vide infra. De phrygijs oculorum, quidam hepar capræ melli miscentes ỹngunt, Galen. cap. 2. 98 Iecur assum capræ cœliacis subuenit, magisq; etiam hirci, cum vino austero decoctum potumq;, vel ex oleo myrteo vmbilico impositum: Quidã verò decoquunt à tribus sextarijs aquæ ad heminam (al. geminum) addita ruta, Plinius. Vini veteris feces, & iocineris caprini frustum sufficiens in ollam rudẽ mitte, & facito vt bulliat, atq; inde ieiuno cœliaco sufficienter da bibere, Marcellus. Ad colon. Iecur caprillum combustum læuigato, dataq; ex vino potui multum colicis augebatur, Alex. Trallianus. Iecur capræ aluum soluit, Plinius: sed quod ũstat, non soluat, constat ex eo quod cœliacis subuenit, vt iam dictum est &c. Si pariens inflata fuerit, hepar ouillum aut caprinum, calido cinere obrutum, edendum dato meracius ad dies quatuor, & vinum bibat vetus, Hippocrates de natura muliebri.

Fel caprinum veneficijs ex mustela rustica factis cõtrarium est, Plinius. Felle capratum psilothri vis efficitur, si eualsis pilis triduò feruefiat illitum, Plinius: vide paulo post in remedijs huius fellis ad palpebras & supercilia. Fel caprinum ad incipientes strumas oprimè facere experimenta docuerunt: nam penitus crescere non sinentur, si eo assiduè tangantur, Marcellus: apud Plinium non caprinum, sed aprinum fel strumas discutere legimus. Fel caprinum cũ aluminis cinere scabiem hominis abolet, Plin. Lepras iecur hirci calidũ illitum tollit. sicut elephantiasin fel caprinum, Plinius: Dioscorides hircinum fel ad elephantiasis tumores commendat. Magi felle capræ facrificatæ duntaxat illito oculis, vel sub puluino posito, somnum allici dicũt, Plinius. Ad porriginem prodest cornus cerũini cinis e vino, vtq; non tædia animaliũ capillis increscant: item fel caprinũ cum creta cimolia & aceto, sic vt paululũ capilli inarescant, Plin. Hyblæi mellis succi cũ felle caprino Subuehiunt oculis dira caligine pressis, Serenus. Fel quidem caprinũ pluribus modis assumunt ad oculorũ remedia: cum melle, cõtra caligines, (Sextus capræ fel cũ melle miscet aduersus caliginẽ. Dioscorides in eundẽ vsum fel syluestris capro commendat:) cũ veratri candidi tertia parte, contra glaucomata: cũ vino, contra cicatrices, & albugines, & caligines, & pterygia. & argemata ad palpebras verò, cuulso prius pilo, cũ succo oleris, ita vt inunctio inarescat: contra ruptas tunicolas, cũ lacte mulieris. Ad omnia autẽ inueterata fel efficacius putant, Plinius: Eadẽ omnia Sextus de capreæ fella scribit, paucis verbis variantibus, vide infra. Sedat caliginẽ fel cũ passo aut melle, Idem: caprinũ intelligo, etsi propius nominatus sit lepus. Ad nyctalopa id est, nocturnam oculorum cæcitatẽ, luuat fel capræ. Gal. cap. 1. 46. Felle capræ nyctalopas inungunt, vide supra in iecoris ex hoc animali remedio ad eosdem Dioscorides capræ syluestris fel ad oculos luscioſos & varios eorũ affectus commendat. Collyrium ex felle caprarũ syluestrium vel domesticarũ, tenuem oculorũ sanat, Rasis & Albert. Ad pilos inutiles & pungentes in palpebris, capræ fel cũ brassicæ succo illinitum bibet Archigenes apud Galenũ κα. πιν. 48. Fel caprinũ palpebris vel supercilijs impositũ, pilos abolet: acerrimũ enim est & forsan in alijs quoq; locis psilothrum, Albertus. Domesticarũ suum bile vtuntur quidam ad vlcera auium, medicamento vtiq; non reprobo: & tu quoq; vbi compositorũ nihil adfuerit, vtitor: sunt enim innumera. Sed & pro affectus magnitudine, alia etiam atq; alia alterius animalis bilis potest congruere. Nã vbi vlcus diuturnũ fuerit: multamq; saniem pusq; continet, etiam siccioré bilem præferes, puta ouiũ, quę paulò est acrior suilla hac etiã magis caprarũ, cui adsimilis quodammòdo est vrsorum & boum: taurina valentior est, &c. Galen. Ad auriũ dolorem: fel taurinũ aut caprinum cũ porri succo instilla. Apollonius apud Galenum. Medicamentũ quod recipit fellis caprini & mellis ana scrupulum vnum, conteres & in strigili calefacies & infundes, & lana obeludes aurem. Nihil hoc medicamine potentius, neq; certius, etiamsi intrinsecus cancerauerint aures, Marcellus. Senectus serpentium vsta cũ felle caprino auribus purulentis instillatur, vt in Senectute serpentium dicam ex Plinio. Auriũ vitia sanantur tritis porri foliis cũ felle caprino, vel pari mensura mulsi, Plin. Aurium vitijs medetur fel caprinum cum rosaceo tepido, aut porri succo: aut si sint rupta ibi aliqua, è lacte mulieris, Plin. Caprinum fel cum pari potione mellis ad carbones decocti mistum tepidum in aurem instillato ad grauem auditũ & surditatem, Galenus cap. 13. Quorũ auditus hebes est, ex felle caprino, formicarũ ouis, melle & chelidonio mixtum medicamen auribus instillent. Innominatus. Ad corrosas gingiuas, Capræ fel cũ melle aut migellam ibidem cũ melle illinito, Gal. cap. 3. 11. Anginæ prodest caprinũ fel cũ melle, Plin. Caprinum fel, vel taurinũ, melle permixtũ & extrinsecus faucibus adpositum. vel pro vnguine inductũ anginas efficaciter sanat, Marcellus. Ad ceruicũ tumores sedandos, ouorũ vitelli cocti cũ adipe anserina illinũtur, felle caprino equis ponderib. permixto atq; inde ceruices fricãtur, Marcell. Capræ fel cum cyclaminis succo & aluminis modico: aliqui & nitrũ & aquã adiecisse malunt. aluum soluit, Plinius: subditũ pastillo intelligo: quod mox etiam de felle taurino dicit cũ absinthio trito: Simile remediũ Sextus ex felle capreæ describit, vt in Caprea dicã. Ad lumbricos egerẽdos felle caprino madefactã lanã vmbilico adpone, Marcellus,

cum lacte capellæ, Serenus. Intestinorum vitijs magnopere prodest lactis caprini potus decoctus cum malua, exiguo sale addito & si coagulum addatur: maioribus emolumentis fiet, Plinius. Lac caprinum ex coagulo tempestivis, & dum teper, antequam penitus constringatur, dysenterico bibendum dabis, cito remediabitur, Marcel. Lactis caprini statim mulsi grandi potioni additur de coagulo hœdino frustum, quantum auellana grandis: deinde quod digitis, medicinali & pollice sit olatum vel missum, ijsdem digitis contemperatur, & datur laboranti dysenterico dum adhuc calet lac, antequam coagulo stringatur, per triduum. Hæc potio ieiunò dabitur contra orientè bibenda, Marcel. Lac caprinum fœmens, adiecto polentæ quantum satis sit, cum fuerit quasi tenuis pulticula, dysenterico bibendum dabis, Marcel. Lac caprinum ad dimidias partes decoctum, dysentericis & cœliacis datur, Plin. Si torminosi vel cœliaci propter frequentes desurrectiones viribus deficientur, dandum erit eis ius galinæ pinguis excoctæ cum butyro, vel lac caprinum aut ouillum tepidum per se, vel etiam decoctum cum butyro, Marcel. Injectio ad dysenteriam, Amyli vncias tres in lactis caprini cocti pro modo quantum visum fuerit, adijcies, & ita injectionem facies, Marcellus. Alui exulceratæ fluores & tenesmos, ouillum bubulumue aut caprinum lac sitire, ignitis calculis decoctum, Dioscor. Post clysteris vsum, si quidem stercorum multitudo in cæco intestino sit, si minus, post fomenta pectini inguinibusq; admota, exhibendum est lac caprinum recens mulctum, heminæ mensura, nequaquam minus: verum non aceruatim, sed figillatim paritum. Sequenti deinde die lac ipsum ad dimidium decoquatur ablato eo quod in decoctione concretum supersiat, atq; ita exhibeatur, Aëtius in cura tenesmi. Idem alibi docet quo pacto lac cum calculis fluuialibus ignitis siue bubulum siue caprinum, in biliosis alui fluxionibus & cœliacorum alibi, parare conueniat, vt in bubuli lactis mentione supra expositi. Panicum sistit aluum in lacte caprino decoctum, & bis die hausta: sic prodest & ad tormina, Plin. Panis antiquus ex lacte caprino decoctus, & more sorbitionis ventris fluxu laboranti bis ad diem datus, citò succurret, Marcel. Satui liberis priuatim succus cum lacte caprino potus, sistit aluum, Plin. Caprino lacte lienes sanantur, post bidui inediam tertia die edera pascitur à cibo per triduum, tertia die hedera tantummodo saturantur, & mulgentur antequam bibant: si ex eo lacte exterios tres per triduum calidos statim quomodo mulsi fuerint ieiunus lienosus acceperit, ita vt nullos alios cibos illo triduo manducet, potenter sanabitur, Marcellus. Qui cotidie ieiunus serum caprinum, sed earum capellarum quæ hedera pascuntur, biberit, splene consumpto erit, Marcel. Lac caprinum semicoctum, si capræ tantummodo hedera pascantur, infantibus lienosis datur, Marcel. E caprino lacte adiecto coagulo, vt solet caseus fieri, potus detur hydropicis, elabuntur, Sext. Remedium ad colicam ex lacte caprino calido in bubula vesica veteri admoto, supra descripsi in Borrachie illud addam, aliquos non in vesicam lac infundere, sed spongiam eo grauidam imponere, & intorquere vas ligneum, quo lac minus defluat. Lac caprinum potum lumbricos necat, Aeschulap. Passi Cretici cyathos tres, lactis caprini itidem, seminis cucumeris grana triginta tria, optimè trita simul vna potione quibiberint, absoluentur renium dolore, Marcel. Anatolius equis sanguinem per vrinam excernentibus, lactis caprini corylam cum amylo, ea mensura, quæ tribus ouis par esset, & olei vncijs tribus, omnia mixta per cornu infundi iubet. Pelagonius lac caprinum amylum, & ouatria, & succum perdicij herbæ commiscet. Vettonicæ farinæ lacte caprino potæ, sanguinem ex hubere fluentem sistit, Plin. Medicamenta quædam ad Venerem incitantia medici ex caprino lacte propinant, Marcel. Herbæ quam orchin vocant radicem alteram, quæ molitior & infertior est, in lacte caprino viri in Thessalia bibunt ad stimulandos coitus, duriorem vero ad inhibendos, Plin. Ad eos quibus semen fluit, & non potentibus, & aquosum est, vnde efficit vt fœmina non concipiat: Caprinum lac cum melle potum, remedium est & valde optimum vt concipiat, Sext. Si sedis musculus prominear, & rimas patiatur, caprinum lac calefactum illinito, Innominatus. Is cuius oues ægrotant, sumat lac caprinum ac cum vino misceat detq; illis bibendum, Incertus. Agnis febricitantibus vel ægritudine alia affectis multi lacte caprino medentur, quod per corniculum infundatur faucibus, Columella.

Caprinus caseus recens, his qui viscum biberint, remedio est, Plin. Ad reliquos (præter canis rabidi) bestiarũ morsus, caprinum caseum siccum cum origano imponunt, & bibi iubent, Plin. Et alibi. Caseum caprinum cum origano impositum, contra ictus serpentium valere tradunt. Ad cunctos autem morsus ictusq; minorum, Caseus aptus erit simæ de lacte capellæ: cumq; hoc absumi debebit origanus herba, Serenus. Siccus ex aceto ac melle purgat vlcera, Plinius. Contra quartanam datur caseus caprinus recens cum melle diligenter fero expresso, Plin. Impositus caseus caprinus omnes punctiones & dolores reprimit, Aesculap. Mollis, id est recens, cum melle subactus impositusq;, & panno desuper tectus aut linteo, suggillationes liuoresq; celeriter absterget, Marcellus. Caseus caprinus siccus cum porro agni sacro illinitur, Plin. Siccus ex melle & aceto in balneis, oleo remoto, papulis nigris illinitur, Idem. Recens coagulatus supra oculos positus dolores sitio lenit, Marcellus. Ad feruoré vel punctionem oculorum, capitis & pedum dolorem: Caseus caprinus recens oculis superpositus mire subuenit: Item simili modo capiti dolenti superpone: Sic & pedum dolorem medicare, Sextus. Caseo caprino molli impositio ex aqua calida epiphoræ sedantur: si tumor sit, ex melle. verunq; vero fero calido fouendum, Plinius. Ad veteri dolorem, caseum caprinum & mellis pari pondere in pultario fictili coque, & bis ad diem impone: sed ante vino vetere locum qui curandus est, eluas, Marcel. Genitalium carbunculis caseus caprinus tritus & impositus medetur, Plin. Si mulier cibos auersans, vtero doleat, & febris ipsam ac rigor corripiat, pepli albi quintam dimidiæ chœnicis partem, & seminis vtricæ tantundem, & casei caprini rasi dimidiam chœnicem, simul cum vino vetere mollito deinde cocta forbenda dato, Hippocrates in libro de morbis mulieb. Et paulo post: Si ex partu alui profluuio corripiatur, bibat vuam passam nigram, & punici dulcis malicorium, & internum nucleum, & coagulum hœdi: hæc vino nigro diluta, & caseo caprino ac polenta triticea insperfis, bibenda dato. Et alibi in eodem libro, si quid in vteris computruerit, item si sanguis & pus exeant caseum caprinum vel derasum assatumq;, vel simpliciter, cũ æquali parte polentæ miscet, & in vino ieiunæ propinat.

Omnium cel errimè vtimur caprino stercore. Græci τραγεῖον (fœm. genere) propriè nominant, digerentis & acris facultatis: adeo vt & induratis scirrhorum in modum tumoribus congruat, non tantum lienis, sed etiam aliarum partium. Vsum tenuioris essentiæ quidem, verum haud manifestò redditur acrius: quamobrem sanè ad alopecias congruit, & omnia adeò quæ extergentia medicamenta desyderant, vt lepras, psoras, lichenas, & id genus alia. Miscetur & digerentibus cataplasmatis, qualia sunt quæ accommodantur ad parotidas & bubonas diuturniores. Efficacia enim vis eius tum vsti tum non vsti, absterforia, & digerens nec eam parũ habet digerendi potentiam. Verum pro pastu vario nonnihil habuerit differentiæ: non tamen tantum, quantum stercus humanum. Ne-

uicus

dicus quispiam ex ijs qui in agris & vicis medicinam exercent, vtebatur hoc fimo ex aceto ad viperarum morsus & multò sanè etiam magis aliarum bestiarum: ac profecto ex ijs complures seruauit. Et hic ipse quoq; medicus ad auriginem potandas ipsas spyrathos ex vino præbuit, & ad profluuium muliebre cũ thure appposuit. Quæ omnia sane optimus medicus ignorare non debet, cæterum potiora eligere, potissimum ad vrbanos & honoratos viros. Hæc omnia Galenus lib. 10. de facult simplicium cap. 22. Caprinum fimum inquietos infantes adalligatum panno cohibet, maximè puellas, Plinius. In aceto decoctum imponitur serpentium morsibus, Dioscor. Et alibi, Cum vino illudiosè impositum viperarum morsibus auxiliatur. Fimum caprarum in aceto decoctum & illitum ictus serpentium valere dicunt, placet & recentis cinis in vino: Atq; in totum difficilius se recolligentes à serpentium ictu, in caprilibus optimè conualescunt. Qui efficacius volunt mederi occisæ capræ aluum dissectam, cum fimo intus reperto statim illigant. Plin. Percussis à scorpione fimum capræ efficacius cum aceto decoctum auxiliatur, Plin. Ad canis rabidi morsum laudant capræ fimum ex vino illitum aut melle, Plin. Ad morsus venenatos stercus caprinum cum aceto impositum, Aetius. Sanguinis impetus ex aceto cohibet, Dioscor. Caprini simi cinis ex aceto illitus Plinius, vide superius in Cornu caprini mentione ad eundem vsum. Caprinum stercus impositum non patitur consurgere tumorem, Sext. Farina hordei cum stercore bouis vel capræ cocta, ad omnem tumorem valet, Author obscurus. Stercus caprinum cum melle mixtum, sanat luxos, & tumores discutit, & non patitur iterum consurgere, Sextus. Luxos intellige luxatos, vt inferius dicam ex Plinio. Fimum caprinũ ex aceto decoctum strumas discutit, Plinius. Fimum caprinum ad bubones diuturnos vsurpari, ex Galeno iam dixi. Fit etiam ad tardantes rupturas, in suppurationibus pectoris vtile cataplasma ex solo stercore caprino, quod & collectionem maturat & discutit, Aetius. Ad mammarum mulierum tumorem, caprinum stercus aridum ex vino meraco imponito, inflammationem enim digerit, Galen cap. 3. 284. Ad genas oculorum crassas, callosas, rubras, glabras, R. muscendas & caprarum stercora vsta pari mensura, cineris calami græci duplum, cum melle Attico illine Idem κα. πεπ. 48. ex Archigene. Fimum bubulum in cinere calefactum, aut caprinum in vino vel aceto decoctum, illinitur in his quæ rumpere opus est, Plin. In aceto decoctum imponitur, vlceribus quæ serpunt, igni sacro, parotidibus, Dioscor. Ex aceto subfrueſactum & illitum, sanat vlcera quæ serpunt, Plinius. Et alibi, Manantia verendorum vlcera sanat senum caprinum cum melle rubiq; succo: vel si serpant, fimum etiam prodesse cum melle dicunt, aut cum aceto. Prodest ad lepras, psoras lichenes, & id genus alia, vt paulò ante ex Galeno dixi. Cum melle mixtum & appositum sanat cancerosos, Sextus. Cum melle commixtum & superpositum, carbunculos qui in ventre nascuntur, discutit, Idem. Fimus caprinus in aceto feruefactus & subactus imponitur, quo omnia crurum & tibiarũ vlcera purgantur & persanantur, butyro bubulo cum oleo cyprino aut laurino postmodum addito, Marcellus. Spinæ ac similia corpori extrahuntur excrementis capræ ex vino, Plinius: apud Sextum capri non capræ legitur, his verbis, Stercus capri ex vino conspersum impositumq;, quod inhærebit, extrahet & sanabit. Medicus quidam medicamentorum peritus in Mysia Hellespontı, vlcerum ambusta ad cicatricem ducebat ouium stercus cerato rosaceo commiscens, (hoc & Dioscor. de ouillo scribis:) sed & per stercus caprinum combustum similiter curabat, parum eius multis numeris maiori cerati (rosacei) moli admiscens, Galenus. Græcum exemplar nostrum habet, Καὶ ἐπὶ τῶν ἐξ αἰγῶν κατακαυμάτων ἰῶνται τὸ ἔκκριμα: deest nomen excrementi, interpres legit, Καὶ ἐπὶ τῶν ἐξ αἰγῶν κατακαυμάτων κόπρου ἰῶνται τὸ ἔκκριμα, non male: si τ articulum addas, κόπρου vox omitti potest vt proximè in præcedentibus posita. Sed considerandum est an rectè legatur κατακαυμάτων, vt nihil hîc mutandum sit præter τ articulum addendum: sensus erit Quinetiam caprillo fimo homines ambustos similiter curabat, &c. Nã Plinius quoq; caprarum fimum (simpliciter, non vstum) ambusta sine cicatrice sanare dici, scribit. Aggregator etiã ex Auicenna citat, capræ stercus cum aceto, vel cerato rosaceo, ambustis auxiliari. Deinde cum ouillo stercore non vsto vsus sit ille medicus, de quo Galenus scribit, quod minus acrimoniæ quàm caprinum habet, caprinum in eundẽ vsum vsisse non est verisimile. Quanquam si vsti quoq; huius simi cum acrimoniæ ex igne nihil assumat, ex Galeno supra dictum est) modicum copioso cerato aliquis misceat, idoneum ambustis medicamen reddet. Scio & alia quædam (vt pilos, testas purpurarum, & coria) in hunc vsum vri solita. Proinde rem in medio relinquo, vt quisq; pro arbitrio legat & sentiat. Luxatis fimum caprinum cum melle illinitur, Plinius. Luxum & tumores discutit cum melle, & non patitur iterum consurgere. Sextus. Costis fractis laudatur vnicè caprinũ fimum ex vino vetere, aperit, extrahit, persanat, Plinius. Neruorum doloribus fimum caprinum decoctum in aceto cũ melle, vtilissimum putant, vel putrescente neruo, Plinius. Melle mixtum impositumq;, suppuratos neruos expurgat & ad sanitatem vsq; perducit, Marcellus. Cum acerrimo aceto mixtum morbum articulorum sanat. Sextus. In dulci potum, Idẽ vt Aggregator citat. Cum polenta & aceto in corporibus duris, vt rusticorum, Galenus vt Aggregator citat. Cum melle mixtum parotides mirè sanat item articuli cum eodem perunctis, sanantur, Sextus. Capræ itidem depastæ fimus ad podagram, Aretæus. Cum aceto mixtum & superlinitum neruorum contractionem sanat & confirmat, Idem. Cum aceto coctum & subactum, atq; ad crassitudinem mellis impositum, articulorum contractiones relaxat, & tremulis prodest, Marcellus. Cum melle in aceto decoctum articulorum attritis prodest, Plinius. Ad strumas facit fimum caprinum aut bibulum elixum, Nic. myrepsus. Stercus caprinum valde siccum est, & ideo necat fistulam. Arnoldus. Emplastrum de stercore caprino & farina fabarum cũ sapo, vino & lixiuio barbito Ioris confectum prodesiccatione fistularum plurimum iuuasse percepimus, Io. de Vigo.

Medetur alopecijs exustum, & cum aceto aut oxymelite (melle, Albertus) illitum Dioscorides & Rasis: meminit etiam Galenus, vt supra retuli. Caprino fimo cum melle alopecias expleri tradunt, Plinius. Paulus Aegin. vbi de alopecia scribit, tum caprino tum ouillo ad eam excremento vtitur. Septem pilulas stercoris caprini ex aceto tere, & fronti inline contra capitis dolorem, Marcellus. Caprinum stercus ex aceto & oleo rosaceo tritum, fronti illinito & fasciã deligato, id; mane & vesperi, sic laborãtem in capite sanitati restituet, Gal. cap. 21. Cerucis dolor inflexionis, quem epistrophon non Graci vocant, leuatur bulbo trito cũ fimo capræ cerucis illito. Plinius & Marcel. Stercus caprinũ fimo (vino forte) conspersum, tritumq; & impositũ oculis, atq; obligatũ omnem dolorẽ tumoremq; detergit, Marcel. Nec abdicant fimum ex melle illitũ epiphoris (oculorũ.) Plin. Contra parotides in aceto decoctum imponitur, Dioscoride sic meminit etiam Galenus vt supra dictum est. Parotidibus prodest vrina capræ calefacta instillata auribus fimumq; eiusdem cum axungia illitum, Plin. Cum melle commixtum parotidas mitè sanat Sextus. Caprinum stercus cum melle & liquida pice illitum anginã laborantibus summè prodest: Gal. cap. 1. 71. Ad idem, Caprinum stercus cum melle gargarizato, Idẽ. Ex eas caprinas aridas terat, & ex vino gs-

nerolo

netoſo bibat quem tuſſis male habet: pituita ſtatim reiecta ſanabitur, Innominatus. Fimum caprarum, præſertim in montibus degentium, potum in vino (per ſe, vel cum aromatibus, in euporiſtis Dioſcoridis) regium morbum emendat, Dioſcorides. Medicus quidam in agris aduerſus auriginem potandos ex vino præbebat caprinas ſpyracidos, Galenus. Illinunt & ventrem cœliacis fimo cum melle decocto, Plinius. Caprinum ſtercus pro fomento impoſitum, colicis prodeſſe dicimus Sextus. Stercus caprinum recens in aqua remiſſum colatumq; cum mulſi cotylis tribus, & piperis contriti grahis ſexaginta, in tres potiones diuiſum per triduũ datur ita vt prius corpus eius colici, cui potio danda eſt, ſcopo perungatur, vt perfrictiones omnes coacto ſudore diſcedant, miro remedio ſanabitur Marcellus. Cataplaſmatis pro recente indurato ab initio Archigenes apud Aetium ſtercus caprinum miſcet. Ad ſplenis duritiem, optimè facit ſtercus caprinum cum farina hordeacea expoſita cataplaſmate impoſitum Aetius. Ad induratos lienis tumores medici non pauci creberrimè caprinum ſtercus applicant, Galenus: Et rurſus, Ad aquam intercutem, & ad ſplenicos, variè caprino ſtercore vtimur. Ad hydropicos: Caprinũ ſtercus in vrina pueri impubis venenis expertis, vel ipſius capræ vrina coctum, ad ſtrigmenticiam ſpiſſitudinẽ redigito ac imponito. Egregiè ipſum per aluum purgat Archigenes apud Galenũ Vnguentum è ſtercore caprino (montano) vocatum ſpongion, hydropicis efficax, apud Myrepſum num. 35. Anglus quidam retulit mihi vtile eſſe hydropicis ad tumorem reprimendum cùm in cruribus tum in ventre & alibi, cataplaſma ex ramentis corianorum (pellium) in aceto coctis cũ ſtercore caprino. Ad hydropicos, Fimi caprilli ſicci libras duas cœctas in oxyciato vt malagma imponito, Galen. eup. 1. c. 8. Aridum tritum adiecto melle potui datũ ex aqua calida, mire producit (educit) tineas, Marcellus. Calculos expellit fimum caprarum in muſſo, efficacius ſylueſtrium, Plinius. Vtilẽ iſchiadici vſtionem hunc in modum accipiunt: In eo interſtitio vbi pollex brachiali cõmittitur, caua veluti lacuna ſubſidet, in qua lana oleo imbuta ſubſternitur, deinde ſigillatim feruentes ſtercoris caprini pilulæ imponuntur, dum vapor per brachium ad coxam ſentiatur peruenire, & coxendicis dolorem mitigare: aduſtio id genus Arabica appellatur, Dioſcorides. Ego canam illam lacunam in ipſo brachiali interno eius latere, nempe ſub pollice reperio: quæ tamen non ſemper apparet: manum verò ita tenenti, vt digitus minimus infimo loco ſit, pollex ſupremo, ideinq; ſurſum & retro tendatur, omnino conſpicua ſit inter duos neruos, figura prorſus idonea quæ baccam recipiat caprinam. Hæc admonere volui, quoniam interpretes non ſatis conueniunt & Dioſcoridis textus Græcus vel mutilus eſt, vel certe obſcurus, his verbis, Ἐπὶ τὸ μεταξὺ μέρος ὃ ἀντίκειται, σωτηρίζει ἡ τοῦ καρποῦ κοῖλον, &c. nam vbicunq; μεταξὺ, id eſt medium vel interſtitium fuerit, duo extrema nominari debẽt. Conſpicitur ſanè lacuna iſta è parte vel ſciſſura quæ inter pollicem & reliquam manum (vel indicẽ: ſic enim forte appellare licet vnumquenq; digitum, vt ſimul pars omnis in metacarpio ei ſubiecta attribuatur) interiacet, ad carpũ vſque recta deſcendenti. Plinius forte hac apud Græcos locutione non intellecta ſimpliciter cauam manum reddidit, vbi idem remedium deſcribit his verbis: Afferunt & magi ſua commenta. Primum omniũ rabiem hircorum, ſi mulceatur barba, mitigari. Eadem præciſa non abire eos in alienum gregem. Huic admiſcent (ſenſus videtur, huic commẽto alterum admiſcent: neque enim fimum barbæ miſceri intellexerim) fimum caprinum, & ſubdito linteolo vncto caua manu, quantum pati poſſit feruens, ſuſtineri iubent ita vt ſi læua pars dolcat, hæc medicina in dextra manu fiat, aut è contrario, Fimum quoque ad eum vſum acus æreæ punctis tolli iubent. Modus curationis eſt, donec vapor ad lumbos ſentiatur peruenire. Poſtea vero manum porro tuſo illinũt: item lumbos ipſo fimo cum melle: ſuadentq; in eodem dolore & teſtes leporis deuorari, Hæc Plinius. Simile remedium idem author alibi docet, in quo plus rationis (vt Marcello Verg. etiam videtur) minus ſuperſtitionis eſt: Iſchiadicos, inquit, vri ſub pollicibus pedum (Aggregator legit, ſub poplite) fimo caprarum feruente vtiliſſimè tradunt. Arabica illa (inquit Marcellus Verg.) apud Dioſcoridem vſtio, noſtra ætate, quod audierimus, in nullo vſu eſt. Plutarchus quidem in commentario: Cur ſerò ſceleratis à numine puniantur, in vſu eam fuiſſe vſtionem ijs verbis teſtatur. Καὶ γελοῖος ὁ φάσκων ἀδίκως τὸν ἰατρὸν κολάζεσθαι τὸν ἰσχιάδι τὸν πρόσθεν ἀντίχειρα: Quod eſt, Ridiculus præterea eſt, dicens iniuſtum eſſe medicum, qui in coxendicis dolore pollicem vrat. Coxendicis dolor per femora genua, tibiasq; ad infimos talos pertinet: quod in ſuperiore hominis parte non ſit: quamobrem plus rationis eſſe videtur cur pedum pars potius quàm manuum vratur. Præterea qui aptiorem coxendicum vſtionem docuerunt, Hippocrates, Paulus Aegineta, alijq; Græcorum medici, aliter vri in eo malo hominem voluerunt. Hæc ſolum habui de hac vſtione dicenda, nec plura apud authores reperio: vt neque cur Arabica diceretur: conijcio tamen à gente nomen inuentum, quoniam Arabes ſic coxendices vrerent. Non diſſimilis vſtionibus his ea eſt, qua in gente noſtra circa quadrageſimum à partu diem infantes, cadente ferramento, ab alijs in imo occipitio, ab alijs in interſcalpio (interſcapilio malim) ab alijs ſub poſteriore humero paſſim vruntur: vulgoq; creditur, ſine ea vſtione non poſſe feliciter primæ illius ætatis periculum infantes euadere. Hæc ferè Marcellus. Mihi quidem hæc infantium vſtio nulla ex parte cum Arabica conferenda videtur, cum præſeruandi gratia & ferro fiat, illa curandi & ſine ferro, &c. His iam perſcriptis Aetium adij, qui lib. 12. Cap. 3. ex Archigene & Antyllo multa ſuper hac re adfert digna memoratu, & Dioſcoridis etiam verba repetit, quæ ex Cornarij interpretatione nonnihil ab excuſis Dioſcoridis codicibus variare video: Sed quoniam codice Aëtij Græco deſtituor, Cornarij tranſlatione vtar in ijs vt digna ſunt, recenſendis. Veteres (inquit Archigenes) etiam vſtione in iſchiadicis vſi ſunt, alij aliter, &c. Quidam ad propinquæ cruri affecto manus locum inter magnum digitum & indicem medium, circa infernum magni digiti ſiue pollicis articulum, caprinum ſtercus feruens per forcipem imponunt, ſtercoraque permutant, donec ſenſus vſtionis ad locum affectum perferatur. Dioſcorides hanc rem ita tradit, Caprinum, inquit, ſtercus feruefacito, & extenſo magno manus digito, cauum locum circa inferni eiuſdem articuli finem nota, &c. vt ſuperius recitaui. Antyllus autem, nos (inquit) etiam huiuſmodi vrendi modo vtimur: ſtercus caprinum ſiccum feruefacimus, eoque ventrem magni digiti affecti pedis perurimus paulò infra vnguem, vſque ad os ipſum vſtione penetrante. Hæc ipſa vſtio extremas coxendicum affectiones & quæ nullis alijs præſidijs cedunt, diſſoluit. Cæterum poſt vſtiones porri folia cum ſale trita imponito &c. Fimum capræ cum farina hordei & aceto impoſitum, maximè in duris & ruſticorum corporibus, remedium eſt iſchiadis, Serapio citans Galenum, Aggregator. Fimum caprinum cum axungia (σὺν ἀξυγγίῳ, id eſt adipe vel axungia Hermolaus oxycrato legit, id eſt poſca, Marcellus Verg.) impoſitũ, his qui podagra tentantur, auxilio eſt, Dioſcorides. Cum fimo capræ & croco impoſitus adeps hircinus, podagricis auxiliatur, Idem vt alicubi citatum reperi. Seuum capri cum fimo caprarum coctum, & croco, podagris impoſitum dolorem ſoluit, Raſis. Albertus crocum omittit. Podagris medetur taurinum ſeuum, &c. alij hircinum præferunt ſeuum, cum fimo capræ, & croco ſinapiue, cum caulibus ederæ tritis, ac perdicio vel flore cucumeris ſyluestris. Magnificant

ficant alij fimi caprini cinerem cum axungia, Plinius. Fimum caprinum cum aromate aliquo (cum ſpica nardi, vetus translatio) hauſtum, menſes cit, & partus euocat: tritum in farinam, & impoſitum lanis cum thure, ſeminarum profluuia ſiſtit, cæteroſq; ſanguinis impetus ex aceto cohibet, Dioſcorides. Stercoris caprini pilulas, & leporis pilos, pinguedine phocæ ſubacta ſuffito: Aliud, Stercus caprinum & pulmonem phocæ ac cedri ramenta ſuffito, Hippocrates in libro de natura muliebri, inter diuerſa vterorum remedia menſibus præcipuè & ſi cũdis pellendis. Medicus quidam in agris fimum caprinum ad profluuium muliebre ſiſtendũ cum thure apponebat, Galenus. Profluuium quamuis immenſum vrina capræ pota ſiſti obſtetrices promittũt, & ſi fimum illinatur, Plinius. Si equus vngulam pertuderit, ouillum ſtercus cum aceto permiſcebis & impones: quamuis alij caprinũ efficacius credunt. Vegetus. Malus arbor quæ iam vermes habet curabitur caprino ſtercore cum vrina humana radicibus affuſo, Anatolius in Geopon.

Vrina caprarum cum aceto ſcillitico hauſta contra ictus ſerpentium valet. Plinius. Panos & apoſtemata (impetus & ſuppurationes) in quacunq; parte diſcutit: vt ſuum etiam in lana impoſita, Plinius. Dolorem ceruicum inflexibilem, opiſthotonon vocant, leuat vrina capræ auribus infuſa, aut fimum cum bulbis illitum (bulbo trito cum fimo capræ ceruici illito, Marcellus) Plinius. Opiſthotonicis & tetanicis lotium caprinum cum aqua mixtum efficaciter prodeſt, ſi ieiunis potui detur, Marcellus. Vrina captæ aurium doloribus inſtillata medetur, Dioſcorides. Mirabiliter facit in excellenti aurium dolore porri ſuccus & caprina vrina & roſaceum cũ modica myrrha infuſa, Archigenes apud Galenum περὶ τόπων lib. 3. Sub eo momento quo egeritur, tepidam auri obtunſæ infundes, Marcellus. Lotium caprinum miſſum in aures, dolorem ſedat: ſi cum mulſo miſceatur, ſi pus habet, cijciet, Sextus. Inſtillatum dolorem ſedat, quod magis ſuppuratis auribus adfirmatur: ob quam cauſam præſentis auxilij plures exceptum & cornu caprino inditum, in fumo ſuſpenſum, diligẽter ad neceſſarias medelas reſeruant, Marcellus. Si grauitas ſit audiendi, fel bubulum cum vrina capræ vel hirci medetur: vel ſi pus ſit: In quocunque autem vſu putant hæc efficaciora, in cornu caprino per dies viginti infumata, Plinius. Ad ſurditatem naturalem, capræ nuper iugulatæ cornu caprino lotio impleto, & ad fumũ per dies nouẽ ſuſpendito, deinde vtere, Galen. cap. 2. 4. Vide infra etiam in hirci vrina. Vrina capræ calefacta inſtillata auribus, fimumq; eiuſdem cũ axungia illitum, ad parotides profunt, Plinius. Vrina capræ ad aquam quæ vtcunque ſubijt, cum nardi ſpica quotidie binis cyathis cum aqua bibitur, vrinamq; per aluum extrahit, Dioſcorides. Hydropicus ſorbeat lotiũ capræ, mirificè ſanat, Sextus. Vide in lotio hircino. Hydropicis auxiliatur vrina veſicæ capræ (codices quidam minus emendati habent apri: poterat &, capri, legi: nam hircina quoq; prodeſt, vt infra oſtendam) paulatim data in potus: efficacius quæ inaruerit cum veſica ſua, Plinius. Ad hydropicos: Vrinæ capræ cochleare vnum cum nardi drachma vna calefactum bibendum dato, Archigenes apud Galenum. Ad vrinæ difficultatem & calculum lotium caprinum, ſed montanum (id eſt caprarum quę in montibus paſcuntur) tepidũ potari oportet, admixto vino cum aqua ob faſtidium, Marcellus. Ad calculum veſicæ, Nec non obſcænus capræ potabitur humor: Obruat hic morbum labefactaq; ſaxa remittit, Serenus. Lotium caprinum mulier ſi bibat, menſtrua prouocat, Sext. Profluuium quamuis immenſum vrina capræ pota ſiſti, obſtetrices promittunt, & ſi fimum illinatur, Plinius. Aëtius cum præſcripſiſſet remediũ efficax ciendæ veneri, nempe vt paſſer Troglodytes dictus in cibo accipiatur, ſubdit: Verum his qui frequentius & ſupra quàm conuenit inde coëunt, vrinam capræ bibendam præbe.

H.

a. Capræ à carpendis virgultis dictæ ſunt, Nonius, Varro lib. 3 de Re ruſt & Cicero alicubi. Vel quod carpant aſpera: vel à crepitu crurium, vnde eas crepas appellatas, quæ ſunt agreſtes capræ, Iſidorus. Crepæ à principio capræ ſunt appellatæ, quod cruribus crepent, Feſtus. Capra, carpa: à quo ſcriptum, omni carpæ capræ. Caprigenum genus vocare licet, capras tum villaticas, tum feras item hircos & hœdos, Gaza caprarium genus dixit. Caprigenum hominum non placet mihi neq; pantherinum genus, Plautus Epid. Caprigenumq; pecus nullo cuſtode per herbas, Cornificius apud Macrobium. Quamuis caprigeno pecori grandior greſſio eſt, Pacuuius. Caprigenum trita vngulis, Actius. Lege locationis fundi excipitur, ne colonus capra natum in fundo paſcat. Capella, vox diminutiva. Capras chimaras Græci vocant, chimaron & enorchan hircũ. Hermolaus. Homerus ouium caprarumque ætates diſcernens, πρωΐονας, μισσάτας, & ἔριφους nominauit, Pollux. Varinus ἔριφους exponit ἐρίφους, id eſt hœdos, in prima ætate: μισσάτας (μίτταρας apud Homerum Odyſſeæ lib. 9. μέσσαι, μεσηγύς, Scholia:) in media, de fœminis nimirũ, nos capellas dicere poſſumus, licet id nomen pro capris ſimpliciter poni ſolcat. χιμαίρας de maribus: adultos demum & perfectos ætate mares τράγους, id eſt hircos & ἔξλικας, id eſt capros (de qua voce plura dicam ab initio hiſtoriæ de capris ſylueſtribus) Fœminæ vero adultæ αἶγες, id eſt capræ dicuntur. χίμαιρα, capella hyeme nata, χειμὼν Græcis hyems eſt: vel quæ vnam ſolum ætatis hyemem habeat, Etymologus, Varinus. Heſychius chimæram capram feram expouit. Χίμαροι, capræ hybernæ, vel hirci, vel hœdi: item torrentes ſeu riui qui hyeme & imbribus aucti vel niuibus liquefactis fluunt, in æſtu & ſqualore torrentur, id eſt ſiccantur. Sed pro torrente, potius cum rhô duplici ſcripſerim vt appareat nomen eſſe compoſitum ἀπὸ τοῦ χειμάῤῥου: profertur autem χεῖμα quoque pro χειμὼν: plærique etiam cum torrentem ſignificat primam ſyllabam per ει ſcribunt, poëtæ producunt, (quanquam video Grammaticos in lexicis Græcis alia quoque ab hyeme deducta vocabula per ῖῶτα notare, vt χιμάζει, χιμᾶν, χιμάδιον, quæ ego per ει vſurpare malim, &c.) cum caprarium genus per ῖῶτα, poëtæ corripiũt. Proinde in Lexicis Heſychij & Varini χίμαρος recte per ῖῶτα ſcribitur, quanquã non ſuo ordine inter vocabula quæ ει diphthongum in prima ſyllaba habent. Χίμαροι, hœdi hyeme nati, Heſychius. Ergo pro omni caprario genere, omni ætate & vtroq; ſexu chimaron grammatici interpretantur, cum mediam ſolum ætatem proprie ſignificet, rectè tamen de vtroque ſexu vſurpari puto: vt etiam πρωΐονας quæ vox ab Homeri ſcholiaſte fœmininis vocabulis exponitur, πρωΐ ἔριφοι, πάλαι ἐρίφαι, ἢ μετὰ ῥῖζαν τὰ ἐλίκια: & recte quidem, cum Homerus etiam eodem genere protulerit, & mares foris relictos meminerit. Στεῖσαν πὰρ σκοπὰ Ἀρνῶν δ' ἐξέλφων, ἀλαπαζομένων ἔσαν Ἔρχατα· χωρὶς μὲν πρόσθεν χωρὶς δ' μίτταρας, Χωρὶς δ' αὖθ' ἔριφους. Etymologus χίμαρον hircum exponit, & deriuat ἀπὸ τοῦ χίω τὸ πορεύομαι. Χίμαρος, capra annicula à tribus aut quatuor menſibus vſq; ad partum, deinde enim αἶξ aut χίμαιρα dicitur, Varinus. Chimæram poëtæ fabulantur monſtrum quoddam igniuomum fuiſſe, à Bellerophonte confectũ, de quo Lucretius, Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra, id eſt capra. Grãmatici exponunt Lyciæ montem (de quo Plinius 2 106.) eſſe, qui dies noctesq; flammas eructarit: in cuius cacumine leones habitarent, in medio vero propter paſcua capræ, in radicibus ſerpentes. Et quoniam Bellerophon Glauci filius eum montẽ habitabilem

bilem fecit, Chimæram occidisse traditur. Hanc Typhonis & Chedriæ (Ἀμυδοδάης, Varin.) filiam fuisse fingunt. Hesiodus ex Hydra natam affirmat. Meminit etiam Seruius enarrans illud Vergilij Aeneid. 6. Flammisque armata Chimæra. Hesychius hanc feram triformem fuisse scribit, ita vt in medio caprina forma constaret, caput verò posterius draconis, anterius leonis cum ore igniuomo haberet: sed magis probauerim illos qui imam solum corporis partem serpentis specie in ea fuisse fingunt. Plura lege apud Varinum, & in Chiliadibus Erasmi, & Palæphatum in Bellerophonte, &c. Chimæra mons in Lycia nocturnis æstibus fumidum exhalat: vnde fabulæ riformis monstri in vulgum data est, quod Chimæram animal putauerint, Solinus capite 42. Cragus mons est Lyciæ cum vrbe eiusdē nominis, vbi Chimæram fuisse fabulantur: Fertur & mons in Lycia esse qui ignem sponte emittat, quod nostro adhuc tempore apparet, Eustath. in Dionys. Αἴξ apud eruditos omnes cum acuto scribi inuenio, & approbat Etymologus: solus Varinus multis in locis circumflectit. Apud poëtas reperitur etiam de maribus, ἢ ἐστιν αἰπὸς χρόνῳ ἔτους τὸ αἴξ, οἷς ἐλάφου, ἀνθρώπου, ἵππου, Varin. Αἶξ ἔνιοι ἀρσενικὸν (Attice, vel poëticè vt in ἔλαφος habet Varinus, αἶξ masculinum est) τὸ ζῶον, ὥσπερ τὸ αἴλουρος τὸ ἀρσενικὸν αἶξ: καὶ Οἰνεύς, Ἕλλην αἰγὸς, ἰθαγενὴς. Etymologus & Varin. Dores capras etiam αἰγάδας dicunt Hesychius, Varinus. Αἰγίσκον, αἶγα ἐκτομίαν, capram castratam, Varinus & Hesychius: nisi quis caprum potius, id est, hircum castratum accipiat, cum ἐκτομίας nomen masculinum sit, & αἶξ etiam Atticè & poëticè: quanquam apud illos ἐκτομίαν legitur cum epsilo in penultima. Βαιάριφοι, αἱ αἶγες ἐὰν ἐστερημένοι Αἰγύπτιοι diminutiuum in epistolis Aeliani. Fabas coctas cum sumptas Aristoteles lac augere scribit αἰγὶ καὶ γιγνομένῃ, Gaza vertit capris & capellis. Βύκη, χιμαίρα. Ἐπιεικὴς αἶξ, καὶ μὴ κερατίας, ἥμερος est placidus & benignus Ἐμμηλάδας, αἶγας πᾶσαι τὰ πρόβατα γενικῶς, Hesych. Κάπρα, αἶξ ἄγριος. Πελωρίην, ὅτι Γερηνίων: Vanes πτερύγβατα: hinc & κάπρος nimirum hœdus dicitur Θύων, κάπρων, ἀρνῶν, Varinus: Caper Græcis aprum significat seu porcum, capra porcam. Κάπρα, αἶξ, Τυρήνοι. Μίκκας, αἶγας, Μακεδόνας, τὰς αἰπολουμένας αἶγας. Νιβάδες, αἱ ἐπὶ τὰ λίφη ἔχουσαι αἶγες. Οὐθατοβόσκη, αἶγας βόσκει: Hæc omnia apud Hesychium & Varinum inuenio: nihil eorum apud Suidam. Ὀρεμβάδες (malim Ὀρεσβάδες,) αἱ αἶγαί, apud solum Varinum. Μῆλα Græcis antiquis, Homero præsertim omnia pecora, significant. Nam Odysseæ libro 17. procos mactantes facit μῆλα, qui non oues solum mactabant, sed omne genus quadrupedum, sues præpingues, capras, boues armentarios, & alia. Varinus. Et alibi apud eundem μῆλ' ὄϊς τε καὶ αἶγας ἰδυίσκον: sed plura de hac voce dicam in Oue præcipuè enim de oue dicitur μῆλον, vt apud Latinos etiam pecus. Κηλάδες αἶγες αἱ ἐν τῷ μετώπῳ σημεῖον ἔχουσαι λευκόν, Hesychius & Varinus: & rursus in κηλάς. κῆλα, σημεῖα. Μαίοφ proprie capram significat λιθοκμήλαιναν, id est, ex albo nigricantem: fuit hoc nomine & Orionis canis. Cælius. Fuit & Mæra vxor Lycaonis apud Pausaniam in Arcadicis, Atlantis filia, quam Vlysses etiam apud inferos se vidisse narrat, sed hoc nomen oxytonum est. Gangra dicta capella in Paphlagonia nomen vrbi dedit, vt infra dicam. Cissetha, nomen capræ apud Theocritum, Varinus. Capratum nomina Αἰγῶν ὀνόματα, οἷον ἀζοησα πεύγματα: capræ enim inter se similes sunt, cum nomina ijs tantum rebus discernendi gratia imponantur, quæ aliud diuersum habent, Suidas. Prouerbialiter dictum videri potest de rebus inutilibus, siue studio circa nomina inutilia: quale fortassis & hoc nostrum fuerit in ipsis caprarum nominibus, vt prouerbium aptissime quadret. Miror Erasmum non meminisse. Cæterum quod capræ non differant, falsum est: Color enim non omnibus idem, & alia quædam diuersa habent. Μελαίνης αἶξ, capra Melænis, apud Hippocratem: Dioscorides eam exponit quæ nata sit circa Melanas, quæ vrbs est in campo Cilæo ante Cirphium sita, & pascua habet optima, vnde lac laudatissimum prouenit, Galenus in glossis. Sed nimis arcta premunt olidæ cōuiuia capræ, Horatius 1. epist. id est, fœtor sub alis excitatur arctè nimis discumbentium: hunc & caprum & hircum appellare consueuerunt poëtæ, vt in Hirco dicetur. Αἶγες Doricè appellantur magni fluctus, Suid. & Varinus: hinc forte Aegæum pelagus dictum de quo mox inter propria. Capella inter virorum cognomina à capillorum hirsutie positum est, Cælius. Eandem ob causam Iulianum adulandi professores apud Constantium Cæsarem, capellam nuncupabant, Idem. Nicò scortum, vt supra ex Athenæo retuli, capra dicebatur, quod Thallum cauponem exhausisset: nam thallus proprie oleæ germen significat, quo delectantur capræ. Suidas illam Nanion appellat, &c. quod nomen per n duplex scribi debet. Sed fallitur tum ipse Suidas, tum Cælius cum secutus lib. 8 Nicò enim nominatum hoc scortum fuit: de quo Athenæus libro 13. vbi etiam mox post Nicûs mentionem de Nannio agit, vnde deceptus est Suidas, vel is ex quo ipse desumpsit. Capra signum est cœleste. Quinto idus Septembris Cæsari Capella oritur vesperi, Plinius 18. 31. Decimo calendas Ianuarias Capra occidit mane, tempestatem significat, Columella 11. 2. Meminit etiam Cicero de Nat. Post insana capræ sydera frigidas Noctes, Horat. 3. Carm. Videtur autem hœdos significare, quorum ortus & occasus concitat tempestates, de quibus Verg. 1. Georg. Hœdorumque dies seruandi: vbi Seruius, Aurigæ signum est haud longè à Septentrione: hic in manu sinistra fert hœdos, in humeris capram, quæ aluisse dicitur Iouem, oriuntur cum scorpio mense Octobri. Τὸ ἀστρον ὁ Αἰγὸς λάμψαντος σφοδρὰ πνέειν ἄνεμοι, ὅταν καὶ Ὠρίων, Λαβρεύειν ἐπαγίζων, Suid. in Αἰγὸς. Capras astrologi ita receperunt in cœlum, vt extra limbum duodecim signorum (vt noxium dentibus animal iis quæ depascitur) excluserint. Sunt duo Hœdi & Capra non longè à Tauro, Varro. Apud Phliasios (inquit Pausanias in Corinthiacis) capræ imago ærea in foro erecta fuit, multis sui partibus deaurata. Eam vero tum alijs honoribus afficiunt, tum auro ornant, ne sydus quod Capram vocant, suo exortu noxium sit, cum alioqui subinde vineis noceat. Nascitur Oleniæ signum pluuiale Capellæ, Ouidius. Plura vide apud astrologos, & infra in capra Amalthea inter prouerbia. Αἴγυπας, αἶγας, ἢ (aliâs ἠγὰν) ἀκρεμόνας, Hesychius & Varinus. Ἐξάλλαι αἶγες, apud Homerum, alij capræ saltantis vel cum impetu se mouentis exponunt, alij capri castrati, alij syluestris, vide infra in Capra syluestri. Καλυδωνίου, αἰξ: καὶ Καλυδώνιον αἶγα, διὰ τὸ ἐκεῖσε φαῦλον διανύοντα. Hesychius & Varinus. Vide ne Calydonia non epitheton capræ sit, sed eadem quæ Amalthea. Est enim Olenus vrbs in Aetolia, iuxta quam fuit aper Calydonius: in qua nutritam ferunt capram Amaltheam. Ἐπὶ κόσσῳ αἴγες. Ἀπιστῶν, ἢ ἐκπεπληγμένων ἢ ἐνδεῶς ἐχόντων ἐπὶ ἐνθυμήματι σκληρῷ, ἢ σκώλῃξ, Hesychius: legitur autem Odysseæ lib. 14. Scholia exponunt, νέας, ἢ πλοῖα, οἷόν τε εἶναι ἀδίκου, ἢ ἀλλοτρίας: ἴσως δὲ αἰτίζουσι ἐν φύσει τῷ πλοίῳ. Hæc & Varin. Αἶγες κεκριθόεσσαι, id est, cornigeræ Theocrit. Idyll. 5. Μηκαδὶς αἶγες apud Homerum, à voce quam edunt. Αἶγες πλησίον, pro ἑπτὰ πλησίον. Σκάλλε αἰγὸς, ἢ λιπαροῦ, Varinus, & Galenus in Glossis Hippoc. Καὶ τὴν διαφορὰν αὐτῶν τῶν χρ. Hesiodus de Borea. Αἰγᾶν τε τελείων, Homerus: id est, adultarum, ætatis perfectæ. Λασίων τε χιμαίρων, Oppianus de capris. Αἶγες φορβάδες, capra mansueta, Nicandro. Αἶγα ταυσιμέλη, Hesiodo. Ζατρεφέες αἶγες, Homer. Capellæ amantes saxa, Ouidius epistola 15. Cinyphia. corniferæ Lucretius. Dystentæ lacte, Vergil. Aeglog. 7. Damiaga. Felix pecus. Vergil. Aeg. 1. Frondipeta. Garciles, Ouidius 1. Metam. Hirsuta. Hirtæ, Vergil. in

eam quæ nihil producat: vt quam capra depasta reliquerit: corrumpit enim & infœcunda reddit omnia morsu suo. Alij denique πλὴν τὰς αἴγας λυπαίνεσθαι, id est capras saginantem: possunt enim etiam in saxosis & asperis locis capræ commodè pasci Varin. Αἰγίλωψ abscessus est in maiore angulo oculi, vel inter illũ & nares, per quem pituita assiduè destillat: & si negligatur, ad ossa vsque delitescit in fistulam. sunt qui ypsilon in medio scribant: alij ἀγχίλωψ. Illos minimè probo qui in vulgarib. Lexicis Græcolatinis ἄιγιλον & αἰγιλωπίω scribere ausi sunt Ægilops apud Suidam pupillæ passio exponitur, sine authore. Αἰγιπὸς color oculorũ Aristot. Machinæ tractoriæ genus tripes, apud Vitruuium lo. 2. his verbis describitur: Tigna tria ad onerum magnitudinem tatione expediuntur, & à capite à fibula coniuncta, & in imo diuaricata erigunturq; funibus in capitibus collocatis, &c. Hac machina hodie vtuntur nautæ (inquit Gul. Philander) capram vocantes. Pueri nostrates lignum tripes, quod captam vocãt, in ludo quodam erigunt, & baculis eminus petunt.

Caprificus, syluestris est ficus. Tithymallum nostri herbam lactariam vocant, alij lactucam caprinam, &c. Plinius. Et alibi. Lactucæ, inquit sponte nascentis, primum est genus eius quam caprinam vocant, qua pisces in mare delecta protinus necantur, qui sunt in proximo: Hoc Dioscorides vltimo inter tithymallos verba fecit foliis attribuit. Caprariam rutam, vt medici recentiores vocant, in Gallia Narbonensi vidi: Germania non habet: meminit eius Antonius Brasauolus, &c. Manardus libri 15. epistola vltima non rectè suspicatur polemoniam esse. Vide in mustelis diuersis. Capræ lien, malua secundum magos, inter nomenclaturas Dioscoridis. Aegilops, herba est, quam Vergilius auenam sterilem vocauit in Georg. eneecat hordeum festuca quæ vocatur ægilops: Plin. 18. 19. Galenus etiam scribit festucam, quæ Græcè dicatur ægilops, in hordeo frequentiorem erumpere, præcipuè cum imbecillius semen diutius humo conditum, infelicis exortu natum adoleuerit. Plinius auenam Græcam vocauit cui non cadit semen: non nisi post annum ex semine suo gignitur, vere pilosum et folium vt lolio, non tamen vt illi pingue, si Theophrasto credimus, immitis aspectu, &c. hinc forte ægilops dicta metuit, quemadmodum & oculi vitium inde dictum videri potest: nam Iouis aut Palladis ægida poëtæ horriferam, terrificam & iteram cognominant. Nisi quis malit ita dictam quod sui nominis morbum oculorum sanet, vt Dioscorides scribit. Eandem ob causam arbor ægilops fortasse nomen habet, cum glans illi sit tristis, horrida, echinato calyce cibo ineptus, & Αἰγίλωψ, πόα τις ἐμφερὴς σίκυι, Hesychius & Varinus. vide Dioscoridem. Quibusdam bulbi genus est, haud scio quo authore. Est & arbor, de qua Plinius l. b. 16. Excelsissima ægilops, incultis amica è glandiferis sola, &c. Gaza in Theophrasto Macedonicam asprin certum vertit Plinius eadem omnia ægilopi certo tribuit. Aegithalus herbæ genus est. Varinus: Suidas & alii, animal tantum vel auem, & saltationis genus fecerunt. Salix à Thuris ægilips vocatur, αἰγίλωψ, Hesychius. Αἰγίπυγος, genus herbæ, Hesychius: malim αἰγίπυγος, vt Varinus habet: plantam esse spinosam scribens: vel herbæ genus, folio lato, lenticulæ simili, colore glauco, vlceribus inflammatis vtilem. Videndum an sit glaux Dioscoridis, cui & flos purpureus conuenit, &c. Vide in Locustæ marinæ corollario. Fieri potest vt imperiti grammatici diuersas plantas confuderint. Meminit ægipyri Theocritus & Aristophanis Scholiastes in Ranis, cuius hæc sunt verba: Dionysij sacerdotem, vt Eupolis inquit, ægipyron existimate. hoc est pyrrhon, rubicundum: eò quod herbæ huius flos Demetrito teste, valde rubeat: πυρρὸν δὲ ἴσχει ἄνθος ὁμοίως τοῖς Δημητρίοις ἰοειδέσιν. Aegitis, anagallis purpurea est, Aegoceron, fœnum Græcum, inter nomenclaturas Dioscor. & apud Sylusticum: qui & trifolij speciem interpretatur: idem est ægocetas, αἰγόκηρως, vt habet Plinius & Galenus in Glossis Hipp. alio nomine, ijsdem testibus, bucceras vocatur. Quoniam corniculis semen (siliqua) est simile. Plinius. Apud Hesychium non recte scribitur αἰγόκηρων pro αἰγόκηρως & πηλὸς pro πῆλις. Αἰγωνυχος vel ægonychon herbæ genus. Hesychius, Plinius & nomenclatutæ Dioscoridis, litho spermon interpretantur: causa nominis in seminis duritie, quam rectius tamen ad lapidem, quàm vngulam referas: cum fragilis sit non vetus asparagi semine cornu vel vngulæ instar lenta & contusilis Αἴγιλος, genus herbæ, Suidas: Apud Varinum per l, simplex scribitur. Ταὶ μὲν ἰμεὰν κύπειρόν τε καὶ αἴγιλον αἶγες ἔδουσι, Theocritus 13yll. 5. Aegilides optimæ illchades sunt. vt scribit Philemon in Atticis nominibus Athen. Αἰγιλὶς, λύγος id est vitex, Etymologus Argynos, cicuta inter nomenclaturas Dioscoridis. Κυνάδα, Hesychius cynosbatum interpretatur, vel plantam quam capras depasci aiunt. Sed vt video κύναρον legi debet apud Hesychium. Cynaram enim Athenæus cynosbatum esse censuit, vt in cane dixi. Phillyream Dioscoridis, hoc est ligustrum, Germanorum quidam *geyßblat* hoc est lignum caprinum vocant. Est & herba syluatica, flore candido, musco, odoratu, oblongo & barbæ quandã referente speciem, quã recentiores quidam in suis plantarum historijs Germanico nomine *geyßbart* appellant, id est, barbam capri am, ab hircina diuersam: nullo hactenus in medicina vsu, nec veterib. puto memorata. Hortensi cultu digna videtur, propter egregium & odoratũ florem, apibus & omni insectorum volucrum generi gratissimum: facillime prouenit transplantata, quod meo experimento didici, & in multos annos stirps vna durat.

Musmones, vel Musmones potius, caprino villo animalia, inter Oues dicentur. Albertus musmonem ex capra & ariete nasci scribit. Αἰγίσιμοι, animalia sic dicta, Hesychius & Varinus αἰγίλιψ pro αἴλιψ, Etymologus & Varinus. Caprimulgus anis noctu intrans pastorum stabula capr arum vberibus aduolat suctum propter lactis: quam iniuria vber emoritur, capriq; cæcitas quasi ita mulsere oboritur, Plinius. Græci hunc ægothelan nominant: a quo differt ægithalus, Gazæ parus. Alia est & ægithus auis minima, salum alicubi transfert Gaza. Caprimulgus apud Catullum dicitur is qui capras emulget, αἰγάλιος, vlula apud Aristotelem eodem interprete αἰγιπός, aquila apud Macedones, Etymologus & Varinus αἰγυπιός, vultur αἰγίπυγος, κάρφαλος, id est, locusta marina, Hesychius: apud Varinum αἰγιλόψ; quinque syllabis eadem significatione legitur, Aegocephalus auis apud Aristotelem, capriceps, Gazæ: vt ex capella. Est & apud Germanos auis à voce dicta *hammelgeyß*, id est, aries capra.

Aegæon nomen gigantis, &c. de quo infra dicam, vbi de diis. αἰγαίων, αἰγεσαῖος, αἰγιαλεὺς, & αἰγιάλη, propria nomina hominum sunt apud Suidam de quibus tamen ille aliud nihil scribit. Αἰγεὺς, Aegeus, aliqui Latinè non rectè cum diphthongo penultimam scribunt, Athenarum rex fuit, filius Neptuni (aut verius Pandionis) ex Aethra vxore Theseum filium suscepit, quem Ouidius Aegidem patronymicè cognominat, vide Onomasticon. Habuit & Medeam vxorem. Huius & Thesei historiam Dionysius in commentarijs in Eustathium recenset. αἰγεῖον. τὸ δ' αἰγέας μαντεῖον ἡ ἡρῷον ἐν Ἀθήναις, Suidas & Varinus. Aegeum vel Aegæum marc, Græci αἰγαῖον vel αἰγαῖον πέλαγος dicunt vel αἰγεῖα θάλασσα vel αἰγαῖος πόντος: scribunt autem plerique penultimam per αι, paucissimi per ε. Aeges & ægides vt supra dixi Græci fluctus vel magnos fluctus exponunt: ab αἴξ autem communiter αἰγεος fit dorice αἰγαος; Etymologus. Sed αἰγεῖοι pro περίσπωμενον, rectius ab αἰγιὸς formaretur

quàm ab αἴξ. Est sanè Aegeum pelagus fluctibus & naufragandi periculo terribile, Suidas & Varinus. Idem Dionysius poëta testatur, circa Sporades insulas scribens Aegeum pelagus suis fluctibus resonare: nec vllum esse alium maris metum, cuius vndæ vehementius & altius agitentur. Aegæi maris latum æquor, πλατὺς αἰγαῖος. Dionysio à Pataris incipiens ad Tenedum & Imbrum vsque protenditur, inde Borcam versus Propontis angustus meatos excipit. Eustathius in Dionys. Et rursus, Hoc mare aliqui dictum volunt ab Aegæone, cuius in Iliade meminit Homerus: Vel ab Aegis loco Bœotiæ, in quo poëta Neptuni equos quiescentes facit. Alii qui dictum malunt ab Aegeo Thesei patre, qui in illud mare se præcipitârit ab arce in Aegis insula. sic enim Etymologus sentire videtur: vel (vt alij) ex Athenarum arce. Vide Etymologicon, Varinum, Suidam, & Cælium libro 13. circa finem cap. 9. Aegæum mare Cyclades alluit, Hesych. Sunt qui Aegeam Amazonum reginam in eo perijsse referant. Aegæo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum & Chium versus quàm insula, Aex nomine à specie capræ quæ à Græcis ita appellatur: repente in medio mari exiliens, Plin. Solinus hoc saxum Antandrum nominat, quod procul visentibus capræ simile creditur. A capris nominauerunt Aegæum pelagus, Varro. Aezarim mare appellatur, quod ita crebræ in eo sunt insulæ vel procul aspicientib. species caprarũ videantur. siue quod in eo Aegeam Amazonum regina perierit: siue quod in illud Aegus pater Thesei, se præcipitauerit. Festus. Aegas Eubœæ vrbem Septentrionem versus memorat etiam Theophrastus in fine libri 9. hist. plant. Fuerunt & alię plures Aegæ, de quibus Consule Stephanum: & inter cæteras Aegæ Macedoniæ quibus à capris nomen fuisse non dubito, cum μιλοβόσιαι quoq; cognominarentur. Aegæ insula iuxta Eubœam, cum templo Neptuni, Hesych. Vide etiã Varinum & Etymologum in αἰγὰς. & Strabonem libro 8. qui ab Eubœicis Aegis mari Aegæo nomen inditũ verisimilius putat. Achaicæ vero Aegæ, hoc tempore, inquit, desertæ incolis sunt, vrbem habẽt Aegienses. Aegion satis incolarum habet: quo in loco Iouem à capra lactatum scribunt, &c. Vide Αἴγιον in Camerte & Stephanum. Huius incolis datum est oraculum illud prouerbiale, Τιμᾶς δ' αἰγιέες, ἅτε τέτρατοι, ἅτε τέτρατοι, De Aegis Achaicis mentio est etiam apud Pausaniam in Achaicis. Aegeis αἰγὶς, tribus fuit Athenis, ab Aegeo Pandionis, filio dicta, tribules Aegidæ, Stephanus Suidas, Hesych. A pecore nomina habemus, Ouinius, Caprilius: item cognomina, vt Annij Capræ. Statilij Tauri, &c. Varro. Aegæus sinus est & fluuius circa Coreyram, Varinus. Aegitaurus αἰγίταυρος, alias Taurus, fluuius apud Trœzenem, Varinus & Hesychius in Ταύρειον πῶμα. Campus Aegæus circa Phocidem est, quem Aegas fluuius alluit, Eustath. in Dionys. Vide etiam Stephanum, apud quem legendum puto hoc modo, αἰγαὶς πόλις ἐπωνύμως τῇ Κίρφα, ὡς Ἡσίοδος, Λίγειαν θ' ἁλὸς αἰγὰς ἐπιπρὸ φερόμενον δοτὶ δ' ἐπὶ Πυθῶνι ἐρεὶς, ἀφ' ἧκεν τ' πόλιν Αἰγαῖον, paroxytónos, Aegos Chersonesi Thraciæ fluuius (vbi Stephanus etiam Aegas oppidum esse meminit) apud Strabonem, vt quidam scribunt: ego genitiuum esse puto ab ax, & addendum potamòs. id est fluuium: ad huius ostia classis Atheniensium à Lysandro capta fuit, idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumen. Αἰγὸς ποταμοί, vrbs Hellesponti, Steph. Aegosthena, neutrum plurale, vrbs Megaridis, Steph. Αἰγόσθενα, nomen vrbis, Varinus: apud Suidam tribus syllabis scribitur Αἰγόσθεν. Carystos Eubœæ insulæ ciuitas, vocabatur etiam Aegæa olim, ab Aegone loci domino, à quo & mare Aegæum, Stephanus. Aegatis, promontoriũ Aeolidis: Artemidoro Aex dicitur in nominatiuo, Steph. Aegiale ciuitas est in Amorgo vna Cycladum: item vnà Gratiarum inquit Lactantius, alio nomine Thalia. De Aegiale Diomedis vxore, vide Onomasticon. Aegialeus Medeæ frater fuit: & alius Apidis frater. Phoronei filius, &c. Aegestæi, Thesproti, ab Aegesta quodam imperatore dicti, Stephanus. Aegimus rex Dorientium fuit circa Oetam Stephanus in Dymãn. Aegila, vicus fuit Atticæ, ab Ægilo quodam heroë dictus, Philemon in Atticis dictionibus, vt Athenæus citat. Αἰγιαλὸς Græcis est littus maris, arenosum proprie & calculosum: etymon adferunt Grammatici, ὅτι ἐξ ἀκλύστου αἴγλης ἔπεισιν: quod, capræ instar saliat, ab insultu fluctuum scilicet. Aegialos quoque dicebatur, maritimus quidam tractus, siue latus Peloponnesi, à Sicyone ad Elidem vsque. Fuerunt & alij huius nominis loci, ac præter cæteros vnus in Paphlagonia, Varinus. Vide Stephan, & Onomast. Aegialea Αἰγιάλεια, quæ nunc Achaia dicitur, & incolæ Αἰγιαλεῖς, Etymologus. Hi sunt qui cum Agamemnone militarunt, Iones prius dicti, nunc Achæi, in Sicyone Hesychius & Varin. Aegialia, vicus Antiochidis, incolæ, Αἰγιαλεύς. Varinus: apud Stephanum & Suidam Αἰγιλία scribitur, & Αἰγιλιεύς. Capralia appellatur ager qui vulgo ad Captæ paludes dici solet, Festus. Capraria, Padi fluminis ostium, Plin. 3. 16. A capris feris propter Italiam Capraria, (malim Capratia) insula est nominata: à quibus ortæ sunt captæ quas alimus, Varro. Capraria insula in mari Thusco seu Ligustico capris abundans, quàm Græci Aegilon dicunt, vt scribit Plinius 3. 6. & Solinus cap. 9. Alia est Aegilla vel Aegyla apud Plinium 4. 12. Aegimurum Sipontinus ob nominis similitudinem Caprariam esse falso tradidit, &c. Hermolaus in Plinium 3. 7. Capriæ vel Capreæ, insula vltra Surrentum Campaniæ vrbem, circiter octo millia passuum, nobilis coturnicum multitudine, quæ ex Italia volantes illic principio autumni capiuntur. Capriene, καπρεῖαι, insula Italiæ, eadem quæ καπρίαι, vbi natus est Blæsus Capriata poeta ἀπὸ ἐπιχωρίου, Stephanus. Est autem vna tantum insula, nisi fallor, quamuis in plurali Capreæ dicta. A Surrento octo M. pass. distant, Tiberij principis arce nobiles Capreæ, circuitu XL. M. pass. Plin 3. 6. Sirenes primo iuxta Pelorum. Post in Capreis insula habitauerunt Serulus. Capraria vocatur vna ex Fortunatis insulis, enormibus lacertis plus quàm referta. Solinus. Aegimorus insula est Lybiæ: vel vt alij, ante Siciliam & Africam, alij Aegimurum scribunt, per v. Vide Steph. & Strabonem. De Aegimoris insulis, Plinius 5. 7. Est & Polyæga nomen insulæ Plinio. Aegilips, Αἰγιλιψ, vrbs Cephalleniæ, Varinus & Suidas. Aegilips Homero, locus apud Crocyleam Epiri, Steph. Αἰγιλιψ insula quædam Peloponnesi, Hesychius: At Stephanus Αἰγιλίαν insulam inter Cretam & Peloponnesum facit, in voce Aegilia. Aegusa Αἴγουσα, insula Libyæ, quam Afri Catriam vocant. Steph. præstat per s duplex scribere, cum gentile inde fieri dicat Aegussæus vt Scotussæus: nam hoc quoque per s duplex scribendum est, vt primitiuum Scotussa. Aegussæ meminit Plinius 3. 8. Aegusiense vinum in Asia celebratur, Cælius. Αἰγέδιον insula quædam sic dicta apud Arrianum in periplo maris rubri. Αἴγειρος Achaiæ vrbs est, dicta nimirum ab alno arbore, quemadmodum ab vlmo Ptelea. Pausanias tamen libro 6. (vt Steph. recitat) huius nominis rationem affert huiusmodi. Cum Sicyoniorum exercitus aduersus Aegiratas veniret, captis collectis facibus earum cornibus alligarunt ne ictu: Quibus conspectis Sicyonij exercitum auxiliarem Aegiratis venire suspicati, fugerunt. Vnde illi liberati vrbem Hypereisiam prius dictam, Aegiram appellarunt: & quo loco pulcherrimus quæque alias arcebat capra quiescit, ἀγλαοτ, Dianæ Agrotereæ templum consecrarunt. Αἴγιρος, nomen vrbis. Suid. Αἴγιλος, promontorium Peloponnesi, Varinus. Αἰγεὺς nomen gentis, Suid. Aexonia, vrbs Magnesiæ, & Aexone pars tribus Cecropidis, Steph. Caprullon portus prope montem Athon Pomp. Melæ lib. 2. Aegone vel Aegonea, nomen vrbis Suidas: Stephanus addit Melitensium esse.

Aegosthena,

Aegosis, vrbs Locridis, Steph. Aegys, vrbs Laconica, Steph. Gangra Paphlagoniæ vrbs est, cuius nominis originem Nicostratus, referente Stephano, istam facit: Cum caprarius quidam ruri capras adesse omnes reperiret domi verò vnam deesse: rem domino narrauit. Iussit ille diligenter quænam secederet obseruare. Deprehendit igitur vnam in altū quendam collem ascendere, & intra illū hœdorum voces audiuit, quos illic capra enixa erat. Et cū commodus is locus (domino) videretur, ciuitatem in eo conditam Gangram appellauit, quod capellæ nomen fuerat. Aegon Αἴγων viri nomen apud Theocritum, Idyll. 4.

b. Mesas est radix cornu caprini: Alij interpretantur partem cornu iuxta pedes animalis, Andr. Bellunen. Aegophthalmos gemmæ nomen est apud Plinium lib. 37. Gemmæ non paucæ (inquit G. Agricola) lineis inter se discurrentibus, & sæpenumero colore variatis, effigies rerum exprimunt: oculi quidem humani, leucophthalmos: caprini, ægophthalmos, &c. Mutmones arietes in Sardinia pilum habent caprinum, Strabo. Equi cerui cornua sunt capræ proxima, Aristot. Capratū barba firilum vocatur, Sipontinus. Nonnulla etiam duplici genitali, altero maris, altero fœminæ nascuntur: & in genere quidem hominum, sed maximè in caprarum: gignuntur enim quas vocant hircinas (τραγαίνας) propterea quod simul genitale habent & maris & fœminę. Iam & cornu gerens in crure capra conspecta est, Aristot. de generat. anim. 44.

c. Tityre pascentes à flumine reijce capellas, Vergilius Aeg 3. Vocabula quæ ad caprarum vocem pertinent, Iulius Pollux 5. 13. his verbis describit: αἰγῶν ἡ μηκασμὸς, μηκᾶσθαι, μηκώμενα. Ὁ μηκασμὸς καὶ μηκᾶσθαι αἰγὸς ἐρεῖται δὲ καὶ ὅλως ὅτι αἰγῶν εἰσι μηκῶνται ὁ Φερεκράτης, Φερεμηκᾶσθαι, Φερεμηκώμενα. ὡς Ἡρόδοτος ἐπὶ προβάτων τὸ βληχᾶσθαι τὸ ψυχῶν λέγει, ληχᾶσθαι τὰς αἶγας εἰρηκώς. (Vide in Equo H.c.) Μηκὴ, de voce caprarum, Varinus Φερεμηκὴς pro Φερεμηκὰς apud eundem non rectè legitur. Μεμακυῖαι, μηκώμεναι. Μηκὴ (oxytonum) δὲ ἡ τῶν αἰγῶν φωνή. Homerus de ouibus etiam hanc vocem vsurpauit: posteriores de capris tantum, de ouibus verò βληχᾶσθαι, Varinus Μηκᾶσθαι, μόνας φασὶ τὰς αἰγῶν καὶ λαγωῶν καὶ ἐλάφων, Eustathius. Ῥηξαμένης βληχῆς, Oppianus de capris syluestribus. Εὐυχήματα μήλων apud Aeschylum, vt citat Strabo circa finem libri 14. Gustatum à pecore caprisque pulegium, balatum concitat: vnde quidam Græci literas mutantes blêchon vocauerunt, Plinius. Sed balare proprium ouium est. Iam puerum ortum capite arietis aut bouis referunt, &c, sed nihil ex ijs, quæ nominant, est: quamuis similitudo quædam generatur: quod euenit etiam non in monstrum peruersis: quamobrem sæpenumero per conuicium nonnulli deformes assimilantur, aut capræ ignem efflanti, aut arieti petulco, Aristot. de generat. animal. lib. 4. cap. 3. Φακαλωτὰ μέρεα καὶ αὐτόματα ζῶα. ὅθεν καὶ φακαλῶχοι μητέρες αἰγῶν καλοῦνται, Eustathius. Ciborum in capris superfluitates, Palladius caprinas facerè bacchas dixit, Cælius. Plinius fabas caprini fimi appellauit: nostri vulgò etiam caprarum fabas: Marcellus Empiricus stercoris caprini pilulas: Græci σπυρίδας genere fœminino. Nicander in Theriacis σπυρίδας dixit, nisi vitium librariorum est. Sunt in Græcis qui non caprinum tantum, sed ouillum etiam ea voce significent, Marcellus Verg. Σπυρίδες, caprarium & ouium excrementa. Galenus in Glossis. Σφυρίδας eâdem significatione Atticum est: εἰδὴ σπυρίας, Hesychius. Σφυρίδων πλῆθος ἀνατιθεὶς, Eupolis, vt Suidas & Varinus citant. Aristophanes homines quosdam omnino viles, & sordidos σφυρίδων ἀποπτύσματα vocat, vt pluribus exponit Suidas in Σφυρίδες. Οἷόπερ αἰγὸς, ὁ σκῶρ ἐπὶ ταῖς θηλείαις τῶν αἰγῶν ἐγγινόμενος ἐστὶ τὸ ἐπὶ τοῖς ἄρρεσιν ἰὸν, Galenus in Glossis. & Varinus. In vrbe Sybari caprarius peradolescens nomine Crathis, cum cupiditate libidinis flagraret, incestum in capram scelus exercuit: Quod quidem ipsum vt hircus gregis dux perspexit, rivalitate laborare, atque interea suum occultare animum cœpit, quoad aliquando tandem eum somnum capere deprehendisset: tum enim omnibus reuocatis viribus, facto in eo impetu, cerebrum diminuit. Cum eiusmodi factum ad indigenas permanasset, non modò ei tumulum magnificum excitarunt, sed ex eo etiam fluuium Crathim nominarunt (Crathis fluuius iuxta Aegas Achaicas à duobus fluminibus incrementa suscipit, sic à miscendis aquis appellatus: à quo & Italicus vocatus est Crathis, Strabo:) infantem autem puerum ex eius cum capra consuetudine susceptum, caprina habentem crura, & faciem humanam, in deos reposito, deorumque honore affectum fuisse, & Syluanum deum (Hyleum numen Napæumque, Cælius:) esse in sermonem hominum venit. In belluis igitur obtrectationem & rivalitatem inesse hircus docet. Eandem historiam describit Cælius libro 21 cap. 32. Καταβροχὴ δυσωδίας τῶν αἰγῶν καλοῦσιν. hunc fœtorem Latini capram & hircum vocant. Αἰγῶν τε καὶ βρωτῶν μόνη, Aristophanes in Pluto. Cinabram aliquos exponere canum cibum, in Cane dixi. Ὑαὶς, ἀφόδευσις ὑὸς, ἢ πόδος δυσωδία, καὶ ἰδίως καλεῖται μίνθη (al. μίνθην) οἱ δὲ οὐχ μὴν ἡ μέλισσα, Hesychius & Varinus. Ὑαὶς, σκῶρ δυσωδία, Iidem. Γόμφος ἡ τῶν αἰγῶν ἀσημότατον λίγετα, Eustathius. Μίνθη vel μίνθος caprinum stercus significat, aut etiam humanum, hinc μινθοῦται apud Aristophanem in Pluto & Ranis, stercore inquinare δυσφορίαν, δυσοσμίας ἀναπλήσας, μιαίνει, κόπρου γέμει. Pastores enim hircis alliosis, & frigus ægrè tolerantibus nares excrementorum vel ipsorū vel hominū inungere solebāt: & eo fœtore ad sternutandū mouere, quod hoc pacto nimio frigoris sensu liberentur. Minthonn aliqui mentam herbam, alij thymum, alij iyngem exponunt: alij floris genus in stercore nascentis, quo libet gaudeant, Varinus & Scholia Aristophanis.

e. Ἀιπόλος, caprarius, pro ὁ αἰπόλος, Doricè, Varinus. Poëtis αἰγιβάτος, quæ vox Nicandro pro loco etiam pascendis capris accommodo ponitur: distinguitur fortè accentu in recto casu: Item αἰγιβάτης. Αἰγιβάτας Panos epitheton, vt dicam inferius. Διάμαξοι, caprarij, eo quod sint λίαν ἀμαθεῖς, id est valde rudes, Varinus. Comatas Caprarij nomen est apud Theocritum Idyllio. 5. De Glauco caprario, qui Homerum hospitio excepit, multa scribit Herodorus in vita Homeri. Σίττα acclamatio est, qua ad capras vtuntur, Varinus. Αἰπόλειοι κύνες, canes caprarum custodes, Pollux. Olim apud Athenienses, qui rei pecuariæ operā dabant à capris αἰγιπορεῖν dicti sunt, Plutarch. in Solone. Αἰγίβατος γῆ, terra apta pascendis capris, Suidas & Hesychius: propriè autem de montana dicitur, quam αἰγίλιπον & αἰγίβοτον etiam vocant, Varinus. Insulæ vt quæque asperiores sunt, sic αἰγίβατοι appellantur, Varinus. Φαλίας aut Φαλὶς vocitabant saxosos & capris idoneos pascendis locos, qui in superficie saxorum terram haberent exiguam, Varinus. Αἰγίπλαγκτος, nudum nomen apud Suidam: videtur autem significare locum in quo capræ oberrantes pascuntur. Αἰγίλιπὲς, ὅπου αἶγες πολλαὶ, &c. vt supra explicaui. αἰγῶν, caprile. & αἰγώλιον. Spumifer ægon, apud Statium libro 5. Thebaidos, pro mari Aegeo. Capræ μαῖδες in Geopon. Græcis dicuntur, matrices quæ fœlicer fœtum alunt, & lac præbent: lactares Marcellus Empiricus dixit: quæ tamen intelligi possunt etiam absque fœtu, & cum à partu remotiores sunt. In capram multo & dulci lacte abundantem & eo nomine à Cæsare quodam abductam epigramma Crinagoræ Anthologij lib. 1. sect. 33. extat huiusmodi.

Αἰγά μοι τὴν εὔθηλον, ἵνα σκίνησον ἀμέλγω
Οὔζατα, πικρὸν πυλυγαλακτοπότην,
Γλαυκίλλῳ Καίσαρ μεγαλώνυμος ἤγαγε πατρὸς
Κεῖνος γὰρ νηῒ σύμπλεον ἠράσατο.
Ἦξον δ' αὐτίκα πᾶν ἐς αὐλίον. οὐδὲ κέλευε
Μάζῃ θεῖν, μισεῖ γὰρ ἔτι σκιρτάζων

in vetere testamento, libro 1. Regum kebir vocem Hebraicam exponunt capillitium ex pilis caprinis instar capitis criniti factum: Ionathan tamen vertit noda, id est, vtrem ex pelle scilicet caprina & pilosa factum. Hipparchus tempore Neronis, in theatro sedens, ex caprina pelle quam ferebat, quòd futurum tempestatem prænouisset tantum Neronis admirationem mouit, vt ille Bithyniæ in censibus gratularus fuerit, quòd Hipparchum suum ciuem haberent: Aelianus.

f. Aegistho Thyestis & Pelopiæ filio capra alimentum suggessit, Cælius ex Aeliani Variis, Orion Etymologus inde nomen etiam Aegisthi interpretatur, ab αἴξ capra, & θέω lacto. Circa Alcathoi vicum in Cypro Mestori Cyprio infans natus est, cui pro dentibus os continuum fuit, Is nescio propter quam suspicionem expositus à capra nutritus est: & primum Aeginomas dictus, postea Eurytpolemus, & Cyprijs imperauit, Pollux libro secundo. Antiphanes in Acestria apud Athenæum, anatum quendam illas tantum capras mactantem inducit, ex quibus nullum amplius fructum hœdorum aut casei capiebat.

h. Cur veteres sacerdotes capra sic abstinuerint, vt neque tangerent aut ederent, neque nominarent ex Plutarcho expositi supra cap. 3. Capræ olluam lambendo quoque sterilem faciunt, eáque ex causa Mineruæ non immolantur, Plinius. Capras in arcem ascendere Athenis non licet, neque omnino sacrificari Mineruæ, quod oleæ ramos vorent & lædant, Athenæus. Obseruatum est (inquit Cælius) capras Athenis in arcem non iungi, (admittit) præterquam semel ad necessarium sacrificium, ne olea ibi nata primum, possit tangi: quando ita proditum est, eius animantis saliuam esse fructuis venenum, quo nomine nec de immolatur. Aesculapio (apud Phocenses) omnis generis animalia immolare consueuerunt, exceptis capris, Pausanias. Aegyptij qui Iouis Thebani templum incolunt, aut Thebani ritus sunt, ij omnes ab ouibus se abstinentes, capras immolant. Qui Mendetis templum obtinent, siue Mendesij ritus sunt, hi capris abstinentes, immolant oues. Itaq; Thebani, & quicunq; propter illos ouibus parcunt, aiunt ideo sibi conditam hanc legem: quod Iupiter cum ab Hercule cerneretur eum volente, cerni nollet. tandem exoratus id commentus sit, vt amputato arietis capite, pelléq; villosa, quam illi detraxerat, indura sibi, ita sese Herculi ostenderet: Et ob id Aegyptios instituisse Iouis simulacrum facere arietina facie: & ab Aegyptiis Ammonios accepisse, qui sunt Aegyptiorum atq; Aethiopum coloni, & linguam inter vtrosq; vsurpantes. Qui etiam mihi videntur eadem re se Ammonios cognominasse, quòd Aegyptij Iouem Ammonem appellant. Ob hanc rem arietes non mactantur à Thebanis, sed eis sacrolanchi sunt. Certo tantum die quotannis in festo Iouis, vnum demum arietem amputant, cuius pellem detractam, hunc in modum Iouis simulacrum induunt, ad illud q; deinde aliud ducunt Herculis simulacrum. Hoc acto, cuncti qui circa templum arietem verberant, deinde sacra eundem vna sepeliunt. Hæc Herodotus libro 2. Agricola de boue rem diuinam facit, opilio de agno, æpolus de capra, Lucianus. Græci sacrificaturi capras frigida aqua explorabant: Nam si gustare abnuissent, concipiebant inde, haud valere satis, Cælius. Capellæ pro bubus immolatæ: item capræ auratæ albæ Apollini immolatæ, vide sudra in Boue H. h. Ταύροις sacrificium, secundum aliquos ex oue, capra & boue constat: de quo multis egi in Boue. In Lupercalibus Romæ capras iugulant, & incisis in corrigias caprarum pellibus, discurrunt: & si qui obstent, scuticis cædunt, Plutarchus in Romulo. Lupercalibus capræ candidæ immolabantur, vel (vt alij tradunt) canes, Gyraldus. Embaros quidam, vel Barus, cum Diana Munychia vt regio à peste liberaretur filiam alicuius immolandam requireret, ea conditione immolaturum se suam promisit, vt sacerdotium familiæ eius perpetuò maneret: filia in adyto occulta, capram eius vestimentis indutam mactauit: quæ resin prouerbium abijt, vt io hominem prudentem & astutum Embarus eo dicamus. Varinus in Σίφισμα, authorem citant Pausaniam. Pestis vero causam fuisse dicit vrsam quæ in templo Dianæ illic erat, ab Athenienſibus ((ἀναπεθέσαν, lege ἀναιρεθέσαν, ex Suida) occisam. Apud Suidam fame non peste (quæ apud Græcos vna tantum litera differunt) regionem laborasse scribitur. Erasmus prouerbium Embarus sum de homine insano, deliro & demente interpretatur. Suidam secutus: qui Embarum filiam suam verè non capram ei substitutam, immolasse refert. Ἔμβαρός εἰμι, ἀλίθιος, μωρὸς· ἢ ναυτικὸς, φρόνιμος. Μέτωνος θάνατος. Varin. Pausan. in Arcadicis Cleombroto Lacedæmoniorũ regi in Leuctris Bœotijs signum diuinitus huiusmodi accidisse scribit: Solebant (inquit) Lacedæmoniorum reges pecora secũ educere in bellum, vt diis ante prælia litarent: præibant autem capræ duces itineris ante oues: quas (capras) pastores ceræades, καπριάδας, appellant. Lupi tunc impetu in gregem facto, illa sis ouibus in solas capras grassati sunt. Capram & hircum Mendesij colũt Gyraldus: Vide paulò post in Panos Dei mentione. Phliasij capellam Æneam colunt, Pausanias. Ἐρέφθη δ' Ἀπόλλωνι πυθόθεν ἱερὰ πυθὼ ταύρων ἠδ' αἰγῶν, Homerus Iliad. lib. 1. Capras Apollini immolabant, propter pecudis huius natatam impetuosam, & in altum saltando efferri gaudentem: & quod caprina cornua ad arcus faciendos idonea sint: Apollo autem toxotes est, id est, arcubus & sagittis oblectatur, Varin. In ταύρους καὶ αἴγας, ex Eustathio in Iliados 1. Capra, quæ nunquã sine febri est, Aesculapio qui est deus salutis, per contrarietatem immolatur, Seruius. Aegæon, nomen gigantis, qui Cæli (aliàs Titanis) Terræq; filius fingitur: Aegæon qualis, centũ cui brachia dicunt, Centenasq; manus, &c. Verg. lib. 10. Seruius eundem cũ Briareo esse scribit. Vide Onomasticon nostrum & Varinum, & Gyraldũ in opere de diis, Syntagmate quinto, duobus in locis. Hesych. Aegeonem exponit Briareon, & deum marinum, & Neptunum: Etymologus Solem, ὅτι ὃ ταῖς αἰχμαῖς αἴρων. Briareo (inquit Solinus) Caryſtijrem diuinã faciunt, sicut Aegeoni Chalcidenses. Nam omnis ferè Euboea Titanum fuit regnum. In Briareo (inquit Cælius) quod obuium erat, fabulæ inuolucro factum est obscurius. Quippe prodit historia esse in Asia tumulum Agæonis nomine, ab quo fontium profluens multitudo circumiectos impinguet campos. Ægobolus, Αἰγοβόλος, Dionysius apud Potniam colebatur, de quo nomine historia hæc prodita est. Cum ibi Dionysia celebrarent, ita in conuiuio lasciuiæ acti sunt & furorem, ob ebrietatem, vt Bacchi sacerdotem interemerint. Quare dei ira graui pestilentia affecti sunt. Cives hac de re Apollinem consuluêre: à quo responsum acceperũt, vt deo formosissimum puerum immolarent. Quod cum Potnienses per multos annos fecissent, capram demum à deo edocti pro puero suppositam: vnde deo cognomen à capra videlicet supposita, factum videtur, Gyrald. Cinnamomum in Aethiopia cæsuri, quadraginta quatuor boum, caprarumq; & aliorũ extis, à Ioue impetrant veniam metendi, Plin. In Pedasis Cariæ (vt tradit Aristoteles in Mirabilib.) sacrificiũ Ioui peragitur: in quo capra deducta ex Pedasis per stadia septuaginta magna spectante turba procedit, nec perturbatur in via, nec inde auertitur, funiculo vincta sacerdotem præcedens. In eadem miratur extranei cornua eius quatuor congios capere, Aegophagus, id est captiuorum cognominatur Iupiter apud Nicandrum in Theriacis. Etymologus, & Varinus: Mihi tamen, inquit Gyraldus, non succurrit, apud Nicandrum id nomen legisse. In Laconicis Pausaniæ Iuno nominatus

nitur αἰγοφάγος, apud Lacedæmonios tantum id adepta cognomentum, quando & deæ capras immolant. Sacellum ab Hercule primò erectum ferunt, qui & princeps capras immolârit: quoniam pugnanti aduersus Hippocoontem ac liberos, nullum à Iunone iniecisset impedimentum, sicut fere assuerat: Ad rem vero diuinam adhibitas potissimum capras quod aliarum victimarum haud suppeteret facultas. Verum in eo quod de capra scribit auctor hic (inquit Gyllius) vehementer aduertenda pœne Ouidij sententia, ex quadam Elegia, vbi animalium quæ ducerentur, pompam describit in Iunonis festo.

Dixit, & egregia cornum per tempora dura ferebat
Filius insueto syluis inuenta iubatis
Nunc quoq; per pueros iaculis successor in idem,
Inuisa est domina sola capella deæ.
Dicitur inceptam dea inuisse fugam.
Et pretium auctor uulneris ipsa dedit.

Αἰγοφάγος χρηστὸς Σπάρτα. Varinus: pro χρηστὸς lege Ἥρᾳ Caprotina Iuno à Romanis culta, non à capris, sed à caprifico nomen tulit, vide Gyraldum, &c. Nonæ Caprotinæ, inquit Varro, dicuntur, quod eo die in Latio Iunoni Caprotinæ mulieres sacrificant, & sub caprifico faciunt, & è caprifico adhibent virgam. Capra à Theseo Veneri immolanda in hircum mutata, vt in Hirco dicam, n. h. Pan capripes cognominatus est à poëtis, à Græcis αἰγιπελής, & αἰγίπαν. Propertius in tertio, Capripedes calamo Panes hiante canent. Hyginus de Capricorno: Huius, inquit, effigies similis est Aegipani. Dicitur & semicaper deus ab Ouidio in Fastis, & Metam. vt est. Sunt oculis Nymphæ, semicaperve deus, Gyraldus. Cerobates etiam, κερασβάτης, cognominatus est Pan, teste Hesychio, siue quod cornua habebat, quasi κερατοβάτης: vel quod basin haberet corneam, id est pedes, Gyraldus. : Κερασβάτας Πάν, Aristophanes in Ranis: Scholia cerobatan exponunt, qui per montium cornua incedat, vel à cornu, id est vngulis hircinis: nam inde αἰγιβάτης quoque & τραγοβάτης dici. Didymus similiter exponit, vt Gyraldus iam ex Hesychio: quoniam (inquit) infectiores partes hirci habet, ita vt pedum causa cerobates vocetur. Hinc & ὀξύπους nominatur, vt supra in Boue docui. Capras ea de causa apud Aegyptios qui Mendesij ritus sunt, non mactant, quòd Pâna inter octo deos Mendesij numerant, quos octo aiunt priores duodecim dijs extitisse. Panòs simulacrum & pictores pingunt, & statuarij sculpunt, quemadmodum Græci, caprina facie, hircinisque cruribus: haudquaquam existimantes eum esse talem, sed similem cæteris dijs. Quæ tamen eius causa talem describant, non est mihi relatu iucundum. Verum hircum capras, tum vero capros hircósue omnes venerantur. Et inter Mendesios caprarij præcipuo honore afficiuntur & ex his vnus maximè: qui cum decessit, ingens toti Mendesiæ plagæ luctus extitit. Vocatur autem & hircus & Pan, Aegyptiacè Mendes, Herodotus lib. 2. Aega & Helice Nymphæ ex Oleno natæ, Iouis nutrices, feruntur, vt Hyginus alijque prodiderunt. Quidam Aegam Panos vxorem dixêre, alij filiam, vt in Ioue æglocho iam proximè retuli: & supra in Cane H. a. in mentione Cynosuræ: nam Helicen aliqui Cynosuram vocant. Aegoceros Panes filius in Ibice infra memorabitur. De Aegipane etiam nonnihil in Aegiocho superius dixi. Aegipani populi ad ripas Nili habitant, Plin. 6. 30. & in fine eiusdem ca. Iuxta Hesperios Aethiopes (inquit) quidam modicos colles amœna opacitate vestitos Aegipanum Satyrorumque produnt. Item 5. 1 Atlantem noctibus micare crebris ignibus, Aegipanum Satyrorumque lasciuia impleri tibiarum ac fistulæ cantu, tympanorumque & cymbalorum sonitu strepere. Et rursus cap. 8. inter Aethiopiæ populos numerat Aegipanes semiferos, & Satyros. Satyris, inquit, præter figuram nihil moris humani esse traditur: Aegipanis, qualis vulgò fingitur forma. Hæc loca capripedes Satyros. Nymphasq; tenere, Lucretius libro 4. Αἰγιπόδων in Græcis legitur, vnde capripedes verbum verbo expressum, Aegipppæ Scythiæ populi referunt quæ apud me fidem non habent, supra ipsos incoli montes ab hominibus capripedibus, Herodot. Syluanus, deus capripes ex pastoris cum capra coitu natus, vt Gyllius ex Aeliano vertit, & nos supra recitauimus parte 3. huius capitis. Græcè pro Syluano Ὄνειον καὶ νεκταρέον ἦτορ legi, ex Cælij translatione conficio. Fœtidum quæ se vaccas putarunt mentionem feci in Vacca H. h. paulò ante prouerbia. A Melampode (inquit Plinius) appellatur vnum hellebori genus Melampodion. Aliqui pastorem eodem nomine inuenisse tradunt, capras purgati pasto illo animaduertentem, datóque lacte earum sanasse Prœtidas furentes. Hermolaus Prœti filias Elegen & Celænen memorat, quæ prope fontem Clitorium à Melampode tali lacte purgatæ sint. Idem in Castigationibus Plinianis Lusos vel Lusas vrbem esse refert in montanis agri Clitorij, vbi à Melampode perhibeantur curatæ Prœti filiæ, in Dianæ fano. Lusi, Λοῦσοι, vrbs est Arcadiæ, teste Stephano, vbi Lampus Prœti filias ἔλουσεν, id est lauit vnde Lusi nimirum dicti sunt. Maeram aliqui vocant Prœti filiam Aethræ sororem. Hesychius. Circa Alpheum (inquit Eustath. in Dionys.) aqua est quæ alphis, id est, vitiligini medetur, vnde forsan & fluuio nomen impositum. Medetur eadem leucis & impetigini: & Melampodem ea vsum aiunt ad purgationem filiarum Prœti cum insanirent.

PROVERBIA.

In agro furculario capras: Varro de re rust. l. b. 1. cap. dictum hoc veluti legem agricolarum affert: Colonos in agro furculario ne capras compascat. Deflecti potest ad eos qui noxiarum rerum admixtu corrumpunt teneram ætatem. Capra oleæ & viti præcipuè noxia est vnde & Bacchoimmolatur vindictæ gratia: Mineruæ nihil caprini generis, quod ille vitis repertor dicitur, huic sacra est olea, Erasmus. Capra contra se cornua, Ἡ αἲξ κατ' ἰδίαν τὰ κέρατα, cum quis sibi ipse author est mali. Capra quæpiam (vt in apologo fertur) cum esset iaculo vulnerata, circumspectans vndenam id mali sibi euenisset, arcum contemplans caprinis cornibus compactum, dixit, Κατ' ἰδίαν μὲν ἐφυσα τὰ κέρατα, id est, In meam ipsius perniciem produxi cornua, Erasmus. Capra cinamomum, Ἡ αἲξ τὸ κινάμωμον: Adagium de ijs qui aliquid vehementer amant, inde natum, quod cynamomum planta Arabiæ appetitur à capris maximè, quæ in ea regione pascuntur. Eustathius in Dionysij perlegesin. Capra ad festum, Αἲξ ἐπὶ τὴν ἑορτήν: dici solitum vbi quis in tempore ad negocium aliquod accederet: Aut vbi quis commodè in suam pernicietm offert se: Nam in festis, maximè Bacchi, capram immolabant, Erasmus. Capra gladium, Αἲξ μάχαιραν, subaudi reperit. (Malim Αἲξ ἐπὶ τὴν μάχαιραν, vt in omnibus Græcorum Lexicis habetur.) In eos, qui ipsi reperiunt quo pereant. Ortum est autem adagium ab huiusmodi quodam euentu. Olim cum Corinthij Iunoni Acrææ (Apostolus Acreæ, non rectè) cuius ædem à Medea structam aiunt, rem diuinam facere pararent: atque hi qui ad præbendam hostiam erant conducti, ((οἱ ἐπὶ τῇ παρέχειν μισθωσάμενοι, Suidas & Apostolius: οἱ κεκριμένοι μισθωτοί, Hesychius & Varinus:) defosso subterraneum cultro, oblitos sese assimularent capra pedib. excalpens, prodidit, itaq; mactata est. Quidam sic efferunt. Αἲξ δῶσα τὴν μάχαιραν: id est, Capra cultrum præbens: Quidã hoc pacto, Ὅς τὴν μάχαιραν Erasm. Αἰγὸς πρόσωπόν τι ἑαυτοῦ δόντι φρενῶν κακῶν ἔοικε καὶ ἀνοίας (videtur aliquid

de illo qui quæ cupit consequitur omnis. Ferunt enim Iouis capram inter sydera locatam qui primus orientem aspexerit, per omnia voti compotem futurum, Idem. Capram cœlestem orientem conspexerunt, Αἶγα τὸν χειμῶνα ἀνατέλλουσαν ἰδεῖσθαι, ab Erasmo similiter exponitur. Apud Athenæum tamen libro nono Antiphanes in Cyclope commemorat capram cœlestem inter animantia apta mensis, Τραγῶν ὑλιβάτας, αἰξ χιμαίρα, κριὸς πιμελής, &c. Aegis venit, Αἰγὶς ἔρχεται: Suidas (& Varinus) indicat prouerbio dici solitum, de ijs qui petulanter & impudenter agerent: quòd Aegis dicta fuerit sacerdos Athenis solita ferre sacram ægidem, & ita ingredi ad eos qui nuper duxissent vxores (πρὸς τοὺς νεογαμοῦντας.) Apparet (inquit Erasmus) in huiusmodi sacri multum fuisse licentiæ. Caprarius in æstu, Αἰγὶ ἐοικώς, de intempestiua libidine, vt & illud, Lydus in meridie, Nam his horis caprarij, dum seductis gregibus in vmbra latitant, lasciuire soliti scribuntur. Referturà Zenodoto & Suida, Eras. His adijciam duo emblemata Alciati, quorum prius inscribitur, In desciscentes: Quòd fine egregios turpi maculaueris ortus, In noxamque tuum verteris officium, Fecisti, quod capra, sui mulctraria lactis Cum ferit, & propias calce profundit opes. Vide paulo ante in prouerbio Capra Scyria. Alterum, In eum qui sibi ipsi damnum apparat, Capra lupum non sponte, meo nunc vbere lacto, Quod male pastoris prouida cura iubet. Creuerit ille simul, mea me post vbera pascet, Improbitas nullo flectitur obsequio. Aliud eiusdem in amatores meretricum, ex astutia piscatoris caprinam pellem induti, & ita sargos pisces allicientis: quòd ij hoc pecus mirificè ament, in Sargo referam.

DE HIRCO.

A.

HIREVS dux est & maritus caprarum: Qui castratus, caper nominatur. Martialis, Dum iugulas hircum, factus es ipse caper. Caprum pro hirco improprie posuit Vergilius Aeglog. 7. Vir gregis ipse caper. עתיר apud Hebræis hircus est, & propriè maior: nam minor seir שעיר dicitur. Geneseos ca. 15. Chaldaicè vertit teias iaii תיישיא, Arabice תיום teus, persice אסתבן asteban, vbi Septuaginta habent τράγοι Hieronymus hirci, Hebræi autem שעיר lair etiam pro hirco ponitur, adiũcto ferè caprarum nomine, hoc modo sheiriim. Persæ pro sheir ponunt kalahe (aliàs kalahel) pro iisdem verò busan. Sed de hac voce & aliis quibusdam, vide supra in Capræ nomenclaturis Hebraicis. Scribitur etiam per zaade prima litera zeir: quam vocem Danielis 8. Hieronymus hircum caprarum interpretatur, Theodotion τράγον αἰγῶν. Chaldæus pro seir fermè transfert zeira. Munsterus in Lexico trilingui עזיר zaphir quoque hircum exponit, vt zephirah capram תיש taish, Abraham Ezra Genes. 30. pecus maculosum & varium intelligit. Septuaginta τράγους Hieronymus hircos transtulerunt. Aliqui arietes, alij totum genus ouium interpretantur. (quod non placet) Chaldæus reddit teias iah. Arabs teus, Perses astarha. בר kar, Dauid Kimhi agnum exponit item arietem & hircum. Carim psalmo 37. Hieronymus monocerotes reddit, Septuaginta μονοκερώτων. Abraham quidam agnos, & alius quidam valles. Deuteronomij 23. Arabica translatio habet baraph, Persica pharbe han, Septuaginta κριῶν, Hieronymus agnorum. Sylueticus hanub hircum exponit. Hispanicè Cabron vocatur, Germanice *bock*, vnde mutuati sunt Itali suum becco, & Galli bouc, & Angli gote bucke, id est caprarum hircum. Nam caprarum nomen Germani etiá aliquando addunt, *geisbock*, distinguendi causa à marib. in caprearum & caprarum syluestrium genere, quos item *bock*, id est hircos appellant, vt *reech bock*. Illyrice hircus dicitur kozel.

B.

Capet etiam tondetur, Vsum in castrorum ac miseris velamina nautis, Columella. Nec minus interea barbas incanaque menta Cinyphij tondent hirci, setasque comantes Vsum in castrorum, &c. Vergilius in Georg. Cinyps (inquit Probus) oppidum est & flumen Africæ regionis Garamantum, apud quos hirci villosissimi nascuntur, quos tondent ad cilicia quibus nautæ vtuntur. Quidam apud hunc fluuium maiores quàm alibi hircos nasci scribunt. In Cilicia circaq; Syrtes capræ villo tonsili vestiuntur, Plin. 8. 50. Hermolaus eo in loco pro Syrias, Syrtes reposuit. Circa Syrtes enim (inquit) Cinyphium pecus celebratur Vergilio, Silio, Martiali, Claudiano, cæteris, vt quinto libro (Castigationum in Plinium) diximus. Ciliees hircos habent villo tonsili, vnde vestes conficiunt, quas cilicia & cilicina dicimus, Ioh. Rauisius textor. Cilicij hirci, id est villosi, Etymologus & Varinus: De ciliciis pannis supra dixi in Capra ca. 5. Carici hirci σικελικοὶ, id est viles, Varin. Meminit eorum Sophocles in Salmoneo, (tanquam vilium, Κατωμάδες, σικελοὶ, μηρῶν) nisi forte cum Ciliciis confundat, Hesychius. Hircus natura animosus est, pugnax & robustus: præcipuæ ei vires in fronte, & cornibus, quæ longa & acuta habet, Albert. Dentes capris pauciores sunt quàm hircis, Aristot. Hanc pecudem mutilam parabimus quieto cœli statu. Nam procelloso atque imbrifero cornuta semper. Nam & omni regione maritos gregum mutilos esse oportebit, quoniam cornuti ferè pernicioli sunt propter petulantiam, Columella. Nunc hirci admittendi sunt (inquit Palladius, in Nouembri) vt fœtum primi veris fouere possit exortus. Sed caper eligendus est magni (amplissimi, Columella) corporis, molliori pilo, & potissimum albo: (nitido, spisso & longo capillo, Palladius. nigro denioque & nitido atq; longissimo pilo, Columella) capite paruo: auribus flexis & grauibus, (longis auriculis iufractisque, Plinius: flaccidis & prægrauantibus auribus, Columella:) quàm maximè simus, Plinius. cui sub maxillis duæ videntur pendere (collo dependent, Columella: qua de re etiam in Capra dixi) verruculæ breui plenáque ceruice, (ceruice & collo breui, gurgulione longiore, Varro. αὐχένα καὶ τραχήλους βραχεῖ καὶ παχεῖ ἔχων βρέγκος ἢ μακρότερον, Florentinus Cornarius pro βραχεῖ legit βραχύν, vt Varro etiam: Andreas à Lacuna βραχὺ mauult, & grauem interpretatur, μακρότερον verò poni pro μακρόν. Bronchus (inquit) id est aspera arteria fieri non potest vt longa sit, collo breui existente: cuius videlicet eius prolixior pars quæ pectus ipsum egreditur, semper adhæreat collo, & longitudinem eius necessario adæquet. Gurgulionem eruditi ferè Græcam vocem gargarona, id est vuam, reddunt: quod hic non conuenit. Sed forte hoc loco intelligemus supremam partem arteriæ ex cartilaginibus aliquot conditam & prominentem, quam Græci larynga propriè vocant. Potest sanè bronchus etiam appeliari βρόγχος & τραχεῖα.) Probatur præterea hircus, armis quàm villosissimis, Plinius. cruribus crassis, Columella. ἰσχιαδικοῖς, forte ὀσφυϊκοῖς, id est lateribus vel costis firmis: & coxis amplis, Florentinus.

C. Hircũ



C.

Hircus cornibus ictu tam valido ferit interdum, vt asserem etiam vel scutum obtentum scindat & prosternat hominem, Author obscurus. Capri petulci fœtidam quæ astutia pastores repellant, infra dicemus in Asie petulci mentione ex Columella. Hircos aiunt sex menses hibernos supra sinistrum latus iacere, quum dormiu ab æquinoctio hyberno totidē mēses supra dextrum. Hirci delectantur in cibo barba hircina (de qua infra dic in H.a.) & rosa calnina, Syluaticus. Hircus inquit Isidorus) animal est lasciuū, & sen per feruens ad coitum: e oculi ob libidi ē in transuersum aspiciunt, vnde & nomē traxit. Nam hirci secundū Suetonium, sunt oculor angulī: de quibus vide infrà cap. 8. parte 1. Qui hirsuta crura habent libidinosi sunt, quemadmodum hirci. A ristoteles τὰ τράγεια τῶν μαζῶν. Adamantius. Hirci per libidinem effetantur: qui enim superiore tempo soci, iugi concordia pascerentur, coitus tempore dissident, & aliter alterum libidinis rabie inuadit, Ar

Sep

Septimo post die quàm in lucem editus hircus est, coire incipit, & quamuis sterile semen emittit, omnium tamen maturissimè quadrupedum ingreditur coire, Aelianus. Hircus mensium septem satis habilis est ad procreandum: quoniam immodicus libidinis, dum adhuc vberibus alitur, matrem stupro superuenit, & ideo celeriter, & ante sex annos consenescit, quod immatura Veneris cupidine primis pueritiæ temporibus exhaustus est. Itaque quinquennis parum idoneus habetur fœminis implendis, Columella. Ad iucundas fœminas & ante anniculum congruus: non autem durat vltra sexennium, Palladius. Hirci anniculi coëunt, sed præstantior ea proles est quam natu maiores tum capræ tum hirci generauerint, Aristot. Hirci pingues minus fœcundi sunt: verum cura extenuandi adhibita, efficitur vt coëant, atque procreent. Aristot. Et alibi, Hirci pinguescentes minus seminis habent: quamobrem eos solent ante admissionem extenuare. Capræ etiam pinguedine sterilescunt, vt ex Plinio supra dixi. Satyri genus erythraicon, arietibus quoque & hircis ad Venerem segnioribus in potu datur, Plinius. Hircos ad coitum procliuiores cum efficere studeant ei pastoritiæ periti, eos horum nares & mentium odorato vnguente perungere: contráque eosdem medijs candis linoilligatis, à vehementi coitus appetitione reprimere audio, Aelianus. Isaac in dictis particularibus inquit: quòd arietes & capri, sicut & cætera animalia propriam habent vocem per quam inclamant & vocant fœminas, tempore coitus & amoris: & pocantes aquam saltam anticipant coitum, & citius mouentur ad amorem. Hirci, tauri, & arieres pro fœminis pugnam ineunt, Aelianus. Considerandum igitur an verum sit quod recentiores quidam non indoctijdum causam eruere conantur, cur illi quorum vxores corpus inunigent, hircorum appellatione deformentur passim, inde fieri conijciunt, quod animalium soli (vti putant) hirci, sui generis fœmellas ipsis intuentibus iniri, facile ferant, Cælius. De hirco qui riualem pastorem dormientem interemit, supra in Capra dixi. Hirci maximè olidi sunt, vnde & hircosos vocamus homines graueolentes vide, H. a. Hircis alijsue stercore suo vel humano nares oblinunt pastores, vt superius docui. Oculos suffusos capra iunci puncto sanguine exonerat, caper rubi, Plinius.

D.

Hircus gregem barbæ fiducia antecedit, Aelian. Afferunt & magi sua commenta: Primum omnium rabiem hircorum, si mulceatur barba, mitigari: eadem præcisa non abire eos in alienum gregem, Plin. Hircus non fugiet, barba eius deconsa, Florentinus in Geop. Græcis.

E.

τραγίη vel τραγέη pellis est hircina: quæ apud Varinum etiam κιναβὶς appellatur: apud Hesychium similiter scribitur: sed eo in loco, qui ordinis ratione κιναβρὶς scribendum admoneat: & mihi quidem ea scriptio magis probatur, tanquam ἀπὸ τῆς κιναίδου vocc deducta: vel à car, quod Hebræis hircum sonare diximus: vnde & κάρα vox facta videtur, capram significans apud Gortynios. Τραγῆς ἐστιμαλὸς καὶ μίλαινα, αὐτὶ δὲ αἰγίδα, Suidas. Τραγοβόσκοι, οἱ τὰς Διονύσου ἐρχιάζοντες τράγῳ παραπέμποντες, Varinus. Locri Ozolæ, vt nonnullis placet, dicti sunt, quod homines fœtidi fuerint, vt qui tragcas, id est hircinas pelles gestarent, vt supra dixi cap. 5. historiæ de capra, vbi & alia multa de caprinis pellibus attuli, quæ pleraque omnia ad hircinas ex æquo pertinent. Sabæi propter quotidianum vsum thuris & myrrhæ lignorum, ad fastidium nidoris illius pellendum vrunt styracem in pellibus hircinis (Strabo idem fieri scribit cum tragopogone, de qua agemus infra in a. inter plantas) suffiuntque tecta, Plinius. Hircinas pelles & ouillas scribit Herodotus biblos etiam dictas veteribus, quod papyri vicem impleuerint quandoque, Cælius. Hircorum sanguini tanta vis est, vt ferramentorum subtilitas non aliter indurescat, scabricia tollatur vehementius quàm lima, Plinius: Hermolaus pro lima, legit scobina fabri. Sanguis hircinus adamantem emollit. Item leoninus. Est enim inter cæteros horum sanguis calidissimus: Adamas autem cum frigidus siccusque sit, ab eo quod sibi maximè contrarium est, præcipuè vincitur, Simocatus. Τὸ ἀδάμαντος τὸ ἀπὸ τοῦ τράγου αἵματι καὶ πυρὶ μαλασσόμενον, Pausanias in Arcadicis. Adamantis natura inuictissima, & duarum rerum violentissimarum contemptrix, ignis & ferri: non alia rumpitur vi, quàm hircino sanguine macerata recenti & calido: etiamsi hoc gemmarij nostri falsum & ridiculum existimant, Hermolaus. Caprinus (hircinus potius) sanguis bulliens de nouo calidus extractus mollit adamantem, Albertus. De Adamantis gemma natura & duritie, vide apud Erasmum in prouerbio Adamantinus: & in opere Ge. Agricolæ de natura fossilium libro 6. Magnes ferrum trahit: exoluitur expira q; allio perfrictus: reuiuiscit (ἀναζῇ, non vt And. à Lacuna ebullit ac feruescit) sanguine hircino perfusus. Hircinum ieuum ad candelas præstantissimum est, vt quod solidus sit, nec facile liquatum diffluat. Amoris fastidium fieri potest hirci vrina, admixto propter fastidium nardo, Osthanes dicit, Plin. Philetephus in Epistolis Theophylacti Simocati: Castratio, inquit, ferax etiam quietiores & moderatiores reddit. Ego autem castrandi peritissimus sum: nam vulnus sale farcio, & picem illino: vnde mox ita coalescit, vt cutis ricium & cucurbita integrior fiat.

F.

Hircorum caro, tum ad coquendum, tum ad succum bonum generandum est detertima, Galenus & Aegineta. Hanc sequitur arietum, post taurorum caro: Porrò in ijs omnibus carnes castratorum sunt præstantiores, verulorum pessimæ. Galenus lib. 3. de alim. facult. Idem in libro de attenuante victu, Hirci & boues (inquit) carnem quidem habent minimùm humidam, pituitosam ac lentam: nocent tamen admodum ob duritiem & in alterando difficultatem. Hircina absolutè mala est, Auicenna. Non rectè quidam Auicennæ scribunt, huius carnis vsus febrē quartanam inducit: id enim Auicenna non domesticis, sed syluestribus, hircis scribit. Capellæ atq; hirci fœtidi carnē ne degustato, Platina. Hircina caro, teste Isaaco, deteriorem quàm caprina succum generat. Hircorum caro libidinis tempore vitiatur & fœtet, Aristot. Bapt. Fiera cum in hœdum in cibo commendasset, subdit: Cum malè olet siccat, fiat iam caper improbus, absit. Et cadat ante focos victima Bacche tuos. Capri cum coierunt, improbam habent carnem, minimè pinguem & siccam: quibus curæ est vt suauior fiat caro hircum adhuc teneremm castrant. sic enim frigida & humida qualitate temperamentū eius emendatur, Albert. Hircorum carnes traditur virus non resipere, si panem hordeaceum eo die, quo interficiantur, ederint, laserne

dilutum

id eſt aut Iouis aut Solis occidas. Melius autē erit ſi caſtus purusq; fuerit & qui occidit, & qui accipiet remedium. Exſecto igitur gutture eius ſanguis excipitur, vtilius ſi ab inueſtibus pueris excipiatur, comburitur in vaſe fictili vſq; ad cinerem. Vas autē in quo torrebitur, coopertum & inlitū gypſo in furnū mittetur: quod cū vapore exemeris in puluerē conteres: nec nō & polypum marinū identidem vt dixi exuſtum, in puluerē rediges. Confectio autē vniuerſi medicaminis hæc eſt: Sanguinis huius hirci vncias tres, thymi vnciam vnā, pulegij vnciam vnā, polypi exuſti cineris vncias tres, piperis albi vnciam vnam: apij, ſeminis oluſatri vncią vnam, hæc omnia ſeparatim tunſa, & ad leuiſſimū puluerē redacta commiſces, & dabes infirmo, melius ſi die Solis aut Iouis, cochlearis menſurā in meri potione, aut cuiuſcunq; dulcis poculi. Prouidere autē debes vt digeſto ac ieiuno potio detur: & rurſum vt eadē potione bene digeſta cibos accipiat: & cò melius erit, ſi hanc potionē cum condito, poſt balineum in ſubanis adhuc cōſtitutus acceperit. Et ſubinde, Supra omnia efficax (inquit) aliud ex eo facies medicamentū ſic, ſanguis hircinus ea obſeruatione qua ſupra excipitur in patella ferrea candente vt aduri poſſit & ſtringi cōtinuo ipſe ſanguis, ita vt poſtea in puluerē redigatur: vel certe cōtinuis aliquot diebus ad Solē ipſum ſanguinē pones, ita vt rore iam decuſſo, poſt horam ſecundā ponas, & ante nonam colligas: poſteaquā ita fuerit ſiccatus ſanguis. vt nullū humorē habeat, colliges eiuſdē cruſtulas & teres, atq; ex eo leuiſſimum puluerē rediges: deinde accipies herbam tribolū, cuius herbæ ipſum tribolū, hoc eſt ſemē ſpinoſum proijcies: ipſam autē herbam lectam de locis maritimis ſiccabis, tundes & in puluerē rediges. Confectio autē medicaminis totius hæc eſt. Herbæ triboli vncias duas, piperis vncias duas, petroſolini Macedonici vncias duas, folij ſertulam, d eſt, coronā ſiue ſphæram vnā, hæc omnia ſeparatim tunſa, & ad leuiſſimū puluerem redacta, cū ſanguine hircino miſcebis: & dabis infirmo die Solis aut Iouis cochlearum menſurā, in meri potione aut cuiuſcunq; dulcis liquoris. Prouidere autē debes vt digeſto ieunoq; potio detur: quam cū acceperit qui calculum patitur, mox lapides ſolutos omnes per vrinā emittet, Hactenus Marcellus, ſubijciens etiā adamantem hoc ſanguine perfuſum ſolui. Sanguis hirci vt calculū frangat quomodo præparetur, docet etiam Iacobus Syluius in Methodo de componendis medicamentis, ab initio capitis de animalibus & eorū partibus ex Auicenna & cęteris practicis. Sanguini hircino, inquit, quamdiu ab animali calet, coquendi abſceſſus vim tantum tribuit Galenus: qualē caprino, taurino, & cæteris calidis humidis modicè. Quòd ſi adamantem frangit, ſed calidus tantum ab animali: ſic lapidem calidus tantum epotus fregerit. Quod & ſanguinem vulpinum ex vena ſecta potum præſtare audio. Ne autem coaguletur. Xenocratis exemplo, miſcere poſſis acetum feruefactum aut coagulum Hirci quoq;, capri, cerui, leporis, ſanguinem ſartagine frixum dyſenterias & cœliacorum profluuium ſiſtere tantum docet Dioſcorides, non addit calculum frangere, quæ vis tenuibus conuenit, cum dictorum animalium ſanguis ſubſtantia craſſa & terrea, & cū calore ſiccatoria dyſenterias ſanet, Hæc Syluius. De ſanguinis ibicis, id eſt, hirci ſyluęſtris alpini vſu ad calculum, dicam inferius.

Hircorum carnes in aqua decoctæ panos & apoſtemata in quacunq; parte diſcutiunt, Plin.

De medullis in genere quædam protuli ex Galeno, in mentione Vitulinæ ſupra: & priuatim etiam de hircina aliiſq;. Laudatiſſima ceruina medulla, mox vitulina, dein hircina & caprina, Plin. Hœdorum adeps minus tum calidus cum ſiccus eſt, quàm caprarum: ſed & caprarū minus quàm hircorū: & rurſus hircorum minus quam leonum, Galenus de ſimplicib. 11 4. Hircinus adeps valdiſſimè diſcutit: huic proportione reſpondet ouillus, Dioſcorid. Magis reſoluit quàm cæteri, Auicen. Seuum hircinum cum melanthio & ſulphure & iride, lentigines & maculas tollit. Labrorū etiā fiſſuris efficax cū adipe anſerino, ac medulla ceruina reſinaq; & calce, Plin. Et qui patitur varices, ſeni hircini ſelibram, & adipis de capone libram ſimul permiſce, & in linteo die Iouis ceroti more appone, potenter ſubuenies, Marcellus. Ceruix boum ſi medra intumuit, comperimus aureum eſſe medicamentū ex pice liquida & bubula medulla & hircino ſeuo & vetere oleo, æquis ponderibus compoſitū atq; incoctum, &c. Columella. Medicamen hoc tetrapharmacum dici poteſt, nā & viribus reſpondet Galeni tetrapharmaco, quod conſit ex cera, reſina, pice, & ſeuo hircino caprinóue aut alterius animalis, maturans & concoquens. Sanguis demiſſus in pedes boum, niſi emittatur, frenitem creabit. Locus primò ferro circunciſus & expurgatus, deinde pannis aceto & ſale & oleo madentibus inculcatis, mox axungia vetere & ſeuo hircino pari pondere decoctis, ad ſanitatem perducitur, Columella. Bupreſtis cum hircino ſeuo lichenas illita ex facie tollit ſmectica (ſeptica) vi, vt ſupra dictum eſt, Plin. Pedes locuſtarum cum ſeuo hircino triti, lepras ſanant. Plinius. Vnguium ſcabrities tollunt locuſtæ frictæ cum ſeuo hircino, Plin. Seui hircini vncias duas olei viridis ſextarium dimidium: hæc ſimul in duplici vaſe remiſſa & calefacta dyſenterico injicies, Marcellus. Similis & caprini vſus eſt, vt ſupra dixi. Vtuntur & ſeuo hirci in pane qui cinere coctus ſit, capræ à renibus maximè, &c. Plinius inter dyſenterica & cœliaca remedia, vt in Capra recitaui. Cum ſimo capræ & croco impoſitus adeps hircinus podagricis auxiliatur. Dioſcor. & Raſis. Podagris medetur taurinum ſeuum &c. alij hircinum præferunt ſeuum cū ſimo caprę, & croco, ſinapiue cum caulibus ederæ tritis, ac perdicio vel flore cucumeris ſyluęſtris: Alij ſeuum hircinum magnificant cum helxines parte æqua, ſinapis tertia, Plinius. Et alibi, Podagris cum ſeuo hircino vehementer proſunt minoris ſambuci cauliculi illiti. Ranæ quoq; rubetæ exuſtę cinis cum ſambuci cauliculis tritis & ſeuo hircino vetere permixto & decocto pariterq; impoſito podagris prodeſt, Marcellus. Heliotropij radix cum folijs & hircino ſeuo podagris illinitur, Plin. Hircinum ſeuum, ouillū, ceruinumq;, ita curato. Elotum ex his quodcunq;, tunicis, vt in ſuilli adipis mentione dictum eſt, exemptis, pilæ molliendū tradito, ac manibus fricato, affuſa paulatim aqua, donec ne amplius quidem cruentum virus excernatur, aut pingue aliquod innatet, ſed nitida ſpectetur: deinde in ollam fictilem conijcito, & adiecta aqua vt ſuperemineat, leui pruna liquefacito, & moueto, atq; in aquā colato: cumq; refrixerit, iterum in loto fictili eliquato, & quæ antè diximus facito: tertiò ſine aqua liquefactum, in perfuſam liquore pilam colato, refrigeratumq;, vt in ſuilli ratione diximus, recondito, Dioſcorides.

De hircino iecore nonnihil reperies ſupra in Caprino. Hirci iecur, inquit Galenus, cadē caprino efficere aiūt, Ad canis rabidi morſum laudant hirci iecur, quo impoſito ne tentari quidē aquæ metu affirmant, Plin. Iecur hirci matutè ſumptū ab ijs quos canis in rabie momordit, auxiliatur, Ponzettus. Sanguinem ſiſtit caprini cornus cinis, vel fumi, ex aceto, (ſcilicet illitus:) hircini verò iocineris diſſecti ſanies efficacior: Et cinis vtriuſq; ex vino potus, vel naribus ex aceto illitus: hircini quoq; vtris vinarij duntaxat cinis, cum pari pondere reſinę ſiſtit ſanguinē, & vulnus glutinat, Plin. Iecur hirci calidū illitum lepras tollit, Plin. Ad nyctalopes caprino præſtat, Celſo teſte: vt ſupra retuli. Ad nyctilopas, Hepar hirci aſſa, & vnge oculum cum liquore qui defluit: iuuat enim duodecies inunctus, Gal. cup. 2. 107. Iecur aſſum capræ cœliacis ſubuenit, magisq; etiam hirci cū vino auſtero decoctū potumq;, vel ex oleo myrteo vmbilico impoſitū. Quidam verò decoquūt à tribus ſextarijs aquę ad heminā (alijs geminam)

minam) addita ruta, Plin. Iecur hircinũ missum in ollam nouam cũ vini austeri cotylis sex ad tertias decoctũ, sedum excòquitur compunctũ, vt humor eius cũ vino permisceatur, postea dysenterico potui datũ efficaciter prodest, Marcell. Aluum sistit iecur hircinũ decoctum in vini hemina, Plin. Ad profluuium ventris sistendũ, probatum: Iecur hircinũ cum vino austero coquito, & da bibendũ cythum 1. & confestim sistet, Nicol. Myrepsus. Tradunt hircini iocineris cibo comitiales deprehendi, Dioscor. Hircinũ fel imbecillius est taurino, Dioscorid. Vide supra in Taurino, vbi & in genere quædã de felle docuimus. Hircinũ priuatim thymia abolet, & luxuriantes elephanticorum extuberationes illitu reprimit, Dioscorid. Plinius caprino felli tribuit quod elephantiasin tollat. Fel hircinum carnẽ malam eradicat, Auicenna. Ad porriginem prodest fel hircinum cum vrina tauri: si vero vetus sit, etiã furfures adiecto sulphure emendat, Plin. Hirci fel lentigines tollit admixto caseo & viuo sulphure, spongiæq; cinere, vt mellis sit crassitudo. Aliqui inueterato felle vti maluẽre mixtis calidis furfuribus pondere oboli vnius, quatuorq; mellis, prius defricatis maculis. Ad hircos vel alas fœtentes remediũ, Hirci maturioris cornu rasum vel exustum cũ felle hirci misceatur, &c. vt supra dixi in Cornu. Ad tabernacula in pudẽdis, fel hircinum obline, Galen. ex Asclepiade. Ad conceptum promouendum, Purpuram veram hircino felle madefactam muliebri vmbilico diebus septem imponito & deinde crescente luna viro congrediatur, Aetius. 16. 34. Ad idem, fellinam veticam damæ (dorcadis) aut hirci euacuato & ex eo quod viscidum interius inueneris pessulum conficito & paulo ante congressum imponito aut penis glandem illinito, Ibidem. Fel capræ syluestris priuatim luscitosos (nyctalopas) inunctum sanat idẽ potest & hircinũ, Dioscorid. Ad vlcera oculorũ & albugines, fel hirci cõfrica in oculo, Galenus Parabilium 2. 99. Euulsis radicitus pilis, qui palpebris innati oculũ infestant, hyænæ aut hirci fel statim inunge & nunquã renascentur, Galenus Parabilium 1. 42. Ad aures quæ grauiter dolent, & vetera vulnera intrinsecus habent, remediũ ex felle hircino vel porcino, vide infra in Sue. Lien assus capræ hircinæ cœliacis subuenit, Plin. Hircinus splen calidus, id est statim vbi de pecude sublatus fuerit, super lienẽ hominis impositus & alligatus, mire doloré intra paucos dies auferet, si postea ad fumũ suspendatur, vt illic arescat, Marcell. Si libuerit generare marem, duos testiculos capri assos deuorato, & coëas eodẽ die: sic fœmina (nisi quid impedimenti in ipsa fuerit, Albertus.) marẽ concipiet. Quòd si vnũ duntaxat testẽ comederis, puer teste vno nascetur, Rasis. Suffimentum ad epilepticos expertum Hirci & vrsi & lupi testiũ, sanguinis hirundinis, lapidis in eius ventriculo reperti, asterij in mari inuenti (stellam marinam intelligo, Fuchsius quid sit diuinare nõ potest) anethi ana ʒ ij. Alliorum purgatorum, cornu ceruini & caprini sing. ʒ j. &c. Inter suffimenta apud Nic. myrepsum. Fimum ex hircis cum melle decoctum panos & apostemata discutit, Plin. Fimus hircorũ cũ melle decoctus adpositus: paniculis sanitatẽ præstat, Marcell. Cum aceto mixtũ pustulis nigris salubriter superilligatur, Innominatus. Stercus capri ex vino consperssum impositumq; quod inhærebit extrahet & sanabit, Sextus. capræ nõ capri apud Plinium legitur, vt in Capra ostẽdi. Vlcera cætera (praterquã in tibijs cruribusq;) explentur aut purgãtur fimo aprino aut hircino, Plin. Hircinum stercus ad morbũ comitialẽ proficit, si ex eo quindecim globuli ad summũ exhibeantur, Galen. Parab. 2. 3. Ad caluas pilisq; carentes palpebras summopere conducit, si musceerda & stercore hircino æquali mensura mixtus tostisq; ex melle illinantur, facit hoc etiã ad vitiligines, Galen. Parab. 1. 41. Hircinũ fimum tritum cũ aceto scillino misce, & fronti & tẽporibus illine: hoc ad doloré hemicranij sedandũ etiam in perpetuum prodest, Marcellus.

Pœni pastorales in filijs quadrimis venas verticis lana succida inurunt: nõnulli venas temporũ, ne vnquam scilicet pituita defluens è capite officiat: eaq; de re se esse aiunt optima valetudine. Quod si pueris inurendis spasmus contingat, vrina hirci aspersa eos liberant, Herodotus lib. 4. Si grauitas sit audiendi, fel bubulum cũ vrina capræ vel hirci medentur, vel si pus sit. In quocunq; autẽ vsu putant hæc efficaciora in cornu caprino per dies viginti infumata, Plinius. Aduersus grauitatem audiendi, fel bubulum cum vrina hirci, auriculæ quæ molestiam surditatis patitur, instillabis, statimq; subuenies, Marcellus. Si maior sit dolor aut grauitas auriũ, vrina capri calfacta remedio est, vel tauri, &c. vt in Tauro narraui ex Plinio. Potio ad aquam intercutem vt per vrinã eijciatur, Hyssopum & hirci lotium ex dulci potum vrinã mouet, perinde & si caprini copiam habueris, Galenus Parab. 2. 41. Hydropicus forbeat lotium capræ, quod mirificè sanat: item hircinum lotium, si heminam biberit: & spica nardi & ebulum cum aruerit: melius est lotium, si idem pasti fuerint, Sextus. Cinis eboris cum vrina hirci potus, calculum in renibus simul & in vesica absque omni periculo conterit, Innominatus.

H.

Hircus capratum dux (ὁ τῶν ἀιγῶν ἡγεμών, Pollux) Græcè τράγος vocatur, à voracitate: nã τρώγειν & τραγεῖν edere significat: quæ voces durius quid & asperius sonant quàm φαγεῖν, vt τράγος etiam quàm φάγος. Varinus. Aristophanes in Auibus auium genera cognominat κριθοτράγα, κεδροτράγα & σπερμολόγα, quod oleastri baccis, hordeo, & varijs seminibus vescantur. Alij tragon deducunt ὡς ἀπὸ τοῦ τραχὺ δέρμα ἔχειν, à pellis asperitate. Alij ab asperitate vocis. Alij ὅτι ἐστὶ τρέχειν: id est à currendo, Etymologus, Varinus, Suidas. Χίμαιρος, hircus, Varinus. Capras chimaras Græci vocant & chimaron & enorchan Theocritus qui sit caper; quanquam Varro caprum dici propriè vult qui sit excastratus, Hermolaus. Plura de hac voce vide in Capra, ab initio octani capitis. Hircum quidã ab hirsuto dictum putant, Perottus. Τράγοι & τράγελοι hirci adulti nominantur, vide infra non procul ab initio historiæ de capris syluestribus. Ἀγὼν hircus, Varinus & Hesychius. Iidem γεμώνας interpretantur mullos vel hircum. Ἀτῆγοι ἀγριόκωνες οἱ πρὸ τῆς γαμετῆς τελικὰς ἐπιλιχμῶντες, Eustathius. Ἰτὼς, τράγος βάτης. & πτωκὸς θρέμμα, Hesychius. Γέλες, artes, hircus, Hesychius & Varinus. Κίρκος, hircus apud Cratinum, Didymus deriuat à Corse: quod Corsiæ locus sit Ciliciæ. Iidem. Αἰγίλωψ, capra, castrata, vel caper forte, quem & τράγελον aliqui vocant, Iidem. Syluaticus graco, vel grato, & timgos, nomina vt apparet à tragos voce Græca corrupta, hircum exponit. Hircus & Pan Aegyptiacè Mendes vocatur, Herodotus. Menden, Μένδην, vocant Pãna Aegyptij. ὡς τραγοπροσώπων, vt cui hircina facies sit, eò quod hircus etiam ipsorum dialecto sic appelletur. Varinus. Suidas addit Pãna à Mendesijs coli, vt cui vis genitalis curæ sit: & abstinere eos hircis in eius honorem: eò quod animal libidinosum sit: item Mendesij templũ apud Aegyptios fuisse, in quo simulachrum cruribus hircinis fuerit, pudendo erecto. Græci hircum tragon vocant, & Aegyptia voce murem, Hermolaus in Corollario: pro murem lege Menden. Κέλης, hircus mutilus cornibus, Varinus. Hesychius κέλλις oxytonum, exponit magnum hircũ sine cornibus. Epitheton hirci, læuis, Horat. in Epodis. Plura numerantur à Rauisio Textore sine authorum nominibus, quæ licet à recentioribus tantum pleraque vsurpata putem, adscribam tamen. Annosus, auidus, barbiger, celer, cinyps, corniger, dux pecoris, grauis, hirtus, horricomus, imbellis, immundus, olens, olidus, piger, procax, saliens, setiger, vagus, vilis. Capri etiam seorsim epitheta

pitheta hæc reperio, Vir gregis, Vergil. Aeglog. 7. Albus, Horatius 3. Carm. Bicornis, Ouid. 15. Metam. Libidinosus Horatius Epod. 10. Set geri, Silius lib. 3. Et præterea apud Textorem, bifrons, hirsutus, barbiger, torulus, corniger, lasciuus, acer, olidus, fœdus, immundus. Τραγόβυλος τράγος, Antiphanes. Τράγοι αἰγίβατοι, Pindarus. Κριμνίλος, Theocritus. Κεφρήν, Idem. Πρόσθε μὲν αἰγαμύλοιο βλέπε κριὸς ἐξαλάομαι. Δυσὶν ὄλλυσι χώροις ἐστὶ φίλαυ πεπάλευ. Et alibi, γάλαν τραγέαν μάλα μείων ὑλάβατος. Παυὶ φιλοσπορέω λάσιον βλέπε πρόσθε τράγοιο. Κνανῆν (aliâs oxytonum est) eneci colore, ruffum: alij album) Θελυΐτιν τὸ δ' αὖτε τράγον, in Epigrammate. Ἐκμαὶ βλάσσοις δασυτρίχου τράγοιο Κνανὴν ἀμφὶ μύσοις ἐκ παιδὸς πεπόδου, Theocr. Idyl. 7. Καὶ τὸ ἐνίσχιον τὸ λευκὸν κνάκινον φυλάξαι πρὸς τὸν τοῦ Διὸς τράγον. Caperare frontem rugis contrahere à crispis caprorum frontibus, &c. vt in Capra dixi in H a. Capronæ vocantur in equis comæ seu iubæ in frontem deuexæ. Tragemata, bellaria secundũ Macrobium, omne mensæ secundæ genus, mirum ὅσον τραγεῖ, quod est edere, vt καὶ ἰξεχέω delicatiores tantum cibi, & quos ne saturi quidem fastidiant, intelligantur. Appion ac Diodorus ἐπίλεια vocari tradunt, quæ post cœnam dantur tragemata. Tragematum reliquias aliqui apotragemata vocant. Cælius. Tragemata voco ea, quæ post cœnam voluptatis ad bibendum excitandæ gratia manduntur: Sunt qui cannabis semine frixo cum alijs tragematis vescantur, Galenus de alimentor. facult. 1. 41. Ἐντραγεῖν pro ἀκροᾶσθαι, ientaculum sumere, apud Aristophanem in Equitibus. Τραγῳδοί Hesychius & Varinus exponunt eos, qui sacrificata (τὰ ἱερεῖα) furentur: quidam non rectè sacrilegos, cum à vorando nomen factum videatur. Τραγικῶς, hircinus. Tragicum licet vt plurimum accipiatur pro eo quod ad tragœdiam pertinet, reperitur tamen pro hircino etiam: nam tragica cornua in Pyrrhi galea hircina intelligunt, teste Cælio. Follibus hircinis conclusæ auræ, Horat. 1. Serm. Veteres hirquinum pro hircino extulerunt. Plautus in Pseud. Heus tu, qui cum hirquina stas barba, respondes quod rogo, Hircipilum quidam pro hirsuto vsurpant, vel eo qui duros pilos habet. Hircipili, densorum pilorũ homines, Festus. Hircus animal est libidinosum: & quoniam libido oculos contrudit in angulorum angustias, quos vocant hirquos, authore Suetonio in vitijs corporalibus: inde a Vergilio scriptum volunt, Transuersa tuentibus hircis, quoniam iibidinis, quæ in hirco præseruida est, illic promantur signa: et amsi Apuleius grammaticus, quod illic hæreant oculi, hircquos dici opinatur. Alij hircis defendunt, quoniam id animal oculos habeat ad nares conuersos. Proindeq; apud Aristotelem τὰ τραγικὰ πρόσωπα, non laruas interpretamur, quod fecit Theodorus: sed tragicas facies, ad hanc hircorum naturam referentes: quoniam tragœdorum personæ nihil minus, quàm oculos ad nares valeant inflectere, Cælius. Isidorus ipsum animal hircum, ab oculis ad hircquos (id est angulos in eis, Græci canthos dicunt) conuersis, sic appellatũ autumat. In iam citato Vergilij hemistichio, hircis an hircquis rectius legatur, vide Pontanum de Aspirat. lib. 1. Nos quamobrem hircum animal (inquit Nic. Erythræus Italus) vulgo becco vocemus, vnde beccari, beccarie, & vox illa infamis ab historia eiusdem animantis deducta, qua populus Venetus vicissim se vsq; ad fabulam impetere solet, plurib⁹ sanè in Stoico docuimus: Hæc ille, sed Stoicus eius non extat. Est intra aures nervus nomine tragos, e regione cuius est quem vocant ant tragon, Cælius. Hircum & caprum (vt Catullus) poetæ appellare consueuerunt graueolentiam sub alis. Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ, Horatius 1. epist. 1. fœtor sub alis excitatur arctè nimis discumbentium. Homines ita graueolentes hircosos vocant, γραώδεις Græci (teste Suida) vt odorem ipsum γραῶδες, & tragon. Hinc illud paræmiódes, Τράγου μὴ ὀσφραίνου, Grasoni ne succenseas. Sudorem corporis ac sordes grasoniam dixit Archigenes. Lanarum in quibus sordes Græci vt œsypum sic grasum appellant. Aristoteles in Acharnensibus, tragasæum vocauit malè olentem, & alia fabula tragomaschalos eosdem dicit, Cælius 24. 18. vbi plura de hircini odoris ratione leget qui volet. Τραγομάσχαλοι, fœtidi hircitales enim maritis caprarum sunt, Varinus: sed abundat & expungenda est vox tragi, id est, hirci: siquidem homines fœtidos tragomaschalos appellant, vt Aristophanes in Pace, vbi in Scholijs verba à Varino vsurpata legũtur, sed sine dictione tragi. Pollux, Hesychius & alij κνανέωσιν hoc virus appellant, τὴν τῶν αἰγῶν (ἢ τράγων) ναυβρώτου ὀσμωδίαν. vt in Capra docui. Plautus in Mustellaria, Te Iupiter dijq; omnes perdant, oboluisti allium. Germana illuuies, rusticus, hircus, hara suis, ad hominem transtulit immundum & libidinosum. Et in Asinaria, Propter operã illius improbi hirci edentuli. Grauis hirsutis cubat hircus in alis, Horatius in Epodis. Plautus in Mercat. Quũ sis iam ætatis plenus, anima fœtida, Senex hircosus, tu osculêre mulierem &c. Persius Sat. 5. Dixeris hæc inter hircosos centuriones, id est, rusticos, olidos, & omnis nitoris expertes, Budæus. Nonnulli legunt Varicosos. Tiberius Cæsar obscœnus & olidus senex in Atellanico exodio hircus vetulus appellatus est, Suetonius. Pastillos Ruffinus olet, Gorgonius hircum, Martialis. Qui rem Venerem agunt, aut qui in ætate sunt quæ sufficiat Veneri, malè olent, ἢ καὶ κνανέην τράγου ἔχουσι, hoc est virus hirci reddunt. Quod in pueris non fit: cuius ratio est, quoniam puerorum spiritus humorem sudoremq; concoquere potest: virorum autem nequit. Proinde sunt in ijs humiditates crudæ indigestæq;, & ad corruptionem procliues, ideoq; sudores eorum, & resoluti illinc fumi grauiter olẽt, idq; in alis præcipue atq; inguinibus, &c. Ab hoc euentu putant eruditi, vt Sext. Pompeius docuit cum Censorino, pueros dici hirquitalos, vbi primum ad virilitatem accedunt, sitq; Venereorum appetentia opportuna, Hæc Cælius. Hirquitallus, per l. duplex, & rursus Irquitallus sine aspiratione, puer qui primò virilitatem suam experitur, à libidine scilicet hircorum dictus, Festus. Naues quædam Libycæ arietes, & hirci dicuntur: vnde conijcimus taurum etiã, qui Europam abduxit, tale nauigium fuisse, Pollux & Cælius. Tragi naues videntur, fortè quod id genus animalium haberent tanquam insigne, Bayfius. Vox immutatur, maribus maxime: sed fœminis etiam idem accidit, quanquam obscurius quod quidam hircire appellant, cũ vox mittitur inæqualis, postverò restituitur in sequentem ætatis grauitatem aut acumen, Aristoteles. τραγίζειν, τὸ ταραχὴν τῆς φωνῆς τοὺς ἡλικιζοντας ἔχειν. Hesychius & Varin. Huius in voce mutationis causam indagat Cælius 19. 12. Τραγῳδία ὅτι δὲ τράγων, ὁ διπλοῦς βαρβάτος βοῦς, Varin. In oratore tragœdorum vocem exigunt eruditi, Cælius. Tragœdiam alij quasi hircinum cantum dictam volunt: nam hircus præmium dabatur tragœdiarum authoribus, qui rustici & pastores erant. Carmine qui tragico vilem certabat ob hircum, Horatius in Arte. Alexander pubescentes pueros hircissare scribit, ob vocis asperitatẽ raucam, ab hircis ita vocem efferentibus producta verbi ratione. Siquidem naturã tunc corpora dilòciantem, multam repentinamq; ætatis efficere mutationem, augescentibus fœminarum vberibus, matium vero thorace, humeris, testibus: Accedere item morborum mutationes, solutionésue, &c. Cælius 19. 21. Idem alibi τραγίζειν, hircum olere exponit. Næuius vocem gallulascere dixit gallulare enim (vt aiunt grammatici) est pubem emittere, & gallulascere pubescere: quòd pubescendo vocem grandiorem ad galli gallinacei similitudinem faciunt. Hirci pinguescentes minus fœminis habent: hinc & vites cum nimia alimenti copia luxuriant, hircire dicuntur, Aristot. lib. generationum 7. 18. interprete Gaza: qui & alium Aristotelis locum in Historia anim. sic transtulit: Hirci pin-

hærere ſuſpicari, quemadmodũ illecebra tertium ſedi genus foliola tritici granis craſſitudine & figura ferè ſimilia promit: niſi verba Dioſcoridis, τὰ δὲ καρπία αὐτῶν ἐστιν ὅμοια, σὺν οἴνῳ πινόμενα, hoc impedirent. Ego τὰ τρία δύο legere malim, vt Plinius tranſtulit, ſic & conſtructio melius cõſtabit: Marcellus tranſtulit eius fructus numero decẽ acini cũ vino poti, tanquam legerit, τὰ δέκα κεγχρῶν: Ruellius, racemorum acini decem, neutrum probo: videtur Ruellius racemorum pro ramorum apud Plinium legiſſe: quaſi acini neceſſariò in racemis ſint. At Dioſcorides in tragò nõ acinos, ſed veluti acinos ſpectari ſcribit, ὡς ὅλυραι, reddendũ circiter decẽ. Tragoni cerealẽ Dioſcorides deſcribens, lib. 2. cap. 84. certũ frumenti genus intelligit, alij paratam ex tritico veluti halicam ſic vocãt. Tragos (inquit Dioſcorid.) quandã chondri, id eſt halicę frugis figurã gerit: multò minus quàm zea nutrit. quod multũ aceris habeat: quare ægrius conficitur, aluumq; magis emollit. Ptiſanæ cõficiendæ vulgata ratio eſt: ſimili modo ex tritici ſemine tragum fit, in Campania duntaxat & Aegypto, Plinius. Alibi quoq; tragum Italiæ peregrinũ & ab Oriente inuectum meminit. Tragos cognomẽto πτῶδης, hoc eſt cerealis, vt ab herba tragho diſtinguatur, fruméti genus eſt. In Hippocrate quid ſit ſtrygis, quod ipſe leuius eſſe tritico, & ventré magis ſoluere teſtatur, non cõperi: niſi quis pro tragho ſtrygite (forte, ſitode) accipiat, Hermolaus. Galenus de tragho frumento à Dioſcoride dicta repetit. Addit (lib. de aliment. facult.) ex ſplendida & nobili ſiligine ſeu olyra, vt decet excorticata, tragũ confici, cuius pleriſq; eſt vſus. Primum in aqua coquitur, mox effuſa priore aqua mulſum, ſapa, vel paſſum infunditur: demũ pineæ nuces aqua præmaceratæ donec intumeſcant, ſuperinijciũtur. Sunt qui tragũ non æmulari tantum aſpectu olyram, ſed idẽ eſſe genus defendunt, ſpecie tantũ differre. Farris apparatũ docet Aetius lib. 9. cap. 45. Frumentũ vel maturum vel viride madefit, cortice repurgatur, Sole ſiccatur, craſſiſſimè molitur. Χόνδρος τραγικὸς, (Varinus poſt χόνδρος diſtinguit) ἄτομος ἁλικὴ, ἢ πτισάνη ἐκ μονοκόκκου, Heſych. Tragum quidã Gallicè exponit du ble turgueſ. Hier. Tragus lib. 2. cap. 23. tragũ frumentaceum Dioſcoridis interpretatus farris genus quod Columella verriculum album appellat: ipſe Germanicũ ei fingit *Teutſchen reiſs*, id eſt oryza Germanica: quod oryzæ inſtar grana eius cum lacte coquãtur hordeo (inquit) ſimile eſt per omnia vegetius tamẽ & candidius, vere ſeritur. Ego de ea re certi in præſentia nihil habeo. Hoc tantum dicã, videri mihi genus hoc fruméti tragos appellari Græcis vel ὅτι τρώγεται (vnde & ipſum animal tragon deducunt Grammatici quidã) quòd aſperius ſit, & multũ furfuroſi recremẽti habeat, plus nempe quàm zea, vt Galenus & Dioſcorides ſcribunt: niſi quis ad ariſtarum aſperitatẽ referre malit, vt τράγος τὸ τρώγειν, hoc eſt ab edendo: cũ non ſolum grana per ſe ad panificium molantur, & integra aut modice fracta cum iure aliquo decoquantur: ſed inſuper ſui generis cibarium ex eis fiat, vt ex Galeno iam retuli. Cum Gallo Nardo ſemper naſcitur herba, quæ hirculus vocatur, à grauitate odoris & ſimilitudine, qua maximè adulteratur. Diſtat, quod ſine cauliculo eſt, & quod minoribus folijs, quodq; radicis neq; amaræ, neq; odoratæ, Plinius. Dioſcorides tragon appellat, & diſcerni docet quod candidior ſit, ac folijs minus oblongis, reliqua, vt Plin. Idem Samphariticam nardũ ſcribit; καυλὸν δὲ ἐπιμήκη ἔχειν ἐκφυόμενον τὸ ἄνθος, hoc eſt caulẽ aliquando mediũ ex ſe mittere, odore ſupra modũ hircino. Eſt & tragopogon, quẽ alij comen vocant, caule paruo, folijs croci, radice longa, dulci ſuper caulem calyce lato, nigro. Naſcitur in aſperis, ſine vſu, Plinius. Et alibi. Scandix, quæ ab alijs tragopogon vocatur, herba in cibo vulgaris apud Aegyptios. Tragopogon (inquit Hermolaus in Corollario) hoc eſt hirci barba, quę & ſcandix à Plinio vocatur: niſi, quod ſuſpicor, deprauata lectio eſt. deſcribitur à Theophraſto hiſtor. plant. 7. 7. in hunc modũ: Radix longa, dulcis: folium croci, longius caule paruo, (breui) ſuper quem calyx latus, & barbula: quæ ſummo vertice incana & prolixa funditur. Acetarium quidam olus hanc eſſe falſò volunt, quam vulgo barbam petræ, & in Gallia ciſpadana barbulam hircinam vocent. Habetur & quæ gerontopogon, id eſt ſenis hirci presbyteri barba dicitur, tragopogoni ferè tota ſimilis, niſi quod lacte manat, & radice amara eſt, non dulci, à Nicandro geraos pogon fortaſſe nũcupata: ſed & radice dulci carpitur Romæ. Tragopogona vocari & in tragho piſce, inuenio partem ſub gula eius nigrantem, vt Athenæus author eſt, Hæc Hermolaus. Et alibi, Nicander (inquit) erigerontem intellexiſſe videtur, cum geraon pogona dixit: nam & nos ſenecionem vocamus, aut tragopogoni ſimilem herbulam, quæ vulgo barba ſenis dicitur: aut chryſocomen, quam & Iouis barbam appellamus. Tragopogon herba (vt apud Ruellium legimus) edendo eſt, flore luteo: quæ verò altilis in hortis creſcit, folio eſt latiuſculo, flore purpureo. Radices in altum agit, quæ hybernis diebus acetaria dulcedine ſua commendat. A plurimis nunc Romanæ conſuetudine dicitur petræ herba, quod aſperis locis quaſi è medijs ſaxis videatur erumpere, à quo etiam Hetruria ſaxificam appellat. Gerontopogon eadem eſſe creditur permultis. Alij diſtinguunt, quoniã hirci barbula ſit radice dulci oblonga, in ſcapo calyx ingẽs, flos purpureus & prolixa barba: In gerontopogone radix amara, flos luteus, in caulis vertice calyx longus qui incaneſcentes barbulas fatiſcat, Hæc Ruellius. Ego tragopogonem in Montepeſſulano vidi, in Germania & alibi hactenus nuſquam: folijs croci. Cæterum barba ſenis, quam recentiores pleriq; pro hircina falsò accipiunt, vulgò nominatur *habermarck*. Galenus ἐπιτραγηπώγωνα ladanum exponit, quod ab hircorum barbis colligatur: Arabici ſanè ſcriptores multi leton fruticem, ex quo ladanum, barbam vocant hircinam. Buba hircina & roſa canina, ab hircis appetuntur, Syluaticus. Idem alibi herath, herbam hircinam interpretatur: & alibi Lac de Serſi, herbam hircinã vel hypociſthidem: & Criſomon, linguam hircinam, céntuinneruiam. Quidam chriſomon, chamæmalum faciunt: centumneruiam, plantaginem maiorẽ. Sed de Ladano quod è barbis caprarum & hircorum depaſcentium colligitur, dixi in Capra cap 3. Alauim genus eſt calaminthæ, & aliud quòd calamintham hirci vocant, Vetus expoſitio vocabulorum Auicennæ. Tragoriganum herba eſt, quæ in cibo libidinem ſtimulat, vnde & nomen ab hircis impoſitum videtur. Ἐπὶ τράγων τρώγεται, Nicander: vt Etymologus & Varinus meminerunt: corrupta apud eos ἔρεον vel ἔρεων vox videtur. Plura de hac ſtirpe vide apud Ruellium. Tragonaton, lychnis ſylueſtris, in nomenclatoris apud Dioſcorid. Vbi tragoceros etiã anemone, & aloem cognominantur. Item tragion alterum, quod Romani inde facto nomine cornullacam appellaſſe videntur: quamuis in hiſtoria eius nulla cornuũ ſimilitudo, ſed odor tantum hircino ſimilis exprimitur. Saxifragia hircina à quibuſdam vocatur herba pimpinellæ ſimilis, propter odorem radicis, Matthæolus. Germani hanc ipſam pimpinellam vocant, cum à vicinis gentibus Gallis & Italis, aliam pimpinella nomine appellandam eſſe conſtet, quę & in cibum venit, & in hortis colitur. Natrix vocatur, herba cuius radix euulſa virus hirci redolet, Plinius. Fortitan hæc ſaxifragia iam dicta fuerit: quanquam dictamnus etiam vulgaris, vt audio, cum eruitur, radice hircum olet. Ἐπιτράγων in vite, carbo, vitium in uite cum carbunculatur, Pollux.

DE TRAGELAPHO.

Cinirus ex oue & hirco naſcitur, Albertus lib. 22. in Ibrida, ſine authore. Plinius vmbros dictos ex muſimone (cui villus caprinus, vel hircinus) & oue naſci ſcribit. De capris tragenis in Capra dixi, parte 3. capitis 8. Ab hirci

quàm ab ἀίσσω. Est sanè Aegeum pelagus fluctibus & naufragandi periculo terribile, Suidas & Varinus. Idem Dionysius poëta testatur, circa Sporades insulas scribens Aegeum pelagus suis fluctibus resonare: nec vllum esse alium maris mentum, cuius vndæ vehementius & altius agitentur. Aegæi maris latum æquor, πλατὺς αἰγαῖος. Dionysio à Pataris incipiens ad Tenedum & Imbrum vsque protenditur, inde Boream versus Propontis angustus meatos excipit. Eustathius in Dionys. Et rursus, Hoc mare aliqui dictum volunt ab Aegæone, cuius in Iliade meminit Homerus: Vel ab Aegis loco Bœotiæ, in quo poëta Neptuni equos quiescentes facit. Aliqui dictum malunt ab Aegeo Thesei patre, qui in illud mare se præcipitârit ab arce in Aegis insula, sic enim Etymologus sentire videtur: vel (vt alij) ex Athenarum arce. Vide Etymologicon, Varinum, Suidam, & Cælium libro 13. circa finem cap. 9. Aegæum mare Cyclades alluit, Hesych. Sunt qui Aegeam Amazonum reginam in eo perijsse referant. Aegæo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum & Chium verius quàm insula, Aex nomine à specie capræ quæ à Græcis ita appellatur: repente in medio mari exiliens, Plin. Solinus hoc saxum Antandrum nominat, quod procul visentibus capræ simile creditur. A capris nominauerunt Aegæum pelagus, Varro. Aexarim mare appellatur, quod in eo celebres in eo sunt insulæ vel procul aspicientib. species caprarũ videantur: siue quod in eo Aegeam Amazonum regina perierit: siue quod in illud Aegus pater thesei, se præcipitauerit, Festus. Aegas Euboeæ vrbem Septentrionem versus memorat etiam Theophrastus in fine libri 9. hist. plant. Fuerunt & alij plures Aegæ, de quibus Consule Stephanum: & inter cæteras Aegæ Macedoniæ quibus à capris nomen fuisse non dubito, cùm μυλοβάτεια quoq; cognominarentur. Aegæ insula iuxta Euboeam, cum templo Neptuni, Hesych. Vide etiã Varinum & Etymologum in αἰγὶς. & Strabonem libro 8. qui ab Euboicis Aegis mari Aegæo nomen inditũ verisimilius putat. Achaicæ vero Aegæ, hoc tempore, inquit, desertæ incolis sunt, vrbem habẽt Aegienses. Aegion satis incolarum habet: quo in loco Iouem à capra lactatum scribunt, &c. Vide Αἴγιον in Camerte & Stephano; Huius incolis datum est oraculum illud prouerbiale, Τιμᾶ δ' αἰγιέας, ὅτι τρίτοι, ὅτι τέταρτοι, De Aegis Achaicis mentio est etiam apud Pausaniam in Achaicis. Aegeis αἰγὶς. tribus fuit Athenis, ab Aegeo Pandionis, filio dicta, tribules Aegidæ, Stephanus Suidas, Hesych. A pecore nomina habemus, Ouinius, Caprillus: item cognomina, vt Annij Capræ Statilij Tauri, &c. Varro. Aegæus sinus est & fluuius circa Coreyram, Varinus. Aegitaurus αἰγίταυρος, ab ἡ Taurus. fluuius apud Trœzenem, Varinus & Hesychius in ταύρειον πέμα. Campus Aegæus circa Phocidem est, quem Aegas fluuius alluit, Eustath. in Dionys. Vide etiam Stephanum, apud quem legendum puto hoc modo, αἰγὰς πόλις παραλίου τῆς Κιλικίας, ὡς Ἡρόδοτος, λέγεται δὲ καὶ αἰγὰς πεδίον Φερεκύδης δὲ καὶ τὸ Πλησιόχειρος, αἰγὰς καὶ τὸ πεδίον Αἰγαῖον, paroxytónos, Aegos Chersoneti Thraciæ fluuius (vbi Stephanus etiam Aegas oppidum esse meminit) apud Strabonem, vt quidam scribunt: ego genitiuum esse puto ab ax, & addendum potamòs, id est fluuium: ad huius ostia classis Atheniensium à Lysandro capta fuit, idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumen. Αἰγὸς ποταμοί, vrbs Hellesponti, Stephan. Aegosthena, neutrum plurale, vrbs Megaridis, Steph. Αἰγιμιώ, nomen vrbis, Varinus: apud Suidam tribus syllabis scribitur Αἰγιμιό. Carystos Euboeæ insulæ ciuitas, vocabatur etiam Aegæa olim, ab Aegone loci domino, à quo & mare Aegæum, Stephanus. Aegates, promontoriũ Aeolidis: Artemidoro Aex dicitur in nominatiuo, Steph. Aegiale ciuitas est in Amorgo vna Cycladum: item vnà Gratiarum inquit Lactantius, alio nomine Thalia. De Aegiale Diomedis vxore, vide Onomasticon. Aegialeus Medeæ frater fuit: & alius Apidis frater, Phoronei filius, &c. Aegestæi, Thesproti, ab Aegesta quodam imperatore dicti, Stephanus. Aegimus rex Doriensium fuit circa Oetam Stephanus in Dymãs. Aegila, vicus fuit Atticæ, ab Ægilo quodam heroe dictus, Philemon in Atticis dictionibus, vt Athenæus citat. Αἰγιαλὸς Græcis est littus maris, arenosum proprie & calculosum: etymon adferunt Grammatici, ὅτι ἐξ ἀκλυστοῦ αἴγεσθαι: quod capræ instar saliat, ab insultu fluctuum scilicet. Aegialos quoque dicebatur, maritimus quidam tractus, siue latus Peloponnesi, à Sicyone ad Elidem vsque. Fuerunt & alij huius nominis loci, ac præter cæteros vnus in Paphlagonia, Varinus. Vide Stephan, & Onomast. Aegialea Αἰγιάλεια, quæ nunc Achaia dicitur, & incolæ Αἰγιαλεῖς, Etymologus. Hi sunt qui cum Agamemnone militarunt, Iones prius dicti, nunc Achæi, in Sicyone Hesychius & Varin, Aegialia, vicus Antiochidis, incolæ Αἰγιαλεῖς. Varinus: apud Stephanum & Suidam Αἰγιάλεια scribitur, & Αἰγιαλεῖς, Capralia appellatur ager qui vulgo ad Capræ paludes dici solet, Festus. Caprasia, Padi fluminis ostium, Plin. 3. 16. A capris feris propter Italiam Capralia, (malim Capratia) insula est nominata: à quibus ortæ sunt captæ quas alimus, Varro. Capraria insula in mari Thusco seu Ligustico capris abundans, quàm Græci Aegilon dicunt, vt scribit Plinius 3. 6. & Solinus cap. 9. Alia est Aegilla vel Aegyla apud Plinium 4. 10. Aegimurum Sipontinos ob nominis similitudinem Capratiam esse falso tradidit, &c. Hermolaus in Plinium 5. 7. Capriæ vel Capreæ, insula vltra Surrentum Campaniæ vrbem, circiter octo millia passuum, nobilis coturnicum multitudine, quæ ex Italia volantes illic principio autumni capiuntur. Captiene, καπτιήνη, insula Italiæ, eadem quæ καπρίαι vbi natus est Blæsus Capriata poeta σατυρογελοίων, Stephanus. Est autem vna tantum insula, ni fallor, quamuis in plurali Capreæ dicta. A Surrento octo M. pass. distant, Tiberij principis arce nobiles Capreæ, circuitu XI. M. pass. Plin 3. 6. Sirenes primo iuxta Pelorum. Post in Capreis insula habitauerunt Serulus. Capraria vocatur vna ex Fortunatis insulis, enormibus lacertis plus quàm referta, Solinus. Aegimorus insula est Lybiæ: vel vt alij, ante Siciliam & Africam, alij Aegimurum scribunt, per v. Vide Steph. & Strabonem. De Aegimotis insulis, Plinius 5. 7. Est & Polyæga nomen insulæ Plinio. Aegilips, Αἰγίλιψ, vrbs Cephalleniæ, Varinus & Suidas. Aegilips Homero, locus apud Crocyleam Epiri, Steph. Αἰγιναίη, insula quædam Peloponnesi, Hesychius. At Stephanus Αἰγιάλειαν insulam inter Cretam & Peloponnesum facit, in voce Aegilia. Aegusa Αἴγουσα, insula Libyæ, quam Afri Catriam vocant. Steph. præstat per s duplex scribere, cum gentile inde fieri dicat Aegussæus vt Scotussæus: nam hoc quoque per s duplex scribendum est, vt primitiuum Scotussa. Aegussæ meminit Plinius 3. 8. Aegusiense vinum in Asia celebratur, Cælius. Αἰγόβιον insula quædam sic dicta apud Arrianum in periplo maris rubri. Αἴγειρος Achaiæ vrbs est, dicta nimirum ab alno arbore, quemadmodum ab vlmo Ptelea. Pausanias tamen libro 6. (vt Steph. recitat) huius nominis rationem affert huiusmodi. Cum Sicyoniorum exercitus aduersus Aegiratas veniret, captis collectæ facis earum cornibus alligarunt noctu: Quibus conspectis Sicyonij exercitum auxiliarem Aegiratis venire suspicati, fugerunt. Vnde illi liberati vrbem Hypereſiam prius dictam, Aegiram appellarunt: & quo loco pulcherrimus quæque alias apteibat capra quierit, αἴλατος, Dianæ Agroteræ templum condiderunt. Αἴγειρος, nomen vrbis. Suid. Αἴγιλος, promontorium Peloponnesi, Varinus. Αἴγιτος, nomen gentis, Suid. Aexone, vrbs Magnesiæ, & Aexone pars tribus Cecropidis, Steph. Caprillon portus prope montem Athon Pomp. Melæ lib. 2. Aegone vel Aegonea, nomen vrbis Suidas: Stephanus addit Melitensium esse

Aegostis,

Aegoſtis, vrbs Locridis, Steph. Aegys, vrbs Laconica, Steph. Gangra Paphlagoniæ vrbs eſt, cuius nominis originem Nicoſtratus, referente Stephano, iſtam facit: Cum caprarius quidam ruri capras adeſſe omnes repperiret domi verò vnam deeſſe: rem domino narrauit. Iuſſit ille diligenter quænam ſecederet obſeruare. Deprehendit igitur vnam in altũ quendam collem aſcendere, & intraillũ hœdorum voces audiuit, quos illic capra enixa erat. Et cũ commodus is locus (domino) videretur, ciuitatem in eo conditam Gangram appellauit, quod capellæ nomen fuerat. Aegon Αἴγων viri nomen apud Theocritum, Idyll. 4.

b. Meſas eſt radix cornu caprini: Alij interpretantur partem cornu iuxta pedes animalis, Andr. Bellunen. Aegophthalmos gemmæ nomen eſt apud Plinium lib. 37. Gemmæ non paucæ (inquit G. Agricola) lineis inter ſe diſcurrentibus, & ſæpenumero colore variatis, effigies rerum exprimunt: oculi quidem humani, leucophthalmos: caprini, ægophthalmos, &c. Muſmones arietes in Sardinia pilum habent caprinum, Strabo. Equi et ſuo cornua ſunt capræ proxima, Ariſtot. Capracũ barba fitilum vocatur, Sipontinus. Nonnulla etiam duplici genitali, altero maris, altero fœminæ naſcuntur: & in genere quidem hominum, ſed maximè in caprarum: gignuntur enim quas vocant hircinas (τραγαίνας) propterea quod ſimul genitale habent & maris & fœminę. Iam & cornua gerens in crure capra conſpecta eſt. Ariſtot. de generat. anim. 44.

c. Tityre paſcentes à flumine reijce capellas, Vergilius Aeg 3. Vocabula quæ ad caprarum vocem pertinent, Iulius Pollux 5. 13. his verbis deſcribit: αἰγῶν ἡ μηκάσμὸς, μηκᾶσθαι, μηκωμύλια. Οἱ μὲν γὰρ μηκάδας αἰγας εἰρήκασι· οἱ δὲ αἰγῶν εἶναι μᾶλλον τὸ φεσμᾶσθαι, φεσμᾶδιζ. ὡς Ἡρόδοτος· φαλτὴν δὲ τὴν βοὸς φωνὴν τὴν φεσμὸν λέγω, ληχᾶσθαι τὰς αἶγας ὁ δὲ μῦθος. (Vide in Equo H.c.) Μηκὴ, de voce caprarum, Varinus φεσμὸς pro φεσμαγμὸς apud eundem non rectè legitur. Μηκασιῶσαι, μηκώμενοι. Μηκὴ (oxytonum) ἡ τῶν αἰγῶν φωνή. Homerus de ouibus etiam hanc vocem vſurpauit: poſteriores de capris tantum, de ouibus verò βληχᾶσθαι, Varinus Μηκᾶσθαι, μέμηκα φωνῆς αἰγῶν καὶ λαγωῶν καὶ ἐλάφων, Euſtathius. Ῥηξικώλους βληχῆσι, Oppianus de capris ſyluestribus. Ἐρυχήματα μηλῶν apud Aeſchylum, vt citat Strabo circa finem libri 14. Guſtatum à pecore caprisque pulegium, balatum concitat: vnde quidam Græci literas mutantes blêchon vocauerunt, Plinius. Sed balare proprium ouium eſt. Iam puerum orcum capite arietis aut bouis referunt, &c, ſed nihil ex ijs, quæ nominant, eſt: quamuis ſimilitudo quædam generatur: quod euenit etiam non in monſtrum peruerſis: quamobrem ſæpenumero per conuicium nonnulli deformes aſſimilantur, aut capræ ignem efflanti, aut arieti petulco, Ariſtot. de generat. animal. lib. 4. cap. 3. Φάκελλα, μύβρυα καὶ κόπρινα πινα ζῶα. ὅθεν καὶ ψακαλέχους μητέρας αἰγὸς ὠδὲ σοφοκλῆ, Euſtathius. Ciborum in capris ſuperfluitates, Palladius caprinas facerè bacchas dixit, Cælius. Plinius fabas caprini fimi appellauit: noſtri volgò etiam caprarum fabas: Marcellus Empiricus ſtercoris caprini pilulas. Græci πυρηδὼς genere fœminino. Nicander in Theriacis πυρηδὼς dixit, niſi vitium librariorum eſt. Sunt in Græcis qui non caprinum tantum, ſed ouillum etiam ea voce ſignificent, Marcellus Verg. Σπυρηδὼς, caprarium & ouium excrementa. Galenus in Gloſſis. Σφυρηδὼς eâdem ſignificatione Atticum eſt: οἱ πυρίαι, Heſychius. Σφυρηδὼν πηλῶν ἀναμὸς, Eupolis, vt Suidas & Varinus citant. Ariſtophanes homines quoſdam omnino viles, & ſordidos σφυρηδὼν ξυγκρίματα vocat, vt pluribus exponit Suidas in Σφυρηδὼν. Οἶκτος αἰγὸς, ὁ ῥυπὸς ὁ ἐπὶ ταῖς θριξὶ τῆς αἰγὸς ἐγγινόμενος· ἐστὶ δὲ καὶ ἀνθρώπου, Galenus in Gloſſis. & Varinus. In vrbe Sybari caprarius peradoleſcens nomine Crathis, cum cupiditate libidinis flagraret, inceſtum in capram ſcelus exercuit: Quod quidem ipſum vt hircus gregis dux perſpexit, riualitate laborare, atque interea ſuum occultare animum cœpit, quoad aliquando tandem eum ſomnum capere deprehendiſſet: tum enim omnibus reuocatis viribus, facto in eo impetu, cerebrum diminuit. Cum eiuſmodi factum ad indigenas permanaſſet, non modò ei tumulum magnificum excitarunt, ſed ex eo etiam fluuium Crathim nominarunt (Crathis fluuius iuxta Aegas Achaicas à duobus fluuijs incrementa ſuſcipit, ſic à miſcendis aquis appellatus: à quo & Italicus vocatus eſt Crathis, Strabo:) infantem autem puerum ex eius cum capra conſuetudine ſuſceptum, caprina habentem crura, & faciem humanam, in deos repoſitum, deorumque honore affectum fuiſſe, & Syluanum deum (Hyrcum numen Napæumque, Cælius:) eſſe in ſermonem hominum venit. In belluis igitur obtrectationem & ſualitatem ineſſe hircus docet. Eandem hiſtoriam deſcribit Cælius libro 15 cap. 32. Κατὰ δὲ τὴν δυσωδίαν τὴν αἰγῶν τινὲς ὄζαν. hunc fœtorem Latini capram & hircum vocant. Αἰγῶν πεπαιβρώτων μέλη, Ariſtophanes in Pluto. Cinabram aliquos exponere canum cibum, in Cane dixi. Τράγος, ἀφροδίσιος αἴγειος, ἢ νίθος δυσωδία, καὶ ἡ καλὴ μίνθη (al. μίνθον) οἱ δὲ αὐχμὸν ἢ μολυσμὸν, Heſychius & Varinus. Ὄσια, σκῶρ δυσωδία, Iidem. Γέρος ὄσχη τῶν αἰγῶν δυσωδέστατον λέγεται. Euſtathius. Μίνθη vel μίνθος caprinum ſtercus ſignificat, aut etiam humanum, hinc μινθώσαι apud Ariſtophanem in Pluto & Ranis, ſtercore inquinare. ἱππόφορβα, βόες μίαι ἀναπλήσαι, μινθῶσαι, κόπρῳ χρῆσαι. Paſtores enim hircis alßoſis, & frigus ægrè tolerantibus nares excrementorum vel ipſorũ vel hominũ inungere ſolebãt: & eo fœtore ad ſternutandũ mouere, quod hoc pacto nimio frigoris ſenſu liberentur. Minthon aliqui mentam herbam, alij hymnum, alij iyngem exponunt: alij floris genus in ſtercore naſcentis, quo hirci gaudeant, Varinus & Scholia Ariſtophanis.

e. Ὠνὸς, caprarius, pro βουκόλος, Doricè. Varinus. Poëtis αἰγόλιος. quæ vox Nicandro pro loco etiam paſcendis capris accommodo ponitur: diſtinguitur fortè accentu in recto caſu: item αἰγιβότης. Αἰγιβότας. Panos epitheton, vt dicam inferius. Διάμαξοι, capratij, eo quod ſint λίαν ἀμαθεῖς, id eſt valde rudes, Varinus. Comatas Capratij nomen eſt apud Theocritum Idyllio. 5. De Glauco caprario. qui Homerum hoſpitio excepit, multa ſcribit Herodotus in vita Homeri. Σίττα acclamatio eſt, qua ad capras vtuntur, Varinus. Αἰπόλια κύνες, canes caprarum cuſtodes, Pollux. Olim apud Athenienſes, qui rei pecoratiæ operã dabant à capris αἰγιπορεῖν dicti ſunt, Plutarch. in Solone. Αἰγίβοτος γῆ, terra apta paſcendis capris, Suidas & Heſychius: propriè autem de montana dicitur, quam αἰγίνεμον & αἰγίβοσκον etiam vocant. Varinus. Inſulæ vt quæque aſperiores ſunt, ſic αἰγίβοτοι appellantur, Varinus. Φυλάκες aut φύλακες vocitabant ſaxoſos & capris idoneos paſcendis locos, qui in ſuperficie ſaxorum terram haberent exiguam, Varinus. Αἰγιπλαγκτὸς, nudum nomen apud Suidam: videtur autem ſignificare locum in quo capræ oberrantes paſcuntur. Αἰγίλιψ, ὅτι αἶγας πάλιν, &c. vt ſupra explicaui. αἰγὸς, caprile. & αἰγείμων. Spumifer ægon, apud Statium libro 5. Thebaidos, pro mari Aegeo. Capræ πτοιάδες in Geopon. Græcis dicuntur, matrices quæ ſcilicet fœtum alunt, & lac præbent: lactares Marcellus Empiricus dixit: quæ tamen intelligi poſſunt etiam abſque fœtu, & cum à partu remotiores ſunt. In capram multo & dulci lacte abundantem & eo nomine à Cæſare quodam abductam epigramma Crinagoræ Anthologij lib. 1. ſect. 33. extat huiuſmodi. Αἰγά με τὴν ὀθνεῖον, ὅσων ἐκύησεν ἀμολγεὺς Οὐδατα, πασσίων πελυγαλάκτεπίπλειν, Γάλακτος ἔτεκεν ἰφθίμοις μελισσὶ ἔσσατ' ἰφθίμοις κατὰ κῶας Καίσαρος κλυτὸν ναυσὶ σύμπλοον ἤγαγεν. Ἦξω δ' αὐτίκα πυκ ἐς εὐρέας. κοὐδὲ πέφρικον Μᾶζον ἔμεν, μείων δὲ ὅτις αἰγὶ κε

In vetere testamento, libro 1. Regum kebir vocem Hebraicam exponunt capillitium ex pilis caprinis instar capitis crinibi factum: Ionathan tamen vertit noda, id est, vtrem ex pelle scilicet caprina & pilosa factum. Hipparchus tempore Neronis, in theatro sedens, ex caprina pelle quam ferebat, quòd futurum tempestatem pronunciasset tantum Neronis admirationem mouit, vt ille Bithyniæ in censibus gratulatus fuerit, quòd Hipparchum in suum ciuem haberent: Aelianus.

f. Aegistho Thyestis & Pelopiæ filio capra alimentum suggessit, Cælius ex Aeliani Variis, Orion Etymologus inde nomen etiam Aegisthi interpretatur, ab αἴξ capra, & σῶ lacto. Circa Alcathoi vicum in Cypro Mestori Cyprio infans natus est, cui pro dentibus os continuum fuit. Is nescio propter quam suspicionem expositus à capra nutritus est: & primum Aeginomas dictus, postea Eutyptolemus, & Cyprijs imperauit. Pollux libro secundo. Antiphanes in Acestria apud Athenæum, auarum quendam illas tantum capras mactantem inducit, ex quibus nullum amplius fructum hœdorum aut casei capiebat.

b. Cur veteres sacerdotes capra sic abstinuerint, vt neque tangerent aut ederent, neque nominarent ex Plutarcho expositi supra cap. 3. Capræ olluam lambendo quoque stesilem faciunt, eáque ex cauta Minerua non immolantur. Plinius. Capras in arcem ascendere Athenis non licet, neque omnino sacrificari Mineruæ, quod oleæ ramos vorent & lædant. Athenæus. Obseruatum est (inquit Cælius) capras Athenis in arcem non iungi, (admitti) præterquam semel ad necessarium sacrificium, ne olea ibi nata primum, possit tangi: quando ita proditum est, eius animantis saliuam esse fructuis venenum, quo nomine nec de immolatur. Aesculapio (apud Phocenses) omnis generis animalia immolare consueuerunt, exceptis capris, Pausanias. Aegyptij qui Iouis Thebani templum incolunt, aut Thebani ritus sunt, ij omnes ab ouibus se abstinentes, capras immolant. Qui Mendetis templum obtinent, siue Mendesij ritus sunt, hi capris abstinentes, immolant oues. Itaq; Thebanus, & quicunq; propter illos ouibus parcunt, aiunt ideo sibi conditam hanc legem: quod Iupiter cum ab Hercule cernere eum volente, cerni nollet, tandem exoratus id commentus sit, vt amputato arietis capite, pelléq; villosa, quam illi detraxerat, induta sibi, ita sese Herculi ostenderet: Et ob id Aegyptios instituisse Iouis simulacrum facere arietina facie: & ab Aegyptijs Ammonios accepisse, qui sunt Aegyptiorum atq; Aethiopum coloni, & linguam inter vtrosq; vsurpantes. Qui etiam mihi videntur eadem re se Ammonios cognominasse, quod Aegyptij Iouem Ammonem appellant. Ob hanc rem arietes non mactantur à Thebanis. sed eis sacrosancti sunt. Certo tantum die quotannis in festo Iouis, vnum demum arietem amputant, cuius pellem detractam, huic in modum Iouis simulacrum induunt, ad illudq; deinde aliud ducunt Herculis simulacrum. Hoc acto, cuncti qui circa templum arietem verberant, deinde sacra eundem vna sepeliunt. Hæc Herodotus libro 2. Agricola de boue rem diuinam facit, opilio de agno, æpolus de capra, Lucianus. Græci sacrificaturi capras frigida aqua explorabant: Nam si gustare abnuissent, concipiebant inde, haud valere satis, Cælius. Capellæ pro bubus immolatæ: item capræ auratæ albæ Apollini immolatæ, vide sudra in Boue H. h. Τεσσῦς sacrificium, secundum aliquos ex oue, capra & boue constat: de quo multis egi in Boue. In Lupercalibus Romæ capras iugulant, & incisis in corrigias caprarum pellibus, discurrunt: & si qui obstent, scuticis cædunt, Plutarchus in Romulo. Lupercalibus capræ candidæ immolabantur, vel (vt alij tradunt) canes, Gyraldus. Embarus quidam, vel Barus, cum Diana Munychia vt regio à peste liberaretur filiam alicuius immolandam requireret, ea conditione immolaturum se suam promisit, vt sacerdotium familiæ eius perpetuò maneret: filia in adyto occulta, capram eius vestimentis indutam mactauit: quæ res in prouerbium abijt, vt in hominem prudentem & astutum Embarus ea dicamus. Varinus in Σίφνιμα, authorem citant Pausaniam. Pestis vero causam fuisse dicit vrsam quæ in templo Dianæ illic erat, ab Athenienſibus ((ἀναπθεῖσαν, lege ἀναιρεθεῖσαν, ex Suida) occisam. Apud Suidam fame non peste (quæ apud Græcos vna tantum litera differunt) regionem laborasse scribitur. Erasmus prouerbium Embarus sum de homine insano, deliro & demente interpretatur, Suidam secutus: qui Embarum filiam suam verè, non capram ei substituram, immolasse refert. Ἐμβαρὸς εἰμι, ἀλήθειας μοῖρὸς ἡ παντελής, Φρένιμος. Μέγας δ' Θάσιμος, Varin. Pausan. in Arcadicis Cleombroto Lacedæmoniotũ regi in Leuctris Bœotijs signum diuinitus huiusmodi accidisse scribit: Solebant (inquit) Lacedæmoniorum reges pecora secũ educere in bellum, vt diis ante prælia litarent: præibant autem capræ duces itineris ante oues: quas (capras) pastores catœades, καταιβάδας, appellant. Lupi tunc impetu in gregem facto, illæ lis ouibus in solas capras grassati sunt. Capram & hircum Mendesij colũt Gyraldus: Vide paulò post in Panos Dei mentione. Phliasij capellam Ænesam coluut, Pausanias. Ἐρέουδ' Ἀπόλλωνι τελείας ἱερεύσαι ταύρους ἠδ' αἰγῶν. Homerus Iliad. lib. 1 Capras Apollini immolabant, propter pecudis huius naturam impetuosam, & in altum saltando efferri gaudentem: & quod captina cornua ad arcus faciendos idonea sint: Apollo autem toxotes est, id est, arcubus & sagittis oblectatur, Varin. in Ταύρους καὶ αἶγας, ex Eustathio in Iliadòs 1. Capra, quæ nunquã sine febri est, Aesculapio qui est deus saluris, per contrarietatem immolatur, Seruius. Aegæon, nomen gigantis, qui Cœli (aliàs Titanis) Terræq; filius fingitur: Aegæon qualis, centũ cui brachia dicunt, Centenasq; manus, &c. Verg. lib. 10. Seruius eundem cũ Briareo esse scribit. Vide Onomasticon nostrum & Varinum, & Gyraldũ in opere de diis, Syntagmate quinto, duobus in locis. Hesych. Aegeonem exponit Briareon, & deum marinum, & Neptunum: Etymologus Solem, ὅτι ἡ τῶν ὑγρῶν αἰσθησις. Briareo (inquit Solinus) Caryſtijrem diuinã faciont, sicut Aegæoni Chalcidenses. Nam omnis ferè Euboea Titanum fuit regnum. In Briareo (inquit Cælius) quod obuium erat, fabulæ inuolucro factum est obscurius. Quippe prodit historia esse in Asia tumulum Agæonis nomine, ab quo fontium profiliens multitudo circumiectos impinguet campos. Ægobolus, Ἀγυιβολ- Dionysius apud Potniam colebatur, de quo nomine historia hæc prodita est. Cum ibi Dionysia celebrarent, ita in contumelias acti sunt & furorem, ob ebrietatem, vt Bacchi sacerdotem interemerint. Quare dei ira graui pestilentia affecti sunt. Ciues hac de re Apollinem consuluerunt: à quo responsum acceperũt, vt deo formosissimum puerum immolarent. Quod cum Potnienses per multos annos fecissent, capram demum à deo edocti pro puero suppoſuerunt: vnde deo cognomen à capra videlicet supposita, factum videtur, Gyrald. Cinnamomum in Aethiopia cæsuri, quadraginta quatuor boum, caprarumq; & arietũ exitis, à Ioue impetrant veniam secandi. Plin. In Pedasia Cariæ (vt tradit Aristoteles in Mirabilib.) sacrificiũ Ioui peragitur: in quo capra deducta ex Pedasis per stadia septuaginta magna spectante turba procedit, nec perturbatur in via, nec inde auertitur, funiculo vincta sacerdotem præcedens. In eadem mirantur extranei cornua eius quatuor congios capere. Aegophagus, id est caprinorus cognominatur Iupiter apud Nicandrum in Theriacis. Etymologus, & Varinus: Mihi tamen, inquit Gyraldus, non succurrit, apud Nicandrum id nomen legisse. In Laconicis Pausaniæ Iuno nomi-

natus

nitur αἰγοφάγος, apud Lacedæmonios tantum id adepta cognomentum, quando & deæ capras immolant. Sacellum ab Hercule primò erectum ferunt, qui & princeps capras immolâtit: quoniam pugnanti aduersus Hippocoontem ac liberos, nullum à Iunone ſe ingeſſiſſet impedimentum, ſicut ferè alioquin aſſueuerat: Ad rem vero diuinam adhibitas potiſſimum capras quod aliarum victimarum haud ſuppeteret facultas. Verum in eo quod de capra ſcribit auctor hic (inquit Cælius) vehementer aduertenda poëtæ Ouidij ſententia, ex quadam Elegia, vbi anniuerſariam quæ ducerentur, pompam deſcribit in Iunonis feſto.

Dumq; gregis curnu per tempora dura recurſuo
Ilitus inducto ſyluis inuentus fubactis
Nunc quoq; per pueros iaculis inceſſitur index,
Inuiſa eſt domino ſola capella deæ.
Dicitur inceptam deluiſſe fugam.
Et pretium noſtri vulneris ipſa datur.

αἰγοφάγῳ χρησὸν Σπάρτῃ. Varinus: pro χρησὸν lege Ἥρᾳ. Caprotina Iunoni à Romanis culta, non à capris, ſed à caprifico nomen tulit, vide Gyraldum, &c. Nonæ Caprotinæ, inquit Varro, dicuntur, quod eo die in Latio Iunoni Caprotinæ mulieres ſacrificant, & ſub caprifico faciunt, & è caprifico adhibent virgam. Capra à Theſeo Veneri immolanda in hircum mutata, vt in Hirco dicam, n. h. Pan capripes cognominatus eſt à poëtis, à Græcis αἰγιπόδης, & αἰγίπαν. Propertius in tertio, Capripedes calamo Panes hiante canent. Hyginus de Capricornis: Huius, inquit, effigies ſimilis eſt Aegipani. Dicitur & ſemicaper deus ab Ouidio in Faſtis, & Metam. vt eſt. Sunt oculis Nymphæ, ſemicaperue deus, Gyraldus. Cerobates etiam, κηρώβατος, cognominatus eſt Pan, teſte Heſychio, ſiue quod cornua habebat, quaſi κεραμβάτης: vel quod baſin haberet corneam, id eſt pedes, Gyraldus. Κηρωβάτας ἔλεγον, Ariſtophanes in Ranis: Scholia cerobatan exponunt, qui per montium cornua incedat, vel à cornu, id eſt vngulis hircinis: nam inde αἰγιβάτην quoque & τραγιβάμονα dici. Didymus ſimiliter exponit, vt Gyraldus iam ex Heſychio: quoniam (inquit) infetiores partes hirci habet, ita vt pedum cauſa cerobates vocetur. Hinc & ἐρύκακος nominatur, vt ſupra in Boue docui. Capras ea de cauſa apud Aegyptios qui Mendeſij ritus ſunt, non mactant, quòd Pânа inter octo deos Mendeſij numerant, quos octo aiunt priores duodecim dijs extitiſſe. Panòs ſimulacrum & pictores pingunt, & ſtatuarij ſculpunt, queimadmodum Græci, caprina facie, hircinisque cruribus: haudquaquam exiſtimantes eum eſſe talem, ſed ſimilem cæteris dijs. Qua tamen eum cauſa talem deſcribant, non eſt mihi relatu iucundum. Verum hi cum capras, tum vero capros hircóſue omnes venerantur. Et inter Mendeſios caprarij præcipuo honore afficiuntur & ex his vnus maximè: qui cum deceſſit, ingens toti Mendeſiæ plagæ luctus extitit. Vocatur autem & hircus & Pan, Aegyptiacè Mendes, Herodotus lib. 2. Aega & Helice Nymphæ ex Oleno natæ, Iouis nutrices feruntur, vt Hyginus alijque prodiderunt. Quidam Aegam Panos vxorem dixêre, alij filiam, vt in Ioue aegiocho iam proximè retuli: & ſupra in Cane H. a. in mentione Cynoſuræ: nam Helicen aliqui Cynoſuram vocant. Aegoceros Panos filius in Ibice infra memorabitur. De Aegipane etiam nonnihil in Aegiocho ſuperius dixi. Aegipani populi ad ripas Nili habitant, Plin. c. 30. & in fine eiuſdem ca. Iuxta Heſperios Aethiopes (inquit) quidam modicos colles amœna opacitate veſtitos Aegipanum Satyrorumque edunt. Item c. 1 Atlantem noctibus micare crebris ignibus, Aegipanum Satyrorumque laſciua impleri tibiarum ac fiſtulæ cantu, tympanorumque & cymbalorum ſonitu ſtrepere. Et rurſus cap. 8. inter Aethiopiæ populos numerat Aegipanas ſemiferos, & Satyros. Satyris, inquit, præter figuram nihil monſtri humani eſſe traditur: Aegipanis, qualis vulgò fingitur forma. Hæc loca capripedes Satyros. Nymphasq; tenere, Lucretius libro 4. Αἰγίπαδες in Græcis legitur, vnde capripedes verbum verbo expreſſum, Argippæi Scythiæ populi referunt quæ apud me fidem non habent, ſupra ipſos incoli montes ab hominibus capripedibus, Herodot. Syluanus, deus capripes ex paſtoris cum capra coitu natus, vt Gyllius ex Aeliano vertit, & nos ſupra recitauimus parte 3. huius capitis. Græcè pro Syluano ὕλαιον καὶ νομαῖον θεὸν legi, ex Cælij translatione conijcio. Præterea quæ ſe vaccas putarunt mentionem feci in Vacca H. h. paulò ante prouerbia. A Melampode (inquit Plinius) appellatur vnum helleborigenus Melampodion. Aliqui paſtorem eodem nomine inueniſſe tradunt, capras purgari paſto illo animaduertentem, datóque lacte earum ſanaſſe Proëtidas furentes. Hermolaus Proëti filias Elegen & Celænen memorat, quæ prope fontem Clitorium à Melampode tali lacte purgatæ ſint. Idem in Caſtigationibus Plinianis Luſos vel Lalas vrbem eſſe refert in montanis agri Clitorij, vbi à Melampode perhibeantur curatæ Proëti filiæ, in Dianæ fano. Luſi, Λύσοι, vrbs eſt Arcadiæ, teſte Stephano, vbi Melampus Proëti filias ἔλασεν, id eſt lauit vnde Luſi nimirum dicti ſunt. Mæram aliqui vocant Proëti filiam Aethræ ſororem, Heſychius. Circa Alpheum (inquit Euſtath. in Dionyſ.) aqua eſt quæ alphis, id eſt, vitiligini medetur, vnde forſan & fluuio nomen impoſitum. Medetur eadem leucis & impetigini: & Melampodem ea vſum aiunt ad purgationem filiarum Proëti cum inſanirent.

PROVERBIA.

In agro furculario capras: Varro de re ruſt. l. 1. c. 1. cap. dictum hoc veluti legem agricolarum affert: Colonus in agro furculario ne capras compaſcat. Deflecti poteſt ad eos qui noxiarum rerum admixtu corrumpunt teneram ætatem. Capra oleæ & viti præcipuè noxia eſt vnde & Bacchо immolatur vindictæ gratia: Minerуæ nihil captiuigeneris, quod ille vitis repertor dicitur, huic ſacra eſt olea, Eraſmus. Capra contra ſeſe cornua, Ἡ αἲξ κατ' ἰδίων κέρατα, cum quis ſibi ipſe author eſt mali. Capra quæpiam (vt in apologo fertur) cum eſſet iaculo vulnerata, circumſpectans vndenam id mali ſibi euenиſſet, arcum contemplans caprinis cornibus compactum, dixit, Κατ' ἐμαυτῆς ἔφυσα κέρατα, id eſt, in meam ipſius perniciem produxi cornua, Eraſmus. Capra cinamomum, Ἡ αἲξ κινναμωμον: Adagium de ijs qui aliquid vehementer amant, inde natum, quod cynamomum planta Arabiæ appetitur à capris maximè, quæ in ea regione paſcuntur. Euſtathius in Dionyſij perlegeſin. Capra ad feſtum, Αἲξ ἐπὶ τὴν ἑορτήν: dicitur ſolitum vbi quis in tempore ad negocium aliquod accederet: Aut vbi quis commodè in ſuam perniciem offert ſeſe: Nam in feſtis, maximè Bacchi, capram immolabant, Eraſmus. Capra gladium, Αἲξ μάχαιραν, ſubaudi reperit. (Malim Αἲξ ἐπὶ τὴν μάχαιραν, vt in omnibus Græcorum Lexicis habetur.) In eos, qui ipſi reperiunt quo pereant. Ortum eſt autem adagium ab huiuſmodi quodam euentu. Olim cum Corinthij Iunoni Actææ (Apoſtolus Aſcrææ, non rectè) cuius ædem à Medea ſtructam aiunt, rem diuinam facere pararent: atque hi qui ad præbendam hoſtiam erant conducti, (οἱ ἐπὶ τῇ παρέχειν μισθωσάμενοι, Suidas & Apoſtolius: οἱ ἐπιμισθωτοὶ μισθωτοί, Heſychius & Varinus:) defoſſo ſub terram cultro, oblitos ſete aſſimularent, capra pedib. exicalpens, prodidit, itaq; mactata eſt. Quidam ſic efferunt. Αἲξ δίδου τὴν μάχαιραν: id eſt, Capra cultrum præbeas: Quidā hoc pacto, Οὐ τὴν μάχαιραν Eraſm. Αἴγιος πρόσωπον, Ὅτι τὴν ἑαυτοῦ φθορὰν ἐπιφέρουσι κακοῖς ἔθος καὶ συνήθειαν (videtur aliquid

de illo qui quæ cupit consequitur omnia. Ferunt enim Iouis capram inter sydera locatam qui primus orientem aspexerit, per omnia voti compotem futurum, Idem. Capram cœlestem orientem conspexerunt, Αἶγα τὸν ἀρκτικὸν ὀρθὴν ἀνατέλλοντα ἰδόντες, ab Erasmo similiter exponitur. Apud Athenæum tamen libro nono Antiphanes in Cyclope commemorat capram cœlestem inter animantia apta mensis, Τραγῶν ὑλιβάτας, αἶγας ἀρκτίας, κριοὺς πιείας, &c. Aegis venit. Αἶγὶς ἔρχεται: Suidas (& Varinus) indicat prouerbio dici solitum, de ijs qui petulanter & impudenter agerent: quòd Aegis dicta fuerit sacerdos Athenis solita ferre sacram ægidem, & ita ingredi ad eos qui nuper duxissent vxores (σὺς οὐ νεοζεύγνυς.) Apparet (inquit Erasmus) in huiusmodi sacri multum fuisse licentiæ. Caprarias in æstu, Καπρολαγνείαν καύματος, de intempestiua libidine, vt & illud, Lydus in meridie. Nam his horis caprarij, dum seductis gregibus in vmbra latitant, lasciuire soliti scribuntur. Referturà Zenodoto & Suida, Eras. His adijciam duo emblemata Alciati, quorum prius inscribitur, In desciscentes: Quòd fine egregios turpi maculaueris ortus, In noxamque tuum verteris officium, Fecisti, quod capra, sui mulctraria lactis Cum ferit, & propias calce profundit opes. Vide paulo ante in prouerbio Capra Scyria. Alterum, In eum qui sibi ipsi damnum apparat, Capra lupum non sponte, meo nunc vbere lacto, Quod male pastoris prouida cura iubet. Creuerit ille stimul, mea me post vbera pascet, Improbitas nullo flectitur obsequio. Aliud eiusdem in amatores meretricum, ex astutia piscatoris caprinam pellem induti, & ita sargos pisces allicientis: quòd ij hoc pecus mirificè ament, in Sargo referam.

DE HIRCO.

A.

HIRCVS dux est & maritus caprarum: Qui castratus, caper nominatur. Martialis, Dum iugulas hircum, factus es ipse caper. Caprum pro hirco impropriè posuit Vergilius Aeglog. 7. Vir gregis ipse caper. עתוד apud Hebræos hircus est, & propriè maior: nam minor seir שעיר dicitur. Geneseos 27. Chaldaicè vertit telas iaii תישיא, Arabice תיום teus, persice אסתבן asteban, vbi Septuaginta habent τράγους. Hieronymus hiret, Hebræi tudnim. שעיר seir etiam pro hirco ponitur, adiũcto ferè caprarum nomine, hoc modo sheirissim. Persæ pro steir ponunt kalahe (aliàs kalahei) pro tissim verò busan. Sed de hac voce & aliis quibusdam, vide supra in Captæ nomenclaturis Hebraicis. Scribitur etiam per zaade prima litera zeir: quam vocem Danielis 8. Hieronymus hircum capratum interpretatur, Theodotion τραγογενῶν. Chaldæus pro seir fermè transfert zeira. Munsterus in Lexico trilingui צפיר zaphir quoque hircum exponit, vt zephirah capram תיש taish, Abraham Ezra Genes. 30. pecus maculosum & varium intelligit. Septuaginta τράγους Hieronymus hircos transtulerunt. Aliqui arietes, alij totum genus ouium interpretantur. (quod non placet) Chaldæus reddit telas iah. Arabs teus, Perses astarha. בר kar, Dauid Kimhi agnum exponit item arietem & hircum. Carim psalmo 37. Hieronymus monocerotes reddit, Septuaginta μονοκερώτων, Abraham quidam agnos, & alius quidam valles. Deuteronomij 33. Arabica translatio habet baraph, Persica pharbe han, Septuaginta ἀρνῶν, Hieronymus agnorum. Syluaticus hanub hircum exponit. Hispanicè Cabron vocatur, Germanice *bock*, vnde mutuati sunt Itali suum becco, & Galli bouc, & Angli gote bucke, id est captarum hircum. Nam caprarum nomen Germani etiã aliquando addunt, *geisbock*, distinguendi causa à marib. in caprearum & caprarum syluestrium genere, quos item *bock*, id est hircos appellant, vt *reechbock*. Illyrice hircus dicitur kozel.

B.

Capet etiam tondetur, Vsum in castrorum ac miseris velamina nautis, Columella. Nec minus interea barbas incanaque menta Cinyphij tondent hirci, setasque comantes Vsum in castrorum, &c. Vergilius in Georg. Cinyps (inquit Probus) opidum est & flumen Africæ regionis Garamantum, apud quos hirci villosissimi nascuntur, quos tondent ad cilicia quibus nautæ vtuntur. Quidam apud hunc fluuium maiores quàm alibi hircos nasci scribunt In Cilicia circaq; Syrtes capræ villo tonsili vestiuntur. Plin. 8. 50. Hermolaus eo in loco pro Syrias, Syrtes reposuit. Circa Syrtes enim (inquit) Cinyphium pecus celebratur Vergilio, Silio, Martiali, Claudiano, cæteris, vt quinto libro (Castigationum in Plinium) diximus. Cilices hircos habent villo tonsili, vnde vestes conficiuntur, quas cilicia & cilicina dicimus. Ioh. Rauisius textor. Cilicij hirci, id est villosi, Etymologus & Varinus. De cilicijs pannis supra dixi in Capra ca. 5. Carici hirci σαπρόλαοι, id est viles, Varin. Meminit eorum Sophocles in Salmoneo, tanquam vilium, (Κἀφ ὑμῶν, ὦ σαπρόλαοι, μαχεῖν) nisi forte cum Cilicis confundat, Heschius. Hircus naturæ animosus est, pugnax & robustus: præcipuæ ei vires in fronte, & cornibus, quæ longa & acuta habet, Albert. Dentes capris pauciores sunt quàm hircis, Aristot. Hanc pecudem mutilam parabimus quieto cœli statu. Nam procelloso atque imbrifero cornuta semper. Nam & omni regione maritos gregum mutilos esse oportebit, quoniam cornuti ferè pernicioſi sunt propter petulantiam, Columella. Nunc hirci admittendi sunt (loquit Palladius, in Nouembri) vt fœtum primi veris fouere possit exortus. Sed caper eligendus est magni (amplissimi, Columella) corporis, molliori pilo, & potissimum albo: (nitido, spisso, & longo capillo, Palladius, nigro dentoque & nitido atq; longissimo pilo, Columella) capite paruo: auribus flexis & grauibus, (longis auriculis infractisque, Plinius: flaccidis & prægrauantibus auribus, Columella:) quàm maximè simus, Plinius. cui sub maxillis duæ videntur pendere (collo dependent, Columella: qua de re etiam in Capra dixi) verruculæ breui plenáque ceruice, (ceruice & collo breui, gurgulione longiore, Varro. μύχλην καὶ τραχήλου βαρεῖαν καὶ παχὺν ἔχων βόγχον ἢ μαχαίρειον, Florentinus Cornatius pro βαρὺν legit βοσκὸν, vt Varro etiam: Andreas à Lacuna βαρὺν mauult, & grauem interpretatur, μαχαίρειον verò poni pro μαχαίρην. Bronchus (inquit) id est aspera arteria fieri non potest vt longa sit, collo breui existente: cum videlicet eius prolixior pars quæ pectus ipsum egreditur, semper adhæreat collo, & longitudinem eius necessario adæquet. Gurgulionem eruditi ferè Græcam vocem gargaróna, id est vuam, reddunt: quod hîc non conuenit. Sed forte hoc loco intelligemus supremam partem arteriæ ex cartilaginibus aliquot conditam & prominentem, quam Græci laryngā propriè vocant. Potest sanè bronchus etiam appellari λάρυγξ & τραχεῖα.) Probatur præterea hircus, armis quàm villosissimis, Plinius. cruribus crassis, Columella. ἐμπλάγιος, forte ἔμπλαγος, id est lateribus vel costis firmis: & coxis amplis, Florentinus.

C. Hircũ



C.

Hircus cornibus ictum tam valido ferit interdum, vt asserem etiam vel scutum obtentum scindat & prosternat hominem, Author obscenus. Capri petulci saeuitiam qua astutia pastores repellant, infra dicemus in Arietis petulci mentione ex Columella. Hircos aiunt sex menses hibernos supra sinistrum latus iacere, quum dormiunt ab æquinoctio hyberno toridem menses supra dextrum. Hirci delectantur in cibo barba hircina (de qua infra dicam in H, a.) & rosa calnina, Syluaticus. Hircus inquit libidosus) animal est lasciuū, & sen per feruens ad coitum: cuius oculi ob libidi ē in transuersum aiunt, vnde & nomē traxit. Nam hirci secundū Suetonium, sunt oculorum anguli: de quibus vide in tra cap. 8. parte 1. Qui hirsuta crura habent libidinosi sunt, quemadmodum hirci. Aristoteles [illegible] Adamantius. Hirci per libidinem efferantur: qui enim superiore tempore loci, tugi concordia paterentur, coitus tempore diffident. & aliter alterum libidinis rabie inuadit, Aristoteles 9.

Septimo

Septimo post die quàm in lucem editus hircus est, coire incipit. & quamuis sterile semen emittit, omnium tamen maturissimè quadrupedum ing. editur coire, Aelianus. Hircus mensium septem satis habilis est ad procreandum: quoniam immodicus libidinis, dum adhuc vberibus alitur, matrem stupro superuenit, & ideo celeriter, & ante sex annos consenescit, quod immatura Veneris cupidine primis pueritiæ temporibus exhaustus est. Itaque quinquennis parum idoneus habetur fœminis implendis, Columella. Ad iocundas fœminas & ante anniculum congruus: non autem durat vltra sexennium, Palladius. Hirci anniculi coëunt, sed præstantior ea proles est quam natu maiores tum capræ tum hirci generauerint, Aristot. Hirci pingues minus fœcundi sunt: verum cura extenuandi adhibita, efficitur vt coëant, atque procreent. Aristot. Et alibi, Hirci pinguescentes minus seminis habent: quamobrem eos solent ante admissionem extenuare. Capræ etiam pinguedine sterilescunt, vt ex Plinio supra dixi. Satyri genus erythraicon, arietibus quoque & hircis ad Venerem segnioribus in potu datur, Plinius. Hircos ad coitum procliuiores cum efficere studeant ei pastoritiæ periti, eos horum nares & mentium odorato vnguente perungere: contraque eosdem medijs candis linoilligatis, à vehementi coitus appetitione reprimere audio, Aelianus. Isaac in dictis particularibus inquit: quòd arietes & capri, sicut & cætera animalia propriam habent vocem per quam inclamant & vocant fœminas, tempore coitus & amoris: & potantes aquam saltam anticipant coitum, & citius mouentur ad amorem. Hirci, tauri, & arieres pro fœminis pugnam incunt, Aelianus. Considerandum igitur an verum sit quod recentiores quidam non indocti; dum causam eruere conantur, cur illi quorum vxores corpus inunigent, hircorum appellatione deformentur passim, inde fieri conijciunt, quod animalium soli (vti putant) hirci, sat generis fœmellas ipsis intuentibus inire, facile ferant, Cælius. De hirco qui ruatem pastorem dormientem interemit, supra in Capra dixi. Hirci maximè olidi sunt, vnde & hircosos vocamus homines graueolentes vide, H. 2. Hircis alijsque stercore suo vel humano nares oblinunt pastores, vt superius docui. Oculos suffusos capra iunci puncto sanguine exonerat, caper rubi, Plinius.

D.

Hircus gregem barbæ fiducia antecedit, Aelian. Afferunt & magi sua commenta: Primum omnium rabiem hircorum, si mulceatur barba, mitigari: eadem præcisa non abire eos in alienum gregem, Plin. Hircus non fugiet, barbacius deronsa, Florentinus in Geop. Græcis.

E.

τραγία vel τραγέη pellis est hircina: quæ apud Varinum etiam κιναβρὶς appellatur: apud Hesychium similiter scribitur: sed eo in loco, qui ordinis ratione κιναβρὶς scribendum admoneat: & mihi quidem ea scriptio magis probatur, tanquam ἀπὸ τοῦ κιναβδᾶν voce deducta: vel à car, quod Hebræis hircum sonare diximus: vnde & καρὰ vox facta videtur, capram significans apud Gortynios. Τραγῆν ἐσθῆτα μιξοβαφῆ μέλαιναν, αὐτὴ δὲ αἰγίδα, Suidas: Τραγοφόροι, οἱ κόραι διὰ τὸ ἐργάζεσθαι τραγῆν σκεπάρνην, Varinus. Locri Ozolæ, vt nonnullis placet, dicti sunt, quod homines fœtidi fuerint, vt qui trageas, id est hircinas pelles gestarent, vt supra dixi cap. 5. historiæ de capra, vbi & alia multa de caprinis pellibus attuli, quæ pleraque omnia ad hircinas ex æquo pertinent. Sabæi propter quotidianum vsum thuris & myrrhæ lignorum, ad fastidium nidoris illius pellendum vrunt styracem in pelibus hircinis (Strabo idem fieri scribit cum tragopogone, de qua agemus infra in 2. inter plantas) suffiuntque tecta, Plinius. Hircinas pelles & ouillas scribit Herodotus biblos etiam dictas veteribus, quod papyri vicem impleuerint quandoque, Cælius. Hircorum sanguini tanta vis est, vt ferramentorum subtilitas non aliter indurescat, scabricia tollatur vehementius quàm lima, Plinius: Hermolaus pro lima, legit scobina fabri. Sanguis hircinus adamantem emollit. Item leoninus. Est enim inter cæteros horum sanguis calidissimus: Adamas autem cum frigidus siccusque sit, ab eo quod sibi maximè contrarium est, præcipuè vincitur, Simocatus. Τὸν ἀδάμαντα μαλάσσει ἔμπυρος ἐκκαυθεὶς ὑπὸ τράγου κριὸς τὸ αἷμα, Pausanias in Arcadicis. Adamantis natura inuictissima, & duarum rerum violentissimarum contemptrix, ignis & ferri: non alia tum pitur vi, quàm hircino sanguine macerata recenti & calido: etiamsi hoc gemmatij nostri falsum & ridiculum existimant, Hermolaus. Caprinus (hircinus potius) sanguis bulliens de nouo calidus extractus mollit adamantem, Albertus. De Adamantis gemma natura & duritie, vide apud Erasmum in prouerbio Adamantinos: & in opere Ge. Agricolæ de natura fossilium libro 6. Magnes ferrum trahit: exoluitur expira q; allio perfrictus: reuiuiscit ἀναζῇ, non vt And. à Lacuna ebullit ac feruescit) sanguine hircino perfusus. Hircinum ieuum ad candelas præstantissimum est, vt quod solidus sit, nec facile liquatum diffluat. Amoris fastidium fieri poëta hirci vrina, admixto propter fastidium nardo, Osthanes dicit, Plin. Philetiphus in Epistolis Theophylacti Simocati: Castratio, inquit, ferax etiam quietiores & moderatiores reddit. Ego autem castrandi peritissimus sum: nam vulnus sale farcio, & picem illino: vnde mox ita coalescit, vt cucumicino & cucurbita integrior fiat.

F.

Hircorum caro, tum ad coquendum, tum ad succum bonum generandum est deterrima, Galenus & Aegineta. Hanc sequitur arietum, post taurorum caro: Porrò in ijs omnibus carnes castratorum sunt præstantiores, veterum pessimæ. Galenus lib. 3. de alim. facult. Idem in libro de attenuante victu, Hirci & boues (inquit) carnem quidem habent minimùm humidam, pituitosam ac lentam: nocent tamen admodum ob duritiem, & in alterando difficultatem. Hircina absolutè mala est, Auicenna. Non rectè quidam Auicennæ scribunt; huius carnis vsus febrẽ quartanam inducit: id enim Auicenna non domesticis, sed syluestribus, hircis scribit. Capellæ atq; hirci fœtidi carnẽ ne degustato, Platina. Hircina caro, teste Isaaco, deterriorem quàm caprina succum generat. Hircorum caro libidinis tempore vitiatur & fœtet, Aristot. Bapt. Fiera cum in hordeum in cibo commendasset, subdit: Cum malè olet sicest, fit iam caper improbus, abstr. Et cadat ante focos victima Bacche tuos. Capri cum coiuerunt, improbam habent carnem, minimè pinguem & siccam: quibus curæ est vt suauior fiat caro hircum adhuc tenerem castrant. sic enim frigida & humida qualitate temperamentũ eius emendatur, Albert. Hircorum carnes traditur virus non relipere, si panem hordeaceum eo die, quo interficiantur, ederint, laserne

dilatum

id est aut Iouis aut Solis occidas. Melius autē erit si castus purusq; fuerit & qui occidit, & qui accipiet remedium. Exsecto igitur gutture eius sanguis excipitur, vtilius si ab inuestibus pueris excipiatur, comburitur In vase fictili vsq; ad cinerem. Vas autē in quo torrebitur, coopertum & inlitū gypso in furnū mittetur: quod cū vapore exemeris in puluerē conteres: nec nō & polypum marinū identidem vt dixi exustum, in puluerē rediges. Confectio autē vniuersi medicaminis hæc est: Sanguinis huius hirci vncias tres, thymi vnciam vnā, pulegij vnciam vnā, polypi exusti cineris vncias tres, piperis albi vnciam vnam: apij, seminis olusatri vnciā vnam, hæc omnia separatim tunsa, & ad leuissimū puluerē redacta commisces, & dabes infirmo, melius si die Solis aut Iouis, cochlearis mensurā in meri potione, aut cuiuscunq; dulcis poculi. Prouidere autē debes vt digesto ac ieiuno potio detur: & rursum vt eadē potione bene digesta cibos accipiat: & cò melius erit, si hanc potionē cum condito, post balineum in sabanis adhuc cōstitutus acceperit. Et subinde, Supra omnia efficax (inquit) aliud ex eo facies medicamentū sic, sanguis hircinus ex obseruatione qua supra excipitur in patella ferrea candente vt aduri possit & stringi cōtinuo ipse sanguis, ita vt postea in puluerē redigatur: vel certe cōtinuis aliquot diebus ad Solē ipsum sanguinē pones, ita vt rore iam decusso, post horam secundā ponas, & ante nonam colligas: posteaquā ita fuerit siccatus sanguis. vt nullū humorē habeat, colliges eiusdē crustulas & teres, atq; ex eo leuissimum puluerē rediges: deinde accipies herbam tribolū, cuius herbæ ipsum tribolū, hoc est semē spinosum proijcies: ipsam autē herbam lectam de locis maritimis siccabis, tundes & in puluerē rediges. Confectio autē medicaminis totius hæc est Herbæ triboli vncias duas, piperis vncias duas, petrosolini Macedonici vncias duas, folij fertulam, d est, coronā siue sphæram vnā, hæc omnia separatim tunsa, & ad leuissimū puluerem redacta, cū sanguine hircino miscebis: & dabis infirmo die Solis aut Iouis cochlearum mensurā, in meri potione aut cuiuscunq; dulcis liquoris. Prouidere autē debes vt digesto ieiunoq; potio detur: quam cū acceperit qui calculum patitur, mox lapides solutos omnes per vrinā emittet, Hactenus Marcellus, subijciens etiā adamantem hoc sanguine perfusum solui. Sanguis hirci vt calculū frangat quomodo præparetur, docet etiam Iacobus Syluius in Methodo de componendis medicamentis, ab initio capitis de animalibus & eorū partibus ex Auicenna & cęteris practicis. Sanguini hircino, inquit, quamdiu ab animali calet, coquendi abscessus vim tantum tribuit Galenus: qualē caprino, taurino, & cæteris calidis humidis modicè. Quòd si adamantem frangit, sed calidus tantum ab animali: sic lapidem calidus tantum epotus fregerit. Quod & sanguinem vulpinum ex vena secta potum præstare audio. Ne autem coaguletur. Xenocratis exemplo, miscere possis acetum feruefactum aut coagulum Hirci quoq;, capri, cerui, leporis, sanguinem sartagine frixum dysenterias & cœliacorum profluuium sistere tantum docet Dioscorides, non addit calculum frangere, quæ vis tenuibus conuenit, cum dictorum animalium sanguis substantia crassa & terrea, & cū calore siccatoria dysenterias sanet, Hæc Syluius. De sanguinis ibicis, id est, hirci syluestris alpini vsu ad calculum, dicam inferius.

Hircorum carnes in aqua decoctæ panos & apostemata in quacunq; parte discutiunt, Plin.

De medullis in genere quædam protuli ex Galeno, in mentione Vitulinæ supra: & priuatim etiam de hircina alijsq;. Laudatissima ceruina medulla, mox vitulina, dein hircina & caprina, Plin. Hœdorum adeps minus tum calidus tum siccus est, quàm caprarum: sed & caprarū minus quàm hircorū: & rursus hircorum minus quam leonum: Galenus de simplicib. 11 4. Hircinus adeps validissimè discutit: huic proportione respondet ouillus, Dioscorid. Magis resoluit quàm cateri, Auicen. Senum hircinum cum melanthio & sulphure & iride, lentigines & maculas tollit. Iabrorū etiā fissuris efficax cū adipe anserino, ac medulla ceruina resinaq; & calce, Plin. Et qui patitur varices, seni hircini selibram, & adipis de capone libram simul permisce, & in linteo die Iouis ceroti more appone, potenter subuenies, Marcellus. Cervix boum si medulla intumuit, comperimus aureum esse medicamentū ex pice liquida & bubula medulla & hircino seuo & vetere oleo, æquis ponderibus compositū atq; incoctum, &c. Columella. Medicamen hoc tetrapharmacum dici potest, nā & viribus respondet Galeni tetrapharmaco, quod constat ex cera, resina, pice, & seuo hircino caprinóue aut alterius animalis, maturans & concoquens. Sanguis demissus in pedes boum, nisi emittatur, frenem creabat. Locus primò ferro circunciſus & expurgatus, deinde p annisaceto & sale & oleo madentibus inculcatis, mox axungia vetere & seuo hircino pari pondere decoctis, ad sanitatem perducitur, Columella. Bupresti cum hircino seuo lichenas illita ex facie tollit smectica (septica) vi, vt supra dictum est, Plin. Pedes locustarum cum seuo hircino triti, lepras sanant Plinius. Vnguium scabrie am tollunt locustæ fricte cum seuo hircino, Plin. Sevi hircini vncias duas olei viridis sextarium dimidium: hæc simul in duplici vase remissa & calefacta dysenterico inijcies, Marcellus. Similis & caprini vsus est, vt supra dixi. Vtuntur & seuo hirci in pane qui cinere coctus sit, caprę à renibus maximè, &c. Plinius inter dysenterica & cœliaca remedia, vt in Capra recitaui. Cum fimo caprę & croco impositus adeps hircinus podagricis auxiliatur. Dioscor. & Rasis. Podagris medetur taurinum seuum &c. alij hircinum præferunt seuum cū fimo caprę, & croco. Sinapiue cum caulibus ederæ tritis, ac perdicio vel flore cucumeris syluestris: Alij seuum hircinum magnificant cum helxines parte æqua, sinapis tertia, Plinius. Et alibi, Podagris cum seuo hircino vehementer prosunt minoris sambuci cauliculi illiti. Ranæ quoq; rubetæ exustę cinis cum sambuci cauliculis tritis & seuo hircino vetere permixto & decocto pariterq; impositus podagris prodest, Marcellus. Heliotropij radix cum folijs & hircino seuo podagris illinitur, Plin. Hircinum seuum, ouillū, ceruinumq;, ita curato. Elotum ex his quodcunq;, tunicis, vt in suilli adipis mentione dictum est, exemptis, pilæ molliendū tradito, ac manibus fricato, affusa paulatim aqua, donec ne amplius quidem cruentum virus excernatur, aut pingue aliquod innatet, sed nitida spectetur: deinde in ollam fictilem conijcito, & adiecta aqua vt supereminear, leui pruna liquefacito, & moueto, atq; in aquā colato: cumq; refrixerit, iterum in loto fictili eliquato, & quæ antè diximus facito. tertiò sine aqua liquefactum, in perfusam liquore pilam colato, refrigeratumq;, vt in suilli ratione diximus, recondito, Dioscorides.

De hircino iecore nonnihil reperies supra in Caprino. Hirci iecur, inquit Gelenus, eadē caprino efficere aiūt. Ad canis rabidi morsum laudant hirci iecur, quo impositio ne tentari quidē aquæ metu affirmant, Plin. Iecur hirci maturè sumptū ab ijs quos canis in rabie momordit, auxiliatur, Ponzettus. Sanguinem tiſlit caprini cornus cinis, vel tumi, exaceto, (scilicet illitus:) hircini vero iocineris dissecti sanies efficacior: Et cinis vtriusq; ex vino potus, vel naribus ex aceto illitus: hircini quoq; vtris vinarij duntaxat cinis, cum pari pondere resinę stillit sanguinē, & vulnus glutinat, Plin. Iecur hirci calidū illitum lepras tollit, Plin. Ad nyctalopes caprino præstat, Celso teste: vt supra retuli. Ad nyctilopas, Hepar hirci assa, & vnge oculum cum liquore qui defluit: iuuat enim duodecies inunctus, Gal. cup. 2. 107. Iecur assum caprę cœliacis subuenit, magisq; etiam hirci cū vino austero decoctū potumq;, vel ex oleo myrteo vmbilico impositū. Quidam verò decoquūt à tribus sextarijs aquę ad heminā (alàs geminam)

minam) addita ruta, Plin. Iecur hircinũ missum in ollam nouam cũ vini austeri cotylis sex ad tertias decoctũ, sed dum excoquitur compunctũ, vt humor eius cũ vino permisceatur, postea dysenterico potui datũ efficaciter prodest, Marcell. Aluum sistit iecur hircinũ decoctum in vini hemina, Plin. Ad profluuium ventris sistendũ, probatum: Iecur hircinũ cum vino austero coquito, & da bibendũ cythum 1. & confestim sistet, Nicol. Myrepsus. Traduntur hircini iocineris cibo comitiales deprehendi, Dioscor. Hircinũ fel imbecillius est taurino, Dioscorid. Vide supra in Taurino, vbi & in genere quædã de felle docuimus. Hircinũ priuatim thymia abolet, & luxuriantes elephanticorum extuberationes illitu reprimit, Dioscorid. Plinius caprino felli tribuit quod elephantiasin tollat. Fel hircinum carnẽ malam eradicat, Auicenna. Ad porriginem prodest fel hircinum cum vrina tauri: si vero verus sit, etiã furfures adiecto sulphure emendat, Plin. Hirci fel lentigines tollit admixto caseo & viuo sulphure, spongiæq; cinere, vt mellis sit crassitudo. Aliqui inueterato felle vti malunt cũ mixtis calidis furfuribus pondere oboli vnius, quatuorq; mellis, prius defricatis maculis. Ad hircos vel alas fœtentes remediũ, Hirci maturioris cornu rasum vel exustum cũ felle hirci misceatur, &c. vt supra dixi in Cornu. Ad tabernacula in pudẽdis, fel hircinum obline, Galen. ex Asclepiade. Ad conceptum promouendum, Purpuram veram hircino felle madefactam muliebri vmbilico diebus septem imponito & deinde crescente luna viro congrediatur, Aetius. 16. 34. Ad idem, fellinam vesicam damæ (dorcadis) aut hirci euacuato & ex eo quod viscidum interius inueneris pessulum conficito & paulo ante congressum imponito aut penis glandem illinito, Ibidem. Fel capræ syluestris priuatim, luscitosos (nyctalopas) inunctum sanat idẽ potest & hircinũ, Dioscorid. Ad vlcera oculorũ & albugines, fel hirci cõfrica in oculo, Galenus Parabilium 2. 99. Euulsis radicitus pilis, qui palpebris innati oculũ infestant, hyænæ aut hirci fel statim inunge & nunquã renascentur, Galenus Parabilium 1. 42. Ad aures quæ grauiter dolent. & vetera vulnera intrinsecus habent, remediũ ex felle hircino vel porcino, vide infra in Sue. Lienosus capræ hircinæ cœliacis subuenit, Plin. Hircinus splen calidus, id est statim vbi de pecude sublatus fuerit, super lienẽ hominis impositus & alligatus, mire dolorẽ intra paucos dies auferet, si postea ad fumũ suspendatur, vt illic arescat, Marcell. Si libuerit generare marem, duos testiculos capri assos deuorato. & coeas eodẽ die: sic fœmina (nisi quid impedimenti in ipsa fuerit, Albertus.) marẽ concipiet. Quòd si vnũ duntaxat testẽ comederis, puer teste vno nascetur, Ratis. Suffimentum ad epilepticos expertum Hirci & vrsi & lupi testiũ, sanguinis hirundinis, lapidis in eius ventriculo reperti, asterij in mari inuenti (stellam marinam intelligo, Fuchsius quid sit diuinare nõ potest) anethi ana ʒ ij. Alliorum purgatorum, cornu ceruini & caprini sing ʒ j. &c. Inter suffimenta apud Nic. myrepsum. Fimum ex hircis cum melle decoctum panos & apostemata discutit, Plin. Fimus hircorũ cũ melle decoctus adpositus: paniculis sanitatẽ præstat, Marcell. Cum aceto mixtũ pustulis nigris salubriter superilligatur, Innominatus. Stercus capri ex vino consperssum impositumq; quod inhærebit extrahet & sanabit, Sextus. capræ nõ capri apud Pliniũ legitur, vt in Capra ostẽdi. Vlcera cætera (præterquã in tibijs cruribusq;) explentur aut purgãtur fimo aprino aut hircino, Plin. Hircinum stercus ad morbũ comitialẽ proficit, si ex eo quindecim globuli ad summũ exhibeantur, Galen. Parab. 2. 5. Ad caluas pilisq; carentes palpebras summopere conducit, si muscerda & stercore hircino æquali mensura mixtis tostisq; ex melle illinantur, facit hoc etiã ad vitiligines, Galen. Parab. 1. 41. Hircinũ fimum tritum cũ aceto scillino misce, & fronti & tẽporibus illine: hoc ad dolorẽ hemicranij sedandũ etiam in perpetuum prodest, Marcellus.

Pœni pastorales in filijs quadrimis venas verticis lana succida inurunt: nõnulli venas temporũ, ne vnquam scilicet pituita defluens è capite officiat: eaq; de re se esse aiunt optima valetudine. Quod si pueris inurendis spasmus contingat, vrina hirci aspersa eos liberant, Herodotus lib. 4. Si grauitas sit audiendi, fel bubulum cũ urina capræ vel hirci medentur, vel si pus sit: In quocunq; autẽ vsu putant hæc efficaciora in cornu caprino per dies viginti infumata, Plinius. Aduersus grauitatem audiendi, fel bubulum cum vrina hirci, auriculæ quæ molestiam surdiginis patitur, instillabis, statimq; subuenies, Marcellus. Si maior sit dolor aut grauitas auriũ, vrina capri calfacta remedio est, vel tauri, &c. vt in Tauro narraui ex Plinio. Potio ad aquam intercutem vt per vrinã eijciatur, Hyssopum & hirci lotium ex dulci potum vrinã mouet, perinde & si caprini copiam habueris, Galenus Parab. 2. 41. Hydropicus sorbeat lotium capræ, quod mirificè sanat: item hircinum lotium, si heminam biberit: & spica nardi & ebuli cum aruerit: melius est lotium, si idem pasti fuerint, Sextus. Cinis eboris cum vrina hirci potus, calculum in renibus simul & in vesica absque omni periculo conterit, Innominatus.

H.

Hircus caprarum dux (ὁ τῶν αἰγῶν ἡγεμών, Pollux) Græcè τράγος vocatur, à voracitate: nã τρώγειν & τραγεῖν edere significat: quæ voces durius quid & asperius sonant quàm φαγεῖν, vt τράγος etiam quàm φάγος. Varinus. Aristophanes in Auibus auium genera cognominat κιττοτράγαν, ἐλαιοτράγαν & σπερμολόγαν, quod oleastri baccis, hordeo, & varijs seminibus vescantur. Alij tragon deducunt ὡς δὲ τραχὺ δέρμα ἔχει, à pellis asperitate: Alij ab asperitate vocis: Alij ἀπὸ τοῦ τρέχειν, id est à currendo, Etymologus, Varinus, Suidas. Χίμαρος. hircus. Varinus. Capras chimaras Græci vocant & chimaron & enorchan Theocritus qui sit caper; quanquam Varro caprum dici propriè vult qui sit excastratus, Hermolaus. Plura de hac voce vide in Capra, ab initio octani capitis. Hircum quidã ab hirsuto dictum putant, Perottus. Τράγοι & ἔριφοι hirci adulti nominantur, vide infra non procul ab initio historiæ de capris syluestribus. Ἄρρην τράγος hircus, Varinus & Hesychius. Iidem γενναίους interpretantur mullos vel hircum. Ἀπὸ τοῦ αἴγας ἀθύτους ἀπὸ τῶν τράγων ἔθυον ἀντὶ τῶν λεγομένων, Eustathius. Ἐπὶ τοῦ τράγος βαίνης, ἐπὶ τῶν μοιχῶν θρᾶττε, Hesychius. Τράγος artes, hircus, Hesychius & Varinus. Κίρκος. hircus apud Cratinum, Didymus deriuat à Corse: quod Corsæ locus sit Ciliciæ. Iidem. Κάπρος τράγος, capra, castrata, vel caper forte, quem & ἴζαλον aliqui vocant, Iidem. Syluaticus græco, vel grato, & timgos, nomina vt appareat a tragos voce Græca corrupta, hircum exponit. Hircus & Pan Aegyptiacè Mendes vocatur, Herodotutus. Menden, Μένδλιν, vocant Pana Aegyptij. ὡς τραγοπρόσωπον, vt cui hircina facies sit, eò quod hircus etiam ipsorum dialecto sic appelletur. Varinus. Suidas addit Pana à Mendesijs coli, vt cui vis genitalis cõcrescat & abstinere eos hircis in eius honorem: eò quod animal libidinosum sit: item Meudesij templũ apud Aegyptios fuisse, in quo simulachrum cruribus hircinis fuerit, pudendo erecto. Græci hircum tragon vocant, & Aegyptia voce murem, Hermolaus in Corollario: pro murem lege Menden. Κόλος, hircus mutilus cornibus, Varinus. Hesychius κόλος oxytonum, exponit magnum hircũ sine cornibus. Epitheton hirci, læuis, Horat. in Epodis. Plura numerantur à Rauisio Textore sine authorum nominibus, quæ licet à recentioribus tantum pleraque vsurpata putem, adscribam tamen. Annosus, auidus, barbiger, celer, cinyps, corniger, dux pecoris, grauis, hirsutus, horricomus, imbellis, immundus, olens, olidus, piger, procax, saliens, setiger, vagus, vilis. Capri etiam seorsim epitheta

pitheta hæc reperio, Vir gregis, Vergil. Aeglog. 7. Albus, Horatius 3. Carm. Bicornis, Ouid. 15. Metam. Libidinosus Horatius Epod. 10. Set geri, Silius lib. 3. Et præterea apud Textorem, bifrons, hirsutus, barbiger, torulus, corniger, lasciuus, acer, olidus, fœdus, immundus. Τραγόν & ὑηλοβάτας, Antiphanes. Τράγοις αἰγίβατοι, Pindarus. Κριμνίαι, Theocritus. Κρεμνοὶ, Idem. Πρὸς δὲ μυρίαι χαμάδαι ἄλσεα τε καὶ ἐλάται αἰγίβατοι. Διὸ καὶ ὀρεσίτροφος ὄμιλος πεπόηται. Et alibi, ξανθαὶ δρυμαὶ καὶ λιγυραὶ νάπαι. Παν Φιλοσπόδιε ποιμένων ἀγαπάτωρ δρεσπόλε χαρμονίδη. Κράνον (aliàs oxytonum est) eneci colore, ruffum: alij album) ἐπιλευκαίνει τὸ δ' ἀνθοῦντα τράγον, in Epigrammate. Ἐκμαὶ δ' ἁλοσπὸς ἀκεντρε καὶ ἀγρὶ τράγε. Κράνον ἀλλὰ μάλα νέκε πεπαίνεται πεπόθαν, Theocr. Idyl. 7. Καὶ τὸ ἐπίσχαρε τὸ λιβυκὸν κριὸν ἐκ φυλακᾶς μὴ τοκάδος. Caperare frontem rugis contrahere à crispis caprorum frontibus, &c. vt in Capra dixi in H. a. Caproneæ vocantur in equis comæ seu iubæ in frontem deuexæ. Tragemata, bellariâ secundũ Macrobium, omne mensæ secundæ genus, nimirum τὸ δὲ τραγεῖν, quod est edere, vt καὶ ἐξοχὴν delicatiores tantum cibi, & quos ne faturi quidem fastidiant, intelligantur. Appon ac Diodorus ἐπίλεκτα vocari tradunt, quæ post cœnam dantur tragemata. Tragematum reliquias aliqui apotragemata vocant. Cælius. Tragemata voco ea, quæ post cœnam voluptatis ad bibendum excitandæ gratia manduntur: Sunt qui cannabis semine frixo cum alijs tragematis vescantur, Galenus de aliment. facult. 1. 41. Ἐντραγεῖν pro κεκραγέναι, ieraculum sumere, apud Aristophanem in Equitibus. Τραγῳδεῖν Hesychius & Varinus exponunt eos, qui sacrificata (τὰ ἱερεῖα) furentur: quidam non rectè sacrilegos, cum à vorando nomen factum videatur. Τραγικὸν, hircinus. Tragicum licet vt plurimum accipiatur pro eo quod ad tragœdiam pertinet, reperitur tamen pro hircino etiam: nam tragica cornua in Pyrrhi galea hircina intelligunt, teste Cælio. Follibus hircinis conclusæ auræ, Horat 1. Serm. Veteres hirquinum pro hircino extulerunt. Plautus in Pseud. Heus tu, qui cum hircquina stas barba, respondè quod rogo, Hircipilum quidam pro hirsuto vsurpant, vel eo qui duros pilos habet. Hircipili, densorum pilorũ homines, Festus. Hircus animal est libidinosum. & quoniam libido oculos contrudit in angulorum angustias, quos vocant hirquos, authore Suetonio in vitijs corporalibus; inde à Vergilio scriptum volunt, Transuersa tuentibus hircis, quoniam libidinis, quæ in hirco præseruida est, illic promantur signa: etsi Apuleius grammaticus, quod illic hæreant oculi, hirequos dici opinatur. Alij hircis defendunt, quoniam id animal oculos habeat ad nares conuersos. Proindeq; apud Aristotelem τὰ τραγικὰ πρόσωπα, non laruas interpretamur, quod fecit Theodorus: sed tragicas facies, ad hanc hircorum naturam referentes: quoniam tragœdorum personæ nihil minus, quàm oculos ad nares valeant inflectere, Cælius. Isidorus ipsum animal hircum, ab oculis ad hirequos (id est angulos in eis, Græci canthos dicunt) conuersis, sic appellatũ autumat. In iam citato Vergilij hemistichio, hircis an hirequis rectius legatur, vide Pontanum de Aspirat. lib. 1. Nos quamobrem hircum animal (inquit Nic. Erythræus Italus) vulgo becco vocemus, vnde beccari, beccarie, & voxilla infamis ab historia eiusdem animantis deducta, qua populus Venetus vicissim se vsq; ad fabulam impererioluit, pluribus sanè in Stoico docuimus: Hæc ille, sed Stoicus eius non extat. Est intra aures neruus nomine tragos, è regione cuius est quem vocant antitragon, Cælius. Hircum & caprum (vt Catullus) poetæ appellare consueuerunt graueolentiam sub alis. Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ, Horatius 1. epist. 1. fœtor sub alis excitatur arctè nimis discumbentium. Homines ita graueolentes hircosos vocant, τραγώδεις Græci (teste Suida) vt odorem ipsum τράγειον & tragon. Hinc illud paræmiôdes, Τράγου μὴ δεήσῃ, Grasoni ne succenseas. Sudorem corporis ac sordes grasoniam dixit Archigenes. Lanarum in ouibus sordes Græci vt œsypum sic grasum appellant. Aristoteles in Acharnensibus, tragasæum vocauit malè olentem, & alia fabula tragomaschalos eosdem dicit, Cælius 24. 18. vbi plura de hircini odoris ratione leget qui volet. Τραγομασχάλαι, fœtidi hirci: tales enim mariti caprarum sunt, Varinus: sed abundat & expungenda est vox tragi, id est, hirci: siquidem homines fœtidos tragomaschalos appellant, vt Aristophanes in Pace, vbi in Scholijs verba à Varino vsurpata legũtur, sed sine dictione tragi. Pollux, Hesychius & alij κνώδαλα hoc virus appellant, τὸ αἴγειον (τὸ τράγειον) κνώδαλον δυσωδίαν. vt in Capra docui. Plautus in Mustellaria, Te Iupiter dijq; omnes perdant, oboluisti allium. Germana illuuies. rusticus, hircus, hara suis, ad hominem transtulit immundum & libidinosum. Et in Asinaria, Propter operã illius improbi hirci edentuli. Grauis hirsutis cubat hircus in alis, Horatius in Epodis. Plautus in Mercat. Quũ sis iam ætatis plenus, anima fœtida, Senex hircosus, tu osculêre mulierem? &c. Persius Sat. 5. Dixeris hæc inter hircosos centuriones, id est, rusticos, olidos, & omnis nitoris expertes, Budæus. Nonnulli legunt Varicosos. Tiberius Cæsar obscœnus & olidus senex in Atellanico exodio hircus vetulus appellatus est, Suetonius. Pastillos Rufinus olet, Gorgonius hircum, Martialis Qui rem Venerem agunt, aut qui in ætate sunt quæ sufficiat Veneri, malè olent, ἢ ἐκ καλλυσμὸν τράγου ἔχειν, hoc est virus hirci reddunt. Quod in pueris non fit: cuius ratio est, quoniam puerorum spiritus humorem sudoremq; concoquere potest: virorum autem nequit. Proinde sunt in ijs humiditates crudæ indigestæq;, & ad corruptionem procliues, ideoq; sudores eorum, & resoluti illinc fumi grauiter olẽt, idq; in alis præcipue atq; inguinibus, &c. Ab hoc euentu putant eruditi, vt Sext. Pompeius docuit cum Censorino, pueros dici hirquitalos, vbi primum ad virilitatem accedunt, sitq; Venereorum appetentia opportuna, Hæc Cælius. Hirquitallus, penis duplex, & rursus Irquitallus sine aspiratione, puer qui primò virilitatem suam experitur, à libidine scilicet hircorum dictus, Festus. Naues quædam Libycæ arietes, & hirci dicuntur: vnde conijcimus taurum etiã, qui Europam abduxit, tale nauigium fuisse, Pollux & Cælius. Tragi naues videntur, fortè quod id genus animalium haberent tanquam insigne, Baybius. Vox immutatur, maribus maximè: sed fœminis etiam idem accidit, quanquam obscurius quod quidam hircire appellant, cũ vox mittitur inæqualis, post verò restituitur in sequentem ætatis grauitatem aut acumen, Aristoteles. Τραγίζειν, αἱ τράγαι τῇ φωνῇ τοὺς ἀκμαζοντας ἢ παιδίων, Hesychius & Varin. Huius in voce mutationis causam indagat Cælius 19. 12. Τραγῳδία λοιδ ἢ τραγὸς ὁ δηλοῖ θυσιάσιμος ὢν, Varin. Inoratore tragœdorum vocem exigunt eruditi, Cælius. Tragœdiam alij quasi hircinum cantum dictam volunt: nam hircus præmium dabatur tragœdiarum authoribus, qui rustici & pastores erant. Carmine qui tragico vilem certabat ob hircum, Horatius in Arte. Alexander pubescentes pueros hircissare scribit, ob vocis asperitatẽ raucam, ab hircis ita vocem efferentibus producta verbi ratione. Siquidem naturã tunc corpora dissociantem, multam repentinamq; ætatis efficere mutationem, augescentibus fœminarum vberibus, marium vero thorace, humeris, testibus: Accedere item morborum mutationes, solutionesue, &c. Cælius 19. 21. Idem alibi τραγίζειν, hircum olere exponit. Næuius vocem gallulascere dixit gallulare enim (vt aiunt grammatici) est pubem emittere, & gallulascere pubescere: quòd pubescendo vocem grandiorem ad galli gallinacei similitudinem faciunt. Hirci pinguescentes minus seminis habent: hinc & vites cum nimia alimentorum copia luxuriant, hircire dicuntur, Aristot. de generat. anim. 1. 18, interprete Gaza: qui & alium Aristotelis locum in Historia anim. sic transtulit: Hirci pin-

hærere suspicari, quemadmodũ illecebra tertium sedi genus foliola tritici granis crassitudine & figura ferè similia promit: nisi verba Dioscoridis, πότε ὁ καρπὸς ὡς ἰσχὰς δίπλα, τὸν οἶνον πλεῖται, hoc impedirent. Ego τῶν τ' ἀκάδων legere malim, vt Plinius transtulit, sic & constructio melius cõstabit: Marcellus transtulit eius fructus numero decẽ acini cũ vino poti, tanquam legerit, πότε δ' ἀκανθῶ: Ruellius, racemorum acini decem, neutrum probo: videtur Ruellius racemorum pro ramorum apud Plinium legisse quasi acini necessariò in racemis sint. At Dioscorides in tragi nõ acinos, sed veluti acinos spectari scribit, ὡς ἰσχὰς, reddendũ circiter decẽ. Tragoni cerealẽ Dioscorides describens, lib. 2. cap. 84. certũ frumenti genus intelligit, alij paratam ex tritico veluti halicam sic vocãt. Tragos (inquit Dioscorid.) quandã chondri, id est halicę frugis figurã gerit: multò minus quàm zea nutrit. quod multũ aceris habeat: quare ægrius conficitur, aluumq; magis emollit. Ptisanæ cõficiendæ vulgata ratio est: simili modo ex tritici semine tragum fit, in Campania duntaxat & Aegypto, Plinius. Alibi quoq; tragum Italiæ peregrinũ & ab Oriente inuectum meminit. Tragos cognomẽto πυρώδης. hoc est cerealis, vt ab herba tragon distinguatur, frumẽti genus est. In Hippocrate quid sit strygis, quod ipse leuius esse tritico, & ventrẽ magis soluere testatur, non cõperi: nisi quis pro tragon strygite (forte, situde) accipiat, Hermolaus. Galenus de tragon frumento à Dioscoride dicta repetit. Addit (lib. 1. de aliment. facult.) ex splendida & nobili siligine seu olyra, vt decet excorticata, tragũ confici, cuius pleriq; est vsus. Primum in aqua coquitur, mox effusa priore aqua mulsum, sapa, vel passum infunditur: demũ pinearum nuces aqua præmaceratæ donec intumescant, superinijciũtur. Sunt qui tragũ non æmulari tantum aspectu olyram, sed idẽ esse genus defendunt, specie tantũ differre. Farris apparatũ docet Aetius lib. 9. cap 45. Frumentũ vel maturum vel viride madefit, cortice repurgatur, Sole siccatur, crassissimè molitur. Χόνδρος & τραγανὸς, (Varinus post χόνδρος & distinguit) στρόβιλος, ἡ παχεῖα καὶ μύωψ, Hesych. Tragum quidã Gallicè exponit du ble turquef. Hier. Tragus lib. 2. cap. 23. tragũ frumentaceum Dioscoridis interpretatus farris genus quod Columella verriculum album appellat: ipse Germanicũ ei fingit *Teutschen reiss*, id est oryza Germanica: quod oryzæ instar grana eius cum lacte coquãtur. hordeo (inquit) simile est per omnia vegetius tamẽ & candidius, vere seritur. Ego de ea re certi in præsentia nihil habeo: Hoc tantum dicã, videri mihi genus hoc frumẽti tragos appellari Græcis vel τράγος τὸ ἔρνος (vnde & ipsum animal tragon deducunt Grammatici quidã) quòd asperius sit, & multũ furfuroſi reſ temẽti: habeat, plus nempe quàm zea, vt Galenus & Dioscorides scribunt nisi quis ad aristarum asperitatẽ referre malit. Vel τρώγειν, hoc est ab edendo: cũ non solum grana per se ad panificium molantur, & integra aut modice fracta cum iure aliquo decoquantur: sed insuper sui generis cibarium ex eis fiat, vt ex Galeno iam retuli. Cum Gallo nardo semper nascitur herba, quæ hirculus vocatur, à grauitate odoris & similitudine, qua maximè adulteratur. Distat, quod sine cauliculo est, & quod minoribus folijs, quodq; radicis neq; amaræ, neq; odoratæ, Plinius. Dioscorides tragon appellat, & discerni docet quod candidior sit, ac folijs minus oblongis, reliqua, vt Plin. Idem Syropharicam nardũ scribit, καυλὸν ἐκ μέσου ἐκφύει τραχὺν τετράγωνον τρίπηχυν, hoc est caulẽ aliquando mediũ ex se mittere, odore supra modũ hircino. Est & tragopogon, quẽ alij comen vocant, caule paruo, folijs croci, radice longa, dulci super caulem calyce lato, nigro. Nascitur in asperis, sine vsu, Plinius. Et alibi. Scandix, quæ ab alijs tragopogon vocatur, herba in cibo vulgaris apud Aegyptios. Tragopogon (inquit Hermolaus in Corollario) hoc est barba caprina, quę & scandix à Plinio vocatur: nisi, quod suspicor, deprauata lectio est. describitur à Theophrasto histor. plant. 7. 7. in hunc modũ: Radix longa, dulcis: folium croci, longius caule paruo, (breui) super quem calyx latus, & barbula: quæ summo vertice incana & prolixa funditur. Acetarium quidam olus hanc esse falsò volunt, quam vulgo barbam petræ, & in Gallia cispadana barbulam hircinam vocent. Habetur & quæ gerontopogon, id est senis siue presbyteri barba dicitur, tragopogoni ferè tota similis, nisi quod lacte manat, & radice amara est, non dulci, a Nicandro geraòs pogon fortasse nũcupata: sed & radice dulci carpitur Romæ. Tragopogona vocari & in tragopisce, inuento partem sub gula eius nigrantem, vt Athenæus author est, Hæc Hermolaus. Et alibi, Nicander (inquit) erigerontem intellexisse videtur, cum geraon pogona dixit: nam & nos senecionem vocamus, aut tragopogoni similem herbulam, quæ vulgo barba senis dicitur: aut chrysocomen, quam & Iouis barbam appellamus. Tragopogon herba (vt apud Ruellium legimus) edendo est, flore luteo: quæ verò altilis in hortis crescit, folio est lactucæ, flore purpureo. Radices in altum agit, quæ hybernis diebus acetaria dulcedine sua commendat. A plerisque nunc Romanæ consuetudine dicitur petræ herba, quod asperis locis quasi è medijs saxis videatur erumpere, à quo etiam Hetruria saxificam appellat. Gerontopogon eadem esse creditur permultis. Alij distinguunt, quoniã hirci barbula sit radice dulci oblonga, in scapo calyx ingẽs, flos purpureus & prolixa barba: In gerontopogone radix amara, flos luteus, in caulis vertice calyx longus qui incanescentes barbulas fatiscat, Hæc Ruellius. Ego tragopogonem in Monte pessulano vidi, in Germania & alibi hactenus nusquam: folijs croci. Cæterum barba senis, quam recentiores pleriq; pro hircina falsò accipiunt, vulgò nominatur *habermarck*. Galenus λαδανηγερατικὸν ladanum exponit, quod ab hircorum barbis colligatur: Arabici sanè scriptores multi leton fruticem, ex quo ladanum, barbam vocant hircinam. Barba hircina & rosa canina, ab hircis appetuntur, Syluaticus. Idem alcheratib, herbam hircinam interpretatur: & alibi Lac de Serfi, herbam hircinã vel hypocisthidem: & Crisomon, linguam hircinam, centumneruiam. Quidam chrisomon, chamæmalum faciunt: centumneruiam, plantaginem maiorẽ. Sed de Ladano quod è barbis caprarum & hircorum de pascentium colligitur, dixi in Capra cap 3. Alauim genus est calamynthæ: & aliud quòd calaminthã hirci vocant, Vetus expositio vocabulorum Auicennæ. Tragoriganum herba est, quæ in cibo libidinem stimulat, vnde & nomen ab hircis impositum videtur. Ἐν δ' αἰγιβάτοις τραγοριγάνοις, Nicander: vt Etymologus & Varinus meminerunt: corrupta apud eos ἔρεον vel ἔρειον vox videtur. Plura de hac stirpe vide apud Ruellium. Tragonaton, lychnis syluestris, in nomenclaturis apud Dioscorid. Vbi tragoceros etiã anemone, & aloem cognominantur: item tragion alterum, quod Romani inde facto nomine cornullacam appellasse videntur: quamuis in historia eius nulla cornuũ similitudo, sed odor tantum hircino similis exprimitur. Saxifragia hircina à quibusdam vocatur herba pimpinellæ similis, propter odorem radicis, Matthæolus. Germani hanc ipsam pimpinellam vocant, cum à vicinis gentibus Gallis & Italis, aliam pimpinellã nomine appellandam esse constet, quę & in cibum venit, & in hortis colitur. Natrix vocatur, herba cuius radix cuulsa virus hirci redolet. Plinius. Forsitan hæc saxifragia iam dicta fuerit: quanquam dictamnus etiam vulgaris, vt audio, cum eruitur, radice hircum olet. Ἔμπεργος in vite, carbo, vitium in uite cum carbunculatur, Pollux.

DE TRAGELAPHO.

Cinirus ex oue & hirco nascitur, Albertus lib. 22. in Ibrida, sine authore. Plinius vmbros dictos ex musimone (cui villus caprinus, vel hircinus) & oue nasci scribit. De capris tragenis in Capra dixi, parte 3. capitis 8. Ab hirci

similitudine & cerui, nomẽ tragelaphi factũ est. Est eadẽ, qua cervus, specie, barba tantum & armorũ villo distans, quẽ tragelaphon vocant, non alibi quàm iuxta Phasin amnem nascens, Plin. 8. 33. & Solinus in fine capitis 22. Georgius Agricola tragelaphum interpretatur, Germanice dictã feram *ein brandhirss*, Tragelaphus, inquit, & cervus, in sylvis cubant. Tragelaphi & bubali nascũtur in Arabia, Diodorus lib. 3. Apparet sanè ab Aristotele idẽ animal hippelaphũ dici, (vt Raph. Volaterrano ceiã videtur) quoniam & peregrinũ facit, & eadẽ quę Plinius tragelapho tribuit, barbã nempe, & armos villosos, & cerui similitudinẽ, tum magnitudine corporis, tũ quod fœmina in eo genere cornibus caret. Hippardiũ (inquit) & hippelaphus tenui iubæ ordine à capite ad summos armos crinescũt. Propriũ hippelapho villus, qui eius gutturi, modo barbæ, dependet. Gerit cornua vtrunq; excepta fœmina hippelaphi & pedes habet bisulcos. Magnitudo hippelaphi non dissidet à cervo: gignitur apud Arachotas. Et alibi. Hippelaphus satis iubę summis continet armis, qui à forma equi & cerui, quam habet compositã, nomen accepit, quasi equicervus dici meruisset. Et rursus, Equicervo cornua sunt caprę (legendum capreæ, ἐλέφασ@-) proxima. Gaza aliàs Græcũ hippelaphi nomẽ relinquit, aliàs equicervum trãsfert. Albertus ramosa & cervinis similia cornua tragelapho tribuit, sed sine authore. Cervi similitudinẽ vtrjq; in hoc animali viderũt, tum qui tragelaphum, tum qui hippelaphum nominarunt. sed hi propter iubam equicervum dicere maluerunt, illi propter barbã hircocervum. Volaterranus tamẽ ex Aeliano citat, tragelaphum cætera similẽ cervo esse, barba tantum & armorum villo hirco propiorẽ. Pygargus, inquit Bartolemæus Anglicus, animal est cornutũ & barbatũ hirci instar, minus cervo, maius hirco. simile hircocervo, sed longè minus, vt legimus in Glossa in Deuteronomij caput 14. יחמור ako vocem Hebraicã Deuteron. 14. aliqui tragelaphum interpretantur, alij ibicẽ aut rupicapram. Vide infra in Ibice. Tragelaphus aliquibus nominatur de re quæ nulla sit, nec vsquam in rerũ natura reperiatur, vt & σκυδαλῆς, χιμαιρίδιον, καλυψὼς (melius λυκαυλὶς, vt Stephanus habet, quæ omnia in αψὶς cum acuto in vltima desinũt:) Etymologus & Stephanus in Καλψὼ. Est autẽ verisimile idcirco nusquã huiusmodi feram extare à plerisq; creditũ, quod nunquam eam vidissent, & solũ nomen audiuissent, quod mirũ non est, cum in Arabia & apud Arachotos reperiri authores referant. Arachoti autẽ Indæ ciuitas est, ab Arachoto fluuio sic dicta, qui ex Caucaso profluit: Sunt & alij (alia huius nominis ciuitas, quæ & Arachosia) prope Massagetas, Stephan. Athenæus lib. 11. tragelaphos pocula quædam dicta, Alexidis & Eubuli testimonijs comprobat, qui simpliciter hoc nomẽ inter pocula posuerunt: tertio Menandri, apud quẽ τραγέλαφοι λαβράνιοι legũtur: quartò Antiphanis, qui diuitẽ quendã præter alia possidere scribit phialas, triremes, tragelaphos, carchesia, ampla nimirũ & pretiosa pocula. Canathra grypũ imagines sunt ac tragelaphorũ ligneæ, q b. insidẽtes puellæ circũferebantur in speculis, vt Xenophõ indicat & Plut. exponit, Cæl.

TRAGELAPHI ICON.

TRAGE.

TRAGELAPHVS quorundam. Tria dicunt esse Ceruorũ genera venatores nostri (inquit Ge. Fabricius, qui etiam iconem hanc misit) non singulari quidem naturæ discrimine: sed aliquo tamen nominis, formæ, virium. Primum illud notum omnibus, diligenter ab authoribus descriptum. Alterum ignotius, quòd Græco nomine Tragelaphus dicitur: priore maius, pinguius, tum pilo densius, & colore nigrius: vnde GERMANIS a semiusti ligni colore *Brandhirtz* nominatur. Hoc in Misenæ saltibus Boëmiæ vicinis capitur. Vulgus venatorum ait nomen reperisse à locis, in quibus carbones sunt, quòd ea frequentet, & herbis ibidem renascentibus libenter pascatur. Hoc verũ sit, an eò errore & opinione propter nomen fabella nata, in medio relinquo: certè vulpes etiam villi densioris & nigricantis, à colore eodem modo *Brandfuchsi* nominantur, quos in areis illis carbonarijs versari nõ est verisimile. Tertium genus quod reliquorum ceruorum more nõ amittit cornua: hoc castratis accidere ait Plinius. (*Cerui, si, cum per ætatem nondum cornua gerunt, castrentur, non adunt cornua: sed si cornigeri excidantur, non decidunt cornua, & magnitudine eadem seruantur.* Aristot.) sed & vitio accidere affirmant qui feras apud nos consectantur. Ceruo enim fuga sitiq; fesso, & flumini se committẽti, in ispoq; anhelitu auidius bibenti, pinguedinem quaabundat resolui & diffundi aiunt: ex eoque aut mori eum, aut superstes si sit, cornua ei nunquam decidere, idq; fieri eo maximè tempore, cum ardentissimè fœminam appetit. Hoc genus Cerui proprio nomine *ein Kummerer* appellant. Hæc Fabricius: qui simul etiam eruditissimi viri Ge. Agricolæ literas ad se mihi communicauit: quibus ille suam de Tragelapho sententiam exponit, his verbis. Tragelaphus ex Hirco & Ceruo nomen inuenit: nam Hirci quidem instar videtur esse barbatus, quòd ei villi nigri sint in gutture & in armis longi: Cerui verò gerit speciem. eo tamen multo est crassior & robustior. ceruinus etiam ipsi color insidet, sed nonnihil nigrescens. Vnde nomen Germanicum traxit. veruntamen suprema dorsi pars cinerea est: ventris, subnigra, non vt Cerui candida: atque illius villi circa genitalia nigerrimi sunt. Cæteris non differunt. vterq; est in nostris syluis: quanquam plures tragelaphi in his quę finitimę sunt Boëmiæ quàm in alijs reperiuntur. Plinius haud rectè scripsit tragelaphum non alibi quam iuxta Phasin amnem nasci. Sic ille. Ego in huius Cerui cornibus, apud ciuem quendam nostrũ, mucrones siue ramulos supremos (qui bini alioqui plerunque, aut terni spectantur) septenos obseruaui: & eâdem parte stipitis latitudinem sex digitorum. inferius autem erant & alij bini rami & adminicula: vnde hunc Ceruum palmatum esse, cuius mentionem fecit Capitolinus, suspicabar. Sed plura de Ceruo palmato in Ceruo dicemus. In Anglia ceruos nigricantes reperiri audio: qui an iidem sint cum illo, cuius effigiem hic posuimus, non sum adhuc certus. Britannicos à Capitolino nominari coniecerim albos ceruos: nam hoc etiam colore in Anglia haberi aiunt: & Pausanias albos Romæ sibi visos scribit, (in spectaculis nimirum è Britannia aduectos.) Hunc verò Ceruum, quoniam cæteris maior est, Achainam cognominemus, licet: sic enim veteres ceruorum maiorum genus ab Achæa Cretæ ciuitate nominarunt vt post dicemus in Ceruo. Non desunt Grammatici eosdẽ ceruos Σταφυλωνίας dici interpretantes. Aliqui Achainen deducunt ἀπὸ τοῦ ἄχθ-. id est, à mœrore: & interpretantur tristem propter fœtus adhuc paruos & nondum exire valentes è latibulo, quòd si proba hæc deriuatio esset, cõgrueret cum Germanico Cerui nomine *Kummerer*, similiter à mœrore dicti, quanquam aliam ob causam, vt dictum est.

ALIVS VIDETVR ESSE TRAGELAPHVS Bellonij cuius figura sequitur cum descriptione.

Tragelaphus Bellonij.

TRAGELAPHVS (cuius nomen Gallicũ non habeo, inquit Bellonius) quod ad pilos ibicem refert, sed barba caret. Cornua ei caprinis similia, sed aliquanto retorta, sicut arieti: ea nunquam amittit. rostro, fronte & auriculis ouem refert, vt scroto etiam pendulo & admodum crasso. Crura eius albicant, ouillis similia. Cauda nigra, coxæ (femora) sub cauda albæ sunt. Pilos tã longos habet circa stomachũ & colli prona supinaq; parte, vt barbatus videatur. Pili etiam armorũ (scapularum) & pectoris longi & nigri sunt, cũ duabus maculis cinereis (griseis) vtrinq; ad ilia. Nares nigræ, rostrum album vt etiam totus venter inferne. Sed doctissimus Ioh. Caius noster hanc picturam cum nulla veterum Tragelaphi descriptione congruere iudicat mihi quidẽ Pygargus (de quo paulò pòst) potius quam Tragelaphus videtur, siquidẽ partem sub cauda, & clunes coxásue albi coloris esse scribit Bellonius. nihil aut parum ab hac quadrupede differre videtur Musmon de quo inter oues.

Ioh Caius Anglus de quodam alio animali quod Tragelaphum esse coniecit, sic ad me scripsit. Est in Britannia nostra hoc anno 1561 peregrinum animal & bisulcum, ex rupibus montanisq; locis Mauritaniæ, aduentitium: magnitudine inter ceruũ & platycerotem: corpore quidẽ cerui, sed latere firandri & promissiori: cruce breuiori & crassiori colore item & pilo cerui, quo est hybernis horis, ruffo & nigro promiscuè constitis: arunco capri, sed

diuiſo & in aduerſum recurno: collo mediocriter longo, ſed craſſo. ſub eo multus & longus villus, per omnem pẽ nè eius longitudinem productus, ad genua ferè pendulus: iuba ſetoſa, per totam ceruicis longitudinem exporecta, ſed præcipuè per iugmnos armos tuberis inſtar longi erecta, colore quàm eſt reliquũ corpus aliquantò obſcuriori: genibus longo & denſo pilo ad poſteriora reflexo per tranſuerſum (ſed callo nullo) contectis credo vt fallentis ſaltus caſuſue iniurias arceat: Vngula priorum pedum exteriore maiore longiore: interiore, minore & breuiore, poſteriorum contra, interiore vngula maiore & longiore, exteriore minore & breuiore, quaſi vtrobiq; vnam caprl, alteram cerui diceres, ſed omnibus cauis & ſolea ſeu veſtigio carentibus, hoc forſan naturæ conſilio vt per aſperitates locorum, quibus naturaliter delectatur, firmius figat pedem, dum aſperitas loci vngulam ſubintret. fœminarum vngulæ duas aut tres impreſſiones habent per ſumma leues diligentius contuenti, quæ maribus deſunt, quas fœminis natura aliquid ad delitias & ornamentum adderet. In vtroq; ſexu quotannis decidunt vngulæ, vt in ceruis cornua, volente natura in vngulis ceruum monſtrare cùm in cornibus (quæ caprina magis ſunt) non poſſit. Aure breuiori, quali capri, oculo pudendo, teſticulo & cauda cerui, niſi quod hæc momẽto longior eſt. Cornibus arctis, ſed nigris, ac ſuo modo in auerſum reflexis: per eorum longitudinem mediam producitur linea duos diſtinguens rugarum vtrinq; recuruarum ordines à ſumma ſui parte, gibba ſunt: ab ima, caua ſeu reſima, angulis vtrinq; obtuſis: longa ſunt, pedes duos Romanos, & digitum vnum: diſtantia, quà latiſſimè, pedem vnum pal. tres, dig. vnum & ſemiſſem: quà minimùm, vix digitali latitudine: Craſſa verò ad radices in ambitu, ped. vnũ & pal. ſemiſſem: A digitali enim (vt dixi) latitudine diſtantia in principio ſenſim ſe expandunt in latus & auerſum ad pedem vnum, pal. tres, dig. vnum & ſemiſſem. Dein ſe reuocant introrſum, ita vt ſumma faſtigia nõ diſtent niſi pede vno & pal. vno. Longitudo faciei à vertice ad nares extremos, pedis eſt vnius & digitorum trium: latitudo ad frontem, qua parte latiſſima eſt facies, pal. 2. & digiti vnius eſt. Altitudo totius animantis eſt pedum trium & ſemiſſis, excepta iuba: Longitudo totius à vertice ad caudam pedum quatuor eſt & dimidij ac digitorum duorum. Dentes habet tantum inferiores, & eos ſex, nec defectum dentibus puto. Ruminat vt cætera biſulca. Nares nigri ſunt, à quibus labrum ſuperius diuiditur linea nigra perpendiculari. Mite animal eſt, petulans & laſciuum, moribusq; reliquis ſimilius hirco quàm ceruo: præruptis editisq; locis atq; tectis gaudens & inſultans, vnde ſe præcipitare in cornua aiũt naturaliter, vt ijs fracto prius caſus aut ſaltus impetu, anteriora genua corpus poſtea excipiãt. Curſu valet, ſed ſaltu magis: memoratæ enim altitudinis loca ſaltu aſcendit. Fœminæ maribus multò ſunt maiores, cornutæ etiam & villoſæ gutture atq; collo, ſed non ita magno longo & reflexo cornu, nec ita denſo & longo villo vt mares. Veſcitur fœno, pane, furfure triticeo, auena, & herba. Ego tragelaphum eſſe puto. Vulgus & qui ex Mauritania aduexerunt, ouem barbaricam vocant cum tamen nihil habeat cõmune cum oue. Quidam rurſum à decreto barbarie, hoc eſt ceruum barbaricũ nominant. Hi rectius ſentire mihi videntur, cùm ex dimidio poſteriori ſimillimus ceruo ſit, etſi ex anteriori magis capro. Fœtus pariunt ſingulos. Hæc ille. Nos verò iam ad reliqua quæ ad Hirci philologiam ſpectant pergemus.

Satyros aliqui tragos, id eſt, hircos vocarunt, eò quod hircorum aures habeant, Heſychius & Varinus. Tragopanadem auem quam plures affirmant maiorem aquila, cornua in temporibus curuata habentem, ferruginei coloris, tantum capite phœniceo, Plinius fabuloſam putat. Tragos apud Ariſtotelem ſpongia quædam durior aſperiorq; vocatur, nimirum τραχύτητα τραχύτητα, hoc eſt ab aſperitate deflexa voce. Dicuntur apud eundem tragi, [illegible] eſt, hirci, mænæ ſiue haleces mares cum fœtu impleri fœmina incipit: à libidine vt videtur, qua hircus præcipuè infamis eſt. Feſtus docet etiam conchæ genus tragum dici, mali ſaporis vnde cauſa nominis intelligitur. Alius item tragos piſcis exocœto, qui & adonis vocatur, ſimilis deſcribitur: niſi quod partem ſub gula nigrantẽ habet, quam tragopogona vocant, Hermolaus.

Caper grammatici nomen. Eſt & Caper vel Caprus fluuius, qui Laodiceam Cariæ vrbem cum Lyco & Aſopo amnibus alluit, Strabo & Plinius meminerunt: ſed hæc vox ad capron Græcorum, id eſt aprum, potius pertinet. Hircius nomen proprium, aſpirationem exigit ſiue dictũ fuerit ab hirco, vt ab Aſino Aſinius & à vulpe Vulpius, ſiue ab Hirto, Pontanus. Deliorum quidam [illegible] & καπρεῖοι vocantur, & ἀγριοτραγεῖς & ἰχνυβόλοι, quòd coqui ſeu lanij, &c. aliquando fuerint, Athenæus lib. 4. Tragæ dicuntur Aeoles à Trage palude, Varinus. Tragæa, Τραγαία, inſula eſt iuxta Cyclades, (vel vna ex Cycladibus) item vrbs in Naxo, vbi Tragius Apollo colitur. Eupolis per epſilon & plurali numero ſcribit Τραγαῖαι, ciuis Trageates Stephanus. Ante Miletum in proximo eſt Lada inſula circa Tragæas inſulas, quæ ſtationes piraticas habent, Strabo lib. 14. Tragaſæ, Τραγάσαι proparoxytonum, regio Epiri, à Tragaſo quodam, in cuius gratiam Neptunus ſalis denſationẽ fecit vnde ſal Tragaſæus. Hinc & campus Halſius à ſale dictus eſt, Stephanus. Apud Pollucem 6. 10. Τραγάσιον paroxytonum ſcribitur: & exponitur lacus in Troade: vel campus in Epiro: à Tragaſo (lege tragato, quamuis Cælius etiam Tragæo tranſtulit:) cuius gratia Neptunus ſalem denſauerit. Τραγάσαι [illegible] Heſychius: lego τραγασεῖαι &c. apud Stephanum etiã Τραγασεῖαι ἅλες, ſimiliter deprauatum eſt. Tragaſion, Τραγάσιον, in Troia eſt, ſic dictum à Tragaſo patre Philonomiæ, quæ Tennen amauit, Varinus, apud quem Τέννην legitur pro Τέννην, & Etymologus, qui Τέν habet per ν ſimplex. Tragaſæum Ariſtophanes in Acharnenſibus protulit, tanquam deriuatum à ciuitate nomẽ, cum per iocum ad hirci virus magis reſpiceret, Varinus. Tragaſæum in Troade, ſalem intelligit Athenæus: cui quum vectigal iniunxiſſet Lyſimachus, euanuit: mox dempto, ſuccreuit, Cælius. Tragilus, Τραγιλος, vrbs eſt Thraciæ iuxta Cherſonneſum & Macedoniam, Steph. Tragurium, inſula in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ, cum ciuitate eiuſdẽ nominis, Ptolomæus lib. 2. Plinius 4. 21. marmor eius commendat. Ceraiſtes Κεραϊστὴς, locus eſt Mileti, dictus inde quòd Apollo cornua hirci maris ab eo muſi, illic fixerit, vt Callimachus ſcribit, Varinus.

b. In Delo inſula conſecretum aiunt hirci cornu bicubitale cum dodrante, ponderis librarum vigintiſex, Varinus in Κέρατα. Montanus hircus, qui in montanis paſcuis verſatur, domeſticus alioqui. Paſcali pecore, ac montano hirco atq; ſolocce, Lucilius. Solox lana, craſſa: & pecus quod paſſim paſcitur non tectum. Titinnius iu Larathro: Ego ab lana ſolocia ad puram data, Feſtus. Εἰς τὰ περὶ Φειδίαν κώμωνα δὲ τοῦ ἐσθίειν, Καὶ τραγαλοπάγων, ἐν τοῖς Παλάσιν, Palladãs.

c. At mutire capris hirce petulce ſoles, Author Philomelæ. Φευμάσεται, de hirco dicitur, Φρυμάσσεται vero (vel Φρυάσσεται potius) de equo. Vide in equo H c. Εὐὰ hircinæ vocis imitatio, Varinus. Ἀπεψολημένοι τραγικὸν ἀκρατισμόν. Ariſtoph. in Pluto: Scholia interpretantur, οἱ τραγικὸν ἀκρατισμὸν, αἱ γὰρ θῆλαι, ἠκρατισμένοι τράγοι, λείχειν τὸ ἄρσεν τῶν αἰδοίων. [illegible] τράγοι λείχειν τὰ ἑαυτῶν αἰδοῖα. Aegyptij in hieroglyphicis penem fœcundum ſignificantes, hircum pingunt: qui poſt ſeptimum ab ortu diem coit: & quanquam inualidum & ſterile ſemen emittit,

vnitio coit tamen citius cæteris animalibus, Orus. In Mendesia Aegypti, hoc mea memoria prodigium contigit: Hircus cum muliere coijt propalam, quod in ostentationem hominum peruenit, Herodotus lib. 2. Hac de re etiã Pindari versus Strabo citat lib. 17. Μένδης δὲ καὶ τράγοι χαυνοῦνται θηλείαις, ἐσχάτην Νείλου κλίσιν, Αἰγύπτου τὴν τράγοις γυναικὶ μιχθέντα. Sybaris pastor cum capram deperiret, ab hirco interfectus est Textor. In Lemno insula ex mammis capri, quas ille geminas iuxta genitale gerit, tantum lactis emulgebatur, vt colostra inde cõficerent: quod idem etiã proli masculæ capri illius euenisse accepimus. Sed hæc ostentis annumeranda potius ducunt. Nam & Lemnio illi pecoris domino consulenti, Deus amplius incrementum peculij fore respondit, Aristoteles. Μυθεύεται τὸ θεῖον τράγον τινὶ γένεσθαι, Aristoph. vide supra in Capra H.c. Satyrus à Syllæ militibus captus, vocem asperam, equi præsertim hinnitu, & hirci halatu permistam ædidit, Plutarchus in Sylla. Et paulò pòst, Pridie quàm Campaniam ingrederetur, duo eximiæ magnitudinis hirci iuxta Ephæum montem conferere conspecti sunt, omnia quæ inter pugnandum euenire mortalibus solent, nunc inferentes, nunc tolerantes. Erat autẽ visio, quæ paulatim à terra eleuata quaquauersus per aërem dispergebatur, obscuris idolis perquam similis: postmodum euanuit. Βαιὸν τ' ἀπὸ μακρὸν ἐρεμνὸν τράγον ἐξ ἀγέλας τρηχὺν ἐπὶ πέτρας ἐσχατιὰν ἀνέβαινε, Theocritus in epigr. ad Musas & Apollinem.

d. Elephanti ex animalibus maximè exhorrent hircum, ceraste, (arietem intelligo,) porcũ: quibus sanè machinamentis Romani elephantos Pyrrhi regis primum vertentes, victoria sunt potiti, Volaterranus.

h. Græcis sacrificaturis capros ciceribus explorare moris erat: nã si gustare abnuissent, concipiebant indole haud valere satis, Cælius. Perfectum sacrificium sue, tauro, hirco, & ariete constabat: hoc hecatomben & trittyn vocabant, vt exposuimus in Boue gluribus. Heroibus tauro, capro, & ariete litabant, Gyraldus. Apollini, Homero teste, vnus tauro, alius ariete, aliquis hirco sacrum fecit. Agatinius Gottici belli lib. 2. author est, ingruente Persarum bello in Marathonijs campis, vouisse Athenienses, totidem se hircos Dianæ immolaturos, quot peremissent hostes. Quod cum implere in primis cuperent, non quisse tamen, etiam capris adiectis vel succidaneis, Cælius. Capram & hircum Mendesij pro dijs sibi consecrarunt, Gyraldus, & Strabo lib. 17. Idem tum Pàna tum hircum vno vocabulo Menden appellant, vt supra dixi in prima parte huius capitis. In Capra etiam ex Herodoto retuli quod Mendesij capras & hircos venerentur: & de hircinis cruribus Panos, vnde & τραγοσκελὴς cognominatur & τραγοβάκχαι, vt explicaui vltima parte capitis octaui de Capra. Hircum (Aegyptij) deificarunt, sicut & Græci Priapum: & propter eam corporis partem à qua sit omniũ ortus, pudendis non solum Aegyptij sed alij plures sacra faciunt, Diodorus Siculus. Bacchi transformationẽ in caprum, Ouidius lib. 5. Metamorphoseon describit: Hircum Baccho sacrificant, inquit Phurnutus, eò quod vites & ficos lædere existimetur. Quamobrem excoriato etiam hirco in vtrem insiliunt agricolæ iuuenes in Attica vicis (Hunc Ascoliorum morem in capra iam explicaui:) Sed forte hac victima Bacchus gaudet, quoniam & ipse hircus sit. Vergilius lib. 2. Geor. cum quadrupedes vitibus infestas nominasset, subiungit: Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Cæditur: & veteres ineunt proscenia ludi, &c. & mox post mentionem ascoliorum, id est, saltationis super vires caprinos vel hircinos vino repletos. Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram: Pingulaq; in veribus torrebimus exta colurnis. Victimæ numinibus (inquit Seruius in hunc Vergilij locum scribens) aut per similitudinem, aut per contrarietatem immolantur per similitudinem, vt nigram pecus Platoni: per contrarietatem, vt caper qui obest vitibus, Libero. Aris autem omnibus, non sine causa dixit. Nam cum numinibus cæteris variè pro qualitate regionũ sacrificetur, &c. Libero vbique caper immolatur. Prima existimatur hostia (inquit Probus) fuisse sus, quia terram rostro protrudendo semine erueret: secunda caper, quia vitem læserat: quod & Pythagoras etiam testatur apud Ouidium libro 15. Metamorph. Meminit etiam Varro lib. 2. cap. 4. Icaro patri Erigones, Liber pater vinũ & vitem, & vuam tradidit: qui cum seuisset vitem ipsam, & hircus in vineam se coniecisset, & quæ ibi tenerrima folia viderat decerpsisset, ex pelle eius vtrem fecit, ac vento plenum perligauit, & in medium mare proiecit, suosque sodales circa eum saltare coegit, Higinus. Incensis iam altaribus, & admoto hirco, id carmen quod sacer chorus Libero patri reddebat, tragœdia dicebatur, hoc est ab hirco vinearum hoste, & à cantu, vt refert Donatus. Vel quod vter ex eius pelle vini plenus, solenne præmium cantoribus fuerat: vel quod hirco donabatur eius carminis poëta. Ouidius lib. 1. Fastorum: Sus dederat pœnas: (propter agrum scilicet rostro effossum, & segetem vastatam,) Cereri immolata, exemplo territus horum. Palmite debueras abstinuisse caper. Quem spectans aliquis dentes in vite prementem, Talia non tacito dicta dolore dedit. Rode caper vitem, tamen hinc cum stabis ad aras, In tua quod sparsi cornua posse. erit. Citat hunc Ouidij locum Politianus in Miscell. cap. 26. & adijcit etiam Euenij distichon Græcum, ex quo Ouidium transtulisse apparet. Id huiusmodi est: Κλαῦσε Φάγης ὅτι εἶζαν, ὁμοῦ τε καρποφάγους, Ὅσσον ἐπηυξήσαν καὶ τραγοβοσκίαν. Et mox, Asseramus etiam (inquit) quod apud Suetonium in Domitiano est, his verbis: Vt edicti de excidendis vineis propositi gratiam faceret, non alia magis re compulsus creditur, quàm quod sparsi libelli cum his versibus erant: Κλαῦσε Φάγης ὅτι εἶζαν, ὁμοῦ τε καρποφάγους, Ὅσσον ἐπηυξήσαν καὶ τραγοβοσκίαν. Quod enim supra vitis capro minitabatur, hoc eadem nunc Cæsari, pulcherrima parodia: Vel si me inquiens, ad radicem comederis: tantum tamen vini producam, quantum immolando Cæsari possit infundi. Distichon Euenij in hircum, apud Varinum etiam reperi, in voce Ἀσκωλιάζειν. Cares pro hirco canem immolabant, vnde factum est prouerbium Caricum sacrificium, vt in Cane retuli. Veneris κατάγωγις, id est, vulgaris dictæ effigies ex ære hirco etiam æreo insidet. Scopæ statuarij opus, apud Pausaniam Eliacorum lib. 2. Cur autem hirco insideat lectori coniiciendum relinquit. Mihi quidem ratio in promptu apparet, quod hircus maximè obnoxius libidini sit: cui gentiles pandemon suam Venerem præficiunt, quam ad vraniæ, id est cœlestis, differentiam ita cognominant: nisi quis historiam aut fabulam potius quam Gyraldus, vt nũc subijciam, refert huius rei causam fecerit. Epitragiam Venerem, inquit, Plutarchus in magnis Parallelis scribit vocatam, cum Apollo Delphinius (Delphicus Cælius) Theseo respondisset, nauigaturo in Cretam, vt deligeret sibi nauigationis ducẽ Venerem, & is ad mare capram deæ immolaret, statim ea in marem est mutata, ἀπὸ τοῦ τράγος videlicet denominata ἐπιτραγία, id est ab hirco, id sexta instantis Munychionis, hoc est mensis Martij contigisse idem Plutarchus est author. Hæc Gyraldus. Extat apud Martialem lib. 5. lepidissimum Epigramma, quo narrat historiam sacerdotis, qui cum hircum Baccho mactaret, agrestem & rudem quendam hominem sibi inseruientem, testiculos acuta falce secare iussit. Teter vt immundæ carnis abiret odor. Interim occupati circa hircum inclinatiq; sacerdotis ferorum apparens, rusticus re male intellecta subito resecuit, antiquos sacrorum ritus id postulare existimans. Sic modo qui Tuscus fueras, nunc Gallus haruspex. Dum iugulas hircum, factus es ipse caper. Anytes epigramma in pueros hirco inequitantes Anthologij libro 1. sect. 33. extat huiusmodi. Ἵππον ἐγὼ παίδων ἐπὶ τῷδε, ξανθότριχες ἑταῖροι,

τέθνη-

quod ex œdorum (sic scribit sine aspiratione) pellibus fiebant calciamenta, vt ex antiquis, inquit, marmoribus Romæ coniecimus. Idem his Martialis poetæ ad Phœbum versibus comprobat, Qedina tibi pelle contegenti Nudæ tempora verticemq; caluæ, Festiuè tibi Phœbe dixit ille. Qui dixit caput esse calciatum. Festiuè autem dixit, propterea quod Romani temporibus illis in calceamẽtis vterentur pellibus œdinis. Hæc Bayfius. De pellium caprinarum vsu ad vestimenta, superius in Capra dixi, cap. 5. Πρωτογονικὸν ἱμάτιον ἐστὶ δέρμα αἰγὸς ἀμνείου, Δέρματα αἰγῶν ἀμνείων Βασιλεῖ ἐφόρεσαν Τὰ καλὰ ἐπὶ πάντα νέμεσθαι, Hesiodus. Glutem fit ex corijs vaccæ ouis & hœdi Albertus. Lectulos pellibus hœdinis sternere Cicero lib. 2. de Legibus. Euphorbiæ incisæ conto subditur excipulus ventriculo hœdino, Plinius. Agni & hœdi lasciuientes, & inter se saltantes, lætos (serenos) dies promittũt, Aelianus. Si sese sustollant saltibus hœdi, vel si iuge gregi cupiant hærere nec vsquã matribus abscedant, & si sine fine modoq; Pabula delibent cùm tutas vesper adire. Compellat caulas, monstrabunt adfore nimbos, Auicenus. Cauendum ne anseres hœdinos pore in ósue pilos deuorent; exoluunt enim eos si vorauerint, Anatolius. Verres. iuuencos, arietes, hœdos, decrescenter luna castraro, Plinius. Aliqui pilos hœdorum sustiunt, & eo nidore fugant, serpentes, Plinius.

F.

Hœdus ab edendo dictus est, inquit Isidorus, teneri enim pinguissimi sunt, & grati saporis. Circunferebantur & hœdi frequenter in conuiuio varijs parati modis: ἀλλαντοποιὸς ἔφη (forte πολὺ) ἐν ὑπερβολῇ ἐστὶ, ἡδὺ τὸ τῶν ἐρίφων ἔντερον ἐὰν ὀπτηθῇ πρόσφατον, Athenæus lib 9. per ὄπιν vel laser intelligo quo conditi fuerint, vel potius lacteum in ventriculis eorum concretum succum, quo ad caseos coagulandos vtuntur. Hœdi apud veteres ex Melo (Medica insula, Varro dere rustica, corruptè vt iudico) præcipue laudabantur, vt scribit Pollux: aut ex Ambracia, vti est apud Gellium, Cælius. Homines gulæ ac ventri dediti non desinent celebrare hœdos è Melo, Clemens in pædagogo. De Viburtino veniet pinguissimus agro Hœdulus, & toto grege mollior, insciusque herbæ, Necdum ausus virgas humilis mordere salicti, qui plus lactis habet quàm sanguinis, Iuuen. Sat. 11. Similiter omni tempore anni conueniunt hominibus temperatis aut calidis carnes hœduli lactentis aut vituli si possint haberi. Arnold. de conf. san. Hœdulus ad domini saltet, sed si frigidus, aras. Vix calet ille, ægris vda alimenta feret, Bapt. Fiera. Ex pedestribus animãtibus suilla caro probatissimus cibus est, deinde hœdina, mox vitulina, Galenus in libro de boni & mali succi cibis. Hircinæ & caprinæ non vndequaque laudabilis sunt alimenti: vt arietes etiam & oues agniq; : solis autem hœdis innoxiè vtare. Galenus in libro de attenu. victu. Hœdorum carnem, etiam vt primum in lucẽ æditi sunt, in cibo non illaudabilem esse, ex Galeno docui iam in Vitulina. Hœdorum caro minus excrementi habet quàm arietum, Auicenna. Hœdorum carnes facile concoquuntur, & modicè nutriunt (vt Gyraldus vertit: Græcè legimus ξυμμέτρα id est, temperatæ sunt:) sanguinemq; tenuem & humidum gignunt: calidas & siccas habitudines ac temperaturas iuuant. Sunt verò meliores melioris q; succi, qui nec nimis tenelli sunt, nec nimis natu maiores. Nam qui sex menses excedunt, non hœdi, sed capellæ, ἔριφοι, vocantur. Rufi sanè & glauci, cæteris meliores sunt: sed colicis morbis nocent. Aiunt quoq; [illegible] ὄδ si pulmo eorum (ante potum) edatur, ea die temulentiam auertere, Symeon Sethi. In omni sacro igne neque lenibus & glutinosis cibis neq; saltis & acribus sed his qui inter vtrunq; sunt, qualis est panis sine fermento [illegible], hœdus, aues exceptoq; apro omnis ferè venatio, Celsus. Ebrietatem arcet hœdinus pulmo Plin. Hœdi carnes hyeme improbantur, conueniunt æstate, reliquis temporibus mediocres sunt. Ratis vt in Dacunini citat. Hœdinam carnem, qua nulla inter domestica animalia potior habetur, edito. Parum enim recrementi in se habet, facillimè concoquitur, bene alit, sanguinem bonũ generat, calido & frigido contemperatum. Hic cibus conuenit lautè viuẽtibus, Platina. Et paulò ante, Ex capris (inquit) hœdi lactentes esu sunt optimi. Et alibi, Hœdi vtrumlibet (assi vel elixi) cocti, suaues & salubres sunt: coxæ tamen assæ, meliores habentur. Eadem & de agni coctura. Hœdus in allio. Integrum hœdum (inquit Platina) aut quartam partem, tessellis lardi & *spinacis mundi allijs circunquaq; impactis, veru ad ignem voluito: humectatoq; frequenter cũ ramusculis lauri aut rosmarini, ex hoc, quod nunc scribam, condimento: Cum agresta cumq; iusculo pingui duo vitella oui bene agitata, duas spicas allij benè tunsas, modicum croci, parum piperis misceto, in patellamq; indito. Inde, vt dixi, quod coquitur, aspergito: coctum, in patinam ponito, partemq; condituræ infundito, ac petroselinũ minutatum concisum inspergito. Hoc obsonium bene coctam cito comedi debet, ne refrigescat: oculos hebetat; Venerem demortuam excitat. Ex eodem Platina quomodo paretur artocreas ex hœdina carne, in Vitulina iam dixi, est enim eadem ratio. Sanguis hœdi in cibum formatus, quem sanguiculum vocant, cœliacis & dysentericis à quibusdam commendatur, Plinius. Aliqui sanguiculum, hœdi vel suis sanguinem exponunt, in cibum formatum, Talis nimirum erat φελλὸς ζωμὸς Lacedæmoniorum. Ἀμυκτὰ, obsonij genus vel farciminis ex sanguine; memini Pollux [illegible] garum quoddam è thynni intestinis cum branchijs, sanie ac cruore confectum, quasi sanguiculum, Lexicon vulgare. Iocinora siue pulmones: Iocinora hœdina vel agnina sic coques (verba sunt Apicij 7. 10.) Aquam multam facies, & oua, partem lactis admisces eis vt incisa iocinora forbeant, coques: & cœnogaro, piperes infersto inferes. Aliter in pulmonibus: Ex lacte lauas pulmones, & colas quod capere possũt, & infringis oua duo cruda, salis grana pauca, mellis ligulam, & simul commisces & imples pulmones elixas, & concidis: teres piper, infundis liquamen, passum, merum, pulmones confringis, & hoc cœnogaro perfundis. Copadia hœdina siue agnina, (vt docet Apicius 8. 6.) Pipere, liquamine, coques cum phaseolis paratarijs (aliàs faratarijs:) sufundes liquamen, piper, laser, cuminum tritum, buccellas patus oleum modice. Aliter hœdinam siue agninam excaldatam: Mittes in cacabum copadia, cepam, coriandrum minutim succides. Teres piper, ligusticum, cuminum: liquamen, oleum, vinum: coques: exinanies in patina, amylo obligas. Aliter hœdinam siue agninam excaldatam: Agnina cruda trituram in mortario accipere debet. Caprina autem cum coquitur, accipit trituram. In hœdum siue agnum assum: Hœdi coctura, vbi cum ex liquamine & oleo coxeris incisum, infundes in pipere, laser, liquamine: oleo modicè & in craticula assabis, eodem iure continges piper asperges, & inferes, Aliter hœdus siue agnus assus. Piperis semunciam: asarcos scrupulos sex, zingiberis modicum. petroselini scrupulos sex, laseris modicum, liquaminis optimi heminam, olei acetabulum. Hœdus siue agnus syringatus: Exossatur diligenter à gula; sic vt vtter siat, & intestina eius integra exinaniantur, ita vt in caput intestina sufflentur, & per nouissimam partem stercus exinanitur, aqua lauantur diligenter, & sic implentur admixto liquamine, & ab humeris consuitur, & mittitur in clibanum: cũ coctum fuerit, perfunditur ius bulliens lacte Piper tritum, liquamen, carenũ, defrutum modicè,

modicè,sic & oleum etiam:bullienti mittis amylũ:vel cere mittitur in retiaculo vel in ſportella,& diligenter conſtringitur, & bullienti zyma cum modico ſalis ſubmittitur: cum bene illis tres vndas bullierit, leuatur, & denuo bullit cum humore ſupra ſcripto,bullienti cõditura perfunditur. Aliter hœdus ſiue agnus ſyringatus: Lactis ſextarium vnum,mellis vncias quatuor,piperis vnciam vnam,ſalis modicum,laſeris modicum,dactylos tritos octo, ius in ipſius olei acetabulum, liquaminis acetabulum, mellis acetabulum, vini boni heminam, amylum modicè. Hœdus ſiue agnus crudus: Oleo,pipere fricabis,& aſperges foris ſalem purum multo cũ coriandri ſemine: in furnum mittis:aſſatũ inferes. Hœdus ſiue agnus Tarpeianus: Antequam coquatur,ornatus conſuitur. Piper,rutam, ſatureiam,cepam,thymum modicum:& liquamine collues. Hœdũ macerabis in furno in patella quæ oleum habeat:cum percoxerit,perfundes in patella impenſam:teres ſatureiam,cepam,rutam,dactylos: liquamen,vinum, carenum,oleum:cum bene duxerit,impenſam in diſco pones: piper aſperges & inferes. Hœdus ſiue agnus paſſicus:Mittes in furnum,teres piper,rutam,cepam, ſatureiam, damaſcena enucleata, laſeris modicũ, vinum, liquamen & oleum:vinum feruens colluitur in diſco,ex aceto ſumitur. Hœdus laureatus ex lacte:Hœdum cures,exoſſas,interanea eius cum coagulo tolles,lauas: adijcies in mortarium piper,liguſticum, laſeris radicem, baccas lauri duas,pyrethri modicũ,cerebella duo vel tria: hæc omnia teres, ſuffundes liquamen, temperabis ex ſale: ſuper trituram colas lactis ſextarios duos,mellis ligulas duas, hac impenſa inteſtina reples, & ſuper hœdum componis in piro (quidam legit zirbo,id eſt omento:) & omentum charta cooperies, ſurculas: in cacabum vel patellam compones hœdum:adijcies liquamen,oleum,vinum:cum ad mediam coctura venerit,teres piper,liguſticum,& ius de ſuo tibi ſuffundes,mittes in defruti modicum, teres, recxinanies in cacabum: cum percoctus fuerit, exornas, amylo obligas & inferes,Hucuſq; Apicius lib 8.vt dixi cap.6. Pulmo hœdinus (vt ſcribit Aetius in ratione victus colicorum lib,9 cap.30) bis aſſatus ac in cibo acceptus,ſuperabundans alimentum ſubtrahere videtur: Qui verò cum lacte replent deindeq; coquunt,aut aſſant,voluptatis gratia non vtilitatis reſpectu id faciunt:multoq; magis cum fruſtatim conciſum in ſartagine torrent. Ventrem cum inteſtinis noſtri in vitulis & hœdis priuatim nominant *dan kroeſa* quæ quidem elixa & aromatibus condita initio menſæ apponunt.

G.

Celſus lib 5.cap.7. docens curationem communem aduerſus omnes morſus ſerpentium: Si neque qui exugat, inquit, neq; cucurbitula eſt,ſorbere oportet ius anſerinum,vel ouillum, vel vitulinum,& vomere: Viuum autem gallinaceum pullum per medium diuidere, & protinus calidum ſuper vulnus imponere, ſic vt pars interior corpori iungatur. Facit id etiam hœdus agnusúe diſciſſus, & calida eius caro ſtatim ſuper vulnus impoſita. Idem fere Aetius. Vide in Agno G. Aliqui carnem recentem hœdorum, (vulneribus ex ictu ſerpentium illigãt:) pilo ſuffiunt:eodemq; nidore fugant ſerpentes. Vtuntur & pelle eorũ recente ad plagas,Plinius. Aliqui contra ſpaſmum non ſine ratione, teneris & exercitis pellibus agnorum vel hædorũ oleo calido tinctis atq; malefactis loca patientia vaporauerunt,Cælius Aurelianus. Proxagoras pro epilepticis celebrat carnem agninam ſiue hœdinum atque porcinam & catulorum,Idem. Hœdorũ pilis ſuffiri vuluas vtile putant,Plinius. Ad inflammationes tonſillarum & anginas,gallinæ hœdiúe iuſculo vtere,Galenus Euporiſt,2,15. Vegetius in potione equi prophylactica adhibet caput hœdinum depilatum cum pedibus ſuis & cordulis inteſtinorum mundis. Accipitri epileptico cerebrũ hœdi edendum dato quod prius per annulum aureum traieceris & admiraberis,Demetrius.

Hœdi ſanguis (ſiccus,apud Galenum lib.2. de antidotis) vtiliſſime in antidota miſcetur, Dioſcorid. Sanguis caprinus decoctus cum medulla contra toxica venena ſumitur, hœdinus contra reliqua, Plinius. Sanguinis excreationes reficit hœdinus ſanguis recens ad cyathos ternos cũ aceto acri pari modo,feruens potus,Plinius. Porrò quod de hœdorum ſanguine prodidit Xenocrates, ratus id ob aceti miſtionem poſſe aliquid efficere, perſuaſit cuidam in agro degenti,qui rei ruſticæ quidem ſtudioſus,ſed primis diſciplinis eruditus erat, vt experiri vellet, Is retulit ſe in duobus ſanguinem expuentibus vſum,nonnullam vtilitatem expertum. Cæterum illorum neuter,ex ijs quæ mihi narrabat,neq; ex arteria,neq; ex laryngе aut pulmone expuiſſe viſus eſt. Xenocrates igitur in primo libro De percipienda ab animantibus vtilitate,vbi de hœdis diſſerit,ſcribit in hæc verba: Ad hæmoptoicos, hoc eſt ſanguinem ſpuentes,admodum vtilis eſt hœdorum ſanguis:oportet autem nondum (Marc. Vergilius perperam pro nondum habet nuper) concreto plus minus menſura ſemicotylæ tantundem admiſcere aceti acris, idq; feruefactum trifariam partiri,& in ſingulos dies ſingulas partes exorbendas dare. Itaq; licebit tibi forte fortuna in agro deprehenſo,vbi reliquorum fuerit inopia hoc vti,cum citra periculum id experiri poſſis, Galenus de facult. ſimplic.10.4. Sanguinis hœdini recentis, antequam congeletur, vncia cum aceto mixta, & triduo pota, vomitui (malim excreationi vel ſputo) ſanguinis confert,itemq; agni, Auicenna. Sanguine hœdi in cibum formato,quę ſanguiculum vocant,ad cœliacos & dyſentericos affectus quidam vtũtur, Plinius. In antidoto Vrbani apud Galenum,ad ejiciendos fœtus,miſcetur inter alia hœdinus ſanguis ſiccus. Item in antidoto quodã contra morſus viperæ,apud eundem de antid.lib.2. Hœdorum adeps minus tum calidus tum ſiccus eſt quàm caprarum, Galenus. Noſtri ex adipe de omento hœdi ſumpto, & ſtillatitio roſarum liquore macerato, in libras tribus vel quatuor caphuræ drachmis admixtis, vnguentum parant ad fiſſuras labiorum & narium vtile,& mulieribus tum aliàs tum ne facies à ſole aduratur expetitum. Galli & Itali pomatum vocant, quoniã odoris commendandi gratia poma adijciunt,hoc ferè modo: Mala quinque decorticata & in partes diuiſa, & caryophyllis infercta, in roſarum liquore moſchato macerantur quatriduo. Deinde addunt adipis hœdi recentis libram, & ſimul feruefaciunt in balneo Mariæ (vt vocant) donec omnia albeſcant: mox cum prædicto roſarum liquore abluunt,vt totum fiat album, & in vaſe vitreo reponunt. Sunt qui odoris gratia,algaliæ vel moſchi vel vtriuſq; parum miſcent. Apud nos quidam tragacantha,ceruſſæ & lactis caprini nonnihil admiſcent. Eidem viribus præditum aut etiam efficacius videtur,quod vulgo vnguentum album caphuratum vocant, oleo roſarum,cera alba, ceruſſa,albis ouorum mixtis cum modica caphura. Poſſet & calx viua,præſertim lota admiſceri,vt in illo Sexti ad labiorum fiſſuras,Sepum capreæ (tribuit autem capreæ eadem ferè omnia quæ alij capræ) & adipem anſerinum,& medullam cerui, & cepe cum reſina ſimul & calce viua facvt malagma:mirè ſanat labiorum fiſſuras. Feminum hœdi cinis inteſtina rupta ſarcire mire traditur, Plinius. Sanguinem ſiſtit, Idem. Et lacte mulieris proficit ad cacoethe,Idem. Ariſtoteles coagulum laudat ex inulo ſeu hinnulo. Nicoon (vt Nicandri Scholia citant, & Hermolaus in Plinium 11.41.) in libro de difficultatibus,optimum coagulum ait hinnuli, ſecundum leporũ, tertium hœdi. Marcellus Verg. non rectè

ſcon (vt Nicandri Scholia citant, & Hermolaus in Plinium 11. 41.) in libro de difficultatibus, optimum coagulum ait hinnuli, ſecundum leporum, tertium hœdi, Marcellus Verg. non rectè agni pro hœdi in huius authoris testimonio posuit. Coagulum hinnuli, leporis, hœdi, laudatum: præcipuum tamen dasypodis, Plinius. Leporino coagulo pares habet vires coagulum hœdi, agni, hinnuli, &c. contra aconiti potum in vino, & concretam lac, in aceto conuenienter assumuntur, Dioscorid. Reliquas vires, vtpote communes, sed leporino præstantiores, in Leporis historia dicam. Coagulum hœdi contra potum cicutæ (lege aconiti, ex Dioscoride) prodest: ijq; qui fungos comedit. Haly. Plinius priuatim commendat contra viſcum, (ixian chamæleontem:) & chamæleontem album, ac ſanguinem taurinum, contra quem & leporis coagulum ex aceto bibatur. Contra pastinacam omnium marinorum ictus vel morsus coagulum leporis vel hœdi vel agni, drachmæ pondere ex vino sumitur. Plinius, In profluuio sanguinis hœdi coagulum bibi vtile putant, Plinius. Et alibi, Coagulum hœdi tertia parte ex aceto potum sanguinis excreationes reticit. Ex aceto sanguinem sistit, Plinius. Exiccat etiam coagulum hœdi, cerui verò magis inspissat, Actius contra reiectionem sanguinis. Magnitudine fabæ in vino myrteo emissum, & ieiuno cœliaco potui datum efficaciter prodest, Marcellus. Cœliacis & disentericis coagulum hœdi in vino myrtite magnitudine fabæ quidam propinant, Plinius. Coagulum hœdi aduersus alui profluuium Hippocrates laudat. vt dixi in remedijs ex caseo caprino. Acerrimo aceto maceratum aduersus muliebre profluuium ieiunæ propinato, Galenus Parabilium 2. 73. Dorcadis, hœdi leporis coagulum & fel cum agnino sanguine & adipe, medullaque ceruina, nardino & rosaceo oleo commisce & post purgationem subdito (vtero prius purgato,) scilicet vt conceptus fiat, Aelian. 16. 34. Ebrietatem arcet pulmo apri aut suis assus, ieiuni cibo sumptus eo die: item hœdinus. Plinius & Symeon Sethi. Pulmonis hœdini combusti cinis prurigines oculorum discutit, & scabras palpebras emendat, si quasi stibium imponatur, Marcellus. Vrinæ incontinentiam cohibet vesica fœminæ suis combustæ ac pota: item hœdi, vel pulmo, Plinius. Hœdorum lien impositus lieni sedando prodest, Plinius. Impositus lienem digerit, Galenus Parabilium 2. 40. Hœdinus lien, similiter vt hircinus, super splenem infantis adpositus, & tumores & dolorem eius emendabit, Marcellus. Hepar animalium non competit temperatis atque cholericis & habentibus debilem concoquendi vim: Solum hepar hœduli competit interdum prædictis, moderatè assum. & similiter cerebrum ipsius tactum, non si perfectè assetur. Arnoldi de conseru. saluitate. In monte Atlante Getuli, qui euphorbium legunt, hæc lino lacte adulterant, sed discernitur igni. Id enim quod succerum non est, fastidiendum odorem habet, Plin. De vesica paulò ante diximus in pulmone.

H.

Hœdus animal est ex capra genitum: quod nomen doctiores plerique cum æ diphthongo scribunt, præposita aspiratione, paucissimi cum eadem diphthongo: sed absq; spiritu: multi aspirant quidem, sed diphthongum æ subijciunt. Grammatici quidam hæc ἀπὸ τοῦ αἴδειν deriuant, qua quidem ratione scribendum foret ædus, quod nusquam reperitur. Isidorus, vt dixi in F. ab edendo. Alij denique hœdum dictum volunt quasi fœdum lingua Sabina, in qua F. litera in aspirationem vertitur. Hœdulus etiam & hœdillus diminutiua leguntur. Et Tyburtino veniet pinguissimus agro hœdulus. Iuuenalis Sat. 11. Dic igitur me tuum passerculum, gallinam coturnicem, Agnellum, hœdillum, Plaurus in Asin. Ἔριφος Græcè hœdus dicitur, vsque ad tres vel quatuor menses, deinde χίμαρος: (quod etiam de hirco nondum adulto inuenitur, vt supra dixi,) donec pariat & mulgeatur: à partu iam χίμαρος & αἴξ nuncupatur: De mare verò ἔριφος, & cum adultus est τράγος dicitur, Varinus. Ἔριφος· ὁ χίμαρος αἴξ, ὁ ἐν τῷ ἔαρι φανείς. τράγος δὲ πρόσηκος· χίμαρος δὲ τὸ θῆλυ, Hesychius, Etymologus, Varinus. Ἔριφος· τὸ αἰγῶν τέκνον, Pollux Ἔριφος χίμαρος, Hesychius Varinus Χίμαιραι, capræ hibernæ, vel hirci, vel hœdi, Hesychius. Chimari inter hœdos & hircos ætate media sunt, Varinus ex Aristophane grammatico. Ἐρίφιον. ἔριφοι, Achaici. Iidem. Ἔριοι, oues teneræ, vel hœdi, hyeme nati, Varinus & Hesychius. Ἔριφος Homero dicuntur αἰγὸς γαλαθηνὸς καὶ ἁπαλὸς καὶ δροσώδης. Σπανὸς ἔριφος· ἡ εὐθὺς τεχθεῖσα. Scholia in Homerum, Hoc est capellæ teneræ & roscidæ, vel minimè natu: nam hesternus est. Hinc, ἐριφεῖον & ἐριφεῖον interpretantur nouellum, roscidum, tenerum, humidum, pulchrum recens, purum & ἔρια similiter, item verna. Ἀδρυκὴς, ἔριφος, Hesychius. Καπρογενὲς, hœdus. Hesychius & Varinus: è quibus καπρὸς etiam pro capra exponitur, ex Gortyniorum dialecto. Διακαλαμοκόπται apud Rhodios dicti sunt hœdi in lege quadam, οἱ τὸν καλαμὸν τῶν σπερμάτων διαβιβρωσκόμενοι, id est, qui frugum culmos iam depascerentur, Hesychius & Varinus. Epitheta: Neque oues, hœdique petulci floribus insultent, Vergilius. Præterea teneri tremulus in vocibus hœdi. Corniferas norunt matres, Lucretius. Splendidior vitro, tenero lasciuior hœdo, Ouidius 13. Metam. Lasciuum pecus, & viridi non vtile Baccho. Dat pœnas: nocuit lam tener ille Deo. Martialis. Apud Rhausium leguntur etiam ista. Tenellulus, Petulans, Vagans. Corniger. Mollis, Lactens, Pinguis. Σπαναὶ ἔριφοι, Theocr. Id. 8 Ἐριφρίδηνος, Oppianus. Etiphiam herbam multi (magi) prodidere: Scarabeum hæc in auena, id est, caule) habet, sursum deorsum decurrentem cum sono hœdi, vnde & nomen accipit. Hac ad vocem nihil præstantius esse tradunt, Plinius. Videntur sanè magi hoc exeremedium vocem ad commenti, quòd vocalis aut sonorus potius in ea scarabeus (si credere libet) discurrat. Etiphia (vt habet Ruellius tanquam ex Plinio, mihi Plinij locus iam non occurrit) septem lanuginosis ramulis apij modo foliatur: purpureo flore, & eo quidem perenni, semine fabaceo, totidem radiculis quot ramis. Vidimus (inquit Ruellius) in editissimis montibus inter saxa herbam apij folijs, ramosam, leui lanugine pubescentem, purpureo flore adhuc exitu autumni & per hyemis initium emicante, semine fabaceo, ramulis pluribus, foliatis, rubentibus: radice crassa, longa. Sed non animaduerti si eot radiculis fibrata esset, quod est ramalis brachiata, eam tamen crediderim ranunculi genus esse, quod flore purpureo à Dioscoride notatur. Etificium (vt habet liber Galeno adscriptus de simplicibus medicamentis ad Paternianum cap. 97.) herba est quæ in summis montibus inuenitur, folijs apij, thyrsulo oblongo: in cuius summo floseculus quasi violaceus est, & semen in medio: radix ad magnitudinem & valitudinem in specie cepæ oblongæ, & velut ad vnum extuatæ (lego. ad imum extenuatæ, vt in luparia nostra cærulea. vide in Lupo a. vbi de aconito:) habetq; radices alias quæ sic radiculas minutes è latetib. emittunt nigro cortice clausas: hæc ipsa viribus est aconito similis & thapsiæ: proprioque omnes illæ probare debita. Etipha & Pathenia. nomina equarum Marmacis proci Hippodamiæ ab Oenomao occisi. Cælius. Hœdi, stellæ duæ sunt, quas Auriga (quod signum cœleste est super cornua Tauri) in manu tenet. Poetæ nimbosos & pluuiales cognominãt, quod eorum ortus & occasus grauissimas excitet tempestates. Quantus ab occasu veniens pluuialib. hœdis, Vergilius 9. Aeneid. Hœdi pride nonas Octobris oriuntur

 vesperi,

vespere aries medicus occidit, Columella lib. 11. Vide supra in Capra sydere. Eriphus pœta comicus fuit cuius fabulæ feruntur, Aeolus, Peltastæ, Mœlibœa, teste Athenæo lib. 14. Suidas. Philiriphos, nomen rustici in sluis Aeliani.

b. Χόριον, τὸ χρῶν καὶ ἱμάτιον ἀγγεῖον, Hesych. & Varinus: sacci forsan aut peræ ex pellibus agninis hœdinisue. Chorion alias secundas significat, siue inuolucrum, quo fœtus in vtero inuoluitur.

c. Subrumari dicuntur hœdi (vel agni, vnde agnus subrumus) cum ad mammam admouentur, quam alij dicunt tumim (sic enim lego) vel quia rumine trahunt lac sugentes, Festus. Vagitus similes puerilibus hœdum Ardentem, Ouid. 11. Metamor.

d. De hœdo qui tigridi familiaris fuit in Tigride dicam. Captilus est auis, quam venatur draco, cum debilitatur in venando hœdus & arietes, &c. Syluaticus.

e. Strault pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, Cicero pro Mur. Hœdile stabulum hœdorum est. Nec vrides metuunt colubros, Nec Martiales hœdilla lupos, Horatius 1. Carm. Vermem qui in Indo flumine reperiri septem cubitorum longitudine, capturi, agnum aut hœdum in hamum implicant. Aelian.

h. Veteres Græci hœdorum, agnorum, vitulorumq; inspectis intestinis futura prædicabant, Gyraldus ex Pausania. Bacchum eriphon dictum fuisse Hesych. & Varinus meminerunt: Phutnutus hircum fuisse Bacchum, vt supra narraui. Fauno res diuina nonis Decemb. de hœdo & vino fieri solebat. Horatius tertio libro Carm. ad Faunum ipsum canit. Si tener pleno cadit hœdus, anno. &c.

Anus hœdus, γραῦς ἔριφος: Apollodorus apud Zenodotum (Hesychium & Varinum) ait anum quandam fuisse, quæ dicta sit Eriphia, (legendum Eriphia) quod in virginitate consenuisset: perinde quasi eadem & anus esset per ætatem & puella, quod adhuc innupta. Sunt qui tradant locustã agrestem à nonnullis *mantin* appellatam, in Sicilia γραῦν ἔριφον appellari. Aiunt autem quodcunq; animal aspexisset, illi mali quippiam accidere. Proinde in mulierem veneficam & fascinatricẽ quadrare videtur: quod genus apud Horatium Canidia, Erasmus, Apud Suidam legimus γραῦς σιέριφον, in eam, quę virgo consenuerit: per translationem ab atuensi locusta, quam γραῦν ἐριφίαν & *mantin* vocitant. Sic canibus catulos similes, sic marribus hœdos, &c. Verg. Aeglog. 1. Vel hœdus ereptus lupo, Horat. in odis citat Erasmus in prouerbio: è faucibus lupi.

DE CAPRIS SYLVESTRIBVS.

Pictura hæc rupicapræ est, in Heluetiorum montibus apud Rhætos & Valesios præsertim frequẽtis, de qua infrius in hoc capite seorsim agetur.

Aprae (syluestres) in plurimas similitudines transfiguruntur. Sunt capreæ, rupicapræibices: Sunt & oryges, damæ, pygargi, strepsicerotes, multaq; alia haud dissimilia. Sed illa alpes, hęc trãsmarini situs mittunt, Plin. 8. 53. Prætera hæc, plura etiam Græci nomina habent, & alia Hebræi. vt mox apparebit, quæ quidem inter se conciliare difficillimũ est. Non solùm enim recentiores multa ex his nominibus non intelligunt & confundunt, & aliter interpretantur: sed veteres etiam Græci Latinique multa non satis intellexisse videntur. quod inde colligimus, quoniam Latini Græcis subinde nominibus vtuntur, vt sunt dorcas, platyceros, pygargus, strepticeros, bubalus, oryx: nimirum quòd cum Italiæ peregrina hæc genera essent, præter dorcadem, peregrinis quoque nominibus vti necessarium fuit: quod tamen minus molestum nobis esset, si accuratiores singulorum descriptiones vel ab ipsis vel a Græcis haberemus. Multi simpliciter de feris seu syluestribus quædam scripserunt in vtraque lingua, id quoque nimis obiecturẽ: cum omnia iam dicta genera capræ syluestres appellari possint. Ego quæcunq; de capris syluestribus, non alio nomine adiecto, scripta reperio, primo loco quàm maximè possum perspicuè proponam, mox singulatim de reliquis acturus.

Capras nonnulli (inquit Isidorus) à crepitu crurum dictas volunt, vnde eas creas (crepas potius) vocitant, quæ sunt capræ agrestes: quas Græci pro eo quòd acutissimè videant δόρκαδας & δέρκεσθαι, dorcas appellauerunt. Morantur enim in excelsis montibus, & quamuis de longinquo, vident tamen omnes qui veniunt. Eadem autem & capreæ, eædem ibices, quasi auices eò quod instar auium ardua & excelsa teneant, in sublimibus inhabitent: ita vt die sublimi vix humanis obtutibus pateant: vnde & meridiana pars ibices (ibides) aues vocat, qui Nili fluentis inhabitant. Hæc itaq; animalia in petris altissimis commorantur: si quando ferarum vel hominũ aduersitatem perferunt, de altissimis saxorum cacuminib. sese præcipitantes, in suis se cornibus illæsas suscipiunt, Hęc Isidorus, qui hoc tempore doctissimus habitus est, nec vllus opinor eo eruditior ab eius ætate ad nostri vsq; sæculi tempus, cum bonæ literæ renasci cœpere, scriptis aliquid mandauit. Sed quàm ineptè tũ alia quædam in his, quæ iam retulimus scripserit, tum tria syluestrium caprarũ genera pro vno acceperit, manifestũ est quàm vt reprehendendo immorari debeam. Similiter author libri de natura rerum, capram syluestrem capreolam (sic enim vocat) & rupicapram, vnũ animal facit: quod in suum genus sæuiat, in alias autem bestias timidũ & mansuetum sit: Cum à canib. vrgentur, in montes altissimos confugere: plurimam inter mares discordiam esse propter fœminas, tempore libidinis. Idem in Creta pulegij pastu sagittas, quibus vulneratum est, exigere scribit.

In Italia circum Fiscellum & Tetricam montes multæ sunt capræ feræ, Varro. In Soracti Fiscello (vt Cato scribit

scribit in Originum lib. citante Varrone) capræ feræ sunt, quæ saltuntè saxo pedes plus sexagenos. Capræ quas Varro à capris feris sunt ortæ, à queis propter Italiam Caprasia insula est nominata, Varro. Capræ quædam sylvestres nigræ, capiuntur aliquando circa Campaniam Galliæ, aduenium autem noctu tantum certo quodam anni tempore ex sylua Arduenna (quæ plana non montana est) non multum distante. Cornua eis simplicia (non ramosa,) Alylius. Ecce feræ saxi detectæ vertice capræ, Decurrêre iugis, alia de parte patentes Transmittunt cursu campos, atq; agmina cerui, Puluerulenta fuga glomerant, montesq; relinquunt. Verg. 4. Aeneid. Seruius hic feras capras interpretatur capreas. Et bene aptat (inquit) descriptionem ad species: vt ceruis campos, capreis saxa permittat. Atqui Aristoteles capras sylvestres in Africa nullas esse scribit, vt ceruos quoq;, Plinius ceruos & capras in Africa esse negat. Rasis monstratum capratum ieuum coctum cum paltibus, prodesse scribit pulmoni vlcerato. Dioscorides caprinum ieuū simpliciter in sorbitione, Plinius in pulte ex altea phthisicis commendant. Idem Plinius alibi, rupicapræ ieuo ex lacte ophthisicum liberatum scribit. Quamobrem nihil refert an montanas capras apud Rasim feras intelligas, aut domesticas in montibus pascentes. יחמור samer Hebræis camelopardalin esse docui supra, quamuis nonnulli capream vel rupicapram exponunt: quidam adhuc ineptius alcen. יחמורי lachemur, lib. 3. Regum cap. 4. quidam capram sylvestrem exponūt, alij rupicapram, alij bubalum & animal capræ magnę simile esse scribunt: ego bubalum esse coniecerim, non bouē sylvestrem, sed ex caprarum sylvestrium genere, de quo infra dicam. De יעלה ako voce, quam aliqui hircum sylvestrē interpretantur, vide in ibice insertus. Alselacha (veteris glossarū interpres altuledari habet) est vrina hircorū montanorum, vt patet apud Auicen. lib. 4. fen. 4. tract. 2 vbi docet modū cōfectionis alselacha. Andr. Bellunensis. Ego in loco ab eo citato nihil tale inuenio.

Ἴξαλος αἴξ apud Homerū Iliad. 4. multis modis interpretātur pleriq; caprā sylvestrem: Porphyrius candē castratā, quia sępius ferę capręadultæ dū in venationib. fugiūt genitalia atterūt, & ita castrantur. Alij ἴξαλον exponūt τέλειον, πολυτιμον, ἰσχυρον. Suid. ἴξαλος αἴξ alij libidinosum. Hesych. ἴξαλος καὶ πήλωνα, καὶ ἔτι τὰς τῶν ἐλαφῶν ἐγκύους ἴξαλους λέγουσι. alij denique ἴξαλον μὴ χειμῶνα ὄντα ἀλλὰ καθ' ὅλου τὸν χρόνον τῶν τικτόντων, ἵνα μὴ ψόφον παιδία· sed hoc sylvestri caprę, de qua Homerus loquitur, conuenit. Sunt autem Homeri versus illi, de Pandaro qui in Menelaum sagittam immisit.

Αὐτίκ' ἰὸν λαιμῷ ἐνέρεισε γενείου πρόσσω αἴγλης
Ἥρης ἐνθαίνοντα· δεδεγμένο δ' ἐς πρόσθεν ἔκυρσε,
Τῇ ῥα μιν ἐκ κεφαλῆς ἐκκαδε κάδωσε πρὸς ἄντην.

Βεβλήκει πρὸς ἄντα· διὰ δ' ἄντικρυς ἐπέρησε,
Καὶ τε μιν ἀσπαίροντα κατ' οὐδεος ἦκε χαμᾶζε.

Ἐκκαλιχαίνω cornua Scholiastes exponit, quę extendātur ad septem palęstas, id est, palmos repetitos: illis quia sedecim annis fieri dicta suspicantur, quod ἔτος annus sit. Mihi quidē hoc sylvestrię caprę genus, ibex videtur propter cornuū magnitudinem: de qua infra. Est & ἴξαλος inter hirci epitheta, vt supra dixi. Vide Eustathium in Homeri versus iā recitatos. Ἴξαλον, πλέον αἴγος δέρμα, Varin. Eustath. in quartū Iliadis ἴξαλος reperitur pro lima circūfusa, de pelle caprina, vt λέοντη de leonina, in regio quodā rhetorico. Ἴξαλον αὖ δέρμα αἰγὸς λέγουσιν ἡ ἀκμὴ τοῦ σιδήρου ἐν τῷ ἐπιγράμματι τῷ περὶ τὴν ἐκ τοῦ σιδήρου πετάλου, in epigrammate quodā, vt citatur à Suida. Reperitur et ā hirce epitheton ἴξαλος in epigrammate. Κεμάσιον, Hesych. exponit caprā sylvestrē. Ἴσσιν, Cretenses vocāt patres, aut hircos sylvestres, Hesych. apud Varinū aspiratur. Ὑπαγρος, capra sylvestris, Hesych & Varin. Ἰγρις, caprę ferę, Ἰγρίδες, hidē. Ἴγρια, capra fera, Hesych. ἴγρις capra simpliciter, & vomer aratri, apud eundem. Cetoi appellatione forte intelligit Aristot. etiā capreas, & damas. & capras sylvestres. Niph Αἰγάνουσι, animalia quę lā dicit, citā Hesych. & Varin. Grēci quidē platycerotes hodie αἴγαγρι vocant. Αἰγαγρίνα, αἰγαγραίνα, Varin. & Hesych. quanquā hīc nō suo loco sed post Αἴγαγρος hāc vocē habet. Apud vtrunq; etiā αἰγάγρος eodē sensu legimus αἰγάγρεως quoq; alicubi, ni fallor, legi. Αἰγάγρ, genus animalis. Suid. & Varin. Legitur & αἰγάγρη in fœminino genere apud Suidā, sed nud ūnomē Sigismund. Gelenius in Lexico suo symphonō αἰγάγρου & πικλίδα picā vario colore insignē nominat, vocabulis ab eo reperiis apud recentiores quosdā Grœcos, quib & agriilustram ceu Latinā vocē adiungit, quę ad ægagrum alludit.

Αἰγάγρ' ὥστε πέλει, πρόβατον περιποίμνιον αἰγὸς φύλαξ,
Μηρύσασθαι ἀπ' ἀγρομένων, ὅτε κεν πολὺς ἔλθῃ ἀγυιᾶς.

Οὐ πάνυ τι τῶν ἄγαν ἄγριον, λάσιον τὸ γένειον
Σκληρόν τε καὶ φαλακρὸν φρύαγμα περὶ τὸ στόμα.

His versibus Oppianus lib 2. de venatione strepsicerotes dictas intelligere videtur ex sylvestrium caprarum genere: quanquā ita constructas sic ut ermo, vt omnia nō minus ad oues quam capras pertinere videantur, quamobrem rupicapras intelligere malim, & spiralia cornua ad dorsum recurua. Paulò post sanè has capras vocat αἰγάγρους vel potius, ἀγάγρους, vt in manuscripto codice reperi: & in excusis etiā post paucos versus ἀγάγρους habetur. Sed Oppian. verba à Petro Gyllio translata apponam. Ferę caprę, inquit, nostris domesticis haud multo maiores, sed ad currendū velociores sunt, cornis in capite armatæ cornib.) Ac si quis cornib. ipsarū cerā infundit: vitæ viā, & spiritus meatum includit: quòd tenuis spiritus per media cornua ad cor ipsum proficiscetur. In hoc genere mater suos pullos etiā atq; etiam diligenter curat. Quam quidē maternam educationē filij cum pari studio compensant. Et quemadmodū homines parentem ætate affecta infirmū alunt & laboriosæ patris educationi satisfaciunt: sic captatū pulli, charos parentes senectute confectos tractant, pabulū nimirum suo ore collectū eis porrigunt, & ex fluuio haustā aquam ad potionem afferunt, ac nimirum edrū corpus horridū lingentes, nitidū reddunt. Quòd si solam matrem comprehenderis, nō inuò eā à suam capies teneram prolem. Eam sanè existimares tanquam verbis filios impellere ad fugam, procul talibus gemitibus orantem: Fugite filij infestos venatores, ne me miserā capti materno nomine priuate. Eos contra citeū matrem errantes, diceres primum luctuosam cantum occinere, deinde humana & supplici voce loqui. Per Iouem venator te rogamus, per Dianam ipsam charam matrē libera nos, & nos infelices præmium suscipe: flecte tuū durum cor, verere deorum iura, & genitoris tui senectutem. Ac enimuero cum venatoris inexorabilem animum sentiunt, sua sponte in vincula incidunt, & cum matre capiuntur.

Est & aliud genus quod ad ibicis seu capricorni nostri naturam, nisi quod maius est, accedere videtur, ab Aeliano lib. 14. cap. 16. in hęc verba descriptum: Caprę ferę ad summos Lybicorum montiū vertices commemorantur, ad bouem magnitudinē (sed boues etiam in Africa parui sunt) accedūt, ipsarū armi & crura luxuriosis pilis fluunt, ibijs paruis, frontib. rotundis, oculis raris, & concauis, non valde proiectis sunt. Cornibus post primū exortum vtrinq; ab alteris longe auersis & aberrantibus, sed curuis, nō enim similiter atq; aliarū caprarum recta existunt, sed eatenus retorquentur, vt ad armos pertingant. Ex capris longe maxima ad saltandum habilitate sunte namex cacumine in aliud longe distans cacumen transiliunt, & tametsi sępe earum quæpiam, dū ex vno vertice in alterum saltare contendit, ob nimiam intercallorum distantiam per prærupta saxa præceps agitur, nihil tamen læditur. Sic est aduersus saxorum duritiem membrorum resistendi firmitate, vt nec cornua frangat, nec caput deminuat. In summis montibus plurimas, lolertia quadam capiendi caprarij generis nimiū vel iaculis, vel retibus vel laqueis

vel laqueis, à doctrina artis venaticæ instructi comprehendunt. Iam in patentium camporum æquoribus quilibet vel tardus pedib. cas, quòd ibidem non valent ad cõfugiendum, capere queat. Earum pellis & cornua aliquot commoditates habent, nam in frigidis tempestatibus ad vim frigorum atque hyemem excipiendam pastoribus & fabris materiariis pelles mirifice prosunt. Cornua ad hauriendam de præterfluentium riuorum cõfluentibus, aut è fontibus potionem ad depellendam sitim, non minori vsui habentur, quàm vel calices ipsi: tanta enim capacitate sunt, vt in bibendo respirare sit necesse. Ab homine expoliendi bene perito cornu politum, tres mensuras capere potest.

Idem de feris in Aegypto captis, quas scorpij non lædunt: In Copto, inquit, Aegyptia vrbe & magna conficiendorum aliorum sacrorum religione Isim Aegyptij colunt, & vero eodem cultu hanc ipsam venerantur, quo aut coniuges aut liberi à lugentibus efficiuntur: Vbi isis hanc religionem possidet, ibi acerrimi ad pestiferum vulnus inferendum scorpij maximi versantur, qui vt percusserunt, statim interficiunt: ad quorum vitationem omne cautionis genus Aegyptij adhibent, sexcentaque machinamenta moliuntur, veruntamen lugentes ad Isidis fanum capræ feræ ex omnibus tegumentis nudæ inter scorpios humi iacentes ab horum acerbitate integræ incolumesque permanent, ex quo fit, vt Coptitæ eius caprini generis fœminas ad diuinitatem & religionem confectent, & religiosissime colant, eaidemque Isidi in amore & deliciis esse existiment: contra autem mares immolant.

Et pisces quidam nigri venenati in Armentia reperiuntur: horũ farina ficus conspergunt, quas in castris quæ maxime abundant feris disseminant. Bestiæ primum vt eas attigerunt, statim moriuntur capti, feræ capræ, cerui &c. nam eiusmodi animalia ficuum & farinarum auidissima sunt, Plutarch.

RVPICAPRAS etiam (quarum figuram ab initio huius capitis dedimus) Plinio inter caprarum syluestrium genera nominatas, adnumerare hic libet: quoniam hoc nomen apud solum Plinium legimus, & apud Græcos simpliciter feræ capræ dicuntur, vt coniecto: nam & magnitudine & figura tum cornuum tum reliqui corporis ad villaticas proximius accedunt, quàm vllæ reliquarum. Hæ forte sunt ἀῖγαγροι vel ἀῖγαγροι Oppiani, paulò superius descriptæ: nec aliæ fortassis Creticæ dictamni remedio celebres, de quibus infra dicam. Nomen à rupibus inditum: in iis enim per summos versantur montes Hermani appellant *gemmi* vel *gammsi*, nostri in fœminino, alij in masculino genere, Rhæti qui Italicè loquuntur, *camuza*. Hispani *capra mortes*, ni fallor. Angli *wilde goote*, id est, syluestrem capram. Poloni *dzyka koza*, id est, feram capram. Bohemi melius *horyanska kozitka*, quasi Carnicum, seu (vt nunc loquuntur) Carinthiacum hirculum: quod illa pars alpium vt vicinior Bohemis, ita est notior. Bellonius scribit Rupicapram Gallis chambris dici, in veteri autẽ eorundem lingua in ysard. vide plura in singularib. eius. Capream forte Martialis pro rupicapra improprie posuit in hoc distichо,

Pendentem summa capream de rupe videbis: *Cassiram. speres, decipit illa canes.*

Captæ genus syluestre non magnum, curua admodum vnci habet cornua, quibus se retinet cum per deuexa montium cadit, Albertus. Rupicapris cornua in dorsum aduncа, Plinius. Animalia quædam infirma habent cornua, quæ patum aut nihil eis ad pugnam conferunt: qualia sunt in captis montanis, quam *gemeze* Germani vocant. Habent enim cornua parua & inualida, quæ non tam ad pugnam, quàm ad retinendum se ceu vnco, dum rupes scandunt & cadunt interdum à naturâ eis concessa videntur, Albertus. Et rursus, Animalium cornutorum quæ apud nos apparent, minimum est caper montanus: qui rubros habet oculos, & cornu recuruum, acutissimum vsum, & gregatim pascitur, lingua nostra *gemeze* dictus. Cornua ei nigricant, nouem aut decem circiter digitos longa: multis nodosis circulis exaspirata, minoribus paulatim, in vnco nullis: is leuis & acutus est, hami instar. Parallela ferè, hoc est æquis vndique interuallis surgunt, solida, ab initio tantum circiter pollicis mensuram caua. & tertia magis quàm domesticis. Mares à fœminis in hoc genere nihil differunt, non cornibus, non colore, non reliquo corpore. Magnitudo quæ capræ villaticæ, paulò tantum altior, & corporis forma feris altis (vt nostri vocant *dem hochgewild.*) similior. Color eis inter fuscum & ruffum est: qui tamen æstate magis ad ruffum, hyeme ad fuscum vergit. Mentum partim albam, partim nigram distinctis coloribus videre. Certum est colorem eis per anni tempora mutari. Totæ albæ interdum, sed rarissime conspiciuntur. Rupes montium colunt, vt dixi, non summas tamen vt ibex, neque tam altè & longè saliunt. Descendunt aliquando ad inferiora alpium iuga. Conueniunt sæpe circa petras quasdam arenosas, & arenam inde lingunt, vt villatica pecora salem, quo linguæ interim pituitam deficient & excitent appetitum. Qui alpes incolunt Heluetij, hos locos sua lingua *fultzen*, tanquam salatios vel halopegia, appellant. Circa hos occultant se venatores cum bombardis, & pro more accedentes capras ex improuiso feriunt. Cum in venatione vrgentur, altius semper ascendunt, donec nullus ad eas cautibus pateat accessus: deinde cum venatores per saxa manibus pedibusque reptando sequi vident, de saxo in saxum transiliunt, ac montium cacumina petunt, donec nulla scandendi reliqua sit facultas: illic se cornibus retinent, & quasi suspendunt: atque ibidem vel bombardis feriuntur, vel in præceps impelluntur à venatoribus: aut relictæ interdum quod inde se absoluere nequeant, illic pereunt tandem; vel præcipites ruunt: quod circa ibices etiam euenit. Mox à diui Iacobi die, qui octauo calendas Augusti notatur, frigidiores montium cliuos petunt, vt paulatim assuescant frigori. Audio capras aliquando cicurari: pilus eis densus est, quamobrem pelles illarum quæ hyeme captæ sunt à pellionibus, parantur, eo modo quo lupinæ: hæ pilis extrorsum versis gestantur etiam pluuio tempore. Fiunt ex eisdem chirothecæ pro equitantibus. Cornua in ædibus hominum lautiorum parietibus affiguntur, singula vnco deorsum verso: vel bina erecta vt in capite suo erant, pelli & patri caluæ adhuc hærentia: vel quod elegantius est, ligneo capiti ad huius animantis effigiem sculpto, inserta. Rupicapræ aliquando accedunt vsque ad greges capratum cicurum quos non refugiunt, quod nõ faciunt Ibices, mares habent cornua multo magis in dorsum adũca: fœminæ verò minus. Vngulæ rupicapris acutæ sunt, Strumpfius. A rupicapris nomen indidere nostrates radici quam vocant *gemsienwurtz*, alij *winterwurtz*, quod affectui colico medeti credant. Rhætorum quidam graffoy Sabaudi alacro: Pharmacopolæ vulgares doronicum. Hæc quanquã natales habeat ipsos montium vertices, niuosos & saxosos præcipue: & ipsas rupium rimas, (vbi plerunq; semper rupicapræ versantur: vt, vel quod ijsdem locis nascatur, vel eo pascantur dictum mihi videatur:) facile tamen in hortos transplantata comprehendit. In Prouincia Galliæ sponte natum in planicie vidi. Radix est omniũ dulcissima ad fastidium ferè: transuersa, digito crassitudine minor, cæspitosis confecta geniculis, vt polygonaton alpinum vocari possit: huic binæ fibræ permultæ tanquam pedes vtrinq; subnascuntur, quatuor aut sex digitorũ longitudine, albæ, sed siccæ infuscantur. Tota radix scolopendræ

insecti

inſecti figuram refert: ſeruari per multos annos poteſt: nullis (quod miror in tanta dulcedine vermiculorum iniurijs obnoxia: ſuccus ei tam lentus & pinguis, vt non prorſus areſcat, nec dura aut fragilis fiat, natiui perpetuò ſucci tenax: quod idem in angelica vulgo dicta fieri animaduertimus. Flores aurei, circinnati, hiacio maiori perſimiles, in ſingulis coliculis, qui ferè dodrentales ſunt, ſinguli, odore grato, & ſubacri: folia hirſuta, trifariatim, quæ initio lactora paulatim in mucronem ſe colligunt. Calfacere & ſiccare iudico in ſecundo gradu. Vulgus apud nos efficacem eius vſum contra vertiginẽ credit: ea forſitan ratione, quoniã capræ montanæ, quæ frequenter eã depaſci ſolent, citra omnẽ vertiginem citato per æditas & præcipites rupes ferantur curſu. Genera eius duo, maius, quod in noſtris alpibus naſcitur, & mollius eſt: minus, quod Romanum vocant, durius & ſolidus. Longè aliud eſſe doronicum orientale, guſtu feruente & aromatico, in multa Arabum medicamenta requiſitum, nunc non oſtendam: plura vide apud Ruellium.

Audio venatores quosdam, ex recenti vulnere ſcaturientem huius animalis ſanguinem ſorbere, tanquam inſigne vertiginis remedium. Rupicapræ ſeui cyatho & lactis parimenſura deploratum phthiſicum conualuiſſe certus author affirmat. Plin. alias legebatur, non rupicapræ, ſed lupi & capræ. Nos villaticæ etiam capræ ſeuum phthiſin ſanare, &c. ſupra indicauimus.

IN Creta inſula capras ſylueſtres ſagitta transfixas dictamnum herbam quærere aiunt, (vt depaſcantur,) hoc enim ſpicula ex corpore eijci, Ariſtotel. in Hiſtoria animal. & in Mirabilibus. Dictamnum Cretæ inſulæ proprium eſt, vi mirabile, &c. præcipuè ad difficiles partus mulierum. Aut enim facile poſſe parere faciunt eius folia, aut certe dolores penitus ſedant. Dantur bibenda ex aqua. Rara hæc herba: locus enim qui ferat exiguus admodum eſt, eumque capræ depaſcunt capeſſendæ cauſa voluptatis. Verum etiam quod de telis fertur, affirmant. Capras enim ſagitta transfixas, dictamno deuorato telum eijcere, Theophraſtus de hiſtor. 9. 16. Idem. Dioſcorides ſcribit in dictamni hiſtoria: apud quem etiam ab hac ipſa facultate dictamni nomina leguntur, βελονικὸν, & βελονικὸν: & ab ipſis animalibus δορκάδιον, quod diminutiuum videtur à δόρξ. Beloacos (inquit Marcellus Verg.) à telorum remedio vocatur, belotocos ob eandem cauſam, & eò amplius quod partus adiuuare & à venatrice dea Diana, Artemidion. Dictamnum herbam extrahendis ſagittis cerui monſtrauere, percuſſi eo telo, paſtuque eius herbæ electo (malim, cerui monſtrauere percuſſi, & telo paſtu eius herbæ electo) Plin. 8 27. Et rurſus 25. 8. Dictamnum oſtendêre vt indicauimus, ceruæ vulneratæ paſtæ, ſtatim decidentibus telis. Non eſt alibi quam in Creta. Et paulò pòſt. Et in Creta autem non ſpaciosè naſcitur, miréque capris expetitur. (quod ex eodem Theophraſti loco tranſtulit, vbi ille ægas, id eſt capras ſagittis vulneratas, hac herba in cibo ſibi mederi ſcribit:) Hæc Plinius. Corruptò autem ceruos vel ceruas pro capris legi, vel inde apparet, quod poſtremo loco additum eſt, miréque capris expetitur. Addo authores omnes, quorum hic teſtimonia citamus capras non ceruos eſſe conuenire, quæ dictamno vtantur. Plinius certè ipſe alibi ſcribit ceruos in Creta inſula, præterquam in Cydoniatarum regione non eſſe. Et Solinus, Ager Creticus (inquit) ſylueſtrium capratum copioſus eſt, ceruo eget. Lupos, vulpes, aliáque quadrupedum noxia nuſquam educat. Miror eruditos Hermolaum præcipuè hos locos apud Plinium non animaduerſiſſe. Creticæ capræ paſtu dictamini telis eiectis, nónne grauidis eiiciendi partus vim huic plantæ neſſe oſtenderunt? Hæc properare vulneratas ſolum videas dictamnum quærere dictamnumſequi, Plutarchus in libro Vita animalium, &c. Cicero ſcribit capras in Creta feras, cum eſſent confixæ venenatis ſagittis, herbam quærere, quæ dictamnus vocaretur, quam cum guſtaſſent, ſagittas excidere è corpore dicunt. Cretenſes ſagittandi periti, iaculis petunt capras, quæ in montium cacuminibus paſcuntur. Illæ verò percuſſæ, ſtatim comedunt herbam dictamnum, & ſimulac guſtarunt, iacula ſora excidunt, Aelianus lib. 1. Vocatorum. Cæterùm ab hac facultate dictamno etiam nomen inditum eſt ἀπὸ τῆς βόλου, quod eſt βέλους: vnde & βόλιμα id eſt, tela dicuntur. Arabum ſectatores dictamnum vertunt pulegium ſylueſtre, quod nomen inter cæteros apud Dioſcoridem quoque ei attributum reperio.

Commemorantur & Cynthiæ capræ ſylueſtres, à Cyntho monte Delij ſic nominatæ, de quibus Graeci anchoris incerti epigramma extat Anthologij lib. 6. ſect. 15. huiuſmodi.

Κωφὸν ἔτυψε δυσκέλευθ. τὸν δὲ κραιπνὸν ἐχέμυθα — Κεῖται ἐν Ὀρτυγίῃ τέθμα παῖ Λητόιδι.
Οἰσύμιον ἀνδροτῦγ᾽ μάζα. τῶν δ᾽ ἐπέπαυτο. — Λέξεις, ἐπεὶ παρόδοιο, ἴδες εἰ ἐρατεινά.

Brodæus non ad capras ſylueſtres, ſed ceruas vel capreas hoc epigramma eſſe ſcribit: quod ego non probem, cum exoreſ, è legatur αἴγες. Idem docet vocabulum Ἐχέμυθα paroxytonum in quibuſdam exemplaribus legi, vt ſit proprium nomen venatoris Cretenſis in genitino caſu (quod nobis etiam placet:) in alijs vero ἐχεμύθα propatoxytonum, vt intelligantur arcus & ſagittæ (τέθμα) animalia petita ſiſtentes. Citat autem Etymologiam in dictione βέλεμνα, ex quo tamen de huius vocis ſignificatione ſtatui nihil poteſt, cum propter terminationis ſimilitudinem ſolum ab eo proferatur. Debebat enim (inquit) à βέλος dici βέλεμνος, vt ab ἔχω ἐχεμνος, πέλεμνος. Telemus quidem viri proprium eſt apud Varinum.

G.

De remedijs ex capris ſylueſtribus.

Millia remediorum ex capra demonſtrantur: quod quidem miror, cum febri negetur carere: Ampliorpotentia feris eiuſdem generis, quod numeroſiſſimum eſſe diximus, Plinius. Caprearum vires medicas infra leoni ſim dicam: quanquam Sextus non alias fere capreis attribuit, quàm Plinius capris manſuetis Sylueſtrium capratum ſanguis abſceſſus maturat, Marcellus Verg. Ego apud Galenum caprino ſanguini ſimpliciter hãc vim adſcribi inuenio, vt in Taurino ſanguine dictum eſt. Sylueſtrium capratum ſanguis cum palma marina pilos detergit, Plin. Collyrium ex ſeuo caprarum ſylueſtrium, confert patientibus telam oculorum, Raſis. Albertus collyrium (quamuis culmo depraua tè apud eum legitur) non ex ãmo, ſed felle caprarum ſylueſtrium veldomeſt carum, contra telam oculi prodeſſe ſcribit. Seuum montanarum caprarum confert pulmoni vlcerato, Raſis. Capræ ſyluaticæ iecur carbonibus inaſſatum & perſe ſumptum cœliacos remedlat: idemque arefactum & tritum, & cum vino potui datum, certiſſimè auxiliabitur, Marcellus. Capræ ſylueſtris fel commendat Dioſcorides ad varios oculorum affectus, Sextus capreæ. Fel hirci ſylueſtris eſt theriaca morſibus venenoſis, Auicenna. Capræ ſylueſtris fel priuatim prodeſt contra ſuffuſiones incipientes, oculorum caligines, argema (a buginesvertit Marcellus) & generatum (palpebrarum) ſcabritias, Dioſcorid. Et rurſus, Sylueſtrium caprarum fellepecu-

Strepsiceros Io. Caij.

Alia eiusdem icon, tum insigne lyræ quam cornuum inter se alium. ipse, enim.

STREPSICEROTIS cornuum effigiē aliam Io. Caius ex Anglia pictam ad nos misit, cum descriptione eorundem, quam hîc adijcio. Strepsicerotis cornua (inquit) tam graphicè descripsit Plinius, atq; lyris tam appositè comparauit, vt longiore verborum ambitu opus non sit. Ergo hoc tantum addam: ea esse intus cauа, sed longa pedes Romanos duos palmos tres, si recto ductu metiaris: si flexo pro natura cornū, pedes tres integros. Crassa sunt vbi capiti committuntur, digitos Rom. tres cum semisse. describuntur in ambitu palmis Rom. duodenis & dimidio, eo ipso in loco. In summo, leuore quodam nigrescunt, cum in imo fusca magis & rugosa sint. Inde in de à primo ortu sensim gracilescunt, & tandem in acutum exeunt. Pendunt vnà cum facie sicca per longitudinem dimidiata, libras 7. vncias 3. & semissem. Facies, quæ adhuc superest iuncta cornibus, & frontis ceruicisq; pilus, loquuntur Strepsicerotem animal esse magnitudine ferè ceruina, & pilo rufo ad instar ceruini. Sed an nares & figura corporis ceruina sit, ex facie nihil habeo certi dicere, cum nares diuturni temporis vlu detritæ sint, & facies eadem de causa hinc inde glabra sit, conijceres tamen ex eo quod superest eum propius accedere ad ceruum aut platycerotem. Hinc pictor ceruinas adiunxit nares Strepsicerotis faciei, exiguas scilicet & breuiores, quàm pro faciei magnitudine. Quod inter radices cornuum vides, pars collo est. Hæc Caius. Idem postea in Epistola ad me: Si Ouis Cretensis, inquit, seu Idea, Strepsiceros sit, propter erectorum cornuum figuram, eadem opera & Monoceros erit Strepsiceros. At non propter versuram erecti, sed flexuram indirecti cornu vocatur Strepsiceros. Ita enim flexa vtraque suot, vt eorum curuaturæ faciant imaginem lyræ, vt rectè scripsit Plinius. Quamobrem imaginem adiunxi, vt inter Strepsicerotem & Ouem Cretensem, non tu solùm, sed & omnes qui eam viderint dijudicēt. Talem autem antiquorum lyram esse vicissim & ex hac cornuum curuatura, & ex æreis lyris scire licet (etsi in chartis astronominicis aliter depingatur) si dempto manubrio, aut pro manubrio suppositio animalis capite, spacium inter cornua corpus esse lyræ, animo conceperis. Subus appellatur ab Aristotele (*Oppiano dicere debuit*) qui à Plinio Strepsiceros, inquit Io. Bodinus enarrans librum 2. Oppiani de Venatione: mihi hoc simpliciter affirmari posse non videtur: quando alijs versibus Oppianus, vt superius citaui, Strepsicerotis meminit. Subus quidem ei amphibia quadrupes est, piscibus victitans, videri autem potest ad syluestre. Ouium genus referri posse: nam statim ante historiam eius Oppianus de Ouibus feris Creticis egit, quas colore flauo vel purpurascente esse scribit, quadricornes: non lana, sed villo ferè caprino tectas. Et mox addit: Quinetiam Subus colore flauescit splendido, sed non æquè villis hirsutus est: & duo tantùm valida cornua supra latam gerit frontem. Quòd si non congeneres bestias istas existimasset, conferre inter se atque distinguere opus non fuisset. Sed coniectura hæc tantum nostra est: quam certioribus aliorum scriptis aut confirmari aut infirmari velim.

Bestiæ cuiusdam mihi incognitæ cornu quale hic exhibeo vidi in arce generosi Domini Guilielmi Wernheri Cimbrorum Comitis, longitudine brachij, colore nigricans, baculi velcoli crassamento, leue, cauum ad dimidiam partem aut amplius. Addebat, ex fama nimirum, animalis bicornis esse: & bina huiusmodi inter anathemata ratiora Ferdinandi Augusti extare.



DE CAPREA SIVE CAPREOLO ET DORCADE CAPREOLI MARIS FIGVRA, FOEMINA cornibus caret.

Alia icon vtrumq; Capreoli sexum repræsentans



APREA, capreolus & dorcas, tria nomina, animal, vnum mea quidem opinione denotant: nam neque Grammatici neque alij scriptores satis expresserunt quid de his nominib. sentirent. Dorcadis nomine Plinius & alij veteres vtuntur, tanquam nullum apud Latinos vocabulum ei respondeat. Leoniceno reprehēdit Plinium quòd capreā & dorcadem tāquam diuersa animalia diuersis in locis memoret, vt vesperti'ionem & rycteridem, &c. Recentiorum plerique, etiam doctissimi, vt Gaza Hermolaus &c, capram vertunt, alij Græcum nomen retinent. Capram quoq; recentiores non omnes eodem modo interpretantur. Capreæ dictæ est, quod quandam, vt ait Varro, caprę similitudinem h. beat. Sunt autem syluestres caprę (Grammaticus quidam, non Varro) vnde capreoli dicti. Caprę in plurimas similitudines transfigurantur: sunt capreæ, sunt rupicaprę, &c. Plinius. Scribens mansueta omnia etiam fera reperiri, quasi in illa transfigurentur. Ecce feræ lasi delectæ vertice caprę, Vergilius 4. Aencidos: Seruius capras expe nit. In Africa non sunt caprę syluestres, vt Aristoteles: vt Plinius caprem. Martialis etiam capream pro rupicapra accepisse videtur, non pro dorcade, vt infra dicam. Ego capreas quidem de genere caprearum syluestrium esse concedo, idq; propter reliqui corporis figuram: non item cornuum. quæ tamosa eis & ceruinis similia sint, vt mediæ inter feras capras & ceruos naturæ centeri debeant, vt platycerotes quoq; Rupicapra verò, ibex, dama, & bubalus Africus, quæ cornibus etiam capram aut hircum referunt, magis propriè caprę syluestres mihi dici videntur. Caprea igitur propriè dicta, tamois est cornibus, paruis nec deciduis (de quo pluribus infra dicam) esse Plinio: Hanc Germani vocant, *reeh* vel *reech* (quāquam & ceruorum hinnulos aliqui apud nos similiter abusiue nominant:) marem priuatim *rechbock*, fœminam *rechgeiss*. Angli Roo: Illyrij *ferna* vel *furna*: Galli *cheureau* vel *cheureul sauuage*. Hispani *corzo*, vel *cabron zillo montés*. Itali *capriolo* vel *cauriolo*, & in fœminino genere *capriola* vel *cauriola*. Licet plerique, in suæ quisq; lingua) non capream, sed capreolum, hisce nominibus interpretentur: ego certè inter capream & capreolum non aliam quàm vel ætatis, vel sexus potius differentiam inueni, vt apud Græcos etiam inter dorcem, dorcadem, dorcelidem, &c. Qui superiore seculo literas docuerunt, capreolum pro hœdo per inscitiam interpretati sunt. Capreolus, diminutiuum à c preolus, animal syluestre, Grammaticus quidam. Corydon apud

don apud Vergilium Aegloga 2. Alexidi puero duos capreolos promittit, his verſibus: Præterea duo nec tuta mihi valle reperti Capreoli, ſpartis etiam nunc pellibus ambo, Bina die ſiccant ouis vbera, quos tibi ſeruo. Sparſos albo exponit Seruius, qui habent adhuc maculas à prima ætate venientes. Accedente enim tempore mutant colorem, & eorum maculæ eſſe gratiæ minoris incipiunt. Capreolus (inquit Albertus) cornibus magis refert ſpeciem cerui: viſu eſſe acuto fertur, voce debili, (exilem alibi dicit:) quam venator ſibilo fol j imitatur, & allectum capreolum, quaſi ad ſui generis animal proſiliens interficit, aut capit. Et alibi, Capreoli, qui ceruis cornibus ſimiles ſunt, non mutant dentes: qui cum craſſeſcunt eis, ætate prouectiores intelliguntur: oculi eis pulchri, viſus peracutus, abundant in Africa vltra mare Carthaginis, vt Auicenna ſcribit. Hos Auicennæ capreolos, dorcades intelligo, alterius generis quàm capras ſyluestres, quas in Africa eſſe negauit Ariſtoteles, vt Plinius non recte capreas tranſtulerit, ſi illæ à capreolis non differunt ſpecie, quod nos aſſerimus. Capreolos in Aegypto capi teſtis eſt Marcellinus lib. 22. Reperiuntur etiam in Germania permulti, Albert. Cerui appellatione forte intelligit Ariſtoteles capreas quoque, & damas, & capras ſyluestres, Niphus 313. Capreæ multæ capiuntur in regionibus Heluetiorum alpinis, colore ceruis non diſſimiles, ſed mole corporis longè inferiores: qua vix capreis ex quarum etiam genere ſyluestres exiſtimantur. Mas cornu in capite gerit ſenis plerunq; ramis diſtinc minæ ſuus maritus capiatur, aliũ quærit, eumq; ſecum ad priſtinæ habitationis ſuæ locum adducit. Fœmi capta, maritos aliò diſcedit & aliam ſequitur coniugem. Quamobrem callidi venatores, fœminas rarò capere lent, & foetuitò captas interdum dimittunt: quod vna aliquando fœmina complures capiendos adducat mares, v ferbit Ioan. Stumpfius noſter in Chronicis Heluetiæ.

צבי zebi, eruditi linguæ Hebraicæ capream exponunt: eius fœminarum eſt, צביה zebiah. Iudæus quidam ceruum mihi interpretatus eſt, deceptus puto ob cerui ſimilitudinem. Legitur hæc vox Deuteronomij capite 14. inter animalia cibo permiſſa: vbi Chaldaica translatio habet טבריא thabia, (pro qua voce in Actis legitur cap. 9. ταβιθά, quod ſonat δορκάς) Arabica טבי thabi bisſyllabum, vt v ſit conſona: Perſica אהו ahu: Septuaginta dorcas, Hieronymus capreu. Arabica vox & Chaldaica finitimæ mihi Hebraicæ videntur, z litera tantum in th vel t conuerſa. In tanto veterum & eruditorum conſenſu non dubitabimus quin zebi ſit capra, ſeu dorcas: vt minimè approbem recentiorum illos qui damam, aut hinnulum exponunt. Zebaoth numero plurali fœminino legitur Canticorum cap. 2. vt zebaim in maſculino 1. Paralip. 12. vbi Munſterus capreas veloces cursu exponit. Libro 3. Reg. cap. 4. zebaim numerantur inter cibos lautiores regis Salomonis, cum ceruis & bubalis, quos iachmur vocant, & ipſis ex caprarum ſyluestrium genere. Equidem coniecerim hoc animal apud Hebræos ſic dictum eſſe à pulchritudine, quam zebi ſimiliter vocant: non enim oculis tantum, vt Albertus & alij ſcribunt, ſed totum aſpectu elegans eſt, & maculis ſuis mirum in modum placet vt in deliciis haberi mereatur: vnde Martialis, Delitium paruo donabis dorcada nato: Iactatis ſolet hanc mittere turba togis. Cæterum in diſtichó quod apud eundem proximè ſequitur per capream intelligo rupicapram, vt infra dicam. Finitima huic apud Hebræos vox eſt etiam zaphir, hircum exponunt: vt zephira capram, Munſterus in Lexicis ſuis עפר opher, fœtus cerui aut capreæ, vt Dauid Kimhi interpretatur, his verbis, ילד האיל או צבי. Aſtipulantur ei Abraham & Salomon Cant 2. vbi ſcribitur opher vialis, Græca translatio habet νεβρὸς ἐλάφου: Hieronymi, hinnulo ceruorum. De voce dithon, quam aliqui capream exponunt, in pygargo capræ ſyluestris genere dicam. בכרת bikerah, camelum dromadem ſignificat, vt ſupra dixi: quanquam Hieronymus Hieremiæ 2. capream interpretatur, deceptus vt ſuſpicor quod in Aquijæ, Symmachi & Theod. translatione δορκὰς legerit pro δρομὰς vel δρομάς. Dorcadem & capreolum qui Arabice ſcripſerunt medici, vel eorum interpretes, gazel, vel gazelum, vel gazellam vocant, vt apparebit infe.ius vbi de alimento ex hoc animali dicemus. Capreolus, ad Almanſorem ſeptimo cerui, à Hirande dorcas dicitur, Aggregetor. A Syluatico etiam dorcas capreolus exponitur. Gaze vel azael Arabice aliqui vertunt pro iael Hebraica voce, de qua in Ibice dicemus. Agazel Alberrus damam exponit, vt aliqui etiam dorcadem, ſed vtrique vnius generis ſpecies confundunt. Capreæ minima eſt inter cornigera quæ explorata habemus, Ariſtoteles interprete Gaza: Græce legitur dorcas, lib. 3. cap. 2. de partibus: & rurſus ibidem. Bubalis capreiſque interdum cornua inutilia ſunt: nam & ſi contra nonnulla reſiſtunt, & cornibus ſe defendunt, tamen feroces pugnaceſque belluas fugiunt. Non placet (verba ſunt Hermolai) quorundam diſtinctio inter dorcem & dorcadem: quaſi dorcas ceruinus pullus ſit, dorx animal diuerſum: cum dorcem Ariſtoteli non ceruum, ſed capram ſignificet. Certè Dioſcorides in coaguli mentione dorcadem à dorco ſeparauit: (lego, non) vt eo diſtet dorcus à dorcade, quo ceruus ab inuleo. Et in Strabone zorces, pro eo quod ſunt dorces, niſi vitium ſit exemplari, legas. Hæc Hermolaus. Ineptior eſt illorum ſententia, qui capras Indicas longis auriculis, dorcades interpretantur, quàm vt pluribus reprehendi debeat. Origenes dorcada παρὰ τὸ ἀτρέμας ἐρχεσθαι dici opinatur, Cælius. Verba Origenis in cant. homilia 3. ſi modo eius ſunt quæ illi adſcribuntur, hæc reperio: Dorcas quantum ad Græca vocabula, nomen à videndo atque clarius proſpiciendo ſortita eſt, Habet in natura ſua, vt non ſolum videat ipſa & perſpiciat acerrimè, ſed & aliis viſum præbeat. Aſſerunt nanque hi, quibus medicinæ peritia eſt, ineſſe huic animali intra viſcera humorem quendam, qui caliginem depellat oculorum, & obtuſiores quoque viſus exacuat. Iſidorus etiam ſcribit dorcades δὸν & δρίκαδας dictas. Dioſcorides inter coagula ſimiles, inquit, leporino, vires habent, coagulum hœdi, deinde agni, hinnuli, capreæ, lanicornis (vt Ruellius vertit: vel vt Marcellus, dorcadis, quam à latitudine cornuum platycerotem dicunt:) dorci, cerui, vituli, & bubali. Græca ſic habent Ἐρίφου ἢ ἀρνὸς καὶ νεβροῦ, καὶ δορκάδος, καὶ πλατυκέρωτος, καὶ δορκὸς, καὶ ἐλάφου, καὶ μόσχου καὶ βουβάλου ὑμοίων ἐχόντων δύναμιν. Coniunctionem καὶ poſt δορκάδος, Hermolaus & Ruellius non legerunt, ſed διαρθρικὸν, vt videtur eis loco. Marcellus vero coniunctionem expreſſit, & duo diuerſa fecit animalia, quod illi vnum, in quo ego ei non aſſentior. In eodem Marcello Fr. Maſſarius reprehendit, quod platycerotem dixerit capream. Non enim caprea eſt, inquit, quæ platyceros Græcè dicitur, ſed diuerſum omnino genus ex Plinio, volumine vndecimo vbi de cornibus loquitur, tradente. Aliorum finxit in palmas digitosque emiſit ex iis, vnde platycerotas vocant. Dedit ramoſa capreis, ſed parua, hæc fecit deciduа: Ex quibus manifeſtò apparet animalia hæc prorſus eſſe diuerſa, Hæc Maſſarius. Cæterum quod non ſint prorſus diuerſa, neque diuerſum omnino genus, caprea & platyceros, quod Maſſarius nimio traducendi Marcelli ſtudio ductus aſſeruit, vel inde apparet, quod vnum dorcadis nomen vtriuſque commune eſt: idque merito, cum aliud nihil, quod ſciam, differant, quàm cornuum ſpecie: qua capreis ſimpliciter dictis tertia, alteris lata ſunt: & præterea magnitudine, platyceros enim maior eſt: ſed de platycerote ſeorſim agam inferius,

inferius. Redeo ad iam citatum Dioscoridis locum: in quo dorcum capream, vel capreolum intelligo, cui cornua non sunt lata, vt dixi. Νεβρὸν vero, id est hinnulum, vix aliter intelligi posse puto, quàm vt ad sequentia omnia referatur, viuulo tantum excepto: nam & apud Latinos hin nomen ad huiusmodi animalium fœtus commune est, & apud Græcos similiter vsurpari reperio. Hoc si cui non placet, doceat nos quid hinnuli coagulum à ceruino differat: quanquam Varinus πέρκα animal ceruo simile esse scribit, quod alio nomine νεβρὸν dicant, sed sine classico authore. Solinus per capream intelligit le bouc estani (i. Ibicem.) Gaza vero Aristotelem transferens imitatione Plinij, Dorcada semper capream vertit, Fellonius. De illo dorcadis genere, quod moschum odoramentum profert, alibi dicam in M. litera. Pauidosque iuuat compellere dorcas. Gratius, nisi legendum sit panidas: nam dorx fœminini generis videtur. Δορκὰς ἀπὸ τοῦ δέρκω, ἢ ἀπὸ τοῦ δορκάω, Etymologus. Δορκὰς τὸ τῆς ἀλώπεκος ἔμβρυον, διὰ τὸ ἐκ τῆς μήτρας ἀφαιρεθὲν δέρκεσθαι καὶ ὁρᾶν, Etymologus, & Varin. Ἔρικε, τὸ δορκαδίσκιον ζῶον: ἢ τὸ νεογνὸν ἐλάφου, Hesychius & Varinus. Ἴορκες, αἶγες ἄγριαι, ἔστι δὲ, Hesychius & Varinus. Δορκὰς ζῶόν ἐστιν ἀγρίας αἶγος, ὃ καὶ ἔνιοι ἔλαφον καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ ἐλαφρὸν εἶναι καὶ ἀεὶ ἀναπηδᾶν, Suidas. Myrtilus apud Athenæum δορκάδα solum, non etiam δορκωτὶς vsurpari dicit. Xenophon libro 1. de expeditione Cyri, Ἐνέπιπτον καὶ ὀνίδες, καὶ δορκάδες. Δορκὰς θῆλυ τίτυρος, καὶ ἔνιοι ἄγριαν αἶγα, Suidas, Camelopardali cauda est parua vt δορκαλίδων, Oppianus. Gillius ceruorum vertit, malim capreolorum. Canes venatici vt celeriores fiant, cerui aut dorcades vbertibus alendi sunt, Oppianus. Hic Gillius eandem vocem damarum reddidit. Et licet in re ipsa fortassis nihil interfit, negligentia tamen vocabulorum & inconstantia vertendi vitos eruditos non decet. Δόρκωκτόνδες, id est lendes, Hesychius & Varinus. Πτῶκα, dorcadem, vel ceruum, vel leporem exponunt, Suidas & Varinus. Sed cum πτῶκας δορκάδας, ἢ πτῶκας νεβρὰς dicimus, epitheton est pro eo quod est timidos. Πρόκα, ἐξαίφνης, id est subito, Galenus in Glossis Hippocratis. Πρόκα, ὑφ' ἡδονῆς ἐξαίφνης, Hesychius. Hinc dicta forte πρωκώνεια, τὰ ἐκ νεωστὶ κριθῶν ἄλφιτα, id est farina ex hordeo nouo: vtpote prima, & statim post maturitatem facta: & πρῶκες νεογνὰ ἔλαφοι, ἢ δορκάδων εἴδη, id est teneri ceruorum hinnuli, aut caprearum genus, à subita animirum celeritate: vel vt grammatici dicunt, ἀπὸ τοῦ προϊέσθαι ἑαυτὰ πρόκα, Varinus: Hesychio simpliciter cerui. Πρόκες εἴδη δορκάδων, ἢ τὰ νεογνὰ τῶν ἐλάφων, ὅτι ὠκέως τὸ πρόκα λέγεται, Eustathius. Idem πρόκας ceruos vel celetes interpretatur, quod minus placet. Iam cum prox Græcis etiam rorem significet, tenerum ceruæ fœtum sic appellari inde coniecerim eadem ratione, qua herſæ ijsdem hœdi vocantur: nam herse etiam vel erse ros est. Damam Græci proca vocant: Aristoteles & idonei ferè omnes, & Dionysius à cerua non distinguunt. Philetas primigenios ceruos procas dici voluit: Ab hoc animali Proconnesus appellata est, Hermolaus. Aristoteles ceruo & πρόκι fel negat: & sanguinem eorum non spissari ait: Plinius vtrunque de ceruo & capreа scribit, quanquam corrupti codices capram habent. Gaza tamen proca vertit damam, vulgarem nimirum, non Plinij damam intelligens. Idem Graz, Aphrodisiensis problematum 1. 27. δορκὰς reddidit damas, vbi inquiritur cur δορκὰς, & aliorum quorundam animalium excrementa paulisper aroma oleant. Ego quidem nullius animantis alui excrementum odoratum noui præterquam martis è mustelarum genere Aphrodisiensis forte de moscho audierat, qui excrementum est dorcei seu capreoli peregrini, non alui tamen, sed apostematis circa umbilicum, vt alibi referemus. Oppianus lib 2 de venatione post ceruorum historiam cùm ceratas, id est platycerotas subiungit, de quibus scribit per omnia ceruos esse, excepta cornuum latitudine, & statim ἴορκες (pro δόρκας puto, carminis ratione: nam & paulo post, & alibi δόρκων meminit sine vlla descriptione propria) hisce verbis, Τοὶ δ' ἄρα κυκλήσκουσιν ἐνὶ ξυλόχοισιν ἴορκες. Καὶ κεῖνος ἐλαφρότατος δέμας, ἠΰτε δ' ὅσσοι Σπήλυγα πάντα φέρουσι, παναίολον, εἴδατε θῆρες Παρδάλιες, φοβεροὶ δὲ καὶ ἀμφίδρομοι ἔασιν. Hoc est, Habent & torci corpus ceruinum, & pellem vndique maculosam, non aliter quàm pantheræ. Hos igitur capreolos esse non dubitabimus. Mox in bubalo, minor inquit cornu cycerote est, dorco maior, δόρκος μείζων δορκάδος. Et Gratius paulo post, inter perdices & dorcos (Gillius damas vertit) mirum naturæ contentum indicat: ita vt & mansueti inuicem sint, & in propinquo maneant, & ijsdem locis pascantur. Quamobrem venatores capto dorco proposito, perdices allicium, vel contra. Portò circa finem libri quarti, venatores monent ne post longum & prolixum cursum dorco vel modicè respirare & quiescere permittant: præcipuè enim eis grauem & molestam esse in medio cursu vrinam: quam si respirando excreuerint, longè velociores postea ferri. Cerui genus est, quod Acharnen Aristoteles vocat, Albertus corruptè Holzanen, & dorcadem interpretatur. Alcheit est animal quod dicitur gazella, & est simile capreolo, Andreas Bellunensis. Damila, id est, animal simile capreolo de Han: Damala, idem, Syluaticus. In dorcadem, cuius vber à vipera ictum fugente hinnulo (νεβρὸν vocant) vnà cum matre periit, epigramma Polyæni, & alterum Tiberij Illi, Anthologij Græci libro 1. sectione 53. Est & tertium ibidem Tiberij, in dorcadem in mari captam. Tiberius κεμμάδα dixit, quam Polyænis dorcadi. Κεμὰς, cerui hinnulus, tener & in spelunca adhuc iacens. quasi κεμὰς ἡ ἔτι κατεχομένη ἐν τῷ σπηλαίῳ νεβρὸς autem, qui iam maior est, & ad pascua exit, ἤδη βοσκὴν ἐξιὼν κεχειμασμένος, Varinus: Vel quasi ἐπὶ τῷ, ἀναπηδᾶσθαι πρόκα ἐν τῷ κατὰ μικρὸν πωλεῖσθαι διὰ τὴν ἡλικίαν τὸν στρουθοκάμηλον τὸ βοσκῆναι, ἤγουν τὸ ἐσθίειν τὸν χόρτον, Etymologus, & Varinus. Alij contra νεβρὸς hinnulos in prima ætate vocant, κεμμάδας vero in ea quæ iam ceruis, id est adultis, proximi sunt, Varinus. Κεμὰς, hinnulus, vel ceruus, vel dorcas, Hesychius. Miror equidem mirorem veteres Græcos vnum vocabulum de duobus animalibus diuersis vsurpasse, cum Germani nostrates etiam vtrunque animal vna voce rech appellent. Dorcas enim adulta ceruo hinnulo similis, & magnitudine æqualis est. Apud Hesychium & Varinum κεμφὰς quoque reperias pro ceruo, & κεμφὶς κάπρος ἀγριόχοιρος. Et κίμφος, pro κίμφις nimirum, quo leuissima auis est. Κεμμὰς, per duplex μ hinnulus ceruus, Hesychius. Κεμμάδος κριτικὴ μαζὸς βριθομένη γάλακτος, Tibetius Illus in epigrammate: licentia est poëtica. Communiter enim per μ. simplex scribitur. Ὡς δ' ὅτε καρχαρίδοντε δύω κύνε εἰδότε θῆρας Ἠκεμὸν, ἢ λαγὼν ἐπιπρὸ ἰόντα πεφυζότα, Homerus Iliad. 10. Τὴν ξυνῆκε δεινὸς περὶ κεμὰς, Herodicus apud Athenæum in fine libri quinti. Etymologus cemadem hinnulum cerui vel dorcadem exponit. Τὸν δ' ἐξ ὄρεος τιτάνοις, ἰὸν πεφυνῖα φυβῆσιν ἠμυκάν, Homerus puto, citatur ab Etymologo. Εἰδ' ὡς ὅτε πάλαγος πίσεισε Δαῶν ἀνασσα Ἠπειρίης (forte Ἐχεκρατίης) ἠὲ χελώνης κεμμάδα. Κελμὰς, κεῖρε ἐλάφου, Hesychius & Varinus: malim νεβρὸς quàm κεῖρε: non raro enim & pro εβ. scripturæ librariorum incuria reperitur. Ζὸρ (malim ζορξ) ἡλικία ἐλάφου ἢ ἔριφος, Hesychius. Hodie vulgò à Græcis capreolus ξαρκάδι dicitur, quasi dorcadi à dorcas Bellonius.

B.

De Libyco dorcadum & cemadú genere Aelianus hæc tradit: Dorcades (in Libya) quanquam velocitate sunt mirabili, tamen inferiores sunt in currendo equis Libycis: earum alues nigris vittis distinguitur, reliquit corporis color tu-

color habet: & pedes quidem eis longi sunt, cornibus caput ornatur, oculi nigri, longissimæ aures habentur. Κεμὰς à poëtis nuncupata, turbinis instar celerrimè fertur, fluuis pilis spectatur, cauda est tum pilosissima, tum exalbens, eius oculi cyaneo colore tincti videntur, aures pernltis pilis refertæ, neq; modò in terra pedum celeritatem ostendit, sed etiam cum in fluuij confluentem incidérit, vngulis pedum remigans, fluctus perrumpit & verò in lacubus natare gaudet, vnde sibi pastum comparat virides iuncos & cyperum depascitur, Hæc Aelianus. Vide Catadupa Nili procedens Apollonius ceruos & capreas inuenit, Philostratus. In Arabia sunt orides & δορκάδες Xenophon lib. 1. de exped. Cyri minoris. Capreolus vulgò Italis dictus, corpulentia similis est ceruorum minoribus, & hoc particulare habet, quòd nullâ prorsus caudâ habent, quod Aristoteles notauit, & est dorcus (vel dorcas) Aristotelis, Plinij caprea, Bellonias in singul. vbi etiam lectionem Plinij emendat, qui decidua eis cornua esse negat.

Cornua animalium vacua sunt iuxta caput, & ibi intrat corpus quoddam durum ferè vsseum, poris refertum: præter cornu cerui, & eorum animalium, quæ similitudine quadam cum ceruo conueniunt. vt sunt dama (vulgaris,) capreolus & equiceruus, (alcen intelligit:) quæ omnia nobis cognita sunt, & eorum cornua solida esse constat, sed poris intus plena, Albertus. Et rursus: Nullum animal nobis notum mutat cornu, præter cervum, & nobis (lege ei, nempe ceruo) conuenientia animalia. Atqui Plinius cornua capreis decidua esse negat. At Cælius ex Pausania vt ceruorum, sic dorcadum quoque cornua decidere & renasci scribit. Capreoli etiam quotannis deijciunt cornua vt cerui, & defodere creduntur à nonnullis, quod defecta non reperiantur, (rarò puto habent vltra ternos ramos. Edlebach: Cornua ramosa quotannis amittunt, Bellonius. Belisarius rufescanes colore capreas referre tradit. Ἐλαφώνυμα in epigrammate legimus. In Lycia dorcades non transeunt montes Syris vicinos, Plinius. Hispania dorcades multas producit. Strabo. Caprex sanguinem non coagulari apud Plinium non rectè legi pro caprex, vel inde constat, quod medici hædino sanguini bibendo, antequam coaguletur, acetum miscerí iubent ne coagulari possit.

C. Venenis caprex & coturnices, vt diximus, pinguescunt, placidissima animalia Plinius. Dorcades asini sylvestres, &c. ficus & farinam appetunt: quare Aemenij vt eas capiant, pulcium nigrorum qui venenati apud ipsos naſcuntur, farina ficus conspergunt, quibus gustatis, bestiæ statim intereunt. Aelianus. Dorcas dormiens oculos habet apertos: Varinus in Alex. ex quo Cælius etiam transcripsit. Ἀγρὸς quidem & lepus & dorcas exponitur, lepotem autem oculis apertis dormire constat. Capream nocte cernere Iuuan. Textor scribit: quod Plinius de capris scribit, de capreis (quod sciam) nemo. Nisi quis ita interpretetur hæc Plinij verba, Capras negant lippire, quoniam ex quibusdam herbas edant: item dorcades Et ob id fimum earum cerâ circundatum noua lippa devorare iubent, Et quoniam nocte æquè quoque cernant, sanguine hircino sanari lusciosos putant, Hæc Plinius. Vulpes & capreoli etiam nocte cibum quærunt, Cardanus. Leuan decipiat oculis apertis vt dorcas, Etymologus in Ἀστραγαλισμός. Pendentem summa capream de rupe videbis, Caduram speres, decipit illa canes, Martialis lib 3. Videtur autem non propriè dictam capream, sed rupicapram Plinij intelligere: quæ & summas rupes conscendit, & ab iis pendere soleat, cum venatores vrgent: & cornua ad hanc rem idonea habet, caprea non item: accedit quod in proximo ante hoc distichon de dorcade (id est vera caprea) locutus sit. quod superius ad cripsi. Blondus etiam, qui his proximis annis multa edidit Romæ, capream pro rupicapra accipere videtur: Caprea, inquit, saxa & rupes altissimas habitat, nimirum propter timiditatem. Vidimus tamen & mansuetũ hoc animal: nam inter homines deponit feritatẽ celerrimè, vt & hinnulus cerui. Ex pelle eius fimbriantur mulierũ pellicea indumenta: fiunt & chirotheca &c. Eandem Creticam esse putat sylvestrem capram, quæ dictamno (vel vt ipse ineptè scribit pulegio) depasto sagittas sibi expellat.

D. Tam dispar aquilæ columbanõ est. Nec Dorcas rigido fugax leoni, Martialis. Prouerbium, Caprea contra leonem, infra ponam. Vt pauet acreis agna lupos, capreæq; Leones, Hor. Epod 2. Φεύγει ὁ πῖπ ταῦρος ἀκάνθας ἐλάφους δὲ Φίλες & Aelianus.

Cynocephali vel cynocephali homines qui post vastam Ægypti solitudinem habitant. &c. ex venatu dorcadum & bubalorum viuunt, Aelianus. Dorcadum & bubalorum, tanquam eiusdem generis animalium, mentionem Simocatus etiam in epistolis coniungit. Qualis eligendus sit canis, qui venetur dorcos, ceruos & lepores, ex Oppiano in Cane celere docui. Capreas, apros, & lepores in vnum leporarium coniungi apud Varronem in opere de re rust. legimus. Nunc vt habeant multos apros ac capras, (lege capreas) complura iugera macetijs concludunt Varro. In leporario non lepores solùm includuntur sylua, vt olim in ingero agelli aut duobus: sed etiam cerui, aut caprex (leg caprex) in ingeribus multis, Idem. Apros in leporario pingues solere fieri scis Axi. Nam quem fundum in Tusculano emit Varro à M. Pisone, vidisti ad buccinam inflatã certo tempore apros & capreas conuenire ad pabulum cũ è superiore loco e palæstra effunderetur apris glans capreis vicia aut quid aliud, Varro. Fetæ pecudes. vt capreoli damæq;, nec minus orygum ceruorumq; genera, & aprotum, modo lautitijs & voluptatibus dominicorum seruiunt, modo quæstui ac reditibus, Columella 9. vbi de viuarijs faciendis scribit.

Caprex, inquit Blondus, tenuissimo ceruo similes sunt, eademq; arte qua cerni decipiuntur. Comprehenduntur enim canibus, implicantur & retibus at rarius quàm cerui, quoniam alpes & montiũ culmina incolunt. Quamobrem insidiæ in montibus & collib. ponendæ sunt. In sylvis citius capiuntur. Cauendum est ne venantes ab eis videantur: qui procul etiam agnoscunt venatorem, & mox fuga elapsi occultantur. Cum vim canum & insidias venantũ prope senserint, ex rupibus quandóq; præcipitantur: quare & rupes sunt obsidendæ Circa Kalendas nocturnis insidijs ad lumen Lunæ, bombardis aliquando traijciuntur, vt cerui etiam, vesi, apriq;ue. Hæc Blondus. Caprex ceruiq;. vt sæpius experti sunt venatores, flantem ventũ petere currendo solent, vt refrigerari spiritus cursu laborantes vento possint: quamobrem ad venti flatum canes collocandi sunt. Attrahi enim ita à vento cerui solent & caprex vt nolentib. quandóq; venatoribus illa fugam arripere admirãtur. Belisarius. Sic etiam cerui latratu canum audito, vt Plinius scribit, aura semper secunda fugiunt, vt vestigia cũ ipsis abeant. Scythis & Sarmatis venationes sunt: intra paludes quidé ceruorum aprorumq; in campis autẽ onagrorum & dorcadum: Strabo lib. 7. Dorci quantopere ament perdices, eisq; propositis illiciantur. Superius ex Oppiano retuli. Capiuntur & folij sibilo ad cantum capreoli, quo vocem eorũ venator imitatur, vt supra dixi ex Alberto, & pluribus dicam in venatione cerui. Aquilæ lepores cuniculos & capreolos capiunt auxilio canum Cresc. Vide in Aquila.

F. Dipnolophistis in conuiuio quod Athenæus descripsit, dorcades etiam appositæ sunt: quarum carnem Palamedes Eleaticus onomatologos non insuauem esse dixit. Mense apud Indos imponuntur integri Leones & caprex, &c. Philost. lib. 2. Hic optata ferat nobis fomenta calore Vda leui, modicis moxque coquenda focis,

Baptist

Bapt. Fiera de capreolo præfert autem eum damæ, quam magis aduſtam (id eſt, ſiccioris alimenti,) eſſe ſcribit. Dorcadis caro meliorꝭ ſucci eſt, quàm cæterorum agreſtiũ animalium. & ad humanum corpus quandam habet familiaritatem, humidiſq; & multas ſuperfluitates hu bentib. corporibus prodeſt: Item morbis colicis & comitialibus, ſed ventrem mouetur, & neruis ſua ſiccitate conducit, Symeon Sethi. Tympanici ex carminibus moderatè comedant: & eas potius, quæ non ſunt pingues. præcipuè ferinas: vt cerui, apri & capreæ, Trallianus. Ex ſylueſtribus optima eſt gazellicaro, deinde apri, Auicenna. Carnes ferinæ omnes praua ſunt, vt quæ ſanguinẽ ferinum & melancholicum gignant: gazellorũ tamen minus malæ ſunt cæteris: eas ſequuntur leporinæ Eluchaſem. Caro gazel parum excrementi gignit, vtpote ſicca, Raſis Nutrimentũ ex algazel frigidum & ſiccum eſt. Arabs quidam. Caro caprearum, author Celſo, boni & plurimi alimenti eſt: ſanguinem tamen atræ bili confinem generat. Capreolus decem vel duodecim menſiũ in cibo ſumi poteſt qualibet anni parte, Arnold. de conſer. ſanit. Ius in caprea, vt docet Apicius: Piper, liguſticum, careũ, cuminum, petroſelinum, rutæ ſemen: mel, ſinapi, acetum, liquamen, & oleum. Aliter ius in caprea aſſa: Piper condimentum, rutam, cepam, mel liquamen, paſſum, oleũ modicè adiplas cum iam bullijt. Aliter ius in caprea: Piper, condimentum, petroſelinum, originũ modicum, rutam, liquamen, mel, paſſum & olei modicum amylo obligabis. Hactenus Apicius 8. 3.

Ex ceruo vel capreolo paſtillus quomodo paretur, Platinæ verbis dicetur in Ceruo. Ex capreolo item quomodo fiat ius conſumptum, ex eodẽ docebo in Gallina vbi de capo. Cerui anteriorem partem in iuſculo lardario coques. lumbos aſſabis: ex coxis paſtillos aut pulpamenta facies. Eadem & capreoli, damæ, ac capreæ coctura. Platina. Cibarij genus, quod Germani vocant *hofnellel*, hoc eſt, ligulas aulicas, hoc ferè modo fieri inuenio. Capreoli pellis bulliat & depilata elixetur, deinde in ligulas ſeu tænias dodrantales & ſeſquidigitum latas ſciſſa eo liquamine, quod gelu in patina vocant, condiatur.

G. *De remediis ex caprea & dorcade.*

Plinius maiore pro parte ſimpliciter & domeſticis tribuit capris vires, (vt Humelbergius obſeruauit) quas Sextus peculiariter capreis: id quod non magni momenti eſt: cum remedia ex eis non differant genere: ſed in eo tantum quod ſylueſtria in pleriſq; efficaciora domeſticis habeantur. Ampliorꝭ potentia, inquit Plinius, ſert eiuſdem generis (caprini,) quod numeroſiſſimum eſſe diximus. Si cui otium erit diligentius inter ſe conferre poteſt (nos obiter tantum contulimus) remedia quæ ab authoribus collegimus, primùm attributa villaticis capris: ſecundò ſylueſtribus ſimpliciter: tertiò ſylueſtribus illis, quas dorcadas Græci, Latini capreas vocant, quæ hicin præſentem locum congerimus: Capreæ torminoſis in cibo profunt. Marcellus: dyſentericos intelligo: ſiccat enim & retinet ventrem caro caprearum, vt Symeon Sethi prodidit. Cordis draconis pingue in pelle dorcadum neruis cerninis adalligatum in lacerto, conferre iudiciorum victoriæ Magi promittunt, Plinius. Et poſt pauca verba, Dentes draconis illigatos pellibus caprearum cerninis neruis, mites præſtare dominos poteſtates-q; e exorabiles: vnde apparet eum dorcadem non eandem exiſtimaſſe cum caprea, eadem nimirum ratione qua daſypodem à lepore differre putauit. Mulieri candida à pectore hyænæ, caro & pili ſeptem, & genitale cerui, ſi illigentur dorcadis pelle collo ſuſpenſa, continere partus promittunt, Plinius. Inter remedia aduerſus comitialem morbum, Magis placet draconis cauda, in pelle dorcadis alligata cerninis neruis. Seuum capreæ. & adipem anſerinum, & medullam cerui, & cepe, cum reſina ſimul & calce viua, fac vt malagma, mirè ſanant. Sextus cerebrum capreæ (capræ Plinius) per annulum traiectum ſi dederis infanti ad glutiendum antequam lac ſugat, efficit vt nec caducus fiat, nec phantaſma incurrat, Sextus. Dorci coagulum eaſdem leporino vires habet, Dioſcorides. Leporis hinnuli, aut capreæ coagulum potum ex vino nec non immiſſum cum oryzæ cremore cœliacos & dyſentericos iuuat. Galenus parabilium 1. 113. Auicenna 4. 6. 4. 9. de cura lyſſidecti inter alia remedia nominat coagula leporis, vulpis, gazel. Ad conceptum promouendum. Dorcadis hœdi, leporis coagulum cum agnino ſanguine & adipe, &c. commiſce & poſt purgationem ſubdito, Aetius 16. 34. Cui oculi dolent, iecur capreæ contritum ex vino bibat cum aqua calida in feruore ſanabitur, Sextus. Idem remedium ad eos qui ab hora decima non vident, id eſt, nyctalopas ſeu luſcioſos, huiuſmodi præſcribit: Iecur capreæ (alij capræ, vide ſupra:) in aqua calida falſa coquatur, eius vaporem oculi excipiant, & ex eadem aqua oculos foueant: ſed & iecur edant, & ex liquefacto inungantur. Quidam iecur eius aſſant in craticula, & fluentem ſaporem colligunt, & ex eo inunguntur. Quidam coctum vel aſſum iecur capreæ cum pane edunt, & idem bibunt, capreæ iecur combuſtum & aſperſum, ſanguinem mirè ſiſtit Sextus. Contritum, & ex aceto in naribus offultum, ſanguinem mirè ſiſtit, Sextus.

Ad maculas de facie tollendas: Capreæ fellis drachmam vnam, farinæ lupini & mellis drachmas quatuor commiſces in vnum: & exinde faciem illines, limpidam faciem efficit, Sextus. Fel capreæ cum aqua mixtum, illitum in faciem à ſole vſtam, ſanat, Idem. Ad lentigines in facie: Fel capreæ ſeruatum illirum, lentigines de facie purgat, & omnes maculas extenuat. Item cum melle & nitro commixto, & ſpongia combuſta & ſulphure viuo ad mellis craſſitudinem tedactum, & in faciem illitum, emendat, Sextus. Fel capreæ (capræ, Plinius) cum melle Attico mixtum inunges caliginem potenter diſcutit, & claritatem præſtat, Sextus. Fel capræ drachma vna, & modicum vini cum melle vt poſſit teri inunges. & lauabis oculorum caliginem, Idem facit & ad cicatricem, & argemata, & nephelion, & glaucomata, & pterygia, & ex eo felle inungantur. Idem ex eo felle inungantur palpebræ cum oleris ſucco, exortos pilos non iuuat renaſci. Facit & ad ruptiones ex ictu tunicularum cum lacte mulieris tepido. Hoc autem fel quanto vetuſtius fuerit, tanto melius erit. Sextus. Eadem omnia de capræ felle legimus apud Plinium, vt ſupra recitaui paucis quibuſdam variantibus. Fel dorcados per ſe ad claritatem oculorum laudatur: Hippocratis, vt putant, authoritate adiicitur, quod in argentea pyxide id ſeruari iubent, Plinius. Aſſerunt dorcadi intra viſcera humorem quendam ineſſe, qui caliginem depellat oculorum, & obtuſiores quoque viſus exacuat, Origines in Cantica: ego non alium quàm bilis humorem intelligo. Ad tinnitum & ſonum auriculatum: Fel capreæ cum roſaceo aut ſucco porri tere, & tepefactum auribus inſtillato, ſanat, Sextus. Fel capreæ cum roſaceo, vt ſupra, dentium dolorem ſanat, Idem. Ad faucium dolorem: Fel capreæ cum melle Attico mixce, fauces tange mirè ſanat, Sextus. Ad omnia vitia quæ in faucibus naſcuntur: Capreæ fel cum melle Attico: adiecta myrrha, croco, & pipere æquis ponderibus coques in vino, donec contrahatur, & ex eo fauces quotidie tange, donec ſanæ fiant, Idem. Ad ventrem ſoluendum: Fel capreæ ſuppoſitum ano cum ſucco cyclamini herbæ & alumine aliquantulum aut anetho (intro, Plinius) combuſtum, indito:

indito: caue ne hæmorrhoides habeat, Sextus. Idem Plinius de felle capræ ſcribit, vt ſupra dictum eſt. Ad conceptum inducendum, Fellinam veſicam dorcadis aut hirci euacuato & ex eo quod viſcidum interius inueneris peſſulum conficito & paulo ante congreſſum imponito aut penis glandem illinito, Aëtius. Ad veretri exulcerationem. Fel capreæ mixtum cum melle aut ſucco rubi appoſitum mirè ſanat, Idem. Splen capreæ potatus torminoſos mire ſanat, Idem. Plinius cœliacis capræ hirciue lienem aſſum commendat. Contra ſerpentes in ſuffitu quodã Nicander addit ἐνοδίων ζοφικὸς (capreæ) νέον κέρας. Capras negant lippire, quoniam eæ quaſdam herbas edant: item dorcades Et ob id fimum earum (quærendum, an caprarum tantum, an etiam dorcadum) cera circundarum noua luna deuorare iubent, Plinius. Medicamento cuidam ad impetigines miſcetur ſtercus dorcadis apud Aetium: Ad arquatos: Capreæ ſtercus aridum tritum cribratum, cochlearij menſura ex vini odorati cyathis quatuor iciuno & loto exhibe: febricitantibus autem ex aqua eandem potionem, Galenus Parabilium 2.39. Sunt ex plebe qui dicant veſicam capreoli ſi coniuges ederint, concordiam & amorem inter ipſos mutuum fore, præcipuè mariti erga fœminam: nam & capreolus mas mirificè ſuas fœminas amat & ſequitur, Edlebach.

H.

Quemadmodum capreolus apud Latinos diminutiuum eſt à caprea, ſic dorcalis & dorcadion Græcis à dorcade. Βοσκὸς ὀρφανῶν, Heſychius. Πρὼξ apud Græcos, caprea, dama, & alijs modis exponitur, vt ſupra monui. Longe aliud ſonat prox dictio Latina. Prox (inquit Feſtus) bona vox, velut quidam vocant, ſignificare videtur, vt ait Labeo de iure Pontificio lib. 12. Aliter proba vox, vt æſtimo.

Epitheta Caprea paſcuis intenta, Horatius 4. Carm. Edules, Horatius 2. Serm. Imbelles, Ouidius 1. Faſt. Laſciuæ ſimilem ludere capreæ. Horatius 3. Carm. Sequaces: Vergilius lib. 2 Geor. oues, auidasq; iuuencas, capreasq; ſequaces à vitibus arceri iubet, quòd plurimum eas paſcendo mordendoq; lædant. Seruius perſecutrices exponit, vt ſimile ſit illi, Malæq; ſequacibus vndis: nimirum quod vineas perſequantur. Vitibus à rupicapris nemo metuit: quare hoc etiam argumento quomodo hæc duo genera ſylueſtrium caprarum differant, apparet. Ibices altiſſima occupant, & parum deſcendunt: rupicapræ deſcendunt quidem, ſed non longè, ita certe vt loca culta nunquam attingant capreoli inferiora montium, & colles, & valles, ſyluaſq; etiam circa planitiem colunt. Capreæ celeres etiam & ſylueſtres & leues dicũtur inter Textoris epitheta. Fugaces, Ouidius 1. Metam. & Vergil. 10. Aeneid. Θηροκλόνων ἀκοίτης ἀορκαλίδων, Agathias in epigrammate: animoſos vocat capreolos, quod inter ſe tales ſint cum ludunt & laſciuiunt, timidum alias animal: quanquam etiam animoſè inter ſe pugnãt aliquando, tanta contentione vt ſe inuicem conficiant. Κεμὰς ζυβὴ, Herodicus. ἀκέτιον κέρας, Apollonius Argon. 3. Δορκαλίδες, ἀργαλέην ἐγκολεαίνουσι πεδίλην, Suidas & Varinus: Hoc eſt, inſtrumentũ quoddam ad puniendum, vel ſcutica ex loris caprearum. Δορκάζων, circumſpiciens Heſychius & Varinus. Pulſus ſi interuallatus conquieſcat, ac mox cooriatur velocior, ἀορκαδίζειν vocatur, id eſt dorcadiſſans: quæ nuncupatio de animalis producta in curſu natura eſt, Cælius. Mentio eius fit apud Galenum, nonnullis capriſantem vertere placuit. Capreoli vitium cincinni ſunt intorti, quia ad locum capiendum tenduut appellati, Pompeius lib. 3. Vitis caprea dicta eſt, quod parit capreolum: is eſt coliculus viteus intortus vt cincinnus: is enim vites vt teneat ſerpit ad locum capiundum, ex quo à capiendo capreolus dictus, Varro de re ruſt. 1. 42. Noua circumciſis vndiq; capreolis ſpargantur in tabulatis. Plinius lib. 17. Græci helica vocant, de quo multa dixi in Vitulo parte prima capitis octaui Vere deinde primiquã cœperit germinare, capreolis, quod genus bicornis ferramẽti eſt, terra commoueatur, Columella 11. 3. Ego huic inſtrumento nomen poſitum crediderim, vel quod capreoli cornua repræſentet, quæ quidem puto in ſummo bifida eſſe, diuaricatis ramis, qualia & ceruina ſæpe viſuntur. Quod ſi ambos huius ferramenti mucrones, quos ab altera tantum parte habet, reſpicias, capræ vel rupicapræ cornuum quandam videbis ſpeciem: Vel à ſimilitudine ad illos vitium capreolos qui bifurcati ſimpliciter ſunt, nec dum in ſe retorquentur. Germani hæc inſtrumenta vocant *jetthouen vule* id eſt ſarcula, ab vſu ſarriendi & exherbandi. Capreolus, vt quidam ſcribit, dictio Tectonica Cæſar 2. belli Ciuilis, Duæ primum trabes in ſolo æquè longæ, diſtantes inter ſe pedes quatuor, collocantur: iniq; eis columnellæ pedum in altitudinem quinq; defigunt, has inter ſe capreolis molli faſtigio coniungunt. Vitruuius lib. 10. cap. 20. cardines vocat, extremas capreolorum partes quæ in cauum induntur, &c. vt ſcribit Gul. Philander in Annotationibus ſuis in Vitruuium. Spirulatim ſignat, clauiculatim, & capreolatim, Calius: Dicitur & lebeti ſubiectus capreolus, id eſt helix, ſplen Idem. Mulieres ferè circulum ex ſtramento nexum lebetibus & cucumis ſubdunt: vt patellis & ſartaginibus tripodis genus illud quod furculas habet, quibus ſartaginum anſæ nitantur, fixam vnam, alteram ambulatoriam Hoc forte capreolum Latinè dixeris, ſiue quod tripes ſit, vt & machinam quandam tripedem, & ludi puerilis inſtrumentum capram vulgò dici ſupra monui: ſiue propter furculas: nam ceruos etiam bacilla furcillata vocari Seruius ſcribit: & Græci helicas in vitibus capreolos vocant, quos Germani furcillas. Eſt & aliud inſtrumentum cum anſa bidente ſeu furcillata, quod menſis imponitur, vt patellas ſuſtineat præſertim pauperum, in quibus inferũt pultem hoc etiam capreolum nominarim, *ein pfannenknecht*. Dorcidion eadem dictamno herba eſt, vt ſupra expoſui. Apud Aëtium lib. 10. cap. 2. aduerſus iecoris obſtructionem, dorcadiadis herbæ, quæ & muſcium appelletur, pars vna, cum coſti dimidio, cochlearij menſura in potu datur. Hæc quænam ſit, certi nihil habeo: videtur ſanè eſſe odorata aliqua herba, quæ moſchum odoramentum recentioribus tantum Græcis notum, ex quibus Aetius quoq; eſt, odore ſuo referat: cuiuſmodi ego plures noui: ſed iuuam moſchatam vulgo dictam, chamæpityi ſimilem, aut genus alterum chamæpityos, obſtructo iecinori proculdubio vtilem, præ cæteris hoc nomine donãrim. De alijs herbis quæ moſchum olent in Dorcade peregrina, ex qua moſchus colligitur, in M. litera dicam. Inuenio & muſcilion dici quandam herbam ab odore muſti, vt conijcio: quoniam & dorcida vocant eam, naribus vitioſis & fœtentibus accommodatam, vt Aëtius exiſtimat, niſi quis prodictamno accipiat, quod & dorcidium appellãt, Hermolaus. Dorceus, vnus ex canibus Actæonis apud Ouidium. Dorcon, Δόρκων, nomen ruſtici in epiſtolis Simocati. Δορκὰς & δορκὰς meretricum nomina in Anthologio. Oryx (lego oryx) animal colore dorcadi ſimile, Heſychius & Varinus. Antaplon, peregrinum animal capreolo ſimile, vide ſupra in Calopode.

A capreis Capreæ dictæ ſunt. inſula vltra Surrentum Campaniæ circiter octo millia paſſuum, Tiberij principis arce quondam nobilis, nunc coturnicum multitudine, &c. Sipontinus. Capreæ nomine inſula etiamnum eſt in conſpectu Neapolis. Nic. Erythræus. Capreæ ab Athenæo abruptæ, Strabo lib. 1. Et lib. 5. Caprearum, inquit, duo antiquitus fuerant oppidula, nunc vero vnum, quod Neapolitani occupauere, &c. Tiberium aliquando in

Capreis habitaſſe apud Ioſephum quoq; legimus lib.18.Antiquitatum.cap.12.Huius inſulæ ſupra etiam in Capra memini,capitis 8.parte 1. Eſt & Capraria vt puto à feris capris dicta. Vide ſupra in capra H.a. Dorcades inſulas (vt quidam nominant, perperam fortaſſis nam apud Plinium & Solinum Gorgones appellantur.) in Oceano Aethiopico ſitas contra Heſperidum hortos,Phorci filiæ Gorgones dictæ inhabitaſſe dicuntur. Perſeus dorcum & vrſum,& alia quædam animalia amabat, Tzezes in Varijs. Laphriæ Dianæ apud Patrenſes magno in ara igne excitato ceruos,apros, dorcades, & alia animalia viua injiciunt, Pauſanias in Achaicis. Coptitæ dorcades fœminas religioſe colunt,mares verò comedunt.Fœminas enim Iſidis delicias eſſe dicũt.Aelianus. Capreæ priùs iungentur lupis,de re incredibili,apud Horatium 1. Carminum Ne caprea contra leonem, Μὴ ἔριφος λέοντι ἀγωνίζου, hoc eſt ne longè inferior cum potentiore decertes Dorcas enim ſyluestris eſt capreolus,Eraſmus: Quaſi vero aliquis capreolus ſit non ſyluestris. Refertur à Diogeniano. Suidas integrum refert ſenarium, Μὴ ἔριφος λέοντι ἀγωνίζου ἀλλωπὸς μαχήσῃ. Huc pertinent verſus illi Vergiliani lib.10. Aeneid. Impaſtus ſtabula alta leo ceu ſæpe peragrans, (Suadet enim veſana fames) ſi forte fugacem Conſpexit capream,&c. Sed priùs Appulis Iungentur capreæ lupis,Horatius. Citat Eraſmus in prouerbio,Prius lupus ouem ducat vxorem.

CORNVA hæc vidi nuper apud generoſum Cimbrorum comitem Guilielmum Fuernbergum, quæ a Capreolis fœmina fuiſſe (cum fœmina cornutorum, quorum ramoſa ſunt cornua, ſine cornibus eſſe ſoleant) aſſerebat.



DE PYGARGO.

PYGARGI, teſte Plinio, ex caprarum ſyluestrium genere ſunt,quas tranſmarini ſitus mittunt. Quidam pygargum capream ſyluestrem exponunt, non diſſimilem damæ, cuius interpretationis authorem non afferunt. Sumine cũ magno lepus,atq; aper, atq; pygargus. Et Scythicæ volucres, Iuuenalis Sat. 11. Deuteronomij cap.14 רימון diſchon vocẽ Hebraicam Chaldæus interpretatur ראמא reema,id eſt vnicornẽ. Arabica tranſlatio habet ארדין arziu: Perſica בון בוך buz cohi: quanquam etiam pro akko id eſt ibice, ibidẽ koz cohi redditur. Buz quidem Perſice capra eſt,& koz quoque fortaſſis:nam & Illyrice koza vocatur. Septuaginta πύγαργον:Hieronymus pygargus. Numeratur autem inter quadrupedes cibo hominum puras. Bartolemæus Anglicus author obſcurus, Pygargus (inquit) animal cornutum eſt & barbatum inſtar hirci, minus ceruo, maius hirco:ſimile hircoceruo: miræ velocitatis: loca frequentat ſyluoſa & deſerta.Gloſſa etiam,inquit,in Deuteronomion,animal hircoceruo ſimile exponit. Forte pygargus eſt tragelaphus Bellonij de quo in Hirco H.a. Eſt & aquilæ genus apud Ariſtotelem pygargi nomine albicante cauda Græci grammatici ὁ πύγαργος interpretantur etiam pro homine timido & imbelli,quod ij quibus albæ ſunt nates, vel potius totum corpus,ferè timidiores ſint: melampygi verò,id eſt nigris natibus, qualem fuiſſe Herculem ferũt fortem ac intrepidi. Vide prouerbium, Ne in melampygum incidas,apud Eraſmum, cuius enarrationem Varinus quoq; facit:Item pro turpi & libidinoſo, vt pygargo ſit per antiphraſin: ἐμπαίζομεν τοῖς τὴν πυγὴν, οἷον ἀκινδύνῳ καὶ τολμηρῷ ἐν τῷ σώματι ζῶντι: Præterea pro rapace, nimirum à pygargi aquilæ natura.

DE BVBALO.

PAVCA animalia gignit Germania:inſignia tamen boum ferorum genera, iubatos biſontes, excellentique & vi & velocitate vros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit:cum id gignat Africa vituli potius ceruiue quadam ſimilitudine Plinius. Bubali vulgaris id eſt vulgo ſic appellati apud pleraſque Europę gentes, hiſtoriam ſupra ſtatim poſt Taurum deſcripſi, & obiter quædam de Africano bubalo immiſcui,præſertim capite primo Apud Græcos vbicunque bubali mentio fit de Africano ſemper intelligemus: & ſimiliter apud Latinos veteres: Nam recentiores omnes pro bouis ſyluestris genere hoc nomen vſurpant.

Βουβαλίδιον ἔριφον ἀγρίαν, Heſychius,dorcadion capreolum ſignificat, diminutiuum à dorcas. Βούβαλις,τὸ βούβαλον ἢ αἴγαγρος, Heſychius & Varinus.

Malim βουβαλίδες, vt numerus cum interpretatione cõueniat: niſi illam potius mutes in ſingularem numerum. hoc pacto Bubalis, & bubalum animal, & talum ſignificat. Talum fortaſſis bubalum aliquis dictum ſuſpicetur, à bú augente particula,& verbo βάλλω eò quòd ludentes frequenter eum proiectent. Ariſtophanes grammaticus ſcribit damalin,id eſt iuuencam,λέγει παροξύτονον βούβαλον (proparoxytona voce) ab Aeſchylo dictã & a Sophocle μεγάλῃ βούβαλι, eodem modo, declinandi ſcilicet & accentus ratione,quo ἄγκυλα dicimus. (nam alioqui communior vox eſt βούβαλις oxytona, quæ accuſatiuum facit βούβαλιν,) Varinus in Τράγος. Λεοντοχάραξ expono prædæ leonum expoſitam. γαῦρος,ex terra natam ſignificat: haud ſcio an legi poſſit νεῦρος pro νεόγονος, id eſt, teneram & nuper natam. Βούβαλις oxytonum apud Ariſtotelem legitur, & Oppianum & alios. Bubalorum fœtus ἀῶνες dicuntur, Varinus in τράγος.

יחמור iachmur Hebræis bubalum Africanum, de quo hic agimus, ſignificare, copioſe aſſerui in Bubalo de boum genere ſupra. Cæterum Deuteronomij capite 14. vbi Hebraicè iachmur legitur. Perſica tranſlatio habet mosk andaz.

Tragelaphi & bubali naſcuntur in Arabia, Diodorus Siculus lib.3.

Bubalus

Bubalus, inquit Oppianus lib. 2. de Venatione, corpore minor est eurycerote (id est dorcade platycerote: Gyllius non rectè ceruum transtulit:) dorco autem longè præstantior, (dama longè inferior Gyllius ineptè vertit:) splendidis est oculis, suaui colore, pulcher aspectu. Cornuum recti longiq; rami à capite exorti, mucrones retro ad tergum excelsos retorquent. Καὶκερσίν, ἀρθὶ μὲν ἀπὸ κεφαλῆς πρῶτον, Λιχμοῖσι μετόπισθεν. &c. Domesticam sedem mirificè amplectitur: nam si ipsum vinculis astrictum venatores in alienum locũ longinquum abduxerint, ac ibidem in pastionibus liberum & solutum reliquerint, non obliuiscitur ad consueta loca redire, neq; diu patitur apud externos vt hospes erret: neq; enim solis hominibus amica patria est, sed eius desiderio etiam ferę tenentur, Hæc Oppianus. Idem lib. 4. de Piscatione, sciænam piscem bubalidi, & struthiocamelo comparat, quod hæc omnia in metu, occultato tantum capite, tota se satis latère putent.

Πὸ δὲ πεπυσμένος ἐπικοιμᾶται λίθοισιν — Βυβαλὶς ὡς ὁ λεπτοκέρατος τρίβολον καρήνῳ,
Μαλθακὸν φυλακὴν ποθέων κέρας, ἀλλ' ἀσίνης — Ἔλαφος, εἰσόκε δὴ μιν ἐπαυρεῖ ἀλκὸς ἀρῆς.
Δαρδάψας δ' ἅμα πρωΐ, νομὸν δὲ καρήνων — Ἀγχόθι ποιμενίης ἐλάσῃ πεπαλαγμένος.

Bubalis capreisq; interdum cornua inutilia sunt: nam & si contra nonnulla resistunt, & cornibus se defendũt, tamen feroces pugnacesq; belluas fugiunt, Aristotel. 3. 2 de Part. animal. Bubalorum & ceruorum sanguini fibræ nullæ insunt: quare sanguis eorum non similiter vt aliorum concrescit, Aristot. Bubali sanguis aliquantulo amplius spissatur, quàm leporis & cerui, quippe qui proximè ouilli aut paulò minus consistat, Idem. Bubalorum sanguis non spissatur, Plinius.

G. Bubali coagulum easdem vires leporino habet, Dioscorides. Coagulum hinnuli bubali contra potum cicutæ prodest, & contra fungos, Haly. Barbari quidam remedia quæ de bubulo fimo & tauri vrina Dioscorides scripsit, absurdissimè ad bubalum referunt.

H. Βυβάλιον nomen rusticii in epistola quadam Simocati. Οὔτε δὲ λαγὼς ἔστιν ἐν ἡμῖν, οὔτε δορκὰς ἐάσημος. ἔστι δὲ βουβαλίδες καὶ ἔλαφοι. &c. In eadem. Et paulò post, Δορκὰς δὲ ἔχουσι καὶ βυβάλους οἱ γείτονες Αἰθίοπες ἀπὸ λαυρίου. Post vastam Aegypti solitudinem, Aethiopiam versus, Cynoprosopi homines habitantes ex venatu dorcadum & bubalorum viuunt, Aelianus. Βουβάλα, carnes bouis seu bubulæ, Hesychius. Ornamenta quæ circa manuum iunctũrã ferunt, præsertim mulieres, Græci pericarpia, &c. & bubalia vocãt, Cælius ex Athenæo. Bubalion ornamentum aureum circa brachiale. Diphilus in Pellice. Βυβάλια καρπῶν παιδίνα φοινικᾶ. Etymologus malim φοινικᾶ. senarius est iambicus. Sunt qui muliebre pudendum exponant, vt amphideon etiam pro vtroq;, vt supra dictum est in Vitulo cap 8. Βύβαλος, cucumis agrestis, Galenus in Glossis in Hippocratem: idem nomen apud Dioscoridem reperitur. Βύβαξ, nauis quod bubali πρῶτομον, id est caput, insigne haberet, Varinus & Etymologus. Sunt & aliæ huius vocis in Græcorum Lexicis declarationes. Etymologus βούβαλον exponit magnum & multum. Βυβάκης nomen nauis apud Philistum: dici videtur de oneraria vel valde onerata naui, vt βουφόρος. Suidas.

De oryge, vide in O litera.

DE IBICE.

In hac icone cornuum Ibicis inteſtitium meliùs exprimitur quam præcedente.



EX Caprarum ſylueſtrium genere ſunt etiam Ibices in alpibus, pernicitatis mirandæ quanquam onerato capite vaſtis cornibus gladiorúmq; vaginis, in hæc ſe librant, vt tormẽto aliquo rotati, in petras, potiſſimum è monte aliquo in alium tranſilire quærentes, atq; recuſſu pernicius quo libuerit exultãt, Plinius. Hoc genus Germani vocant *ſteinbock*: Galli quoq; Ciſalpini qui Italicè loquuntur circa Mediolanum, Germanicum nomen vſurpant: & ſimiliter finitimi eis Rheti, fœminam tamen priuatim ſuæ linguæ vocabulo veſinam indigerant. Galli tranſalpini Bouc eſtain vocant. Scoppa ibicem fœm. gen. facit, pen. l. bi cui, Plinius ibices rotati maſculino genere protulit. Idem Scoppa Italice camorciam interpretatur, ſed hæc rupicapra eſt camoza Rhæticè dicta. Fœminam ibicem Heluetij montani priuatim vocant *ybſchen*, vel *ybſchgeiſs*: quod nomen à Latino deductum non dubito. Illyrij kozorozieca. Hebræi אקו, ako Deuter. 14. inter quadrupedes puras: quanquam Septuaginta illic tragelaphum interpretantur, de quo ſupra dixi: quod parũ placet, quoniam tragelaphum circa Phaſin amnem ſolum reperiri Plinius ſcribit. Diodorus Siculus etiam in Arabia. Chaldaica tranſlatio habet יעלא iaela: Arabica יעל: Perſica קרז כוהי, kotz cohi, pro diſchon vero, id eſt, pygargo buz cohi. Abraham Eſra, & Iudæorum plæriq; rupicapram vel ibicem, vt eudio, interpretantur. Rabi Salomon Germanica voce *ſteinbock* id eſt ibicem: Kimhi hircum ſylueſtrem יעל iaal, vnde fœmininum iaelah, plurale ieelim. Dauid Kimhi hircum ferum exponit. Hieronymus primo Reg. cap. 24. & Auguſtinus Iuſtinianus pſalmo 104. ibices vertunt. Videtur ſanè nomen iaal à ſcandendo factum. Græca tranſlatio non rectè habet ἐλαφοι. Chaldaica iaelẽ. Arabica gazaël vel gazal, quod nomen pro dorcade vel capreа ſuperius expoſui. Vox iaal reperitur etiam Iob 39 & Prouer. 5. aliqui damam, alij hinnulum vel capream interpretantur: Capricorni nomen apud Latinos authores, quorum quidem ſermo probetur, pro animali poſitum nunquam legi, ſed ſemper pro ſydere, vt inferius exemplis patebit & ſimiliter ægocerota Græcorum, ad cuius imitationem capricorni vocem Latini fórmarunt apud Suidam ſolum legimus, Aegoceros animalis genus, nec plura. Αἴξ ἄγριος apud Homerum (cuius carmina ſupra citaui in Capris ſylueſtribus in genere) ibex eſſe videtur. Nam & nomen ferè conuenit, & cornuum magnitudo apta vt areus inde bant. Aliæ quidem ſylueſtres capræ minus idonea arcubus cornua habere videntur. quod vel minora ſint, vel ramoſa.

Quamobrem de feris capris, quas ixalos vocat Homerus, ex Euſtathio hic auctariũ adijciemus, ſuperius omiſſum. Capræ feræ, inquit, dum fugiunt venatores attritis vehemẽtius colcis ſæpe caſtrantur, vt ſues etiam feri, qui ita affecti κάπροι vocantur. Hoc autem accidere tum capris tum ſuibus feris multi etiam noſtro tempore obſeruarunt. Purrò cornua ixali capri ἑκκαιδεκάδωρα, id eſt ſedecim palmorum, ſiue dodrantum quinq; & palmi vnius, quidam ita intelligunt vt per ſe vtrumq; dimidiæ tantum menſuræ fuerit, nempe duorum dodrantum cũ dimidio. Sed hæc magnitudo nihil rarum aut mirum haberet. Atqui vel ſingula quatuor dodrantum viſa ſunt, & alia maiora ad ſeptimum vſq; dodrantem. In Delo certe inſula conſecratum aiunt cornu aduectum ex locis circa mare ruorum, arietis bicubitale & octo digitorum, librarum viginti ſex ponderis: & alterum hirci, bicubitale cũ dodrante, ponderis eiuſdem, Hæc Euſtathius. Habent alpes, vt Polybius tradidit, peculiaris formæ belluam, ſpecie ſimilem ceruo, ceruice & villis exceptis, quibus caprum refert, geritq; ſub mento aruncum dodrantalẽ, cui craſſities pro pulli equini cauda, & paulatim in mucronem colligitur, Strabo paulò ante finẽ libri quarti. Verba Græca ſic habent, ψησὶ δὲ Πολύβιος εἶδός τι ζῴου ἡμερῶδες ἐν ταῖς ἄλπεσιν, ἔλαφοειδὲς τὸ σχῆμα, πλὴν αὐχένος καὶ τριχώματος· τράγειον δ' ἐστὶν αὐτῷ καὶ τὸ ὑπογένειον ἔριον· τὸ μὲν μῆκος ἐστὶν ὡς σπιθαμαῖον ἢ ἐλαττόνως. Hanc feram apparet ibicem eſſe: & Strabonem vel Polybium καπρους pro τραγους poſuiſſe, quoniam Latini, à quibus accepere fortaſſis, caprum hircum appellant; Græci verò aprum vel ſuem marem, cuius ibice nihil commune, πυρὶς Græcis nucleum ſignificat, præcipuè olivæ: & ab eius figura quamuis congeriem ſeu ſtruem, quę in acumen tendit, qualem Latini metam vocant, cuiuſmodi eſt fœni meta. Latinus Strabonis interpres carnis globum tranſtulit. Ibix in vetere Teſtamento cum in vtraq; ſyllaba ſcribitur, & ab imperitis pro caprearum genere vel ariete exponitur. Iſidorus dorcades, capreas, & ibices imperitiſſimè confuudit. Ibices, inquit idem, quaſi auices: eò quod inſtar auium ardua & excelſa teneant & inhabitent, ita vt de ſublimi vix humanis obtutibus pateant: vnde & meridiana pars ibices aues vocãt, quæ Nili fluentis inhabitant Ibides aues intelligere videtur, nulla ratione, Similem video R. Iſaac Iudæi errorem qui Hebraicam vocem aeco, id eſt ibicem, nomen auis facit. Noſter Franciſcus Niger in Rhætiæ deſcriptione, Rhætos Heluetijs confœderatos, quoniam ibicem pro inſigni gentis habeant, in venationibus ei parcere ſcribit, his verſibus: Parcitur hîc capricorne tamen tibi, Panos amice, Arma quòd exornes, & pulchra inſignia gentis. Hinc longum hîc vitam viuens, ingentia iactas Cornua, perq; plicas rugoſa, repandaq; in armos, Formoſuſque nigris villis in montibus erras. Capræ ſylueſtris alterum genus eſt caper montanus vel ibex, Albertus: duo enim genera, præter capreolos, (qui minus proprie capris adnumerantur, vt ſupra dixi) caprarum ſylueſtrium Germanis nota ſunt, rupicapra & ibex. Idem Albertus Creticas capras, quæ paſtu dictemni infixas corporibus, earum taſ excernunt, capros montanos ſiue ibices interpretatur, quod tamen nullis argumentis probat. Et alibi, (inquit) animal curſu & agilitate tantum pollet, & ſimul tam ingentia cornua habet, quàm caper montanus, quem Latine ibicem vocant. huius enim cornua à capite vſq; ad clunes protenduntur: & cadens ab alio tergus corpus inter cornua protegit à colliſione, & ictus lapidum magnorum excipit cornibus. Et in catalogo quadrupedum alphabetico, Ibex de genere capri animal, colore fuluum, in alpibus Germaniæ abundans, magno etiã nisu maiores ſummas rupes aſcendit, & cum altius ſcandere nequit, cõuerſum aliquando venatorem deijcere nititur: ſed pectus venator cruribus diuaricatis dorſo eius inſilit, & cornua manibus apprehendit, & ſic aliquando de rupe depoſitus euadit. Extat Gordiani ſylua memorabilis picta in domo roſtrata Cn. Pompeij, in qua pictura etiam nunc continentur ibices 200. &c. hæc autem omnia populo rapienda conceſſit die muneris, quod ſextum edebat, Iulius Capitolinus in Gordiano primo. Ibicum generis mihi videntur feræ illæ capræ in ſummis Libyæ montibus, quas ex Aeliano deſcripſi ſupra in Capris ſylueſtribus in genere. Ioannes Stumpfius noſter in Chro-

nicis

Ibices Heluetiæ non parùm memoratu digna super huius animãtis natura scripsit, quæ ego Latinè sic reddidi: Ibices in summis apud Heluetios montibus abundant. Incolunt enim vertices alpium, vbi glacies nunquã soluitur, nostri appellant *sirn* & *gletscher*. Natura enim frigus requirit hoc animal, cæcum aliter futurum. Egregium est & corpulentum, specie ferè ceruina, minus tamen. Cruribus quidem gracilibus, & capite paruo ceruum exprimit. Pulchros & splendidos oculos habet. Color pellis fuscus est. Vngulæ bisulcę & acutę, vt in rupicapris. Magni ponderis cornua ei reclinantur ad dorsum, aspera & nodosa, eoq; magis quo grandior ætas processerit. Augentur enim quotannis, donec iam vetulis tandem nodi circiter viginti increuerint. Bina cornua vltimi incrementi ad pondus sedecim aut octodecim librarum accedunt. Libram dico pondus sedecim vnciarum, quonquam nostra octodecim implet. Ibex saliendo rupicapram longe superat: hoc tantũ valet, vt nisi qui viderit, vix credat. Nulla montium tam præceps aut ædita rupes est, quam non saltibus aliquot superet: si modò aspera sit, & spatia tanta prominent, quanta salientis vngulas excipere possint. Parietem scandit, si asper sit & non incrustatus. Venatores impellunt eam ad rupes excelsas & læues, illic cum euadere nequeat, conficitur, vel ab homine funibus per rupium demisso, vel ab ijs qui scandendo per rupium latera accedunt. Fera venatorem expectat, & solicitè obseruat, an inter ipsum & rupem vel minimũ intersit spatium. nam si visu duntaxat intertueri (vt ita loquar) possit: impetu facto se transfert, & venatorem impulsum præcipitat: Sin ille ita prope fixeq; rupi hæreat adeundo, vt nulla inter ea & spes appareat, fera loco manet, in quo vel capitur vel conficitur. Iucunda quidem hæc venatio, sed multis laboribus & periculis coniuncta: quamobrem sæpius bombardis feriuntur. Valesij qui circa Sedunum habitãt, ibicem in prima ætate captam omnino cicurari, & cum villaticis capris ad pascita ire & redire aiunt: progressu tamẽ ætatis ferum ingenium non prorsus exuere. Fœmina in hoc genere mare suo minor est, minusque fusca: maior capra villatica, rupicapræ non adeò dissimilis. Cornua ei parua, & ea quoque rupicapræ, aut vulgaris capræ, cornibus fere similia, Hucusque Stumpfius. Aristotelis verba de coitu ælurorum, id est felium, lib. 5. cap. 2. hist. animal. Alteras ridiculè transfert ad capri montani, siue ibicis coitum, his verbis: Mares furiomorum (barbarum hoc vocabulum ex Auicennæ translatione ad eum peruenisse opinor) non coeunt cum fœminis retro superfilientes: sed illas eleuatur in pedibus posterioribus, & fœmina applicat se ei æquando, &c. Viderat fortè vel ipse, vel ab alijs acceperat, qui ipsi viderant, ibices inter se colludentes, & colluctantes quodam modo: vt etiam capræ solent: & hunc eorum lusum existimauit coitum esse. Et si maximè ita coirent, quod mihi tamen in tali suffraginum & reliqui corporis caprarum similium quadrupedum habitu, fieri nequaquam posse videtur: ridiculè tamen erat, vt dixi, pro fele ibicen interpretatus. Ibicem moritu um venatores quidam narrant in altissimam montis rupem ascendere: ac ibi altero cornu ad parietem seu latus rupis innitentem ambitu perpetuo, ita vt nunquam conuertatur, circuire: donec attrito iam cornu moribundus corruat. Et quoniam in altissimis inaccessisque moritur locis, nunquam ferè cadauer eius inuenitur: contingit tamen aliquando vt magni niuium globi dum præcipites è verticibus ruunt, ipsa subinde volutatione auctiores, obuios forte ibices viuos, vt & alia quæuis animalia, arbores, saxa, tuguria corripiant, inuoluantque, & ad imos montium pedes deferant. In Creta faciunt arcus è cornibus ibicum, Bellonius.

G. Sanguinem ibicis aliqui commendant aduersum calculum vesicæ hoc modo: Vini apiati (hoc est, in quo adhuc musto apum aridum vel semina eius imposita sint) partes circiter sex: sanguinis partem vnam simul permiscent, & mox in vase referuant, & ter die potum inde præbent: mane, & tum quidem in balneo lotoladent: meridie, vesperi: hoc triduo fieri iubent, futurum enim vt calculus in arenam comminutus cum vrina exeat. Si non minus, execandum esse, tanquam extremo remedio frustra tentato. De hirci domestici sanguinis ad eundem vsum præparatione, pluribus dixi supra. Incredibile & vnicum remedium (inquit Marcellus Empiricus) [illegible] & arthriticis, hoc est, quo & ipse Ausonius medicus sanatus est, & multos ita iacẽtes, vt mouere se sine cruciatu non quirent, intra quinque dies stare, ambulare autem intra septem dies fecit. Conficitur sic: Vinum ibicinum Luna septimadecima colliges, quanquam & alia Luna vetere collectum (si tes vrgebit) simili efficacia prosit, dummodo medicamentum septimadecima Luna componatur. Ex eo ergò fimo quantum vnius manus pugno plenè potueris comprehendere, dummodo impar sit numerus pilularum, in mortarium mittes, (conteres validissimè) atq; adijcies piperis grana viginti quinque diligentissimè trita: tunc addes mellis optimi heminam, & vini veterrimi optimi sextarios duos: (aliàs sextarios quatuor, & conditi more miscebis potionem) & contritis prius pilulis vniuersa miscebis, & reponces in vasculo vitreo, vt cum fuerit opus paratum, habeas medicamentum ad subueniendum. Sed vt maior sit medicaminis efficacia, Luna septimadecima id facere debebis: & cum daturus fueris remedium, à die Iouis incipe, & per dies septem continuos dato, ita vt qui remediandus est, stans in scabello contra Orientem bibat. Quæ potio, si ita vt scriptum est, data & obseruata fuerit, etiamsi omnibus articulis & coxa infirmus contractusque fuerit, & immobilis ac desperatus iacuerit, necesse est vt septima die ambulet (ita sanabitur, vt nunquam paribus doloribus implicetur.) Hæc Marcellus cap. 25. Et rursus cap. 34. Inuictam, inquit, potionem ad ischiadicos & arthriticos facientem, in titulo superiore de ischiadicis plenissimè scripsimus: sed quoniam tam diuinus eius effectus est, iterandam putaui, ne quis arthriticis remedia requirens huius ignoratione fallatur. Fimus ergo ibicis in sylua vel in monte colligitur. Coagulum ibicis eadem leporino vires habet, Serapio citans Dioscoridem: ego cum Græcis Dioscoridis verbis contuli, nec inuenio nomen vllum Græcum, cui ibicis nomen Latinum conueniat, sed totus is locus apud Serapionem mutilus est: nam hinnuli, dorci, bubali, & cerui nomina omissa sunt: vnde conijcio vnum ex istis Serapionis interpretem exposuisse ibicem, & dorcum vel bubalum, potius quàm hinnulum aut ceruum, ita reddidisse.

H. Aegoceros, id est capricornus, animal est marinum, vt scribũt Grammatici, in quod tradunt se Pana transformasse, & in aquam se deiecisse, cum in Aegypto vnà cum reliquis dijs Typhôna gigantem acerrimum deorum hostem fugeret. Sed Iupiter huius ingenium admiratus, inter astra eum collocauit, Lucianus libro 8. Humidus Aegoceros, nec plus Leo tollitur vrna. Lucretius lib 5. Quo pacto æstiuis è partibus ægrocerotis Brumales edeat flexus. Sunt qui ægocerotem à Ioue inter sydera relatum scribant, quod cum eo nutritus fuerit. Alij Panã existimant posteriorem partem in effigiem piscis, priorem vero in formam hirci commutasse: & ea specie à Ioue in cœlum esse translatum. Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans Corpore semifero magno Capricornus in orbe. Cicero 2. de Nat. Eadem lege in Arato. Lotus Hesperia Capricornus aqua, Propert. libro 4. Eleg. Tyrannus Hesperiæ Capricornus vndæ, Horatius 2. Carm. Plura lege apud Varinum. qui Aegocerota Pani similem, & natum ex eo ait, &c. Aegoceros humidus, gelidus, celer, torniger, vdus, niuosus, laniger, hirsutus,

fessus, cornigeri, anfractus, horrendus, atrox, tropicus, aquosus, rigens, imbrifer, minax, frigidus, vrigens. Epithetes Textoris. Conueniunt autem hæc epitheta omnia quidem syderi, sed partim etiam ibici feræ accommodari possent quanquam veteres omnes, quod sciam, de sydere tantùm protulerint. Cur per caperum animæ descendere, per capricornum ascendere dicatur, Porphyrius explicat in Antro nympharum, & Cœlius 15.23. Capræ ascendunt pascendo, vadein zodiaco signum, vbi Sol rursus ascendere incipit, hac potissimum ratione capricornum dixerunt.

MVSMONIS historiam post Oues requirere etsi hoc etiam loco reponi potuisset. sunt enim villo caprino, & à Pansania in Phocicis hirci syluestres vocantur.

HIRCOBOVES feræ syluestres, vt Philostratus scribit in vita Apollonij, vltra Catadupa Nili reperiuntur, forma tanquam ex bouc & hirco compositæ.

DE DAMA PLINII ET VETERVM.

CAPRARVM syluestrium generibus, quę transmarini situs mittunt, Plinius damas quoq; adnumerat: & alibi, Cornua (inquit) rupicaprisin oc sum aduncæ, damis in aduersum: vt dama forte nihil aliud aut parum à rupicapra differat, præterquam cornuum situ. Quamobrem longè alia est dama vulgaris, de qua proximè dicam, nempe dorcas platyceros Græcorum, cui nomen Latinum non inuenio vt neq; Græcum damæ Plinij. Sipontinus platyceretes ex damarum genere esse scribit nullo ad hanc rem testimonio vsus. Certum est platycerota vulgò damam vocari, neq; vulgaris damæ genius, sed eam ipsam esse. Alij dorcadem simpliciter damam interpretantur, vt Platina, & dorcem Gaza in problematibus Aphrodisiensis, & Albertus agazel vocem Arabicam, quę omnia ad capreas & platyceronas & alias fortassis caprarum syluestrium species, vt capreolum à quo moschus excernitur, tanquam generis vocabula, non ad solam damarum speciem pertinent. Theodorus ex Aristotele ἔμξαξ, vertit damam, de qua voce plura dixi in Caprea. Strabonis interpres ἔμξαξ facit damas. Gadilonetica regio (inquit Strabo lib. 11.) post Halyos ostia ad Armeniam vsq; extenditur, tota campestris alit autem zorcas, quarum alibi raritas est. Marius Grapaldus δάμαλιν damam reddere libuit. Hoc in vniuersum dixerim recentiores omnes vbi damam vel ex Græcis vertunt, vel aliter eius meminerunt eam quæ vulgò sic appellatur, hoc est platycerotem, non Plinij damam intelligere. Plinius nostro seculo G. Agricola discrimen animaduertit. An verò vetustiores damæ nomine Plinianam semper intelligant, nec affero, neq; nego. Recentiores quidam צבי zebi vocem Hebraicam pro dama exponūt, nos capream esse supra docuimus. Est & sui generis Aucennæ agazel, quam Albertus damam nominat, lib. 22. his verbis. Dama bestia est magnitudinis capreæ, figuræ & pilis sicut cervus cornua habens, sed plana, longa & acuta. Est autem curtiu velox, vita prouida, cornupeta in aduersas sibi bestias. Arabice vocatur agazel.

DAMA PLINII.

HAEC icon damæ est ex caprarum genere, cui ind catpilus, arcuatus, figura corporis, atq; cornua, nisi quod his in aduersum adunca, cum exteris in auersum acta sint. Capræ magnitudine est dama, & colore dorcadis, Ioan. Caius. & rursus in epistola ad me: Est amicus quidam meus Anglus, qui mihi certa fide retulit, in partibus Britanniæ Septentrionalibus reperiri Damas illas, quarum effigiem ad te misi. Plinij & Romanorũ esse indicio est, quòd Romæ in columna quadam marmorea & triumphali superstite adhuc insculpatur, & cum Pliniana descriptione conuenit. Et rursus in alia: Conueni rursus amicum meum super Dama Plinij; qui respondit certum esse in partibus Britanniæ Septentrionalibus eam reperiri, sed aduentitiam. Vidit is apud nobilem quendam, cui dono dabatur. Accepi à quibusdam, eam in Hispania nasci. Plinius Damam & Pygargum ex Caprarum syluestrium genere è regionibus transmarinis mitti scribit. Damæ mansuescunt rarò cum feræ dici iure non possint, Plinius 8.56 vt Vincentius Bell. & Volaterranus alijque citant. Quin etiam Platina videtur hanc lectionem secutus, damam rarò mansuefieri posse scripsisse: nostri codices melius, Hi mansuescunt rarò, cum feræ dici iure nõ possint, proximè autem de leporibus loquutus erat. Hanc lectionem Geleniùs in Castigationibus suis probat ex archetypis manuscriptis. Pecuarius canis neq; tam strigosus aut pernix debet esse, quam qui damas cruoq; & velocissima sectatur animalia, Columel. Non omittenda sunt etiam tri. de damis epigrammata Martialis, quorum vnum lib. 1. extat de pugna damarum huiusmodi:

Frontibus aduersis molles concurrere damas
Vidimus, & fati sorte iacere pari.
Spectauere canes prædam, stupuitq; superbus
Venator cursu non superasse suo,
Vtraq; iam tanto calluerat cornua bello?
Sic pugnant tauri, sic cecidere viri. Et alterum lib. 4.
Aspicis imbelles vt tenuit quam fortia damas
Pardalis, & tanto tam timidus quanta furit?
Ne mortem pariter concurrere frontibus audent.
Tu, Cæsar, damas parcere? mitte canes.

Tertium in Xenijs: Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum. Imbelles damæ quid nisi præda sumus? Fulmotergore damæ. Ouidius in Halieuticis numerans eas cum lepore & ceruo. Et canibus leporem, canibus venabere damas. Vergilius in Georg. Feræ pecudes, vt capreoli damæq;, nec minus oryguin ceruorumq; genera & ipsorum, in dolauti-ps & voluptari dominorum seruiunt, modo quæstui ac reditibus, Columella 9.1. Timidi damæ ceruiq; fugaces. Nunc inter canes & circum tecta vagantur, Verg. in Georg. Grammatici masculini aut feminini generis esse dicunt. Cum canibus timidi venient ad pocula damæ, Vergilius Aegl. 8. Oculis capti

talpæ (inquit Quintilianus 9 3.) & timidi damæ dicuntur à Vergilio: Sed subest ratio, quia sexus vterque alterorum gignitur. Tam enim mares esse talpas damasq; quàm fœminas, certum est. Et superiecto pauidæ natarũt Aequore damæ, Horatius 1. Carm. Veloces damæ, Seneca in Hippolyto. Damæ epithera apud Textorem recenseturhæc, Agrestis, errans, fugax, iubellis, leuis, pauens, pauidus, pronus in fugam, spurcus, tener, territus, timidus. Possunt sanè & hæc epitheta, & alia pleraque de damis apud authores memorata, tum platyceroti tum Plinij damæ (cornuum figura tantum excepta) communia esse, quando vtræque syluestrium caprarum generis sunt. Indiam petenti Alexandro Magno rex Albaniæ dono dederat inusitatæ magnitudinis canem: cuius specie delectatus, iussit vrsos, mox apros, & deinde damas emitti, contemptu immobili tacente, &c. Plinius. Dama Pythagoræ fili, fuit ingenio & doctrina in exponendis paternis sententiarum inuolucris excellens, Celius. Gordiani syluæ memorabilis extat, in qua picturæ etiam nunc continentur, damæ ducentæ, &c. Iulius Capitolinus in Gordiano primo. Recentiorum quidam dammam per m duplex scribunt, quod ego non probo. Dama seruile nomen, inquit Acrõ in Horat. Serm. 2.

DE DAMA vulgari, siue recentiorum.

ANIMALIVM quorundam cornua in palmas finxit natura, digitosq; emisit ex ijs, vnde platycerotas vocant, Plinius. Dioscorides dorcadem platycerotem nominat, quod dorcadi, id est capreæ similis sit, nisi latitudine cornuum differret: quanquam Græcè ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα δορκὰς πλατυκέρως legitur, vt supra ostendi tanquam diuersa sint animalia: ego sine coniunctione legere malim, vt interpretes omnes fecerunt: facile fuit ε pro ις mutare. Quærendum ab idem animal sit, quod quidã cerui palmati vocant, quoniam cornua in palmas formentur. Oppianus certè curycerotas, sic vocat carminis gratia, cerui genera describit lib. 2. de venatione, his versibus:

Παντ' ἴλαφος πολύκερως, ὕστερον ἐρίφου Οἷν ἔμπαλιν ἔχει κέρατα τετράγωνα.

Fr. Massarius Marcellum reprehendit qui dorcadem platycerotem, capream à latitudine cornuum sic dictam apud Dioscoridem verterit: quod caprea & platyceros genere omnino differant. Ego Marcellum superius defendi. Caterùm platycerotem, damam vulgarem, id est vulgò sic dictam appellare volui, quòd alia quàm Plinij dama videatur, cui cornua in aduersum aduncà esse ait vt rupicapris in dorsum: & alibi ex transmarinis regionibus eam mitti. Nostra verò dama etiam in Europa capitur, cum alibi tum circa Oceanum Germanicũ, vt audio. Germani vulgo vocant *dam*, vel *damlin*, vel *dambartz*, vel *dambartz* potius. Itali daino, nonnulli danio: Galli dain vel daime. Hispani gámo vel córza, quod nomen à dorcade factũ videtur: Anglia falouue dcere. Græci hodie vulgo ἔλαφον. Polonus Munsterus scribit in alpibus Scotiæ incredibilem ceruorum & damarum inueniri multitudinẽ. Bubalo Oppianus mediam magnitudinem inter eurycerotẽ & dorcum tribuit, quod hoc maior, illo minor sit. Cerui appellatione forte intelligit Aristoteles etiam capreas, & damas, & capras syluestres, Niphus. In Samothrace capræ sunt feræ, quas Latinè rotas appellant, Varro. Hermolaus legit quas platycerotas appellant. Damula tanquã à dama diminutiuum apud Isidorum & alios recentiores legitur. Multi (vt Vincentius Bell. Albertus, & alij) cum mustela quam Itali vulgò donnolam vocant, damam (quam ipsi damulam appellant) confundunt, tum aliàs, tum remedijs, quæ ex mustela sunt, damæ adscriptis. Damula, inquit Isidorus, vocata est, quod de manu effugiat, vtpote timida & imbellis & cui pro armis sit fugæ leuitas.

Platyceros, quam Græci hodie vulgò platogna vocant, Aristotelis prox videtur, pro qua voce interpretes damam reddunt. Accedit hoc animal ad corpulentiam cerui, maius capreolo, à quo colore etiam differt. Cornua ei præ cæteris antrorsum inclinant, quæ quotannis amittit. Color dorsi subflauus est, cũ linea nigra per dorsum. Cauda longa vsque ad poplites, vt in vitulo. Latera eius aliquando maculis albis distinguuntur, quas senescens perdit. Fœminæ etiam aliquando totæ albæ sunt, ita vt capræ videri possent, nisi pilo breuiore differrẽt. Cornua eius diuersis in locis propter magnitudinẽ ostentantur, vt illa quæ spectantur in ascensu arcis Ambasij. Vbi etiam alterius bestiæ huius generis effigies videtur in lapide sculpta, cui cornua vera (quæ animal viuum gestauerat) adiuncta sunt. Hippelaphus. Hæc fortè bestia fuerit, quam Aristoteles Hippelaphum nominauit, quoniam barbam gerit ibicis instar. Sed quocunque nomine vocetur, animal sanè rarum & memorabile est, quod in Gallia aliquando conspectum fuisse, effigies eius publicè spectanda cũ cornibus expositа persuadet, Bellonius. Ad hippelaphi historiam hoc quoq; pertinet, quod Franciscus Galliarum rex equum habuit posteriore corporis parte ceruina, natum (vt fertur) ex ceruo & equa. Sed hic cum cornibus caruerit, hippelaphus Aristotelis esse non potest. Idem. De hippelapho vide quæ diximus in Hirci philologia cum de tragelapho ageremus.

Damarum sanguini fibræ nullæ insunt: quare sanguis earum non similiter vt aliorum concrescit, Aristot. Et alibi. Damæ cornua sunt: nam sanguis earum fibras non continet. Idem damam fel non habere ait: Et alibi, Fel (inquit) damæ prorsus non habet. Cornua damæ solida sunt, vt cerui Albertus. Cornua cerui & damæ ferè sunt eiusdem figuræ, differentia in quantitate, Idem. Pinicianus cornuum specie deceptus platycerota interpretatus est ceruum, quam nos abunde in operis alcen esse ostendimus. Sunt autem damæ vulgaris cornua, vt ipse obseruaui, huiusmodi. A summitate habent vt ceruina, deinde alterum ramum, nec plures: reliqua pars lata est, & in digitos circiter decem diuisa. Pro fusce eodem modo, quo cornu alces supra depictum dedimus. Totum cornu longum est duorum dodrantum cum palmo: huius media pars superior lata est, vt dixi inferior rotunda vt in ceruo, latitudo ad quinque digitos. Galli pilulas excrementorum cerui, damæ, & caperæ, fumees appellant. De voce damarum vide in Ceruo.

F Dama, inquit Platina, cum capreolis ferè in qualitatibus conuenit: bonum nanq; alimentum eius caro vel nullius præstat: modici quidem recrementi est, sanguinem tamen ad atram bilem quoquo modo tendentem efficit. Baptista Fiera post mentionem capreoli subdit, Damula adusta magis, si matris ab vbere rapta est, Huius priori in nostro fortè erit orbe locus. De coctura damæ, ex Platina, vide in Ceruo capite sexto: & ibidem de coctura platycerotis ex Apicio. Caro algazel feræ, quam Albertus damã exponit frigida & ficca est, & haemorrhoidas mouet: si cum pipere, cinnamomo ac sinapi paretur, Albertus: vel vt Rasis habet nisi cum melle, pipere, galanga & cinnamomo conficiatur. Et rursus, Comedantur carnes algazel cum sinapi & allijs. Olim ex quauis arbore mensa fiebat: At nunc diuitibus cœnandi nulla voluptas, Nil rhombus, nil dama sapit, putêre videntur. Vngitur enim atq; rosæ, &c. Iuuenalis saty. 11.

G Dorcadis platycerotis coagulum eisdem leporino vires habet, Dioscorides. Fimus algazel capillos auget, & commendat eos, cum oleo (myrtino) præparatus. Si lingua eius arida suffiatur guttur. (locus vel membrum in quo est sanguis supra) hirudines decidunt. Tali cinis impositus in fistulam, iuuat, Rasis & Albertus: qui & alia quædam de fimo & felle (quo tamen carere putatur) huius animantis ad coitum & conceptum pertinentia superstitiosa & illicita scribunt. Recentiores quidam pinguedinem caprę & damæ & vrsi, miscent linimentis ad memoriam confirmandam.

DE

DE CASTORE.

A.

CASTOR animal quadrupes est amphibium: Latini fibrum. & vt Seruio placet canem Ponticum vocãt: Græcis nominatur castor, & κυων ποντικος. id est, canis fluuiatilis, vt apud Syluaticũ legimus sed decepit illum nominis vicinitas. nam canis ponticus, castor est: canis potamios verò Lutra, vt in Lutræ historia demonstrabo. Italis, biuaro vel beuero. Gallis, bieure, quanquam Brasauola Gallos Castoris nomen retinere scribit: id quod Hispinos feciſſe puto, fieri tamen potest vt Galli etiã in regionibus quibusdã retinuerint. In Matthæoli Italica Dioscoridis translatione fiber ipse il castoreo vocatur. Germanis *biber*: Anglis beuer: Illyrijs bobr: quę omnia à fibro voce Latina deducta esse prima fronte statim apparet. Syluaticus plurima passim castoris & castorei in Arabũ libris nomina recenset, quorum multa scriptura solum & orthographia differunt, ego omnia vtcunq; corrupta adnumerabo, Albeduester, castoreum: ego ipsum castoré potius intelligo, nam pro testiculis ium vel iune vel similem vocem addere solent: Ium de beduſt. Iuna da haduster: Anguide beldustor: Guidelarus: Quibar: In de bidister: Zun de beduster: Iuna da bauster: Iune de bustor: Gen de beduster. Auicenna habet Giendedestar, aliàs Giendibidestar. Reperio & alia quædam vocabula apud Syluaticum & alios, quæ tum inter se tum à superioribus non parum differunt: vt, Cascubas, Amphima, voce corrupta forsan ab amphibio & Anfinia similiter, nã ceu Græcam Syluaticus exponit: item Achiam, Anchian, Anchiani, Antin algil, Asuschelhar. Albertus Iamyckyz barbarã vocem, ex Auicenna puto, castorẽ interpretatur: (& in libro 12. eadem. vt apparet, voce deceptus lanix quædam attribuit, quę omnino castoris sunt. (sed Iaw yakaz pro latace habet Auicennæ translatio, pro castore autem fastor. Castoreũ testiculus est animalis quod castor appellatur vel deum, Platearius. Ex his tot scribendi modis quin maior pars corrupta sit, dubium non est. ego quos quibus præferam incertus sum. Kipod Hebraicam vocẽ Esaiæ 34. & alibi in Sacris literis non castorem, vt quidam videtur, sed echinum terrestrem significare in eius historia demonstrabo. אנקה anakah vel eur anak. Leuitici ca. 11. aliqui ericium, alij hirudinem interpretantur, author cõcordantiarũ reptile, volans. R. Salomon alibi hericium, alibi ברוש exponit, id est fibrum, Gallica lingua (qua is vti solet) bieure dictum: sic etiam Munsterus legit. Non placet legi iuerra, quod id vocabulum lingua Gallica R. Salomonis familiari, aliter efferatur. Translator noster mygalem vertit, Munsterus.

B.

Differt a lutra fiber cauda solum: cætero pilus vtriq; pluma mollior: vtroq; aquaticũ, Plinius. Sunt qui fibrum meli comparent sed corpus ei longius tribuunt, & pilum subtiliorem. Pilos habet pulchros, Author obscurè: densos & breues, Albertus duros, fului coloris, Idem: in cinereo candidos & inæquales: vbiq; enim à breuibus duplò longiores existunt: nitidi moll. sq; sunt, vt etiam lutræ cuius tamẽ pili ad cærulei coloris, breues & æquales sint,

Ge. Agric

Strepsiceros Io. Caij.

Alia eiusdem icon, tum insuper lyra quam cornuum inter se collatio ipsa ostendit.

STREPSICEROTIS cornuum effigiẽ aliam Io. Caius ex Anglia pictam ad nos misit, cum descriptione eorundem, quam hîc adijcio. Strepsicerotis cornua (inquit) tam graphicè descripsit Plinius, atq; lyris tam appositè comparauit, vt longiore verborum ambitu opus non sit. Ergo hoc tantum addam: ea esse intus caua, sed longa pedes Romanos duos palmos tres, si recto ductu metiaris: si flexo pro natura cornũ, pedes tres integros. Cornua sunt vbi capiti committuntur, digitos Rom. tres cum semisse. describuntur in ambitu palmis Rom. duobus & dimidio, eo ipso in loco. In summo, leuore quodam nigrescunt, cum in imo fusca magis & rugosa sint. Tum inde à primo ortu sensim gracilescunt, & tandem in acutum exeunt. Pendunt vnà cum facie sicca per longitudinem dimidiata, libras 7. vncias 3. & semissem. Facies, quæ adhuc superest iuncta cornibus, & frontis ceruicisq; pilus, loquuntur Strepsicerotem animal esse magnitudine fere ceruina, & pilo rufo ad instar ceruini. Sed an nares & figura corporis ceruina sit, ex facie nihil habeo certi dicere, cum nares diuturni temporis vlu detritæ sint, & facies eadem de causa hinc inde glabra sit, conijceres tamen ex eo quod superest eum propius accedere ad ceruum aut platycerotem. Hinc pictor ceruinas adiunxit nares Strepsicerotis faciei, exiguas scilicet & breuiores, quàm pro faciei magnitudine. Quod inter radices cornuum vides, pars collo est. Hæc Caius. Idem postea in Epistola ad me: Si Ouis Cretensis, inquit, seu Idea, Strepsiceros sit, propter erectorum cornuum figuram, eadem opera & Monoceros erit Strepsiceros. At non propter versuram erecti, sed flexuram indirecti cornu vocatur Strepsiceros. Ita enim flexa vtráque sunt, vt eorum curuaturæ faciant imaginem lyræ, vt rectè scripsit Plinius. Quamobrem imaginem adiunxi, vt inter Strepsicerotem & Ouem Cretensem, non tu solùm, sed & omnes qui eam viderint dijudicẽt. Talem autem antiquorum lyram esse vicissim & ex hac cornuum curuatura, & ex cæteris lyra scire licet (etsi in chartis astronomicis aliter depingatur) si dempto manubrio, aut pro manubrio supposito animalis capite, spacium inter cornua corpus esse lyræ, animo conceperis. Subus appellatur ab Aristotele (*Oppianus dicere debuit*) qui à Plinio Strepsiceros, inquit Io. Bodinus enarrans librum 2. Oppiani de Venatione: mihi hoc simpliciter affirmari posse non videtur: quando alijs versibus Oppianus, vt superius citaui, Strepsicerotis meminit. Subus quidem ei amphibia quadrupes est, piscibus victitans, videri autem potest ad sylueſtre. Ouium genus referri posse: nam statim ante historiam eius Oppianus de Ouibus feris Creticis egit, quas colore flauo vel purpurascente esse scribit, quadricornes: non lana, sed villo ferè caprino tectas. Et mox addit: Quin etiam Subus colore flauescit splendido, sed non æquè villis hirsutus est: & duo tantùm valida cornua supra latam gerit frontem. Quòd si non congeneres bestias istas existimasset, conferre inter se atque distinguere opus non fuisset. Sed coniectura hæc tantum nostra est: quam certioribus aliorum scriptis aut confirmari aut infirmari velim.

Bestiæ cuiusdam mihi incognitæ cornu quale hîc exhibeo vidi in arce generosi Domini Guilielmi Wernheri Cimbrorum Comitis, longitudine brachij, colore nigricans, baculi velcoli crassamento, leue, cauum ad dimidiam partem aut amplius. Addebat, ex fama nimirum, animalis bicornis esse: & bina huiusmodi inter anathemata ratiora Ferdinandi Augusti extare.



DE CAPREA SIVE CAPREOLO ET DORCADE CAPREOLI MARIS FIGVRA, FOEMINA cornibus caret.

Alia icon vtrung, Capreolorum sexum repræsentans

CAPREA, capreolus & dorcas, tria nomina, animal, vnum mea quidem opinione denotant: nam neque Grammatici neque alij scriptores satis expressérunt quid de his nominib. sentirent. Dorcadis nomine Plinius & alij veteres vtuntur, tanquam nullum apud Latinos vocabulum ei responderet. Leoniceus reprehēdit Plinium quòd capreā & dorcadem tāquam diuersa animalia diuersis in locis memoret, vt vesperti lionem & nycteridem, &c. Recentiorum plerique, etiam doctissimi, vt Gaza Hermolaus &c, capram vertunt, alij Græcum nomen retinent. Capram quoq; recentiores non omnes eodem modo interpretantur. Caprea dicta est, quod quandam, vt ait Varro, capræ similitudinem habeat. Sunt autem syluestres capræ (Grammaticus quidam, non Varro) vnde capreoli dicti. Capræ in plurimas similitudines transfigurantur: sunt capreæ, sunt rupicapræ, &c. Plinius. Scribens mansuetæ omnia etiam fera reperiri, quasi in illa transfigurentur. Ecce feræ saxi deiectæ vertice capræ, Vergilius 4. Aeneidos: Seruius capras expectat, In Africa non sunt capræ syluestres, vt Aristoteles: vt Plinius, capreæ. Martialis etiam capream pro rupicapra accepisse videtur, non pro dorcade, vt infra dicam. Ego capreas quidem de genere caprearum syluestrium esse concedo, idq; propter reliqui corporis figuram: non item cornuum, quæ ramosa eis & ceruinis similia sint, vt mediæ inter feras capras & ceruos naturæ conferi debeant, vt plerycerotes quoq; Rupicapra verò, ibex, dama, & bubalus Africus, quæ cornibus etiam capram aut hircum referunt, magis propriè capræ syluestres mihi dici videntur. Caprea igitur propriè dicta ramosis est cornibus, pilis nec deciduis (de quo pluribus infra dicam) teste Plinio: Hanc Germani vocant, *reeh* vel *reech* (quanquam & ceruorum hinnulos aliqui apud nos similiter abusiue nominant:) marem priuatim *reehbock*, fœminam *reehgeiss*. Angli Roo: Illyrij *fernavel farna*: Galli *cheureau* vel *cheureul sauuage*. Hispani *corzo*, vel *cabronzillo montés*. Itali *capriolo* vel *cauriolo*, & in fœminino genere *capriola* vel *cauriola*. Licet plerique, in sua quisq; lingua) non capream, sed capreolum hisce nominibus interpretentur: ego certè inter capream & capreolum non aliam quàm vel ætatis, vel sexus potius differentiam inuento, vt apud Græcos etiam inter dorcem, dorcadem, dorcalidem, &c. Qui superiore seculo literas docuerunt, capreolum pro hœdo perinsciti etiam interpretati sunt. Capreolus diminutiuum à capreus, animal syluestre, Grammaticus quidam. Coryadon apud

don apud Vergilium Aeglogæ 2. Alexidi puero duos capreolos promittit, his verſibus: Præterea duo nec tuta mihi valle reperti Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus ambo, Bina die ſiccant ouis vbera, quos tibi ſeruo. Sparſos albo exponit Seruius, qui habent adhuc maculas à prima ætate venientes. Acceſſu enim temporis mutant colorem, & earum macula eſſe gratiæ minoris incipiunt. Capreolus (inquit Albertus) cornibus magis refert ſpeciem ceruis: vſu eſſe acuto fertur, voce debili, (exilem alibi dicit:) quam venator libito fallit imitatur, & allectum capreolum, quaſi ad ſui generis animal proſiliens interficit, aut capit. Et alibi, Capreoli, qui cervis cornibus ſimiles ſunt, non mutant dentes: qui cum craſſeſcunt eis, ætate prouectiores intelliguntur: oculi eis pulchri, viſus peracutus, abundant in Africa vltra mare Carthaginis, vt Auicenna ſcribit. Hos Auicennæ capreolos, dorcades intelligo, alterius generis quàm capras ſylueſtres, quas in Africa eſſe negauit Ariſtoteles, vt Plinius non recte capreas tranſtulerit, ſi illæ à capreolis non differunt ſpecie, quod nos aſſerimus. Capreolos in Aegypto copi teſtis eſt Marcellinus lib. 22. Reperiuntur etiam in Germania permulti, Albert. Cerui appellatione forte intelligit Ariſtoteles capreas quoque, & damas, & capras ſylueſtres, Niphus 313. Capreæ multæ capiuntur in regionibus Heluetiorum alpinis, colore ceruis non diſſimiles, ſed mole corporis longè inferiores: quas vix capras a ex quarum etiam genere ſylueſtres exiſtimantur. Mas cornu in capite gerit lenis plerunq; ramis diſtinct minæ ſuus maritus capiatur, aliũ quærit, eumq; ſecum ad priſtinæ habitationis ſuæ locum adducit. Fœmin capta, maritos aliò diſcedit & aliam ſequitur coniugem. Quamobrem callidi venatores, fœminas rarò capere lent, & foetuitò captas interdum dimittunt: quod vna aliquando fœmina complures capiendos adducat mares, v ſcribit Ioan. Stumpfius noſter in Chronicis Heluetiæ.

צבי zebi, eruditi linguæ Hebraicæ capream exponunt: eius fœminineum eſt, צביה zebiah. Iudæus quidam ceruum mihi interpretatus eſt, deceptus puto ob cerui ſimilitudinem. Legitur hæc vox Deuteronomij capite 14. inter animalia cibo permiſſa: vbi Chaldaica tranſlatio habet טבייא thabia, (pro qua voce in Actis legitur cap. 9. ταβιθά, quod ſonat δορκάς:) Arabica טבי thabi biſſyllabum, vt v ſit conſonans: Perſica אחו ahu: Septuaginta dorcas, Hieronymus capreu. Arabica vox & Chaldaica finitimæ mihi Hebraicæ videntur, z litera tantum in th vel t conuerſa. In tanto veterum & eruditorum conſenſu non dubitabimus quin zebi ſit capra, ſeu dorcas: vt minimè approbem recentiorum illos qui damam, aut hinnulum exponunt. Zebaoth numero plurali fœminino legitur Canticorum cap. 2. vt zebaim in maſculino 1. Paralip. 12. vbi Munſterus capreas veloces curſu exponit. Libro 3. Reg. cap. 4. zebaim numerantur inter cibos lauti oris regis Salomonis, cum ceruis & bubalis, quos iachmur vocant, & ipſis ex caprarum ſylueſtrium genere. Equidem coniecerim hoc animal apud Hebræos ſic dictum eſſe à pulchritudine, quam zebi ſimiliter vocant: non enim oculis tantum, vt Albertus & alij ſcribunt, ſed totum aſpectu elegans eſt, & maculis ſuis mirum in modum placet vt in deliciis haberi mereatur: vnde Martialis, Delitium paruo donabis dorcada nato: Lactatis ſolet hanc mittere turba togis. Cæterum in diſtichõ quod apud eundem proximè ſequitur per capream intelligo rupicapram, vt infra dicam. Finitima huic apud Hebræos vox eſt etiam zaphir, hircum exponunt: vt zephira capram. Munſterus in Lexicis ſuis עפר opher, fœtus cerui aut capreæ, vt Dauid Kimhi interpretatur, his verbis. ילד האיל או צבי. Aſtipulantur et Abraham & Salomon Cant 2. vbi ſcribitur opher ialim, Græca tranſlatio habet νεβρὸς ἐλάφου: Hieronymi, hinnulo cervorum. De voce dichoa, quam aliqui capream exponunt, in pygargo capræ ſylueſtris genere dicam. בכרה bikerah, camelum dromadem ſignificat, vt ſupra dixi: quanquam Hieronymus Hieremiæ 2. capream interpretatur, deceptus vt ſuſpicor quod in Aquilæ, Symmachi & Theod. tranſlatione δορκὰς legerit pro δρομὰς vel δρομὶς. Dorcadem & capreolum qui Arabice ſcripſerunt medici, vel eorum interpretes, gazel, vel gazelum, vel gazellam vocant, vt apparebit infra, vbi de alimento ex hoc animali dicemus. Capreolus, ad Almanſorem ſeptimo tertij, à ſtirpe dorcas dicitur, Aggregetor. A Syluatico etiam dorcas capreolus exponitur. Gaza vel azael Arabice aliqui vertunt pro iaal Hebraica voce, de qua in Ibice dicemus. Agazel Alberrus damam exponit, vt aliqui etiam dorcadem, ſed vtrique vnius generis ſpecies confundunt. Capreæ minima eſt inter cornigera quæ explorata habemus, Ariſtoteles interprete Gaza: Græce legitur dorcas, lib. 3. cap. 2. de partibus: & rurſus ibidem. Bubalis capreiſque interdum cornua inutilia ſunt: nam & ſi contra nonnulla reſiſtunt, & cornibus ſe defendunt, tamen feroces pugnaceſque belluas fugiunt. Non placet (verba ſunt Hermolai) quorundam diſtinctio inter dorcem & dorcadem: quaſi dorcas cervinus pullus ſit, dorx animal diuerſum: cum dorcas Ariſtoteli non cervum, ſed capram ſignificet. Certè Dioſcorides in coaguli mentione dorcadem à dorco ſeparauit: (lego, non) vt eo diſtet dorcus à dorcade, quo cervus abinulco. Et in Strabone zorces, pro eo quod ſunt dorces, niſi vitium ſit exemplari, legas. Hæc Hermolaus. Ineptior eſt illorum ſententia, qui capras Indicas long ſimis auriculis, dorcades interpretantur, quàm vt pluribus reprehendi debeat. Origenes dorcadas παρὰ τὸ δέρκεσθαι dici opinatur, Cælius. Verba Origenis in cant. homilia 3. ſi modo eius ſunt quæ illi adſcribuntur, hæc reperio: Dorcas quantum ad Græca vocabula, nomen à videndo atque clarius proſpiciendo ſortita eſt, Habet in natura ſua, vt non ſolum videat ipſa & perſpiciat acerrimè, ſed & aliis viſum præbeat. Aſſerunt namque hi, quibus medicinæ peritia eſt, ineſſe huic animali intra viſcera humorem quendam, qui caliginem depellat oculorum, & obtuſiores quoque viſus exacuat. Iſidorus etiam ſcribit dorcades ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι dictas. Dioſcorides inter coagula ſimiles, inquit, leporino, vires habent, coagulum hœdi, deinde agni, hinnuli, capreæ laticornis (vt Ruellius vertit: vel vt Marcellus, dorcadis, quam à latitudine cornuum platycerotem dicunt:) dorci, cerui, vituli, & bubali. Græca ſic habent Ἐρίφου ὑὸς ἔριφος, καὶ νεβροῦ, καὶ δορκάδος, καὶ πλατυκέρωτος, καὶ δόρκωνος, καὶ ἐλάφου, καὶ μόσχου καὶ βουβάλου ἰμάλιον ἐχόντων ἰώδη. Coniunctionem καὶ poſt δορκάδος, Hermolaus & Ruellius non legerunt, ſed διαρθρωτικὸν, vt videtur eis loco. Marcellus vero coniunctionem expreſſit, & duo diuerſa fecit animalia, quod illi vnum, in quo ego ei non aſſentior. In eodem Marcello Fr. Maſſarius reprehendit, quod platycerotem dixerit capream. Non enim caprea eſt, inquit, quæ platyceros Græcè dicitur, ſed diuerſum omnino genus ex Plinio, volumine vndecimo vbi de cornibus loquitur, tradente. Aliorum finxit in palmas digitoſque emiſit ex iis, vnde platycerotas vocant. Dedit ramoſa capreis, ſed putua, hæc fecit decidua: Ex quibus manifeſtò apparet animalia hæc prorſus eſſe diuerſa, Hæc Maſſarius. Cæterum quod non ſint prorſus diuerſa, neque diuerſum omnino genus, caprea & platyceros, quod Maſſarius nimio traducendi Marcelli ſtudio ductus aſſeruit, vel inde apparet, quod vnum dorcadis nomen vtriuſque commune eſt: idque merito, cum aliud nihil, quod ſciam, differant, quàm cornuum ſpecie: qua capreis ſimpliciter dictis tortia, alteris lata ſunt: & præterea magnitudine, platyceros enim maior eſt: ſed de platycerote ſeorſim agam inferius,

inferius. Redeo ad iam citatum Dioscoridis locum: in quo dorcum capream, vel capreolum intelligo, cui cornua non sunt lata, vt dixi. Νεβρὸν vero, id est hinnulum, vix aliter intelligi posse puto, quàm vt ad sequentia omnia referatur, vitulo tantum excepto: nam & apud Latinos hinnorum ad huiusmodi animalium fœtus commune est, & apud Græcos similiter vsurpari reperio. Hoc si cui non placet, doceat nos quid hinnuli coagulum à ceruino differat: quanquam Varinus πέρκα animal ceruo simile esse scribit, quod alio nomine νεβρὸς dicatur, sed sine classico authore. Solinus per capream intelligit le boue estant (1. Ibicem.) Gaza vero Aristotelem transferens imitatione Plinij, Dorcada semper capream vertit, Fellonius. De illo dorcadis genere, quod moschum odoramentum profert, alibi dicam in M. littera. Pauidosque iuuat compellere dorcas, Gratius, nisi legendum sit pauidas: iam dorx fœminini generis videtur. Δόρξ ἀνόμαζόν, ἔστιν δορκάς, Etymologus. Δορκὰς τὸ τῆς ἐλαφου γένος, ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι ἰσχυρῶς καὶ ὀξύτατα, Etymologus, & Varin. Γέρκες, τὰ δορκάδων ζῶα: ἔστιν κέρατα ἐλαφου, Hesychius & Varinus. Ἰυρκες, αἶγες ἀγρίαι, ὑσπιχίδες, Hesychius & Varinus. Δορκὰς ζῶον, διὰ τὸ ἐλαφου, δέρκει, ὃν σημαίνει καὶ ἀντὶ τοῦ ἀπὸ θήρας ποιεῖσθαι τὴν ἀσφάλειαν ἔχειν, Suidas. Myrtilus apud Athenæum δορκὰς solum, non etiam δόρκωνες viurpari dicit. Xenophon libro 1. de expeditione Cyri, Ἔστιν ἐνταῦθα καὶ ὄνιδες, καὶ δορκάδες. Δόρκων ὄνομα πᾶσι, καὶ ὁ ἔλαφος, Suidas, Camelopardali cauda est parua vt δορκαλίδων, Oppianus. Gillius ceruorum vertit, malim capreolorum. Canes venatici vt celeriores fiant, cerui aut dorcades diu vberibus alendi sunt, Oppianus. Hic Gillius eandem vocem damarum reddidit. Et licet in re ipsa fortassis nihil interfit, negligentia tamen vocabulorum & inconstantia vertendi viros eruditos non decet. Δόρκα κοντίδες, id est lendes, Hesychius & Varinus. Πτῶκα, dorcadem, vel ceruum, vel leporem exponunt, Suidas & Varinus. Sed cum πτῶκας δορκάδας, ἢ πτῶκας νεβρὸς dicimus, epitheton est pro eo quod est timidos. Πέρκα, ἐξαίφνης, id est subito, Galenus in Glossis Hippocratis. Πέρκα, ἐξαίφνης, ἀφνω, Hesychius. Hinc dicta forte πεπερκώτια, τὰ ἀπὸ νεοσπερκεθέντων ἄλφιτα, id est farina ex hordeo nouo: vtpote prima, & statim post maturitatem facta: & πέρκες, τὸ γαλακτόκερατα ἐλάφων, ἢ δορκάδων εἴδος. id est teneri ceruorum hinnuli aut caprearum genus, à subita nimirum celeritate: vel vt grammatici dicunt, ἀπὸ τοῦ περκίζεσθαι, ὅπερ ἐστὶ πηδᾶν, Varinus: Hesychio simpliciter cerui. Πέρκες εἴδος δορκάδων, ἢ τὰ νεογνὰ τῶν ἐλαφων, ὅτι ἐν ᾠδῇ τὸ πέρκον λέγεται. Eustathius. Idem πέρκας ceruos vel celeres interpretatur, quod minus placet. Iam cum prox Græcis etiam torem significet, tenerum ceruæ fœtum sic appellari inde coniecerim eadem ratione, qua herſæ ijsdem hœdi vocantur. nam herſe etiam vel erse ros est. Damam Græci proca vocant: Aristoteles & idonei ferè omnes, & Dionysius à ceruo non distinguunt. Philetas primigenios ceruos procas dici volut: Ab hoc animali Proconnesus appellata est, Hermolaus. Aristoteles ceruo & πρεμὶ fel negat: & sanguinem eorum non spissari ait: Plinius vtrunque de ceruo & capreascribit, quanquam corrupti codices capram habent. Gaza tamen proca vertit damam, vulgarem nimirum, non Plinij damam intelligens. Idem Gaza, Aphrodisiensis problematum 1. 27. δόρκας reddidit damas, vbi inquisitur cur δορκὰς, & aliorum quorundam animalium excrementa paulisper aroma oleant. Ego quidem nullius animantis alui excrementum odoratum noui præterquam martis è mustelarum genere Aphrodisiensis forte de moscho audierat, qui excrementum est de rei seu capreoli peregrini, non alui tamen, sed apostematis circa vmbilicum, vt alibi referemus. Oppianus lib 2 de venatione post ceruorum historiam cuycerotas, id est platycerotes subiungit, de quibus scribit per omnia ceruos esse, excepta cornuum latitudine, & statim ἴορκες (pro δόρκες puto, carminis ratione: nam & paulo post, & alibi δόρκων meminit sine vlla descriptione propria) hisce verbis, Τετὰ δ' ἄορ κακλήσκουσιν ἰνὶ ξυλόχοισιν ἴορκες, Καὶκείνοις ἐλαφοισι ὅμοιαι, πλὴν δ' ὅτι κάτω Σπουδὴν ἄκρον ἔφυσαν, πανείσιλον, οἷά τε θηρῶν Παρδαλίων, σφέων γὰρ ἴδοις ὅτι χροὶ μαρμαίρει. Hoc est, Habent & torci corpus ceruinum, & pellem vndique maculosam, nonaliter quàm panthera. Hos igitur capreolos esse non dubitabimus. Mox in bubalo, minor reperitur cuycerote est, dorco maior, δόρκα μὴν ἔτι μείων. Et rursus paulo post, inter perdices & dorcos (Gillius damas vertit) mirum naturæ consensum indicat: ita vt & mansueti inuicem sint, & in propinquo maneant, & ijsdem locis pascantur. Quamobrem venatores capto dorco proposito, perdices alliciunt, vel contra. Portò circa finem libri quarti, venatores monent ne post longum & prolixum cursum dorco vel modicè respirare & quiescere permittant: præcipuè enim eis grauem & molestam esse in medio cursu vrinam: quam si respirando excreuerint, longè velociores postea ferri. Cerui genus est, quod Acharnen Aristoteles vocat, Albertus corruptè halzenen, & dorcadem interpretatur. Alcheit est animal quod dicitur gazella, & est simile capreolo, Andreas Bellunensis. Damilia, id est, animal simile capreolo de Han: Damala, idem, Syluaticus. In dorcadem, cuius vber à vipera ictum fugente hinnulo (νεβρὸν vocant) vnà cum matre periit, epigramma Polyæni, & alterum Tiberij Illi, Anthologij Græci libro 1. sectione 53. Est & ceruum illidem Tiberij, in dorcadem in mari captam. Tiberius κεμαδα dixit, quam Polyænis dorcada. Κεμὰς, cerui hinnulus, tener & in spelunca adhuc iacens, quasi κεμὰς ἐν κευμαμένῃ κεχωσμένῃ ἀπὸ νεβρὸς autem, qui iam maior est, & ad pascua exit, ὅτι βοσκὴν ἐξιὼν κατανεύει, Varinus: Vel quasi κεμὰς ἀπὸ τοῦ ἀκούειν τὰς μητέρας ἐν τῷ μηδέπω τοκετοῦ διαλυθῆναι δυναμένας, ἢ ἀπὸ τοῦ κεκρυμμένα τὰ βρέφη ὑπὸ τῶν μητέρων ἔχειν πρὸς τροφήν, Etymologus, & Varinus. Alij contra νεβρὸς hinnulos in prima ætate vocant, κεμαδας vero in ea qua iam ceruis, id est adultis, proximi sunt, Varinus. Κεμὰς, hinnulus, vel ceruus, vel dorcas, Hesychius. Minus equidem miror veteres Græcos vnum vocabulum de duobus animalibus diuersis vsurpasse, cum Germani nostrates etiam vtrunque animal vna voce reeh appellent. Dorcas enim adulta cerui hinnulo similis, & magnitudine æqualis est. Apud Hesychium & Varinum κεμφὰς quoque reperias pro ceruo, & κεμπεσὼν, ἐλαφοειδὴς ἀνήρ. Et κέμπεσθαι, pro κέπεσθαι nimirum, quo lenissima auis est. Κεμμὰς, per duplex μ, hinnulus ceruinus, Hesychius. Κεμμάδα ἀρτίκερω μαζονα βριθουσαν ἐλάφων, Tiberius Illus in epigrammate: licentia est poetica. Communiter enim per μ. simplex scribitur. Ὡς δ' ὅτε καρχαρόδοντα δύω κεκεάδοντε λέοντε Ἠκαμάδ', ἢ λαγὼς ἐπιπρὸ πόδεσσι φέρηται, Homerus Iliad. 10. Τὰς ξυνὰς δειλοπρεπεῖς κεμάδας, Herodicus apud Athenæum in fine libri quinti. Etymologus eandem hinnulum cerui vel dorcadem exponit. Τέτε δ' ἐν τισι κεμὰς, ἰδίως τι κυνῶν ἐφορῶντος ἡμιόλιος, Homerus puto, citatur ab Etymologo. Εἰδ' ὡς ὅτε πυλαγὲς εἰρύσσατο Δάμνα ἄνακτα Ἠκαμάδος (forte Ἐκ καμάδος) ἔνδον ἐχεσκεθέοντα κεμᾶδα. Καλμὰς, νεῦρον ἐλάφου, Hesychius & Varinus: malim νεβρὸς quàm νεῦρον: non raro enim ὁ pro ου. scriptum librariorum incuria reperitur. Ζὲρ (malim ζερξὶ) ἐλάφου ἢ ἔριφος, Hesychius. Hodie vulgò à Græcis capreolus ξαρκάδι dicitur, quasi dorcadi a dorcas Bellonius.

B

De Libyco dorcadum & cemadú genere Aelianus hæc tradit: Dorcades (in Libya) quanquam velocitate sunt mirabili, tamen inferiores sunt in currendo equis Libycis. earum aluus nigris virtis distinguitur, reliqui est poris color tu-

color iubet: & pedes quidem eis longi sunt, cornibus caput ornatur, oculi nigri, longissimæ aures habentur. Κεμὰς à poëtis nuncupata, turbinis instar celerrimè fertur, flamis pilis spectatur, cauda est tum pilosissima, rum exalbenti, eius oculi cyaneo colore tincti videntur, aures peraltis pilis refertæ, neq; modò in terra pedum celeritatem ostendit, sed etiam cum in fluuij confluentem incideris, vngulis pedum remigans, fluctus perrumpit & verò in lacubus natare gaudet, vnde sibi pastum comparat virides iuncos & cyperum depascitur, Hæc Aelianus. Vetus Catadupa Nili procedens Apollonius ceruos & capreas inuenit, Philostratus. In Arabia sunt onides & δορκάδες Xenophon lib. 1. de exped. Cyri minoris. Capreolus vulgò Italis dictus, corpulentia similis est ceruotto minor, & hoc particulare habet, quòd nullâ prorsus caudâ habent, quod Aristoteles notauit, & est dorcus (vel dorcas) Aristotelis, Plinij caprea, Bellonius in singul. vbi etiam lectionem Plinij emendat, qui decidua eis cornua esse negat.

30 Cornua animalium vacua sunt iuxta caput, & ibi intrat corpus quoddam durum ferè osseum, potis reteretum: præter cornu cerui, & eorum animalium, quæ similitudine quadam cum ceruo conueniunt, vt sunt dama (vulgaris,) capreolus & equiceruus, (alcen intelligit:) quæ omnia nobis cognita sunt, & eorum cornua solida esse constat, sed potis intus plena, Albertus. Et rursus: Nullum animal nobis notum mutat cornu, præter cervum, & nobis (lege ei, nempe ceruo) conuenientia animalia. Atqui Plinius cornua capreis deciduas esse negat. At Cælius ex Pautania vt ceruorum, ùc dorcadum quoque cornua decidere & renasci scribit. Capreoli etiam quotannis dejciunt cornua vt cerui, & defodere creduntur à nonnullis, quod deiecta non reperiantur, (tardè puto habent vltra ternos ramos. Edlebach: Cornua ramosa quotannis amittunt. Bellonius. Belisarius rufos canes colore capreas referre tradit. Ἀκθλωκεμάδα in epigrammate legimus. In Lycia dorcades non transeunt montes Syris vicinos, Plinius. Hispania dorcades multas producit. Strabo. Capræ sanguinem non coagulari apud
35 Plinium non rectè legi pro capreæ, vel inde constat, quod medici hædino sanguini bibendo, antequam coagulescat, acetum miscerl iubent ne coagulari possit.

C. Venenis capreæ & coturnices, vt diximus, pinguescunt, placidissima animalia Plinius. Dorcades asini syluestres, &c. ficus & farinam appetunt: quare Aemenij vt eas capiant, pilcium nigrorum qui venenati apud ipsos nascuntur, farina ficus conspergunt, quibus gustatis, bestiæ statim intereunt. Aelianus. Dorcas dormiens oculos habet apertos: Varinus in Ἀέλλ, ex quo Cælius etiam transcripsit. Ἔτι quidem & lepus & dorcas exponitur, leporem autem oculis apertis dormire constat. Capream noctu cernere Ioan. Textor scribit: quod Plinius de capris scribit, de capreis (quod sciam) nemo. Nisi quis ita interpretetur hæc Plinij verba, Capras negant lippire, quoniam ex quibusdam herbas edant: item dorcades Et ob id fimum earum cerâ circundatum noua luna deuorare iubent, Et quoniam noctu æquè quoque cernant, sanguine hircino sanari lusciosos putant, Hæc Plinius.
50 Vulpes & capreoli etiam nocte cibum quærunt, Cardanus. Leo an decipiat oculis apertis vt dorcas, Etymologus in ἀλωπηκίμ@. Pendentem summa capream de rupe videbis, Canem si speres, decipit illa canes, Martialis l. b 3. Videtur autem non propriè dictam capream, sed rupicapram Plinij intelligere: quæ & summas rupes conscendit, & ab ijs pendere solet, cum venatores vrgent: & cornua ad hanc rem idonea habet, caprea non item: accedit quod in proximo ante hoc distichon de dorcade (id est vera caprea) locutus sit. quod superius ad calcem. Blondus etiam, qui his proximis annis multa edidit Romæ, capream pro rupicapra accipere videtur: Caprea, inquit, siua & rupes altissimas habitat, nimirum propter timiditatem. Vidimus tamen & mansuetũ hoc animal: nam inter homines deponit feritatẽ celerrimè, vt & hinnulus cerui. Ex pelle eius fimbriantur mulierũ pellicea indumenta: sunt & chirothecæ &c. Eandem Creticam esse putat syluestrem capram, quæ dictamno (vel vt ipse ineptè scribit pulegio) depasto sagittas sibi expellat.

40 D. Tam disparaquilæ columbanó est. Nec Dorcas rigido fugax leoni, Martialis. Proverbium, Caprea contra leonem, infra ponam. Vt pauet acrem agna lupos, capreæq; Leones, Hor. Epod 2. ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀετοῖς τὰς ἐλάφους καὶ τὰς δορκάδας θηρᾶν, Philes & Aelianus.

Cynuprosopi vel cynocephali homines qui post vastam Ægypti solitudinem habitant, &c. ex venatu dorcadum & bubalorum viuunt, Aelianus. Dorcadum & bubalorum, tanquam eiusdem generis animalium, mentionem Simocatus etiam in epistolis coniungit. Qualis eligendus sit canis, qui venetur dorcos, cervos & lepores, ex Oppiano in Cane celere docui. Capreas, apros, & lepores in vnum leporarium contungi apud Varronem in opere de re rust. legimus. Nunc vt habeant multos apros ac capras, (lege capreas) complura iugera macetijs concludunt Varro. In leporario non lepores solùm includuntur sylua, vt olim in ingero agelli, aut duobus: sed etiam cerui, aut capræ (leg caprææ) in ingeribus multis, Idem. Apros in leporario pingues solere fieri scis Axi. Nam
55 quem fundum in Tusculano emit Varro à M. Pisone, vidisti ad buccinam inflatã certo tempore apros & capreas conuenire ad pabulum cũ è superiore loco e palæstra effunderetur apris glans, capreis vicia aut quid aliud, Varro. Fetæ pecudes, vt capreoli damæq;, nec minus orygum ceruorumq; genera, & aprorum, modo lautitias & voluptatibus dominorum seruiunt, modo quæstui ac reditibus, Columella 9. vbi de viuarijs faciendis scribit.

Caprex, inquit Blondus, ferè omnino ceruo similes sunt, eademq; arte qua cerui decipiuntur. Comprehenduntur enim laqueis, implicantur & retibus ac rarius quàm cerui, quoniam alpes & montiũ culmina incolunt. Quamobrem insidiæ in montibus & collib. ponendæ sunt. In syluis citius capiuntur. Cauendum est ne venantes ab eis videantur: qui procul etiam agnoscunt venatorem, & mox fuga elapsæ occultantur. Cum vim canum & insidias venantũ prope sustinerint, ex rupibus quandóq; præcipitantur: quare & rupes sunt obsidendæ Circa Kalendas nocturnis insidijs ad lumen Lunæ, bombardis aliquando trajiciuntur, vt cerui etiam, visi, aprique. Hæc
60 Blondus. Caprex ceruiq;. vt æquus expertis sunt venatores, flantem ventũ petere currendo solent, vt refrigerati spiritus cursu laborantes vento possint: quamobrem ad venti flatum canes collocandi sunt. Attrahi enim ita à vento cerui solent & caprex vt nolentib. quandóq; venatoribus illa fugam arripere admittatur. Belisarius. Sic etiam cerui latratu canum audito, vt Plinius scribit, aura semper secunda fugiunt, vt vestigia cũ ipsis abeant. Scythis & Sarmatis venationes suot: intra paludes quidẽ ceruorum aprorumq; in campis autẽ onagrorum & dorcadum: Strabo lib. 7. Dorci quantopere ament perdices, eisq; propositis illiciantur, superius ex Oppiano retuli. Capiuntur & folij sibilo allecti capreoli, quo vocem eorũ venator imitatur, vt supra dixi ex Alberto, & pluribus dicam in venatione cerui. Aquilæ lepores cuniculos & capreolos capiunt auxilio canum Cresc. Vide in Aquila.

F. Dipnolophistis in conuiuio quod Athenæus descripsit, dorcades etiam appositæ sunt: quarum carnem Palamedes Eleaticus onomatologos non insuauem esse dixit. Mensæ apud Indos imponuntur integri Leones &
70 capreæ, &c. Philoll. lib. 2. Hic optata ferat nobis fomenta calore Vda leui, modicis moxque coquenda focis,

Baptist

Bapt. Fiera de capreolo præfert autem eum damæ, quam magis aduſtam (id eſt, ſiccioris alimenti,) eſſe ſcribit. Dorcadis caro melioris ſuccieſt, quàm cæterorum agreſtiũ animalium. & ad humanum corpus quandam habet familiaritatem, humidiſq; & multas ſuperfluitates in bentib corporibus prodeſt: Item morbis colicis & comitialibus, ſed ventrem moratur, & neruis ſua ſiccitate conducit, Symeon Sethi. Tympanici ex carminibus moderatè comedant: & eas potius, quæ non ſunt pingues, præcipuè feminas: vt cerui, apri & capreæ, Trallianus. Ex ſylueſtribus optima eſt gazellicaro, deinde apri, Auicenna. Carnes ferinæ omnes prauæ ſunt, vt quæ ſanguinẽ feminum & melancholicum gignant: gazellorũ tamen minus malæ ſunt cæteris: eas ſequuntur leporinæ Eluchaſem. Caro gazel parum excrementi gignit, vtpote ticca, Raſis Nutrimentũ ex algazel frigidum & ſiccum eſt, Arabs quidam. Caro caprearum, author Celſo, boni & plurimi alimenti eſt: ſanguinem tamen atræ bili confinem generat. Capreolus decem vel duodecim menſiũ in cibo ſumi poteſt qualibet anni parte, Arnold. de conſer. ſanit. Ius in caprea, vt docet Apicius: Piper, liguſticum, careũ, cuminum, petroſelinum, rutæ ſemen: mel, ſinapi, acetum, liquamen, & oleum. Aliter ius in caprea aſſa: Piper condimentum, rutam, cepam, mel liquamen, paſſum, oleum modicè aut ylas cum iam bullijt. Aliter ius in caprea: Piper, condimentum, petroſelinum, origanũ modicum, rutam, liquamen, mel, paſſum & olei modicum amylo obligabis, Hactenus Apicius 8. 3.

Ex ceruo vel capreolo paſtillus quomodo paretur, Platinæ verbis dicetur in Ceruo. Ex capreolo item quomodo fiat ius conſumptum, ex eodẽ docebo in Gallina vbi de capo. Cerui anteriorem partem in iuſculo lardario coques, lumbos aſſabis: ex coxis paſtillos aut pulpamenta facies. Eadem & capreoli, damæ, ac capreæ coctura. Platina. Cibarij genus, quod Germani vocant *hofnefftel*, hoc eſt, ligulas aulicas, hoc ferè modo fieri inuenio. Capreoli pellis bulliat & depilata elixetur, deinde in ligulas ſeu tænias dodrantales & ſeſquidigitum latas ſciſſa eo liquamine, quod gelu in patina vocant, condiatur.

G. *De remediis ex caprea & dorcade.*

Plinius maiore pro parte ſimpliciter & domeſticis tribuit capris vires, (vt Humelbergius obſeruauit) quas Sextus peculiariter *caprcis*: id quod non magni momenti eſt: cum remedia ex eis non differant genere: ſed in eo tantum quod ſylueſtria in pleriſq; efficaciora domeſticis habeantur. Amplior potentia, inquit Plinius, ſert eiuſdem generis (caprini,) quod numeroſiſſimum eſſe diximus. Si cui otium erit diligentius inter ſe conferre poteſt (nos obiter tantum contulimus) remedia quæ ab authoribus collegimus, primùm attributa villaticis capris: ſecundò ſylueſtribus ſimpliciter: tertiò ſylueſtribus illis, quas dorcadas Græci, Latini capreas vocant, quæ hic in præſentem locum congerimus: Capreæ torminoſis in cibo proſunt. Marcellus: dyſentericos intelligo: ſiccat enim & retinet ventrem caro caprearum, vt Symeon Sethi prodidit. Cordis draconis pingue in pelle dorcadum neruis ceruinis adalligatum in lacerto, conferre iudiciorum victoriæ Magi promittunt, Plinius. Et poſt pauca verba, Dentes draconis illigatos pellibus caprearum ceruinis neruis, mites præſtare dominos poteſtates, que exorabiles: vnde apparet eum dorcadem non eandem exiſtimaſſe cum caprea, eadem nimirum ratione qua daſypodem à lepore differre putauit. Mulieri candida à pectore hyænæ, caro & pili ſeptem, & genitale cerui, ſi illigentur dorcadis pelle collo ſuſpenſa, continere partus promittunt, Plinius. Inter remedia aduerſus comitialem morbum, Magis placet draconis cauda, in pelle dorcadis alligata ceruinis neruis. Seuum capreæ, & adipem anſerinum, & medullam cerui, & cepe, cum reſina ſimul & calce viua, fac vt malagma, mirè ſanant. Sextus cerebrum capreæ (capræ Plinius) per annulum traiectum ſi dederis infanti ad glutiendum antequam lac ſugat, efficit vt nec caducus fiat, nec phantaſma incurrat, Sextus. Dorci coagulum eaſdem leporino vires habet, Dioſcorides. Leporis hinnuli, aut capreæ coagulum potum ex vino nec non immiſſum cum oryzæ cremore cœliacos & dyſentericos iuuat. Galenus parabilium 1. 113. Auicenna 4. 6. 4. 9. de cura lyſſa dicti inter alia remedia nominat coagula leporis, vulpis, gazel. Ad conceptum promouendum. Dorcadis hœdi, leporis coagulum cum agnino ſanguine & adipe, &c. commiſce & poſt purgationem ſubdito, Aetius 16. 34. Cui oculi dolent, iecur capreæ contritum ex vino bibat cum aqua calida in feruore ſanabitur, Sextus. Idem remedium ad eos qui ab hora decima non vident, id eſt, nyctalopas ſeu luſcioſos, huiuſmodi præſcribit: Iecur capreæ (alij capræ, vide ſupra:) in aqua calida falſa coquatur, eius vaporem oculi excipiant, & ex eadem aqua oculos foueant: ſed & iecur edant, & ex liquefacto inungantur. Quidam iecur eius aſſant in craticula, & fluentem ſaporem colligunt, & ex eo inunguntur. Quidam coctum vel aſſum iecur capreæ cum pane edunt, & idem bibunt. capreæ iecur combuſtum & aſperſum, ſanguinem mirè ſiſtit Sextus. Contritum, & ex aceto in naribus offultum, ſanguinem mirè ſiſtit, Sextus.

Ad maculas de facie tollendas: Capreæ fellis drachmam vnam, farinæ lupini & mellis drachmas quatuor commiſces in vnum: & exinde faciem illines, limpidam faciem efficit, Sextus. Fel capreæ cum aqua mixtum, illitum in faciem à ſole vſtam, ſanat. Idem. Ad lentigines in facie: Fel capreæ ſeruatum illitum, lentigines de facie purgat, & omnes maculas extenuat. Item cum melle & nitro commixto, & ſpongia combuſta & ſulphure viuo ad mellis craſſitudinem redactum, & in faciem illitum, emendat, Sextus. Fel capreæ (capræ, Plinius) cum melle Attico mixtum inunges caliginem potenter diſcutit, & claritatem præſtat, Sextus. Fel capræ drachma vna, & modicum vini cum melle vt poſſit teri inunges. & lanabis oculorum caliginem. Idem facit & ad cicatricem, & argemata, & nephelion, & glaucomata, & pterygia, & ex eo felle inungantur. Idem ex eo felle inunguntur palpebræ cum oleris ſucco, ex rectos pilos non iuuat renaſci. Facit & ad ruptiones ex ictu tunicularum cum lacte mulieris tepido. Hoc autem fel quanto vetuſtius fuerit, tanto melius erit. Sextus. Eadem omnia de capræ felle legimus apud Plinium, vt ſupra recitaui paucis quibuſdam variantibus. Fel dorcados per ſe ad claritatem oculorum laudatur: Hippocratis. vt putant, authoritate adiicitur, quod in argentea pyxide id ſeruari iubent, Plinius. Aſſerunt dorcadi intra viſcera humorem quendam ineſſe, qui caliginem depellat oculorum, & obtuſiores quoque viſus exacuat, Origines in Cantica: ego non alium quàm bilis humorem intelligo. Ad tinnitum & ſonum auricularum: Fel capreæ cum roſaceo aut ſucco porri tere, & tepefactum auribus inſtillato, ſanat. Sextus. Fel capreæ cum roſaceo, vt ſupra, dentium dolorem ſanat, Idem. Ad faucium dolorem: Fel capreæ cum melle Attico mixe, fauces tange mirè ſanat, Sextus. Ad omnia vitia quæ in faucibus naſcuntur: Capreæ fel cum melle Attico: adiecta myrrha, croco, & pipere æquis ponderibus coques in vino, donec contrahatur, & ex eo fauces quotidie tange, donec ſanæ fiant, Idem. Ad ventrem ſoluendum: Fel capreæ ſuppoſitum ano cum ſucco cyclaminis herbæ & alumine aliquantulum aut anetho (intro, Plinius) combuſtum, indito:

indito: caue ne hæmorrhoides habeat, Sextus. Idem Plinius de felle capræ scribit, vt supra dictum est. Ad conceptum inducendum, Fellinam vesicam dorcadis aut hirci euacuato & ex eo quod viscidum interius inueneris pessulum conficito & paulo ante congressum imponito aut penis glandem illinito, Aëtius. Ad veretri exulcerationem. Fel capreæ mixtum cum melle aut succo rubi appositum mirè sanat, Idem. Splen capreæ potatus torminosos mire sanat, Idem. Plinius cœliacis capræ hircíue lienem assum commendat. Contra serpentes in suffitu quodã Nicander addit ἔνοδιον ζοφὸς (capreæ) νέον κέρας. Capras negant lippire, quoniam eæ quasdam herbas edant: item dorcades Et ob id fimum earum (quærendum, an caprarum tantum, an etiam dorcadum) cera circundarum noua luna deuorare iubent, Plinius. Medicamento cuidam ad impetigines miscetur stercus dorcadis apud Aetium: Ad arquatos: Capreæ stercus aridum tritum cribratum, cochlearij mensura ex vini odorati cyathis quatuor ieiuno & loto exhibe: febricitantibus autem ex aqua eandem potionem, Galenus Parabilium 2.39. Sunt ex plebe qui dicant veticam capreoli si coniuges ederint, concordiam & amorem inter ipsos mutuum fore, præcipuè mariti erga fœminam: nam & capreolus mas mirificè suas fœminas amat & sequitur, Edlebach.

H.

Quemadmodum capreolus apud Latinos diminutiuum est à caprea, sic dorcalis & dorcadion Græcis à dorcade. Βοσκάδιον, ἐρεκάδιον, Hesychius. Πρὸξ apud Græcos, caprea, dama, & alijs modis exponitur, vt supra monui. Longe aliud sonat prox dictio Latina. Prox (inquit Festus) bona vox, velut quidam vocant, significare videtur, vt ait Labeo de iure Pontificio lib. 12. Aliter proba vox, vt æstimo.

Epitheta Caprea pascuis intenta, Horatius 4. Carm. Edules, Horatius 2. Serm. Imbelles, Ouidius 1. Fast. Lasciuæ similem ludere capreæ. Horatius 3. Carm. Sequaces: Vergilius lib. 2 Geor. oues, auidasq; iuuencas, capreasq; sequaces à vitibus arceri iubet, quòd plurimum eas pascendo mordendoq; lædant. Seruius persecutrices exponit, vt simile sit illi, Malaq; sequacibus vndis: nimirum quod vineas persequantur. Vitibus à rupicapris nemo metuit: quare hoc etiam argumento quomodo hæc duo genera syluestrium caprarum differant, apparet. Ibices altissima occupant, & parum descendunt: rupicapræ descendunt quidem, sed non longè, ita certe vt loca culta nunquam attingant capreoli inferiora montium, & colles, & valles, syluasq; etiam circa planitiem colunt. Capreæ celeres etiam & syluestres & leues dicũtur inter Textoris epitheta Fugaces, Ouidius 1. Metam. & Vergil. 10. Aeneid. Ἀκεφαλίων ἀκέγκιτα ἀξεπαλίδων, Agathias in epigrammate: animosos vocat capreolos, quod inter se tales sint cum ludunt & lasciuiunt, timidum alias animal: quanquam etiam animosè inter se pugnãt aliquando, tanta contentione vt se inuicem conficiant. Κεμὰς ξυβή, Herodicus. ἀκέτιαι κέλωρες, Apollonius Argon. 3. Δορκαλίδες, ὄργανόν τι ἐς κόλασιν, ὅπερ οἱ μάντεις ἐλαφείδια, Suidas & Varinus: Hoc est, instrumentũ quoddam ad puniendum, vel scutica ex loris caprearum. Δορκάζων, circumspiciens Hesychius & Varinus. Pulsus si interuallatus conquiescat, ac mox cooriatur velocior, ἀορκαδίζων vocatur, id est dorcadissans: quæ nuncupatio de animalis producta in cursu natura est, Cælius. Mentio eius fit apud Galenum, nonnullis caprisantem vertere placuit. Capreoli vitium cincinni sunt intorti, quia ad locum capiendum tendunt appellati, Pompeius lib. 3. Vitis caprea dicta est, quod parit capreolum: is est coliculus viteus intortus vt cincinnus: is enim vites vt teneat, serpit ad locum capiundum; ex quo à capiendo capreolus dictus, Varro de re rust. 1. 32. Noua circunciſis vndiq; capreolis spargantur in tabulatis, Plinius lib. 17. Græci helica vocant, de quo multa dixi in Vitulo parte prima capitis octaui Vere deindè primùquã cœperit germinare, capreolis, quod genus bicornis ferramẽti est, terra commoueatur, Columella 11. 3. Ego hu c instrumento nomen positum crediderim, vel quod capreoli cornua repræsentet, quæ quidem puto in summo bifida esse, diuaricatis ramis, qualia & ceruina sæpe visuntur. Quod si ambos huius ferramenti mucrones, quos ab altera tantum parte habet, respicias, capræ vel rupicapræ cornuum quandam videbis speciem: Vel à similitudine ad illos vitium capreolos qui bifurcati simpliciter sunt, nec dum in sese retorquentur. Germani hæc instrumenta vocant *jetboreule* id est farcula, ab vsu farriendi & exherbandi. Capreolus, vt quidam scribit, dictio Tectonica Cæsar 2. belli Ciuilis, Duæ primum trabes in solo æquè longæ, distantes inter se pedes quatuor, collocantur: inq; eis columnellæ pedum in altitudinem quinq; defigunt, has inter se capreolis molli fastigio coniungunt. Vitruuius lib. 10. cap. 20. cardines vocat, extremas capreolorum partes quæ in cauum induntur, &c. vt scribit Gul. Philander in Annotationibus suis in Vitruuium. Spirulatim signat, clauiculatim, & capreolatim, Cælius: Dicitur & lebeti subiectus capreolus, id est helix, splen Idem. Mulieres ferè circulum ex stramento nexum lebetibus & cucumis subdunt: vt patellis & sartaginibus tripodis genus illud quod furculas habet, quibus sartaginum ansæ nitantur, fixam vnam, alteram ambulatoriam Hoc forte capreolum Latinè dixeris, siue quod tripes sit, vt & machinam quandam tripedem, & ludi puerilis instrumentum capram vulgò dici supra monui: siue propter furculas: nam ceruos etiam bacilla furcillata vocari Seruius scribit: & Græci helicas in vitibus capreolos vocant, quos Germani furcillas. Est & aliud instrumentum cum ansa bidente seu furcillata, quod mensis imponitur, vt patellas sustineat præsertim pauperum, in quibus inferũt pultem hoc etiam capreolum nominarim, *ein pfannenknecht*. Dorcidion eadem dictamno herba est, vt supra exposui. Apud Aëtium lib. 10. cap. 2. aduersus iecoris obstructionem, dorcadiadis herbæ, quæ & muscium appelletur, pars vna, cum costi dimidio, cochlearij mensura in potu datur. Hæc quænam sit, certi nihil habeo: videtur sanè esse odorata aliqua herba, quæ moschum odoramentum recentioribus tantum Græcis notum, ex quibus Aetius quoq; est, odore suo referat: cuiusmodi ego plures noui: sed iuam moschatam vulgo dictam, chamæpityi similem, aut genus alterum chamæpityos, obstructo iecinori proculdubio vtilem, præ cæteris hoc nomine donãrim. De alijs herbis quæ moschum olent in Dorcade peregrina, ex qua moschus colligitur, in M. litera dicam. Inuenio & muscilion dici quandam herbam ab odore musti, vt conijcio: quoniam & dorcida vocant eam, naribus vitiosis & fœtentibus accommodatam, vt Aëtius existimat, nisi quis prodictamno accipiat, quod & dorcidium appellãt, Hermolaus. Dorceus, vnus ex canibus Actæonis apud Ouidium. Dorcon, Δόρκων, nomen rustici in epistolis Simocati. Δορκὰς & δορκὰς meretricum nomina in Anthologio. Oryx (lego oryx,) animal colore dorcadi simile, Hesychius & Varinus. Antaplon, peregrinum animal capreolo simile, vide supra in Calopode.

A capreis Capreæ dictæ sunt insula vltra Surrentum Campaniæ circiter octo millia passuum, Tiberij principis arce quondam nobilis, nunc coturnicum multitudine, &c. Sipontinus. Capreæ nomine insula etiam nunc est in conspectu Neapolis. Nic. Erythræus. Capreæ ab Athenæo abruptæ, Strabo lib. 1. Et lib. 5. Capr earum, inquit, duo antiquitus fuerant oppidula, nunc vero vnum, quod Neapolitani occupauere, &c. Tiberium aliquando in

Capreis habitaſſe apud Ioſephum quoq; legimus lib.18.Antiquitatum.cap.12.Huius inſulæ ſupra etiam in Capra memini,capitis 8.parte 1. Eſt & Capraria vt puto à feris capris dicta. Vide ſupra in capra 11.a. Dorcades inſulas (vt quidam nominant, perperam fortaſſis:nam apud Plinium & Solinum Gorgones appellantur.) in Oceano Aethiopico ſitas contra Heſperidum hortos.Phorci filiæ Gorgones dictæ inhabitaſſe dicuntur. Perſeus dorcum & vrſum,& alia quædam animalia amabat, Tzetzes in Varijs. Laphriæ Dianæ apud Patrenſes magno in ara igne excitato ceruos,apros, dorcades, & alia animalia viua injiciunt, Pauſanias in Achaicis. Coptitæ dorcades fœminas religioſe colunt,mares verò comedunt. Fœminas enim Iſidis delicias eſſe dicũt. Aelianus. Capreæ prius iungentur lupis,de re incredibili,apud Horatium 1. Carminum Ne caprea contra leonem, Μὴ σπεῦδε λέοντι δρέκειν, hoc eſt ne longè inferior cum potentiore decertes Dorcas enim ſylueſtris eſt capreolus,Eraſmus: Quaſi vero aliquis capreolus ſit non ſylueſtris. Refertur à Diogeniano. Suidas integrum refert ſenarium, Μὴ σπεῦδε λέοντι δρέκειν ἐλαφηβολίαις. Huc pertinent verſus illi Vergiliani lib.10. Aenecid. Impaſtus ſtabula alta leo ceu ſæpe peragrans, (Suadet enim veſana fames, ſi forte fugacem Conſpexit capream,&c. Sed prius Appulis iungentur capreæ lupis,Horatius. Citat Eraſmus in prouerbio,Prius lupus ouem ducat vxorem.

CORNVA hæc vidi nuper apud generoſum Cimbrorum comitem Guilielmum Fuernberum, quæ a Capreoli fœmina fuiſſe (cum fœminæ cornutorum, quorum ramoſa ſunt cornua, ſine cornibus eſſe ſoleant) aſſerebat.

DE PYGARGO.



PYGARGI, teſte Plinio, ex caprarum ſylueſtrium genere ſunt,quas tranſmarini ſitus mittunt. Quidam pygargum capream ſylueſtrem exponunt, non diſſimilem damæ, cuius interpretationis authorem non afferunt. Sumine cũ magno lepus,atq; aper, atq; pygargus. Et Scythicæ volucres, Iuuenalis Sat. 11. Deuteronomij cap.14 רמא דישון diſchon vocẽ Hebraicam Chaldæus interpretatur רמא rema,id eſt vnicornẽ. Arabica tranſlatio habet ארזיר arziu: Perſica בוז כוחי buz cohi: quanquam etiam pro akko id eſt ibice, ibidẽ koz cohi redditur. Buz quidem Perſice capra eſt,& koz quoque fortaſſis:nam & Illyrice koza vocatur. Septuaginta πύγαργος :Hieronymus pygargus. Numeratur autem inter quadrupedes cibo hominum puras. Bartolemæus Anglicus author obſcurus, Pygargus (inquit) animal cornutum eſt & barbatum inſtar hirci, minus ceruo, maius hirco:ſimile hirco ceruo: miræ velocitatis: loca frequentat ſyluoſa & deſerta.Gloſſa etiam,inquit,in Deuteronomion,animal hircoceruo ſimile exponit. Forte pygargus eſt tragelaphus Bellonij de quo in Hirco 11.a. Eſt & aquilæ genus apud Ariſtotelem pygargi nomine ab albicante cauda Græci grammatici πύγαργον interpretantur etiam pro homine timido & imbelli,quod ij quibus albæ ſunt nates,vel potius totum corpus,ferè timidiores ſint: melampygi vero,id eſt nigris natibus, qualem fuiſſe Herculem ferũt fortes ac intrepidi. Vide prouerbium, Ne in melampygum incidas,apud Eraſmum, cuius mentionem Varinus quoq; facit: Item pro turpi & libidinoſo, vt pygargo ſi: per antiphraſin: ἐπ' ἀφρόνων ἐγχωρεῖ τὴν πυγὴν, ἀντὶ τοῦ κινῶν αἰτίαν ἐστὶ τοῖς παροῦσιν γέλωτος: Præterea pro rapace, nimirum à pygargi aquilæ natura.

DE BVBALO.

PAVCA animalia gignit Germania:inſignia tamen boum ferorum genera, iubatos biſontes, excellentique & vi & velocitate vros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit:cum id gignat Africa vituli potius ceruinæ quadam ſimilitudine Plinius. Bubali vulgaris id eſt vulgo ſic appellati apud pleraſque Europę gentes,hiſtoriam ſupra ſtatim poſt Taurum deſcripſi, & obiter quædam de Africano bubalo immiſcui,præſertim capite primo Apud Græcos vbicunque bubali mentio fit de Africano ſemper intelligemus: & ſimiliter apud Latinos veteres: Nam recentiores omnes pro bouis ſylueſtris genere hoc nomen vſurpant,

Βούβαλ. Ἔλαφος ἄγριος, Heſychius,dorcadion capreolum ſignificat, diminutiuum à dorcas. Βούβαλις, εἶδος βοὸς ἄγριον. Heſychius & Varinus.

Malim βουβάλιδας, vt numerus cum interpretatione cõueniat: niſi illam potius mutes in ſingularem numerum. hoc pacto Bubalis, & bubalum animal, & talum ſignificat. Talum forſitan bubalum aliquis dictum ſuſpicetur, à bú augente particula,& verbo βάλλω eò quòd ludentes frequenter eum proiectent. Ariſtophanes grammaticus ſcribit damalin,id eſt iuuencam, ἀπαραξύτονον βούβαλιν (proparoxytona voce) ab Aeſchylo dictam & a Sophocle πυγάργῳ βούβαλιν, eodem modo, declinandi ſcilicet & accentus ratione, quo δάμαλιν dicimus. (nam alioqui communior vox eſt βούβαλις oxytona, quæ accuſatiuum facit βούβαλιδα,) Varinus in πύγαργος. Ἀνεστοχέρατον expono prædæ iconum expoſitam. γήγενες ex terra natam ſignificat: haud ſcio an legi poſſit νηγενῆ pro νεογενῆ, id eſt, teneram & nuper natam. Βούβαλις oxytonum apud Ariſtotelem legitur, & Oppianum & alios. Bubalorum fœtus μόσχοι dicuntur, Varinus in πύγαργος.

יחמור iachmur Hebræis bubalum Africanum, de quo hic agimus, ſignificare, copioſe aſſerui in Bubalo de boum genere ſupra. Caterum Deuteronomij capite 14. vbi Hebraicè iachmur legitur. Perſica tranſlatio habet mosk andaz.

Tragelaphi & bubali naſcuntur in Arabia, Diodorus Siculus lib.3.

Bubalus

Bubalus, inquit Oppianus lib. 2. de Venatione, corpore minor est cuyceróte (id est dorcade platycerote: Gyllius non rectè cervum transtulit:) dorco autem longè præstantior, (dama longè inferior Gyllius ineptè vertit:) splendidis est oculis, suaui colore, pulcher aspectu. Cornuum recti longiq; rami à capite exorti, musones retro ad tergum excelsos retorquent Καὶκερασιν, ἐχεῖ μὲν ὀρθὰ ἀνὰ κορυφὴν πεφύκεν, Αἰχμὴν ἐς σειρὴν. &c. Domesticam sedem mirificè amplectitur: nam si ipsum vinculis astrictum venatores in alienum locũ longinquum abduxerint, ac ibidem in pastionibus liberum & solutum reliquerint, non obliuiscetur ad consueta loca redire, neq; diu patitur apud externos vt hospes erret: neq; enim solis hominibus amica patria est, sed eius desiderio etiam ferę tenentur, Hæc Oppianus. Idem lib. 4. de Piscatione, scixnam piscem bubalidi, & struthiocamelo comparat, quod hæc omnia in metu, occultato tantum capite, tota se satis latère putent.

Ὡς δὲ τε σιμηνὴν ἐπιτοξεύσαντα λέοντα Βύβαλις ἐν λογμοῖσι κάτω κεφαλὴν καλύψας,
Μαψιδίως φυλάκῃσι πεπιθὼς ἀτρεμέει δὲ Ἑλπετὴν, ἐσάκις δ' ἢ μιν ὑπαὶξας ἅλοσθῇ.
Δαφθαλέῳ δ' ὀλίγῃ ἐμφαίνεται, ἠδὲ καλύπτει Ἀγχιβαθὲς ῥηχὸς δ' ἐν ὑαλήτῃσι κάλυπται.

Bubalis capreisq; interdum cornua inutilia sunt: nam & si contra nonnulla resistunt, & cornibus se defendũt, tamen feroces pugnacesq; belluas fugiunt, Aristotel. 3. 1 de Part. animal. Bubalorum & ceruorum sanguini fibræ nullæ insunt: quare sanguis eorum non similiter vt aliorum concrescit, Aristot. Bubali sanguis aliquantulo amplius spissatur, quàm leporis & cerui, quippe qui proximè ouillo aut paulò minus consistat, Idem. Bubalorum sanguis non spissatur, Plinius.

G. Bubali coagulum eadem vires leporino habet, Dioscorides Coagulum hinnuli bubali contra potum cicutæ prodest, & contra fungos, Haly. Barbari quidam remedia quæ de bubulo limo & tauri vrina Dioscorides scripsit, absurdissimè ad bubalum referunt.

H. Βυβάλιον nomen rustici in epistola quadam Simocati. Οὐσηδὲ λαγὼς φεύγει ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι δορκὰς εἰδημεῖ. ὅτι βύβαλις ἐκέλαθεν &c. In eadem. Et paulò post, Δορκάδας δὲ καὶ βυβάλιδας οἱ γείτονες λέοντες ἀπελαύνουσι. Post vastam Aegypti solitudinem, Aethiopiam versus, Cynoprosopi homines habitantes ex venatu dorcadum & bubalorum viuunt, Aelianus. Βούβαλα, carnes bouis seu bubulæ, Hesychius. Ornamenta quæ circa manuum iunctură ferunt, præsertim mulieres, Græci periçarpia, &c. & bubalia vocãt, Cælius ex Athenæo. Bubalion ornamentum aureum circa brachiale. Diphilus in Pellice. Βυβάλια καρπῶν περίθου φοινικᾶ. Etymologus malim φοινικᾶ. senarius est iambicus Sunt qui muliebre pudendum exponant, vt amphideon etiam pro vtroq;, vt supra dictum est in Vitulo cap 8. Βύβαλος, cucumis agrestis, Galenus in Glossis in Hippocratem: idem nomen apud Dioscoridem reperitur. Βύβαλος, nauis quod bubali στόμωμα, id est caput, insigne haberet, Varinus & Etymologus. Sunt & aliæ huius vocis in Græcorum Lexicis declarationes. Etymologus βουβαλεῖ exponit magnum & multum. Βύβαλος nomen nauis apud Philistum: dici videtur de onerata vel valde onerata naui, vt βούφορτος Suidæ.

De oryge, vide in O litera.

DE IBICE.

In hac icone cornuum Ibicis inteſtitium melius exprimitur quam præcedente.



EX Caprarum ſylueſtrium genere ſunt etiam Ibices in alpibus, pernicitatis mirandæ quanquam onerato capite vaſtis cornibus gladiorumq; vaginis, in hæc ſe librant, vt tormẽto aliquo rotati, in petras, potiſſimum è monte aliquo in alium tranſilire quærentes, atq; recuſſu pernicius quo libuerit exultãt, Plinius. Hoc genus Germani vocant *ſteinbeck*: Galli quoq; Ciſalpini qui Italicè loquuntur circa Mediolanum, Germanicum nomen vſurpant: & ſimiliter finitimi eis Rheti, fœminam tamen priuatim ſuæ linguæ vocabulo veſinam indigerant. Galli tranſalpini Bouc eſtain vocant. Scoppa ibicem fœm. gen. Tacit. penul. breui, Plinius ibices rotati maſculino genere protulit. Idem Scoppa Italice camorciam interpretatur, ſed hæc rupicapra eſt camuza Rhæticè dicta. Fœminam ibicem Heluetij montani priuatim vocant *ybſchen*, vel *ybſchenſi*: quod nomen à Latino deductum non dubito. Illyrij kozorozieca. Hebræi אַיָּל, ako Deuter. 14. inter quadrupedes puras: quanquam Septuaginta illic tragelaphum interpretantur, de quo ſupra dixi: quod parũ placet, quoniam tragelaphum circa Phaſin amnem ſolum reperiri Plinius ſcribit. Diodorus Siculus etiam in Arabia. Chaldaica tranſlatio habet יעלא iaela: Arabica יעיל: Perſica כוח קוץ, kotz cohi, pro diſchon vero, id eſt, pygargo buz cohi. Abraham Eſra, & Iudæorum plæriq; rupicapram vel ibicem, vt eudio, interpretantur. Rabi Salomon Germanica voce *ſteinbock*, id eſt ibicem: Kimhi hircum ſylueſtrem יעל iaal, vnde fœmininum iaelah, plurale ieelim. Dauid Kimhi hircum ferum exponit. Hieronymus primo Reg. cap. 24. & Auguſtinus Iuſtinianus pſalmo 104. ibices vertunt. Videtur ſanè nomen iaal à ſcandendo factum. Græca tranſlatio non rectè habet ἐλαφῶν. Chaldaica iaelẽ. Arabica gazaël vel gazal, quod nomen pro dorcade vel caprea ſuperius expoſui. Vox iaal reperitur etiam Iob 39 & Prouer. 5. aliqui damam, alij hinnulum vel capream interpretantur: Capricorni nomen apud Latinos authores, quorum quidem fermo probetur, pro animali poſitum nunquam legi, ſed ſemper pro ſydere, vt inferius exemplis patebit: & ſimiliter ægocerota Græcorum, ad cuius imitationem capricorni vocem Latini formarunt apud Suidam ſolum legimus, Aegoceros animalis genus. nec plura. Αἴξ ἰξάλος apud Homerum (cuius carmina ſupra citaui in Capris ſylueſtribus in genere) ibex eſſe videtur. Nam & nomen ferè conuenit, & cornuum magnitudo apta vt areus inde bant. Aliæ quidem ſylueſtres capræ minus idonea arcubus cornua habere videntur. quod vel minora ſint, vel ramoſa.

Quamobrem de feris capris, quas ixalos vocat Homerus, ex Euſtathio hic auctariũ adijciemus, ſuperius omiſſum. Capræ feræ, inquit, dum fugiunt venatores attritis vehemẽtius coleis ſæpe caſtrantur, vt ſues etiam feri, qui ita affecti κλῆναι vocantur. Hoc autem accidere tum capris tum ſuibus feris multi etiam noſtro rempore obſeruarunt. Purrò cornua ixali capri ἑκκαιδεκάδωρα, id eſt ſedecim palmorum, ſiue dodrantum quinq; & palmi vnius, quidam ita intelligunt vt per ſe vtrumq; dimidiæ tantum menſuræ fuerit, nempe duorum dodrantum cũ dimidio. Sed hæc magnitudo nihil rarum aut mirum haberet. Atqui vel ſingula quatuor dodrantum viſa ſunt, & alia ſenaria ad ſeptimum vſq; dodrantem. In Delo certe inſula conſecratum aiunt cornu aductum ex locis circa mare, arietis bicubitale & octo digitorum, librarum viginti ſex ponderis: & alterum hirci, bicubitale cũ dodrante, ponderis eiuſdem, Hæc Euſtathius. Habent alpes, vt Polybius tradidit, peculiaris formæ belluam, ſpecie ſimilem ceruo, ceruice & villis exceptis, quibus caprum refert, geritq; ſub mento aruncum dodrantalẽ, cui craſſities pro pulli equini cauda, & paulatim in mucronem colligitur, Strabo paulò ante finẽ libri quarti. Verba Græca ſic habent, ὑπὸ δὲ Πολυβίου ἐδήμου φησὶ τὸ ζῶον ἡνιοχεῖσθαι ὑπὸ ἀλπικοῦ, ἐλαφοειδὲς τὴν σχῆμα, πλὴν αὐχένος καὶ τριχώματος· τράγου δ' ἔοικεν καὶ πώγωνα τοιοῦτον ἔχειν ὑπὸ τῷ ἡνιοχῷ τυφλὸν ἰσχνὸν ἐπὶ στῆθος ἀπολῆγον. Hanc feram apparet ibicem eſſe: & Strabonem vel Polybium καπρεῖν pro τραγεῖν poſuiſſe, quoniam Latini, à quibus accepere fortaſſis, caprum hircum appellant; Græci verò aprum vel ſuem marem, cuius ibice nihil commune, Πυρὶ Græcis nucleum ſignificat, præcipuè oliuæ: & ab eius figura quamuis congeriem ſeu ſtruem, quę in acumen tendit, qualem Latini metam vocant. cuiuſmodi eſt fœni meta Latinus Strabonis interpres carnis globum tranſtulit. Ibix in vetere Teſtamento cum in vtraq; ſyllaba ſcribitur, & ab imperitis pro caprearum genere vel ariete exponitur. Iſidorus dorcades, capreas, & ibices imperitiſſimè confuudit. Ibices, inquit idem, quaſi auices: eò quod inſtar auium ardua & excelſa teneant & inhabitent, ita vt de ſublimi vix humanis obtutibus pateant: vnde & meridiana pars ibices aues vocãt, quæ Nili fluentis inhabitant. Ibides aues intelligere videtur, nulla ratione, Similem video R. Iſaac Iudæi errorem qui Hebraicam vocem aeco, id eſt ibicem, nomen auis facit. Noſter Franciſcus Niger in Rhætiæ deſcriptione, Rhætos Heluetijs confœderatos, quoniam ibicem pro inſigni gentis habeant, in venationibus ei parcere ſcribit, his verſibus: Parcitur hîc capricorne tamen tibi, Panos amice, Arma quòd exornes, & pulchra inſignia gentis. Hinc longum hîc vitam viuens, ingentia iactas Cornua, perq; plicas rugoſa, repandaq; in armos, Formoſusque nigris villis in montibus erras. Capræ ſylueſtris alterum genus eſt caper montanus vel ibex, Albertus: duo enim genera, præter capreolos, (qui minus proprie capris adnumerantur, vt ſupra dixi) caprarum ſylueſtrium Germanis nota ſunt, rupicapra & ibex. Idem Albertus Creticas capras, quæ paſtu dictemni infixas corporibus earum tas excernunt, cápros montanos ſiue ibices interpretatur, quod tamen nullis argumentis probat. Et alibi, (inquit) animal curſu & agilitate tantum pollet, & ſimul tam ingentia cornua habet, quàm caper montanus, quem Latine ibicem vocant. huius enim cornua à capite vſq; ad clunes protenduntur: & cadens ab alio toto corpus integr cornua protegit à colliſione, & ictus lapidum magnorum excipit cornibus. Et in catalogo quadrupedum alphabetico, Ibex de genere capri animal, colore fuluum, in alpibus Germaniæ abundans, magno etiã nitu maiſſumas rupes aſcendit, & cum altius ſcandere nequit, cõuerſum aliquando venatorem deijcere nititur: ſed poſitus venator cruribus diuaricatis dorſo eius inſilit, & cornua manibus apprehendit, & ſic aliquando ſe rupe depoſitus euadit. Extat Gordiani ſylua memorabilis picta in domo roſtrata Cn. Pompeij, in qua pictura erant nunc continentur ibices 200. &c. hæc autem omnia populo rapienda conceſſit die muneris, quod ſextum edebat, Iulius Capitolinus in Gordiano primo. Ibicum generis mihi videntur feræ illæ capræ in ſummis Libyæ montibus, quas ex Aeliano deſcripſi ſupra in Capris ſylueſtribus in genere. Ioannes Stumpfius noſter in Chro-

nicis

Gesn. Helueticæ non pauca memoratu digna super huius animãtis natura scripsit, quæ ego Latinè sic reddidi: Ibices in summis apud Heluetios montibus abundant. Incolunt enim vertices alpium, vbi glacies nunquã soluitur, nostri appellant *firn* & *gletscher*. Natura enim frigus requirit hoc animal, cæcum aliter futurum. Egregium est & corpulentum, specie ferè ceruina, minus tamen. Cruribus quidem gracilibus, & capite paruo ceruum exprimit. Pulchros & splendidos oculos habet. Color pellis fuscus est. Vngulæ bisulcę & acutę, vt in rupicapris. Magna ponderis cornua ei reclinantur ad dorsum, aspera & nodosa, eoq; magis quo grandior ætas processerit. Augentur enim quotannis, donec iam vetulis tandem nodi circiter viginti increuerint. Bina cornua vltimi incrementi ad pondus sedecim aut octodecim librarum accedunt. Libram dico pondus sedecim vnciarum, quanquam nostra octodecim implet. Ibex saliendo rupicapram longe superat: hoc tantũ valet, vt nisi qui viderit, vix credat. Nulla montium tam præceps aut ædita rupes est, quam non saltibus aliquot superet; si modò aspera sit, & spatia tanta promineant, quanta salientis vngulas excipere possint. Parietem scandit, si asper sit & non incrustatus. Venatores sæpe illunt eam ad rupes excelsas & læues, illic cum euadere nequeat, conficitur, vel ab homine funibus per rupem demisso, vel ab ijs qui scandendo per rupium latera accedunt. Fera venatorem expectat, & solicitè obseruat, an inter ipsum & rupem vel minimũ intersit spatium. nam si visu duntaxat intertueri (vt ita loquar) possit: impetu facto se transfert, & venatorem impulsum præcipitat: Sin ille ita prope sit fixeq; rupi hæreat adeundo, vt nulla inter ea & ipsa spes appareat, fera loco manet, in quo vel capitur vel conficitur. Iucunda quidem hæc venatio, sed multis laboribus & periculis coniuncta: quamobrem sæpius bombardis feriuntur. Valesij qui circa Sedunum habitãt, ibicem in prima ætate captam omnino curari, & cum villaticis capris ad pascua ire & redire aiunt: progressu tamẽ ætatis ferum ingenium non prorsus exuere. Fœmina in hoc genere mare suo minor est, minusque fusca: maior capra villatica, rupicapræ non adeò dissimilis. Cornua ei parua, & ea quoque rupicapræ, aut vulgaris capræ, cornuum lineamentis similia, Hucusque Stumpfius. Aristotelis verba de coitu æluro rum, id est felium, lib. 5. cap. 2. hist. animal. Alberti us ridiculè transfert ad capri montani, siue ibicis coitum, his verbis: Mares furiomorum (barbarum hoc vocabulum ex Auicennæ translatione ad eum peruenisse opinor) non coëunt cum fœminis retro superfilientes: sed magis elcuãtur in pedibus posterioribus, & fœmina applicat se ei æquando, &c. Viderat fortè vel ipse, vel ab alijs acceperat, qui ipsi viderant, ibices inter se colludentes, & colluctantes quodam modo: vt etiam capræ solent: ac hunc eorum lusum existimauit coitum esse. Et si maximè ita coirent, quod mihi tamen in tali suffraginum & reliqui corporis caprarum similiumque quadrupedum habitu, fieri nequaquam posse videtur: ridiculè tamen errat, vt dixi, pro fele ibicem interpretatus. Ibicem moriturum venatores quidam narrant in altissimam montis rupem ascendere: ac ibi altero cornu ad parietem seu latus rupis innitentem ambitu perpetuo, ita vt nunquam conuertatur, circuire: donec attrito iam cornu moribundus corruat. Et quoniam in altissimis inaccessisque montium locis, nunquam ferè cadauer eius inuenitur: contingit tamen aliquando vt magni niuium globi dum præcipites è verticibus ruunt, ipsa subinde volutatione auctiores, obuios forte ibices viuos, vt & alia quæuis animalia, arbores, saxa, tuguria corripiant, inuoluantque, & ad imos montium pedes deferant. In Creta faciunt arcus e cornibus ibicum, Bellonius.

G. Sanguinem ibicis aliqui commendant aduersum calculum vesicæ hoc modo: Vini apiani (hoc est, in quo adhuc musto apum aridum vel semina eius imposita sint) partes circiter sex sanguinis partem vnam simul permisceant, mox in vase reseruant, & ter die potum inde præbent: mane, & cum quidem in balneo solo sedent, inter diem, vesperi: ho triduo fieri iubent, futurum enim vt calculus in arenam comminutus cum vrina excernatur, aut certe minus, excæcandum esse, tanquam extremo remedio frustra tentato. De hirci domestici sanguinis ad eundem vsum præparatione, pluribus dixi supra. Incredibile & vnicum remedium (inquit Marcellus Empiricus) ad hæmorrhoidas & arthriticis, hoc est, quo & ipse Ausonius medicus sanatus est, & multos ita iacentes, vt mouere se sine cruciatu non quirent, intra quinque dies stare, ambulare autem intra septem dies fecit. Conficitur sic: Vinum tibi cum Luna septimadecima colliges, quanquam & alia Luna vetere collectum (si res vrgebit) simili efficacia profit, dummodo medicamentum septimadecima Luna componatur. Ex eo ergò fimo quantum vnius manus pugno plenè potueris comprehendere, dummodo impar sit numerus pilularum, in mortarium mittes, (conteres validissimè) atq; adijcies piperis grana viginti quinque diligentissimè trita: tunc addes mellis optimi heminam, & vini veterrimi optimi sextarios duos: (aliàs sextarios quatuor, & conditi more miscebis potionem) & contritis prius pilulis vniuersa miscebis, & repones in vasculo vitreo, vt cum fuerit opus paratum, habeas medicamentum ad subueniendum. Sed vt maior sit medicaminis efficacia, Luna septimadecima id facere debebis: & cum daturus fueris remedium, à die Iouis incipe, & per dies septem continuos dato, ita vt qui remediandus est, stans in scabello contra Orientem bibat. Quæ potio, si ita vt scriptum est, data & obseruata fuerit, etiamsi omnibus articulis & coxa infirmus contractusque fuerit, & immobilis ac desperatus iacuerit, necesse est vt septima die ambulet (ita sanabitur, vt nunquam paribus doloribus implicetur,) Hæc Marcellus cap 25. Et rursus cap. 34. Inuictam, inquit, potionem ad ischiadicos & arthriticos facientem, in titulo superiore de ischiadicis plenissimè scripsimus: sed quoniam tam diuinus eius effectus est, iterandam putaui, ne quis arthriticis remedia requirens huius ignoratione fallatur. Fimus ergo ibicis in sylua vel in monte colligitur. Coagulum ibicis easdem leporino vires habet, Serapio citans Dioscoridem: ego cum Græcis Dioscoridis verbis contuli, nec inuenio nomen vllum Græcum, cui ibicis nomen Latinum conueniat, sed totus is locus apud Serapionem mutilus est: nam hinnuli, dorci, bubali, & cerui nomina omissa sunt: vnde conijcio vnum ex istis Serapionis interpretem expositisse ibicem, & dorcum vel bubalum, potius quàm hinnulum aut ceruum, ita reddidisse.

H, Aegoceros, id est capricornus, animal est marinum, vt scribũt Grammatici, in quod tradunt se Pana transformasse, & in aquam se deiecisse, cum in Aegypto vnà cum reliquis dijs Typhõna gigantem acerrimum deorum hostem fugeret. Sed Iupiter huius ingenium admiratus, inter astra eum collocauit, Lucianus libro 8. Humidus Aegoceros, nec plus Leo tollitur vna. Lucretius lib 5. Quo pacto astiuis è partibus ægrocerotis Brumales ideat flexus. Sunt qui ægocerotem à Ioue inter sydera relatum scribant, quod cum eo nutritus fuerit. Alij Plutarchum existimant posteriorem partem in effigiem piscis, priorem vero in formam hirci commutasse: & ea specie à Ioue in cœlum esse translatum. Tum geli tum valido de pectore frigus anhelans Corpore semifero magno Capricornus in orbe. Cicero 2. de Nat. Eadem lege in Arato. Lotus Hesperia Capricornus aqua, Propert. libro 4. Eleg. Tyrannus Hesperiæ Capricornus vndæ, Horatius 2. Carm. Plura lege apud Varinum. qui Aegocerota Pani similem, & natum ex eo ait, &c. Aegoceros humidus gelidus, celer, torniger, vdus, niuosus, laniger, hirsutus,

ferosus, cornigerus, horrendus, acer, ocyor, tigris, aquosus, tigens, imbriter, minax, frigidus, vndace, in Epithetis Textoris. Conueniunt autem hæc epitheta omnia quidem Syderi, sed partim etiam ibici feræ accommodari possunt quanquam veteres omnes, quod sciam, de Sydere tantum protulerint. Cur per caperum anima descendere, per capricornum ascendere dicatur, Porphyrius explicat in Antro nympharum, & Cœlius 15.23. Capræ ascendunt pascendo, vnde in zodiaco signum, vbi Sol rursus ascendere incipit, hac potissimum ratione capricornum dixerunt.

MVSMONIS historiam post Oues requirebam, si hoc etiam loco reponi potuisset. sunt enim villo caprino, & à Pausania in Phocicis hirci syluestres vocantur.

HIRCOBOVS feræ syluestres, vt Philostratus scribit in vita Apollonij, vltra Catadupa Nili reperiuntur, forma tanquam ex boue & hirco compositæ.

DE DAMA PLINII ET VETERVM.

CAPRARVM syluestrium generibus, quę transmarini situs mittunt, Plinius damas quoq; adnumerat: & alibi, Cornua (inquit) rupicapris in aduersum adunca. damis in aduersum: vt dama forte nihil aliud aut parum à rupicapra differat, præterquam cornuum situ. Quamobrem longè alia est dama vulgaris, de qua proximè dicam, nempe dorcas platyceros Græcorum, cui nomen Latinum non inuenio vt neq; Græcum damæ Plinij. Sipontinus platyceroten ex damarum genere esse scribit nullo ad hanc rem testimonio vsus. Certum est platycerota vulgò damam vocari, neq; vulgaris damæ genus, sed eam ipsam esse. Alij dorcadem simpliciter damam interpretantur, vt Platina, & dorcem Gaza in problematibus Aphrodisiensis, & Albertus agazel vocem Arabicam, quę omnia ad capreas & platyceroten & alias fortassis caprarum syluestrium species, vt capreolum a quo moschus excernitur, tanquam generis vocabula, non ad solam damarum speciem pertinent. Theodorus ex Aristotele δορκάδα vertit damam, de qua voce plura dixi in Caprea. Strabonis interpres ζορκάδα facit damas. Gadilonetica regio (inquit Strabo lib. 12.) post Halyos ostia ad Armeniam vsq; extenditur, tota campestris alit autem zorcas, quarum alibi raritas est. Marius Grapaldus damam reddere libuit. Hoc in vniuersum dixerim recentiores omnes vbi damam vel ex Græcis verterunt, vel aliter eius meminerunt eam quæ vulgò sic appellatur, hoc est platyceroten, non Plinij damam intelligere. Primus nostro seculo G. Agricola discrimen animaduertit. An verò vetustiores damæ nomine Plinianam semper intelligant, nec asseuero, neq; nego. Recentiores quidam יחמור zemer vocem Hebraicam pro dama exponunt, nos capream esse supra docuimus. Est & sui generis Aucennæ agazel, quam Albertus damam nominat, lib. 22. his verbis: Dama bestia est magnitudinis capreæ, figuræ & pilis sicut ceruus cornua habens, sed plana, longa & acuta. Is autem est velox, vita prouida, cornupeta in aduersas sibi bestias. Arabice vocatur agazel.

DAMA PLINII.

HAEC icon damæ est quę ex caprarum genere esse iudicatur, villus, arcuatus, figura corporis, atq; cornua, nisi quod his in aduersum adunca, cum exteris in auersum acta sint. Capræ magnitudine est dama, & colore dorcadis, Ioan. Caius. & rursus in epistola ad me: Est amicus quidam meus Anglus, qui mihi certa fide retulit, in partibus Britanniæ Septentrionalibus reperiri Damas illas, quarum effigiem ad te misi. Plinij & Romanorũ esse indicio est, quòd Romæ in columna quadam marmorea & triumphali superstite adhuc insculpatur, & cum Pliniana descriptione conuenit. Et rursus in alia: Conuenit ex tertio amicum meum super Dama Plinij: qui respondit certum esse in partibus Britanniæ Septentrionalibus eam reperiri, sed aduentitiam. Vidit is apud nobilem quendam, cui dono dabatur. Accepi à quibusdam, eam in Hispania nasci. Plinius Damam & Pygargum ex Caprarum syluestrium genere è regionibus transmarinis mitti scribit. Damæ mansuescunt rarò cum ferę dici iure non possint, Plinius 8. 56 vt Vincentius Bell. & Volaterranus alijque citant. Quin etiam Platina videtur hanc lectionem secutus, damam rarò mansuefieri posse scripsisse: nostri codices melius, Hi mansuescunt rarò, cum ferę dici iure nõ possint, proximè autem de leporibus loquutus erat. Hanc lectionem Gelenius in Castigationibus suis probat ex archetypis manuscriptis. Pecuarius canis neq; tam strigosus aut pernix deberet esse, quam qui damas ceruosq; & velocissima sectatur animalia, Columel. Non omittenda sunt etiam tri. de damis epigrammata Martialis, quorum vnum lib. 1. extat de pugna damarum huiusmodi:

Frontibus aduersis mollis concurreve damæ
Spectauere canes præda futura super.
Viscera tunc animi tanto calore fouere?
Ah quoties timidæ tenuit quam fortia damæ
In mortem parvis concurrere frontibus audent.
Vidimus, & fatis sorte tacere pari.
Venator cultro non saepe cecidit suo,
Sic pugnant tauri, sic decidêre viri. Et alterum lib. 4.
Et cur tam timidis quanta sit ira feris?
Vis Cæsar damas parcere? mitte canes.

Tertium in Xenijs: Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum. Imbelles damæ quid nisi præda sumus? Fulvo corpore damæ. Ouidius in Halieuticis numerans eas cum lepore & ceruo: Et canibus leporem, canibus venabere damas. Vergilius in Georg. Ferę pecudes, vt capreoli damæq;, nec minus orygum ceruorumq; genera & eorum in dolauendis & voluptati dominorum seruiunt, modo quæ tutæ creditibus, Columella 9. 1. Timidi damæ ceruiq; fugaces. Nunc inter canes & circum tecta vagantur, Verg. in Georg. Grammatici masculini aut fœminini generis esse dicunt. Cum canibus timidi venient ad pocula damæ, Vergilius Aegl. 8. Oculis capti

talpæ (inquit Quintilianus 9. 3.) & timidi damæ dicuntur à Vergilio: Sed subest ratio, quia sexus vterque altero significatur. Tam enim mares esse talpas damasq; quàm fœminas, certum est. Et superiecto pauidæ natarũt Aequore damæ, Horatius 1. Carm. Veloces damæ, Seneca in Hippolyto. Damæ epitheta apud Textorem recentiorũ hæc, Agrestis, errans, fugax, iubellis, leuis, pauens, pauidus, pronus in fugam, spurcus, teneri, territus, timidus. Possunt sanè & hæc epitheta, & alia pleraque de damis apud authores memorata, tum platyceroti tum Plinij damæ (cornuum figura tantum excepta) communia esse, quando vtræque syluestrium caprarum generis sunt. Indiam petenti Alexandro Magno rex Albaniæ dono dederat inusitatæ magnitudinis canem: cuius specie delectatus, iussit vrsos, mox apros, & deinde damas emitti, contemptu immobili iacente, &c. Plinius. Dama Pythagoræ filia fuit ingenio & doctrina in exponendis paternis sententiarum inuolucris excellens, Caelius. Gordiani syluæ memorabilis extat, in qua picturæ etiam nunc continentur, dãmæ ducentæ, &c. Iulius Capitolinus in Gordiano primo. Recentiorum quidam dammam per m duplex scribunt, quod ego non probo. Dama seruile nomen, inquit Acron in Horat. Serm. 2.

DE DAMA vulgari, siue recentiorum.

ANIMALIVM quorundam cornua in palmas finxit natura, digitosq; emisit ex ijs, vnde platycerotas vocant, Plinius. Dioscorides dorcadem platycerotem nominat, quod dorcadi, id est capreæ similis sit, nisi latitudine cornuum differret: quanquam Græcè διοκὰς ϖλατυκέρως legitur, vt supra ostendi tanquam diuersa sint animalia: ego sine coniunctione legere malim, vt interpretes plures fecerunt: facile fuit ϖ pro ϖ mutare. Quærendum ab idem animal sit, quod quidã cerui palmati vocantur: quoniam cornua in palmas formentur. Oppianus certè curycerotas, sic vocat carminis gratia ceruino genere adscribit lib. 2. de venatione, his versibus:

Πάντ' ἐλαφοι πλήθουσι, φύσις τε ἑκάστοις ἐρύκει Οἵη ἔπορε ἤθεα τε σφέων ἠδὲ τρόφα.

Fr. Massarius Marcellum reprehendit qui dorcadem platycerotem, capream à latitudine cornuum sic dictam apud Dioscoridem verterit: quod caprea & platyceros genere omnino differant. Ego Marcellum superius defendi. Caterùm platycerotem, damam vulgarem, id est vulgò sic dictam appellare volui, quòd alia quàm Plinij dama videatur, cui cornua in aduersum aduncà esse ait vt rupicapris in dorsum: & alibi ex transmarinis regionibus eam mitt. Nostra verò dama etiam in Europa capitur, cum alibi tum circa Oceanum Germanicũ, vt audio. Germani vulgo vocant *dam*, vel *damlin*, vel *dam hirtze*, vel *dambirtz*, potius. Itali daino, nonnulli danio: Galli dain vel daime. Hispani gámo vel córza, quod nomen à dorcade factũ videtur: Anglia falouue deere. Græci hodie vulgo δάμαλιν. Polom lan: j Munsterus scribit in alpibus Scotiæ incredibilem ceruorum & damarum inuenirimultitudinẽ. Bubalo Oppianus mediam magnitudinem inter curycerotẽ & dorcum tribuit, quod hoc maior, illo minor sit. Cerui appellatione forte intelligit Aristoteles etiam capreas, & damas, & capras syluestres, Niphus. In Samothrace capræ sunt feræ, quas Latinè rotas appellant, Varro. Hermolaus legit quas platycerotas appellant. Damula tanquã à dama diminutiuum apud Isidorum & alios recentiores legitur. Multi (vt Vincentius Bell. Albertus, & alij) cum mustela, quam Itali vulgò donnolam vocant, damam (quam ipsi damulam appellant) confundunt, tum aliàs, tum remedijs, quæ ex mustela sunt, damæ adscriptis. Damula, inquit Isidorus, vocata est, quod de manu effugiat, vepote timida & imbellis & cui pro armis sit fugæ leuitas.

PLATYCEROS, quam Græci hodie vulgò platogna vocant, Aristotelis prox videtur, pro qua voce interpretes damam reddunt. Accedit hoc animal ad corpulentiam cerui, maius caprcolo, à quo colore etiam differt. Cornua ei præ cæteris antrorsum inclinant, quæ quotannis amittit. Color dorsi subflauus est, cũ linea nigra per dorsum. Cauda longa vsque ad poplites, vt in vitulo. Latera eius aliquando maculis albis distinguuntur, quas senescens perdit. Fœminæ etiam aliquando totæ albæ sunt, ita vt capræ videri possent, nisi pilo breuiore differrẽt. Cornua eius diuersis in locis propter magnitudinẽ ostentantur, vt illa quæ spectantur in ascensu arcis Ambausij. Vbi etiam alterius bestiæ huius generis effigies videtur in lapide sculpta, cui cornua vera (quæ animal viuum gestauerat) adiuncta sunt. Hippelaphus. Hæc fortè bestia fuerit, quam Aristoteles Hippelaphum nominauit, quoniam barbam gerit ibicis instar. Sed quocunque nomine vocetur, animal sanè rarum & memorabile est, quod in Gallia aliquando conspectum fuisse, effigies eius publicè spectanda cũ cornibus exposita persuadet, Bellonius. Ad hippelaphi historiam hoc quoq; pertinet, quod Franciscus Galliarum rex equum habuit posteriore corporis parte ceruina, natum (vt fertur) ex ceruo & equa. Sed hic cum cornibus caruerit, hippelaphus Aristotelis esse non potest, Idem. De hippelapho vide quæ diximus in Hirci philologia cum de tragelapho ageremus.

Damarum sanguinem fibræ nullæ insunt: quare sanguis earum non similiter vt aliorum concrescit, Aristot. Et alibi. Damæ cornua sunt: nam sanguis earum fibras non continet. Idem damam fel non habere ait: Et alibi, Fel (inquit) damæ prorsus non habet. Cornua damæ solida sunt, vt cerui Albertus. Cornua cerui & damæ ferè sunt eiusdem figuræ, differentia in quantitate, Idem. Pinicianus cornuum specie deceptus platycerota interpretatus est *ceruina*, quam nos ab initio operis alcen esse ostendimus. Sunt autem damæ vulgaris cornua, vt ipse obseruaui, huiusmodi. A basi ipsa habent vt ceruina, deinde alterum ramum, nec plures: reliqua pars lata est, & in digitos circiter decem diuisa, prorsus eodem modo, quo cornu alces supra depictum dedimus. Totum cornu longum est duodecim dodrantes cum palmo: huius media pars superior lata est, vt dixi inferior rotunda vt in ceruo, latitudo ad quinque digitos. Galli pilulas excrementorum cerui, damæ, & caperæ, fumees appellant. De voce damarum vide in Ceruo.

De Dama, inquit Platina, cum capreolis ferè in qualitatibus conuenit: bonum nanq; alimentum eius caro vesci nutribus præstat: modici quidem recrementi est, sanguinem tamen ad atram bilem quoquo modo tendentem efficit. Baptista Fiera post mentionem capreoli subdit, Damula adusta magis, si matris ab vbere rapta est, Huic prior in nostro fortè erit orbe locus. De coctura damæ, ex Platina, vide in Ceruo capite sexto: & ibidem de condura platycerotis ex Apicio. Caro algazel feræ, quam Albertus damã exponit frigida & sicca est, & hæmorrhoidas notabiliter mouet, si cum pipere, cinnamomo ac sinapi paretur, Albertus: vel vt Rasis habet nisi cum melle, pipere, galanga & cinnamomo conficiatur. Et rursus, Comedantur carnes algazel cum sinapi & allijs. Olim ex quauis arbore mensa fiebat: At nunc diuitibus cœnandi nulla voluptas, Nil rhombus, nil dama sapit, putêre videntur. Vngulorum atq; rosæ, &c. Iuuenalis saty. 11.

Dorcadis platycerotis coagulum eisdem leporino vires habet, Dioscorides. Fimus algazel capillos auget, & incendat eos, cum oleo (myrtino) præparatus. Si lingua eius arida suffiatur guttur, (locus vel membrum in quo est lingua: suga) hirudines decidunt. Talis cinis impositus in fistulam, iuuat, Rasis & Albertus: qui & alia quædam de fimo & felle (quo tamen carere putatur) huius animantis ad coitum & conceptum pertinentia superstitiosa & illicita scribunt. Recentiores quidam pingue talpæ & damæ & vrsi, miscent linimentis ad memoriam confirmandam.

DE

DE CASTORE.

A.

CASTOR animal quadrupes est amphibium: Latini fibrum, & vt Seruio placet canem Ponticum vocãt: Græcis nominatur castor, & κυων ποντικος, id est, canis fluuiatilis, vt apud Syluaticũ legimus sed decepit illum nominis vicinitas. nam canis ponticus, castor est: canis potamios verò Lutra, vt in Lutræ historia demonstrabo. Italis, biuaro vel beuero. Gallis, bieure, quanquam Brasauola Gallos Castoris nomen retinere scribit: id quod Hispinos fecisse puto, fieri tamen potest vt Galli: eiã in regionibus quibusdã retinuerint, In Matthæoli Italica Dioscoridis translatione fiber ipse il castoreo vocatur. Germanis *biber*: Anglis beuer: Illyrijs bobrique omnia à fibro voce Latina deducta esse prima fronte statim apparet. Syluaticus plurima passim castoris & castorei in Arabũ libris nomina recenset, quorum multa scriptura solum & orthographia differunt. ego omnia vtcunq; corrupta adnumerabo, Albeduêster, castoreum: ego ipsum castoré potius intelligo, nam pro testiculis ium vel iune vel similem vocem addere solent: Ium de beduſt. Iuna da haduster; Anguide beldustor: Guidelarus: Quibar: In de bidister: Zun de beduster: Iuna da bauster: Iune de bustor: Gen de beduster. Auicenna habet Giendedestar, aliàs Giendibidestar. Reperio & alia quædam vocabula apud Syluaticum & alios, quæ tum inter se tum à superioribus non parum differunt: vt, Casçubas, Amphima, voce corrupta forsan ab amphibio & Anfinia similiter, nã ceu Græcam Syluaticus exponit: item Achiam, Anchian, Anchiani. Antin algil, Asuschelhar. Albertus lamyekyz barbarã vocem, ex Auicenna puto, castoré interpretatur: (& in libro 22. eadem, vt apparet, voce deceptus laniæ quædam attribuit, quę omnino castoris sunt (sed lamyakaz pro latrace habet Auicennæ translator, pro castore autem fastor. Castoreũ testiculus est animalis. quod castor appellatur vel deum, Platearius. Ex his tot scribendi modis quin maior pars corrupta sit, dubium non est: ego quos quibus præferam incertus sum. Kipod Hebraicam vocẽ Esaiæ 34. & alibi in Sacris literis non castorem, vt cuidam videtur, sed echinum terrestrem significare in eius historia demonstrabo. אנקה anakah vel eur anak. Leuitici ca. 11. aliqui ericium, alij hirudinem interpretantur, author Concordantiarũ reptile, volans. R. Salomon alibi hericium, alibi ברגז exponit, id est fibrum, Gallica lingua (qua is vti solet) bicure dictum: sic etiam Munsterus legit. Non placet legi viuerra, quod id vocabulum lingua Gallica R. Salomoni familiari, aliter efferatur. Translator noster mygalem vertit, Munsterus.

B.

Differt à lutra fiber cauda solum: cætero pilus vtriq; pluma mollior: vtrunq; aquaticũ: Plinius. Sunt qui fibrum meli comparent: sed corpus ei longius tribuunt, & pilum subtiliorem. Pilos habet pulchros, Author obscuros: densos & breues, Albertus duros, fului coloris, Idem: in cinereo candidos & inæquales: vbiq; enim à breuibus duplò longiores exstant: nitidi molles q; sunt, vt etiam lutræ: cuius tamẽ pili alterius coloris, breues & æquales sunt,

Ge. Agric

Ge. Agricola. Pellis eius cinerea est ad nigredinem declinans, Albertus quo nigrior est, tanto pretiosior habetur. Author obscurus. Pilo est fiber supernè canino, alibi lutræ, Syluius Pellis ei mollis: & vt Albertus ait, valde densa. Aures minimæ, rotundæ, Syluius. Dens validissimus, aduncus, prælongus, Idem: acutissimus. Ego fibri apud nos capiti caiuam seruo, in qua dentium eius naturam pulchrè perspexi: habet autem prominentes, longos, latos, aduncos, in vtraq; maxilla binos coniunctos, qui incisorum loco sunt, omnino vt murium genus: inferiores extra maxillam tribus digitis prominent, sesquidigito superiores: vtriq; in extremitate interiori obliqua veluti sectione cuneiformi magis magisq; attenuantur, vt acies extrema tanquam cultri sit. Color eis quà foras spectant ex flauo ruffus: his sese defendunt, ligna secant, & pisces nimirum tanquam vncis insectis apprehendunt. Alterum genus dentium, ore intimo habet, nempe octo molares in vtraq; maxilla: hi breues & in superficie asperi sunt, ac plicis quibusdam eminentibus seu rugis, ad limæ vsum facti videntur, ita vt cortibus arborũ in cibo comminuendis molendisq; aptissimi sint. Animal est horrendi morsus, Plinius: Morsu potentissimum, adeò vt cum hominem inuadit, conuentum dentium non prius laxet, quàm concrepuisse persenserit ossa fracta, Plinius & Solinus. Morsum castoris quidam dicunt non sanari, nisi læsus audiat fracturam ossium castoris, Albertus: Ego hanc stultã persuasionem ex Plinij aut Solyni verbis modò relatis, malè intellectis natam crediderim. Seta oris cornea, Syluius. Castoris ossa durissima & omnia fere sine medulla sunt. De testibus eius dicemus mox cap. 4. Pedes priores caninis similes habet, posteriores anserinis: etenim membranæ quædam digitis sunt interiectæ: itaq; hi ad natandum, illi ad eundum magis nati aptiq; sunt, frequenter enim in terram progreditur Albertus & Ge. Agricola. Pedes anteriores anseris, sed vngulati: posteriores simiæ Syluius. vbi librariorũ lapsum interpretor, quod anteriores pro posterioribus legitur, & contra. Cauda lata, (palmum ferè, Ge. Agricola) longa dodrantem, Idem: obscurus quidã author cubitalem esse scribit: Cauda piscium, Plinius, non quod ad figuram cauda piscium, sed quod piscium corporis squamis obducta sit, & piscem sapiat. Piscosa solæ æmula, Syluius. Pilis caret vni forte quadrupedum. Cauda corio squamoso tegitur, præpinguis, hãc in aquam semper demittere solet, vt & pedes posteriores, reliquo corpore sicco. Sine aqua diu viuere posse negant. Apta est ad natandum cauda, cum pisces insequitur, & gubernaculi instar eam ceu remigando mouet castor. Falsò quidam affirmant, quo tempore nunquam retrahat eam ab aqua: retrahit enim cum nimium frigida & glacialis aqua est: quanquam Ge. Agricola scribit, etiam cum frigoribus conglaciat, fibrum in gradibus domicilij sui iacentem, caudam & posteriores pedes in flumen demittere. Falsum est etiam, quod aiunt lutram ab eo cogi, vt aquam hyeme circa caudam ipsius moueat, ne congeletur: vincit tamen lutram, & expellit, vel acutissimo morsu occidit, Albertus. Per vniuersum Pontum plurimus est fiber, Solinus. Nascitur & in Hispaniæ fluminibus, vt inquit Strabo. Item in Italia, vbi Padus in mare se exonerat. Nec inepti sunt qui ad Matronam Galliæ fluuium crebrò capiuntur, Syluius. Inuenitur in Sabaudia: in Isaræ & Rhodani fluminum piscis: maximè in ea Rodani insula, quę vulgò la Camargo dicitur: vicina enim est mari & Arelatis vrbi antiquissimę. Helvetia multos habet circa Arulam flumen, Vrsam, & Limagum nostrum. Gaudent enim ripis magnorum fluminum, cum animal sit amphibium: non solùm vt reliqua quibus hoc nomen tribuitur, quæ victus tantum gratia aquas petunt: sed etiam quadam naturæ affinitate, vt iam in caudæ & pedum posteriorum mentione diximus, quæ ad piscium naturam accedunt. Abundat & reliqua Germania multis in locis: nec non Sclauorum regio, Polonia, Prussia & Russia, Albertus. In syluis Moschouiticis & Lituanicis spectantur castores altissimi: ita adimplere omnia tua officia naturâ vt in castore illi longiores pili, qui supereminent alios & quendam splendorem efferũt, etiam in albis hoc præstent, Ioh. Bonerus. Spectabilis naturæ potentia in his quoq;, quibus & in terris & in aqua victus est sicut & fibris: quos castores vocant Plinius. Die quidem in fluuios abditus ætatem agit, nocte in terra vagatur, Aelianus. Hic addam quæ Bellonius de hoc animali scripsit his verbis

CASTOR & fiber à Latinis dictus, Aristoteles latax est. Eius magnitudo, rusticum mediocris notæ canem non excedit; pedibus tamen est breuioribus neq; quatuor digitis à terra elatus, quorum anteriores caninis respondent, atq; vngulati sunt: posteriores, digitos oblongiores habent, latiore membrana intertextos, vt in palmipedibus, atque adeò anseribus videmus, quibus in terra minimè valet. Quamobrem suas cauernas non longè à littore seligit, è quibus exiliens, protinus in flumen aut mare ad conquirendum victum immergitur. Vnde etiam ab Aristotele ἐνυδρὶς τρὶς, hoc est, vr nator appellatus est. Cæterùm corpore est recurvo, catelli pinguis modo, capite breui ac rotundo, auribus atque oculis paruis & orbiculatis nare anteriore, vt in felibus dissita, ac barbis longioribus obsessa, dentibus anterioribus quaternis (vt in muribus) oblongis, falcatis & validissimis, quorũ superiores longi quidem sunt, sed inferiores extra maxillam prominẽt, superioribus longiores: posteriores ad talpinos aut porcinos accedunt. Pelle vestitur spissa, villosa, adichneumonem accedẽte, nigriore tamen, ex qua chlamydes & chirothecas aduersus imbrium & frigoris iniurias conficere solent. Verum ea vsq; ad caudã tantum talis est. Est enim castoris cauda, quiddam velut à natura diuersum à reliquo huius animantis corpore nam ea magis ad piscem accedit. Vnde Lotharingis per ieiunia in delicijs habetur, quod ea murænam bene præparata ipso gustu propemodum referat. In maiori castore sesquipedalis est, senos digitos lata, duos crassa, quatuor interdum librarum pondo, ad margines in tenuitatem desinens, membrana glabra ac liuida, contecta, super quam lineæ quædam squamas dimentes incredibili artificio depictæ sunt: Cætera introrsum neruosa est, vt in integrum piscem pinnis carentem, ac soleam referentem dixeris, qua veluti gubernaculo quodam in aquis vtitur. Quod autem ad internã totius castoris anatomen spectatum eo certè nihil magis admirandum, aut scriptione dignum esse duxi, quàm testes, quibus pro corporis exiguitate, adeò ingentibus ac crassis præditus est, vt hi ad taurinos accedãt, in quibus rotundi calculi ouj magnitudine, mihi plærunq; conspecti sunt autem hi medẽdis corporibus permultũ vtiles: quamobrem à mercatoribus magna solertia disquiruntur, magnoq; vænire solent. Fabulam esse putat Dioscorides, quod castor à venatoribus excitatus, sibi testes execeat, cum illuc vsq; caput extendere nulla ratione possit. Verum quidem esse potest, mercatores aut venatores, post exectos castoris testes, corpus ita viuum aliquando dimisisse, ac nonnullos postea repertos fuisse castores testibus carentes. Proinde huiusmodi amphibio Europa nostra abundat, vt apud Burgundiones, Lotharingos atque Austrios per multi circumferantur etiam hodie reperiantur, Hæc Bellonius.

Atqui Aristoteles lib. 8. cap. 5. fibrum à latace manifestè distinguit. Sunt (inquit) inter feras quadrupedes quæ victum ex lacu & fluuijs petant, vt fiber, satherium, satyrium, lutris, latax, &c. Nec alibi vsquam puto vel fibri vel lataci meminit. Ea quidem quæ lataci tribuit, fibro etiam conuenire videntur, de pilo tamen an specie inter vitulinum & cerui pilum sit, affirmare non satis possum. Præterea in loco Aristotelis iam citato quadrupedẽ feram

nullam

nullam præter vitulum marinum, è mari victum petere legimus: & mox caſtorem cũ alijs numerari inter eas quæ ex aqua dulci viuant, quamobrem miror quòd Bellonius ſcribit caſtorem è mari etiam viuere nec Ariſtotelem aliter ſcribentem reprehendit. Locus etiam vbi ab Ariſtotele κολυμβητὴς appelletur nullus mihi occurrit. Quę alij partim lutrę, partim lataci, ea Plinius fibris tribuit. nempe quod ſit animal horrendi morſus: arbores iuxta flumina vt ferro cædat: hominis parte comprehenſa non antequam fracta concrepuerint oſſa, morſus reſoluere, vt Vuottonus etiam obſeruauit. Poſtremo quod rotundos calculos oui magnitudine in teſtibus fibri ſæpe ſibi conſpectos Bellonius teſtatur, in veris teſtibus id accidere non ſit mihi veriſimile: in adulteratis verò ſi calculi reperiantur, nihil mirum. Adulterantur autem, à quamplurimis.

CASTORIS Fœminæ ſupinæ Icon à Rondeletio exhibita.



FIBRI in inguinibus (vt inquit Rondeletius) geminos tumores habẽt, vtrinque vnicũ, membrana ſita concluſum, oui anſerini magnitudine: inter hos eſt mentula in maribus, in fœminis pudendum. Hi tumores, teſtes non ſunt, ſed folliculi membrana coatecti, in quorum medio ſinguli ſunt meatus, è quibus exudat liquor pinguis & ceroſus quem ipſe Caſtor ſæpe admoto ore lambit & exugit, poſtea hoc veluti oleo quas poteſt corporis partes contingere, oblinit. Hos tumores, teſtes non eſſe, hinc maximè colligas, quòd ab his nulla ſit ad mentulam via, neque ductus quo humor in mentulæ meatum deriuetur & foras emittatur. Præterea quòd teſtes intus reperiantur. Leporibus etiam ſimiliter in vtroq; inguine tumor eſt. Eoſdem tumores Moſcho animali eſſe puto à quibus odoratum illud pus emanat. Fœminæ, quam hic depinximus, vnicus eſt meatus & ad excernenda excrementa, & ad pariendum. Hæc ille.

C.

Fiber & lutra egrediuntur ex riparum cauernis, in quibus latent, & ſe in fluminibus mergũt, ac piſces capiunt quibus veſcuntur: ſed fructus quoq; & cortices arborum comedunt, Ge. Agricola. Cibus eius melica (nomẽ barbarum & ignotum mihi) eſt piſcis, & arborum cortices, Albertus. Mulſi aiunt caſtorem piſcibus veſci inſtar lutræ: alij argumentum eſſe piſcoſi fluminis, vbi caſtores habitent. Caſtor animal amphibion, vt plurimum in aquis nutritur σωὶ ἰχθύσι & καρκίνοις, id eſt, cum piſcibus & cancris. Dioſcorides Vetus interpretatio habet, fibrum viuere ex piſcibus & cancris: item Marcelli Vergilij Rondeletius negat piſcibus viuere itaq; σωὶ rectè legetur. Arbores iuxta flumina vt ferro cædit, Plinius. Caſu & fortuito obiectis veſcitur. Aelianus Imprimis prouidus eſt, & ſolers: etenim fruticibus & arbuſculis dente tanquam ferro reſecris, ante riparum cauernas conſtruit paruas quaſdam caſas: & in ijs duos trẽs ue gradus, quaſi quaſdam cameras: ut cum aqua fluminis creſcens inundauerit ripas, aſcendere poſſit: cum decreſcit, deſcendere Ge. Agricola. Sæpe noctu prodit è latibulo, & amputatis arborum ramis circa fluuios, conſtruit ſibi caſas ex eis cum ſolario (tabulato ſuperiore) in quo habitat cum creſcit aqua, Albertus. Domicilia eorum dimidia parte in aqua ſunt, & dimidia ſuperant: Agricolæ ea diligenter obſeruant: & ſi altius poſuerint, ferunt in montibus: ſi humilius, in vallibus, Olaus Magnus in deſcriptione Septentrionalium regionum. Similis obſeruatio eſt in Aegypto, ſi bene memini, circa crocodili cubilia. Fiber dentibus deijcit mediocris magnitudinis (craſſamento interdum femoris humani) arbores: & caſas inde conſtruit bicameratas vel tricameratas, cum ſolarijs, vt aquæ modo aſcendere aut deſcendere poſſit Albertus. Architectura in foſſa mirabili vtitur, Syluius. Alnos, populos, & ſalices infeſtat: præcipuè vero genus illud ſalicis ſylueſtris latifoliæ, quod noſtri vocant *ſalwyden*. vel *ſarwyden*. Sic me ſubes quotidie quaſi fiber ſalicem, Plautus. Mirum eſt caſtorem nocturno tempore relictis fluminum ripis, in vicinos locos cõcedere, & arbores omnis generis maximè ſalices (quia teneriores opinor) duobus ſupra terram pedibus, adeo circumrodere, vt breui temporis inreruallo eas excindat, & in miſerabilem ruinam adigat. Hu. Solinus. Amaris arborum folijs & corticibus caſtor pro ſummis deliciis veſcitur, Author obſcurus.

D.

Fibri ſemper eadem ſemita ex aqua ad arborem aliquam procedunt: quam abrodunt totam, nihil tamen cum ceciderit præter corticem edunt. Cum arborem iam ferè ſecuit caſtor, quoties ictum facit, toties ſuſpiciens conſiderat num ſit caſura: timet enim ne ſi eo ictu cõcidat, ab ea, priuſquam recedere de loco poſſit, incautus opprimatur. Nec vero minus eſt conſtans in propoſito quam ſolers: nam quam arborẽ ad ripa primo elegit ſecandam, eam non mutat, etiamſi longo temporis ſpatio diſſecare nõ poſſit, Ge. Agricola. Ligna reſecta ad ſtructuram, de qua præcedenti capite dixi, aduehunt. Caſtores gregatim ad ſyluas lignatum pergunt: imponunt autẽ ligna ſuper ventrem reſupinati vnius, qui pro vehiculo ſit, & inter crura eius artificioſe componunt: qui ne delabantur compreſſis ea cruribus ante & retro ſtringit: hunc ſic onuſtũ cæteri cauda ad caſas vſq; pertrahunt. Hanc iniuriam fieri negant niſi peregrino caſtori, qui aliunde ad eos confugerit, aut fortuitò peruenerit ad caſiores loci alicuius incolas. illum enim hoc pacto in ſeruitutem ab eis rediqi. Alij non peregrino, ſed natu grandi & laboribus confecto, qui propter dentes obtuſos lignis ſecandis ineptus iam ſit, hoc fieri aiunt. Ita tractati caſtores in dorſo glabreſcunt,

ſcunt.quo ſigno à venatoribus ſortem eorum miſerentibus agniti,illæſi interdum dimittũtur, Albertus Magnus à perito quodam venatore rem ita narratam ſe audiuiſſe ſcribens: & alij quidam obſcuri authores: Sed mouent me,quo rem minus fabuloſam exiſtimem, eruditi & fide digni viri Olai Magni eadem aſſeuerantis verba in deſcriptione regionum Europæ Septentrion. Accedit quod mures alpinos fœnum hoc modo in cuniculos conuehere,etiam noſtrates aiunt. Sed hoc in dubio relinquamus. Cæterum quod genitales partes fibri, ſiue quilibet, ſiue Pontici,vt Plinius ſcribit,ipſi ſibi vrgente periculo amputent, ob id ſe peti gnari,noua refutatione noſtra nõ eget,cum iam olim apud veteres tanquam fabuloſa hæc perſuaſio exploſa ſit. Marcellus Vergilius huiuſmodi veterum fabulis ignoſcit, quod de induſtria ab eis cõpoſitæ videantur, vt bonas & vtiles res authoritate aliqua munitas vulgus hominum facilius & libentius admitteret, quod in religione & ethnici factitarint, & inter cæteros Plato philoſophus. Ego contrà vt bono viro & ſapientiæ ſtudioſo,cum philoſophiæ finis ſit veritas, fabulas vbiq; fugiendas exiſtimo, illas inquam quæ pro veris credendæ obtrudunntur, ſic in religione potiſſimum noxias & peſtilentes eas exiſtimo: eamq; ob cauſam cum Platonem & cæteros gentilium damnauerim,qui tale quid in ſuis ſuperſtitionibus auſi ſunt:tum omnes qui in noſtra religione,quæ puriſſima & ſynceriſſima eſſe debebat,idem moliuntur aut olim moliti ſunt, qua de re pro dignitate dicturo maximus ſe campus aperiret: ego ad caſtorem. Primum autem ponam illorum verba, qui caſtorem ipſum ſe caſtrare ſcripſerunt, (vnde etiam nomen eius grammatici quidam Latini deriuant,quod rectè fieri non poteſt,cum dictio Græca ſit:) deinde aliorum qui redarguerunt. Teſticuli eius appetuntur in vſum medelarum: idcirco cum vrgeri ſe intelligit,ne captus prosit, ipſe geminos (id eſt teſtes,vt Græci didymos) ſuos deuorat,Solinus:isq; ſolus opinor huius ſententiæ:nam alij non perinuidiam teſtes ab eo reuelli,neq; vorari: ſed reuulſos abijci in venatorum conſpectũ redimendi ſui gratia ſcripſerunt Qui ſe Eunuchum ipſe facit,cupiens euadere damno Teſticuli:quoniam medicatum intelligit inguen,Iuuenalis Sat.12.Idem teſtatur Andromachus in Theriaca antidoto carmine deſcripta. Hominem ipſum ſibi nocentem Aegyptij indicaturi, caſtorem pingunt:hic enim venatoribus inſequentibus teſticulos ſuos demordens, relinquit,Horus in Hieroglyph. Fibrorum teſtes apti ſunt medicaminibus, propter quos vbi ſe requiri ſenſerunt eos ſecant,Seruius. Redimunt ſe ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur, Cicero. Quod autem cauſam ab inſequentibus venatoribus cur tam cupide petatur non ignorat:idcirco mordicus premens vſque incumbit ad elidendos teſtes, quoad ab ſe abſciderit, & ſic eos abiecerit, tanquam homo ſumma prudentia in latrones incurrens, quæcunq; portat ad ſe redimendum exponit. Quòd ſi poſtea quàm exſectus & ex periculo ſeruatus fuerit ab inſectantibus iterũ vrgeatur, hic ſeſe alleuans, atque quamobrem inſequi vlterius,& pergere non debeant,cauſam oſtendens,ad reuertendum,quod iam ea parte quam expetunt careat,venatores inducit. Perſæpe etiam tunc teſticulis præditus cum a venatorum conſpectu ſe longiſſimo curſu remouerit, eam partem deſi- 30
deratam ita alluie comprimit & occultat,vt inſectatores fallat, Aelianus. Vanum eſt quod traditur,teſtes ab ipſis auelli,& à ſe abijci,quum venatu vrgentur:liquidem tangi nequeunt,ita vt in ſue ſubſtricti,Dioſcorides. Amputari hos ab ipſis cum capiuntur negat Sextius diligentiſſimus medicinæ: Quinimo paruos eſſe, ſubſtrictosq; & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine vita animalis poſſe, Plinius. Falſum eſt quod agitatus à venatore caſtret ſeipſum dentibus,ac teſtes proijciat: & poſtea ſi ab alio venatore vrgeatur,erecto corpore caſtratum ſe oſtendat, vt ſæpe in regionibus noſtris compertum eſt,Albertus Animal eſt valde manſuetum, Author obſcurus. Ego neq; diſciplina manſuefieri poſſe credo neq; manſuetum eſſe natura,cũ planè mordax & noxium dentibus ſit,vt ſupra dixi. Bellonius tamen multos cicures reperiri ſcribit apud Burgundos Lotharingos & Auſtrios, vt ante dictũ eſt.

E. 40

Volucra animal ferè prærodit teneros adhuc pampinos & vuas: quod ne fiat,in ipſa putatione quoties falcem acueris,fibri pelle aciem detergito, atq; ita putare incipito,Columella. Voluocem aliqui appellant animal prærodens pubeſcentes vuas: quod ne accidat,falces cũ ſint exacutæ, fibrina pelle detergunt,atq; ita putant, Plinius. Fibros venantur ſupremam eorum cauernę partem perforantes,perq; eam paruum canem immittentes.fiber ad exitum fugit,vbi irretitus fultibus occiditur. Iidem hi canes,noſtri aquaticos vocãt lutras & anates ſyluestres venantur. Canis ad hoc inſtructus in aquam proijcitur qui ad cauernam caſtoris perueniens, ingreditur: nec cedit caſtor morſibus,donec artificioſa illa caſæ eius ſtructura refringatur, Author libri de nat.rerum. Cum canes perſequuntur caſtorem, aiunt illum obuerſum ventrem ac teſticulos oſtendere, quorum illi odoris diritate affecti fugiant. Author incertus: Teſticulos quidem,cum ad lumbos,vt dictum eſt, ſubſtricti ſint, oſtendere nequeunt. 50
In Pruſſia,vt audio, naſſis capiuntur, arborum corticibus inescati, ad hos irrepunt, & ijs conſumptis cum exitus non pateat ſuffocantur. Sed non puto fieri poſſe vt cibum in ipſa aqua capiant, cum nullum eis ſit inſtrumentum quo reddant influentem cum cibo aquam,vt piſcibus branchiæ. Vrinari diu non poſſunt, ſed reſpirationis cauſa caput ſubinde exerunt,& ſic bombardis impetuntur,vel transfiguntur haſtilibus.In aquis caſtorem conſpicatus, piloſum piſcem putabam. Sequebantur eum nautæ venatores:vnus in prora contum ferratum gerebat: alij paulatim nauem ducebant verſus eam partem, in qua fibrum ſubmergi viderant:& cum fiber motu exterritus caput exereret, qui contum tenebat illum confixit, Braſauola. Hoc animal venamur non modo propter caudam qua veſcimur,& pellem qua veſtimur:ſed etiam propter teſtes,quibus vt medicamentis vtimur, Ge.Agricola. Venatores caſtorem capiunt pellis gratia magis quàm teſticulorum,Platearius. Pellis caſtoris aliquando pretioſa fuit, nunc in paruo pretio eſt, Albertus.Mollis & nobilis eſt,eò pretioſior,quo nigrior,Author obſcurus. Lutræ & ca- 60
ſtoris pellibus conciſis, fimbrias veſtium ex pellibus nobilibus confectarum, ſolent exornare: quanquam lutræ pelles longè præſtant fibri pellibus, Ge.Agricola. In Polonia caſtorum pelles elegãtiores pretioſiſſimæ ſunt:diutiſſimè enim durant. Pelles dorſi veſtium pellitarum adduntur oris, tum vt eminent decoris gratia, tum quia eiſdem conſeruari putant alias pelles. Fiunt & integræ veſtes ex eis,quibus pannus nullus ſuperinducitur, vt è lupinis. E pilis mollioribus & interioribus, de ventre præſertim, in ſe intricatis lanæ feltriæ inſtar,tibialia & pilei fiunt qui reſiſtunt pluuijs. Ex canis fluuiatilis pelle cynæ, id eſt pilei primum facti ſunt, vt in Cane dixi capitis 8. parte 5. Sed hoc ad lutram potius pertinet.

F.

Caſtor quoniam amaris arborum folijs & corticibus auidè veſcitur, totacius caro etſi bono, tamen amaro 70
odore

odore perfunditur, Author obscurus. Tota eius caro abominabilis est præter caudã, Albertus. Ego qui filiũ carnem ederunt, laudantes eam audiui sed multum interest quemodo paretur. Sunt qui elixant primum, deinde assant in sartagine, vasis semper apertis, vt odor grauis expiret, quod in alijs etiam carnibus fieri grauius olent, auium aut ferarum. Ipse nihil eius præter caudam & pedes posteriores gustaui, iure crocee eorum dices. Suaues, teneræ & præpingues sunt hæ partes, instar thunni carnis, solida quadam tenacique pinguedine saporis ferè cuius anguillæ, quibus similiter etiam apparantur, vbi modicè primum ebullierint. Appetunt has delicias gentes, maximè autem ipsas inter digites membranas. Memini alicubi apud Plutarchum legere, ἁπαλὰς μήρυκας hoc est suauissimas esse carnes illas, quæ non omnino carnes sint. Eiusmodi certè partes illæ in fibro sunt, vt eæ ad piscium naturam saporemq; proximè accedant: vnde ieiunij etiam temporibus apud illos qui ea retinẽt concedun-
10 tur, vt apud Anglos quoq; auis quædam quam puffin (vt audio) vocant: quasi verò non mille, præter quadrupedum auiumq; carnem delicia sint ac illam solam ieiunijs excipere oporteat, cæteris pro arbitrio frui liceat. Sunt qui caudas fibrorum assas pauco zingibere conspersas apponãt. Elixant alij, & denshiculo aliquo iure condiunt.

G.

Pelle castoris paralyticos vtiliter vestiri aiunt, Albertus. Fibrinarum pellium cum pice liquida combustarum cinis, narium profluuia sistit succo porri mollitus, Plinius. Podagris vtile est fibrinis pellibus calciari, maximè Pontici fibri, Plinius. Apud Aetium idem remedium calciamentis ex pelle canis fluuiatilis tribuitur: lutrem intelligit, nam testes eius ad eadem valere ait, ad quæ castoris testes, minore tantum efficacia, lib. 2, cap. 178. dixeramus autem de castore præcedenti capite. Vrina fibri resistit venenis, & obid in antidota additur: adseruatur autem optimè in sua vesica, vt aliqui existimant, Plinius. Fel castoris ad multa vtile est: Eiusdem coagulum sedat morbum caducum, Auicenna, vt quidam citat. Ego apud Auicennam in capite de castoreo nihil tale reperio. Vtuli quidem marini coagulum castorei vires habet, & commendatur ad comitiales: sed hoc animal felle caret.

Genitales castoris partes castoreum vocant medici, Plinius. Er alibi. Fibros (Græci castores vocant, & castorea testes eorum. Castorea ex aqua mulsa drachmis binis aluum emolliunt. Idem. Græci κάστορα & ἔκτια, id est, fibri testem appellant, & κάστορον in singulari semper numero ni fallor. Hispania etiam castores procreat: sed castoreum ex eis non eam quam Ponticum habet vim: Ponticum enim proprium est vt venenosum (φαρμακῶδες, id est, medicamentosum) sit, vt & alijs permultis, Strabo lib. 3. Castoreo in Hispania non inest vis illa medica, vt Pontico, Hermolaus ex Strabone. Cauetur quis fortè aërem calidum, cuius vi medicamentosum illud virus exhalet &
30 digeratur. Nam in Heluetia nostra, vt & in reliqua Germania, vbi frigidum cœlum, nihil deterius, opinor, Ponto nascitur. Esse autem Pontum quoq; frigidam regionẽ nemo ignorat. Efficacissimi castoris testes sunt è Ponto Galatiæ, mox Africæ, Plinius, si recte sic legitur. Eligi debent testes qui ex vno ortu connexi sunt: fieri enim non potest vt gemini folliculi in una membrana coniuncti reperiantur: liquore intus veluti ceroso, odore graui & virus redolente, gustu acri, mordente, ac friabili, naturalibus tunicis circundato, (intersepto,) Dioscorides interprete Ruellio. Grammatici quidam castoreum odorem putrem & acutum interpretantur: sed non est purus boni castorei odor: verum grauis & fœtidus. Mihi quidem aridum sæpe non iniucundo odore visum est. In
40 spalatho, inquit Plinius, inenarrabilis quædam est odoris suauitas: & paulò post subdit, odore castoreo esse. Ex alibi, onychem suffitum vuluæ pœnis mire resistere scribit: eodorem esse castorei, meliusque cum costum proficere. Testiculi abscissi in vmbra suspensi desiccantur, sic desiccati, albi & mollesfiunt. Præferuntur ex maioribus natu, vel qui in vigore ætatis sint, nimium iuuenes & vetuli non placent, Platearius: quanquam intricatiora eius hac de re verba sunt. Eligendum acri sapore mediocriter: nam quod valde acre est & quasi terreum, adulteratum est. Glutinosum etiam sit, & neruos habeat intricatos, & pelliculas adhærentes. Per septem (aliàs sex) annos in magna efficacia potest seruari: antè fertur tamen recentius. Pellibus abiectis, quod in eis continetur, in medicamentis ponitur, & latebris. Operæpretium est diuisa pelle melleum liquorem cum cuticula tunica assumere, & siccatum potui dare, Dioscorides, vt Ruellius vertit: ego sic potius. Quoniam fibri testes non eminent, sed interius conduntur astrictique sunt vt nuces: pellem scindi oportet, & vnà cum tunica melleum continente liquorem eos eximi, atque ita siccatos in potu dari. Castoreum aliqui fraude corrumpunt, conijcientes in folliculum gummi, aut Ammoniacum, cum sanguine (Marcellus Verg addit eiusdem animalis) & castoreo subactum, & ita exiccantes, Dioscorides. Sextius diligentissimus medicinæ, scripsit castoris testes adulterari renibus eiusdem qui sint grandes, cum veri testes parui admodum reperiantur. Præterea ne vesicas quidem esse, cum sint geminæ, quot nulli animalium. In his folliculis inueniri liquorem & asseruari sale. Itaque inter probationes falsi esse folliculos geminos ex vno nexu dependentes, quod ipsum corrumpi fraude, conijcientibus gummi cum sale Ammoniaco quoniam Ammoniaci coloris esse debeant, tunicis circundati liquore veluti mellis cerosi, odoris grauis, gustu amaro & acri, friabiles, Hucusque Plinius: Non probo quod pro (sanguine aut Ammoniaco:) vt prius legebatur, aliqui sale Ammoniaco posuerunt, cum Dioscorides etiam non salis, sed sanguinis mentionem faciat & Ammoniaci lachrymæ non salis: recte autem pro gummi Ammoniacum inijcietur, vel contra: quod vtrunque tenax & viscosum sit, quali substantiæ si odor etiam castoreus accedat, facile fallet in gustu: at sale quouis iniecto, vix quenquam falleret, cum genuinum castoreum nihil salis resipiat: sic igitur legam Plinij verba, Conijcientibus gummi cum sanguine, aut Ammoniacum: & nihil à priscina lectione mutauero, nisi Ammoniacum pro Ammoniaco. Castoreum, inquit Platearius, quidam hoc modo adulterant: Pellem, in qua castoreum fuerit, vel alius testiculus recens, implent sanguine & neruis, addito puluere castorei, ne suus odor abiit: alij sanguinem & terram commiscent: alij callidius, sanguinem, sagapenum, & neruos, adduntque piper vt acrimoniam acquirat, Hæc Platearius. Castoreum non simile nostro (id est nostris castoribus exempto) Venetijs venditur, Brasauola. Castoris testiculos qui hodie venduntur, longè maiores esse quàm vt genuini & veri castoris videantur, copiosè scribunt Monachi qui nuper in Mesuen commentarios effuderunt, Matthæolus scribit ex fibris verum castoreum sic habuisse, quod magnitudine, colore, odore & facultate longe dissimile fuerit vulgari pharmacopolarum castoreo. Hæc dum scriberem verum castoreum inspicere volui, quod è castore apud nos capto nuper exemptum erat. Fundus testium amborum, libra cum semuncia, id est, vnciæ duodecim cum dimidia. Alter altero longè maior erat, sex digitos longus, quatuor latus. Substantia quæ in folliculo continetur, flaua solidaque & ceræ similis. acris, tenax: non terrea, nec sub dentibus, cum manditur, friabilis & aspera, quale fœti-

ferè castoreum est. Ego euitandæ fraudis causa nostrate semper quàm peregrino vti malim. Sed plerique pharmacopolæ quoniam minoris emunt peregrinum, verúmne an falsum id sit parum curant. Ab vno esse ad alterum communis mentis pertinet, longus circiter decè digitos: in quo dissecto genitale reperi, quod vno constat osiculo (vt in viuerris quoque,) carne, qua induitur, nigris quibusdam punctis exasperata. Testiculo vtrique alter etiam folliculus adhæret, plenus albo quodam & pingui humore, substantia mellis, molli, & fœtidâ, putris instar casei, longitudine interdum duorum pollicum. Et forsan de hoc folliculo Dioscorides intellexit in hunc capitis de castoreo scribens, Oportet autem dissecta cute castoreum auferre, vnà cum membrana quæ humorem mellei continet, & ita siccatum in potu dare. Nam propriè dicti castorei substantiam paulò superius non mellis sed ceræ comparauit. Sed humor ille melleus propter pinguitudinem non satis idoneus est qui siccetur: odore etiam saporeque differt à solido castoreo, vtroque ingratior: acris tamen & calidus & tenuissimarum partium. quamobrem & ille potius extra corpus, vel per se, vel cum oleis vnguentisq;, quibus castoreum miscere; lacuerit vtendum existimo, solidiore verò intra corpus. Pharmacopolæ quidem nonnulli reliquam etiam circa istas partes pinguedinem porcinam in oleum de castoreo injiciunt, partim piscatoribus vendunt, qui eam alijs quibusdam mixtam ad inescandos pisces. Iidem castorei vnciam denario indicant plerunque. Suspensum in aere siccatumq; in absinthio reponunt. Sunt qui ex fœminis etiam testes haberi affirment, sed exiguos, & qui vix vnciam singuli appendant. In antidoto nephritica è sexaginta rebus apud Nicolaum Myrepsum, interprete Fuchsio, cum castorei genera mentio fit, quæ autem & qualia illa sint non exprimitur, nec alibi reperio. Proinde quærendum mihi videtur, an de eo, quod proximè ante nominatur, tria hæc genera intelligi debeant: diuersa enim horum genera in usu medico esse scimus castorei non item. Castorei odore semel imbuta, tenacissimâ eius sunt, & vix vnquam remittunt imbuuntur autem eo etiam quæ non tetigerint, in ijsdem vasis aut capsis opertis condita. Castoreum è Perside fermè adulteratum ad nos defertur: syncerum enim tanta viri odoris est præditum, vt olfacientij vesicam castorei, sanguinem è naribus eliciat, Persæ autem adulterandis rebus sunt exercitatissimi. Seruatur annis decem, Syluius testem citans Ludouicum patritium Romanum: cuius ego librum Germanicè vidi, vbi hæc omnia non de castoreo, sed de moscho scribuntur, sed postea nactus Latinum codicem nauigationis huius authoris libro 3. cap 5. Inueni hoc etiam de Castoreo, non moscho scripsisse: nisi ipse met memoria lapsus sit. At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus Castorea, Verg. 1. Georg. Seruius virosa venenata exponit: nam licèt sint multis remedio, inquit, tamen prægnantes eorum odore abijciunt & egerunt partum: Virosum autem deriuat abeo quod est virus: alij fortia interpretantur à viribus. Sed hi in etymologia vocis errant, ille in re ipsa. Virosum enim castoreum non alia ratione dixerim, quàm odoris grauitate, vnde Dioscorides βαρύοσμον & βαρυώδη. Vtroque enim aliquando & aliquibus venenosum, non ideò tamen absolutè hoc ei epitheton conuenit. Scio de castorei veneno apud Arabes, & recentiorum quosdam qui illos sequuntur, mentionem fieri: mihi tamen non alia magis ratione in castoreum id cadere videtur, quam alia quæuis putrida & corrupta. Pleraque enim talia venenatam & contrariam hominis naturæ facultatem obtinent, vt nuces rancidæ &c. facile autem corrumpi castoreum videtur, vtpote folliculo inclusum, & humidum, nisi rectè & commodo loco siccetur, in loco aeri exposito, vereclè euaporet humiditas suspensum. Castoreum nigrum, fœtidum, rancidum, die vno necare affirmat Auicenna, Syluius, Ponzettus cardinalis lib. 2 tract. 8. cap 5. Castoreum, inquit, corruptum, nimis calefacit, & acutes pectori vapores submittens, partium continuitatem soluit. Remedio est lac asininum: cui quidam syrupum de acido citri succo admiscent: quòd si necessitas postulet, Philonis antidoti drachma vna aut altera ad summum propinetur. Castoreum corruptum, inquit Matthæolus ex Petro Aponensi, insaniam & furorem inducit, æger linguam exerit, febri conflictatur, & vno pleruque die moritur. Curandi modus est, vt butyro & aqua mulsa vomitus prouocetur, & repetatur toties, donec nullum amplius castorei odorem reddat: postea dandum est medicamentum diamoron, (rob mororum aut limonum) vel syrupus de limonum (vt vocant) citrorúmue succo: Peculiare verò huius malè remedium coriandro adscribitur, si fœminis tosti denarij duo exhibeantur. Auicenna castorei venenosi antidota esse scribit, acetum, acidum citri liquorem, & lac asininum. Venenosum autem esse ait, quod varium sit, vel (vt Bellunensis emendat) puluerulentum, subnigrum: die vna occidere: & si quis euadat, illum incidere in birsen, quod vocabulum Bellunensis pleuritin exponit. Birsen est apostema capitis propter consensum diaphragmatis factum, Vetus interpres glossarum Auicennæ. Birsen aliquando pro pleuritide inuenitur, Idem. Ego phreniticum, non pleuriticum, cum qui præsens periculum euadat, fieri intelligo. Phrenes diaphragma vocatur, quo inflammato cerebrum etiam afficitur. vt phrenitis fiat, vel vt quidam vocant paraphrenitis. Manardus in epistolis 17. 3. carabitum vel sirsen (corruptè puto pró birsen) exponit phrenitin. Castoreum si desit, tantundem agori & dimidium piperis substituetur, Auicenna. Actius, vt supra dixi, canis fluuiatilis testes ad eadem facere ait, ad quæ castoreum, recentiores idem de lutræ testibus scribunt. Cæterum fluuiatilem canem à lutra non differre in Lutra docebo. In Antiballomenis inter Galeni notha pro castore agalochum vel silphium vsurpari posse legimus: ego non agalochum, sed sagapenum lego: cui & ratio astipulatur, & Platearius vt superius retuli, nonnullos castoreum adulterare scribit, sagapeno & sanguine modico piperi mixtis. Silphij nomine castoreo substituendi, assam fœtidam vulgo dictam intelligo. hæc enim melius quàm dulcis dicta castoreo respondet, cum alias tum ad uteri præcipuè morbos. Est enim uterus in mulieribus veluti animal quoddam, quod suaues odores sequitur, fœtentes fugit: fugari autem debet, cum nimium ascendit, fœtidis supra adhibitis, suauiter odoratis intrà: cum nimium descendit, contrà: & ad hunc quidem vsum quicquid grauiter ac virus olet, castorei locum implet: cuiusmodi sunt diuersa, quæ cum vruntur grauissimè olent, vt pennæ auium, ellychnium candelæ recens extinctum, lanæ lacinia quæ combustæ solea calceamentorum, alliorum aut cepatum cortices, capilli, capræ cornu, pix, galbanum: & alia grauis odoris etiam non vsta, vt parthenium, quod inde matricariam vocant, & feroe hilaria vtrix: similis quam aliqui galeopsin Dioscoridis esse putant, & silphæ latræ fœtida: quarum intestina pro castoreo accipienda in Antiballomenis quæ cum Aeginetæ codia habetur, legimus: & facilis quidem a silphis ad silphium transitus est, &c. Sunt qui ad suffocationem ab vtero pomum ex castoreo & alijs medicamentis componunt: idque commendent subinde olfactandum mulieribus huic malo obnoxijs, præseruandi maximè gratia. Compositio eiusmodi est: Rutæ & meliloti hylli folia: dauci, nigellæ & absinthij Pontici (vel semeninæ) seminis, singula denarij semis pondere: castorei denarius, & assæ fœtidæ scrupulus misceantur, odoramentum hoc vt saluberrimum, ita etiam illis mulieribus quæ [illegible]dum nihil patiuntur non æquè ingratum esse aiunt, vt cætera huius generis. Laudatur in vteri suffocatione præsertim à crassis humoribus, Castoreum per interualla datum. Hoc au-

tem

tem variis modis vtimur. Nam in paroxysmo dissoluimus in aceto acerrimo & naribus admouemus: vel eius ℈ ij ad ℥ i. exhibemus cum aqua distillaturus radi: dauci velarithe missiæ, Ex praxi manuscripta. Vide Archigenem cap. 2. libri. Testiculos castoris (inquit Galenus de simplicibus 11.) nuncupant castoreum, medicamentum & celebre, & multi vsus, adeò vt Archigenes de castorij vsu totum conscripserit librum. Atque ille sanè particulares eius facultates expoluit, nos more nostro generalem tantum facultatem dicemus. Itaq; quod excalfaciat manifestum est. Nam si voles ipsum ad vnguem leuigatum oleo maceratum parti cuipiam infricare, euidenter illam incaluisse percipies. Iam cum castorij consistentia sicca quoque sit, & calfaciendi potentiam habeat adiunctam, meritò deiccat. Porrò quoniam impense subtilium est partium, obid efficacius est quàm alia quæ similiter vt ipsum & calefaciunt & deiccant. Penetrant enim tenuium partium medicamenta, & in altum subeunt admotorum corporum, potissimum si ea densa fuerint, vt neruosa. Sanè si odori gustuiq; aduertas animum, suspicaberis humano corpori aduersissimam habere substantiam: tametsi in natura nihil efficere comperiatur eorum, quæ talia facere assolent, cum nullam omnino corporis partem intrò sumptum lædat. Nam siue corpori humido applices resiccationem poscenti, siue frigido excalfactionem, siue frigido simul & humido, magnam vtiq; experiere commoditatem: potissimum si febri vacet. Et eorum sanè multis qui non admodum calidam patiebantur febrim (sic enim vertere debuerat interpres) sed vt sic dicam tepidam, qualis accidit in cataphoris maximè & lethargis, castoreum exhibuimus vnà cum pipere albo, vtrunq; mensura cochlearij ex melicrato bibendum præbentes: nec quisquam vllam sensit noxam. Quæ porrò in corpus intrò sumptum iuuat, ijsdem prodest quoq; cuti impositũ cum Sicyonio aut vetere oleo: Quæ verò ampliori caliditate indigent, ijs etiam per se infricari debet. Iuuat etiam si quis suffitum eius in prunis impositi inspiratione hauriat, maximè affectus in pulmone aut capite consistentes. Attamen lethargicos & cataphoricos affectus, qui quidem adiunctam habent febrim, præstat non dictorem (Sicyonij aut veteris) eorum quopiam macerantes curare, sed potius ex rosaceo capiti collo; imponere, Hæc Galenus: reliqua de castoreo ex eodem, suo quæq; loco referam. Castoris testes coquunt dispositiones contumaces & scirrhosas, Galenus de compos. pharm. sec locos. Castoreum valde calefacit, relaxat (secundum alios, re corporat,) & sic eliminat diuturna neruorum vitia, quæ (fortè qui, scilicet nerui) nimijs doloribus contrahuntur, De simplicibus ad Paternianum liber Galeno adscriptus. Dissoluit, attrahit, absâs consumit,) & neruosa maxime loca roborat, Platearius. Idem in calfaciendo tertium ei gradum attribuit, in siccando secundum. Calefacit (inquit Auicenna) in fine tertij vsq; ad quartum, siccat in secundo. In summa calfactoriam vim habet, & in vniuersum varios obtinet vsus, Dioscorides. Castoreum potu in quartanis rigores mitigat, & morbosam carnem consumit & concoctionibus in venis opitulatur, Aetius.

Fibri testes serpentium venenis aduersantur: priuatim contra ixiam ex aceto bibuntur: faciunt etiam ad alia venena, Dioscorides. Prosunt contra venena: Differentia tantum contra genera est mixturæ Quippe aduersus scorpionem, ex vino bibuntur aduersus phalangia & araneos ex mulso, ita vt vomitione reddantur: aut vt reincantur, cum ruta: Aduersus Chalcidas (alias Chalcidicas, nempe certas) cum myrtite: Aduersus ceraslen & prestheras, cum panace, aut ruta ex vino: Aduersus ceteros serpentes, cum vino. Datur binas drachmas satis est, eorũ quæ adijciantur, singulas. Auxiliantur priuatim contra visum (ixiam, chamæleontem scilicet, Dioscor.) ex aceto: aduersus aconitem, ex lacte aut aqua: Aduersus helleborum album, ex aqua mulsa nitroq;. Plinius. Castoreum confert morsui paruorum venenatorum, Auicenna. A frigore laborantibus, castorij ternis obolis vti ex quatuor cyathis vini prodest, Plin. Castoreo cum mente pro psilothro vsi pluribus diebus reperiuntur: In omni autem psilothro vellendi prius sunt pili, Idem. Ladanum cum castoreo fistulis medetur, Plinius. Medetur abscessibus frigidis & vlceribus malignis, Auicenna. Sternutamenta olfactu mouent castorum testes, Plinius & Dioscor. Somnum conciliant cum rosaceo & peucedano perunctio capite, & per se poti in aqua, ob id phreneticis vtiles, Plin. Castoreoq; grauis mulier sopita recumbat. Lucretius lib. 6. Castoreum cum peucedano & rosaceo capitis doloribus vtiliter illinitur, Plinius. Capitis affectionem frigidam & flatibus coniunctam curat, emplastri more impositum, & suffitu, Auicenna. Galenus etiam suffitum eius respiratione hausturn ad capitis affectus vtilem dixit. Capitis dolores ex vtero sedat. Hippocr. Epidemiorũ lib. 7. Castoreum in aceti mulsi cyathis tribus, aduersus comitiales ieiunis datur: his verò qui sæpius corripiuntur clystere infusum mirificè prodest. Castoreo drachmæ duæ esse debebunt, mellis & olei sextarius, & aquæ tantundem: Ad præsens verò correptis, olfactu subuenit cum aceto, Plinius. Castoreum in aceto sternutatorio medicamento ad vertiginẽ & comitialem apud Galen. [illegible] lib 2. Castoris testes diuersis neruorum alijsq, vitijs peruncti medentur: vel triti ad crassitudinem mellis cum semine viticis, ex aceto aut rosaceo: ita & contracti comitiales sumpti prosunt, Plinius. Contra epilepsiam, & alios frigidos affectus capitis pondere scrupuli, vel duorum triúmue bibendi dantur cum rutæ succo, aut vino in quo decocta sit ruta, Platearius. Medentur & vertigini, inuncti, vel triti ad crassitudinem mellis cum semine viticis ex aceto aut rosaceo: Eodem modo opisthotonis, tremulis, spasticis, neruorũ vitijs, ischiadicis, stomachicis, & paralyticis subueniunt, Plinius. Lethargicos & vtcunq; veterno obdormiscentes excitant infusi: cum aceto autem & rosaceo: olfactu & odoris suffitu, idem faciunt, Dioscorides, Plinius & Auicenna. Vide paulò superius in Galeni verbis. Aduersus lethargum (docente Platearia) prouocetur sternutatio cum castoreo cerebrum mouet ac roborat: Vel cum mente, succo rutæ, & pauco aceto decoctum, abraso occipitio, infricetur, & cataplasmatis modo imponatur. Puluis eius cum succo rutæ naribus injiciatur, aut fumus recipiatur per nares. Qui post ægritudines aliquas, vt lethargum aut pestilentiam, in oblitionem deciderint, eos maximè iuuat hiera Ruffi: & castoreum cum oleo occipiti illitum post purgationem verò hieræ castoreum drachmæ pondere cum melicrato potum: non parum iuuare creditur, Aetius. Paralyticis medetur, Plinius, eo modo quem paulò ante retuli. In paralysi totius corporis, datur vinum in quo decoctum sit castoreum, cum ruta & saluia, Platearius. Emplastrum ex castoreo ad resolutos, inferius apponam inter composita pharmaca à castoreo denominata. In linguæ paralysi, puluis castorei sub lingua tenetur donec per se resoluatur & consumatur, Platearius Contra paralysin membri genitalis, pecten frequenter foueatur vino, in quo castoreum decoctum sit: & ex castoreo cataplasma imponatur, Platearius. Castorij ℈ i cum aqua mulsa ori infusa catalepticis quibus tremor succedit, prodest, Aetius. Potum & illitum prodest tremulis, conuulsionibus, (spasticis, & neruorum vitijs, Plin. vide etiam paulo infra usum in mẽtione opisthotoni) & omnibus neruorum vitijs, Dioscorid. & Plinius, eo modo quem superius ex eo recitaui. Potum spasmis medetur, Galenus de Theriaca ad Pisonem. Castoreum, vel si eius lchor qui intus reperitur accipiatur, & multo oleo excipiatur, coque mitiore medicamentum erit efficacissimum, in omni conuulsione, quæ à frigido humore ortum traxit,

Porticle. cap. de conuulsione. Tremulos iuuat, si ex oleo perungatur, Plinius. Ceterum falluntur medicorum
plerique (inquit Galenus) in vsu castorei, cum id modo considerant, partem quampiam aut tremere, aut conuel-
li, aut sensu motúue priuatam esse, aut ægre sentire mouerique: haud scientes id genus symptomata ad dissimiles se-
qui corporis affectus. Quod si ex plenitudine fiat conuulsio, vtile fuerit castoreum & potum & impositum: sin ex
siccitate vel inanitione, aduersissimum & similiter in tremore. Castoreum auxiliatur opisthotonis, eo modo quo
supra retuli ex Plinio. Rigor ceruicis mollitur castoreo poto cum pipere ex mulso mixto, ranis decoctis ex oleo &
sale, vt forbeatur succus: Sic & opisthotono medentur, tetano: spasticis verò pipere adiecto, Plinius. Castoreum
cum melle claritati oculorum plurimum confert Plinius. Et alibi. Claritatem visus facit cum melle Attico inun-
ctum. Inflammationes oculorum itemq; alias affectiones concoquunt hæc, myrrha, Fel callionymi cum rosacea
infusum, auribus vtilissimum est, vel castoreum cum papaueris succo, Plinius. Cum oleo tritum aurium dolori- 10
bus medetur, melius si cum meconio, Idem. Quibus ob multam sensus subtilitatem sonitus oboriuntur, casto-
reum & cicutæ semen cum aceto trita crocus castorum, &c. Galen. xx nnn.

Instillato, Archig. apud Gal. Si audiendi difficultas ex causa frigida fiat, castoreum medetur: eodē nihil vtilius,
cum spiritus includuntur auribus: debet autem magnitudine lentis oleo nardino dissolutum infundi, Auicenna.
Medetur & dentibus infusum cum oleo tritū in aurem, à cuius parte doleant, Plinius. Aspasij vxori dentis & ma-
xillæ dolor vehemens: castorium & piper colluens, ac in ore tenens, remisit, Hippocrates Epidem. 7. Ad corrosos
molares: Castorij, pyrethri torrefacti, galbani, singulorū æquales partes mixtas indito, Crito apud Galenū x nnn.
Si quis suffitum eius in prunis impositi inspiratione hauriat, iuuat affectus in pulmone aut capite cōsistentes, Ga-
lenus. Suffitus eius naribus attractus vtilis est ad absc essus & alia pulmonis vitia, Auicenna. Suspiriosis castoreum
cum ammoniaci exigua portione ex aceto mulso: eiunis vtilissime potatur, Plinius. Ad tusses & destillationes à 20
capite cum opio aliquoties miscetur castoreum apud Gal. x nnn. 72. & 73. Sitim facit Auicenna. Cohibet sin-
gultus ex aceto, Plinius, Dioscorides, Aëtius & Auicenna. Castoreum cum ammoniaci exigua portione ex aceto
mulso calido potum, spasmos stomachi sedat Plinius. Singultus si ex plenitudine stomachi proueniat, ad castorei
vsum accedito: sin autem ab euacuatione, aut acrium humorum morsu prouenerit, medicamen hoc fugito, Ga-
lenus. Medetur stomachicis Plinius: eo modo, quem supra præscripsi aduersus vertiginem, &c. Iuuat contra in-
flationes & tormina, Plinius & Dioscorides. Dolorem ventris pungentem & flatus dissoluit, si cū aceto bibatur,
Auicenna. Ileos & inflationes pellit castoreum cum dauci semine & petroselini quantum ternis digitis sumatur
ex mulsi calidi cyathis quatuor: tormina verò cum aceto vino mixto. Quibus venter ita flatu distenditur, vt ægre
curationem admittat, ac torminibus vexatur atque singultu, idque ob frigidos crassosque humores, aut crassos
flatulentosque spiritus, eos castorium ex oxycrato potum adiuuat, Galenus. Ex apparatis in colica affectione 30
pharmacis hocce nobis inquit Archigenes, familiare est: Castoreum & anisum tenuissimè trita, duorum cochlea
rium mensura præbemus ex aqua mulsa, Aëtius. Et ibidem paulò ante. Castoreum etiam (inquit) potum, totius
affectionis molem demolitur, omnibusq; medicamentis præstare repertum est: datur eius drachma vna in tribus
cyathis optimæ aquæ mulsæ. Vsus inuenit vt animalia (equi difficultate vrinæ laborantes) à collo vsq; ad pedes
inuoluantur de sagis, suppositisq; carbonibus viuis, addito castoreo. suffumigentur, vt totū ventrem testiculosq;
eorum castorei fumus euaporet, & confestim detractis carbonibus cooperti deambulant & mingunt, Vegetius.
Aluum emolliunt castorea ex aqua mulsa drachmis binis: Qui vehementius volunt vti, addunt cucumeris satiui
radicis siccæ drachmam, & aphronitri duas, Plinius. Et alibi, Castoreum ex mulso potum purgationibus prodest:
Sed hic purgationes pro mensibus accipio. Si gonorrhœa infestat, castorei in succo viticis & pauci aceti decoctū,
renibus, pectini, & locis genitalibus cataplasmatis instar applicetur, Platearius. Ischiadicis medetur, Plinius: quo 40
supra dixi modo contra vertiginem, &c.

Vuluarum exanimationes pellit, vel subditum, Plinius. Inuenio apud quosdam ostracium vocari, quod aliqui
onychem vocant: hoc suffit m vuluæ pœnis mirè resistere: odorem esse castorei, meliusq; cum eo vsum profice-
re, Plinius. Castoreum cum aceto & pice olfactum, contra vuluam prodest, Plinius De vsu castorei cōtra hoc ma-
lum, supra etiam dixi. Capitis dolores ex vtero sedat, Hippocrates Epidem. lib 7. Menses ac secundas ciet duabus
drachmis ex aqua cum pulegio potū, Plinius. Menses ac partus ciet, duabus drachmis cum pulegio potum partus
secundasq; eijcit, Dioscorid. Hoc modo potum viris etiam partes genitales calefacit, Albertus. Ex mulso potum
purgationibus prodest: Ad secundas etiam vti eodem prodest cum panace in quatuor cyathis vini: & à frigore la-
borantibus ternis obolis, Plinius. Mensibus retentis vbi per venā quæ in malleolo est, modicè euacuassem, oblato
castoreo vnà cum puleg o aut calamintha, semper medicamen hoc expertus sum purgationem ciere sine homi- 50
nis noxa. Præterea secundas morantes eijcit, eaq; omnia ex melicrato potū efficit, Galenus. Castorij potus puer-
perij purgamenta à partu purgat, Hippocrat. de morb. mulieb. Si castoreum (castorem forte) fibrúmue supper-
grediatur grauida, abortum facere dicitur, & periclitari partus si superferatur, Plinius lib. 32. cap. 10. Inter medica-
menta quibus suffitus vterus clausus aperitur, fibri testem, alini masculi stercus & adipem suillum numerat Hip-
pocrates lib. de super.

Antidotus diacastoriu, id est è castorio, à Nicolao Myrepso describitur, vtilis vertiginosis, comitialibus, apo-
plecticis, resolutis, & paraplecticis, est autem Sectionis primæ antidotus 27. & rursus alia eiusdē nominis, nume-
ro 102. in qua cum castoreum non recipi animaduerterem, statim diacostu legendum deprehendi, & hoc nomine
eandem antidotum ab Actuario descriptam: quod Fuchsium nō animaduertisse miror. Diacastoriu emplastrum
ad resolutos, ab Actuario describitur in capite de emplastris & linimentis. Eadē descriptio in paucis varians apud 60
Nicolaum legitur Sectione 3. quæ de vnguentis est, num. 2. Ad linguam impotētem loqui, castoreum & theriaca,
vide myreptum vnguento 60. Vnguentum acopon è castoreo ad eos qui tremunt, apud eundē myrepsum num. 8.
In vulgaribus Nicolai Præpositi, vt vocant, descriptionibus, (nam in Græco libro quē Fuchsius transtulit, nō re-
perio) oleum de castoreo cōtinetur, ita vt vncia castorei in libra olei decoquatur, donec absumatur pars tertia, &
postea reponatur insperso castorei puluere. Pharmacopolæ quidā huic oleo addūt pinguedinē quæ circa ipsos ca-
storis testes reperitur. Extat etiā apud recētiores descriptio olei de castoreo Iacobi de Manlijs, quod præter castō-
reum lachrymas aliquot calidas, & aromata, aliaq; recipit. Sunt qui diuersis medicamētis castoreū addant, præser-
tim aduersus comitiales. In ijsdē Nicolai vulgaribus descriptionibus errhinon, id est per nares purgās medicamē-
tum reperio, cui à castoreo nomē, inter pilulas nescio qua occasione descriptū: Inter Nicolai ex interpretatione
Fuchsij errhina nō inuenio. Miscetur castoreum etiā medicamentis quæ ad excitanda sternutamenta cōponi so- 70
lent cum helleboro albo & pipere ferè.

Fiber

H.

Fiber ab extrema ora, vt Varroni placet, vocatur: quoniam dextra & sinistra fluminis maximè videri soleat: & antiqui fibrum (inquit) dicebant extremum: vnde sagis fibriæ (fimbriæ legendū puto, vt Festus hab t:) & fibræ in auribus & iecore. Canem fluuiatilem, lutram esse suo loco ostendam: qui castorem exponunt, decepti videntur inde, quod potamium pro Ponticum legerint: nam castor etiam, canis Ponticus appellatur. Θηρίον animal quadrupes. & herba, Hesychius & Varinus: Videtur autem castor esse, cuius testes maximè in vsu sunt: herba vero non alia quàm orchis, id est testiculus Dioscoridis fuerit. Fiber, genus vespæ quadrupedis, Festus: legendum bestiæ, nam de fibro, quem Græci castorem vocant eum loqui, mox citatus ab eo Plauti versus indicat. Vespa quidem insectum est, sed nullum insectum quadrupes. Interim non ignoro lutram fibro congenerem existimari, lutræ vero ichneumonem quadrupedem Aegyptiam: & vespæ etiam genus apud Aristophanem vocari ichneumonem. Castor à castrando dicitur, non quod seipsum castret, vt scripsit Isidorus: sed quia ob castrationem maximè quæritur, Albertus. Καστωρ παρὰ τὸ γαστὴρ ἐστι γὰρ τὸ ζῶον, ὃ σχεδὸν ὅλον κοιλία, Etymologus & Varinus: hoc est: castor nomē habet quod totus propemodum nihil quàm gaster, id est, venter sit, oblongo enim corpore est, cuius maxima pars in ventrem consumitur. Auius fiber, Silius lib. 15. Fibrinus adiectiuum, vt pellis fibrina: Græcè καστόρεος, vt ὀχεστηριεῖα apud Hesychium. Καστόριον μέλος, Laconicum erat, quo vtebantur in præliis ὠιδὴ ἐμβατήριον νόμιον, Pollux. Castorium melos (inquit Cælius) dici interpretantur, quod armatam saltationem Dioscori compererint primi, cum ὀρχήσασθαι forent plane. Meminit Pindarus in Pythijs ad Hieronem ode secunda strophe tertia, cuius loci scholia, si libet, consule. Καστόριον μέλος, τὸ καστόρειος ἢ ζῶον, Suidas & Varinus. Est & castoreum infecturæ species, Cælius. Suidas & Varinus addunt, ὅτι τὸ κογχύλιον, id est, è conchylio. Conchylium quidam, quod onychem vocant, castoreum olere supra dixi, & fieri potest vt ab odore nomen ei coloriqué accesserit. Castoreum colorem Græci cinereum intelligunt, Cælius. Castorias vel castorides canes supra memorauit inter Canes venat cos in genere. Oppianus lib. 1. de piscatione meminit nescio quarū castoridum, quæ amphibiæ sint, & in littoribus coëant, & tam dirum inauspicarumq; ædant vlulatum, vt quisquis illum audiuerit, non procul sibi calamitatem & ipsam mortem abesse eo tanquam nuncio existimare debeat. Aelianus interprete Gillio castorides auibus adnumerauit. Lutras è genere fibrorum nusquam mari accepimus mergi, Plinius. Vitulo marino victus in mari ac terra similis fibro & ingenium, &c. Plinius. Castorem vitulo marino comparat, tum victus ratione, quia similiter amphibius sit, tum ingenio, quia vitulum aiunt euomere fel suum ad multa medicamenta vtile: item coagulum ad comitiales morbos: vt castorem seipsum castrare. Aristolochia longa apud Germanos *biberwurtz*, id est fibri radix appellatur, haud scio quam ob causam. Falsa castrationis, quam sibi ipse castor inferret, persuasio, ansam dedit pluribus amantibus vt picturas ex hoc animali sibi fingerent, Brasauola. Emblema Alciati, Aere quandoque salutem redimendam:

Et pedibus segnis, tumida & propendulus aluo,
Morsibus ipse sibi medicata virilia vellit,
Huius ab exemplo discas non parcere rebus,
Hac tamen insidias effugit arte fiber.
Atque abijcit, sese gnarus ob illa peti.
Et vitam vt redimas, hostibus era dare.

Sunt præterea septem alij in Argadia lacus, quorum nonnullas ambitus est triginta milliarium, alijs pauciorū, omnibus sic satis latè distantis. Retulit nobis Duncanus Campusbellus eques auratus ex horum lacuum quodam cui Garloil nomen est, prodijsse sub auroram solstitij æstiui anno 1510. animal quoddam venatici canis magnitudine, pedibus anserinis, robora ingentia nullo negotio caudæ ictu posternens, ac statim pernici cursu venatores impetens tres tribus ictibus deiecisse, reliquis in arbores euadentibus, nec diu cunctatum protinus sese in lacum recepisse, magnum malum regno portandere id monstrum dum apparet volunt: nam & alias sed raro visum est Hector Boethius.

DE CATO SEV FELE.

A.

Est animal est familiare ac domesticum, omnibus notum: vulgò catus nominatur, vt opinor, à solertia: nam catum sapientem dicunt & acutum, Græci æluron vocant, Phil. Beroaldus. Recentiores quidam Grammatici cati (vel vt alij scribunt catti, per t duplex) nomine abstinent, quod apud nullum idoneum, vt ipsi aiunt, authorem reperiatur. Atqui vtitur eo Palladius, & Theodorus Aristoteles historię animal interpres æluron non aliter quàm catum reddit. Sextus Platonicus catam genere fœminino dixit: Martialis cattam t geminato. Catum Iudæi vocant חתול catul, & שנר schanar, vel שונרא schunara, vt Munsterus in Dictionario trilingui scribit. Saraceni katt. Græce αἴλουρος dicitur: & αἰλούρους, vt nam vocem Varinus felem domesticum exponit ve atur & vulgò hodie apud Græcos γάτος Italicè gatta, gatto. Hispanicè gato, gata. Gallicè chat Germanicè katz. Anglicè cat. Illyrice koczka. Furioz apud Albertum Magnū pro cato legitur, quod nomē ab Auicenna sumptum puto, & Arabicum vel Persicum esse: Albertus significationem eius ignorauit, & alicubi pro capro montano vel ibice, vt supra dixi, ineptissimè exponit: sed catum esse constat, quoniam & in eo loco vbi Aristoteles de æluro, & eadem scribit. Eiusdem forsan originis est etiam vocabulum furo, quod viuerram significat, vt pote congenerem feli. Aegyptij felem bubastum vocant, Stephanus: Hinc forte nomen Bubasto ciuitati in Aegypto: quam Herodotus Bubastin appellat: sacras enim feles Aegyptij habebant, vt infra dicam. Apud Columellam (lib. 8. cap. 3.) & Varronem (lib. 3. cap. 12.) feles accipi videtur pro fouino: sic enim vulgus appellat bestiolam gallinis maximè infestam noxiamque, & sæpe gallinaria tota contrucidantem, Philippus Beroaldus. Feles Varronis & Columellæ fouinus vel marturellus videtur, Aug. Niphus. Idem alibi, felis est, inquit, quæ vulgo dicitur fouina: victis, marturus vel marturellus: mustela verò, donula. Sed de his omnibus in Mustela dicam, Meles auibus animal inimicum: puto esse id quod vulgus fouinum & marturellum appellat, Ge. Alexandrinus in litera M. in Enarrationibus priscarum vocum: citat autem Varronis locum de re rust. lib. 3. cap. 12. vbi sic legimus, Quis enim ignorat septa è macerijs ita esse oportere in leporario, vt ne foris exire queant, & intus alta. Alterum ne feles, aut meles, aliáue quæ bestia intrare possit alterum, ne lepus transilire. Ego

Ge. Alexandrinum felem interpretari voluiſſe lapſum autem memoria melem (quem ſuo loco taxum vulgò dictum eſſe docebo) poſuiſſe puto. Felem certè pro cato ſiue domeſtico ſiue ſylueſtri apud veteres authores ſemper acceperim. Errant qui felem putauerunt martem dici. Perottus. ἀλουρος Græcis muſtelam ſignificat, diuerſum à fele animal, vt copioſè probat Perottus in Cornucop. Recentiores tamen quidam Græci, vt Galeomyomachiæ author, & ab ijs decepti quidã Latini, γαλῆ pro cato accipiunt. Sunt ſanè quædam horum animalium muſtelæ & cati, naturis cõmunia, vt corporis ferè figura, & ingenium: calliditas, victus muſculorum venatus: vtrunq; fœtus ſuos ore de loco in locum transfert vt & canes interdũ & Græci muſtelam nõ ſolũm γαλῆ ſimpliciter, ſed ſæpe γαλῆ οἰκετικὴ, id eſt domeſticam, & in domibus nobiſcum verſantem vocitant. ſunt autẽ vbique cati domeſtici, muſtelæ nimirum nõ item. Quæ omnia errandi occaſio fuiſſe illis videntur, qui galen pro cato interpretantur. Miror autem non dixiſſe illos, ſi gale catus eſt apud veteres Græcos, quo nomine muſtelam ijdem appellarint. Michael Epheſius etiam in Græcis ſcholijs in lib. 3. de gener. animal. cap. 2. γαλῆ γαλῆ exponit catam, vt refert Aug. Niphus. Et Gaza γαλῆ non ſemper muſtelam tranſfert, ſed aliquando catum: vt galen agrian, catum ſylueſtrem. Marcellum Vergilium quoque muſtelam domeſticam, felem exiſtimaſſe, apparet ex commentarijs eius in Dioſcoridis caput de muſtela domeſtica, & in caput de lychnide. Feles genitale oſſeum non habet: muſtela, ictis, lupus & vulpes habent Sipontinus. Muſtelæ hyeme cubant, æſtate expergiſcuntur, Ariſtot. Hoc muſtelis accidere (inquit Sipontinus) compertum eſt quod ipſi quoque coemptis in hunc vſum vtriuſque generis (paruis & magnis, ſiue domeſticis & ruſticis) muſtelis, aliquando experti ſumus: hoc cati non faciunt, ſed neque in cauernis verſantur, nec ingredi eas facile poſſunt vt deuorent aues quorum vtrunque muſtelis tribuitur. Plinius certè pro æluro ex Ariſtotele ſemper felem reddit, pro gale muſtelam. Hæc ſi cui non ſatisfaciunt, collatis inter ſe locis, quam hic tradimus, & muſtelæ in M. litera, hiſtorijs, ipſe iudicet. Carolus Figulus vir eruditus vtraque lingua, dialogum de muſtelis ædidit, in quo ſimiliter æluron pro fele, galen pro muſtela ſemper exponi debere confirmat. Eraſmus Rot. in prouerbijs Γαλῆ παρασία & γαλῆ κρόκωτος, pro gale felem poſuit, dubitando tamen an rectè fecerit, his verbis: Porrò vox hæc gale, felémne ſignificet an muſtelam, an quem vulgò catum appellant, quoniam inter eruditos controuerſum eſſe video, relinquo alijs iudicandum, Hæc ille: Quaſi verò feles & catus diuerſa ſint animalia: ſed forte ſequitur Columellam (inquit Car. Figulus) cui feles eſt beluailla, quam fouinum appellant Galli, Germani *ein vnſele*, muſtelam autem forſitan capit pro ictide. At ego etiam Figulum errare dixerim, à Beroaldo & alijs Italis deceptum, in eo quod Columellæ felem fouinum facit.

B.

Feles antiquitus non erant manſuefactæ: viuebant in agris, inde vrbes & domos repleuere. Sed de cato ſylueſtri dicam poſtea ſeorſim. Pannonicæ cattæ lib. 12. Epigrammatum Martialis celebrantur hoc diſtycho: Pannonicas nobis nunquam dedit Vmbria cattas: Mauult hæc dominæ mittere dona Pudens. Feles Hiſpanici dicti apud nos, agiliores rapaciores q; ſunt cæteris maiores, nigriores, & pelle molliſſima: quæ propter ſplendidam nigredinem & molliticm alicubi etiam, vt in Gallia Narbonenſi & alibi, ad veſtes in vſu eſt. Apud nos ex ſylueſtribus tantum pelles parantur domeſticas enim excoriaſſe paraſſeúe pelliones noſtri pro ignominia ducunt. Sunt & Romani quidam à noſtris dicti, Tarteſia feles, vide infra inter prouerbia. In Pordoſelena, via interiacet, cuius vltra alterum latus gignitur catus, citra alterum gigni non poteſt, Ariſtoteles interprete Gaza: Græcè legitur gale, id eſt muſtela. In Pordoſelene inſula viam muſtelæ non tranſeunt, Plinius 8. 58. Idem 5. 31. Poroſelen nominat. Pordoſelene, inſula eſt iuxta Lesbum, cum vrbe eiuſdem nominis: Aliqui vt ciuilius loquantur (porde enim crepitum ventris ſignificat) Poroſelenen nominant, Steph anus. Feles (æluros) in Aegypto eſſe meminit Strabo lib. 17. quæ quantopere ab Aegyptijs colantur, dicam infra

Feles figura ſimilis eſt leoni, aut lcænæ potius, vnguibus ac dentibus ſimiliter inſtructa: ſed auriculas acutiores feles habet, lcæna rotund ores Domeſtici cati diuerſos habent colores, ſylueſtres omnes griſeum (id eſt, cinereum,) Albertus. Ex felibus domeſticis quædam albæ ſunt, aliæ rufæ, aliæ variæ, Sipontinus. Color feli griſeus, glaciei vehementer congelatæ ſimilis: atq; hic ei ſecundum naturam eſt, alij extrinſecus accedunt, vt ratione cibi, præcipuè domeſticis, Albertus. Caro ei laxa & mollis, Idem. Oculi catorum noctu lucent, non ſine terrore intuentium,

uentium, præsertim ex improuiso. Nocturnorum animalium, velut felium, in tenebris fulgent radiantq; oculi, vt contueri non sit, Plinius. Persicos smaragdos, Democritus refert, non translucidos, sed iucundi tenoris, visum implere, quem nō admittant, felium pantherarumq; oculis similes. Namq; & illos radiare, nec perspici: Eosdem in Sole hebetari, vmbris refulgere, & longius quàm cæteros nitere, Plinius 37.5. Oculi felis carbunculosi tam acutè cernunt, vt in cauernis etiam tenebrosis, tanquam in luce, mures conspiciant, Albertus & alius author obscurus. Aeluri, id est, cati, hyænæ, & vespertiliones, cur noctu videant, Alexander Aphrod. inquirit lib. 1. problemate 66. & causam affert, tenuissimum quem sortiti sunt videndi spiritum. Nostri vitreos felium oculos appellāt, quoniam per noctem radiant, incluso eis lumine, tanquam vitro aut vitreæ lernæ. Felem marem Aegyptij dicunt pupillas ad Solis rationem variare: cum enim exoritur Sol, tum longæ fiunt, in meridie rotundæ videntur, ad vesperam autem obscurantur, Gyllius: Plura de oculis felium lege infra cap 8. proximè ante prouerbia, Leonibus ac pardis, omnibusq; generis eius, etiam felibus, imbricatæ asperitatis lingua, ac limæ similis, attenuansque lambendo cutem hominis. Quæ causa etiam mansuefacta, vbi ad vicinum sanguinem peruenit saliua, inuitat ad rabiem, Plinius. Dentes cati serratos habēt: & pilos (Albertus barbarâ voce granones vocat) circa os, quibus abscissis audaciam perdunt, Albertus & alius author obscurus. Vngues eis hamati, vt leonibus, & vaginis recondita.

C.

Catus animal est velox, & scandendo, reptando, saliendoq; miræ agilitatis. Valde mordax, Albertus. Diuersa murium genera, & aues venantur, vt dicam capite quarto, & ideo naturæ beneficio etiam in tenebris cernūt. Vescuntur ijsdem quibus canes, Aristot. Pisces præcipuè appetunt. Valde intemperantes sunt circa cibum, eiusque gratia non rarò pericula subeunt, Albertus. Pepines à felibus maximè expetuntur, Ant. Migaldus. Focos, fornaces, & loca calida diligunt: vnde pilos sæpe adurunt. Purè & molliter cubare gaudent. Libidinis tempore, mares præcipuè efferantur: nostri vocant *rammen*. Cati per libidinem accenduntur, & domibus suis relictis vagantur: vel vt Alberto placet, solitudinem petunt, quasi præ verecundia homines relinquant: propria tum eis & dira vox est. Feles coëunt mare stante, fœminâ subiacente Plinius. Feles non parte posteriore se iungunt: sed mas stat, fœmina subiacet. Sunt porrò in eo genere fœminæ ipsæ natura libidinosæ & salaces: itaq; mares ad coitum ipsæ frequentes alliciunt, inuitant, cogunt: puniunt etiam nisi pareant, Aristot. Puniunt, inquit Niphus, infectando scilicet verberando q;. Græce est παρεπιγαυσι ὅτε αἰσθάνωνται εἰς τὰς ἐχέας, & συμπέσωσι κελαίζουσι: hunc locum apparet depravatum esse: ego illum sensum, quem Gaza reddidit, non video. Pro κελαίζουσι forte ἐλαύζουσι legendum, & ita vertendum: fœminæ mares ad coitum alliciunt, & dum coeunt, in terram se submittunt: quo sensu verbum ἐλαύζω in vsu est, & simile apud Germanos *hocken*. Albertus hic furiōz, id est catum, ineptissimè caprum montanum exponens, Fœminæ furiomorum, (aliàs furonum Vide in Furone) inquit, sunt valde obedientes ad coitum. & clamant alliciendo mares ad coitum tempore coitus. Item lib. 22. in alphabetico quadrupedum catalogo quódnam animal sit non exponens, Furiōz, inquit, in coitu maximè feruet: ita quod in fœminam grassari videtur. & cum coitum perficere non potest, clamat: exercet autem coitum, prostratum super fœminam more hominum, sicut & simiæ. Et quoniam constat catas in coitu clamare, siue propter seminis caliditatem, siue quod retinentis maris vnguibus lædantur, siue alia ob causam, κελαίζειν legi potest, id est clamant. Κελαίζειν enim grammatici exponunt φωνεῖν, κραυγάζειν: & cum de aliorum animalium voce, tum canum, κελαδεῖν & κεκληγέναι apud authores reperitur. Quemadmodū ex felibus, inquit Aelianus, mas est libidinosissimus: sic amantissima fœtus fœmina: quæ Venereā idcirco maris consuetudinem refugit, quod is salidissimum igniq; simile semen emittat, genitale vt fœminæ adurat. Huius rei mas non ignarus, communem sobolem interimit. Hæc autem noui fœtus desiderio permota illius libidini denuo mortem gerit, Aelianus. Idem vrsos facere audio. Felesin Aegypto sacræ & multæ sunt, plures futuræ nisi hæc res eis officeret. Feles postquam sunt enixæ, non amplius adeunt masculos. Eas illi coëundi gratia indagantes tamen potiri nequeunt. Ergo contra illas talia comminiscuntur. Ereptos aut subreptos earum fœtus occidunt, non tamen occisos edunt, (παπάσσειν, Valla rectè transtulit, edunt: Sipontinus ineptè, calcent.) illæ filijs orbatæ, cupiditate aliorum (amantissima enim filiorum fera est) ita demum ad mares se conferunt. Tot numero pariunt quot canes, Aristoteles: Apud nos binos aut ternos, vt plurimum quaternos, interdū singulos. Parit canis (inquit Aristoteles) duodecim complurimum. sed magna ex parte quinq; aut sex. vnum etiam aliquem peperisse certum est. Vulgare dictum est, catas cum dolore concipere, sine dolore parere. Nuper enixæ, canes fugant, & sæpe inequitantes per gradus & scalas ædium expellunt. Præfertur fœtus Martio mense æditus: Augusto mense propter pulices minus probatur. Vterum gerunt catæ, vt audio, dies quinquaginta sex, hoc est duos menses Lunares. Viuunt circiter annos sex, Aristot. Viuunt annis senis, Plinius. Apud nos ferè annis decem castratos diutius viuere crediderim. Furiox (id est feles) prorsus intemperans circa cibum est. & breui, vitæ propter excessum suæ corruptionis, Albertus. Ab omni tetro odore feles abhorrere dicuntur, eamq; ob causam excrementa sua, prius scrobe facta, interram occultant, Aelianus. Volaterranus addit, ne à prætereunte premantur: Plinius causam dicit, ne odore prodatur, muribus nimirum. Obruunt autem ea posterioribus pedibus. Felem odore vnguentorum Plutarchus scribit grauiter vexari, Gyllius. Feles olfactu odoramentorum perturbari & furere traditur, Cælius. Catti, vt Aloisius Mundella se obseruasse scribit, comitiali morbo aliquando afficiuntur. Gobij sunt ægris felibus vtiles, ex Germanico quodam scripto.

D.

Hominis sibi familiaris manu leuiter contrectari cupit. & molliter per caput dorsumque demulceri gaudet: qua quidem voluptate vt fruatur prolixius, ire ac redire sub manus subinde solet. Ipse etiam capite præcipue pressius applicat se manibus demulcentis, & in aduersum erigendo nititur, tanquā transigendæ per totum reliquum corpus attrectationis admonens, aut vt pili ita planius componantur. Cruribus etiam prætereuntium tanquam adblandiendo latera affricat, secundo semper pilo præteriens reuertensq;. Hanc autem voluptatem animiq; remissionem, submisso murmure quodam, & continuato oris occlusi rhoncho testatur. Me certè (inquit Cælius Calcagninus in epistolis) nihil pœnitet interdū, quum vel à negotijs vel studijs aliquid temporis succiditur, æluro (seu mauis felem appellare) blandiri. eumq; adludentem, & festiuis rhonchis supparasitantē permulcere. Facil-

limus & procliuis ad ludos eſt, non ſolum cum prouocatur ad eos, ſed etiam ſua ſponte, præſertim ætate adhuc tenera. Si quid pendere, aut trahi, aut aliter moueri viderit, mox aſſultat, mordicat ore, ferit vngui, ſalis, reſilit, inſidiatur, proſilit, inuadit, rapit, proijcit, iterum arripit, & multis mirisque modis geſticulatur: vt pueri & otioſi homines plurimum ſæpe voluptatis colludendo capiant: Funiculos aut faſcias trahunt cati, vel quia quauis occaſione ludere libet, vel muſculum aut aliud animalculi genus eſſe rati, ridiculis geſtibus aliàs inſidioſi quieſcunt, expectant, collimant: aliàs celerrimè ſequuntur, & apprehendunt. Solent autem ſupini ferè colludere, vt & oculis vndique circumſpicere, & vngues in promptu habere omnes poſſint. Itaque nunc ore hiant & morſicatim ludunt, nunc vnguibus euaginatis obuium quodque apprehendunt: ſi tamé hominis manus eſſe ſenſerint, nec mordent, nec laniant, ſed leniter tantum retinent, mox dimittunt. Voces eis pro vario animi affectu variæ: aliter enim oganniende aliquid petunt aut queruntur: aliter beneuolentiam ſuam teſtantur homini: aliter deniq; atque aliter inter ſe ipſi agunt, vocant, blandiuntur, fugant, exibilant tanquã efflantes aut expuentes, vt canes præcipuè. Alius eis animus cum caudam ſubmittunt: alius cum erigunt, idque non vno modo, nunc rectà in altum, nunc arcuatam. Hæc etſi vulgò nota, in animali tamen rationis experte quis nõ miretur? Cum imagine ſua interdum in ſpeculo colludit catus: & eandem ab alto putei in aqua intuitus dum ludere geſtit, cadit ac mergitur. Madidus autem aqua tantopere læditur, vt niſi cito ſiccetur, vitam morte non rarò commutet, Albertus. Humiditas enim externa contra naturam ei eſt, proinde pedes etiam tingere cauet. Felis animal verecundum eſt, & formæ ſtudioſum, Albertus. Puritati & læuori ſiue æquabilitati pilorum, adeò ſtudet, vt ſubinde ſe lambat & comat: in quem vſum & flexibile corpus præ mollitie; & linguam (vt dixi) aſperam habet. Pellem totam lambendo complanat, Albertus. Leturam faciei lambendo prioribus pedibus imitatur, Author obſcurus. Quibus paruum eſt dorſum, puſillanimes ſunt, quod ex fele & ſimia conijcimus, Ariſtot. in Phyſiognom. Nomina ſua agnoſcunt, quæ quidem à Germanis diuerſa eis imponuntur: ſunt & communia, quibus vocantur fugantúrue. Loca conſueta diligunt, & in hoc differunt à canibus: vt qui altores ſuos ſequantur, eosque magis quàm domos conſuetas ament, cati contrà, in domicilijs vbi educati ſunt, plerunq; manent, etiamſi migrent à quibus nutriti ſunt. Longius etiam in ſaccis aſportati, reuertuntur. Caſtratur vterque ſexus, ni fallor, præcipuè tamen mares, vt mitiores & corpulenti fiant, minusque deſerant domos & euagentur. Auribus abſciſſis, facilius domi remanent, quod guttas auriculis apertis illabentes ſuſtinere non poſſint, Albertus. Fera omnia animalia cicurantur, ſi ſtatim vbi nata ſunt lacte humano lactetur à muliere: aut quod facilius eſt, canino. Sic etenim feles diſcunt amare dominum, nec ſecus ac canes blandiri illi atque eum comitari, Cardanus.

Omne murium genus perſequitur catus: captos primo luſibus afficit, illuſos vorat, Author obſcurus. Feles quidem quo ſilentio, quàm leuibus veſtigijs obrepunt auibus? quàm occulto ſpeculatu in muſculos exiliunt? Excrementa ſua effoſſa obruunt terra, intelligentes odorem illum indicem ſui eſſe, Plinius. Pugnant cati obſidentes terminos ſuæ venationis, Albertus. Felis & ictis aues petunt, Ariſtotel. Ἡ δ' αἰλούρου κακοτεχνίη Οἴη καὶ ποικιλόδειρον ἰύγγα φιλοσεμνοκαλιῆς, Oppianus. Aeluros, id eſt catus, non inuadit gallinam, ſi ruta agreſtis ſub gallinæ ala appendatur, Africanus in Geoponicis Græcis lib. 14. cap. 15. idem lib. 11. cap 6. ex Sotione refertur, vbi Cornarius & And. à Lacuna interpretes ἰύγγα ſimpliciter autẽ verterunt, cum libro ſequente gallinã verterint, quod magis probo, nam de gallinis illic ex profeſſo agitur. Ne columbæ à felibus infeſtentur, ad feneſtras atq; aditus omnes, & ſecundum plures columbarij regiones, ramulos rutæ ponito ſuſpenditoq;. Ruta ſiquidem vim quandam poſſidet feris auerſatricem, Didymus in Geoponicis 14. 4. Vide etiam mox cap. 4. Neſſotrophij (id eſt, loci vbi anates aluntur) omnes parietes tectorio leuigantur, ne feles, aliáue quæ beſtia introire ad nocendum poſſit, Varro de re ruſt. 3. 11. Et rurſus cap. 12. Septa leporarij è macerijs ita eſſe oportet vt tectorio tecta ſint, ne feles aut meles aliáue quæ beſtia intrare poſſit. In anſerum cellis, & alijs generibus pullorum, cauendum eſt ne coluber felesque aut etiam muſtela poſſit aſpirare, quæ ferè pernicies ad internecionem proſternunt teneros, Columella. Neſſotrophij tota maceries opere tectorio leuigatur extra intraq;, ne feles aut vipera perrepat, Idem. Limatura æris trita ac diſtemperata cum vino, bibendo ex ea necat Catos, Arnoldus. Catus ſerpentes etiam & bufones interficit, ſed non comedit: & læditur veneno, niſi mox aquam ſuper biberit, Albertus. Bufonibus quoque pugnare dicitur: quorum licet venenatis aculeis (ego nullum bufonis aculeum noui) repugnetur, non tamen necatur, Author obſcurus. Ariſtoteles & Plinius muſtellam inimicam eſſe ſcribunt cornici, ſui, & ſerpenti. Hæc, inquit Perottus, ad felem referri non poſſunt, cum nec feli & cornici aliquid commune ſit, nec ferè multum feli & ſerpenti: contra verò muſtellam & cornicum nidos ſæpe diripit: & viſa eſt frequenter cum ſerpente pugnare. Cum monachi quidam ſubinde ægrotarent, nec mali cauſam intelligere poſſent, audiuerunt tandem à ruſtico operario qui catum monaſterij cum ſerpente ludentem viderat. Non erat autem letale hoc venenum, quia lætitia ſerpentis ex ludo veneni vim remittebat: Nec mirum, cum mures etiam ſerpentibus colludant, Ponzettus. Cum feles ſimiam in Aegypto inſequerentur, hæc autem omni neruulorum contentione in fugam ſe impellens, rectà conſcendiſſet in arborem, atque illi ad eandem arborem aſcendiſſent, (ad corticem enim inhærentes ſurſum correpere ſciunt) hæc ſanè vt ſola à pluribus circumuenta ex arboribus trunco ad remorum cacumina ſe vertens diu multumq; ex ijs extremis pependit: illi tum quòd eò accedere non quirent, ad aliam ſe conuerterunt venationem, Aelianus.

E.

Poſſum de ichneumonum vtilitate, de crocodilorum, de felium dicere, ſed nolo eſſe longior, Cicero de Nat. lib. 1. & Tuſculan. 5. Alo ælurum, qui aduerſus mures foricesque perpetuos Palladis (vt Homerus ſcribit) id eſt, Muſei ac bibliothecæ meæ hoſtes excubet, & ſtipendia faxit: cui non delicias modo, verum etiam, ſi gratus eſſe volo, dimenſum & annonæ autoramentum debeo, Cælius Calcag. in epiſtolis. Mures abiguntur cinere muſtelæ, vel felis diluto, & ſemine ſparſo, vel decoctarum in aqua: Sed redolet (frumentum (virus animalium eorum etiam in pane, ob id felle bubulo ſemina attingi vtilius putant, Plin. Didymus ad æluros abigendos rutam poni ſuſpendiq; jubet paſſim in columbario præcipuè circa feneſtram aditas omnes. Nec feles, nec vulpes, nec aliud animal gallinas continget, ſi ruta ſylueſtris ſub ala gallinis ſuſpendatur, & multò magis, ſi vulpis, aut felis fel cum cibo ſubactum exhibueris, vt etiam Democritus confirmat, Cornarius in Geoponicis Græcis lib. 14. In Græco exemplari, vt Andreas à Lacuna citat, non ruta ſylueſtris, ſed ruta ſimpliciter legitur. Hæc apud Auicennam quoque lib. 3. ſen. 6. tract. 3. cap. 13. muſtelas fugare dicitur id quod mireris cum eadẽ contra ſerpentem pugnatura rutam ſaman-

Rutæ

Rutæ ramulos in columbarijs, pluribus locis oportet contra animalia inimica ſuſpendere, Palladius. Plura vide præcedenti capite. Vt locus ſit tutior à venenoſis animalibus, catti & furonés ac pauones, &c. quorum natura eſt venenoſa capere animalia, nutriendi ſunt, Raſis. Catos domeſticos vicinorum cum moleſti ſunt, facile quis capiet eiſdem quibus mures maiores capiuntur caueis ſiue muſcipulis: aut etiam laqueis qua domos ingrediuntur, per feneſtras alibiue diſpoſitis. In granarijs muſcipulæ diſponantur ad mures capiendos, & per foramina oſtij felibus introcundi poteſtas relinquatur ad mures frumẽta rodentes fugandos. Grapaldus ex Varrone vt puto. Qui vulpes aut lupos capere vult, hoc dolo vtatur: Carne ſuilla pingui latitudine palmi, recens toſta, ſoleas calceorum inúngat, exeundo interim è ſylua domum verſus: & ſimul in veſtigia fruſta ſuilli iecoris aſſi & melle intincti reijciat: & felis cadauer à tergo trahat. Vbi autem fera veſtigia ſequens iam in propinquo fuerit, tecum habeas oportet hominem ſagittandi peritum, qui ſagittam immittat, Author obſcurus. Catus ſeu felis pedum priorum illinctu, caput etiam interſcapilio pectinantis in modum & abluentis. ſi diu palpauerit, pluuias ingruere non inaptè commonſtrabit, incertus. Feles caput manibus lauantes imbrem prænunciant, Cardanus.

F.

Muſtelæ fel duntaxat contra aſpidas eſt efficax, cætera ſunt veneno, Perottus ex Plinio. At felibus, inquit, multi hoc tempore pro delicatiſſimis epulis vtuntur. Cuniculi caro dulcis eſt & ſapore (vt quidam ſcribit) felium carni proxima. Feles in quibuſdam regionibus in cibum admitti, præcipuè in Hiſpania, aiunt. Noſtratium aliqui feles ſylueſtres edunt, domeſticas nulli. Hali carnes catti mederi hæmorrhoidũ doloribus ſcribit, &c. vt mox in G. dicam. Catos edunt quidam in Gallia Narbonenſi, vt audio, vbi prius vno aut altero die noctu ſub dio expoſuerint, quod ita teneriores fiant, & odorem grauem exhalent.

G.

Catus animal eſt immundum & venenoſum, Author obſcurus. Muſtelæ fel duntaxat contra aſpidas eſt efficax. cætera ſunt venenum, Perottus ex Plinio: At felibus, inquit, multi hoc tempore pro delicatiſſimis epulis vtuntur, Alibi etiam Plinius veneficia quædam ex muſtela ruſtica fieri meminit. Et alibi, Mures (inquit) abiguntur cinere muſtelæ, vel felis diluto, & ſemine ſparſo, vel decoctarum aqua. Sed redolet (frumentum) virus animalium eorum etiam in pane. His Plinij verbis muribus venenoſam eſſe felem aliquis confirmauerit, non item homini: virus enim non tam venenum, quàm odoris grauitatem & fœtorem ſignificat. Aiunt certum eſſe quod odorari anhelitum Cattorum, habet conſumere humiditatem radicalem pulmonis & totius corporis, Abyzoar. Sunt qui ſolum cati cerebrum venenoſum eſſe putent: de quo Ponzettus lib. 2. tractatu 6. cap. 3. Dicunt, inquit, quod qui ederit de cerebro cati maſculi, dementetur ferè: eſt enim valde ſiccum ſi ad hominis temperiem conferas: & meatus cerebri obſtruit, ita vt impediat ſpiritus animales ne ad poſteriorem ventriculum tranſeant: vnde excluſa memoria ſine mente videtur qui ſic affectus eſt. Curatur propinando bis menſe drachmam terræ Lemniæ cum aqua ſampſuchi, aromata etiam cibis miſcenda ſunt recreandi ſpiritus gratia. Vinum bibendũ clarum, & cum eo quandoque drachma ſemis diamoſchu dulcis. Sed forte ſat fuerit, bonam victus rationem inſtituiſſe. Hæc ille. Plurimi commanducato cati cerebro, furentes redditi ſunt, Alex. Bened. cerebrum leonis (vt & catti) acceptum inducit amentiam, Albertus & Raſis. Cerebrum cati ſumptum, inquit Matthæolus, vertiginoſos & ſtupidos reddit (ſtolidos & quaſi præſtigijs obnoxios, Petrus Apon.) & is affectus ægrè curatur, nec niſi paulatim temporis progreſſu. Aegro vomitus prouocandus eſt poſt terræ Lemniæ potum, idque bis aut ter in menſe. Iuuat etiam quotidie ſumpſiſſe tribus aut quatuor ante cibum horis antidotum diamoſchu. Sunt qui præcipuum huius mali remedium eſſe ſcribunt, ſi dimidius ſcrupulus moſchi contriti è vino bibatur. Quod ſi venenum eſt cati cerebrum, apparet non eandem eſſe galen, id eſt muſtelam, cuius cerebrum aridum in comitialibus propinatur, vt ſcripſit Galenus ad Piſonem. Vrſorum quidem cerebrum veneficium eſſe Hiſpani credunt, occiſorumq; in ſpectaculis capita cremant, teſtato, quoniam potum in vrſinam rabiem agat, Plin. Idem de Leonis cerebro Raſis & Albertus. Auicenna (hyæna) taxus, genuſta (genetha) lynx ſeu lupa ceruaria, cattus, mus, furo & muſtela, lædunt plus vulnere quàm veneno, Arnoldus.

Ad felis morſum remedia Aëtius lib. 13. cap. 5. his verbis deſcribit: Omnia ferè quæ ad canis morſum dicta ſunt, etiam à fele morſis conducunt. Propriè autem eis conuenit mel, terebinthina, oleum roſaceum, ſimul eliquato ac vtitor. Aut centauream tritam cum melle imponito. Aut galli ſtercus liquidum cum adipe gallinaceo ſubigito & imponito. Interpretes Aeginetæ lib. 5. cap. 11. τῶν ἀπὸ γαλῆς felis expoſuerunt, perperam vt apparet: nam ſigna & remedia quæ illic Aegineta deſcribit, eadã habet Aëtius libro iam citato cap. 12. Impoſuit ipſis opinor, quod apud Aeginetam proximè antecedit remedium ad morſum aſcalaboteæ, quem ſtellionem reddiderunt. Atqui fieri poteſt vt Aegineta neſciuerit aſcalaboten & galeoten idem eſſe animal, idq; non aliud quàm ſtellionem Latinorum: aut remedium hoc ad aſcalaboteæ morſum ab alio adiectum ſit, cum nulla eius noſcendi ſigna vt in cæteris habeantur, & vnum duntaxat remedium breuiſſimè proponatur, nempe ſeſamum contritum cataplaſmatis modo imponi, quod ipſum Aëtius inter remedia aduerſus galeotæ morſum ponit, vt Auicenna quoque, quanquam mutila eius lectio videatur cum Aëtio conferenti. Sed tam galeoten quàm aſcalaboten ſtellionem eſſe in Stellione pluribus probabo. Errauit etiam Auicennæ interpres, qui lib. 4. ſen. 6. tractatu 4 cap. 13. cattum pro ſtellione tranſtulit: eadem enim illic ſigna & remedia leguntur quæ Aëtius & Aegineta de galeote habent. Ponzettus lib. 3, tractatu 4. cap. 4. cati morſus ſigna eadem refert, quæ Aëtius, Aegineta & Auicenna galeotæ, id eſt ſtellionis morſus, nempe dolorem magnum & viridem (liuidum potius, vt Græci habent) circa vulnus colorem: remedia verò alia. Curantur (inquit) bona victus ratione: Quidam exhiberi iubent cerebra aliorũ animalium, & vinum clarum odoratum, dilutum. & ſæpe lauari vlcus vrina hominis, vt quæ virus inflictum conſumat: vel lacte caprino & origano. De morſu cati vide etiam Arnoldum in Breuiario 3. 16. Cum quorumuis animalium pili, ſi ab incautis deuorentur, arteria præcluſa ſuffocationis periculum minitentur: præcipue tamen felium pili maligni & venenoſi ſunt, Matthæolus. Audio ſi pilus cati fortè in fauces hominis inciderit (quòd accidit colludentibus, præſertim pueris & incautis) quoniam is inhæreat, nec loco promoueatur, paulatim aggeſta materia ſtrumas vel ſcrophulas generari. Prauus eſt etiã anhelitus felium: noui enim quoſdã, qui cum noctu in lectis feles ſecum habuiſſent, & infectũ ab eis aërem inſpiraſſent, hectica febri & maraſmo tandẽ conſumpti petierũt. Nec ita pridẽ in monaſterio quodã vbi

permulti

permulti cati familiariter nutriebantur, & in cœnaculis cubiculi q; & lectis monachorum frequentes erant, adeo pleriq; infecti sunt monachi, vt intra breue tempus nec missa nec vespera eo in monasterio decantarentur, Idem Alexander Benedictus in libro de peste, cauendum consulit, ne canes & cati nostri tempore pestis, extra domum vagentur: facile enim ab eis aërem pestilentem respirando hausturn afferri. Hoc maximè mirum est quod nonnullos fixo oculorum obtutu lædant: alios verò sola præsentia: Quod quidem non solum accidit ex maligna aliqua aut venenosa vi in ipsis catis: sed accedente occulta quadam hominum qui ita afficiuntur qualitate siue natura, cœlitus nimirum eis illapsa: quæ nisi præsente obiecto prouocante, ad affectum eiusmodi non mouetur. Huiusmodi ego homines Germanorum nó paucos cognoui: qui nulla simulatione præsentibus tantum catis, quanquam illi adesse nescirent nec præuidissent, nec vocem eorum audiuissent, mirum in modum lædebantur. Nam cum vl: quando ad conuiuium vocatus in cœnaculo essem, & expectaretur talis ingenij quidam, catum eo in loco occultarunt, illum mox vbi aduenit, sudare, pallere, & ob metũ tremere animaduerti, & catum alicubi latere conquerentem audiui. Huius ego naturæ homines eisdem remedijs iuuari crediderim, quibus ij iuuantur qui cerebrum ederint, Matthæolus. Vidi & ipse qui præsentes catos vbi conspexissent audissentúe, ferre non potuerant

Aelurorum, id est felium (siluiorum potius, vide Dioscoridem) salsorum carnem, ad læuorem tritam, ligna (scolopas) corpori infixa impositam educere aiunt, vtpote attrahẽdi vi præditam, Galenus lib 11 de simplic. Carnes catti calidæ sunt & siccæ: medentur hæmorrhoidum doloribus, renes calefaciunt. dorsi doloribus profuit. Sumpta caro reprimit turgentes podice venas, id est hæmorrhoides, Vrsinus Iacobus Oliuarius addit hoc remedium se expertum esse. Et lumbus lumbis præstat adesus opem, Vrsinus: idẽ Oliuarius addit verissimum esse. Ego nisi in summa omnium remediorum, quæ ratione aliqua nituntur, inopia, nunquam ad hæc absurda experimenta descenderim. Podagræ vtilis fertur caro cattæ agrestis inuncta, Rasis & Albertus. Remedium ex anseris adipe dum assatur distillatum farcti catis paruis minutim concisis, describam in Ansere G Decoctũ cati pinguis (exenterati, pelle detracta.) Alyscus podagricum vti iussit, stuppas in eo calido madefaciendo, fouendoq; partes, & postea eiusdem cati pinguedine illinendo. Hospes eius Basilex hoc vsus consilio, intra 5 aut 6 dies melius habuit. Sanguinem cati paronychiæ quidam illigant, & latentem in ea vermem (vt vulgus credit) eadem nocte extingui promittunt, Innominatus. Cati syluestris seuum simile est naturæ carnis eius: carnem autem calidam, mollem, & podagræ vtiliter illini dixerat, Rasis. Inter taurinum & suillum adipem fuerit felinus, Syluius. Felis pinguedine medicamenta quæ faciem splendidam candidamq; reddunt vtiliter dissolui aiunt. Oculorum vitio quod nostri vocant *flecken vnd fel*. hoc est, vngues, nebulas & leucomata sic medeberis: Caput cati nigri, qui ne maculã quidem alterius coloris habeat, vres in olla figlina, intus (vt vulgo loquuntur, vitreata, aut figulo vrendum committes non est periculum ne nimium vratur. Hunc cinerem per caulem pennæ in oculum insufflabis ter die. Noctu si qui ardor infestet folia è quercu aqua madida, bina simul aut terna oculo impones aut illigabis: Hoc tanquam egregium experimentum suum medicus quidam mihi narrauit: ego postea in libro quodam manuscripto Germanico reperi adiecta promissione visum restituendi, etiam post anni vnius cæcitatem, & remedio ad authorem Hippocratẽ relato. Felis iecur vstum tritumq; ita vt bibi possit, calculosis remedio est, Galenus Euporiston 2. 52. Quartanis magi excrementa felis cum digito bubonis adalligari iubent, & ne recidant, nõ remouendo septeno circuitu. Quis hoc quæso inuenire potuit? quæue est ista mixtura? Cur digitus potissimum bubonis electus est? Modestiores iecur felis decrescẽte Luna occisæ inueteratum sale, ex vino bibendũ ante accessiones quartanæ dixêre, Plinius. Cattæ stercus cum vngula bubonis in collo vel brachio suspensum, post septimam accessionem, discutit quartanam, Sextus. Celsus adijcit malagmati cuidam contra strumas. Cati agrestis fel ad oris torturam vtilissimum fertur: accipitur autem fellis catti nigri (cati syluestres apud nos non sunt nigri, sed ex domesticis quidam) dimidia drachma, (Albertus non rectè habet vnciam) & miscetur cum zambach pondere quatuor aurcorum, & fit lenimentum. Rasis & Albertus. Felis fel ad albuginem, Aëtius 7. 39. Fel cati, præcipuè syluestris, fœtum mortuum ab vtero extrahit, si subitus suffiatur, mixtum cum stercore nigro alicuius cati, vel eiusdem cuius est fel Idẽ efficit fel eius, cum miscetur aquæ colocynthidis & madidam inde spongiam (lanam) mulier ori matricis indit, Rasis & Albertus. Pro stercore felis, stercus ichneumonis vsurpari posse, in Antiballomenis Galeno adscriptis legitur. Ad quartanam cattæ stercus à superstitiosis alligari, paulo ante dictum est. Cattæ (vel cati) stercus siccum [illegible] ponderibus cum aceto contritum & impositum, capitis alopecias sanat, Sextus & Aesculapius. [illegible] Celsus vtitur in malagmate quodam ad strumam. Spinam aliúde quid faucibus adhærens, felis [illegible] putrefactis, aut reddi aut delabi tradunt, Plinius. Cattæ stercus cõtritum, recens, purum, illinitum sine difficultate extrahit spinam, Sextus. Cum resina & rosaceo suppositum, profluuium mulieris reprimit. [illegible] Plinius hoc idem remedium exulceratione nibus vuluarum impositũ prodesse scribit, id quod magis [illegible] ipem vulpium quoque, & medullam vituli in vino ex aqua decoctam cum suo idem præstare autor. [illegible] ffirus & illitus fœtum mortuum expellit, Author obscurus. Ad vnguem in oculo Equi, cinerem de [illegible] ne seroque infla, obscurus.

H.

[illegible] les nomen, vt Grammatici quidam volunt, tam masculini quàm fœminini generis: Valla in fœmininо genere [illegible] tutur sunt qui masculini tantum generis faciant, manifesto errore. Mantuanus Tectiuagos feles dixit. Felis [illegible] ra. Plin 6 29. Est & apud Cælium Calcagninum & Vallam Herodoti interpretem hæc felis: est & meles fœm. neris apud grammaticos. Ne feles aut meles, aliáue quæ bestia intrare possit, Varro 3. 11. sic etiam Ge. Alexandrinus legit: grammatici quidam recentiores in Dictionarijs, felis & melis legũt. Phil Beroaldus quoq; feles protulit. Catus vel cattus, à capiendo dictus videtur recentioribus, vt qui mures & aues captet. Ego potius tanquam cautum & astutum ita dictũ crediderim. Catos enim olim sapientes & callidos appellabant, vnde & Catones primum dictos volunt. Sed homo catus nunquam terminat, nec magnitudinis, nec diuturnitatis modũ, Cicero Tusc. 2. vt Nonius citat. Hinc & Græcis conijcio deriuatum, vt γάτος vel γάττος dicatur, [illegible] Hesychius, & Varinus. Sunt qui Seruium testem citent catum fœm. genere proferri. Reperitur & apud Græcos recentiores grammaticos κάττης vel κάττος: Murilegus & musio pro cato, apud Albertum & recẽtiores barbaros.

Αἴλουρος,

αἴλουρον (lego ἄιλουρον vel αἴλουρον) ἐκ τοῦ ἀεὶ λύττης ἐχειν, Etymologus & Varinus. Αἰλύρῳ, idem non per pleonasmum, sed antithesin ἀγρίῳ καὶ αἰλούρῳ ἐξ ἡμέρου ἐπιτηδείως ἔχοντι. Gerodianus apud Etymologum: apud Varinum autem αἴλῳ, & habetur, quod non placet. Αἰλεῖν Hesychius exponit θωπεύειν, id est adulari, vt inde etiam catus aelurus dictus videri possit, quod caudâ homini quodammodo adblandiatur. Αἰγίλωψ nudum nomen apud Suidam, Etymologus & Varinus aelurum exponũt. Hermolaus in Corollario poeticum esse scribit. Αἰγιλλωπες quinq; syllabis, carabus, id est locusta (ex oliracodermorum genere) exponitur: vt etiam ægipygos pro eodem: Αἰγιλωψ, αἰλιγωψ. Hesychius & Varinus. Οἱ μὲν τὸν ἀγρεύοντα ἀλεκτρυόνα ἢ ἀλεκτορίδα, Author innominatus apud Suidam: addit autem Suidas, κατὰ τὴν ἡμετέραν ἀκριβολογίαν, id est catum aut felem domesticam intelligit: non quidem sparalen dicens esse felem, vt aliquis putaret, cùm σκοῖλον, id est cibum paulò antè interpretatus sit: sed insinuans vt videtur, hæc verba pertinere ad apologum quendam de muribus & fele confictum. Catum marem nostrates vocant *reutel* per onomatopœian. Felinus adiectiuum à fele apud recentiores quosdam legi, apud veterem nullum. Oppianus æluros κακοεργους vocat id est maleficos quod auibus insidientur. In Galeomyomachia gales, id est catus, huius auctor eius recentior appellatur, epitheta hæc sunt, ἀγριαξ, ἀγρι: αἰλεκτρυόνα, ἀλώπεκα, καμψίουγα, μυοκτόνα, γαλῆν. Putes certare canendo Tectiuagos feles, Bapt. Mantuanus. Οἱ γὰρ αἴλουροι καὶ ἰκτῖνες τὰ ὄρνεα φαγόντες ζωμὸν ἐμπεσόντα ἐπιπτύουσιν ἐμεσάμενοι, Suidas. Nuctetias & cattas naues, vtraq; veteres, sed & has recentiores agnoscunt, Celsius Calcagninus. Addebantur maioribus nauigijs prodromæ & quasi anteambulatoriæ, sicut holcadibus ephoron, triremibus cattæ. Idem. Cattæ naues nominantur apud Gellium 10.25.

Metalli genus est quod Germani vocant *glimmer*, id est micam, vel *katzensilber*, id est felium argentum: est enim colore argento ita simile, vt pueros & rerum metallicarum imperitos decipere possit. A felibus autem nomen indiderunt, siue à similitudine, quod eorum oculi etiam noctu radiant: siue quod cassum quiddã & inutile hac voce significare volunt. Nullum enim vtilitatis fructũ præbet his qui venas exequunt, quod totum eius corpus igni consumat. Hoc ipsum Latini, vt opinor, micam appellant: cum chrysocolla & cæruleo in eodem lapide quandoq; reperitur, Georg. Agricola in Bermanno.

Buphthalmon Dioscorides & æluron dici meminit: ego & ælurion vocari quandã stirpem lego apud Photionem: diuersa nẽc ne sit, haud constat, Hermolaus Aelurius, αἰλούριος, radix quædã sic appellata, Etymologus apud Hesychium & Varinũ corruptè legitur αἰλοφόρος. Buphthalmum ego ælurum dictũ crediderim, quod figura oculum referat, & instar oculi felis resplendeat, quamuis non etiã noctu. Sed cum buphthalmi radix in vsu nõ sit, ælurios verò inter radices censeatur, Valerianam potius vulgò dictã intellexerim: cuius Græci aliud in sua lingua nomen nõ habent nam phũ peregrinũ est. Eius radix mirè à catis appetitur, quod in horto meo ipse obseruaui, vbi & hortense & syluestre phũ & nepetæ siue calaminthæ genus, cui nomẽ ab hoc animali apud Germanos (*katzenkraut, katzenminte*) & alias gentes, non semel quamuis circumseptas & spinis interdũ munitas mihi perdiderunt: quod abeis non odio harum stirpium, sed amore potius fieri puto: referunt enim similem quendã catis odorem. Valerianæ quidẽ radix, & aliàs, & præcipuè liquore aliquo macerata, excrementitium quendam odorem emittit, eamq; ob causam licet cõtra diuersos morbos commendata à multis fastiditur. Porrò cati nõ vnguibus solum has stirpes lacerant, sed etiã ore. Martorella, id est Valeriana vel herba gattæ, Syluaticus: dicta forte quod mares etiam, quæ reliquæ mustelæ sunt, similiter erga eam afficiantur, quod tamen certũ non habeo. Cataria nepetæ genus est quanquam & aliæ herbæ simili vocẽtur nomine, vt Valeriana, &c. Hæc nepeta pulegiũ magis refert odore quàm calaminthã montanam: cati ea delectantur, eduntq; frequenter, vnde natũ ei cataríe nomẽ, Monachi in Mesue. Idem alibi gattariam interpretantur calaminthã syluestrem, siue pulegiũ syluestre dictum à nonnullis quoniã vt plurimum syluestribus & asperis nascatur locis. Primum calaminthæ genus (inquit Ruellius) officinæ etiam nũ calamentum vocant: secundũ, pulegium syluestre: tertiũ, nepetam, vulgus herbam catorũ quod magna feles odoris huius capiantur voluptate: nanq; si vulsæ, vel hærenti cõtingat occurrere, ei sese statim adfricãt, deindemagna auiditate ramos pascuntur. Quin & humo in qua resederit incundissime sabburrantur: quapropter solo esu huius æluros concipere vulgus sibi persuasit. Medici hac experiẽtia freti muliebribus balneis aut insessionibus inserũt, vt ijs quæ desierunt parere stabilem adferant fœcunditatem: & ijs quæ non possunt vterum ferre, hoc fotu concipiendi facultatẽ moliantur, vt tandẽ inita ætate genitalibus locis semina queant animari. Verum authores solum habentur ex populo, nec tale quicquam apud classicum authorẽ inuenitur, Hucusq; Ruellius. Aeluri gonos Magis, buglossus & æluri sanguis ijsdem, stratiotes aquaticus, in nomenclaturis apud Dioscoridem. Germani tertiũ sedi genus acrimonia insigne, minimũ, floscul is luteis, *katzenruebel*, id est vuani cati nominant. Frutex quidam folijs grossulariæ hortensis, ramulis candidis, cortice nempe albicante, in multis Galliæ Italiæq; locis, in hortis colitur: apud nos sponte nascitur circa riuorum quorundã ripas, facile comprehendit translatus in hortos: acinos nigros piperi similes in calidioribus locis proferre aiunt apud nos sterilis ni fallor. Meminit eius Ruelliæ lib. 1. cap. 43. in piperis descriptione piperastrum appellans, nostratium quidã vocant *palmenstauden* nimis cõmuni vocabulo. Ego pseudamomum esse conijcio: huius folia & ramuli sabinam herbã aut felis vrinã quodammodo redolent. Sunt & alijs stirpibus à felenomina apud Germanos. *Katzenbalsam*, mentastrum, quasi balsamum felinũ. *Katzenklee*, lagopus, herba trifolia. *Katzenkerse*, fumaria. *Katzenschwantz*, vel *katzenruadel*, vel *katzenhaar*, hippuris. *Feuerkatzen* vel *katzele*, gnaphalium siue tomentũ herba apud Dioscoridem, quam describit Tragus 1. 109. Arborum etiam quarundam, salicum præcipuè flores molli lanugine pubescentes, *katzele* nominamus: qua ratione Græce iulos dici posse existimo, quanquam ij in corylo priuatim fis nominant; in cæteris quibusdam nucamenta, quæ sine lanugine sunt. Lanuginis quidem mollities lagopodi etiam & gnaphalio herbis nomen apud nos dedit.

Formicis Indicis color felium, magnitudo Aegypti luporum. Plinius. Aeluron literator quidã in Lexico Græcolatino silurum ineptissimè exposuit, inde nato errore, vt video, quod Dioscoridis codices quidam excusi æluros pro siluros corrupte habent. Cercopithecum Germani catum maris vocant, quod à maritimis & longinquis regionibus aduehatur. De genetha, vt recentiores quidam barbari vocant, pelliones Germani *genetkatzen*, id est catos genethas, in Gabera dicam & de Zibetti cato, in Panthera. Piscem cattam, vel cattum algarium Itali vocant mustelum leuem & stellarem. Cati fons, ex quo aqua Petronia in Tyberim fluit, dictus quod in agro cuiusdam fuerit Cati, Festus. Cari, Germaniæ populi, Sicambris finitimi: hi à Plinio 4. 14. Chatti dicuntur, aliàs Catri. Eluros, cum epsilo in prima syllaba, nomen gentile, Varinus in Ἔλουροι. Apud eundem tamen in E legitur Elluros per l duplex, nec aliter quam nomen gentile exponitur. Idẽ rursus Heluros scribit cũ aspiratione; Ἕλλοι καὶ Ἕλουροι ἔθνη Κασπίων ἀλλόφυλα, authorẽ citans Dexippum in Chronicis, & rursus monẽs per e, filon scribendum

beneficium cum gentile est: cum animal significat per αι diphthongum. Cum autem Heluri populi à paludibus dicantur, aspirandum esse hoc vocabulum, & simplici scribendum ex Græcæ linguæ proprietate apparet. Erasmus in prouerbio Mineruæ felem, non rectè attribuit Etymologo quod in eo non legitur, pro animali scribendum dicens ἐλουρον per ου, nasi torquitaudam aut trabicaudam, sic enim ipse loquitur.

c. Qui multum sternutant, dicuntur à nostris cum catis edisse. Pici scandunt in subrectum felium modo, Plinius. Et felis instar exeuntes è rimulis mures venatur, Aurelius citante Perotto. Sicq; repugnabant votis contraria vota: Non secus ac muri catus, ille inuadere pernam Nititur, hic rimas oculis obseruat acutis, Mantuanus in Bucolicis.

d. Ibis in palmis ad euitandos feles nidificat: non enim facile in palma ob eminentē & cultellatum trunci corticem ij sæpe repulsi & reiecti, sursum correpere possunt, Gillius ex Aeliano. Vulpanser ab aquilæ & felis & cæterorum hostium suorum iniurijs se defendit & propulsat, Aelianus. Beluas etiam in eos à quibus beneficia acceperunt, vehementer grata esse, testimonio sunt vel Aegypti admodum fera animalia, feles, ichneumones, crocodili, Idem. Iani Lascaris epigramma extat in caniculæ sociam galen (felem intelligit vt videtur,) & opem ei ferentem.

h. Io. Tzetzes Chiliadis 5. cap. 12. γαλῶ κατικίου (pro κατικίδιον) id est mustelam domesticam, catum intelligere videtur, vt & alij quidam recentiores Græci. Narrat autem illic in quantis delicijs hoc animal fuerit apud Monomachi imperatoris vxorem quæ indito ei barbaro nomine Mechlempe, Μεχλεμπι, plurimis delicatissimisque eiborum generibus ex vasis aureis ipsum quotidie alebat. Catus aut belua per foramen intrans quid significet per 12 signa Zodiaci, Luna in singulis existente, explicatur ab Aug. Nipho de augurijs lib. 1. tabula septima. Cum Gigantes aduersus deos pugnarent, deorum alij alias sibi formas induêre, Fele soror Phœbi latuit, Ouidius libro 5 Metam. Aesopus puellam fuisse ælurum scripsit, & quidem ita præstantem forma, vt inuidiam in se Veneris concitarit: qua Venus percita pristinam formam abstulit, nouam intulit, nec eam tamen degenerē aut deformem: vtpote quæ vegeta atque agilis sit, & leonis formæ simillima, Cælius Calcagninus. Galês in mulierem mutatæ & sponsa cum esset murem persequentis, apologus recitatur à Io. Tzetze Chiliadis quartæ cap. 11. Item vulpis & felis colloquium apud Erasmum in prouerbio. Multa nouit vulpes, vbi ingruente canum vi feles subsilijt, vulpes relicta capta est.

Aegyptiorum mores quis ignorat? quorum imbutæ mentes prauitatum erroribus, quamuis carnificinam potius subierint quàm ibim, aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violent, Cicero. Et alibi, Ipsi quorum vanitas ridetur Aegyptij, nullam belluam nisi ob aliquam vtilitatem consecrauerunt, veluti felem quod pelle eius scuta contegant. Ego superstitionis gratia magis quàm vtilitatis, felium pelles Aegyptios scutis induxisse putarim: nam cum mollissimæ sint, ictibus resistere nequeunt vt bouinæ. Felem (inquit Herodotus lib. 2. interprete Valla) incensa strue diuina res occupat. (Πυρκαιῆς γενομένης θεῖα πρήγματα καταλαμβάνει τοὺς αἰλούρους: Perottus transfert, Facto incendio feles diuino numine corripiuntur: Ego sic verterim, Si quando incendium contigerit, feles in furorem aguntur: vt θεῖον πρῆγμα non aliud sit quàm θυηπολὶς & ἐνθουσιασμός: θεῖα etiam ἰατρικὰ exponunt, vt interpreteris rem miram circa feles accidere: sed ne in aliorum translationibus occuper, præstat vt reliqua ipse transferam.) Nam Aegyptij ab igne interuallo aliquo recedentes, extinguere negligunt, feles tantum obseruant, (custodiunt, ne insiliant:) at illæ vel subeuntes vel supersilientes hominum cœtum in ignem ruunt. Hoc vbi fit, Aegyptus magno afficitur luctu. Cum verò in domo aliqua feles fortuito (ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου, vltro, Valla intelligi potest de naturali, & non violenta morte, vt Cælius Calcag. exponit) moritur, domestici omnes sola supercilia radunt: totum autem corpus & caput, in quorum domibus sic moritur canis. Efferuntur feles mortuæ ad sacra tecta, vbi sepeliuntur in vrbe Bubasti. Hæc Herodotus. Bubastum Aegyptia lingua felem nominari suprà dixi. Gentes aliquas quæ felem auream pro deo habuerunt circa Syenen fuisse legimus, Gyraldus. In Rhadata (oppido Libyæ circa Nilum ad Arabiæ latus) felis aurea pro deo colebatur, Plinius 6. 29. Nihil me pœnitet interdum (verba sunt Cælij epistolicarum quæstionum lib. 1.) æluro, seu mauis felem appellare, blandiri. Cur enim mihi illud iocanti vitio detur, quod Aegyptus serium atq; adeo sacrum habet. Nam inter bruta quæ nimis superstitiose colit, æluro tantum tribuit vt in eos qui reliqua sponte volentesq; interemerint, decretum sit supplicium capitale: quod si casu aut certe nolētes fecerint, scelus præscripta mulcta posse expiari putant. Sola felis inter quæ quadrupedes (Herodotus lib. 2. interprete Valla, ibim & accipitrem adeò sacras haberi ait, vt siue volens siue nolens quis necauerit, necessariò morte afficiatur:) inter auisia ibis, nominatim excipitur: has nolens volénsue quis interfecerit, crimen non nisi capite luitur. Cuius rei tanta religio fuit, vt Diodorus in secundo Bibliotheces suæ libro maiores suos in testimonium adducat: quum ætate Ptolemæi, inita nuper amicitia cum Romanis, Romanorum quidam præter animi voluntatem ælurum occidisset, facta impressione Aegyptij agminatim eius domū obsidentes ad pœnam poscentes: neq; magnitudo Romani nominis, neq; amicitiæ recentis necessitudo ei saluti esse poterat ni Rex præfectiq; regij eum magis præsenti periculo subtraxissent potius quàm liberassent. Idem si fato aut natura diem obijsset æ lurus, vniuersa domus non secus funesta fuit, ac si patrifamiliâs cecidisset. Felem præterea quum inter omnia scarabeum maximè venerentur, eiusq; aliquot species numerent, eam quæ murem comprehendit, & æluri facie pingitur, longè omnibus præferebāt. Nec modo Aegyptij, verum Arabes etiam alij, & eam quidem auream pro deo habebant in Rhadata. Nec sanè mirum, quum ritu naturæ numerum Lunæ ostendat, & lunaribus incrementis oculos habeat grandiores, Hæc Cælius Calcagninus. Isidis numen totam complecti in se naturam Aegyptij credentes, ideo illi animal hoc coniunxerunt, quod Lunæ, cuius syderis beneficio naturæ pars multa stat, notas & imaginem quandam, præsertimq; in oculis referret, in quibus ad vicissitudinem lucis & luminum incrementa decrementaq; augeri pupulas in mustelis, (felibus dicere debuit, sed per imperitiam confundit,) & minui, pleriq; testati sunt: nec id tantum, sed noctu & in tenebris syderis illius modo fulgere: & quod maximum est, fertilem & vegetabilem Lunæ naturā fœcunditate sua exæquare, Marcellus Vergilius in commentarijs super Dioscoridis capite de mustela domestica, & rursus in coment. super lychnide. Aeluromuli ad vices Lunæ aut ampliores fiunt, aut minores: Id multò mirandum est magis, æ lurum marem, vt Horo placet Apollini, Solis vices sentire, mutareq; pupillas oculorum syderis cursu: siquidem diluculo in exortu aperiri dicuntur, eædem meridie contrahuntur in orbem, occasu solis obscuriores hebetescunt, Ruellius lib. 2. de stirpibus cap. 151. Catus apud veteres Plutoni sacer erat, Arlunnus.

Mineruæ felem, Αλωπεκίζειν αἴλουρον, subandi comparas: cum multò inferiore cum præstantioribus comparantur, 70

quod

quod leuicula quapiam ira conueniant. Quid enim habet Minerua dea cum fele commune, præter glaucum colorem oculorum? Nam is oculorum color Mineruæ tribuitur, qui & noctuis adest & felibus. Vnde apud Homerum est epitheton γλαυκῶπις Ἀθήνη. Est & hoc felibus commune cum noctuis, quod & nocte cernunt, & pariter insidiantur muribus. Refertur apud Zenodotum & Suidam, Erasmus. Cætera prouerbia vbi felem Erasmus transtulit, vt Tarteſſia feles, Felicrocoton, Rapacior fele, omnia ad muſtelam referemus: cum Græcè non ælu-ros in eis, sed gale, id est, muſtela legatur. Sphondyle fugiens peſſimè pedit: Hesychius & Varinus ſpondylem pro quo Attici ſphondylen dicunt) galem, id est muſtelam Atticè dici ſcribunt: quamobrem hoc quoque ad muſtelam referemus, quamuis Erasmus felem reddiderit. Οἱ μῦες νῦν ἐχορεύσουσι, φαγόντος τὸν σὸν ἀνταιῶνα. Mures nunc ſaltant cibo tuo arrepto, Author innominatus apud Suidam in Spatale: tanquam in apologo aliquis ita ad felem de muribus dixerit. Videtur ſanè prouerbiale dictum, cui ſimillimum noſtrates iactant, Fele abſente mures ſaltant, aut diem feſtum agunt. Sunt & alia non pauca Germanis in vſu vulgati, à fele prouerbia, ex quibus nonnulla ſubijciam: *Art läßt von art nit, die katz läßt ir mauſen nit.* Ingenium nulla vi vincitur, nec catus capta-re mures deſinit: Naturam expellas furca tamen vſque recurret. *Man fure ein katz in Engelland, ſo wurt ſie doch mausen*: Catus etiam trans mare vectus, vocem non mutabit: Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt. *Es ſind böſe katzen, die förher lecken, vnd hinden kratzen*: Maligni ſunt cati qui anterius lambunt, poſterius laniant: Altera manu fert lapidem, altera panem oſtentat. *Wer mit katzen jagt, der fahet gern meuſe*: Qui cum catis venatur, ferè muſculos capit: Corrumpunt bonos mores colloquia prauа. *Die katz hat die fiſch lieb, ſie will aber nit ins waſſer*: Catus piſces amat, ſed aquam timet: Ficus auibus gratæ, ſed plantare reculant. *Er get darumb, wie ein katz vmb ein heiſſen brei*: Circumit vt feles feruidum iuſculum: Lupus circa puteum chorum agit, in eos qui ſumpta inaniter opera ſua ſpe fruſtrantur. *In der nacht ſind alle katzen graw*: Noctu feles omnes fuſcæ ſunt: Sublata lucerna nihil intereſt inter mulieres. *Die katz iſt gern da man ſie ſtraichet*: Catus delectatur iis locis vbi curatur & comitur: huic aliqua ex parte reſpondet, Athenienſem Athenis laudare haudquaquam difficile. *Der katzen iſt der käß (oder der ſpeck) befohlen*: Feli caſeum (vel lardum) committere: Quem lupo committere, Muſtelæ ſeuum. Nam ſi quis catum cuſtodem lardo præficiat à muribus defendendo, vnus ipſe plus conſumet quàm multi mures: ſic ſæpe improbi magiſtratus conſeruandis præfecti legibus magis in eas delinquunt quàm plures priuati.

DE CATO SYLVESTRI.

A.

FELES antiquitus non erant manſuefactæ, viuebant in agris: inde vrbes & domos replenere, אִיִּים ijm apud Hebræos, Eſaiæ 34. catos feros quidam (vel vt ipſi loquuntur, ferales) interpretatur, alij aliter: vide ſupra in Onocentauro: quemadmodum עִיִּים zijm aliqui catos maris, id est cercopithecos: alij martes, id est muſtelas ruſticas. Qui aulice in Germania loqui volunt, catos ſylueſtres nominant *boumräter*, id est equites arborum: quod arbores ſcandant, auiũ prædæ gratia, & cum petitas ſaginent. Hiſpani *gáto montés*. Chat caretz, catus ſyluestris in quibuſdam Gallico locis vocatur.

B. Cati ſyluestres in Heluetia multi capiuntur, in ſyluis præcipuè, & arbuſtis iuxta aquas interdum: ſimiles domeſticis per omnia, maiores tantum, denſioréque & oblongiore pilo: Colore fuſci, vel vt Albertus loquitur griſei. Sed fortè vt domeſtici coloribus variant, ita etiam feri non vno colore reperiuntur, in diuerſis regionibus præſertim. Quem ego circa finem Septembris apud nos captum conſideraui, huiuſmodi fuit. Longitudinis à fronte ad extremam caudam, dodrantes quatuor. Linea nigra per dorſum deſcendebat in pedibus etiam & alibi lineæ erant nigræ. Inter pectus & collũ macula latiuſcula ex pilis albiſſimis. Reliqui corporis color vbiq; fuſcus cui in dorſo paucus ruſſus in vnum colorem miſcebatur, ad latera dilutior, id est cinereo propior: Inter crura poſteriora circa clunes rufus. Calli imi digitorum in pedibus nigri, & pili circunquaq; concolores. Cauda craſſior quàm domeſticis, tres palmos longa, duobus aut tribus orbibus nigris diſtincta: extrema pars palmi longitudine tota nigricabat.

C. Cati ſyluestres (vt Gaze vertit, Græcè legitur galæ agriæ, id est muſtelæ ſyluestres) venantur mures ſyluestres, Ariſtot. In Scandinauia (ſic voco ingentem Europæ ad Septentrionem inſulam) à lyncibus capti vorantur, Olaus Magnus.

E. Canibus immiſſis capiuntur, vel impetuntur bombardarum globis arboribus inſidentes. Sæpe ruſtici plures arborem circumſtant, & felem deſilire coactum fuſtibus cædunt. Felemque minacem Arboris in trunco longis præfigere telis, Nemeſianus. Pelles earum cum pilis ad veſtium vſum parantur, vt ex alijs etiam feris: priuatim verò tibialia & manicæ inde fiunt, pilis introrſum verſis, cum artus refrigerati aut arthritici ſunt. Pilus admodum mollis, ſed pinguiuſculus est: ideóq; facile conglobatur, & minus placet in veſtim. Cati ſyluestres fumum rotæ & amygdalarum amararum fugiũt, Raſis. Muſtelas quoq; tutam fugere legitur apud Auicennam: item catos domeſticos, vt ſupra ſcripſimus.

F. Cati agreſtes temperamento propinqui ſunt leporibus, caro eorum calida & mollis est, Raſis. Eduntur apud Rhetos. Apud nos etiam in cibum veniunt aliquando, capite feræ & cauda abſciſſis. Sunt qui ſatis lautos affirment, abhorrent propter domeſticorum ſimilitudinem, quibus apud nos nemo veſcitur.

G. Felis ſyluestris pinguedo à quibuſdam reponitur, calefaciens nimirum, molliens & diſcutiens, magis quàm domeſtici. Vtuntur ea in morbo articulari, alias quoq; pinguedines cum herbis ad eundem affectũ facientibus contulas in anſere aſſantes, vt in Anſere dicemus. Ego excoriatũ aliquando hoc animal longè pinguiſſimum vidi. Diuerſa ex huius feræ partibus, carne, adipe, felle & fimo, remedia ex ſententia Raſis enumerauimus ſupra inter domeſtici cati remedia: cũ non aliud intereſſe videatur quàm quod ex ſyluestri omnia ſint efficaciora. Syluestres maximè feles ad morſos à crocodilis ob contrariam quandam affectionẽ accedere conſueuerunt, Act. 13. 6. Galli lupum ceruarium quoq; catum ſyluestrem nominant, quem Itali quidam lupum catum.

Feles Scythica vel Moſcouitica, (feta an domeſtica neſcio. Scaliger quidem, domeſticorũ Felium pellib. tradit fœminas in Moſcouia veſtes munire aduerſus hybernũ gelu: quòd nullius (què pili calore foueantur corpora)

cuius pellem nuper Ant. Schnebergerus ad me misit, longa est duos dodrantes cum dimidio, Felibus nostris similis, sed colore diuerso, nempe nigricante, vel, si propiùs & ad lucem inspicias, è nigro rufescente, vndiquáq; ferè concolor. Cauda decem digitos longa, teretè, nigra. Sed vnam tantùm pellem vidi, nec scio an omnes eiusmodi sint. In Malabar prouincia (inquit Scaliger) Feles sunt agrestes in arboribus agitantes. De eorum celeritate in cursu nihil memorabile proditum est. Saltu valere potiùs. Peculiaris verò volatus. Idq; quod mirum magis est, sine alis. Membranam ab anterioribus pedibus ad posteriores vsque productam tendi, quam dum quiescunt, ad alaum contrahunt. Vbi volare instituunt, pedum eturumque agitatione protenta, collectáque membrana, tum sustinentur, tum feruntur: mirabilisque est eorum, tanquam peraërem currentium species. Sic ille. addit autem verisimilius hoc nobis fieri ex Vespertilionis natura. De mure Pontico volante dicemus suo loco.

Ad Feles fortè referri potest etiam Heyrat in America dictum animal, cuius iconem (non satis explanatam tamen) Andreas Thevetus posuit, Genethæ cato non dissimilem, & similiter maculosam. Heyrat (inquit) vocatur animal, vocabulo bestiam mellis significante: eò quòd passim desiderio mellis certas arbores (quas Vhebehalon incolæ vocant, è quarum fructu apes mellificant) perquirat. Colore est castaneæ ferè, magnitudine Felis: mel tanta solertia suis vnguibus extrahit, vt Apes neq; lædat, nec ab eis lædatur.

DE CERVO.

A.

CERVVS Hebraice איל ayal Deutr. 14. vbi Arabica translatio similiter habet ayal: Chaldaica איליא ayela: Persica גיוון geuazen. Septuaginta ἔλαφος. Hieronymus cervus. Διὰ τὴν ἔλαφον Χαλδαϊκὸς, Varinus: legendum suspicor αἰάλ, facili transitu ab Α in Δ. Italis nominatur cervo, Hispanis ciervo, Gallis cerf, Germanis *hirtz* vel *hirs*, vel *hirsch*: Anglis harte flauderis *hert*. Illyrijs gelen: Polonis iel jenl. Græcis ἔλαφος (hodie vulgo λάφι vel ἀλάφι) & alijs nominibus, vt initio capitis 8. dicam. Cerua in fœminino genere Hebræis similiter vt mas, איל ayal. & priuatim איילת alis, & אילת ayelet: Italis cerua, Hispani ciérua, Gallis biche: Germanis & Anglis *hinde* vel *hindin*, quidam primam syllabam per y alij per æ scribunt, quorum neutrum placet in lingua Germanica. In eadem cerua alij *hynal* j *vnsprecht* appellant. Poloni lanij, quo nomine tamen damam quoque interpretantur. In eodem genere tenerum fœtum hinnulum vocant Latini, Græci μόσχον, Hebræi עגל ofer: Germani *hindkalb* vel *reeh*, quod posterius tamen capreolo propriè conuenit. Angli fauenne ve hynde kalfe.

Binis cornua primum oriuntur simplicia & recta, ad subularum similitudinem, quamobrem subulones per id temporis eos vocant, Aristoteles 9. 5. hist. animal. interprete Gaza. Aristoteles Græcè πασσαλίας vocat, quod cornua habeãt ad similitudinem τῶν πασσάλων, id est paxillorum: est enim passalos vel passalos Atticè, rectum, oblongum & teres lignum, ab altera parte acuminatum, vt parietibus infigatur (hinc etiam dictum volunt τὸ πήγνυσθαι quod est infigere) vt suspendatur ab eo aliquid. Eiusdem ferè figuræ subula instrumentum cerdonum est, quo ad perforandos calceos ac suendos vtuntur. Hinc subulones cerui, quibus cornua simplicia, minimáq; ramosa ad subularum similitudinem. Alijs simplicia cornua natura tribuit, vt in cervorum genere subulonibus ex argumen-

ex argumento dictis. Plin. lib. 11. Germani ceruum huiusmodi vocant *ſprzhirtz*, Angli *ſpyttarde*. Cerui parui, ſubulones, Italis *cerbiatti*. Arrianus. Galli proprium vocabulum non habent, ipſa vero ſubulonis & anniculi cerui cornua boſſas. id eſt, tubera appellant, vt quidam ſcribit, quæ apparent antequam enaſcatur cornu: id quod non placet, nam ſubulonibus ceruis cornua ſubularum inſtar iam apparent, & ſubulones non ante biennij ætatem dicuntur cum tubera iſta anniculis ſe promant. Cerui pulmonem, maximè ſubulonis, ſiccatum in fumo, tritumq; in vino, phthiſico quidam profuiſſe ſcripſerunt, Plin. Et alibi, Efficacior eſt ad id ſubulo ceruorum generis. Sed de ſubulone voce pro tibicine quilibet plura leget apud Gilaicum 8. 13. Vbi præter alia, De ſubulis (inquit) notum eſt omnibus acceptas eſſe pro mucronatis ſpiculis, quorũ ſit vſus in lanificijs ad pectenda vellera: Germani id eſt inſtrumentum vocant *hechlen*, Itali *pectinem*) Hinc illud ab Anneo Seneca dicitur, Indignum eſſe pro dijs hominibusq; in aciem ſuſcepta ſubula armatum deſcendere. Sed hoc Senecæ teſtimonium ſubulam vel ſubulas pro inſtrumento lanis pectendis vel carminandis apto non ſufficit, ſed pro inſtrumento cerdonum potius accipienda ſubula (vnde Germanicæ voces deſcenduut, *ſulen* per ſyncopen, & per metathesin *alſen*) in verbis Senecæ videtur cum ſingulari numero protulerit: nam inſtrumentum lanificio paratum ex plurimis in circulum fixis & recta rigentibus conſtat ſubulis. Subulæ etiam dici poſſunt quæuis mucronata ferramenta teretia, oblonga, qualia capulis infixa cum cultris ſemper in eadem vagina minimo loculamento condi ſolent. Σαραβάτης, genus cerui, vel certa ætas cerui. Heſych. & Varinus: eundem *παρδαλιν* eſſe conijcio: ſpathe quidem gladium & cultrum ſignificat: vide mox in Achainis. Subulo etiam lingua Hetruſca dicitur tibicen. Ennius, Subulo quondam vicinas (alias marinas) propter aſtabat aquas, alias plagas, Feſtus.

B.

Cæterum ego ſubulonis cerui cornua vidi dodrantis circiter longitudine, nullis adminiculis noſtri vocant *ein Spiſſz*: Furcarij verò vulgò dicti, hoc eſt, trimi (*eins Gablers*) duorum & amplius dodrantum: quadrimum demum, Ceruum appellant, *ein Hirtz*. Sed ſpecies alia Ceruorum reperitur, qui ſemper Subulones ſunt: hoc eſt, directa ſimplicique; & ſine ramis cornua gerunt. Ego cum aliquando putarem, ita vt in veterum libris legeram, Subulones non alios eſſe quàm Ceruos bimos, ea de re cum Sabaudo quodam Seguſiano, viro literato, diſputaui, rogauiq; vt ad ſuos reuerſus rem omnem diligentiſſimè mihi perſcriberet, id quod is paulò poſt præſtitit, his verbis: Superioribus diebus, cum noſtræ diſceptationis de Ceruis in mentem veniſſet, ſtatim ad eos qui ab ineunte ætate in venatione conſenuerant, me contuli, quos aliquando ſuper hac re audieram, vt iterum eos ſedulò conuenirem, cum etiam ex ipſis quoſdam habeam familiariſſimos. Quibus perſuadere adnixus ſum. Brocardos ceruos eſſe, ceruorum hinnulos, vt tandem noſtra altercatione huius rei clarior patefieret veritas. Sed rationibus vtrinq; agitatis, omnes qui venationis ſunt peritiſſimi, Brocardos ceruos alterius generis eſſe aſſerũt, præſertim in monte Iura. Nam in ſyluis Galliarum nunquam tales inueniuntur, quamuis Galli ceruorum hinnulos, Brocardos vocare ſoleant. In monte verò Iura ad lacum Lemanum Brocardi ab aliis ceruis genere differunt: quod hiſce rationibus probant. Primùm tales cerui nunquam habent ramoſa cornua, néq; ſenes, neque innenes: ſed in quolibet cornu vnus eſt ramus, ſatis longus, gracilis tamen, & vnius digitali craſſitudine, & vno acumine: quare alios ceruos ramoſos (qui cornua ramoſa ſeu bifurcata habent) facile vincunt, cum ceruæ ſunt in amore. Deinde vbi conſenuerint, ex dentibus dignoſcuntur. Nam venatores, ſeniores ceruos, ex dentibus cognoſcunt: qui vbi conſenuerint Brocardi, non tamen cornua mutantur. Præterea cum ſint alijs ceruis magnitudine æquales, tamen corpore ſunt graciliori, & curſu perniciores. Adde etiam, quòd cum venatores perſequuntur, non ſæpe latitant, ſed penè continuum faciunt curſum, aliquando tamen aduentum venatorum auribus obſeruant. Et ſi ſint plures cerui ſimul (vt ſæpe fit) cum venatores ſequuntur, ſi quis ſit Brocardus, cerui ramoſa habentes cornua fugiunt ſimul deinde auribus aduentũ venatorum obſeruant, & latitant in opacis. Quòd ſi venatores prætereant ramoſos ceruos, dum latitant, illi ſtatim fugientes retia, retrocedunt, & relictis venatoribus, canibus ac retibus euadunt. Sed Brocardi fugiunt quidem, verum alios ceruos ramoſos non diu comitantur in fuga aliorum more, nec ſæpius latitant vt retrocedant, ſed pedibus & fugæ fidentes ad retia facillus adiguntur, quocirca facilius capiuntur, niſi ſaltu tranſiliant ſepes, alijs euadentibus. In ſyluis noſtris quæ ſunt ad Romanum Monaſterũ & Orbam & iuxta lacũ Lemanum in via quæ ducit in Burgundiam verſus oppidulum Pontali Burdundicum, cerui ramoſi frequentius vnum Brocadum ſecum habent, quẽ noſtri venatores ceruorum ſentiferum appellant, eò quòd per ipſum cerui ramoſi euadant: quia cerui Brocardi fugiunt nec latitant ſæpe: quocirca canes venatitij facilius Brocardum ſequuntur, relictis ceruis ramoſis latentibus, & ſic Brocardus capitur, & ramoſus euadit frequentius. Poſtremo venatores aſſerunt carnes Brocardorum, ramoſorum carnibus eſſe multò ſuauiores atq; delicatiores. Iſtis rationibus, & alijs multis facile eſt iudicare, duas apud nos, id eſt, apud Seguſianos, (qui ſupra Lacum Lemanum habitamus) eſſe ceruorum ſpecies. De cerua autem Brocardi fœmina nihil inuenio, niſi quod inueniũtur ceruæ cornutæ cornua bifurcata minimè habentes aut ramoſa, ſed vnius digituli longitudine: quas quidem ceruas Brocardorum fœminas eſſe putarim. Sed iſtuc aſſerere nõ audeo. Id tamen ſcio, ceruas minime cornuras fugere Brocardos ſolitas. Nam lubentius cum ramoſis coeunt: quo fit vt Brocardi ſint rariores: primum quòd facilius capiuntur: deinde quòd non tam libenter in coitu admittuntur. Anno 1553. iuxta Romanum Monaſterium venatores æſtate viderunt ceruum ramoſum, ceruam, & Brocardum ſimul: ſed cum Brocardus vltra fluuium per ſaxa ſaltare conaſſet, ob fractam tibiam, captus eſt. Hactenus Seguſianus ille. Miſit autem nuper ad me huius Ceruorum generis cornuum tria paria Gilbertus Cognatus Eccleſiaſtes Nozerethi, vir vndiquaq; doctiſſimus, quorum effigiem hic ponimus.

CERVI Burgundici, ſeu Subulonis, aut ſemper Subulonis caput ad ſceleton expreſſum.

MAXIMA duos dodrantes longa ſunt, minima vnum: omnium pars capiti vicina inæqualis & tuberoſa eſt: maxima in proceſſu magis diuaricantur, in ſummo rurſus mucrones ad ſeſe recurnãtur, vt ſpecies tota modicè inſtar arcus inflectatur. Minima non diuaricantur, & cum propemodum rectà procedant, ſuperius per quàm modicè curuantur. Omnis poſt initium (quod tuberoſum eſſe dixi) prorſus leuis eſt, non ſolum abſq; ramis, ſed tuberculis etiam prorſus vacua: quo nomine à Caprearum & Ceruorũ cornib. facile diſcernũtur. Hoc etiam

interesse opinor, quòd cornuum radices ossea intra cutem latentes, in hoc genere quam Ceruorum simpliciter dictorum longiores sint: & quod cornuum basis, hoc est proxima supra cutim pars, in Ceruis tanquam circulus magis prominet, à superna parte distinctus: in his non item, sed paulatim sursum attenuatur. Sed hæc melius distinguent, qui cornua plura vtriusq; generis inter se contulerint: quod nobis nõ licuit. Nos interim Burgundicos istos ceruos, anamyntas cognominabimus, quoniã non solum ceteris ramis, sed ijs etiã quos amyntas vocant carẽt: donec aliud cómodius antiquúsue nomẽ docuerit alius. Achainis ceruli cognomine fel contineri in cauda creditur, Aristot. 2. 15. hist. animal. Græcè legitur, Ἀχαϊνὸν vox tetrasyllaba & oxytona. Cæterũ lib. 9. ca. 5. vbi Græce habetur ἔλαφος ἀχαΐτης ἰλαφῶ, &c. Gaza omissa voce ἀχαΐτης trisyllaba paroxytona, vertit, Caprus iam ceruus est hederã suis innatã cornib. gerens viridem, quæ cornu adhuc tenello forte inserta, quasi ligno vitidi coaluerit. Ἀχαΐτης (malim ἀχαϊνὴς propter genitiuum in ου: sed forte vtroq; modo recte ponitur, hoc masculinum, illud fœminiñ. Aristoteles in masculino genere vtitur ἔστι γὰρ ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ ἔλαφος (licet gerim non ἀχαΐτης ἔλαφος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἕν) ἀφ' ἧς, vt in Epigrammate Καὶ σοὶ τῷ ἀμφιδόρᾳ σκιὴν ἀχαΐτα Suidas & Varinus. Apud Suidam etiam Ἀχαΐνη legitur totidẽ syllabis, sed nulla diphthõgo in ante penultima. In Argonauticis Apollonij reperitur etiam recusatiuus Ἀχαΐλλου, quinq; syllabis per epenthesin nimirũ ἔ ἔλλου Achæa, Ἀχαΐα, ciuitas est Cretæ, vbi Achæneæ dicti cerui nascuntur, quæ etiã ἀκροδωνάται vocantur. Ceraſtæ verò cerui sunt magnis præditi cornibus, Varinus: apud Polucem ceraſten simpliciter inter epitheta cerui pro cornuto legimus. Hermolaus in Corollario, Genus ceruorũ (inquit) prægrande, Græci Echæineas (lego Achæineas) ab oppido vocant: Aristot. Achænas (melius Achaïnas quatuor syllabis) cognominat. Atqui Varinus ceraſtas, non Achæineas, ceruos magnis cornibus, non simpliciter magnos, appellari scribit. Sed Hermolaus Etymologũ sequitur, cuius hæc sunt verba, Ἀχαϊνία, ἡ ἔλαφος Ἀτταλικῶς, ἐπεὶ τὰ αἰγίτυπα ἀχαϊνέλλου καλοῦσιν. Ἐστὶ δὲ Ἀχαϊνὶς πόλις, ἐν ᾗ εἶδον ἐγὼ ἐλάφους μεγάλους. Oppian. etiam lib. 2. de Venatione in fœminino posuit, hoc versu, Σκίμβος ὃς ἀνὰ κεφαλὰς ἀχαϊνίδι πέρσεν ἀνάγκῃ, &c. Aristoteles in Mirabilib. ceruos in Achaia cũ cornua abiecerunt, se abscondere dicit, quod lib. 9. cap. 5. histor. animal. de ceruis in genere dixerat:) & multis in cornuũ loco hederam innatam apparere. vt Gaza loco iam citato historiæ animalium ἀχαΐνης vocẽ non omittere debuisse videatur. Achæinea ciuitatis nomen nusquã legi: sed ab Ἀχαΐα rectè formari potest Ἀχαΐς (quamuis rarus hic derluandi typus est: nam à χαρίεις χαρίν, fit, sed in fœminino genere tantum, in masculino χαρίτης, iuxta quam formam cerus ἀχαΐς, & ceruus ἀχαΐτης dicendũ esset: hic ab Inachia ut Inachites.) & per epenthesin Ἀχαϊνὴς. Cæterum spathenæas non crediderim eosdem esse cũ Achaiuis: cum certam cerui ætatem ea vox denotet, & à figura cornuum deriuata sit, vt superius docui. Nisi forte Sphatenæ cerui dicti sunt eadẽ ratione qua apud Latinos palmati, quoniam spathe, vt Pollux testatur, pars palmæ est à qua fructus dependent: & spathæ instrumenta quædam, altera parte latiuscula nominantur. Cydoniatæ superioribus annis vicatim habitabant, postea Lacones & Achæi conuenientes habitauerunt, &c. Strabo lib. 10. Hinc verisimile est locũ aliquem apud Cydoniatas Achaiam ab incolis dictum esse: cum in reliquâ Creta cerui esse negentur. Mirabile in Creta (inquit Plinius) cernos Præterquam in Cydoniatarũ regione non esse. Ager creticus ceruo eget. Solinus. Ἀχαϊνίβατον ἀφροσύνῃ Hesych. & Varinus: considerandũ an corrupta sit vel mutila mox Ἀχαΐ, quod suspicor. Ἀχαϊλαὶ δὲ ἐπ' ἀχαΐ (malim ἀχαΐ ab ἀχέω poëtico verbo) κατὰ τὸ ἀλλοτρίως τέτακται ἐκ μετατροπῆς (forte ἐναλλαξ ἐξέπεσε) ἀντὶ τοῦ ἀχαΐλαι ἐπ' ἀχαΐ. Etymologus in Κύμας. Καὶ παίζει ὁ παῖς τὸ κωτίλον σου τῶν Ἀχαϊλῶν ἐπαινῶν διὰ τὸ αὐτοὺς κλάειν, Suidas in Achæine, videtur autem mulieris nomen esse siue proprium, siue gentile. Albertus & alij barbari Akanes vel Ahane scribũt tanquã diuersum à ceruo genus: sed hæc indigna sunt memorari. Ἄχαινος apud Athenæũ li. 3. genus est magni panis quod in Thesmophoriis fiebat, quæ inde et à Megalartia dicebantur, solebant autẽ adferentes dicere, Ἄχαινε, πλατὺ ἔστω, εἰ τραχύ, quod si legas, Ἄχαινε, λεῖον ἔστω, &c. vt senatus sit, Fuit & elaphos inter placentas, à figura nimirum dictus: & fieri potest vt Achæines quoq; panis magnus (nam & Achæinæ cerui cæteris maiores seruũtur, cornutas fuerit, & inde et à τράγος, id est hircus appellatus. Gordiani sylua memorabilis picta in domo rostrata Cn. Pompeij, pictora animaliũ diuersas continet, inter quas sunt cerui palmati ducẽti mixtis Britannis. Iul. Capitolinus in Gordiano primo, Caput hoc Io. Caius in Anglia depictum ad me dedit. Videtur autẽ (inquit) etus animalis esse, quod Iulius Capitolinus Ceruũ palmatum ex regione ẽro vocat. Eius si non est, alicuius ex genere Platycerotũ fuerit. Verùm quòd cornua hæc aut æquant aut superant & longitudine & crassitudine ceruina, & latitudine excedunt Platycerotis cornua, consonum est corpus animalis Cerui potius, quàm Platycerotis simile esse. Hæc ille. Ego Ceruos palmatos, quorũ solus capitolinus meminit, aliquando esse cõijciebam quos vulgò Dames vocant, aliæ enim sunt

veterum

veterum ſeu Plinij Damæ. (Græci Dorcades platycerotes, nam cum platycerotes Cerui (Ceruis quidem Oppianus adnumerat) Latinum nomen aliud non habeant, & cornua eorum (vt Plinius ſcribit) natura in palmas finxerit, digitoſque emiſerit ex ijs, Cerui palmati meritò appellari poterunt. Tragelaphus etiam quorundam de quo ante in Hirco dictum eſt, cum ſumma cornua lata, & veluti digitata habeat, & à Græcis (vt ontijcio) πλατύκερως cognominetur, ſpatha autem arboris palmæ pars quędam eſt (vnde & alijs quibuſdã in latitudinẽ ex angusto diffuſis nomen) Cerui palmati nomine dignos videtur: ſicuti & Tarandus ſiue Scythicus cervus, de quo ſenſiſſe videtur Cæſar lib. 6. de bello Gallico, cum ſcribit: Eſt (in Hercynia ſylua) bos cerui figura, cuius à media fronte inter aures vnũ cornu (falſum eſt: ſunt enim bina) exiſtit excelſius magisq; directũ his, quæ nobis nota ſunt cornibus, ab ejus ſummo ſicut palmæ ramiq; latè diffunduntur. Præ cæteris tamen exhibita nobis à Caio cornua, Cerui palmati per excellentiam dicendi eſſe videntur: non enim ſuperiore ſolum parte palmata ſunt, vt Achainæ & Platycerotis ſed ramis omnibus, nempe tribus, ſimiliter: ſicut & Tarandi ferè, cuius cornib. pòſt exhibendis, qui hæc contulerit, cognationem aliquam eſſe animaduertet.

De Britannicis ceruis, quorũ vnà cum palmatis Capitolinus meminit, certi nihil habeo: audiui tamen & albos & nigros ceruos noſtro tempore in Britannia reperiri: Albos quidẽ etiam Romæ ſibi viſos Pauſanias ſcribit vt inferius recitabo. Ceruos cicures equitant in Ocdor regione Aſiæ ad Oceanum Septentrionalem. In Scythia plurimi cerui ſunt. Solin. In Heluetia noſtra minus hodie quàm olim abundant, quod ſyluæ propter frequentiam incolarum indies minuantur, & venari eos minus interdictum propter democratiam, quàm apud alias gẽtes quæ principibus parent. Meditæ populi regi Tartarorũ parent, & veſcuntur animalibus, quæ in venatione capiunt, maximè ceruis, quorũ magnam habent copiam. & adeò cicures faciunt, vt illis tanquam equis vel aſinis inſideant, Paul. Venetus. Cervus nullus eſt in Africa Ariſtot. & Herodot. lib. 4. & Plinius: Idem alibi. Cervos Africa propemodũ ſola non gignit. Apud Philoſtratũ tamen legimus Apollonium vltra Caradupa Nili ceruos & capreas inuenſſe. Mirabile in Creta ceruos, præterquã in Cydoniatarum regione non eſſe. Plin. Ager Creticus cervo eger, Solin. In Helleſponto in alienos fines nõ cõmeant cerui: & circa Arginuſſam Elatum (alijs Elatiũ, quod probat Hermolaus in codicib. manu ſcriptis repertum, nõ Elaphum. Ariſtoteles, inquit idem. Elatoenta vocari tradit, exabieturũ, vt arbitror frequentia. Græci quidẽ codices excuſi habent ἐλαφώεντα, Gaza Elaphum reddit) montẽ non excedunt. aurib. etiam in monte ſciſſis, Plin. Idẽ alibi ceruis omnib. aures eſſe ſciſſas ac veluti diuiſas ſcribit Aelian. horũ vtrumq; (id eſt loci in quo ſunt fines nõ excedere. & aurib. eſſe ſciſſis) ceruis Helleſpontiacis tribuit. Ariſtot. ijs qui circa Arginuſſam ſunt, poſterius tantum, ſed verba eorũ adijciam. Monte Aſiæ Elapho nomine apud Arginuſſam, quo loco Alcibiades mortẽ obijt, ceruæ omnes ſciſſa aure ſunt: qua nota vel alibi ſi loca mutarint, dignoſcũtur: Et quidẽ fœtus iam inde à primo ortu in vtero idem contrahit ſignum, Ariſtot. Cervus (inquit Aelianus) præſentib. paſcuis omni anni tempore cõtentus, alia non deſiderat. Nam in Helleſponto collis eſt, ubi cerui, quorũ altera diffiſſa eſt auris, ſic paſcuntur, illius extra fines vt nunquã progrediantur. Sed cerui omnes natalis ſoli amantiſſimi ſunt, vt infrà dicã cap. 4. Arginuſę Straboni li. 13. tres ſunt paruæ inſulæ continenti proximæ, ante Aſiam prope Lesbum, inter Mitylenen & Methymnam, Plutarch. Alcibiadem in quodam Phrygiæ oppido, cuius nomen non ſit expreſſum, interemptũ ſcribit.

Cervorũ color ſubflauus eſt punctis albis diſtinctus, τὸ χρῶμα ἐπίξανθον, κατάσπιλον λάβροις γραμμασιν ἢ σίραιοις) plurib. quidẽ in fœminis præcipuè hinnulis, Pollux: Vel vt Varin. citat, pluribus quidẽ in fœminis, maximè verò eiuſdẽ ſexus hinnulis. Cervinus nomen natur eriã inter equorũ colores. Cervus aliquando albus inuentus eſt, &c. Ariſtot. in libello de coloribus: Raſilius Ariſtotelis locũ ſic reddit, Animantes cunctæ, quæ ſiue imbecillitatis cauſa, ſiue cæco naturæ vitio præcoces paucóq; victu ſuſtinentur, candidæ prouenlunt: ſic lepus inuentus candidus: ité cervus & vrſus. & in auib coturnix, hirundo, perdix: præſertim quum quandã à primis ſtatim vitæ rudimentis imbecillitaté tetulerint. Vide in hirundine, B Cervos albos Romæ vidi & admiratus ſum. ex qua vero regione vel Continente, vel inſulari adueci eſſent. nõ venit mihi in mentẽ interrogare, Pauſanias in Arcadicis: Vide paulò ſuperius in Britannicis. Apollonius & comites Paracã Indiæ vrbẽ prætergreſſi, cum non multum adhuc proceſſiſſent, fiſtulæ ſonitum audire viſi ſunt, quaſi paſtoris gregẽ colligentis, ac ſubinde paſtorẽ viderunt, qui albarum ceruarũ gregem paſcebat. Mulgent autẽ ipſas Indi, quod earum lac maximũ eſſe nutrimẽtum putant optimumq; Philoſtratus lib. 3. Fiunt aliquando & candido colore, qualẽ fuiſſe traditur Q. Sertorij cervam, quam eſſe fatidicam Hiſpaniæ gentib. perſuaſerat. Plin. Alba cerua Sertorius quidã vir acer & egregius dux, ad barbarorum militum ſuorũ animos continendos conciliandosq; vtebatur. Siquidẽ hanc, quæ à Luſitano quodam (in ipſa Luſitania capta) ſibi dono data eſſet, oblatam diuinitus & inſtinctam Dianæ numine, colloqui ſecum moneréque, & docere quæ vtilia factu eſſent, mentiebantur: Acſi quid durius videbatur, quod imperandum militibus foret, à cerua ſeſe monitũ prædicebat, Vide Gellium lib. 15. & Plutarchum in vita Sertorij. His Bacchanalibus allata eſt Cerua quiã in aulã magnifici D. Cancellarij cerua tota alba, Ant. Schnebergerus. Timida animalia pilũ mollem habent, vt cervus, lepus, oues, Ariſtot. in Phyſiog. Saginam vel pinguedinem cervi, Galli vocant venaiſon.

Cervis cornua ſunt excelſa, oculi magni, collum debile, cauda exigua, crura perquam gracilia, dorſum pingue, nares quaternæ, τετράδυμοι ἐχῖνες, πλευρὰς πυκνὰς, διχηλοί, Oppian. Cor magnum, vt omnibus timidis: pedes biſulci. Cervorum ſanguis perinde vt leporum ſolet ſpiſſari, videlicet non coitu firmiore, vt cæterorum, ſed fluido, quale lac eſt, quod ſine coagulo ſponte coierit, Ariſtot. Cervorum ſanguis non ſpiſſatur, Plin. Cervorum ſanguinẽ fibræ nullæ inſunt, quare non ſimiliter vt aliorum concreſcit, Ariſtot. Idem quarto libro Meteor. cervinum ſanguinem non coire ſcribit quoniam aquæ naturam magis ſapit, ac frigidiſſimus eſt: & propterea fibris caret, quæ opera terræ ſunt ſolidæq; conſiſtunt. Cælius.

Cerui pulchritudine & magnitudine cornuum ramoſorũ omnib. feris facile antecellunt Oppian. Biſulcis (inquit Plinius) bina cornua natura tribuit: nulli eorũ ſupernè primores dentes. Qui putant eos in cornua abſumi, facilè coarguũtur ceruarũ natura, quæ neq; dentes habent, vt neq; mares: nec tamen cornua. Cæterorum oſſibus adhærent, ceruorum tantũ cutib. enaſcuntur. Cornua quædam in ramos ſparſit natura, vt cervorum, Plin. Et alibi, Omnibus cava, & in mucrone demũ concreta ſunt: ceruis tantũ ſolida, & omnibus annis decidua. Cervo ex cornigeris vni cornua tota ſolida, & ſparſa in ramos, & quorannis decidua, tũ vtilitatis cauſa, vt onere leuentur, tũ exneceſſitate præpondere, Ariſtot. Et rurſus, Ceruis quoniã cornua præ nimio exceſſu ſuperuacua ſunt, alterum iſs auxilium natura adhibuit, nempe velocitatẽ: grandis enim illa & multifida cornuum magnitudo potius obeſt quam prodeſt. Orpheus in libello de lapidibus cervinũ etiam cornu celebrat, quod ſoliditate & duritie ad lapidum natu-

[illegible] Cornua damæ solida sunt, vt cerui: figura etiam simil s, sed [illegible] Albert. Et alibi, cornua animaliũ ceruo similium (vt capreoli, platyacerotis, alces) interius ra- rum, & meatibus exiguis perui est, instar substantiæ quæ aliorum cornibus infigitur, Cerunum quidem cum primùm pereunt, quam leue redditur, præsertim si sub dio fuerit, ita vt nunc humeat nunc siccear: imò etiam mentio hos modo tam leue redditur vt euanidum & inane videatur: quod ipse deprehendi in cornibus quæ per vlnas [illegible] anfracta repert. Cerui igitur & similium animaliũ cornua, terreæ sunt naturæ, calore vaporoso concocta, & in ossis substantiam accedunt. Cætera verò his collata humida sunt, & molliti aptaq; cartilaginis naturæ vicina, & ad albidum calore: quamobrem nõ calore sed frigore concreta videntur, vt intelligitur ex ijs quæ in Meteorologia docentur, Hæc Albert. Cornua mares habent, soliq; animalium omnibus annis statis veris temporeamittunt, Plin. Soli ceruo cornua omnibus anois decidua, initio a bimatu: cæteris perpetua, nisi per vim aliquam amittant, Aristot. Et alibi, Anniculis nondũ cornua nascuntur, nisi quoad indicij gratia sit initium quoddã prætuberans, quod hirsutum ipsi esi. Binis cornua primũ oriuntur simplicia & recta, ad subularum similitudinem, quamobrem subulones per ia tempotis eos vocant. Trimis bifida exeunt, quadrimis trifida, atq; deinceps ad hunc modum procedit numerus vsq; ad annum sextum. Ab hoc similia semper prodeunt, ita ne sit dignoscere ætatem ramorum numero. Ceruum binum nostri vocant *spitzhirtz*, trinum *gabler*, quadrimum simpliciter cervum *hirtz*. Pro ætate ramos augeri id incrementũ per sexannos perseuerat: deniq; numerosiora nõ possunt fieri cornua, possunt crassiora, Solinus. Indicia ætatis in cornibus gerunt, singulos annis adijcientibus ramos vsq; ad sexennes: Ab eo tempore similia reuniscunt: nec potest ætas discerni: sed dentibus senecta. Aut enim paucos, aut nullos habent, nec in cornibus imis ramos, Græci ἀμυντῆρας vocant, Gaza vertit adminicula) alioquin ante frontem prominere solitos iuniotibus, Plin. Albertus incertum esse scribit quot ramos (ipse culmos appellat) cornu cerninum producat: se vidisse quod vndeno: habuerit. Ceroos senes (inquit Aristot.) cum cornuum indicia desiêre, cognoscimus manifesto indicio duplici illo: dentes enim aut nullos, aut paucos habent, atq; adminiculis carent: vocantur adminicula rami quidam cornibus prominent ante frontem, quibus in pugna vrontur iuniores: senes autem carent amiserunt singulis annis cornua mense Aprili, quæ cum amiserint, occultant se interdiu, vt superius dixi, idque opacis faciunt locis, vt muscarum tædio vacent: pascuntur per id tempus noctu, donec recipiant cornua, quę primum quasi cute vestita, & hirsuta emittunt: sed cum creuerint, Soli exponunt, vt excoquantur, & siccentur, vbi iam nihil attritu arborum, cum ea scalpant, indolent, tunc ea relinquunt loca confisi habere iam quo repugnare possint, cum res exigit: captus iam cervus est (ἀχαίνας ἔλαφος) hederam suis enatam cornibus gerens viridem, quæ cornu adhuc tenella forte inserta, quasi ligno viridi coaluerat, Hæc Aristoteles. Capti iam sunt edera in cornibus viridante, ex attritu arborum, vt in aliquo ligno teneris dum experiuntur innata, Plinius. Apud Athenæum libro 8. quidam Aristotelem reprehendit, tanquam incertum aut fabulosum hoc sit, quod hederam cornibus cerui adnatam scribit. Cornua cervo post annum sextũ nihilò numerosius ramificant. Quin senibus duo desunt rami, qui prima statim prodeunt ætate, quos ἀμυντῆρας Græci, Latini minus benè adminicula, melius prosubulas dixeris: quia & alijs surrectis prostant: & primoru facie gerunt, quas Latini subulas in anniculis appellant, vnde & ipsos, Subulones. Scaliger. Audio Antuerpiæ cornua ceruina in pharmacopolio quodam spectari, quorũ singula ramos circiter quindecim habeant. Sed quærendũ an ea rami feri sint, non cerui. Erumpunt (cervis cornua postquam abiecerunt) renascentib. tuberibus primò aridæ cutis similia: eadẽ teneris increscunt feruginis arundineas in paniculas molli plumata lanugine. Quamdiu carent ijs noctib. procedunt ad pabula. Increscentia Solis vapore durant, ad arbores subinde experientes. vbi placuerit robur, in aperta prodeunt, Plin. Exuuias illas anniuersarias, quibus, orbati latéc cerui, quasi honore atq; insigni amisso: nõ cornua, vt Latini, sed caput quasi decus ferinum appellãt venatores Galli (teste de cerf.) Cranij partes è quibus cornua enascuntur Galli merlas vocant. Stipitem corneum, quam materiem dicunt, aptè aiunt erumpere è molis suis & existere: quæ sedimenta cornuum Gallicè le marain. lecter sa teste. Les meules: tum tabulata ipsa fruticantia è molli concinnè in ramos esse expansa. Scapos è caudice proportione enatos: à scapis porrò cornicula educta in mucrones congruè desinere: non contractiora ipsa quàm testũ est, non diffusiora, non absurdè conformicata. Tum probe clauatum esse caput, (Gallicè, teste biem chemillee:) & congruenter patulum. & æquabili fruticatu decorũ (Gallicè, bien rengee,) Cervuum egregium & spectandum significare volentes, sic loquuntur, Capite præditus est commodè natos, compactili, concinno, rectè, ordine, decenter constituto (Gallicè teste bien nee, bien rengee.) Materiam ipsam inaudicis pulchrè sulcatam esse, atq; inter sulcos striasue (quas quasi colliquias appellant atq; stillicidia) scabritiem eminere æquabiliter vnionatam: quod Budæo verruculosam significare visum est. De ceruino capite quod ramos cornuum omnes habet, Galli dicunt teste semee ou sommee. Idem cervum cum cornua iam nuda & cute liberata apparent, bruni vocitant, aut synonymis (ni fallor) vocibus blond ou fauue. Infimi rami versus frontem rectà procedunt, nec eriguntur: his enim pugnat cervus (quamobrem Græci amyntéas vocant) reliquis ventilat, Albertus. Ramos cornuum qui è suis tanquam stipitibus prodeunt, Galli priuatim cors appellant: & ex his primum, hoc est amyntéa, prope molas enatum, endoutller vel entoillier, verbum quidem entouiller impedire eis significat: secundum, suteũdo viller ou forentoillier: reliquos, cheuilleures (quasi clauos) ou cors: supremos & in fastigio vtriusq; cornu, espois: quos rursus cũ gemini tantum sunt, nominant fourchie quasi partem bifurcam: cum terni aut quaterni, tronchore: cum quini aut plures, paulmure quod palmę instar tanquam in digitos findatur, vel palmatus et ã einsemodi cervus dici possit:) denique cum perplures verticis ramuli in orbẽ ambiũt, coronnez, id est coronatũ. Germani cornua cerui gemina vocã: *ein gehirn*, & ramos maiores *stangen*, eodẽ sensu quo Galli perches id est perticas: minores *ende* vel *zincken*. Cornua adhuc tenera & simplicia *morchi* vel *kolben*, quæin cibũ nobilũ & principum veniunt. Cornua si ramos impares protulerint, ipsa ramorũ paria ab altero, quod plures habuerit, numerant. Quadricornem cervum Nicocreon Cyprius habuit, quem Pythio consecrauit, Aelian. Cervus cornua locis distinctis amittit, & qua inueniri nequeant: vnde illud prouerbium ortum, Quà cerui amittunt cornua. Quasi enim sua amiserit arma, cauet ne inermis reperiatur. Cornu sinistrum compertum esse à nemine adhuc fertur: occultid enim tanquam quodam medicamento præditum, Aristoteles. Cornua cerui soli statò veris tempore amittunt: ideo sub ipsa die quàm maximè inuia petunt. Latent amissis velut inermes, sed & hi bono suo inuidentes. Dextrum cornu negant inueniri, ceu medicamento aliquo præditum. Idque mirabilius extendum est, cum & in viuarijs mutent omnibus annis: defodique ab ijs putant, Plinius. Et alibi, Cervus dextrum

cornu

rò nũ terra obruit contra tuberum venena necessarium. Ego an abiecta cornua occultem, & dextrũmne magis vt Ø solùs scripsit, an sinistrũ vt Aristoteles certi nihil habeo. Hoc vnum addam conciliari fortsan illorum posse dissidium, dextri & sinistri acceptione varia. Nam, vt Aristoteles docet lib. 2. de cœlo cap. 2. dextrum tribus modis vsurpatur, vel propriè, vt in animalibus vnde principium motus sit secundũ locum: vel ad similitudinem illius, vt in statuis: vel improprie, quod rectà è regione dextro lateri nostro opponitur dextrum, quod læuo læuum: sic vates mundi vel cœli dextra & sinistra accipiunt: hac ratione dextrum cornu ceruinum, ad nos quidem sinistrum dici poterit. Aiunt cernos quotdam in Achaia, cũ cornua abiecerunt, in loca illa se conferre, vbi difficillimè inueniantur: idq; eos facere, tum quia non habent quo se defendant, tum quia dolent his partibus vnde cornua exciderunt: multus verò hederam in cornuum loco innatam videri, Aristoteles in Mirabilibus. Eodem libro, Ceruos, inquit, in Epiro aiunt cornu dextrum (non sinistrum) humo obruere, idq; vtile esse ad multa. Atqui hæc ambo tum ipse in historia animalium, tum Plinius, non Achaicis solum vel Achaiis cervis, sed quibuluis in genere attribuunt. Cornua ejiciunt in aquas, vt quidam aiunt, ne dextrum inueniatur, tanquam vsum aliquem illius intelligant: Mihi tamen (inquit Albertus) compertum est, hoc non in vniuersum esse verum: Inueni enim aliquando in sylua frondibus obrutum cornu sinistrum. Deijciunt cerui (inquit illustris vir Ioan. Bonar de Baluze in epistola ad me) cornua singulis annis & facile inueniũtur, tã sinistrum quam dextrum. Quod sæpius animaduerti non solùm in nemoribus sed etiam in meo viuario ceruorum. Cerui verò campestres qui pascuntur in campis, supra mare Sarmaticum versus Turciam, habent cornua maxima, ramosa atque lata, quæ aliquando ponderant libras 40. & supra. In Martio solent deijcere cornua sponte, aliquando vnum altero prius, in recenti dejectione manifestum est videre, à quodam verme per multos gyros & anfractus subrodi, donec tota cornu basis debilitetur, & est tum illa pars albissima, aliquibus tamen notis sanguinis extantibus, fluente etiam in capite cerui sanguine, ex relicta caluitie in qua cornu fuit. Mirum autem dictu, quam cito altero aut ad summum tertio die cicatrix obducatur noua ac hirta cute, plena scatente sanguine, qui mox in cartilaginem conuertitur, atq; breui tota illa cornuum moles crescit, atq; in durissima ossa coalescit. In mense enim Augusto iam noua cornua detracta cute conspicienda producit. Hæc ille. Aegypti longæuum significantes, ceruum pingunt: eò quod cervis singulo quoq; anno cornua germinent. Orus. Apud eundem legimus cervum suos dentes infodere, quod aliorũ, quod sciam, nemo tradidit: proinde legẽdum fortsan elephantos. quos id facere constat, nõ elaphos id est cervos. Cur autẽ solis cervis cornua decidant, multis rationibus explicari potest. Primum ex materia qua constant: quoniam sicca & terrea sunt, vt cervus ipse totus, nempe hirco similis temperamento, calido sicc ó; cadunt autem facilius vel in stirpium quoq; foliis quæ ita sunt arida vt nullũ habeant lentorem aut tenacem succum, qualis cæterorum cornibus inest, cuius gratia flecti mollirique possunt. Deinde ex loco, quoniam, vt diximus, non ex taraneo nascuntur vt reliqui, sed cuti tantum adhærent: tertio ab efficientibus causis: nam & calore æstatis sicca durioráque fiunt, & hyeme subsecuta à frigore similiter afficiuntur: nam vt quodque solidius est, ita magis refrigeratur: refrigeratis autem nimium pori clauduntur, & calor natiuus emoritur: vt neque alimentum attrahi possit, & viæ qua trahi debebat præclusæ sint: quod in cæteris, cum omnium caua sint & vapores excipiant, non æque contingit. Sic igitur affecta cornua cadunt tantum, siue offendentibus ipsis aut impellentibus vitro, aut inter ramos & vimina quandoque implicatis, siue etiam sponte ipso nimirum pondere depressa: non prius autem hoc contingit, quam verno tempore noua subnascuntur cornicula, & tuberculis suis vetera protrudunt: Quo tempore etiam serpentes & alia quædam animalia aridum induratumque ponunt exuuium, cuti noua nascente. Sed eadem de re Aelianum audiamus interprete Gyllio: Causam (inquit) ceruis cur cornua renascuntur, Democritus eam dicit, ventrem ijs calidissimum esse, & eorum venas per vniuersum corpus pertinentes esse ratissimas, & os quod cerebrum amplectitur, membranæ instar tenuissimum & pertractum esse, indeque ad summum capitis verticem crassissimas atque opimas venas exoriri: Itaque cibum & huius nutrimentum minime concoctum, à nativo calore in totum corpus elasque partcis distrahi. Idemque ait eis pinguitudinem extrinsecus circumfundi simul & cibi vim per venas in caput retorqueri, & reflecti ex eo cornua permulto humore irrigata enasci. Continenter enim vicinis ad cadendum succrescentia & influentia summouent, atque expellunt priora, ac sanè exortus humor extra corpus durescit abacte eum ipsum consolidante, & in corneam duritatem confirmante. Humor autem qui etiam nunc intra cutem subest mollis, & tener, partim ab exteriore refrigeratione durescit, partim ab interiore tepore tener manet. Quocirca recens cornu enascens, & intrinsecus premens, vetus tanquam alienum expellit, & sanè humor concrescens, ad depellendum antiquum infirmus est: at durescens, priora extrudere potest, quorum pleraque interno robore extrahuntur: nonnulla arborum ramis circumplicata & feram ad cursum incitatam vi impedientia abrumpuntur: Eo pacto vetera excidunt, recentia ad erumpendum parata naturæ munere proferuntur, Hactenus Aelianus. Cur cervo quotannis cornua cadant & renascantur. Hieronymus Garimbertus in libro Italicè scripto quæstione 43. inquirit. Solet cervus decus illud suum quotannis exuere quasi venationem, testibil que sobole velut materiam recidiuam paucis mensibus in integrum restituere, Badæus. Ἐκκόπτει τὰ κέρατα ὁ ἔλαφος τῷ χρόνῳ βάρος τι ἑαυτῷ περιτιθέμενα. Suidas in Ὄρος. Cervus cum nondum habet cornua, tamen fronte præludit, & ea quæ nondum expertus est tela minatur, Ambrosius. Cerui, si cum per ætatem nondum cornua gerunt, castrentur, non excidunt cornua: sed si cornigeri excidantur, non decidunt cornua, & magnitudine eadem seruantur, Aristoteles. Et alibi, Cervis tantummodo cornua omnibus annis decidua, nisi castrentur. Non decidunt castratis cornua, nec nascuntur, Plinius & Solinus. His ego authoribus potius crediderim quàm Oppiano, qui libro de venatione secundo cervis castratis cornua defluere scribit. Sed præstat verba eius recitare, quæ Gyllium in translatione sua præterijsse miror. Κεὐθεσι λαχνήεντα δ' ἔπι κροτάφοισιν ἑκάστου Ἀμφὶς ὀφρυόεντος ἐλαφρὸν ἀείρεται ἄχθος, ἀρούρης Αὐτίκα δ' ἄλλυδις ἄλλα, πεσὼν δ' ἀπολείβεται ἀκρὴ Ὀστέου ἐκ κεφαλῆς ἀπὸ δ' ἔρρεεν ἀμφοτέρωθεν. In his versibus ἄχθος appellat testes, quod in Grammaticorum Lexicis nusquam annotatum reperias. Cervi fœmina cornua non habet, Aristot. Idem libro 3. cap. 2. de partibus animal. cautim afferens cur ceroæ cornibus careant, cum dentes similiter habeant atque mares, Eadem, inquit vtrinsque sexus natura & cornigera est: sed fœminis adempta sunt cornua, quoniam ne maribus quidem vtilia sint: sed virium melliorum beneficio mares minus offenduntur. Pindarus in Olympijs Oda 3. fœminis etiam cervini generis cornua tribuit, his verbis χρυσοκέρων δ' ἀνὰ θῆλειαν: vbi in Scholijs legimus cervis fœminis ab omnibus pene eis cornua adfici: & fieri posse vt id quandoq; accidat, cum & Elephantis Indicis adsint cornua ἔλεφαντες, dentes exerti,

quos aliqui melius cornua vocant) duntaxat maribus, Acthiopicis verò ac Libycis vtróq; sexu. Loquitur autem Pindarus de cerua, quam Hercules cepisse fertur cornibus aureis. Pollux tamen in masculino genere scribit lib. 1 cap. 12. κριὸς ἐλαφος χρυσοκερως, ὁ ὑπὸ Ἡρακλέους ἁλούς. (Euripides ceruam ab Hercule expugnatam cum cornibus fuisse dicit, Volaterranus) Ibidem reprehenditur à Polluce Sophocles qui Telephi nutricem ceruam κεροεσσαν, id est cornutam dixerit. Ceruam que Telephum lactauit, pictores & plastæ cornutam faciunt, Scholia Pindari. Errat & Anacreon, inquit, Pollux, qui cornutam ceruam dixit. Anacreontis carmina ipse non citat, nos ex Scholijs in Pindarum ea apponemus Ἀγραυλῶ (legerim λαγαυλῶ) οἰόπ τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθήνην, ὅτ' ἐννυχαι κεροεσσαι ἐλαφοι (al' δονὰξ) μητερες νεμονται. Zenodotus κεροεσσας vocem mutauit in ἐλαφους, non rectè, vt videtur, cum cæteri quoq; poetæ cornutas faciant ceruas. In Euripidis Iphigenia. Ceruam cornigeram (inquit Diana) manibus Achæorum tradam, quam pro tua mactabunt filia. Attici ceruum marem etiam τὸ ἐλαφον dicunt, in genere fœminino. vt in prouerbio, Οὐ αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν. ἀποβάλλει δὲ ἔλαφος κεραίας, βλωθρὰς (verba sunt Aristotelis de hist. animal. 9. 5. qui fœminas cornib. carere minimè ignorauit, vt ex verbis superius recitatis apparet:) φυομένας τοῦ ἐρρόθου. Eodem in loco sæpius in masculino genere ponit vocem ἐλαφος, distinctionis gratia, quoniam de fœminis quoq; nonnulla priuatim in eo scribit. Alijs vero in locis aut semper aut vt plurimum siue aliquid sexui commune vtriq;, siue mari propriù referat, fœminam facit, vt in Mirabilibus, τὰς ἐλάφους καταπονεῖται ἕλκει τοῦ ἀριστεροῦ κέρατος: & alibi in ijsdem, Πολλαῖς χιλιάσι ἐλάφων ἐπιπεφυκότα τὸ τῆς κεφαλῆς τὸ πρὸς ἑῷαν. Sed Pindarus & Anacreon Atticismo excusari nō possunt, cum omnino de ceruis fœminis loqui expressetint. Cæsar Maximilianus verum id esse (nempe ceruas cornua habere) alicubi deprehendit, idque in librū suarum experientiarum iussit annotari. Sed & Zenodotus author est, nihil impedire pro diuerso regionis ingenio, non ēundem corporis habitum ceruis infarmari. Possunt hic cornua tantū mares habere, alibi etiam fœminæ. Id quod in Elephantis deprehenditur, in quib. vtrunq; sexum dentibus armari nemo non tradit, cum Ammianus in India fœminas edentulas nasci tradat, Spiegelius. Facies cernis carnosa, nasus simus, collum oblongum & exile, Aristot. in Physiognom.

Aures animalium alijs maiores, alijs minores: ceruis tantum scissæ ac velut diuisæ, Plinius. Hoc alibi non omnibus, sed ijs tantum qui circa Arginussam in Elapho monte versantur, aures esse scissas scribit, vt Aristoteles quoq;: Aelianus Hellespontiacis, vt supra ostendi. De dentibus etiam ceruorū & senectutis ex eis indicio, nempe cum iam pauci vel nulli sunt, in præcedentibus docui. Dentes ceruo sunt quatuor vtrinq; tum supra tum infra, quibus molit cibum: & insuper alij duo magni, qui mari quàm fœminæ maiores sunt. Vergunt autem deorsum dentes cerui, ita vt repandi videantur, Albert. 2. 4. Vermes cerui continent omnes suo in capite viuos, qui nasci solent sub lingua in concauo circiter vertebram, qua ceruici innectitur caput, magnitudine haud minores ijs vermibus, quos maximos carnes putres ædiderint. Gigni vniuersi arq; contigui solent, numero adeò circiter viginti. Aristot. Ego eos ita gigni & cohærere intelligo, vt vermes in lumbrico lato, quos cucurbitinos appellāt recentiores. Ceruis in capite inesse vermiculi sub linguæ inanitate, & circa articulū qua caput iungitur, numero viginti produntur, Plin. & Albert. Ego dum hæc scriberē ab oculato teste fide digno audiui, qui se vidisse affirmabat dissecto cerui capite recenti, non viginti tantum, sed plurimos omnino vermes, eosq; non cohærentes sed discretos: sunt qui dicant nō omnib. innasci. Pectus ceruinū Galli peculiari voce hampam vocant. Ceruo cor magnum est, Aristot. Maximum cor proportione ceruo, mustelis, &c. & omnibus timidis, aut propter metum maleficis, Plin. De osse ex corde cerui dicam cap. 7. inter medicamenta ex ceruo. Ceruus multiplicem ventrem habet, &c. Aristot. lib. 3. de partibus: nimirum vt omnia ruminantia, sicut in Boue exposui. Ceruus non habet fel. Aristot. Et alibi, Ceruus felle caret, quare & longæuus est. Cerui fel non habent: quod hominum paucis nō est, quorum valetudo firmior & vita longior, Plin. Ceruus felle vacat: quanquam eius intestinum amarum adeo est, vt ne à canibus quidē attingatur, nisi ceruus præpinguis sit, Aristot. Et alibi, Ceruis Achainis cognomine fel contineri in cauda creditur. Est, quod ibi contineri aiunt, colore quidē simile felli, sed non ita vt fel humidum, sed lieni simile parte interiore. Sunt qui ceruo (inquit Plin.) fel non in iecore esse, sed in cauda aut intestinis putent. Ideo tantam habent amaritudinē, vt à canibus non attingantur. Miror equidē de Achainis ceruis nullam apud Plinium & alios Latinos mentionem extare, cum Aristoteles disertè distinguat. Hoc etiam nunc subit extremam cerui caudam fortassis illam ob causam venenatam esse, vt capite septimo prosequar, quod fel in ea cōtineatur. Fellis enim in multis animalium venenosam esse naturam traditur. Intestina cerui perquam fœtida sunt quoniam, vt Plin. ait, fel diffusum est in eis: alij tamen in auribus cerui id diffundi dicunt, alij in cauda, Albert.

In Brileto & Tharne quaterni renes sunt ceruis, Plin. Apion, nisi negatur, ceruos loels quibusdam quatuor renes habere tradit, Aelin. Ceruo genitale neruosum est, Aristot. Cauda exigua, Idem. Cerui testiculos Galli peculiariter *daintres* nominant. Bisulca animalia, vt bos, ceruus, caprea, in posterioribus pedib. talos habent, Suidas in Διχηλά. Germani, præsertim lautiores in loquendo, vt aulici, propria quædā de cerui partibus vocabula vsurpant: sanguinem vocant *schweyss*: posteriorē dorsi partem, *zimmer* vel *zemer*: articulos *knapff*: latera seu costas, *krieben* vel *vuand*: os in corde, *das kreutz*: crura, *leuff*: pedes, *klauuen*. Coxas seu clunes, *schlegel*: armos, *büg*.

Cerua animal aspectu egregiū est, mutilum cornibus, ceruo minus, vitu acuto, miræ velocitatis. Quaterna vbera habet, vt vacca, Aristot. Ex eodem surpra in historia vaccæ exposui cur mammas binas inter femora habeat.

C.

Ceruorum mira velocitas est, vt amplius patebit capite quinto, cum de venatione ipsorum dicam. Fluuios etiam & mare tranant, vt capite quarto explicabitur, Cerui mares, vt omnium ferè animalium vocem grauiorem quàm fœminæ mittunt. Vox autem maribus in hoc genere, cum tempus coeundi est, (de qua plura inferius:) fœminis autem cum metuerint: breuis vox fœminæ est, maris productior, Aristoteles. Ceruus & lepus, vtpote timida animalia acutam ædunt vocem: Idem in Phyliognom. Ceruus vnus cum pluribus ambulat fœminis sui generis: rarò autem plures cerui mares simul incedunt, nisi ætate minores fuerint, quorum multi quandoq; vetulum comitantur, elq; obediunt, & coitu in eius præsentia abstinent, Albert. Ceruus si erectas auriculas teneat, acerrimè sentit, nec latēre eum insidiæ possunt: sin demissas, facile interimitur, Aristot. Cum erexēre aures, acerrimi auditus: cum remisere, surdi, Plinius. Rectis auribus acutissimè audiunt, summissis verò nihil, Solinus. Erasmus hæc Plinij & Aristotelis testimonia citat in prouerbio, Auribus arrectis. quanquam enim & aliæ animantes (nam soli homini immobiles sunt) si quid eminus audierint auriculas surrigant: ceruo tamen ijs arrectis peculiaris & acerrima auditu percipiendi vis est. Cerui cum maria tranant, non vident terras, sed in odore earum natant, Plinius. Ceruum ruminare planum est: degit enim aliquando cum hominibus:

alioquin

alioquin ex feris nullum rum nare constat, Aristot. Ruminant syluestrium cerui, cum à nobis aluntur, Plinius. Fama est elaphoboscí pabulo cervos resistere serpentibus, Plin. Elaphoboscí semen contra serpentium ictus datur in vino: fama est hoc pabulo ceruas serpentium morsibus resistere, Dioscorid. 3. 78. Hinc nimirum etiam ophioctonon, & ophigenion appellari meruit. Inuenio & elaphiconappellari, & Romanis cerui ocellū. Apud Hesychium & Varinum ἐλαφοβόσκος masculinum & oxytonum nomen scribitur: Alij elaphoboscum genere neutro proferunt. Ruellius in Gallia vulgo gratiam Dei nominari scribit, & apud Suessionenses herbam copariam, quod ea vtantur ad vulsa rupta. Describit autem eam lib. 3. cap. 48. Simplicius (quàm canes herbam qua sibi contra serpentes medentur) ceruæ monstrauere elaphoscon, Plin. Herba in Monte pessulano auricula leporis dicta, cuius folia ad lethiasin potacommendant, elaphoboscon aliquibus creditur: rapice est alba, simplici, vt in aprorum generibus, non inodora, floribus luteis per vmbellas digestis, caule ramoso, cubitali, folijs quadrantalibus, specie quodammodo plantaginis minoris, sed minoribus, & cum primum erumpunt, auriculas musculorū referentibus. Nascitur locis asperis & siccis, rara apud nos, circa Basileam frequentior. Sed Hieron. Tragus aliud elaphoboscon facit, pastinacæ scilicet hortensis genus illud, si benè memini, quod syluestri siteri (vt Fuchsius vocat) simillimum est. Est & elaphoscorodi herbę descriptio apud Dioscoridem, sed non genuina illius authoris. Aphroscorodon quidem alio nomine alliū Cyprium vel Vlpicum nominatur, prægrande, &c. Dictamnū herbam extrahendis sagittis cerui monstrauere: percussi eo telo, pastúq; eius herbæ electo, Plin. Cretenses iaculandi periti feras capras in verticibus montiū pascentes percutiunt, ex accepto vulnere, statim dictamnū herbam comedunt, & è vestigio tacula excidunt, Aelianus. Hinc forte qui de medicina Arabice scripserunt pulegium ceruinum appellant hanc herbam. Pulegij hortensis genus syluestre est, vndiquaq; simile aut idem potius hortensi, niū tenuius & acutioribus folijs prodiret. Id in Sabaudia circa Lemanū lacū vidi copiosum, & circa Montem pessulanū vbi si rectè memini ceruinum cognominant. Sed alia est dictamnus, quanquam vires in medendo non dissimiles fortita, Mesatrameſir & deferolij, vetus interpres vocabulorum Auicennæ pulegiū ceruinum interpretatur. Aristoteles non cervos, sed capras syluestres in Creta dictamni pastu sagittis absolui tradidit: Vide supra in Capris syluestribus Creticis. Cervus cum iaculo vulneratus fuerit, polypodium edit & seruatur, Obsecurus. Smilacem asperam alliqui hodie in Italia vocant rubum ceruinum. Spina ceruina vulgo ab Italis nominatur frutex spinosus, cuius granis diuerso tempore decerptis ad diuersos colores nostri vtuntur, sermo vernaculus appellat *kreutzbeere*. Hinc quidam rhamni generibus adnumerant, quos Matthæolus reprehendit. Rhamnum tamen à Romanis spinam cerual ēdici, inter nomenclaturas apud Dioscoridem legitur. Seselim monstrauere ceruæ enixæ à partu, Plinius: Primum seselis genus, quod Massilienſe Dioscorid. vocat, intelligo. Seseli Aethiopicum, vt mihi quidem videtur & Leonhardo Fuchsio, nostrates radicē ceruinam albam appellant: ea perquam crassa, longa, & amara est, & resinosa. Alia minor est, radice foris nigra, subdulci resinosa, cerninā radicē nigram vocamus: Fuchsius seseli Peloponnesiacum facit: quod facilius crederem si locis humidis nasceretur, ego semper in siccis reperi. Cerui mares duntaxat, solani genus syluaticum, nostri baccas suporiferas vocant. (de quo plutibus dicam in Suum historia) & similiter sambucum syluaticam siue montanam, cui in vmbellis grana coccinea rubent, mirum in modum amant: & per æstatem illic plerunq; versantur vbi hæ plantæ virent: solent enim ijdem ferè locis nasci. Depascuntur autem frondes tantum, non etiam baccas Fœmina vtriſq; (cum solano tum sambuco iam dictis) abstinet: nisi cum fœtum masculum gestat: tunc enim matrium instar eis delectatur, Hieronymus Tragus. Serpentes etiam à cervis eduntur, siue naturæ quodam odio, siue vt morbis quibusdam medeantur, vt mox capite quarto dicam. Quin & suibus serpentes in pabulo sunt, Plin. 11. 53. Quanquam non ignoro (inquit Hermolaus) dissidere serpentes & sues, &c. quia tamen pars hęc ex Theophrasto sumitur libro eius quinto de stirpium causis, ferè adducor vt ita scribendum putem. Quin & cervis serpentes in pabulo sunt, & alijs venenum est. ἐλαφοβόσκος ἐστὶν ὃς τοὺς ὄφεις ἀναιρεῖ, id est, Viperas cerui edunt, à quibus interimuntur alis, Theophrast. Cervus herba cinarę venenatis pabulis resistit, Plin. & Solinus Cervi morsi vel à phalangio, vel à quouis generis eiusdem cancros edunt: quod idem homini etiam prodesse putatur, sed non caret fastidio, Aristot. & Aelianus. Percussi à phalangio, quod est aranei genus, aut aliquo simili, cancros edēdo sibi medentur, Plin. Phalangium cervos tanto malo afficit, quanto etiam homines, ita vt sæpe in repentinæ mortis periculum veniant, At si gustent hœderam mortis nihil adfert detimenti: hœderam verò syluestrem esse oportet, Aelian. Cervi cornua abijciunt, vt supradixi cap. 2. Pilulas excrementorum cerui, damæ, & capreoli, Galli *fumees* appellant. Cervorum lachryma cur salsa & improba sit: aprorum verò dulcis. Plutarchus in libro de cautis naturalibus quæst one vicesima, his verbis exponit. In causa est (inquit) tempermentum istorum animalium, quod in cervo frigidum est: in apro feruidum & igneum: quamobrem hic se opponit persequentibus, ille fugit: quo quidem tempore præcipuè, propter iracundiam, mouentur lachrymæ. Nam cum copiosus ad oculos calor efferatur: (iuxta hoc carmen, φρίξας δ' ἀκρότριχα, σῦς ὀφθαλμοῖσιν ἀδινοῖς, Ille riget setis, oculi simul igne refulgent:) dulcis fit qui eliquatur humor. Sunt qui lachrymas à sanguine perturbato excitari separatique tanquam serum à lacte existiment, vt Empedocles: Quoniam igitur asper (τραχὺ δ' αἷμα, malim παχύ, id est crassus) & ater aprorum sanguis est propter caliditatem, cervorum contra tenuis & aquosus: consentaneum est vt quod ab eo per iracundiam vel metū excernitur, similiter se habeat. Hunc locum etiam Cælius transtulit lib. 12. cap. 5. Idem mox ab initio libri tricesimi occultam & incognitam ait esse causam cur cervis salsuginosæ manent lachrymæ: fulvis dulces dum capiuntur. Bezahar propriè est lapis qui dicitur lachryma cervi, quę generatur in cervis: quia cervi comedunt viperas, maximè in Persia: Et hic lapis eruitur etiam è terra & fodinis, vt tradit Tiphasi Arabs in libello de gemmis, qui ex Arabico in Latinum sermonem translatus est. Quandoque tamen bezahar appellatur quodvis antidotum veneni, Andreas Bellunensis. Vide plura inferius capite septimo. Cervi montes excelsos non ascendunt, vt qui nimium corpulenti, ad planiciem magis quàm montes idonei sint: quamobrem syluas & valles, & fluminibus vicina loca frequentius habitant Cervi gaudent τοῖς δασέσιν. Pollux. Est autem ὄργας, ὁ τόπος ἔρημος καὶ ὑλώδης καὶ νεμόρους καὶ ἀγρός, ὃς ἐστὶ πίων καὶ ἄριστος καὶ ἀκαλλιέργητος, Varin. Hoc est, Orgas est locus inscultus, syluosus aut nemorosus vbi solum bonum & pingue est. Apud eundem tamen ὄργας etiam pro cultis locis exponitur: item ὀργάδες, loci syluosi. Dora ciuitas est Assyriæ deserta, margini bus amnis (Euhratis) imposita: In quo loco greges cervorum plures inuenti sunt: quorum alij confixi missilibus alij pondere ipsi remorum, ad satietatem omnes pauerunt: Pars maxima natatu adfueta veloci aluco penetrato incolumis euasit ad solitudines notas, Ammianus Marcell. lib 24.

Cerui

Cerui tempore libidinis efferantur, & certant pro fœminis, seq; mutuis interdum vulneribus vel mortis periculo conficiunt, idq; præcipuè faciunt in fine Augusti, quo tempore Arcturi sydus cum Sole oritur, Albertus. Hinc est nimirum quod ἀμφιλογοῦσι φιλίφων, Oppianus dixit: Fœminæ licet prius conferantur, non concipiunt ante Arcturi sydus, Solinus. Cum mares impleuerint fœminas, separantur per se ipsi, & propter libidinis grauedinem quisq; solitarius ferobes fodit: fœtent vt hirci: facies quoq; eorum nigrescit aspergine, vt hircorum: degunt ita, quousq; imber accedat, tum pascua repetunt. Hæc ideo cerno accidunt, quia salax animal suapte natura est, arq; etiam quis pingui abundat, Aristoteles. Mares generis huiusce cum statutum tempus Venerem incitauit, fœuiunt rabie libidinis efferati, Solinus. Fœminæ à conceptu separant se: At mares relicti rabie libidinis fœuiunt, fodiunt ferobes, tunc rostra eorum nigrescunt, donec aliquando (alias, aliqui) abluant imbres, Plin. Vehementi amoris libidine flagrant, vt tanquã gallinacei (& reliquæ aues) totos dies ad Venerem non cessent incumbere, Gillius ex Oppiano. Iam mares soluti desiderio libidinis auida petunt pabula. Vbi se præpingues sentêre, latebras quærũt, fatentes incommodum pondus: & aliàs semper in fuga acquiescunt, (vt in venatione ipsorum dicam ca. 5.) Plin. Inter ea, quæ animal generant, augenturq; magnitudine insigni, nec Ceruæ mares suos patiuntur nisi raro: nec vaccæ tauros: propter rigorem genitalis, nimiamq; tentiginem, sed clunibus subsidentibus semen recipiunt genitale: sic in ceruis mansuetis fieri visum est, Aristot. Cerui non similiter atq; aliæ feræ coeunt: neq; enim stantes, neq; cubantes, sed magna celeritate currentes ineunt fœminas, simul & tametsi properantes fugere vxores pedibus amplectuntur, non earum tamen cursum retardare possunt: sed inexorabiles illæ ad consistendum, maritos ferunt, & fugere persecutant: ij autem duobus pedibus quantum possunt, cursimq; sequentes coitam absoluunt, Oppian. Taurorum ceruorumq; fœminæ vim non tolerant, ea de causa ingrediuntur in conceptu. Plin. Cerua plurimum subsidens coit, vt dictum iam est: marem enim sustinere non potest ob eius contentiosiorem impetum. Veruntamen aliquando etiam sustinent modo ouium, & socias declinant, cum turgente iam Venere coitum appetunt. Mas non in eadem immoratur, sed mutat: breuiq; interposito tempore, aliam atq; aliam supergreditur, Aristot. Cerui in coitu vicissim ad alias transeunt, & ad priores redeunt, Plin. Coitus ab Arcturo, mense Augusto & Septembri: implentur paucis diebus, & ab eodem multæ, Aristotel. Conceptus ceruarum post Arcturi sydus. Plin. Simi libidinosi esse conijciuntur, à ceruorum similitudine, Aristot. Ad decimumoct. cal. Octobris, cerui libidinari incipientes, catulientium ceruarum conciliabula quærunt, & velut ad forum Veneris vndiq; conueniunt, Budæus. Et rursus Libidine (quem in eis affectum Galli vocant *le rut ou rent d'vng cerf*, Germani *brunſt*, id est ardorem) flagrantissima admissarij ad mensem agitantur, tuncq; rabie pruriginis efferati, & canes & homines atrociter inuadunt quum primum aspexerunt. Deinde paulatim desæuientes, alterum paulò minus mensem absumunt. Vox maribus cum tempus coëundi est, fœminis autem cum metuerint, Aristoteles. Rancere (reer Gallicè) fictitia voce tunc dicuntur (cum libidinantur mares, & fœminas vocant, siue elato capite gutture pleno, siue ad terram demisso:) Rancentes autem ololygones tunc vocantur: Rancor ipse clamor. Budæus, Germanis *brulen*. Ololygon apud Aristotelem propriè dicitur de voce ranarũ marium libidinis tempore. Solet ceruus ex macie hyberna, ac tabe libidinosi temporis sub mentem vicissim Maium cito in corpus ire, è gregarijsq; cæteruis ac locis abditis & abstrusis, in quib. delituit, emigrans, in loco detecto stabulari (gister, Gallice) vnde commoda & propinqua sit pabulatio (les viandes, Gallicè:) illicq; velut in æstiuis instauratiuum decere ad saginam (vena son: Gallicè:) recipere. Hac habitudinũ vicissitudine nunc flaccentes: nunc strigosi: tũ eualescentes, tum obesi: aliàs corniculosi & sublimes, aliàs mutili & inermes, & tanquam pudibundi apparent. Physici referunt ceruum purgationis indigum apia comedere, Aelianus in Varijs. Sed hoc ad ceruam pertinet, quæ non selino: id est, apio, sed seseli herba ante partum purgationis gratia vtitur: vt duplex in Aeliani codicibus error sit, siue authoris siue librariorum, alter quod τὴν ἔλαφον διέρχεσθαι, &c. In masculino genere legitur pro fœminino, alter quod selina pro seseli. Fœminæ ante partum purgantur herba quadam, quæ seselis dicitur, facilioreque ita vtêtes vtero. A partu duas habent herbas: quæ aros & seselis appellantur: paltæ redeunt ad fœtum. Illis imbui lactis primos volunt succos, quacunq; de causa. Cicero dicit ceruas paulo ante partũ per purgare se quadam herbula quæ seselis dicitur, Gillius. Silis vel seselis folia quoq; vtilia sunt, vt quæ partus adiuuent etiã quadrupedum: hoc maximè pasci dicuntur ceruæ parituræ, Plin. Græci seseli, vt sinapi, neutro semper genere proferunt, non seselis in recto. Eius tria sunt genera, sed vsitatissimũ quod veteres Massiliense vocant, & volgo hodie siler montanum. Id non alibi copiosius vidi, quàm in Gemmio vulgo dicto monte Sedunorum, circa thermas. Datur vt partus adiuuet caprus quadrupedibusq; aliis bibendum, Dioscorid. Fœminæ per esum sileris vterum præparant, vt facilius conc p iant: eo quod propter duritiam virgæ non accipiunt semen nisi fugiendo, Albertus. Sed cum authores omnes non ad conceptum, sed partum facilliorem ceruas hoc pabulo vti conuenant, Albertum erroris insimulare non dubitabo. Quæ ex feris mitigentur, non concipere tradunt, vt anseres: apros verò tardè, & ceruos, nec nisi ab infantia educatos, Plinius. Hinnuli vere nascuntur Xenoph. Vterum ferunt octo menses: pariunt magna ex parte vnum: sed nonnullas etiam geminos peperisse perspectum est, Aristot. Octonis mensibus ferunt partus, & interdum geminos. A conceptu separant se, Plinius. Incrementum hinnuli celere. Purgatio cæteris temporibus nulla euenit ceruæ: cum autem parit, pituitoso quodam humore purgatur. Parere iuxta vias maxime solent metu belluarum, Aristotel. In pariendo semitas minus cauent, humanis vestigijs tritas, quàm quæ secretæ ac feris opportunæ, Plin. Idem Plutarchus scribit in libro de Vita animalium, &c. sed imperitus interpres pro ceruis elephantos posuit. Ferarum quadrupedum cerua maximè prudentia præstare videtur, tum quia circa semitas pariat, quo scilicet belluæ propter homines minus accedunt: tum etiam quia cum peperit, inuolucrum primum exedit, mox seselim herbam petit, quam cũ ederit, redit ad prolem. Arist. Et alibi, Ceruæ (inquit) statim à partu eiunt inuolucrum, vt dictum est, nec fieri potest vt id accipias: prius enim quàm in terram demittant, ipsæ arripiunt: vis in eo medica esse creditur. Cerua cum parit, Τρίβον ἀνθρώπων ἀλκεῖνει. Οὔνεκεν ἀγρωστιν μετρίην ἔφαγον θῆλαι, Oppianus: hoc est, semitas hominũ vitat. Nam humana vestigia belluæ aucupantur. Legendum videtur: ἀνθρώπων τρίβον ἀλκεῖνει. Id est semitas virorũ non vitat. Nam & rem ita se habere, Plin. Aristoteles, & Aelianus testantur: & idem sensisse poëtam ex proximo versu, quo causam eius facti reddit, apparet. Inuolucrum fœtus, quod ceruam mox vorare diximus, Græci chorion vocant: vt habet lib. 3 historiæ animal. cap. 5. ex quo verba eius tam supra recitauimus: video autem lapsum esse Plinium, qui non chorion sed aron legerit, & interpretatus sit: omnino enim illum Aristoteles locum ab eo translatum apparet: in quo barbari etiam dragontem, vt ipsi vocant, mentionem faciunt. quod inter ari cognomina est: quanquam simul & secundinæ. Præterea

hinnulum

hinnulum ducens in ſtabula, aſſuefacit, quò refugere debeat. ſaxum hoc eſt abruptum, (petra diſrupta, aubi) vno aditu: quo loco eam ſi quis inuadit, expectare repugnat éque affirmatur, Ariſtoteles: qui & alibi idem repetit. Editos partus exercent curſu, & fugam meditari docent: ad præcipita ducunt. ſa ti que demonſtrant. Plin. Secundum vias (inquit Aelianus interprete Gillio) cerua parere ſoler, quod quidem ipſum ſapienter facere videtur, vel quòd hinnulis ſuis inſidias à feris timeat fieri, vel quia celeritatis fiducia homines egregiè contemnat. Non enim, tametſi infirmior, dubitat eos effugere poſſe: poſtea autem quàm ſe optimo corporis habitu affectam ſentit, non amplius iuxta vias partum edit, quod iam ſe minus accommodatam ad currendum intelligit: at enim vel in ſaltibus vel conuallibus parit, Hec Aelianus: Cui Græca ad manum ſunt, cum Gillij translatione conferat. Erraſſe enim mihi videtur vel interpres vel ipſe Aelianus. Neq; enim de cerua apud vllum bonum authorem legimus, quod vbi iam corpulentior eſt, iuxta vias parere deſinat, &c. Sed de ceruo mare hoc fertur, quod cum pinguiorem ſe ſenſerit, ideóq; tardiorem, loca remota & ſolitaria petat. Ariſtoteles & Plutarchus in libro de Vita animalium, &c. Ex recentioribus quidam ſcribit fœtum à cerua occuli, neà mare deprehenderetur: quod cum neque veterum authoritate, neque vlla obſeruatione certa confirmet, fidem apud me non meretur. Nam & ceruorum viuaria apud nos curant, omnino mares hinnulis nihil nocere aiunt, nec occuli à matribus. Cerua enim quolibet partus ſuos educant, teneros ſtudioſe occeluntque: & abſconditos inter profunda fruticum vel herbarum pedum verbere caſtigant ad latendum. Cum maturuerit ad fugam robur, exercitio docent curſus, & aſſultus ſalire per abrupta, Solinus. Hyeme extenuatur cerui, debilitantúrque: vere autem vigent maximè ad currendum. Ariſtot. Senectutem indicant dentes, cum aut pauci inueniuntur, aut nulli, Solinus, & alij, vt ſupra diximus, de cornuum mentione, quibus ſinguli anni ramum adjiciunt, à biennio vſque ad ſextum: & cum abiecta cornua renaſcantur quotannis vnà cum adminiculis, id eſt infimis ramis: ætate prouectioribus ij non renaſcuntur, &c. Sunt qui tradunt ceruos ſenecta graues ſerpentium eſu recreari, vt proximo cap. dicam. Dicunt in aspera cerua annoſi intra os oculi veſpas & formicas generari & aliquando progredi, Albertus. Venatores aſſerunt, quod in ceruo natu grandi oſſe capitis ſub oculo terebrato veſpæ concretæ & formatæ interius ex humore ſuperfluo, vel vt alij autumant, ex medulla prodeant euolantes: & tunc negant eum poſſe diutius viuere, niſi eſu ſerpentum renouetur: Aliquando etiam eodem modo veſpas dicunt prodire concretas è naribus cerui. Author libri de naturis rerum. Apparet autē vel Albertum erraſſe, qui pro formatæ legerit formicæ, vel alterum qui contra: quos ad lectionē loquor: nam quod ad rem ipſam neq; veſpas equidem neq; formicas in animantis viuæ corpore natas crediderim: Et veriſimile eſt ortū hunc errorem ex verbis Ariſtot. forſitan malè translatis, qui lib. 2. hiſt. an. cap. 17. vermes, non veſpas, in capitibus ceruorum reperiri ſcripſit, vt ſupra recitaui.

Vita eſſe perquàm longa hoc animal fertur, ſed nihil certi ex ijs quæ narrantur, vidimus: nec geſtatio, aut incrementum hinnuli ita euenit, quaſi vita eſſet prælonga, Ariſtoteles: Idem lib. 4. cap. 2. de partibus animal. Cervus, inquit, felle caret: quare & longæuus eſt. Eſſe autem longæua quædam felle carentia, vt ceruum & delphinum, meminit etiam Cælius 4. 17 Heſiodus (verba ſunt Plinij) cornici nouē noſtras tribuit ætates, quadruplicatas eius cerui: id triplicatum coruis. Heſiodi verſus (quos in operibus quæ extant, nuſquam reperio) hi ſunt, ἐννέα τοι κορώνης αἰζηοὶ λακέρυζα γεγῶσιν Ἀνδρῶν ἠβώντων (αὐξόντων) ἐλαφος δὲ τετρακόρωνος, Τρεῖς δ' ἐλάφου ἐπέρεξε κόρακα, αὐτὰρ ὁ φοίνιξ Ἐννέα τοὺς κόρακας. Hos verſus Heſiodi interpretatus videtur quiſquis fuit, cuius carmen inter reliquas Maronis appendices extat: eſtque huiuſmodi: Ter binos deciesque nouem ſuperexit in annos Iuſta ſenescentum quos implet vita virorum. Hos nouies ſuperat viuendo garrula cornix, Et quater egreditur cornicis ſecula cervus, Alipedem cervum ter vincit corvus: at illum Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales. Meminit Erasmus in prouerbio Cornicibus viuacior: Ariſtoteles (inquit) homine nullum aliud animal eſſe vinacius arbitratur, excepto vno elephanto. Vide plura in Cornice C. Ζώει δ' πάντ' ἐλαφος ὅσσ' ἐπὶ χθόνα βαίνει, αἰζηοῖσι δὲ Ἀνδρῶν ἠβώντων πεντάκορώνος, Oppianus. Vita ceruis in confeſſo longa, poſt centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat, adopertis iam cute in magna obeſitate, Plinius. Ad dignoſcendam viuacitatē Alexander Magnus torques plurimis ceruis innexuit, qui poſt annum centeſimum capti, nec dum ſenij indicium præferebant, Solinus. Apud Peucerinos (Peucetios potius dixerim) aiunt eſſe Dianæ templum, vbi dedicata deæ viſatur torques æneus (χαλκῆ ἔλικι) cum inſcriptione, Diomedes Dianæ: Fertur enim ille torquem cerui collo addidiſſe, circa quam aucta ſit caro, & cervus poſtea captus ab Agathocle rege Siciliæ in templo Iouis conſecratus, Ariſtoteles in Mirabilibus. Peucetia Italiæ regio eſt, alijs nominibus Calabria, Iapygia, & Meſſapia dicta. Ἔλιξ, ψέλιον, Varin. Meminit etiam Leonicenus in Varijs l. 92. Arcades aiunt Arceſilaum quendam in Lycoſura habitantem, vidiſſe ceruam ſacram Dominæ appellatæ (τὴν ἱερὰν τῆς καλουμένης δισσαίνης ἔλαφον) ſenio grauatam cui torques circa collum fuerit hoc verſu inſcriptus: Νεβρὸς ἐὼν ἑάλων τ' ἐς Ἴλιον ἱερὸν Ἀγαπήνωρ: hoc eſt, Hinnulus fui captus cum in Ilio eſſet, Agapenor, quo quidem teſtimonio confirmari poteſt ceruum etiam elephanto longe viuacius animal eſſe, Pauſanias in Arcadicis. Cervus in viuarijs complurib. annis ſuſtineri poteſt: nam diu iuuenis poſſidetur, quod æui longioris vitam ſortitus eſt, Columella.

Febrium morbos non ſentit hoc animal: quin & medetur huic timoti, (vt capite ſeptimo dicam,) Plinius. Patuit ceruos nunquam febreſcere, Solinus. Cerui ægri ramuſculos oleæ comedunt, & ſanantur, Ambroſius. Sed hoc remedium ad elephantos, non elaphos, id eſt ceruos, à veteribus referri video. Elephas oleæ flore vel oleo ſibi medetur, Aelianus. Et chamæleonte deuorato, oleaſtro ſibi medetur, Plinius. Eodem remedio contra idem venenum cervus etiam apud Plinium vtitur. Phalangium non minus cervis quàm hominibus pernicioſum exiſtit: à quo læſi celeriter pereunt, niſi ſylueſtrem hederam comedant: qua quidem adeſa, phalangij acerbitas nihil eis quicquam nocet. Gillius ex Aeliani Varijs: in quibus tamen nos legimus cervum à phalangijs ictum cancros edere. Quod cerui omnes viuos in capite vermes contineant, &c. ſuperius ex Ariſtotele & Plinio dixi. Nam quod veſpas & formicas eis innaſci Albertus ſcribit, falſum exiſtimo. Cerui in fuga inteſtino dolent, quod eis tam infirmum eſt (tenue & imbecille) vt ictu leui rumpatur intus cute adhuc integra, Ariſtot. & Plin. Cactus eſt genus ſpinæ, qua hinnuli ictus inutilia habebit oſſa ad tibias, Varinus. Cervum Galli dicunt froyer, id eſt prurire, cum caput eius ſcabie afficitur, & pellis ſeparatur. Quarto gradu calida ſunt napellus & oleandrum, quo cum occidantur cerui, Lollius.

C.

De prudentia & ingenio cerui non pauca iſ ante diximus, non repetenda, niſi admonendi forte gratia. Ferarum quadrupedum cerua maximè prudentia præſtare videtur, tū quia circa ſemitas parat, &c. tum quia hinnulum ducens

dus ens in ſtabula, aſſuefacit quò refugere debeat, &c. vt ſupra dictum eſt. Hinnulos tenellos adhuc abſconditi
ros ad curſum maturos aſſiduè exercet, & fruteta tranſilire docet, ne dum per loca fruticibus arbuſtiſq; con-
ſita currunt, cornibus hæreant & capiantur. Albertus. Cicures multis in locis Heluetiæ Germaniæ que cerui
publicè in foſſis cirgarum mœnia aluntur, vt cum libuerit magiſtratui habeant quod venentur. Ad vocantium ex al-
te voces accurrunt, maximè cum cibi præſertim panis deijciendi ſpe alliciuntur. Mithridates Ponticus cum ſom-
num caperet, ſui corporis cuſtodiam non modo ſatellitibus committebat: ſed & tauro, & equo, & ceruo, quos
manſuefactos habebat. Ii enim ad cuſtodiam eius dormientis aduigilantes, ſi quis accederet quod ex ipſa reſpira-
tione ſtatim percipiebant, illo mugitu, alter hinnitu, ceruus ſua propria voce, eum è ſomno excitabant, Aelia-
nus. Ptolomæus ſecundus, quem etiam Philadelphum appellant, cerui hinnulum munere accipit: quem cum
aleret, ſic ad Græcum ſermonem aſſuefecerat, vt loquentes intelligeret, cum tamen ante hunc ipſum creditum
eſſet ſolam Indorum linguam cervos percipere, Aelianus, & ex eo Cœlius 23 34. Cerui ingenioſi ac timidi ſunt,
Ariſtoteles. Et alibi, Ceruæ (melius cerui, vt vtrumq; ex ſexum communi prehendamus: quod Attici etiam in fœmi-
nino faciunt) timidæ ſunt: nam ſanguis earum fibras non continet, ideóque non ſpiſſatur, Ariſtot. Fruſtra
ceruis tanta naſcuntur cornua, cum eis in pugna non ſolum contra feras aut canes, ſed nec contra lepores quidem
vti audiant, Oppianus. Cerui timiditas cervos pro fugitiuis dici, & virum cerninum pro timido, in cauſa eſt, vt ex-
plicabimus capite octauo, parte prima: & vltima inter proverbia. Timidiſſimum animal eſt ceruus, lepus, oues,
quæ omnia pilum habent molliſſimum, Ariſtoteles in Phyſiog. Timidi ſunt homines quorum facies eſt carno-
ſa: item quorum collum eſt tenue & oblongum: & qui vocem ædunt acutam: nam eadem in ceruis ſimiliter re-
perias, ibidem. Ceruorum quidam audaciores ſunt, qui homines tranſeuntes per ſylvas inuadunt: alij fugiunt,
Albertus. Referunt cervos qui ſimplicia recta breuiáque, nec ramoſa cornua, ſed circa radicem tuberoſa ha-
beant, iracundiſſimos eſſe, Ant. Schnebergerus. Ceruus non inſcius dextrum ſuum cornu ſui magno hominib-
bus eſſe, hoc ipſum inuidis flagrans, ne tanto bono homines fruantur, in terram occultat, Aelianus. Sed hæc de
re plura dixi capite tertio. Miro natalis ſoli deſiderio tenentur, non Helle ſpontiaci ſolum, vt Aelianus prodidit:
ſed cerui omnes, vt audio, pulli locis vbi educati ſunt, & meliora quandoque paſcua nacti, ſemper ad priſtina re-
dire ſolent. Mas cum pinguerit, quod valde tempore fructuum fit, nuſquam apparet, ſed longè recedit, vt qui pon-
dere ſuæ corpulentiæ capite poſſe facilius ſentiat. Ariſtoteles & Plutarchus, vt ſupra etiam retuli cap. 3. contra
Gyllium qui fœminis parientibus hoc adſcribit. Latent etiam (vt ſupra dixi) cornibus amiſſis, vel tanquam in-
ermes ſe eſſe & imbecilles ſibi conſcij, vel pudore quòd arma decuſque ſuum amiſerint, Oppianus, Aelianus &
Simocatus. Abiecta cornua defodiunt, non quouis in loco, ſed in remotis & condenſis arbuſtis: præcipuè alte-
rum, ſiue dextrum, ſiue vt aliis placet ſiniſtrum, tanquam vi medica efficacius, quam hominibus inuideant. Apud
horum legimus ceruum ſuos dentes, qui exciderint, humo infodere quod quidē nō elaphi, cerui, ſed elephanti
eſt, vt in hiſtoria eius capite tertio dicam. Cauere etiam dicuntur, ne quando in vulnera, quæ acceperint recen-
tia, Solis radius incumbens priuſquam obducantur, carnem putrefaciat, Aelian. Fugiunt venenata: & ſi iacula ve-
neno infecta in loca eius conſueta emittantur, recedunt, Albert. Dictamnum ipſi prodiderunt, dum eo paſti ex-
cutiunt accepta tela, herbam quoque quam cynaren vocant, contra noxia edunt gramina, Solinus. Animal eſt
ſimplex & omnium rerum miraculo ſtupens: in tantum, vt equo aut bucula accedente propius, hominem iu-
xta venantem non cernant: aut ſi cernant, arcum ipſum ſagittasque mirentur, Plinius. Mulcentur ſiſtulis paſto-
ralibus & cantu. Plin. Paſtorum muſica ſæpe ita oblectari ferunt, vt interim negligant paſcua. Mirantur ſibilum ſiſtu-
larum, Solinus: Quamobrem ſibilo & cantu venantium capiuntur, vt ſequenti capite dicam. Matia tranant gre-
gatim nantes porrecto ordine, & capita imponentes præcedentium clunibus, vicibusque ad terga redeuntes: Hoc
maximè notatur à Cilicia Cyprum trajicientibus: nec vident terras, ſed in odore earum natant, Plinius. Si ma-
tia tranant, non aſpectu petunt littora, ſed olfactu: infirmos ponunt in vltimo, & laſſorum capita clunibus per
vices ſuſtinent. Solinus. More claſſis navium (Gyllius ex Oppiano) mare tranſnant, vnus ante cæteros natat, dux
ad tranſmittendum: hunc alter capite innitens tergo, inſequitur, & ſimiliter cæteri deinceps ſubſequuntur. Cum
autem primus prænatando defatigatur, ad extremum agmen recurrit, & caput in alterum inclinans, paulum à la-
bore recreatur. Secundus recens, defatigato ſuccedens anteit, atque alij omnes in aliorum vicem ſuccedentes,
duces efficiuntur: pedibus tanquam remis vtuntur, cornua excelſa tanquam vela ventis permittunt, Hæc Oppia-
nus. Idem ſcribit Io. Tzetzes Chiliade 3 cap. 121. In Amano, Libano & Carmelo, Syriæ montibus (inquit Aelia-
nus) cerui naſcuntur, qui cum in Cyprum tranſmittere volunt, gregatim ad littora perueniunt, ibique tandiu
ſecundos ventos præſtolantur, dum per præcatiſſimam quietem belle ſibi flare ſenſerint, tum fidenti animo ſeſe
trajicere mare ingreſſi, & ordine natant, & vero in antecedentium tergo ſubſequentes capita reponunt: ac ni-
mium dux idcirco retrocedit, quia non habet vbi nitatur, & poſt omnes clunibus proximi antegredientis ni-
tens, ex labore quietem ſedat, ſimul & extremum agmen ducit. In Cyprum ideo tranſnant, quòd paſtionum, quæ
illic amplißimæ eſſe dicuntur, deſiderio tenentur. Et profectò adeo feracem Cyprij ſe incolere regionem te-
ſtantur, de agrorum vt bonitate Aegyptijs non cōcedant. Eodem modo Epirotici cerui in Corcyram, quæ contra
Epirum eſt, mare tranſeunt, Aelianus. Manifeſta eſt negligentia illius qui Elegiam compoſuit, cuius initium eſt,
Ἠοὶ τῷ Φοίβῳ πλέει Δρέκανα θέοντα Ἠλυθμὸν καὶ ταχινὰ τέξα Φυγεῖν ἐλαφοι: Stue ea Delus ut, ſiue quæcunque (ἐδ'
ἐπὶ ἄλλοις ἐστὶν, ἐδ' ἐστὶν: lego εἰδ' ἄλλοις ἐστὶν, &c. hoc ſenſu, ſiue is author incertus eſt, ſiue quicunq; tandem.) Dicit
enim ceruas ex Coryclo iugo delapſas, à Cilicio littore in Curiada actæen tranare: & addit, Μυρίον ἀνέρων θαῦμα πε-
λώριόν ἐστιν, πῶς ἀνὰ βόλπον Χεῦμα δι' ἠεροειδὲς ἰθύμοιμοι ζεφύροιο. A Coryco enim in Curiada actæen circumnauigantes, nec
zephyrum, nec inſulam à dextras habent, nec tranſitum illū à ſiniſtris, Strabo non procul à fine lib. 15. Pugnantes
in paruis, victori vt domino obediunt, Albert: Et alibi, In pugna tempore libidinis victus omnino paret victori,
& ſequitur ipſum tanquam herum.

Amantur ab attagenis. Cervos cum lupis aggregari fabulantur in lucis Venerorum, ita illic manſuefiunt
feræ. Strabo lib. 6. Cervis quoque eſt ſua malignitas, quanquam placidiſſimo animalium: vigente vi canum,
vltro confugiunt ad homines, Plinius. Ab vrſo nonnunquam inuaduntur, Ariſtot. Thoes, id eſt lupi ceruarij
plures ſimul ceruum inuadunt laniantque: Nam vulneratum (ſagitta ſcilicet) effugientem perſequuntur:
ὁ δ' αἱμάσσων ὀϊστὸν Ῥηξηνὼρ ἀλοιῶν πίσυνος ὠκυπόροισιν, Ἄλλοτε ἐπ' ἀλλοίων ἰχνίων ἀλεγεινὸν ἄκρας. Οἱ δὲ μιν ἀμφιέπουσιν, &c. vt elegantiſſimus poëtarum Oppianus lib. 2. de piſcatione deſcribit in hiſtoria Animaliū pugnæ contra
delphinum. Idem alibi cervos à lyncibus infeſtari canit. Homeri verſus, quomodo thōes ſanciam inſequantur

ceruum.

ceruum, ex libro vndecimo Iliados, in Thoe post Lupum recitabo. Cerui amissis cornibus latent & pascuntur de nocte, quia lupos fugiunt, Vincentius Bellnac. Visa fugit Nymphe, veluti perterrita fuluum Cerua lupum, Ouidius metam. 11. Fugit ceruus cum arietem videt, Horus. Timent cerui gannitum vulpium, Albertus. Primo & secundo generi aquilarum, non minorum tantum quadrupedum rapina, sed etiam cum ceruis prælia. Multum pulueren volutatu collectum, insidens cornibus aquila excutit in oculos, pennis ora verberans, donec præcipitet in rupes Plinius. Elephantorum animam serpentes extrahit: ceruorum item vrit, Plinius. Et alibi, Ceruis est cum serpente pugna: inuestigant cauernas, nariumq; spiritu extrahunt renitentes. Serpentes hauriunt, & spiritu naium extrahunt de latebris cauernarum, Solinus. Exitio serpentibus esse ceruos nemo ignorat, & si quæ sunt extractas cauernis mandentes: Nec vero ipsi spirantesq; tantum aduersantur, sed membratim quoq;, fugantur nidore cornu ceruini & vratur: Pelles cerui substratæ securos præstant ab eo metu somnos, &c. Plinius. Mirifico quodam naturæ munere ceruus serpentem funditus vincit: neq; enim ipsum, tametsi hostis in latebram abditu, effugere potest. Etenim ille naribus suis in serpentis cauernam incumbēs, vehementissimè inspirat, & spiritu suo quasi amatorio quodam alliciens extrahit, inuitumq; profert, ac nimirum procumbentem illam mandere ingreditur. Quod hyeme facere maximè solet, Aelian. Videtur sanè Aelianus rationem qua ceruus serpentem è latibulo extrahit ignorasse, ideoq; philtro hanc vim comparasse: ac si ita à cerui spiritu traheretur, vt à magnete ferrum, à succino paleæ. Solet enim ad occultas huiusmodi causas hominum insciti confugere, nempe ad totius substantiæ proprietatem tanquam ad sacram imperitiæ anchoram. Quòd si eo tanquam philtro serpens allicitur, nō antipathia sed sympathia quędam inter cerui & serpentis naturam fuerit. Sympathiam appello tacitum quendā naturæ consensum, & veluti amorem mutuum. Atqui ipse Aelianus hostem cerui appellat serpentem, & alij authores, vt audiemus, omnes. Defendat aliquis spiritum saltem cerui gratum esse serpentibus siue caloris ratione, quo vt valdè egent propter naturæ suæ frigiditatem, ita vehemēter desiderant: siue alia quadam ignota, vnde hoc etiā eueniat, quod Plinius tradit, vt è summo cerui gutture (ex quo scilicet spiritus meat) vstis ossibus, serpentes congregari dicantur. Respondeo, Cum plurimę cerui partes serpentibus aduersentur, ita vt velauertant earum morsus (vt authores referunt, & nos partim quinto partim septimo cap. recitabimus) vel morsis iam læsisq; veneno singulari remedio sint: non verisimile esse quod Plinius de gutture vsto scribit, præsertim cum id neq; authoritate alia vlla, neq; experimento constet. Quamobrem non spiritum cerui, quatenus à Ceruo proficiscitur: sed cōunctum illi calorem, quatenus calor est, serpentes sequi concesserint: præsertim cum (vt Aelianus scribit) hyeme potissimum ita fieri contingat quo tempore etiam reliquæ animantes, somno id temporis & frigido veterno obnoxiæ (vt mures alpini apud nos) si incaluerint, moueri & interdum progredi solent. Calfieri autem latibulum serpentis spiritu tantum immisso potest, eo scilicet modo quo frigidas hyeme manus fouemus. Hinc fortassis Aelianus dixit, ceruum naribus admoris vehementissimè in serpentis cauernam inspirare. Simpliciter quidem inspiratio est, cum aer externus ab animante attrahitur expiratio vero, cum internus emittitur. Aelianus autem sentire videtur ceruum expirantem, id est emittentem halitum suum, illū inspirare, h oc est immittere in latibulum. Ego contrario modo serpentem trahi existimo, ceruo nimirum non emittente halitum, eoq; implente latibulum, sed potius aerem latibuli quantum potest exhauriente, vt respirationis fuctu eo euacuato serpens sequatur, non aliter quàm vinum aut alius liquor canali immisso, & aēre extracto: quo quidem modo etiam cucurbitulæ sanguinem hauriunt. Et sic propriè serpentem trahere, licet inuitum & renitentem, vt ipse Aelianus & alij scribunt superiore enim modo non inuitus sed sponte progrederetur serpens, gratum sibi calorem secutus, vt verno solet cum Solis calorem percepit. Rursus opponi potest, quòd Plinius inquit, cerui animam serpentes vrere: atqui extracto haustoq; aēre vri non possunt, halitu autem suo immisso & in latibulum continuo ductu inspirato possunt. Dicā non tanti apud me Plinij verba esse, quanta rei ipsius ratio certis argumentis considerata. Astipulatur opinioni meæ sine Oribasius siue alius author, cuius commentarios in Hippocratis aphorismos Io. Guinterius Andernacus primus nostro seculo in lucem dedit, is in libri primi aphorismum vicesimum nonum scribens, ad quæstionem qua ratione semen virigenitale ad fundum vsq; vteri perueniat, Sciendū (inquit) sic matricem illud exugere, quemadmodum ceruus ad oriticium cuniculi appositis naribus, inde extrahit serpentem. Qui Geoponica Græca collegit, lib. 19. cap. 5. Xenophontem testem adducit, quod ceruus spiritu suo (sic ipse verto) serpentem ceu ver igine affectam ad sese adducat & rapiat attrahēdo: vbi Græce sic legitur, [illegible] Cornarium qui hæc rectè conuerterat Andreas à Lacuna temere reprehendit, & ita reddenda fuisse ait, Exhaustus ceruus ac vulneribus exasperatus, suo spiritu serpentem obtenebrat, ad sese q; trahit: & in caligationibus seorsim subiectis, ἐπιμαίεσθαι, inquit, exhauriri exagitariq; est: ἐλκεσθαι autem exulcerari, nec non exasperari vulneribus: quæ quidē interpretationes tam ridiculæ hoc in locō sunt, vt refutare pigeat. Ἐπιμαίεσθαι quidem rectè exponit, sed nihil ad hunc locum, vbi ἐπιλαμβάνεσθαι per epsilon in secūda syllaba & omicron in tertia legitur, hoc est attrahere: non [illegible], vt ipse somniat, per α & ω. fefellit eum puto quod sequitur verbum καθέλκειν, quasi idem repetereretur. Cęterum ἐπιμαίεσθαι vel ἐπιμᾶσθαι, exhaurire quidem significat non ita tamen vt animal viribus exhauritur & destituitur, vel sanguinis sudorisq; fluxu, aut labore debilitatur: sed propriè aquam vel alium humorem alicunde, vt ex puteo, exhaurire, ἢ ἀνασπᾶν ἐμπαίοντα, id est loco extrahere, seu attrahere sursum: vsurpatur verò etiam de ijs quæ sine fune quouis modo sursum trahuntur: quod etsi multis testimonijs clarissimū facere possem, nolo hac in re esse prolixior: cui vacat & libet, adeat Varini dictionarium. Caue ne in serpentem incideris cum ex latebris cerui anhelitu extracta effugerit, tum enim propter iracundiā vehementius ei venenū est.

Ἔξαχα δὲ δολιχῆσιν ἀνωπήκεσι κοτύλῃσι
Τρηχαλέῃ, κάμασσιν ἐπὶ γλήνεσσιν ἔθεντο.
Νίδρηται δ' ἔσαν, αἵ τε μάλιστα θηήσαντο,
Συμβλήτην μυελοῖο καὶ ἐπιπροχέουσι κέαρος.

Nicander in Theriacis. Simili sanè modo arietes etiam marini phocas in subterraneis saxis conditas odorati, narium illecebra quadam aeri attrahunt, exhausto scilicet aēre inter se & vitulos intermedio, vt Aelianus scribit. Ceruus post esum serpentium in aqua se mergens, vtcunq, siti infestante non bibit tamen, hoc se periculo mortis facturum sciens: interim vero lachrymas emittit, quæ in lapidem bezahar dictum vertuntur, vt pluribus dicam capite septimo. Serpentes quidam ceruini dicuntur, similes nigris illis, qui in multis regionibus præcipuè Apulia notissimi sunt nec multum veneni habent, Monachi in Mesuen. Grammatici Græci elaphon, id est ceruum etiā inde appellatum volunt, quasi ἐλεφόν τι ἀπὸ τοῦ ἑλκειν σπάσθαι δὲ καὶ ἀναιρεῖν ἀπὸ τοῦ ὄφεως, quoniam serpentes naribus trahat & occidat: vel ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν ἀπὸ τῶν ὄφεων, hoc est à serpentibus abigendis: nam cum latent serpentes, cornu saxo

affricat, vnde odor excitatur eiusmodi, vt serpentes etiam è latibulis exigantur. Etymologus & Varinus. Mutuò inter se odio (vt Oppianus docet interprete Gyllio) omne serpentium ceruorumq; genus flagrat inexpiabili, serpentem ceruus longe lateq; inquirens, tandem in illius vestigia, longis flexionibus apparentia, iucundè peruenit, naribusq; ad cauernam admotis, ad pugnam pugnare nolentem ipsum attrahit. Serpens extracta, in altum tollit collum, & crepitu dentium horribilis est, & acerba sibila anhelat. Contrà ceruus ridenti similis cuelligio inaniter pugnantem & cerui collum & crura circumplicantem, in seuenta frusta lacerat. In Libycis similus magna vis serpentum, cerium (cum solus humi stratus iacet) vndiq; inuadit, & in eius pellem dentes configit, neq; ceruina vlla pars est, quæ non serpentibus circunfusa sit aliæ caput mordicus premunt aliæ collum & pectus, ventremque dilacerant, aliæ item veringq; circum latera versantes instant, nonnullæ crura, aliæ dorsum depascuntur, aliæ ex inguinibus pendent hostiliter infixæ. Hic omnibus doloribus refertus, primum fugere tentat, & rugit, & quoquouersum se versat, sed magna turba circumfessus, non potest elabi, sed tamen ore dilaniat infinitam & bellicosam gentem, & cornibus insequitur, (ἀπαλέζει, quod verbum etiam simpliciter perdere significat, ἀλαφήσειν, ἀπολεῖν, ἀπόλλυσθαι, ἀπολέσθαι, ἀπώλειαν, ἀπολλύναι, ἀπολλύειν, ἀπολλύμενον, ἀπολλύμενος, ἀπολλύμενα, ἀπολλύμενοι, ἀπολλύμενων, ἀπολλύμενοις

igetur, Albertus. Rasis tamen, à quo ille sua ex animalibus remedia transcripsit, sic habet: Si locus in quo cu-
fiunt, cornu ceruino & vnguibus capræ suffiatur, discedent. Cornu cerui facto incensu plurima insectorum
fugiunt, Aristoteles. Quin & ipsi cerui (testes sunt Etymologus & Varinus) vt serpentes è cauernis propel-
cornu ad proximum saxum attrito concalfactoq;, aërem nidore imbuunt, quo percepto illæ progrediuntur.
nu cerui & eius pinguedo suffita fugant venenosa, Gal. cap. 2. 143. Ex cornu cerui fiunt quædam ornamen-
morum, Blondus. Ceruina cornua, ligneo præsertim capiti inserta, parietibus diuitum & nobilium affigun-
um ornamenti gratia, tum vt vsum præbeant suspendendi à ramis quæ quis voluerit. Si in vasis è Ceruino cor-
ibamus edamusq;, & pocula cibiq; moram in illis contraxerint, venenorum plerunque haud tamen omnium
hebetabitur, Cardanus Cordis draconis pingue in pelle dorcadum neruis ceruinis adalligatum in lacerto,
ferre iudiciorum victoriæ magi promittunt: Primum spondylum aditus potestatum mulcere: Dentes eius il-
os pellibus caprearum ceruinis neruis, mites præstare dominos, potestatesq; exorabiles. Sed supereſt compo-
, quæ inuictos faciunt magorum mendacia: Cauda draconis & capite, pilis leonis è fronte & medulla eiusdē,
victoris spuma, canis vnguibus adalligatis ceruino corio, neruisq; cerui alternatis & dorcadis: Quæ arg. isse
minus refert, quàm contra serpentes remedia demonstrasse, quoniam hæc morborum venesicia sunt, Plin.

DE VENATIONE CERVI.

Cervus animal est simplex, & omnium rerum miraculo stupens in tantum, vt equo aut bucula accedente pro-
, hominem iuxta venantem non cernant: aut si cernant, arcum ipsum sagittasq; mirentur, Plinius. Stupent
nia, propterea facilius obuios se præbent sagittantibus, Solinus. Cerui sibilo (fistula pastorali, vt Plinius ver-
) & cantu venantiū capiuntur: mulcentur enim (κατακηλοῦνται, Gaza legit κατακηλεῦνται) alliciunturq; ea volu-
te: itaq; alter venantium cantat palam aut sibilat, alter clam ferit à tergo, vbi socius tempus iam esse significa-
Sed si cervus erectas auriculas teneat, acerrimè sentit: nec latēte insidiæ possunt: sin demissas, facile interimitur,
istot. Albertus hunc venationis modū fieri ait, cum aliquis folio sub ligna posito sibilat, imitando vocem hin-
li, ad quem sonum prodeat cervus, præcipuè verò capreolus, & reliqua vt Aristoteles. Si audierint cerui tibiam
quam fistulamq; concinnè sonantem, non fugiunt, sed expectantes capiuntur, videlicet suauitate Musicæ al-
cti, Xenophon in Geopon. Græcis. Hominem adulatione deceptum significantes Aegyptij ceruum pingebant
in tubicine: mulcetur enim cervus cantus modulamine, ac sic quodammodo oblitus sui capitur, Horus. In fun-
quem in Thusculano emit hic Varro à M. Pisone, vidisti ad buccinam inflatam certo tempore apros & capreas
muenire ad pabulum: Et paulò post, Ibi erat locus excelsus, vbi triclinio posito cœnabamus. Quintus Orphea
cari iussit: qui cum eo veniisset cum stola, & cithara, & cantare esset iussus, buccinam inflauit: vbi tanta circun-
axit nos cervorum, aprorum, & cæterarum quadrupedum multitudo, vt non minus formosum mihi visum sit
pectaculum, quam in Circo maximo ædilium nō sine Africanis bestijs cū fiunt venationes, Varro de re rust. 3. 13:
Tyrrhenorum sermone peruagatum est (Aeliani verbis vtor) apros, & ceruos apud eos cum retibus & canibus, vt
venandi sanè vsus ferre solet, tum multo maxime musicæ adiumento capi, quod quidem ipsum quemadmodum
fiat, iam porro dicam. Circumiectis retibus, & cæteris instrumentis accommodatus ad faciendas bestijs insidias,
collocatis, homo ad tibiam canendi bene peritus, quoad eius fieri potest, omnem cantus contentionem remittit,
relaxat, & quidlibet ad canendū suauc præclarè vsurpat. & sensim pedetentimq; progrediens in montium ver-
tices & conualles, atque, vt breui explicem, in omnia lustra ferarum, & cubilia, tibiæ cantu influit. Animirum
primo in eorum aures influentis soni insolentia ipsos exterret: deinde cum impotenti voluptate aures tenentur,
tum nullo negotio comprehenduntur, cantusque suauitate permulsi, & deliniti, in eorum quæ procreauerint &
domesticarum sedium obliuionem veniunt. Etiam si feræ bestiæ non à locis vbi versari assueuerunt, aberrare so-
lent. Sic igitur Tyrrhenæ bestiæ paulatim tanquam suadæ illecebra ducuntur, & quasi cantu perstrictæ, in la-
queos sese inserunt, quibus illaqueatæ comprehenduntur, Hactenus Aelianus. Ceruos (inquit Cælius) rubræ
pennæ aspectu terreri, nónne & Ausonius comprobat illis versibus? An cum fratre vagos dumeta per auia cer-
nos Circundas maculis, & multa in indagine pennæ? Id & Seneca significare videtur libro de clementia primo: Si
feras (inquit) linea & penna conclusas contineas, iubeasq; telis incessi, tentabunt fugam per ipsa quæ fugerant,
proculcabuntque formidinem, Sed & in Georgicis lib. 3. commeminit Vergilius vbi de ceruis agit, Puniceæue
agitant pauidos formidine pennæ. Et Ouidius Metamorph. libro 15. Nec formidatis ceruos includite pennis.
Quin & Lucanus, Sic dum pauidos formidine ceruos Claudat odoratæ metuentes aëra pennæ. Quòd autem
odoratas ait pennas, ad id referri potest, quod vstulari à plerisque solent, sicuti Insubribus est mos. Hoc ipsum
& Hieronymus innuit in Luciferiani & Orthodoxi dialogo. Et pauidorum more ceruorum, dum vanos pen-
narum cultatis volatus, fortissimis retibus implicamini, Hactenus Cælius. Meminit etiam Oppianus lib. 4. de
piscatione, vbi pelamydum capturam describit, quas funibus in mare demissis motisque piscatores terrent, & sic
adigunt in retia: similiter inquit, venatores in syluis aut montibus Εἶλον ἀναλκείδεα ἔλαφοι ἐναγρέι τέχνῃ, Μαιμήσῃ
στείνεσι καὶ ἀμφιλαφὲι ἤχέφωνι Θ'ηπήτορος ἀμφιτυθεὶς πάτου &c. Maximè timent cerui funem aliquem ex quo pen-
næ suspensæ sint, imaginantes nimirum ipsam pennæ agitationem: Quem sanè timorem ponunt, vbi homines
ipsis adstantes vident, Xenophon in Geoponicis. Vmbra metuitur ab infantibus, à feris rubens penna, Seneca.
Fugiunt latratu canum audito aura semper secunda, vt vestigia cum ipsis abeant, Plinius. Acceptis canum latrati-
bus secundo vento vias dirigunt, vt odor cum ipsis recedat, Solinus. Cōtrarium scribit Albertus. Agitati (inquit)
contra ventum currunt, vt ventus ab eis auferat voces canum. Capreæ ceruiq;, vt experimento sæpius probatum
illicum quasi flantem ventum petere currendo soleant (vt refrigerari spiritus cursu laborantes vento possint) ad
uentiflatum canes collocandi sunt Attrahi enim ita à vento cerui solent capreæq;, vt nolentibus quandoque ve-
natoribus fugam arripere adnitantur, Belisarius. Sed quòd secundo semper vento, non contrario fugiant cerui,
mox in Appendice etiā de venatione Budæi testimonio comprobabimus. Ceruis quoq; est sua malignitas, quan-
quam placidissimo animalium, vrgente vi canum, vltro confugiunt ad homines, Plinius. Ceruus in fuga si aquam
bibens intrauerit à lassitudine refocillatur, & ad cursum reparatur, Author obscurus. Hyeme extenuantur debi-
litanturque: vere vigent maximè ad cursum cum fugiunt, requiem inter currendum aliquam faciunt, consisten-
que; manent, dum qui insequitur, appropinquet, tum fugam iterum arripiunt: quod ideo facere videntur, quia
interiora laborant: intestinū enim tam tenue imbecilleq; habent, vt etiam si leuiter percusseris, possit rumpi, cute

adhuc integra, Aristot. In fuga semper acquiescunt stantesq; respiciunt: cum prope rebitum est, cursus fugæ præsidia repetentes. Hoc fit intestini dolore tam infirmi, victu seui rumpatur intus, Plinius. Pinguescunt celeritate supra modum, quamobrem nec currere quidem possunt: sed secundo aut tertio cursu capiuntur ab his, qui pedibus insectantur: fugiunt etiam in aquas propter æstum atq; anhelitum, Aristot. Agitatus ceruus magis fugit ad viri hominum publicas, quàm ad latibula, ne sua occulta prodantur, Albertus. Equi cæsijs oculis (κυανόπες, id est cæruleis oculis: & ποικίλοις, id est varijs vel maculosis pedibus) in venatu contra ceruos accommodatissimi, Gillius ex Oppiano. Forma canum quæ probetur ad venationem ceruorum, in Canum celerum historia ex Oppiano retuli. Canes Indici à Xenophonte aduersus hinnulos & ceruos probátur: atqui Indi ei ille Alexandro Magno donarus, ceruum, aprum & vrsum: tanquam indignas se feras contempsit: in solum verò leonem insurrexit. Vtrum Cane robusto dixi ex Aeliano.

Nunc ex Xenophontis de venatione libro, quæ ad hinnulorum & ceruorum venationem pertinent, Omnibono Leoniceno interprete, recitabo, mutaturus simul nõnulla quæ in translatione eius cum Græcis collata minus arident. Aduersus hinnulos & ceruos (inquit) canes Indicas esse oportet: sunt enim validæ, magnæ, veloces, nec pusillanimes: & cum tales sint, laborem facile tolerant. Tenellos igitur hinnulos verno tempore venabitur: tunc enim nascuntur. Primum igitur lucos (ἐρχάδες) ingressus venator contempletur, in quibus cerui plurimum conuersantur. Et ad locum vbi fuerint, cum canibus & iaculis ante lucem veniens, canes procul à sylua religet, ne si ceruam viderint latratus emittant. Ipse verò de specula prospiciet, & ceruas simul cum luce hinnulos ad locum ducere videbit, in quo suum quæq; fotura est, (ἐπὶ τὴν ἐυκοίτην, lego ἐυκόσιον id est ad quietem depositura.) Cæterum vbi recubuerint (κατακλιθῶσι, possit actiuè etiam exponi, vbi hinnulos cubare fecerit, vt idem κατακλίνειν quod ἐυκοιτίζειν esse dixit: sed Pollux 5. 11. Cerua, inquit, sese demittens, vel recumbens. ἑαυτὴν καταβάλλουσα. Iacta hinnulum: atqui nos obseruauimus hinnulos vel stantes vel in genua demissos à matribus etiam stantibus lactari: & lac præbuerint, ac ne ab vllo videantur circumspexerint, suum quæq; in opposita statione seruabit, (κατὰ τὸ ἀντίπρωρον, id est longius ab eo, sed rectà è regione recedens: Pollux non ceruam, sed ceruum genitorem longius recedere & custodire scribit, & accedentes impugnare: quod non fecisset puto, si κατὰ πρῶρα ἰοῦσαν apud Xenophontem actiuè accepisset: nunc cum in neutra significatione ponat, & ceruam cubantem faciat, non simul etiam in oppositum locum eam recedere dicere potuit, sed patri hoc tribuit, quod mihi minus placet. Aristoteles enim mares a fœminis extra tempus libidinis separari tradit: & notum est quod mares in quadrupedum genere nullam sobolis curam suscipiant.) Hæc vbi viderit venator, canes soluat: ipse vero sumptis iaculis ad primum hinnulum procedat, locorum memor vbi iacentem (ἰοῦσαν ἔνθα) vidit. Πελευσὶ δὲ ἀλιδῦσαι (forte ἀλισθῆναι) τῇ ὁδῷ, ἐγγὺς σχεδόν τι, ἢ forte εἴσω.) κατόψεσθαι ἔδοξαν εἶναι: id est, Longè enim alia apparet locorum facies, cum quis propius accesserit, quam qualis ex longinquo prius videbatur. Cum autem iam viderit hinnulum, accedat propius. Ille immotus iacebit, veluti terræ affixus, & se opprimi (ἀνιέσθαι) sinet valde rugiens: nisi cum fuerit imbre perfusus, (ἰφυσμένος: quidam ἰψυγμένος, id est refrigeratus legit: ego ephysménos, id est imbre madidus recte legi video) tunc enim haudquaquam manebit: siquidẽ humor in ipso (id est humiditas pluuialis in cute eius) rigebit frigore: (nam cutis humida facile friget, præsertim matutino tempore:) quod eum fugere cogit. Capietur autem à canibus cum labore insequentibus. Captum custodi retium tradat rugienti ille. Cerua partim videns, partim audiens, tenentem inuadet. (ὅπῃ ἀνιέντα τῷ ἔχοντι) vt ipsum eripiat. Tunc igitur canes hortetur, & iaculis vtatur. Hinc vbi obtinuerit, ad alios tendat, in quos simili venatione vtetur. Et iuniores quidem hinnuli hoc modo capientur: iam verò grandiusculi difficilius: nam cum matribus alijsq; ceruis pascuntur: quibus in medijs cum agitantur, fugiunt: sæpe inter primos, raro inter postremos & pro illis pugnantes ceruæ canes proterunt. Itaque non facile capi possunt, nisi quis inuadens subito dissipet, vt ex ipsis quispiam vnus destituatur: quod vbi coactis eis acciderit, hinnulum sequuti canes primo cursu superantur. Nam trepidum illum facit absentia ceruarum, & hinnulorum in ea ætate celeritas incomparabilis est. (Quasi dicat, Hinnuli iam grandiusculi, tum natura celerrimi sunt, tum auget celeritatẽ metus, quo soli relicti afficiuntur.) Secundo tamen tertióue flatim capientur. Corpora enim illorum cum adhuc tenera sint labori sufficere non possunt. Quinetiam tendiculæ (podostrabæ) ceruis ponuntur, in montibus, circa prata, secus fluenta, prope saltus, (νάπας:) in biuijs, (ἐν τριόδοις: significat autem diodos etiam simpliciter viam vel semitam:) in aruis, quocunque adierint. Tendiculas autem oportet ex smilace plicari, & deliberari (id est cortice spoliari) ne putrescant. Harum corona siue flexus (spira Omnibono) pulchre rotundus sit, & insertos habeat clauos ferreos ac ligneos alternatim, quibus plocamos (id est laqueus intra coronam: Pollux sic habet, ὁ πλόκαμος ὁ μέσος τῶν πλυγμῶν τῶν τοῦ στεφάνου: fortè autem idem fuerit πλόκαμος & βρόχος: & si Pollux plocamon nescio quam plicationem in ipsius plegmatis, id est coronæ parte media dicere videtur, vt non intra ipsam, sed in ipsa & pars ipsius sit: Et forsan ne ipse quidem Xenophontis sententiam assecutus est, nam cum verba eius transcribat, hoc (si loco aliter habet quàm in Xenophonte legatur:) implicetur. Debent autem ferrei claui robustiores esse, vt si laqueus cesserint, hi pedem premant. Cæterum laqueus funiculus, coronæ superponendus, & funis ipse e sparto contextus sit. nã sparti materia putredini minimè obnoxia est. Laqueus ipse funiculusq; validi sint. Lignum à fune pendeat, quernum aut ilignum, longitudine trium dodrantum, crassitudine palæstæ, id est palmi (Omnibonus vertit clauæ) cum cortice. Porrò tendiculæ ponendæ sunt aperta scrobe quinq; palmos profunda: ea superne rotunda sit, & coronis tendicularum æqualis: interius verò fundum versus magis magisq; in angustiam colligatur. Similiter funiculo & ligno scrobs aperienda est quanta vtriusq; (ἑκατέρου) conuenient. Hæc vbi fecerit, summã tendiculæ scrobem subiternans, (vt Omnibonus transfert: mihi obscurus videtur locus Græce sic legitur, ἐπὶ δὲ τοῦ στεφάνου τὸν πλόκαμον ἐπιβεβλημένον τὸν σκοτεινὸν.) Circa coronam autem laqueum funis, funemq; ipsum, & lignum deponat in suum vtrunq; locum, (scrobem:) postea coronę imponat atractylidis caules transuersos, (virgulas enodes, Omnibonus) qui non promineant foras. His folia minuta injiciat, quæ tunc anni tempus habebit. Postremo scrobem terra implebit, ea primum quæ ex superficie cũ fodere inciperet, ablata est: deinde terra firma procul inde sumpta, vtcunque quàm maxime occultus sit locus. Quòd supererit terræ, asportetur longè à tendicula. Quia si recenter mota terræ odorem ceruas senserit, sentit autem subitò, auertetur. Porrò ceruas montanas venator cũ canibus in aurora potissimum, quanquam & reliquo die, obseruabit: campestres verò diluculo tantum. Nam in montibus nõ noctu solum capiuntur, sed etiam interdiu propter solitudinem: In agris autem nocte tantum: nam in die homines metuunt. Postquam igitur tendiculam abstractam (ἀνεσταμμένην, resupinatam Omnibonus: quid si ἀνεστραμμένην legas?) inuenerit, solutis canibus transcurrat, ligni tractum, quocunq; ferat, obseruans. Erit enim plerunq; nõ in-

quæ pennotis lapidibus, & limite in agris ducto, via manifesta erit. Quòd si per aspera loca feratur, raptu[s] quo cortex lapidibus hærebit, & sic facilior erit persecutio. Iam si pede vinctus fuerit anteriore, cito capietur: [illud] inter currendum corpus totum & ora feret, Sin posteriore, lignum quod trahitur vniuersum corpus tenebit. Plerunq; etiam inter stipites & arbusta diuaricata retento hæret ligno: & nisi funiculum abruperit, illic deprehenditur. Quod si mas fuerit, siue ita captus, siue labore victus, non est cominus adeundum: nam cornibus & pedibus eminus igitur iaculis vtendum. Hactenus Xenophon. His libet etiam Pollucis eadē de re, venatione dico per podostraben seu pedicam, verba adijcere, quæ libro Onomastici eius quinto cap. 4. hoc modo reddimus: Podagria dicta (ποδάγρα vel alias πέδαγρα, genus laquei exponitur apud Varinum, quam scriptionem præponitur cernis, & apris interdum: potest autem etiam podostrabe vocari. Circulus est ex ligno smilacis (helicteo, Cælius est enim smilax hederæ genus sed arbor quoq; taxus Latinis dicta, Græcis vocatur smilax.) Is circulus stephane, id est corona dicitur. & ferreis ligneisq; clauis alternatim infixis intercipitur. In medio huius plexos (id est laqueus) nectitur, vt animal pede calcans & illabens in scrobem, podostrabe euersa laqueo [illud] ἀμφίβληστρον, id est alteri laqueo, quod non placet:) arte ad hoc ipsum facto detineatur. Deponitur autem podostrabe in scrobem. Cæterum laqueo circa coronam, funis quidam annectitur, quem Græci σειρὰν vel σειραῖον (apud Xenophontem legimus σειρίον) vel ἀμφίδρομον vocant: is è sparto contextus & solidus est. Ab hoc lignum pendet, in alia scrobe vicina obrutum: vt cum fera in foueam pede illapsa, podostraben ad se conuerterit, funem cum ligno secum trahere cogatur, & ita impediatur ad cursum, maximè si prioribus pedibus detineatur. Poterit autē venator sequi, si vestigia & tractum ligni obseruet, quæ in terra molli facilius notantur: Sin aspera & salebrosa fuerit, lignum (corticis, Xenophon) ramenta passim ex tractu attrituq; relicta, viam sequendi ostendēt. Est quando lignum quia densis retentum fruticibus aut arbustis, vel inæqualiter prominentibus saxis, feram sistit. Scrobem allata vndā terra, aut herbis foliisue tegere oportet: recentem verò terram nuper è scrobe effossam, procul auferre, ne recens commotam terrā fera odorata (τὸ ζῷον θερόμενον, lego ἀθρόαν ἀμβλύνον ex Xenophonte) deformidet, Hactenus Pollux. Et quanquam pleraq; omnia ex Xenophonte transcripserit, nonnihil lucis tamen ad rei intellectum afferre videtur, nimium alioquin obscura mihi meiq; similibus, qui venationibus nunquam interfuimus. Ἀμφίβληστρα, funiculi, Suidas & Varinus. Ἀμφιβολία, venatio cum funibus, Idem & Suidas. Ἀμφιβολίζειν cum funibus (laqueis) venari, Idem & Hesychius, & Suidas. Καὶ πολλὰς ἔστησε τέχνας περιφυσίνης ἠερόφωτ' ἀμφιβολίνης, Suidas ex epigrammate, id est, funes vel neruo purpureo multas emisit sagittas. Podagra instrumentum venatorum: hinc illud apud Suidam, [illegible] ποδάγραις, τοῖς πλέκτοις, id est, Scrobibus effossis laqueos immisit hostibus capiendis quā feris. Podostrabas appellant machinas quasdam, siue laqueos, vt feræ pedibus inhærentes capiantur: vtuntur hac voce Hyperides & Xenophon, Suidas & Varinus. Est & instrumētum medicorum, quo artus luxati & pertorti restituūtur, Pollux & Varinus. Est deniq; lignum in carceribus, alio nomine podocacce dictū, & cippus Latinis, in quo pedes sontium includebantur, Suidas: hinc illud eodem citante. Ὥς τε πεδοστρώβοις πολὺν ὑπὸ θῆρες ἔκειρε, Latini pedicas vocant laqueos, quibus pedes illigantur, nō auium solum, sed etiam quadrupedum. Virgilius Georg. 1. *Tuque grauibus pedicas & retia ponere cernis.* Liuius 1. belli Pun. Vt pleraq; velut pedica capta pedes irrerent indurata & alta concreta glacie: loquitur autem de iumentis. Non omittendi sunt etiam Gratij de pedicis versus isti: *Nam fuit & laqueis aliquis curraclbus vsus.*

Cernuo iussere magis contexere nervo.
Quis quidem tantis ligno velare clausit
Sepe habet imprudens alienæ præda laboris?
Fraus regat (fortè teget) insidias habitu mentis & ferino.
Venator pedicas cum dissimulantibus armis.

Tendicula, laqueus quo aues & feræ decipiuntur. Fuma aucupia verborum & literarum tendiculas in inuidiam vocant, Cicero pro Cecinna. Cerui capiuntur subterraneis foueis, reticulis, & alijs venationum instrumentis, verum etiam præcipuè canibus. Belisarius. Capiuntur cerui, inquit Xenophon, etiam sine tendiculis, cum agitantur æstate. Nam valde defatigantur, vt stantes iaculis confodiantur. In mare etiam si detineri se viderint, & aquas tanquam omnis alius consilij inopes, insiliunt: est quando deficiente anhelitu concidunt. Ἀποκναίσαντες δὲ αὐτοὺς σφόδρα ἐπὶ τὰ ὕδατα ἐμβάλλουσιν ἑαυτοὺς ὡς ἀπορίᾳ πάσης ἄλλης σωτηρίας χρώμενοι· ἐνίοτε δὲ καὶ ἐκλείπουσιν ἐν τῷ πόνῳ. Ego verbum ἐχμάζειν nusquam reperio: conijcio autem legendum ἐχμάσαι. Varinus ἐχμάζειν exponit, equum vel freno iniecto, vel sub curru ducere, (insidentem nimirum ipsi vel currui:) significat etiam in pugna vincere, ἐπὶ τῷ ἀχμῇ. Magnus sanè celerum equorum vsus est, vt cerui in retia adigantur. Ὀχμάσαι, ἐφέλξαι, ἀνασπάσαι, Etymologus. Cerui, lepores, & vulpes capiuntur eo genere retis quod barbari atolum vocāt, Innominatus. De pinnatis (id est retibus quibus pennæ imponuntur, quas cernos metuere supra diximus) lege Gratium poëtam. Cerui, inquit Blondus, tensis retibus comprehenduntur: Molossis etiam canibus ac Teucris (Turcicis) immissis dilacerantur. In latis campis aut pratis, frustra eos insequuntur canes, celeritate longè inferiores: aliquando fluuios etiam & maria tranantes elabuntur. Quamobrem venatori curæ erit vt in nemora saltusque eos impellat: vbi mares cornibus impediti capiūtur. Cernos venaturi, inquirant eos circa syluas, solēt enim (si in locis reperiri, vbi & aliæ quædam feræ sunt. Sæpe triti apparent ex sylua vna in alteram vestigijs eorum calles. (Plerunq; enim iisdem vijs angustis ire & redire solent, vt facile tritæ apparcant, vt obseruauimus in fossis ciuitatum.) Iuxta vineas versari gaudent item locis apricis, vbi & mares & fœminæ libidinis tempore conueniunt. Alijs verò temporibus marem alijs in locis quæres, alijs fœminam. Mas cum pascua relinquit, ad syluam rectà & celeriter se recipit: quam vbi attigerit, non ingreditur: neque enim confecti arboribus loci commodè cum reciperent propter patulera ramosaq; cornua. Proinde ad alterum syluæ latus salit, & in subsyluana arbusta progressus, manet. Idem frequentius calles angustos sequitur Fœmina verò cum à pascuis discedit, rectà in syluam pergit, & densiora sequitur loca, ab vno ad alterum progrediens, donec in condenso aliquo tandem remaneat, Author innominatus. Circa Romanos agros inq; syluis suburbanis, insidiatores noctu ad lumen Lunæ, iaculis vel machina ferrea igni crepitante transfigunt capreas, cernos, vrsos, & apros, Blondus. Apud Celtas aiunt pharmacum (id est herbam venenosam, vel confectum ex eius succo venenum: nam & aconitum pardalianches in Armenia nascentem herbam venenosam, simpliciter pharmacon appellat) esse: quod Xenicum ab ipsis appelletur, mira corrumpendi celeritate. Quamobrem venatores cum cernum aut aliam feram tinctis eo sagittis percusserint, mox accurrere & carnem circa vulnus excindere, ne venenum subeat. Eo enim infectum corpus putresceret, & in cibo venenosum esset, &c. Aristoteles in Mirabilibus. Nos in Lupi historia de aconito dicturi, Xenicum docebimus primum aconiti genus esse, quod Galli alpini hodie toram vocitant. Licebit etiam toxicum hoc venenum appellare: cò quod

τοξον, id est sagittæ (per synecdochen) eo inficiuntur: quanquam alterius toxici è viperarum sanguine apud Scythas conficiendi Aristoteles eodem in libro meminit. Toxicum ex herba apio simili (ranunculi genus est, à quo ritus Sardonius dictus) Hiispanis in vsu fuisse, author est Strabo lib. 3. Plinius toxico nomen ab arbore taxo factum putat: quod non placet, etiamsi taxo venenum inesse sciam: Quin contra potius taxum ἀπὸ τοῦ τοξου, id est, ab arcubus dictam crediderim qui ex hac materia optimi fiunt. Quem in vsum in montibus nostris cæsa ad Britannos vsque asportator. Limeum herba appellatur à Gallis, qua sagittas in venatu tinguunt, quod venenum ceruarium vocant Plinius: Idem videtur quod Aristotelis Xenicum, & forte ita legendum erat. Nam cur limeum dicatur, ratio nulla se offert, xenicum vero tanquam arsenicum ab eadem veneni vi dictum aliquis coniecerit. Arsenicum quidem Hebraicæ originis vox videtur: similes enim voces pro veneno simpliciter in Lexico Munsteri trilingui inuenio. Missy Xenicon apud Aeginetam & Galenum de comp. sec. locos, interpretes aliquando relinquunt, aliquando peregrinum vertunt. Tossi quasi toxicum apud alpinos quosdam Gallos vocatur, si rectè memini, ea herba quam in Boue consiliginem esse docui. In Arabica fere omnium medicorum libris toxicum venenum sagittæ Armenæ nomine appellari obseruauimus: haud scio quam ob causam, nisi quod in Aristotelis Mirabilibus legi, in Armenia pardalion dictum venenum nasci, &c. Est autem id non aliud quàm primum aconiti genus, pardalianches Dioscoridi dictum, quod hodie quidam alpium incolæ (vt dixi) toram vocant, coq; sagittas inficiunt. Toxicum quidem apud Græcos medicos, non quoduis quo sagittis tingendis venenum diuersę gentes vtebantur significat, sed vnum aliquod certumq; genus, vnde fit vt certa etiam remedia aduersus ipsum describant, quod rectè fieri non posset nisi vnum & certum aliquod venenum intelligerent: quod quale fuerit à nemine explicatur: siue quoniam vulgo notum esset, quod mihi non sit verisimile: siue potius quoniam ignorabant, vt quod ex alienis regionibus, Gallia & Armenia afferretur, vnde etiam xenicum forsitan quasi peregrinum, appellari potuit. Neq; enim aliud Dioscorides & alij de toxico quid sit scribunt, nisi barbaros (id est externas gentes) sagittas eo tingere. Siue igitur toxicum herba est, siue ex herbæ succo paratum venenum, toram vulgo dictam esse crediderim, & Aristotelis Xenicum, & limeum (si rectè legitur) Plinij. Aduersus xenicū Celtarum (inquit Aristoteles) antipharmacum repertum esse aiunt, orticem quercus: (eiusdem, vel fagi, vel ilicis corticem Dioscorides cōtra toxicum commendat:) Alij aliud quoddam folium (forte pentaphyllon, id est quinquefolium, vt Dioscorides habet:) quod Celtæ coracion vocant (alludit ad coracion aliquo modo vocabulum tora, cuius antipharmacum hodie antoram, quasi antitoram, appellant, &c.) Aconito vim esse septicam, id est putrefaciendi vel exedendi, omnibus constantem eandem & xenico tribuit Aristoteles. Quanquā & reliqua omnia toxica, septica esse probabile est. Aconiti genus quod apud nos nascitur, os & fauces inflammare ipse meo periculo didici. Nam cum imprudens aliquando eius radicem gustassem, non deglutiuissem tamen, magnum paulò post seruorem percepi, non continuum sed inæqualem, tanquam mordentibus formicis. Os autem & linguam inflammari à toxico quoq; Dioscorides prodit. Sed hæc coniecturæ sunt nostræ plura de his venenorum nominibus, in Lupi historia, vt promisi, dicentur. Ferę pecudes, vt capreoli damæq;, nec minus orygum ceruorumque genera, modo lautitijs & voluptatibus dominorum seruiunt: modo quæstui ac reditibus, Columella 9. 1. vbi agit de viuarijs faciendis. In leporario, inquit Varro, non solum lepores includuntur sylua, vt olim, in iugero agelli, sed etiam cerui aut capreæ in iugeribus multis. Pisces quidam nigri venenati in Armenia reperiuntur: horum farina ficus conspersas in ea loca quæ maximè abundant feris disseminant. Bestiæ primum vt eas attigerunt, statim moriuntur: atq; ea fraude apri, cerui, &c. necantur: nam eiusmodi animalia ficuum & farinarum auidissima sunt Aelianus. Scythis & Sarmatis venationes sunt, inter paludes quidem ceruorum aprorumq;, in campis autem onagrorum & caprearum, Strabo lib. 17.

APPENDIX DE VENATIONE CERVI.

Ea quæ doctissimus vir Guilielmus Budæus secundo de Philologia libro de venatione ceruorum elegantissimè scripsit, cum reperirem Dictionario Gallicolatino Roberti Stephani, viri de omnibus bonis literis optimè meriti, in calce adiuncta, omnino digna existimaui quæ nostro huic operi corollarij instar seorsim accederent, adiectis præterea, vt illic reperi, vocibus & phrasibus Gallicis, quas parentheseos signis passim inclusi. Ea igitur huiusmodi sunt.

Fera fugax, fallax, lubrica, longis anfractibus interdum frustratur venatorem. Mæandros fugæ implicare insignes cerui solent, quū illud Dianæ latrabile satellitium truciq; rictu terribile eos è vestigio sequitur. Vestigatores artis venatoriæ callentissimi, Molossos, echemythos (limiers qui ne parlent point) quasiq; canes Pythagoreos meminū segunt moderanturq; & imperitant eorum auiditati. Quorum sit prudētia, vt fera indagationis orbe in lustro suo (en son giste) circumuenta, canibus excursoribus (chiens courans) improuiso obijciatur, qui recentia persiliunt & odorata vestigia fugitantis, ijque pertinaciter instent. Moris est egregijs venatoribus, non gregarium cornum, non quemlibet etiam soliuagum venari. Quin solenne est ipsis, non minorem ad cursum eligere, quam qui iuuenis proceritatis esse videatur. Id autem non aspectu modo cerui, sed plerunq; ceruinis vestigijs, excrementorumq; stercusculis (les fumees) iudicat: quæ inuenta venatores diligenter colligere solent, atque intra cornu venaticum (la trompe) condere. Sunt & magnitudinis indicia: affrictus ad arborum stipites, qui conspicui sæpe sunt intra fines stabulationis eius: tum cubilis inuenti amplitudo & substramenti laxitas vbi interquieuerit. Hæc enim & alia renunciari in concilio venatico (a l'assemblee) à vestigatoribus solent: quos reges habent, vel principes instrumenti venatorij atq; ministerij, eorumq; arbitratu, concilio soluendi dimisso, venatum committere solent: quod sermone peculiari dicitur, ceruum aut feram cuiusuis generis canibus permittere. (liurer aux chiens:) & copulas canum quasiq; iuga soluere, (descoupler les chiens.) Venatus indagine circumdata, præmissis. In ipsa ferarū exagitatione, omnia venatoris munera exequi, pernici cursu venatus spatia permetiendo: contraq; cerui vafri & exercitati (cer fruze) strophas, venatorias antistrophas ex tempore comminiscendo; per saltuosa loca, per densa, præcupta, spinis oblita, manus ori in cursu oculisq; prætendere: interim per stationes dispositas ex equo exanimato, recentem in alterum (cheuaux de relais) atq; in alium nonnunquam assilire. Ego interea tutus carbaseum septum (les toiles) curriculo ambibam in equo sedens: capiteq; supra carbasa eminens; certamen ipsum arbitrabar oculis, atq; sine discrimine circumspectabam. Ceruus grandis (grand cerf) vocatur is demum qui decem corniculis quod minimum sit, insignitus est. Hunc ego (ait Budæus) eximium voco & decumanum: non quasi denarium, sed tanquam eminentem & egregium. Eiusmodi ceruus sæpe comitatus incedit: vno minore ceruo, qui nondum tutelæ suæ factus sit, quem vos armigerum cervis vocatis (l'escuyer du grand cerf) ego etiam

etiam optionem (optio & antea accensus vocabatur, quem decurio aut centurio rerũ ministrum sibi optabat, & e Festus) decumanum, & comitem, & parasitũ, atq; emissarium vocari posse credo. Qui cerui ætate adhuc sunt gregarij: licet soluagi sint, indigni tamen venatu iudicantur, quasi nondum annos ætatis impleuerint curriculares: ceruiculi à venatoribus appellantur. Mediocrem ceruum venatores cum significare volunt, aiunt ceruum esse venabilem, venabili magnitudine, venatui iam adultum, sed veluti tyronem & nouitium. His enim verbis vtuntur indagatores, quum indagationem antelucanam & matutinam renunciant in conuentu saltuenti, significant fore ceruum quasi subdecumanum. Conuentus sub dio celebratur, ibiq; cœtum omnem stratum per herbam, in libadijsq; foliosis discumbentem, ac toris viridantibus, epulari moris est circa mensam Principis: Consilia etiã agitari, quem potissimum ceruum venandum suscipiant ex ijs qui digni venatu esse renunciati sunt. Diuersæ prouinciæ mandari indagatoribus solent, ita vt quisq; suam obeat, in alienam pedem non inferat indagandi gratia: cui in ea quid obturbet, neu pro potestate faciat. Indagator vestigijs cerui inflat, aut solcatis (la forme du pied) si locus vliginosus est, vel pluuiæ anteceſſerunt: aut odoratis arente solo ad quæ sequenda Molosso vestigatore (le limier) vtitur, atq; eò vsq; persequitur quoad decumanum recubuisse in proximo certis signis exploraverit. (Vestigia cerui Galli vocant erres vbi verò forma pedis non apparet, vt fit vbi vel nimiæ herbæ crescunt, vel nullæ, sed locus aridus ac durus est, aut folia impediunt, aut aliud quiddam, foulees du cerf appellant.) Verum ne ille forte assis, aut accessu indagantis propinquiore, aut Molossi fremitu, aut panico (vt fit interdum) territus, inde excesserit: (tametsi enim ciuscemodi canes insigniter auritã, generis sint Harpocratici, chiens muets:) tamen quũ propius accesserè nescio quid præ feruore obloqui atque gannire plerunq; solent, malisq; increpitare:) Neglitur ceruus huiuscemodi aliquo casu aut culpa, è cubili matutino prosilierit, indeq; longius abierit, solennis est cautio: indagine latiore cubilis locum circumscribere: Molossum numella (collier) regentem & compescentem, necinde discedere, donec exploratum habeat, feram intra spatium à se circinatum iacere. Gyro claudere ceruum vocant, & ibidem sistere. Rex Franciscus, huius nominis primus, hanc propemodum formulam venatici processus instituerat. Quum post renunciationem circuitorum, de concilij sententia decumanum vnum aut alterum, ad eius diei spectaculum delegisset (nam interdum pomeridianam etiam venationem matutinæ addere solebat, quum succenturiatas copias canum haberet, geminumq; instrumentum (double esquipage) conuentus soluebatur: ad vadimonij locum ibatur. Molossus rursus e loco numellæ (la longe ou laisse du collier) cubilis indicium faciebat. Feram inde impetu facto excitabat, quod vulgo lancinare dicitur (lancer le cerf.) Tum decuriæ canum leuis excursus (chiens courans) soluebantur: buccinis (trompes) signum venatus commissi dabatur, & canquam bellicum canebatur ad canes exhilarandos (pour resbaudir les chiens) & acuendos. Subsidiariæ canum decuriæ ad locos destinatos dimittebantur, quæ fessis succederent, si resita ferret: & aliæ rursus ad pomeridianum missum asseruabantur integræ. Decumanus ipse ceruus canibus excursoribus, equis celeribus, buccinarum clangore, venatorum clamore, concentu allatrantium canum vrgebatur. Quòd si casu aliquo eueniebat, vt ante venatus auspicatum indagator non liquere renunciaret: certamen in posterum diem reijciebatur, aut ceruus comperendinabatur. Nam vt diutius spectaculo eximeretur & certamini, rarissimè contingebat. Sin cœli intemperie, aut antiquioris curæ auocamentis eueniebat: velut reus amplius primo quoq; die venatico ad cursum repetebatur impetu atroci & pernicaci. Illud verò præcipua admiratione dignũ est, quod is exinanitus ceruus, quem venationi destinatum, canibus peritis magistri semel exagitandum dederunt, ita in prædam illis obiectus est, vt interdictum sibi esse omnibus alijs intelligant. In multiplicia autem sæpe vestigia medijs in saltibus vt incurrane necesse est præsertim in quibus feri greges sacrosancti sunt legum regiarum sanctionibus, quas aquarias saltuarias q; dicimus, (Par les ordonnances sur le faict des eaues et forestz.) In auspicando venatu nonnunquam nos admittitur, & ab ipsis statim quasi carceribus perperam cursus instituitur, si impostura fiat canibus: quam huiusmodi esse frequenterq; accidere constat. Insignis ille ceruus ætate & vsu veterator (cerf ruzè) solet satelliti-

tem suum ceruum, nunc pedissequum, nunc antecambulonem habere, quem armigerum dicunt. (l'escuyer du cerf) quasi grandi ceruo subseruientem. Hunc ille insignis in cubili secum deprehensum & repente emicantem, interdum canum cœcæ auiditati obijcit, veluti victimam venatrici deæ pro se succidaneam, præligia quadam sese oculis eorum naribusq; subducens. Verum hoc illi ò animaduertere experientis est venatoris, præcipitisq; canum impetus errorem compescere, & fallaciam cerui irritã solertia sua facere. Id frangere canes appellãt (rompre les chiens) quod significat cursum illum male cœptum sistere. Agmine igitur retro per statorem illum venatorem inhibito, quod clamoso, crebro, castigabundo vociferatu fieri solet) instauratiua indagatione opus est, & cane rursus numellario (le limier) vt agmen excursorium in vestigium maioris cornigeri reponatur. Qua denuo arrepta, decumanus ille corniger præcipiti primum fuga, deinde ludificante rapitur, loquaci canum agmine certatim eum vrgente, clangenteq; comitatu, quoad diuturno cursu fractus atque exanimatus, tandem ab vniuerso Dianæ satellitio circumuenitur, minaciter mordicusq; patitur qui exitus est clausulaq; ludicri.

Veteratorem ceruum versutumq; vulgus vocat, qui multa & exquisita perfugia atrocis supplicij nouit, vitæq; præsidia. At proceres maiorum (vt ita dicam) gentium exercitores ferarũ, non vt alij, planum & vafrum ceruum, sed cordatum & prudentem vocant (cerf sage) ob incredibilẽ eius animantis solertiam, qua à natura munita est, præter volucrem celeritatem & corniculare propugnaculum. Solere ceruos aiunt simul vt senserunt rem sibi esse cũ allectis, infestis simul & sagacibus, primum alios alioq; fugę lapsus & gyros agglomerare: deinde si portò vrgeantur, fabula cernarum, popularium q; ceruorum diuersoria petere: ibiq; intra turbam promiscuam, quasi intra nebulam erroris canini sese condere. Interdũ gregarios aliquot inde abigere, atq; ad aliquantum spatij permixtum vestigia facere, ad negotium canibus exhibendum. Quum autem aliquanti sper hac ratione contechnati sunt, ab illorum comitatu repente se subducentes, per tramitem deuium longiuscule abscedunt, deinde interlisient: vt interim canes vestigia cẽruulorum aut ceruarum excipientes, diuersi ab eis auferantur. Quum hæc stropharum commenta, canum experientissimorum vis odorandi vicerit, circumspicientia vtiq; venatorũ adiutamenta ad alia denuo se vertunt subsidia salutis: cuiusmodi sunt, per fua quadantenus recurrere vestigia: deinde spiras fugæ intorquere multipliciter & varie, & quam fieri potest perplexissimè: tum raptim longius procurrere: quæ omnia comminiscuntur aduersus solertem canum sagacitatẽ. Itaq; interim dum canes intẽti sunt deducẽdis elapsibus & exquirendis, quia ab ipsis ceruis glomerati sunt, spatia magna illi permetiuntur. quũ interea buccinarũ hortamẽta, cursitantium canum hiantẽ acuant auiditatẽ. Solent cerui plerunq; secundo vento ferri: treis (vt perhibent) ob causas. Principio, quum aduerso vento feruntur, ventus ori & naribus irrumpens, fauces eorum vehemẽter are-

facit,animæq; ductum inhibet. Deinde secundo vento cedentes, quum canum vocem facile excipiunt, ex eaque colligunt,propiuqui an remoti sint:tum verò olfactum sui sequaci turbæ adimunt. (De hac cerui vento secundo fuga,dixi etiam superius ex alijs authoribus.) Inter exempla huius animalis, vltima perfugia exquisitaque experientis hæc sunt commemoratu digna: Visum esse ceruum in armentum bubulum irrumpere:insilientemque in bouem, primoribus cruribus armisque complexum, ad longiusculum spatium velut equo vehentem, postremis tantum vngulis terram stringere:vt odorem sui canibus,quoad fieri posset,exilem incertumq; relinqueret.

Ludouico rege huius nominis XII. venatoriæ turmæ decurio,qui venator maximus appellatur (le grand veneur) ad duodecimum ab vrbe lapidem venabatur, viro Præsidi ad spectaculum gratificans, qui Budæum comitem secum amicitiæ causa eò duxerat. Ibi cum mentio huiuscemodi mirificentiarum ceruinarum incidisset, hoc affirmabat. Me (inquiebat) pridem venante ceruum quendam ab ætate & experientia vafrum, euenit feruente venatu & longè iam progresso,fugitiuus vt ille non compareret: & tamen canes nec vlera procedere vellent, nec in sua vestigia redire.Ibi omnes stupere,circumspicere,inter se aspicere,lapidem (quod dicitur) omnem venatores & magistri mouere. Res erat miraculi plena, & Apollonianæ præstigiæ similis, quasi sublimis fera alipes abijsset:aut terra discedente,rursumq; coeunte, non compareret:aut oculos nostros canumque perstrinxisset. Tandem omnia (vt sit in tali casu) à nobis perlustrando, deprehensus est planus ille cornipes in furto sui manifesto atq; memorabili. Alba ibidem erat spina enata in loco denso atq; opaco,quæ ad magnitudinem arboream excreuerat. In eam ceruus dolis solennibus consumptis,saltu se coniecerat. Stabat autem ille sublimis, ramis fruticis ipso saltu diuaricatis:sic interceptus,inde vt desilire non posset,siue erat forte exanimatus:Ibi enim quasi compeditus imbellisque confectus est. Atqui vt omnia ludificator ille ceruus faciat,& velut alter Proteus omnes sese in facies vertat,nisi solum quoq; noctu verterit, postridie latrabiles illas manus aeresimas auribusq; insignitos, minimè ad extremum eluctabitur: non si anhelus & æstuans in amnem se coniecerit, vndisq; secundis vehendum se dederit:quod sæpe refrigerandi causa facit:non si amnem traiecerit,vt canum cursum intercidat:non si incitatiore cursu diurnoq; profligatus,animum iam despondens, vndis potius perire,quàm laniari malit. Mira est certe agriophagæ illius turbæ pertinacia:dirum autem fatum cornigeræ animantis,quum ad extremum lassitudinis adducta, opperiri cogitur atrocem illam clamosamq; coronam (rendre les abbais) vndique se rictu petentem, minacissimo atque infestissimo. Qua tandem circumuenta,post omnia salutis præsidia deplorata,repentè sæpe assiliens,primum quenq; venantium in quem incurrit,cornu petere solet, nisi ferro protinus excipiatur. (Enserrer d'vng espieu de chasse.) Quod vbi factum est,aut si alias fera afflicta & strata est, (Est abatue) tum demum receptui canitur ab eo qui primus in eam confectam occurrerit. Tum simonum chorus ille silonumq; inclamatur,& venatores coeunt quoquo versus palantes:quæ tanquam ouatio est,ob rem bene & feliciter gestam. Quam deinde ipsam excipit visceratio (la curee, le droict des chiens, cum ceruo capto panis sanguine eius imbutus pelliq; ipsius impositus in cibum permittitur canibus: interdum etiam aliquid de armis & collo cerui adijcitur,) extemporalis,quæ sic debetur ipsa canibus venaticis,vt libamentum capturæ accipitribus in aucupio volueri. Visceratorem autem peritum esse oportet, qui lanienam ferinam venatoria cum palæstra exequatur, qui scitè feram deglubere nouerit,membratimq; incidere,& prosecare sciam. Tergore autem detracto,caput abscindendum est, Molossoq; therelencho porrigendum & permittendum (le droict du limier) quem & indagatorem appellamus. Has enim ei primitias peculiares placita maiorum largiuntur ob indicium feræ: nimirum vt in capite ferino lacerando & obrodendo, fructum nauatæ operæ ipse percipiat ante omnes alios,in posterumq; irritetur is, cuius auspicijs ductuq;: rem alij executi sunt: quum interim visceror gratulabunda voce fruenti parte sua animali blandiatur,& tanquam nactum virtute industriaq; therelenchica ipsum esse iubeat. Deinde venatoriæ plebi inimoq; ministerio venationis,suæ sunt partes visceralionis iisdem scitis attributæ. Epulum caninum omnibus in vnum euocatis venatoribus,& cunctis classibus canum decuriisq; coeuntibus,fieri hoc modo solenne est. Venatores intra tergus ferinum panis fragmenta sanguine feræ madentia miscent cum omaso, in minutas particulas concisso. Nonnunquam præterea si canes strigosi sint & macie exhausti, aut si strenuam insigniter operam eo die nauauerint,liberalitatis est venatoriæ,opiparis eos impensius epulis accipere,ceruicem extis addentes, & nonnihil (vt ita loquar) è vino rescecare. Hæc quum rectè atq; ordine facta concinnataq; epulæ fuerint exerti manu venatoris: tum deniq; luculentos illos deæ venatricis epulones ad epulum sui generis admittunt cum ouantium vociferatu. (la huee.) Nam antea & interim dum epulæ illæ parabiles expediuntur,coronę gestientis ac canoræ rapacitas,culinæ circunfusæ nidoremq; captantis,à ministris arcetur fustes in manu gestantibus. Priore epulo peracto, fit & alterum eodem momento,sed non eodem loco:ex interaneis perpurgatis & dilutis (sunt enim hæc quoq; Dianæ sacra eiusq; satellitio) non concisis fenstillatim aut prosectis, sed integris: ita vt quum aliquandiu illa visceror sublimia tenuerit & ostentarit,ad irritandam edacis agminis voracitatem,tum ea demum repentè in medium porriciat. Inter cæsa verò & porrecta cuncta venatorum cohors cũ auxilijs & calonibus, sublatis buccinis canere capturam quam vocant (corner prinse) debet,eo quo supra dictum est modo, quum ceruus in potestatem venit agminis venatorij. Iam verò buccinaturæ modos venatores alios atq; alios habent pro significationum varietate: quandoquidem indagatores non alio vocis commercio vtuntur, interim dum in quæstione cerui sunt: qui absq; eo foret,aut inter se ipsi cum noxa incurrerent,aut longius interdũ euagarentur inquirendo, quum receptu opus esset. Nam si vnus forte (vt fit) fortuna,primore inquisitione ceruum decumanum indagine opportuna vacuatus fuerit,confestim signum receptus cæteris buccina sua dabit, vt illi ad conuentum extemplo se recipiant.

Est interdum venandi ratio ita constituta,aut casu comparata, præsenti vt consilio opus sit: vt si diffusus dies hesternus fuerit,& sistitum ceruus certo loco non possit: aut si ceruus qui ad quæstionem destinatus est, stabulum certum nullum habeat:si meticulosus & panico consternabilis,qui interquiescere interdiu, cubileq; mutare identidem gaudeat:nam & ij qui recenti venatu exagitati fuerunt,ad omnẽ strepitum consternabiles, statarij fere non sunt. Sunt & qui cubili excitati,illico in pedes ita se conijciant, vt non per finitima stationis suæ loca cursitare, & commeare remeareq; soleant (quod pleriq; cerui faciunt) sed rectis itineribus porrò semper excurrant. In hac igitur specie is qui canibus regendis præfectus est,simulac id comperit,signum canore buccinæ dare solet,vt ij qui in subsidijs locati sunt,& reliqui omnes venatores atq; auxiliarij,calonesque venatici,sui ministerij protinus vasa colligant,quum ceruus castra mouerit. In superioribus autem speciebus signum copulis soluendis canitur inuenita vestigiali,simul vt inuenta fera est. Tendiculis ac pedicis,reticulataq; indagine & tibicinibus arrecta, ceruos & ceruas hinnulosq; & alia venari. Non dicam quod viridi veste ad venatum cerui, fusca & villosa ad apri, vrendum est.

n est, maiorem instituto: quòd certo quodam modo amictum esse oportet: quòd ense succinctum, & cultro ad prouisa munitum: quòd ternos aut minimum binos equos vno die, eosque pegasidas, oris morigeri ac ductilis ire, ad desultoriam vicissitudinem è tello in recentem assiliendi. Non venatoris insignia, non gestamina, non trium entum enumerabo: Non genera canum, non formas, non naturam, nō educationem, non institutionem, probationem generosorum, non degenerum notas dicā: non blateronum atq; petulantiū castigationem argam. Omittam etiam quod vt pueris ingenuis pædagogi, sic canibus generosis cynagogi sui attributi sunt.

Quum post coitionem illam syluestrem de cerui nece coactam & solutam, ad locū indaginis ventum est à coorte venatoria princeps ille venator, qui ductor esse canum moderatorq; iussus est, & penes quem faces (vt ita iam) eius dici esse contigit: priusquam paria canum resoluuntur, statuere solet quo loco grandiores canes velocesq; locandi sint: quos licebit ceruarios (chiens cerfs, bauds, muts: id est, ceruarij quod ceruos tantum venentur: faces muti, quod cum ceruus versuram fecit, vocem & latratum continent, donec eam relinquat) vocemus: muris eos in ordinem leporariorum lingua vernacula redegerit quomodo & suarios lupariosq;: qui etiam cerceres, apripetæ, & lupipetæ dici possunt. Sic autem ferunt placita huius iuris prudentum, vsusq; comprobauit, pernices illi canes atq; emissarij stationatim collocentur in locis abditis, latera procursus ceruini cingentibus. Item procursum ad apertum locū syluæ, & veluti glabrentem, vel in syluam glandiferam proceram & illustrem retinere oportet, vt natura habitusq; locorum tulerit, qua maximè verisimile est ceruum tandem transiturum: ita ea via forsan fert ad amnem, aut ad aliud perfugium, aut stabulum ceruo notū & amœnum. Iustum esse aiunt binas quidem stationes disponere. sed geminas: senos verò in singulis ceruarios, hoc est vtrinq; ternos. medius vt ceruus transcurres, vtrinq; ab ipsis vrgeatur. Senis autē ceruipetis (qui terni vt dixi ex aduerso sibi collocati sunt) trunculi bini è numero ministerij assignantur, quos titularios appellare solent, qui numellis eos cohibeant (qui mouent les chiens en titre) quoad ceruus præterierit: tumq; demum à latrunculis canes emissi, illicet emicantes improuisi, ceruum tanquam ex insidijs territum adoriuntur. Interdum etiam bini ternorum vicem supplent, si faces procursus longiores sint, pluresq; latrunculorum stationiculas poscere videantur. Procursum autē ipsum constituisse oportet loco delecto, & quàm fieri potest apertissimo: quippe in quo syluaticum spectaculū ædifex vel principibus fœminis vel proceribus, quorū gratia interdum vnius diei venatus comparatus est, quiq; per aduam etiangari grauantur, aut ceruum è vestigio persequi. Pernicissimorum porrò canum latebra primo loco stabienda, & deinceps perniciorum ad vltimam procedendo, quæ ipsa esse debet validissimorum atq; atrocissimorū. quod ideo constitutum est vt primi qui sunt velocissimi, præcipiti cursu alipedem ipsum exerceant: tum deinde secundi primæ succedentes & accedentes, & tertij rursus secundis, si quatuor sint stationiculæ, fractum iam & exanimatum ad vltimos vrgeant: si quidem ad triarios (vt dicitur) res ipsa redierit, & manus supradictas ceruus effugerit. Hæc porrò manus non à tergo, vt aliæ quæ velocitate valent, sed aduersæ feræ obijcienda: quia robore & ferocia præualens, sistere eam potest, & morsu retinere, cæterisq; lacerandam ocioſe præbere. Cæterum non cuiuslibet ministri latruncularium munus est: nanq; nisi canes emissarij tempestiuè emancipentur & appositè, exemplo insidias fera suspectans, ac tergiuersans, retrò recurret: aut transuersò impetu aliqua erumpet ex angustijs saltus, si cubi rimam nacta fuerit: aut claustra curriculi perrumpet. Quod si semel fecerit, nulla vi postea subigi poterit, in eandē vt curriculi nassam vel caput solum inferat. Id ne qua ratione eueniat, alarijs astitibus latera procursus frequentari solent: Quorum munus est, simul vt fera carceres curriculi ingressa est, eam vociferatu & equitatu vtrinq; absterrere, quo ipsa intra septa curriculi compulsa, ad vltimum tandem finum fatalemq;, irrumpat: quum egressus nullus ei pateat, propter asseclas illos quadrupedes, vociferatores infestissimos. Est præterea supradicti venatoris, primarum partium actoris, subsidia canum vestigatorum, qui excursores vocantur, opportunis stationibus deponere, ministrisq; committere. Ad hoc autē sunt decuriæ canum integræ comparatæ, quas relictas appellant (les relais) vt decurijs iam fessis succedant, aut temere expatiatis: ceruumq; qui sui furtū fecerit, si per subsidiorum loca vestigia duxerit, recenti venatu profligent & exaniment. Secundæ igitur tertiæq; manus excursorū ea de causa disponuntur, vt si res ad subsidiarios aut triarios deuenerit, ab ipsis venatus denuò instauretur. Verum hoc maximopere cauendum, ne subsidiarij ipsi canes auersa vestigia protinus pro aduersis ineant: quod tanquam in portu est impingere auersaq; (vt aiunt) aui certamen auspicari. Quum verò architectus ille & inspector arbitratorq; venationis, supradicta rectè atq; ordine disposuerit, qualiq; omnes eius certaminis acies instruxerit, ad eum ipse locum reuertitur vnde copulæ resoluēdæ sunt, ceruusq; agmini latrabili ad excursum obijciendus, & exponendus ad prædam. Sic autem rem temperant, vt ab ipso commissu venatus, hortamēta primùm remissiora faciant: quia canes suopte ipsi impetu ab initio ardentius feruntur. Leniter igitur venator cogere agmen flaccorum gentus debet, sinereq; eos certa vestigia legere. Simulac verò ceruus longius in pedes sese dederit, gyrosq; quosdā circumscripserit, solet primum per vestigia sua regredi, vt derelictæ stabulationis memor, æstiuorumque suorum amœnitatem requirens blandam atque iucundā: quam tamen postquam persentiscere cœpit se retinere sine præsentanea certaque nece non posse, tum denique salutem illi quasi victimā dicit, identidem restitans, & mœstus solū vertit. Efficiam quum præceleri fuga ingens spatium syluæ præcipiens, exin arbitratu suo alias atque alias in alijs strophas comminiscitur. Poscit autē ipsius venatoris officiū, vt ipse agmini illi clangenti atq; excursorio assecletur sese cuniculo præbeat quoad fieri potest & vt dicere solent, vt actus canini tractum inoffenso tenore persequitur. Actum appello verbo quasi venatorio & saltuensi, semitā per quam canes ipsi vestigatores agere ceruum dicūtur. Sin celebratum montium nue occursu homo inhibeatur, quo minus id faciat, debet quàm citissimè potest, aut circuitu aut flexu compendioso canibus occurrere, idque aduerso vento tum actum ab eo interciſum illicò repetere requi nisi sub oculis identidem agmen suum habuerit, mendosam eorum excursionem emendare nó quibit. At vbi cōticuisse canes senserit, aut incertas voces ambiguásue edere, metuere iam à cerui dolo malo incipit, aut ab hallucinatione canū vestigia eius legentium: ne aut semita excesserint actuaria, aut venatum verterint, & ceruum ipsum decumanū temere pro quolibet ceruo dereliquerint. Quod vt comperire possit, receptui canere moris est, & retrorsus, iterum atque iterum ingeminare canoro vociferatu. Fecerint porrò versuram cerui canes, nécne fecerint (ils ont change de cerf) hac ratione quispiam maximè compererit. Alicubi insistat, vnde canes arbitretur & obseruet commeantes. Nam si dolus fugitiui in causa est illius repentini conticinij, omnis canū caterua eodem fere impetu affici videbitur. Sin versura temere à canibus arrepta est, quod venatores dicunt colligere, quali agglomerare permutationis actum) classis excursoriæ ductores, & coryphæi caninæ symphoniæ, qui ad huiusmodi species vsu occalluerunt, actum versuræ cum tyronibus nequaquam exequentur. (Chiens resti-

canes

canes qui cum vident ceruum qui petebatur alijs se immiscuisse, restitantes manent loco, & expectant magistrũ.) Huiusmodi enim excursores vix vnquam nuntium remittunt prædæ sibi ab initio desponsæ ac destinatæ. Errore igitur intellecto actuarius venator eos retro inhibitos reducet, vnde repetere pristinũ actum certius legitimumq; poterunt cum clangore symphoniaco: aut si error dolo ferino admissus est, vnde eos in gradum (vt ita dicam) reponere legitimæ excursionis, ex adulterina aut subditicia poterit. Ecce autem rursus aliud atq; aliud incommodum quod sæpenumero negotium illis exhibet, & quasi vitium auspicantibus affert: Canes sic errore aut fraude lapsi: in integrumq; subinde restituti, in errorem nonnunquam denuo æquè grauem impingunt, auersis vngulis venatum illum ineuntes repetitum: totaq; adeò sylua quasi toto cœlo (quod aiunt) aberrantes, excurrunt: nonnunquam huc illucq; transuersi rapiuntur, ferarum gregariarum sequentes vestigia, aut ceruorũ etiam quorumuis abgregatorum, quibus syluarum semitæ tramitesq; referti sunt. In qua specie non modo venatore circumspecto sed perspicaci opus est, qui fugacis feræ vestigia vngulata colligat, ceruos ex ephippio, vel equũ habena post se trahens: alioquin inter artis magistros prævaricari per inertiam dicitur. Et quidem vt in cane vulturina sagacitas, sic acies aquilina in venatore necessaria. Jam verò vnius eiusdemq; cornigeri vestigia soleata, odorata, cubilaria, sedentaria, & curricularia, non eadem, non paria, non similia vbiq; sunt: ex quo alia rursus existit nec modica difficultas & erratio. Interdum enim euenit, vt selectus ceruus, nactus viam quampiam squalidam & pulueulentam, tum diu, tum longè per eam vestigia faciat: in quo canum sagacitas cum experientia fallitur. Nam præterquàd quòd canes tum existimant ceruum viam ab hominibus tritam vitasse, in densaq; & auia penitus se condidisse, obidq; via trita decedunt, exilis quoq; admodum odor & fugax in locis illis hæret glabris. & squalore puluereq; obsitis: quum alioqui solis ardor in vniuersum omnem statim humorem, in quo vestigij odor hæret, haurire & absumere soleat. Contrà in locis herbidis & in vepreculis odoratiora ideo sunt vestigia, quod non solo tantum pedũ, sed & crumbus, & corporis affrictu, vestigiaria semita odorata remanet. In locis etiam opacis odor minus fugere solet lampastores loca in syluis caluentia, & retorridis herbulis scabrisq; virgultis oblita, obid sæpe incendunt: vt exsolo concalefacto herbida seges exoriatur, quæ armentis perutilis est. Ita quum per busta (vt sic dixerim) illa recentibus adhuc fauillis, ceruus viam fecerit, canes odore fuliginis offensi, ac crebrò sternutantes, vestigationem deserunt qui si etiam ipsi ibidem pertolerarint, tamen odorari vestigia nequeunt, hebetante vtiq; sensum & prævalente odore fuliginoso. Hoc vbi venator actuarius animaduertit, lacunam illam (vt ita loquar) vestigiorum, circumactu vitare debet: deinde intercisam vestigij semitam sarcire, & actum repetere. duntaxat nisi ceruus in sua retrorsus vestigia cesserit. In summa autem addubitatione harpocratidẽ illum labeonem è numella venator ipse consulit: quem therelenchum supra ab indicio feræ diximus: qui quasi quidam antistes Dianæ, non voce, sed caudæ verberatu atq; murmure & gannitu dare responsa solet: non flexiloqua, non ambigua, omniq; vestigiali argumento indicioq; certiora. Solet etiam in huiusmodi casu ductor ipse agminis ac moderator actus, quum fera per detrectationem ac dolũ abest, & buccinæ canore & inclamatu palabundos canes, sociosq; ludicri & ministros iubilatu euocare, & celeusma requisitoriũ ædere, quod requestam canere vocãt (corner requeste.) Id est fermè perinde, ac si iurisconsultorũ verbo dicerem, ceruum requirendũ adnotare, vt delatum ac reum doli mali, buccinaq; præconio peruulgare furtũ sui fecisse. Tum autẽ operæ esse putãt pretium, caninũ comitatum squalore, feruore, lassitudine confectũ, obidq; imperia hortamẽtaq; detrectantẽ, quæsito fonte recreare: ibiq; pane & quasi curãdis corporibus reficere. tum cornuum clangore alacritati restituere: plausu & blandimentis ad venatũ ab integro iaculandũ excitare, interim etiã actum à capite denuo arcessere, quasiq; ad carceres reuocare excurso penè spatio.

Mos verò ceruorum est, quum profligatos se sentiunt & exagitatu enectos, aut (vt loquuntur venatores) durè & atrociter actos (mal menez, rudement menez: syluarum opaca (le couuert) relinquere, atq; in campestria (la champaigne) se conijcere. interdum ad vicos villasq; propius accedere: quod ferè non ante facit, quam animum desponderit, omni spe deposita solennium perfugiorum. Eo tamen pacto sæpe euenit vt canibus se subducat: in campestri enim planitie, locisq; prosciss & in veruactis, & verò in noualibus tractus vestigiorum nõ æquè odoratus est, atq; in vepribus & in syluarum cæduis, (espines, buissons, & taillis:) quia soleata tantum vestigia relinquuntur exiliterq; odorata, nullo nec crurum contactu nec corporum. In recens autẽm inaratis eò amplius negotium exhibet canibus odor soli subacti. Sed tum venatoris est officium nec inertis nec prævaricatoris, oculis vestigia in mollibus locis legere: tum canum languorem impetumq; senescentem hortatu classicoq; syluestri erigere & reuocare, (resbaudir les chiens.)

Venatoris ipsius, & canum calliditas & solertia, & (vt loquuntur venatores) sapientia, in versuris extricandis, & in emendanda canum hallucinatione, maximè vendibilis, vt si in vlla venationis parte. Versuræ (la change) duplicem modum esse aiunt: vnum, si ceruus selectus, & curriculo præsentis diei destinatus, aut satellitem suum, aut prægrãdem alium ceruum simonibus illis pedissequis suis obiecerit, quasi pro se piacularem hostiam: tumq; intorta vertigine impostoria protinus se subduxerit. In qua specie venator peritus & veterator non temere fallitur, si modo canes prætereuntes obseruauerit, aut eorum tantum clangorem exaudierit. Quippe omnium ceruũ assectatorum voces notas habere debet, eorum præcipuè qui classis ductores appellãtur, & naris emunctioris esse noscuntur. Sermone syluatico fauces & actum cuiusq; canis nosse venatorẽ dicunt. Alter modus est, si decumanus, qui primum quenq; ceruum in venatum, aut paralitum suum in discriẽn, quasiq; in reatum transcripsit, socium fugæ sese transcripto illi adiunxit: quod idcirco interdum facit, vt maiore stupore & perplexiore venatu homines canesq; afficiat atq; implicet. Id quod vbi accidit, dicere solent venatores, legitimum actum vnà ferri cũ versura. Huiusce modi impostura duas indices notas minimè (vt perhibent) fallaces, a technologis venationis proditas esse comperi: si compertæ fidei auriti excursores nec vaniloquentiæ quoquo modo suspecti, repentè ita insistant, vt nec progredi videantur nec regredi, sed quasi stare in vestigio: aut si porrò ita agant, vt inerter id se facere ac sine spe præ se ferant, obidq; vocem baubantium nõ ædant: nimirum quos veluti deprehensos pigeat & pudeat in cassum porrò progredi, quasi per caliginem. Is casus etiam præsentis consilij hominẽ poscit, qui illa stratagematibus aliquando venaticis documenta luculenta solertiæ suæ dederit: qui in eodem (vt dicitur) vestigio, consilia expedire stratagematica alia atq; alia possit. Postremò ceruus diu exercitus & iam fatiscens, omnibus commentis fugæ ac præsidij consumptis, solet (vt ante dictum est) aut flumẽ aut stagnum perquirere, in idq; se saltu conijcere. Quod interdum refrigerandi causa facit, sæpius tamen Nympharum ædem, quasi asylum vltimæ spei & deploratæ petens: obidq; inde plerunq; nõ nisi captus eijci potest. Ibi autem modò aduersa vnda, modo secunda fertur. Quò cum venator festinus & curriculo venit, in primis animaduertere solitus est quo loco ceruus in flumen insilijt, locumq;

Digitized by Google

...q; animaduersum destricta fronde aut humi strata notare, aut ex arbore suspensa. Reliqua vix memoratu ...quæ in vtraq; ripa facienda sunt: quibus modis innatans corniger vrgendus sit & lancinandus: quomodo ...ius enatator persequendus, si vlteriorem ripam superauerit, aut si per citeriorem retrocesserit. Hæc hactenus de venatione cerui ex Philologia Budæi: Et quanquam Germanis etiam non desint suæ voces ac phrases venatoriæ, eas tamen breuitatis causa omisi. Gallicas verò adiunxi, quod & Budæi verbis nonnihil addere lucis videtur, & à sermone Latino non adeò abhorrere.

F.

...as cum pinguerit, quod valde tempore fructuum fit, nusquam apparet, sed longè secedit, Aristot. Caro tempore libidinis tempore vitiatur & fœtet, perinde quasi hircorum, Aristot. Blondus ceruæ grauidæ carnem hoc tempore esse scribit, haud scio quàm verè. Quasdam nos principes fœminas scimus, omnibus diebus matutinis carnem degustare solitas, & longo æuo caruisse febribus: quod ita demum existimant ratum, si vulnere vno inierit, Plinius & Solinus. Cerui, inquit Isidorus, carnes habent teneras & faciles concoctu (falsum est) propter eis frequentiam: Et si castrentur, antequam cornua crescant caro melior fiet, magisq; temperata in siccitate fore. Caro leporum sanguinem quidem gignit crassiorem, sed melioris succi quàm bubula & ouilla: ceruina non minus ijs succum vitiosum generat, ac concoctu difficilem, Galenus lib. 3. de aliment. facul. Idem in de attenuante victus ratione, Equorum (inquit) & asinorum esum, hominibus asinin s relinquo: Proximi sunt cerui, eoq; ab eorum esu est abstinendũ. Ceruina caro bubulæ ferè assimilis est: tardè enim concoquitur, parum alit, ac bilem atram auget: esui tamen æstate, præcipuè vero mense Augusto, quàm hyeme suauior est, minus: nimirum quia æstate pinguescunt, hyeme extenuantur. Ego contra quàm Platina, bubulam & ceruinam concoquantur, multum alere dixerim: quod & Celsus testatur. Duram coctuq; difficilem præbet alimoniam, ...neta. Ceruorum carnes, inquit Symeon Sethi, mali succi sunt, & difficilis concoctionis, & bilem atram gignunt. Oportet autem cauere ab ijs qui æstate capiuntur, quod videlicet eo tempore viperis ac serpentibus cerui capiuntur, vnde siticulosi fiunt. Hoc suapte natura norunt, quod si aquam ante illorum concoctionem hauserint, creunt: propterea sitim tolerant, eaq; incenduntur. Ceruorũ igitur carnes eo anni tempore sumptæ, venenosæ sunt, ac valde noxiæ. (Hoc fortassis in alijs regionibus calidis accidit: apud nos, quod sciam, non item quin potius gusto tanquam pinguissimi præferuntur:) & idcirco cauendum ne eis æstate vescamur. Per hyemem verò (Plato scribit æstate suauiores esse: sunt qui hyeme etiam serpentibus, quas è cauis extrahunt, vt supra dixi, eas vesci credunt) cutius sumuntur, melinsq; concoquuntur propter interiorem caliditatem. Nam si non probè concoquantur, crassum humorem gignunt, iecur & lienem obstruunt. Quinetiam fertur si crebrius & sine modo sumantur, corpus tremulum & quod non constitat facere. Hactenus Symeon Sethi. Carnes ceruinæ quamuis crassæ sint, velociter tamen descendunt, Auicenna. Quæ facile digeruntur propter laxitatem & raritatẽ & tamen sunt siccæ & liccæ complexionis vt carnes cerui, &c. Arnoldus: Ceruina dura est concoctu & melancholica: sed discrecundum temperamenta & ætates animalium. Lactentes reliquis præferendi: Si teneri adhuc castrentur, mediocres sunt, & in calore siccitateq; remissiores. Isaac. Auicenna febres quartanas huius carnis esu induci scribit. ...arnes ceruorum & arietum montanorum, sunt omnes malæ & nociuæ. Elluchasem in Tacuinis. Caro cerui casa est & lenis, Rasis de 60. animal. Cerui caro prouocat vrinam, Auicenna. Seruat hominem à calidis affectibus, Blondus sine authore: videtur autem febres intelligere, à quibus præseruat teste Plinio, vt paulò ante retuli. Placuit nunquam febrescere: quam ob causam confecta ex medullis eorum vuguenta sedant calores hominum lanuentium, (febricitantium,) Solinus. Tympanici ex carnibus moderatè comedant & eas potius quæ non sunt ...ngues, præcipuè ferinas, vt cerui, apri, &c. Trallianus Gayneras in cura Ischiadis, cõuenire ait in cibo inter alia ...tinam carnem vnius anni vel infra, vel potius lactentium. Optimè condiuntur caprarum, ouium atq; ceruorum carnes, si vbi primum sale conspersæ fuerint ab humore q; ipso & sanie liberatæ & abstersæ, denuo sali insperguntur, subindeq; inter acinos vinaceos pelliculis exutos impositæ mutuo se non cõtingant, per vinaceos scilicet separatæ & diiunctæ. Si et ám dulcis musti aliquam portionem infuderis, feceris multò melius. Hepar cerui omnium eorum est, & malè temperatum, vt Vincentius Bellex Aristotele citat: ego nusquam apud Aristotelem legere memini. Cornua tenera & mollia adhuc (quæ prioribus abiectis recens producuntur,) in delicijs appetuntur à nobilibus: quod pretiosissimum ex eis ferculum paretur. Magna enim & pretiosa vi aduersus aconitum pollent, Blondus. Sciendum est autem aconiti nomine indoctiores toxicum & venenum ferè quoduis comprehendere. Tenera quidem ceruinorum cornuum tubera in principum cibum venire dixi etiam supra cap. 2.

Ceruinæ caudæ venenum inesse dicemus proximo capite. Achillem aliqui sic nominatum volunt, [illegible]: hoc est eò quod labris papillam non attigerit: lacte enim prorsus non vsus est, medullis ceruorum à Chirone nutritus. Hinc Euphorion, [illegible], Τοὔνεκα Μυρμιδόνων [illegible], Etymologus & Varinus. Ego apud vtrunque locum esse mutilum puto, & legendum [illegible]: hoc est Achillem dictum esse, vel quod papillam non attigerit vel chilum, id est alimentum: vt commune vocabulum χυλὸς ad lactis alimentum infantibus proprium hic contrahatur. Telephum etiam cerua lactasse fertur, vt in Philologia dicam. Apicius lib. 8. cap. 2. varium cerui, id est ceruinæ carnis, apparatum docet his verbis. Ius in ceruum: Teres piper, ligusticum careum, origanum, apij semen, laseris radicem, fœniculi semen: fricabis: suffundes liquamen, vinum, passum, oleum modicè: cum ferbuerit, amylo obligas, ceruum coctum intro foras tanges & inferes. In platycerote, similiter & in omne genus ...nationis eadem conditura veteris. Aliter: Ceruum elixabis & subassabis: Teres piper, ligusticum, careum, apij semen, suffundes mel, acetum, liquamen, oleum calefactum: amylo obligas, & carnem perfundes. Ius in ceruo: Piper, ligusticum, cepullam, origanum, nucleos, caryotas: mel, liquamen, sinape, acetum, oleum. Ceruinæ condiuntur piper, cuminum condimentum, petroselinum, cepam, rutam, mentham: mel, liquamen, passum, caranum, & oleum modicè: amylo obligas cum iam bullijt. Ius ferueutia in ceruo: Piper, ligusticum, petroselinum, cuminum, nucleos tostos aut amygdala: suffundes mel, acetum, vinum, oleum modice, liquamen; & agitabis embamma. In ceruinam assam. Piper, nardostachyum, folium, apij semen, cepam aridam, rutam viridem: mel, acetũ, liquamen: radiectas caryotas, vuam passam & oleum. Aliter in ceruum assum ius ferueutia: Piper, ligusticum, petroselinum, damascena macerata: vinum, mel, acetum, liquamen, oleum modicè: agitabis porro & fariscia,

Hucusq;

Hucusq; Apicius. Cerui anteriorem partem in iusculo laridario coques, lumbos assabis: ex eoxis pastillos aut pulpamenta facies. Eadē & capreoli, damæ ac capreæ coctura est Platina (quasi vero capreolus & caprea aliter quam sexu differāt.) Idem l.b.9.cap.8 de honesta volupt. Ex ceruo, inquit, vel capreolo, pastillum sic facies: In frusta haud magna carnem concides. vna bullitione cum aqua & aceto salcq; remollitam, ex cacabo eximes: finesque in quadra, donec ius exinaniet: piper deinde & cinnamum contritum simul cum larido tunso in modum placentæ subiges, cremq; additis quibusdam per longum laridi tessellis, hoc quasi foliato inuolues, indesq; circunquaq; caryophylli genera: farinam deinde bene excretam subiges: ex subacta crustam grossiorē vnicuiq; frusto circunuolues, in furnoque lento igne optimè coques. Apponi hęc statim conuiuis, vel seruari in mensem, aut saltem dies quindecim possunt Parum omnino alit, tardè concoquitur, stomachum laxat, spleneticis & hepaticis nocet, pectus exasperat, Hæc Platina. Sanguine cerui nostri vtuntur ad ius nigrum, quod vulgò piperatum vocant, à colore puto, licet absq; pipere plerunq; paretur. Qui de arte coquinaria Germanicè scripserunt, præcipuè Baltasar quidam Dillingensis, ex ceruina pastillos vt vocant, parare docent: nec non pulmonis & hepatis apparatum & condimēta. Pro Ferdinando rege audioparari in pastillis ceruarum fœtus grauidis exectos. Corda animalium non sunt facilia concoctu nec cerebra: cor tamen cerui, & cerebrum leporis aut cuniculi sumpta, prosunt propter virtutem theriacalem. Arnold. de const. san.

G.

Cerui naturā omnia venena abigi & repelli constat, Alexander Benedictus: ex Plinio nimirum, cuius hac de re verba cap. 5. retuli. Ceruinus sanguis aluum sistit, Plinius. Hirci, caprę, cerui, & leporis sanguis, inassatus fartagine, dysenterias & cœliacorum profluuia sistit, Dioscorid. Frixus cum oleo cerui sanguis, si fiat ex eo clyster, sanat intestinorum vlcera, & remouet fluxum antiquum, Albertus & Rasis. Ego neq; ceruinum neq; alium sanguinem in clysteribus à peritis medicis poni puto, sed vel bibi vel illini ad fluxiones sistēdas, vt in Caprino dixi. Cum aceto mixtus & inunctus psilothrom est, Galenus Euporiston 2.85 In vino potus contra toxica (sagittas venenatas, Rasis, Albertus non rectè habet apostemata venenata,) efficax est, Dioscorid. cui non cerui solum, sed & cuiusuis iam dictorum animalium sanguis eandem vim obtinet. Sanguis ceruinus desiccatus & tritus sumptus, à venenatis bestijs morsos iuuare dicitur, Symeon Sethi. Lapidem educit sanguis cerui præparati Leonellus Faentinus. Febrium morbos ceruus non sentit, quin & medetur huic timori: Quasdam nos principes fœminas scimus, omnibus diebus matutinis carnem eam pegustare solitas, & longo æuo caruisse febribus. quod ita demum existimant ratum, si vulnere vno interierit, Plinius & Solinus. Et alibi, Febres arcet ceruorum caro, vt diximus, Plinius. Caro cerui calefacit, & lenit, Rasis. De medulla in genere ex Galeno supra diximus in Vitulina, vbi & Ceruinæ facta mentio est. Cerui pingue & medulla quomodo odoramentis imbuantur, vide supra in Taurino pingui ex Dioscoride. Ceruina medulla laudatissima est, Dioscor. & Plinius. Aëtius in pharmaco quodam cōtra podagram pro cerui medulla tantundem adipis ceruini substituit. In Arabum scriptis pro medulla cerui cerebrum quidam ineptè vertunt, Hebraicæ vocis homonymia decepti. Confecta cum cānabis ceruorum vnguenta, sedant calores hominum languentium, Solinus Immunem conseruant à febribus, Albertus. Plinius id carni ceruinæ in cibo sumptæ attribuit, vt superius retuli Cerui medulla pharmacum est paregoricotaton, id est mitigando & leniendo dolori s præstantissimum, Galenus ad Pisonem. Dolores sedat, Aesculap. Et ceruina potest mulcere medulla rigorē, sc. frigoris, Serenus. Medicamento cuidam ad alopecias miscetur medulla ceruina cum alijs quibusdam apud Galenum a. τετ. 8. Serpentes inuncta fugat, vt cap. 5 dixi: vbi & alia ex ceruo quæ extrinsecus serpentes arcent enumerauī. Sunt qui ceruinam medullam peculiare faciant remedium perfusis aqua alióue liquore feruido. Ad ambusta & intertrigines, medullæ ceruinæ drach 16. &c. Galen ex Critone. Medulla & pingue ceruorum dura carcinomata molliunt imposita. Symeon Sethi. Gyraldus in sua translatione discutiendi vim etiā eis attribuit, quod in Græco codice impresso non legitur. Vlcera cætera (præterquam in tibijs cruribusq;) cornu ceruini cinere, vel medulla cerui explentur & purgantur, Plinius. Cotyledon cū medulla ceruina calefacta imposita, fistulis medetur, Plinius. Et alibi, Cotyledon etiam purulentis auribus infunditur, & cum medulla ceruina calefacta. Ad siccas non humētes aurium vlcerationes, Oesypi drach. 4. Medullæ ceruinæ drach. 4. &c. Galenus κ. πτ. ex Andromacho. Hirci seuum efficax est labrorum fissuris cum adipe anserino, ac medulla ceruina resinaque & calce, Plinius. Eadem verba apud Sextum in paucis mutata legimus hoc modo, Seuum caprea & adipem anserinū & medullam cerui & cepe cum resina simul & calce viua, fac vt malagma, mirè sanat labiorum fissuras. Seuum vituli cum medulla cerui & albæ spinæ foliis vnà tritis, vlcera oris & nimis emendat, Plinius. Medulla ceruina in aqua calida potui data, intestinorum dolorem et si formina fuerint, mirè sanat Sextus. Celsus inter alia ad dysenteriam medicamenta, si vetustior morbus est, ex inferioribus partibus infundere iubet medullam ceruinam, vt quæ dolorem leuet, & mitiora vlcera efficiat. Butyro & medulla ceruina & felle taurino cum oleo cyprino aut laurino perfricta genua sanantur, Marcellus. Lumbis dolentibus, Prodest ceruinæ vehemens natura medullæ, Serenus. Medulla ceruina & oesypus medicinis ad vitia sedis miscentur apud Galenum κ. πτ. ex Andromacho. Medullam cerui & adipem liquefacito, & in lana apponito, Hippocrates de natura muliebri inter subdititia medicamenta quæ vterum emolliunt. Idem in libro de morbis muliebribus, medicamentum subditicium purgatorium his verbis describit, Medullam anseris aut cerui magnitudine fabæ affuso vnguento rosacco & lacte muliebri tero, velut pharmacum teri solet & cum hoc os vteri illinito. Ex vitulina & ceruina medulla pessi componuntur, vteros emollientes. & extrinsecus vteri medicamenta imponuntur, quæ ex medulla præparantur, vim habentia emolliendi. Accipitur autem non solum vera medulla ex ossibus, verum etiam ex spina dorsi, &c. Galenus de simplicib. 11.5. Apud Rasin idem legimus, sed pro medulla perperam legitur cerebrum, vitio interpretis vt credo. Cerebrum (medulla, Rasis) cerui, prodest contra dolorem coxarum & laterum: & in restituenda tractura, quam etiam mitigat, Albertus & Rasis: Albertus insuper addit valere contra pulsum cordis, quod non probo. Aëtius 16. 14. medicamento ad fœtum concipiendum idoneo medullam ceruinam admiscet, Io. Agricola mensibus cuocandis pessum ex medulla ceruina commendat: Huius medullæ, inquit, drachmas duas aut tres mulierculæ ratione habita, inuolue sindonē munda & si libet de filo appende. Curandum est tamen vt reliqua satis respondeant, corporis videlicet præparatio, & habitus constitutio, victus, & ætas: nec ita multum postea sequetur mensium eruptio. Hoc nouum experimentum vocat, cuius admirandæ facultatis, inquit, nō reddidit nos ceruiores scriptorum qui-

diam. Atqui Hippocrates, vt superius recitaui, ex medulla anseris aut cerui medicamentum vteri purgatorium (hoc est quod menses aliosque eius humores euocet) ex anseris aut cerui medulla parare docet, quo os vteri illinatur. In antidoto vrbani apud Galenum, ad eijciendos fœtus Cerui medulla admiscetur. Cochleæ vuluam acrem sam corrigunt eum medulla ceruina, ita vt vni cochleæ denarij pondus addatur & cyperi. Cerui medulla vtuntur in accipitribus cum alijs remedijs contra lumbricos. Cerui pingue (adeps, seuum) quomodo odoramentis imbui debeat, copiose in Taurino docui ex Dioscoride: & quomodo simpliciter curandum sit, in Hircino eodem. Ceruino adipe perunctos serpentes fugiunt, Dioscorides & Plinius: vt supra cap. 5. retuli. Aëtius in pharmaco quodam contra podagram pro ceruina medulla tantundem adipis ceruini iniici posse monet. Cerui adeps nullo medicamentorum mollientium est inferior, Galenus de comp. secund. gen. Seuum cerui calefacit & leuit, Rasis. Medulla & pingue ceruorum dure carcinomata molliunt impositi, Simeon Sethi. Capillis nigrandis infectio optima ex hirundinum stercore paratur, vt in earum historia recitabitur: oportet autem seuo ceruino faciem prius perungere, ne quid ex medicamento distillans eam commaculet, Marcellus. Seui ceruini vsum ad lentigines faciei, paulò post in remedijs ex cornu aperiam. Absyrtus aduersus tussim equorum ex frigida causa remedia præscribens, post purgationem & suffitum, in vino dulci liquare iubet adipem ceruinum aut ouillum cum cera, & lingua apprehensa infundere. Picem præcoquam, siue quam viscosam vocant, & rubricam Scythicam, quam alij pissasphaltum vocant, cum seui ceruini remissi cyatho vno, & lactis bubuli vel ouilli parte mensura, si quis iam periclitanti phthisico in potu vel in cibo cotidie dederit, mirè ei subuenient, Marcellus. Cum equi sanguinem per vrinam reddunt, Anatolius lomentum purgatum coctum, & adipem ceruinum, vino pauco misceri, & triduo per os infundi iubet. Seuum ceruinum combustum simul cum oltrea testa minuta commisce, & factum quasi malagma pernionibus impone, mirè sanat, Sextus. Vteris exulceratus ceruinum ad pem recentem viridem subdito, Hippocrates de morbis mulieb. Et alibi in eodem libro, Mulieri vt vterus purgetur, allium (inquit) & nitrum rubrum, & ficum, paribus portionibus melle admixto subdenda dato. Si amouerit, cerui adipem apponat in vino liquefactum. Idem in libro de natura muliebri inter subdenda rementa quæ vterum emolliunt, Medullam cerui (inquit) & adipem liquefacito, & in lana apponito. Vterum pilo ceruino suffiri prodest, Plinius. Contra abortum, Ex pilis ceruinis suffumigabis, & mulier sanabitur, Sextus. Difficulter mingentibus auxilium admodum probatum, Pilos cerui suffumigato, & confestim minget Mirepsus. Ad suppressam vrinam pilos ceruinos suffito: vndique autem cinctus sit veste cui sit remedium, ne fumus dissipetur, Dioscor. Euporist. 2. 97. Igni sacro illinuntur ramenta pellis ceruinæ delecta pumice, ex aceto trita, Plinius. In pelle ceruina amuleta multa adalliganda magi præcipiunt, vt passim apud Plinium legimus: quæ singula si percensearn, vanus & loquax sim. Morsus à serpente vlmo mox liget locum cum corio cerui, deinde imponat theriacam, & eandem bibat, &c. Petrus Apponensis. Ad inuoluntarium vrinæ exitum in stratis remedium, Alcerci succum aut semen in asinino lacte maceratum corio cerui includito & dextro femori appendito, mirabere. Galenus Euporiston 3. 257. Ex pelle ceruina vsta medicamentum ad vngulas equi reparandas reperitur apud Vegetium 2. 57. Aduersus comitiales morbos, Magis placet draconis cauda in pelle dorcadis alligata ceruinis neruis, Plin. Apud Aëtium lib. 12. cap. 47. in antidoto Philagrij aduersus podagram, reliquis medicamentis adijciuntur ossium ceruinorum aut bubulorum ex suris recentium & vt probè conteri queant vsturum drachmæ quinquaginta. Quanquam etiam sine ossibus eandem antidotum parari admonet. Ossium substantia (inquit) facultatem habet consumendi ac resiccandi, adeò vt etiam sola assiduè & opportunè exhibita, inueteratum articularem morbum curet: Vt vero ne quid ex humoribus reliquum siccetur ac lapidescat, incurabilé aut ægre medicabile reddatur, tempore præseruationis eam minime miscebimus, sed postea si ita videbitur: consumit enim & resiccat humores in ipsis articulorum iuncturis relictos. Ossa ceruina vsta recipiuntur in antidotum Iuliani ad calculum & comitales, &c. apud Aëtium. Patellam ceruinam, hoc est, genuinum, si recens habeas, non surgunt inguina: & quæ ante surrexerunt, eadem tacta redeunt, Sextus. Ad ventris proflu[illegible]ium Ceruorum ossa contusa ventri illinito, Galen. Eupor. 2. 46. Ossa cerui vsta antidoto lienem liquenti Nicol. Mirepsus admiscet.

Cornu ceruini apud medicos frequens & varius vsus est: Dextrum Plinius & Solinus præferunt, Aristoteles sinistrum, vt supra dixi cap. 2. Mucrones etiam efficaciores videntur, vtpote solidiores. Quæ abiecta in sylvis reperiunt, ferè exsuccida & nunis leuia sunt, medicamentis inutilia. Vsus habent & cruda & vsta, vt in sequentibus apparebit. Cerui cornu contusum (vt Ruellius vertit: Græcè est κεκαυμένον, id est in frusta vel assulas sectum, vt Marcellus:) crudo fictili, luto circumlito, & in furnum indito, vritur donec albescat: id cadmiæ modo elotum, vlceribus oculorum & defluxionibus salutare est, Dioscorid. Sunt qui non satis vrant, quo modo nigrum fit & astringentius, vt mihi gustanti visum est. Frigidum est & siccum ceruinum cornu, Symeon Sethi. Miretur autem aliquis cum huiusmodi sit quomodo obstructionibus medeatur, quod idem Symeon scribit: Nam & splenì obstructo vtile ipsum faciunt, & morbo regio, qui ferè obstructo iecinore fit. An quia vt cinis & vsta omnia, nisi lauentur, empyreuma quoddam & relictas vi ignis tenues aliquot calidasq; partes sibi retinet: ablutum vero ijsdem priuatur, nec aliud amplius quàm siccat & emplasticum est. Cornibus cerui & capræ vstis, & (si opus est) lotis, vtimur ad dentium candorem, gingiuas mollitie fluidas, dysenteriam, fluxiones in oculos, quia tergent sine rosione: tamen nec dolorē lenitunt, nec coquunt quia frigida & sicca. Syluius citans Galen. lib. 11. de simplic. & quartum de Compos. phar. sec. locos. Cornu cerui vstum & lotum multi pro spodio vendunt, Bralauola. Ex teneris & recens enatis ceruorum cornibus cibarium quoddam diuites sibi parant: Possident enim (inquit Blondus) maximas & pretiosissimas dotes in aconitum: Videtur autem aconiti nomine abuti pro quauis venenata herba, vt multi per imperitiam solent. Cornu ceruino vsto serpentes fugari cap. 5. docui. Cornu ceruinum vstum & ex aceto tritum illinito ad serpentium morsus: aut calami radices, & cicer & baccas cupressi & cornu cerui, combusta omnia tritáq; in vnum misceto, & ex aceto ac porro propinato, Galen. Euporiston 3. 149. Cerous dentium cornu terra obruit contra rubetarū venena necessarium, Plinius. Aliqui (vt Tarentinus) contra muris araneì morsum tradunt allia contusa esse imponenda, suffiendumq; cornu ceruinum, Hierudes. Cornu cum pelle & cornu cerui cōbure, & oleo vulneri inunge, Galen. Eupor. 3. 184. Cerninū cornu habet vim omnes humores siccandi, & ideo eo in collyrijs ocularibous vtūtur, Sext. Equi spuma illita per dies quadraginta, priusquā primum nascantur pili restinguntur: item cornu ceruini decocto: Melius si recentia sint cornua, Plin. Orpheus in libro de lapidibus, si cornu cerui cū oleo tritum capiti illinatur, calno etiam pilos producere promittit: Versus eius hi sunt.

Αἰεὶ τι ῥέοντας ἀτειλὰς ἔστ' ἐγχρίμπτειν πλάγχνῳ,
Τεφρίζοντα τε βοὸς κεραὸς πάνδ' ἅμα τετριμένα,

Εἰ καὶ φύσει ἀτειλὰς ἔχοι, ἐς χεῖρα τὸν ἰητρὸν
Αἱ ῥίνες ἐκβρήγνυνται τὸν τρόχιν ἀνέχουσι.

Ad fluentes capillos ſcobem de cornu ceruino permiſce cum ſemine myrti nigræ, adiecto butyro oleóque, & capiti raſo denſiſſimè obline, etiam ex infirmitate fluentes capillos efficaciter continebis, Marcellus. Ad porriginem cornu ceruini cinis è vino prodeſt, viq; non tædia animalium capillis increſcant, Plinius. Cornu ceruinum ramenta acerrimo aceto incoquito, vlque dum tertia pars remaneat, ex eo impetigines illinito, Galenus Euporiſton. 3 278. Combuſtum cum aceto tritum impetigines mirificè ſanat, Sextus. Medicamento cuidam ad achóras Crito apud Galenum κ. πτ. admiſcet alcynium & cornu cerui vſtum. De vſu cornu ceruini ad elephantiaſin dicam mox in elephante inter remedia ex ebore. Vlcera cætera (præterquam in cibijs cruribusque) cornu ceruini cinere, vel medulla cerui explentur & purgantur, Plin. Puſtulis cornu ceruini cinis ex aqua illinitur, Idem. Maculas in facie abolet taurinum ſeuum vitulinumue fel, cum ſemine cunilæ, ac cinere è cornu ceruino, ſi canicula exoriente comburatur, Plinius. Ad lentigines de facie tollendas, Lenticulam cum ſcobe tenui de cornu ceruino, & ſeuum ceruinum pariter diuide, coque & rere: atque inde faciem vel ante horam balnei, vel etiam in balneo frequenter inlinito, ita vt quaſi pro pane molli vtaris, efficaciſſimum medicamen experieris, ſed lenticulæ maior pars ſit, cornu & ſeui æqualis menſura, Marcellus. Cornu ceruino combuſto in Sole faciem line, & deterſa ſubinde renoua, & hoc in ortu Solis facies, mire tollit lentigines de facie, Sextus. Articulorum fractoris cinis ſeminum pecudis peculiariter medetur, efficacius cum cera: Idem medicamentum fit ex maxillis (pecudis intelligo, id eſt ouis) ſimul vſtis, cornúque ceruino & cera mollita roſaceo, Plinius. Combuſtum ad drachmas tres ad ecta ſpuma argenti duarum drachmarum, & cæroto macerato mixtum, interrigines dolentes mirè ſanat, Sextus. Ceruini cornu ſcobes limatæ, & ex vino potui datæ (Plinius illinendum ex vino ſentire videtur, vt etiam ad porriginem, vt paulò ſuperius citaui) pedunculos id capite tendesque naſci non ſinunt, Marcellus. Cornu cer. cinis illitus fronti (& temporibus) ex aceto vel roſaceo (aut ex vino, Plin.) capitis dolores ſedat, Plinius, Marcellus & Galenus Euporiſton. 2 91. Ad capitis dolorem ex frigore, Cornu cerui exurito, cinisque acetabulo, vinum odoratum dupla menſura admiſceto, terito ac illinito, Apollonius apud Galenum κα. πτ. Ad capitis dolorem, Cornu cerui in cinerem redactum, exinde drachmam cum vini cyatho, & aquæ cyathis duobus da bibat, Sextus. Comitialem morbum deprehendit caprini cornu, vel ceruini vſti nidor, Plinius. Et alibi, Cornibus ſiue dextris ſiue ſiniſtris accenſis, odore comitiales morbi deprehenduntur. Vſtrina hæc nidore vitium aperit ac detegit, ſi cui ineſt morbus comitialis, Solinus. Sunt & alia quædam grauiter odorata, quæ ſuffitu arguunt epilepticos & concidere compellunt, vt bitumen, gagates lapis, cornu caprinũ capriniq; iecinoris aſſati odor, lupumq; iecur comeſtum, vt ſcribit Aëtios lib. 6. cap. 13. Adultorum cornuum & in ramos diffuſorum maxima dos eſt in morbum comitialem, Blond. Sunt qui aridum hoc medicamentum comitialibus commendent, quod miſcetur ex viſci querni vncia vna: mucronum de cornib. cerui drachmis duabus & cordis lupini drachma vna, quibus addunt ſcobem tritam de occipitio cranei humani. Qui poſt ægritudines aliquas, vt lethargũ aut peſtilentiam in obliuionem deciderunt, eos maximè iuuat hiera Ruffi: & poſt purgationẽ hieræ, ſcobem dentis elephantis circiter drachmam vnam è mulſa potam non parũ iuuare creditur, & cornu ceruinum ſimiliter. Aërius. Olfactu excitãt ex vtero ſtrangulatas, Bitumen, Caſtoreum & cornu ceruinũ ſuffita, Gal. κα. πτ. Si tranſmoti preſſerint vterũ hordeum tritum & vna cum paleis & cornu cerui, oleo ſubigito & ſuffito, Hippoc. Aduerſus ſcrophulas gutturis, quidam ceruinũ cornu tritum, cum ſpongijs in quibus lapides reperiuntur æquali menſura, ex vino aut aqua quotidie mane à ieiunis bibi iubent: ſic aboleri, ſi adhuc increſcant; ſin iam conſtiterint, non augeri. Cerui cornu vſtum, & cadmiæ modo elotum, vlceribus oculorum & deflexionibus ſalutare eſt, Dioſcorid. Miſcuerũt ipſum vſtum elotumq; nonnulli collyriis deſiccãtibus oculorũ fluxiones: eſt enim omniũ talium vis exiccatoria, Galenus & Sextus. Ad lachrymantes oculos anaccollema: R. Limaces & ceruini cornu vſti pulueres, miſce cũ albumine oui & frontẽ eo illine: ſiſtit lachrymas & lippitudinem, Obſcurus. Ceruini cornu cinere ſcabricas oculorum inungunt: mucrones autem ipſos efficaciores putant Plin. Ad polypum, cornu cerui vſtum & ſcandaracham maribus inflato Galenus Euporiſton l. 16. cerui cornu vſtum elotumq; infractum dentes expugnat. Crudum in aceto feruefactum, ſi eo gingiuæ colluantur, maxillarum à dentitione dolorem adimit, Dioſcor. Græcè legitur, παρμφῶν γομφίασεις, Gomphij dentes molares ſunt, vt gomphiaſis illorum duntaxat dentitionem ſignificet: & ſi Marcello in annotationibus ſuis id non placeat, omnium ſimpliciter dentium emiſſionem hoc remedio facilioremfieri exiſtimant: Quoniam alij authores in remedijs ex cornu cer. gomphiaſeos non meminerint, & dentes tantum mobiles conbrmari, & gingiuas flaccidas compeſcere ſcripſerint. Addit inſuper nouam eſſe hanc vocem, & neſcire ſe an iterum in toto Dioſcoridis opere reperiatur: Adhæc in Græcorum Lexicis γομφίασμὸν exponi ait αἱμωδιασμὸν ὀδόντων, id eſt, ſtuporem dentium. Ruellius cuius interpretationem ſuperius retuli, nullã gomphiorum: id eſt, molarium mentione facta, ſimpliciter maxillarium à dentitione dolorem hac collutione adimi ſcribit. Et quanquam gomphiaſis ita molarium emiſſionem ſonare videtur, vt odontiaſis dentium ſimpliciter, tamen ipſa remedij facultas eiuſmodi eſt, vt neque molarium neque aliorum dentium productioni conueniat, vt quæ gingiuas laxas conſtringere libuerit. non cum illæ molliri lenirique opus habebunt vt in dentitione. Aëtius libro quarto, cap. 9. de dentitione ſcribens, nullum eiuſdem aut ſimilis facultatis remedium præſcribit, ſed ea tantum quæ laxare poſſint gingiuas, vt ſunt leporis aguiue cerebrum, mel modicè decoctum, & apud Aeginetam gallinaceus adeps. Sed neque ad dentium ſtuporem, hoc aut ſimile remedium ab alio authore poſitum inuenio: quanquam remedia aduerſus hunc affectum plærique putant non certa qualitate vlla, ſed ex tota ſubſtantia agere. Quamobrem γομφίασιν, vel γομφιασμὸν, vt Heſychius exponit, (apud Varinum & Camertem non reperias) accipio σωθλασμὸν ἢ σωτριμμὸν ὀδόντων: hoc eſt dentium confractionem, vel contritionem, quæ ſcilicet vel ictu vel caſu fit. Hoc non animaduertiſſe Marcellum Vergilium valde miror, cum è medio horum verborum dictionem αἱμωδιασμὸν citauerit: ſic enim habet Heſychius, Γομφιασμὸν, σωθλασμὸν, ἢ σωτριμμὸν, ἀμαθιασμὸν (corrupte puto pro αἱμωδιασμὸν) ὀδόντων, deberet autem vox ὀδόντων ad præcedentia ſingula referri. Γομφιασμὸς, συγκλασμὸς, (id eſt confractio) Suidas & Varinus, nec aliud addunt: ego ὀδόντων addendum conijcio: aut legendum συγκλεισμὸς: nam γομφὸς etiam πλειόνων & συνδέσμων exponunt. Apud Suidam & Varinum dentes anteriores non rectè γόμφιοι vocantur: melius Gaza apud Ariſtotelem maxillares, id eſt molares interpretatur. Videntur autem illi gomphij dicti, quod pluribus quaſi gomphis, id eſt, cuneis ſeu clauis, radicibus nempe ſuis in præſepia ſua (ſic enim Græci dentium loculamenta vocant, quanquam Pollux lib. 2. aliter accipere videatur) infigantur.

fugantur. Vetus Dioscoridis interpres apud Serapionem progomphiasi simpliciter dentium doloti exponit. Quod ad medicamenti naturam, vtile id mihi videtur tum ad dentes simpliciter dolentes, tum etiam mobiles & laxos, siue simpliciter, siue externam ob causam violentam, vt ictum & casum: ad dentitionem verò siue aliorum siue molarium dentium, non tantum inutile, sed etiam noxium. Monent enim medici non astringendam esse gingiuam, ne callosior reddita nascituros dentes impediat. Quod cum ita se habeat, Hermolaum, Marcellum, & Ruellium, Dioscoridis interpretes, pariter omnes errasse fatebimur. Galenus lib. 7. de Compositione medicamentorum secundum locos medicamenta aliquot mylica describit, hoc est ad molarium dolores. Sed satis hac in re prolixus iam fui. Dentes mobiles confirmat cerui cornu cinis, dolorcsque eorum mitigat, siue inficientur, siue colluantur: Quidam efficaciorem ad omnes eosdem vsus crudi cornu farinam arbitrantur. Dentifricia vtroq; modo fiunt, Plin. Cinis cornu cer. dentes dealbat, & dolores tollit. Galenus Eup. 2.12. Cerui cornu in oxygaro decoquito, sæpéque eo os abluito, Ibidem 1. 58. Quod verò assumpsit nomen de dente fricando, Cerumo ex cornu cinis est, Serenus. Ad dentes dolentes, Cornu cerui in aceto & gerro incoctum colluito, Gal. ex Andigene. Ad dentifricium, cerui cornu cape sic quater vsti quam optime, quartam libræ partem, salis solam libram, Idem ex critone. Cornibus cerui & capræ vsti maximè vtuntur, vt & nos sæpe vsi sumus, tum ad candorem dentium, tum ad contrahendas mollitie fluidas gingiuas. Cæterum ceruinum maximè commendatur abijs qui ita scribunt, Galen. lib. 11. de simplic. Cerui cornu ramentum (limæ, id est scobem lima factam) adustum, & cum vino tritum, deinde circumlitum, vacillantes dentes confirmat, sicut & bouis talus idem posse traditur, Galenus ad Pisonem, & Aegineta. Cornu cer. combustum dentes qui mouentur confirmat, si eo pro dentifricio quis vtatur, Sextus. Cornu cer. decoctum cum aceto, si eo colluatur os, sedat dolorem dentium, & consolidat gingiuas, Rasis & Albertus. Expulueretus eius dentifricium fit expurgandis dentibus, Idem. Cornu cer. combustum, tritum cum aceto, dentibus adpositum prodest, Marcel. Sunt qui etiam modum miscendi præscribant, huiusmodi, vt aceti sint vnciæ tres, cornu cerui vsti drachmæ duæ, inde collui os iubent. Ramenta cornu ceruini vel tec bem eius lima factam cum vino vetere ad tertias coque, & inde assiduè os eluc: mire proderit robotandis dentibus, Marcell. Ad dentes mobiles & dolentes, & gingiuarum tumorem, remedium hic: Cornu cer. combusti vncias duas, folij scrupulum vnum, salis Ammoniaci tan tundem, piperis grana nouem, iris Illyricæ scrupulos nouem: ex his pulucrem tenuissimum facies, & eo dentes cotidie perfricabis: si mobiles erunt & dolebunt, facile cadent: & si sine dolore validi sunt, confirmabuntur, & candidiores & odoratiores erunt: melius autem proficient, si in iunctaris aut radicibus aut causturis eorum, de hoc ipso dentifricio aliquid resederit, Marcell. Cornuum ceruinorum vstorum in olla cineris vnum: (hac nota sextarium significare solet: sed videtur nomen ponderis hic requiri, non mensuræ:) mastiches Chiæ denarios octo, salis Ammoniaci semunciam: diligenter hæc trita in vnum concorporantur, & perfricandis dentibus adhibentur, Marcel. Ad ictericos, Cornu cerui vsti drachmas 8. cum alijs quibusdam dari præcipit Galenus ex Andromacho. Ceruini cornu exusti cinis in potione datus empyicis vel hæmoptoicis medetur, Marc. Symeon Sethi pulmonem vsu cornu ceruini lædi scribit. Cornu cer. cinis elocus excreantibus sanguinem prodest, Dioscor. Marcellus interpres addit, cum tragacanthæ lachryma duorum cochlearium mensura: quod in Græco textu non hoc in loco, sed mox in remedio ad dolorem vesicæ subijcitur: sed nihil periculi video etiamsi ad vtrunque affectum tragacantha adijciatur. Vstum & lotum dysenteriam, & sanguinis excreationem, præterea cœliacos affectus sanat: & aurigini vtile esse dicunt: Potio duo exhiberi cochlearia ad omnia ista præcipiunt, Galenus. Sanguinem expuentes ceruini cornu cinis sanat, Plin. Ad vomitum nimium reprimendum, sulphuris vlui pusillum, & ramenti de cornu cerui tantundem, in ouo sorbili tritum & permixtum bibi vtile est. Marcel. Stomachi rheumatismos cornu ceruini cinis reficit, Plinius. Regio morbo cornu ceruini cinis prodesse dicitur, Plinius. Galenus vt paulò ante retuli (sicut & Dioscorides) vstum & lotum aduersus hunc affectum laudari scripsit. Cineris cornu cerui drachmam cum vini cyatho vno & aquæ duobus, propinas ad morbum regium, miraberis bonum effectum, Sext. Rasis contra hunc morbum circiter trium aureorum pondere bibi iuber. Lienem sedat ceruini cornu cinis in aceto, Plin. Cornu cer. combustum ex oxymelle datur potui, & splenem siccat, & dolorem tollit, Sext. Galenus in lib. de Theriaca ad Pisonem cap. 12. cũ scripsisset scrobem (limæ) cornu cer. vstam & illitam dentes firmare labantes, addit ὅπερ δὴ καὶ τὸν ἀστράγαλον τὸν βοὸς ἔφαμεν ποιεῖν ἰσχυρόν. ἐκλεπτύνει, σπογγιὰν ἕλκεσιν μίμισυ μέλιτος πινόμενον, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἀνθράκων κατὰ χρίσιν ὠφελεῖ, σπλῆνα τε ἠφάνισται καὶ τὰ ἀφροδισιακὰ ἐργάζεται. Hoc est, Idem efficere talũ bouis aiunt. Educit autem & lumbricum rotundum cum melle potus, & cum oxymelite lienem minuit & vitiliginẽ albam illitus: deniq; mediocriter Venereus est, (ad Venerem excitat.) Quæ omnia non ad cerui cornu, sed ad talum bouis ab eo referri apparet, quoniam καὶ ἀφροδισιακὸς & ἀφροδισιακὸν masculino genere ponuntur. Sed cum alij authores eadem vires de cornu cer: prædicent, aut talum bubulum & cornu cer. ijsdẽ viribus pollere dicemus, aut καὶ ἀφροδισιακὸν & ἀφροδισιακὸ genere neutro legemus, vt ad cornu cerui tantum referantur. Supra certe inter remedia ex boue, Rasim etiam & Haly Arabicos scriptores, tali bubuli vim aduersus lumbricos, vitiliginem albam, & splenem turgentem ex aceto mulso, deniq, Venerem excitandi citauimus. Quamobrem præstiterit nihil in Galeni lectione mutasse, sed easdẽ vtriq; in pleriſq; facultates esse putare, etsi vim Veneris ciendæ ceruino cornu attribui nusquam hactenus legerim. Cinis lotus, binisque ligulis (cochlearijs) epotus, dysentericis & cœliacis prodest, Dioscorid. & Galenus vt superius citaui. Iisdem cinerem huius cornu tribus digitis captum in potione aquæ vulem esse Plinius annotauit. Vstum & potum ad pondus trium aureorum & semis (ad pondus vnciæ & duorum aureorum, Albertus:) refringit fluxum sanguinis qui est sine putredine: & valet contra vlcera intestinorum & fluxum ventris antiquum, Rasis & Albertus. Ad dysentericos, cochlearum integrarum vstarũm vncia vna; cornu cerui vsti vnciæ duæ, vniantur succo plantaginis: fabæ magnitudine datur febre carentibus cum vino, cum aqua verò febricitantibus, Galenus Euporiston. 1. 12. Pastillus e cornu ceruino, ad dysentericos & sputentes sanguinem describitur à Nic. Myrepso nu. 35. Cornu ceruinum mollius vstum cũ gallæpari portione in potum dato ad ventris profluuium, Ibidem 2. 46. Cineris huius drachma ex vini cyatho & aquæ duobus epota, fluxum (inscriptio habet, ventris solutionem) omnem cohibet, & dolorem sedat, Sextus. Ceruini cornu de ipsis radicibus quæ capiti hærent, scobes lima tenuissimus factus, & ad drachmæ mensuram cum vini austeri cyatho datus, sistet nimios ventris fluores, si vel triduo iugiter bibatur, Marcellus. Cornu ceruini teneri cinis cochleis Africanis cum testa sua tusis mixtus in vini potione, colo magnopere prodest, Plin. Hoc idem medicamentum apud Marcel. Empiricum, quamuis prolixè expositum, adscribam tamen, promissi magnitudine adductus, præsertim cum cochleæ

etiam admiscentur, vt duplici nomine animalium historia dignum videatur: remittemus autem lectorem huc à cochlea. Ad coli dolorem (inquit Marcellus capite vigesimo nono) faciunt quidem mirificè quæ superius posita sunt, sed cætera medicamenta in alijs vitijs dolorem leuant in præsentia, hoc verò quod dicturus sum supra hominis spem conditionemque est. Ideo primo tempore ne fidem quidem habet, postea à nullo satis dignè laudari potest: nam & in præsentia dolorem tollit, & in futurum remedium, ne eum vnquam reperat.

Rarò enim quis iterum, vel ad summum tertiò, hoc accepto medicamento vexatus est: quamobrem si quando repetierit iterum dolor, dandæ erunt per triduum & tunc potiones, eodem modo quo prima data fuit. Interdum verò & tertio in dolore eodem genere potiones dabuntur, quod rarò quidem accidet, vt post primam potionem dolor redeat: sed si admonente causa iterum atque iterum data fuerit, in fi- 25
nem quoque ita remedibit, vt ne suspicio quidem vlla huic vitio relinquatur: si quando tamen reperierit hoc malum, frigus ex multitudine cibi præcedit, grauitatemque quandam & torporem eius loci, id est coli, sed sine vllo dolore sentiendum infert, planè vt tum intelligant, quanto malo caruerint, quibus illa molesta liberantur.

Hoc medicamento primum mulierecula quædam ex Aphrica veniens multos Romæ remediauit: postea nos per magnam curam compositione eius accepta, id est precio dato ei quod desiderauerat qui venditabat, aliquot non humiles neque ignotos sanauimus, quorum nomina supervacuum est referre. Constat autem medicamentum ex his rebus: Cerui cornua sumuntur dum tenera sunt, & quasi in tabulas vel partes breues & tenues diuisa in olla fictili componuntur, operculóque superposito, & argilla vndique circumdata, fornace aut furno vruntur, donec in cinerem candidissimum redigantur, atque ita trita in vase 28
vitreo mundo reponuntur. Cum dolorem coli habebit aliquis, antè diem abstinebitur quàm potum medicamentum ab omni cibo, atque ita postera die digestus atque ieiunus accipiet ex hoc puluere cornuum exustorum cochlearia tria cumulata satis ampla, quibus misceri debent piperis albi grana nouem trita, & myrrhæ exiguum, quod odorem tantummodo præstare possit. Hæc in vnum commixta in mortario diligenter agitantur ac teruntur: deinde cochlea vera Aphricana, id est inde allata, sumitur, quam tenuissima, & viua si fieri potest, in alio mortario cum sua testa contunditur, atque in cernitur donec nullum vestigium aut aspritudo appareat testularum: postea vini Falerni non fœcati cyathus adijcitur: & nihilominus rursus teritur. Magis enim tunc apparebunt aspritudines, si quæ resederint, quibus leuatis (so- 36
pro leuigatis) iterum adijciuntur duo cyathi eiusdem vini, atque ita cum priore compositione bene admiscentur, postea transfunduntur quæ sunt in mortario in calicem nouum: qui calix super aliud vas ponitur ad carbones. & assiduè mouetur cochleario liquor, ne quid subsidat, aut peruratur. Vbi bene incaluerit, adijciuntur in eundem calicem, de his quæ supra scripta sunt cochlearia tria: & rursus permouetur vniuersa permixtio.

Cum autem calore sufficienti temperata erit potio, dabitur eporanda versus orientem: statim dolor sine dubitatione cessabit: sed vt penitus aboleatur, dari potionem similiter oportebit per insequens biduum: sed quibus hoc remedium dabitur, cibum in prandio tantummodo, aut de tempore in cœna exiguum capient, quo facile conficiant, ne crudi eam sumant: postea verò in consuetudinem victus sui remittentur. Oportebit autem remediatos non intemperanter in futurum vinum bibere: tametsi enim à coli dolore tuti fuerint, in eruere nihilominus debent, ne alia parte corporis æque adficiantur ob intemperantiam, ob quam vtique coli dolore antea vexati. Hactenus Marcellus.

Aetius etiam libro nono capite tricesimo primo, inter colicorum pharmaca medicamentum hoc describit ex Asclepiade his verbis: Cornu cerui recens enati adhuc pilosi, tenerrimique ac vsti, cochlearia maioris modi tria, piperis albi grana nouem myrrhæ exiguum ad commendandum odorem. Contera omnia, eisque cochlearum terrestrium magnarum vnà cum testis suis, quantum vltro fuerit adijce: omniaque simul trita, & vino Falerno mari myrto trium cyathorum mensura permixta: & ad mites prunas in vase fictili calefacta, ac sedulò ne quid in fundo resideat, agitata, præbe bibenda, it vt nihil reliqui maneat: atque id maxime tempore accessionis & ieiuno adhuc ægro fiat. Deinde verò cibum qui facile conficitur præbe, atque hoc ex ordine ad dies tres exhibe. His verò qui cochleas sumere non possunt; reliqua præbe sicca cum vino.

Ad lumbricos ventris, Cornu cerui ramenta ex vino vetere potui dato à balneo, Galenus Euporiston 3. 88. Cornu cer. & ebur mixta aliqui propinant, vt exigantur lumbrici.

Tinearum genera pellit ceruini cornu cinis potu, Plin. Ceruini cornu, combusti cinis tritus ex aqua potus, tineas potenter expellit, Marcellus. Cornu cerui limati lima lignaria scobis quantum quatuor y elquinque cochlearia sint, ex aqua in qua decoctus fuerit ipse scobis potus ad cyathos tres, mirificè facit aduersum lumbricos Marcellus. Combustum datum in vino vel aqua calida, lumbricos necat & ejicit, Sextus. Vstum potum cum modico melle expellit vermes, Albertus, Rasis.

Sunt qui admisceant ceream, semen sanctum, vitellum assum, & cum melle placentam siue pastillum conficiant, vnde modicum exhibent tam pueris quàm adultis. Cornu cer. ad stranguries vruntur, Symeon Sethi.

Ad aquosum stomachum, Acetum potui dato, & cerui cornu vstum ad emplastratis modum imponito, Galenus Euporiston 3. 159.

Nonnulli remedijs quæ ad sanguinis mictum dantur, cornu ceruinum admiscent. Vstum potum quæ pondere trium aureorum & semis contra dolorem vesicæ prodest, Rasis & Albertus. Eodem modo pectoris humiditates ex veteris manantes cohibet, Idem.

Mulier profluuio laborans vstum & mollissimè tritum cum vino bibat, sanabitur, Sextus. Ad muliebre profluuium, Cornu cer. vstum potui dato, Galenus Euporiston 1. 73.

Mulierum purgationes adiuuat cornu ceruini cinis potus: item vulnus laborantes, illitu quoque, Plinius: in cuius verbis adiuuare purgationes mulierum, menses promouere & elicere interpretor: quanquam abundantes etiam menses, vel pituitosas potius fluxiones (vt paulò ante dictum est) sistere potest.

Ad fluxum

Ad fluxum rubrum, cornu cerui vstum cum hordeacea farina è vino bibitur, Hippocrates de morb. mul. libro 2. Ad fluxum album potus, Cornu ceruini vsti partem vnam crudæ hordeaceæ farinæ partes duas, & eodi baccas quinque, aqua terat & bibat, Idem. Recentiores ad genituræ profluuium corticis oui cinerem laudant vel ceruini cornu, Alex. Bened. Cornu cerui cinerem miscent quidam compositis ad alba mulierum profluuia medicamentis.

Mulier si offocatur à vulua, quod nequissimum vitium Græcè ὑστερικὴ πνιγὶς dicitur, puluerem ex ceruino cornu per triduum cum vino bibat: si febricitat, in aqua calida, miraberis effectum Sextus. Ferunt etiam quòd si ἀδίσκιλως pariente superferatur, iuuamento esse, vt Gyraldus vertit ex Symeone Sethi: cuius Græca verba non integra mihi videntur, nempe hæc φασὶ δὲ καὶ τὴν δυσκόλως ἐκτικτούσαν ὠφελεῖσθαι ὑπὸ τοῦτο: nihil autem præcedit aut sequitur, quod ad ἐκτικτούσαν participium fœmininum referri possit: ego σκεπασθὲν aut simile quid potius legerim, vt sensus sit, facilius parere mulierem quæ adalligatum vel appensum gestet cornu ceruinum, qualis superstitio circa alia quoque multa est, præcipuè verò circa lapidem. Cerui cornu & oliuas nondum habentes oleum, simul trita mixta suffito, Hippocrat. in libro de natura muliebri ad nescio quos veteri affectus: non satis enim exprimitur.

Cerebrum cerui apud Albertum & interpretem Rasis falsò pro medulla scribitur, vt supra monui. De bezahar lapide, qui dicitur lachryma cerui, Andreæ Bellunensis verba retuli supra capite tertio. Bezahard, inquit Ioan. Agricola, est antidotum contra venenum epotum efficacissimum & prorsus diuinum. Siquidem probatissimus medicus Auenzoar libro primo testatur se hoc vno medicatum esse quendam qui perniciosissimum venenum sumpserat, quod cum biliosum esset, protinus vniuerso corpori auriginem induxerat. Dosis erat bezahardi trium granorum hordei pondus cum vncijs quinque aquæ cucurbitæ, quæ nimiam veneni calliditatem refrenaret.

Cæterum huius medicamenti origo huiusmodi est: Ceruus postquam cum serpentibus congressus eas deuorauit, siti correptus, præsertim in regionibus Orientem versus, vbi prægrandes reperiri constat: mox stagnum aut flumen aliquod quærit in quod sese immergat: (iuxta illud regij prophetæ, Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita anima mea desiderat ad te, &c.) Inde tamen natura ita docente, velut Tantalus in medijs sitiens fluctibus, non bibit: nam statim concideret mortuus si quid aquæ degustaret. Erumpunt autem interim lachrymæ ex oculis quæ paulatim crassescunt, coguntur, & coagulantur, atque in castaneæ magnitudinem excrescunt. Quæ, postquam ex aquis euasit ceruus, deciduas homines obseruant, & colligunt. Hoc illud est belzahard, tantæ apud eos qui possident æstimationis, vt cuiuis veneno vel medium vnguem oblendant, Hæc ille.

De eodem Ferdinandi Ponzetti cardinalis verba hæc sunt: Experientia cognitus est ad omnia venenorum genera pollens lapis quem vocant Kemme seu bezar, colore citri splendens, odore vini: natus ex lachrymis ceruorum. Infirmi enim ætate flumen quoddam ingrediuntur in Oriente, & stant in eo immersi vsque ad caput, donec emittant lachrymas, quæ frigiditate aquæ & aëris coagulatæ, vertuntur in lapidem magnitudine auellanæ: qui exeuntibus à flumine decidit. Huius triti, vt docti omnes testantur, si pondus duodecim granorum hordei sumatur, expellitur omne venenum & virus per sudorem. Ceruorum lachrymæ collectæ, cordis pulsu laborantibus auxilio sunt. Physiologus author obscurus. Venenum Hebræi aut finitimæ linguæ præter alia nomina vocant זהרי *Zehari*, *baal* autem dominum: vnde lapidem litum dictum conijcio quasi dominum veneni: cuius Etymologiæ ratione merito pro peculiari cuiusuis veneni antidoto vsurpatur. Hunc lapidem aliqui begaar vocant, vide plura in Pandectis. Cerui singulorum in oculis sordes contra venena, Scribonius. Contra febres & calores nimios corporis. Nec spernendas adeps, dederit quem bestia melis: Seminecis cerui lachrymam miscere liquori conuenit, atque artus illinc mulcere calentes, Serenus.

Pulmo ceruinus clauos & rimas calliquæ vitia sanat, similiter vt fimum suis recens illitum, ac tertio die solutum, Plinius. Pulmo ceruinus impositus & sæpe renouatus ex calciamento læsos pedes sine dolore persanat: sed leporinus pulmo impositus multò efficacius curat, Marcellus. Apud Plinium quidem statim à ceruini pulmonis mentione remedium ad calceamentorum attritus subjicitur, vnde forsan deceptus est, Marcellus. Quòd autem ceruino pulmoni apud Plinium nihil cum attritibus calceamentorum sit, inde constat, quia Plinius hoc obseruat, vt morbos & affectiones prius, remedia posterius nominet, ijs quidem in locis, vbi remedia secundum affectionum genera partitur, ne qua possit oriri confusio. Hæc de Pliniana lectione: nam quoad naturam remedij, hoc est ipsum cerui pulmonem, an ad alterum affectum magis conueniat, an æque ad vtrumque, experturis iudicandum relinquo: quanquam inter tam multa & obuia remedia horum vitiorum, neminem cerui pulmone opus habere puto. Tussim sanat pulmo ceruinus cum gula sua arefactus in fumo, dein tusus ex melle quotidiano ecligmate: Efficacior est ad id subulo ceruorum generis, Plinius. Et alibi, Sunt qui cerui pulmonem phthisico profuisse scripserint, maximè subulonis, siccatum in fumo, tritumque in vino. Cerui pulmones cum suis gargulionibus virgulis tensos, in fumo donec arescant suspende, & ex his aliquid contusum tritumque diligenter adiecto melle, ecligmatis modo phthisico dato, quem sanari ciriissimè voles, Marcellus. Ad phthisim non perfectam sanandam, Pulmo cerui calamo extractus & arefactus conteratur: & cochlearia eius tria ex mellis cyathis tribus exhibeantur, deinde paucis diebus interpositis iterum propinetur. Galenus Euporiston li. 2. capite 27. Pulmonis cerui in olla fictili exusti cinis datus multis ad suspirium vel dyspnœam profuit, Marcellus.

Tradunt cernas, cum senserint se grauidas, lapillum deuorare, quem in exceremẽtis repertum, aut in vulua (nam & ibi inuenitur) custodire partus adalligatum: Inueniuntur & ossicula in corde & in vulua perquam utilia grauidis parturientibusque, Plinius. Lapis qui in vulua aut in ventriculo cerui inuenitur, phylacterium est prægnanti, & perficit vt partum perferat, eóque ratio colligit velocissimum esse illud animal, nec tamen aborsum facere. Simili ratione ossicula inueniuntur in corde cerui, aut in vulua eius, quæ idem præstant, Sextus.

ne mulier non conciplat. Eadem ossa in brachio suspensa efficiunt nẽ mulier concipiat, Idem. La[illegible] aut corde aut intestinis ceruarum repertus pro amuleto gestetur. Est enim ad retinendos fœtus remedium efficacissimum, Aëtius 16. 21. Os à corde cerui humanum cor totius substantiæ similitudine roborare Actuarius cum Arabibus contendit: sed ab aliorum animalium maiorum corde potius faciant, quæ tam multa proferunt pharmacopolæ, quàm à corde cerui. An verò cartilaginosa hæc substantia magis præstare id queat, quàm cordis aut arteriarum corpus, ipsi viderint, Syluius. Venetijs bubulum aut vaccinum quoddam os venditur, quod verè os est, etiam ingenti pretio, pro osse de corde cerui. Ego duo corda cerui aperui: vnum statim à cerui morte, in quo nerous quidam aut cartilago nerues apparuit, non admodum dura, in crucis modum: alterum interfecti ante sex dies, cuius nerues cartilago multò durior erat, & tensa, tali ferè figura, quali Venetijs os de corde cerui venditur, bubulum illud inquam vel vaccinum. Illius nerui vis apud veteres non memoratur, minusq; in roborando corde valere arbitror, Anton. Brasauola.

In corde cerui (inquit Platearius) reperitur quoddam os parte sinistra, vbi quædam concauitas est, in quam splen respirat, & excrementa emittit, (per vapores scilicet,) quæ illic ob siccitatem suam in olfeam vertuntur substantiam. Est autem hoc os de sanguine cordis, fuliginosum, & melancholicum expellendi fumum vim habet: Datur etiam contra cardaicam (sic vocat pulsum seu tremorem cordis) syncopen, & hæmorrhoides. Hæc ille. Superiore anno (inquit Anthon. Schnebergerus) in Vngaria ego ipse propriis manibus osiculum ex corde cerui exemi: reperitur autem semper omnique tempore in quolibet cerui corde inter auriculam maioris ventriculi & vrinalem venam in basi cordis, Illustris D. Bonerus se quoque sæpius repetisse asserit. Hæc ille. Os cordis cerui tritum potui da mulieri sterili, & videbis gloriam Dei, Galenus Euporiston libro 3. capite 174. Cor sine osse est omnium quæ nos nouerimus, præterquam equi & generis boum cuiusdam, Aristoteles. Negligenda est illorum oscitantia qui in cordis affectibus magno supercilio os cordis cerui, nescio quibus gemmis & auro mixtum, propinant: quum interim ceruo non aliud os, quàm vitulo aut cani aut sui insit, cartilagineæ nimirum magnæ arteriæ & venæ arterialis radices. Et osiculum illud quod è ceruorum cordibus exemptum pharmacopolarum officinæ mihi hactenus ementitæ sunt, aliud nihil esse censeo, quàm grandius agni hyoidis ossis osiculum, quod continuum est, & λ. simillimum: nisi quod dextrum crus etiam transuersim sinistrum decussatim secat, & alterum crus altero breuius fit: quod etiam ouina lingua quoties mensæ apponetur, luce clarius edocebit. Hæc And. Vesalius. Est apud nos quidam rei venatoriæ peritus, qui mihi affirmauit os in corde cerui nõ alio tempore inueniri quàm eo quod inter duos diuę Virginis dies festos intercedit, hoc est à medio circiter Augusto vsq; ad Idus Septembris. Cor cum pelle & corou cerui combure, & ex oleo vulnus inunge, Galenus Euporiston 3. 184. Naturale amuletum: ossa in corde cerui inuenta, sinistro brachio suspensa arcana quadam vi conceptum (vt fiat) iuuare asseruntur, Aetius 16 34.

Hinnuli coagulum laudatissimum est, Aristoteles. Nicander leporis coagulum contra venenata laudauit, quo loco Nicoon antiquissimus medicinæ author, primum in caogulis honorem hinnulo tribuit, secundum lepori, tertium verò agno (hœdo, vt citat Hermolaus in Plinium:) Dioscorides leporino primum in coagulorum censu ordinem dedit, Marcellus Vergilius. Hoc quidem in Dioscoride mireris, quod primum hinnuli (νεβρου) coagulum nominet, & rursus paulo post cerui, qua de re supra alicubi dixi. Pares autem vires habere scribit leporino coagula hœdi, agni, hinnuli, dorcadis, platycerotis, dorci cerui, &c.

Coagulum hinnuli, leporis, hœdi laudatum: præcipuum tamen dasypodis, &c. Plinius. Contra morsus (serpentium) præcipuum remedium ex coagulo inuli in vtero occisi. Plinius libro 8. Et rursus libro 28. Summis remedijs præfertur inuli coagulum in matris vtero execti, vt indicauimus. Aduersus venena mirificum est hinnuli coagulum, occisi in matris vtero, Solinus. Albertus non coagulum sed abortiuum, id est fœtum imperfectum) perperam legit. Coagulum cerui ex aceto potum ab ictu (serpentium iuuat:) & si omnino tractatum sit, eo die non ferit serpens, Plinius. Vtiliter bibendum datur morsis à cane rabido, Damocrates apud Galenum libro 2. de antidotis. Contra potum cicutæ (aconiti potius, ex Dioscorid.) & fungorum esum prodest, Haly.

Coagulum ceruinum siue leporinum, siue hœdinum, in potione solutum bibitur vtiliter ab empyicis vel hæmoptoicis, Marcellus. Coagulum cerui ex aceto sanguinem sistit. Plinius. Deglutitum sanguinem ex intimis profluentem facile stringit: idem facit & coagulum leporis, Marcellus. Leporis aut hinnuli coagulum ex vino potum nec non immissum cum oryzæ cremore cœliacos & dysentericos iuuat, Galenus Euporiston libro 1. capite 113. Exiccat coagulum hœdi, cerui verò magis inspissat, Aetius contra reiectionem sanguinis. Intestinorum vitijs magnopere prodest coagulum ceruorum decoctum cum lente betáque atq; ita in cibo sumptum, Plinius. Hinnuli coagulum priuatim triduo à purgationibus admotum, patrus spem intercipit, Dioscorides.

Ventres ceruorum, vide mox in Testibus. Nicander describit compositionem quandam theriaco, vbi addi jubet ἐλαφου γαστηρα id est cerui ventrem quem vocant echinum, alij cecryphalum.

Testes cerui inueterati, vel genitale maris, salutariter dantur in vino. Item ventres qui centipellliones vocantur, aduersus serpentium morsus. Plinius. Genitale cerui tritum (Aegineta siccati prius iubet, tum teri, additque misceri remedijs, quæ ad viperarum morsus componuntur) & in vino potum, à vipera demotis auxiliatur. Dioscorides. Desiccatum & lima in scobem redactum, cum vino potum morsibus viperæ succurrit, Symeon Sethi. Naturæ cerui siccatæ & contusæ si drachmam vnam in sorbitione oui potaueris, omnis morsus serpentis apud te innocuus fiet, & idem potus viperarum morsus efficacissimè curat, Sextus. Rasis etiam & Albertus virgam cerui contra serpentes tyri, id est viperas, auxiliari scribunt. Ceruini testiculi sicci aliquam partem potato, concubitum excitat, vt fit cum voluptate Veneris, Sextus. Ἔλαφου πέος δακτὶ βεβρωθὲις θεὸς συνουσίαν ἀφιείσιν. Hesychius & Varinus.

Mulieri

Mulieri candida à pectore hyænæ caro, & pili septem, & genitale cerui, si illigentur dorcadis pelle, collo suspensa continere partus promittunt (magi,) Plinius. Hippocrates 2. libro de sterilibus iubet dari tamenta genitalis ceruini, ac si ita fœcundæ fiant, & id partum quoque acceleret. Antidotus 72. ad excitandam Venerem apud Nicolaum Myrepsum recipit pudendum cerui. Pudendum cerui aridum vncia & drachm. id est cum vino meraciore præbe, ad excitandam venerem: experimento constat, Actius. Si quis cerui genitale vitum & tritum cum vino illinat testibus & pudendo animalis admissarij, vehementius ipsum reddet ad coitum, Xenophon in Geoponicis Græcis libro 19. capite 5. Idem alibi in eodem opere ex Quintilijs refertur his verbis: Quòd si tauri ad coitus torpescant, genitale ceruinum vrens & conterens, & leuigans vino, pudendum tauri atque testiculos vngito: confestimque vel ad insaniam vsque pruriet in Venerem: Quod quidem haud in tauris duntaxat, sed etiam in animalibus cæteris, in ipsoque hominum genere similiter possit vsu venire. Soluit autem pruritum illum exorbitantem, oleum inunctum. In Græcis quidem pro genitali primo loco κέρας legitur, secundo σκῶλον, quæ licet caudam proprie significent, hic tamen pro genitali siue pudendo matis accipiuntur, vt Græci etiam grammatici exponunt in Lexicis. Sic Horatius quoque caudam pro virga virilis membri, vt Acron interpretatur, accepit, Serm. 1. vbi scribit, Quinetiam illud Accedit, vt quidam testes caudamque salacem Demeteret ferro.

Virga arida pota valet contra difficultatem mingendi aut colicam: bibitur autem aqua solum in qua ablota fuerit, Rasis & Albertus. In compositionem quandam theriacæ Nicander inijci iubet semina bapleuri: item Cerui abscissam πηγὴν ἀφροδίτης, id est caudam semen fundentem.

Hydropicis auxiliatur simi ceruini, maximè subulonis, cinis cochlearium trium in mulsi heminа, Aristoteles. Vrina cerui splenis dolorem sanat: ventriculo & intestinis inflatis prodest: auribus instillata medetur earum vlceribus, Haly.

Ceruæ statim à partu exedunt inuolucrum, vt dictum est: nec fieri potest vt id accipias: prius enim quàm in terram demittant, ipsæ arripiunt: vis in eo medica esse creditur, Aristot.

Extrema pars caudæ cerui venenum continet, quod potum vehementem inducit angustiam (in stomacho & intestinis, Bertrucius,) syncopen, & mortem. Curandi ratio est, vomitu excitato cum butyro, oleo sesamino, & anetho: post vomitum exhibere oportet medicamentum ex auellanis & pistacijs cum lycio mixtis, Auicenna canone quarto.

Ferdinandus Ponzettus scribit humorem adustum in caudam cerui transmitti, ne inficiatur reliquum corpus: Sumptum in cibo hoc venenum tristitiam & mœrorem inducere, & reliqua vt supra: hoc addit, antidotum esse oculum cerui, vel eiusdem vel alterius.

Matthæolus venenum istud viridis aut flaui coloris esse scribit, (vnde verisimile est non aliam quàm fellis eam esse substantiam: ceruis quidem Achainis cognomine fel contineri in cauda creditur: est autem illud colore quidem simile felli, non æque tamen vt fel humidum, sed lieni simile parte interiore, Aristoteles) venenum planè sæuissimum: quod in cibo potúue sumptum, intolerabilem corporis angustiam, syncopen, & alia symptomata adferat, quæ napellus excitare solet: Auxilium esse, si post vomitum ex butyri pondo dimidius triti smaragdi scrupulus cum vino bibatur, pistacia & auellanæ edantur: postea verò corpus vniuersum perfricetur cum oleo è semine citri, & theriacæ drachmæ duæ propinentur. Eadem scribit etiam Petrus Aponensis.

H.

Cerous dictus est, quòd τὰ κέρατα, id est, cornua gerat, Festus. Cerui, quod magna cornua gerant, mutata g. in c. vt in multis, quasi gerulci, Varro de lingua Latina. Ἔλαφος Atticè in fœminino genere etiam de mare dici supra docui in B. Αἴξ ἄγριαι κριοὶ, οἱ ἔλαφοι, οἱ θῆλυς ἔλαφος, ἔλαφος, Varinus. Ἔλαφος vel à celeritate & leuitate nomen habet: nam ἐλαφρὸς leuis est: Vel sic vocatur quasi ἐλαφρὸς, ἀφ' τὸ ἕλκειν (aut si libet εἰλεῖν) καὶ ἑλισσεῖν ἀφ' τῶν μυκτήρων σὺν ὄφεσι. Ἢ ὅτι τοῦ ἑλκύειν σὺν ὄφεσι ἡ λύσσα τῶν ἐλάφων, (nimirum quod circa lacus & aquas libenter versetur) Varinus & Etymologus. Ἔλαφος παρὰ τὸ ἑλκύειν σὺν ὄφεσι, ἢ ἐπειδὴ πίνει τὸ κέρας ἡμιόμενον, Etymologus in Αἴθων: Vel quod ipse cerous cornu ad saxum attrito nidorem excitet, quo serpentes è cauernis pellit. Elaphis Græce nomen est, haud à celeritate, quod putant quidam, sed serpentis tractione sorptionéque ductum, Plutarchus in libello Vtra animalium, &c. Ἐλαφίς, ῥιζὰς, Hesychius. Αἴθωνος, cerous apud Cretenses, Varinus. Αἴθωνες, ἔλαφοι, Hesychius. Φύσσαι ἔλαφοι, (malim ἔλαφοι, id est cerui,) Hesychius & Varinus. Βούβαξ, cerous, Idem. Πύγαργος, cerous Laconice, Hesychius & Varinus. Πύγαργος, ἔλαφος, Ἀμυκλαῖος, Idem. Σύραι, cerui, Hesychius & Varinus. Ταχῖνος, lepus & cerous, Idem. Πτῶκες, timidi, lepores, dorcades, cerui, hinnuli, Hesychius & Varinus. Πρὸξ cerous, vel hinnulus: πρόκες, ἔλαφοι ἐκγονοι ἔτι νήπιοι: ἢ δορκάδων εἶδος (ἢ ἐλάφων; Scholia in Homerum) ἀπὸ τοῦ προκίζειν, à celeritate, Varinus: Vide supra in Dorcade, id est Caprea. Πρὸξ ἔλαφος ἡμίονος, Suidas & Varinus.

Non placet quod apud Varinum legitur, Πρόκας ζῶόν τι ἄμεινον ἐλάφου: est enim procas accusatiuus pluralis. Hoc animal nomen dedit Proconneso insulæ, quam aliqui Elaphonnesum vocant. Philetas sic proces quasi πρωτοκίους (per syncopen) appellari ceruas quæ primum pariunt, Varinus. Cuius verba Cælius peruerrit lib. septimo cap. decimo quinto ita scribens, Apud Philetam obseruatum Græcis est, primigenios ceruos dici procas: cum Varinus expresse habeat τὰς ἐλάφους τὰς πρώτον τεκούσας, id est ceruas ipsas cum primum pariunt, sic appellari: & licet etiam ipsi hinnuli recens nati sic vocari possint, vt supra dixtmus. Falsum est tamen Philetam ita vocare. Plura de voce prox in Caprea dixi. Πόκαι, (nomen à procas per metathesin factum,) ceruas vel celeres, Hesychius. Πόρκες, τῶν δορκάδων ζώων: ἔνιοι δὲ ἡλικίαν ἐλάφου, Hesychius & Varinus. Δόρκων, nomen loci, vt ceruus, Suidas. Κυπρεὺς, ceruus, Hesychius & Varinus. Cerui appellatione forte intelligit Aristoteles etiam capreas, & damas, & capras syluestres, August. Niphus. Βοῦβαλος, ἔλαφος

φον ἢ κεφαλὴ ἐλάφου, Varinus. Βρένθον, cervum, Idem & Hesychius. Brundusium, Βρεντέσιον, vrbs ad mare Adriaticum, sic dicta vel à Brento Herculis filio: vel quod multis portibus vae in ore sitis opportuna sit, quibus cervi caput quodammodo refert. Vocant autem Messapij cervinum caput brention, vt Seleucus scribit in secundo glossarum.

Brundusium (Βρεντέσιον, Strabo libro 6.) Messapiorum lingua cervi caput dicitur: Sic enim est civitas cum portu capiti cervino persimilis, cum cornua, & caput & linguam habere videatur, Onomasticon. Hinc forsan & Brettotia dicta insula maris Adriatici cum Brettio fluuio, quam Elephussam Græci vocant, aliqui Brettanidem, apud Stephanum, quanquam & Oceani insulæ Britannicæ, Græcis Bretannides dicuntur. Sed de Brettia insula, quæ hodiéque Brattia dicitur, vide Germolaum in Plinium libro 3. capite 26. Elaphites insula prope Lesbum, Plinius lib. quinto trigesimo primo. Non placet quòd Hermolaus Barbarus scribit bredon poetas cervum aut caput cervi nominare, cum Messapiorum non poëtarum id vocabulum sit, qui brendon vel brention potius quàm bredon proferunt, licet Varinus etiam bredon habeat. Non statim autem quicquid non vulgò vsitatum est, poëticum fuerit. Λαῖτις ἐλαφοβοίας, Hesychius & Varinus: videntur autem intelligere cervum marem, qui nondum adultus sit. Gyllius in historia camelopardalis, dorcalidas cervos non rectè interpretatur, ego capreolos verterim. Aufeae. id est coagulum cervinum, & genitum bubali, Vetus expositio in Auicennam. Aufeae aluareb, id est coagulum cervinum, Syluaticus: apud quem sequentia etiam Barbara nomina reperi: Anfesgidi, coagulum cervinum: (And. Bellunensis apud Auicennam anfhaa coagulum exponit.) Aateros, cervus: Belachim, cervus. Medulla cervina.

Hinnulum vulgò vocant & scribunt cervum adhuc tenerum, quod nomen author quidam obscurus ab hinniendo deducit. Eruditi quidam aliter scribunt, sed variant. Inulos per simplex n: & sine flatu pro cervinis pullis rectius proferri Hermolaus putat: hinnos autem & hinnulos per duplex n. & cum aspiratione, ex asina conceptos equi coitu, sed vtique si sint mares, vt Plinius adiecit: quanquam Nonius etiam hinnas vocat, &c. Hermolaus in Dioscoridis caput de cervino cornu. Idem ex Hermolao Cælius exscripsit. Cervi inulum siue inuleum, nebròn & cemáda Græci vocant: quanquam cemas nondum progreditur in pascua. Hermolaus. Vitas hinnuleo (pro hinnulo) me similis Chloe. Horat. Ἔνελες νεβρίς. Hesychius: eadem vox apud Varinum oxytona legitur. Ego vix vllam dictionem reperiri puto, in qua tam multiplex scribendi ratio sit apud Latinos pariter atq; Græcos Ἴννος, πῶλος ὁ ἐν τῇ μητρὶ ὑποπόριος πρὶν γεννηθῆναι, Varinus & Hesych. Ἥνις βοῦς, ἐνιαυσιαῖα, bos annicula. Ἥνις πλοῖον, ναῦς, Hesychius.

De vocibus ἴννος, γίννος, & ἶνις supra dixi in Hinno statim post Asinum. Νεβρὸς ἔγγονος ἐλάφου, id est fœtus cervi, Pollux. Polyænus in Epigrammate etiam dorcadis fœtum νεβρὸν appellat. Marius Grapaldus nescio vnde motus νεβρὸν damam interpretatur. Dorcas propriè caprea est, vt supra docui: Græci tamen grammatici etiam hinnulum, τὸν τῆς ἐλάφου ῥῖνημα, interpretantur, vt Etymologus. Ἔλαφίνης, νεβρός, Hesychius & Varinus. Νεαθροὶ, νεβροὶ, οἱ νέοι ἔλαφοι, Idem.

Cervi primigenij proces dicuntur apud Philetam, (quod supra reprehendi:) grandiores paulò iam dicti cemades valent: perfecta demum ætate cervi: Nisi eos item qui achæinæ nuncupentur, aut spathinæ quædam ætatis esse discrimina coniectet aliquis: vel etiam generum ex magnitudine, vel cornibus interstitia. Græci scholiastæ in ijs satagunt egregiè: sed ita, vt nec sibi admodum satisfaciant, Cælius. Ὀρεσβάδων νεβρῶν, Hesychius. Ὀρυσβάδες, ἄγαι, Idem. Νεβρούς νεογιλίας γαμαδίωνας, Homerus Odyssex quarto. Cælius Rhodiginus cervi catulum pro hinnulo dixit. Νεβροπόκοι καὶ ζόρκαι, id est cervi & capreæ, vt ego interpretor in Nicandri Theriacis. Κεμὰς, hinnulus parvus in spelunca adhuc latens: νεβρὸς autem maior, καὶ ἔτι βυσσὸν ἰξύων: De hac vnce & similibus, vt κεμμὰς κεμφὰς κεμμάς: & de cemadum genere Lybio, plura docui in Caprea.

Ἔλλις idem quod νεβρὶς, id est est hinnulus cervi, apud Homerum: vnde ellophonos dicta Diana à cæde cervorum, vtpote venationis dea, Varinus. Ἔλλις, leuis, celer, nuper natus, (tanquam epitheton cervi:) item mutus, humidus, marinus, (tanquam epitheton piscium, quod mihi ellops potius quàm ellos proferendum videtur:) item bonus, ὀλοιτὰ, ἀγαθὰ) glaucus, charopus, Dodonæus, (est enim Hella, Iouis templum in Dodone: Ἔλλοι ἱλλύες οἱ ἐν Δωδώνῃ καὶ οἱ ἱερεῖς) Hesychius & Varinus. Ἔλλιτίαν (per magnum vel paruum in penultima) Phœnices virginem vocabant, Varinus: eadem quod ad ætatem in Elli, id est hinnuli nomine ratio est. Ἐλλόπιδες & ἔλλοπες dicuntur passeres & hinnuli, ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι, id est à saliendo. Etymologus & Varinus. Apud Hesychium ellopides legitur, cum iota in penultima, his verbis: Ἐλλοπίδιον dictio apud Cratinum, facta ἀπὸ τοῦ ἔλλος (melius cum spiritu tenui, & acuto in vltima:) & communiter dictos hinnolos, vel passeres, vel pullos serpentis significat, ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι. Sed videri possit etiam ἐλλόπες quasi ἀπόπτηνες dici, id est πτερώτες, quod hinnulo maximè conueniret. Ἔλλος, cervus, forma diminutiua ab elaphus: ἠδὲ νέλαι πὰς Δρεπτρβάς ἔχων, ἀπὸ τοῦ ἔλλος καὶ ἔλαφος: (corrupta hæc videntur.) Κύνες ἴχνι πικλήσκουσιν, ἐλλὸς ἔλαφον, Homerus Odyss. τ.

Epitheta cervi & cervæ: conueniunt enim eadem vtrique sexui præter cornigerum. Fixerit æripedem cervum licet, Vergilius libro 6. Aeneid. Agilis. Alatus, Ouidius 1. Metamorph. id est velociter currens. Alipides cervi, Lucretius libro 6. Annosus. Celeres, Stat. libro 6. Theb. Celeripes. Cornigeri, Lucretius libro 3. Aut surgentem in cornua cervum, Vergilius, Aeneid. 10. Cornigera, vt habet Textor, sine authoris nomine, sed falsò: vt etiam Græci poëtæ plerique κεράστην, id est, cornutam cervam falsò cognominauerunt, vt supra ostendi capite 2. Cretæa id est Cretensis, Seneca in Hipolyto, vbi Grammatici Cretam cervis abundare mentiuntur. Errantes Vergilius Aen. 5. Formidantes, Ouidius 15. Metamorph. Fugax, Ouidius 3. Trist. & Vergilius 5. Georgic. Fugitiuus. Imbelles, Vergil. Georgi. 3. Leues, in Bucolic. Ante leues ergo pascentur in æthere cervi, id est animum more antè cervi volabunt. Seruius. Pauens. Pauidi formidine cervi, Ouidius 5. Fast. Quadrupes. Syluicultrix cerva, Catullus Epigram. 58. Territa. Timidi, Seneca in Hippolit. Trepidus. Vagus. Veloces, Vergil. 5. Aen.

Velocipes

Velocipes. Vetus. Vinax, Virgilius, Aeglog. 7. Volucer. Volucripes. Volubilis, Varro Meleagris. Auctile ceruum qui volubilem currens, Sparo secutus traguláue traijcit.

Ἀμφ' ἔλαφον κεραὸν, Homerus Iliad. 3. & rectè in masculino genere: mas enim tantum cornutus est Varinus, Hesychius, Etymologus: Idem exponit ἔλαφον, ἢ μεγάλα κέρατα ἔχοντα. Similiter κεραὸν ceruum, alij cornutum simpliciter, alij magnis cornibus præditum. Κεραὸν rectè dici videtur de ceruo mare: nam fœmina κεράστα falsò appellatur. Κεραὸν ἔλαφον apud Homerum ceruum adultum (τέλειον) interpretantur: sed κεραὸς poeticum est, κερασφόρος commune, Varinus. Ἔλαφοι κεραοὶ μὲν ἡ θήλεια· ἡ γὰρ ἐλάφη κερασφόρος, ἡ κεράστρα, ἡ ἔλαφος, ἡ ἔλαφις, ἡ πλατύκερως. ἡ δὲ ἐλαφὶς κεραὸς· ἡ χαροπὸς ἔλαφος, ἡ ὑπὸ Ἡρακλέους ἀλοῦσα, Varinus ex Polluce. Νῦν μὲν ἀκοντίζων ἐλάφων ἠμῦσ- ἕτερον αἶψα βαλέσθαι, μεγάλα τὰ, ἀσπετὸν αἰόλον Σπιτῆν ἀρίζηλον, πεπεμπόμεν- ὑψηλοῖσιν, Oppianus. Ex quo etiam sequentia decerpsi, tum ipsius cerui, tum cornuum & pedum eius epitheta: Οὔκολον κεραὸν, καλλιβάλανον, αἰόλον ἔντος. Ἰσοκλόνων κεράων. Ἀλλὰ τανίκραιρον Θέων. Ἐυσπόμυσ- λαιψηρὰ πόδεσσιν. Ἀκεφίβιος. Τετρασκελεῖς, Hæc ex Oppiano. Idem de fœcotis, siue dorcis, id est capreis, Κείνοις ἐλάφοιο δέμας. μῆνι δ' ὑπὸ νώτῳ Σπιτῆν ἅπαντα φέρει, πανέλοπι. Apud eundem Βαθύκερως ἔλαφος. Item ἕλα πανυπερτάτοιο ἀπὸ κροτάφοιο ἐλάφοιο. Idem. Βαλιὸν ἔλαφον, (aliàs βαλίαν paroxytonum, (apud Euripidem, κατάστικτον. Βαλίαι, αἱ ποικίλαι ὑπὸ τὸ βάπτειν καὶ ποικίλας φέρεσθαι τὰ βαλιόμματα, ἢ ὅλως πεπικιλῶσθαι. Ἀπὸ τῆς πάχνης· ἡ γὰρ πάχνη τὸ βάπτειν αὐτῆς. καὶ βαλιὰ ἀπὸ τοῦ ποικίλου. καὶ τὸν Διόνυσον Θηβαῖοι. καὶ βαλίαν αὐτὴν τινὲς φασὶν ἀπὸ τῶν ἀστέρων, (apud Synesium Cyrenæum, Suidas) Varinus. Βαλίαν, ποικίλον, Κρῆτες. Βαλίαν παχὺν ἔλαφον, πηλὸν, Hesychius. Θηρίον βαλὶς ποικιλόκερως ἐστὶ μικρὸν ἔλαφος. Ὄγχνη γὰρ τύμπανον (malim τυμπάνῳ) εἰς Ἀχαΐαν φέρουσι, Distichon apud Suidam. De balio colore etiam in equo nonnihil dicemus. Ὡς εἶδες ἐλάφοιο κύων ἐπὶ μῆλα δραμοῦσα, Philippus in Epigrammate. Αἱ παχνώδεις ὀξὺ φυγεῖν ἔλαφοι, Innominatus in Epigram. Ἐλαφο- ἀντὶ ἐλαφρᾶς pro ἀπάλης, Oppianus. Ἐλαφο- Φυζακτὶς ἡ Φυζακτική, cerui ob fugam & timiditatem epitheton, Eustathius & Varinus. Ποικίλον ἔλαφον, Homerus Ἀγρέπεσαι ἔλαφοι. Idem. 1. αἱ ἄγελαι ἢ αἱ αἰγυπόπεραι, αἱ, ἅτε μὴ ταχὺ γηράσκουσαι, Eustath. Ἔλαφον νεβρίσκων, Homer. Ἐλάφοιο ταχείης, Idem.

Cerui in ædibus rusticis dicuntur, vbi singula extrema bacilla furcillata, habent figuram literæ V. à similitudine cornuum cerui, Varro de lingua Lat. Atque humiles habitare casas, & figere ceruos, Vergil. Aegl. 2. vbi Seruius, Aut furcas (inquit) quæ figuntur ad casæ sustentationem, quæ dictæ sunt cerui, ad similitudinem cornuum ceruinorum: aut, quod melius est figere ceruos, id est venari & iaculari, intelligamus: vt magis ad voluptatem eum quàm ad laborem inuitare videatur.

A ceruo adiectiua sunt, ceruarius & ceruinus, apud Plinium. Ceruinus & murinus color in equo notissimi sunt, Thylesius. Græci ἐλάφειον dicunt adiectiuè. Ἐλάφειον τὸ τῆς ἐλάφου εἶδος καὶ χρῶς, Varinus: Suidas, χρῶς tantum habet. Ἐλαφρὸς, id est leuis, nomen est deductum ab elapho, id est ceruo, quod leuissimum & imprimis agile animal est Etymologus. Ἐλαφρὸς ἀπὸ τῆς ἐλάφου παρῆκται, (videtur addendum: εἶον ἐλαφεινὸς) καὶ συγκέκοπται ὁ ἐλαφρός, Varinus. Aliqui contra, vt supra dixi, elaphon quasi elaphron, id est leuem vocatum existimant. Πλώουσιν ἐλαφρῇς, in Odyssea. πρὸς ὁμοίοντε νηῒ θοῇ ἐλάφῳ, κῦμα καὶ αὐτὴ πλεῖον, καὶ ἥδε ὀκνοτέρῃ, Varinus.

Nebrophonos ab hinnulorum cæde dictus, inter canes Actæonis ab Ouidio numeratur. Πυκνὸν κερασὶ κεμάδων ἢ νεβρείοις Λατῶν πεσόντων αἱματόεσσα λαυθμοῖς, Babrius citante Suida. Νεβρηκὸς, gallinaceorum pullimatculi, Hesychius & Varinus. Ἐλαφεῖν, fugere more cerui, Lexicon sine authore. Ἐλάφειν- ἀνὴρ, id est ceruinus vir, prouerbio olim dicebatur formidolosus, & fugæ fidens magis quàm viribus: Hinc illud Achillis in impudentem & timidum, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο, Erasmus. De cerui timiditate plura dixi supra capite quarto. Ἐλάφειν- ἀνὴρ apud Suidam & Etymologum rectè legitur, apud Varinum verò deprauatè ἐλάφατος. Trux spiritus ille Philippi Ceruorum cursu præpete lapsus abit, Alcæus in Epigrammate de Philippo Macedonum rege victo, apud Plutarchum in vita Flaminij. Martialis in carmine, indigno quod memoretur, ceruum pro fugitiuo puero dixit, vt scribit Crinitus libro decimo nono capite octauo. Ceruos verò apud antiquos vocari consueuisse à celeritate fugitiuos, docet etiam Sextus Pompeius, cuius verba ex libro de verborum significationibus decimo nono subiecimus, etsi in peruulgatis istis codicibus neutiquam comperies: Seruotũ (inquit) dies festus volgò existimatur Idus Augusti. quod eo die Seruius Tullius natus, idemque Dianæ ædem in Auentino dedicauerit, cuius tutelæ sunt cerui: à quorum celeritate fugitiuos vocant ceruos. Sed nec illud alienum videri debet, quod in Terentiana fabula scriptum est ab Aeliano Donato: quo enim loco Terentius, quadrupedem, inquit, constringito: Quadrupedes, inquit Dona. ligaturæ genus in cruribus: aut item quadrupedem posuit pro ceruo & fugitiuo, vnde illud Vergilianum, Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit, Hactenus Crinitus, ex quo etiam Cælius transcripsit 25. 24.

Vnde est quòd illorum qui Lycæum in Arcadia ingrediantur, corpora vmbras mittere negant? An quia vmbræ causa est Sol, Sole autem priuatur (vt qui obruatur lapidibus) qui Lycæum ponte ingressus fuerit. Vocatur autem elaphos, id est ceruus quicunque ingressus est, hanc ob causam: Canthalon Arcas eum ad Elienses Arcadum hostes profugisset, & per Lycæum eum præda transijsset, bello finito in Spartam fugit: Spartani verò, oraculo ceruum esse reddendum iubente, Arcadibus eum reddiderunt, Plutarchus in Græcanicis quæstione tricesima octaua. Sic autem refert, tanquam Canthalon ceruus sit appellatus, eò quod prius etiam Lycæum ingressi sic vocarentur: mihi plus rationis habere videtur, si Canthalionem sic primò nominatum dicamus, idque meritò, qui bis fugerit, transfuga primum ad hostes deinde in Spartam: à Canthalione verò postea cæteros omnes Lycæum ingressos. Cerius nomen viri apud Horatium. Nebridius comes orientis apud Suetonium. Elaphos placenta nomen habet ab elapheboliis sacris in quibus fieri solebat ex sesamo & farinæ flore (σεμίδος, farina pinsita, Ruellius.) Cælius ex Athenæi lib. 14. Hermolaus à mense (elaphebolion enim September est) in quo fiebat, dictam sit. Erant autem elaphebolia sacra eodem in mense, vt nihil interfit. Ineptius & obscurius Io. Ruellius, hanc placentam cernorum venationibus dicatam scribit.

Ceruisea pirum à Cloatio inter reliqua pirorum genera nominatur apud Macrobium libro 3. capite 19. Linguam ceruinam Romani vocant filicem fœminam: Nostri hodie vulgo hemionitin Dioscoridis nec vocabulo, de qua plura

qua pluribus dixi in Bone cap. 3. inter remedia ad morbos boum. Elaphine, veratrum nigrum, interp nomenclaturas Dioscoridi adiunctas. Elaphion, ocimastrum, Ibidem: Hesychius tamen & Varinus interpretantur conion, id est cicutam. Ceruinum trifolium nostri vocant herbam bicubitalem aut proceriorem, locis nascentem aquosis, odoratam, foliis ternis, oblongis, crenatis, umbella purpurea, &c. quam pleriq; pharmacopolæ vulgo hæc genus eupatorium vocarunt, Ruellius hydropiper esse credidit. Ceruiboletes pharmacopolæ in sylvis ex cornuorum semine nasci & Venerem stimulare comminiscuntur, Adamus Lonicerus.

Cerua, canis nomen apud Varronem. Tarando caput est maius ceruino, nec absimile, Plin. Tarandus animal est cerno simile, Varinus & Hesychius. Eustathius facie (τὴν ὄψιν τοῦ τόκου) ceruum repræsentare scribit. Bubalos Africa gignit vituli ceruiue quadam similitudine, Plinius, Est in Hercynia sylua bos cerui figura, Cæsar lib. 6. belli Gal. Gyllius pro bos legit bison, vt in bisontis historia ostendi. De capra siue capreolo, & plaryceroie, quæ ceruini generis quadrupedes sunt, superius egi post capras sylvestres. In Sardinia est ophion animal cerno minus, & pilo demum simile, nec alibi nascens: id quanquam Plinius interijsse arbitratur, musimonem esse conijcio, muflonem vulgo vocant, vt statim post Ouis historiam referemus. Ceruarius lupus, qui & hodie apud Italos & Gallos nomen retinet, ex cerua & lupo, aut lupa & cerno genitum ac mistum animal existimatur. (veteres quidam grammatici in Dictionarijs annotant: sed à nullo idoneo authore id proditū memini. Ego à colore potius aut maculis dictum putarim ceruarium, aut quod ceruos infestet) de quo post Lupum priuatim dicam. Ceruaria ouis, quæ pro cerua immolabatur, Festus. De hippelapho, id est equiceruo, qui & tragelaphus dicitur, in Hirco docui capitis octaui parte prima. Tragelaphum Ge. Agricola Germanica voce mihi ignota *brandhirtz* interpretatur. Alberto alcen etiam equiceruum appellare placuit. Illud quoque animal quod Septentrionalis tantum regio producit, rangiferum vocant aliqui, ceruino generi adscribendum videtur. Ex amico quodam accepi visum sibi in aula regis Galliæ Francisci, equum posteriore parte ceruum. Elaphis nomen suis, quasi dicas ceruariam, Oppiano in Ixeuticis, quòd pennas pelli ceruinæ similes habeat, colore nimirum & maculis. Animal peculiaris formæ gignunt alpes, ἔλαφοειδὲς πρόβατον, &c. vt in Ibice dixi ex Strabone: videtur enim non aliud quàm ibex esse. Cornorum magnitudine aues apud Struthiophagos reperiuntur, aliæ quàm struthiochameli, in eorum tamen historia nobis referendæ. Ceruum volantem Galli vulgo appellant maximum inter scarabeos, & ramosis cornibus, quibus ceruum refert, insignem. Bellua quædam ex boue ceruóque composita Apollonius vltra Catadupa Nili procedens, reperit, Philostratus: Vide mox in sequenti parte b. De Buselapho seu Bouiceruo diximus inter Boues post Vitulum.

De Elaphusia & Elaphite insulis superius dixi prima parte huius capitis. Est & Elaphonnesus, vna Sporadum insulatum cum vrbe eiusdem nominis, Stephanus. Ceruaria, locus ad Templum Veneris, Galliæ Aquitanicæ finis, inter Pyrenæi promontoria in sinu salso ad mediterraneum mare, meminit eius Mela libro 2. Thyatera (Θυάτειρα) vrbs est Lydiæ, quæ etiam Mysorum vltima vocabatur. Mysi enim vrbem condituri oraculum acceperunt, illic vt conderent, ἔνθα δὴ θεοῦ ἐπιλαφομένου καὶ τοῦτο ἐξεύροντο, id est, vbi ceruus sagitta saucius currere videretur. Inuento igitur ceruo, & vrbe condita Thyatera nominarunt, Μέχρι ἐσχάτου καὶ τοῦ ἐλάφου. Erasmus id prouerbio Mysorum vltimus nauigat, huius ciuitatis non meminit, sed Acolidem vel Teuthraniam secundum alios, extremam Mysiæ partem oraculo significatam scribit. Refert autem oracula duo diuersa ab eo quod nos ex Stephano recitauimus. Prouerbiū etiam apud Suidam habetur in Βοιωτός: Mellus autem effertur ἐπὶ τὸ ἔσχατον (scilicet τόπον) Μυσῶν πλεῖν, id est Ad vltimum Mysiæ vel Mysorum locum nauigare, de re facta difficili & ijs qui dura quæpiam imperant. Nam si cū Erasmo proferas, Mysorum vltimus nauigat. nihil ad hunc sensum, neque ad oracula. Simile illud Germanorum videtur, Vbi piper prouenit, id est in remotissima aliqua regione. Telephi historiam in hoc prouerbio longè aliter narrat Suidas, quàm Erasmus, qui ex nescio quo authore vertendo, tum in alijs tum quòd φονεῖς pro γονεῖς legit, deceptus videtur. Elaia, Ἐλαία apud Stephanum, castellum Siciliæ, nihil ad ceruum.

b. Orsei Indi monocerotem venantur, capite ceruo similem, Plin. Onesicritus scribit equos vnicornes in India esse ceruinis capitibus, Strabo. Boues ceruorum cornib. præditos Ludouicus Varromannus sibi visos scribit in Zeyla vrbe Aethiopiæ, principi illius loci dono datos: Vide paulo superius ex Philostrato. Λικμοί, vel λικμοί rami cornuū ceruorum, Hesych. & Varin. forte quod obliquè vel per transuersum enasci soleant: λικμὸς enim est ὁπόταν λοξὸς ἐκ μεσοπόρου: & λέγεται, πλάγιον, λοξόν. Sinus Byzantij cornu ceruino perquàm similis, Strabo. Cretes in India nasci scribit ferarum nomine axin, hinnulo pelle, Plin. Ἔλαφοι καὶ ἔλαφοι κέρατα λεπτά. Hesych. & Varin. Ἐλαφεγκέφαλος, medulla cerui, Idem: Syluaticus tragus barbaram vocem pro cerui medulla interpretatur. Aethiopia leucrocutam generat, crutibus ceruinis Plin. In equo ad venationem & cursum apro probantur σκέλη λεπτὰ μὲν καὶ ὀστώδη καὶ τρεχέτω πρὸς τὸν ἐλάφειον. Oppian Ἐλαφόποδες equi dicuntur, qui tarsi, agitum articulo recta (procera potius & alta) ossa continent: ij pessimo gressu nituntur, & vectorem concutiendo fatigant, Abyrtus cap. 11. Equus habeat falces curuas & amplas tanquam ceruinas, Rullius. Ceruos colore nigricantes in sylua Hercynia, vel vt aliqui vocant, Martiana, quidam reperiri aiunt: & cautam ad ieiunt parum idoneam, quoniam ea olim conflagrauerit. Ἐλαφοειδὲς πολύχνια κεφαλῆς, Nicander de cornu ceruino, cuius epithera aliquot superiores refuli. Cornua ramis octo prædita, τὰ δ' ὀκτακόρυφα μεσσοπαγῆ φορήματα. In epigramma Cornuū stipites nostri vocant *stangen*, quasi pericas, è quibus rami enascuntur: quibus stipitem vnum adnumerare solent cum ramorum cerui numerū proferunt. Circa messis tempus, vt audio, cute cornib. obducta, vermiculi quidā subnascuntur, qui cornu superficiē inæqualiter exedūt & asperant. Eo tempore vermiculos tentiens ceruus & pruriens, arbori ib. cornua efficat, quod nostrates dicunt *firmen*. Inter cerui craneū & cornua, vt ipse obseruaui, ossicula siue tubera ossea gemina protuberant læuia, duos circiter digitos longa, eò breuiora quò ceruus natu maior est: horū singulis cornua singula adnascuntur per symphisin quandā & quasi articulationem. Subulonis cerui cornua vidi dodrantis circiter longitudine: furcarij vero vulgo dicti (*einsprisser*) qui trimus est, duorū & amplius dodrantum. Obseruaui etiam in consummati cerui cornib. mucrones siue ramulos supremos, qui bini aliquoties plerunq; aut terni spectātur, septenos, & eodē in loco stipitis latitudinem sex digitorum: inferius autē erant & alij bini & adminicula. Hæc cornua nō vulgaris sunt cerui, sed illius quē Germani vocitant *brandhirtz*, quē Ge. Agricola Trapelaphū facit, de quo supra in Hirco. Cornua abijciunt (nostri *reerden* vocāt) Martio, & citius etiā si aëris constitutio calida & sicca fuerit. Abijciunt autē aliās pariter, aliās vnū post alterū horis aliquot, duodecim interdū aut plurib. interpositis. Abe ēta in vivarijs quidē apud nos negligi ab eis, nec humo obrui aut aliter curari obseruatū est. Quin etiā in sylvis

sæpenume-

in pretiosiorem speciem accedat, dolosius reperiantur, vt quod hac de re veteres tradiderunt omnino fabulosum sit.

c. Cerui glocitant & onagri, Author Philomelæ. Idem catulis glocitare tribuit. Glocire verò apud Columellam & Festum, proprium est gallinarum quum ouis incubituræ sunt. Grauiterque rudentes dunt, Vergilius in Georg. de ceruis. Xenophon cervorum hinnulos βαῖ. dixit. Βαβυκᾶν δοκοῦσι, Oppianus cerno à serpentibus morso. Μηκάδας, μίμησιν φωνῆς αἰγὸς καὶ λαγωοῦ καὶ ἐλάφου, Eustathius. Βρύειν ideo vbi cerui excrementa sua reddunt, Varinus & Hesychius: sed aenam quoque & sonum significat, & odorem: atqui pro odore non quouis, sed viroso tantum. per ει circumflexum in penultima scribitur: & inde forsitan nomen loco excrementorum cerui. Vinceres cursu cervum, & gradu, Plautus citante Festo. Cerui à celeritate epitheton ἀκύκερως, & alia superius enumerata. Audio locum quendam Francofordiæ non procul distantem, itinere forsitan sesquihoræ, à cervino saltu nomen habere, in quo lapides duo erecti visuntur, interstitio pedum hominis mediocris fere sexaginta: tanto enim spatio salijsse illic cervum, idque etiam supra paulstrum oneratum, cum venatores instarent. Nostri cervis, quos in viuarijs alunt, præter fœnum quotidie auenam quoq; offerunt. Libidinari incipiunt circa calendas Septembris, aut aliquando tardius, quod hyemis etiam tardioris signum esse conijcitur. Cerua vterum gerit, vt vacca, septimanis quadraginta, & singulos itidem parit.

d. Τοῦδ' ἔπι κύκλιον πτῆνες ἠδὲ θοὰ θῆρες βαῖνον; Homerus in timidos. Timidi damæ, cerui quefugaces, Nunc interque canes, & circum tecta vagantur, Vergilius. Cervóque fugacior ibat Sudanti tremebundus equo, Claudianus. Ἀμφὶδὲ καὶ τὸν Ὀδυσσεὺς τρόμος ἤλυθε γυῖα φανέντα δοιοὺς ἐκφανθέντας ἐπὶ προμάχοισι λεόντας. Ἀμφὶ ἑλὰν ἔχεν ἀμφὶ βοείην, ἐν τ' ἔβαλ' ἀμφοτέροισι, &c. Homerus Iliados Λ. Κυνὸς ἔμμεναι ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο, id est, impudentissime & timidissime Homerus. Megasthenes scribit in India serpentes in tantam magnitudinem adolescere, vt solidos hauriant cervos taurosque, Plin. In oppido Locha in Saxonia cervus qui singulis annis solebat transilire muros & currere in sylvam ad admissionem, & mense octobri reuertebatur in vrbem, idq; per multos annos: Sed anno quo mortuus est dux Saxoniæ Fridericus, abijt & non est reuersus: Ph. Melanchthon.

e. Mordent aurea quòd lupata cervi, Martialis lib. 1. enumerans animalia in spectaculo quedam exhibita. Orpheus in libello de lapidibus sponsum iubet cornu cervinum gestare: sic enim perpetuam ei cum sponsa futuram concordiam. Cervi cornu super Panos dei sacellum ponito, candelamq; desuper accendito, & ne interdiu accensam obliuione demittito, & in tempore sanctum Demusarim inuocato, ac tollito: armenta tua & vitam custodient, Author libri Parabilium Galeno adscripti. Sunt autem hæc verba lib. 3. cap. 100. Cervi pellis & pedes dextri si infigantur portæ, prohibent ingressum cuiuslibet animalis venenosi, Galenus Euporiston 2. 143. Nec equi nec boues morbo premuntur aliquo, si illis cornu cervinum appenderis, Absyrtus. Heliogabalus processit in publicum quatuor cervis iunctis ingentibus, Lampridius. Romæ in Triumpho Aureliani fuit currus quatuor cervis iunctus, qui fuisse dicitur regis Gothorum: quo vt multi memoriæ tradiderunt, Capitolium Aurelianus innectus est, vt illic cæderet cervos, quos cum eodem curru captos vouisse Ioui opt. max. ferebatur, Vopiscus. De ceruis qui in Scythicis regionibus equitatur, Vide in Rangifero. Cervi proprium est θεῖν, id est currere: leporis φεύγειν, Pollux. Ἐλαφηβόλος, venator, propriè qui cervos iaculis & sagittis figit: & pro venatore, quem κυνηγὸν Græci vocant, in genere vlurpatur per catachresin, Suidas, Etymol. Varin. Eadem vox in fœminino genere, Dianæ epitheton est Ἐλαφηβολία, venatio cervorũ. Veloces Spartę catulos, acremq; Molossum, Pasce sero pingui, &c. montesq; per altos Ingentẽ clamore premes ad retia cervum, Vergil. Atq; humiles habitare casas, & figere cervos, Idem, figere, id est venari & iaculari: quanquam per cervos hic etiam bacilla furcillata intelligi possunt, vt supra dixi ex Serio. Idem in Georgicis de pecoribus Scythę scribens, quæ non in stabulis, sed campis niuosis hyemẽ transigant, de ceruis etiam sic canit, Confertóq; agmine cervi Torpent mole noua, & summis vix cornibus extant. Hos non immissis canibus, non cassibus vllis, Puniceæue agitant pauidos formidine pennæ: Sed frustra oppositum trudentes pectore montem.

Comminus obtruncant ferro: graniterq; rudentes Cadunt, & magno latè clamore reportant.

Venaticus ex quo tempore cervinam pellẽ latrauit in aula, Militat in syluis. Hora. epist. 1. Leonidæ vel Mnesalci terrastichon in cervum venabulo occisum, extat Anthologij Græci sect. 15. lib. 6.

Τὸν ἐλαφον Κλεόλαος ὑπὸ πτερὸν ἰὸν ἔπεμψεν, — Ἔκτανε Μοιραίης πὰρ πτόλιν ἀγκύλος
Θηρητῆρ' αὐρώτης, πὰρ' ἰκτερίζα μετώπων — Φερέγυιον δ' ὑπὲρ κερκίδ' ἀλὸς ἔπαξε πίτυν.

Et in alium similiter occisum Antipatri hexastichon ibidem.

Τὸν ἐλαφον Λαΐδωνα, καὶ ἀμφ' Ἑρυμανθίου νᾶπυ, — Νωτὶ πεφρικόμεν φερβομένων φολάδων.
Παῖς ὁ Θηκαίδεω Λεοντίνος ἕλε Λυκόμαχος, — Πλευρὰς ἰοβόλῳ δραγεὶς ὀδόντι.
Δέρμα δ' ἔχει καὶ δικέρων ὑπὸ ῥῖνα μετώπων — Στυφελιγμὸν, κεφαλὴν περὶ ἀγρεύσας.

Nebris, νεβρὶς, pellis est cerui vel hinnuli: δορὰ ἐλάφου, Varinus & Pollux. Venaticus ex quo Tempore cervinam pellem latrauit in aula, Horatius. Καὶ νῦν ἀμφιβαλὼν σκύτει ἀγχαίνιος, in Epigrammate vt Suidas citat. Λεοντόθυμος πορφύρα καὶ νεβρὶς ἡμέτερος Πάν, Suidas ex Epigrammate. Nebridas & diphtheras Pollux 4. 18. cum Tragico apparatu numerat: Et paulò post, Ἡ Σαυσακὶς ἐσθὴς, νεβρὶς, ἀσπὶς, &c. Philostratus etiam Satyrum describit nebride humeros amictum. Νιβρίζειν, hinnuli (cervinam) pellem gestare, Etymologus. Vtitur hoc verbo Demosthenes pro Ctesiphonte, tanquam is qui sacris initiabat nebridem indutus fuerit, & initiandos eisdem pellibus cinxerit Ἐν τῷ νεβρὸν λαβεῖν καὶ περὶ ἄλλον λαβεῖν, Suidas & Varinus. Nebrides pelles sunt damatum siue ceruorum, quibus in Orgijs Bacchi vtebantur, Grammatici quidam recentiores. Aspersæ nebrides vario auro, Stat. 2. Achil. Est & nebrites gemma Libero patri sacra, à nebridum pelliũ similitudine, Plin. lib. 37. Huius gemmæ meminit Orpheus in libro de lapidibus, etsi νεβρίτιν pro νεβρίδα perperam scribitur, Ἔστι δὲ καὶ λίθος καὶ νεβρίτης (lego Βακχικὸς) νεβρίτου Δώρου λίθος βαθυμόλπου χαρακτῆρα, &c. Suidas ex Epigrammate quodam citat carmen, Κισσωτὴν στέφανον νεβρὶδ' ἐναπομάξω. Κισσωτὴν, id est hedera ornatam, quod & ipsa Baccho sacra sit. Camazitæ populi ex Indico bello redeuntem Bacchum exceperunt, Χώματα καὶ νεβρίδας ἐπὶ σώμασιν βαλόντες, Dionysius Afer. Bacchus nuper natus apud eundem, νεβρίδα κατωμαδίην ἐτιταίνατον, ἠγρεν ἐξηφάνατο, ἐκύφατο. Attribuitur autem hoc genus pellis Baccho, vt Eustathius interpres conijcit, eò quod homines ebrij varij & inconstantes sint, sicut etiam pelles illæ vel propter diuersum in vnis colorem: vel deniq; quod ebrietas infirmos & timidos reddat, quemadmodum & nebros siue cervus animal imbelle & ad fugam natum est. Nebrida ferre dicitur eleganter, qui timidior est & vinolentus, quia illam gestaret Bacchus, Cælius. Habebit sanè proverbij speciem, vt si quis hominem astutum & fraudulen-

& fraudulentum, vulpinam gestare pellē dicat: Φορεῖν ἢ καὶ νεβρίδα μηθὲν ἀν διονυσιακῶς, ἀ δολὸς ἢ μέθυσος. ἡδὺ καὶ ἀλύπως, καὶ παλιμβολῶς. ἐπεὶ τὰ ποικίλα ἦν νεβρίς. Varinus in Παιδαλίη. Τὰς ἢ παιδάλεις ἐσπέζαλγόνατα τῶ Διονύσω, καὶ ὠδηκαλοδέτας ἐποιήσατο ἢ τὰν ἀμφὶ τὸ ποικίλον τῆς χροιᾶς, ὡς τὸ (forte ὡς καὶ) νεβρίδα αὐτὰς περιῆπται ἢ αἰβάκχαι. &c. Phurnutus. Verba hæc ἀμφὶ τὸ ποικίλον τῆς χροιᾶς, id est propter varietatem coloris, forte accipi possunt eò quod cerui colorem mutent. & eorum alij aliter colorati fiant: aut dicendum est deesse vocem πυρρῶν, id est ruarum: sic enim Eustathius habet in commentarijs in Dionysium Afrum ἀμφὶ τὸ τῶ πυρρῶν πολύχρουν. Et alibi, Αἱ ἢ Διονυσιακαὶ νεβρίδες, τὴν τῶ πυρρῶν ἐκ χρόᾳ αἰνίττονται πολυειδεταν. πολύχροοι ἢ καὶ αἱ νεβρίδες καὶ ποικίλαι τῶν σύμμικτον. In epigrammate quodam Bacchum cognominatum inuenio νεβριώδεα, νεβρειόπαλον.

b. Cerua nutrivit Telephum Agaues (Auges, Cælius 21 37.) & Herculis filium, Aelianus libro 12. Variæ hist. Τήλεφον ἐκλιπὴν ἀμφὶ τὸ ἦλαφον αὐτὸν ἔλαφον, Etymologus. Ceruam æripedem aureáque habentem cornua in Mænalo monte cursu deprehendit Hercules atque interfecit, vt Grammatici scribunt: qua de re plura vide apud illos qui Herculis labores descripserunt. Ἔλαφον χρυσόκερων, ἣν ἐκτὸς Ἡρακλέους τάλως, Varinus ex Polluce. Taygeta Atlantis filia ceruam ab Hercule postea captam Dianæ consecrauit. Fertur autem quod cum Hercules eam Eurystheo traderet, collo eius inscriptum fuerit, ταυγέτη τὴν ἱερὸν ἀνέθηκεν. Hanc dum persequitur Hercules ad Hyperboreos vique venit, Scholia in Pindarum. Meminit etiam Cælius 7.15. Constat equidem ex Callimacho in hymno Dianæ, è quinque ceruis secus Parrhasij montis radices inuentis, quarum è cornibus splendebat aurum, quatuor ipsam sine canibus cepisse, curruque adiunxisse: fugientem aliam Iunonis voluntate, Herculi vt certamen fieret, ruptem excepisse Cerauniam, Grapaldus. Sed de ceruo ab Hercule capto supra etiam dixi capite secundo, contra eos qui fœminam & tamen cornutam fuisse scribunt. Apud Martialem Epig. lib. 13. distichon in ceruum cicurem extat huiusmodi, Hic erat ille tuo domitus Cyparisse capistro. An magis iste tuus Sylvia cervus erat? Cyparissus fuit Telephi filius, ab Apolline dilectus, vt docet Ouidius lib. 10. Metamorph. à Syluano vero, vt Seruius: qui cum puer ceruam mansuetissimam (siue Apollinis, siue Dianæ fuerit) occidisset, præ nimio dolore expirauit, tandem in arborem sui nominis permutatus. Nunc eques in tergo (cerui) residens huc lætus & illuc Mollia purpureis frenabas ora capistris, Ouidius de Cyparisso. De ceruo Syluiæ quem Ascanius sagitta peremit, lege Vergilium l.b. 7. Aeneidos. Silius poëta ceruam Campanam celebrat. Aegidius Atheniensis (quem inter sanctos quidam colunt) ceruam in eremo familiarem habuisse fertur, cuius lacte nutritus sit, vt in vulgaribus sanctorum historijs legitur. De Actæonis mutatione in ceruum, lege Ouidium Metamor. lib. 3. De eadem nonnihil diximus supra in Cane venatico. Alciati Emblema in receptatores sicariorum, Latronum furumque manus tibi Scæus per vrbem It comes: & diris cincta cohors gladijs. Atque ita tementis generosum prodige censes, Quòd tua complures allicit olla malos. En nouus Actæon, qui postquam corpora sumpsit, In prædam canibus se dedit ipse suis, Idæumque nemus, quo nati furta, iuuencum Occuluit Liber falsi sub imagine cerui, Ouidius lib. 7. Metamorph. De Iphigenia Agamemnonis & Clytæmnestræ filia ita fabulantur poëtæ: Quum Agamemnon in Aulide ceruum Dianæ ignarus occidisset, dea irata ventorum flatus amouit, vt nauigare non possent. Quapropter cum oraculum consulerent, responsum est, Agamemnonio sanguine deam esse placandam. Missus igitur Vlysses Iphigeniam filiam astu à Clytæmnestra sub prætextu facti cum Achille matrimonij impetratam adduxit: cumque iam immolari parabatur, Dea miserta illam sustulit, ceruamque pro ea supposuit, virginem autem in Tauricam regionem transtulit, &c. Vide onomasticon propriorum nom. vel Gyraldum in Taurica Diana: & Ouidium lib. 12. Metamor. & Euripidis Iphigeniam in Aulide & in Tauris. Aliqui non ceruam, sed taurum: alij vrsum pro ea immolandum suppositum aiunt, vt supra in Tauro capitis octaui parte vltima ex Varino ostendi. Achillis cursus, peninsula siue chersonesus est, quam Tauri habitant iuxta Borysthenem: quam Achilles dum Iphigeniam in Scythiam ex Aulide abreptam persequitur circunquaque cursu ferur emensus: interim verò Diana ceruum sacrificandum substituit, Eustathius in Dionysium. Locupletiores in celebribus Isidis conuentibus boues immolant & ceruos, quorum autem tenuior est res familiaris, anseres atq; aues melegrides, Pausanias in Phocicis. In Laodicea Syriæ quotannis virgo Minervæ olim immolabatur, nunc verò ceruus. Porphyrius lib. 2. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. Aegyptij hominem adulatione deceptum significare volentes, ceruum pingunt cum tibicine: mulcetur enim cervus cantus modulamine, ac sic quodammodo oblitus sui capitur, Horus. Reliqua à ceruo sumpta hieroglyphica superius suis quæque locis collocaui. Cerui cornu dijs gratum facit Orpheus in libello de lapidibus. Boum cornua cur in Auentino suspendantur, cum in cæteris Dianæ templis ceruorum tantummodo cornua affigantur, Plutarchus inquirit titulo quarto de rebus Rom. Ἐλαφηβόλῳ. Diana nuncupabatur abiecta ceruorum & nece. Dicebatur & Elaphebolia, quo nomine culta est à Phocensibus: qui cum à Thessalis obsessi in summa desperatione (quæ etiam in prouerbium venit) victoriam obtinuissent, anniuersarium Elaphebolię Dianæ instituerunt, vt Pausanias pluribus recitat. Gyraldus, & Leonicenus 2.4. Elaphię Dianæ meminit etiam Strabo lib. 8. annuum eius Olympia conuentum celebrari scribens. Elaphebolon Dianam dictam Phurnutus quoq; scribit: Suidas & Ellophonon: nā illos ceruus est. Est enim venationis dea. Theophilus Elaphebolon à ceruorū insectatione dictam putat. Meminit Orpheus in Hymnis. Elaphebolia festa celebrantur mense Februario ab Atheniensibus, in quibus cerui Dianæ Elaphebolię sacrificabantur: vnde & mensis ipse Elaphebolion dictus, Gyraldus. (Meminerunt etiam Etymolog. & Varin) Dianæ ceruos sacrificabant: hæc enim ei victima pro Iphigenia data fuisse creditur, Hæc omnia fere Gyraldus obseruauit diuersis in locis, in Opere dedijs. Laphriæ Dianæ apud Patrenses magno in ara igne excitato, apros, ceruos, & alia animalia viua injiciunt, & sacrata virgo in postremo agmine pompæ curru cervis iuncto inuehitur, Pausanias in Achaicis. Ceruaria ouis dicitur quæ pro cerua immolabatur, Pompeius lib. 3. Cerua lupo fugata inter duas acies euadens illæsa, insignem victoriam Romanis dedit, Alexander ab Alexandro.

PROVERBIA. Vbi cerui cornua abijciunt. Ὅταν αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλωσιν: Hoc adagio significabant (inquit Erasmus) quempiā in negotio difficili versari. Siquidē cerui cornua deposituri secedunt in loca aspera atque inaccessa: (qua de re supra dixi, cū ex alijs, tū Aristotele, qui etiam prouerbij huius meminit.) Conueniet & in eos qui à communi hominū conuictu subducunt sese: item in locum vehementer abditū abstrusumq;. Postremò quod innumeris nusquā inueniri, illic esse dicemus vbi cerui cornua abijciunt. Plutarch. in Commentario de Pythijs oraculis oratione prosa reddita, ostendit hoc oraculū ædituū fuisse de Procle tyranno, vt illi fugere ac migrare liceret eò, vbi cerui cornua abijciunt, significante deo vt defoderetur, & è medio prorsus tolleretur. Idē meminit huius adagij Symposiacon decade septima, problemate 2. Suidas & mutuatus ab eo Apostolius hoc prouerbium exponunt,

exponit, ὁλοφυδνὸς ἀνὴρ, olim dicebatur formidolosus, & fugæ fidens magis quàm viribus, Erasmus. Hunc etiam ceruum aliquis prouerbialiter dixerit, & cor ceruinum habere, nebridem gestare, vt in præcedentibus docui. Ceruus canes trahit, cum ἀδύνατα seu præposterum quippiam significamus. Præposterum enim est vt ceruus venetur canes. Δολιχὸν ἐλαφοθήρα στόμα, ὡς τῶν κυνῶς ἐλαφοθήρας. Ἐλαφοκτόνος κυνῶν ἀγὼν ἐλεύθερος ἐστω, Pindarus Nemeorum Oda tertia, vt supra in Cane venatico inter prouerbia retuli. Hinnulus leonem, ἔνεδρος ὁ λέοντα, subaudiendum cepit, vicit, aut prouocat, aut id genus aliquid pro tenore sententiæ: quoties præpostero rerum ordine, qui viribus multò est inferior, superat potentiorem. Lucianus de captatore testamenti, qui iuuenis a sene, captator a captato captus est: Τῶν ἐπὶ τῷ γήρᾳ τὸν νέον θηρώντων, ἔνεδρος ὁ λέοντα. Huc respexit quisquis fuit qui sculpsit Megaram Herculis: Ἡ δ' ἐπὶ τοῖσι γέλα πάσχει ἀπείρονα Φειδυλίδαο υἱὸς Ἀκάμας· ὧν ἐπὶ δηρὸν, ἀλώπεκι ἔμπεδος ἔμπεδος. Non inconcinnè trahetur ad id quoq;, quoties fit vt longè inferior lacessat potentiorem, aut multis partibus indoctior certet cum eruditissimo, Erasmus. Senecta leonis præstantior hinnulorum iuuenta, Γῆρας λέοντος κρείσσον ἀκμαίων νέων, citatur apud Stobæum ex Hippothoonte poeta. Senectus viri fortis ac strenui, præstantior est iuuenta quorundam ignauorum & imbecillium iuuenum. Venustius fiet si ad ipsa mutransferas: Dicetur etiam non ineptè in senectutem crudam viridemq;, animiq; viribus adhuc pollentem, Erasmus. Germani quidam hoc dicto tanquam prouerbiali vtuntur, *Ein fürst ist wol söltzam vnd prächt im himmel, als ein hirtz in eins armen mans kuche*: Princeps tam rara auis in cœlo est, quàm ceruus in culina pauperis.

DE COLO.

APVD Scythas & Sarmatas quadrupes fera est, quam Colon (Κολὸν) appellant, magnitudine inter ceruum & arietem, albicante corpore: eximiq; supra hos leuitatis ad cursum. Naribus potens trahit ad caput, hinc postmodum complures ad dies seruans, adeò vt per carêtes aquis agros facilè pabulum carpat, Strabo lib. 7. Sniatky (*melius Snlac, à quo literis transpositis nomen Colus factus videtur*) apud Moschobios vulgò nominatur animal simile Oui syluestri candidæ, sine lana, capitur ad pulsum tympanorum, dum saltando delassatur, vt doctissimus Sigismundus Gelenius nobis retulit. Colos quidem nomè à Moscouitico nescio quid significante factũ apparet. Callixenus Rhodius in descriptione pompæ Ptolemæi Philadelphi in Alexandria exhibitæ, inter cætera memorat σωμασίδας τριάγων ἑξήκοντα ἵππων, (fortè κόλων) ἀγριαδῶν τε ἡμιόνων quidem etiam grammatici Hircum mutilum interpretantur. Apud Tartaros inquit Matthias à Michou) reperitur Snak animal, magnitudine Ouis, in terris alijs non visum, lana (*pilo dicere debuit*) griseum, duobus paruis cornibus præditum, cursu velocissimum. Carnes eius suauissimæ. Horum animalium grex cum alicubi inter gramina in campo conspicitur, imperator Tartarorum cum equitibus suis eum circundat, in altissimis graminibus delitescentem. Et cum equites tympana incipiunt sonare, Snaccæ tanquã metu perculsæ rapidissimè huc illuc ab vna parte circunstantium ad alteram procurrunt, idq; toties donec præ lassitudine deficiant, & ita abruentibus Tartaris cum clamore occidantur. Ex epistolis Ant. Schnebergeri, quas Cracouia ad me dedit: Magnificus dominus Io. Bonar de Balice, liber Baro &c. inter alios suis mihi ostendit duo cornua pellucida ferè instar laminæ cornex, (*præsertim superiora propemodum*) cornibus Ibicis non dissimilia. Animal dicebat forma & magnitudine Oui simillimum, maximæ celeritatis, inueniri in montibus Podoliæ principatus: neq; capi, nisi multitudine militum includatur vt effugere non possit. Et cursus [illegible] tur hoc animal à Tartaris Akkijk albo *Ivama*, à Turcis Akouin. Turci è cornibus auriscalpia & dentiscalpia [illegible] int, & cultellorum capulos. Inuenitur circa Neprum fluuium Boryslhenem, Negeiska terra, in Tartaria, Polonis Nehiska dicta, semper in campo agit, nisi alta nix sit: tunc enim syluas sequitur, vbi facillimè capitur, itque etiam baculo occiditur. Gregatim degunt circiter quingentos: à paschatis festo interdum ad duo millia congregantur. coloris sunt cinerei, pulli verò eorum fului: rostro in acutum porrecto vt porci. Pariunt plerunq; gemellos post pascha: famis patientissimi, frigoris non item. Lupi nimis tempore plurimum eis nocent. Cornibus equum perforant, si ventrem attigerint. Martio mense effodiunt radicem quandam, quæ vel odore suo libidinem eis excitat, & vim genitalẽ adauget. Cornu raro duobus digitis quam id quod ad te mittitur, longius reperitur. Cornua etiã fœminæ gerunt: rarissima sunt recta nec circumtorta: quod si diutius solem & pluuiam ferant in agris iacentia, ligneſcũt. In Turcia cornu vnum quatuor solidis Cracouiensibus vænit. Qui hæc mihi dictabat, propria manu ad ducentos interfeciſſe se affirmabat. Ex epistola, qua me dignatus est illustris vir dominus Io. Bonar de Balicze, liber Baro, &c. vir vt auita nobilitate, ita eruditione varia, & omni virtutum genere summus, à quo etiam cornu dono accepi. Cornu missum à me gratum tibi fuisse gaudeo.

ipsius verò feræ iconem integram non facile tibi polliceri ausim: conabor tamen quantum potero vt haberi possit. In campis Ponticis, vbi sunt maximæ planicies, in quibus præter cœlum & terram nihil conspici potest, ipsi Sulaci gregatim agunt, velocitatis ac libidinis immensæ: itaq; aliquando Venere exhausti, contractis (aut resolutis) omnibus neruis per horas 24. semimortui, amisso pedum vsu, humi prostrati iacent. neq; ante horas viginti quatuor liberantur, nisi herba quadam gustata, quam ij in proximo fortè nascentem rependo contigerint; illico sibi restituuntur. Sic affecti interdum deprehenduntur. Quòd si aliquando turmæ equitum sereniſſimi regis nostri, (quæ custodiam agunt, & per illos campos qua transire Tartari solent, obequitant, vt eos à prædatione arceant, vel insidijs venientes excipiant,) gregem istorum animalium circundare possunt, nonnulla ex eis conficiunt sagittis, cornuaq; (rarissimum etiam inter nos munus) acquirūtur. Quòd si quando animal viuum capiatur, omnis manſuefactionis impatiens est. Hæc ille. Cornu autem quod ab eo accepi, tale est: Longum digitos 16. id est, palmos quatuor: cum aliàs modicè inflexum, tum mucrone retorto. Solidum est totum, crassitudine baculi inferius, (sex pollicum ambitu,) quæ mucronem versus magis magisq; attenuatur. Vncias appendit nouem. Cornea lamina instar transluceat ad solem aut lumen, præsertim circa medium & inde ad summum vsq; qua candicat: inferior enim pars crassa & fusca non translucet. Circulis vel nodis in orbem eminentibus liratim, non spiratim, tredecim aut 14. ambitur, quorum tres summi imperfecti sunt: superficies læuis & splēdida est, summa præsertim quæ per 4. aut 5. digitos nodis vacat. Cornuum situm & corporis iconem secundum descriptiones proposuimus ex coniectura.

Colli caput cum suis cornibus, cuius picturam à generoso viro Sigismundo Libero Barone in Herberstain, accepi. Superiùs exhibita cornua satis rectè quidem picta sunt quantum imitari meus pictor cornu verum, quod habeo, potuit: flectuntur enim ita in diuersas partes hæc cornua, vt pictura non satis assequatur. at situm eorum inter se, (qui ad Strepsicerotis Caij cornua ferè accedit) & elatam sublimitatem, non rectè.

In desertis campis circa Borysthenem (inquit idem Baro in Commentarijs rerum Moscouiticarum) Tanaim & Rha, est Ouis syluestris, quam Poloni Solhac, Mosci Seigak appellant, magnitudine Capreoli, breuioribus tamen pedibus: cornibus in altum porrectis, quibusdam circulis notatis: ex quibus Mosci manubria cultellorum transparentia faciunt: velocissimi cursus, & altissimorum saltuum. Audiui tam alte saltantes vt transiliant equos in venatione.

DE CVNICVLO.



A.

Leporum generis sunt & quos Hispania cuniculos appellat, Plinius. Genus leporum triplex, Italicum, Gallicum siue Alpinum qui toti sunt candidi, (de quibus in Leporum historia dicam in L. litera:) & tertium Hispanum adapis nomine, quos (vt Polybius est author,) appellamus cuniculos, Hermolaus in Dioscor. Leporum genus minus est, quod sub terra in cuniculis vitam magna ex parte ducit, Platina. Est inter lepores genus quoddam, nōnulli lepusculos, Hispanis cunicillos nominat, quòd sub terra cuniculos ipsi faciant, veluti mures, quas dicunt μυωτίας, vbi latitant in agris, Grapaldus.

Vbi

Vbi chœrogryllus in Sacris LXX. redditur. & erinaceus à Latinis, secundum Hebræos שפן schaphan, videtur esse cuniculus, &c. Aug. Steuchus: vide caput 11. in Leuiticum. De chœrogryllo plura vide mox in Echino. Psalmo 104. pro schephanim vulgaris interpretatio herinaceos habet: sed Hebræi communiter accipiunt pro cuniculo. Deuteronomij capite 14. pro schaphan Hebraica voce χοιρογρύλλους habent Septuaginta: & Leuitici vndecimo dasypodem: Hieronymus vtrobiq; chœrogylium, & Prouerb. cap. 30. lepusculum: Psalmo 104 herinaceum, idq; in commentarijs in septimum cap. Matthæi, asserere videtur, inquiens: Timidum animal in petrarum cauernas se recipit, cute aspera, & tota armata iaculis tali se protectione tutatur. At in libro ad Suniam & Fretelam Psal 104. super his verbis: Petra refugium herinaceis: Omnes, inquit, χοιρογρύλλοις simili voce transtulerunt soli LXX. lepores interpretati sunt. Sciendum autem est animal esse non maius hericio, habens similitudinem muris & vrsi, vnde & in Palæstina ἀρκόμυς dicitur. Et magna est in istis regionibus huius generis abundantia, semperq; in cauernis petrarum & terræ foueis habitare consueuerunt. Sed de hoc muris genere, quod ἀρκόμυν appellat Hieronymus, alibi dicam inter Mures: id enim esse existimo quod cricetum Albertus vocat, Illyrij streczck & Germani kornmerle vel hamster. Chœros Græcis porcum significat, cui synonymum etiam gylius est, & γρύλλιον, & γρύλλος, & videtur id animal nonnullam suis speciem præ se ferre, vnde & apud Germanos nomen Tölpel, sportula militaris in quam cibos imponebant: vel animal quod à quibusdam χοιρογρύλλος vocatur, Scholia in Pacem Aristophanis. Hanc sportulam oblongam fuisse aiunt, & in acutũ desijsse, (forte ab aliqua rostri vel corporis porcini similitudine:) alij ore angusto, Varinus: Idem γρύλλον exponit porcum, aut leonem. Gyraldus in Opere de dijs, gylion à quibusdam chœrogryllon exponi scribit: chœrogryllum autem ipse porcum spinum interpretatur, vt Syluaticus etiam, qui corrupte cirrogrillium scribit. Est autem porcus spinus qui apud veteres hystrix dicebatur, de quo in H. litera dicam. Chœrogryllium ab Hesychio, Varino, Alberto Mag. & Isidoro, echinus exponitur. Erinacij chirogrilli nuncupantur, propè magnitudine mediocrium cuniculorum, de cauernis petrarum procedẽtes gregatim in eremo quæ est contra mare mortuum, depascũtur, Eucherius. Chyrogrillus (inquit Albertus, quamuis alibi herinaceum interpretatur) animal paruum & debile, in terræ foueis habitat, animalculis paruulis terrenis infestum. Cirogrillus animal infirmum, sed rapax & mortiferum esse dicunt. Glossa super Leuiticum, ex D. Hieronymo ni fallor: hoc ad arctomyn conuenire videtur, ad leporem cuniculum & herinaceum minimè. Ego vt meam tandem sententiam aperiam, chœrogryllum, vel chœrogylium, vel chœrogryllium (omnibus enim his tribus modis rectè scribi video, reliqui inepti sunt:) herinaceum esse crediderim. Obijcienti aliud apud Græcos herinacei nomen esse, nempe echinum: respondebo, vnum animal etiam in eadem lingua, pro dialectis & regionibus diuersis, duo aut plura habere nomina, visitatum esse, & apud Græcos præcipue. Verisimile est etiam cum echini nomen ambiguum sit ad terrestrem marinumq; echinum, euitandæ homonymiæ gratia terrestrem à nonnullis priuatim chœrogylion dictum. Accedit quòd plures sunt qui herinaceum interpretantur, quàm qui aliter, ijque & antiquiores & Græci. Iam quod ad ipsam herinacei figuram, rostrum præcipuè, omnino chœrogryllus dici meretur, cum sui tam similis sit, vt Germani genus eius alterum (duplex enim est) suillum nominent. Anglì herinaceum omnem porcum sæpium, quod inter sæpes latitent. Hæc suis circa rostrum præcipuè similitudo, nec vlli iam dictorum animalium, nec hystrici conuenit: neque cricето, quem arctomyn esse puto, nec vlli deniq; notorum mihi visu auditúue, aut ex historijs animalium. Chœrogryllus igitur herinaceus terrestris esto, donec aliquis certius quidpiam attulerit. An verò saphan Hebræorum herinaceus potius vel cuniculus sit, si quis ex me quærat cuniculum esse dicam: Primum Deuter. cap. 14. cum lepore nominatur, vtpote congener animal, quod ruminet quidem, sed vngulam non bipartitam habeat. deinde quia certus sum aliud herinacei nomen in sacris literis reperiri, nempe קיפוד kipod, quod licet alij aliter exponant, ego tamen herinaceum esse in historia eius demonstrabo. Et quamuis apud veteres non meminerim legisse, nec ipse obseruauerim leporem ruminare, inde tamen hoc eum facere colligo, quod coagulum habet, vt ruminantia omnia: licet vnus tantum ei venter sit, cum cæteris ruminantium omnibus plures habeantur: sed inter pisces scarus quoque ruminat, etsi vnum duntaxat & simplicem ventrem habeat (vt pisces omnes, & vtrinque dentatus sit. Ruminant & Pontici mures, vtrinq; dentati, Aristotele teste. Lepore autem ruminare concesso, vt in sacris traditur, cuniculos quoq; vtpote generis eiusdem animalia ruminare non negabimus. Porrò quòd herinaceus ruminet, nec authores vlli meminerũt, nec vlla opinor ratione confirmari potest: quamobrem idem non fuerit Hebræorum saphan. Cuniculus & lepus ruminant, vt Hebraicè legitur Leuitici 11. vbi in translatione Græcorum ruminare negantur: sed apparet expungendam esse negationem: nam Deuter. cap. 14. eorundem translatio Hebraicam veritatem secuta ruminare eos asserit. Qui apud nos cuniculos in cuniculariis (vtitur hac voce Budæus) alunt, de ruminatione ipsorum certi nihil docere me potuerunt: hoc tantum quidam affirmabat, sæpius se post cibum eis ante horæ dimidium exhibitum, mandentes adhuc deprehendisse quod & ipse obseruaui postea. Hieronymus etiam cum Prouerbiorum cap. 30. lepusculum vertit, lepori simile animal intelligi se videtur, minus tamen: tale cuniculus est. Grapaldus sanè cuniculos à nonnullis lepusculos vocari scribit, quod ego ab alio authore factum quàm Strabone non memini: qui eos λαγωδεῖς vocat, aliàs simpliciter, aliàs cum additione λαγωδεῖς γεωμυκες, quos aliqui leberidas appellent. Quæ similiter vox tanquam diminutiua à lepore Latinorum facta videri potest, cum alio proprio vocabulo Græci carerẽt: quanquam Varro Acoles Bœotios Græco vocabulo antiquo hoc animal leporem dictum author est, & ab ijs ad Latinos deriuatum arbitratur. Quare si saphan, vt probasse mihi videor cuniculus est, chœrogryllus autem herinaceus, Septuaginta interpretes & secutum illos D. Hieronymum Hebraicæ vocis significationem non assecutos dicemus. Deuteron. cap. 14 pro Hebraica voce saphan, Chaldæus reddit טיזיא, thapsa nam Psalmo quoq; 104. pro schephanim Hebræorum Chaldæus reddit thapsia: dapsicus autem & adapis non alius quàm cuniculus est, vt supra ostendi:) Arabs, ורבר vebar. Persa בינגרה beangerah Psalmo 104. Arabs secutus Græcum, qui λαγωοὶ reddit, vertit ארנבי alraneb, id est lepores. Sebastianus Munsterus in Lexico suo trilingui cuniculum חגס chagas vel hagas nominat, & alio nomine טפזיא thapza vel taphza, quod nomen alibi etiam ericio attribuit. Ego pro cuniculo semper acceperim: nam Symeon Sethi, vt mox capite sexto referam, dapsicon vocat, Hermolaus Barbarus adapis, vbi a litera forte abundat, vel articuli Hebraici loco est. Græcus Leuitici vndecimo dasypodem vertit, de qua voce paulò post plura dicemus. Vincẽtius Bellouacensis in cuniculi historia, vires eius in re medicà describens, Isaaci verba de Kericulo imperitissimè citat. Pertinẽt enim ea omnia ad herinaceum, quem barbarus Isaaci interpres kericulum nominauit. Cuniculi apud Aristotelem per lepores intelliguntur, Aug. Niphus in commentarijs in Aristot. Et alibi, Cuniculos (inquit) à leporibus nõ discernit. Strabo lib. 3. leberidas (vt paulò ante dixi) à quibusdam

[illegible] de ipsos cuniculos, qui ab effectu lepores georychiæ, hoc est fossores, ab ipso cognominat[illegible] [illegible]motatus in Dioscoridem. Verba Strabonis hæc sunt. [illegible], [illegible]. Hoc est, Animalia autem noxia desunt, præter lepusculos terræ fossores, quos quidam [illegible]lires, alij vocitant: scribit autem hæc lib. 3. de Turditania Hispaniæ: Et insuper addit. Plantis enim vastitatem in[illegible] fructibus, & sacrorum radices esitant: & hoc per totam fermè obueniens Hispaniam, Massiliam vsque prorogatum [illegible] ipsa pertur bat insulas. Nempe Gymnesiarum insularum incolæ missis aliquando Romam legatis terras [illegible] petijsse dicuntur, quibus enim eiectari bestijs, quibus propter multitudinem obsistere nequirent. Hic vbi Gra[illegible] [illegible], videan legi debeat [illegible] hoc est ad præsidium militare perendum. Nam [illegible] vox Iarlin sequitur, & Balearicos (deinde verò Gymnesia insulæ sunt Græcis, quæ Latinis Baleares) auxilium militare adiectus cuniculos peruasisse Plinius author est. Eodem in loco pro [illegible] legerim [illegible] & [illegible] & pro [illegible] [illegible] sensus sit, non quidem cuniculorum multitudine pestilentiam importari, vt verat interpres, sed ipsum ex aliqua corruptione aut aeris constitutione pestilentiæ prouenire, vt serpentium aliquando & murium agrestium copiæ. Quanquam id tam accidere multis non videtur: quippe neque in prauo aut pestilenti aëre esse, plurimum aliquando multiplicantur animalia, prauis ortuis temperamentis esse videntur, nec in hominum cibum venire, vt ranæ, mures, locustæ, serpentes, & insecta diuersa: cuniculi verò & bene temperati & in cibo non insalubres videntur, & tanta fœcunditatis eorum [illegible] [illegible] quærendum sit. Polybius lib. 12. histor. animal lepori simile (scilicet cuniculum appellatum, his verbis. Cuniculus (κύνικλος) verò dictus, eminus quidem videtur paruus lepus aut quis in manus acceperit, mutiti dimetiatur in superficie, tum si dissecetur (lego [illegible].) Vt plurimum autem sub terra morantur. Meminere eorum Posidonius quoque philosophus in historia: & nos inter nauigandum à Dicæarchia Neapolim per multos vidimus. Est enim insula quædam non procul à terra, iuxta postremam Dicæarchiæ partem, paucis quidem hominibus habitata, sed cuniculis abundans. Hæc Athenæus lib. 9. Dicæarchia olim dicta est ciuitas Campaniæ in Italia, quoniam iustissimè regebatur, quæ nunc Puteoli: aliqui Dicæam vocarunt. Superfœtant dasypi & lepusculi tantum, Plinius. Oblatrant Budæo quidam (verba sunt Io. Brodæi, tractat autem de lepore & dasypode Budæus in prioribus Annot. in Pandect.) leporem idem animal cum dasypode esse scribenti. Ego in ea sententia Plutarchum in commentario, verobi in terrestribus, an in aquatilibus brutis maior sit prudentia, fuisse concerto, Athenæum lib. 9. Pollucem quinto. At Vegetius volumine quarto, Aliud genus oppugnationis est subterraneum atque secretum, quod cuniculum vocant, a leporibus qui casulas sub terras fodiunt, vbique condunctur, & Strabo lib. 3. [illegible] &c. (vt paulò ante recitaui:) leporis & cuniculi vocabulo indifferenter sunt vsi, licenter me hercule nimis. Quæstion sanè verumque leporem (sunt enim adulterini & degeneres) sub terram casulas sibi nunquã fodere, aut cuniculos facere vbi lateat in agris, ex venatorum omnium axiomatibus sumo pro certo. Aristoteles apertè, semel opinor, dasypodem à lepore distinxit (licet insciis exstet Herm. Barbarus) libro de historia animal. primo, [illegible] Dasypodem à cuniculo & lepore separauit Plinius lib. 10. cap. 63. Negant alij. Leonicenus & Theodorus cuniculum dasypoda vocant: quos qui reijciunt, quo nomine ab Aristotele & veteribus Græcis dictus sit patefaciant: eis inquidem hominibus aut nusquam visum, aut in tanto otio ac diligentia non internotum, verisimile non est. Contra si cuniculus dasypus est, quamobrem eum Polybius & Posidonius (vt ex Athenæo paulò ante relatum est) κύνικλον Latinè appellarunt, κυνικλῶ Galenus libro [illegible] labat animus: nos hæc propterea in medium relinquimus, Hucusque Brodæus. Animalculum in Iberia lepori simile est, quod cuniculum vocant, Galenus loco iam citato, nec plura de eo. Plinius lib. 10. cap 63. dasypodem cuniculis ita associat, vt nullatenus pro eodem capi videantur posse: ni generis loco positum ibi dasypoda conjecerimus. Nam & Theodorus lib. 6. de historijs cap 33. dasypodas, id est lepores coire auersos interpretatur, Cælius. Ingeniosa quædam & timida sunt, vt [illegible]. Aristoteles lib. 1. de animalib. Hic Gaza pro dasypode cuniculum vertit. Quæstionem de dasypode, sicut de thoe & panthere ac lynce, negligentia quadam antiquis authoribus ita prætermissam putat Theodorus Gaza, vt excusari haud facile possint, Cælius. Leonicenus reprehendit Plinium, qui tanquam diuersa animalia diuersis in locis memoret leporem & dasypodem, vt capream & dorcadem, vespertilionem & nycteridem, &c. Dasypodi nomen factum à pedibus hirsutis manifestum est, quod plantas etiam pedum pilis munitas habeat, quod vt leporibus & cuniculis commune est, sic præter eos nulli conuenit. Hinc & lagopodi herbæ nomen, & auî (propter pedes totos plantis indutos) de qua suo loco. Prouerbia quidem à dasypodis celeritate & pulpis sumpta, ad leporem magis quam cuniculum spectare mihi videntur. In Lexico symphono Sig. Gelenij pro cuniculo Græcè [illegible] redditur, vox apud authorem mihi nondum reperta: fuerit autem fortasse recentioris Græcitatis. Cuniculus Italicè nominatur *conigli*. In Græcia Vulgò [illegible], Gallicè *connin*. Hispanicè *conexo*, Germanicè *kuningle* vel *kunele* vt nostrates vocant, vt alij quidam *kuelem*: Anglicè *cony*, Illyricè *kralik* vel *kralijk*.

B.

Ebusos cuniculi non sunt, scatent in Hispania Balearibusq; Plinius. Baleares cuniculis animalibus quondam copiosæ, Solinus. Quibus in locis ita abundauerint, vt vel suffodiendo vel messibus populatis noxij fuerint dicam cap 5. Tertij leporum generis est quod in Hispania nascitur, simile nostro lepori ex quadam parte, sed cuniculo quem cuniculum appellant, Varro. In Hispania annis ita fuisti multis, vt inde te cuniculos persecutos crederis, Appius apud Varronem. Nusquam locorum tot inueniuntur cuniculi vt in Anglia, Munsterus. Cuniculi nascuntur in Hispania & in prouincia, & vicinis ei Lombardiæ partibus, Crescentiensis. Cuniculi sylvestres in Bohemia sunt, vt audio. Cuniculus lepore minor, sed fortior est colore & figura ferè vt lepus, Albertus. Crediderat leporem sic forma imillima fallit, Ambo superfœtant dente vel aure pares: Ambo timẽt, &c. Baptista. Aliud est etiam genus leporum, natura perparuum, nec tamen augetur vnquam, ei cuniculus nomen est, quod quidem ipsum nouatum à me non est, at etiam in conscribenda historia Græci quidam vsi sunt, quod à principio Hispani imposuissent. Caudam cæteris breuiore habet, cætera reliquis leporibus consimilis est, præterquam quod magnitudo capitis quippiam differt, quia exilius sit, & minima carne præditum, eius vniuersum corpus candidius ouium reliquorum leporum, Aelianus. Plurima in eis colorum diuersitas: sunt candidi, sunt arri, fusci, subflaui, mali & alij.

& alijs coloribus: & rursus vel toti coloris vnius, vel varij. Cuniculis (inquit Ge. Agricola) non vnus est color: vel enim in cinereo fuscus, vel lepori nonihil similis, vel maculosus: quo modo candidi nigris vel rutilis maculis stellantur. Cuniculos alicubi etiam virides faciunt appositis forte huiusmodi coloribus, Alysius. Carnem habent albam, Albertus. Cuniculorum exta in Bætica gemina sæpe reperiuntur, Plinius: videtur autem iecur potissimum intelligere: nam de leporibus quoq; fertur, quod nonnullis in regionibus bina iecinora habeant.

C.

Gaudet in effossis habitare cuniculus antris, Martialis. Quærit antra in collibus terreis, & adæquat ea puluere ne deprehendãtur, vespere & mane ante antra sedet, Albertus. Emergunt alij subinde, alij redeunt in cuniculos. Prouerbiorum cap. 30. schephannim, id est, cuniculi, callidis & prouidis animalibus (formicis, locustis, araneis) adnumerantur, Cuniculi (inquit sapiens) genus non forte, in sæla, id est petra collocant habitationem suam. Et Psalmo 104. selaim, id est petras, latibulum esse laschephannim, id est cuniculis legitur: Schaphan Hebræi communiter pro cuniculo accipiunt, Munsterus in scholijs in eundem Psalmum. Hinc forsitan dubitet aliquis an schephannim cuniculi sint, cum non in saxis aut saxosis locis versari soleant, quòd sciam, quòd fodere illic impediantur. sed terreno potius solo, & collibus terrenis, vt ex Alberto retuli: Herinacei verò circa parietes latent, aut in cauis arboribus. Sed quoniam inter saxa quædam in collibus specus vel meatus oblongi reperiuntur, & cuniculorum receptaculis apti, quærendum est an in ijs quoque cuniculi in alijs regionibus versari soleant. Hæc iam scripseram, cum amicus quidam Hispanus hac de re per literas nostras interrogatus in hæc verba rescripsit: Cuniculi apud nos copiosissimi sunt in montanis locis atq; in præruptis montibus. Neq; dubium mihi est eos habere subterraneos meatus in locis asperioribus & petricosis: quanquam id nunquam acuratè obseruaui. Fui ego in venatione cuniculorum in loco montoso & saxis oppleto, inter quæ videbam cauernulas perfossas: vtrum autem in locis interioribus fuerint saxa, an terra mollior, non possum asseuerare. In Anglia, vbi est copia ingens cuniculorum, in syluis, lucis & nemoribus, locis videlicet planis delitescunt, quoniam regio non est montosa. Hæc ille. Cuniculus multas fodit specus, & in colles terrenos agit cuniculos. Mane & vesperi egreditur, reliquo tempore ferè latet. Aliquas autem specus operit puluere ne deprehendantur. Coitus auersis, elephantis', tigribus. lynicibus, leoni, dasypodi, cuniculis, quibus auersa genitalia, Plinius. Quæ retro vrinam mittunt, auersa coeunt, vt leones, lepores, lynces, Aristot. de hist. animal. 5. 2. Auersum est cuniculis membrũ genitale, & semen paucum habẽt, quamobrem auersis posterioribus coëunt. Albertus. Dasypodes omni mense pariunt & superfœtant, sicut lepores. A partu statim implentur, concipiunt quamuis vbera siccante fœtu: pariunt non cæcos (hoc falsum esse paulò post declarabo, quare legerim, pariunt autem cæcos.) Plinius lib. 10. Habent sanè hæc omnia cuniculi cum leporibus communia. Generare incipiunt, vt audio, cum sex menses ætatis lunares habent: vel vt Anglus quidam mihi retulit, anniculæ: nam cum pro matricibus Martio mense tantum natas aleret, quod per sequentem æstatem commodius nutrirentur, prolem ex eisdem non ante sequentis anni Martium se habuisse. Superfœtant dasypus & lepus tantum, Plinius. In cuniculis manifestissima est superfœtatio, Aug. Niphus. Narrauit mihi quidam cuniculorum nutritor, fœminas quasdam huius generis quas domi alebat, binos aut ternos fœtus enixas, & post dies circiter quatuordecim iterum totidem: hoc ipsum superfœtare est. Pariunt ferè circiter quinos, nouenos ad summum, aliquando singulos: eosq; cæcos ad nonum circiter diem. Facit hæc eorum fœcunditas vt numerus eorum breui multiplicetur. Statim à partu requirunt mares: & nisi admittantur, indignantur aliquando ita vt coitum postea ad dies aliquot, plus minus quatuordecim recusent. Hyeme apud nos non pariunt, nisi rarò cum satis calida est aeris constitutio. Lac præbent catulis per dies vnum & viginti ferè. Mares catulis infesti sunt, & morsu perimunt vt feles. Cum primum fœmina peperit, non statim lac habet sed ad marem statim admitti debet & cum eo ad 6 horas relinqui, deinde rursus cum catulis reponi, & auenæ grana ei præberi. Quædam matres sunt ἀστοργοι: nõ enim parant catulis suis nidos, quædam lactare nolunt, quædam etiam mordent vel deuorant. Sed probæ matres nidum faciunt vel vno & altero die ante partum, & pilos sibi è ventre scapulis & aliunde euellunt, & fœnum mollius componunt: Id nisi faciant curatorem oportet nihil miserentem pilos eis vndequaq; euellere & nidum facere, vt bene calidus sit, alioqui etiã vel æstate perirent frigore. Sic alio tempore partus tanquam pœna edoctæ, i psæ sibi euulsuræ dicuntur, Thomas Gypson. Progrediuntur noctu & vineas frugesq; depascuntur, Albertus & author libri de naturis rerum. Gramine, trifolio pratensi, alijsq; herbis & fructibus vescuntur, vt dicam cap. 5. Cuniculus aliquando vorat vrinam & stercus suum. Cuniculi etiam vt quidam putant somno pinguescunt.

D.

Lepores & cuniculi (λαγωοὶ & λαγόποδες) ingenioſi ac timidi ſunt, Ariſtoteles de hiſt animal. 1. 1. interprete Gaza. Cuniculi inter ſemifera animalia connumerantur, quæ nec placida, nec fera ſunt, ſed mediæ naturę: non enim manſuefiunt, nec feritatẽ tamen habent, Grapaldus, ex Plinij, vt apparet lib. 9. cap. 6. vbi legitur, Hi manſueſcunt raro: proximè autem de leporibus dixerat, & ante eos de cuniculis. Vide plura in lepore D. Timidum aſt animal, & locum vbi aliquid periculi aut iniuriæ ſenſerit, mox deſerit: quòd ſi vnus aut alter migret, reliqui etiam tanquã communem ducentes ſociorum iniuriam, gregatim abeunt, Albertus. Iracundi ſunt, hominem tamẽ non mordent: ſed inter ſe, æmulationis ſtudio, morſibus adeò infeſti ſunt, vt auriculis aut pedibus quandoq; alter alterum mancum aut mutilum reddat.

E.

Fœcunditatis innumeræ cuniculi ſunt, famemq; Balearibus inſulis populatis meſſibus afferentes. Certum eſt Balearicos aduerſus prouentum eorum auxilium militare à D. Auguſto petijſſe, Plinius & Strabo. Monſtrauit tacitas hoſtibus ille vias, Martialis: vt Camillo ad Veios capiẽdos in Hetruria. M. Varro author eſt à cuniculis ſuffoſſum in Hiſpania oppidum, Plinius. Magna propter venatum eorum viuerris gratia eſt: immittũt eas in ſpecus quæ ſunt multifores in terra, vnde & nomen animali: atq; ita eiectos ſupernè rapiunt, Plinius. In Turditania, &c. cuniculi aliquando ita abundant, vt meſſes vaſtent, & militari præſidio aduerſus eos opus ſit: Vbi vero mediocritas adſit (inquit Strabo) plures repertæ ſunt venationes. Itaque de induſtria muſtelas ſylueſtres afferunt, quas

educat Africa. Has funiculis capistratas (φιμώσαντες) intra foramina dimittũt. Illæ quos capiunt vnguibus extrahunt, aut in apertum fugere compellunt egressos venantur qui id agunt & astant. Et alibi lib. 3. In Balearibus insulis (inquit) nullum animal noxium facile reperias. Nam cuniculos nequaquam indigenas esse asserunt: quinetno cum ex propinqua insula quidam marem ac fœminam attulisset, tanta ab initio facta eorum est procreatio, vt ex subterraneis cuniculis domicilia subuerterẽtur, & arbores, & (vt superius commemorauimus) homines ad implorandam populi Romani opem, confugere coacti sint. Nunc autem cum ad tractandam eorum venationem aptissimi facti sint, nulla inualescere sibi damna permittunt, verum possessores magnam ex terræ fructibus vtilitatem assequuntur, Hæc Strabo. Cuniculum viuerra atq; parui quidam canes, quibus est ad inuestigandũ fugacitas, narium, in specus & cuniculos immissi, aut liquor feruens in eosdem infusus, fugatum & exturbatum pellunt ante cia, quibus capitur, Ge. Agricola. Audio in Germania inferiore quibus hoc studij est, perforatis viuerrarum labijs & annulo argenteo iniecto, superius labrum inferiori connectere, ne cauis immissi cuniculos morsu perimant. In Narbonensi Gallia, si rectè memini, sportulas quasdam aut capistra capitibus viuerrarum adponunt eandem ob causam, & tintinabula alligant. Oportet autem venatorem cum prope cuniculorum foueas est, magno strepitu & clamore excitato eos perterrefacere vt in latibula sua omnes confugiant, atq; ita retibus circumpositis viuerras capistratas immittere. Accipitres quos astures vocant, auxilio canum venantur lepores & cuniculos. Ridicula est apud Isidorum Etymologia: Cuniculi, inquit, dicti sunt quasi caniculi, eo quod canũ indagatione capiantur, vel à specuncis excludantur. Sunt in Anglia qui solis ferè cuniculis alendis vitam sustentẽt. Destinatur eis cella in domo: aut casa extra domum extruitur, in qua locatur capsa oblonga foraminibus distincta, quæ aliquot cuniculos fœminas subeuntes recipiunt, vt illic pariant. Maribus, ne ingrediantur, & catulos vt solent morsu conficiant, ligneipaxilli collo appenduntur, Sunt qui cancellis ex palis ligneis supra partem horti ad parietes includant, & ne qua elabi fodiendo possint, solum ad duos aut tres à superficie pedes pauimento ex lapidibus & intrita sternant, lateribus etiam erectis pro magnitudine cæsulæ. Leporum tria genera, ex quibus vnum cuniculorum est, in leporario habere oportet, Varro. Gramine & alijs herbis aluntur, trifolio maximè: gratæ eis brassicæ, tum aliæ, tum capitatæ: item panis, & poma eorumq; putamina, vt raporum quoq;. Lactucas maximè appetunt, & folia vitis. Cuidam aconiti cœrulei folium dedi, quod sine noxa edit. Indis & acori vulgaris folia nõ edunt nec scrophulariæ maioris: Cum herbam viridem edunt, non bibunt, alioqui facilè hydropici fiunt: Cum datur aqua bibenda, quotidie renouari debet, nec multum dari In cibo valde etiam malua delectantur. Herba viridis non eis affatim præbenda, præsertim catulis, alioqui hydrope tentantur & moriuntur. Hyeme fœno, auena, furfure, & ijsdem putaminibus terdie nutriuntur. Si quis pullos adhuc teneros tractet, matres pullis ipsis indignantur, & vel deserunt, vel mordendo lædunt, aut etiam interimunt. Pelles in vsu vestimentorum sunt, fuscæ & variæ minoris pretij, maioris albæ & emaculati candoris: maximi quæ nigredine splendent, apud Anglos præsertim: vbi quaternæ huiusmodi pelles tribus plærunq; denarijs, id est drachmis argenteis, vt audio, vænennt. Ex nigris etiam præferuntur, quæ paucissimis albis hinc inde pilis tanquam asperſæ sunt. Ex dorsis cuniculorum consutæ pelles, durant quidem diutius, sed grauiores sunt: ex ventribus verò liniores minus durent, quia tamen leuiores molliores quę sunt, in maiori habentur pretio. Vulpes aliquando capit cuniculos & lepores, Albertus. Aquilæ lepores, cuniculos & capreolos capiunt auxilio canum, Crescennensis.

F.

Catuli cuniculorum, vt dixi, circiter dies vnum & viginti lactant: pingues & in cibo suauiores existimãtur cum mensem ætatis exegerunt. Multi statim à quartodecimo die edunt Cicures in Hispania contemnunt nec eos perinde salubres aut aptos esui putant, ac syluestres. Nam cum animal natura sit graue olens, augetur hoc vitium si aere incluso alatur & motus libertate priuetur. Dulcis eorum caro est, & sapore (vt quidam scribit) felium carni proxima. Eadem cum iunipero (iuniperi baccis forte) reposita (& salita nimirum,) suauior gratiorq; palato fit, Author obscurus. Cuniculi caro melius ac facilius alit quam leporina, Platina. Vda cuniculus affert Fercula, viscosum semi imitata gluten. Hunc torre igne tamen, Bapt. Fiera. Cuniculi & leporis cerebella contra venena commendantur, Platina. Corda animalium non sunt facilia concoctu, nec cerebra: cor tamẽ cerui & cerebrum leporis aut cuniculi sumpta profunt propter virtutem theriacalem, Arnold. & conf. sanit. De cuniculi sisicia proximũ locum habent, post isicia de phasianis quæ præferuntur, Apicius 2. 2. De cuniculi coctura vide infra in Lepore ex Platina. Cuniculorum fœtus ventre exectos gratissimo cibo laurices appellant, Plinius: Nostri inhumanas istas & inimicas naturæ delicias non agnoscunt. Laurices vnde dicantur non facile coniecerim: nisi quis lautices tanquam à lautitijs malit. Cuniculus quatuor aut sex mensium in cibo sumi potest qualibet parte anni, Arnold. de conser. sanit. cuniculi debent ad minus per diem naturalem seruari præterquam coquantur. Idem.

G.

Ad synanchen remedium sic, Cuniculum vinum in olla rudi combures, & puluerem de ipso cum costo & folio æquis ponderibus miscebis, & sic in potione plenum cochlear de hoc puluere cum vino dabis, atq; etiam fauces inde perfricabis, Marcellus. Reponitur etiam adeps cuniculi. Is autem, vt Sylvius scribit, inter taurinũ & sulinum fuerit, vt vulpinus etiam, melinus, felinus, &c. Ad dysuriam. Cuniculi adipem celebrant recentiores, Alex. Bened. Cuniculi axungia illita pectini ad ignem peculiariter vrinam elicit, Idem, Pinguedine neruos Mulceo, Vrsinus. Velius. Stomachum pulpa vorata iuuat, Idem: Apparet eum deceptum ab Isaei interprete, qui pro herinaceo cuniculum vertit, & alia etiam quæ partim ad marinum partim ad terrestrem echinum pertinent, vni cuniculo falsò attribuit, quem recentiores multi secuti errarunt, Platina, Grapaldus, & alij. Cuniculi & leporis cerebella contra venena commendantur, Platina.

H.

Cuniculi dicti ab eo quòd sub terra cuniculos ipsi facere soleant, vbi lateant in agris. Cuniculũ, (genere neutro, in quo ab alijs authoribus positum non reperimus) foramen sub terra occultum: aut ab animali, quod simile est lepori appellatur, quod subterfossa terra latere est solitum: aut à cuniculorum similitudine, qui omnẽ materiam intrant fidentes, (findentes potius) Festus lib. 3. Hyponomus Thucydidi subterranea cauitas occultior est: cuni-

culum

culum interpretari possumus, & factum inde verbum κατορύσσειν cuniculum agere, Cælius. Strabo cuniculorum foramina simpliciter ὀπὰς vocat. Cuniculus dicitur & per quem vapor trahitur in balnearijs vaporibus, Vlpianus. De cuniculis per quos murus effoditur aut ciuitas penetratur, scribit Vegetius de re militari 4.24. Cuniculis oppugnare, ἐπὶ τοὺς κρυπτοὺς πολεμεῖν. dicitur qui non aperta vi, sed dissimulanter ac dolis rem gerit: contra qui palàm agit quod agit, machinis agere dicitur, Οὐκ ἐπὶ κρυπτοὺς ἐλθόντες ἀλλὰ φανερῶς ἐπὶ τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν ἐπολιόρκουν, Catulus Luctatius in senatu, apud Plutarchum in vita Cæsaris, Erasmus Rot. Quæ res aperte petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur. Catullus Celtiberiam vocat cuniculosam, id est cuniculis plenam. Agere cuniculos meatus subterraneos fodere, apud Cæsarē lib. 8. de bel Gal. & Ciceronē 3. Offic. Is qui sub terra cuniculos fodit, cunicularius Vegetio nominatur. Alterum genus concharum purpura vocatur, cuniculatim procurrente rostro, & cuniculi latere introrsus tubulato, qua proferatur lingua, Plin. 9 36. Alij codices, etiam antiqui, canaliculatim habent, & canaliculi: sed legendum videtur cuniculatim, vel clauiculatim (à clauiculis vitiū, ἐλικωδῶς,) ex Aristotele qui scribit κοχλιοειδῶς. Cæterum verbo cuniculatim Plinius supra quoq; vtitur lib. 9. cap. 33. (his verbis, In concharum generibus magna varietas est, crinita, crispa, cuniculatim pectinatim, imbricatim vndata,) Hermolaus. Curiana regio noui orbis cuniculos habet, villo, colore ac magnitudine leporibus similes, P Martyr. Idem lib. 5 Oceanæ decadis, Vtias (inquit, in nouo orbe) vocant animal cuniculo nostro simile: & rursus lib. 8. Vtias muribus nō maiores scribit: & ab Hispanis ad cibū requisitas aliquoties meminit. Tiquadra patria Hannibalis, Plinius 3. 5. Quidam Triquadram legunt, quod ea sit eius forma: & à nautis Cunicularia, vt aliæ multæ, ab animalis eius copia dicatur, aliàs deserta. Ibidem aliqui non patria sed parua legunt sed videtur etiam patria posse, quod Hannibal, teste Liuio, in Hispania non Africa sit æditus, Hermolaus. Cunicularia insulæ paruæ sunt, Corsicæ insulæ vicinæ, (inter Corsicam & Sardiniam, Perotus:) vt scribit Plinius 3. 6.

DE CVNICVLO vel PORCELLO Indico.

Animal cuius hæc effigies est, primum à nobili quodam viro amico meo Lutetia missum accepi: cuius quidē corporis partes describi nō est necesse, cum ex pictura satis manifesta sit. Magnitudo est cuniculi communis, sed breuiore corpore, & pleniore præsertim in eo quod è Gallia accepi nam binos postea, marem & fœminam, doctissimus in illustri Fuggerorum familia medicus Io Henricus Munzingerus ad me misit Augusta Vindelicorū, minores & tenuiores. Auriculæ eis humiles, subrotundæ, & glabræ fere. Cura breuia, digiti seni anterius, quini posterius. dentes vt in muribus, cauda nulla. color alijs alius. Vidi ego totos candidos, & totos russos, & vtroq; distinctum qualem hic pinximus. Vox nonnihil ad porcellorum vocem accedit. Vescuntur omne genus herbis & fructibus, pane, auena. Sunt qui etiam aquam eis apponant, ego absq; potu aliquot multis ā mensibus nutrio sed plerunq; fructus humidos, eorumq; cortices (vt pomorum, raporū) & resectamenta eis exhibeo, alioqui facile hydrope tentantur. In cibo satis suaues sunt, & pingues multo subflauo adipe, aut lardo ferè suilli instar. Carne minus alba quam Cuniculi nostri & humidiore. Non fodiunt vt nostri cuniculi. Sed Munzingeri quoq; nostri de illorum natura ad me scriptum non omittendum duxi. Mas vnus (inquit) ad fœturam fœmellis pluribus (septenis vel nouenis plerunq;) satisfacit: fiuntq; sic fœcundiores. sin verò vnicam tantum sortiatur fœmellam, salacitate nimia ad aborsum interdum irritat. Aiunt ante sexagesimum à conceptu diem non parere. Nos nuper octonos natos in vrbe nostra conspeximus è quibus tres in vtero suffocati viscebantur. Tu pro sedulitate tua obseruabis plura, quæ porcorum potius, quàm cuniculorum vel leporum naturam imitentur, Hæc ille. Pariunt hyeme etiam. & catulos non cæcos vt cuniculi. sed neq; ita fodiendo mordendóue noxij sunt vt illi: & manibus tractabiliores. hoc est minore ingenio, quanquam non apti alioqui vt verè mansuescant. Mares duo inter se commissi, si fœmina adsit, acriter pugnant. ijdem catuli recens in lucem editis, quantū in meis obseruaui, nihil nocent. Mari si fœminam sequendi libertas detur, vt est libidinosissimus, subinde cum murmure quodam appetentis potius quam iracentis persequi non desinit In cibo quales sint nondum expertus sum. Superfœtare eos certum est. Petrus Martyr in historijs nauigationum ad nouas insulas, tria cuniculorum genera alicubi repertа scribit. Sunt & nobis cuniculi Hispanici, vt vocant, non caudati, fœno & gramine vescentes, lepusculi in morem repentes, tumidi, fœcundi, pingues sed nihil fodiunt, nihil corrodunt, quemadmodum alij cuniculi & mures faciunt. Iustinus Goblerus. Iidem autem videntur esse qui & Indici dicuntur.

DE DICTYE.

Dictyes animalia in Africa, vt scribit Herodotus lib 4. Apud Pastorales Afros Orientem versus, gignuntur (inquit) bassaria, & hyænæ, & hystriches, & arietes agrestes, & dictyes (δίκτυες) & thôes, &c. Hoc animal ne nominatum quidem alibi vsquam reperio conijcio autem quadrupedem esse viuiparam, quod cætera quæ eodem in loco recensentur animalia omnia eiusmodi sint: Quamobrem nihil huc pertinet quod Hesychius & Varinus docent, dictyn apud Lacones ictinum, id est miluum appellari.

DE EALE.

NASCITVR apud Aethiopes & quæ vocatur eale, magnitudine equi fluuiatilis, cauda elephanti, colore nigra vel fulua: maxillas apri, maiora cubitalibus cornua habẽs, mobilia, quæ alterna in pugna fistit, variatq; infesta aut obliqua, vtcunq; ratio monstrauit, Plinius. Est & eale (inquit Solinus cap. 55. scripserat autẽ proximè de Indis, & animalibus apud eos) aliâs vt equus, cauda vero elephanti, nigro colore, maxillis nigris, præterẽs cornua vltra cubitalem modũ longa, ad obsequium cuius velit motus accõmodata. Neq; enim rigent, sed deflectũtur vt vsus exigit præliandi. Quorũ alterum cũ pugnat protendit, alterũ replicat. vt si ictu aliquo alterius acumen obrusum fuerit, acies succedat alterius. Hippopotamis comparatur, & ipsa sanè aquis fluminum gaudet, Hucusq; Solinus.

DE ECHINO TERRESTRI.

A.



DE ECHINO, quanquam Græco nomine, hoc loco scribere visum est, quoniã herinaceum suum Latinis inconstãter scribi video, etiam eruditis: quidam enim aspirant, vt Plinius, Gaza, Pontanus, alij: sunt qui sine aspiratione scribant, Hermolaus, Massarius, &c. In penultima etiam nonnulli, i. vocalem pro e. ponunt, vt Eucherius. Ego semper aspirare malim, vt Plinius fecit: nam qui spiritum detrahunt recentiores sunt omnes. Accedit etymologia: putant enim grammatici quidã heritium vel herinatium (sic legimus in Pontani de aspiratione libro, penultima per t. & i. non per ɪ & e. expressa) ab horrendo dici, atq; exinde aspirationem trahere. Quinetiã Galli aspirantes scribunt in sua lingua, Hispani tamẽ non aspirant. Nõ ineptè etiam ab hęrendo aliquis deriuet, quòd fructus & alia spinis eius infixa hæreant. Echinus tam aquatilis quàm terrestris Græca vox est, à Latinis erinaceus appellatus: quanquam Theodorus echinum marinũ vbiq; non aliter quàm echinum interpretatur, Plinium forte imitatus, at eum qui terrestris est erinaceum cõuertit, Massarius. Ego aquatilem echinum à Latinis erinaceũ appellari authorem non habeo: (licet Itali vulgo hodie ericiũ tum terrestrem tum marinum appellent pro ericio per aphæresin.) Quamobrẽ & Massarium miror & Hermolaum, qui echinum piscem (sic enim impropriè vocat cũ branchias non habeat, melius quidam ostreis adnumerãt) erinaceũ Latinè vocari scribit. Herinaceus qui & herix, & hericius, quod spinis horreant dicti, vt quidã volunt, Perottus, Herices, quòd spinis horreãt, Grapaldus. Hericij, qui & echini dicuntur, Euoherius. Varro inuenisse se ericium cum proboscide scribit, vt Nonius citat ex Varronis Sexagesi. his verbis: Inuenisse se cum dormire cœpisset, tam glaber quàm Socrates, caluum esse factum ericium è pilis albis cũ proboscide. (tam glaber quàm Socratis gallus, esse factum ericium cum pilis &c. vt Erasmus legit. Vide in Gallo H. in prouerbio,

proverbio Socratis gallus.) Syluaticus barbare iriccium protulit. Implicitumq; sinu spinosi corporis erem. Nemesianus קפוד *kipod* Hebraice herinaceum sonat: quam vocem licet alij aliter interpretentur, herinaceum tamen reconstat: quoniam medici vt Serapion, Syluaticus, & alij qui Arabice scripserunt ceufud appellant (apud Auicennam caufed scribitur) & Græcorum de echino terrestri verba eius mentioni adscribunt. R. Dauid Kimhi aemulationem gaudentem interpretatur, quam Ioseph Kimhi pater Dauidis Arabicè קנבאר, vulgo ברינץ tartuga, (id est testudo, sed inepte vt videtur cum pro aue ponatur: forte turtur legendum, quæ vulgo voq; terè nomen Latinum retinet, & solitaria auis est.) Idem Kimhi Sophonizæ lingua Ismaelitica (inquit) dicitur קנבאר Arabicè: addit Esaiæ 13. semper in aquis versari. Salomon הריזין vocat, (alludens puto ad Gallicam vocem heriſſon,) id est hericium, secutus nimirum nostros interpretes. Nam Septuaginta Esaiæ 14. & Sophonizæ 2. χοίρους vertunt, Hieronymus hericium. Ita etiam Esaiæ 34. vbi Salomon autem dicit זיזתיטא zizetta reliquerit, id est noctuam. Redigam Babylonem in possessionem erinacei, &c. in stagna aquarũ, Esaiæ 14. Hebraicè kipod est quod animal esse aquaticum vel saltem quod iuxta aquas habitet, ex his concludi posse aliqui putant: & quoniam verbum præcidere vel succidere Hebræis significat, erui tus quidam apud nos lutram, seu potius castorem, quia arbores succidit, esse colligit. Ab hac voce vltima tantum litera differt קפזר *kipoz*, quam R. Kimhi eiusdem cum kipod significationis existimat, quoniam zain & daleth crebrò inter se permutantur: similiter Salomon. Septuaginta etiam echinum, & Hieronymus hericium exponit. Abraham Esra nõ sine ratione refellit, auem esse contendens. Nam Esaiæ 34. auem esse apparet ex eo quòd alijs tribus auium nominibus cõiungitur. (Munsterus scribit eo in loco non kipoz sed kipod legit, & vulgatam vertit: in Dictionario tamen suo kipoz vocem inde citatis & exemplaribus quibusdam kapon habere monet. Chaldaica quidem translatio kipod habet.) Quidam apud nos vulturem esse conijciunt, quoniã ea maximè sit solitaria auis, vt cuius nidum homines ignorent, teste Plinio: accedere etiã etymon vocis ab insiliendo aut inuolando dictæ, id קפץ *kipaz* sonare in lingua Syrorum. Sed hæ coniecturæ sunt: nec enim necesse est auem esse quod eum auibus nominatur: neq; etymologia probationibus rerum satis efficax est. Ego in vulgatis dictionarijs kapaz vocem cum zade, non cum zain, in fine scriptam reperio: quam claudere & contrahere exponunt, quod herinaceo præcipuè conuenit. Pro kipod Hebræorum Chaldæi קיפרא *kipra* dicũt. Errant qui hapla et rinaceum faciunt: cuniculus enim est, vt supra docui. Hoc quoq; vobis immundi sit inter reptilia quæ repunt super terram, mustela, mus, atq; bufo iuxta genus suum: ericius, chamæleon, &c. Leuitici vndecimo interprete Munstero: pro erinio Hebraicè habetur תאנפח *haanaka*, quam vocem *Kimhi* interpretatur pro reptili quod semper clamet, & inde nomen sortitum sit: Author Concordantiarum Esra reptile volans. Chaldaicus interpres Leuitici vndecimo vertit אילא *iela*, & אילא *iela*, id est hirudo vel sanguisuga. Arabs, ورل *varal*. Nicolaus Lyranus R. Salomonem secutus, hericius: qui tamen alibi פברא exponit, id est fibrum seu castorem, vt Munsterus legit: vel vnus nostrorum quidam, viuerra, (quod non placet: in nulla enim lingua hodie vulgare id nomẽ est.) Septuaginta μυγαλῆ, Hieronymus mygale, id est mus araneus. Agelmin, id est ericius, Syluaticus. Aduibus, id est ericius montanus. Vetus glossographus dictionum Auicennæ Ego in Auicennæ texto aduibus repetito, & hystricem esse puto, vt in hystrice dicam. Alierba secundum quosdam est ericius magnus spinosus, (hystricem intelligere videtur:) secundum alios verò, ericius minor, Andreas Bellunen. Aema zameleantos, id est sanguis ericij. Syluaticus manifesto errore legendum Hema chamæleontos, id est sanguis chamæleontis. Χὴς, echinus, Hesychius & Varinus: nec aliud addunt, vt dubium sit de terrestrine vel marino accipi debeat. Sed conijciat aliquis terrestrem ita dictum quod χανδὸν ἐσθίει id est solitarius agat: vel χηραμοὺς, ἐν οἷς διαιτᾶται, id est latibula seu foramina sibi eat. Ἀχηναῖος, herinaceus terrestris, χοιρος. Hesychius & Varinus à dorso spinoso: vnde & χοιρογρύλλιος vocatur, quasi porcus spinosus (quanquam hodie vulgò non herinaceus, sed hystrix ita nominatur) ab Etymologo & Varino. Eruditus quidam nostri seculi acanthochœron à Græcis hystricem vocari scribit, ex Suida. Ἀκανθοχοιρος, Hesychius & Varinus. Ἀκανθίων ijdem animal & auem interpretantur: nec exprimunt quale animal: & ne non scarabei genus. Apud Dioscoridem echinos cherseos, id est herinaceus terrestris appellatur, & echinos quibus ἀκάνθιον ἔλαιον: ego acanthion potius legerim à spinis. Nam & Galenus lib. 1. cap. 1. de compos. med. sec. locos in medicamento quodam quod locos etiam caluescentes prohibere, & pilis induere possit, acanthionem terrestrem, herinaceum interpretatur: nam in eodem medicamento echini marini assumuntur. Azani vel Aezani vel Azanium, vrbs est Phrygiæ, quam Hermogenes Ἐξαζανίτην scribi debere putat. Fertur enim eo in loco frequentes vlias fuisse rusticorum: & cum aliquando fames ingruisset & pastores sacrificijs nihil impetrarẽt à dijs, Euphorbus quidam τὴν ἀλωπέκα, id est vulpem, (videtur ἀναζανίν legendum, si supra rectè scribitur Ἐξαζανίτην: Ἐξαζανοῦν, si inferius recte Ἐξαζανίτης:) & ἔθυσε, id est echinum dæmonibus immolauit, vnde placatis dijs terræ fœcunditas redijt. Quamobrem à vicinis sacerdos & princeps creatus est, & ciuitas ab eo dicta Ἐξαζανίς, quod ad verbum sonat ἐχῖνος ἀναθυσθείς. Stephanus in Azani: ex quo Erasmus etiam transtulit in prouerbio Azanæa mala. Hericeus, italicè *rizo*, vel vt alij scribunt *rizzo*: Hispanis, *erizo*: Lusitanis *ouriço* vel *ouriço cacheyro*, eò quod corpore contracto se occultet: cacher enim occultare est. Gallis *heriſſon*. Germanis *igel*, vel *egel* vt in Germania inferiori scribitur. Hollandis *een ygel en varcken*, quasi porcum ferratũ dicas. Anglis *hegehogge*, id est sepium porcus, quoniã in sepibus versari solet: vel vrchin, quo nomine hominẽ etiam appellant incuruiceruicum, hoc est qui caput & collum pectus inclinat. Illyrice *jeſh*, malox. *tzmujerzatho*, *oſzilhex*. Oppianus circa finẽ lib. 2. de venatione duo echinum genera describit, maius & minus, his versibus quos propter elegantiam adscribendos iudicaui.

Οὐκ ἐθέλω σε φίλε λεγέμεν τὸν ἰχῖνα
Ἀργιόδοντα μετὰ φρεσὶ, καὶ τὸν νέμεσσαν ἰχῖνα.
Τοὔνεκα φαίνεται ἦεν ἐπὶ πεδόληπτα ἑκάστῳ.

Μείζονα καὶ φύσιος δίχα τὸν ἑτέρωθι νόημα.
Οἱ μὲν γὰρ βαίοισιν ἐοικότες ἀμφὶ πέλονται,
Οἱ δὲ ἀκριδέεσσιν ἐπὶ μείζοσιν, οὐ τὸν ἐπ' ἠπείρῳ

τὸν θάλασσαν ἐν ἀφρηστῆρσιν ἀκαχμένον. Dictionem πεδόληπτα àrecto πέδον deduco, vt πεδόληπτος ἀνὴρ & πεδόληπτος ἀνὴρ apud Homerum. Alia lectio πεδόσιον, quæ si placet, legatur ἐπὶ πεδοσίοις ἀκωκῆσι, vt lib. 2. de piscatione herinacei & serpentis pugnam describit. Sunt è genere herinaceorum maiores hystrices, Grapaldus. Oppianus quidem de hystrice seorsum agit libro tertio de venatione, cum herinacei maioris mentionem ijs in versibus quos iam recitaui libro secundo fecisset: Plinius hystrices ex herinaceorum genere facit, & similiter hybernis sentibus condentes. Remedia quoque ex vstorum cinere, eadem in hystrice & efficaciora sunt, vt infra dicemus. Varro inuenisse se ericium cum proboscide scribit, vt citat Nonius. Hunc equidẽ echinum suarium credim, cui proboscis est qualis in suum genere, Germani vulgò *ſeevigel* nominant: alterum genus, minus ni fallor,

rostro

roſtro ſimile cani, *hundigel*. Spinas habet hericius vterq; tam caninus quàm porcinus, Albertus. Differunt etiam loco: nam alij agreſtes ſiue ſyluatici, alij circa domos reperiuntur.

B.

Echinus terreſtre animal eſt, cuniculi magnitudine, ſed ſpecie porcina, aculeis vallatus quemadmodum hyſtrix eſt, Maſſarius. Vallatus eſt aculeis extra quàm ore pedibusque ac parte inferiore, quam rara tantum & innocua lanugo operit, Hermolaus. Porcelli formam habet, ſpinoſus vbique præterquam in ventre, Iſidorus. Pinguis eſt & porcelli modum exprimit cum excoriatur, Albertus. Mirabile in Creta apros, herinaceos, &c. non eſſe, Plinius. Hericij ita ſpinoſo defenduntur tegmine, vt ne contingi quidem poſſint, Eucherius. Aculeos qui à nonnullis vice pilorum geruntur, genus eſſe pilorum exiſtimandum eſt, vt herinaceorum aculeos, Ariſtoteles. Herinaceorum pili paulatim adeò duritate degenerant, vt non pilis præterea, ſed ſpinis ſimiles eſſe videantur, Idem. Aegyptijs muribus durus pilus ſicut herinaceis, Plinius. Herinacei teſtes intus ſunt, cutis enim eorum efficiendo ſcroto inepta eſt, Ariſtot. Et alibi teſtes eis intus lumbis adhærere ſcribit. Omnibus quæ animal generant, teſtes antè habentur, vel intus, vel extra, præterquam herinaceo: hic enim vnus lumbis adhærentes continet, ob eandem qua aues cauſam: coitum enim herinaceorum celeriter fieri neceſſe eſt, cum non more quadrupedum ſuperueniant tergis, ſed erecti coniungantur propter aculeos. Duos anos ad ſtercus emittendum ſolus ericius dicitur habere, Albertus.

C.

Herinacei in ſæpibus dumoſis & vineis per autumnum præcipuè diuerſantur. Condũtur in arbores cauas hyeme, & cibis (pomis præcipuè) per æſtatem congeſtis veſcuntur. Echinum aiunt ad annum vſq; ſine cibo durare poſſe, Ariſtoteles in Mirabilibus. Præparant hyemi & herinacei (vt mures Alpini) cibos, ac volũtati ſupra poma (mala & pira, vt alij: vel etiam iſchadas, vt Philes) affixa ſpinis, vnum non amplius tenentes ore, portant in cauas arbores, Plinius, & Aelianus. Herinaceus potamogitone herba interimitur, Aelianus. Admirabilis eſt illa echini pro catulis (περὶ τὰ σκυμνία) ſolicitudo ac prouidentia. Vites ſubit vindemiæ tempore, pedibusque botroruin acinos in terram decutit: hos iſthic circumuolutatus, excipit confixos ſpinis. Ac memini cum iam olim nobis quitum aderamus omnibus ſpectantibus botri reptantis ingredientisq; ſpeciem præberet, adeò ſe cumulauerat atq; opplcuerat vuis. Mox vt ſubiuit latibulum, ex ſe decerpenda quæ collegit catulis præbet, vt partim fruantur, partim recondant, Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Καμπανὸς ὁ ἰχνευτὴς ὀπίνωπα φέρουσα Ῥᾶγας ἀκτέλεστα τοῦ ὄπα ῥηγοπέδου, Suidas ex Epigrammate. Eſt autem θαλάσσιος (ſic ſcribi debet per ε. in prima ſyllaba) locus planus tanquam areola ſub dio, vbi vuæ Soli expoſitæ ſiccãtur, quaſi θέλιος ἄεθλος, Varinus. Si quid decideritex fructibus, quos volutatus aculeis ſuis infixerit, reliquos etiam omnes excutit, reditq; vt aculeos omnes repleat, Iorach. Lac etiam & vinum bibunt cum in domibus aluntur. Herinaceis coitus erectis, partibus ſupinis hærentibus ſibi aduerſis, Ariſtoteles. Herinacei ſtantes ambo inter ſe complexi coëunt, Plinius. Cur coitus eis celeriter peragatur, præcedenti cap. dixi. Echinus parturiens cunctatur, vide capite octauo inter Prouerbia. Echino fel æthyiæ intolerabile eſt, Aelianus 6. 46.

D.

Echinus animal eſt vafricia inſigne, quo nomine Nauplium ex ingenio nimis callido Echinum appellauit Lycophron, Cælius. Herinacei mutationem aquilonis in auſtrum, condentes ſe in cubile, præſagiunt, Plinius. De herinaceorum ſenſu locis multis perpenſum eſt, vt qui in cauernis ſunt, commutẽt ſua cubilia aquilonum & auſtrorum mutatione: qui autem intra tecta aluntur, ad parietes diſcedunt: quod ita fieri cum Byzantij quidam animaduertiſſet, conſecutus exiſtimationem eſt, tanquam tempus futurum poſſet præſagire, Ariſtoteles. Duo vero foramina eius cubile (τρητὸν, Φωλεὸς) habet, alterum ad auſtrum, alterum ad borcam pertinet: ac pro temporis ratione, ſicut velum gubernatores nauis vicibus transferũt, ſic id quod ad ventum ſpectat, obſtruit: alterum autem aperit. Atque hoc Cyzicenus quidam cum animaduertiſſet, nomen ſibi ea ex re peperit, tanquam ſuopte ingenio ventos prædiceret, Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Serpens & herinaceus (vt Oppianus refert libro de Piſcatione ſecundo) mutuo inter ſe odio flagrant. Quamobrem ſi in latibulis occurrant, echinus mox in orbem ſe contrahit, vt præter ſpinas nihil emineat. Irruens vero in eum ſerpens, & ſpiris implicãs, fruſtra mordet: & quo arctius illum circumuoluta premit, eò magis ipſa ſe aculeis infigit & vulnerat: quibus vtcunq; afflicta, non remittamen, donec emoriatur: aliâs quidem ſimul ambo pari caſu intereunt: aliâs echinus euadẽs, ſerpentis immortui corpus aut carnes adhuc aculeis infixas geſtat. Herinaceum lupus timet ac fugit, Iorach. Memini aliquando audire leporem deprehenſi herinacei aculeos ſingillatim dentibus extrahere, & nudatum poſtremò corpus vorare, quod mihi parum veriſimile fit, de vulpe vero, quam Echini hoſtem eſſe conſtat hoc, dici non foret abſurdum. Vulpes quibus dolis conglobatum echinum tractet, vt explicantem ſe deuoret, Lege in Vulpe D. Et mox in prouerbio, Multa nouit vulpes, ſed echinus vnum magnum.

E.

Herinacei vbi ſenſere venantem, cõtracto ore pedibusq;, ac parte omni inferiore, qua raram & innocuam habent lanuginem, conuoluuntur in formam pilæ, ne quid comprehendi poſſit præter aculeos. In deſperatione vero, vrinam ex ſe reddunt tabificam tergori ſuo ſpinisq; noxiam, propter hoc ſe capi gnari. Quamobrem exinanita prius vrina venari, ars eſt. Et tum præcipua dos tergori, aliàs corrupto, fragili, putribus ſpinis atque deciduis, etiam ũ viuat ſubtractus fuga. Ob id non niſi nouiſſima ſpe maleficio illo perfunditur. Quippe & ipſi odere inſitum venificium ita parcentes ſibi, terminumq; ſupremum opperientes, vt fermè ante captiuitas occupet. Calidæ poſtea aquæ aſperſu reſoluitur pila: apprehenſusq; pede altero è poſterioribus, ſuſpendio ac fame necatur. Aliter non eſt occidere & tergori parcere, Plinius. Terreſtris herinaceus inter animalia inuida cẽſetur, ſtatim vt capitur, vrina ſua reddita tergus ſuum conſpergit, cuius vi perfuſum corrumpitur, & quod futurũ erat ad multa vtile, reddit inutile, Aelianus. Mihi quidẽ non inuidia aduerſus hominem (quam ſtultè etiam alijs quibuſdam animalibus tribuit antiquitas, plebeiam ſcilicet & anilem perſuaſionem ſecuta) ſed metu potius, cum capiendus eſt herinaceus

hæcus vrinam reddere videtur. Cum insidias sentit, vndiq; se spinis claudit, & difficulter se videndum præbet atq; palpandum: sed quando in aquam calidam mittitur, statim ea delectatus in planam membrorum deiectionem ostentionemq; resoluitur, & sic inoffense videtur atq; palpatur. Isidorus. Vide etiam infra in prouerbio, Scit multa vulpes, sed echinus vnum magnum. Terreni herinacei nunc veteratoriam explicabo: Cum enim is vicinus est vt capiatur, contortissimè seipsum concludit, & tantopere contrahit, vt comprehendi non queat, simul & animã continet, spiritumq; comprimit, & ab omni motu conquiescens, mortui speciem præ se fert, Aelianus & Philes. Ipsum animal non verentur pleriq; dicere vitæ hominũ superuacuum esse, si non sint illi iaculei, frusta vellerum mollicie in pecude mortalibus data. Hac cute expoliuntur vestes. Magnum fraus & ibi lucrum monopolio inuenit, de nulla re crebrioribus senatusconsultis, nulloq; non principe adito querimonijs prouincialibus, Plinius. Huius monopolij (inquit Hermolaus) mentio fit in Iustiniani codice, quem locum recentiores Legulei ridiculè sunt interpretati. Pecten echini (nempe terrestris) vocatur iureconsultis echini pellis vestium detersui accommodè concinnata, cuius author rei Plinius est, Cælius. Erinacei cute expoliuntur lina, & vulgò ericium appellant Massarius. Pellis herinacei cum suis spinis hastili præfigitur, vt eo fugentur canes.

F.

Veteres herinacei cute expoliebant vestes, cibum verò ex eo non sumebant vt nos facimus, Sipontinus. Audiõ quidã nostrates suarium tantum, non item caninum echinum mensis admiscri. Cute detracta inferuefaciunt paululum vino cum aceto: inde lardo & caryophyllis cõfixum in veru assant. Herinacei carnem iucundam esse aiunt, si capite percusso vno ictu interficiatur, priusquam in se vrinam reddat, &c. Plinius. Caro eius in cibo sumpta aduersus quos morbos valeat sequenti capite dicam. Hystricis caro, vt herinacea, licet non admodum inter esculenta comẽdatur, stomachum tamẽ adiuuat, aluum soluit, &c. Platina à barbaris authoribus deceptus: marinis enim tantum Græci ista attribuunt. Aëtius scribit carnes vulpinas leporinas & ericij naturæ humanæ esse dissimiles, & alimenta efficere pessima: cuius argumentum sit odor fœdus, vt Io. Agricola Ammonius citat. Ericij caro secundum quosdam est humectatiua & pinguis. Obscurus.

G.

Colicum remedium per experientiam receptum, Baccas lauri decẽ, piperis grana septem, opopanacis magnitudine ciceris, conijce in aquæ cyathos tres, totumq; simul feruefactum bibendum præbe, quiescatq; inde æger, & perfectè sanitati restituetur. Oportet autem, inquit Galenus, ad viros masculi, ad fœminas muliebris sexus herinacei internam membranam accipere, exiccareq; ac contundere, eiusq; partes tres prædictis admiscere, Aëtius lib. 9. cap. 31. interprete Cornario Græcum exemplar non vidi: sed conijcio Græce echinum legi, cum aliud herinacei nomen vsitatum non habeant Græci. Significat autem echinus, vt capite octauo ostendam, membranam quoq; interiorem ventriculi in gallinaceis aut gallinis, quam aliqui stomachicis commendant: Et de hac forte intelligenda sunt Aëtij verba. Ad dysentericos, Terrestrium erinaceorum membrana interna, Aëtius 2. 186, & 9. 48. Herinacei vtriusq; tum marini tum terrestris corpus vstum cinerem efficit facultatis tum extergentis tum digerentis, tum detrahentis. Itaq; eo quidam & ad excrescẽtia, & ad sordida vlcera vsi sunt, Galenus de simplicib. 11. 28. Dioscorides tamen eam facultatem marino priuatim attribuit. Terrestris simul & marini echini cinis, abstergit, resoluit, & exiccat, Auicenna. Cinis de pelle herinacei (terrestris, siue marini) confert vlceribus sordidis, & carnẽ superfluam compescit, Idem, Rasis, Albertus. Antidotus Ecloge dicta vtilis cœliacis & sanguinẽ spuentibus 330. numero apud Nicolaum myr. interprete Fuchsio recipit inter alia testas erinacei & anatis vuluam. Pellis herin. terrest. vnà cum ipsius capite tosta, & in puluerem tusa ex melle inungitur ad alopeciam, Galenus lib. 1. Parabiliũ cap. 14. Cinis vsti echini cum spinis si pici misceatur, cicatricibus pilos reddit. Albertus, & Philes φλοῶ τε χαιτόν. Herinacei cinis cum melle, aut corium combustum cum pice liquida, alopecias emendat. Caput quidẽ eius vstum per se, etiam cicatricibus pilos reddit. Alopecias autẽ in ea curatione præparari oportet nouacula & sinapi. Quidam ex aceto vti maluerunt. Quæ verò de herinaceis dicuntur, eò magis valebunt in hystrice, Plinius. Terrestris herinacei corium combustum, alopecijs cum pice liquida aptissimè illinitur, Dioscorides, Aelianus, Auicenna, Rasis, Albertus. Erinacei caput & pellicula combusta cinisq; ei adiecto melle inlitus alopecijs cito prodest. Caput autem eius per se combustum, & adiecta ipsius adipe, cinis ille alopecijs inlitus, etiam cicatricosis facit pilos renascere: quod si totum ipsum quis exurat, & puluerem eius bene tritum cum adipe vrsino caluo ad integrum capiti imponat, decorem pristinum restituet capillorum, Marcel. Et alibi, cinis (inquit) exusti erinacei recentis, vel fimus erinacei recens, & sandaracha, cum aceto & pice liquida mixta & imposita fluentes capillos continent. Author est Achritonalopeciæ mederi cinerem ericiorum marinorum cum gallis rubeis & amygdalis amaris, æquali omniũ portione (vt sint tres partes æquales, quibus addatur fimi murium pars dimidia, Albertus:) permixta hæc cũ aceto diu teres, & impones. (Medicamentum hoc apud Galenum, statim post Critonis pharmaca ad alopeciam Heraclidæ adscribitur lib. 1. cap. 1 de Compos. sec locos.) Eiusdem facultatis est cinis ericij, vel corij, vel capitis eius, vel interiorum, si sepum vrti admisceas: & iam currit aqua absq; sepo in iuuamento, (vel vt Albertus habet, iam enim incipiet humor recurrere absq; labore:) postquam fricatur locus affectus donec rubescat, Rasis & Albertus. In alopecia si capillorum exortus remoretur. herinacei terrestris caput aut corium vstum tritũ ac melle subactum illinito, Asclepiades apud Galenum. Herinaceorum marinorum testas exustas & aqua subactas locis præfrictis impono. In quibusdam exemplaribus non aqua, sed adipe vrsino excipi debere herinaceorum cinerem reperi, quod mihi magis placuit: hoc enim modo efficacius redditur, Galenus lib. 1. de compos. med. sec. locos, inter Critonis medicamenta ad alopeciam. Herinaceorum marinorum testas vstas, ex melle & aceto præsis illine, Soranus ibidem. Ericius vstus tritus si imponatur fistulæ, iuuat, Rasis & Albertus. Limaces rubentes & erinacei puluerem aliqui misceni emplastris contra herniam. Lichenas in facie cinere herinacei ex oleo illinunt. In hac curatione prius nitro ex aceto faciem foueri præcipiunt, Plinius. Attritis medetur cinis muris syluatici cum melle, vel herinacei, Plinius. Herinacei ter. cinis in vini potione sumptus, remedium ad dolores renum adhibet, & ad aquam intercutem, Aelianus: Vetustiores carni siccæ in cibo sumptæ eadem tribuunt. Suffumigatio cum pelle ericii in retentione vrinæ, dissoluit eam si modo non procedat ab apostemate vel lapide viam obturantibus: si ea in & horum nullo processerit, certè liberabitur, Deo dante, Obscurus. Carnes ericij Leonis & aliorum quo-

fundant

rundam animalium, seruandæ in vsum medicum, prius quater aut quinquies, semper tamen per horam lauandæ sunt vino calido dulci, & in furno leniter siccandæ, Syluius. Affricata caro (ἐκτριβόμενον) Plinius inueterata reddit, Arabum interpretes salitam) & cum aceto mulso pota, nephriticis seu renum vitijs auxilio est: item aquæ quæ cutem sumpsit, conuulsionibus, elephantiæ, & male habitis, quos Græci cachectas vocant, (Arabum interpretes initium hydropis vertunt) viscerum fluxiones exiccat, Dioscorides. Eadē ex Dioscoride repetit Galenus de simplicib. 11. 3. his verbis, Scripserunt quidam herinacei terrestris carnem desiccatam prodesse elephanto obnoxijs, cachectis, conuulsionem sæpenumero patientibus, nephriticis, laborantibus aqua inter cutem quam anasarcā vocāt: Quòd si ea efficere potest, facultatem habuerit valentem simul digerentem desiccantemq;, sicut & caro mustelæ arefacta. Eadem quoq; apud Rasin & Albertum legimus. Hazaci interprētes magna imperitia cuniculo, vel vt Bellouacensis habet ericulo, attribuunt vim dissoluendi, stomachum roborandi, aluum molliendi, vrinam prouocandi: lepræ denique, & elephantiasi medendi: Alij herinaceo eadem omnia: sed ij quoq; peccarunt: nam cum Dioscorides alijq; Græci seorsum de marino echino scripserint, cum in cibo sumptum stomacho gratum esse, bonam facere aluum, & vrinam ciere: & rursus priuatim de terrestri, quod elephantiasi alijsq; paulò ante enumeratis morbis subueniat, illi in vnum omnia confuderunt. Ericius montanus melior est domestico, & habet spinas in modum acuum (sagittales Auicenna) & est consimilis in cura, melioris comestionis, magisq; iuuat stomachum, & ventrem magis mollit, vrinamq; ciet efficacius, Rasis & Albertus. Mihi quidē herinaceus montanus ille hystrix esse videtur, adulbus ab Auicenna dictus: nam Syluaticus quoq; adualdul primum, deinde adubul ericium montanum interpretatur, qui vulgò dicatur istrice. Quòd autem is in cibo sumptus ea præstet, quæ Rasis, Albertus, & eos imitatus Platina ei tribuit, ex veteribus authorem habeo neminem: Echinis enim marinis tantum omnes has facultates attribuunt: herinaceo verò terrestri & hystrici, neq; simpliciter, neq; magis aut minus quàm marinis. Quanquā enim in remedijs ex vsto corpore corióue aut spinis, eandem vim terrestri & marino echino esse Galenus tradit: Plinius verò, Quæ de herinaceis, inquit, dicantur, eò magis valebunt in hystrice: longè tamen alia ratio est, si in cibo sumantur: quod illi non animaduerterunt. Ericius terrestris salitus aduersus elephantiasin prodest: item paralysi & spasmo, & vitijs neruorum omnibus, Auicenna. Caro erici est bona lepræ, Idem. Coctus aut assus ericius in lepra remedium est, Rasis. In contractione neruorum caro palumbina in cibis prodest & inueterata, herinacei spasticis, Plinius: Distinguendum forte post prodest, non post inueterata, vt cum Dioscoride ei conueniat. Carnes inueteratæ herinacei sumptæ vtiles sunt hydropicis, Plinius. Salsa ericij caro cum oxymelite iuuat hydropicos. Auicenna & Rasis. Albertus addit, ad omnes hydropis differentias prodesse, nempe carnosam, (vt ipse loquitur,) tumidam, & citrinam. Eadem caro salsa, cū oxymelite pota, salubris est in dolore renum, Rasis, Auicenna, & Dioscorides, & alij. Solus Philes herinacei vsti cinerem cum vino albo potum dolentibus renes mederi scribit. Caro ericij salutaris est in phthisi, Auicenna. Ericius coctus aut assus phthisicos iuuat, Rasis. Emplastrum ex ericio valet contra neruum contractum, & dolorem in ventre natum ex crassis flatibus, & difficultatem digestionis, Rasis: quem autem bonum authorem hæc scribendo secutus sit, nō inuenio. Herinaceorum cinis cum oleo perunctorum custodit partus contra abortus, Plinius. Inueteratas (inquit Plinius) herinacei carnes quis possit dare potui furenti, etiamsi certa sit medicina? Herinacei carnem iucundam esse aiunt, si capite percusso vno ictu interficiatur, priusquam in se vrinam reddat: Eos qui carnem ederint, stranguriæ morbum contrahere minimè posse. Hæc caro ad hunc modum occisi, stillicidia vesicæ emendat: Item suffitus ex eodem. Quòd si vrinam ex se reddiderit, eos qui carnem ederint, stranguriæ morbū contrahere traditur, Plinius. Caro ericij terreni efficit ne pueri lectos permingant: vrinam enim tantopere retinet in cibo sumpta, vt si assidue quis ederit, vrinæ difficultatem incidere periclitetur, Auicenna, & Rasis similiter, sed obscurius. Si abscindatur caro herinacei absq; decollatione, deinde suspendatur super bestiam aut hominem, qui ægre reddit vrinam, mox & facile eam emittet, Rasis. Herinacei caro optimè decocta atq; in cibo sumpta, stranguriosis mirè subuenit, & citò naturalem vrinę cursum relaxat, Marcellus. Idem alibi echinos cum aculeis suis teri iubet, & ex mulsa aqua frequēter accipi aduersus dysuriam: Plinius vero echinos cū spinis suis tusos & è vino potos, calculos pellere scribit, de marinis intelligens, qui & aliàs (inquit) in cibis ad hoc proficiunt. Caro ericij terreni confert febribus diuturnis, Auicenna & Habix apud Serapionem. Eadem succurrit morsis à serpētibus (vermibus) venenosis, Auicenna. Medicinalis est herinacei pellis, nisi ab eo permingatur, Philes. Herinacei adeps (caro affricata potius, secundū Dioscoridem) prohibet viscerum fluxiones, Auicenna. Ericij salsi, & in aqua feruentis innatans collecta pinguedo, si illinatur baculo, & is in domo (vel lecto, Albertus) ponatur, conuenient ad eum pulices, Rasis. Pungentes in palpebris pilos vbi euulseris, cochlearum carnes cum viridium ranarum harundineta incolentium, vel herinacei terrestris sanguine subigito, & adiecta atramenti sutorij moderata quantitate exiccari sinito, & vtere (inuersis palpebris illine saliua diluens) cauendo ne pupillam attingas, Aetius 7. 67. Ex paulo post, Extremè autem confert, inquit Archigenes, sanguis herinacei terrestris, & fellis eiusdem par pondus, & castorei quod sufficit, &c. Ad pilos inutiles & pungentes in palpebris, Fellis & sanguinis erinacei terrestris partes tres, fellis chamæleōtis totidem castorei parum. Gal. x. περ. 4. 8. ex Archigene. Si ex sanguine eius & melle cum aqua calida gargarismus fiat, vocem obtusam & raucam emendat, Rasis & Albertus. Sinister oculus cum oleo frixus in vasculo reconditur: is liquor somnificus est: oportet autē extremo stillam immisso in aurem distillari, & statim somnus inuadet, Idem. Hepar herinacei ficuli solibus excocto arefactum, (in testa siccatum in feruenti sole, vetus translatio: in testa noua, Rasis:) ad eosdem vsus, quos caro affricata præstat, vtilissimè reconditur, Dioscorides, Rasis & Albertus. Auicenna nos ad omnia quæ de carne herinacei prius dicta erant, hepar eius vtile facit, sed solum ad postremum, nempe fluxiones viscerum: quod auxilium tamen non carni sed adipi perperam adscripsit. Ad solem exiccatū elephantiasi medetur, Aelianus. Ἥπαρ δὲ (ἐχίνου φασὶν ἔμπαλιν) καυσον ἐν ἀνυδρίᾳ ἀπολύειν. Καὶ φλεγμονὴν δίψαν ἐργάζεσθαι. Philes. Fel herinacei psilothrum est vtiq; mixto cerebro vespertilionis, & lacte caprino autem per se cinis (quinis cinis simpliciter) cum lacte, Plinius. Fel herinacei cum vespertilionis cerebro & canino lacte renibus impositum, mirè prodest, Marcellus. In Plinij verbis canino legendum, non caprino, tum ex Marcello apparet, tum ex ijs quæ supra de lacte canino scripsimus, cui psilothri vim quidam falsò attribuerunt: caprino autem nemo. Cæterum Marcelli verba planè corrupta esse videntur, quid enim istis remedijs cum renibus? præsertim cum hæc & huiusmodi Marcellum ex Plinio mutuatum esse constet: proinde hoc vel simili modo legemus, Fel herinacei cum vespertilionis cerebro & canino lacte mixtum, psilothrum est. Nec moueor quod Marcellus cap. 26. inter remedia ad renum vitia hoc quoq; describit. Pilos in palpebris incommodos euulsos renasci nō patitur fel herinacei, Plinius. Collyrium ex felle herinacei oculis immissum

miſſum prodeſt. Raſis. Ad vitiligines illini iubent fel herinacei ex aqua, Plinius. Eodem verrucæ omnis generis ſanantur, Plinius. Aduerſus lienis dolorem, quidam duorum dierum catuli ex aceto ſcilliticо dant ignoranti, vel herinacei lienem, Plin. Herinacei lien aſſus in cibo ſumptus, lienoſum efficaciter curare fertur, Marcel. Conferunt contra lepram expreſſionē ad phthiſin ex vlcere pulmonis renes eius deſiccati. Si ex eo (ex renibus. Albertus) ſumatur pondus vnciæ à patiente difficultatē vrinæ cum aqua cicerum rubeorum, diſſoluit ſtatim, Raſis: Albertus addit, & dyſenteriam & tuſſim curat. Fimus erinacei recens & ſandaracha, cum aceto & pice liquida mixta & impoſita, etiam fluentes capillos continent, Marcel.

Sua cuiq; vrina (quod fas ſit dixiſſe) maximè prodeſt, confeſtim perfuſo canis morſu. echinorumq; ſpinis inhærentibus, & in ſpongia lanisue impoſita, Plin. Si echini aculei pedib. inhęſerint, aut alicui corporis parti, in lotio humano calenti pedē diu tene, facile excutientur, Marcel. Quamuis autem Plin. echini nomine marinū ſemper intelligat, vt herinacei terreſtrem, videtur tamen hoc ex lotio hominis remedium ad vtriuſq; aculeos corpori infixos communē habere facultatem. Quidam erinacei vini cū Spinis exuſti pulueres equo aſtimatico datos in ſtabulo, ſtatim prodeſſe affirmant, Camerarius.

H.

Grammatici Græci (vt Suidas) echinos interpretantur chœrogryllos & contra. Ἐχῖνος· ὁσὸν ἔχειν ἑαυτὸν, ἢ σκληρῶν αἰφνῶν ἰόντων: ἢ ἐξ ἀντιφράσεως ὁσὸν ἐ μὴ δυνάσθαι ἴσχεσθαι ἀφ' ἑαυτὸς ἀκανθας, οἷς ἀκοφίτης·, Etymologus & Vatin. Et rurſus, Ἐχῖνος· ὅθεν ἀφ' τὸ σωίσχειν ἑαυτὸν προγγυλέμενον: ἐκ δὲ τῷ ἀλέξεσθαι τὸν ἐπερχόμενον σωιλούμενος·, τὸν ἢ ἀκανθῶν πλέονα περβάλλειν, οἷς ἐρινεὸς, Idem. Ἐπλάσας εἰς δέρμα λοιδὸν ἢ ἀπ' ἀκανθης λεγόμενον, Galenus de comp. phar. ſec. locos. Cornarius dubitat an rectè ſic legatur: & ſi ſic legendum eſt, herinacei pellem exponendum conijcit, quoniam hoc animal Græci vt ſupra dictum eſt acanthionem & acanthochœrum nominant. Galenus quidem malagma quoddā ad ſplenicos & hydropicos tali pelli inducendū ſcribit. Fieri poteſt vt ab aliquo loco dictum ſit genus pelliū, cui emplaſtra commodè illinerentur: Nimis enim curioſum videretur, & magorum magis affine, herinacei pellē in hunc vſum requiri, quę haud ſcio an ita parari poſſit impedientibus ſpinis. Acanthus certe apud Stephanum ciuitatū aliquot nomen eſt. Acantha lucus ingens in Thebacia, quamuis locus is mutilus apparet. Χοίλακες, hiſtrices, echini terreſtres, Lexicum.

Epitheta, Hirtus, Aſper, Volubilis, Ruber, Aequoreus, apud Textorem: Aequoreus idem eſt marino: Ruber (etiam marini proprīū videtur, cętera vtriq; communia. Ὀξίνοιο λαχνήεντα δέμας κέντρεσιν ἰχῖνον, Suidas ex Epigra. Ὀξύνομος·, apud Oppianum, qui alibi idem marino attribuit: Ὀκεάδης, quod aſperum ſignificat, vnde pumicem λίθον ὀκεάδεντα quidam vocauit) & terribile φερικτὸν φοβερὸ: Τραχύς. Κυλοπιής. Ὀλοόπεκτος·, cum aſperitate, ὁ πρὸς ὀδὸν καὶ παντοχόθεν ἀκίνητος·. Id quod herinacio magis conuenit, quàm ſi cum tenui ſpiritu ſcriptum exponamus, τὸν ἁλόον ἐν τῷ πέλεσθαι. Δοκῶ δὲ Αἰόλα χρῆναι ἀνάδυτα αἰόλα interpretor mobilia, vtpote in globum contracta, & apta rotari: hoc magis placet, quàm varia colore interpretari: non enim corpus varium habet, ſed ipſos tantum aculeos albo nigróq; alternis diſtinctos, quales & hyſtricis ſunt. Τραχὺ ἑαυτὸ λαπάσσει πέλεξ πὶ φέρεσθαι ἰχῖνος Ὀπποίας θωρήσσετ' ἰχῖνα αἰόλα φῦλα, Oppianus de hiſtrice: Ex eodem poëta ſuperiora epitheta omnia ſunt, præter primum ex epigrammate.

Echinus Græcis nomen eſt vaſis ex ære, aut opere figlino, in quod tabulæ ad iudicium pertinentes (teſtimonia, vel teſtium dicta) conijciebantur, aliàs conſecta ſignabantur: eius mentio fit apud Demoſthenem, Ariſtotelem, & Ariſtophanem, Suidas, Maſſarius, Cælius, Pollux. In hanc capſam ſine ſcrinium, teſtium dicta, acta litis, omniaque à partibus prolata conijciebantur, notisque additis ſignabantur, ne quis dolus malus in ijs ſubeſſet. Vnde ea quæ in acta prolaturi erant, apud ſequeſtrem depoſituri, quoad palam in iudicium proferrentur ad ſententiam ferendam, τὰ εἰς ἰχῖνον ἐμβαλεῖν ἰχῖνα appellabant, litis inſtrumentum ſignificantes. εἰς ἰχῖνον ἐμβαλεῖν, pro eo quod eſt apud acta proferre. Ἐχῖνος· ἀγγεῖόν τι χαλκοῦν ἢ (legendum ἢ vt Ariſtophanis ſcholiaſtes habet) κανοῦν εἰς ὃ τὰ γραμματεῖα τὰ περὶ τῶν δικῶν (aliàs μαρτυριῶν ἃ πρὸς ἐμαρτύρησαν καταμηνύουσι) ἐτίθεντο. Hinc Ariſtophanes in Veſpis, Κατέαξ' ἰχῖνον. Echini, cadilci vel vaſa erant, εἰς ἃ αἱ μαρτυρίαι καὶ αἱ παρακλήσεις ἐγγεγραφοι ἐνεβάλλοντο ὑπὸ τῶν δικαζομένων, καὶ κατεσημαίνοντο ἵνα μηδεὶς κακουργήσῃ τὰ ἐμβαλλόμενα: Vel ſecundum alios, εἰς ἃ δικασταὶ καθάπαξ τὰ γραμματεῖα τῶν μαρτύρων ἐμαρτύρησαν: καὶ κατεσημήναντο μὴ ταῦτα εἰσκληθεὶσι δίκαται τῶν δικατῶν ἐπιδῶν, Varinus, Suidas & alij. Quo nobrem diæteta rum, id eſt arbitrorum, erat echinus, & ab ijs cum opus erat iudicibus tradebatur. Plura videsin Commentarijs Budæi. Pocula cum cyatho dum ſuſtinet, aſtat echinus Villis, cum patera guttus, Campana ſupellex. Horatius Serm. 1. Sat. 6. Hic, vt Acron docet, echinus genus eſt vaſis æneis in quo calices lauantur, quam alij ampullam dicunt eſſe vitream: Scopa Italicè deterſcatorio exponit. Echinus genus eſt chytridis [illegible], Pollux: item lebes, εἶδος μαγειρικὸν, καὶ λοπάς, Heſychius & Vatin. Ἐχῖνος βαθύκοιλος, id eſt lebetem, Etymologus. Sunt item echini circa manus carpum ornamenta: ſicut pericarpia, & item pſeilia ac bubalia, Cælius. Echinus muliebris ornamenti genus eſt, non diſſimile omnino brachialibus & armillis, Hermolaus ex Polluce. Echinus placenta ſecundæ menſæ apud Athenæum libro 14. videtur autem in Rhodo fieri ſolita ex verbis Lynceitillic citatis: ἄμης verò, cui comparatur, Athenis. Pollux inſularem placentam eſſe meminit, ἀμῆτι ſimilem: Πέμμα νησιωτικὸν εἰς πλακοῦς, Heſychius. Ἐχῖνοι τῶν τειχῶν αἰγκῶνες, Heſychius. Echinus, fræni pars, Heſychius. Fræni pars quæ ori inſeritur χαλινὸς vocatur, cuius medium μέσον, τὸ ᾗ σφὶ κάτω δακτύλιοι, ἰχῖνοι, τρίχολοι ὃς πρὸ μασσητῆρος (niſi malis σφιμασσητῆρος) ὁ ἵππος·, Pollux. Et alibi Τῶ ἡχαλινῶ τὰ σιδήρια, ὑπερόμια: καὶ τῶν ὑπερομίων, τὰ μὲν κοῖλα ἰχῖνοι, &c. Ἐχῖνος·, τῶν κιονοκράνων μέρος·, Heſychius. Inuenio echinum rectè dici partem in capitulo Doricæ columnæ: craſſitudo quippe eius trifariam diſtribuitur: vna enim portio eſt plinthus cum cymatio: altera echinus cum annulis: tertia hypotrachelio contrahitur columnæ, Cælius Echinocephalum Cratinus Periclem appellauit. Pollux libro 2. melius legetur ſchinocephalum, vt ſupra docui in Cane, Capitis octaui parte 2. Scillæ genus vnum aut bulbum eius omnem ab Hippocrate ſchinum vocari author eſt Galenus in gloſſis. Edulia quædam ex amygdalis præcipuè, & alia ex vuis paſſis ad herinaceorum ſpeciem à coquis parantur, & eorundem nomine apud noſtrates vocantur, vt legimus in Balthaſaris Dillingenſis coqui libro Germanico. Eſt & militare in lingua noſtra herinacei vocabulum, quum acies ita inſtruitur vt haſtis vndiquáque regentibus hoſtes excipiat. Ruſtici denique noſtri herinaceum nominant abſceſſum, qui medias pecoris, vaccarum præſertim vngulas obſidet. Cuius vitij Colu-

mella in oviũm morbis meminit, subluuiem vel interrigiuem vel tuberculum, in ipso discrimine vngulæ nasci scribens. Non alienum est ab hoc loco quod Callidorus Variarum libro quinto scribit, vbi diuersas amphitheatrales pugnas hominum aduersus belluas describens. Alter (inquit) segestabili muro cannarum, contra sæuissimùm animal, ericij exemplo receptatus, includit: qui subito in tergus suum refugiens, intra se collectus abscõditur, & cum nusquam discesserit, eius corpusculum non videtur. Nam sicut ille veniente contrario reuolutus in sphæram, naturalibus defensatur aculeis, ita iste contuli crate præcinctus, munitior redditur fragilitate cannarum, Hæc ille.

Echinus Aristotelis est pars ventris ruminantium (vt & Hesych. scribit) Gaza omasum transfert. [illegible] Suidas & Varin. Meminit etiam Erymologus citans hunc Callimachi versum, Οὔτε μάλα βοῶν πάθεν ἐχῖνος. Echinus dicuntur interna ventris Eustathio, siue ventriculus: & vt vult Nicandri scholiastes ventriculus propriè bouis. Echinus venter est in bobus, & in ceruis etiam, Cel. [illegible] Varinus: lege γαστ- ex Erymologo. Lac coagulatur etiam à domesticæ gallinæ pellicula, quæ intra ventriculum stercori destinata est, echinus ab aspritudine Græcis appellata, ceu cortex quidam, Beritius in Geopon. Græcis. [illegible] Hesych. [illegible] Hesych. Et alibi, Ἀκανθώδης ζῶον, φυτὸν, καὶ πλοῖον, Idem & Varinus: vt echinus & de marino dicatur, & de aul quadam; quanquam πλοῖον & πτερὸν etiam ad insecta volucria extendi possunt. Ego Echinũ autem nusquam legi, spinum sæpe. Videri quidem posset spinus vox Latina, quam Græce ἀκανθὸν interpreteris. Scribitur autem καὶ etiam a Græcis non ab acanthis spinis, id est spinis facto nomine, sed per onomatopœiam, vt videtur. Ge acanthidem autem ex Aristotele nunc spinũ nunc ligurinum vertit: victat enim ex spinis & carduis. Imperitus aliquis pro spino echinum facile scripserit & facilius Græcis literis: nec rari huiusmodi errores in Græcorum Lexicis sunt. In his verbis Ἀκανθώδης ζῶον, intelligo echinum animal siue terrestre siue marinum, nam & alijs nominibus ab acantha deriuatis nominatur, vt supra ostendi. Post ζῶον aliquid deest, κηρόεσσον, vel ἰκελόεσσαν, vel πεφυκὸν, vel simile quid, vt rectè sequatur καὶ πλοῖον. Quòd si hanc coniecturam vt pro echino, si auem intelligimus, spinus legatur; quæ mihi quidem probabilior est, aliquis non receperit: aliam habeo, vt echini vel acanthi spinisue nomine, insectum volucre, nempe maximum scarabeum cornutum accipiamus, quem aliqui vulgo ceruũ volantem vocitãt: Is enim compressis cornuum ramis tanquam spinis configit quicquid in medio deprehenderit: & Ἀκανθὸς Hesychio scarabei genus interpretatur: viderut autem acanos idẽ quod acanthos, vt acaulon quoq; non aliud quàm acanthion est. Sunt sanè etiam crurib. spinosi scarabei quidam, vt in Historia insectorũ videbimus. Echinisçus Pollucis lib. 2. pars auriculæ est, ἡ περὶ τὸν κυβδάλον κοιλότης, id est proxima circa vel ante foramen auris concauitas, media foramen (quod κυβδάλον voco, licet etiam sordes eo contentas hac voce significent) & auriculam. Hystrices generat India & Africa spina cõtectas, ex herinaceorũ genere, sed hystrici longiores aculei, & cũ intendit cutem, missiles. Plura muriũ genera in Cyrenaica regione: alij lata fronte, alij acuta, alij herinaceorũ genere pungentib. pilis Plin. In Cyrene aiunt plura muriũ esse genera, [illegible] ἐχῖνας (lego ἰχῶνας, à recto ἰχὼν, ex Herodoti lib. 4.) Aristot. in Mirabilibus. Gillius imperite in Aeliano S. 9. ἰχῶνα vertit, viperæ speciem & similitudinem gerentes, quos Indigenæ echinatos vocent. Aegyptijs muribus durus pilus sicut herinaceis, Plinius, & Aristoteles in fine libri 6. hist. animal.

Echinum Massarius oleæ genus interpretatur tanquam ea Pollux: Hesychius εἰδοθρύον, id est malli Punici genus. Est & herbæ genus apud Galenum, quam etiam erinon Dioscorides videtur appellasse: quanquam in vetustis codicibus non erinos, sed echinos legitur, est & apud Hippocratem echini herbæ mentio, Massarius. Apud Plinium lib. 23. cap. 7. erineos legitur: vbi de ficis & caprificis agens Herba quoque (inquit) quam Graeci erineon vocant, reddenda in hoc loco propter gentilitatem. Palmam alta est, cauliculis quinis fere, ocimi similitudine, flos candidus, semen nigrum, paruum: tritum cum melle Attico, oculorum epiphoris medetur. Vtcunque autem decerpta manat lacte multo & dulci herba, perquam vtilis aurium dolori, nitri exiguo addito. Folia resistunt venenis. Nicander etiam in Theriacis erinon vocat, & contra venenata commendat, Καὶ λευκὸν [illegible] ἐρικήρασον ἐρίνην, exponunt autem ἐρικήρας σοῦ αἱμασιώδεις τίλους: οἱ δὲ τὰ λευκὰ τῶν χαμαιῶν κηρία, quasi δασυκήρας: & ἄπτειν maceriam. Marcel. Verg. Nicandri verba interpretatur, Et virentis ad radices montium erini. Tradidit Diocles (inquit idem) à quo Plinius multa accepit, octimo simile esse: nasci prope flumina & fontes: & præter id apricis locis & ad radices montium, Hæc ille ex scholijs in Nicandrum, quæ etiam admonent herbam ἐρῖνον voce penaflexa trisyllaba, à Diocle ἔρινον nominari voce oxyrona quatuor syllabarum. Sed Dioscoridis quoque verba audiamus ex lib. 4 cap. 30. Erinos (inquit) sunt qui ocimoides, qui hydreron, Romani ocymum aquaticum dicunt (vt Marcellus vertit) nascitur secus fluuios & fontes: folia habet ocimi, minora tamen, & in superiore parte incisuris diuisa. Ramuli exeunt dodrantales (κλωνία ὀνπαλαιὰ, proinde non placet quod Plinius scripsit herbam esse palmam altam) quinque aut sex: flores candidi sunt, nigrum verò semen, paruum, acerbum. Lacteo liquore abundant cauls & folia. Eius semen drachmarum duarum pondere quatuor cyathis (drachmis, Aegineta) mellis temperatum, contra oculorum destillationes inungitur, sistitq; eas. Aurium dolores finit addito sulphure ignem non experto & nitro instillatus succus, Hæc Dioscorides. Galenus lib. 6. simplic. medic. echinon vocans easdem eius vires refert. Aegineta, per ignotantiam forte, bis commemorat, primum in Ennoe ex Dioscoride, deinde in Echino ex Galeno. Hæc herba quòd sciam medicorum hodie nulli cognita est, quorum scripta in lucem edita viderim: ego non hanc ipsam, sed congenerem aliam demonstrabo, quam Plinius militarem appellasse videtur 24. 18. Lactoris, inquit, nota vulgò est, plena lactis, quod degustatum vomitiones concitat. Eandem hanc aliqui esse dicunt, alij similem illi, quam militarem vocant, quoniam vulnus ferro factum nullum non intra dies quinque sanat, ex oleo imposita: Nec alibi plura apud vllum authorem de duobus bis nominibus siue vnius siue duarum stirpium reperio. Ego diuersas esse puto vel hoc argumento, quòd quæ vulnera tam cito glutinant, insignem astringendi vim possidere probabile est, quæ quidem contraria est vomitoriæ facultati. Habet autem erinus sive echinus vim illam reprimendi, siccandiq; & constringendi, vel Galeno & Aeginetæ testibus in censu simplicium. Quanquam etiam lib. 9. cap. 7. de compositione secundum locos Galenus, Succus echini, inquit, facit ad inflammationes & prolapsam sedem. Easdé planè vires habet herba quam Hieronymus Tragus li. 1. ca. 100. eulã dulcé nominauit: manat enim lacte, vt esula & tithymallorũ genera, vnde forsan & erini id est caprifici nomen impositũ ob similem liquorem. Verum lac eius dulce, non acre vt tithymallorũ est; quamuis tithymallos aspectu, floribus, pericarpijs & semine ita referat, vt prorsus eiusdem generis videatur. Pericarpia tan-en

tamen non leuia habet, sed hirta & quodammodo echinata, vt illorum gravis echini nomen merito ei conueniat. Attingit ouinibus sui partibus, maxime tamen radice, quam albam habet, digiti fere crassitudine, geniculatam, transuersam, duos aut tres palmos longam, e nitentibus nodis totidem, quot caules præcedentibus annis singulos singulis ædiderat. Locis aquosis prouenit, & iuxta sepes, syluestribus tantum aut montanis. In hortos translata pluribus annis viuacissima durat. Flores ei lutei, folia oleæ sed minora, quamobrem non erinon Dioscoridis, sed omnino congenerem ei esse statuo. Echini vocantur etiam quercuum cyttari, id est panniculæ quædam ceu nucamenta quæ ex ramis earum dependent, Hesychius. Echinus, fructus platani, Idem. Ricinus quoque vt folijs platanum imitatur, sic echinata habet seminum vasa. Est & echinatum pomum in solani cuiusdam peregrini genere: quod Fuchsius stramoniam & nucem methel appellat. Dicuntur item in castaneis echini, quia eo modo quo echini marini aculeis armati sunt. Græci enim echinon hirtum vocant (hoc testimonio aliquo fulcire debebat: ego echinon adiectiuè sumptum nusquam legere memini) inde echinatum dicimus, quod ad similitudinem castanearum calycis aculeis hirtum est, Massarius. Armatum castaneis echinato cortice vallum est, Plin. 15. 23. Dipsaco in cacumine capitula sunt echinata spinis, Plin. Chamæleon candidus serpit in terra echini modo spinas erigens, Idem. Glycyrrhiza & ipsa sine dubio inter aculeatas est folijs echinatis, Plinius: atqui glycyrrhiza, non ἐχῖνος sed φακὸς id est lentisci folia habet. Echinopus Athenæo lib. 9. nescio quam herbam spinosam significat, quam poeta quidam vnà cum ononide nominat, Τοὺς ἀκριβεῖς σωκράτης, Ὡς ἀν ἐχινόπους τις ἢ ὀνοκλείδην λέγοι Λεπτεσβαν, ἀντὶ τῶν ἡδέων μηδὲν σωκρατίζων, in grammaticum quendam anxiè diligentem circa singulas voculas, solidæ verò eloquentiæ & eruditionis negligentem. Ἀνοκλείδων, ἰγνύστις, Hesychius & Varinus. Ceras ex omnium arborum satorumque floribus apes confingunt, excepta rumice & chenopode: Herbarum hæc genera, Plinius 11. 8. malim echinopode: quoniam chenopodij nomen nusquam inuenio: conuenit autem herbæ spinosæ ab echino factum nomen. Quanquam herbam quandam suibus venenosam Germani vulgo chenopodem, id est, anseris pedem, *gensfuss* vocitant.

Insulæ Echinades dictæ sunt ab Echione quodam, vel à multitudine echinorum, siue terrestres illi, siue marini fuerint: Vel quod solum earum asperum & spinosum sit echinorum instar, Eustathius in Dionysium. Oxiæ insulæ, quas Homerus Τοὰς vocauit, Echinadibus propinquæ sunt, adeò vt inter eas a Strabone collocentur, Hermolaus. Echinæ insulæ sunt circa Aetoliam, quibus Achelous flumius limum adijcit, Echinades aliàs dictæ ἀπὸ τοῦ ἐχεῖν: vel ab echinorum copia, vel vt Apollodoro placet ab Echino vate, Stephanus. Echinades, insulæ Acarnaniæ iuxta hostia Acheloi fluuij, in quibus Epei dicti habitant, Scholia in Iliad. 2. Plura quære in Onomastico nostro. Echinus nomen est ciuitatis, cuius (vel viri à quo dicta est vt Etymologus habet) meminit Demosthenes Philip. quinta, Suidas. Echinos vrbs est Acarnaniæ ab Echino condita, quam Rhianus Ἔχινον εἶπε vocauit, aliqui Echinuntem, Stephanus. Echinus vrbs Thessaliæ sic dicta [illegible], Varinus: vel ἀπὸ τοῦ Σπερχειοῦ (lege Σπερχειωτῶν) ἐκπεσόντα εἰκαιότερον, Etymologus. Hanc ciuitatem in Pelasgiotide collocat Ptolomæus, in faucibus Sperchij amnis, Plinius. Echinuntis mentio fit apud Ciceronem in Arato, Dicitur excelsis errans in collibus amens, Quos tenet Aegeo defixa in gurgite Echinus. Echinos Thraciæ vrbs ad Pagasæum sinum, Pomponius lib. 2. Spercheum tamen in Maliacum sinum desinere Ptolomæus scribit.

c. Mures alpini totam hyemem in latibulis vsq; ad ver erinaceorum instar conuoluti delitescunt & dormiunt, Ge. Agricola.

e. Sanguine herinacei cum decollatur, æquali oleo mixto, si inungatur corpus viri ignorantis quid sit, ligatur ab omnibus mulieribus vsq; ad mensem, Rasis & Albertus. Oculus herinacei dexter frixus ad pondus vnciæ (Rasis nescio quas ponderum notas hîc habet) cum oleo alnulæ (aliàs alnulæ) vel seminis lini, si ponatur in vase æris rubri, & collyrij modo inde illinatur oculi hominis, qui nocte videre desiderat, in tenebris condita quælibet eum visu discernet quàm interdiu, Idem.

h. Magos qui Zoroastren sectantur, imprimis colere aiunt herinaceũ terrestrem, maximè vero odisse mures aquaticos, Plutarch. in Symposiacis lib. 4. quæstione vltima. Idẽ in lib. de Iside, terrestres echinos ab his magis bono deo attribui scribit, aquaticos autem malo. De herinaceo sacrificato supra dixi capite primo.

PROVERBIA. Ἐχινολυπῆς, vide in Vulpe. Echino asperior, Ἐχῖνος τραχύτερος, in hominem intractabilem & inuiuabilibus moribus dictum metaphora sumpta ab echino siue terrestri siue marino, Erasmus. Totus echinus asper, Παντὸς ἐχῖνος τραχύς in morosos & iniucundis moribus quadrat. Echini enim tum terrestres tum marini vndique spinis obsepti sunt, vt nusquam impune possis attingere. Est & hominum huiusmodi genus cum quibus nulla ratione possis agere citra litem. Aristot. in Pace, Οὐδέπω πώποτε θρῖπα λεῖον τὸν τραχὺν ἐχῖνον, id est, Ex hirto in læuem nunquam mutabis echinum, Erasmus. Scholiastes Aristophanis aptum huius dicti vsum esse ostendit, cum quis alicui infensus & asper, mitis ac benignus erga ipsum vt fiat, persuaderi nõ potest. Echinus partum differt, Ἐχῖνος τὸν τόκον ἀναβάλλεται, de ijs dici suetum qui prorogarent quippiam suo malo: veluti qui creditam pecuniam comperendinant, tamen aliquando reddendam vel maiore cum fœnore. Aiunt echinum terrestrem sti mulata aluo remotari partum, deinde iam asperiore ac duriore facto fœtu mora temporis, maiore cruciatu parere author Suidas, Erasmus. Echinus parturiens cunctatur: vel Echinus partum procrastinat, prouerbium in eosqui in perniciem suam moratum causas innectunt: cuiusmodi sunt illi versuram facientes, &c. Budæus: Prius duo echini amicitiam ineant, alter è mari alter è terra, Πρὶν δὲ δύο ἐχῖνω ἐκ θαλάσσης ἑταῖρε γενέσθαι, ἠμὲν ἐκ πελάγους, ἠδὲ ἐκ χέρσου: de ijs qui moribus ac studijs sunt inter se discrepantiores, quàm vt ipsis sit aliquando inter eos necessitudinem coitura. Refertur à Suida, Erasmus. Multa nouit vulpes, verum echinus vnum magnum, Πολλὰ οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα, Zenodotus hunc senarium ex Archilocho citat. Dicitur in astutos, & varijs consutos dolis. Vel potius vbi significabimus quosdam vnica astutia plus efficere, quàm alios diuersis technis. Nam vulpes multiplici dolis se tuetur aduersus venatores, & tamen haud raro capitur: Herinaceus vnica duntaxat arte tutus est aduersus canum morsus. Siquidem spinis suis semet inuoluit in pilæ speciem, vt nulla ex parte morsu prehendi queat, Erasmus. Οἶπος δὲ οἱ ἰχῖνος, λέγω δὲ καὶ αὐτὸ χερσαῖον καὶ οὐ θαλάττιον, καὶ ἐκεῖνο φύσει φυλακτικῶς πρὸς σῶσιν ἐσκεμμένον ἐκφέρει τὰς ἀκάνθας, ἀπερείσας πανταχόθεν, ὥστε [illegible] καὶ Φοινίκη κεῖται, λέγουσι τινες, ἀλλ' ὁ πλάστης τὰς λόγους ἔπλασε. Ἢ πῶς χρὴ μαστεύειν αὐτὸν τὸν πλάστην; Ὁ τοίνυν ἀνὴρ ἀπὸ τῆς ἰδίας ἀκολουθίας, Στρεβλὸν καὶ ἀνόσιον ἐπιτηδεύσας πολίτην ἐξ ἀνάγκης Κίττην, δεῖται πῶς καὶ ἔργῳ ἀμύνεσθαι. Hæc ex Athenæi Dipnosoph. lib. 3. Erasmus eosdem versus ex Zenodoto recitat, & primo quidẽ versu pro ἢ πῶς legit ἢ γε, secundo autẽ pro ἢ legit ἢ γε, & ita transfert: Leonis arte in solo

sanè probo, Aut magis echini comprobo miseros dolos. Ego Athenæi lectionem potius sequor, cuius hic sensus est, Magis laudandam esse leonis fortitudinem, qui scilicet aperto Marte se se tueatur, quam timidam herinaceistutiam. In Athenæo etiam aliquis miretur, quo pacto dicat ab Ione poëta vtriusque echini calliditatem prædicari, cum in versibus ab eo recitatis, de terrestri tantũ mentio fiat: Sed videntur reliqui, de marino scilicet echino desse, quod ipsa orationis species ostendit, nam illud ἐν πελάγεσιν, expectari facit inferius addendum, ἐν ἠπείροις, aut simile quid. Refert prouerbium etiam Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. his fere verbis, Quid herinaceorum in defendendis tuendisq; se dexteritas nonne prouerbio locum fecit? Scit multa vulpes, vnum sed echinus magnum. Nam vrgente vulpe, vt ferunt, πόλυν ἔχεδναν ἀμφ' ἄκανθαν, &c. vt iam ex Athenæo recitaui. Jam si verũ est quod nostrates aiunt & G. Agricola scribit, (vide in vulpe D.) vulpem herinaceũ ita inclusum & in pilam redactum permingere, ac suffocare, cum propter vrinam in os eius influentem spiritum ducendi nullam habeat potestatem, forsan id ignorarunt primi huius prouerbij authores: aut non hæc animalia inter se compatarunt, sed vtrumq; ad canes venantes. Superius ex Plinio retuli, aqua calida perfusum herinaceũ corpus explicare, quod forsan simili ratione fit cum à vulpe permingitur, non suffocationis periculo. Ὥσπερ ἐχῖνον λαβεῖν μὴ ῥᾴδιον εἶναι, οὕτω καὶ τὸν χαλεπὸν ἔχειν καὶ τὰ χρήματα, id est, Sicut echinum vtiq; capere facillimũ est, retinere difficillimum: ita & pecunias Aelian. 4. 14. in Variis. Huic simile est illud Anaxagoræ ὁ τῶν βαρβάρων βασιλεὺς χρήματα χαλεπὸν μὲν συναγαγεῖν, ἀσφαλῶς δὲ φυλάξαι τούτους οὐδεὶς δύναται. Cælius.

DE ELEPHANTO.

A.

ELEPHAS Græcis vsitatum vocabulum à Latinis etiam receptum est: apud Ciceronem & alios bonos authores elephantus quoque in recto singulari reperitur. Barrus, vt Grammatici quidam annotant, lingua Sabina elephas dicitur: vnde & ebur appellatum putat. Seruius tanquam è barro. Barrire etiam elephanti dicuntur à sono, vt Festus scribit, per onomatopœiam, vt boues mugire. Elephantes Italia anno vrbis conditæ quadringentesimo septuagesimo secundo in Lucanis primum bello Epirotico vidit, & boues Lucas inde dixit, Plinius & Solinus. Amat insani Bellua ponti, Lucáque boues. Seneca in Hippolyto: quidam luci boues, syluestres exponunt, quod lucus syluas sit, ego pro elephantis accipio: vt sensus sit, maximas etiam quasque belluas, tum in mari vt cete: tum in terra, vt elephantos, amore vinci. בהמות *behemah* Hebræis quamuis bestiam seu belluam significat, sunt qui etiam pecus & iumentum interpretentur. Pluralis numerus est behemot, Iob cap. 40. vbi R. Moses commune vocabulum omniũ iumentorum exponit, vt leuiathan omnium piscũ maiorum. R. Abraham eodem in loco mirabile aliquod vel monstrosum animal esse putat. Nostrorum quidam elephantum significari arbitrantur per excellentiam, qua ratione Latinorum etiam nonnulli belluam vocant. Animæ facultatem quam αἰσθητικὴν, id est sensitiuam Græci dicunt, Iudæorum scriptores nephesch habehemit vocant, quasi animam irrationalem dicas, vt per vocem behemah brutũ omne intelligatur, Chaldæus interpres Deuteronomi capite 14. pro behen a generali vocabulo vertit בעירא *beira* (Arabs בהאיך *behaiz*, Persa בחר *behad* Septuaginta κτῆνα, Hieronymus animal.) Idem Chaldæus alibi vbi Hebraicè שן *schen*, id est ebur legitur, vocem פיל *phil* vsurpat, & cum articulo דפיל *dephil*, vnde Græci elephantis vocem traxisse videntur. Munsterus etiam pro elephanto phil ponit, & pro ebore schen dephil, in Dictionario suo trilingui. Schen Hebræis dentem simpliciter significat, accipitur autem per excellentiam pro ebore, id est elephanti dente שנהדרים *hobem*, quidam exponunt Elephantem, alij panos é, alij eborũ arborem, quod magis placet. Syluaticus haage & agi nescio cuius dialecti vocabula ebur interpretatur. Et alibi, Lapis alagi (inquit) similis est ossibus elephantum Fel zabaragi, fel elephantis. Verus Glossographus in Auicennam. Cæsar vocatur elephantus lingua Punica, inde nomẽ Iulij Cæsaris suo, quod is elephantẽ in pugna occiderit. At Festus, Cæsar (inquit) quod cognomen est Iuliorum à cæsarie dictus est, quia scilicet cũ matre natus est: alij Cæsarum nomen aliunde deriuant, vt in Onomastico nostro reperies. Ἐλέφας, elephas, Hesych. & Varin. Italicè *leofante*, vel (vt alij scribunt) *leonfante*: Gallicè, *elephant*: Hispanicè *elephante*: Germanicè *helfant*: Anglicè, *olyfant*: Illyrice *slon*.

B.

Elephantes Romæ iuncti primum subiére currum Pompeij magni Africano triumpho: quod (factum) prius Indis victa triumphante Libero patre memoratur. Precilius negat potuisse Pompeij triumpho iunctos ingredi portam. Plinius. Elephantes Italia primum vidit Pyrrhi regis bello & boues Lucas appellauit in Lucanis visos anno vrbis quadringentesimo septuagesimo secundo, (vt Solinus etiam post Plinium scripsit.) Romæ autem in triumpho septem annis ad superiorem numerum additis. Eadem plurimos anno quingentesimo secundo victoria L. Metelli Pontificis in Sicilia de Pœnis captos. 142. fuere transuecti ratibus, quas doliorum consertis ordinibus imposuerant. Verius eos pugnasse in circo, interfectosque iaculis tradit penuria consilij. Quoniam neque ali placuisset neque donati regibus. L. Piso inductos duntaxat in circum, atque vt contemptus eorum increscceret ab operarijs hastas præferatas habentibus, per circum totum actos: Nec quid deinde ijs factũ sit authores explicant, qui non putant interfectos, Plin. Pompeius Romæ venationes exhibuit quibus quingenti leones cæsi, elephantes deinde, horrendum quippe dirumque spectaculum. Plutarchus in vita eius. Mirum est libro septimo Plinium scribere, L. Metellum elephantos primum bello Punico primo duxisse in triumpho: quum tamen libro idem octauo tradat, elephantes Italiam vidisse primum Pyrrhi bello, &c. Sed in septimo forsan de ijs sensit, qui modò in Carthaginenses depugnarunt, sicuti commeminit libro decimononono ab Vrbe condita Liuius. Certe author Seneca est in libro de breuitate vitæ, principem omnium Curium Dentatum elephantes duxisse in triumpho. Sed & mox paulò, Idem (inquit) enarrabat, Metellum, victis in Sicilia Pœnis, triumphantem vnum omnium Romanorum ante currum centum & viginti captiuos elephantes duxisse, Cælius. Victo Pyrrho Manius Curius Dentatus in consulatu triumphauit, & Romam primus elephantes quatuor duxit. Eutropius. C. Fabricio apud Pyrrhum legato pecuniam ab eo accipere tenuente, postridie ipsum terrere volens Pyrrhus iussit dum simul loquerentur maximum elephantũ post aulæam iuxta se constitui, ac deinde subitò aulæa subiata,

elephas

phas ex improuiſo conſpectus, proboſcidem ſuper caput Fabricij extulit, ac vocem terribilem aſperamque
iſit. At Fabricius tranquillè conuerſus lenterq; arridens inquit, Nec heri aurum, nec me hodie beſtia permo-
Plutarchus in vita Pyrrhi. Elephantes ex Europæis (inquit Pauſanias in Atticis) primus Alexander habuit,
ſubegiſſet Porum & Indorum potentiam fregiſſet. Amorte autem Alexandri, præter alios reges Antigonus
imos habuit, cum Demetritum prælio viciſſet. Hos cum idem aduerſus Romanos dimicaturus haberet, ve-
enter eos terruit, tum aliàs tum aliud quippiam quàm animalia eſſe ratos. De elephanto enim ἰσοδύναμα καὶ
ὧν χεῖρας (lego χερίας, vt ſit ſenſus) quantũ ad opera & vſus (in bellis) momenti hominibus adferat, etſi iam o-
omnes nouerant: ipſas tamen belluas, antequã Macedones in Aſiam tranſirent, nulli dum mortalium præter
s & Afros, eorumq; vicinos viderant: Cui rei teſtis vel Homerus eſſe poteſt, qui cũ regũ lectos & ædes etiam
pleriorũ ex eb. ebore ornatas referat, ipſius tamen belluæ nulla apud eum mentio. Quam quidem ſi vidiſſet,

aut saltē de ea audiisset multò prius eam commemoraturus fuisse mihi videtur, quàm Pygmæorum & grue pugnam, Homerúsq; Pausanias. Fuerunt sub Gordiano Romæ elephanti trigsinta duo, quorum ipse duodecim misetat, Alexander decem, Iulius Capitolinus.

Elephantorum alij palustres, alij montani, alij campestres sunt: qui moribus etiam & ingenijs non parum differunt, vt capite quarto dicam. Proprium est eorum naturæ roscida loca & palustria amare, & amnes amplecti, vbi versari maximè student: vnde etsi fluuiales non sunt, tamen ripatios dicere possumus, Aelianus. Multa in Oriente proueniunt, quæ in alijs Orbis partibus nusquam comperiuntur, ceu quæ ampliorem expetant caloris copiam, vt sunt leones, tigrides, elephanti, item gemmæ & aromata: quæ omnia in locis ad Orientem, quæque ad Austrum inuunt, affatim lucescit, Cælius. Frigoris sanè impatientes sunt elephanti, proinde frigidis in regionibus non nasci mirum non est. India plurimos maximosque elephantes habet, robore ac magnitudine præstantes, Diodorus Siculus. Indici elephanti nouem cubitorum altitudine, latitudine verò quinque, habentur. Maximi illic qui Prasij appellantur: secundi verò ab his existimantur Taxilæ nuncupati, Aelianus. Indis arant minores, quos appellant nothos. Plinius. Duo eorum genera sunt: nobiliores indicat magnitudo, minores nothos dicunt, Solinus. Indicum Afri pauent, nec contueri audent: nam & maior Indicis magnitudo est. Plinius. Indicos elephantos Mauri timent, & quasi parcitatis suæ conscij aspernantur ab his videri. Solinus. Quantum equo Nysæo maior est Libycus elephas, tanto Lybicis elephantis maiores sunt Indici, Philostratus. Onesicritus & alij dixerunt, Libycos & maximos esse & valentissimos, (Græce est μείζους ἢ τῶν Λιβυκῶν, καὶ ἰσχυροτάτους, id est Libycis maiores & robustiores, apparet deesse vocem ἴσους, qua adiecta, tum syntaxis congruet, tum sententia cum alijs authoribus) qui rictu propugnacula deijciant, & arbores radicitus euellant, in posteriores pedes erecti. Strabo. Elephantis Indicis adsunt cornua duntaxat maribus: Aethiopicis verò ac Libycis vtroque sexu, vt Amyntianus tradit in libro de elephantis, Scholia in Pindarum. Indicos reperio nigri & murini coloris esse: in Aethiopiæ verò regione quadam ad meridiem nuper inuenta permagnos & omnes albos. Indici iam adulti capti, solis Musicis instrumentis cicurari possunt, vt cap. 5. dicam. Leones & elephanti vt in India sic in Aethiopia quoque capti seruire coguntur, Philostratus. In Taprobane tigrides & elephanti capiuntur, Solinus. Taprobane insula πεπληθυῖα ἐλέφαντων, Alexander cognomine Lychnus. In magni maris insula Taprobane permultorum & valde grandium elephantorum pastiones vigent. Ac nimirum hi insulani elephanti animi robore & virtutis indole, & corporis magnitudine, eis qui in continenti degunt, præstantiores existimantur, eos magnis nauibus in continentem transportantes Calingarum regi vendunt, Aelianus. Elephanti multi & maximi habentur in Sumatra, quæ Taprobana videtur, Lud. Vartomannus. Libycus elephas, Lucanus libro 8. Elephantes fert Africa vltra Syrticas solitudines, & in Mauritania: Ferunt Aethiopes & Troglodytæ, vt dictum est: sed maximos India, Plinius. Indici quantum Libycis præstent, paulò superius indicaui. In Mauritania oppidum est Sala, iam solitudinibus vicinum, elephantorumque gregibus infestum, Plinius. Tingitana prouincia Mauritaniæ qua porrigitur ad internum mare, exurgit montibus septem, qui à similitudine traues appellati freto imminent: Hi montes elephantis frequentissimi sunt, Solinus. Atlantis in Africa montis saltus elephanti occupant, Solinus. Aethiopia vastos elephantes fert prominentibus vtrinque dentibus, Herodotus libro 3. vt Valla transfert, Græce non aliud reperio quàm ἐλέφαντας ἀμφιλαφεῖς, vt Eustathius etiam in Dionysium poëtam scribens ex eo repetit. Amphilaphes grammatici exponunt magnum, conspicuum, & alijs modis qui elephanto non conueniunt. India perhibetur molibus feratum mirabilis, pares tamen in hac terra (Italia) vastitate beluas progenerati quis neget? cum inter mœnia nostra natos animaduertamus elephantes, Columella libro 4. Post Syrtes in Africa excipiunt saltus repleti ferarum multitudine, & introrsus elephantorum solitudines, Plinius 5. 4: Zannes traditur oppidum Libyæ circa Nilum ad Africæ latus, vnde elephanti inscipiant, Idem. Montem transgressis viri occurrerunt qui elephantis vehebantur. Hi autem sunt qui regionem colunt inter Caucasum montem, & fluuium Cophēna iacentem; homines planè inculti, & armentorum equites curatoresque, (Græce legitur, Ἀβροί τε καὶ ἱππόται τῆς ἀγέλης,) Philostratus. Onesicritus classis Alexandri Magni præfectus elephantos in Taprobane insula maiores bellicosioresque quàm in India gigni scribit, Plinius. Elephas magna copia in syluis Nigritarum regionis inuenitur, Leo Africanus. In regno Batman quod magnum Cham Dominum agnoscit, elephanti multi reperiuntur, M. Paul. Venetus.

Elephanti magnitudo & tota species stupenda est. Terrestrium (inquit Plinius) maximum animal est elephas. Elephantis opitulata est natura magnitudine corporis: sufficit enim hæc ad necem arcendam, Aristoteles. Mares fœminis maiores excelsioresque sunt, Auicenna, Vartomannus, & Gillius. Eorum varia est procerita: nam alij ad duodecimum, alij ad decimum tertium dodrantem excelsitate procedunt, alij ad decimum quartum, Gyllius: aut etiam decimum quintum, Vartomannus. Indici elephanti nouem cubitorum altitudine sunt, vt Aelianus refert. Elephas vnus maior est tribus bubalis, Vartomannus. Oppiani de huius bestiæ magnitudine versus hi sunt.

Θηρσὶ δὲ τοι μέγεθος μὲν, ὅσον μήκιστον ἔγχος
Ἡ κερυφὴν ὄρεος τανυσίπτερον, ἠὲ φάος αἰὲν

Λὰξ δὲ ῥηξ φέρεσθαι. φαίης κεν ἰδὼν ἐλέφαντα
Χείματα φέρειν δεινοῖσι βρετῶν, ὅθι χέρσον ἐόδσεν.

Indicis color est niger vel murinus: in Aethiopiæ verò regione quadam nuper inuenta albus. Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris? Horatius. Pellem habet nigram quasi puniceam & scabiosam, Albertus. Colore est bubalorum, Vartomannus. Torus niger est, & glabra cuti, sine pilis, Obscurus: Durissimum dorso tergus, ventres molles, ferarum nullum tegumentum: ne in cauda quidem præsidium abigendo tædio muscarum (namque id & tanta vastitas sentit) sed cancellata cutis, & inuitans id genus animalium odore. Ergo cum extenti recepere examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehensas enecant. Hoc ijs pro cauda, pro iuba, pro villo est, Plinius. Durissimum dorso tergus est, ventri mollius, ferarum hirsutiæ nullæ, Solinus. Plinius cum reprehendisset illos qui subtilitatem animi constare non tenuitate sanguinis putant, sed ea magis bruta esse quibus crassior cutis est, subdit: Elephantorum quoque tergora impenetrabiles setas (aliàs cetras) habent, cum tamen omnium quadrupedum subtilitas ani-

ditas animi præcipua perhibeatur illis. Hîc vbi ferus legitur, veterrima lectio erat feaſerias: quæ vox cum ſit
ſeprauata, & Plinius libro octauo neger feras elephantus vllas eſſe, hinc poteſt vt feribendum ſit, quaſi
eras: non enim feræ ibi ſunt, ſed quaſi feræ. Hermolaus. Suum pili craſſiores ſunt quàm bubis & ele-
hantis, quamois tenuiorem quàm boues & elephanti cutem habeant. Ariſtoteles. Pilos eorum ex nouo
rbe terræ deportatos vidi, qui ad duorum palmorum longitudinem procederent. Gillius. Pelle quidem
obuſta, ſed turpi & aſpera tegunturi eam ferrum peracutum non incidere poteſt, Gillius ex Oppiano.
ἐν τοῖς φύσεσι πλὴ δορᾶς ἐσόμενον ἐλέφας ἕτερον φολίδος τραχείας φανείς θηρεύεται, καὶ πᾶσαν αἰχμὴν τῷ ὀστέῳ
ἀμύνεται, Heliodorus lib. 9.

Caput elephanti prægrande. Minoribus ſunt auribus atque oculis quàm pro tantæ molis portione.
ὄμματα δὲ καὶ ἀτὶα, ἐπὶ μέγα σώματος ἑκατέρου κολοσσὸν ξυμμέτρως: αἰτίᾳ δὲ φθόνου τοῦ Διὸς, ἢ κατ' ἄλλας μυθολογίας ἑτέρᾳ τινί, Oppianus. Vartomannus oculos eorum ſuillis comparat: Obſcurus quidem rubicundos eſſe
tibit. Auriculæ eorum duos dodrantes longæ ſunt, quoquo verſus benelatæ, Vartomannus. Auri-
las habent, quales draconum pinguntur, aut veſpertilionum alis ſimiles, Obſcurus. Apud Sambros
in Africa, vel Sambros Aethiopes vt Solinus habet) quadrupedes omnes ſine auribus, etiam elephan-
, Plinius. In Melindæ regno viſi ſunt elephanti duo iuuenes, alter 6. menſes natus, quantus eſt bos ma-
as, ſed carnibus ſuperans boues duos, alter multo maior: vterque niger & carnoſus, quorum dentes
in erant palmo maiores: ſunt autem tantæ magnitudinis, vt ipſorum duo portent naulm quantumuis ma-
am. Thomeus Lopez.

Elephanto dentes vtrinque quatuor, quibus conficit cibum, atque in farinæ ſpeciem molit. Duo
terea prominent grandes, quos mares grandiores reſimatoſque habent: fœminæ minores, & contrà
am mares: vergunt enim deorſum, proniqué deuiant. Ariſtoteles. Elephanto dentes intus ad manden-
m quatuor: præterque eos qui prominent, maſculis reflexi, fœminis recti atque proni, Plinius. In
phantis vtrumque ſexum dentibus armari nemo non tradit. At Ammianus in India fœminas edentulas
ci prodit, Spiegelius. Statim cum natus eſt elephantus, dentes habet: quanquam grandes illico per-
icuos obtinet. Ariſtoteles. Dentes exerti ſunt apro, hippopotamo, elephanto. Plinius. Duos ei di-
nt prominere exertos, quos alij dentes, alij cornua vocant, Aelianus. Sunt autem illi in ſuperiore mau-
ula, Vartomannus. Quemadmodum duobus dentibus apri, ſic elephanti armantur, ſed ſitu contrario:
s enim in ſublime feruntur, his deorſum retorquentur, Gillius. Eorum qui ſunt conſtimata ætate, ea
gnitudine dentes exiſtunt, vicem vt poſtium præſtent in domicilijs (quod capite quinto etiam ex Plinio
onfirmabimus,) & pro palis Nigritæ ad ſepimenta vtantur: ſæpe enim ad longitudinem decem pedum au-
ſcunt, Gillius. Grandia taurorum portant qui corpora quærit An Libycas poſſint ſuſtinuiſſ trabes? Mar-
lis de dentibus eboreis. Innominatus quidam cuius liber de terra Sancta Italicus extat, ſcribit ſe vidiſſe
utem elephanti à Veneto quodam mercatore ducatis, id eſt, denarijs aureis ſex & triginta emptum lon-
udine dodrantum ipſius quatuordecim, craſſitudine dodrantum quatuor: tanto pondere vt humo tolle-
non potuerit. Vartomannus ſcribit viſos ſibi in Sumatra inſula duos elephanti dentes qui ambo appen-
rint libras trecentas & triginta ſex: libram autem quantam accipiat non exprimit. Paludrium elephan-
um dentes liuidi ſunt, rari, tractúque (forte tractatu) difficiles, & in pleriſque partibus foramina
t: in alijs verò partibus quaſi grandinis grana tumores quidam inſurgunt, & arti minimè obtempe-
nt. Montanorum verò minores ſunt dentes, verum & ſufficienter albi ſunt, & nihil in eis difficile in-
itur. Optimi autem omnium ſunt campeſtrium elephantorum dentes: maximi enim albiſſimique ſunt,
incidi faciles, vt nullo labore in quancunque manus voluerit partem deducantur, Philoſtratus Alem-
Rhinuccino interprete. Ex elephantino genere cornua fœminæ malus pretium quàm maris habere fer-
, Aelianus. Abijciunt ea decimo quoque anno & defodiunt, vt inferius dicam. Pœdam ipſi in ſe ex-
ſendam ſciunt ſolam eſſe in armis ſuis, quæ Iuba cornua appellat: Herodotus tantò antiquior & conſue-
lo melius dentes, Plinius libro 8. Libro quidem nono, Elephantos & arietes (inquit) candore ran-
m cornibus aſſimulatis. In Santonum littore reciprocans deſtituit Oceanus. Quoniam autem de amba-
s belluis (vt ſcribit Maſſarius) ſcilicet elephantis & arietibus ſimul loquitur, dentes elephanti marini Pli-
us hic cornua videtur appellaſſe, ne ſi dentes dixiſſet, arietes, de quorum cornibus non dentibus ſer-
o eſt, ab appellatione cornuum excluſiſſe videretur. Nam ſi dentes elephantorum dixiſſet, opus fuiſ-
arietum quoque cornua expreſſiſſet: ſed tolerabilius Plinio viſum vtriſque animalibus ſeruiendo cor-
s appellare: quod alibi etiam hac de cauſa feciſſe videtur, dentes elephanti cornua impropriè nuncu-
ndo, vt libro decimooctauo quando ait. Atque cum in arbores exacuant limentque cornua elephanti,
ſuro ſaxo rhinocerotes: ne ſi dentes elephanti dixiſſet, rhinocerotes quod cornua non dentes exacu-
t, ſimiliter excluſiſſet. Sed quando de ſolis elephantis loquitur, dentes propriè appellat, vt libro o-
auo, (vnde eius verba paulò ante tetuli.) Dentes quoque Ariſtoteles ſecundo de hiſtoria appellauit: &
rtio de partibus animal. elephanto cornua natura eſſe negata dixit, quod magnitudinis ipſius exuperantia
necem arcendam ſufficeret. Hactenus Maſſarius. Iuba dentes elephantorum cornua eſſe arbitratur, eò
od à temporibus naſcantur. Acuere autem ipſa elephantes dicuntur, quod nulli alij ineſt animalium, per-
nere eadem etiam quæ primitus naſcuntur, nec decidere ſicut dentes ac rurſus naſci. Ego autem his ra-
oibus nequaquam aſſentior. Cornua enim etſi non omnium animalium, ceruorum ſaltem decidunt ac
aſcuntur. Dentes autem in hominibus quidem decidunt ac renaſcuntur omnes, aliorum verò animalium nul-
ontingit vt dentes cæteris eminentiores, quas ſannas volgò dicimus, aut gemini etiam ſponte cadant: quod ſi
violentia quadam coacti ceciderint, non renaſcuntur: armorum inſtar natura maxillis eos inſeruit. Inſuper
ualineam quandam veluti torno impreſſam ſingulis annis circa radices obducunt, quod oues etiam, capreæ,
esq; teſtantur, dens autem lenis politusq; oritur, & niſi violenter frangatur talis permanet: materiam enim
ntiamq; lapidis parere videtur. Cornua inſuper ea tantum habent animalia, quibus duplex biſidáque eſt
ula: Elephas verò quinque habet vngues & plantam multipliciter ſciſſam, ne altius pedes imprimat, ſi quan-
humido ſolo forte conſtiterit. Præterea natura cornutis omnibus animalibus perforata, & in medio va-
oſſa ſupponens, ſupra quę extrinſecus cornu producitur: elephantorum autem & plena per omnes partes ſi-
a oſſa ſunt: quod ſi illud extrinſecus quis adapertum inſpiciat, in medio tenue foramen (σωλῆνα) inueniet,

ſicut in dentibus eſſe videmus. Hæc Philoſtratus libro ſecundo de vita Apollonij, ex interpretatione Alemani Rhinuccini, quam licet non probem, ea tamen quod Græcum exemplar ad manum non eſſet neceſſariò vſus ſum. In elephante non potius dentes quam cornua, teſte Aphrodiſienſi, appellari debent, Grapaldus. Quos dentes multi dicunt, cornua ſunt, Varro libro tertio de lingua Latina. Item Aelianus: qui & cornuum medullam in elephantis edendo eſſe ſcribit. Quicunque (inquit Pauſanias) elephantum oſſa quod ex ore promineant, dentes potius quàm cornua eſſe putant, conſiderare debent alces mares (fœminæ enim ijs carent) ſua habere cornua in ſuperciliis: Aethiopicos verò tauros in naſo ſita: vt non valde mirum ſit eadem elephanto ab ore prominere. Accedunt & hæc argumenta aſſertioni noſtræ: Cornua annorum circuitu animalibus nonnullis excidunt & renaſcuntur, in quo genere vt cerui, & ioreades eſſe conſtat, ſic nos etiam elephantos ponimus. Dentes certe animalium adultorum nulli ſolent renaſci. Quomodo igitur renaſcerentur hæc elephanti oſſa, ſi dentes, non cornua eſſent? Sed igni etiam dentium natura non concedit (quod ſi cogas dilatari, frangunt: Oppianus:) at cornua vt boum ſic elephantorum, ex rotundis fieri plana, & in altas verti figuras vi ignis poſſunt. Hippopotamis & apris dentes exertos inferior maxilla profert, at cornua non videmus ex maxillis naſci (In Græco non legitur negatio, ſed videtur mihi deeſſe, quamuis Cælius ſine negatione verterit, Gillius diſſimulanter præterijt:) Sciendum eſt autem cornua elephanti à temporibus ſupernè deſcendere (ἀίζει μὲν πρόσωθεν ἀπὸ κροτάφων πφύκασιν, Ἐκ μεγάλης μεγάλαι, φηγῶν ἄπο, Oppianus:) & ita foras tendere: quod quidem non auditus ſed oculatos teſtis ſcribo: Nam craniũ elephantis accuratè conſideraui in Campania in templo Dianæ, quod templum plurimorum ſtadijs diſtat à Capua metropoli Campaniæ. Elephas itaq; vt magnitudine & ſpecie corporis à cæteris animalib. permultũ differt, ſic diuerſum etiam & peculiarem ſibi cornuum habet exortum, Hucuſq; Pauſanias lib. 1. Eliacorum: Eundem locum Cælius tranſtulit lib. 13. cap. 18. Eiſdem argumentis Oppianus vtitur lib. 2. de venatione, vbi elephantum inter cornuta animalia deſcribit.

Linguam perquam exiguam elephantus habet, atque interius poſitam quàm in cæteris ſit, ita vt vix eam videre poſſis, Ariſtot. Lingua ei bene exigua eſt. Aelianus. Lingua lata elephanto præcipuè, Plinius. Proboſcis, προβοσκὶς, in elephanto vocatur à Græcis & Latinis naſus elephanti, vel potius pars à naſo porrecta demiſſáque terram verſus: ſic autem vocatur quod ea ante ſe extenſa paſcatur, hoc eſt cibum potumque ori admoueat. Plinius nunc proboſcidem, nunc manum vocat: vt libro 8. cap. 7. Proboſcidem (recentiores quidam codices pro muſcidem habent, Proboſcidem, inquit Cælius 3. 30. nos etiam promuſcidem dicimus, ratione qua b. tranſit quandoque in m. vnde κύβινδιν illi, nos cymindin pronuntiamus: Hæc ille ſine authore. Ego cybindin apud Græcos legere non memini, ſed cymindin tantum: quanquam Hermolaus cybindin apud Ariſtotelem ſcribi ait, deprauato forſan codice vſus. Promuſcidis quidem vocabulum apud Vitruuium etiam, & in Gazæ tranſlatione ex Ariſtotele repertitur) eorum, inquit, facile amputati, Pyrrhi præliorum experimentis patuit. Et alibi, Mandunt ore: ſpirant, & bibunt, odoranturque haud impropriè appellata manu. Ita promuſcide tanquam manu vtitur, Gillius ex Aeliano. Eadem ratione pronomæam Græci hanc partem vocant, quibus νέμεσθαι idem quod βόσκειν, id eſt paſci ſignificat. Προβοσκὶς, ἡ τοῦ ἐλέφαντος πρόμαια. Suidas & Varinus. Vel, vt Heſychius habet, τὸ ἐπιπεπλεῖον καὶ προβεβλημένον τὸ ὄψιον τοῦ ἐλέφαντος. Προόμαια καὶ προβοσκὶς, ἡ τοῦ ἐλέφαντος ῥὶς, Varinus: Heſychij lectio corrupta eſt. Inuenias tamen etiam de alijs animalibus proboſcis nomen vſurpatum. Varro ſe inueniſſe ericium cum proboſcide ſcribit, vt Nonius citat. Proboſcidis, vt apud Athenæum legimus, quæ & pronomæa, elephantum eſt, propriè verò etiam de muſca & lolligine profertur: & vt idem alibi habet, de ſepia quoque: De muſca quidem Lucianus vſurpauit. Habet elephas talem tantamque narem, vt ea manus vice vtatur: quippe qui non niſi ad os illam admouens, & bibat, & edat: ſuo etiam rectori eam erigit, atque offert: & arbores quoque eadem proſternit: & quoties immerſus per aquam ingreditur, ea ipſa edita in ſublime, reflat, atque reſpirat. Adunciuſcula parte ſui poſtrema, naris hæc eſt, ſed flecti non poteſt: cartilagines enim, & proinde rigidiuſcula eſt, Ariſtoteles. Et alibi, Elephantis prolixa validáque naris augetur, eiusque vſus idem qui manus: ea nanque cibos tam ſiccos quàm humidos colligunt, capiunt, & ad os admouent ſoli animantium omnium. Et rurſus, Elephas prioribus pedibus non vtitur loco manuum, ſed nare ſua. Promuſcis eorum intus concaua ſuilli labri ſpeciem ſimilitudinemque quandam gerit: mobilis eſt, vt modo relaxetur, modo contrahatur, Gillius. Τῶν δ' ἐπὶ ὀφθαλμῶν μετάγνυσι ὑπτιωτέρην μεγάλη ῥὶς, Λιπὴ πὶ σκολιὴ τε προβοσκίδα ἰῶν καλέουσι. Κείνῃ δηρὸν ἔφυ πολλὸν, κείνῃ τε θέλουσι Ῥιδίως ἕρδειν, Oppianus. Habet hoc animal quo loco alijs eſt naſus, partem quandam pendentem, anguſtam ac longam adeò vt ad terram pertingat. Hac pro manu vtitur, & extrema eius parte ſic omnia tractat, atque ita rebus apprehendendis applicat, vt ne minima quidem numiſmata ipſum effugiant: quæ etiam ſublata proboſcide (ſic partem eam vocant, rectori inſidenti tradit. In fine perforata eſt, & animal ipſum per foramina illa velut per nares reſpirat. Poſtquam autem mortuo elephante vſque ad radicem partis ipſius diſſecans, meatus, qui à foraminibus ſurſum feruntur, reperi non aliter quàm in nobis exitum habere duplicem: vnum quidem qui ad ipſum cerebrum perueniebat: alterum autem in os perforatum, impenſius adhuc naturæ artem ſum admiratus. Vbi autem etiam didici, ipſum animal, cum fluuium, aut lacum profundum traijcit, vt totum ipſius corpus demergatur, per ſublatam in altum hanc proboſcidem reſpirare, naturæ prouidentiam intellexi. non in eo duntaxat quod partes omnes ipſius animalis pulchrè conſtruxerit, ſed quod ipſum etiam eis vti docuerit, Galenus ab initio libri ſeptimi decimi de vſu partium. Proboſcis ei ad terram demiſſa, & anterius carnoſa eſt: hac cibum potumq; aſſumit in os, quod ei ſub cerui ce eſt ſicut ſturioni. Eâdem aliquoties nummũ è terra tollentem vidi: & aliquando detrahentem ramum arboris, quem viri vigintiquatuor fune trahentes ad humum flectere non potueramus: cum ſolus elephas tribus vicibus motum detrahebat. Varromannus. Promuſcis eius longa eſt decem cubitos, qua pro manu vtitur in bello, cibo, & alijs operibus. Albertus: Hanc alibi calceum vocat, & plura de ea ſcribit libro 2. tractatu 1. cap. 1. de animalibus. Aquam, inquit, ea haurit, & aſpergit venatores aut circumſtantes, &c. Duplici tum corde tum ſenſu animi, elephantus eſſe dicitur, & altero quidem ira incendi, altero mitigari & leniri Magorum ſermonibus perſuagatum eſt. Aelianus. Galenus libro ſeptimo Anatomicarum adminiſt. ſcribit ſe ex elephanti diſſecti corde magnum os exemiſſe, & quòd duos tantum ventriculos cor eius habeat, contra Ariſtotelem qui magnis animalibus tres attribuit. Elephanto etiam iecur ſine felle: inciſa tamen parte qua fel adhærere ſolet, humor felleus effluit plus minus Ariſtoteles. Fel non ad iecur, ſed ad pectus ſitum habere dicitur. Aelianus. Elephanto inteſtinum ita eſt ſinuoſum (συμφόρεον ἔχον) vt aluos habere quatuor videatur: in hoc etiam cibus recipitur:

recipitur: nullum enim conceptaculum cibi aliud ſeparatim adeſt. Exta quoque eidem ſuillis proxima, ſed maiora. Iecur enim quadruplo maius bubulo eſt: & reliqua pari ratione, excepto liene: hic enim minor ex proportione eſt Ariſtoteles. Plinius non iecur ſed pulmonem eius quadruplo maiorem bubulo facit. Ventres elephanto quatuor, cætera ſuibus ſimilia, Plinius. Mammas duas habet paulò citra pectus. Ariſtoteles. Sub armis ei papillæ exiſtunt. Aelianus. Elephas tantum mammas ſub armis duas habet: nec in pectore, ſed citra inguinalis oculitas: Nulla in feminibus (aliàs femoribus) digitos habentium, Plinius. Elephanto mammæ ſunt ſub armis duæ, tam mari quàm fœminæ, perquam exiguæ,, nec pro corporis vaſtitate, ita vt eas à latere conſpicere propemodum nequeas, Ariſtoteles. Et de partibus anim. 4. 10. Elephas, inquit, duas tantum habet, eaſque ſub armis: cauſa cur duas habeat, quod vniprolis eſt: cur non inter femora, quod multifidum eſt: nullum enim inter femora habet, cui pedes diſcreti in digitos ſunt. Cur ſupra ſub armis, quod in iis quæ plures obtinent mammas & primæ ſunt, & plurimũ lactis hauriunt quæ ea parte continentur. Elephantus genitale equo ſimile habet, ſed parvum: nec pro corporis magnitudine. Teſtes idem non foris conſpicuos, ſed intus circa renes conditos habet: quocirca initum celerius agit, Ariſtoteles. Teſtes intus habet propter pondus ſui corporis, vt ſit velocioris coitus: tamen tempore coitus emittit eos, Albertus. Teſtes ei intus ad alvum nectuntur, Ariſtot. Et alibi, Teſtes intus habet ob ſuæ cutis duritiem, cum ex ea ſcrotum non poſſet fieri. Teſtes elephanto occulti, Plinius. Ctelias Cnidius planè mentitur ea quæ de ſemine elephanti ſcribit: ait enim vſqueadeò durari ſicceſcens, vt electro id eſt ſuccino ſimile efficiatur, quod nunquam fit, Ariſtot. de generat. animal. 2. 2. Fœmina etiam elephantorum genitale, vt cæteræ, inter femora habet, Ariſtoteles. Malleolos poſterioribus imis cruribus poſſidet, Ariſt. Crura priora multò poſterioribus longiora ſunt, Ariſtoteles & Aelianus. Πεδῶν γε μὴν οἱ πρόσθιοι μείζονες: Τοὺς δὲ ὀπίσω πολλὸν ἀκείρονται, Oppianus. Pedes maiores priores, Plin. Cur anteriores ei pedes maiores validioresque ſint, cauſam reddit Albert. lib. 2. tract. 1. cap. 1. de animalib. Crura eius æquali infra ſupráq; craſſamento, Vattoman. Magna ſunt, & ex æquo ferè ſupra infraque craſſa columnarum inſtar, Albert. Articulos crurum non tam ſublimes habent vt aliæ animantes, ſed humiliores terram verſus, Vattoman. Elephas non, vt aliqui retulerunt, agit: ſed conſidendo crura inflectit: nequit tamen præ nimio pondere vtrunque in latus æquilibrio quodam vergere: ſed aut læuo incubat, aut dextro, atque eo ipſo habitu requieſcit. Flectit hic certe ſuos poſteriores poplites modo hominis, Ariſtoteles. Cæteræ quadrupedes, elephanto excepto, contrario modo quàm homines ſua membra inflectunt, Idem. In poſterioribus elephanto articuli breues: Idem poplites intus flectit hominis modo, cætera animalia in diuerſum, Plinius. Accedit quoque motum præſtari etiamſi nullos cruris inflexus agatur, quemadmodum puſiones ſerpere videmus. Quinetiam elephanti ita ſe mouere diuturna hominum fama celebrantur: quæ tamen falſò confirmata eſt, cum id genus animalium inflexu vel in ſcoptulis opertis vel in clunibus adducto ſeſe moueant, Ariſt. in libro de communi animalium greſſu. Elephanti crura oſſe continuo & inflexibili conſtant, Strabo. Genua elephanti non flectunt, vti Ambroſius prodit: quia rigidiore crurum vſu opus fuit, quo velut columnis tanta poſſet membrorum moles fulciri. Calcaneum modo leuiter inflectunt, tigent cætera pedum à ſummo ad imum, Cælius 4. 12. Elephantos crura ſine nodis articulisque habere vanum eſt: imò verò habent flexiones, & vt aliæ beſtiæ, quum libet crura flectunt & erigunt: in ima enim propemodum cruris parte iunctiones & flexus habent, Gillius. Si cadant ſurgere non poſſunt, quoniam oſſa ſolida & inarticulata habent: vnde crura tibiasque poſtquam iuuentam exceſſerint flectere nequeunt: Hinc eſt quod dormientes non recumbunt: defeſſi verò magnis arboribus ſe applicant: eas obſeruant venatores, & penè ſuccidunt, vt innixæ eis beluæ cadant & capiantur, Authores obſcuri. Flexus poſt genua (poplites intelligo) negantur habere: quos fortaſſis habent laxos (lego, non laxos) ſed ſtrictos, & idcirco ab imperitis carere putantur: nam ſi prorſus non flecterent crura, greſſus eorum non foret ordinatus, Albert. Similiter rotundis pedibus, vt equi, ſunt: ſed ampliorib. vt planta quoquouerſum ad binos dodrantes accedat, Gillius. Pedes eorum inferius, magni orbis menſarij inſtar rotundi ſunt, Vartoman. Pomi inſtar, Author obſcurus. Elephas animal multifidum eſt, Ariſtoteles. Digiti eius indiuiſi, ac leuiter formati, nec vngues omnino ſunt, Idem. Omnia digitos habent quæ pedes, excepto elephanto. Huic enim informes, numero quidem quinque, ſed indiuiſi, ac leuiter diſcreti, vngulisq; non vnguibus ſimiles, Plin. Singulis pedibus numero quinq; digitos indiuiſos leuiterq; diſcretos habent, Ariſtot. & Aelianus. Ex quo fit, vt animal ſit minimè ad natandum habile, Aelian. Quinque vngues habent, & pedem multipliciter ſciſſum, ne ſi quando in humido ſolo conſtiterint, altius pedem imprimant, Gillius. Vartomanus totidem vngues & corneos eis eſſe ſcribit. Quamuis in multa diuidant pedem, natura tamen digitos coniunxit, vt pes validior eſſet Albertus. Solipeda ſunt, vt equus, aſinus, elephantus, Aelianus de animal. 11. 38. Caudam habent ſimilem caudæ buballi, trium forte dodrantum longitudine, paucis in extremitate pilis: Vartoman. Nullum tergori ferarum tegumentum, ne in cauda quidem præſidium abigendo tædio muſcarum: ſed cancellata cute in rugas arctata enecant: vt ſuperius ex Plinio retuli.

C.

Amat amnes hoc animal: & quanquam non fluuitale ſit, tamen riparium dici poteſt, Ariſtoteles. Gaudent amnibus maximè, & circa fluuios vagantur, cum alioquin nare propter magnitudinem corporis non poſſint, Plinius. Barrire elephanti dicuntur à ſono vocis, Feſtus. Hinc & ipſi elephanti barri vocantur, vt ſupra dixi. Et barrus barrit, Author Philomelæ. Citra nares ore ipſo vocem elidit ſpirabundam, quemadmodum cum homo ſimul & ſpiritum reddit, & loquitur. At per nares ſimile tubarum raucitati ſonat, Ariſtotel. Citra nares ore ipſo, ſternutamento ſimilem elidit ſonum, per nares autem tubarum raucitati, Plinius. Clamor autem, quem quidam barritum vocant, prius non debet attolli quàm acies vtraque ſe iunxerit. Vegetius 3. 18. Hunc exercitus clamorem Feſtus non barritum, ſed barbaricum vocat, quod eo genere barbari vtantur: & forte ſimiliter apud Vegetium legendum. Quàm terribilis in pugna ſit elephantorum ſtridor, vt Marcellinus vocat, capite quinto dicam. Ἐλέφας στριγῶν, elephas ſtridens vel barriens, apud Philoſtratum. Truncos gratiſſimo in cibatu habent: Palmas excelſiores fronte proſternunt, ac ita lacentium aſſumunt fructum, Plinius & Solinus. Quænam in cibo eis noxia aut venenoſa ſint, inferius in tractatione de morbis ipſorum exequar. Cum eos cætera pabula defecerint, radices effodiunt, quibus paſcuntur: E quibus primus qui aliquam otædam repererit, regreditur, vt & ſuos gregales aduocet, & in prædæ communionem deducat,

Aelianus.

Aelianus. Dentium alterum acutum ad propulsandas iniurias seruant, altero radices effodiunt & arbores excipiunt, Idem. Lusitani regis liburnicæ inter alia meridianæ illius nauigationis miracula, melones in Aethiopia nobilissimos haberi prædicant, quorum odorem elephantes sagacissimi olfactus animal, de longinquo sentiant: aduolantesque cucumeratia tota depopulentur ac proterant, Hermolaus in Dioscorid. Elephantis cicuribus præter alios cibos hordeum datur. Elephantus eodem pastu modios Macedonicos (hordei, vt Aelianus addit) nouem, quod plurimum edere potest. Sed tantum dare periculosum est: sex aut septem dedisse modios, in vsu frequenti satis est: sed farinæ non plus quam quinque: vini etiam quinque mares, quæ mensura heminas continet sex, Aristoteles. Animalium maximè odêre murem: & si pabulum in præsepio positum attingi abeo vidêre, fastidiunt, Plinius. Farinam similem minutissimo puluori permixtam separat optimè, ita quod farinam in pastum colligens nihil admittit de puluere, Obsecutus. Elephanti postquam cicures euaserunt, panibus maximis, hordeo, caricis, vuis, cæpis, allijs, iunco, palma, hederaceis foliis vescuntur, Aelianus. Apud Indos tractus est, cui nomen est Phalactus, quasi Latine caluus: eoque ita appellatur, quòd qui herbam in eo nascentem gustauerit, & pilos & cornua amittit. Itaque elephanti, nisi cogantur, non accedunt ad locum illum, imò verò prope cum accesserint, perinde atque homines prudentissimi, ab omni illius loci germine refugientes, pedem referunt, Aelianus. Iam quidam amphoras (metretas, Aelianus) aquæ mensuræ Macedonicæ quatuordecim eodem hausit potu, & rursus à meridie eiusdem diei octo, Aristoteles. Claræ & nitidæ aquæ potio elephanto inimicissima est, nec prius bibit quàm conturbatior: turbida enim & sordidaci suauissima est: proinde cum ad flumen aut lacum accesserit, cœnum pedibus perturbat, Aelianus. Huius rei causam Simocatus adfert, quòd in aqua pura suam ipse vmbram extimescat: ideoque solere Indos cum reijcienda est aqua, obscuram & illunem obseruare noctem. Sine potione octo dies fert, Aelian. Elephantus quidem gregarius assuefactus, aquæ vtitur potione: Ei verò qui ad bellum certat, non modò ex viribus confecti, sed etiam ex oryza factitij vini vius indulgetur, Aelianus. Et alibi, Potionem, inquit, quasipsi pro vino vtuntur, ideò ipsis largiuntur, vt ad prælium audaciores efficiantur. Elephantes & simiæ vini potu inebriantur, vt Athenæus citat ex Aristotelis de ebrietate libro. Vt elephantus vini potione obliuiscitur fortitudinis, sic Simia hausto vino, fraudis immemor, non est ad capiendum difficilis, Gillius. Recens captos zythi potione cicurari capite quinto dicam. Omnia bene olentia amant, vnguentorum & florum odore permulcentur, Aelian. Et rursus, Flores eis dantur, atque in prata ad legendos flores, quia suauitatem odorum amplexentur, aguntur: ipsorum enim odoratu flores internoscentes colligunt, atque etiam hos lectos in calathum inferunt, quem eorum rector sustinet. Postquam hunc floribus compleuerint, tanquam vindemia facta, lauatione similiter atq; homines lauti delectantur: Vt vero ea vsi reuecterint, eò vbi quasillum floribus plenum reliquerint, expectant. Quod si rector offerre tardauerit, barritum edunt, neq; prius cibum sumunt quàm eis quispiam quos collegerint flores attulerit, eos allatos de quasillo tollentes sui præsepis labra ornant. Hanc nimirum cibo suauitatem ex his bene olentibus comparantes, stabulum vbi diuersantur, floribus permultis sternunt. Hæc Aelian. Sagacissimè odorantur, (quod forsitan propter nasi longitudinem eis contingit, vt auritis acutius audire) & venatorum insidias hoc beneficio fugiunt, herba quam senserint humanis calcatam vestigijs cuulsa, & per manus deinceps tradita, vt capite quarto ex eodem authore dicemus. Velocitate non quisquam tanta est, quem non vel suo tardo gradu assequantur, Gillius. Agminatim oberrant, Solin. Nare propter magnitudinem corporis non possunt, Plin. Digiti pedum eis indiuisi leuiterq; discreti, ex quo fit vt ad natandum minime sint habiles, Aelian. Incedit etiam per aquam, & eatenus mergitur, quatenus eius promuscis superat: reliqua enim per eã, & spiritum accipit & reddit, sed natare satis pondere sui corporis non potest, Aristoteles. In naues autẽ immittuntur, ponte vtrinq; ramis frondescentibus adumbrato, ad fallenda huiusce modi animalia: hoc enim ipsum cum vident, se per terram quia eis hæc mare videndi facultatẽ adimant, etiam nunc iter facere arbitrantur, Aelian. Somnum erecto corpore capiũt: quia operosum eis esset decumbere, simul & deinde à cubitu exurgere graue, Aelian. Dormituri non recumbunt, defessi verò arboribus magnis se applicant, quibus succisis cum cadunt surgere nequeunt, Obsecutus.

Nec adulteria nouêre, nec vlla propter fœminas inter se prælia, cæteris animalibus pernicialia: non quia desit illis amoris vis (nam & homines ab eis amatos constat, vt cap. 4. indicabimus,) Plinius & Solin. Ab omni immoderata libidine castissimi sunt. Nunquam enim, neque vt constupratores, neque vt item valde lasciui societatem Veneris cum fœmina faciunt, sed tanquam generis successione cartẽtes, liberis procreandis dant operam: sic hi, ne stirps vt ne deficiat, complexu Venereo iunguntur: Neque id sanè plusquam semel in vita, & eo duntaxat tempore, cum se iniri fœminæ patiuntur, Aelian. Mas quam impleuerit coitu, eam rursus non tangit, Aristot. Vt quisque vxorem impleuit, non eam amplius attingit, Aelian. Idem alibi, Cum libidinis furore ardent, incursu parietes euertunt, & similiter atq; aries frontis vi atq; impressione palmas prosternunt. Ad coitum inquit Aristot. efferati solent: quamobrem apud Indos ijs haudquaquam permitti initum aiunt: libidinis enim rabie agitati, cælas prosternunt male conditas, pluráq; alia incommoda faciunt: mitigari pabuli copia narrantur: plagis etiam temperant, adductis alijs quibus ferire præcipiant, Aristot. Elephantum quamuis raro amare ferunt, quoniam, vt antè dictum est, libidinum moderatione temperatus sit: tamen ipse illud admirabile amore plenum audiui, quod consequitur: Vir venandi elephantos haud imperitus, scribit se, cum ab Imperatore Romano cum potestate in Mauritaniam ad venandos elephantos allegatus esset, ex elephantino genere adolescentem formosam vidisse, coeuntem cum elephanto & adolescente & pulchro: alterum vero seniorem, quia huius siue amator siue maritus esset, vt se spretum, ignominiæ loco hoc tulisse: quare acriter animo inclinatum impetum fecisse, vt illi proprius factum fuerit, quàm nos, inquit, omnes perderet, sicq; insurrexisse illum formosum rivalem suum, pugnamq; edidisse, tanquam eum qui de amica sibi erepta doloribus acerrimis premitur: adeoq; infestis animis vtrunq; cum altero pugnam commisisse, vt ex impetu cornibus ambo mutilarentur. Neutrum ideo non vicisse, quòd multa verberatione eos venatores distraxerint. Postea autem quàm amissis armis in posterum inutiles ad conferendam quasi manum inter se facti essent, ciuilitatem amantium conquieuisse. Domantur rabidi fame & verberibus, elephantis alijs admotis, qui tumultuantem catenis (quærendum an rectè hic legatur catenis, malim plagis, ex Aristotele, id est verberibus, quam vocem Plinius etiam proximè ante posuit) coerceant: & aliàs circa coitus maximè efferantur: & fabula Indorum dentibus sternunt. Quapropter arcent eos coitu, fœminarum & pecuaria separant, quæ haud alio modo quàm armentorum habent, Plin. Pudore nunquam coitus in abdito coeunt, Plin. Aperte porrò ac palàm in aliorũ oculis non coeunt, sed secedẽtes, aut sese in arbores deorsum

& fre-

& frequentes occultant, aut in concauum locum, & profundum, ad occultandos eos facultatem habentem, se abdunt, Aelian. Solitudines petunt coituri: sed præcipuè secus flumina, & qua pasci consueuerant, Aristot. Cœunt locis occultis & palustribus, Varroman. Elephas fœmina in coitu sedet (se submittit) & equitat super eam mas: quam ob causam fœmina descendit in foueam aliquam, vt mas commodius superueniat. Præcipue verò in aqua iniri desiderat, vnde cum fœminæ tum mari maximè commoditas accedit: nam is & coiturus per aquam facilius tollitur, & post coitum facilius descendit. Albertus. Ἐλέφας τε ζῶον [illegible] Etymologus. Et rursus, [illegible] hoc est, Coeunt, non in terra propter corporis grauitatem: sed in aqua palustri, vbi etiam pascuntur: quod aqua attollente corpus matis conscensuri fœminam) leuiores nimirum fiant. Contigit aliquando (verbis vtor Alberti ex Auicenna) marem coire cum fœmina in regione quæ dicitur Virgea de Caurei yuyz: quod quidē mirum videbatur, cum aliàs extra terram natalem suam, hoc est Indiam, coire non soleant. Tum temporis verò extra Indiam in regionem Corascenorum, & finitimam educti coibant: Mas fœminam saliens culmo: proboscidem puto intelligit, cum in singulari numero proferat: nam alibi dentes eius siue cornua barbari culmos appellant) caudam eius remouit, Hæc Alber. Prolli operam daturi Orientem versus pergunt ad proximum Paradiso locum, vbi inuentam mandragoram fœmina prior gustat, deinde pertusus ab ea mas, sic miscentur & fœmina concipit, vt nugatur Author obscurus libri de natura rerum. Elephantus tam mas quàm fœmina incipit coire anno ætatis vigesimo, Aristot. Et alibi Elephantus fœmina incipit coire anno, aut duodecimo, cū celerrimè: aut quintodecimo, cum lentissimè. Mas quinque aut sex annos natus superuenit ineunte vere. Mas coit quinquennis, fœmina decennis, Plin. Venerem ante annos decem fœminæ, ante quinque mares nesciunt, Solinus. Mas coitum triennio interposito repetit: Quam grauidam reddidit, eandem præterea tangere nunquam patitur, Aristot. Mari tempus coitus est cum domi detentus fuerit, & fœlerit: tunc etiam pingue quiddam emittit per spiramentum quod ei secundum tempora est: fœminæ verò cum hic idem meatus apertus fuerit. Strabo. Βαίνουσι δ' ἐλέφαντες [illegible] Arrianus in Indicis. Coeunt & pariunt vt equi, plurimum vere, Coeunt, non sicut quidam putant promiscuè, sed velut equi, & reliquæ quadrupedes, Diodorus Siculus interprete Pogio. Græcum exemplar desiderabam. Subsidit fœmina, clunibusque submissis insistit pedibus, ac innititur: Mas superueniens comprimit atque ita munere venereo fungitur, Aristotel. Elephanti, cameli, tigrides, lynces, rhinocerotes, auersi coeunt, Solinus ex Plinio: qui auersa eis genitalia esse adjicit. Fœmina initur biennio quinis, vt ferunt, cuiusque anni diebus, nec amplius: sexto perfunduntur amne, non ante reduces ad agmen, Plin. Biennio coeunt, quinis, nec amplius, in anno, diebus, non prius ad gregarium numerum reuersuri, quam viuis aquis abluantur, Solin. Ferendi vteri tempus alij annum & sex menses, alij triennium statuunt: causa quamobrem incertum hoc sit, quod non pateat coitus, Aristoteles. Et alibi, Vterum biennio gerit; parit singulos: viuiparum namque est. Vterum gerunt menses, vt minimum, sedecim: vt plurimum, octodecim, Strabo. Diodorus Siculus, & Arrianus in Indicis. Decem annis gestatæ in vtero vulgus existimat: Aristoteles biennio nec amplius quàm semel gignere, pluresue quàm singulos, Plin. Eadem apud Solinum & Isidorum lectio est. [illegible], Id est, Decennio grauescunt vtero. Onesicritus apud Strabonem: Interpres non rectè trāstulit, Concipiunt decimo anno. Hinc natum proverbium, Elephanti celerius pariunt, de quo infrà. Audiui sæpe hoc vulgo dici, solere elephantum grauidam perpetuos decem esse annos, Plautus in Stycho. Biennium gerere vterum audio: alij sesquiannum tantum grauidas esse aiunt, Aelian. Parit enitens posterioribus cruribus, & subsidens cum dolore, Aristot. Partus in caput procedit ad lucem, Aelian. Animalia quo maiore corpore, eò minus fœcunda sunt: singulos gignunt elephanti, cameli, equi, Plin. Vnicum veluti equæ pariunt, quem nutriunt matres annos sex, Diodorus Siculus interprete Pogio: Ad annum vsque octauum lactant Arrianus in Indicis. Apud Stabonem legitur, senis mensib. fœtum à matre nutriri. Partus magnitudo est instar integræ ætatis & iustæ magnitudinis porci, Aelianus: vel, vt Aristoteles, magnitudine vituli: Idem alibi clarius, bimestris aut trimestris vituli magnitudine esse scribit. Elephanti, vt diximus, pariunt singulos, magnitudine vituli trimestris, Plinius: anniculi, Aelianus. Statim vt natus est, cernit & ambulat, Aristoteles. Odit fugit non promuscide, Idem & Aelianus. Elephantus in quadrupedum genere ex minimo maximus euadit: vt ex aquatilibus crocodilus: ex volucribus, magna struthio, Aelianus. Cum sunt in catulorum (vitulorum potius: nam adulti etiam boues Lucæ dicuntur, & Plinius fœtus eorum vitulos vocat) metu, infestissimi sunt, Idem. Et alibi, Nec verò si quis fœtum à partu recentem contigerit, matres indignantur. Plane enim nouerunt non animo quidem lædendi contrectari, sed ad ludicram delectationem, & blanditias suscipi, esse; hominis naturam ea excelsitate animi, suo vt partui adhuc cantillo incommodare nollet, Aelia. Fœmina parturiens ingreditur aquā vsq; ad vbera, & illic parit metu draconis: qui extra aquā parienti fœtum deuoraret. Mas etiam à parente non recedit, propter serpentē, qui inimicus est eius sicut draco, Author obscurus lib. de nat. rerum. Elephantorū fœminæ proximè vias, quo carnivoras bestias minimè accedere sciunt, fœtus comprimis ædunt, &c. Interpres libri Plutarchi Vtra animaliū prudentiora, &c. sed falsus est cū hæc ἐλάφων (vt in nostro etiam codice Græco Basileæ excuso legitur) id est cervorum, non elephantū natura fit. In Mauritania quemadmodū quotannis cerui, sic decimo quoq; anno cornua elephantis excidere solere aiunt. Itaq; hi in cornua incumbentes, vsq; adeo ea impellunt & defigunt in terrā expositā in planiciem, quod illa ipsa occultauerint. Nam præcæteris camporū patentium æquora & palustria amāt, Aelian. Et alibi, Locum (inquit) in quem abstruserunt & reposuerunt cornuum thesaurum pedibus exæquant & complanant. Terra autem quod sit feracissima, post paulū herbam proferens, abditorū cornuum aspectum viatoribus adumbrat. Eorum perquisitores, qui sanè ad illorū insidias & astus prudentes sunt, in eum locum in quem cornua defossa suspicantur, vtribus aquam deportant, & vero alium alio ex vtribus dispertiunt & disponunt, atq; ibi commorantur: Alius quidā dormiens alius potans, alius cantiunculam canens suos amores meditatur. Quod si cornua sint alicubi prope defossa, quadam mirabili illecebra ex vtribus sic aquam eliciūt, vt vasa exiccent & exinaniant. Iis autem qui cornua exquirunt, statim sine cunctis lagaciissimè prædam odorati locum illum perfodiunt, & optatum consequuntur: si vero vtres permanerunt pleni, eos inde transferentes, alio se conferunt, Hæc Aelianus

Fœmina elephas mare multò robustior, alacrior, & magis magnanima est quàm mas. Et fœminæ quædam in hoc genere planè viriles sunt, Varromannus. Non modo fœminæ marib. ferociores, sed ad onerum vectiones etiam fot-

etiam fortiores existimantur, Gillius. Mas tamen præstis aprior est, vtpote altior, Obscurus. Euertit ædificia elephantus, dentes admouens magnos: palmas verò sua fronte impellit, donec declinet, tum pedibus inculcans prosternit in terram, Aristoteles. Aelianus hæc cum præcipuè facere scribit, cum libidinis furore ardet. Palmas excelsiores fronte prosternunt, ac ita iacentium assumunt fructum, Plin. In bello etiam roboris & fortitudinis facinora designat egregia, & alibi ad Imperium. Proboscide quantum possit, supra retuli. Vnus sanè animalium omnium, vt maximus, sic robustissimus esse videtur. Vidi (inquit Vartomannus) nauem palangis impositam (si rectè verto) à tribus elephantis in genua demissis frontibus annixis, è mari in littus protrudi. Oppianus ὑλεστρες elephantos scribit, fagos, oleastros, & palmas dentibus subuertere radicitus, ἐκτρίβειν ἀπὸ ῥιζοτόμου. ὑλους dentes vocat per synecdochen, continens pro contento. Quò magis oneratus est, tantò firmius incedit: in dorso gestat turrim ligneam, quæ homines triginta & victum quantum satis est contineat, cum armis instrumentisq; bellicis, Author obscurus. Tam validi sunt, vt in cruce (lego turre) lignea super se ferant homines duodecim & amplius, ita quod aliqui magni quadraginta homines posse portare dicuntur, Albertus. Indorum regem hostilibus bellum inferentem, bellatorum triginta millia elephãtorum accedunt: tum verò maximorum & fortissimorum tria millia subsequuntur, ad hostiles muros ipso incursu euertẽdos institutorum: cum enim rex iuber, euertunt. Idque se audiuisse Ctesias scribit: idemque Babylone se vidisse dicit, palmas ab his ad moderatoris sui impetu violentissimo impetu extirpatas, Aelianus. De vi & robore ipsorum ad belli vsum, plura adferam cap. quinto. Elephantem alij annos circiter ducentos viuere aiunt, alij trecentos, Aristot. & Aelian. Vt longissimum, annos circiter ducentos viuit: sed multi ante hoc tempus morbo pereunt, Arrianus in Indicis. Viuere elephantos mares alij annos ducentos, alij centum & viginti aiunt: fœminas etiam ferè totidem, Aristot. Florere ætate circa sexagesimum narrant, Idem & Aelian. Viuunt plærique quantum longæui homines: quidam (qui maximè senescunt, Diodorus Sic.) ad ducentesimum perueniunt annum. Aristoteles viuere ducentis annis, & quosdam trecentis existimat: inuenta eorum à sexagesimo incipit, Plin. Viuunt in annos trecentos, Solin. Onesicritus dicit eos ad trecentesimum annum viuere, raros ad quingentesimum: circiter ducentesimum robustissimos esse Strabo. Iuba rex Elephantum scribit patri suo fuisse, qui multa secula vixisset, nempe qui emanasset, & per manus traditus fuisset, vsque ad huius alta stirpe. Et Ptolemæo Philadelpho Aethiopem elephantum fuisse, qui vel multas ætates vixisset, vel ex hominum consuetudine, vel institutione mansuetissimum: atque idem ipse ait se vidisse elephantum Seleuci, cognomine Nicanoris, qui vsq; ad Antiochorum postremam expugnationem vixisset, Aelianus. De elephantorum, ætate quod longissimæ vitæ sunt, ab alijs pluribus scriptum est: veruntamen qui habitant apud vrbem Taxilam, omnium Indiæ vrbium maximam elephantum inuenisse perhibent, quem vittis ac myrteis coronis indigenæ ornabant, asserentes vnum ex his esse, qui pro rege Poro aduersus Alexandrum pugnauerat: quem propterea quod in pugna promptissimè versatus esset, Alexander Soli dedicauit. Esse autem illi torques aureos circa dentes, seu potius cornua libeat appellare, & in torquibus literas Græcas insculptas, hæc verba referentes: Alexander Iouis filius Aiacem Soli. Hoc enim Aiacis nomen ipse elephanto imposuit, magnum magno nomine exornans. Coniciunt autem indigenæ annos quinquaginta supra trecentos, ab ea quam diximus pugna ad ea tempora intercessisse, cum tamen scire non possint quot fuerit natus annos, quando pugnæ inter fuit. Iuba verò quondam rex Libyæ in scriptis retulit, equites Libycos quandoq; elephantis insidentes, inter se pugnasse, fuisseq; alteri elephantorum parti turrim dentibus insculptam, alteri verò nihil: cumq; nox pugnantes occupasset, partem quæ turrim in dentibus gestabat superatam, in Atlantem montẽ confugisse: se verò post id tempus annos quadringentos ex ijs vnũ cœpisse, qui aut gerant & insigne illius dentib. insculptum inuenisse, quasi nuper fabricatum, nullaq; ex parte consumptum, Hæc Philostratus lib. 2. de vita Apollonij. Candore dentium intelligitur inuenta, Plin. & Solin.

Multis morbis obnoxius, & prorsus difficiles curatu sunt. Strabo. Hyemis ac frigoris impatiens hoc animal esse dicitur, Aristoteles, Aelianus, Solinus. Frigoris impatientes: maximum huc malum, inflationemque, & sentiunt. Plin. Anni æstiui tempore cum calor à sole intenditur, & æstus ingraueſcit, tum elephanti ad calorem frangendum inter se crasso perfunduntur cœno, quo partim vim caloris depellant, partim vel vmbrosis spelunceis, vel arboribus quæ tamorum frequentia eos opacare possint, refrigerentur. Complures eorum morbos vinum nigrum eporum curat, Strabo. Aelianus post mentionem de vulnerib. eorum & oculorum morbis factam. Cæteris (inquit) quibus tentantur morbis, vinum nigrum medetur: (idem testatur Arrianus in Indicis) Quòd si hac medicina ex morbo non liberantur, insanabiles sunt. Elephas chamæleonte concolori frondi deuorato, occurrit oleastro huic venenoso Plin. Si quis casu chamæleontem deuorarit, vermẽ elephantis veneficum, oleastro sumpto pesti medetur, Solin. Cruciatum in potu maximum sentiunt hausta hirundine: hæc vbi in ipso animæ canali (id est faucibus & arteria) se fixit, intolerando afficit dolore, Plin. Aegrotant etiam si comedant terram, nisi ea frequenter vrantur: nam si frequenter, nihil sentiunt mali: lapides etiam interdum deuorant, Aristoteles. Ettertam edisse ijs tabificum est, nisi sepius mandant: Deuorant autem & lapides, Plin. In venationibus si quis eorum fuerit vulneratus, cæteri aluẽ, lachrimas vulneribus illinentes, tanquam medici ægrotantibus assistunt, Philostratus, Vulneribus butyrum auxiliatur: ferrum enim extrahit. Vlcera suillis carnibus fouent, Strabo. Indi capitis elephantis eorum vulnera aqua primum tepida eluunt: Deinde si hęc ipsa luculenter sint alta, butyro vngunt: postea inflammationem leniunt, suillam carnem recenti sanguine madentem & calidam admouentes, Aelian. Ἕλκεσιν ἀνίατα τὰ ὕεια κρέα ἐπιῤῥιπτούμενα καὶ καταπατούμενα (lego καταπαττόμενα) Arrianus in Indicis. Oleum (aliàs vinum) alij bibunt, alij non: & si spiculũ in corpore inest, ejcitur eo quod bibitur oleo, vt aiunt: qui autem oleum (aliàs vinum) non bibunt, ijs radix tyrtami decocta in vino (aliàs in oleo) datur, Aristot. Dubitat quidam an pro tyrtami legendũ sit dictamni, an expungi omnino debeat. Dictamnum equidem telis expellendis vtilem esse capris syluestribus & ceruis, in ipsorum historijs diximus: sed folia eius tantũ depascuntur: medici quoq; in hominum remedijs folia tantum requirunt, radix inutilis est: Non igitur legendũ dictamni. Quòd si expungatur, aliud alterius plantæ nomen substituendum fuerit, cuius radix vim corpori infixa depellendi habeat. In Græco textu nec tyrtami nec alterius plantæ nomen legitur. In Græcis codicibus (vt scribit Aug. Niphus) magna varietas est: primò quia legitur radix, & non adijcitur cuius herbæ: deinde quia dicitur decocta in oleo & non vino. Vnde antiquus interpres sic legit, Vinum alij bibunt, alij non: Et si spiculum inest, eo vino ejcitur, quod biberunt, vt aiunt. Michaël Ephesius asserit ejci quorundam opinione spiculum ex corpore elephanti, potione vini, vt per esum dictamni ex capreis: quę scriptura probatur ab Ephesio: vnũ tamen deest, quoniã in Græco

extu non habemus expressam herbã, cuius radix in oleo fit decoquenda, Hæc Niphus. Ego tyrtami nomen nusquam reperio: sed ne aliud quidem medicamentũ quod intra corpus homini, aut feræ (excepta dictamno) sumptum, tela aliaue infixa exigat. Omnia enim foris imponi præcipiunt medici, & præter cætera in radicum numero, in hunc vsum laudantur, allium cum pice, aristolochiæ cum resina, arundinis per se vel cum bulbo: berberis vel oxyacanthæ radicem, cyclamini cum melle & vino: filicis, lactucæ asini, id est anchusæ: narcissi cũ lilio & melle: rubi canini, xiphij radix supĕrior cum vino & thure: vitis albæ cum vino & melle: deniq; iridis sylvestris cum flore æris, terebinthina, & pauco melle. Ex his omnibus ad tyrtami vocem, calami forte vel cyclamini vocis propius accesserint. Olei potu tela, quæ corpori eorum inhæserant, decidere inuenio: à sudore autem facilius adhærescere, Plin. Sensus videtur, Oleum ad extrahendas sagittas magis prodesse elephantis, si post sudorem statim id hauserint, quoniam ita (meatibus apertis, & calore in superficie corporis oleum à venis attrahente) facilius adhęrescat: tanquam nimirum oleo ad ipsas attracto ceu vnctæ & lubricæ facilius emittantur. Cum vel hasta vel sagitta ictus est elephantus, oleæ flore vel oleo ipso defixa tela expellit, Aelian. Cerui ægri ramusculos oleæ comedũt & sanantur, Ambrosius secutus forte aliquem qui pro elephanto elaphon, id est ceruum hoc facere perperam legit, vt in Ceruo monui circa finem capitis tertij. Furoris tentatione eos aliquãdo laborare manifestum est, ex cursu furijs incitato, Aelian. Rabidi (quales præcipuè per libidinem fiunt) fame & verberibus domantur, elephantis alijs admotis, qui tumultuantem feriant, Aristoteles: catenis coerceant, Plinius. Si per insomniam fessi sunt, armis perfricatis ex sale, oleo, & aqua curantur. Cum humeri dolent carnibus suillis assis appositis iuuantur, Aristot. Vlcera etiam & inflammationes eorum (quæ nimirum in humeris præcipuè nascuntur propter onus & attritionem) his carnibus foueri supra dixi. Ophthalmicis medetur bouillum lac infusum, Strabo & Arrianus in Indicis. In oculorum morbis, bubulum lac tepefactum infundunt, quo hi remedio oculos aperiunt, & magno cũ voluptatis sensu sicut homines, vim medicinæ agnoscunt, Aelian. Elephantos cæteris malis immunes aiunt, inflatione autem alui acrius infestari, Aristot. Frigoris impatientes sunt: maximum hoc malum, inflationemq; & profluuium alui, nec alia morborum genera sentiunt, Plin. Morbis inflatione cõtractis laborant: quo fit, ne possint excrementum vel vesicæ vel alui reddere, Aristot. Niphus hunc in eis affectum colicum esse conijcit. Fluore insuper tentantur: quo cum vires langucrint, curantur potione aquæ calidæ, & cibo fœni melle imbuti: vtrunq; enim id sistit profluuium alui, Aristoteles.

D.

Elephanti gregatim semper ingrediuntur. Ducit agmen maximus natu, cogit ætate proximus, Plin. Et alibi, Gregatim semper ambulant, minimè ex omnibus soliuagi. Oberrant agminatim, Solinus. Nunquam verò elephantus ab reliquorum agmine secernitur, nisi aut filiorum suorum, aut ęgrotantium causa: pro his nimirum nihil non moliens inexpugnabilis manet, Aelian. Solent magno numero confertim incedere, & si quemquam obuiam habuerint, vel deuitant vel illi cedunt, Leo Africanus. Prædam ipsi in se expetendam sciunt solam esse in armis suis, quæ luba cornua, alij melius dentes appellant: Quamobrem deciduos casũ aliquo vel senecta, defodiunt, Plinius: cunctam inuidia quadam aduersus hominem ducti id faciant. Quòd autẽ abiecta cornua defodiant præcedenti etiam capite ex Aeliano dixi, nec non qua arte defossa inueniantur. Noctu suam seruiendi conditionem deplorare dicitur, non contento barritu (κέκραγμα) quo sæpe aliàs vtitur, sed luctuosa vocis suppressione miserabiliter immurmurans. Quòd si quis ita occultè gementi & lamentanti interuenit, verecundia quadã motus, querelis suis moderatur, & gemitus facere desistit, Gillius ex Philostrato. Gaudent phaleris argenteis. Mulieris forma hoc animal capitur, atq; hebescens ad eius pulchritudinem, remittit furorem animi sui, Aelian. Traditur vnus amasse quandam in Aegypto corollas vendentem: Ne ne quis vulgariter electam putet, miretur gratã Aristophani (Byzantino in vrbe Alexandria, Aelian.) celeberrimo in arte grammatica, Plin. Sunt ferarum amores etiam, idq; plurimarum: feri alij & rabidi, quemadmodum & hominum: alij nec ambitione barbara, nec inuenusto congressu: qualis Alexandrinæ grammatici Aristophanis riualis elephas fuit. Coronariam eandem vterq; deperibant, cum elephas quidem grammatico haud segnius amorem studiumq; declararet: poma eorum transeunti amicæ adferre, iuxta diu adsistere, cunctariq;, promuscidem intra vestium sinus inserere, ac mamillarum decus blandè palpare contrectareq; solebat, Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Præter hanc aliam quoq; mulierem corollas similiter vendentem in Antiochia Syriæ vrbe cicurem elephantum amasse aiunt: de quo Aeliani hæc verba sunt. Hunc audio dum ad pastiones iret, mulierem corollas vendentẽ cùm quàm suauissimè adspexisse, tum verò etiam quam libentissime in illius conspectu acquieuisse, atq; huius faciem promuscide tersisse, suauiterq; contrectando illi blanditũ fuisse: Mulierem vicissim ex suo artificio illecebras amatorias, corollas videlicet ad tempus ita contexuisse, vt cotidie illi quidem sumere operæ pretium, huic vero etiam opus largiri esset. Postea autem quàm mulier excessit è vita, elephantus nec pristinæ consuetudinis compos, nec quam amaret amplius mulierem videns, tanquam amans qui amasiam amiserit, sic eam desiderabat, animoque incitabatur, ac qui antè mansuetus fuisset, humanitate expulsa, feritatem induebat, tanquamq; homines ex tristitia, ac mœrore laborantes de potestate animi exeunt, sic is furens ferebatur, Hæc Aelian. Et vnguentariam quandam dilectam luba tradit: Omnium amoris fuere argumenta gaudium à conspectu, blanditiæq; inconditæ, ilipesq; quas populus dedisset seruatæ, & in sinum effusæ. Nec mirum, esse amorem, quibus sit memoria, Plin. Alius Menandrum Syracusanum incipientis iuuentæ in exercitu Ptolemæi, desiderium eius quoties non videret inedia testatus, Plin. Nunc quàm memoria sint bona quamq; diligenter præceptum officij aduersus præcipientes teneant, quàm simul eorum qui quippiam eis committunt, vel expectationem vel fidem non fallant, explicandum est. Cum Antigonus Megarensem vrbem obsideret, mulier simul cum vno de elephantis bellatoribus versabatur: hæc enim illius qui elephantum aleret vxor, infantem puerum pepererat, quem huic elephanto, lingua vtens Indica, quam elephanti intelligunt, credidit. Vt vero is primum sibi creditus est, illum diligebat, & custodiebat, ex eoq; proxime adiacente magnam voluptatem capiebat: cum ploraret, oculos tum auertebat tum vero ab eo dormiente muscas abigebat: Arundines ei pro pabulo obijciebantur, quas, & omnem cibum, nisi puer adesset, reijciebat. Nutrix igitur necesse habebat postea quàm eum lacte compleuisset, elephanto curatori apponere, vel omnino elephantus non parum iracundia incitabatur, ac nonnunquam in verbera erumpebat. Interdum etiam cum vagiret infans, cunas vbi iaceret, mouebat: sicq; eidem ipsi ex hoc motu oblectamenta & solatia, sicut nutrix, afferre studebat, Aelianus. Eandem historiam, quoniam perelegans est, & paulò aliter refertur ab Athenæo lib. 13. vt ex tempore inde transfluli

[illegible] Plutarchus (inquit) libro vicesimo mirificum elephanti in puellum amorem his verbis describit: Mercator Elephas, & cum eo fœmina, quam Nicæam vocabant: cui moriens Indi vxor infantem suum dies natu triginta appositum commiserat. Mortua igitur muliere, mirabilem quendam bellua infantis amorem concepit. Nam ne vnquam à se infantem non sustinebat, & nisi conspiceret indignabatur. Quamobrem quoties cum lactasset nutrix, mox inter pedes belluæ collocabat in cunis: quod nisi faceret, elephas cibum recusabat. Tota autem deinceps die, dormiente puero, calamo vel aliud quippiam de pabulo tenês muscas ei depellebat. Quòd si ploraret, cunas protinus ita mouebat, & sopiebat ipsum. Idem & mas elephantus sæpenumero factitabat. Læsi dicuntur offensam memores esse, longoq; tempore post iniuriæ vindictam reddere. Qui ad boues accedût, rubram (puniceam) vestem iccirco non ferunt, neq; item splendidam (claram) qui ad elephantos appropinquant: quod certè eiusmodi colore eas bestias constet efferari, Gillius ex Plutarchi connubialibus præceptis. Idē Plutarchus in libro de Alexandri fortuna, tauros phœniceis irritari efferatiq; scribit elephantos verò albis, vt Cælius obseruauit. Elephas timet album colorem. Theuetus. Pullos suos, adhuc à partu recentes, nunquam deserût ac sanè in illis à periculo tuendis constantissimè permanent, prius q; animam amittunt, quàm suos catulos deserant, Aelian. Idem, Quantus, inquit, matrum in hoc genere in sobolem suam sit amor, multis (inquit) etiã aliunde argumentis constat, hoc verò præcipuè: Cum in foueam pullum suum incidisse mater perspexisset, ne minimam quidem moram interposuit, nec eius cursum vlla ad pullum consequendum segnitia tardauit, quin vehemẽti dolore affecta, quanto maximo posset incitato incursu, in delapsum filium præceps ageretur; amboq; eodem casu morte occumberent: hic quidem materno pondere pressus cõtereretur: illa verò præcipitata, caput diffringeret. [illegible] Tzetzes. Duplici tum corde, tum sensu animi elephantus esse dicitur, & altero quidem ira incendi, altero mitigari & leniri Maurorum sermonibus peruagatum est, Aelian. Amnem transituri (syluestres scilicet, vt Plutarchus addit) minimos præmittunt, ne maiorum ingressu atterente alueum, ẽrescat gurgitis altitudo, Plinius & Solinus. Traijcit prior, cæteris hoc sese dans, natu simul & mole minimus; cæteri interea ad ripam astant, quantumq; flumen ille magnitudine superet, speculantur: quæ res exercitui reliquo non dubiam ad traijciendum spem facit, Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Elephantorum flumen transmittentium minores natu sese traijciunt primi: hi verò qui sunt confirmata ætate iam grandes, fluctibus obruuntur, duntaxat promuscidibus extra aquam eminentes, teneros verò pullos dentium proiectorum eminentia matres ferunt, ac simul tanquam vinculo promuscide illos complectentes, transuehũt, Aelianus & Philostratus. Masculi pullos manibus sursum impellunt: lactentes autem deferunt matres, vel manibus suis, vel geminis dentibus, Tzetzes. Apollonius cum videret elephantos hoc modo Indum flumen transeuntes, Hæc (inquit) ô Damis, nullo iubente ex se ipsis naturali quadam prudentia ac sapientia faciũt. Vides enim quo pacto sarcinarum vectores imitati suos deferant pullos, vinculis, ne fortè cadant, eos complexi (Video, inquit Damis, &c. sed cur tam imprudentem, sibiq; inutilem tranationem faciunt? Præcedit enim, vt vides, omnium minimus, ipsum verò sequitur paulò maior, & post ipsum alius, ita vt eorum maximi postremi sint: oportebat autem contrarium ordinem in transeundo seruare, maioresq; tanquam muros & propugnacula cæteris facere. Tunc Apollonius, Minimè verò, inquit: Primum enim Ipsi insequentes homines fugiunt: oportebat igitur contra insequentes hostes à tergo muniri, sicut in pugna fieri videmus. Insuper si eorum maximi prius flumen transissent, ignotum erat an fluminis altitudinem cæteri minores possent superare: illis enim facilis esset fortasse transitus cum sint proceriores: his verò impossibilis forsitan esset, quod altitudinem aquæ superare non possent: sed cum eorum minimus transierit, facilem esse cæteris transitum demonstrat. Insuper maiores prius euntes profundiorem alueum sequentibus faceret subsidente limo, & in fossam secedente, propter belluæ pondus & magnitudinem pedum: minores verò nequaquam tranationi maiorum officient, minorem in alueo fluminis concauitatem facientes, Hucusq; Philostratus. Mutianus ter consul author est se vidente Puteolis, cum aduecti è naue egredi cogerentur territos spacio proculpontis à continente porrecti, vt sese longinquitatis æstimatione fallerẽt, auersos retrorsus isse. Plin. Alienæ quoq; regionis intellectu creduntur maria tranaturi, non ante naues conscendere, quàm inuitati rectoris iureiurando de reditu. Plin. Maria transmeaturi naues non prius subeunt, quàm de reditu illis sacramentũ luatur, Solin. Circa dentes belluis summa cura, alterius mucroni parcunt, ne sit prælijs hebes: alterius operario vsu fodiunt radices, impellunt moles, arbores extirpant, Aelianus,) Plinius, Solinus, Aelianus, & Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Cum ab Indis hominibus arborem elephanti radicitus extrahere coguntur, non prius ad eam exstirpandam aggrediuntur, quàm quatefecerint ac tremefecerint arborem, sic periclitantes, certi ne possit, an omnino inuictam ab impetu sit se prætatura, Aelianus.

Elephanti iussa faciunt, Plin. Nearchus author est adeò mansuescere elephantos, vt lapidem ad scopum iacere, & armis vti, & optime natare (ἐπίστασθαι) ediscant, vt maxima possessio existimetur elephantorum cuiquis, Strabo. Mutianus ter consul author est, elephantum quendam & literarum ductus Græcarum didicisse, solitumq; percumbere eius linguæ verbis, Ipse ego hæc scripsi, & spolia Celtica dicaui, Plin. Hæc verba si Græce scribantur, heroicus versus constituitur hoc modo: Αὐτὸς ἐγὼ τάδ' ἔγραψα καὶ Φυσσόμενος κλέος ἧκα, vt Stpontinus citat, sed absq; authore. Ego, inquit Aelianus recte & ordine in tabula quadam Latinas literas vidi elephantum scribere: veruntamen docentis manus subijciebatur ad literarum figuram & lineamentum instituens animal: cumq; elephantus scriberet, eius oculos immotos, & deiectos esse perspexi, vt grammaticum quendam dixisses. Elephas terribilis est ille quidem & vastus corpore: sed adeò homini obnoxius, vt tantam molem in ludicra verterimus, & spectacula panegyrica, quando saltationes condiscit, &c. Cælius. Apud Indos Arrianus scribit, elephantes quoq; saltationem docere & exercere. Idem, Turpes esseda quod trahunt bisontes, Et molles dare iussa quod choreas Nigro bellua nil negat magistro, Quis spectacula non putet deorum? Martialis. Motus quosdã bellicos ædit, velut ostendens quod hæc etiam disciplinam seruat, Aelianus. Germanici Cæsaris munere gladiatorio, quosdam inconditos motus ædidere saltantium modo. Vulgare erat per auras arma iacere non auferentibus ventis, atq; inter se gladiatorios congressus ædere, aut lasciuiente pernicitate colludere. Postea & per funes incessêre: lecticis etiam ferentes quaternas singulos, puerperas imitantes: plenisq; hominũ triclinijs accubitu, ière per lectos, ita libratis vestigijs, ne quis potantium attingeretur, Plin. Ad numerum saltare, inquit Aelianus, tibiæ auditione demulceri, curiosum tardare ad soni tarditatem seq; remittere ad remissionem tibiæ rursus cum acute sonans impellit, festinare, discendo assecuti perfecte elephãtus solitus est. Neq; vero natura modò illũ summa ex omnibus animalibus magnitudine ornauit, sed & disciplina mansuetum, & tractabilem edidit. Elephanto ad morum mansuetudinem & facilitatem ei dito

nihil

ſil mitius, nihil ad id quod volumus obtemperantius eſt. Cum Tiberij Cæſaris nepos Germanicus gladiatorũ ſtaculum edidit, plures iam grandes vtriuſq; ſexus elephanti Romæ erant, è quibus alij pleriq; generati extite-at, quorum artus interea dum committebantur, & confirmabantur, & membra infirma conglutinabantur, pe-is vir ad pertractandos eorum ſenſus, animosq;, nunc eos diſciplina manſuetiori, nũc terroris & mirificæ ver-ationis plena excipiens, erudiebat. Primum enim eos maxima lenitudine & mollitudine, cibos nimirum ille-iris & varietate ſuauium inuitamentorum refertos indulgens, ad diſciplinam informabat, vt ſi quid eſſ. t agre-expelleret, ex feritate ad manſuetudinem & quaſi ad humanitatem quandam transformaret: ſicq; eos modera-ar, vt feritate expulſa, diſciplinis & muſicæ ſtudio operam darent, tympanorum ſono nihil exterrerentur, pe-in ingredientium ſtrepitum, cantumq; miſcellaneum ferrent: eos præterea exercebat ad nõ formidandam ho-num multitudinem. Illa vero virilis diſciplina, nõ ad grauem plagarum ictum exeandeſcere, coactos membrũ quod ad ſaltandum flectere, non rabioſè (cum eſſent maximo robore præditi) incitari. Cũ magiſter elephan-um ſpectaculum edidit, ij tempore ſuo ſpecimen dederunt, ſe recte inſtitutos eſſe, illumq; in ſeipſis erudiendis n operam perdidiſſe oſtenderunt: nam duodecim numero theatrum ingreſſi, compoſito gradu incedeba-t. ac o corpore diſſluebãt, tanto ornatu, nimirũ ſtolis ſaltatorijs induti, ſolaq; magiſtri ſignificatione vocis ordina-inſtructi, vt ferunt, gradiebantur. Ac vero rurſus, ſi illis hoc imperaretur, in orbem ſaltabant, eundemq; orbẽ imperantis vocem repetebant, atq; nunc flores pauimentũ ornabant ſpargentes, nũc modeſte pedibus terram ſantes muſica moderatam ſaltationem vna cõſenſione obibant. Hactenus Aelian. Certum eſt vnum tardioris enij in accipiendis quæ tradebantur, ſæpius caſtigatum verberibus cadẽ illa meditantem noctu repertũ, Plin. phantũm cæteri quidẽ hoc potiſſimum mirantur, quod diſcendo & doctoribus ſe præbendo, in hominũ cœ-us cas-m geſtu figuras & varietates effingat, quarum elegantiam ac copiam vix ipſa hominũ induſtria exprime-aut memoria compl. cti facile poſſit: ego vero hiſce magis ex affectibus motibusq;, quos ſuapte ſponte citraq; ctrinam tenet, velut ſimplicibus & impermixtis ac ſynceris, æſtimandam beſtiæ intelligentiam putãrim. Nam omæ certum eſt cum haud ita pridem ad geſtus quoſdã miros indipiſcendos, & motus euoluru difficillimos in-minandos antea quidem inſtituti fuiſſent, vnum tardioris ingenij, quia ægrius hæc aſſequebatur, vbilibet peſ-ac audientem & verberibus ſæpe caſtigatum, deprehenſum noctu cadẽ illa ex ſeſe ad lunam meditantem mol-inte mq;. Hæc Plutarchus in libro Vtra animaliũ, &c. Vidi ego elephantum cymbalo ludentẽ, alioſq; ſaltantes. ymbala autem ſingula vtriq; cruri anteriori appenſa erant, & aliud appellatæ proboſcidi. Ille alternis vtrunq; in aribus cymbalũ proboſcide feriebat numeroſè: alij circumcirca ſaltantes tripudiabãt: & alternis anteriora cru-tollentes flectentesq; numeroſè ingrediebãtur, ita ſcilicet vt cymbalorũ ſono admonebantur, Arrianus in In-gis. Elephantum mimus Aethiops iubet ſubſidere in genua, & ambulare per funẽ, Anneus Seneca in epiſtolis. ũrum maximè & aduerſis quidẽ ſumibu- ſubire, ſed regredi magis utiq; pronis, Plin. Illa vero vel ad ridiculè in-niendum ſpectatorẽ inducere poſſint, in theatri harena humiles lectos ſpectare, vario ſtragulo textili & magni-is operibus picto ornatos: lauta itẽ pocula & argenteas crateras, aureasq;, permulta aqua repletas, meuſasq; ma-oificas, tanto pane & carnibus extructas, vt vel edaciſſimorũ animalium ventrẽ implere potuiſſent: omnibus ita cte apparatis, cũiuæ intromiſſi ſunt elephanti, mares ſex, virili veſte induti, totidemq; fœminæ, ſtola muliebri matæ, decorè epulis accubuere, ac in menſam promuſcides tanquã manus porrexerunt, ſummaq; cũ modeſtia putati ſunt: neq; ex ipſis quiſpiam viſus eſt vorax, neq; maioris partis rapax. Cum eſſet bibendũ, vnicuiq; cratera ehibebatur, & hi quidẽ promuſcidibus potionẽ haurientes, moderate bibebant: deinde circunſtantes leuiter & ltiue, ſiue cõrumelia aſpergebant, Aelian. Elephantus omnium ferarum mitiſſimus & placidiſſimus eſt: quippe in permulta officia & eruditat, & intelligat: quando etiam regẽ adorare condiſcit, Ariſtot. Nã quod ad docilitatẽ tinet, regẽ adorant, genua ſubmittũt, co-onas porrigunt, Plin. De ſupplice elephante Martialis tetraſtichon,

Quod pius & ſupplex elephas te Cæſar adorat, *Hic modo qui tauro tam metuendus erat:*
Non facit hoc iuſſus, nullog, docente magiſtro, *Crede mihi, numen ſentit & ille tuum.*

Elephantus Indorum regem ad ſorum euntem, primus adorat. Huic præeſt rector, qui illum huius inſtituti commonefacit, ipſiq; memoriam diſciplinæ inſtrumenti quo illum moderatur pulſu, atq; voce Indorum propria re-uocat, cuius natura quadam admirabili recondita elephanti intelligentes ſunt, Aelianus. Viginti quatuor elephanti Indorum regi permanent cuſtodes alternis vigilijs alij alijs in ſtationem ſuccedẽtes tanquam cæteri cuſtodes homines. Sapientia item quadam Indica ad vigiliarum diſciplinam erudiuntur, ne inter cuſtodias ſomnũ capiant. Eligitur ad vigilias agendas præſtãtiſſimi excubitores, & à ſomno inuictiſſimi, & ſecundum homines fidiſſimi illic ſunt, Aelianus. Elephantorum alij paluſtres, alij montani, alij campeſtres. Paludibus capti, dementes, ferocesq; ſunt: Montani, prauiq; atq; inſidioſi, & niſi cum pabuli inopia premuntur, nihil tutum ab eis expectandum: Campeſtres manſueti & lenes, & imitationis ſtudioſi: ſcribunt igitur atq; tripudiant, & ad fiſtulæ ſonitum ſaliunt, pedibus terram ſaltando ſubleuant, Philoſtratus Elephas animal eſt proximum humanis ſenſibus. Quippe intellectus illis ſermonis patrij, & imperiorum obedientia, officiorumq; quæ didicêre memoria. Amoris & gloriæ voluptas: imo vero, quæ etiam in homine rara, probitas, prudentia, æquitas, Plin. Iuxta ſenſum humanum intellectum habent, memoria pollent, ſyderum ſeruant diſciplinam, Solin. Atqui Plinius eo in loco, non diſciplinam, ſed religionem venerationemq; ſyderum, Soliſq; ac Lunæ eis eſſe dixerat. Valent ſenſu & reliqua ſagacitate ingenij excellunt, Ariſtot. Θυμοφόρα δὲ μάλιστα τῶν ἄλλων ἐστὶ ζώων ἐλέφας, Arrianus. Nomina ſua nouere, Linguam Indicã elephanti intelligunt, Aelian. Peruagatum eſt ſicut Oppianus ait, elephantos inter ſe loqui, φθεγγομένων ἀλλήλοις, Arrianus. Horũ verò collocutionem non omnibus quidẽ, ſed ſolis domitoribus notã eſſe: Itemq; cum vicini ſunt ad moriendum, diuinatione quadam animi præſcire fatalẽ neceſſitatem. Vidi elephantos quoſdam, qui prudentiores mihi videbantur, quàm quibuſdam in locis homines, Vartoman. Tanta huic belluæ cum genere humano ſocietas, tamq; propè accedit ad hominis ingenium, vt Cicero non vereatur affirmare, nõ paruam nationem hominum ſenſu ac ingenio eſſe multo inferiorem, Gillius. Elephanto belluarum nulla prudẽtior, Cicero 1. de Nat. Elephantorum acutiſſimi ſenſus, Idem 2. de Nat. Omnium quadrupedum ſubtilitas animi præcipua illis perhibetur Plin. Antipater tradit agnitum in ſenecta multos poſt annos, qui rector in iuuenta fuiſſet, Plin. In Syria elephantum ſcribit Agnon, cum in ædibus cuiuſdam aleretur, ac ſeruus qui additus curator erat, de demenſo quotidie ſubtraheret, dimidioq; belluam fraudaret ſedenim hero iam aliquando præſente conſideranteq; demenſum totum ſolueret, toruetuentem, ac promuſcida contrahentem, hordei partem additam repuliſſe, ac quàm exactiſſime ſeparauiſſe, ſeruiiniuriam hoc nimirum pacto ad herum deferentem. Alium vero cum lapides & terram ma-

gũter ad explendam mensuram pabulo miscuisset, ipsum ex foco correptum cinerem in ollam magistri, elixis iam carnibus miscisse, Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Aelianus eandẽ historiam paulò aliter narrat. Cum is (inquit) qui hordeum huic admetiendi procurationẽ habebat, hordei partem subtraxisset: illiusq; in locum lapidibus suppositis, ipsi debitam tamen mensuram cumulatè seruasset, vt dominum vtriusq; si quãdo vidisset, falleret: Elephantus videns eum qui sibi debitum fraudabat polentam coquere: primum promuscide pabulum collegit, deinde in ollam infudit, sicq; solerter iniurijs, iniurias sibi illatas vltus est. Circa Lichan (in extrema Africa) pluuialium aquarum lacunæ sunt, quibus arefactis elephantes proboscide ac dentibus puteos effodiunt & aquam inueniunt, Strabo lib. 16. De calliditate ipsorum, qua vtuntur, cum premuntur à venatoribus, vel in foueas ab eis factas inciderunt, dicemus cap. 5. Mirum in plerisq; animalium scire quare petantur, sed & per cuncta quid caueant. Elephas homine obuio forte in solitudine, & simpliciter oberrante, clemẽs, placidusq; etiam demonstrare viam traditur. Idẽ vestigio hominis animaduerso, priusquam homine, intremiscere insidiarũ metu, substistere, olfactu, circumspectare, iras proflare, nec calcare, sed erutum proximo tradere illum sequenti, nuncio simili vsq; ad extremum: & tunc agmen circumagi, & reuerti, aciemq; dirigi: adeò omniũ odori durare virus illud maiore ex parte, ne nudorum quidem pedum, Plin. Tum sagacissime odorantur, tum acerrimis sensibus existunt: tum vero ex his, partim antegredientes, partim subsequentes, ordinatim eunt, atq; horũ primus narium sagacitate herbam ante pedes suos positam sentiens humanis vestigijs esse transitam, eam euellit, & ei, qui a tergo proximus est, odorandam tradit: is rursus alteri, qui post eum stat, ac deinceps per omniũ quasi manus sagaciter contrectatur, quoad ad illum ipsum qui extremum agmen ducit perueniatum fuerit: is simulac olfecerit, barritum vastum ad dens. quasi signum ad fugam dat. Hi tunc in conualles profundas, aut in loca cõcaua & palustria, vel si minus id concedatur, in nemorosa campestria, ab eo loco iter auertunt, prorsusq; se totos auertunt ab his locis, quacunq; frequẽtes homines iter facere solent: quòd ab hominibus, vt animalibus sibi infestissimis, timeant. Aelian. Differunt inter se elephantes mirum in modũ robore, atq; animo. Sunt apud Indos in vsu rei bellicæ non solũ mares, sed etiã fœminæ, veruntamẽ fœminæ pauciores sunt, & longe timidiores Aristot. Elephantorum generis fœminæ multò pauidiores sunt, Plinius & Auicenna. Quamobrẽ miror quod Vartomannus scribit fœminã multò robustiorem alacriorẽ, magisq; magnanimã esse quàm mas sit: Et fœminas quasdã planè viriles reperiri: Nihil forsan interpres eius errauit. Antipater author est, duos Antiocho regi in bellicis vsibus celebres cũ cognominibus fuisse, Aiacem & Patroclum. Antiocho vadum fluminis experienti renuit Aiax alioquin dux agminis semper. Tum pronunciatũ, eius fore principatum qui transisset, ausumq; Patroclum ob id phaleris argenteis, quo maxime gaudẽt, & reliquo omni primatu donauit. Ille qui notabatur inedia mortẽ ignominiæ prætulit. Mirus nanq; pudor est, victusq; vocẽ fugit victoris: terram ac verbenas porrigit, Plin. Herbam victori à victo tradi soliram, vel ex prouerbio constat.

Religio illis syderum quoque, Solisq; ac Lunæ veneratio, Plin. Luna nitescente gregatim amnes petunt, mox aspersi liquore, Solis exortum motibus, quibus possunt, salutant: deinde in saltus reuertuntur, Solin. Authores sunt in Mauritaniæ saltibus ad quendam amnem, cui nomen est Amilo (aliàs Anulo) nitescente Luna noua greges eorum descendere, ibiq; se purificantes solenniter aqua circumspergi, atq; ita salutato syderc in syluas reuerti, vitulorum fatigatos præ se ferentes, Plin. Historicus Dion pergere elephantes ait ἐπὶ τὸν ὕδωρ ἀένναον. id est, ad aquam perennem, Celius 13. 18. considerandum relinquẽs an Plinius ἀένναον ex authore aliquo ceu proprium nomen transtulerit, qua voce deprauata Anulum librarij scripserint. Ab interlunio recrescente luna, elephantos intelligo quadam naturæ recondita notione, ex syluis primum, vbi pascuntur, ramos decerpere, eosq; deinde sublimes ferre, tum vero ipsos ad lunam suspicere, ac leuiter ramos mouere, tanquam supplicationem quandam lunæ prætendentes eis ipsa vt propitia existere velit, Aelian. Visi sunt fessi ægritudine, quando & illas moles infestant morbi herbas supini in cœlum iacientes, veluti tellure precibus alligata, (aliàs allegata,) Plinius: Aelianus (vt mox subijciam) hoc eos moribundos facere scribit. Iuba supplices dijs immortalibus esse tradit: quippe qui suopte ingenio & mari lustrentur, & surgentem Solem adorent proni, promuscide velut manu in cœlum sublata: vnde charissimum dijs animal esse constat (ex Ptolemæi Philopatoris facto, qui elephantos quatuor immolauit, vt cap. 8. dicã) Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Exoricntem solem elephanti venerantur, promuscidem, tanquam manum aduersus solis radios alleuantes. Itaq; hos ei charos esse & egregie diligi Philopator Ptolemæus testis est nobilocuples. Is sanè post partam victoriam eius belli quod cum Antiocho gessisset, cũ quàm gratissimus aduersus solem, quẽ deum existimabat, esse vellet, proq; victoria ei gratias persolueret, tum alia magnifica sacrificia fecit, tum vero quatuor elephantos, bene magnitudine grandes, existimãs se sic deum religiosè colere, primum immolauit: deinde cum in somnijs minis dei perculsus fuisset, ob inuisam numini talem hostiam, religionis metu permotus, pro immolatis ex ære quatuor elephantes in honorem Solis excitauit: hoc vt supplici facto hûc sibi placatum efficeret, Aelianus, & Plutarchus loco proxime citato. Elephanti cadauera sui generis sepeliunt, Tzetzes. Eadem de religione ipsorum cum in alijs sepeliendis tum sub suam cuiusq; mortem, Aeliani verba hæc sunt: Vt Aethiopum (inquit) sermonibus peruagatum est, elephantus, cum alterum perspexerit mortuum, nõ præterit, quin humum promuscide hauftam, velut sanctam & mysticam inijciat, communem naturã miseratus mortuo parentari, vt nec aliquid impie committat: nam hoc quidem ipsum non agere, execrabile ducit. Quare ad hoc nefariũ scelus vitandum, satis est ei vel ramum inijcere, quo facto, abit, communem omnium finem non aspernatus. Tum etiã auctoris sermo permanauit, elephantos cum ex vulnere, siue id in bello, siue in venatione acceperint, vicini sunt ad moriendum, aut obuiam herbam, aut fortuito obiectum puluerẽ alleuantes, in cœlum suspicere, eumq; puluerem, herbámue iacere, & simul voce sua propria lamentari, & miserabiliter supplicare, tanquam deum ob ea quæ iniuste, & indigne sustinent, obtestantes, Aelian. Patres suos ætate grandes nutriunt Tzetzes. Ætate affectis iuniores de legitimo cibo cedunt (quod etiam Tzetzes testatur) eosdemq; summa & obseruantia colunt, & à periculis seruant. In fossam delapsos, iectis fruticum fascibus subtrahũt, quibus tanquam scalis senectute graues ascendentes, liberantur, Aelian. Et rursus, Iuniores, vel labores, vel pericula suscipiunt, & antecedentibus ætate, de cibo & potione concedunt, propter obseruantiam per quam cultu quodã, & honore natu maiores dignandos existimant. Nunquam enim neq; ex senectute infirmum, neq; eum qui morbo teneatur, sui gregales deserunt: sed & laudibus ei permanẽt, eiusq; cum cæteris in rebus studẽt incolumitati, tum vero etiamsi ipsi infectatione urgeantur, pro eo propugnant, & saucios, & fessos curant: ac integri, à vulneribus hastas & iacula è corpore sauciorum tanquã chirurgi periti extrahunt, ve ne homines quidẽ scientius. Hæc Aelian. Natu grandiores & minores, infirmos etiam, & fessos ac saucios quantoperẽ curent, sequẽti capite dicam in venatione ipsorum. Cæterum quanto erga

am ducantur amore, ſuperius explicaui. Abſtracti à ſuis elephanti ſedibus patrijs, quamuis vinculis primum & me, deinde varijs cibariorum blandimentis manſuefacti ſint, tanta tamen naturalis ſolis illecebra tenentur, vt riæ memoria eis obſcurari & euaneſcere nequeat. Quare cum horũ pleriq; grauiſſimo mœrore ſuſcepto con-ſiuntur: tum vero quidam ex his, vberrime flentes (vt Tzetzes etiam ſcribit) tantam lachrymarũ vim profun-ant, vt oculorum ſenſibus capiantur, Aelian. Antipater diuinationem quandam iuſtitiæ elephantis ineſſe tra-. Nam cum Bochus rex triginta elephantis, totidem in quos ſæuire inſtituerat, ſtipitibus alligatos obieciſſet, ecurſantibus inter eos qui lacеſſerent, non potuiſſe effici, vt crudelitatis alienæ miniſterio fungerentur, Plin. ephantus quantopere auerſetur & oderit adulteria, hiſtorijs aliquot ab Aeliano relatis probabimus: Elephas idam (inquit) cum vxorem ſui domitoris & altoris ſtuprari manifeſtò deprehendiſſet, ambos, & eum qui ſtu-am inferebat, & eam qua cum id faciebat cornibus transfigens, interfecit, ac in ſtragulis conſtupratis, & lecto alterato iacentes reliquit. Vt verò primum elephanti rector veniſſet, & manifeſtò nefarium facinus, & huius dicem cognouit. Hoc quidé factum, ab India huc ad nos manauit. At Romæ aliud ſimile euenиſſe audio præ-quam quòd addunt, ibi elephantum non vtrunque modo occidiſſe, ſed & ſtragula veſte eos texiſſe, & nutritio enienti ſtragulam reieciſſe, & retexiſſe, & proxime inter ſe iacentes demonſtraſſe. Ita ille tum facile iniuriam tam ſibi fuiſſe intellexit, tum etiam maxime facinus ei liquebat, vbi cornu quo ipſos cõfixiſſet, cruentum per-xit. Et rurſus, Cum quidam cicuris elephanti moderator, coniugem non illam quidem amabilem, ſed ſanè di-em haberet, amoris oculos primum ad aliam adiecit: deinde eam vxorem ducere ſtudens, alteram priorẽ ſtran-nauit, ac prope ab elephanti præſepi homo præcipiti conſilio non defodit modò, ſed alteram quam amaret, in trimonium duxit. Elephantus autem cum tanti facinoris conſcientia incitatus, tum vero ſuapte natura à malis horrens, nouam vxorem eò perduxit, vbi humata altera iaceret, eadauerq; dentibus refodiens & denudans quæ ere nequiret, ex ipſis operibus hæc mulieri oſtendere conabatur. eam edocens, quibus eſſet moribus præditus mi ipſa nupſiſſet, Hactenus Aelian. Si quem ex magiſtris curatoribúsue (Ἐπιστάτας καὶ θεραπευτὰς) per iram erfecerint, adeò illum deſiderant, vt præ mœrore à cibo abſtineant, idq; interdum etiam ad mortem vſq;. Stra-, Quidam iracundia permotus cum ſeſſorem ſuum occidiſſet, tam valde illũ deſiderauit, vt pœnitudine & mœ-e confectus obierit, Arrianus in Indicis. Non eſt omittenda etiam illa Aeliani hiſtoria, qua mirificũ elephanti ſidam alibi amorem & gratitudinem prædicat, quais Indum nutricium ſuum proſecutus eſt. Cum Indus (in-t) quiſpiam elephanti album pullum offendiſſet, atq; hunc etiam nunc tenerum aluiſſet, & paulatim manſue-iſſet, eoq; deinde veheretur, & beluam amaret, & viciſſim redamaretur ipſe, ac ſimul ſuam elephantus educa-nem, cum maximis amicitiæ officijs, huic Indo compenſaret: Indorum rex id intelligens, munera poposcit ſibi phantum mitti. Is vt vehementi riualitate flagrans, amatorie dolebat, ſi hunc alius quàm ipſe eſſet habiturus. q; negans ſe daturum, vnà cum elephanto in deſertiſſimam regionem perfugit. Rex autem id ægrè ferens, ad n inſequendum miſit, qui Indo auferrent. ſimul & illum comprehenſum ad pœnam reducerent. Cum eò ve-ſent, vbi erant transfugæ, comprehendereq; aggreſſi fuiſſent: ex ſuperiori loco lapidibus eos homo appetebat, iterq; elephantus, vt iniuria inſigni accepta, illorum impetum repellebat. Vbi Indus lapidatione facta percuſ-, de loco, vnde ſe defendebat, præceps deiectus fuiſſet, elephantus hominum more acerrimè ſe tuentium, pro nutricio cum propugnauit, tum vero ex inuadẽtibus partem occidit, partem in fugam impulit: tum altorem n promuſcide circumplexus, ad ſtabula inuexit, ac tanquam amicus permanſit fidelis amico, beneuolentiam endens, qua admirabili ſuum educatorem proſequebatur, Hactenus Aelianus. Quid Porro regi in illa aduerſus exandrum pugna ſaucio, nonne multa elephas ſpicula leniter ac citra dolorẽ promuſcide vulneribus extraxit? um eſſet grauiter vulneratus, ipſe quoq;, non ante abiecit ſe tamen, quàm exanguem & nutabundũ regem in-ſigeret, hic enim vt ne durius ille caderet, ſenſim ſe humi prior demiſit, velut ſtratum hero incumbenti præbẽs, tarchus in libro Vtra animalium. Et rurſus, Iam chirurgicen elephantos callere certò traditur: quippe ſpicula haſq; & tela vulneratorum corporibus aſtantes extrahunt, idq; citra conuulſionem & damnum. Qui primus quam prædam repererit, regreditur, vt & ſuos gregales ad hoc ocet, Aelian. Foſſas quomodo tranſeant, quum vẽ-tione premuntur: & quomodo illapſis egrediendi facultatem parent, capite quinto dicemus.

Elephanti ſunt natura mites & manſueti, vt ad rationale animal proximè accedãt, Strabo. Elephas animal do-& ſyluaticum, Leo Africanus. Maximè omnium ferarum diſciplinæ capax eſt: vbi ſemel ad hominem adſue-, ab eo omnia patitur, ex eoq; morum ſimilitudinem in ſe transfert, neq; aliter quàm parui canes ex hominis nu gaudet cibum ſumere, atq; ad ſe accedentem promuſcide complectitur, eumq; caput intra fauces immit-e facile tandiu patitur, quoad homini libitum fuerit: hoc enim in eorũ paſtoribus (νομέσι) fieri videmus, Phi-ſtratus. Ipſius animalis tanta narratur clementia contra minus valida, vt in grege pecudum occurrentia manu ſoueat, ne quid obterat imprudens: nec niſi laceſſiti noceant, ideoq; gregatim ſemper ambulent, Plin. Ineſt il-clementiæ bonum: quippe ſi per deſerta vagabundum hominem forte viderint, ductus vſq; ad notas vias præ-nt: vel ſi confertis pecoribus occurſitent, itinera ſibi blanda & placida manu faciunt, ne quod obuium animal rimant, Solin. Non homini, niſi laceſſiti, quicquam nocent: tum enim promuſcide tanquam manu compre-ſum cum ad teli iactum iaculantur: vt ſæpe, antequam terram contigerit, moriatur, Gillius. Plutarchus affert, imæ etiam elephantum ex pueris, qui promuſcidem ſtulis pupugiſſent, vnum ſublimem corripuiſſe, vt ſtatim m in ſublime, quantum maximè poſſet, iacularetur. At enim ſublato corũ qui aderant clamore, ſenſim & mo-rate rurſus humi depoſuiſſe, exiſtimantem tanto metu iniecto, ſatis illum pœnarum pependiſſe, Gillius ex Plu-chi libro Vtra animalium, &c. Vbi pro his verbis, vt ſtatim cum in ſublime iacularetur, Græcè legitur, Ἀνέβαζε; Ἀποτυμπανίσων: Grynæus ſimplicius vertit, arreptum altéq; ſublatum confecturus videbatur. Ἀποτυμπανίσαι, vt rinus, & Etymologus docent, non eſt ſimpliciter occidere, ſed tympano ferire: id autem lignum eſt, quod alij talen vocant: olim enim hoſtes lignis occidebant, poſtea verò gladio, tum ſeruos tum liberos. (Certum eſt an-rri & æris vſum in pugnis, ſtipitibus duris fudibusq; pręuſtis milites vſos, & ſimiliter nimirum ſecuris aut gla-loco carnifices ligno vel trunco vtebantur: & forſitan inde verbum obtruncare deſcenderit, pro caput ampu-: Capio fuſtem, obtrunco gallum furem manifeſtarium, Plautus: quod poſtea ferè pro quouis modo occidere rpatum eſt.) Et rurſus, Ἀποτυμπανίζειν, inquit Varinus, idem eſt quod decollari, τὸν κεφαλὴν ἀποκόπτειν. τυμπανίζειν Suidas interpretatur εἰκλεῶς φονεύειν, id eſt ignominioſe occidere. Τύμπανα, ξύλα ἐφ' οἷς ἐπιτυμπανίζουσι, ὧν τὸ μὲν πάνυ τὸ παχὺ, ἐφ' ὃ τύπτειν, τὰ δὲ ἐπ' αὐτοῦ ἐκκρεμῆ, ἐν οἷς τὰ ἐπὶ τοῦ ἀνακρεμάμενα τύπτουσι. Suidas & Va-us: (forte ita vt tympana vulgò nota inſtrumenta bacillis pulſantur.) Tympanum lignũ eſt carnificis, quo ſibi

ligno feritur, excoriatur, suspenditur. Tympana in Aristophanis Plutō
lignia sunt quibus caderentur nocentes, Cælius. Varinus cum scribit fuisse ligna id est in quibus
tympanorum supplicio affligebant. videtur indicare ligna quibus imponerentur vel alligarentur fontes. Pollux
libro octauo carnificis instrumenta numerat, gladium, laqueum, tympanum, & venenum. Et paulo post,
Tympanum apud Theodoritum instrumenti tortorij genus est, quo fontes torquentur differunturq; Grammaticus quidam, tympanis
ac fidiculis extendi vt martyres. Cyrillus lib. 8. Fidiculæ numero plurali tantum, sumitur pro instrumento torquendi, ex duobus vt putatur obliquatis lignis compacto, ab extorquenda veritate ac fide: Vel a nerucis funibus,
vinculisq; quibus ad illum modum homines torquendi alligantur, Valla lib. 1. Sed alij potius esse putant tormentum quo fontes à tortore funibus alligati, vulgò torquentur, (appensis scilicet ad pedes lapidum ponderibus.) Cum igitur tam varia sit tympani cum pro supplicij tormentiue genere accipitur. significatio, necessariò etiam formatum inde verbum & sensum habebit multiplicē. Quod ad Plutarchi verba, quibus dicit elephantum ita puerum proboscide sua rapuisse sublimem vt videretur illum ego verterim, violenter illisurus solo: percutiunt enim & illidunt quæ volunt manu elephanti. Videtur autem non simpliciter & semel tantum, sed aliquoties iterum atq; iterum in terrā illidere significare, instar eorum, qui tympana bacillis feriunt. Facile possunt mansuescere elephanti, Aristot. Et alibi, Mites & mansuetudini addicti sunt. Quomodo mansuefiant, vide cap 5. post venationē eorum. &c. Oppianus. Musica capti cicurantur, præsertim Indici, vt capite quinto dicam. Ex Strabonis doctrina didicimus elephantes cantu mulceri, & tympanorum sono Cælius.

Elephanti etiam pugnant inter se vehementer. & dentibus alter alterū ferit: qui autem victus fuerit, adeò animum amittit vt ne vocem quidem victoris toleret, Aristot. Elephantum quomodo expugnauerit canis Indicus, retuli supra in historia Canum robustorum. Magnus Indorum rex quotannis diem vnum proponit, tum hominum, tum bestiarum certamin bus: committūtur autem pugnaturæ inter se & aliæ bestiæ, & elephanti. Elephanti ad certamen vt incendantur, promuscide sponte sua sese verberant, Aelian. Clara est vnius è Romanis dimicatio aduersus Elephantum, cum Annibal captiuos nostres dimicare inter se coēgisset. Namq; vnū qui supererat obiecit elephanto & ille, dimitti pactus, si interemisset, solus in harena congressus, magno Pœnorum dolore confecit. Annibal cum famam eius dimicationis contemptum allaturum belluis intelligeret, equites misit qui abeuntē interficerent. Proboscidem corū facilime amputari Pyrrhi præliorū experimentis patuit. Romæ pugnasse Venerem Sylla tradit primum omniū in Circo Claudij pulchri ædilitate curuli M. Antonio, A. Posthumo Cos. anno vrbis sexcentesimo quinquagesimo quinto. Item post annos 20. Lucullorum ædilitate curuli aduersus tauros. Pompeius quoq; altero consulatu, dedicatione templi Veneris victricis pugnauere in circo 20. aut vt quidā tradunt 17. Cæsar dictator tertio cōsulatu eius, 20. contra pedites quingentos iterū totidem turriti cum sexagenis propugnatoribus, eodem quo priores numero peditum, & pari equitū ex aduerso dimicante. Postea singuli, principibus Claudio & Neroni in consummatione gladiatorū, Plinius. Pugnam illorū primus omnium in Circo dedit Cn. Pompeius Iudis, quibus à se factum theatrum dedicauit, vt scribit Asconius Pædianus. Vide supra initio capitis secundi. Declinas vt lucas boues. Olim resumpto præferoces prælio Fugit iuuentus Romula, Ausonius. Edita munera in quibus elephantos & crocutas, & rigrides, & rhinocerotes, &c. exhibuit, Iulius Capitolinus in Antonino Pio. Qui modo per totam flammis stimulatus arenam Sustulerat rapras taurus in astra pilas, Occubuit tandem cornuto ardore petitus. Dum facilem tolli sic elephanta putat, Martialis, Hæc omnia Plinius lib. 8. cap 7. Elephanto plerique ignem fugiunt, vt ex historijs confirmabimus sequenti capite, vbi de vsu pilorum in bellis dicetur.

Si elephantus feritate effertur, statim ad arietis conspectū mansuescit, Gillius. Elephas furens ariete viso quiescit, ac cōsistere cogitur Cælius ex Symposiacis Plutarchi; & Zoroastres in Geoponicis. Arietis cornua horrescit elephas, Aelianus. Et alibi, Romanos (quoniam non cornua modo arietis, sed etiam suilli pecoris grunnitum oderunt) Pyrrhi Epirotarum regis elephantos in fugam vertisse homines dicūt, victoriamq; amplam ex eo bello retulisse. Elephanti ex animalibus maximè exhorrent hircum cerasten, porcum: quibus sanè machinamentis Romani elephantos Pyrrhi regis primum vertentes, victoria sunt potiti. Volaterranus: qui perperam forte pro arietē cornuto, hircum cerasten reddidit Regem insipientiam fugientem significaturi Aegyptij elephantum (vetus interpres ineptè ceruum reddidit) & arietem pingunt: fugit enim ille cum arietem videt, Orus. Cum Elephanti in venatione fugantur, si eos sic frequētes coactos leones perspiciant, alij aliò in fugam tanquam hinnuli, ab elephantis sibi increbilitter timentes, conijciuntur, Aelian. Iphicrates scribit apud Hesperios Aethiopes leones elephantorum pullos aggredi; quos cum vulnerarint, iam matribus succurrentibus fugere. Illas verò cum filios sanguine maculatos viderint, eos interficere: leones postmodum reuersos cadaueribus vesci, Strabo. Suis grunnitum horrescit elephas, Idem. Et rursus, Cum ab Antipatro Megarenses circumsederētur, acerrimeq; Macedones incumberent, primo in sues pice oblitos incendium Megarei excitarunt, deinde sic incensos in hostes immiserunt. Ii itaq; furore inflammati, cū in elephantorum agmina incurrerunt, tum clamantes, nempe igni flagrantes, quasi quibusdam furijs elephantos incitarunt, & grauiter perturbarunt: hi enim nullum neq; ordinem tenebant; neq; amplius, quamuis à primo ætatis tempore domiti fuissent, mansuefacti erāt: siue quòd sua quadam recondita natura à suillo pecore longè abhorreant, grauiq; in id odio sint: siue etiam quia horum absonum vocis acumen pro horreant. Cuius rei non ignari educatores generis elephantini, vnà cum suibus pullos alunt, ex consuetudine eos vt minus horreant, Hæc Aelianus. Elephantes porcina vox terret, Seneca in libro de Ira. Aegyptij pro rege, qui hominem nugatorem fugiat, elephantem cum sue pingunt: fugit enim is grunnitu sui audito, Orus. Exhorrescit à porcelli recens nati voce, Zoroastres in Geoponicis. Odorem muris (fortè legit pro) vel mā insec-

fugiunte

gium, fabulæ etiam quæ à musculis contacta sunt, recusant, Solinus. Elephantos ad potum venientes in Gangetidæ vermes brachijs binis, sexaginta cubitorum corpore, qui nomen à facie traxerunt, mordicus comprehensa manu eorum abstrahunt, vt Statius Sebosus affert, Plin. 9.15. Elephantorum [illegible] etiam id est, seruorum anima serpentes extrahit, Plin. Draconem elephas perhorrescit, Aelian. Et rursus, Aethiopia (inquit) dracones ad longitudinem triginta passuum progredientes generat, & nomen proprium non habent, sed duntaxat elephantorum interfectores ipsos nominant, & proueniunt ad summam senectutem. Item alibi, Apud Indos, Gangaudio, grauis inter se gerunt inimicitias draco & elephantus. Quare dracones haud inscij imperitiq;, ex arboribus elephantos ramos decerpere in pastus suos solere: in has ipsas arbores primo serpunt, postea cum sui corporis partem dimidiam quæ ad caudam perunet, arborum foliis circumtegunt: alteram partem anteriorem funis instar appensam demittunt: eo cum accessit elephantus ad arboris cacumina colligenda, draco in huius ipsius nares insiliens effodit, & constrictum tenens, inuitato & nouo quodam laqueo strangulat, Hæc Aelian. India elephantos (verba sunt Plinij) bellantesq; cũ eis perpetua discordia dracones, tantæ magnitudinis, vt & ipsos complexu facili ambiant, nexuq; nodi præstringant. Commoritur ea dimicatione victusq; corruens complexum rependere. Mira animalium pro se cuiq; præcipua solertia est, vt ijs (draconibus) vna scandendi in tantam altitudinem difficultas. Draco itaq; iter ad pabula speculatus ab excelsa se arbore injecit. Sentit ille imparẽ sibi luctam: contra nexus: itaq; arborum aut rupium attritum quærit. Cauent hoc dracones, ob idq; grestius primum alunt caudam. Resoluunt illi nodos manu. At hi in ipsa nare caput condunt, pariterq; spiritum præcludũt, & molossas lancinant partes. Iidẽ obuij deprehensi, in aduersos erigunt se, oculosq; maxime petunt. Ita fit vt plerunq; iuxta fame & mœroris tabe confecti reperiantur. Quam quis aliam tantæ discordiæ causam attulerit, niti naturæ spectaculum, sibi paria componentis? Est & alia dimicationis huius fama. Elephantis frigidissimum esse sanguinem, ob id æstu torrente præcipue à draconibus expeti. Quamobrem in amnes mersos insidiari bibentibus arctatis illigata manu in aurem morsum defigere: quoniam is tantum locus defendi non possit manu. Dracones elidere eos, vt totum sanguinem capiant. Itaq; elephantos ab ijs ebibi, siccatosq; cõcidere, & dracones inebriatos opprimi, commoriq;, Hucusq; Plin. Milton vocant Græci minium, quidã cinnabarin: (Cinnabari Galenus & Dioscorides neutro genere proferunt: Plinius & neutro & in fœminino cinnabarin.) Vnde natus error Indico cinnabari nomine. Sic enim appellant illi sanguinem draconis elisi elephantorum morientiũ pondere, permixto vtriusq; animalis sanguine, vt diximus. Neq; alius est color qui in picturis propriè sanguinem reddat. Illa cinnabaris dotis medicamentisq; vtilissima est. At hercule medici quia cinnabarin vocant, pro ea vtuntur hoc minio, id venenũ esse paulò mox docebimus. Cinnabari veteres quæ etiã nunc vocant monochromata (quorum etiam 35. cap. 5. meminit) pingebãt. Cinnabaris adulteratur sanguine caprino, aut forbis tritis. Pretium synceræ numquinquaginta, Hæc omnia de cinnabari Plin 33.7. Idem lib. 35.5. Floridi (inquit) colores sunt, quos dominus omnium præstat, minium, Armenium, cinnabaris, &c. Et lib 13. cap. 1. Vnguentis quidã coloris gratia additum cinnabari & anchusam. Inter elephantos & dracones iugis discordia: deniq; insidiæ hoc æstu præparãtur. Serpentes propter semitas delitescunt, per quas elephanti assuetis callibus euagantur, atq; ita prætermissis prioribus postremos adoriuntur, ne qui antecesserint, valeant vltimis opitulari. Ac primum pedes nodis illigant, vt laqueatis gressibus impediant gradiendi facultatẽ, Solinus & reliqua vt Plinius: Et subinde, Itaq; cum exhauserint sanguinẽ, ruunt belluæ, dracones obruuntur. Sic vtrinq; fusus cruor terram imbuit, sitiq; pigmentũ quicquid fuit tinxit, quod cinnabarim vocant. Taprobana maxima Indorum insula elephantos alit, & serpentes qui omniũ serpentum naturam superant. Hi elephantos aggressi, pedes eorum suis implicant spiris, & in terrã deiectos vorant. Tamen pondere illorum obruti commoriuntur. In horum draconum capitibus multi pretiosissimi lapides inueniuntur, quorum natiua sigilla sunt, ita vt vni huius generis currum fuisse insculptum multi se vidisse affirment: vt Posidippus alicubi in carminibus suis testatur, Ioan. Tzetzes Chiliade octaua. Sanguinem draconis Sericum, quem hemalocoen vocat, non aliter describit quàm Dioscorides quartam sideritidis speciem, nec alias ei tribuit facies, & Galeni de sideritide verba citat. Quarta sanè species sideritidis apud Dioscoridem (apud quem primam quoq; speciem sanguinem Titani cognominatam legimus) vulnera sanat & astringit, quam multifolium putant: & reuera è genere millefolij est qua rustici nostri ad boues & equos vulneratos sanandos vtuntur. Serapionem secuti recentiores etiam, vt Genuensis, Pandectarius & alij, per sanguinem draconis, sideritis herbæ succum intelligunt: non tamen inde paratus in pharmacopolijs reperitur, sed alia tria genera: vnum in lacrymas concretum, quod ex rubrica, qua boli Armeniæ loco plerique hactenus vtebantur & terratur: Alterũ, item arboris lachryma: Tertium, gummi arboris in quo cortices etiã apparent, in lachryma non item: vtrunq; astringit. Vtrunq; è Libya adferri scimus, & ex Aegypto Venetias. Antonius Brasauola. Et rursus in minio hæc inc. Non possum (inquit) aliter suspicari quàm cinnabarin esse guttam illam vel lachrymam (arboris ex Libya quam in officinis sanguinem draconis appellant, nec in vili pretio est. In quo certe color profundus visitur, cinnabaris suæ colore Dioscorides scripsit. Is non ita dudum Venetias adferri cœpit, & paucus quidẽ: vtuntur pictores ad fingendum sanguinem. Apud hos simul & medicos in magno vsu est. Idem sentit Matthæolus Senensis in commentarijs suis Italicis in Dioscoridem. Sanguinis draconis (inquit) color ad sanguinem omnium proximè accedit, translucidus & friabilis est: pharmacopolæ hodie sanguinem draconis in lachrymis vocant, ad eamque etiam adulterati qui in pastillos redactus habetur. Verus enim, vt Aluigus Cadamostus scribit libro quarti nauigationis in Africam, lachryma gummosa & liquida est, ex arbore destillans: cuius vt maiorem copiam nancisci Afri, ferramẽtis quibusdam corticem vulnerant, & collectum liquorem & ad ignem decoctum, sanguinem draconis vocant. Hinc verisimile fit (inquit Matthæolus) hanc esse Dioscoridis cinnabarin, vt quæ ex Africa per pauca quidem afferatur, vnde magno in pretio est. Vires etiam hæmatitæ lapidis habet, & à recentioribus his saris feliciter ad sanguinis sputum, eiusq; fluores, tum alios, tum dysentericos tum mulierebres vsurpatur ob vim astringentem. Accedit quod etiam Dioscoridis tempore cinnabarin sanguinem draconis vocabant: quam ille scribit, insinuans non verè draconis hunc esse sanguinem, sed à colore ita appellatum. Sed apparet non satis constitisse de hoc pigmento, vndénam sumeretur: & multò minus Plinio, qui putasse videtur cinnabarin verum draconis sanguinem esse: nec subijt ei dubitare, quo pacto fieri posset vt sanguis extra venas sicco terræ permixtus, tam viuum sanguinis colorem redderet, qualem ipse cinnabarin reddere scribit, & nostro sanguine draconis Africano manifestè videmus, Hæc ferè Matthæolus. De sanguine draconis (verba Monachorum qui nuper in Mesuen scripserunt) optimè tractauit Ant. Brasauola. Habentur autem venalia

hodie duo genera hoc nomine; quorum alterum fictitium est, ex bolo non Armenia, sorbis contusis, & cabrino hircinó ne sanguine, aliisq; diuersis rebus, in placentarum formam redigi solitum, & furno aut sole desiccari. Hoc vt plurimum in equorum & similium (animalium) remedijs vruntur multi etiam hominum. Alterum verò succus est & lachryma quarundam magnarum arborum, in insulis Lusitanorum nuper inuẽtis copiosè nascentium: Cuius generis arbores Vlyssippone maximas vidimus. Sunt enim tanquam columnæ, vnicæ cimaturæ, (sic illi loquuntur) more palmarum, absq; ramis, folia sunt eis simillima spatulæ fœtidæ, crassiora tamẽ: cortex arboris subcinericeus, & vnà cum tota arbore rubri succi plenus. Arbor tempestiuè scarificata emittit lachrymas sanguineas, quas gummi instar condensatas abradunt è cortice incolæ, nec vilius vendunt. Multi etiam lignum eius frustatim incisum ebullire faciunt, & decoctum igne aut sole condensant, &c. Vtrumq; enim sanguinem draconis appellant. Sed longè melior est lachryma seu succus collectus ligni decoctione. Cæterum an hic sanguis draconis eadẽ vires habeat quas Achillea sideritis (Serapio, vt ex Brasauola supra citauimus, non Achilleam aut Achilleam sideritin, sed simpliciter dictæ sideritidis speciem tertiam sanguinem draconis vocat: Galenus similes vtriusq; facultates facit sed Achilleæ efficaciores magisq; astringentes) nescimus. Sed præstare putamus vti succo sideritidis vel lactucæ authoritate Auicennæ, quàm alia re absq; vllo authorũ testimonio. Hactenus Monachi in Mesuen. Ego has arbores Libycas & in nouis repertas insulis palmarum generis esse conijcio. Nam palmis folia gladioli herbæ folijs comparantur, vnde spathen Græci nominant. Trunci etiam ramorumq; natura eadem. Natales ijdem, loci feruidi & arenosi. Colorem præterea palmarum germina phœniceum siue puniceum habent, vnde arbores ipsæ phœnices Græcis dictæ. Sunt autem illarum tam multa genera, eaq; longè diuersa, vt vix vllius arborum puto plura reperiantur: quò minus mirum fuerit hanc etiam adnumerari. Postremo vires conueniunt. Nam fructus palmarum astringunt, vulnera glutinant: sanguinem excreantibus in cibo commendantur, hæmorrhoidas & dysenteriam cohibent, &c. Actuarius sanguinem draconis, δράκοντος & vel δρακόντιον κοκκύμηλον αἷμα nominat. Cæterum quæ hodie cinnabaris vocatur, idem scilicet nomen propter coloris similitudinem sortita, alia fossilis, alia factitia est, vtraq. metallica & venenosa, nec vllo modo in corpus admittẽda. Illa in fodinis argenti viui reperitur, vt Matthæolus scribit, rubicunda, non admodum dura, sed friabilis, magni ponderis, & argenti viui tam plena aliquando, vt sponte defluat. Factitia ex argento viuo & sulphure fit, sublimatis vt vulgò loquuntur. At minium vulgare hodie vt plurimum fit ex plumbo & cerussa vsta, vnde id ipsum Galeni ac Dioscoridis sandycem esse apparet, Serapionis verò minium, Matthæolus. Georgius Agricola vir tum aliàs in bonis literis, tum in re metallica vnus omnium maximæ authoritatis, cinnabarin siue minium factitium Germanis suis interpretatur *Zinober*: minium natiuum, *berg Zinober*: minium secundarium, *mennig*: quo nomine (inquit) etiam appellatur sandyx: differt autem sandyx, non colore, sed conficiendi ratione à minio secundario. Cinnabari (inquit Galenus) modicè acrem facultatem obtinet, habet verò & astrictionis quippiam.

Elephantum infestum esse ferunt tauris syluestribus Albert. Martialis in Spectaculorum descriptionibus taurum cum elephanto commissum meminit. In Ludis Pompeij Magni visus est rhinoceros. Alter hic genitus hostis elephanto, cornu ad saxa limato præparat se pugnæ, in dimicatione aluum maxinè petens, quam scit esse molliorem: longitudo ei par, crura multò breuiora, Plin. Et alibi, In arbores exacuunt limantq; cornua elephanti, & saxo rhinocerotes. Rhinoceros licet humilior inferiorq; elephanto, cornu tamen (quod in summa nare validissimum gestat, adeò vt ne ferro quidem robore concedat,) laxis exacuto, elephanti crura suo rictu subiens, discerpit & lacerat isq; effuso sanguine decumbit. Pugna eorum est de pastionibus, proijsq; tuendis multi mori dicuntur: ac si aluum non præoccupârit rhinoceros, sed in aliam elephanti partem aberrârit, elephantinis dentibus distrahitur: ac tametsi eius pellis ea existat firmitate, vt ægrè iaculo penetrari queat, tamen tam violẽtus est elephantis impetus, vt eam traijciat, Aelianus. Meminit etiam Oppianus, sed paucis, & Strabo lib. 16. Tigris elephanti quoq; spernit vestigia, Plin. Tigris elephanto longè robustior est, Eustathius in Dionysium, & Arrianus: Insilit in caput elephantis, & facile suffocat, Idem. Gryphes cum alijs animalibus certant, eaq; vincunt; contra leones autem & elephantos non stant, Aelianus.

E.

Elephantum venatio multis in Libya circa Troglodyticam oppidis nomen dedit, vt capite octauo diximus. Africa foueis capit, in quas deerrante aliquo protinus cæteri congerunt ramos, moles deuoluunt, aggeres construunt, omniq; vi conantur extrahere. Antea domitandi gratia greges equitatu cogebant in conuallem manufactam, & longo tractu fallacem: cuius inclusos ripis fossisq;, fame domabant. Argumentum erat ramus, homine porrigente clementer acceptus. Nunc dentiũ causa, pedes eorum iaculantur alioquin mollissimos, Plin. Accepi ex sene quodã fide digno, (verba sunt Alberti ex Auicenna) Indos facere foueas, in quas esca illiciente elephanti aliquando incidant. Illapsum venatorũ aliquis accedẽs, flagro vehementer afficit: tandẽ alius supernenit, qui se elephanto ostendens percussorem illum tanquã cum increpatione & violentia ab elephanto reijcit, & mox elephante in fouea relicto discedit: redit percussor, & rursus flagellans ab altero superueniente repellitur. Hoc sæpius iteratur, ita vt elephas tandẽ agnito liberatore suo, conspectu eius gaudeat: quo animaduerso, aperitur ei via fodiendo qua possit egredi de fouea: egressus sequitur liberatorẽ suum, eiq; paret. Et hoc idem (inquit Albertus) narrauit mihi vir fide dignus, qui regionẽ illam peragrauerat, addens percussorem elephanti horribili colore caput & faciem pingere, & habitu vti alieno, ne postea ab elephanto cicurato agnoscatur, & in periculo vitæ sit. Cæterum Strabo libro decimo quinto, & Arrianus in Indicis, hoc modo eos capi aiunt, vt Gillius transtulit: a quo omissa adijciam, & quædam emendabo: Venatores quatuor aut quinq; stadiorum locum planum & minimè impeditum (ἄπεδον, Strabo, id est nullis arboribus aut fruticibus interceptum: ἀπέδου καὶ καυματώδους, Arrianus. ἀπέδου Varinus planum exponit, καυματώδους æstuosum significat, forte καμπαδώδους legendũ, vt decliuem exponamus, quem Plinius nimirum conuallem longo tractu fallacem nominat, quo scilicet paulatim & tanquam per gradus descenditur) fossa latitudine quinq;, simul & altitudine quatuor cubitorum (βραχυῶν, id est vlnarum,) cingunt: & terra quæ fodiendo eruitur, murorum instar circunquaq; exaggerant. In aggere subterranea latibula efficiunt, in quibus foramina relinquunt, per quæ lucem admittant, vnde accedentes feras intueri possint. Tum ponte (angustissimo, Strabo) multo cespite constrato, ne feræ insidias positas sentiant, fossæ transitus iungitur, ac nimirum ad maiorem ferarum illecebram tres quatuórue ex mansuetioribus fœminas elephantos in claustrum concludunt: venatores in aggeris laubula abstrusi manent in insidijs. Iam verò eiusmodi belluæ loca culta interdiu nõ adeuntes, sed

noctu

e tantum gregatim errantes pascuntur, maximum & præstantissimum ex ipsis ducem, vt boues taurum, se-
cisse ad fossam appropinquantes, cum inclusarum vel vocem vel odorem perceperint, eò confestim accedere
erant, & circum aggeres tam diu concursant, quoad pontem nacti, intra munitiones singillatim ingredium-
autem qui positi sunt in insidijs, pontem celeriter detorquent, alij magna celeritate vicinis proximis vicis
antos inclusos denunciant: quo intellecto, ij in fortissimos quosq; & maximè cicures elephantos ascenden-
cedere contendunt: neq; tamen statim vt eò accesserunt, cum feris pugnam committunt, sed eas primum
ndiu fame & siti frangunt: deinde per pontem repositum ad eos ingressi, cũ ijs iam infirmioribus & afflictis
men instituunt, ac feros siti fameq; & tristitia confectos, cicures expugnant: ac homines ex elephantis deli-
s, (Cum verò iam defessi fuerint, rectorum audacissimi clam descendentes, quisque sui elephantis vterum
nt atq; hinc subitò syluestrium vterũ subeuntes, compedes illis injiciunt. Strabo:) primo compedibus de-
tos deuinciunt: post verò cicures incitant, vt feros vsq; verberent, dum in terrã procubuerint: tum ipsis la-
ad terram abiectis in collum inserunt, (bouillis loris crudis eorũ colla cum domesticis alligant, Strabo:) in
humi stratos ascendunt, & ne sessores excutiant, vel alia quapiam iniuria afficiant, eorum collum acuto ense
em incidunt, & in ipsa sectura funem alligant, vt ob doloris sensum vinculis concedant, & ex feritate con-
cant. Nam collum circumacturis vulnus fune atteritur. Proinde agnoscentes infirmitatem suam vincti du-
r a mansuetis. Eorum autẽ qui sunt ætate vel infirma vel exacta (ἀπὸ γήρως, ἢ ἀσθενείας καὶ ἄλλης τινὸς ἀργίας,
ius:) dimittunt, reliquos in vicos abducunt, (in stabula, Strabo:) & pedibus inuicem vinctis, & collo ad co-
m validam, fame domant, deinde aut herba, aut viridi harundine pascunt. Hi molestia afflicti, pabula recu-
mere illi verò cantibus eos & tympanis & cymbalis demulcent ac deliniunt, Hæc Arrianus & Strabo.

acalias etiam venationis elephantum rationes, ex Aeliano præcipuè, adscribam: & primum quomodo nè
eas incidere cogantur aduersus venatores tum armis tum ignibus resistentes pugnẽt. Insidiæ (inquit) quas
ntis venatores instruxerint non eos facile latent. Nam cum ad foueam, quam contra ipsos suffodere vena-
bolent, proximi accesserunt, seu naturali quadam intelligentia, seu retusa & abdita præsensione, & scientia
futurarũ, à progrediendo vlterius se sustinent: ac quam mox itinere conuerso, in venatores inuadunt, viq;
pressione sese in medios insidiatores incitant, simul & eos euertere conantur, fuga vt salutem cõtra insidias
ores facti adipiscantur. Id igitur temporis cum atrox pugna, tum vero vel hominum, vel elephantorum ex-
occisio fit multiplex. Huius pugnæ ratio talis est. Homines quidem eminus hastas & iacula intorquentes, ac
antes, ictu directo eos feriunt. Contrà elephanti, ex hominibus si quem cecidisse animaduerterint, statim
ter illum & corripiunt, & ad terram à se abiectum, proterunt, & conculcant: simul & cornibus (sic enim eo-
entes appellantur) tandiu profligant, quoad miserabili & referta acerrimis doloribus morte. hunc proie-
affecerint. Cum autem huiusceemodi animalia inuadunt, tanquam vela ex animi incitatione quàm conten-
aures, quas habent patulas, intendunt, & pandũt more magnarum struthionum, quæ vel dum fugiunt, vel
nuadunt explicatis alis feruntur. Itemq; promuscidibus, sub cornua redactis, & cõtractis, quemadmodum
nauium pleniſſimis velis propulsa sic elephanti vehementi impressione irruentes, multos mortales fundi-
rtunt. Tumq; perinde vt tuba belli classicum sonans, clamores vastissimos edunt. Humi porrò prostrato-
& genibus contritorum, & ossium obtritorum, tantus est strepitus, vt vel illinc longissimè exaudiatur: nec
pecliſis oculis, naribus distractis, fronte disrupta, facieiq; forma amissa non vel à proximis cognatione sibi
tur. Iam ex ijs nonnulli ad hunc modum inopinatò seruantur. Quamuis enim sanè venatorem beluæ cur-
ritate comprehenderit: præ tamen vehementi impetu, hunc transcurrens, genibus in terram præcipitibus
ornua aut in radicem, aut in quippiam aliud tale compingit ex quo retinetur, ac vix dum se retraxit, cũ ve-
elapsus iam salutem fuga est consecutus. In hac igitur pugna, elephanti sæpe vincunt, sæpe item varijs erro-
iectis vincuntur. Tubarum enim clangor vastum clamorem efficit, ipsiq; homines armis concrepantes,
videlicet hastis contundentes, & vlulatum tollentes, strepitu vndiq; omnia circumsonare faciũt: tum ve-
im in terra ignem incendentes, partim in sublime tollentes, ac tanquam funda eum contorquẽtes, partim
torres iaculantes, atq; etiam longas faces in ferarum oculos magna vi inferentes, & intrudentes, eis hæc
ægre intuentibus timorem afferunt. Vnde adeo impelluntur, exterreturq;, vt interdũ in foueam, quam
clinabant, detrudantur, & compingãtur, Hæc Aelianus. Et rursus, quomodo à venatoribus in fugam acti,
is tandem syluis ab ea cohibeantur, describens, Qui venandi (inquit) elephantos scientiam tenent, nobis
ar, hos insectatione venatorum pressos, cum robore immenso, tum impetu effrenato atq; præcipiti, & quẽ
re possit nemo, sic quidem per maximas arbores, tanquam per segetes excurrere, easq; tanquã spicarum ca-
ybi cursum ramorum proceritate retardari vident, perfringere: vbi vero ipsi ex arboribus eminent, & pro-
s existunt, tum omni neruorum contentione currere, tum viam insequentibus præcidere: nec mirũ, loco-
im consuetudinem tenent. Cum autem se ex insectatorum suorum conspectu eripuerint, eosq; maximis
ibus itineris longè & retro positos senserint, tum ex fuga recipiunt animum simul, & tanquam periculo li-
insistunt: ibiq; tum metus solicitudine expulsa, ex immenso labore requiescunt: his interea ad cibi cogita-
emoria excitatur, iuncos & hederas per arbores erraticis implicationibus serpentes depascũtur, atq; pal-
nera cacumina, & aliarũ plantarum adolescentiores troncos. Quòd si rursus insectatores ad eos propius ad-
etiam iterũ sese in fugã impellunt: Cumq; ab his multã viam absunt, sese ex fuga colligentes, requietẽ cura-
ineris labore habent. Insequentes autẽ præcipitante sole debilitati, syluã incendunt, & viã ipsis obstruunt:
psum sentientes elephanti, se sustinẽt à progrediendo. Ignẽ non minus quàm leones extimescũt, Hæc omnia
Gabinius Romanus scriptor de elephantis tradit fabulosa quædã, dicit enim cæteras feras ignẽ fugere, ele-
s verò resistere ac repugnare, propterea quod syluam cõsumant: eos cũ hominibus certare, & speculatores præ-
& cũ illos viderint, fugere: cumq; vulnera acceperint, ramos vel herbã vel puluerẽ supplices prætendere,

Troglodytæ contermini Aethiopiæ, qui hoc solo venatu aluntur, arbores propinquas itineri eorũ con-
nt. Inde totius agminis nouissimum speculati, extremas in clunes desiliunt. Læua apprehẽditur cauda, pe-
ntur in sinistro femine. Ita pendens alterum poplitem dextra cædit: ac præacuta bipenni hoc crure tarda-
agiens, alterius poplitis neruos ferit, cuncta præceleri pernicitate peragens, Plinius. Elephantum venatio
am dicta, ab Elephantophagis habitatur, qui dum has feras venãtur, gregem earum per syluam exarbori-
entes, eis minimè adoriuntur, sed eorũ qui à grege aberrârint ad posteriora furtim accedentes, neruos in-
Strabo. Gillius copiosius prosequitur his verbis: Aethiopes ex procerissimis arboribus elephantorum in-

troitus

troitus atq; exitus obseruant, non in multos vno eodemq; tempore inuadunt, sed in singulos tantum magno robore animi insiliunt: nimirum speculator caudam beluæ appropinquantis ad arborem, in quam abditus is latet, desiliens, manibus comprehendit, pedesq; ad dextrum femur obijciens, securi, quæ ex humero pendet, expedita & acuta, dextri poplitis neruos succidit: in quo certamine vtriusq; salus periclitatur. Interdum elephantus incisis neruis in sauciam partem procumbens, Aethiopem secum in terram abijcit, atq; interficit: Interdum suo pondere hominem ad arborem aut saxum allidens, occidit: ac nimirum nonnulli elephanti dolore pressi, quando insidias facienti nocere non queunt, sese tandiu in fugam impellunt, dum crebro securis ictu decumbũt: tum ad terram stratorum posteriores partes incolæ vicini comedunt. Alij (ex Troglodytis Aethiopiæ conterminis) tutiore genere, sed magis fallaci, intentos ingentes arcus defigunt humi longius. Hos præcipui viribus iuuenes cõtinent, alij connixi pari conatu tendunt, ac prætereuntibus sagittarũ venabula infigunt, mox sanguinis vestigijs sequuntur, Plin. Nonnulli (ex Elephantophagis) sagittis eos interficiunt serpentium felle tinctis. Sagittatio per homines tres perficitur, quorum duo arcum tenent, & vltra progrediuntur, tertius verò neruum trahit. Nonnulli arbores obseruant, ad quas elephanti reclinari & quiescere solent. Harum ex altera parte truncum succidunt. Itaq; bestia se inclinans, pariter cum arbore ruit: & cum surgere nequeat, eò quod crura continuo & sine flexu osse constent, illi ex arboribus desilientes eam obtruncant, Strabo. Iam apud Aristotelem venatio elephantorum huiusmodi legitur: Conscendunt (inquit) mites aliquos animosos q; elephantos, qui venantur, cursuq; insequũtur feros: quos cum occuparint, ferire præcipiunt suis, dum fatigent, viresq; dissolnant. Tum rector in defatigatum illum insilit, regitq; falce: post breui tempore fera mitescit, atq; obtemperat. Quandiu insidet rector mitẽ se quisq; exhibet: cum descenderit, alij mansuetudinem seruant, alij suam repetunt feritatem: itaq; immitescentium crura priora præpediunt vinculis, vt quiescant capiuntur & natu iam grandes, & pulli, Aristoteles. Capiuntur in India, vnum ex domitis agente rectore: qui deprehensum solitarium abactúmue à grege, verberat ferum: quo fatigato transcendit in eum, nec secus ac priorem regit, Plin. Vetulus elephas efferatior est, & non facile capitur. Sed minores quoq; natu capere operosum est, quoniam à maioribus, qui eos tuentur, non facile relinquuntur. In Caspio lacu oxyrynchi pisces capiuntur: horum exempta viscera excoquunt. Vnde ad permultos vsus accommodatum fit glutinum: nam non modo ad quæcunque applicatum fuerit, adhæresci: sed & firmissimè retinet, vt & decem diebus madefactum nunquã postea dissoluatur: & eo ad elephantos comprehendendos venatores vtantur, & pulchra facinora edant, Gillius ex Aeliano. Sunt in Zeila insula multi syluestres Elephanti, miræ magnitudinis, quos capiunt & cicurant hoc modo. In monte parantur claustra ingentia firmissimis palis, atque inter duas arbores habent portam pensilem. Illic includitur elephas fœmina cicur, quo tempore marem appetit. Tum elephanti cæteris animalibus salaciores, vbi sentiunt fœminam illic esse, sponte sua quærunt ad eam aditum portæ inter duas arbores Quum autem ingressi fuerint qui ingredi cupiunt, tũc homo in arboribus speculator funem vnde porta suspensa est abscindit: porta decidẽs elephantos ad fœminam ingressos includit: illic relinquuntur sine cibo & potu 6 aut 7. diebus, donec inedia confecti, vix pedibus cõsistant: sicq; fame enectos 20 aut 30 viri claustra ingressi, binis fustibus cædunt vsq; ad latitudinem & sic eos domant, Thomeus Lopez. Tametsi elephas animal sit ingens & ferox, magno tamen numero à venatoribus Aethiopiæ in hunc ferè modum capiuntur. Hi in densis syluis vbi animalia quiescere norunt, inter multas arbores septum frequentium ac robustarum frondium conficiunt, parum interualli ab altera parte vacuum relinquentes, cui portam quæ fune leuari potest in plano instar rastri dilatam affigunt, paruoq; negotio passum occludunt. Elephas itaque sub frondibus quietem capturus, septum ingreditur, quem attracto fune constrictũ venatores ex arboribus descendentes sagittis confodiunt, dentesq; extrahunt ac vendunt. Cæterum si elephantem septum euadere contingat, quotquot reperit homines, interficit, Leo Africanus.

Hactenus de hominum aduersus capiendos elephantos technis dixerim: nunc subijciam quid ipsi contra has elephanti faciant, & quibus modis euadere conentur. Quomodo venatorum insidias herba euulsa per manus tradita sibi inuicem prodant, capite quarto explicauimus Circumuenti à venantibus primos constituunt quibus (dentes illi exerti) sunt minimi, ne tanti prælium putetur. Postea fessi impactos arbori frangunt, prædaq; se redimunt, Plin. Cum venatu premuntur, pariter confringunt vtroq;, vt ebore damnato nõ requirantur. Hanc enim sibi causam periculi præsentiunt, Solin. Elephanti causam cur petantur prænoscẽtes, ex sese qui dente inutili sunt, ante cæteros in prima acie constituunt, ad primum hostium impetum sine magna iactura excipiendum: reliqui qui in subsidijs manent, dentium robore integri, auxilium fessis ferunt, Aelian. Equitatu circumuenti, infirmos aut fessos in medium agmen recipiunt: ac velut imperio ac ratione, per vices subeunt, Plin. Conflictu fortuito si quando pugnatur, non mediocrem habent curam sauciorum: nam fessos vulneratosq; in medium receptant, Solin. Amor eis mutuus intercedit: & cum fugiunt venatores, robusti ac florentes ætate extrema tenent, in medium verò vetulos & matres cum pullis recipiunt, Tzetzes. In venationibus sibi mutuò ferunt auxilium, ita vt si quis eorum labore deficiat, alter pro illo se opponat, Philostratus. Cum à venatoribus elephanti, tanquam milites in bello, funduntur & fugantur, nõ alij ab alijs separatim, sed omnes simul & communiter in fugam se dant, ac simul inter se premẽtes ad gregales suos adhærescunt. Horum autem qui iam sunt firmata & integra ætate, reliquos sic circumcludunt, tanquam pugnacissimi propugnatores totum agmen circumminuiunt: qui vero longius sunt ætate prouecti, atq; matres sub se quæq; suos pullos ita occultantes, perraro hi paruuli vt videantur, subtermedium obtinent locum, Aelian. Cum elephanti fossam transilire non queunt, de his vnus aliquis in hanc sese demittit, & transuersus fossæ stans, partim vacuitatem occupat, partim pontis se vicarium præstat. Cæteri supra hunc gradientes transmittunt, & euadunt, simul & cũ, qui pontis loco erat, hoc modo ex fossa conseruant. Superiore enim ex loco quispiam porrigit pedem, quem is qui infra est promuscide circumplicat, reliqui autem virgultorum fasces deijciunt, ad quos ille, cũ fortissimè, tum cautissimè pedibus adnitẽs, celeri ascensu subtrahitur, Aelian. Cum fossas transeunt profundas, & difficiles superatu, ἀμφίβιος qui inter cæteros robustior & maior fuerit, stans medius, tanquam pons, transmittit omnes alij autem ingerentes deinde sarmẽta multa fossæ, seruant cum per quem traiecti sunt, Tzetzes. Societatis & commercij vim non absq; intellectus sensu elephantos ostendere, Iuba author est, fossa ducta, eaq; fruticibus paruis & humo leui obtecta, venatores his struunt insidias. Huc igitur quoties decidit aliquis, cæteri quicunq; comitantur congestam vndique syluam saxaque iniijciunt, dum cauo fossæ expleto egressus captiuo detur, Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Postea quàm in foueam inciderunt, & se iam teneri sentiunt, animaduertentes exitus locum nullum eis relictum esse, cum eos pristini animi, tum libertatis capit oblitos:

Plinio: tum vero facile cibos ex largientibus sumunt, tum si quis præbeat, libenter bibunt, atq; vinum si in profundes effundas, sine recusatione admittunt, Aelianus. Quomodo trauent fluuios cum vrgent venatores, præcedum est capite quarto.

Elephantos natura mansuetos esse & facile curari eodem supra capite docui: nunc quomodo & quibus artis curarentur expediendum. Mansuescunt igitur vel necessitate, vt vinculis & fame, vel blandimentis tum Musis tum alijs, vt ex Aeliano deinceps docebimus. Quid elephantis (inquit Aelianus) postquam capti sunt faciãt, mansuescant, dicendum est. Primo in syluam non ita longo interuallo ab ea fossa, vbi comprehensi fuerint, ducunt, sic eos stricte constrictos funibus trahunt, vt ne permittant quidem, neue hi præcurrant, neue rursus recedant: deinde certo & dimenso spatio horum quenq; ad maximam arborem illigantes, vt neu in anteriorem partem insilire, neu rursus admodum in posteriorem resilire queant, neue ipsis ex funis laxitate facultas sit ad inuadendum inuiniam, victus tenuitate & fame, horum robur frangunt. Postea verò quàm eorum domitores duriorem animi tandiu paulatim mollierunt, quoad pristinæ inexpugnabilis feritatis eos ceperit obliuio, de manu cibum sumendum dant. Hi necessitate pressi, cum non malitiose iam, tum vero hilarioribus oculis & mansuetiores, quàm essent soliti, intuentur. Horum autem, qui sunt ætate robusti, vinculis ruptis, cum dentium robore, non verò promuscide arbores reuellunt, & frangunt: vixq; fero admodum, partim fame, partim ciborum illecebris, partim verberibus mansuefiunt, Hæc Aelianus. Et rursus Indi homines, licet permulti & magna machinati, non elephantos iam ætate procedente confirmatos facile comprehendere queunt. Quare ad loca fluminibus prouisa (roscida enim & palustria pascua frequentant) venatores profecti, eorum catulos tantum capiũt. Hos cum tum ætate infirmos & teneros ceperũt, ciborum blanditijs & assentationibus ad parendum informant, ac instituunt, blandiloquentiaq; mansuefaciunt: Hominum enim indigenarum linguam elephanti intelligũt. Breuiter inde illos quasi infantes pueros alunt, partim cibaria eis largientes, partim disciplinas tradentes quę res efficit, vt ad obediendi facilitatem transferantur, & exuta feritate, humanitatem induant, Aelian. Et alibi, Si Indicus elephantus robore ætatis confirmatus capiatur, ex feritate ægre traducitur ad mansuetudinem: & quod desiderio libertatis teneatur, ideo cædes facit ac si vinculis deuinciatur & constringatur, magis incitatur animo, neq; vllam seruitutem perpetitur. At enim Indi varijs & multiplicibus ciborum illecebris eum deliuire student: ille tamẽ non de acerbitate sua remittens, nihilq; ab ijs blanditijs mitescens, ijs præclare contemptis, pergit ijsdem infestus esse. Quid igitur si comminiscuntur & machinantur? Instrumẽto quodam musico vernaculam cantiunculam eiulant, is animum attendit, auremq; ad audiendum erigit, & suauitate illius demulcetur: animi incitatio comprimitur. Tum paulatim in obiectum cibum respicit, & tametsi omnibus vinculis exoluitur, tamẽ cantu deuinctus, amplius ad pristinos mores à mansuetudine deficit, Hæc omnia Aelianus. Ex Strabonis doctrina didicimus elephantes cantu mulceri, & tympanorum sono, Cælius. Capti celerrimè mitificãtur hordei succo, Plinius & Solinus. Zythus potionis genus est quod ex hordeo fit, quo madefactũ ebur in omne opus tractabile redditur, Dioscorides. Græcè legitur, ζύθου δὲ ἐλέφας γίνεται βρῶμα χλωρὸν θηρίων. Hinc apparet Plinium ex Græco aliquo authore eam aut similibus verbis vsu, zythum reddidisse hordei succum, & pro elephante homonyma voce nõ ebur, huc rat, sed ipsum animal. Ἡ μὲν οὖν τοῦ ἐλέφαντος φύσις πρὸς ἥμερον ἦθος εὐμετάβολος γίνεται, καὶ ἐλέφαντα τιθασεύειν ῥᾴδιον καὶ ἀνθρώπους ἐκδιδάσκειν, ἢ ἀλλοκότους τινὰς ἐπιτηδεύματα ἢ ἀγυμνάστους. Plutarchus in commentariolo, An ad infelicitatem vitæ sum sit, Sensus est, vt Marcellus Vergilius transfert, cinere & aceto madens os licio (siue acia malis dicere) tur, & ebur zytho mollitum flectunt, & conformant, aliter autẽ non possunt. Certe ipsa vox ζύθου apud Dioscoridem, operi facilem & tractabilem materiam significans, neq; de animali, neq; de elephantiasi morbo (vt rilẽ habitat Marcellus (verba eius accipi posse cõuincit. Accedit ratio, ebur scilicet macerari molliriq; zytho, etiam is acorem & vim aceto similem, quæ solidissima quæq; penetret, in se continet. facile enim accipit aqua ac hordeum aut aliquæ fruges aliquandiu macerantur. Acetum etiam ex zytho & similibus, vt cerevisia, potus fieri constat. Aceti feruidi vis tanta est vt saxa penetret. cum cinere ossa emollit, Plutarcho teste: non mirum igitur si zythus etiam acorem in se continens, & facile acescens, eadem facultate eboris soliditatem remittat. Symeon Sethi ὀξυκέρατα appellat Elephantina ossa, inquit, in zytho aliquandiu macerata, ceræ instar emolliuntur: addit & reliqua quæ Dioscorides de zytho. Democritum inuenisse aiunt quemadmodum ebur molliretur, Seneca lib. 14. epistola 91. Quòd si quis Plinio patrocinari voluerit, dixerit forte fieri posse vt pariter vtrumq; non fiat, & ebur zytho molliatur, & eiusdẽ potu mitigetur elephas animal: nam cũ vino delectetur vel ad ebrietatem, vt supra diximus, zythum quoq; libenter ab eo admitti verisimile esse, præsertim cum hordeo gaudeat ex quo conficitur. Elephanto qui ad bellum certat, non modo ex vitibus confecti, sed etiã ex oryza factitij vini vsus datur, Aelianus. Mandragoræ radix fertur καλλοποιεῖν ἐλέφαντα τοῦτο δὲ ἄρρεν, ἐὰν δὲ θῆλυ ἀφανίζειν τὸν ὄγκον τοῦ σώματος παραπλησίως, Dioscorides: quod de ipso ebore quoque, non autem de animali intelligendum.

In quibusdam regionibus pretium elephanti est, ducati (denarij siue drachmæ pondere nummi aurei) quingenti, in alijs mille, & alibi ad summum bis mille interdum, Vartomannus. Insueti insidendi in eis, non aliter ij qui in mari nauigant in nauseolam incidunt, neq; insistere possunt. Non item in adolescentium elephantum sessione negotium, imò ex illorum molli gradu sessor tantopere oblectatur, vt si mula veheretur, Gillius Romãn. Cum in elephantum ascenditur, is in terram abijcit genua, & conscensionis gradum scandenti flexa; porro frenum eorum cuiquam injicitur, neq; funis ad ceruicem vllus adstringitur, sed soluti ad insulam latam gradiuntur, Gillius. Sessore conscensuro elephas alterum ex posterioribus crus inflectit, vt per id facilius fiat, simul tamen ab astantibus cum iuuari & promoueri opus est. Non freno autem habenis aut alijs vinculis regitur bellua, sed insidentis voci obsequitur, Vartoman. Apollonius iuxta Indum fluuium puero occurrit, qui natus trẽdecim, elephanto insidens, acriter stimulis belluam vrgebat, Philostratus. Elephantisten Aristophanes vocat elephantorum moderatorem, elephantarchen Plutarchus, Cælius. Sed forsan elephantistes is tantum dicitur qui insidet elephanto, etiam priuatus: elephantarches autem qui imperat in bello (vt inferius dicam) non ipsis elephantis, sed militibus qui elephantis inuehuntur, vt Cælius non rectè synonyma fecerit. Puer insidens elephantem regit apud Philostratum in vita Apoll. Est autem apud Camertem καλαμεύς, ἱππεὺς ἐλαύνων ἵππον ἐπὶ καλάμου, ἐπιζώνιος δὲ ἵππος: & καλαμοφόρος, βακτηριοφόρος. Scribitur & καλαύροψ per ω. pro virga pastorali: ἐλαύνειν βακτηρίαν interpretatur Hesychius. Baculus in alteram partem recuruus & clauatus, ἀγκυλωτὸς καὶ ῥοπαλοειδὴς τὴν ἑτέραν ἄκραν, Hesychius & Varinus: Apud eosdem vox ἀγκύλη iisdem verbis exponitur. Indi, arum

arant elephanti minores quos appellant nothos, Plin. Vita mitioribus populis Indorum multipartita degitur: Genus vnum est semiferum, ac plenum laboris immensi venandi elephantes domandiq;. Iis arant, ijs inuehũtur, hæc maximè nouêre pecuaria, ijs dimicant, militantq;, pro finibus. Delectum in belua, vires & ætas atq; magnitudo faciunt, Plin. Elephantem sub iugum & vincula duci Nearchus scribit, Strabo. vbi Græcus codex habet, ἄγεσθαι δ' ὑπὸ ζυγῶν (lego ζυγὸν) καὶ forte ὡς) καμήλους sed locus videtur corruptus. Oppianus libro quinto de piscatione elephantem sub iugum mitti scribit, mulorũ instar. Mulierẽ eam præstare existimant Indi, quæ munus ab amante elephantem acceperit, vt Nearchus refert: sed hic sermo cõtrarius est illi qui equum & elephantum regibus duntaxat possideri asserit apud Indos, Strabo. Mulieres apud Indos, quæ quidem pudicitiæ famam appetũt, nulla alia mercede eam amiserit: pro elephanti verò munere ei qui dederit misceri, turpe non existimant: quin etiam gloriosum mulieribus videtur, si cuius forma elephanti pretio digna sit iudicata, Arrianus in Indicis. Quadrigæ elephantorum Gordiano decretæ sunt, vtpote qui Persas vicisset, vt triumpho Persico triumpharet: Mislitheo autẽ quadriga equorum & triumphalis currus, Iulius Capitolinus. Anthologij Græci lib. 1. sectione 69. an bellum, Philippi epigramma extat huiusmodi: Οὐκ ἐπὶ πυργώσεις ἐ φάλαγγεσσιν ἀκοντὰς Ἔσχισ' ἀμφαίνει μυρίοις ἰλίφας, Ἀλλὰ φιλοστείλας βαθὺν ἀνχένα πρὸς ζυγὸν ἥμενος, Ἄντυγα διφρεύει Καίσαρος ἡνίοχος. Indi elephantis dimicant, militantq; pro finibus, vt paulò ante ex Plinio retuli. Nouissima Indiæ gente Gangaridum Calingarum regio Parralis vocatur: regi elephanti septingenti in procinctu bellorum excubant, Plinius & Solinus. Rex Palibothræ omnibus diebus elephantorum octo millia ad stipendium vocat, Solinus. Indi omnes, quicunq; præditi sunt regis potestate, non sine maximo elephantorum numero militarem agitant disciplinam. Idem. Vltra hos siti sunt Modubæ, Molindæ, &c. rex horum elephantos quadringẽtos in armis habet, Plin. Antipater author est, duos elephantos Antiocho regi in bellicis vsibus celebres etiã cognominibus fuisse: etenim nouere ea. Certe Cato, cum imperatorũ nomina animalibus describeret, cum qui fortissimè prælIatus esset in Punica acie, Sutrum tradidit vocatum, altero dente mutilato, Plin. Quidam sessores suos excussos contra vim hostium tutati sunt, & sese pro illis in mortem obiecerunt: aliqui sublatos è prælio extulerunt ad sepulturam, Arrian. Elephanti quidam aurigas suos, qui in conflictibus sanguine exhausti cadunt, sublatos è pugna eripiunt ac seruant. Sunt qui defenderint & seruarint eos qui spatium inter anteriores ipsorum pedes subiuerant, Strabo. Cum Porus Indorum rex, in prælio, quod cum Alexandro commiserat, multis telis confixus esset: elephantus quo vehebatur, etsi sanè multis etiam ipse sagittis vulneratus erat, defixa tamen in corpore Pori tela, leniter & caute promuscide extrahere non prius destitit, quàm dominum intellexisset, ex redundanti sanguinis profusione, debilitari, & euanescere. Itaq; leniter & sensim se inflexit, vt ne ex alto decidens, Pori corpus graui casu affligeretur magis. Cum autem Pyrrhus Epirotarum rex ad Argos occubuisset, in eo conflictu elephantus fuit, qui sessorem suum tantopere amaret, vt non prius, quamuis auriga iam cecidisset, currere omiserit, quàm suum nutritium ex hostibus & seruasset, & intra fines amicos reportasset. Turrigeros elephantorum miramur humeros, Plin. Domiti militant, & turres armatorum in hostes ferunt, magnaq; ex parte Orientis bella conficiunt. Prosternunt acies, proterũt armatos. Iidem minimo suis stridore terrentur, vulneratiq; & territi retro semper cedunt, haud minore partiũ suarum pernicie. Plinius. Equorum & elephantorum insignis vsus est ad pugnas: ductor elephanti, elephantagogus vocatur: & qui eis præficitur elephantarches, Pollux. Elephantarchas quidã sedecim elephantis præesse scribunt: & munus ipsum elephantarchian vocant. Quantum sit robur corporis elephanti tum, ad alios tum bellicos vsus, capite tertio exposui. Militaris elephantus dorso suo vel nudo tres bellatores fert, alterum dextra, alterum sinistra pugnantem, tertium retro versus bellantem, ac simul quartũ manibus moderamina tenentem: sicq; illis beluam dirigentem, tanquam nauem clauo nauicularium, reiq; nauticæ peritum, Aelian. Pugnant onusti turribus, quibus decem aut etiam quindecim Indici homines superstant, qui ex turribus tanquam propugnaculis in hostes iaculantur, aut arcu sagittas torquent, Philostratus. Cum eos ad bellũ Indi armant, in clitellas, geminis ex ferro catenis infra aluum cinctas, vtrinq; tanquã caueam ligneam imponunt, atq; ad collum alligant, singulas caueas terni milites ingrediuntur: in vtriusq; medio auriga sedet, qui beluam patrio sermone alloquitur, & cũ progrediendum aut regrediendum est, ostendit: Ferias, inquit, hunc: ab illo abstine manum. Itemq;: In hos inuade, ab ijs te contine. Atq; ea magnitudine tanquam castellum aliquando dorso constituunt, vt vel quindecim ex eo armati homines pugnent, quod cum pugnam committere moliuntur, asseribus superintegunt: ad prouuscidem loricæ circummunitam districtus gladius longitudine duorum cubitorum, crassitudine humanæ palmæ alligatur. Neq; modo fœminæ maribus ferociores, sed ad onerum vectiones etiam fortiores existimantur, Gillius & Varromanus. Sed vter sexus fortior aut robustior sit inquisiuimus supra cap. 3. Fœmina aptior est gestandis oneribus bellicis, mas verò ipsis prælijs, vtpote animosior & procerior, Obscurus. De elephantis, quibus rex Porus in prælio aduersus Alexandrum vsus est, mentionem facit Plutarchus in vita Alexandri. Elephanti in prælijs homines alios conculcant, alios proboscide eleuatos rursus in terram allidunt. Heliodorus libro nono Aethiopicorum, in prælij cuiusdam Aethiopum aduersus Persas descriptione de elephantis hæc scribit. Καὶ τοῦ μὲν ἐλέφαντος πυργοφόρους ἐλέφαντας αὐτίπαλον. Et mox, Ὁ δὲ τὰ ἀμφὶ τὰ μέτωπα σχολαίτερον ἀπωπλίσατο, βαθὺν ἐκ βάσεως ἡυχῆ φερομένοντας. Τὸ τοῦ ἐλέφαντος ἰσχυρὸν, ὅπως ἂν μὴ ὑπολισθάνοι τοῦ σώματος, ἐς ἅμα τὸ μῆκος τοῦ ἱππείου τοῦ μεταξὺ ὑποκλίνων. Et rursus, Οἱ δὲ ἱππεῖς μόνον ἐπαναζεύγνυσι, καὶ πάντα ἀνὼ σὺν τοῦ ἐλέφαντος ὑπεξῆλθον, ὥσπερ ὑπὸ λέοντι ἢ φρέατι τὸ ζῶον καταφεύγοντες. ἐν δὲ πολλῷ θορύβῳ ἐ ἐλίγοι παντελῶς συνέπιπτε τὰ ἱππεῖα. οἱ δὲ πρὸ ἵππων ὡς ἐπὶ πᾶσι τοῦ ἐλέφαντος ἤδεσαν ἀφειμένοι, ἐν τῷ μεγάθει ξυνέχοντο τοῦ θείου τὸ φοβερὸν ὑπεφρίσσοντες, οἱ μὲν παλινδρομοῦντες, οἱ δὲ ἐκ πλαγίων (lego πλαγίοις) σωτηρίαν μόνον, καὶ τὸν ὑπὸ φάλαγγος τοῦ ἐλέφαντος περιελθόντες. Et paulò post, Καὶ ὅτως οἱ μὲν αὐτοῦ κατεπλήγησαν τοῦ τοῦ ἐλεφάντου αἰκατεπόμενοι ἐκαίετο μένοι οἱ δὲ τοῦ τοῦ ληροῦ, τοῦ τοῦ βαλιμένου ὥσπερ ὀκλάζοντος ἐλέφαντος ἐνδρομαὶ τὰ πυκνότερα, ἐς σὺν μὲν τοῖς ἐκ τοῦ ἐλεφάντου αἰκατεπόμενοι. Et paulò post. Καὶ ὅτως οἱ μὲν αὐτοῦ κατεπλήγησαν τοῦ τοῦ ἐλεφάντου αἰκατεπόμενοι ἐκαίετο μένοι οἱ δὲ τοῦ τοῦ ληροῦ, τοῦ τοῦ βαλιμένου ὥσπερ ὀκλάζοντος ἐλέφαντος ἐνδρομαὶ τὰ πυκνότερα, ἐς σὺν μὲν τοῖς ἐκ τοῦ ἐλεφάντου αἰκατεπόμενοι. Et rursus, Οἱ δὲ ἱππεῖς μόνον ἐπαναζεύγνυσι, καὶ πάντα ἀνὼ σὺν τοῦ ἐλεφάντου ὑπεξῆλθον, ὥσπερ ὑπὸ λέοντι ἢ φρέατι τὸ ζῶον καταφεύγοντες. ἐν δὲ πολλῷ θορύβῳ ἐ ἐλίγοι παντελῶς συνέπιπτε τὰ ἱππεῖα. οἱ δὲ πρὸ ἵππων ὡς ἐπὶ πᾶσι τοῦ ἐλεφάντου ἤδεσαν ἀφειμένοι, ἐν τῷ μεγάθει ξυνέχοντο τοῦ θείου τὸ φοβερὸν ὑπεφρίσσοντες, οἱ μὲν παλινδρομοῦντες, οἱ δὲ ἐκ πλαγίων (lego πλαγίοις) σωτηρίαν μόνον, καὶ τὸν ὑπὸ φάλαγγος τοῦ ἐλεφάντου περιελθόντες. In Persarum exercitu aduersus Iulianum, elephantorum fulgentium formidandam speciem & truculentos hiatus vix mentes pauidæ perferebant: ad quorum stridorem odoremq; & insuetum aspectum magis equi terrebantur: quibus insidentes magistri, manubriatos cultros dexteris manibus illigatos gestabant, acceptæ apud Nisibin memores cladis: & si ferocius animal vires exuperasset regentis, ne reuersum in suos.

vt tunc

ne accideret, colliſam ſterneret plebem, vertebram, quæ caput à ceruice diſterminat, ictu maximo terebrat. Exploratum eſt enim aliquando ab Haſdrubale Annibalis fratre, ita citius vitam huiuſmodi adimi beluæ. Ammianus Marcellinus paulo poſt initium libri 25. Idem libro 19. Lux (inquit) nobis aduenit mœſtiſſi- Perſarum manipulos formidatos oſtentans, adiectis elephantorum agminibus, quorum ſtridore immanitatæ corporum, nihil humanæ mentes terribilius cernunt. Elephantis pugnaturis non modo ex vitibus con-, ſed etiam ex oryza factitij vini vſus indulgetur, Aelianus. Potionem qua pro vino vtuntur, ideo ipſis untur, vt ad prælium audaciores efficiantur, Gillius. Elephantis vi magna propulſis, quos flammis ectis vndique circumnexos, iam corporibus tactis, gradientesque retrorſus, retinere magiſtri non rant, Marcellinus libro 19. Quomodo Megarenſes in prælio aduerſus Antipatrum, ſuibus pice obli- cenſisque, in elephantos ipſius immiſſis, eos perturbarint, iam capite quarto retuli. Romanos (quo- non cornua modo artetis, ſed etiam ſuilli pecoris grunnitum edetunt) Pyrrhi Epirotarum regis elephan- fugam vertiſſe ferunt. Aelianus. Elephanti in prælijs magnitudine corporum, barritus horrore, formæ nouitate, homines equosque conturbant. Hos contra Romanum exercitum primus in Lucania rex Pyr- eduxit. Poſtea Hannibal in Africa, rex Antiochus in Oriente, Iugurtha in Numidia copiosos habuerunt. Ad- quos diuerſa reſiſtendi excogitarunt genera armorum. Nam & centurio in Lucania gladio manum (quam ſuicidem vocant) vni abſcidit: & bini cataphracti equi iungebantur ad currum: quibus inſidentes elibana- ſſas, hoc eſt longiſſimos contos in elephantos dirigebant. Nam muniti ferro, nec à ſagittarijs, quos vehe- beliæ lædebantur, & earum impetum equorum celeritate vitabant. Alij contra elephantos, cataphractos immiſerunt, ita vt in brachijs eorum, & in caſſidibus vel humeris aculei ingentes ponerentur è ferro, ne ſua elephas bellatorem contra ſe venientem poſſet apprehendere. Præcipuè tamen velites antiqui aduer- elephantos ordinarunt. Velites autem erant iuuenes, leui armatura, corpore alacri, qui ex equis optime miſ- dirigebant. Hi equis prætercurrentibus ad latiores lanceas vel maiora ſpicula beluas occidebant. Sed cre ſi en- facta, poſtea collecti plures milites pariter pila, hoc eſt miſſilia, in elephantos congerebant, eosque vulne- celidebant. Illud tamen additum eſt, vt funditores cum fuſtibalis & fundis rotundis lapidibus deſtinatis, In- per quos regebantur elephanti) cum ipſis turribus affligerent atque mactarent, quo nihil tutius inuenitur. rca venientibus beluis, quaſi irrupiſſent aciem, ſpatium milites dabant. Quæ cum in agmen medium per- ſent, circumfuſis vndiq; armatorum globis, cum magiſtris abſq; vulneribus capiebantur illæſæ. Carrobali- quanto maiores (hæ enim longius & vehementius ſpicula dirigunt) ſuperpoſitas curriculis, cũ binis equis alis poſt aciem ordinari conuenit. & cum ſub ictu teli acceſſerint beſtiæ, ſagittis baliſtariorum transfigũtur: tamen & firmius contra eas præfigitur ferrum, cum in magnis corporibus maiora ſint vulnera. Aduerſum antos plures exempla & machinamenta retulimus, vt ſi quando neceſſitas poſtulauerit, ſciatur, quæ ſint tam nibus beluis opponenda, Hęc Vegetius de re militari lib 3. cap. 24. Elephantis proboſcides facile amputari docui in 8.

Maurorum pedites elephantum pellibus pro clypeis ſe protegunt, Strabo.

Nunc de ebore dicendum, quod Græci per ſynecdochen non aliter quàm ipſam beluam elephantem no- nt. Quòd cornua ſua certo tempore abijciant defodiantq;, & defoſſa qua arte inueniantur, capite tertio do- Aeliano. Libyci homines elephantos venantur, non alia magis quàm dentium gratia, Aelianus. Herodo- odit, Aethiopas tributi vice regibus Perſidis vicenos dentes elephantorũ grandes, tertio quoq; anno cum ebeno pendere ſolitos. Tanta eboris authoritas erat vrbis noſtræ trecenteſimodecimo anno: tunc enim ille hiſtoriam eam condidit Thurijs in Italia, Plin. Excogitatæ ſunt (per luxuriam) & ligni bracteæ nec ſuperceſſingi animalium cornua, dentes ſecari, lignumq; ebore diſtingui, mox operiri, Plin. Dentibus in- rtium, & deorum ſimulachris laudatiſſima ex ijs materia, Plin. Cornua fœminarum (habent enim ea fœ- quoq; certis in regionibus, vt capite ſecundo dixi) maioris eſſe preti, huiuſmodi rerum artifices prædicant, Venditur ebur pondere: ſunt qui tabellas aut tegmenta eboris, præſertim in operibus inde factis, vt pe- ris, capulis, alijsq;, ceraceorum piſcũ oſſibus adulterent. Diſtingui audio, quod è piſcibus leuiora ſint, mi- per ætatem palleſcant. Ebur etiá verum, cum in terram cadit, facilius frangitur, cætera oſſa tenaciora ſunt. ore & ſimulachra numinum fuere, nondum prerio excogitato beluarũ cadaueri, antequam vt à dijs nato xuriæ, eodem ebore numinum ora ſpectarentur & menſarum pedes, Plin. Ebur quomodo molliatur zy- ctum eſt ſuperius hoc ipſo capite, vbi quomodo elephanti capti cleurentur, tractauimus. Mitior eſt (quàm hagus) ſeruandis corporibus nec abſumendis, chernites, eburi ſimillimus, in quo Darium conditum fe- unius 36. 17. Ἐλέφαντ ἔμεσον χερνίτης, ἐν ὥπερ Φασὶ τὸν Δαρεῖον κεῖσθαι, Theophraſtus. Candidum marmor ſimile dicitur & lapis Coraliticus, & Arabicus: ex quo fit gemma Arabica: quæ, vt Plinius ſcribit, eburi ſi- a eſt, & hoc videretur, niſi abnueret duritia: dicitur etiam chernites, in quo Darium, vt Theophraſtus ſcri- ditum ferunt: reperitur etiam in Germania, &c. Id aliquando in ſtirias concreuit, ſæpe et translucet, ſæpius olitum nitet: idem marmor plurimis ſpiris fumidum eſſe ſolet: quale potiſſimum gignitur in Phrygia & docia, ex quo iterum fit gemma, quam Plinius, etiamſi eburi ſimilis ſit, tamen quia fumo fuſtuſa, capniten uit, Georg Agricola. Huius generis mihi videtur, qui apud Syluaticum lapis lagia (lapis alagi, apud vere- foſſographum in Auicennam) nominatur, ſimilis oſſibus elephantis, fuſci coloris. & quaſi fubruſſus. Ha- gi, id eſt lapis eburneus, Andreas Bellunenſis. Theophraſtus author eſt & ebur foſſile candido & nigro co- mentiri, & oſſa è terra naſci, inuenirique lapides oſſeos, Plin. Aliud eſt ebenum foſſile, gagati ſimillimum, noſum, nec ardens. Pæderos gemma Arabica, aſpectu eburnea eſt, Solin. Vetus oleum exiſtimatur eburi ndo à carie vtile eſſe, Plin. Circa Iouis Olympij ſimulachrum in luco, quem Altin appellant, pauimentum pide nigro, proximè verò circa ſtatuam κρηπὶς, id eſt baſis, è Pario lapide, vt oleum ſtatuæ infuſum illic ex- t. Conducit enim ſtatuæ illi ebur, & ne quid vitij ex vligine loci accidat, efficit. Cæterum Athenis in arce, à quam Parthe non vocant, ſimulachrum eburneum, non oleum ſed aqua iuuat. Nam cum locus valde æ- ſiccus ſqualidusq; ſit, aquam & rorem inde naſcentem deſiderat. At in Epidauro quærenti mihi quî fieret, Æſculapij ſimulachrum nec aqua nec oleo rigaretur, reſponderunt, ipſum & ſollium cui inſidet ſuper pu- um eſſe, Pauſanias in Eliacis: vnde etiam Cælius partem tranſtulit lib. 13. cap. 17. Quòd ebur ſiccitatibus e offenditur, & de eburneis celebratis ſimulachris, Leonicenus variæ hiſtoriæ 2. 59. vbi etiam ex Pauſania em tranſtulit de eburneis celebratis ſimulachris. Venerẽ Vraniam Phidias ex ebore & auro fecit, Pauſanias,

Elephantina Venus (inquit Gyrald.) ab vrbe Aegyptia denominata putatur, &c. Sed forte ab eburnea statua fit dicta fuerit, vt Apollo eboreus Romæ. Raphani ebora pollunt, Plin. Squarina lignum & ebora polluntur. Idem. Fiunt ex ebore præter alia cultrorum capuli, quos aliqui in mensa veneno præsente sudare nugantur. [illegible] Suid. Corcyræa sagra [illegible], id est ex ebore manubria habentia. Hesych. [illegible], vt Pollux citat. Qui cultri studente in Britannia, dentibus mari nautium belluarum insigniunt ensium capulos: candicat enim ad eburneam claritatem, Solin. cap. 25. Plato dixit [illegible], Pollux. Inter opes Salomonis fuit thronus de ebore grandis vestitus auro fulvo, (vt legimus 3. Reg. 10.) cui operi vix minus triginta millibus talentorum attribui potest, &c. Robertus Cenalis. Minervæ Pandrosidis simulachrum ex ebore & auro factum est. Pausanias in Achaicis. Idem multa tum deorum tum alia simulachra, vel ex ebore tantum, vel etiam ex auro facta commemorat: multi & alij authores passim, quæ omnia referre infinitum fuerit. O[illegible] (ex succino vel electro vinorum) [illegible], Suidas ex authore innominato. Magnitudo dentium videtur quidem in templis præcipua. Sed tamen in extremis Africæ, qua confinis Aethiopiæ est, postium vicem in domicilijs præbere: sæpeq; in ijs & pecorū stabulis pro palis elephantorum dentibus fieri, Polybius tradit, auctore Gillusa Regulo, Plin. Eorum qui sint confirmata ætate ex magnitudine dentes existunt, vicem vt postiū præstent, & pro palis Nigritæ ad sepimenta vrantur: sæpe enim ad longitudinē decem pedū augescunt, Gillius. Atramentum Apelles commentus est ex ebore combusto facere, quod elephantinū vocant Plin. 35. 6. Pinxit ebore cestro (alias cesto) id est vriculo, Plinius 35. 10. Et superius paulò, Et penicillo pinxit & cestro. Sophocles cestram dixit pro stimulo siue stylo, vt ait Pollux. Hoc genus missilis, quod Græci cestrā vocant, nostri viriculum: nam & terebram vulgò trā dicimus, Hermolaus in Plinium. Pictores ebore à Plutarcho in Periclis vita [illegible] nominantur: nisi quis [illegible] putet, non [illegible] scribendū. Ibidem. Plura de ebore quod ad philologiam præcipuè, vide capitis octaui segmēto secundo. Elephanti ossa & pellis, vbicunq; incendantur serpentes fugāt: nec vllū animal venenosum accedit, Author obscurus libri de naturis rerum. Quærendum an hæc potius ad elephon, id est ceruū pertineant: Vt & illud quod apud Aelianum legimus. Contra omnium ferarū venena remedio esse elephanti adipem: quo inunctū, licet nudus contra efferatissimas bestias procedat, illæsum discedere. Sed videtur eadē vis vtriusq; animalis partibus iam dictis contra serpentes inesse. Nam viuum etiam vtrunq; serpentibus infestum est. Ea quidem quæ vruntur omnia fetè, si fumi mordacitati odoris grauitas accedit, vt maximè sirin ossibus, pilis & corijs, serpentes fugant. Vide plura capite septimo.

F.

Elephantophagi à belluis quas venantur eduntque, dicti, à Nomadibus in mundi vocantur, Strabo lib 16. Et proximè ante hæc verba, Sabæ (inquit) ciuitas maxima est, quam Eumenis lucus sequitur: Vlteriusque Daraba & elephantum venatio, quę ad puteum nominatur, eam Elephantophagi habitant. Troglodytæ contermini Aethiopiæ, solo elephantorum venatu aluntur, Plin. Asachæ (in Africa) montes habitant, viuunt elephantorum venatu, Plinius. Asachæi ex Aethiopum numero capros venatibus elephantes deuorant, Solinus. Contra Meroēn sunt Megabari, vel Adiabatæ dicti: pars eorum Nomades qui elephantis vescuntur. Plinius. Aethiopes qui Nomades appellantur, ciuitates in curribus positas habent: Proximi autem illis sunt qui elephantos venantur, illosque in frusta diuisos vendunt, vnde cognomen adepti Elephantophagi nuncupantur, Ptolemæus. Inuenit luxuria commendationem & aliam (præter eam quæ circa opera ex dentibus facta est) Ioxeuticā callo manus vim saporis, haud alia de causa credo, quam quia ipsum ebur sibi mandere videtur, Plinius. Extrema elephanti mole nihil esculentum est nisi promuscis, & labra, & cornuum medulla, Aelian. Aethiopes elephantum in venatione captorum posteriores partes comedunt, Gillius. Vidi in quibusdam regionibus fercolū omnium pretiosissimum æstimari & regi apponi solitum, renes elephanti, Varroman. Carnem elephanti cum alijs quibusdam decoctam veteri tussi mederi Rasis & Albertus scribunt, vt sequenti capite dicam. [illegible], id est elephantinum salsamentum, memoratur apud Athenæum lib. 3. nec explicatur. Nam quos recitat Cratetis comici versus, mihi quidem obscuri sunt: nec ab Hermolao & Cælio Athenæi locum citantibus explicantur. Quod autem, inquit, percelebre fuerit Cratetis illud elephantinū salsamentum, Aristoph. in Thesmophoriazusis testatur. Apparet tanè in magno pretio fuisse, nam Aristophanes [illegible] cognominat. Elephantinum autem fortassis ab eboris colore dictum fuerit.

G[illegible]

Mustelæ exustæ cinis, & elephantis sanguis, immixtus & illitus elephantieis corporibus medetur, Marcellus Vergilius. Elephanti sanguis præcipuè maris, fluxiones omnes, quas rheumatismos vocant, sistit, Plin. & Ruffus. Sanguis & ischiadicis prodest. Plin.

Caro eius frigida & sicca est abominabilis, Albertus: Ponderosa, frigida, pinguis, abominabilis, Rasis. Decocta & liquefacta cum aceto & semine ferulę, si prægnans hanc gustauerit decoctionem, proijcit quicquid habet in vtero, Idem. Qui gustat de carne elephanti cum aqua & sale cocta, cum seminibus asqueliminis ferulæ, Albertus sanat tussim antiquam, Rasis: & mox subijcitur, Quando coquitur & liquefit cum aceto & semine ferulæ, Albertus vt iam citaui, legit ferulæ: & addit, hunc potum abortiuum esse prægnanti.

Elephanti adeps contra venenata valet. Nam si quis eo inungatur, eiusue suffimento expietur, hæc ab illo auferuntur longissimè, Aelian. Vide supra circa finem capitis quinti. Illitus fugat venenosa, Auicenna. Adipe cerino elephantinoq; peruncti, serpentes fugiunt, Dioscorid. 2. 86. Sepum elephantis illitum capiti dolenti prodest, Albertus & Rasis citans Aristotelem. Fumo quoq; qui fit ex vngula & pilis elephantis, animalium quæ noct venenata fugantur. Isidorus.

Ebur tota substantia corroborare, & conceptum iuuare, practicis scribitur, frigidum siccum primo gradu, Syluius. Cauendum est ne sit adulteratum ossibus piscium, aut aliorum quorundam animalium. Elephas

(inquit

quit Platearius) habet ossa quædam solida vt dentes, elephantorum medullam habent, & fallitur Platearius, Monachi in Mesuen) quæ non cremantur, sed ad diuersos vsus seruantur. Quædam verò medullam habent, quæ combusta dicuntur spodium. Est autem spodium frigidum in tertio gradu, siccum in secundo. Hæc graduum assignatio falsa apparet, & neque vero spodio, neque anti spodio ex ossibus elephanti cremati conuenire.) Adulteratur quandoque ossibus canis combustis, quandoque etiam marmore combusto, sed id est minus (lege nimis) ponderosum. Eligi debet subalbidum, valde leue & continuum, Hæc Platearius. Pharmacopolæ vbique hodie pro spodio ossibus combustis vtuntur, siue elephantis, vt ipsi asserunt, siue potius bouis, vel arietis, vel canis, aut alterius animantis: quis enim vsta discernat? Monachus in Mesuen. Huius spodij (ex ossibus elephantorum vstis) vsus est in syrupis ad refrigerandum. Pulueres cum succo plantaginis ad dysenteriam & sanguinis sputum datur, Platearius. Ebur vim astringendi habet. Dioscorides & Serapio. Ego nullam in gustu astrictionem percipio, sed emplasticam vim potius & absque morsu siccantem. Dioscoridi forte impoluit siccandi natura: at non si quid fluxiones siccat, id astringit. Saluus fuat, Torridus ex vino cortex potabitur oui: Ramentum niuei credunt prodesse elephantis, Serenus. Spodij ex ebore apud recentiores medicos præparatio huiusmodi præscribitur: Eboris in partes secti libram fictili crudo impone & operculum luto circunquaque obline & agglutina: sic cremari sinito donec fictilia percocta sint: deinde exemptum ebur in tenuissimum puluerem terito & cribrato: mox patina vitrea liquoris stillatitij rosarum libras duas superinfunde, & exiccari sinito: deinde iterum & tantundem liquoris rosacei affundens siccato. Vbi verò iam tertio contriueris, admiscebis liquori rosaceo camphoræ subtilissimè tritæ drachmas quatuor: & pariter conteres in tabula marmorea durissima, finisque pastillos, & in denso aliquo vase, ne expirent, repones. Quòd si ebur defecerit, cornu ceruinum simili ter præparabis: est enim hoc quoque efficax medicamentum ad multa, præsertim contra venena. Alij putant ebur aperto fictili cremandum esse: sic candidum fieri, secus nigrescere. Ad elephantiasin. Eboris cornu ceruini ramenta cochlearij mensura sæpe ad prædictam mensuram (pharmaci ex cedria, quod lic fit: quam optimum, cedria, & succus brassicæ, singula cyami mensura miscentur, & ieiunis mane præbentur) miscentur. Nam & per seipsum vnumquodque eorum potatum vtilissimum existit, Aetius 13.122. Eboris castoreum ex lacte rabido equo infunduntur, Nemesianus. Qui post ægritudines aliquas, vt lethargum pestilentiam, in oblinionem deciderint, eos maximè iuuat hiera Rufi: & castoreum cum oleo occipiti illitum. Post purgationem hieræ, scobem dentis elephantis circiter drachmam vnam è mulsa potam non parum prodesse creditur: & castoreum similiter post purgationem drachmæ pondere cum melicrato, Aetius. Eboris scobe illito paronychia sanantur, Dioscorides, Serapio & Plinius. Ramentis eboris cum melle Attico, vt dicit, nubeculæ in facie tolluntur, Plinius. Ebur cum melle contritum & impositum, maculas mire sanat, dicit. Mulier si quotidie de puluere eboris faciem suam fricauerit, paucis diebus mundabit, Idem: Per paucos dies (quos Humelbergius) intelligit, quas priore curatione maculas. Plinius 28. 8. nubeculas vocat. Drachmam (vnciam, Albertus) de alkal, id est osse elephanti, cum decem drachmis (vncijs, Albertus) mentastri cum aquæ potum ab eo quem primum infecerit lepra, plurimum prodesse dicunt, Rasis. Capitis dolorus prodest limacis inter duas orbitas inuentæ officulum per aurem cum ebore traiectum, Plinius. Nauseantibus salutaris habetur eburnea scobis sale fricto, Columella lib. 7. Cornu ceruinum & ebur aliqui mixtum aduersus lumbricos. Ioan. Agricola scribit medicum quendam scobem eboris vino, aut liquore alicuius rei obstructione liberantis chymistarum fornace extracto, maceratum, ieiunis ictericis propinasse non absque successu: Ego idem remedium in manuscripto Iudæi cuiusdã libro legere memini.) Conducit (inquit Agricola) hoc medicamen obstructionibus diuturnis egregiè, & remouet insuper stomachi dolores supra alia pharmaca, quæ in hunc vsum comparantur. Exhibetur etiam cum mulsa valde insigni facultate in comitialibus. Eboris farina cum sanguine hirci pota, calculos in renibus & vesica frangit absq; omni periculo, Obscurus. Eburneæ tunicæ capiti præ cæteris salubres existimantur: forte quòd reliqui ex cornibus facti plerique graui odore sint ex ebore non item.

Proboscidis tactu capitis dolor leuatur, efficacius si & sternuat. Dextra pars proboscidis cum Lemnia rubrica alligata, impotentes libidinum stimulat, Plinius.

Fecur comitialibus morbis prodest. Plin. Extremitas (aliàs additamentum) hepatis comesta cum aqua (fortè & folijs citranguli, hepati dolenti medetur, Rasis & Albert. Elephanti fel aliqui commendant tanquam aduersus morsibus serpentium, Dioscoride 6. 39. Fel eius ad pondus aurei (aliàs alkisat, lego alcirat, id est ceratium, quæ pars oboli) per nares immissum, iuuare aiunt contra morbum caducum, Albertus: Rasis æquale moschi huius adijcit.

Primo elephantis si illinatur pellis (cutis) pediculosa, & in ea siccari permittatur, pediculis liberabitur, Albertus & Rasis. Eodem si suffiatur domus aut alius locus, ciniphes (aliàs culices) fugiunt & moriuntur, idem. Si detur eo venter febricitãris, prodest. Hali. Si supponatur (cum lana submittatur) mulieri, conceptionem prohibet, Auicenna & Hali. Stercus elephanti sterilitatem facit. Auicenna.

H.

Elephas apud Græcos inflectitur per antis, anti. &c. quomodo Latinorum quidam, præsertim recentiores, casus omnes ab eis mutuantur, præterquam datiuum pluralem, qui Græcis est ἐλέφασι: Latini, quibus iam talem vsurpare formam non potuerunt, nec elephantibus vel in isto vel auferendi casu dicere voluerit, elephantis dixerunt: & huius terminationis occasione alios quoque casus omnes in secunda declinatione vsurpant. Quanquam in Plinio nominatiuum Elephantus (quo Græca vtitur) nondum inueni, sed tamen ab eo factos in vtroque numero omnes: & nonnullos ex eis apud Vergilium & Ciceronem. Græcorum elephas in recto singulari, & elephantes tum in recto tum accusandi casu pluralibus, & apud Plinium inuenitur (quanquam frequentius in plurali elephanti & elephantos) nec alij præter hos tertiæ declinationis. Plautus in Sticho, elephantum grauidam dixit. Sed ista curiositas ad grammaticos relegetur. Ἐλέφας quidem aliàs semper masculinum est, sed cum de fœmina peculiaris fermo est, ἡ ἐλέφας dicitur, & ἐλέφας θῆλεια apud Athenæum ex Plutarcho. Ἐλέφας nomen habet quasi ἑλέας, quod in paludibus mas fœminam ἕλκωσιν,

id est conscendere soleat, vt cap. 3. explicaui : [illegible] Etymologus. Nos ab Hebraica voce potius descendisse ostendimus supra capite primo. Elephantem Græci à magnitudine corporis vocatum putant eò quod formam montis præferat. Græcè enim mons elephon (forte ἔλοφος, id est collis) dicitur. Apud Indos autem à voce barre vocatur, vnde & vox eius barritus, & dentes ebur, Isidorus apud Vincentium Bell. Huc facit illud Oppiani, [illegible] ἔδουσιν. Ὄχημα non vehiculum tantum significat, sed quoduis etiam animal, cui inuehuntur & inoquirant homines, vt sunt equus, mulus, camelus, elephas, &c. [illegible] Suidas in Βασιλικῇ. Ἐλεφαντίδιον, fœtus Elephantis, Aelianus. Bellua pro elephanto per excellentiam, apud Martialem, Nigro bellua nil negat magistro: & apud Plinium, Nondum pretio excogitato belluarum cadaueri. Elephanti maximi effigies in Hypnerotomachia Italica Polyphili describitur. In manubrijs cultrorum elephantes aut Leones sculpebant, Suidas. Elephantò, qui in Punica acie fortissimè fecerat præliando, Cato Sutrum nomen imposuit. De Aiace elephanto Pori, quem Alexander captum dimisit torque ornatum, supra dixi: Item de Aiace & Patroclo Antiochi: & de Nicæa elephanto fœmina, quæ mulieris sibi commissum infantem matris instar curauit.

Epitheta. Anguimani elephanti, Lucretius libro 2. sic dicti, quod manum siue proboscidem flectunt ac contorquent vt angues propria corpora. Clemens. Ferox. Getulus. Immanis. Indicus. Infernis. Libycus, Lucano libro 6. Libyssus. Marmaricus. Nigrans. Niger. Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris? Horatius. Placidus. Terribilis. Trux. Turriger. Vastus. Ἐλέφαντες αἰχμάλωτοι apud Herodotum legimus, & in Eustathij commentarijs in Dionysium de situ orbis. vide supra in B. Ἀμαχοβίων ἐλεφάντων, Etymologus sine authore: expono μαχοβίων. Taprobanæ Νῆσος πανόπλους ὑπὲρ ἵππων ἐλέφαντας, Alexander qui & Lychnus. Μυριόδους à magnitudine dentium, & φαλαγγομάχας à bellico vsu, in epigrammate Philippi. Λὰν [illegible] Φαλαγγοκόλπιον ἐσπερίων ἄχθος ἀναγκαίων Κλῶπα ὑπωρείασιν, &c. Oppian. Πυργοφόρους apud Heliodorum. Μηκεδανῶν πανοπλιτικὸν ἐλεφάντων, Dionysius Afer.

Elephas poculi genus erat tricongium, vt Damoxenus testatur in Autopenthùnte, [illegible] ἐλεφαντ' ἔχει φίλον. Ὁ παῖς τί δ' ἐστὶ τοῦτο πρὸς θεῶν; Ῥύτον Δίκωνος κύκνον τὸν τρεῖς χοεῖς χέον. Λάκων [illegible] ἦν δὲ μοι πατὴρ Ἐν κυμβίοις πόλαις. Meminit eiusdem Epinicus in Hypoballomenis, Καὶ τῶν [illegible] τὸν τρεῖς Πίνειν δεῖσθαι τοῦτον τὸν ἐλεφάντην Κρανιζέρβην, ἀμφίστομος δ' οἶνοχόη μοι. Ἐγὼ δ' ἐλέφας, [illegible] γω (elephantis imaginem in eo sculptam fuisse significare videtur) [illegible] (lego χοεῦν) [illegible] ἐλέφας εἰμὶ. Ἐγὼ δὲ τοῦτο πίνωνα (versus constabit si legas, Ἐγὼ δὲ τοῦτο γ' ὑπτιάνας πίνανις. [illegible] τὸν Δεξιφίλης ὧδε σύ, Hæc Athenæus: Versus vltimus prouerbialis est, vt infra dicam. Elephas est hordeum infusum, & est quidam potus, Syluaticus sine authore: forte legendum phucas, [illegible] qui potus ex hordeo, non alius quàm Dioscoridis zythus, vt supra docui: cui cum elephante nihil commune, nisi quòd eo nimium vrentes elephantici fieri dicantur: & ebure quod Græci elephantem vocant) in eo macceratum molliri aiunt. Eburnea facies, id est eboris instar alba. Perottus. Elephantinus nomen passiuum: vt pellis elephantina. Elephantinum emplastrum describit Celsius libro quinto: sic autem dicitur, eodem teste, quod sit percandidum. De elephantino salsamento superius dixi. Libros veteribus elephantinos esse nuncupatos examplitudinis ratione, sunt qui opinentur: ijs verò triginta quinq; numero & tributum & tributium continebantur nomina. Scribit tamen in Tacito Fl. Vopiscus, in libris hoc genus solita pericribi senatusconsulta, quæ ad principem pertinerent. In Vipia verò bibliotheca seruabantur hi. Cælius. Elephantia, siue quod idem est Aeginetæ Paulo, elephantiasis & elephas: vt in Plinio quoque possis defendere, sicubi elephantis (vt libro 20. capite 18.) pro elephantijs scriptum est. Est autem id ceu lepræ quoddam genus elephantorum cuti simile, crebris summa corporis parte maculis ac tumoribus, rubore paulatim se in atrum vertente: ijs non ora modo atque manus, sed suræ ac pedes inflantur, vt hinc recentiorum plærique non alios esse putent elephantiacos, quàm quibus crura sic intumescunt, vt pedes elephantorum habere videantur. Origo morbi ex atra bile, non quidem omni, sed retorrida: morbus inexpugnabilis, atque vt cancer vnius partis, sic elephas totius corporis quasi cancer existimatur. Cassiodorus, Cutis (inquit) animalis elephanti vlcerosis vallibus exaratur, à qua tranportancorum nephanda passio nomen accepit. Hæc Hermolaus in glossematis Plinianis. Idem in castigationibus Plin. lib. 20. cap. 18. reprehendit medicos recentiores, qui elephantiam vocant morbum quo pedes & crura vehementer intumescunt. Diximus elephantiasin (verba sunt Plinij 26. 1) ante Pompei Magni ætatem non accidisse in Italia, & ipsam à facie sæpius incipientem, in nare prima veluti lenticula: mox intumescente per totum corpus, maculosa, variis coloribus, & inæqualicute, alibi crassa, alibi tenui, dura, ceu scabie aspera: ad postremum verò nigrescente, & ad ossa carnes apprimente, intumescentibus digitis in pedibus manibusque. Ægypti peculiare hoc malum: & cum in reges incidisset, populis funebre. Quippe in balneis solia temperabantur humano sanguine ad medicinam eam. Et hic quidem morbus celeriter in Italia restinctus est. Hucusq; Plinius. Elephantiasis (inquit Aëtius 13. 120.) à quibusdam leontiasis, ab alijs satyriasis appellatur. Elephantiasis quidem à magnitudine & diuturnitate affectionis nomen accepit, imò & propter cutis asperitatem quæ in nonnullis apparet. Leontiasis autem appellatur, cum frons ægroti cum quodam tumore laxior redditur, ad similitudinem pellis flexilis superciliorum leonis. Satyriasis verò, propterea quod malæ faciei ijdem cum rubore attolluntur, & molculis maxillaribus veluti conuulsionem patientibus, mentum ipsum dilatatur, quemadmodum etiam ridentibus euenire solet, similitudine quadam ad picturas Satyrorum: quin & alacritas vehemens ad coitum ipsis adest, quemadmodũ & de satyris fertur. Est autem grauis morbus, & propè ex eorum numero qui incurabiles existunt. &c. Elephas affectus cutis crassam aspramq; inæqualémque reddit, liuor adest tum cutis tum oculorum albis, exeuntq; partes manuum ac pedum summæ, ex quibus sanies liuida ac fœtida emanat: apparent etiam in huiusmodi partibus: affectus venæ crassa nigróque sanguine plenæ, Galenus in definitionibus & Therapeuticis ad Glauconem. Plura de hoc malo vide apud Cellum [illegible] & Manar-

Minadum in epistolis, & alios recentiores quorum diuersæ quidem opiniones sunt: sed plures & doctiores in hoc conueniunt, morbum qui sacris literis lepra vocatur (alia enim est quam Græci medici lepram nominant, non adeo difficilis curatu) & similiter hodie volgò, non aliam quàm elephantem esse. Elephantiasis genus est lepræ, Hesychius & Varinus. Elephantiasin certe alicubi in lepram mutatam apud Galenum legimus. Φοινικιασις morbus, Varinus. Phœnicius morbus, Φοινικιακὸς, qui in Phœnice & alijs regionibus ad Orientem sitis abundat: videtur autem elephantiasis esse. Galenus in Glossis in Hippocratem. Etruscos, Phœnicio affectum (inquit) coniecerit aliquis à colore dictum elephantiasin esse. Galli morbum quendam in equis Elephantem, in quo (vt audio) tumida & varicosa sunt crura: eruditus quidã elephantiasin exponit: sed hæc tibum non Græcorum elephantiasis est, ego varices potius dicerim, vocabuli etiam similitudine fretus. Πικρὰ ἕλκη, σκώληκες λέπραι, Hesychius & Varinus. Archigenes apud Aetium lib. 13. lepram à leuce, alpho, psoa impetigine fera certis notis distinguit. Scitu dignum (inquit Cælius) ex victus ratione ac cœli æstu hoc malum apud Alexandriam vigere plurimum: In Germania verò ac Mysia rarenter admodum quenquam ita inficit: eodem modo apud Schytas galactopotas nunquam visum ferè. Ars in Alexandria diætæ modus plurimum id ius conuincere valet: athata siquidem vescuntur, siue pulte, id est farina frixa, nec lentem abnuunt, vel fabam, aut lupinos: quidam nec asininas carnes, aut eiusmodi alia quibus chymi vis comparatur crassior & melancholica. Quod quum alibi, tum in secundo ad Glauconem comprobat Galenus. Elephantiacos nuncupat Firmicus elephantiasi laborantes. Elephantiæ serpentes sic dicti, quod is quem momorderint hoc genere lepræ afficitur, vt quidam ex Solino citat. Anacardus fructus ab imperitis vocatur pediculus elephantis, Syluaticus. Elephantem cetacei generis ad Aquatilia differo. Vri magnitudine paulò elephantis inferiores sunt, Cæsar. Belluarum, cui Andromede exposita fuit, costarum excelsitas elephantis Indicis eminentior fuisse traditur, Solinus. Equi fluuialis reliquum corpus (præter vngulas, aures & caudam) elephanto non dissimile est, Gillius. Rhinoceros fera pedibus elephanto similis est, Plinius. Eale fera Apud Aethiopes caudam elephanti habet, Plinius. Theocritum aiunt τὸ καλὸν ἐριαύχενα ἐλεφαντίνην ξυμεῖαν, Laërtius in Aristotele. An quod elephantes sint timidissimi.

Q. Fabius propter candorem Eburnus cognominatus est. Elephantis, quæ & interdum à Græcis Elephantis vocatur, luxuriosissima mulier varia concubituum genera descripsit. Huius meminit Tatianus Assyrius in libro contra gentes, & Suidas, Martialis quoque & Plinius. Latini quidam, alioqui literati falsò matrem putarunt, Elephantinæ Thebaidis oppidum, vbi nulli arbori deciduæ folia, Plinius 16. 21. Elephantina est in spatio semistadij, cum ciuitate quæ Cnuphidis templum habet, & Nilometrio, Strabo lib. 17. Elephantis insula est infra nouissimum cataracten, nauigationis Aegyptiæ finis, ibi Aethiopicæ conueniunt naues. Plin. Elephantina vrbs distat à Thebis Aegyptijs viginti & octingentis stadijs. De hac scribit Appion quod Onyx adiecta debuisset: quemadmodum enim onyx, id est vnguis resectus, iterum crescit, & quod demptum est recrescit Nilus pro consumptis inundatione per agros aquis, quotannis rursus paulatim colligitur, & turfus increscit. Etymologus. Nilus Aegyptum & solus, & totam, & in rectum permeat, à minore cataracte supra Syenen Elephantinam inciplens, qui sunt & Aegyptij & Aethiopiæ fines, vsque ad Nili ostia in mare, Strabo lib. 17. De Elephantophagis dixi supra capite sexto. Elephas, mons Arabiæ in mare expositus, Strabo libro decimosexto. Elephas promontorium & fluuius iuxta mare rubrum, Arrianus in periplo maris rubri. Eleutij, Ἐλεύθιοι, gens Indiæ, Hecatæus in Europa: (forte addendum Elephantiam vel Elephantinam vocat, propter gentile quod sequitur.) Parthenius Elephantidem eam vocat. Gentile à priori Elephantinus, à posteriori Elephantites. Ptolemais à Philadelpho condita est ad venatus elephantorum, ob id Epitheras cognominata iuxta lacum Monoleum Plinius 6. 29. Philothera est ab Heroum vrbe nauiganti iuxta Troglodyticam, à sorore secundi Ptolemæi appellata, Satyri opus, qui ad Troglodyticam & Elephantum venationem persecutandam missus est, Strabo libro decimosexto. Et rursus, Arabij sinus pars quæ Troglodyticam spectat ad dextram est, vbi nauigantibus Berenices vrbe vsq; ad Elephantum venationẽ & Ptolemaidem, stadiorum sunt nouem millia ad meridiem & solem ad Orientem. Et alibi eodem libro, Post Strationis insulam sequitur portus Saba, & Elephantum venationes, Ἐλεφάντων θῆραι, ἃς νομαδεύουσιν αὐτῶν. Et paulò pòst. Vlterius est vrbs Daraba, & Elephantum venatio, quę ad puteos nominatur, eam elephantophagi habitant. (à quibus elephanti quomodo capiantur, supra recitaui capite sexto.) Sunt & aliæ quædam Elephantum venationes (Ἐλεφάντων θῆραι) & vrbes ignobiles, &c. Vlterius est Libyphantum venatio, Strabo eodem lib. 16.

Ebur. Ebur vel ebor neutri generis, elephanti dens, quasi è barro, id est elephanto productum, teste Seruio. Solum ebur est, Plinius de dentib. eius exertis loquens περὶ ἐλέφας (ebur serra diuisum) os elephantinum, vt Græci per excellentiam vocant: additur autem περὶ ad ipsius belluæ differentiam, Varinus. Ἐλεφάντων τε τοξεύματα καὶ δοκοὺς ἐκπρεπεῖς ἔβαλλον, Dionysius Afer de Indis Orientalibus canens. Classis regis Salomonis ibat inde in Tharsis cum classe Hiram, ferens aurum & argentum, dentes elephantinos, simias & pauones. 3. Reg. 10. & 2. Paral. 9. Latini etiam elephantum quandoq; pro ebore siue dente elephanti ponunt: vt, in foribus eius ex auro solidóque elephanto, Vergilius. Georg. 3. Altera candenti perfecta nitens elephanto, Aeneid. 6. Λευκοτέρην ἐλέφαντος, id est solam eburneam nominat, Theocritus Idyll. 31. Ἐκ λόφου ἐλέφαντος ἀίσσει id est aquilæ pręs, Idem Idyll. 15. Est & niueum epitheton eboris & nitidum. Ab ebore deriuantur adiectiua quædam: eburneum, quod ex ebore est. Plinius libro 36. Iouem fecit eburneum in Metelli æde qua campus pertinet. Liuius libro 5. ab Vrbe, Eburneis sellis sedere. Eburneum signum. Cicero 6. Verrina. Eburneolum nutricium, Cicero 3. de Orat. Quem seruum sibi habuit ille ad manum, quum eburneola solitus est uti fistula. Eburneum apud poëtas reperitur. Hanc primum veniens plectro modulatus eburno, Tibullus. Nec faces: gradibusq; acclivis eburnis, Lucanus. Atq; ensem collo suspendit eburnum, Vergilius: pro ense eburneam, Seruius. Eboreum quoque fit ab ebor. Quum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent lata: Quintilianus lib 6. Ante Apollinem eboreum qui est in foro Augusti, Plinius lib. 7. Eburatum, eboratum. Lectos eburatos, auratos, Plautus in Stycho. Eburata vehicula, pallas, &c. Idem in Aululari. Mensæ non candore probantur eboreæ, eburatæque ebore intectæ, Grapaldus. Homerus ebur elephanta vocat ante penultima: per synecdochen, vt caput pro homine: sunt qui vltimam acuant, & elephantina, id est ebore facta interpretentur, in hoc nempe versu, Ὡς δ' ὅτε τις τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι φοινὰξ καλὰ μίσγει Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα, πάρειον ἰμάσσῃ ἵππων, &c. Iliados quarto. Aliqui lanas albas interpretantur. Hesychius & Varinus.

pariter eburnea, & simpliciter alba apud Hesychium. Impubes q; genae, & eburnea colla, id est instar eboris alba, Ouidius 3. Metamorph. Digiti eburni, id est candidi, apud Propertium. Ebur item ponitur pro voti. & alijs rebus ex ebore dolatis. Non ebur, neque aureum Mea renident in domo lacunar, Horatius 2. Carm. Vetamne ebur ex ædibus sacris auferret, Cicero 4 Verrina. Dum Tiburtinis albescere collibus audit Antiqui dentes fusca Lycoris ebur. Martialis lib. 13. Metolis anniculis rostrũ in ebur transfiguratur, duntaxat maribus, Plin. Non enim est è saxo sculptus, aut ebore dolatus, Cicero 4. Academic. Ebur ex inanimo corpore extructum, haud iam castum donum dee, Cicero 2. de Legibus, mutuatus eum locum ex Platonis de legibus duodecimo, vbi Græcè legimus, ἐλεφάντινον ἀντὶ λιθίνου (sic malim quàm vna voce ἀντὶ λιθίνου) ἐνόμισαν ἀνάθημα εἶναι θεῷ· ἄψυχα γὰρ ψυχῇ. Ficinus transfert, Ebur cum olim ab anima destiturum fuerit corpus. a Deorum simulachra ineptum est. Cicero pro ἀψύχοις videtur ἀψύχῳ legisse, quod placet. Ouidius libro decimo Metamorphoseos Pygmalionem fabulatur ex ebore virginis simulachrum fecisse, eiusque amore captum à Venere impetrasse vt in veram viuamque virginem verteretur: & ex eius coniugio Paphum suscepisse filium, qui nomen insulæ dederit. ἐλεφαντόκρανος, idem est quod λεπτόκρανος, id est eburneo capulo insignis, de quo supra alicubi: sic & μελάνδετον apud Homerum ensem, de quo vide Varinum. Ἐλεφαντίνας τροχοὺς dixit Lucianus in somnio. Ἐλεφαντίνας τὰς φαλάγγας καὶ τὰς ἀστραγάλους Plato per ænigma apud Athenæum. Τύπτεσθαι ἐβούλοντο ἐλεφαντίναις ἀσπίσι καὶ χαλκαῖς φάλαγξι, Epigramma authoris incerti lib. 2. Anthologij. Elephantos Mauritania alit, Strabo. Nascuntur elephantes apud Hesperios Aethiopes: & qui rhizes vocãtur, qui magnitudine & pugnandi viribus elephantos referunt, Idem ex Iphicrate. Marcello inter alia prodigia, infantem elephantis capite natũ adhuc esse superstitem nunciatum est, Plutarch. in Marcello. Alcippe elephantum peperit, quæ diu inter ostenta est. Plin.

e. Liberales sanè mihi ac magnifici, minimq; parci in pecunijs circa diuinum cultum Græci extitisse videntur, quibus ab India vsq; & Aethiopia ebur ad concinnanda simulachra aduehebatur, Pausan. in Eliacis. ἐλεφαντόδετον ἀμφιβρότην ἐνέδυσεν, Homerus Iliad. quinto. Elephantoromi Oppiano dicuntur, qui ex ebore aliquid faciunt. De eburneo Pelopis humero fabulam lege apud Ouidium Metamorphoseos libro sexto, & reconditam de eodem historiam in Leoniceni Varijs 2. 61.

Sunt geminæ Somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris.
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.
His vbi tum natum Anchises, vnaq; Sibyllam
Prosequitur dictis, portaq; emittit eburna,

Virgilius circa finem libri sexti Aeneidos. Somni, id est somniatorum, inquit Seruius. Est autem in hoc loco Homerum secutus.

Ἠῶθεν γὰρ τοῦ ὀνείρου ἀμείλιχοι ἀγγελάουσι
Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμβρότου εἰσὶν ὀνείρου.
Τὰων αἱ μὲν κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι·
Οἳ μὲν ἂρ' ἐξ ἐλέφαντος ἐλαστρεπέα τελέωσιν,
Ψευστᾶ, οὐδὲ τι τοῖσιν πιθήσεται ἀνδρὶ βροτείῳ.
Αἱ μὲν γὰρ πρὸς ἄστυ πεπήγασι, καί σφιν ἔπειτα
Οἳ γ' ἐλεφαίρονται ὑπ' ἀκριόεντα δέμνια.
Οἳ δ' ὑπὲρ ἀκάνθης ἐλάσωσι βοτάνης, ἐπὶ κέρσιν ἵενται.

(Hæc penelopes ad Vlixem Odyssex lib. 19.) In hoc tamen differt, quod ille (Homerus) per veramque portam somnia exire dicit, hic (Vergilius) vmbras veras, per quas somnia iudicat vera. Et poeticè apertus est sensus. Volt autem intelligi falsa esse omnia quæ dixit. Physiologia verò hoc habet. Per portam corneam oculi significantur, qui & cornei sunt coloris, & duriores cæteris membris. Nam frigus non sentiunt, sicut etiam Cicero dicit in libris de Deorum natura. Per eburneam verò portam os significatur à dentibus. Et ferme quia quæ loquimur falsa esse possunt: Ea verò quæ videmus sine dubio vera sunt. Ideò Aeneas per eburneam emittitur portam. Est & alter sensus. Somnium cum cornu nouimus pingi, & qui scripserunt de somnijs, dicunt ea quæ sub fortunam & personæ possibilitatem sunt videntur habere effectum, & hæc vicina sunt cornu, vnde cornea vera fingitur porta: ea verò quæ supra fortunam sunt, & habent nimium ornatum variamq; iactantiam, dicunt falsa esse, vnde eburnea quasi ornatior porta singitur, Hæc Seruius. Sed audiamus etiam Græcos Homeri Scholiastes. Aliqui corneam portam synecdochicè pro oculis accipiunt: cornea enim prima oculi tunica est. Per eburneam verò os intelligunt, intra quod eboris colore (ἐλεφαντοχρόου) dentes sunt. Hæc autem sic interpretantur, vt quæ oculis vsurpamus, fide digniora esse dicant, quàm quæ ore narrata aliorum audimus. Vel, quoniam cibi potusq; copia per os ingesta, falsa reddat insomnia. Vel ab ipsa vocum Etymologia, vt porta κεράστιν denominetur ἀπὸ τοῦ κραίνειν, quod perficere significat· ἐλεφαντίνη autem ab ἐλεφαίρειν, quod decipere: nam his duobus vocabulis etiam ipse poëta vtitur. Vel ab eboris & cornu natura. Hoc enim in laminas dilectum, visum facilè transmittit: eburnon item, Itaque corneam portam exponunt veram, perspicuam & lucidam: Eburneam verò, falsam, obscuram, & confusam. Non desunt denique qui cœlestia somnia cornibus conferant, inde quòd ea in altum tendunt: terrestria verò eburi, quòd in elephante deorsum nutat. Nam de cœlesti somnio etiam alibi mentionem à poeta fieri, vt cum ait, Καί ῥ' ἔκαρ ὀνείρου Διὸς ἄγγελος: & de terrestri, cum ὄψιν ἀνέρος ἀντιθέοιο nominat. Si quis plura hac de re desiderat, legat etiam Varinum in dictione Κεραστίνη, & Macrobium in Somnio Scipionis lib. 1. circa finem capitis 3. Nos pauca hæc verba inde adscribemus, Cornu (inquit) illa natura est, vt tenuatum visui proximum sit: eboris verò corpus ita natura densatum est, vt ad quamuis extremitatem tenuitatis erasum, nullo visu ad vlteriora tendente penetretur. Animalia quibus inuehuntur apud Indos plerosq; cameli sunt, & equi, & asini: felicioribus verò elephanti sunt. Est enim elephas apud ipsos regium animal ad inequitandum, βασιλικὸν ἄχθημα, secundus honor quadrigis equorum, tertius camelis. Vno autem equo vehi turpe est, ἄτιμον. Arrianus. Pompeius primus in Circo elephantorum duodeniginti pugnam edidit, commissis more prælij noxijs hominibus. Seneca de breuitate vitæ. Diuus Cæsar ad lumina quadringenta in capitolium triumphans ascendit, elephantis lychnos dextra sinistráq; gestantibus, Alexander ab Alexandro. Heliogabalus fertur elephantorũ quatuor quadrigas in Vaticano egisse. Lampridius. Libycæos qui ab elephantis vel in venationibus vel in prælijs interfecti sunt, honorificis sepulturis prosequuntur, hymnosq; in honorem eorum cantillant. Est autem hoc argumentum hymnorum, vt dicant eos fortes viros præbuisse, qui tantæ bestiæ reluctari non dubitarint, Aelianus in Varijs, & qui ab eo transtulit, Cælius 18. 38.

h. Ptolemæus Philopator elephantos quatuor Soli immolauit, deinde in somno minis dei perculsus, reddem ex ære elephantos in honorem Solis excitauit, vt cap. 4. dixi. Alexander captum vnum ex regis Pori elephantis Soli dicauit, vt supra etiam ex Philostrato retuli.

In illaudata laudantes Alciati Emblema,

Ingentes Galatûm semermes milite turmas,
Lucarum cum sana boum ovis, dira proboscis,
Ergo trophæa locans elephantis imagine pinxit:
Bellua seruasset in nos fœdissima barrus.
Spem præter trepidus fuderat Antiochus,
Tum primum hostilis correpuisset equos.
Insuper & socijs occiderat imus ait,
Vt superasse nuat, sic superasse pudet.

Eiusdem aliud in pacem.

Turrigeris humeris, dentiq; quoq; barrus eburni,
Suppositi nunc colla iugo: stimulisq; subactus,
Vel fera cognoscit concordes undiq; gentes,
Qui superare ferox Martia bella solet,
Cæsareos currus ad pia templa vehit.
Prouectisq; armis munia pacis obit.

PROVERBIA. Citius elephantum sub ala celes: Lucianus in indoctum, Θᾶττον ἂν πέντε ἐλέφαντας ὑπὸ μάλης κρύψειας ἢ ἕνα κίναιδον, id est, Citius quinq; elephantos sub ala tegas, quam vnum cinædum. De ijs qui dissimulari nullo pacto possunt, quin notis aliquibus prodant animi morbum. Culicem elephanti conferre dicuntur qui minima maximis comparant. Libanius ad Cæsilium, Τὸ δ' ἐμὲ παίζειν, οὐκ ἔστιν ὅτῳ ξυμβάλοις ἐλέφαντα τὸν ἐμὸν σύμβουλον, id est, Ego verò perinde sum quasi culex cum elephante collatus. In epistolis quæ Phalaridis nomine feruntur, extat huiusmodi quoddam adagium, Κώνωπος ἐλέφας ἐπιμέλειαν οὐκ ἀλλοτρίζει, id est, Culicem haud curat elephantus Indicus. Dictum est autem ob singularem duritiem cutis elephantinæ, quæ fertur etiam iacula excutere, tantum abest vt culicis morsu possit offendi. Adhiberi poterit, quoties significabimus excelsis animis leues & vulgares iniurias esse negligendas. Prius locusta elephantum pariet, de re impossibili. M. Varro de lingua Latina libro 3. refert ex Ennio versum hunc, Atq; prius pariet locusta lucam bouem, Erasmus. Festus hunc versum Nævio tribuit. Elephantus non capit murem, Ἐλέφας μυῶν οὐκ ἀλίσκεται. Generosus & excelsus animus negligit prædas viles, ac lucella minuta. Vir egregiè doctus non infectatur minutulos istos literatorum simios. Homo præpotens non offenditur iniurijs tenuium, Erasmus. Ego in Apostolij Collectaneis rectius legi puto, Ἐλέφας μὴν οὐκ ἀλίσκεται, Id est, Elephantus non curat mures, quod Græci catminis heroici hemistichium est: Ἀλλ' ἔτι μὴν καὶ φαίνεται ἐσσομένοισιν. Obiecerit tamen aliquis huic prouerbio id quod supra docuimus, elephantum odisse mures, & pabulum ab eis contactum aspernari. Elephantum ex musca facere, est res exiguas verbis attollere atque amplificare. Lucianus in Muscæ encomio: Πολλοὶ δ' ἤδη καὶ ἐπῄνεσαν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, μὴ μόνον δὲ ἐπὶ τῇ παρασκευῇ, ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιοῦντος, Erasmus ex Suida: meminit etiam Apostolius. Nihil ab elephante differs, Ἐλέφαντος διαφέρεις, in magnos & stupidos dicebatur: etiamsi primam ingenij laudem Plinius tribuit elephantis, sed inter bruta. Verum corporis moles & formæ fœditas, adagio locum fecit. Refertur à Diogeniano. Videtur huc alludere Palæstrio Plautinus, qui herum suum non suo, sed elephanti corio circunrectum ait, nec plus habere sapientiæ quàm lapidem, Erasmus. Legitur etiam apud Suidam & Apostolium, Ὅτι τῶν μεγάλων καὶ ἀκινδύνων, παχέων καὶ ζώων ἐστίν. Apud Epinicum in Hypoballomenis, cum iactaret quidam se elephantum poculum tricongium, quod ne elephas quidem ebiberet, sæpius calcasse, subiecit quidam, Οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι, vt supra ex Athenæo citaui. Ex ijsdem versibus postea obseruatis Erasmus etiam hæc verba, Οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι, id est, Ne elephas quidem ebiberet, adagijs inseruit. Rhytus (inquit: errat autem, nam pro poculo rhytum, ῥυτόν, genere neutro semper profertur) poculi genus est, specie cornu, quod videtur (hoc ex sua coniectura dicit, mihi quidem non videtur) eburneum fuisse, impositum imagini elephanti: ita vt quadruplex in istis versibus elephanti mentio fiat, poculi, imaginis beluæ, eiusdē vitę, & hominis ebibentis, omnium elephanti nomine μανίων dictorum.) Dicetur, inquit Erasmus, in librum insulsum ac loquacem, quem ne patientissimus quidem perlegere sustineat. Magnos stupidosq; elephantorum nomine intelligebant, vel Græco suffragante prouerbio, Cælius. Celerius elephanti pariunt: Sunt quibus hoc quoque (inquit Erasmus) inter adagia videtur adnumerandum, quod scriptum est apud Plinium Secundum in præfatione historiæ mundi: Nam de Grammaticis, inquit, semper expectaui parturiri aduersus libellos meos, quos de Grammatica ædidi: & subinde abortus fecêre etiam decem annis, cum celerius etiam elephanti pariant Hæc enus Plinius. Itaq; cunctationem immodicam, & quorundam nimis lenta molimina, his verbis licebit significare. Porrò de elephantorum partu Plautus in Stichone: Audiui sæpe hoc vulgò dicier, solere elephantum grauidam perpetuos decem esse annos Licebit adagium etiam in hanc vertere formam: Quando tandem paries obsecro, quod tot iam annos parturis, vt nec elephanti diutius? De elephantorum pariendi tempore sententias authorum diuersas, capite tertio posui. In eburna vagina plumbeus gladius, Ἐν ἐλεφαντίνῃ κολεῷ μόλυβδινον ξίφος: prouerbium natum ex Diogenis Cynici apophthegmate. Nam cum adolescens quispiam insigni forma, fœdum quiddam atque ob fœcunum dixisset: Ex eburna, inquit, vagina plumbeum gladium educis. Eburatramento candefacere, est genuinæ formæ, cultum atque ornatum externum inducere, quo decus illud natiuum obscuretur magis quàm illustretur. Proinde læna Plautina puellæ naturali forma præditæ, tamen cerussam ad obliuendas malas postulanti: Vna, inquit, opera ebur atramento candefacere postules.

DE EQVO.

A.

EQVVS nobilissimum inter quadrupedes animal, & vitæ humanæ multis omnino modis vtilissimum, è iumentorum numero censetur: cui equidem nullum anteferri posse inter bruta existimo, cum ingenij simul & corporis eius dotes perpendo. Habent & aliæ quadrupedum suas laudes, & nonnullas quibus equum forsassis excellunt: nam quod bouem pluribus modis victū iuuet humanum animal nullum est. Sed si conferas inter se vtus omnes, licet vno aut altero equus vincatur, pluribus semper vincet. Accedit quod vbique terrarum equus ali & nasci potest. Quamobrem merito prima ei quadrupedum, imò animaliū omnium, dignitas, præcipuè in planis regionibus, vt boui in montanis. Sed equi laudes & vtilitates plurimas passim vniuersa hæc eius historia ostendet, eò cæteris prolixior, quò plura de hoc animante, vtpote omnium nobilissimo, apud authores inuenimus. Equum Latini etiam caballum vocant, de qua voce plura dicam initio capitis octaui.

Hebræi סוס ſus, vt equam *ſuſah*, quam vocem Canticorum primo aliqui equitatum vel multitudinem equorum exponunt. Appellant autem Græci quoque, tum equum, tum equitatum, hippon in fœminino genere: סִיס quidem Hebraicæ equum aliqui dictum putant quaſi ישיש à gaudio. Hieremiæ octauo ſus vel ſis autem quandam ſignificat, quam Rex Salomon aliter corcaia dictam, & Gallicè *grenet* videtur interpretati: Sunt autem verba prophetæ, de iis auibus vt ciconiæ, turture, hirundine & grue, quæ norunt tempus ſuum migrandi ac redeundi. Sicut grus & hirundo ſic garriebam, meditabar ſicut columba, &c. Eſaiæ 38. pro grue Hebraicè סוס ſus legitur, *Kimhi* equum exponit, vt etiam Ionathan, qui iam citato Hieremiæ loco equum expoſuit: Aquila quoq; equum reddit Hieronymus alibi miluum, alibi hirundinis pullum Septuaginta & Symmachus χελιδὼν, id eſt hirundo. Συριακὸς equus Syris, Vatinus. רכש *rekeſch*, Dauid *Kimhi* docet R. Ionam putare equum præſtantem & non annis confectum ſic appellari: ipſe *Kimhi* aliud genus animalium neſcio quod (iumenti. Munſterus) eſſe ſuſpicatur: & tertio Regum capite quarto ſcribit quoſdam peradim, id eſt, mulos interpretari. Leui ben Gerſon equos velociſſimos intelligit, quorum vſus in bello ſit: & ſimiliter author Concordant, genus equorum. Hieronymus Eſther octauo, veredarios. Idem Geneſeos 14. equitatum intelligit per רכש *rekeſch*, poſſeſſionem verò per רכוש *rekuſch*.

Danielis

Danielis vndecimo rekusch apparatum bellicum notat, alibi possessionē pecorū & rerum inanimatarum. Achastranum Esther octauo Hieronymus veredarios transfert, Dauid Kimhi & Abraham Aldre mulos, R. Salomon cameles celeriter currentes. Nominantur autem eodem capite achastranim, bene, id est pulli haramakim: vbi Dauid Kimhi ex traditione patris sui equam ait Arabica lingua vocari רמכת ramka: R. Abraham quoq; notat Ismaelitica lingua equas ita vocari. Videtur sanè iumentorum genus celerrimum significari. Chaldaica translatio habet ramakim, id est equi, Græcus interpres omittit: Hieronym. Vt nouis opistolis veteres corrigantur. אבירים *Abirim*, robusti, per excellentiam tauri & caballi dicuntur. Pro sus, id est equo Exodi nono, Chaldaicè legitur lusatin. Arabicè סיל *sail*. Persicè אסכחא *asbacha*. Syluaticus vocem faras equū exponit, & hara faras ferens caballum, & anfesel feras coagulum caballinum: & dheneb bachil, caudam equinam herbam: dunab quidem & sanab pro cauda poni reperio, vt hachil equus sit. Si calcauerit zofach, id est equus, vestigium dorsi, id est vsi (Hebræis & Chaldæis dob vrsus est, zeeb verò & deba lupus: pertinet autem ad lupi vestigium quod hic scribitur vt suprà quanto confirmabimus) accidit stupor eius pedi, Aesculapius. Equus Græcis nominatur ἵππος, nunc vulgò ἄλογον dicitur, Italis cauallo: & similiter Hispanis: Gallis cheual, Germanis *rosse*, Anglis *horse*: Bohemis *kon*, Polonis *kony*. Reliqua vide initio capitis octaui.

B.

In admissario quatuor spectanda sunt, forma, color, meritum pulchritudo. De cæteris aliàs. Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, (abineus apud Cælium,) russeus, murreus (murreus Cælius,) ceruinus, gilous, (gilous Cælio,) scutulatus, albus, guttatus, candidissimus niger, pressus (prèsse niger Cælio.) Sequentis meriti, varius cum pulchritudine nigro, vel albineo, vel badio mistus, canus cum quouis colore, spumeus, maculosus, murinus, Obscurior. Sed in admissarijs præcipuè legamus clari & vnius coloris, cæteri verò despiciendi nisi magnitudo meritorum culpam coloris excuset, Pallad. in Martio tit. 13. Murinus color vulgaris est in asinis. Colum. libro 6. Myrteus est pressus in purpura. Isidorus. Canus & colore candido & nigro est. Scutulatus sic dicitur propter orbes, quos habet candidos inter purpuras, Idem. Scutulata vestis dicta est à scutula vasis genere, quæ habet quosdam orbes vel circulos, quasi scutulis distincta. Galli scutulis vestes diuidere, quæ scutulata dixerunt, instituē. Guttatus est qui veluti guttas habet, στικτὸς Græcis eundem puto. Et picta perdix, Numidicæque guttatæ, Martialis. Russeum equum veteres rustici nominabant, qui non planè ruberet, sed proximè ad eum colorem accederet, sanguinatum hodie quasi sanguinatum vulgò equisones appellant, Nic. Erythræus. Secundum Iordanum color baydus (nimirum badius) & semialbus obscurus supra omnes est laudandus, Laurent. Rusius. Sæpe etiam improbati coloris equi, perquàm egregij sunt, Idem. Oppianus per venationum genera equorum colores distinxit. Nam qui colore cæruleo essent, (& pedibus varijs vel maculosis, στικτόποδες) apros eos censet egregiis cerui. Glaucis, qui color est nitidior & clarior, contra vrsos: contra pardos. fuluis, (ξανθοῖσι, id est rubicundis vel sanguineo colore) contra apros, nigris, (αἰθωνας & πυρραμπύκας ego aureos & fuluos verterim:) flammantibus oculis ac renidentibus, qui vitrei nunc vocantur, contra leones vtendum esse, Camerarius. Sed cæruleum, vt Græce legitur, melius forte ad totius corporis, non oculorum duntaxat colorem retuleris: quamuis glaucos etiam equos recentiores quidam oculorum tantùm ratione intelligunt. Venanti melius pugnat color, &c. Gratius: quæ sequuntur mutila sunt. Multos certi colores iuuant. Nonnulli huius aut illius coloris equos feliciùs capitari putant: qua de re & astrologi non dubitant monere atq; præcipere, inspecto cuiusque themate genethliaco, Camerarius. Color naturalis equi, qui in syluestribus deprehenditur, est cinereus, per dorsum linea fusca, à capite vsque ad caudam porrecta. In domesticis tamen boni inueniuntur nigri, russi, & albi aliquando: & similes grisei, qui quasi circuli paruis interpositis nigros albis immixtos habent pilos, Albertus. Nostri obseruarūt illos equos nasci pilis albis, sed canis, qui tandem progressu temporis dealbescant. Putant etiam huius coloris equos magis durabiles & viuaces haberi, minusq; morbis obnoxios. Sylla equum album, animosum, & velocissimum habebat, Plutarch. ἵππον λευκὴν μεγαλόψυχον, equi candidiores niue, Varin. in ἵππον. In coloribus equorum nitidissimus, rufusq; albus vel glaucus: albus etiam plerunq; bonus, cæteri verò deteriores indicantur, Author de natura rerum. Πηχεῖς, ἵππους, aliqui solidos & firmos equos interpretantur: veteres verò nigros, tanquam optimi sint, Varin. Sic & pecus παχείαν exponunt, cui lana solidior vel densior sit, εὐπαγὴς ἐπὶ τὸ πυκνότερον ἔριον: vel alba, uel nigra, Hesychius. Venanti melius pugnat color, optima nigri, &c. Gratius: quæ sequuntur mutila sunt. Γρύπιον, equus coloris illius quem Græci οἰνόπον quasi vineum appellant (qualis in vino nigro apparet) Hesychius & Varinus. Παροξύωνον, coloris species varius: ψάρος autem paroxyronum sturnus auis est & ipsa varia est: vnde pisces etiam pluri vdicti videntur. Hinc ψαροὶ equi huius coloris vocantur. Ψὰρ & ψαρόεις pro veloce quibusdam exponitur: nimirum ὁσονεὶ ψάρος, ἢ ἅπερ ψαρίς. Nam & ψαρόνυχες epitheton equi Arionis à celeritate factum est. Κυανόχαιτα ψαρόπωλον, Hesychius & Varinus. Idem Κρανὸν album vel nigrum exponunt, nimirum Doricè pro cnecо: nam cneci herbæ semen album, flos ruffus est. Κνικινόχρους, cnecinus color, subcroceus quidem si florem spectes: sin semen, albus, Hesychius. Κνικῶδες albus, aut semiflos, καὶ πυρρὸς, (lego πυῤῥὸς, id est ruffus,) Hesychius & Varinus. Plura vide in κνικὸς & κνικινόχρους Varinum. Strabo libro 3. Celtiberorum equos ἰσοφαῆ esse scribit, interpres subalbos reddit. Bonasus ferè est inter cinereum & ruffam, non ficut παρδὸς (paroi, Gaza vel parij, licet Codices impressi corruptè pardi leoni) dicti equi, sed supra squalidiore pilo, subter lanario: nigri aut admodum ruffi nulli sunt, Aristoteles. *de animal.* 9. 45. Παρδοὶ (oxyronum) equi dicuntur quidam colore ruffi, Hesychius & Varinus. Est & παροξύωνον apud Hesychium de ruffo colore equi. Reperio & parium & balium colores equi sattellitij. Hermolaus in Corollario, nec plura de pario. Ego meam super hac voce sententiam in Bonaso declaraui. Φοῖνιξ, color in equis asinino similis, Hesychius & Varinus: legitur & φοίνικος apud Varinum, quod magis placet. Sed id quoque per omega potius scripserim in medio. Et Etymologus: vt φοῖνιξ equus dicatur, tali coloris, nempe mustelino: nam galen Græci mustelam vocant, cuius color quoniam alnineo simillimus est, φοῖνιξ quoque insectum à colore dictum, alio nomine φολὶς appellant. Honesti Spadices glauciquo, colore magis albis Et giluo, Vergilius libro 3 Georgicorum: quem locum enarrans Vuilichius, Germani subadiceum equum vocant *ein braunlingk*: glaucum *ein graulingk* vel *schimling* (*schimmelfarb*, quem nostrates in præcipue laudant) forsan a colore mucidi panis giluum, *ein pfaell pferdt* (nostri *pfaum* scribunt, quem à flauo deducta voce, subflauum enim significat: Græci eum colorem ξάνθον dicunt.) Audo

color

coloris equos aſpectu plerunq; elegantes & nitidos eſſe, ideoq; frequentius palpari, vnde natum ſit proverbium in lingua noſtra vulgare, *den fülben hengſt ſtreichen*, de ijs qui aſſentantur & palpum obtrudunt. Neſæus equus eſt flauus, ξανθός. Niſa enim equos omnes flauos habet, Varinus. Grammatici noſtri (Seruius) glaucos dici equos interpretantur felineis oculis, id eſt quodam ſplendore perfuſis, Cælius. Glaucus eſt velut oculos pictos habens, & quodam colore perfuſos, Vincentius Bell. ex Iſidoro. Glauci equi felineis oculis. qui vulgò glaucioli dicuntur, Perottus. Atqui glaucus tam de reliqui corporis colore quàm oculorum vſurpatur, & de inanimatis quoque rebus. Vergilius glaucas ſalices dixit & oliuas & vluam, quod admiſtum habeant viridi coloti alborem quendam. Sed nec viridis quidem color (inquit Gellius lib. 2.) pluribus quàm à nobis vocabulis dicitur. Neq; non potuit Vergilius colorem equi ſignificare viridem volens, cœruleum magis dicere equum, quàm glaucum: ſed maluit verbo vti notiore Græco quàm inuſitato Latino. In animalium pilis puniceus, purpureus, & porraceus (φοινικοῦς, ἁλουργὲς καὶ πρασινοῦν) colores nunquam extant, Ariſtoteles circa finem libri de coloribus. Iam cum porraceus color viridis ſit, qualis in porri foliis noſcitur, repugnant hæc Ariſtotelis verba Gellio, qui glaucum in equis colorem viridem exponit. Non placet etiam quod eundem colorem cœruleum appellari poſſe ſcripſit Gillius: mihi enim omnes tres diuerſi colores videntur. Varium in equo colorem noſtri vocant *gſchegget*. Aelopoli Homero celeres potius equi quàm varij ſunt, ex Porphyrij ſententia, &c. Cælius lib. 21. circa finem capitis 24. Inter colores equorum (inquit Camerarius) eſt rarior ille quidem, ideoque, mea quidem ſententia præclarior, varius: quem lingua Teutonica appellat verbo deriuato à ſtrabis oculis, quia reſplendeant diuerſi colores & viſum quaſi diſtorqueant: quemadmodum & veſtes binis coloribus intextis ſtrabæ vocantur. Sed hos, maximè equites certarum gentium non probant, quam tamẽ ob cauſam nihilo ſunt deteriores habendi. Cur enim his varij equi non placent? Quia inſidijs, latebris, ignorationi ſunt contrarij. Hic quidem color argumento videtur eſſe naturæ bonæ, & conſtitutæ temperatæ quadam miſtione humorum, de quibus & albi & nigri & fuſui pili exiterint. Itaque & elegans ferè eſt horum corpus: ſi qui autem inter hos excellunt, eos videas tanta venuſtate & pulchritudine præditos, vt equeſtre nullum Calamidis ſignum ſpectabilius eſſe potuiſſe videatur. Et in equis certe diuerſi coloris, macula alba in fronte laudatur: qualis ille Vergilianus, quem etiam varium toto corpore introduci ſentio: tales enim fuiſſe conſtat Thracios, qui patrio vocabulo Marones dicerentur, & de colore λοιπὸν ἄμφοι, admiſſioni quidem non expetiti, quod deteriore colore pulli ab his gigni crederentur. Quo ipſo nomine admirabiles etiam iudico varios, quippe hunc decorem formæ qui quaſi diuinitus conſequi, non à parentibus accipere videantur. Hos Marones à veteribus dictos cum comperiſſem, admodum fuimus delectati, pluris q; etiam quàm antea facere cœpimus, propter cognomen præclariſſimi poëtæ, cuius de his verſus ſunt: Thracius ſi bis. Portat equus bicolor maculis, veſtigia primi Alba pedis, frontemq; oſtentans arduus albam, Hæc Camerarius huius coloris equis præ cæteris delectatus. Abſyrtus cap. 14. (vnde Camerarius mutuatus eſt) tractans de coloribus, non equorum, ſed aſini admiſſarij, ita ſcribit interprete Ruellio: Specioſiores ſunt aſini, quorum color in purpuram ſpectat, idq; ſi nigram, nec vllatenus in fuſcum vergentem maculam fronte gerant, (Græce legitur, καὶ ἐστὶ τοῦτο πρόσωπον λόγχοι, καὶ οὐ φαιοί. Probantur ſane equi ἀλέκτρυγχοι & ἀλφεστόμοι, tanquam vinaclores) Longè omnium pulcherrimi nigri habentur, qui non incanum ventrem, ſed eũ colorem habent. Cui pulla in ore macula ſubeſt, (οἱ γὰρ τοιοῦτοι τάχιστοι & σίμματα μέλανα ἔχουσι.) aut lingua nigricat, is conſimilis coloris ſobolem haud dubiè generabit. Qui ex candido colore in cinereum caneſcunt. (λοιπὸν φαιοί) quos vocant morones (μόρους habet codex impreſſus) ij ad admiſſurã non accerſantur: ſiquidẽ colores nullo in pretio habiti, magna ex parte reddentur ſoboli, Hæc ille de aſini admiſſarij coloribus. De ſpadicibus quæſitum à multis, quinam eſſe videantur: ac certum eſt punicei coloris hos aliquid habere, vt & fuſci illi, & fuſui. & in quibus rubentes maculæ albo inſperſæ ſunt, vt purpurei appareant, ſpadices habendi ſint, Camerarius. Caſſius medicus in problematis equos balios laudat, quos Græcè βαίους, balos vulgò appellant: Virgilius ſpadices, id eſt palmeo colore, Volaterranus. Spadiceos color eſt palmeus: palmarum enim termites cum fructu ſuo ſpadices & baia Græcia nuncupat. Vnde & nunc balius equus (lo cauallo baio, Scoppa) qui badius Varroni, vt eſt apud Feſtum, & balius Caſſio medio nominati videtur. Nam is in problematis generoſos ait equos eſſe balios. Color hic vulgò aliàs Lionato dicitur, Nicola. Erythræus Italus, Adi Gellium lib. 2. capite quo de coloribus tractat. Βαῖαι, ramus palmæ, Varinus. Balius color (apud Plinium libro vltimo cap. 7) videtur accipi pro vario ab Euripide: quidam pro ſpacide, hoc eſt palmeo qualis eſt equorum quoque (quos & phalios aliqui ſcribunt) apud Maronem. in Vopiſco diximus balcias ſiue balias à calore veſtes appellari, ſed blatteas ſcribendum ibi cenſeo. Rura hodie ſubrubrum colorem panni blattum Romæ appellant ſiue bladum: vt hinc videri poſſit ortum, quamobrem frumentum quoque ipſum ita barbarè nominetur vulgò: nam robi tritici Columella meminit, coloris Feſtus, Hermolaus. Gellius ſcribit ſpadica eſſe Doribus auullum (ὃ ἐστὶ φοινικοῦν nimirum, vnde & ſpadones) è palma termitem cum fructu: Et libro 2. eſſe punicei coloris ſpeciem. Spadices (inquit Seruius) phœniciatos vocant, id eſt profeſſos myrteos. Tinctores & ſpadicarij apud Firmicum nominantur. Spadix, phœnix & lyrophœnicium, inſtrumenta muſica ſunt. Pollux. Balios ventos accipiunt violentos: nam & balias equos, celeres intelligunt poëtæ, Cælius. Scoppa Grammaticus ſpadicem equum, palmatum quoque vocat. Palmatum parietem Quintilianus dixit. Mihi quidem ſpadix color videtur proximus illi quem nos à caſtaneis denominauimus *kaſtenenbraun*, & huius coloris equos imprimis laudamus. Puniceum verò, licet is etiam nomen à phœnice, id eſt palma mutuatus videtur, lætius rubere puto, non ſine ſua nigredine tamen, qualis in roſarum quodam genere apparet, tanquam purpura ſaturata & nigricante, qualis forſitan apud Phœnices populos, à quibus & oſtrum Tyrium dictum, tingebatur: vt inde potius ei nomen ſit quàm ab arces populos, à quibus & oſtrum Tyrium dictum, tingebatur: vt inde potius ei nomen ſit quàm ab arbore. Badium antiqui vadium dicebant, quia inter cætera animalia fortius vadat. Idem ſpadix eſt quem phœnicatum vocant, à colore palmæ quam Siculi ſpadica appellant, Vincentius Bell. ex Iſidoro. Equi badij nominantur etiam à Gratio poëta. Βαλίος, paroxytonum, nomen equi Achillis, ſignificat etiam varium, in qua ſignificatione βαλίος quoque cum omicro ſcribitur in vltima. Balium aliqui dictum putant, quaſi φαλιὸν, τὸν λόγχην μέτωπον καὶ τὸν λόγχην, id eſt album, aut alba duntaxat fronte inſignem, quem noſtrates appellant *ein blaſſ*. Βαλίαι, αἱ ταχεῖαι, ἀπὸ τοῦ βαίνειν, καὶ ταχὺς ὁ ἵππος ὁ βαλιόμενος ἀπὸ τοῦ ταχέως ἀπὸ τοῦ βαίνειν εἶναι, Varinus. Cretenſes balium etiam mutilum appellant, & Thraces Bacchum, Idem. Alicubi etiam legi βαλιὸν dici ὃν δὲ βαίειν δ κεντεῖν καὶ σίζειν, vt ſuerit ſignificet. Βαλιαὶν, μέγα, πολύ, εἰ δὲ ταχύ, Varinus. Et quorum feſtas imitantur terga faullas, Gratius de equis colore cinereis, vel canis, vel glaucis. Noſtrates pro colo-

prō colorū diuersitate nomina quoq; diuersa equis imponunt. qualia sunt *rapp, schimmel, blass*. Iubam colorem corpori consuêre veteres esse optimum: nunc tamen in fuluis laudatur albicanti: comati candidi magnifiunt & velatuli appellãtur, Camerarius. Ἀμείνων δὲ ἡ ἐπὶ λευκοχαίτῃ χρώματι ὀφθείς, Pollux. Hi ppocomi colorem loco, robur inani sagina, vt ait Quintilianus, mentiuntur. Admonet me hæc de coloribus equorum dicto, vellim etiam quos Græci oryngas vocant. ὀρυγγας, hoc potissimum loco commemorem. Horum generabile, rarum (σπανίον) ac perpulchrum vocat Oppianus libro primo de venatione. Nomen autem eis inditum puto, vel à montibus vel à libidine, hisce versibus:

Ἠ ὅτε καπνοχύτοιο πέλει ἀλόοντα πάγοιο, Ἠ ὅτε τε ῥηγμῖνι θαλάσσης ἀντυγιόωσαν.

Addit, alios eorum maculis siue tænijs oblongis frequentibus ornari, quales rigidum spectantur: alios rotundi vt panthere: atque has maculas cauterio adhuc pullis adhibito fieri. Sunt & aliæ (inquit) mangonum artes, quibus pullos etiam quocunque placuerit colore concipi & nasci efficiunt. Nam cum equa libidinosa est, equite dicunt, admissarium bellè ornatum & pulchris pictũm coloribus (ἐπιτηδείοις πρὸς ἡδονὴν χρώμασι) vel ostendant, & in conspectu eius aliquandiu retinent, vt delideratam illa speciem diutius imaginetur, & oculis auidè que hauriat imprimatque: demum admittunt, vnde pullus similis patri concipitur. Columbas etiam pulcris & variis coloribus, quales in conspectu eis per libidinis tempus fuerunt, nasci, suo loco dicemus. In hippocomicis libris Germanica lingua ẽditis, nigrum colorem pilis equorum nibis inducl reperio, si abluantur filicis radicum & saluiæ in lixiuia decocto. Dealbari vero pilos illos qui illiti sint pinguedine collecta ex decocto ralpæ in olla nouæ: supernatat enim pinguedo, si ralpa diutissimè decoquatur. Vel sic, Pilis emissis locus illinatur melle crudo cum adipe melis. Alij aliter idem moliuntur. Vide infra capite tertio in Cosmeticis. Sæpius quidem similes fœtus parenti ædere consueuerunt equæ. vt Pharsalicæ semper, quam ideo probã nominarunt, Camer. Præter hominẽ pilos equo tantum canescere Plin. scribit. Equis pili in senecta apertè canescunt, Aristot. Et alibi. Equis maxime omnium quæ nouerimus animaliũ canicies innotescit: quod os in quo cerebrum, tenuius quàm cætera pro magnitudine habeant: argumentum est, quod ictus in eo loco periculosus est. vnde illud Homeri. Et qua sese inserent capiti, letaléq; vulnus Præcipuè sit equis.

De pilorum coloribus equi tum alijs, tum canicie, iam proximè diximus: Restat vt ipsas corporis equini partes enumeremus. Equo & boui pilũ quotannis decidnum esse quidã scripserunt, Cælius. Quia pilis equi in gena seu palpebra inferiore carent, propterea Apelli Ephesio qui equũ quempiam pinxisset, reprehensionẽ attulisse fertur. Alijnũ Apelli hoc accidisse, sed Nicoui aiunt, cum tamen scientissimè cæteras equi partes pinxisset, hanc partem fuit visto veriam fuisse, Aelian. Iubam in equis Græci λοφιὰν appellant, Xenoph. χαίτην, Gaza vertit crinitam lib. 2. de partib. anim. cap. 14. Pili equis in iuba largi, in armis leoni, Plin. Procomium, προκόμιον, pili sunt qui à vertice equi iuxta oculos & tempora propendent. Apud Vegetiũ lib. 2. Veterinariæ cap. 11. protocomium legitur, quod non adeò placet Xenophontis interpres Iubam verticalẽ transtulit. Latinius capronas dicturus Sunt enim capronæ comæ ante frontem, quasi à capite pronæ, teste Nonio: vel vt Festus ait, equorũ iubæ in frontem deuexæ. De his Lucilius in Satyris apud Nonium, Aptari caput, atq; comas fluitare capronas Aiax, frontibus immissas, vt mos fuit Illi. [illegible] Xenoph. Hoc est, non vtilitatis tantũ gratia, quod prius dixerat (nã cauda muscas abigit: procomiũ oculos tuetur ne quid molesti incidat. nihil interim impedito pilorum prolixitate visu: asinis quidem & mulis procomij loco ad oculos defendendos aures datæ sunt longiores, Iuba conseruatori adminiculũ præstat, eóq; magis quo fuerit prolixior) iuba, capronæ & cauda equis ornamenti, sed etiã decoris ornamentiq; loco. Quod vel equi ipsi intelligere videntur, γαυριῶντες καὶ μεγαλαυχοῦντες, vt Pollux ait. id est, superbientes & quasi gloriantes ob iubã suam. Quamobrem peregrinæ quidam equabus admittunt ad mulorũ procreationem (ὀνοβατοῦντες) cum asinos ab equab. despici, & iniurijs insuper affici, morsu aut calce lædi, animaduertunt, iubis detonsis equas ad fontes tanquã specula ducunt, in quibus turpitudinem suam & adeptũ comæ decus contemplatæ ignobiles illos admissarios nõ amplius dedignantur. [illegible] Pollux. In equis inquit Vegetius) nõ solum vtilitas, verũ etiam decoris ratio seruanda est. Nunquam itaq;, nisi necessitas passionis exegerit, de articulis resecãdi sunt cirri. Naturale enim ornamentum pedũ natura in illis constituit. Ceruicem etiã ipsam diligens debet ornare tonsura. Multi enim sicut curribus, ita & sellaribus iumentis prælius colla radunt. Quæ res licet præstare creditur augmentum, tamẽ sub honesto tegmine deformis est. Alij ita tondent, vt arcum videantur imitari. Nonnulli Armeniorum more crines antiquos in tonsura ipsa per ordinem derelinquunt. Sed gratiora sunt quæ translata de Persis posterior vsus inuenit. Nam media iuba ad omnem accurationem ex sinistra parte tondetur, à dextra verò omnino intacta seruatur. Et nescio quo pacto plurimum deceat, quia illud quod naturaliter laudatur, Vergilius imitatur: Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo. Quod si bicornis fuerit, vt vulgus appellat, mediæ ceruicis setas æqualiter oportet attondere, ita vt tam dexteri quàm sinistri limitis continuata serie iubæ relinquantur intactæ. quod nihilominus inuentum constat à Parthis, Hucusque Vegetius. Posterior pars pulli est altior anteriore, sed accedente incremento ætatis anterior in pleriq; sublimior fit. Pulli equini, inquit Aristoteles, paulò suis parentibus humiliores sunt, atque adulti crure posteriore caput attingere nequeunt, quod nouelli facile attingunt. Hippiatromedici, quorum barbara dictio est, vt Laurent. Russius, pastorella in equo vocant iuncturas siue articulos pedum: quod ea parte nunella (vinculi genus, Itali pastoram vocant: & ita vincire pastorare.) adhiberi soleant. Iumentum habet in capite ossa duo, à fronte vsque ad nares alia duo, maxillaria inferiora duo, dentes quadragintà, id est molares viginti quatuor, caninos quatuor, rapaces duodecim. In ceruice autem sunt sponduli septem, spatulæ (lego spondyli) renum sunt octo, a renibus vsque ad anum septem. Musculorum (id est caudæ) habet commissuras duodecim. In armis prioribus sunt regulæ duæ: ab armis vsque ad brachiola, duo: à brachiolis vsq; ad genua, duo. In genibus parastaticæ duæ. A tibia vsq; ad articulos, duo. Bases quæ appellantur nucleo duæ. Vsque ad pumices vngulæ, ossa minuta sedecim. In pectore vnum. Costæ tamen in interioribus tribus sex. Item à posterioribus à cumulari (aliàs columellari, sed paulò post commissuram renum cumulare vocat) vsque ad molaria duo: à molaribus vsque ad vertebras duo: costales duo. Ab acrocolephio (acrocolion intelligo, id est coxam vel superiorem femoris partem, nam inferior hypocolion vocatur) vsq; ad gambam (id est tibiam: vt Itali & Galli hodiéq; vocant) duo: à gamba vsq; ad cirros tibiales (pilos longiores intelligit quos *fusion* Germani

Germani nominant, de quibus non tondendis paulò ante etiam ipsius verbis monuimus) duo: minuta vsque ad vngulas sedecim. Et sunt ossa omnia centum septuaginta, Vegetius 4. 1. Nunc mensuras numerumq; membrorum oportet exponi. In palato gradus sunt duodecim: longitudo linguæ habet pedem semis: labrum superius habet vncias sex, inferius vncias quinque: maxillæ singulæ vncias denas: à cirro frontis (procomium sic appellare videtur) ad nares habet pedem, auriculæ singulæ continent vncias senas. In oculis autem singulis vnciæ quaternæ. A cirro vbi definit ceruix vsque ad mercurium continentur calculi octo. Spina continet subter spatulas (forte subter spondylos, vt & paulo ante Spatulæ pro spondylis leguntur) triginta duas. A commissura renum, quod cumulare dicitur, vsque ad imum muscarium commissuræ sunt duodecim. Saguæ longitia vncias duodecim. Ab armis vsque ad brachiolum vncias sex. A brachiolis vsque ad genua longitudo continet pedem. Ab articulis vsque ad vngulas vncias quatuor. In longitudinem vel prolixitatem pedes sex. Hæc eumetria equi conuenit staturæ honestæ ac mediæ. Cæterum non dubitatur in buricis minora ista, & in primæ formæ equis esse maiora. Veget. 4. 2. Neruorum quoque numerus, qualitas ac mensura pandenda est. A medijs naribus per caput, ceruicem ac mediam spinam, vsque ad imum muscarium descendit filum duplex, quod continet pedes duodecim. Duo nerui in ceruice palmarij continent pedes quatuor. Ab armis vsque ad geniculum nerui duo. A geniculo vsque ad basim nerui quatuor: in prioribus sunt nerui decem, in posterioribus decem. A renibus vsque ad testes nerui quatuor. Fiunt in se omnes nerui triginta quatuor, Veget. 4. 3. Consequenter venarum quoque indicandus est numerus. In palato venæ sunt duæ, suboculates duæ, in pectore duæ, de brachiolis duæ, de subcirris quatuor, de talis duæ, de coronis quatuor, de feminibus quatuor, de femoribus vero duæ, de subgambis duæ, de muscario vna, venæ matricis in ceruicibus duæ. Fiunt pariter venæ viginti nouem, Vegetius 4. 4. Venæ quædam supra oculos secantur equis, minutis in eum vsum factis phlebotomis. Detrahitur etiam sanguis ex palati venis. In festo diui Srephani mos erat olim apud nostrates venam in ceruice equorum aperire, propter plures eius temporis ferias: nunc propemodum exoleuit. Sanguinem detrahes de ceruice, id est de matricali vena, Vegetius 2. 13. Spadonibus equis inter authores constitit sanguinem de matrice nunquam, nisi forte ex nimia & extrema necessitate, tollendum: propterea quod caloris maximam partem cum testibus amiserunt. De palato tamen, si non impediat negligentia, omnibus propè mensibus tam spadonibus quàm testiculatis minuendus est sanguis. Admissarij verò si cohibeantur à venere, vbi dematricati fuerint (id est sanguis ex Matrice vena eis detractus, vt ego interpretor) cæcari sæpe dicuntur. Quamuis eo anno quo admissum faciunt, non sit eis vena laxanda, ne generationi intentum corpus cura geminæ necessitatis exhauriat, Vegetius 4. 7. Sanguinem mitte de vena organica equi, quæ est in collo, Rusius. Recentiores venam magnam, aliàs nigram, & fontanellam eandem faciunt. Vocant autem Itali fontanellam, locum qui in equis forintecus cauus apparet circa coxendicem, quin & iugulum seu thymum in homine eodem nomine appellant. Si equus fuerit morfunditus, scinde pellem supra fontanellam hanchæ, &c. Lau. Russius cap. 73. Spauanus morbus circa garectum ex latere interiori subtus garectum parum inferius, quandoque tumorem inducens circa venam magistram quæ dicitur fontanella, Idem cap. 103. Extremitates gulæ cum parua rosneta in tantum cauentur funditus, donec vena magistra pedis quæ tendit ibidem, rumpatur, & sanguis fluat, Idem cap. 129. In dolore corporis equi ex superfluo sanguine, de vena quæ tigratica dicitur, videlicet prope vngulam ab vtraque parte corporis minuatur, Idem. Vena consueta inter lunctoram & pedem ex latere interiori aperienda est in attractione dicto affectu, Petrus Crescent. Hanc venam esse puto quæ vulgo à nostris vocatur *die fyfelader*, (vel potius *fisselader*, loco sic dicto, vt conijcio, quòd lumentis illic mumellæ injiciantur, id quod nos *fisselen* dicimus:) & in homine *die rosader*, nimirum tanquam *rossader*, id est equina, quod in equis frequenter incidatur: est autem vena malleoli. Eadem puto venas Hippocrates intellexit σφυρὰς vocans, τὰς ἐπὶ τοῖς σφυροῖς φλέβας, citante Varino. Venam quæ supra genu interius est, nostrates nominant *die schrancker*: Illam verò quæ pertundi solet ea in parte, qua calcaria adiguntur, *die sporader*: quam Petrus Crescent. 9. 18. cingulariam, vt conijcio, appellauit: Si equus (inquit) doleat ex abundantia sanguinis vel humorũ intra venas, &c. statim à vena cingularia, quæ est prope cingula ab vtraq; parte sanguis detrahatur: & ex quacunq; parte corporis sanguis haberi potest, vsq; ad debilitatẽ ferè minuatur. Sed de phlebotomia equorum plura leges infra cap 3. vbi de sanitate equorũ tuenda dicemus. Equus, non seuum vel adipem habet, sed pinguedinem, στέαρ, ἀλλ' οὐ πιμελὴν, Herocles. Pars media inter aures. Germanicè *kamm*.

Oculi equorum quibusdam glauci, Plin. D. Augusto equorum modo glauci fuêre supraque hominem albicantis magnitudinis, Idem. Cur albiores homines quam equi oculis magna ex parte cæsijs (glaucis in Græco) sunt? An cum oculi triplici coloris genere distinguantur, nigro, caprino & cæsio, corporis totius colorem oculi quoque color consequitur: itaque haud immeritò cæsius est, Aristoteles Sect. 10. problem. 13. Grammatici nostri (vt Seruius) glaucos dici equos interpretantur felineis oculis, id est quodam splendore perfusis, Cælius: sed de hoc colore circa reliquum corpus supra diximus. Nostri appellant *glasoge*, id est vitreos oculos, & noctu etiam videre putant. Equis solis præter hominem variat oculorum color: proueniunt enim eis aliquando cæsij, Aristoteles. Equi maximè omnium cæterorum animalium oculis variant: aliqui enim cæsij altero oculo nascuntur, quod nulli ex cæteris bestijs euenit manifestè, Aristo. Equos cæruleis oculis (κυανώπας, Gillius cæsios reddit) in venatu contra ceruos Oppianus probat. Exophthalmos equus est cui oculi prominent, cœlophpthalmos, cui in recessu conduntur, Cælius. Equi heterophthalmi habentur quibusdam pulcherrimi (κάλλιστοι præstantissimi) cuiusmodi fuit Alexandri Bucephalus, Pelagonius in Geopon. 16. 2. vt Cælius vertit. And. à Lacuna heterophthalmos reddit monoculos. Inter optimos, inquit, monoculos à quibusdã censeri Pelagonius ait, si à natura taléve oritatem contraxerint: nam si è casu, absurdum esset id dicere. Idem Cornarium reprehendit, quod heterophthalmos interpretetur ab alterius oculi varietate sic dictos. Videtur autẽ deceptus verbis Ammonij, qui in lib. de vocabulorũ differentijs heterophthalmon vocat, qui altero oculo κεκωφῶσιν (id est casu aliquo, siue fortuito siue per morbũ, vt ego accipio, quanquã Varin. scribat κεκλεικεν.) orbatus sit: monophthalmũ verò, qui vnicum duntaxat oculum habeat, vt cyclops: etsi Varin. non ita accipere videri potest. Itaq; monophthalmus, nisi monstrum aliquod fortassis, nemo fuerit: heterophthalmi vero Ammonio dicti quicunque altero oculo cæci, altero tantum videnr, siue ita nati sint, siue casu postea supeueniente. Sed huiusmodi equi qua ratione laudari possint non video. Absyrtus certe lib. 1. cap. 13. longe allos videtur heterophthalmos dicere, his verbis vt Rucllius transtulit: Heterophthalmi, id est qui varietate oculorum notantur equi, non eandem rem oculis cernunt: Nam quemadmodum ἱππόκωλος & ἱππόχωλος, claudicare solet, & labori itineris cedere: sic etiã illos hac diuersitate

variegatos

variegatos visus deficit. Quin & ob hanc oculorum varietatem, & improbi, & rerum eis occurrentium verentes, nec non ad speciem rerum oculis obiectarum consternabiles sunt. Hos tamen Parthi magno in pretio habent, & pro generosissimis adsumunt: apud quos primum procreatos fuisse constat. Qui verò discolores notas in tergore referunt, eos Parthos veteres appellarunt, apud quos primum in lucem æditi produntur, Hæc Absyrtus interprete Ruellio: Qui ἑτεροσκελῆ & ἑτερόπoδα vertit eum cui crura vel pedes discoloribus maculis euariant, quod mihi non placet: neq; enim hoc admodum vitio dari in equo potest, neq; tarditatis vel causa vel signum est. Nam Oppianus in venatu ceruorum equos adhiberi iubet ποικίλπoδας, id est quorum pedes maculis distinguantur, vbi præcipua celeritate opus est. Apparet autem heterophthalmon quoq; Ruellium intellexisse eod. m modo, cui varijs punctis aut maculis colorati sint oculi: in quam forte opinionem induxerunt eum Absyrti hæc verba, Καὶ ἐπὴ ποικίλος τῷ χρώματι εἰσὶ, καὶ οὗτοι δοκοῦσι πρὸ ἐκείνων πρῶτοι γενέσθαι. Nam cum hęc statim post heterophthalmiæ vitium eodem in capite subijciantur, Parthicos scilicet equos appellatos à veteribus qui varij colore essent, illam de coloris oculorum varietate intellexit, cum author nihil circa colorem eis commune, sed nomen tantum à gente apud quam vtrique nati primum celebrentur, insinuet, Proinde non probo quod Ruellius vertit. Qui verò discolores notas in tergore referunt, &c. quasi vero etiam heterophthalmi similes, id est discolores notas in oculis referrent. Alia igitur quædam varietas & diuersitas vnius scilicet oculi ad alterum collati intelligẽda est, siue ea in colore sit (nam ex Aristotele supra citauimus equos nonnullos altero oculo exsios nasci, quod nulli ex cæteris bestijs manifeste eueniat:) siue alio quodam affectu. Huc facit quod heterognathos equus appellatur, non vlla coloris ratione, sed qui caput in alterum latus & maxillam vt plurimum vertat, & ne freno quidem facile in contrarium flectatur. Sic & ἑτερόστομος dicimus. Parthi autem ideo fortassis huiusmodi equos præferebant, quòd pauidi essent & fugæ apti, cum ipsi fugiendo pugnarent, nec vellent cominus hostem aggredi. Vetus ille Micon (Μίκων) arbitrabatur equum in inferiore gena pilos edere, quos phlebarides Græci vocant. Taxat igitur Simo iure Miconem, ac ignorantiæ insimulat, Herocles. Vide in H.a. vbi de imaginibus equorum. Equorum animi ind ces aures, sicut & leonum cauda, Plinius: sed hæc ad electionem equi pertinent. Equi nares mulomedici Græci ἐυρῖνας & εὐρύῤῥινας vocant. Equo dentes mutantur, Aristotlees. Vtrinque dentati sunt, homo, equus, asinus, & sanè adipem habent, Aelian. Equus dentes emittit vniuersos, Aristoteles. Dentes continui, vt homini, equo, Plin Quibus continui dentes, sorbent, vt equi, boues, Idem. Difficile aut ferè impossibile est, equum os probum habere, nisi extrahantur ei dentes scalliones dicti & plani. Equus enim calefactus si hos dentes habuerit, ægrè per fossorem retineri potest, & morsum freni plurimum auersatur. Quamobrem iam dicti dentes quatuor, postquam annorũ trium cum dimidio equi ætatem exegerint, radicitus extrahentur, de maxilla inferiore bini vtrinque, ferramentis ad id aptis, Rufius cap. 40. vbi plura legat qui volet de cura post dentes exempros vulneribus adhibenda. Idem equos qui habent huiusmodi dentes scallionatos vocat, & peculiaria eis frena præscribit cap. 35. Dentes quos hostri lupinos aut syluestres vocant in equis (*vuolfzàn, vulazàn*) postrema parte maxillæ adnascuntur, pullis præsertim: ante cæteros dentes, parui magnitudine fabæ, in cibo capiendo impediunt, vnde iumentum strigosius euadit, quamobrem extrahendi sunt. Redduntur equis dentes senectute candidiores, cæteris animantibus (rubescunt, Plinius) nigriores, Aristoteles Sed plura de dentibus dicam cap. 3. vbi de dignoscenda equi ætate agam. Os Vegetius 2.33 etiam morsum appellat, vt & Germani, his verbis: Si quod os fractum fuerit, vt morsum claudere non possit. Vsurpatur & ῥύγχος, id est rostrum de equis, vnde & ἀλφοῥύγχους apud Absyrtum lib. 1. cap. 13. qui tardius senescere feruntur, vt & ἀλφοπρόσωπος. Χελώνια Ruellius in Hippiatricis labra transfert. Varinus χελὼν etiam & χελώνιον, χέλυς interpretatur: at χελώνιον Polluci, summa pars dorsi est iuxta ceruicem in homine. Equa mammas binas habet inter femora, & singulos parit, Aristot. Equi mares nonnulli carent mammis: non enim omnes habent, sed tantum qui matri similes prodiêre, Idem. Equorum cor, sicut & boum quorundam, suo in corde osseculum continere aiunt, Aristot. Gaza in translatione sua de bobus tantum hoc scripsit, de equis omisit: quod miror; cum Græcus textus expressè sic habeat, ἔχει δὲ καὶ ὁ ἵππος καρδίαν ἰσχνήν. Et lib. 3. de partib. cap. 4. Cor (inquit) sine osse est omnium, quæ nos nouerimus præterquam equi, & generis boum cuiusdam. Et Hierocles, In equorum & mulorum quorundam corde inuentum est os. Et Plinius, In equorum corde (inquit) & boum, ossa reperiuntur interdum. Equi axillæ, apud veterinarios Græcos μάλαι, & μασχάλαι. Dorsum equi, barbari authores garresum vel garresc nominant: apud Rusfium cap. 86. inscribitur de læsione garrasij seu guida: & cap. 88. de pulueribus ad sanandum dorsum vel garresam equi. Equus fel non habet, Aristot. Et alibi, Equus omnino & omnia solipeda felle carent. Equi, muli, asini, &c. fel non habent, Plin. Sunt qui equo non quidem in iecore esse, sed in aluo putent, Plin. Fellis vesicam equus in hepate non habet, sed quidam solutior inhæret neruulus, in quem se genus hoc humoris insinuat, &c. Absyrtus in cura malidis articulariæ. Iecur habet (vt Ruellius vertit: in codice impresso πνεύμονα, id est pulmonem legimus) in tres fibras diuisum (τριλοβὲς forte legendum, non τρίβολον,) felle non adnato, vt quod copiosum & graue olens intestino adhæreat, Hierocles. Colon intestinum Absyrtus etiam intestinum magnum & monenteron nuncupat. Tormina equis accidere putantur in grandiore intestino, quod Græci monenteron & côlon vocant, quia altera parte sui liberum quasi voluatur in ventre sine meatu: ideoq; tam hominibus quàm brutis, in cursu & incitatione ibi sonitus editur, qui est equorum clarus & magnus. Sunt qui côlon ab hoc distinguant, & monenteron vocent typhlôn, id est cæcum, subijciantq; colo, Camerarius. Extalis Vegetio 3.11. intestinum rectum. Hancham barbari & Arabum imitatores pro coxendice, vel capite aut articulo eius vsurpant. Coccyx pars quædam est inter armos siue scapulas, in medio (vt conijcio) dorso, circa spinam eminens. Absyrtus cap. 14. de alino admissario, Ἔξωθεν μὴ κάτωθεν, σωμφαλὸν πυθμενίσας ἐχέτω καὶ ὀλίγον, ἢ τὸ ἐν αὐτῇ καπόγεφυρον κόκκυγα, πλατὺν, μέσον, ἀφιέμενον, μὴ στενὸν ἢ καὶ σπιγγώδη. Ruellius pro coccyge catagrapho vertit prominentiam litura distinctam, &c. Absyrtus quidem expressè dicit coccygem esse ἐν τῇ σωμφαλίᾳ. id est interscapilio siue medio scapularum aut armorum loco. Eandem partem innuere videtur his verbis cap. 114. Πάντων δὲ χρὴ ὄντας ἐν τῷ ἰσοφυὲς ἔχοντες τὸ σωμφαλὸν ὑψηλότερον. Et rursus cap. 115. κόκκυγα appellare, nisi mendum est exemplaris, Τοὺς δὲ αἰπολικοὺς τῶν ἵππων ἐν τοῖς ὤμοις καὶ τῷ κόκκυγι, ἐπιδαλαμβάνουσι δὲ Σαμάκτῃ ὡς ἀγαθούς. Quosdam acẽtogenes vocant à genitiua quadam nota, quam in armis & clunibus referunt, Ruellius: sed ineptè: probant enim hanc notam Sarmatæ in armis & cocco, in posteriore autem parte circa coxas & caudam improbant, vt mox subijcitur: non igitur clunes cũ armis iungere debuit Ruellius, neque coccon ita transferre. Rursus cap. 26. τρυπᾶν δὲ ἐπιδὰ τὸν ἰσχίον (malim ἰσφύιον vt Ruellius: nam Absyrtus φύσιν habet) ἔστ' ὤμους εἰς τὸ κόκκυγα μέσον, verba sunt Hieroclis, & similia Absyrti. Ruellius vertit, Iuxta exortũ armi in mediam prominentiam perforare tergus oportet. Ὀσφὺν Græci lumbos vo-

rant Est autem non vna huius vocis significatio, vt apparet ex hisce Xenophontis verbis, Ὁ ὀφὶν δὲ λέγουσι οὐ τὸν κατ' εὐρώπην ἡ ἴφυκε μεταξὺ τῶν πλευρῶν καὶ τῶν ἰσχίων καὶ τῶν κεντεῶνα. Eadem ex Xenophonte mutuatus est Pollux. Ἔδρα in homine anum significat, id est partem cui insidet: in equo autem dorsi partem cui insidetur, vt apud Xenophontem, Curator (inquit) spinæ pilos ne quo attingito, nisi manu, qua illos premat & mulceat, (τὰ ἔσθιον καὶ ἀπαλύνων: Pollucis codices corrupte habent καταπαλύνων pro ἀπαλύνων, (sequens situm eorum: sic enim quasi sedili in equo minimè nocuerit, ἥκιστα γὰρ ἂν βλαπτοῖ τὴν ἕδραν ἵππου. Eadem Pollux, cuius & hæc sunt, περὶ αὐτὸν καὶ ῥάχις, καὶ ἕδρα. μάλιστα δὲ τὸ μέσον τῆς ῥάχεως, ὅπου τὴν ἕδραν, ὥσπερ καθίππου ἐπίθεσις. Vbi apparet eum eandem partem ἕδραν & ῥάχιν vocare: præcipuè verò ἕδραν dici mediam spinæ partem, cui insidet eques: vt forte legendum sit, Μάλιστα δὲ τὸ μέσον τῆς ῥάχεως λέγεται ἕδρα, &c. Muscarium Vegetius equi caudam appellat, à muscarij flabelli, quo muscæ abiguntur, similitudine, & vsu in equis eodem. Cauda prolixa & densa pilis præcipuum equi ornamentum est, de qua supra etiam ex Xenophonte nonnihil dixi in procomij mentione. Equorũ caudæ tenor breuis, pili prolixi: bubus contra, Aristoteles. Caudæ animalibus prælongis setosæ, vt equis, Plinius.

Suffrago id est in posterioribus pedibus quadrupedum quod in prioribus genu. Vel est nodus aut articulus sub crure, quo pedis versura constat, tibiæq; ita annectitur pes, vt verti possit: id quod spectamus in bobus, equis, & cæteris armentis. Dictæ suffragines quod suffringantur, hoc est in altum frangantur: vel quod ad gressum suffragentur. Constat sanè genua animalium, quæ animal generant, ante se flecti: suffraginum verò artus in aduersum. Quemadmodum igitur poplites dicti sunt quod post plicentur: sic suffragines quod subter frangantur. Aues & quadrupedes in priora curuant, suffragines in posteriora, Plinius lib 8. Barbari suffraginem garrectum nominãt, Galli le iarret de derriere. Equus in venatione facile vulneratur ab apro εἰς τὰ ἐντὸς μέρη τῶν ἀγκύλων ἐν τῷ γόνυ, Absyrtus cap 111. Ruellius vertit interno poplitis sinu, aut interiore crure,

Vegetius crura ipsa in iumentis gambas vocat: quasi campas. Nam & Aristoteles campen nominat in pedibus, qua suffragines poplitesq; habẽtur, Hermolaus. Legimus etiam super gambam apud Vegetium 3.20. & subgambam 3.22. Si lacæ in gambis fuerint, aut aliquis dolor coxæ vel gambæ, sanguis detrahatur gambis: sunt enim venæ à visceribus descendentes per gambas interius, Vegetius 1.27. Idem lib 3. cap 19. de laccis gambarum scribit, & mox cap. 20. de iumento gamboso. Pro gamba Galli iambam etiamnum dicunt. Οἱ τὰς κνήμας ἐπιπαλύνοντες ἐρεθίζουσι γαλεαγκῶνες, ἵνα φέρηται ὅτι εὐτρεπέστατος. Aristoteles in Physiognomicis. Interpres Latinus galeanconcs vocem relinquit, cætera ad verbum, sed ineptissimè, transfert. Intelligi autem & emendari & explicari potest hic locus ex Adamantij Physiognomonicorum lib. 2. capite de motu vbi legitur. Ὁ δὲ τὰς ὠμοὺς σπασμωδῶν καὶ σβερκῶν, ἐρεθὶς δὲ ἂν καὶ ὑβριαυχενῶν, αἰνοβαθὴς καὶ ὀβελισκὸς, ὥσπερ δὲ βαίνει ἵππος: Hoc est vt Cornarius vertit, Qui vero humeris subcommouetur, rectius autem est & altæ ceruicis, contumax est & contumelioſus: ita enim graditur equus, γαλεαγκὼν quidem apud Varinum exponitur qui brachium minus (vel breuius) habeat: grammaticus quidam recentior eundem Latinè ancum vocari ait. Festus ancum illum esse docet, qui aduncum brachium habet, vt exporrigi non possit, nimirum ab ancône, id est cubito incuruo. Sed hoc quid faciat ad iam citatum Aristotelis locum, non video. Adamantius pro γαλεαγκῶνες (quam vocem quomodo Galenus in Glossis exponat dicam in Mustela) legisse videtur ὑβριαυχενῶνες: nec dubium quin ex Aristotele ita legerit, cum & præcedentia & sequentia conueniant, vt conferentes deprehendent.

Περόνη in equo, quidam pedis commissuram vertunt, ego os tibiæ quod radium vocant, vt in homine etiam, & sic Ruellius quoque capite 13. translationis suæ reddidit aliqui fibulam. Μετακάρπια Ruellius calces transtulit. Asinus admissarius habeat Τὰ μετακάρπια μὴ λίαν ὑψηλὰ μηδὲ παχέα, μηδὲ κατεβαίνοντα ἰσχνά. Hoc est, calces neq; præter modum altos, neque nimium depressos: sed neque nixus talis ingrediatur, vt Ruellius vertit. Idem alibi talos, vt capite 7. vel vt eius translatio habet, octauo. Ἐπὶ κεφαλαίοις λέγοντα τὰ ἐν τοῖς μετακαρπίοις τοῖς ὑπερθίοις φλέβας, ἐν ᾗ ἐντὸς μέρος ἢ ᾗ ἐκτὸς, id est, In hordeatione morbo venæ sub anterioribus talis externa vel interna parte feriantur. Rursus capite 113 de domitura pulli, Pullo (inquit) qui committitur exercitationi, solum non alta profunditate subijciatur: quippe cum facile tibiæ radium hinc contingat abscedere, id quod pedis articulos ac suffragines infirmat: Græce est, καὶ οὕτως τὰ μετακάρπια χθαμαλὰ γίνεται. Et mox sequenti capite, Si os luxetur in articulo pedis aut corona, Διείρηται τὸ ὀστοῦν ἐν τῷ μετακαρπίῳ ἢ κατὰ τὸ πρῶτον ἀφαιρῶν αἷμα ἐν ᾧ μετακαρπίῳ (ab articulo suffraginis) τὸ δὲ κυνοστὸν ἐστι φάναι λέγεσθαι μὴ κεντεῖν, ὑπάρχεται γὰρ τῷ ἀγγείῳ συνδεσμῶδες. Hinc apparet coronam etiam cynoplon dici, mesocynion verò proximam (superius nimirum paulo) partem, & ipsam quandoque propter vicinitatem eodem nomine venire. Iam capite 103. vbi Græce scribitur, μετακάρπια ἐν βραχίοσι, suffragines in cruribus vertit, & alibi etiam pro brachijs crura posuit. Ego βραχίονας & σκέλη non semel ab Hippiatris distincta reperio, & Vegetium etiam brachiola in equis dixisse. Rursus cap. 112. translationis Ruellij, sic legimus. Qui suffraginum articulo (ἐν τοῖς μετακαρπίοις) recta (procera potius, vt paulo post ex Xenophonte dicam) ossa continent, ij pessimo gressu nituntur, vectoremq; contundendo fatigant (φέρονται συγκόπτουσι, concutiunt nimirum vt equi succussatores) ij quod ceruino pede constant, elaphopodes nominantur. At qui eisdem in locis breuia condunt ossa & humilia, ob idq; cynobatæ vocantur, ij vngulas ad internam calcium partem, seu malleolos potius vocare placet (κατὰ τοὺν ἢ σφυρῶν λεγομένων) adferunt, ac pedes tractim agunt (ἑλκοῦσι. lego ex Xenophonte, cuius verba paulo post citabo, id est, vulnerant pedes. Recentiores hoc vitium attactionem vocant. gerunt) in eisq; claudicant. Sunt ex ijs qui facile vngulis aberrent. Κυνοβάμων vocatur equus quidam; Hesychius & Varinus. Equos quosdam minus probandos cynepodas fuisse nuncupatos inuenimus, Cælius: Ego nusquam ipsos equos, sed tibiarum in eis partem sic appellari inuenio: Pollux tantum in Canum historia κυνηπόδας ἵππους simpliciter nominauit lib. 5. cap. 11. inter nomina à cane deriuata. Δεῖ πίνειν καὶ τὸ ἀναπέρω μὲν τῶν ἐπαλῶν, κατωτέρω δὲ τῶν κυνηπόδων ἐστὶ, μήτε αὖχμα ἐρᾷ ἐπιπάσσειν, ἀνιπτοποιεῖ γὰρ ὄντα κόπῳ τὰ ἀναβαίνοντα, μᾶλλον τε τῶν αὐτῶν σκέλη. οὐδὲ μὴν αὖχμα τὰ πόδα ὀλίγα εἶναι. Ἀλεῖν τε δὲ ἐλαφῶν τὰ κυνηπόδεα εἰς ἐλαίους (lego βοείους) εἶτ' ἐκ λίθων ἐλαύνειν τὰ ἵππου, Xenophon. Omnibonus Leonicenus sic transtulit, Ossa quæ sunt supra vngulam infra talos, qua parte vt in caninis pedibus callus subest, κυνηπόδας dixere, neque erunt procera (ἐρᾷ id est recta, videtur pro ὑψηλὰ accipi, cum παχέσι eis opponantur, Absyrtus hæc ipsa ossa puto, vel totam hanc partem, mesocynia appellat, quæ neque alta, neque breuia esse vult in asino admissario, vt superius citaui) & caprarum: (vt ceruorum, vnde & elaphopodes dicuntur, Absyrtus:) sic enim cum succussatione equitem affligunt, tum ipsa facile crura huiusmodi inflammantur. Neque verò depressa: sic enim deglubi isti & exulcerari calli solent, seu per glebas siue per lapides agatur equus. Κυνῆς, ᾧ ἵππος τὸ ὀπίσω μέρος, καὶ ἥλους, Hesychius & Varinus: sed apparet eos errare, cum non vngularum pars, sed vicinæ

vicia sit, vnde & κίνουλον appellatur. Nos partem illam à corneis illis callis prominentibus ad vngulam vsq;, posteriori scilicet parte, vbi cirri pilorum eminent, & pes cauus apparet, nominamus *die fyssel*, & caua ipsa *fysselloch*. Eandem puto Laur. Russius falcem appellauit, locum delicatum & neruosum parumq; carnosum esse scribens, cap. 112. quod de læsione falcis inscribitur. Et alibi, Equus (inquit) habeat falces curuas (inde nomen fortassis) & amplas tanquam ceruus. Συμβαίνει δὲ καὶ τὰ μετακύνια ἐκ τῶν ἱππαγρίδων ἢ ἀλισμοῦ τινος, ἢ ὑδάτων λοιμικῶν, ἢ φλεγμονῆς καὶ κακώσεως νόμιμα, Absyrtus cap. 107. Παραγγέλματα ἢ λέγεται ἢ μελικυρίδια, ἐστὶ τινων ἢ ὑδατίδια, αἵτινες γίνεται ἐν τοῖς κυνικοῖς ἢ ἐμοῖς λεγομένοις, Herocles eodem volumine cap. 107. Item cap. 117. μετακύνιον legimus, corrupta voce, vt mihi videtur, pro mesocynion, Ruellius articulum vertit. Coniecerit autem aliquis κύνας & inde deriuatis nominibus has partes appellari, à colligando quod Græci κωνοῦν dicunt: siue quoniam vngula illic adnata sit carni, vt κωνόβιον vbi præputium glandi alligatur: siue quoniam ea in parte numellis & vinculis astringi solēt equi. Leonicero tamen alia etymologia placet, quod calli illic tanquam in caninis pedibus subsint. Est & in tibijs equi pars quam lingua vernacula *vuerrzel* appellat, & alia quam *schlegel*. De cirris pedum mentionem feci superius, Vegetius etiam subcirros vocat. Carnem viuam in vngulis Germani *kern* quasi nucleum nominant: Bullettum recentiores quidam, vt Russius, vbi carnes viuæ vngulis coniunguntur. Στεφάνη, id est coronam siue corollam Græci vocant commissuram vngulæ cum pede, vel vngulæ exortum. Αἷμα λαμβάνειν ἀπὸ τῆς στεφάνης φασὶν, Hippocrates Hippiatricis cap. 117. Ruellius transfert è parte coronam cingente. Quærendum est an potius vena sit eiusmodi peristephanis dicta. Eodem capite ἀκμωνία & ὄνυξ, id est vngulæ commissura nominatur, nō alia nimirum quàm στεφάνη. Basis Vegetio ossa quædam sub tibijs, vt videtur, calcanei forte. Xenophon astragalos, id est talos, equis attribuit, cum Aristoteles solipedum nulli astragulum esse dicat, & ne asino quidem, præterquam Indico, cui cornu à fronte emineat, Pollux. Cornu pro vngula tum in equo, tum in boue etiam & capra, vt alicubi dixi. Hinc & cornipedes equi apud poëtas. Equinas vngulas à Stygis aqua solas non perrumpi Pausanias scripsit, Cælius. Alij idem asini, alij muli vngulis attribuunt, vt ostendi in Asino capite secundo. Germanorum hippiatri & fabri, quas soleas ferreas equis inducunt, nescio quam vngularum partem nominant *breyss*. & aliam *ballen* vel *pallen*. Vngula ipsa vulgo *houf* dicitur, Græcis ὁπλὴ, & ὄνυξ interdum, Xenophon vtroque vtitur. Sed forte distinguat aliquis, vt onyx vngula propriè dicta sit, ὁπλὴ verò pars illa tota, quæ & hirundinem & tuellum & batrachos cōtinet ὁ ὄνυξ ἵππων καὶ ἡμιόνων κλωνῶν, quasi ἁπλᾶν, id est simplices: quod non bifidæ nec multifidæ sint vt in alijs quadrupedibus, Varin. Pedis cauum interius veteres chelidóna nominarunt, nunc quod ad soleam, cum paratur vngula & ferro adæquatur, forma cuspidis sagittæ effingitur in medio, pedestralam vocant sua lingua Teutones, Camerarius. Chelidôn vngulæ dicitur concauitas, sed & in canibus eodem modo. Cælius ex Hesychio. Sed in canibus vllam sic dictam partem nusquam hactenus legere memini. In asino admissario requiritur vngula dura, subter concaua, interiore sinu paruo, quam à nido hirundinis chelidona vocant, Absyrtus interprete Ruellio cap. 14. vbi Græcè sic legitur, Παχὺν ὄνυχα, καὶ κάτωθεν κοίλην πλὴν ὁπλῆς, ἐς χελιδόνα μικρὸν ἔχοντα. Qui albam habent vngulam equi, & chelidones longas, improbi sunt & molles habent pedes, &c. Absyrtus cap. 105. vbi & alia plurima ex chelidone signa docet, vnde equi vel probis, vel prauis & mollibus pedibus præditi colligantur. Ruellius hirundinem ad verbum transfert, Cameratius in Xenophonte nescio qua occasione testudinem: vtrique alicubi cauum pedis. Ὁ ἱππάγχης καθαιρέτω τὴν χελιδόνα, καὶ τὴν κοιλότητα τῆς ὁπλῆς διορθούτω, Pollux. Idem alibi in equo probat vngulas cauas, ita vt chelidôn profundius lateat, & nullam ex solo molestiam percipiat: talis enim vngula (inquit) Xenophonte teste, cymbali instar in solo resonat. Hirundo sanè molliuscula est, ideoq; soli & lapidum tactu læditur. Χαμηλὰς vocat Xenophon vngulas pleniores carnosasq; citra cauitatem, Cælius. Noscendum est (inquit Xenophon) vtrum vngulæ sint arduæ, an tam priori parte quàm posteriore depressæ siue humiles. Nam arduæ altius à solo hirundinem, quam vocant, elatam habent: at depressæ sic gradiuntur, pedis vt molliores & duriores partes æquabiliter fulciant incessum. Nostrates equos illos quorum altior est hirundo, & insignis cauitas pedis, vocant *hoffussig*: quibus vero pedes contra se habent, *flatfussig*, quasi planipedes dicas. Ii offenduntur cum per loca aspera & lapidosa incedunt: & soleæ ex ferro aliter eis inducuntur quàm cæteris, corio quandoq; interposito. Simile vitium in humanis pedibus euenit: vnde plauti vel planci dicti, qui pedibus planis sunt: Et poëta Accius quia Vmber Sarcinas erat, à pedum planicie initio plotus, postea plautus est dictus. Exterior pars stabuli sternatur lapidibus rotundis palmari magnitudine, &c. vt insistentis vel incedentis per eos equi hirundo solidior reddatur, Xenophon. Tuellum apud barbaros scriptores vt Russium, est quædam teneritas ossium referens formam vngulæ, quam nutrit etiam, eiusq; radices in se continet. Hæc sæpe clauis solearum malè adactis læditur, vt scribit Russius cap 123. Eadem forte pars fuerit, quam Germani vocant *den kernen*, nimirum quòd mollior intra duriorem tanquam nucleus in testa sua contineatur: nisi quis à carne nomen deductum malit, quòd carnis substantia constet. Fandem aut proximam partem à Græcis batrachon dici conijcio. Nam Absyrtus in Hippiatricis cap. 8. de horleatione scribens, Frictio (inquit) secundum pilos ad imas partes spectet: siquidem per pedes huiusce morbi impetus erumpere creditur: quapropter pecus vngulas abijcit, in quibus partes illæ quas batrachos, id est ranas vocant, teneræ fiunt, & sanguinem emittunt, quas inferius scarificare & circuncidere oportet. Ruellius hoc in loco liter vertit, & ranas incrementa linguæ (vt in homine accipi solent) interpretatur, absurdo (vt mihi videtur) sensu. Nam quod vngulæ pars sit, manifestissimum est ex Geoponicis Græcis, vbi lib. 16. cap. 2. pulli eligendi signa ex Absyrto traduntur, & inter cætera laudantur, ἐὰν ἐπὶ πάσης ἀμαλῶν συμπεπηγυῖα, βατραχῶν μοῖρα, ὄνυξ σημεῖον. Andreas à Lacuna batrachon, nescio qua ratione vertit escharam singulis crurium adnatam: Cornarius ranunculum, licet codex impressus renunculum habeat. Συμβαίνει δὲ τοῦτο (περὶ ὁπλὰς φησὶν) ὅταν τραχὺν λίπωσι καὶ ὀλισθήσωσι, καὶ πεσὼν ἀμφοτέροις, καὶ ὀλίγον διατραχίσῃ, Absyrtus cap. 26. Ruellius transfert. Deterit autem vngulam eractim ingrediens, cum cursitans lapsatur, & ita caducus distrahitur, vt innatantes ranas imitetur, id βατραχίζειν Græca consuetudine nominant. Ego potius verterim, ad ranulam sic dictam pedis partem offendere: iam vocem Ruellius alibi tanquam ignotam sibi præterit. Oportet ferramento conciforio soleas ramulasque (ego ranulas) purgari, Vegetius l. 56.

Eupodia, virtus pedum in equis: vnde equi ipsi eupodes dicuntur, pedibus & vngulis bene constituti, præcipuè cum duras & solidas vngulas habent: qui secus, κακόποδες, καυσοπλεῖς, μαλακόποδες, ἀπαλόποδες. Dicuntur & ἀπαλεῖς quidam equi, vt in heterophthalmi mentione supra ostendi. Ὅσοι δέ εἰσι κατ' ὄνυχα πάσσυτοι, ἢ ὑπερπεδῶντες ἀκρέων, ἢ ὑπερέχηλοι ἐξαίτιας, &c. χαλκοί εἰσι, ἐπὶ τῶν ψυχῶν κτύπτοντες. Absyrtus cap. 110. Ruellius ita transtulit, Qui secundum vnguem cornu calcant, aut suopte ingenio vario pede, vel ex certa causa diuersis vngulis constant, &c. claudicant,

dicant, & lumbos habent infirmos. Sunt & alia quædam nomina partium equi, vt quæ in Hippiatricis circa finē capitis ita legūtur, quod in translatione Ruellij centesimum duodecimum est, Ἀπὸ τοῦ στόματος ἕως τῶν ὀφθαλμῶν, μακρὸς κεφαλή, μακρὸς τράχηλος, Φαρὸς τῶν ὀφθαλμῶν, Φαρὸς τὰ ἀνάμεσα τῶν ὤτων, Φαρὸς τὸ μέτωπον, πλατὺ μέτωπον, ἐπίπλατα τὰ Φρύγια, ὀρθὰ τὰ Φρύγια, ὀρθὴ κορυφή, εὐρεῖα, ὀρθὸς αὐχήν. Ruellius propter obscuritatem hæc omisit: sunt enim recentioris Græciæ vocabula ista κορυφή, Φαρὸς, &c. ἁρμὸς est harmonia, articulus, iunctura.

DE ELECTIONE EQVORVM.

Palladius in equo admissario quatuor spectari iubet, formam, colorem, meritum, pulchritudinem: Sed eadem quatuor in alijs etiam equis, seu pullis educandis, seu emendis adultis, præcipuè mihi spectanda videntur. Decoloribus equorum iam supra copiosè dixi, dicentur tamen hic etiam nonnulla obiter in obseruatione formæ. Forma equorum quales maximè legi oporteat, pulcherrimè quidem Virgilio vate absoluta est: sed & nos diximus in libro de iaculatione equestri condito, & ferè inter omnes cōstare video, Plinius. Sed primo loco de pullo eligendo præciptemus, initio à Vergilianis versibus facto qui lib. 3 Georg. leguntur huiusmodi: Nec non & pecoris est idem delectus equino. Tu modo, quos in spem statuis submittere gentis. Præcipuum iam inde a teneris impende laborem. Continuo pecoris generosi pullus in aruis Altius ingreditur, & mollia crura reponit. Primus & rectam, & fluuios tentare minaces Audet, & ignoto sese committere ponti: Nec vanos horret strepitus: illi ardua cervix, Argutumq; caput, breuis alnus, obesaque terga: Luxuriatq; toris animosum pectus, honesti Spadices, glaucique color deterrimus albis, Et giluo: tum, si qua sonum procul arma dedere, Stare loco nescit: micat auribus, & tremit artus: Collectumq; premens (aliàs fremens) voluit sub naribus ignem. Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo. At duplex agitur per lumbos spina: cauatq; Tellurem: & solido grauiter sonat vngula cornu. Seruius argutum caput, breue exponit: pectus toris luxurians, torosum & eminens pulpis. Deterrimus albis, Atqui alibi ait, Qui candore niues anteirent. Sed aliud est candidum esse, id est quadam nitenti luce perfusum: aliud album, quod pallori constat esse vicinum. Giluus autem est melinus color, quem vulgò fuluum vocat. Multi ita legunt, albis & giluo (forte, E giluo) vt non album & giluum, sed albogiluum vituperet: quod si singuli colores vituperandi sunt, quanto magis mixtus vtroq;, id est albogiluus? Spina duplex, aut reuerà duplex: auelata, vt alibi, Duplicem gemmis aurōq; coronam. Hæc omnia Seruius. Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit, in currendo, aliáue qua re, quo potior fit: si cum flumen traijciendū est, gregi in primis prægreditur, nec respectat alios, Varro. Cum natus est pullus, confestim licet indolem æstimare (qualis futurus sit equus è pullo coniectari potest, Varro:) si hilaris, si intrepidus: si neq; conspectu, nouáq; rei auditu terretur, si ante gregem procurrit, si lasciuia, & alacritate interdum & cursu certans æquales exuperat: si fossam sine contractione transilit, pontem flumenq; transcendit. Hæc erunt honesti animi documenta. Mores autem laudantur, qui sunt ex placido (videtur addendum concitati:) & ex concitato mitissimi. Nam hi & ad obsequia reperiuntur habiles, & ad certamina laborum patientissimi, Columella. Mores, vt vel ex summa quiete facile concitentur, vel ex incitata festinatione non difficile teneantur. Considerandæ sunt in pullis corpora magna, longa, musculosa & arguta, Palladius. Corpus multum, membra non confusa, Varro. Corporis forma constabit exiguo capite, non magno. Oculis nigris. Naribus apertis, non angustis. Auribus applicatis, Varro. Auriculis breuibus & arrectis. Ceruice molli latáq;, nec longa. Iuba densa, non angusta, crebra, fusca, subcrispa, subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem ceruicis, (per dextram partem profusa.) Pectore lato, pleno, & musculorum toris numeroso: Humeris latis, Varro. Armis grandibus & rectis, Columella. Scapulis latis. Lateribus inflexis. Ventre modico, substricto. Spina duplici Columella. Spina maximè duplici: sin minus, non extenta, Varro: extentam intelligo gibbosam vel prominentem, Græci κυρτὴν dicunt quæ cauæ opponitur. Leguntur autem eadem verba apud Absyrtum in Geoponicis Græcè hoc modo ῥάχις μακρὰ μὲν ἀπαλὴ, οὐ μὴ κυρτὴ: contrario sensu, quem & Ruellius in Hippiatricis hoc caput exponens (quanquam Græcus codex impressus non habeat) ineptè imitatur: sed negationem addendam ad κυρτὴν tum ex Varrone clarū est, tum ex Hippiatricorum Absyrti cap. 103. vbi in equo ad iugum idoneo ῥάχις κυρτὴ requirit. Lumbis deorsum versum pressis, Varro: latis & subsidentibus, Columella. Testibus paribus & exiguis, Columella & Palladius. Cauda longa & setosa crispaq;, Colum. ampla, subcrispa, Var. Cruribus æqualibus atq; altis rectisq;. Genibus rotundis (teretibus) nec magnis (paruis) nec introrsus spectantibus Clunibus rotundis. Feminibus torosis ac numerosis. Vngulis duris & altis & concauis, rotundisq;, quibus coronæ mediocres superpositæ sunt. Toro corpore vt habeat venas, quæ animaduerti possint, quoad qui huiusce modi sit & cum est æger ad medendum est appositus. Sic vniuersum corpus compositum vt sit grande, sublime, erectum, ab aspectu quoq; agile, & ex longo, quantum figura permittit, rotundum, Hæc omnia Varro & Columella prodiderunt. Habetur & in Ang. Politiani Rustico egregia electionis pulli descriptio. Eadem ferè omnia similiter in pullo probat Absyrtus in Geoponicis Græcis lib. 16. cap. 1 in paucis admodum differens: requirit enim tenue collū (vt vertit And. à Lacuna: Græcè legitur ἁπαλὸν, id est molle, vt Columella quoq; habet:) iubam promissam (βαθεῖαν) brachia recta, ventrem moderatū. ἰσχνὸν. And. à Lacuna ineptè vertit amplum (cum Varro modicum, Columella subtrictum laudet: testes oblongos,) sed errorem video & pro μακροὺς legendum μικροὺς. Nam præter Palladium & Columellam qui probant exiguos testes, Xenophon etiam non magnos equum decere scribit, quanquam addit, ὅσον ἐπιμήκεις καθήκειν, interpres vertit, sed in pullo hoc notari non potest.) Pectus μέγαν, λέγει, lege πλατύν (nam & alij authores eiusmodi laudant, musculosum inquam & torosum: sic & μέγαν μυώδεις mox laudat. ridiculus est qui contextum vertit: Ruellius etiam πλατὺν legit, vt apparet in Hippiatricis cap. 14 translationis eius.) Postremo ranam exiguam. Ex his enim (inquit) claret tum magnum tum bonum futurum equum.

His adnectemus quæ Xenophon & pleraq; mutuatus ab eo Pollux, de probandis aut improbādis in pullo corporis partibus literis mandauerunt. Equi nondum domiti corpus (inquit Xenophon) diligenter explorandum est, quod animi haud satis claras significationes dare soleat equus qui nondū conscenditur. Soliditas igitur membrorum omnium, cum ad cursum celeriorem, tum acriorem equum reddit. Plato statum corporis rectum & articulatum probat. Caput ossēum sit, maxillæ (σιαγόνες) parux. Ἱππικὴ βραχεῖα, Pollux. Intantes oculi vigilantiores putandi, quam profundi: horū etiam prospectus longius penetrauerit. Oculi sint ignei, & quasi sanguinei αἱματώδεις, Pollux & Oppianus. Plato tamē in Phædro equum detractorē & immorigerum, ὑβριστὴν καὶ ἀπειθῆ, id est

& cæruleo & ſubcruento aſpectu, reliqui corporis colore nigro facit: meliorem verò mitioremq́; nigris oculis corpore albo. Auriculæ breues & minutæ, vertex verò grandior caput equinum decẽt. Nares patulæ multò quàm conniuentes, & apertiores meatus habent animæ, & faciũt videri equum terribiliorem, γοργότερον. Nam & irascens equus equo, & inter agitandum ferociens, diducere vehementius nares consueuit. Præstantiorem equum Plato γρυπόρινον, id est rostro adunco fingit, contrarium σιμοτέρωπον. Iam de pectore non oriatur ceruix tanquam porci prona, sed eminens pertineat ad verticem vt gallinacei. (λαγαρὸς δ' ἐπὶ μικρὸν ἡ τοῦ συγκαμπτοῦ, quidam vertit, curuetur autem in flexu: malim, gracilis autem sit ceruix qua iungitur capiti: nam & Russias collum longum & gracile iuxta caput laudat. Λαγαρὸν proprie est gracile ambitu vel complexu suo, inter crassiores supra infraq́; partes medium, vt mihi quidem videtur: quales in animalibus inde vocatæ λαγόνες sunt: quod autem tale fuerit, flectitur curuaturq́; commodius. Esto igitur equi ceruix circa summam vertebram gracilior, vt caput in eo flectatur.) Ita collum fuerit ante equitem, oculi autem spectabunt ante pedes. (Νεύοντα δ' ὑπὲρ μέτωπα πρὸ ἀμφοῖν ὄμματα. Oppianus. Et rursus, Γυρωλὴν ἀμφὶ πλευρὰ λασιαύχενος ἵππου, Ὡς ὅτε χαιτήεσσα λέων νέμεται τρυφάλεια.) Atq; huiusmodi equus, vtcunq; animosus, minimè violentus esse poterit. Violentiam enim vsurpant equi non inflectẽtes collum & caput, sed extendentes. Platoni laudatur equus ὑψαύχην, vt κεφαλοπαράκοπος & βραχυτραχηλότης vituperatur. Considerandũ & hoc vtrum buccæ sint teneræ an asperæ, an verò inæquales. Nam imparitas harum facit plerunq; duri & contumacis vt oris (heterognathi) equi reddantur. Iuba pulchrè comata, & procomium decorũ. Spina dorsi supra armos (ἀκρωμία) paulò elatior, præbet opportunius sedile equiti: & armi ac reliquũ corpus firmius compinguntur, si illa duplex fuerit, quàm si simplex: tum etiam & eques residebit mollius, & forma delectabilior erit. Pectus amplum (latum) idoneum est & ad formã & ad robur, & ad longiores gressus, vbi non implicentur crura, (vt fit cum breuiori interuallo distant.) Latera demissiora (πλευραὶ βαθύτεραι, Xenophon: Pollux in plurali dicit πλευρὰς id est latera vel costas) oblonga, & supra ventrem turgidiuscula, tum aptiorem ad residendũ, tum robustiorem meliorisq; de pastu succi equum indicant. Venter substrictus, στεγανὸν Pollux: legendum στεγανὴν. Lumbi (ὀσφύς) quo erunt latiores & breuiores, hoc facilius attollet priores pedes equus, & posterioribus subsequetur: ita etiam ilia (ἰξύες) esse minima videbuntur, quæ vastitate sua partim deformant, partim etiam debilitant & grauant equos. Xenophon. Lumbi sint duplices, Pollux. Coxas esse latas & carnosas oportet, vt cõsentaneæ sint cum pectore & lateribus. Clunes solidæ ac latæ. Cauda longa non ornamento solum sed etiam vtilis est, vt infestantes felicẽ muscæ abigantur. Femora neruosa, μηροὶ ἰνώδεις. Pollux: εὐπαχεῖς, μυώδεις. Oppianus. Camerarius μυώδεις legit propter carmen: ego ἰνώδεις malim cum Polluce: neruosum enim solidius est musculoso. Sed Abyrtus quoque probat μηροὺς μεμυωμένους, quare rem in medio relinquo. Femina quidem sub cauda si latioris interualli linea distinxerit (μηροὺς διῃρεμένους, Xenophon, videtur legendũ esse διωρισμένους,) hoc pacto quia crura posteriora spatiosius (maiori interuallo distantia) attrahentur, ideo & successio (ἐπόδισις, malim progressio, vt Atticum sit pro πρόσβασις, nisi quis πρόβασιν de prioribus pedibus dicat, ἐπόδισιν de posterioribus) ac equitatio erit terribilior & firmior, & quàm aliter essent meliora omnia. Crura seu femora posteriora ἀμφιδρόμους, Abyrtus etiam in asino admissario probat: quòd sic futurus sit ἐφαιμότερος ἐς τὴν ὄπισθεν. Femur sub armis si crassum sit, habet, vt in virili corpore non solum robur, sed etiam venustatem. Tibiæ excarnes. Tibiarum ossa sint spissa, vtpote corporis totius stabilimenta: sed spissitudo non erit venarum neq; carnium: nam hoc pacto cum per aspera agitur equus, impleri hæc sanguine necesse est, & existere nodos (κιρσούς, varices) inflariq; crura, & cutem rescindi, (ῥαγῆναι:) qua laxata sæpe commissuræ discedunt, & equus claudicat, (ἡ πατρὼν ὀστέα πως χωλὸν ἀπέδειξε τὸν ἵππον, id est radius tibiæ luxatus claudum reddit equum.) Crura mollia & flexilia, σκελη ὀγρά.

Pullus cuius à primo statim ortu altiores tibiæ fuerint, is maximus futurus est. Omnium enim quadrupedum tibiæ processu temporis parum crescunt altitudine, secundum has vero (id est, si illæ vero in pullo altæ sint) consentiente magnitudine corpus reliquum augetur. Genua si pullus lubrico flexu moueat ingrediens, coniecturam ex hoc facere possis, in equitatione crura similiter lubricum motum habitura esse: quanquam enim mollities illa flectendi procedente tempore maior fit, meritò tamen in pullis statim animaduersa laudatur. Γόνυ λαγαρὸν σφὸν συγκαμπτοῦ, Pollux: malim γόνυ λαγαρὸν σφὸν κατὰ τὸ συγκαμπτοῦ vel καμπτοῦ, vt Xenophon habet: & ipse Pollux in vitijs oppositis, de genibus loquens, ὀγκώδη appellat equum qui ea facile flectat: quanquam & ἀγκὼν λαγαρὸς ἡ τοῦ συγκαμπτοῦ à Xenophonte laudetur: genu tamen non itidem vt ceruix, λαγαρὸν (de qua voce superius docui) dici potest: Κνημὴ δὲ ὀγκώδης, στρογγύλη, στρογγύλοι, Pollux. Ossa supra vngulam infra talos, qua parte vt in caninis pedibus callus subest, κνημὰς dixere, neque erunt procera, neque vero depressa, vt superius exposui in partium equi enumeratione. Sed omniũ prima erit pedum, vtpote fundamenti totius corporis, consideratio. Et in his primum vngula cõsideranda. Spissa enim ad pedum bonitatem longè præstat tenui. Deinde cognoscendum, vtrum vngulæ sint arduæ, an tam priore parte quàm posteriore depressæ siue humiles. Nam arduæ altius à solo testudinem (chelidóna) quam vocant, elatam habent: at depressæ sic gradiuntur, pedis vt molliores & duriores partes æquabiliter fulciant incessum: vt fit in hominibus quoque quorum crura distorta sunt, qui valgi vocantur. Rectè etiam Simeon scripsit sonitu deprehendi pedum bonitatem. Non secus enim ardua (κοίλη, id est, caua) vngula, quàm cymbalum resonat. De posteriorum pedum talis seu tibijs, deq́; ijs quos κνημὰς vocari diximus, & de vngulis, eadem quæ de prioribus pedibus tradita sunt, perhibemus. Atq; hæc in pullis eligendis qui obseruare voluerint, eos adepturos puto optimis pedibus & robustos & satis corpulentos, tum vero pulchritudine & magnitudine præditos equos. Hactenus Xenophon & Pollux. Apparet autem ex postremis hisce Xenophontis verbis, hæc ab eo tradita electionis signa, non ad bellatorem duntaxat equum, de quo præcipuè disserit, sed ad alios etiam pertinere. Iam contraria quæ vitio dantur, etiamsi ex præcedentibus per se possint intelligi, adscribam tamen ex Polluce translata, vt huic instituto plenissimè satisfaciam. Improbantur itaq;, caput graue & carnosum: aures magnæ: nares angustæ vel collapsæ, (αὐλῶπες συμπεφυκυῖαι:) oculi cani, ceruix oblonga, iuba parum pilosa, pectus angustum, armi cani: latera angusta & parum carnosa: lumbi acuti, coxæ asperæ, crura duriora, id est, tarda ad motum: genua ægrè flexilia: nam quæ mollia sunt & facile flectuntur, gressum equi faciliorem tutioremq́; præstant, vt & minus delassetur, minusq; offendat aut cespitet. Femora minus solida: μηροὶ ἀπαγεῖς. Tibiæ varicosæ. Cynepodes crassi. Vngues tenues: & vngulæ planæ, carnosæ, laues, planæ, quas Xenophon χαμηλὰς, id est, humiles appellat, Hactenus Pollux. Oppianus libro primo de venatione, equi tum ad bellum tum ad venationem apti notas laudabiles in plærisq; similiter describit, nos ea tantum recitabimus, vbi vel amplius vel diuersum aliquid habet. Λαιψηρὸς μὲν γὰρ αὐτοῖσιν ἀεικὴς γυῖα. Εὐρὺ μέτωπος φαίδρον τε μετόφθιον, ἠὲ δ' ἀγρηὸς Ἀμφὶ μέτωπα τρηχὺν πυκινοὶ σείουσι κρύμβοι. Ὄμμα τερὸν, πυρσωπὸν, Ῥη-

σκευάσιοι ἀκραιφνέι. ἀθλητὴν ἄλκας. Μηρὸὶ δ' ἱππαγρέτας, ὠκυπόδων, (Pollux *lvvδεες*, &c. vt paulo superius monui:) ἀκμὴν ὑπερφυᾶ. Ὀφθαλμοὶ δ' ἱππικοὶ τε καὶ ἀγελαίων ἐπιστάται ἀνδρὲς, καὶ ὠκεῖαι κεφαλαί, καὶ σαρκὶ λελειμμένα κῶλα, ceruinis similia: Καὶ ὀφρὺς ἀγχίνοος. Talem etiam equum, inquit, maximè probant, δημοσίων τε πολεμίων, καὶ βουκόλων ἐπιστάται: Hoc est, peritis certaminum equestrium, & armentorum custodes: nimirum quod contra piratas & abigeos talium equorum fortitudine & celeritate præstantium, vsus in sua aut alijs regionibus fuerit. In adulto etiã equo emendo, eadem ferè quæ in pullo, obseruanda sunt. Quæ autem præcipuè circa ingenium & mores eius perpendi debeant, inferius dicetur. Quò acrior equus est, eò amplius in bibendo nares mergit, Plinius. Emptio equina similis ferè ac boum & asinorum, quod ijsdem rebus dominium in emptione mutatur, vt in Manilij actionibus sunt perscripta, Varro.

In admissario etiam & matrice eligendis, pleraq; similiter examinari debent, vt in equo simpliciter emendo vel educando pullo: quanquam multo plus refert admissarium esse egregium, vt tota ab eo prognata soboles laudabilis habeatur. Equos ad admissuram quos velis habere, legere oportet amplo corpore, formosos, nulla parte corporis inter se non congruente, Varro. Quales sint eligendæ equæ ex quibus mulli procreentur, in Asino scripsimus. Forma esse oportet magnitudine media, quod nec vastos nec minutos decet esse. Equas clunibus ac ventribus latis, Idem. In admissarijs quatuor spectanda sunt, forma, color, meritum, pulchritudo. In forma hoc sequemur: Vastum corpus & solidum, robori conueniens altitudo, latus longissimum, maximi & rotundi clunes, pectus latè patens & corpus omne musculorum densitate nodosum, pes siccus & solidus, & cornu concauo altius calciatus. Pulchritudinis partes hæ sunt: vt sit exiguum caput & siccum, pelle propemodũ ossibus adhærente: Aures breues & argutæ, oculi magni, nares patulæ, coma & cauda profusior, vngularum solida & fixa rotunditas, Palladius: Ea quæ de coloribus mox adijcit, iam supra enumeraui. Et mox, Eadem (inquit) in equabus considerauda sunt, maximè vt sint longi & magni ventris & corporis: sed hoc in generosis seruetur armentis: Cætera passim toto anno inter pascua, dimissis secum maribus impleantur. Eadem ferè de pulchritudine equi Albertus scribit, & inter alia, Oculi (inquit) magni sint, & quasi ante caput siti: aures breues & acutæ (argutæ Palladius, ex quo transcripsit: quamuis & Russius acutas habet, & quasi aspideas, nescio quo sensu,) & quasi antrorsum porrectæ: cauda magna & longa, nares apertæ, quas cum bibit profundè in aquam mergat. Russius ad equi pulchritudinem præter cætera, maxillas graciles & siccas commendat: os magnum & laceratum, (Oppianus σχιστὸν ἀρειὸν, id est, os moderatum:) gareæ verò acutum sed quasi tensum & rectum: dorsum curtum (breue) & quasi planum. Costas & ilia vt bouina. Anchas longas & tensas: coxas intus foris; latas & carnosas: gareta ampla & sicca & tensa: falces curuas & amplas, ceruinis similes, crura ampla, pilosa & sicca. Iuncturas crurium grossas, & non carnosas, propinquas vngulis, ad similitudinem boum. Posterior pars corporis altior sit anteriore, vt in ceruo, Hæc Russius. Pulchritudo equi melius apparet in macilento corpore quàm obeso. Nam pinguitudo sæpe vitia quædam occultat, Idem.

Regibus hic mos est vbi equos mercantur, apertos
Inspicimt, ne sit facies vt sæpe decora
Molli subsita pede est, emptorem inducat hiantem
Quòd pulchræ clunes, breue quòd caput, ardua cervix.

Horatius lib. 1. Serm. Sat 2. Equi pulchritudo maximè excellit, si cervicem natura erectam & sublimem gerat, & verticem magnum, & aures minores quàm pro capitis modo. Pollux. Alia etiam nonnulla quæ ad pulchritudinem equi seorsim referri poterant, inter alias electionis notas iam recitauimus. Eligendi sunt parentes boni & pulchri, vt pulli etiam similes generentur, tum corpore, tum moribus, quod vt plurimum sit: nam vt contrarium accidat, alia quædam causa superueniat oportet, Russius. Si equus leucoma, id est albuginem vel candicantẽ notam in oculis ostendat, non ictu contractam, sed genitiuam (vt Ruellius reddit: Græcè legitur ἔστι γενικόν: id est sponte natam, nulla scilicet externa, sed interna & latente causa) ad seminandam prolem repudiatur: nanq; editum hoc parente pecus cum ad eandem deuenerit ætatem, simili modo cæcitate afficietur: Equam verò tali genitore procreatam, propter anniuersariam purgationem, id malum non manet: sed mas quem ea peperit matrixs auitum referet vitium. Iam qui insiliendis equabus vel pigri vel inhabiles spectantur, vt pote cum operi cedant, sunt segregandi. Qui etiam vnico teste constant, ad admissuram asciscere non oportet: cum ex maxima parte infœcundi reputentur: aut pullos suæ stirpi mutilæ similes progenerent. Quibus varices in testiculis prominent, seminandæ soboli non habentur idonei, hos varicosos (κιρσοκήλους) vocant. Admissarium enim corpore esse integro & omni vacare culpa oportet, Absyrtus. Sed plura de admissarijs equis dicam capite tertio: hic enim ea solum proposui, quæ circa corpus eorum spectantur.

De notis equi ad venationem apti Oppiani sententiam retuli iam ante: sed Nemesiani quoque perelegantis poëtæ eadem de re versus audiamus.

Corripedes igitur lectos dat Gracia nobis,
Armata & palmas super grex omnis anorum.
Immodicumq; latus, parnaq; ingentibus alus,
Altus honos, oculiq; vagi splendore micantes.
Fumant hinnientes calida de nare vapores.
Cappadocumq; notas referat generosa propago
Illis ampla satis lens sunt equora dorso.
Ardua front aureis, agiles, capitiq; decoro
Pluma se validos cervicæ resupinat in armos.
Nec pes effusum standi tenet: vngula terram
Crebra ferit, virtusq; artus animosa fatigat.

Belisarius Aquiuiuius in libro de venatione Oppianum secutus, ἐπὶ ἀρειὸν non os mediocre vertit, vt nos supra: sed largissimo, inquit, sint ore longoque, ne freno inobedientes esse iudicentur. Capita etiam alta ideireo esse vult, vt si quandoq; equum ceruicitare contigerit, subleuari facilius quo minus corruat freno possit. Alia quædam de equo venatorio interius hoc in capite afferam. Non illi venator equus, non spicula curæ, Claudianus. Equi alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad vecturam, alij ad prædã. Itaq; peritus belli alios eligit, atq; alit, ac docet: neq; eodem modo parantur ad ephippium, vt ad prædam: quòd vt ad rem militarem, quòd ibi ad castra habere voluntaceres, Varro.

De equis institujs & bigeneris qui debent ad iugum destinari, Absyrtus capite centesimo translationis Ruellij sic scribit: Equos qui diuerso parentum seminio procreantur, à corporum notis noscere commodum est qui ad iuga capessenda sint habiles & idonei. Tali autem habitu constare debent: pectore lato, ampla similiter ceruice, naribus apertis, prominentibus armis, cruribus (βραχέσι) rectis, suffraginibus (μεσοκνημίοις) eorundem non magnis pedibus non vacijs, sed neq; ingredientibus qui disploden tur, ventre non paruo, spina non incurua. Talibus meritis validos & ad obeunda munia robustos tibi comparabis. His pauca quædam addemus de nonnullis corporis equini-

equini partibus, circa electionem obseruandis, tanquam appendicem omissorum superius. Equorum animi indices aures, sicut & leonum cauda, Plin. Et alibi, In equis (inquit) & omnium iumentorum genere indicia animi aures præferunt, fessis marcidæ, micantes pauidis, subrectæ furentibus, reflexæ ægris. Quæcunq; sic nascuntur in veterino genere, vt notam eam habeant, quam leporinum dentem vocant, [illegible] subrumari non oportet: sed nuper in lucem ædita aut reijcere, aut ab armento segregare scientes vtiq; huiusmodi fœturas & pullationes veluti adulterinas esse naturæ notas & portentosas: maximè autem gignuntur in binnis & bigeneris animantibus, Absyrtus. Pollux laudandum equi aspectum siue oculos his epithetis ornat, [illegible] nam quod addit χρειωπικὸν, ad aspectum, aut apparentē ex eo animi notam, nō æquè pertinet. Et mox, [illegible] Breuitas colli semper commendari solet ab equestribus, prolixitas verò inflargruis mirum in modum vituperatur, Anda Lacuna. Equi Argolici & Istrij, [illegible] indiuidua & cauta spina. vt Ruellius vertit, Hispani verò [illegible] quanquam illic spinæ vocabulum non adijcitur, Absyrtus cap. 15. quòd si [illegible] sint, [illegible] videntur [illegible], sed certi hac de re nihil habeo. Crura valida & sicca sint, & æqualiter à genu vsq; ad pedem porrecta, ita vt nulla tubercula promineant, nihil etiam ad tactum cedat, Albertus. Pes æqualis & planæ superficiei, id est non asperæ, rotundus, vndiq; terram tangens, Idem. Pedum laudatam conditionem Pollux [illegible] vocat. Ab eodem probatur equus [illegible] & [illegible]. Heterognathon Camerarius ex Xenophonte vertit duri & contumacis oris equum. Huiusmodi autem fiunt, vt liquet ex verbis Xenophontis, cum maxilla altera durior vel asperior, altera mollior vel tenerior est. Præcipiatur curatori (inquit idem) nè vnquam habenis attrahat equum: hoc enim heterognathos facit, (os durum, Camerarius.) Et alibi, Heterognathos equos prodit, non solùm equitationis illa quam [illegible] vocant: sed euidentius etiam mutata subito equitatio. Nam plerique nolunt excurrere, nisi ita flexus eueniat vt improbior maxilla domum & ad reditum conuertatur. Et rursus, Agitationem autem in primis probamus eam quæ [illegible] appellatur, quoniam ambas buccas ad conuersionem aptiores facit. Est & hoc bonum agitationem ipsam mutare, vt equi buccæ in vtrisq; exæquentur. [illegible] (ἀβέλτερος Pollux) [illegible], [illegible] Suidas & Varinus. Hesychius [illegible], id est duri oris exponit: [illegible] id est contumax & effrenis latius patet: Pro inexplebili, vt illi exponunt. & ambabus maxillis cibum vorante, apud authores legisse non memini. Heterognatho contrarius & laudandus est, [illegible], apud Pollucem. [illegible] (in Xenophonte corruptè legitur [illegible]) [illegible] (lego [illegible]) (hoc est quod Xenophon scribit, [illegible] &c.) [illegible]. Pollux.

Teutones (inquit Camerarius) cum bonum & generosum equum depingunt, diuersorum animantum concinnatis virtutibus, vt Homerus fingit de dijs Agamemnonem suum, à lupo tria, & à vulpe tria, & à muliere [illegible] seu potius assumunt. Lupi oculos, voracitatem, validam cervicem, Vulpis aures breues, caudam longam, gressum lenem. Mulieris pectus, superbiam, comam. Alij magis pudendo intellectu inter muliebres in quo virtutes posuere, consentionis patientiam. Itemq; alij hæc ita exposuêre, generoso equo virtutes vt attribuerent suas ipsorum, velocitatem & agilitatem. Duas vulpis, bonorum oculorum & pilosæ caudæ. Lupi duas, lenitatem gressus & voracitatem. Duas asini, coxas valentes & firmitatem pilorum: vel vt quibusdam placet, bonas vngulas. Mulieris duas, superbiam & subiectionem. Atq; etiam alij aliter hoc modo: (declarant enim hæc etiam Teutonum maiorum nostrorum sapientiam:) De lupo (lucio potius) pisce adesse debere equo voracitatem & exiliendi facultatem. De anguilla agilitatem & (vt meminisse videor) celeritatem. De serpente, oculorum aciem & gyros. De leone, amplum pectus & densam iubam. De fœmina, quæ diximus. De fele, nitorem & lenitatem gradus. Hæc omnia Camerarius. Nunc de indole etiam, ingenio & moribus & actionibus nonnullis, quæ circa equum eligendum considerantur, dicamus. In equo igitur adulto & iam vectore parando primum ætas ignoranda non est, de cuius ignotione capite tertio dictum. Ætate perspecta, inquit Xenophon, videbimus & labros quo pacto ore, & verticale dorsum quo pacto ad aures admittat. Hæc minimè erunt obscura, si coram emptore & applicatum frenum & detractum fuerit. Mox animaduertendum quo pacto suscipiat dorso conscensorem: multi enim equi refugiunt ea, quæ laborem sibi allatura esse intelligunt. Obseruabitur & hoc, vtrum cum equite non recuset ab alijs equis digredi aut, si forte prope assint, an ad hos sese efferre soleat. Reperiuntur etiam qui de mala educatione ex equitationibus recurrunt ad domesticos secessus. (De heterognathis iam paulò ante dixi.) Neq; fugere nos par fuerit, an etiam instigatus ad celeritatem equus citò sustineri, & libenter reuerti soleat. Prodest & hoc scire, vtrum exemulatus etiam obtemperet equus. Nam inmorigerus equus nō inutilis tantummodo, sed sæpenumero proditoris vicem obtinet, Hæc Xenophon. Ab ingenio equus laudabitur, inquit Pollux, si fuerit [illegible], [illegible], [illegible],

gracili filo cohæret, idem sphecõdes appellatur: at strigosus habitus totius corporis est, pleno & nitido carnosõq; contrarius, λεπτὸς, ἰσχνὸς, κακοσχνος, ξηρὸς, ξηρόχρως, siccus & veluti strijs (seu strigis) quibusdam asperior, squalidus aspectu, & semper vitiosus. λαγαρὸν vero in nonnullis corporis partibus commendamus, vt in equi cervice qua capite jungitur apud Xenophontem. Censores P. Scipio Nasica, & M. Pompilius cum equitum censum agerent, equum minus strigosum & male habitum, sed equitem eius vberrimum & habitissimum viderunt: Verba sunt Masurij citante Nonio, & Gellio 4 20. Grammatici quidam strigosum interpretantur exhaustum & macilentum, quasi stringosum: & jumenta strigosa, quod corpora eorum restricta sint fame aut alia vitij causa. Vide infra in C. de morbis toti corpori communibus, initio statim. Equus dysgargalis Xenophonti, qui est δυσυπόκλητος ac difficilis, qui ne tactum quidem aut titillationem pati queat, γαργαλιστὸν Græci dicunt, Cælius.

Vitia ingenij, morũ & actionum equi (pedum etiam nonnulla) apud Pollucem leguntur ista: βραδὺς, ταῦρος, ἀμβλὺς, ἀργὸς, ἀθλιος, ἀκίνητος, κακοπαθὴς, κακοπαθὴς ἐπὶ πλείστον, ὀκνηρὸς, ἀπόκνους, καταδεὴς ἐπιτάσεως, (ἀπόνευρος potius, vt in Hippiatricis legitur) δυσωπούμενος, ἱππόφοβος, οὐ παιδαῖος οὐδὲ πῶλος, μελλητὴς τὴν ἔμπληξιν, ὀκληρόστομος, βαρὺς τὴν κατάκλισιν, κατάπτυστος, ἀπόπληκτος, τυφλὸς τὴν γνώμην, ἀπειθὴς, ἀπείθαρχος, δύσκολος, ἀνήκοος, ἀτεμὴς, ἀκέντητος, μισητὸς, ἀθλιος, λακτιστὴς, λακτικὸς, ἀδαμαστος, ἀχαλίνωτος, ἀπερήμων, παιδότριπτος, ἀπαίδευτος, ἄμαθὴς, δύσφορος, κακὸς τὴν γαστέρα κάλλος, ἀναγκαστὴς, ἀκόσμητος, φεῦγων τὸ πᾶν ἁπλῶς τὸ ἱππικὸν, οὐδὲ παρεσκεύασται τὸν γαλινὸν, ἀπάτητος, ἀδάμαστος, ἀσύντριπτος, Σίμων, πῶλος, ἡμίονος, πῶλος ἡμιόνου, Hactenus Pollux.

Probantur ad equitationem qui genibus lentis (ὑγροῖς) & facile flexibilibus constant: quippe minus ij cæteris deerrant (ἀπλανέστεροι, minus offendunt aut cespitant) nec sessori periculum afferunt, minusq; fatigati in obeundis operibus classescunt, quàm qui duris genibus non secus atq; si vallis & palis niterentur. Qui magnis ilibus turgent, ij imbecilliores viribus & deformiores intelliguntur. Omnibus præstantiores habentur, qui originem armorum (στωμύλαν) sublimiorem prætendunt: non enim modo sessoribus tuti, sed firmioribus armis stabiliti putantur. Suspicaces & meticulosos supra modum, optimum est non possidere: cum nos non fugiat plerunq; sarcinas & onera quæ subuectant, pernicioſè deturbare: quod minori vitio verteretur, nisi vectorem excutientes male sæpius afficerent. Sed equinum genus prospicuam præ se fert suspicionem, sic vt insidens tutò hæreat: asininum verò pecus & bigenerum rerũ conspectu consternabile, nouitatisq; verens, in discrimen adfert. Absyrtus capite Laur. Russius capite septimo, aphorismos aliquot ad electionem equorum vtilissimos quanquam parum Latino sermone his ferè verbis præscripsit: Equus maxillis crassis & collo breui, non satis cõmodè frenari potest: Equus frigiditate & inflatione capitis laborans, oculis tumidis, & capite graui deorsum nutans, auriculis circa partes extremas pendentibus & frigidis, vix vnquam poterit curari. Equus auriculis pendentibus & magnis, oculis concauis, lentus, remissus & mollis est. Equus garettis amplis & extensis, falsis (falcibus) curuis, ita vt garetta in gressu introrsum spectent, vt plurimum celer & agilis est. Equus garettis curuis, & falcibus extensis, & hanchis curuis, secundum naturam ingredi solet. Equus cum per caudam trahitur, quo firmius pressiusque eam ad se trahit, tanto præstantior, & ad bellicum vsum laudatior: vt ille etiam, cui pellis inter aures vbi iuba desinit, cranco tenacius hæret. Equus habens iuncturas crurum iuxta pedes natura crassas, & pastoralia breuia boum instar, natura fortis existimatur. Equus costis grossis tanquam bubulis, ventre amplo & deorsum pendente, laboriosus & patiens iudicatur. Qui vngulas omnes albas habet, vix aut nunquam fortes habebit. Equus si super omnes pedes in principio, præcipue anteriores, diu & æqualiter coniunctos insistat, ita vt vnum pedem ante alterum non extendat, aut cleuet, aut vno quàm altero leuius ac debilius terræ innitatur, membra inferiora se habere sana & firma declarat. Equus naribus magnis & inflatis, oculis grossis, non concauis, natura vt plurimum audax est: Equus ore magno scisso seu valde diducto, maxillis gracilibus & macris, collo longo & gracili versus caput, facilem frenos se præbet. Equus truncum candæ strictum ad se tenens, & fortiter iuxta costas strictum, magna ex parte fortis & patiens est, sed non celer. Equus habens crura & iuncturas crurium satis pilosas, pilos longos, easdem partes ad laborem validas habet, sed idem plerunque celer non est. Equus culmine longo & amplo præditus, hanchis longis & extensis, altior posterius quàm anterius, velox in cursu esse solet. (Quæ de claudicatione sequuntur capite tertio inter morbos pedum addentur.) Equus cui interiora corporis male habent, auriculis & naribus vt plurimum frigidis, & oculis concauis, pro semiuiuo habetur. Anthrace laborans si flatus narium emittat frigidos, & oculi lachrymentur assiduè, morti vicinus iudicatur. Equus afflictus enorra vel verme volatico in capite, & continuè naribus humorem reddens aquæ pinguis & frigidæ instar, vix euadet. Equus patiens morbum arragiati, & soriolus, id est liquidum subinde stercus emittens, ita vt venter eius prorsus inaniatur, in infusionẽ cadet, & vt plurimum breui morietur. Equus habens viuulas si subito in sudorem toto corpore resoluatur, & membris omnibus concremiscat, & animo subinde deficiat, non videtur posse euadere. Si nares equi aliquantisper comprimantur, & mox redditus ex eis spiritus fœnum aut stramen iuxta positum fortiter proijciat, à stranguria (stranguillione) & enorra liberum habet caput. Equus habens pares balsas (falces, forte) natura, & non impares, non facile bene habitus euadet.

Pullus qui ad bellum instituitur quomodo exerceri debeat, præscribit Absyrtus cap. 113. translationis Ruellij. Bucephalus Alexandri Magni equus bellator optimus qualisnam fuerit, dicemus infra capitis octaui parte vltima. De equorum ad militiam delectu scribit Valturius 6. 9. Xenophontis, Pollucis & Oppiani sententias de eligendo militari equo in præcedentibus iam retuli. Alia quædam de equo bellatore inferius adferam.

Equus qui ad ostentationem & formæ merito alitur, ab alta & erecta ceruice commendatur: nam equus cum fœminæ quam desiderat visendum se præbet, μετεωρόκρανος καὶ καμπύλαυχος, ceruice erecta superbit, & cursu fertur procace. Inprimis vero elegans fuerit, si ceruicem natura tollat & extendat: vertice magno, auribus quam pro capitis modo minoribus, Pollux ex Xenophonte. Cætera quæ ad pulchritudinem equi faciunt, cum alijs superius explicaui.

De regionibus quæ insignes equos producunt.

De stirpe magni interest qua sint, quod genera sint multa: Itaq; ad hoc nobiles à regionibus dicuntur, Varro. In permutandis equis vel detrahendis (lego distrahendis, id est vendendis) maximam fraudem patriæ solet afferre mendacium. Volentes enim charius vendere, generosissimos fingunt. Quæ res compulit nos, qui per tam diuersas & longinquas peregrinationes equorum genera vniuersa cognoscimus, & in nostris stabulis sæpe nutriuimus, vniuscuiusq; nationis explicare signa vel merita, Vegetius. Equorum tot sunt genera, quot hominum nationes.

tiones differetæ: ego (inquit Oppianus) præstantissima tantum dicam, Ὅσσοι ἐπ' ἠπείρου λαὸν ἀγείρουσι θοῶκα. Sæpius quidem similes fœtus parenti ædere consueuerunt equæ, multum etiam cœli habitus & regio refert, vt de patria inquisitio non inutilis sit æstimanda.

Acarnanum & Aetolorum solitudo, pascendis equis est ac commoda, nō minus quàm Thessalia, Strabo. Achiui, Ἀχαιοί, Armenij, & Tyrrheni, ad bellum apti sunt, Oppianus. Vide Epei. De Græcis inferius dicam. Aegyptij, Nec fœnos miratur equos terrena Syene, Gratius. Alexandria equorum studijs & equestribus certaminibus, olim maximè dedita fuit, vt scribit Apollonius lib. 5. Aethiopia pennatos, vt fertur, equos generat, & cornibus armatos. Aetnæi, vide Siculi. Aetoli, vide Acarnanes. Afri, vide Libyci. Algoici, vide Heluetij. Apulos Varro laudat. Eōsdem & Roseanos Volaterranus bellis aptissimos scribit. In Arcadia fertilia pecori fuēre pascua, præsertim equis atq; asinis admissarijs ad mulos procreandis: Equorum sanè genus excellit Arcadicum, Strabo. Idem alibi Thessalicos Arcadicis præfert. Idem mox Argolicos celebrat. Argolici probis sunt pedibus & capite, clunibus non item: indiuidua spina, grandi, sed curta, vt Ruellius vertit, (τὴν ἄχρι δὲ πυγαίου, μοῦνον, ἐπιμὴν ἄκρην, ἔμπαλιν ἐπιστρέψας. Posteriora duo ad totum equi corpus retulerim,) Absyrtus. Armenij ad bellum apti, Oppianus. Armenij & Cappadoces à Parthis genus ducunt, capite tantum grauiores. Vide infra in Nisæis. De Assure vel Assurcone equo dicam inferius in tractatione de differentia equorum ab incessu.

Barbari, vide Libyci. Vegetius post Hunuscos, Toringos & Burgundiones celebrat, iniuriæ tolerantes. Britannia mannos equos & tolutares hodie mittit, Volaterranus.

De equis à Calpe monte celebratis, vide in Hispanis. Cappadoces & Armenij à Parthis genus ducunt, sed capite grauiores sunt, Absyrtus. Cappadocū gloriosa nobilitas, Vegetius. Cappadocia ante alias terras altrix equorum, & prouentui equino accommodatissima est, Solinus. Cappadocumq; notas referat generosa propago Armata, & palmas nuper grex omnis auorum, Nemesianus. Cum Cappadoces Persis quotannis pendant, præter argentum mille & quingentos equos, &c. duplum ferè horum Medi pendebant, Strabo. Oppianus Cappadoces inclytos & celeres cognominat. Hi dum ætate minores sunt (inquit) pullinis adhuc dentibus & lacteo corpore, imbecilles habentur: fiunt autem cò velociores, quò maiores natu fuerint. Animosi audaceśq; sunt, bellis pariter & venationibus idonei, cum nec arma metuant nec cominus cum feris congredi. Plura vide infra in Siculis. Mazaca (neutrū plurale) est ciuitas Cappadociæ sub monte Argæo, quæ nunc Cæsarea dicitur, vt Eusebius in Chronicis meminit. Hinc gentilia Mazacenus, Μαζακηνός Stephano. Turba Mazacum, Suetonius in Nerone. Non solum autem regio, sed & vrbs ipsa quondam Cappadocia dicebatur. Ab hac vrbe Mazaces equos dictos conijcio, qui apud Oppianum Μάζυκες nominantur, per ιōτα in penultima, ego per ιμ malim ex alpha mutato. De his simul & Mauris Nemesiani versus attexam:

Sit tibi præterea sonipes. Maurusia tellus
Quemq; coloratus Mazax deserta per arua
Nec piget quod turpe caput, deformis & aluus
Quodq; subit prohos cernix diuerberet armos.
Pars etiam obsequium lentæ moderamine virgæ.
Quin & promissi spatiosa per æquora campi,
Pandatimq; amnes comites post terga relinquunt.
Cum se Threicius Boreas super extulit antro, &c:
Hæc etiam emerito vigor est iuuenilis in æuo.
Non prius est animo quàm corpore passa ruinam.
Quem mittit, modò sit genuis sanguine firmus:
Pauit, & assiduus docuit tolerare labores.
Est illis, quodq; inferne, quod liber vterque,
Nam flectit facilis, lasciuaq; colla secutus
Verbera sunt præcepta fugæ, sunt verbera freni.
Cursibus æquarunt commoto sanguine vires,
Haud secus effusis Nereis per cærula ventis,
Horum tarda venit longi fiducia cursus:
Nam quacunq; suis virtus bene floruit annis,

Nomades etiam in Libya Mazyes dicuntur.

Et forte Nemesianus Libycos quosdam equos Mazacum nomine intellexit, cum & Maurusijs eos coniungat, & Mazacem coloratum appellet, quod Cappadoci nō conuenit: & verbere virgæ frœni loco regi scribat, quod apud authores de Massylis in Libya equis legimus, vt infra dicetur in Libyum mentione. Verum celeritas & vigor in senecta Cappadocibus conueniunt, vt ex Oppiano relatum est. Rursus si Mazaces ijdem Cappadoces sunt, quid est quod vtrosq; seorsim nominat Oppianus? nisi forte omnis Mazax Cappadox est, non contra. Celtiberi, vide in Hispani. Chalambrij equi à loco Libyæ sic appellantur, Hesychius & Varinus. Chaonij, vide Epirotæ. Colophonij & Magnetes in equis alendis plurimum operæ impenderunt: habitant enim Colophonij in planicie, vt apud Græcum quendam authorem legi. Strabo lib. 14. scribit Colophonios olim cum naualibus copijs abundasse, tum equestribus vsq; adeò præcelluisse, vt vbicunq; gentium bellum gereretur quod confici non posset, Colophoniorum equitum auxilio profligaretur: atque ein vulgo natum prouerbium, Colophonem addidit, Erasmus. Cretenses equos, Κρῆτες Oppianus laudat: Et alibi, Ἵπποι πεζολοι θ' ἁπαλαὶ Κρητικὰ Φῦλα, Cyrenaici magnitudine pollent, ilibus iubstrictis & paruis, ideo ad curule certamen idonei (δρομικοί,) pedum bonitate præstantes, inter equitandum longiore animæ ductu, Absyrtus.

Dalmatas vide mox in Epirotis ex Vegetio.

Epetequi, Ἐπεταῖοι Oppiano memorantur. Sunt autem Epei Achaiæ populi & Achaici etiam equi ab eodem celebrantur. Epidaurium genus equorum excellit, Strabo. Idem alibi Thessalicos Epidaurijs præfert. Epirotici, mordaces & peruersi, Absyrtus Epirotas, Samaricos ac Dalmatas licet contumaces ad frena ac viles, armis ac bellis alleuerant cruribus, Vegetius: (legerim, licet contumaces ad frena, ac viles armis, at bellis, &c.) Et mox, Epirotas ac Siculos non despexeris, si mores ac (abundare videtur hæc copula) pulchritudo non deserat. Quamuis sæpe fuga versos ille egerit hostes, Et patria Epirum referat, Vergilius. Est & Chaonia pars Epiri alpestris, licet quandoq; sūmatur pro tota Epiro. Commendabantur autem etiam Chaonij equi, vt Gratius meminit de Siculis equis scribens his verbis: Queis Chaonia contendere contra Ausit, vix merita quas signat Achaia palma: (malim, Chaonios & quos, genere masculino.) Erembi, Ἔρεμβοι, Oppianus. Sunt autem hoc nomine Arabiæ populi, quos & Ichthyophagos & Troglodytas aliqui vocant.

Frigiscos non minus velocitate quam continuatione cursus inuictos, Vegetius tertio loco commendat, post Hunuscos scilicet & Burgundiones. Vide ne Frisisci dicendi sint à Frisijs, quorum equi commendantur, vt ab Hunis Hunnici.

Gallici, vide Menapij. Ego faxim muli pretio qui superant equos, Sint viliores Gallicis canterijs, Plautus. Illi gaudeant

gaudeant Gallicis canterijs, nos ſolutus vinculis aſellus Zachariæ delectet, Hieronymus. L. Apuleius iuméta Gallicana commendauit: quibus, inquit, generoſa ſoboles perhibet generoſam dignitatem. Γέλωοι, genus equorum ignobilium & ad bellum non idoneorum, Heſychius & Varinus. Hoc nomen an à regione aliqua factum ſit, & quænam illa, certi nihil habeo. Gelas quidem Siciliæ fluuius eſt, & equi Siculi in magna exiſtimatione ſunt. Videtur autem Gelas caſu recto dicendus Siciliæ fluuius: vrbs autem Gela, ἀπὸ γέλα πατρός, Suidas. Immaniſq; Gela (in genitiuo nimirum) fluuij cognomine dicta, Verg. Sunt & Geloni Scythiæ populi, quirin equis fugiendo pugnabant, de quibus Lucanus, Maſſagetes quo fugit equo, forteſq; Geloni. Et Vergilius, Biſaltæ quo more ſolent, acerq; Gelonus, Cum fugit in Rhodopen, aut in deſerta Getarum. Et lac concretum cum ſanguine potat equino. Fugaces autem equi bellis minimè idonei ſunt. Germania grauiores & ſuccuſſarios habet, qui ſubſultim moleſtè ingrediuntur. Getici equi celerrimè feruntur, Aelian. Græcanici, Ἑλκάδαι, pedibus bonis fulti ſunt, vaſto corpore, capite venuſto: ardua antica parte ſtatura (ὀρθοὶ τὰ πρόσθεν μέρη) concinnoq; hactenus corpore: ſed clunium compago incommoda, nec reſpondente: pernices & animoſi. Verum in tota Græcia Theſſalici præferuntur, Abſyr. Cornipedes igitur lectos det Græcia nobis, Nemeſianus. De Achæis ſuperius dixi.

Heluetij bellis idonei ſunt, & præcipuè Algoici, qui durare diutiſſimè putantur, Camerarius. Hiſpani magno ſunt corporis habitu, concinno & erecto, eleganti capite, compage corporis luculenter diuidua, (ἁπλῶς ſimpliciter:) ſed aſtrictis clunibus, (σὺν ἰσχνοῖς:) itineribus obeundis pares & robuſti, corpore nec gracili, nec ad maciem opportuno: cæterum ad curſuram inhabiles (ἄδρομοι, forte ἰνδρομοι, vt ex ſequentibus authorum verbis apparebit) in equitatione calcaribus non incitantur (ἐν ἱππασίαις, lego ἱππείαις vt Ruellius etiam, ἀκέντρους:) Quin & ab ortu ad integram vſq; ætatem morati & obſequentes, (δύσθυμοι,) deinde improbi & mordaces euadunt, Abſyrtus. Cappadocum glorioſa nobilitas: Hiſpanorum par vel proxima in circo creditur palma. Nec inferiores prope Siciliæ exhibet circo: quamuis Aphrica Hiſpani ſanguinis velociſſimos præſtare conſueuit ad vſum ſellæ, Veget. Parthis (inquit Oppianus) præſtantiores ſunt Iberi. celeritate enim tantum præſtãt inter equos, quantum aquila aut circus accipiter in aere, & in mari delphinus: ſed exigui ſunt, & viribus paruis & animo imbelli, Ἀλλ' ὀλίζοι, θαμοὶ τε μένουσι μεγαλιδίοιτε (Abſyrtus tamen, ſi recte legitur, magno corporis habitu eſſe ſcribit:) & curſus celeritatem pauca emenſi ſtadia amittunt: corpore venuſto, ſed vngulam habent parum ſolidam, πλοτερόφοον, ἐυφυτέλεες. Hiſpani celeritatis & agilitatis opinione à Magnatibus expetuntur, Camerar. Ex Hiſpania leuitate elegantiaq; conſpicui ſunt, Volater. Equi maiores corpore à tertio climate vſq; ad finem ſexti procreantur, & precipuè in Hiſpania: Fortiores autem & ſatis magnos etiam in ſeptimo climate procreari vidimus, & eoſdem patientiores laboris, quàm qui à tertio climate vel quarto habentur, Albert. Celtiberorum equi ſubalbi (ὑπόφαιοι) ſunt: quòd ſi in exteriorem traducantur Hiſpaniam, colorem permutant: ſunt autẽ Parthicorum ſimiles, nam & agilitate & curendi dexteritate reliquos anteeunt, πλεῖστα ἰνδρόμοι, Strabo lib. 3 Videbis altam Liciane Bilbilim Equis & armis nobilem, Martial. Eſt autem Bilbilis Celtiberiæ ciuitas. De Callæcis & Aſturconibus vel Aſturibus dictis, item à Calpe monte celebratis, omnibus Hiſpanis, paulò poſt dicam in differentijs equorum ſecundum gradum. Hunuſcorum longè primo (prima) docetur vtilitas patientiæ laboris, frigoris, famis, Veget. Et paulò mox, Hunuſcis grande & aduncum caput, extantes oculi, anguſtæ nares, latæ maxillæ, robuſta ceruix & rigida, iubæ vltra genua pendentes, maiores coſtæ, incurua ſpina, cauda ſyluoſa, validiſſimæ tibiæ, paruæ baſes, plenæ ac diffuſæ vngulæ, ilia cauata, totumq; corpus anguloſum, nulla in clunibus aruina, nulli in muſculis tori, in longitudine magis quàm in altitudine ſtatura, propenſior venter exhauſtus, oſſa grandia, macies grata, & quibus pulchritudinẽ præſtet ipſa deformitas, animus moderatus & prudens & vulnerum patiens, Hæc Vegetius. Hunuſcos equidem (aliàs Hunnuſcos per n. duplex, alibi etiam Hunnicos vocat) eoſdẽ olim Hunnos, & hodie Vngaros dictos puto. Hunorum examina pernicibus equis huc illucq; volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta compleuerunt, Hieronymus ad Oceanum. Equi mordaces & calcitrones, vt Pannonici pleriq; (Paanoniam hodie Vngariam vocant,) de quibus & prouerbium malignitatis ortum, non ferè niſi irritati, aut opinione aut metu offenſæ ferociunt, Camerar. Pannonij ad bellum idonei ſunt, Idem.

Iberi, vide in Hiſpanis. Indicum equum exultantem, & immoderatius excurrentem continere & coercere, habenas adducere, vel remittere non eſt cuiuſuis, ſed hominũ qui à primis temporibus ætatis ad rerum equeſtrium ſcientiam inſtituti ſint: hi freno ipſos ſuſtinere aſſueuerũt, ſimul & refractarium lupatis refringere, quos quidem equinæ tractationis bene periti, ex indomita effrenatione in exiguum gyrum compellunt: Veruntamen ad hunc gyrum agendum, atq; ad conficiendum orbem manuum robore opus eſt, & ſumma rei equeſtris ſcientia. Qui huius diſciplinæ ſunt experientiſſimi, & callidiſſimi agitatores, currum verſare in orbem plane norunt: cuius certamen non eſt contemnendum, præſertim cum duos milites pugnantes ferre queat. Aelian. Apud Indos Pſyllos (nam ſunt etiam alteri Africi) arietibus non maiores equi gignuntur, Idem. Terram Indiam equos vno cornu præditos procreare ferunt, quorum è cornibus pocula conficiuntur, in quæ venenum mortiferum coniectum, ſi quis biberit, nihil graue, quod cornu repellat malum ipſum, perpetietur, Aelian. De hoc vide plura in Monocerotis hiſtoria: Ipſe quidem Aelianus alibi, & ſecutus eum Philes, idem ſcribunt de poculo ex aſini Indici monocerotis cornu facto. Iones, Oppian. Iſtrij pedibus valent, (ἰσχυόδεις:) perquam proceri (ὑψαύχενες:) indiuidua ſpina (ἄτομοι τὴν ῥάχιν) cauaq;, ſed curſu pernici, Abſyrtus.

Libyes, Oppianus. Mauri (inquit) præſtantiſſimi ſunt tum in longis curſibus, tum duris laboribus ferẽdis. His proximi Libyes durabili celeritate. Forma ſimilis vtriſq;: niſi quòd robuſti Libyes maiores ſunt, corpore oblongo: coſtis & lateribus craſſioribus, & ampliore ad rectum impetum pectore. Solis æſtum & ſitim meridianam facile tolerant. Στηθύλλοκλίνα, coſtas & pectus (quaſi coſtale vel è coſtis contextum) interpretor: nam στηθίνας coſtarum oſſa vocari inuenio. Vocantur etiam στηθίαι ligna & ferramenta oblonga, anſa anguſtiore, reliqua parte latiuſcula ad feriendum, radendum, & eximendum aliquid apta. Hinc & ſpatha Apuleio & Vegetio, longior ac latior enſis, quod nomen ſermo Italicus adhuc retinet. Vulgus ſpathulas vocat, ſpecilla latiuſcula, quorum vſus eſt frequens pharmacopolis & vnguentarijs: Spathulæ ligneæ mentio eſt apud Celſum lib. 8. Græci etiam ſpathen nuncupant inſtrumentum textorium, cuius pulſu tela arctatur denſaturq;, Latinè forſan pectinem dixeris à figura. Κτένας Grammatici πήχεις & κυπαιρίσσας καλοῦσι interpretantur. Africa Hiſpani ſanguinis equos velociſſimos præſtare conſueuit ad vſum ſellæ, Vegetius. Numidis (inquit Liuius lib. 23.) deſultorum in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam ſæpe pugnam, in recentẽ equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat, tãta velocitas ipſis, tamq; docile equorum genus eſt. Ex Tuni Africæ ac Maſſylia Numidiaq; curſu præſtantes etiamnum habentur equi.

quos

quos vulgo Barbaros vocant. Maſſyli Libyæ populi equos habent optimos, quos virga non freno gubernant: vnde & Vergilius lib. 4. Aeneidos, infrenes vocat Numidas. Silius quoq; ait, Hic paſſim exultant Numidæ gens indocta freni, Quis inter geminas per ludum nobilis aures Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis. Item Martialis lib 9 Et Maſſyleum virga gubernat equum. Idem Nemeſianus de ijs ſcribit quos Mazaces vocat, vt ſupra ſtatim poſt Cappadoces indicaui. Vide mox etiam in Mauris. Dorcades Libyæ quanquam velocitate ſunt mirabili; tamen inferiores ſunt currendo equis Libycis, Aelian. Tibiæ cantu vſq; eò capiuntur Libycæ equæ, vt huius blandimentis ad homines manſuescant, & inſultare deſinant: quocunq; eas cantiuncularum blanditiæ inuitauerint, eò paſtorem conſequuntur: cum ille inſiſtit, hæ etiam à progrediendo ſe iuſtinent, ac ſi cantum contentiorem ad tibiam canat, ex eo tanta voluptate afficiuntur, vt lachrymas tenere nõ poſſint. Harum paſtores ex rhododaphne arbore paſtoritiam fiſtulam excauant, cuius ſonor inflatu armentum antegredientes demulcent. Aelian. Fingit equos Piſis Numidæ ſoluer.* Audax & patiens operum genus, ille vigebit Centum actus ſpacijs, atq; eluctabitur iram.* Nec magni cultus ſterilis quodcunque remiſit Terra ſui, tenuesq; ſitis producere riui, Gratius: Et quamuis locus non eſt integer, omnia tamen de Numidicis & Libyſis equis dici, conſtat cum ex Oppiani verbis ſuperius recitatis, tum ex ijs quæ Aelianus ſcribit: De Libycis equis inquit) hæc ex hominibus eiuſdem gentis audiui: equorum velociſſimos eſſe, nullo laboris ſenſu affici, ex habitus gracilitate & tenuitate macilentos eſſe, totosq; ex ſeſe aptos exiſtere ad fortiſſime ſuſtinendam dominorum negligentiam pabulum enim dominos eis nec largiri, nec eos cum laborauerint ſtrigile perfricare, nec eis cubilia ſubſternere, nec vngulas expurgare, ſed ſimulatq; iter inſtitutum confecerunt ex equis deſilientes, hos ad paſtiones dimittere, atq; ita homines Libycos grandi macie confectos, & ſqualore ſordidos huiuſcemodi equis vehi, Hæc Aelian. Afrorum qui inter Getuliam & noſtram habitant, equi & boues μακρόχειλοι ſunt quàm noſtri. id eſt longioribus labris, (interpres vngulis vertit.) Eorum reges plurimum equorum gregibus ſtudẽt, vt ad centena pullorum millia quotannis recenſeantur, Strabo. Sunt & Chalambrij Libyci iam prius dicti, & inferius dicendi Naſamônes. Pauciſſimos equos Barbaria producit, ſed qui deſerta incolunt Arabes, populiq; Libyci cùm plurimõs enutriant, non tamen ad iter vel militiam ſed venationibus aſſuefaciunt, nec alium præter camelorum lac, noctu & interdiu binis vicibus cibum præbent, quo agiles & elegantes & potiſſimè macilentos conſeruant & graminis tempore herbam paſcere ſinunt: verum non inequitant. At quos alunt.

Maſſyli equi, proximè cum Libycis memorati ſunt. Magnetes populi equis alendis celebres fuere, & equeſtris pugnæ periti, vnde Lucanus lib 6. Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis. Eſt autem Magneſia Macedoniæ regio Theſſaliæ annexa: item vrbs & regio Aſiæ ad Mæandrum. Magnetes equos Oppianus etiam commendat. Mauri pugnant frequentius ab equo haſtati (ἵπποι ἀκοντῶσιν) equis nudis vtentes, & iunceis frenis, (σχοινοχαλινοις χρώμενοι ἀγριαις ἐπὶ μᾶλλον ἵπποις ἐ γυμνοῖς.) Ac ferè & ij & ſequentes Maſſæſyli & alij Libyes magna ex parte eodem modo inſtructi ſunt, & in cæteris perſimiles, paruis equis vtentes, celeribus tamen & obtemperantibus adeò vt ſola virgula gubernentur. Equi collaria (περιτραχήλια) ex ligno habent aut pilo confecta, è quibus haœna dependet. Strabo. Barbariæ principes, non ſunt eiuſdem velocitatis, ſed quod pabulo cibentur, elegantiores & corpulentiores, quibus vrgente periculo, cum hoſtium furorem euadere conuenit, vtuntur, Leo Africanus. Oppiani verba de equis Mauris (& Nemeſiani de Maruſijs, idem eſt autem Maurus & Maruſius Strabone teſte) ſupra inter Libyes, quibus eos forma ſimiles facit, recenſui. Vocat autem κούλα φῦλα μαύρων, hoc eſt agilia & velocia, Maurorum genera, vt ego quidem interpretor, non varia. Et paulò poſt, Μαύρων οἱ μὲν πρῶτοι Σικελοί, Σικελῶν δ' ἐπὶ θυμὸν Καὶ χαροπὸν παλίωτον, ὃ ἴδοχον αἰγλήεντες, Καρπῶνται μίμνουσι μέγα βρύχημα λέοντος. Videtur autem verſus vnus poſt primum deeſſe, vt ſenſus hic ſit: Mauris celeriores ſunt Siculi, Siculis autẽ animo (Mauri præſtantiores ſunt, aut ſimile quid) qui & fuluo colore & valde ſplendidi viſuntur, & ſoli magnũ leonis rugitum expectant. Mox etiam cum ad alias feras in venatione alio colore commendet equos, ad leones præcipuè charopos id eſt fuluos laudat. Abundãt autem in Mauritania leones. Mazaces, vide ſupra ſtatim poſt Cappadoces. Medi eximia ſunt magnitudine, Abſyrt. Medos homines habitu corporis opimo, & luxu ſimiliter atq; illorum equos diffluentes adeò niteſcere audio, vt pariter cũ dominis equos, & magnitudine corporis & pulchritudine, atq; adeò lauto extra corpus cultu delectari, & magnitudinem & pulchritudinẽ ſuam ſentire videantur, Aelian. Medi Perſis quotannis equos ter mille pendebant, Strabo. Niſæos etiam Herodotus Medicos vocat, vt infra dicetur. Meriapij (vulgo Geldrici) noſtratium ſoli, qui Cæſari opinor Gallici ſunt, & Rugi vt bellatores fermè in pretio ſunt, Camerarius. Rugos inuenio incoluiſſe regionẽ quæ adhuc Rugenland appelletur & meminiſſe ipſorũ Paulum Diaconum lib. 1. de rebus Longobardorum. Sunt qui eos in Mechelburgenſes abijſſe dicãt. Hi veriſſimis Germanis orti (inquit Althamerus) lingua & virtute Germanis intereenſentur. Murcibij vix ora tenacia ferro Concedunt, Gratius. Mycenas tanquã generoſorum equorum patriam Vergilius prædicat. Gratius equum venationi aptum deſcribẽs his verſibus vtitur: Cõſule, Penei qualis perfunditur amne Theſſalus, aut patriæ quem conſpexêre Mycenæ Glaucum, nempe ingens, nempe ardua fundet in auras Crura, quis Eleas pot.or luſtrauit arenas? Ne tamen hoc attingat opus, iactantior illi Virtus, quàm ſyluas, durumq; laceſſere Martem. Myſi vt bellatores in pretio fuere, Camerarius.

Naſamones apud Gratium nominantur. ſed locus non eſt integer, his verbis: Murcibij vix ora tenacia ferro Concedunt, aut (forte at) tota leui Naſamon*. Sunt autem Naſamônes populi Libyæ nauium Syrtibus inuolutarum ſpoliatores. Pulcherrimus omnium equus Niſæus eſt, eo reges vehuntur: eleganti forma, greſſu molli, & freno facili: capite paruo, iuba multa & lõga, comis vtrinq; demiſſis ſubflauis, μελιχρύσοις, Oppianus: qui Νισαῖον ſcribit, per iõta & ſigma duplex: Hierocles in proœmio Hippiatricorũ Νυσαῖον (cũ ypſilo & ſigma ſimplici) à Perſarum regibus in pretio haberi Regio ſub Caſpijs portis in humili & concauo ſolo, & Armenia, eximiè paſcendis equis apta eſt, vnde pratum quoddam Hippobotum vocatur, per quod iter faciunt qui ex Perſia & Babylone in Caſpias portas proficiſcuntur, in eo paſci dicunt equarum (ἵππων θηλειῶν) quinquaginta millia, quæ armenta regia ſunt. Niſæos (cum iota & ſigma ſimplici, vt Euſtathius etiam ſcribit) equos, quibus reges vtebantur, optimos ac maximos, alij hinc genus habere dicunt: alij ex Armenia. habent autem propriam quandam formam, quemadmodum Parthici nunc dicti præ Græcis & alijs qui apud nos ſunt. Et herbam quę præcipuè equos nutrit, cò quod ibi abundet, propriè Medicam vocamus, Strabo. Niſæus campus, Νισαῖον πεδίον, ille celebris alicubi iuxta Mediam regionem fuit, magnos equos Niſæos appellatos producens, Euſtathius in Dionyſium. In India animantes multò ſunt grandiores quàm cæteris in locis, præterquam equi: nam Indici equi vincuntur à Medicis qui Niſæi vocantur, Herodotus lib. 3. Et libro ſeptimo in deſcriptione exercitus Perſarum, Poſt haſtatos (inquit) incedebant

debant equi decem quàm pulcherrimè ornati, qui Niſæi dicuntur, ideo ſic dicti, quod eſt ingens Medicæ regionis campus nomine Niſæus, qui grandes ferat equos. Hos ſequebatur Iouis currus quem octo equi albi trahebãt. Poſt quem ipſe Xerxes vehebatur curru equorum Niſæorum. Quantum equo Nyſæo maior eſt Libycus elephas, tanto Libycis elephantis maiores ſunt Indici, Philoſtratus. Idem libro primo, Rex autem candidum equum immolaturus erat τῶν ἐφ' ἵππῳ Νισαίων, id eſt ex Niſæis de meliore nota, vt quidam exponit. Niſæi equi dicti ſunt à Niſæa (nimirum regione) ſiue Armeniæ ſiue Mediæ. Sunt qui Niſæum locum Perſidis faciant, vbi Niſæi equi celerrimi naſcantur. Aliqui Niſæum flauum (ξανθὸν) interpretantur: eò quod Niſa equos omnes huius coloris habeat, Varin. Inter Suſianam & Bactrianam locus eſt Καταιγάδα (ἢ σταγώνα, Heſychius & Varinus) qui lingua Græca νίσαιον (νῆσος, Heſychius & Varin.) vocatur, in quo equi eximij procreantur, Suidas in Στάγων Νισαῖος: Heſychius & Varinus in Νισαῖος ἵππος. Sunt qui à mari rubro haberi exiſtiment, & omnes colore flauos eſſe. Herodotus Niſæum Mediæ locum facit. Orpheus in Dictye Niſam locum in mari rubro ſitum eſſe ſcribit, Suidas. Stephanus etiam Νησαῖον πόλιν apud Medos eſſe meminit, à quo equi Neſæi dicantur. Cælius Rhodiginus reprehendit quendam qui pro equis Neſæis inſulares verterit, Auctor Plutarchus eſt Pyrrho ſpeciem oblatam, velut Neſæo equo inſcenſo, ducẽ ſe illi præſtaret Alexander Magnus: id quod non percipiens interpres tranſiluit. Sed & in Græcos codices irrepſit mendum: nam Νισαῖον ἵππον legitur. Meminit & loci & equorum Arrianus quoq;: ſed & in Legibus Plato, vt Strabonem prætream, & Ammianum Marcellinum, Cælius. Ego in Plutarchi codice, vbi Νισαῖον per iota ſcribitur, mendum eſſe non puto, cum apud alios etiam (authores quos citauimus, Oppianum, Strabonem, Philoſtratum: Herodotum, Suidã, Euſtathium, omneſ eodem modo ſcribatur: Solus Stephanus & Heſychius Grammatici per ῑ ſcripſerunt, Varinus vtroq; modo. Quare miror & Hermolaum qui apud Plinium lib. 6 cap. 25. vbi ſcribebatur regio Niſæa, Neſæa legendum putat. Sunt apud Medos fœtus equorum nobilium, quibus (vt ſcriptores antiqui docent, nosq; vidimus) ineuntes prælia viri ſumma vi vehi exultantes ſolent, quos Neſeos appellant, Marcellinus lib. 23. Numidici, vide in Libycis.

De Paphlagonum in alendis equis ſtudio, vide infra in Venetis. Parthi magno & amplo ſunt corpore, animoſi, ſpecie generoſa, ac pedibus eximiè valent, Abſyrtus. De heterophthalmis apud Parthos commendatis equis, & ijs qui vario colore diſtinguuntur ab ijſdem primum profectis, ex Abſyrto ſuperius dixi. Siculis velociores ſunt Armenij & Parthi βαθυμήκαμοι: Parthos rurſus celeritate excellunt Iberi, Oppianus. Scilicet & Parthis inter ſua molita rura Manſit honor: veniat Caudini ſaxa Taburni, Garganúmue trucem, aut Ligurinas deſuper alpes, Ante opus excuſſis cadet vnguibus, & tamen illi Eſt animus, fingetq; meas ſe iuſſus in artes. Sed iuxtà vitium poſuit deus, Gratius. Celtiberorum equi ſubalbi, ſi in exteriorem traducantur Hiſpaniam, colorem permutant. Sunt autem Parthicorum ſimiles: nam & agilitate & currendi dexteritate reliquos antecunt, Strabo. Parthi quomodo in tottonarijs vel ſuccuſſarijs equis greſſus molliant ad Aſturconum ſimilitudinem, inferius dicam ex Vegetio. Pellæi, vide mox poſt Theſſalicos. Perſis prouincijs omnibus præſtat equos patrimoniorum cenſibus æſtimatos, tam ad vehendum molles & pios inceſſibus, nobilitate pretioſos, Vegetius. Et paulò poſt, Perſis & ſtatura & poſitione à cæteris equorum generibus nõ plurimum differt, ſed ſolius ambulaturæ quadam gratia diſcernuntur à cæteris: gradus eſt minutus & creber, & qui ſedentem delectet & erigat, nec arte doceatur, ſed naturæ veluti iure præſtetur. Inter colatorios (malim tolutares) enim, & eos quos totonarios vulgus appellat, ambulatura eorum media eſt, & cum neutri ſint ſimiles, habere aliquid creduntur ab vtriſq; commune, ſicut probatum eſt. In breui amplius gratiæ, in prolixo itinere ſæuior patiẽtia, animus ſuperbus, & niſi labore ſubiugatus, aſſiduè aduerſum equitem contumax mens, tumens, prudens: & quod mirum eſt, in tanto feruore cautiſſime decoris eſt obſeruantior: incuruata in arcum ceruix, vt recumbere videatur in pectore, Hæc Vegetius. Pharſalica equa ſemper parenti ſimiles fœtus ædit, eam ob cauſam proba nominata, Camerar. Phaſianos equos inuenimus ab eius auis inuſto inſigni, vel quoniam ad Phaſin equi habeantur pulchritudine præſtantes. Cælius.

Roſcani apud Varronem à Roſea dicti: eoſdem Volaterranus bellis aptiſſimos eſſe ſcribit. Eſt autẽ Roſea apud Feſtum (aliàs Roſcea) campus in agro Reatino, dictus quia in eo arua rore ſemper humida feruntur. Rugi, vide ſupra in Menapijs.

Sacarum equi, ſi qui ſeſſorem excuſſerint, ſubito conſiſtunt, vt rurſum aſcendere poſſit, Aelianus in Varijs. Vegetius 4. 6 cum Perſas equos laudaſſet, ſequuntur (inquit) Armeni atq; Saphareni. Sapphirine quidem inſula eſt in Arabico ſinu & Sapiri populi iuxta Pontum. de Sapharenis certe nihil habeo. Epirotas, Samaricos ac Dalmaticos contumaces ad frena ac viles, armis ac bellis aſſueſcunt cruribus, Vegetius: ego poſt armis diſtinguo, & proinde lego at: Cuius verò regionis Samarici ſint non inuenio. Equi Sardiniæ, agiles, pulchri, ſed minores alijs, Mauritij. Sarmaticum genus non inelegans & in ſuo genere cõcinnum eſt, ad curſum idoneum: ſimplex, grandi corporis habitu, valido capite, ceruice decora, (ἰσχιόφαλον, εὐτραχήλον,) Abſyrtus. Et paulò poſt, Quoſdã equos acteonicos vocant, à genitiua quadam nota quam in armis & cocco referunt, quos Sarmatæ ſibi vt probos adſciſcunt: apud quos cum reliquis de pernicitate certant: quare ijs ad bellicas excurſiones vtuntur. At verò qui aquilinam notam ponè ferunt contra clunem & caudam, ij ab ipſis improbantur. Quin & obſeruatum eſſe apud ſe traditur, ne eos prælientur: Quippe aut equitem facile ijs inſidentem perire, aut in quippiam moleſtiæ incurrere. Sarmatæ longinqua itinera acturi, inedia pridie præparant eos, exiguum tantum potum impartientes: atque ita per quinquaginta millia & quinquaginta cõtinuo curſu euntibus inſident, Plin. Sarmatici bellis apti ſunt: & multi equi reperiuntur caſtrati in tenera ætate, atque ijs dentes cadere negantur, Camerarius. Scythicę gentis & Sarmaticæ proprius eſt, equos caſtrare, vt manſuetiores ad parendum fiant: parui enim ſunt ac celeres, & acres, atq; inhabiles, Strabo lib. 7. Scythici, Oppianus. Vide quæ proximè ante de Sarmaticis ſimul & Scythicis ex Strabone diximus. Nec inferiores Hiſpanis equos propè Sicilia exhibet Circo, Veget. Et rurſus, Nec Epirotas Siculoſque æquiperis, ſi mores ac (ac copula videtur abundare) pulchritudo non deſerat. Siculi equi celerrimi ſunt, Διβύιον ἔθνος καὶ τραχήλωνος, pro Διβύιον lego Διανέκιον per diæreſin. Lilybæum enim promontorium Siciliæ eſt Libyam verſus: ſic & carmen melius conſtabit: manuſcriptus quidam codex perperam Διβύιον habebat. Tricipitem montem Aetnam intelligo, vt qui ignem eructet, & ſuppoſitum Enceladi gigantis cadauer tegat: quod hic de hoc monte Oppianus, alij de Aetna nominatim ſcribunt. Cæterum Siculis (inquit) velociores ſunt Armenij & Parthi: vide etiam ſupra in Mauris. Sed Gratium etiam de equis Siculis audiamus: *Sic* (vt Libycis) *& Strymonis facilis tutela Biſaltæ, Poſſent Aetnæas vtinam ſe ferre per artes. Quis ludus Siculis: quid tum ſi turpia colla, Aut tenuis ſurſo curuatur ſpina? per illos Camatus Graijs Agragas, vtilecq; fragoſum Nebroden inquere fera. O quantus in armis Ille meis,*

Ille meis, cuiùs decima pecuaria fœtus Sufficiunt quoties Chaonias cõtendere contra Aufit vix meritæ quinis ſignare Achaia palmæ. Hæc Gratius: Mihi quidem locus tanquam parum integer ſuſpectus eſt. Agragas mons eſt Siciliæ, cum oppido eiuſdem nominis in ſummitate, apud quem optimos equos alere conſueuerunt veteres. Eſt & Mebrodes Siciliæ mons, quem aliqui à damarum copia dictum putant, ſine authore. Impreſſus Gratij codex non rectè habet Hebroden. Magnanimùm quondam generator equorum Agragas, Vergilius Aeneidos 3. Vbi Seruius. Secundum Pindarum, inquit, quondam Agrigentini equos ad agones Græciæ mittebant, qui inde victores reuerterebantur. Legimus etiam illud, quum in Cappadocia greges equorũ periiſſent, Delphici Apollinis reſponſo reparauerunt greges de Agrigento, eosq; meliores. Aetnæum cantharum Ariſtophanes in Pace vocat magnum ſiue à montis Aetnæ magnitudine, ſiue quod magni cantharii in eo naſcerentur: vel ab equis Aetnęis ve-
10 locitate & curſu celebratis. Excellunt equi in Syria & Cappadocia nati, Albert.

In Græcia nobiles ſunt Theſſalici equi, Varro: Excellunt in tota Græcia, Abyrtus. Gratij præ cæ verba de Theſſalo equo lege ſupra in Mycenæo, id eſt, Mycenis nato equo. Admeti equæ præſtantiſſimæ apud Homerum Iliad. β. Theſſalicæ fuerunt. Acarnanũ ſolitudo paſcendis equis eſt accõmoda, non minus quàm Theſſalia; Strab. Certũ eſt Theſſalicã equorũ valere præſtantia: Vnde etiã Xerxes certaturus in curuleibidẽ loci feciſſe dicitur, vt ſuos illic experiretur equos, vbi Græcorũ optimos eſſe audiuerat. Decernere equa Theſſalica, Ἐπικρίνει ἵππος Θετταλική, prouerbiale dictum de ſummo præmio, propterea quod antiquitus prima laus fuerit equarũ Theſſaliæ: Id quod ſatis indicat oraculum Aeginenſibus redditum. Citat Euſtathius in ſecundum Iliados librum. Suidas refert, haud dum ſcio ex quonam authore: Ἵππεις μὲν εἰσι Θετταλία καὶ Θρῄκη, τοξόται δὲ τὰ κατὰ Φοίνικας ἔθνη καὶ Ἰνδικὴ καὶ Κρήτη καὶ Καρία. Id eſt, Equites in Theſſalia, Thracia q; ſagittarij atq; armatura leuis in India, Creta, & Caria, Eraſm.
20 Scholia vulgata in ſecundum Iliados Theſſalicos equos præſtantiſſimos faciunt, Ἵππον Θετταλικὸν, Λακεδαιμονίαν γυναῖκα, Ἄνδρας δὲ εἰ τινὰ ἱερὸν πυρὶ Ἀρεθοῦσα πίνειν ὕδωρ καλῶς· Ἀρεθοῦσα, aliàs ἱερὸς Ἀρεθοῦσιν. Meminit rurſus Euſtathius in Dionyſium Afrani ſcribens, & Arethuſam, cuius hic mentio. Eoboeæ fontem facit. Qui ſcripſit commentarios in Theocritum ſic legit, Ἵππος Θρῃκία, Λακεδαιμονία ἡ γυναῖκα, &c. vt citat Eraſmus in prouerbio Megarenſes (vel Aeginenſes) neq; tertij neq; quarti. Theſſaliam paſcendis equis commodiſſimam, qui Arcadicos & Epidauricos maximè præcellant, teſtis eſt Strabo libro 8. Cæſar dictator equorum Theſſaliæ in tauros dimicantium eosque necantium, primus ſpectaculum Romanis fertur dediſſe, Textor. Theſſalicus ſonipes bellis feralibus omen, Lucianus libro 1. Pella etiam Theſſaliæ vrbs eſt, à qua Pellæos equos apud Gratium dictos puto; quanquam & aliæ ſint Pellæ vt Macedoniæ & Achaiæ. Spadices vis Pellæi valuêre Cerauni, Et tibi deuotæ magnum pecudis Cyrræ Phœbe decus, noſtras agere in ſacratia tenſas, Gratius de venatione. Sunt Cerauni montes
30 Epiri, & Cyrrha Phocidis oppidum in radicibus Parnaſſi montis, vbi colebatur Apollo Cyrrhæus. Tyrrheni tanquam bello apti ab Oppiano laudantur. Ex Tyrrheni maris inſulis, præſertim Corſica & Sardinia, breues admodum, ſed animo generoſo atq; audaci, ingreſſu irrequieto, Volaterran. Thracij, Θρῆικες, Oppianus. Thraces turpes ſunt, deformi ſpecie, rigido corpore (ξυλόσωμοι) prægrandibus armis (κάτωμοι: Grammatici κατωμίδιον exponunt equum qui teſſorem ab humeris in terram excutiat:) gibbere vel curua ſpina: vari, atq; ideo ingreſſu vacillante curſuq;, Abyrtus interprete Ruellio. Oraculum Delphicum, quod paulò ante recitauimus, Theſſalicos; vel vt Scholiaſtes Theocriti ſcribit, Thracios equos præ omnibus extollit. Strymonio facilis tutela Biſaltæ, &c. vt mox ſupra in Siculis ex Gratio dictum eſt Toringos & Burgundiones tanquam iniuriæ tolerantes Veget. commendat, ita vt proximum poſt Humuſcos, quos omnium primos facit, locum obtineant. Burgundiones olim loca vltra Viſtulam tenuerunt: Thuringi Heſſis vicini ſunt, qui Plinio, vt Volaterran. conijcit, Cimbri mediterranei vocantur.
40

Venetos aliqui putant deſcendere à Venetis Paphlagoniæ populis, qui poſt bellum Troianum ad hæc loca peruenerint: & huius coniecturæ argumentũ faciunt induſtriam ipſorum in alendis equis: quæ hoc omnino tempore defecit: antea tamen in ſumma apud illos cura fuit, veteris ſcilicet ſtudij circa mulorum ſobolem æmulatione (δοκεῖ δὲ παλαιοῦ ζήλου ἔτι καὶ νῦν εἶναι τὰς ἡμιόνους ἵππους, cuius Homer. etiam meminit (Iliad. ε.) Ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμίονοι γενέθλην ἀγροτῆρες. Dionyſius quoq; Siciliæ tyrannus hinc alendorum ſemen equorum conſtituit (Τὸ ἱππογεροφόρον σπερμάτιον ἐξ Ἀδριατῶν ἵππων) quos ad equeſtre certamen tollebat: adeo vt per Græcos equinæ prolis Venetæ nobilitas maneret, & ad longũ tempus propago ipſa famam vendicaret, Strabo lib. 5. Ἵπποι Ἐνετικοὶ nominantur apud Stephanum in Eneris, vicinis, vrait, Paphlagoniæ populis. Ἐνέπαι (proparoxytonũ, malim paroxytonũ) πῶλοι ἡμιφανεῖς, ὅσοι τῆς μεσογείου τῆς Ἀδριανῆς Ἐνετικῆς, ἀλλ' ἐπὶ θαλάττης εἰσί, Heſych. & Varin. Ἐνδίτης (vox corrupta vt videtur pro Ἐνετικὸς ἵππος, ὁ τῆς Ἀδριανῆς ἵππος, καὶ λευκοπώλους, καὶ λευκοφόρους, Idem. Ἐνετῶν, πλείων, ἡ ὅσον γένος τῶν ἡμιόνων, Idem. Vuallachus
50 hodie apud Saxones appellatur equus caſtratus: quod multi ex ea regione, quæ olim Dacia dicta eſt, habeantur; Villichius. Lycoſpades & lycophori qui ſint, infra dicam in celerum mentione.

De equorum differentijs à gradu & inceſſu.

Equorum gradus, vel qualitate differunt, vel quantitate. Qualitatem voco, cum equum molliuſculè, durè aut mediocriter ingredi dicimus: quantitatem vero celeritatis & tarditatis diſcrimen. Quanquam & hæ qualitates quædam & potentię naturales ſunt in animantibus: non ſine temporis tamen, quod quantitatis genere adſcribitur, animaduerſione: propriè autem tardum & celere dicimus ratione motus, qui cum ſit omnis continuus, ea quidem ratione quantitati ſubijcitur. Sed priore loco de differentijs in qualitate dicam. Motus igitur equorũ (vt
60 tradit Albertus) quatuor ſunt: Curſus, qui ex ſaltibus equi conſtat: & fit cum ſimul elevantur anteriores pedes, ſimul etiam poſteriores, & equus ſe impingit anterius. Trottatio, quando velocius quam in ordinato greſſu, oppoſitorum laterum anteriorem ſimul & poſteriorem pedem tollit: quo quidem modo fit etiam peditatio, ſed præter equi concitationem. Ambulatio (Germanis, *der ſtapf*) denique, cum ſimul in eodem latere anteriorem & poſteriorem leuat pedem: quæ quidem mollius agitur, ſi propius terram non altè ſublatis ſed quaſi tractis pedibus fiat, & paulò citius anterior quàm poſterior pes figatur: quo magis autem ab hoc modo receſſerit gradus, eò durior erit: Vnde neceſſe eſt optimè ambulantes equos frequentius ceſpitare præcipuè in via aſpera, Hactenus Albertus. Succuſſores equi (quos alij succuſſatores vocant, ſuccuſſor ésue) frequenter ſeſſorem inquietant, inde nomen ſortiti: nam Marcello authore ſuccuſsare eſt ſurſum frequenter excutere, Grapaldus. Ex Germania (inquit Camerarius) graviores & ſuccuſsarij habentur, qui ſubſultim moleſtè ingrediuntur. His ſimiles
70 appellat Nonius tortores equos: Auſonius verò cruciantes, vt cruciante (inquit) canterio: ſuccuſsarios Feſtus.

Succuſſatores tardi, ratique (aliàs tetri tardique) caball, Lucilius. Et alibi, Campanus ſonipes ſuccuſſor nullus ſequatur. Agite, ac vulnus ne ſuccuſſet greſſus, cautè ingredimini, Actius. Pedetentim ite, & ſedato niſu, ne ſuccuſſu arripiat maior dolor, Cicero 2. Tuſcul. Greſſum ipſum huiuſmodi ſuccuſſaturam aliqui vocãt. Albertus (vt ſupra dixi, peditationem, voce Italis, Gallis, Hiſpanis & Anglis vſitata: (Tortores ex Nonio ferè intelligo, qui & cruciantes à poëtis dicuntur: vulgo quoque paucis immutatis appellantur hodie tortores, forte trotones, equi, Hermol.) Germani *trab*. Pomponius Decuma fullonis. Et vbi inſilui in cochlearum equuleum, vbi tollutim tortor, id eſt torqueor, Nonius. Parthis conſuetudo eſt equorum greſſus ad delicias dominorum hac arte mollire; non enim circulis atq; ponderibus prægrauant, vt ſoluri ambulare candeſcãt: ſed ipſos equos, quos vulgo trepidarios, militari verbo tortonarios vocant (prius verbum ad Germanicam ſuccuſſatorum nomenclaturãm *traber* alludit, vel τρίποδα Græcum, quod apud Abſyrtum legimus, vt inferius in Calpes mentione citabimus: poſterius ad Gallicum vel Italicum, ſi r literam tantũ poſt t ſubijcias) ita edomant ad lenitatem, & quædam blandimenta vecturæ, vt Aſturconibus ſimiles videantur. In ſicco itaq; æqualiq; ſolo quinquaginta paſſus in longum, & quinque in latum plenis cophinis digeritur per ordines creta, ad ſimilitudinem ſtadij, quod aulicibus (vide an ſulicibus legendum) aſperius ſit, tum difficultate coronam velocitatis oprãturus ingerit, in quo ſpacio cum equus frequentiſſimè exerceri cœperit, in illos aulices neceſſariò offendit, & priores & poſteriores vngulas impingit, & aliquando vel cadit, vel ſic offendit vt cadere videatur: poſt quod admonitus iniuria, tollit altius crura, & inflexione geniculorum atque gambarum molliter vehit. Præterea minutos greſſus imitatur, vt inter aulices vngulas ponat: nam ſi extendere voluerit, offendit in cumulum. Minutim autem equus ambulans commodius vehit, & pulchrius videtur incedere, Hæc Vegetius 1. 56. Quærendum an hic aut ſimilis, vt puto, ſit greſſus ille quem Germani vocant *dreyſchlag*. Habentur & in pretio cuiuſdam mollioris gradus equi, ad quem magna cura, vti ne nimis altè tollant crura, aſſuefieri ſolent: ſed ij delicatiſſimi, quorum hic non inſtitutionis, ſed naturæ gradus eſt, Cameratius. Huiuſmodi equus apud Simonem (quem Xenophon citare ſolet) ἐδρομῶν & ὑδρομῶν dicitur, qui inter curiendum crura modicè à ſolo tollit, Pollux. Idem gradarius vocatur & tollutaris equus, qui molli gradu & ſine ſuccuſſatura geſtat. Varro, Qui te gradu (inquit) tollutim (aliâs tollutili) melius quam tute molliter vectus, citò relinquat Aſturconibus & tollutaribus mannis, Seneca in epiſtolis. Demam Hercule iam de ordeo, tollutim ni badizas, Plautus Aſin. Vt equus qui ad vehendum natus eſt, tamen traditur magiſtro, vt equiſo doceat tollutim, Varro. (Tolutim per l ſimplex, quaſi volutim vel volubiliter, Nonius: qui multa etiam ſuper hac voce ex veteribus teſtimonia affert.) Adequitatio hæc, vt arbitror, ἐδρομῶν à Iulio Polluce dicitur, quia carpat in curſu terram, & tollat volubiliter ac modice veſtigia: etenim tollutim, quaſi volutim interpretantur, Hermolaus. In Hiſpania Gallaica gens & Aſturica equini generis, quos thieldones vocamus, minori forma appellatos Aſturcones gignunt: quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: vnde equis tolutim carpere incurſus traditur arte, (Hermolaus legit, tollutim carpere in curſu traditum arte, & tieldones, ſine aſpiratione:) Plinius. Tieldonum vocabulum accedit ad Germanicum *Zelmer*: ſic enim vulgò nominant equum gradarium: Angli *an amlyng nag*: hunc enim ab Anglis audio parvum, caſtratum & perquam molli greſſu eſſe: illum verò quem vocitant *a hobye horſe*, parvum quidem, ſed minus molli greſſu, & caſtratum: & alium *a hackeney horſe*, hodœporicum mercede conduci ſolitum, mediocri magnitudine, ſiue is caſtratus ſiue non caſtratus ſit. Galli & Germania inferior, hac quenè: quod alternatim pedibus eleuatis ſonitum citet ſimilem illi qui auditur cum olera aut aliud quippiam geminis cultris minutatim ſuper abaco ligneo inciditur: quod Galli dicunt *hacquer*, noſtri *hacken*. Franc. Arlunnus equum mannum, thieldonem vel Aſturconem, Italicis vocibus vbino & chinea exponit: Scoppa mannum palafreno: mannulum palafrenetto: Aſturconem vero, lo cauallo portante, che va ſerrato, acchinea & cheua a lambro, vel adaſo: & alibi Tollutarium ſimiliter. Voces quidem chinea & achinea à Gallica hacquenè factæ videntur. Aſturco, hac quenee ou guilhedin, Robert. Stephan. Sunt qui gradarium & tolutim factum equi inceſſum, Italicè ambladuram vocent: Albertus, vt ſupra dixi, peditationem. Paleſridorum vſus eſt vectio, quæ equitatio dicitur, & horum etiam eſt non caſtrari, ne effœminentur, Albert. Gualoppo vel galoppo Italicè, equi greſſus inter ſuccuſſationem & curſum medius eſt: hunc etiam Arlunnus Latinè gradrarium interpretatur, quod non probarim: De hoc paulo poſt plura in Calpe. Hermolaus pro voce tieldones apud Plinium, aliquando ſcribendum putauit Tyddones, à Tydda oppido citerioris Hiſpaniæ, Græcorum originis iuxta Gallecos. Nec decerno id magnopere (inquit) nec refello. Ipſe equus non formoſus, gradarius optimus victor, Lucilius. Seneca epiſtola 40. per metaphoram Ciceronem gradarium vocauit, cuius oratio lentè incedebat: quoniam gradarij equi ſine ſuccuſſatione molliter incedunt. Tolutarius vel tolutaris equus, à pedum volubilitate quaſi volutarius. Tolutim, quaſi volutim, hoc eſt volubiliter, Nonius. O peſtifera, trux, acerba tolutiloquentia, Næuius citante Nonio. Tolutarium ab Aſtrucone & manno diſtinguere videtur Seneca epiſtola 88. his verbis. Ita non omnibus obeſis mannis & Aſturconibus & tolutarijs præferres vnicum illum equum ab ipſo Carone defictum? Mannulus, equus puſillus. Martial. libro 12. Nuſquam eſt mulio, mannuli tacebunt. Habebat puer mannulos multos, & iunctos, & ſolutos, Plinius in epiſt. Manni apud Horatium Carm. 3. dicti ſunt, vt ibi inquit Acron, quòd manſuetudine manum ſequantur. Et Appiam mannis terit, Horat. in Epodis. Detonſi manni, Propertius libro 4. Elegia 8. Currit agens mannos ad villam, Lucretius lib. 3. Manni equi non admodum magni veſtigia glomerant: nunc ſanè id genus ex Britannia venit, Volaterran. De his nonnihil adferam etiam in ginnis vel nanis equis. Equiſones & armilatores, ſiue manus cociones, arte & induſtria talem (qualis Aſturconum eſt) gradus glomerationem equis dederunt, Grappaldus. Hic brevis ad numerum rapidos qui colligit vngues, Venit ab auriferis gentibus Aſtur equus, Martialis libro vltimo. Hic aliàs His) parvus ſonipes, nec Matti notus: at idem *Aut inconcuſſo glomerat veſtigia dorſo, Aut molli pacata celer trahit effeda collo*, Silius de Aſturibus populis loquens. Callæcis luſtratur equis ſcrupoſa Pyrene. Non tamen Hiſpano Martem tentare minacem Auſim, Gratius. Piſis in antiquiſſimo marmore inſcripto quædam Aſtyrum mentionem facit, vt refert Franciſc. Robortellus libro 2. Variarum annotationum cap. 21. Aſtyras verò ego puto (inquit) intelligi equites, qui equis Hiſpanis, ab Aſturia regione vterentur niſi fortaſſe malis ab Aſtura oppido Latij vocatos Aſturas, Vergilius opinor ad hos equites alludens nomen illud ita protulit cum ait, Aſtur equo fidens: etſi ille Latinus non erat. Hæc ille. Sed cum inſcriptio illa ſic habeat, Præfectus cohortis ſecundæ Aſtyrum, Aſtures vero, vt ex præcedentibus claret, bellis idonei non ſint, non aſſentior Robortello: & nec illi coniecturæ, Aſturas ab Aſtura oppido Latij vocatos videri poſſe. Parthi quomodo in tortona-

in tottonarijs ſiue ſuccuſſatijs equis, greſſus addelicias dominorum molliant, ſuperius ex Vegetio traditum eſt. Volcatium nobilem Aſturcone è ſuburbano redeuntem canis à graſſatore defendit, Plin. Aut Aſturconi locus ante oſtium detur, ad Herennium. Eſt & πέδη equitationis genus, de qua Xenophon interprete Camerario: Heterognathos (inquit) id eſt, duri oris equos, prodit non ſolum equitatio illa quaſi catenata, quæ πέδη dicitur, ſed euidentius etiam mutata ſubito equitatio. Et alibi, Agitationem autem im primis probamus eam, quæ πέδη appellatur, quoniam ambas buccas ad conuerſionem aſſuefacit. Eſt & hoc boum, agitationem ipſam mutare, vt equi buccæ in vtriſque exæquentur. Nos etiam extenſiorem illam catenam agyrationis gyratæ præferimus: (ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ τὴν ἐπεχομένην πέδην μᾶλλον τῆς κυκλοτεροῦς:) nam in hac libentius & conuerti ſe equus ſatur iam procurſionis (ἕξεως:) & ſimul ad directum curſum, ſimul ad flexus aſſuefieri patietur. Πέδη ἡ ἱππασία ἡ κυκλοτερὴς: ἡνιόχης (ἱππομάχης Xenophonti) πέδη, ἡ μὴ ἐφ' τῷ κύκλῳ στρεφθεῖσα, Poll. Πέδη quidem vinculum & pedicam ſignificat, ſolent autem gradarijs futuris aut Aſturconibus equis, circulis atque ponderibus prægrauari pedes, quod patet ex Vegetio 1. 56. vt idem fortaſſis greſſus ſit πέδῃ Græcorum & Latinorum gradarius vel tolutarius. Ad eundem pertinet etiam calpe Græcorum: nam καλπάζειν Suidas & Varinus exponunt τὸ ἄκρως καὶ αἰθρίως βαδίζειν: hoc eſt, ſummis pedibus & molliter incedere Καλπάγει (forte καλπάζει) ἐξυπέλης πηκάζει Heſych. Ego πηκάζειν verbum nuſquam reperio. Κάλπις, ἵππος ἐφ' ᾧ βαδίσεις id eſt gradarius ad verbum: (καὶ ἐπὶ ᾧ ἁρμα. Heſychius & Varinus. Calpe in Olympijs curſus erat cum equa fœmina, Pauſan. Καλπὴν ἢ καλπάζειν Græci dicunt equum ad ingreſſum exultantem vrgere: noſtri (inquit Budæus) hoc callopare vocant: & calloparn, quod illi καλπάζειν dicunt. (Curſus quo quis inſidens equo, alterum quantum poteſt celerrimè tralit, calpen Græci vocant, Galli *galop*, & hinc καλπάζειν, Iego καλπάζειν, galloper. Petrus Ruellius.) Plutarchus in Alexandro de Bucephalo loquens, Εὐθὺς ἢ προσδραμὼν τῷ ἵππῳ, καὶ ἅμα καθιέντα τὴν ἡνίαν, ἐπέστρεψε πρὸς τὸν ἥλιον. Μαθὼν ἢ οὕτω προκαλπάσας, καὶ καταψύσας, ὡς ἱκανὸν ἀπολουσάμενον ἱδρῶτα καὶ πνεῦμα ἀποβεβληκέναι ἤσυχῇ τὴν χλαμύδα, καὶ μετρίως αὐτὸν, ἀσφαλῶς ἐφέβη. Quibus verbis ſignificat Alexandrum equi frenum manu tenentem ad aliquantum ſpatij equum incitaſſe ad procurſum, cum ipſe quoque curſu equum aſſequeretur atq; æquaret: & deinde manu plauſúque permuliſſe, vt ſolent equiſones equos ferociores demitigare: & deinde in Bucephalum inſiluiſſe & conſcendiſſe. Legimus & in Hippiatricis hæc verba, Καὶ ἀναβάτην ὑπιέναι πυκνὰς, ὁμοίως τῇ Μελαναλτίδι γυναικὶ, ἥτις τῷ λεγομένῳ τετραπέδῃ (repidarij equi mentionem ex Vegetio ſuperius feci in ſuccuſſatore) Hactenus Budæus. Mihi Alexander Bucephalum ferocem equum conſcenſurus, illum ad procurſum incitaſſe (vt Budæus προκαλπάσαι reddit) minimè videtur, ſed potius equum iam procurrere incipientem leni curſu comitatus aliquantiſper, ita vt potuit conſcendiſſe: vt verbum illud non actiuæ, ſed neutræ ſignificationis ſit, vt ſimplex etiam καλπάζειν: ἐφ' præpoſitio, ipſum iuxta & ad latus equi moliter procurriſſe inſinuat: quo ſenſu etiam παρέχω profertur. Sed plura de vocabulo calpes, & calpe dicto certamine, afferam octaui capitis parte quinta: Nemeſiani tamen verſus, in præſentia obuios, huic adhuc loco annectam: Quinetiam gens ampla iacet trans ardua Calpes Culmina cornipedum latè fœcunda proborum. Nanque valent longos pratis intendere curſus: Nec minor eſt illis, Gralo quàm in corpore forma. Nec non terribiles ſpirabile numen anhelæ (anheli potius) Prouoluunt flatus, & lumina viuida torquent, Hinnitu ſq; cient tremuli, frenisq; repugnant. Nec ſegnes mulcent aures, nec crure quieſcunt. Calpe mons eſt Hiſpaniæ, oppoſitus Abylæ monti Africæ, quæ duæ dicuntur columnæ Herculis. Ex Tyrrheni maris inſulis equi habentur greſſu irrequieto, Volaterran.

Κέλης, equus celes, qui ab vno ſeſſore agitatur & regitur. Veteribus (inquit Camerarius) non fuit in frequenti vſu agi ſingulos equos, vel equitem inſidentem equo vehi, non incognita tamen res. Itaque & Homerus deſcribens Vlyſſis reſidentis diuaricatis cruribus ſuper vna fracta nauis trabe in mari iactationem, vius eſt ſimilitudine equitis agitantis equum ſolum, quem κέλητα vocat. Hinc verbum κελητίζειν, quod idem poeta poſuit in Rhapſodia a. Iliades. Apparet autem non fuiſſe talis equitationis in bello vſum, ſed in pace tantum & oſtentatione agilitatis deſultoriæ: cum vnus plures equos aleret & inter illorum curſus, vel vt Homerus ait volatus, ex vno in alium inſiliret. Sed nunc hæc ſola agitationota & conſucta eſt, illa autem curulis deſita & ignota. Vocatur hæc agitatio μόνιππος (monippos vocant vno depugnantes equo, Cælius) inuentum Bellerophontis: Cui pater Neptunus (huius enim fuiſſe filium tradunt, cum putarent patrem habere Glaucum Siſyphidem:) illi igitur Neptunus velociſſimum equum Pegaſum dedit alis præditum. Aliqui hoc inuentum ad regem priſcum quendam Aegyptij referunt, Seſonchoſin nomine, qui ſit apud Herodotum Seſoſtris. Aliqui etiam ad Orum, qui bellum geſturus cum fratre Typhone, potius equum quàm leonem ad prælia fertur inſtruxiſſe: quia ad perſequendum quoq; hoſtem equus, leo in ipſo tantum conflictu eſſe vtilis videretur. Vergilius huius agitationis authores & inuentores frenorum, facit Lapithas gentem Theſſalicam in Georgicis ita canens: Frena Pelethronij Lapithæ gyrosque dedere Impoſiti dorſo, atque equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo & greſſus glomerare ſuperbos. Sed alij Centauros hanc primos vſurpaſſe perhibent, ſaltem vt ex equis pugnarent. Sed de Centauris plura dicam in 11. 2. Non eodem modo parantur equi ad ephippium (hos celeres dixeris) vt ad prædam, Varro. ἱππάζεσθαι non ſimpliciter rei equeſtri vacare ſignificat, ſed vnico equo vehi, quem nunc celerem appellant, Scholia Ariſtophanis & Suidas. Κέλης ἵππος, ἀζυξ, ἀκατάμικτος ἁλιτόμφος, ὃς οὐδὲ ἅπαξ ἵππασεν, ὁ μονάμπυξ καὶ δρομικὸς, ὁ νῦν στιβαρὸς λεγόμενος καὶ γυμνὸς, Varin. hoc eſt, celes eſt equus ſingularis, non iunctus ad curſum, idoneus ad curſendum, qui nunc ſellaris dicitur (vtitur eo vocabulo Veget. 1. 56. iumenta ſellaria vocans quibus ſellæ imponuntur) & nudus. Μονάμπυκα ἵππον, equum vectorem & equiti paratum intelligo, quod freno inſtructus ſit, quod Græci & χαλινὸν & ἄμπυκα vocant (vt pluribus dicam in H. e.) nam ſingulares tantum proprie dictis frenis reguntur, cæteri non item. Varinus μονάμπυκα ex Pindaro μονοχάλινον exponit. Dictus autem κέλης videtur, vel à verbo κελεύειν, quod eſt iubere, hortari, & excitare voce, vnde celeuma nauticum: (hinc & celetes naues dicuntur, de quibus paulò poſt:) vel ἀφὸ τοῦ κέλλειν ἤτοι τρέχειν ἢ βαδίζειν, vnde & κελεύθου: vel quod διαπεπλεσμένον, id eſt diuaricatis cruribus inſidere mos ſit, Varin. & Scholiaſtes Homeri Iliados ε. Τρίτην ἁμαξιαῖον ἱππαδρομίαν ἄξειν, ἵνα δὴ κέλης κέλητα ἀφ' ἁρμα ἐλαύνῃ, Ariſtophanes in Pace: vbi Scholiaſtes celetes equos μονάμπυκας exponit. Celetes & celetizontes legimus apud Plinium libro 34. cap. 5. & cap. 8. item lib. 6. cap 29. item libro 9. cap. 10. Celetizontes pueri (inquit) laudantur Hegiæ ſtatuarij: Et alibi, Canachi etiam ſtatuarij. Κέλης ἵππος, καὶ ἱππασικὸς, καὶ μονάμπυκος, Heſych. Κέλης equus ſolus, & qui eo inuehitur, ſellaris equus & nudus: ſynoris verò equos binos & iunctos ſignificat, Suid. Olympiade tricesima tertia, pancratiaſtes & equus celes Olympicis certaminib. reliquis acceſſerunt, Pauſanias in Eliacis. Iaſius vir Arcas κέλητι εἰσῆκεν ἵππῳ ἁρμάτων, ibidem. Fuit & πώλων κέλητος certamen

certamen in Olympijs institutum, in quo vicit Tlepolemus Lycius Olympiade 128. Idem. In Alti Olympiorum luco Timonis filij Aesypi, qui equo celete vicerat, effigies à Dædalo Sicyonio facta spectatur, Idem. Celsus ex Græco, κέλης eques dictus, Fest. Κελητᾶς, κελητίζειν, ἱππάζεσθαι, Hesych. & Varin. κέλητα ἐλαύνειν. Apud Hesychium & Varinum reperitur etiam κελητίζειν, τοῖς ἵπποις ὀρθοῦσθαι, quo modo scriptum non placet. Κελητισταί, qui equo singulari insidentes cursu certant, Suid. & Varinus. De Celete & monippo vide nonnihil etiam in H. e. Κέλης, ὁ κελαθεὸς φορὰ τοῦ κέλλειν, Varinus lego κέλης ὁ σκληθεὸς, &c. vt superius explicatum est, vt Latinæ originis sit, & grammatici Græci non intelligentes a κέλλειν descendere somniarint, Κέλης etiam nauigij genus est, item pars nauis. Hesych. Κέλης· πῶς· ὁ αἰζάλεος, καὶ μᾶλλον τὸ πλοῖον οἱ κέλητες, ἐκεῖ τὸ κελεύειν καὶ ὅτι πλοίων λέγεται, quoniam nautæ & remiges huis vtuntur celeusmatis, hortationibus & ἐνδεύσμοις: vel à verbo κέλλειν quod appellere significat, (magnis enim ad littus appellere non licet.) & rursus κέλητα & κελήτιον paruum nauigium interpretantur, per translationem ab equo celete, quo sessor vnus vehitur, Suidas & Varin. Ἀλλ' ἐκεῖνόγ' οὐδ' ὅπως ἔτι κελήτιον λαβεῖν ἔχοιμ' ἂν ἔρμαιον, Aristophanes de nauiculis intelligens. Οὐτέ τι πυκάζεται τὸν γλαφυροῖς κέλησι· Πέγμα φίλον πλωτὸν κύτεϊ δόμεν ἠερόεντι, in Epigrammate citante Suida. Nauigia quædam celetes appellantur, author Pollux: vti mirum ne sit, testitudinum quoq; id genus celetes vocatum fuisse, Hermolaus. Κέλης, nauigium actuarium est, quod vno remo, & non binis aut ternis per sedilia agebatur, cum tamen plures remiges haberet. Celocem Latini interpretantur, authore Gellio. Vnde & κελήτιον, parnulus celox, Thucydidi, Baysius de re nauali. Κέλης παλαιὸν π(lego πλοιάριόν τι, vt Lex eorum scriptores habent) μικρὸν· ὁ παντοκέλης autem (apud Aeschinem contra Timarchum malefica & Pyratica nauis est forma inter epactridem & celetem, Ammon. Apud Varinū ἱππαγέλης etiam pro naui pyratica exponitur, vel equo non strato, Græci ἄστρωτον: nos celetem equum supra ex Grammaticis quibusdam γυμνὸν, id est nudum eodem sensu interpretati sumus: quæ quidem interpretatio non conuenit cum ijs qui sellarem exponunt. Desultorij sine ephippijs equi ad cursum apti erant, quos Græci celetas vocabant. Hi quondam à nobilissimis iuuenibus, teste Tranquillo (in vita Cæsaris) agitabantur, nunc sanè à ministris, Volaterran. Ephippiatis equis contrarij sunt à nostris desultorij nuncupati, quod ex his facile desiliant desultores, qui, teste Manilio in quinto Astronomiæ, fiunt sub signo Heniochi, Grapaldus & Perottus. Vide etiam infra capitis octaui parte quinta in ephippiorum mentione. Ego desultorios equos vt minimum binos esse oportere video, celetem verò etiam solum dici: vt celes latius pateat, & vnicum semper & singularem significet equum, siue stratus is siue instratus equitetur, & siue cum celeritate, siue simpliciter vt hodœporicus. Desultorios verò binos vel plures esse oportet, vt ex defessis vel cursu, vel armati quem vehunt equitis onere, in alium transilire liceat: hi veteribus nudi in vsu erant: hodie ephippiati sunt omnes. Celetes quidem pro desultorijs Homerus Iliados ε. posuit, his versibus. Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισιν ἐπισταμένοισι κελητίζῃ εὖ εἰδώς, Ὅς τ' ἐπεὶ ἂν πολέων ἵππων προσαγείρεται ἵππους, Στὰς ἐμπεδόν· ἅρμα δὲ θοὸν πολλὴ τε ἰθύνεται Ἀτρεΐδαο· Τοῖος ἄρ' ἐν πολέμῳ διέχεν Λαοφόρον καθ' ὁδὸν πολίτην τε ἰθύνετον· Ἀίνεσαι δὲ μάλιστα ἐπὶ Θρήκεσσιν ἄνακτες Ἔνδον ἐπ' ἀλλοις ἁμαθύνεται· οἱ δ' ἅμα πάντες. Desultorios equos (inquit Cælius) video dici à desiliendo: nam, vt Sex. Pomp. scribit, paribus equis, id est duobus, Romani vtebantur in prælio, vt sudante altero transirent in siccum. Nam & pararium dicebatur æs, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Eum verò Scytharum plerisque morem fuisse, Ammianus prodit Marcellin. binos trahendi equos, vt lumentorum vires foueat permutatio, vigorque otio integretur alterno, Hæcille. Desultores, id est desultorijs equis vtentes Græcè amphippos vel hamippos dici ex eodem docebimus in H. e. Cassiodorus in epistolis 34. 5. Equi (inquit) desultorij sunt, per quos Circensium ministri missus denunciant exituros (vt luciferi, quadam in astris similitudine, præcursorias, velocitates imitari videantur, vt Hermolaus citat in Glossematis in Plinium.) Desultor verò is est, qui equos desultorios alit docetque. Itaque peritus belli alios eligit, alit, ac docet: aliter quadrigarius ac desultor: neque idem qui vectorios facere volet, Varro de re rust. Numidis desultorum in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat, tanta velocitas ipsis, tamque docile equorum genus est, Liu. lib. 23. ab vrbe. Quin & eum qui certat, rectè desultorem dixeris: quod comprobat Vlpian. Digest. de præscriptis verbis, Tuque desultor in his cucurreris & viceris. Cicero pro Murena ait, Qui nescio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Desultorem porrò designat Elegiacum illud scientissimè concinnatum, Est etiam aurigæ species vertumnus, & eius Traijcit alterno qui leue pondus equo, Cæl. Plura vide in H. c. in Bellatoribus equitibus. De celeribus equis dicemus etiam in B. & H. e. inter certamina.

Dentes luporum maximi equis quoque adalligati, infatigabilem cursum præstare dicuntur, Plinius. Sarmatæ longinqua itinera acturi, inedia pridie præparant equos, exiguum tantum potum impartientes: atque ita per centena millia & quinquaginta continuo cursu euntibus insident, Idem. Παῖζουσι, μέγα σφίσιν ἔθνος ἔασιν Ἵπποι, Ὠκυτέροισι ποδῶν καὶ ἀκαμαντοπόδεσσι. Κείνοισι τὰ φᾶρε μετ' ἀνδράσιν ἐστὶ φαρίζειν Αἰεπόλοις αἰζηοῖσιν ὑπηδύουσι γυάλοισιν, Ἠχήεν τανάοντα τανυσσάμενοι διὰ νώτου, Ἠὲ δι' ἀμφίς πολιοῖσιν ἀλιθαίνουσι ῥάθοισι, Τόσσαι ἵπποι ἔασι θεοὶ πόδας ἠμὲν ἐόντες, Oppian. Καὶ Λίβυες ἐξ ἔτι δαῆναν ὁμόκλεον ἐκπελέσσαι, Tyrrheni & Cretenses, Ἀμφότερα, κρατεροὶ καὶ θέειν, δαΐζοροί τε πέλοντες. Ἵπ-ποι ἐπ' ἀνθρώπων ἔασιν ἀγακλειτοὶ γενεῆφι, (Hoc fertur de equis Dardani ex Borea prognatis, vt ex Homero iam dicemus:) Ἀλλ' ὅσσοι πάντα πόντον, καὶ οὐρανὸν ἐφέπουσιν. Hæc omnia Oppianus diuersis in locis. Idem cum celeritatis palmam Iberis equis attribuisset, vt iam recitaui: proximos ijs Armenios facit: his Parthos, Siculos, Mauros & postremos Libyos. Seneca in epist. 12. 86. de velocitate per se æstimata, non quæ tardissimorum collatione laudatur hæc carmina esse scribit, *Illa vel intacta segetis per summa volares Gramina, nec cursu teneras lasisses aristas: Vel mare per medium fluctu suspensa tumente, Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.* ex quo poëta autem desumpserit, tacet. Nos quidem eadem Græcè apud Homerum Iliados vicesimo legimus. Nam de Dardano rege scribens, Huius (inquit) τριηκόσιαι ἵπποι ἐλυγρὰ βοτάνιοντο Θήλειαι πώλοισιν ἀγαλλόμεναι ἀπάλῃσιν. Has Boreas amauit equo assimulatus αἰνυτὸς κριός, & pullos ex eis genuit (πώλους τοὺς) qui si per terram currerent, Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων: Sin per mare, Ἄκρον ὕπερ ῥηγμῖν ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον. Lucianus in Lycino de adulatore loquens, Καὶ τοιγαροῦν ἐπ' αὐτῶν ἵππων ἱππάσεται θέλων, καὶ φέρων ὢν ὑμᾶς ζώων ἁρμονικώτατος· ἐπὶ ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέων, οὐδὲ κατέκλα. Καὶ πάλιν τὸν ἂν ἀκούσητε φάναι, Αἰολοπίδων δρόμων ἵππων. Celer equus Pollucl cognominatur, ὠκύς, ταχύς, ταχύτατος: sed plura à celeritate epitheta referemus in H. a. Αἰολόπωλοι Homero celeres equi potius quàm varij intelliguntur, ex Porphyrij sententia. Cælius pluribus id astruens lib. 21. in fine cap. 24. Sed αἰολόπωλοι, non equi ipsi dicuntur, verum qui possident equos: vide in H. b. Ἵπποι αἰόλιοι ὁμοῖοι θέειν, Homerica hyperbole. Εὐρώπῃ, Εὐρώπῃ, τῶν αἰόλιος σωθῆναι εἴπερ ἂν αὐτὸν Ὄμηρος κύρας ἢ αἰόλους πώλους, Pollux.

Ποδωκέστατος

Pollux. [illegible] Plutarchus dixit in Sylla Xenophon [illegible]. Ἐκδρομεῖς vocant equi cursum, cum vltra terminum constitutum præ impetu excurrit, Pollux. Legimus autem ἐκδρομεῖς ἵππους apud Aeschinem, vt idem scribit 3. 30. Arabes, quorum principem Zambeium appellant, equabus vehuntur, tantæ celeritatis, vt per diem noctemque circiter centena millia itineris conficiant. Volare ij potius quàm equitare videntur: ephippijs vulgus non vtitur, sed proceres tantum: qui etiam soli vestiuntur, reliqui indusijs contenti sunt, Vartomannus. Hea regio Africæ habet non multos admodum equos, verum eos adeò agiles, vt non felis his velocius montes illos transuolare possit: nulli illis adhibentur calces, Leo Africanus. Equa mater optima, summa charitate & fide pullum suum amat, cuius simili modi amoris Darius ætate inferior non imperitus, equas à partu recentes relictis domi pullis, ad pugnas ducebat. Pulli sic alieno lacte à matribus orbi, quemadmodum homines parentib. amissis aluntur. Darius cum inclinata iam acie in eo prælio quod ad Issum (lego Illum) commiserat, Persarum res premi cœpissent, cumque victus fuga salutem adipisci necesse haberet, In equum ascendit: quæ quòd relicti memoriam pulli recordaretur, quanto maximo potuit studio & celeritate eum ipsum prædicatur expericulis expulisse. Aelian. Circa extremum Septentrionem (vt scribit Paul. Venet. 3. 40.) regio quædam est in qua multo per annum tempore Sol non apparet, ita vt non solum noctu tenebriæ sint, sed etiam interdiu aër in modum crepusculi caliginosus. Hanc regionem confines Tartari prædæ gratia ingrediuntur, ne propter subitò ingruituram noctem periclitentur, hoc modo cauent. Equas cũ pullis accipiũt: & pullos in primo regionis ingressu custodibus committunt, vt se illic redituros expectent. Sic equæ noctu no itinere diligentius obseruato, recta ad pullos suos in reditu contendunt, idq; celerrimè. Laxant enim eis fessores habenas, & liberè quo suo instinctu feruntur ire permittũt. Equi alij ad admissuram, alij ad cursuram idonei sunt, Varro. [illegible], Varin. Τὸ ἄπαγε ἐπὶ τῶν ἀπροσδοκήτως ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβαλλόντων ἐστὶ παροιμία, ἐπὶ τῶν ἀπὸ εὐπραγίας εἰς δρόμον ἐξ ἀκινήτου, οὐ πάνυ ἐπαινουμένων εἰς ἀγαθόν, Poll. Equus cursotius, δρομικός. Equus imperatoris Probi in paroemiæ formam deduci potest. Is erat nec decorus quidem, nec staturosus, verũ celeritate tanta, vt diuturnis spatijs centum obiret milliaria, vel in decimũ diem labore haud interpellato. Eum tamen fugacem magis quàm forti ac strenuo congruere militi pronunciauit Probus idem, Cæl. Fuit autem hic equus Alanicus in bello Probi contra Alanos captus. Equos generosiores & ad cursum præterum paratos, quos barbaricos dicimus, paleis & zearico hordeaceóue cibario, qui sunt principum equisones alere consueuerunt, Grapald. Albertus equos celeres inepta voce cutriles dixit: Horum, inquit, vsus est ad fugas & insecutiones præcipuè: & ne indurescant eis nerui ex calore cursu, castrantur. Voluptatem equis ineffe, Circi spectacula prodiderunt. Quidam enim equorũ cantibus tibiarum, quidam saltationibus, quidam colorum varietate, nonnulli etiam accensis facibus ad cursus prouocantur, Solin. Ex Hispania veniunt leuitate elegantiáq; conspicui, Volaterran. Hos vulgò Jennetos vocant, Hispani (vt audio) generos (à quib. etiam felis cuiusdã syluestris nomen genetta habemus) à genibus, vt quidam conijcit: quod cũ ferè celere hoc genus equorum sit, vectoré genibus ad iellam & latera equi inniti oporteat, vt tutius vehatur. Scuppa canterũ Io gianneto interpretatur quàm rectè ipse viderit. Ἐνετικοὶ (alibi etiã Ἐνετὸς habetur, quod non placet, apud eosdem) ἵπποι, id est Veneti vel Adriatici equi, ijdẽ λευκοπόδαι (legerim λευκοπώλους) & λευκόφαιοι dicuntur, Hesych. & Varin. Equus à lupo lauciatus, bonus euadet ac velox, Zoroastres in Gropon. Equi cur dicantur lycospades (inquit Cœlius) etymon duplex comperisse videor: alterum est de freni genere quod lycon vocent, nostri lupata dicunt: sicut Georgico. tertio Vergil. duris parere lupatis. Quo in loco Seruius & qui ab eo mutuati sunt plures, esse lupata tradunt frena asperrima, sic de lupinorũ dentium similitudine nuncupata, quos esse inæquales constet, vnde & morsus infligatur summi nocumenti. Hoc vero frenorum genus equis adhiberi præferuidis sæpeq; ob insitam animositatem rebellibus, vt retundatur impetus, hebescatq; generositas nimia, moris esse, nemo non nouit. Sunt qui malint lycospades inde dici, quod qui pullius ætate in lupos incidertur, si periculum euadant, insigniter bonitate proficiant ac pernicitate. Cæterum perpensione dignum cur nam eiusmodi casum consequatur euentus hic, nisi dicamus, ideo credi vehementiores effici equos ab ea impostura, quoniam, ni fuissent natura tales, haudquaquã dilabi eualuissent: neq; enim prudentem euasisse Vlyssem dicitur Cyclope declinato: sed ideo declinasse, quia foret prudens, Hæc Cæl. Transtulit autem ex Aeliano (vel Plutarchi Sympos. ex quo rursus eadem, interprete Gillio, vt clariora fiant, recitari nihil prohibet. Lycospadas igitur (inquit ille) alij ideo dicunt à frenis lupatis appellari, quòd his effrenationem eorũ præcipitem fessores moderentur. Plutarch. ex parentis sui sententia existimat hos optimos & velocissimos esse, qui à lupo appetiti, ex eius faucibus euaserint quòd ipsum dubitationem habet, cur ij quos lupus mordicus pressit acriter animosi efficiantur, cum feræ bestiæ morsus, terrorem potius, quàm animum facere videantur: & timidi effecti, quemadmodum feræ tendiculis attentatæ magis insidiarum metuentes sunt, ita hi à currendi celeritate sese sustineant. [illegible], Plutarch. accipit autem ἴσχειν pro ἔχειν, non pro sustinere & morari, vt Gillius ineptè vertit.) Quamobrem dicimus huiusce modi equos nõ ex eo magis ad currendum præstare, quòd cum pulli essent ex lupis euaserunt, sed quia animosi, & veloces natura essent, propterea effugisse. Eandem rei (cur inquam equi ex tactu luporum feruati, alacriores, θυμοειδέστερα esse dicantur) causam inquirit Plutarchus in Symposiacis 2. 8. ex cuius verbis vel Aelianum errasse qui ex Plutarcho transcripsit, vel interpretem potius (nam Græcum exemplar non vidi) facile appiter. Ipse quidem Plutarchi verba sic verterim: Cum pater meus equorum pullos qui lupi morsum effugissent, bonos & celeres euadere diceret, & multi qui aderant idem affirmarent, quæstionem proposuit, cur hic euentus θυμοειδεστέρους καὶ ταχυτέρους (animosiores & velociores: nam & paulò post subdit, θυμικοὶ καὶ ταχεῖς) reddat equos. Et cum plerisque videretur, hoc casu equos non animosos, sed potius timidos fieri: itaque iam prorsus pauidos vel leuem ob causam statim ad cursum & velocitatem excitari, similiter vt feræ illę quę semel irretitę fuerint. Ego verò considerandum dixi, ne contra potius res se habeat quàm plerisq; videatur, nempe vt non quia lupos effugerint velociores fiant equi, sed quia natura veloces erant, ideo effugerint. Hæc Plutarch. Equi lycospades nuncupati, inquit alibi Aelianus. Græcorum hominum cum studiosi esse dicantur, tum de huiusce modi hominum genere mirificam notionem habere, vt naturali quodam sensu ad eos amandos afficiantur: neque enim palpantibus se offenduntur, neque resiliunt, sed tanquam constricti tenentur: totum diem cum ijs traducunt atque somnum prope eosdem capiunt. Sin ad ipsos barbarus accedit, quemadmodum ex vestigijs sagaciter odorantes canes feras percipiunt, sic eos equi cognoscunt, & clamorem tollunt, & tanquam sanè feram bestiam extimescentes, dant se in fugam. Iam porrò ijs ad equos assueuerunt, & pabulum obijcientibus mirificè oblectantur, maximè aurigis formosi videri studẽt, quod quidem ipsum cum natant ostendunt: tum enim in aquam hæc pectus procedunt, vt & nitidũ os efficiant, & ne fordidum quippiam ex præsepi aut de via illitum deformet

ſpecioſum nitorem, ac odorati vnguenti ſuauitatem, Homeri & Simonidis teſtimonio, in amore, & delitijs habere exiſtimantur, Hactenus Aelianus. Sed hoc idem alibi equis in genere attribuit, his verbis: Ex ijs qui equinæ tractationis periti ſunt, audiui equum delectari lauatione & vnguentis. Hæc de lycoſpadibus equis: quibus an idem lycophori ſint, haud ſcio: Heſychius quidem & Varinus in vocibus. Ἐυεπιδὲς & Ἐυεπίδαι, vt ſuperius rectaui, eoſdem facere videntur. Vtrique etiam à celeritate commendantur. Sed differre videri poſſunt, quia aliam rationem cur dicti ſint lycophori (quàm de lycoſpadibus ſupra retulerim) affert Strabo libro quinto, his verbis: Fama eſt, inter Venetos celebrem admodum fuiſſe quempiam, qui in faciendis vadimonijs ſtudio non mediocri teneretur, qua ex re & hominum iocis carperetur. Is igitur in venatores fertur incidiſſe, qui irretitum haberent lupum, & illis per iocum rogantibus, vel ſine pro lupo vadem ſe conſtituere? vt illata ab eo damna perſolueret, ſic è retibus beluam dimiſſuros. Fideiubere ſeſe confeſſus eſt. Emiſſum deinde lupum, magnum equarum armentum agitantem nullo notatum cauterio ad fideluſſoris ſtabulum adduxiſſe. Eum receptæ gratia, equabus lupi notam inuſſiſſe, & inde lupiferas (λυκοφόρους) nomen iſſe, velocitate magis quàm pulchritudine præſtantes. Cuius ſucceſſores & ſignum & nomen, equarum generi ſeruaſſe, vtq; ſolis eis ſtirps ipſa legitimè perduraret, fœminam nullam alienare conſueſſe. Equinam hinc præcipuæ celeritatis progeniem extitiſſe. Hac vero tempeſtate, vt diximus, omnis huiuſmodi rei defecit exercitatio, Hucuſq; Strabo. Plura quæ ad Philologiam de celeribus equis ſpectant, referemus in H. b.

Ex velocibus equis ſunt etiam venatici, de quibus partim diximus, partim dicemus. Sunt & veredi curſu pernices. Veredos antiqui dixerunt, quòd veherent thedas, id eſt ducerent, Feſtus. Veredarijs ad celeritatem comparatis equis nomen olim fuit, iuxta hoc Martialis, *Parcus vtaris meneo rapiente veredo Priſce, nocet leporem cum voluerus eas*. Et alibi, *Stragula ſuſcipiat venator ſume veredi, Nam ſolet à nudo ſurgere ſicus equo*. Veredos (inquit Cælius) ſi modò non aberret interpres, aliàs ætis non multi, apud Procopium Perſici belli ſecundo libro, equos accipimus publicos. Veredarium metaphora decenti legimus apud Hieronymum: Quia ſingulæ, inquit, metuunt veredarium vrbis offendere. At Procopius idem veredarios intelligere videtur, eos qui celeriter equis inuecti regum literas prouehunt. Equorum publicorum in hoc vſu, commeminiſſe Ammianus videtur Marcellinus: Tranſeo (inquit) quod quidam per ampla vrbis ſpatia ſubuerſoſque ſilices ſine periculi metu properantes equos velut publicos, ſignatis (quod dicitur) calceis agitant, familiarum agmina tanquam prædatorios globos trahentes à tergo: ne Sauuione quidem, vt ait Comicus domi relicto. Procopij, vel interpretis ſententiam adiuuat Firmicus Matheſeos tertio: Regum, inquit, nuncios veredariosque reddent. Curſus publicus dicebatur aut fiſcalis, quum ab imperatoribus certis locis equi id genus præceleres deſtinabantur: quibus non vtebantur alij, niſi facultate impetrata, quam vocant tractatoriam, Hucuſque Cælius. Verba hæc apud Liuium lib. 5. ita leguntur: Repente quibus cenſus equi ſter erat. (equi publici non erant aſſignati) conſilio prius inter ſeſe habito, ſenatum adeunt, factáque dicendi poteſtate, equis ſe ſuis ſtipendia facturos promiſerunt, quibus ampliſſimis verbis ab ſenatu gratiæ actæ ſunt. Puto (inquit Fr. Robortellus) Liuium per equos publicè aſſignatos intelligere equos, qui vectigales à Cicerone vocantur in Philippica oratione 2. cum ait, tum exiſtimauit ſe ſuo iure cum Hippia viuere, & equos vectigales Sergio mimo tradere. Antonius redemptas habebat ab ærario vectigales quadrigas, Aſconius. Sed redeo ad veredos. Scythæ fœminis (vt nunc noſtri ſunt curſores caballarij) vti maluêre: ſed in præſijs, quod vrinam curſu non impedito reddere. Grapaldus. Ἦλθε παρὰ Θάσιον ἱππέας ἐξαλλαγίων Νομάδων, γραμματα κομίζων, Plutarchus in Othone. Fuerunt & ἀγγάδαι nuncij, vocabulo Tarentinorum (ſiue pedites, ſiue equites potius, vt ex ſequentibus Herodoti & Suidæ verbis inter ſe collatis colligitur) οἱ ἐκ Δαρείου κατὰ γραμματα θέοντες, ἡμεροδρόμοι, ἄγγελοι. Varin. apud quem etiam ἀσκαυδὸς pro nuncio ſcribitur. Recentiores quidam Grammatici ſcribunt aſtandas dictos apud Perſas tabellarios, qui certis interuallis itinerum permutabantur. Ἀγγαρήιον δρόμημα, curſus perniciſſimus equitum, vt ſcribit Herodot. lib. 8. Vnde nomen angariæ & parangariæ in libris iuris manauit. Eſt autem nomen Perſicum vulgò poſtas appellant, Bud. in Annotat. ſecundis. Apud Perſas, vt Suidas indicat, regij nuncij ἄγγαροι (quaſi ἄγγελοι forte) dicuntur, & ijdem aſtandæ, &c. Vide Lexicon Græc-latinum. Ἄγγαροι, dicuntur ipſi μάνσιοι, hoc eſt mansiones ad diuerſoria, in quæ angari, id eſt tabellarij, peracto diei penſo diuertunt, Cæl. xo. 8. Veredis (inquit Grapald.) noſtra tempeſtate vtuntur lancearij equeſtres ſtratioticos quos dicunt, lances manibus reciprocantes. Commendantur ad hoc Turcorum caballi teſticulis vt plurimum ademptis, cantherios vocãt, perniciſſimi. A veredis curſores, ſeu manis tabellarios equeſtres celeri celeritate perferentes, veredarios, vt à caballis alij caballarios appellant: qui teſte Iulio Firmico ſub equi cœleſtis ſydere naſcuntur. Veredarios hodie vulgo poſtas appellant, forte quod equis per interualla diſpoſitis vt recentes ſubinde habeant, vtantur. Equos Pegaſidas ad deſultoriam viciſſitudinem è feſſo in recentem aſſiliendi in venationibus habere oportet, Bud. Pegaſarii curſores à Gallis Lugdunenſi quinto aut ſexto demum die Romam aduolant, ſubinde per ſtationes mutatis equis, Bayfius de re Veſt. Ἵνα δ' κέλοβρα ἀπὸ Ἰνδικῆς αὐτοκράτορι ἐκ τῶν ἑῴων ἀφίκηται, τοὺς Ἰνδικοὺς τοῖς ἰδίοις ποσὶν ἐφιζάνειν παραγγέλλουσι Μασσαγέται, Suidas in Indaco. Magni Cham regis Tartarorum emiſſarij & nuncij (vt ſcribit Plan. Venet. 2. 23.) manſiones habẽt diſpoſitas per viginti quinq; millaria vſq; ad extremos imperij limites, ita vt in locis etiam vaſtis ſalioquin & deſertis huiuſmodi diuerſoria triginta aut quadraginta millaribus diſtantia reperiantur. Conficiunt autẽ ſic diſpoſiti equites vno die ducenta aut trecenta millaria, relictis ſubinde equis feſſis, & recentib. ſubſtitutis.

Ἱππεκτιμηγικοί, equi ad venationes apti, Poll. Veredis etiam in venationibus vtebantur, vt ex Martiali paulò ante recitaui. Equos Pegaſidas ad deſultoriam viciſſitudinem è feſſo in recentem aſſiliendi in venationibus habere oportet, Bud. Mares ad venationis vſum præſtant: nã fœminæ minus celeres ſunt ad longos per nemora curſus: ſed abigendæ ſunt procul fœtûs inæ, ne equi hianitu feras diſturbent, Oppian. Reſtat equos finire notis, quos arma Dianæ Admittant: non omne mas genus audet in artes. Eſt vitium ex animo: ſunt quos imbellia fallant Corpora: prœuehens quondam eſt incommoda virtus, Grat. Ἵππαλίμοι δ' ἄγχιστα ἰδεῖν φάσαν Φίλιος δ' ἔσαν Κάσπιοι, &c. Oppian. lib. 2. de Venatione. Vide nonnulla etiam in b.

Equi licet plerique animoſi ſint & inſigni animorum præ cæteris animantibus præditi magnitudine: quidam tamen hac ipſa excellunt, & corporis inſuper viribus pollent, atque hi ſoli bellis idonei ſunt: Lanigeræ pecudes & equorum bellica (aliàs duellica) proles, Lucret. Bellatoris equi forma quæ probetur per totum corpus & ſingulas eius partes, Xenophon & Oppian. ducent, quorum verba ſuperius poſui in electione equi in genere. Quoniam verò propoſuimus (inquit Xenoph.) bellatorij equi comparationem, faciendum periculũ omnium, quæ in

Quæ in bello obijci consuevere: quæ sunt, fossam transilire, saperare vallum (τὸν χάρακα ὑπερβαίνειν: vel, vt Pollux habet, ὑπερεκπηδᾶν) in collem erumpere, de colle desilire (ἐκ ὄχθης ἀναφέρειν, ἀπ' ὄχθων καταπηδᾶν: est autem ὄχθη vel ὀχθὼν propriè ripa fluminis: quamobrem Poll. vbi hunc Xenophontis locum exscribit, ante verba iam citata, legit: καὶ ποταμὸν περᾶσαι, mox subdit, καὶ ἀπ' ὄχθης (malim ἐκ ὀχθῶν) ἀναδῆσαι. καὶ ἐπὶ λόφον ἐλάσαι, καὶ ἀπ' ὄχθου κατὰ λόφου.) Tentabimus & in clivos sursum, & per declivia, & in obliquum agitare equum. Ex his enim omnibus deprehenditur, & animi formidolosi, & corporis sanitas. Non tamen si quis forte non in omnib. istis satisfaciat, ideo repudiari debebit. Multi enim quia inexercitati sunt, non quia parum valeant, in illis deficiunt, quos si quis instituat, & assuefaciat atque exerceat, iam & ipsi hæc præstiterint, si quidem sani & non ignaui fuerint. Cæterum suspecti (ὑποπτίας scribitur, id est suspicaces, non ὑπόπτους, id est suspectos: licet ὑποπτία & contrarium eius ἀνυποψία apud Pollucem legantur de equis) prætereantur. Qui enim formidolosi sunt, non sinunt à se malum dari hostibus: quin etiam equitem sæpe frustrati in maximas difficultates sæpe conijciunt. Sæuitiam etiam equi (ἅπαν χαλεπὸν ἵππου) nouisse debemus, si qua illius vel erga homines, vel alios equos: iremque num implicabilis sit (δυσηνίοχος, id est ægrè fecens contrectari, vtpote rit illationi obnoxius:) omnia enim hæc dominis aduertantur. Detrectationes autem frenationum & conscensionum, & si que alia renuat equus, multò melius competet, qui post defatigationem iterum illa experiri voluerit, quæ ante equitationem fecerat. Sanè qui post exhaustum laborem non recusant laborare, certum argumentum hi dant præclari animi. Atq; vt dicam breuiter, equus cum bonis pedibus manuetus, satisq; velox, qui laborare & possit, neque nolit: inprimis quidem morigerus, is scilicet & minimæ tristitiæ, & maximę salutis author in bello equiti futurus est. Verùm quibus aut propter ignauiam crebra agitatione, aut propter animositatem blandimentis multis atq; cura opus est, hi primum equitis manibus assiduum negotium facium, deinde in periculis animum perturbant. Hactenus Xenophon interprete Camerario. Probatur præterea Polluci in bello equus ὁ γναμπτικὸς τῶν ἱππων, ἀναπεπλεγμένος, ὑπὸ παντηγῶν ἔχομένων, ἀκαταπλήκτως. Idem bellatorem equum nominat πολεμιστήν, πολεμικὸν, ἐμπειρότατον. Ineptus verò belli sapud eundem his notis vituperatur, ἀπόλεμος, πλάγιος, ταπεινὸς, μικρόψυχος, ἀσχήμων, ἀπειρόκακος, ὑλακόβιος: ὃς οὐ καταπηγῶν ἀκαταπλήκτως, ὃ δ' ἀνεπίγνωτος πολέμου βολαί. Θυμαινῶν, σιωπαλέος, ἀγρὸς, ἐυδεὴς ἵππου. Oppian. Ne armorum fremitum, & gladiorum ad clypeos resonantium crepitum equi extimescant, eos ad strepitum & sonitum assuescere cogunt, armatáque eadauerum simulachra sub ipsum fœnum (frenum) subiiciunt, vt cæsorum conspectum in bello ferre consuescant, vt ne rerum terribilium metu affecti ad rem militarem inutiles sint. Quod quidē ipsum Homerus haud sanè ignorauit, cum Diomedem quidem in Iliade scripsit Thraces iugulare: Vlyssem vero interfectos pedibus subtrahere, ne in cadauera incurrentes Thraces equi formidine perterrerentur: atque ad hæc ipsa insueri, vt in formidolosa quædam ingredientes præcipiti effrenatione efferrentur. Aelianus. Quomodo institui & exerceri debeat pullus bellator futurus, infra dicam capite quinto, ex Hippiatricorum capite 116. Cur equos ad belli vsum barbari castrare soliti sint, vide infra in Canterio. Equi bellici, qui dextrarij vocantur (vtuntur hac voce hodie Itali, Germani *hengst* nominant) non debent castrari, ne timidiores fiant. Horum est sonis Musicis gaudere, & crepitu armorum excitari, & cum aliis dextrarijs congredi: item ædere saltus, & irrumpere acies mordendo & calcitrando. Hi aliquando dominos aut curatores suos tantopere amant, vt amissis eis cibo abstinent, & præ tristitia quandoq; vitam finiant. Est quando in tristitia lachrymantur, vnde aliqui de victoria aut clade secutura præsagiunt, Albertus. Similia ex Plinio leges in 11. Bellatores equi, aut cataphractis ardui & robusti: aut semicataphractis, siue sagittariis: aut saltē balistartis (liceat enim nostrorum temporum ἀναχρονισμῷ ita appellare:) iis igitur mediocres quęruntur, Camerar. Nostratium equorum Menapij soli, qui Cæsari vt opinor Gallici sunt, & Rugi, vt bellatores fermè in pretio sunt. Sunt & Heluetij, & præcipuè Algoici, qui durare diutissimè putantur. Externorum autem Mysi, & Pannonii, & Sarmatici, Idem.

Iam si quando lubeat (inquit Xenophon) idoneo belli equo vti ad agitationem magnificam & speciosam, omnino ab eo, quod plerique faciunt in opinione præclarę equitationis abstinendum, os vt in frenis laceremus: itemque calcari vt subdamus, & incutiamus scuticas. Nam ita diuersa omnia accident ab iis, quæ expetuntur, cum & figuram quandam arduam equi habenis arreptis efficientes, qui debuerat prospicere cum occæcant, & calcaribus atque flagris equum territant, vt non sine periculo perturbetur. Hæc autem sunt quæ faciunt hi equi, quibus agitatio molesta est maximè, atque in turpitudine quidem, non cum honestate. Sed equus si didicerit agitari frenis laxioribus, & cernicem attollere, eandemq; à capite recuruare, ita facile præstabit ea, quibus etiam ipse potissimum delectatur & sibi placet. Hæc autem esse quæ diximus, vel hoc argumento intelligi potest, quòd equus quoties festinat ad alios equos, sed ad equas inprimis, tum & attollit cervicem quàm altissimè, & caput maximè proclinat tractu cum spectę, (χαριεντίζεται:) tum crurum mollitudinem fert sublimen, & caudam sursum intendit. Qui igitur ad talem formam composuerit equum, qualem ipse effingit, quoties pulcherrimus videri cupit, is hoc consequetur, vt & agitatione voluptatē equus capiat, & magnificus atq; terribilis aspectabilis sit. Quæ quidem qua ratione obtineri possit credamus, nunc dejnceps conabimur exponere. Prima igitur frenorum cura est, (sed super his verba Xenophontis differam ad capitis 8. segmentum quintum.) Sed qualecunq; contigerit frenum, cum hoc cuncta ea quæ subiiciuntur, præstabit is qui voluerit formam equi efficere eam, quam supra diximus. Ostigitur equi concutiendum (ἀναπηδητέον) neque ita vehementer equus vt refugiat (οὐκ ἐκπλευτέον, quod pro ἀναπλευτέον positum videtur:) neque ita placidè vt non persentiscat. Arque iam post concussionem vbi equus cervicem attollet, statim freno indulgendum: itemque alia opportebit (id quod monere non cessamus) dum scitè obsecundârit, vicissim illi gratificari. Cumque animaduersum fuerit delectari equum elatione cervicis, & habenarum laxitate, tum cauebitur ne quid illo tempore huic molestiæ obiiciatur, quasi ad laborem equum adigere velimus, sed blandimentis tum equum demerebimur, vt sperret requietem: ita enim magis prompto animo ad celeritatem agitationis deuenet. Iam vero celeritate etiam gaudere equos, satis argumenti est, quod liberatus pedetentim nullus abit, sed aufugit: hæc enim certè est voluptas equorum, nisi forte ad cursuram importunius fuerint incitati. Sed cum inter agitandum equus exultabit, scilicet edoctus iam priore agitatione fuit deflexibus ad celeritatem incitari: quod cum facere sciuerit, si quis tum illū adductis habenis retineat, & signū aliquod det concitationum, coërcitus hic frenis, imperio concitationis commouetur, & pectus effert, & iratus protollit crura altius, non molliatamen hæc: quippe inoffensis iam non magis mollibus cruribus vtuntur equi. Sic igitur exardescēte equo, si frenis indulgeas, ibi prægaudio, quod in laxitate te freno liberatum putet, exultabundo habitu, mollibusq; cruribus elatè sese inferet, planè præsentans pulchritudinem quæ componere se equi solent festinantes ad

illos equos. Qui ęq; hoc cernũt, talem equum appellant liberalem, & voluntarium, & equestrem, & ferocem, & superbum, simulq; & iucundum & terribilem aspectu. Hæc omnia Xenoph.

Minuti in delicijs sæpe habentur, & pueris potentum atque diuitum patantur. Camerarius. Ex equa & mulo generatur innus, Aristoteles & Varin. [illegible] gean, matici mannum & equum pumilum exponunt. Sed de manno & mannulo dixi supra in mentione equi gradarij. [illegible], Suidas & Varinus. Equos statura putillos vocant inos, sed & ginnos postea nuncuparunt, Cælius. Ginni apud Aristotelem deminutæ formæ equi dicuntur, quos & gygenios ab Strabone nuncupari putant nonnulli quanquam & mulorum genus sic in Liguria vocent: piura de ginno, hinno & inno. & vario harum vocum tum scribendi tum significandi vsu, diximus in Hinno post Asini historiam, & in Cerno capitis 8. parte 1. [illegible], Hesychius & Varinus. Ex equo & asino ginni proueniunt, cum conceptus in vtero ægrotant: est enim ginnus idem quod metachœrum in porcis, cum membra & magnitudines vitiantur in vtero, Aristoteles. [illegible] (malim [illegible]) [illegible], Varinus apud Hesychium post [illegible] punctum scribitur, quod non probo: pro [illegible], forte [illegible] legendum: etsi Aristoteles ex mulo & equa ginnum generari docuit. Nimer, [illegible], Hesychius & Varinus. Apud Indos Pylios (alij enim in Africa Pylli sunt) actiebus hon malores equi giguuntur, Aelianus. Mannos sine mannulos equos pusillos, buticos etiam nominant, vt est apud Acronem & Porphyrionem, Grapaldus: Cælius burdos vulgò vocitari, non buricos, ex Porphyrione citat (De burdone in ginno dixi post Asini historiam.) Buricos quidem equos minores vocari legimus apud Vegetium quoque libro quarto capite secundo. Runcinæ Plinio sunt maiores ferræ, quibus fabri materarij secant arborum moles, subiectis cantherijs. Canterij verò sunt, quia rusticis ferè nominantur caballi: quia ipsos equos, vt notum est, canterios vocamus. Sed & runcinos agrestè vulgus dicit minores equos, ex hac fortasse runcinarum, quas diximus origine, Hermol. Runcini equi habentur ad labores onerum vel tractus quadrigarum & rhedarum: licet etiam alij aliquando his laboribus deputentur, Alber. Minores quosdam equos, quibus carpenta & petorita traherentur, mannos, & voce diminutiua mannulos appellarunt: horum, vt nunc quoq; fit, iubæ tondebantur: quod & Propertius significat lib. 4. Huc mea detonsis aucta est Cynthia mannis, Camerar. Musimon, asinus, mulus, aut equus breuis. Non. Pretium emit qui vendit equum musimonem, Lucillus lib. 6. Asinum, aut musimonem aut asetem, Cato Deletorio, Nonius. De musmone in Sardinia, fera oui vel arieti simili, dicam statim post Ouis Historiam.

Cæteries (aliqui cantherium scribunt aspirato) equus, cui adempti sunt testiculi, Cato cap. 149. Vegetius spadones dixit. Cantherium Germani monachum vocant, *ein munch*: & aliubi Vuallachum, Vuillichio teste: quod eorum copia ex ea regione, quæ olim Dacia dicta est, habeatur. Angli *a gelding*. Scoppa canterium iannettum Italicè vulgò dictum interpretatur, de quo superius inter celeres dixi. Galli *cheual engrẽ, cantier, chanrin*. M. Cato Censorius cantherio vehebatur. Seneca. Cruciante canterio, Plautus citante Festo: Cruciantem interpretantur succussatorem: Locus Plauti est in Cap. Tum piscatores qui præbent populo pisces fœtidos. Quia adhuntur quadrupedanti, cruciantí cantherio. Vitur cantherij vocabulo etiam Cicero ad Patrum lib. 9. & lib. 3. de Nat. Veredi velocissimi in cursu sunt, &c. commendantur ad hoc Tutcorum caballi, testiculis vt plurimum ademptis, cantherios vocant, Grapaldus. In vijs habere malunt placidos: propter quod discrimen maximè institutum, vt castrentur equi. Demptis enim testiculis fiunt quietiores, & ideo quod semine carent, ij cantherij appellati in suibus maiales, in gallis gallinaceis capi, Varro. Multos ego scio non modo asinos inertes, verumetiam ferocissimos equos nimio libidinis calore laborantes, atque ob id truces vesanosque, adhibita tali detestatione, mansuetos ac mansues exinde factos, Apuleius libro 7. Meramorph. Equis interdum ferociæ minuendæ gratia excetione animus cum virilitate adimitur: hoc vulgo fit quibusdam in locis, vbi promiscuè pascuntur armenta equorum, vt placidè & mansuete conuersentur: tum canterij vocantur, Camerarius. De castrandi ratione, Hippiatr. 100. Rufus 98. Scythis & Sarmatis peculiare equos eunuchos facere, quoniam sic eundant mitiores: habent autem non magnos admodum, at acres præcipuè perniceſq; nunquã non rebelles, Cælius ex Strabonis lib. 7. mutuatus. Sarmatis & Quadis equorum plurimi ex vsu castrati sunt, ne aut fœminarum visu exagitati raptentur, (ceptentur, Cælius:) aut subsidijs ferocientes prodant hinnitu dentiore vectores: & per spatia discurrant amplissima sequentes alios, vel ipsi retrò vertentes insidendo velocibus equis & morigeris, trahentesque singulos, interdum & binos, vti permutatio vires foueat iumentorum, vigorque otio integretur alterno, Ammianus Marc. libro 17. Pannonij & Sarmatici multi reperiuntur castrati in tenera ætate, atque ijs dentes cadere negantur, Camerarius. De Gallicis cantherijs mentionem feci supra. Currilium (sic vocat celetes & ad cursum vtiles) equorum vius est ad fugas & insecutiones præcipuè: & ne indurescant eis nerui ex calore cursus, castrantur, Albertus. Sed neque vetulus cantherus (lege cantherius) quàm nouellus melior, nec canitudini comes virtus, Varro Aborigínum vt citat Nonius. Præsepia, non tantum quibus aut cantheria aut iumenta cæteta, aut vetera (veterina animalia pabulantur. sed & omnia loca clausa & tuta dicta præsepia, Nonius. Cantherijs equis non mittendus est sanguis, ve inferà dicam vbi de Phlebotomia equorum agetur. Vecturæ optimi cantherij, equi videlicet castrati, Volaterranus. Mense Martio omnia quadrupedia, maximè equos castrare debemus Pallad. Cantherium in fossa, rusticum prouerbium (inquit Erasmus) quo licebit vti, quoties quis ad id negotij trahitur, in quo nequaquam valeat: aut vbi res vehementer erit impedita periculoſáue. Nam vt plurimum valet equus in planicie, ita minimè in fossa. Iubellius Taurea, & Cl. Asellius singulari certamine iuxta Capuam pugnabant: & cum diutius vterq; alterum libero campo eluisset, Taurea in cauam viam descendere iussit, alioquí æquorum, non equitum fore certamen. Eò cum Asellius ex templo descendisset, rursum eiusit Taurea sermone, qui postea in rusticum versus est prouerbium: Minimè, scis inquiens, cantherium in fossa! Hæc Liuius decadis 3. lib. 3. Cantherius in porta adagium quod refertur à Festo in dictione Ridiculus. Indicat autem conuenire, cum quis in principio rei vix inchoatæ deficit animo. Natum à Sulpitio Galba quodam, cui cum prouincia exisset, cantherius in porta cecidisset: Rideo, inquit, te cantheri In porta, cum tam longum iter sis itutus, iam lassum esse te, cum vix dum sis ingressus. Erasmus ex Festo. Sunt qui opinentur cantherij vocabulum inde trahi: quia canterio detestari (testiculis priuari) mos esset, per vnius demutationem elementi. Nonnulli canterios intelligunt mulos, ad vectaturam quos pascere moris est: vnde sit cantericium (lege cantherinum) hordeum, Cælius. Hordeum hoc nomine apud Columellam legitur, hexastichon etiam dictum. Cantherinum, inquit Ruellius, putauerim dictum quod folliculo castratum enascatur. Est & in vitibus cantherius, sugum simplex, cum depositis

haſtilibus, (vt Columella ſcribit) adnectuntur ſingulæ per tranſuerſum perticæ in vnam ordinis partem: Id ferè Plinius quoque prodit, Cælius. Pedamentum etiam cantherium vocant, vnde cantheriolus diminutiuum apud Columellam. Vocat enim is cantheriolos in cepinis, id eſt ceparum locis, munimenta quædã ceparum, ne thalli earum ventis proſternãtur: ſicut in rapinis etiam cantherios cum operiuntur rapæ, vt à pruinis ſemina defendantur. Canterios item in architecturæ ratione nominat Vitruuius libro quarto: vnde canteriatum tectum, ſicut aſferulatum quoq; dictum inuenimus. Vulgus quoq; (Italicum) craſſiores & robuſtiores ramos canterios ſolet dicere, vtl de luxato admodum verbo. Ridiculè quidam canterium apud Senecam pro vehiculo accipit, Cæl. Canterij, tigna. Vitruuius lib. 5. Et cantherij prominentes ad extremam ſuggrundationem, ſupra cantherios templa. Vineæ quæ pedaminibus adnixæ ſingulis iugis imponuntur, eas ruſtici cantheriatas appellant, Colum. 5. 4. Certe hæc mulier cantherino ritu aſtans ſomniat, Plautus in Menæch. Adagium hoc recoudítum (inquit Cælius) in mulierem concinnatum eſt, quæ etiam ſi aſtare, vigilare, rectéq; ſenſibus vti videbatur: tamen quia nænias quaſdam Siculis gerris vaniores effutiebat, ſomniare ac dormitare eam dicit equino ritu. Notiſſimum quippe dormire equos ſtantes, Cælius 8. 4. Ibidem Apulej enarratorem reprehendit, qui cantharino ritu legit, tanquam à cantharo vaſe vinario.

Σταλικτὴς, genus equorum: ſignificantur etiam talpæ hac voce, Heſychius & Varin. Equos gregales Græci φορβάδας dicunt. (φοράδας autem grauidas) domeſticos verò ἡμιόνους, Cælius: opponuntur autem apud Ariſtotelem. Ego gregales Græcè etiam ἀγελαίους dixerim, & Latinè armentitios, vel armentinos, vel armentales. Armentalis equæ mammis, & lacte ferino Nutribat, Vergilius. Equas domitas ſexaginta diebus equire, ante quàm gregales aiunt, Plinius. Emiſſarius equus, aries, & huiuſmodi, qui emiſſus ſit in ſolitudinem, vel qui ad generandam ſobolem emittitur, Valla in Rhauden. Hoc vocabulum in tranſlatione Bibliorum, quæ Hieronymi putantur, poſitum aliquoties reperi: vt captum emiſſarium Leuitici 16 vbi 70. ἀποπομπαῖον vertunt. Equi alij ſunt idonei ad rem militarem, alij ad vecturam: itaque peritus belli alios eligit, alit, ac docet: aliter quadrigarius ac deſultor. Neq; idem qui vectarios facere vult, Varro. Ad currum equi iunguntur: hinc curules & bijuges, & à carruca carruearij, à carpento carpentarij, & à rheda rhedarij, & à ciſſio ciſarij (ciſiarij potius) nomina traxerunt: ſed mulos primos cœptos curru vehiculoque adiungi creditum, teſte Pompeio, Grapaldus. Apud Vegetium iumenta currulia legimus, per duplex r. Albertus inuſitato vocabulo equos ad fugam & inſecutionem aptos, cutriles vocat. A curru tellam curulem nominari legimus, r ſimplici & prima breui. Celerius voluntate Hortenſij ex equili educeres rhedarios, vt tibi haberes mulos, quàm è piſcina barbatum mullum, Varro. Videtur ſanè rheda de mulis proprie dici, cui ad itinera conficienda iungebantur, vt apud Græcos ἁπήνη: nam rhedarium equum (quanquam Grapaldus ſic vocet) apud veteres non memini legere vt mulum rhedarium. De varijs vehiculorum generibus, dicam in ue. Vectarij (inquit Camerarius) ad plauſtra, eſſeda, thedas, carros adiunguntur. Veteres tamen Græciæ & Italiæ populi, non equos ad plauſtra & vehicula, ſed boues aut mulos adiunxêre, & viatoribus multis magis quàm equis vſi fuêre. Noſtri autem homines, niſi vbi montana ſunt, non ferè boues, neque aratores neque vectarios alunt. Videas etiam alicubi ſyluarum ingentium accolas, & carbonarios, ante boues equos agitare. Vecturæ optimi canterij, equi videlicet caſtrati, Volaterran. Vectarijs robur eſſe oportet: hi ruri educuntur, ſui cuiuſdam generis, quamuis & bonos equos interdum rura mittant, ſed in oppidis ad vecturas plærunque dantur effœti annis, aut læſi, qui illis operis reliquas vires conficiant. Neq; eſt tanta noſtri temporis humanitas, vt otioſus alatur equus, poſtquam conſenuerit & vires amiſerit, vtq; non turpi ſenectute illius, quod Maro fieri oportere cenſuit, ignoſcatur abdito domi, Camerar. Runcini equi habentur ad laboris onerum vel tractus quadrigarum & rhedarum: licet etiam alij aliquando his laboribus deputentur, Albertus. Dignum eſt notatu dextratio verbum apud Solinum, (de curſu equorum quadrijugum,) vnde modo equos maximè bigarios, Hetruria dextrarios appellat, Hermol. Ego equum inſignem potiſſimum, quibuſdam Italiæ locis vulgò deſtriero nominari audio. Equi farcinarij aut iugales Bud. lib. 5. de Aſſe. Clitellarius equus id eſt farcinarius, à ferendis clitellis, Textor. De clitellis plura attuli in Aſino in ue. Equi & canes ſi ruri alãtur, ſumptus & curas quæ in ipſos cõferuntur, facile cõpenſant. Nam equo ſine mane ſiue ſerò dominus ad negotia feſtinet, expedite vehitur. Xenoph. De equis bigeneris & ad iugũ deſtinatis, ſupra alicubi dictum eſt. Itineratij equi promiſcuè grandes paruiq; eſſe ſolent. Camer. Pollux hodœporicos nominat: nos itinerarios, vt Cælio placet, dicere poſſumus. In vijs habere malunt placidos propter quod diſcrimen (placidorum ab acribus, qui ad rem militarem conueniunt) maximè inſtitutum, vt caſtrentur equi, Varro.

De equis autem ad pompam idoneis (pompicis) quiq; ſeſe erigere & præclari videri ſolcant, ſi quis alios requirit, is ſciat non cuiuſuis equi hæc eſſe opera: ſed eorum qui ſunt animis ingentibus & validis corporibus præditi. Quòd autem nonnulli arbitrantur, cum mollitudine crurum coniunctam eſſe erigendi facultatem, id verum non eſt: ſed lumbi (lumbos, ἰσχίω, nunc apello, non qua caudam verſus, ſed qua intra latera & coxas ad ilia tendunt, μεταξὺ τῆς πλευρᾶς καὶ τῶν ἰσχίων καλῶ τὰ νεφρίτιδα) cui ſunt molles & ſuccincti atque robuſti, poterit ſpatiosè prioribus cruribus ſubijcere poſteriora. Hoc dum facit, dum ſi quis freno concutiat os equi, (ἀναπαύσῃ τῷ χαλινῷ) fit vt poſteriores in talos ille reflectatur atque ſubſidat, erigat autem ſuperiores corporis partes, ſic aſpicientibus contra aluus & inguen vt appareat. Ibi igitur frenis indulgendum, vt equus, quod pulcherrimum eſt in hoc genere, faciat libens & ita ſpectatoribus hoc facere videatur. Sunt qui ad hoc etiam erudiant equos: quorum bi virga talos pulſant, illi baculo iubent accurrere qui coxas (ὀπίσω τὰς μηρικὰς) verberet. Nobis verò hæc videtur inſtitutio optima, ſi id quod ſemper dicimus, non omittatur vnquã, equo vt quies contingat, poſtquam voluntati agitatoris obtemperauerit. Proinde certis ſignis excitatum equum ſponte (ἑκόντα, lege ἑκόντα) pulcherrimos & ſplendidiſſimos geſtus exhibere oportet. Quod ſi poſt equitationem & copioſum ſudorem, nec non cum ſe ſcitè erexerit, ſtatim ſeſſore ac frenis releuetur equus, (ἐὰν δὲ ὅταν μὲν ἱππάζηται, μέχρι πολλοῦ ἱδρῶτος ἱκανοῦ ἐπιόντος ἑαυτὸν μετεωρίζῃ ἐὰν τε, ταχὺ πως καθίηται ὑπὸ τοῦ χαλινοῦ: hoc eſt, vt ipſe verto. Quòd ſi etiam dum equitatur, ad ſudorem vſq; agitetur: vbi primum verò ſcitè ſeſe erexerit, ſtatim ſeſſore ac frenis leuetur) nõ dubitandũ quin ſua voluntate poſtea ad erectiones perueniturus ſit. Super huiuſmodi iam quidẽ agitationi idoneis equis reſidentes, & ij pinguntur, & heroës: homines q; in vſu horũ decente, magnifici videntur. Vſq; adeò verò equus qui ſeſe erigit, vel pulchra vel admirabilis, vel etiam expetenda res eſt, vt omniũ oculos ſpectantium in ſe conuerſos teneat, tam iuuenũ quàm ſeniorum, & reliqua. Maximè ſanè laudatur talis equus, qui corpus & altiſſimè & frequentiſſimè erigat, & lentè interim procedat, Hæc omnia Xenoph. Tranſcripſit & Pollux ex eo nonnulla, ſed breuius ac obſcurius

obſcurius: & quædam à Xenophonte relata ad equum militarem cum ad oſtentationem equitatur, ipſe non rectè ad pompicum refert.

Oppianus ſylueſtrem equum compoſita voce hippagrum vocat, equiferum Plinius. Equi feri reperiuntur, Ariſtoteles. Alpes habent equos agreſtes, Strabo. Et alibi, Hiſpania producit equos ſylueſtres affatim. Equi feri in Hiſpaniæ citerioris regionibus alĳquot ſunt, Varro. Fuerunt ſub Gordiano Romæ equi feri quadraginta Iulius Capitolinus. Et alibi in Gordiano primo, Extat (inquit) Gordiani ſylua memorabilis, picta in domo roſtrata Cn. Pompeĳ, in qua pictura præter alias feras equi feri trecenti continentur. In Aethiopum locis præruptis multi ſunt equi feri, duobus dentibus exertis & venenatis præditi: quibus non ſolida pedum vngula, ſed ſimiliter vt ceruorum biſida eſt, iuba per mediam ſpinam ad extremam vſque caudam pertinet. Ac ſi quando eos poſitis laqueorum inſidĳs Indi comprehenſos in ſeruitutem redigere velint, abſtinent ſe propterea cibo & potione, quod ſeruiendi indignitatem acerbiſſimè ferant, Oppianus libro 3. de venatione. Oneſicritus ſcribit equos vnicornes in India eſſe ceruinis capitibus, Strabo. Equi ſylueſtres colore ſunt cinereo, linea per dorſum fuſca à capite vſque ad caudam, Albertus. Apud Hypanim Scythiæ fluuium equi ſunt ſylueſtres & candidi, Herodotus in Melpomene: quod ex eo Euſtathius etiam repetit in Dionyſium ſcribens, vbi & alium Indiæ Hypanim eſſe docet. In Syria aiunt greges ſylueſtrium equorum eſſe, quibus ſinguli duces præſint: & ſi quis minorum natu fœminam ſaliat, ducem indignatum tamdiu perſequi, donec aſſecutus ore inter poſteriora crura inſerto, teſtes eius auellat, Ariſtoteles in Mirabilibus. Nos ſupra ex Oppiano retulimus onagrum marem pullis in ſuo genere maſculis ſtatim natis teſtes mordicus abſcindere. Septentrio fert & equorum greges ferorum, Plin. Et alibi, Potus equiferorum ſanguis ſuſpirioſis ante omnia efficax eſt. In Bruſſia ſunt equi ſylueſtres, neque à Græcis, neq; à Lanis deſcripti, penitus equis ſimiles, niſi quod dorſa ſatis mollia habent, & ad inſidendum inepta, neque temere curantur vnquam. Sunt autem edendo, nec ſunt eorum carnes palato inſipidæ, Eraſmus Stella in libro de origine Bruſſorum. Equus ſylueſtris ceruino cornu reperitur in Polonia, Io. Boëmus: quærendum an de rangifero dicto ſentiat. In ſyluis moſchouiticis & Lituanicis equorum ſylueſtrium maximi greges reperiuntur, qui etiam capti nunquam domantur, impatientes omnis laboris. Fuſci ſiue ſubcinericĳ coloris, Io. Bonar. de Balicze. Habetur inter feras Africæ equus ſyluaticus, qui raro ſe conſpiciendũ præbet. Ab Arabibus deſertum incolentib. capitur & comeditur, aſſerentes iſtiuſmodi carnem eò præſtantioris eſſe ſaporis, quo magis iuuencula eſt: verùm rarò equis vel canibus comprehendi poteſt. In aquis vbi animal verſatur, certos nectunt laqueos, quibus arena obductis pede ſuper impoſito innexus capitur & occiditur, Leo Africanus. Equos feros ſiue ſylueſtres cum alibi vidĳ tum in Ἰφιτόπῳ Φείῳ Illuſtriſſimi principis Bruſſiæ: equis communibus per omnia ſimiles, excepto colore totius corporis murino, ſpina vero dorſi nigra, itemque cauda ſi bene recordor. Ad primum hominis aſpectum non admodum ferociũt, nec etiam fugiunt, ſed ſi quis forte inſederit, miro modo inſanire feruntur: carnibus pro ferinis etiam nobiles veſcuntur, Ant. Schnebergius.

C.

Equi natura calida & temperata iudicatur. Caliditatem oſtendunt, leuitas, velocitas, audacia, & vitæ longitudo, viuaciot enim eſt cæteris (plærĳſq;) animantibus. Temperatus autem exiſtimatur, quoniam docilis eſt, & in dominum vel nutricium ſuum placidus, Ruffius.

Minoris eſt pretĳ equus multò, cuius oculi fuerint albi, quia ductus ad niuem vel locum frigidum non videt: ſed in loco non lucido & tempore calido bene videt, Creſcent. Reliqua de oculis & viſu equorum, præcedenti capite diximus.

Quibus cordi eſt educatio generis equini, maximè conuenit prouidere authorem induſtriũ, & pabuli copiam quę vtraq; vel mediocria poſſunt alĳs pecoribus adhiberi: ſummã ſedulitatem, & largã ſatietatem deſiderat equinũ pecus, Colum. 6. 27. Equi gaudent pratis riguis & paludibus, Ariſtot. Equorum gregib. ſpatioſa, & paluſtria, nec non montana paſcua eligenda ſunt: rigua, nec vnquã ſiccanea, vacuáue magis quàm ſtirpib. impedita, frequenter mollibus potius quàm proceris herbis abundãtia, vulgarib. equis paſſim marib. ac fœminis paſci permittitur, Colum. Paſcendi (inquit Varro) ratio triplex: in qua regione quamq; potiſſimũ paſcat, & quando è queis: vt capras in montoſis potius locis, & fruticibus, quàm in herbidis campis: equas contra. Equis paſcua legamus pinguiſſima, hyeme aprica: frigida & opaca prouideamus æſtate, nec adeò mollib. locis nata, vt vngularũ firmitas de aſperitate nil ſentiat, Pallad. Equi, muli, & aſini (inquit Ariſtot.) fruge herbaq; veſcuntur, ſed maximè potu pingueſcunt. Equinum pecus paſcendum in pratis potiſſimum herba: in ſtabulis ac præſepibus arido fœno: cum peperierint, ordeo adiecto, Varro. Equos vere nouo farragine molli paſci, venamq; feri

Inde vbi pubentes calamos durauerit æſtas,
Maturisq; humorem, culmisq; armârit ariſtas:
Puluere quinctiam puras ſecernere fruges
Gaudeat vt plauſu ſimpex, latumq; relaxet
Lactentesq; vrens herbas ſiccauerit omnem,
Ordea tum, paleasq; leues prabere memento.
Cura ſit, atq; teros manibus percurrere equorum,
Corpus, & attores rapiat per viſcera ſuccos.

Id curent famuli, comitumq; animoſa iuuentus, Nemeſianus. De oleraceo cibatu equi, ſcribam inferius vbi ſanitatis equorum tuendæ præcepta tradentur. Fœno aluntur iumenta, datur & ſtramentum. Equos vero generoſiores, & ad curſum præſertim paratos, quos barbaricos dicimus, paleis & zeatico hordeaceóue cibario, qui ſunt principum equiſones alere conſueuerunt, Grapaldus. Equis pabulum conuenit duriuſculum, & quod non inflet: vt auena, vel triticum, & aliquando ſpelta: hordeum verò & ſiligo quoniam inflant minus probantur, Albert. Pollux equorum nutrimenta enumerat, hordeum, zeam, olyram, fœnum (χόρτον χιλόν. Grammatici (Suidas & Varinus) χιλὸν ſimpliciter nutrimentum, vel χόρτον id eſt fœnum exponunt, quaſi χειλὸν ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι τῷ ἴλαι, inde χιλεῖσθαι, παχύνεσθαι, σιτίζεσθαι: ἔχιλον:) & ex Homero, triticum, lotum, apium paluſtre. Equo abunde eſt cytiſi viridis pondo x v. Columella. ſed de cytiſo copioſiſſimè docui in Bouis hiſtoria capite 3. Equus (inquit Ruffius) edat fœnum, paleas, herbas, ordeum, auenam, quæ ſunt naturales & proprĳ ſemper equorum cibi. Si tamen equus ſit iuuenis, herbis & fœno cum ordeo, vel alio ſimili, aut ſine ordeo paſcatur ſufficienter: quoniam herbæ & fœnum ventrem dilatant & corpus, & humiditate ſua alunt augentque. Nam cum omne animal natura humidum ſit, equus in omni ætate reficiendus eſt humidioribus herbis. Vbi iam adultus & labori idoneus fuerit, ſiccioribus alimentis mediocriter vtatur, vt paleis & hordeo, & ſimilibus. Paleæ quidẽ cum ſiccio-

res

ficiores ſint, equum non facile obeſum reddunt, ſed in habitu mediocri conſeruant, & robur addunt. Nam dura cum diſſoluantur ægrius, vires diutius fouent: tenera & mollia non item. Melior autem fuerit in equis mediocris habitudo, inter obeſam dico & macilentam. Nam ſi modum excedat, illa multos & paruos humores morbis fomenta ſuppeditat: hæc vires imminuit, & corpus aſpectu turpe reddit, Hucuſque Ruſſius: tranſcripſit autem ferè ad verbum ex Petro Creſcentienſi 9. 5. Botri autumno in cibo exhibiti equis, ventrem mouent, & corpus augent, Obſcurus. Medica herba quæ præcipuè equos nutrit, in Media abundat, Strabo. Herbæ Medicæ prima falx vitio datur, & cum fœtida aqua rigatur commoda eſt, Ariſtoteles. Herba Medica apud nos fœnum eſt optimum (χόρτος αἴρισις) & præſtantiſſimum & aptiſſimum equis: eadem quoque trifolium vocatur, Varrone. Sed ſatis iam multis in Boue de Medica dixi cap. 3. Ad maciem equorum, vt Columella prodidit, nulla res tantum, quantum Medica poteſt. Plura de hac herba in Boue capite tertio differui: & inter cætera vocari eam hodie vulgò ab Hiſpanis *alfalfa*, apud Arabes alaſſeſt, &c. Bellunenſis alaſſeſt, & faſaſa eandem eſſe ſcribit, hic pauca ceu paralipomena adijciam. Faſaſa, trifolium eſt quod datur equis ſaginandis, ſimile fabæ, Vetus Gloſſographus Auicennæ. Sulla, id eſt arthritica: vel ſecundum quoſdam herba dulciſſima & grata equis, qua Cabari equos ſaginant, Syluaticus. Et alibi: Sual, id eſt ſulla. Cytiſum in Italia vulgò plerique vocant trifolium caballinum, quod paſtu eius equi delectentur, Matthæol. Sed cum trifolium caballinum, vt ex deſcriptione eius apparet, non alia ſit herba, quàm quæ Germanis *fibengreſt* appellatur, &c. eandem cytiſus eſſe non poteſt, vt facile intelliget qui cytiſi hiſtoriam ſupra in Boue legerit cap. tertio. Tribulo herba viridi Thraces Strymonis fluuij accolæ equos ſaginant, Dioſcorid.

Verno tempore equis, iunioribus in primis per continuos dies pluſculos farrago exhibetur, qua & purgantur & obeſiores euadunt. Farrago eſt commiſtura multarum frugum in equorum pabulum, Germanice *vngemengde*, Villich. A trimatu farrago dari ſolet. Hæc enim purgatio maximè neceſſaria equino pecori, quod diebus decem facere oportet, nec pati alium vllum cibum guſtare. Ab vndecimo die vſque ad quartumdecimum dandum ordeum, quotidie adijciendo minutatim. Quod quarto die feceris, in eo decem diebus proximis manendum: ab eo tempore mediocriter exercendum, & cum ſudauerit, oleo perungendum. Si frigus erit, in equili faciendus ignis, Varro. Eadem omnia in Hippiatricis, quæ Ruellius tranſtulit, tanquam Eumeli recitantur: nam Græcus codex impreſſus non habet:) Et inſuper hæc verba, Farrago etiam bubus cæterisq; pecudibus optimè diſſecta præbetur. Et ſi depaſcere ſæpius voles, viq; in menſem Maium ſufficit. Noſtri equorum mangones (inquit Ruel.) dragetam, quaſi varie pabulorum genere conflatam nominãt, Græci graſtin. Farrago pilum expolit, cum frugibus grauida eſt: ſed duris iam horrens ariſtis inutilis eſt, Ariſtot. Græci mixtam farraginẽ ad equos purgandos graſtin vocant, Ruel. De farragine & ocymo, quantũ ad boues attinet & in genere permulta attuli in bouis hiſtoria cap. 3, Memineris ſtatim cum in affectionem inciderit, hordeum ei ſubtrahendum penitus & potus, herbas virides vel farragines ad ſuſtentandum dandas, Vegetius de veſicæ morbis loquens. Paſce igitur ſub vere nouo farragine molli Cornipedes, Nemeſian. Vbi equum priuatim locauerimus, vere circa idus Aprilis, farraginem dabimus: maximè probatur triticea: ſin deſit, hordeacea: dabitur autem per dies quinq;, inde iam dieb. decem alijs obijcietur. Longe melius cedet ſi iuxta mare fata farrago fuerit: (ventrem enim facilius ſoluit, humoremq; deducit, Veget. 1. 23.) ea ſi deſit, præſente vtemur: indies ſextarium vnum hordei priori modo adieciſſe ſatis eſt. (Ego verterim, præſente vtemur cum hordeo: vt legatur, non καὶ, ſed μὲ κεκθῶν, vt etiam paulo poſt) quoad ventum erit ad conſtitutum modum, in quo morabimur, viride fœnum quandiu ſuppetit ſine intermiſſione dantes. A primis quinq; diebus equũ ad aquas producemus, totumq; ſic vndis proluemus, vt natandi detur poteſtas: deinde omni deſtricta cutis illuuie, oleum & vinum oportet inſpirare, & manibus preſſis terga ſecundo pilo ſubigere, dum infidens humor prorſus abſtergeatur, reliquis diebus, vt paulò ante ſcripſimus, hordeum vnà cum farragine dandum erit. (Si tamen farraginis penuria fuerit, alia ineunda erit ratio, vt initio à calendis facto ad triceſimum vſq; diem perueniamus) Sed neceſſarium eſt dum (Ruell. non rectè tranſtulit antequam) farraginem præbemus, ſanguinem mitti, ſectis in pectore venis, ſaucitatisq; palati toris, vt qui præfuerat ſanguis vnà cum ſanie à ſolidis ſuffundatur, nouusq; inanitas impleat venas, & in palatum feratur. Hac ratione vinendi firmatus equus, non facile aduerſis valetudinibus patebit, & obeundis par erit laboribus. Cæterum equo qui ita viridi paſcitur herba, ſalem (ſuper tabella aliqua vel diſco, vt facile ſumant quantum voluerit) præberi perquam vtile fuerit, ne os manantibus vlcuſculis, quæ veterinarij ſigriaſes, (συριάσεις in excuſo) nonnulli aphthas vocant, obſideatur. (Eodem os totum manu mulceatur, aduerſus idem malũ aphtharum ne ſuperueniat, Theomneſt.) Non eſt committendum, vt equus qui malide implicatur, in hac per farraginem curatione, ſub dio paſcat. Nam facile lues hæc tergus ſubtercurrit & ſcabiem creat, ex qua flagrante ſolis æſtu furor vel inſania concipitur. Oportet ergo clauſum intra tecta continere & ita cibum obijci. Porrò longè optimum ante fuerit alui deiectionem moliri dato cucumere (nimirum ſylueſtri) & nitro, quum viridi ſegete genus equinum exhilaretur, Abſyrtus, Hierocles, Theomneſtus. Eadem hæc ratio circa farraginem, mulis quoque conducit, vt Theomneſtus ſcribit. Cum viridis pabuli tempus adpetit (inquit Hierocles) dabis operam vt vno die ſylueſtri fœno (gramine) veſcantur. Poſtridie in nares medicamentum inſpirabis, quod coccl (gnidij) radice (ἀφὸ κονυζῆς) iride, folio, coſto & pipere componitur: confeſtimque ad paſcua diebus binis aut ternis emittas, vt rapto naribus medicamine caput humi deflectentes omnem ei inſidentem humorem excutiant, Hierocles. Theomneſtus eundem puluerem aliter deſcribit his verbis: Radicis cocci (gnidij) piperis, pulegij, origani, ſingulorum vncia: folij, coſti, iridis, radicis cucumeris erratici quam leuiſſimè triti, ſingulorum ſemuncia: omnia tuſa &, cribro tenui farinario creta, per arundinem in nares inſpirantur. Caput ſemiſſem horæ ſuſpenſum extollitur: inſequentique triduo (vel biduo) paſtioni veterinum indulgere ſinitur, vt omnis pituitoſus humor, qui frigoribus hyemis in cerebro coierat, capitis depreſſu cum incumbit paſtui deſtillans ruat. Ea res omnẽ pituitam per nares elicit, & pecudem expurgat: ita enim neq; malides, neq; tonſillæ, neq; ſtrumæ ijs animantibus enaſcentur. Dein in equilia reduces, & ſylueſtre fœnum quatuor aut quinq; diebus repræſentes. Quin etiam farraginem (poſtridie incipe dare farraginem) in primis triticeam, ſi deſideretur, hordeaceam, quinq; diebus miniſtrabis. Deinde ſanguinem detrahes, & cum eo qui profluxit, nitrum & acetũ additis ouis (Theomneſtus ova non addit) & oleo miſcebis, ac totum animal oblines (à capronis ad calcem ſecundũ pilos illines) & tantiſper in ſole cõtinebis, dum omnis illitio reſiccetur. Poſtea remittes in ſtabulum, & rurſum alijs quinq; diebus farraginẽ obijcies, in quibus ſtrigiles non adhibebis. Sexto, ſtabulo educens equum lauabis, & aſperis ſtragulis deterges, vt omnis exhauriatur humor, & ſordes radantur: dein

vbi in

vbi in equile se receperit, farragine obijcies complurimũ diebus quatuordecim, vel saltem nõ panciorib. quàm se vel nouẽ, quò præpinguis & obesus eniteat. Similẽ huic curam vide infra inter Τμήματα de purgatione per alnum, vbi ex Vegetio recitabitur qua obseruatione cyclo curentur animalia. Camerarius cum ad nostras regiones hanc curandi equos & à morbis præseruandi rationẽ reuocare vellet, in Hippocomico suo sic scribit: Vere cibi prodeẽt, nequaquã aridi, sed molles atq; teneri. Hanc ob causam videtur ad valetudinem tuendam optimũ esse, equus vt in prata boni & succidi graminis deducatur atq; ibi pascatur pro voluntate sua. Nam satiari vel etiã repleri illum non oberit. Si aliquid impedimento forte sit, quo minus in prata deduci equus rectè possit, afferri gramina de secta, qualia diximus, curabuntur, & ante illum humi in corbe ampliuscula apponentur, & hic cibus præbebitur, si ita videatur (nam tempus non ausim præfinire) à Calendis Maij vsque in Nonas, atque præbebitur solus interdiu. Vesperi autem auenæ vel ordei non multum dabitur, vt verbi causa consueti pabuli pars quinta, atque huic sal inspergetur, vel proponetur hoc equo vt lingat. Interea sæpius sternutationem fremitus excitabimus indito naribus puluisculo quem veteres præcipserunt. vt sint pondera æqualia piperis, pulegij, origani, amaraci, costi, iteos, malabathri, radicis (cocci) gnidij. Per calamum autem inflari iusserunt. Nos illa exotica, si vti puluisculo velimus vel omittere, vel mutare, vt opinor, tore marino, nardo, saluia rectè poterimus, de quo cuique suum esto iudicium. Postea alios dies sex pascetur gramine decocto, neque viridi, neque arido adhuc sed fœno quodam vitescente: & suum pabulum integrum apponetur. His peractis sanguis minuetur, & quidem largius, atque ita resumetur vsitata cura atque tractatio. Hoc, vt ratio mea fert, & vigorem equi augebit. & corpus reddet plenius atq; nitidius, non quadam exuberantia, sed robore carnis: idemq; sanitatem præstabit tutam atque defensam, neq; patietur leui momento affligi. Sed quandiu in gramine detinebitur equus, accuratè oportebit à frigore defendi: ideoque nisi sereno cœlo in prata non educetur, & noctu stragulis atq; tegetibus operietur. Hæc Camerarius. Secale elixum & cum pabulo datum equis vendendis, falsam corpulentiæ speciem repræsentat. Ocymum Venerem stimulat, ideo etiam equis asinisq; admissuræ tempore ingeritur, Plin. Plura de ocymo in Boue cap. tertio dixi, vbi etiam de farragine. De macerata fruge quam strigosis equis Cappadoces exhibent, scribitur in Hippiatricis 29. Equi cum edunt frumentum, nunquam sine detrimento id faciunt, Serapio citans Galenum. De herbis quibusdam, tum quibus vescuntur equi, tum quæ denominantur ab eis, in Philologia docebo. Quibus iumenta in genere nutriuntur aut saginantur, vt gramen, eruum, viscum, ad librum de animalibus communem pertinent. Horotas & Gedrusios fama est tanquam fœnum pisces equis edendos obijcere: Celtas sudio boues & equos piscibus alere: Et nonnulli quoque testantur: Macedones & Lydos piscibus equos suos pascere, Aelianus. Apud Pæones qui Prasiadem paludem habitant (vnde breuis admodum in Macedoniam via est) iuxta montem Orbelum, equis & subiugalibus pisces pro pabulo præbent, Herodot. lib. 5. De pabulo equorum plura dicam capite quinto in tractatione equi: De pullorum autem alimentis priuatim quædam, hoc ipso capite inferius. Qui citò obesos efficere equos desiderant, tortucas (id est testudines cum pabulo molli decoquunt, & inde equi grandem sed falsam corpulentiam acquirunt, Albert. Helleboro nigro equi, boues, sues necantur: itaq; cauent id, cum candido vescantur, Plin. Prouenit apud nos ægolethros, noxia herba, orobanchæ similis, de qua in Boue dixi: hac non ipsa solum boues abstinẽt, sed etiam gramine circum circa nascente, licet eodem equi vescantur. Quænam in cibo abortum equabus moueant, dicam inferius.

Equi sorbendo bibunt, vt & reliqua animalia, quorum dentes continui sunt: Aristot. Equi, & camelꝰ, aquam turbulentam & crassam suauius bibunt, quippe qui ne ex fluuio quidem prius hauriant, quàm pede inturbent: possunt vel ad quatuor dies tolerare sine potu, mox bibunt quàm multum, Aristoteles. Et alibi, Bibunt equi aquas libentius turbidas: quod si clara est, inturbant eam vngulis suis, & cum biberint, lauant se totos, lymphisque potiuntur: balneum enim omnino hoc animal adamat, & aquæ deditum est: quamobrem natura etiam equi fluuiatilis ita constat, vt viuere nisi in humore non possit. Bos contra quàm equus, nisi aqua sit clara, frigida atque lympida, bibere nolit. Obseruandum est (vt scribit author quidam obscurus) vt aqua bibenda equis non sit nimium lenta aut mollis, sed duriuscula, turbida, leniter fluens. Hæc enim crassiore sua substantia melius nutrit. Cæterum quo frigidior aqua est, & velocius fluit, eò minus alit. Conceditur tamen per æstatem cum nimium calorem temperari res postulat. Non parum etiam consuetudini dandum est, quæ licet mala fuerit, subitò tamen mutari non debet, sed paulatim. Et quoniam equus nisi affatim bibat, non satis proficit, os ei interdum sale (qui vino nonnunquam recenti conspersus sit) perfricandum est: sic enim bibendi simul edendique auiditas acuetur. Adferentur & capite quinto in tractatione equi nonnulla, quæ ad potum eius pertinent. Quo acrior equus est, eò altius in bibendo nares mergit, Plin. Quî fiat quòd equi bibentes caput in aqua ad oculos vsq; demergant, muli verò & asini summis tantũ labris sorbeant, Hieronymus Garimbertus inquirit quæstione 45. Illud mirum vtiq; vel Homero auctore vinum iumentis solitum dari: sic enim Hector Iliados octauo equos alloquitur suos. Rependite (inquit) si Andromache Τμῖν πὰρ μεγαθύμοισι μελίφρονα πυρὸν ἔδωκεν, Οἶνόν τ' ἠγινεώσιν ποτῶν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι, Cælius. Columella equis sanis, sed macilentis, vini portionem dari iubet, Vinum equis quidã infundunt, vt animosos reddant, vide cap. quinto in tractatione equorum. Βάτραχος, rana, auenæ: vel secundum aliquos frumentacea equorum potio, Varin. Hesych. distinguit, vt alij equotũ potionem exponant, alij verò frumentaceam. Est autem frumentacea potio, vt curmi, & zythus ex hordeo.

Somnus & vigilia, incrementum & corruptio, & vita & mors, cæteráq; accidentia ex sensibus, sunt in canibus, sicut in equis & hominibus, Author obscurus. Equi & lupi nocte melius vident quam homines, Cardanus.

Equos etiam somniare palàm est, Aristoteles, Plinius. Equos stantes dormire & somniare superius dixi in Canterij mentione.

Equi cur plus excrementi sicci egerant quàm humidi: Aristoteles sectionis 10. problemate 58. Vt equę ita & vaccæ crebrius mingunt, Aristotel. Scythæ per bella fœminis vti malunt, quoniam vrinam cursu non impedito reddant, Plin. Cur mas in equino & asinino genere, vrinam fœminæ odoratus, caput erigit, & dentes nudat? Hieron. Garimbertus quæstione 46. Spumantemq; agitabat equum, Vergilius Aeneid. 11. Vectus equus spumante Soge, Aeneid. 12. Seu spumantis equi foderet calcaribus armos, Aeneid. 6. Inquirit alicubi Galenus cur equi currentes spumam emittant. Equæ lac secundum locum tenuitatis habet post lac cameli, Aristoteles. Plura de lacte equino capite sexto leges. Equæ purgantur mensibus, modo quidem ampliore quàm oues & capræ, sed multò minus portione, Aristoteles. Equabus menses fiunt, & vaccis, sed minus, idem. Et alibi,

Equa

Equa menſtruoſa non eſt,imò minimum inter quadrupedes emittere ſolet. Et rurſus, Equa vacat admodum purgamentis in partu,minimumq; emittit profluuium ſanguinis videlicet pro corporis magnitudine. Itē alibi,Conceptus indicium maximè in vaccis,equabusq;,cum menſes ceſſarunt,ſpacio temporis bimeſtri,trimeſtri, quadrimeſtri,ſemeſtri:ſed id percipere difficile eſt,niſi quis iamdudum ſecutus,aſſuetusq; admodum ſit:quamobrem nō deſunt,qui menſes in his animalibus negent.

Cum equa peperit ſtatim ſecundas deuorat,atque etiam quod pulli naſcentis fronti adhæret, hippomanes dictum,magnitudine minus carica parua,ſpecie latiuſculum,orbiculatum,nigrum, (fuluo colore, Solinus: legendum forte fuſco:) hoc ſi quis prærepto odorem moueat,equa excitatur, furitq; agnito eo odore: quapropter id à veneficis petitur & percipitur mulierculis,Ariſtotel.Et alibi.Quod hippomanes vocant,hęret quidem fronti naſcentis pulli,vt narratur:Sed equæ perlambentes abſtergentesq;, id abrodunt: quæ autem de hoc fabulantur, figmenta muliercularum, & profeſſorum carminis incantamentorum eſſe credendum potius eſt. Proditur equis (inquit Plinius) amoris innaſci veneficium,hippomanes appellatū,in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro: quod ſtatim ædito partu deuorat fœta, aut partum ad vbera non admittit: olfactu (nempe huius caruncułæ) in rabiem id genus agitur. Aelianus etiam hippomanes huiuſmodi in fronte pulli naſcentem caruncułam eſſe ſcribit. Hi autem (inquit) qui per præſtigias & captiones mulieribus illudere ſolent, vim aiunt quandam alliciendi ad libidinem,atq; amatoriam flammam excitandi habere:camq; ob rem equa furens inuidia,nō homini has præſtigias permittit aſſequi. In Varini Lexico de hippomane Ariſtotelis ferè verba legimus,& inſuper, Εἰς φάρμακον πολλὰ ἄριστον:hoc eſt,probatum ad multa vſum habet. Vtuntur eo ad philtra veneficæ,Heſychius. Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus, Et matri præreptus amor,Vergilius lib.4.Aeneidos. Atqui Georgicorum tertio aliud hippomanes facit,his verſibus: Hinc demum cum libidine agitantur equæ) hippomanes, vero quod nomine dicunt Paſtores: lentum diſtillat ab inguine virus. Hippomanes, quod ſæpe malæ legêre nouercæ, Miſcueruntq; herbas,& non innoxia verba. Sic & Tibullus, Hippomanes cupidæ ſtillat ab inguine equæ. Sed hoc Ariſtoteles quoq; agnoſcit, vide infra vbi de libidine equarum hoc in capite agetur. Coitus ſtimulat virus à coitu equi Vergilio quoq; deſcriptum,Plinius. Hinc perorigæ coitum admiſſarijs excitant,vt inferius dicetur.Id præcipuè armentum ſi prohibeas, libidinis extimulatur furijs: Vnde etiam veneno inditum eſt nomen hippomanes, quod equinæ cupidini ſimilem mortalibus amorem accendat,Columella. Hinc & ἱπποµανὴς adiectiuum,& ἱπποµανία. de quibus vocibus capite octauo dicam:& ἱπποκαυεῖν,inſanire ac furere in Venerem, de quo mox in libidine equorum. Apud Theocritum in Pharmaceutria hippomanes memoratur tanquā herba his verſibus: Ἱπποµανὲς φυτόν ἐσσι παρ' Ἀρκάσι, τῷ δ' ἔπι πῶλοι Καὶ τῶλοι µαίονται ἀν' ὥρεα, κἠπὶ θοὰς ἵππους, Sunt qui ex Heſiodo quoq; herbam eſſe putent,quam edentes equi in furorem agantur, Vuillichius:de hac nonnihil capite 8. dicam. Equarum virus (acoitu in lychnis accenſum, Anaxilaus prodidit equinorum capitum viſus repræſentare monſtrifice: Similiter ex aſinis. Nam hippomanes tantas in veneficio vires habet,vt affuſum æris mixturæ in effigiem equæ Olympiæ,admotos mares equos ad rabiem coitus agat,Plinius.Olympiæ Phormis Arcas (vt Gillius ex Pauſania vertit) ex ære equum poſuit,in eundemq;,quemadmodum in ſermonem Elienſium venit hippomanes incluſit:in hunc & ſi abſciſſa cauda turpior eſt,equi tamen ruptis vinculis libidinis furore feruntur,ac ſi de manibus ductorum effugerint,in eum ipſum ardentius multò,quam in pulcherrimam equam & viuam & ſe iniri ſuſtinētem. inſiliunt: neque enim quod vngulæ cum ad æream ſtatuam adhæreſcere cupiunt, lubrico lapſu eludantur, ideireo coitum deſperant,imò vero magis magisq; ore hiante atq; imminente adhinniunt, & violentius inuadunt. neque priuſquam flagris & magno robore equiſonis abſtrahuntur,ab æreo ſimulacro depelli poſſunt. Eadem Aelianus ſcribens,Abſtruſa quadam (inquit) artificis machinatione hippomanes reconditum intra æream ſtatuam equos alliciebat:neq; enim erat tam accurata fabrica,vt ex ea equi eatenus fallerentur & inducerentur, vt tantopere ad illius conſpectum in venerem ſtimulari deberent. Lichenes in equo, aliud quam hippomanes ſunt, quod alioqui noxium omitto,Plinius. Caruncułam vnà cum pullo enatam,alij in fronte inſitam eſſe, alij ad lumbos, alij ad genitalia adhęreſcere aiunt,eam ſane nuncupatam hippomanes,primum vt ex ſeſe equa peperit,continuo deuorat, & dei benignitate miſericordi in equinam ſtirpem occultat,ne ſi, vt ferunt, idipſum vſq; ad extremum vitæ diem pullus ſemper inſitum in ſe perſeueraret habere, ad effrenationem impotentis veneris, tam mas quam fœmina rueret,& libidinis rabie equinum genus funditus periret. Quod quidem ipſum penitus cognitum paſtores habent,ac ſi quando ad moliendas alicui amatorias inſidias egeant, vt ipſum ad cupidinem veneris inflamment, diligenter obſeruant quando equa ventrem ferens pariat, atque ſtatim à partu pulli illud à pullo abſcindunt, & in equæ vngulam injiciunt: (nam in hanc abditum & conditum optimè ſeruatur) ſimul & pullum quòd ipſum poſtea non lactaret mater illa,inſigni & propria beneuolentiæ nota carentem, exorienti ſoli immolant: nam ideo pullum vehementer amare ingreditur,quòd illam deuorârit caruncułam. Iam quicunq; per inſidias carnem illam guſtauerit, proiecta & præcipite amatoria libidine conſtrictus tenetur, furit & perbacchatur & vociferatur, atq; effrenatus ad omnem muliebris ſexus ætatem, cupiditatis adijcit oculos, ac morbum teſtans obuijs omnibus quemadmodum conflagret amoris flamma,exponit. Tum eā eo illius corpus diffluit & extabeſcit, quòd veneris inſania animus exagitetur,Hæc Aelianus. Videtur autem pullium (Ariſtoteles πῶλιον vocat, in Gazæ tranſlatione pulium per l ſimplex legimus) cum hippomane confundere. Ariſtoteles manifeſtè diſtinguens, Emitti etiam (inquit) ab equa prius quam pullum, quod pulium dicitur, certum eſt. Plinius eandem rem (Hermolao teſte) duobus locis non polion, ſed poleam vocat: quod nomen tamen alibi attribuit aſinini pulli ſimo, quod primum edidit.

De equi voce Latini hinnire,adhinnire & hinnitum dicunt: Græci φωνάζειν, &c. vt capite octauo proſequemur. Equorum etiam voces (inquit Ariſtoteles) differre palàm eſt: fœminæ enim ſimul ac natæ ſunt, vocem exiguam mittunt,ac tenuem:mares exiguam quidem & ipſi,ſed pleniorem tamen,& grauiorem, quàm fœminæ, & indies maiorem reddunt. Bimus cum eſt,atq; inire incipit,vocem magnam grauemq; mas mittit: fœmina maiorem,quàm ante,& clariorem vſq; ad vigeſimum ætatis annum magna ex parte: ſed ab hoc tempore imbecilliorem tam mares,quàm fœminæ reddunt.

Vita equorum (inquit Ariſtoteles) plurimis ad decimumoctauum,atq; etiam viceſimum annum:ſed nonnulli etiam quinq; & viginti,atq; triginta egerunt,& ſi cura diligenter adhibeatur, vel ad quinquaginta protrahitur ætas longiſſima tamen vita in pluribus ad triceſimum annum, quod magna ex parte fieri norimus. Fœmina magna quidem parte quinq; & viginti annos viuere poteſt:ſed iam nonnullæ etiam quadraginta vixere.Minus tem-

poris mares viuunt, quàm fœminæ, propter coitum: Et qui domi aluntur, minus quam gregarij, Hæc Aristot. Et alibi, Coëunt mares ad annos tricenos ternos: fœminæ ad quadragenos: ita vt per totam ferè vitam coitum equis seruari cueniat. Viuit enim magna ex parte mas annos circiter quinq; & triginta, fœmina plus quam quadraginta. Iam & quinq; & sexaginta (septuaginta, Athenæus & Plinius) annos vixisse equum proditum est. Eadem verba legimus apud Athenæum libro octauo, citata ex epistola Epicuri. Albertus narrat se audiuisse à quodam milite, equum eius annum sexagesimum excessisse, & semper ad prælia vtilem fuisse. Nos etiam (inquit Aug. Niphus) accepimus ab equisonibus Ferdinandi primi, fuisse equum in regio tabulo septuagenarium. Viuunt annis quidem quinquagenis fœminæ minore spatio, Plinius, contra quam Aristoteles, qui maribus propter coitum (vt paulò ante dixi) vitam breuiorem attribuit. In Lusitania quædam ex vento certo tempore cõcipiunt equæ: sed ex his equis qui nati pulli, non plus triennium viuunt, Varro. Cur equus cum tardius maximè quam homo pariat, viuere tamen minus possit: dicetur infra in equæ partu. Ætatem iumentorũ ex dentibus alijsq; signis oportet agnosci, ne velamentis imperitiæ subeamus incommodum: vel curantes ægrotantis ignoremus ætatem. Quia sicut hominibus, ita & equis aliud conuenit, cum iumenta sunt feruida, aliud cum senectute iam frigida. Manifestum est autem notas corporis cum ætate mutari, Vegetius. Italiæ, Ætas longæua Persis, Hunnicis, Epirotis ac Siculis breuior Hispanis ac Numidis. Equus si diligenter curetur, & mediocriter equitetur, ita vt non nimio labore exhauriatur, vt plurimum ad vigesimum annum in vigore suo perueniet, Rufius. Fœminæ quinquennio sinẽ crescendi capiunt, mares anno addito, Plinius. Fœmina (inquit Aristoteles) quinquennio tumet, tum longitudinis, tum etiam proceritatis sui corporis recipit: sed mas sexennio: post, annis sequẽtibus totidem crescit in corpulentiam, & ad viginti vsq; annos pergit proficiens: verum celerius fœminæ quàm mares perficiuntur: quanquam in vtero mares quàm fœminæ citius, quemadmodum etiam homines: quod idem, vel in cæteris animalibus quæ pariant plura, fieri solet. Ἀλοφηγὸς & ἀλφεστέφανος, hoc est ore albo vel facie alba insignes, tardius senescunt, Absyrtus cap. 13. Ab complemento (inquit Absyrtus) viribus pollet equus annos octo, qui molli constitit pede: sed qui duriore nititur, decem: quoniam si vehemẽtiore motu concitaueris, post hoc tempus malè valebit, impatiens itinerum: nec par erit labori. Nam in prioribus pedibus coronæ & suffragines, quas mesocynia nominant, à malleolis dimittuntur: nec ingredi postea, nec pedibus insistere valet, seq; ipse proijcit. A primo lucis rudimento ad senium solido pede fultus, octo & viginti annos, vel vndetriginta viuit, nec facile trigesimum implet: porrò molli pede præditus, quatuor & viginti annos degit, Hæc ille. Plures sunt dentes maribus quam fœminis: Vitæ sunt breuioris quibus pauciores, viuaciores quibus plures. Equo dentes quadraginta numero sunt, Aristoteles & Plinius. Habet autem (inquit Absyrtus) in anteriori parte superiores octo, & totidem inferiores, cũ caninis: & molares in maxilla superiore senos, ac inferiores totidem: & in altero latere similiter. Itaq, præter agnatos (ἐκτὸς τῶν σεσαφῶν) quadraginta dentes equus possidet. Cæteris senecta rubescunt, equo tantum candidiores (nigriores Aristot.) fiunt, Plinius. Equo castrato prius non decidunt dentes, Plinius. Ætas veterinorum (equorum, & aliorum quæ solidas vngulas habent. Absyrtus: & ferè omnium quæ vngulas indiuisas habent, & etiam cornutorum, Varro: & ferè cornutorum, alius quidam) dentibus indicatur. Horũ (vt scribit Aristot.) primores quatuor, mense tricesimo mutantur, bini vtrinq;, suprà dico, & subter: tum vbi præterea annum compleuerit, quatuor itẽ modo eodẽ mittuntur, duo superius, totidemq; inferius: rursusq; anno altero peracto, simili modo quatuor alij mutantur: quibus iam præteritis annis quatuor, & mẽsibus sex, nullus præterea mittitur: quanquã euenire in aliquo certum est, vt cũ primis omnes amitterentur: atq; etiã in alio, vt cum vltimis omnes, sed hęc raro, Hęc Aristoteles. Amittit equus tricesimo mense primores vtrinq; duos: sequenti anno totidẽ proximos: cum subeunt dicti columellares. Quinto anno incipiente binos amittit, qui sexto anno renascuntur: septimo omnes habet & renatos & immutabiles, Plinius. Equus (inquit Varro) triginta mensium, primum dentes medios dicitur amittere, duos superiores, & totidem inferiores. Incipientes quartum agere annũ, itidem ejiciunt & totidem, proximos eorũ quos amiserunt, & incipiunt nasci quos vocãt columellares. Quinto anno incipienti item eodẽ modo amittere binos, quos caninos habent, tum renascentes eis, sexto anno impleri. Septimo omnes habere solent renatos, & cõpletos. His maiores qui sunt, intelligi negant posse, præterquam cum dentes sunt facti brochi (plicati, Crescentius) & supercilia cana, & sub ea lacunæ (partes subiectæ supercilijs cauæ, & oculi scilicet caui, Absyrtus) ex obseruatu dicũt cum equum habere annos sexdecim. Dum bimus & sex mensium est equus (vt Columella & Palladius scribunt) medij dentes superiores, & inferiores cadunt (quos lactentes vocãt, Vegetius) cum quartum agit annum, ijs, qui canini appellantur, dejectis, alios affert: intra sextum deinde annum, molares superiores (molares cadunt, Vegetius) cadũt. Sexto anno, quos primos mutauit, exæquat. Septimo omnes explentur æqualiter, & ex eo cauatos gerit. Nec postea quot annorũ sit, manifesto comprehẽdi potest. Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt, & supercilia nonnunquam canescere, & dentes prominere. Eadem Vegetius & insuper, Duodecimo anno (inquit) ingredo in medietate dentium apparet. De brochis dentibus, dixi supra in canis historia, hìc illud monere fas fuerit, quos Latini brochos & prominentes vocãt, προμήκεις Absyrto dici. Absumpta hac obseruatione (ex dentibus) senectus in equis, & cæteris veterinis intelligitur dentium brochitate, superciliorum canicie, & circa ea lacunis, cum ferè sedecim annorũ existimantur, Plinius ex Varrone vt apparet. Dentes anteriores qui primum mutantur, Græci μεσόδους & μεσ. vocant, Latini medios. Vegetius lactantes, malim lactentes. Dentes pullinos iacere, Plinius de mala lib. 8. Dentes anteriores quibus pascuntur, numero duodecim, Vegetius rapaces nuncupat. Cum pullus triginta mensium est (author Absyrtus: Ruellius perperam, anniculus & sex mensium, transfluxit) primum dentes medios, quos sectores appellant, amittit, duos superiores & totidem inferiores, qui facile principes & maiores habentur. Vbi quartum agere annum cœperit: semestri spatio proximos abijcit: nec multò post in eodem quadrimatu superiorem vnum, & inferiorem alterum vtrinq; proijcit: quo tempore caninos ædit, eosq; secutis duodecim mensibus complet: intra sextum deinde annum molares superiores cadunt. Sexto anno quos primum mutauit, exæquatà septimo ad octauum omnes explet æqualiter. Hæc Absyrtus imitatus (vt apparet) Varronem. Et Paulò post, Sunt qui æditis primis dentibus interiecto octimestri spacio secundos præferant, & emittentes vltimos pari mora dentitionem interpellant. Cæterum tempora prima (triginta menses intelligo, quo dentes primi mutantur) nullus eorum qui primores amittit dentes, pertransit, neq; inquiritur. In reliquis verò non omnes fores eadem manet, nec simile tempus obseruatur: sed secundi primos (aliquando) anticipant (προλαμβάνουσιν, id est assequuntur, eodem scilicet tempore mutantur, vt & mox subijcitur) vltimi; secundos. Exploratum autem habemus eos qui primorum iacturam faciunt, eodem tempore columellares (μεσόδους) anterius,

vnum

rum superiorem & inferiorem alterum emittere; (βάκειν.) & ab vtroq; latere primos ex eis cum agnatis ipsorum (λοφιάς vocant) mutare. A complemento cum reliquum trimatum agunt, denus rumpitur ac rotundatur, & in triangularem figuram exit: quo tempore præcipuè defluxio in ora equorum decumbit. Hactenus Absyrtus, cuius verba de eadem re paulò aliter leguntur in Geoponicis lib. 16. caput qui volet, conferat. Dentes mutare & amittere, Græci dicunt ὀδοντοβολεῖν, ὀδοντᾶν, ὀδοντοβολεῖσθαι, ἀποδόντειν: & cum id primum facere incipiunt, πρωτοβολεῖν. Licet & pullos ipsos πρωτοβόλους dicere, vt Pollux ἀποδοντοβόλους dixit. Emittere verò dentes, φύειν ὀδόντας, Absyrtus: in Geoponicis 16. r. pro φύειν legitur φέρειν. Vir prudens & expertus (verbis vtor Petri Crescentiensis) nostris temporibus ait, equum habere dentes duodecim, nempe sex supra & totidē infra, omnes anterius, ex quibus ætatis indicia habeantur: & insuper scaliones ac molares. Fieri autem potest vt equi nonnulli plures habeant, & tunc dentes sunt dupli: Item vt equus ejiciat ex his aliquos, qui non renascantur: quod quidem equo obest ad pastum: pascitur enim per dentes anteriores. Quamobrem minoris erit pretij. Mandit per dentes molares. Dentes qui primi mutantur duo superiores sunt, & duo inferiores, qui vocantur primus morsus, & vocatur pullus primi morsus, quod quidem dicit fieri secundo anno, & postea mutat alios quatuor dentes proximos: scilicet duos superiores & duos inferiores, qui vocantur quadrati, id est tertius morsus: & quando pullus nascitur, cum anterioribus nascitur, & postea nascuntur scaliones (de his extrahendis vide supra in B. & infra in morbis dentium:) qui cum nimis longi sunt, impediunt equum mandentem ita vt macrescat, quamobrem à marischalcis dictis rescantur. Equi iam adulti dentes fiunt rariores longioresq; : & capitā dentium nigra, canescunt etiam ætatis progressu: & dentium color in senescente ad albedinem redit, transitq; ad colorem mellis: & postea fiunt albi colore pulueris, ac longiores sed ipsa dentium longitudo est aliquando per naturam absq; senectute, propter quam causam rescantur senibus dentes, vt iuuenes credantur, Hucusq; Petrus Crescent. Animalia quæ albescunt; nempe in senectute, vt equi & canes, omnia ex natiuo colore in album mutantur. ἀπὸ τοῦ ἐναντίου φέρειν, lego ἀπὸ τοῦ φαιοῦ, Aristoteles in lib de coloribus. Pleriq; asserunt (inquit Vegetius) domitis & freno assuetis animalibus rugas, quæ in labris sunt superioribus, computandas, ita vt ab angulo vbi cœperit morsus incipientes, vsq; ad extremum labrum perueniamus: quia annorum numerum rugarum (numerus) ostēdit. Postremo, rugarum multitudine, tristitia frontis, deiectione ceruicis, pigritia totius corporis, stupore oculorum palpebrarumq; caluicie senectus ipsa se prodit. Viget & equus & mulus (inquit Arist.) à dentium ortu, cumq; prodierint omnes, non facile ætatem dignoueris. Quamobrem dici solet, certa sub ortu, incerta ab ortu: denique post dentium ortum, eo maxime declaratur ætas, quem caninum vocamus. Breuior enim hic septennibus est, propter freni attritum quod ad eum injicitur: non septennibus maior quidem, sed non vertice extans adactiore. Iunioribus acutior & procerior est. Aetatis notæ (vt docet Anatolius) non à dentibus solis petendæ sunt: nam hæc probandi ratio nō satis exacta iudicatur, quòd planè dentibus suam ætatem non fateantur. Nonnulli à maxillis annos explorant. Si cutis à corpore reliquo nō ægrè diducta, trahentemq; manum sequens, perquam facile suam in sedem resiliat, equi iuuentam denunciabit. Si verò leuata cutis, se ipsa carni tardius agglutinet, senectutem testabitur. Aetatis indices dentes à Græcis γνώμονες vocantur quos postquam excidisse compertum sit, malè emi equum Xenophon scripsit. Varro post septimum annū fallacia esse omnia indicia tradit, nitescere tamen in senecta dentes equorum. Est & hoc à veteribus vt annositatis indicium proditum, si contracta armorum pellis lentè explicetur. hoc de pelle maxillarum scripsit Aristoteles, Camerarius. Γνώμονες dentes Latinè pullini dicuntur, quòd pullis adhuc & in incremento ætatis decidant, vt Pollux scribit. Λειογνώμων, adultus & senescens: nullum ex dentibus reliquum ætatis habens indicium, vt quos amiserit omnes, Hesychius & Varin. Scribitur apud eosdem & Pollucem quoq;, per diphthongum λειογνώμων, ὁ μηκέτι πώλων ἔχων, πῶλος δὲ γίγνεται ὁ. Βόλον intelligo ipsam dentium emissionem, aut amissionem. Γνώμονα δέ φασι βάλλεσθαι τοὺς ὀδόντας τοῦτον (Aristoteles quidem de alinis vsurpat) ὃν ἐπὶ τῆς πλευρᾶς ἐξέπεσον ἢ αὐτὸν ἢ κατάληψιν τινα λέγει, Suidas. Προβεβγνωμακώς, qui dentes iam abiecit, Varinus in Γνώμων. Idem nimirum ἀγνώμων & λειογνώμων fuerit. Πῶλος ἄῤῥην. Λειογνώμων ἀκμάζων, ὃ πλείων μέσος: ἄτερ δὲ τοῦ πλείων οὐδὲ ἀβλὴς ὀκκάλεσται: ἀπὸ πλείω γνώμονος, ἀγνώμονες, λειογνώμονες, Pollux. Ἀβολώτως & ἄβολις ἡ ἀβολία ἐν θηλυκῷ, ὁ μηδέπω ἐκβεβολικὼς οὐδὲ ὀδόντας, Varinus. Idem autem (inquit) etiam ἀγνώμων vel ἄγνωμος dicitur.

Equis opitulata est natura pernicitate corporis, Aristoteles. In equis valde currentibus motus vehementia & calor spumam circa os excitant, Galenus. Boues cū humi incumbunt, Germani sedere, equos iacere dicunt. Esse equum animal philolutron ac philydron, id est balneorum & aquæ expetens, auctor probat Aristoteles, Cælius. Hippicum ēsse mensuræ nomen nouimus Plutarcho docente: Lege (inquit) Solon statuit, vt vbicunq; publicus puteus esset, intra hippicum homines vterentur. Est autē Hippicum quatuor stadiorum distantia, Cælius. Ἵππιος ὁρόμος, πτερὰ πόδες τις, Hesychius & Varinus.

Admissarius equus, qui ad prolem seruatur, vt vnus plures equas impleat: Italis rozzone, Gallis estalon, Germanis ein hengst vel springhengst. Vide etiam in H.a. & H.c. Emissarius equus, aries, & huiusmodi, qui emissus sit in solitudinem, vel qui ad generandam sobolem mittitur, Valla in Raudensem: Legitur autem hæc vox aliquoties in veteris Testamenti translatione. Admissarius ad fœminas admitti dicitur, & admissum facere, id est inire: opus ipsum, admissio, admissus, admissura, (equi alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad admissuram, Varro:) Græce ἐχεστεύειν, vt admissarius ipse ἐχεστής Absyrto, & alijs ἐχεῖον genere neutro, vt Straboni, & Aristoteli in Mirabilibus, & historiæ anim. 6. 18. Pelagonius in Hippiatricis cap. 14. κακογνώμονες ἐχεῖον vocat non bonæ indolis vel degenerem admissarium. Ὀχεῖον, τὸν εἰς ἐχείαν ἀνιέμενον, intellige ζῷον. Hesychius: Varinus etiam currum & vehiculum exponit, & locum idoneum in quo proli opera detur. Est & κήλων eiusdem significationis in Hippiatricis. Κηλώνιον, ἵππος ὃν ἐπιβαίνει ὁ ἵππος ἐπὶ γεννήσει κύλων, ἀπὸ τοῦ κεῖμαι, Varinus. Κύλων, ἐχεστής, Idem & Hesychius. In Polluce legimus ἀναβάται, ἢ ὄνοι ἀγέλαιοι ἐχεῖοι, melius τὰ ἐχεῖα. Ἀναβάτης nomen admissarijs, vt equo, asino, arieti, &c. commune est, ἐπιβάτης proprium asino qui equam salit. Fœminæ ipsæ submitti dicuntur. Peroriga appellatur quisquis admittit: eo enim adiurante equa alligata celerius admittitur, neque equi frustra cupiditate impulsi semen ejiciunt, Varro. Quo fit, inquit Cælius, vt apud Plinium libro 8. capite de equis, rectius forsan peroriga legatur quàm auriga (vt modo agnoscitur) quem ab equa laceratum scribit: quanquam apud Varronem historiæ eiusdem relatione auriga item circumfertur. Perorigam Aristoteles in Mirabilibus βαμελητὴν vocat, Oppianus τυμφοκόπον. Equimentum, merces quæ datur pro admissura equi. Varro Sexagesi. An si equam emisses quadrupedē, vt meo asino Reatino admitteres, quantū popposcissem. dedisses equimenti? vt citat Nonius, qui per æ diphthongum scribit interdictiones ab a. incipientes, non per e. vt in dictionarijs suis recentiores, ab equo deriuari existimantes

mantes, cum potius ab æquitate deriuetur, proinde parem vicem exponit Nonius, scilicet mercedē pro eō quōd admissum est. Idem reprehendit eos qui æquamentum scribunt.

De admissarij electione superius scripsi post electionem equi simpliciter. Equinum pecus tripartito diuiditur: est enim generosa materies, quæ circo sacrisq; certaminibus equos præbet: est mularis, quæ pretio fœtus sui comparatur generoso: est & vulgaris, quæ mediocres fœminas, maresq; progenerat: vtquæq; est præstantior, ita vbere campo pascitur, Columella. Equas ex quibus propagare studemus, oportet esse bene compactas, magnitudineq; decenti: visu præterea splendidas & spectabiles, ventre & ilibus magnis: ætate non minores quam trium, nec maiores quàm decem annorum, Absyrtus. Si vtilem admissarium & ad creandam prolem idoneum libeat experiri, digiti duobus comprehensum genitale semen lanceis lacinijs (κλωσὶ δονὶ ἐρίνεος) distrahes: si resiliat in se, ac sese cohibeat, ita vt non discindi patiatur, vtilem admissarium ostendit: hoc Hipparchus asseuerat: sin protinus tactu distractum diffindatur, nec visci more glutinatū lenteseat, seminandis filijs vt inutile repudiatur: talis equus ad ineundas matrices non est adscisc endus, Pelagonius cap 14. Equos ætate affectos aiunt, pullos cum cæteris in rebus debiles, tum pedibus infirmos procreare solere, Aelianus: Hunc quoq;, vbi aut morbo grauis, aut iam segnior annis Deficit, abde domo: nec turpi ignosce senectæ, (id est, & senectæ non turpi ignosce) Frigidus in Venerem senior, frustraq; laborem Ingratum trahit: &, si quando ad prælia ventum est: Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis, Incassum furit, Vergilius. Illud in admissarijs seruandum est, vt medijs aliquibus spatijs separentur, propter noxam furoris alterni, Palladius. Equos pretiosos reliquo tempore anni (præterquam admissuræ) remouere oportet à fœminis, ne aut cum volent ineant, aut si id facere prohibeantur, cupidine solicitati noxam contrahant: itaque vel in longinqua pascua marem placet ablegari, vel ad præsepia contineri, Columella. Et rursus. Eo tempore quo vocatur à fœminis admissarius, roborandus est largo cibo, & appropinquante vere, ordeo eruoq; saginandus, vt veneri superfit: quantoq; fortior inierit, firmiora semina præbeat futuræ sobolis. Sed eadem de re Vergilium audiamus:

His animaduersis, instant sub tempus, & omnes
Quem legere ducem, & pecoris duxere magistrum:
Farraq; ne blando nequeant superesse labori:
Ipsa autem macie tennant armenta volentes.
Solicitat, frondesq; negat, & fontibus arcet.
Cum grauiter tunsi gemit area frugibus: & cum
Hæc faciunt, nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo, & sulcos obliuet inertes.
Impendunt curas denso distendere pingui,
Florentesq; secant herbas, fluuioq; ministrant,
Inualidiq; patrum referant ieiunia nati.
Atq; vbi concubitus primos iam nota voluptas
Sæpe etiam cursu quatiunt, & Sole fatigant:
Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes.

Equi ad generandum admittendi copiosè pasci debent, & sine labore, non prorsus tamen otio relinquendi, ne iners & pituitosus humor augeatur, sed moderatis exercitijs recreandi magis quàm fatigandi sunt, Rutilius. Admissarium equum relaxare conuenit ab operibus, Absyrtus. Marem putant minorem trimo non esse idoneum admissuræ posse verò vsq; ad vigesimum annum progenerare, Columella. Aetas incipientis admissarij quintiannii initio esse debebit: fœtuina rectè & bima concipiet: quia post decennium iners ex ea soboles & tarda nascetur, Palladius. Fœminam bimam putant rectè concipere, vt post tertium annum enixa fœtum educet: eamq; post decimum non esse vtilem, quod ex annosa matre tarda sit atq; iners proles, Columella. Generat mas ad annos triginta tres: vtpote cum à circo post vicesimum annum mittantur ad sobolem reparandam. Et ad quadraginta duxisse tradunt, adiutum modò in attollenda priore parte corporis (hoc Aristoteles de equo Opuntio scribit:) Sed ad generandum paucis animalium minor fertilitas: qua de causa per interualla admissuræ dantur, nec tamen quindecim initus eiusdem anni valet tolerare, Plinius. Quæ ætas in equis coitus initium & finem adferat, dicetur etiam infra.

Coeundi initium equis in vere, Aristot. Et alibi, Admissarios (inquit) non vt equæ, sic asinæ æquinoctio admouent: sed æstiuo solstitio, vt tempore calido pulli nascantur. Coitus (inquit Plinius) verno æquinoctio humo vtringq; vulgaris, sed à trimatu firmior partus. Fœturæ initium admissionis facere oportet, ab æquinoctio verno ad solstitium, vt partus idoneo tempore fiat, Varro. Admissuræ in vulgaribus equis certa tempora non seruantur: generosis circa varnum æquinoctium mares iungētur, vt eodem tempore, quo conceperint, iam lætis & herbidis campis post anni messem paruo cum labore fœtum educent. Nam mense duodecimo partum ædunt: maximèq; curandum est prædicto tempore anni, vt tam fœminis, quàm admissarijs desiderantibus coeundi sint potestas: quoniam id præcipuè armentum si prohibeas, libidinis extimulatur furijs: vnde etiam veneno inditum est nomen hippomanes, quòd equinæ cupidini similem mortalibus amorem accendat, Columella. Mense Martio saginatæ ac pasti ante admissarij generosis equabus admittendi sunt, & repletis fœminis item ad stabula colligendi, Palladius. Tempus congressui aptissimum existit ab æquinoctio verno, hoc est à vigesima secunda Martij, vsque ad vigesimam secundam Iunij, vt partus videlicet fiat circa temperatissimam herbescentemq; anni constitutionem. Equa siquidem vterò gerit vndecim mensium decemq; dierum curriculo. Etenim quæ concipiuntur post æstiuum solstitium, ea sanè infœliciter educantur, prorsusq; inutilia sunt, Absyrt. Commodum videtur vt equi locis calidis mense Aprili, frigidioribus autem Maio admittantur. Nam circumuoluto anno pulli eodem tempore nati, & aërem temperatum & copiosum inuenient nutrimentum: autumnus etiam eadem ob causas non incommodus est nascentibus in eo pullis, Rutilius, Admittere oportet cum tempus anni venerit, bis die, mane & vesperè, Varro & Absyrt. Si equa semel subacta marem postea respuerit, post dies denos rursus sunt conciliandi. Quòd si nec tunc quidem equum exceperit, seeernenda est, ceu iam grauida. Vbi autem equæ ipsæ cōceperint, obseruandum est ne miscean tur plus iusto, néue in locis frigidis diu rsentur, Absyrtus. Quoad satis sit admitti ipsæ significant, quòd se defendunt, Varro.

Quidam præcipiunt eodem ritu, quo mulos, admissarium saginare, vt hac sagina hilaris pluri nis fœminis sufficiat: veruntamen nec minus quam quindecim, nec rursus plures quam viginti vnus debet implere, Columella. Licienus apud Varronem. Ego quoq; aduenies aperiam carceres (inquit) & equos emittere incipiā, nec solum mares, quos admissarios habeo, vt Atticus singulos in fœminas denas, è queis fœminas Cōmodius Equiculus vir fortissimus etiā patre militari iuxta ac mares habere solebat. Neq; tamē æqualem numerū (inquit Palladius) omnibus debemus adhibere, sed æstimatis viribus vniuscuiusq; admissarij, subiungenda sunt pauca vel numerosa coniugia.

fugia, quæ res efficiet admissarios non parua ætate durare. Iuueni tamen equo, & viribus formaq; constanti, non amplius quam duodecim, vel quindecim debemus admittere, cæteris pro qualitate virium suarũ, Palladius. Tricenæ fœminæ, aut paulò plures, maribus singulis dantur, Aristoteles. Regi Babylonis erant peculiares equi, præter bello destinatos, admissarij octingenti, cum equarum quibus admittebantur sedecim millibus: nam singuli ad vicenas admittebantur, Herodotus lib. 1. Hippotrophium Straboni lib. 16. locus est equis alendis accommodus, qualis ad Syriæ Apamiam visebatur, equarum vel supra triginta millia capiens, admissarios verò trecentos Cælius: sic vni admissario equæ centum assignarentur, qui sanè nimius est numerus. Non desunt qui dent operam, quo magis equarum amore flagrent admissarij, vt iubæ suorumq; capillorum venustate, nec non cæteris elegantibus ornamentis (παραφυαις) exornentur, & ad hoc si quæ pollent aliæ cupidinis illecebræ: Quin eam quoq; equo tanquam cursu certantem proponunt. His autem leuoribus putant equum ad amorem inuitari. Mares quinque mensibus antea quam vocentur, à fœminis sunt segregandi, frumento etiam roborandi, torrido paulatim cruo & similagine aqua macerata largius saginandi, vt veneri superfint, & hoc fulti cibo fortius incant, Hæc Anatolius. Vt admissarius equus in venerem prorumpat, vstam cerui caudam cum vino terito, testes & genitale linito: sic hebes equus, voluptate solicitatur ad venerem; sed cum furentis in libidinem impetum compescere voles, oleo perungito, Absyrtus. Ocymum venerem stimulat: ideo etiam equis asinisq; admissuræ tempore ingeritur, Plinius. Satyrij gens erythraicon arietibus quoque & hircis ad venerem segnioribus in potu datur; & IS rematis, equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu, quod vitium prosedanum vocant, Plinius. In fœminis iumentorum coitum incitat vrtica, si solijs eius perfricetur vulua, Macer. Coitum in equo iuuat pulvis testiculorum equi in potione datus, Aggregator citans Plinij librum 28. Sunt qui rerum perpulchrarum studiosiores, finum equum, aut alium quemuis admissarium, huius coloris vestimento contegunt, quem futuram pulchritudinem referre velint. Siquidem qualem vestitu colorem ij mentiuntur, in talem enata progenies degenerabit, Absyrtus. Admissarium eo colore pictum, quo pullum nasci desiderant, (vel vno vel vario) aliquandiu ante equam libidine ardentem detinent, demum dimittunt, sic pullus suo tempore nascitur eo quem optarunt colore, Oppianus. Proles vt vel fœmina, vel masculus concipiatur, nostri arbitrij fore Democritus affirmat, qui præcipit, vt ei progenerari marem velimus, sinistrum testiculum admissarij lineo funiculo, alióue quolibet obligemus, cum fœminam, dextrum: idemq; in omnibus penè pecudibus faciendum censet, Columella. Si quispiam marem nasci velit, cum Aquilonius inspirat ventus, inseminandam equam obijciet: si fœminam fingi sit in animo, cum Auster perflat, Africanus. Vbi admissarius equam superuenerit (inquit idem) certis signis comprehendere licet quê sexum genuerunt: quoniam si parte dextra desiluit, marem seminasse manifestum est: si læua, fœminam, Africanus in translatione Ruellij cap 15. His similia vel eadem potius, de tauris etiam scribunt authores, quantum attinet inquam ad curandum, vt hic vel ille sexus concipiatur, vel vter conceptus sit dignoscatur, vt in Tauro docuimus circa finem capitis tertij. Marem pariet equa si submittatur (hoc Germani vocant *beroffen*) tertio ante plenilunium die: fœminam, si tertio post plenilunium, Obscurus. Mares (verba sunt Aristotelis) hoc genere fœminas sibi societate coniunctas dignoscunt olfactu, etsi paucis antè diebus vnà fuerint: quod si fœminæ diuersæ permiscentur, mares alienas mordendo expellunt, suasq; singuli seorsum habentes pascuntur. Tricenæ, aut paulò plures singulis dantur: quoties mas accesserit aliquis, confestim in eum maritus conuertitur, & currens pyro aggreditur pugna: & fœminam, si quà se mouerit, morsu reuocat. Et alibi, Equi tempore libidinis equos mordent, lacessunt equitem atque insequuntur.

Nónne vides, vt tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantum notas odor attulit auras?
Acueq; tot iam frena virûm, nec verbera sæua,
Non scopuli, rupesq; cauæ, atq; obiecta retardant
Flumina, correptos vnda torquentia montes,
Vergilius de vi amoris scribens.

Coitus (inquit Aristoteles) non tam laboriosus equis quam bubus est. Salacissimum omnium tum fœminarum tum marium equus est, homine excepto.

Equire dicimus equam, cum marem desiderat, Græci ἱππεύειν. Equienti mulæ, id est equum appetenti, Columella 6. 37. Equas domitas sexaginta diebus equire tradunt, antequam gregales, Plinius. Incendentur libidine (inquit Aristoteles) ex fœminis equæ potissimum, mox vaccæ. Equæ itaq; equiunt vnde vocabulum id ab hoc vno animali trahitur, maledicto in mulieres libidinosas (vt illas equas vocemus, & equire dicamus, Aelianus) Nec non cuentari (ἐξαμιᾶσθαι) per id tempus equæ dicuntur: quapropter in Creta insula equos admissarios minime a fœminis semouendos censent. Cum vero ita affectæ fuerint, currunt relicta societate: simile hoc vitium est, vt quod subare in sulbus dicitur. Currunt non orientem, aut occidentem versus, sed ex aduerso aquilonis aut austri: nec appropinquare quenquam patiuntur, donec vel defatigatæ desistant, vel ad marem deueniant.) Vide infra in mentione conceptus earum ex vento.) Tum aliquid emittunt, quod hippomanes appellatur, eodem, quo illud quod nascitur, nomine. Tale hoc sanè est, quale suis illud, quod apriam vocant: sed hoc præcipue ad amoris veneficia petitur. Equæ tempore coitus colligunt sese, & societate magis quàm antea gaudent: iactant caudam crebrius, vocem immutant, humorem emittunt suis genitalibus similem genituræ, sed multo tenuiorem, quàm mares, quem hippomanes nonnulli appellant, non quod pullis nascentibus adhæret: accipi eum humorem difficile esse aiũt, quod paulatim admodum labitur. Mingunt etiam pluries, atq; inter se ludunt cum equiunt. Hactenus Aristoteles. Mirum est, quadrupedum prægnantes venerem arcent, præter equam & suem, Plinius. Sola animalium (inquit Aristoteles de generatione animalium 4. 5.) mulier & equa, grauida coitum patiuntur. Equa quidem soliditate suæ naturæ, & quod aliquid spatij in vtero superfit, vt dictum est, amplius quidem, quàm vt ab vno occupetur. sed arctius quàm vt alterum perfectè possit superfœtari. Libidinosa natura est equa ob eundem effectum, quo solida omnia veneris sunt appetentiora: illa enim ita se habent, quia carent purgatione, quę perinde est fœminis, vt coitus maribus: equa enim menstrua minimè emittit. Albertus causam facit abundantiam cibi, & temperamentum calidum ac humidum.

Scilicet ante omnes furor est insignis equarum:
Portunides malis membra abstulere quadrigæ.
Ascanium: superant montes, & flumina tranant,
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
Illas duxit amor trans Gargara, transq; sonantem
Tum equæ tum vaccæ indicium suæ libidinis

præstant, genitalis specie prominentiore, Aristotel. Equarum libido extinguitur iuba tonsa, Plinius, Albertus & Rasis. Equarum libido extinguitur magis iuba tonsa, & frons tristior redditur, Aristoteles. Tondentur etiã equarum iubæ, vt asinorum in coitu patiantur humilitatem. Auicenna scribit equarum libidinem minui cum præciduntur eis pili: quasi motus pilorum in cauda & iuba libidinis causa sit, Albertus.

Equas post tertium annum, aut post vnum ab enixu vtiliter admitti putant, cogunti; inuitas, Plinius. Iuniorum coitus præter ætatem contingit pabuli bonitate & copia, Aristot. Equus coire incipit bimus, tam mas quàm fœmina: sed hoc in paucis fit, pulliq; eorum ipsorum minores imbecilliores q; sunt. Quod autem plurimum trimatu, tam mares quàm fœminæ incipiunt, & proficiũt subinde ad prolis præstantiam, in vicesimum vsq; annum, Arist. qui & alibi eadem repetit. Et alibi, Coire itaq; incipit equus vel tricesimo mense: sed quoad digne procreare possit, tunc tempus est, cum dentibus mittendis cessauit: verum iam nonnullos etiam cum mutant, implere potuisse aiunt: idq; fieri ita confirmant, nisi natura steriles sint. Et rursus, Fit itaq; vt equo ferè tempus idoneum maxime sit ad procreandum, cum annum quartũ, & sex menses complêrit: seniores equi profectò fœcundiores sunt, tam fœminæ, quàm mares. Cœunt mares ad annos tricenos ternos, fœminæ ad quadragenos: sita vt per totam ferè vitam coitum equis ferunti eueniat, Arist. Mares coire ad annum tricesimum tertium, nonnullos ad quadragesimum, sed adiutos, superius ex Plinio recitaui, paulò post initium mentionis de admissario (scribit autem eadem ferè etiam Solinus cap. 47.) ubi & alia quædam attuli quæ ætate equi in vtroq; sexu coire & incipiant & desinant. Gignunt equæ annis omnibus ad quadragesimum, Plinius. Mas (inquit Aristoteles) omnibus temporibus init, nec cessat quandiu viuit. Fœmina etiam quandiu viuit initur, nec tempus vllum certum libidinem aufert: sed ingenium hominis arcet, aut vinculo, aut aliquo huiusce modi impedimento: non tamen quouis tempore facto initu, facultas enutriendi quod pepererint, datur. Equum apud Opũtra gregarium fuisse accepimus, qui ter annos quadraginta natus posset coire: sed adiumentum quoad sui pedes priores attollerentur, (quod supra etiam ex Plinio recitaui) desiderabat. Idem alibi. Ferunt regi Scytharum fuisse equam egregiam, ex qua mares generosi omnes gignerentur: quorum vnum, qui præstantior haberetur, cum vt ex matre procrearet, placeret, admissum omnino recusasse: opertam deinde latuisse matrem, vt imprudens superueniret: verum vbi à concubitu faciem matris deiectam agnouerat, fugam properasse, atq; seipsum actum præcipitem interemisse. Alij addunt, regem Scytharum hoc fieri voluisse, cum reliquus præstantium equorum grex peste absumptus esset: & ne se ex odore noscentes detrectarent, vtrosq; à peroriga alijs pellibus obtectos & oleo odorato inunctos esse: postea verò cum remotis operimentis incestum cognoscerent, vinculis abruptis magno cum hinnitu procurrisse, & capita tandem petris illisa confregisse, Oppianus & Aelianus: hic tamen vt Aristoteles, sese præcipites egisse scribit. Plinius Aristotelem sequitur, his verbis, Alium (equum ferunt) detracto oculorum operimento, & cognito cum matre coitu, petijsse prærupta ara; examinatum. Equam eadem ex causa in Restino agro, laceratumq; pariter aurigam inuenimus. Nanq; & cognationũ intellectus in ijs est: itaq; in grege prioris anni fororc, libentius etiam quàm matre, equa comitatur. Tametsi incredibile (inquit Varro) quod vsu venit, memoriæ mandandum: Cum equus matrem vt saliret adduci non posset, & cum capite obuoluto peroriga adduxisset & coegisset matrem inire, cum descendenti velum demp sisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit. Camelos in Admirabilium relatione tradit Aristoteles nunquam coisse cum matre. Hoc idem & in equis ex Plinio astruere conantur aliqui: quod tamen falsum conuincimus ex Aristotele libro sexto scribente, Equi vel suas matres & filias superueniunt, atq; tunc perfectum esse armentum videtur, quum parentes suam ineunt prolem. Supperit Ouidij authoritas ex decimo Metamorphoseos, Cocunt animalia nullo Cetera delectu, nec habetur turpe iuuenca Ferre patrem tergo, fit equo sua filia coniux, Cælius. Falsum igitur fuerit quod Oppianus scribit statim ante historiam equæ & pulli regis Scytharum, his versibus, Ἔσχατα δ' αὖτε θέειν, τοῖα μάλιστα κίνησε (forte κίνησιν) Ἔν φίλον υἱὸν μελεϊν, πλὴ εὐβοίης, ἀλκὰ μίμησιν Ἀχράντοι μυσσῆς, καθαρῆς δ' ἱράσσει Κυβήλης. Tum in equorum tum in boum genere, turgent ad coitum prius minores natu, quàm maiores, Aristot. Equos, & canes, & sues initum matutinum appetere, fœminas autem post meridiem blandiri, diligentiores tradunt, Plinius. Equus non certo dierum numero implet, sed aliquando vno, aut duobus tribúsue, aliquando pluribus: serius certe quàm asinus, equam superueniens implet, Aristot. Apud Mysos cum equinum genus coit, quidam velut Hymenæum quendam nuptijs præcinunt, & cantus suauitate permulsæ equæ grauidæ fiunt, & formæ pulchritudine, eximios pullos ex sese pariunt, Aelianus. Et alibi, Euripides dicit, pastores hymenæos ad fistulam cantantes, ad Venerem equas incitare, atq; etiã equos ad incundas fœminas incendere. Ἵππους δὲ καὶ ὑμεναίους ἐπιτηδεύσαντας ἄδειν μιγνυμένους, Plutarchus in Symposiacis. Equæ interposito tempore admittuntur, quoniam ferre continuò nequeant, Aristoteles. Alternis qui admittunt, diuturniores equos, & meliores pullos fieri dicunt. Itaq; vt restibiles segetes essent exuctiores, sic quotannis quæ prægnans fiat: Varro. Non statim à partu equa impletur, sed intermisso tempore: & melius quarto aut quinto anno interposito procreat. Omnino, si nihil plus detur, vnum tamen interponere annum, & quàm æquale facere necesse est, Aristoteles. Vulgari fœminæ solenne est omnibus annis parere, generosam conuenit alternis continere, quo firmior pullus lacte materno laboribus certaminum præparetur, Columella. Generosas equas & quæ masculos nutriunt, alternis annis submittere debebimus, vt pullis puri & copiosi lactis robur infundant, exteræ passim replendæ, Palladius. Quòd si aut fœmina recusat, aut nõ appetit taurus, eadem ratione, qua fastidientibus equis mox præcipiemus, elicitur cupiditas, odore genitaliũ admotorum, Columella. Et in equis. Quod si admissarius (inquit) iners in Venerem est, odore perfricatur detersis spongia fœminæ locis, & admotis naribus equi. Idem scribit Absyrtus, vt in Geoponicis legimus. Si equa marem non patitur, detrita scilla (squilla Palladius) naturalia eius linuntur, quæ res accendit libidinem, Columella. Si fastidium saliendi est, inquit Varro, scillæ módicum conterunt cum aqua ad mellis crassitudinem, tum ea re naturam equæ, cum menses ferunt, tangunt: contrà, ab locis equæ nares equi tangunt. Si equa marem non patitur, gallinaceo simo cum resina terebinthina trito, naturalia eius linuntur: ea res accendit libidinem longeq; magis, si saliendi fastidiũ est, oblitus scilla: cocundi cupidinem elicit, Anatolius. Non est committendum, inquit idem, vt frigosæ equæ & obsita sorde saliatur: quippe cum talium cupiditate celerius equũ solicitari constet, perinde quasi stimulatus hac colluuione gaudeat. Non nunquam magnopere nobilis quoq; vulgaris (equus) elicit cupidinem cocundi. Nam vbi admotus ferè tentauit consequium, fœmina abducitur, & iam patientiori generosior equus imponitur, Columella. Sæpe accidit vt equa patiatur equum super se, coitum tamen detrectet, quod ex defectu caloris ipsius circa naturalia contingit: quamobrem vrtica vel squilla perfricari debẽt, Rustius. Admissarius quomodo alacrior ad Venerem fiat, supra seorsim diximus.

simus. Excitatur & tibiæ cantu libido in vtroq; sexu, hippothoron vocant, vt ex Aeliano retuli. Vide etiam su- in Capræ historia, cap. 5. Sed non vlla magis vires industria firmat, Quam Venerem, & cæci stimulos auertere oris. Siue boum, siue est cui gratior vsus equorũ, Vergil. De equorum in Syria syluestrium æmulatione, qua pulsi minores natu, qui fœminas salierint, persecuti castrant, superius dixi cap. 2. Conceptus indicium, maxi- in vaccis equabusq;, cum menses cessarunt, spatio temporis bimestri, trimestri, quadrimestri, semestri: sed id cipere difficile est, nisi quis iamdudum secutus, assuetusq; admodum sit, Arist. Colorem (equæ cum concepe) illico mutant rubriore pilo, vel quicunque sit pleniore: hoc argumento desinunt admittere etiam volen- Plinius. Aliquot regionibus (inquit Columella) tanto flagrant ardore coëundi fœminæ, vt etiam si marem n habeant, assidua & nimia cupiditate figurantes sibi ipsæ Venerem (cohortalium more auium) vento conci- ant. Quæ poëta licentius dicit;

Continuoq; auidis vbi subdita flamma medullis,
Ore omnes versæ in Zephyrum, stant rupibus altis,
Exceptantq; leues auras: & sæpe sine vllis
Coniugijs vento grauidæ (mirabile dictu)
Saxa per, & scopulos, & depressas conuallet
Proruunt, non Eurum tuos, neq; Solis ad ortus:
In Boream, Caurumq; aut vnde nigerrimus Auster
Nascitur, & pluuio contristat frigore cœlum.
Vere magis (quia vere calor redit ossibus) illæ

um sis notissimum etiam in sacro monte Hispaniæ, qui procurrit in occidentem iuxta Oceanum, frequenter quas sine coitu ventrem pertulisse, fœtumq; educasse, qui tamen inutilis est, quod triennio prius quàm adole- ats morte absumitur: quare, vt dixi, dabimus operam, ne circa æquinoctium vernum equæ desiderijs naturali- os angantur, Hæc Columella. In fœtura (inquit Varro) res incredibilis est in Hispania, sed est vera, quod in Lu- ania ad Oceanum in ea regione, vbi est oppidum Olyssippo monte Tagro, quædam è vento concipiunt equæ, hic gallinæ quoq; solent, quarum oua hypenemia appellant: sed ex his equis qui nati pulli non plus triennium iuuant. Constat in Lusitania circa Olyssipponem oppidum & Tagum amnem, equas Fauonio flante obuersas animalem concipere spiritum, idq; partum fieri, & gigni perniciissimum ita, sed triennium vitæ non excedere, Pli- ius & Solinus. Proprium equæ est (vt Albertus scribit ex Auicenna) pede aut coxa aliquantulum recalcitrare cũ desiderat coitum: & hoc modo aperit vterum, hauritq; eo meridionalem aut septentrionalem ventum, quo plu- imum delectatur. Scribit etiam Auicenna senem quendam fide dignum, natum in insula cui Arabicum nomen Dealtusa, sibi narrasse, quod equa Arabica illic concepto vento non cessarit currere per desiderium coitus, donec xxxoleticas emensa fines insulæ attigit. Equi quando cuentari (ἐξαγμᾶσθαι) dicantur, supra ex Aristotele docui in mentione libidinis equorum. A coitu solæ animalium currunt ex aduerso Aquilonum Austrorúmue, prout arem aut fœminam concepere. Falsò prodidisse complures ait Iustinus, figmentumq; ex equarum fœcunditate ac gregum multitudine, qui in ea rouincia multi & pernices visuntur, fluxisse autumat. Eorum qui aliter opinantur turba eliditur Iustinus, qui- isdiuus Augustinus ascribi potest. Nonnulli si ventus à masculis flauerit, equas obuersas odore fieri prægnan- es tantum, atq; ex ijs natos pullos triennium vitæ non excedere produnt. Silio Italico, Septimaq; his fabulis lon- gissima ducitur ætas, Hæc Io. Brodæus. Fit in equorũ genere, inquit Aristoteles, vt aliæ omnino steriles sint, (quod Scaliger affirmat:) aliæ concipiant quidem, sed ædere nequeant: cuius rei indicium aiunt, quòd fœtus circum re- nes alia quædam specie propemodum renum, ita continet, vt rescissus quatuor renes habere videatur. Quomo- do efficiatur vt armentitiæ concipiant, leginus in Hippiatricis Græcis capite quintodecimo: Si gregalem, inquit Hippocrates, equam concipere velis, vrticam in os equi pellito: & reliqua. Porrò sterilis equa concipiet, si fasceu- porrorum in pila tusum vini cyatho perfundes, & cantharides versicolores numero duodecim, ex aqua biduum oricalario clystere in vuluam ingeres, postero die equum ad ineundam fœminam emittes: postquam desiliuit, bis genitales locos eluet. Aliud, Nitrum, passeris simum, resina terebinthina simul deteruntur, & in vnum coacta na- turalibus inferuntur. Silere montano putant promoueri conceptionem in vaccis & equabus. Vbi equæ conce- perint, obseruandum est ne misceantur plus iusto: néne in locis frigidis diuersentur: frigus enim grauidis aduer- satur, Absyrtus in Geoponicis. Grauidæ non vrgeantur, nec famem vel frigus tolerent: nec inter se loci com- primantur angustijs, Palladius. Cum conceperint equæ, videndum ne aut laborent plusculum, aut ne frigidis locis sint, quòd algor maxime prægnantibus obest. Itaq; in stabulis ab humore prohibere oportet humum, clausa ha- bere ostia, ac fenestras, & inter singulas à præsepibus interijcere longurios, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. Prægnantem neq; implere cibo, neque esurire oportet, Varro. Post conceptionem (inquit Columella) maior prægnantibus adhibenda cura est, largoq; pascuo firmandæ. Quòd si frigore hyemis herbæ defecerint, se- cto contineantur: ac neque opere neq; cursu exerceantur. neque frigori committantur: nec in angusto clausóue, ne aut aliarum conceptus elidant: nam hæc omnia incommoda fœtum abigunt. Cauendum ne grauidæ pabuli mutatione tententur, neq; infestentur aquarum insuetarum nouitate, siquidem huiusce modi peregrinarum re- rum obiectu facile abortus contrahitur, Anatolius.

Non illæ grauibus quisquam iuga ducere plaustris,
Carpere prata fuga: fluuiosq; innare rapaces,
Flumina: nunc vbi, & viridissima gramine ripa:
Non saltu superare viam si passibus æri
Saltibus in vacuis pascant: & plena secundum
Spelunceq; tegant: & saxea procubet vmbra, Verg.

Grauidæ mox separentur à maribus: & ita curentur vt neq; macilentæ nimis, nec obesæ euadãt, sed inter vtrunq; habitum mediocres. Vterq; enim immodicus, vt vel abortus fiat, vel infirmior aut minor fœtus, in causa est, Rus- sius. Nec impedit partus quasdam ab opere, falluntq; grauidæ. Vicisse Olympia prægnantem equam Echecratidis Thessali inuenimus, Plinius. Quæ cura prægnantibus adhibenda, Vt facile partus ædatur, Ad secundas hærentes, Mulomedici Græci docent capite quintodecimo: item de perferendo ventre & enecando partu, partim eodem, partim antecedente capite. Vide etiam nonnihil infra, in tractatione de morbis equorum in ijs quæ vtero acci- dunt. Certum est equas, si sint grauidæ tactas (à muliere profluuio mensium laborante) abortum pati: quin & aspectu omnino, quamuis procul visas, si purgatio illa post virginitatem prima sit, aut in virginea ætate sponta- nea, Plinius. Abortum facit equa odorem sentiens fungi fumigantis lucernæ extinctæ, quod & mulierum non- nullis accidit. Aristoteles, Aelianus, Ratis & Albertus. Ex his Aristotelis verbis corrupta iudico ea quæ Vincen- tius Bellouacensis ex Zenonis de animalibus libro, Equa fœta (inquit) cum odoratur quod est in sepo vaccæ, egre-

ditur partus eius. Abortiunt ferè iumenta, glandibus cerri deuoratis, Russius. Ex sene quodam nostrate caudam, gentianam quoq; abortus causam esse equabus. Si postea quàm trachuri caudam abscideris, ipsumq; in mare liberum emiseris, eam equæ ventrem ferenti appendas, non multò certe post abortum pariet, Aelianus. Aegyptij mulierem quæ abortiuum fecerit significaturi, equam scribunt quę lupum pressierit. Equa enim abortit, nō modo si lupum calcauerit, sed etiam si ipsius vestigia attigerit, Orus. Vide infra cap. 4. Si cum equa ex equo prægnante coierit asinus, fœtus iam conceptus corrumpitur, Aristotel. Et rursus, Quum equus cum asina, vel asinus cum equa inierit, multò magis abortus consequitur, quàm cum vnigenæ inter se iungantur: verbi gratia, equa cum equo, aut asina cum asino. Conceptum ex equo secutus asini coitus abortu perimit non item ex asino equi, Plinius & Aristoteles, qui causam reijcit in asinini seminis frigiditatem. Et rursus, Equi genituram (inquit Aristot.) corrumpit asinus: sed equus asini minimè, cum equa iam asini initu conceperit.

Si aut partu aut abortu equa laborauit, remedio erit, filicula trita & aqua tepida permista. dataq; per cornu, Columella. Scythæ equabus grauibus equitant, cum primum se mouerit fœtus, & nimirum eas proficere ad partus facilitatem æbitrantur, Aristoteles. Equi & ijs cognata animalia, quanquam minus temporis viuunt, tamen diutius vterum ferunt: alia enim annum, alia quod plurimum menses denos grauida exigunt, Aristoteles. Idem problematum sectione 10. Equus (inquit) vt tardius maximè quàm homo parit, sic viuere minus potest: cuius rei causam, vuluæ siue veri durities habet. Quomodo enim ager sitiens haud citò suas stirpes enutrit: sic durior vulua equarum, informando nutricandoq; suo fœtu remoratur. Annum vterum fert & asina & equa, Aristot. Partus asinarum à tricesimo mense ocyssimus: sed à trimatu legitimus: totidē pariunt quot equæ, & eisdem mensibus, & simili modo, Plinius. Partum in eo genere vndenis mensibus ferunt, duodecimo gignunt, Aristoteles & Plinius. Equa cum conceperit duodecimo mense parit. Varro ex Magone & Dionysio, Columella. Ventrem fert duodecim menses, Varro. Et alibi, Duodecimo mense die decimo aiunt nasci: quæ post (id) tempus nascuntur, ferè vitiosa atq; inutilia existunt. Equarum natura est partum spatio duodecimi mensis absoluere, Palladius. Equa vterum gerit vndecim mensium decemq; dierum curriculo, Absyrtus. Mares citius perficiuntur in vtero quàm fœminæ. Equa facillimè omnium quadrupedum parit, Aristot. Et rursus, Cæteræ quadrupedes iacentes parere solent at verò equa cum tempus iam ædendi appropinquârit, erigit se, stansq; emittit partum. In hoc genere grauida stans parit, Plinius. Equa singulos parit, Aristoteles. Et rursus, Pariunt magna ex parte equæ singulos: sed gemellos quoq; aliquando complurium procreant. Singulos gignunt equi, Plinius. Equa vacat admodum purgamentis in partu, (Græci lochia vocant:) minimumq; emittit profluuium sanguinis, videlicet pro corporis magnitudine, Aristoteles. Cum peperit, statim secundas deuorat, atq; etiam quod pulli nascentis fronti adhæret hippomanes dictum, Aristot. De polio seu pullio dicto, quod ante partum emittit equa, dixi supra in hippomane. Matrices equas quidam vocat eas quæ fœtū alunt. Pullatio & pullities apud Columellā fœtura pullorum est, vel ipsi pulli: sed de alijs quoque animalibus non equis tantum in vsu sunt. Asinis à fœtu maximæ dolent, ideo sexto mense arcent partus, cū equæ anno propè toto præbeant, Plinius. Lactare mulum femellæ tempus spatium referunt, equo autem plus temporis tribuunt, Aristot. Equi & asini ad biennium lactentur, Anatolius. Pullus commodissimè ablactatur hoc modo, Separetur à matre triduo ante plenilunium, & per horas viginti quatuor ab ea exclusus, rursus mane admittatur, & vbi lac copiosè fuxerit adeo vt venter turgeat, remoueatur nec admittatur amplius: sic deinceps habitior manebit, & elegantior fiet, Author obscurus. Quinquemestribus pullis factis, cum redacti sunt in stabulum, obijciendum farinam ordeaceam molitam cū furfuribus, & si quid aliud terra natum libenter edent. Anniculis iam factis dandum ordeum, & furfures, vsque quoad crūe lactentes. Neq; prius biennio confecto à lacte remouendum, Varro. De hippothelis asinis qui lacte equarum aluntur, paulò post dicam. Terram attingere ore pullum triduo proximo quàm sit genitus, negant posse, Plinius: vt supra etiā in 8. dictum est. Pulli equarum nati manu tangendi non sunt, quia eos tactus lædit assiduus: quamobrem ratio putatur, defendantur à frigore. In pullis pro ætatis merito ea sunt consideranda, quæ signum bonę indolis monstrant, quæ in patribus, vel matribus spectanda præcepi: dabit & hilaritas & alacritas, agilitasq; documentum, Palladius. De ijs quæ circa pullum eligendum considerandæ sunt, satis iam dixi cap. 1. Si partus prospere cessit, minimè manu contingendus pullus erit. Nam læditur etiam leuissimo cōtactu. Tantum cura adhibebitur, vt & amplo & calido loco cum matre versetur, ne aut frigus adhuc infirmo noceat, aut mater in angustijs eum obterat. Paulatim deinde producendus erit, prouidendumq; ne stercore vngulas adurat: mox cum firmior fuerit, in eadem pascua in quibus mater est, dimittēdus, ne desiderio partus sui laboret equa. Nam id præcipue genus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit, Columella. In decem diebus secundum partum cum matribus in pabulis prodigendum, Varro. Et rursus, Pullos, cum stent cum matribus, interdum tractandū, ne cum sint disiuncti, exterreantur, & reliqua, vt in domitura ipsorum dicam 5. cap. Præsepia altiora esse oportet, ad quæ iumenta capistrentur, vt sursum versus spectantia cibum capiant. Id maximè in pullis obseruandum est: sic enim erecta ceruice niti consuescent: quæ res equino pecori maximam venustatem adfert Anatolius. Et rursus, Equa post alterum aut tertium mensem (ædito iam partu) longè magis exercitationibus credi debet, quò lac in ea præstātius gignatur: sequens equuleus cursibus committatur. Si pulli molles gerant vngulas, asperis locis eos citatius agemus, calculos pedibus substernentes: sic enim vngulæ durantur: quæ si ijs parum adhuc solidatæ mollescant, hanc curationem oportet adhibere: Adeps suilla vetus, & hircina, sulphur ignem non expertum, & alliorum spicæ misceantur: ijs vngulæ & earum cauā perunguntur. Hæc Anatolius. Pascua prouidere oportet non adeò mollibus locis nata, vt vngularum firmitas de asperitate nil sentiat, Palladius. Ad firmitatem vngulis comparandam, vtile videtur vt pulli laxosis & montanis locis nascantur, vt duris & asperis locis & aëre frigido durescant. Conducunt autem montana loca duplici nomine: primum quia pedes in eis validiores, aptiores, crassiores ac duriores reddunt: deinde quoniam subinde per inæqualia loca ascensu descensuq; exercitati, laboribus sustinendis præparantur roborantur q; Russius. Ex asino & equa (inquit Plinius) mulus gignitur mense duodecimo: Ad tales partus equas neq; quadrimis minores, neq; decennibus maiores leguntur: arceriq; vtrumq; genus ab altero narrat, nisi in inuria eius generis quod ineant lacte hausto. Quapropter subreptos pullos in tenebris equarum vberi, asinarumue equuleos admouent. Gignitur autem mula ex equo & asina, sed effrenis & tarditatis indomitæ. Equo & asina genitos mares hinulos antiqui vocabant: contraq; mulos, quos asini & equæ generarent. In plurium Græcorum est monumentis cum equa muli coitu natum, quem vocauerint hinum, id est paruum mulum. Generantur ex equa & onagris mansuefactis mulæ veloces in cursu, &c. Hucusq; Plinius. Equuleos quorū hoc in loco Plinius (lib. 8. cap. 44.)

(p.44.) meminit, Aristoteles hippothelas quasi equimulgos vocat. Arcebit (inquit) ab initu & asinum equa, & asinum asina nisi contigerit vt asinus equæ lac hauserit: ob id de industria pullos asinorum supponunt, qui vocantur hippothelæ, Hermolaus. Pullum asininum (inquit Varro) à partu recentem subjiciũt equæ, cuius lacte amplectores fiunt, quòd id lac quam asininum ac alia omnia dicunt esse melius. Præterea educant eum paleis, &c. vt in Mulo persequemur. De equi & asinæ, vel asini & equæ coitu, gestatione, partu, & alia quædam vide supra in hist. Asini. Si quem mulorum genus (inquit Palladius) creare delectat, equam magni corporis, solidis ossibus, forma egregia debet eligere, &c. vt in Mulo explicabitur, vbi etiam de asino admissario ad mulos procreandos legendo copiosè tractabimus. Anna socer Esau primus equis asinas copulauit, vt Iudæi asserũt, Isidorus. Equarum iubas tondere præcipiunt, vt asinorum in coitu patiantur humilitatem: comantes enim gloria superbire, Plinius, & Aelianus, cuius verba in Mulo recitabo. Quin & alioqui equarum libidò extinguitur magis iuba tensa, Aristotele teste & frons tristior redditur. Cur Elei equas finibus eductas iniri faciant, Plutarchus inquirit problemate 52. inter Græcanica & Leonicenus in Varijs l. 62. Cur equæ in Elide ex asinis concipere non potuerint. Iuli asiniq; (inquit Herodotus lib. 4.) vim hyemis ferre non queunt: quò magis miror cur in omni Eleo agro muli nequeunt gigni, cum neq; locus sit frigidus neq; vlla alia causa appareat. Aiunt Elienses ipsi ex imprecatione quadam id sibi contigisse: Cumq; tempus aduentat conceptus equarum, se in loca finitima illas educere: ibi postquam admiserint asinos dum equæ conceperint, tunc rursus eas reducere.

De sanitate equorum tuenda, & præcauendis morbis.

Mulomedici & veterinarij dicuntur communi vocabulo, qui veterina curant, equos, mulos, asinos. Dicuntur autem veterina animalia ad vecturam idonea, quæ aliquid vehere possunt, quasi venterina, quòd ad ventrẽ onus deligatum gerant. Vngulæ veterino tantum generi renascuntur, Plinius. Et genus omne quod est veterino genere partum, Lucretius lib. 5. Veterinarium pro medico veterinorum dixit Columella, & medicinam veterinariam. Vegetius artis veterinariæ siue mulomedicinæ libros quatuor reliquit, & eadem vocabula in præfatione Hurpatiquanquam ars veterina in excusis codicibus legitur, perperam vt videtur. Equarius, equorum curator, apud Solinum cap. 5. Herophilus equarius medicus, Valerius Max. Equorum medici, equinarij, veterinarij, mascalci, (corrupta puto voce, pro vulgari illa, marescalci,) mulomedici appellantur, Textor. De medicinis vel plurima sunt in equis, & signa morborum, & genera curationum, quæ pastorem scripta habere oportet. Itaq; ob hoc in Græcia potissimum medici pecorum ἱππιατροὶ appellati, Varro. Iulius Firmicus ἱππιατρικὴν dixit. Marescalcum Rusius & alij vocant chirurgum (vt ita dicam) equorum, qui vel secando vel vrendo eis medetur. ἱππιατρικὰ (intellige βιβλία) Absyrti & aliorum Græce extant. Eadem Latinitate donauit Ioan. Ruellius, cuius translatio pura quidem & elegans in Latino sermone est: quòd ad rem verò, multis in locis & manca & corrupta, vt ipse cum Græcis conferendo animaduerti. Sunt autem præter Absyrtum authores isti, Hierocles, Theomnestus, Pelagonius, Anatolius, Tiberius, Lucilius Thebanus vel Chiron, Archedemus, Hippocrates, Aemilius Hispanus, Litorius Bencuentanus, Himerius, Africanus, Didymus, Diophanes, Pamphilus, & Magon Carthaginensis. Citantur etiam obiter in eodem opere, Agathotyches, Nephon, Hieron, Cassius, Hemerius. Geoponicorum etiam, quæ Constantino adscribuntur, liber sextusdecimus ἱππιατρικὰ cõtinet: sed ita vt omnia ex Hippiatricorum voluminem dicto desumpta videantur. Nonnulla quæ in Geoponicis legebantur, & in Absyrto, &c. Hippiatricis deerant Ruellius translationi suæ adiecit. Scripsit & Laurentius Rusius librum eiusdem artis: in quo præter alios authores, copiosè de frenis eorumq; differentijs tractat, expressis pariter picturis eorum. Primus omnium puto Hippicum, id est de equis & equestri arte librum Simon quidam Athenienſis reliquit, ex quo omnia quæ placebãt in suum transcripsit Xenophon, nos pleraq; ex Xenophonte in hunc nostrum. De equis præterea (vt Camerarius obseruauit) quædam scripsit Cleodamas Achiuus: Plinius etiam, qui ipse librum se de iaculatione equestri edidisse ait, tradit equitem quendam Sarmenem primum de equitatu scripsisse, effictum à statuario Demetrio: Et Mecon quidam, & alij. Magister Maurus Hippiater citatur à Laur. Rusio cap. 144. & 151. Petri Crescentiensis de agricultura liber nonus capita 57 de equis continet. Multa de ijsdem docet Albertus Magnus quoq; lib. 22. historiarum animalium: Multa etiam rei rusticæ priscí scriptores, Varro, Columella, Palladius. Extant deniq; in omnibus fere vulgaribus linguis de equis curandis conscripti libri, Germanicè, Italicè, Gallicè: Italicè quidem excusum vidi Augustini Columbini librum.

Quæcunq; ad equi sanitatem tuendi vel cauendos morbos præcepta pertinent (ὑγιεινὰ & προφυλακτικὰ Græci vocant) partim hoc in loco trademus, partim capite quinto, in ea parte quæ est de tractandis equis. De dentibus equi, quos vulgo scalliones vocant, & eorum exemptione, supra dictum est. Ad hos autem eximẽdos (inquit Rusius) tempus vindemiarum aptissimum est: nam tum racemi vuarum in cibo eis tum dentur, vulnera oris melius curantur & consolidantur, nec vermes aut putrefactiones insidiari possunt: itaq; ex hoc cibo os equi melius efficitur, ac ipse etiam pinguescit. Ad eandem curam (scallionare vocant) obseruandum est vt Luna decrescat. Animalium dorsa vt laboris plurimum sentiunt, ita diligentius sunt curanda. Exceptis enim his, qui deputati sunt circo, reliquum mulorum, equorum, asinorumq; genus sub sellis aut sagmis solo tergo præstat officium. Vnde laudabilior industria est, quæ incolumitatem tuetur, quam quæ cupit lætã curari. Nam diligẽtia defendit à vitio: ti centones vel sagæ primum sufficientia, deinde mollia imponantur, & lota atq; ad tempus diligenter excussa, ne aliquid sordium aut asperitatis inhæreat quod sub pondere inulceret pellem: tunc sagmarum vel sellarum mensura conueniens & apta qualitas debet adhiberi. Si enim ista minora fuerint vel maiora, angustiora, vel vltra modum lata, vel quæ non congruunt, grauiter nocent. Hinc enim collisiones, suppurationes, apostemataq; nascũtur, cum nimis locis inæqualibus premitur pondere, vel discentes tracturam mercurius aut spina deterruit. Ipsorũ quoq; pondere, etiamsi in stratis nulla sit culpa, enormitas nocet, & ideo temperanda est mẽsura ne inferat vulnus. Hæc Vegetius. Multum autem refert (inquit Columella) robur corporis ac pedum seruare, quod vtrumq; custodiemus si idoneis temporibus ad præsepia, ad aquam, ad exercitationem pecus duxerimus, curæque fuerit, vt stabulentur sicco loco. (sed de stabulis instituendis cap. 5. dicetur.) Auena aliaue annona equo exhibenda, bene purgentur prius, ne quid pulueris aut aliud inutile insit: puluis enim facile tussim inducit, & interiora desiccat, quod malum fere incurabile est, Rusius. Iumenta sæpe morbos concipiunt, si sudant, & à concitatione confestim biberint, ait Columella. Fatigatis aut calescentibus nec cibus, minusq; potus præbeatur: ne vel celer interitus sequatur, aut venenum

tenum in crura decumbat, &c. Camerarius. Et rursus, Crithiasis omnia membra debilitat, vt nec ingredi velit equus, & pascatur humi iacens: idemq; accidit de potu intempestiuo, sed cum minore periculo. Sed de hoc & eo quod ex retenta vrina in longiore itinere sit periculo, amplius dicam capite 5. Tempore veris equum frenatum soli matutino aliquantisper exponere, ad sanitatem tuendam facit. Plurimum iuuat (inquit Vegetius) si sæpius & cum moderatione animalia sedeantur (exerceantur, nempe equitando.) Nam imperitia rectoris, & incellitus eorum debilitat, & mores, præcipuè seruorum impatientia, qui ãbsentibus dominis ad cursum equos vehementer stimulant, & non solum flagellis, sed etiam calcaribus cædunt, dum aut inter suos velocitatem cupiunt experiri, aut cum alienis vehementi obstinatione contendunt, nec reuocant aliquãdo currentes, nec temperant: neq; enim de damno domini cogitant, quod eidem contingere gratulantur. Quam rem diligens paterfamilias summa severitate prohibebit, & iumenta sua idoneis & moderatis hominibus, scientibusq; tractare committet. Post sudorem quoq; si æstus sit, pusca os ablui cõuenit si hyems, muria. Vinum quoq; & oleum faucibus infundi oportebit ad cornu, æstate frigidum, hyeme tepefactum, ita vt hyeme meri sextario, olei vncix tres, æstate autem duæ tantummodo misceantur, Hæc Vegetius. Accidit his equis qui parum exercentur, fetè vt anhelitus difficultate laborent, Camerarius. Vicinum stabulum cõuenit esse loco arido, stercore vel paleis mollibus adoperto, in quo ante potum animalia volutentur: Quod exercitium & sanitati proficit, & ægritudinis vitium cõmonstrat: namquoties animal, aut non solito more se transuoluit, aut omnino detrectat accumbere, scias illud ex tædio laborare & ideo separari debere atq; curari, Vegetius. Si veterinis in itinere defessis sellæ vel sagmæ auferantur, vt loco aliquo commodo liberè volutari possint, ita recreantur vt lassitudine posita, mox iterum laborem tanquam recentia subeant, Rusius. Τὸ ἵππον ἄγειν ἐπὶ κυλίσματα (codex impressus non rectè habet κυλίεσθαι) κελεύει ζῶον, in Hippiatricis legimus: Ruellius absurdè transtulit adaquationes & lauacra. Et alibi κυλισθῆναι πρὸ ἁμίλλης, æquè absurdè vertit, proluatur & ad cursum leniter incitetur. Κυλίεσθαι quidem verbum communissimum volutare significat: vnde κυλίστρα, volutabrum, locus in quo se volutant animalia. Ῥοΐζειν rarius & obscurius est: videtur autem significare ad cursum incitare: ῥοιζεῖν enim circumflexum Hesychius & Varinus exponunt, διώκειν, διώκειν, πτερύσσειν & ῥοῖσαι similiter Hesychius etiam Ῥοιζοδεῖν, ῥοιζεῖν & διώκειν interpretatur. Ῥοῖσαι δὲ ἵππων ὑμάς, fidem: quanquam hoc nihil ad rem præsentem facere videtur: nam ὑμὰς interpretantur temonem inter binos equos. Cæterum cum considero quod apud eosdem ἄμιλλα exponitur locus iuxta fluuium & arenam in quo equi volutentur, ἁμίλλειν verbum idem quod κυλίειν esse subit, eoq; magis quòd Hippiatri etiam in locis iam citatis coniungant. Apud Suidam nihil reperio. Optimum fuerit vt interdum ad volutabra ducantur quæ solidas gerunt vngulas: locus ad id eligendus solidus, terrenus, æquabilis, non lapidosus nec salebrosus, quo sese possint citra noxam saburrare. Improbantur læti tractus, βαθύγεως, graminosi, stercorati, quod expeditum nõ reddant equum, nec corporis agilitate præstantem. (Ἀπὸ πάσσου κέλευσιν τὸ ἵππον, κἀὶ ἀφ' ὑγροτέρας καὶ σώματος.) Porrò durum solum & solidum, non erit eis alienum, Abiyrtus interprete Ruellio. Equum aiunt lauatione & vnguentis delectari, Aelian. Monent quidam ne macilenti equi supra ventrem in aquam adigantur: quod ventre eis refrigerato alimentum non sentiant: pinguiores verò sæpius & altius in aquam agendos, sic effici ne nimium pinguescant, & corpus sanum ac integrum conseruent. Equus ad aquam potaturus ducatur paruo passu: & tam mane quàm vesperi retineatur vsq; ad genua vel paulò supra spatio trium horarum in aqua dulci frigida vel marina: nam aquæ naturaliter equis conueniunt, dulcis quidem frigiditate, marina verò siccitate sua constringendo humores qui ad crura descendunt & morborum causæ sunt. Inde rediens equus stabulum non ingredietur, donec crura eius detersa & siccata sint. Nam stabuli vapores in cruribus humidis facile excitant gallas & prauos humores. Hæc Petrus Crescent. Sunt qui hircos in stabulis alant: tanquã hircinus odor salubriorem equis aërem reddat, & nescio quos morbos amoliatur. Omnis extremi frigoris tolerantior equino armento vacca est, ideoq; facile sub dio hybernat, Columella. Si animal (inquit Vegetius) domi forisq; perfrixerit, calidioribus vnguentis, quæ multa sunt, lumbi eidem confricentur & cerebrum, potionibusq; & pigmentis, & herbis quarum seruentior est vis, per os continuò oportet infundi, vt perfrictionis incommodũ euincatur atq; pellatur. Nã si in visceribus permanserit algoris iniuria, diuersos periculososq; procreat morbos. In locis circa Tanaim & Caucasum borealem tantum est frigus hybernum, vt præ illo equi, muli, & pecora moriantur, vt scribit Dionysius Afer. In Scythia ingentem & diuturnam vim hyemis equi perferunt, muli asinique; ne incipientem quidem ferunt, cum tamen alibi stantes in gelido equi tabescant, asini verò ac muli durent. Herodotus. Equus hyemegerat operimentum laneum propter frigus: æstate lineum, ne lædatur à muscis & similibus insectis, Rusius. Si dierum canicularium tempore æstu animal fatigabitur, vel aquis frigidis est perfundendum, vel in mare fluménue mittendum: frigidis etiam potionibus recreandum, vt necessitati laborum aut temporis aptior medicina succurrat, Vegetius. Si sanis est macies, celerius torrefacto tritico quàm ordeo reficitur: sed & vini potio danda est, ac paulatim eiusmodi subtrahenda immistis ordeo furfuribus, dum consuescat faba & puro ordeo ali. Nec minus quotidie corpora pecudum quàm hominum defricanda sunt, ac sæpe plus prodest pecti manu subegisse terga, quàm si largissimè cibos præbeas, Columella. Animalia macie tenuata (inquit Vegetius) non absq; studio diligenti reuocantur ad corporum firmitatem. Nã oleo veteri vinoq; permixtis, & tepefactis in Sole, per totum corpus vnguntur, & contra pilum multorum manibus perfricantur, vt & nerui molliscant, & cutis laxetur, & sudor erumpat: Quo facto cooperta in pontili strato collocentur. Et si hyems fuerit, condita cũ semencia apij seminis triti, & olei tribus vncijs calefacta per os ipsius oportet infundi. Si æstas fuerit, absinthium vel rocia satum cum quatuor scrupulis croci, & duabus vncijs olei frigidum per os similiter debet accipere. Quorum si non suppetit copia, vinum simpliciter cõuenit præberi cũ cæteris. Præterea eiusmodi species tẽpore hyemis cum hordei modijs quatuor misceebis, fabæ sextarios octo, tritici sextarios quatuor, ciceris sextarios octo, fœnigræci sextarios quatuor, erui sextarium vnum & si meritum equi vel facultas domini suppetit, vuæ passæ & nuclei sextarios singulos: quæ omnia solerter commista cum fuerint, vnum modum in aqua mundissima pridie debes infundere, & paululum mane siccare, ex quo equo semimodium ante prandium, & semimodium ad vesperam dabis per plurimos dies in loco optimo. Vigintiuno die ita stabuletur, vt intrinsecus bibat. Quòd si vltra modum sagina prouenerit, ne plethora noceat, auferendus est sanguis à matrice Præterea graminum radices quas aratrum frequenter euellit, studiosè collige, & quàm potueris longas minutatim concide, hordeoq; commisce, & quotidie præbere non dubites. Aestate verò, excepto eruo, species illæ quas diximus, pro æstimatione mensuræ fatraginis adhuicem præbeantur, hoc est, hordei viridis plures maiotesque fasciculos, tritici vel ciceris, vel fœnigræci minores & pauci: Quæ omnia contusa oportet apponi, Hucusq; Vegetius. Aegrotanti pecori aut fame confecto (vt in dispiatricis

ricis Græcis legimus cap. 119. in translatione Ruellij) curatione huiusmodi opus est: Seminis apij sextarius
, seminis lini drachmæ tres, fœnigraci sextarij duo, cruci trepondo, radicis panacis, iridis Illyricæ, herbæ Sal-
fi anguloſorum ſcilibra, axungiæ libræ ſex, vino excipiuntur vetere, & coguntur in paſtillos. qui ſiccantur in vm-
dantur iuglandis magnitudine cum melle tribus vncijs, & vini veteris vno ſextario reſoluantur nihil (&, pro
γρ. κ. ω.) per triduum infunditur. Canis etiã caput efficaciter ſuffitur, ſic vt nidor naribus hauriatur. De mor-
e corporis macie dicam plura inferius, vbi de morbis toti corpori communibus agam. Nec conuenientium
iorum (inquit Vegetius) cura debet ceſſare: nam langvor, macies, & tabis & internorũ dolor facile ſubmo-
ar, ſi ſulphuris viui ſemuncias, id eſt ſcrupulos duodecim, myrrhæ ſcrupulos quatuor redactos in puluerem,
ó; crudo immixtos cum hemina (ſextario, vt habetur libro 4. cap. 8.) vini optimi per os dederis. Eſt alia ſum-
ciſſior, ſed accommodatior potio ad omnes morbos, quæ & celeriter reficit, & cum intrinſecus purgauerit, cu-
omnes morbos, tuſſim veterem, phthiſicos, vulſos, & quæcunq; exacta ſunt in opertis. Ptiſanæ ſextarium, ſe-
nis lini heminam, fœnigræci heminam, croci vnciam, acronem ſaltim porci pinguis, vel longanonem: vel ſi
cina defuerint, caput hœ linum depilatum, cum pedibus ſuis & cordalis intertinorum mundis, hyſſopi ſa ces
os, cochleas germanas quindecim, bulbos quindecim, ficos duplices viginti rutæ faſciculum vnum, baccarum
ri cum virent ſextarium, dactylos viginti, allij capita tria, ſeui caprini vncias ſex, pulegij ſicci faſciculum: hæc
ipiã purgata leniterq; contuſa decoques in aqua ciſternina, vel cœlebi, donec acron ille vel certe caput inedi li-
eſcat & diſſoluatur ab oſſibus: propter quod aſſiduè aquã refundes adijcies) ne comburatur, ſed feruendo pin-
eſcat, vel ſuccus ipſe pinguior (ſpiſſior) efficiatur. Poſt hæc diligentiſſimè colabis ad colum, (excremẽta & oſſa
ijcies) tum tragacanthæ vnciam in tres diuides partes, ita quod exinde in vnam potionem miſſurus es, pridie
fundas in calidam, vt intumeſcat. Tunc addes paſſi ſextarios tres, & tribus diebus ſingulos ſextarios dabis, ouа
mero ſex (in die ſecundo olei roſati ouа plena numero duo) butyri vncias tres. (In die tertio) anagallidis vn-
as tres: amyli vncias tres: puleij quadrigarij (quem deſcribit lib. 4. cap. 13.) ſcilibrem, lomenti fabæ ſcilibram.
æc omnia miſcebis, vt dictum eſt, æquis ponderibus per triduũ diuides, ita tamen perabis vt per cornu deſluant)
unum animal potionabis, & horis aliquot deambulare facies, vſque ad ſeptimum, à cibo abſtineatur & potu,
uc Veget. 1. 56. & rurſus 4. 8 vbi pauca quædam variant, & medicamentum ad Chironem refertur. Et ſi volueris
inquit) ſeptem diebus interpoſitis reperis & das à capite potionem. Aliud ibidem, quod iumenta à morbis vin-
icat & cuſtodit: Gentianæ, ariſtolochiæ rotundæ, myrrhæ troglodytidis, raſuræ eboris, & baccarum lauri æqui
onderibus puluis immixtus, (ſi ebur demas, erit theriaca diateſſaron dicta: deſcribitur etiam in Hippiatricis
ap. 123 in Ruellij verſione, hoc titulo. Potio neceſſaria omni tempore præbenda.) ex quo grande cochleare ple-
um ſumis: Addes hyſſopi triti ſcrupulos quatuor, mellis vel paſſi vncias tres, vini ſextarium, gifui reſoluti paſtil-
um vnum. poſt curſum hiue poſt laborem conditi bene (piperati) heminam adijcies, aſſate rosis forte rotiſſina-
ini (vel abſinthij tantundem, & per os dabis ad cornu. Idem Vegetius 3. 75. potionem contra omnes morbos de-
cribit. Eryngij radices aduerſus morbum tam equorum quam borum plurimum proſunt, vt in Boue ex Vegetio
docui. Nec equi nec boues morbo prementur aliquo, ſi illis cornu ceruinum appenderis, Abſyrt. in Geopon. Si
ſtu animal fatigatur, pulcam cum pulegio trito miſces, nareſq; & faciem confouebis, ouа quoq; tritа cum hemi-
ne vini veteris optimi faucibus infundes, vt per oui refrigerium vini virtus accreſcat. Infuſio vires equi recreans
deſcribitur in Hippiatricis Græcis capite 128. item potio quæ vires mirificè reficit, & ad omnem totum curatio-
nem præcipuè tuſſis, conducit: & cum aliæ diuerſæ infuſiones potionesq;, tum quæ ab anni partibus æſtiuæ aut
hybernæ cognominantur: & alia quædam medicamenta communia, quanquam & morbis quibuſdam peculiaria
neglecta ordinis ratione inſerantur. Si cum inceſſit hyems (vt in Hippiatricis Græcis legimus. cap. 129) animal
oleribus veſci placet, pridie diligenter olus excoques, & in offas agglomerabis, addito oleo, & trito ſale, petroſeli-
no & cumino illo die. Poſtridie ſiccius offerri condimentum procurabis, axungiam adijcies & exhibebis. Et mox,
De danda adipis offa: Optimum aduerſus inteſtinas valetudines auxilium, cum hyems adeſt, offas axungiæ cum
pice liquida & oleo præbere ſed cum æſtas acceſſit, axungiam ex melle, butyro, porris, & roſacco dediſſe ſatis eſt.
Verum hoc medicamen ſubinde repetens animal aſſumat. Græci priorem curationem λιχανιστικὴν vocant, poſte-
riorem ἀλεγματικὴν. Alias quaſdam compoſitiones prophylacticas, hoc eſt ad præcauendos huius armenti mor-
bos, inferius recenſebo: vbi locus erit de morbis eius in genere tractandi. Apophlegmatiſmũ ſuppoſitæ fermentem à ma-
ſide, tonſillis & ſtrumis, deſcripſi ſupra in mentione farraginis inter cibos. Curandum vt equi ſtabulentur ſicco
loco, ne humore madeſcant vngulæ: ſed ſtabula qualiter inſtrui oporteat capite 5. dicemus. Ne vngulas comburat
ſtercus cauendum, Varro. Animalibus (inquit Veget. 2. 58,) exiguæ vngulæ creſcunt, vel attritæ (viarum iniuria)
reparantur. ſi allij capita ſeptem (aliàs tria) rutæ manipulos tres. (aliàs rutæ veteris faſciculum) aluminis tuſi &
colibrati vncias ſeptem, (al' ſciſſi & colibrati vncias ſex) axungiæ veteris pondo duo, ſtercoris aſinini (recẽtis) ple-
nam manum commiſceas ac decoquas (domi) & vtaris (in itinere ad veſperam: Hoc idem medicamentum de-
ſcribit 1. 56.) Prudentius conſilium eſt pedum tueri ſanitatem, quam paſſionem curare. Corroborantur autẽ vn-
gulæ, ſi iumenta mundiſſime ſint ſtercore vel humore ſtabulentur: & roboreis pontibus conſternantur: articuli
quoq; vel ſuffragines poſſunt ter calido foueantur vino. Naturaliter autem molles vngulæ ſolidantur, ſi hederæ ſe-
minis duas partes, & aluminis rotundi vnam partem pariter contundas, & calciatis pedibus per mulsas aſes indu-
cas. Item ſubteritis pedibus prodeſt, picis liquidæ ſcilibram, aceti heminam, ſalis libram, hederæ foliis quantũ ſatis
cit pariter cõtundes, & laboranti quotidie pedes perunges. Molliſſimæ vngulæ hoc vno medicamine quo potẽ-
tius nihil eſt, aſſolent indurari: Lacertam viridem, pedibus iumentorũ attritis prodeſt ſanguis lacertæ vi-
ridis, Pliniusin ollam nouam mittes, adijcies olei veteris libram, aluminis (biaminis) lutaici ſcilibram, cerę librã,
abſinthij tuncti ſcilibram, & decoques cum lacerto: Cum fuerit reſolutum, calcia vniuerſa colabis, abiectis q; oſſi-
bus & purgamentis, liquatum medicamen in ollam remittes: & cum vngues indurare volueris, vngulam ſubrades,
& factum vnguentum in cannam viridẽ mittes, adhibitis carbonibus, propè feruens, per cannam inſtillas vngu-
lis: prouiſurus ne coronam tangas aut ranulas, ſi his exceptis, in ſolo & in circuitu ſolidaturas vngulã confricabis.
Memineris autẽ vngulas exereſcendo renouari, & ideo interpoſitis diebus vel ſingulis mentibus talis cura nõ de-
erit, per quam naturæ emendatur infirmitas. Hæc omnia Vegetius. (Similem fere olei ex lacertis ad eundẽ vſum
compoſitionẽ dabimus in lacerta viridi & ex Hippiatricis græcis.) Et alibi, Pedes equorũ poſt viam emundi ſunt
diligenter, ne quid luti vel ſordium in articulis baſiq; permaneat. Vnguento etiam confricabis, quod vngulas nu-
trit & firmat: Picis liquidæ libras tres; abſinthij libram vnam, allij capita nouem, axungiæ libram, olei veteris

libram

libram ſemis,aceti acrioris ſextarium vnũ, vniuerſa contundes & miſcebis,& decoques,& ex eo coronas vel vngues animalium confricabis Et rurſus 2.55. Animalium (inquit) vngulæ aſperitate ac longitudine itinerum deteruntur & impediunt inceſſum,&c. Et mox poſt curam apoſtematis intra vngulã orti, Subtritos pedes fomentabis aqua calida,axungiaq; veteri perunges:deinde teſta candenti decoquis, oleo poſt & ſulphure pariter contrito lana candente leuiter vres per triduum. Si vero contuderit, ſanguinem de corona emittes, & calida fomentabis,axungia veteri perunges:ouinum quoque ſtercus cum aceto permiſcebis & impones: quamuis alij caprinum efficacius credant. Vngulas his temporibus (inquit Camerarius) ſimo bubulo maximè ſolidari conſeruariq; credunt:cuius rationem ſunt qui apparere negent ſed adiuuari ſimo bubvlo vngulas compertum putatur. Parantur etiam ad has vel conſeruandas, vel etiam reparandas, medicamenta quædam vnctionum. Huiuſmodi medicamenta adhibere noſtri vocant *ynſchlahen:* Vide infra capite quinto,& hoc ipſo capite infra vbi de vngularum cura & morbis tractabitur. Vngulam ſubradere Veget.dixit,cauare vel ſquarare Pet: Creſc. Subraditur autem tum reliquum ſolum,tum chelidôn dicta. Equorũ pedibus (inquit Grapaldus) ſoleas è ferro addimus, at Nero olim mulis ſuis ex argento:Poppea coniunx Neronis (teſte Plinio) delicatioribus iumentis ſuis ſoleas ex auro quoque inducre ſolebat. Aprili quotidie mane in campis per quo ſuis gurgites equitato,item Maio:ſic vngulæ & cornu firmantur. Vtile autem fuerit ſoleas ex ferro inducere cum noua eſt Luna, & cum in Virgine verſatur, Obſcurus. Contingit aliquando vt nix inter ſoleas & vngulas equorum recepta congeletur,noſtri vocant *ynſtollen*, id ne fiat quidam hoc pacto cauent:faſcias ex marginibus pannorum præcipuè ſectas,nouem ferè digitos longas, aqua ardente madidas ferreo inſtrumento inter ſoleas & vngulas mane equitaturi infarciunt,& ſi quid forte prominet, abſcinduntita ab hoc malo ſecuri totum diem iter faciunt,veſperi rurſus auferunt.

Coſmetica quædam, ideſt quæ ad ornatum & pulchritudinem in corpore equo ab equiſonibus fiunt.

Caput equi macreſcit (inquit Albertus) & ſiccatur, ſi antequam ſeptem annos habeat,ſæpe aqua frigida abluatur & fricetur. Collum autem eius craſſeſcit, & crines melius creſcunt,ſi aqua calida ſæpe ac diligenter iuxta ſcapulas humectetur,& crines digitis ſcalpentur & prope caput:ſed frigida,non calida aqua: quia caput debet eſſe gracile. Si menſe Maio teneras fagi frondes equis in cibum dederis,pilus elegantior cum aliàs tum colore naſcetur,Obſcurus. Equis è cicatrice cur pili naſcantur,ijq; candidi, Ariſtoteles quærit ſectione 10. problemate 29. & 31 Cur equis pili per cicatrices oriri queant,hominibus nõ item,Aphrodiſienſis libro primo problemate 46. Pilorum in colore varietas,itemq; oculorum (vt ſi vnus albi coloris fuerit alter nigri, vel vnus albus & alter varius,&c.) mutari non poſſunt,quia contingunt in ipſa genaratione,Ruſſius. Vt pili renaſcantur in cicatricibus, vel qui aliter effluxerunt,Ruſius 163.Vegetius 2.63 Cur cicatricibus equorum inſperſus hordei puluis faciat vt pili non albi,ſed cæteris vnicolores oriantur,Aphrodiſienſis inquirit lib.1.problemate 45. Pili concolores nudis cicatricum areis reddentur hoc modo,vt ſcribit Tiberius:Hordei pinſiti ſextarios duos ſubigito, & adiecta nitri ſpuma,exiguoq; ſale, panes formato, dein in furnum dimittito,donec in carbones redigantur: poſtremo tuſos tritosq; permiſto oleo vlcerum cicatricibus oblinito:hoc diebus viginti facito. Aliud ad idem medicamentum,& alia vt pili naſcantur,creſcant,vel colore mutentur,lege ibidem in Hippiatricis Græcis capite 55.item de pilis caudæ,iubæ,& capronarum,vt creſcant, & non marceſcant aut defluant, capite 54. Quomodo pili nigri mutentur in albos Ruſius docet capite 164. Talpam in aqua diſcoquito,& iusculi,poſtquam triduo ſeruatum fuerit, raſis prius locis vbi pilos albos enaſci voles,illinito,coq; abluito. Vide nonnihil ſupra capite ſecundo,vbi de coloribus equorum egi. Sicubi pilos in equo albos deſideras,loco raſo fel caprinum inunge, Author obſcurus. Feces ſeui in lucernis vſti,illitæ partibus glabris pilos eliciunt.vt quidam ſcribit. Si album pilum nigreſcere cupias, Atramenti ſutorij ſcrupulos ſeptem, rhododaphnes ſucci ſcrupulos quatuor, ſepi caprini quod ſufficit, pariter temperabis & vteris, Vegetius 2.64.nos locum planè corruptum emendauimus ex Græcis Hippiatricis cap.55.Si e diuerſo albos pilos facere volueris,cucumeris ſylueſtris radicum libram vnam,nitri ſcrupulos duodecim,in pulueres cogis,heminam mellis adijcies,quibus permixtis vteris. Eadem in Græcis Hippiat. loco iam citato paulò aliter leguntur. Vt equis hirſutis pili naſcantur molliores,Hippiatrica 94. Si in tibijs vel alio loco exulcerati pili forte implicentur,pſilothra adhibentur,qualia deſcribit Camerarius in Hippocomico ſuo. Haud ſcio quali pilorum affectione vitiatos equos Germanicè lego vocari *ſtrauffhã ig*. De ſcabie & pruritu, vide infra inter morbos vnionis ſolutæ.Si pili marceſcunt vel corrumpuntur in extrema parte caudæ,remedia, Hippiatrica 55. De fluxu pilorum caudæ,Ruſius 161. De langio caudæ,qui morbus eſt inſtar cancri,Idem 162. De pilorum in cauda rigore,hyſtrichidem vocant,quòd ſetis ſuillis ſimiles pili enaſcantur,Hippiat.59. Cauda prolixa & denſa pilis præcipuum equi ornamentum eſt. Huius igitur incrementum ſtudioſè procurabitur:quod fiet,ſi crebrò humectetur frigida,vel etiam ſero liquidiore:hoc enim præſentem habere efficaciam quidam aſſerunt, Camerarius.

De purgatione alui.

De purgatione quæ per farraginem fit,ſupra docuimus in ciborum mẽtione. Abſyrtus capite 127. vel vt Ruellij tranſlatio habet 122.de infuſionibus deiectorijs περὶ καθαρτῶν ἐγχυματισμῶν, ita ſcribit: Catulum lactentem iugulatum deglubunt,viſceribus & extis exenteratum eluunt,dein ollæ mandant,vt aquæ tantiſper incoquatur, dum corpus oſſa relinquat:cuius iuris,adiecto melle,per triduum heminas binas quotidie ſatis eſt infudiſſe. Decocto ſuillæ itidem præſtant,aut candidi gallinacei iure:ea maioribus noſtris memoriæ tradita ſunt. Nos ijs vſi ſumus infuſionibus,tenuem tithymallum incoquentes in aqua, aut peucedanum, aut abſinthium, aut minus centaurium,aut ariſtolochiæ radicem eodem modo decoctam aut ſylueſtris cucumeris radicem ex nitro,vt prius ſcriptum eſt.aut colocynthidis Aegyptiæ ſemẽ cum pulpa cruda reſiccatum:ſit aquæ modus ſextarius, quotidie ſeptem dierum ſpatio per os infundatur.Optimum fuerit ſylueſtrem cucumerem ex nitro de fudiſſe, Hæc ille. Et capite 111.in tranſlatione Ruellij, Tuſam (inquit) in tenues particulas ſylueſtris cucumeris radicem inſolamus, dum flacceſcens inareſcat:rurſumq; vt in tenuiſſima leuigetur,contundimus,adiecto tunſi nitri pari modo: ſalisq; permiſcentes vorandam obijcimus.Porrò grauidis & ventrem ferentibus iumentis abſtinemus:lactarijs (γαλακτώδεσι) tamen interdum damus. Siquidem & ipſi qui matribus ſubrumantur equuli,hac ratione purgabũtur. Salem huius

gratia permiſcemus, vt animal hoc illectum condimento, deiectorium medicamen non aſpernetur. Me
cedet ſi ſalis furfurosa ſordes adijciatur, (κάπνου ἢ ἅλὸς μυγνὺς πίτυρα) ſic vt à decimoquinto rem auſpica-
quintoquoq; die, quod eſt ter in eo temporis ſpatio, ad calendas vſq; præbeamus. Quod ſi fuerit ita factum,
ſpora nec ſcabies inuadent, cæteræque valetudines arcebuntur. Audio gentiana etiam exhibita purgari e-
. Ville eſt equum (inquit Ruſius) ſemel in anno purgari, vt & firmior valetudo & ipſe viuacior ſit: quamob-
aliquos hic purgandi modos aperiam. Purgatur ergo equus farragine, vt Romæ & locis vicinis fieri ſolet.
untur enim equi herbis, quas farraginis nomine vocant diebus quindecim, quo tempore abunde purgantur:
de verò eodem pabulo etiam pinguescunt. Herbæ genus in Apulia trifolium vocant, (trifolium vulgare,
lorum pratenſem interpretor) quod ſemel ſatum triennio durat. Quotannis autem viridem & teneram her-
producit, quæ per totam æſtatem veſca manet. Huius paſtu non minus quàm farraginis purgantur ſimul &
tiores fiunt. Porrò in locis frigidioribus, quales ſunt Gallia, Germania, Anglia, & ſimiles, quoniam paſcua
diora, magisque viridia & tenera ſunt, equi pratenſibus herbis mirificè & purgantur & pinguescunt. In qui-
verò regionibus melones vel pepones abundant, hos fructus minutatim conciſos equis exhibent: purgant
mirabiliter, præcipuè per vrinam, & pinguiores deinde reddunt equos. Eſt & alia ratio, eaque melior huiuſ-
: Annona per dies quindecim præbetur, ita purgati habiliores mox fiunt. Huic etiam præferunt eam quæ
ſue racemis abunde exhibitis purgatio ſit: quæ vulſos etiam (morbum pulſuum) iuuat, & vnicè præ o-
us remedijs curat. Similis huic modus eſt, quod ad purgationem equorum, ficus aſſatim edendos obiecis-
nt & aliæ quædam purgandi rationes, quæ tamen corpus non augent, minusque turò adhibentur, vtpo-
gis medicinales: ex quibus vnum & alterum ſolum proponam, reliquos induſtriæ peritorum huius artis re-
o. Tineæ vel barbi piſcium interanea omnia, ſiue de vno, ſiue etiam ſi opus ſit de pluribus piſcibus minu-
tim ciſa cum optimo vino albo miſce, & per cornu in gulam equi infunde, purgabit mirum in modum. Ali-
ginem (ſecale intelligo: ſic enim ſiliginem accipiebant ſuperioris ſeculi homines indocti) in aqua fluuiali
oquunt: ſed præſtat non diu coqui, ita vt non rumpatur cortex, & minus faſtidiatur ab equo: deinde ſic-
equo annonæ loco in cibo præbent: mirabiliter purgat, & lumbricos etiam expellit. Hoc remedium vti-
dem eſt, modo equi admittant: ſæpe enim diebus aliquot aſpernantur & abſtinent. Curandum eſt autem
us qui herbis purgatur, contineatur ſub tecto, & operimento aliquo laneo tegatur, Hæc Ruſius. Canabis
umpta aluo lumentorum prodeſt, Plin. Qua ratione cyclo curentur animalia Veget. deſcribit 2. 6. his ver-
demineris autem omnes valetudines capitis, præcipuè veteres (&) periculoſos, cyclo oportere curari: Cui
bi erunt & ordo eſt adhibendus. Triduo ab hordeo abſtinebitur animal, temperabitur etiam mollibus
poſt diem tertiam de dextra ac ſiniſtra, prout ætas aut vires vel valetudo permiſerint, de matrice (ſic dicta
) ſanguis auferetur. Quo facto per triduum viridi caulículorum ac lactucarum ſuſtentabitur cibo. Pri-
o die à cibo cum ſuſtinebis & aqua: nono autem die offas caulium cum liquamine & oleo optimo tempe-
non minus viginti digeras, cui nihilominus lactucam dabis in cibo ter in die. Poſt potionem bibere ſem-
ipiat. Si verò venter vehementer ſolui incœperit, caulium offas dare deſiſtes: ſed dabis paleas & furfures.
equenti die penitus nihil manducet, ſed ſolam aquam percipiat ad bibendum, ac poſtero die inducatur in
balnei calidam & ſudet. Opus eſt autem diligentia vt reducatur celeriter de calore, ne intercluſo ſpi-
reat: tunc extergetur diligenter, vinóque & oleo largiter perfricatus, accipiet cum nitri puluere ſolia
i conſperſa, quantum commodum eſt. Poſtmodum cum radicibus cucumeris aſinini viridis minuta-
ciſis oleum optimum miſcebis, & in vaſe nouo ita decoques vt tertiam perdat: ex quo ſingulos hemi-
capita animalium per triduum dabis, vt potio ventrem reſoluat. Sed ſi vltra modum fluere cœperit,
alam & hordeum pari menſura friges, & de his ſingulas bilibres per dies ſingulos cum furfure & paleis da-
Quinque itaque diebus operam refectionis eius impendes, & leuiter exercebis, vt intelligas quantum vi-
ſporis ſanitasque profecerit. Poſt hæc eum pro arbitrio deſpumabis. Sequente die caput eius purgabis
a (vox corrupta videtur) vel radice Dianaria, quam Artemiſiam dicimus: ſi hæc non fuerint, ex liquami-
timo cum oleo miſto: cuius caput pedes q; connectes, cum bene purgatum agnoueris, ſoluito: butyrum ex
ſeo ſolutum infundes in nares, vt illo purgationis mitigetur aſperitas, ita vt ſingulæ cotylæ ſingulis nari-
fundantur. Si ſupradictæ potiones non ſoluerint ventrem, mellis, hellebori albi pondus vnius denarij
mina dulcis vini bene tritum in potione recipiat, vel certe ſcammoniæ pondus duorũ denariorum dili-
tritæ cum dulcis vini hemina ſimili ratione diffundes in fauces. Quòd ſi venter vltra modum diſſolutus di-
o importat, anagallicum ſucco ptiſanę ad reſtrictionem ipſius dabis, lenticulamq; & hordeũ frixum, ſingu-
bres cũ paleis & furfure præbebis in cibo. Ad vltimum, partes quę in cauſa ſunt, ſinapizabis diligenter, ſina-
caut êre ferreo, vel quod vtilius creditur cuprino cõbures, vſta curaturus ex more. Potionem quoq; ex an-
polychreſto per dies plurimos dabis, & exercebis leuiter, & ad cibaria ipſius aliquid per partes ſemper ad-
donec ad priſtinam conſuetudinem reuocetur. Inſanabiles valetudines cyclo affirmantur poſſe curi, id
ni corroborari: Caduci cyclo curati vrantur in capite: morbidi verò, dyſenterici, coriginoſi, ortopnoici,
oſi, cyclo curentur in renibus, Hucuſq; Veget.

De ſanguinis miſſione.

Phleborotomum hoc eſt ferreum inſtrumentum quo vena incidtur. Vegetius alicubi ſagittam vocat, Ger-
mpto (vt videtur) à Græcis vocabulo, *eum ſtedmen.* Φλέβα τέμνειν, Φλεβοτομεῖν, ἀφαιμάσσειν ἐκ τυφλοῦ μέρους,
ippiatros legimus: item ἐξαιματίζειν τὰς ἐκ τῶν μετωπίων φλέβας αἷμα ἀφαιρεῖν ἢ λαμβάνειν ἐκ τυφλοῦ μορίου,
λῦσαι, τὰς διδύμας φλέβας ἔππων λύσαι. Et apud latinos, venam incidere vel ſecare, ferire: apud Vegetium
ercutere, pulſare: ſanguinem detrahere, vel mittere, emittere, auferre, laxare, minuere, ſubtrahere, tol-
ere etiam Vegetius dixit & phleborotomare: Et alibi, Vena icta ſanguis acontizet. poſt decurſionem
ligabis venam. De venæ ſectione, & venarum à quibus ſanguis detrahi ſolet nominibus quædam docui
pite ſecundo. Pluribus membris ac morbis (inquit Veget.) generale remedium diligenter oportet expo-
d præcipuè in ſanguinis detractione conſiſtit, ſi rationabiliter pro tempore & viribus animalium, & pro
perfecti mulomedici adhibeatur induſtria. Qui ſi ignarus fuerit huius rationis, non ſolum per detractio-
guinis non curabit, verumetiã periculum iumentis frequentiſſimè generabit, cum vita virtusq; anima-
ſtat in ſanguine. Rurſus tempeſtiuè detractus ſanguis, corpori præſtare adſolet ſanitatem. Et rurſus 2. 40.

Conuenit de cernicis cũratione dicturo, obseruationem indicare phlebotomi, (phlebotomiæ:) quæ circa ea loca frequenter operatur. Detracturus sanguinem, animal à cibo abstinebis & potu, æquali loco constitues: tunc locum supra cernicem alius teneat & adstringat ad normam, vt vena facilius appareat. Deinde supra laqueum de sinistræ manus pollice venam deprimas, ne ludat, tum sagitte tangas. Duæ autem venæ à capite summo descendunt & conueniunt se sub maxillis vsque ad gulam, inde à geminis venis inferius quatuor digitis, ferramentum deprimis, ne in gulam mittas, & bifurcum tangas, & iumentum occidas. Statim sagittam duobus digitis tenebis, nec plus ferri imprimas, quàm extra digitos eminebat. Nihilominus etiam mediano digito manum tuam moderando suspende, vt sit leuior, ne vehementius imprimas quàm oportet: quia non plus debet quàm mucro descendere. Si parum aptè profluat sanguis, iumento fœnum dabis aut aliquid quod retinducet. Agitatione maxillarum plus sanguinis (de) vena profluet, Hæc Vegetius. Quæ de phlebotomia equorum in genere, scripserunt Absyrtus & Hierocles, & de venis quibusdam priuatim, leges in Hippiatricis Græcis capite nono: In iisdem capitis decimi inscriptiones hæ sunt, Vtrum optima equis sit venæ sectio. Quòd interiores femorum venas secare non conducat: & quod vena prope testiculos σφιγὼς dicta si secetur, mortem inferat: Et quæ venæ in pede ac circa coronam secandæ sint, quæ non: Quòd ex itinere defessis sanguinem detrahere non conueniat: Quòd post incisionem venæ non oporteat diu à potu arcere: Rursus quod equo ex itinere fesso non sit secanda vena, & quomodo tractandus sit. Castratorum sanguinem non detrahendum. Hippocrates de phlebotomia equitum in genere, tum circa cervicem & tempora: De inflammatione ex phlebotomia. Si vena secta immodice sanguinem fundat. Rursus ad inflammationes ex phlebotomo, & contra omnem inflammationem. Vt sanitas equi seruetur (inquit Petrus Crescentius & ex eo repetit Rufus) vena colli consueta quater est incidenda anno, scilicet vere, æstate, autumno & hyeme. Equus nunquam debet minui de frontis, seu de pectore, nec de costato seu de flanco, qui tales minutiones requirunt consuetudinem: nisi causa aliqua & necessitas postulet, Rufus. Ad morbos particulares in equis, asinis & mulis sanguinis detractione vtendum est, Hippocrates in Geoponicis. Pascegitur sub vere nouo farragine molli Corripedes, venamque feri, veteresq; labores Effluere aspecta nigri cum labe cruoris, Nemesianus. Equus vt præseruetur à diuersis affectibus, vt minimum ter anno sanguis ei mittendus est, authore Mauro, primò circa finem Aprilis, secundo circa principium Septembris, tertio circa medium Decembris. Mutari tamen hæc debent pro equorum qualitate & locorum in quibus degunt. His autem signis cognoscitur an equus venæ sectione indigeat, si rubeant oculi, si venæ plus solito turgeant, si curis & crines prurianț, si pili cadant, si in dorso equi tumores aliqui rubicundi appareant. si equus non bene concoquat. Hæc cum apparent, principijs obsta, & sanguinem mitte de vena organica equi quæ est in collo (die halsader) idque satis abunde si vires equi patiantur. Quòd si à phlebotomo vena inflatur, impone folia viridis albæ cocta, sic tumor demittetur, Hæc Rufus: Alia sanguinis abundantis signa lege apud eundem cap. 41. Pleriq; veris tempore (inquit Veget. l. 22. quotannis de cervice iumentis sanguinem demere, & sic in herbam mittere necessarium putant, ne veteri corruptoq; sanguis nouus admixtus natura calescens, debilitatẽ valetudini sue periculum faciat. Veteres autem prudentiores q; que authores absq; necessitate depleri animalia veruerunt: ne consuetudo minuendi, si tempore aliquo facta non fuerit, statim intra corpus morbum ac valetudinem generet. Rectius ergo est minoris ætatis animalibus & bene valentibus ex nulla parte corporis sanguinem detrahi absque (pro nisi) palato: de quo assiduè tam minoribus quàm maturis detrahendus est humor, vt caput, oculi, cerebrumq; releuentur. (Sic etiam lib. 1. cap. 56. De palatis, inquit, singulis mensibus minuente luna sanguis detrahetur: quo facto si qua est capitis passio releuatur, & ciborum fastidium tollitur.) Maturis vero animalibus non incommodum est pulsare venam cum mittuntur in pascua. Illa tamen in omnibus, qui deplendi sunt, conseruanda est consuetudo, vt pridie quàm vena pulsetur, substententur leuioribus & parcioribus cibis, vt per diastema compositio corpore sint, non turbato per indigestionem. In solo autem æquali statues iumentum, cervicemq; illius loro cinges, quo strictius super scapulas tangatur, vt vena possit ab aliquo clarius intueri. Tunc spongia cum aqua venam ipsam lauabis, & sæpe deterges, vt altius eminear. Pollicem quoque sinistræ manus interius deprimes, vt non ludat, sed tumidior atque inflatior vena reddatur. Consequenter iuxta præceptum artis, vel animalis ipsius positionem, sagittam dari calibis (forte chalybis, id est ex chalybe) exiges, cottibus bene acutam. Obseruabis quoq; ne altius imprimas manum, & gulam atque gargulionem rumpas, & arteriam præcidas. Hoc enim vitæ consuetis inferre periculum. Percussa vena fœnum vel farraginem ad edendum apponas animali, quatenus agitatione maxillarum per venam melius erumpat sanguinis impetus. Cum autem niger vel corruptus humor egeretur, vel cœperit manare purior, statim iumentum tolles à cibo, & imposita fistula venæ plagam astringes. In plaga verò pittacium imponas, vt diligentius claudat, licet quidam vrantur & creta. Deinde in tenebroso loco & calido statues iumentum, & farraginem (si tempus est) vel fœnum mollissimum dabis septem diebus ac noctibus. Aquam etiam offeres, vt si voluerit bibat. Pulsata etiam quocunque loco vena, omnem sanguinem diligenter excipies, & aceto oleoque permistum, vel alijs medicaminibus quæ ratio deposcit, animalis ipsius corpus perunges, præcipuéque illum locum, ex quo detractus est sanguis, & qui esse putetur in causa. Constat enim naturali quadam ratione atque beneficio (vt quidam aiunt) ipsum sanguinem, cum is perfusus est languentibus membris præstare medicinam, vitiumque siccare: Quam curationis solertiam non oportet omitti. Prætera interpositis diebus post phlebotomum animalia producuntur ad Solem, & sanguis detrahitur eis de palato. Despumantur etiam tertio gradu à dentibus caninis, (vide in Hippiatricis Græcis cap. 9.) quos oportet suspendi altius propter sanguinis fluxũ, ita vt eâ die mollissimis cibarijs vrantur & furfure. Sequentibus autem diebus non ex integro hordeum consequantur, sed à vilibus incipiant, & ad consuetudinem per singulorum dierũ augmenta perueniant. Consequenter tepido die ducantur ad mare vel fluuium, diligenterq; lauentur. Vino quoque & oleo in Sole perungendi sunt diligenter, & confricandi, vt corpora eorum calefacta aut repellat aut perferant perfricationis iniuriam. Quibus perfectis equi nobiles tunc demum ad labores cursusq; itineris reuocentur. Hæc Veget. Venæ autẽ diei hora secunda, verno autumnaliq; maximè tempore incidentur: sed & brumali atq; alio quolibet, modo non nimis calido neq; æstuante, Camerarius. Sanguis initio vel fine morbi potius quàm in medio mittendus, Veget. Quibusdam equis sua sponte venæ rumpuntur, & exudat humor superfluus, ijs incidi iliæ non debebunt: aliis sanis quoq;, sed nimium plenis: quod vel corpulentia, vel de arteritus cupiditate, rictuq; dentium & capitis iactatione animaduerti solet. His ergo sanguis detrahetur, vt veteribus placuit, de palato potissimum: sed de collo etiam minui nihil nocuerit, præsertim in consuetudine, vt sæpe accidit, Camerar.

Admissa

missarijs eo anno quo admissum faciunt vena laxanda non est, ne generationi intentum corpus cura geminæ
cessatis exhauriat, Veget. Sciendum est castrata animalia (idem legimus in Hippiat. cap. 10.) nunquam opor-
depleti causa herbæ, quæ iam partem virium cum testibus amiserint: & si depleta fuerint, vehementius ener-
tur, Idem l. 23. Et mox capite 24. Admissarios etiam equos phlebotomare non est opus: partem enim virium
anguinis in coitu natura digerit. Si tamẽ ab admissura cessauerint, nisi annis omnibus herbarum tempore de-
antur, incidunt in excitatem: quia id quod coitu digerere consueuerant, declinat in oculos. Absyrtus cap. 44.
hibet venæ sectionem cum sanguis per dorsum exit, ne introrsus reuocẽtur praui humores. In farciminosi mor-
rincipio vel fine secanda est vena, minimè autem in medio, Veget. Si sanguis nimium abundet in equo, de ve-
uæ est in medio collo, pro fortitudine & ætate equi sanguinẽ mittes, vsq; ad pondus trium vel quatuor libra-
Sin debilis est & pullus, ad pondus vnius & dimidiæ vel duarum librarum tantum. Quòd si negligatur venæ
io, scabies & vlcera forte cutim infestabunt, Rusius. In morbo, quem Albertus & recentiores nominãt frenes,
iosa missio sanguinis fit, hoc modo: Vena crassa (inquit Albert.) quæ est inter ambas coxas, & vena quæ sub
la est, per interuallũ quatuor digitorum à natibus incidatur, vt sanguis à natibus extrahatur: idq; cito facien-
est: nam differre euacuationem in hoc morbo periculosum est. Mittatur autem sanguis ad animi ferè deli-
m. Fit & in eo quem infundaturam vocant affectu, copiosa venæ sectio. In quibus passionibus & ex quibus
sanguis emitti debeat, Veget. l. 25. docet his verbis: Morbidis & quibus unq; totum corpus in causa est, sicut
ientibus, de matrice detrahendus est sanguis: Cephalalgicis autem, arpiosis (appiosis forte, vt 2. 10.) insanis,
acis, caducis, phreneticis, bistruticijs, sicardicijs, rabiosis quoquo modo præcipitur de auriculis sanguinem
ere. Veruntamen melius est si temporibus quæ in dextra ac sinistra sunt parte, detrahatur. id est sub cauatura
orum tribus digitis ab oculo interpositis inferius vena perquiritur, & ex vtraq; emittitur sanguis. Eis verò
as suffusio contingit oculorum, vel extera vitia quæ oculis nocent, inferiores venæ sub oculis positæ, quæ
ndunt sub angulis oculorum inferioribus, quatuor digitis inferius quàm oculi sunt, inciduntur. Quibus
em fastidium inhæret, vel arteriarum vel faucium tumor, vel prægrauatio capitis, de palato auferendus est
is. Quibus autem pulmo est in causa vel iecur, vel extera quæ his vicina sunt membris, de pectore minuen-
l, ex venis quæ positæ sunt in dextra ac sinistra, vbi brachiola coniunguntur, & flexura fit cum armus plica-
Quibus quidem armus est in causa, de brachiolis sanguis minuatur: quæ venæ positæ sunt interius, vbi centu-
i est musculi brachiolares sunt, sex digitis superius quàm genu, tribus vel duobus digitis inferius quam cen-
. Hæ venæ sagitta percutiantur. sed cautè modestéq; tangantur, propter debilitatem animalis: quia hæ come
sunt neruis. Quibus autem articuli in causa erunt, vel si articulus infertus vel intortus fuerit, vel aut aqua-
abuerit, vel quidquis simile in articulis contigerit, de subcirro sanguis subtrahi debet: quæ venæ positæ sunt
us quàm articuli tribus digitis sub coronam: quæ venæ cum summa cautela tangendæ sunt, quia articulorũ
nectæ sunt neruis. Crociaco vel si balim mouerit, de coronis rectis tollitur sanguis, Hæc Veget. l. 25. Quibus
iumentis vel suffusionis vitio, vel per voluntatem excruciata vngula fuerit, vel quibus remorata ba is lon-
poris claudiginem fecerit, his quomodo incidẽ la vena & reliqua cura adhibenda docet capite 26. Et mox
27. quibus in morbis & quomodo incidenda sit vena sub cauda, quatuor digitis ab ano, vbi pilos non ha-
media caudæ diuisu a, loco prius exso tabula aliqua non ponderosa, quousq; se vena demonstret: erigenda
em & resupinanda cauda ad lumbos. Equus podagricus curatur inter alia remedia si sanguinem tollas è pa-
multum, & rursus post septem dies ex posterioribus pedibus proximè talos, (ἐπιτραγαλίδας) à suffra-
Ruell.) illum quoq; non multum, & similiter ex anterioribus, Absyrt. Si, vbi antea diebus aliquot sponte ie-
nt, mox in furorem vertantur, sanguine detracto iuuantur, Arist. Ad fluxiones oculorum, &c. fecetur ve-
acie ἡ ἐπὶ τὸ μέγιστον κερούσης, Absyrtus capite 11. In palato audio duas aliquando venas feriri, vt sanguis per gu-
fluat. Commendant Hippiatri venæ sectionem ἐν τῇ ἄνω πλευρικῇ σχισμῇ, hoc est, è toris acetabulorum
dicis, vt Ruellius vertit. Venæ in equo interdum (inquit Albert.) scinduntur per transuersum, ita vt lignũ
ecatur: ex quo ne sanguis vel fluxus ad partes debiliores, vt oculos, pedes aut alias decumbat, incisio hunc in
m administranda est. Pellis equi, vbi incisio fieri debet, primum calida foueri, & à pilis radi, deinde manibus
cari debet, ita vt aperiatur (eleuetur) aliquantulum: & sic altior paulò circumiacente pelle findatur secun-
ngitudinem venæ quæ findenda est: tum vena à carne separetur & findatur: quod si crassa & plena fuerit,
atur ab ea sanguis quantum satis est: Mox eleuetur cum bacillo ex ligno molli ad spatium duorum digito-
sic filo molli vtrinq; ligetur. Facta præcisione capita venarum ex vtraq; parte aliquantulum adurantur: &
um quàm capita venarum extra vulnus dependeant, vt à vena quæ inter ligaturas est putrefacta leuiter ab-
ossint, tum fila tum partes abscissæ venę. Quòd si sanguis in aliqua parte, & præcipuè in pede collectus fue-
equam educatur, debet vena ex inferiore parte ligari, & non ex ea quæ ad cor dirigitur: & ita detrahendus
guis, Hæc Albert. Vide etiam Rusium cap. 45 de serratione seu laqueatione venarum. Venarum laqueatio
sio (inquit Rusius) omnino vitanda est: quia nunquam erunt equi tam validi & robusti quam ante fue-
ec aliter inde proficiunt quam quòd pulchriores apparent. Cauendum est etiam ne fecones (setones) aut
vnquam ponantur in pectore, nisi causa omnino necessaria postulet: nam grauis inde fit equus, & pectoris
tti obnoxius.

De cauterijs.

quere & decoquere, pro adurere: & cocturam pro adustione, apud veterinarios Vegetium & Rusium legi-
καυτήριον vel καυτήριον, instrumentum quo ignito vrunt: id è ferro fit, vel vtilius è cupro. Adhibetur equis cau-
etiam in curatione per cyclum, præcipuè ad veteres capitis valetudines, vt superius dixi vbi de purgatio-
lui sermo fuit.
urgia appellatur quodcunq; secatur ferro, vel cauterijs vritur: quę cum sit omnibus membris animalium,
sè tamen capitis necessaria est medicina, Veget. In animalium curis ac medicinis (inquit idem l. 28.) du-
medium authores esse voluerunt: minutionem sanguinis, per quam constricta laxantur: & vstionem cau-
r quod laxata firmantur. Sed cum phlebotomi ratio euidenter videatur exposita, cauterij quoq; licet no-
cura sit, aperienda videtur vtilitas. Nam adustio laxata constringit, inflata attenuat, humectata desiccat,
ata soluit, farcinomata (vox apparet corrupta) præcidit, veteres dolores emendat, alienatas corporis par-
ualibet causa ad statum suum reuocat: super naturam excrescentia, sublata & adusta crescere non patitur.

Nam cum candente ferro ruperis cutim, vitium omne concoquitur atq; maturatur, & beneficio ignis dissolutum, per fora mina quæ facta sunt effluit cum humore: atq; ita sanatur passio & tollitur dolor. Post quæ vlcaticibus clausis, constrictior & robustior redditur locus, ac prope insolubilis cutis. Sciendum verò cuprina cauteria plus effectus ad curandum habere quàm ferrea. Præterea si in capite morbus est, inuritur ceruix: si lubrensis est, lumbis ignis adhibetur. Interdum autem puncta infiguntur, interdum ad similitudinem lineæ candens deducitur ferrum, aliquando velut palmulæ fiunt. In hoc enim laudatur mulomedici ingenium, si ita animal cauterio curauerit, ne deformet. Pro locis autem in quibus est passio & pro pellis æstimatione, cauteria vehementius imprimuntur aut leuius. Memoria autem retinendum est, quassaturas (al às fracturas.) emota vel exteriora ut erecta de locis suis, vri penitus non debere: nam perpetua debilitas consequitur: sed melius est cum locis suis reposita fuerint, & ligaturis diligentius communita, atq; ita naturæ industriæq; beneficio corroborata, chalasticis vnctionibus & malagmis, postremum caustici eadem percurare ad spem perpetuæ sanitatis. Quod specialiter admonendum est, ne mulomedici festinantes, dum loco curare cupiunt, animalia debilitent aut deforment, cum phleboromis, potionibus, vnguentis, syringis, medicaminibusq; diuersis ante sit tentanda curatio: & si nihil profecerint, ad extremum ignis adhibetur, Hæc Veget. De cauterijs adhibendis in febri, opisthotono, nephritide, & ijs quæ paraprismata vocant iuxta poplites &c. & de cauteriorum vlcionibus sanandis, qui legere volet adeat Hippiatricorum caput 97. in quo etiam particulares aliquot compositiones medicaminum causticorum ex calce, chalcitide, &c. præscribuntur: & apud Vegetium libro 4. cap. 14. Si diuturnam equi sanitatem desideras (inquit Rufius) ita quòd gallæ superossa, spinellæ, ierdæ, spauani, curba & furinæ, nunquam ipsum infestent: & maiore fiducia cum fatigare ausis (affectus enim iam dictos equi præ nimio labore incurrunt) curabis, vt equus à perito eius artis homine decoquatur in locis vbi vitia ista oriri solent. Si equi coquantur cum sunt bimi vel trimi, vel antequam separentur de armentis statim cum iumentis per pascua liberè dimitti debent, non adhibitis alijs medicamentis: sic melius curabuntur, & pulchriores apparebunt cocturæ: ros enim ignem adustionem, & pruritum mirabiliter remouere, & cocturas curare potest. Sciendum est etiam quòd cauterium eodem in statu, in quo inuenerit equum conseruat: quamobrem si equus alicui ex prædictis vitijs obnoxius sit, non debet ignis remedium adhiberi quousq; dolor cessauerit Hæc Rufius. Cauteria felicius adhibentur vere vel æstate, Absyrt. item decrescente Luna potius quàm crescente, Rufius. Equum timidum & pigrum vre in flanco in modum rotæ, & fac cruces & punctos in eis: similiter & in renibus & quatuor pulsibus: & panicum edendum obijcito, & in loco calido diligenter custodito, Rufius. Medicamentum causticum ad neruorum dolores Vegetius describit capite vltimo. Cauteria consulunt hippiatri in diuersis morbis, comitiali, stropho dysenteria, orthopnœa, hydrope, abscessibus morbi farciminosi, malandrijs id est vulneribus cerucis, coriagine, & radio fracto. Cauterijs adhibetur tamentibus testiculis, si alia remedia & sanguinis missio non iuuant: sed curandũ ne testes attingãtur cauterio, Hierocles.

De morbis equorum & curandi ratione quædam in genere.

Nonnullos equorum morbos cognoscere difficile est, cum eadẽ sæpe signa diuersis in morbis appareant: Veluti gratia, non solum febriens capite in terram demisso anhelitum ducit frequentiorem, sed cum alij etiam dolores vrgent. Rursus opisthotonicorum notæ traduntur, quæ etiam proueniunt ijs animantibus, quæ longior infirmitatio aut diuturnus labor ad imbecillitatem perduxit. Ea nõ possunt insistere, sed commissis in vnum pedibus concidunt. Non ergo putabis ipse dolorem esse ventris, aut tormina: neq; ab ijs medendi rationem trahes, sed conueniens morbo remedium adhibebis. Multa igitur germanarum ægrotationum signa similitudine confunduntur: multa quoq; prorsus dissidentium indicia facile deprehendes, si diligentius animaduertas, Pelagonius. Aures etiam frigidæ indicant morbum. Signa diuersa equi virtutes aut vitia aut morbos noscendi Rufius per aphorismos præscribit cap. 7. vnde nos quædam recitauimus supra in 8. in electione equi. Equo fere qui homini morbi, præterq; vesicæ cõuersio, sicut omnibus in genere veterino, Plin. Homines vsu periti totidem fere morbis equis atq; etiam quem infestari, quot hominem referunt, Aristot. Tres acutissimi morbi equis & alijs quorum solidæ sunt vngulæ accidunt, vesica, conuersio intestinorum quæ ileos vocatur, & cardiacus: cæteri verò morbi additis aliquot differuntur. Solet tamen etiam crithiasis, & suffocatio, & ventris dolor illico perimere, nisi præsens remedium auxilietur, Hierocles cap. 33. Frenes morbum vocant recentiores, qui vel infra duas horas aliquando occidit. Sunt & paristhmia periculosa. Hernia equi ex calcitratu alterius ad inguen orta, tertio ferè die occidit. Strangulina intrà duodecim dies vel occidit, vel transit in moruellam. Malis nisi citò succurras in asthma transit. Asthma, vt aliqui putant, incurabile est Malis etiam quæ ficca appellatur & rupto pulmone fit, incurabilis est: articularis verò difficilis curatur: subtercutanea & humida facilius curantur. Morbi alij ascitij sunt, alij naturales quos fœtus in vtero experiri incipit Frequens opinio est (inquit Veget.) Barbaricis equis nulla adhibenda medicamina, quòd vsq; adeò naturæ beneficio ægroti conualescant, vt eis nocitura sit cura. Sed falsa erat ista persuasio. Nam quanto fortiora membra sunt, tanto diutius viuunt, si ex ære venientibus medela non desit. In equis & omnium iumentorum genere, indicia animi aures præferunt, festis marcidæ, micantes pauidis, subrectæ furentibus, resolutæ ægris, Plin. Continuò animal quod valetudo tentauerit (inquit Vegetius) tristius inuenitur: aut pigrius, nec consueto vtitur somno, nec solito se more transuoluit, nec requiem vt assumat accumbit: nec deputatum cibum assumit ex integro: & potum aut intemperantius accipit, aut omnino fastidit, stupentibus oculis, auribus flaccidis, erecto visu turpi pilo, exhaustis sunt ilia, fit spina rigidior, anhelitus crebrior aut grauior: incessus ipse, quo maximè notatur, segnis ac nutans. Cum huiusmodi signa in iumento vnum vel plura conspexeris, statim illud separabis à cæteris, vt contagionem non inferat proximis, & facilius in solo iam causa morbi possit agnosci. Si diligenter habitum, post vnam, secundam, vel tertiam diem ab illa mœstitia fuerit absolutum, nihilq; resederit in corpore ipsius quod putetur ambiguum, scito ex leuioribus causis illam venisse tristitiam: & animal consuetudini pristinæ esse reddendum. Nec explorandi omittatur intentio: nam frequentius inspici debet & cautius, quod semel cœpit esse suspectum, Hucusque Vegetius. Cadunt in morbis nonnullis equi vt caduco inde dicto, & coquem frenes vocant: & malide humida, & morbo acuto ex pabulo contracto quo laborantem equum nostri vocant *malum furore*, videtur autem crithialis esse: nam in hac quoque cadunt, & erigi recusant. In podagra etiam fere stare & ambulare nesciunt: si coguntur, claudicant: sæpe se proijciunt. vt indigesta ex hordeo animalia, quæ propter dolorem non coquunt cibum, Vegetius. Pedes posteriores attrahunt, in nephritide vel lum-

renali

sali morbo. Ἐλκόμενα ἐκ λεχόνων, leguntur apud Absyrtum cap. 62. Syrmaticum iumentum quod coxas poste-
ves subito trahit, Vegetius 3. 22. Sed signa & symptomata vnde ad certiorem morborum cognitionem venia-
accuratè & ordine tradere non institui, fat fuerit occasionem aliquam præstitisse alijs, qui hæc forte magis
derant. Venetæ factionis homines & Prasinæ, equorum subinde retrimenta olfactare consuesse legimus: vt
pernoscerent, quam facile cibos conficerent, bonam eorundem habitudinem sic deprehensuri, Cæl. Ple-
iumenta morbos concipiunt lassitudine & æstu, nonnunquam & frigore, & cum suo tempore vrinam non
rint vel si sudant & à concitatione confestim biberint: vel si cum diu steterint, subito ad cursum extimulata
. Frigus quantopere noceat equis, dictum est supra in Τρωκτῆρι.
rohibet Rusius ne ferro tangatur pars vlla equi, quæ alicui signo zodiaci respondeat, in quo tum temporis
a sit. Si equus doleat ex retentione vrinæ velicam inflantis, cum aliqua equa per stabulum liberè permitta-
abire, sicque necessario prouocabitur ad vrinam: Et nota quod hoc remedium ad omnes dolores vtile reperi-
quia voluntas coitus valde naturam corroborat & confortat, Crescentiensis. Suffumigantur equi in diuersis
bis, vt dysuria vel ischuria, tetano, malide, strangulina ex frigiditate capitis & morbo infestati apud Cresce-
qui accidit equis cum statim à calore refrigerantur. Sudoris remedium adhibetur non paucis: farciminosi
dorem vsq: ambulare coguntur: hydropici bene operti mediocriter exercentur ad sudorem. Multum equi-
r etiam tetanici, ni fallor: & qui ischuria laborant, & qui *rach* à nostris vocantur. Podagrici ambulando mi-
im exercentur loco sicco donec sudent: In Græcis Hippiatricis opertos ad sudorem vsque paulatim agitari
Inambulatio & lenis cursus conuenit equo ex vrinæ difficultate laboranti, Vegetius. Perfrigeratus equus
intestini peruersionem patitur, deambulatione & equitatione, λόγχαται iuuatur, Absyrtus. Orthopnoi-
equum temperabis exercitationibus vt sudet, Veget. Equus stropho, id est, torminibus ventris laborans,
lia remedia quæ ad aluum ciendam pertinent, ad cursum agitur, sed nec diuturnum nec citatum: deinde va-
ventre rursus ad sudorem vsque agitatur, Absyrtus. Hippiatri radice hibisci frequenter vtuntur, Tragus.
ine draconis fictitio ex bolo non Armenia, sorbis contusis, & caprino sanguine, alijsque diuersis rebus, ad
rum & iumentorum morbos vtuntur, Monachi in Mesuen. Sulphuris genus nigricans pharmacopolæ no-
rendunt, quod caballinum vocant, non aliam puto ob causam, quàm quod in equorum remedijs locum ha-
Aliqui non solum grauior anhelitus si sit, sed ad omnes viscerum & interaneorum morbos prodesse volunt,
is viui pulueres infusos cum passo: Qui etiam acrius reddunt hoc medicamentum liquefacto sulfure ad
& ita postea trito & admisto pabulo, pondere denariûm trium aut quatuor. Sed hoc vt egregiè curari omnia
rum latentia mala affirmant in successa, ita contrariam fortunam equo esse statim letalem aiunt. Quare, nisi
ditate vrgente, ab hoc scilicet abstinebimus, Camerarius. Hedera terrestris ad omnes morbos & languores
rum præsens remedium habetur, quæ non solum ab illis mandatur, sed etiam trita inseratur naribus vt ster-
tio prouocetur, Camerarius. Sunt qui radicem vulgo carlinam dictam equo in itinere alligari iuxta os iu-
in freno vel lupatis, & sic vires suas conseruaturum, & nullo subito morbo (*rach* vocant nostri) correptum
Serpentis caro & decoctio equo vulso datur, item scalmato vt vocant: & ad tussim ficcam ac lumbricos ven-
Plutarchus refert Achillem medicum equorum pabulis apium commiscuisse: nec ab re, quòd cum otiosis
r morem cõui pedes laborent, nullum apio melius remedium, quo in Iliade vsum Achillem inuenies, Ruel-
Consiliginis herbæ (de qua plura diximus alibi) radix, vel si ea desit, veratri nigri, multiplicem apud hippia-
um habet diapyron Græce vocant. In orthopnœa (inquit Pelagonius) si extera remedia non succedant,
latur equus inserta pectori radicula, quam veterinarij consiliginem vocant (Græce legimus Λαγώπους μίκρας,
Λαγώπους) aut nariũm vel auricularum radicibus (ἐγχρίεις) impacta: siquidem has in partes omnis vis morbi
mq; virus elicitur. Vtuntur etiam consiligine in hydrope, & contra omnes contagiosos morbos Sunt qui
tissimum aduersus oculorum albugines remedium putent, aurem subula trantluere factoq; foramini ve-
m inserere. Prodest quoque cutem sub malis perforare, impressoq, vulneri idem veratrum adigere, Absyr-
p. 11 vt vertit Ruellius in Græco additur, ἐπὶ δὲ τὴν ἕλκεσιν τὴν ἰδιωτικὴν καθαρτικὸν ἐπιτιθέναι. Stercus humanum im-
im linguæ equi, reuocauit & erexit iacentem iam humi: efficacius autem, si etiam naribus inseres. Iacobus
us ad morbos quadrupedum (in genere) ex Plinio commendat, capram solidam cum corio & ranam ru-
dissectas: Cytisum: Rutam per nares cum vino: Semina perfusa amurca olei: Sideritin, præcipuè ad anginam
pedum libro 26. Scrofulariam maiorem in Gallia appendunt collo equi farciminosi: Aiunt autem farci-
ctum idem esse in equo, quod in homine morbus Gallicus: & Hispanos Neapoli morbi huius authores
cum excisa equorum farcimina iniecissent puteis, Alanus.
uandum pecus, hoc est, quasi saliua potionandum, vt Petrus Ruellius exponit: & saliuatum (inquit idem)
isdam saluiatum, potionis est genus quo in iumentis maximè vtuntur veterinarij medici: Græcè πότιν, πό-
ρ. Ὑδρόμελι. Saluiarum vinum (inquit Hermolaus in Dioscoridem scribens cap. 904.) à saluia dici noui-
saliatum verò quo veterinarij vtuntur, potionis genus est. Potòn Græci vocant, ex hordeacea aut triticea
& sale, à quo fortasse saluiatum. Quidam in Columellam saluiatum aut salinatum legere malunt: ab eo sali-
verbum deducitur. Item in Plinium 27. 11. Pro salinati voce (inquit) codices antiqui & Columella habent,
: est autem vbi & saluiatum scribatur: omninoq; potionis genus est, quo veterinarij vtuntur: à saliua, vt pu-
um veteres pro succo accipere consueuerunt: nihil quis & saluiatum, aut salinatum quoque legi probet, à sale.
verò saluiatum non potionem, sed offam vel vt vulgus loquitur magdaleonem esse, quæ non bibatur nec in-
tur in os animalis, sed manibus inseratur demittaturq; in fauces, collatis authorum locis deprehendi. Opus
em arida tritaq; in farinam, vt eruum, hordeum, milium, lentem, aut herbam aliquam, liquore aliquo exci-
ete, aqua, vino, sapa, ouo, & in offam siue globum formari: sed authorum loca subijciam. Veterem tussim
duæ libræ hyssopi macerati sextarijs aquæ tribus id medicamentum teritur, & cum lentis minutè molitæ
is quatuor more saluiari datur: ac postea aqua hyssopi per cornu infunditur, Columella 6. 10. Vocat autem
hyssopi, in qua maceratus est hyssopus. Nam proximè antè, remedium ad recentem tussim his verbis ei de-
r, Lentes valuulis exemptæ, & minute molitæ miscẽtur aquæ calidæ sextarij duo, factuq; sorbitio per cor-
nditur. Hinc facile apparet sorbitiones, vt potiones quoq; (sorbitionem veluti crassiusculam potionem
cum farina aliqua decoctam, ita vt eremorem habeat) liquidiores esse & per cornu infundi, saluiata non
enero olere commisto torrido molitoque milio, & per vnam noctem lacte macerato saluiatus, Columel-
nim saluiare, saluiatum inserere, vel saluiati more faucibus immittere. Vitulis (pro alimonia) costum mo-

Digitized by Google

itumq; milium cum lacte miſcetur, ſaluiati more præbendum, Palladius: Noſtri huiuſmodi turiũdos ſagina-
bili anſeribus parant. Ad lumbricos vitulorum, lupini ſemicrudi conteruntur. & offæ ſaluiati more faucibus ingeruntur. Poteſt etiam cum arida ſico & eruo conteri herba ſantonica, & formata in offam, ſicut ſaluiatum demitti, Columella. Limeum herba appellatur à Gallis, qua ſagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum ceruarium vocãt: Ex hac in tres modios ſaluiati additur, quantũ in vna ſagitta addi ſolet, ita offa demittitur in boum faucibus in morbis, Plin. Recens tuſſis optimè ſaluiato farinæ hordeaceæ diſcutitur, Columella. ſiccum hoc medicamentum videtur, ſed Vegetius ouum crudum & heminam paſſi ad ſextarium farinæ hordeaceæ addi iubet. Eruum cum hordeo molitum ſaluiati more in fauces demittitur tuſſientium boum, Columella. Hoc etiam aridum videtur, ſed Græci remedium idem ferè cum hordeo madefacto fieri iubent. Errant igitur qui ſaluiatum potionem exponunt grammatici recentiores: & ij etiam, vt mihi videtur, qui à ſaluiæ ſucco deducunt: illinc quidem ſaluiatum ſcribi præcipuè probatur, quod vnà cũ ſaluia in pecoris fauces immiſſum deglutiatur. Errauit & Ioannes Ruellius in Hippiatricis Græcis propotiſma quod infunditur ſaluiatum reddens, cap. 128. in Græcis: Et, inox, Alia ſaluiandi ratio eſt &c. Græcè ſimpliciter ἁλίζειν legitur, & ſubauditur propotiſma. Vegetius 3. 60. offas & offulas appellat his verbis, Mel, butyrum, axungiam, ſalem & piculam cõmiſcebis, offas facies & in paſſo intinctas digeres. Et rurſus alio medicamento deſcripto, fœnogræco, apio, ruta, carieis tragacantho, anagallico & allio commixtis, ſubdit: Omnia conterantur, offulisq; ad nucis magnitudinem factis, ternæ, quinæ, ſeptenæ per triduum digerantur, (hoc eſt, primo die ternæ, altero quinæ, tertio ſeptenæ.) Faciunt autẽ vtraq; hæc remedia ad equos tuſſientes, vulſos, ruptos, Abſyrtus. in Hippiatricis 62 μαγδαλιὰς nominat. Equum (inquit) itinere aut curſu defeſſum reficies hoc modo Polentam vino odorato mixtam rediges in magdalias, & apprehenſa lingua inſeres. Et rurſus cap. 89. Si equus gallinaceum ſimum deuorárit, ſimum album gallinaceum cum denario adipis & duobus polentæ chœnicibus, vino permiſceos & magdalias effingens edendum dato. Hierocles ibidem mazas vocat. Sed ſatis de ſaluiato. Medicamentorum genera diuerſa deſcribuntur à Vegetio 4. 27. Potio æſtiua 1. 57. & 4. 27. Hyemalis 1. 58. & 4. 27. Autumno & vere 1. 59 omni tempore, 60. Potio diapente 1. 64. Aduerſum omnia genera morborum confectio 4. 11. Confectio fuſſimentorum ſalutaris 4. 12. Puluis quadrigarius. 4. 13. Eiuſdem apud Hippiatros Græcos capite penultimo diuerſis in locis variæ traduntur compoſitiones: Malagmata plurima & hippacopa quædam præſcribuntur in Hippiatricis Græcis capite vltimo. Sunt & apud Vegetium malagmata quædam libro 4. capitibus 17. 20. 21. & 23. Synchriſma apud Vegetium 4. 18. Anacollema & ſynchriſma 4. 22. Infuſionum, id eſt potionum quæ per os infunduntur, Græci enchymatiſmos vocant, variæ compoſitiones in Hippiatricis Græcis capite penultimo. Sed non eſt inſtitutum de compoſitionibus ſiue medicamentis ad equorum morbos ſecundum genera agere: alijs hanc curam relinquimus, quitum hæc tum alia ex Vegetio & Græcis Hippiatricis & aliarum linguarum diligentius & curioſius perſequantur, mihi ſumma capita digeſſiſſe ſat operoſum fuerit. Potiones medicamentoſæ equis per os infundi (digeri, vt Vegetius loquitur) ſolent, per vas ligneum, vt Columella meminit alicubi: per cornu, vt Vegetius & Græci quibus frequens eſt illud, Διὰ βαλανείου ἐγχεάτω τὸ φάρμακον, Hierocles. Per os dabis ad cornu, Vegetius. Filicula trita & aqua tepida miſta datur per cornu, Columella. Ἐγχυμάτιζειν διὰ τοῦ ῥινὸς, Hierocles: διὰ τοῦ στόματος. Abſyrtus. Διὰ ῥινὸς ἐγχυματιζέσθω ἀπὸ τοῦ ὠείλεος ὕδατος γάλακτι, καὶ διὰ τοῦ στόματος. Abſyrtus 62. Ἐγχυτὸν φάρμακον, in Hippiat. Et alibi, Ἐγχυματιζέσθω διὰ τοῦ στόματος διὰ ῥινῶν. Hierocles. Ex aqua mulſa diffundes ad cornu. Vegetius. Et alibi, Defundere in fauces, per os dare, per fauces digerere ad cornu. Sed alibi verbum digerere accipit pro eo quod eſt in os manu inſerere, vt 3. 60. Offulæ ad nucis magnitudinem factæ per triduum digerantur. Et, Offas in paſſo intinctas digeras. Inſeritur & manus vncta in anum, in diuerſis morbis, vt ſtropho vel torſionibus ventris, inflatione & alijs, vbi alius obſtructa eſt. Clyſter propriè dicitur inſtrumentum quo aluus colluitur: hoc adhibere Vegetius clyſteriare dixit. Quos autem clyſteriabis (inquit) caput animalis in valle ſtatues, & clunes ad altiora conuertes, vt quod per clyſterem diffundis ad interiora perueniat. Diutiſſimè autem poſt potionem in talibus locis animal retinetur, vt facilius necentur vel ejiciantur peſtes internæ. Ἀναγωγεὺς vel ἀναγώγιον vocatur inſtrumentum quoddam, cuius vſus eſt vt equis per nates commodius medicamenta infundantur. Camillus (vox barbara) inſtrumentum quo aliquid inflatur: vide ne cannula potius legendum. Cum lignea brocha humor qui intra cutem eſt moueatur, Ruſius. Σαρκοκολλητὴς in Hippiatricis cap. 128. inſtrumentum quo aliquid apprehenditur & extrahitur forpex. Roſnettam vocant barbari ferramentum, quo ſoleæ equi raduntur & ſcinduntur: de quo & alijs quibuſdam plura in Philologia dicentur in e. Aphoriſmos aliquot de ſignis & iudicijs circa morbos equorum, lege apud Petrum Creſcentienſem libro 9. cap. 57. & Ruſium cap. 7. Morbi naturales (inquit Ruſius) dicũtur. qui contingunt in vtero, quibus cum animal naſcitur. Fiunt autem vel augmento, vel diminutione, vel errore naturæ, vel ex parentibus hæreditarij. Rurſus morborum ex augmento, alij ſunt ex ſimplici abundantia, aut materia corrupta, &c. ex hac gignuntur ſcrophulæ, teſtudines, glandulæ & ſimilia. Ex diminutione, idq; vel partis alicuius priuatione omninò, vt ſi naſcatur ſine auriculis, vel cæcus, & cæt. vel prauitate, vt cum naris, vel oculus, vel teſticulus, alter altero minor eſt, aut coxa vna quàm altera breuior: eſt quando crus totum minuitur, qualem equum vulgo ſcalmatum (ſcalamatum) dicunt. Eſt quando natura errat in formatione fœtus, vt ſi naſcatur equus cruribus obliquis, vel vngulis interius aut poſterius, aut vtrobiq;: vel cum pars aliqua non ſuo ſita eſt loco. Parentum denique vitia & morbi ſæpe in fœturam deriuantur: hinc gerdæ & guttæ (zardæ & gallæ Petrus Creſcent.) oriũtur, &c. Naſcitur quandoq; equus vitioſus ita vt maxilla inferior ſuperiore longior ſit. Et aliquando naſcitur cum aliqua ſuperfluitate in pedibus vel alia corporis parte quæ murus vel callum vulgò (verbis vtor Petri Creſcent.) dicitur, qui murus ſine corio nit. Eſt quando errore naturæ naſcitur equus obliquis cruribus, vel cum zardis in garectis, & gallis in cruribus, &c. Plura de his vitijs eorumq; cura & emendatione, lege apud Creſcentienſem loco iam citato. Illud hoc in loco etiam ingenij & animi vitia ceu morbos quoſdam annotare, qualis eſt equus refragator vel refractarius & contumax quem noſtri vocant *ſtierig*. Itali reſtio & adombrato, cum ſæpius ita reſtitat & ſubſiſtit, vt nec verbis nec vi adigi ad pergendum in via vel opere poſſit. Frequenter pullus (inquit Ruſius) propter malam eruditionem & inſtitutionem dum domatur, vitioſus & reſtiuus fit, quod vitium non facile relinquit. Traditur autem (capite 160.) & alia quædam remedia. & optimum eſſe quòd caſtretur: caſtratos enim & manſuetos & non reſtiuos fieri, &c. Equo refractario radicem vrticæ inter carnem & cutem inſere qua parte calcaria adiguntur, Innominatus. Contrario laborant vitio quos Xenophon anagogos vocat, ita contumaces, vt vbi conſtiterint conſiſtere ſolent, Cælius. Equus mordax aut calcitro, vitioſus, nõ morboſus, Gell. 4. 2. Potio ad ſæuitiam mordentium,

um, in Hippiat. 128. Vt animalia feritatem exuant, Ibidem 129. Equinæ hinniant, Ibid. Καυλαμὸς &c., ἱλαστ-
ειν, Hesychius & Varinus.

De iis morbis qui toti corpori communes sunt, siue quod omnes partes simul occupent, vt febris, pestis, &c. siue quòd nulli parti sint proprij, sed vel quamuis partem, vel cutem duntaxat inuadere soleant.

ophon Apomnemoneumatum libro 3. atrophos equos intelligit imbecilles, quiq; consequi vix valeant, i Hippiatricis ἔνικρα ξυλάσιμον legimus, vocabulo à ligni siccitate facto, ac si aridum & sine succo dicas. Stri-
inquit Nonius, apud veteres morbus dicitur iumentorum qui corpora stringat, aut fame, aut alia vitij cau-
si stringosus. De equis strigosis & macie laborantibus, supra dixi in 2. inter vitia equi: hic plura adijciam,
præcipuè macie quæ sanitatis limites excessit & morbis annumerari debet. Plenitudo & obesitas quamuis
s non dicatur, equum tamen lædit, & medicationem requirit, Camerar. De equis emaciatis, Hippiat.
. De extenuatis & strigosis incertam ob causam, Ibidem capite 68. Si extenuatus sit equus, Geoponica 16. 3.
ynto. De equo qui cum abunde edat non proficit, Rus. 156. Ad cutis siccitatem & maciem, Pelagonius ca-
3. De macerata fruge quam strigosis equis Cappadoces exhibent, Hippiat. 129. Totius corporis macies se-
ctim illum morbum, quem malidem siccam appellant. Recentiores quidam scalamatum vel scalmatum
equum emaciati exhausti q; corporis, cuius etiam excrementa fœtent, & interiora omnia sicca sunt: siue
le, siue à sceleto potius corrupta voce. Hunc morbum Rusius scalmaturam vocat cap. 141. Equum cum ne
r, scalmari dicunt: quod eis accidit cum aliàs, tum quando per nimium calorem laborant. Vide Pet. Cre-
22. Vocatur & coxæ luxatio apud eundem cap. 32. scalamati: aliàs sculamati. Et forte Germani hinc suum
ré vocabulum *emschelm*, quod & cadauer bestiæ significat, & equum viuum quidem sed præ macie cada-
m: hinc etiam ad animi & morum in homine malignitatem transfertur, tantam præsertim quæ publicè
nereatur, & carnifici tradi, vt bestiarum corpora nimia macie aut morbo confecta excoriatori traduntur.
ta syntectica vel stomachica (inquit Vegetius 3. 55.) quotidie tenuãtur, & macie ossa eminent, multũ man-
ia esuriunt semper, quicquid inuenerint tentant fame cogente corrodere, dorum stercus emittunt, tra-
ngam ac miserabilem vitam, vt nec surgere valeant: propterea quòd stomachus eorum nimio rigore per-
, nec coquere potest, nec hepati aliquid propinare. De nimis pingui equo vt macrescat. Rusius 157. Si
ucerit infirmus & grauis, scinde corium intra (inter potius) crura priora, & annulum de vite alba insere
rium & pectus, ita quòd non cadat, & equita eum securè, Rusius. De febri equi, Hippiatr. 1. Geoponi-
, Vegetius 1. 29. Rusius 1. 66. Remedium ad febricitantem pecudem, Hippiat. 128. De febribus internis,
us 1. 31. Et per sequentia quinq; capita, Si autumno febricit, Si æstate, Si hyeme, Si ab indigestione vel ple-
Si denique; ex vulnere oris aut faucium febriat. In febribus incidendam esse venam in Hippiat. legimus
adhibenda cauteria capite 97. Verbenaca in vino febribus iumentorum prodest, Plinius. De lassitudi-
videtur febribus similis, Veget. 1. 30. Syncopati non sine febri sunt, Veget. Iumentum phragmaticum fe-
oculos introrsum reducit, terram pedibus tundit &c. Veget. 3. 30. In Hippiatricis capite 43. alius affe-
videtur, emphragma vocatur, id est obstructio, cum recto intestino obstructo via excrementis non patet.
n pestilentia'i, infra dicetur.

anq; iumenta (inquit Columella) morbos concipiunt lassitudine. Huic quies remedio est, ita vt in fauces
vel adeps vino mista infundatur. De coactionibus, id est nimia lassitudine, Idem 137. Quæ genera ægritu-
inde nascantur, Ibidem 38. De equis itinere aut cursu fatigatis, & qui membra ex lassitudine imbecilla ha-
[illegible], Hippiat 62. Sic affectum equum nostrates, ni fallor, vocant *nachgerittet*. Est quando
urrus aut quæuis onera trahendi labore morbum incidit periculosum equus, *verzucht sich, überzeugt, vach*
. Ὅταν δὲ ἐκ πόνου ἢ ἱδρῶτος [illegible] ἐπιγένηται ἀσθένεια, Suidas. Si æstuauerit animal & defe-
uetur, Vegetius 3. 40. Sudor prorumpens causa incerta, Hippiat. 106. De exæstuatione vel ca[illegible]sione à via,
. De syncopatis & conflictis, Veget. 1 53. Ad morbos imbecillitate, æstu & frigore contractos, Hippiatri-
i morbus frigore contractus sit (inquit Columella) fomenta adhibentur, caputq; & spina, tepenti adipe,
liniuntur. Infestatus dicitur equus, cum post calorem vel sudorem refrigeratur, & impeditur gressus
tus. Cresc. 9. 21. & Rusius 143. apud quem infustico legitur, voce (vt videtur) corrupta: corium in eo
enditur, vt digitis capi vel astringi non possit, nerui attrahuntur, & oculi quandoq; lachrymantur. Alius
morbus quem Vegetius 1. 55 sanguinis infestationem vocat, cuius hæc signa sunt, Oculi tumebunt, frigi-
corpus & ceruix, tristitia fastidiumq; iungetur, difficileq; curabitur. Malis, μαλὶς, vno quidem vocabu-
ntia appellatur, sed habet plurimas species, vt docet Vegetius 1. 2. & deinceps: quanquam ipse non mali-
ere fœminino vt debebat, sed malleum in masculino & duplici profert: vocat & morbum simpliciter
ia adiecta. Malleus itaq; secundum Vegetium vel morbus pestilens, iumentis ingruit octuplex: est enim
, siccus, articularis, subrenalis, farciminosus, subtercutaneus, elephantiasis, manis. Ego malidi omni cõ-
e video periculũ præsens, & quòd iumenta sic affecta stare aut incedere nequeant. Malis (inquit Theom-
Hippiatricis 2.) alia sicca est, quæ latet, alia humida, in qua sanies pituitosa per narem albicans effluit, vnde
men à colore impositum est, &c. De malide eiusq; differentijs & remedijs multa iam in Bouc ex Vege-
. Alienatus, morbus pestilens, sic dictus quoniam animalibus eripit sensus: vocatur etiam manis & ora-
busdam, Veget. 3. 23. Μανιᾶν est malide affici. De malide Hippiat. 1. 2. Cause & curæ generales malidis,
17. Sustimenta contra malidem, Veget. 1. 19. & 20. Malis humida alia recens & sine odore est alia inuete-
rata. De malide humida, Hippiat. 2. Morbi humidi signa, Veget. 1. 3. cura 1. 10. De malide sicca, Hippiat 2.
idi signa. Veget. 1. 4. cura, Ibidem 11. Morbi subtercutanei signa & cura, Ibidem cap. 5. & 12. Malis intet-
piat. 2. Morbi articularis signa & cura, Veget. 1. 5. & 12. Malis articularia, Hippiat. 2. Ad articulariõs dolo-
m 129. Malis siue pestilentia diuerso genere passionum emigrans, equinum genus contagione cõsumit,
. Equis interdum morbus pestilens vniuersis incidere solet, Aristoteles. De peste, Hippiatr. 4. Vergilius
ceis de peste equorum his versibus canit:

Labitur infœlix studiorum, atq; immemor herba
Victor equus, fontesq; auertitur: & pede terram
Crebra ferit: demissa aures incertus vterque
Sudor: & ille quidem morimus frigidus: at et
Pelle, & ad tactum tractanis dura rigescit.

Hæc ante exitium primis dant signa diebus.
Tum vero ardentes oculi: atq; attractus ab alto
Ilia singultu tendunt: it naribus ater
Profluit infecto latices infundere corno
Mox erat hoc ipsum exitio: furijsq; refecti
(Dij meliora pijs, errorem; hostibus illum)
Sin in processu coepit crudescere morbus:
Spiritus, interdum gemitu grauis, imaq; longo
Sanguis: & obscœnæ fauces premit aspera lingua,
Lenæos, ea visa salus morientibus vna.
Ardebant ipsi, suos, iam morte sub ægra
Discessos nudi lanabant dentibus artus.

Stichas cittrina efficax est aduersus pestem boum & equorum, & omnium animalium, quando trita cum potu datur animalibus, vt quidam experimentis clarus mihi retulit, Albertus. De febri equorum epidemia, Rusius 16. Est etiam illa pestifera labes, vt intra paucos dies equæ subita macie, & deinde morte corripiantur: quod euitari cidit quaternos sextarios gari singulis per nares iusundere vtile est, si minoris formæ sunt: nam si maioris, etiam congios. Ea res omnem pituitam per nares elicit, & pecudem expurgat. Vuulæ apud recentiores nominantur glandulæ quædam inter collum & corpus equi (legēdum viuulæ quę auctæ deglutitionem & respirationem impediunt. Aliqui morbillos vocant. Ex his laborantes equi, aures subinde concutiunt, sitiunt, lambunt quod apponitur, &c. Rusius 62. (Videtur autem tonsillas intelligere, non viuulas nostrorum.) Glandulæ sunt circa maxillas, &c. Petrus Cres. 9.17. Itali, vt audio, vulgo viuas appellāt: Germani *fyssel, fissel, feibel*, forte quoniam aliqui vermiculos esse putant: *vuybel* autem vulgo est vermiculus vel gurgulio qui exest legumina. Pleriq; tamen non vermiculos, sed grana esse asserunt milij ferè instar. Equus habens iunulas (lego viuulas) si iubitò vniuersus in sudorem soluitur, & membra ipsius singula contremiscunt, ac ipse cuntinuo scorditiones patitur, non videtur posse euadere, Rusius. Audio equis sic affectis venas sub lingua aliquando aperiri, vel post auriculas, vel in medio vtriusq; auris. Sunt apud nos equarij, qui equi aurem dextram deorsum ad maxillam iuxta collum extendunt, & circa postrema parte auriculæ cutis attingitur illam rescindunt, & vermiculos, vel grana, vel glandulas pestiferas eximunt. Similiter ni fallor extensa auricula retro ad locum inter iubam & maxillam, vbi mucro auriculæ desinit, venam pertundunt in equis quos à vento affectos nostrates vocant, *rüch vom vuind*. Aduersus viuulas aliqui virgas teneras è corylo naribus intrudunt ita vt sanguinem eliciant, deinde aquam salsam inspergunt. Alij in medijs naribus intrinsecus vtrinq; venas liuidas apparere aiunt, eas aperiendas esse vt sanguinem emittant, & digitis intra nares quàm penitissimè adactis pertractata cute sanguinem detrudendum esse: & si sanguis in os equi influat, permittendum vt lingat, ipsum vero equum non concedendum loco stare, sed subinde circunducendū. Vuulas quidam hodie, vt audio, medentur. profluuio menstrui muliebris per potionem infuso, atq; aiunt deinceps pertuò liberum fore equum ab eiusmodi peste. Strangulina vel strangulio apud recentiores est catarrhus & pituita narium ex refrigeratione, cum anhelitus difficultate, multo per nares humore effluente: qui nisi sponte fluat, sufflimentis aut errhinis prouocatur. Germani vocant *strenge* vel *strengel*: & equum sic affectum *strenghe*, forte à difficultate morbi. nam *streng* vocant omne difficile ferè quod Græci χαλεπὸν: (quare etiā in alijs partibus corporum morbos compositis cum hac voce nominibus nominant, vt *buchstreng, brustgestreng*) vel potius à strangulando, quod equi sic affecti naribus obstructis propter respirationem impeditam quasi strangulari videantur. Strangulio, inquit Rusius cap. 63. glandulæ sunt circa gulam equorum quæ videntur esse carnes, quas aliqui vocant branchos caballi, alij stranguilliones. Hæ branchant gulam & mandibulas, ita quod cum gurgulatione quadam spirant equi, & vix transglutiunt, &c. Sed hic forte alius morbus est quàm nostrorum strangulio, qui Rusij & Petri Crescen. cymorra videtur, cum & morbi descriptio & remedia conueniant. Cymorra (inquit Rusius. 71.) descendit à capite equi diu refrigerati, proueniens ex cursu rheumatis, quod per nares continuè aquæ instar emanat, & humores frigidos & quandoq; crassos educit. Accidit autem propter antiquam frigiditatem, & aliquando propter vermem dictū volatilem, vnde ferè omnis humiditas capitis per nares fluit. Et inter omnes morbos qui propter intemperiem qualitatum accidunt equis, nullus tam periculosus & suspectus est quàm passio rheumatica quæ ex frigiditate contingit, &c. Prosunt eis variæ suffumigationes, errhina, sternutamenta, &c. Apud eundem Rusium circa finem capitis 7. non cymorra sed enorra huius morbi nomen scribitur, Equus (inquit) anhelitum fortiter à sè proijciens a stranguria (lego stangulione) liberum habet caput. Petrus Cresc 9.24. cimonam vocat, quod magis probo, quasi χεῖμα & χειμῶνα, quod hyems & frigiditas huius morbi causa sit. Huius ex frigore contracti humoris per nares fluxus remedia leguntur etiam in Hippiat. Græcis cap. 129. Nostri equos sic laborantes vocant *streng, rutzig*, vel potius *rutzig* & *rotzig*: quanquam hoc ad simplicem pituitam siue coryzam & grauedinem magis pertinet. In strangulione verò propriè à nostris appellato, præter alia remedia audio cauterium (vt ita vocem) adhiberi, & caput ita ligari vt deorsum spectet, quo liberius effluant humores. Idem fortassis est morbus Anglicè dictus glanders, quem aiunt catarrhum esse per nares cum tussi. Ad fascinum, Vegetius 3.74. De incerto equorum morbo, Theomnestus in Geoponicis 16.12.

Crithiasis, κρίθιασις, id est hordeatio, vt Gaza apud Aristotelem transtulit, morbus est equorum. Non placet quod apud Hesychium & Varinum legitur, Κρίθια, κρίθινον, καὶ ἵππου ἀῤῥώστημα: Ego sic malim, Κρίθιασις ἵππου ἀῤῥώστημα. Vitium quoque equorum est quod hordeatio dicitur, cuius indicium, vt palatum molester; & ferentius spiret equus quàm ex consueto. nullum huius mali remedium est, nisi sponte naturæ emendetur, Aristoteles. Ἔστι νόσημα ἵππων κρίθιασις καὶ ὑπερώμωσις ὑπὸ πλησμονῆς, Pollux & Varinus. Sed ne quis decipiatur, ac vtrius morbi duo nomina crithiasin & hyperæmosin esse putet, apponam verba Xenophontis, qui de equili scribēs id claussum esse oportere, non solum ne furto pabulum equi diminuatur: sed etiam vt appareat si forte effundatur ab equo: quod vbi fuerit deprehensum, inquit, intelligi potest, vel curatione indigere τὸ σῶμα ὑπερωμῶν, (lego τὸ σῶμα ὑπερωμῶν) aut quiete defessa membra, vel surrepere crithiasin, aut alium quempiam morbum. Equus cum crithiasin patitur, κριθιᾷ vel κριθιάζειν dicitur. Si equus doleat ex superfluitate sanguinis vel humorum prauorum in venis, torquentur & mouentur ilia, & frequenter cadit in terram, & venæ plus solito tumescunt, Crescentiensis 9.18. Quum ex itinere aut cursu (inquit Hierocles in Hippiatr. 8. & Absyrtus similiter) adhuc anhelabundum pecus hordeum deuorarit, eruditate vexabitur, quæ subter tergus irrepens, per totum corpus euagatur: itaque conuellitur equus, vt nec pedibus insistere (στῆναι) nec articulos inflectere valeat. Magnā cum vi lotium egerit. Sudor femoribus & collis erumpit. Cibus inter suspiria datus, raptim cum halitu trahitur. Caducus recusat exurgere, sed decumbens pabulo vescitur. Deinde remedia subiungit, quæ alia sunt ab hordei, alia à tritici largiore cibatu affectis equis. Quòd si equus in itinere non dissimile vitium potu raptim hausto contraxerit,

ri arterie, eisdem cafibus cognoscitur implicari. (διαχεῖται τὸ αἷμα,) ijsdem remedijs curandus est: non tamen gularum iacturam faciet, multoq; celerius recreabitur. Deprehenditur autem vitium, si equus horrore conitur, & in palato cutis intumescit. Qui huiusce modi morbo supersit equus, sese nunquam ita recolliget, vt deps suum obire ministerium & solitos vsus præstare queat, Hæc Hierocles. Nostrates, vt conijcio, crithiasin nant *rätch vom fuoter*. & si ex intempestiuo aut liberaliore potu fiat, *rätch vom vnasser*, vbi minus periculi esse ajūt: si pituita à naribus destillet, vena colli incisa curant: Post Hieroclis verba aliæ hordeationis notæ ex innomino quodam authore scribuntur huiusmodi: In crithiasi oculi malè habent, os fœdis vlceribus (aphthas vocant) detur. Crenæ palati versusq; sublimes attolluntur, & feruorem quendam expirant: sanguine turgent venæ: que caligo succedens offunditur. Albertus Magnus Aristotelis crithiasin interpretatur forcin, & Germani- *schuf* vel *schule*. Ego in Hippiatricis quibusdam Germanicis *schuol* nominatum lego morbum, in quo palatum & gingiuæ præ nimio sanguine intumescant. Iubent autem vrere si magnus sit tumor: sin paruus, aperire ferro. Sed hunc morbum oris recentiores lampascum vocant, qui ab hordeatione diuersus est, deceptus auctor videtur Albertus quòd in crithiasi quoque simile symptoma accidat. Augustinus Niphus Suessanus hordeationem à rusticis vulsum dici interpretatur, quod itidem non probo: vulsi enim pulmonarij sunt. Si hordeo malo præ nimio lædatur animal, Vegetius 3.73. Equo hordeatione laboranti educo cubitoriq; que, qui nec progredi nec exurgere potest, Hippiatrica 129. Equus podagricus humi iacet non aliter quam qui hordeatione laborat, inquit. De dolore ex nimia ingestione hordei vel similis indigesti, Rusius 150. Scribit autem præter cætera symptomata etiam ventris torsiones ingruere. Plethora ex hordeo fit, si equi dum sudant hordeum comederint: vel cum hordeum nouum fuerit, quia vehementius calet: vel copiosius quàm oportet otiosa pascuntur. Sudant, dati sunt arti, ambulant incertum, Vegetius 3.44. Alibi etiam apud Vegetium indigesta ex hordeo animalia gumus Si equus (inquit Albertus lib. 22.) hordei vel alterius frumenti aut leguminis grana, nihil aut parum dentibus contrita deglutiat, idque nimium abunde, morbus fit vnde concoquere non potest, neque caput satis ingerere sed id valdeà se extendit, & siti affligitur: debet autem abstineri à potu, &c. hoc et am Hierocles, Nonnulli, inquit, præceperunt equum à potu abstinendum esse. Et mox, Sunt qui manu oleo inuncta fimum eximāt. Et Albertus loco iam citato, Sunt q ii manu (inquit) per intestinum equi immissa, grana attrahunt & viam apertunt, &c. Equi interdum (Camerarij verbis vtor) pestilente humorum corruptione laborant, vel cum agitantur ita vt in labore & fatigatione deficiantur viribus. imprimis si contra ventum incitentur: vel de æstu & sidere: quam non nunquam de frigore & diuturniore inedia: Nec non si post longiorem quietem repente fatigentur. Quæ nisi suo tempore vrinam ejecerint: potissimum autem, si vel in sudore, vel de vehemētiore agitatione aquentur. Sæpenumero etiam aquæ ipsæ vitiosæ, interdum & contagia quædam illos inficiunt. Hoc malum, quo equus fuerit generosior, eò citius eum extinguere solet, nisi celeriter succurratur. Vix autem vnquam pristina virentitas in talibus recuperatur. Fit etiam vt expulso veneno, vel naturæ robore, vel medicamentis ad extimas corporis partes, vngula delabatur de pe libus morbo correptorum. Contra hoc malum nota multa sunt remedia, quædam etiam obscœna, (vt excrementum hominis cum allio in vino dilutum infusumq;) Sed sanguinem mittere, si vires ferant, omnino optimum & præsentissimum. Veteres pulueres duos valde probarunt, quorum cochleare vnum laboranti equo infunderetur. Horum vnus teritur de radice gentianæ & aristolochiæ longæ, baccis lauri, myrrha, eboris scobe, his omnibus æquali pondere inter se mistis ac comminutis. Alter de pullo ciconiæ, pigmato quidem illo, sed nondum volucri. Hic indetur in ollam vinus, & hæc diligenter contecta, in furno tostus fiet, & puluisculi asseruabuntur in vitreo vasculo, vnde ad suprascriptum vsum promantur, Hæc Camerarius ex Vegerij libro 1. cap 17. Vegetius quidem inter cæteras huius mali (malleum ipse vocat) causas, illam quoque numerat, si hordeum sudantes acceperint, & si post cursum calidi biberint, &c. quas supra hordeationis quoque causas fecimus. vt dubitem an malleus potius Vegetij sit ille morbus à quo nos equum *räch* dicimus, nam totidem fere equos ex causis differentias capite iam citato Vegetius facit: an quam supra descripsimus crithiasis. Videtur & infundatura, vt Albertus vocat, non aliud quàm crithiasis: & equus infunditus, qui crithiasin patitur. Infunditus fit (inquit Petrus Crescentiensis 9.19.) ex nimio alimento vel sanguine per crura diffuso. Infundatura (inquit Albertus) accidit equo ingesta multa annona, quando nimis festinanter ducitur (forte manducat) & mox nimio potu repletur, antequam cibus satis sit concoctus. Item si à magno labore puram & bonam annonam admodum cibum valde esuriens & ventre vacuo, nec hausto potu, multa grana parum dentibus fracta vnà cum corticc vel palea transglutit: hinc aliquando infusio ad pedes descendit. Quòd si inter pellem & carnem fluxerit, pruritum cieat. Equus ita affectus incedit titubans, ac si super carbones ardentes ambularet: cum stat, pedibus tremit: nec extensis, sed quasi contractis membris stat: quin subinde iacere cupit, & propter grauitatem posteriora à terra erigere nequit, ac si freno anterius retrahatur, & super genua quasi cadit posteriora, Hæc Albert. Curādi rationem omitto. Equus à nostris *räch* dictus, rigida habet membra & conuulsa, & sanguine ei detracto calido perfricatur: hoc remedium in malleo etiam pestilente Vegetius adhibet. & alij in alijs morbis, vt cap. septimo dicam. Est quando hunc affectum in posterioribus tantum pedibus fieri dicunt nostrates equarij medici, *räch offt den hinderen*, quia ex nimio onere posterius impositio, vel aliam ob causam. hic forte Græcis fuerit ὀπισθοπληγία τοῦ ἵππου: & morbus ab Alberto frenes dictus, de quo leges infra in morbis renum & lumborum. Est & quidam affectus in cruribus vel pedibus puto, quem vocant *manchelräch*, abscessus, vt conijcio, circa vngulam. Sed hi duo particulares affectus sunt: cæteri vero. *räch gritten*, *räch vom vnasser*, *vom fuoter*, *vom vnund*. toti corpori communes. Sed hæc accuratius discutienda, & Germanica aliaque barbara nomina proprijs Latinis aut Græcis reddenda peritioribus rei equestris relinquo. Sunt qui flores, qui in agris frumento aut secali consitis proueniunt, quibus à cæruleo colore nomen, salutares in cibo affirment equis lassitudine ita affectis ob cursus vel saltus violenter extortos, vt malleum Vegetio dictum inciderint, *zu rach hartten* vel potius pestilente malleo captis, quibus etiam modicum de pelle mustelæ albæ minutatim concisæ, vel caudam eiusdem, in pabulo præbent. A venenatis affectis, vena inter oculos & aures aperitur: à pabulo vero, vbi venter inflatur (ego crithiasin appellarim) saponem intestino inserunt. Syderatitia iumenta dicuntur, cum venas vacuas perculerit frigus aut æstus, aut impleuerit cruditas, aut ieiunia bulimum fecerint. Redditur enim stupidum animal, & titubans ambulat, Vegetius 3.35. Hyperæmosin, id est sanguinis abundantiam à crithiasi differre supra ex Xenophonte docui. Sanguinis exuberantia spiritus lædit: hanc curarunt quondam pabuli mutatione & exercitijs: nunc sanguinis missione crebriore malum plenitudinis emendāt, Camerar. De dolore ex superfluo sanguine intra venas, vnde

vnde dolores & torsiones in corpore oriuntur, Rus.148. Crescent.9.18. De sanguine superabundante, Idem 43. De infestatione sanguinis, Veget.2.55.

De vnionis solutione, abscessibus & tumoribus.

De fluxu sanguinis è vulnere, & si sequatur hæmorrhagia, Rusius 43. & Albert. lib.22 de morbis equorum. De restringentibus fluxum sanguinis, Idem 44. Si percussa vena claudi non possit, Veget 3.14. Fluxui sanguinis iumentorum vtilis est fimus suis infusus in aceto, Plin. Si sanguis fluat per dorsum & secundum pilos, Hippiat.44. Sanguinis profluuio exhausti, Ibid.42. Ad ossa fracta, Hippiat.74. Rus.168. Ad caput fractum vel nudatũ aliquo casu, Veget.2.13. Ad omnia equi vulnera, Rus.169. Ad vulnera vel vlcera, Veget.2.62. Ad vlcera cerotum, Idem 4. 27. Aduersus vetusta & recentia vlcera, Hippiat.129. Chlora & tetrapharmacum ad omnia vulnera elimpidanda vel sine difficultate claudenda, Veget.4.27. & rursus aliud, &c. Vulnerarij mixtura, Hippiatr.129. Traumaticum, Veget 4 26. Traumatica medicamenta duo, Veget.4.19. Vulnerarium emplastrum, Hippiat.129. Aliud ad cruenta vulnera, Ibidem. Erigeron mixtura ad recenter vulneratos, Ibid. De vnguento ad reparandam carnem. Rus.177. Genus est millefolij quo rustici nostri ad boues & equos vulneratos vtuntur, Brassuola. Ad vlcera iumentorum & animalium, facit asphodeli radix cocta illita, Plin. Cinis excrementi menstrui cum camini puluere & cera, Idem. Pix humida, Serapio. Rubi foliorum puluis, Plin. Herba quam Germani consolidam auream vocant, *guldingunsel*. Aprili mense & initio Maij floribus cæruleis florentem in pratis, &c. equos vulneratos aut sellis compressos efficaciter iuuat, minutatim concisa & pabulo immixta. Si equus a bilio morsus sit, Hippiatr.72. Si quem alter equus calcitro icerit, Ibid. Si iumentum aut rotæ aut axis ictu fuerit elisum, Veget 3.21. Surculus hærentibus & clauis refigendis, Hippiat.129. Si truncus aut spina intret in aliquam partem corporis equi, Rusius 270. Si equus sagitta vulneratus sit, cancros duos cum adipe leporis contusos vulneri superilligato, & extrahetur sagitta, Innominatus. Præcipitati aut in foueam deuoluti, Hippiat.72. Emplastrum ad ruptos, Hippiat.129. De ijs quibus aliquid internè conuulsum est, Ibidem 66. Si quid intus conuulsum aut ruptum est Ibidem. De dorso læso à sella, Rusius 76. Si compresso equi dorso in itinere tamen pergendum est, pannum sellæ quo pili conuenientur aperies, & pilos exemptos diduces digitis vt molliores fiant, iterumq; claudes, ita ne vlla duritiei aut asperitas inde equum lædat, & simul medicamenta appones. Sunt qui tritum piper loco læso inspergant, & interim in itinere pergant. Est quãdo dorsum læsum inflatur & carnes putrefactas producit, ex compressione sellæ vel oneris Inflatio hæc inueterata putrescit, & putrilago iuxta ossa efficitur aliquando coagulatio praua carnis, vnde sanies aquosa assiduè destillat, & hic morbus dicitur læsio pulmonis vulgo, Crescent.9.28. Vocant autem pulmonem non viscus, sed genus abscessus à forma. De pulmone seu pulmoncello, Rusius 82. Pulmunculum in dorso animalis natum difficile est medicamentorum appositione siccari, Vegetius 2.61. Idem pulmunculi in pede meminit 2.56. Nostri vlcus ex attritione in dorso factum, rupturam vocant, *breuch vnder dem sattel*. Id aliqui hoc modo curant. Ollam nouam dimidia parte implent asinino fimo, & dimidia ouis formicarum: & sic vrunt: & vbi ollam oleo vnxerunt, cinerem inde inspergunt bis quotidie. De læsione dorsi, Rusius 75. De profunda plaga dorsi supra spatulas, Idem 78. De dorso & armis læsis, dolentibus, attritis, vlceratis, suppuratis, vulneratis, diuersis ob causas, Hippiatr.26. Vlceratio spinæ, Theomnestus in Geopon.16.15. De cura dorsi læsi, Veget.1.63. & 2.60. Pet.Crescent.9.30. Intertriginem vel attritionem dorsi, nostri vocant *frats*: Vide etiam infra quædam vbi de ea re dicetur: & rursus inferius de coriagine & cornu dorsi. De inflatione dorsi ratione sellæ, Rusius 77. De ventositate paruis in dorso equi, Crescent.9.30. Rus.87. Tumores circa armum inueterati excinduntur & curantur, vereliqua spinæ vlcera, quæ cyltes, id est vesicæ vocantur, Absyrtus 26. De spalacijs siue tumore & duritie in summitate armorum, Rus.84. Si nerui aut musculi scapulæ ex punctura calcaris, vel ex alia causa lædantur aut inflentur, Albert.lib.22. Si iuméto scapulæ fuerint dissolutæ, id est vlceratæ, Veget.2.44. Si equus inter cingula ex eo quod nimis cinctus diu pergit, lædatur: aut forte in vena lateris pungatur, & propter strictũram sanguis emanare non potest, vnde forsan inflatur, oportet post quinq; dies cum pus maturuit aperto corio pus extrahi, ita vt digitorum compressione noxius humor expellatur, Albert. Suppuratio melius ignea lamina quam frigido ferramento referatur, & expressa postea linamentis curatur, Columella.

Cephalicum ad omnia vulnera difficilia claudenda & supplenda, Veget.4.27. De fluxionibus vlcerum, & ijs quos aperdente percussit, Hippiat.111. Vulnus in cauis partib. Ibidem 71. Stypticum ad omnia vulnera humecta, & fungos exiccandos, Veget.4.27. Aristolochia & caua radix (sic vocant Germani herbam cuius radice rotunda & caua hactenus pro Aristolochia rotunda abusi sunt) vlceribus omnibus humidis & manantibus in humano & pecorum corporibus conueniunt: quamobrem equarij medici ad curanda equorum vulnera his herbis & radicibus carere non possunt, Hier. Trag. Vlcera equorum à nonnullis hunc in modum curantur: Sambuci folia in vino coquuntur cum pauco sale: eo vlcera abluuntur: mox succus foliorum sambuci instillatur: deinde gallinaceus fimus aridus & cribratus inspergitur: debet autem sambuci succus mane instillari, puluis è fimo vesperi inspergi, & sic vicissim pergendum est, Innominatus. Alij aluminis & chalcanthi partes æquales cum aqua coquunt in olla noua, & aquam inde vlceribus inspergunt. Suppuratione etiam equi infestantur. Aristoteles. De suppuratione, Hippiatr.26. Suppuratio, inquit Columella, melius ignea lamina, quam frigido ferramento referatur, & expressa postea linamentis curatur. Ad tumores malagma, Veget.4.27. Ad tumores siue ad duritiam quamlibet fomentum, Ibidem. Ad tumores duros & veteres malagma, Veget.4.25. Contra tumorem omnem, præsertim qui igneo feruore non flagret, Hippiat.129. Abscessus facti ex nimio motu, casu, vel ictu, Ibid 79. Ad varios tumores præsertim calidos in equis sedandos, anagallide aquatica vtuntur ad equos, & mirè prædicant Tragus & Fuchsius.

Ambusta vel ignem experta, Hippia.81. Lipara pro ambustis, Ibidem 129. De combustis à calce quauis parte corporis aut fimo, Ibidem 65. Hypersarcosin, id est carnem in vlceribus exuberantem, nostrates vocant *das wild fleysch* vel *geil fleysch*. Caro mortua in vulnere quomodo curetur, docet Albert.lib.22. in equo. Nostrates carnem putridam vocant, *das fulfleysch*. Si caro in vlcere vel exuberet vel putrescat, vitriolum tritum frequenter inspergas, & ablues vino, in quo decoctum sit vrticæ semen.

Ad vermes vlcerum, Veget.3.2. Scabies, Veget.3 71. Rusius 72. Theomnest. in Geoponicis 16.17. Hippiatr. cap.6 32. Si scabies latius prurit, Ibidem 69. In prurigine (inquit Albert. libro 22.) equus sedentibus mordendo scalpere desiderat, &c. Oritur autem primò iuxta carnẽ in collo paruis vlceribus, & per totum corium & corpus defluentibus pilis se diffundit, & nisi cito occurratur in scabiem vertitur, &c. curã omitto. De scabie & ejus cura

Albert.

ber. Ibidem. Sion ſcabiem equorum lenit, Plin. Equorum ſcabiem ranæ decoctæ in aqua extenuant, donec il-
li poſſit, aiuntq; ita curatos non repeti poſtea, Plin. & Auicenna. Ad ſcabiem & pruritum quadrupedum adhi-
betur, Haleces ſale infuſæ per noctem. Plin. Aquâ maris, Idem Amurca olei cocta cum lupinis & chamæleonte,
Plin & Auicenna & Serapio. Aſphaltus. Plin. Aſphodelus illita, & priuatim in equis, Idem. Butyrum cum reſina,
Idem. Chamæleontis ſuccus, Idem. Elleborus niger cum thure & cerato & pice, vel cum phyllio, Plin Helſotro-
pium vſtum cũ aceto illitum, Obſeur. Fel capræ cum cinere aluminis. Ficus ſiccæ & folia eius cocta cum radice al-
bi pereon nigri, Auicen. Fimus bouis vel bubali Plin. Glutinum taurinum in aceto liquefactum addita calce,
Idem. Citrum, id eſt cedria, Serapio ſecundũ Galenum & Dioſcor. & præcipuè oleũ eius. Oleum lentiſci, Plin. Pa-
nacæ piſcis iecur coctum in oleo efficaciſſimè curat, Idem. Pix, Plin. Pix liquida, Serapio ex Dioſcoride. Sal Cha-
maleon, Plin. Squinanthi oleum, Serapio ſecundũ Habyx, Auicen. Hallabbas. Hyſſopus cum oleo, Plin. Perſon-
æ ſiue arctij radicem tritam aliqui miſcent cũ lacte vaccino, & equorum ſcabiem illinunt Impetigines. & quie-
ſcit ſcabies occupat, aceto, & alumine defricantur. Nonnunquam, ſi hæc permanent, partib. ponderibus permi-
ſcitur, & ſciſſo alumine, cum aceto linuntur. Papulæ feruentiſſimo ſole vſq; eò ſtrigile raduntur, quoad eliciatur
ſanguis: tum ex æquo miſcentur radices agreſtis herbæ, ſulfur q;, & pix liquida cum alumine. Et eo medicamine
dicta vitia curantur, Colum. Et rurſus, Scabies (inquit) mortifera huic quadrupedi eſt, niſi celeriter ſuccurri-
tur: quæ ſi lenis eſt, inter initia candente ſub ſole vel cedria, vel oleo lentiſci linitur. vel vrticæ ſemine, & oleo de-
tur, vel vnguine ceti, vel quod in lancibus ſalitus thynnus remittit. Præcipue tamen huic noxæ ſalutaris eſt adeps
bouis vituli: ſed ſi iam inueterauerit, vehementioribus opus eſt remedijs, propter quod bitumen, & ſulfur, & ve-
ratrum pici liquidæ, axungiæq; veteri commiſta pari pondere incoquuntur, atq; ea compoſitione curantur, ita vt
prius ſcabies ferro eraſa, perluatur vrina. Sæpe etiam ſcalpello vſq; ad viuũ reſecare, & amputare ſcabiem profuit,
ita factis vlcerib. mederi liquida pice atq; oleo, quæ expurgant, & replent vulnera æquè: quæ cũ expleta ſunt,
exterius cicatricem & pilum ducant, maxime proderit fuligo ex aheno vlceri inſricata, Hæc Columella. Sunt
ad ſcabiem equi vnguentum parent veteri axungia, oleo laurino, helleboro albo & argento viuo permixtis, ita
vt libram axungiæ ſextam olei laurini partem, hellebori octauam addas: argenti viui verò quantum ſatis vi-
detur pro ſcabiei modo, non nimium tamen. Simile vnguentum deſcribit Ruſius 72. Malidem ſubtercula-
rem (Græci μάλωσιν ἰσχυρὰν vocant) ſcabies ſequitur, pranis humoribus ſub cute infuſis: mentio eius fit in
Hippiatr. & apud Veget lib. 1. cap. 5. & cap. 11. In Germanicis libris niſi mendum eſt, genus quoddam ſcabiei
equorum nominari inuenio *die vnilden neres*, quod reſina, axungia, & virellis ouorum mixtis & in ſole innunctis
ſanat. Impetiginem aliqui *retter* vocant (alij *Zitterwal*) qua forſitan voce corrupta *neres* ſcriptum eſt, vt impeti-
go ſana intelligatur. De ſcabie & pruritu colli & caudæ equi, Ruſius 72. Et de ſcabie in genere, quam rungiam
aut Gallica voce, ibidem. In collo equi (inquit) iuxta garreſe quædam ſcabies fit, &c. De laſione garraſi ſeu
garra, Idem 86. Cum garreſe (inquit) fuerit nimis inflatum & plenum putredine, vratur pluribus punctis fo-
ramen ferro idoneo ſcindatur, &c. De quibuſdam pulueribus ad ſanandum dorſum vel garreſum equi, Idem 88.
Garmalum noſtrates puto vocant *krettigkeit*, & equum ſic laborantem *krettig*, vel potius *krattig*, à rana rubeta,
quod locus affectus ſimiliter infletur. Idem aut ſimilis affectus eſt, vnde equum nuncupant *krantzgrindig*. De
pompholis (puſtulis) quæ naſcuntur in dorſo equi, Ruſius 87. ſunt autem, inquit, puſillæ excoriationes, &c. Pa-
pulæ erumpentes, Hippiatr. 69. Intertrigo bis in die ſubluitur aqua calida: Mox decoctæ trito cum adipe
curatur, dum ſaniei vis emanat. Columella. Albæ vitiligini citra ſcalpellum mederi, Hippiatr. 129. Contra
lampheam, ſerpiginem & impetiginem equorum, Ruſius 180. accidunt autem hæc vitia vt plurimum circa
oculos ſeu palpebras, & circa nares & os equi. De impetigine ſuperius etiam dixi ex Columella. De impetigi-
ne aurum, alijsque vitijs ſeorſim dicetur infra. De elephantia, Hippi. 3. Elephantiaſis ſigna, Vegetius 1. 9.
cap. 16. Numeratur autem ab eo inter ſpecies malidis. Lepræ curatio 118. De ſpallatijs, Ruſius 84. Sic au-
tem vocant barbari tumorem & duritiem carnis ſuper ſpatulas ſiue armos, quæ dorſi ſuperficiem ſuperat. Vege-
tius libro 2. cap. 30. entomata nominat tubera & tumores diuerſos, vt ſunt ſteatoma, meliceris, aneuryſma, atha-
roma, ganglion. Adijcit & curam omnibus vnam & communem. In malide articulari tubercula quædam na-
ſcuntur per totum corpus, Hippiat. 97. Dracunculus vermis eſt tineæ ſimilis, non in ventre, ſed in lacertis, fœ-
more, tubijſque, parte Aegypti ſuperiore copioſus: qui latera quoque paruulorum infeſtat, mouetúrque hic ſi-
bilo, Petrus Ruellius. Aduerſus dracunculum, Hippiatr. 129. hoc infeſtante, toto corpore puſtulæ erum-
punt, & animal clamitans obſtrepit. Farcimioſi morbi ſigna, Vegetius 1. 7. cura 1. 14. Cenſetur & hic inter ma-
lidis genera, & huiuſmodi argumento deprehenditur: In lateribus (inquit Veget.) & in coxis & in verendis quo-
rundam partibus, & præcipuè in iuncturis membrorum, vel in toto corpore collectiones inflantur: rurſumque hi-
dem ſedatis, aliæ renaſcuntur: cibum potumque ex more recipiunt, macreſcunt tamen: quia digeſtio eis ples
rumque non prouenit, hilares aſpectu, ſanisque ſimiles creduntur. Haud ſcio an huius generis ſint quæ in Hippiatri-
cis cap. 97. φλυκτίδια dicuntur, farcimina forte legendum: quæ tumores ſunt (inquit Abſyrtus) illis quos Græ-
ci phlegmonas vocant ſimiles, maiores que, ac ſuppurantur, & ſponte erumpunt, fiuntq; diffuſa malide articulari.
Farcina (inquit Albertus) naſcitur ex nimia carnis humectatione, & immoderata repletione: aliqui vermem vo-
cant, eò quod ſuperfluus humor in carne & cute foramina facit tanquam vermium, contingit autem ex ſan-
guinis fluxione extra venas: & interdum ex magna plaga, vel ictu & liuore ſi non curentur intra duos menſes. &
ex his fuerint cauſis, ac inter armos & in lateribus: interdum ex morſu alterius equi farinam patientis, &c. Hæc
Albertus. De verme dicto farſino, Ruſius 146. De verme dicto anticor, Idem 147. Fit autem cum paruus humor col-
lectus & putreſcit in caſula cordis, vnde pars ad pectus propellitur, &, ſi collum occupauerit, tumorem facit.
Ex hoc corrupta cordis ſubſtantia mortem ſequi neceſſe eſt: quamobrem anticor, id eſt, cordis ſuffocatio voca-
tur. Anticas (aliâs antiquor vel anticar, qui tres modi corrupti videntur, vt anticor tantum rectè ſcribatur, quod
ſignificat ante & circa cor & in pericardio ſit) glandulæ ſunt, vel tumor, inflatio, vel apoſtema circa cor, Petrus
Hiſp. 9. 15. De verme volatili, Ruſius 145. In hoc vlcera præcipuè in capite oboriuntur, humores è naribus flu-
unt. Vocatur autẽ volatilis, quoniam humores ſuperiora petunt: aliqui talpinum appellant, & tranſit aliquando
in morram ſupra dictam. De verme equi Ruſius 144. Is incipit in pectore, vel intra coxas iuxta teſticules: deinde
per ſuram deſcendens tumefacit ea, & crebris vlceribus perforat: aliqui guttam vocant. Vermem dicunt glandu-
las pectore vel coxis inflammatas. &c. Petrus Creſcent. 9. 14. Realgar fit ex ſulfure, calce viua, & auripig-
mento, & idiomate noſtro vocatur ſoricoria: occidit ſorices puluis eius, & omnia animalia: abolet fiſtulas & vermes

equorum,

equorum, & omnem malam carnem corrodit, Syluaticus. Ad eadem omnia valet aconitum: præcipuè autem aconiti genere ad vermes equorum apud nos vruntur, quod pallidum florem gerit radice ad rotis speciem incila. Hinc natus videtur error, vt res longè dissimiles, aconitum & realgar, propter virium similitudinem a recentioribus quibusdam confunderentur. Equus vermem passus nunquam ad pristinæ valetudinis roburaut pristinam alacritatem redibit. Vermem Germani vocant *den vurm* vel *burtzel* alij *purtzel*, à farcina vel farcimine fortan detorto nomine. Distinguunt autem loco tripliciter, vt alius nascatur in naso, alius inter genu & coxam, aliusue pudendis vel virga equi maris. Rursus vermes alios apertos esse legimus, vbi tubercula aliquot aperte foraminibus apparent, *anfunnerferde vurm*: alios verò tectos. Sed remedia quoque in libris quibusdam nostra lingua manuscriptis reperta adijciam. Cicutæ succus cum melle illinitur, quo gustato vermem illico mori aiunt. Radice petasis herbæ (quam nostri radicem pestilentiæ vocant) veterinarij quidam vruntur ad vermes equorum, aliaq; viria tum intra tum extra corpus. Tragus. Pecudi ex verme laboranti, præsertim equo, folia cardiorum edenda præbe: Aut commansam herbæ phu radicem superilliga: quod homini quoque prodest. Si vacca vel bos vermem patiatur, ouis rubetarum in palude aliqua vel alibi repertis locum affectum diligenter perfricabis: inde stercus humanum calidum impones, & linteo obligabis: & nigri solani superficiem edendam obijcies, radicem collo appendes: ne equam adeat animal cauebis, sanabitur. Sunt qui locum scindunt & extracto verme succo persicariæ herbæ, quam plerique hydropiper faciunt, abluunt: Alij herbam cum lapide superponunt, mox defodiunt, morbo ita paulatim decrescente, vt ipsi superstitiosissimè credant, quemadmodum herba defossa flaccescit ac putrescit. Alij radicem polygonati, carbones quernos, thus, hordeum non decorticatum & salem, omnia minutatim cõtusa concisaue miscent, & inde quantum manus capit pabulo equi inspergunt, idq; bis aut ter repetunt. Si equo vermis inter carnem & cutem nascatur, tumorem vrito, & medullam cerinam infundito. In libris Hippiatricis nostra lingua excusis, vermes vbius nati cauterio vruntur, deinde æruginem inspergitur, si inter coxam & genu fuerit: si in naso, æruginem cum oleo equino vsto: si in pudendis, æruginem, sulfur, & hyoscyamiflorem veteri axungia excepta illinuntur. De cancro, Pet. Crescent. 9. 46. De cancro cum alibi, tum in labijs, Albert. Cancer (inquit Rusius 171.) fit circa iuncturas crurium iuxta pedes aut inter iuncturas & pedes, videlicet in pastora, & quandoque alibi in corpore, &c. De carcinomate, Hippiatr. 76 De fistula ex cancro, Pet. Crescent. 47. De fistulis, Hippiat. 128. Rusius 172. fit autem (inquit) ex antiquo vulnere non curato, vel ex cancro, De fistula vbius corporis, Veget. 2. 27. Collyrium fistulare, quod fistulis immittitur vulnerum, quæ ab initio curata fuerint negligenter, Veget. 4. 16. Emplastrum contra omnia cacoëthe vlcera, phagedænas vlcerum diuturnas, & abscessus ano præsertim erumpentes, Hippiat. 129. Muri, caro in pelle superflua, Pet. Crescent. 11. De tuberculo in mori speciem, Hippiatr. 127. Malagma ad vlgines, Veget. 4. 24. hæc alibi puto vlcera glycea vocari. Anglotinans medicamen ad fauos Hippiatrica 129. De glandulis & scrophulis inter pellem & carnem, Petr. Crescent. 12. De glandulis, testudinibus & scrophulis, Rus. 139. Omnes hi tumores fiunt ex materia corrupta in vno loco se condensante inter corium & carnem. Pendigo ad scirrhos pertinere videtur. Si iumento scapulæ vlcerentur, diligenter inspice, ne quas inter neruos & commissuras pendigines faciat, Veget. 2. 44. Pendiginem circumcides ad viuum, Idem 2. 55. Glycium ad sordida & cancrosa vulnera, Veget. 4. 27. Malagma ad vlgines, Idem 4. 24. Linimentum ad phazalam (abscessum puto) morbum peculiarem equis mare rubrum ingredientibus. Emplastrum quod dolores sopit, & incandescentes inflammationes discutit, Hippiat. 129. item aliud. Ibid. Traumatica duo ad phlegmonas tollendas, Veget. 4. 27. Rhadunculus (forte carbunculus) est phlegmone occupans cutem & carnem vsq; ad profundum, cum sanguinolenti humores superabundant: sunt autem eius differentiæ propter diuersitate humorum, & cæt. Albert. Ad inflammationem omnem, & malagma ad spinæ vertebram. Theomnestus in Geoponicis 16. 16. De barbulis & carbunculis, Rusius 85. Barbula forte à carbunculo corruptum est nomen: fiunt autem ex superfluo sanguine, & aliquando miscentur etiam alij humores: cura eorum docetur in capite de læsione dorsi. Squillates dicti furunculi Hippiat. 80. Ficus est collectio rubicunda vel liuida prominens ex nimio intercutaneo sanguine, &c. Albertus. De ficu qui nascitur alibi quàm in pedis solea equi, Rusius 120. Ignis sacer vel pustula, Hippiatr. 25. Si equus aut bos ficosos tumores (*sycosis*) patiatur, cultro abscinde, & quinque solij succo sanguinem abluc, mox cretam tritam inspergo, Obscur. De herpeste, id est serpente vlcere, Hippiat. in hoc Ἀλφὸς Ἑλεφαντιακὸς album sub pelle incidendum, & astringentibus inde curandum est, &c. Turtæ (inquit Albert.) apostemata sunt in superficie carnis intra cutem exorta, in modum panis qui turta vocatur: fiunt ex abundantia sanguinis maximè, humorisque intercutanei putridi: & aliquando cum caro læditur ictu aliquo, &c. De curtis (lege turtis) equorum, Rusius 81. De equo super quem Luna splendet, Rusius 83. Videtur autem de apostemate vel vlcere intelligere, quod Lunæ radijs tactum putrescere vel corrumpi alibi etiam legere memini. Verrucæ vbius, Veget. 3. 17. Traumaticum ad verrucas tollendas, Idem 4. 27. Verrucas in equis quidam pilis ipsorum vinciunt, & testas concharum quæ in aqua dulci reperiuntur vstas tritasque inspergunt. Claui, Hippiatr. 26. Coriago, βυρσοτέμια, vitium est, cum pellis appressa tergo pertinaciter adhæret: hoc cum ambobus armis inhæsit synomiasin vocant, vide Vegetium 3. 14. & Hippiatrica 26. Cornu vocatur cum corium in carne dorsi, vel sola caro antea læsa, videtur sicut cornu indurata: quod ex nimio pondere sellæ vel alterius oneris accidit, ita vt rumpatur aliquando pellis dorsi, & vlcus aliquando etiam ad ossa pertineat. Fit etiam raduncu-lus interdum in cornu, &c. Albertus, & Petrus Cresc. 9. 27. Compressum in hoc malo (inquit Rusius 80.) corium cum carne conglutinatur: & cornu vocatur, quia instar cornu formam rotundam habet: vel à diffusione latitudinis quæ protenditur in acutum: vel à corio cum cute inuisceato, &c. De coriagine diximus etiam inter morbos bubuli pecoris. De dorso læso attritóque, superius etiam dictum est. De neruo inciso & eius cura, Rusius 173. Neruorum vulnera, Hippiatrica 84. Adictus & dolorem neruorum cataplasma, Hippiat. 129. Cæteros neruorum affectus, quære infra vbi de articulis & partibus extremis dicetur. Varices, Hippat. 77. Crurum ossa (inquit Xenophon in electione equi) sint spissa, sed spissitudo non erit venarum neq; carnium: nam hoc pacto cum per aspera agitur equus, impleri hæc sanguine necesse est, & existere varices (κρεμασθῆναι, lego κιρσοὺς) & crassescere cutem, & cutem abscedere.

Alexipharmaca & Theriaca.

Sæpe imprudens animal venenum in pascuis vel præsepibus vorat, contra quam noxam alexipharmaca remedia vbi ab authoribus petenda sint monstrabimus: sæpe etiam à venenosis animalibus ictu mortiue equitur, quibus

theriaca dicta medicamenta succurrunt. De brassica syluestri cum fœno depasta, Hippiatr.90. De aconi- De cicuta,92. De veratro & ægolethro in cibo sumptis superius dixi. Interit veneno sandarachæ & equus, duis iumentum siue veterinum:datur in aqua percolatum,Aristoteles. Est quando equus sordidos & ab- ni destinatos pannos vorat,contra quod malum in Germanicis libris remedium inuenio oua aceto calido ata donec testæ abscedant,&c. Si equus terram vorârit, pro remedio sauinam in pabulo dant minutatim m,Obscur. De equo qui comedit pennam, Rus.153. Contra fimum gallinæ deuoratum, Hippiatrica 89. 3.85.& 3.15. Stercus suillum iumentis propinatur contra venenosos morsus, Veget 3.77. Si arancum co- itequus, Veget.3.80. Bupreſtes bestiolæ (vulpestres,corrupte) araneæ similes, cum deuoratæ fuerint, ani- æfocant, Veget.3.15. vbi de causis impeditæ vrinæ loquitur. Si bupreſtin comederit in fœno, Idem.3 78. a bupreſtin.Hippiatrica 86. Qui remedia Germanicè scribunt, hoc malum vocât *käfern im magen*. De cru- ppiatrica 93. Contra hirudines haustas, Absyrt.in Geoponicis 16.18 Hippiat.88.

morsu canis rabidi, Hippiatrica 87. Veget 3.84. Hippiatrica in fine capitis 87. De aquæ metu, Vegetius 3. ris aranei morsus (inquit Aristoteles) equis alijsq; iumẽtis molestissimus est. pustulæ hoc excitantur: & pe- ior quem defixerit grauida:pustulæ enim rumpuntur,ex quo interitus sequitur: sed ũ non grauida est,non mit.De morsu muris aranei, Hippiatrica 87. Vegetius 3.77. vocat autem murem cæcum:& 3.82. vbi murem m vocat. Si iumenta momorderit (mus araneus,) mus recens cum sale imponitur, aut fel vespertilionis ex Plinius. Fit aliquando vt mustela iumentum morsu saucier. cuius dentes inficiunt animal, & moritur, nisi niatur. Remedio est si vulnus oleo perungatur, in quo mustela suffocata computruerit, expresso validiu- per linteolum. Fricatur & locus saucius arida pelle mustelæ, vt incalescat, & datur iumento antidotus the- Camerar. Quinetiam ea (inquit Aristoteles) quam alij chalcidam alij dyguidam vocant, suo morsu aut in- ,aut vehementem dolorem mouet: similis hæc paruis lacertis est. sed colore serpentis quam cæciliam no- t. De vulnere ex sagitta intoxicata, Rusius 178. Ad morsus serpentium, Hippiatrica 85. & 86. Rusius 179. upedibus à serpente læsis hæc prosunt, vt Aggregator obseruauit:Cancri in cibo sumpti, Plin. Daucus, idẽ. mposita capiti iumentorum defendit à serpentibus, Idem. Mustelæ catulus nudus recens cum sale appoſi- n. Ruta per nares cum vino, Idem. Vespertilionis fel cum aceto, Idem. Si vipera animal percusserit, Ve- 3.79. Hippiatrica 85.& 86. Aduersus colubros, Veget.3.77. Ad ictos à scorpione, Hippiatr. 86. à scorpio- alia reptili bestia læsos, Hippocrates in Geoponicis 16.19. Veget.3.77.& 3.83. Si animal mordeatur à pha- , Veget.3.77.& 3.81. Hippiatrica 85 & 86. Si pastinacam (staphylinon, insectum) deuorarint, cuius ma- o quæ verticilli bestiolæ est, irremediabile malum est, Aristoteles. De eodem insecto, Hippiatrica 119. De æ marinæ ictu, Hippiatr.87. Est in exemplis equos ab apibus occisos, Plin.11.18. Apes aliquando equum odo fortissimè inuasisse, sed etiam interemisse, Aristoteles affirmat, Aelian. Ne muscis infestentur veteri- ppiatrica 85 & ne vlcera ab ijs tacta vermibus scateant, Ibidem. Muscas quoq; vulnera infestantes, inquit ricia) summouebimus pice,& oleo vel vnguine mistis,& infusis,cætera erui farina rectè curantur. Sunt qui ibus illini iubent vnguen illud quo axes rotarum perunguntur: aut serum aquâmue caſei inspergi. Culices leudi, Hippiatr.85. Contra tabanos vel œstra, Ibidem. Contra cimices & pulices Ibidem. Contra pedicu- get.1.44. Hippiat 95. Contra ricinos, Ibidem. Quidam argentum viuum axungia vetere extinctum, fa- ecum inabi illinere iubent, camq, collo appendi. Alij aqua, in qua resina decocta sit, abluunt.

De particularibus morbis à capite ad pedes.

nes valetudines capitis, præcipuè veteres & periculosos, cyclo curare oportet, Veget. Cycli autem ratio- eo descripsi supra, vbi de equo purgando egi. Ad passiones capitis iumenti bryonia & vitis nigra prosunt, .vt citat Aggregator. Ad caput fractum vel nudatum aliquo casu, Vegetius 2.13. Si caput equi ex ictu mor- sanguet, raphani (seminis nimirum) & zedoariæ partes æquales tritas cum vino misce, & saucibus infunde: oties, donec sanies à capite fluxerit, Obscurus. Ad capitis dolorem, Vegetius 2.8. capitis & caluariæ, Hip- 104 Capitis dolorem, inquit Columella, indicant lachrymæ quæ profluunt: aures q; flaccidæ, & ceruix cum aggrauata & in terram summissa. Tum resciditur vena, quæ sub oculo est, & os calda fouetur, ciboq; ab- r primo die. In postero autem potio ieiuno tepidæ aquæ præbetur ac viride gramen, cum vetus fœnum, vel stramentum substernitur, crepusculoq; aqua iterum datur, parumque ordei cum viciæ libris duabus & se- perexigua portione cibi ad iusta perducatur. Appiosus, id est hemicranicus equus, vnde & mens hebetatur : Et quia vna pars prægrauatur, tanquam ad molam vadit in gyrum, Veget 2.2. Et rursum 2.10. Appio- mentum (inquit) præsepio incumbit, oculos tensos habet, micat auriculis, &c. Vide etiam paulo post in o. Sol canicularis ardentior animalia percutit in cerebro, vnde caput deiectum habent, Vegetius 3.36. Ad , id est capitis ardorem, Hippiatrica 129. Capitis valetudines, Vegetius 2.1. Cum ex æstu (inquit) vel fri- bilitata iunctæ membra, & in capite frixus sanguis vertitur in virus, tunc repletis venis cerebri membrana ditur, & somni salubritatem frequenter excludit: ex quo necessariò dolor capitis, mœstitia & imbecillitas Distentionis quoq; valetudo (Vegetius 2.9.) ad capitis præcipuè causam refertur. Obscuratur in ea visus, membrana distenditur, adest tremor & sudor totius corporis. Contingit autem diuersas ob causas, si su- berit, ex indigestione cibi, si non dormiat, si substrictus manserit. Capitis refrigeratio, vt cum equus ex ca- bulo subitò ad frigus perducitur: vnde equus aliquando tussit, & appetitum amittit, &c. Pet.Cres.9.25. De ate capitis equi, quæ tussim prouocat, oculos inflat, aliquando lachrymas euocat, Rusius 70. De viuulis, Cres.9.17. De strangu llione, Rusius 63. De strangulione & cymorrha, vt quidã scribunt, item de viuu- inter morbos communes docui: etsi potius ad capitis morbos referri debeant. Pro chimorra aut simili pud Petrum Cres.9 14. hæmoagra ineptè legitur. De strangulina etiam inter thoracis & pulmonis mor- nihil dicetur infra. Ad defluxiones vel destillationes à capite, Hippiatri.104. Pituitæ, id est fluxui hu- vel rheumati iumentorũ vel pecorum, vt Aggregator obseruauit, prodest cretani (id est crethmus) Pli- b.26. item hellebori nigri furculus per aurem traiectus,& postero die eadem hora exemptus, Idem lib.25. cui catarrhus per nares fluit (ῥεύζις) olei libram, in qua argenti viui quadrans decoctus sit, refrigeratam ab alore per nares infundes. sic enim vel intra octo dies, vel sex menses saltem conualescet: aut morietur, Ob- . De genere & qualitate mucorum qui per nares fluunt, Vegetius 2.36. Medicamentum ad saniem li-

quidam è naribus, Hippiatrica 129. Vegetius libro 1. maniam quoq; inter malidis species numerat. Dephrenitide Vegetius 2.3. Si, vbi antea diebus aliquot sponte ieiunarint, mox in furorem vertantur, sanguine detracto iuuantur, Aristoteles. Equis furentibus auriculæ sunt subrectæ, Plinius. De insania, Vegetius 2.12. Oculi, inquit, ardent sanguine & humore suffunduntur, auriculæ stant vel micant: indomitorum instar capi non possunt, capti parietibus se illidentes conantur effugere. De furore & rabie, Hippiat. 102. Insania, cum præsepia frangunt, ipse morsu lacerant, homines impetunt, auribus micant, &c. Vege. 3.43. Contra maniam seu furiam in equis, Rus. 158. De chirurgia adhibenda in equo furioso, propinato ei opiato pharmaco, &c. Idem 159. Rabies (inquit Vegetius) eadem omnia & maiora ostendit quam insania. De equo furioso vel leproso (lego rabioso) Rus. 154. Rabiosus, Vegetius 2.5. & 2.11. Cum appioso (inquit) accedit thoracis passio, statim fit rabiosus, supercalefacto tecore & sanguine, &c. Dolor est loci, adeò vt mordendo se comedat (præsepia aut illa mordicet:) vel alium impetat. Subito hinnit tanquam sanus. In parte capitis vbi vitium remansit post curationem, difficile se gyrabit, & parietibus se iunget, &c. Rabiosi equi (inquit Camerarius) fiunt variis de causis, vt ab æstu, à pabulo non idoneo, à cerebri inflammatione, à bilis in venas exudatione. Flagrant & rigent oculis, spumam ejiciunt. His venas statim incidere oportet, qui si castrentur, resipiscere subitò perhibentur. Nostri equos insanos lunaticos vocãt, & cerebrum cum luna eis minui aiunt. Circa Abderam & limitem qui Diomedis vocatur, equi pasti (nascentibus illic herbis) inflammantur rabie, circa Potnias verò asini, Plin. non exprimit autem quibus herbis. Equos efferari & rabie inflammari ferũt, bibentes ex Cossinito flumine Thraciæ, qui defluit in Bisonicum stagnum, vbi Diomedis Thracis, qui immanes equos habebat, quos Hercules expugnauit, regia olim fuit. Ex eodem morbo laborare dicunt equos bibentes de fonte Potniæ, qui non longe ab vrbe Thebis abest, Aelian. Equi dicũtur νυμφιᾶν, qui lymphatico morbo laborant: in quo ad tibiæ sonum quies cõtingit, fronte demissa quod vocatur κατανεύειν, Cælius. Quod autem lymphari dicitur, tale est, vt equus ad tibiæ sonum quiescat, & demittat frontem: cum verò conscenderis, citetur contentius donec retineas: demissus etiam semper tristisq; est. si rabie tenetur: cuius indicium, vt auriculas demittat ad iubam, rursusq; protendat, idq; vicissim facitet, Aristoteles. Rara quidem (inquit Columella) sed & hæc est equarum nota rabies, vt cum in aqua imaginem suam viderint, amore inani capiantur, & per hunc obsitæ pabuli, tabe cupidinis intereant. Eius vesaniæ signa sunt, cum per pascua veluti extimulatæ concursant, subinde vt circumspicientes requirere, ac desiderare aliquid videantur. Mentis error discutitur, si deducas ad aquam. Tum demum speculatæ deformitatem suam pristinæ imaginis abolent memoriam. Eadem hæc verba Ruellius in Hippiat. 15. tanquam Theomnesti repetit, cum in Græcis nihil tale hoc loco legatur, nulla Columellæ mentione facta. Hydrophoba, id est aquam timentia iumenta, ex qua passione in rabiem conuerti solent, Vegetius 3.31. Syderatio, Veget. 2.39. In hac (inquit) labia & maxillæ & nares etiam deprauantur in parte, ita vt vix cibaria dentibus inlidat, quæ etiam humoribus plena reperies: & bibiturus os ad nares demerget in aquam, quia infirma sunt labia quibus haustus attrahitur. De syderatione & comitiali morbo, Hippiatrica 109. De epilepsia, Vegetius 3.35. Si equus morbo incognito collabatur, filicis fœminæ radicis partem linguæ subijcito, mox alui ac vesicæ excrementum reddet & exurget, Hieronymus Tragus hoc ipsum se expertum scribens. Ad vertiginẽ, Hippiatrica 128. Paralyticum iumentum ambulat primum in latere ad similitudinem caneri, cervicem incurvat ac si fracta esset, rectos pedes non ponit (parietibus se illidit) cibum & potum non recusat, hordeum ipsius vdum semper apparet, Vegetius 3.41. Indicia resolutionis neruorum, Hippiat. 129. Ex impetigine inueterata iuxta oculum vermis fit qui ad cerebrum penetrat, vnde animal statim moritur, Incertus. Cerebrum commotum facit vt malè ambulent equi, frequenter offendant, & toto se corpore commoueant, &c. Veget. 2.7. Ad lethargicos, Hippiatrica 128. quod penultimum est caput de diuersis morbis. De lethargico equo, ibidem 101. in verbis Absyrti de thlasmate. Animal lethargicum semper iacet ac dormit, Vegetius 3.48. Lethargici, Hippiatr. 104. Ληθαργοι τ' ἴππων οἱ ἀνεπιμεῖς ἐνύπνοι, καὶ καθ' ὑπνον πνέοντες. Hesychius & Varinus. Ad somnum conciliandum, Hippiat. 128. Neruorum laxio, Absyrtus in Geopon. 16.7. Capiuntur equi (inquit Aristo.) etiam rigore neruorum: cuius indicium, venæ vt omnes neruiq; intendantur, & caput cervicesq; immobiliter rigeant, rectisq; cruribus gradiãtur. Roborosa passio (Vegetius 3.24.) dicitur, quæ animal rigidum facit ad similitudinem ligni. Totum corpus astringitur, extensæ sunt nares, & aures frigidæ, immobilis cervix, os constrictum, caput extensum, pedes constricti, vt nulla commissura flectatur, &c. Tetanus videtur hic affectus: & idem forte est quem Germani vocant, *erschrecken off allen vieren*, hoc est noxam per omnia crura: in quo allium cum aceto tundunt & crura bis aut ter illinunt: & donec incalescant inequitant, & calefactum operiũt. Spasmus, *der krampff, oder verkürtzung der adern*. Vide infra in affectibus cervicis & colli, & rursus in affectibus neruorum inferius. Tetanus, Hippiatr. 34. Tetanum vel rigorem neruorum, vulgò in Italia incordatum vocant. Tetanus vel robur, opisthotonus, emprosthotonus, Veget. 3.24. Opisthotonus, Hippiat. 34. Vegetius 3.47. Ad opisthotonicos vnguentum, Hippiat. 129. Spasmus in causa est vt subito concidant, articuli eorum extenduntur, toto corpore palpitant, aliquando etiam de ore spumam emittunt, &c. Vegetius 3.32. In opisthotono non debet incidi vena, Absyrtus cap. 9.

De morbis oculorum. Hippiat. 11. Rusius 52. Vegetius 2.22. Heterophthalmos equus, vide supra in a. sed hic affectus naturalis siue connatus est. Oculis iumentorum & quadrupedum (vt obseruauit Aggregator) prodest unagallis, Plinius lib. 25. Chamelæa Idem 24. Sal, si inspuatur oculis, Idem 31. Oculus lunaticus vitium est, quod interdum oculo album inducit interdum lympidat, vnde lunaticum veteres nominauêre. Vegetius 2.18. Nostri aiunt oculum (malim, maculam aut suffusionem oculi) cum Luna crescere & decrescere, & interdũ prorsus obcæcari. Aduersus hoc vitium aliqui lapillos in capitibus cancrorum repertos terunt, melle excipiunt & oculis illinunt (hoc aliqui etiam ad cicatrices & vngues adhibent.) Alij vitellum oui cum sale subigunt, & vltum inde puluerem oculis inspergunt, quod cicatrices etiam abolere aiunt. Pili in oculis, Vegetius 2.15. De sanguine qui apparet in oculis equorum, Rusius 57. Oculi cruore suffusi, Hippiatrica 11. Oculorum vulnera & ictus. Ibid. Ad oculum percussum, Vegetius 4.27. Rusius 59. Ad album vel glaucoma ex percussura natum, Vegetius 2.22. Ictus vulneris & inde carcinoma, Ibidem. Ad rupturas, & de tunicis seruandis, Vegetius 4.27. Nostrates vulnus oculi ab acuto aliquo ligno infixo vocant *den anpstal*, & venam statim ante oculos incidunt: Alij vero eam quæ mox sub vinculo nasi (vt vocant) reperitur, & caput humilius alligant, vt sanguis effluat. Exulcerati oculi. Hippiatr. 11. Vlceribus in oculis animalium medetur papaver, Auicenna. Papaveris cornuti folia & flores iumentorum (κληῶν) argema & nubeculas inuncta emendant, Dioscorides. Theophrastus folium eius argema in ouibus tollere scribit. Dolores oculorum, Hippiat. 11. Omnis dolor oculorũ inunctione succi plantaginis

cum melle Attico, vel ſ. id, non eſt, vtiq; thymino celeriter leuatur; Columella. Oculorum inflammatio-
rocidentiæ, defluxiones, Hippiatr. 12. De lachrymis oculorum, Ruſius 13. Contra ruborem & dolorem o-
rum, Ruſius 61. Lippitudo Hippiatrica 11. Abſyrt. in Geoponicis 16 5. De epiphoris oculorum, Vegetius 2.
Hippiatrica 11. Auticax eſt rheuma ad oculos, epiphora vel ophthalmia vitium impediens, Petrus Creſc. 9 26.
d eundem 9.15. auticax, aliâs antiquor, vocatur glandula quædam circa cor, &c. Si animal oculum impege-
t confricauerit, vel ex percuſſura læſerit, & album induxerit, etiamſi totus oculus præcluſus ſit, hac ratione
bis, &c. Vegetius 2.20. Ad confricationem oculorum, Ruſius 20. Fluxionem oculorum aliqui curant in-
o puluere, ex vitello oui vſto, & careo, hedera terreſtri ac ruta vſtis mixtisq; omnibus. De tumore calloſo o-
rum, Vegetius 2.22. Oculorum carcinomata, Hippiatrica 11. De caligine oculorum, Ruſius 54. De caligine
nno ſiue panniculo albo, qui pupillam oculi occupat, & viſum obumbrat, Ruſius 55. Oculi (inquit Came-
s) caligine & nebulis frequenter læduntur, claritatem reſtituere putãt medullam de cruribus caprinis exem-
recentibus & incoctis, cum trochiſcis roſcolis (cum rhodoſtagmate, vt habet Abſyrtus in Hippiat. cap. 11.
hæc tranſtulit Camerarius, & vt rhodoſtagma non rectè paſtillos roſeos vertit, ſic compoſitionem eorũ fru-
ſuo adfert de rhodoſtacto, vide Aeginetam 7.15. de roſeis paſtillis, 7.12.) & illinetur oculus caliginoſus (e-
el muli bis aut ter penna illinetur, & ſanabitur, Abſyrtus.) Quòd ſi etiam puſtulæ apparẽt, aut rubedo ocu-
, proderit idem medicamentum vel medulla cerui cum croco pondere denarij, ſic miſta vt liquiditas reti-
r. Ad caligines (σύλλας) remedio eſſe putantur ſputa ſalis in ore ieiuni liquefacti, aut puluiſculi de corio ve-
ſto in furno & cinefacto, Camerarius ex Hippiatricis. In quibus nos cap. 11. ſic legimus, Medulla ceruina
ta, ne quod oſſiculum remaneat, & in pila marmorea trita cum drachma croci triti miſcetur & reponitur in
igneo (vitreo, Ruellius) vel corneo ad vlcera oculorum. Oculos equi claros reddet hoc medicamentum:
nciam mellis puri, zinziberis drachmas duas admiſce, & ſtillatitij liquoris rutæ vnciam ſemis: hoc oculis in-
o & iumentis & homini prodeſt. Contra maculam equorum, Ruſius 58. Cicatrices oculorum, Hippiatri-
Vegetius 2.22. Cicatrices oculorum (inquit Columella) ieiuna ſaliua & ſale deſricatæ extenuantur: vel cum
ſale trita ſepiæ teſta: vel ſemine agreſtis paſtinacæ pinſito, & per linteum ſuper oculos expreſſo. Pterygia, id
gues oculorum, Hippiatr. 11. De vngula oculorum (*der nagel*) Ruſius 56. Eſt autem (inquit) cartilago, quæ
enter medium oculorum occupat. Collyria ad oculorum albugines, Hippiat. 12. Geoponica Græca 16.6.
bugines & veſtigia vlcerum in oculis animalium commendatur centaurium minus à Plinio lib. 25. cinis de
piæ lib 32 ſideritis libro 25. & flos papaueris campeſtris ab Auicenna. Cicatricem eſſe puto quod noſtri in
vocant *das fäl*, quaſi pellem dicas, niſi quis pannum potius barbaris dictum interpretetur: eam aliqui curãt
ouicum ſale ſubacto & vſto, vt & lunaticum oculum, ſicut ſupra dixi. Alij tum ad cicatricem tum vnguem
duodecim lapillos è capitibus cancrorum vrunt, & inflant in oculos equi, donec rubeſcant: deinde mel illi-
Hoc etiam ſupra ad oculum lunaticum retulimus, Alij vnum aut alterum ouum coquunt donec dureſcãt,
d album eſt ſuper ferro vrunt dum in cinerem vertitur, cui admiſcent piperis & zingiberis albi farinam cri-
creçam, hoc arido replent canalem pennæ & in oculum inflant. Alij ſimiliter inflant tritas concharum te-
æ in ſtagnis reperiuntur. Ad oculorum album vel glaucomata. Veget. 4.27 Album vel glaucoma ex hu-
vel percuſſura natum, Vegetius 2.22. Si animal oculum impegerit, aut confricauerit, vel ex percuſſura læ-
albũ induxerit, Vegetius 2.20. Oculus lunaticus vitium eſt quod interdum oculo album inducit, in-
n lympidat, Veget. 2.18. Collyria diuerſa, ad album in oculis, ad glaucoma, Vegetius 4.27. Suffuſio vel al-
quomodo per nares curentur, Veget. 2.21. Suffuſio oculorum, Vegetius 2.16. Hippiatrica 11. Paracenteſis
rnee oculi, & quæ ſit incurabilis, Veget. 2.17. Apud Græcos medicos non in cicatrice ſed ſuffuſione oculo-
paracenteſin adhiberi ſolitam legimus. Eſt ſuffuſio, Græcis hypochyſis, barbaris cataracta, Germanis *ein ſtarr*
m, vnde compoſitum *ſtarrblind*, id eſt ex ſuffuſione cæcus. Staphyloma oculi, Hippiatrica 11. Vege-
19.

extrahendis equo dentibus, qui dicuntur ſcalliones, Ruſius 40. Sunt autem (inquit) quatuor in maxilla
ori, extrahendi cum equus fuerit annorum trium & dimidij: duo ex eis ſcalliones, & duo plani vulgo nun-
tur. Plura de his dentibus ſcripſi ſupra in 8. Si gingiuæ vel dentes doluerint, Vegetius 2.32. Ad Parulides id
giuarum collectiones, Hippiatr. 129 Pullaria, tumor inter gingiuas & maxillas, tanta tenſura vt manduca-
poſſint: ſunt autem glandulæ quædam, Veget. 2.25. Os vlceratum, Hippiat. 60. Aphthæ oris, Ibidem 61.
putridum vel marcidum in ore, Hippiat. 28. De malo oris equi, vbi glandulæ in vtriſq; maxillis intrinſe-
neſactæ apparent, inſtar amygdalarum, Ruſius 64. Hoc malum Germanicus quidam liber exponit, *Ge-
en naiſs, oder ſo es nit ſchlunden mag.* Si tumores in ore ſint, quos noſtri gallas vocant, è venis ſub lingua ſan-
bonam partem extrahunt, & os perfricant vino vel aceto, cui ſal & arida fæx viniæqualiter inter ſe portione
tur: Alij gallas ferro curuo exciſas ita perfricant: quod ſi palatum tumeat. gallas ſecundum longitudinem
unt, & vulneribus diligenter affricant ſalem non tritum. Si equus ex vulnere oris aut faucium febriat, Ve-
t. 36. Ad fiſtulam in maxilla vel ore, Vegetius 2.26. Equorum communia mala ſunt, immundicies oris,
ctium aſperitas & inæqualitas, &c. Camerarius. De læſione linguæ, vbi multa vlcera fiunt. vt ex morſu
um, vel fren. vel malo pinzaneſe dicto, Ruſius 68. Malum (inquit Albertus) in lingua equi aliquando fit,
putrida eſca ſanguis putridus & phlegmaticus generatur linguam putrefaciens: vnde lingua excoriatur,
ſub ea nigreſcunt. Hoc malum aliquando ad pedes deſcendit, ita vt equus vix ſtare poſſit, &c. Lingua
ibulis conſuenda, &c. Veget. 2 31. Ad linguam interciſam, Hippiat. 129. Ad ligulam, Hippiatr. 129. Ad
olorem cataplaſmata, Hippiatr. 129. Si vena in palato inciſa claudi non poteſt, Vegetius 2.35. De palati-
ſus 65. Sunt autem ſulci quidam in palato equi, cani vel profundi, ex pabulo acuto & ariſtis pleno pun-
palatum, aut ex phlegmate orti. De lampaſco, Ruſius 66. Eſt autem lampaſcus in equis palati tumor, &
ex metathеſin literarum ſic nominatur voce à palato detorta. Anglicè etiam lampas vocatur, Germanicè
l ſtoul. in quo affectu quidam gingiuis ſupernè tumidis cauterium adhibent. Lampiſtus (inquit Albertus)
dantia ſanguinis in ſuperiori parte oris iuxta dentes eſt protenſa inflatio, ita vt ſulci qui inter dentes ſunt
nt, & equo eſca (fluratura & moruellata. Ruſius) de ore cadat, &c. Columella in bubus tumorem palati
Palati tumor accidit etiam morbo quem crithiaſin vocant, vnde Albertus apud Ariſtotelem deceptus nõ
ma tantum palati tumorem (ipſe mollitiem vocat) ſed eundem omnino morbum cum crithiaſi facit. De
ſub lingua, Ruſius 69. Barbulæ quædam (inquit Albertus) ſiunt in palato equi, ſiccæ, in modum co-

norum mamillarium alicuius bestiolæ, quæ cum crescendo longiores paruo grano fuerint, equum ab edendo impediunt. Germani, vt conijcio, *vásen* vel *vesen* nominant, quæ sint eminentiæ quædam sub lingua, similes granis frumenti quod *fäsen* appellant, & equum ita impediant vt ex cibo nihil proficiat: nisi foscellis potius, de quibus statim dicam, hoc nomen conueniat, quod magis placet. Ioan. Ruellius in Hippiatricis quodam loco vbi de ranis pedum parte mentio fit, ineptissimè vitiosa incrementa linguæ interpretatur, & Petrus Ruellius errorem eius secutus à Gallis vulgò les barbes nuncupari scribit. Foscellæ (vel floncellæ, Rusio 67.) inflationes (molles & paruæ, Rusius) intra os equi in labijs natæ versus extremos dentes, in medio nigricant: fiunt autem cum equi iugerum frigidas & asperas herbas, quæ super labijs & maxillis diu manent, & impediunt quo minus pabulum equi suo commodè loco mandi possit, vt in lampasco etiam contingit, &c. Albertus. Videtur autem hoc esse illud malum quod superius dixi a Germanis *vesen* appellari, quod aliqui definiunt tumorem esse sub labijs ad dentes laterales, & eadem Germanicè de eo scribunt, quæ de foscellis Albertus Latinè: vt *fesen* à foscellis detortum sit nomen: barbulæ verò supra dictæ Germanica lingua vocentur, *vnerzlin oder zapffen am rachen*. Glandulæ inter maxillas & fauces interiores nascuntur, & ad similitudinem pilularum maiores, aliæ verò minores connexæ ex carne obdurescunt, & tumorem sine doloribus faciunt, &c. Vegetius 2.24. Si ex plethora sanguinis fauces tument. Vege. 2.29. Tumor faucium & capitis interius adeò vt bibere aut manducare non possint, Vegetius 2.28. Tonsillæ, Hippiat. 18. & 20. Maxillæ interdum dolent & tument, interdum etiam lapides in eis concrescunt, Hippiatr. 18. Si equo maxillæ dolent, calido aceto fouendæ, & axungia vetere confricandæ sunt, eademq; medicina tumentibus adhibenda est, Columella. Maxillarum vlcera putrida, Hippiatr. 28. Os fractum iuxta collum, vel molares, vel alio oris loco, vt morsum equus claudere non possit, Vegetius 2.33. De sanguine per nares fluente, Hippiatr. 42. Vegetius 1 54 Nonnunquam etiam per nares profluuium sanguinis periculum attulit, idque repressum est infuso naribus viridi coriandri succo, Columella. De cuferino vel cuferio, id est cum post cursum sanguis de naribus fluit. Vegetius 2 37. De cartilagine narium corrupta & sanguine fluente, Vege. 2.34. Si narium septum rescissum est, Hippiat. 129 De polypo, Hippia. 21. In polypo narium præcluso spiritu strangulari videntur, stertunt, moci humidi profluunt, Veget. 2 38. Chanan est sonitus accidens in naso, quo fit sæpius illa vocabula: vel secundum alios est exitus vaporis fœtidi ex naribus, sicut accidit equis, Andreas Bellunensis. Ozænæ vitia pedum sunt Vegetio item Absyrto cap. 129. vt terrauerit Ruellius qui fœda narium vlcera illic interpretatur, Podagræ indicium, vt alter testium dexter palpitet, vel vt paulò citra nares cauum quiddam rugosumque gignatur, Aristoteles. Sternutatorium, Hippiatr. 129. Aurium dolores, Hippiat. 17. De auribus contusis, & collectione aurium vel suppuratione, Veget. 2. 14. De tumore iuxta aurem, Ibidem. Si aqua ingressa sit, Ibidem, & Hippiatr 17. Strumæ & parotides, id est duri tumores iuxta aurem, Hippiatr. 16. Vegetius 2.23. Vlcera auricularum, Hippiat. 17.

Si equo collum ita tumeat, vt deglutire non possit, bacillum anterius fissum & stupa inuolutum inserito in fauces equi, vt vlcera rumpantur, deinde tria oua cum aceto mixta infundes, Scriptor innominatus. Apud eundem morbus quidam nominatur *kälsucht*, id est gutturis morbus, cui hoc remedium adhibet: Album liquoris (inquit) de ouis viginti quatuor thuri misce bis (quod remedium vsurpatur etiam in lampasco dicto, quem *kalchsucht* interpretamur) & in collum defundes deinde collo circulum circumpones (quidam & alterum pectori addunt) & equitari facies donec bene sudauerit: alij aliter medentur, vt in libris Germanicis præscribitur. Cervicis tumor & attritus, Hippiat. 23. Stiua (inquit Albertus) in collo equi dicitur, cum collum sine dolore huc illuc flecti non potest, nec equus escam nisi per interualla capere potest, accipit autem à terra raptim & festinanter: & quia est extensio neruorum colli & repletio. Curatur subulis candentibus transfixis, &c. De scima (stiua ego) seu lucerdo, Rusius 73. fit (inquit) ex nimio onere scapularum, & desiccatione nimia neruorum colli, &c. Nostrates hoc vitium in quo tendines cervicis rigent, vocant *hallsarrig*. De spasmo & tetano supra dixi in morbis capitis. Est & aliud colli vitium, quod vulgo vocamus *den speckhalß*, & equum ita affectum *speckhälßig*: quem in Germanicis libris reperio similiter curari, vt scabiem colli, de qua supra diximus. Audio tumorem esse mollem laxumque, qui in causa sit vt collum & iuba in alterum latus inclinentur: & aliquando excindi. Collum equi inflatur in quo Rusius si intra quartum diem post extractionem sanguinis, plagam super lignum & lapidem fortiter, aut alius equus illam corroserit, aut si cito post restrictionem plagæ duram escam comederit, &c. Si tumentum cervicem vel vertebras eiecerit aut luxauerit, Vegetius 2.41 Hippiatr. 26. Peruersio cervicis, Hippiatr. 24. Cervix destillationem patiens tumidior videbitur, fœtorem habebit canceraticum, cum humore nigro & liquido, diligenter scrutaberis foramina eius, &c. Vegetius 2.43. Si iuxta collum ex punctura spatulæ aut lateris inflatus fuerit equus, &c. Albertus. Malandria, id est vulnera cervicis, Vegetius 2.42. Strumæ rumpendæ, Hippiatr. 20. Strumæ vel parotides vel scrophulæ, iumentorum guttur & fauces infestantes. Vegetius 2. 23. Strumæ & parotides, Hippiatr. 16.

Arteria vlcerata aut rupta, Hippiatr. 63. Ad scabritiem gutturis, Hippiatr. 129. Cynanche, id est angina, Hippiatr. 19. Ad pectoris vulnus ferro vel aliter factum, Hippiatr. 47. Pectoris aggrauatio, Petrus Crescentius. De grauedine pectoris quæ fit ex plethora ferè, & impedit gressum equi, Rusius 91. Equi aperti ante pedes anteriores pastorentur, & pectus vino calido lauetur, Rusius 92. Si animal lædatur cum accipit potionem, vt si in arteriam pulmonis resilierit, Vegetius 3.75. De vitijs pulmonis, Hierocles in Geopon. 16 10. In dolore pulmonis dicetur equus, tussit, excreat purulentum, &c. Vegetius. De eodem Hippiatr 5. Pulmonis vitio contingit vt equi propter tussim difficilem ossa deuorasse putentur: hic morbus cum nouus est, equus inde peumorrox vocatur, a pulmone rupto (de quo Hippiatr. 6.) & facile curatur inueteratus iam pure collecto in pulmonibus pneumonia dicitur, & equi pneumonici, hoc est pulmonarij vel vulsi, & ægrè curatur, Hippiatr. Pulmonis exulceratio, Hippiatr. 27. Pulmonarij & vulsi, Hippiatr 7. Ad tussim equorum, Hier. in Geopon. 16. 11. Hippiatr. 22. Vegetius 3. 61. & 69. Tussis ex humoris acerbitate, Vegetius 3. 67. Ad tussim siccam, Idem 3. 68. Rutius 165. Ad tussim si quid faucibus inhæserit, Vegetius 3. 62. Ex faucibus, Idem 3 66. Exasperato gutture. Ibidem. Si ex vulneribus faucium tussis vrgebit, Vegetius 3. 70. Si ab internis tussierit, Ibidem. Ad tussim ex perfrictione, Vegetius 3. 63. In hac caput deorsum mittunt tussiendo vsque ad terram, bibentibus aqua per nares currit. Est & tussis & coelibus, cum coles iniuriæ pleni sunt. tumentque, dum bibunt sic affecti continuò ruminant, Vegetius 3. 64. [illegible] denique (inquit idem 3. 65.) ab interioribus, grauior & penè insanabilis: hæc nares iumenti præcludit vt spiritum reddere non possit. Si illa spissis pulsibus ducit, signum est prouenire à iecore vel pulmone, vel præcordijs: [illegible]

letitia

tis pulſibus ilia duxerit & ventrem, indicat tuſſim de his locis, in quibus inteſtina ligantur, quorum tenſione & ruptura compelluntur tuſſire. Nam ſi curſu nimio vel latiore ſaltu conuexata ilia fuerint, hæc naſcitur cauſa. Ex nimio quoq; æſtu vel intolerabili frigore interiora vitiantur & faciunt tuſſicos. Vnde vulſi appellantur, Hæc Vegetius. Ad tuſſim & vulſos, Vege. 3.69. & 70. & 4.9. Capitis refrigeratio interdum facit vt equus tuſſiat, Petrus Cref. Recens tuſſis celeriter ſanatur, pinſita lente, & à valuulis ſeparata, minuteq; molita. Quæ cum ita facta ſunt, Hierarius aquæ calidæ in eandem menſuram lentis miſcetur, & faucibus infunditur, ſimiliſq; medicina triduo adhibetur, ac viridibus herbis, cacuminibusq; arborum recreatur ægrotũ pecus. Vetus autem tuſſis diſcutitur porri decoctum cyathorum cum olei hemina faucibus infuſo: ijſdemq;, vt ſupra monuimus, cibis præbitis, Columel. Ad tuſſim recentem dari putant vtiliter piſorum lentiumue, aut etiam fabarum lomentũ, Camerarius ex Hippiatr. Græc. Ex eodem remedium ad anhelitum grauiorem ex ſulfure ſupra retuli, vbi tractatũ eſt de morbis equi in genere. Tuſſi & aſthmati iumentorum, vt Aggregator obſeruauit, conducit gentiana, Plin. 26. Verbaſci cuius decoctum eſt aureus, tanta vis eſt, vt iumentis etiam non tuſſientibus modo, ſed ilia quoq; trahentibus, auxilietur potu, Plinius 26, Quidam erinacei viui cum ſpinis exuſti pulueres equo aſthmatico datos in fabulo, ſtatim prodeſſe affirmant, Camerarius. De vulſis etiam in præcedentibus quædam citaui: videntur enim vulſos (in Græcis etiam Hippiatr. βλαισὸς legimus) appellare aliquando authores, quicunq; grauiter tuſſiunt, quòd arteriæ, aut pulmonis aut reliqui thoracis pars aliqua conuulſa in eis videatur, vel rupta, vnde & pneumorrhôges dicuntur. Vegetius 3. 2. vulſare poſuit pro valde tuſſire. Vulſa quidem, Græcis ſpaſmata, in quocunq; corporis loco dicuntur, quoties non ruptum modo aliquid, ſed nerui quoq; ij, quos νεῦρα, hoc eſt fibras dicunt, laceſſiti ſunt atq; vulſi. Barbari quidam recentiores, pro vulſis vulſiuos & pulſiuos equos dicunt: à quibus etiã Germani mutuati videntur ſuum *kulsen*, quod eſt cum difficultate & maiore ſono tuſſire. Quinetiam pulſiuum equum noſtri videntur tanquam à corlis pulſu nominaſſe *ein hertz ſchlegig roß*: cum tuſſientem, vt puto, ſolum, aut etiam anheloſum intelligãt, quod vel ex remediorum natura conijcio: nam inter cætera gentianam cum quarta ſalis parte in vino coqui & infundi iubent. De pulcina (aliàs pulcini ſiue mulſiui, deprauatis codicibus,) Pet. Cref. 9.20. Morbus hic (inquit) fit ex calore liquefaciente pinguedinem, quæ obſtruit pulmonis arterias, ita vt equus vix reſpirare poſſit: Signa ſunt, nariũ magna ſpiratio, & ilium (circa coxas) crebra pulſatio, (hinc forte aliquis pulſiuum equum dici conijciet, nõ tanquam vulſum: ſed cum res vna ſit, de vocabulis nemini contendimus.) Incurabilis ferè eſt: tentantur tamẽ remedia quædam, &c. Autumni tempore cibetur vuis maturis, vel dulci muſto potetur. Mangones quidam ad viridia pabula ducũt, vt fallant emptores. De vulſis, Vegetius 3.66. De equo pulſiuo, Ruſius 142. In hoc morbo (inquit) narium continua & magna ſuffocatio contingit. Dantur pro remedio carnes & decoctio ſerpentum, &c. Ad vulſos & ruptos (grauiter tuſſientes) Veget. 3.70. Chamæleuce (inquit Cælius Calcagninus epiſtolicarum quæſtionum libro 3.) ea eſt, quam olitores & agreſtium vulgus vngulam equinam vocat: ex antiquis nonnulli tuſſilaginẽ vocauerunt, quòd arcendæ tuſſi ſit accommodata. Ex eo factum puto vt veterinarij, ad diſcutiendam equorum peripneumoniam, illa vtantur. Ea eſt vehemens pulmonis inflammatio, ex deſtillatione plerunque proficiſcens, quam grauis anhelitus ſubſequitur: hinc equos pneumonicos appellant medici, quos Latinè pulmonaries rectè nuncupaueris, à grauitate reſpirationis, & ab ilibus quæ difficulter admodum trahunt. Mulomedicorum imperitia hoc tẽpore vulſos vocitauit, Hæc ille. Sed alius mihi videtur peripneumonia peracutus in homine affectus, quam qui in vulſis ſeu pneumonicis & pulmonarijs equis intelligitur, inueterata ſcilicet tuſſi laborãtibus, vt Calcagninus in hoc errãrit. Iumenta nimio ſaltu, vel curſu, aut ruina, cũ aliquid intrinſecus ruperint, vulſant, ſtranguriam patiuntur, excreant purulentum aut ſanguinẽ ab initio, &c. Vege. 3.42. De epiſtomicis (forte pneumonicis) vulſis, colicis, &c. vnde ſanguis tollatur, Veget. 1.27. Quorum pulmo verſus cartilaginem enſiformem (ſic reddo *das hertz blatt*) contrahitur. his ſiſymbrium cardaminen dabis in cibo, Hippiatr. liber German. Equus pulſiuus ſi vuas vel racemos abunde ederit, liberatur: nec ſimile huic remedium reperitur, Ruſius, & Pet. Cref. cuius verba paulò ante citaui. Spiritu diſtenti equi, Hippiat. 62. Ex anhelitu inflationes, Vege. 3.39. Aduerſus ſtrangulatum prouenientẽ eum equus ſatur cibo ad curſum agitur, Hippiat. 111. In Germanicis etiã libris inuenio remedia equi, vt vocãt, ſuffocati (*erſtecket*) id eſt anheli. Οἱ μὲν ὑστερικοὺς, ἄμβλωπας, οἱ δὲ ὑπὸ πνεύματος ἐν τῷ ἄγχει ἐπιπλαττουσι, Suid. De ſtrangulione, Pet. Cref. 9.16. Glandulæ aliquot (inquit) circa caput equi ſunt & earum quædam ſub gutture, quæ interdum augentur propter humores equi refrigerati à capite deſcendentes, vnde totum guttur inflatur, & meatus reſpirandi cõprimuntur, &c. Haud ſcio an hæ glandulæ, tonſillę ſint, de quibus Hippiatri Græci agunt 18. & 20. conijcio autem eaſdem eſſe, quoniam non reperio alium morbum à recẽtioribus deſcriptum qui magis accedat: Quanquam & viuulæ à quibuſdam dictæ eodem in loco glandulæ quædam ſint, ſimiliter ab influxu capitis auctæ, & arteriam ſimiliter ita cõſtringentes vt animalia ſuffocentur, niſi in tempore ſuccurratur, per cauterium vel inciſionem. Excidũntur autem etiam ſtrangulionis glandulæ: & apud Græcos Hippiatros tonſillis cauterium adhibetur. Strangulinam vocant (inquit Albertus) cum omnes meatus gutturis equi, per quos anhelitus ad nares meat cum tuſſis grauedine conſtringuntur. Fit ex putrida eſca & aqua nimis craſſa, & ex phlegmate collectio propter otium equi: vel ſicca eſca cum puluere comeſta vel potu nimis frigido, vel cum tempore frigido nimis biberit equus, & poſtea ſine coopertorio in frigido loco ſteterit, præcipuè ſi antea laſſus fuerit & ieiunus. Si per octo dies equus laborauerit, deſperatur. Frequenter infra duodecim dies euadit, vel in moruellam tranſit, & periclitatur, Per contagionem etiam inuadit hic morbus, &c. Eſt quando ſtrangulina ex frigiditate capitis vel tuſſis ſiccæ pectus equi concutit, &c. Hucuſq; Albertus, remedia omitto. Plura vide ſupra in morbis toti corpori communibus de ſtrangulina. Tormentilla data in potu vel paſtu, vtiliſſima eſt bobus & equis pulmonarijs ob defluxionem à capite cum aſthmate, auribus flaccidis & faſtidio cibi, Albertus in Ariſtotelis hiſt. anim. 8.23. Malidis ſiccæ cauſa refertur ad pulmonum in dextro latere ruptum, & pleuritidem inde factam: nihil per nares fluit, emaciantur, grauiter anhelant & cum fœtore. Vide Hippiat. 2. De malide in vniuerſum ſupra dictum eſt inter morbos communes. Hippacare, celeriter animam ducere, ab equi halitu qui eſt ſupra modum acutus, Feſtus. De aſthmate, id eſt ſuſpirio, Vegetius 3.68. De aſthmate & orthopnœa, Hippiatr. 27. Noſtri neſcio quem in equis morbum vocant *bruſtgeſtreng*, quem curari aiunt ſi pectus inungatur fimo canis ex oleo de ſeminibus cannabis: vel tanaceto cum ſale ex aqua infuſo, & tanaceti herba naribus inſerta. Præſcribunt etiam remedia ad pectoris tumorem: & ad vitium à quo equum *bruſtſichtig* appellant. Aſthmaticum vocant, *dämpfig, erſteckt, ſchwuär athmende, hertzſchlechtig, binſich*. Accidit ferè equis, qui parum exercentur, vt anhelitus difficultate laborent, tum igitur admiſcebuntur herbæ calidæ naturæ ad diſcutiendos humores lentos & tenaces, vt artemiſia & origanum. Hedera

autem terrestris ad omnes morbos & languores equorum præsens remedium habetur, quæ non solũ ab illis mãducatur, sed etiam trita inseratur naribus vt sternutatio prouocetur. Sed ad difficultatem spirãdi laudatur & cichorex radix, & gentianæ. Laudatur & sulfur (aliqui sulfuris vnciam dimidiam pro vna dosi terunt, & pabulo inspergunt) cuius vsus tamen periculo non videtur carere. Quidam erinacei viui cum spinis exusti, pulueres datos in pabulo statim corrigere hoc vitium affirmant, Hæc Camerarius. Sunt qui asthmaticum sanandum promittant, si triduo furfures aribos ederit. Aliqui helleborum nigrum inserunt inter cutem & carnem foramine transfixo fabula. Est & alterum hellebori nigri genus ab Hiero, Tragio delectum, abrotono vel esulæ vulgo dictę non dissimile, quod ab efficacia aduersus asthma Germanicè *nasshörut* nominatur. De Orthopnœa, Hippiatr. 29. In orthopnœa siue plagio rigido equus etiamsi trahatur, ambulare detrectat, anhelat grauiter, frequẽter sulpurat, ronchos ducit, ilia suspendit: dum manducat, tussit: difficile liberabitur licet diu viuat, &c. Veget. 3.46. Empyi equi dicuntur, quos suppuratio infestat, Cæl. Ad vomicam, Veget. 3 69. & 3.51. vbi & empyema vocat. In hoc morbo (inquit) tussiet equus, purulentum excreabit os grauiter olebit, cum accubuerit difficile surget. Iumenta nimio saltu vel cursu, aut ruina, cum aliquid intrinsecus ruperint, strangutiam patiuntur, excreant purulẽtum, aut sanguinem ab initio, &c. Veget. 3. 42. Cordis dolor, Hippiatr. 29. Ter remediabile malum est, inquit Aristoteles, si cordis dolore vexatur equus: cuius indicium, vt latera subsidant, & ilia præstringantur.

Stomachicus vel potius syntecticus, Vegetius 3.55. Vide supra in morbis communibus. De syncopatis & confixis, Vegetius 1.53 Cardiaca, id est cordis (oris ventriculi potius) dolor, vel deliquium animi & sudor, Vegetius 2.4. Cardiacus morbus, Hippiatr. 29 De bulimo, id est ingensa fame, Hippiatr. 67. Vegetius 3 35. De bulimo ex fame vel lassitudine, Vegetius 3.38. Est quando ieiunia bulimũ faciunt, vnde desideratitia iumenta dicuntur, &c. Vegetius 3.35. Sanguinis vomitus Hippiatr. 42. Vegetius 3.13. De aqualiculõ, id est stomacho (ventre potius & intestinis) & qui eius vitio contingant morbi. Ad fastidia cibi & nauseam, Hippiatr. 129. De inedia laborantibus & fastidiosis iumentis, Hippiatr. 120. Nostri hoc vitium dicunt *verstossen*: os & linguam in eo arescere aiunt. Huc pertinet quod supra ex Xenophonte & qui ab eo mutuatus est Pollucе retulimus, Ex plenitudine (inquit) crithiasis & hyperæmolis fiunt: [illegible]. Interdum & fastidio ciborum (inquit Columella) langueſcit pecus. Eius remedium est genus seminis, quod git appellatur. Cuius duo cyathi triti adiunguntur olei cyathis tribus, & vini sextario, atq; ita faucibus infundiuntur. Est nausea discutitur, etiam si caput alij tritum cum vini hemina sæpius potandum præbeas. Si abunde non edat equus, Absyrtus in Geoponicis 16.11. Capitis refrigeratio aliquando tussim inducit, & appetitum omnem aboleat, Petrus Crescentius. Ad eruditatem, Hippiatr. 128. Oppletio & eruditas, morbus acutus, Hippiatr. 99. vt crithiasis quoque, & ipsa eruditas. Eruditas ægritudinem facit, ob quam modo in vnam partem, modo in aliam ambulantes inclinant, Vegetius 3.37. Si equus ab indigestione febriat, Vegetius 1.35 Sideratitia iumenta dicuntur, cum venas vactas percusserit frigus, aut æstus, aut impleuerit eruditas, &c. Vegetius 3 35. Noxa ex putri fœno, Hippiatr. 31. Si animal fœno malo lædatur, Vegetius 3.72. Si hordeo malo aut nimio lædatur, Veget. 3.73. De aliis in cibo venenosis supra diximus. Si equus doleat ex nimia ingestione hordei vel alterius similis tumefacti in ventre aut stomacho, quod noscitur si venter sit durus & ilia tumeant, Petrus Crescentius. 9.18. Si equus valde calefactus nimium aquæ frigidæ bibat, dolet aliquãdo & inflatur, sed rarò, Idem. Affectus quidam crithiasi similis ex liberaliore potu oritur, vt supra diximus. De eo qui aquam reuomit, cum stomachus paralysin ex frigore sustinuit, Vegetius 3.34. Si equus doleat ex flatibus, & ilia tumeant & fere totum corpus plus solito, Petrus Crescentius 9.18. De dolore ex flatibus qui subeunt meatus corporis concalefactis, vnde ilia sudant, & corpus quandoque valde tumescit, & equus valde affligitur, Rufus 49. De ilium inflatione, [illegible], Hippiatrica. 46. Ventris inflatio (siue dolore) Veget. 3.59. testes sudant, alternis pedibus terram tundunt, subito inde alterna parte si conuertunt caput ad ilia ponunt, tanquam locum doloris ostendant, gemitus interdum & tremor totius corporis insequitur. Emphragma id est tortura & extensio ventris doloréque cum magno periculo, Veget. 1.40. De Emphragmate, Idem 1.47. Curatur extractis è longanone excrementis manu oleo inuncta, vel clystere iniecto. Vide etiam Hippiatr. 43. De diuersis passionibus ventris, eorumque causis & signis in genere, Vegetius 1.39. Dolor ventris, Veget. 1. 49. Hippiatr. 31 & 33. Ventris & intestinorum dolor sedatur in bubus visu anatium (anserum natantium, Veget.) & maxime anatis: quam si conspexerit cui intestinum dolet, celeriter tormento liberatur. Eadem anas maiore profectu mulos & equinum genus conspectu suo sanat, Columella & Veget. 3.3. Morbi genus quoddam nostri à ventris pulsatione vocant *buchschlahen* vel *buchstrengling*, in quo anhelitus equorum breuis agitur, venter & latera vndatim mouentur. Ad huius curationem incidi iubent venam quam à calcaribus denominant: eroque latere & heliotropium (intybum syluestre) in cibo dari: quod si fastidiet, minutatim incitam cum auena aut palea misceri. Alij oleo de seminibus cannabis cum sanguine canino venas pectoris perungunt: Alij lapidem de cartione pisce in vas vnde equus bibit iniiciunt. De cholera humida & sicca, Hippiatr. 75. De bili vel cholera in quo malo iumenta commouentur ac volutantur vt strophosa, Vege. 3.50. De bili arida, Idem 3.51. Si bilis molesta iumento est, venter intumescit, nec emittit ventos. Manus vncta inseritur aluo, & obsessi naturales exinde adaperiuntur, exemptoq; stercore posita cunila bubula, & herba pediculari cum sale trita, & decocta melli admiscentur, atque ita facta collyria subijciuntur, quæ ventrem mouent, bilemque omnem deducunt. Quidam myrrhæ tritæ quadrantem cum hemina vini faucibus infundunt, & anum liquida pice oblinunt. Alij marina aqua lauant aluum, alij recenti muria, Columella. Intestinorum dolor, Hippiatr. 36. De strophe eiusq; causis & cura, Veget. 1.43. De strophe, id est torminibus, Hippia. 45 In strophe (inquit Veget. 3.57.) volutatur equus, patitur torsiones, ilia subrefpicit, stercus durum assellat, terram pedibus tundit dolore cogente, intermissis horis refrigerationem sentit & requiem. Tormina (inquit Camerarius) sæpe male habent equos, ea accidere putantur in grandiore intestino, quod Græci monenteron & colon vocant, etsi quidam distinguunt. Torminosis igitur equis prodest sanguinis detractio, venis suffraginum incisis: itemque applicare ventri faculos cum auena, aut miho: aut quod efficacius putatur, sale, tam calidos quam poterit manus sustinere. De ileo & ileosis equis, Hippiatr. 120. Veget. 1.48. & 1.42. Equi domestici laborant ileo dicto, id est tenuioris intestini morbo: cuius mali indicium, si crura posteriora attrahant ad priora, & ita summoueant, vt propemodum collidant, Aristoteles. Ad intestini magni quod monenteron & colon vocant conuersionem, Hippiatr. 36. De coli dolore, Veget. 1.41. & 1.50. & 3. 52. Coli intestini inflationes & dolores, Idem 3.60. De colica seu strophe, aliqui truncationem vocant, Rufus obiter quadam 151. nam de vrinæ difficultate ex professo illic agit. Coli cruciatus, Hippiatr. 31. Ad colicos compo-

ppſhitio, Veget. 4.27. Colicis vnde ſanguis tollendus, Veget. 1.27. Ad aluum obſtructam, Hippiatr. 129. ...gnonis cura, Veget. 1.42. Emphragma, id eſt obſtructio dicitur cum rectum inteſtinum peruerſum & ob... eſt, Hippiatr. 43. Vide etiam paulo ſuperius. De torminibus, Hierocles in Geopon. 16.9. Strophe... de ſanguis tollendus. Veget. 1.27. Epithema pro cœliacis, Hippiatr. 129. De alui profluuio, Absyrt. in Ge... 16.8 Veget. 3.16 Hippiatr. 62. Dyſenteria, Hippiat. 39. Veget. 3.11. Paſtillus ad dyſentericos & laborantes ... pecudes, Hippiat. 129. Sanguis per ſedem, Hippiatr. 42. De equo patiente ragiaturam (vox eſt Italica) ſiue ...teriam, Ruf. 136. aliqui ragiato, alij forte vocant. Sed aliud forte quam dyſenteria profluuium intelligunt, ...uam ſanguinis qui in dyſenteria omnino excernitur, non meminit, vel Rufus, vel Petrus Creſ. 9.23. vbi hûc ...um ragaici (niſi mendum eſt) appellat, quem comitentur tormina ventris, rugitus, egeſtio crudorum, &c. ... (& ἰὸν τὸν ἔπειτα) dicuntur equi ſonioli, & itercore liquido laborantes, Hippiat. 56. Diarrhœa, Hippiatr. 35. ...identiam ſedis & vitia eius, Hippiatr. 129. Si inteſtinum emittatur extra anum, Rufus 96. Teneſmum, ...lor, Germani quidam appellant *das fur ſtat oder geſwanget*, cui medentur glande clardo in auripigmenti pol... cumuoluta in anum inferta, aut multum ſubinde ſalis potui adjiciunt, aut ſaponem cum potu infundunt. ...ines vel lumbrici, Hippiatr 41. Vermes in ventribus equorum, &c. Albertus, Ruſius 167. De cheſlerijs ad ...lumbricorum & tinearum, Veget. 1.45. Ventris dolor ob vermes, Hippiatr 21. Colli & lumbrici qua cura ...tur ad manum, Veget. 1.52. De lumbricis, coſſis & tineis, Veget. 1.44. Ad coſſos, vermes, vel tineas, Veget. ... Solent etiam (inquit Columella) vermes quaſi lumbrici nocere inteſtinis, quorum ſigna ſunt, ſi iumenta ...dolore crebro volutantur, ſi admouent caput vtero ſi caudam ſæpius iactant. Præſens medicina eſt, ita vt ſu... ...iorum eſt, inferere manum, & limum eximere: deinde aluum marina aqua, vel muria dura lauare, poſtea ...am capparis tritam cum ſeſtario aceti faucibus infundere: nam hoc modo prædicta intereunt animalia. Ver... ...mi licè & atfligunt & lædunt equos (inquit Camerarius) neque ſunt vnius generis: alij enim grandiores in ...naſcuntur, atq; his liberari equos difficile: alij albidi in anu adhærere videntur: hos eximes, & inſperges ...rem de foco. Sed ad vermes generalis medicina, infundere chalcanthi boni non rubicundi cochleare vnum ...cocto abſinthij, aliqui abſinthite vtuntur. Prodeſt & ceparum aut lumbricorum terreſtrium pondus denarij ...tritorum in aceti hemina, quæ infundatur naribus equi. Aliqui gentianam minorem radice alba & ſemper ...ata (*modegir* vocamus) aduerſus equorum lumbricos vtuntur, alij bryonia. Sunt qui hoc medicamentum ...rentori infundendum: Ex teſtis ouorũ pipere uſte, & rubigine ferri, puluis aridus ſit, miſcendus acceto tem... vſus aliqui & ſalem addunt. Huius potionis vi lumbricos omnes ex ventre & inteſtinis exigi pollicetur. Alij ...m infundunt, in quo anagallis conciſa ebullierit.

...cons dolor, Hippiatr. 32. Vegetius 3.58. Sequitur hanc noxam cibi faſtidium potus appetentia ventris infla... macies. Ictерus, Vegetius 3.56 Huic oculi virides comitantur, lippitudo, &c. Morbus regius, Idem 3.49. ...drops, Hippiatr. 58. Vegetius 3.25. Hypoſarca, (pro qua ſarcoſis ineptè ſcribitur) Idē 3.26. Tympanites, Hip... 58. Vegetius 3.27. Splen. Hippiatr. 40. De lienoſis, Vegetius 3.28. Implecticus ſimilem lienoſo paſſio... ...linet, limili vnctione perfricandus, Veget. 3.29. Subrenalem morbum Veget. lib. 1. inter ſpecies malidis ...at. Signa eius, Veget. 1.8. Cura 1 15. Vnde ſanguis tollendus ſit in ſubrenali morbo, Veget. 1 27. Dolor re... Veget 3.7. & 3.4. parte ſecunda eius libri. Nephriticus equus poſteriore parte tractim progreditur, & vacil... inter incedendum parietes ambit, Hippiatr. 30. Frenes apud Albertum vocatur morbus, in quo maxima in... renes equi mor licet ac immobiles faciat: vnde animal tanquam epilepticum ad terram cadit, & humores ...diſcurrunt: & equus aliquando intra duas horas moritur. Ruſius cap. 89. gurtam renalem ſeu morſuram ...m nominat. Et ſanè frenes vox apud Albertum à renibus depranata videtur. Equi ſic affecti, quod ſit diuer... cauſas, Græcis hippiatris ἐπιληπτικοὶ ἕλξεως dicuntur, Germanis *lebloſch oder riebo oder reliſch mut den hinde...* Si muſculi qui in renibus ſunt, vexantur ex caſu, vel interni vel externi tantum, Veget. 3 5 De calcu... lumentis, Veget. 1.46.

Dolor veſicæ, Vegetius 1 51. Indignario veſicæ in genere, & ſpeciatim, Veget. 3.14. Vrinæ difficultas, Idem 1.61. ...ria, Hippiatr. 33. Absyrt. in Geopon. 16.3 Theomneſt. ibidem 13. Vegetius 3.15. Dyſuria etiam in tetano acci... Non malis equis frequenter morbus dyſuriæ infeſtus eſſe conſueuit. Succurritur huic, ſi aut ea in loca dedu... quæ madent adhuc aliorum equorum recenti vrina: aut in cœnum demittantur: aut etiam penis molliter ...tur, aut viua muſca in illius canaliculum immittatur: nam inuiti ad mictum hoſtibilis & ſonis quibuſdam ...norum eſt. Sed ſi hæc non profuerint, ſuadent (Veget. 3 15) vngulę tamenta teri & in vino infundi equo: aut ...tum equum à ceruice vſq; ad coxam ſuffire iuniperi baccis, aut croco, aut caſtorio. Contra hoc malum, ne ...at, prouidendum, ne, hyeme præſertim, in frigidam demittatur equus, maximè de itinere feſſus priuſquam ...m fecerit. Hoc quidem paulò nugacius a Græcis traditur, ſi difficulter mejere, vrinámue quam guttatim ...nere ſoleat equus tum cimicem imponendum in aurem, dextram quidem fœminæ, ſinuam autem maris, ...mq; vt malum ceſſet Camerar. Aliqui cimices tritos (inquit Veget. 3.15.) in nares (*ſternute*, Hippiat. 33.) ...is mittunt, & alium ſuper naturam qua mingant confricant: certiſſimum dicitur. Noſtratium quidam la... è capitibus cancrorum ad vrinam promouendam equis tritos in potu miſcent. Vel piſcis quem vulgo ba... am dicunt, inteſtinum quod veſicæ inſtar ſitum in recentibus reperitur, in pabulo dant: Sunt qui pedicu... os in anum imponendos ſcribant. De conuerſione veſicæ, Hippiatr. 121. Equo ferè qui homini morbi, ...q; veſicæ conuerſio, ſicut omnibus in genere veterino, Plin. Irremediabile malum eſt, ſi veſica dimouea... ſuo ſitu cuius indicium ne vrinam reddere poſſit, & vt vngulas clunesq; trahat, Ariſtoteles. De iſchuria ...t. Hippiatr. 33 Veget. 5.15 Si equus doleat ex retentione vrinæ veſicam inflantis: quod ex aliquo loci tumo... noſcitur & iactatione frequenti in terram, Petrus Creſ. 9.18. De dolore ex retentione vrinæ vel de veſicæ ...one & torſionibus, ſtranguria & iſchuria, Ruſius 151. Si vrinam non facit, inquit Columella) eadem ferè ...dia ſunt, (quæ proximè ante ad laſſitudinem præſcripſerat:) nam oleum immiſtum vino ſuper ilia & re... fundituri & ſi hoc parum profuit, melle decocto & ſale collyrium tenue inditur foramini, quo meat vrina: muſca viua, vel thuris mica, vel de bitumine collyrium inferitur naturalibus. Hæc eadem remedia adhiben... vrina genitalia deuſerit. Vegetius quidem in ſtranguria compunctiones & morſus in vrinali fiſtula fieri ...non alius morbus ſtranguria videatur, quàm qui à medicis recentioribus ardor vrinæ dicitur. Nonnulli vi... in quo auena bullierit, refrigeratum equo infundunt, vrinam ita latius exiendam ſperantes. De ſtrangu... & ſtillicidio vrinæ, Hippiatr. 33. Veget. 3.15. Ruſius 151. Iumenta nimio ſaltu, vel curſu, aut ruina, cum

Digitized by Google

aliquid intrinsecus ruperint, vulsant, stranguriam patiuntur, &c. Veget. 3.42. Tormina vrinæ sumentorum leuat, vt Aggregator notauit,) allium tritum naturæ inunctum, Plin. 20. Cretani (crethmus) Plin. 26. Vespertilio alligatus, Idem 30. Si equus laboret torminibus vrinæ (nostri vocant *die harnvvinde*) semunciã de baccis lauri tritis ex vino vel cereuisia tepidis infunde. Innominatus. Ad sanguinis mictum, Veg. 9.10 Theomnest, in Geopon. 16.14. Vrina si sanguinem trahit, Hippiat. 42. Ad sanguinis mictum tum ex plethora in otio, tum aliàs in labore nimio, onere, vel ascensu, Veget 3.12. Sunt qui ad auertendum sanguinis mictum venas quæ calcaria adiguntur semel aut ter per duos aut tres dies secant. Morbum quem Germanorum Hippiatri vocant *lauter ſiadem*, diabeten esse conijcio: Ei medentur incisa in ceruice vena: sanguinem qui effluxerit ex aqua bibendum dant furfuribus admixtis. Alij trita alni folia in auena præbent: alij cretæ farinam in potu. De testium tumore, Veget. 3.8. Tussis causa quandoq; à colibus fit, cum coles iniuriæ pleni sunt tumentq;, &c. Veget 3.64. De inflatione testiculorum, Rusius 97. Testium inflammatio, Hippiat. 70. inflammatio & tumor, Ibidem 49. Enterocele, Hippiatr. 50. Hernia ex calcitratu inguini adacto mortalis, Hippiatr. 73. Κηλοκιρσοκέλευτοι dicuntur qui in testiculis varices habent in Hippiatr. Genitalis procidentia, Hippiatr. 48. Si natura excidit & reuocari non possit, Veget. 3. 9. Pus in genitalibus, Hippiatr. 49. Vuluæ procidentia, Hippiat. 15. vel 14 in græco. Ad matricis dolorem, Veget. 1.45. Prægnantium equarum cura, Varro 2.7. vide supra in hoc capite vbi & alia quædam ad grauidas equas & partum abortumq; pertinentia recitaui. Generationem iuuat in animalibus siler (seseli intelligo) Plin. 20. item Dioscorides & Auicenna, vt Aggregator citat. De perferendo ventre, & enecando partu: Quis sexus concipiatur: Quæ cura prægnantibus adhibenda: Vt facile partus ædatur: Secundæ quomodo excutiendæ: Vt concipiant. De his omnibus vide in Hippiatricis capite 15.

Si caudam laxet, aut crebro motu vibret, Hippiat. 55. De angio in cauda equi, Rusius 162. Est autem hoc malum (inquit) instar cancri, vnde carnes corroduntur, & pili ac ossa candæ corrumpuntur. Defluuium pilorum caudæ, Hippiatr. 55. Rusius 161. In caudæ flagello sæpe furfures pilos exedunt: tum elui locum oportebit vrina puerili, & vino calido foueri, mox decoctu maluæ cum succo radicis althææ miscebimus vino dulci & oleo, atque locum vitiatum perungemus, Camerar. Althææ radix præsens est remedium contra defluuia & tenuitatem pilorum, tam in hominibus quam brutis, Camerarius ex Hippiatricis.

Neruici, νεβρικοί. Hippiatr. 83. Ad neruorum dolores vrentia, Hippiatr. 97. & 129. Ad neruos vexatos, Ibidem. Ad neruos malagma, Vegetius 4.25. Ad neruorum perfrictiones vnguẽtum, Hippiat. 129. Ad ictus & dolorem neruorum cataplasma, Ibidem. Ad neruos læsos, percussos, dolentes, Albertus. Tuba vocatur putrefactio quædam per longitudinem ipsius nerui, Petr. Cres. 9 37. Ad neruos claudos compositio, Veget. 4.27. Ad neruos crassos caustricum, Ibidem. Contra omnem dolorem & tumorem & indignationem neruorum, Rusius 56 176. De neruo contracto, Idem 174. De neruo intrinconato, Rus. 175 adhibet autem mirabile cauterium. De neruorum vnione soluta dictum est supra. Ad dolores spondylorum & spasmos, Hippiatr. 26. Ad omnia ossi ula medicamentum, Veget. 4.27. Articularem morbum Vegetius libro 1. inter species malidis ponit. Malis articularia, Hippiatr. 2. Emota vel exorta de locis suis, non vrenda: quomodo autem tractari debeant, supra in Cauterijs ex Vegetio dixi.

*Quædam huius loci de crurum & pedum morbis inter scribendum nobis intercidерunt, quę si denuò ad manum venerint, inter paralipomena vel equi vel totius operis ponentur: sin minus, non difficile erit harum rerum curioso, quæ de hisce morbis aut vitijs ij authores, vnde nos reliqua excerpsimus, vel tanquã iudicem in eos conscripsimus, obseruare. Hippiatrica Græca dico & Germanica, & Rutij, Petri Cres. Albertiq; scripta. Spauanus siue scauani est noxa paulo infra garectum ex latere interiori, inducens aliquando tumorem circa venam magistram, quæ dicitur fontanella, attrahens ibi humores assiduè per dictam venam, vnde cum fatigatur equus nõ parum claudicare cogitur, Rusius 103. Hic morbus apud Petrum Cres. 9 36. spanemus nominatur (nisi mendũ est) similis zardæ, &c. De superossibus equi, Rusius 108. Petrus Cres. 9.39. fiunt autem calloſa ista tubera, nõ in cruribus tantum, sed alijs etiam partibus equorum, non tam noxia, quam visu turpia. Superos vel superossum dicitur (inquit Albertus) quando collectio aliqua in membris siccis colligitur, & ad modum ossis induratur. Vnde fit vt equus sæpe cespitet & impingat in locis asperis propter difficultatem inflexionis, &c. Si superos in iunctura sit quomodo tolli debeat, Idem. Nostrates hoc uitium vocant *vbr vbeim, beinvvuchs*. Audio excindi solere, & equos sæpe claudicare interim dum crescunt. Remedia quæ Hippiatri Germani scripserunt omitto. Aliqui cauterium adhibent superossi prius frigida perfuso, deinde anagallidem & plantaginem tritas imponunt. Vel crucis in modum vsto post triduum inspergunt æruginem. Tumor ossilagini similis. Veget. 2 22. De spinulis siue spinellis equi, Rusius 107. Petrus Cres. 9.38. Est autem vitium subtus garectum (vt illi scribunt) in iunctura ossis (vel circiter iuncturam ossium) eiusdem garecti, generans superos ad magnitudinem auellanæ. Ex furina, nisi præuenias, celeriter efficitur superos durissimum, Rus. 106. Lichenes sunt in equorum genibus & super vngulas in flexu harum partium indurati tyli, id est calli, Dioscorides. Lichenas ossicula vocant, canini dentis imagine, genibus equorum, & prope vngulas adnascentia, Petrus Ruellius. Suffraginosus equus, cuius suffragines morbo vitiatæ sunt. Græci hæc vitia σείρας & χειράμματα vocánt. vide Hippiat. 52. Traumaticum ad suffraginosos, Vege. 4. 27. Gamboſum animal, Vegetius 3.20. Cum defluxiones erumpunt in pedes (inquit Absyrt. interprete Ruellio) quas à Græcis nonnulli σείρας quasi pedicas aut catenas vocant: alij chiramata, quòd calces rimis scissę rigeant: hinc σειρᾶν verbum quasi compediri dictum est. Romani suffragines nominant. Hoc vitium vt hyeme contrahitur, sic æstate pectus à morbo sese recolligit & sanatur. Suffraginosi non facile articulariæ malidis vitio tentantur, sed ne castrati quidem vt plurimum defluxionibus opportuni (rheumatici, suffraginosi) sunt. Sunt autem defluxionum quæ pedes afficiunt genera tria: quorum iam vnum proposuimus: alterum vngulam in altum sustollit: tertium cum eadem offringitur, vt in prouectis ætate. Qui defluxionibus sunt obnoxij, eis fluidũ est saliuis os, &c. Quærendum an χείρας potius quàm σείρας scribendum sit. Χεῖρας αἰὲν πᾶν τοὶ μαγάδες. καὶ χειράδες οἱ κάτω τὰς ὠδὰς καπρίωντες, οἷον ἰαχέτους, Varinus. Χειράδες ἤτοι μαγάδες ἢ χειρῶν. Χεῖρας, αἰὲν ἢ πλέγνας μαγάδες. Χειράλεις, τὰ κατόδια καὶ τερη κεμένα, (malim καπρίωντες.) Idem & Hesychius. Vide plura in Sue a inter deriuata. Cæterum σείρας in hac significatione apud grammaticos non reperio. (Vide crepatium infra in morbis vngularum.) Idem aut proximum malum est quod mulas Albertus vocat, Rusius etiam seracias, nomine quidem ad σείρας alludente. Hæ (inquit Rusius 115.) ex frigiditate & humiditate à via excitantur, crura vltra genua inflantur hyeme & vere: æstate & autumno sine inflatione latent: noscuntur tamẽ ex pilis rigentibus quamuis madidis. Mulæ (inquit Alber,) dictæ

sunt

lationes posteriorum crurum & pedum, quæ fiunt tempore frigido, cum equus in via difficili & cœnulenta diu laborat, & postea etiam neglectus refrigeratur. Vnde humores statim, præsertim in equo minore natu, pedes posteriores descendunt, & deinde per frigus ibi coagulantur, & aliquãdo pariunt inflationes à pede vsq; genu: aliquando scissuræ fiunt, aliquando inflatio nulla est, sed pili cruris horrent & rigent, Hæc Albert. De obscuris coronæ duritijs quæ to facei calli nominantur, Elipp. 113. In pedis corona nascentes ficus seu mariscæ, & crucæ formicantes, Hipp. 82. De marmore, id est tuberculo iuxta coronam, id est vngulæ exortum, Hippiatr. 53. Sunt qui μάρμαρον vocant. Mulus tantum fit μαρμαρώδης, asinus raro: equus non, sed podagricus, Absyrtus cap 53. in quo tamen paulo ante scripserat marmora duros esse tumores, claudicationis causam in equis. Si thlasma fuerit vngula, venam in corona scalpello soluere non oportet, quod ob hoc erratum μάρμαρον contingat, Absyrtus 101. Hieroclis de marmore verba ex Hippiatricorum cap. 82. referũtur à Syluatico in dictione Marmoro inepte autem pro Hieroele Herodium scribit. Marmoris duri tumoris in articulis meminit etiam Vegetius 2. 48. Thlasmata in dossuarijs præcipuè iumentis nascuntur, & in tubercula palmularum imaginem exhibentia, phœnicas nominant, facile degenerant, Absyrtus in Hippiatr. 101. De moro siue celso, Rusio 138. Est autem (inquit) asperitas carnis granulosæ in cruribus, &c. Furina (inquit Rusius 106.) vulgò vocatur vitium equi inter iuncturam pedis & vngulacum supra coronam pedis in ipsa pastora, quod ab initio inflationem quandam vel callositatem carnium supra pedem excitat. Furma vel furmelli fit ex percussione mala &c. inter iuncturã pedis & pedem supra coronam in ipsa pastora, impediens gressus equi: cum veterascit, efficitur superos durissimum. Petrus Crescen. 9. 49. Curua morbus dicitur, eo quod curuet crus: est autẽ inflatio in tibia iuxta iuncturam poplitis vel ante genu facta, ex concussione vel impactione alicuius duri, Albertus. Curba (inquit Rusius 105.) fit subtus casu grecij in magno neruo posteriori tumorem faciens aliquem per longitudinem nerui, vnde equus claudicat. Rus. exeat animali, quod ex perfrictione nonnunquam fit, Veget. 3. 6. Adnascuntur etiam, citsi, id est varices, crurũ tibijs: Hoc vitium apud Gallos audio farcin appellari, Robert. Stephanus in Dictionario Gallicolatino elephantiam exponit: in quo forsan erratum est eò quod tibias inflatas & varicosas Auicenna & alij quidam reliquores elephantiam appellarint. De varicosis, Hippiatr. 77. De varicibus plura vide proximè inferius in meliceridum mentione. De ozænis, Hippiatr, 129. Sunt autẽ vitia pedum, siue vlcera fœtida, vt apud Vegetiũ quoq; legitur: Ruellius qui in Hippiatr. loco iam citato fœda narium vlcera interpretatur. Ozænæ cilicijs cum sale & aceto detrictandæ, Vegetius 2. 49. Et 3. 22. Quæcunq; (inquit) de ozænis cæterisq; vitijs articulorum in prioribus locis dicta sunt, scias etiam in posterioribus debere seruari. De paënna, clauardo seu aquarola, Rusius 118. Hoc malum fit ex allisione ferri, lapidis, vel ligni retro pedem iuxta vngulam sine inflatione crurum, vnde locus crebro findit, & humor fœtidus emanat, Rusius & Albertus. Artus inflammationibus ac meliceride laxati & debiles, Hippiatr. 52. Vbi Græcè legitur ἀρθρα δὲ φλεγμασίαις καὶ μελικηρίδι χαλασθέντα καὶ ὑδατώδη, Ruellius vertit, Cum artus laxati debiles aut aquosi fuerint vligine, Ego pro Μέλιτι, legerim ὑδατα vel ὑδατώδη potius quæ vox eodem in capite etiam aliquoties legitur. Vegetius hydatidas vertit aquatilia vel pustulas aqua plenas. Cæterũ vligines vlcera sunt eo, quæ Græci glycea vocant, quasi dulcia dicas, forte à suauitate illa quam prurientia scabiẽdo iumenta percipiunt. Melicerides, Hippiatr. 77. Sunt & vlcera quædam (inquit ibidem Hierocles) crebris tumoribus exaspera, parapriſmata inde vocant: aut quod in faui speciem concreta sint, melicerides appellant. Alij quod per foramina fertur humor, hydatides vocare maluerunt: in talis & calcibus nascũtur, (non vt propriè dictæ melicerides emphlyges, id est bullantes pustulæ passim in cute:) nec vrens medicamentum postulant, cum planè varices sentur: quamuis & alterum sit genus varicum, quod cæcum fallit: Quæ res ita deprehenditur, eũ pecus in stabulo decumbit, & solito diutius inibi iacet: nam exurgere non potest, nisi quis ei ferat opem, &c. Cauterium adhibetur in genere vlceris quod parapriſmata vocant iuxta poplitem. Nam parapriſmata quæ hydatides vel melicerides dicuntur circa malleolos non debent vri, Hippiatr. 97. Aquatilia in articulis vel gambis, Vegetius 2. 49. pustulæ aqua plenæ, Hippiatr. 77. Impetigines in articulis vel genibus, Vegetius 2. 51. Impetigines Græci lichenes vocant, genus scabiei & erosionis in cute, quod impetit ac veluti lambendo (vnde nomen à Græcis impositum) proximas partes infestat atq; depascitur. Sed alterius generis sunt calli illi similiter in articulis aut genibus nati, quos lichenas Dioscorides appellauit, impropriè vt videtur. Prius & propriè sic dictũ genus Germani *rappen* appellant, & equis, & *rappiken*, & equum sic affectum *rãppig*. In poplitibus (inquit Camerarius) sæpe oritur impetigo, quæ curari non putant bonum esse quòd humor desidere soleat in pedis corollam: Teutones erucas nominant. Ego scribendi rationem diuersam animaduerto erucas enim vocant *rupen*, impetiginem verò *rappen*. Hanc ambobus ante & retro fieri aiunt. Garpæ rimæ sunt & fissuræ in pedib. & cruribus, &c. Pet. Cresc. 9. 44. De grapharijs iuncturis crurum circa pedes, quæ rumpunt carnem per longum vel transuersum, Rus. 111. Vnguentum ad vasa ex transuerso & testas longas, Rus. 114. Aduersus hãc noxam aliqui vnguentum parant albo liquore oui, mentoalui hominis, sulfure & axungia mixtis, loco calido aut in Sole illinendis. Alij sel porci cũ tribus ouorũ albis miscent, & illigant, malum sic vna nocte depellendum promittentes. Alij deuillis candelæ pilis locũ affricant, & glabrum fiat, sulphur axungia exceptum inungunt, & eodem modo curari promittunt vitium à quo equum *rãppig* vulgò appellant. Aliqui scribunt *mochig* & interpretantur scabiosum in pedibus. Sunt qui axungiam de porco rursus liquefactam igne in aquam defundunt, & rursus collectam agitatamq; cum sulphure miscẽt, & inunctam certo post die crustulas siue escharas minores diligenter remouent, & quotidie vngere pergunt. Idẽ hyberabibi mederi aiũt. Si equus impetigine laborat, aut vitium patitur quod Germani vocant *gagenbouf*, hoc modo curabis: Vitrum læuissimè tritũ miscebis resinæ liquefactæ, & expressæ de carne suilla duos digitos crassa pinguni: hoc bene caliduni circa pedem parti læsæ circumligabis: refrigeratum demes: & locum cultro abrades vt sanguinem emittat: tum insperges chalcanthum & vitrum læuissimè trita, & relinques donec sponte excidat. Alij idem remedium his verbis describunt: Stupam puram duorum digitorum crassamento (hoc potius quam quod de carne suillà paulò ante dictum est) pici feruidæ inseres, & loco affecto calidum impones: tribus ve post illigabis & infricabis aceteum furfuribus & sale mixtum. Alius quidã hoc remedium præscribit pro equo vocato *Jolbuesse*. Est & praua quædam scabies in crure inferius statim supra subeirros, in qua pilos situ contrario prouenire aiunt: nostri *Jrüppen* vocitant, & equum sic laborantem *Jrüppig*: Ad hoc etiam malum, & quod iam *gagenbouf* appellauimus, commune remedium adhibent, corticibus tiliarum (superioribus remotis) per quatuordecim dies in aqua maceratis, & eo quod salis instar concreuerit inuncto. Idem prodesse tumbultis, ita vt ne vestigia quidem aut cicatrices relinquantur. De grisuris, quæ sit in coronis equorum supra

ſupra vngues,& curatur ſimiliter grappis:ſæpe tamen incurabilis eſt præſertim inueterata,Ruſius 114. Idem fotte vitium eſt quod Germanicè vocant *gurfee,gurfey,durſule*: fit enim id circa ſubcirros, cutim & pilos corrumpit,& cornu etiam quandoq; infeſtat,nonnunquam incurabilis. Aliqui allia cum melle trita equis ſic affectis in cibo dant,& lupato alligant. Scraeies (nomen barbarum,nec memini iam vbi legerim) impetigo eſt in pedibus,in locis exarmibus præſertim infra ſuram:vtuntur aduerſus eam ſinapi: naſcitur enim ex frigore. Aduerſus ſcabiem in pedibus,axungiam veterem liquefactam & aquæ infuſam rurſus collige miſceq; cum pollin: gentianæ,& inunge.Sunt qui ſerpentis adipe equi vngularum oras inungant aduerſus ſcabiem,Galenus de parabilibus cap.104. Vlgines etiam in pedibus,cruribus,vnguibusq;,vel ſub armis aliquando generantur (quidam dulcedines vocãt) glycea vlcera etiam apud Galenum leginus, habentq; ſimilitudinem ſcabiei: Diffundunt & pedes vlcerant, Veget.2 52.Cancer cum in reliquo corpore,tum circa iuncturas crurum iuxta pedes,aut inter iuncturas & pedes,videlicet in paſtora fit,Ruſ.171. Paracereis vocatur collectio quædam circa radium in tibia equi, Hippiatr.51. Vermis incipit in pectore equi vel intra coxas iuxta teſticulos,deinde deſcendit ad crura,quæ tumefacit, & crebris vlceribus perforat,Ruſ.144. *Agley* vel *eygley* vulnus quoddam in pede Hippiatri Germani appellant, cui fimum caninum cum chalcantho tritum imponunt,& plantaginem ſuperilligant,idq; ſæpius repetunt. De rimis quas vocant rhagades, Hippiat.122. Crepatium vocant cum corium rumpitur inter iuncturam cruris & vngulam, Pet. Creſ.9.45 & Ruſ.112. Rumpunt (inquit Ruſ.) corium & carnes inſtar ſcabiei cum ardore. Crepatia magis longa & tranſuerſa (inquit idem 113.) inter carnem viuam & vngulam,videlicet in bulletis magis impedit greſſum. Vide ſiras,chiras,& chiramata,ſuperius in pedum malis:exponunt enim calces rimis ſciſſas. *Spatten*, vt audio, Germani vocant duriuſculos quoſdam nodos iuxta vngulam vel coronam, vnde pes incuruetur: quidam excindere ſolent.Equum ſic affectum *ſpättig* nominant:noſtri puto etiam *let ſtig*. Sunt qui tuberculis illis ſcarificatis mentaſtrum illigant: Alij aliter medentur. Vide ne ſit furma vel cutua ſuperius dicta. Excinditur etiã tuber illud quod Germanis dicitur *elnbogen*. Equi quorum vngulas rhagades & rimæ diffindunt, *ſatt ſueſſig* vel *ſatthueſſig* à nonnullis noſtratium vocantur:& vngulæ ſic affectæ, *geſchrunden oder geſpalten oder ryſſende fueſs*: vitium ipſum vocant *ſeſshoef* vel *hornkluffi*,& aliud quoddam in vngulis *den houfſtrauch*. Calcibus & talis vtile emplaſtrum, Hippia. 129. Deambuſtis glacie, Theomneſtus in Hippiat.125 Hybernis itineribus (inquit) glacies equos reliquaq; iumenta torquet:quod vitium pagoplexiam appellant, lis intument calces & cum vngulis feruore laborant,&c. Si equus haberet malum in pede vt ſubularet ſeu clanciaret in corona: primo remoue pilos &c. Ruſius 134. Noſtri, vt conijcio, vocant *houfzwang*, cum vngula creſcit verſus calcem introrſum, & pungit. Si equus doluerit in pede propter laborem,Ruſ.135. De podagra iumentorum,Hippiatr 54. Vege.2.53. Equus podagricus humi decumbit non aliter quàm hordeatione affectus,Abſyrtus. Equorum gregales morbo immunes ſunt, excepta podagra: hoc enim vno laborant & plerunq; ob id vngues amittunt. Sed amiſſis alij ſtatim enaſcuntur: fit enim vt altero ſubnaſcente vngue,alter amittatur. Indiciũ morbi,vt alter teſtium dexter palpitet,vel vt paulò citra nares cauum quiddam rugoſumq; gignatur, Ariſtoteles. Et quando cornu ſeparatur & diſcedit à ſeipſo,ita vt ſpacium in medio cauum & inane relinquatur, (præſertim in cauo pedis circa chelidona dictam) quod malum noſtri vocant *erbelle* vel *verbelle* & remedia quædam præſcribunt. Quæcunq; de vngulis priorum pedum dicta ſunt,ſcias etiam in poſterioribus debere ſeruari, Vege 3 22. Græci malacopodes equos nominant, quorum molliores ſunt vngulæ: eas noſtri *murbe fueſs* vocant,& medicamentis indurant: Vide Hippiatr.105 Subtriti pedes, Hippiatr.105. De ijs qui cornua calcando proterunt. Hippiatr.100. vt Ruellius tranſtulit, perperam vt mihi videtur: Græcè legitur, Ὅσοι διὰ τίτιον κατ' ὄνυχα πατοῦντες, &c. ego verterim, Equi illi qui (nõ plenis ſoleis, ſed ſummis tantum) vnguibus inſiſtunt aut ingrediuntur, &c. claudicant, & infirmis ſunt lumbis, & curſu inferiores. Remedium autem nullum præſcribit, cum pro vngulis attritis multa tradantur, quæ ſatis explicata ſunt capite 105. Quinetiam ibidem ſubijciens Abſyrtus ἢ ἐπιγενόμενοι φυσικῶς, ἢ ὑπερέχηλοι ἐξ αἰτίας, hoc eſt, (vt ego interpretor) ſiue à primo ortu, ſiue ob aliam poſtea cauſam, pes alter ab altero diuerſus (longior nimirum, fuerit, innuere videtur hos ipſos eſſe οἱ κατ' ὄνυχα (ſcilicet ἀκρον) πατοῦντας. (Ὅταν ὑπόπιος πολὺ ἄκρου τῶν ὀνύχων θηλαίνη. Abſyrt.cap.101.) Et certe neceſſaria hæc claudicatio eſt (non vtaliàs propter doloris ſenſum) cum pes alter breuior plenaſolea in humum demitti non poteſt. Animalium vngulæ (inquit Vegetius 2 55.) aſperitate aclongitudine itinerum deteruntur, & impediunt inceſſum. Extortura quoq;, ſi in aſpero vel lapidoſo itinere iumenta coguntur ad curſum, indignationes oriuntur. Poſtremo etiam otioſa in ſtabulis ex collectione humorum incipiunt claudicare. De pedibus ſiue vngulis attritis aut mollibus, Veget.2.58. Iumenta quandoq; vngulas mutant & abijciunt, vt in podagra; Græci τὰ ὑπόπια ἀπόκαυσον dicunt. Si exungulauerit iumentum, Veget.2.57. De diſſolaturis vngularum, Ruſius 130. Pet. Creſ. 9. 53. De mutationibus vngularum, Ruſius 131, Pet. Creſ 9.54. Ad vngulas obliquas remedium, Ruſius 121. Cum clauus malè adactis læduntur ungulæ, inclauaturam recentiores vocant, noſtri *vernaglet*. De inclauaturis diuerſis, Pet. Creſ.9 55. Ruſ.cap.123 de ſecunda ſpecie inclauaturæ, Idem 124.de tertia, 125. De inclauatura quæ rumpitur, id eſt pus emittit in corona pedis, Ruſ.126. Verbaſci folia recens contuſa inter duos lapides, & inclauaturis equorum inſerta, ſtatim ſanant, Petrus Matthæolus. In hoc malo ſoleas ex ferro refigunt, & thus ex aqua imponunt vulneri. Alij milium bene coctum cum axungia calidum imponunt: Alij clauum tantum extrahunt, & ſuper ignito ferro aquam aut vinum effundunt, curantq; vt vapor quàm calidiſſimus ad locum læſum perueniat. De his quibus ſanguis in vngulam tollitur: Alij, Quomodo ſanguis tollatur his, qui vngulam cogunt vel cieterint, Veget. 126. Θερμάστρα, morbus equi circa pedes, Heſychius & Varin. Ego in Hippiatricis ϑερμάστρων legi inter ſigna & ſymptomata aliorum circa vngulas affectuum, vt thlaſmatis, marmoris, pagoplexiæ: in his enim vngulæ ſolito feruidiores ſentiuntur. Θέρμωσις θλάσεως ἔκτασις, ſignum thlaſmatis Abſyrto 101. Equi in quorum pedibus marmora ſunt, ἰσχνοτέρους ἔχουσιν τοὺς πόδας ϑερμοπλῆξις σωματικὸν γίνεται ἢ τῶν ἔνδον ἐξ ὁδοιπορίας καὶ τραχείας ὁδοῦ ϑερμότητος γένεται. Abſyrtus 53. In pagoplexia, id eſt ambuſtis frigore vngulis, δεῖ καὶ ἀλγεινότατα πυρώματα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπιτιθέναι. Talem in homine affectionem vnguium ex frigore obortam, præſertim cum nimis refrigeratos intingunt frigidæ, noſtri vocant *knonegleti*: Græcè ϑερμωνχίαν dixeris. Sanguis dimiſſus in pedes claudicationem affert, quod cum accidit, ſtatim vngula inſpicitur, tactus autẽ feruorem demõſtrat. Columella de bobus. Si equus fuerit tutellatus (al' cudellatus) ſiue multũ ſperatus in pede, aut ſi habuerit multũ frigus in pede. Ruſ 122. De ſpumaturis vngularũ, ſiue infuſione quæ ad pedes deſcendit, Ruſ.129. Malpitiũ (Ruſius pinſaneſe vocat capit.120.) fit in bulletis vngularum, vbi carnes viuæ iunguntur vngulis, ex prauis humoribus qui illuc defluxerũt:, & impedit greſſus equi non aliter quam infuſio, Petr. Creſ.9.48. Seta vulgo nominatur ſpecies fiſtulæ, quæ in vngula equi naſcitur, uſq;

ad tuellum

tuellum intrinſecus vngulam per medium ſcindens: aliquando autem ex latere, & tunc dicitur ſetula eſciſſura à corona pedis incipit, & protenditur per longum inferius vſq; ad extremitatem pedis vel vngulæ, emittens quandoq; viuum ſanguinem per fiſſuram, &c. Ruſius 132. & Pet. Creſ. 9. 50. vbi tamen non ſeta, ſed ſica legitur. Ἄχος etiam & χάσμα rimas quaſdam pedum eſſe ſupra diximus. A ſeta fortaſſis Germanica vox *fatzfueſſig*, factæ eſt, ſi ſetipedem dicas, ſignificatio quidem conuenit. De maledicto in pede, Ruſ. 153. Hæc noxa qualis ſit non exacerbat: adhibet autem remedium, ſaluiæ partes duas, lardi vnam, tritæ imponi iubens. Si iumentum ad aperturam pulmunculum fecerit, ſcias totum ſolum hoc eſt aſſem hac ratione tollendum: Vngulam ſubrades, &c. Vegetius 2. 6. Idem 2. 61. meminit pulmunculi in dorſo nati. De ſubiactura, Ruſius 128. Cum equus (inquit) ſine ferreis ſolea per loca aſpera diu ducitur, vngula ita atteritur, vt tuellus intrinſecus defendi non poſſit itaq; inter tuellum & carnem fit congregatio ſanguinis cum dolore, & humores confluunt. Accidit quandoq; quòd pes læditur ſubtus vngulam in medio ſoleæ ex ferro (vel oſſe, vel lapide lignóue) vel alia re dura vſq; ad tuellum intrante, vnde tuellum læditur: ex qua læſione cum vngula non inciditur circunquaq;, vt debet, naſcitur ſuper tuello quædam carnis ſuperfluitas, quę ſuperat ſoleæ ſuperficiem & vulgò ficus nominatur, &c. Petr. Creſ. 9 56. & Ruſius 127. Adinerendum vngulæ promouendum, Hippiat 105. De incremento cornu, Ibidem 117. Vngulæ productionē moliri, Hippiat. 123. Si vngulæ & in vngulis caro minuantur, noſtri medicamentis occurrunt, quæ in Hippiatricis libris noſtro ſermone deſcribuntur, *Söder kernſchvvynet*. Plura vide ſupra, in hoc ipſo capite, inter *νόσημα*.

D.

Equorum ducem, vt boum, nullum conſtituunt: quoniam equorum natura non ſtabilis, ſed mobilis procaxq; Ariſtoteles. Equus velox & ſuperbum & generoſum eſt animal: & huic naturæ aptum corpus habet, vngulis ſuperobuſtis & tuba inſtructum, Galen. Adamantius phyſiognomon μεγαλαυχίαν & φιλοτιμίαν, id eſt ſuperbiā gloriæ ſtudium equi ingenio attribuit. In equis (inquit Lactantius de falſa relig. 3. 8) gloriæ cupiditas experimento deprehenditur: victores enim exultant, victi dolent. Hinc & Vergilius, Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. Ouidius etiam in Halicuticis idem in equis ingenium eleganter deſcribit his verſibus:

Hic generoſus honos, & gloria maior equorum:
Seu ſeptem ſpatijs cerco meruére coronam,
Attollat caput, & vulgi ſe vendicet aura?
Quam tumidus, quantoq; venit ſpectabilis alter,
Vngula ſub ſpatijs graniter redeuntis opimis.
Nam capiunt animis palmam, gaudentq; triumpho,
Nonne vides victor quanto ſublimius alium
Celſáue cum caſo decoratur terga leone,
Compeſcatq; ſolum generoſo concita pulſu

Eo ad currus iuncti non dubiè intellectum adhortationis & gloriæ fatentur, Plin. Inter cæteras animantes (ait Aelian.) equus magno elatoq; animo eſt. Enimuero magnitudo & celeritas ipſa ceruicisq; eminentia, & cum facilis contractio, facilisq; porrectio, & vngularum crepitus inducunt, cū vt audacius is exultet & geſtiat, & citiusq; efferatur: tum maxime comata equa mollitie, & inſolentia diffluens ſuperbiat, eamq; ob rem ab aſinorum indigniſſimè ferat, vt maximo viciſſim gaudio compleatur, cum equo tanquam nuptijs ſociata ſit, ob ipſum ſe plurimi eſſe arbitretur: cuiuſmodi affectus gnari, qui ſibi mulos gigni volunt, equæ iubam temerè, & auricilio tondent poſteaq; aſinos admittunt: ea vero tum mariti ignobilitatem cuius prius pudebat, & contra ante reſiſtebat, facillime patitur atq; eius rei Sophocles meminiſſe videtur, Hæc Aelian. Equarum iubas hoc præcipiunt, vt aſinorum in coitu patiantur humilitatem: comantes enim gloria ſuperbire, Plin. Vide (in c. vbi de coitu equarum & in Mulo c. vbi de aſino admiſſario. Equi vocem quoq; agnoſcunt equorum hoſtium cum pugnarint, Ariſtoteles. Equi ad diſcendum dociles ſunt, neq; rerum memoriam, quas perceperunt, oblitio delet, Aelian. Equus (inquit idem) cum freni crepitum, & ſtrata, & cætera ornamenta videt, tum frendo exultans vngularum ſupploſione obſtrepit, & ex eorum conſpectu afflatu quaſi furoris ad iter incenditur: equiſonis excitatur, & aures erigit, & naribus inflatis celerem feſtinationem anhelat, quodā incredibili curſu ad currendi memoriam rediens. Ingenia eorū (inquit Plinius) inenarrabilia iaculantes obſequio extenuantur, difficiles conatus corpore ipſo nixuq; inuitantium, (aliâ imitantium.) Iam tela humi collecta equiti ſunt. Tubarum clangorem bellatores equi ita intelligunt, vt loco ſtare quandoq; neſciant: & quando retrahi aut certamen debeat agnoſcunt, Beliſarius. Huc facit illud Vergilij Georg. 3. Tum ſi qua ſonum procul accēdere ſtare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus, Collectumq; premens voluit ſub naribus ignem. Tibijs & fiſtulis mulcentur, Plutarch. Tibiæ cantu quantum delectentur Libycæ equæ, dixi ſupra capite ſecundo, vbi de Libycis equis mentio fuit. Sybaritas ſaltationem equos docuiſſe iampridem peruagatum eſt, Aeliano ſocilitas tanta eſt, vt vniuerſus Sybaritani exercitus equitatus, ad ſymphoniæ cantum ſaltatione quadā modulatus inueniatur, Plinius. Sybaritæ in conuiuia equos introducebant ita imbutos, vt incinentis tibiæ cantu ſtatim arrigerentur, ac pedibus ipſis prioribus vice manuum geſtus quoſdam chironomiæ motuſq; edebant numerum ſaltatorios, Cælius ex Athenæo vt videtur, qui libro 12. in hiſtoria luxus Sybaritarum, de equorum exercitationibus in hæc verba ſcribit, vt nos conuertimus: Sybaritarum is erat luxus, vt equos etiam inter conſtitia tibiam ſaltare aſſuefacerent. Quòd cum ſcirent Crotoniatæ, & bellum aduerſus eos gererent (vt Ariſtoteles iam refert in ipſorum republica) ſaltandi ſignum equis dederunt. Ducebant enim ſecum in reliquo belli apparatu tibicines quoq;: quos tibia canentes cum audiuiſſent equi, non ſaltare ſolum cœperūt, ſed vnà cum ſeſſoribus ad Crotoniatas transfugerunt. Similem de Cardianis hiſtoriam Charon Lampſacenus libro ſecundo de Perſis prodidit his verbis: Biſaltæ expeditione aduerſus Cardiam ſuſcepta vicerūt. Dux Biſaltarum Onaris erat: is adhuc in Cardia venditus, & Cardiano cuidam ſeruiens, tonſor factus eſt. Acceperant autem Cardiani famam, quod Biſaltæ aduerſus eos venturi eſſent: Huius cum ſæpius mentionem in tonſtrinis fieri audiuiſſet, illa profugus in patriam redijt, & à Biſaltis cōtra Cardianos dux creatus eſt. Cardiani autem omnes equos in conuiuijs ſaltare docuerāt. Saltabant illi, & poſterioribus innixi pedibus, varios prioribus ſaltatorios modos numerorum periti ædebant. Hæc cum Onarin non laterent, tibicinam ex Cardia emerat, a qua multi dies tibiæ canendi artem edocti in exercitu aderant. His tēpore prælij ad tibiam numeros illos ſaltandi, quos didicerant, canere iuſſi ſunt: quibus equi auditis in poſteriores pedes erecti ad ſaltationem ſe conuerterunt. Horum omnis Cardianorum vis in equitatu, atq; ita ſuperati ſunt, Hactenus Athenæus. Voluptatem equis incite

ſneſſe Circi ſpectacula prodiderunt. Quidam enim equorum cantibus tibiarum, quidam ſaltationibus, quidam colorum varietate, nonnulli etiam accenſis facibus ad curſus prouocantur, Solin. Equum ita edoctum in Traiano ſcribit Dion, vt regem adoraret, Cæl. Cum in aduentum & gratulationem Mariæ puellæ Britannicæ (quæ Ludouico duodecimo Gallorum regi nupſerat) ſpectacula illa, quæ torneamenta legulei vocant, Lutetiæ frequenti rerum omnium apparatu ædérentur: viſus eſt mihi equus, qui ſeſſore hortãte reginam inclinatis plerunq; genibus ſalutabat, moxq; conſurgens volucri ſaltu in aëra ſeſe efferebat, Text. Homerus equis non tantum intelligentiam, ſed diuinam intelligentiam, atq; etiam orationem attribuit. Nam apud hunc poetam & ad præſepia otio contra naturam ſuam languentes mœrent, & Patroclo occiſo perturbãtur animis, & ipſi Achilli futura prædicunt, Camera. Hæc dore uerſus Homeri citat Io. Tzetzes 3.118. Affectum equinum lachrymæ probant Solin. Equi præſagiunt pugnam, & amiſſos lugent dominos, lachrymasq; interdum deſiderio fundunt, Plin. Poſt bellator equus, poſitis inſignibus Aethon It lachrymans, guttisq; humectat grandibus ora, Vergilius libro 11. de Pallantis equo. Sunt & Oppiani uerſus lib. de uenatione 1. ſuper equorum intellectu & erga homines amore, qui commemorentur digniſſimi.

Ἵπποισι δ' ἀθέμιστα Φύσις πόρε πυκνήσασα
Λίην γινώσκειν ἐὺν Φίλον ἡνιοχῆα,
Καὶ πολέμοισι πόνον τε μέγα στονάχεσσιν ἰταῦρον.
Καὶ Φύσις Θ' ἱμερόεν κεν ἀμείρομεν, ἠ λαθέειν κῆλα

Ἠμερίων κραδίην, καὶ φήσεται αἰόλον ἵππον.
Καὶ χαριεὶς εἰνὶ δόμοις ἀγακλυτὸν ἡνιοχῆα,
Ἵππω Θ' ἑνὶ σμίνῃ ἠξέν ποτε δῆτα μαὶ σιωπῇ,
Ἀνόρομέων, καὶ γλῶσσαν ἐμοῖσιν αἰθρώπεσι.

A curſus legum interpres, refert Cęſarem triduo antequam morerctur, aſturconem ſuum flentem inueniſſe, futuræ quidem mortis indicium: quod fidem non caperet, niſi Tranquillus in eiuſdem vita ſimile quid teſtaretur. Proximis diebus, (inquit) equorum greges, quos in traijciendo Rubicone Marti conſecrauerat, ac ſine cuſtodibus vagos dimiſerat, comperit pabulo pertinaciſſimè abſtinere, vbertimq; flere, Hæc Textor. Ab equis generoſis dominos mirè diligi certiſſimum eſt: argumento fuerit equus Rodati, qui à morte Caroli Magni monachus apud Mald. factus, aliquantò poſt irruentibus paganis, equum quem in monaſterio depoſuerat inſilijtque equus licet iam declinantis ætatis alacriter ſuſcepit, & donec de hoſtibus ſuis triumpharet, portauit: Erat autẽ hic equus ex illorum numero, qui nullum ſeſſorem præter dominum proprium admittere dignantur, Vincentius Bellun. ex Alexandro quodam. Plures huiuſmodi hiſtorias capitis octaui parte vltima referam. Fideliſſimi ante omnia homini canes atq; equi, Plinius. Si accuratè & liberaliter tractetur equus, cum beneuolẽtia erga eum qui ſibi benefecit, cumq; amicitia acceptum beneficium compenſat, Aelia. Hoc quidem compertum eſt, niſi forte vel morbo (nam & rabie equi corripiuntur vt canes) vel ira inſaniat equus, non facile hominem lædere, maximè ætatis aut ſexus imbecillioris. Itaque mordaces iſti & calcitrones, vt Pannonici plerique, de quibus & prouerbium malignitatis ortum, non ferè niſi irritati aut opinione aut metu offenſæ ferociunt. Quamuis vt inter homines, ita inter equos quoq;, malitio ſi & nocentes aliqui præ cæteris inueniantur Camerarius. Amiſſa parente in grege armenti reliquæ fœtæ educant orbum, Plinius & Tzetzes. Equæ ſocietate coniunctæ, ſi altera forte perierit, altera pullum parente orbatum enutrit, Ariſtoteles. Equarum genus miro quodam amore prolis teneri putatur: cuius rei indicium eſt, quod ſæpius ſteriles auferunt pullos à matribus, quos ipſæ amore proſequẽtes tueantur: ſed quoniam lacte careant, deprauant eos quos diligunt, Ariſtoteles Hippomanes de fronte ſtatim ædito partu deuorat fœta, aut partum ad vbera non admittit, ſi quis præreptum habeat, Plin. Equæ plerunq; mœreſcunt deſiderio pullorum abſentium: propterea dimittendi ſunt in eadem paſcua quibus mater Columella. Qui equas ad reditum ſaltem, aut ſi opus ſit, fugam, veloces deſiderant, à partu recentes accipiunt: quæ quoniam relictos pullos recordantur, quos plurimum amant, quanta poſſunt celeritate qua venerunt repetere ſolent iter. Qui metaphrenon, id eſt partem inter ſcapulas ſupinam (ὄπιθεν) habent, remiſſo & ſtolido ingenio exiſtimantur: quoniam huiuſmodi in equis eſt, Ariſtoteles in Phyſiog.

Equi ab elephantis in prælio terrentur, vt in Elephanto dixi cap. 5. ex Heliodoro & Marcellino Equis odio naturali camelus aduerſatur, Ariſtot. & Plinius. Quantum camelum equus reformidet, Cyrum & Crœſum cognouiſſe aiunt, Aelianus. Simonides in Iambis dicit, Perſas poſt Cyri pugnam in Lydia camelos ſimul cũ equis aſſere, equorum metum ex camelis connictu conantes expellere, Aelian. Cyrus in prælio aduerſus Crœſum, camelos cõtra equitatum inſtruxit hac ratione, quod camelum equus reformidat adeò quidẽ, vt nec ſpeciem eius intueri nec odorem ſentire ſuſtineat. Id ideo commentus eſt, vt equitatum Crœſi, quo ille ſe præualiturum conſiderabat, inutilem redderet. Simulatq; in pugnam itum eſt, equi olfactis protinus conſpectisq; camelis retro ſe auertunt; vnde ſpes Crœſi interijt, Herodotus libro 1. Rumpi equos traditur, qui veſtigia luporum ſub equite ſequantur, Plinius. Veſtigia lupi calcata, equis afferunt torporem, Idẽ. Si caſu equus lupi veſtigium conculcet, torpore comprehenditur: ſi item lupi calcaneum equi quadrigam trahentes conculcent, ſiſtentur tanquam ij cum quadriga conglaciati eſſent, Aelian. Equi luporum veſtigijs calcatis obtorpeſcunt cruribus, Pamphilus in libro rerum natural. Geoponica. Si calcauerit zoſach, id eſt equus veſtigium dorim, id eſt vrſi (lupi potius, vt cæteri omnes ſcribunt) accidit ſtupor eius pedi, Aeſculapius. Mulierẽ quæ abortierit ſignificaturi Aegyptij, equam ſcribunt, quæ lupum preſſerit. Equa enim abortit, nõ modo ſi lupum calcauerit, ſed etiam ſi ipſius veſtigia attigerit, Orus. Prægnans equa incedens ſuper veſtigia lupi, iraſcetur, Raſis & Albertus. Et alibi, Si calcet equus veſtigia lupi vel leonis, pedibus obtorpeſcet, vt moueri nequeant, Idem. Dextarij non caſtrati & fortes, ex audacia appetunt adire & impugnare leonem (hoc Oppianus de charopis equis ſcribit, cæteros verò omnes leonum aſpectum non ſuſtinere:) caſtrati autem adeò timent, vt nec calcaribus nec flagris adigi poſſint vt propius ad leonem accedãt, Auicenna. Inimica omnia ſuillæ equino generi, grunnitus, fœtor, halitus, Camerarius. Equum ferunt ſtruthiocamelum refugere, nec intueri audere, Cardanus. Equi capitale diſſidium eſt cum vrſo, Eraſmus in colloquijs. Equi amantur ab otidibus, Ariſtoteles. Otis ex omnibus auis equorum ſtudioſiſſima cenſetur: nam cum cætera animalia in paſcuis oberrantia aſpernetur: equum vt aſpexerit, magno ſtatim cum gaudio ad ipſum aduolans, appropinquare pergit, Aelian. Si quis equinam pellem induerit quotquot volet otides venabitur: nam equorum ſtudio captæ accedunt, Gillius Hominem viribus infirmum qui fortiorem fugiat ſignificãtes Aegyptij, otidem auem & equũ pingunt: euolat (ἐλαύνει) enim illa viſo equo, Orus 2.20. Sed hoc aliorum ſcriptis aduerſatur, vt de antho potius quam otide aue id verum ſit. Equorum odio habet florus auis: pellitur enim ab equo pabulo herbæ qua veſcitur,

nubecu-

ſeculans hic, nec valens acie oculorum eſt: quippe qui vocem quidem equi imitetur, atque aduolant equum et ſed interdum excipiatur occidaturq́; ab equo, Ariſtoteles. Barbari, vt Albertus & alij, vbi in Græco anthon, ſt illorum auem legimus, ibis vel ybos habent. Philes Græcus ineptè non anthum auem, vt debebat, ſed an- m piſcem ab equo odio haberi ſcribit. Eſt auis quæ equorum hinnitus, anthus nomine, herbæ pabulo aduenorum pulſa, imitatur, ad hunc modum ſe vleiſcens, Plinius.

E.

ſporedicas Galli vocant bonos equorum domitores, Plinius 3.17. Rauiſius Textor t. literam in medio aſpirat. rædia Plinio Italiæ tranſpadanæ oppidum eſt, Ptolemæo Salaſiorum, hodie Hiaurea. Equiſo dicitur equorũ itor. Nam vt equus (inquit Varro) qui ad vehendum eſt natus, tamen traditur magiſtro, vt equiſo doceat tim incedere. Hippocomus Græcis vocatur equorum curæ præfectus. Πωλοδάμνης Straboni, qui pullos do- & (opus ipſum πωλεύειν) πωλοδαμεῖν Diodoro Siculo. Hippodamus, qui domat equos, Io cozone, Scoppa exico Latinoitalico. Equiſones & arulatores, ſiue mauis cociones, arte & induſtria equis gradus glomeratio- dant, Grapald. De pulli domitura, Hippiatrica 116. Abſyrtus in Geoponicis 16.1. Manſuefaciendi (inquit) pulli, inſtituendiq́;, vbi decimumoctauum menſem compleuerint. Tunc enim eos deligantes capiſtro, præ- frenum ſuſpendere conuenit, vt illud contrectantes aſſueſcant, nec trepident ob ſonum à ſicliſterijs (poſto- s vertit Cornarius) profectum. Cæterum dum fuerit trimulus domandus eſt, prius quam ventricoſus eua- De domitura & inſtitutione equi, Creſcentienſis copioſè agit lib 9. per totum caput ſextum. De nutritione orum pullorum, Ruſ. 18. De educatione adultorũ, Idem 19. Quomodo & quo tempore illaqueari debeant qui ducuntur ad armenta, Ruſ. 20. Quomodo & qua cautione equi domẽtur. Idem 22. & de cuſtodia equo- poſt domationem, cap. 23. De equo diſciplina inſtituendo, Ruſ. cap. 24. In pullo inſtituendo (inquit Xeno- non decet ipſum equitem occupari. ſed potius domitori tradet, & quomodo inſtitui ab eo velit præſcri- Prou. debitur autem vt accipiat domitor pullum manſuetum & manuum patientem, atq; amantem homi- quæ pleraq; domi à curatoribus (hippocomis) illorum efficiuntur, qui norint, cum famem atq; ſitim, tum ntiam pulli ad ſilentia & ſolitudines (ἡσυχίας, interpres legit ἐρημίας, vt oppoſitum ſit quod ſequitur ἀπ' ἀγε-) relegare: contrà verò cibum & potum & depulſiones offenſarum per homines procurare. His enim cu- tis non ſolum diligi à puillis homines, ſed requiri etiam neceſſe eſt. Contrectandæ etiam ex partes corporis, maximè tangi equus gaudet: hæ ſunt denſiſſimæ pilis, & à quibus moleſta depellere ipſe nequit. Iubeatur & or pullum cum traducere per turbam tum varias ad ſpecies & voces admouere. Ex his, ſi quid forte illũ per- it, oſtendere oportebit placando, non ſæuiendo, terribile non eſſe, Hæc Xenophon. Quando & quo tem- domari debeant pulli, Ruſius 21. Pulli domantur Martio, vbi tempus bimæ ætatis excellerint, Pallad. Sunt icant poſt annum & ſex menſes equulum domari poſſe, ſed melius poſt trimum, è quo tempore farrago dari Varro. Equus bimus ad vſum domeſticum rectè domatur, certaminibus autem expleto triennio, ſic tamen ſt quartum demum annum labori commitiatur, Columella. Diuerſa autem circo ratio quæritur: itaq; cum in alio ſubigantur imperio, non ante quinquennes ibi certamen accipit, Plin. Domitores equorum nõ ver- olum adhibent ad domandum, ſed cibum etiam ſæpe ſubtrahunt, vt fame debilitetur equuleorum nimis ata vis, Cicero in Hortenſio vt Nonius citat. Pullos, cum ſtent cum matribus, interdum tractandum, ne int diſiuncti, exterreantur. Eademq́; cauſa ibi frenos ſuſpendendum, vt oculis conſueſcant & videre eorũ n, & à motu audire crepitus. Cum iam ad manus accedere conſueuerint, interdum imponere his puerum it ter pronum in ventrem, poſtea iam ſedentem: hæc facere cum ſit trimus, tum enim maxime creſcere, ac oſum fieri, Varro. Pullus paſſum ſuauem vel durũ cui aſſueſcit iuuenis, vix iam prouectus ætate relinquere t, &c. Iſidorus lib. 8. Ducendum eſſe equum per loca vbi ſint ſonitus & ſtrepitus, Ruſius 36. Hippocomus n viæ lapidoſæ, ſed non nimium aſperæ aſſuefaciat. Quòd ſi etiam in ſtabulo lapides ἀμφιδόχιμοι (ἀμφί- , λίθοι μείζους & ἴσους, Heſychius & Varin. δίχιμος quidem obliquus eſt, δέκιμος verò & δεκαπαλαιστόχιμος apud em, menſuræ nomen, quatuor digiti manus concluſi: hinc eſt puto quòd Camerarius, quanquam ἀμφιπό- Xenophonte legitur, ipſe ἀμφιδίχιμον ex Polluce repoſuit, & palmares vertit) quorum ſinguli circiter li- appendant, depoſueris, incluſerisq́; ferro, vt Xenophon cõſulit: ſic quoq; ex aſſuetudine eos calcandi con- bit & roborabit pedes pullus, Pollux. Exteriore quidem parte ſui ſtabulum (inquit Xenophon, ἐξώπαθμον s) ita rectiſſimè ſe habebit, & pedes equi ampliabit, ſi rotunda ſaxa palmari magnitudine pondere libræ, multa quatuor aut quinq; plauſtra vehere poſſint, effuſè deijciantur, & ferro includãtur, ne à ſe diſcedant. per hæc inductus equus quaſi in lapidoſa via ſingulis diebus aliquantiſper gradiatur. Nam ſiue deſtringa- à muſcis pungatur, vti vngulis illum non ſecus ac ſi vadat neceſſe eſt. Etiam teſtudinem (chelidona) pedi odo effuſi lapides ſolidant. Equitanti frequenter deſcendendum de equo & aſcendendum eſſe, Ruſius 37. ſcenſionẽ tam inſtratum quam nudum equum aſſuefieri rectũ fuerit: ſed de hac plura inferius. Qui nactus ium (inquit Xenophon) omnino imperitum ſaltuum, is vacuum illum prehenſo loro ductorio tranſgreſ- ſam prior attrahito ad ſaltum. Quòd ille ſi renitatur, à tergo aliquis flagrum aut virgam ſummis viribus in- ita tranſiliet non ſolum illud ſpatium, ſed longius etiam quam deſiderabis, & in poſterũ non expectabit ver- ed vbi ſenſerit modò ponè accedere aliquẽ, ſtatim ſaliet. Cum vacuum aſſuefeceris, ita etiam agitabis con- m, primum quidem trans minores foſſas, mox etiam latiores. In eo ſaltu autem ſaliendi ſubdes calcaria, iti- cum ſubſilire equum & cum deſilire volueris, calcaria ſubdito: toto enim corpore in omnibus his annitẽs faciet illa ita, magis vt cum ipſe, tum eques in tuto ſint, quàm ſi poſteriore parte ſui quaſi deficeret, vel in iendo, vel in erumpendo ſurſum, vel in deſiliendo. Cæterum ad decliuia primum leuiori in ſolo equos aſ- i conuenit. Ita tandem aſſuefacti libentius per decliuia, quàm recto curſu ferentur. Nam quòd quidam ve- , ne ſi per decliuia incitentur equi, armos rumpant, neminẽ debet terrere, qui cognouerit & Perſas & vni- Odryſſas curſu per decliuia certantes, nihilò minus habere ſanos equos, quàm Græcos. Porrò ſeſſor ad hæc accommodũ præbere debet. Itaq; ad primum ille equi impetum proclinator, ita minimè equus tergiuer- , aut eques ſuccutietur: ſtatimq́; reprimens equum, reſupinator, ita minimè ipſe iactabitur. In traiectu ſoli- iui aſcenſu, nõ fuerit incongruum iubam tenere, ne ſimul & loco & freno grauetur equus. Sin per decliue & reſupinator eques & equum ſuſtinetõ freno, ne præceps vterq; deorſum feratur, Hæc Xenophon. Ad- iactiones autem vtrunq; in latus, & in gyros, itemq́; conuerſionem celerem directi curſus, eſt id quidẽ non

vulgaris industriæ equum instituere: sed nisi sit valde nihili pecus, assiduitas & diligentia etiam hæc celeriter assequitur. Loquor autem de equo integro, & cuius vires nulla iniuria morbi debilitauerit. Nam talium labant crura, neq; tuto pedetentim per plana etiam loca ingredientibus his vehâre, nedum illos ad cursum cõcites & in gyros torqueas aut agas per salebras, Camerar. De gyris equi infra etiam dicemus inter equitationis præcepta.

De castratione dictum est supra capite secundo in Canterio.

Equorum & equarum greges qui habere voluerint, vt habent aliqui in Peloponneso & in Apulia, primum oportet spectare ætatem, quam præcipiunt. Videndum ne sint minores trimæ, maiores decem annorum, Varro. Ætatem quomodo discernas capite tertio docuimus. Ad equarum gregem quinquagenarium bini pastores sufficient vtiq;, vterq; horum vt secum habeat equas domitas singulas in ijs regionibus, in quibus stabularij solent equãs abigere, vt in Apulia & in Lucanis accidit sæpe, Varro.

Equile stabulum equorum est, Varroni & Catoni. De hoc supra etiam in domituræ mentione nonnihil diximus. Plancæ roboreæ supponantur stationibus equorũ cum stramine, vt iacentibus molle sit, stantibus durum. Vetus quidam nescio an Vegetius. Curandum est vt stabulentur sicco loco, ne humore madescant vngulæ: quod facile euitabimus si aut stabula roboreis axibus constrata, aut diligenter subinde emundata fuerit humus, & palex superiectæ, Columella. In stabulo reprobatur à plerisque pauimentum ligneum asserum, seu trabium atque axium, Camerar. Stabula equorum vel boum, meridianas quidem plagas respiciant, non tamen egeant septentrionis luminibus, quæ per hyemem clausa nihil noceant, per æstatem patefacta refrigerent, Pallad. Diligens dominus (inquit Veget. l. 56.) stabulum frequenter intrabit, & primum dabit operam vt stratus pontilis (hunc etiam inferius in hoc capite similiter nominat: & lib. 2. cap. 58. Iumenta, inquit, mundissimè stabulentur, & roboreis pontibus consternantur) emineat: ipsumq; sit, non ex mollibus lignis, sicut frequẽter per imperitiam vel negligentiam euenit sed roboris viuacis duricia & soliditate compactum. Nam hoc genus ligni equorum vngulas ad saxorum instar obdurat. Fossa præterea quæ lotium recipiat, deductorium debet habere cuniculum, ne pedes iumentorum redundans vrina contingat. Patena quæ appellatur (vox facta videtur à φάτνη Græcorum) hoc est alueus, ad hordeum ministrandum sit munda semper, ne fordes aliquæ cibarijs admisceantur & noceant. Loculi præterea vel marmore, vel lapide, vel ligno facti, distinguendi sunt, vt singula iumenta hordeum suum ex integro nullo præripiente consumant. Nam sunt animalia ad edendum auidissima quæ cum celeriter propria deuorauerunt, partem consortis inuadunt. Alia verò naturali fastidio tardius comedunt, & nisi separatim acceperint, vicinis rapientibus macrescunt. Cratis, quæ iacca vocatur à vulgo, pro equorum statura nec nimis alta sit, ne cum iniuria guttur extendatur: nec nimis humilis, ne oculos contingat aut caput. Luminis plurimum stabulo infundi oportet, ne tenebris assueta, cum producũtur ad Solem vel caligent, vel aciem visus imminuant. Æstate in apertis locis tam noctibus quàm diebus iumentis libera aura præstanda est. Hyeme verò tepere debent stabula potius quàm calere: nam nimius calor licet custodiat pinguedinem & reficere videatur, tamẽ indigestionem facit, & vehementius nocet naturæ. Propter quod diuersa genera morborum ex vapore ipso animalibus generantur: & ideo producuntur ad frigus insolitum, statim ægritudinem ex frigoris nouitate percipiũt, Hucusq; Vegetius. In quo quidem loco sues stabulabunt, eodem equos nequaquam deducemus, neq; prope consistere patiemur. Inimica enim omnia suilla equino generi grunnitus, fœtor, halitus, discernente hac etiam in parte natura ipsa generosissimam ignauissima bestiam. Remouebuntur & aues domesticæ atq; altiles à præsepibus equorũ, quæ propter reliquias pabuli sectari solent, quæ tum in his non solum pinnulas excutiunt, sed etiam stercora deijciunt: atq; illæ cũ gutturis, hæc cum alui periculo ab equis deglutiũtur, Camerar. Et rursus, Quotiescunq; (inquit) intra stabulum & ad præsepe equus curabitur, stramenta etiam furcillis cum excutientur, tum componẽtur, & immunda omnia auertentur: hoc non solum aspectu est iucundum, & curatorũ diligentiam studiumq; mundiciæ commendat, sed etiam valetudinem equorum bonam conseruat atq; auget, propter fœtoris & situs remotionem, quibus cũ anhelitus equorum facile vitiatur, tum squalida omnia aërem inficiunt, vt maius etiam malum metuendũ sit. Quare qui diligenter & accuratè tractari equos student, hoc vident non minus vt equilia stabula nitcant, neq; secus vt suo quidq; loco repositum, omniaq; versa & præterea sint, quàm in conclauibus & triclinijs suis: ne quis cum forte ingressus sit absentibus equis, non equos ibi curari, sed sues pasci existimet. Equi instructi vbi redierint, tum illos ministri, stratis, frenis, omniq; ornatu exuent, & curabunt, vt expositum est. Hæc autem omnia suo quidq; loco suspendent aut reponent: similiter & alia supellex equestris, & totum stabuli instrumentum, aptè atq; ordine collocatum visetur: Vniuersa quidem ab equis longiusculè. Nam multi reperiuntur ita petulantes equi, & bona cum natura tum cura luxuriantes, vt quicquid attingere forte potuere, id arrodant, & frusta interdum pannosa aut lorea deglutiant. Quod illis, si fecerint, nequaquam scilicet salutare fuerit. Quare serie quadam omnia erunt disposita, neq; panni detersorij, aut strigiles, aut pecten, in præsepi abijcientur, neq; prope etiam appendentur: neq; strata temere quocunq; infligẽtur vt obliqua pronáue iaceant, nihil laboret minister, Camerar. Et alibi, Tractationes nocturnæ cautæ fient illatis luminibus. Itaq; & laudantur stabula lapidea, & concamerata: stramen enim & fœnum flammam celeriter & concipit & auget. Sed quoniam fieri nequit vt curatori interdicatur, ne vnquam in stabulum lumen intulisse velit: id præcipiendum est, vt vel in laterna inferat, vel illatum in candelabro reponat, quod debebit esse ferreum subiecta lapore lamina, in quam scintillæ omnes incidãt, & alicubi loci suspensum aut affixum, vnde longissimè stramina & fœnum & materia alia ignium absit, Hactenus Camerar. Addentur etiam proximè quædam post cibum & potum equi, quæ ad stabulum pertinent.

De tractatione equi quantum ad sanitatem tuendam, supra etiam capite tertio non pauca attulimus. Hæc quæ dicuntur de cura & tractatione equorum, intelligendum quo melior equus & vsus illius nobilior sit, eò diligentius exercenda: quippe cum in contemptu quorundam maxima negligentia non reprehendatur. Est autem prima dignitas bellatorum: proxima itinerariorum, aut eorum qui animi causa aluntur: postrema vectariorum, Camerar. De curando equo, Ruf. 28. De curando equo cum equitari debet, Idem 29. De cibo & potu equorum supra quoq; dictum est cap. 3. Pabuli cura neglecta futurum vt & generosissimus equus pereat ac corrumpatur, & mediocris prorsus inutilis fiat. Contra, futiles sæpe illa ipsa cura exquisita, & assiduo respectu, ad non spernendũ vsum, mediocres autem ad præstantiam quoq; nonnunquam perducuntur. Quod & ipsum poëtæ veteres indicarunt, cum Neptuni progeniem Arionem, vel nescio quem alium, fecere de Cerere. Quo quis non videt significare illos voluisse de bono pastu equos ad diuinitatem propemodum quandã euadere solere, Camerar. Curandum est [illegible] uit Veget. l. 55.) vt siue to[illegible] vel manipulos vicia[illegible] regionum vsu vel copia animalibus

animalibus præbeas, incorrupta ac bene olentia & munda mittantur. De hordeo quoq; non erit sollicitudo dis-
ilis, ne aut puluerulentum sit, aut lapidosum, aut mucidum, aut vetustate corruptum, aut certe recens de arcis
umptum, & ipsa nouitate præferendum. Et paulo post, Hordeum quoq; non semel nec bis, sed pluribus por tio-
ibus præberi conueniet: quicquid enim paulatim acceperint, legitima digestione conficiunt: quod verò semel
enormiter sumpserint, cum imo indigestum integrumq; transmittunt. Mane (inquit Camerar.) fœnũ obijci
on oportebit: sed post datum & cõsumptum pabulum hora tertia manipulus vnus fœni obijcietur, quod equus
bi confecerit, aquabitur. Id tempus incidet in horam circiter nonam. Tum iterum manipulus fœni obijcietur,
post horas tres, id est circa duodecimã pabulum præbebitur meridianum simile matutino. Postea hora secunda
ut tertia manipulus fœni obijciatur, & mox deinde bibendi copia fiat equo. Tandem vesp rtinum apponatur
abulum paulò copiosius, præsertim hyeme, & vnà obijciatur manipulus vnus aut alter fœni. Priusquam autẽ p
ulum proferri sentiat equus, afferatur aqua pura, & admoueatur equo, si forte sitiat & potum desideret. Vete-
s, id quod Xenophon innuere videtur, bis tantum pauêre equos suos, Hæc ille. Et rursus, Mane hora sexta in
abulo equo pabulum præbebitur, nisi aliqua res & vsus equi suaserit accelerare pastum. Nam multa possunt in-
dere quæ ordinem turbent. Pabulum verò auenæ apud nos dari solet. Etsi nonnunquam hordeum apponunt.
ij existimo si fieret crebrius futurum cum equorũ bono: nam alit magis hordeum, & est minus crudum, id est
rfus & sanguinem gignit tenuiorem. Sed tum mane auenę seu hordei pabulum dabitur: qua mensura quidem,
on potest certò præfiniri: nam æqualem nõ omnes expetunt: communis tamen videtur quatuor chœnicũ, siue
mo iijd est quantum fermè sexies canis ambabus manibus comprehendi poterit. Tantum quidem fer è appo-
ere solent, sed largius parciúsue hos vel illos equos pascere oportebit. Qui quidem nõ multum defatigan ur &
esscunt, aut rarò agitantur, illis plenum pabulum nequaquam dabitur, neq; merum sed cũ minuetur, tam mi-
bitur paleis, aut quod magis laudatur confectis culmis fragum, Hæc Camer. Qui equum & sanitate & robore
idiorem habere cupit, paleas & hordeum toto anno ei præbebit, & ne herbas aut farraginẽ in tempore verno
t caucbit. Cæterum autumno herbas roscidas dabit è pratis, & nihilominus adijcietanationã hordei pro noctẽ
e equus & sanior & laborum tolerantior, & à morbis tutior ac vinacior erit, nec nimium pinguis. Si tamẽ mer-
atoris fuerit equus, pinguem reddere licebit vt pulchrior appareat. Pullis enim tẽpore veris expedit farragines
alias herbas exhiberi, maximè qui fatigandi non sunt, Hæc Rusius capite vltimo. Audio in quibusdã Angliæ
cis panes ex leguminibus, vt fabis & pisis, confectos equis in cibum dari. Cum iter facies equo ne dederis mul-
m annonę in meridie, sed cò amplius boni fœni, & si libet panem maceratum è bono vino. Cœnam matur è da-
s, vt maturius quiescere incipiat, Obscurus. Pabulum madefacere quamuis pleriq; improbent, ratione tamen,
interdum hoc fiat, carere non videtur. Sicut neq; hoc, vt frustum panis nonnunquã præbeatur equo cum sale.
am est pabuli magna ariditas, de qua vt equus siccitate laboret, facile acciderit. Sed fastidiosos hæc equos red-
re putant. Id quod, si vero modo & hæc & alia omnia administrentur, non videtur pertimescendum, Camera-
ssum & sudantem equum potu abstinebimus: nec grana, sed fœnum tantum obijciemus: & stragulo opertum
ulatim circunducemus, donec calor satis euaporârit, Obscurus. Equus si laborauerit aut sudârit & incaluerit,
non potúmue nõ sumat, nisi prius coopertus aliquo panno, paulisper ambulando ductus fuerit & sudor & ca-
r abierint, Russius. (Quæ intempestiuum huiusmodi cibũ & potum incommoda sequantur, plura diximus su-
a in c.) Nihil vnquam neq; cibi obijciet, neq; offerret potus, feruentibus & anhelantibus atq; fessis: sed, dum
esi spiritum recipiant, pabulationẽ aquationemq; differet, atq; interea quiduis potius vsurpabit curationis.
i qui sedulus & fidelis erit, semper inueniet, quod equo benefacere quoquo tempore rectè possit, Camerarius.
qui post absumptum pabulum stramenta carpunt, ne sordida quidẽ respuentes, quod putatur anhelitum læ-
re: quamuis quibusdam hoc non nocere, quibusdam etiam prodesse videatur: Quod mihi quidem nemo facile
rsuaserit, quo minus temere hoc referentibus assentiemur. Ergo qui stramenta carpent, ijs capistrũ inducetur
st pabuli comestionem, hoc animam non impediet, & stramenti pastum prohib. bit Id quidẽ facile, qui cogi-
nit, verum reperiet quò vel pabulum vel potus purior atq; syncerior fuerit, eò meliorem habendam. Quapro-
er de auena & puluere excutiendi, & sordes etiam eximendæ sunt, præsepeq; diligenter extergendũ, vt in re-
rgatum indatur pabulum. Itidemq; fœnum nunquã obijcietur equo ita, vt de fœnili est detractum, sed prius
ra manus versabitur, vt pulueres & immundiciæ excidant, atq; ita purum dabitur equis, Camerar. Capistrum
orio valido inijciatur in caput equi, & binis retinis alligetur præsepi, & pedes anteriores pedica lanea vincian-
r, & posteriorum pes alter alligetur, ne huc illuc moueri possit: hoc ad crurium conseruandam sanitatem facit,
trus Crescentiensis 9.5. Et mox, Est etiam perutile vt equus assiduè in terra iuxta pedes anteriores cibũ capiat,
vt collum cogatur longius extendere, quod inde gracilius & pulchrius euadet.

De potu administrãdo nonnulla iam proximè diximus in cibi mentione. Aqua pro potu equi aliquantulum
ita sit, leniter currens, vel parum turbata (aliquantulum salsa & turbida, suauiter currens vel quasi nihil, Ru-
s) tales enim aquæ calidæ sunt & crassiusculæ, vnde magis nutriunt: frigidæ vero & veloces in motu perparum,
trus Cresc. 9.5. & Rusius 27. Temporibus tamen nimium calidis, dulces aquæ conuenire videntur. Sed haben-
est consuetudinis ratio. Et quia equus ni copiosè bibat, corpulentus nõ fit, abluatur os eius interius & fricetur
n sale madefacto in vino: sic enim auidius edet bibetq;, Rusius Aqua in potu equis limpida ac frigida, etiam
ennis ac profluens ministranda est. Nam quicquid importunius fluit, virus nõ admittit Vegetius. Equus fes-
equitatione alióue labore, non est potandus nisi prius vrinam emiserit, vtcunq; diutius expectandum sit, ne
periculosum aliquem morbum incidat. Dissentio morbus periculosus cum alijs ex causis cõtingit equo, tum
idans biberit. Vegetius 2.9. Videas aliquando segnes istos & nihili curatores, plerunq; importunam aquam, si
pe sit vnde petant, offerre equis, neq; illos foras educere ad aquationes, quod valde culpandum est Camera-
s. Et rursus, Aqua autẽ nunquam offeretur equo, quæ in vase aliquantisper retenta situm duxerit, aut in quam
caperto aliquid decidisse incubuisseue puluerisseu quisquiliarum possit, semperq; in stabulum importabitur,
andocunq; hoc fieri oportebit, & offeretur equo recens. Etsi non desunt, qui stagna turbidiora optimas ac sa-
errimas aquationes suppeditare existimẽt, cuius rationem ipsi reddiderint hoc certe videmus plerosq; equos
idire tales aquas, neque velle bibere quamuis sitientes. Etsi vir peritissimus Aristoteles scribit camelos &
os crassiore & turbidiore potu gaudere, neq; de flumine nisi prius pedibus turbato bibere. Ipse quidem potus
gior reddit obesiora iumenta, Camer. Domesticam (inquit idem) & intra stabulum curam fidelem & assi-
m esse oportet. Xenophon non patere, neque accessa illa vult loca esse, in quibus equorum stabula fuerint,

maxime de causis, ne pabula subducãtur, néue ignorari possit verum equus illa dissipet. Ac sunt certe duo præcipua signa sanitatis equorum: unum intra stabulum, si auidè & libenter pascatur: alterum foris, si os abundat spumis & humore. Omnium beciilo pecori altè substernendũ est, quò mollius cubet, Columella. Locus vbi moratur equus, mundus sit interdiu, noctu verò parcatur ei cubile è palea vel crassiore fœno vsque ad genua, Petrus Cresc. Stramenta ad nocturnam quietem, itidemq; hyeme quàm æstate pleniora suggerentur. Nam & noctu recubat diutissimè equus, & non minus calore offenditur atq; lædituꝛ, quàm frigore. Sed contra vtrumq; præcipua est stabuli defensio, si ita est extructum, vt cellæ vinariæ esse debent, hyeme vt tepidum æstate gelidum vt sit. Sin aliter, arte & ratione tam calor quàm frigus repelletur. Itaq; cum erit intensius frigus, vt interdum brumale, tegetem circundabimus pectori maximè & aluo equorum, Camer. Et rursus, Nonnulli equi stramenta prioribus pedibus dissipant, his scilicet sæpiusculè componenturꝛquid enim aliud fieri contra hoc possit non video. Oportet equum habere continuè regimentũ lineum tempore calido, propter muscas, & laneum tempore frigido propter frigus, Petr. Cresc. Vesperi etiam maximè, sed & alijs temporibus vngulæ emundabuntur, ad quem vsum diligentiores ferreum vncinum habent, quo sub solea abditas arenas & lutum proruunt. Tum deinde fimus bubulus maximè, aut, si hic desit, equi, in cauam vngulam inculcabitur, applicato stramento, quo minus citò excidat. Placet hoc quibusdam fieri maximè alternis diebus, quidam non dubitant singulis iubere. Quidam mãlunt pluribus intermitti. Neq; desunt qui hanc curam, vt superuacaneam, aut etiam inutilem planè negligant: qui tamen consensu penè omnium redarguuntur. Contrà aliqui non solum probant & obseruant, sed insuper etiam fœno aut arena illas crebro perungi volunt, Camerar. Sunt qui vngulis vesperi purgatis in cauitatem interciant fimum bubulum a equinum, vnà cum ouo recenti agitato & cinere calido commixtis. Absyrtus si fractum (thlasma) in pede fuerit, fimum bubulum recentem cum origano in aceto & oleo feruefactum pedi frequenter subijcere consulit. Sed de vngularum cura plura diximus capite tertio inter ὑγιεινά. Prisci solcas vngulis affigere non consueuêre. Catullus tamen ferreæ soleæ meminit, cum de mula loquitur, & quendam optat in luto veternum, & supinum animum relinquere, Ferream vt solcam tenaci in voragine mula, Camerar. Si inductæ nouæ soleæ fuerint, aut veteres nouis clauiculis fixmatæ, aliquantisper equum quiescere patiemur, ne post recentem molestiam alia mox illi obijciatur, idem. Equi vngulæ congruis muniantur ferramentis, rotundis instar vngulæ, lœuibus (lego leuibus) strictis ita vt vngulis in circuitu bene adhæreant. Namlet itas ferri reddit equum agilem ad leuandum pedes & strictura eius vngulas maiores ac fortiores facit, Pet. Cresc. Vngulæ quomodo lædantur cauis malè adactis, vide in c. inter vitia pedum. Hippocomus curabit vt satis mollia sint equi labra, quo facilius frenum sentiat. Molliuntur autem fricatione manuum (leui) & aquæ tepidæ fotu, & oleo interdum inuncta. Frenũ etiam admittent facilius quorum molliuscula erunt labra, Pollux & Xenophon, vt Camerarius citat. De magno calore & labore graui vt paulatim refrigeretur equus, optimum. Nam celeriter vtrumq; fieri, equo nõ solum perniciosum, sed sæpe etiam exitiale, Camerar. Si quis equum (inquit Xenophon) detergere velit tali situ, vt oculos habeat versos in eam partem, in quam spectat equus, in periculo versabitur ne in faciem sibi equi tum genu tum vngula incutiatur. Sin contra equum propter crus exterius iuxta scapulam procumbens defricauerit, neq; ipse affligi, & sic cauum pedis vngula explicata repurgare poterit. Atq; similiter & posteriora crura repurgantur. Hoc meminerit equi curator, & hæc & alia quibus opus factis, nequaquam ita fieri debere, vt vel cõtra faciem, vel contra caudam equi accedatur, ideo quòd equus si vim facere conetur, vtraq; illarum partium sui hominis vires vincit. Ad latera verò adiens maximè & sibi cauerit & equum prolixè tractare poterit. Anteriores pedes, inquit Pollux, capite verso eodem quo equus suum vertit, abstergere oportet, ne lædi possit. Posteriores verò, in contrariam equi partem respiciendo. Eadem de re Camerarius, Contra equum à latere astare (inquit) quicquid agas, & ad operis dexteritatem, & ad vitandum periculum profuerit: Omninoq; cauebit curator, ne aut caput aut caudam versus ad equum accedat. Quare & frenati educentur sic, agitator prope armos vt habenam tenens ingrediatur. Habenam nunc voco lorum, quod de lupis reuinci solet liberum, ἡνιοχεία Græci dixere, non frenorum habenas: nam has attrahere alium quàm insidentem, reddit equum insolentẽ, & qui in alteram partem plerunq; conuerti nolit. Cum produci equum oportebit (Xenophontis vtor verbis) sic duci illum vt sequatur (ego potius sic intelligo Græca, vt is qui ducit sequatur equum hac de causa improbatur nobis, quòd hoc pacto ductor sibi minimè prospicere, equus autem omnia patrare possit quæ voluerit. Neque ita placet duci, vt longo loro alligatum sibi illum succedere ductor assuefaciat, propterea quòd in vtrumcunq; latus obuertere queat improbitatẽ suam, & conuertere se aduersus ductorem suum. Iam plures si vnà ducantur hoc modo equi, quomodo abstineant mutuis iniurijs? A latere verò duci assuefactus equus neq; homines, neq; alios equos facile læserit, & rectissimè præparatus fuerit ad conscendendum, si quando hoc celeriter fieri oportuerit. Caballi minus sedulò cum curantur, non modò quod ad pabulum attinet, sed in tota tractatione reliqua, fiunt strigosi & deformes, Græci ἰσχνόσαρκα vocant: nam attenuantur & macrescunt, & coxæ eminent, & depyges fiunt non aliter, quàm vel manifesto in morbo, vel occulto interdum languore. Id non accidit ijs equis, qui bene & diligenter curantur, præsertim cum strigile, atque etiam manu fricantur. Incredibile enim est quantum & valetudini & venustati equorum conferat hæc cura. Itaque cum in languore extenuarentur equi imprimis frication e veteres vsos legimus, Camerar. Sæpe plus prodest pressa manu subegisse terga, quàm si largissime cibum præbeas, Columella. Vngulis purgatis curatiq; cum manipulo stramenti puri & aridi detergebitur equus, ita vt manus sequatur pilorum situm: hoc enim nitidos illos reddere solet, Camerarius. Et alibi, Quoties seu unque (inquit) de agitatione reductus in stabulum & inductus in suam cellulam fuerit equus, tum curator detergeat totum quidem corpus stramento arido, diligentissimè verò pedes & aluum. Vngulas interius quoque repurgabit, & vtrum rectè atque commodè præferratæ sint considerabit. Detergebit autem sudores atque humiditatem omnem cum magna cura. Strata sudantibus & defatigatis non statim auferet, sed sub illis patietur refrigerari & recipere vires equos. Fuit & veteribus in vsu (inquit Camerarius, vt ligneo gladiolo perpurgarent cutem equorum, & de pilis sordes atque puluerem excuterent. Iremque texta quædam de corticibus palmæ vt conducerent manibus curatores equorum, quibus pili deterti complanarentur & splendescerent, στρογγύδα hanc Græci vocarunt. In destringendo inquit Xenophon) ordiemur à capite & iuba. Nam frustra inferiora nitemur perpurgare, si superiora immunda fuerint. Atque ita deinceps per totum corpus cunctis ijs, quæ ad repurgandos equos comparata sunt, vtemur, ad pilos erigendos & expellendum puluerem secundum pilorum situm: (videtur addenda negatio, non secundum pilorum situm.

Καὶ τὰ κτενία τρεπτέον πρὸς τὸ ἐναντίον τοῦ τριχὸς, ἵνα ἡ τρίχωσις καὶ ἡ κόνις ἐκκρίνηται, ἐὰν δὲ μὴ οὕτω ποιῶν ἐπανακλίνῃ τὴν

ἀπὸ κόμης, Pollux.) Sed curator ſpinæ pilos ne quo attingito niſi manu, qua illos premat & mulceat (ταῦτα ἀπὸ κόμης ἀπομάττων, Pollux: lego ἀπὸ κόμης ἀπομάττων ex Xenophonte) ſequens ſitum eorũ, quo enati ſunt: ſic enim quaſi in equo minimè nocuerit. Caput aqua eluito. Nam cum oſtleum ſit, ſi ferro aut ligno perſtringat, moleſtiam obiecerit. Iubam verticalem (procomion) & ipſum humectare debet. Prolixitas enim horum pilorum non libet aſpicere equum, ac repellit ea ab oculis quæ moleſtiam equis afferrent. Deinde increméta caudæ & colli procurabuntur, quo longius pertingere cauda, & moleſta ſibi repellere, quoq; plenius adminiculum conſe habere poſſit. Crura lauari nobis non placet: nam cum nullam habeat vtilitatem, damnoſa interim eſt vnquotidiana humectatio. Minus etiam ſæpe inferius aluum repurgari oportet, quòd & in primis hoc ſit moleſti equo: & quò fuerit illa pars mundior, eò plura quæ moleſtiã exhibeant equo ipſa colligat. Præterea quamuis hoc elabores, vix eduxeris equum, & mox ſimilis eſt ijs futurus, quos repurgauerit nemo: quapropter hæc tantur. Crura autem manibus deſtringi ſatis fuerit, Hactenus Xenophon. Cum deſtringetur equus & deterſ (inquit Camerar.) optimum fuerit extra ſtabulum educi, & alligari laxiore habena, vt quaſi ſolutus & liſtere inſiſtere autem ſaxis teretibus, atq; ita placidè & fricari & ſordes repurgari atq; etiã flabello excuti conſ Tum iubam & pilos verticis atq; caudæ humectari & pectine diſponi. Ipſum curatorem tum iubere ſtermadida ſtramenta efferre. Quòd ſi cotidie factum fuerit, & equo prodeſt & miniſtrorum diſpertitum laminuit. Veteres nõ frenatos, ſed capiſtro circundato ori produxere equos ad ſtrigilem & pectinem & vo. Nunc in omnibus rebus laboris & operæ minimum ſubire volunt ij, quibus miniſteria incumbunt, Ca. Ante aquationes ſemper deſtringi equum & pecti iubam oportebit. Id debebat fieri extra equi cellam in tente, vt ſunt atria & veſtibula ita enim & excuti pulueres, & ſordes eximi: & omnia, quæ aſſolent, rite geri r. Sed famulorum ignauiã plerunq; laborem fugit, & ſupra ſtramenta equum aſtantem ad præſepe deſtringerget, fricat, pectit: ſi tamen etiam hoc ab illis fit, ac non potius magna ex parte, ſiue etiam totum negligi admodum equi vitiantur, Camerar. Et alibi, Xenophon (inquit) aluum & tenuioris pili aut glabra loemundari non putat bonum eſſe: cuius quidem rationi & nos aſſentimur: ſic tamen, ne penis quaſi vtiquem Græci vocarunt κόλφους & ὑλακίαν, negligatur: quem repurgari ſedulò oportet: nam illo ſordibus reaccidit plerunq; difficulter vt mingat equus. Equos ſummo mane palea vel craſſiore fœnoè cubili eius ſubſtergi oportet per dorſum & crura, & omnia membra, Pet. Creſc. Sciendum eſt (inquit Xenophon) am eſſe lori eius quo ad præſepe alligatur equus, aſtringendum nodum, ea parte capitis, in quam verticale ãa) freni applicatur. Cum enim crebro ad præſepe caput equus moueat, niſi fuerit circa aures verticale um, ſæpenumero vlceris cauſa exiſtit: his igitur exulceratis, & deſtrictioni & frenationi equus refragabiſle etiam imperari curatori, vt quotidie ſtercus equinum & ſtramenta in vnum locum exportet: hoc enim ipſe minus laborabit, & equo conſulet. Sciet etiam curator accommodare equo capiſtrum, quoties vel ad ctionem, vel volutabrum educere volet. Denique quocunq; ſine freno ducendus erit, capiſtrum induetur. hoc reſpirationem non impedit, & morſibus tamen obſtat, atq; ſubitas inuaſiones equorum cohercet. Alequum à capite ſuperne rectum eſt: quicquid enim os illius offendit, declinare ſolet elato capite equus. Id cit ita alligatus, magis laxantur quàm rumpuntur vincula: Aquare & mergere equos pro lauare vel abluæſtatem in præterfluente dixeris. Nunc cotidie bis aquatum equi ſolent agi, vt ipſis crura & venter humequorum Xenophon neutrum probat, madefactionem etiam crurum nocere dicit vngulis. Sed hoc contra ceptam conſuetudinem & vſurpationem omnium afferere nimiæ audaciæ fuerit, præſertim cum & vetiſſe ſordes tam crurũ, quàm ventris ſolitos fuiſſe, & hoc aliquoties præcepiſſe reperiatur, Camerar. Et rurſo (inquit) in ea ſum opinione, in hyeme crebrò equos mergi non oportere: omnino autem nunquam adtuantes & ſudantes. Aquari quidem non debent prorſus in ſuſpicione vitij morbiue, neq; cum medicari illuerimus, ſiue pharmacis, ſeu manu. Quidam vino calido aut fece poſt interualla certa temporis colluunt equorum, nam neruis hoc prodeſſe con. tatetſi nonnullis diſpliceat, Camerar. Articuli vel ſuffragines poſt dito foueantur vino, vt corroborentur vngulæ, Veget. 2. 58. Nonnulli veſperi crura equorum perluunt alida ecoquina, qua abluta ſunt vaſa eſcaria (*mit karſſwaſſer*) aut vino collectitio, quod obiter dum vina demus, aut aliàs è dolijs deſtuit (*mit trofſe wein*) dorſum vero recenti aqua frigida cum ſale. In æſtate ſub cauſ brepere ſolent muſcæ, itemq; ſub ventrem ad inguina, quas maximè veſperi, ſed interdiu quoque curator æ, vt requieſcere equus poſſit, Camerarius. Curam equorum (inquit idem) ab affectu quodam beneuolenficiſci optimũ fuerit. Facile autem hoc diligentia & obſequium effecerit, non ſolum equus vt amet, ſed vt at etiam atq; deſideret curatorem ſuum. In hac parte commendatur non ſolum remotio eorum omnium, quos offendere ſolent, vt famis, ſitis, madidi ſtramenti, in æſtate caloris ac muſcarum, hyeme frigoris: ſed contrectatio & demulſio earum partium, quarum contactu gaudent equi, quales ſunt maximè hirtæ, & à equus, ſi quid fortè moleſtum ſit, repellere minimè valet, (quod & Xenophon ſcribit.) Iam in tergiuerſibus, aut feritate, nequaquam delectantur equi ijs, qui non tam placare quàm vlciſci illos voluerint: itaque abulo & foris, multis equis nocetur agitatorum & curatorũ moroſitate & iracundia. Sæpe attrectare equos, abblandiri cum voce tum manu, manſuetos facit. Maximopere autem cauendum, id quod nunc multum interq; fieri videmus, ne in equũ quacunq; de cauſa in ſtabulo & ad præſepe ſeruiatur. Hoc enim vt taceam, metu & fugæ cupiditate ad illas lintres præſepium adigũtur, quibus inflictos armos ſæpenumero rumpunt, t inutiles equiti: ſed vt tam detrimentoſum non ſit, hoc certe incommodi & mali affert, quod equum aut litate & formidine, aut immanitate & furore complet. Itaq; animaduertas quoſdã palpitantibus membris u ſine euidenti cauſa ad præſepe quaſi plagas vitaturos non poſſe conſiſtere: Alios omni vi & impetu efferritari, tanquam à ſe depulſuros contraria & violenta: Ideo autem fit quia ſenſêre ad ſe aliquem accedere, ectant ſcilicet malum quod ſæpe pertulerunt. Ad bonam curam hoc præcipuè pertinet, Equus vt & amee, & tractatorem ſuum à quo curatur, qui eſt Varroni equiſo, amet, & ſe illi curæ eſſe ſentiat. Diximus auominum ipſum ſæpe oportere reſpicere ad equum ſuum, cum vt ſciat qua ſedulitate curetur, tum vt equo ignotus. Id igitur qui fecerit, ex eo non paruam voluptatem capiet. Si cui autem vnus equus, quamuis formoſus poſſideat, & ſtrenuus & obſequioſus contigerit, is & amet charumq; illum habeat, & ſolus potiri velit. ortiſſimè hoc à Teutonibus dicitur: eos qui ament vxores ſuas, rectiſſimè facere ſi non dimittant ad exercitus cõuiuiorum & feſtiuitatum, quòd ſemper reuertantur cum moribus aut opinionibus non mis. Itidemq; uos quales maximè vellẽt nacti ſint, ſi vtendos eos dent alijs, hoc ſcire debere, illos leuius quidem aut vehe-

mentius, sed omnino mutatos reuersuros esse. Præceptum optimum & vtilissimum hoc, Nunquam dominus vt curatori ministerisq; suis nimium confidat, quin ipse quoque aspicere crebrò ad operas illorum velit. Saepe enim pabulum dabitur, cum aquabuntur, destringentur, instruentur, ipse assit. Cogitet dictum esse Catonis præclarum, & salutare ad domesticam disciplinam, Frons occipitio prior, Hæc omnia Camerarius.

His adiungam cosmetica quædam, hoc est ad equi ornatum pertinentia. Consideratur autem ornatus, vel in corpore equorum, idq; dupliciter: aut enim medicamentis sit adhibitis, vt cum alibi tum circa pilos & cicatrices, de quo supra partim secundo (in pilorum mentione) partim tertio capite egimus: aut sine medicamentis sola hippocomi industria, vt in pilis componendis, purgandis, secandis, de quo hoc in loco nonnihil. Vel extra corpus in ornamentis appositis, vt phaleris, &c. de quo octaui capitis parte quinta dicemus. De iuba equorum quomodo tondeatur, & quod cirri crurum non sint tondendi, capite secundo in partium corporis descriptione docuimus. Hoc loco subit mirari rationem illorum (inquit Camerarius) qui elegantissimos interdum equos verticis iuba præcisa & truncata cauda (nostrates equos huiusmodi vocant *mutzen*) reddunt aspectu fœdos quasi infamiæ quibusdam notis. Etsi videntur non sine causa maiores hoc nostri factitasse: itaque illi postea alligata quasi phenace pilorum, studuerunt ademptum mutilatione decorem reparare. Quid autem vt naturalem non retinerent, ac defenderent potius, causæ fuisse suspicabimur? Equidem existimo primum factũ hoc fuisse ab aliquo, cuius equum strenuum & bonum, vitiata scabiosa impetigine cauda deturparet: postea in quouis pilorum defluuio id vsurpari cœptum, in ignoratione scilicet remediorum huius malidum nouitate, vt sit, res commendari, & placere insolentia sua cœpit. Iam vero etiam audiui quod haud scio an falsum sit, animosiores reddi mutilatione equos. Sed omnino barbarum hoc & corrigendum videtur, præsertim cum eripiatur hæc contra muscas necessaria illis flabelli defensio, præciso caudæ verbere, Græci ἐλάστρην vocarunt. Iam etiã aliqui verticis iubam implectunt vtin fronte, tanquam virgunculæ crinis, filo discolore implicata dependeat: quo si putant equum speciosiorem reddi, admodum falluntur: sin consuli prospectui, redarguuntur à Xenophonte, qui hos pilos visui nihil officere, vt diximus, demonstrat Camerarius.

Qui equum curat, maximopere illi videndum, ne qua re vehementius equum offendat. Offenduntur autem aliqui facile inter frenandum siue ipsi respuunt ferrum, aut lora indui verticiq; molestè ferunt, seu durius & immetius inuaduntur, Camerarius. Vt autem rectè etiam infrenetur equus (inquit Xenophon) accedito curator primum ad læuum latus illius, deinde habenas ob caput in summis armis deponat, verticale autem attollens in dextra teneat ac lupos sinistra admoueat: quos si equus admiserit, applicanda scilicet erunt freni lora. Sin equus os nõ aperiat, tenens frenum propinquum dentibus, maximum digitum manus inserito maxillis, quo facto plerique os pandunt. Sed ne sic quidem si frenum receperit equus, tum labrum ille vrgeat ante dentem qui caninus appellatur: ac paucissimi, cum hoc fit, non admittunt frenum. Præcipiatur & hoc curatori, primum, ne vnquam habenis attrahat equum, ita enim durum os (heterognathus) redditur. Deinde vt à buccis conueniente spatio distet frenum. Nam cum illas premit, callum solet obducere, ita sensus retunditur. Cum autem longius dependet usq; ad summum os, potestas tamen sit equo, si frenum momorderit, minus parendi domino. In his acrem esse curatorem non minus quàm vlla alia in re elaborare conuenit. Tantum enim momenti in hoc est situm, libenter vt equus frenum admittat, vt si quis omnino reijciat, is nulli vsui esse censendus sit. Quod si curator non solum cum adlaborem equus, sed etiam cum ad pabulum ducetur, & de agitatione domum reducetur, frenum illi inducerit, minorum iam vltro appetet statim vbi hoc offerri sibi viderit. Cum frenandus (inquit Camerarius) & insternendus erit equus, tum detersus esto, & nitidus atq; pexus: frenetur autem sic vt minimè offendatur: ita libentius frenos admittet, quos vidi qui initio sale conspergerẽt, quòd cum lingeret equus & simul manderet frena illa paratiue fieret. Quidam comprimentibus equis dentes, neq; recipere frena intra os volentibus, ferro labra & gingiuas vrgent: quod etsi in præsentia nisi sint ferociores, facit, vt admittant frenum, odium tamen illius perpetuum excitat. Quare melior est ratio Xenophontis, digitis premere labrum: non enim in hoc tantus sensus doloris, vel dolor potius nullus omnino inest. Frenantur autem hoc modo. Habenæ, quibus equus regitur, obducũtur ob reui verticem & deponuntur ad iuban, iubam seu scapulas, vel (si quis hoc mauult) armos aut spinam. Tum sinistra teneat ferrum freni siue lupos, & dextra subter collum equi sensim circumacta verticale lorum vnà cum reliquo frenorum loreo quasi reticulo applicet atq; circundet capiti, & quæ nectenda fuerint connectito, & catenulam qua nunc maxillæ reuinciuntur, infibulato: atq; ita instructus equus ductorio loro, si consistere ad præsepe diutius debeat, religator supernè de furcillis seu clatris, in quas equis fœnũ nostris moribus obijcitur, vt frenules dicere posse videamur. Sed melius fuerit extra suam cellam productum equum in loco aperto & libero vbi atterere latera nequeat, neq; etiam attingere, quod ore impetat, reuincire, vt ibi consistat tantisper dũ conscendatur. Atq; hæc erit frenationis ferè ratio, & administratio. Dentes scalliones & plani vulgò dicti, equis extrahi solent, vt frenum commodius admittant, vt capite secundo scripsimus. Quæ frena cuiusq; ori maximè conueniant diligenter exquirendum, conuenientia autẽ non facile mutanda sunt: ea sic indentur, ne aut angantur buccæ, aut illa in dentibus voluantur. Quorum alterum callos in malis creat, alterum obstat moderationi: nam sic facile mortui freni arripiuntur ab equis, quo facto illi ferẽgi non patiuntur, Camerar. Bene quidem (inquit idẽ) cingula ita adduci cum ad alia prodest, tum minus reddit molestum & graue pondus sessoris, cum strata non quasi voluantur super equi tergo. Strata autem placidè apponentur ita, vt curator ad latus sinistrum accedat, & stratum sine impetu & tumultuatione, quam molliter poterit fieri, super dorso equi deponat, vt illius veluti capulus supra spinam, qua parte cervix exoritur, sistatur: omnia autem, quæ expedita esse debent, cauebit, ne super stratũ dorso equi impingantur, vt sunt cingula, & illa sessionis adminicula & lorum pectoris siue armorum, nec non reticula illa lumborum, si annexa forte sibi stratum habeat. Tum deinde primum omnium annectetur lorum pectoris, & per illa reticula si assint, cauda exeretur, vt fieri consuevit, atq; ita strati diligenter compositi vinculum adducemus & infibulabimus cautè. Nam bene equitant, qui bene cingunt. Idq;, vt ante dixi, equo prodest: neglectum vero eques vt leui impulsu delabatur, in causa esse poterit. Hoc cingulum debet crati pectoris subligari, non aluo neq; ilibus. Instrati vel inditis vel nondum inditis frenis, minus laxè reuincientur, ne fortè procumbant, id quod neq; equo bonum, & stratis nocet. Educi autem optimum de cella tum equos in aperta & libera loca, & alligari loro prolixiore, ibi vt quasi arbitrio suo aliquantulum versentur, quo generosos admodum oblectari putant. Etiam ad eas partes, quas cingulum obit, sæpius respiciendum, ne forte illo perusta cute vulnerate sint: quod malum cito curari debet, & facile poterit inter triginum communibus & notis omnibus remedijs, Camerar.

Consecu-

Conſcenſurus equum (inquit Xenophon) primùm de freni parte inferiore, ſeu etiam de annulo bullâue religatum lorum ductorium, χαλινοῦχος vno verbo Græcis eſt, aptè ſiniſtra manu prehendet, ea laxitate, vt neq; ſurgens, piliſq; auribus vicinis inhærens, neq; ſi de haſta ſaltu conſcenſurus eſt, conuellat equum. Dextra cæ habenas depoſitas in ſummis armis vnà cum iuba, ne ſcilicet vllo pacto conuellat habenis os equi. Poſtquam ille ſic ad conſcenſionem; tum igitur ſiniſtra quidem librato corpus, dextra verò intenſa ſubleuet ipſe teſc. huiſmodi conſcenſio etiam à tergo omnem deformitatis aſpectum excluſerit. Conſcendet autem crure incurſo, neq; genu dorſo equi impinget, ſed in latus dextrum tibiam traijcies. Vbi verò iam circumactum pedem apuerit, tum deinde & natibus relideat ſuper equo. Quòd ſi forte eques ſiniſtra manu ducet equum cum geſtet tra haſtam, equidem cenſeo vtile eſſe vſum ille tibi vt paret etiam à dextro latere conſcendendi. Neq; vilis alia hoc ſcientia opus, quam quæ dextra paulò ante exequebatur, ea vt ſiniſtra agat, & contra quæ ſiniſtra, vt tum ara. Hæc ideò laudatur à nobis conſcendendi ratio. Nã ſimul ac conſcenderit eques, paratus mox eſt ad omnia, quod forte ingruat ſubitum certamen hoſtibus irruentibus. Hæc Xenophon. Qui equum aſcendit, primum ab more loco id faciat, vt neq; ſeipſum inter conſcendendum offendat, neq; ponderis ſui impetu equo moleſtus Pollux. Ad inſcenſionem tam inſtratum, quàm nudum equum aſſuefieri rectum fuerit, vt placidè conſiſtat per adminiculum, ſiue hoc ſaxi ſeu trunci ſiue etiam ſoli editioris ſit. Quòd ſi accedere aut ſtare nolit, aut vehementius quoq; renitatur, tum blanditiis atq; affabilitate potius mitigabitur, quàm minis & increpatione ac vi compelletur. Si enim tum vapulet aut inclametur, nunquam inſcenſio grata huic futura eſt, à qua dum abhorrebit, ſemper trepidabit, aut tumultuabitur ad conſpectum inſcenſoris. Intur conſcendendum cauebitur, ne habenæ, quibus equus regitur, attrahantur in alteram partem: atq; vbi in equo iam conſtitum fuerit, opera dabitur vt exæquatæ illæ comprehendantur & teneantur pariter. Illud enim ſi committatur, & hoc ſi negligatur, contumaciam oris efficere ſolet, Camerar. Et alibi, Qui equum inſcendere volet, niſi ipſe forte ducet, accedito placide illi ad blanditor verbis aut ſono oris conuenienter, aut etiam palpis, ita gaudebit cõſcenſione equus & libenter conſiſtet, admittetq; equitem. Hoc efficitur atq; obtinetur in ſummis interdum ferocia equorum, conſcendem vt neq; reformident, neq; detrectent. Itaq; hoc de Alexandro Magno proditũ memoria eſt à Plutarcho tradidiſſe eius, non multò poſt initium. Cum ad Philippum adductus fuiſſet ille celebris equus Bucephalus nomine, a Theſſalo Philonice, & indicatus immani pretio, regem exciuit, vt prodiret cũ ſuis in campum, equi periculum ſi fieret. Ibi ille ferocire & neminẽ admittere velle, ac ſi inclamaretur concitari & reſilire, denique videri nullo pacto domari & plane ferus. Tum rex iratus iubet abduci equum inſolentis atq; indomitæ feritatis. At Alexander, qui & forte aderat, quereba tur equum eximiũ & admirabilis bonitatis amitti atq; perdi inſcitia & formidine eorũ, qui illum tractare neſcirent. Ad hæc primum tacere Philippus & diſſimulare. Cum verò eadem repeteret Alexander: Tunc igitur, inquit, melius poſſe tractare te equos ſperas, quam hos ſenes, qui reprehenduntur in re- tione tua? Hunc quidẽ certe, inquit Alexander, melius ego tractauero, quàm quiſquam alius. Sin verò minus, quid Philippus, quam pœnam vis ſuſtinere pròcacitatis tuæ? Ego ne? inquit Alexander, pretiũ equi ſcilicet ipſe ſolueram. Hic riſu oborto, argentiq; perſolutione præfinita, accedit Alexander ad equum, prehenſumq; loro ſolem conuertit, quòd conijceret illum vmbram appropinquantium aſpicientem perturbari motu & ſpe- cie ſui. Atq; ita paruum per circumiens placido greſſu, & equum manu demulcens cum intelligeret de ſpiritu & pertinacitate equi maximam eſſe, atq; hanc illam quam colligere, ponit chlamydem, ac ſe in illo ſublatũ ritè collocat, habenarumq; habenas ſimul prehendit, vt equi os minimè læderet aut laceraret. Tum equum nõnihil remiſiſſe ab hac cõmotione animi ſentiens, atq; geſtire excurrere, laxatis habenis incitat voce quoq; vehementiore. & calcaribus ferit latera. Quæ res primum Philippum & alios perterruit, ſed mox vt videre, quòd & Alexander rectè ſe geſſagaret ita, vt par eſſet equum cum exultatione & lætitia ſibi acclamare vniuerſi, Philippo verò etiã lachrymas cadere præ gaudio, neq; poſſe illi ſibi temperare, quin filium complecteretur atq; exoſcularetur. Quare ſic ſe habet, quemadmodũ diximus, vtilem eſſe maximè placiditatem & moderationem in conſcenſionibus, & cauendum hanc ne qua res aut ſpecies tum obijciatur equo, quæ illum percellat & perturbet, aut etiã perterreat. Quòd ſi etiam obtentum ſit, equus ſeſſorem ſuum vt agnoſcat & illo gaudeat, nihil ad commoditatẽ conſcenſionis poterit deeſſe. Ipſe qui conſcendere vol habenas teneto medias, & capulum ſtrati ſiniſtra, dextra autẽ librato corpus, quo reſidat expeditius, nẽue mole corporis grauiſſi inflict equum lædat. Dominis conſcendentibus fauere deſſe & debent & ſolent, cum non deſides ſint neq; ignaui, ſedulò: hos ab altera parte bina orbiculi ferrei, quos vocant, vt dictum eſt, ſeſſionis adminicula, retinere, probatur nobis: ita enim mollius inſcẽdet eques, & erit in- de equo minus moleſtus: at ab his autem habenas non oportet. Sed omnino liberũ relinqui os equi, Hæc ille Camerar. Commodum ſanè fuerit ſi equus etiam edoctus fuerit ſe ſubmittere, Καθίσθαι ſ. Xenophon. Item hoc, inquit Pollux, cum cruribus diuaricatis humiliorem ſe præſtat equus, & veluti ſubſidit, quo facilior conſcenſio. Bonum & hoc, tenere curatorem imponendi in equum ſeſſoris Perſicum morem, vt cum ipſe equus in morbo & ſenecta habeat à quo in equum facile imponatur, tum alteri, cui gratificari voluerit, commodus facere poſſit, Xenophon. Equiſo inſtratur quonam modo Perſico more ſit auxilio, vt equus facile ſuſtendatur, dorſo domini pedes ſuſtinendo. Raphael Volater. in Epitome ſua in Xenoph. de re equeſtri. Verùm libro 12 dere militari ait apud antiquos moris fuiſſe vt equi lignei hyeme ſub tecto, æſtate in campo ponerentur ſuper quos iuniores primũ inermes conſuetudine proficerẽt, demum armati aſcendere cogerentur: tanta cura, vt non à dexteris modo, ſed à ſiniſtris partibus & inſilire & deſilire diſcerent: euaginatos etiam gladios, ita ſimile manu tenentes. Equi multi dum inſcenduntur (inquit Camerar.) ferociunt, quod quidem ſæpe moribus ſit cupiditate pergendi præſertim ſi prope aſſint alij equi ad quos illi feſtinent. Eſt autem & inſcendi & inſternendi equos longe diuerſa nunc ratio, quàm apud veteres fuiſſe legitur. Nam & de paulò editioribus prehenſa iuba & librato corpore ſine offenſa equos conſcendere, & in hos, cum iuxta aſtitiſſent haſtæ, ſolebant inſilire de terra. Nunc arduа loca quæruntur, & dependent de iſto ſedili quo inſternitur equus, ex dimidiati orbes cum baſe, cui innitentes conſcenſionem moliuntur. Itaq; de priſcis heroibus Germaniæ, quam agilitatis canitur laus, quòd armati omnibus adminiculis neglectis in equos inſilire conſueuerint. Incuncturautem illi omnes equites, de more gentis noſtræ: Quem vel, quod veri puto eſſe ſimilius, ignotum Cæſari vel ab illis temporibus nondum fuiſſe obtentum de eo liquet quòd ille in quarto libro Commentarium ſuorũ belli Gallici ſcriptum reliquit, Germanos neq; iumentis importatis vti, ſed quæ apud ipſos prauа ac deformia nata ſint: Et turpiſſimum haberi apud eoſdem ephippiorum vſum. his enim equeſtris rei gloriam

Germanis planè adimit. Ac mihi perquàm commoda videtur esse, & ad firmitatem & ad mollitudinem sessionis, hæc quæ nunc vsurpatur, insternendi ratio, qualiscunq; fuerit veterum, & cuiuscunq; modi ephippia seu strata illorum, quorum repertorem fuisse Pelethronium Plinius scripsit.

Vbi iam resederit eques (verba sunt Xenophontis) siue super nudo equo, seu etiam in ephippio, non laudatur quasi curulis quædam sessio, (vel potius tanquam in sella. nam δίφρος & bigam & sellam significat,) sed vt cruribus diuaricatis maximè rectitudo custodiatur: sic enim & feminibus firmius adhæserit equo, ac erectius vultus & coniecerit iaculum, & ictum, si res poscat, intulerit ab equo. Hoc etiam studendum, tibiæ vnà cum pedibus vt remissæ sub genibus dependeant. In rigiditate enim si crus aliquopiam impegerit, periculum fuerit ne frangatur: fluxa verò tibia facile cesserit offendentibus, neque femur tamen demutauerit. Curabit & hoc eques, vt truncus quoque, id est ea corporis pars quæ est supra coxas, quasi ad fluxum quendam agilitatis composita sit: hoc enim modo & efficacior fuerit, & minus, si quis detrahere aut impellere conetur, subsultârit (ἐφάλλεται, malim ἐφάλεται, id est cadere periclitabitur.) Cum iam resederit, vt tum cõsistat placidè equus, instítutus esse debet, dum attrahat eques, si quid forte oportet, & habenas coæquet, & hastam adoptet. Tum deinde brachium lævum lateri adpõnito, qui habitos equitis est elegantissimus, & robur manui addit. Habenæ laudãtur æquales, non fragiles, neq; lubricæ, neq; crassæ: etiam hasta illa manu, si opus sit, comprehendi vt queat. Insidens equo (inquit Pollux) femina non admodum premes, sed pedes molliusculè suspendes, ita vt stanti similis appareas. Validior enim qui stat quàm qui sedet. Curabis quoq; ne quam corporis equi partem laborantem attingas, vt pedes aut latera. Has enim præcipuè partes in perpetuo motu esse oportet. (τούτῳ δὲ πάλιν ἀμφοῖν καὶ τὼ πλευρὼ δεῖ ἀκίνητα εἶναι.) Quin & facilius portabit equus ritè insidentem. In equis aliqui iacent verius quàm sedent, cum tamen ipsa sessio status habere speciem debeat. Hi equos non solum pondere, sed pigritia sua grauant & debilitant, vt sub illis ingredientur difficilius, & celerius defatigentur. Atq; talibus equitibus tamen, nisi strata sunt penè plumis, vt nunc sit, efferta, femina facile adurruntur, itemq; nates: Quod si accidisset, veteres remedio esse prodidere, vt illinatur spuma equi collecta de ore & inguinibus, Camerarius. Et alibi, Cum eques se collocârit in strato, tum adductis habenis quasi erigat caput equi, ita pergendum esse equus intelliget, tum sessor paululum remittet habenas, sic tamen semper vt teneat arduiores, neq; has vnà cum manu defluere patiatur. Reddit enim hoc equos segniores in defatigatione contra diligens & attenta habenarum prehensio, vegetos effícit. Aliquibus ora sunt neque dura neq; mollia, magis tamen dura, (vt videtur) quàm mollia: ideoque si initio cum incitaris & adegeris ad cursum aut gyrum, si tum igitur habenas attrahas, non obsequuntur. Faciendum igitur vt talibus laxissimè remittantur primum, ita postea regere & pro voluntate quisq; sua moderari facile poterit. Equus natura generosus, etiam laxato ei freno, erecta ceruice pergit: ignobilem freno coges vt decorum seruet. Cauendi vero sunt asperiores freni, quos equi eodem esse loco non sinunt, sed huc illuc subinde mouent, commodiorem sibi tandem locum inueniendi spe. Quamobrem ferocioribus equis duriores freni inijciendi non sunt (mordicus enim illos tanquam obelicos arripiunt, cum firmi solidiq; sint) sed molles: vt vbicunq; apprehenderint, reliqua catenæ instar flectantur, Pollux. De frenis plura in Philologiæ parte 5. dicemus. Equus durus (duri oris) difficulter flectitur: & quamuis permittas ei frenum, minimè apprehendit. contrà qui molli est ore (μαλακόστομος) facillimè (negatio in Græco abundat.) Morigerum autem (εὐήνιον) iudicabis, si laxatum frenum contracturo tibi facile paret: & si dato ad cursum signo, alacri statim impetu procurrat: (μήν, lego μετὰ ἡνίας ὁμοίως) & rursus à cursu audito subsistendi signo, etiam difficilibus in locis mox subsistat, Pollux. Locos autem equitationi difficiles alibi esse dicit, glebosos, aratos, cultos, nimium duros (ἀνήνυτος) lapidosos intelligo) angustos. Quidam tanta sunt oris duritia, vt cum frenos, quemadmodum dicitur, momorderint, frustra in cõtinendo sessor laboret: Hos omnino repudiat Xenophon, Camerarius. Equi si morsu frenum apprehenderint, inclinato capite extra iter institutum violenter feruntur: & ceruice obliqua crebroq; concussâ, vim facere & excutere conantur: & in dorsum (elatis scilicet ceruicibus prioribus) tergiuersando reclinant, (ἀναπίπτουσι δὲ καὶ ἐπὶ τὰ ὀπίσω ἀναχαιτίζοντες,) Pollux. Ἀναχαιτίζειν quidem proprie dicitur eques ipse, cum equi impetum inhibet, coërcet, reprimit, refrenat, & veluti iuba (quam χαίτην Græci vocant) correptum retinet: vt pluribus dicam in H e. Sessor vbi conscendit, non statim agitabit equum, sed sistet parum ab initio: quod Pollux sic effert: Σταθερὸν δὲ ἀνὴρ, ἐπειδὰν ἐπιβῇ καὶ ἔχηται τῆς ἵππου. Ἡσυχίαν δὲ ἔστω καὶ τὰ πρῶτα τῆς πεδήσεως. Initia agitationis semper erunt lenta & placida, sensimq; progressiones maiores fient, dum ad cursum, si videatur, & hunc ipsum intentiorem perueniatur. Itemq; retinere subitò attractis habenis incitatos peruersum est. Nam lentè desinere agitationem, ita vt cœperat, æquum. Sunt autem quidam equi ad hoc etiam assuefacti vt de incitatissimo cursu repente consistere, & subito omni vi excurrere sciant. Sed hoc singulare scilicet fuerit, neq; in præcepta referri queat, Camerarius. Signo dato vt equus progrediatur (inquit Xenophon) fiat hoc initio pedetentim, ita minimè turbabitur. Habenæ, si flexibilior fuerit equus (ἂν μὲν ἀγχώμαλον ᾖ) attollantur manibus paulò altius: sin caput pro pendet (ἂν δὲ μᾶλλον ἀναχαιτίζῃ) premãtur, κατατείνειν. Sic enim forma redderur venustissima. Post hæc si suo proprio gressu perget, absque minima molestia corpus quasi lentescet, & equus libentissimè ad cursuram (εἰς τὸ διαδραμεῖν) cõuertetur atq; incitabitur. Hîc cum opinio sit à læua parte initium facere pulchrius esse, ita hinc potissimum incipietur, si gressum post conscensionem dextrum mouente equo, tunc signum detur ad cursuram: ita enim ille sublaturus lævum, ab eo principium fecerit cursus. Cumq; ad sinistram conuertetur, sic etiam flexuram incipiet. Fit enim vt equus si conuertatur in dextram, dextris etiam partibus procedat, in sinistram verò lævis, Xenophon. Quo tẽpore equus equitari & laborare debeat, & quo non, Rus. 30. Labori & equitationi equorum parci oportet, cum vel æstus vehementior vrget, vt sub cane: vel frigus, vt tempore brumæ. Iam quouis tempore non vltra noctis initium fatigari debent. Equus quò magis vacuus est, eò magis extenditur ad mingendum: cauendum est autem ne post talem extensionem cito curriter, ne quis neruus conuellatur aut aliter lædatur, priusquam partes paulatim in pristinum reducantur statum, Albert. Curandum vt equus in itinere tempestiuè semper vrinam reddat, semel saltem intra duo miliaria (Germanica) mediocria vt longissimum. Præcauendum (inquit Veget.) vt in longiore vectatione vel itineribus, iumentis vrinæ copia non negetur: quæ res non sine periculo plerunq; differtur. Equus hyeme fluuium transiens, ita vt ventrem eius superet, facile in stranguriam incidet, nisi vrinam prius emiserit: quod vt promptius faciat, exonerari etiam paulisper oportet, Absyrt. Celeritate gaudere equos, satis argumenti est, quòd liberatus pedetentim nullus abit, sed aufugit: hæc enim certe est voluptas equorum, nisi forte ad cursuram importunius fuerint incitati, Xenophon. Si cum celeritate equites, nullam corporis tui partem antrorsum protendes: sed manu quæ habenas te-

neat

pectoráculatè extensa, breui vtens habena, equum per vices incita & siste, frenumq; nunc indulge, nunc contrahe. Quòd si equus frenum in cursu extendit, (κατατείνει.) signum id fuerit vel imperiti sessoris, vel equi insuetum, Pollux. Calcaria quidem non nisi cum opus fuerit subdentur: quis ad reliqua vox aut virgula sufficiet. Nam & acres equi calcaribus ad feritatem incitantur, & placidos ad patientiam quandam ignauam illorum crebritas adigit, vt veluti alini ad plagas perferendas assiduitate durentur, Camerar. Danda opera vt alijs atq; alijs in locis, itemq; modo longæ, modo breues equitationes vt fiant: minus enim hæc odiosa equis sunt, quam si semper ijsdē locis, eodem modo agerentur, Xenophon & Pollux apud quem κατὰ γένος pro ἀμείνονας legitur. Equum sessor agitet per plana primum & læuia loca: πεζῇ μὲν γὰρ ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν ἀνώμαλοις καὶ ἐν τραχέσι καὶ ἐν ἐπικλινέσι μᾶλλον ἂν ἐπιτείνοι τὸν ἵππον; hoc est, vtego interpretor, Non rectà autem nec repente ex contrario locorum situ in contrarium agat, sed equum obliquet, vt Simon nominat. Nunc longam nunc breuem, nunc remissam, nunc concitatam equitationem per vices instituat: & frenum ad vtranq; maxillam viciſſim accommodet Pollux. Sessor quomodo se gerere debeat dum equus vel fossam trantilit, vel per nimis acclíuem declíuémue locum ingreditur, ex Xenophonte recensui supra statim post Domituram. De agitatione autem perquam diligenter veteres Græci præcepere, ne minimis quidem eorum, quæ fieri deberent, neglectis: quale est, laxandas habenas si ad saltum aut collem superandū incitetur equus: ad ducendas verò, si per declíuia aut lubrica agatur, Camerar. Et alibi, Videtur hic locus non recusare mentionem quandam agitationis & gyrorum. Atq; hæc quidem est gratissima equis flexuosa & veluti sinuata. Hac delectantur equi, & generosi maximè ita ingrediuntur, vt nō directè, sed in latera euagantes viciſſim, pergant. Nam strenuis in equis hæc etiam superbia ineſt, seſe vt cōtemplantes gaudeant incessu molliōris gradus, vt illa apud Euripidem mulier, πολλὰ πλάζει τόνδ' ἐφ' ἁρμάτων ὄγκῳ τινί. Gyrorum autē apud veteres exquisitam rationem & magnam artem fuisse facile potest vel de vno Xenophonte perspici. Hæc nunc est mutata prorsus, vsq; adeò, vt quod ille laudatissimum esse scriplit, in læuā circumagi equos, nunc planè reprobetur. Etsi enim in vtranq; partem gyrari equum rectum est, idq; nisi contumacia oris impedimento sit paris facultatis esse cōuenit: tamen in ostentatione gyri nunc in dextram partem dari solent, & qui in læuam æduntur, eos vocant auersos, Camerar. De gyris equi in vtrunq; latus dixi etiam supra mox post Domituram. In flexibus (inquit Xenophon) sistendi sunt equi. Neq; enim facile est, neq; periculo caret, equum concitatū statim circumagere; præsertim loco salebroso aut lubrico. "(Sequentia quomodo Græcè habeant vide paulò post:) Si equū sistere non placuerit, tum quàm maxime poterit, tam se eques, quàm equum frenis obliquabit: sin aliter fecerit, sciat leuissima de causa fieri posse, vt vna cum equo corruat. Verum vbi iam post flexum directè prospicit equus, ibi ad celeritatem instigandus erit. Nam obscurum non est, in prælijs quoq; flexus vsurpari cum insequendi hostem, tum se recipiendi gratia: quare expedit ad celeritatem post flexum assuefacere equos. Iam verò postea quā satis esse exercitij videbitur, profuerit tamen & post quietē repente incitare equum cū auersum ab alijs equis, tum ad illos conuersum: itemq; de celeritate statim reprimere, nec non consultare cū pati & mox flectere ac incitare: nō enim dubium quin ventorum tempus sit, quo ambobus illis opus fuerit. Cum descendendum erit, cauebitur ne hoc fiat vel inter equos, vel in hominum cœtu, vel extra agitationis spatia: sed quo in loco defatigari cogitur, eo scilicet in loco & requies equo contingat, Hæc Xenophon interprete Camerario: Locus asteriscō notatus, qui incipit, Si equum sistere nō placuerit, &c. Græcè sic legitur: Ὅταν γε μὲν ἐπὶ στάσιν ἀγάγῃς ἵππον, ὡς ἥκιστα ἐπιτείνοντα τῷ χαλινῷ, στῆσαι δ' αὐτὸν πειρῶ. Ego sic verterim, Cum equus, inter flectendum, freno attracto paulisper retinebitur, curandum vt situ corporis interim quàm minimè obliquo sit, & sessor ipse simil. tendat. Sic etiam Pollux paraphrastícè reddidit his verbis, Καμπτὰς δὲ διδασκέσθω ἔχων ὁ ἵππος ἐπὶ τὸ ἐπιτείνειν ἐπὶ τὸ ἐπιτείνειν καὶ ἐπὶ τὸ ἀνιέναι καὶ ἐπὶ τὸ ἀνιέναι καὶ ἐπὶ τὸ ἐπιτείνειν

(inquit idem) si cui forte oblatus sit ferocior, aut ignauior iusto equus, quo pacto vtroq; rectè vti queat. Primum igitur sciendum, ferociam in equo similem esse iracundiæ hominum. Vt igitur non irritantur facile, quibus nihil neq; dicitur neq; fit quo offendantur: ita & ferociorem equum minimè commouerit is, qui nō læserit. Quapropter statim in conscendendo prouidendum, ne cōscensor molestus sit equo. Cum autem in equo consessum fuerit, acquiescendum plusculum temporis, vel quandiu licuerit, atq; ita agendus equus quàm blandissimō imperio: ac mox lentissimis à gradibus initio facto, ad celeritatem adigetur: inter quæ vix sentiet ille incitationem. Imperio autem repentino equus ferocior, itidem vt homo perturbatur animo, siue quid tum aspexit subitò, seu audiuit, seu etiam patitur. Quare hoc non ignorabimus, repentina omnia in equis perturbationes efficere. Verum si incitatum ad celeritatem contineri ferociorem in cursu volueris, nō attrahes derepente, sed placidè adduces frenum, vt inuites, non cogas ad consistendum. Placantur etiam equi longioribus spatijs magis, quàm si crebrò conuertantur: atq; lenta diu equitationis spatia (ἀπαλὼ χρῖνοι γοῦν καὶ ἱλαὸς) mites (καθίστησι, malim καθίστων) & placidos præstant, neq; ferociam equorum suscitant. Quòd si quis sperat, si diu & celeriter agitet equum, fore defatigatum deinde mansuetiorem, diuersum sentit atq; accidere consueuit. Nam hæc inter, feroces magis violentiam vsurpare, inq; ira, quemadmodum homines iracundi, sæpe & se & sessorem indignis modis tractare solent. Proinde ad celeritatem summam equos feroces non facile incitabimus. Nequaquam autem adigemus ad alios equos, nam fermè improbissimi quiq; (οἱ φιλονεικότατοι) ferocissimi sunt. His aptiores freni quoque læues quàm asperi. Si quando tamen asperos indiderimus, laxando vt læues videantur efficiemus. Prodest etiam vt sessor assuefaciat sese ad talem in equo potissimum feroce collocationem, qua & ipse minimè commoueatur, & nulla ferè alia parte equum contingat quàm vbi sessionis firmæ causa contingi illum necesse fuerit. Nec hoc ignorandū, præcipi poppysmo (id est, cum labris compressis acutior quidam sonus oris æditur) equos mitigari: κλωγμῷ verò (qui sonitus fuerit palati & gutturis,) incitari. At si quis initio equo offerat gratiora cum clogmo, contraria autem cum poppysmo citò ille didicerit, poppysmo iam incitari, mitigari verò clogmo. Atq; similiter inter clamores ac tubas cauendum, ne equo formido aliqua nostra appareat, néue illi hoc tempore turbulentū aliquid obijciatur: sed quantum fieri poterit, quietem tum conciliare equo studebimus, & (si fieri potest) matutina aut vespertina pabula præbebimus. Hoc autem consilium optimum fuerit, ne quis sibi equum ferocem ad bellum parare velit. Verum de ignauis tantum scripsisse satis fuerit, in his omnia contraria exercenda, quàm de ferocibus dicta sint. Hactenus Xenophon. Τὸν ἡμιόνειον ἵππον καταψᾶν δεῖ μᾶλλον ἢ κεντρίζειν, καὶ παρεγκλίνειν πλέον ἢ ἐξαναγκάζειν, Pollux. Equus si quid forte suspicatus (scheuet, nostri dicunt *scheuhen*) accedere aliquopiam nolet, demonstrandum illi, quòd ea, quæ auersetur, fugienda non sint: hoc quidem planè equo animoso. Sin erit timidior, contrectabimus id, quod ei horribile apparet, & leniter eodem ipsum adducemus. Qui verò verberibus adigunt, plus timoris incutiunt equis. Nam quia tum malè mulctantur huius etiam ea, quæ suspicione sua refugiunt, causam esse arbitrantur, Xenophon. In auersationibus ac tergiuersationibus calcaria si subdantur, magis equū perturbant, & terrorem atq; peruersitatem augent. Itaq; tum placandi maximè & confirmandi, vt veritatem intelligant, & sentiant non esse exhorrescenda illa, quæ refugerint, ita etiam horribilia tandem extimescere desinent, Camerar. Et rursus, Si quid per iram in equū tergiuersantem committatur, vehementius ille perturbatur, & postea facilius terretur: quia illa obiecta alienioris exhorrescit, propter quæ se afflictū recordatur. Equū itinere defessum, adeò vt nulli omnino labori amplius par videatur, recreabis ac veluti recentem efficies, si sella aut clitellis ablatis, in domo vel stabulo aliquo, si occurrat, aut ipsa etiam via, liberè volutari pro arbitrio sinas, vt muli ferè & asini facere cōsueuerunt. Cauebis tamē ne talis sit aëris cōstitutio, vt pluuia aut vēto lædi possit. Quid faciendū si equi dorsum læsum sit, & nihilominus ipsum equitare vel onus gestare oporteat, lege Rustum cap. 181. Si equiti femina vel nates adurātur, veteres remedio esse prodidere, vt illinatur spuma equi collecta de ore & inguinibus, Camerarius. Equis & iumentis cum per niues ducuntur, sacci pedibus circumligandi, vide Suidam in Περιδέσεις.

Equus iumentum est, Aristoteles. De cursu equorum vide capite secundo vbi de celeribus agitur. Ego faxim muli pretio qui superant equos. Sient viliores Gallicis canterijs, Plaut. De pretio equorum quorundā dicemus Philologiæ parte quinta. Mulis, equis, asinis feriæ nullæ, nisi si in familia sunt, Cato. Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equarum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur, Plin. In equum in senecta molentē epigrammata duo Græca Anthologij lib. 1. sect. 33. Exanimato equorum corpore nascuntur vespæ & crabrones, Textor. Prostratus humo bellator equus crabronis origo est, Ouid lib. 15. Metamorph. Equi cadauer proiectum vespas gignit: ex huius putrescentis medulla euolant vespæ, nimirum volucris progenies ex equo animali velocissimo, Aelianus. Celebris apud Græcos hic versus est, & apud Suidam legitur, Ἵππων μὲν σήπων ἀφανὴς γένεσις, πυρὶ δ' ἠμείλιον. Vespas vt significent Aegyptij, equi cadauer pingunt, quòd ex eo plurimæ generentur, Orus.

Olera crucis obnoxia futura negant, si palo imponantur in hortis ossa capitis ex equino genere, fœminę duntaxat, Plinius. Equæ caluaria, sed non virginis intra hortum ponenda est, vel etiam asinæ. Creduntur enim sua præsentia fœcundare quæ spectant, Pallad. Cribrorum genera Galli è setis equorum inuenere, Plin. Fit & setaceus quidam pannus ad cribrandi vsum, ex setis (ni fallor) equinis. Equorum setæ de caudis & iubis ad balistas vtiles asseruntur: licet arcus vel balistæ cæteraq; tormenta, nisi funibus neruilibus intenta nihil prodesse dicantur, vide Vegetium lib. 4. de re militari. Ex equinis pilis tenaculæ seu laquei fiunt ad capiendas aues. Quare in funiculos piscatorios, ἱππεῖς Græci vocant, setas ex equorum quam ex equarum caudis malint, Plutarchus inquirit problem. 17. de cauſis natur. Ex caudæ equinæ pilis prisci confectis cristis galearum superbierunt, cuiusmodi & Achilli eximias quasdam Homerus imponit, implicitas aureolis cincinnis, Camerarius. Aethiopes qui ex Asia sunt, pleraq; arma quæ Indi gestabant, pellesq; frontium equinarum, cum auribus atq; iubis in capitibus, vt ipsæ iubæ pro cristis essent, & hirtæ aures equinæ rigerent, Herodot. lib. 7. Ἵππους τε γὰρ ἐφόρεον, ἐξ ἵππων τε σκυτέων τὰ λόφους εἶχον καὶ τὰ ὦτα. Hesychius & Varin. ex Homero nimirum: ego apud Q. Calabrum legi, qui libro quarto inter alia certamina describit sagittis propositam huiusmodi galeam petentes. Reciproca tendens neruo equino concita tela, Accius apud Varronem. Contexuntur inde & funes. Varro præceptis adijcit, equino timo quod sit leuissimum segetes alendas: prata verò grauiore, & quod ex hordeo fiat, multasq; gignat herbas, Plin. Equinum fimum quidam cum luto subigunt ad cōstruendas fornaces chymisticas, vt solidior tenaciorq; materia fiat. Equarum virus à coitu Anaxilaus prodidit in lychnis accensum, equinorum capitum visus repræsentare monstrificè, similiter ex asinis, Plin. Sauromatæ plurimos alunt equos: quibus non tantum ad bellum vtuntur, sed etiam dijs immolant, & cibo adhibent. Vngulas etiam colligunt, purgant & diuidunt (διαιροῦσι) ad similitudinem squamarum

lum in draconibus, aut inciſionum in viridi fructu piceæ: deinde perforant ac neruis equorum boumq; con-
nt ad vſum thoracum, qui quidem Græcanicis nec inelegãtiores neq; infirmiores ſunt. facile enim ictus tum
minus inflictos, tum telorum eminus ſuſtinent. At linei thoraces non æquè vtiles ſunt in pugna, cum ferrum
lenter adactum tranſmittant: venantibus verò conueniunt, Pauſanias in Atticis.

F.

larmatis, Vandalis, ac innumeris alijs, equorum & vulpium carnes ſolatio ſunt, Cælius. Hippophagos inue-
Scythiæ in Aſia populos fuiſſe. Sunt qui aſinorum domeſticorum carnes edant, etiam cum ſenuerunt: quæ
imi ſucci, concoctu difficillimæ, ac inter edendum inſuaues ſunt, ſtomachumq; lædunt: quemadmodũ equo-
ac camelorum carnes. quibus etiam ipſis homines, animo & corpore aſinini ac camelini veſcuntur, Galenus
de alimentorum facultatibus. In Scythia parua iuxta Theodotiam & Tauricam Cherſonneſum Nomades
t, qui carnibus tum alijs tum equinis aluntur. & equorum caſeo & lacte, & oxygalacte, quod illi arte quadam
dientes eximium habent opſonium: quam ob cauſam poëta omnes eius tractus incolas galactophagos ap-
abat, Strabo lib. 7. Athenæus libro quarto ſcribit, apud Perſas diebus natalitijs fuiſſe moré, vt diuites bouem,
um, equum & camelum apponerẽt totos in clibano aut camino coctos, Eraſmus in prouerbio Solidos è cli-
o boues. Equinam & camelinam in Damaſco edi, apud Vartomannũ legi. Equi ſylueſtres in Polonia edun-
placet maximè pars ſub iuba. Strabo libro ſeptimo de Myſis loquens, quorum Homerus Iliados N. meminit
verſibus, Αὐτὰρ ὁ πάλιν τρέπετο ἴσατο Φαίνων, Νόσφιν ἰὼν ἵππων Θρηκῶν καλλιρρόου Ἑλλήσποντον, Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων:
ſos Europæos potius quàm Aſiaticos intelligendos ſcribit. Cui ſententiæ (inquit) etiam poetæ teſtimonium
dit, quoniã Hippemolgos, Galactophagos & Abios eis adiungit, qui quidem in plauſtris viuentes Scythæ &
natæ ſunt. Hæ enim nationes Thracibus hac tempeſtate promiſcuæ ſunt, &c. Ἔνθα (ſupra Tauricam Cher-
neſum iuxta Alanos) μελαγχλαίνοι τε καὶ ἀνίερες ἱππημολγοί, Dionyſius Afer. Ἱππημολγοὶ, qui equas mulget
idas & Varin.) ac ſi equimulgum dicas. Aſini etiam qui ſubrumantur equabus hippothelæ Græcis dicti, equi-
gi Latinè nominari queunt. Hippomolgos vocant paſtores equorum, quòd lacte equino viuant: eoſdem ga-
opotas & galactophagos nominant. Fertur autẽ in hiſtorijs huiuſmodi gentẽ in Scythia eſſe, quam & Abios
ant, vtpote ἀλιγοῆτας, quòd vili & ſimplici victu cõtenti ſint: ὑπ' ἀμαθίας τῆς βίου πεφεύγασιν αἰμαξᾶται, Varin. Sar-
arum gentes è milio maxime pulte aluntur, & cruda etiam farina equino lacte vel ſanguine è cruris venis ad-
to, Plin. Sauromatæ (inquit Pauſanias in Atticis) plurimos alunt equos, vtpote Nomades, quibus non tan-
ad bellum vtuntur, ſed ijs etiam ſuis immolant, & cibo adhibent. Tartari incidunt & vulnerant equos,
remq; & per ſe, & cum milio vorant: Carnes pecudum, pecorum & equorum comedunt, etiam ſemicrudas.
allos pridie tum ſponte tum morbo mortuos, exciſo loco apoſtemate infecto, perlibenter comedunt, Mat-
s à Michou. Tartari equos & canes comedunt, Paulus Venetus. Vergilius tertio Georgicõn de febri equum
ens ſic canit:

Profuit incenſos aſtus auertere, & inter
Biſaltæ quo more ſolent, acerq; Gelonus,
Et lac concretum cum ſanguine potat equino.

Ima ferire pedis ſalientem ſanguine venam:
Cum fugit in Rhodopen, atq; in deſerta Getarum:

æ bibunt equinum ſanguinem permixto lacte: Textor. Idem dicit de Gelonia. Pellas Neptuni & Tyrûs filius
qua educatus fertur, Cælius & Aelian. in Varijs lib. 12. Ἱππαιθῶν Κερηνῶν τε καὶ (καὶς) ὧν (ἧπερ) αὐτὸν ἐκ Ποτει-
δᾶνιππον ἐξέθρεψεν, ἵππων δ' αὐτὸν ἐξέθρεψε, Varin. Videtur ſanè etiam nomen ab euentu factum: nam θῶ, τρέφω καὶ
ζῶ exponitur. Metabus (vt eſt apud Vergilium lib. II.) filiam Camillam equino lacte educauit. Verba eius
ſunt,

Hic natam in dumis, interq; horrentia luſtra
Nutrebat, teneris immulgens vbera labris.

Armentalis equa mammis & lacte ferino

αἰγὸς, ἀντὶ ἵππου θηλάσασα. Heſychius & Varinus. Tartari lac equarum bibunt, quod ita præparant, vt videa-
ſſe vinum album, non admodum inſipidus potus: vocatur autem ab ipſis chuinis, Paulus Venet. Rex Tarta-
m (inquit idem l. 65.) habet armenta magna equorum alborum vtriuſq; ſexus, qui putãtur excedere nume-
decem milium. In feſtiuitate autem quę celebratur vigeſimo octauo Auguſti, præparatur lac equinum in va-
centibus, & rex ipſe manibus ſuis diffundit hinc inde lac illud pro honore deorũ ſuorum, arbitrans & à ma-
tis ſic edoctus, quòd dij lac bibant effuſum, & ſoliciti ſint conſeruatores omnium eorum quæ poſſidet. Poſt
ficium illud nefandũ, bibit rex de lacte equarum albarum, nec vlli alteri licet illa die bibere de lacte illo, niſi
t de progenie regis, præter populum quendam regionis illius Horiach vocatum: qui hoc etiam fruitur primi-
, propter victoriam quandam magnam, quam pro magno Cham Chinchis obtinuit. Barbari quidam (in-
Albertus) emulſum equarum lac Soli exponunt donec pars craſſior ſubſidat, poſtea in vaſe feruefaciunt ve
am, (cereuiſiam:) & quod cliquatum eſt bibunt: & hoc potu vtũtur Tartari, Comani, Pruteni, & finitimi eis
ari. Plurimum autẽ inde pingueſcunt, illi maximè qui non ſunt in aſſiduo motu & exercitio. Bubulum aſini-
& equinum lac, ventri magis (quam ouillum, quod craſſius eſt) idonea ſunt, ſed ipſum turbãt, Dioſcorides.
imè perpurgat lac equinum, tum aſininũ, deinde bubulum, tum caprinũ, Varro. Lactis equini potus aluum
t, Plin. Lac equarum, ſicut & camelorum partui vicinarum, tenue eſt, aquoſum, & ventrem mollit; Auicen-
vel cum lacte capræ ſalſum, mulſumq; (ipſum lac ſalſum & melle conditum intelligo) capeſſes. Credo tamen
m meliorẽ lactis equini: Dicitur hic validos aſinæ peruincere ſuccos, Serenus de ventre molliendo. Tenuiſ-
m lac camelis, mox equabus craſſiſſimũ aſinæ vt coaguli vice vtantur, Plin. Equinũ lac ocyus deſcẽdit, ſimi-
odo aſininũ, quod & pauciſſimę pinguedinis particeps eſt, propterea rarò in alicuius vẽtriculo tranſit in ca-
, Galen. Serum de lacte equino potui datũ, facile & ſine periculo ventrem molliter purgat, Marcellus. Vtile
iam lactis ſero ventrem ſubducere: veruntamen id nõ ſit quod ex caſeo fuerit expreſſum: melius enim eſt id,
per decoctionem ex lacte ſeparatur, præſertim equino vel bubulo, Aëtius. Equinum ac aſininum lac mi-
ad Phrygium caſeum confeciendum, Ariſtoteles. Quod hippacen vocant, caſeus eſt equinus: ea virus redo-
agnopere alit, bubuloq; proportione reſpondet. Nec deſunt, qui hippacen equinũ coagulum appellarint,
coridcs. Glycyrrhiza, id eſt dulcis radix, ſitim reſtinguit, ſi tenea tur in ore. Qua de cauſa Scythæ hac con-

tenti-

aperiunt, & ęruginem cum oſſe ęquino uſto inſpergunt, adiecto interdum hyoſcyami ſemine. Dentes equi maſculi (non caſtrati, Raſis) poſiti ſub capite (vel ſuper caput ſtertentis in ſomno, prohibent ne ſtertat, Albertus:) illius qui in ſomnis opera gerit, prohibent, Raſis. Dentium equi farina pernionem rimaſq; pedum ſanat, Plinius. Dentes caballini tuſi ulcera pernionum, ſi ſint tumidi, utiliter curant, Marcellus. Dentis caballini contuſi farina priuatim ſubluuiem ſanat, Plinius. Eadem (inquit alibi) inſperſa, verendorum cæteris vitiis (de formicationibus verrucisq; prius dixerat) medetur. Et rurſus alibi dyſentericis ac cœliacis ſalutarem eſſe ſcribit. Dens caballinus contuſus, & in puluerem tenuiſſimũ redactus, veretro inſperſus efficaciter prodeſt, Marcellus. Equi dentes qui primum nati fuerint, ſi dentem qui dolet tetigerint, remedio erunt. Nam & ſi infans equi roſtrum baſiauerit, dentium dolorem non ſentit, & nec equus mordebit infantem, Sextus. Dentes qui equis primum cadunt, facilem dentitionem præſtant, infantibus adalligati: efficacius, ſi terram non attigêre, Plinius. Collo igitur molli dentes nectentur equini, Qui primi fuerint pullo creſcente caduci, Serenus ad infantes dentientes. Dentes pulli anniculi, adalligati celeriorem & ſine dolore dentitionem præſtant, Raſis & Albertus. Medicamento cuidam Cleopatræ ad alopecias miſcentur inter cætera equi dentes vſti apud Galenum κατὰ τόπ. Pilo equino circumligato verrucas tollit audio: ratio eſt, quoniam propter aſtrictionem alimento priuatæ arefcunt. Pilus equinus ad hoſtium domus alligatus, prohibet ne culices aut ciniphes per hoſtium inuolent, Raſis (apud quem pullus pro pilo ſcribitur) & Albertus. Inguina & ex vlcerum cauſa intumeſcunt: remedio ſunt equi ſetæ tres, totidem nodis alligatæ intra vlcus, Plinius. Sanguinem ſiſtit pilorum aſini cinis illitus: efficacior vis è maribus aceto admixto, & in lana ad omne profluuium impoſito: ſimiliter ex equino capite (ſcilicet pilorum cinis) & ſemine, Plinius. Canis ſi faſcinatus fuerit, ſuffito eum pilis equinis de poſterioribus pedibus, ſago operto donec ſudet, Demetrius. Corium equi adoſtum illitumq; ex aqua puſtulis, quas bothor vocant, refrigerat eas, Auicen.

Ad lienem ſedandum datur equi lingua inueterata ex vino, præſentaneo medicamento, vt didiciſſe ſe ex barbaris Cæcilius Bion tradidit, Plinius. Equi lingua arefacta, & ad leuitatem trita, atq; ex vino potui data, protinus vtilitatem ſuam ſedato lienis dolore manifeſtat, Marcellus. Equi coagulum aſiqui hippacen vocant, Dioſcorides & Plinius. Hoc ex vino potum aduerſus ſerpentium morſus ſalutare creditur, Matthæolus. Cum vino propinatum omnes dolores ſedat, Aeſculapius. Priuatim cœliacis dyſentericisq; conuenit, Dioſcorides. Dyſentericis & cœliacis quidam priuatim prodeſſe ſcripſerunt, Galenus de ſimplicibus to. 11. Equi coagulum, inter auxilia cœliacorum & dyſentericorum tradunt, etiamſi ſanguinem detrahant, Plinius. Idem apud Auicennam & Haly legimus, quorum interpretes pro affectione cœliaca diuturnum ventris fluxum verterunt. Ad vlcera inteſtinorum, laudatur coagulum præcipuè equinum, Auicenna. Coagulum equi, & ſanguis caprinus, vel medulla, vel iecur aluum ſoluit, Plinius: Sed hæc omnia ſiſtunt potius ſiccantq; aluum, vt in Capra docuimus. In corde equorum invenitur os, dentibus caninis maximè ſimile: hoc ſcarificari dolorem: aut exempto dente emortui equi maxillis ad numerum eius qui doleat demonſtrant, Plinius. Equi iecur theca cedrina reponito, deinde Chio vino & aqua dilutum exhibeto: quibus enim iecur vlceratum eſt, ne amplius exedatur, efficitur, Galenus de parato facilibus 2. 38. Si mortuus partus ſentiatur, lien ex aqua dulci potus ejicit, Plinius. Splen aſini ſyluestris vel equi ſyluestris aridus tritus in potu datus ſplenetico pondere Drach. 3. in 5. unc. vini temperati conuenit illi, Gal. T. ut citat R. Moſes. Coitus ſtimulant teſticuli equini aridi vt potioni interi poſſint, Plinius. Equi caſtrati teſticuli ſiccantur in furno: & his tritis datur bis aut ter è iuſculo bibendum, quantum tribus digitis capitur, ut ſecundæ pellantur certiſſimo remedio. Hoc quidem quinquagies feliciter ſe expertum affirmant. Panos & apoſtemata in quacunq; parte diſcutit vngulæ equinæ cinis cum oleo & aqua illitus, Plinius. Strumas diſcutit vngulæ aſini vel equi cinis ex oleo aqua illitus, & urina calefacta, Plinius. Vngularum equinarum exuſtarum cinis cum oleo impoſitus vel illitus, ſtrumis medetur, Marcellus. Ruboti cum prurigine illinitur equi ſpuma, aut vngulæ cinis, Plinius. In Hippiatricis Græcis equo ileoſo remedium commendatur huiuſmodi: Ramenta ex vngulis anteriorum pedum, trita cum vini cotylis tribus per nares infunduntur. In ijſdem Hippocrates equo ſtrophoſo infundi iubet ramenta vngularum anteriorum trita in quatuor cotylis aquæ. Ramenta ex vngulis equi ex vino per nares equo infuſa, vrinam eius promouent, Hierocles. Vegetius 3. 15. Aduerſus calculos prodeſt vngulæ equi cinis in vino aut aqua, Plinius. Vngulæ equinæ ſcobem, vel exuſtæ cinerem, ſi calculoſus in potionem acceperit, citò ſanabitur, Marcellus. Vngulæ ſuffitu partus mortuus ejicitur, Plinius.

Fel equi tantum inter venena damnatur, ideo flaminî ſacro equum tangere non licet, Plinius. Lacte equino venena leporis marini & torica expugnantur, Plinius. Lactis equi potus aluum ſoluit, Idem, Dioſcorides & Auicenna: vide ſupra capite ſexto. Comitialibus datur lactis equini potus, Plin. In comitiali morbo teſtes aprinos bibiſſe ex lacte equino aut ex aqua prodeſt, Plinius. Ad comitiales coagulum vituli marini bibunt cum lacte equino, aſininóue, Plinius. Aetius de ſuppuratis renibus tractans, Lac (inquit) cum melle poſt puris eruptionem eis præbendum: & primum quidem aſininum aut equinum: ad vlcera enim repurganda conducit: poſtea vero cum repurgatione amplius opus non habent, etiam bubulum, &c. Lacte equino luuantur vuluæ colluæ, Plinius. Si pus in vteris fuerit, lac equinum coctum exactè colatum infunditur, Hippocrates lib. de ſterilibus. Mulier quæ non concipit ſi lac equinum ignorans biberit, & mox cum viro coierit, concipiet, Raſis & Albertus. Equæ lac potum, matricis laborem ſedat, & educum (aliàs caducos, abortum forte intelligit) ejicit, Aeſculapius. Semina hyoſcyami cum lacte equino trita corio ceruino illigabis, ita ne terram tangant: hæc alligata mulieri conceptum prohibent, Raſis. Serum lactis equini facile & ſine periculo ventrem molliter purgat, Marcellus. Recentes cicatrices oculorum impuniſſimè abſtergit equinum lac cum modico melle aſſiduè illitum, Aetius. Caſeus equinus ventrem reprimit, & torſiones tollit, Aeſculap. Equi ſpuma (eam intelligo quæ in corpore equi cum incaluit & ſudat, apparet, quanquam etiam de ſudore ſeorſim inferius dicam) illita per dies quadraginta, priuſquam naſcantur primum pili reſtinguntur, Plinius. Equi ſpuma ſi puero inuelli pectinem linieris, pili eius non creſcunt, nec generantur, Sext. In dolore vel grauitate aurium commendatur equi ſpuma, vel equini fimi recentis cinis cum roſaceo, Plinius. Videtur autem roſaceum vtrique addendum: Nam & Marcel. ſic ſcribit, Spuma equi recens detracta, & cum oleo roſeo infuſa, auricularum quamuis vehementes dolores reſolvit. Si ab equitando vexata fuerint inguina, aut intertrigines dolebunt, ſpuma equi fricentur,

statim tenellas abuntur, Marcel. Plinius ad hoc remedium non simpliciter spumam, sed spumam ab ore (id est saliuam, quæ alterius fricatis, quàm reliqui corporis spuma sudori permista videtur) inguinibusq; collectam illinit probat, his verbis: Femina atteri aduciq; equitatu notum est: Vtilissimũ est ad omnes inde cautas, spumam equi ex ore inguinibusq; illinire. Rubori cum prurigine equi spuma, aut vngulæ cinis illinitur, Plin. Ego ad hoc vitium oris saliuam pottus, quàm aliunde collectam spumam & sallsedine sua mordicantem adhibuerim. In feruido faucium malo, quod æstate nonnunquam grassatur pestilenti lue in milites præsertim, nostri a liuido linguæ & faucium colore vocant *dich ünt*, hoc remedium commendari inuenio: Saliua equi auenam aut hordeum passi, os ægroti diligenter colluitur: deinde ex cancris vuis contusis humorẽ exprimes eodemq; rursus lauabis. Quòd si vivos habere non potes, pollinem de cancris aridis in clibano tostis inspergo, postquam equi saliua ablueris. Tussim sanat saliua equi triduo pota, equum mori tradunt, Plin. codices excusi aliam & obscuram lectionem habent: Ego hanc nostram confirmo ex verbis Sexti & Marcelli quæ hic subieci. Equi saliuam si biberint phthisici & qui malè tussiunt, sani efficiuntur. Expertissimum sanè equus morietur, Sextus. Ad phthisicos remedium & præsens & maximum: nam etiam vitæ dubios sanat, & quibus spes superesse nulla videatur: equi saliuam vel spumam cum aqua calida bibendam per triduum dabis: etiam quem tussi intolerandæ & diutinæ laborare videris, hoc remedio liberabis: ægrum quidem sine cunctatione sanabis, sed equum mors subita consequitur, Marcellus. Sudor equi mistus cum vino, abortum facit potus à grauida, Rasis & Albertus. Sudor bestiæ (equi, Albertus) inflat faciem, & inducit synanchen (& sudorem foetidum, Albert.) Rasis. Si cultelli vel gladij calefacti (rubei, Rasis, id est igniti) sudorem equi imbiberint, inficiuntur adeò vt locus ab eis vulneratus sanguine ante mortem animantis manare non desinat, Albertus. Idem apud Rasis interpretem, sed ineptissimè legitur. Si equum iagitta venenata vulnerârit, sudorem alterius equi & panem combustum cum vrina hominis in potu dabis, deinde in vulnus quoque immittes admixta etiam pinguedine, Rasis 178. Sunt qui rincas & serpentes è ventre hominis exigi promittant, si equi sudorem cum vrina in balneo biberit, Innominatus. Fimi asinini idem qui equini effectus est. Auicenna. Fimi equini inueterati sauillas adrodit carnes, Plinius. Armentarij (equi vel asini) qui herba pascitur, siccum fimum liquatum in vino, mox potum, contra scorpionum ictus magnopere auxiliatur, Dioscorides. Ad serpentes vruntur carne & fimo equi in agro pasti, coagulo leporis ex aceto, contraq; scorpionem & murem araneum, Plin. Tanta vis est in veneno rabiosi canis vt vrina quoque calcata nocear, maximè vlcus habentibus: Remedium est fimum caballinum aspersum aceto & calfactum in fico appositum, Plinius. Marcellus empiricus capite 8. Collyrium quoddam fieri docet in olla operculo tecta cum foramine cui inserta sit canna vt expiratio pateat: ollam verò cooperiri iubet fimo caballino recenti. Hoc putrefaciendi modo (sic enim vocant) etiamnum & medici & maximè chymistæ vruntur. Tam asinorum quàm equorum fimum, siue crudum, siue crematum, addito aceto sanguinis eruptiones cohibet, Dioscorides, Rasis & Albertus. Aridum inspersum sanguinem sistit, Aesculap. Stercora asinina vel equina, si, dum calida sunt, apponantur, sanguinem ex vulnere fluentem sistunt, Rufus inter equorum remedia. Et alibi, Sanguinem (inquit) cohibet stercus equinum recens, cum creta & aceto acerrimo mixtum agitatumque. Et rursus, Sanguis aperta vena ad contrariam partem reuellatur: deinde fimum equicum filtro (lana feltria) vstum vulneri aut venæ impone. Ne venæ equi sectæ plus iusto exinaniantur, stercus ipsius iumenti fluentibus venis admotum fasciis obligetur, Columella & Vegetius 2. 45. & rursus 3. 14. Secta vena equi sanguinem nimis fluentem sistes, si fimum ipsius equi imponas, Pelagonius. Siue fimus manni cum resticis vritur ovi, Et reprimit fluidos mire medicamine cursus, Serenus ad sanguinem è vulnere nimis fluentem. Stercus equi recens, olfactum etiam sanguinem reprimit, Albertus & Rasis, apud quem tamen corruptus est locus. Si sanguis ex vulnere immodicè fluat, fimi caballini cum putaminibus ovorum cremati cinis impositus mirè sistit, Plin. Si ex vulnere immodicus fluat sanguis per nares, fimus caballinus quo modo egeritur adpositus, statim subvenit, Marcellus. Et alibi, Stercus caballinum exprimitur dum recens est, eiusq; succus naribus trahitur ab eo cui importunius fluunt. Si thlasma (fractum reddit Ruellius) in vngula habeat equus, &c. post alia remedia fimum equinum aridum illigari Pelagonius iubet in Hippiatricis. Auribus instillatum equi fimum dolorem tollit, Aesculapios. In dolore aut grauitate aurium equini fimi recentis cinis cum rosaceo prodest, Plinius. Stercus caballinum recens colliges, & in furno calefacies, tunc oleum medio capiti infundes contra vuam, & sic stercus prædictum in panno vel in linteo spisso capiti superligabis in noctem, Marcel. Regio morbo fimum asinini pulli, quod primum edidit à partu, datum fabæ magnitudine è vino intra diem tertium medetur: eadem & ex equino pullo similiterq; vis est, Plin. Ad colicam (*für die mutter*, quanquam vteri morbum propriè sic Germani vocant, colicam impropriè) remedium certum, ita etiam vt morbos non reperat: Fimi de equo qui avena aut hordeo pascatur, non gramine, manipulum in dimidia mensura vini (vncias circiter octodecim intelligo) decoques donec pars dimidia consumatur: hoc paulatim bibendum est, donec exhaurietur: erit autem eò vtilius quo exhauretur citius, Empiricus innominatus. Equini fimi cinis in aqua potus sluum sistit, Plin. Ad ventrem fluentem, Equi stercus aqua liquefactum & percolatum, si bibatur, facit regressum, Sextus. Fimum caballinum combures, & cinerem fimi ipsum cum vino vetere miscebis & contereis: & sic dabis dysenterico bibendum sine aqua, si non febricitabit: Marcellus. Equini fimi cinis cœliacis & dysentericis salutaris dicitur, Plinius: paulò ante etiam asinini fimi cinerem ex vino, vtrique vitio efficacem esse scripserat. Si partus mortuus sentiatur, lien equi ex aqua dulci potus, cyciet: item vngulæ suffitu, aut fimum aridum, Plin. Mihi verborum constructio parum cohærere videtur: quamobrem legerim potius, Item vngula suffita, aut fimum aridum, scilicet suffitum. (Apud Vincentium Bellouacen. legitur, aut vngularum suffumigatio, vel fimus aridus) Nam & apud Haly medicum sic legitur, Suffitus ex fimo equi secundas fœtumq; te mortuum educit. Faulla fimi equini inveterati partum mortuum ejicit: vt quidam ex Plinio citat. Quidam vrinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miscent contra comitialem morbum, eademq; potione & lymphaticis medentur, Plinius. Pecori sanguinem sive per anum, seu vuluam, seu nares emittenti, pultem facito ex farina tritici & ovo & butyro tritis in lotio ex equili hausto: deinde pultem vel massam illam coctam in cinere pecori dabis. Empiricus innominatus. Lutum ex cuiuscunque equi lotio fact im vino permiscebis, colatumq; per nares infundes, & confestim provocat vrinam, Veget. 1. 61. & Hippiatrica: in quibus & hoc additur, lutum huiusmodi etiam aridum eosdem vires obtinere. Vulgare & verum est remedium, lutum de via ex lotio cuiuscunque equi factum vinoque permixtum & colatum naribus infundas, Vege. 3. 15. Lichenes sunt in equorum genibus, & super vngulas

vngulas in flexu harum partium indurati calli: qui triti & in aceto poti, com[illegible] mederi traduntur. Dioscorides & Galenus de simplicib. medic. 11.17. Aliqui & ad cuiusuis feræ morsum adhiberi consulunt, Galenus ibidem. Comitialibus datur ex equo lichen in aceto mulso bibendus, Plin. Zeidæ sunt augmentationes in cruribus & iunctis equorum & animalium maiorum, Serapion 444. Nicander circa finē theriacorum remedium compositū contra omnes venenatos ictus ac morsus describens iniicit illi inter cætera, [illegible] Dentes labantes confirmati aiunt lichēne equi cum oleo infuso per aurem: est autem hoc in equorum genibus, ac super vngulas, Plin. Ferunt additiones illas, quæ sunt in genu equi, tritas & potas cum aceto, sanare sodam & epilepsiam, Auicennæ interpres. Calculos expellunt lichēnes equini ex vino aut mulso poti diebus quadraginta, Plin. Vestigium equi excussum vngula (vt solet plerunq;) si quis collectum reponat, singultus remedium esse traditur, recordantibus quonam loco id repoluerint, Plinius.

H. a.

a. Equi dicuntur ab æqualitate siue paritate, eò quod pares antiquitus cruribus (bigis quadrigisq;) iungebantur, Albertus & Sipontinus. Equa, mula, &c. datiuum & ablatiuum pluralem in abus faciunt: Priscianus inter hæc nomina pro equa asinam posuit. Caballum pro equo Latini dicunt, Græci [illegible], Itali cauallo, Galli cheual, Illyrij kobyla, & forte Germani etiam inde vocem *gaul* mutuati sunt. Caballos antiqui equos dixere, fortasse (liceat enim suspicari nobis) voce ficta de sonitu quem edunt, pulsu vngularum, vnde & sonipedes dicti, Camerar. Caballus, quòd cauet terram vngula impressa, Obscurus. Caballos videtur [illegible] elligere Hieronymus maiores equos, sicuti mahnos accipimus minotes, Calius. Sunt autem Hieronymi verba hæc, Vt statim cernamus tiaras galeis, caballos equis cedere. Ego contra contendo: nempe vt galea militare capitis velamentum, validius est quàm tiara in pace apud Persas & Medos gestari solita: sic equus quasi per excellentiam de animoso & bellatore equo dictus, caballo præfertur qui pacis tempore ad diuersos labores seruit. Nam operarium & vilioremequum propriè caballum dictum esse, ex aliquot auctorum testimonijs, quæ subijciam, apparet: etsi nonnulla eiusmodi sint, vt caballi nomen pro equo simpliciter vsurpare videantur. M. Cato Censorius cantherio vehebatur, & hippoperis quidem impositis, vt secum vtilia portaret. O quantum erat seculi decus imperatorem triumphalem Censorium, vno caballo esse contentum: & uetere quidem. Partem enim farcinæ ab vtroque latere dependentes occupabant, Seneca. Succussatoris retti tardiq; caballi, Lucilius. Alius caballum arboris ramo in humili alligatum relinquit, Varro Parmenone. In castris permansi, inde caballum reduxi ad censorem. [illegible] apud Hesychium & Varinum: [illegible], id est operarius equus. [illegible], [illegible], &c. Suidas, Hesychius, Etymologus: sed forte in omnibus erratum est: nam ista interpretatio [illegible] pertinet ad vocem [illegible] quæ apud Suidam statim sequitur, ex [illegible] per syncopen facta. Hoc errarum in aliis simplex, ab Etymologo & Varino bis commissum est. Hoc igitur omisso apud Suidam sic legemus, [illegible] (oxytonum non properoxytonum vt Etymologus habet, & per vnum lambda) [illegible].

Hinc ita verterim, Caballis, nomen compositum est a nomine [illegible] quod præsepe sonat, & aduerbio [illegible] quod est abunde: quod scilicet affatim pascatur ex præsepi: vel semper redundans aliquid ex præsepi, dum iumentum pascitur, delabatur. Apud Varinum scribitur etiam [illegible] per vnum lambda: item [illegible], [illegible], Varinus & Etymologus. [illegible], [illegible], Hesychius. [illegible] Stephano nomen est ciuitatis. Ne verò tu (inquit Plutarchus) aduersus vsuram aut equitatum opperiaris, aut vehicul a ingalia curnigera, & argento picta, quæ celeres vsuræ assequuntur & prætercurrunt: verum quolibet asino & caballo (Graecum [illegible]) fuge hostem ac tyrannum fœneratorem. Diuersitas in scribendo hoc vocabulo, Græcos a Latinis accepisse arguit: nam & in alijs plerisq; Latinis scribendis Græci plurimum variant. Certum est apud Græcos paulò antiquiores caballi vocem non reperiri. Ego præ cæteris modis [illegible] scribi probo, cum c. simplici, & λ. duplici in prima apud Græcos inflexione. Nimirum, [illegible], Hesychius & Varinus. Eos ninnum vel ginnum de pumilis equis & asinis dici alibi docuimus in Asino, Cerno & Equo. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus, Horatius. Apud eundem in Sermon. Saturcianus caballus legitur, id est Saturcianus agris natus, qui sunt in Apulia fertiles, & equorum nobilium genitores, Acron. Immeritis frangantur crura caballis, Iuuenalis Sat. 10. Hippocrenen Persius caballinum fontem dixit. Caballina caro, Plinius 28. 20. Equitem pro equo veteres quidam posuerunt, vt Vergilius Georg. lib. 3. Atque equitem docuère sub armis Insultare solo. Ennius lib. 7. At non quadrupedes equites, Nonius Marcel. Vide etiam Gellium libro 18. cap. 5. Sic etiam equitare de equo reperitur, cum sessoris proprium sit. Omnis extremi frigoris tolerantior equino armento vacca est, ideoq; facile sub dio hybernat, Columella. Amissa parente in grege armenti, reliquæ fœtæ (de equabus loquitur) educentorbum, Plinius. Armenta ipsa macie tenuant. Vergil. in Georg. id est ipsas equas, cum prius de maribus admissarijs seorsim dixisset. Armenta (inquit Seruius in tertium Aen.) dicta sunt quasi armis apta: nam equi interdum præliis: boues armant ex corijs. Armenta quoq; dicta sunt maiora animalia quæ aratioui congrua sunt. Iugales, pro equis currui iunctis. Absenti Aeneæ curtum, geminosq; iugales, Vergil. Aen. 7. Socij iugales, Silius libro 16. Emeritos vertunt ad pascua nota iugales, Claudianus 2. de rapta Pros. Cornipes & torripes, epitheta equi, pro equo absolutè ponuntur. [illegible], equus, Tyrrhenis, Hesychius & Varinus. [illegible], Etymologus in [illegible]: suo tamen loco apud eundem non reperio, nec in alijs Græcorum Lexicis: nisi quòd [illegible] oxytonum à Varino [illegible] exponitus. Plenius apud Pausaniam secundo Eliacorum legimus [illegible] (paroxytonum) Tarentinum quendam gymnasten fuisse. [illegible], [illegible]: [illegible] Hesychius & Varin. [illegible], Hesychius & Varin. [illegible], Iidem. [illegible], Iidem. Oppianus equam [illegible] vocat. [illegible], [illegible] scribitur autem pi duplici ad differentiam [illegible], quod laqueum significat, Etymologus. [illegible] Attico more tam fœminino quàm masculino genere profertur, Varin. Et alibi, [illegible] (inquit) apud poetas etiam de maribus dicitur, & communi genere profertur, vt & [illegible], [illegible], [illegible]. Huius Atticæ & poeticæ consuetudinis quidam ignari, ineptè quandoq; fœminino genere reddunt in sermone Latino, quod in eo positum Græcè reperiunt. Ex hac Attica consuetudine est, quod interdum scriptores non contenti [illegible] dixisse cum articulo fœminino, addunt insuper [illegible]. Sciendum est, inquit Etymologus) Iones animalium nomina fœmina no genere pronunciare, cum

greges aut armenta eorum significent, vt πώεα ἵππων, πώεα βοῶν, πώεα βοῦς. Significat sanè ἵππος equum, & equam, & equorum armentum. & turmam equitum: hinc ἱππο-χιλίαι, & μυρίαι, promille & decē millibus equitum: ἱππο-σύνη, καὶ ἱππικὴ τέχνη, καὶ ἱππεία λέγεται, διὸν ἡ ἱππικὴ ἐν Θεσσαλοῖς εὐδόκιμος, καὶ ἡ ἱππικὴ καὶ ἡ Ὀρχομενία, ἔστι δὲ καὶ ἡ Ἀργολικὴ ἱππεία καὶ ἡ Κρητικὴ καὶ ἡ καλουμένη ἀκροβατική, ἣν οἱ Ἰωνικοὶ καὶ ὁπλίται μεταχειρίζονται, Varinus. Caccabe. Καββάβη, olim vocabatur Carthago: quæ vox incolarum lingua caput equi significat, Stephanus: Vide supra in Bovem b. Alla. Ἄλλαξ, Caribus equum significat, Stephanus in Hylluala. Germani equum admissarium vocant *hengst*, *ſprunghengſt*: Itali & Galli italiopem: fœminam, *ſtut*, *merch*, *gurr*, & aliqui *miirſch*, *muterpferd*, Galli iumentum. Celtæ qui Brenno duce Græcorum vox est μυρίας & μύριοι. Equulum & equuleum, Latini equum parvum, novellum, vel potius equi vocant. Græci ἱππάριον, eodem quoque nomine avem vulpariæ similem: hippardion verò bestiam cornutam, bisulcam, ibatam. Ἵππιον quoque ab equo diminutivum videtur, sed nomen est piscis Hesychio & Varino. Bos equuleum peperit. Livius 3. belli Punici. Vt iniecto equuleo freno repente exagitantur novo Cicero 3. Tuscul. Vt fama debilitetur equuleorum omnis effrenata vis, Idem in Hortensio. Neque furentem equuleum Damacrinum insanus equiso exhibebis morbi fluctibus educat vnquam, Varro Eudæmonibus. Sipontinus simplicius citat, Neq; furentem equuleum insanus equiso exhibeat maris fluctibus. Vbi insilui in cochleatum equuleum, ibi volutim tortor, Pomponius apud Nonium. Equulos argenteos nobiles, qui Q. Maximi fuerunt, refert, Cicero 6. Verr. Legitur hic & equuleos. Omnia in perfectis & matura decet esse meliora, vt in equo quam in equulo, in cane quam in catulo, in viro quàm in puero, Cicero lib. 2. de Nat. Sunt qui dicunt post annum & sex menses equulum domari posse, Varro. In fœminino genere diminutivum est equula apud Varronem, Hermolaus Barbar. equilam legit. Et apud Nonium citantur Varronis verba ex lege Menia, hoc modo: Nemo est tam negligens, quin summa diligentia eligat asinum, qui suam fallat equilam. Pullos dicimus paruos fœtus quorumcunque animalium, non quadrupedum modò, sed etiam avium, ranarum, &c. Equæ pullus, Lucretius. Continuò pecoris generosi pullus, Vergilius de equuleo. Et sanè frequentius iumentorum, vt equi, asini, fœtus pullos nominant authores, quam aliarum quadrupedum: vt etiam Germani *ein fuln*, Galli poulain: Vtrique nimirum à Latina voce, Latini à Græcis: qui πῶλον dicunt de equuleo proprie, poëtæ pro equo simpliciter. Pulli proprie sunt equorum, Hermolaus. Μόσχοι, πῶλοι, Hesychius & Varinus. Πῶλον apud Aristophanem in Pace, vbi scholia addunt πῶλος propriè dici fœtus equorum & aliarum quadrupedum, quas Græci κῶλα nominant. Hinc πωλεῖν, equos domare & instituere, quod & πωλοδαμνεῖν, & alia plura in Græcorum lexicis vocabula. Virus nomen ponitur etiam de equis apud Vergilium tertio Georg. Iam virulos hortare, viamque insiste domandi, vt Grammaticus quidam exponit: Servius quidem eo in loco generaliter tum de equis tum de bobus accipi ait, Vergilio de vtrisque pariter docente. Equum omnium primum à Neptuno productum ferunt, vt parte vltima huius capitis dicam. Morem literas inurendi in equis, agnoscere videtur Aristophanes, qui in Nebulis coppatiam indee equum nominat, cui inustum esset cappa: sicuti samphoras sive sapphoras, quibus sigma. Etenim sigma & ni insulta vocabant san, Cælius & Varinus in κοππατίαι. Servantur autem etiamnum hæ notæ in equis, Varinus ibidem. Vide nonnihil etiam infra in H. e. post mentionem tumulorum. Coppa vero est numeri figura, compacta ex cappa & sigma, hoc modo ϟ. signat autem nonaginta: etiamsi coppatiam quidam interpretati sunt quasi κοπτίαιαν, quod est vngula terram excavantem. Vero propius est, ab insigni ita nuncupatum, quæ ratio etiam bucephalos fecit. Et Corinthiorum rex Sisyphus, animalium vngulis monogrammaton nomen suum inscribebat, vt furto intercepta eo repeteret & argumento. Tulippion quidem fuit veluti rotula quædam publica nota, quæ candens malis equorum imprimebatur, quam contemni sic dicebatur τύλλια ποιεῖν, Cælius. De hoc plura dicam in H. e. Athenæus libro 11. scribit sigma literam Doricè san appellari, & equos propter impressam eis huius literæ notam apud Aristoph. in Nebulis samphoras. Cælius ita ex Scholiis in Nebulas Aristophanis (vel Suida, apud quem eadem leguntur, sed loco vno manco) transtulit, sed omisit obscura quædam, quæ etsi nec ipse assequor, adferam tamen in medium ne quid dissimulem ea huiusmodi sunt Σαμφόρας γὰρ ἔλεγον τοὺς ἵππους ἀπὸ τοῦ σῆμα ἐπὶ τῶν ἀριθμῶν. ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἧττον γράφω) καὶ τὸ ϟ ἐπὶ τῶν ἵππων ἐτίθεσαν, καὶ κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἐσήμαινον. (Aliter forte hunc numerum olim notarunt, quam hodie notari solet: accedit tamen hodierna quoque nota non genat j numeros nonnihil ad cappa Græcorum huc modo scriptum, vt inde coppa dictum conijcias: veteres quidem sigma male sculum figura lunulæ pingebant.) Alibi etiam in eisdem Scholiis sic legimus, Σαμφόρας μὲν τοὺς ἵππους ἔλεγον ἀπὸ τοῦ σῆμα καὶ τὸ μ, καὶ τὸ φ ἐπ' αὐτῶν ἐτίθεσαν. ego magis probo per μ. vt samphoras sic equos, qui notam ferrariam literam: solet enim ita vertente 3 nonnemo. Et rursus in eandem comœdiam, Κεκοππατίακεν ἀντὶ τοῦ ἐσημείωται τὸν ἵππον ἐπὶ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ ϟ. Videntur enim pretiosi fuisse equi qui huiusmodi notis inscribebantur: proinde Apollonius apud Philostratum, Nec accusavi quempiam (inquit) piscium causa, quos majore pretio emunt pueri, quam coparias quondiam emere prælautes viri consueverunt. Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ ἰχθύων ἕνεκα, ἃ δὴ καὶ μείζονος ὠνοῦνται τιμῆς ἔνιοι τῶν παίδων, &c. Parmenon Byzantius apud Athenæum libro quinto. Vide etiam Aristophanes in Nubibus. Phasianus hic aliquot equos ante. Legunt qui cures Phasianam eo pertinere nolentes, alij phasianam avis notam intelligentes, alij phasianas aves.

Rustici & aurigæ nostri equis à colore, figura, &c. quibusdam nomina imponunt *Rapp*, à colore nigro vel, qui tantum abulum gestat: *rmderle*, à figura bonis brevi & crispa: item *schmeiel*, *blasi*, de quibus capite 2. in coloribus equorum dixi, *flaxhele*, *grommen*: & *mutz*, cui præcisa est tuba & cauda truncata.

Equorum nomina propria quæ apud veteres præcipuè poëtas reperi, ordine literarum hic subiecti. Aethon, Aethon, Nycteus, & Orneus, equi Plutonis apud Claudianum libro 1. de rapto Pros. Aethon, nomen equi Agamemnonis apud Homerum in funere Patrocli, & Ἠθων Ἀγαμεμνονίδην, Suidas Aethon Statii Thebaid. 6. Aethon, Eous, Phlegon, Pyrois equi Solis apud Ovidium. Aethon, Plutonis equus, vide Alastor. Aethon, Lampus, Podargus, (Podargus in Scholiis, quæ ex his duobus tantum propria faciunt) & Xanthus, Hectoris equi apud Homerum Iliad. 8. octavo. Aethon Pallantis equus Vergilio. Arion equus filius Neptuni & Veniæ ex Fastis, Varinus: Telpusij quidem, Pausanias teste. Cererem Erinnyn vocant. Lucianus grammaticus in Thessalia terram ardente percussam à Neptuno scribit, vnde prosiluerint equi duo Scyphios & Arion. Cererem aiunt mutatam in equam, ex Neptuno in equum mutato sibi ante peperisse, cuius nomen non initiatis enarrandum sit, & equum Arionem: & hanc ob causam (dicunt Thelpusij.) Neptunum apud se primum inter Arcades Hippium ce-

dentem

dictum. Et hoc probant carminibus ex Iliade & Thebaide citatis: ex Iliade quidem hisce, Οὐδ' ἂν Ἀ|χιλῆος ὀϊστευτὴν, Ἀδρήστου παρὰ νῆα θοὸν φύγοι, ὅς τε ἑκηβόλον ἐγείρῃ. Ex Theba verò, quomodo Adraſtus fugerit Εἵματα λυγρὰ φέρων σὺν Ἀ|χιλῆι κυανοχαίτῃ. In his carminibus innui putant, Neptunum patrem eſſe Arionis. Apollodorus quidem Terræ filium facit, his carminibus, Ἀδράστος Ταλαϊονίδαις Κρηθιεΐδαις Πρώτοις Δαναῶν πρὸ Ἴλιον ἦλθε. σὺν ἵπποις, Καιρόν, τε ταχεῖαν, καὶ Ἀ|χιλῆα Θελχιεπόεντα. Τὸν μὲν Ἄπιδων ἐκ Θεσπείης ἀγλαὸν Οἰγαίου Ἀὐτὴ γὰρ ἀνέβησαν, ὑπ' Ἀνθηδόνα ἰδέσθαι. Sed fieri poteſt vt quanquam è terra prognatus, originem ex deo ducat, & (ideo) pilotũ colore cæruleum referat: (nam & κυανοχαίτης, Neptuni epitheton eſt.) Sunt qui & hanc hiſtoriã referant, Herculem cum bellum aduerſus Eleos gereret, ab Onco petiiſſe equum, & Actione in prælijs invectum Elin obtinuiſſe: Poſtea verò Adraſto equum donaſſe: vnde Antimachus, Οἵ ῥα ποθ' Ἀδράστῳ περικήτεϊ ἶφι μάχεσθαι, Hæc omnia Pauſanias in Arcadicis. Qualis & Adraſti fuerit vocalis Arion, Triſtis ad Archemori funera victor equus, Propertius. Vide Leonicenum in Varijs 2. 79. Cygnũ Martis filium Hercules equeſtri certamine vicit, adiutus equo Arione, quem Neptunus in faciem equi transformatus ex Erinnye genuit, deditq; Capreo Hiliarti regi, qui eundem Herculi rurſus Adraſto: cuius ille auxilio apud Thebas evaſit, quum reliqui duces ferè omnes occiderentur, Innominatos quidam in Onomaſtico noſtro. Arionis equi meminit etiam Statius Theb. 6. Aſcheros, Statius ſexto Thebaid. Aura equæ nomen apud Pauſaniam. Balius, Xanthus, & Pedaſus, Achillis equi. Βαλίος θαρπήτιος ὄνομα ἵππου, βαλιὸς δὲ ὀξυτόνως ὁ ταχὺς ἢ ποικίλος παρὰ τὸ βάλλειν ὁ ἐν χιόνι ἓ ῥίζαις, Euſtathius. Achilles (inquit Nic. Erythræus) biga vt plurimum vtebatur, iunctis ſcilicet Balio & Xantho equis immortalibus: hos Podarge mater equarum rapidiſſima, dum per florea prata paſceretur, ad Oceanũ ex Zephyro genuit, vt Homerus canit. Quanquam in decimo ſexto Iliados, Automedon Achillis auriga ijs quoque tertium Pedaſum nomine loro tamen extremo iungat, & mortalem quidem equum immortalium equorum comitem. Βαλίος nomen equi Achillis, ſignificat etiam varium, Varinus. Neptunus Ξάνθον (melius Ξάνθον oxytonum) καὶ Βαλίον equos Peleo donauit, nuptias cum Thetide celebranti. Idem in Θέτι. Meminit horum Achillis equorum Homerus libro 16. Iliados: & rurſus libro 19. vbi Xanthus vocalis à Iunone redditus domino reſpondet. Et lib. 17. ipſi immortales à Ioue facti etiam lachrymas emittunt. Xanthus & Balius (inquit Varinus) equi Achillis, οἱ ἅμα πνοιῇσι πετέσθην, id eſt qui æquali cum ventis pernicitate volabant (per ſumma æquora curſebant, Q. Calaber libro 8.) ex Harpyia Podarge nati ſunt, &c. Vide plura apud eundem de hiſtorica & phyſica huius fabulæ interpretatione in Ξάνθῳ, & in libro noſtro de auibus in hiſtoria harpyiarum. Boryſtheni equo venationibus aptiſſimo, ſepulchrum ab Adriano ſubſtructum ſcribit Dion, Cælius. Bromius apud Statiũ Theb. 6. Cærus, Καιρὸς, vide Arion. Calydon & Cygnus, Statius 6. Theb. Camphaſus, Silio libro 16. Cnacias, vide Phœnix. Corax, vide Phœnix. Corithe, apud Iuvenalem Satyra 8. his verſibus. Sed venale pecus Corithæ, poſteritas & Hirpini ſi rara iugo victoria ſedit, Nil ibi maiorum reſpectus. Britannicus Corithen & Hirpinum interpretatur equorum nomina, citans Martialis verſum, Hirpini veteres qui bene novis avos. Ge. Valla vero locorum nomina eſſe putat, ex quibus equi clari naſcerentur. Cygnus à colore albo dictus, vide Calydon. Cyllarus, equus Caſtoris à velocitate dictus, de quo Vergilius Georg. 3. Talis Amyclæis domitus Pollucis habenis Cyllarus. Accipimus autem hîc puëricè Pollucem omnino pugilem pro fratre Caſtore, quem ex tertio Iliados equorum domitorem fuiſſe conſtat: & venuſtè, quando & illos alterna ſe morte redimere fabulantur, Erythræus. Cyllari etiam Statius lib. 6 Theb. meminit. Cyllarus, equus Caſtoris, à verbo κίλλειν, vt velocem ſignificet. Steſichorus enim ait Mercurium dediſſe Dioſcoris equos Φλέγοντα καὶ Ἀἴθωνα, οἵπερ Ἥρᾳ Παδάργης, Ἥραν δ' Ἐξάλλοντα καὶ Κύλλαρον, Etymologus: & Varinus, apud quem quædam corrupta ſunt.

Dimos & Phobos, Δεῖμος καὶ Φόβος, id eſt Terror & Pauor, (ſic Valerius lib. 3. Argon interpretatur) Martis equi: quorum Homerus tum alibi ſæpe meminit, tum Iliados quinto: & Maro Martis equi bijuges, & magni currus Achillis. Neptuni equos memorant Enceladum, Eriolen (Ἐριόλην, τὴν) Glaucum, & Sthenonem. Σθένωνα quidem propter Neptuni & maris potentiam: Ἐγχέλαδον verò à ſonitu maris: Γλαῦκον, ab eiuſdem colore: Ἐριόλην denique, propter humidos ventos, ex quibus etiam vehemens & impetuoſa ἐριώλη eſt, cuius & Comicus meminit, Varinus in Ἵππ. Ἐριώλη fœmininum apud Ariſtophanem in Equitib. legitur, & explicatur in Scholijs, τυφὼς, ἀνέμου συρροφὴ ἢ πυρὸς: ἀναθυμιάσεως συρροφὴ περὶ ἐμπυρωθῆναι τὸν ἀέρα: πνοὴ μεγάλη καὶ σφοδρά. Cæterum in Veſpis ludens idem poëta cunnacen veſtem Perſicam in quam plurimum lanæ inſumptum eſſet, ἐριώλην vocat quaſi ἐρίων ἀπώλειαν. Eous, Ἠῷος, vnus ex equis Solis, vt in Aethone dixi. Ex Hippodamiæ proci primum Marmacem ab Oenomao occiſum aiunt, cuius equarum nomina fuerint Parthenia & Eripha, (Παρθενίαν καὶ Ἐρίφαν:) & has quoq; ſupra dominum ſuum ab illo mactatas eſſe, ac ſepultoræ permiſſas: Et fluuium Parthenian ab altero equo nominatum, Pauſanias Eliacorum ſecundo. Exalithus, vide in Cyllaro. Gargarus libro 4. Silij. Glaucus, vide in Enceladon. Harpagus, vide in Cyllaro. Harpe equus Pelorum equum ex Zephyro vento conceptum produxit. Silius libro 16. Harpinna & Pylla, Ὑλλα (alias Φύλλα) καὶ Ἁρπίνα, equi Oenomai, quorum auriga erat Myrtilus, Varinus. Hirpinus, equus Martiali libro 3. Epigrammatum, Textor: Vide Corithe. Herda, Silij libro 16. non equi, vt Textor ineptè exponit, ſed vtbis Hiſpaniæ nomen eſt. Incitatus, Ἴγγιτος, equi nomen eſt apud Suetonĩ, præter interpretũ ſententiam, Cælius. Apud Martialem libro 10. mulionis nomen eſt. Iris, ferro Theb. Statij. Lampon, Silij li. 16. & eodem nomine Dici equus à ſplendore dictus: nam Nocti equos nigros, Dieiq; albos attribuunt Λάμποντα (al' Λάμπων) καὶ φαίθοντα ἵππους Ἡμέρας Φησὶν Ὅμηρος: ἵππος δὲ Ἡμέρας ἐστὶν, ἡ περιφέρουσα αὐτὴν ἐξῆς ἡ ἁρματοπλοΐα, ἀφ' ἧς λάμπει καὶ φαίνει, Varinus. Recentiores, vt & Lycophron, Dieiq; a Pegaso equo vehi aiunt. Λάμπος δὲ φαίθων ἦν ἵππων ἠοῦς, Euſtathius. Lampus, Λάμπος, vnus ex equis Hectoris, vt in Aethone dixi. Lamus libro 16. Silij. Melampus, Silij libro 16. Nycteus, Plutonius equus, vide Alaſtor. Oineus, Plutonis equus, vide Alaſtor. Panchates, lib. 16. Silij. Parthenia, vide Eripha. Pauor, vide Dimos Pedaſus, vide in Balio. Pegaſus, vide inter hiſtorias, vltima huius capitis parte. Pelorus, vide Harpe. Phaethon, Dici equus, vide Lampon. Pherenicus, apud Pindarum. Phlegon, Solis equus vt in Aethone dixi. Phlogeos, vide in Cyllaro. Phobos, Martis equus, vide in Dimo. Phœnix, vnus ex equis Cleoſthenis Epidamnij, de quibus Pauſanias libro 2. Eliacorum ſic ſcribit: Poſt Pantarcis ſtatuam, Cleoſthenis Epidamnij currus eſt, Ageladæ opus. Is vicit Olympiade ſexageſima ſexta: & ſuam equorumq; & aurigæ imagines illic fieri curavit, adſcriptis etiam equorum nominibus, quæ ſunt Phœnix & Corax: & vtrinque ad iugum, dextro latere Cnacias, Κναχίας: ſiniſtro, Samus, Σάμος. Hic quidem Cleoſthenes primum Græcorum, qui equis nutriendis ſtuduerunt, imaginem in Olympia poſuit. Quanquam & Miltiades Athenienſis & Evagoras Lacon poſuerunt: ſed Evagoras currum ſolum abſque ſua imagine: de Miltiade alibi dicam, Hæc Pauſanias. Pholoë, lib. 6. Theb. Statij. Podarces, Ibidem: dictus nimirum quod valeat pedibus.

Podarge à celeritate pedum, vide in Balio. Podarges similiter, vide in Cyllaro. Podargus inter equos Hectoris erat, vt in Aethone dixi: & alius eodem nomine Hippamonis equus, de quo distichon legimus, Ἀλλὰ μὲν Ἵππαμος πατὴρ ἦν, ἵππος δὲ Ποδάργος, Καὶ νυν Ἀθάνατος, καὶ ἐπὶ πρώτοις βοάᾳ. Pylla, vide Harppinna. Pyrois, ex equis Solis, vt in Aethone dixi. Rhœbus, equus Mezentij apud Vergilium Aeneid. 10. παρὰ τὸ ῥοιβεῖν, quod est emico, Nic. Erythræus: Ego verbum ῥοιβεῖν in vulgari tantum Lexico Græcolatino (quod multis modis corruptum est) positum reperio sine authore. Sunt qui per æ. diphthongum Rhæbus scribant, quod magis probo. Samus, Σαμος, vide Phœnix. Scyphius & Arion, equi Neptuni secundum Lactantium, Καφεὺς & Arion Adrasti secundum Antimachum, vt in Arione divi Sicoris, penultima breui, lib. 16. Silij. Schenon, vide supra in Enceladio. Strymon, Statio Theb. 6. Tagus, apud Silium lib 1. equi nomen est, vt scribit Textor: locus tamen non occurrit, sed deceptum puto Textorem, vt in Herda. Terror, vide Dimos. Theron equus, Silius libro 16. Thoës, Statius 6. Theb. Velocris, equi nomen, Cælius. Verus imperator (inquit Iul. Capitolinus) Prasinis contra Venetianos turpissimè fauebat. Nam & Volucri equo Prasino aureum simulacrum fecerat, quod secum portabat. Cui quidem passas vuas & nucleos in vicem hordei in præsepe ponebat, quem lagis fuco tinctis coopertum, in Tiberianam ad se adduci iubebat. Cui mortuo sepulchrum in Vaticano fecit. In huius equi gratiam primum cœperunt equi aurei vel bracata postulari. In tanto autem equus ille honore fuit, vt ei à populo Prasinianorum sæpe modius aureorum postularetur, Hæc ille. In hoc quidem Silij carmine libro 16 Primus equum volucrem Massyli munera regis Haud spernenda tulit: volucris pro epitheto accipi potest, cum nullum aliud equi nomen eo in libro, licet complura sint, Latinæ originis habeatur. Ovidius etiam volucres equos epithetiκῶς secundo Metam. dixit, & Pegasum priuatim sexto. Xanthus, equus Hectoris, vt in Aethone dixi: & alius Achillis, vide in Balio. Hactenus vetera equorum nomina ordine literarum recensuerim. Nunc adijciam recentiorum quædam, vbi prius Statij aliquot versus è sexto Thebaidos recitauero, vt certius constet de nominibus quibusdam supra positis. Nominibusque cient, Pholoën Admetus & Irin, Funalemque Thoën: rapidum Daucëus augur Ascheton increpitat, meritumque vocabula Cygnum. Audit & Herculeum Strymon Chromin, Euneon audit Igneus Aethion, tardum Calydona lacessit Hippodamus, variamque Thoas rogat ire Podarcen. Nic. Erythræus de Xantho Achillis equo dominum suum allocuto scribens in Indice suo Vergiliano, Commentum hoc (inquit) vocalium equorum ac immortalium, vernacula poetarum Musa audacius æmulata est: quippe quæ heroum suorum generosissimos equos proprijs nominibus fabulosius etiam decantauit, vt Rholandi Brigliadorum (hoc est freno aureo insignem) & Vegiantinum, Balardum Rainaldi, Rubicanum Argalifæ, Hippogrysum Rogerij, Frontinum & Fratalatum Sacripantis, Rondellum Oliuerij, & aliorum alijs nominibus alios.

Epithetorum equitestimonia reperies apud Textorem vno in loco omnia: nos ea pro argumenti ratione distribuimus, cum alia bellatori alia celeri equo conueniant, de quibus partim supra capite secundo dixi, partim paulo post secunda huius capitis parte dicam: Alia ad animi aut corporis virtutes aut vitia spectent, de quibus similiter infra dicetur. In præsentia ea ferè tantum adferam, quæ equo simpliciter congruunt. Aeripes, vide inferius inter Græca. Assidui. Cornipedes. Fœmina cornipedi semper adhinnit equo, Ouid. Ponitur & absolute pro equis. Quem ceperat ipse Cornipedem. Silius: vt etiam Sonipes. Aere, & cornipedum cursu simulârat equorum, Vergilius. Fumans, Suspensus cura fumantum totus equorum, Marullus. Frenigerum equum Textor dicit, eadem forma qua alam frenigeram Statius lib. 3. hoc versu, Qui's nam frenigeræ signum dare digniorale? Hinniens equus, Politiano. Humentes Noctis equos Claudianus dixit, forte à Noctis natura. Iubatus, apud recentiorem quendam. Paluerei, Valerius Argon. 4. Quadrupedes. Denique vi magna quadrupes equus, atq; elephanti Proijciunt sese, Ennius apud Gellium. Quadrupedante inuectus equo, Silius. Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum, Verg. Spumantemq; agitabat equum, Vergil. Et alibi, Vectus equo spumante Saces. Et rursus. Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. Spumifero portatur equo, Codrus Urceus. Squamigeris inuectus equis, Richardus quidam. Sudans. Ceruoque fugacior ibat Sudanti tremebundus equo. Claudian. Cætera, vt dixi, epitheta, passim pro argumento digesti. His Græca subnectamus, quæ culvis equo absolutè conueniunt. Μονοχαίτης ἵππος, Homerus Iliados 8. quòd solidis vngulis constent, cum boves & alia pecora bifidas habeant. Κραναοπλῆκτος, Eustathius. Ἵππος χαιτήεσσα, Phocylides. Εὐτειχὴς & καλλιτειχὴς ἵππος, Hom. l. 2. Καλλιτρόχαλος ἵππος, vt apud Varinum traditur, non solum qui firmis validisq; sunt vngulis dicuntur, quasi æripedes: sed etiam qui pedibus resonant, vt sonipes apud Latinos poetas. (Οὐ μόνον οἱ στερεόπλευροι, ἀλλὰ καὶ οἱ ἠχοῦντες.) Nam & ἀργυρόπεζα πόδας ἵππων, Homerus nominat: & ὑψηχέες ἵπποι, id est altè resonantes. Sed magnis præcipuè equis bellatoribus & succedentibus epitheta huiusmodi quadrate videntur. Τψηχέες ἵπποι, ὑψαύχενες, ἢ ἀπὸ τοῦ ὑψαίχει, Varinus. Καταχθονιόβροντες, Oppianus, & Hesiodus in Symposio Plutarchi. Sic & Latinis æripedes equi dicuntur. Narrat & æripedes Martis arasse boves, Ouid. epist. 6. Grammatici exponunt pedes ære munitos habentes: Quemadmodum & equos æripedes Textor à ferreis soleis: hoc autem epitheton equis contributum recentiorum tantum aliquot testimonijs comprobat.

Deriuata ab equo, quæ ad equitem & equitationem pertinent vocabula, pleraq; parte quinta huius capitis explicabimus. Equarius, ad equum pertinens: & equorum curator apud Solinum, vt apiarius. Herophilus equarius medicus, Val. Maximus. Equinum & caballinum Plinio, quod ex equo est, vt equinus caseus, caro caballina. Equuleus tormenti genus in equi formam, in quem conijciebantur rei. Cicero libro 4. de finibus, Nec si ille sapiens (inquit) ad tortoris equuleum à tyranno ire cogatur, similem habeat vultum, & si ampullam perdidisset. Aliqui eculeum scribunt: sunt qui ardentem lamiuam esse tradunt, qua homines cruciabiliter torquentur. Calepinus. Hæc etiam in equuleum injicitur, quo vita non aspirat beata, Cicero 5. Tusculana. Stultitia commenta est equuleos, cruces, vncum, & tunicam illam alimentis ignium illitam & intextam, Seneca lib. 2. Epist. Vide etiam paulò infernus: & cuclus in e. vbi de centris. Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis Epeum ad Troiam inuen se dicunt Plinius 7. c6. De ariete machina suo loco plura dicam. Equi duratei siue lignei mentionem faciemus etiam inter prouerbia infra.

Hippos, id est equus, syderis nomen apud Proclum de sphæra. De hoc Cicero libro 2. de Nat. hos versus affert ex Arato: Haic equus ille iubam quatiens fulgore micanti Summum contingit caput aluo, stellaq; iungens Vna. Equum Aratus (inquit Higinus) & alij complures Pegasum Neptuni & Medusæ Gorgonis filium dixerunt: qui in Helicone Bœotiæ monte vngula saxum feriens, fontem aperuit, qui ex eius nomine Hippocrene est dictus.

Alij

Alij dicunt, quo tempore Bellerophontes ad Prætum Abantis filium, Argiuorum regem deuenerit, Anteam regis vxorem hoſpitis amore inductam, petiiſſe ab eo vti ſibi (ſui) copiam faceret, promittens ei coniugis regnum, Quæ cum impetrare non potuiſſet, veritaue ſe ad regem criminaretur, occupat, cum ſibi vim afferre voluiſſe Præto dicit. Qui quod eum dilexerat, noluit ipſe ſupplicium ſumere, ſed quod æquum eſſe ſciebat, mittit eum ad Iobatem Antiæ patrem, quam alij Sthenoboeam dixerunt: vt ille filiæ pudicitiam defendens, Bellerophontem obijceret Chimeræ, quæ eo tempore Liciorum agros flamma vaſtabat. Vnde victor profugiens, poſt fontis inventionem cum ad cœlum contenderet evolare, neq; longè iam abeſſet, deſpiciens ad terram, timore permotus decidit, ibiq; periiſſe dicitur: equus autem ſubuolaſſe, & inter ſydera ab Ioue conſtitutus exiſtimatur. Alij non criminatum ab Antia, ſed ne ſæpius audiret quod nollet, aut precibus eius moueretur, profugiſſe Argis dixerunt. Euripides autem in Menalippa, Hippem Chironis Centauri filiam, Theanante appellatam dicit; quæ cum aleretur in monte Pelio, & ſtudium in venando maximum haberet, quodam tempore ab Aeolo Hellenis filio Iouis nepote perſuaſam, concepiſſe: cumq; iam partus appropinquaret, profugiſſe in ſyluam, ne patri, cum virginem ſperaret, nepotem procreaſſe videretur. Itaq; cum parens eam perſequeretur, dicitur illa petiſſe ab deorum poteſtate, ne pariens à parente conſpiceretur. Quæ deorum voluntate poſtquam peperit, in equam converſa, inter aſtra eſt conſtituta. Nonnulli eam vatem dixerunt fuiſſe: ſed quod deorum conſilia hominibus ſit enuntiare ſolita, in equam eſſe converſam. Callimachus autem ait, quod deſierit venari & colere Dianam, in quam (lego, equam vel equinam ſpeciem, vt ſupra diximus) eam Dianam conuertiſſe. Hæc dicitur etiam hæc te non eſſe in conſpectu Centauri, quem Chirona nonnulli eſſe dixerunt: & etiam dimidiam apparere, quod noluerit ſciri ſe fœminam eſſe. Hæc omnia Higinus. Sed de Pegaſo equo pluribus agetur octaua huius capitis parte. Hippus affectio eſt à generatione prodiens, qua inſtabiles fiunt oculi ac ſemper moventur, vtiq; motum ſuſtinentes in concuſſu & tremore aſſiduo conſiſtentem: hanc affectionem hippon vocavit Hippocrates (nimirum à motu illo ſurſum deorſumq; facto, qualis equitantibus contingit:) accidit autem oculum firmanti maculo, qui viſorij baſim inſtrumenti complexus eſt, Author definitionum medicarum quæ Galeno attribuuntur. Stridere dentibus (inquit Galenus in commentario in Prognoſtica Hippocratis capite 7.) ex natura, ſimile eſt affectui oculorum inſito quibuſdam, quem appellitant equum, cum nullo tempore manere poſſint requieti, ſed in modum intremiſcentium ſubinde nictant. Ἵππος membrum pudendum viri & mulieris, & magnus piſcis martius, Varin. & Heſychius. Aut agitavit equum laſciua ſupinum, Horat. Serm. 2. 7. Equum (inquit Acron) appellauit membrum virile. Ἵππος, λευκὸς ἵππος, μάστιξ, idem: videtur autem aliquid deprauatum. Plato rationem aurigæ vocabulo prudentioribus monſtrat: Appetitum verò geminum, equi indicant gemini: appetitum quidem rationis compotem equus bonus: appetitum eiuſdem impotem, equus malus, Cælius. Scitu dignum (inquit Cælius) quod tradit Origenes, per figuram omnes qui in carne ſint nati equos, & habere aſcenſores ſuos: ſunt quos dominus aſcendit, & circumeunt omnem terram: propterea Abacuc tertio, Equitatus tuus ſalus: alios aſcendit diabolus & angeli eius, qui terriſtratores dicuntur, quoniam triplici calle ad animæ properant interitum, verbo, cogitatione, opere. Niceratus nobili epigrammate (vt Cælius annotat) vinum eſſe potentis, equi magni vice canit: Οἶνός τις χαλεπὸν μέγας ἱππότα δαίμων, Ὃς δ' ἂν μὴ κρατερὸν ἡνία θῇσι πόδοιν, &c. al' Οἶνός τις χαλεπὸν μέγας ἵππος ἐφέπει· τὸν δ' ἂν ἀνὴρ ἀδαὴς ἵππον ἄνευ χαλινῶν, Γνοὺς δὲ πίνων χαλινὸν ἔδην ἀνὴρ ἔσεται, quod diſtichon Demetrio Halicarnaſſeo Zenodotus attribuit: Sed priore modo apud Athenæum legitur, vt refert Eraſmus in prouerbio Aqua bibens nihil boni patrias. Nulla placere diu neque vivere carmina poſſunt. Quæ ſcribuntur aquæ potoribus. Horat. Ligatum quidem & numeroſum ſermonem ἔμμετρον Græci vocant, hoc eſt ſublimem & quaſi equo inuectum: vt ſolutum πεζὸν, id eſt pedeſtrem & humilem. Meretrices dicebantur πῶλοι, quaſi Ἀφροδίτης πῶλοι: ἡδυεῖς, καὶ αἰσχραί, καὶ πωλικαί, Heſych. De equuleis tormenti genere vide paulo ſupra & nonnihil infra inter imagines equorum. Plutarchus in Lucullo preſſos fœnore ab publicanis ſcribit coactos pati, σχοινισμοὺς, καὶ ξύλινας ἵππους. Ἵππιον, ἐπίθημα κεφαλῆς, ἡ γυναικεῖον κόσμιον, Heſychius & Varinus. Pollux hunc ſenarium ex iunctoris Cratini Omphale citat, Τί δεῖ δ' ἐκεῖνα ἱππίσκον ἢ τρίκλινον ἔχειν, ἃ καὶ ταῦτα εἶδη χιτωνίσκων. Καμὲ (ſimiliter vt ἱππίσκος & ἱππεύς) à ſcholiaſte Ariſtophanis in Equitibus exponitur, τὸ τῆς ἵππου ἐκπώμιον (aliàs περιπόμπιον) καὶ γυναικεῖον πρόσκομμα. Ἵππικὸς fabula Alegidis. Hippus fluuius in ponto a Tarſuro diſtat ſtadijs 150. Anianus in periplo ponti.

Hippobinum Scholiaſtes in Ranis Ariſtophanis à laſcivia & cotu dictum ſcribit: quoniam in magnis rebus ἵππον Græci accipiant, ſicut ἱππόκυνδος dicitur magnus. Galenus ſeptimo ſimplicium pharmacorum auctor eſt, hippomarathron dici fœniculum ſylueſtrem ab inſigni magnitudine. Dioſcorides ſylueſtrem fœniculum hoc nomine grandiorem eſſe ait. Sed & hippoſelinum (quod olus atrum Romana vocatur lingua) eodem modo à magnitudine nuncupari videtur aſtipulante Dioſcoride. Ἱππομανὴς Sophocles Aiacem nuncupat velut μεγάλως μανόμενον, id eſt inſigniter furentem, ex ratione metaphorica, quando, vti nobilis canit poeta, Scilicet ante omneis furor eſt inſignis equarũ: Vel, vt præſtruximus, quia ἵππος magnitudinem ſignificat: nam ἱππαγωγὸν dicunt, magnanimũ, Hæc omnia Cælius. Vide Varinũ in voce Ἱππομανὴς, & Eraſmũ in prouerbio Ἱπποµανὲς. Pratum ἱππωμανὲς, apud Sophoclem herboſum, floridũ, equis expetitũ, vel herbis valde luxurians. μαίνεσθαι enim luxuriare eſt, & abundare, vt in voce ὑλομανὲς noſtri dicunt *vergelen*, Latini etiam ſylueſcere in arboribus: de vitibus paſſim τραγᾶν, id eſt hircire dicunt, cum nimia alimenti copia luxuriant, vt expoſui in Hirco H. a. Ἱππιοπόρνος, magnus ſcortator, & nimio in mulieres amore inſanus, vt Suidas ex Ariſtophane citat. Ἱππιοδία, nimius faſtus. Ἱππολεμαϊκὰ ῥήματα in Ranis Ariſtophanis legimus, ſublimia & affectata vocabula intelligo. Horatius ampullas & ſeſquipedalia verba vocat: Græci etiam αἰωρήματα: Quæ & alibi in eadem comœdia Ariſtophanes ἱππολάλητα ῥήματα dixit. Hippocronia, nugæ, quaſi dicas nimium antiqua & obſoleta, qualia ſub Saturni regno fuerunt. Vide Cronippum in propriis virorum infra. Eſt & Neptuni cognomen Hippocronius, de quo infra dicam. Hippalectryon apud Ariſtophanem nonnullis dici videtur de ingenti gallo: alijs de marino quodam animali. Ἱππαλεκτρυών, τὴν μεγάλην ἰσχύν, Heſychius & Varinus: ſed videtur dictio deprauata. Ἱππαλεκτρυών, ἵππος ἀτελεύτων, ἢ ἱππεύς, ἢ ὁ πολὺν ὁδὸν πορευόμενος, Heſychius & Varinus. Ἵππων paroxytonum viri nomen eſt, oxytonum verò equile ſignificat: hoc in Suidæ & Varini Lexicis non ſatis expreſſum eſt. Pollux libro nono ludum quendam deſcribit, qui ἐνκοτύλη, & ἵππαις, & κυβίνδα dicatur. Is talis eſt: Puerorum aliquis manibus in tergum reductis conſertisque pectinatim digitis, alterum genu innitentem manibusq; oculos eius obnubentem circumfert. Accipitur ſanè cotyla pro cauitate, vt hîc volam, id eſt cauum manus, vel quæ coniunctis mutuò digitis inter vtramq; manum interius fit cavitatem ſignificet. Ἵππάδα verò hunc ludum dici apparet, quod qui circumfertur

inequitare videatur. Κυφισίνδειν deniq; quasi κυφισίνδαν (nisi fortè ita legendum sit) quòd cum is qui gestat præponderè inclinato sit dorso & capite, etusq; corporis habitum qui gestatur etiam imitari cogatur, τῶν κυβιστώντων, id est vrinantium, vel aliter in caput se devoluentium gestum exprimant. Ἐνκοτύλῃ φέρη, id est In cotyla gestaris, suspicor dictum (inquit Erasmus) de ijs qui arbitrio alieno quòd libitum esset, huc atq; illuc ducerentur, aut vbi quis indulgentius foverit. Tractum adagium à ludo puerili, &c. non aliud enim quàm recitata iam Pollucis verba subiungit. Hippadas legimus sacrificia dicta Athenis quæ mitterent equites vocati, Cælius. Cæterum hippiades, statuæ mulierum equestres sunt, quales Amazonum: Indocti quidam confundunt. Ἱππάδες, θυσίαι ἃς οἱ ἱππεῖς ἔθυσαν ἐκ τῶν ἰδίων, Scholia in equites Aristoph. Ἵππας, census equitum, τίμημα μικρόν. τινὲς δὲ χαλκῆν ἱππικὴν, ἢ θυσίαν, ἣν τοῖς ἵπποις ἀπένεμον, Varinus. Ἱππεφόρβιον: vide paulò post: item in e. Ἱππάγειν, ἱππάζεσθαι, Varinus: apud Hesychium ἱππάγειν legitur, non suo loco, sed post ἱππόπεις. Hippacate, est celeriter animam ducere, ab equi habitu qui est supra modum acutus. Festus. Ἵππευμα, equitatio, iter equestre. Ἱππαστί adverbium, in morem insidentis equo cruribus divaricatis, ac si tu equitanter dicas. Ἱππεῖον ἐκχύμενοι (apud Homerum puto) de militibus ex equo Durio prodeuntibus, Varinus. Ἱππεῖαι, τὰ ἵππων, ἴνιοι δὲ τὰ τῶν ἀνδρῶν, τὰ ἐξ ἱππείων τριχῶν, Hesych. & Varinus. Hippione nomen medicamenti compositi adversus podagram apud Aëtium, nescio vnde dicti. Ἵππος, genus cometæ, quod lubas equinas (inquit Plinius 2. 25.) imitatur, celerrimi motus, atq; in orbem circa se euntes. Hippios pes in carmine dicitur, qui alias epitritus. Hippia entea in Pindaro vasa intelligunt Phidonia, seu mensuras, quas Corinthi primũ comperisse Phidonem tradunt: hippia autem dici, quoniã Argos vnde fuit Phidon, nuncuperat hippiõ, Cælius. Ὅστις ἱππαλίοιον ἀμφιείσατο χλαῖναν, Opplanus. Ἱππώδης vocatur quod equo decorũ & conueniens est, vt βάδισμα ἱππῶδες apud Pollucem. Πωλικὸν παράδειγμα, alicubi legere memini: Idem puto quod apud Varinum legitur, Πωλικὸν δίγμα (etsi δίγμα per η. scribitur) Φύσιγμα. Πωλικὸς, γενικῶς, παιδικὸς, vt πωλικὸν σκίρτημα, Varinus. Est & πώλεος adiectiuum, vt πώλεος Φύσις apud eundem. Πωλικοῖς διώγμασι, τοῖς διὰ τῶν ἁρμάτων διώγμασι, Hesychius. Ἱππομανία insanũ studium in emendis & alendis equis quantoliber sumptu. Eodem sensu adiectiuum ἱππομανὴς, & verbum ἱππομανεῖν proferuntur. Idem vitium Aristophanes ad ictterum corporis morbum alludens, ἵππερον dixit composito ab amore equorum vocabulo. Ἀλλ' ἵππερόν μ' ἀπέχει τὸ χρῆμα τοῦτο, Strepsiades conquerens de filio sumptuoso circa equos. Alludit autem ad naturam ictteri etiam in verbo ἀπέχει. nam ictericorum oculi bile perfunduntur, vt Scholia monent: quæ ἵπτερον, ἱππικὸν ἐρώτα καὶ νόσον ἱππικὴν interpretantur. In Lexicis Hesychij & Varini (quæ innumeris depravata locis habentur, non modo librariorum, quod tolerabilius est, sed authorum etiam & illorum qui collegerunt tum inscitia tum negligentia) diversis in locis legimus ἵππαρος, ἵππαμος, ἱππάριος cum vno duntaxat modo ἵππερος semper scribendum sit. Apud Suidam ἵππερος etiam adiectiue exponitur ὁ περὶ τοὺς ἵππους τὸ ἐρατὸν ἔχων, nec aliud quàm Aristophanis iam dictum testimonium citatur, in quo certè substantiua hæc vox est. Ἱππεροῦαι, οἱ φίλιπποι, Pollux. Hippoperas, quasi equestres peras, bulgas interpretantur (bulgas Pompeius vocat, & vulgus etiam hodie apud Germanos & Gallos: sunt autem sacculi scortei ad ferenda numismata, aliaq; necessaria: aliqui vulgas vocitant) quæ equis imponi vel ab ephippijs suspendi solent, sive singulæ, sive binæ. M. Cato Censorius cantherio vehebatur, & hippoperis quidem impositis, vt secum vtilia portaret: vno caballo contentus, & ne toto quidem, cum partem farcinæ ab vtroq; latere dependentes occuparent, Seneca epistola 88. Ἱππηλασία, via qua currus agi potest, aut iumenta, iuriconsulti actum appellant: legitur & cum adiectione viæ, ἱππηλασία ὁδός, apud poëtam quendam puto, citante Varino. Ἱππήλατος, ἵππων ἐλαύνων, ἱππικὸς, Φυγὰς, ἱππασίμετος, ὑδρόμος, πλατεῖα ὁδὸς καὶ λεία, ἐυσύγχωρος, καὶ ἡμεμαλαγμένη, Hesych. Varinus etiam ἠμελαγμένον exponit, id est nudatum, vacuum scilicet omnibus equitantium impedimentis & obstaculis, vt saxorum, fruticum, arborum, &c. Ἱππόπεδα, τὸν πέδην ἵππου, καὶ τὸ περόνιον χαλκοῦν, ἐν τῇ * ὄρνιθι τὸ σῆθος, Λείκυπος, Hesych. Ἱππόπεδες, κοιλάδες, αὐλή, δῶμα, Idem & Varinus. Ἱππόφορεύς, gradarius, Lexicon Græcolatinum sine authore. Memini alicubi legere ἱππορρύμων de molli ingressu equi gradarij & tollutaris: quod verbum quidam in Lexico Græcolatino exponit resonare, placidè pulsare fides in concinnanda ad numeros cithara, ex interprete Pindari. Videtur sanè numerosus etiam tollutarius equi gressus.

Ἵππαπαὶ apud Aristophanem in Equitibus vox fictitia, vt admonent scholia, ad imitationem vocis ἰοὺ παιᾶνες, quæ acclamatio nautica est: mentio enim illic fit de equis & hominibus hippagines naves ingressis. Aquilonem ventum quòd frigore suo vrat & excoriet etiam bestias, vocamus Germanicè *schindenden hengst*: hoc est equorum excoriatorem, vt Græci βόδορον. Φίλιπποι, mœchi, Hesych. & Varinus. Ἱππεροῦαι, οἱ φίλιπποι, Pollux. Πολύϊππος, equos vehemens, bellicosus: cognomen Pelopis apud Homerum Iliados secundo: quod occiso Myrtilo aurigæ suo, ipse currum regere cœperit, &c. vide scholia in Homerum. Μετώπη (aliqui Metopen lacum, alij fluuium fuisse dicunt) ἵππος Θήβαις τὸν πολύϊππον, ἤγουν τὸν πολύβοτον ὅτι ἵππος ἐν τοῖς λειμῶσι, τὸν ἱππικὸν, τὸν πολεμικὸν, Scholia in sextum ôdos Pindari Olympiorum. Ἀμαζονίδων δαμασίππων, id est equestrium, Orpheus. Sôcus filius fuit Hippæ hippodami, id est rei equestris periti. Ἀϊχμίπποι, bellicosi equites, Hesych. Ἀϊθέπωλος, velox, Suidas & Varinus. Cretici canes celeres, qui in venatione equos comitabantur cursu, paripi dicti sunt. Pollux. Ἄϊππος ὁδὸς, inequitabilis via, id est equitationi inepta, apud Herodotum. Ἄϊππος, carens equis, Varinus. Herodotus scribit Massagetas esse ἱππότας καὶ ἀνίππους, id est ex equis prœliari & pedibus, Cæl. Ἀλλ' ὁ μελοψιστὴς μ' ἐθέλει Μιχαὴλ ἄνιππον, Aristophanes in Nebulis, id est ἵππων ἐσπερμένον. Ἔχίππολος, habens equos, Suidas: equestris, alens equos, Hesych. Ἱππόδετος, ligans equum, Lexicon Græcolat. Λευκόπωλος, epitheton Solis quòd candidis vehatur equis. Hippagines naves quibus equi vehuntur, quas Græci ἱππαγοὺς dicunt Festus. Ego non ἱππαγοὺς, sed ἱππηγοὺς vel ἱππαγωγοὺς legerim. Grapaldus in multitudinis numero hippagones dixit, vt agasones, quod non probamus. Hippagogi navigij Pollux etiam meminit, Hermolaus. Hippagines, vel, vt Livius, hippagogæ naves, transportandis equis destinatæ, Bayfius. Hippagogas dici naves equis subuectandis destinatas, apud Herodotum historia sexta duobus locis obseruauimus. Cælius. Et alibi. Apud Pollucem libro primo inter equitum species recensentur, hippotoxotæ, hypaspistæ, sceuophori, hippagogi & anippi, videtur autem legendum amphippi vel hamippi, vt plumbus probat Cælius eodem in loco. (lib. 21. cap. 30.) Stratiotides naves Thucydidi nuncupantur, quarum vna est functio, vel pugnaturos subuectent pedites: verum quia & equites, inde hippagogi eidem nuncupantur quoque, Cælius. Græcis dissimiles equitum fuêre species: nam quidam hippotoxotæ dicti, alij sceuophori, &c. Nonnulli hippagogi: multi amphippi, qui equos duobus merebant, Alexander ab Alexandro 6. 22. Scopa Grammaticus hippagium genere neutro lo pontone Italicè interpretatur. Sunt autem pontones naves, quibus in trajiciendis amnibus loco pontium vtimur: Cæsar tertio belli ciu. genus nauium Gallicarum esse scribit.

scribit. Ὑπαγωγεύς, τὸν ἐν ταῖς ἀνδραποδιστικαῖς, Suidas. Aliud est ὑπαγωγεύς, nempe instrumentum quo lapides expoliuntur, cuius meminit Pollux post Aristophanem in Auium comœdia. Hermol. Atqui Scholiastæ in Aues Aristoph. ὑπαγωγεύς exponitur σίδηρόν τι οἷον σφυρίδιόν τι ἐγχρῖον εἰς ἀσπαλάκας: hoc est trulla, instrumentum cæmentarij pro illinendo mutis tectorio, & inducendo gypso: vnde verbum ἐγχρίειν. ab aliis verò, inquit, ἐγχρίειν καλεῖσθαι τὸ ἐπενδύειν τοῖς πλινθίοις τοῖς ἀσπάλαξι, quod aliqui paräxyston nominant *ein murhammer*. Ὑπαγωγεύς, ἀπὸ τοῦ ἄγειν. Pollux. Ab hisce duobus diversum est instrumentum quo lapides expoliuntur et complanantur, τύπος dictum (a quo τύπος alibi ἐφύβρισμα τῶν λαπίδων exponitur) vnde verbum τυπίζειν in Amb. Aristoph. πλὴν τοῦ λιθοτυπεῖν, *ein steinmetz ysen*. Sunt autem ea diversa, *ein spitzysen, ein zwyfel, ein schlegysen, ein glettysen*. Hippagum Salaminij invenerunt, Plin. 7. 56. de naturicis inventis scribens. Hermo. autem in castigationibus, Græci (inquit) non hypagum, sed hippagum scribunt. Hippopatorbus, genus est tubæ, quam Libyes Scenitæ invenerunt: haec ad equorum pascua vtuntur: materia est laurus detracto cortice: nam exempta medulla acutum reddit sonum, & equorum celeritati conuenientem (ἰδίως γὰρ τὸ ἵππιον τῷ ἵππῳ καλεῖν χαίρουσιν.) Pollux. Ἱππαχάτης, πίζομαι, Hesych. sed rectius per simplex pi scribi arbitror. Ὑπαγωγεῖς καὶ σκαφεῖς, Aristophanes. Ὑπαχαιῶ. πλήσσω δὲ καὶ πλημμέλῶ ξύλον τῷ ποδί, Hesych. idem lignum ἰσὰς ab eo superius dictum est: & ab Etymologo ἴσας per pi simplex, ad differentiam τῶν ἱσᾶν.

Hippochœris vel hypochœris, oleris nomen apud Plinium, lib. 21. cap. 11. vtroque enim modo legi potest. Hermolaus in castigationibus suis scribit. Verba Plinij sunt, Vulgarium in cibo apud Aegyptios herbarum nomina, condylla (melius chondrilla per ó ὀτα) hypochœris, & caucalis, anthriscum, scandix, &c. nec alibi eius apud Plinium mentio. Theophrastus de hist. plant. 7. 7. inter olera numerat intubum, aphacam, andryalam, hypochœrin (Gaza porcelliam vertit) senecionem, & alia quæ intubum folio referunt. Et rursus eiusdem libri capite vndecimo, quanquam & ἀνδρύαλον ibi corruptè legitur. Cichoraceæ omnia (inquit) folio sunt annuo, ab radice foliata, &c. caulibus atq; radicib. differunt. Deinde cum cichoream describeret, subiungit. Hypochœris læuior, & aspectu mitior, & dulcior est: (forte sonchus læuis, aut congener saltem) nec vt candrialia, quæ omnino ingustabilis est, & in radice succum lacteum, acrem, eundemq; copiosum habet. Hæc Theophrastus, nec alibi apud eum vlla andryalæ aut candrialæ mentio fit: proinde facile suspicor, librariorum inscitiam vtrunq; locum depravasse, & chondrillam legendum. (Andryala in Theophrasto, condryala in Plinio, pro condrilla depraustè legitur, Hermol.) nam & Plinius vt supra citaui chondrillam cum hypochœride contingit: & alibi similiter vt Theophrastus lacteum radicis succum (Theoph. vno verbo δεῦς dixit) eumq; copiosum & acrem ei attribuit. Hoc etiam ex Dioscoride & Galeno constat inter syluestres intubos chondrillam esse, quam duorum generum Dioscorides facit. In ramulis prioris gummi mastiches simillimum inveniri solet, tuberculo fabæ: G. exit tuberculum siue grumum chondron appellant, inde chondrillæ nomen, vt ego quidem conijcio: nam Galenus per ch. scribit. Dioscorides per k. Plinius chondrillæ fabæ radicem tribuit, quod non intellexerit, vt puto. gummi tantum fabæ semini comparari. Galenus chondrillam amariorem licioremq; paulo facit quàm intubus sit. Lemonium (inquit Plinius 25. 9.) succum lacteum mittit, concrescentem gummi modo, humidis locis: datur denarij pondus in vino contra serpentes. Hoc equidem cum Dioscoridis chondrilla idem esse conijcio: nam & illa lacteum succum gerit gummi modo concrescentem, & in vino contra viperas datur. In pratis (a quibus limonio nomen) apud nos nascitur intubi syluestris genus, cubitale, aut longius, strigosum, floribus flauis, quod & hieracij generib. adnumerari potest. Est & aliud genus, longissimum in intubaceo genere, trium aut quatuor cubitorum fere proceritate, quod locis humidis, opacis, & montanis frequens nascitur flore (ut fallor) purpureo in pappos abeunte. Sunt & alia quædam limonia. Est & aphaca Theophrasti intubacei generis, aquatica, nec apta cibo: multum diversa à recentiorum Græcorum aphaca quæ legominum generis censetur. Ad hanc digressionem nos invitauit Hermolaus, qui apud Plinium 21. 15. non hypochœrin tantum (nisi quis hypochœrida malit, quoniam rectus oxytonus est) quod nos probamus, & in Græcis codicibus Theophrasti sic scriptum invenimus: sed hypochœrin vel hypochœrin legit, tanquam indifferenter vtrunq; probans, aut certe dubitans. Similis inscribendo diversitas in alijs etiam aliquot plantarum nominibus accidit, vt hypoglosso & hypophæsto: multi enim hippoglosson & hippophæston scribunt, cum neq; magnitudo, neq; aliud ad equum pertinens eis attribuatur. Melius Galenus libro 8. de simplicibus ἱππόγλωσσον scribit, additq; causam nominis, quoniam summis corymbis subnascantur quædam linguis similia. In hippophæsto & hippophaë. vtro potius modo scribendum sit, certi nihil habeo. Apud Dioscoridem quidem hippophaës aliis nominibus hippophyes, hippophanes & hippion vocari legimus, quæ omnia ab equo ducta sunt vocabula. Hippophæstum quoq; (inquit) alij hippophaes vocant. Et Plinius de vtroq; loquens, Debent (inquit) accommodatæ esse equorum naturæ, neq; exactis causis non accepisse: quippe quædam animalium remedijs nascuntur, &c. Sed Marcellus Vergilio. Nihil nos moveat auctoritas Plinij, inquit: nihil enim constituit dicens, Debent accommodatæ esse equorum naturæ, &c. nos nihil aliud hippon in his vocibus compositis quam magnitudinem & in eo genere (cardui fullonij) grandius significari existimamus, Hæc ille. Atqui hippophaes non grandem esse herbam, sed ἱππάγχην & χαμαίκισσον, Theophrastus scribit. De hippice herba Plinio dicta, docui supra c. sexto in Hippaces. id est caseo equino mentione. Ἀγρία ἐλαία: vnde & proverbiũ, Ἀκουσπερεὶ ἀγρίαν ἐλαίαν. Suidas. Ἀδραμυττία, genus caricarum, quas Græci ischádas vocant, id est ficus aridas. Eupolis apud Varinũ Hippone inter hippophaës nomenclaturas est apud Dioscoridem. Hippoglossos, idem quod antea hippon Dioscoridi. De propter ea hippoglosso vel hypoglosso potius, superius dictum est: Est & laurus Alexandrinæ cognomen apud Dioscoridem. Hippolapathum magnis folijs est, candidiusq; folijs, Plin. Hippomanes idem quod apocynũ apud Dioscoridem, quod & Hermolaus obseruauit. Est & inter capparis nomenclaturas apud eundem. Hippomanes herbæ genus est Hesiodo, quod & Seruius tollatur, Hermo. Hippomanes, secundum Cratetam planta est fructu cucumeris syluestris folio nigriore, tanquã papaueris spinosi. Hæc Theocriti interpres. Plura vide supra in c. in recentioue excremento ũ equi. Inter significationes hippomanis. Fœniculum syluestre aliqui hippomarathrum vocant. Plin. Et alibi. Nemoli cauliculi quidam, vt maratro, hippomarathro. Nam & hæc a magnitudine contigisse superlatiue indicant. Strabo in Mauritania hippomarathri scapum duodecim cubitos longum, & quatuor palmos crassum nasci scribit. Et quanquã tum hipposelinum hippomarathro ad equorum dysuriam Heraclides hippiater vtatur, verumq; ramen à magnitudine potius in suo genere, hoc fœniculi, illud apij, nomina ũ dixerim. Theophrastus (inquit Nicandri interpres) hipposelinum in asperis prouentæ locis dicit à magnitudine sic nuncupatũ, vel propter equorũ strangoriam: Galenus quispiam tr...

transtulit. Hipporizon in Hippiatricis Græcis nominatur ca. 15. miscetur autem aliis quibusdam ad clysteres vteri equæ promouendi conceptionis causa. Hipparison, nisi mendum est apud Dioscoridem inter verbenacæ alterius nomenclaturas legitur. Ego verbenacam alteram esse conijcio, quam vulgo Germani consolidam aruensem vocant: eam in cibo salubrem, esse equis quibus vlcerum est dorsum supra dixi. Hipparis herba a caudæ vel setæ equinæ similitudine nomen tulit apud Græcos: id Germani ad verbum proferunt, *roßschwantz*, *pferdschwantz*, *roßschwäntzel* & aliis nominibus *katzenschwentz*, *schaffschwantz*. Nomenclaturæ eius apud Dioscoridem Latinæ leguntur iste, equinalis, equitium, equi vel equina salix, equisetum. Equisetum, hippuris a Græcis dicta, pilus est terræ, equinæ setæ similis, comis iunceis, multis nigris, vt est equorum cauda, Plin. Et alibi, Iuncosam pratis & equisetis est, a similitudine equinæ setæ. Anabasis herba eadem quæ hippuris & equina seta dicitur, Hermolaus. Hippuris Pomponio, Hippuriscus Stephano, insula maris mediterranei iuxta Cariam, cuius etiam Plinius meminit lib. 4. ca. 12. ab hippuri vel pisce, vel frutice, vt Hermolaus coniecit, appellata. Traduntur, inquit Plinius, iuxta arbores nasci, & scandentem eas dependere comis iunceis multis nigris. Hinc facile apparet cur ephedron & anabasis vocetur, quibus nominibus Plinius verba iam citata, tanquam originis expositionem illatim adiungit, vt superuacua sit Hermolai coniectura ephydron legi posse, quoniam in aquosis nascatur. Nec sitim adiungit, vt superuacua sit Hermolai coniectura ephydron legi posse, quoniam in aquosis nascatur. Nec similitudinem tantum ad equi caudam hippuris habet, vnde pomilionum dicta videtur: sed etiam cum vino trita, lumbagini in potu (vt in Hippiatricis Græcis legimus ca. 18.) equorum vrinam prouocat, & vesicam eliminat, vt ne quis dicat hippurin appellatam εἰκῇ παρὰ τὸ ἵππειον οὖρον. Ambrinas (anabasis forte, Græcis est ἀμβρινὴ herba, ea scilicet quæ cauda equina dicitur, Vetus glossographus in Auicennam. Potamogeton similis hippuridi, &c. Ceitor hanc aliter noverat, tenui folio velut equinis setis, thyrso longo & leui, in aquosis nascentem. Dioscorides, ἀπὸ καλάμου ἐστὶν ὑγροῦ, φύλλα ἔχοντα ὅμοια τριχὶ ἵππου, καὶ ἄνθος ἐπὶ κεφαλῆς, &c. Hierocles ad orthopnœam equi. Rectificatus, quam lectionem secutus, siue corruptum hunc, vt apparet, locum suspicatus, ita transtulit: Hali, quod ἱππουρίτιδος, & equiseti succus expetitus, qui heminas duas impleat. Sed forte legendum est. Ἱππόφαεος ἐπιτιθέμενον, &c. Hoc enim ad thoracis & pulmonis vitia efficax esse constat. Codera ager in quo frutices ἱππόφαεα, &c. Hæc ille. Ego hippophæston malim, cum & Plinius ab equo deriuet, & apud Dioscoridem, vt iam retuli paulò superius, plures ab equo nomenclaturæ ei tribuantur: & hippophaes etiam cognata ei herba similiter ab equo composita voce scribatur apud probatos authores, vt Dioscoridem & Hippocratem. Nam Galenus in glossis Hippocratis, quas ordine literarum tractat, in elemento ἰῶτα, ἱππόφαες herbam exponit, quæ non hippophaës tantum nominetur, sed etiam κνάφον & ἔριφον ab Hippocrate: legendum est autem non ἔριφον sed ἔριον, vt interius ab eo scribitur in Sigma, vbi per ypsilon aduersante literarum ordine scribi non potest. Diuersa tamen ab hac fuerit Dioscoridis ἔριφη. Similiter libro 21. cap. 15. vbi hypophaes legebatur apud Plinium Hermolaus hypophyes, aut etiam hippophyes reponit. ex Dioscoride (vt nonnihil Galeno & Theophrasto: Ego apud illos aliter quam hippophyes voce ab equo composita legere non memini. Nam Theophrastus de hist. plan. 9. 15. Ex lactaria (inquit, interprete Gaza) hippophaes fit, idq; optimum apud Pegasum: quod & Plinius ex eo repetijt. Intelligo autem hic hippophaes nomine, non tui generis herbam, sed succum ex eiusmodi lactucarum ex lactaria collectum, cui similis purgandi vis inest: nam & hippophaes propriè dicti radix lactucæ succo turget, qui inde eximitur, perinde vt ex thapsia, & ad purgationes accommodatur, Dioscoride teste. Democritus aphrophóön herbam in marmoribus nascentem, vocat etiam hippophousada, quoniam equa præcipuè cauent eam. Plin. Lapathum sylvestre alij oxalidem appellant, nostri rumicem, alij cantherinum. Plin. Syriacus lingua equi betonicam interpretatur: & hyoscyamum alio nomine dentem caballinum vel equinum dici scribit. Trifolium caballinum in Italia plerique vulgò vocant, quod nostri *klunabem*, *fohenkraut*, *segerkraut*, & Fuchsius perperam latiua pingit in libro qui solas stirpium imagines habet: in magno enim opere prius pro trifolio alphalfa vel epinarcu. Huius eadem palcus, vt Matthæolus scribit, equi delectantur. Quòd autem non sit cytisus, vt idem intelliget, qui nostra de cytiso scripta in Boue legerit. Mihi certe trifolium illud caballinum lotus Dioscoridis esse videtur, fœnograeci viribus præditus. Matthæolus andacocam (vel potius handacocham, Arabum, lotum syluestrem Dioscoridis esse contendit, & Aegyptiá: & reprehendit illos qui trifolium interpretantur: quod inde ei contigisse puto, quoniam caput Serapionis & Auicennæ de handacocha non totum perlegit, sed ab initio tantum: nam si perlegisset, deprehendisset opinor quod ipse deprehendi, Arabes vno handacochæ nomine, quatuor diuersas herbas complexos. Hoc est vrbanam & syluestrem lotum, & Aegyptiacam lotum, & Dioscoridis trifolium longè à vulgari diuersum, odore bitumini nisi mirum, ex quo laudatum illud ad articulorum nerworumq; dolores oleum fit, non ex syluestri loto vt ipse ait. Errant igitur, & Arabes qui diuersas herbas earumq; vires confundunt: & Matthæolus, qui vnam tantum aut alteram ab eis lotum describi putat: & maximè, qui vulgari trifolio in odore & viribus multum diuersis pro handacocha ad oleum iam dictum vtuntur. Handachocha (inquit Bellunensis) est genus trifolij: quod plures emittit caules duorum vel trium palmorum (quadrantum intelligo) altitudine, floribus citrinis odoribus: planta Syris notissima, ex cuius floribus oleum parant experimento cognitum in vitijs nervorum. Hæc à Bellunensi scripta de Dioscoridis loto lectu non indigna, præsertim, quæ nimirum quod odoratior sit, syluestri horteñsi culto dignata est. Quærendum an ea sit herba, de qua Monachi in Mesuen nuper scripserunt, distinctione 11. cap. 328. his verbis. Est & trifolium maximè odoratum, quod vulgò Romæ tribulum (quasi trifolium) Dioscorides quidem lotum fariuam etiam tribolion cognominari scribit, vel quisquis est qui nomenclaturas addidit) appellatur: quodq; copiosè in mercatibus præcipuè vendetur: quoniam distillatur ad suffumigia & alia varia odoramenta, nec aliter adhuc in vsum medicum venit. Hæcilli, quo autem à veteribus nomine dicta sit, ignorare fatentur. Germani nostri strum vocant *roßmüntz*, id est mentam equinam: cussilaginem, vt & Latinè quidam recentiores, vngulam caballinum, *roßhuffs*. Marcellus empiricus herbam quæ Gallicè callionarcus. Latinè equi vngula vocatur, commendat ad tussim) oxyn Plinij, quod trifolium acidum dici potest. *roßampffer*, id est oxalidem equinam: maluam syluestrem maiorem, *roßpappelen*, id est maluam equinam. Plin. quam vulgo Valerianam vocitant, Germani *grenmarr*, haud scio an ab equo composito nomine: equum enim marcam appellabant, nostri nunc equam tantum.

Fœta

Fera quæ ab equo hippardium nominata eſt, capronas (χαίρωνα) gerit in ſummis armis: differt ab hippelapho, quod barbam vt ille non habet. Hæc ſimiliter vt hippelaphus, tenuiſſimo iubæ ordine à capite ad ſummos armos crineſcit. Gerit etiam cornua vtrumque genus, excepta fœmina equicerulni generis: & pedes habet biſulcos, Ariſtoteles. Hippelaphus ab equi & cerui ſimilitudine dictus eſt, nec alius Volaterrano quàm tragelaphus videtur: de quo plura dixi in Ceruf & Hirci Philologia.

DE HIPPELAPHO.



HIPPELAPHVS Ariſtotelis, vt Io. Caio Anglo videtur, is eſt cuius iconem, & deſcriptionem ſubiicio, quam ab eodem Io. Caio accepi cum his verbis quæ ſequuntur. Norvegia (inquit) in noſtram Britanniam animal quoddam tranſmiſit, ſui quidem generis, ſed mixtæ formæ. Nam corpore compacto, crure longo atq; gracili, vngula biſida, cauda breui, cervum eſſe diceres: capite & aure mulũ, cornu dorcadem, labro ſuperiori propenſo alcẽ ferè, iuba equum, niſi quòd tenuior & erectior ea eſt quàm equi. Peculiariter habet ab armis ad caudam per omnem ſpinæ longitudinem pilum elevatum leuiter, aruncum ſub fauce promiſſum, & in eo palear pendulum, pilum per armos longiuſculum obliquo aſcenſu, collum brevius quàm pro corporis modo. Eam ob rem cum vel herbam carpit, vel panem proiectum tollit, vel potum ex vaſe aut vado ſumit, in genua procumbit. Cornua in hoc genere mari tantum, non è ſummo capite erecta, ſed è medio ferè capite ex vtroq; latere paulò ſupra oculum enata, & in latus exporrecta, aſpera & tuberoſa vt cervis, nuſquam lævia, niſi in ſummis proceſſuum faſtigiis & qua decurrunt venæ, ad tegumentum villoſum in teneritudine nutriendum per longitudinem productæ. Minus tamen aſpera ſunt à primo proceſſu ad ſecundum in anteriori parte, & rugis potius quàm tuberculis conſpicua. Eadem ad dimidiam ſui longitudinem, rectà tendunt, inde, in ſublime ſenſim recurvantur. Vtrumq; proceſſus tantum tres facit, quorum humiliores bini in adverſum ſpectant, ſublimiores ſinguli cœlum. Euenire tamẽ ſolet vt vel inopia pabuli, vel morbo, (vt cuſtodes retulerunt & ipſe vidi,) ſiniſtrum cornu duos tantum exigat proceſſus. Longa ea ſunt pedem Romanum vnum cum ſemiſſe, & digitum vnum cum ſemiſſe. Craſſa ad radicem, palmos Romanus duos integros. Summus vnius cornu proceſſus, diſtat à ſummo alterius, ped. Romanis tribus, & digit. tribus: vt & infimus ab infimo, pedibus duobus. Metior à faſtigiis. Colore ſunt & denſitate ſubſtantiæ, cervinis quàm ſimillima. Pendunt vna cum ſicca, dimidiata, rupta, & ſpongioſa fronte, libras quinque cum ſemiſſe & vnciæ dimidio. Cum libram dico, vncias ſedecim intelligo. Decidunt quotannis vt cervis, aprili menſe. Cava enim non ſunt. Frontis ſpacium inter cornua, palmorum duorum Romanorum cum ſemiſſe eſt. Eminens calvæ pars quæ inter cornua eſt, à poſteriori parte cava eſt. In ea cavitate cerebrum erat poſitum, deſcendítque ad mediam oculorum regionem. Eam in ſceleto a & b literæ (*In pictura noſtra hæ literæ per mendam omiſſæ ſunt.*) indicant. Dens vt cervis, ſed equino maior, & in maxillaribus per interiores ſulcos, ſed ſumma ſua parte denticulus acutus aſſurgit, ne quid cò cibi inconfectum delabatur. Colore id animal eſt per adoleſcentiam, murino aut aſinino: per prouectam ætatem fuſco, ſed magis per extremas totius corporis margines

bilo læuissimo, crurs maximè, nisi ub ventre, in intimo & summo crure, imò & supremo collo, pectore, armo, atque spina. Proceritate est, duodeuiginti palmorum vulgarium & digitorum trium. Multò velocius equo est. Fœmina singulos peperit in Britannia: aiunt tamen geminos parere. Caro illi nigra est, & fibra crassa atq; longa vti bubus: præparata tamen vt ceruina, atq; in furno cocta, in cibo ceruina est suauior. Vescitur herba, sed rariùs apud nos, eo credo ingenio quo equi, qui cum panem possunt, fœnum nolunt: folio, cortice ex arbore, pane & auena lubentius. Priora vel ad triginta palmos vulgares excelsa, naturali corporis positura carpit. Si quid sit eo excelsius quod affectat, erigit se in posteriores pedes, & prioribus in arborem aut macerię innixum, vt solent capræ, vel supra fidem extenta ore detruncat: tanta est animalis proceritas & altitudo. Bibit aquam, bibit & alam ceruisiam auidissimè pariter & copiosissimè, idq; sine ebrietate. Sunt qui vinum dedêce, sed id si prolixius hauserit, imitatur vitium ebrietatis. Placidissimum animal est, si cicuretur: alioqui ferox admodum, & humanum genus persequens, si non aspectu, at odore, quo maximè pollet & cane certius. Quamobrem qui per viuaria regia illi præficiebatur, singulis annis ferra dissecabat cornua. Quem comprehendit, calcibus deturbat, &, si eques est, etiam equum. Quem non ante conspectum odore præsenserit, voce prodit propemodũ clarè grunnientis suis. Otbum sua fœmina, mulieres valdè affectat, & quasi sexum nosset, pudendum denudat. Id habet instar ceruini. Vngulam eius aduersus morbum caducum valere creditur. Hoc animal Norvegia *Elend* & *Elke* nominat, si benè externa vocabula nostri sonant. Equidem Hippelaphum, seu equiceruum cum Aristotele & Alberto Magno dicerem. Hic enim multi caput atq; aures habere dicit equiceruum. Ille iubam tenuem à capite ad armos protensam, aruncum peculiarem à gutture pendulum, & dorcadis cornua gestare scribit Hippelaphũ. Alcem esse non putem: cũ Alci nec crura flexa, sed rigida, nec cornua his similia, nec in armis iuba sit apud veteres authores, si bene memini. Minus Hippardium crediderim, cum præsertim fœmina cornibus careat, & mari truncus sit: quæ in Hippardium non cadunt. Tragelaphum esse dicere, vetant & dorcadis cornua, & multi caput. Adiungam veram imaginem, & seorsum capitis scheleton vnà cum suturis, vt erant naturaliter, quò certius quæ ad caput pertinent cernantur omnia. Hæc omnia Caius. Apparet autem omnino animal hoc Alces esse speciem, eandem per omnia illi quam nos exhibuimus, exceptis tantum cornibus: quæ certè Dorcadis seu capreoli in Alcium genere inueniri ab alio nemine hactenus cognoueram: nam Alce nostra, quæ similiter à Norvegis *Elent* vel *Elke* nominatur, semper magna & lata admodum (qualia pinximus & vidimus ipsi, & Albertus quoq; describit) cornua gerit: vt testes oculati non pauci mihi asseruerunt: & ex Prussia Poloniaq; vbi capiuntur, depictas icones cum eiusmodi cornibus miserunt amici, Io. Kentmanus, Io. Pontanus, & Ant. Schenebergerus, omnes medici doctissimi. Aristoteles quidem historiæ lib. 2. cap. 2. dorcadis cornua Hippelapho tribuit, id est, capreæ: & iubam in summis armis, & in capite descendentem tenuem: animal bisculum esse dicit, non maius ceruo: fœminam cornibus carere: proprium el quòd barbam gutturi annexam habeat: nasci apud Arachotos (est autem Arachosia regio maioris Asiæ, in qua Alexandria & Arachotos ciuitates sunt) vbi etiam Boues feri inueniantur. Quæ omnia videntur Alcæ nostræ conuenire, nisi quòd Ceruo multo maior est, duplo plerumque: & cornua non dorcadis simpliciter, sed eius quę platyceros cognominatur, quanuis adminiculis (quę vocant) caret, longè maioribus, &c. Quare duplex, opinor, Hippelaphus fuerit: vnus videlicet Alce nostra cornibus latis: alter verò, Hippelaphus Aristotelis seu Arachosius, cornibus dorcadis, qui apud Norvegos etiam reperitur, eadem magnitudine qua Alce nostra platyceros: quanquam Aristoteles apud Arachotos Ceruo magnitudine parem esse dixit, siue deceptus, siue quòd teneræ illic minor nascatur: duæ vnius generis proximi species: veraque inter equum & ceruum ferè ambigente natura: barba non à mento, vt cæteris, sed à larynge (id est gutture) dependente. Equiceruus noster, inquit Albertus, cicuratur etiam ad equitandi vsum: tantundem enim vno die spacij, quantum Equus triduo perficit. An Hippelaphus Caij cœlo victuq; mutato, etiam cornua mutauit? Videtur autem idem Tragelaphus ab aliis dictus, qui ab Aristotele Hippelaphus. Vide quæ notauimus suprà in Tragelapho quorundam, cui cornua ceruina.

Hippotigrin animal celebratum inuenias in Antonino Caracalla ex Dionis Nicæi historia, Caius. Hippocameli nihil quàm nomen apud Ausonium repertur. Sciurus, vocatur & campsurus, & hipputus, Varinus & Hesychius. Hippocyon (si rectè legitur,) nomen Satyræ Varronis. Ἱππάελον, auis quædam vulpanseri similis, Hesychius & Varinus. Hippalectryon dici videtur staturosus (magnus) gallus. Putant aliqui esse marinum animal, etiamsi in rerum id natura compertum quandoq; abnuant philosophia imbuti pleriq;. Cælius. Aeschylus in suis tragœdiis hippalectryonem finxit, non animal naturale, sed insigne nauis, vt ipse exponit in Ranis Aristophanis, vbi cum Euripides eum reprehendens dixisset, Ἤδη ποτ' ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγούμηνος τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρύονα ζητεῖ τις ἐξευρεῖν. Aeschylus respondet, Σημεῖον ἐν τῇ ναυσὶν ὃ μαθόντ' ἐνεγκεῖν ἔφθασε. Euripides, Εἶτ' ἐν τραγῳδίαις ἐχρῆν καλλικτρύονα (aliàs κολικτρύονα) πιθέσθαι; Aeschylus, Σὺ δ' ὦθ' ἵππιον ἐχθὲς, πῶλ' ὡς τὸ πρίν ἦν ἔτι ἔμβιος; Euripides, Οὐκ ἐπαλεκτρύονας, μὰ Δί', ἀλλὰ τραγελάφους ἄττας, Ἅ νῦν παραπεπόμφασιν τοῖς Μηδικοῖς γράφωσι. Hippalectryonem, vt in scholiis Aristophanis & apud Varinum & Hesychium legimus, aliqui magnum gallinaceum interpretantur, vt gallinaceo simile genus Persicum sit: alij gallinaceum in velis sive tapetibus Persicis pingi solitum: alij deniq; marinum animal: & licet philosophi hippalectryonem in rerum natura esse negarint, meo tamen tempore (inquit scholiastes) quidam in tale animal fortuitò è mari prodiens incidit, & à se occisum cum passim ostentasset, in sigillo suo & clypeo deptingi curauit. Γίπα, pipo auis, vt Gaza transfert ex Aristotele libro 9. de animalibus: alibi tamen in Græcis codicibus ἴππα legitur, & similiter à Gaza vertitur. Γίππα, ἀδρυμοκόλαψ, id est picus auis, Hesychius statim ante Γλάτταν. Γίπω, auis quædam marina pulchra & elegans, Scholia Lycophronis. Γιπόκαμπα, anicula quædam, Hesychius & Varinus: Hippocampus quidem animalculum est marinum, vt inter aquatilia referam. Athenæus pullos gallinaceos à Græcis hippos, hoc est quasi equulos vocari scribit: credo, quia pulli propriè sunt equorum. Hermolaus. Γίπος magnus piscis matinus, Hesych. & Varinus. Athenæus libro septimo dubitat an hippi pisces ijdem sint, quos Epicharmus ἵππιδια cum epithero λεῖα vocat, id est equulei læues, nimirum sine squamis vel spinis. Citat etiam versus Numenij & Antiphanis Colophonij, qui hippos inter pisces numerant. Hesychius etiam & Varinus hippidion genus piscis esse docent. Cancri quidam in Phœnice hippi vocantur, tantæ velocitatis, vt consequi non sit, Plinius. Hippurus piscis apud Aristotelem, Gaza equiselim vertit: quo nomine Plinius hippurin herbam vocat. Γίππουρος piscis ab Hicesio ἱππουρεύς, Dorionis coryphæna vocatur. Est autem eius naturæ, vti Numenius docet, frequenter vt exiliat, & eam ob causam ἀφετικὸς, id est vrinator vocatur. Hinc fortassis & nomen sortitur quod equi instar subinde exiliat, ἅτε ἵππειόν τινα ἅλμην ἀφιέντες.

ἄκλω, non a cauda equina. Campas marinos equos (vocantur hodieq; caballi marini Italis, Græci à flexu posteriorum partium hippocampos appellant, Varro.



HIPPOPOTAMVS, id est, Equus fluuiatilis, turpissima quadrupes, Nilo ferè peculiaris est ambiguæ vitę: cui Aristoteles iubam & vocem equi attribuit. Capite Bouem aut Vitulum refert, inquit Bellonius: reliquo corpore ad Porci figuram magis accedit. Quamobrem Byzantini, apud quos mihi aliquādo viuus Hippopotamus conspectus est, vulgari lingua modò Porcum, modò Bouem marinum appellarunt: quæ res nonnullos, eosq; paulò eruditiores commouit, vt dicerent nostris temporibus visum nunquam fuisse Hippopotamum. Cui sententiæ, nisi ego rerum potiùs quàm vocabulorum essem studiosus, facilè subscriberem. Verum in diuersum me pertrahit antiquorum numismatum atq; Hippopotamorum figura: quæ certè plurimum accedit ad eam, quam ante viuum animalis corpus Byzantij delineare iussimus. Hæc ille. Imaginem quidē illam ad viuum ab eo expressam nondum vidi. Volui autem hoc libro inter Quadrupedes viuiparas Hippopotamum proponere, quòd nō solùm pariat educetq; in sicco, sed noctu etiam relictis agris fruges & fœnum depascatur, ac proximas agrorum messes populetur: & ad ingrediendum magis quàm natandum à natura factus videatur. PHOCAM verò quamuis quadrupedem, oblæsam tamen & imperfectam: somniq; tantum causa, non etiam cibi in littora exeuntem, ad hunc librum non pertinere iudicaui. Sed de Hippopotamo quoq; in Libro qui aquatilium icones cum nomenclaturis exhibet, plura dicemus. Hæc hippopotami icon hic exhibita sumpta est ex Colosso, qui Nilū Aegyptium Romæ in Vaticano refert. In fluuio nomine Astræo, qui inter Beroeam & Thessalonicam fluit, peculiare genus muscarum est, apibus simile tum magnitudine, tum bombi strepitu, vesparum colore, equiseles (hippuros Græcè legi conijcio) appellant indigenæ: eæ ad summam aquam versantes à piscibus corripiuntur, &c. Gillius ex Aeliano. Ἱππομύρμηκες, formicæ equites, Gaza ex Aristotele, à magnitudine puto dictæ. In Sicilia formicæ quæ equites appellantur, non sunt, Aristoteles de hist. anim. 8. 28. nec alibi earum meminit. Λέγονται καὶ μύρμηκες ἱππεῖς, Hesychius. Scarabei genus viride, dorsum habet nota quadā aureola sic illustre, vt Lunæ speciem exiguæ sustinere videatur, quare non inuenustè à Cosentinis equus Lunæ nuncupatur, Thylesius. Muscæ quædam circa equorū capita obuolare solent, ex fimo (ni fallor) equino natæ: vt & scarabei genus illud quod noltrates vocant *roßkäfer*.

Centauros (inquit Camerarius) equitationem primos vsurpasse perhibēt, saltem vt ex equis pugnarent: adq; hanc accommodant fabulam monstrosæ formæ, qua illi à poëtis introducuntur, & quam Græcus versus obscœnus expressit, Ἵππῳ ἰφύγετο ἄνδρα, ἄνηρ δ' (βροτὸς δ', vt habet Varinus in Centauris) ἵππος ἐδέτην ἵππον. Pindarus elegantius, cum dixisset progenitos à Centauro filio Ixionis suscepto ex nube & è re nominato, qui commiscuisset sese cum equabus Magnesijs sub monte Pelio: æditam enim tum fuisse sobolem vtriq; parenti similem, supra quidem patri, infra matri, Ἐκ δ' ἐφύοντο (inquit) φρικὸς Θαυμαξὲ ἀμφοτέροις Ὁμοῖοι τελεῦσι, τὰ μὲν πατρὸς ἔην μέν Κατω, τὰ δ' ὑπερθε πατρός. Hos latrocinijs aiunt deditos, cum tenerent loca montana & inaccessa in Thessalia, excurrisse in equis, & prædas egisse, cumq; ante se abigerent armenta & greges, extimulantes scilicet quo celerius pergerēt, exclamantes in agris & vicinorum opem implorantes, quibus sua eripiebantur, hippocentaurosq; nominantes, vociferabantur. Hanc autem speciem præbebant illi raptores intuentibus à tergo, quę postea pingi & effingi cœpta, dimidiati ad vmbilicum hominis & parte posteriore equi. Eodem referunt & procreationis horum fabulam, & Ixionis parentis rotam, quibus in aëre, hoc est sub dio agitandi, & celeritas & gyri atq; orbes designentur. Itaq; nōnulli ἱππους ταῖς ἐπιμολεγοῦσι, κέντροις τινας τῶν ἵππων ταχυτῆτος αἰτίους ἀμάσσειν ἀμάξαις, iuxta hoc, θεῖον δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι, Hucusq; Camerarius. De Centauris fabulam quandam narrat Seruius tertio Georgicorum, quę veluti nugæ respuenda videtur. Diodorus in quinto, Centauros nonnulli volūt in Pelio à Nymphis nutritos, postea equos subagitasse, exq; eis Hippocentauros natos. Creditum, quòd primi equitare ausi sint, exeoq; natam fabulam, veluti equi essent hominisq; natura, Hæc ille. Centauri ab Hercule domiti, inter labores eius numerantur. Vide Palæphatum cap. 2. Hippocentaurus, canis nomen apud Pollucem. Plutarchus in cōuiuio sapientum, in domum Periandri allatum scribit à pastore infantem ex equa natum, cuius caput, collum & manus hominis essent, cætera equi: eiulatus infantium. Hoc inspecto Thales Periandro dixit, sibi quidem non videri rem prodigiosam & ecu portentum à dijs immissam, quo seditiones & dissidia significarentur, vt Diocles iudicabat: sed rem esse naturalē, ideoq; consulere se vt vel equisones non habeat, vel vxores eis tradat. Claudius Cæsar scribit hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interijsse. Et nos principatu eius allatum illi ex Aegypto in melle vidimus, Plin. De Centauro sidere vide Higinum. Lapitharum & Centaurorum prælium Ouidius describit lib. 12. Metam. Pugnare ex equo Thessalos inuenisse tradūt, qui Centauri appellati sunt, habitantes secundum Pelium montem, Plin. De Centauris & Ixione multa legimus apud Eustathium in primum Iliadis, æditionis Romanæ folio 102. & alia Homeri scholia in eundem locum: & Etymologicon in Hippocentauro: item Varinum in eadem voce Chironis fabulam anagogicè exponentem: itē in Onomastico nostro in Centauris, Hippocentauris, Chirone, Ixione, Cæneo & Lapithis: & Fr. Floridi Sabini Lectionum succisiuarum lib. 2. cap. 6. Homerus Centauros φῆρας vocat, quæ

vox Latinis etiam in vſu eſt,& feras ſignificat:quòd ſemiferi,& ſemihomines eſſent. Pirithous cũ Hippodamiam Adraſti filiam vxorem duceret,Lapithas & Centauros tanquam affines vocauit.Centauri vero inebriati mulieribus quotquot aderant vim facere conabantur,itaq; à Lapithis iratis interempti ſunt, Scholia in Odyſſeæ phi. in mentione Eurytionis Centauri:alij aliter de Eurytione ſcribunt,vt ibidem ex Bacchylide citatur.Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere ſi velit,Horatius de Arte.Hoc monſtrum puto centaurus fuit.Ἱππάνταυρος, ἱππεύτης & ἀθλητής, Heſych. Apud Plutarchum hippocentaurus dici videtur pro equitatore præſtantiſſimo & inexſuperabili.Ipſe,inquit,ſe ait perniciter currere, illum autem volare,ſe commodè in equo vehere, ἀλλὰ τί σοὶ ἱππόκενταυρος ἐκεῖνος; quod eſt, ſed quid ad hippocentaurum hũc? Cælius. Socrates apud Ariſtophanem, Nubes (inquit) mutantur in quam voluerint formam, Κἂν μεθ' ὑβριστοῦ τινος ἄγρεσίν τινα (παιδεραστοῦ) τῶν λασίων πιτύων, ἰδόντες τὸν Ξενοφάντην. Σκωπτικῶς καὶ τὴν μανίαν αὐτοῦ, κενταύρους εἶναι φασὶν αὐτούς. Addunt ſcholia Xenophantis filium pæderaſtam & hirſuto corpore fuiſſe:ſunt autem & Centauri inferna corporis parte, vtpote equina, hirſuti: & ipſi quoq; propter amoris inſaniam aduerſus Lapithas pugnarũt. Taurus partem hominis pudendam ſignificat,& inde fortaſſis centaurus vt laſtaurus,pro molli & libidinoſo accipitur. Vide Κενταυρικῶς apud Suidam. Xenophon Grylli filius fertur celebrem canem habuiſſe,Hippocentaurum nomine,Pollux. De onocentauro ſupra dixi poſt Aſini hiſtoriam. De Ocyrhoe Chironis filia in equam mutata,Ouidius lib.2.Metamor. Italiam omnium principes inhabitaſſe feruntur Auſones indigenæ,ſeu autochthones. At vetuſtiſſimũ fuiſſe Marin quendam nomine, cuius antica corporis humana prorſum viderentur:poſtica verò,equina omnino. Nam & nomen ipſum propemodum idem poſſere quod apud Græcos ἱππομιγὴς,id eſt equo immixtus Videri autem poteſt equum inſcendiſſe primus, & freno inhibuiſſe,atq; argumento eiuſmodi ἄφυκτος creditus: eundem quinetiam vixiſſe fabulantur annos centũ ac tres & viginti:ter item mortuum,reuixiſſe ter. Sed enim ſimile veri mihi haud fit, in Varia hiſtoria inquit Aelianus lib.9. Nec deſunt qui equitandi artem,id eſt πρῶτ' ἱππικὴν,in Libya compertam primo tradant: Qua ex cauſa nuncupârit Pindarus in Pythijs Κυρήνην ἱππόβοτον: etiamſi ad id referunt alij, quòd ab Neptuno edocti ſint Libyes currus iungere:quin & Pallada equeſtrem in Libya genitam, Cælius.

In mari rerum,non ſolum animalium ſimulacra inſunt, vt vuæ, gladij, &c. quo minus miremur equorum capita in tam paruis eminere cochleis, Plinius. Exeunt è mari belluæ quædam equorum capitibus, Plinius. Orici Indi aſperrimam venantur feram monocerotem, reliquo corpore equo ſimilem, capite ceruo, &c. Plinius. Nabim Aethiopes vocant collo ſimilem equo, pedibus & cruribus boui, Plinius. hęc camelopardalis eſt,cuius hiſtoriam ſupra dedimus. Rhinocephalus ceruicem habet equinam cum vniuerſo corpore: flammis quas ore expirat, homines pereunt,Phyſiologus auctor obſcurus. Ego nullum huiuſmodi animal in natura extare arbitror. Pauſanias in Corinthiacis,in templo quodam Gabalis, effigiẽ eſſe ſcribit equi qui partes poſt pectus cetaceas habeat. Catoblepon bellua,de qua ſupra ſcripſi inter boues ſylueſtres, iubam gerit equinã. Xenophon Lampſacenus author eſt in Oceano Scythico inſulas eſſe,quarum Hippopodes indigenæ, humana vſq; ad veſtigiũ forma in equinos pedes deſinunt, Solinus cap.22. Ab Iſtro ſeptentrionem verſus habitant Germani,Sarmatæ,Getæ,&c. item Neuri,& Hippopodes,qui ab alijs Zagati dicuntur, Euſtathius in Dionyſium. Coruda circa Indiam locus eſt, vbi beſtiæ viſuntur Satyris ſimiles,equina cauda,&c. Aelian. Satyris iuxta coxas enaſcuntur caudæ nõ multò minores equinis, Pauſanias Lamia pedes habet equinos, cætera capris conformia,Gloſſa in Eſaiam. Anthus auis equorum hinnitus imitatur, Plin.&c. vt ſupra dixi ad finem capitis quarti.

Aquilam Romanis legionibus C.Marius in ſecundo conſulatu ſuo propriè dicauit. Erat & antea prima cum quatuor alijs:lupi,minotauri,equi aptiq; ſingulos ordines anteibant, Plin. Πωλία, μαλακὸν τὸ πρῶμα. Φέρεσθαι δὲ τὴν ὀργὴν τῶν ἵππων τὸν Ἀδωνιν ἐκεῖνον ὠμὸν καὶ ἀκόλαστον ἐπιθέσεσι φασίν, Heſychius & Varin. Plutarchus in Nicia ait equi characterem alicuius fronti inuſtum apud antiquos ſeruitutis fuiſſe argumentum, Textor. Cephallenes equum nummis inſculpebant, Pollux lib.9. De Cleoſthenis Epidamnij & aurigæ eius, & currus & equorum imaginibus ab Agelada fabricatis, primis omnium,vt videtur, in Olympia collocatis, ſuperius dixi inter nomina equorum propria. Elephanti & equi maximorum imagines Poliphilus in Hypnerotomachia ſua Italica depingit. C.Iul. Cæſar equi fui quem habebat pedibus propriè humanis, inſtar (id eſt ſignum) pro ædi Veneris genitricis dedicauit, Suetonius. Anthologij lib.4.lectione 7. Philippi Macedonis epigramma in equi effigiem ex ære legimus huiuſmodi: Ἵππον ἀλλ' χαλκηδὸν ἀλάλκησεν πόχθῃ Κορινθίῃ ἔστησε. δημιὸν δὲ βλέπων Τίμαρχον, ὃν ἀπεμάραναν Κορυφῆς ἱδρῶτι πολέμου δοκέων, χαλινοὺς εἴ τις ἁνιοχεύει ἐνάμοισι θοῦναι, καπετεύσιον, Οὐδὲ πώλῳ Λύσιππε, τὸ πρὶν ἐλπίδα Τὰχ' ἐκὼν χαμᾶται, τῇ πόχθῃ δ' ἱμάσθη. Hippiades ſtatuæ mulierum equeſtres appellabantur,cuiuſmodi fuiſſe videntur Amazonum,quas mortalium primas equum ſcandere auſas Lyſiæ oratori creditur, Hermolaus. Sunt qui hippades huiuſmodi ſtatuas per imperitiam pro hippiades nominent. Talis Cœliæ ſtatua inter obſides Porſenæ poſita dicitur, Grapaldus Cimonis æneæ equę prorſus ad equarum eius imaginem conuenientes,extiterunt Athenis. Aelianus lib.9.Variorum. Pollio Aſinius vt fuit acris vehementiæ, ſic quoq; ſpectari monumenta ſua voluit, in ijs ſunt Hippiades Stephani &c. Plinius 36.5. Et rurſus 34.6. Equeſtrium ſtatuarũ (inquit) origo perquam vetus eſt, cum fœminis etiã honore communicato. Cœliæ enim ſtatua eſt equeſtris,& quæ ſequuntur. Statuæ equeſtres etiam Cœliæ, Q.Marcio Tremulo, Domitiano, & alijs multis erectæ ſunt, Textor. Equeſtres vtiq; ſtatuæ Romanam celebrationem habent,orto ſine dubio à Græcis exemplo. Sed illi celetas tantem dicabant in ſacris victores. Poſtea verò & qui bigis vel quadrigis viciſſent. Vnde & noſtris currus in his qui triumphauiſſent. Serum hoc,& in his non niſi à diuo Auguſto ſeiuges,ſicut & Elephanti. Non vetus & bigarum celebratio in his qui prætura functi curru vecti eſſent per circum, Plin.34 5. Ariſtodemus bigas cum auriga fecit, Plinius. Piſicrates bigæ Pithò mulierem impoſuit Idem. Menogenes ſtatuarius quadrigis ſpectatus eſt, Idem. Prælium equeſtre ad Trophonij oraculum Euthycrates Lyſippi filius optimè expreſſit item quadrigas Medeæ complures, equum cum ſcinis, Plin. Fictiles quadrigæ Romæ erant in faſtigio Iouis templi, quas faciendas locauerant Romani Veienti cuidã artis figlinæ prudenti,&c. vt in H.b.dicam inter Celeres equos. Conſtantinus cum vrbẽ luſtrans ad Traiani forum veniſſet,ſingularem ſub omni cœlo ſtructuram,herebat attonitus per giganteos contextus circumferens mentem. Omni itaq; ſpe huiuſmodi quicquam conandi (ædificandi) depulſa, Traiani equum ſolum locatum in atrij medio,qui ipſum principem vehit,imitari ſe velle dicebat & poſſe. Cui propè aſtans regalis Hormiſda è Perſide,reſpondit geſtu gentili Antè (inquit) imperator ſtabulum tale condi iubeto ſi valeas:equus, quem fabricare diſponis,ita latè ſuccedat,vt iſte quẽ videmus, Ammianus Marcellinus lib.16. Metellus Macedonicus fecit portcus quæ fuêre circundatæ duabus ædibus ſine inſcriptione poſitis, quæ nunc Octauiæ porticibus ambiuntur:&

hanc

hanc turmam ſtatuarum equeſtrium, quæ frontem ædium ſpectant, hodieq; maximum ornamentum eius loci, ex Macedonia detulit. Huius turmæ hanc cauſam referũt Magnum Alexandrum impetraſſe à Lyſippo ſingulari talium authore operum, vt eorum equitum qui ex ipſius turma apud Granicum flumen ceciderant, expreſſa ſimilitudine figurarum, faceret ſtatuas, & ipſius quoq; ijs interponeret, Velleius Paterculus. Equulos argenteos nobiles, qui Q. Maximi fuerunt, aufert, Cicero 6. Verr. De equis aureis vide in Volucri equo ſuperius inter propria equorum nomina. Exquiliæ gemini ſunt in vrbe montes. In altero eorum ſunt Dioclet iani thermæ, & duo equi marmorei ingentes, cum viris ſeminudis lora tenentibus, miro artificio inſignes, quorum vnus inſcriptum Latinis literis habet, opus Praxitelis: alter, opus Phidiæ. Conſtat hos à Tyridate Armeniorum rege Romam delatos, quem Nero vt lautè exciperet, theatrum Pompeij vnius diei opera totum inauratuit, Sipontinus. De equo ligneo, quo capta eſt Troia infra dicam inter prouerbia. Athenis in Acropoli Durius equus ſtabat, cum inſcriptione, Chæredemus Euangeli filius Cœle (ἐκ Κοίλης) natus dicauit: erat autem is æneus factus ad ſimilitudinem Iliaci, Scholia in Aues Ariſtophanis, vnde Eraſmus tranſcripſit in prouerbio Dureus equus. Quum apud Epheſum Macedo Alexander ſuam ipſius eſſet intuitus imaginem, pro virili ab Apelle expreſſam, non ſatis pro picturæ dignitate laudauit. Forte verò interim equo inducto, & ad pictum equum mire adhinniente, tanquam verum planè ac ſpirantem: O rex (inquit Apelles (ἵππος γάρ σου βασιλεῦ ἐστὶ καὶ οὐ γραφικῆς ἀλλ' ἵππου), id eſt, equus quam tu expreſſior multò eſt ac veritati proximior, Cælius 13.38. ex lib. 2. Variorum Aeliani non procul ab initio: ſed melius vir doctiſſimus Iuſtus Vulteius noſter γραφικώτερον tranſtulit, meliore in diſcernendis picturis iudicio præditum: quæ & argutior ſententia eſt, & vocabuli γραφικὸς vim rectè exprimit: ſimili enim terminatione ad aliarum quoq; artium peritos nominandos Græci vtuntur, vt grammaticus, hiſtoricus. Sic Ariſtoteles in Phyſiognomonicis: Καὶ τὰ κάλων ζώων ἐν τοῖς ἔχουσιν ὀφρύων τρίχας οἱ ἴδιοι ἀβλεφαρώτατοι δύνανται γενέσθαι, ἢ σπάνιοι πάντες, ἢ σπανιώτατοι τοῦτο μέρος. Pilis equi in palpebra inferiore carent: propterea Apelli Epheſio qui equum quempiam pinxiſſet, reprehenſionẽ attuliſſe ferunt. Alij non Apelli hoc accidiſſe, ſed Niconi aiunt, cum tamen ſcientiſſimè cæteras equi partes pinxiſſet. Aelianus. Nicon. vel ſecundum aliquos Polygnoſtus pictor in Pœcile porticu equum cum depinxiſſet, pilos addidit inferioribus palpebris per ignorantiam, cum cætera omnia egregiè pinxiſſet Tzetzes Chiliade 12. cap 427. Phormis quidam ex Mænalo Arcadiæ in Siciliam migrauit ad Gelonem Dinomenis filium, apud quem & Hieronem poſtea eius fratrem, cum multa præclare in bellis geſſiſſet, tantas ſibi opes parauit, vt & Apollini Delphis donaria quædam conſecrârit, & Olympiæ duos equos (ex ære) vtrunq; cum ſuo aurига: priorem equum cũ viro Dionyſius Argiuus perfecit, alterũ Simon Aegineta. Prior equus is eſt, cui vt Elienſes ferunt inſertum eſt hippomanes: & ſanè videtur magi alicuius arte in Phormidis honorem factum eſſe, quod circa equum contingit. Nam cum & magnitudine & forma inferior ſit multis alijs equis qui intra ſacrum illic lucũ ſpectantur, & cauda inſuper mutilata deformis, mirificè tamen ab equis maribus appetitur, qui non verno ſolum ſed quouis tempore (οὐ δὲ ἔαρος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πάντα ἐπ' αὐτὸν ἐρῶντα ἡμέρα, lego ἔαρα) amore eius accenſi, vel vinculis ruptis vel aliter ad eum accurrunt, &c. (vt ſupra cap. 3. in hippomanis mentione retuli) Pauſanias Eliacorum primo. Eandem ex Pauſania hiſtoriam tranſtulit Nicol. Leonicenus variæ hiſt. 1. 64. Extant Simonis de re equeſtri ſcripta, à quo etiam æneus equus Athenis in Eleuſinio poſitus eſt, & in baſi cælata opera & facta ipſius, Xenophon. Cimon (Κίμων) Athenienſis, &c. ſcripſit hippoſcopicum librum mirabilẽ, Suid. in Κ. litera. Audiuiſti de priſco illo Simone, qui equitationis ſuæ modos & figuras in Eleuſinio apud Athenienſes ſculpi curauit, Hierocles ad Baſſum in Hippiatricis cap. 1. Cimonis equi ærei Athenis poſiti ſunt, veris ipſius equis quam ſimillimi, Aelianus Variorum lib. 9. In Aegeſta ciuitate Siciliæ Aemilius Cenſorinus crudelis tyrannus dona conferebat in illos qui noua tormentorũ genera fabricaſſent. Cum autem Aruntius Patèrculus equũ æreum à ſe conflatum ei dono dediſſet, vt fontes includeret, tyrannus tum primum iuſtus, muneris authorem primum iniecit, vt quod alijs excogitaſſet tormentũ primus ipſe experiretur, Plutarchus in Parallelis minoribus. Similem hiſtoriam de vacca ænea Perilli in Boue recitaui. De equuleo, alio tormenti genere, dictum eſt ſupra inter deriuata ab equo. Zenodorus artifex egregius, cũ Mercurij ſtatuam in ciuitate Galliæ Aruernis faceret, duo pocula Calamidis manu cælata, æmulatus eſt, vt vix vlla differentia eſſet artis, Plinius 34. 7. & mox ſequenti capite, Praxitelis ſimulacrum habet & benignitas. Calamidis enim quadrigæ aurigam ſuum impoſuit, ne melior in equorum effigie, deficiſſe in homine crederetur. Ipſe Calamis & alias quadrigas bigaſq; fecit, equis ſemper ſine æmulo expreſſis. Plinij verborum, inquit Hermolaus, ſenſus talis eſt: Praxitelis haberi ſimulacrum benignitatis cognomine, quoniam benigni eius ingenij teſtis eſſet: vtpote qui alieno, id eſt Calamidis quadrigæ, aurigam de ſuo imponere dedignatus nõ eſſet. Hic Calais, non Calamis dicitur Ouidio: Vendicat vt Calais laudem quos fecit equorum: niſi forte Calamis legendum eſt in eo verſu, Hæc Hermolaus. Alius fuit Calais frater Zethæ filius Boreæ. Polycleti diſcipulus Ariſtides quadrigas & bigas fecit, Plinius. Athenion Maronites in tabula pinxit agaſonem cum equo, qua maximè inclaruit, Idem. Quinam in Olympijs vicerint equis, quorũ etiam imagines vel ſtatuæ poſitæ ſunt, Pauſanias enumerat toto ſecundo Eliacorum libro, vnde nos quædam excerpſimus, partim iam dicta, partim dicenda. Statua Theagenis in luco Olympiæ facta eſt à Glaucia Aegineta & iuxta currus æneus, & vtrinq; ſinguli celetes equi quibus inſidẽt pueri, monumenta ſuper victorijs Olympicis Hieronis Dinomenis, Pauſanias Eliacorum 2. Etruſius Equus celes, quo vicit Lycus Phidolas, ſuper columna erectus viſitur. Cætera ex eodem libro huius argumenti, ſi quis curioſior eſt, plura ſibi colliget. Apelles pinxit Clytum equo ad bellum feſtinantem, & ei galeam poſcenti armigerum porrigentem. Eſt & equus eius, ſiue fuit, pictus in certamine, quod iudicium ad mutas quadrupedes prouocauit ab hominibus: Namq; ambitu æmulos præualere ſentiens, ſingulorum picturas inductis equis oſtendit: Apellis tantum equo adhinniuêre, idq; poſtea ſemper illius experimentum artis oſtentatur, Plin. Etruſius, Fecit & Neoptolemum ex equo aduerſus Perſas, Antigonum thoracatum cum equo incedentem. Peritiores artis præferunt omnibus eius operibus eundem regem ſedentem in equo. Protogenis Rhodij tabularum palmam habet Ialyſus: Eſt in ea canis mirè factus, vt quem pariter caſus & ars pinxerit. Non iudicabat ſe exprimere in eo ſpumam anhelantis poſſe, &c. abſterſerat ſæpius mutauerat q; penicillum nullo modo ſibi approbans. Poſtremò iratus arti quòd intelligeretur, ſpongiã impegit inuiſo loco tabulæ, & illa repoſuit ablatos colores, qualiter cura optauerat, fecitq; in pictura fortuna naturam. Hoc exemplo ſimilis & Nealcem ſucceſſus in ſpuma equi ſimiliter ſpongia impacta ſecutus dicitur, cum pingeret poppyzonta retinentem equum, Plin.

Propria ab equo videntur Germanis veteribus deducta nomina cõplura, vt Chonodomarius & Suomarius Alemannorũ reges, apud Ammianũ Marcellinũ lib. 16. & Vadomarius lib. 14. Itẽ Othmarus & ſimilia nomina in

arius vel arius, cuiusmodi plura, puto, inter nomina principum veterũ Germanorum repetias in Stumpfij noſtri Chronicis. Plurima Græci propria hominum & locorum nomina ab equo deriuata etiam compoſita habẽt, quorum omnium hiſtorias hic adjicerem, nimius ſane & intempeſtiuus labor foret: quamobrẽ ſat fuerit ipſa tantum nomina breuiter attigiſſe: nam qui de ſingulis copioſius cognoſcere volẽt, apud authores inquirens, quæ vel hominum geſta & hiſtorias, vel Geographicos libros ædiderunt. Nos etiam in Onomaſtico permulta ab hippos deriuata aut compoſita nomina propria vno in loco dedimus hominum locorumq́; : & in Bibliotheca ſcriptorũ. Græci quidem compoſitis deductisq́; ab equo nominibus propria hominum nomina formare plurimũ delectati ſunt, & plurimum hac in parte luxuriati, vt ſingulis mox enumerandis apparebit. Exiſtimabant enim neſcio quid dignitatis equeſtris nobilitatisq́; equi vocabulo conferri. Hinc eſt quod in Ariſtophanis Nebulis legimus, Strepſiadem cum vxore de nomine filio imponendo contendiſſe: & cũ illa Xanthippum aut Charippiden vocari vel. 10
let Strepſiades verò aut ſui nomine Pheidoniden, conueniſſe tandem vt veluti coniunctis nominibus Pheidippides nominaretur. Apud Latinos vix vnum aut alterum ſimile reperio: qualia ſunt apud Varronẽ de re ruſt. Equitius & Equiculus. Apud Vergilium Aene. 9. penultima per o ſcribitur. Continuò Quercens & pulcher Equicolus armis. Commodius Equiculus vir fortiſſimus & patre militari natus Varroni memoratur. Ex proprijs vocabulis Græcis proponam primum hominum propria, & virorum prius quàm mulierum: deinde locorum & populorũ, ſeruato fere literarum ordine in ſingulis. Hippaleus, Hippodamiæ & Pelopis filius. Hippalmus apud Q Calabrum. Hippammon apud Pollucem, per mi duplex ſcribendũ. Ἀνὴρ μὲν Ἵππαμμων ἔπαιζεμμονὴ δὲ ἵππη in verſu heroico. Hippagoras. Hipparchus, quo nomine plures apud Suidam recenſentur. Ἱππάρχεια ἱερά, dicebantur columnæ quædam ab Hipparcho erectæ, inſcriptis elegijs, quorum ſcopus erat meliores reddere lectores. Hipparchi murus, τὸ Ἱππάρχου τεῖχος: Hipparchus Piſiſtrati filius iuxta Academiam murum ædificauit, maximo Athenienſium iumptu, quem illos facere coegit: vnde prouerbium iſtuc de rebus ſumptuoſis in vſum venit, Suid. Hipparchus Colargeus primus oſtraco damnatus, Plutarchus in vita Niciæ. Ἵππαρχίνου ἀθῶος, prouerbium apud Suidam: citharœdus hic fuit & cum certare deberet aduerſus Ruſinum citharœdum, obmutuit. Hipparchides, apud Ariſtophanem. Hipparinus nobilis Syracuſanus Dionis pater, Dionyſij ſocer & collega, apud Plutarchum in vita Dionis. Dion Hipparini, Syracuſanus, philoſophus Platonicus. Dionyſij vxoris Ariſtomaches frater &c. Suidas. Hippaſus Metapontinus. Hippatus in Corinthiacis Pauſaniæ. Sõcus Hippaſi hippodami, id eſt rei equeſtris periti filius, Homerus Iliad. . De Leucippe & filio eius Hippaſo, quem ipſa & ſorores per inſaniam laniatum ederunt, ſcribit Plutarchus in Græcanicis quæſtionibus 37. Hippaſides apud Q Calabrum. Hippias, plures huius nominis vide apud Suidam, &c. In Hippiæ mimi nuptijs Antonius, vt in eius vita refert Plutarchus, per totam noctem bibit. Hippiothon, Ἱππιόθων. Cerenõnis filius, quæ illum ex Neptuno ſuſceptum clam expoſuit: inde repertum equa nutriuit Etymologus: Vide ne idem ſit, qui Hippothoon infra, & ipſe Neptuni filius. Hippon, Ἵππων, paroxytonum, nomen viri eſt: oxytonum enim equile ſignificat. Hippon tyrannus capitur, Plutarchus in vita Timoleontis. Hermogenis Lycij nobiliſſimi curſoris Hippos cognominati mentio fit ſecundo Eliacorum Pauſaniæ: vicit autem acties in tribus Olympiadibus. Hippobotæ ariſtocratiam in Chalcide Eubœæ ciuitate, Ariſtoteles refle, aliquando tenuerũt, Strabo lib. 10. Hos ex Chalcidenſibus exactos Plutarchus memorat in vita Periclis. Hippobotus philoſophus quidam, Suidas. Hippocles. Hippoclides: εὐτραπελεύεται πρὸς τὸν γαμοῦντα αὐτοῦ τὴν θυγατέρα Ἱπποκλείδην εἶναι, Heſychius & Varinus. Non eſt curæ Hippoclidi. Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ, Eraſmus in prouerbijs. Hippoclidis philoſophi meminit Valerius Max. 1. 6. Hippocoon cum liberis ab Hercule interfectus eſt. Hippocoontis Hyrtacidæ, Vergilius. Ἱπποκόωντος υἱῷ, Heſychius & Varinus. Vide paulò poſt in Hippomene. Hippocrates multi fuerunt: medici quidem huius nominis ſeptem, Coi omnes, à Suida enumerantur. Hippocrates Syracuſanorum dux fœdera violat, & Syracuſas capit apud Plutarchum in vita Marcelli. Hippocrates Mathematicus mercaturam exercuit, Plutarchus in vita Solonis. Hippodami cuiuſdam mẽtio fit in Equitibus Ariſtophanis. Hunc aiunt Miletium fuiſſe Eutyboontis filium: habitaſſe autem Piræum, & illum (vel domum quam in Piræo habebat) Athenienſibus diſtribuiſſe, & in honore apud eos fuiſſe, metcopologum cognomine. Sunt qui cum de voracitate notent τοῦτον δὲ ἐπὶ τῷ ἀμετρίαν ἐσθίειν Μ. λέγουσιν, Heſychius & Varin. Hippodamia dictum eſt forum in Piræo, ab Hippodamo Miletio architecto, qui Piræum Athenis ædificauit, Suid. Hippodamus quidã apud Homerum etiam ἱππόκομος cognominatur, hoc eſt equeſtris & bellicoſus. Hippodamantium vinum Heſychius & Plinius inter tranſmarina celebrat, neſcio à quo loco dictum. Hippodorus in Onomaſtico. Hippodotes apud Giraldum de dijs. Hippodromus ſophiſta apud Cælium, Hippolochus, Bellerophontis filius & Glauci pater, Homero: & alius Antimachi Troiani filius, Eidẽ. Hippolochus Macedo, Athenæus. Hippolochus, Hippomachus, Draconides, viri Athenis electi vt leges conſcriberent, Xenophon. Hippolytus filius fuit Theſei & Hippolytes Amazonum reginæ (Antiopæ ſecundum alios, Plutarchus in Theſeo) quam Hercules victam Theſeo vxorem tradidit. Hic cum currum iuxta mare agitaret, apparentibus phocis equi territi currum ruperũt, & Hippolytum diſcerpſerunt: qui exitus eius nomini tanquam omini infœlici reſpondit. Vide Onomaſticon, & Plutarchum in Parallelis minoribus & prouerbium Hippolytum imitabor, cuius etiam Suidas meminit. Idem nominis omen a Hippolyto noſtræ religionis euentum habuit. Is enim in Oſſijs Tyberinis martyr (ſub Decio Cæſare & Valeriano præfecto) ab equis dilaceratus eſt: & membra inde collecta Romam tranſlata. Huius mortem deſcribens Prudentius de iudice Romano hos verſus reliquit: Ille ſupinata reſidens ceruice, Quis, inquit, Dicitur? affirmant Dicier Hippolytum. Ergo ſit Hippolytus, quatiat turbetq́; iugales, Intereatq́; feris dilaceratus equis. Sed de Hippolyto Theſei leges etiam Cælij ſcripta 11. 24 vbi cœleſtem quoq; heniochum non alium putari ſcribit. Idem alibi meminit Hippolyti apud Trœzenios ſacerdotis. Hippolytus in cœlo auriga, & honores eius apud Trœzenios, Pauſanias in Corinthiacis. Hippolyti Theſidæ hiſtoriam lege infra in n.h. in mentione Dianæ ex Aeneidos ſeptimo. Antiphilus pinxit Hippolytum tauro emiſſo expaueſcentem, Plin. Hippolyto Sicyonio (inquit Plutarchus in vita Numæ) fingunt, quoties ex Sicyone Cirrham adnauigaſſet, oraculum Pythiam reddidiſſe, velut id conſentiente & promerente gaudente huiuſmodi heroicum: Hippolyti rurſus charum caput æquora findit. Hippomachus aliptes literarum doctor, Plutarch. in vita Dionis. Alterius cuiuſdam tibicinis meminit Aelianus in Varijs lib. 14. hic cum diſcipulus eius aberraret inter canendum tibia, percuſſit eum baculo dicens: Perperam cecinit: ſtinam alioquin hi tibi non applauderent. Idem lib. 2. eiuſdem operis de Hippomacho pugile ſiue athletices magiſtro ſcribit. Hippomachus Elienſis, & alter ex Caria Thraciæ apud Suid. Fuit & alter Athenis legum ſcriptor apud Xenophontem, de quo ante in Hippolocho. Hippomedon Ageſilai filius bellicis operibus inſignis apud Plutar-

Plutarchum in vita Agidis: item viri nomen apud Statium lib. 8. Theb. Hippomenes, vt scribit Ouidius, Limonen filiam in adulterio deprehensam equo famelico præbuit deuorandam. Verba eius sunt hæc, in Ibin. Solaque Limone pœnam ne senserit illam, Et tua dente fero viscera carpat equus. Vnde facta paræmia, quam ex Diogeniano auocat Erasmus, Magis impius Hippomene, Textor. Hippomenes filiam suam vitiatam equo vorandã obiecit, &c. vnde & locus dictus est Ἱππομένους ἕδρα. Suidas: hinc forte est etiam quod apud Hesychium legimus Ἱππομένης, μοιχός. Vide Heraclidẽ de rebus pub. cap. 1 & infra in prouerbio, Hippomene iniustior. Hipponax Ephesius iambographus. Hipponacteum præconiũ, vide inter prouerbia Erasmi. Hipponicus in Aeliani Varijs. Cratinus Hipponicum propter rutilum colorem Scythicum nominauit. Scythicum enim lignum est, ἐν ᾧ ξανθὰ ζῶντες αἱ γυναῖκες καὶ ἑταῖραι τὰ ἱμάτια βάπτουσιν, id est quo mulieres lanas tingunt, & flauo colore inficiunt: nisi ξανθὴ ζώνην passiuè accipias, vt ipse se, id est capillos suos hoc ligno inficiant, Varinus in voce Cratinus: sed mutilus apud eum locus est. Hipponici cuiusdam Herodotus meminit. Hipponicus Athenienſis ab Alcibiade pugno percussus, Plutarch. in vita Alcibiadis. Hipponus, ὁ Ἱππῶνος, filius Megapenthis, nepos autem Prœti, Scholiastes Pindari. Hipponus, qui postea Bellerophon, Cælius ex Scholijs in Homerum. Videtur sanè dictio hæc composita, & significare magnanimum, vt Ἱππαγόρας. Hippophatus, Gyraldus de dijs Hippostratus, Ibidem: vide Hippothous. Hippotes & Hippotades, id est Hippotis filius Ibidem. Hippotes, viri nomen, Suidæ in Μηλιακὸν Aeoli pater, &c. Cæl. Cnopi tyranni frater apud Athenæum lib. 6. Hippothoon, Ἱππόθοων, filius Neptuni, à quo Hippothoontis tribus dicta, Suidas. Heroum eius, id est templum in quo colebatur, Hippothoontium dicebatur, Hesychius & Varin. Videne idem sit Hippiothon supra dictus, & ipse Neptuni filius, Ἱππιόθων, Suidas. Hippothous, Strabo. Hippothous & Hippostratus ex procis Hippodamiæ. Hippothous dux Pelasgorum, Iliad. 3.

Agrippa, viri nomen apud Latinos, non ab equo, sed ægro partu. Ἀγρίππας quidem Græcis oleaster est Alcippus in gymnasijs Plutarchi. Anaxippus. Anthippus, Pollux l. 10. Anaxippus comicus apud Athenæum. Archippus poeta. Argyrippus adolescens in Asinaria Plauti. Aristippus, Aelian. lib 9. Variorum. Calippus philosophus Athenienſis, Suidas: fuit & athletę nomen apud Pausaniam Eliac. 1. C. Tiberius Augusti successor Callippides per iocum vocatus est quem carpitare, ac ne cubiti quidem mensura progredi, prouerbio Græco notatum est. Nam & Tiberius quamuis prouincias & exercitus reuisurum se sæpe pronunciasset, & prope quotannis profectionem præpararet, vehiculis comprehensis, commeatibus per municipia & colonias dispositis, ad extremum vota proitu & reditu suo suscipi passus, in vrbe tamen se continebat, Sueton. Callippides olim (inquit Erasmus) prouerbio dicebatur, qui in moliendis negocijs, cum multa se facturum minaretur, nihil tamen conficeret: aut quemadmodum ait Terentius, qui sedulò monens sese nihil promoueret. M. Tullius ad Atticum lib. 13. Varro mihi denunciauerat magnam sanè & grauem ἐκεχειρίαν. Biennium præterijt, cum ille Callippides assiduo cursu nullum cubitum processerit. Quis hic fuerit Callippides, inquit Erasmus, non satis perspicuum est nisi quod haud dissimile veri videtur accipiendum esse de Callippide tragœdiarum histrione celebri & multi nominis apud Græcos, cuius meminit Plutarchus in apophthegmatis Laconicis. Hic Agesilaum regem aliquando obuium, nõ salutatus ab eo interrogauit: Non agnoscis me rex, nec qui sim audisti? Tum Agesilaus hominem cõtemplatus, Ἆρ' οὐτός ἐστι Καλλιππίδης ὁ τραγῳδιοποιός; hoc est, An num tu es Callippides ille dicacitas? sic Lacedæmonij mimos appellant. Mihi quidem hoc Agesilai dictũ prouerbiali sensu torqueri posse videtur, in homines ostentatores & laudis auidos, cuiusmodi multi se iactãq; non ab omnibus nosci mirantur. Vt alius quidam Callippides ille fuerit, cuius nomen deridetur, qui cum multa promittant, nihil promouent. Aliqui Calippidem per l. simplex scribunt, alij callippidem per p. simplex, vtriq; imperite. Ξανθίππην ἢ Καλλίππην ἢ Καλλιστράτην, Aristophanes in Nebulis. Charippus, Aristoph. in Nebulis, vt iam citaui. Memini & Χαρίππην per diphthongum aliubi legere, vt apud Iuuenalẽ Sat. 8. de filia Cephali, vxor Charippi, Suidas in Οἰδίπους. Chrysippus & Argyrippus ab ornatu equorum nomihati videntur. Chrysippus Pelopis ex Hippodamia filius: & alius philosophus Stoicus. Chrysippus etiã inter Solis filios numeratur in Olympijs Pindari Carmine 7. in Scholijs. Cirrhippum ab equis & cirrho colore dici puto, Cælius. Cratippus vir clarus & canibus alendis deditus, Galenus lib 2 de antidotis. Cronippus apud Aristophanem, Σὺ δ' ὁ κρονιππικός, videtur quidem non proprium: sed Suidas & Varinus exponunt μεγαλοπράγμων, id est magnas nugas, vt & Cælius: ego potius magnum nugatorem dixerim. Vel ἀρχαιολόγος, περὶ παλαιῶν ἀσχολούμενος. Iidem Hippos in compositione augent: cronia vero, id est Saturnia, obsoleta & nugalia dicuntur: hinc & composita vox inuersa ἱππροκρόνια, cuius mentionem supra feci. Ctesippus vnus ex procis. Hom. Odyss. χ. Damasippus, apud Iuuenalem & Macrobium. Dioxippus apud Plinium & Aelianum in Varijs lib. 12. Dorasippidas nomẽ rectum in Vespis Aristophanis. Ephippus, viri propriũ, Suid. & poetæ apud Macrobium. Euippus filius Megarei regis Megarensium, Pausanias in Atticis. Euripides cum per p. simplex scribatur, non videtur ab equo compositum esse nomẽ, etsi antepenultima producatur, vt in illo Ionis, Χαῖρε μακαριστὸν εὐτυχῶν γεγὼς σὺ Πυθίαν. Etymologus Euripiden ait ab Euripo dictum esse, quòd in Euripo natus feratur Glaucippus, apud Macrobium. Gylippus, nomen Lacedæmonium, Varin. Gilippus Arcas nominatur Vergilio Aeneid. 12. Hermippus philosophus, vide Suidam. Lahippus, statuarius apud Plinium. Leucippus Oenomai filius, Pausanias in Arcadicis. & Amyclæ Lacedæmonij filius pater Arsinoes matris Aesculapij, Scholiastę Pindari: & philosophi nomẽ Aristoteli lib 1. de hist. animal. & canis apud recentiorem quendam: apud Pindarum Proserpinæ epitheton, vt infra dicam. Lysippus, Plinio nobilis sculptor: itẽ poeta comicus: vide Onomasticon. Melanippus, vir Thebanus in bello fortissimus, qui Tydeum occidit, &c. Pausan. in Boeoticis. Melanippi & Charitonis historiam describit Aelianus lib. 2. Variorum. Melanippus vnus ex filijs Nestoris, Hom. Menippus, Suid. Nicippus. Nothippus poeta opsophagus apud Athenæum. Phœnippus quidã turpis & libidinosæ vitę homo fuisse fertur, Tisamenus vero peregrinus & mastigias, vnde Tisamenophœnippos huiusmodi homines Aristophanes in Acharnentibus dixit. Hercules ex Chalciope Eurypyli regij filia, Pheidippum susceperit, Schol. Pind. Pheidippides Strepsiadis apud Aristophanem filius, vt supra dixi. Pheidippidis Athenienſis tabellarij meminit Herod. lib. 6. Philippus. Hesychius philippos etiã mœchos interpretatur. Φίλιπποι· ἔνιοι δὲ τοὺς μοιχοὺς οὕτω καλοῦσι, τὰς γυναῖκας ἐπαγόμενοι, vt iumenti & asinigeri. Eustath. Philippides & Philippion. Suid. Philippicus, qui & Bardónes, Iustinianum regem occidit &c. Suid. Plexippus Althææ frater à Meleagro occisus, Ouid. met. 8. Posidippus, Ἱστορικός. Samippus viri nomẽ in Nauigio Luciani. Stratippus, in Equitibus Aristophanis. Taraxippus Glaucus in Isthmo fuit, quem equi peremerunt. Taraxippum etiã nuncupari inuenio heroũm Myrtilo à Pelope structum, in quo & rem diuinã illi obierit, vt perpetratæ cædis iram leniret. Nominis ratio est, quòd in eo loco Myrtili arte iniectus sit Oenomai equis terror. Sunt qui ab Oenomao id solitum peragi, fabulentur. Quidam inibi in

fuisse aliqua à Pelope, sibi ab Amphione tradita Thebano: quibus non Oenomai modo exterriti sint, verum exterreantur omnes illac transeuntes equi. Fuisse verò Aegyptij putant Magicæ peritum Amphionem: propterea quòd illi in Thebarum mœnibus sustruendis vsus obtemperare, sicuti Orpheo oratione eadem feræ obediuerunt. Cæl. Vide plura apud Pausaniam Eliacorum secundo. Epigrammatum Græcorum lib. 1. sectione 45. Augeas dicit duodecimam boum suorum partem esse παραξύστιον μόριον. Cleon in Equitibus Aristophanis [illegible] cognominatur, quòd ordinem equestrem perturbaret. Telesippus filius Hippocratis, Varin. Xanthippus pater Periclis. Varin. Hoc nomen à flauo equi colore inditum apparet. vt cirrhippus à giluo, Leucippus ab albo, Melanippus à nigro. Zeuxippus, dux Lacedæmonius, Xenophon de rebus Græcorum.

Mulierum nomina. Hipparchia vxor Cratetis Cynici, &c. vide Suidam. Hippe meretrix Athenæo lib. 13. Theodotum quendam fœnoprefectum regis Ptolemæi amatorem habuit, & cum in conuiuio aliquando in apud regem vinum copiosius infundi peteret, vehementer enim sitire se: Meritò, inquit rex: plurimum enim fœni deuorasti. Arguteè quidem, cum & ipsa Hippe, id est equa vocaretur, & Theodoti cui commissum erat fœnum opes consumpsisset. Hippe Chironis Centauri filia in equam mutata, vt supra in equo sydere dixi: vide Onomasticon. Hippe & Aegle vxores Thesei Hesiodo teste, Athenæus lib. 13. Hippe filia Danai, a qua hippion Argos dictum, Hesychius & Varin. Hippia, Ἱππία, Arsinoë vxor Philadelphi, Hesych. Spartana virtus apud Leuctra attrita corruit, infesto numine, si credimus, ob scelus admissum in Scedasi puellas. Molpiam & Hippo, vt a Pausania (in Arcadicis) relatum scio, etiamsi ex Plutarcho alibi Miletiam scripsimus Cælius. Plura vide apud eundem libro 5. cap. 8. Ex Fuluio quodam & equa Hippo puella nata fertur, Cælius ex Plutarcho. Celebratur Athenis quoq; fœmina Hippo, vt est apud Valerium Maximũ. Hippo vel Hippona dea infra dicetur. Hippo inter Nymphas Oceani & Thetidis filias numeratur in Theog. Hesiodi. Hippodamia, Ἱπποδάμεια, quæ & Briseis & Veneris cognomen, Hesych. Hippodamiæ Pelopis & Myrtili fabulam. vide in Scholijs Homeri in Iliadis [illegible] & in Onomastico. Hippodamia Pelopi peperit sex filios, vt Pindarus scribit, Atreum, Thyesten, Pittheum, Alcathũm, Philistheoem (pro quo alij Hippalcum numerant, & Dian aut Chrysippum, Varin. Hippodamia ancilla Penelopæ, Odyss. 6. Hippolyte Amazonũ ragina, Hippolyti ex Theseo mater, vt supra dixi: Vide Onomasticon, vbi etiam Hippolytes Acasti vxoris mentio fit. Hippomeduſa Niobes mater. Eustath. Hesiodus in Theogonia inter Nymphas Nerei filias numerat Hippothoën, Hipponoem & Menippem. Aenippe, Eudori filia, ex Aenea marito Cyzicum regem Dolopum peperit, Orpheus in Argonauticis. Alcippe Martis filia, Pausanias in Atticis. Alcippe elephantum peperit, quod inter ostenta est, Plin. Astræus Neptuni filius Alcippen sororem imprudens compressit, &c. Plutarchus de fluuijs in historia Caici. Anippe filia Nili Busiridem ex Neptuno peperit. Plutarchus in Parallelis minoribus. Apathippe ex Apolline Chium genuit, Plutarchus de fluuijs in Pactolo. Archippa vxor Themistoclis ex tribu Alopecia, Plutarchus. Archippen meretricem à Sophocle iam sene amatam apud Athenæum legimus lib. 13. Aristippe, vide Leucippe. Chrysippes quæ Hydaspen patrem amauit, historia legitur apud Plutarchum initio libri de fluuijs. Cydippen fecit Protogenes Rhodius. Plin. Cydippe Ochimi filia ex Cercapho Solis filio peperit Camirũ, Lindum & Ialysum, Scholiastes in Olympia Pindari Carmine 7. Fuit & alia Cydippe Cleobis & Bitonis mater, apud Stobæum in Sermone de morte. Euexippe, filia Scedasi Bœotij. Cælius. [illegible] filia fuit Tyrimmæ in Epiro quam corrupit Vlysses, Parthenius cap. 3. Eurippe, mulieris nomen in epistolis Theophylacti. Heurippa, Dianæ cognomen, Cælab equis ab Vlysse inuentis, Pausanias. Leucippides, duæ quædam virgines fuerunt. Ἡωλία, χαλκῶν παιγνιαπρέμνων ἦσθα τῶν ἀδικαπαίων σωλήνιον [illegible], Hesychius & Varinus. Stephanus Leucippidas, id est Leucippi filias nominat Phœben & Elairam, ex Aphidnis ciuitate Laconica ortas: has à Castore & Polluce raptas legimus. Leucippe ex Vulcano Aegyptum peperit, Plutarchus de fluuijs in Nilo. Leucippe, Aristippe & Alcithoe sorores, Minyades cognominatæ, cum Bacchi chorea contemnerent in furorem conuersæ, Leucippæ filium tenerum adhuc discerpserunt, hinoulum esse putantes, & postea in aues mutatæ sunt, vna cornicis, altera vespertilionis, tertia noctuæ forma assumpta, Aelianus lib. 3. Variorum, Plutarchus in Græcanicis quæstione 37. laceratum istum Leucippes filium, Hippolum nominatum meminit. Lysippe mater Teuthrantis Mysorum regis, Plutarchus de fluuijs in Caico. Lysippe, filia Proti, cum cæteris sororibus à Iunone in vaccam mutata. Lysippe vxor Prolai apud Elienses, Pausan. Menalippe apud Homerum. Xanthippe Socratis vxor. Zeuxippe, mater Priami, Varin.

Locorum & populorum nomina. A Nare amne vsq; ad Equiculos tenent Sabini, Cato Orig. Equestris & Rauriaca Coloniæ Plinio 4. 17. inter Galliæ populos numerantur. Ptolemæus Equestrem Sequanorum in Gallia Belgica ciuitatem facit. Equestres, vt Antoninus in Itinerario apertè scribit, sunt citra Iuram iuxta lacum Lemannum, à quo distant 20 M.p. Quare conijcitur esse Neuiduum, sicut & liber prouinciarum meminit Neuidui Equestrium, quæ ciuitas hodie vocatur Neuis, vulgo Neau. Sed cum Antoninus Equestres prius commemorat ac deinde lacum Lausunum (qui idem est Lemanno) videtur hæc vrbs citra lacum fuisse, vt forte sit illa quæ hodie Dunoy vocatur, quæ vox nomini Neuiduni non malè respondet, &c. Hæc Sebast. Munsterus in castigationibus circa finem operis de Rhætia Alpina. Videri sanè potest Neuidunum duplex fuisse, vt alterum differentiæ causa Neuidunum Equestrium dictum sit.

Equus nomine mons Troiæ imminet, per quem illa facile capta fertur, vnde equi Troiani fabula nata est secundum quosdam, Nic. Erythræus. Daphidas cum eius studij esset cuius professores sophistæ vocantur, ineptæ & mordacis opinationis, Apollinem Delphis irridendi causa consuluit, an equum inuenire posset, cum omnino nullum habuisset: cuius ex oraculo reddita vox est, inuenturum equum, sed vt eo perturbatus periret. Inde cum ioco iocabundus, quasi delusa sacrarum sortium fide, reuerteretur, incidit in regem Attalum [illegible] a se contumelioſis dictis absentem lacessitum, eiusq; iussu saxo, cui nomen erat Equi, præcipitatus, ad deos vsq; cauillantes dementis animi iusta supplicia pependit, Valer. Maximus. Roboam Salomonis filius inter alias vrbes condidit Hippam & Marissam, Iosephus Originum Iudaic. 8. 10. Eadem sorte fuerit Hippus vrbs Palæstinæ. Stephano Ἵππαδις portæ quædam Athenis, Varin. Hipparis, Ἵππαρις, fluuius est in Camarina (vel, per mediam Camarinam fluens) cuius aquæ pars vna dulcis est, altera salsa: hunc nonum subinde lutum afferre & ripis apponere aiunt vnde ædificandi materiam incolæ sumant: alij verò quoniam per mediam syluam quandam fluit, vnde arbores mutæ proceræq; nascantur, hoc modo ædificantibus Camarinæis prodesse. Fertur autem & nauigabile & piscosum esse flumen. fontes habet in monte quodam Siciliæ. Ligna quæ in syluis secuerint ejiniecta in vrbem vehuntur. Hæc ex Scholijs in quintum Carmen Olympiorum Pindari. Hipparenum Mesopotamiæ oppidum. Hipparchi Hipparchorum

parchorum

parenorum Persæ diruêre, Plin. Hippia (Ἱππικὴ) vrbs Perrhebiæ, aliâs Phalanna dicta, Stephanus. Phalanna est vrbs Perrhæbis quondam subdita Strabo. Oppidum in Græcia Ἵππιος Ἄργος ab equis cognominatum est, Varro. Argos hoc Achaicum dicebatur, Peloponnesi vrbs, hippobotum etiam alio ab equis cognomine dictum, vtpote equorum pascuis aptum. Hippion Argos ab Hippe filia Danai appellatum apud Hesychium & Varinũ legimus. Plura vide inferius 8.b. in patrijs equorum. Dauniorum oppidum Harpi, aliquando Argos hippium Diomede condente, mox Argirippa dictum, Plin. Ptolemæus Scyracenos vltra montem Hippicum in Asia collocat, Hermol. Fuit & Hierosolymis Hippicus dicta turris, cuius meminit Iosephus de bello Iudaico 6.6. Longinquioris eodem disceptant foro Halydienses seu Hippini, Apolloniatæ, Trapezopolitæ, Aphrodisienses, Plin. Hippus fluuius est Moscorum. Phasis amnis maximè inclaruit Aea xv. M. p. à mari vbi Hippos & Cyanos vasti amnes è diuerso in eum confluunt accipit etiã Glaucum, &c. Plin. Phasis Glaucum in se recipit & Hippum è vicinis montibus cadentes, Strabo: idem ex eo in Dionysium scribens Eustathius repetit. Hippocoum vinum ex insula Cô, dictum ab agro generoso cui nomen Hippo, Festus. Hippu acra, id est equi promontorium, vrbs Libyæ Steph. Hippucome, vicus Lyciæ, dictus ab equo viatorum quorundam illic mortuo, Stephan. Hippomenes filiam suam vitiatam à quodam, equo vorandam obiecit, &c. vnde & locus dictus est Ἵππος καὶ κόρη, Suidas. Vide infra in prouerbio Apud equum & virginem. Prusa ciuitas Bithyniæ sub Hippo monte sita, Plinius paulo ante finem libri quinti. Coloni, Κολωνοὶ (sic dicti scilicet colles in Attica: nam & simpliciter κολωνοὶ locum altum interpretantur) duo fuerunt, vnus Ἵππιος (malim Ἵππειος, vt Pausanias habet, vel Ἵππιος per ι. vt author argumenti in Sophoclis Oedipum in Colono) appellatus: cuius Sophocles meminit, tanquam Oedipus ad illum confugerit: alter in foro erat iuxta Eurysacis heróis templum, vbi conuenichant mercenarij homines, ob hoc ipsum Κολωνῆται dicti, Pollux. Ostenditur & locus appellatus Κολωνὸς Ἱππιος, in quam Atticæ partem primum venisse quidam dicũt Oedipum à quibus tamen Homeri poëtis discrepat. Dicunt autem aram quoque Neptuni hippij, & Mineruæ hippiæ (in hoc colle esse,) Pausanias in Atticis. Templum Furiarum quas σεμνὰς vocant, in hippio Colono est: cui nomen, quoniam templum in eo sit Neptuni hippij & Promethei: & orcocomi, id est qui mulorum curam habent, in eo habitant. Author argumenti in Sophoclis Oedipum in Colono. Et paulo post, Ἡ σκηνὴ δ' ὁρᾶται τῶν Ἐρινύων τῶν σεμνῶν τὸ Ἡφαιστεῖον τῶν Ἱππείων. Vnde apparet & Colonum, & Hippium utrumq; seorsim dici, & coniunctis etiam vocibus Colonum hippium, differentiæ causa nimirum ab altero Colono. Colonus hippius in Attica prope Academiam est, Pausanias. Adrastum aiunt cum Thebis fugeret, equos in Colono primum cohibuisse, & Neptunum ac Mineruam hippios appellasse, Hesych. & Etymologus. Ἱππολόφη nudum nomen apud Suidam, non aliud significare videtur quàm Atticum collem iam dictum, cum λόφος & κολωνὸς, synonyma videantur. Hippus insula Eretriæ, item vrbs Siciliæ, & alia Palæstinæ, Steph. Eadem forte est Hippa vrbs à Roboam Salomonis filio condita, vt superius retuli. Lacus in quem Iordanis se fundit, amœnis circunseptus oppidis est, Iuliade & Hippo, Plinius 5.5. Inter Decapolitanæ regionis, quæ Iudææ iungitur, oppida, Plin. 5.18. numeratur iam dictum Hippon Dion. Sic enim etiam Hermolaus legit, idq; facit inquit) authoritas Dionis, qui scribit, Dion olim Hippo nominabatur. Erythræ ciuitas est Ionica quæ portum habet, & quatuor ex aduerso ei sitas (περικαλὰς) paruas insulas, quæ Hippi dicuntur, Strabo libro 14. quare corruptum Stephani locum coniicio, vt legamus Hippum non Eretriæ (ad Erythrarum insulam esse. Mentionem de his insulis facit etiam Plin. 5.29. Hippuris maris mediterranei insula Pomponio: Hippuriscus insula Cariæ Stephano. Meminit etiam Plin. 4.11. vbi pro hippuruſa, hippuriscus legendum videtur. Annij Plocami libertus circa Arabiam nauigans, Aquilonibus raptus præter Carmaniam xv. die Hippuros portum eius inuectus est. Plinius. Portus quidam in Taprobane Hippuros nominatur, Solin. Hippo vel Hippon (Ἵππων) duplex est in Africa vnus (profertur & fœminino genere) regius cognominatus: alter diarrhytus, quod palustri solo madeat, vnde & terræ motibus frequentius infestatur, quare vagã Silius dixit, vtramq; vno versu complexus, Tum uaga, & antiquis dilectus regibus Hippon. Vtramq; Hipponem Græcos equites condidisse author est Solinus. Cirta in Africa Masanissæ & successorum regia est, in mediterranea, vrbs optimè structa, cum à cæteris, tum à Micipsa, qui & Græcos in eam habitatum deduxit: & tantam effecit, vt decem equitum millia, & peditum viginti emitteret. Cirta itaque hic est, & duo Hippônes: alter Vticæ proximus, alter remotior & Trito (Tritoni) propinquior, ambo regiæ, Strabo lib. 17. Plura de vtraq; Hippône Africæ apud Plinium ex Indice requires. Est & Hippo oppidum Locrorum in Brutijs, Hipponium (Ἱππώνιον) Stephano ab heroë quodam sic dictum, & à Romano post Annibalem uentia: gentile Hipponiates. Stephanus. Hinc & Iunius Hipponiates apud Strabonem libro sexto, quem Antiochus Naptinum dixit, Plinius Terinæum. Hippo Lucaniæ ciuitas, Plutarchus in vita Ciceronis. De hoc Plinius 3.5. Hippo (inquit) quod nunc Vibonem Valentiam appellamus: idem apud Strabonem legimus lib. 6. Ab eodẽ Plinio 3.1. in Hispaniæ descriptione Hippo Gauraſiarum memoratur. Regio quæ sub Caspijs portis in humili & concauo solo iacet, & Armenia, eximiè hippoboti, id est equis pascendis aptæ sunt vocatur autem & pratum quoddam Hippoboton, per quod iter faciunt qui ex Persia & Babylône in Caspias portas proficiscuntur, Strabo. Argos Achaicum etiam hippoboton cognominatum, supra monui. Hippocephalum suburbanum Antiochiæ dictum alicubi legisse memini. Hippocorona est in Adramyttena regione, & Hippocronium in Creta, Strabo libro 10. Fontes in Bœotia à Plinio numerantur Hippocrene, Aganippe, Gargaphie, &c. Hippocrene, Ἱπποκρήνη, fons in Helicone à Pegaso equo dictus, qui sitiens vngula terram percussit, vnde fons emicuit, vt Hesiodus in Theogonijs canit (item Aratus, & Higinius: vide in Pegaso infra in h.) Hesych. Cum Bellerophon Argis sitijsset terra icta pede Pegasi fontem emisit, quinde fons equi, vel Pegaseus (Πηγασία κρήνη) dictus est, Varinus. Iuxta Hippocrenen in Bœotia alter etiam fons Aganippe est non procul ab Helicone monte. Persius Hippocrenen fontem caballinum dixit, ex quo qui hausissent protinus furore afflati poëtæ fieri credebantur. Hinc Hippocrenides Musæ. Vide Onomasticon. Orestes à cæde materna expiatus fertur tum alijs modis, tum aqua ex fonte Hippocrene: qui etiam apud Trœzenios monstratur ex Pegasi vngulæ ictu prognatus (vnde & Πηγασίδα κρήνην vocant) Cælius ex Corinthiacis Pausaniæ. Vide nonnihil etiam in Gyraldi opere de dijs ex indice. Fuit in Piræo forum nomine Hippodamia à Milesio Hippodamo qui Piræum struxit: meminit Demosthenes. Τὸν καλούμενον ἱππόδαμον nuncupat rerum Græcarum lib. 2. Xenophon, Cælius. Vide supra inter propria virorum nomina in Hippodamo. Hippodamantium vinum quoddam in Cyzico, Hesych. Post hæc authoritas Hippodamantio, Mysticio, Cantharite. Plinius de vinis transmarinis. Sternæa via Hippocoontis hostilis, ἡ διὰ τῶν Ἱππικοόντων πλατῶν, Hesych. Hippodromus locus Alexandriæ ciuitatis, vt in eius descriptione refert Strabo lib. 17. significat autem quemuis locum, equorum spectaculis & cursibus aptum.

Hippola, Ἱππόλα, vrbs vetus Laconica: gentile Hippolaites, Stephanus. Herodotus ad Borysthenis Hypanisque ractum scribit, ἐμβολον δὲ χώρας εἶναι, ὅτι πολὺν ἄκρη καλέεται, Hermolaus. Hippomolgi, Ἱππομολγοί (vel Ἱππημολγοί) dicti ab equis mulgendis, Stephanus in Melanchlænis: vide supra cap. 6. Hipponium vrbs Brutiorum, alias Hippo paulo superius dictum. Hipponnesus, vrbs Cariæ, & alia Libyæ, Stephanus. In Ceramico sinu insulæ, Hipponnesos, Mya, Sepiussa, Plin. 5. 31. Hippophagi populi Scythiæ in Asia, (vt cap. 6. docui) & alij Hippopodes, de quibus superius etiã hoc ipso capite dixi, supra Tauricam Chersonnesum iuxta Alanos. Solinus in Oceano Scythico habitare scribit, & humanam vsq; ad vestigium formã tenere, sed in equinos pedes desinere: Et Plinius 4. 13. in quibusdam maris illius insulis. Hipporeæ, gens Aethiopiæ, atri coloris, tota corpora rubrica illinit, Plinius. Hipporamadæ, vicus in tribu Oeneide, Stephanus.

Aganippe, Bœotiæ fons, vt superius in Hippocrene dixi. Argippæi Scythæ ab ipso natali calui, mares pariter & fœminæ, &c. sacri dicuntur esse, arma non possident: vocantur autem Argippæi. Herodotus lib. 4. Argyrippa (Ἀργυρίππα) ciuitas in Apulia, olim Argyrohippus dicta, quam Diomedes ædificauit, à qua Argyrippeni dicuntur: vide Stephanum, qui & hippion Argos à Diomede cognominatum ait, vnde ab equis ei nomen esse constat, & non probandi sunt qui per π simplex scribunt: neq; qui secundam per ιῶτα. Dauniorum oppidum Harpi, aliquando Argos hippium Diomede condente, mox Argiripa dictũ, Plin. Ἄργος ἵππιον, Beneuentum, Suidas. Cenchippe (Κεγχρεαί) locus Argiuæ regionis, dictus quòd Bellerophontes in eo primum stimularit equum Pegasum, Varin. Μαρσιππία, vrbs Phœnices, Stephanus. Φιλιππήσιοι, Suidas, nec addit quicquam. Philippenses, Philippesij Græcè, ad quos D. Pauli epistola extat, in prima Macedoniæ parte sunt, vt narratur in Actis cap. 16. colonia oriunda ab vrbe Philippis, dicta a Philippo conditore, Erasmus Rot. Philippi ciuitas Thraciæ, à Philippo rege Macedonum structa. Iuxta hanc sunt campi Philippici &c. Est & Siciliæ ciuitas à Philippo sic dicta, cum prius Crenides vocaretur, Stephanus: Vide Onomasticon. Philippopolis, vrbs Macedoniæ quam Philippus Amyntæ filius condidit, Stephan. Euippe, vicus Cariæ, Idem. Πλάτιππον, locus Athenis, Suidas & Varinus. Taraxippus, loci nomen, vt supra dixi inter propria virorum.

H. b.

Fortè inuenitur aliquando equus cornutus: sed hoc monstrum fuerit, Albertus. Ἵνις, equi partui, ἐπὶ κόλασι τῶν ἵππων, vt κύνες ἐπὶ κηλωσὶ τῶν ἀνθρώπων, Suidas in Σφυρίδες. Plura de hac & similibus vocibus vide supra in Hinnulo vel ginno statim post asinum & in Ceruo H. a & in equo B.

De pulchritudine equorum, lege Petrum Cresc. 9. 7. Equus defesso similis, & capite prono, non est ἰσοχαίτης, id est decorus, Pollux.

Ὁμοιοχαίτας Homerus dixit pro ὁμοιόχροας, id est concolores, cum duo vel plures, eodem omnes colore spectantur. Πλατὺν ἰσοχαίτην τε Διὸς θέμιν Κουρῆϊ ἐοικώς, Orpheus in Argonauticis. Βαῖος Suidæ filium, & equi colorem significat. Equi colore dispares, hic badius, iste giluus, ille murinus, Varro in Asino ad Lyram vt Nonius citat. Improbi sunt equi vt plurimum præ cæteris, qui album aliquid in pedibus aut cruribus habent, & qui alba fronte sunt, aut rostro albo, præcipuè verò si phœnicei coloris equi tale quid habuerint, Absyrtus in Hippiatr. 105. Equi albi in magno pretio sunt apud Tartarorum regẽ cui huius coloris equi ab initio anni cuiuslibet interdum ad centum millia donantur, Paulus Venetus. Et rursus alibi, Rex Tartarorum habet armenta magna equorum alborum & equarum albarum, quæ putantur excedere numerum decem milium. Statius de equabus Admeti, Noctemq; diemq; Assimilant, maculis internigrantibus albæ. Candore niuali, Verg. 3. Aeneid. Albi equi meliores & auspicatiores olim habiti videntur. vide prouerbium Albis equis præcedere. In Geoponicis 16. 2. laudatur equus γλαυκὸς & paulò post πλὴν χρὴ σὰν καταπλεύσεως μέλας: vnde apparet glaucum colorẽ de oculis tantum illic accipi, nigrum verò de reliquo corpore: Vide supra in B. Turpis equus nisi colla iubæ flauentia velent, Ouidius 13. Metamor. Seiani equi, de quo inter prouerbia) colorem puniceum fuisse aiunt, Erasmus. Qualis color equorum sit qui spadices vocantur, deq; istius vocabuli ratione, Gellius 3. 9. Τοὺς μὲν μέσους (ἵππους) ζυγίους λοιδορηθέντων περὶ βαλίους, (oxytonum, alias ferè semper paroxytonum reperias:) σκυθρωπὸν ἔξω σπαραγμὸν φέρουσι τῆς καμπαίας ὀφρύος μετὰ τῆς ἀκρατοῦς ὀργῆς, μετὰ δὲ τῆσδε τῆς φοβερᾶς ἀκολουθίας, Euripides in Iphigenia in Aulide. Δόκησις χαίτης, Ἰλιὰς δ' ἀνὰ στόμα ἵππων ἔβραχε, Hom. Iliad. κ. de Rhesi equis præstantissimis agens.

Oculos natura nobis, vt equo & leoni setas, Cicero 3. de Oratore. Ἵππων χαίτην, (Aristoteles λοφιάν, Gaza cristam vertit,) λεόντων χαίτην. Lucianus in Cynico dixit. Λοφιά, iuba: hinc ζῶα λόφιμα dicuntur ὅσα ἔχει λοφιὰν ἐπὶ τῷ αὐχένι μέχρι, Varinus. Ἰωλεαί, χαῖται id est iuba, Varinus. Germani colli aut verticis iubam, ni fallor, vocãt *den kamm*. Venæ τομίαι τῶν ἱππείων incidendæ, Pelagonius in Hippiatr. 26. Vena organica inciditur in tranquillione, Rufius. Oculorum varietas cum in prima generatione contingit mutari non potest: vt cum vnus oculus fuerit albi coloris, & alter nigri: & vnus albus & alter varius, & his similes, Rufius. Ὅταν χίνται ἐκ τοῦ ὠτὸς ἕλκη, ἢ ἀπόστασις ἐντὸς ἰλυοειδὴς, Absyrtus in Hippiatr. 17. Ruellius sic vertit, Cum in auricula vlcus aut abscessus in nascitur, purulentum humorem tunica duplex includit. Dentes equo vtraq; parte oris continui sunt, Plinius. Ὅσα δὲ χίνεται ἐν τοῖς μασητῆρσι λίθινα ἐγχύσματα, ἐὰν μὴ ἀφαιρεθῇ τὰ ἐξωλέστερα, οὐ δύναται ἐσθίειν, Hippiatrica 115 Ruellius transfert, Cæterum quæcunq; sic nascuntur in veterino genere, vt notam eam habeant, quam leporinum dentem vocant, subrumari nõ oportet. Morsum pro ore equi Nonius dixit his verbis, Postomis dicitur ferrum, quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morsui imponitur. Ζία pars quædam oris equi vt videtur. Ἵππῳ ἰσχυρῶς μὴ ἐσθιόντι ἀλλὰ ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἐκπεσόντι, σημεῖον ἰσχυρᾶς πείρας τοῦ ζίου ἐστὶν ἡμῖν, Hippiatrica 120. Ruellius transfert, Si equus vel aliud iumentum nullo correptũ vitio laborarit inedia, sic vt nihil exesse contigerit, id erit argumento: toruli in versus digesti sustolluntur in palato, os feruidum sentitur. Gnathos, id est maxilla equi, ψαλίον etiam vocari videtur in Hippiatricis cap. 28. ab initio. nam cum titulus sit, Περὶ σπασθέντος τοῦ ἐν τῇ γναθῳ caput sic incipit, Συμβαίνει πολλῷ ἐν τῷ ψαλίῳ. Ruellius vertit, Si vitium freni iniuria creauit. Σὺν ὀξείαις δὲ καὶ πικραῖς μάστιξι κατασύρωσιν, ὡς γναθὸν ἵππου, Homerus in carmine ad figulos. Si parotis equo nascatur ἐκ τῶν σφαγίων, κατὰ βραγχῶνα τὴν λαιμίζουσαν ἔμπυος, Absyrtus 16. Cum narium pars, quæ Græcis traganum dicitur, concisa est, &c. Hippiatr. cap. vltimo: Vide paulò post inter pectoris partes. Pars quædam est, colli opinor, quam Germani vocant *vnderronst*, vbi scabies illa accidit, qua affectus equus à nostris *kroetig* appellatur. Eminens in dorso pars inter vtrasque scapulas coccyx vocatur, vt supra capite secundo docui: Est & nympha pars quædam ibidem, vt apparet

apparet ex Absyrti verbis, cap. 26. [illegible]. Eadem & Hieroclis verba sunt eodem capite. Ruellius in Hieroclis verbis Græcum nympha vocabulum reliquit: in Absyrti verò verbis, articulum armorum transtulit. Ὅσαι [illegible], Aristoteles in Physiognom. Si sagmæ vel sellæ maiores minoresue aut angustiores iusto fuerint collisiones & suppurationes nascuntur, vel discente tractura (locus non integer videtur: forte legendum vel indecente stratura) mercurius aut spina deteritur, Vegetius 2. 59. Τὰς [illegible], Absyrtus 26. Ruellius vertit, Si suppuratio summos armos aut costas occupet. Videntur sanè ἰσχιάδες propriè dici media costarum spatia, musculorum sedes. Ὦμοι, λεγόμενοι [illegible] (lego κάλλω) ἢ ἱππαζώλου. Absyrtus cap. 26. Ruellius vertit, Armus in alarũ sinu aut subeinctum quali legerit ἱππαζώλου. Σπαθμίων Ruellius interpretatur armorum compagem. Armum vel scapulam, nostri *bang* appellant: barbari spallam: & ἀκρωμίων spallarum summitatem. Videtur sanè ἀκρωμία suprema thoracis pars iuxta finem colli, & initium dorsi, vbi & coccygem posuimus. Τὰς ἱππικὰς [illegible] τὰ ἀκρωμία, Xenophon de frenando equo. In summis armis, Camerario interprete. Si omoplatas (id est armos vel scapulas) dolor vehementius excruciet, ferro tergus oportet transigere. & à tuba inter cutem & iugulum (ἀπὸ [illegible] vt Græcus codex impressus habet) instar octo digitorum sectiunculam auspicari, sic vt ne scalpello iugulus ipse contingatur, Pelagonius in Hippiatr. cap. 26. interprete Ruellio. Vltimo quidem Hippiatricorum capite, traganum pars quædam narium appellatur. Luxatio accidit, cum neruus qui scapulas comprehendit, aut articulus quem gumphum vocant, acetabulo propulsus excidit, Absyrtus ibidem, eodem interprete. Græcè legitur, Ἐκβολὴ γάρ ἐστιν ὅταν ἐκπέσῃ τὸ ἐν ὄμῳ νεῦρον ἢ τὸ μυκτηριακὸν, ἢ ἄρθρον [illegible]. Authores barbari, vt Rusius, flancum vel fiancum appellant, locum vt puto inter costas & coxendicem medium, hoc est ilia, ἰλία. Ἕδρα in equo pars dorsi cui insidet eques, vel ephippium insternitur. Χρὴ δὲ τὸν ἵππον (ephippium Camerarius) [illegible], Xenophon. Ἡ ἕδρα [illegible], Hierocles: apparet autem hic hedran ab eo pro ano positam. Plinius in sedem recipere de Bucephalo dixit, sedem nimirum, vt Græci hedran de dorsi parte intelligentes, nisi quis sellam potius accipiat. Penis quasi vtriculus, quẽ Græci vocarunt αἰδοῖον & [illegible], sedulò repurgari debet, Camerarius ex Xenophonte. Cauda equina, οὐρὰ ἱππεία, vt Varinus & Suidas habẽt. Caudam vt Latini muscarium, sic κόδων Pelagonius nominauit cap 155 Commendatur Polluci [illegible], quam Simon (inquit) etiam κόμην vocat: ppterit autẽ & ἵππουριν dici proprijssimo nomine Caulis caudæ longior asinis quam equis, setosus veterinis, Plin. Caudeæ, cistellæ ex iunco, à similitudine equinæ caudæ dictæ, Festus. Supragambam pro femore dixit Vegetius 3. 20. Anteriores equi pedes apud Græcos vocantur [illegible], Posteriores verò, [illegible]. Pedis in equo partes, subcirrus, corona, basis, articuli, suffrago, nominantur apud Vegetiũ lib. 1. in fine capitis 25. & initio 26. Τὰ ἐν τῷ χηλῷ φαινόμενα. Absyrtus nominat cap. 53. Τὸ [illegible] τὰ κατὰ τὸν ὁπλὸν [illegible] ἐπὶ τὸ ἔσω, Absyrtus cap. 96. Articulũ sub tibia, quo pedis ventura costat, Vegetius suffraginẽ & per excellentiam articulũ vocare videtur. Articuli vel suffragines equi postiter calido foueantur vino, vt corroborẽtur vngulæ, Vegetius 2. 58. Eundem locũ κύνα, κύνωλον, μεσοκύνιον, & recentioribus pastoram appellari puto. Est enim pastora locus inter vngulam & proximam iuncturam, Rusius 15. Pedes post viam exuendi sunt diligenter, ne quid luti vel sordiũ in articulis basiq; permaneat, Vegetius. Sanguinẽ detrahes ex posterioribus pedibus iuxta talos [illegible], Ruellius vertit à suffragine. Nostri partẽ illam vocãt *den schenckel*, hoc est malleum quæ inter vngulam & tibiæ iuncturam media est: huic à posteriore parte insunt cauã illa quæ nominant *die fyssel boecher*. Probant autẽ co- potius quibus breuior ea pars est, tanquã robore crurum validiores eam quibus ea oblongior est, infirmiores sunt cruribus, & ferè dum ingrediuntur nescio quomodo pedẽ inæqualiter, anterius primum, deinde posterius submittũt, vt sorũ instar, vnde etiam *bärnhemm* à nõnullis appellantur, quasi [illegible]. Aliud ab hoc vitium est, cũ heteropodes sunt, nec totis vngulis ex æquo innitũtur, sed in alterutrum latus magis vergunt, cuiusmodi equos audio quosdã vocitare *tynãhemm* vel *schaeg*. Vngulas equi nostrates vocant, *houf*, *klauwen*, *horn*: primum vocabulum propriũ est, alterum ad bisulcos etiam & multifidos vngues pertinet, tertium à substantia cornea sumitur. Vnde & Latini poëtæ cornipedes cognominãt equos, vt Vergilius Aeneid. 7. Et Silius lib. 7. Fului iuga celsa trahebant Cornipedes. Cornipedi Fauno cæsa de more capella, Ouidius 2. Fast. Solido grauiter sonat vngula cornu, Vergilius 3 Georg. Σηπεδόνες ἵππων, qui solidos habet pedes: μαλακόποδες qui molles, Absyrtus. Ὄνυξ de equis propriè dicitur, Aristophanes etiam de suibus posuit: & [illegible] de equis. Hesiodus in Aspide. [illegible], Suidas & Varinus. Stygis aqua cum vasa omnia, lapidea & crystallo & murrhina, ossea, & ex quouis metallo constata penetret & perrumpat, sola equi vngula illa sã continetur. An vero etiam Alexander Magnus huius aquæ veneno vitam finierit, dicere certò non possum, famã vero esse scio, Pausanias in Arcadicis. Vitruuius & Plinius non equi, sed mulæ vngula Stygis aquã continere aiũt. Iustinus vel Trogus lib. 17. equi. Vide supra in Asino 8. Iecur luporum equinæ vngulæ simile esse traditur, Plinius. Petulara, furara, lucca & stricta vulgò interpretatur. Scæuola ait vngulam equi albam ita dici, Festus. Sipontinus petilanfura legit. Petilus vox antiqua paruum significat: inde petilansuram aliquis dixerit quæ parua aut stricta sit. Per cannam instillas vngulis, prouisurus ne coronam tangas aut ranulas, Vegetius 2. 58. Malpitium fit in bullctis (alt bullesis, quod non placet) vngularum equi, vbi carnes viuæ iunguntur vngulis, Petrus Crescent. Bullctæ quidem dictæ videntur forma diminutiua Gallis & Italis familiari. vt sit vngularum pars inferior, dicta à similitudine bullarum, quæ peræ sunt & equis geminæ appendi solent. Nescio quæ pedum pars est, quam Germani quidam appellant *theylen* vel *tzelen*.

Καὶ τὸ [illegible], Aristoteles in Physiog. De equorum electione aphorismi Petri Crescen. lib. 9. cap 8 & 9. Qui de laudibus equorum aliquid commentati sunt, dicam inferius in H. c. Laus præstantissimi equi, quem Synesius Vranio donauerat, in epistola eius ad eundem continetur, quam nos vtcunq; ex Græco Latinam fecimus. Dono (inquit) tibi misi equum omnibus equi laudibus ornatissimum: Qui vsum sui tibi præbebit ad certamina cursuum, ad venationem, ad pugnas in bello, ad pompam denique victorialem de Libyco trophæo celebrandam. Nõn enim facile dixerim venator ne sit præstantior, aut in certamine cursor, aut pompicus, aut bellator, (χωρὶς γὰρ [illegible]

Quod

Quòd si indecentior ei forma quàm Nissæis equis apparet, vt cui aspera & prominens calua sit, & lumbi ex carnes, cogitandum similiter in equos vt homines non simul omnia diuinitus conferri. Sed forte hoc ipso nomine laudabilior fuerit, quod maiores partes duras quàm molles à natura acceperit. Tolerandis enim laboribus ossa quàm carnes aptiora sunt. Vestri quidem equi carne, nostri ossibus excellunt, Hæc Synesius. Validus, potens, membrosus, equi epitheta apud Textorem. Κρατιστον ἱππον, præstantissimus equus, Plutarcho in Symposiacis. Ὀρθοτραχηλον ἱππον, capite recto & concinno equi, Absyrt. 115. de Græcanicis equis: & de Hispanis, γαυροβραχιονες, εὐκέφαλοι. & de Armenijs βαρυκέφαλοι: vt laudentur qui erectum habent caput & cõcinno quodam decentiq; situ: non iners, graue & dejectũ. Arduus, sublimis, epitheta equi, de ceruicis & capitis habitu potissimum dicta ardua ceruix Vergilio commendatur. Totumq; per agmen Sublimi prouectus equo, Lucanus lib. 7. Ἐλαυχενες ἱπποι, à sublimi ceruice, qua differunt à mulis & asinis: quorum licet longa sit ceruix, non tamen vt equorum (generosiorum præsertim quorum proprium τὸ ὑψαυχεν) erecta est. Ἐλαυχενες igitur fuerint ὑψαυχενες καὶ γανυοτραχηλοι: non autem, vt quidam exponunt μακροτραχηλοι, id est longæ ceruicis, quod non equis, sed cygnis & huiusmodi auibus proprium est, vnde & δολιχοδειροι cognominantur. Varinus. Ἐλαυχενες, μεγαλοι, ἐπιμηκεις, μεγαλαυχενες, Hesychius. Τὸ τραχηλιππον, ὑπολαχνιζον, ὑπερτραχηλον, ὑψαυχενα, Varin. Τὸ ὑψαυχενα ἱππον ἐκ τῶν ἀκρων, ἤτοι ὑψαυχενιοῦ μεγαλοφανοῦς. Hesychius. Τὸ ὑψαυχενες, ὑψαυχενες, Idem. Ceruicem crassiusculam in equo laudant & vt talem acquirat armos frequenter aqua calida abluì iubent, & iubam subinde manibus deri. Σταφυλη ἐοικοτων ἱππων. Homerus Iliadis secundo de equis Admeti, magnitudine & proceritate inter se omnino pares fuisse, & quasi ad regulam vel perpendiculum æquales, docẽs: sicut & à coloris similitudine ἐτεραλκα dixerat. Σταφυλη quidem, vt Scholia docent & Varinus, amussim vel perpendiculum, vel diabeten, id est circulum significat: plura de hac voce, eiusq; accentu, lege apud Ammonium in Differentijs vocũ. Commendatur in equis si femora multum distent: hoc Absyrtus cap. 14. etiam in asino admissario probat: quem habere vult, μηρους διεστηκοτας, ἱνα μεσῃ περι ἑαυτους ἐχῃ τὴν γαστερα. Ὀβελιαιους (licet ὀβελιους scribatur) & σκολιους equos vocat Absyrtus cap. 115. qui genua non satis flexilia, sed pali instar rigida habẽt: Sed σκολια vox substantiua non propriè potest adiectiuè capi. Ergo animos æuumq; notabis Præcipuè hinc alias artes, prolemq; parentũ: Et quis cuiq; dolor victo, quæ gloria palmæ, Vergilius in Georgicis. Κωδωνιζειν apud Aristophanẽ probare & experiri significat, ducta translatione vel à vasis figulinis, quæ an integra sint sono experiri solemus: tintinabulorum enim instar resonant, quæ integra fuerint. Vel ab ipsis tintinabulis (κωδωνας Græci vocat) quæ agitata si argutius sonent probantur. Vel ab equis aut auibus quibusdam, vt coturnicibus: solent enim equi & coturnices, si parum fortes sint, sonitu tintinabulorum terreri: animosiores verò facile ferunt, Varinus. Eiusdẽ significationis est etiam compositum verbum ἀλεκτωδωνιζειν apud Varinum. Sunt qui à numismatum probandorum sonitu, vel à tintinabulis quibus experiebantur an custodes vigilarent, ductam conijciant metaphoram: sed hanc coniecturam minus probat Scholiastes in Ranas Aristophanis: magis verò illam quæ à vasis aut equis probandis vocabuli originem deriuat. Equos enim an tumultibus bellorum ferendis idonei essent hoc modo probabant. Κωδωνας, id est tintinabula, duces in phaleris & frenis equorum olim habebant, vt nũc etiam apud Romanos, quod Varinus sæpe vidisse se scribit. Aristophanes Κωδωνοφαλαροπωλας vocat, qui huiusmodi tintinabulis vterentur ad phaleras pullorum, id est equorum. Citatur à Varino hoc eius carmen, Ὁ δ' ἐξεπεπληγει μυκτας, κλαπτων πεπλους, καὶ μειρακας κωδωνοφαλαροπωλας.

Centrineces, vt Cælius ex Homero scribit, nuncupantur equi centro (stimulis, calcaribus) obedientes. Κεντρηνεκεας, ὑποπτους, ταχεως ἐπι τοις κεντροις ἑαυτους παρεχοντας ἐπι τους πολεμιους, Hesychius & Varinus. Ἐνιοχος ἱππων, χαλινοχαλκος. Ἐυηρετικον, ἐυηρετικα. Ἐυηρας ἱππους, ἐυαγεις ἐυηνιοχουμενους: sed ἐυηρης proprie de nauigio dicitur quod aptum & bene constructum est πρὸς τὴν ἐρεσιαν, id est, ad remigandum, Varin. Animosus equus diuersis epithetis ornatur, vt sunt: generosus, magnanimus, fortis, ardens, acer, cupidus, ferox, audax, minax, terribilis, fremens. Hæc præcipuè in equo bellatore (de quo plura inferius) laudatur virtus. Emicatq; vt equi potentis animositas, Sidonius. Tempore paret equus lentis animosus habenis. Ouid. de Trist. 4. Frenaq; magnanimi dente premuntur equi, Ouid. de Arte 1. Consimile in cursu possint, ac fortis equi vis, Lucretius lib. 3. Quid tam egregium si fœmina forti Fidis equo? Verg Aened. 11. Quippe videbis equos fortes cum membra iacebunt In somnis, ludare tamen, Lucret. lib. 4. Nec te fortis equi ducet ad arma sonus. Et ad lituos hilarem, intrepidumq; tubarum Prospiciebat equum, Statius lib. 11. Equũ alacrem lætus aspexit, Cicero lib 1. de diuinatione. Filius ardentes haud secius æquore campi Exercebat equos, Verg. Aened 7. Ardentes & equos ad mollia ducere frena, Manilius lib. 4. Effodere loco signum quod regia Iuno Monstrârat, caput acris equi, Verg. Aen. 1. At puer Ascanius mediis in vallibus acri Gaudet equo, Aen. 4. Vtq; acres concussit equos, vtq; impulit arma, Aen. 8. Denique vbi medio nobis equus acer adhæsit Flumine, Lucretius lib. 4. Acer equus quondã, magnaq; in puluere famæ, Ouid. Metam. 7. Milite non illo quisquam fœlicius acri Insultaret equo, Silius lib. 10. Vt cupidi cursus frena retentat equi, Ouid. lib. 3. de Ponto. Non sonipes in bella ferox, non iret in æquor, Lucan. lib. 4. Siue ferocis equi luctabitia colla retorques, Ouid. in epist. Phædræ ad Hippolytum. Audaci strenua fertur equo, Pontanus. Troilus haud aliter gyro leuiore minantes Eludebat equos, Stat. lib 5 Sylu. Vt qui terribiles programẽ habentibus herbis Impius humano visceре pauit equos, Ouid. in Ibin de Diomedis equis, quibus hæc non animositas, sed crudelitas attribuitur: Decet verò etiam animosum equum hostibus terribilem esse. Subitisq; frementes Vorticibus contorsit equos, Lucan. lib. 4. Vexare turmas, & frementẽ Mittere equum medios per ignes, Horat. lib. 3. Carminum. Ad hunc frementes vertere bis mille equos Idem in Epodo. Et media quamuis in æde frementes Hos assistere equos, Stat. lib. 3. Theb. Vide plura infra in H. c. vbi de voce equi. Oppianus ἱπποκυδεστατους, καλλιστους, καὶ μεγαλοπρεπεις cognominat. Xenophon λιχαιους dixit. Ἱπποι αἰθωνες, μεγαλοι, Hom. Iliad. μ.

Vitia equorum ab animo. Mordacem equum Græci ὀκνηρον appellant. Λακτιστὴν equi Xenophonti, qui calcibus impetunt peruicacius, (calcitrones) Cæl. Ἱππος ὁ μὴ ἐθελων χαλινοδεκτειν ἡνιοχον ἀμυνεται, Suidas ex innominato. Ὀκνηρον ἱππον, ἀργὸν ἱππον ἀκριβως ἐπιστατουμενον. Aristophanes in Anagyro, Ὦ γεγωνε, σοι δε ταχα λακτιστης ἱππος, vt Suidas citat & Varin. Quod si equites (inquit Socrates ad quendam equitum magistrum futurum, lib. 3. Memorabilium eius apud Xenophontem) equos tibi adduxerint tam vitiatis pedibus ac tibijs: quosdam verò ita debiles ac strigosos vt sequi non possint: & quosdam ita malè educatos, vt non maneant quocunq; tu loco ordinaueris quosdam vero tam calcitrosos, vt non sit possibile de vno in alium aciei locum transferre: quæ ibi vtilitas erit equitatus? Equos his vitijs præditos Xenophon Græcè nominat, κακοπους, κακοσκελεις, ἀδυνατους, ἀτακτους, ἀτα-

γους,

γλυφω, κακοπλάσ. Aſper equus duris contunditur ora lupatis, Ouid. Eleg. lib. 1. Impulit aſper equus, feſſusq; lub æquora merſit, Silius lib. 4. Corruit aſper equus, confixaq; cuſpide membra, Idem lib. 17. Seu frena ſonanti flectes, Seruiet aſper equus, Statius lib. 4. Sylu. Immitem quatiebat equum, ſpumantia ſæuo Frena cruentantem morſu, Silius lib. 12. Ipſe humero exertus gentili more parentum Difficili gaudebat equo, Silius lib. 8. Morientumq; ora furenti Hippomedon proculcet equo, Stat. lib. 8. Theb. Vt rapit in præceps dominum ſpumantia fruſtra Ora retentantem durior oris equus, Ouid. 2. Amorum. Contumax ad frenum, Veget. Effrenis. Infrenis. Ἀχαλίνωτος, σκληράγωγος ἵππος, Ἄγριος ἵππος ὁ μὴ δαμασθείς, Suidas & Varin. Σκαιός, ὁ ἀπειθής, μίαν χεῖρα ἔχων, ἢ ὃν ἵππος ἀφαιρεῖται τὸν ἀναβάντα τῷ χαλινῷ, Heſych. Equus ſternax, qui facile ſternit ſedentem, Seruius. Et ſternaces equi lapſum ceruice Thymœten, Verg. Aened. 12. Idem correptis ſternacem ad prælia frenis Frangere equũ, Silius lib. 1. Ἄβαιτος ὁ πῶλος, id eſt indomitus pullus. ὁ τῷ ἵππῳ ἀκόντιος καὶ ἀπαίδευτος ἵππος, ἀγύμναστος, apud Xenophontem. Idem ἀμαθὴς & ἀγύμναστος dicetur. De equo effreni Luciani locus eſt in Cynico dignus qui recitetur. Παθεῖν μοι δοκεῖτε παθόντι τινὶ φορτικῷ καὶ ἀπείρῳ ἱππεύειν ἀναβάντι ἀκράτου ἵππου. ἁρπάσας γὰρ αὐτὸν ἔφερεν ἀφῆκε ὁ ἵππος &c. Hoc eſt, Idem verò vobis viſu venit, quod contigiſſe cuidam ferunt qui equum conſcenderat furibundum abreptum enim illum equus ferebat nec vlla deſcendendi equo currente facultas erat. Cum autem obuius quidam interrogaret quónam pergeret: reſpondit, quò illi videtur, demonſtrans equum. Sic à vobis ſi quis quærat quò pergatis, ſi verum fateri volueritis: quocunq; libuerit affectibus, dicetis, &c. Κατωμὶς ἵππος, ὁ ἐπὶ τῶν ἀμαθῶν ἵππων ἐπιτιθέμενος. Heſych. & Varin. Κατωμὶς verò dici videtur, qui humilioribus eſt armis. Abſyrtus cap. 14. de aſino admiſſario. Ἐγὼ δὲ μὴ κάτωμὶς, σωματίαν πύξηλον ἔχετε, vt hæc duo opponantur. Idē cap. 115 de Thracibus equis, χιονοκαλοκάτωμοι, χιονοτρίχες. Πρωγὶς ἵππος, ὁ ἐπὶ τὸ ὄπισθεν μετέωρος, ἢ τῷ ἀναβάτῃ τὴν ἵππασίαν, Heſychius: apud Varinum codex impreſſus non rectè habet πεωγίς. Dictus ſanè πρωγὶς videtur, quod feſſorem antrorſum quaſi effundat. Effuſumq; equitem ſuperipſe ſecutus implicat, eiectoq; incumbit cernuus armo, Verg. lib. 10 Aened. Hoc qui facit equus, ὀπιστόκυρτος dicitur, & ὀπισθοκυλίζων (& ſi Suidas aliter accipere videatur) ἀνακαμπτίζων verò eſt cõtrarius equi motus, cum anteriorem partem eleuat vt in e. pluribus dicam. Equos ad ſonũ quemlibet vel minimum compaueſcentes, expreſſius Græci ψοφοδεεῖς nuncupare ſolent, dictione compacta à ψόφος qui eſt ſonus, & δεῖος timor, Cælius. Τυφὸς equus, formidoloſus eſt, & qui meruit quod metuendum nõ erat: Pollux ἀνύποπτον laudat: ego ἀνυπόπτιον potius legerim in prima declinatione apud Xenophontem nam Abſyrtus quoq; cap. 115. ſic habet, Τὸν δὲ ἀνυπόπτιον καὶ ἀνεπιφόβιστον πάντα πάθοις vero compoſitum rectè dici arbitror in tertia. Κραυγὶας ἵππος, qui clamore & ſtrepitu terretur. Lexicon. Γλαιὸς, ἡ καμπὴ τῆς ἵππου, ἢ πολυδίνη πλάγη. Σοφοκλῆς. καὶ γλαιὸν τὸν αὐτὸν, Γλαιὸς ἀνωφελὴς, λιπαρὴς, μοχθηρὸς τῇ ἥβῃ, Heſychius & Varin. Γλαιὸς, νωθρὸς, ἀθυμῶν, ῥυπαρὸς, Idem. Indeadicebium γλαιῶν, νυσταλέως: pro quo corruptè ναυσικλεῶς legitur: γλαιάζειν quidem νυστάζειν eſt, id eſt nutare capite & in ſomnum delabi. Σκίνδαλοι καὶ σκινδαλίδες, οἱ τὰς ὁρμὰς σκιρτῶντες καὶ ἀνωφελεῖς καὶ ἀτάκτους ἔχοντες, Heſychius & Varin. Σκινδαλιστὰ & σκινδαλοῦ apud Heſychium exponuntur, ἐπὶ τῶν ὁρμῶν (vel ταῖς ὁρμαῖς) σκιρτητικὸς. Κυνέρης, ὁ δυσκάμπτως ἵππος, Heſychius & Varin. Stlembus, grauis, tardus: ſicut Lucilius pedibus ſtlembum dixit equum pigrum & tardum, Feſt. Equus intractatus & nouus, Cicero de amicitia.

A patria equi nobiles dicuntur. Non ego nobilium venio ſpectator equorum, Ouid. Eleg 3. Nec te nobilium fugiat cc. tamen equorum Ouidius de Arte 1. Nobiliumq; greges cuſtos ſeruabat equarum, Ouidius 2. Metam. Acarnici equi, id eſt maximi, vt infra dicam inter prouerbia. Acarnania quidem Epiro proxima eſt. Dionyſius poëta Alanos vocat πολυίππους. Argos Achaicum ἱππόβοτον, ἱππόβοτες Φθίαι, vel ἱππόβοτος cognominatur à poëtis, vt ſupra etiam indicauimus inter locorum nomina propria: vel ab Hippe Danai filia, vel (vt Etymologus & Scholiaſtes Homeri ſcribunt) ab equo Agenoris. Aptum dicit equis Argos, ditesq; Mycenas, Horat. lib. 1. Carm. Ode 7. Οὐκ ἐς ἱππόβοτον, πτολίεθρον Ἄργος μόλω. Euripid. Euſtathius in Dionyſium Afrum ſcribens, multa alia huius vrbis cognomina affert. Ἱππόβοτον Ἄργος τὸν Πελασγόνιον (melius τὸ ἐν τῷ Πελασγιωτικῷ, vt Euſtathius etiam habet) λέγει, &c. Hoc eſt, Homerus Iliad. 2. hippoboton Argos cognominat oppidum Peloponneſi, ab Argoillo oculatiſſimo ſic dictum. hippoboton verò, quod multos & præſtantes equos ferret, vt hiſtoriæ teſtantur, Varinus. Ἱππόβοτον Heſychius exponit equorum paſcuis idoneum, vel μεγαλόβοτον & ὑγιεινὸν, vt hippos hic nihil quàm augeat. Ἀρείας πώλους, περσικούς, Heſychius & Varinus: malim Περσικὰς nam Aria Stephano regio eſt Perſica. Elæus equus, ab Elide oppido Arcadiæ: vide H. e. in Olympiorum mentione. Xenophon elegantiæ ſtudioſus equum Epidauricum habuit, Aelian. Hiſpani. Ego (inquit Sipontinus) fabulam eſſe exiſtimo ex equarum fœcunditate & gregum multitudine natam, qui tanti in Luſitania, & tam pernices viſuntur, vt non immerito à vento ipſo concepti videantur. Καλοτροφωτάτους, id eſt κομψοτάτους, pulchros equos nutriens, apud Varinum. Troij equi, Τρωικοὶ, à Troë heroë, vel à Troia, Heſych. Mazicas equos Oppianus celebrat. Mazices Africæ populos Ammianus Marcellinus lib. 29. frequenter nominat. Equi præſtantes circa Phaſin Scythiæ amnẽ naſcuntur, Scholia in Nubes Ariſtophanis. Equi Pygmæorum, vt & ipſi, minimi feruntur aliqui eos perdicibus vehi aiunt. Satureianum caballum vocat Horatius 1. Serm. 1. Satureianis agris natum, qui ſunt in Apulia fertiles & equorum nobiliũ genitores, Acron. Theſſalia equos gignit eximios, ἱππόβοτος inde cognominata. Equa Theſſalica decernetur, vide inter prouerbia. De Theſſalicis equis oraculo celebratis, Tzetzes 9 291. Theſſaliam ἱππόλοτον Orpheus in Argonauticis dixit. Pharſalos Theſſaliæ oppidum eſt, vnde campi Pharſalici. Mulieribus inſitum nonnullis, vel ut brutis quoq;, vt equis & bobus, filios ædere qui genitorem exhibeant: cuius fuit modi Pharſalica equa cognomento iuſta. Calius. Bucephalum etiam Alexandri equum ex Philonici Pharſalici grege emptum Plinius ſcripſit. Θρήκιον ἱππηφόρον Heſiodus dixit, Orpheus in Argonauticis ἱππόλοτον. Balaſciæ prouincia Mahumeti addicta, equos habet multos & optimos, magnos & veloces, qui tam duros & fortes pedes ac vngulas habent, vt ferreis ſolcis non indigeant, vtcunq; per ſaxa & montes currant, Paulus Venetus 1. 34. Arabes habent equos pernices, quos barbaros appellant Aloiſius Cadamuſtus. Et rurſus cap. 32. In regno Senegæ Nigritarum (inquit) equos maximi pendunt, quandoquidem difficulter cò ducuntur: nec facile ibi aluntur propter aridam terram. Nam torrida eſt plaga, quæ pabula non producit: facitq; æſtus nimius, vt equorum inguina intumeſcant, vt vix meiere poſſint: crepant propterea ſtranguria huiuſmodi labefactati. Pro fœno vtuntur faſcolorum laceramentis (ſeu caulibus diſſectis, poſtquam ſiliquas dempſerunt) Sole ſiccatis. Loco auenæ ſuccedit milium, quo mirum in modum pingueſcunt. Pro equo inſtrato phaleris & reliquo ornatu dant mancipia nouem, ad ſummum quatuordecim, prout equi & forma elegans & agilitas perſuaſerit dandum. Quum autem emerint equos, mox accerſunt faſcinatores equorum, hunc q; ritum ſeruant: Rogum accendunt ſarmentis, & herbis quibuſdam ſuapte natura ſuffitum exhalantibus,

& equo

& equo per lorum apprehenſo, ſiſtunt ipſum ſupra fumantem rogum, ac verbis nonnullis prolatis, vngut uno tenuiſſimo equum illinunt, & in domum adducunt, vbi ad quindecim vel viginti dies deliteſcit, nec à quoquam videtur. Interea etiam appendunt collo equorum effaſcinationes quaſdam corio rubro inuolutas: Et hæc agunt adfirmantes ſtrenuiores tutioresq; bello futuros equos, Hæc ille.

Celerum epitheta. Alatus equus pro celere, Sil.lib.12. Ales equus. Ouid.3. Amor. Rimaturq; omnia circum Alite vectus equo, Sil.lib.12. Hinc forte anſam cepere fingendi Pegaſum alatum fuiſſe equum, propter eximiam eius celeritatem. Erecentioribus quidam aligerum dixit equum. Alipedumq; fugam curſu tentauit equorum, Verg.lib.12. Alipedumq; fugam progreſſus equorum, Stat. Theb.6. Pallas & alipedum Iuno iuga ſiſtit equorum, Valer Flaccus lib.5. Sæuus anhelanti mœnia luſtrat equo. Ouid.4. Triſt. Ipſe caput quaſſans circumluſtrauit anhelo Muros ſæuus equo, Silius. Qualis vada Caſtor anhelo Intrat equo, Stat. Propè captus anhelum Verbere cogis equum, Claudian. Et celer hinnit equus, Author Philomelæ. Aut quis equum celerémue arcto compeſcere freno Poſſit? Tibullus lib.4. vbi (inquit Textor) ue diminuit, aut debet expungi m. litera non eliſa. Ora citatorum dextra detorſit equorum, Aen.12. Tum verò incubuit Libyca ſuper ipſe citato Ductor equo, Sil.lib 10. Volat ille citatis Vectus equis, nullaq; latus ſtipante caterua, Claudian. Ante citos quantum Pegaſus ibat equos, Ouid.4. de Ponto. Vt cupidi curſus frena retentat equi, Ouid lib.3. de Ponto. Iam fulgor armorum fugaces Terret equos, Horat.lib 2. Car. Torquentem frenis ora fugacis equi, Ouid. in epiſt. Phædræ ad Hippolytum. Flectitis aut freno colla fugacis equi, Idem in epiſt. Herûs ad Leandrum. Tela fugacis equi, Propert. libro 3. Ceruoq; fugacior ibat Sudanti tremebundus equo, Claudian. Stat.1. Theb. Clarabit pugilem nõ equus impiger, Horat lib.4. Carm. At non Sarmaticos attollens Suſana muros Tam leuibus perſultat equis, Silius libro 3. Anfractus leuioris equi, Valer.6. Argonaut. Pernix. Sic vbi proſiluit piceo de carcere præceps Ante ſuos it victor equus, Sil.lib.15. Impulit aduerſo præceps equus Ochea conto, Valerius Flac.6. Argon. Sitq; ſocer, rapidis qui tonat altus equis, Ouid. in epiſt. Deianiræ ad Herculem. Hippolytum rapidi diripuiſtis equi, Idem 1. de Arte. Rapido certamina linquit In latebras curſus equo, Silius lib.16. Nec fortibus illic Profuit armentis, nec equis velocibus eſſe, Ouid. Metam.8. Vt noua velocem cingula lædat equum, Ouid.lib.1. de Remedio. Seneca in Agamemnone, Vos Græcia nunc teſte veloces equi. Volucres portis auriga ſub ipſis Comit equos, Statius lib.4. Theb. Vertice ſic Pholoës volucrum nutritor equorum, Idem lib.10. Volucris non præpete curſu Vectus equi non Pegaſeis adiutus habenis, Claudian. lib.1. in Ruſinũ. Dum volucri quatit aſper equo, ſyluasq; fatigat, Valerius Flac.3 Argon. Fuit & proprium equi nomẽ Volucris, vt ſupra diximus. Iuuenal. Sat.8. equum tum celerem tum ignauum, his verſibus deſcribit:

Nempe volucrem
Ferret, & exultat rauco victoria circo.
Clara fuga ante alios, & primus in æquore pului.
Hirpinus, frater magno victoria ſedit,
Vmbrarum, dominos pretijs mutare iubentur
Segnipedes, dignique molam verſare Nepotis.
Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
Nobilis hic, quocunq; venit de gramine, cuius
Sed venale pecus Corinthe, poſteritas &
Nſi ibi maiorum reſpectus, gratia nulla
Exigui, trituq; trahunt epirhedia collo

De celeribus equis in certaminibus, nonnihil dicam in H.e. Vergilius in Georgicis de equo iam triennium ſuperante, & ad publica certamina inſtituendo, Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque ſonare Compoſitis, finuetq; alterna volumina crurum.

Sitq; laborantis ſimilis: tum curſibus auras
Aequora, vix ſumma veſtigia ponat arena.
Incubuit, &c.
Pronoet, ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Qualis Hyperboreus Aquilo cum denſus aborta

Ἀτέλεσδον ἵππων, ταχέων, apud Sophoclem in Oedipo tyranno. vt Heſychius citat. Ἀτέλεσδες ἵπποι, αἱ ταχεῖαι, tragicum eſt, Suid. Equi veloces, ἰσοπόδους λεγόμενοι, αἱ ἀτέλεσδες (apud Simonidem) πολυίμεροι, ἔστι δὲ αὗται Ἀρπυίας ἵπποι κατὰ Ἀντίφανες, ἀτέλεσδον δ' οὐκ αἴσχυντε ποσθλε, Homerus Iliad.θ. de equis Iouis currum per aëra trahentibus, quos & ὠκυπέτας nominat. Ἀρτίπεδες ἵπποι apud Homerum, qui pedes celeriter vel altius eleuant: nam verbum ἄειρειν eleuare eſt: vel quaſi ἀέρομοι πεδὸν, ὠκυπόδες (apud eundem) ταχύποδες, ἐλαφρόποδες. Αἰετὸς ἵππων, celerrimus equus in epigrammate Archiæ, Anthologij l.33. pro equo omnium perniciſſimo, quando aquila inter aues velociſſima eſt. Oppianus Iberos equos tantæ celeritatis eſſe ſcribit, vt ſolæ cũ eis aquilæ certare poſſent. Velociores aquilis equi iſti us, Hierem.4. Ἀετοφόροι dicti equi à genitiua quadam nota, quam habent circa armos, à Sarmatis probantur tanquam ad curſus aptiſſimi: improbantur qui eandem circa caudam & clunes habuerint, Abſyrt.115. Conuenit ſanè à perniciſſima auium aquila equos etiam velociſſimos ſic appellari, etſi nulla huiuſmodi corporis nota foret. Αἰολοπῶλοι ἵπποι, Q.Calaber. Πόδας αἰολοπῶλος ἵππος, Homer. ὠκυ, καὶ αἰολοπώλους vocat Homerus. ſiue quòd celeres equos poſſideant ſiue quòd varijs equitandi modis vtantur. Scholia in Ariſtophanem: plura vide apud Varinum. Αἰολοπῶλοι Homero celeres equi potius quàm varij intelliguntur, ex Porphyrij (Quæſtionum Homericarum 3.) ſententia, Cælius: ſed in hoc erraſſe mihi videtur: non enim ipſos equos Homerus, ſed equites αἰολοπώλους, appellat. Οἵτε Τρώιοι ἵπποι ὀπιπεύθμενοι πεδίοιο, Κραιπνὰ μάλ' ἐνθα καὶ ἐνθα διωκέμεν ἠδὲ φέβεσθαι, Οὐδ' ἐπὶ τοῖς Αἰνείαν ἐλίμμεν, Diomedes apud Homerum Iliad.θ. Ἀτὰρ ἐπὶ πλαγὸν Δηΐφοιο θέοντε Ἀκρὶ ὀιὶ χώρῳ καὶ ὀπιπεύοντε δ' ἀέθλου ἔφερον τεῦ, Q.Calaber lib.8. de equis Achillis. Acotæ equos donauit Ἥλιος πνοιῇσιν ἐπιπρέμνοις ἀνέμοιο, Apollonius, Λὶς δὲ ἐὺ ἵππως οἵ τοι ἐλαφρόποτοι θέεσκον, ἐξ ἑάρετο ἄριστοι, Hom. Odyſſ.γ. Εὐσκαθμοι, ἐυτοδες, ἐυκλισ ἦτε, ταχεῖς, σκαφοῖς γὰρ ἐκίνησι: τὸ δὲ σκαίρειν τὸ κινεῖσθαι, Heſychius & Varin. In Ilienſi campo tumulus quidam eſt, quem homines (inquit Homerus in Catalogo) Batieam vocant, dij verò σῆμα πολυσκαφθμοιο μυρίνης. Tradunt autem Myrinam vnam fuiſſe ex Amazonibus, coniecturam ex adiectiuo capientes: equi enim propter celeritatem εὐσκαφθμοι dicuntur, vnde & illam ab equorum celeritate πολύσκαφθμοι dictam, & Myrinam ciuitatem ex ea nominatam eſſe, Strabo libro 12. Κραιπνοί. Oppianus. Ὀξεῖς, ταχεῖς, Pollux. Καίτοι γ' οὐκ ὀνοπόδων ὠκύτερα δίεσαν μέθοντ' ἵππων Apollonius lib.1. Ταχὺ quidem proprium equi epitheton perhibetur, vt ὠκὺς aſini. Ταχέες ἵπποι apud Homerum, id eſt celeriter currebant, quod in Odyſſea ὠκέως τροχόωσι dicitur Aeolicè. Οἱ δ' ἐν μὲν τρέχον, ἐν δὲ πτόλιος πτώσσεσκον. Et in Iliade, Ἐν δὲ μιν τῆσι πάντοθεν. Τροχάζειν, etiam de curſu equorum in Hippiatricis legitur. Τροχάσας, ὠκέως ἐλάσας, Varinus. Ψαμαθοπόδης, epitheton equi Arionis (ſic vocabatur Adraſti equus) à celeritate, ὡδὲ τὸ ψάμαθος ἄκρους πὴς ποσὶ δ' γῆς κατα

κατὰ δρόμον, Varinus & Etymolog. hoc eſt quod Vergilius dixit. Vix ſumma veſtigia ponit arena Τὰ ἄκρα ἴχνη ἔθηκεν ἵππος, hemiſtichium apud Varinum: videtur autem Homeri. Africa equos velociſſimos præſtat ad vſum belli. Veget. Ratumena (inquit Feſtus Pompeius) porta à nomine eius appellata eſt, qui ludicro certamine quadrigis victor Hetruſci generis iuuenis à Veijs conſternatis equis excuſſus, Romæ perijt: qui equi feruntur non antè conſtitiſſe, quàm peruenirent in Capitolium, conſpectumq; fictilium quadrigorum, quæ erant in faſtigio Iouis templi, quas faciendas locauerant Romani Veienti cuidam artis figlinæ prudenti: quæ in bello ſunt recuperatæ, quia in fornace adeò exciuerant, vt eximi nequirent: idq; prodigium portendere videbatur, in qua ciuitate ea fuiſſent, omnium eam futuram potentiſſimam, Hæc Pompeius. Meminit & Plutarchus (in Publicola:) item Solinum, Tarpeium, inquit, Iouem terna dextratione luſtrauit, &c. Hermolaus ſcribens in Plinij librum 8 ca. 42.
10 Hoc ipſum ferè Olympiæ ſcribit accidiſſe Pauſanias, auriga homine Corinthio effuſo, cui nomen erat Phedola, vt equæ Aura, cuius & imago ibi conſecrata eſt. Auræ quidem nomen celeri equo conuenit. Tartarorum equi tantæ velocitatis ſunt, vt vno die viginti miliaria magna Germanica equitent, Matthias à Michou. Cicero gradarius fuit in loquendo, Seneca. Τὸ παρέχειν, ἐπὶ ἵππων τρόπος τις, Varin. Apud Heſychium quidem legendum eſt ἐπὶ τῶν ἵππων τρόπος τὶς τρέχων, βῆμα, hoc eſt modus quidam incedendi equorum: puto autem gradario vel tollutari eundem eſſe, vt ſupra etiam alicubi dictum eſt. Τὸ παρεκτείνειν, χρεμπτᾶν, ἐγγυζᾶν, Suid.

Lydi in Aſia Cræſi tempore fortes & ſtrenui erant: & ex equis pugnabant, equitandi ſanè periti, & haſtas prælongas geſtabant, Herodot. lib. 1. Lapithæ (Vergilio teſte) frena inuenerunt, & equum docuêre ſub armis. Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. Milite non illo quiſquam felicius acri Inſultaret equo, Silius libro 10. Filius ardentes haud ſecius æquore campi Exercebat equos, Verg. Aeneid. 7. Et ſolitum armigeri ducite munus equi. Propert libro 3. Aſtat & audaci ſtrenua ſertur equo, Pontanus. Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert, Vergil. libro 2. Georg. Et inter Bellatoris equi cauа tempora conijcit haſtam, lib. 10. Aen. Poſt bellator equus poſitis inſignibus Aethon, lib. 11. Aen. Nec bellatoris terga premuntur equi, Ouid. libro 2. Faſtor. Pars bellacis equi duris premit ora lupatis, Pamphilus quidam. Bellicus ex illo fonte bibebat equus Propter. lib. 4. Belligerosque hortantur equos, hi pectora fletu Chara premunt, Stat. lib. 7. Theb. Quod muniat arma, Belligeros quod frenet equos, Idem libro 3. Achil. Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles, Lucretius libro 2. Non ſonipes in bella ferox, non iret in æquor, Lucan. lib. 4. Siue ferocis equi luctantia colla retorques, Ouid. in epiſt. Phædræ ad Hippolytum. Quiſnam frenigeræ ſignum dare dignior alæ? Stat. Morientumque ora furenti Hippomedon proculcet equo, Stat. Equus inſiliens, & inſultans, apud recentiores. Et ad lituos hilarem intrepidumq; tubarum Proſpiciebat equum,
30 Stat. Martius huic ſonipes campos hinnitibus implet, Silius libro 1. Troilus haud aliter gyro leuiore minantes Eludebat equos, Stat. Impulit aduerſo præceps equus Ochea conto, Silius. Pugnator & pugnax, apud recentiores. Plura quæ bellatoribus equis maximè conueniunt epitheta, vide ſuperius inter epitheta animoſi & fortis equi.

Sin ad bella magis ſtudium, turmaſq; feroces,
Et Iouis in luco currus agitare volantes:
Bellantum, lituiq; pati, tractuq; gementem
Tum magis atq; magis blandu gaudere magiſtri
Inualidum, etiamq; tremens, etiam inſcius æui.
Carpere mox gyrum incipiat: gradibuſq; ſonare
Hinc vel ad Elei metas, & maxima campi
Aut Alphea ratis prælabi flumina Piſæ,
Primus equi labor eſt, animos, atq; arma videre
Ferre rotam & ſtabulo frenos audire ſonantes:
Laudibus; inq; vicem det mollibus ora capiſtris
At tribus exactis, vbi quarta acceſſerit ætas:
Compoſitis, &c.
Sudabit ſpatia: & ſpumas agat ore cruentas:

Belgica vel molli melius feret eſſeda collo, Vergil. in Georgicis. Ἐννάλιος, id eſt Martius. Oppian. Μενελάϊος, ὁ πολεμιστὴς ἵππος, Varin. qui & στρατιωτικὸν appellat. Δεξιὸς δ' οὖκεν ἵππος: & φλὸξ ἀρείοις φορεῖον apud Homerum. Ὡς δ' ὅτ' ἀρηίος ἵππος ἐλευσόμενος πολέμοιο Σκαιῇσιν ἐπιχρεμίσηται κρήνης πίδον, &c. Apollonius lib. 3.

Non illi venator equus, non ſpicula curæ, Claudian. de nuptijs Honorij. Thyſſagetis (inquit Herodot. libro 4.) vicini ſunt lyrcæ & ipſi è venatione victitantes hunc in modum. Conſcenſis arboribus, quæ per omnem regionem frequentes ſunt, inſidiantur. Singulis adeſt canis: & item equus, in ventrem cubare edoctus humilius, ſubſidendi gratia. Vbi quis ab arbore feram viderit, ſagittaq; percuſſerit, conſcenſo equo illam perſequitur, co-
50 mitante cane. Venatoris σαυροῦς Pollux facit κυναγωγὸς, & ἱππαγωγὸς.

Beroaldus in Suetonium ait funalem equum eum fuiſſe, qui proximus triumphalem currum antecederet, quaſi fune coniunctus. Habenalis aliter vocatur à Dionyſio. Tranquillus in Cæſare Tiberio, Dehinc pubeſcens Actiaco triumpho curtum Auguſti comitatus eſt ſiniſteriore funali equo. Alexander ab Alexandro Genialium dierum 5. 20. funales equos dici conijcit, qui funibus alligati currum triumphantis traherent, in quibus ingenui pueri ſedere veteri more ſolebant. Vel quòd in his inſiderent qui funalia præferebant & faces: nam pervulgatum ferè eſt faces & lumina tam in apparatu triumphi, quàm iuxta triumphantem deferri ſolere. Diuus enim Cæſar ad lumina quadringenta in Capitolium triumphans aſcendit, elephantis lychnos dextra ſiniſtraque geſtantibus. Funalis ſanè vel habenalis equus, is videtur, qui Græcè σειραφόρος dicitur, de quo infra in e. In prouincia Caraia equi optimi ſunt, qui à mercatoribus in Indiam ducuntur. Incolæ verò ſolent illis equis auferre de oſſe caudæ
60 nodos duos vel tres, ne equus currens ſeſſorem cauda feriat, néve caudam in latera ſubinde flectat, quod turpe exiſtimant, Paulus Venetus. Σπάλακες, genus equorum, Heſych. & Varinus. Νησιῶτιν ἵππους, τοὺς ἀπὸ νησίων. Varinus.

H. c.

Ἱπποβοτον vocant locum equorum paſcuis idoneum, vt Argos hippoboton, & pratum hippoboton, de quo ex Strabone in B. dixi, in equis Niſæis. Ἱπποκαμπὰς, ὕλην λίαν μεγάλην, ἵππους λευκομάλλους, (forte ἵππους καταβασκωλύων, aut tale quid) Heſych. Ἱπποβρωτος, ab equis deuoratus, Lexicon. Ἵπποι αὐδηφάγοι, equi voraces, apud Pollucem. Τίνες ἵπποι λέγονται ὅτι αὐδηφάγοι εἰσὶν: ἵππος δ' αὐθενὴς, παχὺς, αὐθενὴς, λασίων, Heſych. & Varin. Στατὸς ἵππος, qui in ſtabulo alitur equus: ἵππι φάτνῃ τρεφόμενος, καὶ ἑξεσηκὼς (ἑστὼς, Scholia in Iliad. ζ.)
70 ἐπὶ πολὺν χρόνον, idem. Χλοροφαγεῖται, herba viridi paſci. Χλοάζειν, viridi herba paſcere: γραῦζειν, graſti, id eſt farragine.

farragine. Γαρρίζειν, ἡ μᾶλλον τὸ πλήρη, ἐκ τοῦ χορτάζειν λέγεται, ἀπὸ τοῦ πληστῆναι εἰς τὴν γαστέρα, Pollux. Et alibi, Χλόης, ὃν καὶ χόρτον, καὶ πόαν, καὶ κριθὴν τινες ἐκάλουν. Equis qui anno quarto demum ad bellum vel certamina facta domantur, Tum demum crassa magnum farragine corpus Crescere iam domitis finito. namque ante domandum Ingentes tollent animos, prensique negabunt Verbera lenta pati, & duris patêre lupatis, Verg. in Georg. Fœnum alibi bis tantum, alibi ter aut quater etiam anno secatur. Armentorum id cura, iumentorumque progeneratio suum cuique consilium dabit optimum, maximè quadrigarum quæstus, Plin. Thraces qui ad Strymona habitant, foliis tribuli equos saginant, Plin. Τρίβολον πόαν χλωρὰν οἱ Θρᾷκες ἵππους πιαίνουσιν, Dioscor. Apud Hesiodum hippomanes herba est, quam edentes equi agantur in furorem, Hermolaus. Quænam herbæ hippomanes dictæ sint, vide supra parte prima huius capitis inter plantas. Circa Scytharum & Medorum dictam Thraciæ regionem, locus est viginti ferè stadiorum spatio, qui hordeum producit, quo homines vescuntur, equi verò & boves abstinent, &c. Aristoteles in Mirabil. Ἀκοσήσας (apud Homerum circa finem Iliados ζ.) ἄκος τὸ κάπας λαβών, ἵππῳ ἔστι δὲ ἴαμα κυρίως δὲ πᾶσαι αἱ τροφαὶ ἀκοσαὶ καλοῦνται, παρὰ τὸ ἰᾶσθαι τὰ σώματα τῷ φύσει ἐν ἄνω καμών. βέλτιον δὲ ὀλυζεράνας ἐπὶ τῇ φάτνῃ πάσει, Scholia. Hordeo dum conuritur equus, ἀκοσήσαι pronunciatur: quoniam vt interpretantur glossematarij, acosten hordeum vocat Nicander. Sed apud Thessalos cibaria & alimenta omnia nuncupari acostas, traditum veteribus est (nostrates forsan ab hac origine *keist* appellant.) Sunt qui apud Homerum Iliados rhapsodia sexta, legant ἀγεσήλαος ἐπὶ φάτνῃ, exponantque, sordidatus in stabulo. Nam γῆτος, id est gœtus sordes indicat, Cæl. Κυκεῶν τῶν βοῶν, σύκαν (vox videtur corrupta. malim ὅλον τοῦτο βοῶν. ὡς καὶ ἵππων τὸ ἀκοσεῖν: quanquam de omnibus brutis propriè dicitur κυκεῶσι, Varin. Κύκεων, flos quo equi vescuntur, Hesy. & Varinus. Ἵπποι δὲ κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι καὶ θάλυρα ἑστᾶτε παρ' ἅρμασι Φαέθοντος, εὐῆρες ἠμίμενον, Iliad. Θ. Olyrae semen hordeo simile, Scholia. Τρώγλαια, quæ cadunt à præsepibus equorum, aut boum, τῶν ἄνω κριθῶν λείψανα, Varinus. Tartarorum equi pedibus aquam & pabulum sub nivibus sibi quærunt, Matthias à Michou. In provincia Aden equi, boves, cameli & oves vescuntur piscibus, quorum ingens illic copia, & libentius quidem siccis quàm recentibus: nam propter immensum calorem herbis & frugibus carent. Paulus venetus. Tondentes campum latè, Vergilius de equis pascentibus, Vt ante lucem viri equiq; pranfi essent, Liuius. Egregia sunt illa Persæ cuiusdam & Libyos dicta: Nam alter interrogatus, quæ res potissimum saginaret equum, respondit, Oculus domini. Alter, quod stercus esset optimum, Domini vestigia, inquit, Aristot. 1. Oeconom. Huc pertinet illud quod refertur à Gellio, quod cum quidam corpulentus ac nitidus, equum haberet macilentum, rogatus quid esset in causa: respondit mirum non debere videri si equo esset habitior, quandoquidem ipse se pasceret, equum curaret seruus. Eleganter dixit equiso quidam, nihil perinde saginare equum, vt regis oculum. Ἀνὴρ γὰρ ἓλκων ἴσον, ὡς ὅδωρ ἵππῳ Σκυθικὸς, φανεῖται δὲ κόπρια μισθούμενον, &c. Byzantius Parmeno apud Athenæum lib. 5. Nos eum qui vno hausu multum biberit, vaccæ potius quàm equo comparamus. Fimum (inquit Hermolaus) Græci multis nominibus appellant, ἀποστάτημα, ἀπόπατον, βάλβιτον, & ἱππομαχοβόλητον, &c. Et mox, asini proprie est onis, & ónthos, equi cópros. Equi excrementum alui propriè dicitur πλῶψ, πήλιθος, σκατόν, Varinus in Ἀπομύττεσθαι. Ego alibi πήλιθον, βῶλον exponi reperio: σπήλιθον, κόπρον: πήλιστον verò per τ. pro fimo in Lexico vulgari Græcolatino exponi non probo. Forte autem π. & σπ. aliquando indifferenter ponuntur: nam etiam pro caprino fimo pyrathon & spyrathon legimus. In Acharnensibus Aristophanis πηλίθιν oxytonum (quod minus placet) legi in his versibus ridiculis, Ὁ δὲ λίθον βαλεῖ βυλίμῳ ἐν σκότῳ λαβὼν τῇ χειρὶ πηλίθιν ἀρτίως κεχωσμένον. vbi Scholiasten βῶλον interpretari miror, ego legerim κόπρον, (vt & Varinus in Στέλιθον habet.) nam in Ecclesiazusis σπήλιθον per σπ. non π. legens, cum acuto in prima, non vt illic habetur in vltima. βῶλος quidem pro κόπρος facilius deprauatum est: quoniam μ. & κ. literæ proximas habent figuras: nec me mouet quod Varinus etiam eum fit secutus errorem: quare & πηλιβάλ apud Varinum exponetur, stercore tinctus, id est inquinatus. Οἰνάδια & ἰνδία, ξ ἵππια ἀφόδευμα, Varinus: apud Hesychium ἰνάδιαι tantum (in plurali numero) sic exponitur. Immitem quatiebat equum spumantis læuo Frena cruentantem morsu, Silius. Et spumas aget ore cruentas, Vergilius de equo cursu certante in Eleo campo. Ἵππα vel ἵππειον κρέας, ἢ ἵππια ἰσχύς, Suidas, Varinus, Hesych. Τραχάζειν & ἱππάζειν verba de cursu & ambulatione equi ponuntur Abyrto cap. 26. Συμβαίνει δὲ σὺν ὀκνῳ τραχάζειν ἀλιθῆσαι, ἰσθ' ὅτε δὲ καὶ σωπιλήσειν ἐν τῷ πεδίῳ πρὸς ἑκόντα ἱππάζων. Cameli Bactrianæ velocitate sunt inter equos, Plinius: id est æquè veloces ac equi. Τὰς ἱππικὰς τοιῷδε, Xenophon in libro de re equestri videtur & de equite & de equo ponere, vt Latini etiam equitare. Equus ἱππικὸς à Polluce laudatur. De equo resonante vngulis in ingressu Xenophon dixi πρὸς τὰ δάπεδα ψοφεῖν: εἶπεν δ' ἂν καὶ κροτεῖν κλῆσιν, ἠχεῖν, Pollux. Χθόνα δ' ὀκτύπεν ὠκέες ἵπποι Νύσσηπες χηλῇσι. κόνις δέ ἑ φέρε ἀμφιδέοιο Κασταμόνη πλατέῖσιν ὑφ' ἅρμασι κεῖτον ἵππων, Hesiodus in Aspide. Ματεῖν libro 5. Iliad. de equis dicitur, τὸ μαστιγοῦσθαι καὶ ἀργὸν εἶναι, Varin. Ματεῖν, ματαίζειν, Hesych. Τὸν πρώτιστον ἵππον, ὀρθοὶ ἔστην, ἢ μᾶλλον ἵστ. χαίρηκε, ἀνὰ πόδε κ., ἐφίμησαν, Varin. Ἐστανε χαίρησαν, Hesych. est autũ apud Homerũ Iliad. θ. hæc dictio. Hinnitum acutum Vergilius dixit Georg. 3. Hinnire (inquit Nic. Erythræus) propriè equorum est, quo vernacula lingua nostra nidrir, annichiare Siculi. Germani dicunt vvichlen vel vvyhelen: Galli hennir. Hinnitusque cient tremuli, Grat. Quum aliquantum progressus esset, subito exaudiuit hinnitum, respexitq;, & equum alterem aspexit, Cicero 1. de Divinat. Fœmina corniped: semper ad hinnit equo, Ouid. lib. 1. de Arte. Hinnibundè pro hinnienter, ab eo quod est hinnio. Claudius Annalium lib. 16. Equæ hinnibundè inter se spargentes tertam calcibus, Nonius. Ex fremitu equorum illata suspicione, Cæsar. Equorum ardescit fremitus, Verg. Et alibi, Poscit equos, gaudetque tuens ante ora frementes. Plura super hoc verbo leges supertus in b. vbi de equo animoso. Ἵππων φωνὴ χρεμετισμὸς, χρεμετίζειν, χρεμετίζοντος, ἐπιχρεμετίζοντος, ἐπιχρεμπτόμενος καὶ φρυαγμὸν ἵππου λέγουσιν, καὶ φρυάττεσθαι σὺν ἵππῳ, φρυάττεσθαι δὲ πάντα, Pollux: vltimam dictionem lego πάντες, hoc sensu: De voce equorum omnes ferè φρυάττεσθαι dicere, φρυάττεσθαι verò pauciores. Ἵππος φρυάττεται, χρεμετίζει. Χρεμετισμὸς, φρύαγμα, φρυαγμὸς. Λῆθμα, πνεῦμα, φύσημα, καὶ χανδάμα, καὶ ἄυχμα. Φρυάττεσθαι, φυσᾶν, ἀθρόαν πνοὴν, ἐκπνεῖν, χανδᾶν, καὶ τὰ ἑξῆς, Pollux. Φρυαγμὸς ἐστὶν ὁ χρεμετισμὸς, ἀλλ' ὁ διὰ τῶν ῥινῶν τοῦ ἵππου ἐκπεμπόμενος ἦχος ὅταν χανδᾷ. Φρυασσόμενον, χρεμετίζοντα, ἠχοῦντα, ἢ πάντως πηδῶντα (Suidas & Varin.) καὶ φρυαγμὸς ὁ χρεμετισμὸς παρὰ Λυκόφρονι. καὶ φρυασσόμενον τῷ παραχρῆμα ἦχον ἀφιέντες. Φρυασσόμενα, φρυάσσονται. Φρυάττεσθαι, ἐπὶ τροφῆς: φρυάττεσθαι δὲ καὶ ἵππους: καὶ φρυγμοὶ ἵπποι, apud Sophoclem in Electra, Hæc omnia Varinus, & partim Etymologus. Φρυάσσονται, σκιρτῶσι, ἐπαγάλλονται Hesychius. Pollux c. 13. Φρυαγμὸν & φρυάττεσθαι (per iota in prima) magis proprium caprarum esse dicit, cum eadem voces prius equis attribuisset, prima per ypsilon scripta. Varinus de equis vtroque modo scribit, nam præter citata iam loca per ióta, per ypsilon etiam sic habet: Φρυάσσονται, ἐπαγάλλονται, ἵπποι.

ιστιν. Ego Φρυάττεσθαι quidem semper rectè per ypsilon scribi censeo. Φρυαάττεσθαι vero semper per iota (sive de equo, sive de capris aut hirc. o dicatur: nam Φρυάττεσθαι de solis equis in vsu est) scribendum videtur. Nam Suidas & Hesychius per iôta tantum habent, quibus tanquam antiquioribus Lexicis maior fuerit authoritas quàm Varino. Citantur & tris authorum testimonia apud Suidam, in quorum tertio Φρυαγμὸς per ypsilon scribitur, perperam, vt apparet: cum ipse literatum ordo repugnet. Ea vt sunt, apponemus, Φρυαττόμενα παρὰ Ἡσιόδῳ, τὸ Φρυαττόμενα, ἤγουν τὸ φρυάττεσθαι. Et alind. Ἡ δὲ λέξις ἀπὸ τοῦ ὑποκειμένου Φρυαγμὸς πάθος, ἵππου, καὶ ἐπὶ ἵππου ἐστὶν ἐπὶ τὰ ἀλόγιστα ἐπιφέρεται. Καλλίμαχος, Κυνὸς τῶν ὅπλων καὶ Φρυαγμοῦ (lego Φρυάγματος) τῶν ἵππων κατεκόπησαν, ἐξεπλάγησαν. Etymologus quoque Φρυάττεσθαι & deriuata per iôta tantum scribit, literarum ordine etiam apud eum sic scribi potente: nec obstat quòd à verbo Φρυάττεσθαι formari ait, nisi litera abundante. Ἰέναι, Φρυάσσω τὸ καχάζω ὡς αὐτὸς, Oppian. de cane Britannico. Ammonius de differentiis vocum, Φρυάττεσθαι equi esse scribit. Φρυαγμὸς hirci: & Φρυαγμὸν dici quasi Φρυμαγμὸν, innuens non scribi quidem per ypsilon, videri tamen à Φρυάττεσθαι deduci, abundante scilicet μ῀ vt & Etymolog. Inuenio quidem Βρυαχᾶν quoque verbum de voce leonis: & verba Βρυάσσειν, Βρυάσθαι, Βρυᾶται, Βρυάσθαι, exponi per ἐρίζεσθαι, ὑβρίσθαι, ἀτιμάζειν, ἠχοποιεῖσθαι: βρυαχᾶν vero γαυριᾶν, ἀναβακχεύειν, μετά τινος κινήσεως, &c. Quæ verba & scribendi modo, & significatione ferè cum superioribus duobus conueniunt. Φρυάγματα, Φυσήματα ἱππικά, Varin. Φρυαγμὸς τῶν ἵππων καὶ κίνησιν δέχεται μικτὴν ἠχῆς ἀγρίας Φυσητικῆς ἐκπίπτουσαν. Λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν γελάντων, Suidas & Varin. Φρυάττεσθαι, καταπλήττεσθαι (aliàs καταπλήττεσθαι) ἐκταράττεσθαι, Φυσᾶν, διὰ ὑπερφανείαν καὶ θρασύτητα Φυσᾶν τοὺς μικτῆρας, Suidas & Varin. ὑπαγείρεσθαι, μεγαλοφρονεῖν, γαυριᾶν, Hesychius. Φρύαγμα, elatio, superbia, idem. Ἔχων τρόπον Φρυαγμοστομικὸν πάνυ, senarius Aristophanis in Vespis de homine supercilioso & superbo, citatur autem hoc modo à Suida. Aristophanis codices impressi deprauatè habent, ὑφρυαγμοστομικευόμενος. Non placet quod in vulgaribus Lexicis Græcolatinis reposuerunt quidam Φρυασσειν, Φρυαττειν, & Φρυμάσσειν, terminatione verborum quæ actiua aut neutra sunt: ego semper vt media pronuncianda puto, quod exemplis iam positis satis probatum est. Τῶν ἵππων ἄρτι Φρυασσομένων, Callimachus in lauacra Palladis. Κατεφρυάττομαι, γενικῶς, Suidas. Chnoæ dicuntur Φρυάγματα ἢ Φυσήματα καὶ πνεύματα ἱππικά, Cælius ex Scholijs in Electram Sophoclis: ego chnoas modiolos rotarum intelligo, vt in e. dicam. Καὶ μᾶλλον πτηλὰ λεόντων ἀντὶα θρυχῆ, Oppianus de equis charopis, cum θρύχειν propriè leonum sit. Πωλικὴν δίγμα (lego δίγμια) Φρυαγμα, Varin. Ἵππου μεγάλα χρεμέθοντος, Oppian. Et rursus, Ὡς ἵππων αἰζηῶν τε, γαμήλια τε χρεμέθοντε. Κτύπει τε δοιὴ, καὶ χρεμετισμὸς ἵππων ἀντίθεον ἀνατείνει, φησὶν Ἀλκμάν, Suidas in Ῥόδιοι. Χρεμετίσαι, κυρίως ἐπὶ ἵππου. Χρεμετισμὸς, ἡ τῶν ἵππων φωνὴ, Hesychius & Varin. sed inepte primam syllabam per κ. & secundam per α. scribunt. Χρεμπτίζει, κελεύζει ὡς ἵππος, Hesych. Χρίμπτειν. Ἡσιόδῳ ἐν Ἀσπίδι, Οἵπερ χρίμπτουσι τανυσθενέος ἀγυιὰς, ἀντὶ τοῦ χρεμπτίζουσιν. Τὸ δὲ χρεμπτίζειν, ἐπὶ δὲ χρέμω, χρεμίθω, Etymolog. Legitur & χρεμιστὴς, ἠχεῖ apud Hesychium & Varinum: Equus etiam χρεμιστικὸν, quasi dicas hinnibile. Χρεμετίζειν, ἦχον τῶν ἵππων ἐπισταλῶν, πλήρουσθαι, &c. Suid. sed video corruptum esse locum, & legendum χρίμπτειν, quod tamen screare vel excreare potius, quàm vt Suidas interpretatur hinnitare significat. In Marathone vico (inquit Pausanias in Atticis) tota nocte equos hinnientes & viros pugnantes audire est. Hos quidem propius spectare voluisse data opera, neminí profuit: Si quis verò eò ignarus, imprudens & fortuitò inciderit, nullam dæmonum iracundiam mouet. Φυσιῶνται ἵπποις λεγόμενον ὄμμασιν ὁσοὶ τροφίμων ἀσθενῶς ἔχουσιν ἢ καὶ τὸ φρυπτόμενον (vox corrupta videtur, lego φρυαττομένους) καὶ ὀδμαίνοντας, καὶ πτύοντας, Varinus: anhelos vel anhelantes Latinè dixeris. Χιλὸς, Φυσήματα καὶ βρεγμάτα ἱππικὰ, Cælius. Est & pars roris, modioli. Χρίμπτει, Φρυαγμὸς, ἐρεθισμὸς, χρεμετισμὸς, θρασύτης. Χρίμπτων, ψόφος, πνεῦμα, ψόφος ἵππου, οἱ δὲ χρεμετισμούς. Χρίμπτει, χρέμπτει, ψόφος, Hesychius & Varin. Κρατερὸν μετόπισθε, Homerus de equo: Hesychius exponit, ὀπίσω τῶν ἵππων τόπου, ὄπισθεν: Idem Scholiastes Homeri, sed addit, ἢ χρεμετισμὸν ἵππου, locus est Iliad. 3. & rursus Iliad. 2. Βρυχηθμοῖσι, χρεμετισμοῖσι, Varin. βρυχηθμὸς, χρεμετισμὸς, Hesychius & Varin. Μιμιχᾶται, equi vox, idem: vocabulum per onomatopœiam factum apparet. Μιμιχᾶν, χρεμετίσασθαι, φιλοκτεῖσθαι, Varin. melius μιμίζεσθαι, vt Hesychius habet. Florus alius, equi hinnitum imitatur, Gillius ex Aeliano: Vide supra circa finem capitis quarti. Satyrus à Syllæ militibus captus, vocem asperam equi præsertim hinnitu & hirci balatu permistam ædidit. Plutarch. in Sylla. Homines quidam vocem ædunt similem asini, equi, aut alterius bestiæ vocis: conijciendum est autem eiusdem animantis ingenium quoq; referre quenque cuius vocem expresserit, Adamantius.

Esse verò equum animal philolutron ac philydron, id est balneorum & aquæ expetens, auctor probat Aristot. Cæl. Equus animal est lauationis cupidum, gaudetque paludib. & turbulentis aquis, Varin. in Ἵππος. Εἵλισσε λιτάβας ἰερῆος πεπιθοῖς, Iliad. 2. Volutantes se equi Græcè dicuntur κυλίεσθαι, ἁλίεσθαι, & ἐξαλίεσθαι & locus volutationi aptus, ἁλίσιος, ἐξάλισις, κυλίσιος, Pollux. Dicitur & ἀλινδεῖσθαι volutari, & volutationis locus ἀλινδήθρα Hesychio & Varino. Ἀλινδήθρα τε καὶ ἐγκυλίσματα, Aristophan. in Ran. Ῥοῖαι, κυλίσεις τῶν ἱππαρίων ἐν τῷ πηλῷ καὶ κόνει, Iidem. Ῥοῖαι, ἐν τῶν ἵππων λουτρὰ (forte κυλισμοὶ,) Iidem. Ἁλίσεις, locus arenosus iuxta fluuium, Hesych. & Varin. Ἵππαλσος, piscina lauandis equis destinata, Iidem. Nec vaccam vaccæ, nec equas amor vrit equarum, Ouid. 9. Metam. Quum tibi flagrans amor, & libido Quæ solet matres furiare equorum, Sæuit, Horat. lib. 1. Carm. Ode 25. Ἱππιόν, valde libidinosus sive ab ἵππος voce quæ auget in compositione, sive à nimia equarum libidine. Equæ cum libidine accenduntur, ἱππομανεῖν Græcis, Latinè equire dicuntur. Ἱππομανῆ mulierem Latinè virosam dixeris, quòd vires appetat. Equienti mulæ cruda brassica datur, Columella lib. 7. Equum admissarium Itali hodie stallonem vocant, Germani *schällhengst*, Græci καλὸν & καλλίονα, & alijs nominibus, vt in C. dixi. Καλλίονα, ἵππος ἐπιβατεύων, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐπιτήδειον, Varin. Et pater armenti capto eripietur agello, Iuuenal. Satyr. 8. Ἱππόπορος, asinus equarum initor, Hesych. & Varin. Plutarchus in Symposiacis (libro 7.) scribit vbi saltantur equæ nomon incini solitum, quem vocent hippothoron, Cæl. Erat autem cantus equis in Venerem concitatis (vel concitandis) ad tibiam accini solitus. Ἱππαγωγὸν qui equas grauidas ab alijs internoscit, Hesychius & Varin. Eadem vox magnanimum significat. Quum Xerxes cum exercitu Hellespontum transisset, ingens prodigium oblatum est. Siquidem equa leporem peperit: quod facile erat interpretari, fore vt Xerxes qui exercitum aduersus Græciam maximo strepitu & ambitiosissimè ducebat, rursus pro seipso solicitus ad eundem locum fuga recurreret, Herodot. libro 7. Idem prodigium similiter Valerius Maximus describit. l. 6. Audio in Rhætiæ alpibus monte Speluca, vt vocant, equum ex tauro nostro seculo natum esse. Retulit etiam nobis amicus fide dignus, visum à se in Gallia in aula regis equum posteriore parte cerunum. Gastholdus, qui olim palatinus Vilnensis erat, fertur habuisse

Equum semiceruum: cuius anterior pars foerit equo similis, posterior verò cerui figuræ: erant enim pedes posteriores graciles, & vngulæ diuisæ instar pedis ceruini. Ant. Schenebergerus. De insante centauro, & Hippo puella ex equa nata, supra dixi, huius capitis parte prima. Phocylides apud Stobæum in sermone vbi mulieres vituperantur, pro diuersis earum ingenijs alias ex alijs animantibus natas scribit, vt cane, apicula, sue, equo. Eodem loco Simonides idem argumentum latius prosequutus, ex equo natam mulierem scribit ab omni labore alieno esse animo, & in seipsa solum ornanda tempus insumere, inutilem marito, nisi is perquã diues aut princeps fuerit. Equam Eudemus ait adolescentem, ac armenti præstantissimam, tanquam omnium formosissimam puellam ab equisone adamatam fuisse, primumq; sui amoris hunc flagrantiæ moderatum fuisse. Deinde libidine inflammato, vsque eò processisse cum equa, vt venereo complexu lungeretur, remq; tandem perficeret turpem. Vbi verò equæ pullus incesto stupro matrem contaminari perspexisset, eam sic à domino tyrannicè tractari acerrime tulisse. Itaque impetu facto, virum interemisse, atque cum obseruasset, vbi hordearetur eò profectum reddidisse, omnibusq; supplicijs cadauer iam nullũ sensum ex mœrore percipiens vexantis, affixisse, Aelianus. Equum adamatum à Semiramide vique ad coitum, luba auctor est. Plinius. Reg Babylonis erant peculiares equi præterea bello destinatos, admissarij octingenti, cum equarum quibus admittebantur sedecim millibus. Herodotus libro primo. Quòd si equarum numerum conferas admissariorum numero, deprehendes singulis admissarijs vicenas fœminas destinatas fuisse, id quod eodem in loco Herodotus monet. Homerus equos ætate minores ἀπήλατ' ἄωτα vocat, quòd labores sustinere nondum possint, nam adulti contrario vocabulo μαύλακες dicuntur & ταλαοὶ, Varinus: qui etiam alibi ἀπήλατ', πωλίονες, exponit. Ἵππος δὲ ἐν τῇ τοιαύτῃ ἡλικίᾳ πῶλος καλεῖται, ὅταν μετὰ τὸν ὀδοντοφυΐαν. &c. Abstyrtus in Hippiatricis: malim τὸν δεύτερον βόλον: nam βόλ & τῶν ὀδόντων, dentium in pullis mutatio est: at pullus ipse qui mutat primo πρωτόβολος, secundo δευτερόβολος dicitur. Homerus Iliados secundo equos colore, ætate, & magnitudine figuraq; dorsi per omnia similes describit hoc versu, Ὅτρυνε, διστάκτω ἐοικότε θρέμμασιν ἵπποις. Trima equa, Horatius tertio Carmin.

Hippiatrum vulgo Italicè & in finitimis linguis mareschalcum appellant, aliqui perperam menescalcum & manescalcum. Origo vocis Germanica est: nam Germani olim equos (nunc equos tantum) maras vel marcas nominabant, nimirum per metathesin Arabicæ vocis ramaka equam significantis. Iam equus laudatus ocio interdum & quiete perit: Vnde dicitur, in stabulis plures quàm foris corrumpi. Nam & strenuior quisque ægre se patitur diutius retineri ad præsepe, & in campum excurrere auet. Tum igitur & recto cursu, & ambagibus, & saltu, colliumq; aditu & eliuorum descensu exercebuntur, modo quidem & scite, non insano quodam & ebrioso impetu. Itaq; traditur hoc de Eumone ingenioso rege & forti, cum quodam in castello ab Antigono obsessus non haberet patentia & spatiosa loca, in quibus equi exercerentur: ne stando perpetuo languorem & socordiam atque etiam vitia, vt fit, contraherent, funibus transuersis subter præcordia illorum trabes curasse suspendi, & adduci postea has ita, vt priore parte corporis paululum supra terram equi attollerentur, cui cum insistere laborarent, neq; impediti subiecta trabe attingere possent, ita etiam commoti, omnes vires intendebant, & nitendo toto corpore defatigabantur, vt etiam sudor eliceretur, Camer. In strigosum equum distichon Lucilij, Anthologij 2. 23. Ἵππον ἐπαχθίζουσαν. Οὐ μισῶ· ἤγαγεν ὑγρὸν, Ἥν' ἀλεξιδιαίτου ἵππος ἀποκάμοιμι. Si oues vruntur stabulo, in quo mulæ, aut equi, aut asini steterunt, facile incidunt scabiem, Colum. Ἱππολοιγός, id est morbus equorum, Oppiano: videtur autem de peste intelligere, παρ' ἐξοχήν. Equus Crassi furore percitus in flumen se præcipitauit, vt Plutarchus in eius vita refert. Vermis in Indo fl. reperitur septem cubitorum longitudine: is tam robustus est, vt in quodcunq; inciderit animal noctu egrediens conficiat, equum, bouem, &c. Aelia. Silurus grassatur vbicunq; est omne animal appetens, equos innatantes sæpe demergens, præcipuè in Mœno Germaniæ amne prope Litboum, Plin. Creditum quondam ex equo, occiso hasta basilisco, & per eam subeunte vi, non equitem modo, sed equum quoq; absumptum, Plinius.

H. d.

Vitia & virtutes equi quædam in H. b. dicta sunt, circa electionem. Ἵππου θνῆσις, vide infra in prouerbijs. De animositate equi multa pulchrè dicuntur Iob. 39. Κραυγὴν ἵππου δύνασαι κεκυγῆς καὶ ψόφον ἐφόδου ἐμπεσεῖται; Hesychius: Equus cibo satur procurrit. Κυδίων· ὁ μὲν δὲ κριθῇ ἔχῃ. ἀμφὶ δὲ χαῖται Ὦμοις αἰθόρεται. δοῦ ἀγλαϊηφι πεποιθὼς Ἠμφαγαπὰς φλόμενον· ἦτοι κεῖνον ἵππον, Homerus Iliad. 6. sed de magnanimitate equi in b. tractauimus. Mithridates Ponticus somnum capiens, corporis sui custodiam non modo satellitibus, sed & tauro & equo & cetuo mansuefactis committebat, vt pluribus in Tauro retuli ex Aeliano. Philarchus refert Centaretium è Galatis (Aelianus interprete Gillio eandem historiam narrans, hominem hunc natione Gallum, nomine Centosarum fuisse ait) in prælio occiso Antiocho potitum equo eius conscendisse quantem: At illum indignatione accensum domitis frenis, ne regi posset, præcipitem in abrupta isse, exanimatumq; vnà, Plin. & Solinus. Scythæ quidem equitatus & equorum gloria strepunt. Occiso denique ipsorum regulo ex prouocatione dimicante, hostem cum victor ad spoliandum veniisset, ab equo eius ictibus morsuq; confectum, Plin. Philistus refert equum à Dionysio relictum in cœno hærentem, vt sese euellisset, secutum vestigia domini, examine apum iubæ inhærente: eoq; ostento tyrannidem à Dionysio occupatam, Plin. Interfecto Nicomede rege, equus eius inedia vitam finiuit, Plin. & Solinus. Socles formæ pulchritudine egregius Atheniensis, quem mihi pernulti ignorare videntur, equum emit pulchrũ, & tam vehementi in se amore incensum, vt cum adesse sentiret dominũ, exultaret & gestiret: cum ascenderet, pararet, se ad consensum præstaret obedientẽ: cum ante oculos consisteret, ille suauiter & amatorie in eũ intueretur. Quæ omnia eatenus amatoria & iucunda visa sunt, quoad petulantiam in adolescentẽ attentare coepit. Simul & fama turpitudinis de ambobus dissipata extitit: tum eam infamiam Socles sibi conflari non passus, vtin amatorem flagitiosum, & petulantem, odio incensus equum vendidit. Is non fecens ab adamato suo se dilaceratum abesse, acerrima inedia voluntariam sibi consciuit mortem, Aelianus. Nerua Traianus simulac Parthorum & Armeniorum fines ingressus est, regionis satrapæ, ipsiq; mox reges cum muneribus ei occurrerunt, equum q; ita edoctum vt regem adoraret. Nam pedes anteriores in modum supplicantis flexit, caputq; pedibus eius quo proximus esset subiecit, Dion Cassius in Nerua Traiano. Καὶ ἐς τοσοῦτον ἐπαίδευσε τὸν ἵππον ὥστε καὶ προσκυνεῖν αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τοὺς πόδας τοὺς ἐκείνου ὑποβάλλειν. Theophylactus in epistolis Basilij exstat ἔκθεσις in equum recusantem ingredi nauim, Antologij lib. 1. sectione 35. exstat huiusmodi.

Πῶλον τὸν πεδίον, ἀλλ' ἐχ αἰλὸς ἱππουῆρα,
Μὴ θαίμβῃ χρεμέθοντα, ἐὸν πατὶ λαῖξ πεπότητα
Ἄχθεται εἰ Φέρτε μέρ@- ἔχεται· ἐ γὰρ ἐπ' ἄλλοις

Νηΐδια πλώῃν πόντον ἀταρπέμφον,
Τοίχας, καὶ θυμῷ ἀέσμα βιαζόμφον.
Κεἰσθαι τὸν πάντων ἐπέρπειν ὠκύτατον.

Cervus eſt animal adeò ſimplex, vt equo aut bucula accedente propius, hominem iuxta venantem non cernat, Plin. 9. Ariſtoteles a Platone adhuc viuo ἀπίεσι, ὅτι φασὶν ἐκεῖνον εἶναι θεῖον, Ἀριστοτέλης ἡμᾶς ἀπελαύνει καθάπερ ἐκ τοῦ πωλάρια γεννηθέντα τῷ μητέρι, Laertius.

H. E.

Eques, communis generis, qui inſidet equo: item qui equeſtrem habet ordinem. Nos primo loco de Romanis equitibus loquemur, deinde Athenienſibus, poſtea de reliquis, & in genere quædam de ijs quæ ad equites vocabulum pertinent. Sequentur ludi & certamina equeſtria, equeſtris res bellica, equitatio ipſa, tractatio, habulum, inſtrumenta, currus, pretium & ſumptus in emendis alendisq; equis: poſtremo quædam de laudibus & vſibus equorum, tum in vniuerſum tum ex ſingulis partibus.

Equeſtrem ordinem (vt ſcribit Sipontinus) medium fuiſſe conſtat inter patricios & plebem. Principio equites iudicesq; ijdem habebantur, & geſtandi annuli aurei ius erat. Poſtea M. Cicero in conſulatu ſuo equeſtre nomen ſtabiliuit, Senatum ei concilians, celebrans ſe ex eo ordine prouectum eſſe, (vt Plinius refert 33. 2.) Ab illo tempore planè hoc tertium corpus in repub. factum eſt, cœpitque adijci ſenatui populoque Romano equeſter ordo: ob quam cauſam poſt populum ſcribebatur, quia noviſſimè cœperat adijci. Imprudenter quidem hoc tempore huius dignitatis viros, qui geſtandi auri ius habent, milites vocant, cum ſint equites iure optimo appellandi. Hi olim ſub Romulo regibusq; Celeres dicebantur, à Celere Remi interfectore, qui initio à Romulo præpoſitus fuit: qui primo electi fuerunt è ſingulis curijs, ideoq; trecenti omnino: deinde à flectendis (vt quidam putant) animis, quoniam iudices erant, ſiue potius à flectendis equis, Flexumines vocitati: poſtea Troſſuli, à Troſſulo oppido Thuſciæ circa Vulſinios novem millia paſſuum, quod ſine vllo peditum adiumento equites cepiſſent, (vt Feſtus teſtatur, & Plinius 33. 2.) Varro, Nunc emunt Troſſuli nardo nitidi vulgò Attico talento equum. Iunius, Quòd ad equeſtrem ordinem pertinet, ante Troſſulos vocabant, nunc equites vocant: ideoq; quia non intelligunt Troſſulus nomen quid valeat, multos pudet eo nomine appellari, inviti tamen Troſſuli ſæpe vocantur, Hactenus Sipontius. Horatius 2. Serm. Tu quum proiectis inſignibus, annulo equeſtri. Equeſtris ordinis princeps, Cicero ad Brutum libro 11. Equeſtris diſciplina, Verr. 6. Equitibus purpura, vt patricijs & ſenatoribus, vti non licebat. Ius verò annulorum aureorum non equitibus modo, tanquam bellicæ virtutis inſigne, ſed & ſenatoribus & militiæ primoribus datum fuit. Cautum fuit olim, ne quis huic ordini adſciſceretur, neve ius annulorum aureorum daretur, niſi ipſe ingenuus, pater & avus ingenui forent, cuique ſeſtertia quadringenta (Seſtertia quadringenta, vt Robertus Cenalis computat, valent viginti millia librarum Turonicarum, ſolatorum verò bilibrium decem millia: ſcribit Budæus cenſum equeſtrem ad hanc ſummam temperatum ſub Tiberio: cum prius quingenta ſeſtertia requirerentur:) quod peculium equeſtre habitum eſt, cenſus fuiſſet, (vt Plin. ſcribit 33. 2.) Principes equeſtris ordinis olim publicani fuêre, floſq; equitum Romanorum publicanorum nomine continebatur: poſtea depravatis moribus paulatim mancipes & ſcribæ pro concione ab imperatoribus, velut præcipuo munere, aureis annulis donari cœpere, Alexander ab Alexan. qui copioſè & eruditè multa de equitibus præcipuè Romanis ſcripſit libro 2. cap. 29. Genialium dierum. Ἵππαρχος, magiſter equitum apud Romanos dictus, primæ poſt dictatorem dignitatis, Suidas. Equites etiam iudices vocabantur, quia iudicum decuriæ ex equeſtri ordine deligebantur, Budæus ex Suetonio in Cæſare. Quem tu ſi ex cenſu ſpectas, eques Romanus eſt, Cicero pro Roſc. Com. Equites ordini ſenatorio dignitate proximi, Cicero pro Cluentio. Marcius primus dictator magiſtrum equitum ſibi aſſumpſit Spurium, qui ſecundus ab ipſo eſſet. Nam dictaturæ tempore, cum munus illud magiſtri equitum primum inuentum eſt, proximum ab illa honore dignitateq; erat, Suidas in Hipparchos. De equeſtri ordine quædam & origine anulorum aureorum, tradit Plinius libro 33. cap. 1 & 2. quæ hic breuitatis cauſa omitto, paucis tantum inde recitaris: Quod antea (inquit) militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniæ iudices tribuunt. Nec pridem id factum D. Auguſto decurias ordinante, maior pars iudicum in ferreo anulo fuit: ijq; non equites, ſed iudices vocabantur. Equitum nomen ſubſiſtebat in turmis equorum publicorum, &c. Equites Romani quomodo iudices facti ſint, Appianus libro 1. de bellis ciuil. Et libro 2. Equites (inquit) ad omnia potentiores ob facultates, vectigaliumq; & onerum cæterorum mercedem, quæ à populis penduntur capientes, multitudine inſuper ſeruorum abundantes, tertiam tributorum partem ſibi remitti à Cæſare impetrarunt. Impolitias Cenſores facere dicebantur, inquit Feſtus, quum equiti æs abnegabant, ob equum malè curatum. Nimis pingui homini & corpulento (inquit Gellius in fine libri 7.) cenſores equum adimere ſolitos, ſcilicet minus idoneum ratos eſſe cum tanti corporis pondere ad faciendum equitis munus: non enim pœna id fuit, vt quidam exiſtimant: ſed munus ſine ignominia remittebatur. Tamen Cato in oratione, quam de ſacrificio commiſſo ſcripſit, obijcit hanc rem criminoſius, vti magis videri poſſit cum ignominia fuiſſe. Lucio Scipioni Aſiatico, quum reus eſſet pecuniæ interceptæ M. Cato cenſor equum ignominiæ cauſa ademit, vt ſcribit C. Plinius de viris illuſtribus. Equitare antiqui dicebant equum publicum meteri, Feſt. Equeſtre æs, quod equiti dabatur, Feſt. Paratium æs appellabatur id quod equitibus duplex pro binis equis dabatur, Feſt. Equeſtria, quatuordecim ordines in quibus equites in theatro ſedebant. Equeſtria omnium equitum Romanorum ſunt, Seneca lib. 7. de Benef. Et iterum, Sed cum in theatrum veni, ſi plena ſunt equeſtria, &c. Item, Habeo in equeſtribus locum, non vt vendam, non vt locem, non vt habitem, ſed vt ſpectem. Sueronius in Domitiano, Et quia pars maior intra populatia deciderat, quinquagenas teſſeras in ſingulos cuneos equeſtris ac ſenatorij ordinis pronunciauit. De ſubſellijs in quib. equites ſpectabant, plura leges apud Alexandrum de Alexandro 5. 16. Equitatus (inquit Hermolaus in Gloſſematis in Plinium) non modo equi manum ſignificat, & actum ipſum equitandi (vt illud Plinij: Femina equitatu atteri & aduri ſolent: item illud, Ab armorum & equitatus laſſitudine:) ſed & ordinem equeſtrem, volumine 33. capite 2. Quinetiam, inquit, ipſum equitum nomen ſæpe variatum eſt in ijs quoq;, qui ad equitatum trahebantur: ſed vetuſti codices æquitatem habent, non equitatum, quam lectionem Hermolaus approbare videtur. Athenienſium primus & ditiſſimus ordo (vt legimus in Scholijs Ariſtophanis in Equites, & apud Cælium 25. 18.) erat illorum qui pentacoſiomedimni à quingentis medimnis dicebantur, quod tantum ſpatij ararent. Hi neceſſitate vrgente talentum pendebant. Secundi ordinis erant ἱππεῖς, id eſt equites, dicti quod cum opus erat alere equos poſſent

δέκα τ' δυὰ σταδιαῖον αὐτῆς γενέσθαι ἵππων ἴσας & αὐτὰν τρέφειν, Scholia Ariſtoph. & ſic Cælius etiam legit: ſed melius Suidas in Ἱππεῖς, ἵππον legit in accuſatiuo ſingulari, & poſt γίνηται diſtinguit: vt intelligamus, ſingules equites ciuitatis nomine equos ſingulos alere oportuiſſe: nam ſi in plurali legas, de numero non conſtabit: quanquam & apud Pollucem ſic legitur, εἰ τὴν ἱππάδα πλεῖστοι, ἐν τῷ δυωδέκα τρέφειν ἵππους κεκλῆσθαι δοκεῖν. ſed hinc nihil certi, vnúſne plures an ſingulos equos aluerit. Heraclides in Cumanorum republ. ſic ſcribit, φεύδων αἰνὲ δεκάμεδ' πλείους μετέδοκε τῆς πολιτείας, νόμον θεὶς ἕκαστον ἱππάγειν τρέφειν ἵππον.) Hi ad medimnos trecentos poſſidebant, ſemitalentum pendebant: & antiquitus numero ſexcenti erant: deinde auctus eſt eorum numerus in tantum vt mille ducenti fierent: ſacrificia quæ ipſi in pompis mittebant, hippades dicebantur. Comam eis alere licebat (ἱππικῆς κομᾶν, Suid.) Tertius ordo, inquit Scholiaſtes Ariſtophanis, Thêtes dicebantur, &c. ſed alibi legimus Zeugitas ante thêtas fuiſſe, vt Suidas ex Ariſtotelis Athenienſium rep. libro citat in dictione Ἱππεῖς, & Varinus ſimiliter. Sed hoc intereſt, quòd Varinus eo in loco ſcribit in quatuor ordines diuiſum fuiſſe populum Athenienſem, pentacoſiome dimnos, equites, Zeugitas, & thêtes: Suidas quintum addit, hippáda vocans: quod minus placet, quum Heſychius etiam quatuor tantum ordines faciat. Zeugitæ dicebantur, ſecundi cenſus ciues, qui zeûgos, id eſt iugum mulorum alebant, Budæus: Vide etiam infra in re curuli hac ipſa parte huius capitis. Sacrificia ab equitibus celebrata hippádes dicebantur: & bos ad ſacrificium adhibitus, βοῦς ἱππάς: cenſus etiam quem conferebant ἱππικὸς vocabatur, Heſych. Diximus autem ſuperius ex Cælio dimidium talentum equites pendere ſolitos fuiſſe, hoc eſt coronatos aureos trecentos: quamobrem minor hippáda τίμημα μικρὸν, id eſt paruum cenſum à Varino exponi. Hippada aliqui penſionem equitum exponunt, alij veſtem equeſtrem: καὶ θυσίαν ἐν τοῖς ἵπποις ἀπένεμον, (ſacrificium nimirum quod pro equorum ſalute faciebant) Heſychius & Varin. Hipparchi, id eſt equitum magiſtri duo tantum (quod & Suidas ſcribit) ex omni Athenienſium numero creabantur, qui curam bellorum gererent: phylarchi verò decem, vnus ſcilicet ex quaq; tribu, equitibus præficiebantur, Pollux. De hipparchi officio Xenophontis librum habemus: & Socrates apud eundem libro tertio Apomnemoneumatum eius de eodem quædam egregiè diſſerit. Καλλίππολος, bonus eques, vel qui bonos equos poſſidet, ἐυίππος, ἐυπωλος: Plutonis epitheton, alij aliter interpretantur, vt Varinus docet: apud quem etiam καλλίπωλος legitur per ω. in prima. Ἱππικὴ, ars equitandi, faculas equeſtris. Hanc non deſunt qui in Lybia compertam primò tradant: qua ex cauſa nuncupârit Pindarus in Pythijs Κυρήνην ἱππόβοτον: etiamſi ad id referunt alij quòd ad Neptuno edocti ſint Libyes currus iungere: quin & Pallada equeſtrem in Libya genitam, Cæl. Vide infra in Neptuno hippio. Eques etiam pro ipſo equo accipitur à Vergilio, vt ſupra dixi. Omnes antiqui ſcriptores (inquit Seruius apud Macrobium circa finem libri 6.) vt hominem equo inſidentem, ita & equum cum portaret hominem, equitem vocauerunt (& equitare de vtroque, vt infra probabimus.) Ennius, Denique vi magna quadrupes eques atque elephanti Proliciunt ſeſe. Hominem qui equo inſidet, Veget. ſcilicet vocat. Equiſcilor vox compoſita apud Calepinum legitur, ſed ſine authore. Equeſtris, qui equo vehitur, vt circulator equeſtris apud Apuleium, Scoppa. De equitibus & eorum officio, in diuerſis epiſtolis quædam ſcripſit Antonius Gueuara Hiſpanus: Extant autem epiſtolæ illæ Hiſpanicè, vt ab eo ſcriptæ ſunt, & in Italicam linguam translatæ. Qui qualesque fuerint equites Achæi, Chalcidenſes, Cretenſes, Capuenſes, Gaditani, Germani, Patauienſes, Perſæ, Alexander ab Alexandro docet in diebus genial. 2. 29. Hippobotas Chalcidenſium ex hiſtoris dici nouimus prædiuites, gloria quoque præcellentes. Cælius. Ἱππεῖς apud Lacones vocabantur adoleſcentes (νεανίαι, iuuenes transfert Cælius 19. 22) qui iuſtos adoleſcentiæ annos attigerant, teſte Euſtathio Iliados θ. & qui his præerant ἱππαγέται apud eoſdem dicebantur, Varinus in Βρίσδ. Eligunt ephori ex florentioribus viros tres, qui ἱππαγέται (al' ἱππάγεται, interpres de ſuo addit ab equitatu congregando) appellantur, Xenophon in repub. Laconum. In Lacedæmoniorum repub. monarchia ad reges, ariſtocratia ad ſenes, oligarchia ad ephoros, democratia denique ad hippagretas & iuuenes pertinet, Archytas Pythagoreus apud Stobæum in Sermone de repub. Vide etiam inferius inter Bellica. Καρῖται, ἱππεῖς περιφανεῖς, κάρες, Varin. Ἱππεύς, exul, & genus ornamenti virginum, (vt hippiſcus etiam ἐπίθημα κεφαλῆς, aut muliebre ornamentum exponitur:) & rei equeſtris peritus, Heſychius & Varin. Ἱππότης pro equite frequens apud Homerum, præſertim pro epitheto Neſtoris: recentiores aliqui exulem exponunt, ſed melius eſt equitem interpretari, & rei equeſtris peritum, ἱππέα, ἔφιππον, ἱππικὸν, ἱππηλάτην, Heſychius, Etymologus, Suidas, Varin. Scholiaſtes in Iliados ſecundum, Neſtorem hipporen exponit exulem, & hanc hiſtoriam affert. Hercules cum occiſo Iphito expiari à Neleo non impetraſſet, Pylum obſedit: & propter Nelei filiorum imprudentiam magnis ſubinde malis vrbem afficiebat. Quæ quidem quandiu viueret Periclymenus Nelei filius, difficilis expugnatu erat: quòd is amphibius (vitæ mutabilis, vide Onomaſticon in Periclymeno) eſſet. Sed tandem in apiculam mutatus, cum Herculis curruí inſideret, prodente Minerua, ab Hercule interemptus eſt. Tunc igitur Pylo vaſtata, & vndecim eius fratribus occiſis, Neſtor qui in Gerenis alebatur, ſolus remanſit, Gerenius inde cognominatus, vt Heſiodus in Catalogis refert. Ἵππιος, qui vehitur equo vel curru: hinc orationem metro & numeris aſtrictam ἵππιον appellant à ſublimitate: proſa enim veluti pedeſtris & humilior eſt, vt refert etiam Cælius 7. 1. Ἵππιον inter equi inſtrumenta legiſſe videor alicubi, Cælius: Vide infra in epihippij mentione. Ἱππίων καὶ ἀμβατῶν pro ἀναβατῶν, Xenophon Apomnem. 3. Ἱππεῖς ἀναβατικὸς Xenophonti dicitur, qui commodè & facile equum conſcendere poteſt. Καλοῦνται δ' ἱππεῖς, ἱππόται, ἱππάρχοι, ἀναβάται, ἰμβάται, (lego ἀμβάται,) Pollux. Ἱππεβάτης, ἱππεύς, Heſychius & Varin. Ἱππεβάτης, ἱππεύς, Heſychius. Ἱππεύς, qui communiter καβαλλάριος dicitur, Varinus. Caballarij quidem nomen apud Gallos non equitis ſimpliciter, ſed dignitatis nomen eſt. Sic & equites aurati hodie dicuntur qui virtutis merito à regibus vel cæſaribus, torque aurea, ni fallor, donantur. Equites etiam fiunt (ſi modo per cenſum liceat) hoc dignitatis nomen adepti, qui religionis cauſa ſepulchrum Domini Hieroſolymis adeunt, certis quibuſdam cerimonijs, dum creantur, adhibitis. Ἱππολάτης pro ἱππηλάτης, carminis gratia apud Oppianum. Νέοφιν ἐφ' ἱππολάτῃσι θρηκῶν καθοράασθαι, Homerus Iliad. ν. id eſt, rei equeſtris peritorum. Apud Varinum ἱππωλάτων ſcribitur, cum omega in penultima: quo modo etſi formari poteſt (nam πωλεῖσθαι etiam verſari ſignificat) in dactylicum tamen verſum non admittitur. Ἱππόδαμος, ἔφιππος, ἱππολοφάμαντις, ἱππάνεμος ἐλατήρης, ἐδαμάζοντες, ἐφ' ἵππων ἀναστρεφόμενοι, Heſychius, Varinus, Suid. Ἱππόδαμνον, ἔφιππον, Heſych. Ἱππόδαμος, πωλοδάμνης, Pollux. Ἀμαζονίδων ἀδαμάντιππον, Orpheus. Vide quædam ſupra parte prima huius capitis inter derivata: & infrà hac ipſa parte in Bellicis. Ἵππους pro ipſis equitibus apud Homerum in hoc verſu, Οἱ τρέμον ἵππους τε καὶ αὐτοὺς αἰχμητάς, id eſt, Inſtigans tum equites tum viros ſcutatos, hoc eſt pedites armatos. Sic etiam communiter dicimus, Ἱππῶν πεζῶν ἵππ@-

ἵππος εἶναι, ἤγουν ὁ ἱππεύς. Sic & ἱππαγρεσία accipi potest, quasi ἱππέως καρυσία, id est eques armatus, Porphyrius quæstionum Homericarum 16. Ἱππιλεύς, ἵππος καλεῖται, ἱππεύς, ἢ ὁ πολὺν ὁδὸν πορευόμενος, Hesychius & Varin. Ἵππαρμος, magistratus quidam, Hesychius & Varin. vide ne legendum sit ἵππαρχος. Ἱππαρχία, præfectura & quasi magisterium equitum: vnde verbum ἱππαρχεῖν, hoc magistratu fungi, cum genitiuo: Demosthenes, Καὶ οὐκ ἱππαρχεῖν ἠξίουν ἱππέων τάττοις ἂν συνεξῆλθεν: hinc & passiuum in vsu in tertio Politicorum Aristotelis, Δεῖ τὸ ἄρχοντα ἀρχόμενον μανθάνειν, ἵνα ἱππαρχῶν ἱππαρχηθέντα. Ἱππαρχικὸς, qui hipparchi munere bene fungitur. Ἱππαρχικὸν δὲ καὶ τὸ τὰ χωρία μηχανήσασθαι, Xenophon. Ἵππαρχος apud Lacones, qui iuuenum curæ præfectus est, Hesychius & Varin. nos eundem paulò ante hippagretam Laconicè dici monuimus. Hipparchi tabula: quoniam apud Syracusanos hipparchi scripta in tabulis nomina illorum qui aliquid deliquissent notabant, Suidas: ex quo etiam mancus Hesychij locus restitui potest. Videtur autem proverbij vim habere, vt vulgò etiam catalogum pro reprehensione dicimus, & catalogum alicui legendum, pro eo quod est increpationem expectandam: nimirum à ludimagistrorum more qui puerorum nomina in tabulis scripta (vt in matricula, sic vocant, academiarum rectores) cum vel abfuerint, vel peccarint aliquid, ne per oblitionem impune abeant, puncto notant in sulco cera expleto. Erasmus in Chiliadibus Ἱππάρχων in plurali numero scribit, & Hipparchorum tabulam vertit, cum Suidas & Hesychius in genitiuo singulari habeant: Et ex Suida ἀποκτόντων transfert, qui ordinem deferuissent, somnians forte λειποτακτόντων se legisse: non enim per inscitiam puto, cum mox idem vocabulum ex Hesychio melius reddat, qui indecore aliquid fecissent. Hoc etiam falsò attribuit Hesychio Lacedæmoniorum hipparchum delinquentium nomina in tabula scribere solitum: nihil aliud enim de Laconum hipparcho Hesychius scribit, quàm quod iuuenibus præfectus fuerit. Deinde novo initio facto subijcitur, Ἱππάρχου πίναξ, ἵνα οἱ ἱππάρχαι ἐν τῷ πίνακι, qui locus mutilus, vt dixi, ex Suida sic reponetur. Ἱππάρχου πίναξ. ὅπου παρὰ Συρακουσίοις οἱ ἵππαρχοι ἐν πίνακι, &c. nam sequentia vtrique eadem sunt. De vsu proverbij rectè Erasmus, quoties haud impune futurum, si quid peccetur, significabimus. In eundem sensum dici posse videtur, Iouis diphtera. Sic & σανιδάλια Hesychio tabulæ sunt, in quibus iudices scribebant nomina delinquentium. Sunt quibus calasiris intelligatur equestris tunica latior, quam & xystida vocant: dicitur quoque ἱππικὸν χλαῖδος, Græcorum lexicis hac in re præcipuè vitiatis, Cælius. Ἱππικὸν χλαῖδος Ion in Agamemnone dixit, vt Hesychius & Varinus citant, apud quos hunc tantum errorem invenio, quòd codices impressi καλὰ; εἴειδμα duabus vocibus habent, pro vna cuius antepenultima per iota scribi debet, καλασιείδμας. καλασιρεῖται, τὰ λοχία, ἃ καλοῦσιν ὦας, Hesych. & Varin. forte καλασιείδμα legendum, vt accusatiuus sit à recto calasiris. Vocabulum λοχία hoc sensu non memini alibi legere: ὦας enim, id est fimbrias interpretantur. Pollux certe 7. 13. vbi de oa loquitur, & diversa fimbriarum vocabula recenset, nullum habet huiusmodi. Idem 7. 16. calasirin tunicam Aegyptiam thysanotam, id est fimbriatam esse docet: vbi tamen vtrunq; vocabulum, calasiris dico & thysanotós, non rectè per duplex sigma scribuntur. Καλασιρεῖς, χιτῶν πλατύσημος, ἡνιοχικὸς καὶ ἱππικὸς χιτών, ἔνιοι δὲ λινοῦν καὶ ποδήρη χιτωνίσκον, ἰσχνόν, apud Aristophanem in Thesmophoriazusis, Hesychius: nos lineam vestem talarem, vocamus *ein chittel*, quasi à Græcò χιτών: & quòd à balneo ferè gestetur, *ein badhembd*. Calasiris, tunica lata, vt Aegyptij vocant: item nomen proprium, Suidas & Varin. Ὁ καλασίρις, χιτὼν πλατύσημος: Cephisodemus vocem Aegyptiacam esse scribit, Scholia in Aues Aristophanis: Calasiris linea vestis sacra, Varinus in Ἱερεύς. Aegyptijs in more fuit vt Calasires, qui præcipui habentur milites, à nullo doctore, sed à patre solum, militiæ præceptis eruditentur, Alexander ab Alexandro. Κάσσας ἱππικὰς nominat Xenophon in Cyri institutione: sunt autem ἐσθῆτες εἰλιταί, Polluc. Mihi quidem eratum videtur, & pro εἰλιταὶ legendum πλωταὶ, vt vestes intelligamus non contextas sed ex filtro seu feltria lana in se confecta à pilotarijs concinnatas, de quo panni genere pluribus in Tauro docui: est enim hoc genus soliditate densitateq; sua equitibus præcipuè aptum aduersus pluuias. Germani vocant *rytmäntel, filtzmäntel*. Accedit nostræ sententiæ Hesychij testimonium, Κάσσας (melius Κάσσας per duplex sigma, vt Varinus habet) ἀμφιπόπαι, καὶ πλωταί: Et rursus, Κασσὰν, ἱμάτιον, παχὺ καὶ τραχὺ περιβόλαιον. Κάλπαι, calceamenta cana in quibus equitant, Hesychius & Varin. cereas Latinè dixerim. Est & ἱππὰς, στολὴ ἱππική secundum quosdam, vt Varinus annotat. Xystis, vestis est equestris, tragica, & muliebris: & exponitur, πορφυρᾶ, κροκωτὸν ἱμάτιον: ferebant eam reges in tragœdijs, & aurigæ (vel equis invecti athletæ) in pompis, Scholiast in Nubes Aristophanis: Vocabulum est communitet oxytonum, Atticè paroxytonum. Mantelli nomine pro veste equestri, & Germani vruntur, vt iam dixi, & Galli aliæq; gentes: videtur autem originis Persicæ vox. Μανδύας, genus Persicæ vestis qua vtebantur in bellis, Varinus & Hesychius. Reperitur & κάνδυς eiusdem significationis, vt alterutrum corruptum esse suspicemur. Sed μανδύας potius corruptum fuerit. Κάνδυς, χιτὼν Περσικὸς ὃν ἱππορραπτοῦσι (lego ἱππορραπτοῦνται, ἤγουν συμβάλλονται, Infibulant sibi) οἱ τραπεζῖται, Hesych. Ἀποδύσαντες ἢ τὸ κάνδυν, καὶ τὰς ἀναξυρίδας ἐξελκύσαντες, καὶ τὸ πῖλον ἀφελόντες, Authoris innominati verba apud Suidam & Varinum: Videor sanè mihi apud Xenophontem legisse. Erant autem Persæ omnes equites, vt infra dicam in Bellicis.

Equi nobiles & cursu validi, quia publicis certaminibus & spectaculis vel singuli cursu certabant, vel bigis aut quadrigis iuncti, propositis quidem præmijs, Græci dicuntur ἆθλητὰ, ἆθλοφόροι, ἀγωνισταὶ, ἀμιλλητήριοι, νικηφόροι, vt apud Pollucem & Varinum legimus. Ἵππος ἆθλητὴς apud Strabonem. Ante suos it victor equus, Silius. Τέσσαρες ἆθλοφόροι ἵπποι (αἱ δύο ξυνωρίδες, ὅπερ καὶ πέτρωρον λέγεται) αὐτοῖσιν ὄχεσφιν Ἐλθόντες μετ' ἄεθλα. περὶ τρίποδος δὲ ἐμάχοντο θυόεσσαι, Homerus Iliad. λ. Ὡς δ' ὅτ' ἀεθλοφόροι περὶ χρήματι μοῦνυχες ἵπποι ἐμφὰ μάλα τρωχῶσι. τὸ δὲ μέγα κεῖται ἄεθλον ἢ τρίπος, ἢ γυνή &c. Idem Iliad. χ. Et rursus in Odyssea, Η' ὥς τ' εὐπήλῳ πτερόεντες ἆσσον ἵπποι. Δρομικοὶ, ad cursile certamen idonei, vt Ruellius vertit. Nempe volucrem Sic laudamus equum: facili cui plurima palma Feruet, & exultat rauco victoria circo. Nobilis hic quocunq; venit de gramine, cuius Clara fuga ante alios, & primus in æquore pulvis, Iuuenalis Sat. 8. Acer equus quondam, magnæq; in puluere famæ, Ouid. lib. 7. Metamorph. Et alibi, Non ego nobilium venio spectator equorum. Et rursus, Nec te nobilium fugiat certamen equorum. Primus in certamine, Horat. de Arte. Anniceris Cyrenensis (inquit Aelian. secundo Variorum) ob artem equitandi & curruum regendorum peritiam, superbum animum gerebat. Voluit igitur quodam tempore specimen artis suæ Platoni exhibere, & iuncto curru in Academia multos cursus circumequitauit, adeò intentè cursus gressum seruans, vt ne digitũ quidem latum discederet ab orbitis, sed semper in eodem spatio permaneret. Cæteri igitur omnes mirantes obstupuerunt: At Plato nimiam eius industriam reprehendit, inquiens, fieri non posse vt qui rebus tam nullius pretij operam nauaret adeò diligentem, possit magnis & præclaris negotijs vacare. Cum enim omnis cogitatio in ista conferatur, necessum esse vt ea negligentius agat, quæ reverà sunt admira-

Spartanorum regis filia, mulierum prima, inquit Pausanias, equos alere adorta est: primaq; curru adepta victoriam est in Olympicis. Eius heroum visebatur in regione, quam de platanorum copia platanistam vocant, Cælius. Equi eius ærei, magnitudine equis minores, visuntur in vestibulo templi Iouis Olympici, Pausanias Eliacorum lib. 1. Meminit etiam eius initio secundi Eliacorum, Equo in Olympia vicisse aiunt Isium, Pausanias. Vicisse Olympia prægnantem equam Echecratidis Thessali inuenimus, Plinius. Miltiades vnus ex decem ducibus Atheniensium in Marathone, patrem habuit Cimonem Stesagoræ, qui Pisistratum Hippocratis ex Athenis fugit: & dum fugit obtinere Olympiadem quadrijugo certamine, quam victoriam muneris gratia transtulit in Miltiadem ex matre germanum: proximaq; Olympiade eisdem equabus aliam Olympiadem cum vicisset, à filijs Pisistrati interfectus est, mortuo iam Pisistrato: sepultusque ante vrbem trans viam quæ vocatur Diacœle: Et è regione sepultæ sunt equæ illæ, quæ treis Olympicas victorias reportarant. Idem quod istæ iam aliæ equæ fecerunt Euagoræ Lagonis (quæ etiam in ludis Eleis victrices fuêre) aliæ præterea nullæ, Herodotus libro sexto interprete Valla. Huius Cimonis meminit etiam Tzetzes 1. 22. vitam eius Plutarchus conscripsit. De Olympia, id est Iouis Olimpij templo in agro Pisano, & iuxta eam luco campoque, & Olympici certaminis origine progressuque, lege Strabonem l bro octauo. Hippodromus, locus ad cursus equorum destinatus, qui statim intrantium oculis totus simul offertur, hinc atque hinc platanos, aut buxus, aut cupressus, aut alias arbores perpetuò virentes habens. In eo de pernicitate equorum certatur, citra simulachrum pugnæ, & à cursu equorum appellatur, Budæus in Pandect. Inde de hippodromo & & palæstra vbi reuenisses domum, Plautus Bacch. Ἀνὴρ ἱππικὸς (apud Homerum Iliad. Φ) λέγεται τὸ μεσόδρομον καμπτῆρα χωρίον. Varinus. Accipitur etiam adiectiuè pro loco idoneo equitationi: ἱππία, ἱππική, ἱππικὸν, ἱππικὴ ἐπιστήμη, ἱππικὸν ὄργανον, Pollux. Forum Eliensium antiquo more constructum, porticus inter se distantes habet, & vias per eas: Vocatur autem nostro tempore Hippodromus, & constituunt in eo equos incolæ, Pausanias Eliacorum 2. Cum omnis Alexandria equorum studijs vehementer incumberet, atque in hippodromo ad hoc spectaculum ciuitas vniuersa conueniret: tantaque plerumq; oriretur contentio decertantium, vt sese mutuò etiam perimerent, hunc morem grauiter redarguit Appollonius, Philostratus. Hippodromus certamen Athenis in honorem Thesei celebratum, Hesychius & Varinus. Hippodromia, id est certamen currentium equorum, post reliqua certamina celebrari solebant, Scholia in Pacem Aristophanis. Azanen Arcadis fuisse filium, Pausanias scribit, quo moriente, certamina sint proposita primum, præcipuè verò hippodromiam, id est equorum cursum, Cæl. Philostratus in Hippodromo sophista, Olympiodoro eius patri gloriæ adscribit, quod hippotrophia cunctos præcelleret Thessalos, Cælius. Θεωρῶν, τὸ ἱππολογούμενον, Varin. Circus dicitur, inquit Nonius, omnis ambitus vel gyrus, vnde diminutiuum circulus. Cicero lib. 2. de Legib. Iam ludi publici, quoniam sunt cauea circoque diuisi, sint corporum certationes cursu, & pugilatione, luctatione, curriculisq; equorum vsque ad certam victoriam circo constitutis. Mediaq; in valle theatri Circus erat, id est spatium spectaculi. Plura leges paulò inferius, & in Promptuario in vocabulis Circenses & Circus, & Alexandrum ab Alexandro in Dieb. genialib. 5. 8. & 5. 16. Ἐν ἱππικοῖς ἀγῶσι τὸ Ῥωμαϊκὸν [illegible], Plutarchus. Hippodromum Siculi campum vocant, Hesychius & Varinus in Καμπτῆρ voce Latina tota & Vergilius eadem significatione vtitur, Hîc vel ad Elei metas & maxima campi Sudabit spatia. Et quoniam in campo, id est planicie equi, & exultant: & cursu valent (vnde prouerbium, Equum in planiciem) trahitur hoc vocabulum ad rem quamlibet, in qua quis copiosius studium suum declarare & vires explicare potest. Campus Rhetorum, Cic. 1. Offic. Idem 4. Academ. Quum sit enim campus, in quo exultare possit oratio. Idem pro A. Cæcinna, Istum locum fugis & reformidas, & me ex hoc (vt ita dicam) campo æquitatis, (vide ex Nizolio an equitatus legendum sit,) ad istas verborum angustias, & ad omnes literarum angulos reuocas. Ἵππιος, ἱππεῖος, Hesychius & Varin. Stadium Latinè curriculum dicitur, siue locus in quo equi hominesve currunt, & certant athletæ: dictum ἀπὸ τοῦ ἵστασθαι, hoc est à statione, quòd Hercules eo spatio vno spiritu confecto, constitisset. Institutum quippe ab Hercule stadium tradunt, eumq; pedibus suis metatum esse id stadium quod est Pisis apud Iouem Olympicum, feciseq; id longum pedes sexcentos, (siue centum viginti quinq; passus.) Inde postea cætera stadia terris Græcis ab alijs instituta, pedum quidem simili modo sexcentorum, verumtamen aliquantulum breuiora. Ex Gellio lib. 1. Olympicum stadium, Seneca in Thyeste. Stadium orgyias, id est vlnas continet centum, vel octo & trecentos: αὐλὸς olim dictum, vnde diaulus (spatium duplicis stadij per se & rectà extensum: vel vnius tantum, quod respectu cursoris per vnum idemque stadium redeuntis ad cursus sui initium duplex sit) & diaulodromi. Stadium à statione (στάσις Græci dicunt) vocatur: stantes enim spectabant: vel quasi στάδιον, περὶ τὸν τόπον τοῦτον, Varin. Carceres, tantum pluraliter, locus in circo vnde emittuntur equi in spectaculis. Seruius in 1. Æneid. Carcer est (inquit) vndecunq; prohibemur exire. Dictus quasi arcer ab arcendo, teste Varrone. Locum autem in quo seruantur noxij, carcerem dicimus numero tantum singulari: vnde vero erumpunt quadrigæ, carceres dicimus numero tantum plurali, licet poeta in singulari sæpe vsurpent, Ruuntque effusi carcere currus, Verg. Aeneid 3. Signa tubæ dederant, quum carcere pronus vterq;, Ouid 10. Metamorph. Sacro de carcere missis Insistam forti mente vehendus equis, Idem 3. Amor. Et similiter author rhetoricæ ad Herennium libro 4. Impudentesq; illos dicit esse qui currere cœperint, ipse intra carcerem stet, &c. Soluti carceres, Stat. 6. Theb. Nec enim in quadrigis cum secundum numerauerim, aut tertium, qui vix è carceribus exierit, quum palmam iam primus occeperit: nec in orationibus, qui tantum absit à primo, vix vt in eodem curriculo esse videatur, Cicero de clar. orat. Sic vbi prosiluit picco de carcere præceps Ante suos it victor equus, Silius. Quamuis iam carcere clauso luminent foribus, Lucan. Vt cum carceribus missos rapit vngula currus, Instat equis auriga suos vincentibus, illum Præteritum temnens extremos inter euntem, Horat. Serm. 1. 1. Disponebatur circus in forma spatij oblongi, & in summitate circi carceres erant, vnde equi curribus iuncti ad cursum mouebantur, & quum ad summum deuenissent, reuoluebantur, donec ad priorem metam deuenirent, Promptuarium. Huc facit quod diaulum exponunt cursum reciprocum siue duplicem, obeundi scilicet stadium ac mox redeundi. A carceribus ad calcem, id est à principio ad finem, prouerbialis locutio, apud Cic. de amic. Ἀπὸ βαλβίδος (ἀπ' ἀρχῆς, ἀφ' ὁρμῆς, Hesych. & Suidas) à carcere siue repagulo, id est ab ipso rei principio: extat apud Aristophanem, Erasmus Chiliade 2. Centuria 5. Prius autem Chil. 1. Cent. 6 idem in plurali, Ἀπὸ βαλβίδων, posuerat, citato Aristophanis versu è Vespis, Καὶ μηνύσειν γε τἀπὸ βαλβίδων πρὸς τὸ τέλος ξυνδεδρακότα. Interpres (inquit) metaphoram à stadijs sumptam ostendit, in quibus carceres erant repagula quædam, quæ Græci βαλβίδας seu ἀφετηρίας appellant, vnde cursus initium erat: iuxta has linea tendebatur, cui insistebant cursores.

Hæc

Hæc Erasmus. Ego, vt res clarior fiat, Græca apponam. Ἀπὸ βαλβίδων, ἀπ' ἀρχῆς ἰθίων, ὅτι μετὰ φορᾶς ἐκινοῦντο τὰ ἅρματα. [illegible] ἐπὶ τὰς ἀφετηρίας, ἐξ ἀναπαύσεως, ἐπὶ τὰς ἀπαρχὰς τῶν ἀγώνων. Et rursus in equitibus ad verba Conici, Ἀφεῖς ὁπὸ βαλβίδων διὰ πεδίου τινὰ, ἵνα σὺ ἀκούσῃς ἵππου, Scholiastes addit: Βαλβὶς καλεῖται πᾶν τὸ ἐγκάρσιον ξύλον ἐφ' ἁρμάτων τιθέμενον, ὃ καὶ ὄνειον καλοῦσιν: hoc lignum transuersum curforibus iam ad curlum paratis auferentes, ἀφίεσαν τέλους, id est currere permittebant. Aliter, Ἀπὸ βαλβίδων ἀπὸ τῶν ἐγγραμμάτων γεγραμμένων ἐπὶ τὰ ἀντίθετα μέρη, ὅπου ἐκβαίνεσθαι βάδην. πρῶτον γὰρ ἐκίνουν βάδην ἔπειτα δρόμῳ ἤρχοντο vel quasi ἀπὸ βίας à saltando, vel à verbo βαίνω. (Plura de voce βαλβὶς vide paulo infr.) Item in Achar. Παλαίειν τῶν ὠδῖνα, γραμμὴν ἄκουσι: gramme, id est linea, exponitur initium, ἀπὸ τοῦ ἐν ἀρχῇ τοῦ δρόμου. A linea incipere, Ἀπὸ γραμμῆς ἄρχεσθαι, inquit Erasmus, ij dicuntur, qui ab ipso rei exordio sumunt initium. Age igitur ad lineas rursus & ad gradum. Tertullianus dixit lib. 1. aduersus Marcionem, pro eo quod est, ab integro. Et alibi in prouerbio Extrema linea: Quoniam olim (inquit) initium vnde curlus incipiebatur, ducta linea notabatur, rursus extremum linea significabatur, Idcirco à linea incipere, siue ad lineam redire dicebantur, qui rem ab initio repetebant. Et quod in quaque re postremum est, extremam lineam appellabant. Ita Terentianus Phædria. Postremo extrema linea amare nonnihil est. Et Tertullianus lib. quem aduersus Hermogenem scripsit, vocat eum ignorantiam extremam lineam, quod vltimus esset hæreticorum. Siquidem adhuc erat in viuis, quum ea ferebat Tertullianus, Hæc Erasm. Quintilianus libro vndecimo ita scribit, Transire in diuersa subsellia, parum verecundum est: nam & Cassius Seuerus vrbanè aduersus hoc facientes lineam poposcit. Hic ego lineam (inquit Cælius) longurium accipio: sic enim longiores pertica, aut robustiora ligna, quæ in stabulo equis interponuntur, ne conturgant in pugnam, aut se mutuò feriant, appellari obseruauimus. Seruius Aen. quinto, vbi in ludorum celebratione Virgilius ait: Signoque repente Corripiunt spatia audito, limenq; relinquunt: regulam interpretatur, quod dixit poëta limen, aut signum de creta factum. Hinc est cur in ludis eruditis perspæpe linea nuncupetur alba. Aliqui tamen lineam apud Ouidium longum in Circo sedendi spectatorum ordinem interpretantur. Porrò vt in carceribus visebatur linea, sic & in meta, vbi vincentibus proponebantur præmia, vt Pindaricus tradit interpres. Longis porrò lineis quid fieri, elegantèr dicitur, quod longinquo fit: velut, extrema linea amare apud Terentium, Hæc Cælius: Ego lineam video pro filo etiam & fune accipi, vt in linea piscatoria: vtebantur autem funibus quoque ad limites certaminum signandos, vnde Lycophron, [illegible] βαλβίδα μηκίστης χάλκης: quanquam & lignis transuersis vsos reperimus. Ars sit, an quid aliud, & à quibus carceribus decurrat ad metas, Varro de re Rust. l. 3. Curriculum, locus in quo certamen currendi exercetur. Sunt quos curriculo puluerè Olympicum Collegisse iuuat, Horat. nisi quis curriculū à curru diminutiuum accipiat, vt Curtius lib. 8. Aliorum turbati equi non in voragines modò, lacunasque sed etiam in amnē præcipitauēre curricula. Tu cum de curriculo petitionis deflexisses, Cic. pro Mur. Accipitur etiā pro cursu. Quod sine Curriculo & sine certatione corporū fiat, Cicero 2. de Legib. Καταδρομὴ est stadium, in quo equites decurrere solebant imaginario prælio (hippodromus vero citra pugnæ simulacrum) Latinè decursorium dixeris, Budæus in Annotationib. Ἐπιχαλκίδιον, locus equestrium certaminum, & templum Illi, Hesych. & Varin. Enechelidon, locus Athenis stadiorum octo, in quo hippodromiæ fiebant, ab Echelo quodam dictus, Varin. Fuit autem Echelus heros quidam: alij echelum heroïs cuiusdam epitheton faciunt, [illegible] ἥρωι, Hesych. Echelidæ (authore Stephano) vicus est Atticæ, ab Echelo heroe dictus: heroi autem hoc nomen contigit à loco qui dicitur Helos, inter Piræum & Tetracomum Herculeum sito, vbi in Panathenæis agōnes gymnici agitabantur. [illegible] Βαλβὶς ἡ ἀρχὴ τοῦ δρόμου καὶ ἐξέλασις, καὶ ἡ ἄφεσις τῶν ἵππων, καὶ ἡ ὕβρις τῶν ἱππικῶν ἀγώνων. [illegible] Βαλβίδες, Hesych. Βαλβίδων, περιαιρῶν, Idem. Βαλβὶς, κοίλωμα πεπηγὸς μέσον τοῦ ὑποκρίτου, Idem: & Galenus in Glossis Hippocratis: hoc est cauitas oblonga: per metaphoram fossa à fossis, & eminentibus earum marginibus, qualibus areæ certaminibus destinatæ, circundantur, vnde prouerbium illud, Τὰς βαλβίδας ὑπερθεῖν πηδῶν, id est vltra fossas saltare, cuius meminit Suidas, & metaphoram a pentathlis ductam esse ait. Ferri enim de Phaÿllo Crotoniata vel Opuntio pentathlo, quod fossas quæ pedum quinquaginta latitudinem habebant, primus transilierit: quod testimonijs ex epigrammate & Cratylo Platonis probat. Simile est prouerbium, Extra oleas, quod Erasmus locum habere ait, vbi quis terminos præscriptos transgreditur: aut aliena, nec ad rem pertinentia facit, dicit ve. Aristophanes in Ranis, Μὴν ὀθνεῖα πράττειν ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν. Scadia: inquit interpres, in quibus currendi certamina peragebantur, oleis per seriem positis, vtrinq; sepiebantur, quas præterire non licebat: proinde qui præteriisset oleas, extra stadium currere videbatur. [illegible] Βαλβὶς, βάσις ἐγκάρσιος ἐπὶ ἁρμάτων, καὶ ὁ καμπτήρ, (malim καμπή.) Ὅταν περὶ τὰς βαλβίδας πολὺ τὰ ἅρματα ἀφίστηται, ἀναπαύσασθαι τὸν ἡνίοχον, Suidas. Hysplax, inquit Theocriti interpres laquei species est, propriè autem cursorum carceres sic vocantur, quem nos cancellum dicimus, Cælius. Ὑστλιγξ, carceres vnde equi emittuntur in spectaculis: item flagellum, stimulus, vt & [illegible] & [illegible]. Ὑστλιξ, flagellum sic dictum quod hat ἀπὸ τοῦ σχίζειν τὸν ἀέρα, id est à scindendo aëre, quasi ἀπὸ προθέσεως, ἀπὸ τοῦ στλίγξ. Βάσανος, ἀφετηρία, Etymolog.) & carceres, inde (vt videtur) dicti, quòd flagello illic feriantur equi, [illegible] ἐκεῖ πληγὴν ἐν τῷ ἅμιλλα τοὺς ἵππους, Varinus. Ὑστλιγξ, βαλβὶς, μάστιξ, [illegible] ἐκ τοῦ γῆς πάσσαλος, ἢ καμπτὴρ κίων, ἢ ὁ ἱππόδρομος. Hesych. & Suidas. Ὑστλιγξ, ἀφετηρία, ἐν τῷ γῆς πάσσαλος, ἢ καμπτὴρ κίων, ἢ ὁ ἱππόδρομος. Ego quidem semper ὕσλιγξ legere malim cum gamma ante ξι, & sic in obliquis gamma duplex fiet: etsi apud Pausaniam obliqui cum simplici gamma aliquoties leguntur à recto ὕσλιξ. (Atqui à πλήσσω fit, vnde & βάσλιξ, eiusdem significationis pro stimulo, sine γ.) Ὁ δὲ καθάπερ ἀπὸ ὑστλιγγος ἐπιμήκων, ἐξ αὐτῆς ἴσως. Suidas ex authore innominato. Et ex epigrammate, τὸν ἐκ ἄκρων Ἐλαίων ἐπὶ παρ' ὑστλίγγεσσι πίθηκον. Et Iosephus, Οἱ δὲ ἐκ πάσης ὥρμησαν ἐπ' ὑστλιγγος ἔξοδον ἑτοίμως. Ἀπὸ δὲ κατάρας ἀπὸ ὑστλιγγος ἀπὸ τοῦ ἅλματος τοῦ ἀθρόου (scio τοῦ ὑστάτου), ἀπὸ τῆς γυναικείας αἰδοῦς. Aristophanes: Ἀπὸ μιᾶς ὑστλιγγος. Suidas interpretatur, ἀφετηρίας, βαλβίδος: ἢ ὡς ἀπὸ τοῦ ἵππου καμπτῆρος καὶ καμπῆς. Circumscribere cancellis,

cancellis, Eraſmus in proverbio Minore finire pomœrio. Conclides pro carcere accipit Plutarchus in Lucullo, vbi preſſos fœnore ab publicanis pati coactos ſcribit, σχοινισμοῖς, κιγκλίδαις, καὶ ἵπποις. Cælius: Et potius certum genus aliquod vel tormenti vel carceris aut cauæ cancellatæ, cui introdebantur fontes, vel exponebantur in ea, κιγκλίδας eſſe dixerim: neq; enim inter peculiaria & exquiſita tormentorum nomina carceris etiam nomen genetale, & exigui ad tormenta illa momenti ponere conveniret. In Lexicis nihil reperio quod huc faciat. Pollux tum alibi κιγκλίδα genus hoſtij eſſe ſcribit: tum libro 8. Αἱ τῶν οἰκαστηρίων θύραι κιγκλίδες ἐκαλοῦντο, ἃς οἱ Ῥωμαῖοι καγγελλοὺς (id eſt fores cancellatas) λέγουσι. Ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι, hoc eſt à foco incipiens: parœmia, tranſlata à curſoribus in ſacris: mos enim erat Veſtæ primitias offerri, Heſychius: ſed locus eſt corruptus, qui curſorum mentionem facit: non enim ἀπὸ τῶν δρομέων περὶ τελετῶν legendum, ſed ἀπὸ τῶν καθιερωμένων τελετῶν, vt habent Scholia in Veſpas Ariſtophanis, vnde Varinus etiam tranſcripſit: quæ verba Eraſmus in prouerbio, Ab ipſo lare, interpretatur à veruſto ritu ſacrorum. Licebit ſanè apud Heſychium legere, ἀπὸ τῶν δαιμόνων περὶ τελετῶν, quæ lectio magis arridet quàm Scholiaſtæ & Varin. Sed bene cecidit, quòd licet corruptus hic locus nihil ad certamina, de quibus hic agimus, pertineat, eundem tamen ſenſum habet prouerbium Ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι, quem illa, A linea, & A carceribus, de quibus ex profeſſo hic ſcribimus. Ἀφετηρία, ἀρχὴ, ἡγεμονία. ἡ ἀρχὴ (ὕλης, Suidas) ἢ ἱππόδρομος, καὶ ἁπλῶς πᾶσα ἀρχή, ἢ τὸ καίγγελον, Heſychius & Varinus. Cæterum organa ἀφετήρια (quæ vox proparoxytona eſt) dicuntur, quorum vſus erat in obſidionibus, Suidas: baliſtæ nimirum & catapultæ, vel quæuis machinæ, quæ lapides vel alia tela eiaculabantur. Ἀφετηρία, ἄφεσις, ἵππων ἄφεσις, & ἱππαφεσις, ſynonyma ſunt. Ἱππαφέσιον, τὸ ἀφετηρίας. Πολύβιος, Παρεκπλήσιόν τι πάθος ἔφασκε πᾶς ἐπὶ τῶν ἱππαφεσίων, ὧν εἰσὶ ἐφεστῶτες οἱ τῶν ἁρμάτων ἡνίοχοι. Suidas. Ἡ ἄφεσις τῶν ἵππων ἐν Ὀλυμπίᾳ παρέχεται σχῆμα τῷ πελάγει. περαιοῦται δὲ αὐτῆς τὸ ἔμβολον εἰς τὸ δρόμον, &c. ἐκατέρωθεν μὲν δὴ πλησίον τοῦ ἀφέσεως πλέον ἢ πεντακοσίους πόδας παρέχεται δελφὶς ἐκ χαλκοῦ, πρὸς ᾧ τῶν ἁρμάτων ἢ καὶ τῶν ἵππων τῶν κελήτων, διήκει πρὸς αὐτῶν καλούμενον αὐτῇ ὕπαλλος, καὶ τηνικαῦτα χαλκοῦν ἐπὶ ὑπάλλου, &c. Pauſanias Eliac. 2. In horum carcerum embolo, id eſt roſtro, delphis æreus in canone erectus viſitur, & in medio ara quæ aquilam ex ære alis longè extenſis ſuſtinet. Eſt autem machina huiuſmodi, vt ea commora delphinus in terram cadat, aquila verò ſurſum profiliat. Hos tam artificioſos carceres Cleœtas quidam conſtruxit, in cuius rei gloriam ſtatuæ ſuæ Athenis hoc diſtichon inſcribi voluit: Ὃς τῷ ἱππαφέσιον στυ Ὀλυμπίᾳ ἐυσφαιρώτῳ τᾷ ξένᾳ Κλεοίτας υἱὸς Ἀεσυλέως. Νύσσα, ἡ ἀφετηρία τῶν ἱππικῶν ἀγώνων. Τοὺς μὲν ἵππους κεντοῦσιν οἱ παρεῖπποι σιδηροῖς κέντροις, ὡς ἀνάξουσιν ἐκπηδήσοντες τῇ πληγῇ: στὺξ ἡ πεζὴ, λόγιος, Varinus. Καμπὴ etiam νύσσα vocatur quaſi νεῦσα. νεύσει γὰρ πρὸς τὸν καμπῆρα καὶ κάμψουσιν, Idem in Νύσσιον. Νυσσα, καμπὴ, τέρμα, βαλβίς, Suidas. Νύσσα, ὁ καμπὴ ἀπὸ ᾧ ἐλήλυθε καὶ αὖθις νύσσιν στὺξ ἵππος, Heſychius. Κολοκάσιαι, τὰς βαλβίδας πάλι. Heſychius & Varinus. Καμπὴ, flexus, & meta circa quam vertuntur. Lexicon. Δρόμος πάλαι ἦσαν καμπτὴν, οὐκ εὐθεῖ καὶ ἁπλοῦν, ἀλλὰ καμπὰς ἔχοντα; Suidas & Varin. & Cælius, Campton (inquit) curſum vocabant, non rectum, nec ſimplicem, ſed flexiones habentem. Ἱππικὸν τέρμον, ὁ καμπὴρ, Heſychius & Varinus. Τέρμα, νύσσα, καμπὴρ, Suid. Sed de voce torme. etiam inferius dicam. Ἵππος δ' ἐξελάσασθαι ὑφ' ἅρματι, καὶ περὶ νύσσαν Ἀσφάλειος καμπτῆνα πεσχὼ σύεγγυα Φυλάκᾳ, Theocritus Idyllio 25. in Heraclisco. Eobanus vertit, Sed coniungere equos curru vertente rotarum Ad metam radios, & campi tuta tenente, Amphitryon puerum, &c. Ipſemet edocuit. Κέντει τὸ πῶλον περὶ τὴν νύσσαν, Stimula equum circa nyſſam: hoc eſt, feſtina ad ſcopum propoſitum, Suidas. Incita equum iuxta nyſſam, hoc eſt iuxta lineam ſive metam, vt Eraſmus interpretatur, quod non probo: in fine enim demum ſtimulare equum, ſerum eſt. Spatiorum in quibus certabant, tres ſunt differentiæ, carceres, meta & flexus vel καμπὴ in medio, vt inferius ex Polluce dicetur. Grammatici quidem lexicorum authores pro omnibus iſtis ſpatiis nyſſam exponunt: ſed vt pro carceribus accipi poſſit, quoniam illic quoque quaguntur equi ad curſum, pro fine certè vel meta impropriſſime accipietur: propriè verò pro flexu in medio, vt ex Polluce conſtat, & paulò ante poſitis Thecritti verbis, περὶ νύσσαν καμπτῆνα. Suidas quidem in Nyſſa, vt iam recitaui, ſpatia hæc omnia confuſè nominans (nam pro βαθμὸς, βαλβὶς legendum iudico) Pollucis verba tranſcripſiſſe videtur, non interpretando, ſed enumerando diuerſa ſpatia: quod & alibi à Grammaticis illis parum prudenter fieri obſeruaui. Sed in hoc etiam Eraſmus errat quòd vertit iuxta pro circa. Redeo ad prouerbium: id vſurpatum ſcribit Eraſmus, vbi ſermo loquentis abetraret ab inſtituto. Natum videtur (inquit) ex Iliados Homericæ ψ. vbi Neſtor multis verbis docet filium Antilochum quo modo debeat equos regere: addit & hoc, Ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστεὺς ἐγχριφθήτω, (al' ἐγχειμφθήτω) Vſurpauit proverbij titulo Gregorius Nazianzenus in oratione de ſancto paſcha, Ἀλλά τι τούτων ἡμῖν τύχοι ἢ τι τῶν φιλτάτων καὶ θερμὸς πέρσαι, κίνησι τὸ πῶλον περὶ τὴν νύσσαν, τὸ δ' ἐορτῆς φιλοσόφου. Et curſus in oratione de natali Ieſu Chriſti. Idem variauit nonnihil in oratione contra Eunomianos, Μηδὲ καθάπερ ἵπποι θερμοὶ καὶ δυσκάθεκτοι τὸ ἐπιβάτην λογισμὸν ἀπορρίψαντες, καὶ τὸν καλῶς ἡνίοχον ὑλαίβατον ἀποπίσωσε πέρρω τῆς νύσσης θέμενοι, Hucuſque Eraſmus. Cæterum quòd νύσσα in Homerico verſu quem citauit, non metam & finem curſus ſignificet, vt ipſe transfert (quamuis eodem in loco τέρμα ab Homero dicatur, ſimpliciter ſcilicet pro ſigno, non pro termino) manifeſtum fit ex carminibus quæ ſtatim ſubijciuntur, hoc ſenſu: nam ſi ſemel nyſſam (Scholiaſtes nihil aliud quàm καμπῆρα exponit) ſuperàris, nullus te amplius inſequentium aſſequi aut præuertere poterit: atqui hoc in meta iam conſtituto metuendum non erat. Hinc termino vicinum fuiſſe hoc ſignum conijcio, quanquam ſupra in medio fuiſſe, ſimpliciter dixerim, hoc eſt quocunq; inter carceres & metam loco. Docet autem poëta ibidem nyſſam fuiſſe lignum erectum orgyiæ, id eſt vlnæ menſura ſupra terram, duobus vtrinq; lapidibus albis appoſitis, Ἐν ξυνεχέσιν ἰδυῖ, (ἰυγαῖς ξυμβολαῖς, καθ' ὅμαλιξε ἑρέονται ἡδέως) λᾶε δ' ἱππόδρομος ἀμφὶς, (ὁμαλὸς δ' ὁμοῦ αὐτὲ ἱππόδρομος. Λᾶας ἱππόδρομος λέγουσι τὸ περὶ τὸν καμπῆρα χωλόν, Varin. Q. Calaber lib. 4. vbi equeſtre certamẽ deſcribit in honorem Achillis nyſſan duobus in locis pro carceribus accipit; eodem certe in loco ἁρματοχίαις pro ἁρματοχίαις impropriè ponit, quod in Callimacho etiam Porphyrius reprehendit. Cæterum non nego certamina quædam talia fuiſſe, in quibus cum ad metam peruenerant equi, circa illam reflectebantur, & ad carceres redibant, ſive ſemel ſive quotieſcunq; viſum fuiſſet: in his quidem metam & nyſſam ſive carceres pro eodem termino accipere nihil vetat: in ſimplici autem curſu, vbi carceres non repetebant, diuerſi fuerunt, quod vel ex Pollucis teſtimonio apparet. Οἵδιν μὲν ἀφίενται, ἄφεσις καὶ ὕπαλλος, καὶ γραμμὴ, βαλβίς. περὶ δὲ ὃ καμπτῆρες, νύσσα καὶ καμπτὴρ: ἵνα δὲ παύονται, πλοῦς, καὶ τέρμα, καὶ βατὴρ, ἔνιοι δὲ καὶ βαλβὶς, Pollux Lycophron etim νύσσαν pro initio excurrendi accipit, πρώτην vocans νύσσαν, innuens eſſe etiam διυστέρην τὴν νύσσαν. Διαυλοῦ, ἐν ᾧ διαύλου ἀγωνίσεις, ἐν ᾧ ἀγωνιζόμενοι τὸ διπλοῦν πάλιν, ἐν ἵπποις δρόμον (quem Plato de legib. 8. ἱππικὸν vocat, vt ſupra citaui: Hippicũ quidem, quaſi equi curſum, quatuor ſtadiorum diſtantiã interpretatur Cælius) καὶ δρόμον τὸν ἐναμπτῆ, Pollux. Meta, cõgeries ſeu ſtrues in acutũ tendens, ceu turbo inuerſus, cõnos à Græcis appellata, quia eſſet poſita

posita in dimenso spatio, vel quia eam metiantur quadrigæ circùm currentes: moris enim erat septies metam lustrare. Propertius libro 2. Eleg. 16. Aut prius infecto deposcit præmia curru, Septima quam metam triverat ante rota. Quum enim iam carceribus emissæ ad metam venissent quadrigæ, erat opus vt circum ipsam flecterentur. Vergilius quinto Aeneidos. Hic vitidem Aeneas frondenti ex ilice metam Constituit, signum nautis pater, vnde reverti Scirent, & longos vbi circùm flectere cursus. Seu septem spatijs circo meruêre coronam, Ouidius de equis in Halieuticis. Hic vel ad Elei metas, & maxima campi Sudabit spatia, Vergil. Metæ quàm mollis flexus, Persius Sat. 3. Indici equi apti sunt certaminibus curruum, quos qui vehuntur in orbem agunt, vt supra in B. dixi. Hamatrochia allociatus cursus, quasi ἁμαδρομία: harmatrochia verò, rotarum orbita. Hanc interstitionem Callimacho in Homeri enarratione (Iliad. Φ) fuisse incognitam miratur Porphyrius (in quæstionibus Homericis,) Cælius. De cursus certamine per calpen & apenen, nonnihil etiam superius dixi, & Pausania interprete Cælio. Transtulit eundem locum Leonicenus etiam 2. 38. sed ineptè, nec integrum, vt Cælius quoque. Nos hic quæ illi omiserunt ex eodem authore conversa addemus. Calpes igitur certamen, vt Plutarchus etiam in Symposiacis meminit, Olympiæ introductum, non multò post exploratum fuit, sicut bigarum etiam certamen. Ἦν δὲ ἡ μὲν θήλεια ἵππος (legendum videtur θηλειῶν ἵππων, præsertim cum sequatur αὐτῶν in genitiuo plurali) καὶ ἀπ' αὐτῶν ἀναβολεῖς καλοῦσι, &c. Hoc est, Erat autem calpe vehiculum iunctis equabus fœminis, à quibus circa extremum cursum desilientes vectores (ἀναβάται) apprehensis frenis & brachio loris circumvoluto pariter currebant, quod meo etiam seculo anabatæ dicti faciunt. Sed qui nunc anabatæ nominantur, à veteris illius calpes anabatis differunt: nam & currendi signa variant, & equis vtuntur masculis. Cæterum apene neque vetus inventum est, neq; sanè decora erat. Similis enim erat bigis, sed mulos pro equis habebat. Τὸ τῶν νεωτέρων ἀγώνισμα ἱππάδων καλεῖται: τὰ δὲ τῶν ζυγίων, ἀπήνιον, Pollux libro 7. Quem locum sic verterim, Certamen per mulos dossuarios calpe olim nominabatur, apene per Zygios, id est bijuges. De calpe nonnihil dixi etiam supra in B. in mentione de gressibus equorum. Ἀπήνη ἐστὶν ἅμαξα ἐξ ἡμιόνων ζευχθεῖσα, ἀπήνη ἐπὶ ἵππων, ἅμαξα ἐπὶ βοῶν, Varinus. Ἀπήνη, ἅμαξα, ἡ δὲ ζυγὸς ἡμίονος, Hesychius. Suidas etiam hamaxan interpretatur: & ex innominato quodam hæc verba citat, Aemiliam Scipionis vxorem præter ornamenta corporis καὶ τὰ ἀπήνης, sequebantur etiam vasa ad sacrificandũ argentea, &c. De equo celete satis dictum est in B. Vsum eius cum freno Bellerophontes primum invenit, Scholia in Pythia Pindari. Καὶ μετὰ ἵππων δέ τις χρῶτο ἀνδρικωτέρᾳ κινήσει ἐπαναίζων, Pollux. Hospes Atheniensis apud Platonem libro 8. de Legibus, ad Cliniam Cretensem de exercitijs & certaminibus equestribus his verbis vtitur: Equorum vsus in Creta magnus non est: Quare necesse est studium in nutriendis equis, certandoq; cum eis, minori curæ Cretensibus esse. Nam currus (ἅμαξαι) quidem nemo vestrum tenet: neque in hoc operam pônere præclarum esse ducitis. Cum igitur consuetum id non sit, certatores huiusmodi lege statuere, dementis esse videtur. Singulis autem equis, (ἀφίπποις,) ijsq; qui pullinos dentes nondum iecerint, pullis, & horum medijs perfectisq;, equestrem ludum pro regionis natura tribuere licet. Huiusmodi ergo certamen secundum legem sit: in eoq; iudicium magistris equitum & tribunis, tam de omni cursu equorum, quàm de his qui cum armis descendunt, commonitet tribuatur. Non armatis verò neq; in gymnasticis ludis, neq; hic, certamen præmium q; imponimus, Hactenus Plato. Synoris, Συνωρὶς, (inquit interpres Aristotelis in Nebulis) est currus non plenus, sed ex duobus iunctus equis, quem nunc diphron vocamus: quanquam eo propriè dicitur nomine in curru pars, vbi cum parabate versatur auriga: vnde etiam inclinatur quasi δυσφόρος, id est duos ferens, auctor Eustathius, Cæl. Synoridem Castor invenit, Scholiastes in Pythia Pindari. Synoris erat biga è duobus equis, non pullis, sed adultis: quanquam pòstè pullis quoque iuncta est. Inveni tamen apud Aristotelem in libro de mundo, etiam in bello vlos synoride, Cælius. Plura super synoride & bigis, quære in Dictionarijs Græcorum Latinorumq;, & in Commentarijs linguæ Græcæ Budæi. Quadrigas bigasq; & equos desultorios agitaverunt nobilissimi iuvenes, Tranquillus in vita Cæsaris Dict. Iam bijuges & quadrijuges, & tota curruum vectura atque aurigatio, quæ circi quondam fuit sacrorumq; certaminum, à nobis ignoratur, Camerarius. Λέγεται δ' ἂν ζεῦγη ἡμιονικὰ, καίτοι καὶ ἵππεια, Pollux. Ἱππεύσειν τε καὶ ζευγαρχήσειν, Strepsiades in Nebulis Aristoph. de Phidippide filio conquerens cum nunc celete equo, nunc bigis vehi. Harma Græcis genus est ad bigas & quadrigas: videtur autem absolutè ferè pro quadrigis accipi. Plura vide infra in re curuli. Quadrijuges æquo carcere misit equos, Ouidius. 3. Amor. Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus iungere equos, rapidisque rotis insistere victor, Vergilius. Harma, id est currum, Erichthonius Atheniensis invenit. Scholia Pindari in Pythia. Nemeis certamen erat gymnicum, καὶ ἅρμα, ὀχιδίῳ ἑνὶ κέλητι. Scholiastes in Nemea Pindari. Ἀλλ' ἐπεὶ ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναχήπεδες ἵπποι Ἅρματα συντρίψωσιν ἐπεσσύμενοι περίτιμος, Hesiodi carmen de re impossibili in Symposio sapientum Plutarchi. Τεθριππατροφῶ, quadrigas, hoc est quadrijuges equos alo, apud Herodotum in Erato. Ἅμιλλαν ἐστεῖλε πόδωι Πρὸς ἅρμα τέτρωρον Ἑλλήνων περὶ νίκης. Οἱ δὲ ἀφ' Ἑλλάτας ἐβαῖ' ἐυ-- Μηλ- Φερεπάδας, Euripides in Iphigenia in Aulide, de Achille armato. In circo ad currus iunctis, non dubiè intellectum adhortationis & gloriæ fatentur, Plinius. Claud. Cæsaris secularium ludorum circensibus, excusso in carceribus auriga, albati equi palmam occupauere, primatum obtinuere, oppositæ effundentes omnia, quæ contra æmulos debuissent pertissimo auriga insistente, facientes. Cum puderet hominum artes ab equis vinci, peracto legitimo cursu ad metam stetere. Malus augurium apud priscos, plebeis circensibus excusso auriga, ita vt si staret in Capitolium cucurrisse equos, sedemque ter lustrasse: maximum verò, eodem perveniisse ab Veijs cum palma & corona, effuso Ratumena, qui ibi vicerat: vnde postea nomen portæ est, Plinius. Diversa circo ratio quæritur: itaq; cum bini in allo subigantur imperio, non ante quinquennes ibi certamen accipiunt, Plinius. Cum Sylla post victoriam circenses faceret, ita, vt honesti homines quadrigas agitarent, fuit inter eos C. Antonius, Asconius in orat. Cicer. in C. Ant. & L. Catil. Et paulo post: In Syllæ ludis, quos hic propter victoriam fecerit, quadrigas C. Antonium & alios quosdam nobiles homines agitasse. Præterea Antonius redemptas habebat ab ærario vectigales quadrigas, quam redemptionem senatori habere licet per legem: fuit autem notissimus in circo quadrigarum agitator Boculus, Πολεμικὸν secundum quosdam certamen erat cursus equorum Athenis, qui vnus & simplex erat, Scholia in Nubes Aristophanis. Conso sive Neptuno equestri diem solennem Arcades celebrabant, Hippocratia nominantes. Consualia Romani: eoque die in Circo Romæ à sacerdotibus fiebant ludi illi quibus virgines Sabinæ raptæ, vt pluribus scribit Gyraldus in opere de dijs, & nos parte vltima huius capitis persequemur, vbi de Neptuno equestri agetur. Certabant autem in ijs equi iuncti, & non iuncti. Consualia primum dicta, mox Circenses vocata sunt, & ludi magni, & Romani. Equiria, neutrum plurale, ludi quos Romulus Marti instituit

per

per equorum curſum, qui in campo Martio exercebantur, Feſtus. Iamq; duæ reſtant noctes de menſe ſecundo, Marſq; citos iunctis curribus vrget equos. Ex vero poſitum permanſit Equiria nomen, Ouidius 2. Faſtor. Equiria Ouidius duplicia commemorat, in Martio ſcilicet & Aprili, Gyraldus. De Conſualibus vide etiam Alexandrũ ab Alexandro 5.26. Equitia (vt idem ſcribit, per t, non per r.) ſingulis annis duodecimo calendas Maias in Circo maximo celebrarunt, qui dies Cerealibus incurrebat, in quibus poſt equos vulpes ſtipulis alligatæ, accenſa flamma, curſitabant. Equiria Italicè Scoppa exponit lo intorniamento la gioſtra: (iiſdem vocabulis haſticum ludum, quem Græci xyſticum dicunt, interpretatur) vulgus torneamentum, Germani etiam externa voce *turnieren* vocant, ſiue à Troiano ludo, quem Vergilius Aeneid. quinto deſcribit, ſiue à torme vel tormos Græcis vocibus. Τέρμνιον δὲ ὅρμος καὶ τέχνιον, ἢ τροφὴ, ἢ σύμπας, Heſychius & Varinus. Τέρμνα, νύσσα, καμπτὴρ, Suidas. Ἵππων τέρμνη, ὁ καμπτὴρ, Heſychius & Varin. Plemna rotæ (inquit Cælius) vocatur quoq; torma. Suam habẽt & Cretenſes tormam, eũ qui præficitur tormarches nuncupatur. Pauſanias eruditè verbum inde concinnauit, ἐκτερμεῖν, quo ſignificatur excurſus præter id quod deceat, Hæc Cælius. Ἐκτερμεῖν, τὸ ἐκ καθήκοντος ὅρμου πλέον ἐκβαίνειν, Varinus: talis quidem equus ἐκόρμιος dicitur. Tarentinis aliquando familiaris fuit equitatio in armis, ἡ ἱππικὴ ἐντριβὴς: vnde verbum τερματίζειν factum, equitationem armatam & pugnæ ſimilem exercere ſignificat, Euſtathius in Dionyſium de Tarento ſcribens: & fortaſſis ab hac voce deſcendit vernacula noſtra *turnieren*, potius quàm à torme, vel Troia, de qua paulò poſt. Equeſtre certamen in funere Patrocli agitatum graphicè deſcribit Homerus Iliados ψ. & aliud in funere Achillis, ſimia Homeri Q. Calaber lib. 4. Et quoniam præcipuum in his deſcriptionibus ornamentum eſt in exprimenda equorum celeritate, quanquam multis de illa, & pertinentibus ad eum vocabulis & locutionibus poëtis, ſupra in ſ & ſ. h. b. tractauerim, non poſſum tamen mihi temperare quin ea quoq; hic addam, quæ in duobus iſtis certaminibus deſcribendis elegantiſſimi iſti poëtæ vſurpant. Ea ferè huiuſmodi ſunt, τὼ δ' ἵπποι μᾶλλον ἔασιν ἀΦάρητοι, Homerus: id eſt præſtantiores, celeriores: ab aduerbio ἄΦαρ, quod eſt ſubitò, celeriter. Αἴολος ἵππος, Calaber. ἌΦαρ δ' ἵπποισι πάθη ὁρόμου, Homerus. Ἄνδ' ἅλετρον θέοντες, Idem. Πλὴν ποσὶ τὼ γε ζυγὸν ἦγε μέγα ὁρμήσαντε ἰσχανόωντε, (ἔτ' ἐχομένω, ἐπεπονημένω δ' ὑπὸ ζυγὸν ἄμφω ἔσαν.) Homerus. Οἱ δ' αἰεὶ ἵπποι Τῷ ἐπὶ ἀκρεΐθουσι μάλ' ἐμπεδον ἔσχον ἀγῶνα, Idem. Ἵπποι δ' ἱδρώοντο, Calaber. Οἱ δ' ἐπέτοντο Δρόμῳ πλατὺν πεδίοιο. Idem. Οἱ δ' ἅμα πάντες ὄρουσαν πεδίοιο, Homerus. Τοὶ δ' ἅμα πάντ' ἐνέοντες πεδίοιο, Idem. Ἵπποι αἰθροκόποδες πολέϊ πεδίοιο διῆκαν, Homerus. Τὼ δ' ἀναΐξαντε κονίοντε πεδίοιο, Idem. Ἀλλ' ἄγε πομπὴν Ποσσὶν ἀΦαρφόρεες: οἱ γάρ τ' ἔΐδον ἀνέμοισι, Calaber. Οἱ δ' ἄΦαρ ἐγγυάλιξαν ὅλα Φρεσὶν ἐλπίδα νίκης Μάρψαι. οἱ δ' ἠῢν ἐπιόπτεον ἀσπίδησι, Καρπαλίμως ζάλωσι μέγ' ἔνθορον ἀσχαλόωντες, Calaber. Et rurſus, Οἱ δ' ἅλιον ἁμαξάων ἀΦέλιζον Δαΐφρον, ἐπεὶ γαῖαν ἐπήλυσαν ἐγγυάλιξαν Ἐλπωρήν. πὶς δ' αὖΐξε δρόμῳ (ᾗ ἐθέλῃ,) οἱ δ' ὄπιθεν πάντες Καρπαλίμως ἅμ' ἕποντο ἐελμαίνεν μεμαῶτες, Γηθόσυνοι ἢ βορέαο μέγα πνείοντος αὔηαι, Ἠὲ νότου κελάδοντος, ὅτ' ἰυρὴν πάντ' ἐνέπουσι Δαίμονες ἀνέμων ἱερὸν, &c. Ὡς ἴσην ἐπέδοντο κόνιν ποσὶ καρπαλίμοισιν Ἐν πεδίῳ κλονέοντες ἀπείριτον, Hæc Calaber. Πολὺς Γ' αἰνήμονι ἵππων Γίγνεται, ὅτε τε πόλΦιν, ἐὸν τε κράτος, ἠδὲ γάμοιο χαμάζε, Homerus. Γίγνοι βαΐδιος θείειν, (ἵππος βεβιδώτης,) Idem. Et rurſus, Τὸ δ' ἐξ ἐρίηρον ἐρυσσάμενος ἐνὶ χερσὶν Γίγνετ' ἀνηρόμενος, ὥς τε νέΦος ἠελίοιο. Χαῖτην δ' ἱδρώοντε μετ' ὤμοιϊν ἀίσσετον. Ἄρματα δ' ἄλλοτε μὲν χθονὶ πίλνατον πυκνὰ βατείῃ, Ἄλλοτε δ' αἶξασκε μετήορα. Equites etiam ſic certantes, πυκίας & πεδαίους vocat. Ἔνθα δ' ἅμα πρῶτοι ἔχον, (ἢ ῥα τύχον, ἰΦίξηλοι:) ἅρματα δ' ἔπλε μάτ' Ἀχιλλεύς Τηλόθεν ἐκ λείου πεδίου. Θοὰ δ' ὑπένερθε, (ὑπέστορα, περ ἐόντα) ἵππων, Οἵ ῥα μάλιστ' ὄρεσι, καὶ ἀλληΐοις ἐπέεσσι, Homerus. Porrò præmin in hoc certamine vincentibus proponit Achilles Ἵππους ἠμιόνους τε, βοῶν τ' ἴΦθιμα κάρηνα. Et rurſus, illi qui primum victoriæ locũ obtinuiſſet, egregiam mulierem, & ingentem tripodem auritum: ſecundo, ἵππον Ἔξετ' ἀδμήτην βρίθοντ' ἠμίονον τοκέουσαν. Troia, ludus puerilis equeſtris ab Aenea conſtitutus. Sueronius de Cæſare, Troiam luſit turma duplex maiorum minorumq; puerorum. Ludus ipſe quem vulgo Pyrrhicham (ego Pyrrhicham aliud nõ eſſe quàm ſaltationis genus in armis hactenus ſemper legi) appellãt, Troia vocatur, cuius expreſſit originẽ in libro de puerorũ luſibus, Seruius,

Incedunt pueri, pariterq; ante ora parentum
Frenatis lucent in equis.
Cornea bina ferunt prefixa haſtilia ferro:
Pars laues humero pharetras.
Tres equitum numero turmæ, ternique vocantur
Ductores: pueri binos quoq; ſecuti.
Signum clamore paratis
Aeripedes longè dedit, inſonuitq; flagello. (id eſt virga.)
Olli diſcurrere pares, atq; agmina terni
Diducti ſoluere choris, rurſuſq; vocati (ſcilicet ictu vir-
Conuertere vias, infeſtaq; tela tulere. gæ.)
Inde alios ineunt curſus, aliosq; recurſus
Aduerſis ſpatijs, alternosq; orbibus orbes
Impediunt, pugnæq; cient ſimulachra ſub armis.
Et nunc terga fugæ nudant: nunc ſpicula vertunt
Infenſi facta pariter nunc pace feruntur.
Hunc morem curſu, atq; hac certamina primus
Aſcanius, longam noua cùm cingeret Albam
Rettulit, & priſcos docuit celebrare Latinos.
Hanc maxima porro
Accepit Roma, & patrium ſeruauit honorem:
Troiaq; nunc pueri, Troianum dicitur agmen,

Hucuſq; Vergilius. Notiſſimum apud noſtros ludi & exercitij puerilis genus eſt, quod vulgò appellant *den Bratten jagen*, id eſt venationis ſeu feræ perſecutionem: impropriè quidem, cum velitationis bellicæ, non venationis imaginem referat. Sed pueri pedites & inermes hunc ludum ludunt, vtraq; pars tanquam hoſtes caſtra è regione metati. Progreditur ab alterutra parte vnus ad hoſtium caſtra, tanquam prouocans ad pugnam, occurrit illi propius accedenti quiſpiam ex hoſtibus, & fugientem perſequitur: aſſecutus enim ſi manu attigerit, captiuum ducit: ſed cauendum eſt ei ne dum cupide nimis perſequitur, ab hoſtium aliquo accurrente deprehendatur. Captiui aliter liberari non poſſunt, niſi quis ſuorum intactus ad ipſos in hoſtium caſtris detentos peruenerit. Exercitatio iſta nõ celeritatis tantum in curſu eſt, ſed ingenium etiam euitandi aut deprehendendi per flexus & ambages hoſtem requirit, & ſpectatores oblectat. Hanc Troiam pedeſtrem appellabimus, ne pueri literarum ſtudioſi nomine tam pulchri ludi deſtituantur. Catadromus, vt ſupra dixi, ſtadium eſt in quo equites decurrere ſolebant imaginario prælio. Theſſalorum gentis inuentum eſt equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare: primus id ſpectaculum dedit Romæ Cæſar dictator, Plinius. Sulegian (ſus quidem equus eſt Hebraicæ & finitimis linguis) eſt ludus, in quo equitantes ſphæram ligneam baculis feriunt, apud orientales populos in vſu, Andreas Bellunen.

De ludorum militarium celebrationibus lege Valturium 12.12. Et de equeſtri exercitatione, eundem 4.3. Alatare eſt proſequi equum currentem cum baculis ipſum percutiendo, quum gradum ſeu curſum ſiſtere voluerit, & eſt exercitium forte, Andreas Bellunen. De equitum armatorum exercitijs ſententiam Platonis ex octauo de

Legib. paulo ſuperius recenſui. De exercitio venationis, aut ſi duo equites ex compoſito, hic fugiat, ille ſequatur cum armis: item de conflictu equitum eorundem eminus & cominus, ac deijciendi modo, Xenophon in libro de re equeſtri.

De equis bellatoribus ſupra dictum eſt in B. & H. b. reſtat vt de equitibus etiam qui ijs vehũtur & militant verba faciamus. Habebat Salomon 40. millia præſepia equorum curulium, & duodecim millia equeſtrium, vt legimus 3. Regum 4. Curules equos Robertus Cenalis interpretatur, qui oneribus vehendis, quadrigisq; volendis: equeſtres vero qui vehendis militibus inſeruirent. Libyes ex curribus pugnabant, ſicuti apud Homerum heroës: hic enim nouiſſe monippos non videtur: ſic enim vocitant vno depugnantes equo, Cæl. Et alibi. Duobus interdum equis ad currum adhibitis heroës depugnaſſe, in Iconibus Philoſtratus ſcribit, etiamſi Hector audacia præſtaret quatuor vteretur. Vectabula hæc ſeu iumenta, Græci vocant ἅρματα παραβατικά, in quibus præſto auriga eſt, pugnator parabates, aut aliud quid facit etiam propter ſynodiam, vt inquit Euſtathius. Eum Plato (vt ſcribit Pollux 1. 10.) anabatam micraſpida vocauit. Homerus Iliadi δ. Αἱ δ' ἵππων ἐκὰς ἦσαν ἐπ' ἀκροτάτῃσι κορώνῃσι, id eſt curruum inſidebant parabatæ ac aurigæ. Dionyſius lib. 8. parabatas pro aurigis accipit, quos Athenienſes apobatas (torte reparabatas) vocabant. Ariſtophanis interpres currum inſcendere ſolitos ſcribit, hoplitem & parabatem, ac id genus currus à Theſeo excogitatos primum, Hæc Cælius. Pugnabant Libyes à bigis (ἀπὸ διφρου) & equis iunctis vt Homeri heroës quoque: eis enim equos monippos id eſt ſingulari equo vtentes non agnoſcit. Vocatur autem ἅρμα quædam Libyca, alia Perſica alia Laconica, Pollux 1. 10. Olim nõ equo celere, ſed curribus tantum vtebantur: ſi Græcè mauis, Τὸ παλαιὸν ἐπὶ ἁρμάτων ἐχρῶντο, Scholia Homeri. Pugnare ex equo, vt Plinius ait, Theſſali docuere, qui Centauri dicti ſunt, habitantes iuxta Pelium montem. Alij nõ ex equo pugnare, ſed equitare ſimpliciter, Centauros primum auſos aiunt. Equeſtres copias dicimus, vt pedeſtres: item pugnam equeſtrem. Equeſtre prælium, Cæſar 3. de bello Gall. Euphranor pinxit equeſtre prælium, Plinius. Prælium equeſtre ad Trophonij oraculum Euthycrates optimè expreſſit, Idem. Equitatus, manus vel multitudo equitum in bello. Lepidus Ciceroni, Equitatum habet magnum. Cicero pro Font. Magnos equitatus ad ea bella, &c. Nutantem aciem ſuorum equitatus incurſat, Tacitus. Græcis eſt ἱππικὸν, intelligitur enim πλῆθος vel πέμπτον. Dicunt & ἵππος in eodem genere eodem ſenſu. Equitatu vel turmis eſt tutius confligere, quam peditatu vel legionibus, Scop. Legio eſt maximè de peditibus, Veg. 2. Turma, ordo militaris & equitum: dicta quaſi terdena, quod terdeni equites ex tribubus, Tatienſium, Ramnenſium, & Lucerum fiebant: conſtabat enim ex triginta duobus equitibus. Et qui illi præerat decurio dicebatur, vt Varro & Vegetius tradiderunt, &c. de hac etiam paulò poſt. Vide Dictionem. Herodotus libro ſeptimo Perſicum equitatum deſcribens, Sunt quidam, inquit) Nomades homines, qui Sagartij appellantur, cultu inter Perſicum & Pactycum, qui attulêre equitum octo millia, armaturam neque ærea neq; ferream aſſueti ferre, præter pugiones, vtentes reſte è loris conſerta, qua freti in prælium eunt. Has cum hoſte congreſſi injiciunt in ſummum laqueos habẽtes, qui laqueus cum aut equum aut hominem adeptus eſt, ea ad ſe trahunt: ita illi illaqueati conficiuntur. Indi eandem quam peditatus ſuus geſtant armaturã: Cæterum equos deſultorios agebant & currus: quibus curribus ſuberant & equi & aſini agreſtes, &c. Fuitq; numerus equitum octo millia myriadum, id eſt octoginta millium, præter camelos & currus. Erant autẽ Arabes poſtremi, ne equitatus conſternaretur equis, camelos non tolerantibus. Equitatus præfecti erant Harmamithres & Tithæus filius Datis. Nam tertius eorum collega Pharnuches ægrotabat. Equitante enim eo, canis ſub pedes equi interceptus: quo equus improuiſo deterritus, atq; erectum ſeſe attollens, Pharnuchem excuſſit. Hic collapſus ſanguinẽ eiecit, vnde in phthiſin, id eſt tabem incidit. Equo autem à caſu ſtatim domini, fecerunt famuli vt illic inſtitutum: & ducto nanq; in eum locum vbi dominum ſtrauerat, crura cum genibus abſciderũt. Hactenus Herodotus. Ἱππικὴ τέχνη, victoria equeſtris, ἡ περὶ ἵππους ἄσκησις, Heſych. & Varinus. Ἱππικεύειν, equitatu vincere, equeſtribus copijs obtinere victoriam: & paſſivum ἱππικεύεσθαι Budæus. Ἱππομαχία, pugna equeſtris: & verbum ἱππομαχεῖν. Καθιππεύειν, καθιππομαχεῖν Budæus. Equi etiã infrenes aliquando in bello adhibebantur. Fulvius Flaccus Celtiberos in Hiſpania fudit, detractis frenis equis, vt maiore vi atque impetu in hoſtes incurrerent equites Romani. Gyraldus. De ſerio conflictu viciſſim fugiendo & perſequẽdo inter caſtra propria & hoſtium vtrinq;, Xenophon in libro de re equeſtri. Bellatorem equitem (inquit Damis in Apollonij vita apud Philoſtratum) iiſdem armis inſtructum eſſe oportet quibus alium quemuis equitem (de quo inferius dicam) & inſuper alijs, vt ſciat hoſtem ferire, & ſe protegere: inſequi præterea ac refugere, & inimicum pellere, & equum aſſuefacere, ne clypei ſonitum aut fulgentis galeæ ſplendorem formidet, néue pugnantium voces & exclamationes perhorreſcat. Ἱππικὴ ἐπιστήμη, ἱππων τάξις μεθοδικὴ, Heſych. De equitibus & hipparchis nonnulla ad bellum pertinentia, retulimus etiam ſuperius in mentione equitum ſimpliciter. Προεξέβαινον οἱ ἱππεῖς, προεξεπέμποντο, προεξήλαυνον. ἐκδρομαὶ ἱππικαὶ, προεξήλασις. Εἰ ἵππος, ἡ ἱππομαχία, ἱππομαχῆσαι, ἱππεκφερτῆσαι, καθιππεκφερτῆσαι, ἐπ' ἐμοί, Pollux libro primo. Ὀτρυνων ἵππας τε καὶ ἀνέρας αἰσυλήτας, Homerus: equos pro equites dixit, ἤγων ἱππῆας καὶ ἐπ' ἀσπίδας ἐρχομένους, Varin. Hippocoryſtas (ἱπποκορυστὰς, ab initio ſecundi Iliados) dici Apion arbitratur, qui equinis ſetis ornatas geſtant galeas. Riſit hoc Porphyrius (in quæſtionibus Homericis cap. 16.) putãs eo nomine equites intelligi, quoniam κόρυς ſit armatum indicet, ac ferè pro pedite accipiatur. Corys vero, inquit, id eſt galea ſit ab κορυφῆς, quod κορυφοῦσθαι dixit poëta id ſignat in altum tolli: vnde coryne pro claua, Cælius. Et alibi, Si hippocoryſtæ (inquit Euſtathius: leguntur etiam apud Varinum eadem in huius vocabuli explicatione) ab equinis ſetis & galea comam haberent, hippocorythes dici debuerant, vt corythaices & corythæolos Hector. Eſt igitur hippocoryſtes, idem qui hippiocharmes, id eſt ex equo bellator. Ἱπποκορυσταὶ, ἐφ' ἵππων ὀπλισμένοι, ἢ ἵππους κορυσσόμενοι, τουτέστιν ἐπ' ἵππων μαχόμενοι, Scholia in Homerum & Varin. Ἱπποκόρυσται (legendum Ἱπποκορυσταὶ) ἱππεῖς, ἱππομαχοῦντες ἀπὸ τοῦ κόρυθος, ἤτοι ἵππους ἔχοντες, Heſychius. Idem paulo poſt hippurin exponit galeam ſetis equinis ornatam: quæ de plura dicemus infra in vſu ex partibus equi. Porphyrius ἱπποκορυστὴν dici conijcit pro ἱπποκορυστὴν, id eſt equitem armatum. Hippon enim pro equite poni.

Ἱππομαχίαν, ἐξ ἵππων τειχῶν, Heſych. Ἱππομάχημις, qui ab equis pugnat, vel qui equitatione gaudet: ἱππομαχία, ἡ ἵππων ἐπίθεσις πολεμία, ἢ ἱππομαχία, ἱππομαχεῖν. Varinus. Ἱππομαχικὸς, ἱππομάχος, Heſychius. Ἀφ' ἵππων μάχεσθαι, ἢ τὸ ἐπὶ ἵππων ὀχεῖσθαι πρὸς πολεμίους, Varin. Ἱππόσεισις, ἱππασία, Heſych. Ἱππόλοι, bellaces, Lexicon. Ἱππιάδαι apud Sophoclem interpretantur πολεμικοὶ καὶ ἱππασίᾳ ἀσκούμενοι. Ἱππόκελθος, eques, ἵππος κελθόμενος vel qui in eũ ſe conijcit, Varin. Et rurſus, Ἱππόκελθος proprie dicitur, qui ſegnior eſt quàm vt pedes iter facere velit, & vectatur equo vehitur. Et talis quidẽ lex erat Perſarum, poſtquam conſultius ſibi eſſe intellexerant ab equis ſeſe ſedere

pugnare. Præcipuè autem videtur per excellentiam hippocelcuthos appellari, qui pugnacissimus ab equo, vel ἐπὶ ἵππου ἄρατ@, id est aurigandi peritissimus fuerit: nõ item qui pedes pugnat, nec quilibet equo vehi gaudens: quales Persæ fuerunt, qui ex lege semper equites iter faciebant, hippocentauris ferè similes, Varinus. Hipparchus, vt supra dixi, præfectus est equitatui. Ἵππαρχος@ Ἀλεξάνδρε Ἀλεξανδρεύς, Suidas. Ἵππεῖς, id est equites vocabant Lacedæmonij in iuuenili ætate constitutos, eorumque præfectos ἱππαγρέτας, vt Varinus scribit in ΒΑΤ@, & alij vt supra ostendi: ἡγητὴς dux est, Lacones hagetam vnde fortassis rhô abundante hippagreta nominatur. Idem tamen & Hesychius Hippagretas (suo ordine in Iôta) interpretantur præfectos ἵππ@ ἵππων ἐκλεκτῶν ἡγεμόνας, id est selectiorum militum armatorum: quærendum an pro ἱππάσιον rectius legeretur ἱππέων. Vide supra hac ipsa in parte huius capitis vbi de equitibus simpliciter dictum est, de hippagretis & alijs quibusdam. Ἡμιστὸν δ' ἄλιζε μετ' ἀνδράσιν ἱππαλεκτρύων, (hemistichion Homeri putò:) οἱ δὲ ἱππεῖς μετ' ἀνδρῶν ἐτάσσοντο ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια, Hesychius & Varinus. Χωρὶς ἱππεῖς, id est seorsim equites, prouerbium apud Suidam, de quo sic scribit: Cum Dacis Athenienſium agrum inuasisset, Iones aiunt quum secessisset ipse consensis arboribus Athenienſibus significasse, equites separatim esse. Vnde Miltiadem separatione ipsorum intellecta, inito mox conflictu victoriam obtinuisse: & locum habere prouerbium de ijs qui ordinem dissoluunt. Plutarchus alicubi dicit Batalos esse Germanorum equites præstantissimos, qui insulam colant quam circumfluit Rhenus, Cælius. Idem docet batalos à Græcis appellatos molles & cinædos. Cæterum Plutarchi locus est in vita Othonis: vbi Græcus codex impressus Βαττάλους habet, sed interpres rectè Batauos transtulit: & sic etiam Alexander ab Alexandro legit in descriptione Germaniæ. Taciti de Batauis verba sunt hæc: Omnium harum gentium virtute præcipuè Batani, non multum ripa insulam Rheni colunt. Vangiones Batauiq; truces, quos ære recuruo Stridentes acuêre tubæ, Lucanus libro 1. Ἱππεῖς λόγχαις ὁπλισμένοι. Καὶ πεζικὸν, Ἱππεῖς μὲν ἐν τοῖς θώραξι καὶ ταῖς κνημίσι καὶ ταῖς χερσὶν ἔχειν δεῖ, Ξενοφῶν, Suidas & Varinus. Eques quomodo muniri debeat armis, thorace, galea, manu vel chirotheca, & lacerti veluti ocrea, &c. docet Xenophon in libro de re equestri circa finem. Equitatus (inquit Cælius) ex armaturæ genere diuersa sortitur nomina, siquidem alij sunt equites cataphracti, alij acataphracti. Cataphractos intelligi eos volo, qui non solum sua corpora, sed etiam equos lorica vndique muniunt. Hos scribit Vegetius (3.23.) esse quidem à vulneribus tutos, sed propter armorum impedimẽta & pondus capi summa facilitate. Et Q. Curtius equitibus tradit equisq; Persarum tegumenta fuisse ex ferreis laminis serie inter se cõnexis. Cataphractos equites scribit Ammianus Marcellinus, etiam clibanarios nuncupari. Idem inter equestres copias cataphractarios recenset sagittarios, formidabile genus armorum. Lampridius in Alexandri Cæsaris oratione de Persis perdomitis innuere videtur planè, cataphractarios ab illis clibanarios vocari. Loricatos equites dici cataphractos Liuius tradit. Equites antiquitus non habuisse thoracas, scribit in commentatione de Romanorum militia Polybius: Verum, inquit, in subligaculis periclitabantur, ad insensum desensumque præceleres. Eorum clypei ex bubulo concinnati corio placentis erant vmbilicatis persimiles, quibus in re diuina vti moris fuerat. Scribit in Adriano grauis auctor Dion, equites qui vocantur Bastai, Danubium armatos enatasse. Cataphractas naues & aphractas recenset historiarum quinto Polybius. Cataphractorum equitum apud Persas panopliam describit Heliodorus libro 9. Aethiopicorum. Acataphracti equites alij hastati vel contati (ἀκοντιστικοί, καὶ παλτικοί, ἢ ξυστοφόροι, Suid. Ammonius ξυστοφόρους interpretatur:) dicuntur, alij ferentarij. Hastati manus conserunt, & cominus hasta decertant: quorum alij scutum gerunt & inde scutati, θυρεοφόροι dicuntur. Alij sine scuto hasta impugnant, qui nomine speciali (κοντὸς, id est simpliciter, vel generali vocabulo) hastati vocantur & contati. Ferentarij equites ij dicuntur, qui eminus solent dimicare: quorum alij iaculis (acontijs) alij arcu vtuntur. Iaculantur, quôs Tarentinos vocamus: Arcu vtuntur, qui equites sagittarij) τοξοφόροι) & a nonnullis Scythæ etiam vocantur. Tarentinorũ duo sunt genera nam alij longius iaculantur, & ob eam rem equites iaculatores dicuntur (ἱππακοντισταὶ, aliàs ἱππακοντιστὰ perperam) & Tarentini speciali vocabulo, (Suidæ etiam ἀκροβολισταὶ, vt videtur: sed idem nomen ad hippotoxotas quoque pertinere iudico: vtriq; enim inter equites ita sunt, vt in peditum numero velites. Gaza ferentarios transtulit, imitatus Salustium, qui in Catilinæ coniuratione ferentarij militis meminit: Vegetius etiam ferentarios nominat. vt paulò post recitabo.

Ἀκροβολίζεσθαι, τοξεύειν, ἀκοντίζειν, &c. Varin. Ἀκροβολισταὶ, ἀκοντισταὶ τοξόται, Suid.) alij cum semel aut bis iaculum miserunt, manus de cætero cum aduersario conserunt, & cominus pugnare incipiunt. non secus quàm quos hãstatos appellari retulimus. Leues hos nominari solitum est (hi iaculis emissis cominus etiam pugnant, spathis aut securibus vtentes, Suidas.) Hæc Aelianus in libro de instruendis aciebus interprete Gaza: & Cælius 21.31. sed obscurius quædam: & in hoc errat, quòd Tarantinos arcu vti scribit. Suidas quoque in vocabulo Ἵππος eadem fere habet, sed obscurius, vocabulis quibusdam deprauatis, vt etiam libellus Græcus de vocabulis rei militaris innominati authoris inter appendices Lexici Græcolatini iam sæpe excusus, & in fine dictionarij Suidæ. Bonos iaculatores antea ferentarios nominabant, Veget. 3.14. Apud veteres inter pedites erant qui dicebantur leuis armaturæ, funditores & ferentarij, qui præcipuè in cornibus locabantur, & à quibus pugnandi sumebatur exordium, Veg. 1.20. Ἀμφὶ ἀσκησις ἐλῶ δυο ἱππεῖα σωτηρίαν, ἡ μὲν φεύγῃ ἐπὶ ἵππου ἀσπίδα χαλκῆν, ἣν ὀλίγοι τῶν τοξοτῶν μετεφόρουν στρογγύλην ἐπιτηδείαν, ἰσοφαρίσια (rotundata vertit Camerarius) ἔχων ἀκοντία πολλὰ, ἃ δὴ ἀκοντίζων τὸν πολέμιον καὶ ἐπὶ μὴ ἂν εἰς ἀκόντιον (vbi ad eum peruenerit intra telij iactum) ἀφικνῆται, ἀκοντίζῃ τε φεύγων τὸν διώκοντα, ἐπικαὶ ἀνεὶς ἀφορητῶ πληγῶ, παίῃ τὸν ἀλιτήριον. Ἀγαθὸν γὰρ καὶ τοῦτο ἐστι, πολλοὺς τῶν ἐναντίων ἐπὶ ἵππου τοξότας, ἔχοντας ἀσπίδας καὶ τὰ δόρατα πλαγίους, Xenophon in libro de arte equestri. Huic loco lucis nonnihil accessurum videtur ex verbis Pollucis, quæ lib. 1. cap. 11. huiusmodi sunt: Ἐκ μελετῆς δ' ἂν εἴη καὶ τὰ ἐφεστιοπαιδικὰ ἐνθυμήματα ὑπερῆν, ἀκοντίσματα ἐσφαιρωμένα (hoc est, iaculis quorum præfixa ferramenta non in mucronem sed in globulum desinant, vt ego quidem interpretor, cum non serius sed ludicrus hic conflictus sit) κἀζῆνο, καὶ δίφρου ἐμβάσεις ἀπαγχόμενον μὲν ἐσφαιρωτῶ, ὥστε εἶναι τὸ πληγὴν ἄπονον, καλεῖσθαι δὲ ἀνπάλην, ἐλκύσαντα τὸν φεύγοντα ἀφ' ἵππου ἀφιέναι πρὸς τὸν κατὰ πλῆκτον καὶ καθλητήν.

De equo celete & desultorio non pauca scripsi in 2. sed quoniã in bellis etiam desultores vel hamippi amphippiue dicti equites eis vtuntur, quædam prius non dicta hîc adijciemus. Paribus equis, id est duobus Romani vtebantur in prælio, vt fudante altero transirent in siccum. Festus. In prælijs quoq; desultorii propterea dici potuerunt, quia (vt Pollux lib. 1. ait) duo equi singulis equitibus præstò erant, exercitatis ita militibus, vt altero de via fesso desilire possent in recentem, Hermolaus. Herodotus lib. 1. scribit Massagetas esse ἱππότας καὶ πεζούς, id est ex equis præliari & pedibus. Sed apud Pollucem lib. 1. vbi equitum species recensentur, pro ἀνίππους legendum est

ἀντίστομος. Nam Aelianus de phalange differens quæ antistomus dicatur, à duplici frontis seu oris obiectu, quæ occepsita instituta, vt medijs tergis inter se oppositis consternita deniq; infert, Valet hoc instruendi genus potissimum contra barbaros, qui loca amni Istro vicina incolunt. quos amphippos cognominant a mutatione equorum: ex alijs enim equis in alios transilire consueuerunt. Traditum hoc & à Suida, in parte quæ est de vocabulis rei militaris: (in libello innominati authoris exeuso in fine dictionarij Suidæ, vt supra dixi: item in vocabulo ἔππος.) Sed hamippos item dictos quandoq; aduertimus: & ita forte scripsit Pollux. Sed eo vocabulo pedites cum equitibus dispositos accipiunt Thucydides ac Xenophon, quos Philochorus prodromos dicit. Hamippos apud Sophoclem in Antigone dici memo celeres, veluti equos adæquantes cursu, quod adnotarunt scholiastæ, Celsus. Ἅμιππα, (i. go ἅρματα παρὰ ἵππον ἐλαυνόμενα, ἐφ' ὧν ἑστῶτες μαχόμεθα, καὶ μεταβαίνομεν ἀπὸ τοῦ ἑτέρου ἐπὶ τὸν ἕτερον, ὅταν τοῦτο τὸ σθένος, ἢ ἄλλο τι θέλωμεν, ἢ ἐπὶ τὰ ὄπισθεν τῶν πολεμίων, ὅπως τοὺς μὲν μακροτέρας κατέχοντας, ἐπὶ τοὺς ἀσπιδιώτας ἀπο- Pollux. Ἀμφίππους δὲ ἔνιοι δύο ἀλόγους ἅμα ἐλαύνοντας ἐκάλουν· οἱ δὲ καὶ ἱππεῖς δύο ἐπ' ἀλλήλων ἐπὶ ἑνὸς ἵππου, Author innominatus de vocabulis militaribus, & ex eo Suidas. Ἅμιππα, ὀχήματα σιδηρόφορα. Hesychius & Varinus: Suidas addit, τέθριππα, id est bini equi cervicibus iuncti: sic veteres vnoridem vocabant (posteriores de biga, id est bijugo curru tantum eam vocem proferunt.) Vehebatur autem altero equo auriga, altero eques armatus. Καὶ ἵππῳ ἑτέρῳ παρεζευγμένοι οἱ λίθοι οἱ μεγαλοπρεπῶς ἐξυσμένοι ζεύγνυται. πρὸς δὲ τούτοις ἅμιππα καὶ ἅρματα, Suidas. Et rursus, Ἅμιππα· ἢ τοὺς ἐπὶ τεσσάρων ἵππων καὶ συνωρίδας καὶ τεθρίππους. Alij equos (celetes Varinus) iunctos esse dicunt, quorum alteri eques insideat, & alterum sicum trahat. Cæterum Thucydides & Xenophon in volumine de rebus Græcanicis, pedites quosdam hamippos vocant: καὶ μὴν ἵππεῖς γε τοὺς μὲν ἀμφὶ τοὺς ἑξακοσίους καὶ χιλίους ἀμφὶ τοὺς πεντακοσίους, (Φιλόχορος δὲ δισχιλίους καὶ δεκατρεῖς ἔφασκε καὶ τριακοσίους, Suidas & Varinus Hinc est illud Homeri, Θρῆσσαι ἀμφ' ὀχεσφιν. Varin. Galli cheuaulx de relais, quasi equos relictos & reseruatos vocant eos, qui interim otiosum & quiescunt dum laborãt alij, vt fatigatis illis succedant. Equites quidam ab Alexandro instituti sunt, quos a duplici genere pugnæ appellabant ἀμφίππους, & hi quidem equo pugnabant peritissimè, vbi verò exigeret necessitas, & foret regio equitatui inepta, cuiusmodi Græci vocant ἀφίππους, mox desilientes ex equis congrediebantur vt pedites ne omnino forent ἀπέμαχοι, id est pugnæ expertes, & Lydium paterentur incommodum, Cælius ex Polluce. His apparatus armorum erat grauior quàm pediti leuior quàm equiti. Et vbi tempus pedites fieri postulabat ministro in hunc vsum destinato equos tradebant, Pollux. Ἀμφίππους, ἱππεῖς ἀφίππους, οἱ πεζοὶ ἐμάχοντο· οἱ δὲ ἵπποι ἀπέμαχον, Hesychius & Varinus Videntur etiam qui dimachas sequuntur ministri recte hamippi vocari posse: item milites illi, de quibus Vegetius 3. 16 Quòd si equites (inquit) impares fuerint, more veterum velocissimi cum scutis leuibus pedites ad hoc ipsum exercitati ijsdem miscendi sunt: quos expeditos velites nominabant, &c. Germanis interdum pro consilio fuit, vt equites dimissis equis, ad proximos cuaderent, & immiscentes se peditibus, dum fluctuatur acies, hosti obuiam irent: ideo vt spe fugæ erepta, æquato omnium periculo, pedestri prælio acrius insisterent: Vel vt in hostes acrius incurrerent, detractis frenis, cum effusum cursum temperare nequirent, equos concitatos agerent, & impressione facta, vi viam facerent, sparsosq; & incompositos adorirentur, Alexander ab Alexandro. Cæsar de Sueuis scribens, Equestribus, inquit, prælijs ex equis desiliunt ac pedibus præliantur, equosque eodem remanere vestigio assuefecerunt, ad quos se celeriter, cum vsus est, recipiunt. Hæc ille. Nec illud Hispanis est proprium vt duo pariter vno vehantur equo: cæterum inter præliandũ alter pedester certamen init. Strabo.

Equites Romani præter arma & gladium folliculis frumentum deferebant, Alex ab Alex. Hippotoxotæ dicti sunt equestres sagittarij, vel qui equis insidentes sagittas mittũt, meminit eorum Hirtius lib. 5. belli Alexandrini. Aristophanes in Auibus accipitres hippotoxotas cognominat, compositio vocabulo, per equum pernicitatem voluptatus eorum insinuans: per arcum vero, vnguium curuitatem, vt in Scholijs legimus & Varini lexico. Non est Cretæ inutilis qui sagittam aut iaculum ex equo immittit: quapropter in hoc etiam ludendi gratia cõtentio concertatioq; habeatur, Plato lib. 8. de Legibus. Forma equorum, quales maximè legi oporteat, pulcherrimè quidem Virgilio vate absoluta est: sed & nos diximus in libro de iaculatione equestri condito, Plinius. Quomodo iaculum ab equite rectè emittatur, docet Pollux 1. 11. Tarentini, equites quidam: aliqui acontistàs, id est iaculatores, interpretantur aut ἀκοντιστάς. Hesychij codex malè habet ἀλλοὺς) vt Hipparchus tradit, Varinus: ἀλλοὺς Gaza velites aut expeditos transfert, aliqui leuis armaturæ milites: sed leuiter armati ψιλοὶ magis propriè dicendi sunt, quàm ἄοπλοι, id est inermes, corpore non munito armis, sed tela tantum gestantes. Arrianus equites quosdã in Alexandri exercitu sarissophoros appellatos tradit: sicuti & nonnullos, qui dicerentur amici (ἑταῖροι,) Cælius. Sarissæ longitudo ad cubita quatuordecim, quorum duo manus auferunt: reliqua duodecim prominent. Hasta nulla cubitis octo breuior longissima, quæ catenus sumi potest, quatenus tenere miles & vti facile valeat, Aelian. Sunt & qui dicantur chrysophalari equites, aut etiam argyrophalari: cuiusmodi in ludis produxit Antiochus Epiphanes, Crl. Quemadmodum inter pedites centuria vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur, & habet vna turma equites 32. qui à decurione sub vno vexillo reguntur. Eligendus est autem decurio habili corpore, vt loricatus, & armis circundatus omnibus, cum summa admiratione equum possit ascendere, equitare fortissimè, conto scienter vti, sagittas doctissimè mittere, turmales suos id est sub cura sua equites positos, erudire ad omnia quæ equestris pugna deposcit: eosdem cogere loricas suas vel cataphractas, contos suos & cassides frequenter tergere & curare. Plurimum enim terroris hostibus armorum splendor importat Vegetius 2. 14. Atqui Ammianus Marcellinus lib. 26 equitum peditumq; turmas dixit. Dicuntur & drumi, equitum globi Scire debet dux contra quos drumos, id est globos hostium, quos equites oporteat ponere, Vegetius. Grumus quidem vocatur terra in acervum collecta, minor tumulo: item de alijs rebus grumus vel grumulus salis, pro globulo, vbi Græci chondrum dicunt, nostri een klonzen. Turmæ vocis etymologiam dixi supra. Turmarches turmæ præfectus apud Cretenses Cælius. Prima legionis cohors præter pedites, equites loricatos 132. habet: secunda sexaginta tres, &c. Vegetius 2. 6.

Equitum alæ dicuntur, ab eo quòd ad similitudinem alarum ab vtraq; parte protegant acies, quæ nunc vexillationes vocantur à velo: quia velis, hoc est flammulis, vtuntur. Est aliud genus equitum qui legionarij vocantur, propterea quòd connexi sunt legioni: Ad quorum exemplum ocreati sunt instituti, Veget. 2. 1. Alæ, equitum ordines vocant (vt ait Gellius libro 16.) quòd circum legiones dextra sinistraq; tanquam alæ in auium corporibus locabantur. Dum trepidant alæ, (id est equites, Seruius) saltusq; indagine cingunt, Vergilius 4. Aen. Plusq; aliquanto damni hæc ala equitum amissa Annibali quam Salabia fuit, Liuius. Sic ala legionum, Cic. Att libro 11.

Alam

alam priuatim dici inuenio dupliceṁ phalangem,apud Græcum authorem innominatum de militaribus vocabulis, qui Græcis etiam literis vocem Latinam imitatur, vt paulò mox dicam. Ἄγμα, ala equitum, quanquam & de peditibus dicatur, Cælius ex Arriano. Ἄγμα, agmen elephantorum, peditum, atq; equitum quod regem præibat, Varinus: & in Lexico Græcolatino quidam ex Arriano. Sunt qui agema dicant esse potiorem & validiorem partem exercitus Macedonici viribusq; & corporum habitudine superiorem, Varinus, Hesychius, & Suid. Agema apud Q. Curtium lib. 4. legendum, non agmina. Ἴλη turma est equitum 64. Ἐπιλαρχία continet equites 128. quod in peditatu phalanx aut σπεῖρα, &c. dicitur.) Τετρακοσιαρχία 256. Ἱππαρχία 512. Ἐφιππαρχία 1024. Τέλος [illegible]8. Ἐφίππαγμα 4096. Horum nominum duo tantum etiam de peditatu dicuntur: nempe πάλος, pro duobus millibus, vel secundum alios duobus millibus & quadraginta octo: & διπάγμα, duplo maiore numero, pro duplici nempe phalange, quem & κέρας & ἄλαν (alam vt supra dixi) appellant. Author innominatus libelli de militaribus vocabulis & Suidas in Ἐφίππαγμα, qui tamen locus omnino mutilus est, & ex libello (quem dixi) restitui potest. De voce ala, vide plura in Lexicis. Ἴλαρχος, ταξιάρχης, Suidas. Σκυτάλαι, αἱ ἱππικαὶ ἴλαι, Hesychius. Pyrgus, turris est, & militaris ordo quadringentos viros continens, turma equestris. Eustathius Iliad. ο, tradit constare è trecentis & sexaginta viris, & quadrangula forma instrui ad typum turris. Hipparchia ala equitũ, quæ quingentis insuperq; duodecim constabat equitibus, Cælius ex Arriano: In Tacticis Aeliani interprete Gaza pro duodecim non recte legitur duobus. Ἱππαρχία, οἱ ἀπὸ τριακοντα (lego ἑξηκοντα ἱππαρχίαι) ἱππέων ἀνδρῶν δώδεκα, (lego τετρακοσίων καὶ δώδεκα.) Varin. Lycurgus ad maximos conatus turmam quadratam ex quinquaginta equitibus fecit, quam ἴλαμὸν vocitauit: Qui etiam equites ac pedites in sex tribus diuisit, quarum quælibet tribunum militum, & quatuor præfectos manipulares habuit, &c. Et tametsi centuriæ, decuriæ, turmæ, cohortes, equitatus, pro voluntate proq; arbitrio sæpe auctæ & imminutæ, nonnunquam duplicatæ fuerint: idem tamen nominis, quamuis mutato militum numero, sortitæ fuêre, Alexander ab Alexandro 1. 5. Ὁ ἴλαμὸν Varinus quadraginta virorum simpliciter (non equitum) esse scribit, &c. Ἀγήματος equites septuaginta complectitur, Idem & Hesychius. Sed plura de equitibus bellicis si quis requirit, obseruet ipse diligentius apud rei militaris scriptores. Trimaeresia apud Gallos equitum ordo: nam equum dicunt marcam, Cælius. Equos armis præmuniri (inquit Cælius 21. 31.) sciunt omnes, sed eorũ nomina (ni fallor) nota paucissimis. Igitur quæ à fronte propendent, prometopidia: quæ ab auribus, parotia: parcia, quæ maxillas præfulciunt, appellari debent: prosternidia verò, quæ pectus: parapleuridia, quæ lateribus obiacent: parameridia, quæ femoribus, solet ea vulgus coxalia nuncupare: paracnemidia, tibijs apponi consuerunt. Transtulit hæc Cælius ex Pollucis lib. 1. cap. 11. Λέγονται δ' ἵπποι πανοπλισμένοι, ἀπὸ τῶν ἐφυππίων, ἀπὸ τῶν παραπλευρίων, Pollux ibidem. Quomodo muniri & armari debeat equus bellator Xenophon docet circa finem libri de re equestri, vnde ferè etiam Pollux sua mutuatus est vocabula.

Nunc de ipsa equitatione, siue equitatu & actu equitandi agendum, Latinis primum, deinde Græcis vocabulis, &c. Equitandi ac sagittandi studium à Medis ad Persas & Armenios profectum est, Strabo. Quia equitandi artem primus excogitauit Neptunus: inde factum opinatur Pausanias, vt dicatur hippios, potius quam causa alia. Alij à Centauris equitandi artem, alij non hanc, sed ex equo pugnandi inuentam prodidere. Vide supra parte 1. huius capitis post Centauros statim in mentione Maris. Amazones mortalium primas equũ scandere ausas Lysias orator credit, Hermolaus. Alij Bellerophontem, alij Neptunum, primum domuisse equos, & equitandi artis authorem esse tradunt, vt Polydorus prosequitur 2. 12. de inuentoribus rerum. Ctesilaus statuarius fecit equitem Sarmenem, qui primus de equitatu scripsit, Plinius. Damis in Apollonij vita apud Philostratum, boni equitis munus esse ait, Equo rectè insidere, atq; illi fortiter dominari, & frenis in quamcunq; voluerit partem circumducere: non parentem verberibus plectere: cauere insuper ne in foueam, aut voraginem, aut hiatum aliquem deferatur, dum paludem cœnúmue nititur euitare: Denique per accliuem locum ascendenti equo moderatè frena remittere: in præcipitem verò ac decliuem eunte, non deserere frena, sed magis contrahere: Interdum quoq; crines aut aures manu demulcere, nec semper in ipsum flagellis vti. Equitatus, equitum manus. dignitas equestris, & actus equitandi. Femina atteri aduriq; equitatu, notum est, Plinius. Adequito, prope vel iuxta equito. Ad illũ adequitare, Cæsar. Castris adequitare, Tacit. lib. 5. Adequitauit deinde sensim portis, Liuius. Collinæ portæ adequitans Hannibal, Plinius. Eò ferocius adequitare Samnites vallo, Liuius. Numidæ adequitare, deinde refugere, Idem. Adequitatio, idem quod equitatio, vt quidam scribit. Vectura apud Vegetium, ipse gressus equi vehentis equitem. Equus ad vehendum est natus, Varro. Martialis lib. 12. epigramma legitur in Priscum venatorem temerariæ & periculosæ equitationi nimium indulgentem, huiusmodi:

Parcius vtaris moneo rapiente vereda
Sæpe satisfecit præda venator, & acri
Insidias & campus habet: nec fossa, nec agger,
Non deerunt qui tanta tibi spectacula præstent:
Sic delectant animosa pericula, Thuscis
Quidve frena iuuant temeraria? sæpius illis
Prisce, nec in leperes tam violentus eas.
Decidit excussus nec rediturus equo.
Nec sint saxa licet, fallere plana solent.
Inuida fati sed leuiore cadunt.
(Tutior est virtus) insidiemur apris.
Prisce datum est equitem rumpere, quàm leporem.

Equitabilis locus, commodus equitationi. Opportuna explicãdis copijs regio erat, equitabilis & vasta planicies, Liuius. Et Curtius, Imber violentius quàm aliàs fusus, campos lubricos & inequitabiles fecerat. Equito, equo vehor, equo insideo. Equitare in arundine longa, Horatius 2. Sermon. Iactabit se, & in his equitabit equuleis, Cicero 6. Verr. Lucilius etiam de ipso equo dixit, Quis hũc currere equum, non æquè equitare videbat? His equitat currítq; oculis, Nonius. Alij sic citant ex Lucilio, Nempe hunc currere equum nos, atq; equitare videmus: sic enim citatum legimus apud Macrobium circa finem libri septimi. Equitare (inquit Seruius eodẽ in loco) & homo vtens equo, & equus sub homine gradiens dicebatur. Equitare antiqui dicebant equum publicum mereri, Festus. Cameli Bactrianæ iumentorum dorso funguntur, atq; etiam equitantur in prælijs, Plinius. Thessalorum inuentum est, equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare, Plinius. In orbem equitare, id est in circuitum, Ouidius 12. Metamorph. Ter circùm astantem læuos equitauit in orbes, Vergilius 10. Aeneid. Adequito paulò superius positum est. Obequito, id est circumequito. Primò obequitando castris prouocandoque, Liuius. Ea luce orta postero die obequitauit stationibus hostium, Idem. Quumq; agmen obequitaret, varia oratione, vt cuiusq; animo aptum erat, milites alloquebatur, Curtius. Perequito, in omnem partẽ equito. Primò per

omnes partes perequitant, & tela conijciunt, Cæsar. Quum perequitasset aciem pronisse reperiens, &c. Idem Claudius quum ex via longè perequitasset, nullo obuio hoste, in campum rursus euectus, increpans signa hostis, &c. Idem. Prætereq uitantesq; absterrent Liuius 3. ab Vrbe. Equo vbi Bellerophontem immansisse audit, Plinius. Albis equis residentes duo iuuenes visi, Valerius. Incedunt pueri pariterq; ante ora parentum Frenatis lucent in equis, Vergilius. Sublimes in equis redeunt, Idem. Villas adire asellis aut vehiculis, Plinius. Vbi parce redditi sunt vino inferiores, puerorum quidem institutio ad venandum adhuc durauit, τὸ μὲν παιδικὸν ἱππικὸν καὶ τὸ περὶ τὰς ἀκροβολίστρας ἀπέσβηκε, Xenophon libro 8 pædiæ. Nicias in Lachete Platonis hippicen, id est artem equestrem, egregium, vtile, & maximè liberale exercitium esse affirmat. Eandem in Hippia maiore Socrates apud Theocritum præcipuè in honore fuisse ait. Ἱππασία, id est equitatio, communiter dicitur, ἱππεία verò & ἱππεύειν poetæ frequentius [illegible] Pollux. Ammonius certè ἐπιβάτην ferè bipropriè dici eum qui naui vehatur, ἀναβάτην verò qui equo. Ἐφ' ἵππου ἱππασία, de celeri equitatione apud Pollucem. Ὅταν δ' ἐξ ἱππασίας βαδίζων, Aristoph. in Acharnens. Scholia addunt, Ἱππάζεσθαι δὲ τὸ [illegible] Varinus. Ἱππεύειν, ἱππάζεσθαι, Varin. Suidas. Ἱππεύειν, equitatus, ars equitandi: [illegible] ἱππικὸν πόνον ἔχειν, apud Homerũ, cuius hoc hemistichium est, [illegible], Varin. & Hesych. Nestor Iliad. ι. Antilochum filium suum inquit à Ioue & Neptuno ἱππεύειν didicisse, hoc est equitandi & equestria certamina obeundi artem. Ἱππικοὶ ἀγωνισταὶ χαλκοῦ καὶ τάχους ἱππικῆς, vt apud Suidam citatur ἱππικὰ κρατεῖν, Hesychius. Ἱππόδρομα, περίοδοι. Suidas, Varinus. Ὁ μαχόμενος τοῦ μὴ ἱππάζεσθαι [illegible] Aristophanes. Ὄχημα, ἱππασία, ἅρμα. Hesych & Varin. Βουκόλημα, ἱππασία, Hesych. & Varinus. [illegible], ἐπιβάται, de equite dicuntur, Hesych. & Varinus. Dicitur etiam ἱππεὺς camelo insidens apud Xenophontem. Ἱππεύς, equitator, Lexicon Græcolat. Pollux quidem equum ἱππικὸν laudat. [illegible] Vide abunde huius partis 11. c. Καλλιππίδης, Ἱππιόνειον Hesych. & Varinus. Ἄφιππος, imperitus equitandi, Pollux. 1. 11. Hesychio & Varino idem est ἄφιππος. Χαρίλαος ὁ ἱππασάμενος, καὶ ἀφίππατος ἀφίππου, καὶ ἀφίππατον ἀφίππου, ὁρμῶν, ὑπερῶν, Pollux. Et rursus, ἱππὸς ἄπειρος, ἱππάσιμος, ἱππάζομαι. Et alibi de militibus scribens, quos ἱππάζεσθαι vocant, ὅταν ἀπὸ τῶν ἱππασίμων τόπων εἰς ἄφιππα ἀφίκωνται, ὡς ἐπὶ Δημάρχου στρατοπεδείαν, loca equitationi inepta, ὅθι ἐκκλίνει περὶ τὸ ἀδύνατον καὶ ἄπορον. Ἄφιππος Suid. Ἄφιππος, equis priuatus, qui & ἄπιππος. Περιπάτους ἔχων ἀφίππους, τὰ πάντα καὶ ἀφίππους μᾶλλον ἢ ἵππους, Suidas. Ἱππικὸν, πολεμικὸν, φιλοπόλεμον, Suidas & Varinus.

Ἱππεύειν vel ἱππεύεσθαι, equitare. Ἵππων, ἵππων φερόντων, Suidas. [illegible] Aristophanes in Nubibus. In Scholijs non ἱππάζεται, sed ἱππεύεται legitur, & sic exponitur: Nunc eque singulari, nunc biga vehitur. Ἱππεύεσθαι enim vel ἱππάζεσθαι, equo celere, id est singulari vehi significat. [illegible] non probo quod in Græcolatinum Lexicon quidam retulit ἱππάζεσθαι, [illegible], synonyma Hesychius & Varinus. Ἀναχωρεῖται ἀπὸ ἀξίας ἀναχωρεῖται. Eupolis, Suidas. Οἱ περὶ Θεόδωρον περιεκύκλουν, perequitabant Heliodorus. Καθιππάσατο, in Lexico Græcolat. Παρεππεύειν, prætervehi equo, [illegible] παρεππεύειν, ἀντὶ τοῦ παρεφίππευσε, (iuxta equitare, & quasi ad latus sequi) Hesych. Suid. & Varinus. Παρεπιππεύειν, παρεπιπεύσαι τοῖς ἱππεῦσι, Varinus & Hesychius. Παρεπιππεύειν, obequitare, παρεφίππευσε, idem. Ὁ τὸν ἵππον ἐλαύνων ἐπὶ τὸν καλλίππου ἄνω (aliàs ἄνω) ἱππάζεται, ὥσπερ ἐπὶ τὸν Ἐλευσῖνα τὸν ἱππικὸν ἐλαύνων ἐξ ἄστεως ἱππάζεται, Pollux: vnde forsan aliquis colligat, ἱππάζεσθαι de equite tantum dici, ἱππεύεσθαι non de hoc solum, sed etiam de equonam &c. equũ (vt vidi) alibi laudat Pollux Σχεδὸν ἱππάζεσθαι, καὶ ἐλαύνειν apud eundem legimus de celeri equitatione. Καθιππάζεσθαι, ἐπιλαύνειν, ἐπιβαίνειν, ἐπιστρέφειν, Suidas & alij. Construitur genitiuo. [illegible] ἀφίππατος ἢ ἄπειρος ἱππικῆς, citatur apud Suidam: videtur autem significare, inuelitum philosophiam. Ἐλαύνειν, equitare: vnde παρελαύνει, παρελάσεις, ἐλάσεις, ἐλάσεις, ἐπελάσεις, ἐλάσεις, id est decursio militaris, ἐφιππασία, Budæus in Commentarijs. Et eques quidem ἐλαύνειν dicitur, equus verò ἐλαύνεσθαι. Ὁ γὰρ ἐφ' ἵππου ἐπιβεβηκὼς ἐλαύνειν λέγεται τὸν ἵππον, ἀντιπαθοῦς τοῦ ἵππου, Appianus apud Suidam & Varinum. [illegible] ἐλαύνειν ἐπὶ θάλατταν, Varinus. Ἵππου σὺ ἡνιόχευσας ἐς χθόνα; Equésne venisan nauigio? Sophocles. Ἐπιπαρίζειν, ac si dicas equitabundè insidere, cum pueri diuaricatis cruribus alicuius humeris insident [illegible] Hesychius & Varinus. Ἐλαύνειν etiam eiusmodi significationis aduerbiũ in Lex. Græcolat. habetur. Καταγωγὴ ἱππικὴ, ἐπιβάσεις, [illegible], Pollux Xenophon etiam in lib. de re equestri isdem vocabulis vtitur. [illegible] Pollux. De calcaribus, ipsq; adigendis, inferius inter instrumenta dicam, Ὁ ἱππικὸς παιδεύσας ἵππον ἀγαθὸν καὶ ἐλαφρὸν, [illegible] Dexippus apud Suid. in [illegible] Suid. [illegible] &c. Varin. est autem locus Homer. Τοῦτον ἐφ' ἵππων ἐλάσεσι, id est celeriter equitat Suidas [illegible]: Homer. Iliad. [illegible] pro ἐλαύνει absolutè posuit, Μαίανδρος ἐλάων. Hæc equitare regere, non solum in curru, sed etiam singularem cui quis insidet, vt simpliciter pro equitare accipias, apud Xenophontem: & etymologia quidem nihil quam habenas manu tenere significans, hoc facile admittit. Ἀναβεβηκὼς ἵππον ἐπὶ τὸν ἀκροβολισμὸν τὸν ἐκ τῶν ἵππων, ἐπιστατῶν, Suidas. Ὁ χειρονόμος (ἀκροβάτης & Varino) ἵππον χαλινοῦ ἀναβεβληκὼς, Idem. Bucephalus haud vnquam inscendi se ab alio nisi à rege passus est, Gellius. Ἵππος καταβαίνειν τῶν Xenophon. Διαχαλᾶν equum dicitur eques, id est retinere, arcere, & impetum eius reprimere, χαλᾷς ἵππον, ἀναχαλᾷν, ἀναστομοῦν, (quidam antepenultimam non rectè per y Ilion scribunt) χαλινοῦν, ἀναστομοῦν, ἀναπαίειν, ἀπέχειν, Hesychius & Varinus. Sed ipse etiam equus [illegible] dicitur, cum erectus anteriore parte caput & ceruicem retrorsum iactat, excutiendi præcipuè insidentis causa. At qui posteriore parte altius sublata, equitem excutit & tanquam effundit equus, ἀπορρίπτειν vocatur, vt supra diximus in b. inter vitia equorum. [illegible] Pollux l. 11. Et hæc aliud testimonium in 8. recitaui super hoc verbo. Plutarchus in Symposio sapientum pro eo quod est iubam & ceruicem erigere, cæpit: Mulus, inquit, cum imaginem suam in fluuio conspexisset, formam & magnitudinem corporis sui admiratus, ὥρθωσε δὲ καὶ ἐπῆρε τὴν ἀκρωτήριον. Caterum ἐκτρέχειν dicitur equus, vt habet Varinus, cum per vias extra rectam & institutam viam equitem auehit, Varin. Ἐκτρέχειν, ἐπειδὰν ὁ ἵππος, [illegible]

ἀνάλωτον ἵππον τὸν ἐπιτηδείως ἐλαυνόμενον καὶ ἐγκρατῶς ἡνιοχούμενον, (spondylum aut vertebram iunxere) ἐφ' ὃ ἀπὸ (τοῦ) ἄλμα τῶν ἀφιππευόντων, ab equitantibus translatum: meminit Demosthenes quinta Philippica, Etymologus & Varinus. Ἵππος ἀμφίβολος ἐστὶν ὁ ἐπιδεξίως ἔχων τὰ ἐπὶ τῶν ἱππικῶν ἀγωνισμάτων, (δεύτερος ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀναβάτου) πλείους δὲ τοῦτον ἐκάλουν τοὺς ἐπὶ τῶν ἱππικῶν ἀγώνων ἐπιδεξίως ἔχοντας, &c. vt Suidas citat ex innominato authore.

Cur qui equo vehuntur, quo longius equus decurrerit, eò magis emittere lachrymas solēt, Aristoteles sectione 5. problemate 13. & 34. Equitatio stomacho & coxis vtilissima, Plin. lib. 28. Motuum qui exercitij causa assumuntur, alij per nos fiunt, vt ambulatio: alij extrinsecus, vt nauigatio & gestatio quælibet. Nōnulli missi planè fiunt, veluti equitatio. Non enim vt in vehiculis, præsertim in quibus stratus quiescas, ita etiam cum equo insideas accidit, vt à gestante tantum agitēris, ipse nihil agas: quin spinam erectam sustinere, tum vtrosque seminibus equi coltis firmiter hærere & crura extendere oportet, etiam ante prospicere. In quo nō modo visus sed etiam collum laborat. Præciuè tamen viscera hoc genere agitantur, Galenus de sanitate tuenda 2. 31. Equitationes cōcitatæ sæpe aliquam circa renes partem ruperunt, aut circa pectus lxferunt, quandoq; etiam seminarios meatus: vt ne dicam de ipsis equorum delictis, per quæ sæpe equites scilla excussi statim perierunt, Galenus in libro de paruæ pilæ exercitio. Vsus equitationis vniuersus ἄτροφος puto (id est vehemens & nimius) ægris nō multum confert: si tamen suauiter gradiatur equus, nihil vltra facit quàm femorum lassitudinem, eiusq; partis vbi crura plicantur & vnde pendent: at si impellatur perturbat vniuersum corpus & defatigat: habet tamen etiam modus istē quidpiam vtilitatis in valentioribus: roborat enim præ cunctis alijs exercitijs spiritum, reliquumq; corpus, sed stomachum maxime: purgat etiam sensus, acutioresq; reddit: thoraci tamen pessimus est hic exercendi modus, Aëtius 3. 7. Scythæ corpora habent nimium fluxa & lata neque enim fascijs (infantes) colligantur, quemadmodum fieri solet in Aegypto. Deinde quòd non animaduertunt quomodocunq; inter equitandum equis insideant. Postremum ētiam propter desidiam perpetuam. Masculi enim eorum antequam potētes fiant equos conscendere, atq; in illis vehi, plurimum temporis desident in curribus, &c. Hippocrates in libro de aëre, aquis, & locis. Et mox cur Scythæ parum apperant Venerem, fieri ait ex continua equitatione, quæ eos ad commissionem reddat impotentiores. Ab equitatione (inquit) diuturni eos corripiunt articulorum dolores. Nimirum propendentibus semper ex equis vōrum cruribus, deinde claudi fiunt, contrahunturq; coxendices quum inualuerit morbus. Medicantur autem sibi ipsis à principio morbi vtraq; vena retro aures incisa, vnde cum sanguis effluxerit, hæc ipsa etiā sieri: litatis causa est. Afficiuntur autem hoc malo illi præcipuè inter Scythas, qui genere & potentia præualent, ex nulla alia quàm continuæ equitationis causa: pauperes minus, cum non multum equitent. Vbi enim frequenter & continuè homines equitant: ibi plurimi à diuturnis doloribus articulorum, coxendicumq; maximè & pedum corripiuntur, ad coitumq; fiunt impotentes. Accedit quòd anaxyrides (braccarum siue feminalium genus) semper habent, & plurimum temporis in equis desides agunt, vt neque manu tractare pudenda liceat, &c. Hæc Hippocrates. In Scandinauia & vicinis locis, equorum & hominum pedibus rotundæ clypeorum forma tabulæ subligantur, ne pessum eant in niuem, vt Olaus Magnus annotauit.

Παιδευτὴς, παιδοτρίβης, παιδεύτης. Hesychius & Varin. Παιδεύτης, παιδοτρίβης. Παιδεύσαι δ' ἵππον παιδεύσαι, Varinus. Ἱπποδαμάστης, παιδοτρίβης qui domat & instituit pullos, Varinus & Hesych. vnde verbū παιδεύειν, παιδαγωγεῖν. Idem. Δαμάσσαι δ' ἵππον ἐστὶ καὶ παιδεῦσαι καὶ ἡνιοχεῦσαι, ἐπιστῆσαι καὶ κατασκευάσαι, Pollux. Equorum domitores & aurigæ fuisse dicūtur, Automedon Achillis, Idæus Priami, Turni Metiscus (apud Vergilium) Myrtilus Oenomai, Cebares Darij, Anniceris item Cyrenæus, & apud Vergilium Picus, Mesapus, Lausus: apud Silium Cyrnus, Durius, Atlas, Iberus memorantur, Textor in Epithetis equi. Cillas, Pelopis auriga. Patroclus auriga erat Achillis. Patrocli Automedon, Automedontis Alcimedon, Varin. in Ἡνίοχος. Telchius & Amphitus, vel Rhecas & Amphistratus, Castoris & Pollucis aurigæ. Corax aurigæ nomen Marcellino lib. 14. Τὸν ἡνίοχον τὸν ἐπιστάτην, Aristophanes in Equitibus: vbi Scholia, Παπαπαπαῖ, ἐπὶ τῶν ἐκπεπληγμένων λέγομεν. (Παπαπύζω) ἐπὶ τῶν ἀποκναιομένων ὑπὸ τῶν ἐπιτιμώντων ἑαυτοῖς. Παπᾷ μᾶλλον τὸ φθόγγον μιμεῖται πάσχοντός τινος ἑαυτῷ, ἀντὶ τοῦ κολάκευε, κόλαζε. In Epigrammate. Παπαπύσαι, παραπεῖσαι εἰς ἑαυτὸν ἀδικούμενος ἐπαινεῖν Suidas, Hesych. & Varin. De poppysmo & clogmo supra etiam nonnihil ex Polluce & Xenophonte docui. De poppysmo vel poppysmate & diuersa ad has voces veterum testimonia, vide in Miscellaneis Politiani cap. 32.

Hippocomi, mangones qui equos componunt, Grapaldus. Ἱπποκόμος (paroxytonum, vt etiam in Scholijs Homeri) Ἵππων ἐπιμελούμενος, Suidas & Varinus. Τὸν δὲ ἱπποκόμον μισεῖν τὸν ἵππον, Plutarchus in Sylla. Ἱπποκομεῖν, curo equos in Lexico Græcolat. Καὶ ἵππων ἡ ἐπιμέλεια καὶ ἱπποκομία, Xenophon in Rodia.

Heniochum Græci aurigam dicunt, quòd henias, id est habenas manu teneat regatque. Videtur autem aliquando ἡνίοχος simpliciter pro equite poni: nam is quoque cum freni loris habenas tenet. Ἡ ἡνιοχία δ' ἐστὶν ἡ ἵππων, ἢ ἡμιόνων, ἢ βοῶν ἐμπειρία, Pollux.

Ἡνίοχος & παραβάτης in vno curru quid differant paulò ante in Bellicis diximus, & docetur etiam à Varino in voce Ἡνίοχος. Reperitur & ἡνιοχὸς (apud poetas puto) nimirum ab ἡνιοχεύω verbo, Varin. Ἡνιοχεία, ἡ ἱππασία, Varinus.

Ἡνιοχεύειν metaphoricè pro regere & gubernare accipitur, Varin. Hesych. Ἡνιοχεῖ, ἐλαύνει, ἵππους ἄγει, οἰακοστρατεῖ, Hesych. In voce ἐπήνιοχος præpositio abundat, Varinus & Hesych. legitur autem Iliados 3. Auriga communis generis proprie dicitur, vt ait Seruius, qui currū regit. Hic situs est Phaethon currus auriga paterni, Ouid. Aurigarius, idem quod auriga. Aureax, auriga, ab aureis, id est freno equorum circa aures alligato, Festus. Circumstant propere aurigæ (id est agasones. Seruius) manibusq; laceſſunt Pectora plausa canis. Aurigam video velle dedifferari, ni est nautam, Ouid. 1 Trist. Hinc aurigare vel aurigari verbum, & aurigatio, & aurigarius: vide Promptuarium.

Ἱπποδαμάστας, ἡνίοχος. Hesych. & Varinus. Ἱππόδρομος, ἱπποδιώκτης. Idem. Ἱπποσκόλιον, τὸ ἡνιοχούντων, id est aurigantium circa equos versantium, equestrium, lidem. Ἐλαπὶς Homero, ἡνίοχος. Ἀστραβεστὴς, ἡνίοχος, Hesychius & Varinus. Sunt qui dossuarium mulum astraben nuncupent: (astrabelaten vero aurigam) aut notophorum, id est dorso ferens sagerulum iumentum, Cælius. Varinus Onocindynon onelaten & astrabelaten interpretatur. hoc est agasonem vel mulionem, non aurigam vt Cælius. Κεντρόνωμος, ἡνίοχος, Varinus: quòd feriat stimulis, (nimirum quales boum stimuli sunt, non calcaribus.) Hesychius κέντρωνος (paroxytonum) exponit ὁ ἡνίοχος, Κέντρος, ἡνίοχος, ἢ κεντροπλήξ, Κέντρες ἵπποι, τὰ παλαδαμευόμενα, καθ' ὃ σὺ πεχνικῶς ἡνιοχοῦντες. Varinus Κέντρος, ἡνίοχος. Hesych.

Heniochus comicus Atheniensis apud Suidam. Heniochia regio est apud Caucasum, cuius incolæ Heniochi, Stephan. Heniochi Ptolemæo 9.5. populi Sarmatiæ iuxta Pontum non longè ab Achæis Plinius 6.5. à Telchino & Amphitone Castoris & Pollucis aurigis Heniochorum gentem feram ortam dicit. Idem scribit Ammianus Marcellinus lib. 22. Dioscuriadis (inquit) in Colchica authores sunt Amphitus & Telchius, &c. Strabo verò lib. 11. Tradunt (inquit) Lacones habitasse Heniochiam, quorum duces Rhecas & Amphistratus fuerunt, Castoris & Pollucis aurigæ, vnde Heniochi (vt par est) ex ijs quidam sunt nominati, &c. In ora ante Trapezuntem flumen Pyxites, vltra vero gens Sannorum Heniochorum, Plinius 6. 4. Et rursus, Deinde multis nominibus Heniochorum gentes. Et cap. 9 Cyrus oritur in Heniochijs montibus, quos alij Coraxicos vocauere. Traianus Heniochorum regem prosecutus honore est, Dion Cassius. Dextra atq; intima Ponti incolunt Colchi, Heniochi & Achæi, Velleius Paterculus. Erichthonius omnium princeps, vt Arati vetus testatur interpres, currus equis iunctis docuit quadrigis solaribus persimiles cõpingere. Qua sane admiratione est inter cœlitum translatus imagines, quod non tacuit Manilius astronomicõn primo, heniochi nomenclatura insignis: Heniochus studio mundumq; & nomẽ adeptus, Quem primum curru volitantem Iupiter alto Quadrijugis conspexit equis, cœloq; sacrauit. Scribit verò Theon cœlestem Heniochum, vel esse Bellerophontis idolũ: vel Trochili, Callithea qui est natus, sacerdote apud Argos prima, quiq; currum iunxit primus. Alij esse Myrtili dicunt. Sunt qui Cillantis Pelopis auriga, aut Oenomai quoq;, Cælius. De Erichthonio, & quòd primus omniũ curru vel quadrigis vlus sit, Polydor. 2. 3. Auriga, signum cœleste super Tauri cornua: retinet autem stellas duas in manu quæ hœdi vocant. Quarto nonas Octobris auriga occidit, Columella. Auriga Sub læua Geminorum abductus parte feretur, Cic. 2. de Nat. Vide Higinium & alios. Ἡνίοχον Aristophanes Solem vocat, quòd aurigæ instar agat & regat currum & equos, Varinus. Ἡνίοχος, equi moderator, quasi pungens equum, aut equorũ experiens, Lexicon Græcolat. Agitator apud authores ferè ponitur pro rectore equorum aut curruum. Et equorum agitator Achillis, Armiger Automedon, id est auriga, Verg. 2. Aen. O quicunq; faues fœlix agitator equorum, Ouid. 3. Amorum. Nec est mẽlius quicquam, quàm vt Lucullus sustineat currum, equosq;, vt bonus sæpe agitator, Cic. ad Att lib. 13. Idem 4. Acad. Ego enim vt agitator callidus, prius quàm ad finem veniam, equos sustinebo. Gubernator (metaphoricè pro agitatore) magna contorsit equum vi, vt Quintilianus citat. Sæpe oleo tardi costas agitator asselli, &c. Verg. 2. Georg. hoc est verberator, Seru. Agaso, equos agens, id est minans, Fest. sed menare pro agere vel ducere Gallica vox est. Pinxit & in vna tabula agasonem cum equo, Plin. lib. 35. Et duo equi phalerati cum agasonibus, Liuius. Sumitur etiam pro hippocomo seu equisone, & equorum curatore. Si patinam pede lapsus frangat agaso, Horat. 2. Serm. Sat. 8. vbi Acron, Agaso propriè dicitur seruus qui iumenta curat: hîc autem Satyricè escarum ministrum agasonem appellauit, quem vulgò dicunt inferiorem. Equiso pro equite (sed locus videtur corruptus) Varro Triodite, Nam vt equus qui ad vehendum est natus, tamen hic traditur magistro, vt equiso doceat tolutim, Nonius. Et alibi, Equisones non equorum tantum moderatores aut magistros, sed omnes quibus regimẽ conceditur cuiuslibet rei, dici posse veteres probauerunt Varro Marcipore, Hic in ambiuio nauem conscendimus paludẽ, quam nautici equisones per viam conducerent, loco. Equorum pastor, equisio (hoc non placet) seu equiso & equisarius Latinè, ἱππεφεβός Græcè, Textor, Ἱππεφέβος, ἱππεύς, Διεβρ. Ἱππεφόβος, Suid. Hesych. & Varin. Ἱππεφοβολεῖ, ἱππεφεβίας δὲ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἱππεφεβικῷ λέγει, ἱππεφεβεῖον, Pollux. Ἱππεφέβιον, locus in quo aluntur equi (vt in Scholijs Homeri etiam legimus) & grex equorum, & capistrum, Hesych. Varin. Polia iureconsultis esse videtur equinum armentum: nam quod Græcè ἱππεφέβιον dixit historia quarta Herodotus poliam Latinè reddidit interpres Cælius. Ἱππεφέβιον (oxytonum) grex equorũ, Scholia Homeri. Hippophorbon dictam tibiam Scenitæ Libyes excogitarunt & in equorum pabulis vtuntur: fit ex lauro, Cælius ex Polluce. Fit ex lauro (inquit Pollux) detracto cortice: exempta enim medulla, acutum reddit sonum, & equis conuenientem: Græce est, ἐξουσιάσαντες τὴν ἱππων τὴν ἐξ ὑπερβορέων καλουμένην. Ἱππάνα (in Varino legitur ἱππίνα quod minus placet) ἱππεφεβεῖον. Ἱππασιάδες, ἱππωνάγαλλα, Pollux. Ἱππεκόλοι pastores equorum interpretantur, Pollux (vt paulo ante citaui) Hesych. & Tarin. quare non probo illum qui in Lexico Græcolatino bubulcum exposuit. Πελοὺς δὲ ἵππος ἐφιππεύσιμος, (senarius ex poeta quodam, Sophocle vt conijcio,) Varinus. Hippobotæ apud Chalcidẽ, vocabantur prædiites & gloria excellentes, Cæl. Ἱππεφόβος, ἀγελεφόβος, ἱππεμβόλος, Pollux & Varinus. Ἱππόνομος, pastor equorũ: & ἱππόνομα, merces ex equis vel mulis, Lexicon Græcolat. Αἰδοῖται δὲ οἱ ἱππόποι φάγελλοι, Philostratus in vita Apollonij. vide an legendum ἱππόποι, id est ἱππεφεβοί, vel contra apud Varinum, vt paulò ante citaui, pro ἱππόται) interpres Latinus parum probatus, vertit: homines planè inculti & armentorum equites curatoresque. Equum ab ipso Catone detrictum, Seneca epistola 88. Distringere apud Plinium 34. 8. pro defricare in balneis, & vti strigilibus. De equotribis & strigile, vide inferius in hoc capite. Λέγει δ' Ἵππων ἐφηλαφῶν ὑπὸ ἀσθενείας, καὶ ἀπαλαίων, ἐξιππεύειν τὴν κόπτα, ἐκφέρειν τὴν κέντρα, λύειν τὰ χρήματα ἃ ἐπικαθήμενος ἐδεδέκει ἐν τῇ κεφαλῇ, τὸν ἡνίοχον, Pollux. In Callimachi hymno in lauacra Palladis, versus legũtur hujusmodi. Οὐ τὰν Ἀθηναίη μεγάλαν ἀπεπίσατε πάτραν, Πελλὰν ἱππιοχαρμάταν ἠδὲ μάχαις. Κλαῦτε πολυπτήνιον ἄρμα καὶ ἀκμονες ἄρματος ἵππων Λυσσήεντα παρηῒς ἐκλυτον ἀκτάζων. Ἡ γὰρ ἐπὶ ἁβρὸν ἀγηκε Φοίβαν ἐν ἀγκάλῃ πάντα χαλιφαίνει σοφὸν ἔργα γεραιῶν. Citatur hic hymnus & Latine redditur à Politiano in Miscellaneis cap. 80.

De stabulo in genere quædam scribit Grapaldus lib. 1 cap. 8. Equaria, idem quod equile. Varro in proœmio de re rust. 2. Quòd & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia oniarias & Reatino equarias. Præsepe ipsum, propriè stabulum dicetur, Grapaldus. Equitium, equorum armentum. Vipianus ff. De vsu & habitatione. Equuj quoque legato vsu, videndum ne & domare possit & advehendum subiergo vti. Tacitus de Germania, Moscll ciuitatibus vltrò equitium conferre principibus. Equitium Grapaldus & Scoppa grammatici mandram interpretantur. Est autem mandra Græcum vocabulũ Italis hodieq; in vsu pro equili. Μάνδρα, ἡ τῶν βοῶν ἢ ἵππων, Hesych & Varinus. Polia, armentum equorum, ἀγέλη ἵππων, vt supra monui. Equitarius, equili præfectus, Scoppa: Textor pastorem equorum interpretatur. Ego equitiarium potius dixerim, quinque syllabis, qui equino pecori vel curat, vt & Cælius habet. Ἵππων, oxytonum, equile: paroxytonum verò proprium viri cl. Hippostasium esse videtur equorum stabulum, sicuti boum bustasium. Nam & equum ab armento sequestratum iam, & stabulo ac præsepi applicitum, Græci eleganter staton, id est ἑστὼν dicunt, Cælius. Ἱππαγωγεῖα, ἱππικὰ, ἱππεῖα, ἱππόστασις, ἱππόσταθμον, Pollux. Στάσεις ἵππων pars ciuitatis apud Euripidem in Hippolyto. Lysias hippostasin dixit: Ἐπιμελὴς ἦν τῆς ἱππικῆς τάξεως, καὶ κλείσας, πολλὰ τῶν ἀδικημάτων ἐν τῇ ἱππικῇ ἐπαύσατο, Pollux. Hippostasia, hippostasis, hippostasium, stationes equorum in stabulis, Budæus in Commentarijs. Ἱππών, stabulum equorum apud Lacones, Varin.

Varin. & Hesychius [illegible] Varin. [illegible] stabulum iumentorum, equile, Varinus. [illegible] Hesych & Varinus. Hippo dea stabuli credita. vt inferius dicetur inter deos. Eò loci stabulum (inquit Xenophon in libro de re equestri) ædificatum habere conuenit, vt quam frequentissimè ob oculos domini equus versetur. Ipsius equi veluti conclaue ita construi optimum, vt non magis pabulum de præsepi, quàm cibus domini de penu furto subduci possit. Qui quidem in hoc negligens est, in ipsum, vt ego opinor, negligit: manifestum enim est in periculis equum corpus domini accipere tanquam depositum. Neq; ille locus ideo solum communiendus est ne furto pabulum diminuatur: sed quia etiam, si forte effugiendus ab equo, ita cognoscitur, &c. Porrò ad pedes confirmandos, prouidendum est ne stabula sint humida & læua: talia enim præclaras etiam vngulas corrumpunt: quamobrem decliuum habebunt, ne humida sint læuia. Si autem emendabitur defossis lapidibus, quorum inter se magnitudo sit vngulis par. Nam inter stadum quoq; alia stabula pedes equorum consolidant. Post hæc curator equum educet, vbi destringat. Resoluetur autem de præsepi post matutinum pabulum equus, vt sit vespertinum illi iucundius, Hæc Xenophon: mox autem qualis nostrarum, id est exterior pars stabuli esse debeat, subijcit: qua de re eius verba superius alicubi recitata puto. Præsepe generis neutri, & præsepes fœminini apud Plautum & Catonem, stabulum dicitur equorum, mularum, & cæterorum animalium. Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis, Vergilius 7. Aeneid. de equis. Olida præsepia, Iuuenalis Sat. 8. Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent Verg. 4. Georg. de apibus. Accipitur etiam pro lupanari, &c. Vide Promptuarium.

Vergilius præsepia plena & satura cognominat. Legimus etiam hoc præsepium. Præsepium meum hordeo primum repleri iubet, fœnumq; Bactriano camelo sufficiens apponi. Apuleius 6. Metam. [illegible], vt etiam [illegible] verumque verbum edere significat. [illegible] apud Homerum. [illegible] alias [illegible] (canales nimirum.) [illegible] Varinus. Vide etiam in alijs Lexicis & Etymologo in [illegible] & in [illegible] apud Varin. In stabulo (inquit Columella) sint ampla præsepia, super quæ transuersi asseres in modum iugeri a terra septem pedibus elati, consigantur, ad quos religari possint iumenta capistris (ita enim ipsa lora dicuntur) religare solemus, non aliter quàm ad anfulam vel vncinum, vacerra nominatur. Columella clatrorum genus vacerras appellat, quibus robore factis caucæ muniuntur. Patena quæ appellatur (vox facta videtur à [illegible] Græcorum) hoc est alueus ad hordeum ministrandum, Veget. l. 56. Et ibidem, Cratis, quæ lacca vocatur à vulgo, pro equorum statura nec nimis alta fiat, &c. [illegible] Pollux 10. 38

Ephippium, tegmen equi ad mollem vecturam paratum. Varro in Catone, Mihi puero equus erat sine ephippio. Nonius. Stragula succincti venator sume veredi. Nam solet à nudo surgere licus equo, Martialis ephippij nomine proposito in Apophoretis. Inde equi ephippiati, quorũ contrarij sunt à nostris desultorij (sine ephippijs, vt & Perottus scribit, vide supra in E.) nuncupati, quòd ex his facile desilire desultores. At generaliter omnia quæ mulis equisue insternuntur strata dixêre: & equos stratos ac instratos, eis ornatos. Armatos deinde instratisq; equis signum expectare, Liuius. Et alibi, Malis strata detrahi iubet. Stultus est qui equum empturus non ipsum inspicit, sed stratum eius & frenos, Seneca ad Lucilium, Hæc Grapald. Frenos & strata equorum Pelethronium inuenisse dicunt Plin. Equum empturus solui iubet stratum, Senec. in epist. (*der sattel. oder satteldecke.*) Armatus eques frenatos stratosq; teneret equos, Liuius. Quidam stratum etiam accipit pro culmis qui sternuntur ad cubile equis. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus, Horat. Neque eodem modo parantur ad ephippium; vt ad prædam, Varro 3. de re rust. Puto concedi nobis oportere, vt Græco verbo vtamur, si quando minus occurret Latinum: ne hoc ephippij & acratophoris potius quàm proëgmenis & apoproegmenis concedatur, Cicero 3. de Finib.

Ephippium de equo dicitur, non sella, inquit Budæus. Sella à sedendo dicitur, Isidorus inter instrumenta equi. Vulgus quidem Italorum & Gallorum ephippium sellam nuncupat. Africa equos velocissimos præstat ad vsum belli Veget. Equorum mulorumq; genus sub sellis aut sagmis solo tergo præstat officium, Idem 2. 59. In sedem recipere, Plinius de Bucephalo: vbi vel dorsi equini partem, cui insidet eques, quam & Græci hedram vocant, vel ephippium intelligas licet. Ephippiati, qui ephippia habent in equis. Cæsar lib. 4. belli Gallici, Non eorum moribus turpius aut inertius habetur, quàm ephippijs vti: itaq; ad quemuis numerũ ephippiatorum, quamuis pauci, audent eloquitur autem de Sueuis. Ephippiarij equi dicebantur, qui inter meritorios ephippia gerebãt, Sipontin. Scoppa ephippiarium, ephippiorum artificem interpretatur. Parephippius in codice de cursu publico (licet parephippium legatur) qui equo currit sine ratione artis equestris, Scoppa. Numidæ equo nudo, id est sine ephippijs in bello vtebantur, Appianus de rebus Libycis. Nec legimus, neq; sanè ex veterum monumentis aut marmoribus aspicimus, equos eorum ephippia more nostro, neq; penitus stapas (stapedes) vulgò dictas habuisse: sed tantum in dorso ephippia eius generis, quibus hodie domitores equorum vtuntur, Volaterran. Equis instructis & ephippijs ac frenis decentibus prorsus, Ael. Lampridius in Seuero.

[illegible], certamen currentium equorũ: per ιῶτα in penultima: per α vero diphthongum, stratum vel sella equi. [illegible] Procopius apud Suidam. [illegible] Poll. Et alibi, Pro equis singularibus (monippis) parare oportet, [illegible] (malim [illegible].) Camerarius etiam apud Xenophontẽ rectè pro epocho reddit ephippij. [illegible] Siculi, [illegible] (forte [illegible]) [illegible], Hesych. [illegible] Hesychius: sed magis probo Varini lectionem, [illegible]. Tegumen quidem asinus attritus & annosus exponitur. Sic & asstraben interpretantur asinum, mulam, quoduis iumentum, dossuarium mulum: & in ephippijs lignum quod manu tenentes sedentes, Cælius. De clitellis & sagmis dixi in Asino H.e. sed hic etiam nonnulla addemus, præsertim quod ad equos. Vide etiam infra in mulis. Clitellarij vel clitellati muli & equi dicuntur, qui onera vel sarcinas in clitellis ferunt. A clitellæ similitudine locus Romæ Clitella vocabatur: item in via Flaminia loca quædam deuexa & accliua. Est etiam tormenti genus eodem nomine, Sipontin. Clitellarij vel dorsuarij vel dossuarij (nam dossum pro dorso veteres dicebant) ijdem sunt: quin & sarcinarij, quòd sarcinæ clitellis alligatæ dorso gestent. Equi sella, vel barda, si salmam portauerit. Hæc verba apud Vegetium, ni fallor, leguntur. Sagmarius

equus

equus. σαγμάριος, nostris saumross. Illyricè saumar. Sagma. quæ corruptè vulgo sulma dicitur, à strato sagorum vocatur, vnde & caballus sagmarius, mula sagmaria, Isidorus. Ἀνθ' ὧν ἐπαινεῖται ὁ ἵππος. Πέρσαι δὲ, ἐπαινοῦσι τὸν ἵππον, Xenophon apud Suidam. Cingulum hominum, generis neutri est: nam animalium, genere fœmino dicimus has cingulas, Isidor. Vt noua velocem cingula lædat equum, Ouid. lib. 1. de Remedio. Ephippium loris cannabinis (quæ cingulas vocitant) ventrē cingentibus, ne dilabatur, continetur, Grapald. Postilena incuruum lignum siue crassius lorum dicetur, quod sub iumentorum cauda posuēre, eò quod à posteriore parte habeatur. Plautus in Casina, Ita te aggerunda curuum aqua faciam. probè, Vt ex te postilena possiet fieri. Hinc per contrarium antilena, qua pectus cingitur, vt pectorali, Grapald. & Sipontinus. Antilena, *das vorder gràt, sürgràt, brustbaum*. Postilena, *das hinder gràt, hinderbaum*. Apud Isidorum antella & postella legitur, his verbis: Antella, quasi ante sella: sicut & postella, quasi post sella. Aliqui postilenam deriuant à post & stando. Videretur & ἐπιζώνιον cingulum vel cingula equi esse: sed grammatici exponunt τὸν ὑπὸ τὴν οὐρὰν ἱμάντα. Sed & cingulas laterales legimus, à lateribus quæ cingunt. Adduntur ferè omnibus bullæ (*sprangen*) ex oricalco imprimis, orbiculatæ, exuberantesq; ad ornatum & splendorem Grapaldus. Λεπάδνα (apud Hesychium non rectè legitur λεπάδας) lora sunt lata, quibus ceruices equorum iugo alligātur (ὅτι τοῦ λέπου, τὸ λεπίζω, propter latitudinem:) vel pectoralia lora quæ à cernicibus equorum demittuntur, vel pectoralia lora (implicitè) vel οἱ μασχαλισῆρες, id est lora quæ ab axillis denuncupantur, Varin & Suidas. Μασχαλισῆρες (aliàs μασχαλιστῆρες) vel μασχαλίς, ἐξ οὗ τὰ μασχαλίσματα τοῦ ὑποζυγίου, Varinus & Hesych. Legitur autem apud Strabonem vox μασχαλισῆρες: & forte ad equos tantum currui iunctos pertinet, de quo viderint quibus vacat. Τὰ δὲ τοῦ θυμοῦ αἰωρήματα, τὰ ὑπὸ τὸν αὐχένα τοῦ ἵππου ἑκατέρωθεν μέλαν, λεπάδνατον τὰ ἄνω, λεπαδισῆρες. τὰ δὲ ὑπὸ τὸν ὦμον τοῦ ἵππου, μασχαλισῆρες, Pollux 1. 10. Λεπάδια legimus Iliados 1. & 8. vbi scholia exponunt ἱππικὰ χαλινοῦ μάντα, μασχαλισῆρας. Non placet qui in Lexico Græcolat. λεπάδια etiam capistra vertit: Ἵππιος δ' ἀμφὶ λεπάδνα βάλεν, καὶ ὑφ' ἅρμασιν ἵππους, Calaber. Capistrum à capite iumentorū dictum, Isidorus. Capistrum, capitis vinculum, quod iumentis & cuicunque animali adhibetur, ne fugiant. Primaq; serratis præfigunt ora capistris, Vergil 3. Georg. id est duris. Seruius. Hinc verbum capistrare, Vide Promptuarium. Φορβέα, τὸ στόμιον, καταπίστιον, ὅτι τοῦ φέρειν βία. ἀγεται δὲ ὁ χαλινός, Varinus & Suidas. Φορβέα, ἁλυσιδωτὸν καπίστριον, Hesych. Φορβάειαν, πεδήσεμεν, καπίστριον, Idem. Φορβασία. καπίστριον, Suidas. Τῆς δὲ ὑπηφαντικῆς φορβείας μνημονεύομεν, ἵνα ἡσυχίαν ἄγειν ἐθίσῃτε, &c. Pollux, Ἐρεῖς δὲ φορβεῖαν, ἢ ὑπηφαντίδα δασεῖαν, Pollux. Τὸ μὲν δὴ πᾶσαν εἶναι φορβείαν τὸ ἵππειον ἐθελοντήριον, εἶτα χαλινώσαντα ἑαυτὸν ἱππεύειν, &c. Idem. Sunt & φορβεῖαι pelliculæ quędam circa os tibicinum, vt vox moderatior suauiorque reddatur. Scholia in Aristophanē. Ἱππόφορβιον, καπίστριον. Hesychius, Varinus. Καπόφορβ ἢ καπίστιον. Varinus. Καπιστὴν, ἀβλαβῆ μαλακὸν λόγον, Idem & Hesychius, Καπίστριον, φορβέα ὄνυ, Hesychius: Varinus exponit Φορβίαν ἵππου τὸ à capite Latina dictione. Ἐφ' ᾧ δὲ ἐθίσει ὁ ἵππος, χειμαινόμενον μὲν ἐκ τοῦ ἡσυχίαν, θέλοντα δὲ ἐκ τοῦ στόμα χαλᾶν, Pollux.

Χαλωτὴρ, τὸ τῶν ὑποζυγίων αἰτὸ κεφυφῆς ἑκατέρωθεν ἐξαιρούμενον. ἐν ᾧ δὲ τροφὴ καλεῖται δ' ἡ τροφὴ καὶ χόρτος, χιλὸς δὲ χιλοῦσθαι, καὶ χιλοῦν, σπείρεσθαι, Hesychius & Varin. Hinc factum videtur verbum συγχιλεῖν, includere. Λύων αἰμασιὰς χιλίων καταβάλλοι συγχιλίσας σιδήρῳ, Xenophon de re equestri. Capulum, funis, à capiendo, quòd eo indomita iumenta comprehendantur, Isidorus. Sciet etiam curator accommodare equo capistrum (κημὸν) quoties vel ad destructionem, vel volutabrum educere volet. Denique quocunq; sine freno ducendus erit, capistrum induetur, κημὸν ὀνομάζει: nam hoc respirationem (ἀναπνεῖν, in Polluce ἐκπνεῖν legitur, quod non placet) non impedit, & morsibus tamen obstat atq; subitas inuasiones equorum cohercet. Alligari equum à capite super nè rectum est: quicquid enim os illius offendit, declinare solet ulato capite equus: id cum facit ita alligatus, magis laxantur, quàm dirumpuntur vincula, Hæc Xenophon in libro de re equestri. Apparet autem κημὸν alium esse à freno, tum ex hoc Xenophontis loco, tam imitati eum Pollucis his verbis: Ἡνίοχος δὲ χαλινωθέντος ἄγειν, οὐδὲν αὐτῷ παραινοῦμεν ἢ ἀχαλίνωτον, κημὸν τὸν ἵππον. Κημὸς, genus freni, ἢ φιμὸς Suidas, Varin. Sic autem nominatur ὅτι τοῦ καίειν. Τὸ τῶν ἵππων ὀνομάζουσι, alias ἐπιστόμιον) καὶ γυναικεῖον περίσημα, Varinus. (Ἵππιον, ὄνομα κεφαλῆς ἢ γυναικεῖον κόσμιον. Ἵππιος, ὁ χαλινὸς ἐμβολή, Varinus. Φαιὸς κημὸς, ἢ χαλὸς (al' βαλὸς) ἐπιστόμιον τῶν ἵππων (εἰς ὃν αἱ ἡνίαι βάλλονται, Hesych.) καὶ κημὸς (lego κυμεῖν) τὸ συγκαλεῖσθαι. καὶ εἰ ἱατρεῖ κημὸν λέγει τὸ ἐφ' ἁλμὴν μύειν. Κημεστὴς, τῷ χαλινῷ ἐμφερὴς. Κημὸς, χαλινὸς γυμνός. Κήμωσις, φίμωσις, Varinus, Hesychius, & Scholia Aristophanis. Pollux ad monippos, id est singulares equos, requiri ait ephippium, κημὸς, φιμὸς, ψαλὶς, χαλινὸς, Philodemus in epigrammate, Καὶ κεφαλῆς ἐπὶ ἵππειον κημὸν, Suidas ex epigrammate. Camus, genus asperi freni, quo caballi superbi coërceri solent: dictus à curuitate: chamos enim Græci curuum dicunt, Isidorus. (Χαμὸς, καμπύλον, Varinus: & χαμὸν καμπύλον, ἐπὶ τοῦ ἵππου, Idem. Chami vocabulo vsus est D. Hieronymus Psalmo 31. (vbi 70 etiam κημὸν habent) & 4. Regum 19. his verbis, Ponam chamum in labijs tuis, & reducam te in via per quam venisti. Ego camum potius sine aspiratione protulerim, vt Græcæ originis sit, χαμὸς Doricè pro κημὸς. Deos quæso, vt quidem hodie camum & furcam teras, Plautus Casina. Grammatici genus vinculi interpretantur. Vocabatur etiā κημὸς à similitudine figuræ, vt conjicio, cadus iudicialis, vel operculum eius, per quod calculi (vt tali in turricula ludi genere, de quo paulo post) immittebantur. Κημὸς, πλέγμα (πεπλεγμένον τῶμα Hesychius) καυσεῖδες ἢ ὀστρακίδιον τῷ καδίσκῳ (τῷ ὑδρίᾳ) ἐπικαλυπτόμενον τῆς ψήφου. Erat hoc operculum χώνη, id est infundibulo simile figura, vnde χώνιον (lego χωνοειδὲς) Cratinus appellat: nam ἠθμὸν quoque, id est coli, vel sacci per quem colamus, similis formæ est. Erat autem cadus duplex, alter æneus & ratus, alter ligneus & irritus, (κύρειον καὶ ἄκυρον Græci dicunt:) Et æreo operculum erat διάτρητον (forte διαπεπερμένον, id est perforatum) vt in ipsum solum calculi inijcerentur, Varinus & Scholia Aristophanis.

Κημὸς, οἱ κατάστικτοι καὶ ῥόδοι ὑπεκειμένῳ τῷ καδίσκῳ, Pollux. Cemos herba videtur appellata ex floris siue calycis figura: quoniam pyxidecula Athenis ita nominabatur, per quam suffragia in subiectum vasculum, quod caddiscum vocabant, demitti consueuerant: quod & Venetijs hodieq; seruatur, Hermolaus. Cemos apud Dioscoridem est inter nomenclaturas leontopodij, catanances, & hederæ. Scholia in Aristophanem interpretantur illij genus, & herbam quandam. & legumen quoddam apud Thraces. Τὸ μὲν ὅλον τῷ σχήματι τοῦ ἵππου ἐπιστόμιον, καλοῦσι δὲ κημὸν καλέστρα τὸ ἄνω τὸ χωνευτήριον ὑμῶν. ὃ δὲ ἐστι τὸ σχῆμα ἐμβαδὸν ὑμῶν, χαλινὸς, &c. Pollux 1. 10. In homine etiam (per translationem à frenis) labiorum τὸ μὲν ἄνω τὸ ὅλον σῆμα, χηλὲς: partes verò eorum vtrinq; ad maxillas desinentes, χαλινοὶ dicuntur, Pollux. Τοῦτο δὲ πάντα χαλινὰ ἕρπετὰ ἐστιν. Οὐλαὶ δ' ἐπιφέρει χαλινώσειν. Nicander de aconito scribens. Est præterea κημὸς è filis aut funiculis (ἐκ σχοινίων) instrumentum coli figura, in quod purpuræ aut conchylia ingressa capiuntur, &c. Varinus. Huius figuræ piscatoria instrumenta quædā cancellatum

cellatim & decessantibus filis, vt in retibus, nostrates vocant *seimer, [illegible]*. Eius & nassa huiusmodi, sed è vimineis contexta, cyrton Græci nominant: quo cum intrauerit piscis exire non potest, *ein [illegible]*: aliqui excipulam vel excipulum vocant. Vide etiam in Porro pisce.

Frænum, instrumentum quo equus retinetur & domatur: dictum quòd equorũ ora frangat, & ideo per æ. scribendum, (multi absq; diphthongo scribunt.) In plurali hi fræni, vel hæc fræna. Et fabulis frænos audire sonantes, Vergilius, Ouidius sonantia fræna dixit. Alteri se calcaria adhibere, alteri frenos, Cicero de claris Orat. Ni frænum accipere & victi parere fatentur, Vergilius metaphoricè. Frenos & strata equorum Pelethronium (malim Pelethronios cum Vergilio: vide Onomasticum) inuenisse tradunt, Plinius 7.56. Frena Pelethronij Lapithæ, gyrosq; dedere. Impositi dorso, Vergilius. Κλαυτὰ & χαλινοὶ πεῖραι & Βίαι ἱππόδοντες ἅρματα. Scholia in Pindarum. Quid te frena iuuant temeraria (Martialis. Ardentes & equos ad mollia ducere frena, Manilius lib 4. Frenaq; bina eius, quæ nunc habet aurea Pallas, Vergil. Impari frena thesauri equorum accommodant, Accius, vt Nonius citat. Tempore lenta pati frena docentur equi, Ouid. 1. de Arte. Frena dicta (inquit Isidorus) quòd equos fremere cogant: vel quòd hæc equi frendant, id est imprimant dentibus & obmordeant. Hippolytus arctis coërcuit frenis equos, Seneca. Aureas dicebant frenum, quod ad aures equorum religabatur: oreas quo ora coërcentur, Fest. Et alibi. Oreæ freni quòd ori inseruntur dicti. Titinnius in Setina: Etsi tacebit, tantum gaudebit sibi premitti oreæ. Cæcilius in Ariolo. Deprandi autem Leonis obdas oreas. Cato Originum lib. 3. Equos respondit oreas mihi, inde tibi cape flagellum. Trebelius pro se apud populum: Equus qui mihi sub feminibus occisus erat, oreas detraho. Lupati sunt freni asperrimi, dicti à lupinis dentibus, qui inæquales sunt, (quod & Seruius scribit:) vnde & eorum morsus vehementer obest, Isidorus. Lupi, fræni asperrimi, à lupinis dentibus, quia inequales sunt: siue quia duritiam habent lupinorum dentium similem & propterea morsus eorum asperrimus. His frenis vtebantur Galli. Vuillichius Germanicè reddit *brechzeum*. Camerarius apud Xenophontẽ pro stomio lupos vertere solet. Vide in Lupo 11.a. Tempore paret equus lentis animosus habenis, Et placido duros accipit ore lupos. Ouid. 4. Trist. Non aspera præbet ora lupis, Papinius in Achil. Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis, Silius. Prensiq; negabunt Verbera lenta pati, & duris parêre lupatis, Verg. 3. Georg. Asper equus duris contunditur oris lupatis. Ibid. Solinus genere masculino dixit, Isq; adeò spreuit lupatos, vt de industria incuruatus, ruina & se & equitem pariter affligeret. Lupatis temperat ora frenis, Horatius 1. 8. Carm. Pastomis (aliàs postomis, quod minus placet) dicitur ferrum (instrumentum ferreum siue ligneum) quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morsui imponitur, Græcè [illegible]. Pastomides huic ingentes de naribus pendent, Lucilius, citante Nonio. De formis frenorum vtilibus, tam pullis, quam equis scallionatis & non scallionatis, Rufius cap. 35. Idem docet non nihil de freno & frenatione cap. 40. quod inscribitur, De extrahendis equo dentibus qui dicuntur scalliones. Varias etiam frenorum differentias eleganter pictas, in Rufij volumine reperiet qui deliderabit. Vt iniecto equulei freno repente exagitantur nouo, Cicero 3. Tusc. Immitem quatiebat equum spumantia sæuo Frena cruentantem morsu, Silius. Frenatis lucent in equis, Vergil. Vr armatus eques frenatos stratosque teneret equos, Liuius. Equites infrenati. id est quorum equi non habent frenos, Idem. Numidæ frenis nõ vtebantur, Oppius de bello Africo. Massyli equos virga non freno gubernant: vnde & Vergilius infrenes vocat Numidas. Murcibij vix ora tenacia ferro Concedunt, Gratius. De frenis & reliqua instructione equorum Libycorum dixi in 8. in Mauris & Libycis. Considerari debet (inquit Petrus Crescent.) durities & mollities oris equi, vt pro illius ratione frenum commodum adhibeatur. Sunt enim frena quædam valde leuia, quædam minus: alia asperrima & durissima, alia minus: quædam media inter prædicta. Formas eorum scribere omitto, quia nota apud frenorum artifices: nec possunt tam aptè describi, quemadmodum possunt oculata fide videri, Hæc ille. Arrianus lib. 6 tauo de rebus gestis Alexandri Indorum frenandi morem his ferè verbis describit. Equi eorum non sunt ephippijs instructi (στραγμῶσι:) sed neq; frenis ita vt Græci aut Celtici: nam summum equi os corio bubulo crudo ambitur: quod consutum est & (περιηρμοσμένον) annexum: continet autem stimulos exæreos aut ferro introrsum conuersos: ditiores eburneos parant. Cæterum ori ferreum inditur instrumentum obeli figura, (hoc est rectum at oblongum:) à quo habenæ (ἡνίαι) dependent. Habenis attractis, obelus equum coërcet, & stimuli ab eo pendentes pungendo habenis parere cogunt, Hæc ille. Græci frenum χαλινὸν appellant: est autem propriè ea pars freni quæ ori inseritur. Inde verba χαλινῶν & χαλιναγωγεῖν. Χαλιναγωγεῖν γλῶτταν, frenare linguam. Nicander troparè dentes χαλινοὺς dixit: Oppianus funes nauticos vocabulo neutro plurali χαλινά. Buccarum partes circa labrorum confinia Græci χαλινὸν vocant, Cælius. Χαλινὸν Homerus vocat freni partem quæ ori inseritur: habenas verò ἡνιοχὰς & ἡνία, &c. Varinus. Pollux ad equum singularem requirit inter cætera ψιμὸν, φαλάρια, χαλινόν. Τὸ μὲν [illegible]. Pol. Χαλινὸν δ' ἱππεῖον, καὶ χαλινὸν τὸ ἐνβαλλόμενον τῷ στόματι, & χαλίνωσις, Idem. Ἵππος ἐγχαλινωτὸς, ἀψυχος χαλίνωτος. Varin. Εἰμὶ αὐθις ἐγχαλινώσας, Plutar. de Sylla. Et alibi, Ἵππος ἐγχαλινώθεις. Ἵππος δοκὸν χαλινεύοντες, Xenoph. Ἑλκύσαι τὸν ἵππον ἐκ χαλινοῦ, Procop. Ἐφῆκαι τὸν χαλινὸν ἐς τὸν ἵππον, Pol. Ἀνεῖσαι τὸν χαλινὸν ἐφίεσθαι, Heliod. in Aethiop. Et rursus, Ἐφεῖσι τῷ χαλινῷ τὸν ἵππον. Ἀνακλάσαι τὸν αὐχένα ἐκ τοῦ χαλινοῦ, Pol. hoc est, vt videtur ἀναχαιτίζειν τὸν ἵππον. ἀνακόπτειν. Et alibi, Πέπαυνται ἱππικὰ γυμνάσια καὶ ἐφόδια τὸν χαλινὸν, & ἀναλαμβάνειν. Ἐγχειρεῖ τοῖς ἵπποις Νικομήδης ἀμφὶ γνώμην ἔχειν τὸν χαλινὸν, Calab. lib. 4.

Οἱ δὲ χαλινοὶ φαλαρίοις ἀφείζοντες λαμπροῖς. Ibidem. Χαλινὸν χρυσομίτραν, id est aureis phaleris ornatum, Pindarus dixit in Olympijs Carmine 13. Item philtron hippion pro freno, Ibidem. Ἡνιοχὴ, χαλινὸς, πτύαλον, Suidas. Ἵππιον ἡνιοχικὸν τεῦχος, μίσυ, ὅπερ χαλκάνθιον, ἡνία, Pollux. Χαλινοφαγοῦσιν ἵπποι, Callimachus. Σπῖμα, τὸ χαλινὸν, Doricè, Varinus. Δακὼν ὁ σπῖμον, ὡς νεζυγὴς· Πῶς δ' ἔβιάζε, καὶ σπὸς ἵππιος μάχη, Aeschylus in Prometheo. Ὦ καλλίστους εἴδομεν Χρυσοδαιδάλτοις σπίμνοισι πώλους Κίνησω δεσπομένους. Euripides. Φιμὸν, ἄγχειν, ἐπισφιγγειν. Φιμὸς φθεγξίμιον, Varinus. Ἐπισφιγγειν, ἐμποδίζειν, καπίχειν, καταστέλλειν, Idem & Suidas. Τοῦ δὲ χαλινοῦ τὰ σιδήρια, ὑπόσιμα. Ἐστόμωται, τὰ μὲν κοῖλα, ἐχίνοις τὰ δὲ περὶ τὴν ἔκθεσιν ὀπίσω τὰ, πρόχοι· (Et alibi, Σπῖμα ὀπίσω τὰ, Φησὶν Ἀναγύρω Ἀριστοφάνης·) τὰ δὲ μέσα ἐστόμια, ἐκ δύο κύκλων, ἐξ ὧν περιπλεκόμενα, ἓν ἄλυσιν εἶδος, ἁλυσίδες καὶ ἁλύσεις, Poll. Σπιμίας equus, qui freno nõ facile patet. Ἐστόμωσε ἵππον ὁ τῷ στόματι ἀντερείδων τῷ χαλινῷ. Eustath. Φιμὸς, ὁ χαλινὸς, (quasi σφιγμὸς, δοτὸ σφίγγει.) Καὶ φιμοὺς, ἐνβόλιμα ἵππεια ἔργανα, Aeschines cõtra Timarch. Φιμὸς δ' ἐστὶν ὁ καλάμινος κυλὸς εἰς ὃν ἐνβάλλεται (οἱ κύβοι.) Δίφιλος δὲ Φιμοὺς καὶ ὡς μίαν τὸ Φιμὸν, ὡς ἀνιμβάλη. Suid. & Varin. Instrumentũ hoc lusoriũ à figuræ similitudine fictũ apparet, vt & κυλὸς, quẽ supra quoq; interpretati sumus iudicialẽ cadum, vel operculum eius coniformẽ, per quẽ calculi immittebantur. Latini similiter à figura turriculæ nomẽ huic instrumento indiderũt, de qua Martialis

lib. 14.

lib.14. Quærit compositos manus improba mittere talos, Si per me misit nil nisi vota facit. Non solùm autem tali, vt Perottus putat, in subiectum alueolum per turriculam demittuntur, sed etiam tesseræ vt ex Suida verbis appareat, κυβεύειν τέτραγωνα appellantis: & apud nos etiam quanquam rarum hûc ludum cum tesseris fieri obseruauimus, non id absque ratione. tam enim tesseræ quàm tali per manum fraudulenter emitti possunt, per turriculam non item: vbi scilicet non arte dolóue, sed votis tantum luditur. (Nostrates vocant *in der brenten spilen*, quo ludi genere in nundinis quibusdam ferè apud Heluetios vtuntur.) Turricula, vasculi genus à turris similitudine ita dicti, quo iactati tali ludendo solebant. Eadem pyrgos appellatur: sic enim Græci turrim vocant. Qui pro te tolleret, atque Mitteret in pyrgum talos, Hor. 2. Ser. Sat. 7. Hic Acron, Pyrgum (inquit) hoc est tabulam: alij fritillum dicunt. Calepinus hoc in loco non pyrgum, sed fimum legens, Fimum (inquit) vel fimus, quod nos fritillum & alueolum dicimus, in quo coniectæ tesseræ agitatæque miscentur. Atqui nos phimòn ostendimus, non alueolum: sed vas supra alueolum esse. Pyrgum quidam vasis genus cauitate sessili interpretatur, quo coniecti tali agitentur antequam in alueolum proijciantur, vt in Promptuario legimus: quod mihi non probatur: turri enim pyramidis figura, non sessilis & plana conuenit. & supra ex authoribus ostendi, infundibuli aut conicoliue formam κισσὸν appellato vasi fuisse: sunt autem capistra quoq; & frena (de loris frenorum loquor) ferè huiusmodi & ipsum ludi instrumentum, quod hodieque apud nos durat, interpretationi meæ astipulatur. Quanquam enim turres quadrangula forma extrui soleant, vnde & pyrgos turma equestris similiter instructa nuncupatur: magis tamen in turrium specie tectum ipsum pyramidis forma assurgens consideratur. Cælius Calcagninus de talorum ludo scribens. Ad summouendas, inquit, aleatorum fraudes, qui subdola manu vti callent: institutum est, vt in conditorio, seu tu pyxidem mauis appellare, repositi tali promerentur in abacum: id conditorium Persius orcam, sumpta ex monstro marino translatione appellauit. Sic & Pomponius poëta Bononiensis, Dum contemplor orcam, talos perdidi. Hæc Calcagninus. Persij versus Satyra 3 hi sunt: Quid dexter senio ferret, Scire erat in voto, damnosa canicula quantum Raderet, angustæ collo non fallier orcæ. Hinc apparet orcæ lusorij instrumenti, ad talos, collum fuisse angustum, quale scilicet in fundibulorũ est ex orbiculato ambitu capaciore paulatim in conum se colligens: (quamuis & aliud genus infundibulorum est, quòd planum habet fundum, sed ex quo oblongus & teres canalis descendat:) quamobrem non probo Calcagninum qui pyxidis & conditorij nomine orcam lusoriam appellet, cum in tali cauitate nihil, ne momento quidem, loco manere possit, sed statim immissum delabatur & excidat per collum. Fallitur etiam Sipontinus & alij, qui talos in pyrgum seu orcam iniectos iactari agitariq́ue putant, eo scilicet modo quo manu agitari ab aleatoribus solent: cum turricula sic agitari non opus habeat, delatis sponte qui simpliciter immissi fuerint talis aut tesseris: nec possit etiam, cum loco fixa sit, ni fallor, supra alueolum. Campum in quo tesseraria pugna exercebatur, ab antiquis nunc abacum, nunc alueolum, nunc tabulam lusoriam, modo πλινθίον, sed & fritillum appellatum video: reclamantibus licet grammaticis, qui ex authoritate Porphyrionis, non ad tesserarium ludum, sed talarium, fritillum pertinere arbitrantur: vt idem sit eam turricula instrumentum, &c. Calcagninus in libello de tesserarum ludo.

Τηλία, κημοί, φιμοί, χαλινοί, κύβοι, ἀστράγαλοι, κύβοι, Pollux lib. 8 sed prima syllaba vocis κύβοι per υ. non per ι. scribi debet: sic enim legitur apud Varinum: Κυβεύειν, τὸ ἀζύγα φέρειν, ἐξ ὧν οἱ κύβοι ἠφίεσαν, πλεκτὸν δ' ἦν ταῦτα. Et rursus: Κύβοι, ἀστράγαλοι πλεκτοί, εἰς ὃ τοὺς ψήφους ἐφίεσαν. Et mox, Μὴ πολλὰ πολλοῖς ἐπὶ τῷ κύβῳ παιδιὰν ἐξεύρετο τοῦτο, ἀλλὰ τοῖς ἀπὸ τοῦ Ἑρμιππου τοῦ Θεοῦ, Καὶ ἐπὶς κύβους ἔστιν ἐχειν κύβοι. Κηλεία, κηλάρια, τὸ ἀζύγα φέρειν, ἐν οἷς οἱ κύβοι ἐφέροντο. Hoc instrumentum si idem cum turricula est, non proprie videtur oxybaphi nomine, id est acetabuli, exponi. (Aut pro vtroq; forsan recte accipi potest, cum acetabuli nomen latè pateat, ita vt coxæ etiam acetabulum, sed Latinè, græcè cotyla, dicatur.) Mutuatus est autem Varinus quæ hic ad scripsi, ex Scholijs in Vespas Aristophanis, vbi pocula verba sunt hæc: Ἐπεὶ θοντὸ γὰρ μόνον φακὸν ἄλλον (id est vulgarem turbam iudicum.) τὸν κνηφίαν λάγανον (ἐπὶ τῶν πλαγαλίζοντα τὸ μηδὲν, ex cethario victitare, & minimum inde lucellum quasi liguriendo absumere. Sed talis & tesseris relictis ad frenos redeo. Pollux ad equum singularem requirit κημούς, φιμούς, ψαλίδα, &c. Pluralis numerus φιμοὶ vel φιμὰ, vt in Epigrammate Anytes, καὶ λασίοις φιμὰ πεδὶ στόμασιν, in pueros hirco inequitantes. φίμωσις (paroxytonum, non probo) κημὸς, φιμὸς, Varinus. Hinc ἱππόφιμος, ὁ ἐν χαλινῷ ἵππος: ὑπόφιμος, ὁ ὑπὸ χαλινὸν ἵππος, Idem. Vocabantur quidam & αὐλητρίδες φιμοί, ac si frenos tibiales dicas, à quibus crepitacula (κρόταλα) pendebant: & immisso eis equorum hinnitu sonum tibiæ similem reddebant, Pollux & Varinus in Αὐλητρίς. Si glans ita contecta est (inquit Celsus 7. 25.) vt nudari non possit, quod vitium Græci φίμωσιν appellant, aperienda est: quod hoc modo fit. Subter à summa ora cutis inciditur recta linea vsque ad frenum, atq; ita superius tergus relaxatum cedere retro potest.

Φιμοῦν, ἀγχειν. Θησαυρίζειν. Τὸ γὰρ τοὺς χοίρους φιμοῦν ἐστὶ σφαγιάζειν, Suidas.

Ῥυτὸν, τὸ χαλινὸν, à ῥύω vel ἐρύω quod est traho, Varinus: idem videtur quod ἐντόμιον, id est habenæ: quam similiter vocem aliqui frenos interpretantur, per synecdochen nimirum: sed de habenis postea. Ἔφιππα, χαλινοί. Hesychius & Varinus.

Apud Pindarum facetiore metaphora frenum equi hippium nuncupari philtrum obseruauimus, Cælius. Ἅπαξ μόνον τὸ ἵππιον (ὁ χαλινὸς, ἡ χαλινὸς, ὁ χαλινὸν, ἅπαξ εἰρημένον, Varinus:) ψέλιον δέ τι ἀκρον, τῶν βοσκημάτων ἐπιθέμενον κόσμιον, Ammonius. Dores Τάλιον vocant τὸ ἄκρον. Idem.

Τάλιοι Atticè, ψάλιον communiter, Idē. (vt ὄνος, ὄναρ, ὀνάριον, σίναλος, σίαλος.) Non probo quod apud Hesychium legitur, Ψάλιον, πῶλος, χαλινός. In pace Aristophanis ψάλιον legitur per ι. simplex, carminis causa puto, iambeia altero abiecto (quanquam & apud Xenophontem, vt paulo post citabo similiter habetur) in his versibus dimetris anapæsticis: Ἀλλ' ἄγε δὴ πᾶσι χώρει χάριν Χρεσπαλαιον πώεσιν ψαλίων Διαχινήσας Φαιδρίτε δίσκε, Scholia ψαλίων, χαλινῶν exponunt, vt Suidas etiam & Varinus.

Pollux equum singularem instruens desiderat κημούς, φιμούς, ψαλίδα (paroxytonum, nisi mendũ est) χαλινόν. Pfallium inijcere, ψάλιον ἐμβάλλειν, dicuntur, qui ferocientem animum moderamine quopiam premunt, metaphora sumpta ab equis animosioribus. Plato libro de Legibus tertio. Ὀρθῶς γε σὺ μνημονεύεις, ὅτι παραγγέλλομεν ἡμεῖς τοῖς νομοθέταις ἐπιχειρεῖν, οἷον ψάλιον ἐπιβάλλειν ἀνεπιβούλοις ἐπῳδαῖς.

Pfallium autem (inquit Erasmus) est circulus, qui freno additur, vnde & pro freno ponitur interdum. Nisi forte alluserit ad bubalos, qui circulo ferreo naribus iniecto circumaguntur, vnde prouerbium, Naribus trahere. Rusius quidem inter picturas frenorum, nonnullos cum circulis pingit mediæ parti anteriori annexis, vt pro equis Turcicis, & genetis Hispanis.

Κυφὸν,

Χαλινὸς, ἡ ἐλαυνόμενος ἵππος, (forte φιλίνη, vel ἑτοιμᾶ, Varinus,) Κόσμων ὅπερ ἔνιοι σιμάγχην καλοῦσι: significat etiam vinctillum ligneum, Hesychius. Sed hoc nihil ad frenos. Pollux ad equum singulatim requirit χαλινὸν τοῦτον καὶ χαλινὸν ἵππου ἀγχέστην καὶ ἀγχέστην ἀναγύρου λόγου. In lexicis Græcis & Græco latino καμινος non aliud esse dicitur quam clibanus, vel caminus (vt etiam in Scholijs in Nebulas & Aues Aristophanis:) & proprie vbi extinguuntur ac suffocantur prunæ: mihi lanè in verbis Pollucis freni vel lupati asperioris genus esse videtur, quod ferociores equos ita aliquando coërceri oporteat vt vel suffocandi videantur. Freni pars quæ ori infertur, χαλινὸς, τούτου μέν τινος. τὸ δὲ περὶ αὐτὸ, δακτύλιοι, ἐχῖνοι, τρίβολοι, ἃ σπερ μασᾶται ἵππος. Pollux. Τρίβολοι, τὰ τοῦ ἵππου ἐν τῷ χαλινῷ ἐνοπλίσματα, Hesychius & Varinus. Φοινὶξ, pars quædam freni, Iidem. Xenophon in libro de re equestri conscendendi equum præcepta tradens, sic scribit: Πρῶτον μὲν οὖν τὸν ἐπιστησόμενον χρὴ ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τὸν χαλινὸν ἔχειν, ἡνίας δὲ καὶ φάλαν ἐν τῇ ἀριστερᾷ τοῦ ἵππου, ἐν ἐπιτηδείῳ τοῦ ἡνιόχου χειρὸς μεγέθει, καὶ χαλινὸν, τὰς δεξιὰς τῶν ἡνιῶν πρὸς τῷ ἀριστερῷ μηρῷ καθιέντα. Camerarius vertit: Primum de freni parte inferiore, seu etiam de annulo bullâue huius relligatum lorum ductarium, aptè sinistra manu prehendet, & satis laxè. Dextra capiet habenas depositas in summis armis. Et rursus in eodem libro, ex eiusdem versione: Primum non pauciora frena duobus pirabimus, quorum vnum leuis orbes (τροχοὺς) habeat grandiores: alterum eosdem cum graues tum depressos. Echini autem, id est lauatæ, erunt acutiores, vt cum istud prehenderit offensus equus asperitate mox dimittat: Cum autem lenius illi tractum fuerit, tum gaudens huius quidem lenitate, alia nihilominus ad quæ asperiore freno instructus fuerat, sub lent quoque exequatur. Sin lenitate contempta in hoc penitus incumbere volet, cogent scilicet illum hanc ob causam subiecti grandiores orbes, os pandere, atque ita admittere lupes. (Sed Græca mihi aliud lonare videntur, proinde apponam. Ἢν δ' αὖ καταφρονήσας τὴν λειότητα θαμινὰ ἀπερείδηται ἐν τῷ στόματι, καὶ ἐπὶ τὸ δάκνειν καὶ μασᾶσθαι: hoc est, vt os pandere coactus, frenum mordere & mandere desinat.) Potent autem asperius frenum varijs cum implicatione quadam, tum extensione, (Οἱ δὲ καὶ τραχεῖς τοὺς τροχοὺς τῶν στομίων καὶ ἐκτεταμένους καὶ κοίλους ἵππῳ: Camerarius legisse videtur κατατείνοντας. Pollux omnino aliter, Εἰ δὲ δεῖ τραχεῖ ἐπιτηδεύειν καταστενοῦντι, ἐ καταπεπαῖντι, lego καταπεληᾶντι, etsi καταπηχεῖ cera obtinere significat.) Cæterum cuiuscunque modi fuerint frena, fuere mollia omnia. (χαλινοὶ ὑγροὶ, quibus contrarij σκληροὶ.) Nam rigidum quidem pars sui prehendum retinet equus totum inter maxillas, perinde ac vetu vbilibet prehendas lorum fistulæ. Alterum verò non aliter quàm catena, ea parte tantummodo qua tenetur, non flectitur, aliàs pendet: nam elabentes dum capiat equus, lupos (ζεύγνυσι) interea amittit de maxillis. Hanc ob causam & inferiorum ori adijs axibus annuli (καλοῦσι δὲ τῶν ἀξόνων δακτύλιοι κρίκοντες) vt hos lingua atque dentibus prenens, simul tot coreptorum inter maxillas freni. Frenum mollie est, cum axes commissuras (συμβολὰς) habent latas atque latas: itemque omnia quæ axibus accommodantur, cum sunt ampla (ἐυρύστομα, forte ἐυστρεφῆ, καὶ μὴ συμπεπυκνωμένα, etsi Pollux etiam ἐυρύστομα habet) & minus densa, molitus frenum existimandum. In quo verò omnes particulæ frenigraviter discrepant atque colliduntur (χαλεπῶς διαστέγει καὶ συμπίπτει, id est ægre loco manentur nec facile inter se concurrunt) illud frenum rigidum erit. Hactenus Xenophon. Eadem ferè & Pollux vide supra in a. Freni pars quædam auncupatur echinus: sicut quod circa mentum est, ptellium: quod ori infertur chalinus: cuius medium est, henium: post in ambitu dactylij, echini, triboli, quos mandit equus, Cælius 18 ex Polluce. vtapparet. Κορυφαίαν apud Xenophontem Camerarius verticale lorum transfert: apparet autem ex verbis Xenophontis circa antes id locari. Κιχλόφαλοι, κορυφαία, & χαλινὸς, à Polluce pariter recenseuntur. Κιχλοφάλαι σὺν τῶν ἵππων κορυφαίοις ἢ κορυφαίοις, Hesych. & Varin. Ὁ δὲ ἀπὸ κορυφῆς ἢ ἵππος ἐκ πέντε μερῶν ἐστὶν ἡ χαλινὸς, κορυφαία, ὁ δὲ περὶ τοὺς ὠλένας, ὠλενισταὶ, ὠλένιαι. (malim oxytonum ὠλενιαὶ, vt μασταλὶς & μαστάλη.) Pollux. Ἀλλ' ἵππος περιβαλὼν περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ πεῖσθαι ἐπὶ κημοῦ, τὸν δὲ κορυφαίαν τῷ ὀξυβαφίῳ ἐοικότα τοῖς γυναικείοις ἀναφερόμενα, καὶ μὲν ὀλίγιστα, ὀλιγάνοπ περιπθῖναι δεῖ τὰ κεκορυφαλῶ, &c. Xenoph. Camerarius vertit. Habenas ob caput in summis armis deponat, verticale autem attollens in dextra teneat, ac lupos similiter admoueat: quos si equus admiserit, applicanda scilicet erunt freni lora. Coryphæam forcassis Latiuè frontalem eorum vel frontale simpliciter non ineptè dixeris. Nam freni ipsi (vt scribit Grapaldus) à frontalibus pendent, quæ caput equi hinc inde vinciunt, & additis bullis interdum auratis, gemmisq; venustant. Plinius 37. 12. de cochlite gemma. Quondamque tantæ magnitudinis (inquit) fecere, vt equis regum in Oriente frontalia, aliisque prophaleris pendulia facerent. Sed ampyx, potius quàm coryphæ, frontale videtur. de quo infra. Aliqui frontale exponunt ornamentum, quod fronti equorum siue elephantorum imponi solebat. Ingentes ipsi erant, addebant speciem frontalia & cristæ, & tergo impositæ turres, Liuius. Pollux quidem παραστατικὰ, inter arma equorum numerat: sic etiam vocatur πρὸς τὰ μετώπια δέρμα, Idem. Φάλαρα aliqui ornamenta frontis exponunt, Varinus in Ἡνία. Sed de phaleris infra. Συλλήψιον videtur appellare Absyrtus in Geoponicis libro 6. capite 1. eam freni partem, quæ ori inferitur, nimirum à lalina (σίελον δὲ εἰκέλον Græci dicunt) qua oppleri solet. Τὸν δὲ χαλινὸν αὐτῷ περιβάντας, ἐ χαλινὸν αὐτῷ τῇ Φάλαγγι χρεμάσαι, ἵνα ψάων σιμιζηται καὶ μὴ ἐυλαβῆται ἐ λύσῃ τὸν σύλληψιν ὕδατι. Andreas à Lacuna in huius loci interpretatione vocem Græcam reliquit, Cornarius postomides vertit: Veteres, vt Varro, in eodem argumento, hoc est pulli domitura, frenos simpliciter nominant. Τεθρίππου, τοῦ ἐπὶ χαλινῷ, Hesychius & Varinus. Ὀχεύειν, equum cum freno agere, vel sub curru, vt dixi in Cereo capite quinto. Οἱ δὲ Παίονες ἐφίππιον ἵππον οὐ ἵππον πρὸς τὸν αὐτὸν ἀνέχει τὰς κάμακας ἐλάσσονας, Suidas in Καμάκας, quod exponit palum, pertucam, lignum rectum.

Habenæ, quod his equos tenemus: vnde & equi habiles dicti: hæc & retinacula à retinendo lora (lego, & lora) Isidorus. Habenæ (inquit Grapaldus) frenis annexa sunt lora, manu quæ tenentur, vt equum in gyros flectere, impellere, & retinere valeamus. Manibus moliturque habenas, Virgilius de Turno. Ferraro calce, atque effusa largus habena Cunctantem impellebat equum, Silius Punic. 7. Ipse ter adducta circum caput egit habena, Virg. 9. Aene. Liber habenis equus, Idem 3. Georg. Semel hic cessauit, & (vt fit) In scalis latuit metuens pendentis habenæ (id est scuticæ,) Horatius 2. epist. Habena vel habenæ potius in plurali (sunt enim gemina lora) pro potestate & facultate ponitur habenula diminutionum, vide Propertium in fine. Tempore paret equus lenis animosus habenis, Ouidius lib. 4. de Tristibus. Habenas Græci ἡνίας in fœminino genere, vel in neutro ἡνία (præsertim poetæ) vocitant ἵππου δ' αἰνῶ τὰ λευκὰ, ἡ ἵππου δ' ἐναίνω κρεμάσαι ἡνία δούρατος, &c. non solum enim de celere equo, id est singulari ἡνία dicuntur, sed etiam de iunctis curru aut biga, vt Varinus docet. Χαλινὸς de toto freno dicitur, cum proprie ea tantum sit pars quæ ori traditur: lora vero

quæ manibus æquitantium tenentur, ἡνίαι & ἡνίοχοι dicuntur, ἡ δ' ἡνίοχος ἵππος ἐστὶ καὶ ἡνίοχος, Varinus. Eadem, vt corripiatur, & ἡνία dicuntur, vt supra monui: quanquam χαλινοὶ interpretentur, per synecdochen: vt Ἡνίοχος. χαλινός. Pollux, vt supra citaui, medium quoque partis illius quæ ori inseritur ἡνίαι appellari tradit. Ἡνίαι τὸ μέσον τοῦ χαλινοῦ, Hesychius. Τὰ μὲν ἡνίας περιβαλόντα καὶ παιδεύσαντα τοῖς τῆς ἀκροβατίας, Xenophon. Ἡνίαι σιγαλόεσσαι (Homero) ἀργυρᾶ τὰ λευκὰ, Hesychius & Varinus. Ἐκτὸς ἄρα χειρῶν ἡνία λεύκ' ἐλέφαντι ἁρμοσθέντα κεῖτο, Homerus Iliad. ε. Ἡνία ἐλεφαντίνοις τοῖς ἀγκῶσι τοῖς ἐκ τῶν ὤμων ἐκτεινομένοις ἔστιν, Anyte in Epigrammate. Idem epitheton in Alpide Heliodi legitur. τὸν τοιοῦτον ἡνίοχον ἵππων τὰς ἡνίας, (senarius Aristophanes, vt videtur, apud Suidam) τοῦτον τῶν ἐξοπίσω, γραπτὸς, ὅστις ἐν ἁμάξαις τοὺς ἵππους ἐλαύνει. τοῖς γὰρ ἡνίαις ἡνιοχοῦσι οἱ ἵπποι. Ἐνὸς αὖτε ἔχων ἄλκιμα θύμβρις, Homerus Iliad. φ. vbi Scholia ἀλκιμοθυμία: dicuntur autem sic παρὰ τὸ ἁλίσκειν, ἢ ἀπὸ τοῦ ἵππους ἁλίσκεσθαι, ἢ ἀπὸ τοῦ ἁρίσκεσθαι repetitur autem semel tantum hæc dictio apud Homerum, Varinus. Ἡνίοχος, τὰ ἡνία τοῦ ἅρματος καὶ σωλῆνας τοὺς ἀπὸ ζυγοῦ: παρὸ δὲ Ἐπιχάρμῳ αὐλοκόμους, τὸ παρὰ τὸν αὐλὸν ὃν ἡ κεφαλή, Etymologus. Ἐξάλε πεῖρ' ἡνίας χερσὶν, Homerus Iliad. φ. Maurorum equi collatis (περιτραχήλια) habent è ligno aut pilo confecta, vnde habena dependet, Strabo. Δυσὶν ἵπποις ἐζευγμένοις καὶ ἡνιόχῳ, Varinus. De heniocho, id est auriga, supra diximus: ἡνιοχεῖν, manu tenendo habenas equum regere, siue in curru, vt frequentius vsurpatur, siue singulari equo insidentem, vt apud Xenophontem: Ἡνιοχεῖν δὲ ἱππικῶς καὶ ἁρματηλατικῶς ἵππου, ἀναβεβηκότα ἐπ' ἄκρου, &c. Idem henias, id est habenas laudat æquales, non infirmas, nec lubricas, neque crassas: etiam hasta illa manu, si opus sit, comprehendi vt queat. Ἀπὸ ἡνίας καὶ ἀπὸ ἵππου, ἐφιέναι τὸν χαλινὸν ἐπὶ τάχος, ἐπίτασις ἀναστέλλουσα τὰς ἡνίας, Pollux. Ἐνθὰ ἡνίοχοι τέ νυσθεν, Homerus in Iliade. Ἵππων ἔμβατα, στεφανωτῆρες, ἡνιοχεῖς, κέλητες, Pollux. Et rursus, Τῶν δ' ἱππικῶν σκευῶν, καταφράκτης, ἡνιοχεύς, ἀγωγεὺς ἵππων Στρατίδης ἐν Χρυσίππῳ λέγει, Ἱρόκης τὸν πῶλον, αἰτῆσαι προσελάβων ἡνιοχεῖα βραχύτερον. Ὁ δὲ ἵππος αὐτῷ ἡνιοκόπος, ἀνδρὶ ἡνίας ἐλαυνούσῃ. οὐκ ἔστι τοῦτο φίρεσθαι, Dexippus apud Suidam. Ἡνιοχαγεῖν, apud Lacones is dicebatur qui iuvenes in re equestri instituebat, Hesychius & Varinus. Ἀφηνιάζειν, equi contumaces & præferoces dicuntur, cum rebelles sunt habenis, & frenum motu corripiunt, vel aliter per vim sessorem à via institura auferunt. Herodianus eleganti metaphora vsurpat pro imperium detrectare, ac subditum esse nolle. Ἀφηνιάσαι κελεύσαντι ζυγομαχῆσαι δοῦλοι ὑφ' ἅρμασιν ἵπποις, καὶ παρεθῆναι δοτὸ ἡνίαν ἡμῖν ἁρθῆναι. κλαγγὴ δὲ ἵππου ἀφηνιάζει, ὅταν τὸν χαλινὸν δάκνωσι, ἢ καὶ ἄλλως ἐνδακόν, ὡς μὴ πείθεσθαι, τῷ ἐπιβάτῃ μετατίθεται ἔλυτρα, Varinus in Ἡνία. Construitur hoc verbum cum genitivo, Suidas. Ἀφηνιαστὴς, ἀνυπότακτος, ὑπερήφανος. Οἱ δὲ, ἀφηνίασεν μὲν ἀντὶ τοῦ φιλίας, &c. Suidas. Ἀφηνιάζειν, τὸ σκληραίνεσθαι, καὶ κατθὲν τὴν ἐυθείας ἰδέαν ἔχειν, χωλεύεσθαι, Varin. Δακὼν δὲ χαλινὸν ὡς ἡνιοχήσω πάλαι, καὶ σοὶ ἡνίας μάχῃ. Aeschylus in Prometheo. Forte & σεσαγμένος δοτὸ τῶν ἡνίων dicitur, quasi ἡνιοχικὸς ἢ πεπαιδευμένος τὰς ἡνίας σεσαγμένως: exponitur enim ὑπηκόως, πράως, χρηστῶς: quanquam apud Grammaticos nihil quod de huius vocis origine legere memini. Πολυτελὴς, ἡ ἡνίαι τῶν ζυγῶν, Hesychius & Varinus. 41. Ἀστράγαλον τὴν περιτραχήλιον, δέσμα περὶ τὰς ὄψεις τῶν ἵππων πεπλεγμένον, Eustathius.

Ampyx, aurata dicitur catena (σειρὰ, funis, Varinus) feras vinciens equinas in frontis ambitu: vnde & Martis equi chrysampyces Homero dicuntur. Sunt & qui eo nomine reticulum intelligant muliebre (cui *hamb*) Cœlius ex Varino. Virgines apud nos antequam nubant, partim ornatus, partim coercendi capillos causa, strophium quoddam latiusculum & rotundum coronæ instar capiti imponunt, margaritis & gemmis (veris ditiores, tenuiores è vitro fictis) interpunctum: quod quidem similiter, vt reticulum, ampyx vocari posse videtur, vulgò nostrates nominant *hear band*, id est vinculum capillorum. Huic aboccipitio pendulam subijcere solent κρίκον siue φενάκην, hoc est fictam comam è tenuissimis filis fericis siue bombycinis, diversis coloribus alternatim distinctam: vulgus appellat *ear bendel*. Ἀμπυκτὴ πίτυλον καὶ ἀμπυκτὴ, Theocritus, de muliere Idyllio 1. Cæterum qualenam ampyx in equo fuerit, multis docet Varinus. Ampyx, inquit, malculini generis secundum veteres, diadema quoddam esse fertur capillis religandis destinatum, quos collectos veteres huic vinculo subijciebant: quæ quidem descriptio κόσμου vulgo dictam non aliud esse quàm ampycem demonstrat. Et verbum ἀμπυκίζειν etiamnum significat antas siue caproneas id est longiores frontis pilos religare: (legimus etiam penultimam per κ. ἀμπυκάζειν, apud Eustathium Iliados χ. quanquam Varinus & Etymologus interpretantur περιπλέκειν δοτὶ περιπλέκειν τε καὶ περιάπτειν. (Etymologus habet περιαγαγεῖν, legendum περιαγαγεῖν. quod est vincire:) & rursus ἀμπυκάσαι, ἀναδῆσαι, καλύψαι, ex Lexico Rhetorico.) Hinc & citrei chrysampyces equi, quòd pili verticales eorum aureo ligarentur frontis. Ἀμπυξ, χαλινὸς, συνεκδημαῖος ἐπὶ χαλινοῦ, καλύπτρα, διάδημα, στέφανος. Ἄμπυκες, διαδήματα καθ' ἃ μετεφέροντο ἵπποι διὰ τὸ ἀμπέχειν (ἢ παρὰ τὸ ἀμπυκάζειν καὶ κατέχειν τὰς τρίχας, Etymologus:) ὃν φησὶ Παυσανίας, καὶ ἡμῖν γλῶσσα σπαραμύσσει δοτὶ περιάγειν εἴωθεν. Παραμυκάσθαι apud veteres exponitur περιπλέκεσθαι τὰς τρίχας. κεκρυφάλῳ vel κεκρύφιον (malim κρηκύφιον, vt paulo post dicam) ornamentum quoddam est capitis: ἀναδέσμη vero vinculum (σειρὰ) in circuitu circa tempora ligari solitum. Vel, Ampyx est cephalodesmion muliebre. Ampyx apud Sophoclem in Philoctete pro toro accipitur propter rotunditatem, Varinus. Χρυσάμπυξ, χρυσοχάλινος (per synecdochen, Scholia in quintum Iliados:) vel χρυσόκομος, χρυσόμιτρος, ἢ χρυσοῦς δεσμοὺς ἔχων περὶ τοῖς ἀμπυκίοις, (supra ex Varino masculinum apud veteres fuisse dixi,) χρυσόμιτρος, Hesychius. Sic & χρυσήνιος, qui aureas vel pulchras habenas habet, vel κεκοσμημένος, Idem. Χαλινὸν χρυσάμπυκα, χρυσᾶ φάλαρα ἔχοντα, Pindarus in Olympijs Carmine 13. Et carmine 7. Χρυσάμπυκα λάχεσιν, pro πρόσωπον: & similiter in Isthmijs Carmine 2. χρυσαμπύκων Μουσῶν lib. 1. pro initio. Καὶ ἀμπυκα δ' ἵππειον κόμαν, Calaber de equis, libro quarto. Ampyx propriè est capitis obligamentum, ac auro & lapillis splendicans: horum capiti circumiectum fœmineo: verum metaphoricè auro licuit sic nominare frenum. Cœlius ex Varino in Μαχαιτυρίᾳ. Τοῦτο γὰρ ὅστε χαρὰν χρὴ δόμεναι σιγαλόεσσαν, ἄμπυκα, κεκρυφάλου τε, καὶ παλαιὸν ἀμφὶ δέσμην κρηδεμνόν τε, Homerus Iliados χ. de Andromache in terram collapsa: vbi Scholia addunt, Κεκρυφάλου τὸ περιτίθεμενον λεπτοῖσιν κρηκύφοις. Ampyx quidem quoniam & in fronte & ornamenti loco habetur, frontale latinè dici potest: quo vocabulo, vt supra citaui, Plinius de equis vtitur. Θάσιον δὲ παρέμιξαν, legimus in Acharnensibus Aristophanis: ad vocem, Thasiam, aliqui mariam subaudiunt: alij phialam Thasio vino plenam. Hæc ponunt: ἄμπυξ ἡ χαλινοῦ περίοδος. τῶν δὲ τοιούτων λέγει. χρυσᾶ μὲν μυδάσκει ἅπαντα, ἄμπυκες δὲ παντοῖαι τὸν ἵππον χαλκοῦν τὸν ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ φαλάρου, Scholia. Ἀμπυκτῆρας, phaleræ equina ornamenta, apud Sophoclem in Oedipo in Colono, Varinus. Μαναμπυξίαν equum apud Pindarum celetem vel ὠκυπόδων interpretantur Varinus ex Scholijs Pindari Carmine quinto. Sed apud Pindarum tum in textu, tum his in Scholijs μαναμπυξία per κ. non per γ scribitur.

Ornamenta equorum alia circa partes instrumenti necessaria sunt, vt ἡνίαι ἄκραι Homero, & aurum ge-

gemmæ

gem mæve circa frenos, habenas: de quibus hîc nihil aut pauca dicemus: alia follius ornatus gratia addunter, vt frontalia, monilia, phaleræ. Phaleræ equorum ornamenta dicuntur, à verbo Græco quod illustrare significat, Grapaldus: φαλὸι Græci illustre dicunt. Reperitur autem in plurali numero plerunque, nimirum quod semper geminæ sint, vtrinque ad vtranq; maxillam. *Φάλαρα τὰ περὶ σὺν γναθυς σκευάσματα λέγει Δωρεύς*, Varinus: quanquam & *περιστωμίδιον ἵππου κόσμον*, id est frontale ornamentum equi apud recentiores idem interpretetur. *Φάλαρα, οἱ μὲν λεγόμενοι φάλοι, παρὰ τὸ φαλιὸν τὸ λευκὸν, ἢ παρὰ τὸ φαίνειν ἅλις.* Scribitur etiam φάλαρα per ρ. in penultima, vnde *περαφάλαρος*, Varinus. *Φαλάρα, φαλαρίζοντα*, alba, albicantia, *φαλαρὸς*, albus, Idem & Hesychius. *φάλαρα, ἀστραγαλίσκος ἐξ ὧν τὰ πεττεύουσι: καὶ παραγναθίδες χαλινοῦ, (lego χαλινῆ) ἢ ἱππικὴ στόμια*, Hesychius. *Φάλαρα, τὰς περιστωμίδας*, (de frontalibus dixi superius:) *τοῦ ἀποδίδοσθαι τὸν κόσμον τὸν ἐκ τοῦ μέτωπον τῶν ἵππων. παρὰ δὲ Ἡροδότῳ τὰ περὶ τὰς γναθυς σκεπάσματα*, Suidas. *Φάλαρα, παρῳπία*, Pollux, non quidem interpretans, sed res diuersas enumerans, vt ferè solet. Plura leges in *Φαλὰ* & *Φαλὸς* apud Etymologum, & *περαφάλαρος* & *περάφαλος* apud Varinum. Primus equum phaleris insignem victor habeto, Vergilius 5. Aen. Præter equos virosque, & si quid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat, omnis cætera præda diripienda data est, Liuius. Frangebat pocula miles, Vt phaleris gauderet equus, Iuuenalis Satyr. 11. Plinius etiam in singulari protulit libro 23. his verbis: Est enim adiectum hoc quoque: sed & phalera posita, propter quæ nomen equitum adiectum est. Phaleratus, phaleris ornatus. Suetonius in Claudio, Crassus frugi equo phalerato, & in veste palmata. Munera quæ legati ferrent regi, decreuerunt, equos duos phaleratos, &c. Vt phaleratis dictis ducas me, Terentius in Phormione: vbi Donatus phalerata interpretatur honesta atque ornata. Primo die phalerato equo insignis, Suetonius in Caligula. Equitatum frenis, ephippijs, monilibus, phaleris præfulgentem, Gellius libro 5. Phaleras Galli bardas qucupant. *Χαλινὸν χρυσημάνυκα, χρυσᾶ φάλαρα ἔχοντα*, Pindarus in Olympijs. Castori dedit Iasoñ *ἱππείης χέρας χρυσείων φαλάρων πλυτῇ χλιδῶντα κόσμῳ*, Orpheus in Argonaut. *Ἵππων χρυσείων ἐϋφρήτρων*, Homerus Iliados 5. Achatis quædam genera in India, equorum ornamenta reddunt, Plinius. Certe equus non iners, neque corpore incompositio & bene curatus, & ipse gaudet quodam comptu, & equitem exhilarat. Neq; hoc fugit, quem nihil fugit etiam minimarum rerum, Homerum, qui ornamenta equorum, & ipsos reddere conspicuos dicit, & equitibus dignitatem ac laudem adiungere, &c. Versus eius hi sunt, *Ὡς δ' ὅτε τις τ' ἰλίφαντι γυνὴ Φοίνιξ μιήνῃ, Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα, παρήϊον ἵππιον ἵππων, Κεῖται δ' ἐν θαλάμῳ, πολλοὶ δέ μιν ἠρήσαντο Ἵππῆες Φορέειν, βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα, Ἀμφότερον, κόσμος δ' ἵππῳ ἐλατῆρί τε κῦδος*, Hæc Camerarius. Sunt autem versus Homeri Iliados quarto, vbi Scholia *παρηίων* exponunt *παραγναθίδων, τῶν τοῦ χαλινοῦ μερῶν καλυμμάτων. Κωδωνοφαλαροτύλους, κωδώνους*, id est tintinnabula vel crepitacula ærea phaleris adhibentes & frenis, vt supra etiam dixi: præcipuè autem duces id faciebant: & à Romanis etiamnum id fieri sæpe se vidisse Varinus scribit. Aurigæ etiam seu potius carrucarij apud nos tintinnabula, sed maiora, equis suis appendunt: sed quidam affirmant pluribus muscis eos infestari si tintinnabula gestent, tanquam arguto sonitu vt apes alliciantur. Cucumam sunt qui habenalia putent ornamenta ex ære orbiculata, è medio bulla protuberante, vnde vulgò forsan borchias vocant; Cælius. Cucuma (diminutiuum, cumella) alioqui vasis genus est æri vel ferrei cum ceruice, sartagini puto (quam frixorium Hieronymus vocat, nostri *ein pfann*) non dissimilis. Martianus Iurisconsultus ad L. Iuliam; de sicarijs: Sed si claui percussit, aut cucuma in rixa, quamuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo. Hinc liquet ferream fuisse cucumam, vt non rectè intellexerit Grapaldus scribens, Cucuma similis, vt opinor, erat testæ, quam Apitius & Martialis Cumanam nominant ex terra rubra, à figulis rota formata. Fieri tamen potest vt forma similis fuerit, materia diuersa. Cucumam ingentem foco apposuit, Petronius in Satyra. Et mox, Frangitur ergo ceruix cucumæ, ignemq; valescentem restinguit. Quòd si, vt conijcio, sartagini simile vas est, ceruicem pro ansa accipiemus: alia enim ollarum ceruix est. Operimenta quibus mulorum boumq; & equorum dorsa conteguntur, dorsualia vocant, Grapaldus. Scoppa dorsuale pannellum Italicè interpretatur: & alibi centonem, pannellum asini & similium. *Κέντρων, τὸ ἱππάσιον ἱμάτιον τῶν ὄνων ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων συμφορὴν, καὶ ἐπίσαγμα τῶν ὄνων*, Varinus. Sed hæc munimenta non ornamenta sunt. Stratumq; ostro quem ceperat ipse Cornipedem, Silius. Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis. Aurea pectoribus demissa monilia pendent, Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum, Vergilius libro 7. Aeneid. Vltimum versum citat Seneca epistola 88. Monile dictum est ornatus muliebris, qualem habuisse Eriphylam fabulæ ferunt: ex eo etiam equis propendens à collo ornamentum monile appellatur, Festus. *Διρρίσιος, περιδέραιον ἵππου*, Varinus & Hesychius: Sed plura de hac voce dixi in Cane in H. e. Equi *βασιλικὰ περισκέλια καὶ περιδέραια*, Plutarchus. *Τόν τε περὶ στέρνοις κόσμον ὀδοντοφόρον*, Philodemus in Epigrammate: Brodæus in Scholijs non attingit: fuerit autem fortassis ornamentum ex ebore. Maurorum equi collaria (*περιτραχήλια*) ex ligno aut pilo confecta habent, è quibus habena dependet, Strabo. De frontalibus, & ampyce, in præcedentibus dictum est. *Οὐκέτ' χρυσοχάλινον (λαμπὸν, περπνὸν) ἠελίοιο Φαέθ-*, Hexameter apud Suidam. *Χρυσοδαιδάλτας σειρίους πώλους*, Euripides, *Παρῴπια (ἢ παρῴπιδα, ὡς ἐν τῷ περὶ ἱππικῆς φησὶ) καὶ ἀντύγια, τὰ περὶ (aliàs περὶ, & melius) τὰς ὄψεις τῶν ἵππων ἱμάτια*, Varinus Aelium Dionysium citans. Apud Pollucem *παρῴπια* perperam pro *παρῴπια* legitur: & *ἀνθήλια* per θ. quod communis Dialecti videtur, per τ. vero Ionicæ: cum ex eo sic dici videantur, quasi ad auertendum Solis splendorem occulis apponantur: etsi munimenti causa magis id fiat in equis vectarijs tantum. Dicuntur etiam *ἀνθήλια νέφη, τὰ ἀπεναντίον τοῦ ἡλίου*, Varinus: id est nubes quæ Soli oppositæ ipsum inumbrant. Quidam ex Theone in Aratum anthelia exponit nubes orbiculatas & rotundas, solem splendore repræsentantes: Sed has vsitatius *παρήλια* dici video. Helcium dicitur, inquit Grapaldus, ante pectus equorum, & id genus animalium, ab armis, id est humeris, pendens instrumentum quoddam tractorium, quo & molæ illi per machinulam innexæ versantur, & curricula per temonem trahuntur, vnde & nomen accepit: *ἕλκειν* enim trahere est. Germani vocant *komet* vel *kommen*, Illyrij chomut: Instrumentum vero quod gestant inter arandum, helcio leuius, nostri vocant *halsen*, quasi ceruicale aut collare dicas, quoniam collo & ceruici circumponitur. Hinc (ab eodem verbo *ἕλκειν*, Grapaldus) helciarius apud Martialem, qui fune cannabino nouem trahit aduersus vndas. Sidonius, Curuorum chorus helciariorum. Defectum alioquin me helcio sparteo dimoto nexu machinæ liberatum applicant præsepio, Apuleius nono Metamorph. Et paulo post, Helcio tandem absolutus, refectuiq; securè redditus.

Ferramentum quo vngulæ iumentorum circunciduntur, concisorium & circunciſorium Vegetius vocat. Oportet ferramento concisorio animalium foleas ranulasq; purgari, Veget. 1. 56. Circunciſorium inferes inter

vnguem & ſolum, & cum bene eſſimpſdaueris, &c. Idem l. 26. Laur. Ruſius roſnetam vocat, Creſcentienſis bulleſiam ferream, ni fallor. Abſyrtus σφίλην & σφιλίον, Ruellius ſcalprum tranſtulit. Lapithas primum equorum vngulas munire ferreis ſoleis ex piſſe ferunt, Polydorus. Naſiterna, genus vaſis aquarij anſati, & patentis, quale eſt quo equi perfundi ſolent, Feſtus. Numellæ, vincula ex ferro, quo quadrupedes maximè deliganter, Columella, Varro, Plautus. Paſtoram Itali vulgò appellant, & qui de equis parum Latinè ſcripſerunt, vt Ruſius & Creſcentienſis, qui etiam verbum paſtorare vſurpant. Numellæ, machinæ genus ligneum ad diſcrutiandos noxios paratum, quo & collum & pedes immittunt. Nernos, catenas, carcerem, numellas, pedicas, boias Plautus in Aſinaria. Sed de huiuſmodi vinculis multa in Cane diximus. Μακκίκα, χηλὴ σιδηρᾶ, ἣ χρῶνται περὶ τοὺς ἵππους, Heſychius & Varinus. In ſpatula equi luxata, ponatur ſtelletta (aſtelletta) conuenienos, ſuo læſione ſpatulæ per vnum ſubmiſſum, vt humores illuc defluant & educantur, Ruſius author barbarus. Et rurſus de grauedine (vt vocat) pectoris loquens, Aſtelletta (inquit) in vtraq; ſpatula ponatur.

Equitantium adminicula quibus pedes inſeruntur, vt ſeſſio fiat commodior (ſtaphas nuncupat inſcium vulgus) ab Auicennæ interprete. primo Canonis dicuntur ſubſellares, quia ſubſella propendeant, vt docti interpretantur. Monet autem mihi Princeps, non oportere ſubſellares aut pedum integumenta eſſe iuſto arctiora, quoniam eius membri motus longe facilius arcere valeat frigus Cælius. Eques veterum neq; legimus, neque ex monumentis eorum aſpicimus, pedum ſuſtentacula, quæ vulgò ſtaffas appellant, habuiſſe. Volaterranus. Ephippio dextra ac ſiniſtra loris quibuſdam ferreæ machinulæ adduntur, quas ſtapedes eleganter & Latialiter appellabimus: quia in his ſeſſores, dum terga premunt equorum, pedes habere conſueuerunt: apud maiores, vt in ſtatuis equeſtribus apparet, non fuère, Grapaldus. Germani vocant *ſtägreiff*. Calcaria dicta qui in calce hominis ligantur ad ſtimulandos equos (& iumenta) quibus aut pugnandum eſt, aut currendum propter pigritiam animalium aut timorem, nam ex timore ſtimuli nuncupati. Iſidorus. Calcari quadrupedem agitabo. Plautus in Aſinaria. Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos. Vergil. 6. Aene. Ferrato calce, atq; effuſa largus habena Cunctantem impellebat equum, Silius 7. Punic. Calcaria addere per metaphorã eſt cupiditatem ac ſtudium alicuius augere atq; acuere. Vide Eraſmum in Chiliad. Et natibus addere calcar, Horatius 2. Epiſt. Iſocrates dicebat ſe calcaribus in Ephoro egêre, contra autem in Theopompo frenis vti ſolere, Cicero 3. de Orat. Laudataq; virtus Creſcit, & immenſum gloria calcer habet, Ouid. 4. de Ponto. Ventus ſuo caſu vehementius ſufflare, & calcar (id eſt impetum) admouere, Varro apud Nonium. Generoſiſſimæ creduntur gallinæ, quæ quinos habent digitos, ſed ita ne cruribus emineant tranſuerſa calcaria (πλῆκτρα.) Columella. Inter equeſtria inſtrumenta Polluci numerantur κέντρον, μύωψ. Sed videtur μυίωψ potius per υι. diphthongum ſcribendum cum inſectum ſignificat, quod alijs nominibus œſtrum & tabanum vocant, aculeo ſuo infeſtum, à cuius ſimilitudine ſtimulus etiam ſiue calcar, quo equi vrgentur, dictum videtur: eſt enim illud inſectum ex genere μυιῶν, id eſt muſcarum, cuius vocis ſimiliter primam ſyllabam per diphthongum ſcribunt. Cum verò luſciosum, ſiue illum qui proxima tantum videt, remotiora non videt, ſignificat, per ypſilon tantum ſcripſerim, διὰ τὸ μύειν quod conniuere eſt: ſolent enim quibus ita afficiuntur oculi, cum quid accuratius inſpecturi ſunt, plerunq; conniuere, quod vel ex proprio oculorũ affectu clarius intelligo. Sed video in multis dictionibus ypſilon meru pro υι. diphthongo ſcribi, quod apud veteres quoque factitarum Athenæus alicubi docet. Μυωπίζειν, ſtimulare, calcar addere. Ἐφεὶς τῷ χαλινῷ τὸν ἵππον, καὶ μυωπίσας, παντὶ τῷ ῥώμῃ ἐλῶν τῶν ἐλατήρων ἔτρεχε, Helio. Aethiop. 9. Et alibi, τοῖς μύωψι συνεῖ ἵππους ἐρεθίζοντες. Μυωπίζειν & μυωπαίζειν, conniuere oculis, luſciosum eſſe, palpare. Ἀναγκαῖον δὲ καὶ ὑπηχοῦντα καὶ μυωπίζοντα τὸν ἵππον κεχρῆσθαι ταῖς ἐπαλαῖς, καθάπερ ἐπὶ τοὺς βαδίζειν, Xenophon. Hoc eſt, vt Camerarius vertit: Nam ſiue deſtringatur, ſeu à mulcis pungatur equus, vti vngulis illum non ſecus quàm ſi vadat neceſſe eſt. Τῷ κέντρῳ ἐξαιμάσσειν, calcari cruentare, Pollux. Equo ignauo & parũ alacri nihil impediet (inquit Pollux) etiam calcar adigere, τῷ αἰτιᾶσθαι ἵππον ἐμβαλεῖν τὸν μύωπα. Animoſi enim indignantur, & ictu læſi tanquam accepta iniuria in curſum præ iracundia aguntur, (ἐκφέρονται εἰς δρόμον:) & impetu qui periculoſus eſt domino propter iram feruntur. Quòd ſi quis equitandi artis inſcius fuerit, parumq; ſtemè inſederit, illum etiam excutiunt, & ab ab inſtituta via auferunt. & in poſteriores pedes erecti tergiuerſantur, εἰσὶ χαπίζουσιν. Item alibi, Animoſiores equos demulcere magis oportet, quàm ſtimulare, κεντρίζειν. Κέντρα δικρανίλοβα, Philodemus in Epigrammate. Contra, inquit Euſtathius, ſunt quæ encentrides item dicuntur, id eſt inhærentes calcaneo ſtimuli, quibus excitari equos nouimus. Erant & ſuæ furibus ecentrides, quibus per parietes obrepebant, velut factitaſſe Corœbus dicitur apud Pauſaniam. Cælius. Encentridas pedibus circa calces alligabant equitantes. vt Pherecrates in Dulodidaſcalo ſcribit, Pollux. Et rurſus, Τοῖς ἡνιόχοις δεῖ κέντρων, μαστίγων, ἐγκεντρίδων. Nam encentridas ad vſum iumentorum Plato Comicus nominauit. Κεντρηνεκέες apud Homerum nominantur equi centro obedientes, εὐπειθεῖς, παχεῖς, καὶ δυνατοὺς κεντρίζεσθαι, καὶ τοῖς κέντροις ἄκοντες καὶ πειθόμενοι, Heſychius, Varinus, Cælius. Κέντρας ἵππων, κεντρίσεις ἐν τῷ ἐλαύνειν, ἐλατῆρας, ἡνιόχους, &c. Heſychius & Varinus, apud quem plura. Περνίζειν, λακτίζειν, calcibus ferire, calcar adigere: pternis enim, id calcaneis, alligantur calcaria. Κέντραι etiam & κεντρίδες, Heſychius κεντρώσεις exponit. Κέντρα, τὰ τῶν ἵππων πλήκτρα. Varinus. Πληξιππος, equorum ſtimulator. Κεντροφόρος, ὁ μαχητὴς, λακτίζων, ἢ ὁ ἡνίοχος, Varinus. De bucentris, id eſt boum ſtimulis, ſuo loco egimus. Λάκτις, ſtimulus, ſcutica. Πώλους κέντρῳ δεσπόσας, Euripides. Κέντρα ὁμοκλήσεις, acclamando ſtimula, Homerus Iliados ψ. Κέντρῳ ὀπιπτεύοντα, Ibidem. Ἀνδρὸς κέντρου βίοτος, Ibidem. Tales ἀκέντρητους vocat Plato, Abſyrtus ἀκέντρους. Κέντρων, fur manifeſtarius: quoniam per tormenta aculei ſiue ſtimuli eis admouebantur, Varinus. Ἵππος ſanè tormenti genus, cuius ex Plutarcho ſupra memini: nihil quàm aculeos huiuſmodi fuiſſe crediderim: vt vna litera mutata eculeos aliqui dixerint, alij equuleos, vt cocum & coquum dicimus: quod non animaduertentes Græci ἵππους potius quàm κέντρα tranſtulerint: niſi quis inde potius hippos & equuleos dictos arbitretur, quòd homines eis ita ſtimularentur, aut etiam crudelius, vt ſtimulis & calcaribus equi. Calcaribus equos concitamus, non aliter quàm flagellis è ſummis arborum partibus, (id eſt virgis lentis & flexilibus) è loris, è neruo taurino, Grapaldus. E loris flagris propriè ſcutica dici videtur: nam σκυτος Græcis corium eſt. Τὴν τοῦ βλίτυος Μάσηρα, ῥίζα μαστιγοῦν θερσαλέην, Philodemus in Epigrammate. Μάσηξ, Φερεκύδειον, Heſychius Græcam vocem Latina interpretatus. Μάσης, δαρμὸς, μάστιξ, apud eundem & Varinum leguntur: δαρμὸς tamen ſuo loco apud illos non reperitur, forte Græcis tantum recentioribus vſitata vox, à verbo δέρειν, percutere. Μαστίζειν, flagellare, commune eſt: μαστεῦν poeticum: μαστόειν Doricum. Μαστίζειν & ἱμάσσειν, idem ſignificant: vt μάστιξ etiam & ἱμάσθλη: vt μάστιξ dicta videri poſſit per aphæreſin ἀπὸ τοῦ ἱμάντος, id eſt à loro, quaſi μάντιξ. Μαστεῦν: Μάσῃ δ' αὖν ἔλαυνε, pro μάσῃγι per apocopen (vel per ſynæreſin potius à recto μάστις:) ἢ οὖν μάστι βάλε: ἐπιβάλλειν ἱμάσθλην: Γίμασε καλλίτριχας ἵππους: Μάστιν δ' ἔλασεν,

ἡ ἰλάειν, λείπει τὸ ἵππους, Hæc omnia à Varino citantur, ex Homero nimirum. Μαστίζειν τὸν ἵππον dixerim: μαστιγεῖν non item, sed παίειν ἢ ἐλαύνειν ἢ πνα κατάδηλον, quanquam & μαστίζειν eosdem. Μάστιξ, δι' ἧς τὸν ἵππον πληττόμεν. Καινεκύων σφίγγιπ ἐυκαφέα μάστιγα, in epigrammate, Suidas. Σκυτάλαι, ὄφεων εἶδη Φλαγέλλια, ῥάβδοι, Varinus. Οἱ μαστιζόμενοι ἐλῶλοι, στιγματίαι, καὶ στίγωνες: ὥσπερ οἱ μαστιγούμενοι, μαστιγίαι. τὸ δὲ δεῖσθαι μαστίγων, μαστιγιᾶν Εὔπολις εἶπεν. Αἱ δὲ μάστιγες, ὑστριχίδες, ἱμάντες, ἱππουρίς. Τὸ δὲ πεπᾶχθαι, μαστιγῶσαι, τυπῆσαι, ξύσαι, καπὶ τοῦτο πολλὰς τυπῆσαι πληγὰς, παῖσαι ἐντεῖναι, ἐμβαλεῖν, Pollux. Et alibi, Νωτοπλῆγα τὸν μαστιγίαν Ἀριστοφάνης ἐκάλεσε. Μάσθλη ἡ μάσθλης, lorum molle & tractabile, παρὰ τὸ μάσσω τὸ μαλάσσω, vel ab ἱμάσσω ſecundum Herodianum: inde pro homine etiam molli & diſſoluto capitur, vel inconſtante, & qui aliud loquitur, aliud agit, Varinus. Παρὰ Κράτητι ἐν ταῖς Ἑορταῖς καὶ ἀστραγαλωτήν τις μάστιγ ὠνήσατο, Pollux: flagellum intelligo cuius lora nodis tanquam aſtragalis exaſperentur: nam & aſtragalo herbæ nomen à nodoſo radice, protuberantibus per interualla nodis: ſiccis & aſperis locis naſcitur, è vicinarum ſyluestrium genere: herbarij noſtri vocant *chriſtiannvvurtz*. Plato Comicus in Cleophônte μαστιγίαν τὴν μάστιγα nominauit, Pollux 10. 13. Heſychius & Varinus μάστακα habent per *a.* diphthongum: & exponunt, μάστιξ, ῥάβδος, γαυλία. Μάστακα apud eoſdem, γάστρια. Vide in Muræna H. a. Μάστιγι δ' αἰεὶ ἐλαυνέ κατωμαδὸν, id eſt flagellum frequenter humeris equorum infligebat, Homerus Iliados ψ, Et rurſus, Μάστιγι κατωμαδὸν ἤλασεν ἵππους, Iliados ο. Apparet ſanè penultimæ quantitatem indifferentem eſſe. Οἳ δ' ἅμα πάντες ἐφ' ἵπποισι μάστιγας ἄειραν Πάλληγόν θ' ἱμάσσον, ἐμόγησάν τ' ἐνὶ τέρμα, Iliados ψ. Μάστιξεν δ' ἵππους, Iliados θ. Ἐλαφρότιδων μὲν ἵππων Μάστιγα, Caliber libro 4. Γ' μάσθλη Ταρφέα πλάγχθη, Ibidem. Αὐτὰρ ἱμάσθλην Χερσὶν ἔχε ῥαδινὴν, Homerus Iliados ψ. Γέντο (ἑλαβεν) δ' ἱμάσθλην Χρυσείην ἰύτυκτον, Iliados θ. Μάσθλη, ἡ μάσθλης, ἰσνία, ἀμφίδρομος, Varinus. Βοπλῆγα apud Homerum Iliadis ſexto aliqui ſecurim interpretantur, qua cædebantur boues: alij flagellum, ex bubulo ſcilicet corio. Οἵπτους τὸ πρῶτον ταινίῃ βοέῃσιν ἱμᾶσιν, Homerus Iliad. ψ. Ἐπεμαίετο ἵππους, flagellabat equos, apud eundem: vide Varinum. Vna ſcutica omneis impellit, Μία μάστιξ πάντας ἐλαύνει: hemiſtichium heroicam (inquit Eraſmus) de negotio dictum, quod facile fieret, videlicet à promptis omnibus, vt ſuapte ſponte currentibus. Fortaſſis aptè dicetur & in hos quos eadem cauſa impellit, pura eadem ſpes lucri, ſtudium commune, idem amor aut odium. Sumptum ab aurigis. Author Suidas. Vſurpat Plutarchus in vita Lycurgi, ſcribens vrbem Lacedæmoniorum ὑπὸ σκυτάλης μιᾶς καὶ τριβωνος ἄρχοντι τῷ Ἑλλάδος ἐκόσης καὶ βουλομένης: id eſt, Scytala ac lacerna imperante Græciæ ſponte ac volenti. Hippocampum interpretantur aurigarum ſcuticam flectendis equis accommodam, vnde nomen. Et apud Helicen ciuitatem dicitur fecisse Neptunus æneus, habens hippocampum in manu, Cælius. Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis, Silius. Et Maſſyleum virga gubernat equum, Martialis. Καὶ σοίνην (Κοίνην: id eſt, Et vimineam, legendum conijcit Brodæus) ἐμβῆναι ὅτι περιέρχεται Ποσειδῶν Ἀνθεὺς σοι νίκης χάριν (vox non integra) Φιλοδήμου, Philodemus in Epigrammate. Character eſt ferrum coloratum, quo notæ pecudibus inuruntur, Iſidorus. Cauterium interdum pro ſigno, interdum pro cura adhibetur, Idem. Bucephalum quidam dictum putant ab inſigni taurini capitis arimo (μηρῷ, Tzetzes: ἰσχίῳ, Etymologus) impreſſi, Plinius. De veterum more literas inurendi equis, vnde ſamphoræ & coppariæ dicti, ſupra egimus in H. a. mox ante propria equorum nomina. Τὸ τῶν ἀπηρωδιάσθαι τῶν ἵππων βασιλικῶν σημεῖον, τρίσπιτον, ἐκαλεῖτο, Pollux. Γίπτα ἰσοχὸς, τῶν γεγηρακότων ἵππων ἰσχάδος τύπον ὅτι τῷ γνάθῳ σημεῖον ἰσχάδος σχῆμα ἔχον. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἰρισίπτιον, Heſychius. Triſippion fuit veluti rotula, quædam publica nota, quæ candens malis equorum imprimebatur qui iam conſenuiſſent, Cælius. Τρυσίπτιον olim vocabatur character, quem ſenatus in probatione equorum infirmis & attritis (τετριμμένοις, Heſychius: malim per vnum *μ.* à τρύω, & ſic prima ſyllaba rectè per yplilon ſcribitur: τετρυμμένοις à τείβω, Varinus: & ſic rectè per ῖôta) imprimi curabat, ne amplius ad militiam producerentur: erat autem character ille rotula, maxillæ injiciendæ. Heſychius. Τρύσιπτον attritis & inutilibus equis additur: Aelius Dionyſius τρυσίπτειον quatuor ſyllabis dixit. Inurebatur autem equi iam veteli & exhauſti maxillæ figura ſimilis rotæ, ſiue curandi, ſiue ſignandi tantum gratia, Varinus. Ἵππῳ γηρῶντι τὰ μέτωπα κέντει ἐπιβαίνε, Admonet adagium (inquit Eraſmus) vbi vires per ætatem fatiſcunt, reſpirationem ac refocillationem quandam à laboribus dandam. Ductum aiunt ab equis militaribus, quibus ſeneſcentibus leuius triſippion admouebant. Zenodotus oſtendit prouerbium extitiſſe apud Cratetem Comicum in Samijs. Erit carmen heroicum, ſi pro κέντελα legas κύκλα, Hæc Eraſmus. Ego vocem corruptam κέντελα apud ſolum Zenodotum legi puto: Varinus κύκλα habet. Sunt autem fortaſſis cycli iſti partes quædam freni quæ morſui inſeruntur, vt etiam trochi & dactylij, nempe orbiculi quidam ſiue rotundi, ſiue mucronati.

Strigilis (inquit Grapaldus) inſtrumentum è ferro dentatum, à ſtringendo, quod radere ſignificat, dici poteſt: quo equos & id genus iumenta expolire ſolent equiſones, è corpore ſordes abradendo: vnde equorribas appellabimus, vt mulotribas Plautus qui mulas fricant. Strigiles nuncupari à tergendo, Iſidorus: ſed præſtat in fœminino genere vti. Strigilis (inquit Nonius) certum eſt eſſe fœminini generis, antiqui & neutro genere protulerunt, (nimirum ſtrigil caſu recto.) Si ad illam viram, quæ cum virtute degatur, ampolla aut ſtrigilis accedat, Cicero. Præſtant & ſtrigilum vicem linteolorumq; affectis corporibus, Plinius de ſpongijs loquens. Hinc ſtrigilecula diminutiuum. Strigilare, idem quod ſtringere, Grammaticus quidam ſine teſtimonio. Strigiles à ſtringendo, id eſt exterendo nomen traxêre: vel quia Græci dicunt στλεγγίδας, quarum vſus non homini tantum ex craſſa & ruda lacinia, ſed etiam iumentis in quotidianum frictum è ferro, Herm. Barbarus. Diſtringere apud Plinium 34. 8 pro defricare in balneis, & vti ſtrigilibus. Vide ſupra in E. nonnihil de defricando & diſtringendo equo. Inter equeſtria inſtrumenta ſunt ψήκτρα & σιφακὶς, Pollux 10. 13. Idem 1. 11. de inſtrumentis quibus curantur & ornantur equi loquens, ſic ſcribit: Τὸ μὲν ἐκκαθαῖρον τὴν τρίχα πέρας ἐσικὸς ξύλον, σιφάθη. Τὸ δὲ διακτενίζον σιδήρεον ὀδοντωμένον, πεκτῶδες, ψήκτρα. τὸ δὲ πλεκόμενον ἐκ τοῦ Φοινικοπτερύγος κοῖλον καὶ διάκενον πεπλεγμένον, ὃ καταστίλβει τὴν τρίχα, καὶ ἐκλαμπύνει, σιφακὶς. Cameratius ſpathen ligneum gladiolum interpretatur: ſoracidem vero texta quædam de corticibus palmæ. Ampechonen ſcio veſtem ſignificare, & arborem ſuo cortice tanquam veſtiri: de palma tamen ampechonen dictam nuſquam legi: maſchale quidem palmæ tamum ſignificat: ſed legi alicubi ex palmæ, ni fallor, foliis in Aegypto fieri tanquam ſtoreas & ſegeſtria, quas forte phœnicampechomas dixeris. Σπατγγιδοπώλης, στλεγγοποιὸς, στλεγγὶς, ἀποστλεγγίσασθαι, ἀποστλεγγισμὸς. Eſt etiam ſtlengis, pellis inaurata, quam capiti circumponunt, Pollux: alij laminam auream fuiſſe aiunt, vt inferius mox dicam. Καὶ ψήκτρην ἵππων ἰμοιτριχα, Philodemus in epigrammate. Ψήκτρα nominatur in Ariſtophanis Anagyro. Διὰ ψήκτρας σε ἐρῶ ξανθὴν καθαίροντα ἵππια αἰχμητὰν τρίχα, Sopocles in Oenomao, vt Pollux citat. Ψήκτρα, ἑρμηλεῖον δι' οὗ τοὺς ἵππους κνήθομεν, Καὶπρισὶν ψήκτρης κοπὸμα στιλπνόδοντι, In epigrammate, apud Suidam Στλεγγὶς dicebatur etiam

στλεγγίς, Pollux circa finem libri tertij. Στλεγγίδες, τὰ περίπλοα, quibus in balneis vtimur dum fricamur, & sordes abradimus, περὶ τὰν ἐξέλειψιν. Εὐλιπῆ στλεγγίσματα, Lycophron apud Varinum: quanquam vno gamma non duplici apud eum hæc voces scribuntur, quod non probo. Στλίγγισμα quidem ipsæ sordes sunt, quæ deraduntur: ἐκ τῶν ἀποξυσμάτων γλοιός. Hesychius. Errauit quisquis in Græcolatino Lexico στλεγγίδα vas olearium interpretatus est: incidit autem in hunc errorem (vt facile conijcio) ex verbis Pollucis, qui circa finem libri tertij, gymnasticam supellectilem enumerans sic scribit: Καὶ λήκυθοι δ' ἂν εἶποις, καὶ στλεγγίδα, ἐκπαλαῖ δὲ καὶ στλεγγὶς καὶ ξυστρὶς, καὶ σκαφὶς, καὶ τὰ παιδικὰ ἱερεῖς ληκυθοφόρον: ποικίλον γὰρ ἡ στλεγγιδολήκυθος. (Ξυστρολήκυθον, καιδικὸν καὶ βίοσα ἐλαίου λειτικά, Hesychius & Varinus.) Hic certè mos est Pollucis plura vocabula accumulare, dummodo ad vnum argumentum pertineant, etsi res diuersas significent. Quòd verò non sit vas olearium, etsi vsus eius ad hauriendum è lecytho, id est olario vase oleum esse possit (alia forte quædam strigilis figura olim fuit,) sed obiter & per accidens, ex Suidæ verbis apparet, quæ sunt: Τῇ γὰρ στλεγγίδι οὐ πρὸς τὸ παρεξύεσθαι μόνον χρήσαιτο ἄν τις, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ὕδωρ ἀρύσασθαι. Xenophon, Τὰ δὲ ἄλλα πάντα στλεγγίδες χρυσαῖ. Καὶ στλεγγιζόμενος, ἀποξυόμενος. Ἀριστοφάνης γήρᾳ; Εἰ παιδαγωγὸς ἀκολουθεῖν ἀξιῶ σφῦραν καὶ στλεγγίδ' ἔχοντα. Δαπαλῶσιν, Οὐδέ ἐστι ἄντα στλεγγὶς, ἀ δὲ λήκυθος καλεῖται στλεγγίς. Καὶ χρυσῆν ἔλασμα τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν τῶν γυναικῶν, Hæc Suidas. Τοῖς δὲ παρασίτοις πρέσπει καὶ στλεγγὶς καὶ λήκυθος, Pollux 4. 18. Latinè etiam quidam recentiores strigilem accipiunt pro quodam vasis genere. Plautus in Persa, Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium, marsupium habeat. Et in Sticho, Rubiginosam strigilem, ampullamque rubidam. Cum nihil prohibeat his & alijs quos citant locis strigilem balneatoriam accipere, quæ cum ampulla olearia ferebatur, vt post frictionem, & sudoris abtersionem, quæ strigili fiebat, vngerentur. Gariis nardo decoquitur vsque ad tertias, & strigili tepefactum oleum auribus infunditur, Plinius. Τοὺς τοὺς ληκύθους καθήμενον ὅτῃ γλίσχατα τῶ μύρω, σταλίδα καὶ σκάφην κλητέον, Poll. Est & xystis, inquit Cæl. alio vocabulo dicta stlengis, hoc est strigil: vnde xysticos seu xysticos legas pro indoctis quidem, sed in cute curanda nimio plus satagentes. Legitur id nomen apud Epicharmum & Diphilum. Ego xystidem in Lexicis Græcorum, Polluce, Aristophanis scholijs, & secundo Idyllio Theocriti, prouestis aut etiam iacult genere exponi reperio, pro strigile nusquam: xystra vero pro strigile, receptum omnibus est vocabulum. Stlengis significat etiam ductam ex auro bracteam siue laminulam, qua coronabantur, non mulieres tantum, verum & viri, quod indicat per initia quarti libri Athenæus, Cælius. Phidias fecit distringentem se, Plinius 34. 8. Et paulo post, Lysippus fecit distringentem se: Et mox de eodem Græca voce, Populus magnis clamoribus reponi apoxyomenon flagitauit. Κτένιον, κτενίζειν, λειοξυχεῖν, in Hippiatricis.

Venio ad rem curulem, in qua cum copiosissimus esse possim, temperabo mihi tamen, vt ad sequentia festinem. Plura conquirendi materiam studiosi habent ex Græcis Latinisq; dictionarijs. Scripsit & Cælius Calcagninus, ni fallor, de appellationibus rei curulis. Ego ea tantum afferam quæ in præsentia se offerunt quaiacunq;, nemini causam dicturus etiamsi præstantioribus quibusdam omissis leuiora commemorauero. Curules equi, id est quadrigales, Festus. Textor etiam curtilem dixit equum ex recentiore quodam, dubitans an curulis potius dicendum sit. Curules equos (per simplex r. vt & Festus) Robertus Cenalis episcopus interpretatur qui currus vehunt. De curribus quædam, bigis & quadrigis præsertim, vide supra in Certaminum equestrium mentione. Ζεῦγος, id est iugum vocari potest quicquid iunctum est, etiamsi ex tribus aut quatuor iumentis (hypozygijs) fuerit, Pollux. Sed per excellentiam de mulis dicitur absolutè, & ζεύγατρι φέρειν similiter. Subiuges carpento equos, Plinius. Iungere dicimus non equos tantum, sed ipsos etiam currus. Phryges primi bigas iunxerunt, Plinius, per synecdochen. Primus Erychtonius currus & quatuor ausus Iungere equos, rapidisq; rotis insistere victor, Verg. Georg. 3. Ὑποζύγιον, quodnis iumentum: hypozygios verò adiectiuum est. Zygij equi, qui iugum subeunt: qui latera stipant, parcori, &c. vt paulò inferius explicabimus. Iugales etiam absolutè de equis poetæ dicunt. Ζεύγεσφι ἵπποις, Callimachus. Ὑπὸ δὲ ζυγὸν ἤαγον ὠκέας ἵππους, Homerus Iliad ψ. Σεῦαι ζυγὸν, à consequente, pro eo quod est continuo & concitato cursu ferebantur, Varinus. Ἵππος ζυγὸς, Suidas, nec aliud addit. Ζυγομαχεῖν & ἀζυγιάσαι verba, tum de celere equo, tum de iunctis sub curru vsitata, superius ex Varino explicaui. De vehiculis, Isidorus lib 20. Etymol. Textor in officina 16. Vehiculum cum quatuor rotis Phryges inuenerunt, Plinius. Cur Septimontio vehiculis iunctis vti caucbant? Plutarchus problematum Rom. 66. Copia rei vehicularię data, Marcellinus libro 14. Vehicularij, qui vehicula agunt seu regunt. Villas adire stellis aut vehiculis, Plinius. Vehia, Oscorum lingua plaustrum dicitur, Festus. A veteribus vehu pro via dicebatur, quod per eam omnia vehrentur. Rustici etiam nunc quoq; viam veham (Germani proxima voce *weg*) appellant propter vecturas, Varro 1. de re rust. Vehicula triumphalia, Plinius: meritoria, Suetonius. Camerata vehicula, qualia sunt pensilia in quibus matronæ gestantur, Budæus. Omnesq; di, qui vehiculis thensarum solennes cœrus ludorum initis, Cicero 7. Verr. Veles vel vehis, quantum fœni vel stercoris vna vectura in plaustris vel alijs instrumentis ferre possumus, (*ein karreten*, sed hoc minus est. non plaustri, sed biroti vehiculi aut carrucæ onus: *ein fart*, communius & generalius est. pro cuiuslis vehiculi onere) veles autem stercoris habet modios octoginta. Vtuntur hac voce Plinius & Columella. Mulieribus interdictum est ἐφ' ἅμαξαν χωρεῖν ζεύγεσι, Plutarchus in quæstionibus rerum Rom. 54. Ὄχημα ad verbum sonat vehiculum: videtur autem generalis vox. Hesychius enim exponit ἅμαξαν, ἅρμα, δίφρον: hoc est, plaustrum, currum, bigas. Ὀχηματικὴ δύναμις, quasi vectariam facultatem dicas, triplex est in bellis: vna equis, altera curribus, tertia elephantis constat. (Ungula enim horū ὀχήματα dixeris,) Suidas in Ἱππικὴ. Ὀχεῖσθαι & ὄχεσφι Homerus dixit pro ἐφ' ἅρματος, ἅρμασιν. Ὀχμάζειν, equum cum freno agere, vel sub curru vt dixi in Ceruo cap. 5. Currus generale nomen videtur, per excellentiam verò pro quadrigis poni, vt & ἅρμα apud Græcos. Erichthonius primus quadrigis vsus, Plinius. Scholiastes Pindari harma, id est currum ab eo inuentum ait. Vergilius lib. 7. de bigis dixit, Absenti Aceræ currum geminosq; iugales. Graues & propemodum immobiles currus ilmnie & voragine hærebunt, Curtius. Currus agitare volantes. Vergilius in Georg. Curriculum, parvus currus. Polydamas athleta currum cum equis concita cum retinuit, Ἀνὴρ ἡνίοχον ἐπαίνετος ἅρματι ἐπέσχε τὸ ἅρμα ἐπίσχε τὸ ἅρμα: Pausanias Eliac. 1. Curribus olim, ἅρμασιν, in bellis vtebantur, non equis singulatibus, Scholia in Homerum. De curribus bellicis, vide Pollucem 1. 10. Catium 21. 18. Πολεμιστήρια καὶ τὰ πολεμικὰ ἅρματα, ἐφ' ὧν ὁπλίται ἀναβαίνουσι ἅρματα τῷ πατρὶ: hæc Theseus inuenit, Scholia in nubes Aristophanis: plura vide supra inter Equestria bellica, hæc ipsa huius capitis parte. Huc pertinent etiam falcati currus ἅρματα δρεπανηφόρα, ἢ καταδρεπανηφόρα. Βάσσις ἅμαξαν ἄξαι ἢ ἡμίονος εἰς ἅρμα, Varinus in ζεῦξαι. Ἅρματα δ' ἐστὶν καὶ ἁπλῶς ἁμαξοειδὲς ἵππων ἐμβιβάζειν,

ἡμιόνων, Heſiodus in Aſpide. Ῥίμφ' ἴφθον θοὸν ἅρμα κονίοντες πεδίοιο, Ibidem. Κάνις δὲ φ' ἁμφιδιδᾶσι Κοπλεμίη τελεσσιν ὑφ' ἅρμασι καὶ ποσὶν ἵπποις, Heſiodus in Aſpide. Et rurſus, τοὶ δ' ἔπειτα πίσυνοι πέσυντο ἅρμασι καλλίστοις. Ἵπποι δ' ὑπ' ἅρμασι πίσυνοι, Calaber libro 4. Καὶ ὑφ' ἅρματ' ἔρυσαν (σὺν ἵπποις,) Ibidem. Pindarus Oenomai χάλκειον ἔγχος pro curru dixit. Ἐρυσάρματας ἵππους, Homer. Iliad. ε. id eſt currum trahentes, currui ſubiuges equos. Vide Varinum: quamuis apud eundem ſecunda ſyllaba periòta quoque ſcripta reperitur. Ἅρμα ἐλᾶν vel ἐλαύνειν, vnde ἁρματηλάτης. Hamatrochiæ & harmatrochiæ diſcrimen, in Porphyrij quæſt. Homeric. Lydi celebres fuerunt in re equeſtri, vnde Lydius currus in prouerbium venit, vide Eraſmum: Meminit Varinus. Ἅρματα, ἅρμα ὕστερον πύξ, nomina iactuum in teſſeris apud Pollucem. Quadrigæ & bigæ, ſæpius quidem numero plurali, interdum etiam ſingulari dicuntur. Quadriga, apud Solinum. Curriculum quadrigarium, Valla ex Herodoto. Apta quadrigis equa, Horatius 2. Carm. Quadrigæ elephantorum Gordiano decretæ ſunt, vtpote qui Perſis victiſſet, vt triumpho Perſico triumpharet: Mithitheo autem quadriga equorum & triumphalis currus, Iul. Capitolinus. Nauibus æque quadrigis, Citis quadrigis, Iouis quadrigis, Vide in Chil. Eraſ. Erichthonius omnium princeps, currus equis iunctis docuit quadrigis ſolaribus perſimiles compingere, vt ſupra dixi. Plinius quadrigas Erichthonium inuenîſſe ſcribit, Scholiaſtes Pindari harma, id eſt currum: hoc enim nomine pro quadrigis aliquando per excellentiam vtuntur. De hoc Erichthonij inuento vide Cælium 13 7. Ciſternes Sicyonius equos quadrigarum medios, eosq; ſingulos ex vtraque parte ſimplici vinculo primus applicuit, Iſidorus. Ab Afris quadriuges equos iungere græci didicêre, Herodotus. Quadrigas Medeæ complures Euthycrates Lyſippi filius optimè expreſſit, Plinius. Phyromachi (Pyromachi forte, aut Ephyromachi) ſtatuarij quadriga regitur ab Alcibiade. Idem. Euphranor ſtatuarius fecit quadrigas bigasq;: Item Alexandrum & Philippum in quadrigis, Plinius. Theodorus ſtatuarius quadrigulam fecit tantæ paruitatis, vt totam eam currumq; & aurigam integere cælis ſimul facta muſca. Idem. Aelianus in Varijs lib. 1. Myrmecidam Milelium, & Callicratem Lacedæmonium huiuſmodi quadrigas feciſſe ſcribit. Ariſtides Thebanus pinxit currentes quadrigas, Plinius. Ariſtodemus bigas cum auriga fecit, & quadrigas, Idem. Delphico oraculo (inquit Valerius libro 8.) Macedonũ rex Philippus admonitus vt à quadrigæ violentia ſalutem ſuam cuſtoditet, toto regno diſiungi curru iuſſit: eumq; locum, qui in Bœotia quadriga vocatur, ſemper vitauit: nec tamen denunciatum periculi genus effugit: nam Pauſanias in capulo gladij, quo eum occidit, quadrigam habuit cælatam. Quadrigam meritoriam Daſypodius Interpretatur *emiollvvag*. Τέθριππον, πτερόεντα ἅρμα, Varinus. Τέθριππα in honore apud Indos proximo poſt elephantes ſunt: deinde cameli: vni vero equo inſidere ignobile, ἄτιμον, Arrianus. Τεθρίππιον, ἡ φόλωσις ἐμπίπτουσα ἅρματος, Varinus. Τεθρίππια βάτια, qui vehuntur quadrigis. Τέτρωρον, παρὰ τὸ ἀείρειν καὶ αἴρεσθαι ὑπὸ ἵππων αὐτό, Varinus. Τῷ δ' ἡλίῳ βωμὸν πανσέληνον τέτρωρον ἵππων λευκῶν, Heliodorus. Τετράορος, παρὰ τὸ τέτορες ἵππους τοὺς ζεύγνυσθαι, Heſychius & Varinus. Vide etiam τετράωρος per omega. Τέσσαρες ἀδελφεοὶ ἵπποι ἀνεπαὶ ὦκυν ἔχοντες ἔλεθρον. Homerus Iliad. lambda. Hîc ſcholia, Αἱ δύο ξυνωρίδες, ὅπερ καὶ τέτρωρον λέγεται. Ἡ δ' ὡς τ' ἐν πεδίῳ τετράορε φῦσε δ' ἵππους. Homerus in Odyſſea. Τέλειον, τετράπτερον, Varinus. De quadrigis, quas Romani Veienti cuidam ſigulo locauerunt, ſupra dixi in Celeris equi mentione in 11. b. Bigas primum iunxit Phrygum natio, Plinius. Bigati, Liuius. Bijuges equi & bijugi Vergilio: δίζυγες, Homero. Eutychides pinxit bigam, regit Victoria, Plinius. Et rurſus, Pitherates bigæ Pitho mulierem impoſuit. Bigarij equi: tales maximè Hercutia dextrarios vocat, Hermolaus. Synonidem quid veteres appellarint, ſupra alicubi diximus. Συνωρὶς, ἅρμα δίτυλον, ἐκ δυοῖν ἵππων, ἢ συζυγία, δίωρος, Heſychius. Ξυνωρίδα, ζυγὸν, κυρίως ὁδὸν τῶν ἡμιόνων, ἢ ἐκ δύο ἵππων λέγουσι, Varinus. Heſychius addit, ἀρσὶν γὰρ ἡμίονοι: quaſi etymologiam vel compoſitionis rationem afferens: mihi quidem ξυνωρὶς à mulis dici nequaquam videtur, vt neq; τέτρωρος. Ταύρων ξυνωρὶς, & alibi βοῶν, apud Heliodorum legitur, pro dyade ſimpliciter. Τῶν ἵππων Εὐμήλου πολὺ μᾶλλον ἐοικότα κατασκιάζοντες τὴν συνωρίδα τῶν βαλαντίων, Suidas in Τῶν. Συνωρὶς καὶ συνωρὰς, ἡ κῶν, iactuum in teſſeris nomina apud Pollucem. Quatuor equos Scholia Homeri duas bigas & quadrigam interpretantur. Ἐξάππων ἅρμα, in quo ſunt ſex iuges equi, Bud. in comm. Δίφρος locus in curru, vbi auriga ſtans equos regit, (Pollux harmation diphron vocat) per ſynecdochen pro ipſo curru ponitur: quaſi διφόρος vel δυσφόρος (forte quòd à duobus equis trahatur: pro biga enim vſurpari ſolet, vel cum pro parte currus accipitur, quod in ea homines verſentur, auriga & miles parabates.) Vide Varinum. Quadrigam currum plenum & perfectum dicunt, bigam non plenum. Ἐνὶ πλεκτῶν δ' ἔπι δίφρον Ἡνίοχοι βιβάασκε διφρεύειν ὠκέας ἵππους, Heſiodus in Aſpide. Δίφρος ἐϋπλεκτος, Homerus Iliad. ε. Διφρεία alia eſt Libyca, alia Perſica, alia Laconica, Pollux. Currum & vehiculorum permulta ſunt genera, vt carrus, carruca, ciſium, carpentum, rheda, &c. Celerius voluntate Hortenſij ex equili educeres rhedarios, vt tibi haberes mulos, quàm è piſcina barbatum mullum, Varro. Rheda vocabulum Gallicum, genus leuiculi currus, quo geſtabantur nobiliores in villas ſuas, cuiuſmodi ſunt hodie quos Itali cochios vocant. Plurima Gallica valuerunt, vt rheda & petoritum quoq;, Quintilian. lib. 1. Hanc epiſtolam dictaui ſedens in rheda, cum in caſtra proficiſcerer, Cicero ad Attic. Omnemq; aciem ſuam rhedis & carris circumſederunt, Cæſar. 1. bel. Gal. Quem tollere rheda Vellet iter faciens. Horat. 2. Serm. Rhedarios, auriga rectorq; ipſius rhedæ apud Ciceronem pro Mil. Rhedam mihi videri, ferè vſurpari pro vehiculo cui muli ad itinera conficienda iunguntur, dixi ſupra in 8 vbi & diuerſa equorum à vehiculis formata nomina protuli, qualia ſunt, carrucarij, carpentarij, ciſiarij, vectarij. Tritoque trahunt epirhedia collo Segnipedes, Iuuenalis Satyr. 3. Quum ſit epi præpoſitio Græca, rheda Gallicum: nec Græcos tamen, nec Gallus vtitur compoſito: Romani ſuum ex vtroque fecerunt, Quintilianus libro 1. Eporhedicæ etiam, teſte Plinio, Gallica vox eſt, bonos equorum domitores ſignificans. Petoritum, Gallicum vocabulum, genus vehiculi, apud Belgas Galliæ ciuitatem repertum, vt Varro ſcribit: quamuis ſint qui ex Græco vocabulo & Latino compoſitum velint, dictumque à voluendis rotis, vt Gellius teſtatur 15. 30. Legitur hæc dictio apud Horat. 1. Serm. & Secunda epiſtola, Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naues. Et apud Plin. 34. 17. Benna lingua Gallica genus vehiculi appellatur: vnde vocantur combennones (locios vulgò hodie compaignons nominant) in eadem benna ſedentes, Feſtus. Bennæ emantur, Cato cap. 23. Nos bennas hodie vocamus inſtrumenta monotrocha, quibus ruſtici lætamen in agros inuehunt, anſis virinq; promincntibus ante ſe impellentes. Rob. Stephanus bennam hodie à Gallis tombereau vocari docet, à Picardis barcu. Eſſedum, vehiculi genus Gallorum Britannorumq;, apud Belgas primo repertum. Et propriè eſſedum in equo. Hæc Vedius venit mihi obuiam cum duobus eſſedis & rheda equis iuncta, Cicero 6. ad Att. Solitus in geſtatorio ludere, ita clledo alueoque adaptatis ne luſus confunderetur, Sueton. in Claud. Vtitur & Cæſar 4. bell. Gall. Gallica vel molli melius feret eſſeda collo, Vergil. 3. Georg. de equo. Britannica eſſeda, Propertius lib. 2 Eleg. 1.

Multiſonora eſſeda, Claudianus de mulabus Gallicis. Eſſeda etiam fœminino genere legitur apud Senecam in epiſtolis. Pilentum, inquit Feſtus, vehiculi genus, quo matronæ ferebantur. Idem videtur eſſe quod petoritum, quod eſt quatuor rotarum, ab Hiſpanis introductum. Varro de lingua Latin. in conſuetudinem ſuæ ætate primum veniſſe ſcribit. Eſtq; eius formæ, qua noſtri temporis principum Italiæ mulieres vectantur: ita libratum, vt conſidentes in puluinis in sēre ſuſpendi agitatæ videantur. Caſtæ ducebant ſacra per vrbem Pilentis matres in mollibus, id eſt penſilibus, Verg. 8. Aeneid. Honoren.q; ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, vt pilento (codices impreſſi habent plaustro: vetus exemplar, pilento) ad ſacra ludosq;, carpentis feſto profeſtoque vterentur, Liuius 5. ab Vrbe. Ante fores iam pompa ſonat, pilentaq; ſacra Præradiant ductura nurum, Claudianus de nuptijs Honorij. Carpentum, genus vehiculi, dictum quaſi carmentum à Carmenta Euandri matre, Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant, Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor, Ouidius 1. Faſt. Mulionem euitantem ſuper ipſum corpus carpentum agere præcepit, Plinius de viris illuſtribus 7. Nero oſtentabat hermaphroditas ſubiuges carpento ſuo equas, Plin. hiſt. Mat. Carpentis vrebantur in bello, Liuius 1. ab Vrbe. Serica carpenta, ſerico panno ornata, Propertius 4. Eleg. Volucri Carpento rapitur pinguis Damaſippus, Iuuenalis Satyra 8. Carpentarius, equus qui carpenta ducit: & faber, qui facit, Sipontinus. Ciſium, genus vehiculi biroti, inquit Nonius. Ciſio celeriter ad vrbem vectus, Cicero. Et alibi, Decem horis nocturnis ſex & quinquaginta millia paſſuum ciſijs pernolauit. Vnde apparet hoc vehiculi genus ad celeritatem comparatum eſſe. Vid. Budæum in Pandectas. Ciſiarius, qui ciſium agit. Sciſſiarius, id eſt carrucarius, dum cæteros tranſire contendit, ciſium euertit, Vlpianus. Aliàs legitur ciſſium & ciſſiarius ſ. duplici. Carrus & carrum, vtroque modo dicitur, à cardine quatuor rotarum, vel quòd currendo ſonet. Ea die per viarum angustias carra complura, multosq; lapides tetraxit, Hirtius lib. 6. Alteri ad impedimenta & carros ſuos ſe contulerunt, Cæſar 1. bel. Gal. Vix qua ſingulí carri ducerent, Idem. Vtitur & Liuius. Carruca videtur diminutiuum à carrus. At nos carrucas ex argento cælare inuenimus, Plinius lib. 33. Nec feriatus ibat ante carrucam, Martialis lib. 3. Carrucarius, qui carrucam regit. Vlpiano: mula carrucaria, quæ trahit, Eidem. Arcera apud Varronem & Ciceronem citante Nonio, plaustrum eſt ruſticum tectum vndique quaſi area: hoc vehiculi genere ſenes & ægroti vectari ſolent. Arcirma, genus eſt plaustri modici, quo homo geſtari poſſit, Feſt. Plaustrum, currus. Graula plaustra, Vergil. 3. Georg. Stridentia, Ibidem. Leuia, Claudianus. Robuſta, Horatius. Vehere poemata plaustris, Idem in Arte: id eſt, inquit Acron, rem multa ſcribere, quæ quis poſſit plaſtris aduehere. Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes, Ouidius 10. Metamor. de vrſa ſydere cœleſti. Geminum plaustrum, Seneca Oedipo. Plaustrarius, qui regit plaustrum, Vlpianus. Ploſtrum idem quod plaustrum. Quot iuga boum, mulorum, aſinorum habebis, totidem ploſtra eſſe oportet, Cato. Ploſtellum, diminutiuum. Ploſtellum Pœnicum, aſſibus dentatis conſtat cum orbiculis ad excutienda è ſpicis in aream grana, Varro libro 1. de re ruſt. Trahs, genus vehiculi ſine rotis, quo coloni vtuntur, à trahendo dictum, vt ait Seruius, (*ein ſchlimpfen, ſchlitten.*) Tribulaque, trahæq;, & iniquo pondere raſtri, Vergil. 1. Georg. pro trahæ per epenthefin. Αἰσήν mulis iungebatur: de hac & calpe, vide ſupra in certaminis Olympici mentione. Vt cum boues defeſſi iugo trahunt ἀνεφιπνιάσιμον Ἄχθος πιτνάσιν ὑπ' ἄχθεσι δινήεντι Τετράφυλοι, Calaber libro 6. Ἵππος ἐπιστάμενον, ὑπὸ δὲ ζεύξασθαι αἰσήν, Orpheus Argon. Σωμαῖδα πεζὸν παρίζουσι Καῖσαρ, ἅρμα Ἐλαδίου, αἰσχίστην Οἴνιος ὁ Αἰτωλὸς, Scholia in Pythia Pindari. Ἅμαξα propriè boum eſt, αἶσα equorum vel mulorum, Varinus. Οἱ δὲ ἄνιπποι, ἀναμαξόποδες, Pollux. Ἁμαξὶς, diminutiuum, ploſtellum. Βοῶν εἰς ἅμαξαν ἄξαι ἡμιόνους εἰς ἅρμα, Varinus in Ζεῦξαι. Καμάριες, οἱ Σκυθικοὶ οἶκοι, ἔνιοι δὲ τὰς κατὰ πόδας ἁμάξας, Heſychius & Varin. Καροῦσα, πᾶν ὄχημα, ἢ ἐπὶ τῇ ἁμάξῃ σκηνή, Idem. Λαμπλών, ἅμαξα βασιλικὴ ἵππων πεντάρκης, ὃ ἔστιν ἅρμα πεντάζυγον, Suidas. Varinus addit, ἡμιόδιον πεζὸν κεφαλήν, ex Heſychio: ſed ſuſpicetur aliquis corruptum hoc eſſe pro ἡμίδιον πεζὰν: quanquam & ἡμίδιον vocem deprauatam puto, cum in nullis Græcorum lexicis reperiatur, & legendum ἡμίδον, quæ vox à Latinorum theda deducta eſt. Ἡμίδιον, τὸ Φορεῖον. καὶ ἡμίδιον, ἅρμα σκεπαστὸν, Varinus. Λαμπλών, διὸ καὶ ἁμαξήρεφῆ ἵππον ἄγοντα, Heſychius hamaxan generale vocabulũ faciens. Σάτινον vel σατίνη, plaustrum, vehiculum, apud Homerum in Hymnis, Ἱππάσαι σάτινα καὶ ἅρματα παντοῖα. Σατίναι ἅμαξαι, Varinus. Φορεῖον, lectica, vehiculum, in quo ſcilicet homines feruntur: vnde & Latini geſtatorium dixerunt. Solitus etiam in geſtatorio ludere, Suetonius in Claudio: mox autem geſtatorium illud eiſdem vocat. Geſtationum leuiſſima eſt nauis in portu, vel in flumine lectica aut ſcamno: acrior vehiculo, Celſus. Thenſæ, ſacra erant vehicula, authoribus Feſto, Seruio, & Aſconio: cum pompa ordinum, hoſtiarum & officiorum: ſic dictæ quòd ante eas lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere qui eas deducant: vel ἀπὸ τοῦ θεῖν, hoc eſt à re diuina. Vtuntur hac voce Cicero & Liuius Omnesq; deijs qui vehiculis theſaros ſolennes cœtus ludorum initis, Cic. 7. Vert.

De partibus curruum, Pollux 1. 10. Quid chœnix, chœnicides, plemnæ, ſyringes, torma, enelata, hamaxedonia, enemæ (id eſt radij, Cælius 16. 17. Quid apſis, epiſotron, itys. Idem 18. 10. Ἄμπεων, funis inter vtrunq; bouem vel equum, temonis vice protenſus. Ἄμπεων (inquit Hermolaus in Plinium 8. 44.) funiculus is qui per iuga ipſa tenditur, aut quo trahi ferrí ue ſolent à iumentis onera. Inde verbum ἀμπεδᾶν, vt gloſſematorum ſcriptores aiunt, propriè ſignificat iter curru facere, per abuſionem verò translatum eſt ad veterina iumentaque: ſed & onuſta, inquiunt, iumenta ſi quis inuerit, ἀμπεδᾶν dicetur, ijs verbis: Καὶ ἀμπεδᾶν δὲ τὸ τῷ ἕλκοντι ζεύγει βοηθεῖν. Συναμπεύειν καὶ παραπορεύεσθαι καὶ παρώξυνε τὸ ζεῦγος πρὸς τὸ ἔργον, id eſt connitendo comitandoq; accendebat iumenta ad opus. Ariſtoteles de veculo Athenienſi mulo. Plinius ſic vertit, Iumenta comitatu niſique exhortaretur. Theodorus minus propriè. Commeans & obiens iumenta exhortabatur. Vide ſupra in Boue H. e. & in Mulo H. d & Ἀμπεύων in Etymologico, ἀμπεύων παρὰ Suidam. Πλῆμναι, αἱ χοινικίδες τῶν τροχῶν δι' ὧν ὁ ἄξων τρέφεται, Scholia in quintum Iliados. Plemnæ, inquit Cælius, modioli dicuntur, quoniam ab axe impleantur: plemas vero vndas accipiunt, in Oceano præcipuè, vnde plemmyra, id eſt, inundatio. Πλήμνη, χοινικὶς, διὸ καὶ πλήρη τὸν ἄξονα, Scholia in Iliados ψ. Πλῆμαι, radij in rota, vt quidam ineptè in Lexico Græcolatino interpretatur. Ἐπὶ δὲ πλῆμναι μὲν αὐτὸν, Heſiodus in Aſpide. Τέρμων, ἡ πλῆμνη δὲ τροχὸς, εἰς ἣν ὁ ἄξων, Varinus & Heſych. Syrinx quidem propriè videtur appellari ipſum foramen cui inſeritur axis, πλῆμνη verò lignum orbiculare inter radios & foramen illud medium: vel vt Pollux habet, quod circa axem volvitur. Χοινικὶς vero (à ſimilitudine mẽſuræ choinicis, vt Latinis etiam modiolus à mẽſura huius nominis) illud totum, hoc eſt lignum vnà cum foramine: etſi Varinus chœnicidas & ſyringas interpretatur foramina quæ aliàs cnoæ dicantur. Καὶ περὶ νώτου ἀσφάλειαν καμπύλοι τε τροχοὶ συεργοὶ φυλάσσει, Theocrit. Idyl. 31. Plura vide apud Varinum in Πλῆμνα (lege πλῆμναι) & Πλήμνη. Ἅρματα δ' ἐνέπηξε καὶ ἄντυγας ἀμφαφόωσας, Heſiodus in Aſpide. Ἅρματα δ' ἄξων Νίφθην ἄπας πεπάλακτο, καὶ ἄντυγες αἱ περὶ δίφρον, Ἀσπὶς ἀφ'

ἵππειοι

ἱππείων ὀπλέων ϛαθμὸς ἐβαλλον, Ai τ' ἀπ' ὄπισθεν, Homerus Iliad. λ. Achilles armatus currebat παρ' αὐτυγα καὶ συεχγαις ἁρματείνς, Eutipides in Iphig. in Aulide. Ἄντυγες, αἱ περιφέρειαι ϛ ἅρματος· αἱ παραπεπηγυῖαι, τὰ ὀπὶ ϛ δίφρε ἡμικύκλια, ἐθεν καὶ τὰ ἡνία ἐξάπτονται. αἱ περιφέρειαι ϛ ἅρματος δίφρε. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ϛ αἰσσίδος περιφέρεια, ἄντυξ καλεῖται, Ibidem. Ἐξ ὑπαὶ φρίας ϛ πυμάτης, Homerus Iliad. decimo: Scholia exponunt, ἐκ ϛ ἑκάτερ μέρες ϛ ἁρματείε δίφρε ϛ περιφερείας, ὁ καὶ ἄντυξ καὶ ὑπαὶ φρίας καλεῖται. De diphro currus parte, cui auriga inſiſtit, plura vide ſupra in mentione bigæ. Homerus etiam rotas (τροχὰς) Ionice κύκλα vocat, (κύκλα πηκτὰ, Iliad. ϕ. rotam exponunt) & διπάκνημα (quinto Iliadis) cognominat, hoc eſt, διπέρισσα, διτὼ κνήμας ἔχοντα, octonis conſtantes radijs. Axis quidem eſt, ἄξων, ὁ εἰς τὸν χοινικίδα ἐμβαλλόμενος ἑκατέρε τροχός, lignum medium tranſuerſum, vtriuſque rotæ modiolis inſertum: continetur autem in eis obfirmatus q; clauis, quos ἐπήλατα vocant. Pol-
10 lux eoſdem clauos paraxonios, vel epibolos vel embolos vocari ſcribit. Παραξόνια, κινδυνώδη καὶ περίβολα, παρὰ τὸν τροχὸν ἐλαύνομενα, ab axe, quod ea pars ſemper in periculo ſit, Varin. Ἀκραξόνια, axium partes extremæ, Pollux. Ἁρματοπηγὸν δὲ καὶ ἡνίοχον Ὀνομάκλειτος ἐμβάλλει τὰ κέντρα ἐμβόλοις· ὀπὶ ϛ ἀκραξονίε, ἢ καὶ ὅλως ἐμβάλλοντα τὸν ἔμβολον, Varinus in Oenomao. Δυρατὴν αἰσσὴν Ἀχαϊκὸς τεχνίτης ἐπὶ ἄξονι δινήσει, Calaber libro 6. Ἴτυς, ἡ περιφέρεια ϛ ἁρματος· αἱ ψίδες δὲ, ἐξ ὧν ἡ περιφέρεια πήγνυται ϛ τροχὸ· ἡ ψὶς, εἰς ἣν αἱ κνῆμαι δύνουσι ϛ χοινικίδος ἐμπήγνυται. Itys, ipſa currus (rotæ) circunferentia, ſiue gyrus, apud Homerum, Varinus. Ἐπίσωτρα, οἱ κανθοὶ, τὰ ἐπάνω τῶν τροχῶν σιδήρια, (lege σιδήρεια,) Suidas. Apſis quidem etiam σαῖρα vocatur, Pollux. Idem epitotra per ſ. vnum ſcribit, vt ſic dicta videantur tanquam epiſoſtra, hoc eſt abſidi adiuncta ferramenta. Οὐ δὲ τὸ πολὺ Ἰωνικὸν ἐπισώτρων ἁρματροχιὰ καὶ τὸ παθεῖν Ἐναλεσῆ κονίη. Homerus Iliad. ϕ. Et tutſus, Ὅσσον δὲ τροχὸς (τοῦ ϛ ἁρματος) ὄπω· ἀφίσταται, ὅς ῥα τ' ἄνακτα Ἔλκησι πόδοιο ταχυσμόν· σὺν δ' ὄχεσφιν· Τὸ μὲν πρὸ ψαύουσι ἐπισώτρω τρίχες ἄκραι Οὐρείαι, ὁ δὲ τ' ἄγχι μάλα τρέφει. Ἐπίσωτρα,
20 (vide Etymolog.) τὰ ἐπάνω Τῶν τροχῶν σιδηρᾶ χάλκα, ἃ καὶ κανθοὶ καλεῖται. ὁ ἔχων τὸν τροχὸν καὶ πέριξ σιδηρ·. οἱ σιδηροῦ ἢ χαλκοῦ κύκλοι τῶν τροχῶν, Hæc omnia ferè ex Scholijs in quintum Iliados. Ἔρυσ, inſtrumentum illud quod totum inſeritur temoni, quo totum iugum retinente, currus ducitur. Paxillus qui in ſummo temone præfigitur, cui annulus innijcitur, & iugi lora obligantur, vt iugum retineant, ſic Ariſtophan. Alij curuaturam, vel circinatum foramen iugi, quod iumentorũ ceruicibus aptatur: Item ὁ πρῶτ· κρίκος τὸ ῥυμῦ. apud Euſtathium vbiq; πύλ· pro κρίκος legitur in manu ſcriptis exemplarib. Item cuneus, ἔμβολ·, clauus, Euſtathius in Iliados α. Hæc de heſtore eruditus quidam in Lexicon Græcolatinum retulit. Vide Ἔστορ apud Varinum. Βαλτοὶ, οἱ ϛ ἁμαξῆτ τροχοὶ, σφῆνες, ἐμβλήματα. οἱ δὲ γόμφοι καὶ συμβολαὶ ἀξόνων, Heſych. Λέπαδναι & μασχαλισῆρες ſuperius dicta ſunt: lora videlicet, quibus ceruices equorum alligantur iugo (nam de ephippiato quoque equo dicuntur.) Ῥυμὸς, pars currus, temo, inter equos, vide Heſych. &c. Ῥυμὸς δ' ὑπὸ γαίαν ἐλυσθη, Homerus Iliad. ϕ. Ἡνίαι, vide ſupra inter equi ſingularis
30 inſtrumenta. Ἀφέρται, lora altiora, quæ terga equi iugalis excurrunt, ſub alis eius ſuccincta, Budæus in Annot. ſec. Ἐπιλήμπεα, τὰς τελχῖνας σειρὰς Παίονοι ὑπὸ τὰ κανλία, Heſychius & Varinus. Ex equis iunctis, οἱ μὲν ὑπὸ τῷ ζυγῷ ζυγοὶ (ἢ ζολῖται, Varinus.) οἱ δ' ἐκατέρωθεν, παρήοροι καὶ παρασύριοι, καὶ σειραῖοι· καὶ οἱ τὰ τῶν ἡνίων, σειραὶ, καὶ παρήορα, Pollux 1. 10. Cælius ad verbum ſic tranſtulit: Qui iugum ſubeunt equi, Zygij nominantur: qui latera ſtipant, parcori, penultima longa (etiamſi eorum habenæ ſint, ac parcoriæ dicuntur. Ego parcoros cum c. breui potius quàm producto ſcripſerim, vt & alij plærique omnes, & i Homerus Iliad. ϛ. Ὅφρ' ὁ χέρνιβον ἵππιον παρηορίαις ἀπέτεμνε. Σειραφόρ· ἵππ·, ὁ ἔξω τε ζυγ·. qui & παρήορ·, Varinus & Scholia in Ariſtophan. Σειραῖ·, equus dexter, Lexicon. Παρήορ·, ὁ ἀκόλευθ· ἵππος, Varinus: apud eundem alibi penultima per ypſilon ſcribitur, vt & apud Pollucem. Ἀσειρος ἵππ·, ὁ μὴ ἔχων σειρὰν, μηδὲ ὅλως· ἀλλ' ἄφετ·, καὶ ἄνετ·, Varinus: & alibi Ἄσυρ· (per ypſilon in penult.) ἄδετ·. Παρήορ· ἵππ·, & παρηορία habenæ quibus alligatur,
40 vide plura apud Varinum. Παρήορ·, ὁ ἐκ (lege ἐκτὸς) τοῦ ἁρματ· τρέχων, Heſychius: ὁ παρέζευγμέν·. Τὸ μὲν μέσος ζυγὸς λέγ. Κοσμεῖτω πλαγίοις βαλιὸς, τὸν δ' ἔξω σειραφόρος Ἀντήνορ· καμπαῖσι δρόμοις, Euripides. Funalis vel habenalis àquibuſdam vocatus equus (de quo plura dixi ſupra) curru ad dextram ſiniſtramque iungebatur, quare eundem σειραφόρον eſſe conijcio.

Ἱππονόμια, μισθὸς ἱππικὸς καὶ τῶν ἡμιόνων, Heſychius & Varinus. Ἱππωτωλῶ, equos vendo, Varinus. Ἱππωτώλης, equorum venditor, Lexicon. Ἱππωτώλων, equeſtrium, aurigarum, circa equos verſantium, Varinus. Ἐρῶ δὲ ἱππάσαι ἐξ ἀγέλης πῶλον, ἱππωνῆσαι, καὶ ἱππασία, Pollux. Ἱππτροφία, equorum nutritor. Ἀπὸ τε τρέφω, ἱππτροφῶ, ζυγοτροφῶ, ζολοτροφῶ. Ἱππτροφεῖν δ' ὑπῆρχεν ἡμῖν, ὁ τῶν εὐδαιμονεστάτων ἦρχον εἶναι, Φαῦλ· δ' ἀδήλε ἂν πάντεσιν, ἀ μόνον σὺν ἀνταγωνισαὶ, ἀλλὰ καὶ σὺν πίπτοντες νικήσαντες ὑπερεβάλλετο, Iſocrat. πρὸς Ζεύγ. Περίεστι δ' ἱππτρόφησι γυναικῶν, Pauſanias in Lacon. Hinc καθιππτροφῶ, in alendis equis conſumo: & καταζολοτροφῶ. Iſæus περὶ τε Δικαιογένες
50 κλήρε, Οὐδὲ γὰρ εἰς τὴν πόλιν, ὅτι εἰς σὲ φίλος φανοῖς οἱ δαπανηθεὶς ἄδην, ἀ μὴν ἀδὲ καθιππτροφήκας. ἀ γὰρ πώποτε ἑκτήσω ἵππον πλείον· ἄξιον ἢ τελῶν μνῶν· ὅτε καταζολοτροφήκας. ἐπεὶ ὅτε ζεύγ· ἑκτήσω δεκὰν ἀδεκώποτ' ἂν τοσούτοις αἰγοῖς καὶ κτήμασι. Inde ζολῖται dicti, οἱ δεύτερον τίμημα πλήσαντες Athenis, hoc eſt ſecundi cenſus ciues. Τεθριππτροφῶ, quadrigas, hoc eſt quadrijuges equos alo, apud Herodotum. Καθιππτροφῶ autem εἰς τὴν ἱππτροφίαν καταναλίσκω, ſic dicitur, vt καθηδυπαθῶ, καπνυβδῶ. & alia. Hæc omnia Budæus in Commentarijs linguæ Græcæ obſeruauit. Ἱππτροφίαν, id eſt equorum nutricationem, quòd ea res magno conſtet impendio, apud Spartanos inter execrationes vſurpari ſolitam, ſcimus ex Græcorum libris. Nam & Ariſtophanius ille ſenex ita queritur, ἀλλ' ἀμώμημαι ἀθλίως εὐδὲν δακνόμ· ὑπὸ τ' ἀπαίνης καὶ τ' Φάτνης, id eſt: Nequeo miſer dormire: me nanq; mordicus lancinat impenſa & præſepe, Camerarius. Νύξ· μ' ἐπιτρέψειν ἱππικὴ δεινὴ Φάτνη, Strepſiades in Nubibus Ariſtophanis. Scholia addunt: Studium enim nutriendi equos reuera morbus eſt, cum magnos faciat
60 ſumptus, nec vllus tantis dignus impenſis inde fructus redeat. Equos alere res perquam ſumptuoſa videtur, Laconicæ etiam execrationi adiecta, quæ huiuſmodi eſt: Οἰκοδεμάτ· λάβοι, καὶ ἀμβολά: ὁ, πίππ·, καὶ ἀγυιά τι μοιχὸν ἔχοι, ὡς τὰ τῶν πάντων ἀμαπημῶν ὄντων καὶ ἀπιξημίων, Suidas in Ἵππ· & in Οἰκοδομή. Cætera quidem huius imprecationis clara ſunt: ἀμβολὰ vero quid ſibi velit, non ſatis mihi conſtat. Etſi enim idẽ ſignificet quod ἀναβολὴ, hoc eſt dilatio, mora: cuius tamen rei dilatio ſignificetur, dubito: quanquam omnis expectatio dum inter ſpem metumque animi pendemus, ſolicitos & anxios, imò miſeros facit expectantes, longe vero miſerrimos ſi ijs tandem quæ tantopere ſperabant penitus fruſtrentur. Antiqui maximè ſtuduerunt equorum & boum greges tanquam illius ſeculi diuitias ſibi comparare, Pauſan. Caballatio iuriſconſultis alendi publicos equos munus, Cæl. Primato homini equum & elephantem apud Indos (quoſdam) alere non licet, Strabo. Mulierem eam præſtare apud Indos Nearchus ſcribit, quæ munus ab amante elephantem acceperit: ſed ſermo hic
70 diſſentit ab illo qui equum & elephantem (illic) à ſolis regibus poſſideri ait, Strabo. Ad equos emendos

dena millia ætis ex publico data: & quibus equos alerent, viduæ attributæ, Liuius. Conqueſti quidam olim de ſui temporis luxu, cocos emi ſingulos pluris quam equos quiritabant: At nunc coci triumpharum pretijs parantur, & coquorum piſces, Plinius de mullo ſcribens. Robertus Cenalis ſcribit, quadrigam Salomonis tempore æſtimatam fuiſſe ſexcentis ſiclis, hoc eſt noſtro numiſmate ducentis quadraginta coronatis, (coronati ſexaginta pro ſingulis equis.) Et alibi, Drachmæ ſexcentæ pretium ſunt equi, qui egrediebatur ex Aegypto, tertij Regum c. 10. qui numerus quater repetitus ſexcentos ſiclos reddit, pretium quadrigæ: ſic enim textus habet. Egrediebatur quadriga ex Aegypto ſexcentis ſiclis argenti, equus vero centum quinquaginta. Apud Iosephum, interpretis aut librarij vitio, drachma pro ſiclo legitur: aut pretium equi vnius pro pretio quadrigæ reponitur. De equi apud Athenienſes trium minarum pretio, paulo ſuperius verba Iliæi recitaui. Bucephali (inquit Robertus Cenalis) equi Alexandrina equitatura decantatiſſimi, pretium erat talentorum tredecim, authore Gellio, ſeptem millibus & octingentis coronatis noſtro calculo æſtimandi, quam ſummam ex abaco prodeuntem reperies decem talentis vnà cum trium talentorum æſtimatione coniunctis. Plinius ſedecim talenta refert tribus talentis ſuperadditis, quorum adiectione nouem millia ſexcenta effluent coronata. Bucephalus Alexandri equus emptus eſt noſtratis nummi coronatorum nouem M. ſexingentis: vt Plinius retulit: vt Plutarchus ſeptem M. octingentis, Camerarius. Equus Cn. Seij à Cor. Dolobella centum millibus ſeſtertijs emptus eſt, Textor. Biſnagar vrbs eſt regni Narſingæ, cuius regi ſupra quadringenta equitum millia in armis excubant. Equus ibi non minoris quàm quadringentis aut quingentis pardais (ſunt autem aurei nummi) venditur. Vſu quandoq; venit vt octingentis aureis quis equum emerit: pretij hanc immanitatem efficit, quod aliunde aduehuntur: ibiq; nulla equarum armenta, proh bonitas regibus, qui portus aſſeruari iubent maritimos, ne importentur equæ, Varromannus 4. 10. Et rurſus cap. 11. Narſingæ regis equi pretium tantum eſſe creditur, quanti eſt vrbs aliqua noſtrarum. Id efficiunt innumeri lapides pretioſi, margaritarum ac vnionum complura genera, quibus phaleræ apparatu incredibili reguntur. In Timochaim regno Perſidis equi ſunt magni & pulchri, vt etiam quandoque vnus veneat pro ducentis libris Turonenſibus. Hinc etiam à mercatoribus in Indiam tranſuehuntur per mare, Paulus Venetus.

De vſu & laudibus equi, Simon Grynæus in præfatione in Hippiatrica Græca Baſileæ excuſa: Vuechelus in Ruſij Hippiatrica Gallicè à ſe excuſa: & Hierocles in præfatione libri ſecundi Hippiatricorum. Quondam aſinis non ſolum onera geſtanda imponebantur, ſed etiam piſtorum hi carruculas trahebant: nunc propriè vbiq; cum equis commutantur, Camerarius. Tartari maxima flumina tranant caudas caballorum tenentes, alligatis ſupra ipſos ſarcinis Matthias à Michou. Διαβιβάζει σὺν ἵπποις, ἐκάστου τῶν ἱππέων ἐν τῇ χέρᾳ πρὸς πεζὸν προσαγομένου, Suidas in Κίρκῳ. Vlyſſes vt expeditionem ad Troiam effugeret, ſtultum ſe ſimulans equo & boue iunctis arabat, &c. Scholiaſtes in Lycophronem. Hippocoryſtas dici Apion arbitratur, qui equinis ſetis ornatas geſtant galeas. Riſit hoc Porphyrius, putans eo nomine equites intelligi, quoniam κορυστὴς armatum indicet, ac ſeſe pro pedite accipiatur, (&c. vt ſupra in Equitum mentione expoſui.) Cælius. Aere caput fulgens, criſtaque hirſutus equina, Vergil. 10. Aeneid. Hippurin, Ἵππουριν, galeam vocat poëta, quæ lóphon, id eſt criſtam ſeu conum haberet; ex equinis pilis vel cauda equina in faſtigium erecta conditam, ſiue terroris gratia, (iuxta illud, Δεινὸν δὲ λόφῳ καθύπερθεν ἔνδον:) ſiue ornatus etiam, (ita vt hodie ſtruthionum pennæ vſurpantur.) Λόφῳ· τὸ περιττὸν (περιττὸν) Etymologus habet, quod minus arridet) τὸ περὶ φαλαῖραν ἀνάθημα. Eandem galeam & ἱππόδασειαν vocat, hoc eſt equo hirſutam, pro equinis ſetis, Lexica Græcorum. Χαλκόλοφον, ἱππιοχαίτην, τὸ ἀνάθημα τὸ περὶ φαλαῖραν, ἢ ἐξ ἱππείων τριχῶν ἐκτεθειμένη, Heſychius & Varinus. Ἱππόκομοι κόρυθες apud Etymologum nominantur. Ἱππιόμιν τευφάλειαν, caſſidem criſtatam equinis pilis, Heſychius, Varin. legitur autem Homeri Iliad. μ. & Theocriti Idyl. 27. Καταῖτυξ genus galeæ nec ſplendidæ nec criſtatæ, ſed humilis, vnde nomen, περὶ τὸ κάτω πτύχθαι, καταφερὴς, ὡς μὴ ἔχουσα λόφον ἢ τι τρίχωμα, Etymol. & Varinus: ſed addit ille, ὡς πρὸς τὴν αὐλοπίδα τὴν ἀναπτὸν ἔχουσα. Eſt autem aulôpis quoq; genus galeæ, de quo vide Variuum. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari ſeta equina aptum (appenſum) demitti iuſſit, vt impenderet illius beati ceruicibus, Cicero 5. Tuſc. de Dionyſio tyranno. Καὶ χαμψὸν χάλκεον ἐφ' ἵππου πεδήθην. Ἄγκυρον, κορυθίην αὐλοπίδι παχεῖαν, Suidas in Χαμψὸν. Conficiunt & noſtri lineas piſcatorias ex equinis ſetis. Ἱππεῖαν, τὴν ἵππειον, ἥτις δὲ τὴν τοῦ κυνηγοῦ, τὴν ἐξ ἱππείων τριχῶν, Heſychius, Varinus. Ἱππικὴ βολὶς, ἡ κυνηγοῦ δ' τοῦτο, δηλαδὴ τὸ ἐξ ἱππείων γίνεσθαι τριχῶν. εἰ δὲ θαλαττία κυνηγῶν, ἱππικὴν καλεῖσθαι. Iidem. Equorum corpore exanimato veſpas atq; crabrones procreari putant, ſicut aſinorum ſcarabeos, Plin. Noſtri ex equorum ſimo diverſa ſcarabeorum genera naſci affirmant, vt inter Scarabeos dicemus. Preſſus humo bellator equus crabronis origo eſt, Ouidius Metam. 15. Ἵππου μὲν σφηκῶν γένεσις, ταύροι (aliàs μέλισσαι) δὲ μελισσῶν, Nicander in Theriacis: Vide in Apibus. Super omnia eſt compoſitio, quæ inuictos faciunt magorum mendacia, cauda draconis & capite, pilis leonis è fronte, & medulla eiuſdem, equis victoris ſpuma, canis vnguibus adalligatis ceruino corio, &c. Plinius.

H. h.

Licinius imperator cum filiam Chriſtianæ religionis cultricem ab equis diſcerpi vellet, ipſe à ſuorum vno morſu interfectus eſt, Textor. Neocles Themiſtoclis filius, equi morſu interijt, Plutarchus. Metius Suffetius ab equis diſcerptus eſt (iubente Tullo rege Romanorum) quod teſte Vergilio à Romanis ad Fidenates defeciſſet, Textor: Vide Onomaſticon noſtrum. De Hippolyto Theſei filio, & eiuſdem nominis martyre, qui ab equis diſcerpti ſunt: item de Hippomene quæ filiam equo deuorandam præbuit, nonnihil dixi ſupra inter propria hominum nomina ab equo ducta. Plutarchus in Parallelis (minoribus) ponit Comminium quendam, Comminij ex Aegeria filium, qui à Gidia nouerca (cuius votis parêre noluerat) ſtupri inſtar Theſidæ accuſatus fugiens, ab equis ſit dilaniatus, Textor. Pyrechmum Euboiæ regem Bœotijs bellum inferentem, Hercules profligauit, eumq; pullis equinis alligatum in diuerſas partes diſcerpſit, Onomaſticon. Hippomenes cum filiam deprehendiſſet vitiatam, equo famelico vorandum obiecit: vide in H. a. & infra in prouerbio Hippomenes iniuſtior. De Glauco Potniæo ab equis diſcerpto, & Diomede deuorato, dicam inferius inter hiſtorias fabuloſas. Equorum lapſu perierunt apud Vergilium, Nipheus, Leucagus, Liger, Clonius, Remulus, Amycus: Apud hiſtoricos Agenor, Fulco Hieroſolymorum, Philippus Ludouici Craſſi filius Gallorum, Bela Pannoniæ, reges, Textor.

Achillis equi præſtantiſſimi & celerrimi ab Homero celebrantur Iliad. ψ. vbi Peleum eos à Neptuno accepiſſe

accepisse legitur. Nomina eorum dixi in H.a. Calaber libro 4, Achillem equos præcelere à Telepho, quem vulnerârat, dono accepisse scribit. Admeti equos Homerus lib. 2. Iliados peroicissimos fuisse scribit ἐγχείαις, id est auium instar. Noctemq; diemq; Assimilant maculis internigrantibus albæ. Statius de equabus Admeti. Admeti Thessaliæ regis equas pauisse fabulantur Apollinem, vt inf. a dicam inter deos. De Adrasti equo, cui nomen fuit Arion, supra dixi in a. inter propria equorum nomina. Ab Agenoris equo Argos hippotrophon dictum est, Etymologus. Alcibiadis & Cimonis (al' Simonis) equi inter generosos numerantur. Constat Alcibiadem nutriendis equis tantam adhibuisse operam, quantam sui sæculi vel regum vel hominum priuatorum nemo, Terror. Alexandro Magno & equi magna raritas contigit: Bucephalum enim vocarunt, siue ab aspectu torui, siue ab insigni taurini capitis armo impressi, Plinius. Bucephalus vocatos est equus Alexandri regis, propter quandam bubuli capitis similitudinem, Festus: vel à latitudine frontis, Strabo libro 15. Bucephala siue Bucephalia, Indiæ vrbs est iuxta Hydaspen fluuium, ab Alexandro condita, sic appellata à Bucephalo equo, qui cecidit ibidem in prælio, quo vicit Porum: & eo ipso loco sepultus est, Author Strabo li. 15. & Plinius 6 1c. Meminit etiam Stephanus duorum huius nominis locorum. Est & Atticæ (Achaiæ. Plin. 4. 5.) portus Bucephalas Stephano dictus, Bucephala Pausaniæ, Bucephalon Ptolemæo. Vide Stephanum in Βουκεφάλια, & in Βουκεφάλεια. Βούκαρδος (quæ vox idem quod Bucephalos significat) fluuius in Salamine apud Lycophronem. Inter tribuli etiam herbæ nomenclaturas Bucephalon reperio. Alexander mortuo Bucephalo Alexandriam (Bucephaliam potius) condidit, ἐπιφανὲς κτῆμα τῇ ἀρετῇ χαραξάμενος πόλει, Scholia in Nubes Aristophanis non procul ab initio. Asesi Indi etiam vrbium incolæ: Caput eorum Bucephala, Alexandri regis equo (cui fuerat hoc nomen) ibi sepulto conditum, Plinius. Ἵππος ἐνάλιος (alibi ἑνάλιος, quod placet) Μακεδονικὸς (alibi σπερμολογικὸς propter carmen) βουκέφαλος βουκεφάλειον ἕκαστα ὀνομάζουσιν; Oppianus 1. de Vena. Βουκεφάλας ἵππος [illegible], Tzetzes c. 28. Hoc est, Bucephalas equus erat indomitus, mordax, bubulo capite notatus in femore, non caput vel cornu bouis gestans. Bucephalus (inquit Etymologus) dictus est Alexandri equus, non quod bouis cornua haberet, quod falsum est: aureis enim ab Alexandro ornatus erat. Non tamen a cornibus nomen tulit, sed quoniam sic vocabantur in Thessalia equi habentes inustum βουγένιον, id est bubulum caput. Quod ita se habere vel ex Aristophanis Anagyro constat, hoc vers. su: Μὴ καλεῖ' ἡμῶν πε Βουκέφαλον οὐδέπω. Et rursus, Ψυχρὸν ἐφέλκεται τὸν βουκέφαλον καὶ κατασπᾷ. Bucephalus igitur vocatur qui in coxis (ἰξίοις) bubuli capitis characterem habet inustum, Etymologus. Equus Alexandri regis & capite & nomine Bucephalus fuit, Gellius. Sedecim talentis emptum ferunt ex Philonici Pharsalij grege, etiam tum puero (Alexandro) capto eius decore. Plin. Emptum Cares (Chares, qui scriptor à Plutar. etiam in vita Alexandri citatur) scripsit talentis tredecim, & regi Philippo donatum: æris nostri summa est HS. CCCXII. Gell. 5. 2. Vide etiam supra vbi de pretio equorum in genere tractaui. Bucephalus quam artificiosè ab Alexandro adolescente tractatus sit, cum ferociens neminem admitteret, ideoq; à Philippo eius patre contemneretur, supra dixi in E. ex Cameratio. Neminem hic alium quàm Alexandrum regio instratus ornatu recepit in sedem, alios passim reijciens, Plin. Super hoc equo dignum memoria vitium, quòd vbi ornatus erat armatusq; ad prælium, haud vnquam insecndi sese ab alto nisi à rege passus sit, Gel. Bucephalus regijs instratus ephippijs, neminem quàm Alexandrum dorso excepit, vt referunt Q. Curt. (libro 9.) Solin. Plutarch. & Iustin. Grapald. Bucephalus quantisper nudus erat conscendendum se etiam equisoni dabat: ornatus vero regijs iam aulæis collatibusque, neminem admittebat, Alexandro tantum excepto: cæteris periculum facturis, aut alioqui propius accedentibus, ingenti hinnitu occurrere insultareq;, ac nisi cederent fugaq; ubi consulerent, proterere solitus, Plutarch. in libro Vtra animalium &c. Idem in prælijs memoratæ cuiusdam pertinebat operæ, Thebarum oppugnatione vulneratus in alium transire Alexandrum non passus: Multa præterea eiusdem modi, propter quæ rex defuncto ei duxit exequias: vrbem tumulo circundedit nomine eius, Plin. Cum in eo insidens Alexander bello Indico, & facinora faciens forti, in hostium coneum, non satis sibi prouidens immisisset, coniectis vndique in Alexandrum telis, vulneribus ictis in cernice atq; in latere equus perfossus est. Moribundus tamen, ac propè iam exanguis, è medijs hostibus regem viuacissimo cursu retulit: atq; vbi eum extra tela extulerat, ilico concidit: & dominum superstitem securus, quasi cum sensus humani solatio animam expirauit. Tum rex Alexander parta eius belli victoria, oppidum in ijsdem locis condidit: atq; ob equi honores Bucephalon appellauit, Gel. Nonnulli heterophthalmos equos inter præstantissimos collocant (verba sunt Pelagonij in Geoponicis 16. 2.) qualem fuisse aiunt Alexandri Macedonis Bucephalum. Post hæc verba statim sequitur, γλαυκὸν λευκὴν καὶ μακρὰν τὸ δὲ πρόσωπον στενὸν, &c. nec nullum apponitur verbum, quo cum isti accusativi construantur, vt propter mutilatum locum in dubio relinquatur lector ad Bucephalúmne hæc omnia qualis nam ille fuerit, describendum perducant: vel potius, in quo interpretes omnes conueniunt (Cornarius, And. à Lacuna, & Ruellius, qui in Hippiatricorum translatione c. 14 ex Geoponicis hæc adiecit.) ad quemuis equum præstantem. Sed vtroliber referas, quoniam supra omisimus, hic recitanda videntur. Probant igitur habentes (vel, Bucephalos habuit) linguam tenuem & longam, faciem simam vel aduncam, altam cervicem, colorem glaucum (oculorum nimirum:) corpus non imparicns contrectari (ἀνώμαλον vel ἀνωμάλως, quas voces supra explicauimus: Ruellius dissimulat, And. à Lacuna corpus firmum nominat: melius quod ad rem Cornarius dixit, non titillosum: quod ad dictionem, aptius forte titillabundum vel titillabile dixeris, etsi authorem non habeamus:) collum erectum, plenum & crallum [illegible], hoc est nimirum exiguum vt And. à Lacuna reddit: nam collum breue, inquit, seu potius commendatur ab equestribus, prolixum vero ingenerc vituperatur: itaque βραχὺν malnit accipere ero pondo quod magno opponitur, vel pro simplici quod laro non pro breui quod longo contrarium est:) ventrem castigatum & ad ilia contractum: magnitudinem moderatam, μεγέθους μετρίου: venas toto corpore conspicuas & elatas, colorem nigrum saturatum. Ex prælio Alexandri contra Porum Bucephalus non statim, sed vt plurimi prodidere post longas valetudinum curationes expirauit. Referi Onesicritus cum senio ac labore confectum accubuisse. Triginta nanq; annos natus moribundus iacuit, cuius mortem acerrimè indoluit Alexander, & super eo iuxta Hydaspen conditâ vrbem Bucephaliã appellauit, Plutarch. in vita Alexandri. Equus Bucephalus quem Demaratus Corinthius Alexandro donauerat, cum ex omnibus ornamentis nudus erat, equisonem etiam (eumque solum, Diodor.) sibi insidere patiebatur: Cum autem ephippiatus & cæteris regijs ornamentis instructus, nullum alium sessorem quàm Alexandrum admittebat cui sua sponte, & nullo impulsu astabat, & vt facilior conscensio esset, ei ascendenti sese corpore demittebat: Quo vsus est ad omnia

Asiatica

Asiatica bella Alexander, Aelian. Eadem ad verbum ferè legimus libro 17. historiarum Diodori Siculi, vbi tamen nullum equi nomen adiectum est: vt suspicetur forsan aliquis diversum fuisse à Bucephalo, qui emptus traditur à Philippo, vt supra dixi in E. sed quoniam cætera omnia conueniunt cum ijs quæ alij authores de Bucephalo scripserunt, eundem esse credidi etiam. Cum Cyprij (inquit Herodot. libro 5.) contra Persas, à quibus defecerant, se tutarentur, Onesilus rex aduersus Artybium Persarum ducem vtrò constitit. Insidebat Artybius equo, in armatum erigere se docto, & pedibus simul atq; ore eum inuadere. In conflictu igitur, Onesilus, vti conuenerat cum satellite, ipse inuadentem Artybium ferit: satelles vero equo sublatos pedes in Onesili scutum iactante, falce percutiens abscidit: vnde Artybius vna cum equo corruit. Ioannes Tzetzes Chiliade tertia ca. 116. paulò aliter narrat, in hunc modum: Cum Artybius ab Onesilo deiectus esset, equus videns dominum suum prostratum, erectus in pedes anteriores cum Onesilo Cypri rege pugnabat, & clypeum eius percutiens ferè occidisset, nisi pedes eius falcibus amputassent armigeri. Eadem ab eo ijsdem verbis referuntur Chiliade quarta in epistolio. Caligula (inquit Dion, vt citat Cælius 21. 24.) ex equis vnum sic amauit, vt ad cœnam inuitaret, annona quoq; apposita & hordeo, quin & aureo poculo vinum propinabat, per illius salutem fortunamq; concipere iusiurandum soltus: consulem quinimmò designare constituerat: fecisset que, ni consilia interpellasset mox interitus. Cimonis equi inter generosos numerantur, Simonis alij & plutes scribunt, (ego tamen Cimonis malim,) vt dictum est in H. a. in tractatione imaginum equi. In Domitiani equum maximum, Statius Sylvarum libro 1. Datdani illius diuitis Iouis filij trium millium equarum armentum, atque præcipuè ex his duodecim pullos patre Boreæ genitos. Homerus suo præconio nobilitauit. Item Eumeli equus, Erythræus. Oenomai equi Pilla & Harpinna, vide Varinum in Oenomao. Alius fuit Oenomaus qui Parthenium & Eriphum equos suos quum iugulasset, iussit sepeliri, Cæl. Sed male transtulit ex Pausaniæ Eliacorum 2. vbi Marmacis equas ab Oenomao occisas proditur. Pelops equos à Neptuno accepit, Varin. in Oenomao: Vide Palæphatum. Penthesilex equus ab Orithyia Boreæ vxore acceptus, vt Q. Calaber fabulatur. Vide plura de his paulo infra inter fabulosos equos. Probi equus nec decorus nec statutosus erat, sed mira celeritate, vide inter prouerbia. Rhœsi equi, [illegible], Homer. Iliados 10. Hunc versum integrum ad Turni equos transtulit Maro libro 12. Aeneid. Meminit & Rhœsi equorum lib. 1. Aeneid. Trois equi immortales ad fabulosos mox dicendos pertinent. Simonis equi, vide in a. inter imagines equi. Turni equi apud Vergilium ex Orithyia Boreæ vxore, vide inferius in fabulosis. Vlyssis equi, vide infra in Neptuno Hippio.

Equi fabulosi. Bellerophon vel Bellerophontes, primò Hipponus, [illegible], (aliàs Hipponous) dictus est, post ab interfecto Corinthiorum primate Bellero, Bellerophontes. Hic sumpto à Neptuno Pegaso equo ad Chimæram perimendam euolauit, eamq; occidit. Deinde ex rerum felici successu superbiens, quum in cœlum cum Pegaso volare tentaret, Iupiter indignans œstrum Pegaso immisit, à quo agitatus Bellerophontem excussit, ceciditque in campum, qui postea Aleius appellatus est. Pegasus autem à Ioue inter sidera relatus est. Pernicissimus hic equus & alatus fuisse perhibetur, ex Neptuno & Pegaside natus, Gyrald. Sunt qui Diem à Pegaso equo vehi fabulentur, Scholia in Lycoph. Visus eram molli recubare Heliconis in vmbra, Hellerophonteæque fluit humor equi. Propert. libro 3. Vide plura in Onomastico nostro de Bellerophonte, & de Pegaso in vtriusque mentione, item in Scholijs in quintum Iliados Homeri: & in prouerbio Bellerophontis literæ apud Erasmum: & supra in H. a. vbi de equo sydere: Hesiodi Theogonia, Scholiasten Lycophronè, & in voce [illegible] apud Suidam, &c. Eques ipso melior Bellerophonte, Horat. 3. Carm. De Pegaso equo vide Varinum in [illegible]: & eundem & Etymologum in [illegible]. Hellotiam, [illegible], Minervam aliqui dictam volunt, [illegible], Varinus, Scholia in carmen 13. Olympiorum Pindari, vbi etiam paulo post plura de Bellerophonte simul & Pegaso reperies: ferunt autem Pegasum ex Gorgone vel Medusa natum fuisse. [illegible] (forte tanquam [illegible]) & [illegible], Scholia in Homerum. De Pegaso è sanguine Medusæ nato, vide Ouid. 4. Metam. [illegible], Athenæus l. b. 5. Plinius 10. 49. Pegasos fabulosos fuisse existimat. Aristophanes in Pace [illegible] adiectiuum facit, hoc versu, [illegible]. Scyllam & Pegasum nomina nauium fuisse putat Palæphatus [illegible], non monstra vt poëtæ tabulati sunt. Erythræus. Alatum fuisse fingunt poëtæ, nimirum propter celeritatem eximiam: nam & quosuis equos celeres poëtæ volucres cognominant, vt supra in a. & b. diximus: & Solinus tauris Indicis volucrem pernicitatem tribuit. sustratos ostro alipedes, Vergil. Pegasi equi effigies Gabalis in templo quodam visebatur, Pausanias in Corinthiacis. Pegasus (inquit Albert. Magnus) animal est compositum, quod in Aethiopia generatur, permagnum & horrendum, equi formam præferens anterius: alas habet vt aquila, sed multò maiores: caput cornutum (quod & P. Iouius scribit) & adeò monstrosum, vt multa animalia solo aspectu terreantur. Alis non volat in sublime elatus, sed aerem tantum ferit & cursus sui velocitatem sic promouet, animantibus cunctis infestus, maximè vero homini, Hæc ille sine authore: Alij eiusdem commatis scriptores, adijciunt, graui corpore esse, fœda mirabili: alarum remigio adiutum currere potius quàm prouolare: & collisos cere vi pennarum instar turbinis impellere ventos, voracem esse, & in quiete moueri. Pegasides Musæ dictæ sunt à fonte, quem Pegasus ictu vngulæ fingitur aperuisse, ob quam causam & Græcè appellatæ sunt Hippocrenæ, Festus. Vide supra inter propria ab equo deducta nomina. Tarsus Ciliciæ ciuitas, sic dicta est à tarsis, id est calcibus Pegasi, qui è cœlo cum Bellerophonte in senectam delirante, in Aleium campum deiectus est, Eustathius in Dionysium Afrum. Dictus est autem campus Aleius [illegible], ab errore, quòd in eo Bellerophon solitarius & equo & mente deiectus oberraret, quæ etymologia vel Homero approbata videtur, Eustathius. Pegasarium cursorem Baysius veredarium appellat. Cenchrippe dictus est locus Argis, quod Bellerophon illic primum stimularit (ut ait Græcè dictum) Pegasum equum, Varinus. Est & Pegasus, [illegible], viri nomen, qui ex Eleutheris Bœotiæ oppido Bacchi simulacra Atticæ inuexit, &c. Scholia in Acharnen. Aristophanis. Pegasos equino capite volucres, & gryphas antiquos aduncitate rostri fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Aethiopia, Plinius: Etalibi, Aethiopia lynces & sphingas generat, multaq; alia monstro similia: pennatos equos & cornibus armatos, quos Pegasos vocant. Aethiopici cœli ales est Pegasus, sed hæc ales equorum nihil præter aures habet. Solinus. Penthesilea Amazonum regina equum celerrimum ab Orithyia Boreæ vxore accepit. [illegible], Q. Calaber lib. 1. Vergilius undecimo Aeneidos

Aeneidos Turni equos ex Orithyia natos ſcribit, & alibi duodecim pullos in armento Dardani patre Borea genitos. Buſiris & Diomedes equos humana carne pauerunt, Textor. Abſenti Aeneæ currum, geminosq; iugales Semine ab æthereo, ſpirantes naribus ignem, Illorum de gente, patri quos dædala Circe Suppoſita de matre, nothos furata creauit: Landinus exponit, Circe Solis filia furtim & clam patre ſupponens matri, ſcilicet equam, equos Solis creari fecit: hos vocat nothos quòd eorum mater mortalis, pater verò diuinus eſſet: nam propriè nothi dicuntur, quos nobilior pater ex ignobili matre creauit. Tractum eſt, inquit Seruius, de Homero, qui tales equos habuiſſe inducit Anchiſen Iliad. quinto. Πῦρ ἀνέδυ τῶν δ' ἐρχομένων ἵππων, Pindar. de Sole. Ignipedes equos Ouid. dixit 2. Metam. Licet ignipedum frenator equorum Ipſe tuis altè radiantem crinibus arcum Imprimat, Stat. Diomedes rex Thraciæ, ab Hercule ſuis equis in pabulum datus eſt, eadem talione qua ille in hoſpites ſæuire conſueuerat. Suisq; regem pabulum armentis datum. Vide Onomaſticon, Palæphatum. & Cælium 13 8. Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis Impius humano viſcere pauit equos, Ouid. Vide prouerbium Diomedea neceſſitas apud Eraſmum. Diomedes Thrax cum filias haberet meretrices, cogebat hoſpites αὐτοῖς συνεπαίειν ἕως ἔκφρων σχῶσι καὶ ἀναλωθῶσι τοῖς ἀνδράσι, proinde in fabulis ἵπποι ἀνδροφάγοι nominantur, Scholia in Eccleſiazuſas Ariſtophan. Diomedis equæ, id eſt filiæ libidinoſæ, aduentantes voraſſe ſunt dictæ: quanquam interimi à patre ſolitos intelligere maluit Euſtathius, Cæl. Ex Diomedeis equis prognatus fuiſſe creditus eſt equus Cn. Seij, de quo dicam in prouerbio Scianus equus. Equus albus Diomedi immolabatur apud Venetos, vt mox inter ſacrificia referam. Circa Abderam & limitem qui Diomedis vocatur, equi naſcētibus illic herbis paſti, inflammantur rabie, circa Potnias vero aſini, Plin. Aelianus non aſinos ſed equos etiā ex fonte Potniæ bibentes, qui non procul Thebis abſit, in rabiem verti ait. Potnia vrbs eſt Bœotiæ, non longe à Thebis, vbi Glaucus Siſyphi filius & Meropes; habuit equas, quas conſueuerat humana carne alere, quo cupidius in hoſtem irruerent: quem ipſum tandē, cum alimenta deficerent (vel vt alij, cum ſacra Veneris prohiberet) deuorarūt. Hinc dictæ equæ Potniades apud Ouidium in Ibin. Vide Onomaſticon in Glauco, & Palæphatum, aut etiam Vergilij interpretes in tertium Georgicorum ſuper his carminibus. Et mentem Venus ipſa dedit, quo tempore Glauci Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ. Glaucus alter ab equis deuoratus, Γλαῦκος ἄλλος ὑφ' ἵππων βορὰ γενόμενος: quadrabit in hominem alendis equis exhaurientem facultates ſuas. A fabula natum, qualis fertur & de Actæone, Eraſm. in prouerb. Τρωϊκοὶ ἵπποι (apud Homerum Iliad. 8. & rurſus penultimo) equi Trôis intelliguntur, qui etiam immortales dicuntur: non Troici vel Troiani, de quibus nihil eximium proditur, Varin. Propter Trôis equos regnante Laomedonte captū ab Hercule Ilium fertur: nam cum Laomedon equos præſtantiſſimos Herculi, vt Heſionen eius filiam monſtro marino expoſitam liberaret promiſſos, re peracta negaret, Hercules indignatus Troiam euertit, Onomaſticon. Fertur autē hos equos Laomedon à Ioue pro Ganymede accepiſſe, Scholia in Lycophronem, Cæl. Ex his etiam Anchiſes fœminis clam admiſſis, pullos habuit, Hom. Iliad. 5.

His attexemus quæ ad religionem pertinent, circa deos, ſacrificia, ſepulchra omina. Et quoniam pluſcula de dijs ſe offerunt, ordinem literarum ſequemur. Apollo, vide in Sole. Caſtoris equus nomine Cyllarus, vt inter propria dixi.

Ceres in equam mutata, Oncij armento ſe immiſcuiſſe fertur, cū Neptunus amore eius Proſerpinam quærentis captus inſequeretur: Neptunus autem decipi ſe intelligēs, etiam ipſe in equum mutatus rem cum illa habuit: vnde Ceres initio valde indignata eſt, & Erinnys inde cognominata: poſtea verò ira remiſſa in Ladone fluuio ſe abluit, & inde Luſia dicta eſt, Pauſan. in Arcadicis. Ex hoc concubitu Arionem equum natum fabulantur, vt inter propria equorum nomina dixi. Prope Phigaliam Arcadiæ vrbem in monte Elaino, Cereris Melænæ, id eſt nigræ pullatæue ſacrum fuit antrum. Deæ cum Neptuno congreſſum ſub equina ſpecie celebrant Arcades. Verum non inde natum Phigalenſes equum volunt, ſed quam dicūt Arcades Δέσποιναν. Deam vero indignatione in Neptunū concepta, prætereaq; Proſerpinæ raptu conſternatam, ſibi pullam induxiſſe veſtem ac in ſpeluncam ſeſe inſinuantem, diu poſtea non eſſe viſam, &c. hinc antrum illud Phigalenſes Cereri ſacrum aſſerunt, atque ſimulacrum inibi conſecraſſe, habitu quidem in petra ſedentis ac cætera mulieri perſimile, præter caput quod cum coma erat equinum, adnexis draconum & ferarum id genus item iconibus. Tunica ad talos demiſſa. Delphin manū ſuſtinebatur: columba verò altera. Cereris & antri ſic quodā reſponſo meminit Apollo, quum Phigalenſes deum adijſſent: Ἀρκάδες αἰζηοὶ βαλανηφάγοι, οἱ Φιγαλείαν Ναιετάετ' ἀμφιλεχοῦς ἀμφοῖν κευθμῶνα ἄνακτα, Hæc Cælius 13 31. ex Pauſaniæ Arcadicis, vt apparet.

Diana apud Arcades Εὐρύπη dicebatur, ab equarum inuētione, quas amiſerat Vlyſſes, qui & equeſtris Neptuni ſtatuam erexit, Cælius ex Pauſaniæ Arcadicis. Aiunt autem Vlyſſem (inquit ibidem Pauſan.) cum equos illic (vbi nunc Pheneatarum acropolis eſt) reperiſſet, voluiſſe equos in Pheneatarum regione nutrire, vt boues in Epiro quæ è regione Ithacæ eſt. Cæterum equeſtris Neptuni ſtatuam ex ære ab Vlyſſe poſitam, parum mihi veriſimile ſit, quo tamen temporis æris fundendi ars nondū extiterit, Hæc ille. Cælius ex hoc loco ineptè vertit, Vlyſſem ſtatuam equeſtris Neptuni erexiſſe, ſed non ex ære. Hippolytum ab equis diſtractum reuocatum aiunt ad vitam herbis quibuſdam (Aeſculapij) & amore Dianæ. Iupiter vero talis medicinæ, qua mortui vitæ redderentur, repertori indignatus, Aeſculapium fulmine ad inferos deiecit. At Triuia Hippolytum ſecretis alma recondit Sedibus: & nymphæ Aegeriæ, nemoriq; relegat: Solus vbi in ſyluis Italis, ignobilis æuum Exigeret, verſoq; vbi nomine Virbius eſſet. Vnde etiam Triuiæ templo, lucisq; ſacratis Cornipedes arcentur equi: quòd littore curru, Et iuuenē, monſtris pauidi effudêre marinis, Vergilius 7. Aeneid. Vide Cælium 11. 24. Poetæ equos Nocti nigros adſcribunt, Diei candidos: Lunæ nigrum alterum, alterum album. Textor. Lunæ Aethiopes conſecrant ξανθὸν ἅρμα βοῶν Δηὼ τὸ θέλγειον, ὡς ἔοικε τῆς γυναικὸς σωτῆρος καὶ θεροῦς τινος, Heliodorus lib. 10. Et alibi, τὸ βωμῶ τῆς μὲν σελήνης παρεστήκει ταύρων ξανθὸς· τῷ δὲ τοῦ ἡλίου, τέτρωρον ἵππων λευκῶν ἅρμα ἐπὶ τῆς ἐσχάρας ἐκτεταμένον. Diei equi apud Homerum Lampus & Phaethon: recentiores vero vt & Lycophron, Diem à Pegaſo equo vehi aiunt, Scholia Lycophronis. Hecate etiam ad Dianam ſiue Lunam pertinet: fingitur autem τεμαχοκέφαλος, tergemina Auſonio: quòd caput eius dextrum ſit equi, ſiniſtrum canis, medium hominis agreſtis. Ταρταρόπαις Ἑκάτη, λαιὸν δ' ἀμφίεσσι θεμὼν Γοργοχαίτης, δεξιὰ δ' ἡνιοχῆος Ἀναστῆρος σκυλάκεια· μέσση δ' ἔφυ ἀγρεμόεσσα, Orpheus in Argonaut.

Fortunæ equeſtris ædem vouit Fuluius prætor in Hiſpania, quod ſtrenua equitum opera in Celtiberos vſus foret, Cælius. Et alibi, Equeſtris Fortunæ templum fuiſſe legimus in Taciti Annalibus, apud Antium, nec in vrbe ad ſua tempora viſitatum. Hecate, vide in Diana. De Heniocho ſydere ſupra in e. diximus. Hercules ἵππιος cognomine Oncheſtico colitur, vel (vt alij) Thebis, Heſychius & Varinus. Hippodotes (per o. in penultima, malim pet

lim per epsilon.) Hercules cognominatus, vt scribit Pausanias: cui templum Bœotij construxére, ea scilicet ratione, quod cum Orchomenij aliquando vsq; ad eum locum veniissent, Hercules noctu equos, qui ad eorum currum erant iuncti, colligauit: vnde & cognomentum deductum, Gyraldus. Ἵππιον κικλήσκουσι Βακχεῖοι τροφὸν Διόνυσον Orpheus in hymno ad Hippam Bacchi nutricem. Vetus Orphici codex (inquit Gyraldus) Hiptam non Hippam habet. Ἵππα, δρυοκολαπτὶς (picus auis, dryocolaptes vsitatius) καὶ Ἥρα, id est Iuno, Hesychius non suo loco, sed statim ante Ἵππειος. De Iunone hippia paulò mox dicam. Hippe Chironis Centauri filia in equam mutata, vt supra in equo sydere dixi ex Higino. Ouidius tamen 2. Metam. Ocyroën Chironis filiam in equam mutatam fabulatus. Hipponam deam equorum & stabuli antiqui venerati sunt, vt Bubonam boum: de hac dea Plutarchus in Parallelis meminit, & Apuleius lib. 3. Asini aurei, & Tertullianus in Apologetico & Fulgentius ad Chalcidium: cænum inter deos Semones, qui vocantur, quos nec cœlo dignos putabant, ob meriti videlicet paupertatem, Fulgentius commemorat. Iuuenalis quoq; eandem intellexisse à plerisq; putatur in illo: Iurat, Solam Hippo, & facies olida ad præsepia pictas: vt scilicet Hippò & Hippona dicatur, Gyraldus: sic Dido & Manto pro Didonem & Mantonem dicimus. De Hippona puella (aliqui, perperam puto, Eponam vocitant) quam Feluius quidam ex equa genuit, supra dixi inter propria hominum. Respicio pilæ medio, quæ stabuli trabes sustinebat. In ipso vero meditullio Hippona dea simulacrum residens ædiculæ, quod accuratè corollis roseis quidem recentibus fuerat ornatum. Apuleius 2 Metam. Iuno etiam hippia, id est equestris cognominata est, Gyraldus. Hesychius Hippiam interpretatur Iunonem, vt paulo ante retuli. Iouis currũ, qui in exercitu Xerxis Xerxen ipsum præcedebat, octo equi albi trahebant, Herodotus lib. 7. Equo vehi flamini Diali non licebat, ne si longius digrederetur, sacra negligerentur. Festus. Fel equinum tantum inter venena damnatur, ideo flamini sacro equum tangere non licet, cũ Romæ publicis sacris equus etiam immoletur, Plinius. Pirithous, Πειρίθους, nomen accepit Ἀπὸ τοῦ περὶ θεῖν τὸν ἵππον τὸν τοῦ Διὸς ἐν τῷ μίγνυσθαι τὴν μητέρα αὐτοῦ Scholia in primum Iliados. Multis gentibus equum hostiarum numero haberi, testimonio sunt Lacedæmonij, qui equum ventis immolant, &c. & Salentini, apud nos membranæ (* sic habent impressi codices mutilati) Ioui dicatur, viuus conijcitur in ignem, Festus. Calaber lib. 14. Iouis currum & equos describit hisce carminibus, Τοῦ δ' ἅρματος ἔνδοθεν ἐὼν Βορέης ἐλέφαιρε δῶρα Νύκτος π. Τοὺς δ' ἄνεμοι ἅμα πάντες ὑπὸ ζυγὸν ἦγαγον Ἥρης Ἅρματος αἰὲν ἐόντος, ἐοικότα ἀμβρότῳ Διὶ Χερσὶν ὑπ' ἀκαμάτοισιν ἀτειρέος ἐξ ἀδάμαντος Luna, vide Diana. Martis hippij id est equestris, ara in hippodromo Olympico fuit, Calius ex Pausania. Equirria ludi quos Romulus Marti instituit per equorum cursum, qui in campo Martio exercebantur Festus. Cur Idibus Decembris (verba sunt Plutarchi in Romanarum rerum quæstionibus capite 93. Ἱππάριος malim Ἵππος, id est equus) in cursu equorum victor dexter sacer. (Videtur autem non Decembris sed Octobris legendum, vt mox ex duobus Festi locis recitabimus & Gyraldus asserit in libro de annis & mensibus: Est sanè October vniuersus Marti sacer.) Marti immolatur, & caudã statim decisam ad Rheginam (regiam, Festus) qui dicitur locus, deportat aliquis, & aram cruore spargit, de capite vero inter se decertant, alij de sacra via descendentes, alij de Suburra aduersus eos impetum facientes? An quod Troiam equo captam putant, idcirco equum supplicio afficiunt, quòd è Troianis oriundi, Mixtaq; Troiugenũm sint pignora clara Latinis? An quod iracundũ, ferox, & bellicosum animal est equus? dijs autem grata & accommodata inprimis immolant. Victor autem idcirco immolatur, quod victoriæ Mars author est: Vel potius, quoniam Marti conuenit stare loco, & qui locum suum in acie tuentur, vincunt eos qui non manent sed fugiunt: vt celeritas (per equum insinuata) tanquam fugæ & timiditatis occasio (ἐφίππιον) per hoc sacrificij genus puniatur, & tanquam sub ænigmatis inuolucro fugam minimè salutarem esse intelligatur. Equus Martii immolabatur, quod per eius effigiem Troiani capti sint, vel quod eo genere animalis Mars delectari putaretur, Festus. Et alibi, Panibus redimibant caput equi immolati idibus octobribus in campo Martio: & id sacrificium fiebat ob frugum euentum: & equus potius quàm bos immolabatur, quod hic bello, bos frugibus pariendis est aptus. Festus. Et rursus, October equus appellatur, qui in campo Martio mense October immolatur quotannis Marti, bigarum victricium dexterior: de cuius capite non leuis contentio solebat esse inter Suburranenses & Sacrauienses: vt ij in regiæ pariete, illi ad turrim Mamiliam affigerẽt: eiusdemq; cauda tanta celeritate perfertur in regiam, vt ex ea sanguis distillet in focũ, participandæ rei diuinæ gratia: quas hostias hic quidam Marti bellico sacrari dicunt, non (vt vulgus putat) quia velut supplicium de eo (equo) sumatur, quòd Romani Ilio sunt oriundi, & Troiani ita effigie equi sunt capti, Hæc Festus.

Equorum greges, quos in traijciendo Rubicone Marti (aliàs flumine non Marti) consecrauerat, ac sine custodibus vagos dimiserat, comperit pabulo pertinacissimè abstinere, vbertimq; flere, Tranquillus in vita Iulij Cæsaris.

Colebatur Mars à Carmanis, cui quod equis carerent, eorumq; inopia in bello asinis vterentur, asinum sacrificabant, vt Strabo lib. 15. scribit: id à Scythis fieri ait Arnobius Apollodorum citans, Gyrald. Martis equi bijuges, Vergilius in Georgicis: Equos eius Terrorem & Pauorem Valerius lib. 3. Argonaut. nominat, ex Homero scilicet, qui Iliados quinto & alibi eosdem Deimon & Phóbon appellat.

Minerua hippia, id est equestris, vt Phurnutus ait: item Pausanias in Atticis, nec quidem semel. item Arpocration, (& Suidas in Ἵππια Ἀθηνᾶ.) sic verò nuncupata quòd currum instruxerit prima: hanc Isæus rhetor & Musæas Neptuni filiam fuisse tradiderunt ac Polyphes Oceanitidis.

Δάμιππα etiam vocatam scribit Phurnutus, quasi dicas equidomitricem, Gyrald. & Cęl. Palladis hippiæ ara in hippodromo Olympico fuit Cælius ex Pausania. Pallada equestrem in Libya genitam aiunt, Cæl. Mineruæ hippiæ (Ἀθηνᾶς ἱππίας) & Neptuni hippij aræ sunt in Hippio dicto Colono Atticæ (cuius supra mentionem fecimus inter propria locorum) Pausanias. Ἵππιον Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ποιήσω. Callimachus de Minerua id est, Gaudens equorum & scutorum sonitu. Hippia vocata est Minerua, quòd è capite Iouis cum equis prosilierit, vt scriptus in eã hymnus indicat. Vel quòd Coryphe (lego Polyphe, vt Suidas & alij habent) Oceani filia ex Neptuno eam vnà cum curru pepererit. Vel quòd Adrastus Thebis fugiens, quum equos in Colono sisteret, Neptunum & Mineruam Ἱππίας appellârit, Etymologus & Varin. Neptunus Ἵππιος, vel (vt alij scribunt) Ἵππειος per ει. in penultima, id est equestris cognominatur, Suidas & Varinus. Hippius Neptunus cur appellatus sit, cum alias causas ab aliis fuisse existimatas, in Achaicis dicat Pausanias (quas tamen non recensет:) Ego, inquit, sic puto cognominatum, quod ἱππικὴν, id est equitationis inuentor fuerit: nam & Homerus in equorum certamine Menelaum ab dei huius appellatione adhibuit (Menelaum Antilocho deferentem facit, Camerar. Iuramentũ, quod equis conueniret, Ἵππιον ἀλάμενος, γαίηοχον εἰνοσίγαιον Οὔνομα, μηδὲ ἑκὼν πέλεται ὅλιος ἅρμα πεδῆσαι Pamphos (* ἄμφος) vero,

vero, qui Atheniensibus antiquissimos hymnos fecit, esse dixit Neptunum [illegible] (sic enim Camerarius) non aliunde nisi ab equestri appellationem deflectens. In Arcadicis autem idem Pausan. ex Neptuno ait in equum mutato Cererem peperisse filiam, cuius nomen non est profanis enunciandum, & Arionem equum quare subdit: Neptunus primum apud Arcadas hippios cognominatus est. Fuit quoq; templum huic deo apud Halesium montem Mantineæ, quod qui ingredi ausus fuisset, vndarum aspersione occæcabatur, nec multò post moriebatur, &c. Gyraldus ex Pausania. Et mox, Hippius Neptunus & Damæus vocatus est, ab equorum, vt arbitrantur, domitione Cæl. de quo alibi. Diodorus Siculus de Cretensibus agés, Addunt (inquit) etiam Neptunum equos primum domuisse, arteque equitandi ab illo traditam, ex quo hippius sit appellatus. Val. Probus in Comment. Verg. super ea in Georg. verbis, Tuq; ô cui prima frementem Fudit equum tellus, &c. Campi, inquit, in Thessalia sunt Petræi, in quibus locus Petra nomine, percussus tridente Neptuni equum, qui Scyphius vocatus est, edidit. Romani autem Neptunum equestrem vocant, Græci [illegible], quod exilimetur princeps originis equorum, &c. Festus quoque ità: Hippius, id est equester dictus est, vel quòd Pegasus ex eo & Pegaside natus sit: vel quòd equuleus, vt putant, loco eius suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno deuorârit: vel quòd tridentis ictu terra equum excierit, cui ob hoc in Illyrico quaternos equos iaciebant nonò quoque anno in mare, Hæc Festus. At vero Isidorus de Circensibus ludis agens, Iniq;, inquit, Castori & Polluci deputantur hæ species, quibus equos à Mercurio distributos historiæ docent: sed & Neptunus equestribus ludis præest, quem Græci hippion appellant: sed & Marti & Ioui in ludis equestres sunt consecrati, & ipsi quadrigis præsunt. Porrò & Phurnutus inter cætera & hoc ait, quòd ideo hippius dictus sit Neptunus à velocitate nauigationis maritimæ quodq; naues in mari quasi equi esse videntur (vel à fluctuum marinorum maximâ asmilitate, Camerar.) Hippij Neptuni meminit & Artemidorus in primo Oniroriticôn, Hæc omnia de hippio Neptuno Gyraldus. Petræi Neptuni fabulam aliqui hunc in modum tradunt, quòd Neptunus aliquando dormiens in petrâ quapiam, per somnum Venere pollutus sit: quod effusum semen terra suscipiens, equum primum ex illius vocatum Scyphion. Alij dispositum fuisse certamen scribunt Petræo Neptuno, in eo loco vbi primus equus [illegible], egressus est propter quod & hippius Neptunus est dictus, Cyrenius. Vide Isperius in Cerere, qui cum in equam mutata Neptunum equum coisse nugantur, quam fabulam describit etiam Cælius in tpe libri 18. Lactantius Grammaticus in Thessalia terrâ tridente percussam scribit à Neptuno, ex quo (mirum dictu) prosiluerint equi duo, Scyphios & Arion, inde nata Thessalicorum equorum præstantia. Seruius grammaticus, in contentione cum Minerua de Athenarum nomine, ab Neptuno littore percusso, equum scribit productum, sed a noitris coarguitur, &c. Cælius 21.24. Primus ab æquoreæ percussis cuspide saxis Thessalicus sompes. bonis scribibus omen Exiluit, Lucanus lib 6. Neptuniq; ipsa deducat origine gentem Vergilius de equo nobili. Neptuni hippij & Minervæ hippiæ aræ sunt in Hippio dicto Colono Atticæ, cuius superius inter propria locorum mentionem feci. Pindarus in Pythijs Cyrenen [illegible] cognominat, vbi aliqui caulam referunt, quod ab Neptuno edocti sint Libyes currus iungere, Cæl. De Neptuni equestris templo & miraculis, vide Leoncenum in Varijs 1. 4. De hippio Neptuno vide Etymologum in [illegible] vel [illegible] pro [illegible] perperam legitur. Vlysses inuentis equis quos amiserat, equestris Neptuni statuam erexit: inde & Heurippa Diana dicta, vt supra retuli ex Pausania.

[illegible] (sic enim legendum puto. vt forte naues intelligat) [illegible] vel quoniam Arionem & Pegasum equos genuit Neptunus, Varia. Achillis equi præstantissimi & celerrimi erant: acceperat autem illos Peleus à Neptuno, Homerus Iliad. Ψ. Consus Neptunus (inquit Gyrald.) à Romanis, qui & equestris vocatus est, vt Liuius scribit, vnde dicta Consualia, quæ primum dicebantur, mox Circenses & ludi magni, & Romani. Tum Iouis & Consi germanus, Tartareus Dis, Ausonius. Et alibi, Cæneca mutauit proles Saturnia Consus. Plutarchus cum alibi, tum maximè in Romulo, Romulum ait cuiusdam dei aram conditam sub terram in Circo inuenisse, eiq; deo indidisse nomen Consi (tanquam absconso forte, extra Plutarchum) siue à consilio, quòd consiliarius foret: siue Neptuni equestris: aramq; ipsam reliquum tempus latere, in equestribus vero certaminibus aperiri. Sic verò & Dionysius Halicar. in primo historiarum, Dedicarunt, inquit, & Romani Neptuno equestri templum, atq; diem illum solennem, quem Arcades Hippocratia, Consualia Romani vocant, ijdem constituere: quo in die apud Romanos ex consuetudine cessant ab operibus equi, & muli redimiti floribus capita. Equos & asinos cur Cõsualibus otiari sinant, ex Plutarchi rerum Romanarum problematis in Asino scripsi. Varro Consualia dicta ait à Conso, quòd tum feriæ publicæ ei deo, & in Circo ad aram eius à sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ. Consuales ludos ait Festus celebrari mulis solitos esse in Circo maximo, quòd id genus quadrupedum primò currui vehiculisq; adiunctum putetur. Idem tamen alibi, mulos Lunæ asscribit. Hactenus Gyraldus, apud quem si libet etiam plura de Conso & Consualibus lege, Syntagmate quinto Operis de dijs. [illegible], Neptunus Consus, Lexicon. Neptunus equos sit certa priorum Fama patet primus teneris læsisse lupatis Ora, & littoreo domitasse in puluere fertur, Papinius in Thebaide. Fuit & Thebis hippodromij templum Neptuni, quod Chrysippus ex carmine significat Pindarico ex Isthmijs, Cælius: Gyraldus aliter, Hippocronius, inquit, Neptunus cognominatus fuit, cuius & Thebis sacrum celebrabatur, vt Pindarus in Isthmijs, itemq; in Nemeis manifestat: legi & hippocurium Neptunum alicubi nuncupatum. Conijciat sanè aliquis hippocronium dictũ Neptunum, quod Saturnus, Græci Cronon dicunt, hippon, id est equum pro eo deuorârit. Hippocronia quidem nugas interpretantur, quasi dicas nimium antiqua & obsoleta, qualia sub Saturni regno fuerunt.

[illegible] epitheton Neptuni [illegible], Helychius: [illegible] Neptunus lingua Delioram, Lexicon. Apud Varinũ in Melantho [illegible] legitur, quod magis probo. De Arione Adrasti equo ex Neptuno genito, supra dictum est inter propria equorũ nomina. Bellerophon Neptuno sumpsit Pegasum equum. Ab eodẽ Pelops dono accepit equos, Varinus in Oenomao. Fabulantur aliqui de Methymnæis, oraculo iussos virginem Neptuno in mare demisisse: & Enallum ducem quendam, eius amore captum vt eam seruaret enatasse: & tum quidem vtroq; mari obtectos esse: post tempus vero aliquot Enallum redijsse, & narrasse quòd virgo quidem inter Nereides sit, ipse verò equos Neptuni cum aliquandiu pauisset, magno superueniente fluctu natando secutum se euasisse, Athenæus lib. 11. Silius lib. 3. fingit Neptuni currum trahi equis marinis, Non aliter quotiens perlabitur æquora curru, Extremamq; petit Phœbæa cubilia Tethyn Frenatis Neptunus equis. Peliam Neptuni & Tyrûs filium equa nutriuit, Aelian. 12. Variorum.

Neptuni in equum mutati fabulam Ouidius describit 6. Metam. Meminit & Pausanias in Arcadicis, vt supra dixi in Cerere. Nocti equos nigros poëtæ adscribunt, Diei candidos: Lunæ nigrum alterum, alterum album, Textor. Humentes iam Noctis equos, Lethæaq; Somnus Frænа regens, Claudian. 3. in Rufin. Pluto [illegible] gnominatur quinto Iliad. Scholia exponunt equestremegregios equos habentem: Vel [illegible] Et rursus Iliad. vbi Scholia Portassis autem insignes equi ei attribuuntur, quia mortem nemo effugere potest. Vide etiam Varinum in Κλυτοπώλῳ. Proserpinam Pindarus in Olympijs λαμπαδοπώλον nominat, siue quia mos est puerum (vt ait Scholiastes) huiusmodi epithetis deos ornare: siue quòd cum eam à Plutone raptam Ceres mater quæreret, albo currui insidentem inuenerit. Saturni in equum mutati fabulam recensetOuid. 6. Metam. Talis & ipse jubam cruice effudit equina, Coniugis aduentu pernix Saturnus: & altum Pelion hinniti fugiens impleuit acuto Virgil. in Georg. cum equum bellatorem describisset. Rhea Neptunum enixa inter gregem agnorum iuxta Arnen fontem ab agnis appellatum occultauit, Saturno autem equum se peperisse dixit, & pullum equinum ei deuorandum dedit, Pausanias in Arcadicis. Sol λαμπάδοπώλος, quod duobus equis albis vehatur, Lexicon. Solem Aristophanes vocat ἱππονώμαν, τὸ ἑλαύνοντα νῷ τεμαῖσπερ τὸ ἅρμα, ἐ ἐοὺ ἵππους ἡνιοχοῦντα, Varinus. [illegible] Pindarus de Sole. Interea volucres Pyrois, Eöus & Aethon, Solis equi quartusque Phlegon, Ouidius secundo Metamorph. Οἷς ἀγχιστέφανος ἡλιοδρόμος ἔρχεται, Theodectes de Aethiopibus. Ignipedum frenator equorum Statius libro primo Thebaidos. Sol equos suos ne fatigentur pascit herba quadam, qua gustata Glaucus immanare se præcipitem dedit, & in dæmonem marinum mutatus est, Alexander Aetolus apud Athenæum. Equus animal est ἑλιακὸς, ὑδρομανὲς χθόνιος, πυθωνι φίλον, Proclus in dies Hesiodi. Erichthonius omnium princeps, currus equis iunctis docuit quadrigis solaribus persimiles compingere, vt supra dixi. Apollo nomius, id est pastoralis, quod pauerit equos Admeti de quibus supra etiam memini. Vide Onomasticon in Admeto. Πιερία, locus Thessalicus, qui forte palustris erat & aptus alendis equis. Pauit autem Apollo Eumeli equos, tanquam pastor & mercenarius (θητεύσας) Admeti aut à Ioue coactus, vt qui Cyclopes occidisset, non illos Homericos, sed alios quosdam, Varin. Iosias rex aboleuit equos, quos dederant reges Iuda Soli, in introitu templi Domini, iuxta cameram Nethanmalech eunuchi, qui princeps erat in suburbijs & quadrigas Solis combussit igne. Regum 1. 23. Hic Munsterus, Adolaturi Solem (inquit) insidebant equis illis, equitabantq; ab ingressu templi vsque ad cameram Nethanmalech. Apollinem Persæ equo placabant. Placat equum Persis radijs Hyperiona cinctum Ne detur celeri victima tarda deo, Ouidius lib 1. Fastorum. Massagetæ etiam, vt Herodotus in fine libri primi docet, equum vt pecorum pernicissimum Soli vt deorum pernicissimo immolant Idem de Persis Varinus refert in voca Ταύρους. Equum Soli immolaria Massagetis scribit Strabo lib. 11. Herodotus etiam à Scythis idem fieri tradit, Gyraldus. Philostratus in Heroicis refert Palamedem Græcis præcepisse, vt orienti Soli candidum equum mactarent. Quadrigæ de equis albis Soli ad sacrificium apud Aethiopes adornantur, Lunæ vero bigæ boum siue taurorum. Heliodorus. Rhodij quotannis quadrigas Soli consecratas in mare iaciunt, quod is tali curriculo fertur circumuehi mundum, Festus. Pullum à quo pullium, vel hippomanes, abstulerint pastores, Soli immolant, vt supra in hippomanis mentione ex Aeliano retuli. Exercitu Persarum progrediente, ignis quem ipsi sacrum æternumq; vocabant, argenteis altaribus præferebatur. Hunc mox insequebantur magi, magos iuuenes 165. puniceis velati amiculis, quos in anno dies sunt. Mox Iouis sacer currus, quem albi traherent equi: Post quos insigni magnitudine visebatur equus Solis, sic enim dicebatur, Cælius. Ventis equum immolant Lacedæmonij in monte Taygeto, ibidemq; adolent: et eorum flatu cinis eius per finitimos quàm latissimè deferatur, Festus: in causa forte est ventorum celeritas: qua ratione, vt diximus, etiam Soli immolabant equum. Venus hippodamia, ἱπποδάμεια nominata apud Hesychium. Iereth Briseis. Ἐφέπια & Ἀφροδίτη, id est Equestris Venus (hoc est, equo insidens) ab auriquis effingebatur. nam Veneris filius Aeneas, cum occasum versus nauigasset equum mox consecrdit, & hac statua matrem honorauit, vt Suidas scribit (in Ἀφροδίτη,) Gyraldus.

Romæ publicis sacris equus immolatur, Plinius: videtur autem Octobrem equum intelligere qui Marti Romæ immolabatur, vt supra diximus. Ioui etiam, & Soli, Ventisq; sacrificatos equos in singulorum mentione retulimus. Scribunt aliqui [illegible], Scholiast. Lycophr. Apollonium adeuntem Babyloniorum rex Græco sermone sacrificare vnà secum dijs iussit. Erat autem candidum equum mactaturus ex Nisæis de meliore nota sic instructum tanquam in pompam processurū, Philostratus lib. 1 Regem Indorum aiunt ad flumen accedere cum augeri dies incipiunt & illic equos nigrosque tauros flumini tanquam deo sacrificare Philostratus. Tauros, veteres fluuijs consecrabant: alij, qui etiam equos viuos in eorum vortices inijciebant, vt Troiani in Xanthum, Varin in Ταύρος. [illegible], partim de singulis hecatomben immolandi, partim epuli populo parandi gratia, Heliodorus 10. Aethiop Cum Thebani aduersus Lacedæmonios bellum gererent, Pelopidæ vni ex ducibus Thebanis Scedasum in somnis visum aiunt: aduentare enim Leuctra Lacedæmonios, illic filiabus pœnam daturos: vno vero prius die quàm cum Lacedæmonijs confligerent, pullum equi ([illegible], lego ἵππου) candidum instructum ad sepulchrum virginum mactari iussit, Plutarchus in Amatorijs cap. In Venetis sanè quidam Diomedi insignes existunt honores: nam candidus illi immolatur equus, Strabo lib. 5. & Eustathius in Dionysium. In Thessalia is qui vxorem ducturus est, pro nuptijs sacrificans, equum bellatorem inducit frenatum, & omnibus armis instructum: Deinde sacrificatione facta, equum vxori habenis ducendum tradit. Iam porrò id quam significationem habeat, Thessalis explicandum relinquo, Aelianus. Ἱπποβοσία, equum immolare apud Strabonem. In festis quibusdam Tartarorum præparatur lac equinum (equarum albarum) in vasis decentibus. & rex ipse manibus suis diffundit hinc inde lac illud pro honore deorum suorū, arbitrans & magis suis sic edoctus quod dij lac bibant effusum & solliciti sint conseruatores omnium eorum quæ possidet. Post sacrificium illud nefandum bibit rex de lacte equarum albarum, nec vlli alteri licet illa die Libere de lacte illo, nisi fuerit de progenie regis, præter populum quendam regionis illius Horiach vocatum, qui hoc etiam gaudet priuilegio, propter victoriam quandam magnam, quam pro magno Cham Chinchis obtinuit. Hinc fit vt equi sibi atq; equæ in magno à populo illo habeantur honore. Rex quidem huius coloris equos & equas supra decem millia possidet, Paulus Venetus 1. 65. Sauromatæ plurimos alunt equos, vtpote Nomades, quibus non tantum ad bellum vtuntur, & in cibo: sed dijs etiam suis immolant, Pausanias in Atticis.

In rogo Patrocli comburebantur etiam equi apud Homerum Iliad. ψ. Volucer equus Veri imperatoris sepulchri

pulchri honore affectus est, vt inter propria equorum dixi in a. Cimonis equæ post tres victorias Olympicas, Athenis sepultæ sunt, vt in Olympiorum mentione diximus. Magnum in equis alendis studium posuerũt Megacles & Cimon Athenienses, qui equos suos etiam sepeliri curarunt. Tzetzes Chiliade quarta, in epistolio. Scythæ eum rege defuncto aliquam eius pellicum strangulatam sepeliunt, & cum qui vina miscebat, & cocum, & hippocomum, & ministrum, & qui erat à nuntijs, nec non equos, & alias res. Circumacto anno rursus hoc agunt. E famulis regis, qui ingenui Scythæ sunt, intimos sumunt. Horum quinquaginta cum strangulauerunt, ac totidem præstantissimos equos, eductis intestinis expurgatis paleis implent ac consuunt. Et vbi dimidium fornicis super duo ligna resupinatum statuerint, alterumque dimidium super altera duo ligna, & item alia multa huiuscemodi defixerint. tum super ea equos imponunt, crassis tignis in longum ad ceruicem vsq; traiectos, ita vt priores fornices sustineant armos equorum, posteriores vero iuxta femora suscipiant vteros, vtrisq; cruribus supernè pendentibus. Equos infrenant, eorumq; habenas ad palos extentas alligant. Dehinc super eorum singulos statuunt singulos quinquaginta iuuenum strangulatorum, hunc in modum: Vnicuique eorum rectum stipitem per spinam ad ceruicem vsque transfigunt: quod inferius stipitis extat vltimum, infigunt tigno illi, quo equus transiectus est. His equitibus sepulchro circumpositis abeunt. Hunc in modum reges sepeliunt, Hæc Herodotus lib. 4. Borysthenì equo venationibus aptissimo, sepulchrum ab Adriano substructum scribit Dion, Cæl. De Bucephali sepulchro supra dixi inter historias. Oenomai (Marmacis, ab Oenomao occisas, Pausan. Eliac. 2.) equas tradunt vocatas Partheniam & Eripham, quas quum iugulasset iussit sepeliri, Cæl. Miltiades tres equas Olympiæ occisas (Ὀλύμπια σὺν τρισὶν ἵπποις.) sepulturæ honore in Ceramico affecit. Itẽ Euagoras Lacon, idemq; Olympionices equos ad sepulturam magnificè dedit, Aelianus. Fecit & diuus Augustus equo tumulum, de quo Germanici Cæsaris carmen est. Agrigenti complurium equorum tumuli pyramides habent, Plin.

Metamorphoses siue trãsformationes in equos, vel equas, Saturni Iouis, Neptuni, Cereris, & Hippesúe Ocyrhoës Chironis filiæ, in præcedentibus sparsim in sua singulorum mentione recensui.

Omina, ostenta. Pedestrium auspicia nominabantur, quæ dabantur à vulpe, lupo, serpente, equo cæterisque animalibus quadrupedibus, Festus.

Ἵππους μελαίνας ἐκ καλῶν πάντας βλέπειν. Ἵππων ἡλδκῶν ὄψις, ἀγγέλων φάσις, Senarij apud Suidam de somnijs intelligendi. Bello Macedonico (inquit Val. Max. 1. 6.) Publius Vatinius Reatinæ præfecturæ vir, noctu vrbem petens, existimauit duos iuuenes excellentis formæ, albis equis residentes, obuios sibi factos nuntiare, die qui præterierat, Persen regem à Paulo captum: quod cum senatui indicasset, tanquam maiestatis eius & amplitudinis vano sermone contemptor, in carcerem coniectus: postquam Pauli literis illo die Persen captum apparuit, & custodia liberatus, & insuper agro ac vacatione donatus est. Castorem vero & Pollucem etiam illo tempore pro imperio P. R. excubuisse cognitum est, quo apud lacum Iuturnæ suum equorumq; sudorem abluisse visi sunt iunctaq; fonti ædes eorum, nullius hominum manu reserata patuit, Hæc Valerius. Quatuor hìc, primum omen, equos in gramine vidi Tondentes campum latè, candore niuali. (Candore niu. hoc, inquit Seruius, ad victoriæ omen pertinet.) Et pater Anchises: bellum ô terra hospita portas: Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur. Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti Quadrupedes: & frena iugo concordia ferre. Spes est pacis, ait, Verba sunt Aeneæ apud Vergilium Aeneid. 3. Primus ab æquorea percussis cuspide saxis Thessalicus sonipes; bellis feralibus omen, Exiluit, Lucan. lib. 6. Germani ex hinnitu & fremitu equorũ, monitus futurorum prædici putant, quos nullo opere cõtactos candidi coloris plurimos educebant, Alexander ab Alexand. Darius quomodo hinniente equo eius in aurora primò, rex inter septem principes viros Persas, inter quos ita conuenerat, sit declaratus, describit in Thalia Herodotus. Oebares, inquit, Darij equiso, vbi nox aduenit, vnam equarum quam equus Darij maximè adamabat, in suburbana adducit, ibiq; alligat. Tum equum Darij eodem ducit: eumq; circumagens identidem equæ admouet, ac tandem admittit. Postero die simulatq; illuxit, sex Persæ ex conuento affuerunt equis assidentes. Et cum in suburbanis vltrò citroq; vectarentur, vbi ad locum peruenerũt, vbi superiore nocte equa fuerat alligata, ibi Darij equus accurrẽs hinnitum ædidit: & hinnitu ædito potinus fulgur sereno cœlo tonitruq; extitit. Hæc cum Dario tanquam ex composito accidissent, cum comperem voti fecerunt. Nam cæteri ex equis desilientes Darium adorauerunt. Sunt qui hoc dicant Oebarem fuisse machinatum, sunt qui aliud: nempe attrectatis huius equæ genitalibus, ipsam manum intra subligaculum tenuisse abditam: & sub ipsum statim Solis ortum, cum equi digressuri essent, eam naribus equi Dariani admouisse, equumq; ad odoris sensum infremuisse atq; hinnisse. Καὶ χρεμίσων ποτὶ πῶλον ὑφ' ἡνιόχοισι θοῆσιν Περσέων Δεινῆφιον βασιλῆα. Oppian. 1. de Venat. In exercitu Xerxis aduersus Græciam equa leporem ædidit, vt supra retuli in H. c. ex Herodoto & Valerio. De equa quæ nostro seculo leporem peperit, vide in lepore H. c. Bos equuleum peperit, Liuius 3. belli Punici: Proximis diebus equorũ greges, quos in traijciendo Rubicone Marti (alias non Marti legitur, sed flumine) consecrauerat, ac sine custodibus vagos dimiserat, comperit pabulo pertinacissimè abstinere, vbertimq; flere, Tranquillus in vita Iulij Cæsaris. Niphus Suetlanus equos ante mortem Caligulæ pabulo abstinuisse & vbertim fleuisse scribit, non citato authore. Nero ostentabat hermaphroditas subiuges carpento suo equas, in Treuerico Galliæ agro repertas, ceu planè visenda res esset, principem terrarum insidere portentis, Plin. C. Iulius Cæsar vtebatur equo insigni pedibus propè humanis, & in modum digitorum vngulis fissis: quem natum apud se, quum arũspices imperium orbis terrę significare domino pronunciassent, magna cura aluit: nec patientem sessoris alterius, primus ascendit: cuius etiam instar pro æde Veneris genitricis postea dedicauit, Suetonius. Plinius cum de Bucephalo scripsisset, subdit: Nec Cæsaris dictatoris quenquam alium recepisse dorso equus traditur, idemq; hominis similes pedes priores habuisse, (idem scribit Plutarchus in eius vita) hac effigie locatus ante Veneris genitricis ædem. Auctor historicus Dion, Cæsari Lusitaniam gerenti natum esse equum διφυᾶ τὰς τῶν ποδῶν ὁπλὰς ἔχοντα, id est cui gemina foret in anteriorum pedum vngulis natura, qui mox illum elatè admodum gestaret, reliquos omnes ἀναβάτας recusaret, vnde immodica de se sibi cœpit polliceri, Cælius. Palatinus Vilnensis habuit equum cum quinq; pedibus, Ant. Schnebergerus. Apud comitem Palatinum Henricum visus est equus 6 pedib.

PROVERBIA.

Ab equis ad asinos, vbi quis à studijs honestioribus ad parum honesta deflectit, vel è conditione lautiore ad abiectiora deuenerit. Τὸ ἀπὸ ἱππέων ἐπ' ὄνους μετακαθῆκαι, Procopius Sophista in epistola quapiam:

Ex asino equus, Ἐκ βραδυπελῶν ὄνων ἵππος ἄρηται. E tardigradis asinis equus emersit, cum clarus euadit quispiam obscuro genere natus, aut quoties ab indocto præceptore proficiscitur discipulus eruditus, &c. Erasm. Meminit etiam Apostolius, & interpretatur ἐπὶ τῶν ἐξ ἀνηκόων ἐπὶ τὰ μέζω χωρούντων, vt non solum ad parentes aut præceptores respiciendum sit, sed in vno etiam homine locum habeat prouerbium, qui pridem obscurus nobilior euadit. Boues meos nunquam abegerunt, nec equos, Οὐδέ πώποτε ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μάλ' ἵππους. verba Achillis apud Homerum Iliados primo, prouerbialiter vsurpata à Plutarcho. Vsus est, cum negamus nobis esse causam, cur illum aut illum odisse debeamus, Erasmus. Acarnici equi, Ἀκαρνικοὶ ἵπποι, dicebantur equi maximi. Finitimũ illi cuius meminit etiam Aristoteles, Ἵππος Θετταλική. Vergilius item in Georgicis tribuit primam laudem equis Epiroticis. Acarnânes enim sunt iuxta Epirum, quemadmodum Thessali. Conueniet vti de re quapiam eximia, aut insigni præmio, Erasmus. Equis albis præcurrete, Horat. 1. Serm. Vel quòd equi albi meliores habebantur: vel fortunatiores & auspicatiores esse creditur: vel quòd illis in triumpho victores portantur: hinc qui longo interuallo alicuius rei præcedit, albis equis præcedere vel vincere dicitur. Græci simpliciter dicunt πολὺ νικᾶν pro longè antecellere, quòd equestris cursus sit expeditior, Erasmus. Anus velut equus profundam (pro sepulchro) habebis fossam, Γραῦς ὡς τις ἵππος ἐς τὸ χαραδρεῖον τοῦτον ἔξεις: De ijs qui penitus abijciuntur tanquam prorsus inutiles. Equi enim posteaquam consenuerint, in altos terrarum specus (εἰς χαράδρας, Suidas) aliquò præcipitantur. Ita mulier olim amata, simul atq; defloruit forma, fastiditur ab omnibus: simile illi, Equi senectus. Erasmus. Apud equum, & virginem: Aeschines aduersus Timarchum refert, Athenis fuisse quendam tantæ seueritatis, vt filiam quod impudicè se gesserit, nec integritatem suam seruârit vsque ad matrimonium, deportârit in locum desertum, atq; ibi vnà cum equo incluserit, haud dubie fame perituram: Eiusq; domicilij solum sua etiam nũ ætate superfuisse tradit: quod ex re dicebatur Παρ' ἵππον καὶ κόρην, id est, Apud equum & virginem. Dici potest in exemplum immodicæ seueritatis, Erasmus. Hippomenes (inquit Suidas) præfectus (ἄρχων) erat Athenis: excidit autem magistratu hanc ob causam. Quum ciuis quidam filiæ eius vitium clam obtulisset, præiracundia in cellam quandam cum equo eam alligatam conclusit, & neutri cibum præbuit. Equus igitur fame vrgente puellam aggressus cõsumpsit, & paulo post etiam ipse perijt, ac domicilio in quo erat euerso obrutus est: & loco nomen impositum Ἵππου κρημνός. De hoc plura require supra in a. inter propria virorum ab equo facta nomina.

Cantherius in fossa, Cantherius in porta, Cantherino ritu stantem somniare, prouerbia ex Erasmo explicaui supra in Cantherij mentione in a.

Caudæ pilos equinæ paulatim vellere, dici potest prouerbio, qui quod viribus atq; impetu fieri nequit, id tempore atq; assiduitate cõficit. Horatius in epistolis: Vtor permisso, caudæq; pilos vt equinæ Paulatim vello, demo vnum, demo etiam vnum, Dum cadat elusus ratione ruentis acerui, Qui redit ad fastos, & virtutem æstimat annis. Nátum è facto quodam ducis Sertorij, cuius rei meminit Plutarchus in eius vita. Hic enim cum suis copijs, ex barbara turba conflatis, rationibus persuadere non posset, in re militari plus habere momenti cõsilium, quàm vires temerarias, postea quàm illi parum feliciter pugnassent, duos proponit equos, alterum macilentum atq; inualidum: alterum vegetum cauda pilosa. Atq; inualido illi iuuenem adhibet prægrandi corpore & admirandis viribus. Contrà vegeto illi pusillum & imbecillum admouet homuncionem: hic singulos pilos paulatim vellens, breui spatio totam depilauit caudam. Iuuenis è diuerso caudam omnem simul manibus vtriſq; comprehensam, vi atq; impetu conatur reuellere. Qui cum frustra sudaret, risui fuit circumstantibus. Sub hæc assurgés Sertorius, cuius consilio iussuq; hæc fuerant acta, Videtis (inquit) commilitones, quanto plus possit ingenium quàm vires, Erasmus. Eandem rem describit Valerius Maximus 7. 3. Sunt quædam, inquit Erasmus, & hodie vulgò iactata, non indigna quæ veteribus adagijs adnumerentur: Quod genus est illud, Nõ oportere equi dentes inspicere donati: Cum significamus æqui boniq; consulendum, qualecunq; est quod non emitur, sed gratis donatur. Vsus est tamen hoc prouerbio Hieronymus in præfatione Commentariorum in epistolam Pauli ad Ephes. Parum, inquit, eloquens sum. Quid ad te? Disertiorem lege. Non dignè Græca in Latinum transfero: Aut Græcos lege, si eius linguæ habes scientiam: aut si tantum Latinus es, noli de gratuito munere iudicare: & vt vulgare prouerbium est, equi dentes inspicere donati, Erasmus. Germani hoc prouerbium sic efferunt, *Man sol dem geschenckten pferd nit ins maul sehen.*

Equitandi peritus ne cantes: Sumptum à poëta quopiam, in eum qui professus res ſerias versatur in nugis. Equitatio militaris est, & ad bellum pertinet. Musici sunt imbelles ac voluptatum insectatores. Gregorius theologus in epistola ad Eudoxum rhetorem, Ἵππου σοφίαν δεδιδαγμένε μὴ εἶδον ἐθέλειν ἢ ποίησιν, μήτε ῥήτορα μὴ κρίνειν ἢ ἱππασίας ἀθλητὴν ἢ ᾠδῆς, Nondum liquet è quo poeta sumptum sit: sed dictũ videtur in Thebanos, qui duas artes præcipuè discebant, equitandi & canendi tibijs, quum altera parum alteri cõgruat, Erasmus. Ferociores ac insolentiores redduntur copioso pabulo non modo boues, sed & equi & asini: vnde extat & Sophoclis dictum in tumidũ quempiam ac præferocem: Tu, inquit, ferues, quasi pullus pabuli copia, Erasmus. Ἵππειον θράσος, equina ferocia vel audacia, ἐπὶ τῶν ἀλόγως ἵππων θρασυνομένων, Varinus & Suidas. Ibyci equus, Ἴβυκος ἵππος, in iocum prouerbialem abisse videtur, de ijs qui nolentes præter ætatem ac vires ad periculosum (vel difficile) negotium adigerẽtur. Dicti originem refert Plato in Parmenide. Ibyco poëtæ equus erat iam annosus athleta, multis certaminibus detritus. Is quum ad certamen currui iungeretur, extimuit, videlicet expertus eiusmodi ludorũ aleam. Ridente populo Ibycus surgens, Equus (inquit) domini similis est: nam & ipse iam senex ad amandum compellor. Huc allusisse videtur Horatius in epistolis, Non eadem est ætas, non mens. &, Solue senescentem maturè sanus equum, ne Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat, Erasmus. Eodem prouerbij sensu Sophocleus etiam equus vsurpatur, vt infra dicam. Incita equum iuxta nyssam, id est lineam vel carceres, &c. Vide supra in h. e. in Carcerum mentione. Ithorus, Ἴθορος Suidas ait vocem prouerbialem fuisse (ἐπὶ τῶν παρακελευομένων) in eum qui velut instigator hortatorq; foret alijs: translatum opinor à nautis, quos remigantes naucleri vox animat ad gnauiter laborandum, siue ab equorum cursu. Plutarchus scribit ἵππος θόρνον (vide supra in c,) appellatam cantionem ad incitandas equas: θορεῖν Græcis est impetu insilire. Apparet Græcam vocem compositam ex ἴθι, vade: & ὀρεῖν ineitare. Erasmus. Lydius currus, vide supra in h. e. vbi de curribus.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus, prouerbialis versus apud Horatiũ, vt in Boue dixi. In planitiẽ equum, quoties quis ad id prouocatur, in quo plurimũ valet, quoq; vel maximè gaudet. Equus in campo tanquã in sua est harena. Apud Luc. in Captiuo, cũ ipse iudices postularet, Plato respõdet, Ἐν ἐκείνοις οἷς πάλαι ἐπράττετο, hominem rhetoricũ significans, & in agẽdis causis exercitatũ. Plato in Theæteto, Ἵππος (aliàs ἵππον) εἰς πόλιν ἀγαγεῖν.

Equo-

ἐκ τοῦ ἱππείου λόγου. Translatum videtur à militia: nam quoties res est pediti cum equite, pedes fugit campestria, sectaturq; loca impeditiora, Erasm. Ἵππειας εἰς πεδίον τρέχειλας, ἐπὶ τῶν ἐν ὁλκῇ πράγμασι τὰ ῥᾴω πρὸς τὰ ἐν πεδίῳ μαχητέα Suidas. Et rursus, Ἵππου εἰς πεδίον ἄξεις, ἀντὶ τοῦ ὅπου μοι ἔστι λυσιτελές. Equus me portat, alit rex: prouerbium, vt Græci paræmiographi scribunt, hinc natum. Iuuenis quidam sub rege Philippo stipendia faciebat. Is cum admoneretur vt mission em peteret, seseq; à militia abdicaret, negauit se facturum, his quidem verbis, Ἵππῳ μὲ φέρει, βασιλεὺς δὲ τρέφει. Huc alluſit Horatius cũ in epistolis sub Aristippi persona sic ait: Rectius hoc, & Splendidius multò est, equus vt me portet, alat rex: Quo quidem in loco Acron huius admonet prouerbij, cuius etiam meminit Diogenian. Apparet è tragœdia quapiam ascitum: est enim carmen anapæsticum dimetrum, Erasmus. Probi imperatoris equus in paræmiæ formam deduci potest. Is erat nec decorus quidem, nec staturosus: verum celeritate tanta, vt diurnis spatijs centum obiret miliaria: vel in decimum diem labore haud interpellato. Eum tamen fugaci magis quàm forti ac strenuo congruere militi pronunciauit Probus idem, Cælius. Procul à pedibus equinis, Ἐκ τῶν ποδῶν ἱππικῶν, etiam hodie vulgò dicitur (Germani inferiores, *Vnder dem pferde hen:* & alij passim, *Anſi den fuſſen: Dapferdſchlechts, gehe jm nit zu nahe*) cum significant fugiendũ esse periculum. Proprius huius dicti vsus est in certaminibus equestribus, vt sibi quisque caueat: id deinde vulgus prouerbij vice vsurpauit, Erasmus. Τῷ ἁρματικῷ ἵππος, τῷ δὲ ἀρότρῳ βοῦς, τῷ δὲ ναῦν δ' ἀμείνων πάντων δελφὶς &c. Id est, Equus in quadrigis, in aratro bos: nauem ocyssimè præuertitur delphinus, Pindarus vt a Plutarcho citatur. Erasmus in prouerbio Quam quisq; nôrit artem in hac se exerceat. Equis & quadrigis, id est omni conatu, Cicero ad Q fratrem, Idem 2 Offic. Cum his velis equisq;, vt dicitur, si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est. Si huic occasioni tempus se subterduxerit, nunquam ædepol albis quadrigis indipiscet postea, Plautus in Asinaria, vt citat Erasmus in prouerbio Equis albis præcedere.

Saluete equorum filiæ, vide in Mulo. Equum habet Seianum, olim prouerbio dicebatur in calamitosum, & ad extremam inopiam redactum. Allegoria sumpta est ab equo quodam fatali, cui à Cn. Seio domino nomen inditum est Seiano: is ex Diomedis equis prognatus fuisse creditus est. Fuit insigni quidem specie, verum eiusmodi quodam fato, vt quisquis eius equi possessor esset, is cum omni domo ad internecionem vsq; deperiret. Id quod Cn. Seius ipse capitis damnatus, ac miserando affectus supplicio: deinde & Cor. Dolobella bello interfectus: post hunc C. Cassius ab hostibus occisus: deinceps M. Antonius detestabili exitio perditus, probauit. Hunc equum C Bassus Argis se vidisse refert, haud credibili pulchritudine, vigoreq;, & colore exuperantissimo, nempe puniceo. Hoc adagium & refert, & copiosius explicat A. Gellius 3.9 Hæc Erasmus. Equus Cn. Seij (inquit Ioan. Rauisius) à Cor. Dolobella centum milibus sestertijs emptus, inusitata quidem magnitudine, sed eo fato, &c. vt supra. Vide etiam Cælium 12.13. de eodem equo: cuius historiam Antonius de Gueuara quoq; narrat epist. 25. Scytha equum, subaudi recusat: τὸν ἵππον ὁ Σκύθης, subaudi ἀπαιτεῖται vel βδελύττεται: de ijs qui clam aliquid desiderant, palàm vero reijciunt & recusant, Suidas in Τὸν ἵππον. Prouerbij ratio clarior fit ex altero prouerbio eiusdem sententiæ apud eundem in voce Scythes, quod huiusmodi est. Σκύθης ὁ ὄνον, vel vt Suidas habet, ὄνειον ἀγαπᾷ) Scytha asinum: de ijs qui verbis dissimulant, aut etiam abominantur, reipsa autem appetunt. Nam cum quidã asinum mortuum vidisset, dixit: En tibi cœnam ô Scytha: ille vero primum detestatus, paulo post curiosius de eo perquisiuit. & circa eum parandum elaborauit (ἀνὴρ Σκύθης πολυπραγμονήσας περὶ αὐτὸν ἐτρυφήσε) Suidas & Hesychius, apud quem mutilus hic locus est. Non placet quod Erasmus hoc prouerbium sic effert, Ἀγχίζομεν Σκύθης ὄνον, duo prouerbia, vnius vt dixi vtrunq; per se sententiæ confundens. Suidas certè, & Hesychius sine voce ἀγχίζουσι melius proferunt: mox vero interpretationis loco eam subijciunt: Sed nec illud probo, quòd ὄνον ἀγαπᾶν suspicatur vtile conuiuium potius quàm asininum significare. Scythas quidem & Tartaros equina vesci alibi diximus: & vescerentur nimirũ asinina quoq;, quam à nonnullis edi Galenus scribit, si Scythica regio eos proferret. Nunc quoniam, Aristotele teste, caret, magis forte probandum erit equi mentionem in prouerbio fieri, (vt Suidas facit: & si Erasmus, quod sciam, nusquam meminit) quàm asini. Equi senecta, ἵππου γῆρας: prouerbium in eos dici solitum, qui præclaris rebus gestis in iuuenta, postea quàm consenuerint, ad sordidas curas semet abijciunt. Allegoria sumpta à generosis equis, qui senio facti segnes, in pistrinum, aut carrum, aut aliud id genus opus detruduntur, olim in pretio habiti, dum viribus integris essent. Οὐ παντάπασιν ἔοικε τοῦτο δεῖ τὸ καλούμενον, ἵππου γῆρας ἐπαγόμενα μηδενὸς ἀναγκαίου. Plutarchus in libello, An seni sit administranda respub. Cum hoc conuenit Ennianum illud, quod refertur à Cicerone in Catone Maiore: Sicut fortis equus spatio qui forte supremo Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit, Erasm. Idem alibi in prouerbio Equi generosi senectus, Sophoclis ex Electra versus recitat istos: Ὥσπερ γὰρ ἵππου γῆρας ἢν γέρων Ἐν τοῖσι σοῖσι δωμάτοις ὄκνῳ σέβει, Ἀλλ' ὀρθὸν οὐκ ἐᾷ σφ' ἐπιστῆσαι ποδὶ Ἡμᾶς ὑπεμνῆσαι, καίτοι ἐν πρώτοις τέκνοις. Verba sunt Orestis ad pædagogum senem, cuius consilio & auxilio occidit Clytæmnestram & Aegisthum. Vide supra, prouerbium, Anus velut equus, &c. Est & vulgare Germanis prouerbium de inutili equi senecta, *Wen das pferd zuo alt iſt, ſpannet man es in den karen, oder ſchlecht es für die hund.*

Senescenti equo minores cyclos immitte, vide supra in H.c. Equo Sophocleo similis, adagium in eos est, qui ætate fessi & imbecillo corpore, animi tamen vigorem seruant etiamnum. Philostratus in Damiano sophista, Καὶ ὃν αὖθις ἅπαξ παρεγράψατο τῷ Σοφοκλείῳ ἵππῳ γηραιὸς ὢν ὑφ' ἡλικίας δοκῶν, νεάζουσαν ὁρμὴν ἐν ταῖς τραγῳδίαις αἰνιττόμενος. Nam Sophocles iam senex, & prodeliro à filijs accusatus, tragœdias tamen optimè & grauissime componebat, vt pluribus probat Cælius 21.20. In equo autẽ, inquit, arbitror allusum ad Tragici cothurni maiestatem, qui sit veluti equestris, Comicæ humilitatis ratione, vnde in Arte poëtica Horatius: Et tragicus plerũq; dolet sermone pedestri, &c. rursus cap. 21. Coloni sic dicti loci duo fuêre: alter appellatus hippos, id est equus, in quẽ confugit Oedipus. Ad eum forte prouerbiũ respectat, quod de equo Sophocleo prætexuimus, eò quidẽ prochiuius, si inibi quoq; habuit Sophocles, quod in quinto de finibus Cicero significat. Eundem cũ Sophoclis equo sensum habet etiã Ibycus, de quo superius dictum est. Testudinem equus insequitur: cõueniet vti hoc prouerbio cum tem præpostè & absurde geri significamus, Plutarchus in libello aduersus Stoicos, Ποῖον γὰρ τοῦτο σχετλιώτερόν ἐστι, καὶ μᾶλλον ἵππειον ἢ ἐκεῖνον, τὸ μηδὲν ὑπὸ μηδενὸς οἴεσθαι λαμβάνεσθαι, μηδ' εἰ χαλκοῦς, τὸ παρὰ λόγον φασὶ μετὰ τοῦτο διώκει λέγειν τὸν ἵππον. Erasmus. Decernetur equa Thessalica, explicatum est supra in B. vbi de patrijs equorum. Vide etiam hæc de equo prouerbia superius in Acarnico equo. Troianus, vel durcus equus, ἵππος Τρωϊκός (vt Erasmus vertit) de clandestinis insidijs dicebatur, aut vbi repente complures apparerent, qui latebant antea. Sumptũ ab Homerico, in quo Græcorũ proceres abditi, repente prosilientes Troiam ceperunt. Hunc Homerus δούρειον appellat, vt Odyssex octauo, quòd trabibus esset cõtextus. Λίην γὰρ ἀπλήθοντο πόλις ἀμφιμαχητοῖ Δουρατέοιο

μέγαν ἵππον, δι' οὗ πάντες ἄριστοι Ἀργείων, Τρωσὶν φόνον ἠνύσαν φέροντες. Plutarchus in vita Themiſtoclis narrat illum aliquando dono rogaſſe equum à Philidenutritore equorum. Eum is vbi negaſſet, comminatum fuiſſe ſe breui ex illius domo facturum equum ὀνειρώτην: ſignificans ſe crimina ipſius ac domeſticorum prolaturum in lucem. Nec inſcitum fuerit, ſi quis ludum alicuius eruditi, Durateum equum appellet, quod ex eo breui tempore ſummi viri prodierint. De laudatis viris qui ſubitò alicunde emerſerunt, apud eruditos frequens eſt, vt ex illius domo veluti ex equo Troiano prodiſſe dicantur. M. Tullius Philippica ſecunda ad egregij facinoris ſocietatem retulit: In huius me conſilij ſocietatem tanquam in equum Troianum includi cum principibus non recuſo. Ariſtophanes in Auibus prouerbium detorquet in emphaſim roboris ac magnitudinis: Καὶ θεαμένη σαυτὴν ὑπ' ἄρματι, ἵππων ἑκατὸν κεκτημένη ἀνὴρ ὀνειρώτης. Interpres admonet alluſum ad equum æreum inſigni magnitudine, qui in Acropoli ſtabat Palladi dicatus à Charidemo (Cælius 29.25. Χαιρέδημον vocat) quod ipſa teſtabatur inſcriptio. Verum is ad imitationem equi Troiani compoſitus erat. M. Tullius actione in C. Verrem ſexta, Troianum equum accipit pro extrema calamitate. Quem concurſum factum in oppido putatis? quem clamorem? quem porrò fletum mulierum, qui viderent equum Troianum introductum, vrbem captam eſſe dicerẽt, &c. Portas per quas introductus fuerat equus dureus, Homerus Iliad. tertio Scæàs, hoc eſt ſiniſtras, appellat, quod læua mente Troiani equum illum induxerint in ciuitatem. Idem pro Muræna dicit, equum Troianum intus eſſe, quum ſenſit reip. periculum eſſe à ciuili diſcordia, (à Catilina:) Intus (inquit) intus eſt inquam equus Troianus, à quo nunquam me conſule dormientes opprimemini. Idem pro M. Cælio, An equus Troianus fuerit, qui tot inuictos viros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit? Hæc omnia Eraſmus. Et rurſus in prouerbio Scianus equus, Equus durateus (inquit) fatalem interitum attulit Troianis: ad quod alludens Maro, Scandit, inquit, fatalis machina muros. Equi Troiani meminit Cicero etiam in libro de Diuinatione, & in epiſt. famil. Troianũ equum (inquit Nicolaus Erythræus in Indice Vergiliano in voce Simulacrum) cum Minerua fabricauit Epeus, vt Demodocus apud Homerum canit Odyſſeæ octauo. Hunc Vergilius inſtar montis equum appellat, modò equi molem, aliàs equi immanis molem, interdum ferum, nunc dolum, quandoq; machinam, monſtrum infelix, clauſtra pinea, & denique lignum: nam trabibus contextus acernis, vt idem poeta canit, Sectaq; intextus abiete coſtas. Vnde durateus, id eſt ligneus Homero ductus. ἵππος ἐρίνεος ἄγαλμα δι' ἠερίων, & quæ eodem citato libro ſequuntur. Quem imitatus Lucretius, Nec cum durateus Troianis Pergama partu Inflammaſſet equus nocturno Graiugenarum. Apud Flaccum Argonauticôn 2. Manet immotis nox Duria caſtris: alij codices habent Durica eodem ſenſu: quidam ſimplicius legunt Dorica pro Græca, vt, Et Dorica caſtra. Equo autem ligneo inclusis Danais expugnatum fuiſſe Ilium fabuloſè poetæ commenti ſunt: ſed rei veritas ita habet. Equum ligneum, ſimulato pro reditu Mineruæ voto, Græci ea magnitudine conſtruxerunt, vt intra mœnia Troiana recipi non poſſet, niſi portæ murique; vrbis deponerentur. Eum Simon, transfugam ſimulans, perſuaſit Troianis, ſi in vrbem inducerent, futurum, vt nunquam Græci aduerſum eos amplius arma mouere poſſent. Quamobrem deiectis portis & murorum parte, equum introducunt. Capientibus mox ipſis cibum ſecurè, ac nihil tale verentibus Troianis, Danaûm ductores ex loco, vbi in inſidijs ſubſiderant, vnde adhuc illi Argiuorum inſidiæ nomen eſt, prodeuntes apertam vrbem inuadunt, atq; hoc pacto capiunt. Hæc ex Palæphati apillis. Alij ſentiunt poëtas equi commentum de monte quodam arripuiſſe, cui Equo nomen eſſet, qui Troiæ immineret, per quem etiam facile capta ſit: ad quod & Vergilius his (verbis) alluſerit Inſtar montis equum diuina Palladis arte Aedificant, Hactenus Erythræus.

Dare Phrygius ſcribit Polydamantem Troianorum proditorem ſuaſiſſe Græcis vt noctu ad portam Scæam exercitum adducerent vbi extrinſecus caput equi ſculptum eſſet. Equum, qui nunc aries appellatur in muralibus machinis, Epeum ad Troiam inueniſſe traditur, Plinius. Equum durium Epei opus fuiſſe, Pauſanias (in Atticis) interpretatur machinam muris diſſoluendis, cuius æneum ſimulacrum in Acropoli fuerit, Cælius. De equo Durio & Troia per eum capta, multa Caluber lib. 12. Arietem à Carthaginenſibus excogitatũ, Vitruuius & Tertullianus in libello de Pallio memorant. Higinius etiam Troianum equum, machinam oppugnatoriam fuiſſe ſcribit. Et hic quidem, Plinius & Pauſanias, plus fidei merentur quàm Dictys & Palæphatus. Eſt præterea equus Troianus Liuij poetæ tragœdia, Brodæus.

Equus Troianus (inquit Cælius) prouerbio vſurpari poteſt pro ſocietate non in perniciem modo cuiuſpiam init, verum & ad bonam frugem aliquam. Cicero alicubi ſcribit ex Iſocratis ludo, veluti ex equo Troiano, innumeros principes exiuiſſe. Huc delecta virûm ſoruti corpora furtim Includunt cæco lateri, Vergilius. M. Varro, quod ad equum ligneum attinet, Epeum eius concinnatorem fuiſſe coquum ſcribit, & Argiuis cibum curaſſe: ideoque à Plauto fumicum coquinatorio epitheto nominatum, &c. Vide plura apud Cælium 29.25. & Politianum in Miſcellaneis, cap 5. & ſupra in H.a. inter imagines equorum. Propertius lib. 4. Elegiarum abiegnũ equum dixit. Troiam fertur ob Laomedontis equos primum ab Hercule, deinde per ligneum equum ab Agamemnone, tertiò propter equum qui in porta conſiſtens, Ilienſibus claudere volentibus impedimento fuit, à Charidemo duce captam fuiſſe. Plutarchus ab initio vitæ Sertorij: Vnde apparet equos Troiæ quodammodo fatales fuiſſe. Ἵππος οὐ λέγεται ἀλλοφυὲς ὄνειρον λέγει Ὅμηρος, ἀλλ' ἔστι ξύλινον. ξύλα γὰρ ἴδιον ἑλέσθαι ἢ ξέσθαι τεκταίνεσθαι καὶ λέγειν, ἔστιν ὅτε καὶ ἀξεῖαι λέγεται, Varinus. Epeus nomen cuiuſdam fabri, qui equum durcum fecit, Feſtus. Τέκτονικτον (id eſt equi faber) filius Panopei durium (ἄλφειον) equum fabricauit, in quo occultati viri Græci quinquaginta ſupra ter mille mea memoria (καθ' ἡμᾶς videtur locus deprauatus) equo à Troianis intra mœnia attracto, noctu progreſſi, cæteris qui in Tenedo erãt Græcis ſignum face dederunt: & cum ij aduenirent, Ilium vaſtauerunt, Varinus ex authore innominato: apud Dictyn quidem & Daretem nihil tale inuenio. Βαρμακίδα. τὸ ἄλφειον ἵππον. Heſychius & Varin. In equũ ignauum perquam elegans Lucilij hexaſtichon extat Anthologij 2. 23, huiuſmodi, Θρασυκλῆς ἵππον ἔχεις ἐρεσίχθονα, κἀπὸ σαλάσσου Οἰδμωτὴ ἀΐσσοντα Φάρμακα Θρασυκλῆς· Οὗτος σὺν ἕξ ἑκατὸν ἵπποις, εἰ φρένες ἦλθον ἅπασιν Σιὺ Δαναοῖς Σκαιὰς σὰς ἀνέκοψε πύλας. Οὐ σήσας ἀνάγυιος ἐπ' οὔδεος ἵππος, ἀείρας Τὰς κεφαλὰς πίτνει πᾶς πεπτεὼς πανάλιος. Vinum equus poëtæ Demetrij Halicarnaſſei diſtichon huiuſmodi citatur à Zenodoto. etiamſi in epigrammatis refertur Niceratæ titulo: Οἶνός μ' ἐκ χαρίεν τι φέρει ταχὺς ἵππος ἀοιδῶν, Τὸν δὲ πίνων χρηΐζει οὐδὲν ἀνὴρ πίνειν. Vide ſupra in H.a. inter deriuata ab Equo. Ἀνὴρ δ' ἔλαιον οἶνον ὡς ὕδωρ ἵππος, Σκυθὴς φανεῖ οὐδὲν ἐγκαμὼν ἀκρατον, Parmeno Byzantius apud Athenæũ lib. 5. Actius dicat. Si homo ſemel tantum vini hauſerit, quantum aquæ ſolet equus vno potu cõſumere, minus iam ſapit equo: quus enim ſaltem nomen ſuum ſemper agnoſcit, vt coppatias dictus à coppa numero, de quo dixi in H a. inter nomina equorum. Nos potioni nimium indulgentem, vaccæ inſtar bibere dicimus. Cum peditibus cucurriſti, & illi fatigarunt te: quomodo ad certamen prouocabis equos? Hieremiæ 12.

Germanis

Germanis vſitata prouerbia ab equis ducta, quibus eiuſdem ferè ſententiæ Latina abſq; equi mentione enuntiata adiungemus. *Das pferd iſt ſeins fueters wuerdt*, Equus meretur pabulum, Canis digna pabulo. *Die roß hinder den wagen ſpannen*, Equos currui poſtponere: Currus bouem trahit. *Er rydt ein gůch pferdt*, vel vt Vueſtphali proferunt *Hie rydt ein geck pferdt*, Equum ſternacem equitat: Malo asino vehitur. *Es verirrt ſich auch wol ein pferdt das vier fueſſe hatt, oder ein pferdt mit vier fueſſen*: Eſt quando equus quanquam quadrupes greſſu aberrat: Quandoque bonus dormitat Homerus. *Gaul als gurr*, Equus equa dignus: Mali thrîpes, mali îpes. *Hie ſchwimmend unter oepfel, ſprach der pferdtdreck, do ſchwam mer vnder den oepfeln vff dem vnaſſer*. Hic nos poma natamus, aiebat ſtercus equinum, cum inter poma aquæ innataret. *Kleine pferdt, kleine tagreyſſen*, Parui equi, paruaitinera: Efficimus pro noſtris opibus mœnia. *Man muoß mit den pferden pflugen die man hat*. Arandum eſt equis quorum copia eſt. Si bouem non poſſis, aſinum agas. *Mitt boeſen geulen brichet man das eyß*. Malis (ferocibus) equis ſcinditur glacies Scindere glaciem Latinis etiã prouerbiale eſt. *Mitt vnvuilligen ochſen oder pferden iſt nitt guot pflugen*. Bobus aut equis inuitis nõ bene aratur: Inuitos boues plauſtro inducere. *Roſſarbeit*, Equini labores. Herculei labores. *Trauwe vmb reyret das pferdt honvuäg*. Credulitate equus amittitur: Fiducia pecunias amiſi. *Vnan die alten geul gehen vnerdend, ſo ſtehen ſy nitt zuo halten*, Cum vetuli equi currere incipiunt, difficillimè retinentur: Anus ſubans, Γραῦς καπριῶσα. *Zuo dem baren bringen*, Ad præſepe adducere, In laqueum inducere.

Plato in Phædro tres animæ partes facit, τὸ μὲν ἡμῶν ἐνὸν ἐν ἑκάστῳ ἡνιοχικὸν ἵππῳ ἐπιτετραμμένον. Τὸ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ ἵππου, κ. τ. λ. Homerus curſum viri præſtantis in pugna & alacris confert curſui equi pabulo ſaturati, Ὡς δ' ὅτε τις στὰς εὖ κριθέων ἐπιβώτης, Varinus in Παραφρονῆ.

In adulari neſcientẽ Alciati emblema. Scire cupis dominos totics cur Theſſalis ora Mutet, & vt varies quæ-rat habere duces? Neſcit adulari, cuiquámue obtrudere palpum, Regia quem morem principis omnis habet. Sed velut ingenuus ſonipes, dorſo excutit omnem, Qui moderari ipſum neſciat hippocomon. Nec ſtruire tamen domino fas, vltio ſola eſt, Dura ferum vt iubeat ferre lupata magis.

DE GENETHA.

GENETTAE icon a Bellonio exhibita, neſcio quam accuratè facta: macularum quidem ſpecie pellis differt ab illa, quàm nos probè ſcitej, à pictore noſtro expreſſam hic damus.

GENETHA vel potius genetta aut ginetta (genocha apud Albertũ, perperam) eſt beſtia paulò maior (minor, Albert & recte) vulpecula, colore inter croceum & nigrum, maculis interdum nigris ordine in pelle diſpoſitis (maculis nigris interpoſitis, Albertus) manſueta ſatis, niſi lacẽſſatur. Ardua non aſcendit, ſed in humilibus locis, & iuxta riuos degit, & ibi victum quærit, Iſidorus & Vincentius Bell. Germani vocant *ein genethkatz*. Pelles veſtibus aſſuuntur, & prętioſæ habẽtur. Genetha ardua non aſcendit, ſed in humilib locis & iuxta riuos degit Iſidorus: quo nemo antiquior puto hoc nomine vſus eſt. Suntetiã animalia (inquit Plin. Cardanus) pellibus nobiliora, vt lynces: & e muſtellarum genere plurimæ, martori, varij, lardironi, vuierræ, ginettæ. Noſtri, vt dixi genetocatum compoſita voce nuncupant, ob cati ſimilitudinem. Habet autẽ catus ingenium & formam magna ex parte muſtelis ſimilem: quamobrem recentiores γαλῆ, id eſt muſtelæ vocabulum, in catum quoq; cõferunt. Cæterum lardironi (hoc eſt glires, ni fallor) & varij, murium potius quàm muſtellarum genera mihi videntur. Ginettas Hiſpania mittit, forma & moribus domeſticis muſtellis, quas nos foinos vocamus ſimiles pelle varia ac nigro & cinereo alternantibus maculis diſtincta, Cardanus. Cõtra quem Scaliger: Quum domeſtica muſteta, inquit, perpuſilla beſtiola ſit, quomodo Ginettarum ſpeciem ei attribuere auſus es? Vnius ginettæ corium amplius tricenas cõtinet muſtelinas pelliculas. Lutram enim maximam æquat. Denq muſtelæ nihil præter auriculas. Pilo verò longè diuerſa. Si tam eſſet inuentu rara, quam admirabili pulchritudine eſt, ſine controuerſia, præter cæteras ſummo in pretio futura erat: macularum creberitas, ordo, vegetus ſplendor nulli cedit. Idem in Hiſpania hoc animal generari ſcribit. Genethas Conſtantinopoli per domos cicures vagari ſinunt, tanquam catos, Bellonius.

Ego

Ego pellem tantum genettæ vidi. Eaà capite ad extremam caudam longà fuit dodrantes quatuor cum [illegible] caudà teorsum duos dodrantes, æqualis ferè reliquo corpori. Latitudo pellis in medio extensæ, dodrantem [illegible] Venter medius & collum supinum, cinerei ferè coloris. Caudæ circuli nigri octo: & totidem cani: [illegible] alterne. Corpus totum nigris maculis elegãter distinguitur: reliquum fuscum vel candicans apparet: aureum fuscoque rufique pauco permixtũ. Mollis est pilus, & densus lanuginosusq; interius. Bene olet pellis moschum quodammodo. Lugduno ad nos vehuntur xernæ ferè aut quaternæ denarij aurei pretio. Genettas vnde dicant [illegible] nihil habeo conijcio tamen nomẽ esse à loco: nam & equi iannetti ginnetti ue dicti, ex Hispania habentur: aorum mentionem in Equo feci capite secundo inter celeres. Quærendum an genus aliquod sit thois vel panthe-ris minoris quorum meminit Oppianus. Conueniunt enim magnitudo, maculæ, ingenium / nam & panthera minorem, innoxium esse Oppianus scribit, vt suo loco dicemus) & vsus pellium ad vestes pretiosus, & insuper [illegible] odor suauis. Aurenna (hyæna) taxus, genusta (genetha) lynx seu lupa ceruaria, cattus, mus, furo & mustela lædunt plus vulnere quam veneno, Arnoldus.

GENETHAE pellis, qualis apud pellifices spectatur.

DE GLIRE.

Hanc glirem imag nem doctissimus Bergomensis medicus Guilielmus Gratarolus ad nos misit.

A.

GLIS nominatiuus ab eo, quod sunt glires. Laberius in Aquis calidis, Etiã hic me optimus somnus premit, opprimitur glis. Plautus genitiuo plurali glirium examina dixit, Nonius. Ego glirem à pinguitudine dictum conijcio: glisceré enim crescere & pinguescere significat: pinguescit autem somno hoc animalculum, tota hyeme dormiens. Columella de asino, Paleis vero, quibus ferè omnes regiones abundant, etiam gliscit. Et alibi, Prius tamen quam exilem terrã iteremus, hercorare conuenit:

uenit: nam eo quaſi pabulo gliſcit. Hinc, vt videtur, gliſcerum quoq; conuiuium, vt Cælius meminit, dici potuit quod adiicere ac ganeatum dubiumq; fuerit. Glis animal, glis terra tenax, glis lappa vocatur, carmen apud Syluaticum. Et à recentioribus quibuſdam grammaticis parum claſſicis, glis fœminini generis, vnde genitiuus fit glis. Glis terra cretoſa vel argilla exponitur: Scoppa exiſtimat vocem non Latinam eſſe. Cum pro lappa (vel cardua) Calepinus habet, fœmininum quoq; faciens) accipitur, genitiuum faciunt glitis: ſed hoc quoq; Latinum nõ uidetur. Syluaticus glirem interpretatur animal quod in radice napelli moretur, deceptus (vt apparet) quoniam vtrunq; muris genus videtur, vtrunq; ſylueſtre. Sed de mure qui degit circa napelli ſiue aconiti radicẽ inter mures dicemus & in lupo a. vbi de aconito. Glis vero in arboribus & latibulis ſyluarum habitat. Albertus Magnus murem varium nominat, propter colorẽ, vt infra dicemus: quanquam & murem Ponticum recentiores varium abſolutè appellant. עכבר akbar vocem Hebraicam murem interpretantur quod & ipſe probo licet nõnulli pro glire accipiant. Hieronymus Leuit. 11. murem vertit: item Eſaiæ 66. quem nos inquit glirem vocamus, vel iuxta Orientis prouincias μυοξόν. Septuaginta μῦν. Chaldæus, akbera, Arabs פאר pir vel phir, Perſa אגר מרש an mus. Rabi Abraham Iob 8. akbar aranеam interpretatur, Munſterus. Comedentes carnem ſuillam, & abominationem, & akbar, Eſaiæ 66. murem reddit Munſterus: etiã Leuitici 11. vbi ſic legitur ex tranſlatione ipſius: Hoc quoq; vobis immundum ſit in reptili quod reptat, ſuper terram: muſtela & mus atq; bufo, ericius, chamæleon, lacerta, limax, & talpa. Græci glirem μυοξὸν appellãt. Myoxus animal moritur ſemeſtre tempus, & rurſus poſt tempora ſua reuiuiſcit, Epiphanius in Ancorato inter argumenta de reſurrectione credenda. Item in fine primi tomi ſecundi libri contra hæreſes, Tradunt (inquit) naturæ rerum experti, myoxum latitare, & fœtus ſuos ſimul in eodem loco multos parere, quinq; & amplius: Viperas autem hos venari. Et ſi inuenerit totum latibulũ ipſa vipera, quum non poſſit omnes deuorare, pro vna vice ad ſatietatem edit vnum aut duos, reliquorum verò oculos expungit, & cibos affert, excæcatosq; enutrit, donec voluerit vnumquenq; eorum deuorare. Si verò cõtigerit, vt aliqui inexperti in hos incidant, ipſosq; in cibum ſumant, venenum ſibi ipſis ſumunt, eos qui à viperæ veneno ſunt enutriti. Sic etiam ô tu Origenes à Græca doctrina mente excæcatus, venenum his qui tibi crediderũt, euomuiſti, & factus es ipſis in edulium venenatum, ita vt per quæ ipſe iniuria affectus es, per ea plus iniuria afficereris Adderẽ & Oppiani verſus circa finem libri 2. de Venatione, niſi nimium indulgere poetarũ elegantiæ videri metuerem: quamobrem ſat fuerit ſenſum exprimere. Præter inſtitutum eſt (inquit) minora animalia & imbecillia commemorare, vt pãtheras & feles, ἢ πυτὼν πέτηλος ἀλιγεδρωτίαις τε μυοξός: hoc eſt paruos & teneros & infirmos glires, qui tota hyeme ſomno ſepulti mortuis ſimiles iacent, at vere demum nouo reuiuiſcunt, expergiſcuntur, & ad cibum redeunt capiundum. Non dicam etiam hirſutum & imbecillem ſciurum, &c. Hinc quidem conſtat myoxum nõ eſſe buſonem, vt quidam interpretantur, (Gyllius ex Oppiano:) ſed nihil aliud quàm glirem: Apud Syluaticum quoq; mioſos (pro myoxos) glis exponitur: quanquam mox idem, miſoxum, rauam terreſtrem venenoſam rubeam interpretatur. Ipſum certe myoxi nomen animal ex myõn, id eſt murium genere, eſſe oſtendit. Μυωξιὰ Græci murium cauernas vocant: quæ vox ante ξ habet ι, myoxus verò omicron. Apud Heſychium & Varinum eodem ſenſu μυξίαι tribus ſyllabis legimus Eaſdem cauernas μυωνίας nominant, ſimiliter per omega: etſi ὀπὴ id eſt foramen per omicron ſcribitur. Myxus quoque animalis nomen eſt, de quo incantationem legimus apud Suidam & Varinum, ad aſini dyſuriam: Gallus bibit & non meijt, myxus (paroxytonum μυξῶ, in Λαλέτω vero apud Suidam oxytonum eſt μυξός) non bibit & meijt. Μυξῶ δ' ἀχέρωτ' (λαχέρωτ', Varinus) ἀπομείουν, Suidas: ego non aliud quàm glirem intelligi puto, quem vulgus Italorum hodie multis in locis galerum vocat, quod nomen ad lagogerum, vel lagonerum ſatis accedit, literis tranſpoſitis. An vero glires non bibant, affirmare non poſſum: veriſimile tamen eſt longo tempore ſine potu viuere poſſe, & meijere tamen, vt mures etiã. Ego cuniculos à teneris aliquot iam menſes potum aſpernantes & recentibus tantum herbis contentos enutriui, cum interim in meiendo plurimi ſint. Myxum etiam prouerbialiter dicimus de homine arrogante & iactabundo, à Myxo quodam Dianæ ſacerdote, qui homo nimis vrbanus & iactator erat, Suidas & Varinus in Μυξῶ, & in Βασιλεὺς μυξῶ. Myxus, inquit Eraſmus in Chiliadibus, ſacerdos Dianæ fuit glorioſus & magniloquus, qui ſe fingebat omnia mirari: Papa autẽ admirationis ſignificationẽ habet. Refertur à Suida & Zenodoto. Ego apud Suidam de Myxo non reperio quòd omnia mirari ſe finxerit, id quod paraſiti & Gnathonis potius quàm Thraſonis ac Myxi eſt: Quamobrem illud Papæ per ironiam intelligemus, non per μίμησιν: vt prouerbij talis ſenſus ſit de homine iactabundo, qualis illius Cerebrum Iouis, de eo qui ipſe ſibi plurimum ſapere videatur. Ἔλειος apud Ariſtotelem Theodoro interprete glis eſt, & vox ipſa ſatis alludit. Varinus eodem modo ſcribens genus accipitris interpretatur. Ἐλεὺς Ariſtarchus inquit naſci inter frutices ſimiles lacertis. Calliſtratus vero animal eſſe vermium generis (σκωληκοειδές τι) in quercubus, quo piſcatores ad eſcam vtantur. Οὐκ ἔστι γὰρ ζῶον τετράπουν ἐλεὺς (apud Varinum aſpiratur, quod nõ probo) καλούμενον μῦς ἀγρεύς, Heſychius & Varinus: hoc eſt, Neque enim ἐλεὺς eſt animal quadrupes è murium genere quod ſciurum vocant. Glires quos Græci αἰλίους vocant (legendum ἐλεοὺς) in ipſis arboribus hyeme pingueſcunt. Volaterranus. Ὀλυγόπους, σκίουρος, ἐλεὸς (proparoxytonum,) Heſychius & Varinus. Vnde apparet veteres quoſdam grammaticos glirem vel ἐλεὸν eundem ſciuro exiſtimaſſe, qui quidem in Ἐλεὸς, vt iam dixi, ab Heſychio & Varino reprehenduntur. Nuper etiam Ge. Agricola in libro de animantibus ſubterraneis, eiuſdem animalis hæc nomina eſſe aſſeruit, nullo tamen vel teſte vel argumento adhibito, præterquam etymologiæ à ſe confictæ. Glirem inquit, Ariſtoteles ἐλεὸν a vertendo nominat. Vertit enim & ſurſum verſus inflectit caudam: qua de cauſa alij Græci καμψίουρον vocarunt: aliqui verò σκίουρον: quòd cauda ſua villis veſtita & conferta quaſi flabello corpus ſoleat inumbrare: aliqui μυῶν σκίουρον, quòd præterea ſimilitudinem quandam gerat ſpeciemq; muris. Ego glirem à ſciuro differre video, tum authoritate grammaticorum quos dixi: tum quoniam & Oppianus apud Græcos de myoxo (quem glirem eſſe oſtendi) & ſciuro: & apud Latinos Plinius de glire & ſciuro ſeorſim agunt. Accedit quod omnes qui Latinæ linguæ veſtigia ſeruant, Itali inquam, Galli & Hiſpani, & gliris & ſciuri diuerſorum animalium diuerſa nomina retinent, vtraq; antiquam originem teſtantia. Glirem in delicijs ciborum habent in multis Italiæ locis, ſciurum aſpernantur. Ἐλινύειν, vel ἐλινύειν, interpretantur ἀναπαύεσθαι, ἡσυχάζειν, σχολάζειν, ἡσυχάζειν, ab hoc verbo ego ἐλεὸν vel ἐλεὸν deduxerim, ſi etymologiæ rationẽ aliquis exquirat: vel ab ἐλύειν aut ἐλύεσθαι παρὰ τὸ ἐλεῖν, συσπᾶσθαι, εἱλεῖσθαι: conuoluunt enim ſe hæc animalia dormientia. Cæterum ἐλεὸς, vel ἐλεὸς (aliqui aſpirare malũt: aliqui etiam in neutro genere ἐλεὸν vel ἐλεὸν proferũt) λέγεται δὲ ἐλεὸς, ὅτι ἐλεῖται ἐν τοῖς ἐλεοῖς καὶ πολεμοῦσι καὶ μάχονται πρὸς τὰς γαλᾶς. Scholia in Hom. mẽſam coqui ſignificat apud Homer. Iliad 9. Γαγγραίνῃ, γάγγραινα, γαγγραίνῃ μῦς. Heſychius & Varin. hoc eſt, mus agreſtis: videtur autem, propter vocis ſimilitudinem, nõ aliud muris genus quàm glirem ſignificare.

gnificare. Ναξὶς (vox detorta videtur ab ea quæ eſt μυοξὶς) mus in Cappadocia, quem aliqui ſciurum vocãt. (Varinus etiam ſic ex eo tranſcripſit) Galenus lib. 3. de alimentorum facultate, Nõ opus erit, inquit, pluribus exequi animalia omnia quæ apud ſingulas gentes propriè naſcuntur, qualis eſt apud Iberos cuniculus: in Lucania autem Italiæ regione quod inter vrſum ac luem quodammodo eſt medium ceu aliud quoddam inter agreſtes (ἀγρωστίους) mures ac myoxos, & eos qui ἐλεοὺς (proparoxytona vox, interpres Martinus Gregorius ſciuros vertit) appellantur, eſt medium: quod in eadem Italiæ regione, & alijs pleriſq; locis manditur. Quæ enim ex eiuſmodi animalibus bene habito corpore ac planè pingui ſunt, ea experientia explora, præparandorum ipſorum rationem, quam incolæ experientia didicerunt, ab ipſis audiens ac diſcens. Ex his Galeni verbis exiſtimabit aliquis, ἐλεὸς & myoxòn animalia eſſe diuerſa: ſed fieri poteſt, vt myoxos ſubiuncta per epexegeſin copulatiua cõiunctione elios interpretetur. Aut ſi non idem ſunt, proxima tamen inter ſe genera eſſe apparet. Fieri poteſt etiam vt hæc verba, ἑ μυοξὶς, abundent, & fortè interpretandi gratia dictio ἐλεὸς, vtpote antiquior aut obſcurior, in margine ab aliquo adſcripta, poſteà in contextum irrepſerit: accedit, quòd ferè cùm animal vnum inter alia quædã ambigere dicimus, duo non tria nominamus. Medium autem illud inter murem aruenſem & Glirem animal, apud Lucanos edi ſolitũ, mea quidem coniectura ſciurus fuerit. Sciurum Gliremq; (inquit Scaliger) temere quidam confudêre. Sciurus cauda tegit ſe, fuluo colore eſt, manſueſcit, ſcurriliter & gannit & ludit. Glis cinereus eſt & eſculentus: nunquam placet nili inter patinas. Nihilo verius quod aiunt, ἐλεὸς ab Ariſtotele dici, quem nos Sciurum, quòd caudam inuertat. hoc enim eſt καμπτειν, id eſt flectere: non autem ἑλίττειν, id eſt, vertere aut voluere. Sed quia in cauis arborũ inuoluit ſeſe, vbi dormiens pingueſcat. Sciurus autem ab vmbra caudæ, & à flexu, campſiurus. Glirem Itali vocant *lo galero*, *lo gliero*, vel *ghiro*, vt Scoppa, Arlunnus & Niphus docẽt. Hiſpani *lirón*. Galli ſimiliter *liron*, vel *rat lirn*: ſecundum alios, *ung loir*, *ung rat veul*. Germani circa Atheſin *ein greul*: Heluetij, *ein rell* vel *rellmuſs*, vel *groſſe haſelmuſs*. Nam & aliud ſyluatici muris genus eſt, glire minus, cui ab auellanis quibus veſcitur nomen eſt apud noſtros: ſed hoc in cibum non venit. ſimiliter tota hyeme in ſyluis dormit, vnde apto vocabulo *dormu*, hoc eſt dormiẽs mus, ab Anglis appellatur (proprium quidem gliris nomen Anglicum non reperio) de quo plura in murium hiſtoria dicam. Hoc non prætereundum, animal cuius imaginem dedi, ſub ventre albicare: & mordax eſſe adeò vt rarò viuum capiatur. Hanc pictam cum oſtendiſſem amico cuidam, qui rellios mures noſtros, vt ita vocẽ, vidit editq;: nonnihil intereſſe dixit, quòd noſtri oblongiore roſtro videantur, & acutioribus auriculis, extrema cauda non æque villoſa, ventre medio magis protuberante inter pectus & ilia contractiora, tergo & latere prorſus cinerei, in ventre (ſi bene memini) ſubrufſi, non albi ſaltem. Capiuntur aliquando Claronæ (qui Heluetiæ pagus celebris inter altiſſimos montes ſitus eſt) in ſyluis & arboribus. Vtrunq; maius ſciuro eſt, vtrunq; animal murium generis eſt, vtrunq; eſculentum & pinguiſſimum: vt duæ ſpecies vnius generis videantur. Lardironi etiam, quorum Cardanus meminit lib. 10. de ſubtilitate, non alij quàm glires videntur: & nomen hoc à Cardano confictum propter lardum, hoc eſt pinguitudinem qua gliſcunt: quanquam ipſe muſtellarum generi adnumeret. his verbis: Sunt (inquit) animalia pellibus nobiliora, vt lynces: & è muſtelarum genere plurimę, martori, varij, lardironi, viuerræ, ginettæ: (ſed varij, & lardironi, ſi glires ſunt, muribus potius adnumerari debent.) Et mox, Pelles colli diuturniores plerunq;, vt in vulpe, viuerra, lardirolo. Ineptiſſimè quidam in vernacula lingua rattum vulgo dictum, hoc eſt murem domeſticum maiorem, glirem faciunt: cum is non ſolum non ſit edendo, ſed propemodũ venenoſus habeatur. Polonicè quidam glirem interpretatur *ſczurek*, (quidam rattum vulgò dictum, Polonicè *ſcurez* interpretatur,) quæ vox ad ſciurum accedere videtur: ſed ſciurum vocant *wiewiorka*. Audio in Croatia & alibi illud etiã muris genus edi, quod *bilchmuoſi* Germanicè vocant, de quo plura inter mures.

B.

In Mæſia ſylua Italiæ, non niſi in partu reperiuntur glires, Plinius admirans rerum naturam nõ ſolum alia alijs dediſſe terris animalia, ſed in eodem quoq; ſitu quædam aliquibus locis negaſſe. Audio glirem maiorem eſſe ſciuro, colore nigricante: vel, vt alij referunt, dorſo fuſco, ventre albo, (qui color etiã ijs eſt, quos iam mures ab auellanis vulgo dictos nominaui) cauda breui, in extremo villoſa, facie quodammodo vrſina. Albertus etiam glirem colore varium eſſe ſcribit, in dorſo griſeum, in ventre album: breuioris pili, & tenerioris corij quàm animal quod verè varium (murem Ponticum, vulgò *pandimuſi*, intelligit) vocatur. Axungia & laridum ſunt in animalibus non cornigeris, quorum quatuor dentes vt plurimum prominent vt ſunt glis, felis, canis, vrſus, &c. Monachi in Meſuen. Veras glires & ſciuros cæcum inteſtinum tantum nactum ſcimus, vt magnitudini eorum ventriculi facile reſpondeant: atque idem in ſectione fæcibus turgidum reperitur, Veſalius.

C.

Fagi glans muribus gratiſſima eſt: glires quoque faginat, Plinius. Nucibus regijs vel iuglandibus delectantur glires. Arbores ſcandunt, & poma edunt: vel vt Albertus ſcribit, ſucco pomorum aluntur. Noſtrates nou ipſa poma vel mala à muribus rellijs edi aiunt, ſed aperiri tantum, vt nucleis potiantur: & ſæpe ſub arboribus copiam pomorum nucleis exhauſtam à gliribus, inueniri: arq; inde nomen impoſitum vt *rellen* dicantur: nam idem vocabulum legumina ſub mola decorticare ſignificat, ita vt inter molendum medulla quaſi nucleus à cortice ambiente purgetur: hoc Græci πτίλοσιν, Latini piuſere vel pinſare vocant: quod olim pilis tundentes faciebant, hodie molentes in molis, vt Budæus etiam teſtatur, Panicum pinſitum & euolutum furfure, Columella. Vt in piſtrino pinſetur ac torreatur, Varro. Solent autem glires noſtri poma, quorum appetunt genera, diuaricatis alicubi ramorum ceu furcis imponere, vt ſic inſerta obfirmataq; commodius euacuent. Sed de cibis eorum plura dicam cap. 5. Glires latent in ipſis arboribus, pinguеſcuntq; per id tempus vehemẽter: vt & mures (albi, quod Gaza omiſerat, Plinius addit) Pontici generis albi, Ariſtoteles. Sorices & ipſos hyeme condi autor eſt Nigidius, ſicut glires: quorum ſenium finitur hyberna quiete: conditi enim & hi cubant: rurſus æſtate iuueneſcunt, ſimili & muſtelis quiete, Plin. Somniculoſos ille porrigit glires, Martialis. Die, ceſſante cibo, ſomno quis opimior eſt? glis, Auſonius. Tota hyeme dormit quaſi in pilam coactus, quod ſi ad aerem ſerenum deferatur, paulatim inter manus tenentiũ conualeſcente (concaleſcente) ſpiritu reſoluitur, Liber de nat. rerum. Myoxi quomodo lateant, & quotuplicem fœturam ædant, capite primo ex Epiphanio recitaui.

Animalia tractilia dicuntur, quæ cum mutant locũ ſe trahunt, ſicuti mouentur lepores, qui ſaltando ſe trahũt: & glires inalati, qui mutant locum quaſi ſe trahendo, & alia multa huius generis. Niphus in Ariſtotelis hiſtoriam animalium

animalium 1. 2. Ego tractilia, quæ Aristoteles ἑλκτικὰ vocat, non alia esse puto, quàm quæ in loci mutatione extenso contractoq; per vices corpore mouentur, vt lumbrici, de quorum motu ἑλκύεσθαι & ἑλκυστικῶς κινεῖσθαι proprie dicitur: lepores enim & similia Aristoteles saltu moueri dicere solet. Iam quid per vocem inolatu sibi velit Niphus, non assequor.

D.

Glis animal est semiferum, Plinius. Si in vluarijs doliorum (de quibus mox in E. dicam) alere placeat, notatum est non congregari nisi populares eiusdem syluæ: & semiferæ antur alienigenæ, amne vel monte diserети, interire dimicando. Genitores suos fessos senecta aluntinsigni pietate, Plinius. Viperam quàm astutè myoxos deuorer, in A. dixi ex Epiphanio. Serpentes quidem etiam muribus insidiari certum est.

E.

Glis hyeme dormit: quamobrem si in syluis foueæ profundæ fiant, & terra, palea & ligni superne operiantur, plenæ his animalculis per hyemem inueniuntur, Albertus. Et alibi, Circa Boemiam & Carinthiam rustici autumno in syluis cellaria parant, in quibus glires numerosi se collocant, & inde ad esum hominum colliguntur. Audio vagari in syluis per arbores sciurorum more, & ex vna in alteram transilire: & sæpe à venatoribus sagittis ferri, præcipue circa caua arborum, vbi latitare solent: hæc enim reperta, obstruunt venatores: reuersi ad ea glires & in aditu patefaciendo occupati feriuntur: sæpe in ipsis deprehensi cauis baculo immisso cæduntur. Glires in valle Telina à rusticis capiuntur sic: noctu cum facibus per campos procedunt, & glires ad conspectas faces accedunt, qui splendore facum quas in faciem eis obuertunt, obcœcati, vel manibus capiuntur. Ex glitibus magnum emolumentum esse non potest, Appius apud Varronem. Leporarij genus venaticum, duas habet species: vnam, in qua est aper, caprea, lepus: alteram extra villam, quæ sunt, vt apes, cochleæ, glires, Varro. Glirl viuaria in dolijs, idem qui aprls instituit, (hoc est Fuluius Hirpinus, Grapaldus) Plinius. In Gallia transalpina T. Pompeius in consepto amplissimo præter animalia cætera, dolia habet, vbi glires concluduntur, Varro de re rust. 3. 12. Et rursus 3. 15. Glirarij (inquit) locus, non aqua, sed maceria sepitur. Tota læui lapide, aut tectorio intrinsecus incrustatur, ne ex ea erepere possint. In eo arbusculos esse oportet, quæ ferant glandem: quæ cum fructum non ferunt, intra maceriam iacere oportet glandem, & castaneam, vnde saturi fiant. Facere his caueas oportet laxiores, vbi pullos parere possint. Aquam oportet esse tenuem: quod ea non vtuntur multum, & aridum locum quærunt. Hi saginantur in dolijs, quæ etiam in villis habent multi, quæ singuli faciunt multò aliter, atque alia: quod in lateribus eorum semitas faciunt, & cauum, vbi cibum constituant. In hoc dolium addunt glandem, aut nuces iuglandes, aut castaneam. Quibus in tenebris, cum cumulatim positum est in dolijs, fiunt pingues, Hæc Varro.

F.

Glires censoriæ leges, princepsq; M. Scaurus in consulatu, non alio modo cœnis ademêre, quàm conchylia, aut ex alio orbe conuectas aues, Plinius. Et alibi, Extant censoriæ leges, glandia in cœnis glitesq; & alia dictu minora apponi vetantes. Sunt qui & taxos & glires cœnis addant, quæ animalia in qualitatibus hystrici haud multum dissimilia sunt, Platina. Apud Rhætos qui Italicè loquuntur, glirium carnem salsam reponi audio, quoniam dulcis & pinguis sit saillæ instar. Poscuntur in conuiuijs aliquoties trutinæ, vt ad positi pisces & volucres ponderentur, & glires: quorum magnitudo fœplus delicata non sine tædio præsentium, vt antehac inusitata laudatur adfidue, Amm. Marcellinus lib. 28. Glires (inquit Apicius 8. 9.) isicio porcino: item pulpis ex omni membro glirium tritis cum pipere, nucleis, lasere, liquamine, farcies glires, & sutos in tegula positos mittes in furnum, aut farfor in clibano coques. De mure montano nihil aliud compertum habeo, quàm in Italia esse glires, qui in mensas veniant tanquam lautissimus cibus, Cœl. Secundus Curio.

G.

Glires in cibo sumpti contra bulimon prosunt, Matthæolus in Dioscorid. Ambustis medetur glirium cinis cum oleo, Plinius. Glirem integrum superligabis, verrucas mox tollit, Sextus. Glires & sorices combusti, & cinis eorum melli admixtus, si inde quotidie manegustent qui claritatem oculorum desyderant, sanabuntur, Sextus. Glirisaut muris syluestris cinere iunctis claritatem visus restitui dicunt. Plinius. Mus gliris deglubtus, & cum oleo ac sale assatus, pleumoniticis vel empyicis cibo datus, mirè succurrit: eos quoque qui purulenta exercant celerrimè sanat, Marcel. Glirium, vel soricum, vel verminm terrenorum cinis, ex oleo impositus pernionibus medetur, Marcel. Gliris pingue & gallinæ adeps, & medulla bubulina liquefacta tepensq; infusa auribus, plurimum prodest, Marcel. Paralysin cauentibus pinguia (Albertus non rectè vrinam legit) glirium decoctorum & soricum vtilissima tradunt esse, Plin. Gliris adeps remedium adferet ad eos qui paralysi tentantur, Sextus. Gliris detractâ pelle intestinisque exemptis decoquitur melle in vase nouo: sed medici malunt nardo decoqui vsque ad tertias, atque ita asseruari: deinde cum opus sit strigili tepefacta infundere. Constat deplorata aurium vitia eo remedio sanari, Plinius. Gliri seu blattæ pellis detrahitur, & intestina eius decoquuntur in vase æreo nouo cum mellis heminis tribus, vsque ad tertias, atque ita seruatur, vt cum opus est strigili medicamentum tepefactum auribus infundatur. Marcellus. Ex blattis quidem ad aures remedia in libro de insectis ex Plinio & Dioscoride referentur: sed & gryllus auribus prodest, &c. & cogitandum an glirem pro gryllo Plinius & Marcellus posuerint: congenera enim ferè hæc animalia auribus salutaria creduntur, vt & milliepedæ, siue asselli, quos aliqui in lingua nostra porcellos vocitant: significat autem gryllus etiam porcum Græcis. Sed Dioscorides etiam Eupor. lib. 1. ad aurium dolores & inflammationes, gliris adipem laudat, & rursus lib 2. ad vteri dolores. Gliris vrinam contra paralysin valere Albertus ex Plinio citat, sed falsò vt paulo ante monui.

H.

Gliris pro Glis in nominandi casu apud Marcellum Empyricum: item apud Plinium, si rectè legitur. Glitis

ferè & pelle decoquitur in vase nouo, Plinius. Epitheta. Somniculosi glires apud Martialem. Apud alios, vt Turnebum refert, breues, soporati, hyberni Τυφλοί, ἀπνοοί & ὑπνοβάμονες, Oppianus de myoxis. c. Tota mihi dormitur hyems, & pingatior illo Tempore lum, quo me nil nisi somnus alit, Martialis. Nullum animal grauiore somno sensus premit. Vade Mart. Dormitus nimium glires, vitulíq; marini.

DE GVLONE.

GVLONIS nomen de Septentrionali quadam voracissima fera etsi nouum est, & ab Olao Magno, vt puto, ad imitationē Germanicæ vocis primum confictum, placuit tamen retinere, & hoc in loco collocare, cum veteribus ignota hæc fera inditaque videatur. Plurima tamen concurrunt vt aut ipsam hyænam, seu crocutam (quam aliqui eandem hyænæ putant, alij ex hyæna & cane, alij ex hyæna & leœna natam: omnia dentibus frangit, protinusq; deuorata conficit ventre, Plin. aut omnino congenerem bestiam existimem, vt facile iudicabunt qui vtriusque historiam conferent: & commodè quidem accidit, vt hyænæ historia proximè subijcienda literarum ordine sic poscente sequatur. In Lithuania & Moscouia (verba sunt Matthiæ à Michou ex libro 2. descriptionis Sarmatiæ Europeæ, cap. 3.) animal voracissimum & inutile, quod alibi non comperi, rossomaka nominatum, magnitudine canis, facie catti, corpore & cauda vulpinis, (hyæna videtur quasi ex lupo & vulpe composita) colore nigro: (pedes & vngues asperrimi, corpus villosum, prolixis pilis subfuscis, cauda vulpis, sed brenior & pilis densior. Olaus magnus:) cadaueribus vescitur. Inuento cadauere tantum vorat, vt extendatur & infletur tympani instar: itaque angustiam aliquam inter arbores ingreditur, & per vim se ipsum intrudit, ac ventrem premens stringensq; exonerat, vt violenter ingesta violentius egerat: sic extenuatum rursus ad cadauer properat & rursus impletur, ita vt vicissim de cadauere quantum potest deuoret & excernat, donec totum abiumpserit. Et forsan natura tam insatiabile animal in illis regionibus producit, vt homines simili voracitate laborantes redarguat. Quoniam potentes quum conuiuari cœperint, sedent à meridie in medium noctis, continuo cibo & potu se oppletido, & cum natura exigit surgendo à mensa vt egerant, & rursus se ingurgitent, idq; ad vomitum vsque & tardonis ac sensus amissionem, vt inguinis & capitis quæ sint discrimina tandem neciant. Estque illis consuetudo perniciosa in Lithuania & Moscouia, magis vero & absque pudore in Tartaria, Hæc ille. Atque vtinam intra illas tantùm gentes plusquam bellua illa ingurgitatio circumscriberetur, nec Germaniam nostram inuasisset in tantum, vt quo nobiliore quisque fere natus est loco, eò bibacior & voracior dies noctesque transigat, atque interim & nobilis, & bonus & Christianus haberi dicíq; velit, cum ne hominis quidem secundum rationem, nedum Christiani secundum pietatem, imò neque bellux secundum naturam viuentis vitam tueatur. Nam vt hyæna aut crocuta, & alia quædam pauca naturæ monstra huic tam immani vitio obnoxia sint, pleraque tamen omnia bruta in cibo potuq; naturæ modum nunquam excedunt, ne verberibus quidem aut vllis illecebris vt id faciant adigenda. Sed redeo ad rossomacam: de qua eadem Lithuanus quidam nobilis sic narrabat: Rossomaka minor lupo, brenioribus cruribus, adeo repletur vt venter propendens terram ferè contingat. Rictum ferè suis habet, dentes lupinos, longos. Genera sunt duo, vnum nigrum, & aliud lupino fere colore. Hominem & animalia viua non lædit: morticina tantum vorat, & nimis repleta in suo latibulo reuomit: ac cursus ad multum tempus ijs quæ euomuerit pascitur. Vrsus occidere eam obuiam non potest, ita dentibus se defendit: Hæc ille. Scribit Olaus Magnus in libello quem adiunxit Septentrionalium regionum descriptioni, vt nos etiam picturam hic appositam mutuati sumus: quam quidem ad viuum factam non affero, sed dedi qualem inueni. Animalia, inquit, quæ Germani *vilfraß*, id est multiuora, Suedi ierff appellant, immodicæ voracitatis: nimium repleta ventrem inter duas arbores stringunt vt excrementa protrudant. Petuntur à venatoribus (sagittis, aut bombardis) pellis gratia solum, quæ apud nobiles & ditissimos ad vestimenta in pretio est, vtpote splendidis & florum instar distincta coloribus, quales in Damascena veste spectantur. Sed illi cum gestant huius bestiæ pelles, in eiusdem fere naturam mutantur. Et alibi, caro eius omnino inutilis est ad humanam esca: sed pellis percommoda atque pretiosa: candet enim fuscata nigredine, instar panni Damasceni, diuersis ornata figuris: eademq; eo pulchrior aspectu redditur, quo magis artificum industria, colorum conformitate in quocunque vestium genere fuerit coniuncta. Soli principes & magnates eo indumento tunicarum more confecto hyemis tempore vtuntur: quia colorem concipit citiùs & diutius tectat conceptum: idque non solum in Suecia & Gothia: Sed & in Germania, vbi raritas harum pellium maiorem sortitur æstimationem. Et huius caula sagittis à venatoribus hoc animal petitur, Hæc ille. Rosomachæ nomen Sclauonicum est, inquit Scaliger: nos ioco vulturem quadrupedem consueuimus appellare: cadauera namque miro ceruoque odore sectatur. Pileo ex huius feræ pelle confecto vel Polonorum reges aliquando vtuntur. Pili in ea (vt Schenebergerus meus ad me scripsit) sunt longi, sed non admodum dentè dispositi, nigri, splendentes, vt Zobellæ videri possint: minoris tamen quam Zobella venditur. Alitur hoc animal apud Lithuanos (vt audio) in Principum aulis propter admirandam voracitatem: tantumque robore pedum valet, vt arborem in duas partes diuidat, & aluo per medium distincta se exoneret, Hæc ille: Dicitur hæc fera esse callida ac feris insidiari: cum feram aliquam animaduerterit, conscendit arborem ac cum eam iuxta se videt, statim descendit ac feram apprehendit & occidit, siue sit cerua aut Alce aut caprea &c.

Idem.

DE

DE HYAENA.

Hanc imaginem qualemcunq; in veteri Græco codice manuscripto poematum Oppiani reperimus: mihi quidem non placet.

A.

HYÆNÆ quadrupedis nomen, vtpote peregrinę & ignotę pleriſq; Græcis Latiniſq; ſcriptoribus, non ſolum cum crocuta & leucrocuta quadrupedibus ſu pe confundi video: ſed etiam multa eidem manas quadrupedi hyænæ, aliàs eiuſdem nominis ſerpenti, aliàs piſci attribui. Ego hoc in loco de hyæna quadrupede primum agam: deinde de illis animalibus quæ ſiue eadem hyænæ, ſiue diuerſa ſint, congenera tamen, nomine ſaltem differunt: eoq; vel Græcis Latiniſq; vſurpato, vt crocuta & leucrocuta: vel barbaris tantum ſcriptoribus, vt papio, zilio. Ταὼς, quadrupedis & piſcis nomen, Heſychius & Varinus. De hyæna ſerpente ſuo loco ex Aeliano & alijs dicam. Hyænam alij glanum appellant, Ariſtoteles interpretę Gaza de hyæna quadrupede: Græce etiam γλάνον habetur: apud Heſychium vero γάνον ſine lambda; his verbis: Phryges & Bithyni hyænam, ganon vocitant. Niphus hyænam Epheſij gannum (per n. duplex) vocari, ex Philopono annotauit. Ego cum lambda glanum potius quàm ganum dixerim, hæc coniectura motus: quoniam hyæna etiam piſcis nomen eſt, vt libro ſeptimo apud Athenæum legimus, qui & γλανίδα ex Epicharmo nominat, quale verò piſcis hoc genus ſit tanquam ignorans non deſcribit. Mihi quidem piſcis idem videtur qui & ὗς illic ab eo nominatur, de quo Archeſtrati verſus citat, Ἐν δ' Ἄλφειῷ καὶ τοῖσιν πλὴν ὗς ἀγρίος, Ἣν καλέουσι τῆλε βοιωτῶν ψαμμῆτιν ὀρυκτῆρ', Τῆτε πλὴν λοφιὰν ἔσθειν, &c. Conijcit autem eundem ἔθνιον ψαμμόδηλα in carmine Numenij dictum: & dubitat an idem ſit piſcis qui capros, id eſt aper vocatur. Ego aprum piſcem Acheloi vocalem eſſe apud Ariſtotelem legi, vt illum à voce & quaſi grunnitu ſic dictum appareat. At pſammitin oryctęn, hoc eſt arenarium foſſorem, hyn, id eſt ſuem dici, quòd arenam roſtro, vt ſus terreſtris cœnum fodiat, facilè eſt coniicere: niſi quis malit ab aliqua corporis ſimilitudine appellatum, quoniam Archeſtratus λοφιὰν (quæ vox propriè ad ſuilli dorſi ſetas pertinet, ſed ſimpliciter etiam pro ſumma dorſi parte accipitur) eius aſſandam ſcribit. Sed de piſcibus, quibus à ſue nomen contigit, propter pinguitudinem, vocem, aut corporis figuram; alibi ſcribam. Quoniam igitur hyæna quadrupes, etiam glanos vocatur: & piſcis quoque eiuſdem nominis eſſe creditur, (inuenimus autem glanin vel glanidem piſcem vocari quendam, quem aliqui eundem ſiluro putant ſed perperam, vt oſtendam in hiſtoriam piſcium) omnino hyænam eundem eſſe putauerim. Silurus certè piſcis voracißimus eſt, nec piſces tantum inuadit, ſed etiam equos: vt vel eo nomine ab hyæna nomen ſortitus videri poſſit. Illyrica lingua, vt ex Sigiſmundo Gelenio didici, hyænam quadrupedem vocat ſan, quod nomen ad Græcam vocem ganos alludit. Γανόεις vel γάνος, multa ſciens, aſturus, πανοῦργος, Varinus: certe huiuſmodi gani huic hyænæ natura eſt. Cæterum glanis vel glanys piſcis, à Glany fluuio Italiæ vel Cumæ nomen habet, Varino teſte. Quidam hyenam ſcribunt ſine diphthongo, quod non probo: Græci enim per αι. ſcribunt: nomen autem à ſue indiderunt propter ſetas, vt capite ſecundo dicam. Porphyrius in eo opere quod inſcripſit de abſtinentia ab vſu carnium, hyænam dicit ab Indis aſſeruari crocutam, Gillius: ſed de crocuta quæcunque apud authores reperi, ſeorſim poſt hyænæ hiſtoriam conſcribam. Belbi, id eſt hyænæ, decem fuerunt ſub Gordiano Romæ, Iul. Capitolinus. Sic forte dicuntur à Belba Aegypti claſtrae. Piniciamus grammaticus noſtri ſeculi, hyænæ nomen Germanicum finxit, *grabitier*, quod circa ſepulchra verſetur: ego *vilfraß* interpretarer: quoniam vel gulo eſt, vel omnino congener ei fera, vt iam ſupra in Gulonis hiſtoria dixi. Albertus vt pleraque corrupte, ſic ionam pro hyæna ſcribit. Syluaticus yenam exponit bellulam (Galli mutelam belette vocant) & rurſus yenam beſtiolam quandam. Hyæna portentoſum ne magis an fabuloſum animal ſit neſcio, alieni certè orbis animal credendum eſt, Marcellus Vergilius. Akabo, Alkabo, alzabo, aziba, albezao, pro animantis vnius nomine diuerſæ ſcriptiones, leguntur apud Raſin de 60. animalibus capite decimoſeptimo, & Albertum lib. 22. Eſt autem non alia quàm hyæna, quamuis interpres Raſis taxonem interpretatur, hoc eſt melem. Prima ſyllaba a. vel al. articuli loco eſt. Zabo vel ziba, nomen à lupo factum eſt, qui zeeb & in fœminino genere zeeba Hebræis vocatur: multa enim cum lupo habet communia, &c. Raſis quidem nihil quàm remedia & magicas quaſdam facultates de hac fera recenſet, ex quibus tamen facile deprehendi hyænam eſſe, cum quædam prorſus eadem ſcribat quæ veteres Græci Latiniq; de hyæna, vt infra capite ſeptimo conferentibus apparebit, Dabaith. Albani eſt animal magnum rapax, maius leopardo, & aliquando leone, quod quandoq; claudicat: & ideo vocatur claudicans: & inde regali diſpoſitione pupillo (forte pyplo, de quo paulo poſt) claudus in terra noſtra vulgo dicitur: in Syria dicitur zabach tabaceus: ad formam lupi vergit, &c. Syluaticus. Nunquid volatile tinctum eſt (ſanguine) hęreditatis meę? nunquid volatile per circuitum eius? Hieremiæ duodecimo, interprete Munſtero. Quo in loco Hebraicam vocem צבוע zabua, volucrem interpretantur. (Munſterus in Lexico etiam auium turbam:) Septuaginta ſpelæon, id eſt ſpeluncam: & pro צבוע zabua, hoc eſt tinctum eſt, Septuaginta reddunt ὑαίνης, hyęnę; decepti nimirum vocis affinitate, quoniam zabo, vt dixi, hyęna eſt: quamuis pro fera per zain ſcribi conijcio, vt lupi etiã vocabulum Hebraicum: verbum autem zaba, quod eſt tinxit, per zade ſcribitur. Eodem in loco Glotta. Hyæna (inquit) nocturna beſtia cadaueribus cunctiſq; immundis vescitur: huius impuritati populus Iſrael comparatur. Pro hyęnę & trochi nominibus apud Ariſtotelem de generatione ànimalium 3. 6. Albertus habet, ex Auicenna, acrotius & aſtriboth, tanquam auium nomina: & rurſus, pro trocho, karabo: pro hyęna, azaro: vbi forte azabo

aut simile quid legendum. Akabo in desertis Arabiæ versatur, Albertus tanquam ex Rasi, apud quem tamen hæc verba non reperio. Aristoteles vero genus quoddam hyænarum in Arabia esse scribit, (non simplex genus hyenæ esse insinuans.) In sacris literis bis legimus zeebe ereb, & semel araboth: interpretes variant: nam lupos Arabiæ, aut solitudinum, aut vespertinos interpretantur. Ego hyænas esse crediderim. quæ vesperi & noctu grassantur, lupis alioqui similes in multis, sed magis quàm illi astuti, malefici, voraces atq; crudeles. Principes verbis (Hieroglyphicæ) veluti leones rugientes: iudices eius (similes sunt) lupis vespertinis, qui ossa non relinquunt ad diluculum, Sophoniæ tertio, interprete Munstero. Taxat autem propheta (inquit idem in Scholijs) insignem iudicum auaritiam. Non, inquit, lupi fame accensi tam autdè prædæ inhiant, cum etiam totum diem ieiunum duxerunt, & serò ad rapiendum sese protripiunt: quantum iudices extorquendæ per fas & nefas pecuniæ. Ostendit autem insignem luporum famem, qua coacti ossa cum carnibus deuorent. Septuaginta hoc in loco lupos Arabiæ transtulerunt, quod non probo: alijs enim punctis siue vocalibus Hebræi scribunt ereb pro vespera, alijs Arab pro Arabica natione. Et Hieremiæ capite quinto legitur zeeb araboth, in plurali numero: quæ vox pro Arabica gente accipi non potest: sed vel ab ereb, id est vespera descendit: vel arabah, hoc est solitudine vel deserto: ab vtroque enim pluralem numerum sic fieri Munsteros in Lexico docet. Sunt autem Hieremiæ verba hæc, interprete Munstero: Percussit eos leo de silua, & lupus solitudinum deuastauit eos. Septuaginta, λύκος ἐξέτιλεν αὐτούς: hoc est, lupus eos ad domos vsq; perdidit. Hieronymus, Lupus ad vesperam vastauit eos. Habacuc etiam prophetæ capite primo verba sunt hæc, interprete Munstero: Leones sunt pardis equi Chaldæorum, & acriores quàm lupi vesperæ (zeebe ereb.) Velociores lupis vespertinis, Hieronymus. Οἱ ἡγεμόνες αὐτῆς λύκοι ἐσπερικοί, Septuaginta. (Hos locos de lupis Arabiæ Tzetzes etiam in suis Chiliadibus citat, sed nihil explicat.) Sed de velocitate hyænarum nihil certi habeo, vt neq; luporum: nisi quòd Oppianus secundum genus eorum, (circos & harpages vocat,) cæteris velocitate præstare ait: magis etiam famelicos esse, montanos, sed hyeme ad vrbes accedere, summo diluculo ad prædam abire, &c. Quòd si quis vel hoc vel aliud lupi genus, (nam quintum genus Oppiano lepores venatur: quod sine celeritate fieri non potest,) potius quàm hyænam pro lupo vespertino in libris prophetarum acceperit, non repugno. Hoc tantum asserto, peculiare lupi genus intelligi, non autem quemuis lupum (vt obscuri quidam recentiores scribunt) sub vesperam magis famelicum esse, & hoc insinuare prophetas.

B.

Hyænam mittit Africa, Solinus. Plurimæ gignuntur in Africa, Plinius. Apud pastorales Afros reperiuntur bassaris, hyænæ, hystriches, &c. Herodotus libro 4. In Arabia genus quoddam hyænarum esse dicunt, quod corporem quendam fluporem q̃ animalibus inferat, &c. vtin c. dicam. Aristoteles in libro de Mirabilibus: Hyæna corpore non minore quàm lupus est, iuba qua equus, Aristoteles & Hieronymus contra Iouinianum. Colore lupi propè est, sed hirsutior, & iuba per totum dorsum prædita, Aristot. Et alibi. Iuba est qua equus, sed seta duriore longioreq;, & per totum dorsum porrecta. Hinc nimirum etiam nomen tulit, quod dorsum ei setis tanquam suillis rigeat. Medium hyænæ dorsum, inquit Oppianus, incuruatur, & circumquaq; (per tractum dorsum, Aristot.) hirsutum est, vt non totum hyænæ corpus, sed dorsum tantum setis durioribus & prolixis rigere intelligamus. Corpus eius terribile frequentes vtrinq; tæniæ cœrulei coloris distinguunt. Dorsum oblongum & angustum est, & cauda similiter, Ἔστι τ' ἀμφοτέρωθεν ὄπιθεν λοφιὴν ὀδὰξ ἔχεδοντες, (verba quædam videntur deprauata.) Hæc Oppianus. Habet Hyæna pilos acutos & densos. Recentior quidam græcus ap. Aelianum. Multa igitur lupo & hyænæ communia sunt: magnitudo & color, vt dixi: item voracitas, & insidiæ quas alijs animalibus moliuntur: ille gregibus ouium & capratum, hæc canibus & homini quandoq;. Dentes vtriq; ferrati, genitalia vtriq; similia, vt paulò post dicam. Vterq; noctu vagatur cibi causa: lupus vrgente fame, hyæna necessariò ferè: quoniam acrius noctu videt, interdiu hallucinatur. Οὔτοκα οἱ ἀξὰν νύκτα ζαέφ-, σκέτ' Θ-αὐμαίνεται, Oppianus. Oculi vituli marini & hyænæ in mille colores transeunt subinde. Plinius. Et alibi, Oculis hyænæ mille esse varietates, oculorumq; (melius, colorumq;, ex Solino) mutationes traditur. Aiunt hyænam colorem mutare ad libitum, Albertus: sed hoc de oculis apud veteres legitur. In oculorum hyænæ pupillis lapis inuenitur, hyænium dicunt, prædictum illa potestate, vt cuius hominis fuerit linguæ subditus, prædicat futura, Solinus. Hyænæ gemmæ ex oculis hyænæ, & ob id in vase inuenti dicuntur: & si credimus, linguæ hominis subditæ futura prædicere, Plinius. Germanorum artifices narrant hanc bestiam in oculis vel verius in fronte gestare lapidem pretiosum, Albertus. Lapis hyæna, inquit Syluaticus Albertum citans, ab hyæna bestia nomen habet, eò quod oculi eius in lapidem vertantur. Aiunt autem Eusx & Asien (Solinus.) suppositum linguæ diuinationem conferre. Hyæna gemmam in oculis gestat, vel vt aliqui dicunt in fronte, Author libri de naturis rerum. Collum & iuba continuitate spinæ porrigitur, flecti q, nisi circumactu totius corporis nequit, Plinius. Hoc Aelianus etiam de Lupo scribit, & aliqui de leone. Ego omnium animalium, quæ collum proprie dictum habent, vertebris id constare puto. Scaliger Leonis collum vertebris constare affirmat, contra quam proditum sit ab antiquis. Hyænæ cum spina riget, collum continua vnitate flecti nequit, nisi toto corpore circumacto, Solinus. Ceruix leonis tantum & lupo & hyænæ ex singulis rectisq; ossibus riget, cætero spinæ adnectitur, Plinius. Hyænæ cor magnum, Aristoteles. Hyænæ cor maximum est proportione, vt & reliquis timidis (muribus, lepori, asino, ceruo, panthere, mustelis) aut propter metum malefici, Idem & Plinius. Quòd de hyæna fertur, genitale simul & matris & fœminæ eandem habere, commentitium est: sed virile similiter atq; in lupis & canibus habetur: quod verò fœmineum esse videtur, sub cauda positum est, figura simile genitali fœminæ, sed sine vllo meatu: sub hoc meatus excrementorum est. Quinetiam fœmina hyæna, præter suum illud, etiam simile vt mas habet sub cauda sine vllo meatu, à quo excrementorum meatus est, atq; sub eo genitale verum continetur: vulvam etiam hyæna fœmina, vt cæteræ huiusce modi (lupi & canes) fœminæ animantes, habet, Aristoteles. Idem alibi promptus esse scribit marem capere, quàm fœminam, vtpote calidiorem sexum, & ingenij secundũ eum discrimen manifestq; ponens. Hyænis vtrunque esse naturam, & alternis annis esse mares, alternis fœminas fieri: parere sine mare, vulgus credit, Aristoteles negat. Sic & Oppianus, Audioi (inquit) vno anno hyænam patris vice fungi, altero matris. Sic & Philes poeta recentior, & Iorach apud Albertum, qui etiam venenum in cauda hyænæ colligi scribit: sed Iorach ille (inquit Albertus) frequenter mentitur. Si tamen est aliquid miræ nouitatis in illis, Alternare vices, & quæ modo fœmina tergo passa marem est, nunc esse marem miremur hyænam, Ouidius 15. Metamorph. Aelianus & Orus in Hieroglyphicis, hyænam, non quadrupedem, sed serpentem per vices marem & fœminam esse prodiderunt.

C. Hyæna

C.

Hyænæ noctu vident, cum interdiu nihil ferè videant vt fœles, Aphrodiſienſis in problematis 1. 66. De hoc etiam præcedenti capite dixi in oculorum eius mentione. Cadauera hominum, & ipſos homines & canes à ſe interfectos, vt ſequenti capite dicam, deuorat. Ab vno animali ſepulchra erui inquiſitione corporum tradunt, Plinius & Solinus. Sepulchra effodit humanæ auida carnis, Ariſtot. Vox ei quæ propria ſit non legi: humanum verò ſermonem (vt crocutam quoque & mantichoram) & vomitionem hominis eam imitari ſequenti capite referam. Hyænam per vices annorum nunc marem eſſe & generare, nunc fœminam & concipere, præcedenti capite refutatum eſt. Vide etiam inferius in Trochi mentione. Cani congeneres Lupus, vulpes, hyæna, Tigris: concipiunt hæc ex aliena æque atque è ſua quisq; ſpecie, Scaliger. Hyænæ coitu leæna Aethiopica parit crocutam, Plinius & Solinus. Thôes ex hyæna & lupo generantur, Varinus in Θόες, & Heſychius in Θῶες per ω. quo modo melius ſcribitur. Ex his grammaticis Valla etiam Herodoti interpres libro quarto, vbi is ſimpliciter thôes in Africa generari dixerat, de ſuo addidit ex hyæna & lupo genitos, quod quidem parum fidi eſt interpretis. Sed thôes quales ſint, & vnde generentur, ex ipſorum hiſtoria petendum eſt ſtatim poſt lupum. Hyæna coit cum lupo, & parit eum qui ἀνθλυκος, (lego πιθλυκος vel μεσολυκος) vocatur qui non in grege ſed ſolitarius degit, inq; homines & pecora graſſatur, vt ſcribit Græcus recentior. De trocho & hyæna (inquit Ariſtot. de generat. 3. 6.) ſtultè magnoq; errore narratur: hyænam enim complures aiunt, trochum Herodotus Heracleota ſcribit duplex genitale habere, maris ac fœminæ: & trochum ſeipſum inire: hyænam inire & initi annis alternis: ſed viſa eſt hyæna mas, & altera fœmina ſui diſcrimine genitalis: locis enim nonnullis penuria huius conſpectus non eſt. Verum hyænæ tam mares quàm fœminæ habent ſub cauda lineam quandam ſimilem genitali fœminino: quæ quidem nota quamuis communis ſit, tamen in maribus potius cernitur, quia mares quàm fœminæ magis capiuntur. Itaq; qui rem parum diligenter (ἐκ παρέργου) conſiderant, in hanc aberrant opinionem. Hactenus Ariſtoteles. Trochum quidem piſcem eſſe, qui ipſe ſe ineat, Plinius ſcribit 9. 52.

D.

Maximum cor eſt pro portione muribus, lepori, pantheræ, muſtelis, hyænis, & omnibus timidis aut propter metum maleficis, Plinius & Ariſtoteles. Eſt in eis pietas crocodili, aſtutia hyænæ, Mantuanus. Promptius eſt marem capere: fœminis enim ingenita eſt callidior aſtutia, Solinus. Rarò hyæna fœmina capitur, (quod etiam Plinius ſcribit:) nam inter undecim numero vnam tantum cepiſſe venator quidam retulit, Ariſtoteles. Quodcunque animal ter luſtraverit hyæna, in veſtigio hærere & mouere ſe non poſſe traditur: quapropter magicam ſcientiam ineſſe ei pronunciauerunt, Plinius & Solinus. Hyænæ vmbræ contactu canes obmuteſcere tradunt, Plinius & Aelian. Si canes venantes vmbram eius dum ſequuntur contigerint, latrare nequeunt, voce perdita, Solinus. Cum Lunæ orbis plenus eſt, terro poſito Lunæ fulgore ſuam canibus vmbram injicit, quos ſtatim mutos reddit & tanquam veneficio quodam, eorum ſenſus perſtringit: deinde elingues abducit & optatis fruitur, Aelianus & Philes. Canes vomitionem hominis imitando capit, Ariſtot. Vomitionem hominis imitari traditur ad follicitandos canes, quos inuadat, Plinius. Vomitus humanos mentitur, falſiſque ſingultibus follicitatos ſic canes deuorat, Solinus. Ad ſtabula noctu profecta, humanum vomitum aſſimulat, cam vt canes exaudierunt, ſic ad illam ipſam, tanquam ad hominem adeunt, ea verò comprehenſos vorat, Aelian. Hyæna homini cani ue dormienti ſuum corpus admouet (περιτείνει) ac ſi ſeipſam malorem dormiente ſentit, naturaliter ſua magnitudine ſenſibus eum priuat, ac ipſius manus non reſiſtentis exedit, & conficit: ſin ſe breuiorem animaduerterit, ſtatim properat fugere. Quod ſi in te incurrerit, caue iam à dextera ipſam excipias, quoniam ſic obtorpeſceres, vt nullo modo te poſſes tueri: ſin autem ex ſiniſtra in eam inuaſeris, confidenter aggredere, & occides, Gillius apud Aelianum non citato authore. Ego eadem ad verbum reperio in Geopon. Græcis 15. 1. à Zoroaſtre citata ex Neſtoris Panacea. Cum fugiunt venantem, declinare ad dextram, vt prægreſſi hominis veſtigia occupent. Quod ſi ſucceſſerit, alienari mente, aè vel ex equo hominem decidere. Acti in lævam detorſerit, deficientis argumentum eſſe, celeremque capturam. Facilius autem capi, ſi cinctus ſuos venator, flagellumq; & ipſos equos, (aliàs imperitans equo,) ſeptenis alligauerit nodis, Plinius. Hyæna dextra in manu vim ſopiendi habet, & ſuo tacta ſomnum conciliandi, ſæpéque numero in ſtabula ingreſſa cum dormientem aliquem deprehenderit, & pedetentim ad illum progreſſa fuerit, ſoporiferam, vt ita dicam, manum eius naribus admouet, ſicque eas opprimit, hic vt ſine ſenſu eſſe videatur, ac tantum terræ ſuffodit, quantum ſit ad eum ipſum obruendum ſatis: guttur vero & ſupinum & nudum relinquit, in quod incumbens, ſomno oppreſſum ſuffocat, poſteaq; in latibulum abſtrahit, Aelianus. Philes paulo aliter, vt videtur: Dormientis, inquit, nari dextrum pedem immittens, κάρον efficit. Ὀρύξασα δὲ τῇ κεφαλῇ κυνήλῃ, Περίθηκε τὸν φάρυγγα γυμνὸν ὑπτίαν, Ἡ μάλα δεινῶς ἡ φονώσης ἐμφύσης Ὁ παῦλαν αἵτων δυσιχῶς ἀπαντήσῃ. Iidem alibi hyænæ iſcis pinnæ dexteræ eandem vim attribuunt. (Oppianus dextræ leonis manui Νάρκαβον, τῇ πείτνα λύει δοτὴ γένατος χεῶν.) Si piſcis marini hyænæ nuncupati pinnam dextram ad hominem ſomno conſopitum admoueas, ſanè quàm eum ipſum perturbabis. Etenim formidoloſa ſecundum quietem ſpectra videbit, acerbaq; inſomnia (vel Philes, Φείκην αἴρηται καὶ δεῖμα πολλῶν Φαρμάκων) perpetietur, Aelianus. Vim iſtam pinnæ dextræ ſoporiferam; tulo marino etiam attribuunt authores: ve& pellis aduerſus fulmina. Mutilus eſt locus Ariſtotelis de hyænis in ello de mirabilibus narrationibus huiuſmodi: Ἐν δὲ τῇ Ἀραβίᾳ ὑαινῶν πλῆθος φασὶν εἶναι, ὅταν δὲ ἐπιθῇ περίοδον ἡλίου ἐν * ἐρχάζεται, &c. hic ex Aeliani iam poſitis verbis ita ſuppleri poteſt, ἐπειδὰν περίοδον ἡλίου ἢ ἀνθρώπου κοιμωμένου, δεξιὸν ποδὸς τὰς μὴ προφύσῃ ναρκην ἐργάζεται καὶ πᾶσιν ὥστε μὴ δύνασθαι κινεῖν τὸ σῶμα. Quod vero ſequitur, ὃ δὲ παῖων καίεται, legendum fortè ὃν δὲ παῖῃ καταθεῖν, aut tale quid iam ex Aeliano recitatum. Hyænam magi ex animalibus in maxima admiratione poſuerunt, vtpote cui & ipſi magicas artes dederint, vimque qua ciat ad ſe homines mente alienatos, Plinius. Molitur inſidias homini, Ariſtoteles. Hyænam tradunt ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula aſſimulare, nomenq, alicuius (auditu aſſiduo, Solin.) addiſcere, quem vocatum foras laceret, (vt in hominem aſtu accitum noctu ſæuiat, Solinus) Plinius. Pardalim hyæna hoſtitr odit, Aelianus. Si hyænæ & pardalis pelles admiſceantur, pardalina pilos amittit, hyænæ non item: quare Ægyptij ſuperiorem ab inferiore victum ſignificaturi, duas pelles pingunt, hyænæ vnam, alteram pardalis, as in Hieroglyph. Præcipuè pantheris eſſe terrori traduntur hyænæ, vt ne conentur quidem reſiſtere: &

aliquid de cotio earum habentem non appeti: Mirumq; dictu, si pelles vtriusque contrariæ suspendantur, deciderepilos pantheræ, Plinius. Magnus Indorum rex quotannis diem vnum proponit tum hominum tum bestiarum certaminibus: committunt autem pugnaturas inter se bestiæ, feri tauri, arietes, hyęnæ, &c. Aelianus. Ibis felle Hyęnæ interimitur, Aelianus.

G.

Oleum in quo decocta sit vulpes siue viua siue mortua, arthriticos in eo longiori tempore immorantes, vel omnino sanat, si nouus sit affectus: vel, si saltem non inueteratus, ita curat, vt licet repetat, multò tamen mitior sit futura. Sed vulpinum oleum nihilo magis discutit eo quod ex hyęna similiter decocta paratur: id enim omnino eximiam discutiendi vim sortitur, Galenus de simplicibus 11. 47. Eadem ex Galeno descripsit Actius libro 12. Caro alzabo calida est & humida: cocta cum oleo (aceto, Albert. non probo) iuuat podagricos & dolores iunctuarum ex frigiditate: est enim tenuis substantiæ, & diaphoretica. Cocta cum aqua, cui insideat in scilio seu cupa podagricus vel arthriticus plurimum prodest, Rasis & Albertus. Magorum vanitas, vt est solers ambagibus, hyęnas capi iubet, geminorum signum tranſeunte Luna, singulosq; propè pilos seruati, Plinius. Cotium hyęnæ substratum à cane morsis auxiliari tradunt magi, Plinius. Ea etiam quæ in hoc capite de viribus hyęnæ sequuntur, omnia ex Plinio desumpta (nisi aliud scriptoris nomen exprimatur) & magis autoribus attributa, semel hic monuisse sat fuerit. Probati quidem medici nihil huius feræ præter fel in remedijs ponunt, & oleum in quo ipsa (vt dixi) decocta sit. Viculi marini, aut quod melius est hyęnæ pelle facta medicamenta (forte calciamenta) si quis in cotidiano vsu habuerit, efficaciter podagræ morbo carebit, Marcellus. Capitis dolori alligatam cutem prodesse quæ fuerit in capite eius, magi tradunt, Plinius. Post timorem aquæ, & ante ipsum (in lysso decto) ciba eum cute adabici claudicantis (i. Hyęnæ, Aldahab) Auicenna 4. 6. 4. Sanguinem cum polenta sumptum, torminibus. Sanguis si calidus illinatur, locis leprosis conducit, Rasis & Albertus. Carnes si edantur, contra canis rabidi morsus efficaces esse: etiamnum iecur efficacius. Neruos potos in vino cum thure, fœcunditatem restituere ademptam veneficio. Neruis à dorso armisque, suffiendos neruorum dolores. Canis rabidi morsu potum expauescentibus faciem perungunt adipe vituli marini: efficacius si medulla hyænæ & oleum à lentisco & cera misceatur. Medullas opitulari doloribus spinæ & neruorum, lassitudini renum. Medulla de spina hyænæ, admixto felle eius & oleo vetere, ad temperiem & lenitudinem acopi decocta, neruorum vitia omnia doloresq;, auctore Democrito persanat, Marcellus. Sic & Plinius, Neruis medeti medullas è dorso cum oleo vetere ac felle. E dorso medullam adalligatam, contra vanas species opitulari. Adipe accenso serpentes fugari dicunt: Eundem illitum à cane morsis auxiliari. Ad alopecias inter alia prodest Hyænæ adeps, Gal. κατ. τοπ. Emplastrum è fermento apud Nic. Myrepsum 11. 62. adipem hyænæ recentem recipit.

Sinistra parte cerebri naribus illita, morbos pernicioſos mitigari, siue hominum, siue quadrupedum. Sterilitatem mulierum emendari, oculo cum glycyrrhiza & anetho sumpto in cibo, promisso intra triduum conceptu. Dentes eius dentium doloribus tactu prodesse, vel alligatos ordine. Hyænæ dentes admoti dentibus & appensi, dentium dolorem sedant, Nic. Myrepsus. Dentes si de sinistra parte rostri eruti sint, illigatos pecoris aut capri pelle stomachi cruciatibus. Contra nocturnos pauores vmbrarumq; terrorem, vnus è magnis dentibus lino alligatus succurrere narratur: Furentes suffiri eodem, & circumligari pectus cum adipe renum, aut iocinere, aut pelle præcipiunt. Dens alzabo suspensus super brachium dextrum ab humero vsque ad cubitum, obliuioni resistit, Rasis & Albertus. Maxillæ parte comminuta in aniso, & in cibo sumpta, horrores sedari: Eodem suffitu mulierum mentes euocari. Palato arefacto, & cum alumine Aegyptio calefacto, acter in ore permutato, fœtores & vlcera oris emendari. Ceruicis carnes, siue mandantur, siue bibantur, arefactæ, lumborum doloribus mederi. Humeros humerorum & lacertorum doloribus tactu prodesse. Pulmones in cibo sumptos cœliacis (vetus lectio, iliacis) auxiliari: Ventriculis, cinerem cum oleo illitum. Cor in cibo sumptum omnibus doloribus corporum auxiliari. Tremulis, spasticis, exilientibus, & quibus cor palpitet, aliquid ex corde mandendum, ita vt reliquæ partis cinis cum cerebro hyænæ illinatur: Pilos etiã auferri hac compositione illita, aut per se felle, evulsis prius quos renasci non libeat: Sic & palpebris inutiles tolli. Mulieri candida à pectore hyænæ cato, & pili septé, & genitale ceruí, si illigentur dorcadis pelle, collo suspensa continere partus promittunt. Carnes vel ossa hominis, si quæ in ventriculo occisæ inueniantur, suffitu podagricis auxiliari. Omentum, vlcerum inflammationibus cum oleo. Medulla ex dorso, vide superius in Medulla. Podagris, spinæ cinerem cum lingua & dextro pede vituli marini, addito felle taurino, omnia pariter cocta atq; illita hyænæ pelle. Ossa ex spina parturientibus prodesse. Costarum primam & octauam suffitu ruptis salutarem esse. Carnes si edantur, contra canis rabidi morsus efficaces esse: etiamnum iecur efficacius. Febribus quartanis iecur degustatum ante accessiones. Glaucomata iocineris recentis inassati sanie, cum despumato melle inunctis sanari dicunt. Iecur potũ tormínibus & calculis mederi. Fel efficacissimum creditur scorpionis marini, & callionymi piscis, marinæq; testudinis & hyænæ, Dioscorides. Cum pharmacum aliquod paras, cui fel miscetur, colorem fellis spectato, qui alius in alijs animalibus est. Pastillis enim dictis taurinum admiscent: ocularibus vero medicamentis hyænæ, galli, perdicis, & aliorũ quorundam animalium, Galenus de simplicib. 10. 12. Et rursus, Taurinum fel efficacius est suillo, ouillo, caprino, & bubulo: ignauius tamen quàm hyænæ: vt huius quàm callionymi aut scorpij marini aut testudinis marinæ. Fel hyænæ per se illitum pilos auferre, evulsis prius quos renasci non libeat: sic & palpebris inutiles tolli. Si felle hyænæ loca quibus molesti sunt pili in palpebris nati adsiduè tangantur, confestim tabescent: certe si prius vulsis superducatur, non renascentur, Marcellus. Idem remedium apud Galenum legimus Euporiston 1. 42 his verbis, Evulsis prius radicitus pilis, fel aut hyęnæ aut hirci confestim inunge. Animalium quorundam fel (inquit Galenus de simplicib. 10. 12.) præ cæteris laudatur, quod & visum acuat, & suffusionum initia discutiat, vt callionymi piscis, hyænæ, &c. Hyænæ fel cum melle visum acuit, & illitum suffusiones discutit. Galenus ad Pisonem. Suffusionem oculorum canino felle malebat quàm hyænæ curari Apollonius Pitanæus cum melle: item albugines oculorum, Plinius. Fel vrsinum atq; hyænæ cum melle optimo mixtum & diu coagitatum, caligines eximit, si adsiduè inde oculi suffundantur aut superlinantur, Marcellus. Lippitudini mederi fel illitum frontibus: aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis & cruci vncia inunctum: Sic & caligines discuti & suffusiones: Claritatem excitari melius inueterato medicamento. Asseruari autem in Cyptia pyxide. Eodem sanari argema, scabritias,

britias, excreſcentia in oculis, item cicatrices, Plinius. Fel hyænæ ad cicatrices, ſuffuſiones, & alias hebetud. oculorum adhibentur Aet. 7. 111. Democritus affirmat felle hyænæ ſi frons perfricetur, epiphoras incipientes, & omnem oculorum dolorem poſſe ſedari, Marcell. Medulla de ſpina hyænæ, admixto felle eius & olei veteris, ad temperiem acopi decocta, neruorum vitia omnia doloresq; auctore Democrito perſanat, Marcell. Fel alzabo matis ligatum ſuper femur alicuius ſiniſtrum, promouet coitum cum muliere quandiu retinetur, Rafis & Albertus. Peſſus ad conceptum promouendum, Leonis, aut vrſi, aut hyænæ, vel ſaltem taurini feilis ve ſicam euacuato, & ibidem vnguenti nardini, irini, roſacei, mellis, partes æquas inijcito, cumq; omnia ſimul ſuper calido cinere vnueris, ſeruato & vtere poſt menſium purgationem ante concubitum, Aëtius 16. 34. Fel alzabo pondere drachmæ potum cum decoctione ſpicæ nardi, remedio eſt aduerſus tympanitem, Idem. Membranam quæ fel contineat, cardiacis potam in vino, vel in cibo ſumptam, ſuccurrere. Podagris fel prodeſſe cum lapide Aſio. Lienem lienibus mederi. Lumborum doloribus carnes è lumbis edendas illinendasq; cum oleo. Adipe è lumbis ſuffici difficulter parientes, & ſtatim parere. Veſicam in vino potam contra vrinæ incontinentiam ſuccurrere: Quæ autem in veſica inuenta ſit vrina, additis oleo ex ſeſamo & melle, hauſtam prodeſſe regimoniæ veteri. Vuluam cum mali Punici dulcis cortice in potu datam prodeſſe mulierum vuluæ. Spaſticis genitale è maribus ſuffitu opitulari. Venerem ſtimulari genitali ad ſexus ſuos in melle ſumpto, etiam ſi viri mulierum coitus oderint. Lippientibus, ruptis, & contra inflationes, ſeruatos pedes opitulari tactu: læuos dextris partibus, dextros læuis. Siniſtrum pedem ſuperlatum parturienti, letale eſſe: dextro illato, facile enixi. Fimum quod in inteſtinis inventum ſit, arefactum, ad dyſentericos valere potum: illitumq; cum adipe anſerino opitulari toto corpore læſis malo medicamento. Aëtius 13. 6. emplaſtro cuidam imponendo aduerſus crocodili morſum ſtercus hyænæ adiungit: hoc, inquit, ſi deſit, porcino vtitor. Hyænæ ſtercus putrida curat vulnera, Hieronymus contra Iouinianum vt Vincentius Belluac. citat.

H.

a. Hyænæ epitheta. Æmula vocis, apud Textorem. Ἀνθρωπώδης, ἀνθρωπόφωνος, ἀνθρωποκάρηνος, ἀνθρωπόμορφος, Oppiano.

b. Color achatæ aliquando ſimilis eſt pelli hyænæ. Agricola.

d. Qui voluerit tranſire per locum animalium alzabo, non infeſtabitur ab eis, ſi manu geſtet radicem colocynthidis, Raſis & Albertus.

e. Grandini creditur obuiare, ſi quis crocodili pellem, vel hyænæ, vel marini viruli per ſpatia poſſeſſionis circumferat, & in villæ aut cortis ſuſpendat ingreſſu, cum malum viderit imminere, Palladius. Corium crocodili, aut lupi claudi (i. Hyænæ) aut Simiæ, ſi circunderur ferendo ipſum cum coaldea, & ſuperficies eius, nunquam cadet in ea grando, Raſis. Vide in crocodilo H. e. Phocæ & hyænæ pellibus vim quandam ineſſe aiunt fulmina prohibentem: quare & ſummas velorum partes eis obtegunt, Plutarchus lib. 4. ſympoſ. Cælius Rhodiginus poſt claui æneimentionem 29. 6. Contimile (inquit) huic ferè adagium vſurpari poſſe, video: vt qui ſuopte præſidio aduerſus potentiorum vim præmunitus eſt, dicatur hydna geſtare, id eſt tubera, nec non hyænæ phocarumq; pelles, quòd hæc minimè tangantur de cœlo: Quo nomine velorũ ſummas hiſce communire nautici moris eſt. Amplius ſcribit Horus, ſi quis hyænæ pellem ſub circumponat, intrepidè per medios hoſtes tranſiturũ, nocumento nullo; proinde Aegyptijs ratione hieroglyphica intrepiditatis ac conſtantiæ in calamitatibus indiciũ haberi hyænæ pellem expictam. Quod ficus de cœlo non tangitur, id vtiq; amaritudini eius acceptum referri oportet: (tota enim arboris dulcedo in fructũ ſecernitur.) Id genus quippe non attingunt fulmina, quod vitulus comprobat matinus atq; hyæna. Cæl. Nonnulli pelle hyænæ ſutoriam trimodiam veſtiunt, atque ita ex ea, cum paulum immorata ſuis, ſeminas iaciunt, non dubitantes prouentura quæ ſic lata ſint, Columel. 2. 9. Gentiana diebus ſeptem cum hyænæ pelle amuleti loco geſtatur aduerſus rabidorũ canum morſus, Actuarius. Frontis corium faſcinationibus reſiſtere magi pollicentur. Plin. Sanguine tactus poſtibus, vbicunq; magorum infeſtari artes: non elici deos, nec colloqui, ſiue lucernis, ſiue peiui, ſiue aqua, ſiue pila, ſiue quo alio genere tententur, Idem. Hyænæ linguam ſi quis manu teneat, contra canum impetum maximam cautionem habebit, Zoroaſtres in Geopouic. Eos qui linguam in calceamento ſub pede habeant, non latrari à canibus, Plin. Oppianus lib. 3. de venatione videtur idem de pelle hyænæ ſcribere, vel quauis eius parte, in calceo geſtata. Pilos roſtri admotos mulierum labris amatorium eſſe, Plin. Tactumq; eſt vanitatis, vt ſi ad brachium adalligetur ſuperioris roſtri dextræ partis dens, iaculantiũ ictus deerraturos negent, Idem. Magi aiunt totius domus concordiam, hyænæ genitali & articulo ſpinæ cum adhærente corio adſeruatis, conſtare: quem ſpinæ articulum ſiue nodum atlantion vocant: eſt autem primus. In comitialibus quoque remedijs habent eum, Plinius. Super omnia eſt, quòd extremam fiſtulam inteſtini contra ducum ac potentatum inſquitates commonſtrant, & ad ſucceſſus petitionum, iudiciorumq; ac litium euentus, ſi omnino tantum aliquis ſecum habeat. Eiuſdem cauerna ſiniſtro lacerto religata, ſi quis mulierem reſpiciat, amatorium eſſe tam præſens, vt illicò ſequatur. Eiuſdem loci pilorum cinerem ex oleo illitũ viris, qui ſint probroſæ mollities, non modo pudicos, ſed & ſeueros mores induere, Plin. Si pili de collo (culo videtur legendum ex Plinij verbis iam recitatis) maſculi zabo combuſti tritique cum pice inungantur ano ſodomitæ patientis, liberabitur illo vitio, Raſis: apud Albertum viro legitur pro vitio. Si pes ſiniſter & vngues alzabo in linteo alligentur dextro alicuius brachio, non obliuiſcetur quæcunq; audiuerit aut cognouerit, Raſis & Albert. Manus dextra alzabo vna cum corio abſciſſa animali viuenti, adalligata ingredientibus ad reges aut alios, negotij alicuius obtinendi cauſa, gratiam & fauorem eis conciliat, vt quod petunt obtineant facile, Raſis & Albertus. Si manus dextra alzabo, quæ ſit hominis ſiniſtra abſciderit, ab aliquo geſtet ea, illum diliget quiquis viderit præter alzabo, Idem. Medulla renalis ſiniſtri trita vtilis eſt mulieri quæ maritum non diligit: nam ſi injiciatur in nares (narem, Albertus) eum, diliget eum præ cæteris, Raſis. Tali ſiniſtri cinere decocto cum ſanguine muſtelæ, perunctos omnibus odio venire: idem fieri oculo decocto, Plin. Excrementa ſiue oſſa reddita, cum interimitur, contra magicas inſtantias pollere, Plin. Si vngues inueniantur in ventriculo occiſæ, mortem alicuius capientium ſignificari. Idem. Democritus ſcribit therionarca in Cappadocia & Myſia naſcente, omnes feras torpeſcere, nec niſi hyænæ vrinæ aſperſu recreari, Idem: Super quibus verbis ſententiam meam explicabo in Lupo a. in mentione aconiti. Magi omnes metempſychoſin credunt, & communem nobis cum reliquis animalibus naturam inſinuantes, ſymmyſtas & eos qui ſactis ijſdem initiati ſunt, Leones appellant: mulieres verò (ſcilicet, ijſdem ſactis initiatas) hyænas: &c. Porphyrius.

DE BARBARIS NOMINIBVS VEL

Hyænæ, vel congenerum ei animalium.

AKABO pro alzabo perperam ſcribitur apud Raſim, ea occaſione quia l. & z. literas ſi coniungas, referunt: ferè k. literam: legitur & zabo apud eundem. Cæterum alkabo, aziba, & albozao voces ſunt deprauatæ. Vide ſupra in Hyæna capite primo.

ANA animal dicunt eſſe Orientis, validiſſimis dentibus, acutis, & longis & vnguibus acutis, perquam ſæuum, gregarium & valde amans quæ ſui generis ſunt animalium: alienis infeſtum. Si quod enim alterius generis acceſſerit animal, gregatim reſiſtunt: & vel fugant, vel perimunt. Dentibus & vnguibus ſe defendit ita, vt ſolitarium etiam ab aliquo robuſtiori deprehenſum plerunq; euadat, Albert.

BELBVS, hyæna, apud Iulium Capitolinum.

CHAVS etiam & LYCAON congeneres hyænæ videntur. de quibus infra dicemus, ſtatim poſt lupum (ſed Chaus omnino idem eſt qui Lupus ceruarius, *cap. luchs.*) De GVLONE ante hyænam ſtatim docui.

LACTA in ſepulchris habitat, & veſcitur cadaueribus, Albertus. Hoc veteres de hyæna ſcribunt.

LVPVS veſpertinus, vide ſupra in Hyæna capite primo circa finem.

PAPIO animal circa Cæſaream abundat, paulò malus vulpibus, luporum ingenio. Collecta enim hæc animalia vlulant, vno præeunte (præcinente) & alijs poſtea ſimul reſpondentibus. Pilo vulpem refert. Vno ex eis occiſo cætera circa ipſum vlulant, tanquam plangant mortuum. Voces eorum adeò ſonoræ ſunt, vt quamuis remota ex propinquo audiri videantur. Vrgente fame ſepulchra hominum aliquando ingredi & cadaueribus veſci dicuntur. Videntur ſanè ex lupo & vulpe compoſita, Albertus. Kandelos lib. de doct. græc. eſt papio, beſtia quadrupes venatica, interdum Papion claudus dicitur, Halus. Abenauin, id eſt babuin, animal eſt ſimile cani, quod noctu latrat, & vorat cadauera: reperiuntur autem permulta in Syria inter Damaſcum & Berutum, Andreas Bellunenſis. Et alibi, Dabha vel dahab, animal eſt medium inter lupum & canem, comedens cadauera: & comeditur caro eius ab hominibus, & reperitur in Syria in magna copia. Et rurſus, Aldabha eſt animal notum in Syria, medium inter lupum & canem, pilis color qui vrſo, & comedit cadauera. Munſterus in Lexico trilingui lupum Hebraice zeeb nominat: Chaldaicè autem, vt reor, (zain in daleth mutato) deeba. Dhoboha (dabha potius, vt Bellunenſis corrigit) animal eſt, de cuius viribus in podagra & arthritide iam libro 3. diximus, Auicenna libri 2. tract. 2. in fine literæ D. Satis iraq; conſtat dabha & ſimiles voces, nihil aliud quàm hyænam ſignificare.

Dabuh (inquit Io. Leo Africanus) Arabica appellatione. Africanis leſef dicitur. Animal id & magnitudine & forma Lupum refert, pedes & crura homini ſimile. Reliquo beſtiarum generi non eſt noxium, ſed humana corpora ſepulchris euellit ac deuorat, ablectum alioqui ac ſimplex animal. Venatores antrum in quo degit edocti, tympanum cantantes pulſant: cuius harmonia demulſum, non animaduerſis technis, ſolido fune crura conſtrictum extrahitur ac interficitur. Sic ille: quibus perlectis ſtatim animaduerti animal quod vulgò Papionem vel Babuin aliqui nominant, omnino Hyænam eſſe. Olim Arctopitheeum eſſe ſuſpicabar, (propter informẽ & vrſinam ferè corporis craſſitiem, & ceu manuum pedumq; cum eiſdem in Simia aut homine partibus ſimilitudinẽ, quodq; arbores ſimiliter aſcendit, & ijſdem veſcitur cibis:) quæ omnia tamen non ſolum cum Simia, ſed etiam Vrſo ferè, vt & pili colorem, communia habet, tanquã Arctocyon quidam, hoc eſt ex Cane & Vrſo compoſitum animal. Bellunenſis Cani ſimile eſſe dicit, medium inter Lupum & Canem, noctu latrare: in Syria abundare inter Damaſcum & Berytum. Eius figuram hic adijcio, qualem reperi in charta quadam typis excuſa.



In eadem charta descriptio Germanica continebatur huiusmodi: Hoc animal Papio (*Papyon* Germanicè scribitur) à frequente populo spectatum Augustæ Vindelicorum, anno Salutis 1551. in magnis Iodiæ solitudinibus, & rarò quidem, reperitur. Vescitur malis, pyris, & alijs arborum fructibus: apud nos etiam pane: in potu vinum amat. Esuriens conscendit arbores, easque concutit vt fructus decidant. Quòd si Elephantum sub arbore viderit, nihil curat: alia verò animalia cum ferre non possit, omnibus modis repellere conatur. Natura alacre est, & præcipuè cum mulieres viderit (ad libidinem prouocandam) alacritatem suam ostendit. Digitos in pedibus quatuor humanæ manus digitis similes habet. Fœmina in hoc genere semper geminos parere solet, marem simul & fœminam. Hæc ad verbum ex charta illa reddidimus. Papionem quem pingis (inquit Petrus Coudenbergius, pharmacopola Antuerpiensis eximius, in epistola ad me) vidi viuum: nec inepte depictus est anum ostentans: nam ad nutum, haud secus atque caput reliqua animalia, eum vertebat, frequentiùs populo ostentans. Sub genere vno communi, sed quod nomine vacat, sunt Lupus, Canis, Tigris, Vulpes, & Hyæna, Scaliger. Ego aliquando Similarum generis cum propter causas prædictas hoc animal esse conijcerebam: tum quia Babuini nomen, ad Papionis nomen alludit. Sunt autem Babuini (vt Io. Leo Africanus scribit) Simiæ non caudatæ: verùm Papio (vt apparet) caudam breuem gerit: qui si non Arctopitheci, Lycopitheci tamen nomen ex Lupo & Simia compositum, corporis simul & morum ratione meretur. Quòd si Hyæna hæc est, vt omnino persuasus sum, (nam & Arabes medici, vt Auicenna de animali Dabha nomine, eadem scribunt, quæ de Hyæna Græci.) non erit Lupus aureus Oppiani (is enim Hyænæ seorsim meminit) vt Bellonius conijcit in Singularibus suis libro 2. cap. 108. Paruus quidam Lupus (inquit) in Cilicia & tota fere Asia reperitur, qui rapit & aufert quæcunque inuenerit noctu circa dormientes, (ad quos proximè accedit) vt pileos, ocreas, frenos, calceos, & huiusmodi. Forma ei inter Lupum & Canem est. Multi eius veteres tum Græci tum Arabes (Arabicum nomen non exprimit) meminerunt. Græci hodie vulgò appellant Squilachi (*σκυλακες nimirum multitudinis numero pro σκύλακες:*) & hic esse videtur quem Græci authores Lupum chrysicon, id est, aureum, cognominant. Non multò minor est Lupo. Noctu inclusus, Canis instar latrat. Nunquam solus reperitur: est enim gregarius, adeò vt aliquando ducenti in vnum gregem cocant, & nihil per Ciliciam hoc animali frequentius sit. Vociferantur autem in grege alius post alium, ac si Canis vocem hau hau repeteret. Color eius egregiè flauus est: quamobrem pellis eorum vestibus fulciendis destinata non paruo illic in precio est. Hæc ille. Atqui solus Oppianus Lupi aurei meminit: qui in altis montibus degat, Lupo præstantior fera ac robustissima, præsertim ore & dentibus, ita vt æs & saxa aliquando perforet: at Papio inferior viliorque est Lupo: quamobrem Papionem, Hyænam esse concludimus, multis hactenus seculis re, nomine & figura doctissimis etiam virisignotam. Quod ad nomen Dabha, Syriacum illud vel Chaldaicum esse apparet. Deeba Chaldæis Lupus est, Hebræis Zeeb vel Seb. solent autem Chaldæi z. in d. mutare. Alsebba (inquit Andreas Bellunensis) nomen est commune ad omnes quadrupedes, quæ hominem dentibus & vnguibus inuadunt, mordent, lacerant, & aliquando interimunt, sicut Leo, Lupus, Tigris, & similes: inde motes alsebbaie dicuntur, ferini scilicet, immanes, crudeles, belluini: quales huius generis animalium sunt. Sicille. Vt Dabha Hyænam Syris & Assyrijs, sic Dob Vrsum significat: est autem, vt prædiximus, aliqua inter has feras similitudo. Lupi quidem aurei, de quo diximus cognomen, ab Hebræis seu Syris ductum videtur, qui aurum nominant labab, vel sehab, & dahab vel dehab: Lupum verò zeeb, deeb, deeba. Circa Hyænæ tamen colorem non omnibus conuenit. Aristoteles Lupi ferè colorem ei tribuit, quamquam non omnes Luporum species eodem colore sunt: Andreas Bellunensis Vrsi: Bellonius aureum: Oppianus frequentes vtrinq; cærulei coloris tænias.

Zillo animal apud Albertum in fine libri 22. non aliud quàm ipsa hyæna est, omnibus quæ ei attribuit consideratis: quamuis ipse compositam esse scribat ex hyæna & simia quæ marcommorion vocetur. Marcommorion quidem eodem libro in M. litera, corruptissima voce pro veterum mantichora vtitur.

Crocvta, apud Græcos per κ. duplex scribitur: & per omicron tam in secunda quàm prima syllaba. Κροκόττας animal est quadrupes Aethiopicum, Hesych & Vatic. κροκόττας, quatuor syllabis, Aeliano. Mantichora & crocuta è similarum genere, hominum gestus & sermones imitantur, Volaterranus testem citans Plinium, sed falsò. Etsi enim apud Plinium legimus has bestias vocem imitari humanam: imitari tamen etiam gestus humanos & similarum generis esse nusquam leginus: nec si quid imitatur, protinus simia est: similis quidem gestus imitatur hominis, vocem non item: & si maximè illam imitaretur, non tamen hoc satis foret ad probandum eiusdem generis animal esse quod eam similiter exprimeret, cum aues etiam multæ imitentur. Hyænæ coitu lædus Aethiopica parte crocutam, similiter (vt ipsa hyæna) voces imitantem hominum pecorumq;. Acies ei perpetua in vtraque parte oris, nullis gingiuis, dente continuo, qui ne contrario occursu hebetetur, capsarum modo includitur. Hominum sermones imitati & mantichoram in Aethiopia auctor est Iuba, Plinius. De mantichora statim in Leucrocuta dicam. Solinus eadem de crocuta quæ Plinius: hoc tantum interest, quod Plinij verba hæc, Acies ei perpetua, Solinus à sequentibus distinxit & ad oculorũ aciem retulit, cum Plinius de dentibus tantum accepisse videatur, nulla oculorum mentione: nam & dentium aciem dicere quid prohibet? Solini verba sunt hæc, Nunquam connuet acies orbium, sed in obtutum sine nictatione contendit. In ore gingiua nulla: dens vnus atque perpetuus, qui vt nunquam retundatur, naturaliter capsulatum modo claudit. Crocutas (inquit alibi Plinius) velut ex cane lupoq; conceptos, omnia dentibus frangentes, protinusq; deuorata conficientes ventre, Aethiopia generat. Vide supra in Gulone. Beluarum, inquit Gillius, quas Aethiopes crocutas appellant, natura ex cane & lupo temperata, vtriusq; robore dentiũ superior est: omnia enim ossa confringit. Porphyrius in eo opere, quod inscripsit de abstinentia ab vsu carnium, hyenã dicit ab Indis appellari crocutam. Videtur autẽ vt Pantherarũ genus est duplex, ita & Hyænarum genus vnum in Syria esse, minus & innocentius: alterũ verò maius & perniciosius apud Indos ac Aethiopes, quod illorum lingua Crocuta nominetur, & ab imperitis cum Leucrocuta, cui acies dentium perpetua est, confundatur: eò quòd similiter homini insidietur, &c: hanc Indicam Aethiopicámne Hyænam cognominare licebit. Qui in Aethiopia vocatur Crocottas (inquit Agatharchides) tanquam ex Lupo & Cane compositum animal, hoc nomen accepit: vtroq; tamen sæuius est, & multò grauius (βαρύτερον) facie ac summis pedibus: robore admirandus, dentium vi præcipua, & ventris (omnia concoquentis:) facilè enim omniũ ossium genus frangit, comminuit, deuorat, & incredibili concoctione consumit. Eandem aiunt sermonem humanum imitari, quod nobis quidem nõ persuadent: & nominatim vocatos noctu, accedentes ad se tanquam hominem deuorare. Callidum animal (inquit Aelianus) est crocuta: primum enim fele in densas syluas occultans materiarios fabros ex

Dominatum

nominatim inter se appellantes aſcultat, illorumq; cuiuſpiam nomen addiſcit. Deinde ſummæ humani ſermonis allimulatione comparans inſidias, quod audiuit nomen humana voce appellat, ad eam accedit appellatus, ille verò illa cedens rurſum appellat, idem iterum ſcipſumque ad humanam vocem accedit: vbi autem eum à ſe ſegregare ſeduxit, & iam ab auxiliatoribus nudum conſtituit, correptum interimit: ex eoq; quem voce pellexit, libenter vorat & conficit cibum. Edita munera. In quibus elephantos, & crocutas, & tigrides exhibuit, Iul. Capitolinus in Antonino Pio. Io. Rauiſius Textor multa etiam quæ Plinius de onagris ſcribit, crocutis attribuit, ſuum forſitan ſecutus oſcitantia neſcio. Apud Albertum pro crocuta ineptiſſimè crocrothes, apud alios crocrotchica ſcribitur, cui tamen Solinus quæ de crocuta ſunt verbis. Poſt Barygazam continens ad Auſtrum pertingens Dachinabades vocatur: quæ ſupra hanc eſt mediterranea regio ad Orientem, montes magnos continet, & omnigena ferarum genera, ac inter alia κροκόττας, Arrianus in Periplo rubri maris.

Xiphilinus Dionis Nicæi abbreuiator in vita Seueri imp. Rom. agens de Plautillę Plautiani filiæ & Antonij filij Seueri imp. nuptijs, Edita ſunt, inquit, tum varia ſpectacula proter reditū Seueri, & decennium principatus eius ac victorias quas reportauerat, in quibus ſpectaculis apti ſexaginta Plautiani inuicem certauerunt: cæſæque ſunt aliæ permultæ beſtiæ, atq; imprimis elephas & Crocuta. Id animal eſt Indicum, & tum primum quod ſciam, Romam aduectum eſt. Color eius eſt leænæ permixtæ cum Tigri: figura quodammodo ex cane & vulpe conſtat &c.

De LAMIA etiam ſiue vera ſiue fabuloſa beſtia, quædam hyænæ congruentia legimus: nempe animal eſſe ſtudioſe, noctu ſyluas exire, hominem aggredi. Sed de hac mox plura in L. littera.

LEVCROCVTAM (Aethiopiæ generat: vel potius India, poteſt enim ad vtrumque quodammodo referri, Plinius 8. 21.) pernicioſiſſimam (vetus lectio, perniciioſiſſimam) feram, aſini ferè (feri, veteres lectio) magnitudine, cruribus cerui: collo, cauda, pectore leonis, capite melium, biſulca vngula, ore ad aures vſque reſciſſo, dentium locis oſſe perpetuo: hanc feram humanas voces tradunt imitari, Plin. Sed quædam paulo aliter Solinus capite 55. in deſcriptione Indiæ: Leucrocuta, inquit, velocitate præcedit feras vniuerſas. Ipſa aſini magnitudine, cerui clunibus, pectore ac cruribus leoninis, capite camelino, biſulca vngula, &c. vt Plinius. Apud Albertum voce deprauata leutrochecha legitur.

Lupus catus, vel Lupus Indicus. Ego ante octo annos Tridenti in arce Epiſcopi feram quandam vidi quam Italicè vocabant, loup chatt. id eſt lupum catum. Catum enim ſeu felem quodammodo facie refert, & vnguibus ſimiliter acutis & maleficis prædita eſt: ha ne tum temporis luchſam noſtram id eſt lupum cervarium eſſe putabam: ſed poſtcà cum pelles luchſæ noſtræ inſpicerem, (nondum enim vinam videre contigit) deceptum me animaduerti: & lupum catum illum hyænam eſſe ſuſpicari cæpi: colore enim ſi recte memini, nigricans & maculoſa erat, & à nonnullis etiam lupus indicus nominabatur. Talem autem eſſe hyænam, etiam amicus quidā vir doctus in Gallia ſibi viſam mihi affirmauit, cùm ab agyrta quodam & hyænæ quidem nomine circumduceretur.

MANTICHORA ſic dicta bellua, ſi Cteſiæ credendum eſt, apud Indos gignitur: cui dentes (vt ille ſcribit) triplici ordine: (ſupra infraq;, Aelian.) ordine: magnitudo, hirſutudo & pedes leonis, facies & aures hominis, oculi cæſij, color rubricæ: cauda ſcorpionis modo terreſtris aculeo armata, ſpiculaq; agnata inculans: vox ſiſtulæ rubæ ue non abſimilis, curſus non minoris pernicitatis quàm cervis: feritas tanta vt nunquam poſſit mitescere, appetitus præcipuè carnis humanæ, Ariſtoteles. Plinius 8. 21. ita tranſtulit: Apud eoſdem (Indos ſcilicet vel Aethiopes) naſci Cteſias ſcribit quam mantichoram appellat, triplici dentium ordine pectinatim ex euntium, facie & auriculis hominis, oculis glaucis, colore ſanguineo, corpore leonis, cauda ſcorpionis modo ſpicula infigentem: vocis, vt ſi miſceatur ſiſtulæ & tubæ concentus: velocitatis magnæ, humani corporis vel præcipuè appetentem. Et eodem libro capite 30. Hominum ſermones, inquit, imitari & mantichorā in Aethiopia auctore Cteſia. Eadem ferè omnia Solinus capite 55. de India. Et poſt reliqua, Pedibus ſic viget, ſaltu ſic poteſt, vt morari eam nec extentiſſima ſpatia poſſint, nec obſtacula latiſſima. Albertus & Auicenna marion vel maricomorion vocibus corruptis habent, & cerni velocitatem attribuunt: hic etiam lupocum generis facit (vt habet interpres,) reliqua vt Ariſtoteles. Albertus ineptiſſimè à mantichora diſtinguit, quaſi ſimilis non eadem ſit. Mantichora (μαντιχώρα inquit Philes, nimirum ex Aeliano) fera eſt Indica, hirſuta, rubra, ſpeciem hominis referens (facie ſcilicet & auribus, vt Ariſtot. ait) oculis ardentibus, cæſijs: ſupercilijs terribilis: auriculis denſis (πυκναῖς) modicè oblongis, rotundis, & ad baſim glabris: dentibus acutis, ore horribili: reliqua ſpecies tota leonina eſt: cauda aculeum habet miſſilem, quo venatores armatos eis inſidiantes perimit (retrorſum eiaculans:) quod ſi à fronte ei reſiſtant, ſic etiam cauda reflexa iaculatur. Aculeis vacuæ (pro κενώσαι lego κινῆσαι) nouī ſtatim ſubnaſcuntur. His venatores breui ſuperat. Et quanquam multæ ſint apud Indos fœuiſſimæ voraciſſimæq; beſtiæ, huic vni tamen anthropophagi nomen indiderunt. Huius catulum ſi ceperint Indi, extremas clunes lapide contundunt, vt aculeo producendo ineptæ fiant, & catulus ſine periculo eleuretur, Hæc Philes. Ariſtoteles nunquā mitescere ſcribit, quod de adultis intelligi priuatim poteſt. Eadem ferè apud Volaterranum legimus, qui ex Aeliano ſe tranſcribere profitetur, & inſuper, vnguibus eſſe leonis, cauda biſida, vtrinq; aculeis cuſpidata: dentibus acutis, & aliquanto quam canis maioribus: oculis villoſis, noctuæ ſimilibus (glaucis potius: glaux quidem noctua eſt.) Et hoc animal ſe vidiſſe teſtari Cteſiam in Perſide, ex India dono regi adlatum. Hæc Volaterranus, ſed in ſuis tranſlationibus ſæpenumero errat: proinde hæc cum Græcis, ſi cui præſto erunt, Aeliani verbis conferri conſulo. Volaterranus, qui mantichoram & crocutam ſimiarum generis facit, iam ſupra reprehendi. Apud Pauſaniam in Bœoticis non mantichora, ſed μαρτιόρα legitur, cuius verba vt à nobis conuerſa ſunt recitabo: Beſtiā, inquit, à Cteſia memoratam in libro de Indis, quæ Indorum lingua martiora, hoc eſt homines deuorans (ἀνθρωποφάγον) vocetur, non aliā quam tigrin eſſe crediderim. Attribuit autem ei triplicem dentiū ordinem in vtraq; maxilla (καθ' ἑκατέραν lego ἑκατέρᾳ τριῶν ὀδόντων,) & aculeos in extrema cauda, quibus & cominus ſe defendat, & eoſdem miſſilium inſtar eiaculetur. Cæterum hanc famā Indi inter ſe cōmunicaſſe mihi falsò videntur ob nimium huius feræ pauorē. Deceptiſ ſunt etiam quòd ad colorem: ſiue quòd tigris nimirū ad Solem (πρὸς ἥλιον) eis conſpecta, rubere & vnius tota coloris (absq; maculis) videretur: ſiue in celeritate curſus (τοῦ δρόμου lego τοῦ δρόμου: negatio .v. ſenſui contraria eſt) propter aliquas conuerſiones talē exiſtimantes. Ipſe quidē conijcto, ſi quis Libiæ aut Indiæ Arabiæue oras peragraſſet, quotquot apud Græcos reperiuntur feras inquirat, alias prorſus non reperturum, alias vero forma differentes. Non enim homines tantū pro cœli & regionū differentia, formis inter ſe variant: ſed idē cæteris quoq; animantibus euenit. Verbi gratia, alius in Aegypto aſpidū color, alius in Aethiopia viſitur, &c. Hactenus Pauſanias, qui tribus maximè argumentis, regione natali, crudelitate, velocitateq;, nitī videtur, vt martiotam vel mantichoram [illegible] eſſe contendat.

confirmet: ſed quoniam eadem leucrocutæ conueniunt. & inſuper vocis humanæ illectos deuorandi cauſa imitatio, leucrocutam potius quam tigrin eſſe coniiciam dum alius meliora adferat.

DE HYSTRICE.

Picturam hanc Tigurí ad vinum fieri curauimus, cum agyrta quidam ſpectaculi gratia hyſtricem circumduceret.

A.

HYSTRICES generat India & Africa, ſpina contectas, ac herinaceorum genere forte, genus. Plinius: Solinus herinacijs ſimiles ſcribit. Hyſtricem Arabicè aduldul vocari puto. Ericius ſylueſtris, inquit Auicenna, noru eſt: & montanus eſt aduldul habens ſpinas ſagittales (miſſiles) proximus naturæ ſylueſtris vel te r ſtri: marinus quidem inter oſtracoderma numeratur. Quæ de herinaceis dicuntur, eò magis valebunt in hyſtrice, Plinius. Raſis quoque montanum hetic un t hrac o em

Teſtell

terrestri facit. his verbis. Ericius montanus melior est domestico, & habet spinas in modum aenum: consimilis in medendo facultatis, praestantior in cibo, vilior stomacho, & ventrem magis mollit. vrinamq; ciet efficacius. Haec Rasis & Albertus. Sed apud Graecos facultates illae echino marino attribuuntur. Verus glottographus, Auicennae, vocem adulbus, ericium montanum interpretatur: Syluaticus adoaldul & adubul, similiter. & in lingua nostra (inquit) vocatur istrice. Alierba secundum aliquos est ericius magnus spinosus, secundum alios vero ericius minor, Andreas Bellunensis. A berrus hystricem etiam fucca nominare videtur, nescio qua lingua, vt ita referam. Syluaticus & alij recentiores hystricem animal quod vulgò porcus spinosus dicitur, interpretantur. Sic & Graeci quidam, vt Suidas, acanthochoeron. quod idem sonat ad verbum: sed & vulgarem echinum terrestrem eodem nomine vocitant, Erymologus & Varinus. Quòd vero hystricem quoque echinum terrestrem Suidas interpretatur, falsum est. Syluatico etiam acanthochoeros porcus spinosus vel hystrix est. Gyraldus in opere de dijs gyrum à quibusdam chaetogryllum exponi scribit: chaerogryllum autem ipse porcum spinum interpretatur, vt Syluaticus etiam, qui corruptè cirrogrillium scribit: sed chaerogryllum nos potius herinaceum esse in Cuniculi historia capite primo docuimus. Varinus quidem gyrion exponit porcum, aut leonem. Ἀγρὸς Hesychius & Varinus ovem interpretantur, vel hystrichem secundum Cretenses. Domitius Calderinus apud Martialem onygem pro hystrice ridiculè exponit. Hodie vulgò in Graecia Scanzochaeros vocari scribit Bellonius, quae vox ab Ἀκανθοχοιρος facta videtur. Hystrix Italicè porco spinoso, vel histrice, vel istrice sine aspiratione. Hispanicè puerco espin. Gallicè porcespic. Anglicè porkepyne. Illyricè porcospino. Polonus quidam interpretatur morskie zwyżja. I ntratus puto Germanos qui porcum marinum nominant, *eenmeerschvvyn*. Ea nimirum ratione qua vulgus in mediterraneis, à mari remotum, incognita & peregrina pleraq; marina & transmarina vocat. Quanquam parum idoneus author Libri de natura rerum, hystricem circa mare degere scribit, & cum maritimis locis destituitur in cauernas montium diuertere. Iuxta marina (maritima potius) habitat. & aliquando in montibus, Albertus. Certum est quidem hoc animal amphibium non esse, sed in syluis agere, quod & Oppianus testatur. Quamobrem ridiculus est illius error, qui nuper quadrupedum historia Germanicè edita, porcum spinosum (hystricis enim nomen non agnouit) piscem marinum facit, Germanica appellatione deceptus. Aliqui hystricem Germanicè *taran* vocitant, nescio qua origine: aliqui *dornschvvyn*, hoc est porcum spinosum, ficta ab eis voce ad imitationem caeterarum aliquorgentium. Nam ea voce, vt supra ostendi, Itali, Hispani, Galli, Angli, & Illyrij quoque vtuntur. Quinetiam Germanorum aliqui peregrinitatis studiosi vocem *porcopik* receperunt: alij *stachelschvvyn* appellant, hoc est suem pungentem, vt Ge. Agricola docet. Hystrix animal est marinum, testaceum (ostracoderm on) cibo aptum, Hesychius & Varinus: Apparet autem eos echinum marinum intelligere: nam Suidas hystricem terrestrem quoque echinum interpretatur: Vtrunque impropriè: neque enim vllus authorum qui extant, hystrichem (quod meminerim) aliter quam pro vulgò dicto porco spinoso vsurpat.

2.

Hystrices generat India & Africa (vndead nos nuper allatae sunt, Ge. Agricola) spina contectas, ac erinaceorum genere (genus forte:) sed hystrici longiores aculei, & cum intendit cutem missiles. Ora venantium figit canum, & paulò longius iaculatur, (tanto etiam impetu, vt in ligno figat interdum, Ge Agricola,) Plin. Hystrix in Aethiopia (hoc etiam in Hieronymi libro contra Iouinianum legitur) frequentissima, etiam Italiae similis, spinis tergum hispida, quas plerunque laxatas iactatione emittit voluntaria, vt assiduis aculeorum imbris canes vulneret ingruentes, Solinus. Herodotus libro quarto hystrichos apud Afros pastorales nasci tradit. Circa Scatlem vrbem Tartariae multi sunt sues spinosi: qui cum capiuntur, spinis suis saepe homines & canes laedunt: nam canes in eos prouocati, adeò irritant ferastillas, vt simul concutientes terga sua, quibus spinae innituntur, vehementer commoueant, atq; in viciniores homines & canes vibrent, Paul. Venet. 134. Homines & quascunque feras insequentes, fugiendo pugnans, emissis à tergo spiculis, vulnerat. Canes ictos quandoque perimit: quamobrem venatores retinent canes, & alio ad capiendum dolo vtuntur, Oppianus. Certo destinatoque ictu (vt audio) ferit quem voluerit, vulnere interdum incurabili propemodum, vt porcangusto & profundo periculoso nimirum si neruus purgatur: vt Oppianus non temere dixerit, Ὀξὺ δὲ τοι στόμα κεστὸν. Hystricum aculeos genus quoddam pilorum esse putandum est, Aristot. Hi partim albicant, partim nigricant, non confusis, sed distinctis ordine coloribus: & in mucronem exeunt. Eos in pileis saepe adferunt peregrini à S. Iacobo Compostellano reuertentes. Spinis vtitur hystrix pilorum & armorum loco, non etiam pedum vt quidam dixerunt, Albertus. Echinos quidem marinos aculeis suis pedum loco vti traditur. Similiter vt Herinaceus spinis contegitur, sed multo maior est, rictuq; & pedibus differt: digitati enim Erinacei sunt, illi fidi, quanquam & Erinaceorum speciem bisulcos esse pedes tradunt. Non in opacis syluis (inquit Oppianus) tam horribilem ac rigidum quicquam praeferet conspectum ac hystrix: cui magnitudo paulo minor quam lupo, corpus validum, & spinis, vt herinaceorum, vndique rigens. Axungia & laridum sunt in animalibus non cornigeris, quorũ quatuor dentes vt plurimum prominent, vt sunt porcus, porcus spinosus, glis, felis, canis, &c. Monachus in Meiuen. Albertus libri 11. tractatus 1 capite 8. de animalibus, cum hoc genus alterum canum, alterum porcinum esse dixisset, subdit: Et similiter animal quod vocatur facca: quod etiam hos duos modos habet, quòd alius in eo genere habet pedes porci, & alius pedes canis: est autem idem qui porcus spinosus. Hoc quidem de hystrice nullus authorum prodidit: echinorum autem, vt in ipsorum historia dixi, differentia haec hodie vulgò affertur, sicut & Melis. Hystrix quem ipse vidi, tres circiter pedes longus erat. Agyrtes qui circumducebat, os eius leporino conferebat, aures humanis: pedes anteriores melis, posteriores visi pedibus. Hystricem Graeci (inquit Ge. Agricola) ἀκανθόχοιρον vocant, quòd & similitudinem gerat speciemq; porci & melitis, & spinarum erinaceorum illi fuisse hirsutus sit: attamen caput habet leporino similius: aures humanas, pedes vt finis. Iuba erecta superiori parte erecta, & priori cauda: tubercula cutis, quae ex vtraq; oris parte sunt setas longas & nigras continent ex e subrubro: quin reliquae etiam setae sunt nigrae. Primae spinae à medio oriuntur dorso & à lateribus, sed longissimae à superiore earum parte. Quae singulae partim nigrae, partim candidae sunt: longae duos vel tres vel quatuor palmos quas, si quando horrorem fuerit, vt paulo caudam erigit: ingressurus in caueam demittit. Dentes, vt lepori, quatuor habet longos, duos superiori parte, & duos inferiori, Haec Agric.

Hystrici

Hyſtrici potius quàm cuiuis alteri ſiue animal ſiue monſtrum illud, quod Hieronymus Cardanus lib. 10. de ſubtilitate deſcribit, adiungendum exiſtimaui. Varij generis, inquit, incertæq; naturæ fuit animal, quod præſenti anno (1550. vel vno prius) decimo nono Ianuarij Papiæ vidimus. Vulpis magnitudo, aliquanto longius, ore & rictu leporino, cum pilis longis, duobusq; dentibus prælongis: ſiquidem digiti humani longitudine prominentibus ad modum ſciuri (dentium:) oculis ſerpentinis, quippe qui angulis carerent & nigri eſſent. Pileus inerat capiti, hircinæ barbæ ſimillimus, ſed non aliter quàm criſta pauoni. Pilus muſtellinus ac pulcher, niſi quod ſuper collum velut lana candida videbatur: anteriores pedes vt taxi: aures & poſteriores (pedes,) nihilo differentes ab humanis, niſi quod pedibus vngula vrſi pro humana erat. In dorſo poſtremaq; parte, ſpinæ circiter centum, hyſtricis inſtar, quarum quædam in apice curuabantur, prominebant, alioquin immobiles, nec vt de hyſtrice ferunt ēmiſſariæ: cum moueretur, ſtrepitum dum ſe colliderent, edebant. Cauda anſerina, ſed in ſpinas plumæ finiebantur. Si reliqua non videas, anſerem dices: candidis ac cinereis plumarum ſedibus, latoq; lumine anſerem æmulantibus Vox ſubobſcura, rauca quaſi latrantis canis Iracundum animal, ſed tamen quod facilè à circulatore tractaretur. Canes odio proſequebatur maximo, ſexus fœminei, ætatis iuuenilis. Potus nullus: cibus, panis aqua madefactus. Animal hoc ſui generis vix eſſe credam, ſed ex hyſtrice alioq;, velut vrſo, natum. Hyſtricem enim conſtat eſſe ſuem ſpinas illas habentem in dorſo, quas poſſit eiaculari. Africam mittere proditum eſt: ſed nunc & Gallia habet & Italia. Spinæ palmi (dodrantis) longitudine, præacutæ, leues, albo nigroq; diſtinctæ. Sunt erinaceo ſpinæ ſimiles, ſed longè minores, & quæ emitti nequeant, Hactenus Cardanus.

C.

Hyſtricis ingreſſus grauis. (difficilis,) Albertus. Animal generat: Quatuor hybernis ſe menſibus condit, vt vrſa, vtrum propter frigus an alia de cauſa, ambigitur: & totidem diebus fert vterum quot vrſa (nempe triginta) & reliqua facit perinde vt vrſa, Ariſtoteles & Plinius. Latet æſtate, & de cauernis prodit hyeme, contra quàm multa animalia, Albertus nec authorem nec ſuam obſeruationem adhibens, nec contrariam veterum aſſertionem refellens: quamobrem miror idem à Ge. Agricola viro alioqui doctiſſimo diligentiſſimoq; proditum eſſe. Audio hyſtricem animal fœtidum eſſe, & in ſyluis cauernas fodere melis inſtar, cui & pedes anteriores in eundem nimirum vſum, ſimiles habere aiunt: Potu item prorſus abſtinere pane, pomis & rapis veſci. Poma quidem (vt ipſe obſeruaui) cortice dentibus ſeparato, vorat. Atqui Ge. Agricola hyſtricem veſci ſcribit pane comminuto, pomis, pirit, rapis, paſtinacis: bibere aquam, ſed cupidè vinum dilutum: noctu vigilare, interdiu dormire.

D. Quomodo aduerſus homines & canes ſe defendat emiſſis aculeis, in Bria dictum eſt.

E. Hyſtricis pinna ſi ſcalpantur dentes, ad firmitatem pertinet, Plinius. Mulieres alicubi ſpinis hyſtricum vel aud.o vt verticis capillos diſcriminent.

F. G.

Hyſtricis caro, vt herinacei, licet non admodū inter eſculenta comedatur, ſtomachum tamen adiuuat, aluum ſoluit, lepram ac ſcabiem diminuit: ſalita hydropem mitigat: mingentes in lecto quo minus id faciant, adiuuat, Plutina. Græci nihil tale hyſtrici tribuunt: ſed ſtomachum iuuare, aluum ſoluere, echino marino: vim aduerſus lepram & ſcabiem, & vrinæ in pueris profluuium, terreſtri. Quæ de herinaceis dicuntur, inquit Plinius, omnia tanto magis valebunt in hyſtrice. Hoc vt verum ſit quod ad remedia, ex cinere præſertim vltorum aculeorum: ad carnis tamen facultatem in cibo ſumendæ (herinacei enim aſſiccata vel inueterata in morbis quibuſdam edenda commendatur) nonnihil intereſſe videtur. Partus conceptos, hyſtricum cinis potus continet, (& amolitur abortus.) teſte Plinio: Idem tribuunt herinaceorum cineri ſi cum oleo perungātur. Ericius montanus eſt adulduli, habens ſpinas ſagittales, propinquus naturæ ſylueſtris vel terreni, Auicenna.

H.

Hyſtrix (ὕστριξ, ὑστρίχος: vel ὕστριξ, ὑστρίγγος. Oppian. lib. 3. de venat. Τρίγγωνε δ' ἔπειτα πάλιν ἐξ δαίσιον ὕλαν Ἴχνεα πεπτάνυε.) nomen à Græcis ſumptum, apud quos huic animali inditum videtur à ſetis ſiue aculeis potius, quibus multò magis horret, quàm ſetis ſuis rigere ſues ſoleant Vt hyſtrix ad verbum ſuem ſetoſum ſonet. Aculeos enim eius generi pilorum adſcribēdos Ariſtoteles iudicat. Hos diuerſis nominibus, pilos, ſetas, villos, pinnas, aculeos, aut ſpinas, diuerſi authores nominant. Hyſtrix recipit ſtatilem in vltima etymiratione in obliquis, Cælius. Plinius 8. 35. hyſtrices ſpina contectas in fœminino genere protulit: Oppianus in maſculino. hoc verſu: Φόβηστ' ἰυμφόνιος, ἐπὶ δ' ἀκμὴν ὀξὺς ὀδόντας. Recentiores quidam Grammatici in dictionarijs ſuis Latinis ineptè primam ſyllabam per iôta ſcribunt. Τύγρις, capræ ſylueſtres, hyſtrichides, Heſychius & Varinus. Hyſtrichis (ὑστριχὶς apud Varinum non rectè ὑστρὶξ legitur) fera ſetis inſtar ſuis veſtita, quas aduerſus inſequentes eiaculatur, Suidas & Scholiaſtes Ariſtophanis. Significat etiam flagellum: & hyſtrix ſimiliter. Vtrunq; quidem vocabulum vtroq; ſenſu apud grammaticos ſaltem vſurpatur: apud authores tamen propriè magis hyſtrix pro animali, hyſtrichis pro flagro in vſu eſt. Hyſtrichis, flagellum è ſetis ſuillis, (inde & nomen conflatum apparet ἔστι τὸ ὑπὸ τῶν τριχῶν) Suidas & Scholiaſtes Ariſtophanis. Τριχιδωμάτων. Ariſtophanes in Ranis. Et in Pace. Μὴν ὑστριχίς εἰσπεδᾶτ' ἐκ τῆς πύλης. Τὸ παλαγξ (inquit Euſtathius Dionyſij Afri Scholiaſtes) non ſolum κολαστήριον ſignificat, ſed etiam apheterian, id eſt carceres: & inſuper hyſtrichidem, non animal ſed feriendi inſtrumentum, quod ex ſetis ſuillis ad verbera aptum conficitur corio nempe ſuillo oblongo & augusto vnà cum ſetis parum reſectis, vt magis pungant, maſtigias verberabant: atque hoc genus flagri ὑστριχὶς vocabatur. Aliter, Huiuſmodi flagrum contextum vel contortum erat (πλεκτὸν ἱμάντων) ex ſetis ſuillis: apud Theocritum παλαγξ laquei aucupalis genus eſt, Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν πυκιναῖσι λίνοις, ἐν δ' ὑστριχὶς ἔμπλεκε ταρσούς. Prima quidem & propria ſignificatione παλαγξ proſcutica feriendi inſtrumento qualecunque id fuerit, vſurpatum apparet: poſtea vero ad carceres etiā certaminum & κολαστήριον tranſlatum. vtrobique enim equi flagris & ſtimulis (vnde & πλῆξαι ortum vocabulum) incitantur. Hucuſq; Euſtathius. Hæc eò magis ad philologiam de ſue pertinebant, vocis tamē affinitate illectus cum hyſtrice poſui. De voce παλαγξ plura dixi in Equo philologiæ parte 5. Τρίγγος, malim ὑστριγγος. vt ſupra) flagellum è ſetis ſuillis, Varinus.

Τριχῶν flagellum ex corio cum ipsis pilis, Suidas. Hystrichidas vocat Hierocles (in Hippiatricis capite 89.) ipsius equos ipsos, siue equorum caudas, in quibus setæ suillis similes nascuntur: Ruellio hoc vitij pilatæ equorum appellare placuit. Οὔρια καὶ οὐρίδια, ὑφάσματα ἐκ τριχῶν ἐσθῆτος, Varinus. Οὐρηκαλεῖς, τοὺς τῶν λεόντων καὶ λύκων σκύμνους λέγουσι. Suntq; qui leonum etiam & luporum catulos obricala vel obria nominent, Eustath. Pallidus alter Venit & hirsuta spinosior hystrice barba, Calphurnius.

Apud Hieronymum mens hystrichula esse videtur liuore sordida & virus mordax missilium aculeorum instar eiaculari consueta, Cæl. Penultimam hystricis Oppianus, vt supra citaui, per duplex gamma protulit, vnde et fariò producta esse: aliter enim corripitur, vt apud Calphurnium: Venit & hirsuta spinosior hystrice barba. Videtur autem etiam prouerbij specie, agrestis aliquis & mamœnus, hystrice spinosior dici posse. Sic hystricis seta ἀκὶς ὑστρικὸς, vt refert Erasmus, lepide dicetur de dicterio, quod acriter in quempiam tortum fuerit.

DE ICHNEVMONE.

ICHNEVMONIS picturam hanc desumpsimus ex vera eius effigie cum Crocodilo nobis conspecta, Bellonius. Ex eodem postea cognoui dorsum in hac pictura nimis elevari, & planius esse debere: rostrum paulò magis acuminatum, crura minùs crassa. Colorem, talem fere esse, qualis hic nigro albog, distinctus conspicitur.



ICHNEVMONIS alia imago, ex veteri manuscripto Oppiani poematum codice.

A.

ICHNEVMON, ἰχνεύμων Nicandro etiam ἰχνύδρις, hydri siue enydri, id est lutræ species est in Aegypto: quanquam Marcellinus & Solinus nō ichneumonem hydri, sed hydrum ichneumonis speciem faciunt, quasi hydrus latius pateat, quod non placet: hydrus enim, id est lutra (de qua alibi fusius agam) plerisq; in regionibus reperitur, ichneumon vero lutra est Aegypto peculiaris iuxta Nilum. Enhydrus, alterum ichneumonum genus, Solinus capite 35. Enydros, inquit Varinus, est bestiola ex eo nuncupata, quod in aquis versatur, & maximè in Nilo. Hæc Græce ichneumon vocatur, quasi verò enhydrus quoq; non sit Græcum vocabulum. Et alibi, Hydrus est animal volatile (legò fluitans) Nilo fluuio inimicum crocodilo. Ἰχνεύμων, οἱονεὶ ἰχνεύμενος μόνον τὰ μεγάλα θηρία, Hesych. Ichneumon Græcè vocatur, inquit Isidorus, eo quòd odore eius salubria ciborum & venenosa prodantur: De quo Dracontius ait, Præcidit (præsidium forte) suillus (aliàs suillis) vim cuiuscunq; veneni. Dictus est autem suillus à setis. Apud Albertum neomon pro ichneumon legitur. Latinè, inquit idem, suillus vocatur, quoniam setas habet pro pilis: odore cibum conuenientem à venenoso distinguit. Ego ichneumonem dictum coniecerim ab inuestigando: Quòd sicut canicula animi forma etiam corporis refert, feras indagat: sic ille inuestigat & obseruat crocodilum & aspidem, eorumq; ouum. De capite quarto dicetur. Aduersus omnia lumbricorum genera mirum in modū medentur pili animalis nominati alcelaphi

alcasim, Auicenna libri 3. tractatu 5. fen. 16. cap. 6. Andreas Bellunensis in castigatis codicibus nō alcasim sed harimun legi monet, quodnam verò id animal sit ignorare se fatetur. Sed Io. Manardus in epistolis 3. 1. alcasim interpretatur ichneumonem: quoniam Aegineta etiam (quem Auicenna ferè sequi solet) sic scribit: In vniuersum omnes à lumbricis ægrotantes ichneumonos pili iuuant sumpti. Thiomon pro Ichneumon in libro Auicennæ reperitur. Nicandri interpres ichneumonem aquilæ speciem facit, Herculi sacram, ex Aegyptiorum sententia, Cœlius. Nos verò ichneumonem non αἰτωδέα sed ἐνύδριν, i. lutræ speciem esse docuimus. Ichneumonem sunt qui murem Indicum vocari modò sentiant. Hermolaus in Plinium. Hac ætate quòd muriuam speciem similitudinemq; gerit, vulgò murem Indicum vocant, Gillius. Ichneumo in Aegypto solum nascitur, magnitudine felis, specie muris: vulgò nunc murem Indicum vocant: alij vocant damulam. Albertus deceptus vērbis Arabicis vocat ibim, id est ciconiam quæ tota nigra dorso est, & inuenitur gilua (grisea) etiam, Niph. Est autem locus Alberti in Aristotelem de hist. anim. 9. 6. vbi pro ichneumone anschycomon scribit ceu Græcam vocem, & ab Auicenna thyamon vocari ait. Scriptor quidam (nomen iam non occurrit) ichneumonem interpretatur murem Indicum vel murem Pharaonis. Cæterum damulam pro mustela (quam donolam vulgo Itali vocitant) Albertus, Vincentius Bell. & alij accipiunt: quæ etsi ichneumoni quædam communia habet (corporis formam fortassis, & quòd serpentes impugnat) ab ea tamen differre neminem ex eruditis dubitare puto.

B.

Animalia sua habet Aegyptus, ichneumonem & Aegyptiam aspidem, Strabo. Ichneumonem alij caniculæ dicunt similem esse, alij mustellæ, Gillius. Nicander formam eius confert ictidi ἀιλούρῳ. id est viuerræ vel mustellæ rusticæ paruæ, vel (vt alij exponunt) iracundæ. Cæterum ictidis magnitudo, teste Aristotele, ea est quæ catuli Melitæi. Pilos eius suillis similes Isidorus parum grauis author affirmat, vt præcedenti capite dixi: Nicander λαγῶου pilos eius appellat, non satis certa voce. nam vrsi, vulpis, suis, & hominis etiam pilis eam attribuunt poetæ, vt Varrinus docet. Pupillæ paruæ κακομηχάνου, id est malignam astutiam vel machinationem significant: nam serpentes, ichneumones, simiæ, vulpes & quæcunque improbè astuta sunt, λοξὸν ἐκβλέπουσιν. id est angustis sunt oculis vel pupillis: boues & oues contra, Adamantius. De cauda ichneumonis verba Oppiani sunt hæc: Οὐρὴ οἱ ὀλαιχὴ γὰρ ὄφεσιν ἐπ' ἴσταται. Ἀκρόσιον κεφαλῆς ὑπὲρ ὀρυμαγδοῖσι κυνώδεος Ἄντα μετωπαυχείης, ὑπαὶ δὲ Φολίδωσιν ὁμοίη. Hoc est (vt ego interpretor: nam Gillius prætermisit) Cauda ei oblonga, serpentinæ similis, extrema sui parte è regione capitis conuoluta, nigricans, & vt serpentibus squamosa. Versum medium corruptum, ex coniectura sic lego, Ἀκρόσιον κεφαλῆς ὑπὲρ ὀρυμαγδοῖσι κυνώδεος, donec ex manuscripto codice aliquis meliorem lectionem afferat. Caudam quidem longam & squamosam in eo talem intelligo, qualis propemodum muribus est. Ichneumoni (inquit Aelianus) vtriusque sexus participi à natura tributum est, vt & suo semine graviditatem & partum alijs afferat, & ipse quoq; ventrem ferat, & ex sese pariat, (idem ferè de hyæna quidam scripserunt:) qui in pugna quam inter se pugnant victi fuerint, ea bellicæ offensionis nota inuruntur, vt & in viliorem sexum censeantur, & muliebria patiantur, (Aristoteles idem perdices facitare scribit.) Contrà, ij qui ex bello superiores euaserunt, victos subigūt, & simul suo semine implent: at victi ex ea male à se pugnata pugna, hoc præmio afficiuntur, vt & partus dolores sufferant, & ex patribus qui iam ante fuissent, matres reddantur. Crocodilo Nilotico (inquit Bellonius, ex quo iconem quoq; mutuatus sum) fato quodam naturæ infensus est, ac propè lethalis Ichneumon, quemadmodum & delphino hamia, thynno asilus, & reliquis quoq; piscibus culices ac pediculi. Quod quum inter cætera naturæ ludicra magnopere admirandum esse censeam, cumq; multis ob id rationibus adducti veteres, ichneumonem inter amphibia connumerarint (littoralis enim & Nilo æquè peculiaris est, ac nostris lacubus & amnibus lutra) scitus ob id picturam ex vera effigie à nobis cum crocodilo conspectam hoc loco proponere æquum esse visum est. Est autem melis corpore, eodemq; pilo, recurtis pedibus, nigris, capite oblongo, nare prominula, mustelam, iratam esse diceres: cuius ea est natura, vt dormienti crocodilo magno impetu in fauces irrumpat, vt ab eo deuoratam escam depascatur, qua abunde exaturatus, crocodili ventrem erodere atq; ipsum enecare traditur; alioqui magnus est Aegypti serpentium depopulator. Quamobrem huius loci volgus ichneumonem in priuatis domibus, vt & nos feles, educat, muremq; Pharaonis appellat: neque verò vulgo nostro credendum esse duxerim, qui aliud quadrupedis, latioribus veluti tabellis loricati genus (Tattoum vocant) pro Ichneumone assumunt: est enim ab hoc longè diuersum animal, Hæc ille in libro Latinè scripto de aquatilibus. Cæterum in Gallico libro Memorabilium obseruationum suarum alia etiam quædam de eodem animante tradit, quæ huc in Latinum sermonem translata adijcere visum est. Ichneumonis catulos inquit, rustici Alexandriæ in foro vendunt: aluntur enim in domibus, quoniam mures captant instar mustelæ, & serpentes etiam quoslibet in cibo appetūt: parvum est animal, sed mirè studiosum puritatis. Primus à me Alexandriæ visus, inter ruinas arcis captam à se gallinam vorabat. Cautus & callidus est circa prædam: erigit enim se in pedes posteriores, & cum prædam prope conspexerit, tranquillo per humum corporis tractu se promouet, & impetu tandem in animal strangulandum sese iaculatur. Vescitur autem indifferenter quibusuis viventibus, limace, lacerto, chamæleonte, quouis serpente, rana, muribus, & alijs huiusmodi. Aues in primis appetit, & præ cæteris gallinas ac pullos. Iratus pilos erigit, qui duplici in eo colore visuntur, nempe albicantes vel subflaui per interualla, & leucophæi, duri & asperi instar pili lupini. Corpus quam felis longius & compactius est: rostrum nigrum & acuminatum instar furonis dicti in genere mustelarum, absq; barba. Auriculæ breues & rotundæ. Colore (forte in superficie tantum: nam alioqui duos diuersos colores pilis eius paulò ante assignauit) leucophæus est, ad pallidum vel subflauum inclinans, quemadmodum cercopitheci. Crura eius nigra sunt, digiti quinque in pedibus posterioribus: quorum postremus ab interiore parte perbreuis est. cauda longa & crassa ab ea parte qua lumbos attingit: lingua & dentes felis. Hoc ei peculiare, vnde scriptores tam mares quàm fœminas concipere putauerunt, quòd meatum peramplum habet vndiq; pilis cinctum, extra meatum excrementi, genitali muliebri non dissimilem: quem quidem aperire solet in magno calore, clausō interim excrementi loco & cauitatem aliquam admittente. Testes etiam vt feles habet. A vento admodum sibi timet. Animosus & agilis est, ita vt magno etiam cani se opponere non dubitet: imprimis verò catum si inuenerit, tribus dentium ictibus strangulat. Et quoniam rostrum ei nimis acutum est, ægre crassiusculum aliquid mordere potest, & ne hominis quidem pugnum clausum. Hucusq; Bellonius.

C.

Ichneumones & feles tot numero pariunt, quot canes, vescunturq; eisdem. Viuunt circiter annos sex. Aristo-

teles. Felium & ichneumonum reliqua vt canum. Viuunt annis senis, Plinius cum prius de canum coitu & partu dixisset. Circa fluuios degit, Nilum peculiariter: vnde Nemesianus, Et placidis ichneumona quæ rorantis in arundineas segetes. Mihi quidem amphibium videtur hoc animal, non solum quòd circa aquas moretur: sed etiam quòd in ijs lutræ instar se mergat. Nam Nicander in Theriacis describens quomodo contra aspidem pugnaturus luto se muniat, sic canit: Αὐτὰρ ἐπὴν σὺν ταῦτα δέ κε χρίσηται, τότε δ' ἥκαλος Τεχνήεσσα [illegible] Et mox aspidem aliquando mordicus ab eo cauda apprehensam in fluuium trahi, quod apud Strabonem quoq; legimus. Iam cum crocodili ventrem & viscera per fauces illapsus exedat, necesse est eum diutius absq; respiratione, quàm quæ amphibiæ non sunt quadrupedes, vitam agere posse.

D.

Possum de ichneumonum vtilitate, de crocodilorum, de felium dicere, sed nolo esse longior, Cicero de natura lib. 1 & 5. Tusculan. Beluas etiam in eos ipsos, à quibus beneficium acceperint, vehementer gratas esse testimonio sunt vel Aegypti admodum fera animalia, feles, ichneumones, crocodili, Aelianus. Et alibi, Cum homini infestissimis bestijs aspide & crocodilo inimicitias gerunt.

Trochilos (inquit Solinus) auis paruula est: ea dum reduuias (reliquias) escarum affectat, os beluæ huiusce paulatim scalpit, & sensim scalpurigine blandiente aditum sibi in vsq; fauces facit: Quod cnhydrus conspicatus, alterum ichneumonum genus, penetrat beluam, populatisq; vitalibus, erosa exedit aluo. Eadē omnino scribit Ammianus Marcellinus lib. 22. De trochilo aue Aegyptia, alia à vulgari trochilo, id est regulo (etsi Plinius eandem faciat) in Auium historia dicetur. Crocodilum (inquit Plinius) saturum cibo piscium, & semper esculento ore in littore somno datum, parua auis, quæ trochilos ibi vocatur, rex auium in Italia, inuitat ad hiandum pabuli sui gratia, os primum eius ad sultum repurgans, mox dentes, & intus fauces quoq;, ad hanc scabendi dulcedinem quàm maximè hiantes: in qua voluptate somno pressum conspicatus ichneumon, per easdem fauces vt telum illo quod immissum, erodit aluum, Hæc Plinius. Alij nullam trochili mentionem faciũt, sed simpliciter in apricantis eius vel dormientis fauces hiantes insilire scribunt. Ichneumones crocodilis apricantibus insidiantes, in oris hiatum intrant & exesis visceribus è ventre morituorum egrediuntur. Strabo lib. 17. Cum crocodilus humi iacet stratus, (verba sunt Gillij ex Oppiano) & rictu immenso os gerit patulum, tum ichneumon dolosa consilia dextra pernicie iniens, limis oculis tandiu eum obseruat, quoad arcto oppressum somno intuetur: tum cõfestim, ut arena & luto volutatus, agilis procurrit) & singulari animi fiducia mortis portam ingressus per latum gutturis aluum delabitur. Crocodilus verò inexpectatum malum in ventre sentiens, somno soluitur: & incitato cursu furibundus & consilij inops longè lateq; vagatur, modò in imam fluuij sedem se demergens, modò magnum acerbitatis virus anhelans sese ad terrã abijcit: sed nihil hæc curans ichneumon, & viscerum (iecori præcipue incumbens) suaui cibo expletur: ac tandē satur, iam exinanito crocodili ventre prosilit foras. Hæc ille ex Oppiano. Plutarchus etiam de ichneumone scribit, insidiantem crocodilo corpus diligenter amicire limo, & veluti corij loricatum (θωρακίζεσθαι) obglutinare. Atqui aduersus crocodilum nihil eget hoc munimento, cum dormientis per fauces illapsus, ventrem exedat eo in loco vbi nihil à crocodili dentibus ei metuendum: quanquam si attingere dentibus crocodilus ichneumonem posset, nihil ei vtcunque crassa luti crusta prodesset aduersus tantam beluæ vim: nam contra aspidis morsus (cum parui & infirmi admodum omnibus huius generis serpentibus dentes sint) luto incrustatum defendi posse facile concesserim. Non igitur vt à morsibus beluæ tutior sit in luto se volutat, sed alia, si modo id facit eius facti quærenda est causa. Mihi quidem eò difficilius per fauces eum delabi videtur, si non in luto solum, sed etiã arena, vt Oppianus refert, voluatur. sic enim & augetur corporis amplexus, & exasperatur: vtrunque vero ob causam difficilior per angustum (fauces inquam & gulam) descensus. Iam si post ductionem Soli quoque se exponit, vt crusta durescat, eodem modo quo in præparatione contra aspidem pugnæ, multo adhuc difficilius delabetur, aspero dorsi vel totius forte corporis impediente rigore. Aut igitur Plutarchus & alij quidam præparationem eius quæ aduersus aspidem tantum proprie pertinet, ad crocodilum quoq; transtulerunt, quod facile aliquis ex Strabone facere potuit, cuius confusa ferè hæc de re verba sunt, huiusmodi: Οἱ μὲν [illegible] (circa hoc pronomen dubitatio est, an ad aspidas tantum, vt mihi videtur: an ad vtrusq; animal aspidas & crocodilos referri debeat: vtriusq; quidem oua ichneumonem perdere apud authores legitur) καὶ [illegible] (lego θωρακισθέντες κυλισθέντες) ὁδοιπορεῖν σπεύδει τὸν ποταμόν. [illegible] Τὸν δ' ἰχνεύμονα δείσας ἐπόρθμιον, ὃν καλοῦσι τινες ἰχνεύμονα, καὶ Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ τῷ στόματι, καὶ Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ τῷ γαστρί. ὀνομάσαντες ἐκ τῶν ἔργων τὸ ὄνομα. Aut igitur, vt supra dixi, authores quidam ichneumonis præparationem aduersus aspidem, ad crocodilum quoque non rectè transtulerunt. aut si aduersus illum etiam se lutat, alia lutamenti illius quàm contra aspidem ratio est nempe vt tine arena fiat, & eo adhuc humente lubricoq; non Sole indurato, in crocodili hiatum insiliat, vt ita magis lubrico corpore facilius deferatur, id quod Isidorus innuere videtur his verbis: Hydrus cum viderit crocodilum in ripa ore aperto dormientem, inuoluit se limo, quò facilius possit eius faucibus illabi, &c.

Crocodilorum fœcunditati salutariter natura obsistit: nam oua quæ ex sese crocodili secundum flumina parere solent inquirit ichneumo, ac perdit: & quod magnam admirationem habet, nec oua comedit, nec ad suam, sed ad hominum vtilitatem naturæ instinctu conterit, Aelianus.

Ichneumo Aegypti, vbi aspidem anguem suum hostem aspexerit, non prius aggreditur, quàm socios vocet, & limo obducto, contrajctus morsusque sese loricet. Modus armandi, vt primum madefaciat corpus, & in terram se voluet, Aristoteles. Virum debilem & qui aliorum auxilio egeat significantes Aegyptij ichneumonem pingunt: hic enim si anguem inimicum videat, non statim aggreditur: sed prius vocatis alijs ex sua specie, ne firmum præsidio angui fit obuiam. Orus in Hieroglyph. 2. 31. Habet aspis (inquit Plinius) internecinum bellum cum ichneumone. Notum est animal hac gloria maximè in eadem natum Aegypto. Mergit se limo sæpius, siccatos Sole. Mox vbi plurib⁹ eodem modo se corijs loricauit, in dimicationem pergit. In ea caudam attolleos, ictus veritos auersus excipit, donec obliquo capite speculatus inuadat in fauces, Hæc Plinius. Ichneumon in pugna aduersus aspidem caudam erigit, quam aspis maximè incipit obseruare quasi minantem, ad quam cum virus suam transfert, corripitur, Isidorus. Oppianus ichneumonem non luto se oblinere, sed corpus arena obruere &

re & quaſi ſepelire ſcribit, oculis tantum & cauda (oblonga ac ſerpentina) prominentibus: ſic expectare aſpidem. Cum verò (inquit, interprete Gillio) hanc ignem ſpirantem animaduertit, ſtatim caudæ girum agens, immanem feram prouocat: ea autem capite elato & exerto dente, fruſtra pugnare aggreditur: nam Ichneumonem nihil metus tardat ad excipiendam pugnam, imo vero ipſam mordicus premens vtrinq; ſe in orbem contrahentem lacerat, & mortiferum venenum ore eijcientem conficit, & occidit. In luto Nili volutus ichneumon, apricat ſe donec tergus ſiccetur & dureſcat, ſic irruens in aſpidem vel caput eius morſu amputat, vel mordicus apprehenſam cauda in fluuium trahit, Nicander in Theriacis. Ichneumones luto inꝛuſtati aſpides ſimul & earum oua delent. Inuoluti enim luto & ad Solem ſiccati, aſpides per caput vel caudam capientes in flumen trahunt atq; occidunt, Strabo: cuius eadem de re verba Græca paulò ſuperius recitaui. Ichneumon (inquit Aelian.) luto agglutinato ſic ſe obducit, vt militem armis vndiq; ſeptum referat: ſi lutum deſit, aqua ſe alluens ſeque in altum madidumque fabulum abijciens, ex improuiſis rebus ac fortuitis, arma ad tutionem ſui ingenioſè comparat, continuoq; cum capitali aduerſario depugnat: ſummas autem nares ſuas, teneras, ac valde aſpidis morſui opportunas, ſuæ caudæ flexu ſeptus, tuetur: ſi eas aſpis aſſequi poſſit, hoſtem debellauit: ſin minus aſſecutus fuerit, fruſtra dentes contra lutum exercet. Contra autem ichneumon illi anteuertens, ſi ex inopinato fauces comprehenderit, illam ſtrangulat. Quocirca tota victoria cum ſit poſita in anticipatione, victor exiſtit, qui morſibus alterum præuerterit, Hæc ille. Ichneumon haud ipſam tantum aſpidem impugnat, ſed etiam oua eius diſpergit & dentibus frangit, Nicander: ſic catulis ſuis futuram hoſtilem perniciem ſummouens, Aelianus.

G.

Prædidit (lego prædicit) ſuillus vim cuiuſcunq; veneni, Dracontius: vide ſupra in A. Draconum adipem venenata fugiunt: item virus ichneumonũ, & cutis cinere in aceto perunctos, Plin. Quid autem per virus ichneumonum hic intelligat, dubitet aliquis: neque enim venenati aliquid illos habere legimus: fieri tamen poteſt vt habeant, ſicut & muſtelæ, quibus quodammodo ſimiles ſunt, vt ſupra oſtẽdi. Baſiliſco muſtelarum virus exitio eſt; Pliniꝰ: id eſt, necant eos odore, Budæus. Sed & morſus ichneumonum nonnihil veneni habere apparet, cum remedia aduerſus ipſos ſcribantur. Eſt & alia iris ceræ ſimilis & prædura: quam Horus crematã tuſamq; ad ichneumonum morſus remedio eſſe tradit, Plinius de gemmis ſcribens 37. 9. Ge. Agricola hanc iridis ſiue chryſtalli ſpeciem, à gemmarijs citrinam nominari ſcribit, & in Miſenæ & Boëmiæ metallis reperiri, ſed ferè mollem & fragilem, quum Plinio in Perſide naſcens prædura ſit. Pernicioſum ichneumonem Martialis dixit. Quòd ſi non totus ichneumon viroſus eſt, genitalia certe eius talia eſſe credendum eſt, vt qui de enhydri ſiue lutræ genere ſit, (animalis certe toto corpore fœtidi) cuius teſtes proximè ad caſtoreum accedere indicabimus, caſtorea autem viroſa dixit Vergilius. hoc eſt grauiter odorata potius quàm venenata. Fugiunt autem ſerpentes omnia ferè quæ huiuſmodi fuerint. Virus quidem de genitalium odore peculiariter dicitur. Lentum diſtillat ab inguine virus, Ver. 3. Georg. Virus verrinum è ſcropha ex coitu exceptum, Plinius. Pilos ichneumonis ſuffitos ijs prodeſſe quos lumbrici infeſtant, capite primo ex Aegineta & Auicenna aſſerui. Pro ſtercore felis, ſtercus ichneumonis in medicina ſupponi poteſt, vt inter Antiballomena Galeno adſcripta legitur. Lotium ichneumonis cum lacte vaccæ nigræ dabis in impetu coli potandum, continuò ſubuenies, Marcellus. Ichneumones Herodotus videtur enydrias vocare: Earum autem teſtes vtiles eſſe ſcribit ad remedia ὑγιείων. i. vteri.

H.

a. Ὀφιομάχῳ, ichneumon, & locuſtarũ (ἀκρίδων) genus abſq; alis, Heſych. Varinus ὀφιομάχῳ non ichneumonem, ſed locuſtã tantum abſque alis interpretatur. Ariſtoteles in Mirabilibus ſcorpiomachi locuſtę meminit; ſed de his inter inſecta. Ichneumon quidẽ quadrupes meritò ophiomachus nuncupatur: ſiue is cõtra aſpides tantum pugnat, ſiue etiã, vt conijcio, contra cæteros ſerpentes. Hunc enim (inquit Cicero) Aegyptij conſecrarunt; quod non ſinat ſerpenteis, maximã eius regionis peſtem, augeri. Ichneumon quadrupedis & piſcis nomen, Varinus. Eſt & inter veſpas ichneumon, quæ cũ phalange vel phalangio diſſidet, Ariſtoteli & Plinio memorata. Epitheta. Solers apud Textorẽ. Delectat Marium ſi pernicioſus ichneumo, Martialis. Strabo aſpidi & crocodilo πολεμιώτατον, id eſt maximè pernicioſum eſſe dicit, vt ſupra dictũ: ſi quis pro viroſo aut venenoſo interpretari mauult; non admodum repugno. βλαβερώτατον, μέγα θηρίον, μιγαδωνίης, αἰολόβολον, Oppiano. Scincus in Nilo natus ichneumone minor eſt, tanto inferior crocodilo, Hermolaus ex Plinio. Ichneumonis & Ibidis imago in ſtatua reperitur Romæ in horto Belueder in Palatio Papæ: Bellonius.

h. Latonæ & Lucinæ ſacri eſſe exiſtimantur. Apud Aegyptios Heracleopolitas venerationem & religionem poſſidere feruntur, Aelianus. Idem capite 4. ex Strabone aſſerui. Ichneumonem Aegyptij colunt, quod nõ ſinat ſerpenteis, maximam eius regionis peſtem, augeri, Cicero. Ichneumones Aegyptij lugent & ſepeliunt, eodem quo canes modo, Herodotus lib. 2. vbi Valla indagatores tranſtulit, quod non probo. Enydria etiam in Nilo naſcuntur, quas ſacras exiſtimant, Herodotus lib. 2. Gaza malè vertit, aquatilia quædam.

DE LAMIA.

A.

LAMIA nomen homonymum eſt: nam & terreſtrem beſtiam Libycam (ſiue veram illam, ſiue fabuloſam,) & ſpectrum quoddam, & piſcem ſignificat. Omnibus quidem illis voracitatis notam veteres impingunt. Lamię quaſi voraces cognomenta inuenere, Alex. ab Alexandro. Genuæ, guloſt. Lucilius lib. 30. Illo quid fiat lamia, & pitto ixio dentes. Quòd veniunt genuæ illæ, vetulæ, improbę, ineptæ, Nonius: Verſus duo heroici ſunt, ſed (vt apparet) corrupti. Λαμία apud Græcos ferè cum acuto in prima ſcribi reperio, rarius in media. Καρκὰ, λάμια, Heſychius & Varinus. Videtur autem hoc nomen piſcis eſſe, vt vox carco à carcharia detorta ſit: nam carchariam marinum piſcem voraciſſimum, Maſſilienſes hodieq; (teſte Gillio) ſuæ antiquitatis retinentes, lamiam appellant: Niſi quis καρκὰ forte quaſi γοργὰ dictam velit: nam gorgoni (de qua inter boues ſylueſtres iam dictum eſt) & lamiæ multa communia ſunt, feras eſſe Libycas; monſtrolas, draconum ſquamis obſitas, deorſum aſpicere, vnde & κατωβλέποντα ζῶα dictæ gorgones priuatim;

Aut ſi ſpectra ſunt, hæc habent communia: quòd terriculi gratia nominantur, tanquam fœminæ quædam, voces, oculis exemptilibus. Sed rurſus quædam gorgoni attribuuntur, vt alæ, &c. quæ lamijs negantur, & uiciſſim. Multa etiam de onocentauris ſcribuntur & lamijs ſimiliter, vt ſpecies humana, mammæ muliebres, ſumma velocitas. Recentiores quidam dum lamiæ etiam equinos pedes tribuunt, vt veteres onocentauro aſinipedes (poſteriores tantum) idem prorſus animal facere videntur. Sed onocentauri hiſtoriam ſupra pòſt aſinum & onagrũ abunde retuli. Phocarum odorem habebat, lamiæ vero teſticulos illotos, cameli autem podicem, Ariſtophanes in Veſpis: Græca ſic ſunt, Φώκης δ' ὀσμὴν (εἶχε) λαμίας δ' ἔχεις ἅπαντας, πέος τὸν ἡμιόλιον. Loquitur autem poëta de Cleone: quem phocarum inſtar malè olentem facit, vt qui coriarius fuerit & libidinoſum. In ſcholijs adijcitur, Λάμια θηρίον ἐστὶ ἔχον μέγαν λαιμόν: hoc eſt, Lamia fera à faucium & gutturis magnitudine nominata. ἁφασιοὶ δέ εἰσι ἔχιες. εἰσὶ δέ τινες ἔχιες λαμίαι. δῆλον γάρ. Quid ſi pro ἁφασιοὶ legas ἄφαλοι, hoc ſenſu. Teſtes marium ſunt: poeta verò lamiæ quæ fœmina eſt, teſticulos (licenter & iocoſè) affingit: ſed ἁφασιοὶ apud Suidam etiam & Varinum legimus, vt ſuſpicemur forte aliquid deeſſe, & prius dictum oportuiſſe, Cleonem quoq; hominem fuiſſe ἁφασιοὶ. Ego contra ſcholiaſtem dixerim, ſi lamia ſui generis fera eſt (vt multi ſcribunt) marem & fœminam vno lamiæ fœminino vocabulo comprehendi, nec ineptius lamiæ teſtes dici, quàm vulpis aut aquilæ. Sed videtur ille hæc ſcribendo ſenſiſſe lamiam nihil quàm muliebre quoddam ſpectrum eſſe, quod miror cum Duridis verba ſuperius recitata adnumeret. Eadem prorſus poëtæ verba de Cleone in Pace etiam reperio, vbi rurſus in Scholijs quoq; ſimiliter legimus: & inſuper, Lamiam aiunt feram eſſe crudelem, fœtidam, immanſuetam: illotos autem teſtes dixit, vt magis notaret ſordiciem & fœtorem Cleonis. In hiſtorijs legimus à Probo Cæſare multas lamias in ſpectaculo inductas ac exhibitas fuiſſe, Gyraldus. Lamia pedes habet equinos, cætera verò capris cõformia, de qua dicit propheta, Ibi cubauit lamia, & inuenit ſibi requiem, Gloſſa in Eſaiam. Lamia dicitur quaſi lania quia durior & crudelior eſt ſuis fœtibus quam cæteræ beſtiæ: fertur enim eos laniare, & inde (tamen) lactare, ſicut ſcriptum eſt Hieremiæ Thren. 4. Lamiæ nudauerunt mammas, Gloſſa in Threnos. Hoc eſt, beſtiæ vtcunq; ferociſſimæ fœtus tamẽ ſuos lactant, in quo Iudæos crudeliores oſtendit eſſe lamijs: inter quos pueris petentibus panem qui porrigeret nemo erat. Hebraicè thannim legitur: de qua voce multa ſcripſimus in Ceto A. Lamia, genus monſtri, vt quidam affirmant, Eucherius. Eſaiæ cap. 34. לילית lilith interpretantur Iudæi monſtrum nocturnum, puerperis maximè infeſtum. Aliqui lilith auem magnam vento victitantem exponunt. Numeratur autem à propheta illic inter ferat & ſpiritus (vt ſatyros, faunos) qui vulgo in locis deſertis degere creduntur. Lamia (inquis Albertus) eſt animal magnum & crudeliſſimum, quod noctu à ſyluis exiens hortos intrat, & frangit arbores ac diſſipat (aliàs, earumq; ramos diſſipat:) habet enim brachia valida, & in omnem actum habilia. Et cum homines ſuperuenerint, vt dicit Ariſtoteles, pugnat cum eis & morſibus vulnerat: ſanciatus autem morſibus eius non ſanatur, donec eiuſdem beſtiæ rugientis vocem audierit. Hoc animal in deſertis & ruinoſis habitare dicitur, & fœminam diligit, & aliquantulum figurat fœminam, & eſt pium fœminis quando lactat (lactant.) Aliqui lamias in Chaldæa capris magnitudine æquales (capris maiores, in Oriente circa partes illas quæ continent turrim Babel, in campo Sennaar, Liber de nat. rerum) eſſe dicunt, & cicurari, & lac copioſum habere, Hactenus Albertus. Lapſus eſt autem ille, vt innumeris in locis, ita hic etiam per imperitiam: multa enim quæ caſtoris ſeu fibri ſunt, lamiæ tribuit. Erroris occaſionem video, quoniam (vt in Caſtore dixi) lamyckyz barbaram vocem, ex Auicenna forte ſumptam, caſtorem interpretatur, quæ Græco & Latino lamiæ vocabulo proxima eſt, imò eadem ſi vltimam demas ſyllabam. Ramos quidem arborum (non brachijs tamen, ſed dentibus) præcidere, caſtoris eſt. De eodem Plinius & Solinus ſcribũt. Animal eſt horrendi morſus: adeò vt cum hominem inuadit, conuentum dentium nõ prius laxet quàm concrepuiſſe perſenſerit oſſa fracta: quod Albertus ineptiſſimè ſic protulit, Morſum caſtoris quidam dicunt non ſanari, niſi læſus audiat fracturam oſſium caſtoris: Longè verò ineptius ad lamiam tranſtulit, quaſi ab ea faucius non ſanetur, donec rugientis eius (vt iam ex verbis eius recitaui) vocem audierit. Sic error errorem parit. Serpentem foues, & te ſerpens, σ' ὄφι θάλπεις ἐς σὲ ὄφις, adagium eſt (inquit Cælius) non verius quàm frequentius, vbi quis innutrit, confouet, amplexatur, quod in cuidés exitium erupturum mox eſt: ex hiſtoria natum huiuſmodi. Menippus Lycius peregrinæ mulierculæ amore irretiebatur: ea vero, vt tum videbatur, ſpecioſa quidem erat & permollicula, nec non diuitijs vbertim fulta. Cæterum ea omnia oſtentationem modò exhibebant, veri ſuberat nihil. In eius autem familiaritatem ad hunc ſe modũ inſinuaſſe ferebatur. Pergebat quandoq; Menippus Corintho Cenchreas ſolus: ecce phantaſma quoddam illi occurrit, quod ſe in mulieris ſpeciem illi conformauerat, arq; ex manu apprehendens Menippum: Iampridem, inquit, te illius amore teneri implicitam: eſſe vero ſe genere Phœniſſam, & in ſuburbano quodam iuxta Corinthum habitare. Idq; etiã digito monſtrans, illuc veniret hortari cœpit, &c. Blanditijs delinitus adoleſcens, mulierẽ frequentat. Id intuitus vir quidam magus aut philoſophus, vt tum creditum eſt (Apollonius:) O formoſe (ad Menippum inquit) & à formoſis expetite mulieribus, σ' ὄφι θάλπεις ἐς σὲ ὄφις. Deinde cum etiam nuptias cum muliere aut ſpectro potius Menippus pararet, rebus omnibus iam inſtructis tanquam ex opibus ſponſæ: Argentum hoc (inquit magus) & aurum, cæteraq; domus huius ornamenta, tanquã Tantali hortos videtis: qui, ſicuti ab Homero proditum eſt ſpeciem quidem præferunt aliquam, quum tamẽ ſint nihil. Eiuſmodi verò ornatum hunc omnẽ concipiatis licet: neq; enim quæ videtur materia vlla ſubeſt, ſed ſimulacrum modò eſt ac imago. Quòd vt uerum ſciatis, bella hæc ſponſa vna eſt ✠ Ἐμπουσῶν, ἃς λαμίας τε καὶ μορμολυκίας καλοῦσιν: hoc eſt, ex Empuſis, quas lamias & mormolycias pleriq; putant. Sunt autem in amorem & Venerem procliues, & humanas carnes vehementer expetunt: Venereorumq; cupidine alliciunt multos, quos deglutiant mox. Cæterum vbi aurea ſupellex & imaginarium argentum, velut fumus effluxêre adminiſtriq; & coqui ac reliqua familia increpita euanuit, Lamia lachrymãti iam ſimilis rogabat, ne ſe torqueret: néue quid eſſet, fateri cogeret. Illo autem acriter inſtante, tandem ſeſe lamiam confeſſa eſt & voluiſſe Menippum voluptatibus delinitũ obuoluere, vt eius poſtea corpus deglutiret. Eſſe namq; ſibi perfamiliare formoſiorũ veſci corporibus, vbi ad ſummam ſanguinis abundantiam peruenieſſent, Hucvſq; Cælius 29. 5. Deſcripſit autem, quod diſſimulat, ex lib. 4. Philoſtrati de vita Apollonij: In cuius operis etiam ſecundo libro ſic legimus: Apollonius & ſocij cũ lucente clarag; Luna noctu iter facerent, lamiæ (Græce legitur Empuſæ) phantaſma illis occurrit, modo in hanc, modo in aliam figuram ſeſe conuertens, quandoq; ab oculis repente euaneſcens. Apollonius autem quidnam id eſſet quàm primum agnoſcens, grauibusq; ac contumelioſis verbis illud increpans, ſocios vt idem facerent hortabatur: id enim contra huiuſmodi inuaſiones optimum ſciebat eſſe medicamentum. Eius dictis cum ſocij paruiſſent, feridem phantaſma celeriter tanquam idolum aufugit.

Apud

Apud Ariſtophanem in Ranis quidam ſe videre ait magnam feram, quæ in varias formas tranſeat, bouis, muli, mulieris formoſæ: Et cum alter diceret, Atqui non amplius mulier eſt, ſed iam canis, ſubijcit ille, Empuſa igitur eſt. Chryſoſtomus Dion ſic in Libyca ſcribit fabula. Eſſe in locis illis feras muliebri facie, etiam formoſa: vberius quoque cum pectore ſpecioſiſſimis adeò, vti nullo pictoris ingenio effingi queant. Color ſpectatur præfloridus, ex oculis præcellens promicat gratia, manſuetudini adnexa. Corporis reliqua ſquammis prædura, vt frangere non ſit facile: alis carent, ſicut voce, ſed ſibilum elidunt modò, draconum imagine quadam. Terreſtrium cenſentur omnium velociſſimæ, vt celeritatem euadere nemo valeat. Viribus cætera peruincuntur, fraude tantum homo: quidem reteguntur pectora, quorum illecti nitore confabulandi deſiderio adeuntes rapiuntur protinus, Cæcus. Dion qui Libycam ſcripſit hiſtoriam (inquit Gyraldus) de lamijs in hunc propè modum prodidit: Haud longè à littore maris curuum eſſe locum, arenoſum, mari perſimilem, in quo littora magna exiſtunt, & arenoſi aggeres in mari, circumuicina vero omnia deſerta ferè manent. At ſi ibi fortè naufragi eiecti fuerint, feræ appacentes eos omnes qui vel peragrant, vel aberrant, rapiunt: quarum natura & corporis figura talis habetur. Facies eſt mulieris, &c. (vt iam ex Cælio retuli) inferiora ſunt ſerpentis, vt ima pars in caput deſinat ſerpentis, & quidem valde horrentis: hæ feræ alas non habent quemadmodum ſphinges: neque enim loquuntur vt illæ, neque aliam vocem emittunt, ſed ſolum ſibila acutiſſima quemadmodum dracones. Cætera quidem animalia viribus expugnant homines: hæ ſolum fraude ac deceptione: pectora aperiunt, & vbera oſtentant: eum vero qui aſpexerit, veneficijs quibuſdam cogunt ad confabulationis deſiderium. Et hi quidem veluti ad mulieres accedunt, illæ intrepidæ manent, deorſum in humum ſæpe reſpicientes (nimirum vt gorgones, vel catoblepontes, vt ſupra dixi) ornatum ac pudorem mulieris imitantes, atque ita eum qui propius acceſſerit, rapiunt: nanq; manus ſunt ferarum, quas aliquantiſper occultant. Cæterum ſerpens mordens veneno interficit: cadauer ipſum comedunt ſerpens, & quod reliquum eſt, feræ: atque hactenus Dion fermè de lamijs feris, quibus videmus eos & falli & fallere, qui equinos lamijs pedes attribuunt. Has & propheta Hieremias videtur aguoſcere, cum ait. Sed & lamiæ nudauerunt mammas, &c. quanquam locus hic ab Hebræis aliter effertur.

D. Hieronymus quædam ibi ſubinnuit. Porrò & Eſaias lamiæ cubile dixit. Hebræorum nonnulli lamias, furias interpretantur. Scribit Picus quoſdam dæmonas incubos eſſe interpretatos, exiſtimaſſeq; ſuperiores partes habere humanas ſpecies, inferiores belluinas. Lamias ineptè à laniando dictas putauit Iſidorus. Hebræi lamiã lilith vocant, de qua monſtra confingunt. Lamia præterea piſcis genus, cuius Nicander in Gloſſis meminit, qui etiã carcharias appelletur: piſcis huius Ariſtoteles, Plinius & Athenæus nemine re. Audio & hodie vocari à Maſſilienſibus lamiam, & ingentis interdum magnitudinis inueniri, integrosq; homines ab ea voratos aliquando repertos. Lamias puerorum eſſe terriculamenta, vel ex Apuleio ſatis conſtat. Sunt qui ſtriges putẽt, quæ infantium in cunis ſanguinem ſugunt. (Nos de ſtrige inter aues dicemus.) Quin & Horatius in Poetica ideo dixit, (Nec quodcunq; valet poſcat ſibi fabula credi,) Neu pranſæ lamiæ viuum puerum extrahat aluo. De lamijs & Plato meminit in Politicis, Hæc omnia Gyraldus.

Μορμόνας à Græcis vocari ſcribit Heſychius, errantes & vagãtes dæmones. Μορμολύκιον vel μορμολύκειον (vtrunq; enim legimus apud Gyraldum: pro altera voce μορμολύκειον legerim) pro larua & perſona ſumitur. Quinetiam μορμὼ pro deformi & monſtroſa muliere à Theocrito vſurpatur: pro larua verò, apud Ariſtophanem grammatici interpretantur, Gyraldus de dijs Syntagmate 15. Et rurſus ibidem. Lamiæ etiam ſtriges à noſtris vocantur. Duris Libycorum lib. 2. & Suidas & Phauorinus (& Ariſtophanis Scholiaſtes) Lamiam mulierem formoſam fuiſſe tradunt, Beli & Libyes filiam, quam Iupiter adamauit, & ex ea filium ſuſcepit: ſed Iuno præ zelotypia filium perdidit (Suidas & Varinus habent ἀπώλεσε, vt non de vno filio ſed pluribus intelligas) & Lamia præ mœrore deformata, alienos infantes rapere ac perdere dicitur. Gyrald. Reperies nonnulla etiam in Alciati Parergis lib. 8. Iupiter cum Beli filiam amaret, ex Libya eam tranſtulit in Italiam, vnde & nomen vrbi Italicæ. Ibi cum filios ex ea ſuſcepiſſet, Iunonem non latuit, quę liberos natos perdidit. Itaq; Lamia ægrè ferens, alienos quoq; liberos per inuidiam ſuffurata interemit. Hinc & nutrices aiunt pro infantium terriculamento Lamiam (vt apud Germanos mulierem nocturnam, *die nachtfrauw*) vocare. Fabulantur enim inſomnem eam eſſe voluntate Iunonis, vt dies noctesq; in luctu exigat: miſertum verò eius Iouem oculos exemptiles effeciſſe, ita vt eximi reponiq; poſſent: & facultatẽ addidiſſe, vt in quam libuiſſet formam ſe verteret, Varinus & Ariſtophanis Scholiaſtes. Lamia, mulier quædam antiqua Libyſſa, ſic dicta, Heſychius. Nec quodcunq; volet poſcat ſibi fabula credi, Neu pranſæ lamiæ viuum puerum extrahat aluo, Horat. de Arte. Sic etiam per Accò & Alphitò tanquã monſtroſas fœminas deterrebant pueros à peccando, Eraſmus in prouerbio Acciſſare. Noſtræ etiam mulierculæ pueris ſæpe minantur mulierem nocturnam. Lamiæ, mulieres quæ ſtrigum inſtar infantium ſanguinem ſugunt, vel ipſæ ſtriges. Perot. At ille colore ſpurciſſimi humoris percuſſus, quo me lamiæ illæ infecerant, aſpernatur, Apuleius lib. 1. de Aſino. Terricolas lamias, Fauni quas Pompilijq; Inſtituêre Numæ, tremit has, &c. Lucilius apud Lactantium. Lamia ſecundũ quoſdam, mater fuit Scyllæ. vnde Vergilius in Ciri, Ipſi ſeu Lamiæ mater ſit, ſiue Crateis: quæ ex puella in monſtrum verſa infantes necare dicitur, quoniam omni ſobole quam ex Ione pepererat, à Iunone orbata eſt. Gyraldus de Empuſa ſcribens, Noſtro, inquit, hoc tempore quibus hoc phantaſma muliebre apparuerit audiuimus. Legi qui putarent illud regis Dauidis meridianum dæmonium, huiuſcemodi terriculamentũ ſignificare. Reperias etiam in plurali numero empuſas dici, vt lamias. Nos de Empuſa & onoſcelis dæmonibus in Aſino diximus: tribuunt autem etiam lamijs recentiores quidam (vt ſupra dictum eſt) equinos pedes, vt illis aſininos. Μορμὼ & θοάξ, Ariſtophanes in Equitibus: vbi Scholia τὸ μορμολύκειον, ἢ λέγουσι λαμίαν: Vt Gyraldus non rectè ſuſpicetur apud Heſychium pro μορμὼ forte legendum μορμολύκειον.

Lamia viri nomen quo voracẽ ſignificari dicunt, Cælius. Aeli vetuſto nobilis ab Lamo, &c Horat. Carm. 3. 17. Erat enim Romę quædam familia nobilis Aeliorum (Heliorum Perottus,) à Lamo Antiphatis patre & Læſtrygonum rege, qui Formijs regnauit, ortum habens, Calepin. Hoc nocuit Lamiarum cędemadent:, Iuuenal. Huius familiæ etiam M. Cicero meminit. L. Lamia, nomen viri prętorij apud Val. Max. lib. 1. Lamię Syllani, qui gener Pij fuerit, mentionem apud Iul. Capitolinum alicubi legi, ni fallor. Caij Caligulę cadauẽr clàm in hortos Lamianos aſportatum eſt, &c. Sueton. Lucanis imperauit Lamiſcus, cuius pedis digitus tertius à magno, ſimilis lupinę vngulę fuit, Heraclides in Politijs. Λαίμων vel Λαιμίας, ου, in Eccleſiazuſis Ariſtophanis, vir quidam pauper & balatus lignorum. Herophilen Sibyllam Iouis & Lamię Neptuni filiam tradunt, quę mulierum prima cecinit oracula, Cælius. Homo vorax, ἄνθρωπος λαιμαργίαν ἔχων, alitàs λαιμάργος (Mercerus interpres λαιμαργίαν interpretatur) ab

tur) ab Aegyptijs picto ſcaro ſignificatur: is enim ſolus piſcium ruminat, & piſciculos quotquot acceſſerint deuorat, Orus. Μακκὼ & Λαμὼ (Suidas & Varin. habent Λαμία) mulieres fuerunt ſtolidæ & deliræ: & Μακκὼ quidē dicta eſt παρὰ τὸ μάτην κοπιᾶν, ὅ ἐστι νοσεῖν, Scholia in Equites Ariſtophanis: vbi μεμακκηκὼς exponunt ſtultum & ſtupidum, non magis quam Maccò ſapientem. Angelus Politianus condidit præfationem in priora Ariſtotelis Analytica Lamiæ titulo, in cuius initio. Mihi, inquit, etiam puerulo auia narrabat, eſſe aliquas in ſolitudinibus lamias, quæ plorantes glutirent pueros. Vicinus quoq; adhuc Feſulano ruſculo meo, lucens fonticulus eſt (ita enim nomen habet) ſecreta in vmbra deliteſcens, vbi ſedem eſſe nunc quoq; lamiarum narrant mulierculæ, quæcunque aquatum ventitant. Lamiam igitur Plutarchus habere ait oculos exemptiles. Hæc quoties domo egreditur, oculos ſibi ſuos affigit: vagaturq; per fora, plateas, quadriuia, &c. per conciliabula omnia, circumſpectatq; ſingula, ſcrutatur, indagat: nihil tam bene obtexeris vt eam lateat. Miluinos eſſe credas oculos ei: nulla eos præterit quamlibet indiuidua minuties, nulla eos euadit quamlibet remotiſſima latebra. Domum vero vt reuenit, in ipſo ſtatim limine demit illos ſibi oculos, abijcitq; in loculos. Ita ſemper domi cæca, ſemper foris oculata. Quæras forſitan domi quid agitet. Seſſitat lanam faciens, atq; interim cantillat. Vidiſtis'ne obſecro vnquam lamias iſtas viri Florentini, quæ ſe & ſua neſciunt, alios & aliena ſpeculantur? Negatis? Atqui tamen ſunt in vrbibus frequentes: Verum perſonatæ incedunt, homines credas, lamiæ ſunt, Hucuſque Politianus. Lamia (Λάμια, proparoxyt.) vrbs Melienſium (Malienſium, Strabo) Theſſaliæ, apud Polybium, (de qua plura Suidas: Achelous eſt Lamiæ propioquus, Strabo lib. 9.) à Lamio (ὃν Λαμία, rectus eſſe poteſt tam Λαμίας quàm Λάμιος) Herculis filio: vel à Lamia muliere, quæ Trachinijs imperauit: in qua (circa quam, Strabo) & Lamicum (Lamiacum, Strabo) bellum. Alia eſt Ciliciæ, vnde gentilia Lamienſes, Lamiotæ, Stephan. Idem Lamon, Λάμος, Ciliciæ fluuium eſſe ſcribit, & adiacentem ei regionē Lamuſiam. Eſt & Λάμια. per α. diphthongum in penultima, mons Arcadiæ, Stephanus. Sunt & Lamiæ inſulæ Plinio, &c. vide Indicem Plinianum. Λάμια, χάσματα. Etymologus. Varino Λάμβαι χάσματα ſunt, & piſcis: legendum forte λαμία, cum & lamia, vt dixi, piſcis nomen ſit. Λαμυρὸν, γαλῶ, ἄθρον, καὶ ἀκρατὲς, &c. Varinus. Thebani Demetrio regi ſubblandientes, Veneris Lamiæ templum excitarunt: erat autem eo nomine illius amica, ciuitatis pernicies à Comicis poëtis dicta, Cælius & Gyraldus. Lamia tibicina à Demetrio Poliorcete amata, &c. Athenæus lib. 13. Meretrici quidem Lamiæ nomen pulchrè conuenit: cum lamiæ, ſiue feræ, ſiue muliebria ſpectra, tum libidinis tum voracitatis vitijs infames exiſtimatæ ſint. Videntur enim meretrices, amantes ſuos quaſi deuorare exhauſtis eorum opibus, qua de re iocum in Capra ſcorto retuli, &c. Sic & Charybdin Horatius meretricem vocat: ſic Diomedis filiæ equæ hoſpites deuorarunt, ſic lupam pro meretrice dixerunt veteres. Et leporem meretricis nomen legimus. Damiam & Auxeſiam deas Epidaurij coluerūt, vt terram eis fructiferam redderent, vti Gyraldus ex Herodoti lib. 5. refert, apud Pauſaniam vero non Damiam, ſed Lamiam legi ſcribit. Suſpicetur forte aliquis lamiam feram aut ſpectrum nomen ab Hebræis tuliſſe n. litera in l. mutata, illis enim nemiot נמיות animalia ſunt in locis deſertis (rectus ſingularis eſt nemia) vt ſcribit Munſterus in Dictionario ſuo in voce ציה tziah.

Latax. Vide infra in Lutra, inter animalia Lutræ congenera.

DE LEONE.



A.

LEo Rex quadrupedum, nomen Græcum, Λέων, cuius etymon in Philologia dicam, nō ſolum apud Latinos, ſed pleraſque etiam barbaras hodie in Europa gentes, vt infra patebit, ſeruat. Hebræi verò plura diuerſaq; huius feræ nomina habent. אריה ari & אריה arieh, Deute. 33. Ieo eſt, Chaldæus eo in loco habet אריוך ariauan. Arabs אסד, aſad. Perſa גהר, gehad. Septuaginta λέων, Hieronymus leo. אריה ari (inquit Munſterus) Chaldaice אריא aria, in plurali numero araijm & ardiot (araoth

(arabòth ſchoagim, id eſt leones rugientes, Sophoniæ 1. genere maſculino.) Itẽ figuræ leonum 3 Reg. 7. Hinc ariel idem quod fortis 1. Paralip. 11. & 2. Reg. 23. volunt autem intelligi principem quendam. Iſaiæ vero 29. & Ezech. 43. accipitur pro altari holocauſtorum ſecundum Hebræos, in quo ignis è cœlo delapſus cubauit. tanquã leo in ſpelunca: vel quod templum habuerit figuram leonis &c. Ἀριὴλ leo, Heſychius & Varinus. Ἀριὴλ, leæna Syris, lidẽ, Vtranq; vocem Hebraicam eſſe apparet: poſterior quidem Chaldaica & pluralis numeri videtur. לביא labi (nãm littera poſtrema puncto caret) leo, לביאה lebiah leæna. Kimhi exponit ari, id eſt leonẽ: addit autem in commentarijs ari minorem eſſe, labi maiorem. Numerorum 23. iunguntur ambo nomina: ibi Chaldæus pro labi reddit לטיא leta, Arabs לבי lebu, Perſa שיר ſcher, Septuaginta & Hieronymus leonem. Locus ex Numeris citatus talis eſt, interprete Munſtero: Ecce populus quaſi labi (leo grandis) conſurget: & quaſi ari (leo) eleuabitur. Labi, leo prouecta ætate, Iob 38. Lebaim leones, Pſalm. 57. Lebaot, leænæ, Naum 2. לישׁ, laiſch, Dauid Kimhi leonem magnum exponit. Chaldaica verſio Eſaiæ 30. catulum leonis interpretatur, Septuaginta σκύμνον. Hieronymus leonẽ. Kurſus Iob quarto Chaldæus pro laiſch vertit laitha, quod vocabulum factum videtur ex laiſch: Abraham Prizolenſis leonem intelligit: Septuaginta πυρρακίδα vel potius πυρροκεφάλου: Hieronymus tigris. Locus Iob. 4. huiuſmodi eſt, Munſtero interprete: Rugitus leonis (arieh) atq; vox leonis (ſchachal) & dentes catulorum leonis (kephirim) euulſi ſunt. Leo (laiſch) perijt propter defectum victus, & catuli leonis bene labi) diſperſi ſunt. Eruditus quidam noſtræ ætatis hoc in loco per שחל ſchachal non leonem, quum aliud eius nomen adiunctum ſit, ſed cognatum leoni: animal nempe leopardum intelligit: ſed ſi hoc argumentũ admittas, ne labi quidem aut laiſch leonem ſignificabit, cum arieh vſitatius leonis nomen in eadem ſententia legatur. Leopardi quidem nomẽ Hebraicum eſſe nemer in panthera (quam recentiores leopardum dixerunt) docebimus. Verum & Septuaginta Oſee quinto pro ſchachal πανθῆρα conuertunt. Pro leæna, inquit Hieronymus, Septuaginta interpretati ſunt pantherã: & tam nomen beſtiæ quàm omnis beſtia poteſt accipi. Atqui Dauid Kimhi ſchachal interpretatur arieh, id eſt leonem: & Commentarius kabuzaki nomen leonis, liquidem multa ſunt ei nomina. Cõſentit Leui ben Gerſon. Iob 4. Chaldæus pro ſchachal vertit ſchachala, Septuaginta & Hieronymus leænam. Idem Septuaginta Prouerb. 26. ὀνοκένταυρον. tanquam Hebraicè legerint שלח ſchalach: Hieronymus, leo. Pſalmo 91. Chaldæus ſchachal catulum leonis interpretatur, Arabs אל פעי el phai. Hieronymus aſpidem. Verba Oſee quinto ſunt hæc: Ego ſum veluti leo (ſchachal) Ephrataeis, & veluti catulus leonis (kephir) domui Iehuda. Et rurſus Oſee 13. Factus ſum eis ſicut leo (ſchachal) ſicut pardus (namer, id eſt pardalis vel panthera) directus ad viã: deuorabo q; eos quaſi leæna (labi,) Munſterus: nam Hieronymus pro ſchachal leænam reddit, vt ſolet. Septuaginta hîc etiam pro ſchachal panthe' vertunt. Kephirim, leones, (melius, catuli leonum) Pſalmo 104. כפיר kephir in ſingulari, Iudicum 14. quidam parum Latinè leunculum vertunt. Leo apud Hebræos, inquit D Kimhi ſecundũ diuerſos ætatis gradus diuerſa ſortitur nomina, in primo gradu vocatur גור gur, in ſecũdo kephir, in tertio arieh in quarto labi, & in ſupremo laiſch, Munſterus. Gur D. Kimhi cuiuſuis animantis catulũ, aut pullum nominari ait: ferè tamẽ per excellentiã de leonis catulo ponitur (vt σκύμνος apud Græcos) hinc pluralia gurim maſculinũ, & guroth fœmininum. Gur arieh, Deut 32 Hieronymus vertit catulum leonis. Septuaginta σκύμνον λέοντος: Chaldæus gur, Arabs ſchachel. Kephir author Concordantiarũ catulum vel pullum animalũ exponit: ita fermè etiã Kimhi, niſi quod dicit kephir eſſe adulteriorẽ quam gur. Pſalm. 17. Chaldæus שחצאי ſchachaze, alibi filium aut catulũ leonis interpretatur, Arabs אל שבל el ſchebal, Græcus σκύμνος. Hieronymus catulus leonis. Nahum prophetæ cap. 2. arieh, leo: labi, leæna: cephirim, leunculi: gur, catulus leonis. omnia in vna periodo cõtinentur. Alſebha, inquit Bellunenſis, eſt nomẽ commune ad omnes quadrupedes quę dentibus & vnguibus hominẽ mordendo laniandoq; aggrediuntur & aliquãdo interimunt, vt leo, lupus, tigris, Hæc ille. Vetus interpres Auicennę lib. 2. capite de carne, lupos vertere ſolet. Si ſuper cortices quercus (ilicis) calcauerit zarim (aliàs ſarim) id eſt leo, formidabit cõtinuò. Aeſculapius. Hac de re alios authores citabo capite 4. hic de nomine quæritur. Videtur ſanè zarim vox Perſica: nã Num. 23. pro labi, Perſa ſcher (vel ſer) poſuit. Leonem Saracenis hodie ſebey appellari, apud recentiorẽ quendam legi. Leo Italicè leone, Hiſpanicè león, Gallicè & Anglicè lyon, Germanicè & Illyricè *lew*. Vncia à recentioribus barbaris dicta fera, lonza ab Italicis quibuſdam ſcriptoribus, leæna exiſtimatur, vel pardus, vel panthera, vel lupus cervarius, vt Fr. Arlunnus ſcribit: Ego pantheram eſſe ſuo loco demonſtrabo.

B.

Leonum duo ſunt genera: quorum alterum breuius, criſpioreq; pilo, quod ignauius eſt: alterũ longius, piloq; probiore, quod generoſius eſt, Ariſtoteles interprete Gaza. Plinius eundem locum ſic reddit, Leonum duo genera Ariſtoteles tradit, compactile & breue criſpioribus iubis: hos pauidiores eſſe quam longo ſimpliciq; villo, eos contemptores vulnerum. Archoleontes nominantur in Gordiano iuniore Iul. Capitolini, Egnatius iubatos intelligit: ſed & acroleontes, inquit, pleriq; probant. Atqui ego leones mares omnes iubatos eſſe puto quanquam Oppianus de Libyco leone ſcribit, (οὐκ ἐπιμαχεῖται) qui modo legitimi ſint: nã leopardos, hoc eſt ex adulterio leænæ cum pardo natos ijs carere ſcio. Quid ſi archoleontes genus aliquod leonum prægrande intelligas? vt qui magnitudinis ratione cæteris præſtare & quodammodo imperare videantur nam & ἀρχὸς vocabulum in compoſitione & magnitudinem & imperium ſignificare videtur inter eiuſdẽ generis animalia, vt ortygometra (Itali vulgò regem coturnicum vocant) πτιζομητροκολοκύντα. Sunt & μήτραι in veſparum genere veluti duces apud Ariſtotelem, Gaza matrices vertit. Μητροκωμία inter vicos eſt, vt μητρόπολις inter vrbes. Leonum iubatorum centum pugnam primus omnium L. Sylla in prætura dedit: poſt eum Pompeius Magnus in Circo ſexcentorum, ac in ijs iubatorum CCCXV. Plinius. Vbi per iubatos leones fortaſſis mares ſimpliciter intelligemus. Quod ſi quis apud Capitolinum archoleontas, leones nondum circuratos intelligat, quaſi agrioleontas, quoniam in eodem ſpectaculo leones manſuetos exhibitos dixerat, non contradicam.

Leones in Europa potius ſunt, & ea Europæ parte, quæ inter Acheloum amnem & Neſſum eſt. Ariſtoteles Et rurſus alibi, Leo animal tarum eſt, nec multis naſcitur locis: ſed Europæ totius ea parte ſolã, quæ inter Acheloum amnem & Neſſum eſt. In Europa inter Acheloum tantum & Neſtum amnes leones eſſe Ariſtoteles tradit, longè viribus præſtantiores ijs quos Africa aut Syria gignant, Plinius. Circa Pæonium agrum atq; Creſtonicum ſuper amnem Chidorum Xerxe cum exercitu tranſeunte leones impetum dederunt in camelos &c. Herodotus lib. 4. Eremox, Sunt autẽ per ea loca leones multi: terminus eorum eſt Abderorum flumen Neſtus, & Achelous qui per Acarnaniam fluit. Nam nemo aut ad auroram trans Neſtum vſquam gentiũ viderit leonem in Europa, aut trans Acheloum

Acheloum ad Hesperum in reliqua cõtinente: sed in horum fluuiorũ medio leones gignuntur. Montana Thraciæ regio (inquit Pausanias Eliacorũ 1.) intra Nestum fluuium qui per Abderitarum regionẽ fluit præter alias feras producit etiam leones, qui camelos quondam in Xerxis exercitu commeatum gestantes interfecerunt. hi tamen regionem circa Olympum euagantur montem, cuius latus vnum Macedoniam, alterũ Thessalos & Peneum flumen spectat. De Nesto amne scribit Plinius 4. 11 vbi Hermolaus, Nestus fl. inquit, à Ptolemæo Ammanon Nissus appellatur, &c. Leones non gignit Peloponnesus, quod doctissimus Homerus nõ ignorasse videtur, commiebat, Dianã in Taygeto, & Erymantho Peloponnesi montibus delectatum fuisse in venandis apris, & ceruis: leonum autem non meminit & recte quidem, quod hi ab ijs vacui essent, Aelianus. Leones nostro tempore vsquam in Europa nasci certum est: nisi ex industria fortasse hominis. Florentiæ, Niphus. Leones & tigrides in regionibus ad Orientem & Austrum nascuntur, quòd maiorem caloris copiam hæc animalia desiderent, Gesnerus. Magnum in Libya inquit Oppianus, leonum numerus est, Οὐδὲν λαχνήεις, λιὴν ὁ Λιβυστικὸς ἀγέλης. Sic recentiores (lego enim Ἀθῶ-scilicet [illegible]). Videtur autem hic sensus. Libyci leones non similiter vt alij multo pilo, nec ita splendido vestiuntur. Facies deinde ceruix horribiles. Corpus vniuersum ex cæruleo colore ad nigrũ inclinat. Addit præterea robur eis immensum esse, & leones omnes facilè superare. Gillius hunc locum ineptè transtulit. Si à Libya dictæ essent Lucæ boues, fortasse pantheræ quoq;, & leones, non Africanæ bestiæ dicerentur, sed Lucæ, Varro. Abyla promontorium Africæ Leones continet in superciliis montium habitãtes Philostratus. Mauritania leones alit Strabo. Qui montes frigidos incolunt Leones, minus habent atrocitatis & ferociæ: quantò feruidioribus verò locis degunt, tanto maior eorũ rabies & audacia est: velut in Temesinæ & Fessæ regnorum cõfinijs, Angad deserto iuxta Telensium, quiq; inter Hipponam & Tunetum degunt, quos inter celebriores & truculentiores totius Africæ Leones referunt, Io. Leo Africanus. Vtera Catadupa Nili procedens Apollonius & comites, viderunt leones & pantheras, Philostratus. Circa Meroën Astaboras & Astapus influunt: Hæc loca leones alunt qui sub canis exortum a maximis æstibus hinc expelluntur, Strabo lib. 16. Vide infra in 9. Apollonio. cum ad mare descenderet, dextra quidem Gangen, sinistra verò Hiphasin fl. habenti, multi leones occurrerunt, Philostratus. In parte Syriæ confermina leones & pardales plures maioresq; reperiuntur quàm in Libya, Diodorus. Aethiopicum quandoq; leonũ genus in Libyam migrat. mirandum aspectu, colore nigro, bene comatum, capite amplo, pedibus hirsutis, oculis igneis, solo ore ex fuluo rubicundum, μόνοισι ξανθὸν θηρίοισι στόμα, Oppianus: addit autem visu, non auditu, cognitum sibi Aethiopicum leonem. Ciliciæ quod syluestre est efferatur plurimis bestijs & leonibus immanissimis. Leonũ alij ad Istri ostia, alij robore Istrianis inferiores in Armenia & Parthia nascuntur, crasso collo & capite magno, oculis lucidis, supercilijs densis & ad nasum dependentibus (sic verto ex Oppiano) collo & maxillis comantibus. Gillius apud Aelianum: sed Aeliani Græci codices nostri non habent. Locus omnino ex Oppiano sumptus est. Is Illiricum Armenijs eosdem facit, his versibus: Τὴν μὲν νῦν ἐσέχοντες πελυβλήδην τὸ πάρος περ Ἀρμενίην &c. Alios vero, inquit idem, Ereinborum (id est Arabum) fœlix terra producit: his quoq; cerua & pectus hirsuta sunt, oculi tanquã igne micantes, omniũ præstantissimi, sed pauci. Circa Aden Arabiæ vrbẽ montes viuntur excelsi, vbi magna leonũ copia est, qui hominibus, vbicunq; possunt, plurimũ nocent. Itaq; nisi multi homines coniuncti, vt minimũ circiter centum, pariter incedant, non sunt tuti per istos montes, Vartomanus. Leones, Lupi, pardales abundant circa Arabiam, Agatarchides. Leones qui generantur in terra Coratenorũ, inquit Albertus ex Auicenna vt suspicor) & præcipuè apud Hyconium (Hyrcaniã forte) ferociores & audaciores sunt ijs qui austrum & meridiẽ versus gignuntur. Cæterũ in quarto climate vel prope illud nati, timidiores sunt & infirmiores, quòd cœli illius constitutio cũ temperamento ipsorũ non cõueniat. Circa Hyconium quidẽ adeo feroces sunt, vt pauci venatoribus capi queant, cũ tamen non sæpe noceant hominibus, Hæc Albert. Leonis color in Syria tantũ niger est, Plin. nos iam ex Oppiano Aethiopicos etiã nigros esse diximus. De leonibus Mesopotamiæ, qui à culicibus infestati oculis, vel in flumina se dantes pereũt, vel oculos vnguibus lancinando effodiũt excæcanturq; capite 4. dicã. Terra India animaliũ mater optima, leones etiã fert maximos, qui immanissimi sunt: pelles eorũ aspectu nigræ sunt, & horridæ & formidolosæ. Capti mirum in modũ manfuescunt (vt capite 3. dicam,) Aelian. Leones in regno Narsingæ plurimi, periculosa faciũt itinera, Vartomanus. Rex Tartarorum habet leones maximos atq; pulcherrimos, maiores illis qui sunt in Babylonia: in quorũ pilis radioli quidã varij coloris apparent, scilicet albi, nigri atq; rubei, & illi quoq; docti sunt artẽ venatoriam. Nam plurimũ prosunt venatoribus ad capiendum apros, vrsos, ceruos, capreas, onagros, atq; boues syluestres. Duci autẽ solent duo leones in vehiculo quodã dum venatum itur, sequente vtrunq; eorũ caniculo paruo, Paulus Venetus. In Tartaria leones alij nigri alij rubei coloris inueniuntur, Idẽ. Et alibi, In prouincia Abasiæ nascuntur leones, leopardi, &c. Et rursus, In prouincia Gingui sunt plurimi leones, vt etiam præ timore eorũ nullus audeat noctu extra domos dormire: nam quoscunq; inueniunt lacerant atq; deuorant. Naues quæ ascendunt & descendunt per flumen, propter leonum metum ad ripam non ligantur, sed in medio fluminis anchoris iactis retinentur, alioquin leones noctu naues ingrederentur, & quicquid viuum in eis reperirent deuorarent: (quomodo capiantur in 2. dicam.)

Leones fului sunt omnes, Aristoteles. Et in Physiognom. Οἱ ξανθοὶ, δύσοργοι· ἀναφίεται δὲ ταχέως. Post leonem aliàs fului aliàs flaui epitheto insigniunt, Græci χαροπὸν. In nonnullis regionibus nigros, alibi ex cæruleo nigricantes inueniri leones iam supra dixi. Leo corpore longo est, Cardanus. Corpus totum articulatum (ἁρμονικὸν) & neruosum habet, nec mollius nec durius iusto, Aristoteles in Physiognomicis, vbi etiã totius corporis leonini speciem & singula eius membra, formã virilem (ideam viri) præ cunctis animantibus maximeq; terræ vt pardalin, fœmineam. Leo validus est pectore & priore corporis parte, ac degenerat posterioribus membris, Macrobius. Interiora omnia canib. similia continentur, Aristoteles. Interiora eius sunt canis, & dentes etiã nisi quod maiores sunt: exteriora vero sicut cati, Albertus. Leonem ferarum regem esse argumento sunt, pectus, genua, incessus, saltus & celeritas cursus, visus, iuba, os cataphractum (nimirum dentibus) latera firma, nerui solidi, vngues magni, [illegible], Philes. Leonum genus alterum breuius, crispioreq; pilo est, (crispioribus rubis Plin.) alterum longius pilo q; probiore (pilo recto & simplici, Aelianus: longo simplicique villo, Plinius: idemq; generosius est, & vulnera contemnit: illud ignauius & pauidius, Aristoteles. Pilus leoni non rectus anterius, sed medius ac flexus, brenior parte postrema, Cardanus. Quoniam pili tum plani rectique (ἐπίπεδοι) tum valde crispi timidorem significant: qui iuniora tantum sui parte crispi fuerint (κατὰ τοῦτο) animositatis indicium erunt, vt in leone patet, Aristoteles in Physiognom. Et alibi in ijsdem, Collum leonis scribit pilis (θριξὶν) inducti flauis, [illegible]

a 2 aa

ἐχῖνα ἀπὸ τραχύτητος: ἀπὸ τοῦ μαλλοῦ: vocans quas alibi ἀκανθώδη quidem non aliud est ei quàm ἐχῖνος ἔνδοξος, sed a ὀξύτητος vt ipse derivat. Et rursus, Pili molles timidum, duri fortem designant: argumento sunt omnia animalia: timidissima enim, quæ mollissimo pilo. vt cervus, lepus, ovis: fortissima verò, leo, aper, eademque pili durissimi. Quadrupes nulla est, quæ pilos sicut homo vel in palpebra inferiori habeat vel in alis vel in pube. Sed vice eorum alijs prona totius corporis hirsuta habentur, vt canibus: alijs crista (λόφος) adiuncta est vt equis, exteriúsq; generi eiusdem: alijs iuba, vt leoni mari, Aristoteles. Et alibi, Caret leæna iuba, mari hæc propria est. Pili equis in iuba largi, in armis leoni Plinius. Lucianus in Cynico, Καὶ πανταχοῦ τοῦ σώματος ἀνῆκε τὰς τρίχας, ἐν τῷ τραχήλῳ μόνον ἐπέστησε τὴν χαίτην καὶ τοῖς ὤμοις ἐπέρριψε. Leoni præcipua generositas, cunc cum colla armosque vestiunt iubæ. Id enim ætate contingit a leone conceptis: Quos verò pardi generauêre, semper insigni hoc carent. simili modo fœminæ (hoc est leænæ iuba carent, similiter vt leopardi,) Plinius. Et alibi, Turrigeros elephantorum miramur humeros, leonum iubas, &c. In rationis expertibus mari præstantiam quandam natura largita est, iuba leo ante cellit fœminam, serpens crista, &c. Aelianus.

Leonum ossa medullis carent, Aelianus. Leonis ossa robusta & solida sunt: & cum exiguam admodum & perobscuram medullam contineant ea prorsus carere videntur, Aristoteles. Leo ossa maiora, fortiora & duriora habet proportione corporis sui quàm cætera animalia, Albertus. Animalibus magnis adminiculo opus est maiori, validiori, & firmiori: atq; inter magna ijs potissimum tali opus est adiumento, quæ violentiora sunt. Quamobrem mares ossibus durioribus constant quàm fœminæ: & quæ carnivora sunt, quàm quæ alio. it o vescuntur: ijs enim victus per dimicationem acquiritur: velut leonis ossa adeò dura sunt, vt è ijs percussis ignis quasi e silice excutiatur, Aristoteles de Partib, 2. 9. Item in historiâ anim. 3. 20. Quanquam medulla inquit, non nisi inclusa ossibus est, tamen non ossa omnia medullam intra se cõtinent, sed ea tantum quæ cava habentur: tametsi ne ipsa quidem omnia cõtinent ossa enim leonis partim nullam, partim exiguam habent: quamobrem nullam omnino medullam leones habere nonnulli putarunt. Hoc quidem in loco concedere videtur Aristoteles ossa leonum quædam cava esse, nõ omnia solida, quod alibi asserere videtur. vt & Aelianus & Philes leonis ossa cava esse simpliciter negant. Leo (inquit alibi Aristoteles) nullam omnino habere medullam in ossibus suis videtur, quòd admodum exiguam ac tenuem habeat eamq; in paucis ossibus: solis enim inferioribus atque brachijs. Constat profecto leo præcipuè omnium animalium ossibus solidis. sunt enim adeò dura, vt ex eis concussis, ignis velut è silice elidatur, Aristoteles & Aelianus. Epicurus in epistola apud Athenæum lib. 8. ridet aliquot observationes Aristotelis tanquam aut timis curiosas aut parum verisimiles, & inter cæteras ὅτι λέων σφόδρα τὰ ἔγκατα δεῖται ἀναπολήθων ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τὰ ὀστᾶ πάντα ἔμπυρα. Medulla leoni in femorum & brachiorum ossibus paucis, exigua admodum: cætera tanta duritia, vt ignis elidatur velut è silice, Plinius.

Leo capite validissimo est Aristoteles: fortissimo, Plinius. Mediocri, Aristoteles in Physiognom. magno, Cardanus. Faciem (πρόσωπον) habet magis quadratam, non valde osseam, Aristoteles. Cælius tamen, authore nod citato faciem leoni rotundam tribuit, coq; nomine Solem referre ait, cum & in ambitu radiorum quadam imagine pilos gerat. Frons ei quadrata in medio magis cava, eminente supercilia & nasum versus veluti nube, Aristoteles. Et rursus de fronte scribens, Οἱ μεγάλοφρυες ἰσχυροί, ἀνδρεῖοι δὲ καὶ οἱ τὸ μέτωπον σύμμετρον τοῖς ὄμμασιν ἔχοντες. μάλιστα δὲ τοῦτο ἐν τοῖς λέουσι. Videtur autem nihil aut parum interesse frontem, aut frontis epipedon, id est superficiem dici. Nam Adamantius de frontis inspectione sic scribit, Μέτωπον πλατὺ καὶ ἰσχυρὸν ἀνδρὸς ἰσχυροῦ καὶ ἀνδρείου καὶ ἀνεπτοημένου καὶ ἐν ὀργῇ ἀεὶ ὄντος. Cæterum id quod nubis instar supercilia & nasum versus in ima fronte prominere leoni scribit Aristoteles. Ὀφρὺς proprie vocari conijcio. Est enim ὀφρὺς μὲν ἡ τοῦ δέρματος ἐπικύρτωσις, Scholiastes Nicandri. Τὸ ἐπάνω τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ περιέχοντος τὰς τρίχας καὶ ἐπικύρτου ὄντος ὀφρὺς καλεῖται, Scholia in Iliados, ubi Homerus de leone venatoribus irato scribit. Πᾶν δέ τ' ἀποκτείνωσι καὶ ἐκπροταμόωσι σὺν καλλιφόρῳ. Σκύζεται leo dicitur ubi ira fervidus, ac turba canũ circumvallatus delixis in terram oculis consurgit in prælium. (Σκύζεται δὲ, ὅταν ὀργῇ θυμοῦται καὶ τὰ ὄμματα κατὰ γῆς ἔχῃ τὸν λέοντα, ὅτι τὰ ὀφθαλμικὰ σκυθρωπὰ ὀργιζομένου. Λέων δὲ ὑπὸ κυνῶν περικυκλούμενος καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνιόντων, ἀφίησι τὸν θυμὸν καὶ ἐπὶ τὰ ὄμματα κατάγει.) Homerus Iliados vltimo, Varinus. Apud eundem plura, si liber, lege de verbo Σκυζ θαι.) Cæterum eos qui vultu ita demisso & supercilijs laxatis sunt, sive præ ira sive præ tristitia. Scythicum tueri, & σκυθρωπάζειν (quod paragrammatismo inde videri potest detortum) & σκυθρωπὸν & σκυθρωπάζειν dicimus: nostri etiam lingua vernacula נזיתן, quasi ad verbum nubilare dicas: quòd facies eorum nõ serena sed nubila: nec frons aperta recta, sed laxata rugosaq; appareat: sed hoc communiter propter tristitiam & paruam quoque molestiam multis accidit. Atrocior verò magisque Scythicus ille aspectus, quem nominamus *schirzluh*, tanquam à Scythis nomine facto nisi quis malit a verbo *schirzen*, quod est, defendere: quòd huiusmodi obtuitus sit homin is pro vita defendenda pugnantis: vt forsan à scuto quo milites protegantur, deriuatum habeamus nomen *schirz* & verbum *schirzen*. Quamobrem Aristoteles, vt iam cæsauimus leoni, (cuius talis perpetuò facies est, vt qui perpetuò etiam ita affectus sit) aliquid nubis instar circa supercilia prominere scribit.

Θοίνας ἐπαινήσειε βλοσυρῷ ἐπὶ ἤθεϊ κούρου. Theocritus Idyl. 25. de Hercule. De episynio in homine & moribus inde iudicandis, scribit Adamantius lib. 1. capite 12. Ἀνάτασις μετώπου καὶ ἡ ἀπὸ τῶν ὀφρύων ἐπὶ τὰ ἔξω ἀνάκλασις, οὐκ ἀγεννοῦς, Aristot. in Physiogn. Vetus interpres sic reddit, Leo supra frontem in extra nasum (melius forte, è regione nasi) pilos habet inclinatos: postrema verba omittit: & videntur fere corrupta: legendum fortè ἐπὶ τὰ ἔξω pro ἀπὸ τῶν ἔξω. Alibi enim eodem in libro sic legitur. Οἱ πεφυκότες τὰς τρίχας ἐπὶ τὰ ἔξω τῶν ὀφθαλμῶν, ἀνελεύθερον τὸν τρόπον ἔχουσι. Vetus interpres, Quibus frontis quod est ante caput elevatum habent, liberales naturæ fiuntur ad leones: quasi non ἀνατεταμένον sed ἀνατεθὲν legerit: διαφέρει quidem in participium à ἀνατείνω non tectè formatur, sed ἀνατεταμένον vel passiuè potius, requirente sensu, ἀνατεθειμένον. Sed ex inspectione leonis potius quàm Græcæ linguæ peritia emendari hi loci possunt.

Oculos habet charopos, concauos, non admodum rotundos, nec nimium oblongos, magnitudine mediocri. Cælius tamen oculum ei permagnum esse scribit. Charopi & cavi mediocriter oculi, leonis te admonebunt: valde cavi verò maligni sunt, & simiam referunt. Adamantius. Oculi parum cavi animi magnitudinem innuunt. Argumento sunt leones, Aristoteles. Fronto canes pastorales laudat χαροπὸς τὰ ὄμματα καὶ λεοντώδης τὴν ὄψιν, hoc est, suos oculis & leonina specie. Torua leæna, epitheton ex oculorum tantùm, quæ summa in hac fera est, (inquit

(inquit Erythræus in Indice Vergiliano:) Ex quo & Aristoteles leonem charopôn vocat, quem Cæsellius rectius appellauit, id est glaucum: quia glaucis oculis præditum hoc animal aspectu horribili apparere dixerit. Sed oculos glaucos & charopos confundit, vt & alij quidam recentiores: Aristoteles manifestè distinguit: cum scribit in Physiognom. Οἱ δὲ γλαυκοὶ, ἀλλὰ χαροπὸι, ἦτοι ὑγροὶ, ἢ ἀφεγγεῖς ὅτι λέοντος ἐστίν. Adamantius etiam lib. 2. cap. 2. Physiognom. Oculi varij, inquit, cum charopo colore frequentius quàm glauco contingunt. Verùm, Charopi oculi a nigris varietate differunt: fiunt autem pluribus modis: nam si quis simpliciter inspiciat, nigros putabit: si in accuratius, grana quædam videbit. quorum quædam ruffa sunt non admodum tamẽ, alia magis minusue alba: alia pallida, vel simpliciter, vel ruffo simul nigróue admixto: alia deniq; cruenta, &c. Qui plura super hoc colore desiderat, legat Cælium 15. 8. Nos etiam de colore charopo & rauo plura aff. remus infra in b. Leonum pupillæ præfulgent, & dilucidissimum continent humorem, ita vt videantur ignitæ, Plutarchus. & Aphrodisiensis in Plura vide capite sequenti de visu ipsorum. Acri sunt intuitu leones, Cardanus. Leo oculis patentibus sæpe ignes cernitur semper, Macrobius. Apertis cum oculis dormire (propter genæ superioris breuitatem) caput tertio dicetur. Supercilium ei prægrande, Aristot. Nasus crassior quàm tenuior, Idem. Et rursus, Οἱ δὲ μέγα ἔχοντες ῥῖνα, καὶ ἐπὶ τὸ μέσον ἐπικεκυφότες, καὶ ἢ τὸ μέσον τῆς ῥινὸς ἐξοχὴν ἔχοντες, οἷον γαλεόψυχοι καὶ λέοντες. Locum hunc mutilum esse apparet: nec potest ex veteri translatione, vbi magis etiam mutilatur, Gremp. ex Adamantio potest, cuius verba subijciam. Φύσει πάχος ἀέρος ἐμβολὴ ἐργάζεται κεφαλῆς, πίεσις αἰσθήσεως ἐμπαρεμπίπτουσα μαρτύριον ἀλκῆς ἐστι καὶ ἀνδρείας. Superior maxilla non prominet, sed æqualis inferioti est, Aristot. Rictu oris est amplo, Cardanus. Στόμα γενειάδες &c. hoc est: os amplum habet (non vt quidem verum, iustæ magnitudinis,) Aristotel. Idem alibi os rescissum ei tribuit. Labra tenuia in ore magno, ita vt partes superiores inferioribus superinfectæ sint, eademq; laxa iuxta labiorum angulos (συγχείλια Græci vocant: sic autem legendum ex Aristotelis Physiogn. de labris, non ἴχενλια: item non χείλεα, sed χάλασα) animi magnitudinem & fortitudinem significant, cum in leonibus huiusmodi habeantur, Adamantius. Vide supra de Cane d. vbi etiam diximus summum leonis nasum rotundũ crassum & solidum esse. Leo dentes habet serratos, Aristoteles. Dentibus serratis prædita dicuntur, quæ dentes teretes & acutos habent, vt lupus, canis leo, Aelian. Eorum quæ dentes habent serratos nonnulla non amittunt caninos, vt leones, Aristoteles. Et alibi, Dentes eos tantummodo mutat leo, qui canini vocantur (quod & Plinius scribit) quatuor, duos superius, totidemq; inferos, ac hoc sextomense ætatis sit. Leonibus ac pardis omnibusq; generis eius, etiam felibus, imbricatæ asperitatis lingua, & lijnæ similis attenuansq; lambendo cutem hominis. Quę causa etiam manuefactæ, vbi ad vicinum sanguinẽ pervenit saliua, inuitat ad rabiem, Plin. Leoni ceruix osse vno rigida constat, nec vertebris vllis iungitur, Aristoteles & Aelianus. Leoni & lupo collum osse perpetuo riget, Aristot. lib. 4. de partib. Ceruix leoni tantum & lupo & hyænæ, ex singulis rectisq; ossibus riget, Plinius. Nõ constat articulatis ossibus, nec flectitur, sed sequitur [illegible] Φιλιστίωνος, Philes. Spondyli in ceruice nulli, caro dura ac si tota sit neruus, eoq; retrospicere non potest. Rasis & Albertus. Scaliger tamen id negat. Vide in Hyæna a. De iuba ceruicis in pilorum mentione dictum est. Quæ ceruicem parte posteriori hirsutam habent liberales (ἐλεύθερος, lego ἐλεύθριον, vt & alibi de leone scribitur, & interpres quoq; vertit) sunt, argumento leonum, Aristot. Quibus collum magnum quidem (μέγαν τὸν τράχηλον) sed non nimis crassum est, magnanimi censentur, quòd leones repræsentent, Aristot. Et alibi, Leo collum habet oblongum, crassum, moderatum: vbi forte legendum, nõ παχὺν συμμέτρως, sed παχὺν συμμέτρως, id est moderatè crassum, ne sibi contrarius videatur. Idem est enim dicere non valde crassum, & moderate crassum. Ideo natura leonibus, sicut & vrsis & tigribus angustiora (breuiora intelligo) creauit colla: quia in terra ceruicem & ora non deijciunt pascendi gratia: sed aut ceruum inuadunt, aut bouem ouemq; discerpunt, Ambrosius. Οἱ δὲ ἐπὶ τὰ ἐπάνω παλίσσυτοι, ὀκαυχένιοι (malim ὀκαυχένιοι) μεγαλόψυχοι, καὶ φιλόπονοι τοῦ λέοντος. Aristoteles. Adamantius eandem sententiam sic expressit, Οἱ δὲ ἐπὶ τὰ ὄμοια ἐστραμμένοι, ἐξ ἴσα πεφυκότες τὸν αὐχένα φαίνεσθαι (cui opponitur rectus & alta ceruice, vt equus) μεγαλόψυχοι καὶ ἀνδρεῖοι ἐπὶ τὰ ἔργα, καὶ φιλόπονοι ἀφορῶντες. Humeros leo validos habet, Aristot. Pectus quoq; robustum, πλατύ, Idẽ. Validus est pectore & priore corporis parte, ac degenerat posterioribus membris, Macrob. Leoni vis summa in pectore, Plinius. Pars circa iugulos (χλανίδες) soluta magis quàm compacta est, Aristot. Metaphrenon (superior in medio dorsi pars, inter scapulas) latum, Idem. Costis & dorso valde firmus est, [illegible] Aristoteles. Leoni ventriculus arctior est, nec multo amplior intestino, Idẽ. Infirmus parte ilium est contra ictus, sed reliquo corpore multas patitur plagas, Aristot. Circa coxas & femora parũ carnis habet, Idem. Læna duas in ventre mammas habet, Arist. 2. 1, vbi Gaza omisit. Et rursus, Leo binas tantum mammas medio ventre gerit (quod & Plinius scribit) non quia pariat simè generat: nam plures quàm duos interdum æditi sed quòd lacte abundat. cibum enim quem rarò assumit, quoniã carniuorus est, in corpus abiumit. Medio ventre graciles (εὐζωνοι, vsitatius ἀζωνοι) venationis studiosi sunt, argumento leonum & canum, Aristot. Longa leoni cauda, quam quatit persæpe, eiusq; verbere se stimulat ad pugnam vt capite quarto dicam. Græci in leone caudam alcæam vocant. Ἀλκαία, λέοντος οὐρὰ ἡ ἐς λίσσεσθαι, Hesychius. Et propriè quidem, inquit Varinus, leonis cauda alcæa dicitur, quod per eam se stimulet εἰς ἀλκὴν, hoc est ad fortitudinem vel defensionem. vt pluribus dicemus cap. 4. in mentione fortitudinis eius: vbi & de stimulo quodam veluti corneo, quẽ aliqui caudæ eius esse dicunt, loquemur. Callimachus impropriè de muscis dixit Ἀλκαίας ἀθόους, legendum forte, ἀλκαίας ἀθόας, hoc est muscæ oris aculeo, quo pro lingua vtitur, vorat glutitq;. Vel Alcæa dicitur ὅτι ἐξ ἀνάγκης ἀεὶ σείεται, ἀεὶ γὰρ ἐσθίει, ὅθεν καὶ ἀεὶ σείεται, ἢ ὅτι ἀμύνεται τὰ ἐπιόντα τῇ οὐρᾷ. vt leo, taurus, canis, & alia Varinus. Alcæa non tantum leonis est, sed & equi & bouis, & similium quæcunq; cauda sed endunt (aut ad defendendũ excitant) Idem ex Lexico Comico. De alcæa in musca plura dicam in historia eius. Leonis caudæ iusimæ parte setosus est caulis, Plin.

Crura valida & neruosa, Aristotel. Leoni pro talo tortuosum quiddam in anfractum est, quale effingunt, (ὥσπερ τοῖς ἀστραγάλοις ἐπὶ τῶν παιζόντων) quales fortassis talos pro ludis effingunt, Idem. Lynx tantum digitos habentium simile quiddam talo habet: leo etiam num tortuosius, Plin.

Leonum pedes priores quinis distinguuntur digitis, posteriores quaternis, Aristotel. 4. 12. de partib. qui locus apud Plinium 11. 43 corruptus est, vt in Lupo docebimus. Leo aduncis est vnguibus, Idem: maximisque durissimis, Cardanus. Mirum pardos, pantheras, leones, & similia, condito in corporis vaginas vngium mucrone, ne refringatur hebetetúrue, ingredi, auersisq; falculis currere, nec nisi appetendo protendere, Plinius. De vestigio & gressu leonis capite proximo agetur.

Ferarum

C.

Ferarum aliæ montanæ vt plurimum sunt, vt leones: aliæ palustres, vt apri, &c. Pollux. Leo cacumina mōtium amat. Author obscurus. Leo acutissimi visus est (vnde & nominatus apud Græcos creditur, vt in Philologia docebo) nec vnquam omnino admittere soporem fertur, sed oculis patentibus somno frui, vt inferius dicam, vbi de somno eius loquar. Leones per Solem ingredi actorem non patiuntur: sunt enim acie oculorum acutiuscula, & ignem (vt quarto capite pluribus indicabitur) interdiu ob eam rem fugiunt, Aphrodisiensis problematum 1. 66. Præfulgidas ei & quodammodo igneas esse pupillas, præcedenti capite dictum est. Βλοσυρὸς inter leonis epitheta apud Pollucem est, à visu truce & toruo: [illegible], Eustathius apud Homerum. Leones odorati, apud Lucanum: clarent enim olfactu adeò vt adulterinum leonæ cum pardo odore sentiant mares. Sagacissimè, vt audio, odorantur: ideoq; manuefacti ad venandum ducuntur, Aelianus. Gradiuntur leones pedatim. Id fit cum pes sinister non transit dextrum, sed subsequitur. Aristot. & Plinius: qua de re plura in Camelo dixi, capite 3. Græce quidem Aristoteles hoc incedendi genus κατὰ σκέλος vocat, quod Varinus statim post λέων vocabulum (nescio ex quo grammatico) non rectè interpretatur pro pedetentim & modicis passibus, vt contrarium eius sit μακροὶ βιβάζων apud Homerum, ἐπὶ σκέλος vero (ἐπὶ enim præpositione vtitur non κατὰ) apud eundem ἀλίγκιον γὲν ἐπαμείβειν, Iliad. λ. Theodorus Gaza non κατὰ σκέλος solum pedatim vertit, in loco iam citato, qui de proprio leonis gressu est, Plinium imitatus: sed sibi etiam vbi Aristoteles scribit leonem cum à venantium multitudine cedere cogitur, βαδὴν discedere: lentim pedatimq; discedere reddit: quod ego homonymiæ vitandæ causa non probo, pro βαδὴν pedetentim potius quàm pedatim translaturus. Incessus leoni κρατικὸς, id est strenuus est, Aristoteles in Physiogn. Et mox, Incedit autem tardè, & passibus multum distantibus, καὶ διαστολὰς ἐν τοῖς βήμασι (hoc est, vt conijcio, humeris etiam ad singulos passus commotis, nimirum vt milites nostri solent cum hastati per vrbem ostentationis gratia incedunt.) Eandem rem Adamantius, vt superius quoq; recitaui, sic effert: ὁ δὲ λέων [illegible]. Tria sunt quę optimè incedunt, imo quatuor bene ordinant gressum: Leo qui fortissimus est inter bestias, & non auertit se à conspectu cuiusq;, &c. Prouerb. 30. Cum insequuntur, nilum (postremum) saltu adiuuant: cum fugiunt, non valent salire, Solinus: qua de re plura dicam capite quarto in fortitudinis eorum mentione. Vngues retrahunt, ne hebetentur, veluti in vaginas, vt feles etiam, & similia, vt præcedenti capite circa finem retuli. Albertus, cum per locа lapidosa ingrediuntur, potissimum id eos facere scribit, & ita suis quasi armis parcere. Plutarchus ita incedere ait, non solùm ne aciem vaginam retundant, sed etiam ne ansam vestiganti præbeant: Vide capite quarto, in historia amoris ipsorum erga catulos. Leo cum cursu citato fertur, propositi cursus metas transit, quòd præ vehemetia spiritus retinere se nequeat, Scriptor de nat. rerum.

Rugire proprium est vocis leonis, Ael. Spartianus. Tigrides fœdomitæ rancant, rugiuntq; leones, author Philomelæ, qui primam huius verbi corripit, Despauterius producit, sed testimonium non adfert. Quintianus quidem in Theocrisi producit. Pontanus libro 1. Amorum mugire de leone dixit, At quondam Libycis leo dum mugiret arenis. forte quòd primam verbi rugire producere nolebat. Rugitus leoni asper. Canes Albani vltra leones rugitibus insonant, Solinus. Fremere idem quod rugire: vnde illud apud veterem quendam poëtam, partam fecêre fremendi, Varro à leonibus ductum ait. Βρύειν quidem apud Græcos de sonitu ignis, ventorum, & fluctuum (vt fremere etiam & fremitus apud Latinos) vt Varinus scribit, propriè accipi solet: sed ab eodem verbo leones ἐλελιζόμενοι & ἐλελίζοντες à poëtis cognominantur. Fremere quidem & fremitus apud Latinos, de equi etiam hinnitu vsurpantur. Fremit leo ore cruento, Vergilius 9. Aen. Vasto & graue murmur hiatu infremuit. Lucanus de leone. Leo in vitos prius quàm in fœminas fremit, Plinius. Auditur quantum Massyla per auia murmur, Innumero quoties sylua leone furit, Martialis. Non fremit infantes leo nisi magna fame, Plin. libro 8. Leo frendens, Silius libro 10. Ouidius in Arte amandi aprum frendentem dixit. In domo Circes, cum præternauigaret Aeneas, audiebantur Leones sera sub nocte rudentes, &c. Leonum vox, βρυχηθμὸς, βρυχηθμοὶ (quas voces in Oppiano legi) βρυχᾶσθαι, βρυχήσασθαι, Pollux. βρυχᾶται δὲ λέων, Ammonius. Οἱ δὲ λέοντες [illegible], Suidas ex authore innominato. Oppianus de equis charopis dixit, Καίπερ οἱ πτηλὸν λέοντα φύτλα βρύχειν. Βεμαχὼς, λέοντος χεῖται φωνὴ, Varinus: huic similia videntur verba, significatio quoq;, βεμαίνειν, βεμεσθαι & βεμίζεσθαι. Leones iuuenes prædam nacti, clamore in vitulini mugitus formam contemperato, signum dant: vocantque seniores, Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Animalia fortia vocem ædunt grauem, vt leo & taurus, Aristot. in Physiog.

Leo quamuis in edendo ferocissimus sit, tamen pastus, & fame iam vacans, facilis mitisq; malorem in modum est. Aristot. & Philes. Satiati, innoxij sunt, Plinius. In fame, summo periculo ei occurritur: postea verò quàm cibo completus est, mansuescit, & simul lusionibus delectari fertur, Aelianus. Non patitur mas cum fœmina; sed vterq; separatim: Vide capite quarto in fortitudinis ipsorum mentione. Vescitur leo carnibus crudis, vnde ὠμοφάγος Oppiano dicitur, quarto de piscatione: communius est ὠμηστὴς: synonyma, ὠμοβρώς, ὠμοφάγος. Vesci eos alternis diebus Aristoteles tradit, Plinius. Cibus ei nunquam deest: sed per vices nunc edit, nunc laborat, (venatur,) Oppianus. Cibo nunquam caret, quòd ad illius inquisitionem haudquaquam segnis sit, Aelianus. Non vescitur nisi ex venatione, nec venatur nisi semel in die, Auicenna. Leo animal est valde calidum & siccum, & non potest diu nutrire lacte, Albertus. Ὅτε δὲ λέων ἐχέφρων μεγαλήτορι θυμὸν ἐέλπεται, Homerus Iliad. γ. Scholia exponunt, μεγαλωζεται, quoniam cadauer attingere leonem negetur, Eustatius Iliad. [illegible] αἰδοῖα δαίνυται. Ὁμοίως δὲ ἄγγελοι μέχρι πεντεκοντα ἐτῶν. ἀπὸ γὰρ τούτου λέοντα βάλλει. Vtria sunt quę optimè incedunt, imo quatuor bene ordinant gressum: Leo qui fortissimus est inter bestias, & non auertit se à conspectu cuiusq;, &c. Prouerb. 30. Cum insequuntur, nilum (postremum) saltu adiuuant: cum fugiunt, non valent salire, Solinus: qua de re plura dicam capite quarto in fortitudinis eorum mentione. Vngues retrahunt, ne hebetentur, veluti in vaginas, vt feles etiam, & similia, vt præcedenti capite circa finem retuli. Albertus, cum per locа lapidosa ingrediuntur, potissimum id eos facere scribit, & ita suis quasi armis parcere. Plutarchus ita incedere ait, non solùm ne aciem vaginam retundant, sed etiam ne ansam vestiganti præbeant: Vide capite quarto, in historia amoris ipsorum erga catulos. Leo cum cursu citato fertur, propositi cursus metas transit, quòd præ vehemetia spiritus retinere se nequeat, Scriptor de nat. rerum.

Rugire proprium est vocis leonis, Ael. Spartianus. Tigrides fœdomitæ rancant, rugiuntq; leones, author Philomelæ, qui primam huius verbi corripit, Despauterius producit, sed testimonium non adfert. Quintianus quidem in Theocrisi producit. Pontanus libro 1. Amorum mugire de leone dixit, At quondam Libycis leo dum mugiret arenis. forte quòd primam verbi rugire producere nolebat. Rugitus leoni asper. Canes Albani vltra leones rugitibus insonant, Solinus. Fremere idem quod rugire: vnde illud apud veterem quendam poëtam, partam fecêre fremendi, Varro à leonibus ductum ait. Βρύειν quidem apud Græcos de sonitu ignis, ventorum, & fluctuum (vt fremere etiam & fremitus apud Latinos) vt Varinus scribit, propriè accipi solet: sed ab eodem verbo leones ἐλελιζόμενοι & ἐλελίζοντες à poëtis cognominantur. Fremere quidem & fremitus apud Latinos, de equi etiam hinnitu vsurpantur. Fremit leo ore cruento, Vergilius 9. Aen. Vasto & graue murmur hiatu infremuit. Lucanus de leone. Leo in vitos prius quàm in fœminas fremit, Plinius. Auditur quantum Massyla per auia murmur, Innumero quoties sylua leone furit, Martialis. Non fremit infantes leo nisi magna fame, Plin. libro 8. Leo frendens, Silius libro 10. Ouidius in Arte amandi aprum frendentem dixit. In domo Circes, cum præternauigaret Aeneas, audiebantur Leones sera sub nocte rudentes, &c. Leonum vox, βρυχηθμὸς, βρυχηθμοὶ (quas voces in Oppiano legi) βρυχᾶσθαι, βρυχήσασθαι, Pollux. βρυχᾶται δὲ λέων, Ammonius. Οἱ δὲ λέοντες [illegible], Suidas ex authore innominato. Oppianus de equis charopis dixit, Καίπερ οἱ πτηλὸν λέοντα φύτλα βρύχειν. Βεμαχὼς, λέοντος χεῖται φωνὴ, Varinus: huic similia videntur verba, significatio quoq;, βεμαίνειν, βεμεσθαι & βεμίζεσθαι. Leones iuuenes prædam nacti, clamore in vitulini mugitus formam contemperato, signum dant: vocantque seniores, Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Animalia fortia vocem ædunt grauem, vt leo & taurus, Aristot. in Physiog.

Leo quamuis in edendo ferocissimus sit, tamen pastus, & fame iam vacans, facilis mitisq; malorem in modum est. Aristot. & Philes. Satiati, innoxij sunt, Plinius. In fame, summo periculo ei occurritur: postea verò quàm cibo completus est, mansuescit, & simul lusionibus delectari fertur, Aelianus. Non patitur mas cum fœmina; sed vterq; separatim: Vide capite quarto in fortitudinis ipsorum mentione. Vescitur leo carnibus crudis, vnde ὠμοφάγος Oppiano dicitur, quarto de piscatione: communius est ὠμηστὴς: synonyma, ὠμοβρώς, ὠμοφάγος. Vesci eos alternis diebus Aristoteles tradit, Plinius. Cibus ei nunquam deest: sed per vices nunc edit, nunc laborat, (venatur,) Oppianus. Cibo nunquam caret, quòd ad illius inquisitionem haudquaquam segnis sit, Aelianus. Non vescitur nisi ex venatione, nec venatur nisi semel in die, Auicenna. Leo animal est valde calidum & siccum, & non potest diu nutrire lacte, Albertus. Ὅτε δὲ λέων ἐχέφρων μεγαλήτορι θυμὸν ἐέλπεται, Homerus Iliad. γ. Scholia exponunt, μεγαλωζεται, quoniam cadauer attingere leonem negetur, Eustatius Iliad. [illegible] αἰδοῖα δαίνυται. Ὁμοίως δὲ ἄγγελοι μέχρι πεντεκοντα ἐτῶν. ἀπὸ γὰρ τούτου λέοντα βάλλει. Ioan. Tzetzes quoq; 5. 9. σῶμα apud Homerum de cibo leonis, corpus viuum non mortuum accipiendum asserit. Et præterea ibidem, Leonis, inquit, & aquilæ cadauera non degustant: sed quod viuum comprehenderint edunt: nec postea ad idem, si quid relictum sit, redeunt. Cuius rei aliqui causam afferunt fœtorem: mihi verò per superbiam quandam id facere videntur, cum in suo vterq; genere regiam dignitatem obtineat. Cęterum de captis inclusisque tum leonibus tum aquilis, non habeo quod dicam: putârim tamen non mortua solum corpora illos deuorare, sed etiam ex melle placentas & huiusmodi. Et talis fuit leo quidam Appollonij temporibus (de quo dicemus in H. h.) quem ille Amasidis animam habere aiebat, Hactenus Tzetzes. Leo vescitur quidem carne ritu cæterorum syluestrium ferratorum, sed cibo

...ràum vrtur, multoq; deuorat solida, hinc vllo dist. &c. mox nihil triduo, aut certè biduo e...
...t. vt qui iam ad multam satietatem repletus est, Aristoteles. A fat ... Aristoteles tradit: & quæ possint in mandendo solida deuorare (quod & Aelianus scribit) ... capitis in aluo, coniectis in fauces vnguibus extrahere, vt (si fugiendum sit) non so satietatem aueant. ... Philes. Expletus vel triduo vel quoad primi cibi concocti sint, vt etiam lupus, abstinet, cubandoq; se fouet, Aelian. & Plutarchus. Caida prædatemei laturam, reliqui amplius attingere dedignatur, confidens nimirum nouam rursus prædam se posse venari, Philostratus. Pleriq; omnes parcunt a lagina: primum quòd alternis diebus potum, alternis cibum capiunt: ac frequenter concoctio non est insecuta, solitæ cibationi superponunt diem: tum quòd carnes iusto amplius deuoratas, cum grauantur, infertis in ora vnguibus, sponte protrahunt. Sanè & cum fugiendum est in satietate, idem faciunt, Solinus. Saturatus leo carnibus alterius feræ, reliquias aperto gutture suo halitu inspirat, volens ita fortem, vt a nullo animalium attingantur: postridie ad venationé redieus, si quid recens assequatur, hesternas reliquias contemnit: sin minus, ad eadem redit, Philes & Aelianus. Contacta halitu eius nulla fera attingit, &c. Plinius: Vide paulò inferius in mentione excrementorum eius. Satoritatem dierum inedia, vel simia deuorata vomitionibus purgat. Volaterranus: Sed de remedio eius ex simia, infra dicam in morborum eius mentione. Quænam animalia inuadat, siue cibi tantum gratia, siue etiam naturali quodam odio, capite quarto dicetur. Adeunt vrbes, & iniurias hominibus inferunt, potissimum tempore suæ senectutis: tunc enim per corporis imbecillitatem, & dentium defectionem venari nequeunt, Aristoteles. Leones & lupi cum per ætatem venari non possunt, villas accedunt, vbi homines inuadunt, & rapiunt pueros, Albertus. Leo senex cum ætate processit & animus (vis) venandi deest, ad stabula & pastorum cæsis proficiscitur, quòd iam ad montanas prædas persequendas infirmus sit, Aelianus & Philes. Stabula pastorum armentaq; inuadit fame compulsus, vt Homero placet, Nomen autem horum excidit: Intelligit autem forte de loco Homeri paulo antè citato ex Iliados decimooctauo, Ὡς δὲ λέοντε δύω &c. Polybius Aemiliani comes in senecta hominem appeti a leonibus refert: Quoniam ad persequendas feras vires non suppetant. Tunc obsidere Africæ vrbes: eaq; de causa crucifixos vidisse se cum Scipione, quia cæteri metu pœnæ similis absterrerentur eadem noxa, Plinius. Herbas leo non nisi ægrotus gustat, vt vomat, Niphus: vide infra in morbis eius.

Leo parum bibit, Aristot. Aelian. Philes. Rarus est in potu, Plinius. Alternis diebus potum, alternis cibum capiunt, Solinus. Cyrus apud Xenophontem in pedia libro primo, milites strenuos collaudans, Vos, inquit, famem habetis pro obsonio, & aquæ potum fertis facilius quam leones, ὑδροποτεῖν δὲ ἧττον τῶν λεόντων δύνασθε. Leo nunquam omnino admittere soporem fertur. Sed hoc alijs videtur perabsurdum: neq; enim esse aliquod animal, cui perpetua sit vigilia: quod ipsum Aristotelis doctrinæ prorsum comprobatur. Forte inquiunt (transtulit hæc ex Varino vel Etymologo) vt dorcades apertis oculis leo conquiescit: vnde irrepsit sententia, illum nunquam dormire, Cæl. Sed ambigua est locutio, si quis leonem nunquam omnino admittere somnum dicat: aut enim (si vocem omnino coniungas cum voce nunquam) intelligi potest, eum perpetuò vigilare, quod falsum videtur: aut admittere quidem somnum, sed non omnino admittere, quod verius videtur, vt apparebit ex sequentibus. Aliqui obseruarunt leonem cum dormit caudam mouere, vt ostendat se non omnino dormire (quod & Philes scribit) vt cætera animalia. Quod ipsum Aegyptij se obseruasse gloriantur, leonem videlicet a somno inuictum esse, nempe qui semper vigilet, Aelianus. Hanc ob causam & Soli hoc animal comparant, Solare esse dicentes: vt pluribus in Philologia differetur. Leo minimum (ἀκμὴν μύειν) dormit, sublucentq; quiescentis oculi, Plutarchus Sympotiacôn 4. 5. Dicitur quibusdam quoq; leo inter vigilandum præcipuè oculos occludere, quos aperiet dormiens. Hinc templorum clausteis leonem symbolicè appingebant priores, Cæl. Leo dormit apertis oculis Philes. Leonis oculus vtiq; permagnus est: at incumbens oculo pellis longè minor, quam vt oculum totum valeat obtegere: vnde fit vt oculis apertis somno frui videatur, Cæl. Leo minimum (lego, nimium) solicitus de se & catulis suis, dormit apertis oculis quasi vigilantibus, Iorath. Leo non dormit in aliquo specu, sed in aperto, nihil metuens, vbicunq; nox ei superuenerit, Aelianus & Oppian. Cum ætate processerit, & iam grauis factus fuerit, tum ad venandum infirmus, aut in specubus, aut nemorosis tractibus libenter requiescit, neq; tum vel cum his minimis animalibus, ætatis suæ infirmitati diffidens, versari fidenter audet: sed considerans corporis sui imbecillitatem, semper timidè & diffidenter cum ijs agit, Aelian. Leo cum dormit in naui, perficitatur nauis, Author libri de naturis rerum. Nauis dormientein ea leone, plus solito mergitur: experrecto, rursus alleuiatur, Asclepiades.

Excrementa. Grauem odorem à leone reddi, nec minus halitum, Aristoteles tradit, Plinius. Et alibi; Animæ leonis virus graue, vt si pestilens: contacti halitu eius attingit nulla fera, citiusq; putrescunt afflata reliquis. Dubiter autem aliquis an pronomen eius ad leonem vel virum referri debeat: & ad virum quidem referendum videtur, vtpote vicinius vocabulum: res vero ipsa fortassis ad vtriusq; halitum conuenit. Fœdum odorem leo in cibo relinquit ex suo halitu: profectò quidem leone interiora grauiter olent, Aristot. Excrementum (alui) raro emittit: tertio die vel vicissim; accidit, egerit, idq; durum, aridum, & simile vt canis: flatum etiam alui acerrimum emittit, & vrinam grauiter olentem: vnde fit vt canes arbores odorentur: mingit enim crure elato, vt canes ad stipites. Idem. Vrinam mares crure sublato reddere vt canes. Aristoteles tradit, Plin. Leo in auersum (ex auerso, retro) mingit, mas inquam: nam fœminæ quadrupedum omnes id faciunt, Aristot.

Vehementia (ἐφορμητικὸν) præter vim & robur, celeritatem quoq; & concitationem significat. Et hercle genus leonum appellant omnes vehemens, quoniam huius quoq; contentam actionem atq; citatam conspiciunt, Galen. de diff. pulsuum 3. 4. Leonis vis summa in pectore, Plin. Sed de corpore eiusq; partibus & singulorum robore, cap. 2. dixit: animi vero fortitudo, & quomodo iram ad defendendum se colligat atque extimulet cauda sese flagellando, sequenti capite explicabitur. Semiramis Assyria non si quando leonem aut pardalim, similémue feram interfecisset: sed si leænam esset nacta, in eo sibi placuisse fertur, Aelian. in Varijs, fœminam scilicet mari ceu fortiorem præferens.

Magna leænis libido coitus, & ob hoc maribus ira, Plin. Vêre dum in Venerem propensi sunt, crebram inter se pugnam exercent, octo aut duodecim vnà (vnam) Leænam insequentes, Io. Leo Africanus. Leones aucti coeunt, Aristotel. Plin: Solin. Leones adeò sunt calidæ naturæ, vt omni tempore desiderent coire, Author obscur. Et Aelianus similiter, Nullo anni tempore à coitu abstinet leo. Sed aduersari videtur Aristoteles, his verbis, Coit leo

leo & parit non omni tempore: singulis tamen annis vere parit, &c. Leones, vrsi, lupi, libidinis tempore acrius in eos qui accesserint, sæuiunt, inter se tamen minus dimicant, quia nullū ex ijs gregale est, Arist. Ex lœænis & pardis leones quidem procreantur, sed ignobiles & imbarum inopes, Solin. Odore (quo plurimum valet, vt supra dixi) pardi coitū sentit in adultera leo, totaq; vi consurgit in pœnam, idcirco aut culpa flumine abluitur, aut longius comitatur, Plin. Lœænam dicunt feruere ad coitum, & leonem non admodum posse coire propter nimium temperamenti calorem, ideo lœænam admittere pardum, & hoc odore percipere leonem, sed illa priusquam ad leonem redeat se lauat aquis niuis, vt adulterij odor obliteretur: Sed hoc falsum videtur, Albert. Leopardi historiam in Panthera requires. Philostratus li. 2. de vita Appollonij, lœænam non ex pardo, sed pardali concipere scribit, his verbis. De lœænis narratur ipsas in amorem sui pardales (quanquam Zenob. interpres pardos transtulit, cum alibi pro eadem voce pantheras reddat, idq; rectè) trahere eosq; (addit enim masculinum articulum τοὺς παρδάλεις: sed legendum παρδάλεως cum ο. paruo in prima syllaba, vt mas intelligatur: per alpha enim fœmininum est) in leonum cubilibus suscipere. Vbi verò pariendi tempus appetit, in montes confugiunt, (& loca pardalibus coniuncta) pariunt autem maculosos catulos: propterea in densissimis syluis occultatos nutriunt, simulantes venationis causa se à maribus abesse. Leones enim si catulos deprehenderint, lacerant, & sobolem tanquam adulteram perdunt, ξάινει, verbum vt apparet corruptum. Interpres ineptè vertit, matremq; tanquam adulteram abiunt: ego ξαίνει legerim, hoc est vnguibus vulnerant & lancinant.) Hyænæ coitu lœæna Aethiopica parit crocum, Plinius & Solinus. Arcadicos canes ab initio ex canibus & leonibus prognatos dicunt, & vocatos esse λεοντοπαγεῖς, Pollux & Cælius. Cælius Rhodig. 7. 34. scribit se legisse apud authorem fidei integræ, ouem fuisse in Cōsula de grege Nicippi: quæ non ritu naturæ agnum, sed monstrifico partu leonem pepererit: quod ipsi Nicippo tyrannidem portendebat, quam mox assecutus est, quum ædito monstro hominem priuatum adhuc geret.

Lœænas inter omnem vitam (inquit Gellius 13. 7.) semel parere, eoque vno partu nunquam æderé plures quàm vnum, Herodotus in tertia historia scriptum reliquit. Verba ex eo libro hæc sunt: (Græca à Gellio posita omittam, Latinis propter breuitatem contentus.) Animalium acerrimum lœæna & audaciſſimum, semel omnino in vita & vnum parit. Enitendo enim cum fœtu pariter matricem proijcit. Rei verò huiusce causa est: quod cum in matrice manens motitari incipit catulus: motus ille vnguiculis præmunitus ferarum longè omnium acutissimis matricem discerpit: tum in maius continuò augescens, multò magis vngues imprimendo exulcerat, ita vt ad poremum dum partus adest, nihil de vtero relinquatur incolume. Homerus autem leones (sic enim fœminas oque epicœno genere appellat) plures gignere atq; educare catulos dicit, his versibus, Εἰσὶν δὲ λέοντες ὀρεσκῴοις ἐν ὄρεσσιν, Ὠμοφάγοι, μεγάθυμοι, ἐπὴν τρέφωσι τέκεσσιν. Ὡς τε λὶς ἠύγενυς, Ὠμοβόλος, ὅς τε μάλιστα, Hucusq; Gellius. (Idem ferè aliqui de pantheris ferunt. Vide in historia eius cap. 3.) Quod de lœæna fertur, vuluam cum partu emittere, delira fabula est, ne ex ea causa, quod rarum genus hoc animalis est: nec rationem cur ita esset, comperire author ille fabulæ potuit. Rarum hoc enim est, nec multis nascitur locis, Aristoteles. Semel ædi partum, lacerato vnguium acie vtero nixu, vulgum credidisse video: Aristoteles diuersa tradit, Plinius. Quod in sermonem hominum venit, fabula est, catulos vuluam dilacerare, Aelian. & Philostrat. Idem tamen Aelianus variæ hist. lib. 10. hoc eos facere affirmat, his verbis: Οἱ δὲ λεόντων σκώμματα καταγελᾶσαι τῆς ἀλώπεκος τὰς μήτρας τῶν μητέρων, ὡς δὴ φῶκι ἐοικυίας. Idem & Aesopi fabulator asserit: Contendebant (inquit) olim vulpes & lœæna de generositate: inter alia quum vulpes obiiceret, lœænam vnum semper parere, suum verò multiplicem esse partum, inq; eo sibi placeret plurimum: respondit lœæna, parere se quidem vnum, sed leonem. Quod & in adagium vertitur (inquit Cælius) quum virtutem ad animi excellentiam spectari oportere, astruimus, non vilem numerū & inutilem. Lœænæ fœtus intra duos menses ficitur, Philes, & Aelianus. Gestare fertur in vtero menses sex, Philostratus. Lœænæ paulatim sterilescunt, obiam fœcunditatem primam: primum enim quinq; aut sex pariunt catulos, tum anno secundo quatuor, mox deinde pari modo per annos singulos minus vno, postremo nullum, cum excrementum omne consumptum sit, & ætate desinente semen vnà defecerit, Aristoteles. Lœænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per os singulos vno minus (deinde per singulos partus numerum decoquere, pro minuere, Solinus) ab vno stescere, Aristoteles tradit, Plinius. Idem scribunt Solinus, Oppianus, Philes, Aelianus. Sed hoc idem Aristoles alibi de Syriacis priuatim scribens, Leones, inquit, terræ Syriæ quinquies vita pariunt: primum quinq;, pòst subinde pauciores, deinde steriles degunt. Cur animantium alia partu sunt numeroso, vt sus, canis, lepus: non, vt homo, leo? An quod alia vuluas siue veteros continent multos, totidemq; formandi loculamenta, bus impleri percupiunt, quibusq; semen genitale diuidendum, inferendumq; est: alia contra se habent, Aristeles problematum 10. 16. Apollonio & comitibus (inquit Philostratus lib. 1.) stadia viginti Babylone profectis, lœæna in itinere accurrit à venatoribus interfecta: erat autem fera ingenti magnitudine, quanta antea visa fuerat. Circa hanc clamor erat magnus venatorum, & eorum qui ex proximis vicis ad visendam feram conuenerant, qui magnitudinem insuetam & præterea maius aliud in illa admirabantur: cæso enim ventre catulos duos in vtero habentem inuenere. Traduntur autem de lœænæ partu huiusmodi: gestare lœænam in vtero fœtum mensibus sex, terq; omnino in tota vita parere: parit autem (vt aiunt) prima quidē vice tres, secunda autem duos: quod si tertiò forte parere illam contingat, vnum duntaxat parere consuenit, quasi natura volente rationa produ- quæ magnam in se feritatem habent: (vt transtulit Zenobius Acciolus, & sequitur eum Cælius 29. 9. sed ea sic habent: πείτα δὲ ἀπλοῦται τόκου, μοναίην σημαίνον δοτῆτος, μέγα οἷμαι καὶ ἀγριώτερον ἐς φύσιος: hoc est, vt ipse do: Cum tertium pariendi tempus accesserit, catulum ædit vnicum, magnum nimirum & ingenij ferocioris: Aelianus similiter scribit, vt paulo superius retuli.) Contemplatus igitur feram Apollonius, cum aliquā- diu tacitus perstitisset: O Damis, inquit, nostra ad Indorum regē peregrinatio annua futura est, & præterea menses octo. Hoc autem ex catulorum numero conijcere licet, quatū singuli singulos denotant menses: ipsa autem mater integrum annum nobis designat: perfecta enim perfectis conferenda sunt, Hæc Philostratus. Minus autē mirum est tot catulos lœænam illam concepisse, cum omnium admiratione spectantium maxima fuerit. Lœæna (ait Auicenna) rarò generat, & ad summum duos concipit, propter caloris intimi vehementiam copiosius alimentum reposcentis, vnde numerosior impeditur generatio. Plures quàm duos interdum ædit, Aristoteles. Ibi, Vere parit, & magna ex parte geminos, sed cum plurimos sex catulos, nonnunquam etiam vnum. Quaedes quædam multifidæ catulos inarticulatos propemodum pariunt, vt vulpes, vrsi, lœæna, & alia nonnulla: mnia ferè cæcos, vt ea quæ modo dixi, atq; etiā canis, lupus, lupus cerualius, Aristoteles. Et Plinius ex eodem

Viuere annos multos putantur, & quidam qui captus eſt claudus, dentes complures fractos habebat: quo argumento quidam longam eſſe leonum ætatem exiſtimarunt: haud enim hoc accidere, niſi longo tempore potuiſſe, Ariſtoteles. Et Plinius, Ariſtoteles (inquit) vitam leonibus longam eſſe docet, argumento, quòd pleriq; dentibus defecti reperiantur. Viuunt & leones & lupi permultos annos, ita quòd aliquando ob ſenectutem fiant edentuli, Albert. Leo ſenectute tabeſcit, vt etiam delphinus, Aelianus.

D.

Animos leonum frons & cauda indicant, Solinus. Ex cauda quomodo de animo eius iudicandum, vide infra ex Plinio, vbi de fortitudine eius dicemus. Sunt quædam corporis partes, capite ſecundo à nobis explicatæ (vt illi, frons, oculi, naſus, labia, collum, humerorũ in inceſſu motus) quibus qui leonẽ referunt, ſimiliter vt ille magnanimi, fortes, & liberales eſſe indicantur. Ariſtoteles in Phyſiognomicis cum corpus leonis deſcripſiſſet, idq; ſi ideam maximè repræſentare demonſtraſſet, vt pantheram fœminæ, corpore ſimul & animo: qui in viris, inquit, fortior eſt & iuſtior, in fœminis contra, ſubiungit: Corpus igitur leonis huiuſmodi eſt: τοῦ μὲν τῶν κεφαλῶν, ἀνιπτὸν (lego ψυχὴν, vt & interpres: & pro ἀνιπτὸν, μεταδοτικὸν) ἐλεύθερον (melius ἐλεύθερον) μεγαλόψυχον, καὶ λίτιον (interpres legit φιλάνθρωπον, per iota in penultima, quod placet) ἐπιεικὲς καὶ δίκαιον, καὶ φιλοσοφον πρὸς ἃ ἂν δέοι. Hoc eſt vt ipſe verto. Quod animum leonis attinet, animal eſt liberale & ingenuum, magnanimum, victoriæ ſtudioſum, mite, iuſtum, & pio quodam amore in eos quibus cum verſatur afficitur. Leonum genus breuius crinioreq; pilo, ignauius eſt: alterum longius piloq; probiore, generoſius, Ariſtot. Vide ſupra capite ſecundo, vbi iam ſecundum regiones diuerſa eorum ingenia eſſe, ex Alberto recenſui.

Paſtor ſæpe in paſtionibus (venator in montibus) leonem aſpicit pro catulis acerrimè propugnantem, & æclarè contemnentem factam ſaxorum lapidationem, & crebram miſſionem telorum: neq; vel infinitis vulneribus confectus, inuicto robore animi prius omittit eos tueri, quàm omnino moriatur: neq; enim ſanè tantopere à morte mouetur, quàm vt ne ab antro ſui catuli abripiantur, Gellius: tranſtulit autem ex Oppiani de piſcatione libro 1. Aiax circa Patrocli cadauer ſtabat, ὡς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν, Ὧ βάτην νήπια ἄζηται σύναιμα τιθαιβασθέντα ὕλῃ Ἀνδρῶν ἀντιβίων, &c. Homerus Iliados ρ. Hic Scholia addunt, Notandum quòd etiam leones mares, catulos ducunt. At Plinius Leonem (λέοντα) inquit, veteres obſeruarunt Iliadis ρ. de fœmina dici, tanquam leænã fœminino genere proferre Homerus nuſquam ſolitus ſit, cum de Diana etiam ita canat, Ἐπεὶ οὐ λέοντα γυναιξὶν ἐφῆκε Ζεύς, vbi λέοντα pro λέαιναν accipere oportet. Qui hoc dicunt, à leone mare catulos duci negant. (ἐκφεύγει δέ, ὅτι λέων ἄρρην οὐ συναγελάζεται μόνος· οὐ συναγελάζεται.) Quamobrem Zenodotus reijciebat hos verſus, leonem ipſe de mare tantum intelligens, rem vero catulos ducere negans. (Negationem in Græco deeſſe apparet.) Atqui Antimachus & alij a leone mare catulos duci affirmant, Hæc ille. Gellius quidem 13. 7. (vt præcedenti capite recitaui) leonis vocabulũ epicœnum eſſe, & de fœmina quoq; accipi ait, id quod nos pluribus in Philologia probabimus. Mihi certe leonem marem, tam forte & generoſum animal, vt maris ideam maximè omnium repræſentet, quod fœminæ etiam vendendo ſe adiungere non ſolet, fœmineum catulos circunducendi officium ſubire, veriſimile non ſit. Philoſtratus idem in vita Apollonij, etſi leænæ nomen aliàs vſurpet, tamen libro ſecundo iam dictum Homeri locum, vt arbitrer, ſic reddit: Ἐνίκησε δήπου καὶ τῶν Ὀμηρείων λεόντων ἐκεῖνος, ὃς ἐπὶ τῇ τῶν ἑαυτοῦ σπύμνων δεινὸν βλέπει, καὶ χαίνουσιν ἐπὶ τὸν χηλὰ ἅπλωσε. Cæterum Oppianus libro tertio de venatione, commemorans feras quæ amore in fœtum cæteris excellant (lynces, leones, pardales, tigrides) paulò poſt non leoni ſed leænæ attribuit, pro catulis contra venantes vel ad mortem vſq; depugnare, id quod libro primo de piſcatione leoni (λέοντι) ſimpliciter attribuerat. Sed inq; locum apponam. Prior huiuſmodi eſt: Fœtum ſuum, inquit, excellenter amant, lynces, leones (λέοντες,) pardales, tigrides. Et ſi quando ad latibula ſua reuerſæ (πάλιν νώμῃσιν, in fœminino genere, cum lynces & leones in maſculino genere prius poſuerit, pardales & tigrides in fœminino: debuerat autẽ nomina & participia maſculina ponere, niſi fœminas tantum intellexiſſet) catulis, quos venatores ſubtraxerint, vacua deprehenderint, miſera voce non aliter exclamant plorantq;, quàm eiulare ſolent mulieres, cum regio patria armis vaſtatur & igne ſumitur. Poſterior locus, Ὡς δὲ καὶ ἐν ἥμασιν ἐλεύθυχοί τε λέαιναι, Παρδάλιές τε θοαὶ, καὶ τίγριδες αἰολόνωτοι, pro catulis rurſus venatores armis & telis omnibus vel ad mortem vſq; neglectis depugnant. Cum pro catulis fœta dimicant, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expaueſcat, Plinius. Solinus hoc ſimpliciter de leonis & in maſculino genere proferens, Septi, inquit, à venantibus obtutu terram contuentur, quo minus conſpectis venabulis terreantur. Homerus à leone pro catulis pugnante, Iliados ρ. vt ſupra citaui hoc fieri ait, Πάντῃ δέ τ' ἐπείσιον κάπτων ἔλκεται ἀσπερχὲς καλιῆφιν. (Sed de leone, quòd epicœnum ſit nomen, in Philologia dicam pluribus.) Σκύμνος dicitur, vbi ira feruidus ac turba canum circumuallatus, defixis in terram oculis conſurgit in prælium, Cæterum Cum leo ingreditur, nec recta iter facit, nec ſimplex ponit veſtigium, ſed variũ imprimit, & multiplex: modo in progreditur, modo regreditur, tum rurſus procedit, idemq; viciſſim retro commeat: nunc quaſi ſurſum verſus, nunc permiſtim facit veſtigium: deinde partim præcidit viam, partim obliterat, vt ne venatores eius veſtigijs inuenientes, luſtrum, vbi cum ſuis catulis habitat, reperire poſſint: quod diuino munere proprium naturæ leonum datum eſt, Aelian. Sic & Philes, Veſtigia, inquit, variè inuoluta obliterat, & incerta reddit, tum eundo redeundo obliquè, tum cauda confundendo, ne catuli furto ſubtrahi poſſint. Cum à venatoribus quæritur, ſua veſtigia occultat, ne poſſint inueſtigari, Phyſiologus. Inuolutis ſemper pedibus ambulat, tanquam vagina conditis intus unguibus, ne attritis acies retundatur, tum vt ne anſa veſtiganti præbeatur. Haud enim vnguis leonini notam temere inuenias: ſed exigua ac cæca quædam veſtigia tum faciunt, cum vacillauere & greſſu titubauere, Plutarchus. Virgilio Thracio monte, Eademus ait, (verba ſunt Aeliani interprete Gillio) vrſam quę leonis luſtrũ non ignorans, à defenſoribus vacuũ eſſe: huius catulos, qui per ætatem ſe nondũ tueri quirent interemiſſe: mox parentes alicunde ex venatu reuertiſſent, & cum etiam leunculorũ cædem factam vidiſſent, acerrimo, vt par erat, dolore affectos, vrſam inſecutos fuiſſe. Hanc vero ſummo cum metu quantum potuit itineris contendentem, in priuatoq; arborem conſcendiſſe, ibiq; vt ab illorum inſidijs declinaret conſediſſe: eam autem illi cum ſe videre deiſci nequire, leænam quidem continenter ſumma diligentia ad arboris truncum inſidias molientem excubaſſe, ſurſumq; verſus intentis oculis ſanguinariam aſpexiſſe. Leonem vero ſimiliter atq; hominem ex liberorum ſuorum amiſſione mœrentem, longe lateq; ſummo cum dolore totis montibus erraſſe, dum materiariũ fabrum offendiſſet, è manibus magnopere exterriti ſecutum vbi is excidiſſe perſpexiſſet, ſeſe attollens, illum blande & ſuauiter exabatur, linguaq; illi faciem abſtergebat. Quam benignitatem homo ſentiens, ſuis rebus fidere cœpit: leo cauda amplexatus ducebat: neq; ſecurim, quæ huius è manibus effluxerat, illum relinquere permittebat, ſed

pede ſuo ſecurim tollendam eſſe oſtendebat: cum eius ſignificationem homo non intelligeret, ſecurim leo occæcepit, mordicusq; tenens, illi porrexit: ac deniq; illum ad luſtrum ſuum, vbi conſtrati catuli iacebant, perduxit: id quod fœmina videns, ipſa quoq; ad eos profecta, homini ſignificabat, claudem miſerabilem reſpiceret: atq; poſtea ſua ſignificatione hunc impellebat, ſuſpiceret vrſam. Vnde homo coniectura aſſecutus aliquam hos ex hac graue iniuriam accepiſſe, omnes neruos ad excindendam arborem contendit, quam cum euertiſſet, vrſam præcipitem in terram delapſam feræ diſtraxerunt. Hominem illæſum leo reduxit in locum, vbi prius ei occurriſſet, atq; materiæ quam à principio cædebat, illum inuiolatum reddidit. Hactenus Aelianus. Ex leone procreatum (inquit idem) & robuſtæ & vigentis ætatis fiducia intentes, longe proceduntad venandum: ac patrem iam ſenem lecum adducunt, eum impellentes: deinde in media via, quam ingreſſi fuerint, illum relinquentes, toto animo ipſi in prædæ curam incumbunt, ac tantundem prædæ conſecuti, quantum vel genitori ſatis ad prandium ſit, generoſo quodam & contentiſſimo rugitu edito, parentem ſuum ſecum, is vt conuiuium ineat, tanquam conuictores ad prandium conuiuam inuitant. Senex tum ſenſim & pedetentim velut reptans, eò accedens, primo filios amplexatur, deinde lingua eis ſuauiter, velut horum laudans fœlicem venationem, blanditur: pòſt & prandio dat operam, & cum his epulatur. Tametſi Solon qui lege ſanciuit filijs parentes alendos eſſe, hæc eos facere non luſſit: ſed natura humanis legibus nihil legens, ipſa immobilis lex ad hoc officij munus docuit, Hæc ille. Leones cum ſenuerint nutriuntur a ſuis filijs, Tzetzes. Plutarchus in libro Vtra animalium &c. non à filijs parentes, ſed quoſuis ſenes à iunioribus ali ſcribit, his verbis: Eſt & leo ſocium animal. Graues annis & confectu iam, in communem à iunioribus venatum ducuntur, ac vbi curſu deſpondêre animum, ſedent, euentumque præſtolantur: iuuenes interea rem agont: mox vt ſucceſſit, clamore in vitulini mugitus formam contemperato, ſignum dant, vocantq; ſenes: illi ſtatim vt ſenſere accurrunt, ac in commune præda fruuntur.

Leones liberales, fortes & nobiles ſunt, Ariſtoteles. Nihil ſuſpicatur leo, nullius ſuſpicioſus eſt: feſtinus, ladibundus, benenolus admodum ſuis cum ſocijs & familiaribus, Idem. Leo amat homines cum quibus conſueuit, præcipuè nutritores ſos, Albertus. Dolis carent & ſuſpicione: nec limis intuentur oculis, aſpicique ſimili modo nolunt, Plinius. Nunquam limè vident, minimeq; ſe volunt aſpici, Solinus. Creditum eſt à moriente humum morderi, lachrymamq; e leto dari, Plin. Leoni tantum ex feris clementia in ſupplices: proſtratis parcit: & vbi ſæuit, in viros prius quàm in fœminas fremit, in infantes non niſi magna fame, Plinius. Scribit Auicenna (inquit Albertus) ſi quis lapidem aut telum leoni immiſerit, & aberrauerit, ita vt vel nihil lædat, vel parum, leonem irruere in illum ſolere & minari (terrere) non tamen interficere: ſed forte tantundem incommodi relaturum quantum ipſe accepit: addit etiam hiſtoriam militis à quo ipſe audiuerit, hominis fide digni. Exierat ille cum ſocijs in dextrarijs (equis) ad contemplandum leonem. Dextrarij enim non caſtrati & fortes ea ſunt audacia vt vltro in leones pugnandi gratia ferantur (hoc de chatopis equis, id eſt quorum cæli ſunt oculi vel raui, Oppianus ſcribit) caſtrati verò adeò timent vt nec calcaribus nec flagris adigi poſſint vt propius accedant. Equitantes igitur illi inuenerunt tres leones pariter, quorum vni quidam ex eis ſagittam immiſturus aberrauit, ſagitta prope caput illius traiecta. Quod animaduertens leo, ſubſtitit aliquantiſper, cæteri duo præterierunt non velociter fugientes: quos ille paulo poſt ſecutus eſt. Tum miles idem, qui ſagittam prius emiſerat, in equo ad eum feſtinauit antequam alijs duobus leonibus coniungeretur, & lancea confodere conatus eſt: ſed iterum vano ictu percuſſit terram, tangens aliquantulum ſine vulnere caput leonis, & ſimul de equo ad terram delapſus eſt. Leo autem accurrens, militis caput in galea compreſſit la ſitq;, ſed non vulnerauit neque occidit eum, & mox alios leones ſecutus eſt. Hic igitur eſt mos leonis, vt tantundem ferè lædat quantum læſus eſt ipſe, & vnguibus quaſi minetur caſtigetq; hominem, atq; ita dimittat: id quod de lupo etiam fertur, Hactenus Albert. & Auicenna. De hac leonis ceu iuſtitia quadã in vlciſcendo iniurias, plura dicemus infra vbi de fortitudine eius priuatim agetur: & quàm diligenter perenſſorem obſeruet, ibidem. Recentior quidam parum idoneus author libri de naturis rerum, neſcio quam feram meloſum appellat: quæ valde magnas & truculentos hoſtes (verbis eius vtor) perſequatur, tanquam ad hæc creata. Rictus (inquit) habet ingentes, dentes quoq; fortes & prominentes, quibus cum audacter aduerſarios aggreditur. Et cum hominibus fortibus ceruinis ſit, puerorum tamen innocentiam & eorum puritatem mirabiliter perhorreſcit, eorumq; verba fugit. Ego quæ pueris parcat, præter leonem, nullam apud claſſicos ſcriptores beſtiam inuento. Multi captiuorum aliquot leonibus obuijs intacti repatriauerunt, Solinus. Credit Libya intellectum prouenire ad eos precum. Captiuam certe Getuliæ reducem audiui, multorum in ſyluis impetum à ſe mitigatum alloquio, auſæ dicere ſe fœminam, profugam, infirmam, ſupplicé animalis omnium generoſiſſimi, cæteriq; imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio ex ingenio cuiuſq; vel caſu, mulceri alloquijs feras: quippe & iam ſerpentes extrahi cantu, cogiq; in pœnam, verũ falſũ ne ſit, vita non decreuerit, Plin. Getulæ mulieris nomen Iubæ libris comprehenſum eſt, quæ obteſtata occurrantes feras, impunis redijt, Solinus. Leo in vulnera aut morſus non aſſurgit, ſi qui proſtratus ab eo eſt, quibuſdam indicijs victum ſe fateatur. Eam ob rem ferunt hoc diſtichon pro fortibus Romani palatij interptum fuiſſe: Iratus recolas quàm nobilis ira leonis, In ſibi proſtratos ſe negat eſſe feram, Textor. De leonibus & lupis fertur, ſi inter hominem & aliud animal optio detur, parcere eos homini, Albertus. Sunt vero & fortuita eorum clementiæ exempla. Mentor Syracuſanus in Syria leone obuio ſuppliciter volutante, attonitus pauore, cum refugienti vndiq; fera opponeret ſe ſe, & veſtigia lamberet: adulanti ſimilis, animaduerſit in pede eius tumorem vulnuſq;, & extracto ſorculo liberauit cruciatu. Pictura caſum hunc teſtatur Syracuſis. Plinius. Et mox, Simili modo Elpis Samius natione in Africam delatus naue, iuxta litus conſpecto leone hiatu minaci arborem fuga petit, Libero patre inuocato: (quoniam tum præcipuus votorum locus eſt, cum ſpei nullus eſt) neq; profugienti, cum potuiſſet, fera inſiterat: & procumbens ad arborem, hiatu quo terruerat miſerationem quærebat. Os morſu auidiore inhæſerat dentibus, cruciabatq; inedia, tum penè in ipſis eius telis ſuſpectantem, ac velut muris precibus orantẽ: dum fortuito fidens non eſt contra feram, multo diutius miraculo, quàm metu ceſſatum eſt. Digreſſus tandem euellit præbenti, & quàm maxime opus eſſet accommodanti. Traduntq; quàm diu nauis ea in littore ſteterit retulille gratum venatus aggerando. Qua de cauſa Libero patri templum in Samo Elpis ſacrauit, quod ab eo facto Græci κεχαριστῶ Διονύσῳ appellauere. Miremur poſtea veſtigia hominum intelligi à feris, cum etiam auxilia ab vno animalium ſperent. Cur enim non ad alia iêre? aut vnde medicas manus hominis ſciunt? niſi forte vis malorum, etiam feras omnia experiri cogit? Hucuſque Plinius. His adiungam Androclis ſerui hiſtoriam, quem leo fugitiuum in Africa triennio nutriuiſſe, & poſtea feris obiectum (inter quas fortuito idem leo tum captus erat) aduerſus pantheram

theram defendiſſe ferunt, ex Aeliano & Gellio 5. 14. Cum à ſenatore Romano, inquit Aelianus, ſeruus, cui nomen Androcles erat, aufugiſſet, quia facinus quodpiam nefarium (id vero quale fuerit ignoro) admiſiſſet, & verò in Africam veniſſet: relictis vrbibus in deſertiſſimam proceſſit regionem, (Quum prouinciam Africam proconſulari imperio Androclis ſerui Daci dominus obtineret, Androcles iniquis & quotidianis verberibus ad fugam coactus, vt à domino terræ illius præſidente tutiores et latebræ forent, in camporum & arenarum ſolitudines conceſſit: ac ſi cibus defuiſſet, conſilium fuit mortem aliquo pacto quærere, Gellius:) Ibique cum ardore ſolis torreretur, ſpeluncam ſubiens, ab æſtu requieſcebat: hæc autem ſpelunca leonis erat cubile. Poſtea autem quàm ex venatu leo (gemitus ædens & murmura dolorem cruciatumq; vulneris commilerantia) ſummo cum dolore quo laborabat ex pede transfixo ſtirpe à ſummo præacuta reuertiſſet, atq; in iuuenem qui intra ſpecum abdebatur, incidiſſet, ipſum leniter aſpexit, ac blandiri cœpit, pedemq; porrexit, & quoad poterat ſibi ſtirpem extrahi rogabat. Ille primo, etſi mors illi neceſſaria erat, ab eo pertimuit, deinde poſtquam manſuetam viditſet beſtiam, & pedis morbum cognouiſſet, tum id quod pedem vexaret, euellit, tum vero dolore liberauit. (Stirpem ingentem veſtigio pedis eius hærentem reuulſit, conceptamq; ſaniem vulnere intimo expreſſit, accuratiusq; ſine magna iam formidine ſiccauit penitus atq; deterſit cruorem. Ille tunc hac medela leuatus, pede in manibus Androclis poſito recubuit & requieuit. Gellius.) Qua curatione leo delectatus, illum hoſpitaliter & amice tractando, & quæ venaretur (membra opimiora ad ſpecum ſuggerens, Gellius:) cum illo communicando, præmium ſalutis perſoluit. Is quidem incoctis, vt leonum mos fert, paſcebatur: ille vero aſſis (ſole meridiano torrens, cum ignis copiam non haberet, Gell.) veſcebatur, communiq; vtriuſq; menſa ſecundum ſuam quiſq; viuendi rationem vtebatur. Itaq; totum triennium ibi Androcles ætatem duxit. Cum eiuſmodi habitationis illum taderet, animiq; ſolicitudinibus eius animus expleretur, à leone diſcedens (leone venatum profecto reliquit ſpecum: & viam fermè trid ii permenſus, à militibus apprehenſus eſt, Gel.) vagari cœpit. Cumq;, vbi eſſet, intellectum fuiſſet, comprehenderunt eum, vinctumq; Romam ad dominum ſeruat. Hunc dominus tum de his quæ admiſiſſet facinoribus reum facit: ita factum eſt, vt is ſic capite damnaretur, vt diſtrahendus beſtijs daretur. Tum vero ille Libycus leo fortè captus fuit, & in theatrum immiſſus, ſimul & eò ad pereundum conjectus eſt homo leonis aliquando hoſpes & conuictor. (Multæ ibi, Romæ in Circo maximo, ſæuientes feræ, magnitudines beſtiarum excellentes: ſed præter alia omnia leonũ immanitas admirationi fuit: præterq; omnes cæteros vnus, qui corporis impetu & vaſtitudine, terrificoq; fremitu & ſonoro, totis, comiſq; ceruicum flactuantibus animos oculosque omnium in ſeſe conuerterat. Introductus tum eſt inter complures cæteros ad pugnam beſtiarum Androcles. Hunc ille leo vbi vidit procul, repente quaſi admiratus ſtetit: Ac deinde ſenſim atq; placidè tanquam noſcitabundus ad hominem accedit. Tum caudam more atque ritu adulantium canum clementer & blandè mouet, hominisq; ſeſe corpori adiungit: cruraq; eius & manus propè iam exanimati metu, lingua leniter demulcet. Homo Androcles inter illa tam atroeis feræ blandimenta amiſſum animum recuperat: paulatimq; oculos ad circumuendum leonem refert. Tum quaſi mutua recognitione, lætos & gratulabundos viditſes hominẽ & leonem, Gel.) Leo hominem ſtatim agnoſcens, totius corporis inclinatione ad pedes illius ſe abiecit. Interea pardalis (hoc Gellius non habet) Androclem cum inuadere aggrederetur, leo illum, qui videlicet ei aliquando ſalutem attulitſet, ab hoſtis laniatu ſeruauit, illamque lacerauit. Spectatores, vt par erat, incredibili tenebantur admiratione: qui autem ſpectacula præbebat (Cæſar, Gel.) Androclem accerſiuit, ab eoq; totam rem cognouit. Inde primò rumor in multitudinem affluxit (quæ Cæſari Androcles dixerat, omnia ſcripta, circumlataq; tabula populo declarata ſunt, Gell.) Icirdere cognita populus clamorem ſuſtulit, cunctuſque conteſſus multiplicem plauſum dedit, homini ipſi & leoni eſſe largiendam libertatem, Hactenus Aelianus. Gellius præterea addit, Atq; ideo cunctis ſpectantibus (vt ſcribit Appion quinto Aegyptiacorum, qui ſe huic ſpectaculo Romæ interfuiſſe aſſerit) dimiſſus eſt Androcles, & pœna ſolutus, & leo ei ſuffragijs populi donatus. Poſtea, inquit, videbamus Androclem, & leonem loro tenui reuinctum vrbe tota circum tabernas ire, donari ære Androclem, floribus ſpargi leonem: omnesque ferè vbique obuios dicere: Hic eſt leo hoſpes hominis, hic eſt homo medicus leonis. Apud Gellium quidem vbiq; Androdus pro Androcles legitur. Ex Gellio etiam Iouianus Pontanus tranſtulit lib. 1 Amorum & Antonius de Gueuara epiſtola 28. Leonem in Amphitheatro ſpectauimus, qui vnum è beſtiarijs (beſtiarij dicebantur qui ludis publicis in Amphitheatro cum beſtijs depugnabant. Præclara ædilitas, vnus leo, ducenti beſtiarij, Cic. pro Seſt.) agnitum, cum quondam eius fuit magiſter (alàs miniſter) protexit ab impetu beſtiarum, Seneca in libro de beneficijs. Videtur autem de Androcle intelligere. Mentori pedem porrigenti leo furculum extraxit: Quin & D. Hieronymus leonem ſimili beneficio demeritus traditur, Volaterranus. Elpis Samius os grande iconi dentibus infixum extraxit, &c. ſimile beneficium D. Hieronymi in leonem fertur: vnde leo aſinum eius clitellarium ſyluis ligna deferentem diu ſit comitatus, ſemperque domum reduxerit. Quem quum aliquando ſopitus à mercatoribus raptum perdidiſſet, perditi lubens operæ ſe ſuffecit, clitellisque lignum detulit, tantiſper dum paucis poſt diebus repertum in ſtabulum fugatis latronibus adduxerit, Textor. Sed authorem vitæ D. Hieronymi Eraſmus Roterodamus in eiuſdem vita, fabulam quendam & hominem impudenter mendacem facit, miratuq; Volaterranum & alios quicquam inde citare voluiſſe. Symandium regem Aegyptiorum ferunt leonis domi enutriti opera in pugnis vti ſolitum fuiſſe ad victoriam, vt ſcribit Diodorus Bibliothecæ ſecundo. Οἰκειωθέντα rex magnus Syrorum leonem habebat in bellis ſocium, ideo quod ipſum mansuetuiſſet gratiæ memorem, Tzetzes. Quod de leone Eudemus dicit, non paruam admirationem habet: hoc ipſum eiuſmodi eſt: Iuueni ferarum curatori, canem nimirum, vrſam & leonem fuiſſe, eoſq; primum & pacem inter ſe ſeruaſſe, & amicitiam recte coluiſſe. Deinde cum canis aliquando & vrſa inter ſe colluderent, & ludicris morſiunculis conflictarentur, vrſam repentè ad fœtos mores reuertiſſe, & canem ſimul inuaſiſſe, & ventrem miſero vnguibus indigniſſimè diſtraxiſſe: cuius atrocitatem facti leonem indignatum, perfidiæ vltionis odio, quod & fœdus fregiſſet, & amicitiam inſtitutam violaſſet, inflammatum, iuſta & merita iracundia contra vrſam & exarſiſſe, & ab eo paucos poſtea, quibus illa prius canem affeciſſet, repetijſſe, Aelianus.

Albertus Crantzius in Saxonia lib. 8. cap. 24. vbi de Leone quem rex Angliæ incluſum habebat loquitur: ferunt beſtiam (inquit) internoſcere nobilem ſanguinem à degeneri. Ad hoc probandum duo mirabilia & notatu dignißima affert: tandem concludit, Leonem nullius niſi impauidi hominis vocem contremiſcere.

Ioan. Rauſius Textor in Epithetorum libro leonis hiſtoriam ſcribens, quales hæ feræ erga ſanctos aliquos

Digitized by Google

& martyres ad pœnam eis obiectos, se præbuerint, recenset: cuius hos hic verba recitabimus, ordine quodam literarum, de viris primum sanctis, postea de mulieribus & virginibus. Sciendum est autẽ hanc in martyres leonum clementiam, non ex ipsorum natura, sed maiore vi profectam, quę pijs promittit impune eos super aspidem & basiliscum ambulaturos, & tutò leonẽ draconem'ue conculcaturos, Psal. 91. Antonio eremitæ, inquit Textor, quum ad excauandam foueam (qua Pauli primi anachoretæ humaretur cadauer) farculum deesset, duo leones terrâ vnguibus effodetunt, ac fossarij seu (si mauis) libitinarij subierunt munia. Daniel propheta à Babylonijs in carcerem coniectus, famelicisq; leonibus (quibus dietim ad escam duo damnatorum corpora, ac totidem dabantur oues) deuotus, eisdem tamen manuefactis, periculum euasit: Vide in historia Danielis, cap. 6. & 14. de Daniele bis obiecto leonibus, bis seruato, & mox iniectis illis qui eum falsò accusauerant, deuoratisq; Eleutherius & Prisca virgo leones (quibus hæc Claudij Cæsaris, ille Adriani mandato fuerant deuoti) mansuefecerunt, cicuresque reddiderunt. Macarius cum leænæ (cuius cauernæ cellam habebat vicinam) catulos cæcos visu donasset: belua præstiti obsequij gratiam referens, pelles ouium eidem plurimas memoratur attulisse. Primo & Fœliciano martyribus adductis ad tormentum leones nihil tamen nocuerunt. Tharaco martyri blanditus est leo, cui maximi præsidis iussu datus fuerat in pabulum. Vitum, Modestum, & Crescentiam martyres quum Diocletianus leoni obiecisset deuorandos, fama est bestiam columba mitiorem ad eorũ pedes supinam decubuisse, neq; vlla in re sanctis incommodasse. Eleutherius episcopus à leonibus duobus immissis innocuus euasit, Textor. Ferunt itidem leonem pedibus terram effodisse, vbi conderetur Mariæ Aegyptiacæ cadauer, idq; Zozimæ abbatis mandato. Irruentibus in Teclam virginem vrsa & leone, acerrimo conflictu leęna reluctata est, solo seruandę puellę desiderio. Martinâ viri consularis filiam quum nullæ terrerent carenæ, nulla à fide verbera dimouerent, nullæ ad Apollinis cultum pollicitationes inducerent: leo Alexandri imperatoris iussu cauerna eductus, sese ad virginis pedes blandiente cauda, armisque & iuba demissis inclinauit, qui tamen ad inferendam mortem fuerat solutus. Dariæ virginis sub imperatore Numeriano bestijs adiudicatæ leęna cellam ingrediens, puellam ab omni iniuria non ferarum modo, sed scelerum quoq; tutata est. Hæc omnia Textor. Ignatius episcopus Antiochenus, item Satyrus & Perpetua martyres leonibus obiecti, ab eis deuorati sunt, vt referam in h.

Leo ideam maris maximè omnium refert, vt pardalis fœminæ, Aristoteles & Adamantius. Leo vt animosus & fortis est ingenio, ita corporis forma id præse fert, Adamantius. Iracundum genuit natura, vtpote fortissimum, Cardanus. Leonum animi, inquit Plinius, index cauda, sicut & equorum aures. Nanq; & has notas generosissimo cuiq; natura tribuit. Immota ergo placidus, clemens, blandientiq; similis, quod rarum est: crebrior enim iracundia eius. In principio terra verberatur: incremento terga, ceu quodam incitamento flagellantur. Cum blanditur caudam habet immobilem: iratus vero quatit primo terram, postea dorsum, & sic insilit, Albertus. Vide etiam supra capite secundo in caudæ mentione. Alexander Aphrodisiensis problematum 1. 144. ad quæstionẽ cur plurima ex animalibus suas peruibrare caudas soleant, cum nosse sibi agnoscunt: & cur leo iratus costas per caudã verberet atq; etiam taurus: Quoniam, inquit, dorsi medullam ad caudam vsq; habent porrectam, quæ vim continet animalem, & motionis authorem: igitur cum animal notum sibi agnoscat, per caudam quasi per manum ritu hominum excipit, & partem sui corporis mouet quæ agilior & promptior est. Leonum vero & taurorum anima, vt per iram affici potest cum natura, sic eandem naturã propterea moueri vehementius cogit, vt etiam homines sæpe manus, aut aliquam sui corporis partem per iram percutere nouimus. Cum enim illico vlcisci animus nequeat, alio quodã modo feruorem suum extinguit, id est ictu, aut strepitu, aut alio quolibet generis eiusdem remedio, Hæc ille. Leo nequid ignauè faciat, flagellans semetipsum cauda excitat, Aelianus. Hoc & Lucanus innuit libro 1. Pharsaliæ, Cæsarem ante transitum Rubiconis de inuadenda patria cogitantem, leoni comparans, vbi ait:

Inde moras soluit belli, tumidumq; per amnem
Aestifera Libyes, viso leo comminus hoste
Mox vbi se saeua stimulauit verbere cauda,
In fremitum: tum torta leuis si lancea Mauri
Per ferrum tanti secuerit vulneris exit.
Signa tulit propere: sicut squallentibus armis
Subsedit dubius, totam dum colligit iram.
Erectúq; iubae, vasto & grauis murmure hiatus
Haereat, an latum subeant venabula pectus,

Non possum prętcrire eadem de re elegantissimos etiam Homeri versus Iliados ypsilon, qui sunt huiusmodi:

Γηθήσεν δ' ἐτέρωθεν ἐναντίον ὥστε λέοντε ὀρσοθύρου πάσσυδον, ὁ δ' πεσσῶν μὴ ἀπέζων
Δαιτὸς ἐΐλη, εἰσαίη π(ασιφαφίη, εἰλήλη)χανώς, θέλε τ' ἄφρὸς ὀδοῦσιν ἑλεῖν ἀφέας ὀδόντας
Οὐλοῇ χαλκείῃ τε καὶ ἰφθίμῳ ἀμφιπέρησιν
Γηθοσύνῃσι (συμβλῆδες καὶ φθονερὸν βλέποντε, ἀφ' οὗ ἀγερώμεθ') δ' ἰῆς φίλε τμῆναι μένει ἠὲ πιέζειν
Λήϊδα, ἠὲ καὶ ὃς φθήσεται πρώτιστα ἐνιῆλαι. Sintes, ἢν τε καὶ ἄνδρες ὑπερκύμβοι μεμάασιν
Ἔρχεται, ἀλλ' ὅτε κέν τε αἰρηϊδέων αἰζηῶν
Μαιέται, τε δ' αὖτον ἐπισχερὼ μαχέσασθαι.

Hic in Scholijs additur, Leo cauda seipsum flagellare solet. Habet autem in cauda condum inter pilos stimulum nigrum veluti coreum, quo cum pungitur, præ dolore magis irritatur. Haec verba de leone cauda se flagellante citat etiam Varinus in voce Παροιμία: hoc simili poëtam proponere dicens, πιέζειν μὴ, οἷς πέλας δὲ ἡγνιᾶσιν. Leonum genus alterum breuius est, crispioreq; pilo, quod ignauius est: alterum longius piloq; probiore, quod generosius est, Aristot. In venatu dum cernitur nunquam fugit aut metuit: sed etiam si venantũ multitudine cedere cogitur, lensim pedatimq; βαίδην, pedetentim) discedit, crebro subsistens retroq; respectans: nactus vero opaca, fuga quam maxime potest veloci, se subtrahit, donec in aperta deueniat, tum demum lente incedit. Sed si quando locis nudis atq; patentibus cogitur fugam aperte arripere, currit contentus, erectalit, curtaq; eius continens, vt canũ intenditur: cum tamẽ ipse insectatur, vbi iam propinquârit, insilit, Arist. Generositas maximè in periculis deprehenditur: non in illo tantum modo, quòd spernens tela diu se terrore solo tuetur, ac veluti cogi testatur: cogiturq; non tanquam periculo coactus, sed tanquam amentia iratus. Illa nobilior animi significatio, quamlibet magna canum & venantium vrgente vi contemptim, testicansq; cedit in campis & vbi spectari potest: idem vbi virgulta sylvasq; penetrauit, acerrimo cursu fertur, velut abscondente turpitudinem leo. Dum sequitur, insilit saltu, quo in fuga non vtitur, Plinius. Nunquam terga vertit in fugiendo, sed sensim pedetentim q; se recipit, cum fremitu contrà intuens, Aelianus. Cum premuntur à canibus, contemptim recedunt, subsistentesq; interdum ancipiti recessu dissimulant timorem: idque agunt si in campis patentibus ac nudis vrgeantur: nam sylvestribus locis, quasi testem ignauiæ non reformidantes, quanta possunt se fuga subtrahunt, S. Isidorus. Cum insequuntur, nisum valent adiuuare: cum fugiunt, non valent salire, idem. Leonem aiunt cum vrgentur non fugere ὀρθοστάδιον (ἀμετατρεπῆ, οἷς τὸν θυμὸν ἔχειν, ita vt animus totus in fuga sit, & corpus similiter,

ſimiliter,ne reſpectando quidē) ſed ἐντρεπαλίζεσθαι (quo verbo Homerus vtitur,comparans Aiacē virum fortem leoni hoc modo fugienti)quod crebro conuerti ſignificat: ὡς τὸ ἀλίσκον γίνυ γωλὸ ἐπαμείβεν, ἐ μετπαλιβάων τῆς θηροκλο-χωρεῖν λέγει, οὐ φεύγοντας κάπιον τοῦ πατρὸς, ὃς τὸ γίνυ γωλὸς ἀλίσκον ἀμείβεσθαι πρὸς τὸ μαχεῖβιβάζων ἀντιδίωκειν, Varinus. Sed de greſſu leonis in c. dixi. Verba Homeri Iliad. λ. ſunt, Τρίσσα δ' ἀπ' ἰλλιὰς ἐΦ' ὁμίλου, ὅτε λοιπὸν Ἐντρεπαλιζόμενον ἀλίσκον (κατ' ἀλίσκον) γίνυ γωλὸς ἀμείβων. Oppianus de leonibus paraphraſticè dixit, Θῆρες δ' οὐ μίμνουσι, ὅπερ φεύγοντι γένηται. Achilles Aeneæ apud Homerum, Τὸν δ' οὐπω τρεπαλίζετο Φόβον: οὐκ ἐπιτρέπει, Scholia. Leo in fuga raro aſpicit retrorſum, Albertus: ſed contrarium ſcribunt Ariſtoteles & Homeri interpres, vt iam cituimus, quorum ſententia verior videtur. In fuga, eò quod exacerbatus eſt, irruit in animalia occurrentia: & quando fatigatus eſt, vadit modicum & modicum frendens quaſi dentibus, Albertus. Fugiunt interdum leones demiſſa inter crura cauda, vt canes, Ariſtot. Albertus vero aliter, Leones, inquit, aliquando debilitati timent & fugiunt, demiſſis auriculis, ſicut canis: & hoc faciunt etiam lupi. Iam viſus eſt leo, qui cum ſuem aggrederetur, vt leuis horrentem aſpexit, fugeret, Ariſtot. Vulneratus percuſſorē obſeruat diligentiſſimè: ad quod alluſit Horatius in Epodo ſcribens, Quid vt noverca me intueris, aut vt petita ferro beſtia? Verum eſt quod de eo narratur, percuſſorem agnoſcere, atq; ex obſeruato inuadere (quod & lupus facit, Niphus.) Si quis etiam nō percuſſerit, ſed infeſtet, hunc ſi ceperit, cum vnguibus lacerat, nec vlla iniuria afficit, ſed quærit ſolum: atq; vbi ita perterruit, dimittit, Ariſt. Vulneratus, obſeruatione mira percuſſorem nouit, & in quantalibet multitudine appetit. Eum verò qui tela quidem miſerit, ſed tamen non vulneraverit, correptum raptatumq; ſternit, nec vulnerat, Plinius. Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe Leoni, Pugna ſuum finem, cum iacet hoſtis, habet, Ouidius 3. Triſtium. Iuſtus eſt leo, inquit Aelianus. & virum qui ſe laceſſiverit, vlciſcendi modum tenet: Primum igitur cauda ſe incitans tanquam ſtimulis admotis exacuit: deinde inuadenti reſiſtit, &c. vt Ariſtot. & Plinius. Et alibi, Eum à quo iniuriā acceperit leo, probenouit vlciſci, & quamvis ex eo ipſo non ſtatim vltionem ceperit, tanto tamen poſt iram retinet, quoad pœnas pro maleficio ſibi illato ſumpſerit: cui rei teſtimonio eſt Iuba Maurus, pater illius ipſius qui in triumphum Romam admodū puer ductus eſt. Is cum aliquando iter per deſertam regionem faceret, vt gentē quæ ab ſe defeciſſet ſub iugum rurſus mitteret, è ſuo comitatu quiſpiam, cum præſtanti nobilitate, tum egregia pulchritudine adoleſcens rei venatorię nō imperitus, leonem cæli ſecundum viam animaduerſum ſagitta appetens, non ab ictu directo aberrauit, quin ei vulnus, non tamē mortem, intulit: Vulnere is accepto, ſtatim ſe ſubduxit: tum ille qui vulnus ei inflixiſſet, vna cum cęteris diſceſſit. Anno vertente interpoſito, Iuba rebus, ad quas cum exercitu profectus fuiſſet, præclare geſtis, eadem via regreſſus eſt ad eum locū vbi anno antè leo vulnus excepiſſet. Is ſanè etiā in magna hominū multitudine erat adoleſcens, ab inuadendis tamē cæteris ſuum impetum ſuſtentauit: illum duntaxat qui ſe anno antè lætitiæ corripuit, & furorem acerbiſſimum, quem tandiu quàm dixi, ſeruaſſet, in illum ipſum hominem peradoleſcentem, quem ab alijs internoſſet, effudit, ac ſimul dilacerauit, nec illum quiſpiam ab hac potuit calamitate vindicare. At grauiſſima leonis ira perterrefacti, quā potuerunt, fugam quæſiuerunt, Hactenus Aelianus. Ὥσπ λέων ἐπ' ἀκοντιστῆρι μενοινᾷ, ὅντ' ἐνάρσιοι ἀνέρες ἀμφιπένονται· οἱ δ' ἰθύμενοι πρὸ ὁμίλου, τῷ μὲν τόν γε ἀλίσκον· ὅθι δ' ἐστερεώθη εἰῷ· Ἀνδρῶν τὸν ὃς μὲν ὑπὸ πρόφρων ἐκέκαστο, νόσῳ ἐδαμάσσατο, Apollonius Argonaut. 2. Non ad venationem, nec ad pugnā eadem via leo & leæna proficiſcuntur: cauſam periti ad notionem animalium afferunt, eorum robur corporis eſſe, ſuis enim eatenus viribus confidunt, vt vterq; non egeat alterius, Aelianus. Οἱ δὲ σύμμοροι τῶν γενῶν (videtur χωρὶς addendum) πίσυνοί εἰσι τοῖς ἑαυτῶν ἐπιβουλεύειν τε καὶ θηρᾶν τῆς αὑτῶν δυνάμεως, ὅτι δηρὸν ἀπεμένουσιν, Pollux. Hoc eſt, Catuli adeò nihil metuunt inſidias, & ſuis viribus confidunt, vt ſoli ſine parentibus venatum prodeant.

Leo (vt lupus etiam Alberto) quamuis in edendo (vel cum eſurit) ferociſſimus ſit, tamen paſtus & fame ſam vacua, facilis mitiſq; maiorem in modum eſt, Ariſtoteles. A prima ætate cicur factus, cum manſuetiſſimus eſt, tum vero eius occurſatio facilima & iucunda: luſionibus delectatur: quidnis, modò id ſuo altori gratum eſſe ſentiat, libenter ſuſtineat, Aelianus. Et rurſus, Cibo completus manſueſcit, & ſimul luſionibus delectari fertur. Leo perfacilis eſt ad ludendū: ſed ludi eius frequenter malè exeunt, nec ante multū temporis ludum deſerit, Albertus. Leonibus manus magiſter inſerit, oſculatur tigrim ſuus cuſtos, Seneca in epiſtolis. Et rurſus, Tigres leonesq; nunquā feritatē exuunt, aliquando ſubmittunt, & cum minimè expectaueris, exaſperatur toruitas mitigata. Leones iugū ſubeunt, Plinius: Vide capite quinto de leonibus ad ſpectacula adhibitis: vbi M. Antonium primum eos iugo ſubdidiſſe dicerur. Leones & Elephanti vt in Indis, ſic & in Aethiopia quoq; capti ferulæ cogūtur, Philoſtratus. Plutarchus in Politicis præceptis, Annonem coactum ſcribit vectare ſolum exilij cauſa, quod in expeditionibus leonē haberet σκοροφόρον, id eſt ſarcinas ferentem: veluti eſſet id argumento, eum τυραννικὰ φρονεῖν, id eſt ad tyrannidem aſpirare. Meminit hiſtorię Plinius, ſed aliter, Cęlius. Primus autē hominum leonem manu tractare auſus, & oſtendere manſuefactum, Hanno è clariſſimis Pœnorū traditur: damnatusq; illo argumento, quoniam nihil non perſuaſorus vir tam artificis ingenij videbatur: & male credi libertas ei, cui in tantū ceſſiſſet etiā feritas, Plinius. Hāno Charthaginenſis leonem, quo ad vectiones ſarcinarū vtebatur, habuit, vnáq; cum Berenice manſuefactus leo viuebat, linguaq; eius faciei blandiebatur, leniter abſtergens, ac complanas rugas, demulcebat, cum eáq; in menſa conuiuebat, humaniter & apte comedens. Onomarchus Catanæ tyrannus etiam leones habuit conuictores, Aelianus. Et alibi, In Elymæa regione templum eſt Adonidis, vbi leones tantopere cicures ſunt, vt eos qui intra templum ingrediuntur, amplexentur, & adulentur. Atq; etiam ſi quis edens appelleſ, ſi tanquam inuitati conuiuæ, accedunt, & acceptis quæ eis præbuerit, moderatè diſcedunt. Eſt in regno Feſę planities quę Adeceſen nuncupatur, cui adiacēt ſaltus, in quibus degunt Leones mites ac domeſtici, quos vnus quiſq; bacillo abigere poteſt, neq; aliud incommodum præſtant, Io. Leo Africanus. Idem refert in quadam alia regione Africæ quotidie Leones ciuitatē ingreſſos oſſa vicatim colligere, tam cicuratos ac domeſticos, vt horum aſpectū nec fœminæ nec pueri abhorrerent. Leones in India, ſi captantur, manſueſcunt quidē, modò ne maximi ſint: tum verò adeò aſſuefiunt loro, vt facile ſimiliter atq; canes ad venandos ceruos, apros, tauros, & alinos ſyluestres duci queant: lagacitſſimè n. (ſicut audio) odorantur, Aelianus. De Amaſide Aegyptiorū rege in leonē mutato, qui manſuefactus ex loro veluti canis ducebatur, &c. vt Philoſtratos ſcribit, dicemus in Philologia. Leones (inquit Apollonius apud Philoſtratum li. 3.) quos manſueſcere volunt homines, iubebat Phraotes verberibus non cędi: nā recrudeſcere verberibus illos aiebat. Nec rurſus blanditijs nimiū leniendos putabat, quia ſic nimiū ſuperbi euaderent. Opinabatur itaq; blanditias mixtis permixtas facilios ad mores optatos illos poſſe deducere. Id autem nos nō pro feratū duntaxat manſuefactione dixerimus: ſed tyrannis quaſi frenum quoddā injecimus, quo ſi vtentur, à mediocritate nunquam aberrabunt. Leo domandus, caniculam iuxta verberandam videns, diſciplina imbuitur, Albertus. Hyberna nocte ſolitarius quidam

dam leo (μυναλέων, vt μονάλυκα) nimes & frigus vitandi causa caprile ingressus est: pastores eo viso de se magis quàm capris solliciti magnoq; in metu constituti Iouem seruatorem inuocabant. At leo nocte illic peracta, nec capris, nec viris læsis, mane discessit. Vnde lætati caprarij simulacrum (leonis scilicet) Ioui dedicatum à quercu suspenderunt, Author incertus in Epigrammatis l. 33. Leones in delicijs atq; item leopardos habuisse narratur Heliogabalus, exarmatos cicuresq;: quos ita instituerant mansuetarij, vt ad mensas secundas iussi accumberent ex inopinato, nemine conscio exarmatas esse feras, Cælius. Heliogabalus ebrios amicos plerunq; claudebat, & subitò nocte leones & leopardos & vrsos exarmatos immittebat, ita vt expergefacti in cubiculo eodem, leones, vrsos, pardos cum luce, vel quod est grauius nocte inuenirent, ex quo pleriq; exanimati sunt, Lampridius. Et alibi, Iunxit sibi & leones, matrem magnam se appellans.

Gradientes, mucrones vaginis corporum claudunt, ne acumina attrita retundantur. Hoc adeò ita custodiunt, vt non nisi auersis falculis currant, Solinus: vt ex alijs etiam in c. dixi. Vestigia leo quam callidè obliterat & dissimulat, vt fallat venatores, ne catulos in cubili deprehendant, supra hoc in capite dixi in mentione amoris eius in catulos. Vestigia sua terram cauda spargens, operit vsq; ad latibulũ suum, Iorach. Leones in Mauritania muliebribus verbis repelli, eiusque gentis linguam intelligere, Aelianus his verbis asserit: Cum homine Mauro & aliarum rerum communitatem quandam habet, & aquam de eodem fonte bibit. Hunc audio, cum venandi ratione falsus, fame premitur, Maurorum domos adire, ibi si vir adsit, illum ab ingressu prohibere, vique procul arcere: sin domo is abfuerit, & sola mulier ad domum tuendam relicta fuerit, hanc obiurgatorio sermone, illum vt ne vlterius pergat, inhibere: illiq; ita moderari, vt is contineat sese à progrediendo, & minime famis immanitate efferuescat. Intelligit sanè leo vocem Mauritaniam. Verborum quibus mulier leonem increpat, huiusmodi sensus perhibetur: Non te pudet, cum sis leo omnium animalium rex, ad meum tugutiolum, vti pabulum à tibi concilies, mulieri supplicatum venire, viceq; hominis corpore male affecti in mulicbres manus respicere, vt mulicbri misericordia dignatus, quæ tibi opus sunt, assequaris: quem potius in montibus ad captandos cervos, aliaque animalia, quæ ad leonis pastum pertinent, exerceri: non autem more canis infelicis victum quæritare oporteret. His quasi cantionibus mulieris leo excantatus, afflicto animo & verecundiæ pleno, sensim oculos in terram deijciens, iustis rationibus victus, discedit. Neq; vero, cum equos & canes ob connictus communitatem minaces hominum sermones intelligere, & timere videamus, mirum videri debet, si leones Mauros homines intelligant, & vereantur. Cui rei testimonio sunt pueri eorum infantes, quos simili atq; catulos leonum æqualique victus ratione vno eodemq; tecto alunt. Quamobrẽ leones Mauritanias voces intelligere posse, nec incredibile, nec præter opinionem existimandũ est, Hęc Aelianus. Ex multis intellexi tum viris tum mulieribus, si fœmina in Leonem incidat, eiq; verenda monstret, magno clamore edito demissis oculis discedere. Credat qui volet, Leo Africa.

Leo cunctis animalibus robore, animo & crudelitate antecellit: nec feras tantum, sed homines etiam devorat. Nonnulli quidem multis in locis vel ducentos equites inuadere audent. Armentorum greges intrepidè aggreditur, & quos capit in proximum nemus suis catulis defert. Equites, vt dixi, est qui quinos aut senos interficiat. Quicquid apprehendit, etiamsi Camelus foret, rictu aufert, Io. Leo Africanus. Leo cuiusuis feræ carnibus gaudet, maximè verò camelli, Philes. Cameli carnes à leonib. comedi solere, testimonio est Herodotus, cum in Xerxis camelos, qui commeatum portarunt, dicit leones inuasisse, & ex alijs animalibus nulla, neq; iumenta, neq; homines attigisse, Aelian. Herodoti hac de re verba in camelo recitani capite quarto. Leo onagrum odit & venatur, Albertus: nimirum ex Ecclesiastici capite 13. vbi legimus, Venatio leonum onager. Bubalides caprearum generis inuadit, Oppianus. Leo, iam senex, præsertim simias captat, partim cibi, partim remedij causa, vt in c. dixi. Leo & lupus cervarius (thos) inimici sunt: cum enim carne alantur, victum ex eisdem petant necesse est, Aristoteles 9. l. Albertus pro leone hic lupum inepte ponit: thoem vero, id est lupum cervariũ toboz nominat. Dissident thões & leones, Plinius. Thões commissos (clarissima fama) leones Et subiêre æstu, & paruis donuêre lacertis, Gratius. Cum leo insidias bubus molitur, suo robore prudenter vtitur: nam noctu proficiscens ad stabula, fortitudine sua omnes quidem exterret, vnum vt arripiat, Aelianus. Iphicrates scribit leones elephantorum pullos aggredi, quos cum vulneratint, iam matrib. succurrentibus fugiant. Illas verò cum filios sanguine maculatos viderint, eos interficere, leones postmodũ reuersos cadaueribus velci, Strabo. Si elephantos, dum in venatione fugiunt, frequentes coactos leones forte perspiciant, alij aliò tanquam hinnuli ab elephantis sibi incredibiliter timentes, sese in fugã conijciunt, Aelianus. Canes Indici robore & animo tantum valent, vt alijs ferè bestijs neglectis leones tantum sibi pares ad pugnã & se dignos antagonistas existiment, vt pluribus in Canis robusti historia cõmemoraui. Lauzani feram apud solum authorem libri de naturis rerum inuenio, vt Vincentius Bell. citat inter quadrupedes his verbis: Lauzani est animal à cuius crudelitate nulla bestia esse tuta potest: nam & ipsum leonem omnibus formidabilem deterit, suo tamẽ generi parcit, in cætera grassatur atq; reliquas bestias deprædatur. Et cum hæc scelus in alijs persequatur, propriæ tamen iniquitatis nõ meminit, &c. Ego lauzani, si qua est ita dicta fera, non aliam quàm tigrin esse coniecerim, vt vnam omnium ęquissimam simul & robustissimam, cum vel elephanti vestigia sperna t. & nonnullis in locis duplo maiot leone reperiatur. Martialis quidem leonem etiam ferum à trigide cicure discerptũ scribit. Leo non solum rugitu suo cæteras terret feras: sed & prædæ semper inhians, caudæ suæ descriptione per summum puluerem aut niuem protractæ, circulum describit, cuius circunferentiam transire non præsumunt bestiæ inclusæ, Liber de naturis rerum: ridiculè quidẽ, ac si leo magiam calleat. Et rursus, Ad leonis rugitum animalia omnis figunt gradum, etiam quæ eum nunquam viderunt vel experta sunt. Item Ambrosius, Voci eius (inquit) tantus inest terror naturaliter, vt etiam animantia quę per celeritatẽ impetum eius euadere possunt, rugiente eius sonitu velut quadam vi attonita atq; icta deficiant. Et Glossographus in verba prophetæ Amos. Nunquid rugiet leo in saltu nisi habuerit prædã? Leo, inquit, cum famẽ patitur, si videt prædam, dat rugitum, quo audito feræ stant fixo gradu stupefactæ. Corium leonis cum corio lupi positum, depilat ipsum (hoc etiam de hyænæ ac pardalis corio scribitur) & similiter alia coria, Rasis & Albertus. Leo veneno serpentis occiditur. Eximia leonis pulchritudo per comantes cervicis toros excutitur, cum subito à serpente os pectore (tenus) attollitur: itaque coluber cervum fugit, sed leonem interficit, Ambrosius. Leo scorpionem vbicunq; viderit, velut hostem vitæ suæ fugit, & abhorret, Albertus & Physiologus. Exiguo scorpionis aculeo exagitatur, Ambrosius. Λέων ὁ μὲν δράκοντα μεγάθει μείζονες ὤν, τῷ ἰῷαίῳ τὸν λέοντα κατηκίζετο. ὁ δὲ λέων ἤλγει μὲν καὶ τῇ αἰκάιφατος ἄμυνας διηγείρετο, Logothetes in vita S. Marcelli vt citat Suidas. Leo pro mure (id est viso mure) fugit, Rasis in Almansore: Aristoteles de leone scribit quòd aliquando νὶ, id est suem (non μῦν, id est murem) timuerit, vt supra citaui.

Galli

Galli terroti sunt etiam leonibus generosissimis ferarum, Plinius. Tale & tam sæuum animal gallinaceorum cristæ cantusq; etiam magis terrent, Idem. Leonem simul & basiliscum gallinaceus magno terrore affligit, Aelianus. Et rursus. Gallorum cantus leones & miluos exterret (leones terret, miluos extimescit vide Græcum codicem,) metu basiliscos exanimat. Timet leo gallum eiusq; cantum, & eo viso fugit, Zoroastres in Geoponicis 15. Gallum, & maximè album veretur, Ambrosius. Album gallum leo timere dicitur, forte propter speciei contrarietatem: vel quia basilisco similis esse dicitur, Albert. lib. 23. Animalia sunt solaria multa, velut leones & galli, cuiusdam solaris (virtutis) pro sua natura participes. Vnde nimirum est quantum (quòd) inferiora in eodem ordine cedant superioribus, quamuis magnitudine potentiaq; non cedant. Hinc ferunt gallum à leone timeri quàm plurimum & quasi colli: cuius rei causam à materia sententiue assignare non possumus: sed solum ab ordinis superni contemplatione: quoniam videlicet solaris præsentia virtutis conuenit gallo magis quàm leoni, Proclus in libro de sacrificio & magia. Gallum quidem maxime Solare animal &c. in historia eius pluribus docebo: leonem verò cum Solis natura communicare, in Philologia ex Macrobio. Huc pertinent etiam hæc ex quarto Lucretij carmina:

Quin etiam gallum nocte explaudentibus alis
Quem metuunt rapidis contra constare leones,
Nimirum quia sunt gallorum in corpore quædam
Pupillas interfodiunt acremq; dolorem
Auroram clara consuetum voce vocare,
Inq; tuere: ita continuo meminere fugai:
Semina: quæ quum sint oculis immissa leonum,
Præbent, vt nequeant contra durare ferores.

Gallinaceo (Gallinaceorum, Hermolaus) iure peruncti os, præcipuè si & allium fuerit incoctum, pantheræ leonesque non attingunt. Plinius. Vide plura in Gallo D.

De leontophono, qui vrinam leoni exitialem spargit: & escis admixtum eundem interimit, dictum est capite præcedenti. Circa Carras oppidum campis & frumentis incensis, exustæ sunt ferè plurimæ, maximeq; leones pecora loca sæuientes, immaniter consumi vel cæcari soleri hoc modo. Inter harundineta Mesopotamiæ fluminum & feruecta leones vagantur innumeri, clementia hyemis, ibi mollissimæ ver, per, innocui. At vbi Solis radijs exarserit tempus, in regionibus æstu ambustis, vapore sideris & magnitudine culicum agitantur, quorum examinibus per eas terras referta sunt omnia. Et quoniam oculos, quasi humida & lucentia membra, eædem appetunt volucres, palpebrarum libramentis mordicus insidentes, ijdem leones eructati diutius, aut fluminibus mersi sorbentur, ad quæ remedij causa confugiunt: aut amissis oculis, quos vnguibus crebro lacessantes effodiunt, immanius (Cælius legit, in annibus) efferescunt: Quod ni fieret, vniuersus Oriens huiusmodi bestijs abundaret, Ammianus Marcellinus libro 18. Strabo libro 16. circa Meroën similiter leones sub Canis ortum à maximis culicibus expelli scribit.

Leoni pauida sunt ad leuissimos strepitus pectora, Seneca. Et rursus. Cutriculi moruq; rotarum versata facies, leonem redegit in caueam. Terrent eum rotarum orbes circumacti, currusq; inanes, Plinius. Extat elegantissimum Alcæi decastichon in sacerdotem Cybeles, qui obuium in monte leonem tympani sonitu perterrefactum euasit, Anthologij l. 33. & rursus aliud Antipatri 7. 11. sed hic ab Alexo variat, quod sacerdotem Cybeles frigus & niues vitandi causa interdiu leonis specum ingressum ait, & leonem sub vesperam reuersum tympano (ex bubalo corio) terruisse. Similiter lupos terreri in ipsorum historia dicam. Pollux 10. 42. qui locus mihi obscurus est, cum aliàs, tum quod neq; ex præcedentibus neq; sequentibus verbis certi aliquid, quod huc faciat, colligere possum. Verum est quod de leone narratur ignem præcipuè formidare. vt Homer. quoq; testatur, cum dicat: Ardentesq; faces, quas, quamuis sæuiat, horret, Aristoteles & Aelianus: Græcos Homeri versus recitabo infra in n. c. Leones cum sint natura vehementer ignita (anteriore sui parte) vnde & Vulcano ab Aegyptijs facti censentur, ob copiam interioris ignis, egerrimè intuentur exteriorem, & fugiunt, Aelia. Lupus etiam ignē silicibus excusum fugit. Recentiores quidam. Ignē metuit leo, vtpote natura feruidum animal, Philes. Terrent leonem rotarum orbes circumacti, & gallinaceorum cristę cantusq; etiam magis, sed maximè ignes, Plinius. Igne etiam in retia adiguntur, vt capite quinto dicam in venatione ipsorum. Leones per Solem ingredi actiorem nō patiuntur: aut enim acie oculorum acutiuscula & ignē interdiu ijdem ob eandem fugiunt, Aphrodisiensis. Versus leonesq; mappa protrat, Seneca. Leo calcatis solijs illicis stupescit, (torpore tenetur.) Aelianus, Zoroastres in Geopon. Si super cortices quercus calcauerit leo, formidabit continuo, Aesculapius. Leo timet lignum quod dicitur lethin, Rasis. [illegible] Phules. Item si conculcat vel appropinquat modo foliis scillę herbę torpore capitur, Aelianus. Gillius addit, idem accidere si foliis scillæ appropinquet: sed Lupum non Leonē alij ex scillæ foliis torpore affici aiunt. Vide in Lupo D. Elleborus & squilla canes & leones plurimos belluasq; interficiunt, Rasis. Democritus adamantida herbam nominat, Armenię Cappadocięq; alumnā: hac admota leones relupinari cum hiatu laxo: nominis causam esse quod conteri nequeat, Plinius. Nauis in qua leo dormit, mergitur plus solito: eodem experrecto, rursus fit leuior, Aesculapius. Oppianus scribit audisse se à leontrotomis, [illegible] (forte ex) [illegible]. Alij authores hyænam vim lapidiferam in dextra manu habere aiunt.

E

Tartari leones habent venationis cum canibus socios, vt supra in n. dixi. Magnus Cham imperator Tartarorum, leones maximos atq; pulcherrimos habet, ad venandum industrios, Paulus Venetus. Leones Indici, immanissimi quidem sunt, sed captiadeò mansuescunt (modo ne maximi sint) vt loro assuefacti, facile similiter atque canes ad venandos ceruos, apros, tauros, & asinos syluestres duci queant: sagacissimè enim eos odorati alunt, Aelianus.

Indici canes & alij quidam venatores robusti, tauros, apros & leones aggrediuntur, vt in Canum historia docuimus: maximè verò id faciunt, è tigribus concepti canes apud Indos & Hyrcanos. Et truculentos Heloc certare leonibus audeos. Fr. Mantuanus de cane. In prouincia Gingui magno Cham regi Tartarorum subiecta plurimi sunt leones, ijque magni & feroces: sed in eadem regione canes tam audaces & fortes habentur, vt non vereantur leones inuadere. Et sæpe fit vt duo canes & vir sagittarius equo insidens leonem sternant: nam quum canes leonem adesse sentiunt, magno latratu eum inuadunt: præsertim verò quando sciunt se hominis auxilio fultos, non desinunt mordere leonem in partibus posterioribus atq; cauda: Et licet leo sæpe dictum illis minetur, hac illucque se vertens, vt illos dilaceret, tamen canibus magna cautela sibi prouidentibus, non facile ab eo lædantur, præterum cum insequens eques tuno leoni iaculum infigere studeat, quando canes trucidare conatur.

Fugit

Fugit tamen leo, metuens ne propter canum latratum alij quoq; canes & homines pronocentur in eum. Et si potest, rectà ad arborem aliquam se recipit, vt ea propugnaculi loco à tergo fruatur, versoque rictu contra canes tota vi fele cruentur. Equus autem accedens propius, non cessat iaculari leonem, donec interficiat: nec animadvertit leo iaculantis ictus donec collabatur, vsque adeò faciunt canes illi negotium. Paulus Venetus 2.49. Leo si in venatu videatur, erubescens dare terga, sele paulatim recipit, si multitudine opprimatur: Remotos ab aspectu venantium, fugam propere molitur, turpitudinem ab eo ostentatione purgari existimans. Saltu caret in fuga: quo verò studium quid infectatur. Vestigia sua callidè obliterat & dissimulat, vt fallat venatores: Sed hæc & alia quædam quæ ad venationis eius historiam referri possunt, capite quarto enumerauit. Si venatori (inquit Pollux) cum alia ferâ quàm apta res sit, pedibus non tanto intervallo diuarientis (contra aprum pugnantem vensbulum genere iussurat si ipsi tropede præmisso, & posteriorem dextrum pedem tantum ab illo distare, quanto in iusta inter- 10
uallo vti mos est) stare oporteat. Quædam feræ quædam, vt pantheræ & leones, cum sibi quod venatorem vsque dilatare, cum propè sunt insiliunt. Dirigendus est autem ictus ad pectus & cor, tanquam vulnere in illis eo in loco maximè lethali futuro. Leones, inquit Xenophon in libro de venatione, pardi (παρδάλεις) lynces, pantheres (πάνθηρες) ursi & aliæ quæcunque eiusmodi feræ, in locis externis (extra Græciam) capiuntur circa Pangæum montem, & Cittum supra Macedoniam: aliæ in Olympo, Mysio, & Pindo: aliæ in Nysa supra Syriam: & ad altos montes quotquot idonei sunt generis huius animalia nutrire. Capiuntur verò partim in montibus aconitico veneno, propter asperitatem regionis, δι' ἀνωμαλίαν (quod ea scilicet aliud venandi genus, vt per retia & canes, non admittat.) Hocautem ea re mitescentes, qua quæq; delectatur fera, venatores illis obijciunt secus aquas, & si quid aliud ad hanc consuescerint. Partim etiam quæ nocte in plana descendunt, introclusæ (ἐσκεκλεισθέναι, id est exclusæ, ne reditus ad montem eis pateat) equis & armis, nec sine venatorum discrimine capiuntur. Sunt quibus & foueas latas in orbem ducunt, in medio relinquentes profundam lapideam columnam, cui capram sub noctis tempus religatam superponunt, & foueam ramis (ὕλῃ) circumsepiunt, ne videri possit, nullo aditu relicto. Illæ audita per noctem voce sepem obambulant, & vbi transitum non inuenerint, transiliunt & capiuntur. Oppianus leonum venationis tres modos describit, quos & Belisarius, sed imperitè transtulit: eorum primus ex Xenophonte quoque iam recitatus est, addemus tamen ex Oppiano quoq;: nam in nonnullis variat: secundus igne, tertius flagellis fit. Primus igitur modus, vt Gillius ferè ex Oppiano transfert, huiusmodi est. Vbi leonis ex spelunca ad aquam proficiscentis tritam viam Libyci venatores obseruarunt, iuxta illam rotundam scrobem & amplam faciunt: in cuius medio columnam excitant (ὑψηλόνωτον, profundam columnam, Xenophon:) de hac agnum lacerantem suspendunt. fossam maceria cingunt (λίμναιον κυκλώσαντες ἑπτασυντέροις μυλαίοισι) ne eum oppropinquat fera, dolatum barathrum videat. Agnus sublime tixus, famelicum leonis cor balatu incitat: accedens igitur, nec dimittit circa maceriam versari sustinens, statim transilit, & inopinata fouea excipitur: quatam inclusus in omnes se partes versat erigens (ad escam magis, quàm vt euadat) & sursum versus impetum facit. Hæc Gillius: sex autem qui sequuntur versus omisit, qui & ipsi obscuriores sunt, & dubitari de eis potest, ad eundem ne venationis modum adhuc pertineant, an nouum præscribant (quamuis enim Oppianus tres tantum modos se describere profiteatur, Aethiopicum qui vltimus est tertium vocans, tamen fieri posset vt pro vno habuerit duos diuersos qui tamen ambo per foueam fiunt.) Græcè saltem à nobis adijcientur:

Οἱ δ' ἀχέοντες πάντοθεν ἀῤῥηκτοισι
Ἀμφὶς ἑλιξὶν πεδίοιο κύκλα μιλτόβρα,
Ἀστεμφῆ κατέχουσι τὸν ἀμφὶ κοπτὴ κύτει ἀλυσκεν,

Ἀγρῶται τέρες ἔρκεα, ἱμερτοῖσι δ' ἐμασσι
Ὀπλοτάτου κασσήτου δόλον κεύθοντα μύλακας,
Ὡς ὅτε μιν ἀμφὶ κοπὴ λιβύσσα πανύδριον ἄλσος.

Vox μύλακες vertu tertio quid sibi velit non assequor. Κύκλος quidem genus est instrumenti quo pisces capiuntur, nassa nimirum: & forte escam, carnem scilicet, assatam (vt longius etiam nidore allijciatur) venatores in tali quopiã instrumento inclusam (ne ab auibus aut alijs feris rapi possit) demittunt loro in foueam, vbi vel laqueis implicetur leo, vel alioqui propter profunditatem euadere non possit. Versu vltimo pro δίωκε, forte legendum δάμη, hoc est domitus, captus vel occisus est. His coniecturis interim vtemur, donec vetus aliquis codex manuscriptus meliora nos doceat. Alter venationis modus per ignem, hic est: Qui accolunt Euphratem (inquit Gillius ex Oppiano) leones hoc modo venantur: Venatores partim in equis fortibus & charopis (de charopo oculorum colore vide supra in Leone n.) vt qui tum celerrimi sint, tum soli audeant obuij leonibus ire, cum cæteri equi leonum aspectum non sustineant, partim pedites retia tendunt. Eorum tres in insidijs collocari ad retia frequentibus pedamentis suffulta manent: vnus in medio, alij singuli in vtroq; retium cornu, ita vt is qui in medio est vtrinq; extremos alios adire possit. Τόσσον ἦλθ' ἐκατέρωθεν ὑπαντιόωντα κέρεσθαι. Oscen Plinij (κέρας ἀμφιπίνοιο κάνης: alij more bellico circumsedentes, pineas faces ardentes in dextra, in sinistra clypeos habent: nam & ijs concrepant, & incredibilem factum obiectarum metum feris injciunt. Itaque cum omnes pariter equites circumfusi, inuadunt, & pedites cum strepitu sequuntur: leones vociferatione venatorum territi, non audentes resistere cedunt: & tum ignis metu, tùm vtrorũ in retia incurrunt: ac comprehenduntur: similiter nimirum vt pisces nocturnâ piscatoribus igne in retia adiguntur. Tertius demq; modus venandi minori labore (ἀκαματώτερος, mihi alphabetico ordine videtur) apud Aethiopes in vsu est. Nempe quatuor viri robusti scutati, & loris vndiq; muniti, & capite galeati, vt oculi tantum nares q; & labia appareant, flagellorum vibratione leoni in spelunca lacenti obstrepunt: Is hanc indignitatem non ferens, ore hianti atque imminenti, inflammataq; oculorum flagrantia, magno cum rugitu erumpit, & tanquam procella & turbo in eos celeriter irruit: illi firmo constantiq; animo eam tempestatem excipiunt: Atque interea cum is vnguibus & dentibus eorum quempiam appetit, alius retro lacessens leonem percutit, & sublato clamore vexat. Tum idem confestim relicto priore, quem iam ore ceperat, ad posteriorem os retorquet. Alij aliunde irritant: at is mattium robur spicans, huc & illuc irruit: hunc quidem relinquit, alium verò sublimen corripit. Tandem longo labore fractus, & spumam in ore agens, decumbit, ac animum humi stratum, & tam valde quietum, vinculis constringunt, & tanquam arterem à terra tollunt. Hactenus Oppian. Θηρεύεται δὲ, ἤτοι ὑφ' ἁλύσεσι, ἢ πλέγμασιν, ἀλλὰ μηχανήμασι καὶ δόλοις, Pollux. Hoc est, Capitur leo, difficilimè quidem adultus non laqueis aut pedicis (quam πλέγμα videtur idem quod πλοκή, hoc est vt Varinus exponit, ἄγρα ἐξ ἱματίων: quidam in lexico Græcolatino rete exponit:) sed machinamentis quibusdam & dolis. Leones etiam laqueis intricari inuenio, ad palum alligatis iuxta locum aliquem angustum per quem transire solent, &c. vide Crescen. 10. 31. Capere leones, inquit Plin. ardui erat quondam operis, foueisque maxime. Principatu Claudij casus ratione docuit, pudendam penè talis ferę nomine, pastoris Getuli sago contra ingruentis impetum

impetum obiecto: quod ſpectaculum in harenam protinus tranſlatum eſt, vix credibili modo torpeſcente tanta illa feritate, quamuis leui iniectu operto capite, ita vt deuinciatur non repugnans: videlicet omnis vis conſtat in oculis. Quò minus mirum ſit, à Lyſimacho Alexandri iuſſu ſimul incluſo ſtrangulatum leonem. Item alibi, Nuper inuentum, vrſorum in harena & leonum ora aſpergere chalcantho, tantaque eſt vis in aſtringendo, vt non queant mordere. Caſſiodorus lib. 5. Variarum, quomodo contra belluas decertaretur, ſcribens, ſic habet: Alij tribus, vt ita dixerim, diſpoſitis hoſtiolis, paratam in ſe rabiem prouocare præſumunt, in patenti area cancelloſis ſe poſtibus occulentes, modo facies modo terga monſtrantes, vt mirũ ſit euadere, quos ita reſpicis per leonum vngues dentesq; volitare. Quibus cibis vel eſcis leones occidantur, capite 3. dictum eſt. In Zaronio monte Africæ Viri validiſſimi perpetuò *leonibus* inſidiantur, quorum & bonam ad Feſſæ Regem copiam mittunt. Rex verò venationem hunc in modum inſtruit: In campo ſpacioſiſſimo capſulæ quædam ſunt exſtructæ tantæ altitudinis, vt in eis erecto corpore quis ſtare poſſit: harum quælibet oſtiolo clauditur, interius verò armatus homo leonem in aream emiſſum apertis foribus præſtolatur, tum leo quà patêre videt fores, magno impetu currit, quibus identidem reclusis concitatur: *taurum* deinde adducunt contra leonem dimicaturum, ineunt pugnã cruentam, in qua ſi taurus leonem occiderit, tranſacta eſt eius diei celebritas, ſin autem leo ſuperior euaſerit, inox egrediuntur armati omnes, qui numero ferè ſunt duodecim, leonem oppugnaturi. Habet autem quilibet venabulum cuſpidis ſeſquicubitalis. Quòd ſi armati leonem ſuperaturi videntur, Rex numerũ diminui iubet: ſin contrà armatos inferiores vident, protinus Rex cum ſuis è loco quodam eminentiori, vnde venationẽ conſpiciunt, baliſtis leonem interficiunt. Fit autem ſæpenumero vt priuſquàm leo interficiatur, illorũ quiſquam pereat, reliquis vulneribus affectis. Dimicantium aduerſus leonem præmium eſt, vt ſingulis dentur aurei decem vnà cum veste noua: neque ad pugnam hanc admittuntur vlli, niſi viribus ſint præſtantiſſimi, atq; ex monte Zalag oriundi: qui verò leonibus inſidiantur, ex Zaronio monte originem ducunt, Leo Africanus.

Leonum ſimul plurium pugnam Romæ princeps dedit Q. Scæuola, Publij filius, in curuli ædilitate: Centum autem iubatorum primus omnium L. Sylla, qui poſtea dictator fuit, in prætura Plin. Primus L. Sylla in Circo leones ſolutos dedit, cum alioquin alligati tunc darentur, ad conficiendos eos miſſis à rege Bocho iaculatoribus, Seneca de breuitate vitæ. Poſt L. Syllam (inquit Plinius) Pompeius Magnus pugnam leonum in circo dedit ſexcentorum, ac in ijs iubatorum CCCXV. Cæſar dictator quadringentorum. Pompeius Romæ venationes exhibuit, quibus quingenti leones cæſi, Plutarchus in vita eius. Iugo ſubdidit eos, primusq; Romæ ad currum iunxit M. Antonius, & quidem ciuili bello, cum dimicatum eſſet in Pharſalicis campis, non ſine oſtento quodam temporum, generoſos ſpiritus iugum ſubire illo prodigio ſignificante: nam quod ita vectus eſt cum mima Cytheride (citharœda, Crinitus,) ſupra monſtra etiam illarum calamitatum fuit, Plinius. Ant. Heliogabalus quaternos canes ad currum iunxit: eoq; modo vectatus eſt. Idem leones iunxit, Cybelen ſe appellans, Lamprid. Leones non manſuefactos exarmare conſueuerant, vt olim Heliogabalus: qui dentibus & vnguibus exectis, triclinijs etiam, epulantibus conuiuis, eos immittebat. Sed exarmare pro manſuefacere quidam dixerunt, Grapald. Antoninus Pius centum leones vna miſſione ædidit, Iul. Capitolin. Fuerunt ſub Gordiano Romæ, leones manſueti ſexaginta, archoleontes decem, Iul. Capitolin. Archoleontes quos fuiſſe conijciamus, in 8. dictum eſt. Acilium Glabrionem conſulem in Albanum Domitianus euocauit per Iuuenalium feſtos dies, quos inibi celebrabat, iuſſitq; cum ferociſſimo leone ac viſendæ magnitudinis congredi. Sed prudenter in pugnam prodiens Acilius feram cõfecit: (Id quod Satyricus poëta doctius exſequitur,) Cælius ex Dionis hiſtoria. Extat Martialis carmen lib. 8. de eximio quodam leone per Domitianum exhibito in ſpectaculo, huiuſmodi:

Auditur quantum Maſſyla per ania murmur: *Innumero quotiet ſylua leone furit:*
Pallidus attonitis ad plena mapalia paſtor *Cum reuocat tauros, & ſine monte pecus:*
Tantus in Auſonia fremuit modo terror arena, *Quis non eſſe gregem crederet? unus erat.*
Sed cuius tremerent ipſi quoq; iura leones, *Cui diadema daret marmore picta Numa.*
O quantum per colla decus, quem ſparſit honorem. *Aurea lunata cum ſteterit unda iuba?*
Grandia quam decuit læuum venabula pectus? *Quantaq; de magna gaudia morte tulit?*
Vnde tuis Libye tam felix gloria ſyluis? *A Cybeles nunquid uenerat ille iugis?*
An magis Herculeo Germanice miſit ab aſtro *Hanc tibi uel frater, uel pater ipſe feram?*

Lepus fugit, ſus & aper συβῶγγυται, leo φοβεῖται, Pollux de venatione vel pugna animalium ſcribens.

Sanguis hircinus adamantem emollit: item leoninus. Eſt enim inter cæteros horum ſanguis calidiſſimus. Adamas autem cum frigidus ſiccusq; ſit, ab eo quod ſibi maximè contrarium eſt præcipuè vincitur, Simocatus.

De pelle leonina, qua ſe quidam veſtierunt, dicam in H.e.

F.

Rapacium omnium carnes declinant ad ſiccitatem, quę facile in corporibus bilem atram generat: maxime vero præ cæteris improbantur lupinæ & caninæ, quòd corruptos gignant humores, Raſ. Leonina caro cæteris eſt calidior, craſſa, grauis & difficilis (tardè digeritur, Albert.) Iſaac. Dolorem & torſionem (& inflationem) ventris generat, Idem & Alber. Calidior eſt quam canina, ſimulque ſicca: prodeſt in cibo paralyticis (vide in G.) Albert. Agriophagi populi in Aethiopia, pantherarum & leonum carnibus veſcuntur, Plin. & Solin. dicti (vt apparet) quod animalia edant agria, id eſt, fera. Barbari inter Caucaſum montem & fluuium Cophena, Apollonio & ſocijs leonum ac pantherarum carnes donabant, Philoſtrat.

G.

Sanguis leonis confricatus ſuper cancrum, curat eum, Raſis & Albert. Leonis ſanguine ſi quis corpus ſuum linierit, ab omnibus beſtijs erit tutus, Sext. ſed Plinius hoc adipi leonis adſcribit, vt paulò poſt referemus. Qui carnes leonis decoctas manducant, phantaſmata non patientur, Sext. Leonis caro phantaſticos ſanat, aurium dolori & cuiuis alij prodeſt, Aeſculap. In cibo paralyticos iuuat, Albert. Si quis ex elaborato leonis aut lupi corio calceos geſtet, pes non dolebit, Galen. Euporiſt. 2. 248. ad podagram. Si quis ſederit ſuper pellem leonis, recedent ab illo hæmorrhoides, Aeſculap.

Leonum pingue curari oportet vt taurorum Dioſcoride teſte. Vide in Tauri hiſtoria ex Dioſcoride & Plinio. Dioſcorides cum ſcripſiſſet, adipem omnem excalfacere, mollire, rarefacere: taurinum autē aliquantum aſtringere ſubdit: Earundem virium compos eſt, bubulus, vitulinus, leoninus: ſed adipem taurinum nō aſtringere ſuo loco probauimus. Recentiores quidam obſcuri authores, Dioſcoridis verba, quæ apud ipſum non reperio (vera tamen eſſe non nego, & ex Galeno ferè ſumpta video) citant hæc: Adeps leonis calidior eſt quam vllius quadrupedis, & minus (lego magis) extenuat. Inueteratus etiam calidior fit. Hœdorum adeps, inquit Galen. minus tum calidus tum ſiccus eſt, quam caprarum: ſed & caprarum minus quam hircorum: & rurſus hircorum minus quam leonum. Nam horum adeps omnium propè quadrupedum adipe potentius digerit. Nam & caliditate exuperat, & partium tenuitate. Itaq; ſi ipſum medicamentis ad vlcera & phlegmonas conuenientibus commiſceas, nō modo nihil adiueueris, verumetiam læſeris, nimirum addita maiori quam conueniat acrimonia. Inueteratis tamē tumoribus atq; ſcirrhi in morem induratis, tum neruorum curuaturis (ancylas Græci vocant) & in ſumma quæcunq; ſcirrhoſa ſunt, ijs aptiſſimus eſt, in quibus ſanè minimè apparet efficax ſuillus. Taurinus autem ab vtroque ex æquo diſtat, vt quanto calidior ſicciorq; ſuillo eſt, tanto ſuperetur à leonino. Hæc Gale. Sepum leonis calidius eſt & ſiccius ſepo algebut, id eſt bouis à mari exuntis, & præſtat apoſtematibus duris; fortius cæteris diſſoluit apoſtemata dura, Haly & Auicen.) Interpres Raſis, ineptiſſimè vt apparet ex Galeni verbis: qui leonis adipem cū terreſtrium quadrupedum adipibus confert, ſuis, hirci, & tauri præcipuè, non vllius marini animantis. Algebut vocem apud Arabicorum nominum gloſſographos nuſquam reperio. Haly eadem ferè quæ Raſis de adipe leonis ſcribit, ſed nihil de algebut, vt neq; cæteri Arabes. Adipe leonis perunctos beſtiæ fugiunt, Plin. Sext idem ſanguini, non adipi, attribuit. Obſcuri quidam autores (Vincent, Bellua. & alij) citant hæc tanquam Dioſcoridis verba, Leonis adeps venenis contrarius eſſe fertur, cum vino adhibitus beſtias omnes expellit: & eſt repercuſſibilis odoris quo ſerpentes perſequitur. Qui linit corpus ſuum ſepo renum leonis, terrentur ab eo lupi. Aeſcula. Adipe leonis perunctus fugat omne animal, etiam ſerpentes, Albert. Si ſepo leonis liquefacto inungatur animal, non accedent ad ipſum muſcæ, Raſis. Leonis adipes cum roſaceo cutem in facie cuſtodiunt à vitijs, candoremq; ſeruant, & ſanant aduſta niuibus, articulorumq; tumores, Plin. Sepum leonis permixtum vnguentis alijs, delet maculas in homine, Albertus: ſed apud Raſin, ex quo ille deſumpſit, ſic legimus: Stercus leonis deſiccatum & permixtum vnguento cum quo aliquis vngatur, delet maculas. Faciei tumoribus ſarmentorum cinerem alicui ferarum adipi admiſcens illinito, leonis videlicet, aut pantheræ, aut vrſi, &c. Aretæus. Adeps leonis remiſſus ſtatim inunctus omnem dolorem ſedat, Sext. Ad neruorum & geniculorum dolorem, Adipem leonis cum medulla ceruina & lactuca teres & commiſcebis, tum demū perunges corpus, ſanabitur, Idem. Nicol. Myrepſus vnguento 12. ad arthriticos addit adipem leonis, &c. Leonis adeps cum roſaceo quotidianis febribus medetur, Plin. Nonnulli memorant adipem prodeſſe leonis, Serenus inter hemitritæi remedia. Leonis adipem remiſſum auribus inſtillato, à dolore liberat, Sext. Si adipe leonina tonſillæ interius perungantur, eodem die ſanabuntur, Marcell. Leonis ſeuum per clyſterem cum alijs quibuſdā iniectum ad dyſenteriam commendatur à Raſi inter remedia ex capra: proinde capræ potius quam leonis ſeuum legendum eſſe puto, vt Dioſcorid. etiam habet, vt diximus in Capra 6. Adeps leonis cum eiuſdem felle ad comitiales laudatur, vt mox dicā. Ad alopecias miſcetur adeps leoninus apud Galen. κατ. τ. π. Ad Venerem ciendam leporis coagulū, aut Leonis adipem pudendo illinito, Oribaſius apud Actium. Adeps leoninus & vrſinus in peſſo vocato Aureo ad omnem duritiem & dolorem vteri, apud Myrepſum num. 10. Cerebrum leonis, vt & cati) acceptum inducit amentiam, (ſtuporem mentis.) Idem auri inſtillatum cum oleo aliquo (acuto, vt addit Albertus) ſurditatis remedium eſt, Raſis.

Si dens leonis caninus collo pueri ſuſpendatur, antequam cadant dentes, & in ortu dentium ſecundorum, ſecurum reddet à dolore dentium, Albert. vel vt Raſis habet, antequam ei dentes naſcantur, ſecurum reddit à dolore dentium dum enaſcuntur. Cerebrum Leonis eſum ſtupefacit mentem, Arnoldus. Cor in cibo ſumptum quartanis medetur Plin. Hepar leonis in vino poſitum & potum; cum vino puro bibitum, Raſ. dolorem aufert hepatis, Alber. Leonis fel potantem eueſtigio interficit, Bertrut. Atqui pleriq; alij vim hanc venenoſam non leonis, ſed leopardi felli attribuunt. Fel aqua addita claritatem oculis inunctis facit: & cum adipe eiuſdem comitiales morbos diſcutit, leui guſtu & vt protinus qui ſumpſēre curſu id digerant. Plin. Fel leonis potatum parum curat icterum, Albert. Icterum curat datus in potu dauic: ſed prima vice affligit, Raſ. Dauic autem, vel (vt Bellunenſis ſcribit) danich, obolum ſignificat, hoc eſt ſcrupulum dimidiatum, vel ſextantem drachmæ. Ad vlcera oculorum & albugines Fel leonis cum melle inunge, Galen. Eupor. 2. 99. Leonis, vrſi, aut bubulo felle, alijs quibuſdam admixtis propeſſo vtuntur ad promouendum conceptum, vt in vrſo dicam. Teſticulus leonis (dexter Raſis) tritus cum roſis datus, ſterilitatem inducit, ſiue bibatur, ſiue edatur aſſus crudúsue, Albert. Ad arcendum conceptum, Leoninæ vuluæ adeps in vaſculo eburneo feratur: eſt enim efficaciſſimus, Aetius 16. 17. Stercus leonis deſiccatum & permixtum vnguento, cum quo aliquis vngatur, delet maculas, Raſis. Ad colon, Herculem erectum ſuffocantem leonem in lapidem medicū inſculpito, ac incluſum in annulū aureum geſtandum dato, Alex. Trallian.

Quæcunq; leo vel momorderit vel vnguibus lacerarit, ſanies pallens admodum de his vlceribus effluit, etiam per faſcias, atq; ſpongias, nec reprimi vllo pacto poteſt: curantur eodē modo, quo morſus canini, vlcera, Ariſtot. Ex omni vulnere, ſiue vngue impreſſo, ſiue dente, ater profluit ſanguis, Plin. Curatur morſus leonis, vt rabidi canis morſus, & ſimiliter etiam lupi rabidi, Albert. Et rurſus, Vulnus dentium eius malū eſt: eò quòd virus de interioribus tranſit in vulnus: & cum vulnus ligatur tranſit virus in ligamenta: & cum reponuntur ſuper vulnus, inficiunt ipſa ligamenta & non curatur vulnus. Sed hæc ex Ariſtotelis verbis (quæ iam recitaui) non ſatis intellectis detorta vidētur. Leonum, pantherarum & vrſorum, & ſimilium ferarū, morſus periculoſi ſunt, vt docet Aet. 13. 3. Robuſta enim, inquit, hæc animalia ſunt & vncunguia, implicantq; quicquid contigerūt vnguibus penetrantia, & corpora ipſa dilaniant. Perſeuerando autem in manducatione, non ſolum corpus dilaniant, ſed & oſſa aliquando ad farinæ ſimilitudinem confringunt: vnde & vicini punguntur nerui. Satis verò manifeſtum eſt, quòd corpora quæ in eiuſmodi ac tantas calamitates inciderunt, non effugiunt periculum abalienationis: nam etſi maneant, putrefactionem ſuſcipiunt, & vlcera ſerpentia inducunt. Huiuſmodi igitur vulnera cum aceto elota & circumraſa, ſolutis item corporibus ac oſſibus extractis, emplaſtris integere oportet, & poſt ſuppurationem partium dilaniatarum, repurgantibus linamentis curare: & cicatricem inducere, quemadmodum in communibus vlceribus ſolemus. Emplaſtra autem his conuenientia ſunt, id quod ex ſalibus cōſtat, & ſimilia, quorum deſcriptionem qui deſiderat, adeat Actij locum iam citatum.

H.

2. Leo Græcè rex interpretatur Latinè, eò quòd sit princeps omnium bestiarum, Isidor. Ego nec leonis nec simile vocabulum pro rege apud Græcos accipi inuenio, vt mirer hoc Isidori somnium. Leones dici placet Porphyrio ὡς λεύσσειν, id est ab visus excellentia propterea Homerus δαιφρονα λέοντα: nam smerdaleon, inquit, formatum à λάω est, quod λαίω indicat, id est splendere, accedente za particula intendendi vim habente, Cælius. λάω Græcis est video, inde λαός exercitus: hinc & leoni nomen, quoniam acie oculorum præcæteris animalibus valet, vt scribit Manethon in lib. ad Herodotũ, Etymologus & Varin. Panthera leo, à Græcis sunt: a quo etiã rete quoddam panther, & leæna, & mulierecula Pantheris, Varro. Leæna, λέαινα vocabulum Græcis & Latinis in vsu, leonis fœmina est: sed apud Latinos poëtas lea etiam pro leæna reperitur Irritata leæ iacie bant corpora fœtu, Lucret. lib. 5. quod carmen etiam Nonius citat. Sæua lea, Ouid 4. Metam. Λὶς (oxytonum, vt pleriq; scribunt vel circumflexum, vt Aeschrion, ad differentiã adiectiui fœminini λὶς pro λισσὸς id est læuis, vt λὶς ὀφρὺς apud Homerum) idem quod λέων apud Homerũ, vox Aeolica, vt Scholiastes monet. Λῖν accusatiuum omnes circumflectunt: aliqui etiam duabus syllabis λῖνα proferunt, vt δῖνα, accusatiuum Doricum facientes à recto λὶς, Varin. Λῖς, λέων, ὡς ἀπὸ τοῦ λιαρὸς λῖς τὸ ζῶον, Idem. Et rursus, Λὶς καὶ λέων ἐστὶ τὸ αὐτό, ὡς καὶ ὁ λέων. Χάρων, λέων, ὅτι τὸ χαροπὸν, Varin. Apud eundem in Χαροπὸν, tribus syllabis legitur χάεων pro leone, quod non probo. Videtur autem, inquit ibidem, χαροπὸς dici leo per antiphrasin, vtpote φοβερὸς ὢν καὶ χαροπὸν ἀστράπτων βλέπων καὶ θάνατον ποιῶν· ἐπεὶ καὶ ὁ Χάρων ὁ φοβερὸς λέγεται. Χάρωψ ὠμηστὴς ὁ λέων, Lycophron. Φησὶ de leone per excellentiam dicitur, vt etiam de vipera quandoq;. Αὐτὰρ ὁμίλου ἴφθιμα διήϊσσε λεϊκώς, Homer. id est, leoni similis per turbam incedebat. Et Iliad.. Τρῶες δ' ὑπαπτήναντες ἐφ' ὁμίλου δῆλ' ἐίκωσ. Ἐν προπαλίζοντι Φ. Et alibi, Οἱ δ' ὡς τ' ἢ ἰοῦσαι ἀγέλαι, ἢ πῶϋ μέγ' εἶδος Θῆρες (λέοντες κατ' Ἐσχύλῳ, Scholia) ἀϊδηλοποιοὶ μηλάμπυκος ἐκ πεδίοιο, Γάλθουν' ἐξαπίνης ὁμαδήσαντ'. Φ. ἀ πασέτω, Iliados 2. Horatius in Epodo belluam pro leone dixit. Τῦλος, porcus, leo, Hercules, Etymolog & Varin. plura de hac voce vide in Cuniculo A. Leonem Homerus epicœno genere etiã de fœmina protulit, Gell. Hac de re etsi multa dixerim cap. 4. paulo post initium, hic tamen pluribus confirmabo. Vocabulum λέων more Attico de fœmina etiam vsurpari, ex Aristotelis verbis de partib. 4 10. deprehendimus, quæ sunt: Τὰ δὲ δύο μόνας ἔχει μασχάλας, ὥσπερ καὶ μόνας γαστέρας, οἷον λέων. Et paulo post. Ὁ δὲ ἐλέφας οὐδὲ μόνον ἔχει, fœminæ elephantis nomen cum masculino articulo proferens, vtpote epicœnum: sic & leonis vocabulum Atticè epicœnum videtur, non vel masculinum vel fœmininum. Τὰ μὲν ἀλεκτρυόνεια τὰ γόνιμα, καθάπερ ἀνωτέρω εἴρηται, λέων, Arist. de generat. anim. 4. 6. Gaza leænam vertit, & Plin. ex eodem loco. Et mox; Μόνος δὲ πάντων οὗτος, πλεοναχῶς: vnde manifestò apparet Aristotelem masculina vel epicœna animalium, vt leonis, elephantis & suis nomina, fœminis attribuere: & γλαῦξ pro τὶλλος quod fœminarum proprium est, non rarò accipere: leænæ quidem nomen, λέαινα, vsquam apud eum legisse non memini. Ὁ γοῦν τὴν ψῶν γῶν τεθραμμένην βλέπων τὴν τίγριν ὡς λέων, Plutarchus Sympos. 4. 5.

Epitheta. Genus acre leonum, Ouidius 4. Fastorũ. Animosi, Claudianus. Asper, Horat. 3 Carm. Odo 2. Sponsus lacessat regius asperum Tactu leonem. Audax. Emicat extemplo cunctis trepidantibus audax Cruenta mole leo, Claudianus lib 2. in Eutropium. Auidus, Ouid. epist. 9. Vnde potest auidus captæ leo parcere prædæ, Martialis. Si quis per summas auidus produxerit vndas Ora leo. Manilius lib. 4 Astron. Casius. Solus in Libya Indiaq; tosta Cætio veniam obuius leoni, Catullus de Acme. Carnivorans. Vsi cum vitulis simul omnibusq; animalibus carnivorans leo comedet paleas ad præsepia, Lactantius de diuino præmio 7. 24. Nec defuit illi Vnde emeret multa pascendũ carne leonem, Iuuenal Satyr. 7 Caspius, Cæde redit: sic Hyrcana leo Caspius vmbra, Statius lib. 8. Theb. Celer. Veluti celeres cum septa leones Plena boum inuadunt, Cantalycius. Cleonæus: Ausonius in laboribus Herculis à Cleone oppido Arcadiæ prope Nemeam syluam. Dominumq; ferarum Crescere miratur genitrix Massyla leonem, Claudianus lib. 1. in Eutrop. Dominus & rex nemorum, Martialis. Ferox. Acremq; dolorem Præbent, vt nequeant contra constare feroces, Lucretius lib 4. Ferus Narcissiq; comas, & hiantis sæuã leonis Ora feri, Columella. Leo nunc ferus alta Surgentes cervice toros, &c. Silius 5. Villosa leonis Terga feri, Idem lib. 16. Flauus. Credula nec flauos timeant armenta leones, Horatius in Epodo Fortis, Crinitus 17 2. Fremens. Carpitq; fremens, auidusq; cruoris. Sabellicus. Frendens. Et stetit ante oculos frendens leo, Silius lib. 10. Dentibus horrendum frendens, Pamphilus Saxus. Fulmineus. Te sensit Nemæus arcto Pressus lacerto fulmineus leo, Seneca in Agamemnone. Fuluus. Fuluiq; insternor pelle leonis, Vergil. 2 Aeneid. Optat aprum aut fuluum descendere monte leonem Idem 4. Aeneidos. Furens. Iam sine patre furens lustrat leo tecta ferarum, Cimbriacus. Generosissimi ferarum leones, Plin. Getulus. Tergum Getuli immane leonis Dat Sallo, Verg. 5. Aen. Tua Getulos Dextra leones, tua Cretæas sequitur ceruas, Seneca in Hippol. Non ego te vt tigris, Getulúsue leo frangere persequor. Horat. Hirsuti more leonis Ouid. lib. 14. Hirsuti cossis exuta leonis, Idem in Epistola Deianiræ ad Herculem. Idæus. Verberat Idæos torua cum matre leones, Claudian. 3. de raptu. Impatiens. Vacuo qualis discedit hiatu Impatiens remeare leo, Claudian. lib 2. in Ruf. Impiger. Nunc hos tauros nunc impigerrillos Insequitur. Sabel. Indomitisq; loqui & fedare leonibus iras, Silius lib 3. Ingenuus. Astuta ingenuum vulpes imitata leonem, Horatius 2. Serm. Insanus. Fertur Prometheus insani leonis Vim stomacho apposuisse nostro, Hor. Car. 1. 16. Nimirum hinc quod vulgò dicitur ab astrologis, leonem sydus dominari cordi. Est autem stomachus os ventriculi cordi proximum, quod ideo etiam Græci cardian aliquando vocant: ibi iracundiæ sedes videtur, non minus quam in corde, vnde verbum stomachari. Certè cum alimenti penuriam ea pars sentit, homines ad iracundiam multò procliuiores sunt: sed Horat. vt & Acron interpretatur, simpliciter de animalibus, non sideribus intelligere videtur. Iracundus. Armeniæ tigres, iracundiq; leones, Ouid. 15. Metam. Iubatus. Sylua Iubatus qualis Armenia leo In cæde multa victor armento incubat, Senec. In Thyest. Libycus. Iam cernes Libycum hinc valle assultare leonem, Silius lib. 7. In tauros Libyci ruunt leones, Martialis lib. 12. Letifer apud quendã recentiorem. Magnanimus, Ouid. 3. Trist. Magnus. Nec magnos metuent armenta leones, Verg. Aegl. 4. Massylus. Ante pauens capiet Massylum dama leonẽ, Codrus Vrceus. Marmaricus. Et sua Marmaricos coget iuga ferre leones, Nemesianus Aegl. 11. Marmaricus leo Morsus cruentos passus audacis leæ Seneca in Agamẽ. Maurus. Sed prius aut Mauro veniã fera præda leoni, Pontan. Molorchæus Mantuano, idẽ qui Nemæus ab Hercule occisus, de quo vide infra in b. inter historias. Odoratus, quoniã olfactu claret Tabemq; cruentæ Cædis, odorati Pholoën liquêre leones, Lucan. lib. 7. Parthicus, apud Marul. Phrygius. Iungebam Phrygios quum tu rapere leones, Claudianus lib. 3. Pœnus. Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones Interitum, Vergil. Aegl. 5. Predatorq; leo, dumosis scorpius aruis, Manil. lib. 2. Rabidus, apud Codrum. Rapidus. Dictus ob hoc lenire tigres, rapidosq;

rapidosq; leones, Hora. in Arte. Pectoris impulsu rapidi strauere leones, Statius 7. Theb. Quem nequeunt rapidi contra constare leones, Lucretius 4. Rigidus. Nec dorcas rigido fugax leoni, Martialis. Rugiens, Quintiano. Sæuus, Lucret. lib. 3. & Mart. Sæua leonum semina, Verg. Sanguineus, Valer. 3. Argon. Terrificus, Salmonio. Toruus. Aut fremuit toruum mutatus membra leonem, Sil. lib. 7. Toruusq; nouos respexit ad vngues, Stat. 9. Theb. Intres ampla licet torui lepus ora leonis, Martialis lib. 1. Triste leonum Seminium, Lucret. lib. 3. Toruus, Martiali. Trux. Quaterentq; truces ieiuna leones Ora, Valer. 8. Argonaut. Tumidus. Tigresq; domat tumidosq; leones, Ouid 2. de Arte. Vastus. Et vastum Nemeæ sub rupe leonem, Verg. 8. Aen. Non tamen vt vastos ausim tentare leones, Propert. 2. Validus. Et validos partim præ se misere leones, Lucre. 5. Villosus, Vergilio & Rufo Festo. Violentiq; ora leonis. Ouid. 2. Metam.

Leænæ epitheta. Africa, Quintiano. Audax. Morsus cruentos passus audacis leæ, Seneca in Agamemnone. Cauernicuba, recentiori cuidam. Dira, similiter & dura, & ferox, apud recentiores leguntur. Fulua. Armenias tigres, & fuluas ille leænas Vicit, Tibullus. Getula. Non vides quanto moueas periclo Pyrrhæ Getulæ catulos leænæ, Horatius Carm. 3. 20. Hyrcana. Non aliter Scythicos armenta per agros Hyrcanæ clausere leæ. Stat. 4. Theb. Immansueta, recentiori cuidam. Libyca. Ipse fuit Libycæ præda cruenta leæ, Ouidius 5. Fast. Marmarica, Quintiano. Sæua lea, Ouid. 4. Metam. Tigridis, aut sæuæ profugi cum prole leænæ, Valer. 6 Argon. Torua leæna lupum sequitur, Vergil. Aegl. 2. Trux, Mantuano.

Græca. Αἴων. Homero, & Oppiano. Etymologus exponit ὁ ἐκ ψυχλοῦ ἔμπυρον, ἢ θάσσων, ἢ μέγας: Homeri Scholiastes αἰόπυρον, θερμόν. sed forsan à colore hoc epitheton indictum est, à quo & vulpes, vt videtur, αἴθων cognominatur Pindaro. Αἰλὺς, Theocrito. Ἀλκήεις, Oppiano. Ἄμοτος & αἱματόεις, Theocrito. Ἀμήχανος, Antipatro. Βαρύφθογγος, Nicandro. Βασιλεύς, Oppiano. Θηρῶν βασιλεὺς ὁ θερσὺς ἀναξ λέων, Philes. Βασίλειος βίαιος, Pollux. Βλοσυρὸς, Oppianus & Pollux: vide initio cap. 3 supra Βλοσυρός apud Varin. Βελαρὸς. Γλαυκιόων. Γηγενὴς ἀνὴρ, Poll. Δεινὸς, Orpheus. Ἐλικτὴς, λέων. (Videtur ad Leonem sidus pertinere.) Ἑσπερίου ὑπατὸν ἔχων ἰσοπέτου λέοντος ἴχνος ὑψοῦ πλὴν ἐλάου τὸν θερμότατον, ἢ λέγεται ἐς εἶτα πλεονασμῷ ἴδιον, Vatinus. Εὐβοεύς, Oppiano & alibi, Εὐβοχαΐ πλάκαι. Τὸν ἐμφυὲς οὔτ' αἰόλων ἀλωπήξ, οὔτ' εὐβοεὺς λέοντος ἀμαλὰ ξανθὰ κῶλα, Pindarus in Olympijs. Τόλμᾳ γὰρ εἰκὼς θυμὸν ἐνβρεμεταῖν θηρῶν λεόντων ἐν πόνῳ, Idem in Isthmijs. Ἐνόρνυχος, Pollux: poëticè νύξιος. Homero. Εὐκόμης, Pollux: poëticè κύκομος. Εὐχαίτης, Pollux. Ἠνορέη, Homero: ὁ καλὸς (al. θάσσων) ἠνορέων ἔχων, Scholiast. communiter ἀνορέη, vt Poll. Ἠύκομοι, Oppiano communiter εὔκομαι, Polluci. Θηρῶν μεδέοντε λέοντε, Oppian. Θερσὸς, Poll. Θηρῶν βασιλεὺς ὁ θερσὺς ἀναξ λέων, Philes. Θερσυδρεπὴς, Oppianus. Ἰσχυρὸς, Pollux, Καλὰς ἀναθρέμμα λεαίνας, Theocritus de crudeli. Καρχαρόδους. Κλυτὸς, Oppianus. Κορυσσοποί, Idem. Κομήτης, κομητὴς, Pollux. Λαχνήεις, Oppian. Μεγαλόθυμος. Pollux. Ὀβριμόπους, Homero. Ὀνοβόλος. Ξανθύκομος vel ξανθοκόμης, Oppiano. Πυρίγλωσσος, eidem: propter oculos igneos. vt in B. dixi. Πελώριος, Apollonio. Πυρσὸς, in epigram. Σίντης, Homero: Scholiast. interpretatur βλαπτικὸς, κακοῦργος. Συμφαλέος simpliciter, Homero. Συμφαλέος θεσσαπτι, Oppian. Ταυροφόνος, Antipat. Ταυροκτόνος, Sophoc. ταχυς. Poll. Τοξεύματος, ἰοστόμος, ἰοστόφορος, ἰοτερμονόεις, eidem. Χαροπὸς, apud Suidam. Χαροπὸς, vide supra in B. de oculis, Ὠμηστὴς vel ὠμηστὴς, Oppiano. Lycophroni & alijs. Ὠμοφάγος. Homero & Theocrito.

Deriuata. Leoninus adiectiuum apud Plinium & Varron. Οἱ ἠλεόντειον ἰδρυχῶντι, Suidas in Φενακίσαι. Λεοντῆ, pellis leonina, vide in c. Λεοντιδίου, ἰσχυρὸς ὡς λέοντα, Varinus. Λεοντιδὲς, leonum catuli. Leontiasis morbus, qui vulgò hodie lepra, vnde dictus sit, in Elephante H. a. ex Actio retuli. Λεοντοχάρμαν βοῦν θέλω (pro θέλειν) Aeschylus dixit, hoc est iuuencam leonis cibum vel qua leo saturatur, Varin. Λεοντοχαρὲς, Λεοντοχαρὴς ἄγκος. Hesychius & Varinus, Claua fortassis erat, insculptum habens leonis caput. quanquam κορυνὴ etiam galeam significat. Πυρικρανίλεοντος, πυρίοντα φαιὸν, ξανθοτριχικὸν. Hesych. Λεοντιδὲς, τοξεραῖς, σὺν λέοντος. Varin. Vbi quis sacris initiabatur, Leontica vocât, aquæ loco in manus mel affundebant, ab omnibus noxijs sceleribusq; ac tristitiam inferentibus sic expurgari arbitrantes. Linguam item melle detergebant ab omni peccati labe, Cæl. transtulit autem ex Porphyrij interpretatione in antrum Nympharum apud Homerum, ex quo loco melius ita vertisset. Melle manibus illorum, qui sacris initiantur Leonticis, pro aqua infuso, manus ab omni re molesta, noxia & abominabili abstinendas significatur: itaq; lotionem igni familiarem adhibent, tanquam isti purgationi eius qui initiatur conueniat, reiecta qua ignis extinguitur aqua. Quæ verò & qualia & cur Leontica dicta sacra hæc fuerint legisse nō memini. Hoc obiter admonendum, vocabula apud Græcos quæ à leone vel deriuantur vel componūtur, eres de obliquis casibus huius feræ syllabas retinere, & in secūda per omicron semper scribi: alia verò multa à λεως quod Atticè populum significat fiunt, quæ per omega scribuntur, nec onto vel onti syllabas obliquorum admittunt, vt λεωδόκος, λεωφόρος. Λεοντοχαὲς saxum planum interpretantur Cælius. Λεοντομάχας Hercules apud Theocritum.

Athenæus libro duodecimo inter saltationum genera numerat λαῶν & λέοντα: Pollux leonem saltationis terribilis genus esse scribit, Μετὰ δὲ ταῦτα λέοντα, μέλας ἀνὴρ ξυρὸν ἔχων, de Aegyptijs qui & nigri sunt, & potu vtuntur hordeaceo, quem syrmæam aliqui vocant, Varinus, ex Lycophrone vt videtur. Οὐ γὰρ μὰ λέαιν' ὀκνήσω περιστιχίδα. (aliàs περικιονίδα) Aristophanes, hoc est, Non stabo (vt) leæna in tyrocnestide: Est autem leæna, schema quoddam libidinosum & meretricium, (σχῆμα σωματικὸν ἀσελγὲς, Varinus in Λέαινα. hinc forte Martialis membri fœminæ muliebre leonem appellauit: vt dicemus in prouerbio Leonem radis.) Tyrocnestis genus est cultri: solebant autem in manubrijs cultrorum elephantes aut leones sculpere. λέγεται δὲ καὶ ἐπ' ἀνδρὸς σκόμμα ποιοῦντος, ὡς λέαιναν ὄπισθεν πηδᾶν. ἁλλάττοντες δ' ἔνιοι τὸ λέοντα εἰς τὸ μὴ δοκεῖν ὑβρίζειν, Suidas in Οὐ γὰρ μὰ. Lea quidem Latinis pro leæna accipitur, sed λέα Græcis ἐν τοῖς ἰδίοις λίθ. exponitur Varino.

Leo sidus. Poetæ dicunt duos leones ab Hercule interfectos, vnum apud Teumessum Bœotiæ montem seu oppidum, & hunc esse volunt quem Iupiter in cœlum transtulerit: vt scilicet Herculis, qui feram inermis occiderat, gloriæ consuleret. Higinus tamen alium fuisse tradit, quem scribit à Luna iussu Iunonis in Arcadia nutritum (apud Lunam in Nemea regione Arcadiæ, Nigid.) & deinde in exitium Herculis dimissum, quem quum Hercules interfecisset (iussu Eurysthei cum Molorcho hospite, Nigid.) ab indignata Iunone in sidera relatum ferunt. Sed vt breuitati studeamus, sequemur Germanicum in Arati Phœnomenis scribentem, Leonem beneficio Iunonis inter astra collocatū, eò quòd virtute feras omnes præcellat. Periander (Pindarus Rhodius, vt habet Varinus: qui tamen hæc verba illi non attribuit) Rhodius refert eum ob primos labores Herculis memoriæ causa honorificè astris illatum. Hic notabilis & maximus inter signa est: habet stellas tres in capite, in pectore claram vnam, &c. Quum Sol ad eius signum peruenit, mense scilicet Iulio, tūc æstatis calor vehementissimus terras adurit, exsiccat

flumina,

flumina,& fruges concoquit, Hæc Rauiſius Textor. Leo quoniam inter quadrupedes principe loco eſt, eam ob cauſam à Ioue ſiderea ſede dignatus videtur, Varinus. Aegyptij (inquit Macrobius Saturn.1.20.) animal in Zodiaco cõſecrauere ea cœli parte,qua maximè annuo curſu Sol valido efferuet calore: leonisq; inibi ſignum domicilium Solis appellant, quia id animal videtur ex natura Solis ſubſtantiam deducere: primumq; impetu & calore præſtat animalia,vti præſtat Sol ſidera: validusq; eſt leo pectore,& priore corporis parte,ac degenerat poſterioribus membris, æquè Solis vis prima parte diei ad meridiem increſcit, vel prima parte anni à vere in æſtatem: mox elangueſcens deducitur,vel ad occaſum,qui diei,vel ad hyemem,quæ anni pars videtur eſſe inferior.Idemq; oculis patentibus atq; igneis cernitur ſemper,vt Sol patenti igneoq; oculo,terramq; conſpectu perpetuo atq; infatigabili cernit Hæc Macrobius. Et rurſus in Somnio Scipionis 1.12. Cum animæ (inquit)à cancro ad Leonem labendo peruenerint, illic conditionis futuræ auſpicantur exordium. Et quia in Leone ſunt rudimenta naſcendi, & quędam humanæ naturę tyrocinia:aquarius autem aduerſus leoni eſt,& illo oriente mox occidit,ideo cum Sol aquarium tenet manibus parentatur,vtpote in ſigno quod humanæ vitæ contrarium vel aduerſum feratur. Scribit Nicephorus in Aſtrolabij ſtructura cor cœleſtis Leonis dici baſiliſcum, Cælius. Leo Solis ſymbolum habet: quoniam oculos habet ignitos,faciem (vt placet nonnullis) rotundam, & in ambitu radiorum quadam imagine etiam pilos,vt ſit planè Solis ſimulacrum.Quo argumento Hori throno leones ſubijciunt. Eſt autem eo nomine Sol,διότι ἐστὶ τῶν ὡρῶν κοσμητής, Cælius. Plura vide in Philologia,cur leo ſolare animal exiſtimetur. Leonis ſideris epitheta: Aeſtifer,æſtiuus,ardens,arens,calens,feruidus,flammifer,flammiger, Herculeus,horrendus,horridus,horrificus,rabidus,ſæuus,terribilis. Horum ex poëtis teſtimonia Textor affert,ſed cõmiſcet ea epithetis leonis terreſtris.Stella veſani leonis,Horatius 3 Carm.Aliqui apud Homerum Iliadis quinto χάλκεον εἶδος, in quo Martem fabulatur tredecim menſes captum fuiſſe,leonis ſidus interpretantur: Vide Scholia Homeri.

Icones. In templo quodam Pauſanias ſcribit, in Agamemnonis ſcuto formidinẽ fuiſſe expictam capite leonino (quoniam leo minimum dormit,ac dormienti etiam oculi ſublucent) cum epigrammate, Οὗτος μὲν φόβος ἐστὶ βροτῶν, ὁ δ' ἔχων λόχμησιν, Cælius. Aencia puppis Prima tenet roſtro Phrygios ſubiũcta leones, Vergilius 10. Aen. Dicitur quibuſdam leo inter vigilandum præcipuè oculos occludere,quos aperiat dormiens:Hinc templorum clauſtris leonẽ ſymbolicè appingebant priores, Cælius. Aegyptijs ἀλκῆς & θράσους ſymbolum eſt Leo.Clemens. De fonte,qui quatuor fiſtulis (κρουνοῖς) per ærei leonis oculum vtrunq; os. & dextrum pedẽ ſaliebat,egregia quæſtio arithmetica extat Anthologij Græci 1,46. ſine authoris nomine, his verſibus: Χαλκεὸς εἰμὶ λέων. κρουνοὶ δέ μοι ἔμπαν ὀμμὰ τιτώσκει, Καὶ στόμα: τῶν δεξιτερὸς δεξιτεροῦ ποδὸς. Πληθὴ κεφαλῆφι δύ' ὄμμασι δεξιὸν ὄμμα, Καὶ λαιὸν τελεοῖς, & πόσιος ἄμφω δίνας. Κρουνοὶ ἐξ ὥρας πλῆσαι στόμα: τὸ δ' ἄνω πάντα Καὶ στόμα, & γλιῶνας, & δίνας, εἶτα πόσον; Huic adiectum eſt ſcholium Maximi monachi quod nos & breuitatis & excitandi lectoris ingenij cauſa,omiſimus. Κρουῶν δ' ἐκπεσόντων (lego ἐκ τῶν χάσματος) τῶν λεοντείων (ſcilicet στομάτων vel χασμάτων) ἐξίασι κρουνοὶ: ὅτι Νεῖλος ἐπαγόμενον ὕδωρ τῶν Αἰγυπτίων ἡρύσατο, ἡλίου τὸν λέοντα προσβάντος, Plutarchus in Sympoſ.4.5. Hoc eſt,vt nos conuertimus: Fontium ſalientibus ora leonum affingi ſolent,vt aqua ex eis profluat, (apud Aegyptios nimirum:) quoniã Nilus aruis Aegypti nouam aquam inuehit Sole tranſeunte leonem. Crœſus inter donaria Syracuſis pictus eſt Mentor ſuculum extrahens pedi leonis,vt in ☞ retuli ex Plinio. Λεόντιος ποταμός, Alpheus fl. quoniam ad eius fontes leonum effigies dedicatæ ſunt,Heſych.& Varinus. Sicyone in templo Aeſculapij ſpectatur Somnus ſopiens leonem ἐπὶ δώτης cognomine,Pauſanias in Corinthiacis. Leænæ ſcorti imago celebris fuit Athenis, ſub ſpecie leænæ feræ, vt inter propria mulierum dicam inferius. Ampraciotæ leænam, quod tyrannum ſuum laceraſſet & diſtraxiſſet, vt ſuæ libertatis vindicem,ſumma religione colunt, Aelianus. In Craneo dicto luco ante Corinthum vrbem ſepulchrum Laidis eſt,cuius operculum effigiem leonis continet, arietem anterioribus pedibus tenentis, Pauſanias in Corinthiacis. Quid ſcalptus ſibi vult aries: quem parte leæna Vnguibus apprenſum poſteriore tenet ? Non aliter captos quòd & ipſa teneret amãtes. Vir gregis eſt aries,clune tenetur amans, Alciatus in emblemate de tumulo Laidis. Delphos mittendam fecit leonis effigiem ex auro excocto decem talentorũ pondo: qui leo dum templum Delphicum deflagrauit à ſemilateribus decidit, ſuper illos enim erat collocatus: & nunc in Corinthiorum theſauro repoſitus eſt, pondo ſex talentorum atq; dimidij, eliquatis tribus talentis ac dimidio, Herodotus lib.1. In ingreſſu Thermopylarum tumulus eſt,vbi nunc ſuper Leonidem (Spartanorum ducem illic à Perſis interemptum) ſtat lapideus leo,Herodotus lib.7. Leo Solis ſymbolum habet. vt in leone ſydere demonſtraui: quo argumento Hori,id eſt Solis throno leones ſubijciunt, Cælius. Leones duo atri in gradibus Capitolij ex atro marmore Lydio ſunt.Ge. Agricola. Cyziceni in altera parte monetæ ſuæ Leonis imaginem ſculpebant,in altera mulieris faciem. Suidas. Auguſtus in curia,quam in comitio conſecrabat duas tabulas impreſſit parieti, Nemeam ſedentem ſupra Leonem, palmigeram ipſam, æſtatem cum baculo ſene, cuius ſupra caput tabula bigæ dependet, &c. Plinius. In manubrijs cultrorum elephantes aut leones ſculpebant: hinc illud, Οὐ σφραγὶς λέων ὅτι προκύπτει ☞, de quo paulò ſuperius dictum eſt. Rex Salomon ſolium magnũ fecit eburneum, cuius fulcris duo leones (araioth) aſſiſtebant: ſed & duodecim leones (araijm, leunculi in tranſlatione Hieronymi) ſtabant illic ſuper ſex gradus hinc & hinc,Reg.3.10. Quatuor animalia circa thronum cœleſtem diuus Ioannes vidit (vt in eius Apocalypſi legimus cap.4.) vnum ſimile leoni,ſecundum vitulo,tertium facie hominis, quartum ſimile aquilæ volanti, &c. quatuor euangeliſtas. Marcum,Lucam, Matthæum & Ioannem, pleriq; interpretantur. Reptat in vmbone leo flammeus,Poeta quidam recentior. Plurimi quidem huius ſeculi principes & nobiles viri, leonem ad inſignia & ſtemmata tanquam fortiſſimum animal aſciſcunt: vt alij alia ferociæ & iracũdiæ plena & rapaciſſima animalia potius pro inſignibus quàm placida & manſueta habere malunt. Leonem Florentini vrbis inſigne habent, aluntq; ſemper viuos,vt Bernenſes noſtri vrſos. Δεοντόκρανον, Ἀμαζονικὸν ὅπλον, Heſychius & Varinus. De ſpectro Tricipiti,capitibus aquilæ, Leonis & bufonis, quod Marco miro Troianorum circa Mæotim regi apparuit, ex Munſtero hiſtoriam vide in lib. Quadrup. Ouipar.in Rana rubeta H. a. Leontarium collyrium dictũ propterea quòd Leonis imago ei imprimeretur,apud Galenum κατὰ τόπ.4 7.

Sunt & à leonis pelle & pantheræ nominatæ gemmæ.leontios & pardalios, Plin.lib.37. Et alibi,Gemma achates apud magos, quæ leoninæ pelli ſimilis fuerit, potentiam habere contra ſcorpiones dicitur. Leoninus lapis à quibuſdam herba lithoſpermon appellatur,de qua mox rurſus.

Leontion & leoninus lapis,vt inter nomenclaturas Dioſcoridi adſcriptas legitur, herba lithoſpermon vocatur,cuius ſemina lapidis inſtar dura & fragilia ſunt,& magnitudine coloreq; margaritas referunt: vulgò milium Solis vocant,& aduerſus calculum renum vtuntur. Radix ei magna. Sed alterum genus parua & inutili radice,

foliis & granis minoribus locis cultis naſcitur in aruis. Eſt & harundinis genus ſimili grano ſed maiores aliqui lachrymam vocant. His addamus leonticen, quæ alio nomine cacalia vocatur, cui ſemen margaritis minutis ſimile inter folia grandia dependere, in montibus ferè, Plinius ſcribit. Plura de ea leguntur apud Dioſcoridem & Ruellium lib.3 cap.128. Recentioribus vt adfirmāt (inquit Ruellius) dicitur agreſte carui: fruticoſa eſt, ſemine minutis margaritis ſimili, inter folia magna pendulo, quæ ad oleagina vel querna ſatis accedunt. Dioſcorides non folia vt Ruellius, ſed florem querno oleaginoue comparauit, vt impreſſi codices Græci habent: ſed pro ἴρυι id eſt quercui, i. genēnui βους hoc eſt muſco, ex vetuſtiſſimis codicibus rectè docet Marcellus Vergilius. Quercus, certe & oleæ foliorum ſpecies nihil commune habent, & Dioſcorides de floribus clariſſimè loquitur ſunt autē flores oleæ muſcoſi, &c. vt Ruellij hac in re oſcitantiam miremur. Idem 2.141. aliam Plinij leonticen ſiue cacaliam putat, & aliam Dioſcoridis, quoniam diuerſas vires eis adſcribant: & Dioſcorides ſeminum margaritis ſimilium nullam mentionem faciat: vbi rurſus hominis negligentia ſe prodit, cum apud Dioſcoridem οἱ μὲν τὸν ἀχαρνικὸν κάκαλιν manifeſtè nominentur. Quod vires attinet, cum cætera omnia conueniant, non ideò diuerſa erit Plinij leontice, etſi quædam ei à Dioſcoride non memorata attribuat: Quanquam granis eius ex cerato inunctis faciem extenſam & ſine rugis ſeruari, Plinius etiam iiſdem quibus Dioſcorides verbis de cacalia refert 26.16. quod itidē Ruellius non animaduertit. Cacalia quidem dicta videri poteſt, quaſi coccalia, quod coccis, id eſt granis peculiaribus inſigniatur: Leontice verò, vel quod ſimiliter vt litho ſpermon (quod & ipſum, vt paulò ante monui, leontion vocatur) grans margaritis ſimilia proferat: Vel quod radicis commanducatæ ſuccus arteriam ſimiliter iuuet vt glycyrrhiza, Galeno teſte. Vocatur autē glycyrrhiza quoq; leontica inter nomenclaturas Dioſcoridis. Cæterum Galenus pro cacalia cancanon, καγκανον, nominauit: Paulus cacanon, κακανον: Cancamon verò ſcribit lachrymam eſſe ligni Arabici, myrrhæ ſimilem, odoratam, ad ſuffitus vtilem, vi extenuandi corpora obeſa, item abſtergendi & aperiendi obſtructiones, vt & Dioſcorides pluribus. Hanc Serapion & alij Arabes ſic appellant: laccam vertūt interpretes. Sed quæ hodie in officinis lacca vocatur, nec odorata eſt, nec ſimiles habere vires videtur: Ego eius loco medicamentis myrrham potius iniecerim, quàm vt Monachis qui in Meſuen ſcripſerunt placet, draconis vulgò dictum ſanguinem, cui vis aſtrictoria. Nō probo eos qui canchamum apud Dioſcoridem per c. aſpiratum ſcribunt: Mirum autem nullam huius lachrymæ mentionem à Galeno fieri. Ex confinio caliæ cinnamiq; & cancamum actarum inuchitur Plinius, nec alibi plura. Caccaliam Paulus per cappa duplex ſcribit & eandem cacano facultatem habere tradit: Cacanon autem, vt iam dixi, Galeni cancamon, & Dioſcoridis cacaliam vocat, vt nō ſolum eandem vim habeat ſed eadem omnino ſit. Sed huiuſmodi errores Pauli etiam alibi reperias, res eaſdem propter nominum diuerſitatem diuerſas exiſtimantis. Redeo ad cacaliam herbam, quam leonticen quoq; vocatam dixi: eam quæ hodie ſit nullus adhuc demonſtrauit, nam quod de carui agreſti Ruellius ſcribit certi nihil eſt, & ex auditu tantum (vt apparet) ab eo ſcriptum: ego coniecturam ſaltem meam afferam, vt excitem diligentiores. In Galliæ & Italiæ hortis vidi lachrymam vulgò dictam herbam, foliis magnis harundini ſimilibus, candicantibus, inter quæ caulis rectus aſſurgit: & inter folia caulemq; naſcuntur grana candida, lapillorum duritie, vnde recentiores etiam aliqui lithoſpermon nominant. Ea filis inſerūt mulierculæ, & quædam ita preculas ſuas numerant. Hæc niſi cacalia eſt, aliam doceri cupio. Eſt ſanè perquam dulcis, vt arteriæ quod de cacalia ſcribitur, non minus quàm tragacantha aut dulcis radix vtilis videatur. Herbæ huius mentionem facit Hier. Tragus 2.140. lithoſpermum maius vocitans, *groſſi ſtemſamen*. Leontopetalum herba dicta videtur, ac ſi aliquam in foliis (ἀπὸ τῶν Græci poetæ vocant) cum leone, vel pedibus leonis ſimilitudinem habeat: quod tamen authores nō exprimunt. Leontium etiam & leoninum ſemen, eiuſdem herbæ nomina ſunt inter Dioſcoridis nomenclaturas. Habet hæc planta, vt Plinius & Dioſcorides ſcribunt, caulem ſemipedalem aut maiorem, alis numeroſum, quarum cacumine in ſiliquis ſemina ciceris modo bina ternaq; continentur, florem puniceum, anemones ſimilem, folium braſſicæ, diuiſum papaueris forma: radicem nigram, ſimilem rapæ, ſtrumoſam, tuberculis quibuſdam ceu nodis articulorum eminentibus naſcitur in aruis frumētario agro. Hanc ego me ignorare fateor: & ſanè melius etiā Ruellius idem de ſe confeſſus eſſet, quàm patam leonis vulgò dictam, eandem aſſerendo reprehendēdi nobis occaſionem reliquiſſet. Nam pata leonis apud Gallos non alia quàm cōſiligo vel pulmonaria veterinariorum eſt, de qua abunde docui in Boue cap.3. Ea quantum differat à leontopetalo, & deſcriptionem partium ſingularum conferenti ſatis patebit: & inſuper vires conſideranti: radicis enim leontopetali vſus intra corpus eſt, conſiliginis non item. Leontopetalon tertio gradu calida & ſicca eſt: conſiligo, vt mihi videtur, in quarto & cauſtica: eadē aut maiore potius efficacia qua helleborus niger, ideoq; illi antiballomenon. Leontopetali radix aduerſatur omnium ſerpentium generibus ex vino pota, nec alia res celerius proficit, Plin. Picturam eius nuper Matthiolus Senenſis dedit. Alia eſt leontopodium (quamuis idem nomē leoptopetalo etiam tribuitur: Apuleius capite ſeptimo leontopodion deſcribens, eadem ei nomina tribuit, quæ Dioſcorides leontopetalo) de qua Dioſcorides: Digitalis, inquit, herbula eſt: foliola habet anguſta, longitudine trium quatuórue digitorum, hirſuta, ab radice lanoſa & albicantia, flores nigros, &c. Hanc hodie ignotam puto: nec eſt quod magnopere eam nouiſſe affectemus, cum ad amatoria tantum in vſu fuiſſe Dioſcorides ſcribat (licet in extremo capite Græco addatur, eam phymata quoq; diſcutere:) vt Plinius quoq; cemon vel camon, quæ eadem eſt. Et Dioſcoridis etiā de leontopodio caput in vetuſtiſſimis codicibus de cemo inſcriptum erat, vt Marcellus Vergilius docet, qui & alia nonnulla affert de herba hac cognoſcenda laborantibus vtilia. Atqui Plinius alibi leontopodion aluum ſiſtere & bilem purgare ſcribit, ſemine lymphatica fieri ſomnia, campeſtri & gracili ſolo naſci. Item alibi, ſemen leontopodij tritum in aqua cum polenta, tela omnia infixa corpori (ſpicula ſagittarum, alibi) extrahere. Sed hæc de leontopetalo intelligi debent: quod inde facile colligo, quoniam à Plinio cognominatur liceron, (litheoron, vt Hermol. legit. & corypetron) dorypetron & toriuentoron: quæ nomina apud Dioſcoridem inter leontopetali nomenclaturas leguntur, paulum modo variantia, λιχορον, μελικτρεις, τερυνθρον.

Accedunt natales ijdem: & vires extrahendi ſagittas calidæ ſiccæq; facultati in tertio gradu conueniunt: & ſi hæc facultas quibus ineſt, à tota ſubſtantia ineſſe videatur.

Sed ſi aluum ſiſtit, quomodo bilem purgat? ego ciere potius quàm ſiſtere dixerim: eaq; cauſa à Dioſcoride etiā tradi, leontopetalon miſceri clyſteribus ad coxendicis dolores, nimirū ea facultate qua centaurium minus & colocynthis, &c.

Forte etiam Plinij lectopodium ſiue cemos, aliud eſt quàm Dioſcoridis, & idem (vel eadem) poteſt cum helxine ciſſampelo vel conuolvolo, nempe bilem purgare, tela extrahere. Κνμ. capiſtrum eſt aut vas eius figuræ vt

ſupra docui in Equo H.e. cuius formam eius flores vel tintinabuli referunt. Vocatur etiam liceron puto à Gal. hodieq;, vt à Plinio: & fieri poteſt vt nomina quæ leontopodio debebantur, Dioſcorides vel alius non recte leontopetalo adſcripſerit. Marcel. Vergilius cemon dictum conijcit, quod freni inſtar coërceat amantium animos. I. ex innominato authore addit florem roſeum eſſe, in quo folia albicent: quod verò inter folia medium eſt nitescat. Quod forte ad Dioſcoridis cemum nobis ignotum pertinet.

Leontopodion, inquit Hermolaus, in vetuſtiſſimo Dioſcoride appictam vidimus, ſimillimã herbæ quam gus ex noſtra conſuetudine calendulam appellat, vt eadem omnino eſſe videatur, Hæc ille. Apud me verò nec huius picturæ & ſimilium authoritas eſt, vbi deſcriptio longè diſſentit. Pata leonis, ſi bene memini, in quibuſdã Italiæ Galliæque locis, non ſolum conſiligo, vt iam dixi, ſed etiam geranij montani quoddam genus vocatur, radicibus oblongis, rubris & maximè aſtringentibus, flore purpureo anemones, foljs multifidis ſpecie quadam digitati pedis, noſtri *blutwurtz*, id eſt radicem ſanguinis, quòd illum ſiſtat, appellant. In hortos tranſlatam, viuaciſſimam eſſe obſeruaui.

Branca leonis, herba flaura, Syluaticus. Et alibi, Herba flaua (aliâs Maura) planta leonis id eſt trifolium maius. Iligas, id eſt pes vel brancha leonis, herba, Idem. Eruditi hæc nomina de trifolio aſphaltite intelligunt. Orobanchen herbam in Bojis hiſtoria cap 3. copioſè demonſtraui.

Eam Itali quidam, authore Petro Matthæolo, lupam vocant, quòd deuoret plantas quæ prope ipſam naſcuntur: alij caudam leonis: Inter Dioſcoridis certe nomenclaturas leonem quoque appellari legimus: Item in Geopon 2.40. vbi Sotionis verba hæc ſunt. Leguminum leo, oſprioleon Græcis & orobanche appellatus, non proueniet in aruis, ſi in quatuor angulis & in medio aruo rhododaphnes ramulos infixeris. Quod ſi velis hanc herbam in totum non apparere, quinq; teſtas accipito, & in ipſis cum creta aut alio colore albo Herculem leonem ſtrangulantem pingito, easq; teſtas ad quatuor angulos & in medium arui deponito. Alij teſtam ita depictam in media tantum area defodiunt. Eſt & alia quædã naturalis cura (nos hic ex Græco mutilam Cornarij tranſlationem reſtituimus) à Democrito etiam prodita, huiuſmodi. Quoniam leo animal gallo viſo expaueſcit & contrahitur: ſi quis gallum manibus ſtrenuè comprehenſum circa agrum geſtet, herba leonina (λεοντοπέταλον) mox abolebitur, tanquam & ipſa leonem timente.

Aliqui experientia docti ſemina terræ mandanda gallinacco ſanguine irrigant, tanquam tuta ſic à leonina herba futura Ruellius compoſita voce leontobotanon protulit.

Βοτάνα τιν' (καλλίαν) ἀθλοφόρον λέοντος γυμνάσαντ' ἐρατὰν, Pindarus in Nemeis: hoc eſt, Calliam olim victorem herba leonis coronauit: vbi Scholia, Herbam leonis dictam ex Archemori ſanguine prognatam aiunt. Alij. quod præſtat, ipſam Nemeam λέοντος βοτάνην interpretantur, παρόσον κατ' αὐτὴν διήρχετο λέων ἐκεῖνος, vt βοτάνη hic non herbam ſed locum paſcuum ſignificet, in quo ſcilicet paſci ſolebat leo Nemæus. Alij apium herbam: quòd Hercules victo leone, apio coronari in Nemeis victores inſtituerit ſed imperitè. cũ & certaminis inſtitutio & ex apio coronæ præmium, Archemoro authori tribuantur. Hæc Scholia. Leonis cuiuſdam herbæ meminit etiam Columella in Horto ſuo, his verbis, Et hiantis ſæua leonis Ora feri. Et rurſus, Oſcitat & leo. Numerat autẽ inter herbas vernas & florum gratia ſeri ſolitas, vt narciſſum, hyacinthum, violas, roſas. Apparet ſanè nomẽ ei à floris figura inditum quæ leonis inſtar hiantis oſcitet, vt ipſe loquitur. Libro quidem vndecimo, vbi proſa rem hortenſem eodem ordine deſcribit, quo prius carmine nulla eius mentio: fatetur & Hermolaus in Corollario ſibi ignotam. Forte Aquilegia eſt noſtra quæ verna eſt, & florum gratia ſeritur, quibus hiantem veluti rictum refert. Os leonis herba flore purpureo, Peroteus ſine authore: Videtur autem exiſtimaſſe eandem leontopetalon Dioſcoridis eſſe, cui flos puniceus anemonæ ſimilis attribuitur. Cyclaminum Theſſalus herbam leonis (ſideris: nã & alias herbas à ſignis zodiaci denominat) appellat, Aggregator. Leontocharon, polium, vt habent nomenclaturæ cum Dioſcoride. Cichorij ſylueſtris genus folio latiore, quod hedypnoida cognominant, flore luteo in pappos abeunte, leonis dens vulgari voce dictus creditur, Ruellius. Eandem aut omnino & genere & viribus ſimillimam, Dioſcoridis hieracium alterum eſſe dixerim. Herbarij quidam in Gallia thymelæam, leonem terræ nuncupant, Ruell.

Animalia. De leopardo in Panthera dicetur. Leontophonus cap. 3. explicatus eſt. Chimæram monſtrũ ex leone, capra, & dracone compoſitũ fabulantur: fabulæ allegoriam, & ſingulorũ in ea animaliũ ſignificationes interpretatur Cæl. 13. 9. Prima leo, poſtrema draco, media ipſa chimæra, Lucret. Vide ſupra in Capra H. a. Chamæleon quadrupes ouipara ſuo loco tractabitur. Leo feram ſignificat, & virginem & piſcem, Heſych & Varin. Pro virgine vſquã legiſſe non memini. Homerus quidẽ de Diana, quę ſemper virgo fingitur, canit: Ἔνθ' αὐτὴ λέοντι ἐΐσκετο ζώοις. Leonem verò piſcem (nomine piſcis cõmunius vtentes) non alium, quàm oſtracadermon illũ cancrorum generis intelligere videntur, de quo in libro de piſcibus dicemus. In mari magno circa Taprobanen inſulam infinitos piſces procreari ferunt, habentes capita leonum, pantherarum, & arietum, aliorumq; animalium, Aelian. Eſt & inter ſerpentes leo apud Nicandrũ, alio nomine cenchrines dictus, oblongus, maculoſus: quem Scholiaſtes leonem dici putat, vel ex variantibus ſquamis, aut ex generoſitate, aut quia rectã geſtat caudã, & ſe ea diſſlagellando excitat in pugnã: vel quia mordet, ac hominis ſanguinẽ exſorbet, quæ ipſa & leo facit Cæl. Laiſch, לַיִשׁ, vox Hebraica Iob cap. 4. ab Hieronymo tigris transfertur, à Septuaginta μυρμηκολέων, vel potius μυρμηκολέων: Eſaiæ verò cap. 30. leo ab Hieronymo, catulus leonis à Chaldæo, &c. vt ſupra in A. dixi Ego vocem μυρμηκολέων nuſquã reperio, nec diuinare poſſum quale ſit animal: & vt maximè ſit in rerũ natura, non rectè tamen pro Hebraica voce laiſch poni videtur. qua leonem doctiſſimi pleriq; ſignificari teſtantur: proiectæ quidẽ ætatis Dauid Kimhi, catulũ verò Chaldaicus interpres & ipſi Septuaginta Eſaiæ cap 30. Abraham Prizol leonis genus intelligit. Hæc iam ſcripſeram cum reperi apud Strabonem lib. 6. hæc verba: Extremæ Arabiæ vltimũ promontorium fert pardales fortiſſimas, & leones qui μυρμηκες, id eſt formicæ vocantur, & genitalia ſurſum verſa (ἀνεστραμμένα αἰδοῖα) habent, & colorem aureum, nudiores Arabicis. (Eædem fortaſſis formicæ ſunt Inditæ, quibus magnitudo Aegypti luporum, Plinio.) Leones quidem aurei coloris reperiuntur etiam in intima Africa: vide in b. Tigris eſt vt leo, Varro. Tigris leænæ omnino ſimilis videtur præter ſolam pellem maculis exornatã, Gellius. Megaſthenes ſcriptis mandauit, in Praſijs tigres gigni leonibus duplo ferè maiores. Idẽ. Catus leoni vel potius leænæ quodammodo ſimilis eſt: ſed cati auriculæ acutiores, leænæ rotundiores ſunt. Gryphem Indicũ aiunt quadrupedem vt leonem eſſe, vnguibus etiã robuſtiſſimis leonum ſimilibus, Aelian. Sphingem fabulantur ex corpore virginis & leonis compoſitam eſſe, Aelian. Camelopardali poſteriores corporis partes leoninæ ſunt. Mantichoræ Indicæ feræ corpus leonis eſſe Ctelias ſcribit, caudam ſcorpionis modo ſpicula infigentem, Plin. Leucrocutæ etiam feræ Indicæ, collum,

Digitized by Google

cauda.& pectus leonis apud eundem contribuitur. Dæmonium leoninum, est permixtio rationis cum actis malis lædentibus & iracundis, Andreas Bellunensis.

Propria. Leo, Λέων, nomen proprium multis olim viris attributum. Videtur etiam Germanicum Leonhardi nomen à leone factum, vt Eberhardi ab apro, Bernhardi ab vrso, ac si istorum instar animalium fortes dicas. Leones dictos Romanos imperatores & pontifices aliquot in historijs legimus. Ἐστι γυνὴ, πέξει δ' λέοντ' ἐφ' ἁμᾶς τὸν Ἀθηναίων, Ὃς τὰξεί δ' ἡμῶν πολλοῖς κάνω λαμαχήσεται, Ὥστε περὶ σκυμνοισι βεβηκώς, oraculum fictum in Equitib. Aristophanis, tanquam Athenienſibus de Cleone datum: pulchrè enim colludunt nomina Leon & Cleon. Κάνω λαμαχήσεται, τοῖς ῥήτορσιν, ἤγουν πῶς Μήδοις λέγει, Scholia. Et cum Cleon gloriaretur se esse ἀνὴρ δ' λέοντος, Demosthenes interlocutor subijcit, Καὶ πῶς μ' ἐλελήθεις Ἀνταίου γεγονώς; Ἀνταῖος, ὅτος παντὸς καμψὸς ἦν καὶ παλαιστὰς ἄμαχος, Scholia. In Trœzenia naui capta à classe Xerxis, viro strenuissimo nomen erat Leoni, quo nomine nonnihil fortasse gloriabatur, Herodot. lib.7. Leon nomen ducis Athenienſis apud Xenophontem rerum Græcarum lib.1. Theodosius iunior imperator Eudociam Leonis Athenienſis philosophi (Leonitij sophistæ Athenienſis filiam, Gyrald.) vxorem duxit, Egnat. De Leone imperatore Romano, vide Suidam: item de eiusdem nominis Alabandensi rhetore & Byzantio philosopho, cuius historiam in Onomastico quoq; reperies. Platonis Alcyon à quibusdam Leonis Academici esse creditur, Athenæus lib.11. Leo Tornicius dux defectionis contra Constantinum monomachum post aliquot prælia ab eo captus, oculis priuatus est, Egnat. Leon celebris pictoris nomen apud Plinium. Ταύρι βαχὺν πίνοντα, &c. καὶ Λέοντος ἄμμα δ' Μιλησίου γίγαντος, ἀδ' Ὀλύμπου Ζεὺς ἀτρέμας εἶδεν, Antipater in Epigrammate. Idem fortassis fuerit Astydamas Milesius, vir longè maximo & validissimo corpore, voracissimusq;, vt scribit Athenæus lib.10. Leo Euryeratis filius, Lacedæmoniorum dux fuit contra Tegeatas, Pausan. in Laconicis. Leo Athenienſis, vnus ex eponymis tribuũ Athenis, filias suas publicæ salutis causa ex oraculo traditur deuouisse, Idem in Atticis. Pantaleontem è Pisis oriundum tyrannum, Pisatilem appellat Næuius, cum aliqui inde profecti nunc Pisani dicantur, Fest. Legitur hoc nomen etiam in Statibus Hermogen. Leones aliquot scriptores, veteres & recentiores, in primo Tomo Bibliothecæ commemoraui. Leonticus (Λεοντικὸς) Argiuus Tragœdus inter opsophagos numeratur ab Athenæo lib.8. Leontios aliquot vide in Bibliotheca nostra, (& aliquos apud Suidam Leontius statuarius, & Leontion pictor, apud Plinium nominantur:) Vbi etiã Leonellus, Leobinus & Leodrisius scriptorum recentiorum nomina, à Leone formata videntur. Λεοντίδης nudum nomen apud Suidam: cui simile est Leonides, non tamen à leone factum, cũ secunda per o.magnũ scribatur. Vt etiam Leonicus, Leophron, Leonãs, à quo etiam alterum nomen viri Leonatus factũ apparet, apud Suidam per n.simplex (aliqui nõ rectè n.duplicant) & omicron in secunda, quod non placet. Leontiades tyrannus apud Xenophontem rerum Græcarum lib.5. Leontichus vir in meretricijs dialogis Luciani. Samij Rhadinæ & Leontichi monumentum habẽt, ad quod qui amore torquentur, vota facere solent, Pausan. in Achaicis. Leontychidæ etiam viri nomen apud Cælium Rhodig. legi. Leontiscus, à Leontio diminutiuum. Hoc nomine pictor Plinio celebratur. De Leontisco Messenio acrocherſite lege Suidã Eiusdem Eliacorũ secundo Pausan. meminit. Leontiscus pancratiastes Maniam meretricẽ amauit, Athen. Leontius virile, Leontium muliebre nomen est. Sed viros deflexum à leone nomen ornat, & fortitudinis signum vel omen est: in mulieribus libidinis nota. Leontij enim & Lænæ nomina meretricibus tantum posita legimus: forte quod leo etiam pro muliebri pudẽdo accipiatur, vt supra dictũ est, & læna pro schemate libidinoso. Leontij meretricis Epicuri, quæ philosophiæ etiam Epicureæ operam dedit, meminit Athenæus lib.13. Leontium Epicuri cogitanté pinxit Theodorus, Plin. Cum meretricula etiã Leontium contra Theophrastum scribere ausa sit, Cicero 1.de nat. Læna meretrix apud Lucianum. Patientia corporis innumera documenta peperit: clarissimum in fœminis Lænæ meretricis, quæ torta nõ indicauit Harmodium & Aristogitonem tyrannicidas, Plin. lib.7. Et rursus lib.34. Iphicratis (statuarij) læna laudatur. Scortum hæc lyræ cantu familiare Harmodio & Aristogitoni, consilia eorum de tyrannicidio, vsq; ad mortẽ excruciata, tyrannis nõ prodidit. Quamobrem Athenienses & honorem habere ei volentes, nec tamen scortum celebrasse, animal nominis eius fecere: atq; vt intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt. Propter Hipparchi mortem (inquit Pausanias in Atticis) Hippias iracundiam suam tum aliâs declarauit, tum in mulierem nomine Lænam. Hanc enim in tormentis donec periret afflixit, sciens illam amicam Aristogitonis fuisse, & consilij eius minimè insciam existimans. Propter hanc fœminæ virtutem, deiectis tyrannide Pisistratidis, æream lænam Athenienses in rei memoriam cõflarunt. Demetrius Poliorceta tum alias tum Lænam meretricem Atticam amauit, Athenæus. Et rursus, Læna Harmodij tyrannicidæ amica, cum ab Hippia tyranno cruciaretur, ἔδειν ἐξεπούσα τοὺς βασιλέως τυραννοκτόνους. Hinc elegans emblema effinxit Alciatus, quod inscripsit, Ne quæstioni quidem cedendum, id breuitatis causa omitto.

In Co feruntur olim habitasse nymphæ, quæ è leonibus territæ in Carystum transierint: vnde & promontoriũ in Co Leon appellatur, Heraclides. Themistocles cum ad res Græcas conficiendas ad mare descenderet, Epixies Persa superioris Phrygiæ præfectus, diu illi paratas tetendit insidias, Pisidis quibusdam dato negocio, vt illũ cum in vrbe Leonis capite nuncupata diuersaretur, obtruncarent. At illi fertur meridiano tempore dormienti, deorũ mater per somnium se offerens, O Themistocles exclamasse, effuge Leonum caput, ne ipse in leonem incurras, Plutarchus in Themistocle. Sunt in honore intra decursus Nili multa oppida, præcipuè quæ nomina dedere ostijs: & Butos, Leontopolis, &c. Plinius lib.5. cap.10. (huic nomen positum à cultu leonum, dicam in h.) Ibidem cap.9. Leontopoliten inter Aegypti præfecturas numerat. Alexandriæ octodecim in historijs numerantur: harũ vna est Libyæ siue Aegypti vrbs, in qua sepultus est Alexander Macedo, (vnde Μακηδόνιον πολίεθρον Dionysius Afer appellat) cum alijs nominibus diuersis appellata, tum Leontopolis propter Olympiadem Alexandri matrem, ἧς ἡ Γαζιφθορηνὶς λέοντος εἰκόνι λέγεται. Eustathius in Dionysium. Iustinus rex Armeniam in quatuor partes diuisit. Earũ prima cęterarum clarissima Heptapolis vocatur, cuius metropolis est Bazanis (Βαζανὶς) Leontopolis prius dicta. Eustathius in Dionysium. In ora (id est versus mare) Phœnices situm est Leontos oppidum, Plinius. Leonis vicus (Græcè est Λέοντος κώμη, quæ duæ voces in vnam forte coniungi debent, nisi κώμη legendũ sit, vt interpres legit) in Arabia mediterranea est. Strabo. Λέοντος κώμη in Phrygia est, Athenæus. In extrema ad meridiem Arabiæ ora à Dira vsq; ad Austri cornu, columnæ & aræ sunt Pytholai, & Leonis, &c. Strabo. Leontarne, Λεοντάρνη, apud aliquos, vicus est circa Heliconem: vel fons, ita dictus eò quod Adrasto illic sacrificante, leo agnum rapuerit, Varinus in Λέων. Leontius alueus, Λεόντιος ποταμὸς, pro Alpheo: quoniam iuxta fontes eius leonum simulacra collocata sunt, Hesychius & Varinus. Leontion, ciuitas Siciliæ, Onomast.

Leontini Siciliæ campi fertilissimi apud Plinium celebrantur 18.10. Leontini oppidum Siciliæ, Plinius 3.8.

Scribit

Scribit Lycophronis interpres, Læstrygonas esse, qui nunc in Sicilia dicantur Leontini, &c. Cælius. Λεοντίς tribus quædam Athenis, Polluci & Hesychio à Leone quodam viro dicta, cuius superius memini. Leonicum agri Vicentini oppidum est, Cælius Rhodig.

b. Leones in Europa non nisi quadam Thraciæ parte reperiuntur: nam Nemæus, qui & Cleonæus, fabulosus est. In Asia diuersis locis. Caspium leonem poetæ cognominant, à Capijs montibus in Septentrione haud procul Armenia & Hyrcania. Parthicus, Marullo. Sylua jubatus qualis Armenia leo, Seneca in Thyeste. Idæus, quasi Cybeleius, ab Ida Phrygiæ monte matri deûm sacro, cuius currum trahi leonibus fingunt. Phrygius, eadem ratione qua Idæus, vel quod leones multi sint in Phrygia, Textor. In Africa: inde epitheta, Libycus, Getulus, Massylus, Marmaricus, Maurus. Fere omnia quæ diximus de leone, habet etiam lupus, sed minus eo: improbior tamen est, & magis insidiosus, Albertus. Quatuor leonum secundum colorem differentiæ, inueniuntur in regno presbyteri Ioannis, (vt vulgò vocât) in intima Africa vt legitur in epistola quadam Hebraica quam in fine Cosmographiæ suę Munsterus adiecit,) nempe aurei, flaui, albi & nigri. Sunt & leones formicæ aurei coloris, vt supra in a dixi. Oculos natura nobis, vt equo & leoni setas, Cicero 3. de Orat. Γλαυκώπιδες αἱ λέαιναι apud Homerum dicitur, vt scribit Porphyrius à glauco, glaucum autem ἀπὸ τοῦ γάλακτος, ab lacte, quod esse λευκὸν conuenit, & proinde album. Sic Minerua glaucopis appellatur, & mare glaucum, & ipsa tranquillitas galenę: niteſcit enim tranquillum mare, obscuratur turbulentum, inde Homerus μαλακὸν δέ τε κῦμα γίνεται. Hinc & oculi pupilla γλαυκὴ, & ἐπιδέσια τρίγλης, quod ex albedine splendicęt. Aristoteles in Physiognomicis oculos leonis charopos vocat, eosdem verò glaucos esse Apollonij interpres probat: Theodorus charopos in Aristotele fuluos interpretatur. Rauam lupam apud Horatium de oculorum colore dictam interpretantur: quia rauus color, fuluus sit, sed nigroris habens aliquid. Proinde rauos oculos, charopos rectè dixeris: quãdo & Porphyrio rauum esse fuluum dicit. Charopos subnigros putãt alij, ac dici à nobis varios ęgopos verò subglaucos seu caprinos. Plutarchus in Mario charopos Germanorũ oculos appellat, interpres horrendos intellexit, Cæl. Et alibi, Glaucôpin Minernam dici putat Phurnutus, non tam quia glaucos haberet oculos, quàm de formidoloso aspectu, quoniã & glauci dicantur leones βασιλικοὶ, id est regij, & poetarum quidam dracones vocet glaucôpas. Ἐπιπολαιότερον τὸ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν εἰρῆσθαι τῶν λεόντων ὑπό τινος γλαυκὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ὑπειληφότος, Eustathius. Os leonis, φόνιον χάος: Oppianus appellat. Os non de homine tantum, sed pecude etiã & fera dici potest, veterum authoritate, vt de leone apud Vergilium lib. 7. Fremit ore cruento, Nonius. Tori comæq; ceruicis fluctuantes, Gellius de leone. O quantum per colla decus, quem sparsit honorem, Aurea lunatæ cum stetit vnda iubæ? Martialis. Alceam herbam (ex genere syluestris maluæ) in penultima, vt quibusdam placet, sine diphthongo scribitur, distinguẽdi causa ab alcæa, id est leonis animantis cauda: quæ etiam cercis dicitur: quanquam & herba quædam cercis est, è qua radij fiant textoribus, vnde & nomen, Hermolaus. De alcæa emblema Alciati extat, titulo Ira, huiusmodi. Alcæam veteres caudam dixêre leonis, Qua stimulante iras concipit ille graues, Lutea cum surgit bilis, crudescit & atro Felle dolor, furias excitat indomitas. Σιδηρεῖον ὀπίσω τῶν ἀκανθῶν, Oppianus. Simiarum genus in Prasijs Indis esse ferunt, barbatæ satyrorum instar, & cauda Leonis insignes, Aelianus.

c. Λεόντειον βρύχημα, rugitus leoninus, Varinus. Hinc exaudiri gemitus, iræq; leonum Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum, Vergilius de Circe 7. Aene. Ὠρυμὸς rugitum Leonis vocat Theocritus, & latibulum eius, κοίλιον, αὐλὶν. Ὡ ρύετθαι λέγεται ὅτι λύκων κυνῶν τε καὶ λεόντων λειμώνιόν ἐστιν, &c. Varinus. Minimum dormiunt, sub lucentq; dormientium oculi propterea in Agamemnonis scuto formidinem leonino pictam capite scribit Pausanias. Λαφύσσειν, deuorare, de leone, lupo, & huiusmodi feris dicitur. Menelaus conspecto Paride aciem Troianorum præeunte, Ὡς τε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι πήρας, Εὗρεν ἢ ἔλαφον κεραὸν, ἢ ἄγριον αἶγα: Πεινάων μάλα γάρ τε καταδύεται ἔγκατα πάντα (καὶ) αὐτὸν Σίνηται τε χῆνες πτανοὶ, θαλερόί τ' αἶγες, Iliadis tertio. Σαρπηδόνα μητίετα Ζεὺς Ὧρσεν ἐπ' Ἀργείοισι, λέοντ' ὡς βοσιν ἕλιξιν, Iliados μ. Et mox de eodẽ, Βῆ ῥ' ἴμεν ὡς τε λέοντ' ἐσσυμένως ὀρεσίτροφον, ὅστ' ὀπάδοις Δηρὸν ἐκκρεῶν. κέλεται δέ ἑ θυμὸς ἀγήνωρ, Μήλων πειρήσοντ' ἐς ἰὸν πυκινὸν δασυλήτων. Εἴπερ γάρ κ' εὕρησι παρ' αὐτόφι βουτόρας ἄνδρας Σιμβλεύοντας ἐν ἀγρονόμοις φυλάκοισιν ἀμέλγοντας, Οὐδέ τ' ἀπείρητον (ἀνὰ δ' ἔπτοαλε, πᾶσι δὲ θυμὸς) μίμονε σαθμηθῆ ἐλθέμεν. Ἀλλ' ἤγ' αἰὲν ἔπειτα μετάλμενον, ἠὲ καὶ αὐτὸς Ἔβλητ' ἐν πρώτοισι βοὸς ἐκπρὸ χερειὸς ἀκωκή. (His similia vide mox in d.) Item de Aiace. Ὡ ς δ' αἴθωνα λέοντα βοῶν ἀπὸ μεσταύλου Ἐσσεύωσι πολεῖς τε καὶ ἄνδρες ἀγοιωτῆται: Οἱ τέ μιν οὐκ εἰῶσι βοῶν ἐπὶ πίαρ (τιθὼ λιπαρωπὸν πίτνει ἐκ παλάμης τ' βοῶν ἐξαπάσαι) ἐλεῖσθαι, Πάννυχοι ἐγρήσσουσι: δόρει δ' ἐκρεῶν ἐφοβοῦντο Ἴθμεν, ἀλλ' ἔπ πέμπουσι βαλὼν ἀκόντισσε μάλα γε Λίπτιον αἰόσσοντι βαλὼν ἀπὸ χειρὸς ἀκωκή. Καὶ μάλα τε δρηστῆσι τετιμένος ἔπλετο θυμῷ, Iliados lambda. Ceruus forte vulneratus sagitta, fugit quamdiu potest, defessum verò tandem iacentemq; thôes inuadunt & depascuntur: Ἠύτε που λῖς ἄγαν ἀλαπάζει Σίντιας, θῶας μέν τε διήνυσεν, αὐτὰρ ὁ ἄλλος Ibidem. Cõtingit aliquando vt venatores eum canibus ceruum aut capram syluestrem agitent, & ille in syluam aliquò aut in rupem euadat: τῶν δ' ἔκπαγλος ἰαχὴ ἐφοίνικας ἠύγενας Εἰς ὁδὸν, αὐτὰρ ὁ πάντας ἀπέτρεπε μεμαῶτας Iliados o.

Catuli, inquit Nonius, non solum canum diminutiuè, verum etiam omnium animalium appellantur. Vergilius Georg. qũarto in descriptione pestis, Tempore non alio catulorum oblita leæna Sæuior errauit campis. Lucretius lib. 5. At catuli pantherarum, scymnique leonum. Σκύμνοι peculiariter leonum catuli dicuntur, Pollux & Varinus, ijdem propriè λεοντιδεῖς, Varinus. Etymologus σκύμνον, paroxytonum, leonis catulum interpretatur: σκύμνον verò, oxytonum, aliorum animalium. Athenæus lib. 7. Aristotelem citat, qui scymnon piscem mustelarum generis faciat. Scymnus Tarentinus, ἰχθυοπωλεῖς erat excellens, Athenæus. Æschylus βδελλὸν vocat σῦς λεοντιδὴς Varinus in Κύβδελις. Ὄρια & ὀρύγια, hystricum & huiusmodi animalium catuli sunt, Varinus. Ὀβδελλὰ leonum catuli apud Æschylum in Agamemnone, sed validi & speciosi: dicuntur & ὄρυγα: sunt qui luporum catulos eodem nomine comprehendi putant, Eustathius, vt quidam in Lexicon Græcolatinum transcripsit. In Co insula, apud veterem auctorem fidei integræ (Ælianum in Varijs lib. 1.) legimus, de grege ouarico Nicippi, ouem non ritu naturæ agnum sed leonem peperisse. Prodigiale id (vt erat) visum multis: siquidem Nicippo tyrannidem portendit, quam mox is est consecutus, quum ædito monstro, priuatum adhuc ageret, Cælius. Fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur, Cicero 1. Offic. Οὐδὲν ἂν παρδάλεος τόσσον μέθος, οὔτε λέοντος, Homerus Iliadis rhô. Melcs primus Sardius rex ex pellice sua leonem genuit: qui leo quacunque parte murorum circumdatus esset, ex ea parte Sardes inexpugnabiles fore Telmisses iudicauerant. Eum Meles per cęteram partem murorum circumduxit, quacunque poterat arx oppugnari, per vnam verò partem, tanquam inoppugnabilem & præcisam, circunducere prętermisit quæ ad Tmolum fluuium vergit: atque illic regnante Cræso à Dario capta est, Herodotus lib. 1.

d. Extant

d. Extant Martialis epigrammata quinq; lib.1.nempe,ſeptimũ,16.19.28.79.& 148.de lepore per luſum tranſeunte per os manſueti leonis,ex quibus vel vnum recitaſſe ſat fuerit:eſt autem 16.

Reſiluo hos tauros non eripuere magiſtri,
Per quos præda fugax itq; reditq; lepus.
Quodq; magis mirum:velocior exit ab hoſte,
Nec nihil à tanta nobilitate refert.
Tutior in ſola non eſt cum currit arena,
Nec cauea tanta conditur ille fide.
Si vitare canum morſus lepus improbe quæris,
Ad qua confugias ora leonis habet.

Aliud eiuſdem poetæ 9.73.de leonis & arietis concordia legitur huiuſmodi:

Muſſjt ita famæ ingens pecorisq; maritus
Langeri mirum qui poſuêre fide.
Ipſe licet videas,cauea ſi fabulantur in vna.
Et pariter ſocias carpat vterq; dapes.
Nec ſatu nemorum gaudens,nec mitibus herbis,
Concordem ſatiat ſed rudis agna famem.

In magnis feſtis Tartarorum adducitur regi eorum leo cicur, qui ad pedes eius inſtar catuli manſueti iacens dominum ſuum agnoſcit Paulus Venetus. De Tigride cicure quæ ferum leonem lacerauit, Martialis in lib.ſpectaculorum,epigram.18.Vide in D. Titi Veſpaſiani Strozæ egregium carmen legimus lib.4. Eroticôn, in leonem Borſij ducis Ferrariæ: qui obiectos ei in cauea tauros,vrſos& apros dilaniare ſolebat,lepori & catulo circa ſe vaganti parcenti:tandem verò depoſita manſuetudine, puellam. Suſtulit ingratus, cui quondam plurima debens, Pectendasq; iubas & fera colla dabat. Θυμολέοντα, generoſum aut fortem leonum inſtar, ἀλκιμόθυμον. Heſychius & Varinus. Aquilis velociores,leonibus ferociores, Saul & Ionathan, 2.Reg.1. Lamia meretrix Attica dicebat quòd ἀετὸς ἔσται & λέων ἐν Φρυγίᾳ γενήσεται ἀπόπτερος. i. qui in Græcia fortes vt Leones, Epheſi vulpes.i. aſtuti & molles fiunt,Aelian.Varin.lib.13. Senem quendam Plautus in Menæchmis appellat leonem Getulum olentem edentulum.

Impaſtus ſi fabula alta leo ceu ſæpe per agrum
(Suadet enim veſana fames) ſi forte fugacem
Conſpexit capream aut ſurgentem in cornua cervum:
Gaudet hians immane,comasq; arrexit: & hæret
Viſceribus ſuper accumbens,lauit improba teter
Ora cruor, Vergilius Aeneid.10. Similis eſt comparatio

apud Homerũ Iliad.γ. quam in c.poſui hoc initio: Ὡς δὲ λέων ἐχάρη:) & υ. (ibidẽ recitata. Βῆ ῥ' ἰέναι ὡς τε λέων, &c.) Nicolaus Erythræus. Impaſtus ceu plena leo per ouilia turbãs, (Suadet enim veſana fames) manditq; trahitq; Molle pecus,mutumq; metu:fremit ore cruento, Vergil. Aeneid 9. Δὴ τότε μιν τρὶς τόσσον ἐπῆλθε μένος κρατερόφρονος, ὡς τε λέοντα, Ὃν ῥα τε παῖδες ἀγρέται ἐπὶ ἔργα δίωσι Γραυερὸν ἀμφὶ βοῒ, δηΐοισι δὲ χερσὶν ἐπίσχῃ (ὑψοῦ ἀναΐξας ἐπὶ μεγάλῃ μήνῃ, ἠδὲ θαμειαὶ Τοῦ μὲν ἀποσκίδνανται ὑπὲρ ῥινοῖο θύραι, πεσσὸς τ' ἐκ θώρηκος ἐρύκεται. Αἰμὰ δέ τ' ἀγχιστῖνα (παλλήκεα, πυκνὰ) ἐπ' αὐτῷ Ἀΐσσει ἐκ τραύματος. Αὐτὰρ ὁ ἰθὺς ἔρχεται ἠΰτε πῦρ ἀλκὴν, (ἀνὰ δ' ὀδόντε ἔπονται, ἀκαμαντόποδε λέοντε,) Homerus Iliadis quinto. Nõ famelicus,miti ingenio eſt:at vbi impulerit fames,rapitur quo furor iuſſit,& qualicunq; paſtu propellit inediam, vt ſatis indicat M.Manilius lib.4.Aſtronomicôn dicens, Quis dubitet vaſti quæ ſit natura leonis? Quasq; ſi quis dicet ſigno naſcentibus artes? Ille nouas ſemper pugnas,noua bella ferarum Apparat,& pecorum viuit ſpolio atque rapinis. Hoc habet, hoc ſtudium poſtes ornare ſuperbos Pellibus, & captas domibus configere prædas, Atq; parare metum ſyluis & viuere rapto. De leone ex cicure efferato Martialis epigrammatum 2.75.

Verbera ſecuri ſolitus leo ferre magiſtri,
Inſertamq; patet blandus in ora manum:
Dediſcit pacem ſubitoq; ferocitate reuerſa,
Quam tanuis in Libycis aſſuit vngue iubis.
Nam duo de tenera puerilia corpora turba,
Sanguineam noſtro qua venenabat humum,
Saeuus & infelix furialis dente peremit.
Mœrtia non vltra mauis arena nefas. Virgil lib.9.Aeneid.
Ceu ſanguineum turba leonem
Cum circumpremit infenſa:at territus ille
Viſus ab ore,acerba tuens retrò redit:& neq; terga
Audet aut virtus patitur:nec tendere contrà,
Ille quidem hoc cupiens potius eſt,per tela,viroſq;
Haud aliter retrò dubius veſtigia Turnus
Improperata refert,

His ſimilia ex Homero capite quarto ſcripſimus.

Pœnorum qualis in arvis
Saucius illegrani venantum vulnere pectus,
Tum demum monet arma leo gaudetq; comantes
Excutiens cervice toros:fixumq; latronis
Impauidus frangit telum & fremit ore cruento, Verg.12.Aeneid. Ὡς τὸν ἐγὼ λέοντι καὶ ἀνδράσιν ἔρκια πυκνὰ,

carmen Homericum videtur:citatur à Scholiaſte in Pacem Ariſtophanis ſine authore. Torua leæna lupum ſequitur,lupus ipſe capellam, Vergil.2.Aegl. Venatio leonum onager, Eccleſiaſtici 13. Vtq; leo, ſpecula cum vidit ab alta Stare procul campis meditantem prælia taurum Aduolat, Vergil. Aeneid 10. Αἰματόεις, ὡς τε λέων κρατερὸν κατὰ θῆρα θοῦρος, Homerus Iliad.rhô. Et rurſus in eodem:

Ως δ' ὅτε τις πάλιν ἀρτιτρεφὴς ἐριθήλεος ἀλκὴ,
Βοσκομένης ἀγέλης βοὸς ἀγραύλοιο, ἢ πὲρ ἀρίστη.
Τὴν μὲν τε ταὶ ἀμφὶς ἑταῖραι λεύσσουσι θοροῖσιν ὀδοῦσιν
Πρῶτον, ἔπειτα δὲ θ' αἷμα ἐΐγκατα πάντα λαφύσσῃ
Δηΐου ἀμφὶ τοι γεκαὶ ἀνέρες ἀντία νωμῆς
Πολλὰ μάλ' ἰὸν ἐκ χειρὸς, ὀϊστεύοντες, ὃ δ' ἔβλητο
Ἀντία βάσκων, μάλα περ χόλῳ ἰόμενός τε φέρῃ.

Sic nullus Troianorum Menelao occurrere audebat, His ſimilia quædam vide ſupra in H.C. Ὡς ἄρα λέων ἐσθλοὶ ἕρκεα δῃώσῃ ἀνδρῶν ἠὲ αὐχένα ἄσῃ. Περὶ δ', ἠΐθεοι ἔνλοχοι κατὰ δοκεύουσιν, Iliados quinto. Velut nactæ vitulos leænæ Singulos eheu lacerant, Horatius Carm.3.1.quomodo Danaides maritos ſuos interfecerint. Gryphes cum alijs animalibus certant eaq; vincunt: contra leones autem & elephantes non ſtant,Aelian. Monocerotis & leonis mutuam pugnam,ad Monocerotem differo.

Ὡς δ' ὅταν ἐν πεδίοιο κεραὸς ἠὲ ταύροιο
Καπρίου ἠὲ λέοντος ἐρίφεται ἐν βλεμεαίνων:
Οἵ δε τε πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἐν τάξι σφίσι αὐτοῖς δέ-
Ἀντίοι ἵστανται, καὶ ἀκοντίζουσι θαμειάς
Λίγχας ἐκ χειρῶν· ὁ δ' οὐ ποτε κυδάλιμον κῦ (τιθαιρεῖ,
Ταρφέες, ἐν δὲ φόβηται, ἀγηνορίῃ δέ μιν ἔχτε,
Ταρφέα πεσσόμενοι, σίνασθαι δ' ἀνδράσιν ἀμφὶς ἔμπης·
Οὔπω τ' ἴθυσεν τῆτ' ἐπὶ νῆας εἴσαι ἀνδρῶν,

Homerus Iliados μ. de Hectore in pugna inſtar leonis ſe gerente. Hector ad Græcos cum proſtratum ab Achille vulnerantes. βάλλετε νῦν μέτρια, μιμνάζετε δίμας, ὅτ' τ. ἐμοὶ καὶ μοῦνος ἀνὴρ ὑπομείνας ἐρυθαίνῃ, λαγοῖσι, Anthologi.1.5.authore incerto.

c. Ad Indos ſapientes,quum Apollonius cum eis conuerſaretur,deductus eſt (vt curaretur) leonum venator acerrimus,annos ferè natus triginta. Huic venanti ingens leo in clunem iunctũram diſſoluit, atq; ita crus femurq; in alteram partem diſtorſit,Philoſtratus. Ἀγρευτικὰ ad Leonum venationem, Suidas. Lentocomi,qui in cauea leonum curã gerunt. Cæl. Λεντοκόμοι αἰζηοί, Oppianus:ſed malim cũ accentu in penultima, vt Varinus etiã habet & Etymologus,his verbis: Λεντοκόμος, ὁ τὰ λέοντα κομῶν, ἤγουν θρέμματα ἀγρίων. Cælius manſuetariũ vocat,ſed lentocomos dici poteſt etiam qui manſuetum iam curat. In leonem manſuetum in Amphitheatro proſtratum, carmen condidit

condidit Statius lib.2. Syluarum. Linei thoraces etsi ferrum violenter adactum transmittant: venantibus tamen conueniunt. Effringuntur enim in eis tum leonum tum pardalium dentes, Pausanias in Atticis. Orus bellum gesturus cum fratre Typhone, potius equum quàm leonem ad prælia fertur instruxisse: quia ad persequendũ quoq; hostem equus, leo in ipso tantum cõflictu esse vtilis videtur, Camerarius. Historiæ hominum, qui leonibus obiecti, vel occiderunt eos, vel ab eis occisi sunt, referẽtur circa principium octauæ partis huius capitis. Leonteam vel leonten Græci vocant leonis pellem, Cælius: sed hæc commodius Græcè scribuntur, λεοντέη ἡ λεοντῆ. Λεοντῆ, δέρμα καὶ δέρμα λέοντος, Pollux. Aliqui λεοντὴ oxytonum scribere malunt, vt Scholiastes in Ranas Aristophanis, Suidas & alij plures. Athenęus lib.9. circumflectendum affert, his verbis, Ἀπὸ δὲ τῆς κοιλίας σωρηδὸν ἐσταλμένον ἐσθῆτα κοιλὴν, ὡς λεοντέαν λεοντῆ, συνεκτὸν συνῆ. Ἄνδρα δέρμα λέοντος Τεῦκρος Ἄρεϊ, καὶ τὸν αἰγόπον αἰγαίαν, Suidas ex epigrammate. Λεόντεον δορέαν τε δέρμα κιτοῦ, Hesychius & Varinus. Σπαφοπίσθια τῶν δὲ λεοφόρων, ἃ λεοντῆν ἐνδεδυμένα. σίφος δὲ τὸ λέοντος δέρμα: καὶ σίφος δὲ καὶ αἰγείους δέρμασι. Varinus. Herodorus vir voracissimus, κοιμᾶσθαι ἐθέλων αὐχεῖ δὲ τὴν λεοντῆς μοίρης, Athenæus. Ἀμφὶ δὲ δέρμα πέλασσεν ἴσα λέοντος, Apollonius de Hercule. Καὶ ἑπτοχλαίνα σποδὸν αἰματόεσσα λύκαι, Lycophron de templo Herculis. Σπαφοπίσθια, i. leonina pelle induti seq. Herculis, Lycophron. σίφος δὲ τὸ ἃ λέοντος δέρμα. Isacius Tzetzes. Mauri leonum pelles induunt, & dormientes substernunt, Strabo. Barbari inter Caucasum montem & fluuium Cophena, Apollonio & socijs leonum ac pantherarum pelles, à carnibus nuperrimè direptas donabant, Philostrat. Pellem habere fingitur Hercules, vt homines cultus antiqui admoneantur, Festus. Aeneas tergum Getuli immane leonis Dat Salio, villis onerosum, atq; vnguibus aureis, Vergilius 5. Aeneid. Quẽ fulua leonis Pellis obit totum, præfulgens vnguibus aureis, 8. Aeneid. Ipse (Auentinus) pedes tegmẽ torquens immane leonis, Terribili impexum seta, cum dentibus albis Indutus capiti, 7. Aen. Dat Niso Mnestheus pellem, horrentisq; leonis Exuuias, 9. Aen. Fuluiq; insternor pelle leonis, Aeneas 2. Aene. Præcipuumq; toro, & villosi pelle leonis Accipit Aeneam, 8. Aen. Aurifero perfusa Tago villosa leonis Terga feri, Statius lib. 6. Thebaidos inter præmia certaminum. Herodorus vir voracissimus κοιμᾶσθαι ἐθέλων αὐχεῖ δὲ τὴν λεοντῆς μοίρης, Athenæus. Λευκὰς ἐπὶ ῥινὸς πεπλωμένη καὶ αὐχένι χαίτη Ἄκρων δέρμα λέοντος ἀφημμένον ἐκ πολιόνων, Theocritus Idyll 27. de Amyco. Adrastus oraculo iussus filias coniungere apro & leoni, cum venirẽt ad eum, Tydeus apri, & Polynices leonis pelle induti, illis elocauit. Varinus in Oedipo.

Induitis me leonis exuuium, Ἐνδύνει μοι τὴν λεοντῆν, prouerbium (inquit Erasmus) in eos dici solitum qui suscipiunt negotium maius facultate, quiq; se magnificentius gerũt quàm pro sua conditione. Quidam ab Hercule sumptum putant, cuius hic ornatus erat. vt leonis exuuio tegeretur, deinde altera manu clauam, altera gestaret arcum, atq; hoc ornatu descendit ad inferos, Cerberum extracturus. Huc alludens Aristophanes in Ranis, Bachum fingit, Herculis instar, leonis exuuio clauaq; instructum, ad inferos descendere parantem, vt Euripidem cum Aeschylo certantem audiret. Ridetur autem ab Hercule, quod id gestaminis neutiquam illum deceret, vtpote mollem & effœminatum. Eodem pertinet quod Menippus ille Lucianicus eodem ornatu se ab inferis redijsse adsimulat. Nihil autem prohibet quò minus prouerbium ad apologum illum referatur, cuius meminit Lucianus in Piscatore: Apud Cumanos asinus quispiam pertæsus seruitutem abrupto loro in syluam aufugerat: Illic forte repertum leonis exuuium corpori applicabat suo, atq; ita pro leone se gerebat, homines pariter ac feras voce caudaq; territans. Nam Cumani leonem ignorant. Ad hunc igitur modum regnabat aliquandiu personatus hic asinus: donec hospes quispiam Cumas profectus, qui sæpenumero viderat & leonem & asinum, atq; ob id nõ erat difficile dignoscere, aurium prominentium indicio, neque non alijs quibusdam coniecturis asinum esse deprehendit, ac probè fustigatum reduxit, dominoq; agnoscenti reddidit. Cumanos autem hic appellat, non qui sunt in Italia, sed qui sunt in Aeolide supra Lesbum. Nam & Lesbij & Cumani notati sunt stoliditatis, vt indicat Stephanus. (De asino Cumano scribit etiam Tzetzes 4. 10. & 11. & 10. 321.) Vsurpat hoc adagium Socrates Platonicus in Cratylo, negans oportere deterreri sese magnitudine disputationis institutæ, posteaquã semel leonis pellem esset indutus. (τὴν λεοντῆν ἐνδεδυκότα τὸν λόγον.) Lucianus in Pseudologista: Οὐδὲ δεῖ τινα ἃ λοιδοροῦντα ἢ λεοντῆν, ὡς φασὶ τὸν Ἑνετικὸν καθηλικὸν ὄντα, εἰ μή τις ἄρα ἐξ ἴσου ῥᾳδίως ἀντιλοιδορήσεται ἡμᾶς, ἤκουσε, ἢ ὅτι τοῦτον Κυνικὸν εἶναι, ὡς μὴ ἰδὼν κύνας εἰδέναι: ἵνα καὶ αὐτῶν ὑβριστικώτατον τι ὄντα, μὴ ὠμείνας ἐγκωμίων ἀπέσταλκεν. Eusebius Cæsariensis aduersus Hieroclem, Οἰχήσεται μὲν ἡμῶν φιλόσοφος, ὁ τῇ λεοντῇ ὑπικουρόμενος δορᾷ. Demutauit nonnihil de prouerbio Lucianus in Philopseude cum ait: Τούτων χρὴν ἐλελήθει με ἐπὶ τῇ λεοντῇ, γέλοῖόν τι καὶ ἀήθη ἐφεύρων, Hæc omnia Erasmus. Καὶ Κελαινὰς γέ φασι τὰς ἐπὶ Κύρῳ λεοντῆς ναυμαχῆσαι ἐπιμελῶς, Aristophanes: Παρεγγεγραμμένος δὲ τὴν λεοντῆν ἀστραγαλίσαι πρὸς τὸν Ἀκτικόν, ὡς τοροῦσαν, ὄνομα τοιοῦτος πάντα πρὸς μελαγχολίαν αἴτιος. λεοντῆν forte inuerecundo sensu accipit, vt Martialis leonem, vt in a. dictum est. Leonis tergus gestare, ceu prouerbio dici posset in virum fortem, quod id olim gestârit Hercules & post eum Zielas (Ζήλας) ille apud Arrianum, Eustathius. Sed, vt mihi videtur, aliorum quidem animalium, vt vulpis, hinnuli, pantheræ, pelles gestare illos, quorũ similia sunt ingenia, eleganter dicemus: leoninam verò, propter asini Cumani fabulam, non ita aptè. Ἐναπεσθαι καὶ καθαπτεσθαι λέγουσι, τὰ μὴ ζώνῃ ἀραρυῖα ἐνδύοντα, μηδὲ τὸ σῶμα ὅλον ἐνδύοντα, ἀλλὰ μέρος τι σκέπτα, καὶ ἀφεπτὰ ἐξαρτώμενα, οἷον πήρας, λεοντῆν, ἢ παρδαλῆν, Eustathius in Dionysium. Et rursus, Ἐπαινοῦσι νεβρίδα, οὐκ αὐτὴ δὲ εὐδόκιμον σκέπτον, ἀλλ' αὐτὴ δὲ ἐσθῆτα, ἐξηκρίμασιν, ἢ τρίσκεψαι. Leonis exuuium super crocoton, Λεοντῆ ἐπὶ κροκωτῷ, paræmia, quæ locum habet, cum duo quæpiam copulantur, quorum alterum cum altero nequaquam congruit. Sumptum à Baccho qui hoc ornatu descendit ad inferos, apud Aristophanem in Ranis, (vt dictum est in præcedente statim prouerbio:) quo videlicet Hercules creditus, formidabilis videretur inferis: Hunc ita adornatum Hercules ridet, Ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐθέλω σοι συνεισελθεῖν ἐς γέλων. Οἷον λεοντῆν ἐπὶ κροκωτῷ κεμπίλον. Appositè diceretur, inquit Erasmus, in monachos quosdã aut scholasticos qui foris insignia sui instituti portant, interius militarem imitantes cultum: aut qui vultu tetrico, moribus sunt effœminatis. Κροκωτὸν, γυναικεῖον ἐνδυμάτιον τι ἐκ τῆς ἑνδύματος, Scholia Aristophanis: Vide plura inter prouerbia ex mustela. Prouerbium Τὸν κροκωτὸν ἡ γαλῆ, in mustela dicetur. Superioris ex Aristophane Suidas etiam in voce Κροκωτὸν meminit. Lysander Lacedæmonius cum ei vitio verteretur à nonnullis, quod fraude subinde agere videretur: Quò (inquit) leonis peruenire pellis non potest, vulpinam assuisse haud dedecueris, Cælius: transcripsit autem ex Lysandro Plutarchi. Εἰ ἡ λεοντῆ μὴ ἐξικνεῖται, προσραπτέα καὶ τὴν ἀλωπεκῆν, ἐστὶ γὰρ, ἐὰν μὴ φανερῶς ἀμυνόμενον ἀνιᾷ, πανουργίᾳ χρῆσθαι. Καὶ Ὅμηρος, Ἢ δόλῳ ἢ βίῃφι ἢ αἰμυλίοισι παρῄφασιν, ἢ κρυφηδόν, Suid. Οὐκ ἐμὴ ἐφικνεῖται ἡ λεοντῆ, προσραπτέον τὴν ἀλωπεκῆν, ἐπὶ δεῖ ποιεῖν ἕκαστον τῶν δέοντων, Apostol. plura legesis in Vulpe G. Vestes in corio leonis deuolutæ, tutæ sunt à tineis, Rasis & Alber. Si sepo leonis cum allijs trito, ita quòd odorem allij vincat, corpus aliquod perungatur, nunquam lupi accedent ad ipsum, Idem. Si cum sepo leonis liquefacto circuitus ouium inungatur

(aliàs,

(aliàs, distilletur) nunquam accedent ad eum lupi. nec alia rapacia. Rasis & Albertus. Si quis linat corpus suum sepo renum leonis, terrentur ab eo lupi, Æsculap. Si sepo eius liquefacto inungatur animal, non accedent ad ipsum muscæ (vel vt alij habent, lupi, aut bestiæ, aut serpentes) Rasis. Si suffitus ex sepo leonis circa aquam fiat, vel ex eò aliquid in aquam veniat, prohibet lupos ne bibant eam (ne accedant & ne bibant eam, Rasis:) Idem. Leonis adipem aiunt amuletum esse aduersus insidiantes, ἀντιφάρμακον τῶν ἐπιβουλευόντων εἶναι, Dioscorides. Fatemur & sine pudore quidem (inquit in annotationibus suis Marcellus Vergilius) nescire nos quibus insidijs & hic & Plinius resistere leoninum adipem dixerunt: hoc quidem monebimus, fabulosum & ex vulgo repetitum videri. Ego verò Marcellum miror, qui nodum in scirpo quærat: sciunt enim omnes quo sensu insidiæ nominentur, cum dolo scilicet & ex improuiso aliquis capitur, læditur, occiditur. Hi doli, hæ insidiæ ne quid possint, leonis adipem inunctum præstare aiunt, vi scilicet magica, non naturali. Resistere etiam insidijs videtur, Plinius. Et rursus, Magorum vanitas perunctis eo adipe faciliorem gratiam apud reges populósve promittit: præcipuè tamen eo pingui quod sit inter supercilia, vbi esse nullum potest. Similia dentis, maximè à dextera parte, villique è rostro inferiori promissa sunt. Leonis sanguine si quis corpus suum linierit, ab omnibus bestijs erit tutus, Sextus: eandem vim ferè adipi Rasis attribuit, vt dictum est. Helianthen vocat Democritus herbam in Themiscyræ regione & Ciliciæ montibus maritimis: qua cum adipe leonino decocta, addito croco & palmeo vino perungantur magi & Persarú reges, vt fiat corpus aspectu iucundum, Plinius. Super omnia est compositio quia inuictos faciunt magorũ mendacia: Cauda draconis & capite, pilis leonis è fronte, & medulla eiusdem. equi victoris spuma, canis vnguibus adalligatis ceruino corio, neruisque cerui alternatis & dorcadis, Plinius. Equus sequens vestigia lupi (vel leonis, Albertus: non probo) cruribus obtorpescit, vt moueri non possit, Rasis. Stercus leonis in vino potum (aut positum in vino mensura dauic. Rasis) facit abhorrere vinum, Albertus.

Nationem quandam Libycam Nomadum, tum alijs rebus felicem, tum lacte abundantem, maximorum leonum magna multitudo de suis locis depulit, Ælianus. Dilaniatus est Paphages rex Ambraciæ, dum leænæ catulis ilipatæ occurrisset, de quo Ouidius in Ibin. Fœta tibi occurrat patrio popularis in aruo, Sitq; Paphageæ causa leæna necis. Hyas item frater Hyadum à leæna interfectus est, Text. Ampraciotæ leænam colunt summa religione, quòd tyrannum ipsorum dilacerârit, Ælianus. Iuxta Indum fluuium mons est Lilæus nomine, à Lilæo patre dictus. Hic cum superstitiosus esset & solam Lunam coleret, ac nocte intempesta eius aliquando sacra perageret, reliqui dij contemptum sui ægrè ferentes, duos ingentes leones ei immiserunt, à quibus laceratus, in sui nominis montem mutatus est. Nascitur in eo lapis clitoris, κλειτὴς, colore nigerrimus, quem pro ornamento insolæ gestant ἐπὶ τῶν στομείων, lego ἐπὶ τῶν στομείων, id est auriculis, Plutarchus in libro de fluuijs capite vltimo. Nota est historia Babyloniorum amantium Pyrami & Thysbes, vt ab Ouidio Metamor. quarto describitur. Pactum erat sub noctem egressos vrbe ad sepulchrum Nini fonti proximum conuenire: prior adfuit Thysbe: venit ecce recentì caede leæna boum spumantes oblita rictus, Depositura sitim vicini fontis in vnda. Ea visa fugit Thysbe, & tergo velamina lapsa relinquit. Hæc cum reperisset leæna, ore cruento laniauit. Paulò post Pyramus accedens, vestigia feræ deprehendit, & vestem statim cruentam reperit, vnde conijciens Thysben perijsse, suo se gladio iugulauit: Mox superueniens Thysbe, eidem gladio incubuit. Fuit in Scythia, aut (vt alijs placet) Numidia vir quidam sæuitiæ incredibilis Therodamas nomine: qui leonibus (quos multos habebat in stabulis) præbebat homines deuorandos: Ad quod alluſit Ouidius in Ibin dicens, Therodamanteos vt qui sentire leones. Item in Ponto, Non tibi Therodamas, crudusq; vocabitur Atreus, Textor. Hyades dictæ sunt, vt quidam volunt, à fratre Hyade, qué à Leæna interfectum venãdo luxerunt, Erythræus. Regum lib. 3. cap. 13. describitur historia prophetæ cuiusdam, qui cum Domini potentiam in miraculis aduersus impium regẽ Hieroboam æditis vidisset, & interdictum Domini audiuisset, ne qua venerat via rediret, nec ederet biberétue illo in loco, idq; à seniore quodam prophetadeceptus neglexisset, asino vectus in itinere ab obuio leone dilaceratus est, illæso interim ad cadauer vnà cum leone stante asino, donec senior propheta re audita ad sepulturam id tolleret. Eiusdẽ libri capite vicesimo sic legimus: Cum propheta quidam diceret ad socium suum in sermone Domini, Vulnera me: & ille nollet, addidit: Quia noluisti audire vocem Domini, ecce recedes à me, & percutiet te leo Ille igitur cum parum recessisset, à leone laniatus est. Dixerunt quidam ad regem Assyriæ, Gentes quas transtulisti de Babel & collocasti in ciuitatibus Samariæ, non cognouerunt iudicium Dei terræ, ideò immisit eis leones (haaraoth) qui interimunt eos, 2. Reg. 17. Ignatius episcopus Antiochenus, Ioannis Euangelistæ discipulus, quum nullis tormentorũ generibus à fidei nostræ cultu posset diuerti, Traiani imperatoris mandato leonibus fame diuturna maceratis obiectus est. Satyrus quoque Perpetua martyres pro Christiana pietate certantes, sub Valeriani & Galieni impp. persecutione itidem leonibus deuori, & ab eis deuorati sunt, Textor. Alias martyrum historias quibus obiectis leones pepercerunt, capite 4. retuli. Descendit Samson in Thimnath, & ecce catulus ex leonibus cum rugitu ei occurrit: quẽ ille spiritu diuino afflatus hœdi instar nudis manibus discerpsit: Et pergens cõuenit mulierem quam ducturus erat: & reuersus post aliquot dies vt eam duceret, declinauit vt videret cadauer leonis, reperitq; in eo examen apum & mel, &c. Hinc etiam ænigma iuuenibus Philistęis proposuit huiusmodi: A vorace exiuit cibus, & ex forti egressa est dulcedo, &c. Iudicum cap. 14. Benaia filius Ichoiadæ vir robustissimus, percussit duos fortissimos ex Moab: Idem descendit & percussit leonem in medio foueæ tempore niuis, Paralip 1. 11. & 3. Regum 23. Pascebam (inquit Dauid 1. Reg 17.) patris mei gregem, & veniebat leo vel vrsus. & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorum. Perdiccas Macedo qui secutus est Alexandrum in bellis vsq; adeò fuit audax, vt aliquando in speluncam leænæ latibulum solus introiret. Verum leænam ipsam non deprehẽdit, sed catulos eius secum exportauit: & magnam hominum admirationem hoc facto meruit. Etenim nõ solum apud Græcos robustissimum & bellicosissimum animal leæna putatur esse, verum etiam apud Barbaros. Proinde dicunt, Semiramidem Assyriam, non si quando leonem cepisset, aut pardalim similémue feram interfecisset: sed si leænam esset nacta, animum extulisse sibiq; in eo placuisse, Aelianus in Varijs lib. 12. Ab Acropoli descendentibus (inquit Pausanias in Atticis) Septentrionem versus monumentum est Alcmenæ, &c. & prope illud Hylli filij Herculis: à quo non multum abest Apollinis & Dianæ fanum, quod extructum aiunt ab Alcatho cum leonem Citheronium occidisset. Ab hoc enim leone interemptos aiunt tum alios tum Megarei regis filium Euippum: Itaq; regem illi qui leonem istum occidisset filiam promisisse vxorem, & simul regni successionem. Alcathum igitur (Ἄλκαθον) Pelopis filium, adortum esse feram & vicisse: & cũ regnaret ædem hãc condidisse Dianæ Agroteræ, & Apollinis Agræi. Lysimachus Agathoclis filius, dum Callisthenis philosopho (quem sæpius de virtute disserentẽ audierat) ab Alexandro

xandro in fouea cum cane incluſo, ad remedium miſeriæ, venenum propinaſſet, ac propterea eiuſdem Alexandri factum ægrè ferentis iuſſu, leoni fuiſſet obiectus, rem toti memorabilem poſteritati egit. Manum ſiquidem amiculo inuolutam in os leonis intulit, arreptaq; lingua feram exanimauit, Textor. Hoc facto, vt quidam ſcribunt; vehementius poſtea Alexandro dilectus, & apud eum in honore maximo fuit, & tandem poſt mortem eius Pergamo præfuit, vbi theſauri regis fuerunt: Vide Trogum libro 15. Alexander Magnus Lyſimachum familiarem ſibi leoni obiecit. Nunquid ergo hic Lyſimachus, felicitate quadam dentibus leonis elapſus, ob hoc cum ipſe regnaret, mitior fuit? Nam Teleſphorum Rhodium amicum ſuum vndiq; decurtatum, cum aures illi naſumq; abciciſſet, in cauea velut nouum aliquod & inuſitatum diu pauit, &c. Seneca de ira. Polydamas (Scotuſæus) leonem magnitudine viſenda & robore confecit, & quidem inermis prorſus inobſeptusq;, Herculis ſimilem audaciam æmulatus, Cælius: Tranſtulit autem ex Pauſania, qui Eliacorum ſecundo, Montana, inquit, Thraciæ regio inter Neſtum fluuium leones alit, qui ſæpe in loca Olympo finitima euagantur. Huius montis latus vnum ad Macedoniam vergit, alterum ad Theſſaliam & flumen Peneum. Hoc in loco Polydamas leonem in Olympo confecit, &c. vt ex Cælio recitaui. Ab eodem Polydamante ferociſſimi tauri pedem manu detentum, donec vngulam dimitteret: in Tauro dixi. In Leonem à bubulco occiſum Anthologij 6. 11. hexaſtichon extat huiuſmodi:

Πυρσῦ σὺν λέοντι ἀπεφλοισώσατο θήρια — Σῶσε δ' ὁ βουκολίων ἀλκὴ φονοδιψέα δ';
Ἄρη καταβρύχοντα τὸν * — Οὐδ' ἴκετ' ἐκ μανίης αὖθις ὅπλ' ξυλόχους.
Μαρκιανὸ ἀπέπεσεν ὁ θὴρ αὐδ' αἵματι αἷμα, — Βληθεὶς, ἀχθηναῖ δ' εἰς ἐρικ βουκολίαν.

Achilles adhuc puer λέοντ' ἐκ ἀγρῶν θήρειον ἔπεισε φόνον, καὶ πέσεν ἔναρε, Pindarus. Phyllius quidam propter amorem pueri, iuſſu illius captas à ſe feras, volucres, & leonem quoq; ferum, ei tradidit domitas: tantum verò poſtremo victum cum illi negaret, indignatus puer ſaxo deſiliens in cygnum auem mutatus eſt. Ouidius 7. Metam. Teumeſſus mons eſt Bœotiæ ſeu ciuitas, &c. vt in Onomaſtico docetur: vnde dictus leo Teumeſſius inauditæ magnitudinis, qui omnibus terrori erat, quem Hercules adhuc penè puer occidit, eiq; pellem detraxit, qua poſtea pro pallio ſemper vſus eſt. Hic leo à Ioue in cœlum translatus dicitur, vt gloriæ Herculis conuiceret, qui eum inermis occiderat. Alij tamen non hunc, ſed Nemeæum leonem, itidem ab Hercule interfectum, inter ſidera relatum dicunt. Sed de leone ſydere ſupra in 11. 2. Θηρωπὸς ἀμφὶ καὶ Χαλκαφοῦ λέων, ſenarius Lycophronis vt Stephanus citat. Nemea vel Nemee, regio eſt Arcadiæ vel Elidis, in qua Dryopes habitabant: vel ſylua, inter Cleonas & Phliuntem. In hac Argiui ob Herculis memoriam Nemeæa ſacra celebrare conſueuerunt, eò quod immanem leonem in ea interfeciſſet, Molorchi hoſpitis ſui ſuaſu cuius filium leo interemerat. Vnde & Molorchæum leonem quidam cognominant. Si ſæuum premeres Nemeæum Phœbe leonem. Lucanus libro 1. Eſt & Nemea fons, item mons. Vergilius Aen 8. de Hercule, Tu Creſſia mactas, Prodigia, & vaſtum Nemeæ ſub rupe leonem. Auſonius pro Nemeæo leone Cleonæum dixit, à Cleonis oppido Arcadiæ prope Nemeam ſyluam. Cognominatur & Bembinetas apud poëtas, à Bembina Nemeæ vico. Δέμας τ' ἦρτον Βεμβινήτιο λέοντος, Panyaſis apud Cælium. Ex Cleonis Argos duæ ſunt viæ, vna breuior qua pedibus tantum itur: altera quamuis & ipſa angulta circumiectis montibus, curribus tamen aptior eſt. In his montibus adhuc oſtenditur ſpecus leonis & regio Nemea quindecim circiter ſtadia abeſt, in qua templum viſitur Iouis Νεμείου, Pauſanias in Argolicis. Nemeorum ludus funebris eſt ob Archemori mortem inſtitutus, &c. Hunc Hercules deuicto Nemeæo leone inſtauraui, & Ioui conſecrauit. Celebratur autem tertio quoq; anno, Panemi menſis duodecimo die, certaminibus equorum & gymnicis, Scholia in Pindarum. De Nemeorum certamine reperies nonnihil apud Aelianum libro 4. capite de ijs qui memores beneficiorum fuerunt. Leo, inquit Varinus, in Nemea regione Argiua erat, nec ferro vulnerabilis, nec vllo genere teli: hunc Hercules ſuis manibus compreſſum occidit, & exuuium pro veſte geſtauit. Contigit autem aliquando vt eum tranſeuntem Telamon ei amicus, qui filijs carebat, Ioui ſacrificans inuitaret rogaretq;, vt ſic amictus leonis pelle Ioui patri ſuo ſacrum faceret, & vt filius ei naſceretur oraret. Hercule igitur phiala aurea accepta ſacrificante, & pro filio Telamoni impetrando Iouem orante, αἰετὸς, id eſt aquila præternolauit. Itaq; iuſſit vt filium naſciturum Αἰτὸν nominaret. Quare filius Telamonis natus, primum Αἰτὸς, poſtea Aiax dictus eſt. Adultum Hercules pelle ſua obtexit, eamq; ei donauit: qua tectus, vt negantur, inuulnerabilis erat: (vt & Hercules) eo tantum, vt quidam volunt, loco excepto, qui pharetra prius tegebatur, cum pellem adhuc geſtaret Hercules: (in Aiace vero eam geſtante, excepto eo loco quo ſcutum tenebat, Iſac. Tzetzes.) Sed hæc nugæ ſunt: Veritas autem ſic ſe habet. Aiax cum egregius miles & in multis prælijs verſatus eſſet, nunquam vulneratus eſt, vt qui ſibi optimè caueret & ſcuto ſe muniret. Sed poſtremò cum ipſe ſuo ſe gladio per latus aut collum adacto iugulaſſet, eas tantum partes vulnerabiles habuiſſe, fabulati ſunt, Hucuſque Varinus; & Iſacius Tzetzes Scholiaſtes Lycophronis: ex quo corrupta apud Varinum verba hæc, Ἄλλοι δέ φασιν ἡρακλείδην εἶναι τὸν Αἴαντα, ſic reſtitues: Ἄλλοι δέ φασιν ὑπὸ τὴν κλεῖδα εἶναι τρωτὸν τὸν Αἴαντα: Hoc eſt, Nonnulli Aiacem ſub iugulo vulnerabilem fuiſſe aiunt. Nemea (inquit Tzetzes 7. 101.) regio eſt Argiua, ſic dicta quod multis abundet paſcuis: hanc vaſtabat leo quidam inuulnerabilis. Eum Hercules emiſſis ſagittis, & confracta iam ictibus clava, cum nondum interemiſſet, nudis tandem manibus compreſſum occidit: & pellem vnguibus feræ incidens, ἐφόρει ταύτην ἀντὶ θώρακος ἀσίδηρον ἐν μάχαις. Vocat autem hunc leonem Νέμειον, alij Νεμεαῖον. Plutarchus in libro de fluuijs Inachum tum alios montes eſſe ſcribit, tum Apæſantum dictum, qui antea Selenæus, id eſt Lunaris vocabatur. Nam Iuno irata Herculi, vt eum vlciſceretur, Lunam ſibi conciliauit, quæ incantationibus magicis ciſtam repleuit ſpuma: ex qua natum leonem maximum Iris comprehenſum zonis ſuis in Opheltium montem demiſit: Vbi ille paſtorem quendam indigenam Apæſantum nomine laniauit, & monti nomen ſuum reliquit; authore Demodoco in primo Heraclex. In Hercule furente Senecæ hic ſenariolus legitur, Sublimis altas Luna concipiat feras. Sed codex quidam veruſtus pro altas, habet alios. Cuius intellectum loci (inquit Politianus in Miſcel. 17.) non temere aliunde, quàm ex Achille deſumpſeris, qui in Commentarijs Græcis Arateis ſcribit, in Luna etiam habitari, fluuioſq; eſſe, vt cætera ſicut in terra: quin Nemeæum quoque, inquit, illinc cecidiſſe leonem fabulantur. De Apolline mutato in leonem, lege Ouidium libro ſexto Metamorph. De Hippomene item in leonem, libro 10. & de Atlante in leænam mutato, ibidem. Curetes in leones mutati, vt paulo poſt dicam in loco de diis. Lupi & Leones apud Circen pharmacis in feras ex hominibus mutati, non feri, ſed ἥμερα μαλερῶν φαίνοντο, Odyſſ. κ. Protei conformatio in diuerſa corpora imaginum falſarum rationem continet, quibus deludimur: alij in alijs rebus ſummum ſtatuum bonum: quod ſi quis in ambitione & ſuperbia id collocet, leo exiſtimari poteſt, Cælius.

Et ibi Timæus Pythagoricus, inquit, tantam eam in bestias inducere putat fabulã, ad terrorem hominum impiorum, vt præ ea saltem formidine à vitijs retrahantur. Et mox, Non desunt qui ista sic ficta præterantur, vt animarum quæ similem brutis duxerint vitam, aliæ inter alias bestiarum turbas diuertantur: Quod ipsum Platonis doctrinæ valde consentaneũ putat Olympiodorus. Quod si habitum intelligimus, non speciem, arbor erit apud Platonem, qui nutritioni dedicus, vel Herculis quæstum in ea attriturus, die noctuq; operabit: miluus, qui rapto viuet per concupiscentiam: leo, qui egregiè mulctabit: draco, qui crudeliter in genus humanum debacchabitur. Empedocles inquit, ẽ post excessum è vita homo deterior in bestiarum naturã demigrat, multo præstantissimã commutationem esse, quæ fit ex homine in leonem. Non homines è natura tua in plantas commutantur, optimam esse conuersionem, & demigrationem ex humano genere in laurum, Aelian. Vir quidam (vt scribit Philost. lib. 5. de vita Apollonij) leonem mansuefactum ex loro veluti canem, quocunq; volucrat ducebat. Leo autem nõ modo eũ qui se ducebat blandiebatur, sed cæteris omnibus qui obuiam accessissent. Tali modo vir mercedem quærens multas iam lustrauerat ciuitates: quoties templa ingrediebatur, quòd nudus à cædibus esset & impollutus: neq; enim hostiarum sanguinem lambebat: & excoriatas atq; in frustra dissectas sacrorũ carnes non attingebat: sed mellitis placentis, ac pane etiam & oleribus vescebatur, coctas quoq; carnes edebat: & vinum quandoq; bibere visus est, cum antiquam seruaret consuetudinem. Is itaq; leo ad Apollonium veniens, qui tum fortè in templo sedebat, & ad eius genua procumbens, humilius etiam quam homines facerent, supplicare videbatur: quod videntes qui astabant mercedis causa id facere arbitrabantur. Respiciens autem ipsum Apollonius, Hic, inquit, leo me rogat, vt vos doceam hominis animam se habere: est autem Amasis, quondam Aegypti rex circa Saiticam præfecturam. Quibus verbis auditis leo mirabiliter fremens, lachrimabilẽ rugitum ædidit, tum dentibus infrendens, cum plorare, peridubio videretur, apertissimè lachrymas fundebat. Demulcens igitur ipsum Apollonius, Egò (inquit) leonem censeo Leontopolim mittendum esse, ibiq; in templo collocandum. Regem enim maximè in regiã belluam conuersum, tanquam egenũ mendicare indignum iudico. Post hæc congregati sacerdotes Amasidi sacrificarunt, & belluam torquibus vittisq; redimitam, in interiorẽ Aegyptum miserunt: ubi sanctè ipsam carmina & hymnos decantantes. Hęc Philostratus. Magi omnes metempsychosin credunt, & communẽ nobis cum reliquis animalibus naturã insinuantes, symmystas & eos qui sacris ijsdẽ initiati sunt, leones appellat: mulieres vero (scilicet ijsdẽ sacris initiatas) hyęnas: ministrantes verò coruos: patres aquilas & accipitres, & qui leonticis sacris initiatur, illi variæ animalium figuræ circumponuntur, Porphyrius. Leonis & muris apologum ex Babrio, Suidas in voce Φελλόπεις, his verbis recitat, sunt autem senarij scazontes. Κοιμωμένῃ λέοντι ἐπαγρίμων χαίτης ἀνὴρ ἐμμανὴς μῦς ὁ λέων ὠνομάσθη. Φελλὰς δὲ γαίτην ἔχουσι φιλαδέσποτον γένος. Nos inter Babrij apologos eundem legimus, sed alijs verbis, & communibus senarijs. Apologum de leonis, asini, & vulpis societate, referam in prouerbio Leonina societas. Leo apud Aesopum ægrotare simulans, belluas omnes capiebat quæ ad visendum accedebant. Vulpes autem Quid (inquit) huc ingrediens vtilitatis captam, vbi tutò manere nullus potest, exeuntium autem vestigium nullum video? Philostratus in vita Apoll. Eundem apologum Horatius in Epistola prima primi libri, his versibus refert:

Quòd si me populus Romanus forte roget, cur
Non ut porticibus sic iudicijs fruar ijsdem,
Nec sequar ac fugiam, quæ diligit ipse, vel odit:
Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Respondit, referam, quia me vestigia terrent
Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.
Bellua multorum es capitum es. Παίζων τὰ ἐς τὰς περὶ τῶν ἠθῶν εἰκαιοπραγίας, ἀμῦς τὸν λέοντα τῷ μιθῷ ποιεῖται, ἀρχὴν ἐκ λέοντος, Iulianus in exemplis.

In Hecatombe (inquit Iulius Capitolinus) si imperatorium sacrificium fit, centum leones, centum aquilæ, & cætera huiusmodi animalia: quod quidem etiam Græci quondam fecisse dicuntur, cum pestilentia laborarent, & à multis imperatoribus id celebratum constat.

Sub Arergatis simulacro species leonum sunt, eadem ratione terram esse monstrantes, quã Phryges finxêre matrẽ deûm, id est Terram, leonibus vehi, Macrob. Mater Deûm Leonibus vehitur, validis impetu atq; feruore animantibus: quæ natura cœli est: cuius ambitu aër continetur, qui vehit terram, Idem. Cybele Dea est montana, ideo vehitur leonibus, Schol. in Aues Aristophanis. Phasianenses, non alia quàm Rhea videtur: cymbalum enim manibus tenet: & leones throno subijciuntur, Arrian. in Periplo. Curetes Iouem in Creta clam nutriuerunt, à Rhea eis commissum: quod cum Saturnus resciuisset, iratus in leones eos mutauit: Iupiter verò iam regnans effecit, vt inter feras omnes principatũ tenerent, & subiugo Rheæ matris currum traherent, Oppian. Rhea Cybele vocatur à Cybelis montibus: est enim dea montana, eamq; ob causam super leonum iugo inuehitur, Varin. Sophocles glossolarius Rheam πανοχτίτων λεόντων Φέβην interpretatur, q̃ à leonibus nutrita sit, aut quia nulla adeò terra sterilis sit quæ culta non mansuescat, Io. Brodæus. Hinc veteres Graiûm docti cecinere poetæ Sedibus in curru bijugos agitare leones, Lucret. lib 2. Et iunctæ currum dominæ (Cybeles) subiere leones, Verg. 3. Aen. Cui Dindyma cordi, Turrigeraq; vrbes, bijugiq; ad frena leones, Idẽ 10. Aeneid. de Cybele. Nicomachus pinxit deûm matrem in leone sedentem, Plinius. Leonem simul & gallinaceum solaria esse animalia, sed hunc gradu superiore, Idroq; ab illo metui, dictum est capite quarto. Aegyptij (inquit Macrobius Saturnalium l. 21.) animal in zodiaco consecrauere, ea cœli parte, qua maximè anno cursu Sol validio efferuet calore, &c. vt supra recitaui in 8. de leone videre: vbi plura etiam attuli cur leo solare sit animal. Leonem à somno inuictũ esse, nempe qui semper vigilet. Aegyptij se obseruasse gloriantur: idcirco hunc Soli eos cõparare existimo, quòd Sol laborioli ssimus ad nullum temporis punctum verlari intermittens circum orbem terræ, ab instituto cursu nunquã conquiescit: cui rei Homerum testem afferunt, cum Solem inquit operum & laborum requietem nullam habere, Gellius ex Aeliano. Mithras (vel, vt alij scribunt, Mithras) apud Persas Sol est, & primus eorum deus. Huius simulacrum fingebatur leonis vultu, ambabus manibus reluctantis bouis cornua retentans: quo significabatur Lunam ab eo lumen accipere, cum incipit ab eius radijs segregari: ipsa enim indignata sequi fratrem, occurrit illi, & lumen subtexit obscuratq; Sol autem, id est Mithras, ideo leonis vultu esse dicitur, quia Sol leonem signum principale habet: vel quod vt leo inter animalia, ita Sol inter sidera excellit, Gyraldus. Plutarchus scribit leonem propterea dici Solare animal, quod inter quadrupedia vnguibus aduncis, catulos sola videntes parit leæna: minimũ porrò dormit, sublucentq; quiescentis oculi. Cælius. Leo in anteriori parte calidæ naturæ est, in posteriore frigidæ: sic & Sol cum est in leone, Author obscurus. Dicitur quibusdam quoq; leo inter vigilandum præcipue oculos occludere, quos aperiat dormiens. Hinc templorum claustris leonem symbolicè appingebant priores, Cæl. Onosceli dæmones, mares se vt plurimum exhibent, interdum quoque leonem & canem induere videntur, Cælius.

Canis

Canis Serapidi coniunctus est triceps, capite medio leonis, sinistro lupi, dextro canis: vide supra capite primo de canibus diuersis, vbi de Cerbero agitur. Ampraciotæ leænam summa religione colunt quod ty rannum suum laceràrit & distraxerit, tanquam suæ libertatis vindicem, Aelianus. Leonibus (inquit idem) in Aegypto religiosus cultus non modò tribuitur, sed etiam ex ijs vrbs nomen traxit: quorum sanè vim ac naturam exponere non alienum videtur. Templa habent sibi consecrata, & sedes ad commorandum amplas, & ad exercendum spatia & curricula laxa: tum eis bubulę carnes quotidie præbentur, quas distractas atq; ab ossibus nudas cum interea exedunt, & conficiunt, ab Aegyptijs incantantur Aegyptia voce. Cantionis argumentum hūiusmodi est, ne ex aspicientibus quenquam fascinent. Neq; vero eorum modò permulti diuinitatē & religionem apud ipsos habent: verum etiam sedes eis dedicatæ, è regione contrarios auersosq; aspectus habent: quarum fenestræ, tam quæ ad solis exortum pertinent, tam etiam quæ ad occasum spectant, apertæ suauiorem viuendi rationem eis & iucundius habitandi domicilium efficiunt, tum eis etiam sunt exercitationum loca ad tuendam valetudinem, tum propinquæ palestræ. Eos ideo Vulcano Aegyptij consecrarunt, quòd sint natura vehementer ignita, atque adeo exteriorem ignem ob copiam interioris ægerrime intuentur, & fugiunt: tum ipsos idcirco solis domicilia constituunt, quod ignei sint: simul & solem, cum est æstiuo tempore calidissimus, accedere ad leonem cœlestem dicunt: & ij quidem qui magnam Heliopolim incolunt, in templi vestibulis eos diuinæ cuiusdam sortis, vt Aegyptij dicunt, participes aiunt. Nam ijs, quibus propitius est deus somniorum significationibus secundum quietem, futura non solum ostendunt, sed etiam à periurissimis, quod iuriurandum non conseruent, & fidem violent, non longo interuallo, atq; adeo eucstigio, deo eis iustum impetum afflante, pœnas illorum fraudi debitas, repetunt, Hactenus Aelianus. Leonem colunt Leontopolitani, Strabo. Lycophron in Alexandria Herculē λέοντα dicit τριλαιτρεα, ex insiti roboris præstantia, & quia in eius generatione triplex in vnam coluit nox, &c. Cælius. Apud Homerum alicubi de Diana legitur, Ἔστί σε λέοντα γυναικὶν ἰδέσθαι Ζεύς, ἠὲ λέαιναν, Varinus. Leæna in luco Dianæ, apud Theocritum Idyl. 2.

Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, vt aperiat librum, Ioannes Apocalypseos quarto. Intelligit autem dominum nostrum Iesum Christum, quem & agnum paulò post vocat, ab innocentia: vt leonem à fortitudine, quòd solus potuerit aperire librum, quem nullius alius spiritus aperire poterat. Sed etiam princeps tenebrarum ab apostolo Petro leoni confertur, non simpliciter, sed rugienti & famelico: ferociam enim & iracundiam leonis in fame summam esse diximus.

Leonis ad frugifera & fructuosa loca profectio siccitatem prænuntiat, Aelianus. Periclis mater Agarista per quietem sibi visa est leonem partu ædere, & post paucis diebus Periclem peperit, Plutarchus in eius vita. Λέοντος ἐπὶ ἀγκυλῶν δηλοῖ μάχας, Suidas & Varinus. Leonis aspectus famosus fuit & inglorius, itineráque infesta facere creditus: nam q; hostiū pugnam sæpe portenderunt, Alexander ab Alex. sed deceptus videtur, non intellecto nimirum quem recitaui senario, cum is ad somnium pertineat, non ad leonem obuium vel in itinere visum. Erasmus eundem sanarium inter prouerbia numerat, (quod parum probo,) translatum vt inquit, vel à somniorum coniecturis, vel ab obseruantibus augurla. Sed ad somnia duntaxat pertinere, vel inde clarum est, quod passim apud Suidam & Hesychium plurimi similes senarij monostichi omnocritici recitantur. Alexandrum Magnum in Babylone multa prodigia perturbabant. Ex his enim quos educabat, leonem quendam eximiæ magnitudinis ac formæ monstruosi asellus calcibus exanimārat, Plutarchus in eius vita. Leo in Co insula ex oue natus quid portenderit, capite tertio diximus. Apollonius ille magus cum non procul Babylone recessisset, leænam inuenit, in cuius vtero cæso catuli octo continebantur: vnde coniecit peregrinationem suam ad Indorum regem anni vnius & mensium octo futuram, vt capite tertio recitaui ex Philostrato. Cypselus Corinthi tyrannus fuit, patre natus Eetione, è Petra tribu, matre vero Labda, &c. vt pluribus persequitur Herodotus libro quinto. De hoc adhuc priuato Pythia huiusmodi oraculum Bacchiadis cecinit: Concipit in Petris aquila enixura leonē Robustum, sæuum, pernix & qui multa resoluet. Hæc bene nunc animis versate Corinthia proles, Qui colitis pulchram Pallenem, altamq; Corinthum. Aquila Græcis ἀετὸς est, quo nomine ad Eetionem Cypseli patrem alluditur. Anno 1274: nobilis quædam fœmina in episcopatu Kostnizero partum Leænæ similem edidit, excepto quod cutem humanam haberet, Sebast. Frank.

PROVERBIA.

Leonis catulum ne alas. Aeschyli sententia prouerbialis refertur apud Aristophanem in Ranis. Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν, Μᾶλλον δὲ λέοντα μὴν πόλει τρέφειν, εἰ δ' ἐκθρέψεις τῶν τρόπων ἐστὶν κρατεῖν. Hoc est, Non est leonis catulus alendus in vrbe, minimè verò leo: quòd si tamen nutritus aliquis fueris, moribus eius obsequi oportet. Refert hunc locum Valerius Maximus libro 7. capite de sapienter dictis. Admonet ænigma (inquit Erasmus) non esse fouendā potentiam, quæ leges posset opprimere: quod si forte talis quispiam extiterit, non esse è repub. decertare cum illo, quem nequeas nisi magno reipub. malo deuincere. Tyrannus aut ferendus est, aut non recipiendus. Meminit eiusdem sententiæ Suidas in voce Σκύμνος, ab Aeschylo de Alcibiade dictā scribens, &c. Leonem bracteatum Seneca intelligit, peregrinis excultum ornamentis, & naturali destitutum generositate: quon ā gloriari nemo nisi suo debet, Cælius. Et statim, Apud eundem (inquit) adagium subnotauimus alterum, Magnis telis magna portenta feriuntur, subula leonem non excipit. Caprea contra leonem, vide in Caprea. Leo cordula vinctus: Lucianus in libello de mercede seruientibus, Νῦν δὲ πῶς λόγος, λέων κρίκῳ ὑφὶς ἄνω καὶ κάτω περιφέρεται, Nunc autē (quod dici solet) Leo filo vinctus, sursum ac deorsum circumferor: cum quis exiguo commodo captus, apud aulicos ostentatur passim, quod princeps tantum alat virum. Hoc enim principes sibi gloriosum ducunt, si episcopos aut doctos viros cogant sua relinquere negotia, & aulicæ seruire pompæ, Erasmus. Domi leones, in pugna vulpes: Apud Aristophanem in Pace Chori hæc verba sunt, Παλαὶ γὰρ ὀκνῶ' κοὐ μάχεσθαι Ὅπερ εἴωθ' ἡμῖν λέοντες, Ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες. Est autem scomma in Lacones. Scholiastes monet parœmiam esse, contortam primum in Lacones re malè gesta in Asia his verbis, Οἶκοι λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ δὲ Λάκωνες. Hinnulus leonem, vide in Cerno. Ἄλγεα πάσχω Ἀνδρὸς ὑπ' ἀπλήτοιο, λέων ὡσεί τ' ἐπὶ νεβρῷ, Theocritus Idyl. 26. Leonem larua terres, Μεγαλυχίοις ἐκφοβεῖς τὸν λέοντα refertur apud Diogenianum: conueniet de minis inanibus ac terriculis deridendis. Quòd, ni fallor memoria, reperi apud autorem quempiam, leonem etiam laruis & apposititijs vultibus offendi. Adagium vsurpat Seneca libro 2. Erasmus. Mortuo leoni etiam leporcs insultant, vide in lepore h. Murem ostendit pro leone, prouerbiali schemate dictum, pro eo quod est, ingentia pollicitus & fortia, longè diuersa exhibuit. Synesius in epistola quadam ad Anastasium, Ἐκπεφυγὼν γὰρ αὐτῷ δίκτυα καὶ τέχνας καὶ πᾶσαν ἐξαμαξιαίαν λοιδορημάτων, καὶ πάντα τὰ

ἐκεκραγέναι δὶς ἢ τρίς, ἀπὸ ἀμάξης καὶ πρὸς ἑαυτὸν τοιαῦτα ἀναπηδήσαντα, ἀπέδειξε τὸν καλαμαῖον μῦν ἀντὶ λέοντος. Hoc eſt, Cum inclamaſſet in illum bis aut ter, ac de plaustro quod aiunt comicijs inſectatus, nihilq; non in eum eſſet vociferatus, cum eiuſmodi vel à meipſo dicta fuiſſe maximi fecerim, deinde murem pro leone exhibuit ſcelus. Sumptum apparet à beſtiarijs, qui ridiculi gratia multa pollicitit, quaſi leonem immanem & inſolitæ magnitudinis emiſſuri, mox murem emittunt in caueam, Eraſmus. A leonis pelle facta quædam prouerbia, memoranimus iam in H. e. nempe iſti, Leonis exuuium induere. Leonis exuuium ſuper crocoton, Leoninæ pelli vbi non pertingit aſſuenda vulpina. Leonem radere, Λέοντα ξυρεῖν (Vatinus habet ξυρᾶν) dicuntur, qui feroces & præpotentes arte tractant & illudunt magno ſuo periculo. Vſurpauit hoc adagium Socrates apud Platonem libro de Rep. primo, negans ſe vſque adeo dementem eſſe, vt leonem auſit tondere, & Thraſymacho homini præferoci illudere. Οὐ γὰρ οἶμαί με ὥσπερ μανῆναι ὦστε ξυρεῖν θέλοντα λέοντα, καὶ σὺν δεινῷ Θρασυμάχῳ. Nam agni citra periculum tondentur velluntur q;, leo nullo modo tractari vult. Ariſtides in Panathenaicis ad Periclem à Platone taxatum refert, Ὥσθ' ἅμα μὲν λέοντα ξυρεῖν ἐπιχειρῶμεν, εἰ Θρασυμάχου σὺν δεινοῦ ἐπιχειροῖμεν τινι, ἀλλὰ καμψοῦμεν Ηερακλέα, καὶ ταῦτα δειλίας, Eraſmus. Cynicus apud Lucianum cum Herculis & Theſei frugalem & ſeueram vitam commemoraſſet: & de Theſeo priuatim quòd barbam comamque aluerit: addit hoc idem veteres omnes factitaſſe: Καίτοι ἀν' ἑκάστην ἡμέραν ἐβδέου εἰς αὐτῶν, ἁβρὸν μᾶλλον ἢ τῶν λεόντων τὴν ξυρασθαι: mollem enim & læuem carnem mulieres decere cenſebat. Λέοντα ξυρεῖς, hoc eſt, Leonem radis (inquit Cælius) adagium de ijs qui factu impoſſibilia tentant, (eodem modo à Suida explicatur) aut non citra periculum. Propterea Plato, ſicuti commemorat etiam Philoſtratus, idem eſſe dixit leonem radere, & Thraſymachum συκοφαντεῖν, hoc eſt calumnijs circumuenire. Ad quod alluſerit Epigrammatum 10. Martialis (vt Eraſmus etiam annotauit) illis verſiculis in Ligellam quæ partem pudendam ſibi vellebat, Quare, ſi pudor eſt, Ligella noli Barbam vellere mortuo leoni. Cæterum cur poëta leonem membrum muliebre nominauerit, interpretes aut non tradunt, aut inepta quædam afferunt. Sunt enim qui ideò dici opinentur, quod mirum in modum leoni fœtet anima: vel (inquit Domitius) quod placet, prouerbium eſt, quum volumus aliquem excitare, qui moueri non poteſt. Sed boni conſulant eruditi, (inquit Cælius) ſi meam quoque coniecturam attulero. Legimus in Nicandri Theriacis de cenchrine ſerpente, qui alio nomine leo vocetur. Interpres autem leonem vocari conijcit, vel alias ob cauſas (vt inter Serpentes refertur) vel quia mordet, ac hominis ſanguinem exſorbet, quæ ipſa & leo facit. Ex ijs animaduerto Martialem muliebre pudendum leonis nomine feſtiuiter appellaſſe, quoniam lubinde maſculorum ſanguinem (vtinam genitalem, qui ſanguis concoctus eſt) exugat. Mortuum verò dixit, quoniam ætate iam videretur emeritum, & ad Venereos vſus hebes ac frigidum, Hæc Cælius: Ego in Martialis verſu Domitij interpretationem magis probârim. Vide ſupra in a. vbi illud Ariſtophanis exponitur, Læna in tyrocneſtide R ſit leo, Γέλασον ὦ λέων, adagium in omnes, qui rogationis frontis & Catonianæ ſeueritate, quandoq; tamen matutinam exporrigunt grauitatem ac comes ſe præſtant, ſolitò hilarius agentes. Pronunciatum id in Thucydidem, qui Cylonium ſcelus explicaturus, conſuetò apertius, & intellectu nemini non obuio narrationem contexuit: quo nomine miratus eam technographus (Hermogenes puto) ediſcendam ſummæ curæ iunioribus præcipit, vt σαφήνειαν & facilitatem eandem ſtylo valeant exprimere, Cælius 13 19. Et mox, Facilem huic adagio verba Plinij præſtiterint intellectum: Cauda, inquit, immota leoni placido, clemens, blandientiq; ſimilis, quod rarum eſt: crebrior enim iracundia eius. Compari ferè vim & illud habet, Γέρων ἀστὴρ Χαίρων. Leonis ſenecta præſtantior binnulorum iuuenta, Γέρων λέοντος κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν: citatur apud Stobæum ex Hippothoonte poëta. Senectus viri fortis ac ſtrenui præſtantior eſt iuuenta quorundam ignauorum & imbecillium iuuenum. Venuſtius fiet ſi longulè transferatur: Veluti ſi quis ingenium docti ſenis & exercitati præferat ingenio parum eruditi iuuenis. Dicetur non ineptè & in ſenectutem crudam viridemq;, animq; viribus adhuc pollentem, Eraſmus. Leonina ſocietas eſt, inquit idem, cum omne commodum ad vnum aliquem redit, reliquis vi fraudatis: qualis fermè ſolet eſſe cum regibus, aut præpotentibus plebeiæ ſortis hominibus. Extat in Pandectis, in quibus ex Vlpiano refert Aruſio, Caſſium reſpondiſſe, ſocietatem talem coiri non poſſe, vt alter lucrum tantum, alter damnum ſentiret, & hanc ſocietatem leoninam ſolitum appellare. Cæterũ Caſſianam appellationem, haud dubium prouerbialem, ex Æſopi Græci apologo natam apparet, qui talis circunfertur. Leo, aſinus & vulpes ſocietatem inierant, vt quod venatu cepiſſent, id in commune partirentur. Prædam vbi erant nacti, leo iubet vt aſinus partiatur. Ille, vt eſt ſtolidus, in treis æquas portiones diſtribuit. Qua gratia mox indignatus leo, quod cæteris æquaretur, aſinum adortus dilaniat. Reſtabat vulpes, eam de integro partiri iubet, illa totam fermè prædam leoni attribuit, ſibi vix paucula quædam ſeruans. Leo comprobata diſtributione rogat, quiſnam illam artem partiendi docuiſſet: Calamitas, inquit, aſini. Leonem ſtimulas, pungis, ſeu vellicas, τὸν λέοντα κνίζεις, de his qui potentem ac ferocem in ſuum ipſius exitium prouocant, tq; extimulant. Refertur à Diogeniano, Eraſmus. Leonem ſubula excipere, prouerbium ſuperius dictum, ſtatim à Leone bracteato. Leonis veſtigia quæris, Τὰ λέοντος ἴχνη ζητεῖς, dicterium in eum qui verbis ferox eſſet, re timidus. Ductum ab apologo quopiam Æſopico, quo narrat venatorem quendam paſtorem obuium rogaſſe, nuncubi leonem viciſſet, vt eum ſibi commonſtraret. Atque eum reſpondiſſe: Equidem tibi leonis veſtigia mox oſtendero: neque enim procul abſunt. Tum ille, Satis eſt, inquit, neq; enim vltra quicquam requiro. Conuenit cum eo quod alio poſitũ eſt loco, Cum rurſus adſit, veſtigia quæris, Eraſmus. Leonem ex vnguibus æſtimare, Ἐκ τῶν ὀνύχων λέοντα γινώσκειν, eſt ex vna quapiã coniectura negotium vniuerſum perpendere, ex paucis multa, ex minimis maxima conijcere. Natum videtur adagiũ à Phidia ſtatuario, qui, ſicut narrat Lucianus in Hereſibus, inſpecto leonis duntaxat vngui, quantus eſſet totus leo perpendit, totumq; ex indicio vnguis effinxit. Plutarchus in commentario de defectis oraculis, videtur ad Alcæum referre: ſic enim ſcribit, Οὐκατ' Ἀλκαῖον ἐξ ὀνύχων τὸν λέοντα γεγνώσκοντες: id eſt, Non Alcæi more (melius, iuxta Alcęum, vt Cælius vertit; vt Alcæus, non origo huius prouerbij ſi ſicut Phidias, ſed eo tantum vſus in ſcriptis ſuis) leonẽ ex vnguibus depingẽtes: hoc eſt, ex re minima maxima colligentes. Philoſtratus in vita Apollonij, Οἷον ἐξ ὀνύχων ἰδὼν ἐμοῦ, id eſt, qualem ex vngui iam eſſe video. Baſilius Magnus ad Maximum philoſophum, Εἰκόνες ὄντως τῶν ψυχῶν εἰσιν οἱ λόγοι, καθάπερ ἐκ μικροῦ ὀνυχὸς ἐκ τοῦ μεγέθους τὸν λέοντα. Fit autẽ hoc Mathematica ratione, ſicuti docet Vitruuius l. 3. vt ex membro vel minimo, totius corporis modus colligatur: Quemadmodum Pythagoras Herculani corporis menſuram, ex Piſano ſtadio, quod Hercules ſuis pedibus fuerat metatus, ratiocinatus eſt, Eraſm. Ex vngue leonem deſcribere per adagium dicimus, quum certioribus argumentis quippiam demonſtrari ſignificamus, aut à proprietate apertiſſima. Plutarchus in libro de oraculis quæ detecerant, Admirantibus verò qui aderant, Demetrio autem ridiculum ſtatuente, à tam minutis rebus adeò magna venari, nec iuxta Alcæum,

ex vngue

ex vngue leonem describere, Cleombrotus ait, Cælius. Vnum quidem, sed leonem, vide supra in c. de partu leę ę ex Cælio. Congregare cùm leonibus vulpes, apud Martialem, est res impares dissimilesq; permiscere. Vulpes dolis nititur, leo viribus fidit. Quanquam vtrunq; coniunxit Pindarus, indicans virum fortem leonem opottere præstare in exhauriendis certaminum laboribus, vulpem in consilijs. Sic enim in Isthmijs scribit, Τέλμα γὰρ ἰσχνὸν ὑμὲν ἐξαθρήσαντες ἅπαξ λείπων ἐν πόνῳ, μῆτις δ' ἀλώπηξ. Erasm. Λέων σὺ γίγνεο ἐκμαχόμενος. ἀλλὰ τῶν μὴ χόλῳ ἁλόντων καὶ πικρῶν γυναικῶν, Suid. mihi locus videtur obscurus, eam nimirum ob causam ab Erasmo quoq; in Chiliades non ascitus. Ἄγρει πῦρ καὶ συγκάκαξ ἀναθρήσαμεν λεαίνας, Theocrit. Id. 28. Numquid capies læænæ prædam? Iob 38. speciem habet prouerbij, de re impossibili ferè, quale & illud alicubi legisse memini, Herculi clauam extorquere. Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua, dedit contra me vocem suam, atque ideo odi eam; Hieremiæ 12. Hoc est, Populus qui me prius tanquam patrem amabat & colebat, totus in me efferatus & animo alienatus est. Sophoniæ tertio principes improbi & tyranni, leoni rugienti comparantur, & similiter Prouerbiorum 28. Impij dicunt mortuos omnino petite, & mortuo præstare viuum, licet ob vilitatem conferatur canis vitæ ad leonis cadauer comparatæ (ac si dicerent, præstat viuum esse canem, quàm leonem mortuum) Gregorius Neocæs. in Ecclesiasten capite 9.

Emblemata quædam Alciati.

Romanum postquam eloquium Ciceronе perempto
Inscendit currus victor, iunxitq; leones,
Magnanimos cessisse suis Antonius armis,

Vigilantia & custodia,

Et reuocet famulas ad nona pensa manus,
Ad superos pelvis quod reuocet vigilem,
Templorum idcirco ponitur ante fores.
Aspice vt inuictus vires auriga leonis,
Vtq; manu hac scutica tenet, hac vt flectit habenas,
Dira lues procul esto: feram qui vincere talem

Furor & rabies,

Et scriptum in summo margine carmen habet:
Talia magnanimus signa Agnamemnonius tulit.

Cum latuis non luctandum,

Qui toties hostes vicerat ante suos:
Dum curru, & pedibus nectere vincla parant.
Connellunt barbam vel timidis lepores.

vide in lepore h.

Dum fauis ruerent in mutua vulnera telis,
Accurrit vultur spectatum, & prandia captat.

Etiam ferocissimo [redacted]mari,

Perdiderat patriæ pestis acerba suæ:
Compulit & durum colla subire iugum.
Ambage hac cupiens significare ducem.
Instantis quod signa canes dat gallus eoi,
Turribus in sacris effingetur arca mentem
Est leo: sed custos oculis quia dormit apertis,

Leones iuncti à Cupidine,

Expressus gemma pusio vincat amor.
Vtq; est in pueris plurimus ore decor:
Est potus: à nobis temperet anne manus?
Ora gerit clypeus rabiosi picta leonis,
Hic hominum est terror, cuius possessor Atrida

Vide supra in a. inter leones.

Aeacida moriens percussit cuspidis Hector,
Comprimere haud potuit vocem insultantibus illis.
Distrahite vt libitum est: sic casu luce leonis

Prouerbium, Mortuo leoni etiam lepores insultant.

Ex damno alterius, alterius vtilitas.

Vngue leæna ferox, dente timendus aper,
Gloria victoris, præda futura sua est.

DE LEPORE.

40 A.



LEPVS quadrupes siue terrestris, Hebraice arnebet ארנבת vocatur, voce fœminini generis, quod lepores omnes vtrunque sexum habeant, Munsterus. Et Iudæi quidem hoc vocabulo nihil quàm leporem vocari consentiunt, & 50 Hieronymus non aliter vertit. Septuaginta verò alias dasypoden reddunt. Sed chœrogryllium, non aliud quàm echinum esse, in Cuniculo & Echino docui. Deuteronomij 14. pro arnabet Hebraico Chaldæus transfert ארנבא arneba, Arabs ארנב ernab, Persa ביגוש kargos. Schaphan שפן quoque Septuaginta diuersis in locis, λαγωὸν, δασυπόδα, & chœrogryllium interpretantur: sed omnino cuniculum esse in historia eius demon- 60 straui. Hieronymus quoq; Prouerbiorũ 30. schaphan lepusculum vertit. Lepus apud Auicennam arnebberi: apud Syluaticum arnaberri, arnebus, arnaben: & alfenglinar, coagulum leporis. Arneph Saracenicè. Græcè λαγὼς, vel λαγὶς, vel λαγωὸς, vt in Philologia pluribus dicetur. Vulgò etiam hodie λαγὶς à Græcis vocatur. Veteres etiam Græci quidam λέπορα vocitarunt, vide in H. 2. Dasypus quoque lepus est, à pedibus supra infraq; hirsutis dictus: quanquam Aristoteles alicubi coniungit λαγὼν & dasypoda (vt Plinius leporem & dasypodem) vbi Gaza leporem & cuniculum vertit. Strabo cuniculos λαγωδεῖς γεωρύχους, id est lepusculos terræ fossores nominat. Plutarchus dasypodum catulos λαγωδεῖς vocat: Οἱ δὲ δασυπόδες ἅμα τοῖς τεκοῦσι γινόμενοι καὶ αὐτοὶ τεκνοῦσι καὶ τῶν λαγωδίων, in libro Vtra animalium prudentiora, &c. vnde dasypodem eum pro lagò, id est lepore accepisse constat. In Baleares insulas (vt scribit Eustathius in Dionysium Afrum) inuectos aliquando ferunt duos λαγωδεῖς (cuniculos) marem & fœminam, qui mox ita aucti 70 sint numero, vt domos etiam & arbores suffossas euerterint: vnde incolæ legatione Romam missa agrum (habitandum)

bitandum) petere coacti fiunt. Sunt autem λαγωοδεῖς γαμφώνυχοι καὶ ῥιζοφάγοι, hoc est eius naturæ vt terram fodiant & radicibus vescantur, quos & λιθηρεύτας aliqui vocarunt, Hæc ille ex Strabone ferè. Δασύπους, λαγώς, Suidas. Sed hæc controuersia copiosè tractata est in Cuniculo capite primo. Πτώξ & alia leporis nomina poëtis vsitata ad Philologiam pertinent. Leporum catulos Cicero, Varro & Columella lepusculos vocant: Græci forma diminutiua, λαγίδια, λαγίδας, & λάγινα, Pollux. Xenophon quidem μικρὰ λάγινα dixit. Λαγώδιον vox nuda apud Suidam est: sed Varinus in voce Κούδιον, à lepore diminutam esse ostendit. Λαγωδεῖς vero patronymica forma, à recto λαγώδης (quæ & apud Suidam reperitur) vt alicubi docet Varinus: sic & λυκώδης & χαμαιδής, pro catulo lupi & pulli anseris. Italicè vel lieuore. Gallicè lieure (dimtnutiua, leuraut & leuereau.) Hispanicè Liébre. Germanicè *haſi* vel *haas*. Anglicè an hare. Illyricè zagiza. B.

Lepores in Aegypto minores quàm in Græcia fiunt, Aristoteles. Velocissimi sunt montani, campestres minus, tardissimi paludtres: sed qui loca omnia pererrant, in cursu molesti sunt: etenim sciunt compendiosa viarum, & currunt per aduersa vel plana maximè, per diuersa variè, per declivia minimè, Xenophon. Græca sic habent, Θέουσι γάρ: μάλιστα μὲν τὰ ἀνάντη, ἢ τὰ ὁμαλά: τὰ δὲ κάτοπτα, ἥκιστα. Capitur lepus, inquit Pollux, facilius cum per loca declivia fertur, propter pedum posteriorum altitudinem, præceps actus in caput. In acclivibus verò pedum inæqualitas facit, vt corpus æquabiliter feratur, cum quantum locus humilior subsidit, tantum ipse altitudine crurum erigatur: vt quasi in plano currere videatur, aut quod ad ipsum falcem locus videri planus possit. Sed de cursu & velocitate leporum, dicetur etiam in x. Apud nos lepores montani differunt à campestribus, in Tridentinis & Vicentinis alpibus frequentes, nigritia, magnitudine, ferocia, densiore pilo à cæteris distincti, Hermolaus. Iul. Pollux lepores quosdam Elymæos vocat, vulpibus non ferè minores, & nigricantes, corpore oblongo, albicante macula, prope summam caudam longiore. Sunt & qui dicuntur moschiæ, quorum in vestigijs spiritum tanta vi sentire canes memorant, vt furere planè credantur. Chelidonios etiam quosdam dicit Athenæus, Cælius. De chelidonijs leporibus vide in Hirundine H. a. quos ἄνω μὲν μέλανας, τὰ δὲ κάτω ὑπολεύκους κατὰ τὰς χελιδόνας ait Eustathius. Elymæi à regione dicti videntur, vt & canes Elymæi. de quibus dixi in capite de canibus venaticis in genere. Moschiæ verò ab odoris vehementia fortassis, vt & moschus odoramentum quod Arabes meich appellant, & verisimile est Græcos ab Arabibus mutuatos. Pisis lepores sunt magni, in nostra regione parui: quia cibus leporum illic maior quàm apud nos est, Niphus. In Pannonia inferiore multò Italicis pinguiores & lapidiores vidi, Manardus. Leporum tria genera ferè sunt: Vnum Italicum hoc nostrum pedibus primis humilibus, posterioribus altis, superiore parte pulla, ventre albo, auribus longis: qui lepus dicitur cum prægnans sit, tam è concipere. In Gallia transalpina, & Macedonia fiunt permagni. In Hispania & in Italia mediocres. Alterius generis est, quod in Gallia nascitur ad alpes, qui hoc ferè mutant, quòd toti candidi sunt. Hi rato perferuntur Romam. Tertij generis est, quod & in Hispania nascitur, similis nostro lepori ex quadam parte, sed humile, quem cuniculum appellant, Varro. Leporum genera duo sunt, pars magni, subnigri (ὑπόμελανες) multum in fronte nitescunt, τὸ λεῖον τὸ ἐν τῷ μετώπῳ μέγα ἔχουσι: alij minores, subflaui, (ὑπόξανθοι, Polluci ὑπόπυῤῥοι) parum candoris ostendunt. Caudam gerunt illi variam (κύκλῳ περιπύκνοι,) hi rectam (παρήκεις:) oculis verò sunt, illi sublucidis (ὑπογλαύκοις) hi subglaucis. Circa summam aurem illi valde nigrescunt, hi perexiguum. (Οἱ μὲν transtulimus illi, vt referatur ad maiores lepores: οἱ δὲ, hi, ad minores. Pollux simpliciter, leporum alios charopis, alios glaucis oculis esse scribit.) Sed ex his minores, plerunq; incolunt insulas desertas, vel celebres, (habitatas:) & in his turba maior quàm in continente versatur, quòd ibi vt plurimũ nec vulpes sunt, à quibus ipsi cum catulis occidantur: nec aquilæ, quæ montes magnos sæpius quàm paruos frequentant: nam parui plerunq; in insulis sunt. Venatores etiam rarò desertas insulas adeunt: in his quæ habitantur parci sunt, & ij ferè negligentes venationis in locis autem ne transire quidè canibus licet. Itaq; innumeri proueniunt, Xenoph. Platina magnos & paruos lepores non aliter distinguit, quàm quod illos lepores vulgò dictos esse ait, hos verò cuniculos, quod parum placet.

Dorsum leporinum propriè est pullum, Thylesius, vt pluribus dicam mox in pilorum mentione. Leporis colorem lego dici epipercnon: quòd sit pèrcne, oliuæ species non acerbæ quidem, sed nec nigrescentis omnino. Sunt qui percnon punctis maculisq; nigrioribus interstinctum accipiant: nam de animalibus lib. 9. Aristot. quoque quartum aquilarum genus percnopteron dicit appellarum abalarum notis. Eius aquilæ meminit Iliad. vltimo Homerus. In Plinianis codicibus scriptum modò obseruauimus, percnon dici ab Homero aquilam eam, Cælius. Lepus (inquit Pollux) colore est, Θαλαττερόν. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ εἶδος (εἶδος pro χρῶμα dixit, ne eandem vocem repeteret) περκνῆς ἐλαίας, ὑπὸ ἐμφαίνον, ὑπὸ ἠδὴ μελανομένης, hoc est inter acerbam & plenè maturam oliuam medio colore. Differunt colore lepores Oppiano: alij sunt Κνανέοι, ἀνοφεροὶ ἢ μελαμβόλοι κατ' ἄκρης, Σανδαῖοι δὲ μᾶλλον ἐπὶ πολὺν θὴν μελανοπαρήων: hoc est interprete Gyllio, alij cyanei, alij in solis terrarum nigris fusci, alij in rubris terris rutili. Lepores Italici (inquit Petrus Cresc.) pedibus primis humilibus, posterioribus altis, superiore parte humili, ventre albo, auribus longis, qui lepus dicitur prægnans etiam concipere: In Gallia alterius generis reperiuntur, toti candidi: Tertij generis cuniculi fuerint. Leporum plura sunt genera (Plinij verbis vtor.) in alpibus candidi: quibus hybernis mensibus pro cibatu niuem credunt esse: certe liquescente ea rutilescunt annis omnibus: Et est alioqui animal intolerandi rigoris alumnum. Leporum generis sunt & quos Hispania cuniculos appellat. Communis lepus in alpibus Heluetiæ non mutat colorem, corpore maior, capitur in vallibus & inferioribus montiũ locis: minor per brumã (ibidem & in Algouiæ montibus) totus albescit, æstate cæteris concolor, nempe fuscus: in summis montium iugis versatur, carne duriuscula & minus laudata, Stumpfius. Leporis albo quem vidi, cutis nigricabat, multò tenerior quàm cæteris leporib: pili in summis auriculis nigri erant. Pausanias in Arcadicis scribit lepores albos ex Libya aductos se vidisse, id quod mireris propter caliditatem regionis, cum apud nos nusquam nisi circa montium niuosorum cacumina tales visantur: in Scythia quidẽ Europæa (sic nomen eius Septentrionalem eram appello) hoc colore lepores abundant, vt Olaus Magnus testatur. Audio & in Anglia reperiri. Aristoteles etiam in libro de coloribus leporem album agnoscit. Leporem cognouimus hyeme albescere, æstate autem in suum colorem redire, D. Ambrosius & Albertus. Apud nos quidem etiam mustelæ aliquando per hyemem albæ reperiuntur. Lithuania tota hyeme albos & nigros lepores producit, Ioh. Bonar & Balicze. Leporum albissimorum maxima copia Vilnæ habetur, minoris venduntur, insuauioríq; caro eorũ existimatur, Ant. Schnebergerus. Apud Moscouitarum oppidum Mosiscum, leporum multitudo multorum diuersorumq; colorum habetur, Scaliger. Nauerates Comicus poëta leporem in Attica non facile inueniri scribit: Alcæus verò plures esse subindicat, vbi scribit coriandro trito & sale aspergendos esse quos ceperint lepores, Athenæus. In Ithaca lepores

pores illati moriuntur, exitremis quidem in littoribus, Plinius. In Ithaca insula lepores si aliunde illati dimittantur, viuere nequeunt: sed eodem reuersi, vnde maris introierint insulam, moriuntur, Aristoteles. Sola hæc insularum lepores non producit, Pollux. In Carpatho insula quantum abundarint lepores, inter prouerbia dicetur: item in Astypalæa insula, capite tertio in mentione fœcunditatis ipsorum. Leporum copia Paleates insulæ olim abundabant: duæ quorum Piryusæ, duæ vero gymnesiæ vocantur. Hæ autem obrutæ leporibus. Incolæ ab Augusto contra postulauerunt auxilium militare, quia maximę famis causa fuerant lepores. Cum terra pullulat, tum (loca culta) magis quàm montes tenent, Xenophon.

Nunc de singulis leporini corporis partibus acturus, primo loco integram eius partium ex Xenophonte descriptionem apponam, ne vnius authoris nomen sæpius nobis citandum sit, & ita pariter quid à nobis illustratum castigatúmue sit appareat. Omnes in lepore partes (inquit Xenophon) mirificè ad celeritatem compositæ sunt. Et quidem corpus eius constat ex his. Caput agile habet, breue, rotundum (interpres legit περιφερῆ: cum codices impressi habeant καταφερῆ: Pollux melius κεφαλὴν καταφερῆ, εἰς ῥῖνὸν καταλήγουσαν: hoc est, caput pronum, in acutum desinens:) non rigidum, longitudinem idoneam. (Videntur hic quædam deesse, quæ ex Polluce adijciemus. Aures lepus habet sublimes: collum angustum, rotundum, molle, oblongum, quæ tria posteriora in canis etiã celeris collo à Xenophonte laudantur. Vnde apparet hæc verba, οὐ σκληρὸν, μῆκος ἱκανὸν, apud Xenophontem non ad κεφαλὴν, sed ad τράχηλον pertinere: nam quod Xenophon dicit οὐ σκληρὸν, Pollux ὑγρὸν reddit, id est μαλακὸν: & pro μῆκος ἱκανὸν, βραχύτατον.) Scapulas rectas, desuper non apras (non arctas potius, sed satis laxas solutasq; ad motum faciliorem: αἱμασκαπτικὰς δηλονότι καὶ σωμάτων ἀνοιδεῖς: sic in cane quoq; probat ἰσχία ἄνωθεν μὴ σωμάτων βεβυσμένα: vide mox in clunium mentione.) Crura in ipsis (id est priora crura) lenia, solida, vt vertit Leonicenus, Græcè legimus λαφρὰ, σύγκολλα, apud Xenophontem & Pollucem. Fortassis autem σύγκολλα melius interpretabimur, exiguo interuallo disiuncta: posteriora enim magis distant, & diuaricantur: vnde apud Pollucem legimus, βλαισοὶ δ' εἰσὶ τὰ ὄπισθεν σκέλη, οἷς ἐγκεκλίθασι παρὰ τὰ ἔμπροσθεν, καὶ μὴ σύν δρόμου συμβάλλειν αὐτὰ σφισὶν ἐκείνοις, καὶ πηδᾶν, ἀντιφερίβολον τοῖς ὄπισθεν ποιοῦν, ἀλλαμῆ σὺν ἐμπροσθίοις ἐμπηδῶντα, διὰ τῶν ἐκείνων εἰς τὸ ἔσω παρεγκλαῖον. Idem Pollux libro secundo βλαισοὺς homines vocat quibus crura infra genua diuaricata sunt, & extrorsum vergunt: instar Λ. literæ, vnde & lambda hominem sic vitiatum appellant, Varinus qui βλαισὸς scribit.) Pectus non angustum, (στῆθος οὐ βαρύστερνον, id est pectus non graue: Pollux reddit, non carnosum.) Costas leues, commoderatas. Spinam (ἰσφύν) teretem: aluum carnosam, (Codex impressus habet κοιλίαν, interpres κοιλίαν legit: Poll. melius κοιλῶνα, id est pernam vel coxam & femur.) Ilia tenera, caua laterum idonea (λαμπάρες ἱκανῶς, apud Pollucem nihil huiusmodi legitur: λαμπάρες vocem nusquam inuenio, λαπάρες verò interpretatur ille, abdomen, venter, à laxitate dictus, vt quidam in Lexicon Græcolatinum retulit: item morbus Galeno, infestans partem inter ilium & thoracis ossa subsidentem: vide etiam Varinum: sed hæ significationes nominis substantiui sunt, in Xenophonte adiectiuum requiritur: proinde legerim λαπαρὰς cum acuto in vltima: est autem λαπαρὸς Varino, ἰσχνὸς, ὑποκοιλιώδης: quæ significatio ferè etiam nominis λαγαρὸς est: λαπαρίζειν inanire est, vnde λαπαρὸς, cauus & inanitus: sic etiam in cane celere Xenophon laudat τὰ κατωθεν τῶν κενεώνων λαγαρὰ, καὶ αὐτοῦ σὺν κενεῶσιν.) Clunes obesas, vndiq; plenas, congruo desuper interstitio: (ἰσχία εὔσαρκα, συνεστῶτα, Pollux: lego διεστῶτα, nam Xenophon διεστῶτα habet. Idem autem hic dicit, ἄνωθεν οὐς χρὴ διεστῶτα, quod supra de scapulis dixerat αἱμασκάπτικὰς ἀνωθεν: & in cane celere ἰσχία ἄνωθεν μὴ σωμάτων βεβυσμένα. Femina longa (μηρὸς μακρὸς: Pollux legit μικρὸς, reddit enim βραχεῖς) densa: (ἰσχνοὺς, sed melius in Polluce, ἰσχναγεῖς, id est solida, vt in cane etiam:) foris musculosa (μυώδεις, Poll.) interius non protuberantia: hypocolia (de his plura dixi in Canis venatici historia. Pollux hoc loco hyposcelia reddit, cum supra in loco de somno leporis τὰ ὄπισθεν σκέλη reddiderit: Leonicenus hic internodia transfert; superius femina: neutrum probo) longa & neruosa (μακροὶ καὶ νευφοὶ, Pollux: Xenophontis codex non recte habet μικροὶ. σφοδροὶ verò vt Xenophon, & νευφοὶ vt Pollux habet, voces synonymæ sunt; sed legendum νευφρὸν per iôta, vt densum, solidum & in se confertum significet, cuiusmodi corpora neruosa sunt: nam per yphilon saporem astringentem & acerbum designat.) Pedes anteriores summè flexiles (ἄκρους ὑγροὺς, id est longos, molles: nam & Pollux habet, ἁπαλοὺς καὶ μακρούς: summa certè mollities non conuenit eis: intelligit autem molle per ὑγρὸν posteriores pedes contraria voce στερεοὺς, id est solidos & duriusculos probans) angustos, rectos: posteriores solidos, latos, nullius vtroq; non contemptores asperitatis. Posteriora crura prioribus multum longiora, paromq; procurua, (καὶ ἐγκεκλιμένα μικρὸν ἔξω, Xenoph. βλαισοὶ δ' εἰσὶ τὰ ὄπισθεν, οἷς ἐγκεκλίθασι παρὰ τὰ ἔμπροσθεν, Pollux, vt pluribus paulò superius recitaui.) Villos breues leuesq;. Sic sanè compositum corpus fieri non potest quin & validum, & molle (aut flexile) & summæ agilitatis sit, Hactenus Xenophon. Caudam tantum, inquit idem, ad currendum incommodam habet, proinde in cursu auribus se gubernat, vt in c. dicam. Corpore non magno est, & natura leuis, Pollux. Σῶμα πίλου πυθὸν, λάσιον, Oppian. Nunquam pinguescit, vt in r. referam: vbi etiam de sanguinis eius natura dicam. Dasypodi pili & in buccis intus, & in pedibus sunt: Quæ vtraq; Trogus & in lepore tradit, hoc exemplo libidinosiores hominũ quoque hirtos colligens. Villosissimus animalium lepus, Plin. Leporis vni pili & in buccis intus (ἐντὸς τῶν γναθμῶν) & sub pedibus sunt, Aristot. Τετρίχωται πᾶς, οἷον καὶ τὸν γναθμὸν ἐντὸς ἔχειν τρίχας, Pollux. Sunt quæ mollem quidem habeant pilum, sed minus tenuem, vt lepores; contra quàm oues: leporum.n. pilus per summa cutis enascitur, quamobrẽ longitudine caret, & simile accidit, vt in ijs quæ lino decerpuntur: quæ quamuis mollia sint, tamen nullã longitudinem habent, nec implexum vllum recipiunt, Aristot. Et in Physiog. Lepus cum timidissimũ animal & molli pilo sit, vt oues etiam accensus: homines quoq; mollioris pili, timidi existimantur. Villos habet impenetrabiles (τρίχα στυγνὴν:) sunt.n. densi & molles, Xenophon. De colore leporis superius dixi. Dorsum leporinum, inquit Theophrastus, propriè est pullum: quamobrẽ naturę ipsius doctus magisterio, terrã recentem ab aratro metu pauidus quærit ille, ibiq; nonnunquam latitat, nullaq; re abditus; venatores canesq; ipsos prætereuntes ac sagaciter propè omnia perquirentes, coloris tantũ beneficio sæpissimè latet: &, vt in quodam epigrammate de lepore diximus, Quem fuga non rapit ore canum, non occult vmbra: Concolor immotũ sub Ioue terra tegit. Lepus caput modicum habet, βαιὸν ὑποδεικάδος, Oppianus. Pronum, & in angustum desinens, Pol. Oculi leporum glauci aut charopi sunt, Pollux. Λύσσῃς ἰεμένοισι χαροπὸν σφαλόωσιν ἐτοῖμοι Καυδὴν ἀγχιτύπην κίκερυθμὸν, Oppianus de lepore. Oculi glauci simul, inquit Adamantius, & charopi hoc est diuersorum colorum punctis milij magnitudine circa pupillas notati, ingenium dolosum & furtiuum significant, satis quidem solers, sed nec fortè nec audax, cuiusmodi lepores sunt. Acie oculorum sunt, inquit Xenophon, multis de causis minimè acuta. Oculos enim habent exporrectos; τὰ ὄμματα ἔχει ἔξω: palpebras autem præcisas (καὶ τὰ βλέφαρα

λιθαργιῶντα) & quæ pupillis munimenta non præbeant: quapropter hebes visus est atq; diffusus. (Oculi cilia non habent, eoq; obtusius vident, Poll.) Ad hæc somno etiam multum deditur animal, quæ res nihil ad videndum prodest, (vnde oculi non parum læduntur, Poll.) Et velocitas ad obtundendam aciem plurimum facit: citius enim fere rem vnamquanq; pertransiunt, quàm quid sit accuratè perspiciunt: Canum quoq; vrgentium terrores prouidentiam auferunt: vnde sæpe in retia incauti feruntur. Palpebris clausis (καταμύων, id est connivens) vigilat, apertis dormit & immotis, Xenophon: vide etiam in c. Patens quid significare volentes Aegyptij, leporem pingunt: habet enim oculos hoc animal semper apertos, Orus. Lucent in charopis eorum oculis vigilia nunti hi tequi: nunquam enim graustis (demissis) somnum capiunt palpebris, vt qui tum feras tum homines metuant: nocte etiam vigilant, Oppian. Superior in homine palpebra ita quandoq; conuellitur, vt album oculi non tegat: λαγωφθάλμους, id est leporinos oculos habentes, qui hoc patiuntur, vocant Græci. Auicenna ascera, & to palpebræ inuersationem. Idem inferiori contingit, & ectropion Græcis est, Manard. Lagophthalmus, inquit Cælius, vitium est vbi oculus in sopore non occluditur: fit autem, vt Celsus lib. 7. significat, vbi curatione adhibita plus æquo cutis exciditur, ita vt oculus contegi nequeat, vel aliam ob causam quandoq;. Nam si palpebra inferior minus surrigitur, sed pendens hiat, nec cum superiore coit, vitium facit, quod (eodem auctore) ectropium vocant. Glaucophthalmus pro lagophthalmos apud Celsum non rectè scriptum Hermolaus monet. Κορυβαντιᾶν, inquit idem, verbum apud Græcos factum est à pupillis oculorum quas κόρας appellant: sicut & Corybantes & Curetes: Qui cum custodes Iouis essent, non modo excubare, sed etiam apertis oculis dormire cogebantur: hinc natum vitio ex fabula vocabulum, vt qui leporum modo somnum caperent oculis patentibus, ita nominarentur. Proinde qui Corybantes à choreis dictos arbitrantur, errant: etiamsi Lucretius ita cecinerit: Cum pueri circa puerum pernice chorea Armati in numerum pulsarent æribus æra. In eundem sensum & Aristophanes poëta vsurpat verbum id in comœdia quæ Sphêces inscribitur, Ἢ παραφρονεῖς ἐπὶ τὴν κορυβαντιᾶν. Vide Chiliadas Erasmi duobus in locis, vt index monebit, super hoc verbo corybantiân. Dormiunt leporcs oculis patentibus, multiq; hominum, quos κορυβαντιᾶν Græci dixêre, Plinius. Plura hac de re afferemus in c.

Lepori ὦτα ὑψηλά, id est aures sublimes. Poll. Auritus à magnis auribus dicitur, vt sunt asinorum & leporum: aliàs ab audiendi facultate (sicut & oculatus,) Festus. Apud Græcos quidem nomen etiam λαγὼς habet, ab aurium magnitudine, λα enim auget in compositione, ὠς auris est. Et sanè decebat vt timidum & inermæ animal bene auditum esset, quò longius pericula & insidias perciperet & maturè sibi consuleret: sed ijsdem in cursu quoq; se gubernat, vt in c. referam. Aures ei longæ & pilosæ, Gillius. Labia perpetuò mouet, Obscurus. Bucca pilos etiam interius habet, vt supra diximus in pilorum mentione. Rimam illam in medijs labris rectà sub naribus, nostri vocant *hasenscharten*: & audio etiam homines quosdam ore sic deformato nasci, idque ferè accidere vbi grauidæ subito leporis aspectu territæ fuerint. Nicol. Myrepsus emplastrũ num 39. ait valere ad λαγοχείλας cum chirurgia. Fuchsius ἀγχυλογλώσσους legendum suspicatur: ego λαγωλείλας: & vitium hoc esse puto quod nos *hasenscharten* vocamus. Λαγόχειλοι qui habent labia scissa vt lepores, Camerarius. Vtrinq; dentatus cum sit, coagulum tamen habet, Aristotel. Quæcunq; sic nascuntur in veterino genere, vt notam eam habeant, quam leporinum dentem vocant (σημᾶ, καὶ λαγωΐδοντα ἐξωθοῦσι) subrumari non oportet, sed reijcere aut ab armento segregare tanquam adulterinas fœturas & portentosas, Absyrtus capite 115. interprete Ruellio. Lepus habet collum angustum, teres, molle, oblongum, Pollux. Cor maximum est proportione muribus lepori, asino, ceruo, pantheræ, mustellis, hyænis, & omnibus timidis, aut propter metum maleficis, Plinius & Aristoteles. Lepus solus ex ijs quibus pedes multifidi coagulum habet, Poll Cum vtrinq; dentatus sit, coagulum tamen habet, Aristoteles. Et alibi, Lepori soli ex ijs quæ vnum ventrem habent, coagulum est. Fit autem ei coagulum, quoniam herbam succi lactei pascitur: talis enim humor lac in ventriculo infantium (τῶν ἐμβρύων) stringit, facitq; colostrum. Quæ verò hæc herba sit in Philologia dicam, vbi de plantis à lepore nominatis verba faciam. Leporis locis quibusdã bina iecora habere videntur, Aristoteles. Et alibi, Leporum generi cuidam (quod tum alibi, tum etiam in Sycino agro circiter Bolbam lacum gignitur) iecoris partes sepositæ sunt, nec eadem certa origine continentur: quippe quos bina habere iecinora ediderit, quoniam mestus procul admodum coëant. Bina iocinera leporibus circa Bisaltum & Tharnen, (in Thracia Thetne est, non Tharne, Hermolaus) & in Cherronneso ad Propontidem: mitumq;, translatis alio interit alterum, Plini. Idem alibi, cuniculorum in Bætica exta gemina sæpe reperiri scribit. Theopompus in Bisaltia lepores bina iecora habere prodidit, Gellius 16. 15. & Aelianus. Quod Plinius dixit in Cherronneso ad Propontidem, videtur id esse quod Aristoteles, in Sycino agro circa Bolbam lacum: etenim Syce, vt libro quarto diximus, videtur in Cherronneso Traciæ oppidum fuisse: de lacu autem Bolba, Stephanus quidem meminit ijs verbis Bolba & vrbis & stagni nomen est: sed qua in terra sit non explicat, Hermolaus in vndecimum Plinij. Archelaus de leporibus scribit, vtranq; vim (vtrunq; sexum) singulis inesse, ac sine mare æquè gignere: Benigna circa hoc natura, innocua & esculenta animalia fœcunda genetauit, Plinius. Quod idem lepus aliquando mas, aliquando fœmina sit, & naturas transmutet, & quandoq; velut masculus generet, quandoq; vt fœmina parit, manifestum esse Democritus tradit Geoponicorũ 19. 4. Lepus à Physicis dicitur incerti sexus ac esse modo mas, modo fœmina, Donatus. Mares lepores, vel potius androgynos, vno eodemq; tempore tum alios implere, tum ex sese patere, pluribus dicam in c. ex Aeliano. Arnebet. id est lepus apud Hebræos, terminationem fœmininam habet: quod vnum individuum habeat vtrunq; sexum, Munsterus. Quidam è vulgo alternis annis mares & fœminas fieri putant. An sine mare gignat lepus, adhuc dubium est, Blondus. Albertus scribens, in Aristotelis de generat. anim. libri 3. caput sextum, & alia multa ineptissimè tradit confundiq;, & lepori quædam attribuit, quæ Aristoteles ad mustelam refert: nam his & hyæna eo in capite voces Arabicæ, vt coniicio, non leporem significant, vt ipse exponit, sed mustelam. Et paulo post adhab quoq; leporem interpretatur, eadem de eo scribens quæ eo in loco Aristoteles de hyæna: (nos adapem cuniculum esse docuimus, adhab hyænam: arnab verò Arabicè lepus est) sed ipsum Albertum audiamus. Quod (inquit) putant de lepore, quem adhab Arabes vocant, quod habeat vtrunq; membrum per vices mensium, non est verum: sed sub cauda habet quasdam lineas fissuris vuluarum similes, quæ lineæ semper inueniuntur in maribus & fœminis. (Et dicit Auicenna quod secundum numerum annorum ætatis suæ multiplicantur illæ fissuræ: ita quod aliquis captus est de quo venatores putabant quod octo vuluas haberet:) falsum tamen est: quia illæ lineæ inueniuntur in maribus & fœminis: sed quia plures capiuntur mares, magis obtinuit opinio eos hermaphroditos esse quàm fœminas. Hæc omnia, ijs exceptis quæ parenthesi includuntur, Aristoteles de hyæna scribit. Fit enim sæpe cum habent catulos recentes, alios vt in ventre habere reperiantur.

reperiantur. Itaq; de his Archelaus ſcribit, annorum quot ſint ſi quis velit ſcire, inſpicere oportet foramina naturæ, quod ſine dubio alius habet alio plura, Varro. Vt maſculum leporem à fœmina diſcernas, vt Archadius ſcribit, naturæ foramina inſpicito: nam ſine dubio maſculus vnum, fœmina duo inuenitur habere, ſi cautè & ſubtiliter inſpiciantur, Creſcen. ſed apparet eum proximè recitata Varronis verba, codice nimirum deprauato, perperam legiſſe, & pro Archelao Archadium ſcripſiſſe, &c. Vide etiam infra cap. 3. De lepore fortaſſe (inquit Niphus) ſi illud eſt verum, quòd lepus ſit mas & fœmina, eſt ad alterum incubus, ad alterum autem ſuccubus: vnde tradunt venatores, in genere leporum inueniri eum qui eſt fœmina tantum, ſed nullum eſſe marem qui non ſit fœmina, quod teſtibus ſubiacet: nam inuentus eſt lepus teſtibus atq; mentula præditus, qui lepuſculos ferebat in vtero: nec non & lepus ferens lepuſculos, teſtibus carens & mentula: per quæ dilutio obiectionum perſpicua eſt. Nos verò teſtamur vidiſſe leporem ſolum marem, & leporé tantum fœminam, & leporem vtriuſq; ſexus, Hęc Niphus. Et rurſus alibi, Illud quod Albertus de leporibus dixit, mihi ſemper fuit dubium: nam in venationib. obſeruauimus leporem habuiſſe penem & teſtes, & deferre in vtero lepuſculos: obſeruauimus etiam leporem habuiſſe vuluam, & in ea lepuſculos, carere verò teſtibus & peni. Et rurſus, Ariſtoteles hanc de ſexu leporis quæſtionem non attigit. Ego vero leporem mentulatum & teſticulatum ferre in vtero lepuſculos obſeruaui ſæpe in venationibus, & apud noſtros venatores hoc probatiſſimum habetur. Rondeletius verò teſtes leporis non putat eſſe qui exiſtimantur in ijs qui vterum ferunt, ſed veſiculas quaſdam ſanie tumentes, quales illæ quæ propendent in Caſtore & in quibus continetur Caſtoreũ. quasq; vulgus falſo teſticulos caſtoris eſſe autumat, cùm eos intra corpus ipſius reperiri affirmet. Atq; hinc fieri ait quod vulgo dicitur lepores vtriuſq; ſexus eſſe participes: quod falſiſſimum eſſe aſſerit. Vſum autem harum partium eſſe ait vt tũ caſtores tum lepores ingruente pluuia hoc humore ſeu hac ſanie extracta corpus oblinentes, ſe ab aquæ iniuria tueantur. Hæc ille. Leporum vuluæ dum partum gerunt acetabula habent, Ariſtoteles. Sus, canis, lepus, partu ſunt numeroſo: nimirum quod vuluas ſiue vteros continent multos, totidemq; formandi loculamenta, Idem Problematum 10. 16. Lepori tibię neq; magnæ nec æquales ſunt, Gillius ex Oppiano, qui canit: Βραχυτέρας, ἰσχίων κώλα. Poſteriora crura longiora habet, vnde facilius aſcendit quàm deſcendit, vt ſupra dictum eſt. Solus animalium, Ariſtotele teſte, pronam ſupinamq; pedum partem hirſutam habet, vnde daſypodis nomen, quod apud Cartinum & alios legitur, factum videtur, Poll. Cum procumbit lepus hypocolia, vel potius, vt Pollux habet, poſteriora crura, ilibus ſubiicit, Xenophon. Caudam nimis breuem, & ad currendum incommodam habet, proinde in curſu auribus ſe gubernat, vt in c. dicam.

C.

Lepores alij montani, alij campeſtres, alij paluſtres ſunt, alij per diuerſa loca vagantur, Xenoph. Cubant ferè in arbuſtis obductionibus, & denſis fruticetis, aut ſciſſuris terræ profundis. Aut ſi Græcè mauis, Εὐναὶ λαγῶ. μὴ Πολυδεύκης, ἀλλὰ σκιαὶ φασὶ, θᾶκοι ἀμφιλαφεῖς, χωρία βαθέα: χιονῶν δὲ μὴ τὰ ἐσχατιὰ, θέρους δὲ τὰ ἐπίκοινα, ἐν δὲ χειμῶνι τὰ μελάγχροα. Sunt autem melanchema, vt Cælius ex Polluce interpretatur, cauitates (loca cana & humilia) in quibus colliquefacta eſt nix, dicta appellatione nigredinis argumento: quoniam operimento niuium agris albicantibus, ea portio plane nigreſcat. Obſcuri quidam authores leporem ſuper petris cubare ſcribunt, ſecuti opinor locum quempiam ex vetere teſtamento, vbi cuniculum potius interpres Latinus reddere debebat: Vide in Cuniculo c. Rationem tum ventorũ tum temporum lepus planè ſcit. Hyeme apricis locis cubilia id circo informat, atq; imprimit, quod aprication em vehementer appetit: frigus hoſtilem in modum declinat: æſtate vero, altioris ſedis ſtudio captus ad aquilonem cubitat. Temporũ commutationes nares ei indicant, Aelianus. Xenoph. ſcribit leporem acie videndi eſſe minimè acuta multis de cauſis (vt ſupra in B. retuli:) Plutarchus verò in Sympoſiacis ſenſoriorum excellentia hoc animal præſtare annotauit, Cælt. Atqui Plutarchus non ab acri ſed indefeſſo viſu leporem prædicat: hæc enim eius verba ſunt in Sympoſiacis libro 4. quæſtione vltima: Senſuum acrimonia lepus excellit. Siquidem oculi leporũ indefeſſi ſunt: itaq; dormiunt apertis. Auditu quoq; acerrimo præditi creduntur: quem admirati Aegyptij in ſacris picturis auditum deſignaturi leporem pingunt. Animalia ferina, vocem æduntgrauẽ, vt taurus, canis: timida acutam, vt cernus, lepus, Ariſtoteles in Phyſiognomicis. Glaucitat & catulus, at lepores vagiunt, Author Philomelę. Nos vagire apud bonos authores prima producta, & de infantibus tantum vſitatũ repetimus. Intus vt infanti vagiat ore puer, Ouidius 4. Faſtor. Μικρὸν διαμιμούμενα φωνῆς αἰγῶν ἢ λαγωῶν ἢ ἐλάφων, Euſtathius. Quieſcunt interdiu, noctu vagantur. Frigidi ſanguinis & frigidi cordis lepus eſt, & ideo ad paſtũ non niſi nocte progreditur, Albertus. In paſtionibus tum nocturnis tum longinquis pabulum inquirit, ſiue quòd fortè peregrini cibi deſiderio tenetur, ſiue etiam quantum equidem intelligo, vt ſe exerceat, & pedum celeritatẽ firmet, Aelianus. Vnum animal digitos habentium herba alitur lepus, Plinius. Lepori coagulum fit, quoniam herbam ſucci lactei paſcitur, Ariſtoteles. De hac & alijs, tum quibus veſcitur lepus, tum aliàs ab eo denominatis herbis, in Philologia dicam. Veſcuntur etiam vuis: vnde feſtiuum extat Agathiæ Scholaſtici epigramma Anthologij 6. 7. huiuſmodi: Εἶδον ἐγὼ τὸν πῶλον καθήμενον ἐγγὺς ὀπωπῆς Βακχιάδος σταλὰν βότρυν ἀμοργόμενον. Ἀγρευτὴς δ' ἀπέρυκεν, καὶ ἔδρακεν. αἰσχεσιδὴς δὲ ἐγκέφαλον πλήξας ἐξεκύλισεν λίθῳ. Εἶπε δὲ καὶ χαίρων ὁ γεωτόκος· Ἀντία μοι Βάκχου λοιβὴς καὶ ἔνδιον μικτὸν ἐδώκατε χέρας. Lepores quibus cibis ſaginentur, vide in F. Leporem ruminare in ſacris literis legimus, vide in Cuniculo A. Vino hauſto leporem ſtatim perijſſe Philippus Belot Cenomanus mihi retulit. Lepores aiunt non bibere ſed rore contentos eſſe. Lepores vrinam retro mittunt, Ariſtot. Et alibi, Lepus in auerſum (alibi, ex auerſo) mingit: mas inquam, nam fœminæ quadrupedum omnes ita miugunt. Leporis lac craſſiſſimũ eſt, Ariſtot. Soli animaliũ lac habent etiã ante partum, Pollux & Ariſtot. Lac ſuillo ſimile ſua craſſitudine eſt, Ariſtot. Somno multũ deditur hoc animal Xenoph. Δαγὼς grammatici quidam dictum conijciunt à λαγὼς, quòd videre: dormientẽ enim conniuere negant. A dormiendi habitu ὑπνώδης Nicandro dicitur. Hermolaus. Palpebris patentib. ſomnũ capere, lepori naturale eſt Aelianus. Et rurſus, Non oculos claudit cum ſomnũ capit, imò verò cum reliqua membra ſomnũ accipiunt, interea tamẽ oculi vident. Vide etiam ſupra in B. de oculis leporis, & interpretatione vocis lagophthalmus: & infra in Proverbio, Lepus dormiẽs. Dorcas, id eſt capreа ſimiliter vt lepus, dormiens oculos apertos habet, Varinus. Palpebris clauſis (καταμύων, id eſt conniuentib.) vigilat, apertis dormit & immotis: (Locus hic apud Pollucẽ corruptus, hinc reſtitui poteſt:) oculos etiã tenet immotos. Nares dormiens frequenter mouet, vigilans verò minus, Xenoph. Paraſitus quidã apud Athenęũ, multorum animaliũ quibus aliqua in re comparatur, nomina accipit, vt πηλῶν ἀλκὴς, &c. & Καθεύδων μικρὸν μυκτηρίζει (καὶ ὁ παροιμιάζων τὸν ἐγρηγορότα λαγωὸν ἔοικεν). Lepores auerſi coëunt: retro enim vrinam reddunt, Ariſtot. Fœmina etiam ſæpenumero marẽ prior ſuperuenit, Idem. Et rurſus, Coëunt & pariunt quoque tempore. Daſypodes omni menſe pariunt, & ſuperfœtant ſicut lepores,

lepores. Plinius. Fœcundiſſimæ ſunt naturæ: vnde præfinitum conceptionis terminum non habent. Simoratus. Lepus coitum quærit cum aliàs ſemper, tum verno tempore imprimis: itaque tum veſtigia eorum magis confuſa ſunt, Xenophon & Pollux. A viro rei venatoriæ bene perito, & cætera quàm bono, & à mendacijs alieno, auditione accepi, mares lepores vno eodemq; tempore tum alios implere, tum ex ſeſe parere, tam nutrire, nempe qui ſint vtriuſq; ſexus participes. Idemq; teſtabatur aliquando duos, aliquando tres parere. Huc etiam addebat, matrem ſemimortuum captum fuiſſe, ipſum autem prægnantem fuiſſe, atq; in diſſecti vtero tres lepuſculos repertos, eos primum extractos immobiles fuiſſe, deinde à ſole intepeſcentes, teuixiſſe, & eorum quendam poſtea reſpexiſſe, celeriterque & linguam porrexiſſe, & cibi deſiderio os aperuiſſe: itaque lac ei admotum fuiſſe, & paulatim alitum fuiſſe, Aelianus. Dum vtero ferunt, ſuperfœtant, & ſingulis menſibus generant: ſed fœtus æduni non vniuerſos: interpoſitis enim diebus quod res tulerit, peragunt partionem, Ariſtot. Et rurſus, Habet fœmina lac priuſquam pariat, & à partu continuo repetit coitum, & lactans adhuc concipit fœtum. Partum non vt maior fidipedum pars cæcum ædit. Daſypodes, inquit Plinius, omni menſe pariunt, & ſuperfœtant ſicut lepores. A partu ſtatim implentur: concipiunt quamuis vbera ſiccante fœtu: pariunt non cæcos. Et alibi, Lepus omnium prædæ naſcens, ſolus præter daſypodem ſuperfœtat, aliud educans, aliud in vtero pilis veſticum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. In cuniculis quidem manifeſtiſſima eſt ſuperfœtatio, nec diſcernit eos à leporibus Ariſtoteles, Niphus. Animalia quæ & timido animo & eſculenta ſunt, ea omnia fœtuoſa fecit diuina prudentia, ne aſſiduo eſu deperirent: contrà, quæ ſæua & maligna ſunt, ea voluit parum eſſe fœtuoſa. Vnde fit, vt lepus, quem omnia venantur, fera, ales, homo, tam ferax ſit: ſolaque ex omnibus beſtijs cum grauida eſt, etiam impleatur, & alium fœtum in vtero geſtet pilis veſticum, alium nudum, alium tantum non formatum, alium concipiat, Herodotus in Euterpe. Eadem ſcribunt Xenophon, Aelianus, & Philes. Herodoti verba Athenæus etiam citat: & Pollux Xenophontis, quibus de ſuo quædam ſynonyma adijcit: Καὶ μὴν πολύγονόν ἐστιν εἰς τὰ μάλιστα τὸ θηρίον, ϑηλυτοκούμενον ἀεί, καὶ διὰ πάσης, ὥστε τὸ μὲν ἤδη πέπεκται, τὸ δὲ κύεται, τὸ δὲ ϑηλάζεται. Καὶ εἴπερ ἂν αὐτὸ πολύγονον, πολύτοκον, πολύτεκνον, ϑηλυτοκούμενον, γόνῳ ἀεὶ ϑηλαζομένῳ. Ἐπικυΐσκεσθαι verbum Græcis ſuperfœtare eſt, pro quo Herodotum ἐπικαίρεσθαι, Pollucem ϑηλάζεσθαι dixiſſe apparet. Καὶ ἐς φιλότητα μέλοντες (malim μιγῆναι, aut ſimile quid) Νωλεμὲς ἰμείρουσι: γάμων δ' ἐπ' ἔγγυς ἰόντες. Οὐκετ' ἀναίνονται πίσυνοι πολυθηλυν ἥμιν, Οὐδ' ὅτε μαζὸν Φέρουσι πολύτερον ὠκύν ὀϊστόν. Ἔχουσα γὰρ πόδε φῦλον, ὃ δ' ἄπλετον ἔτρεφεν αἶα. Πολύγονον πολλόν. τὸ μὲν ἀρ πάλαι ἔνδον ἐκτὸς Ἔμβρυον ἐκθρώσκει πεπλησμένον, αὖτὰρ ὁ ἔσωθεν Νόσφι τριχὸς φορέει, τὸ δ' ἀρ ἡμιτέλεσσιν εἰδέϊ, Ἄλλο δ' ἀναρθρον ἔχει φορέει βρέφος ὠιαίεσθαι. Ἐξείης τίκτει δὲ, καὶ ὔστερ ϑῆλυς ἀναδὴς Λήθετο μαχλοσύνης, πλέει δ' ἔσω ἡμὺς ἀνώγει, Οὐδ' αὐτὰς ὠδῖνι ἀνηναμένη κυϑέρνα, Oppianus. Quamobrem animalia quædam ſuperfœtare poſſint, alia non, Ariſtoteles explicat lib. 4. de generat. anim. cap. 5. Sunt autem nonnulla ſuperfœtantia, inquit, quæ poſſunt enutrire conceptum quem ſuperfœtarint, &c. vt lepus: hoc enim animal nec magnum eſt, & plura generat, vtpote multifidum: ſemine etiam abundat, quod eius hirſutie ſignificatur: copia enim pili exuperat. Nam hoc vnum pilos & ſub pedibus habet, & intra genas: pili autem abundantia & hirſuties copiam indicant excrementi: quamobrem homines pilоſi libidinoſiores, & feminis copioſiores ſunt quàm læues. Idem problematum 10. 16. quærens cur animantium quædam partu ſint numeroſo, vt ſus, canis, lepus: alia non, vt homo, leo: coniecturam addit, quoniam alia vuluas ſiue vteros continent multos, totidemq; formandi loculamenta, quibus impleri percupiunt, quibusq; ſemen genitale diuidendum inferendumq; eſt: alia contra ſe habent. Hegeſander Delphus ſcribit, regnante Antigono filio Gonatâ, tantum numerum leporum in Aſtypalæa fuiſſe, vt Aſtypalenſes oraculo ſuper ijs conſulto, à Pythia audiuerint, nutriendos canes & venatione vtendum: & intra annum ſupta ſex millia capta eſſe. Prouenit autem tanta copia, cum Anaphæus quidam duos tantum lepores ab initio in inſulam inieciſſet. Quemadmodum prius ab Aſtypalenſi quodam duabus perdicibus inuectis in Anaphen, tanta perdicum vis in Anaphe nata eſt, vt incolæ de inſula relinquenda periclitarentur. Porrò ab initio Aſtypalæa lepores non habuit, ſed perdices tantum, Athenæus. Simili modo Carpathi etiam inſulæ multiplicatis leporibus ex duobus tantum immiſſis, perditas eſſe fruges, inter prouerbia dicetur: & in Lero inſula vno tantum inuecto, vide in n. vbi Higini de lepore fidere verba recitabo. Cubile leporis vbi catulos ſuos parit, Galli muettam vocant. Fœmina lepuſculos vt primum enixa eſt, ore lambit, quod Galli ſic proferunt: La lieure lime ſon leureteau, quand elle a leureté, Robertus Stephanus. Ex ſuis lepuſculis alium alibi lepores in cubile ſe recepturi ponunt, vt mox in p. referam.

Lepores montani, campeſtres, & paluſtres quomodo velocitate differant, dictum eſt in n. & alia quædam de curſu leporum: de quo plura etiam in n. reperies. Leporis corpus modis omnibus ad agilitatem egregiè compoſitum eſſe, in n. diximus ex Xenophonte. Agilem autem leuemq; eſſe leporem (inquit idem) vel illud indicat, quòd otioſè etiam ambulando ſaltat: gradientem verò nec vidit quiſquam nec videbit: quia poſterioribus pedibus vltra & extra anteriores pertingit, ac ita currit. (Hic adijcitur in Græcis, δῆλον δὲ τοῦτο τὸ ἐν χρῷ, qui locus mihi corruptus videtur. Leonicenus vertit, Nam quod ad colorem attinet in promptu eſt: ſed nihil ad rem.) Porrò caudam habent ad currendum incommodam, neq; enim propter breuitatem idonea eſt quæ corpus regat, ſed hoc vtraq; facit aure (ὥσπερ ὠπὶ κώπῃσι σὺν πνοιῇ.) & cum in eo eſt vt capiatur à canibus, alteram videlicet aurem deducit ac traducit obliquam, illorſum nitens vbicunq; laborat. Idcirco in hanc circumagitur ocyus, in angusto valde relinquens id quod inſequitur, (canem ſcilicet aut feram inſequentem.) Lepus montem facilius aſcendit quàm deſcendat, Albertus. vt ſupra etiam dictum eſt in n. ex Polluce: habet enim poſteriora membra longiora, anteriora verò breuiora: itaq; deorſum verſus ægrè decurrit, ſurſum facile, Aelianus. Poſteriora crura in curſu (inquit Pollux) vltra anteriora extendit, ſalitq; poſterioribus obnitens, nec vllo modo interim anteriores impedit, quod illi interius magis vergant. Salit autem magis quàm currit hoc animal, propter naturalem celeritatem, agilitatemq; ſummam. Ἅλτηκεν δ' ἐστὶ καὶ πηδήματα τὸ ζῷον μᾶλλον ἢ δρομικόν: ἄλλως δὲ καὶ ὀπίσω πως ἀπολακτοῦν, (lego ὑπερελαφρον ex Xenophonte,) Hæc Pollux. Cetuum Græci propriè ϑεῖν, id eſt currere dicunt: leporem fugere, φεύγειν,) Poll. Canes curſu flexuoſo ſæpe decipiunt, Volaterranus. Auribus corporis motum dirigit moderaturq; lepus, tanquam remis, quod in alijs animantibus pleruncq; efficit cauda, (Cælius ex Poll.) ſed hæc lepori breuior, & huic vſui idonea non eſt: itaq;, vt Pollux inquit, Τοῖς μὲν χρῆται πρὸς τὴν ἡγεμονίαν, παρεκπαβάλλων (καταβάλλων καὶ παρεμβάλλων τὸ ἕτερον πρὸς πλάγιον, Xenoph.) αὐτὰ, καθάπερ κώπαις τισὶ παρεγγυᾶν: ſenſus videtur, moueri à lepore aures in curſu alternis nunc ante nunc retro, vt nauiũ ſcilicet remi agũtur: vt παρεγγυᾶν pro παρεκτείνειν poſuerit, niſi mendum eſt. Ad fugã ſeſe auribus in terga inclinatis excitantem eum circumagitur, altera aure ab ea parte demiſſiore pro gubernа-

gubernaculo vtitur, Volaterranus ex Xenoph. Archelaus autor est, quod sint corporis cauernæ ad excrementa leporis, totidem annos esse ætatis: varius certe numerus reperitur, Plinius. Eius annos indicant foramina quædam: nam quot sunt illi corporis cauernæ, totidem annos ætatis agit, Aelianus. Ὅσων δ' ἐστὶν ἐν τοῖς μυελοῖς ἐγκοιλίαι τοσούτων ἐτῶν ἔσεσθαι δοκοῦσιν ἐγχωρέοντων (forte ἐγχωρέντων, cum Plinius ad excrementa dixerit) ἐστὶν ἡλικία τοῦ λαγωοῦ, Pollux, Albertus (vt in 8. retuli) ex Auicenna scribit, sub cauda leporis esse quasdam fissuras vel lineas vuluarum similes, in maribus simul & fœminis, easq; secundum numerum annorum ætatis multiplicari: & captum esse aliquando leporem quem venatores putarint octo vulnas habere.

D.

Lepores mansuescunt ratò, cum ferę dici iure non possint: complura nanq; sunt, nec placida, nec fera, sed medię inter vtrunq; naturæ, Plinius. Audio quidem à teneris nutritum, satis cicur & lepidũ, mirisq; corporis gestibus ac saltibus, iucundũ hoc animal fieri. Quædam timore non cicurantur, vt mures & lepores, quomodo enim amabis, quem insidiari vitæ tuæ sit persuasum? ac hoc sibi persuadent qui timent, Cardanus. Leporem aliquando aluimus qui adultus cum Cane Leporario, etiam interdum à recenti cruentâ venatione, libere ac securè lusitaret. Alium leporem domesticum in arce Montispesuli memini, posterioribus pedibus terrâ bis, ter, quater supplodentẽ, quo quasi sese acueret, belli cientẽ simulacra, vltro Canes prouocare, Scaliger. Lepores, cuniculi & similia animalia semifera, ita quidem cicurantur, si teneri educes, vt hominem non metuant nec refugiant, sed sponte etiam accedant, cibi præcipuè gratia: nullius verò disciplinæ capacia sunt, nec vocis agnoscunt imperia: vocanti adesse, increpata discedere non assuescunt, nec aliud quidquam iussa facere. Animal est simplex & sola fuga se defendens, Albertus. Lepus planè timidus, pauidus & fugitiuus est, naturæq; debilis & imbecillis, Blondus. Ingenio ac timidi sunt, Aristoteles. Et in Physiognomicis, Pili molles hominem timidum significant: nam ceruus, lepus, & oues, pilis sunt molliss imis. Formidine præcellit animal hoc: facile nanq; temere que terretur ac compauescit, ἀναπλήττεται: vnde & prox vocatur: nam πλῆσσω, formidare est, Cælius ex Polluce. Leporem pro ventorum temporumque ratione cubilia mutare in c. dixi. Cubile non prius subire & succedere solet, quàm modò ingrediens, modò egrediens sua contrubãtit vestigia: vt ne ea fruentibus sibi insidias apparent, naturali quadam sagacitate homines astutè decipiens, Aelianus. Lepus omnium prædæ natcitur, Plinius: nempe auium rapacium, terrestrium ferarum & hominum. His vel hyæna, vox barbara (Arabica vel Persica) mustelam significat: Albertus ineptissimè leporem exponit: deceptus, vt conijcio, quoniam vtrumq; animal catulos ore de loco ad locum frequenter transfert: quod eo in loco, vbi ipse leporem reddit, Aristoteles de mustela scribit. Lepores (inquit Plutarchus) in cubile se recepturi, lapicolè iugeri etiam interuallo catulos alium aliò dissitos transferunt: vt si vel homo vel canis iubeat, idem omnes in periculum ne vocentur: ipsi deinde impressis discursu multiplici prius vestigijs, saltu postremo ingenti inde abripiunt sese, atq; ita cubant. Fœtus suos (inquit Aelianus) in plures locos dispergit, hoc pacto arbitrans à rapinis tutiores esse, nam summo in eos amore ille grat. Neque à venaticis modò insidijs de se timet, verum etiam vulpium incursiones perhorrescit, nec minus auium impetus extimescit, sed & coruorum & aquilarum vocem multò maximè metuit, atque horret: & sanè quidem cum his auibus nulla pace coniungitur, sed tese abstrudit in dumeta, in aliáue fruteta, aut cespites, aut cum necessitate vrgetur, in quoduis aliud latibulum se occultat. Et alibi, Aquila lepores capit. Lepores non canes solum metuunt, verum & aquilas: ab his enim quoties ædita & aperta loca superant (ἐπιβαλλόμενοι τὰ ὑπερκείμενα καὶ ὑπαίθρια) rapiuntur, quantisper anniculi sunt: nam maiores incursu canum auferuntur, Xenophon. Vide etiam in 8. Lepus vocem accipitris exhorret latitans, Volaterranus. Accipitres dicti astures auxilio canum venantur etiam lepores & cuniculos, vt alicubi legimus. Accipiter syluestris capit aliquando lepores: Et quando leporem capit, sinistrum pedem terræ infigit, & dextro prædam tenet: tum quamprimum potest oculos leporis eruit & sic interficit, Albertus. Vulpes & aquilæ leporibus insidiantur, vt in 8. retuli ex Xenophonte. Lepores (inquit Aelianus) interdum à vulpibus non tantum cursu, sed etiam magis arte comprehenduntur. Captiosè enim circumuenire, inducere vulpes probe nouit: Cum enim aucupu in leporis vestigium inciderit, & sensum ex eo perceperit, animam continens, spiritumq; comprimens, sensim & pedetentim vsq; eò vestigijs leporis insistit, quoad in ipso cubili eum deprehendens, tanquam de insidijs securum animi & insperantem capere aggreditur. At enim non hic dissoluto & ignauiter remisso animo, sed suspenso & solliciro somnum capit, simul ac primum vulpem aduentantem sensu comprehenderit, de cubili exsilit, properans fugam capere, & cursum ad summam celeritatem facit: vulpes item vestigijs eum insequens ingreditur currere: verum longam viam vbi hic confecerit, vt qui iam longinquo abscessu contra vulpem superior factus sit, sub dumeta, aliaue fruteta densiora subiens, ex longo cursu, libenti animo & prolixo se quieti dat: at vulpes euestigio insequens, ei non concedit ex fuga vt consistat, & laboris requietem habeat, sed ad alterum cursum ex quiete eum excitat, & agitat: postea vero quàm incitato cursu is permultum viæ procedens, itinera non minora quàm prius fugerit, rursus vehementer quietem cupit capere: Illa verò fruterum quò se is coniecerit vrget, ac radicitus excutiens, ab assiduo cursu non sinit conquiescere: itaq; is iterum excurrit, illa quoq; non se ad insequendum tardans, currere insistit. Cum autem continenter ex alio alius cursus hunc vigilijs diu multumque fatigatum exceperit, currendo fessus, & laboribus succumbit, & longius procedere desistit: ipsa verò consecuta, eum ipsum non sanè cursu, sed longinquitate temporis, & captiosa inuestigatione comprehendit. Hæc Aelianus. Vulpes aliquando capit cuniculos & leporis Albertus. Quintum lupi genus, minus cæteris, pilis rigidis, leporibus maximè insidiatur, Oppianus. Mustela dicitur dolosè colludere leporì: quem cum ludendo fatigârit, gutture apprehendit, valideq; adnærens comprimit, ne currentem quidem relinquens lassum tandem interficit & vorat, Albert. Leporem aliquando audiui cricij spinas singulatim morsicus euellere, & ita nudatum vorare: quod mihi quidem verisimile non sit: cum lepus non sit carnisuorus: de vulpe potius probabilis hic dolus esset.

E.

Venatio. Leporì visus cur obtusus sit, in 8. diximus. Cæterum præter alia canum quoq; terrores prouidentiam auferunt cum instantes persequuntur. Quo fit vt ruens ad multa improuidus, in retia etiam incautus feratur. Quòd si rectà fugeret, rarò hoc pateretur. Nunc verò quia locos complectitur & amat, vbi natus & enutritus est, capitur: sed plerique omnes præter corporis naturam forte quadam capiuntur: nihil enim quod proportione conueniat, ab huius (corporis partium, vt in 8. diximus) compositione dissentit, Xenophon. Lepus viam retrouersus pertinentem cupide amplexatur, consuetam sedem omnibus locis antefert, eòque

non

non parum ſæpe capitur, quòd aſſuetum cubile relinquere non poſſit, Aelianus. De curſu leporum & velocitate vide quædam in B. & plura in C. Hic quædam illic relicta adijciemus, vt quæ propius ad venationem pertineant. Lepores ſtatim vt canes & venatores ſenſerint, ad cliuos confugiunt: hos venator à curſu acclui quantum poteſt auerſos in decliuem agat: nam cum pedes priores eis breuiores ſint, facilius per colles ſcandunt, vbi canes & venatores non paruo negotio ſequuntur, Oppianus. In ſemitis etiam & armis celerius currunt, quamobrem inde quoque auertentur, Idem. Et mox, Aeſtate pedes eis grauantur: & hyeme (terra nimirum adhærefcente, aut aſtringente gelu ex pruinis & niuibus) veluti calciati ad malleolos vſque impediuntur. Noſtri niues profundas obſeruant, vt minore negotio capiant. Montium incolæ, inquit Aelianus, non tam veloces, quàm qui in planicie verſantur, niſi quando ſub montem ſubiectos habent tractus in planiciem explicatos, quò ex montibus decurrant: vnde fit, vt tametſi montes incolant, tamen in campis exerceantur, vnde ſæpe campani homines cocis- 10 citant, atque inſequuntur. Cum autem proximi ſunt vt capiantur, campeſtris viæ breuitatem declinantes, lauriores locos & montoſos ſe conuertunt, in ſuas nimirum ſedes feſtinantes, idcircoq; euadunt, & inſperatam ſalutem aſſequuntur, quòd canibus & equis montium itinera infeſta atque inimica, pedes obterunt & debilitant, ſed eo acerbius canes vexantur, quòd carneos pedes, & minimè ad perpetienda ſaxa reſiſtentes, & quemádmodum equi vngulas, habent. Contrà, lepus conneſtitos pilis pedes habet, & duritatis & aſperitatis patiente. Iam et leporibus qui in crebris dumetorum frequentia locis commorantur, laboris inertia ſegnes, non ad curſum velocitate valent, ex pedum tarditate ad fugiendum laborantes. Nam huiuſcemodi opimo habitu, & ceſſatione torpentes, currendi inſueti ſunt, & ad proficiſcendum longiſſimè perimbecilles. Ipſorum ratio venandorum talis eſt. Primum per frutices perparuulos & minime continenti crebritate denſos permeant: denſiores verò, qui tranſiri non poſſunt, tranſiliunt: veruntamen vbi fruticetum aliud ex alio nexum latiſſimè continuatur, ibi hoc 20 ipſum facere coacti cum ſint, corporis grauitate ad ſaltum patum valentes, ſanè quàm cito laborant & ſuccumbunt. Canes verò ab eis ipſis primum aberrant, quod non eos propter minutarum arboſculorum frequentiam vident, & verò per frutices ſaliunt odoris ſenſu illecti, deinde tandem aliquando viſos, inſequuntur, de contentione currendi nil remittentes: illi autem ipſi ex continuatione ſaliendi ad capiendam fugam longiorem remolleſcunt, & viribus defecti comprehenduntur, Hactenus Aelianus. Et rurſus, Lepus, inquit, quem canes & equi inſectantur, ſi campeſtris ſit, celeriore & concitatiore curſu quàm montanus viam conficit, propter corporis exiguitatem, & tenuitatem. Cum enim gracili habitu ſit, ipſum celeritate præſtare vero proximum eſt. Primum igitur ex terra exſiliens ſaltu fertur, & per dumeta aliáue denſiora virgulta expeditus perlabitur. Tum vero ſicubi herbæ ſint altæ & frequentes, ex eis facile ſeſe explicat, atque elabitur: ac quemadmodum leonibus caudæ ad excitandas vires magno adiumento eſſe dicuntur, ſic huic aures roboris numina, & vexilla, & curſus incitamenta exiſtunt: fugiens eas ad tergum retorquet, ſicque ipſis tanquam ſtimulis torporem & ignauiam, ne à currendo retardetur, concitat. Iam porro curſum nec vnum, nec rectà tenet, ſed & huc illuc ſe verſat, & vero de recto curſu deflectit, vt exterreat canes, & circumueniat ad id quidem diuerticulum, quo vult iter conuertere: de ſuribus alterutram intorquet, atque inflectit, eáq; quaſi moderatrice curſum dirigit. Neq; vero improuidè vno eodemq; tempore omnes ſuarum virium neruulos contendit, ſed & impetum inſequentis obſeruat, & ſi ad inſequendum tardus & ſegnis ſit, non omnem ſuam celeritatem profundit: Sed duntaxat canes antegredi maturans, ſeſe integrum ſeruat, & viribus ſuis moderatur, ne omnem ſuam currendi facultatem vrgens, ex incitato curſu viribus deficiat. Penitus enim cognoſcit ſe ad curſum longè multumq; antecellere, & videt impenſius laborare non eſſe neceſſe. Quod ſi pedum celeritate canis ad conficiendum interpellet, tum omnibus reuocatis viribus lepus quanto maximo poteſt curſu fertur. Cum autem longè multumq; canibus antenerterit, & longo ſanè interuallo venatores atq; equos reliquerit, tam ſanè in aliquem tumulum aſcendit, & in poſteriores pedes ſeſe erigens, tanquam ex aliqua ſpecula, & inſectantium certamen proſpicit, & quantum equidem exiſtimo, eos vt debiliores ridet. Poſt ex eo loco intuens, ſe omnia ſuperiora habere, is nimirum quietem & tranquillitatem adeptus, ex laſſitudine grate & libenter dormit, Hæc omnia Aelianus. Catuli magis ſoboleſcunt quàm adulti: quoniam eorum membra adhuc mollia per terram vniuerſa trahuntur. Sed tenellos ſtudioſi venatores dimittunt, gratificantes deæ: qui verò iam iuuenes (ἔτεοι, id eſt anniculi, vt paulò poſt etiam vertit) ſunt, primo curſu velociſſimè feruntur, deinceps non ita: agiles enim ſunt, ſed imbecilles, Xenophon. Syluoſa loca (inquit Xenophon) magis redolent quàm nuda. Siquidem lepus, modò percurrens, modo procumbens, multa contingit. Procumbit autem ad ea quæ terra gignit, vel ipſius ſuperficies habet, ſub omnibus, ſuper ipſis. In ipſis, propius, longius, nunc diu, nunc parum, nunc mediocriter: & in mari nonnunquam ad id quod poteſt exiliens, (ἀναπήδησιν:) in aqua etiam ſi quid extans innatúmue fuerit. Itaque qui procumbere amat, cubile vt plurimum facit, ſi frigus fuerit, in apricis, (ἐν ἡλιοθεσίαις:) ſi æſtus, in vmbroſis: ſi ver & autumnus, in clementioribus locis, (ἐν εὐκράτοις.) At verò qui currere ſolent, non ita: nam trepidi à canibus facti ſunt. Procumbit autem femine ſub ilibus poſito, (ὑποθεὶς τὰ ὑποκώλια ὑπὸ τὰς λαγόνας. Pollux hoc loco pro hypocolijs poſuit τὰ ὀπίσθια σκέλη. plura de hac voce vide in Canis venatici hiſtoria:) cruribus anterioribus vt plurimum iunctis atq; porrectis, (τὰ δὲ πρόσθια σκέλη τὰ πλεῖστα συμβὰς καὶ ἐκτείνας, Pollux habet προτείνας.) mento prioribus pedibus ſubnixo, (ἐπ' ἄκρους τοὺς πόδας τῷ γένειον καταβάλλει: auribus ſuper vtroque humero demiſſis, τὰ δὲ ὦτα ἅτε πεπτώκασι ἅτε τὰς ὠμοπλάτας. εἶτα δὲ ὑποστήσῃ τὰ ὦτα, locus mihi obſcurus. Leporis cubile à Gallis vocatur la forme & lict du lieure. Vbiq; ſubſiſtit (ὑπομένει) vbi inueſtigatur, præterquam ſi noctu exterritus fuerit: id vbi acciderit, ſubtrepidat, ὑποτρέμει, Xenophon. Inter agitandum perſpicui ſunt, per ſubactam humum præcipuè nonnulli, quibus ineſt rubor: per acundines etiam, quia ex aduerſo refulgent. Perſpicui ſunt & quoq; in tramitibus & vijs, ſi planæ fuerint: fulgor enim qui in ipſis eſt (τὸ φαιὸν τὸ ἐν αὐταῖς) repercutit oculos. Incerti verò ſunt ſi ad ſaxa, ad montes, ad rupes, ad opaca ſeceſſerint, propter coloris ſimilitudinem. Quod ſi canes præſenſerint, ſiſtunt pedem, & reſidentes ſeipſos erigunt: & canum, ſicubi prope eſt, clamorem ſtrepitumque captant, & vnde audierint auertuntur. Eſt etiam cum nihil audierint, ſed audiſſe opinantes, vel ſibi perſuadentes, huc illuc trepidantes, veſtigijs inſilientes, in veſtigia ſecedunt. Porrò longiſſimè currunt, qui nudis ex locis excutiuntur, quia in aperto ſunt: breuiſſimè verò, qui ex opacis: nam tenebræ (τὸ σκοτεινὸν) impediunt, Xenophon. Ea quidem veſtigia, quæ reſidens ſeipſum erigendo lepus imprimit, Pollux ὀρθὰ, id eſt erecta vocat his verbis: Τὰ δὲ ὀρθὰ ἴχνη, ἐπειδὰν ἡ τὶς κύπτῃ καταπίπτουσι, ὀρθοὶ μὲν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑπὸ ἐξόπισθεν ἐξανισταμένου, βύλοιτο τὸ σῶμα ἢ σπεύσειεν ἢ ἄλλο μαθεῖν. Alia verò ſunt εὐθέα, oppoſita τοῖς συμπεπλεγμένοις, vt idem ex Xenophonte habet. Xenophon quidem inter veſtigiorum differentias numerat ὀρθὰ, πυκνὰ, καμπύλα, μακρὰ: ſed interpres legit, ὄρθια,

ἑρθια, καμπυλα, πικνὰ, μανὰ, vt duas ſyzygias oppoſitas faceret: atqui ὀρθὸν potius quàm ἑρθιον, καμπύλῳ opponitur: & μανῷ etiam rectè legi poteſt, vt in ſequentibus. Leporis veſtigia multum hyeme procedunt, quia longæ ſunt noctes: parum autem æſtate, quia è contrario ſunt breues. Nec verò ſubolent hyeme diluculo, cum pruina fuerit aut gelu, &c. vt in Cane ſagace & inueſtigatore ex Xenophonte recitaui. In plenilunio præcipuè leporum veſtigia incertiſſima ſunt: nam exultantes ad Lunam lepores inter ſe colludunt, & ea longè diſſipantes dirimunt Xenoph. Et rurſus, Verno etiam magis quàm alio anni tempore confuſa ſunt: nam lepus coitum quærit cum aliás ſemper, tum hoc tempore: quamobrem ſimul vagantes neceſſariò veſtigia implicant. Subolent autem veſtigia cubilium (iuxta cubilia. Τὰ δὲ ναΐα τῶν δρομαίων ὀπὶ πλείω χρόνον ὄζει) diutius quàm curſu impreſſa. Illa enim lepus perambulat inſiſtendo, hæc celeriter tranſcurrit. Lepus qui in curſu capitur, δρομαλὸς: qui verò in cubili, ἐναΐτης, δίναιος, Varinus. Inuenio & δίναιος proparoxytonum (nam illud penanflexum eſt) apud Varinum his verbis: Εὔναιος, λαγὸς, Σοφοκλῆς Δέλφοι, καλῶν πηγάς. vide ſupra in Cane veloce. Veſtigia quæ quò tendant cognitu facilia ſunt, vt recta, Xenophon γνώσιμα nominat, δίκελα Pollux: quæ aliter habẽt, vt συμπεπλεγμένα, intricata, hic διωκελῶς, ille ἀγνώμονα: huiuſmodi autem ferè ſunt per quæ vulpes prius inceſſerint. Quomodo cubile ſubituri lepores, impreſſis diſcurſu multiplici prius veſtigijs ſaltu poſtremo ingenti in id ſe recipiant, ſupra dictum eſt cap. 4. Flexuoſo curſu canes plerunq; decipiunt, Textor.

Exeundum eſt autem ad venationem, inquit Xenophon, diluculo, ne veſtigatione priuentur: nã ſi mora fiat, nec leporem canes inueniunt nec fructum venatores faciunt: neq; enim manet natura veſtigij, quæ ſingulis horis euaneſcit. Stolam cuſtos retium leuem indutus venatum exeat: retibus diuortia claudat fragoſa, decliuia, caua, obſcura (χειμάρρους τραχείας σκιὰς, λαγαροὺς, σκοτεινὰς,) riuos, torrentes, aquasq; perennes: hæc illis præcipua ſunt refugia: nam omnia dicere infinitum eſſet, diuerticula, biuia (διόδους: quæ vox etiam ſimpliciter vias vel ſemitas ſignificat) lata vel anguſta. Id orto iam Sole faciat, non in diluculo, ne ſi prope indaginem ſtatuenda ſint retia, ſtrepitum ſimul audiens lepus refugiat. Quòd ſi procul ſtatuantur, nihil magnopere prohibet in aurora ſecurum ſtatuere, vbi nihil obſtiterit. Haſtilia figito ſupina, vt cum adducuntur contendi poſſint. In ijs ſummis laqueos (ἔρκος) æquales ſubijcito (ὑπεκβαλέτω) pariterq; fulcito, attollens in medio reticulum (τὸ κεκρύφαλον:) ſed à plaga (ἐκ τοῦ πεδίου) oblongum lapidem magnumq; ſuſpendito, ne rete cũ leporem tenuerit recellere poſſit. Iuga longa ordine cingito (συνιζέτω δὲ μακρὰ ὑφάλα.) ne forte lepus tranſiliat: ſed inter veſtigandum ne intermittito: eſt enim venatoris ſed gnaui, quàm fieri poteſt celerrimè leporem capere. Retia in arduis tendat, (τὰ δίκτυα τανύτω ἐν ἀνάντεσιν:) caſſes (ἐπιδέσμους) in vijs obijciat opportunis procul à tramitibus, plagas (πεδίδρομους) ad humum religans, faſtigia (κεφαλίνια) contrahens, intra ſardonios (μετοχὴν τοῦ σαρδονίου. Τοῖς δικτύοις δὲ σαρδόνιος περιπλέκεται, ἐπὶ ἑκάτερα ὧν & διατείνει, ἔξω τοῦ πλέκτου βρόχοι αἰωρούμενοι τὸ δίκτυον, ἕνεκα τοῦ πεδίδρομον ἢ ὑπόδρομος τοῦ σχοινίου καὶ τὸ διωρύττειν (lego δίκτυα) ἔστιν, Pollux 5. 4. vbi & alia retium & venatoria vocabula requires.) haſtilia figẽs, funiculos (ὑπεκβολὰς) in ſummo tenſiles ſuperponat, ductiles coẽrceat, πεδίδρομα συνοχείοις: tum extra circumiens cautius obſeruet. Quòd ſi limes decliuis fuerit, ſagena erigatur. Leporem verò dum agitatur, inſequens ad retia cum clamore adigat. Is cum in rete inciderit, canum iram non pulſando, ſed leniendo refrenet: & venatori clamando ſignificet, aut captum eſſe, aut hac vel illac tranſcurriſſe: aut non videre vel non vidiſſe. Venator autẽ cum neglecta tenuiq; veſte & calceo venatum exeat, manu baculum (ῥόπαλον) geſtans. Retium verò cuſtos ſequatur, ſed cum ſilentio ſaltum adeat, ne lepus ſi fortè propius fuerit audita voce promoueatur. Caſſes & retia, vt dictũ eſt, expediat, religatis ad ſyluam canibus, vnoquoq; ſeorſum, vt facile ſolui poſſint. Poſt hæc autem cuſtos retia ſeruet, ipſe verò ſumptis canibus ad ſaltus indaginem ſubeat, & implorato Apolline & venatrice Diana, ac parte venationis promiſſa, vnam ex canibus ſoluat quæ veſtigandi peritiſſima ſit: ſi frigus fuerit, oriente Sole: ſi calor, ante diẽ: alijs autem anni tẽporibus inter auroram & Solis ortum. Aſt vbi veſtigiũ vna ex his quæ anteceſſerunt) ἴχνος ἑρθιον ἐπὶ τὰ πρόσω καμπύλων, fortè ἐπικαμπύλων: ſic enim dicuntur veſtigia, vt ipſe Xenophon alibi exponit, πρὸς ἐπὶ τὰ αὐτῶν πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἥκοντα, & ſic vertemus: At vbi canis emiſſus poſt intricata reflexaq; in ſe veſtigia, ad recta tandẽ peruenerit, ſoluat etiã alterũ) rectum deprehenderit, ſoluat & alteram. Et dum veſtigium tranſigitur haud multum moratus ſingulatim dimittat & alias. Et ipſe non vrgendo ſequatur, vnamquanq; nominatim appellans, nec id nimium ne ante tempus iritentur. Hæ verò præ gaudio & ardore procedunt, veſtigia vt ſunt duplicia, triplicia (hæc aliâs puto πεπλεγμένα vocat) euoluentes, hac illac progrediuntur variè (ἄλλῃ τ' αὐτοῦ ἄλλῃ τ' αὐτοῦ, ἐπιπλεγμένα, σφέτερα: forte legendum εἰς τὰ αὐτὰ ἄλλῃ τ' αὐτοῦ ἐπιπλεγμένα, de huiuſmodi enim veſtigijs etiam alibi apud eum mentio fit, vt iam proximè monui: ἐπιπλέκεσθαι quidem verbum in vſu eſt de ijs quæ non rectà procedunt, ſed obliqua ceu cancellatim ſe diuidunt & decuſſant, quod nos dicimus *vber einander vnd durch einander gehen:*) in orbem, in rectum, in curuum, per denſa, per rara (μανῷ, vt ſupra diximus) per nota, per ignota, ſeipſas tranſmittunt, micantibus caudis, inclinatis auribus, luminibusq; coruſcis. Vbi verò ad leporem acceſſerint, venatori ſignificabunt. nam toto cum caudis corpore micant. hoſtiliter inſultant, certatim prætereunt, ſtudioſè concurrunt, repente conſiſtunt, diuulſæ rurſus inuadunt: poſtremò ad leporis cubile peruenient, & in ipſum incurrent. Ille ſubito exortus, canum in ſe latratum & clamorem fugiendo conuertet. Ipſi vero agitantes clament, lò canes, lò ſegnis: Bene ô canes (καφῶς: lego πρῶ, id eſt ſapienter. ſed, bene, vox breuior magis conuenit acclamationi canum.) Et venator cum canibus currat, veſte quam geſtat manu circumuoluta, & baculum (rhopalon) etiam ferẽs, ſequatur leporem: nec obuius eat ne perturbet. Ille ſe ab oculis proripiens refugit, & loca vbi primum inuenitur vt plurimum repetit. Porrò illis (venatoribus) pro more clamantibus, ô puer, ha puer, ohè puer, heus puer: puer (retiũ cuſtos) ſignificabit captus ſit nẽc ne. Et ſi primo curſu captus fuerit, reuocatis canibus alium quærat: ſin minus, quàm celerrimè poteſt cum canibus currat, nec deſiſtat, ſed aſſiduè tranſmittat. Et ſi rurſus agitantes leporem occurrerint, clamet, Euge, euge ô canes, inſtate canes. Eſt quando longius procedunt vt eas pariter curſu ſequi nõ poſſit, & aliquando à curſu deerret. Rurſus tandem repertas, ſi in veſtigio fuerint, quantum poteſt accedens hortetur omnes, modo has modo illas nomine compellet, ſonum vocis quàm poterit multipliciter varians, acutum, grauem, paruum, magnum. Et præter alias hortationes, ſi curſus in monte fuerit, ſic etiam hortetur: Bellè canes, bellè ô canes, (Εὖ κύνες, εὖ ὦ κύνες. Forte Εὐᾶ κύνες, εὐᾶ ὦ κύνες: nam εὐᾶ κύνες etiam alijs in locis acclamare iuſſit paulò ante. Eſt autem τὸ εὐᾶ ἐπιβοήματος ἡλικιὰς καὶ μυστικὰς, ἀλαλὰ, Vatinus. Hæc nimirum voce Bacchæ mulieres euantes in montibus vagabundæ vtebantur, talis & apud Latinos vox reperitur Euax.) Sin autem ad ipſa non fuerint veſtigia, ſed exceſſerint, tunc eas in hunc modum reuocet. Non retro, non retro? heus canes. Sed poſtquam veſtigijs aſtiterint, circumagat eas, orbes multos crebroſq; faciens. Et vbicunq; incertum ipſis veſtigium fuerit, ſignũ ſtatuat limitem

(σείχον) sibi, & ab hoc eas hortando, blandiendo coerceat (σωαγειν) donec vestigium manifestè cognouerint. Illæ vero simulac certa erunt vestigia, irruendo, lasciuiendo, capita cõferendo, suspicando, significãdo, fines sibi certos statuendo, cito transcurrunt. Sed dum illæ ita per uestigium crebro dissiliunt, venator se reprimens cum canibus minimè currat, (μὴ κατιχοντα κυνας θορυβουμενους. negatio μὴ videri potest abundare,) ne studio certandi vestigia pretereant. At cum iuxta leporem fuerint, idq; venatori planè significauerint, obseruet ne territus à canibus locum mutet. Illæ vero dum caudam crispant, dum in se recidunt, dum insultant, & clangentes insurgunt, dũ prosiliunt, dum venatorem spectant, & hæc iam vera esse demonstrant, leporem vltro excitabunt, & latrantes inuadent: sed siue in retia præcipitet, siue exterius siue interius prætereat, ad vnumquodq; horum custos retium proclamet: & si captus fuerit, alium inquirat: sin minus, ijsdem vt antè hortationibus transcurrat. Sed cum iam serum diei fuerit, canibus propemodum currendo defatigatis, tunc leporem venator fessum exquirat, nihil relinquens eorum quæ terra gignit, vel ipsius superficies habet: sed crebrò eadẽ relegat, ne præteritus fallat. Procumbit enim in augusto nec resurgit præ labore & metu. Superinducat & canes hortando: blandiendo, si qua est humana, multum: si audax, parum: si mediocris, mediocriter: donec ipsum vel euestigio (ἐξ ποδὸς) occiderit, vel in retia protulerit. Post hæc autẽ sagenis retibusq; sublatis, canes auertat, & è saltu digrediatur, & si meridies æstiuus fuerit, resideat, ne canes in itinere pedibus vrantur. Hactenus Xenophon Omnibono Leoniceno ferè interprete. Et rursus. Vestigient autem canes leporem, cum nix ita ceciderit, vt terram operiat: nam si loca quædã μελαγχειμα (id est absq; niue, cum ea quæ circumquaq; sunt niue operiantur) fuerint, difficilis inuestigatu erit. At cum ningit, si Boreas spirârit, vestigia diu manifesta eminent: neq; enim cito liquuntur. Sin & Notus flauerit, & Sol superfulserit, breui apparent nam statim dilabuntur. Sed neq; cum nix iugiter cadit, vestigia enim obducit neq; cum ventus acriter incumbit, niuem enim conuoluens incerta facit. Ad huiusmodi venationem cum canibus exeundum nõ est: siquidem nix canum nares adurit, & pedes ac leporis odorem gelu nimio tollit. Sumptis igitur retibus & comite sibi adiuncto, ab agris ad montes pergat, & cum vestigia deprehenderit, per ea incedat. Sed si perplexa (ἐκπεπλεγμενα) fuerint, ita vt ab ijsdem ad eadem reflectantur, circumiendo ea emetiatur, & quo ferant inquirat. Multum enim lepus oberrat, incertus vbi procumbat, & simul incessu perplexo fallere didicit, vt qui persæpe à talibus (canibus & venatoribus) agitetur. Vbi iam vestigium apparuerit, procedat vlterius: perueniet autem vel ad locũ aliquem umbrosum, vel abruptum, quod per huiusmodi loca venti niuem transmittãt: quo fit vt opportuna cubilibus multa in eis relinquantur, & talia quærit lepus. Huc igitur cum vestigia duxerint, non accedat propius, ne promoueatur lepus, sed vndiq; circumdet: nam ibi esse speratur. argumento erit, si nusquam inde vestigia deduxerint. Sed cum ibi esse certum fuerit, illum relinquat, manebit enim, & alium quærat, antequam vestigia deleantur, rationem temporis habens: vt si etiam alios inuenerit, reliquum diei ad circumueniendũ (circumdanda retia) sufficiat. Quod vbi acciderit, retia vnicuiq; eorum circumtendat, non aliter quàm cũ melanchima (id est loca quædam absq; niue, cum cætera circumcirca omnia niue operiantur, fuerint, locũ vniuersum cingendo, vbicunq; tandem in eo lateat lepus. Retibus erectis, accedens commoueat. At si elapsus fuerit à retibus, per vestigia sequatur: conferet enim se rursus ad similia loca nisi in ipsa niue opprimatur. Obseruans igitur vbicunq; fuerit, circumuenire debet, quòd si non expectet, cursu insistere. Nam & sine retibus capietur, quia profunda niue lassatur, & in extremis pedibus (vt Pollux etiam repetit, & Oppianus) vbi villosus est, moles niuis haud modica succrescit, Hactenus Xenophon. De canibus celeribus, leporario, Gallico, Vertago, in canum historia satis dictũ est. Galli grandiores etiam canes, quos ceruarios appellant, vt & suarios lupariosq; sub nomine leporariorum comprehendũt, Budæus. Venator leporis vestigia captat, ex agris supernè subducendo canes, sed qui culta nõ adeunt, prata, saltus (ναπας) fluenta, lapidosa syluosaq; petunt. Et cum mouetur lepus, clamorem minimè tollat, ne pauidæ vestigia malè significent, ἱνα μὴ αἱ κυνες ἐκφοβοις γιγνωμεναι χαλεπως τὰ ἴχνη γνωριζωσιν. Sed vbi iam inuẽti agitantur, nunc flumina tranant, nunc viam flectunt, modò cauernas subeunt, ac penetrant: neq; tum canes solum metuunt, verum & aquilas, vt in D. dixi. Venatici canes leporem, si necarint ipsi, discerpũt, & sanguinem auidè lambunt: confectum autem cursu & exanimem consecuti, non attingunt, Plutarchus. Lepores & vulpes per æstatem noctu progrediuntur, Tardiuus. Nos autem vidimus, inquit Blondus, venantes in capiendis leporibus hũc modum seruare insidiandi. Diuisi ac sparsi venatores per inculta frequentius quàm per culta, arte quadam incedunt laqueis canem leporarium detinentes: spineta & sentes, siue dumeta, saltúsue potius celebrantes quàm nemora. Nonnunquam etiam præmittunt odorum canem qui è latebris pellat timidũ leporem, post quem è laqueis mittunt canem fugacem, altis clamoribus persequentes qui sunt exhortationes fugacium canum. Comprehensi demum lepores frequentius scinduntur à canibus, quàm cruenti ab ore canum euellantur à venatoribus. Quidam etiam sedentes post fruticem siue carecta seu dumum leporibus insidiando, optimorum venatorum consequuntur nomen: hoc fit autem cum venantium maxima pars, è longis circuitibus expellit lepores insequendo vsq; ad insidiantes quos improuiso aggrediuntur canes. Venantur autem lepores & post vindemiam in vineis, & in campis aratorijs confestim post mensem. Verum turgidi ac pingues maximè decipiuntur rigente bruma & supra niuem. Sed in diluculo leporum præstantissima venatio est, Hæc Blondus. Nec verò canum cuiusq; generis familiæ sagaciores vestigia tantum ferarum odorantur, sed feras, & perdices, & lepores: eorumq; recentia cubilia persentiscunt è longinquo, vtpote aduerso vento eorum odorem captantes erectis naribus & exorbentes, Budæus. Lepusculi timentes. hoc quadrangulum dedit Diana rete, nexile, aut viscum, fuge. lineamq; compedam, Varro in Prometheo vt à Nonio citatur. Est autem viscum hoc loco genus retis. Cerui, lepores & vulpes retibus capiuntur: præcipuè eo genere retis quod arolum vocant, (quod ab eo describitur 10.22.) Pet. Cresc. Et rursus 10.19. Lepores præcipuè capiuntur canibus sagacibus, quales sunt qui seguſi vel brachi vocantur. Requiruntur etiam canes ad cursum agiles, qui eos persequantur & capiant qui omnes ad hoc instruuntur, & ad capiendũ eos inducuntur, cum ex captis aliquid datur eis in cibum. Capiuntur etiam laqueis, vt idem scribit 10.31. Quomodo foueis capiantur lupi, vulpes, lepores & aliæ feræ. Crescentiensis docet 10.43.

Accipitres dicti astures auxilio canum venantur lepores & cuniculos: & aquilæ similiter, vt Pet. Cresc. scribit. Cyro aduersus Armenium proficiscenti continuò in primo agro exurgit lepus. Aquila autem volans dextera, leporem despiciens fugientem, & irruit, & percussit illum, extulitq; correptum eoq; ablato in collem proximũ pro libidine vtebatur præda. Augurium igitur Cyrus intuitus, cum lætatus est tum Iouem regem adorauit, dixitq; ad præsentes: Venatio quidem pulchra est futura, si Deo libuerit, Xenophon 2. de Pædia Cyri. Et rursus lib. 1. Aduersus leporem verò (pater inquit ad Cyrum) quoniam in tenebris pascitur, diem autem vitat, canes alebas, quę odoratu eum

ratu eum inuenirent. Et quia celeriter fugeret vbi esset inuentus, alias habebas canes, quæ erant eruditæ ad eum intercipiendum. Quòd si ab ijs etiam euasisset, cognito leporum transitu ac saltu, & ad quos locos fugientes à venatoribus capiuntur, hic casses visu difficiles tetendisses, quò in vehementi cursu ipse seipsum incidens conuinceret. Quò autem neq; hic diffugeret, eius rei speculatores constituebas, qui ex propinquo loco euestigio superuenirent, atq; ipse tu à tergo clamore obstrepens, continuò ita leporem exterrebas, vt stupidus caperetur. Qui verò anterius erant in insidijs, hos tu silentium edoctos obseruare, latere faciebas. Et lib. 3. de dictis & factis Socratis: Nónne vides (inquit Socrates ad Theodotam meretricem) quòd etiam illi qui lepores sectantur, multa machinantur? Dum enim noctu pascendo oberrant, sagacibus canibus eos captant, at alios interdiu habent canes, quibus nocturna quæ liquerint cubilia comperiant. Tum etsi quos offenderint lepores, eos habent alipedes canes; quibus auolantes queant intercipere. Nec non & retia per insidias disposita sunt, quibus qui canum ora effugiũt, decipiantur. Lepores ab aquilis capi, vnde aquila etiam λαγωφόνος dicta, &c. in Aquila pluribus dicetur.

Λαγωβόλιον, ἐφ' ᾧ ὁπλῇ, Varin.) οὗ λαγωὸς ἀγρεύεται, Suidas & Varin. Cælius lagobolium locum interpretatur in quo lepores venantur, sed absq; authore. Ego lagobolion vel lagobolon, pedum vel baculi genus esse video, quò venator leporem ferit. Gestabant & in comœdijs rustici lagobolon, vt Pollux scribit. Bucolico carmine certantes, cornua ceruorum gestabant, & manibus tenebant lagobolum, Scholiastes Theocriti. Καὶ πλῶτας βάλλει, ἢ ῥόπαλα τοῦτα δύεται. Theocrit. Idyl. 1. Xenophon pro lagobolo rhopalon, id est clauam dixit: hoc enim venatorẽ leporum gestare iubet. Ῥοικόν, λαγωβόλον (paroxytonum: sed frequentius properoxytonum scribitur) ἢ ῥόπαλον τὸ εἰσὶ νεῦον ἐς γραῦν, ἢ ῥάβδον λέγεται ἄδικα πᾶσι, Varin. Ῥοικὸν, σκολιὸν, καμπύλον, σκαμβόν, Hesych. Καλαύροψ, ῥόπαλον ὕπτιον καμπὲς ἐν ἄκρῳ, ἢ τὸ κάλον ὑπὸ ξύλου αὐτὸ τετιλῶσθαι ὅμοιόν τι ᾖ καλαύροπι καὶ τὸ ἄδικ Θεοκρίτῳ ῥοικὸν λαγωβόλιον. δοκεῖ δέ τινες γράφειν ἐπιμολογεῖσθαι ἐς τὸ οἰκόν, Varin. Κερβολογία. τὸ λαγωβόλιον. Hesych. Καρμίδαν, ῥάβδον ποιμενικὴν, id est baculum pastoralem, quem Mysi συκαλίδα vocant, Hesychius & Varinus.

Leporaria appellantur, inquit Grapald non solũ vbi lepores sunt, & Græcis λαγωτροφεῖα vocantur: sed omnia septa ædificia, quæ inclusa animalia habent quę pascantur. Roboraria eadem à tabulis roboreis, quibus septa fuerunt, antequam macerias & mœnia noscerent, author Gellius ex Varrone. Viuaria autem aprorum cæterorumque syluestrium primus Romanorum instituit, Fuluius Hirpinus, quæ ex Græco proprie θηροτροφεῖα nuncupamus, Hæc Grapald. Gellius quidem lib. 2. cap. 20. leporaria pro viuarijs apud neminem vetustorum præter Varronem legisse se scribit: Scipionem vero omnium ætatis suæ purissimè loquutum, roboraria dicere solitum, quæ suo tempore viuaria appellabantur. Garennam Galli vocant viuarium: vel, vt Budæus interpretatur, cuniculariũ & leporariũ, nostri *ein thiergarten*. Leporaria te accipere volo, non ea, quæ tritaui nostri dicebant, vbi soli lepores sint: sed omnia septa affixa villæ quæ sunt, & habent inclusa animalia, quæ pascantur, Varro. Siquidem mos antiquus lepusculis, inquit Columella, capreisq; ac similibus feris iuxta villam plerunq; subiecta dominicis habitationibus ponebat viuaria, vt & conspectu suo clausa venatio possidenti oblectaret oculos, & eum exegisset vsus epulatum, velut è cella promerentur. Leporarij alterũ genus illud venaticum, duas habet diuersas species: vnam in qua est aper, caprea, lepus: alteram item extra villam quæ sunt, vt apes, cochleæ, glires, Varro. Et rursus, Apros quidem habere posse in leporario, nec magno negotio tibi est, captiuos, & cicures qui ibi nati sint, & pingues solere fieri scis inquam Axi. Nam quem fundum (in fundo quem) in Tusculano emit hic Varro à M. Pisone, vidisti ad buccinam inflatam certo tempore apros & capreas conuenire ad pabulum, cum è superiore loco è palæstra effunderetur apris glans, capreis vicia aut quid aliud. Ego vero, inquit ille, apud Q. Hortensium cũ in agro Laurenti essem, ibi istuc magis τροφικῶς fieri vidi. Nam sylua erat, vt dicebat, supra quinquaginta iugerum maceria septa quod non leporarium, sed θηροτροφεῖον appellabat. Ibi erat locus excelsus, vbi triclinio posito cœnabamus: Quintus Orphea vocari iussit: qui cum eò veniisset cum stola & cithara, & cantare esset iussus, buccinam inflauit; vbi tanta circumfluxit nos ceruorum, aprorum, & cæterarum quadrupedum multitudo, vt nõ minus formosum mihi visum sit spectaculum, quàm in Circo maximo ædilium non sine Africanis bestijs cum fiunt venationes. Et alibi, In leporario pater tuus præterquam lepusculum è venatione vidit nunquam. Neq; enim erat magnum id septum, quod nunc vt habeant multos apros ac capras (lego capreas) complura iugera macerijs concludũt, Varro. Et Appius apud eundem, Sequitur, inquit, actus secundi generis, affictitius ad villam qui solet esse, ac nomine antiquo à parte quadam leporarium appellatum. Nam neq; solum lepores in eo includuntur syluæ, vt olim in iugero agelli, aut duobus: sed etiam cerui aut capræ (lego, capreæ) in iugeribus multis. Quintus Fuluius leporariũ dicitur habere in Tarquiniensi septum, iugerũ quadraginta, in quo sunt inclusa, non solum ea quæ dixi, sed etiam oues ferę: Etiam hoc maius hic in Statonensi, & quidam in locis alijs. In Gallia vero transalpina T. Pompeius tantum septum venationis, vt circiter triginta millia passuum locum inclusum habeat. Præterea in eodem confecto habere solet, de animalibus coclearia, atq; aluearia, atq; etiã dolia, vbi habeat glires concluſos. Sed horum omniũ custodia incrementum, & pastio aperta, præterquam de apibus. Quis enim ignorat septa è macerijs, ita esse oportere in leporario, vt tectorio tecta sint, & sint alta? Alterum ne feles, aut meles, aliaúe quæ bestia intrare possit. alterum ne lupus transilire: Ibiq; esse latebras, vbi interdiu lepores deliteſcãt in virgultis atq; herbis: & arbores patulis ramis quæ aquilæ impediant conatus. Quis itẽ nescit, paucos si lepores mares in fœminas intromiserit, breui tempore fore vt impleatur? tanta fœcunditas huius quadrupedis. Quatuor enim modò si intromiseris in leporarium, breui solet repleri. Leporum omnia tria genera (quæ capite secundo descripsimus) si possis, in leporario habere oportet: duo enim vtiq; te habere puto, & quod in Hispania annis ita fuisti multis, vt inde te cuniculos persecutos credam, Varro. Et rursus, Lepores quoq; nuper institutum vt saginarẽt pleraq;, cum exceptos è leporario concludant in caueis, & loco clauso faciant pingues. De viuarijs faciendis, & includendis pecudibus feris multa scribit Columella libri noni cap. 1. quæ differo ad librum de animalibus communem. De minoris autẽ incrementi animalibus (inquit ibidem) qualis est lepus, hæc præcipimus, vt in ijs viuarijs, quæ materia (maceria, sic enim supra dixerat, & muro) munita sunt, farraginis & olerum, ferè intubi lactucæq;, semina paruulis arcolis per diuersa spatia factis inijciantur. itemq; Punicum cicer, vel hoc vernaculum, nec minus ordeum, & cicercula condita ex horreo promantur, & aqua cœlesti macerata obijciantur: nam sicca non nimis ab lepusculis appetuntur. Hæc porrò animalia vel similia his (etiam silente me) facile intelligitur, quàm non expediat conferre in id viuarium, quod vacerris circumdatum est: siquidem propter exiguitatem corporis facile clatris subrepunt, & liberos nacta egressas fugam moliuntur. Hæc Columella. Epigramma in leporarij ingressum Ferrariæ, T. Vespasiani Strozæ, lib. 1. Aeoloſtichon. Adeò nihil omissum est, vt leporem surdum celerius pinguescere reperiamus. Plin:

Hoc si verum est, in causa fuerit fortassis, quod cum auditu fruitur, ad quemuis subinde sonum & strepitum mo pidus expauescit, vnde ad corpus augendum cõtinuo metu pauoreq; impediri videtur. Quod si etiam surdus natura non sit, auribus cera vel aliter obstructis auditus eius obtundi possit.

Scribit Ael. Lampridius, Heliogabalum non facile cubuisse in culcitris seu accubitis, nisi quæ leporinũ pilum haberent, aut perdicum plumas subalares. Vestes etiam leporino pilo facere, tentatum est, tactu nõ perinde molli vt in cute, propter breuitatem pili dilabidas, Plin. E leporinis pellibus cum pilis suis manicæ & caligæ parantur ad vsum eorum qui refrigeratis aut articularijs membris laborant: assuuntur etiam tegumentis pro ventre interioribus: multum enim calefaciunt, & leues simul ac molles sunt, triplici nomine gratæ. Indumentum ex pellibus leporum, corroborat corpora senum & iuuenum, Filius Zor apud R. Mosen. Leporis pilus quia mollior delicatiorq; est, spongiæ loco vtebantur plerunq;, purgandis præsertim detergendisq; lippitudinibus, Cælius. Ἀλλ' οὐχὶ νῦν κέρκον λαγῶ, Aristophanes: hoc est, En accipe caudam leporis: est autem mollis & tenera leporis lana. τὸ ἔριον δὲ λαγῶ, vt spongiarum etiam loco adhiberi possit tum aliàs, tum ad gramias oculorum. λήματα Græci vocant, abstergendas, Suidas & Varinus in voce Κίρκος. Pedum etiam pro scopis vsus, ad puluerem detergendum & verrendas quisquilias, &c. Iis aurifabri vtuntur.

F.

Leporina semper in delicijs fuit, & in splendidis epulis apposita. Inter aues turdus, si quis me iudice certet, Inter quadrupedes gloria prima lepus Martialis. In pentametro quidam pro gloria legunt mattya: quod nomen à maza fit, vocanturq; sic pretiosa omnia edulia, vt scribit Athenæus, Cælius. Antiphanes poëta in Cyclope, dasypodem, id est leporem, in conuiuio inter alia appositum celebrat, Athenæus. Leporem gustare fas non putãt Britanni, Cælius. Lepus quanquam ruminat, Iudæis in cibo à Mose interdictus est, quoniam pedes non bisulcos sed digitatos habet, Leuit. 11. & Deuter. 14. Plutarchus in Symposiacis lib 4. quæstione vltima, vbi quærit de Iudæis, vtrum illi colentes suem aut detestantes, carnibus eius abstineant: Quin & lepore, ait, quidã Iudæos abstinere ferunt, animal tanquam immundũ & abominabile detestantes Tum Lamprias, (hic locus mutilus est, ego ex coniectura vertam:) Atqui fortassis lepore non odio, sed cultu aliquo prosequentes abstinent, propter corporis cum asino similitudinem. (Paulò ante enim asinũ quoq; ab ipsis coli Callistratus affirmauerat.) Quamuis enim & corporis mole multum inferior sit asino lepus & celeritate longè superior: mirè tamẽ cum eo conuenit colore, auribus, & oculorũ tum pinguedine tum salsedine, vt vix aliud animal paruum tam simile alicui magno reperias. Nisi fortassis Aegyptios circa similitudines secuti, animantis celeritatem diuinum quiddã existimant: & sensuum eius acrimoniam, (de qua in 5. dixi,) Hæc Plutarch. Caro leporum sanguinem quidem gignit crassiorem, sed melioris succi quam bubula & ouilla, Galen. 3. de aliment. facul. Paulus Aegineta tamen non meliorem, sed minus crassum ex leporina quàm bubula & ouilla carne succum generari scribit. Et rursus in libro de attenuante victu. Caro leporum ad victus rationem siccantem est accommoda. ad propositam verò non admodum confert: sanguinẽ enim vehementer crassum gignit. Eadem ex Galeno Arabici quidam scriptores repetunt, Rasis, Isaac & alij. Celsus leporem in media materia numerari debere dicit, & boni succi esse, aluum adstringere, & vrinam mouere. Caro leporis gignit sanguinem crassum & melancholicũ: desiccat, & non attenuat, ideoq; medetur viscerum dolori, fluxui ventris, (&c. vt in 6 referam) Rasis & Albertus. Quanquam sicca & crassa, hircorum tamen & caprarum carnibus antefertur, Isaac. Calida est & sicca: & assata prodest vlceribus intestinorum, vt quidam ex Auicenna citant, apud quem ego nihil tale reperio. In Tacuinis verò Elluchasem sic legimus: Caro leporina vtilis est senibus, & frigidi temperamenti hominibus, in senecta præcipuè: iunioribus verò non conuenit: qui tamen si eam in cibo sumpturi sint, per noctem prius in succo Punicorum & aceto macerent, Hæc ille, authorem citans Rasin. Idem ex Haly asserit, calidam & siccam esse leporinam in secundo abscessu, ventrẽ sistere, & vrinam prouocare: præferendam esse si lepus in venatione captus sit à canibus, & magis hyeme & regionibus frigidis, prodesse nimiũ corpulentis, vigilias facere: cum condimentis vel aromatibus quę attenuent præparari debere. Auicenna, vt interpretes reddunt, leporem syluestrem nominat pro terrestri, vt conijcio. ad differentiã marini. Lepus frigidus est & siccus, salubrior futurus cum melle, Auicenna: sed hæc eius verba, vt Bellunensis monet. in emendatis codicibus nulla sunt: vt neq; ista, De eo qui in domibus nutritur adusto sumitur in potu medietas drachmæ. Mihi legendũ videtur. Eligendum esse leporem qui liberè pascatur in campis, non qui domi alatur: quæ ferè etiã Elluchasem in Tacuinis scribit. Cęterum drachma dimidia de lepore vsto in potu sumendo, fortè ad remedium aduersus calculum pertinet, quod ex lepore vsto fieri sequẽti capite docebimus. Præterea quod stomachum mundificet, sic loquuntur, id quoq; meliores codices non agnoscunt. Lepus sit carnosus, sed nõ pingue animal: huius carnibus vtantur qui macrescere atq; extenuari cupiunt. Biondus. Aetius scribit carnes vulpinas, leporinas & ericij, naturæ humanæ esse dissimiles, & alimenta efficere pessima, cuius argumentũ sit odor [illegible] modus, Io. Agricola Ammon. Talis quidẽ odor excoriantibus circa intestina præcipuè apparet. Cuniculi caro melius & facilius alit quàm leporina, quæ frigidæ & siccę naturæ est & bilem atram gignit Platina. Vda cuniculus affert Fercula, viscosum semi imitata gluten, Bapt. Fiera, hoc eum à lepore differre scribens. Cati syluestres temperamento ad lepores accedunt: caro corũ calida & mollis est, Rasis. M. Cato Cẽsorius ægrotos alit iubebat holeribus, & carnibus anatis, palumbis, aut leporis: hanc enim leuem esse aiebat & ægrotantibus commodam: nisi quod multa parit insomnia. Plutarchus in vita eius. Somniosos fieri lepore sumpto in cibis Cato arbitratur, Plin. Facile concoquuntur leporũ, suum pedes, &c. Aretæus. Ioannes Manardus in epistolis 13. 4. de leporina carne, quòd frigida siccaq; sit, & bilem atram gignat, ad Iacobum Pharusium medicum Rhegiensem id negantem copiosè scribit: nos inde quædã excerpemus: Applauserunt mihi, inquit, rationes tuę, quibus leporinam carnem & boni succi esse, & coctu non difficilem probas: Verum quò minus cõsentirem deterruit me veneranda antiquitas, & ad hæc vsq; secula quasi per manus nobis tradita sententia. Scribitur enim in libro de Dieta secundo, qui quidem Galeni tempore a multis nunc ab omnibus Hippocrati adscribitur, in hunc modum: Leporina caro sicca & adstringens, lotium aliquantisper mouet. (Deinde enumeratis Galeni verbis, quæ nos etiam paulò ante posuimus addit:) Et apertissimè lib 3. de locis affectis, magnam eam habere vim dicit in melancholici sanguinis generatione. Psellus quoq; & Paulus eisdẽ ferè verbis Galeno subscribunt. Et Simeon in libro de Esculis, quasi quæcunq; dicta à vetustioribus erant colligés, inquit. Carnes leporum his qui exiccare corpus volunt, valde conducũt: minimè verò his qui temperatura sunt siccior: sanguinem quippe gignunt crassarum partium & melancholicum. Deinde expositis quibusdam præceptis de omni alimento.

cento d'iudicando, subijcit: Duricies leporina carnis facit, vt serò & paulatim nutriat: quod dura alimēta omnia faciunt, Galeno teste. Quemadmodū autem, eodē teste, id quod facile concoquitur & celeriter nutrit, est quo ad nos calidū: ita è contrario quod tardè & paulatim, quo ad nos frigidū. Eadem duricies euidens siccitatis indicium est: quod etiā testatur dissimilitudo quam habet cū carne porcina, quæ præ cunctis carnibus, Galeno & ipso sensu ipso, est nostræ magis similis. Ab hac leporinā per frigus & siccitatē recedere, nemo (ni fallor) ambiget, q vtranq; bene nōrit: cæ nanq; enim arida & veluti vsta leporina videtur, suillæ cōparata vaporeq; omni atq; humore ac tenacitate ferè priuata. fragilis verò & ceu fibris abundans: quæ omnia & difficilem cōcoctu & seram ad diducendū ostendunt. Agilitas quoq; & in currendo velocitas eam valde à sue differre ostendunt: sed & timiditas frigus indicat. Si enim siccitati contingeretur caliditas, audaciam, quam summam in leone calido & sicco animali videmus, in lepore quoq; efficeret. Quòd ais tale temperamentū esse carnis quale sanguinis sit, nō est necesse: mutari enim nutrimentum à nutriendo debet, non è contrario & aliæ etiam corporis partes à sanguine nutriuntur, quas tamē eiusdem esse temperamenti nemo dixerit. Sanguis certè longè calidior est quàm caro, &c. Sed quanquam tenuis est leporinus sanguis, aqueus ferè, & sine fibris, non sequitur nō esse melancholicum. Tenuitas enim & (vt tu vocas) aquositas, frigus ostendunt, non calorem: sanguis enim dilutior. Aristotele teste, frigidior est: eaq; animalia, quibus dilutior est, timidiora. Tauri quidem animalis valde calidi sanguis crassus est, & fibris refertus. Præterea licet, Galeno teste, dulcis sit sanguis leporis & sapidus, ita vt dulcedine & concoctionis facilitate sanguinem suium superet: didicimus tamen ex eodem Galeno, non omnia dulcia esse calida, sed ea tantum quæ dulcedinē magnam habent: quę vero modicè dulcia sunt, esse frigida: ad tantam autem dulcedinem leporinus sanguis non attollitur. (Deinde tractata quæstione assæne carnes an elixæ humidiores sint: & vtrum assa aliquid caliditatis acquirant.) Leporinæ quidem carni, inquit, modicè atq; vt coquina requirit assæ, nullam arbitror caliditatē superaddi. Hucusq; Manardus. Elephantiacis in Cœna apponantur ex terrestribus fere, lepus aut sus, &c. Aretæus. Lepus assatus probatur, Idem cura Cephalææ. Schelides, laterū carnes in leporibus, Cæl. Σχελίδες λαγωῶν (aliâs σκελίδες, quod non placet: σκελὶς enim à σκάλλω fit quæ nunc in Comœdijs πλευρὰ vocatur, Pollux. Σκελὶς, τὸ ἀπὸ τῶν ῥαχίων, ἕως ὑπογαστρίου, Hesych. Λαγωὸς σκελία, vt alicubi legere memini. Σχελίδες, βέλτιον, λοφίαι ἀπὸ τῶν λαγωῶν (τὰ πλάγια τῶν λαγωῶν, Suid.) ὡς Αἰσχύλος φησὶν ὁ Ἀγοραῖος ἐν Ἀμφιτρύωνι, Suidas, Varinus, Scholia Aristophanis in Equitibus. Σχελίδες ὀλόκληροι μαγειρικαὶ, Pherecrates de sue. Sumine cū magno lepus, atq; aper, atq; pyargus, Iuuen. Sat. II. Canes pro amatoribus inquit Crinitus) passim accipiūtur, vt qui lepores magno studio cōsectentur, asserente Donato: Hinc illud vulgatum, Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos, (ex Horatij 2. Sermonū:) Et illud etiam Terentianum ex Liuio Andronico, si Iulio Capitolino (Flauio Vopisco in Numeriano, Erasmus) credimus, pro militari dicto, Tute lepus es & pulpamentū quæris. Lepus à posteriore parte, hoc est a lumbis & clunibus pulpamentū de se præbet, eaq; corporis parte lautissimus est. Terent. Eun. Lepus tute es & pulpamentū quæris: Id est ea requiris ab alijs, quæ ipse affatim habes domi, (Quod in te habes, hoc quæris in altero: & est tropus allegoria, Donatus.) Donatus in hunc locum, Lepus, inquit, pro infamia multa ponitur: vel quòd magis à posteriori parte, hoc est armis, pulpamentū de se præbeat, quū in conuiuio carpitur appositus: vel quòd venantur illū & persectantur canes, quos pro amatoribus allegoricè intelligimus vt ipse Terentius ait, Ceruam videre, fugere, sectari canes: Vel quod illum sic fingiant omnes, constituat vt hunc libido effœminata: (Obscuriora sunt hæc, & ab Erasmo etiā in huius prouerbij mētione omissa:) Vel quòd à physicis dicatur incerti sexus, ac esse modò mas, modò fœmina. Obscurus quidā Terentij interpres sic interpretatur: Quoniā nunc fœminæ nunc maris libidinē exerces, nō est quod palpes mulierē. Lepus tutes es & pulpamentū quæris. Id est ab alio quæris quod in te habes. hoc est, blandiris scorto, cum ipse sis scortum. Quod si Donatus & cæteri Terentij interpretes intellexissent, nō fuissent tot ambagibus vsi in re simplici atq; aperta, Sipontinus. De lepore prouerbiū dictum, Δασύπους κρέων ὀπτήσεις: hoc est, Lepus es, & pulpamentū quæris, vsurpatum à Terentio, Hermolaus. Δασύπους κρέων ὀπτήσεις, ἐπὶ τῶν ὀπτήσεως τοῦ ἀλλοτρίου δεομένων καὶ ὀπτᾶν ἀπὸ τῶν ἰδίων μὴ ἐθελόντων ἢ μὴ δυναμένων, Apostolius: πρὸς ἑαυτῶν, Suid. Dasypus carnes desiderat: dicitur in eos (inquit Erasmus) qui ea requirunt ab alijs, quæ ipsis affatim sunt domi. Et mox, Sunt qui existiment prouerbiū, Tute lepus es, & pulpamentū quæris, cum proximo idē esse. Dictum est autem à milite glorioso apud Terentiū in adolescentem Rhodium, qui scorto suo alludebat, ipse ea ætate qua scorti vicibus fungi posset. Donati cōmenta frigidiora mihi videntur, ac vt simplicius, ita verius esse puto ad Græcam paræmiam referre, Δασύπους κρέων ὀπτήσεις. Corpora quæ natura sunt sicca, salis conspersu exsiccata, cibo fiunt inepta: quidā enim leporem salire aggressus, malleolis exiccatis (ὑπὸ τοῦ ἁλὸς ἐξηραμμένοις γαλεώταις) similē reddidit, Gal. lib. 3. de alim. facultate. Ἐν λαγωοῖς, id est in leporinis carnibus vinere dicebantur, qui lautè atq; in delicijs vitam agebant. Aristophanes in Vespis, Sunt, inquit mille ciuitates, quæ nūc nobis tributū soluunt. Harū vnicuiq; si quis imperet vt viginti alat viros, Δισμυριάσιν ἂν ὁ δῆμος ἐν λαγῴοις, Καὶ σφᾶς αὐτὸν καὶ τοὺς παῖδας καὶ τὴν ἐπιοῦσαν: sic legendū, nō vt Erasmus habet πυκεάσιν. Versus quem ibidē citat tanquā Homeri Erasmus, à Scholiaste non ita citatur: nec hercle Homeri esse videri potest. Aristophanis quidē de leporinis verba Suidas etiā adducit. Hoc est, Viginti millia de populo hominū viuerēt in omnibus leporinis, omnigenisq; coronis, & colostris. Rursus in Equitibus, quū Cleon & aduersarius certatim promittunt lautissimas epulas populo, multis deliciarum generibus nominatis, promittuntur & leporinę carnes, quasi summę exquisitæq; delitiæ, Hęc Erasm. Λαγῶα, τὰ ἐκ λαγῶν κρέα id est carnea leporinę, Suid. Legimus & Λαγῴνια in Lexicis, eodē sensu. Ἐν τοῖσι λαγῴοις apud Aristophanē: hoc est ἐν τοῖς ἐκλεκτοῖς λαγῴοις καὶ τοῖς καλοῖς κρέασι, Varin. Ἐν τοῖσι λαγῴοις, id est omnib. leporibus (errat pro leporibus enim vltima circumflectēda esse) hoc est in carnibus leporū, id est in omnifariam bonis ac delicijs, Cæl. Ἐν τοῖσι θεοῖς πάσης ἡδυλογίας, ἐξ ὧν λαγῴων σοφά, Aristoph. in Pace. Δειπνίσειν κρεσπόλος πολλαπλασίους τῶν λαγῴων κρεῶν, &c apud Varinū citatur. Archestratus Opsodędalus apud Athenæū lib. 9. de optimo leporis apparatu scribēs, maximè probat carnē eius parū assam, & modicè crudam adhuc, necdū sanguineo humore prorsus priuatam, sine alijs condimentis sale tantum aspersam, calidam statim à veru cōuiuis apponi. Sed præstat versus ipsius (quāuis duo postremi obscuri sint) recitare, si quis forte etiā pluta inde colligat.

Τὸν λαγῶ πολλοὶ πολλαχοῦ, πολλοὶ δὲ πολλαχῶς θύουσι·
Ἐν ἀγαθοῖσι μοῦνος ἐγὼ Φρύγιος κρέας ἁπλῶς ἔψειν,
Μικρὸν ἐπομόρξειν, μὴ λυπεῖσθαι δ' ἐρεῖν πικρὸν
Αἷμ' ἐάσειν αὐξέσθαι· ἐμοὶ γ' εἶναι δοκεῖ πικρὸν
Καὶ κατὰ πάντα λίαν, ἅπαντα μᾶλλον ἀφαιροῦντα.
Βούλομαι εἶναί τι λεπτὸν, ἵνα σὺν ἀρτύτοισιν

Σκόλιον εἰσὶ κεῖθεν ἀνὴρ ἄριστος ἐμοί,
Θεμιστοκλῆς, ἀτλὰς ἀλάστωρ, ἀφραγὲς ἐν δαΐλοισι,
Γῆμεν δ' οὐκ ἐθέλει, καὶ ἐπὶ ἑβδόμῃ Ἀσπασίῃ.

Σεσίληος, γλυκὺν καταχέωμεν, ἐς πατέρων,

Apud eundem Alcæi versus legimus de lepore condiendo.

Οὐ γὰρ λαβόμαν αἰνοῖ λαγὸν πίπτοντα χυτρίδι· ex quibus conijcio.

trito coriandro cum sale leporinam aspergi solitam. Leporem assum recte cōuiuis appones: posterior (nempe pars) melior habetur. Anteriorem nō iniuria in piperato vel laridario coques. Eadē est & de cuniculo coctura, Plinius. Et leporum auulsos, vt multō suauius armos, Quàm si cum lumbis quis edat Horat. Serm. 2 8 Quia in clunibus (inquit Acron) habetur aliquid tetri odoris & saporis minus iucundi. His adijciam quæcunq; de leporis apparatu legimus apud Apicium lib. 8. In leporem madidum: In aqua præcoquitur modicè, deinde componitur in patina, ac coquitur oleo in furno: & cū propè sit coctus, ex alio oleo pertangito, & de cōditura infra scripta: Teres piper, satureiam, cepam, rutam, apij semen: liquamē, laser, vinum, & modicū olei: aliquoties verlatum in ipsa percoquitur cōditura. Item alia ad eam impensam: Cum propè tolli debeat, teres piper, dactylum, laser, vuam passam, caranum, liquamen, oleum suffundes, & cum bullierit, piper aspergis & inferes. In leporem farsum: Nucleos integros, amygdala, nuces iuglandes concisas, piperis grana solida, pulpam de ipso lepore & ouis fractis obligabis de omento porcino in furno. Sic iterū impensam facies: Rutam, piper satis, cepam, satureiam, dactylos: liquamē, caranum vel conditum: bullire donec despisset, & sic perfunditur: sed lepus in piperato, liquamine & laser maxime. Ius album in assum leporem: Piper ligusticum, cuminum, apij semē, ouum durum medium, triturā colliges & facies globum ex ea. In cacabulo coques liquamen, vinum, oleum, acetum modicè, cepullam concisam: postea globum condimentorū mittes, & agitabis origano vel satureia: si opus fuerit, amylas. Aliter leporē exsiccatum: Leporem curas, exossas, ornas, mittes in cacabum: adijcies oleum, liquamen, coctūram, faliculum porri, coriandrum, anethum: dum coquitur, adijcies in mortarium piper, ligusticum, cuminū, coriandri semen, laseris radicem, cepam aridam, menthā, rutam, apij semē, fricabis: suffundes liquamen, adijcies mel, ius de suo sibi, de fruto, acetoque temperabis, facies vt feruēat, cum ferbuerit amylo obligabis exornas, ius perfundes, piper aspergis & inferes. Lepus Pallenianus: Leporē curas, exossas, extensum ornas, suspendes ad fumum: cū coloraverit, facies vt dimidia coctura coquatur: lauas, aspergis salem, massam cœnogaro tanges: adijcies in mortarium piper, ligusticum, fricabis, suffundes liquamen, vinum, & liquamine temperabis in cacabum adijcies oleum modicū: facies vt feruēat, cum ferbuerit, amylo obligas, leporem assum à dorso tangis, piper aspergis & inferes. Lepus siciarius: Eadē coctura condies pulpam, nucleos infusos admisces, omento teges, & charta colliges lacinias & furcas. In leporē farsilem: Leporem curas, ornas quadratum imponis: adijcies in mortarium piper, ligusticum, origanum: suffundes liquamē, adijcies iocinora gallinarū cocta, cerebella cocta, pulpam concisam, oua cruda tria: liquamine temperabis: omento teges & charta colliges lacinias, & furcas: lento igni subassa, adijcies in mortarium piper, ligusticum, fricabis: suffundes liquamen, vino & liquamine temperabis: facies vt feruēat, cum ferbuerit, amylo obligas, & leporē subassatum perfundes, piper aspergis & inferes. Aliter leporem elixum: Ornas, adijcies in lancem oleum, liquamen, acetum, passum, cepam concides & rutam viridem, thymum subcultratum, & sic apponis. Leporis cōditura: Teritur piper, ruta, cepulla & iecur leporis, liquamen, caranum, passum, olei modicum, amylum cū bullijt. In leporem siccō sparsum, & hunc præcondies sicut hœdum Tarpeianum, antequā coquatur, ornatus suitur: piper, rutā, satureiam, cepam, thymum modicū, liquamine collues: postea in furnum mittes, coques: & impensam talem cum sparges: piperis semunciam, rutam, cepam, satureiam, dactylos quatuor. Vuam passam: ius, cū coloratur, superfundes in patellam, vinum, oleum, liquamē, caranum: si quenter tangitur, vt condituram suam omnē rollat, postea ex pipere siccō in disco sumitur. Aliter leporem conditum: Coques ex vino, liquamine, aqua, sinapi modicum, anetho, porro cum capillo suo, cum se coxerit, condies: piper, satureiam, cepe rotundū, dactylos damascenos duo: vinum, liquamen, caranum, oleum modicè, stringatur amylo modicū bulliat, conditur lepus, in patina perfunditur, Huculq; Apicius. Leporum & ceruorum sanguis nō coitu firmiore spissari solet vt cæterorū, sed fluido, quale lac est, quod sine cōagulo sponte coierit, Aristoteles. Sed de sanguinis leporini natura nōnihil & hoc in capite ex Manardo, & supra in a dictum est. Non pauci pro alimento habent sanguinē leporis, gallinarum & caprarum: leporis quidē & gallinarum complures etiam eorū qui vrbes incolunt, Galenus de simpli. fac. 4. Idem alibi, vt Manardus citat, leporinum sanguinem dulcem ac sapidum esse scribit, ita vt dulcedine & cōcoctionis facilitate sanguinē auium superet. Mimarkis (μιμαρκις vel μιμαρκις, vt Suidas habet. quod non probo) propriè quidē est chorda leporina (μιμαρ, χορδη, Hesych. & Varinus) ex intestinis. sed vsurpatur etiam de sue. Aliter, Mimarcus, apparatus quidam è ventre vel intestinis. vel καρύκη, ius vel edulium varie conditū, ex sanguine leporino & intestinis, Suidas & Varin. Μιμαρκης, λαγωου χορδη. Hesych. Et rursus, Μιμαρκος. venter & intestina victimæ (& ex hierion aliqui per excellētiam interpretantur bouem, Varinus alij ouem) cum sanguine apparata. præcipuè verò ex lepore hoc apparatu vtebantur, interdū etiam de sue. Pherecrates per lusum de asino etiā hac voce vtitur. Sed ex diuersis istis scribendi modis, μιμαρκις, vt ego iudico, tantum probari debet, quo modo apud Varinū & Pollucem habetur. Μιμαρκις, inquit Pollux, venter & intestina sunt cum sanguine apparata, maximè quidē leporum. quod vero ius nigrum vocatur, cibarium est Laconibus vsitatum, quod alio nomine αἱμαλὶς (apud Varinum in ι, αἱμαλὶς oxytonum scribitur) vocatur. Hæmatian Latinè fortan dixeris sanguiculum: nam hœdi sanguinem in cibum formatum sanguiculum vocari Plinius tradit. Iuris nigri Laconici Plutarchus etiam in vita Lycurgi meminit: est autem idem aut simile cibarium quod nostri ex sanguine & extis aut visceribus leporis parant, & piperatum vocant *pfeffer*, cui & color niger adest. Αἱμαλεα, αἱμαλὶς, ζωμὸς. Varinus: sed hoc modo scribi non placet. Αἱμαλεα, ἀκκια. Idem & Hesychius, intestinum sanguine farctum intelligo. *crabbat vurst*. Sic etiam e sanguine & intestinis thynni, iuris vel gari genus fit, quod κιμάτιον vocari quidā in Lexico Græcolatino annotauit. Ex sanguine & iocinore & pulmonib. leporinis minutal. vt Apicius præscribit 8 8. Adijcies in cacabum liquamen & oleum. coctum porrum & coriandrum minutatim concides: iocinora & pulmones in cacabum mittes, cū cocta fuerint, teres piper, cuminum, coriandrum, laseris radicem, mentham, rutam, pulegium: suffundes acetū, adijcies iocinora & pulmonum & sanguinem, teres, adijcies mel, ius de suo sibi, aceto temperabis. Exinanies in cacabum, pulmones leporis minutatim concisos in eundem cacabum mittes, facies vt feruear, cum ferbuerit, amylo obligas, piper aspergis & inferes. Hoc quoq; nuper institutum est, vt lepores saginarentur, cum exceptos è leporario quodam in capsam & loco clauso saginant (faciant) pingues, Varro, & ex eo repetens Macrobius in Saturnalib. 3. 13. Nunquam multum pinguescit lepus, sed quando sub tectis nutritur & non monetur, aliquando ren eius dexter leporis operitur, & tunc moritur, Albert. Quædam non pinguescunt vt lepus & perdix, Hermol.

Erasmus in proverbio, Leporem non edit; Antiquitus, inquit, superstitiosè creditum est, esu leporinæ pulpæ conciliari formam. Vnde extat iocus Martialis in Gellium lib. 5. quē missō lepore addebat ex vulgata opinione, munēris commendationē, Formosus septem Marce diebus eris. Id Poeta in ipsam torquens, quæ deformis esset,

Si me

Si me non fallis, inquit, si verum hæc mea dicis, Edisti nunquam Gallia tu leporē. Plinius scribit leporem in cibis sumptum gratiā corporis in septem dies conseruare. Lampridius scribit poetam quendam in Alexandrum Seuerum, quòd quotidie vesceretur leporina, ita lusisse: Pulchrum quod vides esse nostrū regem, (Calcagninus sic ei dat, vt carminis rationi consuleret: Pulchrum quod video ducem esse nostrum, Quem Syrum sua protulit propago,) Quem Syrum sua detulit propago, Venatus facit & lepus comesus, Ex quo continuum capit lepōrem. Ille versus cum quidam ex antiquis ad Alexandrum detulisset, respondisse fertur in hanc sententiam: Pulchrum quod putas esse vestrum regem. Vulgari miserande de fabella, Si verum putas esse, non irascor. Tantum tu comedis velim lepusculos, Vt tibi animi malis cepullis Pulcher, ne inuideas tuo re mentis. Si videris lector, inquit Erasmus, parum obseruatas metri leges, meminueris imperatorem scripsisse, cuius est præscribere leges, nō parēre. Sed non animaduertit Erasmus quod Lampridius refert imperatorem Græcis versibus respondisse, vnde superiores ab ipso Lampridio vel alio quopiam translatos apparet. Somniosos fieri lepore sumpto in cibis Cato arbitratur, vulgus & gratiam corpori nouem (septem potius, Martiale teste) dies friuolo ioco, cui tamen aliqua debeat subesse causa in tanta persuasione, Plin. 28. 29. vbi Hermolaus, Somniosos quidem ex leporina fieri adhuc vulgò creditur: vetus tamē lectio erat somnos, non somniosos. Cur vulgò recepta sit opinio apud veteres, inquit Cælius Calcagninus epistolicarum quæstionū lib. 1, eos formosos diebus aliquot fore qui lepore vescerentur, nonnulli rationem afferre conati sunt, quòd id pulpamentū vi polleat extergendi bilem atram, atq; ita animos exhilarandi. At ego hoc quicquid est vulgò assertum, ex vi vocabuli tractum puto. In vocibus enim antiquitas religionem auspiciorum obseruationem magna parte constare dixit. Hinc in delectu censuq; faciundo primi Valerius, Galluius, Staterius nominabantur. Non secus igitur eos lepidos fieri, lepòremq; mutuari crediderunt, qui lepore vescerentur. Leporem (inquit Cælius Rhodiginus) Græci amoribus sacrum fabulantur, ducto argumento ex etymi ratione: quoniam illorum lingua λαγως dicitur ἀπὸ τῆς λαγνείας. ἔρως autem, id est amores, à verbo ἐράω vtroq; vi, sūm figmentante. Vnde forsan proreptit sententia, formosos fieri diebus aliquot leporina vescentes carne. Lepores calculos comminuunt commanducati, Alex. benedictus.

G.

Leporinus cinis cum oleo myrteo capitis dolores sedat, Plin. Enterocelæ lepus illinitur tritus cum melle, Idē. Lepus viuus vtus ad tussim, apud Nic. Myrepsum 60. Lepus in farinam furno reductus mane ex vino Cretico propinatus quartanas tapare dicitur, Obscurus. Lep. integri combusti cinis confert contra calculum, Rasi. & Albert. Leporis sanguinem & pellem totam in ollā cruda combures, vt in cinerem cōuertatur, & in aqua calida posui dabis cochlearium vnum ieiuno, mox deliquescet lapis & ejicietur foras. Hoc experimentū nolipsi fecimus. Ne dubites. Hoc facies experimentum, mittes in aquam cochlearium pulueris, illuc pones lapidem qualē volueris, statim deliquescet, vt mireris virtutē, Sextus. Pellem leporis recentem (vt Marcellus docet) in olla munda, vel tegula, ita cum lana sua combures, vt in tenuissimum puluerem redigere possis, quē cribratum in vase nitido seruabis: indecū opus fuerit tria cochlearia in potione dabis bibenda quę res siue calculos, siue vesicæ dolores continuò compescit: sed multò potentius erit remedium, si leporem viuum in olla noua claudas, & gypso omnia spiramenta vasis obstruas, & in furno vsq; ad fauillam tenuissimam cremes, tritamq; & cribratā recondas, atq; inde certas mensuras in potione vini offeras calculosis, & qui sanguinem mingunt, mirè eos sanabis. Leporis integri combusti cinis confert aduersus calculum renum Rasis & Albertus. Leporis catulus vtero excisus in olla vritur aduersus calculum, Hieron. Tragus non citato authore. Pharmacum simplex ad calculosos, cui Marcianus testimonium præbet, medicus Apher. Leporis pellem in ollulam conijce, & in furnum demitte, atq; vbi vsta fuerit vt probè conteri possit, acceptam tere, & ex ipsa cochlearium vnum cum vino, ieiunis in solij calidæ aquæ insessu præbe. Si verò velis experimentum pharmaci ipsius accipere, ex eo in vinum conijce, & cōtectum per paucas horas sine, & in grumos lapis dissoluetur, Aetius 11. 9 de calculo vesicæ scribēs. Antidotus ad calculosos valde bona, apud Nicolaum Alexandrinum interprete Fuchsio: Recipe leporem viuum, ipsumq; iugulato, ac sanguinē eius olla noua excipito: dein detracta quoq; eius pelle integram vnà cum sanguine in vasculum iquimitte luto oblitū, & operculo contectum: crematoq;, donec pellis vnà cum sanguine in cinerem redigatur. Amoto subinde operculo, pellis sanguinisq; cinere accepto & lauigato, cochlearium vnum ex mero tepido dato, est præclara. Bartolomæus Montagnana in Antidotario suo vbi medicamenta vsu à se cognita recenset, electuarium de lepore consulto describit, admiscet tamen etiam Iudaicum lapidem, & in spongijs repertos & lithontribon electuarium à Nicolao descriptum, &c. Et rursus in electuario ad frangendum vesicæ calculum, inter alia leporem crematum adjicit. In Germanico quodam libello empirico manuscripto medicamentum reperio huiusmodi: Si venter tormina sentiat, & contrahatur, & calculi renum infestēt: balneum parabis in solio aquæ, in qua decoxeris maluam, thymum, malum, sium alterum & cepas: Sumes etiam per interualla cum pane tosto puluerem ex cremato lepore, capite & intestinis abiectis. Ad stranguriam, R. puluerem leporis vsti vnc. 1. Dā cū liquore diuretico mane & sero, Ex thesauro pauperum. Audiui à quodam religioso quod cinis leprecouum (lepusculos intelligo) lactentium sumptus, diebus ieiuno stomacho consolidat firmiter crepaturam etiam antiquam, Author additionis ad breu. Arnold. Lepus integer exenteratus in olla lutata redigatur in puluerem in furno: hoc audio multos dissenteriosos liberatos circa Lausanam. Ad calculum verò aliqui accipiūt tantum pellem, sanguinem & musculos, & lapides cancrorum deinde addunt.

Indumentum ex pellibus leporum. corpora senum & iuuenum corroborat, Filius Zor apud R. Mosen. Atticulus leporina pelle adalligatus somnos allicit, Plinius. Si equus posterioribus pedibus anteriores forte feriat & lædat, attactionem vocant (*anrechen*) venam statim supra suffraginem circa malleolos (*die fyfeleder*) incidunt. Ac leporinam pellem in vino calefactam imponunt aliqui. Pellis leporis recens impositā phyma curat; vel si ficcā madefacta fuerit, Amatus.

Leporinus sanguis tū calidus illinatur, ephelidas (id est asperam & discoloren cutē ab æstiuo Sole cutē, Marcel. Verg. Rūellius impliciter vitia cutis in facie vertit) vitiligines & lentigines sanat, Dioscor. 2. 18. & rursus 2. 96. calidus illitus ephelidas & lentiginea mēdat. Sed vt Celsus docet, interpositis plurib. horis mane eluēdi sunt loci illiti, oleoq; leniter vngēdi. Leporis sanguis lētigines de facie pellit punctus, Sext. Et Serenus ad lētigines. Cygnæos adipes hilari misceto Lyæo. Omne malū ppere maculoso ex ore fugabis, Sanguine vel leporis vsorb. delabitur omnis. Sang. lep. calidus superponitur morphææ & panno, Auicenna in capite de sanguine: nā in capite de lepore, pando tantum legitur; reddunt autem Arabes ferè pannū pro ephelide Græcorum; interdū profugatis aliqui

etiam ineptè pannum in panariciam conuertũt, quæ vox à paronychia barbaris detorta est. Ineptissimè Blondus, Sang. lep. inquit velamẽ oculorũ (pannum barbaram vocẽ sic interpretatus) abstergit. Si maculæ nigræ, vinbtolæ cum sang. lep. vngantur, remouentur, Rasis & Albert. Orno cutim, produco pilos, & sedo podagram, Sanguine cũ fuerint membra perunctamco, Io. Vrsinus in lepore ex Kiranide. Sed alij cinerem capitis, vel ventre cum intestinis vstum, pilorũ in capite defluuium emendare aiunt: sanguini eandẽ vim nemo attribuit, Marcellus quidẽ contrariam. Pilos, inquit, oculis molestos diligentissime velle, atq; eorũ loca hirceno sanguine recenti aut leporis, aut vespertilionis inlines. Sanguinẽ leporis magi illinunt, vbi cuulsos pilos renasci nolunt, Plinius, si bene memini. Hirci, capræ, leporis & cerui sanguis, dysenterias & cœliacorũ profluuia sistit. si frixus (inassatus) in sartagine latim sumatur in vino potus cõtra toxica efficax est. Dioscorides. Sanguis leporis frixus confert dysenteriæ & apostemati intestinorũ, & solutioni antiquæ & venenum sagittæ aufert, Auicenna. Sanguine leporis apostemata calida citò maturãtur, Idẽ in capite de sanguine. Et rursus ibidẽ, Calidus linitur super apostemata calida & lenia: quæ vires etiã hirceino adscribuntur ab eo. Elephantiacis locis post balneum cũ varijs rebus calidis & abstergentibus illinitur sanguis leporinus, Epiphanius empiricus. Leporis sanguis recens defusus, & cũ polenta coctus, & datus dysenterico, illico ventris profluuium sistet, Marcellus. Aluum sistit coagulũ leporis, & cæt. alij per se leporis sanguine cõtenti sunt lacte cocto, Plin. Sanguis leporis quomodo ad conceptũ faciat, vide infra in medicinis ex vulua leporis. De carne leporina etiam quod ad vires in medendo dictũ est nonnihil præcedẽti capite. Leporina caro calida est & ficca, alia vtilis est vlceribus intestinorũ, Auicen. Desiccat & nõ attenuat, & ideo prodest intestinis dolentibus, & ventrem sistit fluentẽ, & vlcera intestino: ũ sanat, Rasis & Albert. Calculũ frangit, Filius Zoar apud R. Moscu. Si cum oleo frigatur & inde fiat clyster, ventris profluuiũ & vlcera intestinorũ curantur, Albert. Si assa in furno vel sartagine edatur, idem efficit Rasis & Albert. Carnis eius ius siue decoctum podagricos & arthriticos iuuat, eadẽ ferè efficacia, qua decoctum vulpis, Auicenna. Pingue leporinũ empirici, quorũ libellos vidi Germanicos adhibere solent, vbi quid infixum corpori extrahendũ est. Aliqui flores fabarũ & leporis pingue tundendo miscent, imponuntq; spinis extrahendis. Si clauus plantæ pedis infixus hæret. Cancrum crudum cum pinguedine leporis contusum, loco saucio impone: parti verò ex aduersio respondenti, tres aut quatuor fabaceos flores superilligato per diem & noctem finito, sanabitur. Telum equo infixũ extrahes, illigato vulneri medicamento ex duobus cancris cum pinguedine leporino tusis. De axungia leporis (inquit Io. Andreas à Croaria in epistola ad Gesnerũ) vertici mulieris applicanda iam antea ad te scripseram, quę non secundinas modò sed fœtum mortuum expellere multis expertos audiui ipse tamen nunquam probaui. Hæc ille. Leporis pilorũ cinis sanguinem sistit, Plin. Pilos sub ventre viuo leporis candidos velles, & seruabis, & cum vsus exegerit intortos naribus fluentibus fulcies, Marcellus. Leporinæ lanæ exustæ cinis cũ oleo myrtino & felle taurino & alumine trito misceatur, tepefactumq; medicamen inlitum ad fluentes capillos admodũ prodest, Marcellus. Leporis pilorum cinis cum melle decoctus, intestinorũ vitijs magnopere prodest, Plin. Pilos leporinos adiecto melle comprehẽdes, atq; inde globulos paruulos facies hi singuli sæpius glutiti, intestina quamuis pernicioſe rupta, certa coniunctione cõnectunt, Marcel. Et rursus, Ad intestina rupta, leporinum stercus, atq; etiam pili vel lana eius de subuentrili cũ melle decocta ad magnitudinem fabæ glutienda frequenter data, quamuis pernicioſe ruptis intestinis celeriter medetur, ita vt etiam tenuiora quæ fuerint disrupta glutinet. sed assiduè hoc medicamine vtendũ est, donec periculum omne tollatur, Marcellus. Pilos leporis minutissimè incisos aliqui miscent alijs medicamentis intra corpus sumendis contra ramicem, Arnoldus. Pili leporis suffiti extrahunt pulmonibus difficiles excreationes, Plin. Stercoris caprini pilulas & leporis pilos, pinguedine phocę subacta suffito, Hippocrates de natura muliebri, inter remedia ad menses ciendos & secundas euocandas. Et rursus ibidẽ inter subdititia medicamenta ad eosdem, vt apparet, vsus: Cucumeris syluestris semen, & testam combustam, vino subactam, cũ pilis leporinis in lana subdito. Si ex partu os vteri exulceratum fuerit, florem rosarum tritum & vino imbutum in pilis leporinis apponito & acerbis coliuito, Hippocrates de natura muliebri. Et rursus ibidem, Si vlceratum fuerit os vteri aut inflammatũ, myrrham & adipem anserinum & cerã albam, & thus, in leporis pilis, qui sub ventre sunt, misceto ac terito, & in lana mollissima apponito. Si vterus puerperæ prociderit, sepiæ testam tusam & vino imbutam cum leporinis pilis lana excipe, & apponendum præbe, Idem lib. de superfæt. Si ex partu crus ab vteris claudum factum fuerit, & exurgere non poterit: Semen hyoscyami chemæ mensura in vino nigro ad triduum bibat: si verò mente percellatur ipsã bibens, lactis asinini poculum bibendum dato, deinde pharmacum à quo pituita purgatur: ex sandaracha autẽ & cerato & pilis leporis, per triduum suffitus fiat, Ibidem. Suffitui cuidam ad conceptum promouendum Actius 16. 34. pilos leporinos admiscet. Si pedes adusti sint frigore, leporini pili cinis remedio est, Plin.

Lep caput exustum & cũ adipe vrsino aut aceto illitũ, alopeciarum inanitatibus medetur, Dioscor. Leporis totũ caput quidã comburens, vtebatur eo ad alopecias cũ adipe vrsino, Galen. de simpl. 11. 6. Combustum cũ seuo vrsino, & vt cataplasma adhibitũ, alopecias emendat, Auicenna. Vstum tritumq; cum aceto, alopeciam illitum curat, Rasis & Albert. Vsto eo (cinere eius) quidã curant alopeciam, Serapion ex Dioscoride. & Auicenna. Neruorum tremori, item amissioni motus membrorũ atq; etiam sensus, confert comestio capitũ leporis, Incert. Cinis de capite leporis propriè marini, valet ad alopeciam, Auicenna: sed hoc echinis magis conuenit. Dentes à dolore præseruantia: Lunam succidã linteolo illigatã tento, adiecta deinde tertia salis portione, tento omnia simul & pertricato hoc puluere dentes. Idẽ præstat puluis vsti contritiq; capitis leporis, Gal. Eup. 1. 65. Dasypodis caput vstum cũ fœniculo quàm albissimo & sepiæ tritis ossibus admiscens, vtere ad dealbandos dentes aliaq; eorũ vitia sananda, Gal. Eup. 2. 12. Ex leporis capite & muribus vstis Indicum medicamentũ, ad dentes purgãdos, &c. Hippoc. Capitis leporis cinis dentifricij est, adiectoq; nardo mulcet graueolentiam oris: aliqui murinorũ capitum cinere misceri malunt. Plin. Capitis leporis exusti cinis cũ nardo vel cum melle impositus lenit graueolentia oris vlcera, Marc. Cerebella leporis & cuniculi cõtra venena plurimum posse aiunt, Plat. Corda animalium non sunt facilia concoctu: ideo cerebra. Cor tamẽ cerui: & cerebrum leporis aut cuniculi sumpta prosunt propter virtutem theriacalem, Arnold. de conser. sanit. Cerebrum leporis in confortatione memoriæ & eius reparatione, maximam vim probatur habere, Abyzoar. Terrestris leporis inassatum cerebrum manditur, iuuandis tremoribus qui valetudine contracti sunt, Dioscorides interprete Ruellio.

Marcell. Verg. [illegible] interpretatur tremores qui ex mala corporis affectione aliqua fiũt: & reprehẽdit Hermolaum Barbarũ qui vertit tremores qui in morborũ accessionibus contingũt. Videtur enim inquit, de his tremoribus intellexisse, q in febris accessione cũ frigore nos to: quẽt: atqui febrium cũ algore tremo-

res Græci

res Græci propria voce ἰξὺς appellant. Habet ſanè omnis tremor vniuerſalem ex infirmitate neruorum cauſam, quod ſenectus apertè oſtendit: priuatim verò plures & diuerſas alias, frigidius naturæ temperamentum, frigidæ aquæ nimium & importunum potum, frigidi & glutinoſi humoris abundantiã, & ſi quæ aliæ huiuſcemodi ſunt. Omnibus his tremoribus, aut illis ſaltem quibus natura poteſtatéq; ſua conueniat, toſtum leporis cerebrum iudicio noſtro mederi Dioſcoridis ait: Perſuaſitq; id facile Paul. Aegineta, qui lib. 3. cap. quo de tremoribus in vniuerſum agit, cum multa de febrium tremoribus docuiſſet, ſtatim ſubiecit: Simpliciter autem trementibus proſunt, in potu caſtoreum, & leporis in cibo cerebrum, &c. manifeſta inter febrium & aliarum affectionum tremores diuiſione. Hæc Marcellus Vergilius, in quibus nos quoq; ſententiam eius approbamus: non item in eo quod conijcit fieri poſſe vt nõ πάσῃ ſed πάσχῳ legendum ſit, vt intelligamus tremores qui ex craſſis glutinoſisq; humoribus fiunt. Nam Arabes quoq; πάσῃ legerunt, vt ex ſubiectis eorum verbis apparet. Cerebrum leporis aſſatum confert tremori accidẽti in ſucceſſione ægritudinis, Auicenna. Si aſſo capite cerebrum edatur, aduerſus tremorem ex infirmitatibus prouenientem opitulatur, Raſis & Albertus. Confert tremori qui accidit poſt ægritudines, Serapio ex Dioſcoride. Leporis cerebrum ex vino potum, tremores membrorum ſanat, Sextus. Aſſum in cibo trementibus membris auxiliari, Blondus experimento ſe deprehendiſſe ſcribit. Apud Galenum de ſimplicibus lib. 11. cap. 6 pro τρόμους corruptè legitur φόβους, quod miror interpretes non animaduertiſſe. Aliqui, inquit, etiam aduerſus timores (lege, tremores) cerebrum leporis in cibo auxiliari prodiderunt. Si edatur de capite leporis, quantum eius edendo eſt, medetur aduerſus tremorem: ego quidem experientia didici vtilem eſſe hunc cibum dormitationi (torpori) & paralyſi, Filius Zor apud R. Moſen. Cerebrum inaſſatum, manditur (vt dictum eſt) iuuandis tremoribus: idem affrictu aut cibo facilem infantibus dentitionem præſtat, Dioſcorides: videtur autem in hũc quoq; vſum aſſari vel torreri debere. Ex cerebro leporis cocto ſi gingiuas infantibus defrices dentes ſine dolore creſcent, Sextus. Mundantur (fricantur) cerebro leporis gingiuæ, ſic dentes citò & facile ac ſinè dolore prodeunt, Auicenna. Cerebrum leporis attritum & eſum vtile eſſe didicimus pueris dentientibus, capite videlicet toto elixo, vt ego facere ſoleo. Non tamen eximia vis eius eſt, ſed ſimilis melli & butyro, & alijs quæ ad dentientes pueros conueniunt, Galenus. Paulus Aegineta lib. 1. docet inflammatis infantium ex dentitione gingiuis, nihil eſſe dandum, quod multo & difficili conatu commanducandum ſit: tum digitis palpandas gingiuas, gallinaceorumq; adipe aut leporis cerebro molliendas eſſe. Lacte caprino vel cerebro leporum perunctæ gingiuæ, faciles dentitiones faciunt. Plin. Serenus Samonicus legit lacte caprino cum cerebro leporino, &c. ſic enim ſcribit, Aut teneris cerebrum gingiuis illine porci, Aut leporis niueum bibitur cum lacte caprino. Leporis cerebrum in vino vtiliter bibitur, eiusq; teſticuli toſti ſalubriter manducãtur ab eo qui veſicæ moleſtijs laborat. Marcellus. Vrinæ incontinentiam cohibet cerebrum leporinum in vino, vel eiuſdem teſticuli toſti. Plin. Leporinum cerebellum ex vino potum vrinæ incontinentiam refrenat: eiuſdem teſticuli torrefacti & ex vino poti, par remedium ſubmeiulis præſtant. Marcellus. Si vrina præter voluntatem vel nimia fluat, Tum leporis cerebrum ex vino potare decebit, Serenus. Ad mingentes in ſtragulis, Leporinum cerebrum ex vino propinato, Galenus Euporiſton 3. 276. Dens leporinus appoſitus parti vbi dentes alicui dolent, ſedat dolorem. Raſis & Albertus. Leporis ventriculum coctum in ſartagine admixto oleo myrtino impone capiti, capillos fluentes continet & cogit creſcere Sextus. Leporis ventriculum cum ſimo ſuo, vino vetere lauabis, ita vt ſordes ipſæ ibi ſint & miſceantur: aut ſi in ventriculo non inueneris, pilulas de ſimo ipſius impares numero tritas cum vino vetere dyſenterico dabis bibendas, Marcellus.

Coagulum Germani vocant *maegle.keüm* vel *lip*. Leporino coagulo pares vires habent coagulum hœdi, agni, hinnuli, dorcadis. capreæ platycerotis, dorci. cerui, vituli & bubali, Dioſcorides. Vide in Ceruo G. Coagulum hinnuli (quidam ineptè pro hinnuli legunt inutile,) leporis, hœdi laudatũ: præcipuum tamen daſypodis, vnius vtrinq; dentatorum, Plin. ſed daſypodem & leporem idem ſignificare vt plurimum, daſypodem tamen aliquando priuatim pro ſpecie quadam leporis quæ cuniculus videtur (vt Gaza vertit apud Ariſtotelem ſemel aut iterũ, vbi daſypodis & lagi coniuncta erant nomina) accipi, quod Plinius non animaduertit ſupra in A. docuimus. Laudauit & Nicander in Theriacis ſuis contra venenata leporis coagulum: quo loco interpres eius, authore Nicoonte antiquiſſimo medicinæ authore, primum in coagulis honorem hinnulo tribuit. ſecundum lepori, tertium verò agno, contra quàm Dioſcorides qui leporino primum ordinem dedit, Marcel. Vergil. Coagulum omne acris ac digerentis potentiæ eſt, ac nimirum etiam excreatoriæ, quod ſuperiora neceſſariò ſequitur. Lac in ventre coagulatum diſſoluit, quod & nos, inquit Galenus, non ſolum in leporino, ſed etiam in aliorum animalium omniũ coagulo experti ſumus. Attamen leporinum omnium eſt præſtantiſſimum: ſed & ſanguinẽ in ventre concretum ſimili modo epotum diſſoluit, ac efficacius quidem cæteris, verum nõ ſolum, quod quibuſdam ſcriptum legitur: ſed & hoc commune eſt omni coagulo, Hæc Galenus. Auicenna quoq; coagulis omnibus leporinũ præfert. Quò vetuſtius coagulum eſt eò præſtantius, Ariſtoteles. Contra venena ex aceto bibitur, Dioſcorides: & Auicenna, qui theriacam & bezaharita ſumptum contra venena eſſe ſcribit: non autem, vt quidam ineptè citant, theriacam inſuper miſceri iubet. Contra venena additur antidotis, Plin. Coagulo leporino, inquit idem, ad ſerpentes vtuntur ex aceto, contraq; ſcorpionem & murem arancum: aiunt autem nõ feriri leporis coagulo perunctos. Ad ſcorpionum & ſerpentium morſus, Leporinum coagulum cũ vino potui datum, aduerſus venena reſiſtit & diſcutit, Sextus. Tribus obolis ex vino bibitur contra morſus venenatos, (ad ſerpentium, vel vt alij viperarum, morſus: Græcè legitur, πρὸς θηριόδητας ἀμφίβληα, ſed eodem in libro de lepore priuatim agens, Coagulum eius ad ἐχιδνῶν, id eſt viperarum morſus peculiariter commendat: Dioſcorides medicamentis ad ἐχιδήκτας apud Galenum de antid. 2. miſcetur inter alia Leporis coagulum. Contra paſtinacam & omnium marinorum ictus vel morſus coagulum leporis, vel hœdi, vel agni drachmæ pondere ex vino ſumitur, Plin. Nicander circa finem theriacorum remedium compoſitum cõtra omnes venenatos ictus ac morſus deſcribens, injecit illi inter cætera πρόβατα θήλεα, i. coagulũ leporis. Leporis coagulũ & cuminum miſcẽtur marinæ teſtudinis ſanguini ex vino bibendã cõtra rubetæ venenũ Aëtio. Sanguinẽ in grumos concretum diſcutit tribus obolis ex vino potũ, Dioſc. Leporinũ coagulũ ſi cũ aceto ebibatur, ſanguinẽ in ventre concretũ diſſoluit, ac efficacius quidẽ cæteris, verum nõ ſolũ quod quibuſdam ſcriptũ legitur, ſed & aliud quoduis coagulũ. Gal. Videtur autẽ, cum inquit. Quod quibuſdã ſcriptum legitur, Dioſcoridẽ notare, immeritò tamẽ. Etſi eñ Dioſcorides leporino hãc vim priuatim attribuit, vt πῆγμα ἐν σώματι ἐμβὰν, id eſt ſanguinẽ concretum diſſoluat, trium obolorũ pondere ex vino ſumptũ mox tamẽ diuerſorũ animalium, quę paulò ante nominatim recenſui, coagula parẽ leporino facultatẽ habere ſcribit, & omnia auxiliari contra aco-

tra aconitum potu in vino ſumpta,& in aceto contra concretum ſanguinem. Intelligendum eſt autem hoc de ſi-
ſati concretiúe ſanguinis malum in ventriculo factum,quod maximè & periculoſiſſimè à ſanguinis taurini calidi
adhuc hauſtu contingit. Coagulum hœdi contra viſcum (chamæleonta ixian) & chamæleontem album, & ſan-
guinem taurinum remedio eſt contra quem & leporis coagulum ex aceto,Plinius. Eadem ſanè via aconito reſiſte-
re videtur:nam id quoq; ſtrangulando,vt ſanguis & lac concreta,venenum eſt. Coagulum leporinum vel hinnu-
li contra aconitum datur ex vino.Nicander. Contra venena ex aceto bibitur,præſertim aduerſus concretum (in
ventriculo) lac,Dioſcor. Et alibi, Cõtra lactis coagulati pericula auxiliatur coagulum omne,maximè vero lepo-
rinum,quod ex aceto bibere ſæpius cogimus. Lac in ventre coagulatum diſſoluit (ſcilicet cũ aceto potum)quod
certe & nos experti ſumus,non ſolum in leporino, ſed etiam in aliorum animalium omnium coagulo:attamẽ le-
porinum omnium eſt præſtantiſſimum,Galen. Idem fortaſſis Auicenna ſcripſit,quod ab interprete (vt quidam
citant:in meo enim exemplari non reperio) hunc in modum deprauatum videtur : Coagulum leporinum cum
aceto lac in mulierum mammis coagulatum diſſoluit:quanquam fortaſſis ea quæ pota coagulatum in ventriculo
lac diſſoluunt lactis etiam in mamillis grumos diſſoluere poſſe videntur,extrinſecus applicata. Arundines & te-
la,quæq; alia extrahenda ſunt corpori, euocant cochleæ ex his quæ gregatim folia ſectantur contuſæ impoſitæq;
cum teſtis:& ea quæ manduntur exemptæ teſtis,ſed cum leporis coagulo efficaciſſimè,Plinius. Et rurſus ſpinæ ac
ſimilia corpori extrahuntur,coagulo quocunq;,ſed maximè leporis,cum thuris polline & oleo aut cum viſci pa-
ri pondere,aut cum propoli. Et ſimiliter Marcellus, Cuiuſcunq; animalis coagulum,maximè leporis,cum pari
pondere thuris vel viſci impoſitum,permanere in corpore quæ calcata ſunt,non ſinit. Et alibi,Ad ea quæ calcata
erunt,& ea quæ corpori inhæſerint,extrahenda,leporis coagulum cum malua tritum impoſitumq;. potéter opi-
tulabitur. Sanguinem ſiſtit coagulum ceruinum ex aceto,item leporis,Plinius. Sic & Marcellus, Coagulum cer-
uinum deglutitum ſanguinem ex intimis profluentem facile ſtringit:idé facit & coagulum leporis. Sanguinem
è pectore educentes quomodo iuuet paulò poſt dicemus. Vlcus etiã annoſum coaleſcet,ſi inducas leporis aſper-
ſa coagula vino,Serenus. Strumis exulceratis duntaxat coag lep è vino in linteolo imponitur,Plinius. Carcino-
mata curat coagulum leporinũ cum pari pondere capparis aſperſum vino, Plinius: (vtrunq; vino aſperſum vnà
teritur,& ſic adponitur,Marcellus.) Aduerſus quartanam, magi ſimi bubuli cinere conſperſo puerorum vrina
illinunt digitos pedum,manibusq; leporis cor adalligant,coagulum ante acceſſionem propinant,Plinius. Aut le-
poris tepidi (alias,timidi) diluta coagula trade,Serenus ad quartanam. Coagulum leporinum comitiales iuuat.
Dioſcorides In comitiali morbo dantur coagula leporis, Plinius: (item pulmo vel cor eiuſdẽ, coquem mox de-
clarabimus modo.Lep. coagulum comitialem morbum,ſi cum aceto ebibatur,ſanare proditum eſt, Galenus &
Auicenna. Parum olei leporis coagulo infundito,& pilulas facito,ex quibus modò vnã,modò duas præbeto,Ga-
lenus Euporiſton 2.3.Coag.lep.miſcetur etiam antidoto Iuliani,medicamento ad calculum & comitiales,&c.de-
ſcripto, Apud Aetium. Ictericis leporis coagulum cum meraco ad dies 5.vel 6. præbeto, Galenus ex Archigene.
Si grauitas ſit audiendi,laudant coag.lep.tertia denarij parte,dimidiaq; lagapeni in Aminæo vino,Plin. Ad auriũ
dolorem,Lep.coag auriculæ infunditur,Sextus: Sed legendũ videtur,dentiũ,non aurium,ex Plinio,vt ſequitur:
Leporina coagula per autẽ infuſa contra dolores dentium,efficacia ſunt,Plin. Idem 24.10.de Eraſiſtrato, Ederæ
acinos quinq; tritos in roſacco oleo,calefactosq; in cortice Punici,inſtillauit dentiũ dolori à contraria aure. Lep.
coag.rejectionibus à pectore auxiliatur trioboli pondere ex vino, Dioſcorides:Intelligidæ ſunt autem ſanguinis
rejectiones:nam Græcè legitur, πτύσεις αἵματος & βηχώσεις ἐξανασπᾶς τὰς ἐκ βήχατος &, vt vox αἵματος & ad vtrunque
pertineat.Marcellus Vergilius imperitè difficiles pectoris excreationes reddidit. Quoduis coagulũ reſoluit ſan-
guinem coagulatum in pulmone, Auicenna:eadem ſcilicet vi qua in ventriculo. Quidã ſanguinis ex thorace re-
iectiones lep coag.epotum ſupprimere prodiderunt: Cæterum nec alium quempiam eo vſum noui nec ipſe ſum
auſus acri vti remedio ad affectum aſtrictione egentem,Galen. Apparet ſanè notari ab ipſo Dioſcoridem præci-
puè,qui tamen non ſiſti hoc remedio ſanguinis eductionem,ſed ſimpliciter iuuari ſcripſit: id quod veriſimile eſt.
Duplex quidem,cum ſanguis è thorace fluit in pulmones & arterias aſperas, periculum eſt, alterum commune,
ne nimio fluxu vires exhauriantur,itaque opus eſt ſiſtere,alterum, ne extra vaſa ſua profuſus ſanguis in arctis illis
meatibus condenſatus hæreat,ita vt nec ipſe educi poſſit, & ſanguinis deinceps fluentis viam impediat, vnde ſuf-
focationis periculum:hîc grumos diſſoluentibus remedijs opus eſt,quale præcipuum eſt coagulum:aliqui vtraq;
miſcent.vt Plinius his verbis:Sanguinem expuentes coagulum leporinum tertia parte denarij cum terra Samia &
vino myrteo potum ſanat. Medici certe eruditi,ſi ſanguis è pulmonibus reijciatur (quod colligitur ex eo, ſi rater
& in grumum concretus cum tuſſi etiam & dolore partis affectæ reijcitur) primum poſcam dilutam & tepidã ex-
hibendam præcipiunt,vt ſi quis ſanguinis grumus in viſcere hæreat,inde diſſolutus eijciatur:neq; quicquam ob-
ſtat (inquiunt) bis & ter in tribus horis hanc potionem iterare. Poſt hoc demum medicamenta adſtringentia &
emplaſtica adhibent. Cæterum cum cœliacis quoq; & dyſentericis & fœminis fluxione vuluæ laborantibus vtile
prædicetur à Dioſcoride & alijs coagulum,præcipuè leporinũ:apparet illos credidiſſe ſiſtendi omnino aliquam ei
facultatem ineſſe:& veriſimile eſt ſicut extrinſecus liquores quidam,vt lac,coaguli vi denſeſcũt,ita etiam ſangui-
nem & alios humores in corporibus noſtris,liquidos quidem denſari,denſos autem concretosque diſſolui. Nam
omne coagulum (vt inquit Auicenna) ſanguinem & lac denſata,& humores craſſos diſſoluit: quæcunq; verò li-
quida ſunt,coagulat, &c. Coagulum leporis effluentem ex thorace ſanguinem retinet, coagulatum diſſoluit,
Rond cap. de phthiſi in ſua praxi. Coagulum hinnuli, leporis, hœdi laudatum : præcipuum tamen daſypodis,
quod & profluuio alui medetur,vnius vtrinq; dentatorum,Plinius. Habent coagulum omnia ruminantia, & in-
cidentata vtrinq; lepus. Quò vetuſtius coagulum eſt,cò præſtantius: tale (videtur enim vetuſtate maiorem ſic-
candi vim acquirere) profluuio alui (diarrhœæ) præcipuè medetur:atq; etiam quod leporis (daſypodis) eſt : ſed
laudatiſſimum hinnuli,Ariſtoteles. Alui fluorem ſiſtit,Dioſcorides. Aluum ſiſtit coag lep.in vino ciceris magni-
tudine:aut ſi febris ſit,ex aqua:aliqui & gallam adijciunt.Plin. Leporum coagulo illito vbere, ſiſtitur infantium
aluus. Idem. Ad infantium ventris fluxum, Leporinum coagulum illinitur in ſumine mulieris: ſed & puero da-
bitur bibere: ſi ſine febricula fuerit, cum vino:febricitanti verò cum aqua calida : Idem facit & maioribus cum
puluere gallæ, Sextus. Coagulum omne potum, ſiſtit aluum : & debet dari in fluxu : agit enim vi quadam oc-
culta, quam experientia oſtendit, (videtur notare Galenum. qui coagulum tanquam acre vbi quid ſiſten-
dum eſt dari prohibet,) quod ſi etiam ventri puerorum calidum imponas, ſanat. facultate nimirum coa-
gulante & indurante humores, Auerroes. Eſt ſanè coagulo vis ignea, ſecundum Ariſtotelem : non quòd

ſummum

ſummum caliditatis gradum vt ignis obtineat, ſed quoniã ſimiliter vt ignis heterogenea diſcernit, vt in lacte partem craſſam, aquoſam & pinguem. Mihi nuper coagulum vitulinũ aliquot iam menſes repoſitũ guſtanti, odor, ſapor & ſubſtantia, per omnia caſeum inueteratum & putreſcentem referebant: & ſanè videtur idem in caſeis efficere coagulum, quod fermentum in maſſa farinæ ſubacta, cuius exigua pars iniecta maſſam vniuerſam ſapore & qualitate ſua imbuit. Sed cum vetus maximè caſeus, coaguli vim repræſentet, nil mirum ſi facultates etiã aliquot eaſdem habeant. Quamobrem venter vtroq; ſiſtitur: vtriq; vis ineſt diſſoluendi præter naturam concreta: vt de coagulo iam ſupra diximus: caſeo autem vetere concretos induratosq; arthritici cuiuſdam tumores ſe diſſoluiſſe Galenus ſcribit, ſubacto eõ in mortario exquiſite, cum prius madefeciſſet decocto ſaliti cruris porcini ac peruetuſti. Lep. coag. tribus obolis ex vino potum, cœliacis & dyſentericis ſuccurrit, Dioſcor. Cœliacos & dyſentericos iuuat potum leporis, tum hinnuli, tum etiam capreæ coagulum ex vino, nec non immiſſum cum orycæ cremore, Galenus Euporiſton 1.113. Cœliacis coagulum leporinum ſubactum in pane datur: ſi verò ſanguinem detrahũt, id eſt deijciunt, in polenta, Plin. Coag. lep. ex vino dilutum tepidum dyſenterico dabis bibendũ, de quo coagulo ſi ſingulos ſcripulos in ſingulis ouis ſorbilibus ieiuno per triduum dederis, mirè ſubuenies, Marcellus. Lac caprinum ad dimidias decoctum dyſenter. & cœliacis datur. ſi ſint & tormina, additur protropum. Torminibus ſatis eſſe remedij in leporis coagulo poto à vino tepido vel ſemel, arbitrantur aliqui: Cautiores & ſanguine caprino cũ farina hordeacea & reſina ventrem illinunt, Plinius. Colo ſedando, pauidi leporis madefacta coagula pota, Serenus. Vrinæ incontinentiam cohibet coagulum leporinum cum anſerino adipe in polenta, Plinius. Ad Venerem ciendam Leporis coagulum aut Leonis adipem pudendo illinito, Oribaſius apud Aetium. Vuluæ fluorem ſiſtit, Dioſcorides. Et rurſus, Tribus obolis ex vino potum fœminis fluxione vuluæ laborantibus auxiliatur. (Eandem vim Sextus cordi leporis, Plinius pulmoni ac iecori adſcribit.) Menſes retinet, vt quidam citat ex Auicenna apud quem nos ita legimus, Quoduis coagulum prohibet quemuis fluxum ſanguinis, & muliebrem quoq;. Coag lep. profluuium muliebre ſanare proditum eſt, Galen. videtur autem addendum quod proximè ſcripſerat. ſi cũ aceto bibatur. Cum calidum ſit vitandum vbi ſanguis fluit aut fluxurus eſt, nõ video quomodo poſſit coagulum, quod acre eſt, menſes immodicos cum practicis & medicorũ vulgo ſiſtere, Syluius. Secundas adiuuat coag lep. cauentur pridiana balnea. Illitum quoq; cum croco & porri ſucco, vellere appoſitum abortus mortuos expellit, Plinius. Leporinum coagulum poſt triduum (μετὰ ἡμέρας τρεῖς, malim ἐπὶ vel ἐφ' ἡμέρας τρεῖς: nam & in oſtracite lapide ſimile medicamentum ſcribens, bibi iubet ἐφ' ἡμέρας πέντε ἢ τέσσαρας μετὰ ἀφεδρῶνα: vt tribus vel quatuor diebus continuis ſtatim à puerperio huiuſmodi medicamenta bibantur: nam & alia ad ſterilitatem inducendam pluribus diebus bibi iubent, vt clymenum in viris: μετὰ τὴν ἀφεδρῶνα potum, atocion eſſe fertur, Dioſcorides lib. 2. cap. de lepore. Græca verba μετὰ ἀφεδρῶνα Marcellus vertit à purgatione menſtrua deceptus nimirum per Arabes, quorum interpretes ita tranſtulerunt. Serapion, Auicenna & Raſis: quòd autem non ſignificet menſtruam purgationem conuincitur ex capite de lepore, vbi vtrunq; vocabulum, καθαρσιν dico & ἀφεδρῶνα contrarios effectus (ſed alterum in peſſo, alterum in potu) vtriuſq; tempore ædente coagulo, expreſſum reperies. Sed rurſus in capite de coagulis oblitus ſui Marcellus, eandem vocem, & rectè quidem, puerperium transfert. Sic & Ruellius in eodem capite de coagulis remè puerperium vertit, in capite verò de lepore concubitũ. Cornarius vtrobiq; purgationem à partu factam interpretatur: Hermolaum vtrobiq; puerperium vertiſſe puto. Aphedrum pro puerperio accipiunt quandoque Græci, Cælius. Eandem vocem reperio apud Galenum lib. 2. de antidotis, cap. 133. Sunt autem Nicoſtrati verba: Si morſus à cane rabido, inquit, aquam pertimeſcat, ſuppone poculo ἰσχάδας καὶ ἀφέδρωνα, & bibet. Interpres transfert lacerum pannum ex ſella. Eundem locum Actuarius tranſcribit in antidoto diacarcinon, vbi Ruellius ſibi rurſus non conſtans, lacerum pannum ſub ſedem vertit, cum intelligatur puerperæ pannus vterino ſanguine pollutus. Hæc pluribus, quoniam in dictionarijs, Græcorum etiam, nihil huiuſmodi reperias. Heſychius quidem & Varin. ἀφεδρὸν interpretantur ἀκαθαρσίαν, hoc eſt immunditiam: & ἀφεδρεύσαι, in ſella ſedere: & ἀφεδρῶνα ſellam, nimirum aluo exonerandæ deſtinatam. Habentur autẽ puerperæ etiam immundæ & ſuæ eis ad pariendum ſellæ ſunt, Suidas λοχαίας ἀφεδρῶνας nominat. Iam in eodem Dioſcoridis loco vocẽ atocion, alij aliter interpretantur. Hermolaum Marcellus reprehendit, Marcellum Maſſarius: Ruellius ambiguè transfert, vt in vtranq; ſententiã accipi poſſit, atocion reddens, quod pariendi vel partus ſpem intercipit. Ego certe Marcelli ſententiæ accedo, cuius hæc verba ſunt: Μετὰ τὴν ἀφεδρῶνα ἀτοκίαν εἶναι, Barbarus vertit, ſumptum à puerperio abortiuum eſt. Nos ſterilitatem facere diximus non paruo diſcrimine, &c. Eſſe verò hanc atocij ſignificationem, vel ex Plinio conſtat, qui 29. 4. de phalangijs agens, In tertio (inquit) phalangij genere inueniri dicuntur vermiculi, adalligatiq; mulieribus ceruina pelle ante Solis ortum, præſtare ne concipiant. Vis ea annua eſt, quam ſolam ex omni atocio dixiſſe fas ſit, quoniã aliquarum fœcunditas plena liberis tali venia indiget. Ne concipiant, atocia homini præſtare Plinius dicit: demirorq; hoc maximè loco Barbarum, qui in Plinianis caſtigationibus atocium expoſuerit eſſe, quodcunq; conceptus adimit & partus ſpem intercipit: hoc loco autem abortiuum idem dixerit. Et in hoc ipſo capite variata interpretatione, prohibere partus atocion verterit: nec animaduertit, non poſſe aliter quàm de ſterilitate in Dioſcoride intelligi, cum dicat à puerperio potum coagulum atocion eſſe, quo tempore ſine nouo conceptu abortus fieri non poteſt, Hucuſque Marcellus. Sed audiamus etiam Maſſarium, qui Hermolaum defendit: Coagulum leporis, inquit, magnum habet in medicinis vſum, præcipuè ad concipiendum mares, ſi cibo ante conceptionem præſumatur, (quod Plinius ſcribit:) vt Hermolaum noſtrum iam liberatum pateat à falſa calumnia Marcelli, qui eum falſò accuſauit, quod in Dioſcoride leporinum coagulum non abortiuum eſſe, ſed ſterilitatem facere interpretari debuerit, quod eſt totum oppoſitum: non animaduertens Plinium lib. 28. teſtatum reliquiſſe, coagulum leporis in cibo ſumptum mares concipi facere. Et, quod magis ridiculum eſt, Hermolai verba in caſtigationibus Plinianis exponit: nec ipſa quidem intelligit. Ait enim 28. libro (Hermolaus:) Eſt autem atocion quæcunq; medicina conceptum adimit, hoc eſt partus ſpem intercipit. Non enim dixit conceptionem, ſed conceptũ, id eſt fœtum, qui iam conceptus eſt, adimit: hoc eſt vt ipſemet exponit, partus ſpem intercipit, ceu fœtum qui conceptus eſt, peruenire ad partum impediat, & prohibeat: quod quidem nõ ſterilitatem, ſed abortum facere dicimus: quaſi conijcere liceat ex horum antiquorum ſcriptorum verbis coagulum leporis, ante conceptionem ſumptum mares concipi facere, poſt conceptionem verò ſumptum abortiuum eſſe. Hæc Maſſarius nimio, vt meum eſt iudicium, Hermolai ciuis ſui defendendi affectu commotus. Etſi enim nonnihil dicere videtur, quamuis id quoq; refutari facile poſſit, validiores tamẽ Marcelli rationes non attingit. Pro Marcello quidẽ ſtat etiam Budæus in prioribus Annot. in Pandectas, his verbis: Ecbolia medicamenta ſunt quibus medici vtuntur abigendis infantibus in

vtero

vtero enectis, quæ & phthoria dicuntur: Verba ſunt crebra apud Dioſcoridem, Latinè eiectoria & eiectrices medicinæ dici poſſunt. Aegyptus vuam ecbolimam (aliàs ecboláda, vtrunq; rectè) habet, abortiuos facientem, Plinius. Idem de ſcammonite vino, Hoc vinum (inquit) phthorium vocant, quoniã abortus facit. Sic enim in antiquis exemplaribus legitur, manuſcriptis, licet in impreſſis ectromatium legatur verbum ſubditititium. (Ariſtoteles & Dioſcorides abortiones ἐκτρώσμους appellant.) Ea autẽ medicamenta quę ſterilitatem afferunt & conceptũ adimunt, hoc eſt vim concipiendi, atocia dicuntur. Dioſcorides de cedria loquens, Circumlita (inquit) genitali ante coitum, atocij vim habet, Hæc Budæus. Et rurſus in eodẽ opere, cum nominaſſet medicamẽta oxytoca (ὀξυτόκια & ὀξυτοκία, vt cyclaminum. Dioſcorides medicamenta vocat partum accelerantia) arregona (lego arrhenogona) & thelygona, ſubdit: Phthoria ſunt & ecbolia ad partus abigendos: atocia ad fœcunditatem inhibendã & ſupprimendam excogitata fuerunt. Conſtat igitur hæc medicamenta vt ſunt diuerſa, ſic nominibus etiam venire diuerſis: quod quidem tam manifeſtum mihi videtur, vt pluribus demonſtrari nemo deſideraturus ſit, puto. Certe etiam Arabes, Serapio, Auicenna, Raſis, atocion verterunt quod imprægnationem prohibeat. Cæterum Plinius cum paſſim plura quæ abortum faciant memoret, vnum duntaxat atocion ſupra dictũ ex phalangijs ſe præſcripturum profeſſus, alibi tamen oblitus ſui alia quoq; affert: quale eſt illud lib. 20. cap. 11. Apium ſexu diſtinguitur: caulæ fœminæ vermiculos gigni aiunt: ideoq; eos qui ederint ſterileſcere mares fœminasq;. Talis ſanè & hodie quædam vulgi perſuaſio eſt, mares ad Venerẽ ineptiores fieri apij cibo, quod petroſelinon impropriè vocant. Et alibi Ederæ nigræ candidiores corymbi poti, ſteriles etiam viros faciunt, (Hederæ albæ fructu ſemẽ ſterile fieri aiunt, Theophraſt. 9. 19. de hiſt. Hederæ nigræ ſuccus & corymbi poti inducunt ἀγονίαν, & largius ſumpti mentem turbant. Dioſc. lego ἀγονίαν. Sic & in Heraclea Arcadiæ vinũ naſci Theophraſtus ſcribit, quod potum viros mente moueat, mulieres autem ſteriles reddat, ἀπεκύους. Hederæ quidem nigræ corymbi etiam nigri aut crocei ſunt, Dioſcor. teſte, non candidi, vt Plinius ait, &c.) quaſi dicat ſterilitatis medicamenta non ſolis mulieribus dari: vt de clymeno alibi, ſterilitatem ea pota etiam in viris fieri. Aſplenon quoq; fœminis dari prohibet, quoniam ſterilitatem facit. Item de filice 27. 9. Neutra (inquit, id eſt, nec mas nec fœmina) danda fœminis: quoniam grauidis abortum, cæteris ſterilitatem facit. Eodẽ in capite epimedion quoq; (etſi corruptè epimenidion legitur) fœminis cauendam ait, nec addit cauſam, quam Dioſcorides exprimens, Atocios (inquit) eius radix eſt, & folia trita cum vino drachmæ pondere à purgatione (menſtrua) ſtatim pota per dies quinq; ἀσυλλήπτους ποιεῖ, hoc eſt ne fiat conceptus impediunt, expreſſens nimirũ quid eſſet atocion. In filice etiam fœmina, idem ſcribit quod de vtraq; filice Plinius, vt iam citaui Radices eius datæ fœminis ſterilitatem, ἀσυλληψίαν faciunt: prægnantibus abortum, nõ enim ἀμβλίσκει (vt in cyclamino legitur, ἐκτιτρώσκει) ſed λαθεῖν legendũ, vt Marcellus probat. Similiter Theophraſtus de fœmina filice, γυναικὶ γέ τοι δοθεῖσα, ἐὰν μὲν ἐγκύμονι, ἐκβάλλειν φασὶν ἐὰν δὲ μή, τὸ ὅλον ἄπαιδα γίνεσθαι. Clymenum quidẽ apud Dioſcoridem inter nomenclaturas etiã agonon, id eſt ſterile nominari legitur: quod Marcellus ad periclymenum Dioſcoridis referendum ait, atq; idẽ Theophraſti clymenon eſſe, à Dioſcoridis clymeno diuerſum, Plinium vtrunq; confundere. Periclymeni ſemẽ (inquit Dioſcorides) ocytocion eſt: id eſt, ad celeritatem partus facit: habent eaſdem vires & folia: feruntur hæc triginta ſex (aliàs ſeptẽ, Theophraſtus triginta tantum habet) diebus pota, ἀγόνους ποιεῖν, ſterilitatem in viris facere, vt Marcellus vertit: nam Theophraſtus quoq; de viris id ſcribit. Hoc obiter monuerim cyclaminum alteram Dioſcoridis eandẽ periclymeno tum deſcriptione tum viribus mihi videri: nec impedire quod periclymeno radix craſſa tribuitur, cyclamino alteri inutilis: qualiſcunq; enim ſit, ad remedia inutilis fuerit, cum nulla ex radice Dioſcorides tradat. Cyclaminum autem vocatam dixerim, non quod aliquid, quod ad formam, cum prima & propriè dicta cyclamino commune habeat, ſed quoniam, vt Dioſcorides ait, in orbem ſuis flagellis & cauliculis voluitur. Xiphij ſuperiorem radicem ferunt Venerem in vino potam excitare: inferiorem verò ſterilitatem facere, ἀγόνους ποιεῖν, Dioſc. interprete Marcello: qui coniecturã addit pro ἀγόνους hoc loco melius forte ἀτέκνους legi poſſe, ea ſcilicet vi, qua teſticulatæ radices herbæ teſticuli præditæ creditur. Sed Serapion etiam ἀγόνους legit, & Theophraſtus de hiſtoria plant. 9. 19. Herbas quaſdam, inquit, etiam generandi ſeminis facultatem atq; ſterilitatem afferre (δύνασθαι ἔχειν καὶ τὸ γόνιμον καὶ ἀγονεῖν) ſuis viribus poſſe affirmãt: & quaſdam ex eodem facere vtrunq; valere, ſicut qui teſticulus appellatus eſt: cum enim gemini ſint, alter magnus, alter autem paruus, magnum efficacem ad coitum datum è lacte caprino tradũt, minorem verò obeſſe ac inhibere: habet folium laſeris, verum læuius atq; minus: caulem ſimillimum ſpinæ, quam pirum vocant, Hæc ille interprete Gaza: quem deprauati codices Græci fefellerunt: nam quod folium teſticuli herbæ non πλατεῖας ſed ἐλαιώδες, hoc eſt oleæ folijs ſimile ſit, lęuius tamen & anguſtius, ex Dioſcoride ac reipſa manifeſtum eſt: quanquam diuerſa eius genera reperiuntur, tum aliàs tum foliorum magnitudine differentia. Plinius etiam, Orchis (inquit) folijs oleæ, mollibus, ternis, &c. Cæterum hæc verba de caule, τὸν δὲ καυλὸν ὁμοίως πως ἀκίδι, ἀπίῳ, ἤτοι ἀκάνθῃ, ex Dioſcoride ſimiliter & reipſa, ſic lego: Τὸν δὲ καυλὸν στρογγύλον, ἐφ' ᾧ πορφυρᾶ τὰ ἄνθη: hoc eſt, caulem verò dodrantalem habet, in quo flores purpurei. Vinum in Trœzenia ἀγόνους ποιεῖν τοὺς πίνοντας, Theophraſtus. Aſpleno quidem, filici, & epimedio (Theophraſtus epimetron vocat,) quòd atocia ſint, ſuperſtitioſe veteres attribuiſſe facile conijcio. inde quod hæ plantæ ſteriles ſunt natura, nec floris nec ſeminis feraces: vt & ſalici, quæ cum floreat, fructum tamẽ non perficit, vnde ὠλεόκαρπον Homerus cognominat. Mercuriali verò maſculæ & folio arrhenogono, propter ſemina teſticulata vim mares generandi, fœminis fœminas. Hoc quod Plinius de aſpleno, Theophraſtus de hemiono, id eſt mula herba ſcribit: quæ omnino non alia eſt quàm Dioſcoridis & Plinij aſplenos, alia vero quam hemionitis Dioſcoridis. Hemioni, inquit Theophraſtus, folium mulieribus ſterilitatem facere aiunt (εἰς τὸ ἀγονεῖν, quo verbo eo in loco 9. 19. de viris pariter, vt in clymeno, & mulieribus, vt in hemiono herba vtitur) miſcendum autẽ aliquid etiam de vngula muli & dermate, id eſt pelle, aliàs ſpermate. de ſplene mulæ Luna ſilente, Serapio. Populi albę cortex cum muli renibus potus ſterilitatem facere traditur: feruntur itidem pota à purgatione ſtatim eiuſdem arboris cum vino folia, idem præſtare, Dioſc. Hinc ſanè apparet quod paulò ante dixi, ſimilitudinibus rerum homines ſuperſtitioſe impulſos eſſe ad ridiculas quaſdam de medicamentorum effectibus perſuaſiones, vt hoc in loco herbæ ſterili aliquid de quadrupede ſterili miſcendum ad ſterilitatem inducendam præcipitur. Sunt tamen nonnulla quæ vera credimus, & certa cur ſterilitatem inferant: ratio apparet, in viris præcipuè, nimium videlicet exiccando, vt periclymenum, quod & Galenus teſtatur: argumento eſt, quod lienem quoq; conſumat ſi quis multis diebus bibat: item ruta, & vitex. In ruta quidem triplicem ferè cauſam inuenio, cur & ſemen aboleat, & motum ad Venerem inhibeat: flatus enim conſumit, ſine quibus genitalia non eriguntur: & validè exiccat, & fortaſſis occulta quadam vi etiam coagulat ſemen, vnde & πηγανὸν aliqui dictum conijciunt ἀπὸ τοῦ πηγνύειν τὰ σπέρματα: quæ ratio

forſitan

Digitized by Google

forsitan etiam in coagulo fuerit, vt mulieres sanguine ipsarum eius potu coagulato sterilescant. Agnos quidem, id est vires quod ἀγνεύειν, id est castitatem promoueat, & inhibeat Venerem, nomen etiam accepit: habet autem ealdem ferè cum ruta facultates, sed remissiores, vt Galenos scribit. Esse autem in plantis quoq; occultam quandam humores, vt lac, coagulandi vim, galion, cnicus, liquor de ficu, caprifici surculus, balsamum, & alia quædam indicio sunt. Vt ruta sic etiam caphura (καφορᾶ) semen coagulat; κάγνον, quod Simeon Sethi testatur, etsi frigidam & siccam esse dicat, & renes ac vasa spermatica refrigerare. Idem de cannabis semine, siccat, inquit, genituram instar caphuræ. Pessarium ex semine cannabis corrumpit sperma, Serapion secundum eben Mesue. Aerugo ferri potu ἀσυλληψίαν ποιεῖ, hoc est, conceptus impedit, Dios. Si mulier concipere nolit, mitylos fabæ magnitudinẽ aqua dilutam bibendam dato, & per annum non concipiet, Hippocrates in libro de natura mulebri. Alumen ex Melo insula priuatim sterilitatem impedito conceptu facit (πρὸς ἀσυλληψίαν συντρέχει) naturalium ostio ante coitum appositum: quin etiam fœtus ex vtero pellit, Dios. Lapis ostracites si quæ quatuor diebus à puerperio biberit, sterilitatem (asyllepsian) in posterum facit. Idem. Mentæ mulieribus ante coitum genitalibus (pessi modo) appositæ, ἀσυλληψίαν ποιεῖ, hoc est, concipiendi vim adimit, Dioscorides: nimirum vi quadam coagulantibus contraria conceptionem impediens: nam foris quoq; folia eius demersa (ἐναποκλυσθέντα) in lac, coire densariq; in caseum prohibent, Dioscoride teste: applicatur etiã mamillis in quibus lac densatur in grumos, apud Aetium. Itaq; in vtero, vbi semen à calore naturali aut virtute formatiua veluti in massam densari oportet, si id vel externa aliqua vi citius aut aliter quàm oportet fiat, aut fieri omnino prohibeatur, conceptum & fœtus formationem impediri apparet. Quòd si vel ex pessis subditis, vel illita viri glande medicamentosa quæpiam vis seminis naturam infecerit, id quoque non vt par erat coagulari poterit, sed vel omnino fluidum, vel nimis densum, vel aliter malè dispositum reddetur. Sic cedria vel sanguine menstruo illita virga sub coitum aut subdito in pesso, mulierẽ concipere negant. Ea quidem quæ foris appendũtur (qualia quædam enumerat Aggregator, item Brunfelsius lib. 4. Pandectarum medicinalium, mox vbi de suffocatione matricis egit, titulo non inscripto) omnia superstitiosa esse dixerim, quæ tamen vel fortuiti aliquando vel ex confirmata vtentium persuasione euentus sequuntur. Heliotropium maius corpori adalligatur πρὸς ἀτόκιον, id est vt sterilitatem faciat, Dios. Ruellius cõtrarium sensum reddit, deceptus forsitan à præpositione πρός, vt & Gaza in Theophrasto de historia Plant. lib. 9. circa principium capitis vltimi, granum gnidium contra alui solutionem dari scripsit, contrario quàm debebat sensu. Est & aliud genus medicamentorum, quæ vel post concubitum statim adhibentur, vt ne fiat cõceptus, in pessis suffitu, quæ speciendi vterum attrahendiq; semen facultate sunt prædita, vt piper: de quo Dioscorides, Fœtus, inquit, ex vtero trahit, creditur & atocion esse post coitum muliebri vuluæ subditum & appositum. Hedera suffumigata post menstrua conceptum impedit, Serapio secundum Dioscoridem, vt Aggregator citat: sed in Dioscoridis codicibus excusis sic legitur: Hederæ corymbi à purgatione fœminis pori sterilitatem faciunt. Iam relicturus eram hanc digressionem cum forte se obtulit Cælij Antiquarum lectionum codex, cuius index, scripta eius de atocijs, hæc quę subijcio, demonstrabat. Atocia, inquit, in Dioscoride, vbi de cedria mentio est, intelliguntur ab Hermolao quæ abortum concinnant: quod approbat & Ruellius. Id reprehendunt quidam, quod Græcis atocia sint quæ sterilitatem inducunt. Cæterum ex Plinio comprobari prior translatio videtur: sic enim apud eum legitur 24. 5. de eadem cedria. Portentum est, quod tradunt, abortiuum fieri in Venere, ante perfusa virilitate. (Ego non magnam Plinij in ijs quæ ex Græcis transfert authoritatem esse dixerim: sed quantacunque sit, plures eiusdem locos habemus iam recitatos, quos ex Græcis conuertit: qui nobiscum faciunt, quàm contra.) Idem Cælius 4. 23. Budæi de phthorijs & atocijs verba supertius enumerata recensẽt, tanquam sua & suæ prorsus sententiæ. Et alibi, Prolifici feminis priuationem agoni nomine intelligit Dioscorides, sicut in fœminis sterilitatem atocion idem appellat frequenter: tametsi non desunt, qui aborsum malint intelligere. Pollux ἀτόκιον φάρμακον nominat, nec interpretatur: mulierem tamen ἄτεκνον & ἄτοκον vocat sterilem, tum illam quæ omnino non parit, tum illam quæ non amplius parit. Et alibi, Eam quę non parit, vocabis στεῖραν, ἄγονον, ἄτοκον. Et rursus, Ἄτοκοι δὲ καὶ ἄλοχοι, καὶ ἄγονοι, ὡς Πλάτων· καὶ στεῖραι καὶ στεῖραι. Atocion igitur, vox adiectiua, subaudi pharmacon, simpliciter erit quod atocos, id est sterilles facit mulieres, non ipsa sterilitas vt Cælius vertit. Improbæ quædam mulieres, ne concipiant, venas quasdam (malleolorum puto) sæpius incidunt, vt sanguinem vteri tanquam fœtus materiam detrahant. In viris quidem venæ post aures sectæ, sterilitatem & impotentiam adferunt, Hippocrates in libro de aere, aquis & locis. Coagulum leporis post menstruas purgationes appositum vuluæ (pessi instar) cum butyro, præstat mulieribus vt concipiant: potum vero partus enecat, & à puerperio sterilitatem facit, Dioscorides in capite de coagulo. Arabes, vt Seraplo & Auicenna, locum hunc mutilatum recitant, puerperij enim mentionem omittunt, &c. Si biberit mulier post purgationem suam (triduo post puerperium. Dioscor. tribus diebus continuè coagulum leporis, dicunt quidam quòd prohibet conceptionem: & aliquando (post purgationem mensium pessi modo adhibitum, Dioscorid.) iuuat, vt dicit Auicenna: Si autem imposuerit vuluæ post suam purgationem, semper iuuat ad (contra, Rasis) conceptum. Albertus: sed ineptæ istæ translationes prorsus relinquendæ erant. Hoc obiter monendum, medicamenta quæ ad vterum siue vulnam pertinent, vt aut fœcunditas aut sterilitas ei concilietur, aut moueatur aborsus, vt ex præcedentibus aliquot citatis authorum (præcipuè Dioscoridis) locis, colligere est, ferè eo tempore exhiberi quo menses fluunt aut recens potius fluxerunt, tum aliàs tum post puerperium: tunc enim apertis meatibus, & debiscentibus acetabulis, medicaminum vis facilius penetrat & recipitur. Quamobrem conceptionem quoque Galenus in libro de vteri dissectione, incipientibus fluere menstruis purgationibus aut desinentibus fieri ait: tunc enim vasorum vteri oscula, quæ ipsum ingrediuntur & sanguinem effundũt, aperta sunt. Quanquam autem, inquit, aperiuntur etiam reliquo toto purgationis tempore hæc vasa, non concipit tamen intra se tum mulier: neque enim potest in vtero semen manere, cum nimio influente sanguine eluatur. Hoc etiam ceu corollarium addam, Budæum rectè quidem ecbolia medicamenta interpretari quæ alio nomine phthoria dicuntur: medicis tamen accuratius hæc distinguenda. Videtur enim medicamentum aliquod phthorion & ecbolion pariter esse posse, & aliud phthorion tantum, aliud ecbolion tantum, vtraque seorsim Aggregator recensẽt. Phthoria quidem, hoc est quæ fœtum in vtero interimunt pharmaca, perpetuò vetita sunt: vt etiam quæ simul & interimunt & eijciunt, quæ tamen si facultas expulsiua vteri muliebris infirma fuerit, per accidens fit vt phthoria solum sint, non etiam ecbolia. Ecbolia verò ista & licita esse possunt, quæ scilicet vel intrò sumpta vel foris imposita, fœtum iam ptius mortuum quacunque ex causa, ne grauida eo computrescente in locis periclitetur, expellant. Similiter quodammodo res se habet circa lumbricos: sunt enim medicamenta quæ illos in intestinis interi-

munt, sunt quæ interimunt simul & eijciunt. Dioscorides cum in cyclamino dixisset, vmbilico & imo ventri illitum aluum mollire, καὶ ἐκπυρωτικοὺς ἐξαγωγὰς ποιεῖσθαι. & abortus facere: paulò post subdit, μίγνυται δὲ εἰς τὰ ἐπιθήματα, vbi Marcellus iterum transfert, abortiuis medicamentis miscetur, quod non probo. Acrimonia quæ in centaurij magni radice est, vim suam exerit menses ducendo, & fœtus tum mortuos detrahendo, tum viuos corrumpendo eijciendoque, Galenus, Actius, Aegineta. Dioscor. vt hæc efficiat, in collyrij formam deradi subdiq; scribit. Lep. coag. ad drachmas quatuor in potione datur vini, fœminæ de fœmineo, & masculo de masculino, & mox faciant coitum, & post abstineant se, statim concipit. Etiam pro cibo omnibus vtatur, (vulua, testiculis, coagulo:) balneo vnctionibusq; vtatur, mirè concipit, Sextus. Dorcadis, hœdi, leporis, coagulum & fel, cum agnino sanguine & adipe, medullaq; ceruina, nardino & rosaceo oleo commisce, & post purgationem subdito (vtero prius purgato,) Actius 16. 34. vt conceptus fiat. Et cursus ibidem, Pessulus conceptioni inducendæ idoneus, Coaguli lep. partes duas, altaminis scissilis partem vnam, cum melle diluito, & pessum conficito, Lep. coag. sterili mulieri impositum (pessi instar) statim fœcundam reddit Simocatus. Fieri sanè potest vt hæc de conciliandæ mulieribus fœcunditate per coagulum, aut vuluam, aut testiculos leporis plausibilis siue vera siue falsa persuasio, ex leporis natura originem duxerit: quod hoc animal longè omnium fœcundissimum sit, & solum ferè superfœtet. Vt mulier concipiat fœminam. Lepus incidatur, & de sanguine qui à vulua fluxerit, illinat sibi naturam & de coagulo eius, Sextus. Vide infra in medicinis ex vulua. Magi propinant virgini nouem grana fimi lep. vt stent perpetuò mammæ: coagulum quoq; ob id cum melle illinunt, Plinius. Leporis coagulũ tradunt ex aqua tritum si illinatur, ad omnes mammarum tumores & affectus, præcipuè lactis copia cucurrientes conferre, Actius. Propoma ad quartanam certum, coaguli leporis 1. ſ. læuigato cum vino sufficiente: da bibendum suspecta die. Incertus.

Pulmones leporis sale conditi in comitiali morbo dantur, cum thuris tertia parte in vino albo, per dies triginta, item coagula eiusdem, Plinius. Sextus idem planè remedium cordi adscribit, vt paulo post recitabo Pulmonẽ leporis contra dolores oculorum commendant, Plinius. Pulmo leporis superpositus & alligatus dolores oculorum mirificè sanat, Sextus & Albertus. Vuluam adiuuat pulmo aridus potus, Plinius. Pernniones & rimas pedum vrsinus adeps sarcit, &c. & si subtriti fiant contusiue offensatione. Si vero adusti frigore, leporini pili cinis: eiusdem pulmo contusus dissectus, aut pulmonis cinis, Plinius. Ad pernniones & pedes læsos à calciamentis. Leporis pulmo contritus & illinitus, vel super pedes positus, mirè sanat, Sextus & Albert. Pulmo ceruinus impositus & sæpe renouatus ex calciamento lædos pedes sine dolore persanat: Leporinus quoq; pulmo multò efficacius impositus iuuat. Marcellus: Vide supra in ceruino pulmone, in Cerno 6. Magi aduersus quartanam fimi bubuli cinere conspetso puerorum vrina illinunt digitos pedũ, manibusq; leporis cor adalligant, Plinius. Leporis iuuenis cor sublatum & quartanarijs collo vel brachio suspensum, liberat, si sub accessione eius pendeat. Sextus & Kiranides. Ad caducos. Leporis cor siccum derasum cum parte tertia thuris manne trita ex vino albo da bibere per dies septem, liberat. His verò qui sæpius cadunt dabis diebus triginta. Sextus: Plinius idem planè remedium pulmoni lecoris attribuit, vt paulò superius recitaui. Ad veteri dolorem, Leporis cor aridum, & in ramenta concisum potui detur, Galenus Euporiston 2 72. Leporis cor (siccum, Plinius. vt statim subijciam) siccum rasum ex aqua calida potui dato ieiunis cum Samia terra mulieribus profluuio laborantibus, sanabuntur, Remedium est eis etiam quæ sanguinem excreant, & locis (post partum, vt addit inscriptio) laborant, Sextus.

Profluuia mulierum adiuuat siccum (cor, Sextus: vt proximè recitaui) cum Samia terra ex aqua potum, Plinius. Cœliacus siccum leporis coctum manducet, sanabitur: item, si austero vino intingat, idem facit, Sextus. De hepate leporis arido si sumat hepaticus pondere drachmæ (epilepticus pondere vnciæ, Albertus) iuuat, Rasis. Ad eos qui vertiginem patiuntur, Fel leporis simul & iocinora mustelæ commixta ad drachmas tres, castoreꝰ drachmam vnam, myrrhæ drachmas quatuor, cum drachma aceti ex melle aut passo bibant, sanabuntur, Sextus. Leporis fel cum melle mixtum & inunctum, oculos clarificat, Sextus. Cum passo aut melle caliginem oculorum sedat, Plinius lib. 28. vt Humelbergius citat. Cum melle albo contra albuginem oculorum proficit, Rasis & Albertus. Leporis fel recens cum pari mellis portione mistum & in cepæ corio tepefactum in aurem mitte: hoc enim remedium ei qui vel nihil audiat, auditum restituit, Galenus Euporist. 3 5. Ad lienosos cum præduro tumore. Leporinus lienis recens ita deuoratus, vt ne dentibus attingatur, lienosos magnificè iuuat: ignoret autem laborans quid deuorauerit oculis fascia velatis, Galenus Eupor. 2. 40. Venter leporis cum intestinis tostus & adustus in sartagine, teritur & cum oleo rosarum mixtus capiti illinitur ad reparandos pilos, Auicenna. Leporis renes, inueterati in vino poti calculos pellunt, Plin. Lep. renes siccos in Sole coctos derasos in potione dato, mirè sanat, Sext. In tenuum dolore crudos deuorari iubent, aut certe coctos, ita ne dente contingantur, Idem & Marcellus. Ad araneorum morsus, Renes leporis & fulicæ eius bestiæ, qui ab araneis laborat si crudos deglutiat, sanabitur: morsis etiã cocti dentur, Sextus: sed fulica aquis est, & reuthus caret, quod mitor Humelberginm non animaduertisse. Aggregator quidem vbi remedia ad morsum aranearum describit, nec leporis nec fulicæ meminit, cũ alioqui frequentissimus sit in remedijs ex hoc scriptore commemorandis. Recentiores quidam, vt Bartholomæus Montagnana, leporis testiculos & vuluam miscent medicamentis intra corpus sumendis, ad coitum in viro, & conceptũ in muliere promouendum. Si testiculi leporum in cibis sumantur (vt & vuluæ & coagulum) mares concipi putant. Plinius. Leporis testiculi tosti salubriter manducantur ab eo qui vesicæ molestijs laborat, Marcellus. Leporis testiculum post purgationem suam mulier, si cum vino contritum accipiat, masculum pariet, Sextus. Vrinæ incontinentiam cohibent leporis testiculi tosti, Plinius. Leporis cerebellum ex vino potum, vrinæ incontinentiam refrenat: eiusdem testiculi torrefacti & vino poti, par remedium submeiulis præstant, Marcellus. Ad eos qui inuoluntatiè vrinam reddunt, Lep. testiculum aridum minutatim concisum ex vino odorato potandum offer, Galenus Euporist. 1. 76. Et rursus 3. 276. Leporis testiculum ex vino odorato tepido propinato mingentibus in stragulis. Libro 9. de compositione secundum locos eundem in vino odorato feruefactum bibi iubet: sed pro ἐπιθύμῳ legendum ἀπιθύμῳ, vt Actius & Aegineta habent. In dolore lumborum (coxendicis, vbi & fimus caprinus feruens cauo in brachiali sub pollice à quibusdam imponitur, vt in Capra docui) testes leporis deuorare suadet, Plin. Qui testiculum leporinum coctum ieiunus comederit, citò coxarum dolore relenabitur, Marcellus. Leporum vuluas tum testiculos, vt modo dixi, recentiores quidam medici pollere putãt vi coitum in viris, conceptum in mulieribus excitandi: & alijs eiusdem generis medicamentis intra corpus sumendis miscẽt. Sed hæc fœcundandi ex leporinis partibus persuasio, ab ipsa animãtis fœcunditate orta videtur, vt in coagulo dixi. Matricem leporis sicca & tere, & da bibere quando fuerit è menstruis purgata, concipiet, Galenus Eupor. 2. 135. Vt sterilis cõcipiat,

Lepus

Leporis conſumit fœmina vuluam, Serenus. Vt mulier concipiat, leporis vterum frige, tritumq; aſſiduè propina: habeat autem & leporis ſanguinem, Galenus Eupor. 3. 234. Si vuluæ leporum in cibis ſumantur, mares concipi putant. Et mox. Conceptum leporis vtero exemptum, his quæ parere deſierint reſtibilem fœcunditatem afferre putant: ſed pro conceptu, leporis ſaniem & viro magi propinant, Plinius. Vt mulier concipiat fœminam, Lepus incidatur, & de ſanguine qui à vulua fluxerit, illiniat ſibi naturam, & de coagulo eius, Sextus. Vt mulier maſculum concipiat & pariat, Leporis vuluam ſiccam deraſam in potione vini bibant vtriq; & mulier & maſculus. Nam ſi mulier ſola biberit, androgyne (androgynous) naſcitur, hoc eſt nec maſculus nec fœmina, Sextus. Ventris quidem dolore tentari negant talum leporis habentes, Plinius. Talum leporis tolle & ligato ad ventrem, mirè ſanat, Sextus. Si quis talum leporis ſecum habuerit, immunis à dolore ventris & periculo huiuſmodi perpetuò permanebit, Marcellus. Frequentiſſimè euenit vt ex qualibet cauſa ſubitò dolor ventris exiſtat: ſed qui talum leporis ſecum habuerit, huiuſmodi caſum, id eſt ſubitum dolorem ventris nunquam incurret, Idem. Et alibi, Leporis talus ventriculo ſubligatus dolorem eius (& ventris) excludit. Item inter remedia ad colli dolorem, Leporivivo, inquit, talum abſtrahes, pilosq; eius de ſubuentre (ſubuentrili) tolles, atque ipſum vivum dimittes: de illis pilis vel lana filum valldum facies, & ex eo talum leporis conligabis, corpusq; laborantis præcinges, miro remedio ſubuenies: efficacius tamen erit remedium, ita vt incredibile ſit, ſi caſu os ipſum, id eſt talum leporis in ſtercore lupi inueneris: quod ita cuſtodire debes, ne aut terram tangat, aut à muliere contingatur: ſed nec filum illud de lana leporis factum debet mulier vlla contingere, hoc autem remedium cum vni profuerit, ad alios translatum cum volueris proderit: filum quoq; quod ex lana vel pilis quos de ventre leporis tuleris, ſolus purus & nitidus facies: quod ſi ita ventri laborantis ſubligaueris, plurimum proderit, vt ſublata lana leporem vivum dimittas, & dicas ei dum dimittis eum, Fuge fuge lepuſcule, & tecum aufer colli dolorem, Hæc negatur Marcellus. Leporis talum Humelbergius interpretatur officulum in articulo pedis in poſteriori ſuffragine duntaxat, quo ſcilicet modo in alijs quoq; animantibus talus reperitur, quæ modo habeant, vt biſulca ferè. nam ſolipeda & digitata Ariſtotele teſte, non habent: quare lepus etiam carebit, quod Humelbergius non animaduerterit: ſed excuſatur, quoniam Plinius quoq; & Marcellus talum leporis nominarunt: videntur autem illi impropriè ſic vocare officulum in genu poſteriori, vel ſuffragine potius, quod geniculi patella eſſe videtur, noſtri vulgò vocant *den haſenſprung*, hoc eſt ſaltum leporis: nimirum quod ea parte ceu baſi inter ſaliendum nitatur. Hanc aridam tritam ex vino frequenter bibi contra calculos aliqui commendant inter præcipua remedia. Eadem officula cum pari pondere macis dicti aromatis contrita in vino Cretico vel Maluatico (aut ſi manis Monembaſico) ad dimidias coqui, & calidum bibi aliquoties, aduerſus colicam ſeu ventris dolorem quidam conſuluot. Leporum vel caprcolorum talos ex vino aut ſtillatitio liquore pulegij, parturientibus mulierculæ pro ocytocio propinant, Tragus. Ad comitialem, Viſci quercini, corallij, margaritarum, ſeminum pæoniæ, officulorum de ſuffragine leporis, lapillorum è cæteris partes æquales miſcentur, Obſcurus. Leporis tali ſi alligentur, articularios affectus admodum allcuiant: oportet autem leporem vivum relinquere, Trallianus lib. 11. Reperitur in latere leporis acui os ſimile, hoc ſcarificati dentes in dolore ſuadent, Plinius. Articulorum vitijs leporis pedes adalligatos, vtiles eſſe tradunt, Plinius. Podagras quidam mitigari (credunt) pede leporis viuentis abciſſo ſi quis aſſiduè habeat, Idem. Fimum leporis ambuſtis medetur, Plinius. Vt ſtent perpetuò mammæ, virgini nouem grana ſimi leporis magi propinant, Idem. Liquatum cum aceto & illitum, impetiginem curat, Raſis. Leporis ſimi cinis in vino veſperi potus, nocturnas tuſſes ſanat, Plinius. Contritum ex vino calido ſumptum, arteriæ & columellæ vitijs & ſpiritus difficultati ſummopere opitulatur, Galenus Eupor. 3. 37. Cœliacis & dyſentericis prodeſt leporini ſimi cinis inſperſus potioni tepidæ vini, Plin. Leporis ventriculum cum ſimo ſuo vino vetere lauabis, ita vt ſordes ipſæ ibi ſint & miſceantur: aut ſi in ventriculo non inueneris, pilulas de ſimo ipſius impares numero tritas cum vino vetere dyſenterico dabis bibendas. Marcell. Lep. ſtercoris pilulas ſeptem tere, & cum dulci vino colico per triduum da bibendum, Marcellus. Fimum leporis cum melle decoctum, & quotidie fabæ magnitudine ſumptum, rupta inteſtina ſarcire mirè traditur, ita vt deploratos ſanauerit, Plinius: Vide etiam ſupra inter remedia ex pilis. Peſſus quo Aſclepiades in nobilibus fœminis vtebatur vt conciperent, Myrrhæ drachmas quatuor, iridis, ſimi leporis, ſingulorum drachmas duas, cum aqua collyria conficito & ſupponito, vbi menſes deſiuerint, poſtea cum viro concumbant, Aëtius 16. 34. Stercus leporis poſitum ſuper mulierem quæ nunquam peperit, nunquam pariet quandiu tenuerit: (ſi ligetur ſuper mulierem, non concipiet quandiu tenuerit, Raſis:) Et ſi modicum eius vuluæ impoſuerit, deſiccat (remouet ab ea, Raſis) menſtruum ſanguinem, & matricem vehementer exiccat, Albertus & Raſis, Raphael medicus Lucarni, mulieri non habenti lac præſcripſit hoc remedium: R. Cryſtalli, ſynapis albi, ſtercoris muris vel leporis: bibat è iure caulium vel fœniculi.

H.

a. L. Aelius putabat ab eo dictum leporem à celeritudine, quòd leuipes eſſet. Ego arbitror à Græco vocabulo antiquo, quod cum Aeoles Bœotij leporem appellant, Varro 3 de re ruſt. In opere verò de lingua Latina: Lepus, inquit, quòd à Siculis quidam Græci dicunt λέπορα: à Roma quod orti Siculi, vt Annales noſtri veteres dicunt, fortaſſe hinc illud tulerunt, & hic reliquerunt id nomen. Lepus à pedum leuitate nomen habet, quoniam ambulans non ſentitur, Sipontinus: Iſidorus quidem idem etymon facit, ſed leuitatem pedum ad celeritatem refert: non vt Sipontinus videtur ad ſonum, quòd molliſſimè incedens propter veſtigia pilola non audiatur. Λαγὸς oxytonum, cum omicro in vltima, vox Ionica vt Athenæus dicere videtur: ait autem Euſtathius quoq; hanc huius vocis inflexionem reperiri, nempe λαγῶ, ῶ &c. Eadem vox paroxytona proprium viri nomen eſt, vt Ptolemæus Lagus: ſic & λαγὸς, translato in primam accentu proprium fit, Varinus & Cyrillus. Apud Homerum λαγὼς legitur propter metrum, Varinus: etſi alibi communem hanc vocem eſſe ſcribat. Λαγωὸς, ἕ λαγὼ, τῷ λαγὼ. Attica ſuor. Λαγὼ, οἱ, Pauſanias. Λαγὼς (per omega) lepus eſt terreſtris: per omicron verò, marinus & fluuiatilis. Heſychius & Varinus. Τὸν λαγὼν in accuſandi cauſa cum ν. & acuto in vltima (vt Tryphon obſeruauit) Ariſtophanes protulit, Xenophon autē in Cynegetico τὸν λαγῶ, vltima circunflexa & ſine ν. Vulgò verò iam, inquit, λαγὸν dicimus vt ναῦν, pro quo Attici λαγὼν, vt νεών. Cæterum eodem declinandi modo quo λαγὸν dicimus, λαγοὶ apud Sophoclē in recto plurali legitur: eo verò quo λαγὼν per ω. rectus pluralis λαγὼ eſt apud Eupolin. Sunt qui in his vocabulis vltimam ſine ratione circunflectant, cum acuenda ſit, tum in cōmunibus vt ναὶς, καλὰς, tum in Atticis vt νεὼς, καλὼς. Quanquam verò λαγὸς Ionicum, λαγὼς Atticum ſit, tamen illud quoq; apud Atticos reperitur: vt λαγὸς (quod iam diximus) apud Sophoclem. Cæterum in voce λαγωὸς, vel omega abundat, vt Ionica ſit: vel omicron, vt Attica. Hæc

Athenæus. Ex eodem etiam Varinus repetit, ſed paulò aliter. Λαγωὸς, inquit, vt κολοὸς, & ſimilia, &c. aiunt autem λαγὼς diſſyllabum cum o. producto longum eſſe: alij verò lagòs cum o. breui, & à λάω, quod eſt video, deriuant: dormiunt autem, vt ſupra diximus, apertis oculis lepores. Λα particula augendi vim habet: ὠὸς Doricè pro οὖς autem ſignificat: vt à magnitudine aurium nomen ſit factum. Varinus & Cælius. Accedat & noſtra coniectura, Λάγνος, λαγνὴς & λαγνὸς, libidinoſum ſignificant: talis autem vel maximè lepus eſt: & forſitan eam magis ob cauſam Amoribus conſecratur, quàm etymologiæ ratione, quam in b. adferemus. Quidam in Lexico Græcolatino λαγωὸν ineptiſſimè erinaceum interpretatur: neſcio qua occaſione, niſi quod Hieronymus pro ſchaphan Hebraica voce alibi chœrogylium, alibi lepuſculum, alibi hericiaceum ponit. Daſypodem pro lepore paſſim dicunt, Ariſtoteles & alij: Cratinus etiam, vt Pollux ait, propter pedes eius hirſutos. Λαγωὸς, πτὼξ, & daſypus, communia leporis nomina ſunt, Varinus. Ptox lepus à ſupore atq; metu dicitur. Formidine præcellit hoc animal: facile nanq; temerè; terretur ac compaueſcit (πτήσσεται) vnde & ptox vocatur: nam πτήσσειν formidare eſt, Cælius ex Pollice. Eodem vocabulo alia quoq; animalia quædam veniunt, & ipſa timida, nempe cerui, hinnuli, & dorcades, Heſychius & Varinus. Πτὼξ, λαγωὸς, ὁσὸν ἐκ καταπλήξεως, ἢ πτοήσεως, Heſychius. Πτὼξ, φόβος, πτὼξ, δειλὸς, Idem. Et rurſus, Πτωκὸς, ἢ πτακὸς, (malim πτᾶκες paroxytonum & πτᾶκὸς proparoxytonum à recto paroxytono) δειλοὶ, ἐπτηχότες. Eſt ſane ptox epitheton potius, vt inf. a dicetur, quàm ſubſtantiuum: vſurpatur tamen pro ſubſtantiuo per antonomaſiam, vt & ἀλεκτρυὼν apud Nicandrum: ſic autem cognominatur, quòd oculis patentibus ſomnum capiat. Ταχὴς, lepus & ceruus, Heſychius & Varinus. Ταχὺς celer eſt: eximia autem vtriuſq; celeritas. Ταχῖνας nomen pro lepore Lacedæmonijs vſitatum: qui etiam λαγίδιον pro lepuſculo veluti patronymica voce proferunt, Varinus. Λαγοὶ, lepores, Varinus. Λαγὸς (oxytonum,) λάγος, apud Hſauros, Idem & Heſychius: videndũ autem ne λαγωὸς vel λαγὸς dictio fortaſſis pro λαγὼς depranata ſit, aut ediuerſo. Creteníes, lepores κεχῆνας vocant. Heſychius & Varinus. Λαγωὸς, lepus, Idem. Λαγὸς, macilentus pallidus: & λαγίας (forte λαγίας: quid ſi lepus ex inſula Lero ſignificetur? illic enim vno tantum mucto multiplicati ſunt, vt in Lepore ſydere mox dicam) vocant canes extenuatos & glabros: vel paruum leporem, Heſychius & Varinus. Trochum animal, cuius Ariſtoteles cum hyæna meminit, Albertus ineptiſſimè leporem interpretatur, quod is quoq; à multis mas & fœmina credatur, & alternis menſibus nunc incubus nunc ſuccubus: atqui trochus non lepus eſt, ſed piſcis, nominatus à Plinio libro 9. Niphus.

Epitheta. Auritos lepores non Maro (1 Georg.) primus vſurpat, ſed Afranium ſequitur: qui in prologo ex perſona Priapi ait: Nam quod vulgò prædicant aurito me patente natum, non ita eſt. Macrob. 6. 5. Fidentes pedibus lepores, Mantuanus. Lenipes, Cicero in Arato. Pauidus, Horat. in Epodo. & Samonicus. Nunc leporem pronum catulo ſectare fugaci, Ouid. 1. de remed. Solicitus, Idem 5. Faſt. Aut leporis tepidi (aliàs timidi) diluta coagula trade, Samonic. Sunt & alia apud Textorem commemorata, nempe, Fœcundus, fugax, furax (quod non placet:) excornis, callidus, paruus, paruulus, pauens, meticulosus, tremebundus, tener, fagax, rapidus, vagiens, vagus, velox, veloctpes, volucripes, villoſus. Πτῶκας ἀείλαπόδας θήρης ἐφέωσεν ἀτύμνην, Oppian. Λαγὼς, Idem. Δειμαλέοπτὼξ, Idem. ὀλιγεθεγέων τε λαγωῶν, Idem. Ἠυτε δεῖλὰ λαγωὸν, Nicander. Δειμαλέοις Nicandro, vt paulò ante dixi, in Alexipharmacis: cuius verba apud Suidam corruptiſſima ſic reſtituo: Εὖτ' ἂν ὑπ' ἰκριόφιν θ' ἑλὸν πανάεργέα: δέμνια: Πεπτὰς ἀειδήσιν ἐνὶ κλισίῃσι (Suid. habet σπιλάκεσσι: textus Nicandri & ſcholia σπιλάκεσσ') διφθέρῃσι, &c. inter remedia aduerſus aconitum: Scholia interpretantur, ὑπὸ σκεπαστικῶν λαγωϊκῶν, καὶ ἐνδυματικῶν διφθερῶν. Πτῶκας τε λαγωὸς, poëta quidam. Homeros forte: nam idem alicubi πτῶκα λαγωὸν dixit. Ταχὺς, in epigrammate. Τὸν ταχὺν ἐν παίδεσσι σιωπηπόδην τε πικεῖσθαι Ἄρτεμιν ὅστις ἔφην ἀκόντια λαγωῶν, Suidas ex epigrammate. Ὠκυπόδης, in epigram.

Lepus ſine auribus eſt genus vinculi, tum frontis tum partibus inter frontem verticemq; ſitis, accommodatum: Auritus verò lepus eſt genus aliud vinculi quo gladiatores plurimum vtebantur ad capitis ornamentum, Galen. lib. de Faſcijs cap. 23. & 30. Leporinum, quod ex lepore eſt. Leporinus cinis, Plin. Leporinum lac, Varro. A lepore deriuatur lepor, vnde lepidus, Sipontin. Ipſe quidem lepus animal eſt perquàm lepidum & amabile, nec immeritò Amoribus ſacrum. Leporis cibo lepidos & formoſos fieri homines in F. diximus. Λαγῶος, leporinus, Etymologus: hinc κρέα λαγῶα apud Athenæum: ſed codices ineptiſſi λαγωὰ habent: ego vel λαγῶα legerim, vel vt Varinus & Heſychius habent λαγώϊα, (quam vocem per iota etiam ſolum in penultima ſcriptam reperi: ſed λαγῶα magis probàrim, propter analogiam & authorum teſtimonia, quæ in F. recitaui. Λάγνευε λάμια κρέα, τὸ δ' λαγωᾶ, Suidas & Varinus. Πολυλάγωος, locus qui habet multos lepores. Euſtachius. Tempore belli ciuilis inter Auguſtum Antoniumq; Cornificius poëta à militibus deſtitutus interijt, quos ſæpe fugientes galeatos lepores appellârat, Cæl. Rheginenſes vulgò lepores dicti ſunt, vtpote pauidi & formidoloſi. Eraſ. in prouer. Lepus pro carnibus Lepus inter ſydera nominatur in ſphæra Procli. Noſcitatur etiam in cœlo lepus ſydus, ſub quo qui nati fuerint, tanta erunt corporis leuitate, vt quum currere cœperint, velocitate ſua agitari aues ſuperare videantur, inquit Firm. Hunc locum ſi Mars reſpexerit, ſtadiodromos facit: ſi verò Luna cum Marte, pyctomachatios, id eſt pugiles, Cæl. De hoc ſydere Higinus. Lepus (inquit) dicitur Orionis canem fugere venantis: nam cum vt oportebat, cum venatorem fixiſſent, voluerunt etiam hoc ſignificare aliqua de cauſa. Itaq; leporẽ ad pedes eius fugientẽ finxerunt: quem nonnulli à Mercurio conſtitutum dixerunt, eiq; datum eſſe præter cætera genera quadrupedũ, vt alios pareret, alios haberet in ventre. Qui autẽ ab hac cauſa diſſentiunt, negant Orionem tam nobilem & tam magnum venatorem (de quo & ante in Scorpionis ſigno diximus) oportere fugi leporem venari: Callimachum quoq; accuſari, quod cum Dianæ ſcriberet laudes, eam leporum ſanguine gauderc, & eos venati dixiſſet. Itaque Oriona cum tauro decertantem fecerunt: leporis autem hanc hiſtoriam memoriæ prodiderunt, Apud antiquos in inſula Lero (Lerus vel Leria Straboni, inſula eſt Icarij maris) nullum leporem fuiſſe: ſed ex eorum ciuitate adoleſcentium quendam ſtudio generis inductum, ab exteris finibus leporem fœminam prægnantem attuliſſe, & ad eius partum diligentiſſimè miniſtraſſe. Itaq; cum peperiſſet, complurибus eius ciuitatis ſtudium incidiſſe, & partim pretio, partim beneficio mercatos, omnes lepores alere cœpiſſe. Itaq; non longo intercallo tantam multitudinem leporum procreatam, vt tota inſula ab his occupata diceretur: quibus cum ab hominibus nihil daretur, in ſemina eorum impetu facto omnia comederunt. Quo facto incolæ calamitate affecti, cum fame forent oppreſſi, communi conſilio totius ciuitatis vix deniq; eos ex inſula abegiſſe dicuntur. Itaq; (deos) poſtea leporis figuram in aſtris conſtituiſſe, vt homines meminiſſent nil eſſe tam exoptandum in vita, quin ex eo plus doloris quàm lætitiæ capere poſterius cogerentur. Hactenus Higinus. Similes leporum in Carpatho & Aſtypalæa inſulis multiplicatorum hiſtorias ſupra in c. retuli. Anaxilas Rheginus, vt ſcribit Ariſtoteles, cum lepores in Siciliam inuexiſſet,

quæ

quæ illis antehac carnerat, & eodem tempore Olympicam victoriam apene, id eſt mulis ad bigam iunctis, retuliſſet, apene & lepore nomiſma Rheginorum ſignauit, Pollux.

Herba leporina, id eſt ſatyrion, Syluaticus. Teſticulum leporis aliqui numerant inter ſpecies ſatyrij vel orcheos, Monachi in Meſue. Lepori coagulum fit, quoniam herbam ſucci lactei paſcitur: talis enim humor lac in ventriculo infantium (ἐμβρύοις) ſtringit facitq; coloſtrum, Ariſtot. Hæc eſt nimirum quam Apuleius lactucam leporinam vocat, ca. 112. Naſcitur, inquit, locis fabulofis. Lepus cum æſtate à nimio deficit æſtu, hac herba remediatur, ideo lactuca leporina dicitur. Hæc ſuppoſita ſub puluino febricitantis, eo neſcieute, remediabitur. Pilos oculis obſtantes ſummè relegat (religat potius cum Ruellio: ἀναπλᾷ.) reglutinat palpebrarum pilos, Dioſc. de chondrilla:) palpebrarum pilos inordinatiſſimos pro gummi efficaciſſimè regit, Plin. Hæc Apulei. Humelbergius ſylueſtris lactucæ ſpeciem eſſe conijcit, eam nimirū quam Itali caſam, id eſt domum, leporis vocant. Sonchum (inquit Ruel.) Dioſcorides cicerbitam à Romanis dici prodidit, quod nomen adhuc hodie in Hetruria ſeruatur. Veneti lactucinos, Galli lacterones appellant: herbarij nonnulli leporis palatium, quod hoc animal vt ab æſtu vindicetur, & caloris propulſet incommoda, ſolear ſub ramis eius decumbere & ſæpenumero ſtabulari. Hæc eadē forſitan eſt quę ab Apuleio lactuca leporina nominatur, &c. quamuis pilos qui obſtãt oculis, hac inquiat religari: quę à Dioſc. & Plinio de chondrilla traduntur, Hæc Ruel. Et rurſus alibi, Arthriticę, inquit, apud recentiores duo ſunt genera: Vnum flore luteolo, odorato, verno, vulgus primulam veris appellat: alterum, palatiū leporis vocant, quod ſubinde lepores ſub eius vmbra lateant, cubitali altitudine, folijs fœniculi, baccis puniceis, radice numeroſa craſſaq; & Mihi quidem alterum hoc genus ignotū eſt, neab ipſo quidem, vt conijcio, Ruellio cognitum. Quærendum autē an ſit aliquod aſparagi vel corrudæ genus. Tragus Tomo 1. ca. 88 herbam Germanicè dictam *haſenlattich* vel *haſenſtrauch*, ſimilē eſſe docet hieracio minori (quod & dentē leonis aliqui vocant, noſtri *pfaffenrörle*) ſed per omnia minorem, cauliculis tenuibus, læuibus, floribus luteis, locis cultis & inter fruges ferè prouenientem: & eandem lactucam leporinam Apuleij eſſe conijcit. Dioſcorides quidem nullum lactucæ ſylueſtris genus, vt ſunt ſonchi, hieracia, chondrillæ, in fabulofis naſci ſcribit, ſed neq; alij veterum quod ſciam, vt lactucam ſuam Apuleius forte in fabulofis naſci non verè ſcripſerit. Sed quoniam chondrillæ mentio incidit, obiter detegendus eſt Plinij error: is enim lib. 26. c. 8. aluum, inquit, ſiſtit & chondris, ſiue pſeudodictamnum. Hoc Dioſcorides chondrillæ attribuit, non chondridi aut pſeudodictamno: quamuis enim Plinius 25. 8. ſic ſcribat, Pſeudodictamnum multis in terris naſcitur, à quibuſdam chondris vocatum: tamen certum eſt pſeudodictamnum vires habere dictamni, eamq; pulegij, cui mouendi potius quàm ſiſtendi aluum medici facultatem tribuunt: dorcis quidem vel dorcidium inter dictamni nomenclaturas eſt, non chondris Lageos vua, quæ Latinè leporaria dicitur. Verg. 2. Georg. Et paſſo Pty-thia vilior, tenuiſq; lageos. Seruius apud Macrobium quoq; lageam inter vuarum genera numerat. Hac pluriman delectati lepores pascuntur. Amant quidem vuas in cibo lepores, & genus quoddam ex vuis albis prædulce & & maculis quibuſdam cum maturuit ex fuſco ruffis inſigne, leporum vrina aſperſum vinitorum apud nos vulgus dictitat. Dixit Vergilius (vuas) Thaſias & Mareoticas & lageas, complureſq; externas, quæ non reperiuntur in Italia, Plinius 14. 3. Idem Lagerina vina nominat, quæ in Italia naſcantur non procul Grumento, 14. 6. Præter centunculum, quam Græci clematidem vocant, roſtratis foliis, ad ſimilitudinem capitis penularum iacentē in aruis, quæ aluum & ſanguinem ſiſtit, &c. ſecundis etiam efficax mulierum: habent & alias clematidas Græci: vnam, quam aliqui echiten vocant, alij laginen, nonnulli tenuem (minorem: λεπτὴν Græci ſimpliciter pro micron, vt in centaurio) ſcammoniam: ea pedales, folioſos, non diſſimiles ſcammoniæ ramos habet, niſi q; nigriora minoraq; ſunt folia. Inuenitur in vineis aruiſq;. Eſtur vt olus cum oleo ac ſale, aluum ciet: eadem à dyſentericis cum lini ſemine in vino auſtero ſorbetur: folia in cibis lactis vbertatem faciunt, phthiſicos iuuant cum melle, infantibus illita capillum alunt, Venerem ſtimulant, &c. Hæc Plinius 24. 15. Idem 22. 22. Laſine (Laſione, vt Hermol. reſtituit) olus ſylueſtre habetur, in terra repens, cum lacte multo, florem fert candidum, conciliam vocant: commendatur ad ſtimulandos coitus: cruda ex aceto in cibo ſumpta, mulieribus lactis vbertatem præſtat. Salutaris eſt phthiſin ſentientibus. Infantium capiti illita nutrit capillum, tenacioremq; eius cutem efficit. Hic Hermolaus, Quidam, inquit, laſinen corruptum eſſe neſcientes Plinium culpant, quaſi hanc ipſam herbam 24. libro (ca. 15.) repetiſſet inutiliter, laginem vocando, non laſinem. Sed cum longè alia ſit hæc ab illa: nec ea vocabuli ſit affinitas quam putabant, modeſtiæ ſuæ parum conſulent, niſi recantauerint. Hæc Hermol. in defendendo quidem Plinio nimius. Quis enim non eandem eſſe videat, vbi præter nomen, vnica litera variante, etiã vires conueniunt? quatuor enim remedia quę hic laſionę ſiue laſinæ, rurſus omnia l. 24. laginæ attribuit, nec obſtat quod plura adſcribit. Et nomina ita ſunt vicina, vt alterum ab altero corruptum appareat. Vtrunq; etiam olus ſylueſtre facit. Iam ſi laſione ea eſt, vt Ruel. ſuſpicatur, & mihi certe omnino videtur, quam Galli vulgò liſeronem vel liſerotam appellant: aliqui campanellam vel volubilem minorem, noſtri *kleingloggenblumen*: prorſus ei conueniunt tum illa quæ Plinius de laſine vel laſione ſcribit, tum quæ de lagine. Folia .n. ei roſtrata, ſiue in triangulum acuminata in aruis iacent, eademq; trianguli figura caput penulæ ſiue cuculli cappæ, Hiſpanicæ, vt hodie loquuntur, ſpeciem referunt. Sunt & ſcammoniæ ſimilia planè folia, vt Monſpeſſuli mihi demonſtrata ſunt: eadem & maioris volubilis, quam Plinius conuoluolum vocat: & Democritus, vt conijcio, malacociſſum, noſtri *zaungloggen*, id eſt ſępium campanas. Sed audiamus Ruellium: laſione, inquit, Theophraſto, olus eſt ſylueſtre, copioſo lacte ſucculentum, flore candido, & in hoc nobili, quòd ſingulari folio conſtet, ſed ita implicato vt plura videantur, floris margine in angulos exeũte. Plinius olus eſſe ſylueſtre tradit, &c. Cæterum idem de folio herbæ loquitur, cum inquit, (21. 17.) Folium vnum habet, ſed ita implicatum vt plura videantur: quod Theophraſtus de folio floris ſcribit. Flos conceptaculo auerſa parte non indiget, ſed poſtrema eius exeunt in angulos, qualis ferè oleagineus aſpicitur. Porrò non multum ab ea diſſidere putatur, quam Galli liſeronē appellant, nomine etiam adludente: ſerpit .n. humi ramulis lacte prægnantibus, &c. Hęc ille. Eadē forte eſt quę in opere Theophraſti de cauſis plantarū ἀσίνη, vitiato fortaſſis codice, nominatur: niſi quis aſinen potius quã iaſionē legere velit: & ſanè vetus lectio Plinij, apud quē duobus in locis laſine legitur, (nam Hermolaus primū pro illis iaſionē poſuit) & in tertio, vt recitaui lagine, ꝓpius ferè ad ἀσίνην quàm ἰασώνην accedit: conijcio autem eandē eſſe, quoniam nihil aliud de aſine ſcribit, quàm proximè naſcentia cauliculis ſuis amplecti. Quærunt, inquit, cui innitantur, hedera, ſmilax, cucumis: & inter minora ſerpyllū & aſine, nec alibi eius, q; ſciam, meminit. Gaza volucrū vertit, quod vt non improbo, ita clymenū quoq; Theophraſti (quod Dioſcoridis periclymenū eſt, vt ſupra dixi) ſimiliter volucrū ab eo alijs in locis transferri diſplicet: oportebat .n. diuerſis rebus diuerſa imponi nomina, neq; confundi lectores. Cęterū ex iam recitato Theophraſti loco aſines hiſtorię hoc etiam nobis

accessit, vt de magnitudine eius conflict: nempe quod non maioribus ex amplexicaulium genere, sed minoribus adnumerari debeat. Eodem ex loco emendabimus etiam corrupta verba lib. 7. c. 8. historiæ plantarū Theophr. vbi idem argumentum tractat de plantis quæ circumuoluuntur, his verbis: Sunt quę aliena caulibus imitantur, & si desint, humi repant, καξαπερ ἡ πετραία (alias περαία, non in indice vocabulorum Theophrasti ex translatione Gazæ) καὶ πετραία, lego καξαπερ ἡ περὶ τὴν ἐρινεὸν καὶ ἡ ἀσπάλαθος. nec moror quod Gaza transtulit, petinā & lappam. Quoniam petinæ nomen corruptū esse inde apparet, quod nec alius quisquā, nec Theophrastus alibi eius meminit. Πετραία verò etsi quis defendat pro ἀμπελία dici potuisse, vt σφὶς & ἀσφὶς, σκίχος & ἄσκιχος, &c. eadem significatione dicuntur: non videtur tamen ita legendū, quoniam non propriè amplexicaulis hæc herba est, sed propter infirmitatē caulium, fulcri indiget: ἀσπάλαθος verò amplexicaulem esse ipse Theoph. docet & alibi ἀσπάλαθος alpha initiali semper expresso, cum lappā significat apud eundē legimus, vt ibi lappam lenti ceu propriam noxam innasci scribit. Eadem proculdubio fuerit helxine cognomento cissampelos, foliis hederæ minoribus: ramulis ex libus, quibus complectitur quodcunq; contigerit adminiculū: nascitur in sępibus, vinetis & segetibus: foliorum succus potu deiectus aluū: vt in quibusdam Dioscoridis codicibus legitur. Galenus & Aegineta nihil q̄ discutiendi vim ei attribuunt. Serapio ex Dios. c. 41. hederā facit volubilem malotē: hanc vero minotē, acūn appellans, ab helxine detorta voce: & mox alterā minorem volubilem, nempe elatinen quam athin vocat. Apud Dios. inter peticlymeni nomenclaturas legitur axine maior, quasi & altera minor axine, vel potius aline sit, illa nempe qua de agimus. Lagine igitur herba apud Plinium nihil cum lepore cōmune habet, & melius aline quam vel lagine vel lasione nominabit. Quamobrē iterum errat Hermolaus corollario in Dios. 650. scribens, p alsine corruptè in Theophrasto legitur aline, vbi Theodorus voluerū interpretatur, arbores amplexu hederę modo strangulantē: sed ne hoc quidē rectè citat. Cuminum leporis, limonium, inter nomenclaturas apud Dios. Lagopus, inquit Ruel. alijs leporis cuminū, nascitur in segetibus. & quasi pes leporis dicitur. Sanè & similis est el aspectu: proinde nō probauerim eorū sententiam, qui caryophyllatā vulgò dictam rentur, in opacis montanis nasci solitā, non in segetibus vt lagopus. Genus potius est humilis trifolij, in segetib. & aruis enati, quod vulgus trinitatē vocat. Hippocrates lagopyron nominat, quasi leporis triticū intelligas, furfuribus cum fructu simillimā, folio paruo quasi oleagineo, longiore tantū (hoc nostro humili trifolio nō conuenit) cruentis vulneribus imponens. Hanc Galenus leporinā inquit herbā esse, Hęc Ruel. transcripsit autēm ad verbū ex corollario Barbari in Dios. 627. Λαγώπυρος, ἡ καλαμίτης καλαμήρη ἐστίν, Galen. in Glossis Hippoc. Dios. lagopodē non in segetibus vt Plin. sed horrorum areis nasci scribit: vtraq; quidem loca coli & & stercorari solent. Apuleius verò c. 61. Pedem leporis, inquit, Graeci lagopū, Romani vocant herbā benedictā, leporinū pedem. Nomen ei à similitudine pedis leporini. Nascitur in pratis: astringit ventrē, &c. Videtur autem ex Graecis pratias, id est hortorum areas, ineptè, p pratis interpretatus, alliciente vocabulorū affinitate. Et quia à Romanis benedictā vocari meminit, inde nonnulli decepti sunt quidam, vt eandē esse putarēt, quæ hodie vulgo eo nomine, & alio caryophyllata vocatur: quæ leporinū pedē non paniculā villosā vt genus trifolij proximè dicti, sed folio in tres ceu digitos diuiso repræsentat. Caryophyllata, pes leporis, sanamunda, Syluat. Sed hac in re periculum non est: quando & veterū lagopus ferè non aliunde cōmendatur quam q̄ ventrem sistat: ad quod præstandū benedicta etiam nostra non fuerit ignaua. Lagopodem humilis trifolij genus describit Fuchs. To. 1. c. 138. Germanis, inquit, nominatur *haſenfuſs, oder katzenklee oder kätzle*: & Trag. To. 2 c. 3. inter trifolij siue meliloti, vt ipse vocat, genera, similiter appellans *katzenklee* vel *haſenpfotlen*: & codē in cap. genus quoddam meliloti parunum & inodorū (nostrates vocant *gelbe tubenkroſſle*) Germanis nominari scribit *haſenklee* & *haſenfuſs*, à nonnullis *haſenpfotlin*, id est leporinum trifolium, & pedem leporis. Idem Tragus scribit hieracij minus (dentē leonis vocant, nostri *pfaffenrörle*) recentiorib. quibusdā lagopoda videri, q̄ equidem non probo. Et rursus To. 1. c. 109. herbam gnaphalio vel stichadi citrinę dictæ similē, candidam in sic is & apricis collibus nascentē, florum corymbis mollibus, candidis, vel purpureis, aut vtroq; colore mixtis, vivacissimis, etiam in suspensa herba, &c. similiter Germanicè nuncupant *ketzlin*, vel *haſenpfotlin*, id est leporis pedem, & *rhurkraut*, quod aluum sistat: hanc ego sanè propter foliorū cum olea similitudinē Hippocratis lagopyron puto: non autem lagopodem Dioscoridis, quę inter segetes & cultis tantum locis nascitur, illa minimè: quod ad vim aluum sistendi, & simpliciter siccandi, vtra vtaris non refert. Diptamum, id est leporis auricula, Syluaticus. Circa montem Pessulanum auriculam leporis vocant herbam quandam annuam (aliqui elaphoscon putant) caule ramoso, floribus luteis per vmbellas, foliis omnino cum recens prodeunt auriculas imitantibus, trientalibus, & instar minoris plantaginis (si bene memini) neruosis, radice candida, simplici, vt apiorum genus. Huius folia pota ad calculos commendant. Fungorum quoddā genus quercubus innascens, Germanicè quidam à figura *haſenöhrle*, id est auriculas leporum nominant. Tragus tertij Tomi de plantis c. 1. Malua syluestris duplex est: maiorem in quibusdā Germaniæ locis equinam, minorē leporinā cognominant, *haſenpapel*, Tragus. Idem To. 2. c. 35. inter fœni vel graminis genera vnū recenset, quod *haſenbrot*, id est leporinum panē appellat, & alio nomine *zydern*, à tremore vt conijcio: nam flores eius specie singuli rotunda (vnde lep. panis forte nomen) per spicas digesti, pediculis hętē: exilissimis, vnde fit vt semper moueant ac tremant: aliqui *haſenöhrlin*, id est auriculā leporis vocitant.

Alpibus peculiaris est præcipuo sapore lagopus auis: pedes leporino villo ei nomē hoc dedere, cætero candidæ, columbarū magnitudine. Est & alia nomine eodē à coturnicibus magnitudine tantū differens, croceo tinctu cibis gratissima. Plin. Nos lagopodē alpinā auem à colore perdicē candidā vocamus, vel gallinam niuis *ſchneehun*, *weiſs rebhun*, & alterū eius genus plumis fuscis & candidis distinctū, saxatilē gallinam, *ſteinhun*. Si meus auritus gaudet lagopode Flaccus. Martial. l. 7. Λαγωλίς, auis quędam. Hesy. & Varin. Lagois, auis quæ leporinas habet carnes, vel piscis genus mari Italo ignotū, Acrō. Nec scarus aut poterit peregrina innare lagois, Horat. 2. Serm. Auis quam Galli & Itali francolinā vocitant, delicatissima omniū, Germanus est *ein haſelhun*, quasi gallinam leporinā dicas: sed hęc eruditis pleriſq; attagen esse videt. Λαγόβιγμα, genus aquilæ, Hesych. Melænaeton, id est pullam aquilā, Aristot. Λαγωφόνον, id est leporariam appellat, Hermol. Vulturem aliqui Germanicè vocant *haſengeyr*, hoc est vulturē leporarium: alij *aſigeyr*, q̄ cadauerib. puto vescatur Lepus marinus, massa quædam informis, *ein ſeehaſe*. Est & alius huius nominis, de quo Aelian. Magni maris lepus ex parte ad terreni similitudinē accedit, præter pilos, quos spinosos & erectos habet, &c. Nec scarus aut poterit peregrina innare lagois, Hor. Ser. 2. 2. vbi Acron, Lagois aut (non aut, sed auis legendū videt) carnē leporis habere perhibetur, aut est genus piscis quod in mari Italo non inuenitur. Λαγωὸς ἡ χερσαία, λαγὸς δὲ ὁ γαλαίαις ὅμοιος, ἢ πτερωτός, Hesych. & Varin. ego fluuiatilē leporē nec noui nec legere memini. Lepus piscis ex lacertorum genere, Plin. l. 32. (prope finem) vt quidam in suis dictionarijs citant, sed omnino fallūtur: decepit eos verbum substantiuum sum, quod expungendum Hermolaus monet: omnino sanè lepus marinus nihil commune lacertis habet, vt & alij ibidem nominatt.

Lepus,

Lepos, saltatoris nomen Horatio 2. 6. Serm. vt Acron scribit. Lagus, Λάγος, paroxyt. patet Ptolemæus fuisse Alexandri. Nobilitas Phatij proles clarissima Lagi, Lucanus 10. Λαγίνα meretrix, Athen 10.

Delus insula, Lagia olim dicta est, Plinius 4. 12. Stephanus Græcus, vt Hermolaus, obseruauit, non Lagiam, sed Pelasgiam habet: Solinus tamen Lagiam à venatione, quasi leporariam. Laguſa, Λάγουσα, insula circa Cretam. gentile Laguſeus vel Laguſius, Stephanus. Laguſa (inquit Hermol. in Plin. 5. 31.) vagum nomen est, à venatu scilicet leporum: sic autem eo in capite legendum censet, vbi vetus lectio erat Lacula. Et mox in eodem capite, Laguſæ, (inquit) insulæ sunt ante Troada. Lagoum amnem prope Caucasum ex montib. Catheis defluere aiunt, Plin. 6 7.

b. Leporis pili mollitie suas plumas auium æmulantur: vt Plinius non ineleganter de hoc animante scripserit, Aliud educat, aliud in vtero pilis vestitũ, aliud implume. Marcellus empiricus lanam lep. pro pilis dixit: & alicubi subuentrile leporis, quasi Græcam vocem hypogastrion de industria imitans. Τὰ δ' ἀμφὶ λαγῳοῖσι λαγῳ, Aristophanes: hoc est. Ecce leporis caudam accipe, Cælius. Vena leporis, est vena in extremo naso: quem si digito premas, venam deprehendes, Syluaticus. Germani propriis quibusdam de lepore vocabulis vtuntur: Pellem vocant, *ein balg, vnd nit ein haut*: pedes, *lauff oder bickel, vnd nit füsz*: poplitum ossicula singula in vtrisque, *sprüng*.

c. Ὁ λαγὼς τὰς ἀμπέλους, ἢ κάμπτει τὸ λαχανῶδες ὄλυνθον Rustica in epistola Simocati. Εἶδον ἐγὼ τὸν πόδα καθήμενον ἐγγὺς ἐπῳδῆς. Βακχιάδ. τελοῦν βότρυα ἀμπελόφυλλον, Suidas ex Epigrammate. In exercitu Xerxis, quem aduersus Græcos sibi contraxerat, equę partu leporem ędidit palàm est: quo genere monstri significatus est rerum euentus, vt docet Valerius 1. 6. Idem prodigium in Equo H. c. ex Herodoti septimo retuli. Equa trimestri tantum prægnans, leporem peperit: lepus editus continuò humana voce locutus est, & matrem dentibus suffocauit. Ad hæc dum sanguinem maternum pro lacte sugeret, visæ sunt propalàm eius tergo plumæ longiusculæ innasci in alarum morem: quibus innatis, altiori, quàm soleant homines, voce hæc protulit: Funditeiam lachrymas & suspiria miseri mortales, ego hinc abeo. His dictis statim euolauit. O rem nulli credendam, sed vero ipso veriorẽ. Tabelliones publici septem numero huic ostento affuerunt, qui documenta sumpsere, testibus idoneis euocatis, Antonius Lucius in epistola scripta ex Gallię oppido, quod diui Marcellini vocant, ad Petrum Tolerum Lugdunensem medicũ, anno Salutis 1537. mense Decembri: legitur autem inter Tragicas narrationes Gilberti Cognati, cum eiusdem Tolerī responso, vbi is hoc prodigium pro suo iudicio declarans: Venient, inquit, profectò dies (nisi Dei æterni benignitate defendamur) in quibus nati se parentibus obsequium præstare putent, si ad necem eos perducant: imò ægrè ferent, quod nunc nati, vt talia sentirent: & se adulterinos, perinde ac fuit lepus ab equa, illo tempore decocto & malè adulto dicent, Hęc illi.

d. Lepus animal omnium pauidissimum est: vnde nostri hominem timore perculsum dicunt *erbaset*, id est leporis more affectum.

e. Qualis vbi aut leporem, aut candenti corpore cygnum Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis, Vergil. 9. Aene. Anthologij Græci 1. 40. extat epigramma Antiphil. Byzantij in polypum à Phædone piscatore in mari arreptum, & ne manus ei cirris implicaret proiectum in proximi littoris fruticetum, vbi forte in leporem incideret, eumq; suis brachijs implicatum retinuerit: Et cursus aliud Iudori Aegeotæ, qui piscatorem illum Gymnichum vocat, & polypum ab eo mari redditum scribit, quod leporem veluti pro se redimendo retinuisset. Leguntur Martialis epigrammata quinque lib. 1. de lepore per lusum transeunte per os mansueti leonis, ex quibus vnum recitaui in Leone H d. sed hoc etiam in loco aliud eiusdem alteram:

Non facit ad fauces cernix nisi prima leonis.
Scilicet à magnis ad te descendere tauris,
Desperanda tibi est ingentis gloria fati,
Quid frigus hos dentes, ambitiose lepus?
Et quæ non cernunt frangere colla velint.
Non potes hoc tenuis præda sub hoste mori.

Et canibus leporem, canibus venabere damas, Vergil. 3. Georg. Auritosq; sequi lepores, Idem 1. Geor. Nunc leporem pronum catulo sectare fugaci, Oppianus 1. de remed. Leporem venator vt alta. In nive sectatur, Horat. Serm. 1. 2. Pauidum captare leporẽ. Idem Epod. Nos timidos lepores, imbelles figere damas Gaudemus, Grazius. Vt canis in vacuo leporem cum Gallicus aruo Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille salutẽ, Ouid. 1. Metam. Mænalius lepori det sua terga canis, Idẽ 1. de Arte am. Exagitatus lepus, Idem 3. de arte. Parcius vtaris moneo rapiente veredo Prisce, nec in lepores tã violentus eas, Martialis: Et mox, Quid te frena iuuant temeraria? sæpius illis Prisce datum est equitem rumpere, quàm leporem. Ἀλλ' ὅτε καρχαρόδοντε δύω πιόνες ἐΐδετ' ἄγρης, Ἢ ἔμεναι, ἢ λαγὼν ἐπιείγετον ἐμμενὲς αἰεὶ Χώρον ἀν' ὑλήεντα, Homerus Iliad. decimo. Αἰψηρὸς γὰρ ἐπιρρέπεται πάγχυ σὺν λαγωὸς ἀελλάων, ὅτ' ὤν ἐξ ἀλίοιο τανύσσεται, Simocatus in epistolis. Ἐλαφήβολ (lego, ἐλαφοβόλ) ἀκοντιστὰ, λαγωοῦ ἄγρα, Varinus. Lycurgus cum ciues ex molli & dissoluto viuendi genere ad honestius modestiusq; transferri cuperet, catulos duos ijdem parentibus natos educauit: quorum alterum domi reliquit, & gulæ indulgere permisit: alterum rus eductum venationi assuefecit. Postea in concionẽ duxit, vbi simul & cibarijs quibusdã propositis, & lepore emisso, hic statim leporẽ secutus est, ille cibaria abligurijuit, &c. Plutarchus in Laconicis apophtheg. Per hyemen ἐυάρεστος ὁ λαγωὸς, id est facilis capta est lepus, Poll. Λαβὰ διώξαι σὺν ταχίστῃ τὸν θῆρα κύνας. ἐρωτηθεὶς γὰρ ὁ λαγωὸς, κἀδικεῖσθαι φάσκων, ἀφεθείη ἐπὶ τούτῳ· θαῦμα γὰρ ὅπως ἡ κατάλαβον αὐτὸν. ἐπεὶ γὰρ ἐδίωκε, ἓξ ἢ ἑπτὰ ἐκύησε. θανὼν δὲ τοὺς ἐμβρύους ἐξέτιλε· καὶ δὶς μὲν ἢ τρὶς ἐφθῶς λέγω, ἀφανὴς ἦν οὐδὲν πάλιν, Lamprias ad Typhem in multicis epistolis Aelian. Ibidem mox Typhe Lampriæ his verbis refert: Πρὸ πολλοῦ μὲν ὦ Λαμπρία ὁ λαγωὸς ἐπιδίωκε, ἵνα σε τῶν κυνηγετῶν ἀφέλωμαι ἑαυτῷ, μὴ σὺ μεγάλως ἐκείνῳ ὀφθῇς χαρίσασα, ἵνα δὴ καὶ τὸν σὸν ἔρωτα ἀνάγκασον. Πότερον δὲ αὐτὸν ἔφησας, ἢ ὅλως οὐκ ἔφης; Ἦ οὐκ ἐνόησε πάλιν ἀφ' ἡμικρότητος; Εὔδηλοι δὲ ἐγένοντο ἦσαν αἰτίαν, ἀλλ' ἡδονὴν αὐτῷ ἴδιον, Hæc Aelianus. Ὁ δὲ ἀκὴρ αὖ τῶς λαγωὸς ἔχετο ἐπιφύσιον, Xenophon. Canes cum leporem insequuntur, siquidem occiderint ipsi, gaudent dilacerare, atq; alacres sanguinem lambunt: ἐὰν δὲ ἔσπευσε ἑαυτὸν λαγωὸς, ἁλίσκεται πολλάκις, ἐὰν ἀφῇ πτόλεμον & ἀναπαύσηται εἰς τὸν ἐρῶντα χωλίσπεται, ἐπὲν καταλαβόντες, οὐχ ἅπτονται τὸ παράπαν: led caudam mouentes subsistunt, perinde quasi non carnium gratia, sed magis de victoria contenderint, Plutarchus in libro Vera anim. &c. Vestigia leporum (inquit Theophrast. historiæ plant. 6. 29.) lenitèr irrorato solo certius redolent: altiùs enim impressa firmiter adhærẽt, nec sublimiter vagantia deliteſcunt: quemadmodum cum arida humus est: neque demersa in profundum abolentur, vt cum terra limosa obimbrem vel austrum est. Flatus enim & aquæ aduersantur perimuntque odores. Quapropter medius habitus, qui digitorum velut abstergmenta retineat. Quum euasisse retium ansas leporem signare volunt Græci, eleganti verbo dicunt ἐξελίκνυσε ὁ λαγωὸς, id est, lina effugit lepus: nam linon & velum indicat, atque item recta: proinde ab Asiaticis linatia plerunque dicuntur hæc, Cælius. Lepusculi timentes hoc quadrangulum dedit Diana rete, bis legitur apud Festum: Perottus legit, quadrangulum

dedunt ſeſe in rete. I modo, venare leporem, nunc itym tenes, Plautus in Capt. Vide infra inter prouerbia. Vocabula leporũ venationi accommodata apud Germanos huiuſmodi reperio: *Der haſi ſchreyet, faart. Garn vnd ſtricke gericht vverden, jm geſtellt. Er vvurde von dem ſtrick mit den hundẽ gehetzt, in das garn gehetzt: oder, vvieder vnd vvyderſch, mit dem lauffen darein geſchrecket. Gnucket oder von den hunden ervvurget, Zerriſſen. Geſtreifft vnd nit geſchunden.* In leporem, qui dum canem terreſtrẽ concitatius fugit, in mare deuolutus è rupe quadam, à cane marino laceratus eſt, extant epigrammata duo Germanici Cęſaris, & vnum Tiberij, Anthologij Græci l. 33. Eſt & Auſonij ſuper eodẽ tetraſtichon huiuſmodi: Trinacrij quondã currentẽ in littoris ora Ante canes, leporẽ cæruleus rapuit. At lepus: In me omnis terræ pelagiq; rapina eſt: Fortũan & cœli, ſi canis aſtra tenet. A quilę genus quoddam in Europæ remotiſſimis ad Septentrionẽ locis circa Norwegiã, detracta leporis aut vulpis pelle, in ea parit & incubat, Olaus Magnus. In Scythia auis magnitudine otidis, binos parit, in leporina pelle ſemper in cacuminibus ramorum ſuſpenſa, Plinius. Leporum pedibus pro ſcopis quidã vtuntur. Aduerſus talpas: Locum prius mulſo eluito, deinde bubulũ fel injcito & leporis ſtercus, Galenus Eupor. 3 163. Non latrari à cane (magi nugantur) leporis ſimum vel pilos tenentem, Plinius: ſed veriſimilius hoc amuletũ hyęnæ quàm leporĩ adſcriberetur, cuius & lingua & pellis, & aliæ partes geſtatæ hac vi pollere dicuntur, vt quæ naturalẽ quandam aduerſus canes antipathiã habeat: adhab hyęna eſt Arabice, arnab lepus: quæ fortè nomina interprẽs aliquis peruertit, vt apud recentiores etiã Albertus confudit. Ad Indos ſapientes, vt ſcribit Philoſtratus, adducta eſt mulier, quæ iam ſepties magna cum difficultate & periculo pepererat, (ἑπτάκις γὰρ ἐτέκε δυσχερῶς, interpres non rectè abortijſſe vertit:) curata eſt autem hoc modo. Iuſſerunt ſapientes maritum mulieris, cum tempus pariendi adeſſet, viuum leporem in ſinu occultatum eò deferre vbi paritura mulier eſſet: inde cum aliquoties circa mulierem deambulaſſet (καὶ περιελθόντα αὖτις) repente leporem è ſinu dimittere, (ἀπαγαγὼν legendum:) fore enim vt vulua ſimul cum fœtu elaberetur, niſi leporem illico foras ejiceret. Hæc ille in vita Apollonij. Videtur autem ſtulta hæc perſuaſio inde ſumpta, quoniam lepus facillimè parit.

f. Lepores dipnoſophiſtis apud Athenæum appoſiti: & Romæ in cœna Lentuli, cum pro flamine Martiali inauguraretur, teſte Macrobio.

h. Titus Veſpaſianus Strezo à principio ſecundi Erotic ôn de lepore albo, quem amicæ donauerat, fuga elapſo conqueritur: Sed aliquot eius verſus recitabo.

Hunc ego per virides vmbras cum matre vagantem
Ad ripam excepi Sandale amœne tuam.
Parum erat, totoq; nitens in corpore candor
Maandri niueas exuperabat aues.
Paulatim poſitoq; metu mulceſcere cœpit, &c.

Meleagri epigramma vel epitaphium in leporem, qui catulus adhuc captus, & herbis enutritus, præ nimia pinguitudine mortuus erat, habetur Anthologij Græci 3. 24. Leporem Græci amoribus ſacrum fabulantur, ducto argumento ex etymi ratione: quoniam illorum lingua λαγὼς dicitur ἀπὸ τ῀ λάειν: ἱερὸς autem à verbo ἰέρω, vtroq; viſum ſignificante, Cælius. Tranſtulit autem, vt apparet ex Varini verbis, quæ in dictione Πόθος leguntur huiuſmodi: λαγὼς ἱερὸν ἀνάθημα, ὅτι τὸ ταχὺ τ῀ καλῶν ἥδιστον: λαγὼς γὰρ ἀπὸ τ῀ λάειν, ἢ ἱερὸς ἀπὸ τ῀ ἱέρω, ἅπερ τὸ βλέπειν μηνύει. Hæc quidem ratio Latinis etiam congrueret, vt Amoribus lepores conſecrarentur, quod lepos & lepidus ab hac quadrupede dici videantur. Et ex eadem etymologia nata forte perſuaſio eſt cibo eius formoſos fieri, vt in F. diximus. Sed ſuapte etiã natura, vt Xenophon ſcribit, lepus animal adeò gratioſum eſt, vt nemo ſit, qui ſi eum videat dum veſtigatur, dum inuenitur, dum fugit, dũ capitur, quicquid amãrit non obliuiſcatur: quare vel hac ratione extra etymologiam meritò ſacer eſt amoribus. Ὁ λαγὼς μοι βασανίσει πθησκων, hoc eſt, Moleſta eſt mihi mors leporis, Pherecrates apud Varinum in Βασανίσει. Laginia dicta fuit Carum dea, Gyraldus. Idrias vrbs Cariæ Hecateſia prius vocabatur. Cãres enim templo conſtructo deam Laginitin vocarunt, eò quod lepus illuc confugiſſet: & cum eteſia, id eſt annua ſacra illic facerent, inde nomẽ impoſuêre loco, Stephanus. Lepus auerſus auerſionem ſignificat, Orus in hieroglyphicis. Bœas Laconiæ vrbem conditam ferunt auſpicio leporis. Nam cum incolæ quidam ſedibus pulſi, locum quęrerent in quo habitarent, oraculo reſponſum eſt, fore vt Diana eis locũ habitationis demonſtraret. In terrã itaq; egreſſis lepus occurrit, quem itineris ducem fecerunt: occultato autem ad myrtum lepore, & oppidũ ibi condunt, qua myrtus ſteterat, & arborẽ iſtam etiamnum venerantur. Pauſanias. Equa leporẽ peperit, turpiſſimã regis Perſarũ fugã ſignificans, &c. Vide in H. e. ſupra. Lyſandrum prodit hiſtoria (inquit Cęlius 26 29) quum à Lacedęmoniorũ ductu Corinthios defeciſſe, fama nunciaret, ꝓfectum copijs inſtructũ ad ciuitatẽ oppugnandã vbi ſuos timore perculſos animaduertit, ignauius legionẽ q, irruere ac inferre ſigna, leporẽ fortè tranſilientẽ foſſam vidiſſe: quo argumento, fiducię iam plenũ milites ſic hortari cœpiſſe: Nõ erubeſcitis Spartiatę huiuſmodi hoſtes formidare, ad quorũ mœnia lepores ex otioſa inertiq; vita dormiunt? Id ꝙ patœmiæ habere formã poteſt, inſegnes imbelliesq;, vt ad coarguendũ torporem defidiamq;, etiamnũ indormire mœnibus illorũ lepores dictitemus. Iter infortunatũ lepus occurrens facit, Φανεὶς ἀλαγὼς δυσχερῆ ποιεῖ πρόθεσιν, Suidas. Eraſm. hunc ſenatiũ inter puerbia recenſens. Vulgo creditum (inquit) etiam his temporib. occurſum leporis omen eſſe parum felix, iter ingreſſis. Torqueri poteſt ad interuentũ cuiuſpiam, qui videatur incommodũ aliquod allaturus. Obſeruatũ veteribus, leporis occurſum in itinere ominoſum quippiam, inauſpicatum atq; improſperum præſagire, Cælius & Alexander ab Alexandro.

PROVERBIA.

In leporinis, hoc eſt in omnibus delicijs & luxu: vide ſupra in s Boue venari leporem, de re vehementer abſurda ac præpoſtera, vide in Boue. Huic ſimile eſt illud inferioris Germaniæ: *Es vver ein ſchimpf das man ein haſen mit der trummen fenge*: Quod alij ſic efferunt, *Man ſolt ehe ein haſen mit der trummen fangen.* Cancer leporem capit, Καρκῖνος λαγὼν ἁρπάζει, de re nequaquã veriſimili dictuq; abſurda (quæ fieri nullo modo poſſit. Suidas.) Velut ſi quis dicat ab Indoctiſſimo ſuperari doctum, Eraſ. Cancros lepori comparas, Καρκίνους δασυπόδι συγκρίνεις, de ſupra modũ diſſimilibus. Simile illi, Prius teſtudo leporẽ pręuerterit. Lepus carnes deliderat, vide ſupra in B. Lepos ꝓ carnibus, Λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν, ſubaudi periclitatur. In eos dicitur qui ob aliquam ſui vtiliratem in diſcrimen vocantur: nam leporẽ non inſectamur ꝙ nocet, ſed quòd pulpamentum habeat. Effertur etiam ad hunc modum: Ὁ λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν τρέχει, id eſt lepus pro carnibus currit: de ijs qui magno ſuo periculo atq; ob id acriter decertant. Δῆλον ὅτι οὐ λαγὼς Εἰ μὴ νὴ Δία μαχεῖται τὼν περὶ τῶν κρεῶν, Charon apud Ariſtophanem in Ranis. Adſcribit hoc loco interpres, apud Arginuſam ſeruos non ꝓ pecunia aut alio quouis præmio, ſed pro vita dimicare ſolere, (olim dimicaſſe, cum Athenienſes neceſſitate coacti, ſeruos etiam belli ſocios ſibi aſciſcerent. Eſt & alia lectio τὼν περὶ τῶν κρεῶν, cuius interpretationem omitto.) Idem in Veſpis, Πολὺ δεινὸν τὴν καρδίαν, ἢ τὸν περὶ ψυχῆ: δρόμον δραμεῖν. Et rurſus in eadẽ fabula, Ἢ λαγὼν ἢ λαμπάδ' ἔδραμες. Plutarch. in dialogo aduerſus Epicurũ, Παντὶ εἶπεν ἂν τις γελοίως, εἰς τὴν γαστέρα πῦρ ἐνδέρειν ἔοικας

Digitized by Google

ἰσικα: ἐκαλεῖτο, καὶ ἡ περὶ τῶν κρεῶν ἐπιλέξη, subaudi δείμων. Significat autem eum Epicureos in summum discrimen adductum, quòd aduersus voluptatis assertores proposuisset, nec iucundè viui posse secundum Epicurum. Suspicor alludi (inquit Erasmus) ad priscas historias, quæ referunt aliquotics bellum natum inter populos ob direptas in sacrificijs carnes. Ita Pindarus in Nemeis, Γυκρεῶν νιν ἕνεκα μάχας ἔλασσεν, Hactenus Erasmus. Meminerunt prouerbij Suidas & Hesychius: & dici solitum aiunt, ἐπὶ τῶν ὀλιγοδεεστάτων περὶ ψυχῆς, καὶ πρὸς οὐδὲν καιρίων, ἀγωνιζομένων. Λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν τρέχει, λέγεται, ἐπὶ Λιβύης, Varinus. Κρέας quidem aliquando pro corpore accipitur, vt in hoc Sophoclis, Τοιοῦτ' ἐγὼ, σὲ ξέρξεις τῶδε κρέως. Huc pertinet illud Homeri Iliad. χ. de Achille Hectorẽ persequẽte, Ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον, οὐδὲ βοείην Ἀρνύσθην, οἵ τε πρόσιν αἰθλια γίνεται ἀνδρῶν, Ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο. Carpathius leporem, Ὁ Καρπαθίου τὸν λαγών, dicebatur in eos qui sibi rem noxiam accerierent. Hinc deductum adagium: quòd cum in Carpathiorum insula lepores non essent, illi curarunt importandos (par leporum inuexerunt, Poll.) alicunde. Verum vbi eius animantis magna vis increuisset, vt est mira fœcunditas, fruges insulæ populari cœperunt. Refert & interpretatur paræmiam Iul. Pollux lib. 5. item Aristoteles Rhetoricorũ libro tertio, Erasm. Meminit etiã Suidas, & Eustathius in Dionysium scribens: ac interpretantur de his qui ipsi sibi adiscunt malum ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς κακὸν ἐξευρόντων. Archilochus ad hanc paræmiam alludens, Καρπαθίῳ τῷ μιάστορι dixit, Varinus. De alijs quibusdam insulis, quę similiter leporibus multiplicatis, vno & altero tantum primum inuecto, damnum acceperunt, dixi superius in c. de Astypalæa: & in a. de Lero insula, in mentione leporis syderis. Lepus dormiens, Λαγὼς καθεύδων: quadrat in eum, qui quod non facit, id facere sese adsimulat: aut quod facit, id se facere dissimulat. Qualem quidam arbitrantur fuisse Vlyssis somnum, cum à Phæacibus in Ithacam insulam exponeretur, authore Plutarch. Nam leporem patentibus genis dormire cum alij permulti tradunt authores, tum Plinius 11. 37 (Vide supra in c.) Neq; perperam opinor dicetur & in timidos. Adagium à multis authoribus refertur. Erasm. Suidas, Hesychius & Varinus interpretantur de ijs qui somnum simulant. Est & apud Germanos vsitatũ, *Er schlaft den hasen schlaaf.* Leporem palpebris quidem clausis vigilare, apertis dormire, Xenophon prodit. Ad quod Græcum si respicere adagium putes, λαγὼς καθεύδων, lepus dormiens (quod in dissimulatores concinnatur aptissimè) plenius quiddam & doctius respere videbitur, quàm quod modò affertur, Cælius. Duos inseques lepores, neutrum capit, Ὁ δίῳ πλέκτας διώκων, οὐδὲ πρὸς κατέλαβεν. Sensus est, Qui simul duplex captat commodum, vtroq; frustratur. Effertur in Græcorum collectaneis & citra figuram. Δυοῖν ἐπιθυμήσας οὐδὲν ἔτυχες, Erasmus. In eandem sententiam effertur tritum illud Germanis. *Wer zu vil wil haben, dem wird offt gar nichts.* Leporι esurienti etiam placentæ fici, Λαγῷ πεινῶντι καὶ πλακοῦντες σῦκα: Suidas tradit dictum de ijs, qui compulsi necessitate, res etiam pretiosissimas absumunt. Fortassis natum ab huiusmodi quapiam fabula, qualem de se narrat Apuleius, quòd adductus fame, placentas primũ lambere, deinde etiam commesse didicerit, Erasmus: sed Suidæ verba, quadrare hoc prouerbium, πρὸς οὓς τὰ ἐπ' ἀνάγκης πολυπλασιάζουσιν, melius reddidisset: in eos qui necessitatis tempore res qualescunq; pro pretiosissimis habent. Iter infortunatum lepus apparens facit: Vide paulò superius inter omina. Mortuo leoni & lepores insultant. Extat epigramma Græcum (inquit Erasmus) cuius argumentum sumptum est ex Homericæ Iliados χ. vbi Herculem an Achille iam interfectum circumsistunt Græci mortuo insultantes, nec quisquam erat qui extincto non aliquod vulnus infligeret. Epigramma sic habet, Καὶ λέοντ' οὐ μετὰ πότμον ἐμὸν δάμασε, ὅτι καὶ αὐτοὶ Νεκρὸν σῶμα λέοντος ὑβρίζουσι λαγωοί. Dictũ est alias de his qui mordent mortuos, cum laruis luctantur, & cum vmbris depugnant. Hæc Erasmus. Alciati emblema de leonibus qui leporis mortui barbam vellunt, recitaui in Leone. Lepores ad illorum mœnia dormicedemus quos prorsus timidos esse significabimus. Vide supra inter omina, hac ipsa in parte huius capitis. Prius testudo leporem præuerterit, πρότερον χελώνη παραδραμεῖται τὸν δασύποδα, de re neutiquam verisimili, Eras. Aesopus fabulatur quòd testudo leporem cursu viceret, vt pigros ad laborem impelleret, & velocer (ingeniolos) à torpore deterreret, Io. Tzetzes. Lepus tute es & pulpamentum quæris: Vide supra capite 6. Prius testudo leporẽ præuerterit, Πρότερον χελώνη παραδραμεῖται δασύποδα: de re neutiquam verisimili. (Senarius prouerbialis, de re impossibili, Suidas. Factu difficili, Sipontinus.) Meminit Diogenianus, Erasm. Fabularum conditor Aesopus leporem cursu à testudine superatum scribens, tardi ingenij homines ad assiduum laborẽ incitat, ingeniosos verò à pigritia deterret, Tzetzes 7. 107. Imodo venare leporem, nunc itym tenes, versus à Plauto in Captiui duo prouerbiali figura dictus. Id est, hanc interim cœnã qualemcunq; certam habens: quære alteram, si potes, potiorem: Itys enim auis, quem à Phaside Scythiæ flumine phasianum vocant. Proinde cum iubebimus, vt qui nactus sit commodi quippiam, ad aliud sese accingat, non intempestiuiter hoc vtemur adagio, Eras. Mox autem subijcit existimare se depravatum esse locum, nec iuym legendum vt codices habent, nec ichthyn, id est piscem vt cuidam videtur: sed ictinn, id est viuerram: viuerris enim teste Plinio præcipuã esse gratiam propter venatum leporum & cuniculorum: sed dictionem, leporum, de suo addit Plinio: neq; enim in vllis codicibus legitur. Et res ipsa monet longè aliam cuniculos venandi rationem esse, qui in suos multifores specus statim se abdunt, quò ictides & mustelæ propter corporis paruitatem facile eas sequuntur: aliam verò lepores, qui quàm longissimè possunt concitatissimo cursu feruntur, vbi vix canes nedum mustelæ aut viuerræ sequi possunt. Plura forsitan adferemus in Phasiano: in hanc enim auem Itys mutatus fertur. Leporis vitam viuere, Λαγῶ βίον ζῆν, dicuntur qui semper anxij trepidiq; viuunt: quòd id animal omnium prædæ expositum, ne somnum quidem capit, nisi oculis apertis. Λαγὼ βίον ἐμβιῶναι καὶ τρέμων καὶ δεδιὼς πάντα καὶ πανταχόθεν προσδοκῶν, Demosthenes in Aeschinem. Vsus est & Plutarchus in libello περὶ Φιλοστοργίας. Λαγῶ βίον ἀπορ- scripsit Athanasius in Apologia prima: & apud Strabonem, Phrygijs leporibus timidior, Erasmus. Leporis vitam agere apud Lucianum is dicitur, qui præpotentes ac facundia claros infans ipse reformidat assidue, Cælius.

Sunt & peculiaria Germanis ex lepore prouerbia. *Du muſt fuchs vnd haſe ſeyn*: eodem sensu quo apud Græcos, Polypi mentem obtine. *Der haſs vnd alle zeit vnder da er gewoffenet*, Patriæ fumus igne alieno luculentior. *Er bleibt bey ſeinen worten, wie ein haſe bey ſeinen jungen*, Aliud itans, aliud sedens loquitur. *Das haaſen banner annemen*, Volam pedis ostendere, fugere, *Vel hund iſt der haſen tod*. Cedendum multitudini. *Wer er einem haſen ſo ánlich als einem narren, die hund hettend jn lanng eſt zerriſſen*. Non tam omnium quo simile.

Simile. Lepores aiunt parere simul & educare alios fœtus, & iterum superfœtare: at improborum istorum & barbarorum hominum mutua, priusquam conceperint pariunt. Petunt enim vsuram vt primum dederunt, & quam pro vsura accepere pecuniam mox rursus mutuant, vt ea quoque nouam pariat vsuram, Plutarchus in libro de non accipiendo mutuo. Sed hæc Græcè elegantius proferuntur, vbi & vsura tocos à pariendo nominatur.

Leporis



Leporis effigiem collocauimus ſuprà. At hoc in loco ſubiungere libuit monſtroſa leporum capita cornuta in Saxonia (ni fallor) repertorum: quorum icones à Io. Kentmano Miſeno medico accepi. Cornua hæc (inquit) ab amico mihi donata, cùm prius à Saxoniæ principibus ſeruata fuiſſent, Leporis capiti adnata fuiſſe, vel ipſum cranium cui etiamnum hærent, arguit: ſex ferè digitos longa ſunt. Vidi & alia bina capita leporum ſimiliter cornuta, ſed nullum maioribus cornib. Sic ille. Nos & maiorum & minorum cornuũ quæ miſit figuras expreſſimus. Antonius Schneebergerus ſimiliter ad nos ſcripſit, ſe audiſſe quendam affirmantem ſe vidiſſe in caſtello illuſtris Domini à Boſſu in Hannonia, caput leporis habens duo cornua prorſus ſimillima capreoli cornibus, ſed breuiora. Addit & ſimile leporinum caput cornutum apud electorem Saxoniæ, vt fertur, aſſeruari.

Poſt Leporis mentionem non viſum eſt prætereundum animal Noui orbis, de quo Cardanus: Guabiniquinax (inquit) quem alij Guadaquinaium vocant, Lepore maius paulò eſt, colore roleo, piloque vt Taxus oblongo, pedibus Cuniculi: collo & reliqua corporis parte inferiori Vulpi non abſimili: capite Muris: carne iucunda, guſtui & valetudini commoda: eſt autem animal agreſte.

DE LVPO.

A.

LVPVS, Hebraicè זאב *zeb*, Geneſeos 49. Chaldaicè דיבא *deeba*, & דיבא *deba*. Arabicè דיב *dib*. Fœmininum, *zeebah*, lupa: & plurale maſculinum *Zeebim*, Ezechielis 22. *Zebeth*, id eſt lupus. Aeſculapius. *Alſebha* (inquit And. Bellunenſis) nomen eſt commune ad omnes quadrupedes quæ hominẽ dentibus & vnguibus inuadunt, mordent, lacerant, & aliquando interimunt, ſicut leo, lupus, tigris, & ſimiles. Inde mores alſebhaie dicuntur, ferini ſcilicet, immanes, crudeles, beſtiales, quales huius generis animaliũ ſunt. Hæc ille. Hinc forte factũ eſt, vt Albertus & alij quidam obſcuri ſcriptores, multa quæ de leone Ariſtotelis prodidit, in lupum conferrent. Oppianus inter cætera luporum genera, vnum in Cilicia & Tauro Amanoq; montibus chryſeon, hoc eſt aureum vocari ſcribit (vt in 2. referam:) conijcio autem Hebraicam ſiue Syriacam illis in locis linguam fuiſſe, qua ſahab vel ſchab aurum vocant, ſeeb lupum: aut dahab vel dehab, aurum: deeb vel deeba, lupum. Dib (alias dijb) Arabicum ſiue Saracenicum nomen, in medicorum libris ex hac lingua translatis, diuerſe ſcribitur, adib, adip, adhip, aldip: ego poſtremam ſcriptionem prætulerim, qua & Bellunenſis vtitur. Aldip alambat, id eſt lupus furioſus. Idem. Hyænam quoque lupo congenerem Syriacè dabha, vel aldabha, vel dahab, vocari docui ſupra: videtur autem lupus quem aureum, vt iam dixi, Oppianus vocat, ad hoc genus accedere, tum nomine aurum ſignificante: tum natura, quòd ſub cane terram ſubeat vitandi æſtus gratia, quod Oppianus ſcribit, vt hyæna vel dabha ſepulchra, vt cibum ex cadaueribus quærat. Eſt etiam cæteris hirſutior lupus aureus, ἀισχιστον πεφοικὸς ὑαίνης, vt hyæna prorſus hirſuta, & iubata eſſe perhibetur. Eſt & in India lycaoni ceruix iubata: ſed differt regione,

gione,& coloribus,quorùm nullus ei abesse dicitur. Adeps adib subtilis est, Auicenna. Vetus glossographus lupum intelligit.Bellunensis legit aldub,quam vocem in glossis vrsum interpretatur. Anostris,id est lupus.Syluaticus. Aulma,id est lupi,idem. Quæ quidem duo vocabula ad quam linguam referam, non video. Λύκ@- Græcis lupus est, & hodie vulgò λύγ@-, fœmina λύκαινα, & si Suidas & Varinus simpliciter genus feræ interpretentur. לקוס lycos pro lupo, etiam apud Arabicos quosdam scriptores à Græcis mutuatos reperitur, vt Munsterus in Lexico trilingui annotauit.Italicè lupo.Gallicè,loup. Hispanicè,lóbo.Germanicè,*vuolff*. Anglicè,Vuolfe. Illyricè,*vulk*,quasi per metathesin literarum Græcæ vocis.

B.

In Sardinia insula neque serpentes vlli,neq; lupi nascuntur,Pausanias in Phocicis,& Munsterus. In Creta lupos,vrsos, viperas,& similes feras noxias nasci negant, eò quod Iupiter in ea natus sit. Aristoteles in Mirabilibus. Atqui Lycastum Cretæ vrbem Strephanus dictã ait à Luporum multitudine, quæ ibi esse crederetur. In Olympo Macedoniæ monte non sunt lupi,nec in Creta insula,vt nec vllum aliud maleficum animal præter phalangiam, Plinius & Solinus. Theophrastum audio dicentem,Cretam lupis & serpentibus infestissimam esse. Macedonicum verò Olympum à lupis nõ adiri,Gillius ex Aeliano,ineptè & ambiguè: nam si quis regionem lupis infestam dicat,intelligi potest,abundare in ea lupos homini infestum animal. Sic Liuius, Vias latrocinijs, palcuaq; publica infesta habuerant. Vel,ipsam regionem infestam esse lupis,eisq; aduersari: sic Cicero: Quis hunc audet dicere aratoribus infestum aut inimicum fuisse? Nullos etiam fouet Britannia, Textor ex Plinio,ni fallor.Nulli in Anglia hodie lupi reperiuntur,Munsterus.

Sunt quædam genera vrsorum alborum,& canum,ac luporum,& simillum quorundam, quæ venantur & habitant tam in aqua quàm in terra,propter similitudinem temperamenti eorum ad vtrunque elementum. Albertus. Lupi in Aegypto minores quàm in Græcia fiunt. Aristoteles. Inertes hos patuosq; Africa & Aegyptus gignunt,asperos trucesq; frigidior plaga,Plinius. Herodotus Aegyptios lupos non multò vulpibus grandiores esse ait. De lupis vespertinis,vel (vt alij vertunt) Arabiæ, in Sacris literis, vide supra in Hyæna capite 1. Leones,lupi, pardales abundant circa Arabiam,Agatharchides.

In Heluetia & alpibus perpauci reperiuntur:rarò enim ex Gallia cisalpina (Lombardia) & vicinis regionibus aduenunt: & si quis deprehendatur, mox tanquam communis hostis, datis vicatim campanarum, vt vocant, signis,venatione publica capitur. Pellium apud nos artifices, lupos Suedicos imprimis commendant, quod egregij,magni,& cinereo siue cano colore sint. Magni etiam sunt circa alpinas regiones,Rhætiam, Athesin, & Tirolensem, vt vocant, comitatum. In Rhætia quidem confœderata Heluetijs, magni lupi nigricantes reperiuntur, robustiores,& maioris pretij:audio tamen cum illis sæpe etiam alios minores & communes lupos reperiri. Cæterum in regionibus planis vt Galliæ multis,minores magisq; rufi habentur. Moscouia quæ iungitur Lithuaniæ, passim in Hercynia sylua prægrandes ac atros lupos eosque ferocissimos gignit, Antonius Vuied in tabula Moscouiæ. Lupi in Scanzia si vlterius per congelatum mare processerint,luminibus feruntur orbati ob nimium frigus,Iornandes.

In Septentrione Europæ (circa Norueglam puto) capiuntur tria luporum genera, in sylua Landserucca, quæ per octoginta miliaria extenditur,Olaus Magnus. Iisdem in locis alces à lupis montanis inuadantur, vt in Alcis historia dixi. Galli sua lingua lupos garoux appellant illos, qui semel carnem humanam gustarint, encharnes dicunt:siue inde facto nomine,siue à gustato cadauere quod charongne nominant: Tales quidem hominibus posteà semper infesti sunt,& metuendi,quod carnem hominis appetant: ideoque cauendi,vnde nominatos quidam conijciunt:cauere enim Gallis est garder: Vide plura in D. vbi idem quibusuis lupis non Italicis tantum, apud alios authores attribui docebimus. Sed prius Appulis lungentur capreæ lupis,Horatius. Apud Crotoniatas maximè abundant,Pausanias 2.Eliacorum. De lupis Mæotidis,qui parte prædæ à piscatoribus donantur,ne noceant aut retia lacerent, Aeliani verba recitabo capite 4. Audax est magis eorum genus quod breue, quàm quod longum est, Liber de naturis rerum:Sed corruptus est locus ex Aristotele, qui non in luporum, sed leonum genere, generosiorem esse scribit,qui longior piloque planiore est: ignauiorem verò, qui breuior & crispiore pilo. Oppianus libro tertio de venatione, quinque luporum genera pastoribus obseruata describit, τοξότ@ς, circum vel harpagem,aureum,& acmonas duos, quorum alterum ictinum, alterum nullo peculiari nomine vocat. Primus igitur τοξότ@ς, id est sagittarius (a celeritate fortassis:qua tamen non hunc, sed secundum inter lupos præstare ait poeta: tigris quidem & sagittam significat, & velocissimam feram) perquam audax, toto corpore ruffo seu fuluo est, ἔυβ@ς, membris rotundis, πτερωτὰ γυῖα; caput ei multò maius (quàm cæteris lupis,) & velocia crura, καὶ θαλερὰ σκέλη, (maiora itidem quàm cæteris,) venter canis asperius maculis albicat. Vlulat horrendum, & sublimi impetu fertur:caput assidue concutit,igneis oculis. Alter quem circum (nimirum à simili ingenio circi aurigis in accipitrum genere) & harpagem, id est raptorem appellant, corpore maior & longior est, omnium velocissimus. Hic magno cum impetu summo mane venatum exit, vt qui subinde esuriat: argenteo per latera & caudam colore: montes habitat: quibus per hyemem nunc oppletis, interdum ad vrbes per famem impudentissimus accedit, furtim omnino & placidè, donec in propinquo alicubi capram corripiat. Tertium genus nemorosos Tauri scopulos, Ciliciæ rupes,& Amani iuga incolit, hic præcipua pulchritudine spectabilis, non immeritò aureus nominatur,multis comatus pilis resplendens:non lupus, sed lupo præstantior ardua fera. (αἰπυτάτ@ θήρ, fortè quod ardua & montana loca sequatur.) Robustissimus est: præcipuè autem ore & dentibus valet, æs, ferrum & saxa aliquando perforans. Sirium orientem metuit, & mox in aliquem terræ hiatum aut obscuram speluncam se abdit,donec Solis æstus imminuatur:(Simile quid de oryge fertur: hoc quidem lupi genus præ cæteris ad hyænam accedere mihi videri,in A.dixi.) Quartus & quintus communi nomine acmones nuncupantur, (acmon genus aquilæ est, Varinus:& fortan ab hac aue rapace nomen eis inditũ,vt circo etiam iam dicto,& proximè dicendo ictino:nisi quis malit à corporis figura,capitis nimirum & colli aliqua cum incude,quam Græci acmonà vocant,similitudine,sic appellatos.Et fortitan acmones alio vocabulo sed idem significante alterius linguę sic nominantur, vnde Oppianus ad verbum transtulit, vt chryseon quoq;:) Vtriq; breui sunt collo, ἀυχένα βραχὺν humeris latis, hirsutis femoribus & pedibus, rostro minore, (λασιότερχ@ μηρούς, καὶ πόδας, μικρὸν δὲ στόμα ὀλίζουσι

Gillius

Gillius vertit, hirsutis cruribus, rostro & pedibus minoribus) oculis paruis: sed differunt, quod alteri dorsum argenteum & venter albus splendeant, & soli pedes infimi nigricent: hunc aliqui ictinum (id est, miluum) canum nominarunt. Alter colore niger, corpore minor, non tamen infirmus, in lepores præcipuè inuadit, & rectis vndeque pilis riget. Hactenus Oppianus. Videtur autem primum Luporum genus esse, quod plerisque regionibus, præsertim planis, communis est: secundum verò, montanum siue alpinum: in Rhætis quidem nostra magni Lupi nigricantes reperiuntur, robustiores, & maioris pretij: audio tamen cum illis sæpe etiam alios minores & communes Lupos inueniri. Moscouia qua iungitur Lithuaniæ, passim in Hercynia sylua, prægrandes ac atros Lupos, eosq; ferocissimos gignit. Pellium apud nos artifices Lupos è Suetia in primis commendant: quòd egregij, magni & cinereo siue cano colore sint.

In Landscrucca (quæ maxima Scandinauiæ sylua est) tria Luporum genera capi, Olaus Magnus prodidit in explicatione Tabulæ suæ. Idem in Septentrionalium regionum historia: Sunt (inquit) in montibus Dofrinis, qui Suetiæ ac Norvegiæ regna diuidunt, Lupi albicantis coloris, gregatim vt pecora, partim in vallibus, partim in montibus vagantes: quorum esca sunt animalia imbecilla, vt Mures, Talpæ, & huiusmodi. Syluestres verò & communes Lupi, armentis & pecoribus incolarum mira importunitate insidiantur: contra quos venatio publica instituitur: non verò tam curam habent vt veteres Lupi interimantur: quàm vt tollantur catuli ne adolescant. Quidam ex catulis sic interceptis etsi domestici fieri videantur vinculis clausi, sæuitiæ tamen suæ non obliti, quibusuis alijs, etiam volatilibus, insidiantur. Fœtus quidem ex ijs & Cane domestica procreatus, valde inimicus efficitur omni reliquo Luporum generi, quod gregibus insidiatur. 10

Est & genus Luporum Thoës dictum, cæteris longitudine procerius, sed breuitate crurum dissimile, velox saltu, &c. Sed hæc veteres de Thôe scripserunt: quę ab Olao non simpliciter repeti oportebat. Genus vnum anonymum est, quod continet Lupum, Canem, Tigrem, Vulpem, Hyænam, Scaliger Exercitatione 202. vbi contra Cardanum scribit Luporum & Canum species esse diuersas, nec inuicem transire: & Lupum non sola feritate à Cane distare, sed tota specie. Reperiuntur enim (inquit) Canes feri, qui neutiquam Lupi sunt. In latibulis montis Falconi multis iam seculis agitant Canes absq; vlla hominum societate: cui tantum abest vt sese accommodẽt, vt maxima ex parte carnibus vescantur humanis. Lupi tamen neq; habent faciem, neq; vocem, neq; vocis modum, neq; mores. Non enim eos exigit inde fames ad vastandos greges. Albertus de animalibus 8. 5. 1. bonasum, qui genetis boum syluestrium est, describens, ex tauro lupo & equo compositum esse nugatur. 20

Lupi forma similes sunt canibus magnis pastoralibus, Oppianus: mastinis, Albertus. Lupum nonnulli canem syluestrem esse dixerunt: quia forma ei canis, vlulatusq; consimilis, sed latratu caret, Author de nat. rerum: atqui Albertus carere eos latratu falsum esse ait. Color in lupis pro generum & regionum discrimine variat, vt iam ante docui: sunt enim rufi, candidi, cani nigri, varij. Canus quidem color magis proprius eis & communior existimatur: vnde Oppianus licet de diuersis etiam colore lupis dicturus, communi epitheto πολιήτιχα γένεθλα nominat. Lycophos Græci crepusculum dicunt, medium inter noctem diemque tempus, tanquam albo & nigro participans: per translationem à pilis lupinis, quorum ima ad cutim pars albicat, superior nigricat, Etymologus: Vide in a. Inter derivata. 30

Vllus lupi in carne verminosus est, Obscurus. Animalium cerebra crescunt decrescuntq; cum Luna, quod præcipuè in lupo & cane animaduertitur, Albert. Rauam lupam apud Horatium de oculorum colore dictam interpretantur, quia rauus color fuluus sit, sed nigroris habens aliquid. Theodorus oculos charopos in Aristotele fuluos interpretatur: proinde rauos oculos charopos rectè dixeris, Cælius. Oculi capræ lupoque splendent, lucemq; iaculantur, Plinius. Igniti sunt oculi primo luporum generi, quos sagittarios vocant, Oppian. parui postremis duobus, acmonas nominant. Idem. Oculi iracundis similes & palpebris paruli, quales in lupis & apris apparent, omnium pessimi, Adamantius. Raui luporum oculi, vide paulò ante in colore pilorum. Visum eis acerrimum esse, & in tenebris etiam, capite tertio dicam. Carcharodontes, hoc est dentibus serratis, nempe teretibus & acutis prædicti sunt lupi, Aelianus: inæqualibus, quare morsus eorum vehementer obest, Isidorus: hinc & lupata frena asperrima, nomen tulerunt. Lupus aureus Oppiano, dentibus tantum valet, vt lapides etiam & metalla vincant. Animalia dentibus acutis carniuora rictu sunt ampliore, vt validius mordere queant: vt lupus, qui os maximè diducit. Vicent. Bell. 40

Lupo & leoni collum osse perpetuo riget, Aristoteles de partibus libro 4. Cervix leoni tantum, lupo, & hyænæ singulis rectisque ossibus riget, Plinius. Lupus natura corporis rigidus facile se inflectere non potest, impetu suo fertur, & ideo frequenter illuditur, Glossa in Lucam. Cervix solida & longa (μακρὸς videtur interpres pro μικρὸς legisse) siue vasta, quæ difficile flectitur, rapaces arguit: ad lupos enim refertur, Albertus ex Platone. Quibus valde breue collum est vt lupis, insidiosi ferè sunt, Aristoteles in Physiogn. Lupi collum in eas breuitatis angustias compulsum atque vehementer compressum est, vt contorqueri retrorsúque versari non queat: & si retro velit aspicere, totum corporis truncum retorqueat necesse est, Aelianus: Idem Plinius & Solinus de hyęna scribunt. Βραχὺν ἢ τραχηλον ἐκ νώτου φέρει. Ἐπιστρέφει τὸ σῶμα, Philes Oppianus colli breuitatem in duobus tantum generibus postremis luporum commemorat: sic enim accipio illud ἀυχένα βαιὸν. Cor lupi si aridum feruetur, valdè odoratum fieri dicitur, Albertus. Iecur luporum equinæ vngulæ simile esse traditur, Plinius. In vesica lupi lapillus reperitur, qui syrites appellatur, Plinius. Syrtitæ gemmæ è melleo colore croco refulgentes, intus stellas languidas continent: inueniuntur in littore Syrtium & Lucaniæ, Ge. Agricola ex Plinij 37. 10. Alius est Syriacus lapis, qui & Iudaicus, ad vesicæ calculos expetitus. Lupo genitale osseum est, Aristoteles, Plinius & Albertus. Vulpibus & lupis villosus est caulis caudæ, Plinius. Lupi pedes priores quinis distinctos digitis habent, posteriores quaternis: nam priores pedes in digitatis aliquot, manibus fermè respondent: & quintus in eis digitus pollici: vt in leone, cane, lupo, panthera, Aristoteles de partibus 4. 12. Hic locus apud Plinium 11. 43. corruptus, ex Aristotele restitui potest. 50

C.

Oculi capræ lupoq; splendent, & lucem (nocte scilicet) iaculantur, Plinius. Equi & lupi nocte melius vident quàm homines: homini tatio lumina monstrat, Cardanus. Lupus interdiu obtusius, nocte clarius videt, Physiologus. Vrgente fame nocte vagantur, (grassantur.) Oppian. Lupus acerrimis atq; acutissimis præditus est oculis,

Enimuero intempeſta nocte, vel Luna ipſa ſilente, lucis vſura perfruitur: hinc lycóphos id temporis appellatur, cum lucem is ſolus naturæ munere oculis perceptam habet: (lycóphos crepuſculum dicitur, vide infra in a.) & verò Homerus mihi vocare videtur id tempus, cum iam tunc cernens lupus ſe in viam dat ἀμφιλύκῃ νύκτα, Gellius ex Aeliano. Et rurſus in Cicindela, Noctu etiam, inquit, luce tum ipſa fruitur, tum circumſtantibus illuceſcit: qua in re mihi lupo præſtantior videtur: qui etiamſi id temporis quod appellat Homerus lycóphos lucem naturæ munere oculis perceptam habet, tamen ſibi ſoli, non vicinis, lucet. Amphilycen exortũ interpretatur Theon: quia Soli dedicetur lupus, quia ſit ὀξυδερκής, id eſt viſus præacuti, ſicut longinqua ſpectat Sol. Cælius. Lupus famelicus per noctem vento aduerſo, eſcæ odorem vel per medij miliaris interuallum (hoc eſt quantum à pedite horæ ſpatio conficitur) aut longius percipit, Stumpfius.

Vlulando vnus præcinit, & alij conclamant, Obſcurus. Vlulant autem in fame præcipuè. Vlulatus luporum horrendus, Obſcurus. Lupum nonnulli canem ſylueſtrem eſſe dixerunt: quia forma ei canis, vlulatuſq; cõſimilis: ſed latratu caret, Author de naturis rerũ. Quod lupos latratu carere dicitur, falſum eſt, Albertus. Vlulare proprium luporum eſt, ſed ad homines quoq; transfertur, Varro. Claudianus vlulatum etiam pro vagitu infantis dixit. Aſt lupus ipſe vlulat, frendet agreſtis aper, Author Philomelæ. Apparet ſanè vox ad imitationem ſoni facta; onomatopœiam vocant. Et altè Per noctem reſonare lupis vlulantibus vrbes, Vergil. 1. Georg. Vlulare canum eſt & furiarum, inquit Seruius. Vide in Cane H.C. Hinc & Germani habent ſuum *hulen* vel *heulen*. Galli heurler. Vlula etiam auis nocturna nomen à voce habet, dicta ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν (inquit Seruius) quod eſt vlulare & flere, *eam hulen, heiren*. Item noctua apud nos, *ein eule* vel *iil*. Et ὀλολυγὼν auis apud Græcos, vt Varinus ſcribit. Ὀλολύζειν quidẽ propriè eſt flebili, miſerabili & muliebri voce exclamare: vnde dicta etiã ὀλολυγὼν Ariſtoteli vox, quam ranæ mares emittunt, cum fœminas ad coitum vocant: Gaza ololyginem reddit. Ὀλολυγμὸς, ἠλεῖῳ & μετὰ κραυγῆς ἦχος, Varinus: ploratum & eiulatum Latinè dicas. Sed hac voce de lupis Græci nuſquam vtuntur. Ὠρυγμὸς, ὠρυόμενος, de voce luporum: item ὑλακτεῖν & ὠρύεσθαι apud Pol. legimus. Vide in Cane H.C. Ammonius etiam de differentijs vocum ſcribens, in vocabulo Φωνεῖν, ὠρύεσθαι lupis attribuit. Ὠρυή, ὑλακτεῖ, Suid. Et rurſus, Ὠρύει, τὸ ὠρύεται.

Inter lupos præcipuam celeritatem ſecundo generi, circos vel harpages nominans, Oppianus adſcribit. Βαδίζει δὲ λύκος, Philes de lupo, Ariſtoteles de leone: id eſt, pedetentim procedit, nec admodum currit.

Voraciſſimi & propemodum inſatiabiles ſunt: pilos & oſſa deuorãt, & integra rurſus aluo reddunt, Stumpfius. Carniuorus eſt (vt cætera etiam quorum dentes ſerrati) & multa ſolida deuorat: quamobrem nõ pingueſcit, alimento non concocto, (& frequenter hanc ob cauſam ægrotat:) ſemel ſaturatus abſtinere vel triduo poteſt. Vorat potius quàm comedit carnes: & pauco vtitur potu, Author de nat. rerum, & Albertus ex Ariſtotele, qui hæc omnia non de lupo, ſed de leone ſcribit: videntur tamen pleraq; etiam lupo congruere. Leones & lupi carnibus ſacri nimium, abſtinent cubandoq; tantiſper ſe fouent, dum percoquant, Plutarch. In fame præcipuè ſæuiunt (vt leones etiam) & quamuis domi nutriti, dum edunt neminem amant, quinetiam aſpici interim indignãtur. Exaturatus lupus (inquit Aelianus) longum temporis interuallum inediam fert, atq; ei quidem venter late proijcitur, lingua tumeſcit, os obſtruitur, & ſimul vt famem multo cibo depulit, ſimiliter occurrẽtibus atq; agnus manſuetus exiſtit. Neq; vero vnquam tum, nec homini, nec beſtijs vllis, ne ſi quidem per medium agmen ingreditur, inſidias molitur. Poſtea vero ei paulatim lingua extenuatur, ac in antiquam figuram redit, iterumq; lupus exiſtit. Eadem ex Aeliano Philes. Leo etiam, Ariſtot. teſte, paſtus & fame vacans, facilis mitisq; maiorem in modum eſt: Lupi ſæuiores ſunt vicina nocte citati ad rabiem diurna fame: vnde ſcriptum eſt, Velociores erunt lupis veſpertinis, (Eſaiæ 20.) &, Iudices eius lupi veſpere (Sophon. 3.) Obſcuri. Sed de lupo veſpertino ſententiam meam expoſui in Hyæna cap. 1. Quæ animalia cibi cauſa impugnent ac deuorent, dicam in D. Lupis peculiare eſt terram quandã in fame edere, Ariſtot. Plinius & Solin. Albertus hoc lupos facere ſcribit, non nutrimenti cauſa, ſed vt ita pondere aucti facilius maiora quædam animalia quæ inuaſerint mole ſua deprimant: vocatur autẽ hoc terræ genus ab eo glis, ab alijs Latinius argilla. Cum equum (inquit) vel bouem, ceruum, equiceruum (alcen) vel aliud robuſtum animal inuadere parat, hoc tenacis terræ genere ſe ingurgitat, mox oppletus in facies eorũ inſiliens adhæret: & pondere fatigata tandẽ proſternit, & guttur arteriamq; morſu infixis dentibus dilaniat: tum terra vomitu reddita, animantis proſtratæ carnibus ſaturatur: quod ſi leuis eſſet, facilius excuteretur, Hęc ille. Lupus herbas nõ edit niſi ægrotus: tunc enim guſtat aliquid herbæ pro remedio & vomitat ſicut faciũt canes, Albertus: Vide infrà in mentione morborum eius. Cum prædam habent & alia ſe obtuleris, ſecundã inuadunt, quaſi præſentis obliti, Albert. ſed videtur deceptus, quoniam Plin. & Solin. non lupo, ſed lupo ceruario hoc adſcribunt. Quod ſupereſt cibi defodientes abſcondunt: diuidunt autẽ ex æquo his qui in venatione fuerint: & ſi quid ſupereſt alios vlulatu aduocant, Albertus. Apparet autẽ Ariſtotelis verba, quibus eadẽ leonibus attribuit (vt in D. de leone recitaui) deprauatis etiã nonnullis ad lupum tranſtuliſſe. Sed lupos prædam communicare etiã ipſe alibi negat, vide in D. Excrementum alui ſiccum reddunt, & cum flatu, (idq; frequenter ſuper ſpinam albam:) vrina eis odora, Albert. Videtur autem hæc etiam deprauata, non rectè de lupo ſcribere. Nam Ariſtoteles de leone, Excrementum alui (inquit) durum & aridum emittit flatum etiam alui acerrimum ædit, & vrinam grauiter olentem. Conuenire tamẽ etiam lupis non nego. Vrinam odoratam eſſe id eſt bene olere, minimè mihi veriſimile ſit: experiantur curioſi.

Ad promontorium Bubonicum innumeri thynni verſantur, quorum maximi ſimiliter vt ſues ſoli & ſeparatim natant: alij more luporum bini proficiſcuntur, &c. Aelian. Quarum genus luporum, aureum vocat Oppianus, ſub Sirio loca ſubterranea ſubit.

Lupi eodem coeunt modo quo canes, Ariſtot. Auertuntur dum coeunt canes, lupi, phocæ, in medioq; coitu, inimicitiq; etiam cohærent. Ariſtot. Coeunt lupi toto anno nõ amplius dies duodecim, (vt Ariſtoteles ſcribit,) Plinius, Solinus, Iſidorus. Coit lupus (inquit Ariſtot.) vno tempore tantũ, parit incunte æſtate: fertur de eius partu ad fabulam proximè, lupos omnes intra duodecim dies parere: cuius rei cauſam proferunt fabuloſe, quod Latonam oberrantem totidem diebus ex Hyperboreis Delum deduxerint ſub ſpecie lupæ, propter metũ Iunonis. Sed an tempus hoc pariendi ſit, nondum exploratum habemus. Fertur quidẽ ſic vulgò, ſed verum minime eſſe videtur: quale vel illud ferunt, lupos ſemel in vita parere. Hæc Ariſtoteles. Lupos noſtri per duodecim dies quos à natali Chriſti ſupputant, coire tradunt, ideo tum maximè furibundos lupos timent, Vuillichius. Cur lupæ certo anni tempore omnes intra duodecim dies pariant, cauſam inquirens Plutarchus in libro de naturalibus problemate 38. Antipater, inquit, in libro de animalibus, partum lupas proijcere adſerit, cum glandiferæ arbores florẽ abijciunt, quo guſtato, vteri illarum reſerantur: cum eius copia non eſt, partum in ipſo corpore emori, nec in lucem

venire posse: præterea regiones illas à lupis non vastari, quæ glandium quercuumq; feraces non sunt. Quidam ad fabulam Latonæ referunt. &c. vt iam ex Aristotele retuli. Lupi, vrsi, leones libidinis tempore acrius in eos qui accesserint, sæuiunt, inter se tamen minus dimicant, quia nullum eorum gregale est, Aristoteles. Lupus fert & parit vt canis, tum tempore, tum etiam fœtus numero, Idem. Multifida, vt canis & lupus, & parua eiusdem generis, vt mures, multa pariunt. Idem. Cæcos pariunt catulos canes, lupi, pantheræ, thôes. Aristot. Et alibi, Quadrupedum multifida, omnia cæcos generant, post palpebræ dehiscunt, vt lupus, vulpes, lupus ceruarius, &c. Multifidæ quæ pariunt imperfecta, omnes multiparæ sunt, earum quædam catulos inarticulatos propemodũ pariunt: sed omnia ferè cæcos, vt canis, lupus, lupus ceruarius, &c. Aristot. vt in Cane recitaui. Vulgaris quidam apud nos sermo est, lupum nouem catulos generare: ex his postremum & in senecta genitum canem esse. Aiunt autem ad aquam ab eo duci catulos, vt bibentes obseruet; & canis instar lambentem reijci. Nuper à Rhæto quodã audiui, catulos lu- 10
porum ex latibulis auferri in Rhætia circa calendas Maij, septem vel nouem aliquando ex vna parente. Idem aiebat vulgo ferri, lupam primo partu vnicum eniti catulũ, secundo geminos, & sic deinceps singulatim catulo semper vno auctiorem fieri partum vsq; ad decem, inde sterilescere. Coëunt animalia & quorum genus diuersum quidem, sed natura non multum distat, si modo par magnitudo sit & tempora æque vt grauiditatis: rarò id fit, sed tamen fieri & in canibus, & in vulpibus. & in lupis certum est, Aristot. Lupi cũ canibus coëunt in Cyrenensi agro, Idem. Crocutas velut ex cane lupoq; cõceptas, omnia dentibus frangentes, protinusq; deuorata cõficientes ventre, Aethiopia generat, Plin. sed de crocuta superius dixi mox post Hyænam: de lupo canario, & ceruario, id est thôe, infra statim post Lupum agam. Supra etiam in Canibus mixtis nonnulla attuli. Thoes feræ ex hyæna & lupo nascuntur, Hesychius & Varinus. Ex lupo pardali (panthera) thôes gignuntur, Oppianus. Hyæna videtur compolita ex lupo & vulpe, Albertus. 20

Viuunt & leones & lupi per multos annos, & dentibus in senecta malè afficiuntur, ita vt aliquando per ætatem edentuli fiant, Albertus. Senes lupi facile capiuntur: accedunt enim ad domos, (& in periculum se præcipitant, quasi vitæ fastidientes.) sunt enim longæ vitæ, & dentes tandem amittunt. Idem. Aristoteles eadem ferè non de lupo sed de leone priuatim scribit. Herbas lupus nisi ægrotus non edit: tunc enim remedij causa aliquid herbæ edit vomitq; sicut canes, Albertus. Lupus & leo pro remedijs edunt gramen, & herbam frumenti, & rapesta (rapistrum, *heaeruch*) quæ vomitum prouocant, Niphus. Viscera habent infirma: & cũ laborant ex eis herbas comedunt, dracontium præcipuè ad acuendos dentes, Albertus: ineptissimè quidem, quorsum enim dentes acuuntur vbi viscera dolent? Aristoteles nihil tale de lupo, de vrso autem, Aiunt (inquit) latebram egressum, primum herbam arum dictam (dracontium aliquando reddunt Arabes: cui quidem proximum est tum aliâs, tum viribus) gustare, vt intestinum laxetur & biet. Et rursus, Solent vrsi herbam arum comedere cum è latibulo egrediuntur, lignum etiam manducant, quasi dentiant: Locus est de hist. anim. 9. 6. in quo reddendo Albertus & hunc errorem & alios committit, Auicennæ putoridiculos interpretes secutus. Canibus & lupis similiter accidunt quidã morbi, rabies scilicet, synanche, & podagra, Albertus ex Aristot. de hist. anim. 8 22. sed Aristoteles eo in loco de canibus tantum, nihil de lupis scribit: fieri tamen potest, vt ijsdem morbis & lupus, tanquam syluestris canis, tentetur. Aldib alambat, lupus furiosus, Vetus glossographus in Auicennam. Cætera animalia (præter canem) vt lupi, vulpes, &c. incurrunt rabiem potius æstate quàm hyeme, Ponzettus. Cerebrum lupi & canis, euidentius quàm aliorum animalium, crescentem ac decrescentẽ Lunam sequitur, Albertus. Hæc fortassis causa etiam fuerit cur hæc animalia præcipuè rabiant. De remedijs ad lupi rabidi morsum cap. 7. scribam.

D. 40

Lupi generosi (γενναῖοι, non εὐγενεῖς, id est nobiles vt leones) feroces & insidiosi sunt, Aristot. Perpetuo feri, Idẽ: Albertus tamen cicurari posse scribit, vt pluribus dicam infra. Audaces & dolosi, Albertus. Luporum rapax est natura & ignobilis: nam vbi caulas intrauerunt, non solum interficiunt quod satis est ad ventrem, sed totum gregem passim iugulant, Plinius si bene memini. Vide infra quomodo grassentur in oues. In fame eos præcipuè sæuire, saturatos ferè innoxios esse, vt leones etiam, præcedenti capite dixi. Lupus cibo fatur, non lupus sed agnus videri potest, vel inter medios greges nec enim amplius deglutire potest: sed venter ei & ligula iuxta tonsillas tument: mox cibo concocto ingenium lupinum redit, Philes. Lupam fœminam aliqui mare fortiorem & audaciorem esse aiunt, quod falsum est, Albertus. Breues lupi inter cæteros magis audaces sunt, Idem. Leones aliquando debilitati timent & fugiunt demissis auriculis sicut canis: & hoc faciunt etiam lupi, Albert. Aristoteles idem de 50
leonibus tantum scribit.

Lupos cum vel in foueam decidêrunt, vel aliter se inclusos sentiunt (contrario quàm feles ingenio) omnino pauidos quasiq; attonitos, & præ stupore innoxios esse audio. Et in Italia ante paucos annos non procul Mediolano contigisse: vt lupus fame coactus ad villam quandam venerit, & ingresso cœnaculum vbi villica cum pueris erat, exterritam illam pueris relictis foras se proripuisse, attracto post se hostio cœnaculi. Mox villicũ reuersum, vxore demonstrante, lupum in cœnaculo liberis illæsis placidum & obstupefactum stantem deprehendisse. Huic loco non possum nõ adscribere mirabilem historiam, quam ex clarissimo viro Iustino Goblero nuper didici, cuius ex literis ad me datis verba sunt hæc: Exemplo Gesnere ostendam tibi, lupum terrestrem captum non sæuire in homines. Fuit mihi propatruus, Michael dictus, venationi & aucupio mirè deditus, qui cum fossas aliquas in agris suis ex patrio more haberet pro capiendis feris, altas ita vt nulla bestia quamlibet violenta erumpere capta 60
posset: accidit vt vna nocte, caq; Dominica tria animalia longè diuersę naturæ vnã eandemq; in fossam caderent: mulier vicina prior, quæ, vt postea ipsamet retulit, sola decurrens in agrum sub vesperum betas rapasq; in obsonium sequentis diei illinc exportatura erat: deinde vulpes: tertiò ac vltimò lupus capitur. Singuli sibi in fossa locũ occupatum primo tota nocte quieti obtinẽt, & vt verisimile est, sese inter se mutuo metuunt. Lupus, quanquam animal ferocius, neq; vulpem tamen neq; mulierem attingit inuaditue, sed sua quasi in statione timidus perstitit. Trepidanti interea mirum in modum mulieri nihil ab vtraq; bestia mali cõtigit, nisi quod ob metum ab illis vna nocte ferè tota canescceret, & tantum non ad amentiam redigeretur. Mane venator propatruus it more suo fossas perlustrans, prædam triplicem insperato conspicit, & ad conspectum mulieris vicinæ suæ obstupescit, quam alloquens voce sua quasi ex morte reuocat, ac opem mox salutemq; præstat. Itaq; fossam insiliens, vt erat cordatus, ac robustus, statim telo lupum interficit, deinde vulpem, tandem icalam nactus, mulierem semimortuam humeris 70
suis

fuis extrahit & in planiciem ſiſtit, domumq; defert. Quo facto ſuæ illa familiæ domuiq; reddita, deinde per omnẽ vitam triſtior ſemper quàm ante comparebat. Tantum conſternata erat illa nocte inter beſtias lapſa muliercula. Cæterum ad venatum prædamq; ſuam propatruus rediens, miratur lupum, ſæuam beluam & voracem, muliercula meticuloſiſſima tamen & vulpe capta, nocte tota abſtinuiſſe, Hactenus Goblerus. Ego nuper eandem hiſtoriam peregrinum quendam eodem ferè modo narrantem audiui: ſed addebat præter mulierem, lupum ac vulpem, monachum etiam eadem nocte incidiſſe.

Leonis hic mos eſt, vt tantundem ferè lædat, quantum læſus eſt ipſe, & vnguibus quaſi minetur caſtigetq; hominem, atq; ita dimittat: id quod de lupo etiam fertur, Albert. ex Auicen. Tam leo quam lupus percuſſorem cognoſcit, atq; ex obſeruato inuadit. Cum iuxta Romam venarer in ſyluis, canem meo inuadente lupum, ab equo deſcendens gladio lupum vulneraui: qui in me conuerſus conabatur mordere, nec alium præter me: quòd niſi fuiſſem adiutus, non ſine periculo euaſiſſem. Niphus. Dicuntur inter ſe rapinam æqua diuiſione diuidere. Liber de naturis rerum. Plutarchus hoc de leonibus ſcribit, non de lupis, ætate exhauſtos à minoribus natu ad prædæ communionem vocari. Lupus non communicat prædam ſicut leo: ſed potius reliquias prædæ ſuæ fodit in terram, donec rurſus eſuriat, Albertus. Hiſtoriam de lupo, qui equarum armentum ad fideiuſſoris pro ſe capto dimiſſoque ſtabulum agitauit, vt gratiam referret, ex Strabone recitaui in Equo B.

Lupi, vtcunq; rapax animal, fœtus ſuos amant fœmina partus cuſtodit, mas pro catulorũ ſalute cibos ad ipſam defert. Philoſtratus in vita Apollonij. Cum fugiunt catulos ſecum ferunt, &c. hoc Ariſtoteles vrſis tribuit, nõ lupis, vt obſcuri quidam ex eo citant.

A deſertis locis ad habitata refugientes lupi, tempeſtatis acerbitatem ſe horrere oſtendunt, Aelianus.

Ferunt lupos in magna armenta certaturos, ventrem explere terra: vt hoc onere grauati, non tam facile exeutiantur, Textor: Vide ſupra vbi de cibo eorũ egimus. Animalia cornuta inuadunt à tergo: Vide paulò poſt quomodo boues inuadant. Inſidiantur gregi præcipuè cœlo nubilo & nebulis obſcuro, vt magis lateant. Cum fraudulenter incedit lupus, lambit & lubricos facit pedes, ne inceſſus audiatur, Albertus. Cum inter folia incedit, ne percipiatur ex ſonitu, lingua pedes ſuos lambit, & ſic eos lubricos ac humidos facit. Author de natur. rerum. Per ſæpem tranſiens, occultè inſidiaturus ouibus, ſi forte pede ſtrepitum fecerit, mox pedẽ quaſi reum mordet, Idem. Lupi (inquit in Hipparchico Xenophon) quæ cuſtode carẽt prædantur, & ea quæ ſunt in occultis locis rapiunt: ac ſi quis accurrat canis, ſi inferior videatur, lupus eum inuadit: ſi ſuperior, pecude, quamcunq; tandem tulerit, interfecta recedit. Quod ſi etiam præſidium cuſtodiamq; contempſerint, ita ſe ipſi inſtruunt, vt alij cuſtodes depellant, alij pecudes rapiant, atq; ita ſibi neceſſaria parant. Hæc ille. Circumuentum ab hoſtibus (Λαφύσσω: forte legendum Λαφύσσων ἀπὸ τῶν ἰδίων ἰχθύων, id eſt eum qui hoſtes ſuos euaſerit) & qui minimo damno ſeſe à diſcrimine exemerit, indicare volentes, lupum pingunt amiſſa extrema cauda: hic enim cum periclitatur capi à venatoribus, pilos extremamq; caudam abijcit, Orus interprete Mercerio. Lupi fluuios tranſmittentes, ne vi fluctuum atque impreſſione funditus euertantur, ſtabilitatem ac firmitudinem ſibi è natura ſua conſtituentes, ex vndarum tempeſtatibus ſe ſeruant, & flumina quæ tranſiri non poſſunt, ad traijciendũ facilia, hac machinatione efficiunt: Caudas nimirum inter ſe mordicus tenentes, reſiſtunt ad perferendos fluctus, nulloq; negotio tutiſſime tranſnant, Aelian. Ne impetu vndarum abripi poſſint, mordicus alter alterius (quilibet præcedentis) caudam prehendit, & ſeriatim traijcit, Phiſes, Tzetzes, Volaterranus. Ab hoc lupoꝝ ingenio λυκαίας, id eſt annus dictus videtur, quod dies in eo ita cohæreant ſucceſſione mutua, alter alterum nexu ſequens continuo, vt de lupis fluuios tranantibus fertur: nempe quod ſinguli apprehenſis morſu prænantium caudis, vna ſerie tranſmittant: aliqui tamen annũ ſic dictum volunt, quòd λυγαίας hoc eſt obſcurè & latenter prætereat, (vel celeriter, Suidas, cuius tamen rationem non affert) Varinus: & Suidas ferè ſimiliter. Peculiariter tamẽ χειμῶνος ὥρα, hoc eſt cum tempeſtas vel hyems eſt, lupos ita tranſmittere ait: In lupos hoc modo nantes Bianoris epigramma Anthologij l. 33.

Εἰς βαθὺ νῆλατο Νεῖλον ἀπ' ὀφρύος ἐξὺς ἰδίτης
Ἅλμα μὲν ἀγρεύσαντος ὑδατος· ἴσχυσε δ' αὐλος·
Μακρὸς γὰρ φυσώδης ἦν λύκοις βυθὸς· ἔφθασε δ' ἄνδρα

Ἡνίκα λαιμάργων εἴδε λύκων ἀγέλειαν
Ἄλκιμον ἰχθυόεσσαν ἀγρεύσαντα θέρμην·
Νηχομένων ἱερῶν αἰπόλιδα στόρνυσι ὥρης.

Quomodo lupi apprehenſis mutuò caudis bouem è lacu vel palude extrahant, inferius hoc in capite dicam.

Lupi amantur à pſittacis.

Apud Venetos duo luci monſtrantur, alter Iunoni Argiuæ, alter Dianæ Aetoliæ dicatus: hiſce in lucis feras ita manſueſcere fabulantur, vt cerui lupis aggregentur, aduentantiumq; hominũ eas manus demulcentes pati, Strabo lib. 5. Secundum Mæotidis paludis Conopium nuncupatum, lupi quos nõ à domeſticis canibus differre dicas, cum piſcatoribus ſtudioſe verſantur: Quòd ſi maritimæ prædæ partem fuerint aſſecuti, cum his viris rem maritimam tractantibus, & pacem habent, & tanquam fœdere deuinciuntur: (& quæcunque ceperint illi, cuſtodiunt, Stephan.) ſin nihil conſequuntur, eorum retia lacerant, & diſtrahunt, & pro eo quòd nihil dederunt, damnũ retribuunt, Aelianus & Stephanus. Volaterranus ineptè vertit in Canopo Mæotidis hoc fieri: vnde Textor etiam deceptus eſt. Vide in Lupo piſce D. nam quidam imperitè ad Lupum piſcem transferũt. Ariſtoteles hiſtoriæ 9. 36. Lupi (λύκοι, id eſt Quadrupedis lupi, non Labracis piſcis) piſcatoris quoq; meminit, qui cum piſcatoribus ſocietatem ineat, ac niſi prædæ particeps fiat, retia diſcerpat. Sed id animal lutra fortè potius, quàm Lupus aliquis fuerit. Idem lupum perpetuò ferum eſſe ait: Albertus (catulum adhuc) cicurari poſſe, & canis inſtar ludere: non tamen deponere odium ad venatorem & agnos, & alia animalia minora quæ à lupis vorantur. Lupi catulus ab homine cicurari, duci, demulceri & canis modo tractari ſe patitur, omnino hominũ conuerſationi aſſueſcens: quod ſi tamen ſolutus eſcæ aut prædæ aliquid inuenerit, ingenium lupinum prodit & diſciplinam omnem obliuiſcitur. Dum cibum capit, nemini amicus eſt: & vel intuentibus interim ſuccenſet, Stumphius. Vtcunq; catulus manſueſcat, ſeneſcens tamen facile irritatur, vt vrſus etiam: & minora animalia cum poteſt inuadit, canes, anſeres, anates, gallinas, Obſcur.

Tam leones quàm lupi, vt fertur, ſi homo pariter & aliud animal ſe offerant, vt penes ipſos electio ſit, ſemper parcunt homini. Albertus. Lupi ſeneſcentes facile capiuntur: ad villas enim accedunt, & in periculum ſe præcipitant quaſi faſtidio quodam vitæ: diu enim viuunt, & in ſenecta dentes amittunt, Albertus: Atqui Ariſtoteles hæc leoni non lupo tribuit. Oppianus ſecundum genus luporum, (circos & harpages vocat) hyeme ad oppida accedere ſcribit. Tam leo quàm lupus (inquit Auguſtin. Niphus) in ſenectute rura (villas) petit, & homines inuadit,

potissimum pueros (teste etiam Alberto) quòd illa ætate iam imbecilles & dentibus fractis (cætera animalia iam robusta aggredi aut velocia persequi non possint.) Me quidem existente in Auiano, lupus quidã valde senex venit in rus, & puellam inuasit, quam celeri præsidio liberauimus & lupum interfecimus, qui ætate & dentibus mirum in modum laborabat. Hæc Niphus. Lupi hominem illi potius petunt, qui inertes & vnipetæ quidam sunt, quàm qui venatores, Aristoteles & Albertus. Venatores lupos (τὰ κυνηγετικὰ vocat Aristoteles: nisi mendũ est) intelligo qui alacriores velociores q; sunt, vt animalia aggredi aut persequi & cupiant & possint. Vnipetas verò qui non gregatim, sed solitarij incedunt, atq; ideo ferè inertes & tardi sunt, cum nullo æmulationis studio excitentur. Gaza inertes & vnipetas dixit pro vnica voce Græca μονοπόρους. Hesychius interpretatur οὐ μεθ' ἑτέρων, ἀλλ' αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ πορευόμενος. Lupum solitariũ Aratus μονήρυγον dicit, sic μονόλοφος in epigrammate legimus. Μονὸς, ὁ ἀγέλης, μονήρυγος, Suidas. De lupo fertur quod hominem non edat, nisi fortuitò prius cadauer hominis gustârit: tunc enim illectus humanæ carnis dulcedine, non dubitat hominem inuadendo periclitari, Liber de naturis rerum. Lupi aliquando homines vorant, sed ratò vbi vero semel gustauerint, impetu deinceps in eos feruntur propter carnis dulcedinem. Albertus. Hos lupos Galli appellant garoulx, vt in 8. retuli. A lupis periculum est in nostris etiam regionibus, per hyemem præsertim in multa niue iter facientibus. Quomodo sibi quisq; à lupis cauere, & obuios auertere possit, docebimus infra hoc ipso in capite.

Canes soliuagos si deprehendant, interimunt & defodiunt, Albert. Nonnunquam canis & lupus aliqua societate amica conspirauerunt adeò vt & ipsi fures nocte pariter caulas ingrediantur, Liber de natur. rerum. Alces inuadunt lupi montani circa Norvegiam, vt in earum historia dictum est. Lupus asino, tauro, & vulpi est hostis. cũ enim carne ipse alatur boues inuadit, & asinos, & vulpes Aristoteles. Lupi circumueniunt asinos, Plutarchus: nullo negotio comprehendunt & interimunt, Aelian. Capras lupus captare solet, cui opponimus canes defensores. In suillo pecore tamen sunt quæ se vindicent, sues, verres, maiales, scrofæ: propè enim hęc apris, qui in syluis sæpe dentibus canes occiderunt. Quid dicam de pecore maiore? cum sciam mulorum gregem cum pasceretur, eòq; venisset lupus, vltro mulos circumfluxisse, & vngulis cædendo eum occidisse: & tauros solere diuersos assistere clunibus cõtinuatos. & cornibus facile propulsare lupos, Varro. Lupo etiam sus obsistere repugnareq; potest, Aristoteles. Sus pugnat cum lupo. (inquit Albertus) & lupus ingeniosè pugnat cum suibus, accedens subitò recedensq;, & attentans morsum gutturis eius. Narrauit sanè mihi quidã lupum se vidente, morsu comprehendisse lignum triginta vel quadraginta libras unum in sylua: & cum eo se atsuefecisse transilire grandem eo in loco arboris abscissa truncum tandem cum satis peritus transiliendi sibi videretur, se abscondisse: & aduenięte propter fatam illic aucupem porca syluestri cum pluribus ætate differentibus porcis, anniculis, bimis: prorupisse, apprehensoq; porco, qui æqualis pondere videbatur ligno quo cum transilire truncum didicerat (saltu retro truncum se recepisse) & interemptum ibi porcum deuorasse: & paulo post cum recessissent apri, ipsum etiam abijsse, Hæc Albert. Visum est aliquando quòd lupus frondes & ramulos salicis ore porrexit, vt capras his frondibus gaudẽtes inescaret ac deciperet, Idem. Lupus si in minorem aliquam pecudem, vt suem aut capram inciderit, auricula comprehensa secum abducit currendo: renitenti clunes cauda ferit, ita vt misera pecus ipso etiam lupo interdum celerius currat: donec ad alios lupos prædam expectantes peruenerit. ibi statim dilaniatur momento, vt sæpe nihil præter intestina reliqui fiat. recipit autem se quisq; cum parte prædæ seorsum aliquò, vbi eam solus auidè vix ex dimidio commansam vorat, Michaël Herus. Lupos (de lupis) aiunt cum sint nacti sues (in accusandi casu) trahere vsq; ad aquam, quod dentes ferendæ carnis ferre nequeant Varro. Cerui amissis cornibus latent, & pascuntur de nocte, quia lupos fugiunt, Vincentius Bell. Quintum lupi genus, minus cæteris, pilis rigidis & corporibus maximè insidiatur, Oppian. Lupum grauiore pedis sonitu ouis sulta vocat, Plutar. h. De lupo fertur quod cum ouem rapuerit insequente pastore, dentibus eam non lædat ne motu fugam eius retardet, Author de natur. rerũ. Raptam ouem, cum audit persequentes, illa lam portat, ne morsa & læsa sibi faciat cursus impedimentũ, Albert. Quibus insidians ouile circuit, canis somnum & pastoris desidiam vel absentiam explorans, Glossa in Lucam. Vbi caulas intrauerunt, vel aliàs inciderunt in greges ouium, non solum interficiunt, quod satis est ad ventrem, sed totum gregem, si possunt, passim jugulant, Text. Albert. Omnes occidunt antequam aliquam ad comedendũ attingant, Author de natur. rerum: nisi clamore pastorum, aut aliter impediantur. Sunt & naturales quędam in lupi ouisq; mortuorum partibus (vt pelle, lana, chordis) contrarietates seu antipathiæ, de quibus inferius dicam. Contra taurum lupus ire, & simul eum à fronte ideo adoriri non audet, quod & cornua extimescat, & eorum robur mucronatum declinare studeat. Quamobrem primum velut recta via contra eum pugnaturus esset, præ se gerit minas, & illius oculis sese crebro inculcat: deinde se retorquens in dorsum insilit, & verò acerrime ad eius perniciem incumbit, atq; cum naturæ astutia suam infirmitatem compensans, ipsum expugnat, Aelian. Καὶ ταῦρον ἰδὼν ἐξαλλόμενον τὸν λύκον. Ταῖς μὲν ἀκμαῖς τῶν κεράτων ἐφίησι. Καὶ τῆς ἐμβολῆς τὸ σοβαρὸν ἀποτρέπεται. Διασπαράττειν ὀκνεῖ τὰ ἐγκύμονα, Philes. Boues quomodo se aduersus lupos defendant, superius ex Varrone dixi. Iam vero bouis errantem vitulum per insidias inuadunt, & arreptis naribus trahunt. Is contra sese retrahit: & permulta interim pugna editur dum illi hunc vi expugnare, hic resilire conatur. Cum autẽ hunc tam pugnaciter contra se repugnare perspiciunt, eum obnitentem remittunt. Is ex vi retrahendi se, & contra eos tergiuersandi, retro versus in dorsum suum recidit. Lupi facto impetu, eius ventrem lacerant, & distractum exedunt, & conficiunt, Aelian. Et rursus, Si bouis qui in profundam inciderit paludem, lupi interuenerint, extrinsecus terrorem ei faciũt, eundemq; periculi denunciatione agitant, non extra paludem eum permittentes egredi. Quem diu multumq; postquam in paludis angustias compulsum, & in luto volutatum suffocari coëgerũt, maxime omnium illorum strenuus in aquam insiliens, & mordicus bubulam caudam tenens, extra paludem in terram ipsum trahere aggreditur. Simul & huius alter caudã apprehendens, ipsum trahit, & secundum tertius, & hunc ipsum quartus: hoc idem vsq; ad postremũ qui extra aquam cõsistit, faciunt. Atq; ad hunc modum extracto in aridum boue, lupi explentur & satiantur. Quòd si vitulus Bobis alicubi aberrârit, insidiantes lupi eum inuadunt, & naribus correptum trahunt. Reluctatur ille, atque ita summis vtrinq; viribus certatur, dum hi attrahendo vincere, ille luctando effugere conatur. Tandem verò lupi tanto opere renitentem, subitò remittunt: vnde fit vt præ nimio in contrarium nisu vitulus cecidisse videatur: quem mox inuadentes lupi ventre laniato vorant. Hactenus Aelian. Apollinis Lycij templum Argis à Danao conditum est, delato ei imperio propter omen lupi qui taurum armenti ducẽ ante mœnia prostrauerat. Lupi natura immanes & crudeles ideo existimandi sunt, quòd inter se vorant, ad hunc modum mutuas sibi moliente, insidias: coeunt enim ferè primò in orbem circumagi, deinde excurrere, cum ex vertigine currendi & caligine eorum aliquis lapsus sit, in

cum

tum humi ſtratum cæteri omnes facto impetu ipſum laniant. Hoc quidem facere ſolent, cum venationis facultate deficiuntur. Ita enim præ fame omnia nugas putant, quemadmodum ſcelerati homines nihil non præ pecunia præclare contemnunt, Aelianus. Tarandus inprimis hoſtes habet lupum, gularem, &c. Obſcurus. In Tartaria aquilæ quædam cicuratæ adeò ſunt audaces, vt non dubitent magno impetu in lupos inſilire, eosq; in tantum diuexare, vt ab hominibus ſine labore & periculo capi poſſint, Paulus Venetus. Prouerbium, Lupus aquilam fugit, referam in h.

In Italia creditur luporum viſus eſſe noxius: vocemq; homini, quem priores contemplentur, adimere ad præſens, Plin. Italia lupos habet qui cum cæteris ſimiles non ſint, homo quem prius viderint, conticeſcit: & anticipatus obtutu nocentis, licet clamandi votum habeat, non habet vocis miniſterium, Solin. Atqui cæteri authores lupis ſimpliciter non Italicis tantum hoc adſcribunt, vt Solinus videri poſſit non rectè accipere Plinij verba, tanquam peculiares ſint per Italiam lupi hoc maleficio præditi: ego potius poſt verbũ, creditur, apud Plinium diſtinxerim, hoc ſenſu: In Italia quoq; (quæ ſuperſtitioſis alioqui aut falſis perſuaſionibus minus obnoxia ſit) credi, viſum luporum eſſe noxium: non autem, luporum in Italia viſum eſſe noxium. Homo quem lupus prior viderit, vt Plato refert, obmuteſcit, & grauem virium iacturã facit, Ruellius: ſin lupus ab homine prius fuerit viſus, ipſe debilior redditur, vt alius quidam addit tanquam ſimiliter ex Politia Platonis. Ruſtici dicunt hominem vocem perdere, ſi lupus eum prior viderit: vnde ſubitò tacenti dicitur, Lupus in fabula eſt, Vincentius Bell. Vide infra in h. inter prouerbia. Lupus ſi primo hominem viderit, vocem ei eripit, & cum tanquam victor vocis ablatæ deſpicit: ſi autem ſe præuiſum ſenſerit, ferociam deponit & currere nequit, Ambroſius. Lupus ſi te prior videns tibi vocẽ abſtulerit, ſolue amictum tuum, vt ſermonem reſoluas, Phyſiologus: ſi homo ſoluerit amictum, audaciam recuperat, vt fertur, Albertus. Lupus cuius prior veſtigia proſpexeris, tibi nocere non poterit: ſed ſi ille te ante notauerit, caudæ ſummam partem ſi habueris tecum, ſine metu iter conficies. Sextus. Oculum lupi erutum cum vident quadrupedes domeſticæ, timent & fugiunt. Et ſi quod animal (mulier, Raſis) minxerit ſupra vrinam lupi calidam, non concipiet vnquam, Pythagoras. Anſeres à lupis & vulpibus capiuntur, & ideò ab eis cuſtodiendæ ſunt, Creſcentienſis. Inter ſe concertantes apri cum viderint lupos quaſi confœderati ſe iuuant mutuò, Albert. Cauda lupi ſuſpenſa ad præſepe boum, prohibet boues comedere, Albertus & Raſis. Rumpi traditur equos qui veſtigia luporum ſub equite ſequantur, Plin. Si caſu equus lupi veſtigium conculcet, torpore comprehenditur: ſi item lupi calcaneum equi quadrigam trahentes conculcent, ſiſtentur tanquam ij cum quadriga conglaciaſſent, Gellius ex Aeliano. Vide in Equo D. Ἵππον δὲ παχὺν ἴχνῳ λύκου ἀκροβολισάμενος, Καὶ διὰ ταχέων δεῦρο τὸ σφυρὸν τάχα ψήφει, Philes. Mulierem quæ abortum fecerit ſignificantes Aegyptij, equam ſcribũt quæ lupum preſſerit: equa enim abortit, non modo ſi lupum calcauerit, ſed etiam ſi ipſius veſtigia attigerit, Orus. Si calcauerit zoſach, id eſt equus, veſtigium dorim, id eſt vrſi (lege deeb, id eſt lupi) accidit ſtupor eius pedibus, Aeſcul. Equus à lupo ſauciatus, bõnus euadet ac velox, Zoroaſtres in Geoponicis: Vide in Equo B inter celeres. Lupus fugit ac timet hericium, Aeſcul. & Iorath. Leopardus deſideratur à lupis cum olfaciunt ipſum, & ſequuntur eum: ſed lupus vnus nõ poteſt leopardum vincere, plures ſimul vincunt: & ſi verò velociſſime fugiat, tamen vincitur in curſu, Auicenna.

A lupis occiſarum ouium pelles, ac vellera, & facta ex his veſtis, longè quàm cætera aptiora ſunt ad pediculos procreandos, Ariſtot. Pilos habentium aſinum tantum immunem pediculis credunt, & oues. Gignuntur autem ex veſtis genere, præcipuè lanicio interemptarum à lupis ouium, Plin. Oues à lupo adeſæ ſuauiorem habent carnem, verum lana pedunculos generat, Zoroaſtres in Geopon 15. Χιτῶνα λαβὼν ἐκ δορᾶς λυκοπαιδίου, Σαυτὸν περιβαλοῦ μηδαμῶς ἐπενδύσῃς. Ποιεῖ γὰρ ἐν ἡμέραις ὀλίγαις πρὸς φθεῖρα. Παλαιὰς ἀπὸ τῆς ἐμβαλὼν τῷ καρδίᾳ, Philes. Veſtimentum de lana animalis, quod lupus comederit, factum, ſemper eſt pediculoſum, Albertus. Si quis induat pellem ouis à lupo iugulatæ, ſcabie & pruritu vehemẽte continuò afficietur, Pythagor. Ouina pellis à lupo lacerata mouet pruritum, Cardanus. Cur oues à lupis dilaniatæ, carnem quidem ſuauiorem, lanam verò tabidã flaccidamq; & pediculoſam habeant, cauſam inquirit Plutarchus in Sympoſiacis 1. 9. quem locum, quoniã is liber adhuc conuerſus Latinè nõ reperitur, meis verbis tranſlatum apponam: Caro igitur ouis à lupo adeſæ, dulcior fieri videtur, quòd lupus ſuo morſu carnẽ flaccidam teneramq; (τακερὰν) reddat: eſt enim ſpiritus lupi adeò calidus atq; igneus, vt oſſa etiam duriſſima in ventriculo ſuo tabe faciat & liquet: atq; hanc ob cauſam facilius etiam putreſcere quæ à lupis tacta fuerint. Quod verò ad pediculorum in lanis procreationem, conijciat aliquis non tam ab eis generari pediculos quàm elici, per inſitam ipſis quandam caliditatem aut exaſperandæ diuellendæque cutis facultatem: ineſſe (ἐγγίνεσθαι lego ἐγγινέσθαι) autem vim lanis huiuſmodi toto ſcilicet pecudis corpore à lupi morſu ſpirituque, ad ſuperficiem vſq; & pilos alterato. Atqui varijs modis animalia quæ iugulantur (nimirum propter diuerſos iugulationis modos) affici, argumento ſunt venatores & coqui, (aut lanij:) horum enim aliquos ſcimus vnico ictu animalia proſtrauiſſe, ita vt icta (πνιγόμενα, lego πληγόμενα) ſtatim immota iacerent: alios verò vix multis tandẽ ictibus confeciſſe. Et quod magis mireris, aliquos ex vulnere ferri talem in animante iugulata vim reliquiſſe, vt mox putreſceret. & neq; vno die integra duraret alios verò nõ tardius illis interemiſſe, ſed nullam in carnibus iugulatorum huiuſmodi qualitatem relictam, & aliquandiu eas permanſiſſe. Porrò quòd vis quædam cũ iugulantur aut moriũtur animalia, ad pelles etiam, piloſq; & vngues perringat, ne Homerũ quidem latuit, qui de pellibus & loris ſcribens, his verbis vtitur, ἰλὰς βοὸς ἴφθιμος πεπαλαγμένη: hoc eſt, lorũ bouis per vim occiſi. Validior enim & tenacior pellis illorũ eſt animaliũ, quæ non morbo aut ſenectute, ſed iugulata obierint. Contrà quæ morſu animaliũ intereunt, illis vngues nigreſcũt, defluunt pili, & pelles marcidæ flaccidæ fiũt, Hucuſq; Plutarchus. Si pellẽ ouis lupinæ adponas, defluet (abradetur) lana ouillæ. Pythagoras. Aquilæ penna ſi vel vna anſerinis pluribus coniũgatur, conſumet eas: & hoc ſum expertus in pennis aliarũ: & forte ſimiliter fit etiam in alijs harũ auium pennis. Idem fieri dicitur inter pilos lupi & lanam ouis, ſed hoc non ſum expertus, Albert. Si ex lupina pelle confeceris tympanum, id inter cætera pulſatum, ſolũ reſonabit, ſilentibus cæteris vtcũq; prius ſonoris, Oppianus: nox addens, Καὶ φθίμενος δὲ δι' ὀθνείων λύκων ἐρίζεται: vnde tympana illa quibus ſonus adimitur lupini tympani pulſu, ouilla præcipuè intelligimus, Tympanum magnũ factum ex corio lupi, & pulſatum (in exercitu, Raſis) facit crepare alia tympana, Albert. Tympana de corijs luporum pulſata, inſurdant (alia tympana) apud audientes, Raſis & Albertus: ſed apud hũc mutilus eſt locus. Odiũ inter lupum & oues omnibus eorũ membris inhæret: ita quod chordæ de inteſtinis ouium cũ chordis de inteſtinis lupi factis permixtæ, non ſonant, Albertus & Raſis citans Ariſtotelem, apud quem ego nihil tale reperio. Si tendatur chorda de inteſtinis lupi cũ ouium chordis, rumpit eas, & aufert omne temperamentũ ab eis. Pythagoras. Coriũ leonis ſi coniungatur corio lupi, depilat ipſum, & ſimiliter alia coria,

Digitized by Google

Rasis & Albertus. Cornix quæ inciderit in comesa à lupo reliquias carnis, moritur, Aelianus & Philes. Lupus scillæ bulbos contingens, resolutus fatiscit, Ruel. Σκίλλης δὲ φύλλοις ἀνθρώπους ἀζει λύκος, Philes. Cepas agrestes (id est scillas) si calcauerit zebeth, id est lupus, grauatur crus eius, Aesicula. Lupus contactu scillæ conuellitur, (torpore capitur, Gillius de leone hoc scribēs, nescio quàm rectè:) vnde etiam vulpes propter lupos latebris suis scillas apponunt, Zoroastres in Geopon. 15. Turtur (vulpes potius, vt iam retuli) in nido suo ponit folia squillæ, ne lupus pullos eius incurset, Ambrosius. Leonem dicunt gallum album & murē fugere, lupum squillam, Rasis. Pythocharis tibicen, cum ad tibiam magna contentione incitatos numeros caneret, luporum impetum repressisse fertur, Aelianus. Audio nostra memoria in sylua prope Basileam virum quendam cum tympano transijsse: qui cum sequentem lupum lapidibus impetens nihil proficeret, & fortuitò laberetur in via, tympano interim quod gestabat resonante, lupum exterritum fugere animaduertit: itaq; tympano mox vehemēter pulsato feram quàm longissimè fugientem abegit. Vrsos quidem tympani sonum fugere nostri affirmant. Horatius in sylua cantando lupum fugauit, vt ipse de se testatur Carminum 1. 22. his versibus:

Nang, me silua lupus in Sabina,
Dum meam canto Lalagen, & vltra
Terminum curis vagor expeditus,
Fugit inermem.
Quale portentum neq, militaris
Daunia (Apulia) in latis alit esculetis,
Nec Iuba tellus generat, leonum
Arida nutrix.

Hominem pericula ex occulto imminentia timentem demonstraturi Aegyptij, lupum ac lapidem pingunt: hic enim neq; à ferro vbi, neq; à virga, sed à lapide duntaxat timet. Nimirum si quis in eum lapidem coniecerit, derepente consternatum & vbicunq; lapis ei vulnus inflixerit, ibi succrescere solent pullulareq; vermes, Orus. Lupus ignem metuit similiter vt leo: quamobrem qui per hyemem & inter niues iter facientes à lupis sibi metuunt, duos silices intra vestes (vt calidi permaneant,) secum gestant: & sicubi lupus se obtulerit, collisis illis ignem excutiunt: Lupus verò scintillis emicantibus ita terretur, vt accedere vtcunq; famelicus & hominem lædere minimè ausit, Michael Herus. Audio etiam sonitu è ferro gladij percussi, lupos fugari. Si quem lupus insidiosus paulatim sequitur, subsistens signū aliquod mediū ponat inter se & lupum vidente illo: sic enim illaqueationis metu subsisset, Albertus & Physiologus. Sunt qui mihi affirmarint, lupum in via ad hominem nō accessurum, si virgam, aut quiduis aliud post se traxerit: nam viatorem quendā apparente lupo, cum nihil aliud ad manū esset, peram fasciis cruralibus alligatam post se traxisse, & abijsse illæsum. Si quis corpus suum illinat seuo de renibus leonis, vel eiusdem fimo, absterrebit lupos, Aesculap. Lupus cuius prior vestigia prospexeris, tibi nocere non poterit: sed si ille te ante notauerit, caudæ summam partem si habueris tecum, sine metu iter conficies, Sextus.

E.

Draconis legem fuisse reperio, vt qui lupum occiderit, talentum accipiat: qui lupum vetulū, duo. Lycoctonos Apollo appellatus, hoc est lupicida (inquit Gyraldus) ex lege Athenis lata, qua cauebatur, vt qui in Attica lupi catulum occideret, talento donaretur: qui lupum ipsum, duobus: quod Aristophanis interpres scribit, (& ex eo Varinus in Λύκων.) Meminit Sophocles in Electra & Hesych. Φεύγουσι γὰρ τὸν θάνατον οἱ λύκοι; Chorus in Auibus Aristophanis. Vbi interpres, Lex erat olim in Attica Λυκοκτόνος, id est lupos occidere, &c. vnde & Apollinem Λύκειον & Λυκοκτόνον appellāt. Plura de his & similibus cognominibus Apollinis dicam in h. Qui lupū apud Athenienses occidit, ἀργύριον πάντα τὸν χρόνον τέλει. Etymologus in Λύκειος. Solon cum qui attulisset lupum quinque drachmas iussit accipere: lupam autem, tantummodò vnam: vt Phalereus Demetrius tradit: illud bouis pretium, hoc ouis esse statuens. Plutarchus in eius vita. Vetusta est autem consuetudo Athenienſibus bellum cum lupis gerere, Ibidem. Vulpes & lupi (inquit Crescentiensis 10. 32.) capiuntur quadā taiola ferrea, quæ circa se multos habet rampiones acutos: & ipsi habent circa se annulum prope se vbi annexi voluuntur, ad quē annectitur frustum carnis, omniaq; occultata præter carnē, in terra firmata iacent. Cum autē lupus carnem dentibus captam eleuat, annulus eleuat rampiones circa caput & collum lupi, qui cū fortius trahit & recedere nititur, fortius stringitur & tenetur. Fiunt & aliæ taiolæ, quibus in pedibus siue cruribus, quælibet omnino bestiæ capi possunt, quæ occultantur in itineribus quibus vtuntur, quarum figura aut forma non nisi oculata fide intelligi potest: quamobrem lectorem ad harum rerum artifices remittimus, Hæc Crescentiensis. Scoppa eadem genus retis interpretatur, Italicè tagliolam. Harpago, lo rampino, lincino, id est vncus Idem. Περιβόλαιον λύκου, id est laqueus vel pedica pro lupis capiendis, Hesychius & Varin. Hausepied Galli vocant instrumentum quo capiuntur lupi, vulpes & meles. Capitur interdum lupus laqueo facto arte pastoris, cui vt primum caput imposuerit vel pedem, detinetur, Blondus. Feræ, & præcipuè lupi, foueis hoc modo capiuntur. Effoditur lata fouea instar ampli putei, & profunda ne pateat exitus: operitur autem crate (cratis, *ein hurd*) rotunda, quæ non totam foueam sed ferè totam operiat. Sub crate in medio alligatur stanga (pertica) longior crate & rotunda. In medio ponitur vinctus anser vel agnus & paleis operitur vniuersus locus. Tum lupus anserem aut agnum arrepturus, in foueam cadit cum crate subito reuoluta, Pet. Crescen. 10. 33. Et mox in eodē capite aliud foueę genus describit, pro lupis, vulpibus, leporibus, &c. Crates qua tegitur fouea non debet esse tam valida, vt hominem vel lupum sustinere possit: sed anserē tantum vel agnum alligatum, siue viuum, siue mortuum, cum gramine quo inuoluatur. Sic lupus ad prædā veniens, vnà cum crate in foueam cadit. Sunt qui ea arte cratem componant, vt lupo delapso ipsa rursus vnà cū esca erigatur, vt plures etiam lupi aut aliæ feræ quandoq; capiantur. Oportet autē foueas huiusmodi fieri in terra solida firmaq; aut si talis non sit, foueæ latera ligneis tabulis muniantur, ne feræ pedibus fodiendo exitum sibi faciant, Innominatus. Constat luparios (id est venatores luporū) carnibus tinctis veneno lupos necare, Seruius in Georg. Sed de veneno lupario, aconito inquam & similibus, dicā in a. item de venenatis medicamētis compositis. Rhæti in montibus lupos capiunt machinæ cuiusdā dolo, trabibus aut stipitibus arborū quodam modo inter se cōsertis annexaq; fēni esca, quam cum attingit lupus obruitur, similiter vt mures in domibus maiores opprimi solent, Lupus transglutit carnes ferè sine commansu: quamobrem complures hamos in bolis carnium concisis abscondūt: hos lupis exponunt, quibus illi deuoratis moriuntur, Albert. Vidimus quosdā rusticos (inquit Blondus) per vrbem (Romam) deferentes pelles luporū, quos aiebant se occidisse puluere quodā solo ex herba quam cardum varium appellabant & eodē mures necari affirmabant. Est autē idem hic carduus quo canes necari diximus. Vide in Cane cap. 2. Apocynon lupos, vulpes, & pantheras interimit, Dioscorides quadrupedes omnes. Plinius: de hoc quoque multis egi in Cane c. Sicyone Apollinis Lycæi templum est, inquit Pausanias in Corinthiacis: nam cum lupi in greges ouium ita subinde grassarentur, vt nullū cives ex eis fructum capere possent: deus, quocunq; tandē modo eloquutus,

eſocutus, oraculo monuit, vt vbi aridum lignum iaceret. corticem eius detractum vnà cum carnibus feris proponerent: quo cortice lupi guſtato, ſtatim perierunt. Ac id quidem lignum in Lycæi templo ſitum fuit, ſed quod arboris genus eſſet, id neq; Sicyoniorum ſacerdotes, quorum talia explicare munus eſt, nouerunt, Hæc ille. Perpaucæ quidem arbores venenoſæ reperiuntur: herbæ verò complures: & ſanè in præſentia præter taxum inter arbores (quanquam fraxini etiam ramenta & iuniperi in potu quidam veneni vim habere ſcribunt: & aliqui hodie huius quoq; corticem luxuriæ radici admiſcent in globulos, quibus deuoratis lupi moriuntur, vt dicam in aconito infra in a.) ac inter arbuſta euonymum & rhododaphnen, nulla noſtri orbis venenoſa mihi in mentē venit. Huius rei cauſam, ſi quis inquirat, in ſuccum quo plantæ aluntur reiecerim: nā ille ſi bonus ac bene temperatus ſit, altas magnasq; ſtirpes alere pot eſt: ſin praua qualitate aut venenoſa imbutus, non poteſt: arbores præſertim quæ & copioſo & ſolido alimento egent. ſed hoc παράγωγα. Blemmi (inquit Diophanes in Geoponicis 18.14. lego Blenni) ſunt marini quidā piſciculi, quos nonnulli lycos, id eſt lupos appellant. His lupos terreſtres hunc in modū venantur. Vbi vinos huiuſmodi piſces plurimos expiſcatus fueris, eos in pila mortarióque probe contundito. Poſtea vero, in monte in quo diuerſantur lupi, magnam prunam extruens, flante ſcilicet vento, portionē aliquam de dictis piſciculis igni injicito: cruorem præterea atq; ouillas carnes minutim ſciſſas, cū piſcibus comminutis cōfundens, relinquensq; diſcedito. Quippe igne ipſo (rogo, τῷ πυρὶ) grauē odorem ædēte, lupi regionis incolæ omnes congregabuntur. Poſtea autem carnibus, aut etiam ſolo nidore fruentes, vertigine capti obdormient: quo tempore tu ceu ſtupidos ac torpentes eos reperiens, iugulato. Piſces quidam nigri venenati in Armenia reperiuntur: horū farinam in ouium aut caprarum diſciſſum latus abdunt, camq; eſcam ad feras alliciendas obijciunt: ac cum eiuſmodi quippiam pardalis, leo, lupus guſtarint, continuo moriuntur, Aelianus. Quomodo lupi & vulpes allician-
tur à venatore catum mortuum poſt ſe trahente (noſtri vocant *en braſſe*) dixi in Cato E. Sed & alium hic modum adſcribam ex libro quodā Germanico manu ſcripto. Felem detracta pelle exenteratam in furno torrebis, & modico melle inunges: tum ranunculos caudatos (*roßkaeff*) ſuper pruna vſtos conteres, & feli inſperges: ſic paratam felem poſt te trahes inter contigua ſyluis arbuſta, vel vbicunq; lupos aut vulpes verſari ſciueris. Sic allectas & apparentes iam propius feras alter venationis comes ſagitta aut bombarda feriet.

Teucri & Myſi Thraces qui Aſiam incolunt, veruta ad lupos conficiendos apta geſtabant, Herodotus. Lupi vulnerati, gregi luporum ſe non immiſcent: quia occiderentur ab eis timentibus deprehendi ſanguine ipſorum: quamobrem ſoli euntes vulnerati, ſanguinem ſuum lambunt, ne deprehendātur: quod ipſe expertus ſum, Albertus. Canibus capiuntur apri ac lupi, ſed auxilio venatorum: nam raro ſoli ad eos præſumūt accedere, niſi ſint maſtini fortiſſimi & audaces, Petrus Creſcentienſis. A canibus verò comprehenduntur, quia lupus verſutior & ſagacior cane eſt, Blondus. Canes quidam grandiores Gallis ceruarij dicuntur, quod ceruos tantum venentur: hos etiam ſub nomine leporariorum comprehendūt, vt & ſuarios luparioſq; qui etiam apripetæ & lupipetæ dici poſſent, Budæus. In Anglia præſtantiſſimos canes luparios haberi audio. Lupus non admodū procul à canibus fugit, niſi Moloſſi & maſtini vrgeant. Millus, collare canum venaticorum, factum ex corio, confixumq; claueis ferreis eminentibus aduerſum impetum luporum, Feſtus. Lupi, inquit Blondus, funeis retibus ſunt decipiendi: quoniā omnis alia venatio, præter eam quæ retibus fit, vana eſt in lupo. Parētur itaq; retia valida ac diſtenſa, vt videbitur: nam quo tenſa magis fuerint, eò vtiliora erunt: debent autem extenſa alligari arboribus, vel alijs retinaculis arte factis, dummodo forti nexu contineantur. Pleriſq; etiam partibus diligenter prætegentur ramoſis frondibus, ne lupi adeuntes ſtatim intelligant inſidias. Præterea vtrinq; iuxta retia fient quædam attegiæ ex ramis ſyluarū, ſimiles tectis aut latibulis ferarum, in quibus latitent inſidiatores cū acutis haſtilibus, vt lupos retibus intricatos ſtatim conficiant: quod niſi illico fecerint, vt incidēre primum, liberabunt ſe à retibus lupi ac diffugient. Quamobrem illi curabunt vt & celeriter & fortiter ventrem & tergora luporum verutis & iaculis perfodiant. Porrò maxima pars venantium, cum canibus circundabit loca in quibus lupi latitant: & operam dabit vt canes ſiue latrando tantum loris detenti, ſiue induſtria agitatione, lupos ita cohibeant ne retrorſum euadant. Hoc etiam obſeruandum, vt cum longè diſtant à retibus lupi lentius agitētur: propinquiores verò magno cum impetu & clamore venantium & canum, qui omnes tum dimittēdi ſunt, impellantur. ſic enim pleriq; lupi decipiuntur, Hæc Blondus. Lupi & vulpes retia dentibus diſcerpunt. vrſi non item, Plutarchus in cauſis natural. 28.

Pellibus lupinis potentes & nobiles induuntur: parantur autē ſic vt pars hirſuta foras ſpectet nuda introrſum, nec vllo quidem panno illa induci ſolet. Corio lupino, inquit Blondus, veſtiūtur nonnulli ad itinera & venationes: hac enim ſe intectos non imbribus non gelu aut ventis lædi poſſe intelligunt. Κυδέα pellis lupina, aut potius pileus (πέτασος λύκεια) ex lupi vel ictidis, id eſt muſtelæ ruſticæ pelle, Varin. Plurimum diffundetur & ampliabitur ſemen, ſi cribrum ex lupina pelle factum fuerit, habens foramina triginta ea magnitudine, vt digitus tranſmitti queat, in Geoponicis.

A defertis locis ad habitata refugientes lupi, tempeſtatis acerbitatem ſe horrere oſtendunt, Aelianus. Χειμῶνα, id eſt tempeſtatem ſignificat lupus, cum ſolitarius vadit & diutius vlulat: aut cum parum curans aratores & frigore coactus ad rura accedit vt propius homines calidiore loco verſetur, ἵνα σὺν ἀλλήλοις ἀντιτύχοιεν: hoc eſt, vt ibi cubet, vel vt illic inſidietur tanquam futuræ mutationis præſcius, & includendorum propter eum pecorum, tempeſtiuē ſibi de præda proſpecturus, Scholiaſtes. hoc cum fit, tertio poſt die tempeſtatem expecta, Aratus. Martius ipſe lupis villarum proxima oberrans, Aſſectansq; locos hominum, lectumque larem q; Sponte petens, craſſo conſurgere nubila cœlo Præmonet, Auienus.

F.

Lupi caro, vt ſylueſtrium omnium ferarum quæ rapaces & carniuoræ ſunt, apud honeſtos homines in cibum non admittitur. Audio tamen in Italia ab Inſubribus lupos quandoq; edi. Caro lupi eſt frigida fœtida, ſicca, craſſa, Raſis & Albertus: frigidior carne canis, Albertus. Caro luporū (vel, vt Bellunenſis transfert quorumuis animalium rapacium) mala eſt, Auicenna. Et rurſus, Carnes luporum & habentium roſtra & vngues (Bellunenſis legit, Carnes animalium rapacium, & auiūm rapacium habentium roſtra & vngues rapaces, aduncas) conferunt oculis & confirmant eos. Laudant aliqui carnes luporum (animalium rapacium, Bellunenſis) tanquam vtiles ſtomacho frigido, humido, & debili, Auicenna. Et mox, Carnem luporum & habentium (Bellunenſis legit, animalium rapacium, & auium habentium, &c.) roſtra & vngues (aduncos) abhorret ſtomachus. Et paulò poſt eaſdem carnes laudat ad hæmorrhoides. Rapacium omnium carnes declinant ad ſiccitatem, quæ bilem atram in corporibus generat: peſſimæ autem ſunt lupinæ & caninæ, corrumpuntq; humores & animum, Raſis

fortaſſis autem animum (niſi deprauata ſit tranſlatio) ab eis corrumpi ſcribit, quia melancholiam & prauas imaginationes generant, vt de bouina etiam & ſimilibus Arabes ſcribunt. Caro lupi trita, cum modico piperis & cum melle deſpumato confecta affectui colico medetur, Raſis & Albert. Alia quædam de remedijs lupinæ carnis, vide in G. De Romulo & Remo, item Lycaſto & Parrhaſio, quos lacte lupino nutritos ferunt, dicam in H.d.

G.

Ad podagras magnificant vulpem decoctam viuam, donec oſſa tantũ reſtent: lupúmue viuum oleo cerati modo incoctum, Plin. De lupi præda, id eſt de reliquijs veruecis, aut capræ, aut cuiuſlibet animantis, quam comederit, carnem vel pellem, vel os, collige & ſerua: & quando aliquis iecur doluerit, inde eum tange, continuò ſanabitur, Marcell. Pellis lupi (lupiculi aliàs lupuſculi) ſi geſtetur ab eo quem canis rabidus momordit, non incidet in metũ aquæ, Hali. Si corio lupi conſtringatur venter laborantis colica: & ſi æger ſæpius ipſi corio inſideat, prodeſt, Raſis & Albert. Si corium (ſtercus, Raſis) lupi ad coxam colici ſuſpendatur, alligatum filo lanæ quam lupus momordit opitulatur, Albertus: ego de excremẽto potius acceperim: Vide infra. Lupi aut vulpis corium ſi quis elaboret, & calceos geſtet, pedes non dolebit, Galenus Euporiſt. 3. 248. Pellis luporum nouiter excoriatorum, maximè cum actuali ſua caliditate inuoluendo membrũ ſpaſmatum, proſunt, Marcus Gatinaria. Sanguis lupi permixtus cum oleo (nucum, Raſis) medetur ſurditati, Alber. Sanguis & fimus lupi, iuuant in colico affectu, Obſcurus. Sanguis hirci, vulpis, aut lupi calidus contra calculum potus valet. Vide Syluij practicam cap. contra calculum. Lupi carnem conditam & decoctam qui ederit, à dæmonibus vel vmbris quæ per phantaſmata apparẽt, non tantum inquietabitur, Sext. Lupi caro cocta in cibo ſumpta, phantaſticos ſanat, Aeſculapius. Carnes lupi ediſſe parituris prodeſt: aut ſi incipientibus parturire ſit iuxta qui ederit, adeò, vt etiam cõtra illatas noxias valeat. Eundem ſuperuenire, pernicioſum eſt, Plin. Plura de remedijs ex carne lupi in cibis ſumpta, vide in præcedenti capite. Adeps lupi non minorẽ efficaciam habet quàm caninus, Sext. & Aeſcul. Adeps è lupis illitus, in his quæ rumpere opus eſt, plurimum proficit, Plin. Lupinum adipem recentiores quidam cum cæteris medicamẽtis articularijs ad vnguenta miſcent. Aliqui addunt etiã vnguentis ad paralyſin. Illitus vuluas mollit, Plin. Eodẽ fricari oculos contra lippitudines præcipiunt, Idem. Adeps adib (id eſt lupi, ſed Bellunenſis legit aldub, id eſt vrſi) ſubtilis eſt, Auicenna. Caput lupi ſupponito ſub puluino, & dormiet æger, Sextus. Ad dentes mobiles magnum remedium eſt in luporum capitis cinere Plin Febres quæ certo dierum numero redeunt, oculus lupi dexter ſalſus adalligatusq;, ſi credimus magis, arcet, Plin. Oculus dexter lupi alligatus, febres diſcutit Sextus. Confricatus (infricatus) & illitus lupi oculus, glaucomata extenuat, & tollit ſtigma, & linitur ſi ante punctũ (forte, punctus, nempe lupi oculus) fuerit: Vteris autem dextro lupi oculo ſi hominis dexter laborat ſiniſtro, ſi ſiniſter, Sextus. Lupi dexter caninus dens, in magnis habetur operibus, Plin. Hominem qui Lunam ſenſerit (lunaticum) canini dentes adib, id eſt lupi, curãt, Pythagoras. Dens lupi gingiuas infantum extenuat, quò dentes leuius proueniant, Blondus. Et alibi, Infantum gingiuæ canis dente conteruntur, (leniter perfricantur:) ſed citius eis euocãtur dentes (infricto) dente lupino. Linguam lupi quidam contra comitialem morbum edere iubẽt. Qui per lupi guttur (arteriam vocalem) bibesit in ſynanche, certiſſima ſalute euadit, Ioan. Agricola: qui ſe hoc experimentum ab egregio Auguſtano medico Adolpho Occone accepiſſe ſcribit. Guttur lupinum, ſi ex eo bibatur, aduerſus paralyſin valet, Colinus. Pulmo lupi coctus & ſiccatus, & tritus cum pipere, ex lacte bubulo potus, vtilis eſt anhelioſis, Raſis & Albertus citantes Galenum: apud quem ego nihil huiuſmodi legere memini: pulmoni autem vulpis tum inſectum alij hanc facultatem adſcribunt. Lupi cor ſi aridum reponatur, perquam odoratũ fieri dicitur, Albertus & Scriptor de nat rerum. Si crematum tritumq; bibatur, epilepticum iuuat: dummodo à libidine purum deinceps ſe conſeruet, Scriptor de nat. rerum. In libro quodam manuſcripto Germanicè medicamentũ aduerſus comitialem huiuſmodi reperio: Viſci quercini vnciam vnam, viſci de piro vnc. ſemis: mucronum de cornu cerui ſcobis drachmas duas, cordis lupini drachmam, permiſce, vt fiat medicamentum aridum, quo in diluculo ſemper vtatur: præſtantius erit ſi addas ſcobem de occipitio cranei humani. Hepar lupi ad remediorum vſum non aliter quàm pulmo vulpis præparari & reponi debet, eo modo quem in Vulpe explicabo. Hepar lupi, epileptico cõfert: Lupæ verò epilepticæ, Arnoldus in Antidotis. Hepar lupi ad hepatis affectus quoſdam vino albo optimo lauatur, inſpergitur puluere tenuiſſimo ſantali flaui, ſiccatur, abſynthio in ſcutella inuoluitur, octauo quoq; die mutatur abſynthium, reponitur loco ſicco, Syluius. Hepar lupi in medicamentum ex eupatorio hepaticum ſæpe indidi, nec tamen effectum præſtantiorem, qui mentione quidem dignus ſit, quàm in eodem medicamento ſine lupi hepate parato, deprehendi Galenus lib. 11. de ſimpl. Idem tamẽ lib. 8. de compoſ. pharm. ſec. locos, hepar lupi hepaticos tota ſubſtantia iuuare (non ſecundum vnam aut alterã qualitatem) abunde ſe expertum ſcribit. Et fieri ſanè poteſt, vt cum diuerſis temporibus hæc à Galeno ſcripta ſint, aliquid ei vno tempore innotuerit quod non alio, vt annotauit Aloiſius Mundella epiſtola 7. Dicat etiam aliquis hepaticum ex eupatorio medicamentum per ſe tam inſigniter opitulari, vt etiam egregio altero medicamento adiecto, nihil aut parum eius viribus acceſſiſſe videatur nec obſtat tamen id per ſe efficaciter agere. His & ſimilibus rationibus excuſari conciliariq; poſſunt loci quos citauimus Galeni: ego interim remedijs tum alijs tam longè petitis parum fido. tum ad iecoris cauſas lupino iecinore nunquam equidem vti velim, niſi forte cæteris plurimis, in quibus & rationis & experientiæ plus eſt, fruſtra tentatis. Antidotus hepatica è nouem ſpeciebus apud Nicolaum Myrepſum, numero 164. recipit iecur lupi: & mox alia 166 ex eupatorio inſcribitur, cui tamen iecur lupi non additur. Archigenes apud Galenum lib. 6. de compoſ. ſec. loc. hepar lupi ad oris cruſtas commendat: vbi Galenus hoc medicamentum probare ſe poſſe negat, quoniam compertum non habeat. Lupinum iecur (inquit Galenus de comp. ſec. loc 8. 8.) abunde experti ſumus ad hepatis affectus vtile: vſus autem ipſius eſt (vt cochlearum etiam quas Aſclepiades ad eoſdem affectus laudat) ſi eius exactè triti drachma vna detur cum vino aliquo dulci, vt Theræo, Cretico: Benigna enim hæc ſunt viſcera, ipſum nutrire potentia & media iuxta calidi & frigidi oppoſitionem: & ob id talia pharmaca omnibus intemperaturis conuenire videntur, vt quæ ex ſubſtantiæ proprietate commoditatem de ſe exhibent. Cæterum non obſcurè febricitantibus, præſtat ex aqua calida, aut feridis ſimiliue ſucco pharmacum præbere. Hæc Galenus & ex eo Raſis, Albertus, & alij. Eadem ex Galeno deſcripſit Aetius 10. 3. Iecur lupi (inquit) Marcellus empiricus capite 22. quod inſcribitur ad iecoris vitia) ſublatum Luna decreſcente in fumo ponitur, & cum ſiccatum eſt, teritur: inde particula trita miſcetur puluери æquis portionibus facto de fœno græco, lupino & abſynthio & coſto, ita vt ex eo quod in ſe totum permixtum fuerit, menſura cochlearis cumulati detur ad diem non febricitanti ex vino mixto, & febricitabit, ex aqua, ita vt per triduum hoc medicamen ieiunus accipiat, & porrecto

porrecto brachio in dextro latere vel ſemihora iaceat: inde diutiſſimè deambulet & tardiſſimè cibū ſumat: & obſeruet vt illo triduo puriſſimus & digeſtiſſimus ſit, & frigidā non bibat, neq; ſalſum aliquid aut dulce māducet. Et paulò poſt, Potio ſaluberrima ad hepaticos, à Procliano medico oſtenſa: Ficatū (ſic Itali hodie vulgò iecur nominant) lupi integrū foliis lauri inuolues, & ita ad Solem vel ad ignem ſiccabis, & ſiccatū diligenter ſublatis foliis in puluerem rediges: quē puluerem in vaſculo nitido ſeruabis, atq; ex eo cochlearia duo, cū piperis granis decē tritis, adiecto melle optimo deſpumato quantū ſufficiat, cum careni cyatho, in potione ieiuno dabis, quam prius ferro candenti calefacies, & diligēter in mortario permiſcebis, ſedentiq; in lecto dabis, ita vt accepta potione cōtractis genibus hora integra in dextro latere iaceat, & poſtea vel vna hora deambulet, Hęc Marc. Auicen. lib. 5. ſumma 2. tractatu 5. deſcribit medicamentū ad hepatis duritiem, quod recipit opium, hyeſcyamum, caſtoreum, myrrham, crocum, ſpicam, cordumēni, eupatorium, hepar lupi, & cornu dextrū de cornibus capræ aduſtum, omniū partes æquales, excipiuntur melle, &c. Alia prorſus eſt compoſitio paſtilli de eupatorio apud Actuarium de compoſitione medicamentorū. Iecur lupi miſcetur ſpeciebus electuarij quod dicitur oxifemica, & prodeſt ad morbos hepatis. Raſis Galenū citans: quamobrem pro oxifemica, lego de eupatorio. Gugir (Gyrgyr, Albertus) philoſophus aſſerit omnium animaliū hepata ad hepatis dolorē prodeſſe, Raſis. Iocineris dolores reficit lupi iecur aridum ex mulſo. Plin. Lupi iecur denarij pondere ex vini dulcis ſextario exhibitū, ad iocineris vitia bene facit Galen. Euporiſt. 2 38. Tuſſim iecur lupi ex vino tepido ſanat, Plin. Si quē tuſſis intolerabilis vexat, de lupi iecore arido vel exuſto quantū voluerit conterat, adijciatq; vinū, mel, & aquā tepidam, atq; inde ad diem cyathum ieiunus bibat, intra paucos dies mire ſanabitur, Marcell. Ad acutum morbū lateris iecoris quæratur fibra lupini: adde coſtū, folium, piper, propina ex vino diluto, Seren. Pthiſicis medetur iecur lupi ex vino, Plin. Dolorē & inflationem ſtomachi ſanat iecur lupi, prius aqua coctum, mox arefactum & tritum, potioniq; inſperſum, Marcell. Lupi hepar hydropem curat, Platina. Puluerem ex eo in hydrope cū vino albo in dies aliquot mane potū, inter ſecreta quædā remedia reponunt nonnulli, Syluius. Vulvarum dolores iecur lupi (in cibo vel potu) mitigat, Plin. Ad oris cruſtas, hepatis lupi aridi cochlearia duo trita bibenda præbe, Galenus ex Archigene. Fel lupinum eandē efficaciam habet, quam caninū, Sextus & Aeſculap. Fel lupi (pondere dauic. Raſ.) cū grano moſchi mixtū, & ſemel in principio menſis, ſemel in medio, naribus adhibitū caduci, iuuat, (confert ei loco electuarij quod dicitur eſſe hyſete,) Albert. Fel lupi cū elaterio vmbilico illigatū, aluum ſoluit Plin. Fel caprinū per ſe condylomatis ſedis medetur, lupinum ex vino, Plinius ſi bene memini. De inteſtino lupi, nihil (puto) veteres ſcripſerunt: hodie tamen aliqui laudant in colica. Inteſtinū lupi ad colicam efficaciſſimum, vino albo optimo lauatur, inflatur, ſiccatur extra furnum & pulucrem, abſynthio inuoluitur, Syluius. Si edatur pars de virga lupi in furno aſſa & inciſa, ſtatim excitat appetitum coitus, Raſis & Albert. De lupi genitali vide nonnihil etiā in vulpe. Tradit antiquitas authore Plinio oſſea genitalia præcipuo inueniri remedio tiae luporū vulpium, muſtelarumq; ac vinerræ, &c. Alex. Benedictus. Si quis teſticulum dextrū lupi (& cruentum, Raſ.) cum oleo miſceat, & mulieri cū lana ad imponendū vulumdederit, remouebit ab ea coeundi deſideriū, etiamſi ſcortum fuerit, Raſis & Albert. Suffimento ad epilepticos apud Nic. Myrepſum, miſcentur inter alia, lupi teſtes. Lupi excrementis circumlini (oculorum) ſuffuſiones prodeſſe cinere eorum cum Attico melle inungi obſcuritates, Solin. Lupi fimus diu perfrictus ad ſummam læuitatem, cū melle mixtus etiam inunctione adhibitus oculorū hypochyſin diſcutit, & ad ſummam claritudinem eos perduxit ſuffuſione ſiccata, Marcell. Dentes mobiles confirmat luporū capitis cinis certumq; eſt in excrementis eorum plerunq; inueniri oſſa hæc adalligata eandē effectum habent, Plin. Illito angine conferens optima: Stercus lupi aut canis album, terito in pollinem, melleq; excipiens, illinito. Nic. Myrepſus. Lupinum ſtercus (inquit Galenus de ſimplicibus 10. 28.) quidam colicis porandum dabat non tantum in ipſis paroxyſmis, ſed etiam in interuallis, ſiquidem phlegmone vacarent. Quorum ego quoſdam vidi non amplius inuadi: & qui erant inuaſi, non amplius id grauiter paſſos, ſed nec poſt paucū temporis. Accipiebat autē ille albidius potius ſtercus, quale vbi oſſa ederint, ſolēt excernere. Verum illud etiā in eo mirabar quod vel appenſum euidēter aliquoties iuuiſſet. Itaq; hic ſtercus capiebat quod nō decidiſſet in terrā: id quod non erat inuentu difficile. Ea enim eſt luporum natura quæ canū, vt ſuſpenſo altero poſteriorū crurum & maciant & cacēt in eminenti quopiā ex terra. Itaq; in ſpinis ſæpe æſtate ſtercus lupinū reperitur, & fruticibus, vepribus (χαλάφοις, lego χαλάκοις, id eſt alnis) herbiſq; ſuperioribus. Inuenitur porrò in ſtercore illorū & nonnihil oſſium deuorati animalis: quod vt effugit commanſionē, ita & concoctionē. quod & ipſum contundēs ac conterens, bibendū præbuit colicis ac ſi homo eſſet puritatis amans, miſcebat & ſaliquippiam aut piperis, aut quippiā eiuſmodi. Vt plurimum autē ex vino albo cōſiſtentię tenuis bibendū præbebat interim verò etiā ex aqua. Hoc autē ſtercoris quod patientis inguinibus Ingóinas Græci vocant applicandū eſſet, præcepit ſuſpēdi ex vinculo cōfecto ex lana, ſed nō qualibet: verum multò præſtabat eam eſſe ouis à lupo laniatæ. Quod ſi ea nō adeſſet, lorū tum quod cingeret inguina, tum alterū quo ſtercus cōtineretur, parari præcipiebat. At nos in ollulam ſtercoris maximè fabæ magnitudinē (vel in ollulam cuius magnitudo erat quæ maximæ fabæ, aliquantulū ſtercoris) iniecimus, eamq; experiundi gratia quibuſdā appendimus, nec potuimus nō mirari, cū plurimos ipſorū videremus adiutos: cæterū ad ollulam deligandam aures affiximus, per quas lorū tranſmitti poſſet. Sed hoc quidē obiter dictū eſto, ſi quis inueniatur qui ſic ſuſpenſis fidē habere dignabitur. Dico autē ſic, vt ſubſtantia ſit quę ſuſpenditur, nō voces barbaræ, vt quidā facere præſtigiatorū aſſolent quādo & alias expertus ſum ſubſtantiæ, quæ in alijs affectibus ſimiliter operarētur, hactenus; Gal. Meminit ex Galeno etiā Cōſtantius in libro de incantatione & ſuſpenſione, ſed locus eſt deprauatus item Actius 9. 3. inter pharmaca ad colicos & Auicenna 16. 3. tract. 4. cap. 14. Stercus lupi cū vino albo & ſubtili cōctū (potum) vtiliſſimū eſt colicis: & fertur ſi coriū (ſtercus legendū, vt etiam Raſis habet) ſuper coxā colici ſuſpēdatur & eū filo lanæ à lupo laniatæ ligetur, prodeſſe, Albertus & Raſis. Lupi ſtercus, dummodo nō in terra inuentū, ſed ſupra fuſtē, aut ſupra aſtulas, aut ſupra iuncū, colliges & ſeruabis: & cū opus fuerit laborāti colico alligabis ad brachiū vel ad collum in oſſe, aut in cupro, aut in auro cluſum. licioq; ſuſpenſum: ſed prius ex ipſo ſtercore puſillū ignoranti ex aqua calida bibendū dabis, mirè celeriterq; ſubuenies, Marcell. Et rurſus. Ad coli dolorē requires ſimū lupi & oſſa quæ ibidē inueneris contundes & puluerē ex his facies, & ex aqua frigida ieiuno bibendū dabis. Ad colū efficax vſu probatū: Lupi ſtercus in tenuiſſimū puluerem tritū inceretumq; & aquæ calidæ cochlearij dimidio, laboranti dato, Alex. Trall. Quæ in excrementis lupi inueniuntur oſſa, ſi terrā non attigerint, colo medētur adalligata brachio, Plin. Talus leporis in fimo lupi repertus quantū profit ad coli dolorē alligatus, in lepore dixi ex Marcello ſed meræ ſunt nugæ. Fimus albi (albus lupi colicā curat, Hali. Inteſtinū magnū lupi vincit cruciatus colicos, vt & fimus eiuſdē, Biond. Suſtito aurū albi pilos, & lupi ſtercus, Hippoc. lib. 1. de morbis mul. in præſcripto quodā ad conceptū.

Lupi

Lupi dentes inæquales ſunt.quamobrem morſus eorum vehementer obeſt,Iſidorus. Lupus rabidus ſuo morſu idem periculum adfert quod canis rabidus,Albertus & Bertrutius. Eiuſdem ſentẽtiæ fuit Aggregator,qui vno titulo remedia tum ad canis tum ad lupi morſus complectitur. Nos ea copioſè recenſuimus in Cane. Vulnera ex morſu lupi & vnguibus,periculoſa ſunt:effluit ab eis ſanies per ligamenta etiam & ſpongias:curantur autem non aliter quàm canini morſus,Phyſiologus:ſed Ariſtoteles hæc de leone ſcribit,non de lupo. A lupo rabioſo in Vngaria morſos eſſe aliquot homines & mox quidem viſos fuiſſe curatos:ſed ante 40 dies omnes acerbiſſimo morbo perijſſe,& in eo per urinam carunculas quaſdam caniformes ſummo cruciatu excreuiſſe,Io. Vitus Vngarus ἀυτόπτης narrabat. Audiui & de quodam ruſtico,qui cum lupum fuſte percuſſiſſet,ac lupus vnguibus faciem eius lacerraſſet vt cutem detraheret,breui quidem ſanatus fuit vt nihil mali appareret,ſed breui poſt tempore cœpit ægrotare ac vlulare vt lupus,& ſic perijt,vnde conijciebatur lupum illum rabioſum fuiſſe. Trito allio defricto curatur in boue rabioſæ canis vel lupi morſus: qui tamen & ipſe impoſito vulneri vetere ſalſamento, æquè bene ſanatur, Columella. Gentianæ drachmæ duæ è vino potæ remedio ſunt contra morſus canis rabioſi & omnium luporum (rapacium,vel morſu & vnguibus laniantium beſtiarum,) Auicenna. Luporum morſus beſtijs inflicti ferro calido aduruntur, ne morſus vtiq; noxius contrahat corruptionem,liber de nat.rerum.

H.

a Lupus,quod nomen venit ex Græco lycos.apud maiores communis erat generis.Feſt.Lupos quidam vocatos dicunt quaſi leopos:eò quod quaſi leoni in pedibus ſit illis virtus: vnde & quicquid pede preſſerint,non viuit, Iſidorus. Λυκας ἀπὸ τῆ λύκης, id eſt à luce prima appellatos quidam putant: quia hæ feræ maximè id tempus apeum rapiendo pecori obſeruãt, quod antelucanum poſt nocturnam famẽ ad paſtum ſtabulis expellitur, Macrob. l.17. Λυκαινα,lupa, Varinus in Λιμησιάδης. Irpini appellati nomine lupi. quem irpum dicunt Samnites: eum enim ducem ſecuti agros occupauere,Feſtus. Κυνέης,lupus,Varinus.Sed vide ne legendũ ſit λαδνὸς pro λύκος:nam κυνῆ etiam & κνανὸς,& κνάνεον,λάδνὸς exponuntur:nimirum à colore cæci ſeminis candidi:alij ruſſum vel ſuberoccum (κροκίζοντα) interpretantur,ab eiuſdem ſcilicet floris colore. Ὀλιγὸλύκοι,Heſychius. Lupi apud veteres dicuntur etiam νυκτερινοὶ vel κυνες, id eſt canes nocturni,Heſychius & Varin. Μονὸς,aper ſylueſtris,lupus ſolitarius,Suid. Cyrillus apud Oſee prophetam interpretatur aſinum. Epitheta. His vbicunq; authoris nomen non addetur, inter Textoris Epitheta reperiri ſciendum eſt. Acres, Horatius Epod. Genus acre luporum, Virg. Georg.3. Agreſtis. Appuli,Horatio. Aſper,Ouid.11.Metam. Atrox. Audaces,Gratius. Auidus, Ouid.1.Triſt. Auidus. Verg.11.Aen. Canus,Ouid.7.Metam Carniuorus. Cautus. Celer. Cruentus,Statius 5.Theb. Cupidus cruoris. Degener. Durus. Edax. Eſuriens. Expugnator pecoris, Fameſcens. Ferus. Fuluus,Ouid.11.Metam. Ieiunus. Immitis, Improbus. Indomitus. Infeſtans. Infeſtus pecori,Hora.Epod. Ouid.2.Faſt. Infrendens. Inſatiabilis, Ouid.in Ibin. Inſidiator. Martiales Horat.1.Car. Martius,quod veteres eum in tutela Martis eſſe finxerunt.Mœſtus.Montani, Ouidius epiſt.11. Nocturnus. Prædo. Proceri,Horat.2.Serm. Rabidi. Rabioſus.Rapaces. Horat. Epod. Rapidus. Raptor Rauus. Sæuus.Sarcinoſus. Sanguineus. Sanguinolẽtus. Spumiger. Superbi,Valerius 3.Argonaut. Trepidans. Triſtis. Triſte lupus ſtabulis,Vergil.3.Aeg.Trux. Vehemens, Horat.2.epiſt. Vlulans. Vorax. Lupæ epitheta. Fœda. Immanis. Inhumana,Propert.4.Eleg. Martia.Obſcœna. Olida. Rapida,Ouid.3. de Arte. Raus, Horat.3.Carm.Romulea. Spurca. Trux.Volſca.

Græca. Ἀγρώτας λύκος,Athenæus ex Anaxila. Αἰμοκτὸς (id eſt αἰμοκτὸς) ἰσοφάλιξ λύκος, Varinus ex epigrammate. Ἀγρωτῶν ἰεράων τε καὶ ἀγραυλοπόρων ἀρητῆρες, Oppianus. Δασυκὸς, δασυκτὸς, Idem. Λιπαδόλιν θηρείην ἐπὶ ἔργα δαῆσι, θερσιόφρων, καρχαρόδους, Oppianus. Κορυφαίοχις, Homerus Odyſſ.χ. Κρεβάλοι, in epigrammate. Λαίμαργοι, Bianor in epigrammate. Μηλοφόνος, Oppianus. Λύκοι ἐρίηρες.l.αἰγέλοι, Homer. Odyſſ.ι. Νυκτερινὸς,Παμφάγων ἐπαυλίων ἀλετὴς,Οἰοφόρων,Πολισθενὴς, (& πολίες, vide infra in b.) Idem.Φηρὸς, Philes. Ὠμηστὴς, Lycophron.

Lupa pro meretrice ponitur,propter auaritiam,rapacitatem & ἀνθρωποφαγίαν.Lupula meretricula.Apuleio.A lupo facta meretricum nomina Græca (Lyce,Lycoris,& Lycænis) infra ponam inter propria. Deuortunt mores virgini longè ac lupæ,id eſt meretrici,Plautus Epid. Romulum & Remum aliqui non à lupa fera, ſed à meretrice nutritos aiunt:qua de re Plutarchus in Romuli vita. Sunt qui dicant nutricis nomen ambiguitate fabulæ locum dediſſe: nam & feras & meretrices cõmuni vocabulo lupas vocamus: ita Fauſtuli vxori, proſtrato paſtoribus corpore,lupæ cognomen eſſe additum,cum Laurentia antè nuncupata eſſet.Hinc lupari (Nonius ex Turpilio) pro ſcortari:& lupanar vel lupanarium pro habitatione meretricũ.& lupanaris adiectiuum, (Calepino,) deriuantur. Ire quibus grata eſt picta lupa (i.meretrix) barbara mitra,Iuuen.Sat.3. Cauete vobis à pſeudoprophetis,qui veniunt ad vos in veſtitu ouiũ,ſed intrinſecus ſunt lupi rapaces,ἔσωθεν δέ εἰσιν λύκοι ἅρπαγες, Chriſtus Matth.7. (Harpages peculiariter luporum genus eſſe Oppian.docet,vt in B.retuli.) Lupi rectè intelliguntur hæretici,callidi videlicet fraude,fortes diſputatione,crudeles occiſione: Vnde apoſtolus ad Epheſios,Intrabũt lupi rapaces ad vos, Gloſſa in Acta. Noui quod ingreſſuri ſint poſt diſceſſum meum lupi graues (βαρεῖς) in vos non parcentes gregi, Paulus Actorum 20. Lupos ferrulas vocamus manubriatas,agreſtium vſibus accommodas,Cal. Vtitur hac ſignificatione alicubi Palladius:*bandſagen*: dictæ nimirum propter dentes inæquales quales lupini ſunt,quibus exaſperantur:vt & lupi in frenis. Ad dolorem capitis lupinum:Suillum fimum comburito,& cinerem melli admiſceto, caputq; raſum inungito:ac ſuper braſſicæ folia dato,Galenus de parabilib.3.285. Lupum appellant vlcus nõ valde diſſimile illi,quod fornicẽ vel noli me tangere nominant: niſi quod non faciem,ſicuti illud,ſed inferiores partes,præcipuè autẽ crura infeſtat: celerrimè depaſcens,& quaſi lupus famelicus,proximas ſibi carnes exedẽs: quod & dubio procul de genere eſt phagedænæ,à magis exuſta tantum materia factum, & propterea velocius obambulans,Manardus. Lupus quomodo differat à cancro & malo quod vocant noli me tangere,docet Cæl.30.14. Germani lupum vocant,intertriginem in ſede ex attritione ortam, vt equitantibus ſolet. Martialis ficum : Stragula ſuccincti venator ſume veredi. Nam ſolet à nudo ſurgere ficus equo. Huius remedium ex felle bubulo,& carlinæ chelidoniæq; ſuccis permixtis & pro emplaſtro impoſitis, in Boue ſcripſi. Eſt & lupus inter ſidera, cui ſtellæ aſſignantur nouendecim ætate Ptolemæi in libra & ſcorpio reſides, nunc in ſcorpio tantum viſuntur,Ruellius. Λύκιον τέρας, τ' ἔ λύκου, Varinus: de ſidere intelligo. Luparij, venatores luporum, Seruio. Lupi vel lupari ſunt freni aſperrimi, dicti à lupinis dentibus qui inæquales ſunt. Vide in Equo H.c. Mihi quidem non tam integrum aliquod freni genus aſperioris videtur,quàm cuiuſuis freni ferrum quod ori inſcritur,lupus aut lupatum rectè dici. (aut certe vtroque modo accipi.) hoc Græci ζῆμον vocant, pro quo Camerarius apud Xenophontem lupos vertere ſolet. Nicandri Scholiaſtes lycon eſſe ait ferrum habenæ: τὸ ἐν τοῖς χαλινοῖς σίδηρον, Heſychius & Varinus.

Noſtri

Nostri vocant *dàngebiss*: Itali morsum freni. Freni genus Græci lycon nominant, Cælius: & fieri potest, vt idem conijcit, ab eo lycospadas equos potius dici, alacres scilicet & ferociores, quàm qui à lupo demorsi sint: solet enim animosi equi lupos & frenum morsu quandoq; corripere & attrahere. Lupus, instrumentum aduncum quo vasa quæ in puteum forte ceciderunt, extrahunt: idem harpax Græco vocabulo & harpago (Græce ἅρπαγα, non harpago) nominatur. In alios lupi supernè ferrei iniecti, vt in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur, Liuius 8. belli Punici. Habet Legio ferreos harpagones, quos lupos vocant, Vegetius 2. 25. Hæc instrumenta vocantur etiã onagri, corui, & manus ferreæ, vt in Onagro docui. Lupus, qui & canicula, ferreus harpax, quo si quid in puteum decidit rapitur & extrahitur, Isidorus. Lycos etiam, id est, lupus vocatur fuscina, qua caro ollis eximitur: alio nomine κρεάγρα, ἅρπαγα, & ἐξαυσίβολον. ἐξαυσίβολον enim eximere est, Pollux. Λαύσταγον, τινὲς λέγουσι, ἀφ' οὗ οἱ Φρύγες ἅρπαγα. Hesychius & Varinus. Ego λαύσταγον vocem corruptam esse censeo, & Ἐξαυσίβολον legendum ex Polluce: quanquam ἐξαυσίβολον quidem suo loco apud eosdem κρεάγρα exponitur. Videtur & aliud valis genus Ἐξαυσὶς existimatum Varino, quali αὐσὶς ab αὖω αὔσω: nam post hæc verba seorsim subijcit Ἐξαυσὶς, κρεάγρα. Etymologus eandẽ originem facit & interpretatur σὺν ἕλκειν. apud Aeschylum. Ἁρπαγὴν, ξυστὴν, (lego ἑλκτὴν) ἑλκυστικὸν: est autem instrumentum habens ὄγκινους, id est vncinos siue vncos, quo cadi in puteos delapsi extrahuntur: Euripides lycon nominat, Hesychius & Varin. Creagran & harpagem & lycon appellari scribit Pausanias, Cælius. Et alibi, Sunt & in belli vsibus harpagæ, ab Agrippa excogitatæ, capiendis oblaqueandisq; nauibus. Ea verò sunt cubitorum quinq; ligna, ferro circumplexa, hbulasq; ab capite vtroq; præfixas continentia, vni falx ferro curuata inharet, alteri funes destinantur plurimi, falces machinis attrahentes, vbi in tendiculam incidit hostica nauis: cui intercipiendæ machinulæ præsto & altera est: coraca vocant, id est coruum. Harpagones (inquit Plinius) Anacharsis excogitauit primus, & manus Pericles Atheniensis: auctor nobis est in Viris illustribus Nepos Cornelius: hisce vsum ex Romanis primum imperatorem Duillium, Hæc Cælius. Lupinus, adiectiuum. Quem inauratum in Capitolio paruum atq; lactentem huberibus lupinis inhiantẽ fuisse meministis. Cicero in Catil. Galea lupina, Propertius.

Aristophanes in Vespis sycophantas appellat lupos. Theomnestus in Hippiatricis cap. 24. ligaturæ vel nodi quoddam genus lupum vocat, his verbis: Τὸ γὰμμα τῶν βρόχων τὸ καλούμενον λυκοδέσμιον: item Absyrtus cap. 74 quod est de fracturis. Λυκοπαλάκου, Hesychius & Varinus: vocem quidẽ μανδάλου in Lexicis non reperio: sed suspicor pessulum significare, quo obseratur & offirmatur ianua promoto, & retracto aperitur: *(ein riegel)* vel ferrũ in sera mobile, quod claui retrahitur vt aperiamus, *ein vfzug*: quod Latinè etiam pessulum vocant. Claue pessulis subiecta pandit fores, Apuleius. Subdita claue pessulos reduco, Idem. Itali vulgò cadenatiũ vocant, Calepinus. Idem pessulum dici putat quasi paruum pedem: vel quòd ne pessundetur hostiũ affigi solet & annectit: ego verò à figura sic dictum conijcio quales scilicet pessorum (ὄλμους Græci vocant, vt Dioscorides) medicinaliũ est, nempe oblonga, siue cylindri siue coni speciem: nili quis à pessulo Græcorum deriuare malit. Obices sunt pessuli ferrei, Festus. Aliqui pessulum Græcè μοχλὸν & κατακλεῖδα vel κατακλῖδα nominant. Καταπηγὴ quidẽ Varino palus est qui in aqua defigitur, nostris *ein fahr vren*. Nos instrumentum aliud ferreum aut ligneum, quo depresso ianua aperitur, & iterum delabente clauditur, à lapsu vocamus *ein fallen*, hoc etiam Latine quidam pessulum interpretatur. A mandalo videtur & μανδαλωτὸν dici apud Aristophanem in Acharnensibus, εἰς δὲ φρέαρ τις, κἀποκλείσας, κἄνω, μανδρίῳ δὲ καταγλωττίσαι σοι, φησὶ δεῖ τὸ γλωττὶν τὸν τοῦ κατακλείστου λύχνου: forte quòd instar pessuli linguam exertam εἰς τὸ ἐμφανὲς σῆμα ἱερῶν ἐπέτεινεν. Νυκτερινοκώπαι, οἱ λύκοι, τινὲς δὲ εἶδος ὀρνέου, Hesychius & Varinus. Λυκίσκος, ἡ μὴ ἔχουσα ἐξοχὴν περιφερῆ, περὶ ἣν ἕλιττον, ἢ ἀνάβασις ἐλάττων, Hesychius & Varinus: in Lexico Græcolatino quidam interpretatur trochleam suculis carentem, & quæ solum foramẽ habeat. Λεκὲς, λύκιον, λυκάριον, τροχίλιον, οἱ δὲ λυκάριον, (forte λυχάριον, ne idem bis scribatur.) Hesychius & Varinus videntur autem hæc nomina à recentioribus Græcis facta à ligula Latinorum, quæ paruum cochleare est, à lingẽdo forte dicta: nam aliqui lingulam dicunt, vel potius forma diminutiua à lingua, cuius speciem refert. Λυκίδεια, quasi lupuli, luporum catuli, apud Pollucem: dicuntur & scylaces communiori vocabulo, Pollux. Λυκίων: rectus singularis non diminutiuę, sed patronymicæ formæ est, Varinus in Λαγωὸς. Galli louueteaux nominãt. Λυκόω, perdo, corrumpo, lanio: inde σφάξαι λυκοποιῆσαι, τὸ λυκίσαι, Hesychius & Varinus. Λυκάβας annus vocatur, quòd λυγαῖος, id est latenter & obscurè prætereat (sic enim tempus elabitur, Hesychius ex Scholijs in Odysseæ ξ.) Vel quòd dies anni continua serie pergunt, vt lupi cum flumina traijciunt: fertur enim illos, cum rapidus aliquis fluuius traijciendus est, caudis mutuò mordicus apprehensis tranare, (vt in D. exposui) Varinus & Suidas. Λυκάβαντα, ἐν αὐτῷ, ὅτι ἢ παχέως βαίνει, ἢ λυγαίως βαίνει, ἢ ἐν σκότει καὶ ἀδήλως, Suidas. Lycobanta (melius lycabanta) iccirco annum nominari existimant, quod ergo lupum Sol amorem habeat, &c. Aelianus, vt in h. dicã. Macrobius lycábanta interpretatur τὸν τοῦ λύκου βαίνοντα, μετρήσαντα, quòd Lycus, id est Sol, transitu suo eum metiatur. Λυκηγενῆ aut λυκηγενέτην Homerus Solem vocat, quòd lucem diluculo, vel quòd lycabanta progeneret, hoc est annum, quem conficit Sol suo per XII. signa Zodiaci cursu, Gyrald. Λυδοὶ, λυδιστὶ καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ ἥλιου τόπον τὸν ἀπὸ τῶν λύκων τῶν βαινόντων καλοῦσι. Varin. ego λυκάβαντα malim. Λυκάβαντα vocant annum quasi lygabanta, ἀπὸ τοῦ λυγαῖα βαίνει, Idem in voce Λυγαῖος: interpretatur autem λύγην noctem, λύγα tenebras, λυγαῖον obscurum.

Λυκόφως, τινὲς τὸ σκοτεινὸν λέγουσιν. οἷον (Varinus addit, λυγαῖον) Ἀμφιλυκίαν φάσιν, (sic λύγος, παρὰ τὸ λύειν τὸ αὐγάζειν) vt sonet lucem solutam, (quasi dilutam, non meram:) vel tempus ex luce & tenebris permixtum, per translationem à pilis lupinis, qui interiore sui parte quæ cuti cõtigua est, albicant: exteriore nigricãt, Etymologus, Varinus & Eustathius apud Cælium. Vide etiam infra in Lyceo Apolline in h. & supra in c. de visu lupi. Λυκόφως, τὸ μεταξὺ τοῦ αὐγάζειν φῶς (id est matutina lux, crepusculum,) Suidas. Eustathius quidem in Iliad. ε. λύκαυγα lucem matutinã interpretatur, vnde deriuetur λυκόφως: ité vmbram vnde νὺξ ἀμφίλυκος dicatur. Πρωΐ τὸν ἀπὸ ἀμφιλύκης, summo mane, Oppianus: hinc & ἀλύγη, σκέπη, σκιὰ: quin & lupi canes nocturni vocãtur. Est igitur (inquit Varin.) ἀμφίλυκος νύξ, quod vulgo λυκόφως dicitur, inter noctem diemq; medium. Homerus sanè amphilycen noctem vocat, quę dici propinqua sit, & aurorã seu diluculum præcedat. Vel tempus quo Sol oriri & tenebras soluere incipit, nondũ tamen ortus est, necdũ plena aurora apparet: nominis ratio est, vel quod vox λύγη tenebras signat: vt amphilycon exponamus tenebrosam, quasi amphilygen: & lycóphos, quasi lygóphos. vel à lycca, id est pelle lupina: cui color cinereus, nõ totus niger, Hæc ille. Λυγὴ σκοτία καὶ ἀφάνεια αὐγῆς λέγεται. Hes. Amphilyce, finis noctis. Ἡμίσεια ἡ ἀπὸ φαινομένου τοῦ λαμπτῆρος, ἀλλ' ἔτι σκιὰ ἀμφιλύκη ἐστὶ καὶ ἀπόλαμψις, Suidas ex innominato. Idẽ amphilycen p nocte simpliciter, per synecdochen accipi docet: vt in epigrãmate: Ἀμφίλυκον ἢ χαίτην, Ἠὼ ἐπὶ πρώιον ἔπεμψεν ἀμφιλύκην, ἀμφίλυκον ἀγρέτην, Homero Iliad. 8. crepusculum antelucanum: cum lux adhuc crepera & dubia est, necdũ pura, Scholia: Sic etiam Porphyrius,

Porphyrius, citante Cælio, interpretatur. Prisci Græcorum (inquit Gyraldus) primam lucem, quæ præcedit Solis exortum, λυκαυγὲς appellauere, λύκη & λύκος, id est à lupo: hodie quoq; lycophos dicitur. eandem & λύκειον Homerus nec semel appellauit: quin & Latini videntur lucem à λύκῃ deriuasse (ex Macrobio.) Quin idē ipse Homerus eam lucem, cum iam tum cernens lupus sein viam dare solet, ἀμφιλύκην νύκτα appellare videtur. Theon vero amphilycum Solis exortum interpretatur. Sed & Sol λύκος cognominatur, (vt in h. referetur,) Hæc ille & Sipontinus. Lycophos Græci dicunt quod nos primum tempus lucis quasi λύκην φῶς, id est lumen candidum, Festus. Μυχαυγὲς, ἀμυδρὸν φῶς, Hesychius & Varinus. Apparet vocem esse barbaram, finitimam nostris, *morgen* & *frue*, vel vtrisq; similem. Λυκαυγὲς, τὸ, crepusculum quod νύκτα ἀμφιλύκην vocat Homerus, Pollux. Vide λυκωπὶς eiusdem significationis inferius. Λυκωποὶ, tyrannorum satellites erant, corpore vegeto & animo præsigni iuuenes: vocabulum tum quia pedes lupino circumtegerent corio (ne æstus adureret, Suid.) aut quia in clypeis lupi gestarent insigne, Cælius ex Suida. Alij sic dictos aiunt quasi leucopodes, id est albis pedibus: quod semper calceati (λευκοδιφεῖς enim fuerunt, Hesychius. Aristophanes verò in Lysistrate Alcmæonidas sic nominat, qui contra Hippiam tyrannum & Pisistrati filios bellum gesserunt, munito Leipsydrio supra Parnethem, vbi ciues aliquot cum eis collecti sunt, vt scribit Aristoteles in Athenientium republica, Suidas & Varinus.

Qui lycanthropia seu cynanthropia morbo occupantur, inquit Aetius 6. 11. mense Februario noctu exeunt, in cunctis imitati lupos, aut canes, & vsq; ad diluculum circa sepulchra præcipue versantur: ita affectos his notis dignosces: pallidi apparent, & ignauè (ἀθύμως) aspiciunt, aridis oculis, neq; lachrymantur, spectabis in eis oculos cauos, scabram linguam, neq; omnino expuunt: sunt & siticulosi, tibijs ita vlceratis vt curari nequeant, propter frequentes casus (impactiones,) & canum morsiones: his signis cognosces lycanthropiam esse melancholiæ speciem. Hæc ille ex Marcello: curandi ratione omitto. Plura vide supra in Cane H. c. ex Manardi epistolis super hoc morbo. Qui sic afficiuntur lycanthropi vocantur, item lycaones, Cælius. Manardus morbū ipsum lycaonem nominat: vt & Marcellus Vergilius in Dioscoridis de pæonia caput scribens: vbi & hæc eius verba sunt, Potuerunt Græci malum hoc lycaona vocasse ab Arcadiæ rege Lycaone, quē Naso 1. Metam. à Ioue in lupum ob scelera sua mutatum finxit aut quod verisimilius est, ex humanæ mentis alienatione hanc factam fuisse fabulam, &c. Omnia quidem in illo ferè ex hoc atræ bilis vitio descripta videntur, præsertimq; cum ait: Territus ipse fugit, nactusq; silentia ruris Exulat, frustraq; loqui conatur, &c. Lycaon apud recentiores vocatur morbi genus, quo affecti, noctu oberrant & circa sepulchra morantur, Varin. Cognatus huic affectus videtur, de quo Andr. Bellunensis, Dæmonium leoninum (inquit) est confusio rationis cum factis malis, noxijs & iracundis: vt à leone dictum videatur hoc malum, quòd eo detenti alios homines lædant & leonum instar in eos sæuiant.

Λυκεῖος, terribile, lupinum: vt δέρμα λυκεῖον, pellis lupina, Suid. Hesych. Varin. Πέρσα, Dorice, τὰ μορμολύκεια, Suidas: id est personæ, laruæ, quòd pueris sint terribiles: nam & lupus fera terribilis est, & Mormo siue Gorgo, de qua dixi inter boues feros, vbi de Catobleponte. Λύκειον πέρας, τὸ ἔαρ λύκου, (sydus intelligo:) λύκειον (lego λύκειον, quā alij in eadem significatione penultimam circumflectant, quod non arridet) verò cum diphthongo, de pelle, Varinus: lego autem δέρμα, non δέρμα. Λυκοφόρος equi, ac si lupiferos dicas. dicti sunt in equo B. inter celeres: item λυκοφόρος ἀνὴρ, ibidem. Apud Hesychium & Varinum nō recte λυκωπαδῶν legitur in dictione Ἐνετῶν. Λυκοπαγεῖς (Λυκοπαδεῖς potius) ἵπποι εἰσὶ λύκων δίκην παχεῖαι, εἰ ὠὲν τῷ ἀντίῳ (lege Ἀδρίᾳ.) Hesychius. Sunt enim Veneti siue Adriatici equi. Vide etiam paulo superius hoc in capite in lupi freni mentione. Ἵπποι δὲ σφηκῶν φύσιν, ταύρων δὲ μελιττῶν. Σαπέντων γὰρ ἐμφυόμενα λυκοπαδεῖς ἐξεφύοντο, Nicander in Theriacis. Hoc est, ex cadaueribus equorū & taurorum putridis generantur vespæ & apes, vtraq; lycospades, id est asperæ & similes lupis colore: vel quoniam vt lupi impudentes sunt, præcipue vespæ: vel quoniam lupis cadauera illa vorantibus carne nudata & rupto corio euolant vt lupi fortuita generationis earum causa videantur. Scholiastes.

Λυκόφρων, à lupo adesus, Plutarcho. Λυκόπαρσον πρόβατον, laniata vel adesa à lupo ouis, Grammatici in Lexicis in voce Λυκοπαμφάγα. Λυκοχηλάκη, ὁ λυκόφρων, Hesychius & Varinus. Λυκοβατὴς ὕλη, syluain qua lupi versantur, Idem. Λυκοκλέπτης, ὁ ἀμφὶ τὴν ἕω, Hesych. & Varin. Λυκοφὼς, τὸ περὶ τὴν ἕω λυκόφως, id est tempus antelucanū, vel matutinum, Idem. Quidam in Lexico Græcolatino interpretatur dolorem qui fauces infestet, sine authore. Λυκοκτόνα, λύκων δέρματα, ἢ πτηνά, Hesych. & Varin. Λυκοθρεπεῖς, θρεμμὰ λύκων, Hesych. Λυκοκαρὶς, θρεμμὰ ἀπ' ἀλφίτων πάνυ, (locus mihi obscurus,) Idem.

Λυκοβόσιον, qui lupos perdit vel occidit. vt in epigrammate, Δέκα λυκοβόσιος ἐκρέμασε Τελέσων, Suidas & Varin. Est autē epigramma Zonā lib. 6. sect. 15. Anthologij, vbi vox Τελέσων desiderata, ex Suida restituetur. Λυκοκτόνος, paroxytonum, lupum occidēs: proparoxytonum verò, à lupo occisus, Quidam in Lexico Græcolat. Λυκόφατος, ὁ μάντις παρὰ Ἱππακάρμῳ apud Hippocharmum, Hesychius & Varin.

Lycophilios pro suspecto ponitur & latente, vt est apud Ael. Dionysium: & Menander ita scriptū reliquit, Λυκοφιλεῖς μὲν εἰσι καὶ δόλοι τινὲς: id est, suspectæ quidem conciliationes sunt, Cælius & Varinus. Λυκοφιλίας, ἐπιβάλλων, ἐπιβουλάς, Varinus. Videtur sanè factum hoc vocabulum ex apologo huiusmodi: Lupis & agnis fœdus aliquando fuit, datis vtrinq; obsidibus. Lupi suos catulos, oues canum cohortem dedēre. Quietis ouibus ac pascentibus, lupuli matrum desiderio vlulatus ædunt. Tum lupi irruentes, fidem fœdusq; solutum clamitant, ouesq; canū præsidio destitutas laniant. Λυκόφρων, ἀλλοφρονῶν, ἀλλόφρων, Hesych. & Varinus: Est & viri proprium. Λυκοχρὼς βαφή, color cinereus cuiusmodi lupinus est, Eustathius Iliad. υ.

Lycophthalmos gemma quatuor est colorum, ex rutilo & sanguineo: in medio nigrum candido cingitur, vt luporum oculi, illis per omnia similis. Plin. lib. 37.

Stirpes. Lupum salictarium Plinius lib. 21. numerat inter herbas Italiæ quæ in cibum veniunt, eaq; verius oblectamenta quàm cibos. Medicis & pharmacopolis hodie vulgò lupulus vocatur, Gallis hupelon, Germanis *hopfen*. Caulibus aculeatis longissimisq; (inquit Ruellius) in vepribus & salictis reptat, foliys vitis albæ, hispidis, & nigrioribus: flore cinereo, ac multis exilibus folliculis squamatim compactili. Hoc frugibus admisto, Germani suam condiunt ceruisiam. Subit scandirq; salices, & arbusta omnia circumuoluendo se complectitur, nonnusquam quoq; reptitius lupus vocatur hodie. Græci vulgo bryon vocāt, à bryoniæ vt puto similitudine (nam bryoniam quoq; vt audio, in Burgundia vitem lupi vocant) bruscandulum Itali, quasi bryon scandile. Hæc Ruellius. Lupulos ego aut à colore lupino aut ab asperitate sic appellatos puto. asperrimi enim sunt & colorem lupi caule & foliis imitantur, Platina. Lupa, nomen cici vel ricini apud Dioscoridem. Lupinus vel lupinum (masculino genere frequentius) genus leguminis, quid cum lupo commune habeat, haud scio: circumagitur quidem cum

Solo,

Sole. & Sol quoq; diuerſa à lupo cognomina ſortitur. Thermos Græci vocant, noſtri *feigbonen, vvälſch bonen, vvolffzaſern.* Lycos flores herbæ itidis dici inuenio, quòd labiorum lupi ſpeciem reddant, Cælius ex Scholijs in Nicandrum, ſi bene memini. Apud Heſychium & Varinum non rectè legitur τὸ δὲ λύκος ἄνθος, pro τὸ δὲ λύκος ἄνθος. Orobanche apud Dioſcoridem alio nomine etiam λύκος vocatur, & hodie à quibuſdam lupa Matthæolo teſte. V. de ſupra in Boue capite tertio. Chamælicos, verbenaca altera, inter nomenclaturas Dioſcoridis. Lycium eſt ſpina pyxacantha, vel potius ſuccus ex contuſis decoctisq, æreo vaſe radicibus eius & ramulis: huic nomen inuentum Ruellius conijcit, quoniam à Lycia inueheretur, præcipuum vrbe Patara. Lycanthemon, ſmilax aſpera, Dioſcor. Lycophryx (aliás leucophryx) artemiſia, apud eundem. Per hyemis tempora Spartani lycophonas, λυκοφῶνας, ad dormiendi vſum ſtipadibus permixtos ſibi ſubſternebant, ἡμερινὰ ἔχειν τὰ τῆς ὕλης δοκία: Cælius.

1 ■ Lycoperſium, de qua Galenus de ſimplicibus 4. 17. Nuper, inquit, herbam quandam conſpeximus, quam centurio quidam ex barbarica circa Aegyptum regione comportauerat, odore adeò graui, adeoq; inamœno, vt ne guſtare quidem auderem, ſed letalẽ eſſe conijcerem: vtebatur autem ad vrgentes articulorum dolores: atq; ipſis etiam laborantibus refrigerandi pollere facultate eſt viſa. Eſt autem colore ſubflauo, odore tam graui quàm cicuta: niſi quòd leuem quandam inſtar aromatum odoris adferat gratiam. Nomen herbæ ex qua ſuccus hic exprimitur, lycoperſium eſſe dicebat, Hæc Galenus. Lycoſcytalion, ſeſamoides magnum, Dioſcorides. Lycopſis anchuſæ congener, miror quomodo ab aſpectu lupino nomen tulerit. Ruellius linguæ canis hodie vulgò dictæ hoc nomen adiudicat: folia el (inquit Plinius lib. 27.) longiora quàm lactucæ craſſioraq;. &c. Pro thermuntiade lycopſolon ſubſtitui, in Succidaneis legimus. Meſſenij echinopodem, lycophanon (λυκοφάνος) vocitant, Heſychius & Varinus: de echinopode herba vide in Echino ſupra in H. a. Lupi cor, cappatis & limonium, apud Dioſcori-

2 0 dem. Lupi pes, (vt ſcribit Ruellius,) Græci lycopoda nominant: herba eſt marrubio ſylueſtri ſimilis, folio lupini pedis effigie, diſſecto, grauis odoris, caule angulofo geniculatoq;, fungoſa intus medulla, radice frequenti capillamento fibrata: folia trita præſentaneo remedio imponuntur diſſoluto ſtomacho. Galli nunc param lupinam, nunc herbam pectoralem, nunc manum ſanctæ Mariæ nominant, Ruellius. Hæc eſt quam multi in Germania cardiacam vocant, *hertzgeſperr, hertzkraut*: nimirum quod cardiæ (ſic etiam ſtomachum ſiue os ventriculi veteres nominabant) impoſita medeatur. Quod verò Ruellius ait Græce lycopodem nominari, nuſquam reperio apud Græcos, ſed neq; apud Plinium: quare conſicio ab eo ad imitationem Gallicæ vocis Græcam conijcio. Sic & Dodonæus lycopodion ficto nomine vocat herbam, quam noſtri pedem vrſi, vulgò muſcoſam, &c. Tragus meſſilam ſylueſtrem facit. Fortaſſis hoc Galeni lycoperſium fuerit, cuius proximè memini: cum & nomen à lupo, & odoris inſignis grauitas, leuiter tamen aromatica, & ni fallor etiam color conueniat, præſertim maturo iam ſemine prægnantis herbæ: leuari autem eius vſu articulorum dolores facile crediderim, cum egregie diſcutiat, & ſatis mediocriter calefaciat cuocetq; in vaporem reſolutos craſſos humores, & coctam quod Galenus refrigerare putat, non pro certo aſſerit, ſed vulgi refert opinionem, qui fortaſſis acta frigidâ herbam aut eius ſuccum ad huiuſmodi dolores admouebant. Vir hercle grauis odoratam inuenias herbam, vt non mirum ſit Galenum noluiſſe guſtare: ego vero certius cognoſcendi gratia, ea etiam quæ venenoſa eſſe ſciebam, pleraque omnia guſtu iudicare volui, ſed ne quid deglutirem dil genter caui, & apotherapia mox aliqua vſus ſum. Magna quidem inter plantas valde refrigerantium pars, odoris grauitate notatur, quod ſingulatim oſtendere poſſem: non continuò tamen omne grauiter olens refrigerat. Fungi quidam (inquit Ruellius) terræ cohærent, nullo ſuſti pede, in globum circinati, nec vlla ſui parte patentes dehiſcunt: qui cum rumpuntur, atram fuliginem eructant, toto callo in fumum abeunte: hos crepitus lupi noſtrum vulgus appellat, ij nullo picto mandantur. Germani nominant *pfauvoenſiſt*, id eſt crepitum pauonis: Matthæolus veſicas lupi, Tragus tertij Tomi cap. 1. *bubenſiſt*, & quatqs à figura. Creſcunt, inquit, in campis gramine veſtitis, albo colore, & cum aruerunt, crepant, & puluerem ferè flauum eructant. Hunc aliqui veteribus & humidis vlceribus inſpergunt, vt ſiccentur & facilius curationem admittant. Fungus quem crepitum lupi vocant, cum ſtercore porci gramina paſcentis tritus & calidos appoſitus plagæ, ſanguinem ſiſtit: debet autem intra triduum non remoueri, Ruſius. Comarus Græcè, Arabicè catilabinch, vel haruanchieth (apud Serapionem) Latinè ficus lupi, vel ſuborbito (lege, arbutus) noſtro idiomate armoni vocant, Syluaticus. Idem alibi ſuſoph ficum lupi interpretatur. Arnoldus ſcribit arbutum in Hiſpania ficum lupi vocari. Caret eo Germania: in ſyluis Galliæ Narbonenſis frequentem vidi. Dipſacum è genere carduorum, noſtri vocant *vvolffiſtral*, hoc eſt fulmen lupinum: & eſulam, hoc eſt pityuſam, vel quemuis etiam tithymallum, *vvolffsmilch*, id eſt lac lupinum: aliqui non rectè *vvolffvvurtz*, id eſt radicem lupi: quod nomen aconito conue-

5 0 nit, vt iam docebo. In Hippiatricis Græcis cap. 26. helleborum album ἀντιλύκιον vocari legimus, aut certè eiuſdem facultatis plantam.

Aconitum quoniam lupos aliasq; feras pleraſque omnes occidit, homini etiam intus foriſq; venenum, ſed & remedium aduerſus morbos & vitia quædam, & lupariæ nomen, tum apud Germanos tum Gallos & Italos habet, hoc præcipuè loco, quæ ſuper eo mihi obſeruata ſunt, ſtudioſis communicare volui. Pluribus autem de eo mihi agendum eſt, propter veterum pariter ac recentiorum circa huius veneni genera, partim ignorantiam, partim errores, & codices quoq; veterum vitiatos. Antiquorum curam (inquit Plinius) diligentiamque quis poſſit ſatis venerari, cum conſtet omnium venenorum ocyſſimum eſſe aconitum: & tactis quoq; genitalibus fœminini ſexus animalium, eodem die inferre mortem? Hoc fuit venenum, quo interemptas dormientes à Calfurnio Be-

6 0 ſtia vxores M. Cæcilius accuſator obiecit. Hinc illa atrox peroratio eius, in digito eas mortuas, Hæc Plinius. Et alibi, Naſcitur in nudis cautibus quas aconas (ἀκόνας) nominant: & ideo aconitum aliqui dixére, nullo iuxta, ne puluere quidem nutriente. (Hinc forte Ouidius viuacia dixerit.) Et dira aconita creat eos, Auſonius. Hanc aliqui rationem nominis attulêre. Alij, quoniam vis eadem in morte eſſet, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam, ſtatimque admota velocitas ſentiretur. In Ponto eſt portus Acone, veneno aconito dirus. Plinius. Theopompus Chius, vir fide dignus, de Clearcho Heracleota Ponti tyranno ſcribit, quod multos violenter ſuſtulerit, & κώνειον pleriſque bibendum dederit: quod cum cognouiſſent homines, nulli domo prodibant niſi guſtata prius ruta: hac enim præſumpta nihil obeſſe aconitum aſſerunt: eſt autem hoc venenum, quod ſic nominatum alt inde quòd naſcatur Aconis loco circa Heracleam, Athenæus lib. 3. Apparet autem priore loco non κώνειον ſed ἀκόνιτον eſſe legendum, vt poſteriore: quo quidem rectè aconitum legi etymologia demonſtrat: quanquam & conion, id

7 0 eſt cicuta inter venena eſt, & ruta inter vtriuſque antipharmaca nominatur. Aconitum præterea ex Ponto, de

cuius hic loquitur rege, commendabatur. Quæ quia nascuntur dura viuscle caute Agrestes aconita vocant, Ouidius lib. 7. Metam. Eustathius quidem in Dionysium Afrum scribens aconitum sonare putat inexpugnabile venenum, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀκονᾶσθαι, καὶ τὸν πολεμίους καὶ αὐτὸν πολεμεῖσθαι. Et mox ex Arriano citat hæc verba, Mariandyni vltra Sangarium habitant, Paphlagonum vicini, vbi vrbs est Heraclea: quo in loco Cimmerij sumpto in cibis aconito malè habuerut: nam pro patrio more herbis vescebantur. Κονίσασθαι quidem est puluere cuiuscunq; aspergi, & ad luctam præparari, vnde ἀκονὶ & ἀκονιτὶ aduerbia, citra puluerem, sine labore & periculo, facile: Erasmus inter prouerbia recenset. Hinc iocus ille in Epigrammate, Ἀκονὶ μὲν ἀκονίτως ἐκόνισε τὸν ἀκονιτί. Xenophon in libro de venatione ἀκονιτικὸν φάρμακον dixit, aconiticum venenum: apud Hesychrum & Varinum non recte ἀκονιτικὸν legitur. Dicitur & aconitum vas non illitum, quod calido dilutum humore aquam in se trahit: Dioscorides ἀπίσσωτον exponit, id est non picatum, libro 1. de fuligine resinæ. Ἀκόνιτον vas (inquit Cornarius) idem est quod ἀκονίατον, id est nulla calce illitum, neque vllo tectorio obductum: nam à picis oblitione picatorum & non picatorum fictilium appellatio facta est Latinis, sicut à calce Græcis, &c. vt ille plurimis persequitur in commentarijs in Galenum κατὰ τόπους l.b. 1. ad finem capitis 4. Aconitum (inquit Theophrastus: loquitur autem de secundo apud Dioscoridem aconiti genere) nascitur in Creta atque Zacyntho, sed plurimum optimumque in Heraclea Pontica: Et paulò post, Nascitur vbiq;, & non in Aconis solum, à quibus habet appellationem: is autem vicus est Periandynorum: amat autem loca potissimum saxosa. Hoc in loco (de hist. plant. 9. 16. non Periandynorum vt Græce Latinéq; legitur, & à Marcello alijsq; citatur, sed Mariandynorum legendum est. Sunt enim Mariandyni (vt Dionysius Afer scribit & interpres eius Eustathius) populi vicini Paphlagoniæ, vbi extractus Cerberus ab Hercule spumam rabiens euomuit, vnde vel natum est aconitum, vt Nicander & Ouidius lib. 7. Metam. scribunt: vel cum prius innoxium esset, Cerberi vomitu contactum venenosum euasit. Cerberum aiunt in lucem eductum, cum eam ferre non posset, euomuisse, atq; inde ortum aconitum. Est autem Acheron fluuius Heracleæ Ponticæ, & iuxta Aconitus collis, vbi canis in lucem extractus fertur. Ibidem subuersum est oppidum Priolai, qui Lyci regis Mariandynorum filius fuit, & in Heraclea Pontica mortuus est, cum Hercules bellum gereret in finitimos: vnde vrbem Heracleæ vicinam Lycus sic appellauit à filij nomine Priolai, Scholia Nicandri. Mariandyniæ regionis Stephanus quoq; meminit. Alij tamen Cerberum non in Ponto, sed in Laconica iuxta Tænarum eductum ab Hercule fabulantur, vbi spelunca quædam ostenditur, vt refert Strabo lib. 8. Fabulæ narrauêre è spumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, ideoque apud Heracleam Ponticam, vbi monstratur eius ad inferos aditus, gigni, Plinius de aconito. Nicander aconitum sentire videtur non ab Aconis Ponti vico dictum, sed à cautibus in quibus nascitur: Aconitum, inquit, aliqui thelyphonon & cammoron vocant: producit autem fœmineum (fœminarum perniciem) hoc aconitum (mons Ida) in collibus petrosis, ἐν ἀκρωνίοις ἰδήγονε: Vbi scholiastes, Prouenit aconitum ijs in locis vbi cotes nascuntur: quas aliqui in Heraclea nasci aiunt, alij in Hermione, alij in Tanagra: Quibus verbis cotes eum non pro petris aut saxis simpliciter accipere apparet, sed pro cotibus illis tantum quibus ferrum acuitur: quod equidem non probo, quanquam Theophrasti aconitum, quod secundum eius genus apud Dioscoridem est, simpliciter petrosis in locis nasci ab eo proditur: Nicander de primo loquitur, quod pardalianches, &c. vocant. Ipse quidem sæpissime aconiti Dioscoridis secundi duo genera, lutcum in quam & cæruleum, ratione floris, iuxta petras montium emicare vidi: luteum etiam in ipsis petris & rupibus, sed terra intectis, non vt Plinius scribit nudis, nullo iuxta ne puluere quidem hærente ac nutriente hanc plantam: hoc enim Grammatici commenti videntur, vt nominis rationem reddere possent, tanquam sic dicta herba quòd ἀκρωνιχῶς ἀνδρωνίτης nasceretur. Cæruleum sæpe quidem iuxta saxa, sed magis in terrenis oritur. Pallid Dictæis Cæsar nascentia saxis Infundas aconita palàm, Lucanus lib. 4. Syluaticus & alij quidam huius farinæ omnem herbam venenosam aconitum dici posse ttultè persuasi sunt. Nunc ipsa aconiti genera describemus ex Dioscoride, Theophrasto, Plinio. Aconitum (inquit Dioscorides) aliqui pardalianches, alij cammoron, alij thelyphonen, alij theriophonon appellant: folia habet tria quatnóue cyclamini aut sycij, id est cucumeris (Marcellus interpres addit sylucstris) minora tamé & subhirsuta (σπαρακλία quadantenus asperi, Marcell.) Caulis illi est dodrantalis: radix scorpionis caudæ similis, alabastri modo nitet. Nomina eius eadem omnia Nicander & Plinius recensent, præter therophonon, Ruellius theriophonon legit. Idem & Marcellus thelyphonon apud Dioscoridem & Theophrastum depranatam esse vocem pro theriophonon temere suspicantur, cum & Nicander sic habeat, qui etiam θηλείην ἀκόνιτον eadem de causa vocat: nominis rationem ex Theophrasto & Plinio infra reddemus, quoniam genitalibus cuiuis animantis fœminæ inserta radix, mortem inferat. Pardalianches quidem vocatur, quoniam pantheras veluti strangulando occidat, vt legimus in Scholijs Nicandri, vnde hæc translata subijcimus. Pardalis deuorato aconito moritur: quamobrem non prius id gustat, quàm prope se videt excrementum humanum, quo scilicet antipharmaco vtitur. Itaque pastores excrementum ab arbore suspendunt, in eam altitudinem quam saliendo pardalin allequi non posse conijciunt. Hoc viso pardalis, secura propter antipharmaci præsentiam, aconitum edit: deinde antipharmacum appetens assiliensq;, cum propter altitudinem attingere nequeat, crebris tandem saltibus exhausta, vel moritur, vel vehementer debilitatur: natura enim infirmum (ἄσθενες) est animal: & à venatoribus capitur vel occiditur, Hæc ille. Minus autem miretur aliquis curari excremento hominis hanc veluti anginam seu strangulationem, quam pantheræ seu pardales ex aconito patiuntur (veneno scilicet guttur, fauces & gulam inflammante, & humores illuc attrahente, vt helleborus etiam:) si legerit apud Galenum libro decimo de simplicibus experimentum memorabile de faucium inflammatione pueri excremento sananda. Pantheræ gustato aconito liberantur morte excrementorum hominis gustu, Plinius. Quod ad cammari nomen, Galenus in Glossis Hippocraticis cammoron interpretatur marinum animal (malacostracum, generis cancrorum) paruæ caridi, id est squillæ (cancello) simile: & aconitum, propter radicum eius cum squilla similitudinem: sed apud Hippocratem (inquit) in libro de Locis in homine de neutro istorum accipi potest, vbi in ardoribus cammoron assumitur. Vnde Erotianus (Herophilus, Cornarius) non solum ipsum animal cammoron sed etiam circumsitum ipsi muscum ita appellari ait. Zeno autem Herophilius cicutam, Zeuxis medicamentum refrigeratorium, Hæc Galenus. Ego apud Dioscoridem inter nomenclaturas cammaron nomen etiam mandragoræ & delphinio attribui obseruaui, in quarum historia vtrobique penultima per alpha scribitur (quanquam in delphinio per m. simplex cameros, quod non probamus) id quod placet, & si cammoros pro aconito apud Dioscoridem, Nicandrum, & Galenum in Glossis per o. parum scriptum sit: & insuper Nicandri scholiastes, cuius non magna apud me authoritas, καμμαρον interpretetur,

κακιὰ

καχῶ μόρῳ ἀναιρῶν, id est malo fato interimens: nam κάμμορος pro κακόμμορος poetica vox est. Cammaron sanè vtrobiq, per alpha pro cancri marini genere scribi, nouerunt vel mediocriter eruditi omnes: huius autem figurę (Galeno etiam teste, & Plinio) radices aconiti conferuntur, sicut etiam scorpij caudæ: quamobrem scorpium aliqui vocauerunt: (arida radix incurvatur paulum scorpionum modo, Ruellius.) sic & alterius aconiti radix squillę cancelli marini cirris confertur. Sed & cammaros aliqui caridas (non καρίδας vt apud Hesychium habetur falsò) id est squillas rubentes vocitant. Κάμορος quidem per omicron & m. simplex, alnus est Hesychio & Varino. Aconitum folia habet cyclamini (inquit Plinius) aut cucumeris, non plura quàm quatuor ab radice leniter hirsuta: radicem modicã cammaro similem marino: quare quidam cammaron adpellauêre, alij thelyphonon. Radix incurvatur paulum scorpionum modo, quare & scorpion aliqui appellauêre: nec defuêre qui myoctonon appellare mallent. Aconitum (vt legimus in libro de simplicibus ad Paternianum, qui Galeno attribuitur) herbula est quæ folia habet à radice duo vel trìa, similia cucumeri: & thyrsulum non altum: radicem oblongam, & radicinum magis tenuiorem & minutiorem, speciem & colores ad similitudinem scorpionis pusilli sine pedibus. Thelyphonum (inquit Theophrastus 9. 19. de hist. plant.) alij scorpionem appellant, habet folium cyclamini, radicem similem scorpioni: nascitur graminis modo, & geniculis constat: loca amat vmbrosa. Hæc Theophrastus. Nicandri interpres gramini simile esse aconitum dixit, in quo reprehendendus est. Theophrastus enim non hoc dixit, sed nasci vt gramen, nimirum propter geniculos, vt hoc ipsum ceu epexegesin subiecerit: sic etiam illud quod priuatim aconitum vocat, frumento simile esse ait, caulibus nimirum geniculatis & nodosis, non alia parte. Forma quadam peculiari spectatur, nepæ (scorpij) vocatæ radix, repræsentat enim speciem scorpionis, Theoph. 9. 14. Strangulator alnemer nascitur in terris edeilla, (arenosis, Bellunensis:) & est amari saporis & malodoris, Auicenna lib. 4. fen. 6. Transeo ad aconitum alterum, quod Dioscorides & Theophrastus describunt: à Plinio præteritum admiror. Aconitum alterum (inquit Dioscorides) sunt qui cynoctonon, qui pardalianches, qui cyamon leucon, Romani colomestrum (colomestin, Syluaticus) appellant. Huius tria genera fiunt: vnum quo venatores, duo quibus medici vtuntur. Ex his tertium quod Ponticum vocant, (καλῶσι) verbum si demas, clarior erit syntaxis, vt Ruellius fecit: sed ita videbitur medicinale aconitum, non venatorium describere: cum hoc à descripto venatores vel in fine capitis doceat. Theophrastus quidem aconiti genus vnum tantum, quo medici simul & venatores vtuntur, describit) plurimum in Italia iustinis montibus nascitur; antecreto (altero quo medici vtuntur, quod non descripsit, vt neque venatorium,) efficacius: platani folia habet; sed magis incisa (μᾶλλον πολυσχιδῆ pluribus quàm platanus incisuris diuisa, Marcellus & Ruellius: sed licet etiam profundiores non crebriores incisuras accipere:) multoq; longiora (Ruellius & Matthæolus, qui μακρότερα legerunt: arctiora. Marcellus qui μικρότερα legit: quam vocem forte commodius Latinè reddas minora vel angustiora) & nigriora: caulem instar pediculi in filice, (vt ipse interpretor, μίσχος enim in filice potius quàm caulis dicitur, vt in Vitulo docuimus) glabrum, altitudine cubitali, & aliquando maiore: semen in siliquis quadantenus oblongis. radices cirris marinarum squillarum similes & nigras: quibus ad venationem luporum vtuntur; cruda eas carnibus imponentes: quæ in cibo ab illis sumptæ eos enecant, Hæc Dioscorides. Aconitum (inquit Theophrastus, de eodem loquens genere) folio constat intubaceo (ego non κιχωριώδει, sed πλατανοειδεῖ lego: etsi & Dioscorides platani folium ei tribuat, & nos ea facie lupariam nostram, cuius sunt flores, nouerimus: radicem autem specie tum colore vnci proximam, (vt Gaza vertit: sed legendum καρίδι, id est squillæ, non καρύᾳ.) Fructu: herbæ est, non humilis materiæ, (ὑλήματος, fruticis: nam capite quinto libri 4. historiæ, ἀπὸ ὕλης, ὑλήματος, & ὑλώδης, ceu trita sturpium genera constituit) herba brevis est, & nihil superuacui habens; (οὐδὲ περιττόν. nihil egregium vel eximium, vt Marcellus vertit, quod magis probo: quasi dicat, etsi maxime venenosum sit aconitum, & in variis facultatibus præditum, nihil tamen herba ipsa insigne habet aut admiratione dignum, nisi radicem fortassis vt & thelyphonum: sed hic de herba, hoc est superficie priuatim loquitur:) sed frumento similis, semen tamen in spica non habet. Matthæolus nescio quomodo negationem non vidit, & semen in spica, velut frumentum, habere falsò scripsit.

Aconitum Dioscoridis primum, hodie à quibusdam tora vocatur: de qua seorsim agam inferius. Hic illud tantum monebo, errare Leonardum Fuchsium, qui herbam paris appellatum vulgo ab Italis, vt Matthæolus scribit, aconitum primum esse asserit, cum ea omnino sit solani generibus adnumeranda, tum aliàs, tum viribus: refrigerandi enim causa foris imponitur tumoribus calidis, idq; vtiliter vt experientia nos docuit: minimè vero putrefaciendi aut erodendi vt aconita: sed non est quod pluribus refutem, ne sim prolixior: mecum quidem & Matthæolus & Tragus sentiunt: sed suffragiorum numero hic non vincitur. Fuchsius sanè tum aliàs tum inde mihi deceptus videtur, quod herbam paris (quam aliqui non rectè asterem Atticum putant) nõnulli vuam vulpinam, lupinam, aut caninam vocant: vnde & Germanicum nomen factum, aut fictum potius ab imperitis puto medicis, *wolffsbeer* (nostri Belgo vocant *cruytzelkrut*, id est cruciatam, propter folia semper ferè quaterna, crucis instar disposita: alij *sprossenkrut*, *augenkrut*, Fuchsius etiam *dolvvurtz*, quo nomine aliud solani genus in Boetia c. describptum nos appellamus.) Sed vua lupina apud Arabes solanum est: teste Auerroe, vt Syluaticus scribit: quamuis aliqui, eodem tradente, staphisagriam interpretentur. Alij Solanum non lupi, sed vulpis vuam vocant. Gerunt autem vuas omnia solani genera. Cuculus vel vua lupina apud authorem de simplicibus medicamentis ad Paternianum, cap. 83. ipsum solanum simpliciter dictum est. Syluaticus non cuculus sed caucalis legit. & vuam lupinam exponit. Plinius certe solanum cucubalum vocat. Secundi Dioscoridis aconiti genera duo agnoscimus; luteum (vt dixi) & cœruleum, quorum illud multò venenosius & vehementius est, à Theophrasto & Dioscoride descriptum: foliis enim ad platanum accedit, & extremæ radices in cirros ceu squillarum abeunt, &c. hoc vero Arabum napellus videtur, radice figuram napi præsentante, de quo infra seorsim. Nostri vtrunq; lupariam vocant, *vvolffvvurtz* (Rhæti qui Italicè loquuntur ris de lup, id est radicem lupi) sed luteum præcipuè per excellentiam: & quoniam cœrulei radix nigrior est, lutei minus nigra, fusca scilicet & interdum albicans, lupariam albam & nigram aliquando nominamus, *die veisi vvolffvvurtz*, *die schvvartz vvolffvvurtz*. Lupacia, inquit Syluaticus, est herba interficiens lupos, & potissimum puluis ex ea: quidam falsò dicunt radiculam esse siue helleborum nigrum, cum reuera sit strangulator adib siue aconitum. Cœrulei quidem aconiti radicibus qui pro helleboro nigro vterentur, pharmacopolas in Sabaudia vidi: & Iac. Syluius alicubi reprehendit idem à nonnullis in Gallia fieri: cuius erroris occasio eis fuit niger radicis color, & quòd ventris profluuium similiter moueat, vt in napello dicam, & quòd helleborus ipse eis deesset. Aconitum inuenisse primæ dicitur Hecate, venenorum insigni

crudelitate fœmina, quæ Perſam patrem Solis filium perinde crudeliſſimum veneno ſuſtulit, author Diodorus. Proinde Ouidius in Metamorphoſi, cum herbam nominat Hecateida, creditur acouitum intellexiſſe. Habent & ruſticæ lupariam vulgo nominatam, ad eundem vſum, folijs vitis, multas habente diuiſuras, & maculas candidas, flore oblongo, luteo: quare recentiores herbarij lycoctonon arbitrantur eſſe, Ruellius. Aliqui hanc plantã Gallice maſtientes vocant: alij patam lupinam, vt etiam cardiacam, de qua ſuperius. Ponticum aconitum, inquit Matthæolus, quod Dioſcorides deſcripſit, in omnibus ferè Italiæ montibus nascitur, folijs magis quàm platani inciſis, caule filicis, floribus luteis, figura ſimilibus ranunculi floribus, ſed multò maioribus (noſtræ lupariæ tum lutea tum cærulea, cuculiatos, vt ita dicam, flores habent, vel quodammodo galeatos, ranunculi floribus longè diſſimiles, quare deceptum hic Matthæolum puto:) & vulgò lupatia vocatur, quanquã in Tridentino (montem eſſe puto iuxta Tridentum) herba vulpis nominetur, eò quod radices eius tritæ & carnibus mixtæ vulpes interimant. Lupariam luteam deſcribit Fuchſius hiſtoriæ plantarum capite tricesimo: Luteam ſimul & cæruleam Tragus Tomo primo cap. 82. Folia, inquit, luteæ diuiſa ſunt in quinq; partes, vt ſiculæ vulgò dictæ, vel ranunculi hortenſis, ex viridi nigricantia, (cærulea potius, ſi bene memini, huius coloris folia habet, quæ etiam alabaſtrinitate reſplendent, id eſt vitris ex alabaſtro factis, quod de primi aconiti radice Dioſcorides ſcribit: eſt autem in ſolis deſertis ſpectatum in illius vermiculi genus, *gryllus*: luteæ vero folia neq; nigricant, neq; ſplendent:) radix ei longa, multis capillamentis vt aſparagus aut veratrum nigrum, odoris non ingrati: caules ferè bicubitales, quaterni aut quinq; ex vna radice veruli proceduntur: & flores mense maio proferunt pilcoli acuti ſpecie, ſimiles ferè floribus ſiliquæ vulgò dictæ: folliculi latuà ſcuntur quales in aquilegia, quam vulgò vocant, quibus ſemen includitur nigrum, argoli ſimum, nigellæ aut cepæ ſemini non diſſimile, hoc ſi quis mandat, ſputum efficaciter mouetur & acrimonia ferè pyrethri ſentitur. (Aconiti cæruleiradicem pyrethri & ſtaphiſagriæ guſtu vrente linguam afficeret, ipſe certò deprehendi. Odorem cum tunditur ingratum ſpirat, foris nigra eſt, intus alba, ſubſtantia tenaci & ſine neruis. Lege etiam Ammonium Agricolam in libro de Simplicibus.) Naſcitur locis aſperis, montanis, ſylueſtris, & in vallibus profundis, vt in ſylua Martia, &c. Cæruleam Argentorati in hortis colunt: ea ſpecie & ſapore luteam refert: præcocior tamen & perennia maior eſt, flores ſimiliter per caulem deinceps tanquam in ſpica diſpoſiti & cirrhis veſtiti ſunt, colore cærulei, caui, galearum imagine, vnde & herbæ nomen apud aliquos *yſenhelm*, id eſt galea ferrea. Norimbergæ plantatur etiam alterum genus flore ſimiliter cæruleo, & tertium roſeo, Hæc Tragus. Cæruleum commune genus, radices quodam modo bulbosas & napo figura ſimiles habet, quæ in iunioribus ſingulæ, in veteris ternæ aut plures à caule cohærentes pollicis ferè craſſitudine, paulatim in mucronem attenuantur, vt hoc etiam nomine ſcorpij caudæ conferri poſſint, aut potius integro cum cauda ſcorpio ſine pedibus, vt primum aconiti genus ab authore de ſimplicibus ad Paternianum. Viderat ille fortaſſis acidas radices: ex noſtris quidam recentibus pedati etiam ſcorpij effigiem facile eſt imitati, paucis fibris reſectis, vt reliquę pedum loco eſſent. Noſtri hanc plantam vocant *kappenblumen*, ac ſi pileatam aut cuculiatam potius dicas, propter floris ſpeciem: alqui *wolffswurtz*, id eſt cuculum ſtultorum: alij *teufelswurtz*, id eſt radicem diaboli, in Heluetia Rhætis conterminis. Licebit vero ad diſtinguendi gratia à genere lutco, cui eadem flor. m figura eſt, hanc pileatam luteam, illam cæruleam dicere. (*blaw vnd gelb kappenblumen*) vt ſic generum quoq; cognatio intelligatur. Cæruleam herbarij quidam inferioris Germaniæ ſuperbiam vocant, nimirum à thyrſo qui & procerus & rectiſſimus vſq; ad finem eſt. Lutea apud nos in vallibus & lateribus minorum etiam montium creſcit, cærulea non niſi in altiſſimorum montium lateribus: non enim in imis, vt lutea ſæpe, neq; in ſummis: tum alibi, tum iuxta ſaxa, locis terrenis, & circa lactariorum tuguria, intactum à vaccis: itaq; ſæpe eius ſyluæ circa caſas lactarias ſpectantur, nulla ferè alia internaſcente planta: eſt autem viuaciſſima, & in hortos translata facillimè comprehendit, & omnium diutiſſimè durat. Lutea non æque facile creſcit: iuxta muros vtraq; facilius. Cærulea vtcunque neglecta, & male etiam tractata, pertinaciſſime viuit: plantatur autem propter coloris gratiam, qua vel ipſum cæruleum metallum promouet. Luteæ nulla gratia: pallidus enim & triſtis ei color, qualis illi quam digitalem Fuchſius nominauit, ex luteo albicans & dilutus. Nodi quidem geniculorum protuberantes gemmarum inſtar, cæruleæ peculiares ſunt: vt luteæ mirifica radicis textura, retiformis quodammodo, maculis ſiue foraminibus paſſim dehiſcens, præſertim ſi maior & annoſa fuerit radix. Luparia pediculos occidit, item muſcas in lacte. Conſiliginem, de qua in [illegible] ſuperiori, aliqui recentiores aconiti vel toxici generibus adnumerandam putant: & habet ſanè ſemina eorumq; valculis non diſſimilia, vt & helleborus niger vulgaris: cui & viribus ferè reſpondet: & illius ego potius quàm aconiti generibus adſcripſerim. Galli pomeleam, id eſt pulmonariam vocant, aliqui dracunculum, quòd morbo ſic ab eis dicto in pueris & in vaccis medeatur. Noſtri *luſtkraut*, *kuwurtz*, &c. Sabaudi marſicute, alobre, quaſi ellebotum: aliqui pitam leonis. Stultè quidam aconitum realgar interpretatur, quod venenum metallicum eſt, quamuis potentia aconito non diſſimile, de quo Syluaticus capite 602. His adiungam quæ animalia aconito ſumpto intereant. Aconitum vim mortiferam in radice tantum habet, foliũ & fructũ nihil nocere affirmant, Theophraſtus. Idem tamen, vt mox recitabo, folium quoq; genitalibus fœminarum inditum, mortem afferre ait. Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ. Ouidius. Aconito fugitiuos in vinculo vti ſolitos deſponſo animo ferunt, Ruellius. Aconito (inquit Theophraſtus, loquens de illo quod Dioſcorides ſecundi generis facit) neq; pecus (ouis) neq; aliud vllum animal pascitur: confici ad officiendum modo quodam enarrant, nec noſſe quenquam: quamobrem medicos, quoniam componere neſciant, pro putrefactorio vti: alijsq; quibuſdam de cauſis epotum nihil penitus poſſe efficere, neq; ex vino, neq; ex mulſo. Componi autem ita ferunt, vt certis occidere temporibus poſſit (acyſſimum alioqui venenorum, vt Plinius ſcribit de primo aconiti genere) videlicet bimeſtri, trimeſtri, ſemeſtri, anno completo, nonnullum etiam biennio: peſſimè illos de vita diſcedere volunt, qui plurimum temporis reſiſtere poſſint: paulatim enim tabeſcat corpus, & languore pereat diuturno eſſe neceſſe: facillimè illos, qui confeſtim obeunt. Remedium nullquam eſſe compertum, ſed falsò dici quoddam aliud reſiſtens illi haberi. Non enim herba, ſed mellis & mero, & quibuſdam eiuſmodi ſeruari aliquos potuiſſe ab incolis (Ponti,) atq; id rarò factum, ſummaq; difficultate. Hæc Theophraſtus. Et mox alio veneno commemorato (videtur autẽ id Colchicon eſſe, ephemerum quoq; dictum, quod ſimiliter vt aconitũ vel breui interimat, vel diu poſt, ſubdit: Aconitum vero (vt diximus) inutile eſſe ijs qui præparare ignorent, nec licitum poſſidere, ſed capitalem pœnam inſtitutam aiunt. Temporis differentiam pro collectus ratione ſequi autumant, & mortes collectaũ temporibus compares euenire. Græcè legimus, *ἰσοχρόνιος γὰρ τοῦ θανάτου γίνεσθαι, πῶς ἀπὸ τοιαύτης συλλογῆς χρόνου*: hoc eſt, tanto poſt ſumptum aconitũ tempore mori homines, quantũ ab eius collectione iam abierit. Fœminas occidit, tum in humatio

(vt ſupra

(vt ſupra ab initio huius de aconito tractationis ex Plinio retuli) tum aliorum animalium genere, genitalibus inditum: quamobrem thelyphonon appellatur, primum ſcilicet aconiti genus. Omnem quadrupedem necat, impoſita verendis fœminei ſexus radice, folio quidem intra eundem diem, Ruellius ex Theophraſto: quaſi vero maius in folio venenum quàm in radice ſit, cum Theophraſtus folio & fructui venenum eſſe negari ſcribat: vnde morus fortaſſis Gaza folij mentionem hoc loco omiſit, niſi librariorum ea ſit culpa: ſic enim habet eius translatio, Enecat omnes quadrupedes eodem die, ſi genitalibus vel radicula imponatur. Græca lectio eſt, αἰμίαιον δὲ πάντα τετράπουν, ἐὰν ἐπὶ τὰ αἰδοῖα τεθῇ ῥίζα, ἡ φύλλον, αὐθημερόν. Thelyphthorion inter abrotoni cognomina, fortè non rectè poſitum eſt: licet enim ſuſpicari pro aconito abrotonum aliquem legiſſe, eiusq; nomenclaturis adſcripſiſſe quæ aconiti erat. Mel venenatum in Heraclea Ponti reperiri Dioſcorides ſcribit, vbi & aconitum: ijſdemq; remedijs maleficio eius occurri, quibus aconito: vnde coniicimus exiſtimaſſe eum, apes in Ponto ex aconito mellificare. Aëtius quidem 13 59. manifeſtè ſcribit, mel apud Heracleam ex aconito colligi, niſi me fallit interpres, vt fruſtra hic Manardus contradicat Marcello. (Venenatũ fit etiam ex floribus oleandri, Arnoldus.) Quam puto de gelidæ collectũ flore cicutæ. Melle ſub infami Corſica miſit apis, Ouidius. Plinius tamen, ęgoletbron vocat genus herbę vnde mel illud colligatur, de quo pluribus dixi in Boue capite tertio. Fieri ſanè poteſt vt ex vtriſq; iſtis herbis, vel pluribus etiam (venenis enim ea regio ſcatet) maleficium illud melli accedat. Cœrulei quidem aconiti flores ſæpius guſtaui, & temperatiores mihi dulces viſi ſunt: ſæpius etiam veſpas & apiculas inſidentes vidi. Aconito primo quæ feræ pereant, authores ſcribunt: & quæ ſecundo priuatim: ego vtroq; omne animalium genus necari exiſtimo, vt ex ſequentibus patebit. Aconitum primum, ſiue thelyphonum ſimiles habet vires ſecundo: ſed pardales peculiariter occidere creditur, vt lupos ſecundum Galenus. Thelyphonum enecat boues, oues & iumenta, & ad ſummã omnes quadrupedes genitalibus impoſitum, Theophraſtus. Interimit pardales, ſues, lupos, beſtiasq; omnes in carnibus obiectum, Dioſcorides. Leones, lynces, pardales, pantheres & vrſi, capiuntur aconito admixto eſcæ illi, quamquam; ſelectatur, Xenophon. Tangunt carnes aconito, necantq; guſtu earum pantheras, niſi hoc fieret tepidioribus ſitus: ob id quidam pardalianches appellauêre. At illas ſtatim liberari morte, excrementorum humani guſtu demonſtratum, Plinius: idem ſuperius ex Nicandri ſcholijs retuli. Aconitum aliqui myoctonon appellant, eò, quoniam procul & è longinquo odore mures necat, Plinius. ſed quod necet odore tantũ aliorum nemo ſcripſit. Nicander mures hoc veneno πανωλέθρῳ, hoc eſt funditus & ad defoſſionem vſq; tolli tradit. Noſtri quidẽ etiam luparia ex ſecundo aconiti genere, vt mox dicam, mures tollunt. Eſt & myophonum herba, à murium, vt præ ſe fert etymon, pernicie nominata. Abſyrtus certe in Hippiatricis cap. 92. ipſum aconitum ſic vocat. Herba muralis ſiue muricida (μυόφονον) à quibuſdam vocata, ferulacea & neruicaulis eſt, vt fœniculum & ferula, & alia, Theophraſt. de hiſt. Plant. 6 1. Et rurſus in fine ſecundi capitis, quædam veluti neruicaulia ſunt, vt fœniculum, myophonon, & ſimilia. At libro 7. cap. 7. Parthenium olus quod coqui exigat, vt malua & beta, &c. Muraleum vertit: helxinem nimirum intelligens, quæ iuxta muros & ſtillicidia naſcitur: etſi ea noſtro tempore in olerum cenſu non ſit: tenera quidem eſſe poteſt. Neruoſi cauliculi quibuſdã, vt marathro, hippomarathro, myophono, Plinius 21. 9. nec alibi eius meminit. Hermolaus quoq; ignotum ſibi fatetur. Seminum naturã πεπλώδη habent, aniſum, fœniculum, paſtinaca, caucalis, cicuta, coriandrum, & ſciãs, quam aliqui μυόφονον appellant, Phanias apud Athenæum libro 9. Hermolaus corollario 691. φύσιν πεπλώδη vertit pileati formæ, quaſi πιλωτὴν legerit: nimirum quoniam horum omnium vt flores ſic teminatu vmbellis ſunt, quæ petaſos ſeu pileos quodammodo referunt: & ſcias etiam herba ſic dicta videtur, à ſciadijs, id eſt vmbellis, quas gerit, vt ferulacei generis omnes. Cæterum cur myophonon appelletur nullus coniecturæ locus eſt, cum mures occidere eam nemo ſcribat, & à myophono ſic à muribus occidendis dicto aconito longiſſimè differat: quamobrem miephonon, (μιηφόνον, vt Athenæi codices habent, vel potius μυηφόνον, per υ diphthongum impropriam) quoties herba ferulacea, neruicaulis & vmbellam gerens ſignificatur, ſemper ſcripſerim, cum aliàs, tum homonymiæ declinandæ gratia. Coniecerim autem ſic appellari παρὰ τὸ μιαίνειν φόνῳ, hoc eſt ab eo quòd tanquam ſanguine inficiat: φόνος enim ſanguinem ſignificat, quare & atractylidem aliqui phonon nuncupant: & Theophraſtus de cuonymo, ἐξερεθέντων, ὥσπερ φόνος. Inficiunt autem ſanguineo ſucco & aliæ diuerſæ flore aut radice aut aliter: & inter ferulaceas ac neruicaules, paſtinacæ ſatiuæ quas rubras dicimus: & paſtinaca ſylueſtris: quam Dioſcorides ſciadion, id eſt vmbellam habere ſcribit ex floribus albis, & in mediam eius partem exiguam purpureo colore ſpectari. Hęc planta vulgò cognita eſt: & meminisse aliquando audire partem illam vmbellæ purpuream à quibuſdam colligi ad eundem colorem tingendũ, quamuis ea exigua eſt, & longo tempore parum colligitur: cuti quidem infricta colorẽ reddit purpureum. Hanc ipſam, aut proximam ei genere ac forma ſtirpem Theophraſti & Plinij miephonon eſſe dixerim. Nicander in remedijs contra ixiæ venenum polium quoq; myoctonon vocat, quod (inquit Scholiaſtes) nullus alius facit: neq; enim mures occidit polium. Thelyphonum ad motum (ἐπιῤῥύψαν, hoc eſt ſcobe radicis detaſa ſupra eum) ſcorpionem occidere tradunt, & eum reuiuiſcere poſſe ſi helleboro candido linatur (aſpergatur: nam verbum καταπάσσειν aſpergere eſt,) Theophraſtus. Ferunt radicem aconiti (prim) ſcorpioni admotam torpore eum reſoluere: & è diuerſo admoto veratro excitari. Dioſcorides. Thelyphonum Theophraſtus narrat, ſi ad ſcorpij dorſum admoueas, hunc ſtatim perire: & ſi candido helleboro oblinas, integritati valetudinis mox reſtitui, Gellius ex Aeliano. Torpeſcunt ſcorpiones aconiti tactu, ſtupentq; pallentes & vinci ſe confitentur: auxiliatur eis elleborum album, tactu reſoluente: cediteq; aconitum duobus malis, luo & omnium, Plinius. Quinetiam intra corpus aduerſus ſcorpionum ictus aconitum datur, vt inferius dicam. Therionarca in Cappadocia & Myſia naſcente, omnes feras torpeſcere Democritus ſcribit, nec niſi hyænę vrinæ aſperſu recreari, Plinius. Ego hanc therionarcam eandem aconito primo crediderim: & pro ἐλλεβόρῳ ſimpliciter, vel ἐλλεβόρῳ λευκῷ, aut alia quapiã voce Plinium legiſſe ὑαίνης οὔρῳ: elleboro enim albo ſcorpium vt recreetur aſpergendũ, καταπαστέον, ex Theophraſto iam recitaui. Therionarca (inquit iterum Plinius 25. 9.) alia quàm magica (Democrito prodita, vt nunc recitaui) & in noſtro orbe naſcitur, fruticoſa, foliis ſubuiridibus, flore roſeo: ſerpentes necat, caicunq; admota feræ & hæc torporem adfert. Hæc forte delphinium Dioſcoridis fuerit (cuius aliàs non meminit Plinius) cum facultas floriſq; color conueniãt. (Eſt & inſula Therionarca, Plinio 5. 31.) nam fruticoſa cum ſit, aconitum primum eſſe non poteſt, cui coliculus dodrantalis tantum. Scribit autem de delphinio Dioſcorides, Ferunt admota herba contactos ſcorpiones langueſcere, (παραλύεσθαι,) torpidosq; & ad nocendum ineſficaces fieri: amotaq; ſtatim in antiquam redire naturam: quare non immeritò inter nomina eius paralyſis eſt, quod vim vigoremq; ſcorpionum reſoluat, quo ſenſu in homine etiam paralyſin dicimus membris ac neruis reſolutis motuq; priuatis: ſic de aconiti etiã radice admotã

Canes eodem interire iam prius dixi: & Dioſcorides inter cętera ſecundi generis nomine cynoctonon poſuit. Codices quidam manuſcripti aconiti cynocto ni peculiarem titulum habent, librariorum (vt rectè conijcit Hermolaus) culpa, duo capita diſtrahentium in tria: nam cynoctoni Dioſcorides neq; fotum neq; medicinas exequitur. Apocynon quidem herba alia venenoſa, cynoctonon etiam & pardalianches cognominatur. Non omittemus & antipharmaca quædam quæ medeantur ijs qui aconitum ſumpſerint. Pantherę quidem excrementis hominum ſibi medentur, vt ſupra retuli: Homines multo vt Theophraſtus docet. Ex vino aut mulſo potum, nihil poſſe officere putant, idem. Sed planè contrarium Euſtathius apud Macrobium 6. 7. aſſerit his verbis: Si quis aconitum neſciens hauſerit, non nego hauſtu cum meri plurimi ſolere curari. Infuſum enim viſceribus trahit ad ſe calorem, & veneno frigido quaſi calidum iam repugnat. Si verò aconitum ipſum cum vino tritum potui datum ſit, hauri-
10 entem nulla curatio à morte defendit. Tunc enim vinum natura frigidum admiſtione ſui frigus auxit veneni, (mihi certum eſt aconitum venenũ minimè frigidum eſſe) nec in interioribus iam caleſcit, quia non liberum ſed admiſtum alij, imò in aliud verſum deſcendit in viſcera, Hæc ille. Mihi rationes iſtæ non placent: Puluerem muſconum (id eſt paruarum muſcarum) napellum depaſcentium aduerſus napellum darem, vel puluerem coturnicis ſeu turdi, Ant. Gainerius: deceptus nimirum ab Arabibus, aut eorum interpretibus, qui coturnices aconito paſci ſcripſerunt: cum ſturnos (non turdos) cicuta paſci ſcribendum fuiſſet, vt pluribus paulò poſt dicetur. Acetum calidum potum, (& mox vomitionibus redditum,) contra cicutam & aconitum prodeſt, Aggregator ex Serapione ſecundum Dioſcoridem: ego apud Dioſcoridem nullam aconiti mentionem in aceto reperio. Lac bubali & aſinę contra aconitum bibitur, oxilium verò contra cicutam, Aggregator ex Plinio. Coagula hœdi, vituli, capreoli Haliabbas contra cicutam propinat, alij contra aconitum. Allium debellat aconitũ quod alio nomine pardalianches
20 vocatur, Plinius. Rutam aduerſari aconito, ſuperius ex Athenæo recitaui. Galenus libro 2. de antidotis, rutæ manipulum tritum, è vino puro bibi conſulit: aut ius gallinaceum pingue. Reliqua remedia & ſigna ſumpti huius veneni leges apud Dioſc. 6. 7. item Aëtium, Nicandrum in Alexipharmacis. Sunt aconito etiam in medendo vtiles hominis vires: quamuis Syluaticus nec intra nec extra corpus adhibendum ſcripſerit: ex Aulcenna nimirum, qui idem de vtroq; aconito tradidit. Aconitũ ſiue pardalianches (inquit Galenus) ſepticæ, id eſt putrefactoriæ & venenoſæ facultatis eſt, in cibo potuq; cauendum: adoneũ verò vbi quid foris in corpore, aut circa ſedem, exedendo collendum videtur, ad quos vſus radix eius ſumenda eſt. Sed & alterum quod lycoctonon vocant, eiuſdem eſt facultatis. Aconitum (primum) vires habet thapſiæ, Author de ſimplicibus ad Paternianum. Celſus vim exedendi corpora cicutæ tribuit, quæ certe non huius ſed aconiti eſt. Sed forte ruta legendũ, vt & inter ea quæ rodunt paulò antè apud eundem non cicutæ ſed rutę ſementid enim inter anaſtomotica prius numerauerat. Miſcetur oculo-
30 rum remedijs leuandi doloris gratia (ophthalmicis medicamentis anodynis,) Dioſcorides: ſepticа quidem idem ferè ſine dolore præſtant, quod cum dolore cauſtica. Proinde ego ſic verterem: Miſcetur oculorum remedijs quæ ſine dolore exedunt, quamuis Dioſcorides non ſatis expreſſit: ſed res ipſa loquitur. Nam ſimpliciter ad dolorem tollendum aconitũ applicare, inſaniam dixerim. Sed fieri poteſt, vt cicutæ vires aconito Dioſcorides adſcripſerit: miſcetur. n. illa collyrijs, & oculorũ medicamentis ad epiphoras, & dolores ſedandos refrigerando & accerſendo ſomnum, vt apud Plinium & Dioſcoridem legimus. Confundunt. n. aconiti & cicutæ vires inter ſe, præcipuè Latini aliquot & Arabes, ſed & Græci vt Aëtius. Matores oculorum quoq; medicamentis aconitum miſceri ſalubertime promulgauere, aperta profeſſione, malum quidem nullũ eſſe ſine aliquo bono, Plinius. Aconitum accommodatum eſt ad exedendum aliquid ἐκτὸς σώματος ἢ καθ' ἕδραν, Galenus vt paulò ante citaui: hoc eſt in ore, aut ſede. Apud Aëtium tamen legitur ἔκτὸς σώματος ἢ καθ' ἕδραν hoc eſt, extra corpus vel in ſede. Chriſtophorus Oroſcius prioré
40 lectionem probat. Ego tutius eſſe puto intra os non admittere, ne vel ſaliua infecta, aut fortuito vel modicum eius deglutitum, periculi cauſſa ſit. Foret etiam periculum ſi forte vlcuſcula aut venæ aliàs apertæ & ſanguinẽ fundentes in ore eſſent. Aegineta etiã habet ἐκτὸς σώματος, & ſimiliter vetus interpres Latinus vertit. Sed ſtaphiſagria quoque aphthas cum melle ſanat, teſte Dioſcoride: quę tamen propemodum ſimilẽ aconito vim habet: & ſandaracha apud eundem oris vlceribus cõmendatur, quam tamen lib. 6. inter venena cum calce & auripigmento numerarat quamobrẽ nihil aſſero, niſi tutius abſtineri, cum minus periculoſa ad eoſdẽ affectus remedia abunde reperiantur. Aconiti radix emplaſtri modo impoſita, putrefacit (exedit) efficaciter hęmorrhoides & pudenda. Arnoldus citans Galenum, cum tamen apud Galenũ non ſic legatur. Aconiti herbę ſucco pilorum ortũ prohiberi ferunt, Aëtius: atqui hęc facultas non aconiti ſed κωνείου, id eſt cicutę eſt, ſępius autẽ hęc ab imperitis confunduntur. Vtuntur thelyphono medici, p putrefactorio: ſed & alijs quibuſdam de cauſſis epotum nihil penitus poſſe officere aiunt, neq;
50 ex vino neq; ex mulſo, Theophraſtus. Et rurſus, Nepę vocatæ (ſcorpij, thelyphoni) radix ſpeciem ſcorpionis repræſentat, & vtilis ad eius ictum & ad alia quædam habetur. Et alibi, Proficit pota contra ſcorpionum ictus. Aconitum quoq; (inquit Plinius) in vſum humanæ ſalutis venire, ſcorpionum ictibus aduerſati experiendo datum in vino calido. Ea eſt natura vt hominem occidat, niſi inuenerit quod in homine perimat: cum eo ſolo colluctatur, velut pari intus inuento. Sola hęc pugna eſt, cum venenũ in viſceribus reperit: Mirumq; exitialia per ſe ambo cum ſint, duo venena in homine cõmoriuntur, vt homo ſuperſit. Hęc Plinius. Videri autem poteſt nõ de ſcorpij tantũ veneno loqui, quod aconitum id ſolum in homine repertum impugnet, ſed quouis etiam alio, vt Hermolaus etiã & Ruellius acceperunt: & ſi à nemine alio veterum id ſcriptum inueniam: ego quidem credere quàm experiri malo, poſſet tamen aliquis periculum facere in cane, ſi modo noſtrum aconitum, quod ſecundi generis eſt, idem præſtare poteſt quod primum, de quo ipſi loquuntur. Extra corpus quidem vbi quid erodere, aut vehementer
60 ſiccare oporteat, eundem vſum præbebunt, aconitum, ſtaphiſagria, iris ſylueſtris, helleborus niger, thapſia, chamæleo niger. Staphiſagria ſanè non facultate tantum, ſed tota ſpecie, radice excepta, æmulari mihi aconitum videtur, foliis, pericarpijs, ſemine, flore: ſi rectè floris figuram memini: quanquam iſatidis floribus, qui lutei & exigui ſunt, Dioſcorides ſtaphiſagriæ flores confert: quo noſtræ ſtaphiſagriæ non conuenire Fuchſius etiam teſtatur: niſi quis ita excuſare velit, vt non iſatidis floribus, ſed colori qui huius herbæ ſucco expreſſo decoctoque (vt Ruellius meminit) cæruleus fieri ſolet, vulgo Indicum vocant, eadẽ, ſtaphiſagriæ flores qui ſubcærulei ſunt, comparentur. Author hoc medicaminum luccidaneorum pro aconito iris ſylueſtrem recte vſurpari poſſe docet. Sed iris ſylueſtris quæ ab ipſo intelligatur, non facile dixerim. Aëtius quidem ipſum aconitum alio nomine iridem ſylueſtrem vocari ſcribit: apud Dioſcoridem vero xyris & ephemerum non letale ita cognominantur. Ego vero letale potius ephemerum, hoc eſt colchicum, aconiti vires habere dixerim. Xyris etiam intra corpus tutò
70 ſumitur. Quamobrem aliud iridis ſylueſtris genus quærendum videtur quod aconito ſubſtituamus: ego

commodius non inuenio quàm quod ſpatulam fœtidam vocat, quo & pediculi occidantur, vt etiam colchico, &c
Cęterum vt aconitum alterum platani folia habet, ſic etiam cici, ne ipſum quidem ſine veneno. Græci cici alkerua vocant, de qua Auicenna, Dicitur quòd perſeuerantia vltima in expreſſione kesb alkerua & ſelami, admodum venenoſa & mortifera ſit. Cornua de iumbel Arabice, id eſt ſpicæ, pro qua translatum eſt in Almanſore, cornua cerui montani, lædit ſimiliter napello, quem odore etiam refert, Arnoldus. De cornu ſpicæ calidiſſimo & etodemo veneno mihi ignoto, Auicenna ſtatim poſt napellum tractat. Et ſubinde de veneno quod murikon appellat, (Bellunenſis legit farfiun) cui eodem modo reſiſtatur quo napello: & herbam ipſam napello ſimilem eſſe putat, fatetur enim ſe ignorare. Ego apud Græcos nihil quod cum eo conferri poſſit reperio. Gloſſa Arabica, inquit Bellunenſis, cicutam exponit. Atqui Auicenna inter calida venena de eo tractat. Myoſôta herba non alia quam Dioſcoridis & Græcorum, deſcribitur à Plinio 27. 12. flore cœruleo, vi ſeptica & exulceratrice, quæ & ægilopas ſanet, &c. Eſt autem planè eadem quæ altera muris auricula Dioſcoridi: quam tamen ſepticam eſſe vel exulcerare alius nemo ſcripſit. Galenus in ſecundo ordine eam ficcare ſcribit, caliditatem verò manifeſtam nullam obtinere, tantum abeſt vt exulceret. Sed neq; neceſſe eſt exulcerare aut exedere quicquid ad ægilopas rectè admouemus, cum & refrigerantia quædam, ſed ficcantia admoueantur. Quòd ſi has quas Plinius ei falſo tribuit facultates haberet, aconito viribus coniungenda eſſet, qua quidem occaſione eam hîc memorani. Lupariæ puluerem cum butyro ſubactum omne genus impetiginum ſanare promittunt, in iumentis & hominibus. Mulomedici apud nos vlcera phagedænica equorum (vermes appellant) aconito, vitro & axungia mixtis curant: alij etiam alia commiſcent. Napellum aliqui recentiores aconiti genus faciunt, Matthæolus negat: quamobrem priuatim de illo agere volui, aliorum primum ſcripta propoſiturus, inde meam ſententiã, aconiti genus eſſe, confirmaturus. Syluaticus Arabicas voces bix, biſmus vel biſſum, morgnapelli (mus napelli, potius) & alfarſas, diuerſis in locis napellum interpretatur: bixis verò toram, quam aconitum primum eſſe infra docebo: item alchlehil, gummi napelli, cum aliorum nullus quod ſciam vllũ napelli gummi commemoret, ſed ixiæ chamæleontis venenoſi, quem theſifie vel taffia nominat Auicenna: à qua plurimum differt Græcorum thapſia, quæ tamen & ipſa, & gummi eius à recentioribus quibuſdam (Arnoldo & alijs) inter venena numeratur, & ſuccus eius à Dioſcoride. Albis, id eſt napellus Bellunenſis. Et rurſus, Albiſi eſt medicamen in quo recipitur albis, id eſt napellus. Biſmus, mus napelli. Idem: Inde forſan corruptè bis, id eſt napellus moſi vocatur: mos quidem Perſicè muſé ſignificat. Biſmus buha, id eſt napellus Moyſi. Bellunenſis. Beſalbi, id eſt napelli, Vetus gloſſographus Auicennæ. Farſas, (forte farfiun, de quo paulo ſuperius diximus) dicitur quòd ſit napellus, alij venenum letale. Idem. Apud Auicennam li. 4. fen. 6. in melle venenato pro aconito legitur alſucharam, interpres ineptè vertit hyoſcyamum nigrum: ſignificat enim cicutam, vt Bellunenſi quoq; placet. Arnoldus aconitum vocat vſcat, & lycotoroix, pro lycoctonon: & alterum genus ſolijs cyclamini ediforion, pro thelyphonon. Bis, id eſt napellus (inquit Auicenn) eſt venenum perniciosum, immodicè calidum & ſiccum: illitum delet albaras (id eſt vitiligines:) & potum etiam cum ex eius gegueriſcet in potu ſumitur (Bellunenſis ſic legit, Confectio dicta alberzachali in potu ſumpta delet albaras: Syluaticus ſimplicius legit, delet albaras illitũ & confert lepræ:) & ſimiliter confert lepræ. Potum occidit, dimidiæ drachmæ pondere, vel etiam minore, vt ego iudico. Antidotum eius eſt mus napelli, qui eo nutritur. Coturnices (ſeman) quidem eo paſtæ non moriuntur, (apparet hæc verba ineptè ex Galeno translata qui ſturnos cicuta citra noxam paſci tum alibi ſcribit, tum in lib. ad Piſonem: conturnices autem elleboro, vt & Ariſtot. lib. 1. de plantis.) & præ omnibus diamoſchu compoſitio ei reſiſtit maximè. Auicenna lib. 2. ca. 500. Et mox ſequenti capite, Biſmus buha (inquit) id eſt napellus Moyſi, teſte Ioanne, herba eſt quæ naſcitur cum napello: & quicunq; napellus ei vicinus eſt non creſcit, aut fructum non producit: & eſt præcipuum antidotum napelli, vtilis ad omnia ſimiliter, vt contra albaras & lepram. Biſmus verò ſeu napellus mus, eſt animal, quod moratur in radice napelli ſicut mus, vtilis ad albaras & lepram: (datur etiam contra omne venenum & morſus à vipera.) Hæc Auicenna: ea quæ parentheſeos notis incluſimus non habentur in quibuſdam codicibus Napellus, inquit Syluaticus, herba eſt ſimilis helleboro nigro, cuius radix digeritur inſtar retis, & antonomaſticè eſt herba (quælibet) venenoſa: & eſt prima pars aconiti. Napellus (inquit Creſcentienſis) eſt napus marinus, in littore maris creſcens, illitus delet maculas cutis: & cum bibitur medicamentis quæ venenum eius remittant admixtis, valet contra lepram. Et quod miraculi inſtar eſt, mus paruulus paſcitur & inuenitur iuxta ipſum, antidotum ipſius. Glis animal, glis terra tenax, glis lappa vocatur: & illud animal moratur in radice napelli, Syluaticus. Arabicè quidem mus ille bix vel biſmus vocatur: & forte aliquis pro bis legit glis. De vero quidem glite, nos ſupra abunde ſcripſimus. Sunt qui murem illum napelli, ſi rectè memini, colore varium eſſe ſcribant: talis autem & glis eſt, fuſcus reliquo corpore, ventre candidus: & mutis illud genus quod ab auellanis apud nos nomen ſortitur, de quo plura in Muribus. Vtrunq; per ſyluas & montes reperitur, vbi nimirum aconita quoq; creſcunt, & fieri poteſt, vt inter ſæpes præcipuè, vbi fructus aliquos colligunt vel exedunt, ſæpius iuxta aconita reperiatur: quanquam & alios quoſdam minores mures in montibus vidi ijſdem, qui & aconita producunt, ijs verò paſci, ab incolis & lactarijs hominibus, cum diligenter interrogarem, nuſquam reſciui. Napellus (inquit Ponzettus Cardinalis) ſiue aconiti ſpecies, ſiue non ſit, adeò certe pernicioſus eſt, vt eius ſuccus rumpat vaſa, in quibus reponitur. Quod autem dicitur animal paruum reperiri in eius radice, antidotum aduerſus ipſum, non puto verum, nec hactenus fuit expertum. Lapidis aut cornu genus, quod linguã ſerpentis vocant, ſudore arguit fel leopardi, viperam, napellum, ſi quod horum adſit, non item alia venena, Matthæolus ex Aponenſi. Idem Aponenſis in lib. de venenis capite 30. de ſucco napelli tractans, bezoar (inquit) eſt mulcus natus in radice eius: cuius aridi drachmæ duæ in potu dantur. Napellus (inquit Auicenna lib. 4. fen. 6. tract. 1. ſumma. 2. cap. 1.) venenum eſt deterrimum, quod ſi quis biberit, inflammatur labijs & lingua: oculi prominent, vertiginẽ & ſyncopẽ ſubinde patitur, & cruta mouere vel exercere nequit. Quòd ſi qui euadũt, vt plurimũ hectici aut phthiſici fiunt: eſt quãdo epileptiã monet vel odor ipſius. Inficiuntur eius ſucco ſagittæ, quibus vulnerati ſtatim intereunt. Quod ad curã, vomitus ſtatim prouocandus eſt cum decocto ſeminis rapę: dandumq; in potu vinũ & butyrum bubulũ coctũ, multis ſubinde portionibus: prodeſt & corticũ glandiũ cum vino decoctũ. Deinde præcipua eius cura eſt bezahar, & medicamẽ de moſcho, & algeduar, & ture (buha, ſeu biſmus buha, vt Bellunenſis legit) & theriaca magna quandoq; vſq; ad terminũ, (ſi intra certũ tempus detur, nec nimium differatur.) Præſtantiſſimũ omniũ, ſi detur moſchus in fricatione albezahar: aut quantitas drachmę de medicamento moſchi cũ ſiliqua vna moſchi. Sunt qui radices apparis bezahar napelli putent. Conueniunt quidem omnia albezahar: ad, ſed maximè q̃ ſimile eſt alumini, & fila vt lithargyrus habet. Item animal q̃ vocãt ſurinus (mus napelli, Bellunenſis) in cibo

cibo ſumptum aduerſatur napello, Hactenus Auicenna. Et mox capite tertio, Murkion etiam venenum ſimile napello eſſe putat, ac ſimiliter curari. Aponenſis ſigna quædam adijcit, quæ Auicenna non habet: vt ſunt, illum qui ſumpſerit napellum ſiue fructum eius (lego ſuccum) ſiue ſubſtantiam, intra vnum vel tres dies mori: deinde grauiac defuſcari omnia membra eius, & deinde tumere totum corpus, linguam in ore continere non poſſe. Curam addit, vt cum butyro & aqua miſceatur terra ſigillata ad vomitum prouocandum, & mox exhibeantur ſmaragdi contritiſſimi drachmæ duæ cum vino, & cordi imponatur feſticum cocco tinctum madefactum liquoribus ſtillatitijs bugloſſæ & roſarum, idq; aliquoties iteretur: & à ſeruis ore ſugantur extremitates corporis, qui prius aliquid ſmaragdi biberint, ne & ipſi de vita periclitentur. Ego maioris fecerim, ſi moſchi aut ambræ aliquid cum terra ſigillata ex vino bibatur, quod & Matthæolo placet tanquam præſtantiſſimum napelli antidotum. Napellum album Arabes nominant, & alibi cinereum ob talem radicis colorem, Belluenſis. Napellus dicitur quòd ſit bryonia, Vetus gloſſematarius Auicennæ: ſed hæc opinio ſtolidior eſt, quàm vt refelli debeat. Ego omnino aconiti aliquod genus napellum eſſe puto: & fortaſſis id fuerit lupatia noſtra cærulea, cui radix paruo napo ſimilis eſt, pollicis aut amplius craſſitudine, in mucronem ceu ſcorpij deſinens, ita vt fibris aliquot reſectis, & cæteris pedum loco relictis, omnino ſcorpium referat, vt ſupra dixi: nam & vltima pars mucronis ſæpe recutua eſt. De veneno quidem eius conſtat: & Hier. Tragus ſcribit periiſſe aliquot Antuerpiæ, radicibus eis coctis (nimirum quod genus aliquod napi aut ſiſari aut ſimilis radicis exiſtimaſſent) in cibo ſumptis. Scio Auicennam & lib. 2. vbi plantas deſcribit, napellum & aconitum diuerſis locis tanquam omnino differentes herbas deſcripſiſſe: & rurſus l. 4. vbi de venenis agit, alibi de napello, alibi de aconito ſcribere, & remedijs & accidentibus ſeu ſignis quibuſdam diuerſis. Sed hoc non ſatis eſt ad aſſerendum aliud napelli ab aconito genus eſſe: neq; enim tanta apud eruditos Auicennæ authoritas eſt. Ipſe quidem auderet hoc aſſeruerim, napellum aut aconiti genus eſſe: (ſcio tamen quibuſdam in locis Auicennæ interpretes napellum pro cicuta ponere, vt 4. 6. 1. 2.) aut ſi de nomine contendere non placeat ijſdem quibus aconitum remedijs curari: vtrunq; ijſdem viribus præditum, calidum & ſiccũ ac ſepticum venenum eſſe: ooq; nomine vtrunq; toxicum, hoc eſt ſagittis inficiendis idoneum: (neq; enim vllum frigidum venenum toxicum eſſe poſſe crediderim:) quod de napello Auicennæ teſtatur: aconito autem primo hodieq; ſagittas tingi, mox in tota dicam. Ponzettus quidem Cardinalis toxicum poſſe aliquando eſſe frigidum ſcribit, vt ſpumam vel ſanguinem borracis (ranæ rubetæ) ſupercalefactæ. Sed hoc venenum frigidum eſſe alius nemo ſcribit: neq; ratione defendi poteſt. Nicander membra eo incendi prodit. Similium etiam animaliũ venena ſeptica, vt ſala mandræ, linguæ inflammationem facere legimus. Certe cum ſeptica & calida venena, in exigua etiam portione venena ſint, frigida non item, ſed certa quantitate, illa potius vtpote toto genere venena & ab exiguo fomento per totum corpus inficiendo progredientia, ſagittis tingendis delecta exiſtimo: neq; enim multum eis inhærere poteſt: & exiguũ illud quod inhæret ferri candentis vi ſuam refrigerandi noxam amitteret. Frigida enim venena toſta vel vſta infirmantur: calida vel ſeptica non item, cum etiam deteriora aliquando euadant. Certum eſt autem quòd ſagittarum cuſpides prius ignitæ ſuccos aliquo venenato tingantur: recipit enim ferrum candens medicas vires & imbibit ſuccum: quare ad parandum τοξικον, (chalybem vulgò vocant, εἰς τὸ τοξικὸν σίδηρον, ferrum medicatis quibuſdam plantarum ſuccis, piloſellæ vel alijs, ignitum immittunt. Equi ſudore cultellos & ſagittas quidam inficiunt: ignitos ſcilicet illi intingentes: vnde ita venenati fiunt, vt parti quam vulnerauerint, nimium ſanguinis profluuium inferant, Arnoldus ex Rasi & Alberto. Scio Hermolaum Barbarum, doryenion, quod frigidum eſt venenum, ſic dictum coniecere, quòd cuſpides telorum inficere mos eſſet illo, ex Plinio 21. 31. Dory quidem Græcis non ſagittam, ſed haſtam vel haſtile ſignificat: vnde quidam doryenij etymologiam adferunt, vt Varinus ſcribit, διὰ τὸ δόρατι ἐνεγκεῖν εἰωθέναι τὰ ἀναίρεσιν. Sed hoc nemo Græcorum ſcribit, & incerta doryenij hiſtoria eſt, cum alij ſui generis plantam faciant, alij candẽ ſolſtitio furioſo. Scythæ pro toxico leopardi felle vtuntur, Ponzettus. Verum licet diuerſa ſint toxica, Dioſcorides tamen (& alij Græci) certam quandam herbam, aut factum ex ea ſuccum, intellexit: nam inter alias venenatas herbas de toxico etiam agit: & venenorum genera deſcribens, Quædam, inquit, metallica, quædam ex animalibus ſunt: quædam ex plantis, ſiue radices plantarum, ſiue ſucci: ſiue ipſæ plantæ, vt ruta agreſtis, toxicum, &c. Οἱ Ἀμαζόνες ἀκρεμονα τοξικὸν ἐφαρμοσάμεναι, Pollux. Scythæ dicuntur ad toxicum quo ſagittas oblinunt, humanum ſanguinem admiſcere, Aelianus. Nec patitur taxos, nec ſtrenua toxica ſudat, Columella de ſolo probato: videtur autem innuere toxicum à taxo arbore dictum ſibi videri, vt & Plinius, de quo vide in Ceruo E. Auicenna aduerſas ſagittas Armenius, hoc eſt toxicum, ſtercus hominis potum theriacam eſſe audiuiſſe ſe ſcribit: (vnde nouum argumentum nobis accedit, toxicum genus aconiti eſſe confirmandi, cum aduerſus aconitum Pantheræ ſimiliter ſibi medeantur.) Addit, donnulam, id eſt muſtelam exiccatam drachmis duabus cum vino potam: item galbanum, contra idem venenum opitulari: quæ duo remedia ſimiliter aduerſus toxicum prodeſſe, Dioſcorides prodidit. Napellus (inquit Matthæolus) radicem habet, vt videmus, reti ſimilem, folia non admodum diſſimilia foliis artemiſiæ maioris, flores purpureos, & cum adhuc clauſi ſunt caluarijs ſimiles: cum aperti, vrticæ mortuæ floribus, maiores tamen: caules plus quàm bicubitales, ſemen exiguum, nigrum, paruis ſiliquis (corniculis) incluſum. (Naſcitur in altiſſimis montibus: quod ipſe non exprimit, ſed neceſſariò ſequitur ad id quod antidotum eius morem ſæpe in altiſſimis montibus ſibi repertum ſcribit.) Hæc quidem deſcriptio tota facit cum noſtra lupatia cærulea: nam illius quoq; flores aliquando purpuraſcentes vidi: radix tamen eius nullam reti ſimilitudinem habet, vnde ſuſpicor deceptum forte Matthæolum, quod lutea lupatiæ proprium erat, ad cæruleam, id eſt napellum tranſtuliſſe: ni ſi aliud in Italia lupatiæ aut napelli genus naſcitur, quàm apud nos, quod non puto: & ſi maximè talis naſceretur qualem deſcribit, non poſſet tamen obtinere quin ſic etiam aconito adnumerari deberet: quam Leoniceni ſententiam ipſe immeritò reprehendit. Addit præterea ſe huius à ſe deſcripti napelli vim venenoſam animaduertiſſe Romæ ſub Clemente ſeptimo: qui (inquit) cum experiri vellet facultatem olei cuiuſdam aduerſus venena compoſiti à Gregorio Carauita Bononienſi, qui Chirurgiam me docuit: iuſſit duobus latronibus capite damnatis napellum exhibere. Hunc igitur latrones in pane, quem Martium vocant, deuorarunt: & oleo inunctus eſt ille qui plus venenti ſumpſerat: qui minus, abſque inunctione relictus eſt, & intra horas ſeptendecim miſerabili morte conſumptus cum omnibus illis crudeliſſimis ſignis & ſymptomatis, quæ Auicenna à napello produci ſcribit. Et quanquam ijſdem ſymptomatis alter etiam qui vnctus erat infeſtaretur, triduo tamen reſtitutus eſt. Porrò oleum illud quale fuerit, explicat in ſextum Dioſcoridis librum ſcribens; in caput de aconito. Res miraculo ſimilis, inquit, oleum de ſcorpionibus ſoris duntaxat illitum breui tempore à tam crudeli veneno liberare.

Certe

Certe & in hoc, & alio quouis veneno non corroſiuo, nec non in morſibus & puncturis quorumuis venenatorum animalium, nullum ei par inuenias remedium, ſi frigidum inunges ſingulis horis vbi venena ſunt acutiſſima vbi minus acuta, tertia quaq; hora. Inungi autem oportet non ſolum ſedem cordis ſub ſiniſtra mamilla, ſed etiam pulſatiles venas temporum, manuum pedumq; Sed de hoc oleo & eius compoſitione plura dicam in Scorpionis hiſtoria, ex præfatione Matthæoli in ſextum Dioſcoridis librum. Multa quidem & remedia & ſymptomata (inquit Matthæolus contra Manardum) eadem ſunt toxici apud Dioſcoridem, & apud Auicennam napelli, (quæ ipſe ſingulatim recenſet:) ſunt tamen aliæ quædam notæ, quibus omnino diuerſa eſſe hęc venena deprehenditur. Nam de toxico legimus, quòd furorem inducat: quod de napello non ſcribitur, neq; ſanè latrones illi, quos napellum voraſſe paulò ante dixi, vllum furoris affectum ſenſerunt, cum cætera quæ de napello Auicenna tradit, in eos omnia caderent. Scribit & alia quædam de napello Auicenna, quorum nullam in toxico ſuo mentionem fecit Dioſcorides. In remedijs etiam multa inueniuntur diuerſa. Quamobrem cum in cæteris venenis Dioſcoridem ferè ad verbum exprimat Auicenna, in napello autem pleraq; alia quàm ille de toxico habeat, duo diuerſa hęc eſſe venena concludemus: præſertim cum aliud caput de veneno toſum inſcriptum Auicennæ ſit, quod procul dubio Dioſcoridis toxicum eſt. Hæc Matthæolus. Verum hæc omnia non magni fuerit negotij refutare. Primum enim non eſt neceſſe res eſſe diuerſas, vbi ſcriptorum aliquis pauciora, alius plura ſub alio nomine adfert, modo ne quid contrarium proferatur. Deinde quoniam plura ſunt aconiti genera, ex quibus nos vnum aliquod eſſe napellum contendimus: fieri poteſt furorem ab vno inferri, non item à reliquis: & Dioſcoridem genera duo tantum deſcripſiſſe conſtat, alia duo ſine deſcriptione reliquiſſe. Quid quòd multum refert apparatus? Toxicum autem non ſimpliciter aconitum fuerit, ſed ſuccus eius certo modo paratus, vt & idoneus tingendis fiat ſagittis, & aliquandiu conſeruari poſſit: fortaſſis & adiectum aliquid, vt noſtri luparijs radicibus ad tollendas feras alij aliud miſcere ſolent. Aconitum certe pro apparandi diuerſitate varios & ferè contrarios, tum veneni tum medicamenti ſalubris ratione effectus præſtare ex Theophraſto ſupra docuimus, qui maximum in præparandi modo momentum collocat. Poſtremò cum & toxicum Dioſcoridi ignotum fuiſſe videatur, (vt in Ceruo 2. dixi: & Matthæolus ipſe concedit, & toſum quoq; Auicennæ, vt ipſe fatetur, non mirum ſi parum perfectam tum eius tum quę proueniunt ab eo ſymptomatum deſcriptionem reliquerint. Hoc potius mirum eſſet, toxicum tam celebre venenum & tantopere cauendum, omnibus adhuc medicis ignotum eſſe, vt ſe quidem ignorare Matthæolus ſcribit. Illud equidem affirmo, napellum genus eſſe aconiti, idemq; toxicum, ſiue idem quod Dioſcorides deſcribit (diuerſa enim ſunt toxica) aut præcipuam eius vnde fieret materiam: ſiue aliud quidem toxicum, ſed quod ijſdem poſſit remedijs iuuari, vtpote calidum ſiccum ac ſepticum venenum. Napellus Moiſi (inquit Matthæolus,) muſcus napelli, quem ſæpe vidi & cepi in altiſſimis vallis Ananiæ montibus: ſed non cuiuſuis eſt eum inuenire, cum magna ad id (cædij) patientia & vigilantia requirantur. Itaq; non miror quod philoſophus quidam & medicus inſignis (vt apud recentiorem quendam legimus) cum mures huiuſmodi nullos inueniret, cepiſſe tandem paruas quaſdam muſcas foliis & floribus napelli inſidentes & exugentes inde ſibi alimentum, & ex eis ſuam antidotum compoſuiſſe, ad muſcas viginti quatuor, terræ ſigillatæ, baccarum lauri & Mithridatij, ſingulorum duabus vncijs adiectis, cum oleo & melle quantum ſatis erat excipiendis illis. Et hac quidem antidoto miris ſucceſſibus, vt ferunt, vſus eſt, non ſolum aduerſus napellum, quem diuerſis animalibus faciendi cauſſa peticuli exhibuit, ſed multa etiam alia crudeliſſima venena. Hæc ille. Auicenna quidem, (ſiue ipſe, ſiue interpretes, ſiue librarij: quod addo propter Matthæolum qui valde reprehendit Leonicenum, tanquam iniurium in Auicennam, quod interpretum forte aut ſcriptorum vitia, tanquam certus ab ipſo commiſſa authore, ſimpliciter tanquam Auicennæ notet: ego breuitatis ſtudio, Auicennæ nomine complecti ſoleo illam quæ extat æditionem qualemcunque, quoniam in ea qua ſcripſit lingua, quamuis extet, nondum tamen publicus nobis eſt factus:) Auicenna igitur, inquam, circa napelli mutem parum ſibi conſtare videtur, & ipſe etiam dubitaſſe, eſſet ne aliqua huius nominis herba, an potius animal ſiue mus huius nominis: vtrumq; enim biſmus appellat lib. 2. cap. 51. quamuis ad biſmus herbam, etiã vox buha additur à Bellunenſi: vtrumq; aduerſus napellum, & alburas & lepram vtile facit. Buba (inquit Bellunenſis) ſecundum Gioſſum Arabicam, eſt planta quæ dicitur gieduar, de qua Auicenna capite de zedoaria ſeu gieduar dixit, quod eius vicinitas infirmat plantam napelli: adfertur autem hoc nomine radix ex India, nigra, cralis, ficui radix doronici, ſaporis acuti: & vidi ipſam exhiberi cuidam principi Syriæ, Hæc ille. Ego apud Auicennam libro quarto in curatione napelli, buha & alguedar pro diuerſis napelli antidotis accipi obſeruaui. Sed has de mure napelli nugas, propemodum dixerim, Arabum & qui eos ſectantur medicorum, tandem relinquo: ſiue herba quædam, ſiue mus quadrupes, ſiue muſcus ad radicem naſcens, ſiue muſca inſectum, ſiue moſchus odoramentum, aut diamoſchi antidotus, (quod plus rationis habet) præſtantiſſimum aduerſus napellum antipharmacon ſit. Tam diuerſæ quidem opiniones ex ipſa nominum vicinitate videri poſſunt exortæ. In Aethiopia radix quædam letifera eſt, qua ſagittas illinunt: & in Scythia tum hæc, tum aliæ quædam, Theophraſtus 9. 15. Rhododendron Dioſcorides ait maritimis locis & ſecus amnes naſci, (verba ſunt Marcelli Vergilij,) quod res ipſa etiam nunc indicat: Et nos ſcimus aliquot locis rhodanum corrupta voce appellari plantam, quæ quoniam paſtu animalia enecet, pro toxico habeatur, & toxicum pariter vocetur, Hæc ille. Vulgus Gallorum & Italorum ferè quouis veneno infectos, intoxicatos vocant. Non indignum hoc loco etiam Auſonij epigramma eſt, ſuper toxici viribus huiuſmodi:

Toxica zelotypo dedit vxor mœcha marito,
Miſcuit argenti letalia pondera vini,
Dimidat hæc ſi quis, faciunt diſcreta venenum,
Ergo inter ſeſe dum noxia pocula certant,
Protinus & vacuas alui putêre receſſus,
Nec ſatis ad mortem credidit eſſe datum.
Cogeret vt celerem vis geminata necem.
Antidotum ſumet qui ſociata bibet.
Ceſſit letalis noxa ſalutifera:
Lubrica diuellit qua via nota cibis.

Quod ſi hoc etiam toxicum de aconiti genere fuit, vt nobis veriſimile eſt (Gallus enim Auſonius fuit, & aconiti genere Gallos pro toxico vſos, & etiamnum vti, conſtabit ex ſequentibus,) cum Hermolao & Ruellio faciet, qui (vt dixi) ab aconito primo non ex ſcorpij ictu ſolum, ſed aliud quoduis in homine repertum venenum impugnari putant, & illis inter ſe colluctantibus hominem ſeruari. Quin & alui fluxum aconito moueri in homine non dubitamus, cum idem in feris fiat. Pardalin occidunt tum alijs modis, tum aconito eſcæ admixto,

vnde

vnde fera per diarrhœam inanitur, Pollux. Et alibi, Elateria dicuntur pharmaca, quæ nimium euacuando eos necant, vt aconitum & elleborum. Quanquam etiam argentum viuum per ſe, tum pondere ſuo tum mobilitate per inteſtina deuolui & exitum quærere ſolet. Sed plura de toxico, & quòd ex aconiti genere confletur, in Ceruo docui capite quinto: (hic nonnulla illic omiſſa adjecimus) & inter cætera ex Ariſtotelis Mirabilibus pardalion (id eſt pardalianches aconitum) venenum in Armenia naſci, &c. atqui Arabes pro toxico. Armeniacagittæ venenum pleriſque in locis reddere ſolent. Acuſtum (aliàs aucaſton) ſecundum Gioſſam Arabicam eſt interfector lupi, Andreas Bellunen. Videtur quidem ab aconito interpolata vox: quod & aconiſtomon (vnde forſan colomeſtrum nomen corruptum apud Dioſcoridem) vocari, ex Aëtio citat Hermolaus: item itin ſylueſtrem, & pharmaciadem: nos præter iridis ſylueſtris nomen in exculis Aëtij codicibus nullum reperimus aconito tribu-
10 tum. Faba lupina ſeu marcillium, datum in adipe, necat canes, lupos, vulpes & vrſos, Arnoldus. Videtur autem apocynon Dioſcoridis, quod ſiliquas habet ceu fabarum: & folia cum adipe in panes coacta, canes, lupos, vulpes, & pantheras enecant: dicitur & cynomoron. Cieria, id eſt faba lupi, Syluaticus. Cenaraſab, faba lupi, Idem. Apud Dioſcoridem quidem κύαμος λύκος, id eſt faba alba inter aconiti alterius nomenclaturas eſt, & fortè cyamos lyce, id eſt faba lupi legendum fuerit: vt eadem cauſa ſic nominetur qua apocynon, quòd lupos vtrunq; occidat. Catilabket, id eſt ſtrangulator canis, aconitum, Syluaticus. Catilabich, id eſt ſtrangulator patris ſui, Idem. Interfector patris ſui, non eſt aliud quàm ſatyrion, vt docent Monachi in Meluen: bulbus enim nouellus tanquam filius videtur, qui vires veteris & rugoſi, ceu patris ſui, in ſe transſumpſit, mox ipſe idem ab alio ſubnaſcente paſſurus. Marcillij quidem vox ad conſiliginis nomenclaturam Sabaudicam accedit, quæ eſt marſicure, quaſi Marſicam aut à Marſis inuentam dicas herbam, quod de conſiligine Plinius teſtatur: ſiue fabam lupinam pro
20 conſiligine Arnoldus accepit, ſiue eodem ſimiliue nomine conſilio & apocynon propter ſimilem in feris necandis, vt quidem exiſtimo, facultatem, appellatæ ſunt. Chanach aldib, id eſt ſtrangulator lupi, ſuffocat lupos, porcos & canes, Auicenna. Chanach alnemer, id ſtrangulator pardalis, ſuffocat alfhed & alnemer, (vetus interpres leopardos & lynces reddit, quod Bellunen. non probat alnemer enim non lynx eſt, ſed panthera vel leopardus maior,) Idem. Alius eſt interfector canis, de quo adud eundem libro 2. in fine I. literæ legimus, canes eo ſumpto confeſtim interimi: & in homine ſanguinem per ſputum & nares moueri, (Arnoldus in libro de venenis, idem de aconito ſcribit, tanquam ex Galeno.) Ego hoc venenum quod ſit, non ſatis dixerim: neq; enim vlli illorum, quibus canes necari in ipſorum hiſtoria dixi, conuenire inuenio: ſed neq; alteri cuipiam quæ Dioſcorides deſcripſit venenorum. Theophraſtus ſanè meminit eſſe plantas quaſdam, quæ ſanguinem ad ſe trahant: alias quæ repellant: & Galenus alicubi hiſtoriam narrat herbæ inuentæ, quam quiſquis ſibi applicaſſet, ſanguinem excerneret
30 ſeq; hoc pacto interiret, &c. Dagabaoth, id eſt aconitum, Syluaticus. Debacul, aconitum, Idem. Amanaram, id eſt aconitum, Syluaticus. Baccæ maſculi Hiſpaniæ, ſunt venenum kacilkebi, id eſt interficiens patrem ſuum, Arnoldus. Eliforton, aliàs eliſon, id eſt aconitum, Syluaticus & Arnoldus: eſt autem nomen deprauatum pro aconito thelyphono. Diaſeriticum & eruſitium voces corruptæ leguntur apud Arnoldum in libro de venenis, pro eriphia herba (de qua pluribus dixi in Hædo) quæ aconito aut thapſiæ vires habet ſimiles: mihi quidem etiam genus aconiti videtur vel propter radicis figuram, quæ inſtar bulbi oblongi eſt, ad imum extenuati: (ſic enim legerim in libro de ſimplicib. ad Paternianum, non ad vnum extenuati, quæ verba nullum ſenſum continent) accedit & violaceus flos, thyrſus oblongus, radicum appendices, natales in montibus, quæ omnia nimirum in luparia noſtra cærulea videntur: folia quoq; non omnino diſſimilia apio ſunt, quare & artemiſiæ à Matthæolo comparentur: niſi quis non apij, ſed platani legat, vt illi homines omnia corrumpunt. Plinius quidem de eriphia ſuperſtitioſa quædã
40 tradit, quæ ſi luparia noſtra non conueniunt, erificij tamen (ſic ſcribitur) apud authorem de ſimplicibus ad Paternianum, deſcriptio, & cum eriphia Plinij, & eam noſtra facit luparia cærulea, vt certe congener exiſtimari debeat: & ſi theriphonum potius quàm eriphium dici mereatur, ſi quis de etymo laboret. In libro de mirabilibus mundi, legitur planta Aegyptia nomine adiporis (à lupo, vt videtur, dicta) quæ collecta immatura goſtata mitigat ſitim, odore cydonij pomi: matura vero ſenſum intercipit, greſſum impedit, linguam retardat, lædit q; actiones mentis & corporis tanquam inebriando, Arnoldus in libro de venenis. Baxis, id eſt rora, Syluaticus: quibix etiam napellum interpretatur. Dahag. id eſt rora, Idem. Bichs (forte bix, aut bixis legendum) id eſt napellus ſeu tora, habet folia longiora, viciſſitudine petrocillo (lego, inciſiora platano:) radicem duram aſperam q;, ſummitatemque groſſam, & frondes (caules potius) quaſi trium palmarum, flores purpureos, pulcherrimos: naſcitur in montanis, vt in montibus pineis, puta prope Podium Setitanum, (Hiſpaniæ locum eſſe puto,) Arnoldus: apparet
50 autem plantam eſſe de altero aconiti genere. Et mox, Orobus coturnicum eſt caliditatis & ſiccitatis ſummæ, infert ſyncopen, vertiginem, epilepſiam, & linguam inflammat: necat q; celeriter: niſi ſuperedatur confeſtim planta ad pedem eius naſcens, radnat vel radores (nomina corrupta ſunt pro anthora) vocant, alij napellum Mœſi, alij anthoram: & eſt ſimilis ariſtolochiæ, ſed folia minora habet, nec floret, nec fronder, Hæc ille author citatus quendam Algafik. Eſt ſanè hic orobus coturnicum non alius quàm Auicennæ napellus, quo is etiam ſcribit coturnices abſq; noxa nutriri: errore, vt videtur, nato ex Galeni verbis, qui ſturnos cicuta paſci ſcribit, nec lædi: nam κώνειον & ἀκόνιτον, vt dictum eſt, Arabici ſcriptores ſæpe confundunt. Cæterum anthoræ (id eſt antitoræ) deſcriptionem præter illam Arnoldi hactenus nullam legi. Et mox, Filipendula (inquit idem) eſt ſpecies anchoræ (anthoræ) nigra exterius: interius vero alba: radices ſunt ſubrotundæ, minores glandibus: & folia pimpinellæ, dicta lodomo, eſt theriaca venenorum omnium, propriè napelli. Sagitta etiam tincta ſucco napelli, omne animal
60 vulneratum necat. Corona ex eo geſtata in capite, infert ſyncopen, & epilepſiam. Gammitem ipſius, venenum eſt. Hæc omnia Arnoldus. Videtur autem filipendula eam ob cauſam antitoræ vel anti napelli genus exiſtimari, quòd cæruleo napello noſtro ſimilem fermè radicem habet, tum colore, tum figura & magnitudine: fibris tamen & cirris caret, vt ſcorpij ſine pedibus effigiem referat. Iam quod in capite geſtatum napellum, noxium eſſe ſcribit Arnoldus: admonet me illius quod nuper ex anicula quadam audiui, ſi iuuenis inter rem pudendam cum virgine, quæ luparia cæruleæ flores in corona habeat, forte vulneretur, vulnus incurabile eſſe. Anchora eſt herba in ortis (in montibus potius) naſcens, rara inuentu, niſi cum floret. Botanices ſibi ignotam fatetur, Simon Ianuenſis. Et rurſus, Ancora herba eſt theriaca contra toram, habens duas radices, ſicut iris yrion, vnam pinguem, alteram extenuatam: meminit earum Botanicus. Quæ verò Gallis ancholia hodie vocantur, angelica quibuſdam, non alia eſt quàm aquileia noſtra. Vt leucomata & albuginem quamuis denſam ex oculo detergeas, turam & anturam herbas virentes nitidiſſimè collectas contundes, & per linteum tenue ſuccum earum exprime, eoq; oculos inunge.

70

Marcelles

Marcellus Empiricus: Vnde apparet toræ, vel toræ, vel tauræ nomen, non ita recens esse. Ex Plinio quidem accepimus vsum ad oculorum medicamenta fuisse, iam supra dixi. Herba quæ taura vulgò nominatur, siue tora, floret cæruleo, folio rotundo, radice polypodij hirsuta, & vermis nigri effigie: Venenosa herba, cui per antiparthum naturæ alia occurrit herba, antitaura & antitora cognomine, folio rotundo, Hermolaus in Dioscoridem Corollario 541. in Lychnidis mentione: quæ & ipsa taution cognominatur, vt aconitum taura vel tora: eaque admota scorpiones similiter torpescunt: & quanquam aliud commune quod sciam, nihil habeant, hæc tamen obseruata digna nobis visa sunt. Apud Auicennam libro quarto inter præcipua napelli antidota ture (tura, vel potius antura legendum puto) numeratur, vt vetus interpres habet: vbi Arabicè buha, vel bismus buha legitur. Valdensium populus in montibus habitat Galliæ, non procul Auenione, Italiam versus, hæreseos ab ecclesia Romana damnatus: apud hos toram herbam abunde nasci audio, cuius succum expressum in bubulis asseruant cornibus, ad sagittas tingendas veneno præsentaneo: ipsi toram & toxicum vocant: homo aut quoduis animal telo inde imbuto ictum intra semihoram moritur: homini tamen præcipuè letale hoc malum est. Vim eius experturi, acum eo succo inficiunt, quo ranam pungant: quæ si illico moriatur, ita præsentaneum iudicant. Mortiferum negant si deuoretur bibatúrue, etsi ne id quidem sine noxa fit. Præsentissimum verò esse coniunctum sanguini, quod per sagittas contingit: si tamen locus ictus frigida mox abluatur, remedium pollicentur. Sanguis qui è vulnere defluxit etiam ad imum pedem, hoc veneno contactus recurrit, & in vulnus iterum subit: Tanta in eo sanguinis vitęq; auiditas rapida. Et hæc quidem accepi olim ab homine fide digno, qui cum Valdensibus ipse versatus fuerat. Radicis certe & foliorum forma, & vis ipsa venena, non aliud hanc toram, quàm primum Dioscoridis aconitum esse coincunt: quod & thelyphonon vocatur, quòd verendis fœminarum inditum mortis causa sit: nimirũ quòd illic etiam vis eius & halitus sanguini iungatur, siue per acetabula, siue per ἀνάδοσιν quandam. Audio etiam Sabaudiæ populum eiusdem religionis esse, qui vallem quandam Lucernensem incolat, homines asperos, nec admodum suo principi obedientes: quòd metuendi sint propter sagittas herbæ toræ succo venenatas. Singulos domi vasculum huius succi plenum seruare audio: & tali sagitta ictos paulò post mori, vulnere incurabili. Ab hac valle exijsse quidam aiunt Valdenses, qui ab huius herbæ vsu Torelupini nominentur: nam lupos aliasq; feras in venatione, similiter huiusmodi sagittis feriunt. Audiui etiam, sibi bene memini, solis in Gallia Valdensibus, priuilegio quodam hoc toxico vti licere: forte quod & ad venationem indigere videantur, cum montes habitent: & tanquam viri boni citra hominum noxam id possessuri existimentur: Sic & de aconito in Ponto scribit Theophrastus, ijs tantum qui præparare nouerint possidere concessum, cæteris interdictum capitis pœna. Anthora, inquit Syluaticus, dicitur quasi antitora: quod aduersetur thoræ: sunt autem duæ herbæ, quæ simul nasci solent: folijs violarum, rotundioribus tamen, & parum incisis: floribus cyclaminl, nisi quia in thora bene violacei sunt, in anthora subrubei: hæc sanat, illa occidit. Hæc ille: remittit autem ad Thoræ mentionem, tanquam plura illic dicturus: at literam: vbi tamen nihil prorsus super his herbis scriptum inuenimus. Ant. Gainerius in libro de veste, antoræ radicem tanquam egregium antidotum commendat, cuius experientiam ipse viderit, si in potu detur scrupuli pondere cum aceto & aqua rosarum. Est autem, inquit, herba quæ nascitur iuxta toram, ex qua venenum conficitur, quo cum in alpibus Saluciarum & Pinarolij capras syluestres venantur. Radix eius (antoræ) similis est nucleis oliuarum, cuius mentionem in Synonymis Simon Ianuensis facit: & est bezoar torę, quæ nullum non animal suo veneno interimit. Admonet me antoræ herbæ cuiusdam ratæ, quam semel tantũ in monte quodam alto Sabaudiæ reperi, vltra Lemannum lacum è regione ferè Lausannæ: folium ei rotundum, planè circinatum, ea ferè magnitudine vt diameter duos pollices æquet, in circuitu serratum, solidum, albicans: & si bene memini, singulis plantis vnicum: florem non vidi, radices sunt albæ, glandibus aut oliuis quodammodo similes vt nilipendulæ, gustu feruido. Sed hanc herbam postea cognoui propriè toram appellari à Valdensibus alijsq;, præsertim in montibus iuxta Bergomum Italiæ, & omnino primum Dioscoridis aconitum esse: flore ranunculi, colore & specie, & semine etiam simili. Idem & Cyclaminum Plinij monophyllon putárim. Arabes quidã Asciæ appellantur, quoniam bubulos vtres binos sternentes ponte, piraticam exercent sagittis venenatis, Plinius. Portulacæ syluestris quam peplion vocant, memorabiles vsus traduntur: sagittarum venena, & serpentium hæmorrhoidum & prestitum restringi, pro cibo sumpta, & plagis imposita extrahi, Plinius. Scincus prodest contra sagittarum venena, vt Apelles tradit, antè postcaq; sumptus. Idem. Silphium venena telorum & serpentium extinguit potum, ex aqua vulneribus circumlitum, Plin. Venenum serpentis, vt quædam etiam venatoria venena, quibus Galli præcipuè vtuntur, no gusto, sed in vulnere nocent, (hoc etiam hodie de tora fertur, vt supra dixi:) idcq; colubra ipsa rutò estur, ictus eius occidit, &c. Celsus. Primum aconiti genus (folio cyclamini) sępe in Tridentino monte, vbi abunde nascatur, collectum Matthæolus scribit: nomen verò eius nullum adfert, nec vllam descriptionem. Toram enim alibi Dioscoridis orobanchen nominat, sic dictam (vt ait) quòd ea gustata vaccæ mox tauros desiderent: eandem ait lupam vocari: quòd deuoret plantas iuxta nascentes: sed de orobanchæ multis differui in Boue c. De primo aconiti genere fuerit, inquit Matthæolus, radix illa quæ quidam circa Romam & Neapolin vtuntur, qui vnam hanc lupos necandi artem profitentur: & radices, quibus lupi subitò necantur, in ponte S. Angeli vendunt: neq; enim lupariæ dictæ radices sunt, quæ nigro colore habentur, cum illæ ex albo ad luteum colorem vergant, Hæc Matthiolus. Sed quærent diligentiores, an forte radix illa quam Romæ pro lupis occidendis vendunt, non alia quàm chamæleontis siue alterius siue ixiæ sit, qua lupos occidi supra diximus ex Blondo medico Romano. Ex chamæleonte etiam in Creta, si rectè memini, toxicum fieri alicubi legi. In montibus quibusdam prope Vallenses vel Vallesianos hodie dictos, Heluetijs coniunctos fœdere, herbulam illam, quam pro lunaria minore Fuchsius depinxit, Tomi primi capite 183. toram vocitant. Petrus Aponensis libro de venenis capite 21. vsneam aconitum esse asserit, magno errore. Vsnea seu solphurata, planta albicans, salsa, ramos habet longos & graciles: ex qua fit soza: drachmæ decem sumptæ interimunt, Arnoldus. Vsnea est herba kali, vnde fit sal alkali, decem drachmarum pondere sumptum interficit, &c. Serapio cap. 247. Circa Italiam (in Italia) monte Circæo, aiunt venenum quoddam letiferum nasci, cui ea vis est, vt si quis biberit (ἂν ἐπὶς πιὼν θῇ, lego, πάθῃ,) nox pilos è corpore defluere & marcescere faciat, & omnino corporis membra diffluere, ita vt aspectu miserabilis superficies sit corporis morientium. Hoc Cleonymo Spartano daturos Paulum Peucestium (Peucetium, id est Calabrum) & Gaium, deprehensos aiunt, & à Tarentinis post quæstionem morte mulctatos, Aristoteles in Mirabilibus. Circeum quidem inuenio montem esse propè Caietam Campaniæ oppidum, vbi Circe habitauit, varijs herbarũ venenis abundantem: vel promontorium Tuscorum, quod hodie S. Felicitas appellatur.

Ego

Ego inter venena ex plantis, nullũ huiuſmodi legere memini: ſed ad ſalamandræ, ſepis, & aliorum quorundã ſerpentium morſus, pilorũ defluuium, & partium corporis putredinem ſequi medici tradunt. quòd ſi tamen planta quædã huiuſmodi eſt in Circeo monte naſcẽs, vim ſepticam habeat oportet, vt aconita, chamæleontes, ephemeron, & ſimilia, videri tamen poteſt, ſi planta eſt. ex aconiti generibus eſſe, quoniã illius etiam genus vnũ in Iuſtinis Italiæ montibus prouenire Dioſcorides ſcribit: & cũ vim ſepticam habeat, niſi ſtatim occiderit, planè miſerabilẽ aliquandiu ſuperuiuentium mortẽ ſequi Theophraſtus author eſt. Ariſtoteles quidẽ xenico veneno, quod mox aconitum eſſe dicemus, tinctas ſagittas à Gallis, feris immitti ſcribit, & niſi ſtatim pars circa vulnus excidatur, putreſcere. Limeum herba appellatur à Gallis, qua ſagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum ceruarium vocant: ex hac in tres modios ſaliuati additur quantum in vna ſagitta addi ſolet, ita offa demittitur in boum faucibus in morbis. Alligari poſtea ad præſepia oportet, donec purgentur: inſanire enim ſolent, ſi ſudor inſequitur, aqua frigida perfundi, Plin. Genus aconiti hoc eſſe apparet, primũ inde quod Gallos eo ſagittas tingere ſcribit, (quanquam ex Sardoo quoq; ranunculo toxicum fiat, & inter ranunculi nomina mileon legatur apud Apuleium, & lycopnon. quaſi lycophonon forte: Arnoldus quidẽ, ranunculum eundem lupinum nominat:) deinde quod euacuandi per aluum vim habet, quam & aconitũ habere ſupra oſtendi: & habent ſanè eandem vim pleræq; aconito tum viribus, tum forma aut vtroq; cõgeneres herbæ, vt elleborus, chamæleon, ſtaphiſagria, thapſia, ricinus, ephemeron. Quod autẽ intra corpus aconitum etiam hominibus quidã neſcio quomodo præparatum dare auſi ſint, dictum eſt ſupra ex Theophraſto: ad ſcorpionum ictus, & alios affectus, quorũ nomina nõ exprimit. Adde quòd & hodie de tora dicitur, & de venatorio Gallorũ veneno Celſus ſcribit, intra corpus ſumptum nihil aut parum obeſſe: cũ veteres acerrimis venenis aconitum adſcribant. Componi autẽ hæc contrarietas poteſt, vel quia diuerſa ſunt aconiti genera: vel quia ſuperficiẽ aconiti etiam Theophraſtus letiferam eſſe negauit, cum venenum omne in radice ſit: vel potius, ſi exigua quædam portio (vt Plinius in limeo fieri ſcribit, & in alijs quoq; venenis medici faciunt) cum maiore copia retundentium & frangentium eius noxam iungatur: vel quomodocunq; pro apparatus diuerſitate effectus diuerſos ſequi. Apud Celtas aiunt (verba ſunt Ariſtotelis in Mirabilibus) naſci pharmacum, quod xenicum ab ipſis appelletur, mira corrumpendi celeritate: quamobrem venatores cũ ceruum aut aliam feram, tinctis eo ſagittis percuſſerint mox accurrere, & carnẽ circa vulnus excindere, ne venenũ ſubeat. Eo enim infectũ corpus putreſceret, & venenoſum in cibo foret. Inuentum autẽ aiunt huius antipharmacũ, corticem quercus: alij verò aliud quoddã folium, quod coracion nominãt ex euento: quòd córaca, id eſt coruum aliquando viderint guſtato hoc veneno cũ maximè afficeretur, quæſitũ hoc folium deuoraſſe & liberatũ eſſe, Hęc Ariſtoteles: Conuenire autẽ ea omnibus modis cũ aconito, tora, limeo, facillimè animaduertet, quiſquis præcedentia legerit, ita vt pluribus id aſtruere ſuperuacuum videatur. Dacos & Dalmatas aiũt cuſpidibus helenium à Græcis dictum & ninũ ab incolis obtinere, (ἀβατίαν) idq; vbi ſanguini vulneratorũ obuenerit, hominẽ occidere: comeſtum verò ipſis innoxium eſſe, & nihil mali efficere: ceruos etiã vulneribus ſagittarum ſic infectarũ mortuos, ſi edantur, nihil obeſſe, Galenus ad Piſonem, & Aegineta 6.88 mirificè autẽ congruunt hæc verba cum ijs quę de tora, id eſt aconito feruntur &c. Sed nomina quoq; elenium (helenium quidẽ, quod vulgò enulam campanam nominant, quid cum hoc elenio commune habeat, nihil inuenio) & ninũ, nonnihil ad limeum accedũt, vt vnam vel alteram iſtarum vocum per libraries corruptam ſuſpicemur. Helenium Aegyptium Theophraſtus interim velenium, Ariſtoteles belenion ſcripſẽre. ſi modo liber eius eſt, qui de plantis ad authorem Ariſtotelem refertur. Belenium (βελλίνιον) inquit, delibutorium in Perſide venenum erat. in Aegyptum & Paleſtinam tranſlatum, ſine periculo mandi cœpit, Hermolaus Corollario 38. quem Ruellius etiam, vt ſolet, ſequitur. Ego vtrunq; deceptum video: neq; enim de helenio hæc verba Ariſtotelis (aut quiſquis eius libri author eſt) neq; de vlla alia herba intelligi debent: ſed de perſea arbore: de qua Dioſcorides, Retulerunt quidã letalem in Perſide hanc arborẽ eſſe, tranſlatam vero in Aegyptum mutaſſe naturam & cibo idoneam eſſe. Idem Columella & Theophraſtus teſtantur. Nihil autem mirum ſi pro perſea belenion legatur: cũ paſſim eo in libro & barbara & corrupta nomina multa legantur, vt artemiſia etiam pro arbore, &c. Galli ſagittas in venatu elleboro tingunt, circunciſoq; vulnere teneriorẽ ſentiri carnem affirmant, Plin. lib. 25. ad finem capitis 5. Vnde apparet elleboro quoq; vim ad ſagittas eandem vt aconito eſſe: & alias inſuper, vt mures, muſcas & pedes necare, quas ibidem commemorat Plin. Sed hoc etiam ſuſpicari licet, fieri poſſe vt Galli ellebori nomẽ aconito dederint olim quoq;, vt hodie adhuc multis in locis, pharmacopolæ etiam, quod Syluius teſtatur & ipſe vidi, errore quidem capitali: ſed hodie illi aconiti cœrulei radicẽ pro elleboro nigro vſurpant: Plinius de albo loqui videtur, quo ſagittæ tingantur. De toxicis & ſagittarum venenis annotauit quædam Cælius 23.10. Συαγρίδα, radix qua ſues (apri) capiuntur, Heſychius & Varin. Hanc quoq; aconito ſi quis adnumeret, non aberrabit, ſcribit enim de primo aconiti genere Dioſcorides, quod & alias feras, & ſues occidat, nimirum angendo & quaſi ſtrangulando, vnde & pardalianches dictum. Hactenus de aconito: toxico, napello, tora, & ſimilibus ſeu facultate ſeu forma plantis, quibus & lupi & aliæ feræ, ſed & homines necantur, cauendi gratia. & antidota cognoſcendi, dixerim: prolixius quidem quàm argumento de animalibus conueniat: non tamen ingrata, vt ſpero, hominibus literatis, præcipue medicis futura: quod pleraq; omnia primus noſtro ſæculo longa & diligenti obſeruatione iſta partim ipſe protulerim, partim collegerim.

Animalia. Hyæna lupo ſimilis eſt, vt Philoponus inquit, Niphus. Colore lupi propè eſt, ſed hirſutior, & iubã per totum dorſum prædita, Ariſtotel. Dabha (hyæna) animal medium inter lupum & canem, Bellunen. Λυκοπάνθηρ, animal mixtum ex pardo & lupo, vt quidam in Lexico Græcolatino annotauit: Vide infra inter congeneres lupo feras. Apud Euſtathium in Iliad. x 1. legitur Λυκοπάνθης, vulgare nomen, pro Thôe veterum, vt aliqui putant. De chao & lycaone, lupo canario, & thôe, id eſt lupo ceruario. infra poſt lupum ſtatim dicam. Lynceum aliqui eandem thôi exiſtimant, Itali vulgo hodieq; lupum ceruarium, aliqui lupum cattum nominant. Germani *luchs* vel *lux*, Vallenſes Heluetij *thierwolf*. De Lyciſco id eſt cane ex lupo & cane nato. vide infra in C. Nominibus non longiſſimis appellandi ſunt canes, vt Lupa, Cerua, Tigris, Columella. Λυκάβας Theſſalicæ canis epitaphium in Cane ſcripſi ex Polluce. Λυκαίνης, vnus ex canibus Actæonis apud Aeſchylum Pollux. Lupus, λύκος, ex graculorum ſiue monedularum genere auis, Ariſtoteli: quamuis apud Heſychium & Varinum λύκος legatur. Miluum Græci quidam vulgò λύκιλλον vocant, (nimirum à lupina rapacitate,) Varinus in Ἐπιτ. Λυκιλλάτας, πάσχοντας Lacedæmonij, Heſych. ſic enim lego. Lupus piſcis carniuorus in alios graſſatur, λάβραξ Græci à voracitate vocant, aut ab impetu & robore: marinus eſt: ſed per oſtia fluuiorum aliquouſq; aſcendit, vt ex mari Tyrrheno per Tyberim Romam vſq;. Recentiores quidam imperiti maris, lucium piſcẽ robuſtiſſimum voraciſſimumq;, validis

dentibus acutis armatum, lupum esse putauerunt, lucij etiam nomine, tanquam à lyco Græcorum alludente, sed lupum piscem Græci labracem, non lycon vocant & marinus est, vt dixi, &c. Lycos quidem etiam Græcis, vt Hesych & Varinus testantur, piscis nomen est: qualis verò is fuerit non satis constat. Hicetius piscem anthiam, ab aliquibus lycon, ab alijs calliomymon vocari scribit. Athenæus lib. 7. Vide in Lupo inter pisces. Engraulj, engrasicholi, vel crasicholi pisciculi, alio nomine lycostomi dicuntur, Aelianus Suidas apuæ pisciculi epitheta esse scribit. Lupos phalangiorum siue arancorum generis, in libro de insectis quæres. Nicandri Scholia lycon etiã muscæ genus esse docent. Μορμυλυκειον, τὸ ὀξυλιπὲς μορμὺς καὶ λύκον ἐκπλῆττον. Eustathius.

Leones. Aquilam Romanis legionibus C. Marius propriè dicauit: erat & antea prima cum quatuor alijs: lupi, minotauri, equi apriq; singulos ordines anteibant. Plinius. Lupo Apollinem delectari aiunt, quia hic ex Latona in lupæ speciem conuersa, editus in lucem & susceptus fuisse feratur: eamq; ob rem lupi simulacrum in Delphico templo ex ære excitatum esse arbitror, &c. (plura vide in h. in Lycæi Apollinis mentione.) Quem inauratum in Capitolio paruum atq; lactentem huberibus lupinis inhiantem fuisse meministis, Cicero in Catilinam. Denarij etiamnum vetustissimi reperiuntur argentei, cum imagine lupæ quæ Romulo & Remo infantibus vbera præbet. De imagine ærea eiusdem vide infra in d. Lycus quidam heros Athenis fuit, à quo dictus ibidem iudicij locus, ὁ Λύκου δικαστήριον, vbi lupi etiam effigies posita erat ad designandum loci & herôis nomen. Pollux. Vide mox inter propria virorum. Lycopodes, satellites tyrannorum: qui pellibus lupinis pedes induebant, vel in scutis lupi insigne habebant, Suidas & Varinus. Argiuorum manus vna imagine insignis fuit, quod Apollini sacrum crederetur id animal, Scholia in Electram Sophoclis.

Virorum propria. A Lupo nomina virorum habent Germani, *Vuolf, Vuolfhart, Vuolfgang*. Lupercus Berytius grammaticus, vide Suidam. Lupus Seruatus presbyter, & Lupus de Oliueto Hispanus monachus, in Bibliotheca nostra. Lupum virum Romę clarum suis carminibus carpsit Lucillius, teste Horatio. Plin. 8. 52. Fuluij Hirpini meminit: hunc M. Varro (inquit Hermolaus) Fuluium Lupinũ vocat. Vide paulò post ab initio de proprijs loc & popul. Lycambes filiam habuit Neobolen, quam Archilocho in matrimonium promissam cum nõ daret: iratus Archilochus in eum maledicum carmẽ scripsit, quo Lycambes tanto est dolore compulsus, vt cum filia vitam laqueo finiret, Acron in Epodon Horatij Oda 6. Ὑπὸ ἀγχόνην ἐλθεῖν καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, ἄγχειν Ἀρχιλόχῳ ἐπίγραμμα ἀναπλάσαντα, Suidas ex Epigrammate. Ἀνακαλεῖ σὲ γῆ Κρητὶς ἐς νέμεσιν πολεμαρχέσαν ἀμφὶ Λύκῳ, τὸν ἀπ' ἀγγελίης ἐκ τριόδου κτανόντα, Λυκάμβεω δόλια γήματα δηλήσαντι δόλῳ. Hesych. & Varinus. Lycabas, vir Illyrius, Ouid. 5. Metam. Lycaon Multi hoc nomine dicti sunt: à quorum vno etiam Lycaonia appellata. Humero simul exuit ensem Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon Gnosius: Vergil. 9. Aen. Alius fuit Lycaon Nelei filius & Nestoris frater, quẽ Hercules expugnata Pylo occidit. Alius Priami filius ex Laothoe ab Achille occisus, Homer. Iliad. χ. Sed celebratissimus omnium est Lycaon ille Arcadiæ rex, Titani ac Terræ filius, cuius filiam Callisto cum vitiasset Iupiter, Iunone in vrsam conuertit: & postea Iupiter miseratus in signum cœleste transtulit. Hæc Seruius enarrãs versum illum Vergilij 1. Georg. Pleiadas, Hyadas, claramq; Lycaonis arcton. Plura de hoc Lycaone leges in Onomastico & primo Metamorphoseon Ouidij, & Palæphato. Lycaon Pelasgi filius (inquit Pausanias in Arcadicis) Lycosuram vrbem condidit in monte Lycæo. Iouem itẽ Lycæum appellauit, & certamina Lycæa instituit. Videtur autem eadem ætate vixisse, qua Cecrops Athenienſium rex. Infantulum idem aræ Iouis Lycæi impositũ immolauit, quo sacrificio peracto, confestim in lupum fuisse permutatum aiunt. Post Lycaonem, etiam aliũ quendam hominem ad sacrificium Iouis Lycæi in lupum esse transmutatum fabulantur, sed per vitam non manusse. Quandiu enim lupus fuerit, si carnibus humanis abstinuerit, decimo anno post, hominem è lupo rursus fieri aiũt. Sin autem gustauerit beluam eum perpetuò manere, (transtulit hæc etiã Cælius 16. 3. sed parum aptè.) Hæc Pausanias: deinceps etiam Lycaonis filios & conditas ab eis ciuitates recenset. Hic Demarchus videtur, de quo in h. dicetur inter Metamorphoses. Λυκαονίδαι Φασὶ Νυκτίμου καὶ ἐκείνους. Lycophron de filijs Lycaonis: vbi Scholiastes, Λυκαονίδαι, inquit, dicendum erat: non in lupas enim sed lupos mutati Lycaonis filij finguntur, secundum istam historiam: Pelasgus Iouis & Niobes filius, ex Melibœa vel Cyllene secundum alios Lycaonem suscepit. Is rex Arcadum factus ex multis nuptijs filios quinquaginta nactus est, ex quibus fuerunt, Mænalus, Thesprotus, Nyctimus, Caucon, Lycus, &c. omnes impij, & superbi supra modum. Cæterum Iupiter homini mercede laboranti assimilatus, cum eos adijsset, ad hospitium eorum vocato, pueri cuiusdã indigenæ iugulati ab eis viscera cocta (συμμίξαντες) in mensam apponunt. Iupiter verò abominatus mensam euertit: vnde locus adhuc τραπεζοῦς in Arcadia nominatur: Lycaoni autem & filijs, Nyctimo minore natu excepto, fulmen immittit. Porrò cum Nyctimus iam regnaret, diluuium sub Deucalione contigit, propter Lycaonis filiorum impietatem. Aliter, Iupiter hospitio apud Lycaonem exceptus, cibum sumebat. filij autem eius periculum facturi an deus esset, Nyctimi iugulati carnes alijs carnibus permixtas apposuerunt. At Iupiter indignatus, mensam euertit, vnde Trapezusæ oppido Arcadiæ nomen. Filios autẽ Lycaonis fulmine interemit & crebris fulminibus Arcadiam perijt, donec terra ipsa Iouem obsecrans τὴν χεῖρα id est manũ extendit; quare primam inter Arcades ἀνοχαιὰν factam aiũt. Aliquos autem filiorum Lycaonis in lupos (vrsos fortè legendũ) mutauit: quos Lycophron nescio quomodo lycænomorphos dixit, nisi forte speciem pro specie accepit, lupiformes pro vrsiformes ponẽdo. Callisto enim (vt nugantur) Lycaonis filia, & Dianæ venando socia, ex Ioue grauida, in vrsam ab eo conuersa est, vt Iunonem lateret & Arcadem filium peperit. Non autem Nyctimum, vt Lycophron nugatur, sed alium quendam indigenam puerum, vt Apollodorus & alij tradunt, Lycaonis filij mactauerũt, Hæc Scholiastes Lycophronis. Vide nonnihil infra in b. vbi de Ioue Lyczo: & de lycaone siue lycanthropia, insania quadam hominis, supra inter deriuata à Lupo. Οὐ λύκος καὶ ἐξ ἀνθρώπων ἦν ὁ Ἀρκὰς ἐκεῖνος αὐτός, ἀλλ' ἀτυχεῖ τῷ ἐκ βασιλέως ἐπιφερομένῃ, Suidas in Lycostomos ex authore innominato. Ephoro author initio fuit Hesiodus, Pelasgos ex Arcadia originẽ duxisse, qui diuino è Lycaone gnatos extitisse ait, quem olim Pelasgus procreauit, Strabo lib. 5. Lyctus vrbs Cretæ, nauale habuit Cherronesum, à Lycto filio Lycaonis, Varinus. Mænalus etiam Lycaonis filius fuit, à quo Mænalo monti nomen, Varinus apud quem σῶμα pro σῆμα (quæ Dorica vox est pro σῆμα) mendosè legitur. Ὦ Πὰν λίνηε Ἑλίκες προμοντόριον, αἴτι τὸ σῶμα Lycaonidæ, quod etiam dij mirantur. Theocritus Id. 1. De lycaone animali infra dicam seorsim. Idẽ de Lycam ferit, Verg. 10. Aeneid. Et rursus eodem libro. Protinus Antheum & Lycam, prima agmina Terni Persequitur. Lycaretus Mæandri filius Lemno præfuit, Herodot. lib. 5. Lycarius, vnus ex ephoris Lacedæmoniorũ. Xenophon lib. 2. rerum Græc. Lycastus vrbs Cretæ, sic dicta est à Lycasto quodam indigena, vel filio Minois, Varinus. Lycastus & Parrhasius à lupa nutriti feruntur, Plutarchus in Parallelis minoribus. Lyceas Nauerati filius scripsit

ſcripſit Aegyptiaca, Athenæus. Sæpius at ſi me Lycida formoſe reuiſas, Verg. 7. Aegl. de paſtore: ſunt qui & Centauri nomen eſſe dicant. Lycidam quendam Salaminium Athenienſes lapidauerunt, quòd pecunijs à Mardonio corruptus videretur, Herodot. lib. 9. Lycimnius frater Aſtyochiæ, auunculus Tlepolemi, à quo & ipſe interemptus eſt. vt quidam ex Homero citat: ſed forte legendum Λικυμνιάδ-, de quo aliquid habes apud Varinum. Domũ tuam exuret Λικυμνίαις βολαῖς, Ariſtophanes in Auibus: Vbi Scholia, Licymnius forte ædes quorundã combuſſit. Cæterum in Licymnijs fabula Euripidis introducitur quidã fulmine tactus. Licymnius Chius ſcriptor Græcus citatur ab Athenæo lib. 13. Licymnia verba tanquam perelegantia Plato celebrat in Phædro. Lycinus, Λυκῖν-, exul ex Italia, ſummæ apud Antigonum fidei fuit, & commiſſum ſibi præſidium tenuit. Teles apud Stobæum in ſermone de exilio. Lycinus Heræenſis curſor, Pauſanias in Eliacis: alibi etiam Lycini equitis inſignis, & alibi pũgilis meminit. Rectius viues Lycini, neq; altum Semper vrgendo, Horatius Carm. 2. 10. Lycis (vel Lycus) poeta comicus ab Ariſtophane tanquam frigidus notatur, Suidas. Lyciſcus ſtatuarius fecit Lagonem puerum ſubdolæ ac fucatæ vernilitatis, Plin. 34 8. Lyciſci cuiuſdam Pauſanias in Meſſenicis meminit, ex Aepytidarum genere. Lycomedes rex Scyri (cuius in Theſeo Plutarchus meminit) filiam habuit Deidamiam, ex qua Achilles Pyrrhum genuit, Vide Onomaſticon. Lycomedes Creontis filius apud Homerum Iliad. 9. huius cũ vulnere in vola picti. Pauſanias in Phocicis meminit. Lycomedes Mantinenſis, vir nobilis & diues, Xenophonti rerum Græcarũ lib. 7. Lycomedes natus ex Parthenope Ancæi filia & Apolline, Pauſanias in Achaicis. Megalopolis conditores ab Arcadibus electi, Lycomedes & Polcas Mantinenſes, & alij, Pauſanias in Arcadicis. Λυκομήδη-, vir inter comicas perſonas, ἀλοπώγων, μαχεσφύη-, ἀναπεπεικὼς ἐπὶ πέρας ἰέναι, πλυπεπαγμενοπίλιν περιτρέπεσθαι τινα, Pollux. Λυκομίδαι, φύη-ξηροῖν, Heſychius & Varin. Muſæi hymnum in Cererem Λυκομίδαις πεποίηται citat in Meſſenicis Pauſanias, non procul initio: & paulò poſt Λυκομιδῶν κλίσιον quaſi templum eorum nominat. Λύκων: huius nominis philoſophos quoſdam & poetas lege in Onomaſtico. Lycon Comœdus in nuptijs Alexandri Magni fuit, Athenæus lib. 12. Eodem in libro Lyconis Peripatetici meminit. Lycon Scarphei filius Comœdus, ab Alexandro Magno decem talenta accepit, Plutarchus in Alexandro. Lycon Achæus, apud Xenophontem Anabaſeos lib. 5. Lyconis Iaſenſis librum de Pythagora citat Athenæus. Lycos vel Lycon quidam pentathlus fuit, Scholia in Veſpas Ariſtoph. Λυκοφόντης, viri nomen, Iliad. δ. Lycophron, viri proprium: & adiectiuum, crudelis, ſuperbus, Heſych. & Varin. Lycophron Chalcidenſis, Ariſtoclis filius, adoptatus autem à Lyco Rhegino, grammaticus & poeta Tragicus, &c. Suidas. Vide Bibliothecam noſtram & Onomaſticon, & quędam Cælij loca ex indice. Nicias Athenienſis Lycophronem Corinthiorum imperatorem occidit, Plutarchus in Nicia. Lycophron Perinthi Corinthiorum regis filius, matrem occidit viuente adhuc patre. Onomaſt. Lycophron Pheræus vniuerſæ imperare Theſſaliæ quærebat, Xenophon rerum Græc. lib. 2. Lycorea vicus in Delphis à rege Lycoreo dictus: Pauſanias aliter, vide inferius inter locorum propria. Lycormas Lariſſæus equo celete vicit, Pauſanias in Phocicis. Lycortæ Syracuſani mentionem in Eliacis facit Pauſanias, & alijs in locis. vt index in tranſlatum demonſtrabit. De Lycorta Megalopolitanorum imperatore nonnulla ſcribit Plutarchus circa finem Philopœmenis vitę. Lycurgi cuiuſdã ſtrennui viri Homerus meminit, quem filium facit Dryantis: fit autem Lycũrgus contractum à λυκόεργος, non à λυκοτέργ-. λύκα γὰρ ἐργαλεῖα ἔνιοι εἶπον, ἔχειν ἢ ἄ. hoc enim hominis proprium eſt, Varinus. Lycurgi Lacedęmoniorum legiſlatoris vitam Plutarchus compoſuit. De eiuſdem cõſtitutionibus, & morte multa legimus apud Suidam. Vide Onomaſticon, & indicem in Cælium & in Herodotũ. Lycurgus vnus ex decem rhetoribus Athenis, Lycophronis filius (nepos Lycurgi legiſlatoris, Varinus:) plura leges apud Suidam. Lycurgides filius Lycurgi, nepos Dryantis, Ancæus nomine: vide Onomaſticon. Hoc obiter addam, inter phialas fuiſſe quę dicerẽtur lyciurges (φιάλαι λυκιουργεῖς pro λυκιουργεῖς, non rectè habetur in excuſis codicibus Polluci-) à Lycijs, vt Cęlius ait. Λυκιουργὶς, (malim victimam per η.) vox apud Demoſthenem in oratione ad Timotheum. Didymus interpretatur phialas à Lycio Myronis filio (à Lycone quodã alij, Athenęus lib. 11.) factas: ſed apparet ignorare grammaticũ, huiuſmodi ſchematiſmum à proprijs hominum nominibus non reperiri ſed potius ab oppidis & populis, vt κλίνη Μιλησιουργὶς, (κάνθαρος Ναξιουργὶς, τραπέζα ἰσθμιουργὶς, Athenęus ex quo Suidas etiã tranſcripſit) Suidas. Προβούλως δύο λυκιουργίας ἡμιεργίας, ὅτι κύκνοι εἰσὶ περὶ λύκων θήραν βαττιάδεια καὶ λυκίᾳ ἱερατεύουσα, Athenęus citans Herodoti librum ſeptimum. Λυκιουργεῖν, τὸ λυκιουργὴ ποιεῖν, Budęus in commẽtarijs linguæ Græcæ. At Suidas, Μήποτε δὲ γραπτέον ὡς Ἡρόδοτος ἐν τῷ η. (λυκιουργίας) αἱ δὲ περιβόλως δύο λυκοτέργιας, vt eadem ſcriptio ſit quę apud Demoſthenem de ijs, quę in Lyceo (ἐν Λυκείῳ) facta ſint operibus. Budęus quidem Λυκιουργὶς, Lycio opificio factum interpretatur. Λυκοτέργης (in Lexico Græcolat.) exponitur etiam lupos conficiens: ſic περιβόλιον λυκοτέργιον, venabulum lupis occidendis aptum dixeris: Λυγκιουργὸν (lego λυγκεῖον) τὸ ἁλίσκεσθαι, Heſychius & Varinus. Λυκιεύ-, vnus ex procis Hippodamiæ, Varinus in Oenomao. Lycus pueri nomẽ, Horatio in Odis 2. 32. Lycus (Apollonio in Argonauticis) Daſcyli Bithyniæ regis filius, ſacellum Caſtori & Polluci dedicauit, magna cura liberatus, interfecto ab ipſis Amyco Bebrycum rege, Hermolaus in Plinium. Celænûs & Promethei filij memorantur Lycus & Chimæreûs, Varinus in Αἰολικοὺς. Celænò, vna Pleiadum, ex qua Lycum & Nyctea Neptunus ſuſtulit, Gyraldus. Gemit crudelia: ſecũ Fata Lyci, (viri Troiani) Verg. 1. Aen. At pedibus longè melior Lycus, 9 Aen. Lycus ſtatuarius puerum ſuffitorem fecit, Plinius 34. 8. Λύκ- vel Λύκων quidam pentathlus fuit, Scholia in Veſp. Ariſtoph. Athenis in templo Mineruæ pugnans Cycnus conſpicitur. Is Cycnus, vt aiunt, cum alios tum Lycum Thracem propoſitis ad ſingulare certamen præmijs occidit. Ad fluuiũ verò Peneum ab Hercule eſt interfectus, Pauſanias in Atticis Hercules Lycum Thebarum regem quòd Megaræ coniugi vim voluiſſet inferre interemit. Nycteus (cuius filia Antiope celebratur) ex vulnere moriens, Lyco fratri imperium Thebanorum committit, Pauſanias in Corinthiacis: de eodem plura in Bœoticis ſcribit, & quomodo ab Antiopæ filijs (Amphione & Zetho) pugna ſuperatus ſit. Vide Onomaſticon: In itinere ex agro Corinthio Lyci Meſſenij monumentum cernitur, quiſquis tandem Lycus ille ſit. Nec enim illum inuenio Lycum Meſſenium qui pentathlum exercuerit, aut Olympia vicerit, Pauſanias ibidẽ. Caucon Celæni filius Orgia magnorum deorum Eleuſine ad Meſſenam tranſtulit: eadem multis poſt Cauconem annis celebriora reddidit Lycus Pandionis filius: Lyci quercetum etiamnum appellãt; &c. Pauſanias in Meſſchicis. Et rurſus eodem libro Lycum Pandionis filiũ oracula reddidiſſe commemorat. Ab hoc aliqui Lyciam dictam ſcribunt. Gyraldus ex Pauſania non rectè Lycium vocat, niſi librarij peccarint. Meminit autem eius Pauſ. in Atticis, & Herodotus lib. 1. Lycus Phidolæ Corinthij filius, Iſthmijs ſemel, Olympijs bis vicit, Pauſan. Eliacorũ 2. Fuit & Lycus Priami filius: item vnus è Centauris. Callirhoë filia Lyci hominis ſanguinarij & hoſpites immolantis, à Diomede relicta (quem Troia redeuntem benignè ſuſcepetat, & paternis liberauerat inſidijs) laqueo ſe ſuſpendit;

Iubas apud Plutarchum lib.3.rerum Africanarum. Gyraldus Lyci nomine numerat vnum inter Telchines. Lycis vel Lycos,frigidus quidam comicus poeta,vt superius retuli. Τὸ ἐπὶ Λυκῳ δικαστήριον,locus iudicij cuiusdā Athenis,vbi lupi effigies stabat,ad demonstrandum herois nomen,à quo sic dictus est locus. Ab eodem ortum est prouerbium,Η Λυκου δεκας. Pollux. Θησεῶν (lege Θ' ἡρῶων,pro τῶν ἡρῶων) templum Lyci herois,Varinus. Ω Λυκε δεκατε τῶν ἡρωων. Aristoph.In Vespis. Vbi Scholia,Lyci templum & herôum apud iudiciorū loca erat. Aliter,Herôum Lyci apud locum iudicij erat:& cum iudicia agebantur,iudicialem mercedem,nempe triobolū,(quotidie ei triobolum seponebant,Suid.) quam accipere solebant quorum erat iudicare. illi quoq; conferebant. Λυκου δεκας, id est Lupi decas:dictum apparet (inquit Erasmus)in eos,ad quos inhonesti lucri pars aliqua tametsi pusilla rediret. Aut in eos qui largitionibus essent corrupti,aliósue corrumperent. Nam Athenis in foro vbi causæ agebantur, Lycus quidam genius (heros potius,vt Græci habent) scalptus stabat, (ὄρυτ, ἀντὶ λύκου) lupina specie. Apud hāc statuam sycophantæ pecunia corrupti versari consueuerunt, velut apud deum quempiam sui quæstus præsidem, cuiq; in dies singulos triobolus secabatur,authore Zenodoto:quanquam attigit & Hesychius. Suidas addit,sycophantas (ἐπὶ δυσὶ δικασταῖς) fuisse decem numero,veluti decem viros referentes.Meminit huius Aristophanes in Vespis, Θ' ἡρῶν εἰ μοι γένοιτο εἰκόνα λαβεῖν Λύκου, Si qua simulachrum efferre possis Lyci,Hæc Erasmus. Καὶ οἱ πρῶτοι δικασταὶ ἐπὶ τοῦ Λυκου τοῦ ἡρωος καθῆνται, Varinus. Vox quidem δεκας hoc in prouerbio videtur δοκιμασιαν sonare.vt δεκαζεσθαι,δωροδοκεῖσθαι: quoniam pariter decem versabantur iuxta Lyci effigiem, qui munera accipiebant ab ijs qui magistratum aut aliud quippiam ambiebant,vt quantum in ipsis esset eos promouerent,Suidas in Λυκου, & bis in verbo Δεκαζεσθαι. Lycus fluuius cognominis regi,fluens per Mariandynorum regionem,Varinus: vide infra inter propria locorum circa finem. Lycus rex fuit Mariandynorum,cuius filius Priolaus, Scholia Nicandri. Lycus medicus quidam apud Aëtium citatur:& Galenus contra Lycum quendam Hippocratis calumniatorem scripsit. Lycus Rheginus Lycophronem Chalcidensem Aristoclis filium adoptauit,Suidas. Lycus,qui & Butheras, Rheginus historicus, pater Lycophronis Tragici, sub diadochis vixit,in iudijs Demetrij Phalerei petitus: scripsit historiam Libyæ & de Sicilia,Suidas. Scripsit quædam ad Alexandrum, vt Scholia in Aristophanem citāt. Λυκωτου minister Antyci,apud Apollonium Argonaut.2. Λυκωτας bubulcus apud Theocritum Id.5. Harpalycus, Mercurij filius, Theocritus Id.31. Epilycus poeta comicus apud Suidam ex Athenæo: Vide Gyraldū de poetis. Ἐπιλυκος,nomen viri apud Suidam. Autolycus,auus Vlyssis Homero. Fingitur autem filius fuisse Mercurij & ab eo furandi artem didicisse,ita vt furando semper lateret:& quæ furabatur pecora ki aliam quam vellet formam redigeret:itaq; Parnassum montem habitasse,& ditissimus euasisse fertur,Scholia in Odysseæ τ,circa finem. Lycurgus rhetor contra Autolycum scripsit,Suidas. Hermolycus pancratiasta in Atticis Pausaniæ. Οἰλυκος nomen proprium,ab Erasmo prouerbijs adnumeratum. Herodotus (inquit) lib.4. refert,quum Theras quidam adornaret longinquam nauigationem,ac filius ipsius adolescens negaret se futurum eius nauigationis comitem, τοιοῦτον αὐτὸν καταλείψειν ἐν τοῖσι λύκοισι id est,Itaq; relinquam eum inquit,ouem inter lupos. Ex eo dicto nomen inditum est adolescentulo Οἰλυκος, vocecomposita ex oue & lupo. Dici poterit in hominem defertum ac destitutum auxilio. Quòd si quis negabit hoc esse prouerbiū,referatur pro appendice ad illud Ouem lupo commisisti: nam probabile est ab hac historia natum prouerbium, Hæc Erasmus. Valla interpres Oilycum legit: sed codices impressi Οἰλυκον habent,vt Erasmus legit.

Mulierum. Lupa meretrix Romulum & Remum lactauit,vide infra in d. Lyca meretricis nomen,Athenæo lib.13. Extremum Tanaim si biberes Lyce Sæuo nupta viro Horat.Carm.3.10. Lycaste filia Priami quam Polydamas Antenoris filius vxorem duxit,& nomen Nymphæ. Fuit & Lycaste nobile scortum in Sicilia, quam à forma Venerem vocarunt:vide Buthes in Onomastico. Lycoris amica Galli poetæ,quam sic ficto nomine appellauit Vergilius,cum Cytheris vocaretur: hæc cum postea spretō Gallo M.Agrippam in Galliam proficiscentē sequeretur,Gallus sibi ipsi tandem amoris impatiens mortem conscisciuit. Tua cura Lycoris Perq; niues aliū,perq; horrida castra secuta est,Verg.10.Aegl. Cydippeq;, & flaua Lycorias, Vergilio 4. Georg. inter nymphas Penei fl. Lycænis, Λυκαινις,meretricis nomen in Anthologio. Λυκαινα, ἡ γραιδιον ἰσχνον, anus in comœdijs, oblonga, paruis & crebris rugis,alba,subpallida,oculis straba, (στρεβλὸν τὸ ὄμμα) Pollux. Λυκαιδες,virgines quædam,Hesych.& Varinus.Et rursus,Lyciades, Λυκιάδες,virgines numero triginta quæ aquam ferunt in Lyceum: Apud Hesychium additur, Λακεδαιμόνιοι quam vocem ego retulerim ad Λυκηλάτας quod proximè sequitur, tanquam Lacedæmonij sic nominent anguillas:nam glossas passim in accusandi casu frequenter scribit,vt subaudiamus καλεῖν. Mæonio regi quem (Heleuorem) seruus Lycimnia, forte Licymnia scribendum, vt viri quoq; nomen furtim sustulerat, Verg.9.Aen.Vel qualis equos Threissa fatigat Harpalyce.Verg.1.Aeneid.Est & viri nomen Harpalycus.

Propria locorum & populorum. Irpini appellati nomine lupi,quem irpum dicunt Samnites: eum enim ducē secuti agros occupauēre,Festus.Fuluium Hirpinum dictum à Plinio 8.52. Marcus Varro 2.de re rust. Fuluium Lupinum vocat. Ab Hydrûnte Soletum desertum,dein Fratuertium, Portus Tarentinus,statio militum Lupia, Plin.3.11.aliâs Lupia. Antonius Lupiam xxv. m. p.ab Hydrûnte abesse tradit.

Λυκαβηττος,mons Atticæ,sic dictus quod lupi in eo abundent,Hesych.& Varin. In Attica montes, Hymettus, Lycabettus & alij,Plin.4.7. Apud Aristophanem in Ranis per t.simplex legitur.vt Suidas etiam & Varinus ex eo citant,sed loco corrupto,sic enim legendum Ἢ τὼν σὺ λέγεις Λυκαβήτους Καὶ Πανακτῶν ἡμῖν μετρεῖν, ἐπίτηδες τὰ χρήματ' ἀδιάκοπον, ὅπως ἔσῃ μεγαλαυχότατος: quoniā vt Parnassus,sic Atticæ Lycabetus,montes māximi sint: vt verba magnifica & sublimia, quasi montibus æqualia intelligamus, inquit Scholiastes. Vel quoniam Aeschylus in fabula quadam Λυκαβηττος ἐξ Ἀχαρνέων μεγίστου dixit. In Critia quoq; Platonis Λυκαβηττὸν per t.simplex legimus,in Oeconomico autem Xenophontis per duplex. Lycæatæ,Arcadiæ populi fuerūt, Pausan. Λύκαιον, ἐστιν ὄρος, ἐξ Λυκαῖος, Suidas. Lycæus mons est Arcadiæ,in quo Lycæi Iouis delubrum,Plin. Quum pro monte Arcadiæ Lycæum dicimus,penultima æ. diphthongum habere debet, vt Græcis αι. discernendi caussa à Lyceo gymnasio Attico, quod in penultima e.longum habet,Græcè ει diphth. De Lycæo monte diuersis in locis Pausanias scribit,vt index demonstrat,& ex Paus.lib.Cæl.24 17. & nos plura dicemus infra in Ioue Lycæo. Lycæum montē aliqui dicti ū scribunt à lycis,id est lupis,quibus propter frequentiam pecudum abundabat.Et gelidi fleuerunt saxa Lycæi, Vergil. Aegl.10. Consitaq; arboribus Lycea reliquerat arua, Ouid.2. Metamphor.aliqui Lyrcea legūt, quod magis probo vel prosodiæ ratione. Lycæa vel Lycætha,vrbs Arcadiæ gentile Lycæus,Stephanus. Hypermnestra cū patris imperiū contempsisset,à patre fuit ad Lycei forū citata,Pausanias in Corinthiacis. Lycaones, populi Asiæ Phrygibus & Galatis seu Gallogræcis vicini,Pomp.Mela. Lycaones in Asia sunt, Pisidarum & Cilicum finibus, Hermolaus.

molaus. Perſidi (ἄπιγυι) ſunt Lycaones, quod & Ariſtoteles teſtatur, Scholia Iliad. 4. Apud Plinium plura requires ex Indice. Lycaoniumq; Ericaten, Verg. 10. Aeneid. Deriuatur ſanè Lycaonius tũ à Lycaone rege. Fœda Lycaoniæ referens conuiuia menſæ, Ouidius: tum à regione, à qua etiam Lycàn & Lycaon gentilia ſunt, Stephanus. Lycaonia, Λυκαονία, Aſiæ regio, &c. vide Onomaſticon. Dicta eſt autẽ hæc regio à Lycaone rege, de quo iam ſupra dictũ. Varinus. Arcadia olim Lycaonia dicta eſt, Euſtathius in Dionyſ. Et alibi, Lycaones dicti ſunt à Lycaone quodam Arcade, qui vrbem apud eos condidit ex oracvlo, Φείδωνα λύκα ἀκάμαντ' ἄγοντ' ἐνὶ γαῖμοῖς Ἀνδρομέῳ παλάιειν, τὸ μὲν πίκμηρεν Ἀπόλλων. In his verbis ἀκάμας videtur epitheton eſſe lupi audacis & multos labores pro præda obeuntis: vt interpretemur oraculũ illic condendũ eſſe oppidum, vbi lupus ore geſtans manum hominis occurriſſet. Lycaonia & Lycarnia, regionũ nomina, Varin. Stephano quidẽ Lucaria vel Luceria, vrbs est Italiæ, incolæ Lucrini. Lycapſus, Λύκαψος, vicus prope Lydiam, Stephanus. Lycaſpus, vrbis nomen, Heſychius & Varinus, ego Lycaſtus legerim. Sic enim Stephano vocatur vrbs Cretæ, à luporũ multitudine dicta, quæ ibi eſſe creditur. (Atqui Ariſtot, in Mirabilib. Lupos, inquit, & ſimiles feras noxias in Creta eſſe negant.) Meminerunt eius, Mela lib. 2. & Strabo 10. Plin. 4. 12. Eandem Homerus Iliad. 2. ἀργινόεντα Λύκαστον dixit: Varinus interpretatur λεύκογειον, quod terra illic alba & argilloſa ſit: addit, ſic nominari à Lycaſto indigena, aut filio Minois. Eſt & Pontica Lycaſtus, inquit idem, vt refert ſcriptor ethnicorum: ſic vocant Stephanum, etſi in impreſſis Stephani codicibus nihil tale reperiam: ſed conſtat eos multis in locis mutilos eſſe. Lycaſtum etiam Plinio ciuitas eſt Cappadociæ Λυκάστιον, regio Leucoſyriæ (Cappadoces quondam Leucoſyri dicebãtur, Plin.) à qua Lycaſtiæ Amazones cognominatæ. Varin. Lyceum, Λύκειον, gymnaſium Athenis, vbi docebat Ariſtoteles, Stephanus, & Varinus. Plato verò in Academia profitebatur: hinc illi Ciceronis verſus, Inq; Academia vmbrifera nitidoq; Lyceo, Fuderunt claras fœcundi pectoris artes. Aliqui Latinè etiam Lycium ſcribunt. Qui erant cum Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulãtes in Lycio. Lyceum, vt habet Suidas, Theopompus Piſiſtratum conſtruxiſſe ait: Philochorus verò, præſide & dictante Pericle factum eſſe. Erat autem locus (gymnaſium) iuxta vrbẽ, in quo exercebantur ante bella: & antequam milites educerentur ad expeditiones armati illic cõueniebant, & luſtrabantur, ἐξοπλίσεως χάριν ἐγίνοντο, Suidas: malim ἐξοπλίσεως, ſecundum Heſychium: & ſi quiſtrenui ac bellicoſi eſſent viri, illic ſe oſtentabant. (noſtri vocant *ein muſterplatz* campum vel aream faciendi delectus militũ, aut exercitus luſtrandi.) Eadem ferè ſcribit Scholiaſtes Ariſtophanis in Pacem. Lyciades (& alibi, Lycaides) virgines numerõ triginta, quæ aquam ferũt in Lyceum, Heſychius & Varin. Lyceum fuit etiam gymnaſium Ciceronis in Tuſculano, à nomine ſchola Ariſtotelicæ, de quo lib. 1. de Diuinatione ſic refert: Nuper quum eſſe cũ Qu. fratre in Tuſculano diſputatum eſt. Nam quum ambulandi cauſa in Lyceum veniſſemus, id enim ſuperiori gymnaſio nomen eſt, &c. Ἐπιλύκειον, palatium imperatoris ſeu ducis belli apud Athenienſes: ἀρχεῖον δὲ πολεμάρχου Λυκείου, Varinus. Ἐπιλύκειος λόγος, peculiaris ſermo, vt quidam in Lexicon Græcolat. retulit, non citato authore. Λύκειος ἀγορά, Lyceum forum quoddam Argis, vel in terra Argiua, vbi conuenichant, Apollini ſacer, Heſychius & Varin. Λύκειον locus vel vrbs Theſſaliæ, à lupo denominatus, qui illic in ſaxum conuerſus fuit. Varinus: apud quem perperam legitur Φαιῶν δ' πόλεως: legendũm autem ex Etymologo, Φαιῶν πεὶ δ' Πηλέως βοῶν, hoc eſt, cum Pelei boues aggrederetur: apud eundem Λύκιον ſcribitur, per iota in penultima.

Teathranæ ſupra Aeolidem ſitæ, oppida ſunt. Haliſerne, Lycide, &c. Plin. Lycirna, pagus prope Calydonẽ, Strabo lib. 10. Lycinopolis, ciuitas quædam in Originum libro Catonis. Lycij dicti ſunt ſecundum quoſdam à Lyco Pandionis filio, qui in Aſiam traiecit, Euſtathius in Dionyſium ex primo Herodoti. Lycius gentile. & cõgnomẽ Apollinis. Λύκαια, vrbs Arcadiæ, Stephanus ex Pauſaniæ octauo, id eſt Arcadicis, vbi ſic ſcribit: In Mænali montis extremis partibus ſigna (rudera) ciuitatis Lycoæ apparent, templum itẽ Dianæ Lycoatidis. Super Pſyllos in Africa lacus Lycomedis eſt, deſertis circundatus, Plin. Λυκαίνη, vrbs Thraciæ, Stephan. Λύκαινα, nudum nomen apud Suidam. Lycopolis, vrbs Aegypti ſic à lupis cognominata, eò quod Aethiopes agros Aegyptios incurſantes, lupi facta acie vſq; ad ciuitatem Elephantinam repulerint. Ibidem igitur ciuitatem cõſtructam Aegyptij à beſtijs illis Lycopolin cognominarunt, ac pro dijs lupos ipſos venerantur, Diodorus Siculus lib. 2. Lycopolis, id eſt Luporum ciuitas, vna eſt in Lycopolitide præfectura Aegypti: altera in Sybennitica iuxta mare, Stephan. Luporum ciuitatis meminit Strabo lib. 17. & Plin. 5. 9. Eidem alibi. Lycopolitis vna eſt ex præfecturis Thebaidis Aegypti. Lycopolitana Thebaidos ciuitas pari religione Apollinem & lupũ colit, (vt in h. dicetur,) Macrobius. Lycorea, Λυκώρεια, vicus in Delphis, à Lycoreo rege dictus. Gentilia, Λυκωρεύς, Lycorus, Lycoreites. Dicitur & Iupiter Lycoræus, & Λυκάωρος cum diphthongo, Steph. Λυκώτολις, paroxytonum Aeolicè, Varin. forte legendum Λυκώρολις, quod communiter acuitur. Λυκώρεια, vrbs Delphidis, in qua colitur Apollo, à Lycoro conditore filio Coryceæ (& Apollinis, Scholia in Apollonium) habitante: (videtur enim legendum οἰκοῦντος) in Parnaſſo: qui montem quoq; (Lycoriæ vrbi) vicinũ Coryceum appellauit à nomine matris, Etymolog. Corycium antrum à nympha Corycia dictum volunt, à cuius filio Lycoro ciuitati factũ Lycoriæ nomen ſit. Ex Lycoro Hyamus naſcitur, cuius filia Celænò Delphum ex Apolline concepit, à quo nuncupati Delphi. Cælius ex Pauſaniæ Phocicis. Oppidum (inquit Pauſanias ibidem) ibi antiquiſſimum aiunt eſſe conditum à Parnaſſo, &c. à quo & monti nomen inditum: oppidum id quoq; diluuio Deucalionis tempore fuiſſe ſubmerſum aiunt. Quicunq; autem hominum tempeſtatem iſtam poterant effugere, luporum vlulatu (λύκων ὠρυγαῖς) incolumes in Parnaſſi cacumina euadebant, ducibus itineris factis hiſce belluis. Propterea conditam ibi ciuitatem, à lupis Lycoream appellarunt: vnde & Apollo Lycoréus dictus, aliàs Lycoræus. Hæc Pauſanias & ex eo Gyraldus. Λυκωρίς, nudũ nomen apud Suidam. Φοῖβε Λυκωρέ, Orpheus in hymno ad Apollinem. Τίτανος Φοίβοιο Λυκωρείοιο Κάφαρσε, Apollonius in Argonaut. Exponunt autem Lycoreum, Delphicum: nam Delphi primum Λυκωρεῖς dicebantur, à Lycorea vico, Varin. Deucalion & Pyrrha cum terra diluuio obrueretur, arcam ingreſſi, ſupra Parnaſſum, vel ſecundum alios Lycoreum montem elati ſunt, Scholia in Olympiorum Pindari Carmen 9. Lycoſthene vel Lycoſthenia, Λυκοσθένη, Λυκοσθένεια, vrbs Lydiæ, Steph. Lycoſura, Λυκόσουρα, vrbs Arcadiæ in Lycæo monte à Lycaone condita, Pauſan. Steph. Lycotæ & Lycoſurenſes Arcadiæ populi fuerunt. Pauſan. ſorte Lycoatæ legendum: ſic enim à Lycoa ciuitate dicuntur. Prope Lycoſuram eſſe dicuntur montes Nomij, in quibus & Panos Nomij ſacellum, Cælius ex Pauſan. Λυκόζεια, vrbs Thraciæ, gentile Λυκόζειοι, Stephan. Suid. Varin. Lycuria, Λυκουρία, ager quidam Arcadiæ, qui Phenetas & Clitorios diſtinguit, Pauſan. Lyctos oppidum Cretæ, à Lycto Lycaonis filio conditum, Stephan.

Euenus fluuius in Aetolia oritur, Lycormas olim dictus, Strabo libro 10. & Stephanus in Lycorma, vbi prò

Eueno perperam Eycnos legitur: vide Onomast. Meminit & Stobæus sermone 98. de morbis, &c. Lycus fl. Ponti, viginti stadijs ab Heraclea distat, Arrianus in Periplo Ponti. Heraclea opp. Ponti, Lyco fl. appositum, Plin. Et rursus. Præterfluit & Neocæsariam. Multis etiam alijs in locis, vt Index ostendit, Lyci fl. meminit. Lyci amnis in Heracleensi agro meminit & Apollonius in Argonauticis, qui & regem tractus eius Lycum fuisse refert: & Orpheus in ijsdem, iuxta Euxinum esse canens hunc fluuium, vbi Argonautæ à Lyco rege suscepti sint. Fluit per regionem Mariandynorum. Varin. Minorem Armeniam Lycus amnis disterminat, Plin. 6. 3. Et mox. Iris flumen defertus Lycum. Iris in se recipit Lycum ex Armenia fluentem, Eustath. Caper fl. Laodiceam Cariæ vrbem cum Lyco & Asopo amnibus alluit, Strabo lib. 12, Laodicea vrbs Asiæ imposita est Lyco flumini, Plin. Lycus fluuius Heracleenlis agri duorum iugerum latitudine, Eustath. ex Xenophonte: Apud quem hunc locum reperias lib. 5. de expeditione Gyri: vbi Romulus Amasæus τὸν Λύκον δύο πλέθρων, latitudinem passuum quadraginta transtulit quoniã 10 plethron aliqui sextam stadij partem interpretantur. Lycus in Asia terræ hiatu absorptus, & alio loco renascens, tandem in Pontum cadit. vt testatur Ouidius lib. 4. de Ponto Eleg. 10. Et Metam. lib. 15. Iuxta Colossas Phrygiæ vrbem Lycus amnis hiatum terræ subiens occulitur: deinde ferè quinq; post stadia emergens, elabitur & ipse in Mæandrum, Herodot. Lycus fl. Ciliciæ, Plin 5 27. A Thyssagetis quatuor ingẽtes amnes per Mæoteos fluunt, in Mæotin paludem se insinuant, Lycus, Toaris, Tanais, Syrges, Herodotus. Lycus fluuius Telchinum, Hesychius & Varinus. Lycus fl in ora Phœnices Plinius: meminit eius & Strabo. Est & Lycus Assyriorũ fluuius, qui Tigri immiscetur, Onomasticon. Item Lycus Vindelicię, qui ex alpibus oriens Augustam versus fluit, ac tandem Danubio miscetur, accolæ vocant *den Lech*: hic Vindelicos à Rhætis disterminat. Λυκάων (penultima circumflexa) πότος, Lyceus potus, à fonte quem Apollo inuenit, ex quo lupi bibunt, vino & melle manantem, Suid. Hesych. Varin. Sed distinctius Erasmus in prouerbijs: Lupinum potum (inquit) dicebant, vbi quis voluptatem sui periculo capitis emeret. Narrant duos erupisse fontes sacros Apollini, quorũ alter vino scateret, alter melle, ad quos cum aues aduolarent feriebantur. Porrò Apollo Lucius dictus est, siue à luce quam aperit, siue à lupis interfectis, Authores Zenodotus & Suidas. 20

b. Fere omnia quæ diximus de leone, habet etiam lupus, sed pleraq; hic minus, ille magis: moribus tamen lupus improbior est, & magis insidiosus, Albertus. Formicis Indicis magnitudo Aegypti luporum. Lupi à colore epitheta quædam inter cætera retuli superius. Λυκόφρυες, Oppiano: Λύκων πολιὸς χαίτης ἠμβρόσιος. Eidem. Πολιοὶ λύκοι, aliàs λάσιοι, πεφρικότες: hoc est ruffi, aut nigri: (λάσιος fuscum significat, potiùs canum) Ῥινὸν πολιοῖο λύκοιο, Homerus Iliad. κ. Vel πολιοὶ id est subcinerei aut pretiosi, (τίμιοι:) pretiosum enim hoc animal est: & apud Athenienses, qui lupum occidisset, pretium accipiebat quantũ sepulturæ sufficeret, (ἀργύριον αὐτῷ τὸ τάφου παρέχειν.) Aut propter Latonam fortassis quæ grauida in lupam mutata est. (vt dicam in h.) Aut πολιὸς interpretabimur albos: nam pilis eorum, parte proxima cuti, color est albus: media, niger: suprema ruffus, vt per synecdochen ab albicante parte lupi toti πολιοὶ dicantur, Etymologus & Scholiastes in 2. Argonaut. Πολιὸς λύκος ἀπὸ τοῦ πολιοῦ, ἐστὶ πυρρὸς ἢ τεφρὸς ἢ τοιοῦτος τὸ χρῶμα. Eustathius. Apollonij Vide supra λυκόφως inter deriuata à Lupo & infra in Lyceo Apolline. Pili lupis interius albi, exterius nigricant, Varinus. inde λυκόφως tempus matutinum nocti & diei confine. Lupina pellis cinerea est, & nigredinem non parum habet, Varinus in Ἀμφιλύκη. Lycophthalmos gemma lupini oculi effigiem refert, Plin. Lupati vel lupi, freni asperrimi à similitudine dentium lupinorum, Isidorus. Θοοὶ δούχτοιον χαράξαι, Oppianus. Lucanis imperauit Lamiscus, cuius pedis digitus tertius à magno similis lupi digito fuit, Heraclides in Politijs. Ex nostris qui lautius loquuntur, peculiares quasdam de lupo dictiones habent: *Er hatt ein haut die wirdt im abgeſt. eſſen*. Os eius morsum vocant, *engebiß*: pedes *klawen*. Caput Vrsi, apri & lupi, & aliarum belluarum mordentium Galli peculiariter hure vocitant. In equo bono & generoso Germani requirunt lupi oculos & validam ceruicem, & eiusdem voracitatem, & gressus lenitatem, Camerar.

c. Lupus ex longinquo & acute videt noctu etiam, instar noctuæ, Philes. Terram edunt lupi, vnde γεοφάγοι dici possunt, vt qui holeribus victitant pauperes. Λαφύσσειν deuorare, λαιμάσσειν καταπίνειν, μὴ σιλλύειν, καὶ μὴ ἡμῶν ἔδειν, παρέσεσθαι, vocabulum quod de leone & lupo propriè dicitur, vt λαφύσσειν αἷμα, & ἀναίσσεσθαι βοείλαι, Varinus. Οἷον οὖν λύκοι πᾶς ἡδέως ἐλάδυσαν τὰ αἰὲν πλημμυρίδα ἐπὶ τὰ ἐκ τῆς ἀγορᾶς τῷ πορθμευτικῷ φρίκῃ, Heliodorus. Λάπτειν, sorbere, lingua exerta aquam lambere cum sonitu, per onomatopœiam (vt nobis etiam verbum *Lappen*, & lambere Latinis) de canibus, lupis, & huiusmodi animalibus propriè dicitur, Varinus & Scholiastes in Iliad. π. Vlulare, de luporum & canum horribili & vulgo ominosa voce: per onomatopœiam, quæ eadem Germanis est *heulen*, & Gallis vller. Exululat, Ouidius de Lycaone. Vilæq; canes (id est Furiæ. Seruius) vlulare per vmbram, Verg. 6. Aeneid. Ἠρύθειν dicitur de lupis canibus & leonibus, cum esurientes vlulant: & de alijs animalibus quæ proprium suæ vocis vocabulum non habent, Varinus. Pollux de minoribus, vt lupis, vulpibus, thoibus, ὑπὸ ἀκτῆς & ἠρύθη dici ait. Καὶ λύκος ἠρύθη μακρὸν μανιάδα κωκυτὸν ὠρύεται, Aratus. Ὠμηστὴς λύκος, ἐπὶ ἀλίσκεται αἰτῇ, Oppianus de cane testiculis alligato in pardalium venatione. Leo ἠρύετο, Apollonius 4 Argon. Transfertur etiam ad inanimata. Τὸν δ' μετ' αἰρέτην Τυρσηνὶς ἴδμα ἠρύθησεν, Dionysius Afer. Σμερδαλέον ἠρύοντες, Oppianus de lupo. Ἀυχμὸς, vlulatus luporum, & barritus (de qua voce dixi in Elephanto c.) in primo prælij concursu. Pausanias in Argolicis clamorem illum ἀλαλαγμὸν vocat. Terribili Marte vlularent, Plin. lib. 26. Vlulata prælia, Statius 9. Theb. Lætis vlulare triumphis, Lucanus lib. 5. Αυχμὸν ἢ τὸ λύκων βοὴν ἐξαίσης καὶ ἀνθρώπου μὴ ἐμφέρειν ἀυχμὸν λέγουσι, ἢ τῷ παρόντι ἐπιθέσθαι. Καὶ αὖν οἱ Ἕλληνες ἐσάλπιγξαν ἀθρόως χρησάμενοι τοῖς στόμασι λυκηδόν. Θήλυς ἡ αὐτὴ καὶ παννυχὶς, Suidas ex authore innominato. Catullire, esurire (prurire, potius) vel libidinari. Laberius, Scinde vnam exoleto impatienti catullientem lupam, Nonius. Quid lynces Bacchi variæ? & genus acre luporum Atq; canum? Vergilius in Georg. de vi amoris scribens. Lupa facit se inire à lupo, exponit se ineundam Galli sic proferunt, La louue se fait aligner au loup, Robertus Stephanus. Scylaces, id est catuli, canum & luporum dicuntur, Varinus. Θῆλαι ἀδρύακτοι, vel óbria, dicuntur catuli hystrichum, leonum & luporum: vide in Leone h. c. Catuli luporum, Gallis louueteaux. cheaux verò cõmuniter dicunt de lupo, vulpe, mele & lutra, Robertus Stephanus. Ex lupis & canibus nasci genus quoddam canum, in Historia de canibus mixtis docui: aliqui sic natum lyciscum vocant. Latinè lupum canarium, aut canem luparium dixeris: quanquam Gaza & Niphus pantherem lupum canarium transferunt (vt à panthera distinguant,) de quo mox inter congeneres lupo feras dicemus. Galli canem fœminam cum ad libidinem incitatur lisse vel lyce nominant quasi lyciscam, nostri *leutſch*. Dente lupus corou taurus petit: vnde nisi intus Monstratum? Horat. Serm. 2. 1. Et mox, Mirum, Vt neque calce lupus quenquam, neq; dente petit bos. Οἱ δ' λύκοι ὡς ὀδόντεσσιν, Homerus Iliad. λ. de pugnantibus in acie.

Non

Non lupus insidias explorat ouilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum Cura domat, Verg. in Georg. pestem describens. Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos fero, (aliàs desertos gero,) Plautus Ambroico, vt Nonius & Festus citant.

d. Quem tu ceruus vti vallis in altera Visum parte lupum graminis immemor Sublimi fugies mollis anhelitu, Horat. Carm. 1. 15. Vt pauet acreis Agna lupos, capreæq; leones, Idem Epodo 12. Lupis & agnis quanta sortitò obtigit Tecum mihi discordia est, Item Epodo 4. Rapinam quæ audacter & impudenter fit (αὐδικῶ, forte ἁρπαζόντως ποιοῦντι.) lupis comparauit Homerus, Ὡς δ' λύκοι ἀρνειοῖσιν ἐπιχρέμψαντε, ἰὼ φῶτε, Varinus in Παροιμίαις. Prius lupus ouem ducat vxorem, Πρὶν καὶ λύκον οἶν ἀγαγέσθαι, Ante lupos tibi iunget ouem, Aristophanes in Pace, de his inter quos insanabile dissidium. Consimili figura dixit Horatius, Sed prius Apulis Iungentur capreæ lupis. Plautus in Pseudolo, Vt mauelis lupos apud oues linquere, quàm hos domi custodes. Hoc prouerbium inquit Erasmus) ad rem relatum, erit lepidius: quod genus, si dicas, pecuniæ studium non cohærere cũ studio literario. Scholia Aristophanis simpliciter de re impossibili prouerbiũ accipiunt: & poetæ cuiusdam (Homeri Iliad. χ.) hos versus citant, Ὡς οὐκ ἔστ' ἀρνῶν καὶ ἀνδρῶν ἐμπεδα πιστά, Οὐδὲ λύκοι καὶ ἄνδρες (legendum ἄρνες) ἰητρὸν ἔχουσι φρένα, Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι μάλιστα ἀλλήλοισι. Ouem lupo commisisti, τῷ λύκῳ τὸν οἶν. Terentius in Eunucho, Scelesta ouem lupo commisisti: de Chærea ephebo, cui velut eunucho virgo soli credita est. Donatus admonet prouerbium esse quod contineat fœmineam reuerentiã, meretricium sensum. Concinnè vtemur, inquit Erasmus, quoties ei seruandum aliquid committitur, cuius gratia custodem magis oporteat adhiberi. Cicero tertia Philippica, Etenim in concione dixerat se custodem futurum vrbis. O præclarum custodem, ouium (vt aiunt, lupum. Custos ne vrbis, an direptor & vexator esset Antonius? Vnde quadrare videtur, quoties inimico negotiũ committitur, quiq; nobis pessimè velit, propterea quòd lupus & agnus genuino quodam odio dissident, Huic adscribendum illud quod refert Suidas, πρὶν καὶ λύκον οἶν παιανίσαι: id est, Prius etiam lupus ouem pascet de re neutiquam verisimili. Huic confine Plautinum illud in Milite, Bono cella suppromo credita. Sed propius accedit quod est in Truculento: Nam oues illius haud longè absunt à lupis, Hæc Erasmus. Sed apparet deprauatũ esse Suidæ locum. & pro παιανίσαι, legendum ὑφῆναι, vt ex Aristophanis Vespis paulò superius recitaui, & ipse etiam Erasmus inter prouerbia refert. παιανίσαι verbum nusquam reperias, ὑφῆναι apud Etymologum est. Carminis etiam dactylici ratio apud Aristophanem verbum παιανίσαι non admittit. Ad hæc Suidas prouerbium exponit ὅτι ἡ ἀδυναμία, similiter vt Scholiastes Aristophanis, vt inde sumptum corruptumq; appareat. Permulta enim ex illis Scholijs passim apud Suidam adducuntur. Ad hoc prouerbium pertinet nomẽ Ὀλυνθίου, de quo inter propria virorum dixi. Eurysthenem & Procles audio (inquit Aelianus) cum in matrimonium fœminas ducere constitutum haberẽt, profectos ad Delphicum oraculum, deum consuluisse, quo cum Græcorum Barbarorúmue affinitate deuincti pulchre & prudenter nuptijs alligati viderentur: ijs deum respondisse, quà venissent in Lacedæmoniam reuerterentur. Vbicunq; porrò terrarum summe ferum animal ferens mitissimum eis occurreret, inde ducendas vxores esse: sic enim feliciter ipsis & prospere processuram esse. Cui oraculo obtemperantes, cum in Cleonæorum regionem venissent, ipsis occurrit lupus, agnum quem alicunde diripuerat portans: Ex eo illi coniecerunt Apollinem de ijs animalibus oraculo significationem dedisse proinde ipsos Thestandri Cleonymi probi viri filias vxores duxisse, Hactenus ille. Ὡς δ' ἂν καὶ παῦσαι τὸν ἀπειρον ἀμφὶ [illegible] Ἥκεν ἐπ' ἠεροειδέα πυκνὸν ἀλωὴ λύκος ἠμὲν ἄγοντα Ἀμφὶς ἐϊδμενον ἀρνα, κατὰ πτύον ἀμφὶς ἀείρας. Μὴ ἀσπερχὲς ἴτω πρὸς ἐπαλέας; ἦκα δὲ [illegible] Πλὴν ὅτι μὴ φορέοιτο: (ἢ δὲ φορέοιτο; Ἐνθάκα κεν δὴ τοῦτον

rit, Rasis & Albertus. Eodem cum allijs trito, ita quod odorē (odor) allij vincat, si quod corpus pe rungatur, lupi non accedent, Idem. Sepo leonis liquefacto si circuitus ouium inungatur (distilletur,) nunquam accedent lupi nec aliæ rapaces feræ, Idem. Si sepum leonis sufflatur circa aquam, vel inde aliquid aquæ immittatur, prohibet lupos ne vel accedant, vel bibant, Idem. Septa è macerijs in leporario alta esse oportet, ne lupus transilire possit, Varro. Magi dicunt lupos in agrum non accedere, si capti vnius pedibus infractis, cultroq; adacto, paulatim sanguis circa fines agri spargatur: atq; ipse defodiatur in eo loco, ex quo cœperit trahi: Aut si vomerem, quo primus sulcus eo anno in agro ductus sit, excussum aratro, focus larium, quo familia conuenit, absumat: ac lupum nulli animalium nociturum in eo agro quandiu id fiat, Plin. Massurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit: ideo nouas nuptas illo perungere postes solitas, ne quid mali medicamenti inferretur, Plin. Si caput lupi columbario suspendatur, feles, mustelæ, & si quæ alia columbis nocent, non adibūt, Rasis & Albertus. Huius rei caussam inquirit Cardanus in opere de subtilitate. Oculum lupi erutum si viderint quadrupedes domesticæ, timēt & fugiunt, Pythagoras. Oculus dexter lupi (siccus, Rasis) puero adalligatus amolitur timores: itemq; dentes eius, & pellis, Albertus: dens eius caninus, & nerui, & pellis Rasis. Et rursus, Si quis dentem lupi gestet, impauidus erit. Dentes, corium vel oculos lupi quisquis secum habuerit, in causis suis obtinebit per aduocatos suos, eritq; diues apud quosuis homines, Idem. Dens lupi adalligatus, infantium pauores prohibet, dentientisq; morbos: quod & pellis lupina præstat. Dentes quidem eorum maximi equis quoq; adalligati infatigabilem cursum præstare dicuntur. Plinius: hinc forte animosos ac celeres equos Λυκοφόρους dictos aliquis conijciat, potius quam aliā ob caussam: de quibus in equo dixi cap. 2 inter celeres. Veneficijs rostrum lupi resistere inueteratum aiunt, ob idq; villarum portis præfigunt: hoc idem præstare & pellis è ceruice solida existimatur: quippe tanta vis est animalis, præter ea quæ retulimus, vt vestigia eius calcata equis afferant torporem, Plin.

Vtq; lupi barbam variæ cum dente colubræ Abdiderint furtim terris. Horatius Serm. 1. 8. de mulieribus veneficis. Felle lupi cum oleo rosaceo si quis in supercilijs inungatur, diligetur à mulieribus cum deambulauerit cum eis (si conspiciatur ab eis, Rasis,) Albertus. Si virga lupi in alicuius nomine viri vel mulieris ligetur, impotens erit ad Venerem, donec nodus ille solutus fuerit, Albertus: Hac ligatione nulla est vehementior, Rasis. Lupus cuius prior vestigia prospexeris, tibi nocere non poterit: sed si ille te ante notauerit, caudæ summam partem si habueris tecum, sine metu iter conficies, Sextus. Si lupi cauda in villa sepeliatur, prohibet ab introitu eius lupos & muscas. Albertus: Cauda sepulta in domo, non inuolabunt muscæ, Rasis. Quin & caudæ huius animalis creditur vulgo inesse amatorium virus exiguo (extremo a: q; exiguo, Blondus) in villo, cumq; cū capiatur abijcere, (al: abijci,) nec idem pollere, nisi viuenti direptum, Plinius & Solinus. Lupum aiunt in summo persequentium periculo extremum caudæ floccum elidere, conscius cum maximè ad amatorios cantus appeti solere, Cœlius Calcag. sed hoc tam falsum mihi videtur, quàm seipsum castrare castorem. Bos ossa nō deuorabit, si lupi caudam ad præsepe suspenderis, Paxamus. Cauda lupi suspensa supra præsepe, nō poterit cibo frui (bos, Albertus) quandiu illic relicta fuerit. Rasis. Si quis in lancea gestet calcaneum lupæ fœminæ, (suspēdat in capite lanceæ, Rasis:) & hostes cum lanceis ei occurrant, non lædent eum. (non accedēt ad ipsum, Rasis:) quandiu in lancea calcaneus remanserit, Albertus. Si mulier minxerit super vrinam lupi, non concipiet vnquam Rasis. Si quod animal minxerit super vrinam lupi calidam, non concipiet vnquam, Pythagoras. Lapis vulgaris iuxta flumina fert muscum siccum, canum, hic fricatur altero lapide addita hominis saliua, illo lapide tangitur impetigo. Qui tangit, dicit, φάγεται καὶ ἄλλοι, λύκος ἄγριος ὕμμε διώκει, Plinius.

Λυκίη, (vel λυκείη) lupina pellis, λύκεα δέρη, Hesychius & Varinus. Eadem λυκῆ, Polluci. Λυκαῖον, ali âs λύκειον, τὸ ἔξ λύκου δέρμα, Suidas: sed adiectiuum tantum esse videtur, nec absolutè poni. Ἕλκεται δ' ἐκτοσθεν ἰοὺν πολιοῖο λύκοιο, Homerus Iliad. κ. de Dolone. Et rursus λυκίῃσι eidem detractam scribit à Diomede & Vlysse. Hominem rapacem lycea, id est lupi pelle conuestiri dixeris, Cœlius. Λυκίῃσι ἐνέδυσαν παροιμιωδῶς λέγεται ἐὺ πυλοῦ, ἁρπαξ, Varinus in Παφλαλῃ. Militis cassidi (inquit in commentatione de Romanorum militia Polybius) lupi imponebatur pellis, aut eiusmodi quippiam, quod integumentum pariter atq; insigne foret, vt strenuè ignauēq; se gerentes latere haud possent, Cœlius. Galea lupina, Propertius 4. 11.

f. De Romulo & Remo, item Lycasto & Parrhasio, quos lupæ lactarunt iam dictum est in d.

h. Diræ seu Lupus, poēmation siue Aegloga Camerarij. Scripsit & Io. Lorichius nuper eleganti carmine Lupi querelam. De lupis qui Sicyoniorum greges infestarūt, dixi in ε. Infestarunt & Trœzenios olim, Pausan. Lupus boues & oues, quos Peleus Acasto mittebat, laniauit, Vari. in Παλαίσ. Lycium locus Thessaliæ, sic dictus à lupo, qui illic dum Pelei boues infestat, in saxum mutatus est, Etymologus. Milonem Crotoniaten Pausanias scribit à lupis concerptum, quod genus feræ apud Crotoniatas scateat vel maximè, Cœlius & Aristophanis Scholiastes in Ranis ex Pausania. Milo cum nimia neruorum fiducia arborem in parte media hiantem diducere vellet, brachijs hinc inde cōstrictis, & deficiente conatu retentus, lupis fuit præda, Onomasticon. Lupus maxima magnitudine (inquit Aelianus) cum in ludum inuasisset & de manibus Gelonis Syracusani pueri tabellas rapuisset, Gelon de sella surrexit, & sanè quidem feram non timore perterrens, sed tamen acerrime tabellarum suarum retinens, eum insequebatur. Postea autem quàm hic extra tabernam ludi literarij fuisset, hæc quidē labem fecit. & repentina ruina concidens, pueros (supra centum, Tzetzes 3. 131.) vnà cum præceptore cōfecit, & oppressit: solus Gelon diuinæ prouidentiæ munere sodalibus suis superfuit. Quod ipsum nō eum à lupo occisum, sed potius seruatum fuisse, magnam profecto admirationem habet. Non igitur rationis expertia Deus negligit, imò vero chara habet, cum diuino instinctu partim ex his regnum præsignificarit, partim ex impendente periculo seruauit, Hæc ille. Mandato Eustorgij Lupus currum traxit, Textor.

Auguria. Pedestria auspicia nominabantur, quæ dabantur à vulpe, lupo, &c. & alijs quadrupedibus, Festus. Inter auguria ad dexteram commeantium præciso itinere, si pleno id ore fecerit, nullum omnium præstantius, Plinius. Viso quondam lupo (lupis visis, Alexander ab Alex.) in Capitolio, vt dirum putatum, vrbsque propterea lustrata, Volaterranus ex Liuio. Lupum quoque castra introisse, & laceratis obuijs intactum abijsse (vt annotat Alexander ab Alex.) exitium & cladem portendisse euentus docuit, toto postea exercitu ingenti clade affecto. Rursus cum cerua à lupo fugata, inter duas acies euasisset illæsa, insignem victoriam Romanis dedit. Lupos quoque in foro visos, incolumes euasisse, armis opprimi patriam, & magna rerum momenta designauit. Cum in Libyam colonia duceretur, lupos metas, quibus agger designabatur, mordicus dissipasse, velut diri euentus, eiecit quò minus deduceretur: (Lupos Carthaginis terminos detulisse, Plutarchus in Parallelis alicubi scribit.)

ſcribit.) Non ſic Samnicibus deducentibus coloniam, qui lupo duce (quem irpum dicunt Samnites, vnde & illi Irpini dicti) auſpicatam deduxêre. Fuitq; animaduerſum lupum ſubnigrum obuiam factum, grande diſcrimen afferre, Hactenus Alexander. Impios parræ recinentis omen Ducat, & prægnans canis, aut ab agro Raua decurrens lupa Lanuuino, Horat. Carm 3.27. Si lupus voret nobis beſtiam, quid ſignificetur, per 12. ſigna, Luna ſingulis exiſtéte, exponit Niphus lib.1. de augurijs tabula quarta, M. Cicerone, C. Antonio Coſs. lupi in vrbe viſi, Iul. Obſequens. Antonius Baucius in epiſtola quadam ex D. Marcellini dicto Galliæ oppido ad Petrum Toletum ſcripta anno ſaluris 1537. tale prodigium deſcribit: Reducebat oues paſtas in caulam opilio: & fortè accidit, vt pecus quædam macilentiſſima, ac penè ſcabie confecta, longo interuallo reliquas ſequeretur: eam lupus prægrandis, & cui cilia iam caneſcebant, conſpicatus, velociſſimè inſequi cœpit. Ego illac tranſiens ouiculam miſeratus, quàm maximo poteram clamore & curſu, lupi vim ab innoxia arcere conabar. Sed antequam appropinquarē pecudi, ouis macie ipſa macilentior hoſtili & rabido animo lupum aggreſſa, ſtrangulauit. Pecus in forum adducta & lupus interemptus, delectabile ſpectaculum prætereuntibus dedêre. Cęterum Doletus ad eum referibens, prodigium his verbis interpretatur: Occidetur certe, occidetur lupus & hoſtis humani generis, pròh dolor iam diu in ouem Chriſti & terra & mari graſſans, nihil niſi ferociam, iram & perſequutionem dans. Quare deprehendetur, pœnaq; celeriter dabit miſer ille quiſquis eſt, cuius ego nomini parco, nam beſtia eſt multo ū capitum: morcq; ſoricis peribit, qui dum roſitat ſeipſum prodit. Etſi ouis plagis onerata ſit, victura tamen eſt illum, qui delictum haud inultum feret, maleq; illum multabit per Chriſtum, Hæc illi. Lupus taurum cōfecit, eoq; auſpicio Danaus regnum obtinuit, vt inferius in Lycio Apolline referemus ex Pauſania. Λύκῳ κεχρῶσι φίλωνες ἔρχαται τρόπος, Senarius ouiroc riticus apud Suidam & Varinum.

Metamorphoſes. Lycium Theſſaliæ locus (oppidum) eſt, vbi olim lupus dum Pelei boues infeſtat, in ſaxum conuerſus eſt, vt ſcribit Etymolog. Lupus in ſaxum conuerſus, Ouidius alicubi in Metam. De Lycaonis in lupum migratione, & alterius cuiuſdam innominati, ſupra dixi inter propria virorum. Homines (inquit Plinius) in lupos verti, rurſumq; reſtitui ſibi, falſum eſſe confidenter exiſtimare debemus, aut credere omnia quę fabuloſa tot ſeculis comperimus. Vnde tamē iſta vulgo infixa ſit fama in tantum, vt in maledictis verſipelles habeat, indicabitur. Euanthes inter autores Græciæ non ſpretus, tradit Arcadas ſcribere, ex gente Antæi cuiuſdam ſorte electum ad ſtagnum quoddam regionis eius duci, veſtituq; in quercu ſuſpenſo tranare, atq; abire in deſerta, transfigurariq; in lupum & cum cæteris eiuſdem generis congregari per annos 9. Quo in tempore ſi homine ſe abſtinuerit, reuerti ad idem ſtagnum: & cum tranauerit effigiem recipere ad priſtinum habitum addito nouem annorum ſenio. Id quoq; Fabius, eandem recipere veſtem. Mirum eſt quò procedat Græca credulitas. Nullū tam impudens mendaciū eſt, vt teſte careat. Itaq; Copas Agriopas, qui Olympionicas ſcripſit, narrat Demænetum Parrhaſium in ſacrificio, quod Arcades Ioui Lyceo humana etiam tum hoſtia faciebant, immolati pueri exta deguſtaſſe, & in lupum ſe conuertiſſe: eundem decimo anno reſtitutū athleticæ, certaſſe in pugilatu, victoremq; victoria Olympia reuerſum, Hucvſq; Plin. Pauſanias (inquit Hermolaus in hūc locum ſcribens) hunc qui Olympionica fuerit, & in lupum conuerſus decimo poſt anno reſtitutus ſit homini, & cætera, quæ hic dicuntur, fecerit: nō Demænetum, ſed Demarchum Dinyttæ filium ait vocatum de quo epigramma quoq; haberi Olympiæ hoc affirmat: Τὸν Δινύττα Δάμαρχον τὸν ἀληθέα. Εἶκεν ἀπ' Ἀρκαδίας Παλλάντιον ἀγρεύσαι. Quænam origo mutationis (verba ſunt ex octauo de rep. Platonis) ex tutore in tyrannum? an videlicet poſtquā cœpit qui præeſt id agere, quod circa templum Lycęi Iouis in Arcadia fabula refert? Quidnam? Quod quiſquis humana viſcera cum aliarum victimarum incīſa viſceribus (ἀγελαίων θυμάτων σπλάγχνα, ἐν ἀλλοις ἀλλων ἐγκατεμιγνύντα) forte guſtārit, lupus fieri cogitur. Nónne fabulam audiuiſti? Equidem. Eodem modo & hic cuius imperio vulgus omnino obtemperat, ſi cognato non abſtineat ſanguine: ſed falſis, vt ſolent, confictis criminibus, in iudiciū trahat eos à quibus timet (εἰς διαφθορὰν ἄγων μεθόδῳ) & iniuſta ſe cæde cruentet, viri vitam extinguens, guſtansq; lingua impura & profano ore generis proximi ſanguinem: ac nonnullos pellat, necet alios, ſuaſorē ſe æris alieni dec. dēdi) χρεῶν ἀποκοπὰς ἐπαναστάσεις) agrosq; diſtribuendi præbens: hic inquam neceſſario, vel ab inimicis interficietur, vel tyrannidem exercebit, lupusq; ex homine fiet, Hæc Plato. Neuri, Νεῦροι, inquit Herodot. lib. 4.) Scythicis vtuntur moribus: hi relicto ſuo ſolo propter ſerpentium multitudinem cum Budinis habitauerūt: videntur autē ἀνδροθῆρες, non vt Valla transfert periculum faciunt) homines eſſe malefici, γόητες: quòd dicuntur à Scythis, & ab ijs qui in Scythia incolunt Græcis, ſemel quotannis ſinguli ad aliquot dies effici lupi, & rurſus in priſtinum habitum redire: quod tamen dicentes mihi non perſuadent: nihilominus ipſi tamen aiunt ita eſſe, ac deierant. Meminit Neurorum Dionyſius etiam, cuius interpres Euſtathius Neuritas quoq; nominari ſcribit, & Herodoti de eis verba citat. Apud Neuros Boryſthenes oritur, Plinius & Solinus. Neuri, vt accepimus, æſtatis temporibus in lupos transfigurantur, deinde exacto ſpatio, quod huic ſorti attributum eſt, in priſtinam faciem reuertuntur, Solinus. Latona in lupam mutata, vide paulò poſt, in mentione Apollinis Λυκηγενοῦς, & ipſius Latonæ.

Vrſos qui ſacri ſunt, & lupos nō multò vulpibus grandiores, Aegyptij cò loci ſepeliunt, vbi iacentes inuenīūt, Herodot. lib. 2. Lycopolitani in Aegypto lupum colunt, Strabo lib. 17. Vide ſupra inter propria locorum. Lycoctonon herbam, qua guſtata lupi conuulſionibus moriuntur, (aconiti genus eſſe docui in 2.) Aegyptij in terras ſuas importari prohibent, quòd hoc animal venerentur, Aelianus.

Apollini diuerſa à lupo facta ſunt nomina, de quibus ſingulatim dicendum: & primum ex Aeliano cur Λυκηγενὴς dictus ſit. Lycabanta, inquit, iccirco annum nominari exiſtimant, quòd erga lupum ſolatiorem habeat: tum eo Apollinem delectari aiunt, quia hic ex Latona in lupæ ſpeciem ſimilitudinemq; conuerſa editus in lucem, & ſuſceptus fuiſſe feratur: Cuius ſanè rei Homerus meminit cum Apollinem nominat lycegenem, (Λυκηγενέτην.) Eamque ob rem lupi ſimulacrum in Delphico templo, ad deſignandum partum Latonæ, ex ære excitatum eſſe arbitror. Alij non id propterea ibidem poſitum eſſe dicūt, ſed donaria ex templo cum expilata direptaq; fuiſſent, eademque à ſacrilegis defoſſa, lupus indicauit, cum intra templum ingreſſus, propheta rum quempiam (ſacram illius veſtem mordicus comprehendens) traxit ad locum vſque in quem donaria occultata fuiſſent: Deinde anterioribus pedibus eum ipſum locū effodit, ſaurum Delphis furto direptum, & in Parnaſſo defoſſum, ſicut dicit Palæmon, lupus inueſtigauit quamobrem Delphi lupum colunt, Ipſe Aelianus alibi:) Hæc Aelian. Meminit etiam in Phocicis Pauſanias: & addit ſacrilegum illum in Parnaſſo dormientem à lupo occiſum eſſe, deinde quotidie vrbem adijſſe vlulaſſeq;, donec tandem ſequentibus ipſum aurum oſtendit. Lycegeneten Apollinem vocat Homerus, hoc verſu, Εὐχόμενος δ' ἀπίμεν Λυκηγενέϊ κλυτοτόξῳ: non quòd in Lycia generatus ſit, (nam Lycius

admodum eſt fabula, vt ait Heraclides Ponticus in Allegorijs Homeri, neque temporibus Homeri adhuc innotuerat:) ſed vti diem λευκήνεμον vocant, propterea quòd πνέῃ, hoc eſt diluculũ generet: ita Solem λυκηγενῆ dixit Homerus, quòd matutinæ lucis ac ſplendoris auctor ipſe ſit: Vel quòd lycábanta progeneret, hoc eſt annum, quem conficit Sol ſuo per 12. ſigna Zodiaci curſu, Hæc Gyraldus. Ego citatum ab eo carmen Iliados quarto reperio, vbi codices impreſſi: Λυκηγενέι habent, non Λυκηγενέϊ. Scholiaſtes ſic dictum monet quòd in Lycia colatur, vel etiam illic natus ſit. Latonam enim dum fugeret zelotypiam Iunonis, in Lyciam vt lateret abijſſe, atque illic peperiſſe Apollinem. Varinus tamen Latonam poſt partum fugiſſe ſcribit in Lyciam ſiue maiorem ſecundũ aliquos, ſiue minorem quæ & Troia vocatur. Aliter, Λυκηγενὴς dictus eſt Apollo eò quod lupus Latonæ parienti apparuerit, vnde & Πύθιον natum ex ſe Apollinem vocauit & Λυκηγενῆ. Quamobrem, vt fabulantur, lupus Apollini ſacer erat, & effigies eius numiſmati imprimebatur, Λύκειος Apollinis cognomentum per ει diphthongum, apud Stephanum, Varinum & Pauſaniam. Λύκειος Ἀπόλλων, quòd in Lycia huius nominis ciuitate colatur: vel quòd ſacer ei ſit lupus, vel potius, quòd Sol recedente iam nocte lycophos (de quo vide ſupra in H.a.) id eſt crepuſculum efficiat, Varinus. Item in Πόθιος Animalia quædam inquit, dijs ſola vocis ſimilitudine conſecrantur: ſic lupo delectari faciunt Apollinem, Ἀφ' ἑσπερίου λύκου νύκτα, cui ſtatim Solis exortus ſuccedit. Apollini vel Soli ſacer eſt cygnus, ob candorem diei: coruus, ob nigredinem noctis: lupus, propterea quòd lupinus color medius inter vtrunq; ſit, vtpote cinereus: neq; candidus, neq; admodum niger, οὐ λίαν πρὸς τὸ λευκὸν ἐπιτεταμένον χρῶμα, quod & lycóphos lingua familiaris vocat, Euſtathius & Varinus in Λυκηγενής. De lupis occidendis lex erat in Attica, & præmium illi qui catulum occidiſſet, talentum: qui adultum, duo: Vnde & ipſum Apollinẽ Λύκειον & Λυκοκτόνον, quaſi Lupinum & Lupicidam nominat, Scholia in Aues Ariſtophanis.

Λυκοκτόνου θεοῦ. Sophocles in Electra. Ariſtarchus ita cognominari putat Apollinem, quòd paſtoralis ſit, & propter curam pecoris lupos interimat. (in qua ſententia Phurnutus quoque eſt.) eſt enim lupus Apollini ſacer, Heſych. Varinus ſic dictum ſcribit, quoniam lupi ei immolarentur. Argiuorũ nummus lupi imagine inſignis fuit, vt teſtantur Scholia in Electram Sophoclis, quòd Apollini ſacrum crederetur id animal: quo argumento & Lycoctonon Apollinem venerabantur, Cæl. Fuit ſanè & locus Argis, Λύκειος ἀγρὸς dictus, Apollini dicatus, in quo ciues conueniebant, Varin. Sunt ex Græcis qui in agrum Argiuum cœlo primum delapſum ignẽ ferant, diuq; in Apollinis Lycoctoni templo ſeruatũ, quod in Argino viſebatur foro, quod in Electra Sophocles Lycium vocat, Cæl. Lycij Apollinis (inquit Gyraldus, ſunt autem verba Macrobij l. 17. Saturn.) plures accepimus cognominis cauſas. Antipater Stoicus ſic nuncupatũ ſcribit διὰ τὸ λάβρως καὶ ἁρπαστικῶς φωτίζειν ἡλίου: id eſt, quòd omnia albeſcant illuceſcente Sole. Cleanthes Lycium Apollinem appellatũ notat, quòd veluti lupi pecora rapiunt, ita ipſe quoq; humorẽ radijs rapit. Philoſtratus inducit in primo de imaginibus, Palamedem loquentẽ contra Vlyſſem, qui iuſſerat lupos occidi: ille negabat, quòd ipſos vt præludium peſtis Apollo immitteret: quare inquit, Lycio ac Phyxio luporũ & fugæ (fugandi potius) præſidi Apollini preces afferamus, vt feras ſuis tollat ſagittis. (Aliter hæc Iulianus Aurelius: Refert, inquit, Pauſanias, cũ lupi ex Ida deſcendentes Græcorũ exercitum vehementer infeſtarent, & Vlyſſes ſuaderet, vt Græci ſagittas in lupos torquerent, conſuluiſſe Palamedem, &c.) Pauſanias varius eſt in Lycio Apolline interpretando: nã in Corinthiacis, Cũ Danaus, inquit, cum Gelanore de Argorũ imperio contenderet & vtrinq; multa ac plauſibilia ad populũ eſſent perorata, iudiciũ à populo in ſequentẽ diem eſt dilatũ. Manè orta luce boum armenta in paſcuis ante mœnia lupus inuaſit, factoq; impetu cõtra taurum reliquorũ ducem pugnauit. Ibi cõmuni conſenſu Gelanorẽ Argiui cũ tauro, Danaum cũ lupo contulerunt: quoniã vt fera hæc ab hominũ familiaritate & conuictu eſt aliena, ita Danaus quoq; ad illud vſq; tẽpus minimè familiaris eis fuerat. Et quoniã lupus taurum proſtrauerat, Danaus imperiũ obtinuit. Hic itaq; ab Apolline ad armenta perductũ lupum cũ putaret, templũ Apollini Lycio extruxit, Hæc Pauſanias. Idẽ vero vbi de Lyceo Athenarũ agit in Atticis: Lyceum, inquit, à Lycio Pandionis filio (Lycum hũc alij vocant) nomẽ tulit: id Apollini ſacrũ & olim apud veteres, & noſtro quoq; tẽpore exiſtimatum eſt. Et Lycius quidẽ illic primũ nominatus eſt deus. Fertur autẽ etiam Termiſſenſes (Τερμισσεῖς, Telmiſſes habet Gyraldus, apud quẽ etiam mutilũ hunc locum, librariorum forte culpa, reperies,) ad quos Lycius (Pandionis f.) Aegeum fugiens venit, Lycios ab eo fuiſſe appellatos. Fuit & Lycei Apollinis templũ apud Sicyonios, ſic dicti, ppter lupos oraculi ſuaſu arido quodã cortice ab eis necatos (vt in A. retuli.) Lycij Apollinis ait Feſtus, oraculũ in Lycia maximæ claritatis fuiſſe, ob luporũ interfectionẽ. Lycij meminit Vergilius. Lyciæ iuſsere capeſſere ſortes. Et alibi, Qualis vbi hybernã Lyciam, Xanthiq; fluẽta Deſerit, ac Delon maternam inuiſit Apollo. Propertius, Lycio vota probante deo: quidã Pataræum etiam vocant, Hæc ferè Gyraldus. Lycij Apollinis dicti à Lycio (Lyceo) gymnaſio Athenis. Callimachus meminit. Fuiſſe tamẽ Thebis appellatione eadẽ gymnaſium, & Apollinẽ Lycium itidem, in Oedipode tyranno ſignificat Sophocles, & expoſuit interpres, Cæl. Amphilycen exortũ (Solis) interpretatur Theon, quia Soli dedicetur lupus, q a ſit ὀξυδερκὴς, id eſt viſus præacuti, ſicut longinqua ſpectat Sol, Cæl. Priſci Græcorũ (inquit Macrob. l. 17. Sat.) primam lucẽ quæ præcedit Solis exortũ, λυκαυγὲς appellauerunt διὰ τὸ λύκου, id eſt à lupo (vt rectè legit Gyrald.) hodieq; lycophos cognominãt: de quo tẽpore ita poeta ſcribit, Ἦμος δ' οὔτ' ἀρ τωΐων, ἐπὶ δ' ἀμφιλύκη νύξ, Iliad. 7.) Idem (Iliad. 4.) Εὔχετο δ' Ἀπόλλωνι Λυκηγενέϊ κλυτοτόξῳ, quod ſignificat τῷ γένναντι τὸ λύκαυγες, id eſt qui generat exortu ſuo lucẽ. Radiorum enim ſplendor propinquantem Solem longè lateq; præcedens, atq; caliginẽ paulatim extenuans tenebrarũ, parit lucem. Neq; minus Romani, vt pleraq; alia ex Græco ita lucẽ videntur à lyce figuraſſe. Annũ quoq; vetuſtiſſimi Græcorũ λυκάβαντα appellant, τὸ διὰ τὸ λύκου, id eſt Solem, βαινόμενον & μετρούμενον. Λύκον autẽ Solem vocari, etiã Lycopolitana Thebaidos ciuitas teſtimonio eſt, quæ pari religione Apollinem, itemq; lupum, hoc eſt, λύκον colit, in vtroq; Solẽ venerans, quòd hoc animal rapit & cõſumit omnia in modũ Solis: ac plurimũ oculorum acie cernens, tenebras noctis euincit, Hactenus Macrob. Soli Aegyptiorũ Lycopolitæ ouem edũt, quòd à lupo etiã quem deum exiſtimãt, ea deuoretur, Plutarch. in lib. de Iſide. Λυκαῖον δὲ Θυμβραῖον τὸν Πύθιον, καὶ τὸν ἐν Χρύσῃ Λυκαῖον, Heſ. Λυκωρεὺς etiã Apollo vocatur, vt Diodorus ſcribit & meminit Apollonius: ſed & Orpheus in hymno ad Apollinem, Ἐλθὲ μάκαρ Παιὰν Τιτυοκτόνε Φοῖβε Λυκωρεῦ. Legimus & Lycoreum Iouem apud Stephanum. Gyrald. Apollinis Λυκωρεῖον, id eſt Delphici, Apollonius 4. Argon. Delphi enim primum Λυκωρεῖς vocabantur, à vico quodam Lycorea, Scholia.

Latona in lupam mutata Apollinem peperit, vt ſuperius in Apolline ex Aeliano diximus. Latonam oberrantem ſpecie lupæ fingunt duodecim diebus ex Hyperboreis Delum deductam à lupis: ideoq; lupos vno tempore tantum anni totidem diebus parere aiunt, Ariſtot. Meminit etiam Etymologus in Πελλοί. At in Homeri Scholijs lupum Latonæ parenti apparuiſſe legitur, vt ſupra recitaui. Rham pſinitum regem Aegyptiorum viuum aiunt ad Inferos

ad inferos descendisse,& cum Cerere aleam lusisse,& iterum redijsse: hoc tempus ab eius descensu ad reditum,dicebant feriatum esse apud Aegyptios. In quo sacerdotes vnum ex suis palliatum, oculis mitra obductis in viam deducerent quæ fert ad Cereris templum ipsos redire illo relicto. Hunc autem sacerdotē oculos velatos habentem aiunt,à geminis lupis agi ad Cereris templum,quod ab vrbe viginti stadia abest. & rursus à templo in eundem locum à lupis reduci,Herodotus lib.2.

Lyceæ Dianæ templum apud Trœzenios fuisse ab Hippolyto excitatum auctor Pausanias est, qui tamen eius rationem cognomenti ignorare se fatetur sed ex Macrobio aucupari (opinor) licet,vbi disseritur,cur Apollo dicatur Lycigenetes ac Lycos,Cælius. Pausaniæ quidem in Corinthiacis verba sunt hæc: Trœzene iuxta theatrum Dianæ Lyceæ fanum Hippolytus fecit.De cognomenti ratione nihil ab interpretibus potui percipere. Sed quia lupos fortassis Trœzeniorum agrum infestantes, expulerit Hippolytus,aut genus suum materna stirpe ab Amazonibus deduxerit (ἢ Ἀμαζόνα μητέρα σχὼν, ἢ ἐπιχώριος Ἀγριόπη αὐτῷ,) cognomētum hoc Dianæ imposuit. potest & alia subesse ratio quæ à me ignoratur. Laphriæ Dianæ apud Patrenses magno in ara igne excitato, apros,ceruos,aliqui luporum aut vrsorum catulos viuentes injiciunt,Pausanias in Achaicis.

Lycæus Iupiter (inquit Gyraldus à Lycaone dictus,vt Pausan in Arcad. tradit, cui deo & Lycæa certamen instituit.dictus etiam Lycaon in lupum à Ioue conuersus quod infantem immolasset:alia tamen apud Ouidium legitur fabula in Metamorphosi,alia item apud Suidam. Lycaon (inquit Suidas) Pelasgi filius,Arcadum rex, patris instituta summa æquitate seruabat:sed vt subditos ad iustitiam seruandam quoq; pelliceret,Iouem boni maliq; inspectorem in hospitis forma ad se sæpe venire simulabat:quare cum aliquando se sacra facere velle,vt deum acceptum.dixisset,eius diuersis ex vxoribus procreati liberi nosse volentes,an deus nec ne venturus esset, pueri clā cæsi carnes carnibus sacrificij miscuêre,cogitantes deum id minus cogniturum. (Suidas contrarium scribit, ὡς ἀνελόντες αὐτὸν ἔφαγον γεύσασθαι.) mirum, diuina prouidentia factum, vt coorta repentè tempestate ac fulminibus, ij omnes interirent qui puerum interfecerant,(Hactenus Suidas:)vnde mox Lycæa instituta,quorū cum alibi Pindarus meminit,tum in Olymp.ad Diagoram Rhodium. In Arcadia,inquit,Lycæa ludi in honorem Iouis Lycæi agebantur, in quibus præmia arma ærea fuêre, (tripos æreus, Varinus, sed Scholiastæ Pindarici verba hæc sunt, Ἐπαλείφετο δὲ Ἀρκαδίᾳ φέρων τὰ Λύκαια ἐξ Ἀνδείρας Λυκαίου ἀγαλμάτων, σκεῦος χαλκοῦν ἱππικόν. Τὰ δὲ Ἡρακλεια ἐν Ἰολάῃ ἐπαλείφετο ἐν Θεσπιαῖς, βίβλον ἔχοντα ἐπίχρυσον τρίπους χαλκοῦς, hinc mutilum esse apparet Varini locum, quod verbis aliquot omissis Heraclæi certaminis præmium ad Lycæum referatur. Aut si mutilus non est,ab altero Pindarico Scholiaste non intellecto deceptum dixerim Varinum.) Sunt qui Lycæum montem Olympum in Arcadia tradant,quem & pleriq; ἀκρόπολιν,hoc est,sacrum verticem appellant,vnde & Iouem Coryphæum sunt qui nuncupatum putant in eo autem vertice Iupiter educatus ab Arcadibus traditus est. Fuit & fons mirabilis prope Iouis Lycæi templum,&c. (aliaq; ibidem,in Lyceo monte,miracula,quæ Pausanias in Arcad & Cælius 24.17.referunt.) Sed de Lycæo Ioue & Strabo, item Callimachus & in eum Scholia & Hyginus in Vrsæ descriptione, In Ionis (inquit) Lycæi templum (lucum,Cælius) qui accessisset,mors pœna erat,Arcadum lege,meminit idem alibi, nec semel,Hæc Gyraldus. Lycæa (Λυκαῖα) sacra apud Phrygiæ vrbē Peltas à Xenia Arcade celebrata,primo Ἀναβάσεως prodit Xenophon,ac institutis certaminibus præmia proposita τριπόδων χαλκῶν, Cælius. In Lycæo monte Arcadiæ,Lycæi Iouis delubrum est,Plin. Persæ expugnata Barce, per Cyrenen illæsam transierunt: inde cum ad rupem Lycæi Iouis subsedissent, pœnitentia eos subijt quod Cyrenen non occupassent, Herodotus circa finē libri quarti. De Lycoreo Apolline supra dictum:legimus & Lycoreum Iouem apud Stephanum.

Latini lupum Marti dicabant:hinc Martium lupum [illegible] legimus, quod in huius dei tutela sit,Gyraldus. Lycophron etiam Herculem lupum nominauit,hoc versu, Καὶ λεοντοχλαινος ὀκνηρὸς λυκος. id est, Et leonis pelle amicti templum crudiuori lupi.

Canis Serapidi adiunctus triceps fingitur, capite medio leonis, sinistro lupi, dextro canis: Vide supra in Cerbero,cap.1.de canibus diuersis. In Palatini montis radicibus (vt ex Trogo scribit Iustinus lib.43.) templum Lycæo,quem Græci Pana,Romani Lupercum appellant, constituit ipsum dei simulachrum nudum, caprina pelle amictum est,quo habitu nunc Romæ Lupercalibus decurritur. Februalis seu februa Iuno nuncupabatur, teste Festo, quod ipsi eo mense sacra fiebant: eiusq; feriæ erant Lupercalia, qua die mulieres februabantur à lupercis amiculo Iunonis,id est pelle caprina, Gyraldus. Panos de more Lycæi, Vergil. In Lycæo inquit Placidus, Cælius grammaticus,templum fuit Panos,in quo natus asseritur Pausanias verò in Arcadia monte Lycæo & templum & lucum,& hippodromum ac stadium fuisse eius numini dicatum,vnde illi nomē. Lupercalia,inquit Gyraldus, Romanorum celebritas 15.calend.Mart. licet aliter alij scribant celebrabantur. (Lupercalia feriæ statiuæ sunt, hoc est certis ac constitutis diebus ac mensibus annotatæ, Macrobius:) in his capræ candidæ immolabantur, vel vt alij tradunt,canes. Februatus is dies teste Varrone & Cincio rimo dicebatur. Februalia sacra ad expiandos manes fiebant, Græce λυκαῖα dicta à Pane Lycæo,deo Arcadico, hæc à lupercis celebrabantur; quorum varia fertur institutio.vt à Plutarcho in Romulo pluribus traditur. Magis illa recepta est,quæ de Euandro Arcada rege proditur,qui ex Arcadia profugus,in Latio palatium tenuerit,ne dosq; ibi iuuenes hoc sacrum per lodū & lasciuiam primum agere instituerit,quam & Iustinus cōmemorat ex Trogo,&c. Varia quoq; de nomine traduntur. Pleriq; enim à lupis,qui lyci Græcè dicuntur,nomē deducunt, quod scilicet lupi arceantur à stabulis: alij à lupa nō nisi, quæ abiectis infantibus pepercerit:tante & Lupercadea ex auctore appellata Varrone,vt scribit Arnobius.Aliqui ludicrum ipsum seu templū in specu sub monte Palatino,Lupercal dictum fuisse aiūt: quod & poëta innuit, cum ait:Et gelida monstrat sub rupe Lupercal. Et Ouidius de Romuli lupa nutrice, Illa loco nomē fecit,locus ille Lupercal, Magna dati nutrix præmia lactis habet. Lupercal,ait Liuius, ludicrū in monte Palatino. Nec desunt qui auctore Fabio,Lupercal dicant vocatum esse,quasi luere id est purgare per capram:nam de capra in primis sacrū fiebat.Sed enim ea Lupercis fuit præcipua veneratio,vt quæ minus fœcundæ mulieres haberentur, minusq; fœtus æderent,ad lupercos confugere solerent,qui capris direptis tergoribus, eisq; succincti circum antiquum oppidum,hoc est Palatium discurrebant.loris corijsue occurrentes,verbera incutientes. His fœminæ vltro obuiam prodibant,facilem eo verbere partum sibi sperantes. Hinc Ouidius in Fastis. Ex ipe fœcundæ patienter verbera dextræ, Iam socer optatum nomen habebit auī. Et Propertius; Verbera pellitus fetosa mouebat arator. Vnde licens Fabius sacra Lupercus habet. Plura Plutarchus in Causis Rom. Nec prodest agili palmas præbere luperco, Iuuenalis in molles, & pathicos,&c. Plura de his sacris leges apud Gyraldum (vnde & hæc omnia desumpsimus) Syntagmate 17.de dijs. Et alibi, Pani Lycæo in Lupercalibus canis immolabatur, vt ait Plutarchus

quoniam

quoniam gregis amicus & custos est canis. Alij capram albam dicunt: nonnulli hircum, ex cuius corio luperci sacerdotes flagella conficiebant, nudiq; per vrbem fœminas feriebant. Λυκαία, ἑορτὴ ἐστὶ Ἀθήνησι, σωτηρία ἣν ἔσχεν αὐτῶν ἡ γενεὰ ἐπὶ τοῦ λύκου διώξαντος, Etymologus & Varinus. Vide etiam in Onomastico, Lupercal, Lupercalia & Luperci.

Magi Arimanio quem dæmonem malum esse dicunt, sacrificant res quasdam tristes, vt mala deprecentur. Nã herbam quandam omomi dictam, in pila contundunt, & Plutonem & Tenebras inuocant: deinde admixto sanguine lupi iugulati, in locum aliquem Solis luce carentem efferunt & effundunt, Plutarchus in libro de Iside.

PROVERBIA.

Lupo agnum eripere postulant, nugas agunt: Leno quispiã in Pœnulo Plautina. Vbi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis, Erasmus. Confine, quod mox dicetur, E faucibus lupi. Lupi alas quæris, Λύκου πτερὰ ζητεῖς, de ijs, qui quærunt ea quæ nusquam sunt. Aut vbi quis verbo duntaxat territat, alioqui re nunquam facturus quod minatur, Erasmus. Λύκου πτερά, ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων λέγεται, ὅταν μέλλῃ τις λέγων τι φόβου ἕνεκα, Suidas. Videtur sanè ad plura accommodari posse prouerbium si λύκου πτερὰ simpliciter efferas, vt Suidas: licebit enim quodnis commodum verbum subaudire, λέγει, ἁρπάσαι, ζητεῖ, &c. Lupus aquilam fugit: vbi periculũ imminens euitari nõ potest. Aquilam enim, alata cum sit, frustra lupus fugit. Refertur à Diogeniano & Zenodoto: nec indicant originem prouerbij nunquam enim audiui aquilas molestas esse lupis, Erasmus. Nos supra capite quinto aquilas in Tartaria cicures, tam audaces esse diximus (ex Paulo Veneto) vt non dubitent magno impetu in lupos insilire, cosq; in tantum diuexare, vt ab hominibus sine labore & periculo capi possint. Λύκου ἀετὸν φεύγει, παροιμία ἐπὶ τῶν ἀφύκτων, Suidas ἐπὶ τῶν φευγόντων, Hesych. sed apparet vel deprauatum esse locum Hesychij, & legendum vt apud Suidam: vel deesse aliquam vocem. (ματαίως, aut similem) vt prouerbiũ sit de ijs qui frustra vel temere fugiunt. Auribus lupum teneo: extat apud Terentium in Phormione. Antiphonti adolescenti vxor erat domi, quam nec ejicere poterat aut libebat, neq; rursum retinere. Auribus, inquit, lupum teneo: nam neq; quo modo amittam à me inuenio, neq; vti retineam, scio. Donatus parœmiam Græcis verbis adscribit, Τῶν ὦτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ' ἔχειν οὔτ' ἀφεῖναι δύναμαι. Suetonius in Tiberio. Cunctandi causa erat metus vndiq; imminentium discriminũ, vt sæpe lupum tenere se auribus diceret. Plutarchus in præceptis ciuilibus, Λύκον φασὶ τῶν ὤτων κρατεῖν, id est, aiunt lupum non posse teneri auribus: cum homines hac parte maximè ducantur, nimirũ persuasione. Dicitur in eos, qui ciusmodi negotio inuoluuntur, quod neq; relinquere sit integrum, neq; tolerari possit. Cæcilius apud Gellium 15.9. citra metaphoram extulit: Nam hi sunt, inquit, amici pessimi, fronte hilari, corde tristi, quos neque vt apprehendas, neq; vt amittas scias. Refertur & à Varrone pro exemplo adagionis, Auribus lupũ teneo, Erasmus. Finitimum est illud Germanorum, inquit Tappius, *Vuer den teuffel geladen hatt, der muoß jm vnerck gäben*, Qui dæmonem inuitauit, aliquid ei operis præscribat oportet. Ale luporum catulos. Theocritus in Hodœporis, Θρέψαι κ' λυκιδέας, θρέψαι κυνίας ὡς τὸ φάγητ. Pasce canes qui te lanient, catulosq; luporum. Prouerbium est, teste interprete, in eos qui læduntur ab ijs de quibus bene meriti sint, aut in ingratos. Addit ille dictum Socratis, Κακεὺς πατὴρ εἶ, θρέψας λύκους. Nam plerunq; solet id vsu venire illis, qui catulos luporum enutriunt. Extat super hac re non inelegans epigramma, quanquam incerto authore, de oue lupi catulum alente suis vberibus. Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω, οὐκ ἐθέλουσα· Ἀλλά μ' ἀναγκάζει ποιμὴν ὠμοφρονίῃ. Αὐξηθεὶς δ' ὗτος ἐμοὶ, κατ' ἐμοῦ μᾶλλον ἐμήσατο. Ἦ χάριες ἀπόλοισθε φιλοστοργοῦ ἀμοιβαί), Eras. Extat autem Græcum illud tetrastichon Anthologij l.30. vnde Alciatus etiam suum de capra lupum lactante emblema effinxit, quod in Capra recitauimus. In Græcis quidem versibus nec capræ nec ouis nomen exprimitur, nec refert vtrum accipias: sed ποιμὴν ouium propriè pastor est. Lupus ante clamorem festinat, Λύκος πρὸ βοῆς ἀποδύεται, vbi quis admissi conscius, vltro timet prius quàm accusetur. Siquidem lupus simul atq; prædã rapuit, mox properat aufugere ne coorto rusticorum clamore veniat in periculum, Autor Diogenianus, Erasm. Lupi decàs, Vide supra inter propria virorum.

Lupus in fabula: cum forte fortuna in medio sermone interuenit cuius mentio fiebat. conueniet illud ex Iliados κ. Οὔπω τις εἶπε τοῦτο γε, ἐπὶ μὲν ἦλυθεν αὐτὴ, Erasmus Chil. tertiæ centuria 8. Et rursus Chil 4. centuria quinta in idem prouerbium sic scribit: Solitum est dici, quoties is, de quo confabulatio est, de improuiso interuenit: quod inde sumptum putat Donatus interpres Terentij, quòd lupus ei quem prior viderit, vocem adimere dicitur, vt cum cogitatione in qua prius fuerat simul & vocem amittat & verba. (Post hæc huius rei causam ex quorundam sententia depromit: sed frustra quæritur ratio cur sit res, priusquam de quæstione an sit constet.) Donatus huc pertinere putat Theocriticum illud, λυκοφιδες, (de quo inferius.) Rursum illud Maronis, Lupi Mœrim vidère priores, quum vocem per ætatem ademptam pastor quereretur. Sunt qui ex nutricum fabulis natum existimant, quæ narrant ludificato puero terrore lupi, verum lupum à cauea paulatim venisse ad limen cubiculi. Nam est & in apologis, matrem, vt puerum vagientem compesceret, lupum frequenter inclamasse, vt nisi desineret plorare, deuorandum auferret. Tandem lupum spe prędæ venisse: sed frustra hiantem abijsse. hac tantum sententia doctiorem, non esse fidem habendam fœminæ pollicenti. Nam hoc, opinor, sensit Donatus. Locus enim in libris euulgatis non videtur carere mendo. Tertiam opinionem reijcit Donatus quæ putat hinc natum: quum in Næuiana fabula repræsentaretur, quomodo Romulus & Remus alti sint à lupa, repente verum lupum actioni interuenisse: quo factum vt subitum esset totius fabulæ silentium. Sic vsus est Terentianus Syrus in Adelphis, silentium inuens Ctesiphoni, quòd Demea pater adolescentis, quem ruri esse credebat, præter expectationem adesset. Festiuius etiam vsus est Plautus in Sticho. Atq; eccum, inquit tibi lupus, in sermonem præsens furiens adest. Loquitur enim de parasito Gelasino, qui fratribus de ipso confabulantibus derepente interuenit. Addit enim prouerbio gratiam, allusio ad hominis edacitatem: quemedmodum apud Theocritum ad nomen adolescẽtis de quo dicitur, λυκοφιδες. Vtitur & M. Tullius epist. ad Atticum lib. 13. De Varrone loquebamur, lupus in fabula. Venit enim ad me. Ferè fit autem vt quoties interueniat, de quo colloquimur, obmutescamus: propterea quòd siue laudabatur, pudet in os dicere, quod rectè narratur de absente: siue vituperabatur, timemus offendere, Hæc omnia Erasmus.

Rustici dicunt hominem vocem perdere, si lupus eum prior viderit: vnde subitò tacenti dicitur, Lupus in fabula est, Vincent. Bell.

Etiamsi lupi meminisses, Εἰ καὶ λύκε ἐμνήσθης, subaudiendum interuenisses: Quoties præter expectationem interuenit is, de quo fuerat mentio: cognatum ei, (quod iam recensuimus,) Lupus in fabula. Id frequenter accidit

(inquit

(Inquit Eraſmus) in comœdijs ac tragœdijs, arte curaq; ſcriptoris, vt de quo ſiunt verba mox interueniat. Accommodari poterit ad rem, veluti ſi apud autorem protinus vel caſu occurrat, id de quo vertebatur ſermo: adagium refert Zenodotus (& Apoſtolius.) Plato in Phædro, Λέγεται γὰρ ὁ Φαῖδρε δίκαιον εἶναι, καὶ τὸ ἐκ λύκου εἰπεῖν: id eſt, Aiunt igitur ὁ Phædre inſtum eſſe, etiam quod de lupo dicitur narrare, Hæc Eraſmus. Tappius huic prouerbio Germanicum illud accommodat, *VVo man des teuffels gedencket, da vviller ſeyn.* Cæterum quod ex Platone Eraſmus adfert, Καὶ τὸ ἐκ λύκου, apud Suidam quoq; in Καὶ, circa finem, legimus: ex apologo, vt inquit, ortum: ferunt enim lupum, cum paſtorem videret de oue ex grege ipſius mactata veſcentem, dixiſſe, Ego ſi hoc facerem; quantus excitaretur clamor? Eundem apologum legimus apud Plutarchum in ſympoſio ſeptem ſapientum. Lupi illum priores viderunt, in raucum dicitur, & cui vox repente ſit adempta. Feſtiuus dicetur in eos, qui metu alicuius obticeſcunt; alioqui feroces. Vergilius in Aegl. cui titulus Mœris: Vox quoq; Mœrim. Iam fugit ipſa, lupi Mœrim vidêre priores. Seruius admonet phyſicos authores eſſe, ineſſe eam vim lupis, vt ſi quem hominem priores viderint, ei vocem adimant. Socrates apud Platonem libro de rep. 1. rem ad allegoriam vertit, dicens Thraſymachum ſibi vocem adempturum fuiſſe, ni forte fortuna prior illum conſpexiſſet. Καὶ ἐγὼ, εἰκότως ἐξεπλάγην καὶ φοβερὸν αὐτὸν ἐφοβούμην: καὶ μοι δοκῶ, εἰ μὴ πρότερον ἐωράκει αὐτὸ, ἢ ἐκεῖνος ἐμὲ, ἄφωνος ἂν γενέσθαι. Theocritus Idyllio 14. Οὐ φθάνεις, λύκον εἶδες. Illud quidem obſeruatione dignum, Theocritum vertiſſe ſententiam, cum negat eum proloqui poſſe, non qui à lupo ſit viſus, ſed qui lupum viderit. Sed alluſit duntaxat ad prouerbium Theocritus, cum ſignificaret rituale conſpectum, cuius nomen erat Lupus, Eraſmus. Λύκον εἶδες, ἐπὶ τῶν ἀφώνων ἀχανῶν γενομένων, Suidas: addit exemplum ex authore innominato, Σὺ δ' οὐκ ἂν δύναιο πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν ἐλεύθερον, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον, οὐ φθάνεις: alluditur autem ad hemiſtichium illud Theocriti. Videtur etiam ſupra in D. Germani ſic efferunt, *Er hatt ein vvolff geſehen. Er hatt dem vvolff inn arß geſehen.* E faucibus lupi, Ἐκ λύκου στόματος: vel vt Eraſmus transfert, Ex ore aut rictu lupi: vbi res quæpiam præter ſpem recipitur, quæ iam planè perijſſe videbatur, &c. Sic Flaccus in Odis, Vel hœdus ereptus lupo. Adagium refertur à Diogeniano. Natum videtur ab Aeſopica fabella, quæ narrat gruem, cum ſtipulata mercedem, os quod lupi gutturi inhæſerat, immiſſo capite eduxiſſet, præmium ex gruem irriſam à lupo fuiſſe, cum is diceret, abunde magnum eſſe præmium perſolutum, quòd ex ore lupi caput incolume retuliſſet. Eraſmus. Ἐκ λύκου στόματος, de ijs qui aliquid alieunde accipiunt, vnde non ſperabant, ſecundum fabulam lupi & gruis, Suidas & Apoſtolius. Καὶ κἀγχαλκεύτη (πραχύ) μεσήνισας, Σοὶ μισθὸς ἀρκεῖ φησι τῶν ἰατρείων, Κἀφελὼν λυκείᾳ φάρυγγος ἐξελὼν ὀδύνας, ἐμυθώσατο, Idem Suidas in Καγχαλεῦσε. Lupus hiat, Λύκος ἔχανε, dicebatur ſi quis ſe multum ſperata multumq; appetita, fruſtratus diſcederet. Aiunt enim lupum prædæ inhiantem rictu latè diducto, accurrere: quæ ſi fruſtretur, obambulare hiantem. (Videntur hęc parum bene ex Suida translata: Ὅτων οὖν μὴ λάβῃ ἃ προσδοκᾶται, κἂν κενὸν αὐτὸν χάσκειν φασι: hoc eſt, quod ſi fruſtretur ijs quibus inhiauerat, ad quæ hians accurrerat: fruſtra eum hiaſſe dicunt.) Οἷς πιστὸν οὐδὲν, εἰ μὴ πρὸς λύκῳ τεχνᾶται, Ariſtoph. in Lyſiſtrata. (Vertendum videtur; Quibus nihil fidum ac tutum eſt, niſi quid lupo hianti cutò committi putetur.) Εἰσχανὼν οὖν, μᾶλλον λύκῳ χανὼν προσῆλθε μᾶζαν. Lucianus in Gallo. Ἄρα μὴ λάληθα ἐμαυτὸν εἰς παροιμίαν ἐλθὼν, καὶ γέγονα λύκος χανὼν ἀλεκτρυών; Apud Athenæum libro 14. citantur hæc ex Eubulo: Ἕτερος ἕτερος, μηδὲ ὡς λύκος χανών, Καὶ τοῦτο, ἁμαρτὼν ὕστερον συχνὸν χρόνον; Hæc Eraſmus. Meminit etiam Heſychius: & Suidas, cuius hæc ſunt verba: Λύκος χανών, ἐπὶ τῶν ἀπράκτων, hoc eſt, de irrito & inani conatu. Ὁ δὲ ἰδὼν ἕνα τινὰ, ἐπιμερῶς τε αὐτῷ, καὶ λύκῳ τεχνήσας; ἵνα φύγοι σὺν τῷ ἐκείνου (ἐκείνων) ἐπιτηδεύματι, καταγελάσαντες, ἵνα μὴ αὐτὸς ἕλκη γέλωτα ἄλλοις, ἀλλ' ἐκεῖνοι αὐτῷ. Aelianus. Hic lupi hiantes ſimpliciter homines rapaces & prædæ auidi nominantur, non qui fruſtra appetant, ſed potius qui conſequantur: hoc enim ille à deo petebat. Nonnihil huc facit etiam ſenarius ille onirocritici, vt apparet, Λύκος τεχνᾶται φλαυάφους ἁλοῦ τρόπῳ. Homo homini lupus, Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ λύκος, ſuperiori (Homo homini deus) quaſi diuerſum eſt, ac velut hinc efficta videtur: vſurpauit Plautus in Aſinaria. Monemur eo, ne quid fidamus homini ignoto, ſed perinde ac à lupo caueamus. Lupus eſt, inquit, homo homini non homo, qui qualis ſit non nouit, Eraſmus. Eiuſdem ſententiæ ſunt Germanica illa, *Ein menſch iſt des anderen teuffel. Ein menſch iſt des anderen hagel vvorden.* In laqueos lupus, Εἰς παγὰς ὁ λύκος: Cum improbus quiſpiam tandem in extremum adducitur diſcrimen. Etenim cum lupus animal ſit inſidioſiſſimum, applauditur ab omnibus ſi quando contingat illum irretiri ac protinus acclamant omnes, εἰς παγὰς ὁ λύκος. Refertur à Zenodoto, Eraſmus. Apoſtolius interpretatur, Ἐπὶ τῶν ἀφηρημένων μέν, κατηγορουμένων δέ. Suidas, Ἐπὶ τῶν πανούργων, ὅταν εἰς παγίδα τινὰ ἐμπέσωσιν ἐπιβούλου. Furemq; fur cognoſcit, & lupus lupum, Ἐγὼ δὲ φῶρ τὸν φῶρα; ἢ λύκος λύκον, Ariſtoteles ſeptimo de morbis ad Eudemum hunc quoq; ſenarium citat inter adagia ſimilitudinis. Amant enim vulgo ſe mutuò qui ſimilibus vitijs laborant, præcipuè fures. Et lupi latronum inſtar colligi graſſantur, &c. Eraſmus. Conuenit huc illud, Beſtia beſtiam nouit Ἔγνωκε δὴ θὴρ θῆρα, apud Ariſtotelem primo Rhetoricorum. Et Germanica illa, *Ein krähe beiſſet der anderen kein aug aus. Ein ſchalck vveiß vvie es dem anderen vmb das hertze iſt.* Prouerbium ſapit Vergilianum illud in Bucolicis: Hic tantum Boreæ cutamus frigora, quantum Aut numerum lupus, aut torrentis fluminis ripas. Rectè dicetur, in hominem impudenter furacem. Extat hodieq; vulgò iactatum adagium, Lupus non veretur etiam numeratas oues deuorare. (*Der vvolff iſt auch vvol ein gezelt ſchaf.*) Portò fures paulò timidiores, conſueuerunt à rebus abſtinere manum metu, videlicet ne hoc indicio deprehendantur, Eraſmus. Prouerbia. Pius lupus ouem ducat vxorem, & Ouem lupo committere (quod Germani ad verbum imitantur, *Dem vvolff das ſchaaf befählen.*) quære ſupra in d. & Οἰόλυκος in a. inter propria virorum. Rapidæ tradis ouile lupæ, Ouidius 3. de Arte. Incuſtoditum captat ouile lupus, 1. Triſt. Eleg. 5. Cuſtos ouili præclarus lupus, Cic. 3. de amicit. Λυκοφίλου διαθέσεως, vide in a. inter deriuata à lupo. Vt lupus ouem amat, Ὡς λύκος ἀρνα φιλεῖ: qui ſui commodi gratia ſimulat amorem. Nam is vulgò dicitur amor, quum reuera ſit odium. Iuuenis enim cum puellam venatur vt illi pudicitiam eripiat, &c. quæſo quid deterius hoſtis faciat hoſti? Socrates citat carmen in Phædro veluti popolari vſu iactatum, Ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ', οὕς παῖδα χιλὸν ἐφασαν, Eraſmus. Nunc & oues vltro fugiat lupus, Vergilius in pharmaceutria: citat Eraſmus in prouerbio Ceruus canes trahit, propter conſimilem ſenſum, cum adynaton ſeu præpoſterum quippiam ſignificamus. Non magis parcemus quàm lupis, Οὐ φειδόμεθα μᾶλλον ἢ λύκων: Ariſtophanis interpres prouerbialem figuram eſſe admonet, inde natam, quòd antiquitus lex ad interficiendos lupos etiam præmio inuitabat apud Atticos. (vt in E. retuli, prope initium:) Vnde & Apollinem Lyceum & Lycoctonon cognominarunt. Φειδόμεθα γὰρ τῶνδε μᾶλλον ἢ λύκων; Ariſtophanes in Aulibus, Eraſmus. Lupus pilum mutat, non mentem, Ὁ λύκος τὴν τρίχα, ἀλλὰ τὴν γνώμην οὐ μεταβάλλει: Sententia canticum adfert improbis, non item aufert malitiam. Caneſcunt enim lupi, velut & equi, more hominum per ætatem, Eraſmus. Nos ex Hieroglyphicis ſupra in D. ſcripſimus, lupum cum à venatoribus periculum ſibi inſtare videt, ex-

tremum caudæ abijcere. Senectute non mutari ingenium noſtri hiſce adagijs aſſerunt, *Das alter ſchadet zur torheit nit. Er greyſet, eer vvey ſet.* Lupinus potus, Λυκῶν πιὼν, vide ſupra in a. circa finem de proprijs locorum. Lupus circum puteum chorum agit, Λύκος περὶ τὸ φρέαρ χορεύει: in eos dicetur, qui ſumptu inaniter opera ſpe ſua fruſtrantur. Aiunt enim lupo morem eſſe, vt ſi quando ſitiat, nec tutò ſe poſſit demittere, circum puteum oberret, fruſtra ſubians aquæ, quam non poſſit contingere. Sunt qui paræmiam inde ductam exiſtiment, quòd aliquando veniat vſu, vt lupus pecudem aliquam, aut hominem inſectetur: qui poſtea quàm ſe in puteum quempiam altiorem metu demiſerit, (ἐπὶν διώκωνται ἀὐτὸν τινὲς διωκόμενον ἐμπίπτειν εἰς φρέαρ, Suid. & Heſych.) obambulat ille, velutiq; ſaltantium in modum in orbem circumagitur prædę cupiditate, qua tamen potiri non queat. Plutarchus in commentario cui titulus, quomodo poſſit adulator ab amico dignoſci, Ἀ τοῦ κόλακος πρὸς τὸν φίλον διαφορὰ, τῶν περὶ τὸ φρέαρ ἔχειν ἀπεχθῶς ἐχόντων: id eſt, Qui (intemperanti & virulenta in alios dicacitate) qui vtuntur, ſeipſos quoq; in perniciem adducunt, reuera ſaltationẽ illam circum puteum ſaltantes. Refertur adagium à Zenodoto, Suida, Diogeniano, Eraſmus interpretatur, ἐπὶ τῶν μυθόντων περὶ τῶν ματαίων: ſed melius apud Suidam legitur ἐπὶ τῶν μυθόντων περὶ μαίτης. Sic Germani de fele fruſtra circumeunte edulium feruidum quod nõ auſit attingere, *Er gehet der nunbher vvie ein katz vmb einen heiſſen brey.* Suade lupis vt inſaniant, Theocritus in Aegl. cui titulus Νομεὺς, Πείθεις μ' ἐπὶ καὶ τοὺς λύκους αὐτίκα λυσσῆν, Hoc quoq; Milo lupis mox perſuadebo rabire. Vbi quis animum inducit ad rem ſtultiſſimam, quam non aggrederetur niſi inſanus. Nam lupi inſaniunt vel ſua ſponte, veluti ſi quis tyrannum inſtiget ad crudelitatem, cum plus ſatis ſæuiat ſuopte ingenio. Rabies propria canum eſt, vnde Scholiaſtes Theocriti putat hoc velut abſurdum proponi. Sed canes aliquando rabiunt, lupi nunquam non rabiunt, Eraſmus. A fronte præcipitium, à tergo lupi. Ἔμπροσθεν κρημνὸς, ὄπιθεν λύκοι, (ſi quid addas, vt ἔστι χάος, erit pentameter elegiacus:) Quum aliquis hinc atq; hinc duobus maximis premitur malis, vt in vtrunq; incideris, pereundum ſit, Eraſmus. A lupi venatu, Ἀπὸ λύκου θήρας: dici ſolitum, vbi quis protinus re infecta diſcedit: aut de negotio moleſto & agreſti. Neq; enim totum eſt lupum inſequi, neq; is facile capitur, quum reliquarum ferarum venatus non vulgatem adferant voluptatem. Meminit Suidas, Eraſmus. Suidæ verba ſunt, ἐπὶ τῶν ἀπράκτως ἐυθὺς ἀπιόντων, ἢ, ἐπὶ τῶν ἀπράκτων καὶ ἀγρίων: hoc eſt, Aliqui de hominibus agreſtibus & crudelibus interpretantur, non vt Eraſmus vertit, de negotio moleſto & agreſti.

Apologum de lupo tibijs canente & canibus irruentibus deplorante quod ex coco factus eſſet tibicen vide apud Eraſmum in prouerb. 742. Maritimus cum ſis &c.

Peculiaria Germanis à lupo prouerbia. *Der hunger treibt den vvolf auß dem buſche.* Quo ſenſu Latinorum illud eſt, Viro eluricnti neceſſe furari. *Wer bei den vvölffen iſt, der muß mit jnen heulen*: Inſanite cum inſanientibus, Lex & regio. *Er beſſert ſich vvie ein junger vvolff*: Imitatur nepam, Primum Mars in filijs laudatus eſt. *Es muß ein junger vvolff ſein, der nie kein gerucht oder geſchrey gehört hat*: Complurium thriorum ego ſtrepitum audiui. *Vvolffzän im mund haben*, hoc eſt, dentes lupinos habere: mulieres ferè de viris dicunt, quos duriores vel iracundiores eſſe inſinuant.

Sunt & in Sacris literis noſtris à lupis tanquam prouerbijs. Pſeudoprophetæ veſtitu ouium, intrinſecus lupi rapaces, Matthæi 7. Intrabunt poſt diſceſſum meum lupi, Actorum 20. Emitto vos ſicut oues in medio luporum, Matthæi 10. Mitto vos ſicut agnos inter lupos, Lucæ 10. Videt lupum venientem, & relictis ouibus fugit & lupus rapitac diſpergit oues, Ioan. 10. Principes in medio eius quaſi lupi captantes prædam, Ezechiel 22. Si communicabit lupus agno aliquando, ſic peccator iuſto, Eccleſiaſtici 13. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, Eſaiæ 11. Lupus & agnus paſcentur ſimul, & leo & bos comedent paleas, Eſaiæ 65. Huiuſmodi eſt illud Theocriti Idyllio 31. Ἐς καὶ δὴ τὸν κύνα, ὃ πανία νεβρὸν ἔδηξε λυκᾶ. Καρχαρίδων εἵνεκα δηρὸν ἐμοὶ λύκος οὐκ ἐθέλησε. Strobæus in ſermone de adulatione hoc Socratis dictum recitat, Lupi cum ſint canibus ſimiles, aſſentatores amicis, diuerſa tamen ſtudia ſequuntur. Et aliud Epicteti in ſermone de temperantia, huiuſmodi: Veluti lupus animal eſt cani ſimile: ita & adulator, & adulter, & parаſitus amico ſimilis eſt. Animum igitur aduerte, ne canum cuſtodum vice perniciioſos lupos neſcius admittas. Τὸν (Daphnidem mortuum) μὴ θῶες, τὸν λύκοι ὠρύσαντο, Theocritus Idyl. primo. Emblema Alciati de capra lupum lactante, vide in Capra h. & hic paulò ſuperius in prouerbio, Ale luporum catulos, Græcè poſitum.

DE LVPO MARINO.



DE lupo marino etsi à veteribus nihil, quod ciam, hactenus traditum fuerit: tam insignis est tamen eius, siue prædonem, siue monstrum marinum dicere volueris, forma, à Glabrace (id est lupo piscе) longè diuersa, vt particularem sibi descriptionem promereri videatur. Amphibium autem est animal, piscibus magna ex parte famem exaturans: in Oceani Britannici littore aliquãdo conspectum, hic terrestrem lupum referens, vt non immeritò lupi nomen apud vulgum retinuerit. Cleurem diuix ille aiunt, capite enormi, oculos permultis vndecunque pilis adumbratos gerens, nare ac dentibus caninis, robustis, barbis ore obsesso: pelle villis erectioribus hispida: nigris maculis vndique (vt & totum corpus) distincta: cauda oblonga, crassa, villosa, ac ipsa. cætera lupum referens: quemadmodum ex pictura proposita facile cernes. Bellonius. De lupo piscatore ex Ælliano & Aristotele dictum est supra in Lupo D.

DE FERIS ILLIS QVAE LVPO CONGENERES SVNT. ET PRIMVM DE THOE, PANTHERE, LVPO CANARIO, Lycaone, Lycopanthera, Lupo Armento, Cicalo, Pathione.

A.

THOES duorum sunt generum, sicut etiam pantheres (Est & pardalis siue panthera duplex Oppiano: maior & minor: sed quia minores viribus & animo maiore nihil inferiores esse scribit, apparet illos alios esse quàm θῶες (ab eo alibi dictos) magnitudine differentes. Videtur autem thoes minor, panther minor, lycopantheros, & lupus canarius, idem omnino animal esse. Thôes luporum generis sunt, Plinius. Θώς, θωὸς, Suidas. Reperitur etiam prima per omicron in plurali numero, in Lexicis. quod non probo: quamuis etiam apud Arrianum in libro de rebus Indicis ita scribitur. Thos, bestia lupo similis, Hesychius. Et rursus, Θῶων, fera vt lupus: non quod θῶων nominandi casu proferat: solent enim illi Lexicorum scriptores vocabula eodem casu quo apud authores, præsertim poëtas reperiunt, in Lexica referre: legitur autem θῶων apud Homerum Iliados ν. Hebraicum vel Arabicum thôs nomen nullum habeo. Quanquam apud Albertum legitur, Est quoddam genus lupi, quod chabez vocat Aristoteles, Auicenna autem betuet (Persica nimirum lingua) vocari scribit. Quæ verba Alberti sunt in historiam animalium Aristotelis 9. 44. eodem loco, vbi de thôe Aristoteles agit, & iisdem verbis. Et rursus alibi, vbi Aristoteles leonẽ & thôem inimicos esse scribit: Albertus reddit, Lupus pugnat cum animali q toboz (tohos forte, corrupto nomine à thos: & rursus à thohez. vel toboz, chabez scripsisse videntur librarij, aut ipse Albert.) huc autem quidam æstimant esse lyncem. Thos, Hebraicè forsan tahas תחש, vt in Mele dicam. ALSHALI, est animal simile lupo, Aud. Bellunen. ADDITACH genus quoddam lupi, Syluat. Sed hæc nomina ad thôem ne an aliud lupi genus pertineant, incertus sum. Post hyenam quoque supra congeneres tum et cum lupo feras recenset. Solin. ca 33. thôas lupos Aethiopicos vocat: cum paulò ante LYCAONEM quoq; Aethiopicum esse lupum dixisset, ceruice iubatum, & tot modis varium, vt nullum illi colorem dicant abeille. Mutat colores Scytharum tarandus, nec aliud ex ijs quæ pilo vestiuntur, nisi in Indis lycaon, cui iubata traditur ceruix, Plin. nec plura de lycaone vsquam reperio. Est & hyæna lupo congenere & iubata. Lycaones canes in Canibus diuersis dicti sunt: & Lycaon viri, furorisq; nomen, supra in Lupo B. a. Thôes optimi qui minores sunt: genera huius alij duo alijue statuunt: plura ijs esse non videntur: sed vt piscium, auium, quadrupedum genera aliqua, ita thôes quoque per tempora immutentur: & colorem diuersum hyeme æstate ue trahunt, atq; æstate nudi (ἄμαλοι) hyeme hirti reddantur, Aristot. 9. 44. interprete Gaza, sed parũ apte: nec enim vere eadem erat, pluratijs (duobus aut tribus) esse non videntur: sed simpliciter, non videri plura esse thoûm genera, sed vnum duntaxat, quod & sequentia probant. Nearchus author est illas quæ vulgò tigrides vocantur, non veras esse tigrides, sed θῆρας ἄλλας καὶ μείζονας ἢ τοὺς ἐνταῦθα θῶας: hoc est, thôas varios (quasi non omnis thos varius sit) & maiores quam cæteri thôes, Arrian. in l. de reb. Ind. Lupum ceruarium Grapaldus eundem thoi & chaoa esse suspicatur. Mirror (inquit Hermol. in Plin. 8 19.) qui thoas in Aristotele pro ceruarijs lupis cepere. Cum ceruarij lupi videantur esse ij, quos chaos vocamus, non thoas. Sunt quidem & thôes lupi, vt Plinius testatur hoc lib. ca. 34 sed quos Solinus in Aethiopia: non Gallia nasci tradat. Errorem hunc, ni error est, Oppianus poeta videtur intulisse, qui thôas διφυεῖς, hoc est bigenas, panthera matre, lupo patre gigni cecinerit effigie capitis lupini. (μητέρα μὲν ἔχουσι, πατρὸς δ' ἀπὸ φῶτα λέοντος, pelle matrem referunt, facie patrem: sed præsupono, id est facies hic forte pro totius corporis forma accipitur) pardorum maculis: quod ipsum ferè Plinius chao suo, id est ceruario lupo, tribuit hoc loco. Nominat & Theocritus, & Quintus poeta, & Iulius Pollux, thôa lupum vulpi similem voce. Homerus quoq;, sed quale sit animal non explicuit, præterquam quod non magnopere generosum facit, propterea q; ceruario lupo maximè dissimile, Hæc Hermol. à cuius sententia nec ipse absum. Scio enim lupum ceruarium esse feram illam quam plerique lyncem appellant hodie, nostri *luchs* & *thierwolff*: Itali, Rhæti qui Italicè loquuntur, & Sabaudi, etiamnũ ceruarium vocant. Hæc & si lupis tam ingenio tum quadantenus formæ similis est, & insuper maculosa, à thôe tamen diuersa videtur: nam Plinius Græcum nomen thoïs semper reliquit, vbi ex Aristotele transfert: & de lupo ceruario quæcunque priuatim scripta reperi, inferius proponam in Lynce. Albert. lib. 22 lynci pleraq; attribuit, quæ veteres thoi. Niphus vbi Aristotelis de hist. anim. l. 6. cap. 35. interpretatur, παρδὶς (inquit) à vetere interprete panthera vertitur: sed Theodorus pardalin vertit pantheram, πάνθηρα vero lupum canarium. Sed quid sit lupus canarius non satis constat. Nonnulli authoritate Pollucis lupum canarium esse asserunt eum, qui vulpi voce similis est, qui etiam cum leonibus congreditur: hunc cæcos parere fœtus narrant, & cum plurimum quatuor (sed hunc non alium quàm thôem esse apparet) Alij canarium lupum esse putant eum, qui inito canis ex lupa nascitur: non desunt qui dicant lupum canarium esse genus quoddam lupi, quod longum pilum q; asperis est. Et paulò post. Animaduerte Theodorum ceruarios lupos à Græcis dici thôas arbitrari, Pollucem verò asserere thoem lupum esse canarium, (ego nihil tale apud Pollucem reperio.) Lupi ceruarij (videtur authoris nomen desiderari) duas species fatetur, alteram quæ chaos dicitur: alteram verò quæ lynx, quæ pelle varia, visu acutissimo præstet. Et rursus in lib 9. cap. 44. Constat, inquit, thôem, alterum de duobus esse, aut lupum ceruarium, aut genus id lupi quod Græci pantherem vulgò appellant, Arabes lupum Armenium, Thurci cicalum: vale hoc genus animalis est, magnitudine minus lupo, & cætera longè degenerans. Hoc genus lupi poetæ, Theocritus. Homerus, Quintus (Oppiano excepto) significare videntur, cum thôem nominant. Et Pollux planè ita velle videtur, vt thos genus sit lupi illud vile, panther autem ceruarius sit: constituit enim pan-

Digitized by Google

therem cum panthera seu pardali: thôem vero cum lupo & vulpe. Plinius etiam hoc idem lupi genus intelligit sine dubio, cum dicit thôem esse genus lupi: nam si cervarium intellexisse, declarasset: quandoquidem cervarium & nouerat & nominauerat, & de eius obliuione scripserat. Quòd autem ea tribuit ei generi, quæ Aristoteles thoi, videlicet pugnare cum leone & canibus, & cane esse celeriorem, mirari de tanta eius inconsideratione debemus, &c. Meminit pantheris Herodot. & Galen. sed non ita vt genus animalis apertum sit. Quanquam Galenus significare videtur genus illud lupi ignobile potius quam cervarium: scribit enim esse nonnullos homines ita belluinos, vt edant carnes leonum, & pardalon, id est pantherarum: alios vero esse qui edant carnes canum, & pantherum & vulpium. Et iterum, Genus illud quod Arabes vulgò lupum Armenium appellare dixi, Italia non habet: & simul & re & nomine carent Itali. Quamobrem fuit necesse aut Græco verbo pantherem dicere, aut lupum Armenium cum Arabibus, aut cicalum cum Thurcis, aut nouum imponere quod placuit: itaq; canarium dixi lupum (hoc prius fecerat Gaza) à canis similitudine. Hucusq; Niph. Θῶες, πανθήρια, Scholia in 10. Iliad. Et rursus in 13. Θώων, πανθηρίων. Est autem pantherion, vox deminuta à panthere, hoc est parvus panther: quamobrem ipse etiam thoëm dico paruum esse pantherem, quamuis apud Latinos de paruo panthere nemo meminerit. Rectè tamen sic appellabimus, distinguendi gratia à pardali, quæ fera maior, & Latinis fœminino genere panthera est. Thôes, feræ paruæ in montibus, Hesych. Oppianus etiam inter viles & imbecilles feras pantheres numerat, cum felibus, gliribus & sciuris, lib. 2. de venatione non procul à fine. Quamobrem conijciat aliquis genettas quoq; dictas, de quibus supra post equum seorsim scripsimus, aliquod minimi pantheris genus esse: Cardanus mustelis adnumerat: sed mustelarum maximas dicere, pantherum minimos, nihil forsitan prohibebit. Quinetiam zibetti carum, vt vulgo nominant, de quo statim post pardalim scribam, ad hoc genus referendum quidam existimat. Θὼς, ὁ λυγοπάνθηρ, Varinus. Thos (inquit Eustathius in lib. 11. Iliados) animal est leonibus inimicum, & lupo simile, secundum veteres, vnde & vulgò fortè Lycopanther vocatur. Et rursus in lib. 13. Veteres (inquit) Thôem tradunt Hyænæ similem esse & cum saltu ingredi, idq; statim vt natum est: (ἤδη βαίνουσι μετὰ ἅλματος, ὁ πηδήσας βαίνει:) quamobrem erramus qui vulgò Lycopantheres feras degeneres (ἀγεννεῖς) & fructibus vescentes, putamus esse Thoes, qui vel aduersus Leonem audacia præditi sint. Hæc Eustathius. Homerus quidem lib. 11. Thoes cervum (sagitta percussum, cùm iam sanguine exhaustus fugere amplius nequit) laniantes, superuentu Leonis diffugere canit. Isidorus pantherem pro panthera ineptè accipit. Ego Francfordiæ aliquando (quæ Germaniæ vrbs ad Mœnum est, emporium celebertimum,) venales vidi pelles quas leopardorum dicebant, maculosas quidem & elegantes, sed multò minores & diuersas ab illis quas in Gallia videram leopardorum pellibus, ex Africa aduectis: quæ candidiores sunt. Illæ vero, quas Francfordiæ vidi, magis fuscæ erant, oblongæ angustæq;, vt thôem planè generis esse videantur, & Germanice nominari possint, *klein lepparden*, hoc est parui leopardi. Xenophon lib. de venat. ca. penult. Leones, inquit, pardales, lynces, παίνηκες, vrsi & aliæ huiusmodi feræ, in locis externis capiuntur circa Pangæum montem, & Citrum supra Macedoniam: aliæ in Olympo Mysio & Pindo: aliæ in Nysa supra Syriam, &c. partim aconitico veneno, partim equis & armis intrinsecus, partim foueis. Apud pastorales Afros, præter alias feras, nascuntur arietes agrestes, dictyes, thôes (θῶες) & πανθῆρες, Herodot. lib 4. Valla pantheras transtulit, quod non probo. Panther caurit amans, pardus hiando felit, Author Philomelæ. Hebraicam vocem שחל *schachal*. Osee 13. Septuaginta πάνθηρ interpretantur: sed hac voce leonem potius vel leænam significari, in Leone cap. 11. demonstraui. Lupus canarius (panther) cæcos parit luporum ritu, numero complurimum quatuor, Arist. hist. anim. 6 35. nec alibi vsquam eius meminit. Παίνηρον θηρίον, Aristoph. in Ranis. Scholia exponunt, τὸ παντοδαπῶν θηρίων δικτυόν: (aliqui tamen legunt ἐπ' αἰθηρίου:) sic panthera retis genus est, quo omnis generis feræ capiuntur, vt in pardali dicam. Quæstionem de dalypode (& lepore:) sicut de thôe, panthere ac lynce, negligentia quadam antiquis authoribus ita prætermissam putat Theodor. Gaza, vt excusari haud facile possint. Plinius certe, Oppian. & Aristotel. lynces, thoës, & pantheras, diuersis locis, tanquam animalia diuersa memorant: Item Xenoph. (vt modò recitaui) lynces & pantheres. Pollux ac Herodotus, thôes & pantheres apertè distinguunt, vt quanquam congeneres feræ, magnitudine tamen, si non etiam aliter, omnino differre videri debeant: quod accuratius discutiendum relinquimus illis, qui peregrinas terras adierint aditumue sunt: nos hæc in angulo patriæ nostræ scribimus. PATHION (al' pathyo, inquit Alber.) animal est, quod naturæ decorem mirabilem habet: colore enim purpureo nitens adeò resplendet, vt visus in ipso quasi scintillare videatur. Mortuo, pellis quidem rubor manet, sed interit splendor: magnitudo ei cania, admodum manuescit, & delicatis cibis gaudet. Quidam antiquorum putauerunt hoc animal habere aliquid diuinitatis. Ossa eius durissima & fortissima sunt, & nerui tam validi, vt non nisi magna violentia possint dirumpi, Hæc Albert. sine authore. Quòd si cubi tale animal reperitur, thoum pantherumq; generis esse videtur: & à panthêre forsan corrupta fuerit vox pathio. Thôem non sui generis esse animal, sed ex lupi coitu cum pardali nasci Oppianus cecinit. Thôes, Θόες, θῶες, feræ ex hyæna & lupo natæ, Hesychius & Varinus. Thos animal est simile hyænæ, Scholia in Iliad. ν.

B.

Thôes per tempora immutantur: & colorem diuersum hyeme æstatéue trahunt, atq; æstate nudi, hyeme hirti redduntur, Aristot. & Aelian. At Plinius aliter, Habitum (inquit) non colorem mutant: per hyemes hirti (comati, Solin.) æstate nudi. Thos corpore longior & cauda porrectior est, (quàm lupus, vt Plinius accipit Aristotelis verba. Ego cani potius thôem ab eo conferri puto: nam de cane propius dixerat, lupos etiam & pantheres ei comparans:) sed proceritate breuior, celeritate æquè præstat, quamuis cruta habeat breuiora: mollis enim & agilis est. prosiliteq; longius ob eam rem potest, Aristot. 6. 35. de histor. anim. Græcè legitur, Ἔστι δὲ τὸ ὅλον εἶδος μῆκος μὲν μακρὸς, τὸ δὲ οὐρὸς μακρότερος: hoc est, Oblongus est à capite ad caudam vel extremũ corpus, altitudine verò breuior: nam & Plinius ita ferè transtulit, nulla caudæ mentione facta. Idem proceritatem de longitudine à capite versus caudam accepit, non vt Gaza pro altitudine crurum & reliqui corporis. Sic inter vocabula rei militaris μεταβολὴν ἀπ' ἄκρου legimus, & ἐπ' ἄκρον, hoc est, militum conuersionem ab extremo agmine vel contra. Lupi cervarij certè nostri cauda perbreuis est, quod meminisse debuerat Gaza, cùm pro thôe lupum cervarium verteret. Thos interna omnia lupi similia habet, Arist. Lupo longitudine procerior est, breuitate crurum dissimilis, Plin. Veloces sunt quanquam breuia habent crura, Var. Thoes commissos leones. Et subière astu, & paruis domuêre lacertis, Grat. Aspectu (κατὰ ὄψιν, siue facie tantum, siue toto corpore) lupum genitorem referunt, maculis vero pardalin matrem Oppian.

C. Thos

C.

Thos velox eſt ſaltu, venatu vinit, Plin. Proprium eorum quod in ſaliendo ita niſus alitis habent, vt non magis proficiant curſu quàm meatu, Solin. Vincent. Bell. non meatu legit, ſed in ſaltu. Animal eſt robuſtum & agile, & velox, quanquam breuibus crutibus, Scholiaſtes in Iliad. ν. & Varin. & Ariſtoteles, vt recitaui in B. Quadrupedum multifida, omnia cœcos generant, vt canis, lupus, thos, &c. vt in Cane ca. 3. ex Ariſtotele docui. Cœcos gignunt canes, lupi, pantheræ, thôes, Plin. Coitu vt canes impletur, & cæcos generat, numero duos aut tres aut quatuor. Lupus etiam canarius (panther) cæcos parit luporum ritu, numero complurimum quatuor, Ariſt. de hiſt. anim. hæc vſquam alibi pantheris meminit. Βρυχᾶσθαι, inquit Pollux, non modo de leone dicitur: ſed etiam vrſo, & pardali & panthere: de minoribus vero, vt ſunt vulpes, thôes & lupi, ὑλακτῶν & αἰόλλεσθαι dicitur. Vide vt pardalin, pantherem & thôem diſtinguit. Hic (Haguon quidam Bœotius) & ſemiferam thoum de ſanguine prolem Finxit: non alio maior ſua pectore virtus, Gratius: canes ex thoibus natos, fortes & aptos venationi eſſe aſſerens: proinde ſemiferos dixit, quòd altero parente cane manſueto, altero thoë animante fera naſcantur.

D.

Thôes hominem diligunt, & neq; offendunt, neq; metuunt valde, Ariſtot. Innocui homini, Plin. Homines nunquam impetunt, Solin. Thôa legimus eſſe animal humanißimum præcipueq; homini amicum, ac φιλανθρωπότατον: & ſi forte in hominem inciderit, reuereri, (αἰδεῖσθαι, Philes,) ac veluti obtemperanter ſuſpicere. Amplius, ſi à feris alijs circumuentum ſenſerit, tum vero: ecurrere protinus, opitulariq; pro viribus, Cęl. ex Aeliano mutuatus. Etymologus verbũ θωπεύειν, quod adulari & blandiri ſignificat, à fraudulenti animantis, quod θῶψ appelletur, natura factum putat. Thôes pugnant cum canibus & leonibus: quo fit ne eodẽ in loco ſint thôes & leones, Ariſt. Et rurſus, Leo & thos inimici ſunt: cum enim carne alantur, victum ex eiſdem petant neceſſe eſt. Diſſident thôes & leones, Plin. (Aliqui non rectè ex Plinio citant lupum ceruarium cum leone pugnare.) Thôes commiſſos (clariſſima fama) leones. Et ſubitò ce aſtu, & paruis domuêre lacertis, Grat. Vide ſupra in Cap. de canib. mixtis & bigeneris. Thôes collecti (inquit Oppian. lib. 2. de piſcib.) ceruum inuadunt, & morſibus quantum poſſunt carnis laniando rapiunt, ac ſanguinem lambunt: fugit ille cruentus aliàs ad alta montium iuga: non deſerunt tamen eum thôes, ſed ſubinde infeſtant, & per intervalla tandem conſumunt. Apparet autem mutuatum hæc Oppianum ex Homeri Iliad. 11. quem locum recitaui in Ceruo n. ć.

H.

Θῶες dicti videntur à θέω vel θοὸς, nempe à celeritate, Varin. quamuis Arrianus & grammatici quidam primam per omicron ſcribant in obliquis, poetæ tamen (Homerus, Oppian. Theocrit. Grat.) ſemper producunt. Ὦλύκοι, ὦ θῶες, ὦ ἀρὶ ὠρέα φωλάδες ἄρκτοι, Theocrit. Idyl. 1. Hoc etiam obſeruauimus, thôes ferè ſemper vnà cum lupis à poetis nominari, ita nimirum congeneres inſinuantibus. Epitheta. Δαφοινοὶ apud Homer. Il. κ. Scholiaſtes interpretatur φονίας ἢ πυῤῥούς: hoc eſt, cædis & ſanguinis auidos, vel rufos colore. Λιμηκέες, ὠμηστὰι, ἐπιφθόνιοι, Oppian. Ex lupo & pardali naſcuntur κερκοπόκεσσι φῦλα Θῶες, Idem: dixit autem fortaſſis κερκοπόκεσσα, quòd pardalis matris colorem & maculas retineat: vel corpore valida: quoniam χρόα & colorem & corpus poetæ nominant: niſi quis malit κερκοπώνυχα: quod epitheton ęſi eis conueniat, nihil tamen temere mutandum. Θωύσσειν, ὑλακτεῖν, βοᾶν, μέλπειν, συρίζειν, θηρικὸν φωνὴν χρῆσθαι, κηρύττειν, θηρικῶς ἠχεῖν, Heſych. & Varin. Θῶται, θυιᾶται (malim θοιᾶται: ſic etiam Θώσσω, θοιάσσω, non θυιάσσω apud Heſych. legerim:) χορεύειν, Θώσσω, καὶ θώσσεσθαι, Doricè idem quod ἰωχμᾶσθαι expiari, à verbo θώω, Idem. Ab horum ſanè verborum aliquo thôes nomen factum aliquis coniecerit, vel à voce, vel à voracitate, vel à velocitate: aut certè contrà, ipſa hæc verba ab animali facta. Ὠρύεσθαι, vlulare, de thoibus dicitur, vt de alijs quoq; minoribus fetis, lupis, vulpibus, Pollux. Varinus quidem de leonibus etiam vſurpari ſcribit. Τὴν (Daphnidem mortuum) μὰν θῶες, τὸν ἐς λύκοι ὠρύοντο, Theocritus Idyl. 1. Οἷον δ' ἢ λύκοι ἦτοι, ἢ θῶες ἐλαφηβολον ἦτορ αἰεὶ πεπνυμένα, καὶ πρὸς ὀλίγον τῷ πυρὶ μεμολυσμένοι, Homerus. Οἵ τε πάρος (de Troianis) φυζακτὴς ἐλάφοισιν ἐοικότες ἦσαν, αἵ τε καθ' ὕλην, θῆκαν, παρδάλιών τε, λύκων τ' ἦλθ' ἔκλοντας, Homerus Iliad. ν.

Παίνης: χαροπὸς, Oppian. Παίνης & Παίνεσσα, nomina propria, Suidas: nec aliud.

DE LVPO CERVARIO,

LYNCE & CHAO.

Figura hæc lyncis eſt, ſine lupi cerurij, vt Itali vocant, qualem habere potuimus. Audio probum eſſe excepto capite & naſo, quibus ſcelus referre debet.



Alia lyncis imago à Io. Caio mihi communicata quam probè expressam asserit.



Alia adhuc lyncis effigies (ex tabula regionum Septentrionalium Olai Magni) felem sylvestrem persequentis.



LVPVS Cervarius quanquam hodie apud Italos & vicinos quosdam populos, de illa fera dicitur, quam nostri vocant *cervo lupo*, facto nimirum à lynce vocabulo: tamen apud veteres duo aut plura genera hoc nomine comprehensa sunt. Sunt in hoc animalium genere (de lupo & lupo cervario proximè dixerat) & lynces, Solinus. Cervarium lupum author quidam obscurus (nomen iam non succurrit) scripsit animal esse mixtum natumq; ex cerua & lupo, aut cervo & lupa, sed hæc tam diuersæ naturæ & hostilis inter se animi animalia, simul coire vix credibile est, ego potius cervarium appellari putarim, vel quod cervos infestet, vel quod cervorum hinnulos maculis suis imitetur. Pompeij Magni primum ludi ostenderunt chaum, quem Gallii raphium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis, Plinius. Et alibi, Sunt in luporum genere qui cervarij vocantur, qualem è Gallia in Pompeij Magni harena spectatum diximus. Huic quamuis in fame mandenti, si respexit, oblivionem cibi fortè petere aiunt, digressumq; quærere aliud. Vnde apparet chaum, raphium, & lupum cervarium, vnius feræ diuersa nomine esse. Chaum à Pompeio primum in spectaculis ostensum, Seneca quoq; alicubi meminit, vt quidam citat. Chaonides canes dictas tanquã ex chao & cane natas Hermolaus suspicatur, sed chaus nomen apud Græcos non reperitur, nec alibi puto quàm semel apud Plinium, vt iam citaui. Vide in capite de canibus venaticis in genere. Albertus pro chao chamam dixit: pro raphio, rufinum, quem non Gallia, sed Aethiopia mittat: addit, animal esse ludis aptum, & disciplinæ capax: & in hoc conuenire cum natura canis. Thôem, vt præcedenti capite dictum est, Gaza ex Aristotele lupum cervarium vertere solet, quod meis illic aliorumq; verbis refutaui. Albertus Magnus ea de lynce scribit, quæ veteres de thôe: Isidorus ea quæ de lupo cervario Plinius, nempe lupo esse similem, sed maculis pardi instar distinctam, quod de thôe etiam Oppianus canit. Gaza existimare videtur thoem, lyncem, & pantherem vnius animantis diuersa esse nomina, cum tamen pro thôe lupum cervarium reddat, pro panthere lupum canarium: sed quæ præcedenti capite explicata sunt, hic repeti supervacaneum. Lynx habet formam vt lupus, Iorath. Plinius lynces peregrinas esse tradit: Et alibi, in Aethiopia vulgo frequentes. Solinus capite octauo lupos cervarios in Italia reperiri scribit: mox eiusdem generis etiam lynces esse testatos. ex qua regione habeantur, omittit. Lynces bestias è quibus lyncurion, Zenothemis langas appellat; & circa Padum ijs vitam affirmat, Plinius. Et alibi, Bestias langurias in Italia esse quidam dicunt, è quibus (quarum vrina) fiat langurium, quod alij lyncurium vocant. Scribitur autem λύγξ apud Græcos, vnde obliqui formantur per duplex gamma. ὁ λυγγὸς, λυγγὶ, λύγγα. Λυγκεύς, lynceus, genus feræ, aut perspicax oculis, ὀξυδερκὴς, Suidas & Varinus. Ego lynceum, pro animali apud nullum veterem scriptorem legi, proprium autem viri sæpius, vt dicam in a. Solus Oppianus libro 3. de venatione, lyncis duo genera facit, maius & minus. Lynces paruæ, inquit, lepores venantur: maiores verò in cervos atq; oryges facile insiliunt. Ambæ corporis figura: & similiter oculi vtriq; suauiter fulgent, &c. vt in a. dicam. Hunc locum Gillius transferens, ineptissimè lynces pardalium generis facit, tanquam id adferente poëta.

Fera quæ nostris facto à lynce vocabulo *luchsi*, vel vt alij scribunt *luxi*, aut *luxi*, nominatur: Italis hodie vulgò lupus cervarius dicitur, lupo cervero vel cervério: & similiter Rhætis qui Italicè loquuntur, & Sabaudis: & Dalmatis

matis vel Illyrijs ceruiro. Nuper ſanè Bohemus quidam coniectoram ſuam mihi narrabat, lyncem Illyricè rys vocari, (& eam eſſe luchſam Germanorum:) ceruiro autem id eſt ceruarium Illyricè dictum minorem eſſe, ſimilem alioqui. Hiſpani adhuc Latino nomine vocitant lince, vt & Italici quidam ſcriptores in lingua vulgari, Arlunno teſte. In quibuſdam Heluetiæ locis, & circa Sedunum, appellant *thierwölf*. Vncia quædam fera apud barbaros ſcriptores nominatur: quam ego pantheram eſſe puto, hanc Fr. Arlunnus ab Italis quibuſdam in vulgari lingua ſcriptoribus lonzam vocari ait, nonnullis leænam, alijs pardum, aut pantheram, aut lupum ceruarium interpretantibus. Vnciæ (Onces) vulgo dictæ lynces potius videntur eſſe quam panthetes, Belonius: quanquam autem recentiores Leopardo ſeu Pantheræ minori hoc nomen tribuunt, à Lynce tamen corruptum videtur: Eſt autem ingenio & corporis effigie ſimile animal, cauda breuior lynci, alit longior, &c. Aconitum pardalianches occidit leopardos & lynces, Auicenna. Arabicè legitur alnemer & alfhed, hoc eſt παρδάλεις καὶ πάνθηρας, vt ipſe interpretor. Bellunenſis docet alfhed leopardum eſſe, minorem quàm alnemer, vt pluribus in Panthera dicam.

B.

Lynces in Carpatho Inſula reperiuntur. Vide infra initio capitis ſeptimi.

Lynces (noſtræ) lupis minores ſunt, tergo maculoſo, Stumpfius. Audio eas ſecundum anni partes colorem aliquando mutare. Lupo longior eſt lynx, cruribus breuioribus, &c. Albertus: hæc veteres de thôe ſcribunt. Lynces ambæ (magnæ & paruæ) corporis figura ſimiles ſunt: & ſimiliter vtriſque oculi ſuauiter fulgent; facies vtriq; alacris perlucet: paruum vtriſq; caput, κεφαλὴν μικρὸν ἔχει: ſolus color diſſimilis. Minores quidem rubra pelle, maiores vero croceum & ſulfuris inſtar coloratum gerunt florem, Oppian. Prominent eis oculi, Albertus. Lingua vt ſerpentium, quam plurimum extenduntur, &c. Idem: ſed talis lingua lyngis auiculæ eſt, non lynces quadrupedis. Mammas habent in pectore, Textor: atqui hoc ſphingum non lynceum eſt. Inſatiabilia animalium, quibus à ventre protinus recto inteſtino tranſeunt cibi, vt lupis ceruarijs, & inter aues mergis, Plin. Lynx pro talo quippiam ſemitalo ſimile habet, Ariſtot. Lynx tantum digitos habentium ſimile quiddam talo habet. Vngues ei ſunt magni, Albert. Vngues lynx modo occultat, vt in ſecunda effigie quam exhibuimus, modò exerit, pro arbitrio, vt cum irascitur, pugnat, ſcandit aut ſe tuetur, & quidem prælongos, vt in prima effigie expreſſum eſt. Io. Caius. Præſtat ſimiarum hominis quàm ſimillimarum artus diſſecare, cum te in exemplo exercere inſtitues: ſin ea non detur, aliquam ei proximam deligito: aut ſi nulla omnino ſimia reperiatur, cynocephalum vel ſatyrum vel lyncem: ſummatim ea animalia quibus artuum extrema in digitos quinq; diſcreta ſunt, Galenus in Anatomicis adminiſt. Alnemer eſt animal minoris (maioris forte) magnitudinis, quam lynx, quod eſt lupus ceruarius, Bellunenſis. Victa racemifero lyncas dedit India Baccho, Ouidius in Metam: quaſi peregrinum & non noſtri orbis animal lynx ſit: Vide ſuperius in A. lynces vbi reperiantur. Felis (inquit Cardanus) varia ſunt genera: aut quia ſimilitudine omnia fermè animalia ſæua ei ſimilia ſunt, pantheræ, lynces, pardi, & forſan etiam tigrides. Commune enim eſt voguium magnitudo, & robur: pellis diſtincta, verſicolor ac pulchra: caput rotundum, facies breuis, cauda prolixa, agilitas corporis, ferinas: & cibus, qui venatione acquiritur. Luchs, acerrimi morſus, animal oblongum, brevibus cruribus, pelle indutum albicante, ſuprà ſurpurascente, ſed maculis notisq; varia, quæ ſpeculorum inſtar radiant, pilis mollibus confertis longisq; obſita, Eberus.

C.

Lynces clariſſimè omnium quadrupedum cernunt, Plinius. Ab hac viſus præſtantia ab Oppiano Λυγκέως λύγγες cognominantur. Perſpicaces ſunt adeò, vt ſecundum poeticas fabulas, corpora ſolida viſu penetrent, Albert. Ego non de lynce animante, ſed Lynceo quodam viro (vt in A. referam) corpora ſolida viſu penetrante apud poetas legi. Lynx viſu ſuo res ſolidas penetrat: quod ſi quid translucidum ei obijciatur, offenditur, aut etiam excæcatur, Algazel in librum de ſenſu & ſenſibili. Philoſophi putant nullum eſſe corpus omnino perſpicuitatis expers, quamuis nos lateat: propterea lyncas tradi per medium videre parietem, Cælius. Dum lynces occàndo fremunt, vrſus ferus vocat, Author Philomelæ. Corcare, vox lupi ceruarij, Fr. Alunnus. Lynces minores venantur lepores: maiores vero ceruos etiam & oryges. In regionibus circa Oceanum Septentrionalem Europæ, lynces catos ſylueſtres & alia quædam animalia capiunt vorantq;, Olaus Magnus. Sunt qui affirment lynces animalium quæ experint ſanguinem tantum exugere, corpore intacto. Nuper vero à quodam audiui, lynces animal aſtutiſſimum in arboribus aliquando latere, ac in prætereuntes maiores quadrupedes deſilire, & vnguibus cervici infixis non remittere, donec laniato capite animalis proſtrati cerebrum denorarint, reliquis partibus intactis: minora vero animalia integra ab eis abſumi. Aeſtate infirmam eſſe aiunt: circa ſaxa verſari, nec longè à ſuo cubili diſcedere, nemini nocere, vſq; ad autumnũ: rupicapris inſidiari, per ſaxa ſaltando ſaltantem perſequi, arbores facile ſcandere, &c. Quid lynces Bacchi variæ? & genus acre luporum? Vergilius in Georg. de vi amoris, & libidinis tempore. Lynces auerſæ coeunt, Ariſtoteles, Plinius, & Solinus. Superfœtant vrſi, lynces, & lepores, Oppian.

Lynces retro mittunt vrinam, (ex auerſo minguntur,) Ariſtot. Et alibi. Lynx in auerſum mingit, mas inquam: alioqui quadrupedum fœminæ omnes id faciunt. Vrinam ſuam lynx (tanquam vites eius medicas cognoscens, & inuidens homini) protinus terra pedibus aggeſta obruere traditur, Plinius. Ex domeſticis ſedibus egrediuntur, vt vrinam bene penitus occultent. Gilius. Αἱ λύγγες ἐκπονοῦσι διὰ καθαριότητα (id eſt puritatis ſtudio: nam rum vt cati ſua excrementa) πανταχόθεν χοῦν ἐπιφέρεσθαι καὶ ἀφανίζεσθαι τὸ λυγγούριον. Plutarchus in libro Vtra animalium &c. Lyncem aiunt occultare vrinam, quòd cum ad alia multa ſit vtilis, tum ad ſphragidas, id eſt gemmas ſignatorias, Ariſtoteles in Mirabilibus. Lynx vrinam ſuam in terram occultat, quæ vbi concreuerit ac congelárit, lapis efficitur, ad ſculpendum accommodatus, & ſimul ad muliebrem mundum expetitus, Aelian. Lyncum humor ita redditus vbi gignuntur, glaciatur, ateſcitue (concreſcitue) in gemmas carbunculi ſimiles, & igneo colore fulgentes, lyncurium vocatas, atq; ob id ſuccino à pleriſq; ita generari prodito. Nouêre hoc ſciuntq; lynces, & inuidentes vrinam terra operiunt, eoq; celerius ſolidatur illa, Plin. Et alibi, Succinum Demoſtratus lyncurion vocat, & fieri putat

putet ex vrina lyncum bestiarum: è maribus fuluum & igneum, è fœminis languidius atq; candidum. Alij dixêrè languarium, & esse in Italia bestias languarias. Zenothemis langas vocat easdem, & circa Padum ijs vitam affirmat. Hæc ille 37. 2. & rursus eiusdem libri cap. tertio, De lyncurio proximè dici cogit autorum pertinacia. Quippe etiam si non electrum id esset, lyncurium tamen gemmam esse contendunt. Fieri autem ex vrina quidem lyncis, sed egestam terra protinus bestia opertente eam, quoniam inuideat hominum vsui. Esse autem qualem in igneis succinis colorem, scalpiq;: nec folia tantum aut stramenta ad se rapere, sed æris etiam ac ferri lamnas, quod Diocles quidem & Theophrastus credidit. Ego falsum id totum arbitror, nec visam in ævo nostro gemmam vllam ea appellatione: & quod de medicina simul proditur, calculos vesicæ eo poto elidi, & morbo regio occurri si ex vino bibatur, aut si portetur, Hucusque Plinius. Vrinam suam lynces illico arenarum cumulis contegunt, vt Theophrastus perhibet: transit ea in duritiem pretiosi calculi. Is colore succini est, pariter spiritu attrahit appropinquantia, dolores renum sedat, medetur regio morbo, Solinus. Victa racemifero lyncas dedit India Baccho. E quibus (vt memorant) quicquid vesica remisit, Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto, Ouidius 15. Metamorph. Lyncis vrina quam lyncurium (λυγγύριον) appellant, creditur electa statim lapidescere, sed falsò: eamq; ob causam inanem & inutilem habet historiam. Est enim lyncurion quod à quibusdam electrũ pterygophoron dicitur, quòd plumas ad se alliciat: id potum ex aqua stomacho, aluoq; fluxione laboranti conuenit, Dioscorides. Lyncurium an sit, aut vnde sit, authoribus non constat, Hermolaus. Lyncurium, quod succinum, itemq; electrum appellant, Aëtius in antidoto Philagrij ex damasonio ad calculosos. Miratur Cælius quòd Diuus Hieronymus de lyncurio nil sibi compertum apud auctores fateatur, quum mentio eius sit apud Plinium & Theophrastum. Λυγκοχρὸν, ὕλικτρον, Hesychius & Varinus: ego Λυγγύριον legerim. Λυγύριον, nomen lapidis, Varinus: hic etiam λυγγύριον legendum videtur. Λυγύριον, ὕαλον, Hesychius & Varinus: fortassis & hic. Succinum Theophrastus in Liguria effodi dixit. Sudines & Metrodorus asserunt arborem esse in Liguria, quæ electrum gignat Plinius. Mihi quidem verisimile sit electrum, ex aliquo Ligurix emporio in Græciam olim aduectum, atque inde vulgò primum à regione dictum Ligurium, per imperitiam postea inuitante vocabuli affinitate lyngurium quasi lyncis vrinam nominari cœpisse. Fertur vtriusq; populi (ἐξ αἰντῶν: sed potius legendum videtur ἐξ αἰγειρῶν, id est nigræ tantum populi) lachryma circa Eridanum fluuium, cum defluxit densari, fieriq; quod electrum vocant, & aliqui chrysophoron (forte quod aurum etiam ad se rapiat, vt æris ac ferri lamnas, quod supra ex Plinio recitauimus) colore auri, in attritu odoratum: quod tritum potumq; stomachi & alui fluores sistit, Dioscorides in capite de populo nigra. Lucianus etiam in commentatiuncula quam de electro vel cygnis inscripsit αἰγειρος, id est nigras populos nuncupat arbores illas, ex quibus electrum fundi circa Padum veteres fabulati sint: sed quoniam leucæ, id est albæ populi, eiusdem generis arbores sunt, fieri potest vt succum concretum quem leucæ circa Padum fundant, statim lapidescentem, aliqui circa idem flumen lyncas quasdam animantes fundere dixerint: Sed hæ coniecturæ sunt nostræ. Oritur & è saxo (inquit Hermolaus corollario 698.) id est lapide lyncurio, siue lynceo vulgari voce dicto, fungus, admirabili natura. Præciditur hic in esum, & alius subnascitur anno toto: pediculi pars relicta duratur in silicem, atq; ita semper crescit lapis, restibili fœcunditate: nec credidimus, antequam domi natos ita manducaremus. Nouum & hoc vita sibi comperit, inuicemq; multa perdit: quanquam est vbi Plinius hoc innuat, vt in Castigatione Plinians x x i i. libri diximus. Ego nihil tale in Castigationibus siue priotibus siue posterioribus eum in librum reperio. Sunt & ex vtraq; populo fungi, corticibus earum dissectis, sparsisq; in areas stercoratas, vnde quacunq; anni tempestate fungi esculenti prouenient, Dioscorides. De his aliter Hermolaus in eodem corollario, Sunt & agaricæ fungi, sed industria, fermento in ipsis populi nigræ truncis diluto aqua protinus coalescentes. Elecorum, lego electrum, id est lapis lyncis, Syluaticus. Lapis lyncis fit de vrina lupi ceruarij in montibus coagulata, qui domi seruatus generat optimos fungos supra se quotannis: creditur prodesse dolenti stomacho, morbo regio, & alui profluuio, Euax apud Syluaticum cap. 420. Lapis lyncis dictus, λιγκουρίζι (aliàs λιγζι) apud Nicolaum Myrepsum, in compositionibus aliquot medicis nominatur: & primum in libro de antidotis compositione 30. Vbi Leonhartus Fuchsius interpres verba hæc adiecit: Lapis lyncis variè apud Nicolaum sumitur. Hîc certè haud secus atq; in antidoto sequenti 37. accipitur pro lapide prasio, (vt ipse Nicolaus illic exponit, Lapis prasius, inquit, ab Italis lapis lyncis vocatur.) Est autem prasius, vel prasitis Theophrasto, sic dictus lapis, quòd viridi colore porri succum repræsentet. (quæ etiamnum apud Germanos nomen seruat, vt Ge. Agricola scribit.) Plinius 37. 8. tria eius genera esse tradit. Eadem quas iaspis (& smaragdus) facultates habet, quare in hanc compositionem inseritur vt ventriculum roboret, Hæc Fuchsius: sed forte tanquam nephriticum pharmacum huic compositioni tricesimæ, quę & alia plura diuretica accipit, lapis litzi adijcitur. Cęterum in alijs quibusdam compositionibus lapidem litzi pro cæruleo siue Armeniaco accipit, inquit Fuchsius: vt in antidoto 465. diasmæ inscripta. Porrò in antidoto 39. diacomerôn, pro lapide lyncis siue lyncurio, quod nihil aliud quàm succinum est. Antidoto etiam è cicadis apud Nic. Myrepsum, lyncurium miscetur: & hodie vsitatis compositionibus Philanthropo & Benedictæ purganti, lapis lyncis. Phrygius lapis (inquit Ge. Agricola lib. 5. de natura fossilium) ex Phrygia, cuius infectores eo vestes tingunt, nomen inuenit: sed nascitur in Cappadocia: is ęreba est pumicosa, misti saporis: nonnihil enim & adstringit & mordet: optimus autem est colore pallidus, venas vero tanquam cadmia, habens candidas: non robustus compage corporis, mediocriter grauis, vino respersus & vstus, magis fit fulous: hunc aliqui hodie pro lyncurio vendunt: sicut alij pro eodem, vt dixi, belemniten. In medicina exiccat: sed præterea mistis viribus præditus est: nam repellit & digerit, vtilis ad vlcera putrida, & ad oculorum medicamenta, Hæc ille. Et in eodem libro superius, Belemnites (βέλεμνον, id est) sagittæ effigiem repræsentat: quare Saxones eum vocabulo ex ephialte & sagitta composito nominant, (*alfesthe*, alij *alpschos*) potumque contra eiusmodi suppressiones & noctis ludibria valere dicunt, ac fascinationibus occurrere. Hunc lapidem hodie quidam medici pro lyncurio habent & vtuntur, qui ex vrina lyncis non concrescit: nec enim vllum tale fuit lyncurium: sed veteres scriptores succinum, vt dixi, sic appellarunt. Plura de belemnite cognitu digna, quæ eo in loco Agricola docet, omitto, ne sim prolixior: hoc tantum addam, vt medicos ad eius cognitionem inuitem: Quoniam vero, inquit, belemnitæ exiccant, Prussicis & Pomeranicis chirurgi curant vulnera: ijsdem medici, & Saxones suis, non aliter ac lapide Iudaico frangunt calculos. Antonius Musa Brasauolas terram lyncum vrina madidam sæpius collectam sibi & repositam scribit, sed nihil vnquam in ea concreuisse: mire autem fœtidam fuisse. Ge. Agricola libro 6. de nat. fossilium, ostracian alteram achatæ similem esse scribit, translucida viriditate mista

miſta nigrore: & eius fragmentis quoſdam noſtris etiam temporibus alias gemmas ſcalpere: hanc Germanicè interpretatur *luxſaphir*, quaſi ſophirum lyncis, neſcio quam ob cauſam: niſi quòd ipſius etiam viridis lapis à Nicolao Mirepſo lapis lyncis, quaſi lyncis, nõminatur. De vrina onagri, cũ interficitur, in terra ſpiſſante ſe, vt fertur, dictum eſt ſupra. Ego in officinis pharmacopolarũ apud nos lyncuriũ illud, vt vocant, conſideraui, ꝙ ceu pumicoſa quædam (leuitate ferè pumicis, non raritate) gleba eſt, quæ pugnum impleat, aut maior potius quam lapis: alterum fuſci vel nigricantis, alterum lutei coloris, quod & ſolidius, arenoſius, & pinguius eſt, commiſtum lutefcit; vtrunq; pelliculis ſeu membranis quibuſdam albis intercipitur, luteum quidem manifeſtius, fungoſæ cuiuſdam tenacisq; ſubſtantiæ, vt hoc forte genus ſit, è quo fungos naſci Hermolaus teſtatur: apparet ſanè tum ex membranis illis, tum calculis in eo repertis, corpus eſſe heterogenes in terra coaleſcens. In Sabaudia alium lapidem lyncis mihi demonſtrarunt, ſubſtantia cryſtalli, & pellucidum, ea duritie vt ignem excutiat, triangulum ferè: colore partim candido, partim paſſeo diluto. Lyncurius lapis effuſa lyncis vrina ſeptem dierum ſpatio generatur, Iorath. Fungi iuxta mare rubrum quodam in loco erumpunt, qui ſole tacti in lapidem commutantur. Theophr. de hiſt. 48. forte idem genus illud lapidis lyncis, quod ex Hermolao ſcripſi, fungos producere: nam ſi fungi in lapidem mutati ſunt, ex eodem fungi rurſus enaſci poſſe videntur facilius, quàm ex vllo alio lapidis genere.

D.

Lynces, pardales, leones & tigrides, fœtus ſuos mirificè amant: Vide in Leone D. ex Oppiano. Lynx rapax eſt animal inſtar lupi, ſed callidius. In arboribus latet, vt in prætereuntes pecudes deſiliat, vt præcedenti capite dixi. Hominibus & pecudibus inſidiatur, Stumpfius. Hæc dum proderem, à viro quodam fide digno audiui, lynces in regione Germaniæ quæ duci Vuirtenbergenſi paret, nõ tarò capi: & contigiſſe aliquando vt lynx in quercu latitans, in ruſticum prætereuntem deſiliret: quam ille præuiſam in ipſo ſaltu, ſecuri quam forte geſtabat, excepcrit, & in terram proſtrauerit, vbi mox aliquot ab eo ictibus enecata ſit. Lupi quos ceruarios dicimus, quamuis poſt longa ieiunia repertas ægrè carnes mandere cœperint, vbi quid caſu reſpiciunt, obliniſcuntur: & immemores præſentis copiæ, eunt quæſitum quam reliquerunt ſatietatem, Solinus: & Plinius vt in A. retuli. Rex Tartarorum habet leopardos cicures, qui mirum in modum venationi inſeruiunt: item lynces non minus ad venandum induſtrias, Paulus Venetus.

E.

Lynces, pantheres, vrſi, &c. In montibus capiuntur, partim aconito, partim equis & armis intrecluſi, non ſine venatorum diſcrimine. Sunt quibus & foueas latas in orbẽ ducunt, &c. vt in Leone recitaui ex Xenophonte. Iiſdem foueis lynces capiuntur, quibus & lupi. Olaus Mag. Canibus ſectantibus lynx mox in arbores confugit: vbi feritur bombarda: capitur & decipula, quam ſæpe per ſaxa trahit. Lynx quum ſe captam videt, ſolet vetè flere, vt etiam lachrymæ fluant, N. Sprong. Pelles lyncum noſtrarum, vnæ omnium ferè pretioſiſſimæ ſunt, & à nobilibus tantum in veſtimentis oſtentantur. Pritci venatores pelle lyncis tegebantur contra imbres & flatus ventorum: hoc namq; teſtatur Virgilius, cum inquit, ſuccinctam pharetra & maculoſæ tegmine lyncis.

G.

Vngues lyncum omnes cum corio exuri efficaciſſimè in Carpatho inſula tradunt. Hoc cinere poto, propudia virorum: eiuſdem aſperſu, fœminarum libidines inhiberi: item pruritus corporum: Vrina, ſtillicidia veſicæ. Itaq; eam protinus terra pedibus aggeſta obruere traditur. Eadem autem & iugulorum doloti monſtratur in remedio, Plinius. Sed de lyncurio, & remedijs ex eo, capite tertio dictum eſt. Luxorum noſtratium vngues apud viros magnates in pretio ſeruantur. Ea enim apud nos de illis opinio circumfertur, quòd impoſiti in virgam equi ſiue hominis, retentam cient vrinam, Io. Bonar Baro. Vngues lyncum albicant: ſingulos apud nos argento includunt, & ad ſpaſmum commendant, ſi geſtentur: fortaſſis quoniam incurui ſunt: quo argumento radices etiam nonnullas, curuas nodoſasq; aliqui aduerſus ſpaſmũ appendunt, ſuperſtitioſi & digni talibus remedijs homines. Sunt qui viuulas in equis (vt vulgò appellant) his vnguibus ſaluberrimè fanari & aperiri aſſerunt: & eam ob cauſam à multis equitantibus circumferuntur. Lynx ſeu lupa ceruaria, feles, muſtela, &c. plus vulnere quàm veneno lædunt, Arnoldus. Venator quidam mihi nuper retulit, carnes lyncis comeſas cum iuſculo valde probati contra febrem quartanam: & oſſa eiuſdem combuſta ac in puluerem redacta eximium eſſe remedium ad inueterata vlcera & fiſtulas tibiarum, C. Collinus.

H.

a. Λύγξ, Λυγγὸς, fœminini generis, rum lyncem feram, rum ſingulum ſignificat: aliqui non rectè maſculini generis faciunt, & in obliquis gamma cum ceppa ſcribunt. Λύγξ πᾶσα θὴρ, Λυγγὸς: καὶ τόξον, καὶ ζῶον, Heſychius & Varinus. Ego pro arcu nuſquam legi: ſed erroris huius, ſi error eſt, occaſio fuerit illud poetæ. Λύγξ βέβηκε, hoc eſt, reſonuit arcus, vel neruus, per onomatopœiam: huius autem aoriſti, inquit Varinus, thema nullum extat. Quorum ſtupefactæ carmine lynces, Vergilius Aegl. 8. Multi lynces, λύγγες, & leones, &c. ſlunt amantq;: qui tamen fratrum ſuorum iracunda aut imperita aut ambitioſa ingenia ferre non poſſunt, Plutarchus de philadelphia. Quod ſi lycon, id eſt lupum aliqui λὸν ἢ λύκον (alij lucem matutinam, alij vmbram interpretantur) rectè deriuarunt, idem fortaſſis etymon lynci etiam perſpicaciſſimo animali congruet.

Epitheta. Lynces fugaces, Horatius 4. Carm. Imbelles, Statius 2. Achill. Maculoſæ, Vergil. Timidas agitare lyncas, Horat. 2. Carm. Variæ, Verg. Tergore lynces verſicolore, Bapt. Mantuanus. Effœna, turgida, apud Textorem. Αἰζηλοὶ, ἀγλαοὶ, Oppianus.

Lynx, Λύγξ, vrbs Libyæ iuxta Gades poſt Atlantem: Artemidorus Λυγξὼ vocauit. Stephanus. Vide Hermolaum in Plinium 5. 1. Lyncus, Λύγκος, vrbs Epiri, apud Strabonem, à Lynceo dicta. Gentilia, Lyncius, Lynceus, Lyciſtæ, Stephanus. A Lynceo (Hypermneſtræ marito) dicta eſt Lyncea regio, quam mox Lynceo incolente Albantis filio notho, Lynceam quoq; nominarunt; Cælius. Lynceſtij amnis potu inebriantis meminit Ouidius 15. Metam. Lynceo perſpicacior: Lyncei perſpicacitas (inquit Eraſmus) in prouerbium abijt. Plinius nat. hiſt 2. 17. Nouiſſimam, inquit, Lunam, primamq; cadẽ die vel nocte, nullo alio in ſigno, quàm in ariete conſpici: id quod paucis mortalium contigit. Et inde fabula cernendi Lynceo. Sunt qui tradunt Lynceũ primum reperiſſe fodinas metallorum, æris, argenti, auri. Et hinc vulgò natam fabulam, quod ea quoq; videret, quæ ſub terra forent, teſtis Lycophronis interpres. Meminit huius & Plato in epiſtola quadam. Ariſtophanes in Pluto, βλέπειν δοπιδεῖν ὀξύτερον ἢ Λυγκέως. Lucianus in Hermotimo, Σὺ δ' ὥσπερ ὁ Λυγκεὺς ἡμῶν διέβλεπες, καὶ ἑρᾷς τὰ ἔνδοθεν ὡς ἔοικε διὰ τοίχου. Idem in Icaromenippo. Πῶς τῶν καθ' ἡμᾶς Λυγκεύς τις ἀφνω γενόμενος ἅπαντα διαγινώσκεις; Horat. 1. epiſt. ad Mecœnatẽ,

Nõn

Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus. Non tamen ideirco contemnas lippus inungi. M. Tullius M. Varroni, Quis eſt tam Lynceus qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? Apollonius in Argonaut. (meminit etiam Orpheus) ſcribit hunc Lynceum vſq; adeò fuiſſe perſpicacem, vt etiam terram ipſam oculorum acie penetraret, quæ q; apud inferos fierent, perſpiceret. Plutarchus in commentario aduerſus Stoicos teſtatur famam fuiſſe de Lynceo, quod ſaxa quoq; & arbores oculorum acie penetraret, (hoc recentiores quidam de lynce quadrupede ferunt.) Pauſanias in Corinthiacis tradit Lynceum Danaouita defuncto, regni ſucceſſionem ſuſcepiſſe. Pindarus in Nemeis hymno decimo meminit Lynceiqui ex Taygeto monte viderit Caſtorem & Pollucem ſub quercus truncо latitantem, & horum alterum iaculo vulneraſſe. Pindari interpres citat hiſtoriam rerum Cypriarum, Ariſtarchum & Didymum, Hęc Eraſmus. Quòd ſi quis lynceum, vt Suidas & Varinus, pro animali nempe lynce accipiat, ſic etiam quadrabit prouerbium in hominem acutiſſimi viſus aut etiam ingenij per metaphoram: hæc enim quadrupes. Plinio teſte, clariſſime omnium animalium cernit. Sed & lynceus adiectiuum, à lynce fera fieri videtur, non à Lynceo viri nomine. Omnes (inquit Galenus citante Cœlio) imbecilliore ſumus cernendi poteſtate, ſi aquilarum & lyncis acuminibus conferamur. Ne corporis optima lynceis Contemp. ère oculis, Hyplea excioi illa. Quæ mala ſunt ſpectes. Horatius 1. Serm. Λυγκέως ὀξυωπέστερον βλέπεις, id eſt, Lynceo acutius vides: fuit autem Lynceus frater Idæ, ea oculorum acie, vt per abietem viderit Caſtorem cum fratrem per dolum necaret, vt Pindarus ait, Suidas. Locus Pindari eſt in Nemeis Carmine decimo, de Lynceo & eius fratre Ida, qui Caſtorem lancea vulneràrit, &c. vnde corruptus Suidæ locus reſtitui poteſt. Plura ab interpretibus Pindari petet qui volet. Λυγκεύς, εἶδος ὄφεως, ἢ ἀξυωπέστατος, Suid. Lynceus, inquit Palæphatus, es, argentum, cæteraq; metalla primus inquirere cœpit. In qua quidem metallorum inquiſitione, lucernas ſecum intra terræ penetralia circunferens, ibidem eas forte relinquebat, ac ſurſum ipſe æs ferrumq; reportabat. Quod factum videntes homines, dicere conſueuerunt, quod Lynceus ſubterranea etiam proſpiceret ob idq, argentum inde ſurſum afferret. Lynceus, collyrium quoddam apud Galenum de Compoſ. ſec. locos, & Paul. Aeginetam. Lynceі & eius tumuli, in Laconicis meminit Pauſanias. Χαίρετε Λυγκῆος γενεή, Heſiodus in Alpide. Porphyrius in Homerum, ſi modo Porphyrius eſt, ſcripſit, in tertium Iliados, Idam & Lynceum ſcribit Apharei filios, Leucippidum amatores, ad nuptias Tyndaridas auocaſſe Caſtorem & Pollucem, qui ſponſas Phœben & Hilairam rapere conati ſunt: hinc orto certamine Ida (Idas) Caſtorem occidit: ſed hac re tactus Iupiter, Idam fulminauit, &c. Gyraldus. Eadem leguntur in Scholijs Pindari: & inſuper, Perſei familiam à Lynceo ortam eſſe. De Lynceі contra Caſtorem pugna, Theocritus Idyllio 27. Hypermneſtra inter filias Danai, quæ omnes ex patris præcepto maritos nocte iugularunt, ſola marito nomine Lynceo pepercit: Vide Cœlium 11. 13. & 25. Lynceus Samius grammaticus, &c. Suidas.

e. Succinctam pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis, Verg. 1. Aen.

h. De Lyncо rege Scythарum in lynceam feram mutato, ſcribit Ouidius 5. Metam.

Maculoſa quędam animalia veteres Baccho conſecrarunt, vt lynces, pardales, axin. Victa racemifero lyncas dedit India Baccho. Ouid. 15. Metam. Quid lynces Bacchi variæ? Verg. 3. Georg. In India Cteſias nasci ſcribit feram nomine axin, hinnuli pelle, pluribus candidioribusq; maculis, ſacram Libeti patris, Plinius. Bacchus aliquando effictus eſt in curru pampineo & triumphans, qui pantheris modo, modo tigribus ac lyncibus trahebatur, Gyraldus. Nebridem quoq;, id eſt maculoſam hinnuli pellem, Bacchum, & Orgia celebrantes geſtaſſe legimus.

Hæc ſcripſeram cum accerſitam à pellifice lyncis pellem ſuſpicere ipſe volui. Longitudo extenſæ à ſummo naſo ad caudam vſq; dodrantes quatuor, digiti quinq;: & caudę poſtea digiti ſeptem. Latitudo circa collum, (non ambitus dico, ſed dorſi tantum,) palmi duo in imo dorſo, dodrans & digiti ſex. Crurum anteriorum longitudo, dodrans cum digitis quinq;, poſteriorum, dodrans cum digitis tribus. Pilus vndiquaq; molliſſimus eſt, & denſa lanugine conferctus. Extremæ pilorum partes in dorſo albicant, interius tuffæ: albicant autem magis partes vtrinq; à dorſo medio recedentes: mediũ magis fuſcum & ruffum eſt. Venter medius candidus, & maximus: partes vtrinq; partim candidę partim ruffæ. Paſſim etiam in ventre puncta quædam nigricant, pauca: crebra verò iuxta imum ventrem vtrinq; ad latera. Pars quę in ſupina colli parte eſt è regione vtriuiq; auris lingulas bene magnas maculas nigras habet. Auriculæ paruæ breuem quaſi triangulum conſtituunt, ambitu nigro: niger etiam ſupra eas villus eminet, cum paucis pilis albis. Barba fetus albis condita eſt. Dentes albiſſimi, eminentibus digitum tranſuerſum caninis ſuperioribus: inter quos ſex parui habentur: ex quibus duo extremi maioſculi ſunt, cæteri minimi, præſertim in maxilla inferiore. Et vt breuiter dicam, dentes omnino ſimiliter vt muſtelæ ruſticæ vel martes habet. Pedes admodum villoſi ſunt: digiti anteriorum pedum quinq;, poſteriorum quatuor. Vngues candidi, acutiſſimi. Cauda per totum æqualis craſſamenti, poſtrema parte nigra eſt. Pretium erat tres coronati ſeu denarij aurei cum triente: ſunt quæ ferè duplo veneant, aliæ multò minoris, pro pellium differentia & regionum vnde habentur. Frequentes ſunt in Suecia circa Hyelſo vel Helſingiam, in collo variæ & maculoſæ, Eberus. Mittuntur ad nos ex diuerſis Alpinis regionibus. Capiuntur & in Martianylua, & (vt audio) in Lituania & Polonia. Elegantiores maculis aliquot nigris per dorſum etiam inſigniuntur. Vngues non quiuis, ſed is tantum qui in pede dextro pro pollice eſt, argento includitur, & drachma argentea aliquando venditur, tanquam amuletum aduerſus comitiales.

Eſt in arce Londinenſi (inquit Io. Caius) animal carnivorum, agni bimeſtris magnitudine, corpore toto, capite, ore, pede & vngue felis. Sed barba atq; cauda illa, vtrinq; dependente, ex dimidio anteriori nigra, poſteriori alba: hac, breui atq; craſſa, ex dimidio ſuperiori ruffa, inferiori nigra. Oculo flauicante, cilio obſcurè albicante. Aure, vt cati, erecta, pilo intus albo & tenui repleta, foris albo & nigro veſtita, ſed ita vt ſumma pars nigro, media, triangulari ferè modo, candido, & ima nigro veſtiatur. Nec eſt ea contenta ſuo orbe finiri, niſi etiam & anterior eius pars ſeu extrema margo & poſterior etiam, eo modo recurueturin auerſum, quo modo margines galeri ſacerdotis Græcæ apud Venetos eccleſiæ ad ſuperiora replicantur. Summis auribus inſident pili aliquot nigri, veluti creſtæ. Color animalis eſt in extima parte, ruffus, in intima albus, ſed reſperſus hic fuſcis & ferè per quincuncem diſpoſitis, hinc rui coloris obſcurioribus maculis, ſingulari pilo candido & item frequenti per vniuerſum corpus præter cætera conſpicuus, vt eſt in quibuſdam cuniculorum nigris pellibus. Et vtraque naſi parte, maculæ quatuor ſunt, ordine recto poſitæ. In vtroq; labro, vt nunc dicemus. In ſuperiori labro, quinq; ſunt macularum ordines æquidiſtantes. In primo ordine & ſummo, quatuor: in ſecundo, quinq;: in tertio, octo: in quarto, quinq;:

quinq;: in quinto, quatuor sunt, & hæ etiam in suo quæque ordine æquidistantes. In imo labro, septem sunt tantum insigniores, duobus ordinibus collocatæ. In primo, quatuor, ad ipsam labri oram: in secundo post eas, tres aliæ: post has, aliæ minores, sed non ita certa lege dispositæ vt superiores. In superiori labro, vtrinq; quatuor pili quidam rigidiores atq; albi, vt in catis & leonibus. Nasus illi ruffescit pallidè, distinctus à cæteri facie vndequaq; linea nigra. Extremum nasum per longitudinem alia linea (vt in Vncia) diuidit, sed per summa tantum leuiter ducta, non per ima altius impressa. Pes illi callosus est, & vnguis, vt Feli & Vnciæ, in pede abditus, nec nisi appetendo prætendit, vt illæ. Scandit mirum in modum, ita, vt ea in re quid possit, ipsa natura vel in cauea docet. Mobile animal est, & loco stare nescit, adeò vt nisi fortè fortuna Pici martij vox ex corbe cuiusdam rustici, (quo tum Leones videndi caussa venerat) quietum reddidisset & attentum, nulla fuisset spes exquisitioris delineamenti. Eo præsente, quietissimum erat: alio discedente, nusquam consistebat. Quamobrem coactus eram mihi post rusticum famulo, vocalem illum emere, quo præsente, mirabundum tantisper constitit, dum confecto negotio atq; absoluto opere discedendum fuit. *Luzarne* nostri vocant, Leuncíamne an Lyncem ex vocum symphonia dicturi, ambiguum est. Pellis in vsu est magnatum, & pretijs venditur amplioribus. Non excandescit nisi in iniurioso. Vocem reddit qualem felis, cum succenset socio cibum præreptaro. Custodi blandum est & mite, nec in quenquam sæuum. Hactenus Caius. Inuisitatæ formæ animal anno Domini M. D. XI. VIII. mense Maio è sylua Aureliana in agrum Bituricensium impetum fecit, tanta feritate, vt nemo agricolarum aut viatorum turus vllis armis esset. Mediæ inter Lupum & Ceruum naturæ fuit, (*dicere forsan volunt Lupum cernarium fuisse,*) antea illis in locis ignotum. Hæc ex Chronicis cuiusdam, qui addidit Paralipomena historiæ Carionis. Ego, si bene memini, non in Gallia natum animal ita grassatum esse accepi, sed Leopardum, qui ex aula Regis, vbi alebatur, euaserat: & hoc alio cubi in hac Historia quadrupedum à me loco mandatum putaui cum legissem Io. Caius, sic ad me scripsit: Quod scribis de Leopardo regis Galliæ, potest etiam scribi de quodam quem habuit Angliæ rex Henricus octauus, vti mihi retulit nobilis quidam septuagenarius eius olim familiæ. Sic ille: & certè verisimilius est, Pantheræ quàm Lyncis tantum robur & tantam sæuitiam fuisse. Celar Scaliger libri de subtilitate ad Cardanũ, Exercitationis 210. prima parte, sentire videtur feram quæ Liberia vulgò dicatur, fœminam esse: Lyncem verò marem. Lupum cernarium scilicet. Huic enim (inquit) breues, obscuriores, distinctæ maculæ: illi pro luctæ, & admodum continuæ plerǫq;. Lupi autem dici videntur ab auiditate: vicina enim omnia populantur: quocirca in Scandinauia vbi Lyncum frequentia, aliarum ferarum infignis raritas: ad victum maxima ex parte agrestium ferarum prædam faciunt. Ceruorum esse hostes acerrimos (vnde cernarij nimirum cognominantur) ex Oppiano discimus: qui luculentissimis versibus eiusmodi pingit venationem, qualem pugnam Delphinis & Amiatum: ac Thoas vocat. Sicille. Sed cum Lynces etiam alibi ab Oppiano nominentur, quorum genera duo facit, Thóne an Lynx sit Luchsa nostra, considerandum est.

VIDIMVS etiam Constantinopoli animalia duo parua tam similia fuit, vt non nisi magnitudine differre viderentur: quorum nomen antiquum non inuenio, nisi forte de genere lyncum sint, Bellonius.

DE LYNCE INDICA VEL AFRICANA.

His addam quæ illustris vir Io. Bonar de Balieœ liber Baro Castellanus ad me scripsit de lynce Indica vel Africana his verbis. In libro Iconum animalium, nullam fecisti mentionem Indicæ vel Africanæ Lyncis, præterquam istius nostræ quæ Germanico vocabulo Luchs vocatur. Sed quia Plinius illius meminit, induxit me authoritas tanti viri, vt & istam ad te depictam mitterem & illius mentionem facerem (*picturam nactus non sumus, forte amissa est.*) Videtur enim cuius Plinius meminit multum differre à nostro supo ceruario, qui cum sit maximus, vix attingit mediocrem lupum magnitudine. Ista verò Constantinopoli depicta ferocem atq; ingentem bestiam ostendit. Præterea istorum nostrorum Luxorum qui in Moschouia, Lituania, Rossia, Polonia, Hungaria, Germania capiuntur, rari sunt admodum insignibus maculis in dorso conspersi, sed in ventre tantum: Scotia tamẽ & Suecia mittit omnium pulcherrimos. Isti verò de quibus loquor sunt maculis tam in dorso quam ventre aliisq; membris pleni, nec sunt adeò villosi & delicati vt nostrates, cum habeant pilos asperos, setosos & breues. Insuper, nostrorum maculæ sunt rotundæ, istorum verò triangulatæ, & similes folio vocato kreblat. Hæc ille.

DE LVPO SCYTHICO.

LVPVM Scythicum appello feram, quæ in vltima Scandinauia post Norwegiam & Gothiam reperitur: quam Olaus Magnus in tabula regionum illarum depinxit, vnde nos etiam istam effigiẽ mutuati sumus. Appellat autem Germanico nomine *grimmi*[illegible], ab vnguium acie, quòd illis præcipuè ęquiat: animal lupi magnitudine, perpetuò iracundum.

DE LVTRA.

A.

LVTRAS è genere fibrorum esse Plinius scribit: est enim similiter amphibium, hoc est in aquis & terra viuens animal, & corporis partes quasdam similiter habet. Ab eisdem quomodo differant, in sequentibus explicabimus. Lutras etiam vrsas sciopodes Varro dicit: quia radices arborum in ripa, inquit, succidere atq; effodere (quod Græcus σκάπτειν) dicitur: potest tamen & à latendo videri nominata, quòd in aquis se lutet: quoniã enhydris Græcè nominentur à quibusdam Hermolaus in Plinium. Idem in Corollario Græcè nominat enhydrida, sed enydron dici scribit. Enydris quidẽ, vel enhydris, Plinio coluber est, in aquis viuens, lutrisq; Theodoro dictus & Hermolaus scribit. Idẽ Theodorus enydrum quadrupedem ex Aristo. ele lutrin nominatam conuertit. Albertus & eum secuti barbari luter pro lutra scripserunt.

Legitur

Legitur & anadriz pro enydris apud Albertum in Aristotelem de hist. anim. 8. 5. Boatum, id est hydria siue lodra, Syluaticus, hydriam pro enydro scribens, lodram pro lutra voce vulgari hodie Italis. Kipod Hebraicam vocem aliqui lutram interpretantur, alij aliter: sed omnino echinum terrestrem esse, in eius historia confirmaui. Ichneumonem Isidorus enydrum, Marcellinus hydrum vocauit: eundem puto non ineptè lutram Aegypti vel Nili dixeris. Huius historiam supra seorsum dedimus. Ἐνυδρίδα, animal fluuiatile simile Castori, Hesychius & Varinus. Apud Gelonos lacus est ingens, ex quo lutræ (ἐνύδριες, lego ἐνύδρεις) capiuntur, & castores, & aliæ feræ πτεραγωτοπρόσωποι, id est forma oris quadrata: quorum pelles ad renones faciendos consuuntur, (περὶ τὰς πυύγας περιβάλλονται, circa fissuras p fimbrijs ornamenti causa assuuntur:) & testiculi ad curanda posteriora sunt vtiles, Herodotus libro 4. interprete Valla: debebat autem interpretari, testiculos horum animalium vtiles esse mulieribus locosis vel vterinis, Græci hystericas vocant, quoniam Græcè legitur ἰσχυρὰν ὑστέρων ἄκεσιν: in quem vsum castoris præcipuè testes commendantur: sed ex lutra quoq; idem effici creditur. Suidas dubitare videtur an ictis, quæ omnino mustelarum generis est, idem enydro sit: scribit enim animal esse castori simile: ἢ ἔνυδρόν ἐστι, ἰχνευτικόν: quæ verba etiam Varinus transcripsit & corrupit. Ipse quomodo legendum censeam, dicam inter mustelas in Ictide. Fluuiatiles caniculæ (κυνίδια ποτάμια, sic lutras nominat) terrestrium canum paruulorum speciem similitudinemq; gerunt, Aelianus. Apud Aetium quoq; 2. 178. canis fluuiatilis (κύων ποτάμιος) procul dubio lutra est, vide in C. inferius. Seruius castorem quoq; canem ponticum nominat. Alius est canis aquæ apud Arabicos scriptores, cuius fel inter venena numerant. Elluchasem in Tacuinis animalia quædam cates paludis nominat, ac si mustelas aut feles palustres aut aquaticas dicas, lutras forte intelligens, his verbis: Sedilia quæ fiunt ex catis paludis prosunt ad hæmorrhoides. Lutram hodie Itali lodram, lodriam, vel lontram appellant, vt reperio apud Crescentiensem, Arlunnum, & monachos qui in Mesuen scripserunt. Galli vne loutre, al' vng loutre: Sabaudi quidam vne leure. Hispani núttria. Germani & Angli otter. Illyrij vvydra.

B.

Lutras alunt plereq; regiones, quibus amnes, lacus aut stagna piscosa non desunt. Habet eas Italia, Gallia, Germania, Heluetia, Anglia, Scandinauia, &c. In Borysthenis ripa & Sarmatia tota plurimæ sunt, Hermolaus. Reperiuntur in Italia vbi Pagus mari iungitur: sed in Neapolitano agro frequentiores sunt, Brasauolus. Fibris cauda piscium, cætera species lutræ, Plinius. Feli non admodum dissimilis est (aliqui vulpi comparant, corporis longitudine præsertim:) sed longior & latior, (& capitis specie diuersa, magnitudine pari) Albertus: castore minor. Lutræ castoribus similes pelle, sed triplo longiores sunt, in septentrionalibus aquis, præsertim Suecię superioris, &c. reperiuntur. Olaus magnus. Pellem pilis bene densam habet: hi nitidi & molles sunt, vt etiam castoris, à quibus tamen differunt: nam lutræ pilus fuscus nonnihil ad castaneæ colorem deflectit, & breuis ac æqualis est: castori in cinereo candidus & inæqualis, Ge. Agricola. Castor pilo supernè canino est, alibi lutræ, Sylnius. Dentes habet acutos, & valde mordax est, Albertus: crura breuia, pedes omnes caninis similes, caudam longam, Ge. Agricola & Albertus. Caniculæ fluuiatili cauda est pilosa, Aelianus. Lutra castorem refert si caudam adimas, animal amphibium, fibrorum numero adscriptum, hoc tamẽ ab his distans, quod fiber vtriq; aquæ & salsæ & dulci, lutra mari nunquam immergitur. Caput illi est caninum, dentes quoq; ad canem venaticum accedentes: aures castoris: sed graciliori & longiori est corpore, oblongamq;, teretem, & in fastigium desinentem caudam gerit. Vulpinis est cruribus, paulò crassioribus tamen, quibus magis in aqua, quàm in terra valet: habet enim posteriores pedes planos, & membranis communitos, vt in castore dictum est: pelle contegitur minus quàm castor, spissa, frequenti ac breui pilo consperſa, colore nonnihil ad castaneum accedente: quæ nobis per hyemem maximo est vsui, magnoq; pretio diuendi solet. Cuius etiam causſa, nostri venatores magna sagacitate lutris insidiari solent: atq; earum vestigia in littore, excrementorumq; piscium artistis commixtorum naturam obseruare solent, Bellonius.

C.

Lutras è genere fibrorum nusquam mari accepimus mergi, Plinius. Reperiuntur apud nos, tum iuxta fluuios tum lacus, castores vero iuxta fluuios tantum. Lutris gressilis est, & degit quidem in fluido, victumq; inde emolitur, sed aërem non humorem recipit, & foris (in suis cauernis) parere solet, Aristot. Lutra (lutios corruptè legitur)

legitur) & caſtor, venantur tam in aqua quàm in terra, Albertus. In antris habitat iuxta aquas, Idem. Referũt quidam cõſtrui ab eo veluti tabulatum ex ramis aut virgis aptè diſpoſitis, cui incumbat, ne madefiat. Piſces venatur: & quamuis reſpiratione indiget, diu tamen ſub aqua ſe continet: eſt quãdo gurguſtia (id eſt naſſas) ingreſſus, ſuffocatur, cum neq; redire poſſit qua ingreſſus eſt: neq; naſſam ſatis maturè diſcerpere. Quin & aliàs ſæpe dum prædam auidius ſequitur, aberratis impeditur & ſuffocatur: omnino enim per interualla ore & naribus exertis aërem haurire ei neceſſe eſt. In venando quidem mira ei agilitas ac velocitas. Latibula ſua tot piſcibus replet, vt etiã aër inficiatur: quod quidam non ſine periculo experti ſunt, qui hoc animal capere voluerunt, Albertus & alij. Hinc & ipſa tam fœtida redditur, vt vulgo noſtri in hominẽ graue olentem dicant, fœtere eum lutræ inſtar: vt Latini, hircum olere. Piſces venatur mira frequentia, Belluacenſis. Piſcibus maximè delectatur: præter illos tamẽ etiam alios cibos edit. (fructus & cortices arborum, Ge. Agricola.) Albertus. E cauernis ad paſtum capeſſendum egrediuntur, etiam hyberno tempore, Ge. Agricola. Piſcibus lutra veſcitur, lacubus, ſtagnantibus & quietioribus fluuiorum aquis infenſiſſima, quos magna ſolertia, magnoq; impetu exterrens ad litorũm cauernulas adigit, vt facilius intercipiat, copioſiorcq; præda perfruatur: quanquam famem teneris etiam herbarum aſparagis arceat. Cæterum cuniculos non longè à litore ſibi excauat, à quibus mane exiliens, amplius quàm duo miliaria ſurſum contra aquæ defluxum tendit, vt poſtea piſcibus ſaturata, facilius ſecundum aquæ decurſum in deſtinatã ſibi cauernam redeat. Plures catulos ſuis vberibus lactat, quos proiectiores, atq; adeò matres ipſas, venatores per hyemem defluxis plantarum foliis perueſtigare ſolent, Bellonius. Tanta eſt Lutræ ſagacitas, vt ex aqua per riuulum effluente, per aliquot procul miliaria piſcium odoris excipiat è viuarijs: quæ ſubiens vaſtet. Simul facilius haurit auram ſecundo fluuio delatam: ſimul inanis ſuperare curſum poteſt: quo ſatura ſine labore atq; negotio vnà cum ipſo fluxu rurſum delabatur, Scaliger. Lutris etiam hominem mordet, (vt fiber,) nec deſiſtit, vt ferunt, niſi fracti oſſis crepitum ſenſerit, Ariſtot. Lutræ quadrato ore mordaces, vt Caſtores: Olaus Magnus.

D.

Lutra animal eſt aſtutum & malignum, Obſcurus. Cicuratur aliquando, ita vt piſces circuitu ſuo in retia compellat, magno piſcatoris emolumento. Olaus Magnus lutras in Scandinauia alicubi manſuefieri ſcribit, ita vt piſces etiam cocis ex aquis adferant in culinam. Sed quoniã auidiores prædæ, inquit, plures quàm ſit opus occidunt, rarius ad hoc opus vſurpantur. Cicur facilis & alacris ad ludos eſt, Albert. & alij. Falſum eſt quod aiunt lutram à fibro cogi, vt aquam hyeme circa caudam eius moueat, ne congeletur: ſed fiber fortior lutra eſt, & acutiſſimis dentibus: quare vel expellit eam, vel occidit, Albertus.

E.

Canes aquaticos noſtri vocant, illos qui caſtores, lutras, & anates ſylueſtres venantur, vt in Caſtore dixi in E. Aſſa (ſilphij genus graueolens) ſecundũ aliquos in linteo ligata & iuxta flumen ſuſpenſa odore ſuo canes fluuiatiles occidit & (aut) fugat. Lutræ pilus molliſſimus eſt, nec facile nitorem vetuſtate amittit: quamobrem pellis eius in pretio habetur (ſingulæ apud nos drachmis argenteis ſeptem vel octo indicantur,) tum aliàs, tum quòd rectè parata pluuijs non læditur. Fiunt autem inde ornamenta in oris (fimbrijs veſtium.) Albert. circa collum, in veſtibus virorum ac mulierum, Albertus & author de nat. rerum. Lutræ & caſtoris pellibus cõciſis, fimbrias veſtium ex pellibus nobilibus confectarum, ſolent exornare: quanquam lutræ pelles longè præſtant fibri pellibus, Ge. Agricola. Lutrarũ pelles ἀφ' ὧν σκύλας ποιεῦνται, hoc eſt (vt ipſe interpretor) tunicis pelliceis vel rhenonibus circunquaq; ornatus gratia aſſuuntur, Herodotus lib. 4. Valla trãſtulit ad renones faciendos conſuuntur. Germani multis in locis pilcos his pellibus conficiunt, vel integros: vel qui ex panno ſunt inde fulciunt. Eaſdem aliqui aduerſus paralyſin, vertiginem, & capitis dolorem ſalubres fore promittunt. Sed & calcei ſalubres inde fiunt, vt mox in G. dicam. Lutrarum pelles cum alijs ex Suecia mira multitudine ad Moſcouitas & Tartaros pro tegumentis & veſtibus exportantur, Olaus Magnus.

F.

Lutram in cibo damnari audio. Caro eius frigida & fœtida eſt, Albert. In Germania tamen ab aliquibus in cibum parari Hier. Tragus ſcribit. Audio & Carthuſianis, qui aliarum quadrupedum carnes non attingunt, lutra non interdictum eſſe.

G.

Sanguis caniculæ fluuiatilis, intumeſcentes hominum neruos lenire exiſtimatur, aqua & aceto miſtus, Aelian. Ex pelle ipſarum calcei (relictis nimirum pilis) conficiuntur, qui neruis ſalutares eſſe dicũtur, Idem. Calciamenta ex canis fluuiatilis pelle, mirificè proſunt ad pedum & neruorum dolores mitigandos Aëtius. Plinius idem caſtoris pelli attribuit. Corium eius dicitur contra paralyſin valere, Albert. Pilei ex pellibus lutrarum concinnati, aduerſus paralyſin, vertiginem & capitis dolorem ſalutares creduntur, Michaël Herus. Lutræ iecur in furno toſtum audio aduerſus dyſenteriam laudari, admixtis forſan etiam alijs quibuſdam. Cœliacis quidem capræ, & magis hirci iecur commendatur. Lutræ iecur contra colicam valet: vinum bibitur cui impoſitum fuerit. Teſtes lutræ comitialibus prodeſſe docent experimenta, vt appareat cum fibro communem lutræ proprietatem eſſe, Hermolaus in Dioſcoridem. Canis fluuiatilis teſtes, inquit Aëtius ad eadem valent ad quæ caſtoris teſtes, ſed minore efficacia. Lutrarum teſtes ad eadem ferè valent ad quæ caſtorum, Ant. Braſſauolus. Vtiles ſunt ad remedia veteri, Herodot.

H.

Dilyteæ adipem vnguento duodecimo ad arthriticos Nicolaus Myrepſus miſcet: quod animal idémne lytræ an diuerſum ſit, incertus ſum. Enydris Herodoto & Hermolao Barbaro lutra eſt, vt ſupra citaui: Plinius eodem nomine appellat ſerpentem maſculum & album, &c. pro quo lutrem ex Ariſtotele Gaza transfert. Eſt & enydrus gemma Plinio lib. 37. ſic dicta quòd incluſam ſibi aquam habeat. Lutras ſunt qui in noſtris literis aquas immundas dici à Græcis interpretentur, opinor inde adductos, quia Suidas λύτρα exponit ὕδατα μιαρὰ πίνειν. Cæl. Miror Domitium, inquit Hermolaus, in Sylua quadam Papinij tradidiſſe aquas immundas Græcè lutras vocari, authore nullo vt verſum eius poetæ non lutras ſed intras ſcribentis luxauerit. Apud quoſdam luter vas eſt, quo miſcetur aqua vino: eius commeminit Hieronymus in Iouinianum, Cæl. Pellem qua ſuccingerentur mulieres in

balneis, vel qui illas abluebant, vocatam inuenio oam lutrida, ὦα λυτρίδα, hunc verò oam per se: sic verò dicebatur melota, hoc est pellis ouilla, &c. Cæl. plura vide in one. Vinum elutriatum lutra vase, quod Græci μιτυγμένον vocant, alicubi apud Plinium legitur, Hermol. Gallica lingua lutrarum fimum vocat esprainte de loutres: vestigia, les marches. catulos, cheaux: quamuis eadē voce lupi etiā, vulpis & melis catulos nominant, Robert. Stephan.

CONGENERES LVTRAE, LATAX, SATYRIVM, SATHERIVM, PORCOS.

LATAX, Λάταξ, etiam vt lutris fera quadrupes est, latior lutri, victus alioquin eiusdem, Aristotel. Et rursus, Ex lacubus & fluuijs victum petit. Degit quidem in fluido, victumq; inde emolitur, sed aërem non humorem recipit similiter vt lutris: & foris parere solet. Lataci pilus durus, specie inter pilum vituli marini & cerui. Idem. Et rursus de hist. anim. 8. 5 Latax, inquit, latior lutre est, dentesq; habet robustos, quibus noctu plerunq; egrediens virgulta proxima tanquam ferro præcidit. Eodem in loco pro latace, Auicennæ translatio habet lamyakiz, Albertus castorem falsò exponit: hūc enim Auicenna, si rectè apud Albertum scribitur, fastoz appellat. Λάταξ, ἢ μεγάλη ἔνυδρος, Varinus. Adhibebatur & in cottabili oxybaphum in quod latagas infunderent. Sic autem humorem ex poculo vocant profusum, vt interpretatur Athenæus, Cælius. Oportebat autem (inquit Athenæus lib. 11.) sinistro cubito innitentem, dextra in gyrum flexa molliter emittere latagem, τὸν λατάγα: sic enim vocabant, liquorem è calice profluentem. Eodem in loco pluta de cottabo siue cottabide ludo scribit. Aristophanis interpres in Pacem, latagem vocat non ipsum proiectum liquorem, sed phialam æream, in quam potus injiciebatur, &c. plura enim ibidem scribit super hoc ludi genere. Redamari se à suis amoribus conijciebant τῷ κατὰ τὸν λατάγα (malim per simplex τ.) εἰς τὸν λεκανίσκον ἢ κατὰ κόσμον ἐκπεσεῖν τοῦ κυμβίου, Pollux lib. 9. sed rursus copiosè de hoc ludo agit lib 6. cap. 18. obscurius tamen vt mihi videtur. πάλαξ quidem illic pro latax legitur: & exponitur pro ipso sono, quem vinum è poculo in cottabîon vas emissum reddit. Vide etiam Hesychium in λάταξ & deinceps: & Suidam in Μεγαλοπόλεως. Latacen herbam quandam magicam Plinius nominat, nulla descriptione. Paulus Eberus latacem esse putat animal quod vulgo noërtzaditur, quod inter Mustelas describam.

SATYRIVM, Σατύριον fera quadrupes, victum ex lacubus fluuijsq; petit, Aristote. de hist. anim. 8. 5. vbi Auicennæ translatio nomine detorto fasturon habet. Albertus interpretatur chebalum Latinè dictum, cuius hirsuta & nigra sit pellis, valde pretiosa, assui solita ante pallia varia, (intelligit forte cōsuta ex muribus varijs, id est Ponticis. Sed chebalus vox Latina non est: zobelum hodie vulgò vocant, cuius pretiosissima omnium pellis, de qua inter mustelas dicam. neq; enim amphibion est animal.

SATHERIVM, Σαθήριον, vt ibidem scribit Aristoteles, similiter amphibion animal est. Auicennæ translatio apud Albertum, habet kacheobeon, aliàs kachyneon. Albertus interpretatur martarum, animal fuluum, gutture albo, magnitudine cati. Niphus Alberti verbis negligentius æstimatis, satherium ex eo ceibalum (chebalum) facit, satyrium verò martarum. (Alij, inquit idem Niphus, satyrium putant vulgò appellari foinam. quæ magis aquas petit.) Sed martem quoq; (vulgus martarum dicit) & foinam, id est ictidem, mustelarum generis esse, nec amphibia, in ipsorum historia dicemus.

PORCOS, Πόρκος, animal quadrupes, fluuiatile amphibium iuxta Istrum Varinus. Πορκός, oxyto num, Hesychius cyrtum, id est nasiam piscatoriam interpretatur.

DE MAESOLO.

MARSOLVS, Μαισόλος animal quadrupes in India, vitulo simile, Hesychius & Varinus.

DE MELE.



MELES

A.

MELES vel melis, vtroq; enim modo ſcribi reperio, vt feles & felis, fœminini generis apud grammaticos. Lucifugo melis, Gratius. Albertus & recentiores quidam maſculino genere protulerunt, vt felem quoq; ego vtrunq; fœmininum potius fecerim. Beſtia melis, Samonicus cap. 48. Septa leporarij è macerijs tectorio tecta ſint oportet, ne feles aut meles aliáue quę beſtia intrare poſſit, Varro: alij legunt, felis aut melis. Melis autem ingreſſum idcò prohibendum ab eo cõſuli apparet, quoniam aluearia in eodem conſepto aliqui habeant, quibus meles inſidiatur: Vnde etiam nominata videtur, quod mellis auidiſſima ſit. Apud indoctos quoſdam nõ meles, ſed melo & melotus nominatur. Melo dictus eſt, inquit Iſidorus, quod ſit iucundiſſimo (rotundiſſimo, vt apud Vincentium Bell. legitur) membro, vel quod fauos petat, & aſſiduè mella captet. Melo vel melotus, animal quod & taxus dicitur, cuius pellis hiſpida valde melota vocatur; Gloſſa in epiſtolam ad Hebræos, ſed melotam Græci pellem ouillam aut caprinam vocant, non melis (cuius ne nomen quidem Græcum reperias) vt ſuo loco dicetur. In medico quodã diuæ Hildegardis libro Helus pro mele ſcribitur, librarij forſan vitio. Eſt ſanè meles non alia quadrupes, quàm quæ à recentioribus taxus vel taſſus nominatur, alijs taxo, Alberto daxus. Scribit Sipontinus ignoraſſe quid melis eſſet longiſſimis temporibus Latinos omnes Græcoſq; alijs aliter hoc vocabulum exponentibus: tanquam ipſe primus taxum eſſe docuerit: cum idem Aggregator & alij ante ipſum prodiderint. Græcum verò eius nomen nec ipſe nec alius adhuc quiquam oſtendit: nam μελὶς quod ſciolus quidam in Calepini dictionarium inſeruit, falſum & fictitium eſt. Ariſtoteles & veteres animal quod vulgo taxonem nominant, trochum appellarunt, Obſcurus. Georgius Alexandrinus melem, animal auibus inimicũ putat eſſe, id nempe quod vulgus fouinum (foinum, Volaterranus) & marturellum appellat ſed erraſſe conuincitur, quoniam in loco Varronis quẽ citat 3. 11. non meles, ſed feles legitur. Feles apud Columellam & Varronem accipi videtur pro fouino, ſic enim vulgus appellat beſtiolam gallinis maximè infeſtã, Phil. Beroaldus. Sed felem, catum eſſe, ſupra aſſertum nobis eſt. fouinus & marturellus muſtelarum generis ſunt, multum diuerſæ à mele ſeu taxo naturæ. Albozao (vocem corruptam pro alzabo &c.) Raſis interpres nõ rectè taxonem interpretatur, omnino enim hyæna eſt. תחש, *tachaſch*, vel *tahas*, plurale *techaſchim*, Dauid *Kimchi* exponit animal diuerſorum colorum: vnde Onkelus vertit סמגרא *ſaſgona*, vel שישגרא *ſaſgona* quod gaudeat coloribus, Eadem ſcribit Abraham Eſra Exodi 25. Rabi Salomon Ezechielis 16. תרשיש *teſſon*, id eſt taxum interpretatur, quod Nic. Lyranus probat, & vir quidam huius linguæ eruditus apud nos. Numeri (vt Aug. Steuchus teſtatur) 14 Ebræi quidam bouem quidam taxum duriſſimæ pellis exponunt Aquila & Symmachus ianthinon, item Ezechielis 16. Aquila & Theodotion ianthina, Septuaginta hyacinthum: ſed animalis, non coloris aut veſtis nomen eſſe patet ex ſcripturæ locis, qui ſunt: Pelles arietum rubentes, & pelles taxorum (techaſchim) Exodi 25. interprete Munſtero: Hieronymus vertit, pelles arietũ rubricatas, pelleſq; hyacinthinas, & Septuaginta ſimiliter. Et rurſus eadem verba capite mox ſequenti. Et rurſus, operient arcam pelle taxorũ (tachaſch) & expandent pannum ſuper ipſam qui totus ſit hyacinthinus, Numeri 4. Et paulò poſt. Extendentq; ſuper iſta pannũ coccineum, quem operient alio operimento de pelle taxorum facto, Munſtero interprete. Septuaginta & Hieronymus hîc etiam pellem hyacinthinam vertunt. Calciaui te *tachaſch* (corio taxi) Ezechielis 16. hyacintho, Hieronymus & LXX. Numerorũ quarto Chaldaicus interpres, vt dixi, ſaſgona reddit: Arabs דראש *daraſch*: Perſa אסתך *aſthak*. Sed quoniam taxi pellis nec elegans nec pretioſa eſt, quærendum an thos forte aut lynx aut ſimile animal, cuius & pretioſa ſit pellis & colore punctiſq; varia ſignificetur. Vox quidem ipſa tahas vel tahaſch ſatis ad thos accedit, quanquam ad taxum fortè magis: ſed ex vocum ſimilitudine, niſi res ipſæ conueniant, nihil probatur. Meles Italicè *taſſo* vocatur. Rhætis qui Italicè loquuntur, *taſch*. Gallicè *taſſon* vel vt alij ſcribunt, *taiſſon*, *taixon*, *teſſon*: & à colore pilorum, *griſart*: aliqui *blaireau* (al' *blareau*) appellant, Carolus Bouillus: aliqui Lutetiæ, vt audio, *bedoue*. Hiſpanicè, *taſugo* vel *texon*. Germanicè *taxus* vel *daxt*. Anglorum nomina diuerſa ſunt, *a brocke*, *a bagert*, (aliàs *badger*) *a bauſon*, *a deer agray*. Illyrice *gezvuetz*.

Seſquiuolos & taxones animalia quædam appellat author libri de mirabilibus ſacræ Scripturæ qui vulgo Auguſtino attribuitur. Braſauolus taxum ferè murium alpinorum generis eſſe conijcit, forte quòd ſimiliter in cauernis latitet, & ſomniculoſus eſſe putetur. Sed muris alpini formã naturamq; longè diuerſum eſſe, facile ex eius hiſtoria apparebit. Apud Lucanos in Italia animal reperitur, μεταξύ τι ἄρκτου καὶ σὶος, hoc eſt, mediũ quodammodo inter vrſum & ſuem, (non magnitudine ſed corporis forma,) Galenus de alimentorum facultate 3. 1. Hoc animal forſitan aliquis melem eſſe coniecerit, præſertim cum hæc proprio nomine Græco deſtituatur: aut ſi pro σὶος legas μὶς, murem alpinum intelligere poteris, quem quidam ἀρκτομυῖν appellant. Sed potius fuerit nihil mutare & melẽ intelligere. Nam, vt doctiſſimus vir Cælius Secundus Curio nos docuit, mele (vulgò taſſo nominãt) abundant non Lucani modo, verum etiam Siculi, & reliquæ regni Neopolitani oræ: & ea veſcuntur autumnali præſertim tempore, quòd tum maturis vuis & reliquis fructibus maximè pingueſcit, quamobrem vno nomine Σιαρκὶδα vel Σιαρκὰδα Græce vocari poterit. Habet enim cum Vrſo communia quædam Melis, vt crura humilia; corpus craſſum, auriculis etiam & pedibus non diſſimilis: & quod ijſdem fere veſcitur, & in cauernis degit, ſomniculoſus adeò vt magna hyemis parte dormiat: cum ſue verò pinguitudinis abundantiam.

B.

Meles in alpinis & Helueticis regionibus plurimæ capiuntur. Duo ſunt genera, vnum canis inſtar digitatum; quod caninum vocant: alterum vngulas, vt ſues, habet biſulcas, quod idcirco ſuillum appellant, Ge. Agricola ex Alberto. Diſtinguuntur & erinacei genera ſimiliter. Quidã non vnguibus tantum, ſed ore etiã ſiue naſo & roſtro; ſuillum ſui, caninum cani ſimilem faciunt vt erinaceos quoq;. Differunt hæc taxi genera, roſtri figura, & inſuper victu: nam caninus veſcitur cadaueribus, & ijs cibis quibus canes: ſuillus vero radicibus, & ijs quibus ſues, vt retulit mihi Normannus quidam qui vtrunq; genus aliquando ſe cepiſſe aiebat. Taxus eſt magnitudine vulpis, Albert. ſed craſſiore breuioreq; corpore. Magnitudine ferè vulpis, ſed humilioris ſtaturæ, propter crurum breuitatem. Magnitudine eſt vulpis aut canis mediocris, cuius quodammodo ſpeciem præ ſe fert, maximè caninus, Ge: Agricola. Fiber meli ferè ſimilis eſt, ſed paulò longior, pilo ſubtiliore. Craſſi meles non ſunt pingues tamen, Ge: Agricola. Taxi ſagina (adeps) Luna creſcente augetur, decreſcente minuitur, interlunio nulla, Liber de naturis rerum. Cutis ei dura & ſordidiſſima. Iſidor. ſpiſſa, Albert. villoſa & ſatis rigida, Obſcur Pilum habet griſei coloris; Iſidor. ſimiliter vt feles coloris incani. Vnde quidam Gallorum à colore griſart vocitant Duris veſtitur villis, quæ ſunt vel albi vel nigri: & dorſum quidem abundat nigris, reliquũ corpus albis: excepto capite quod alternis qui-

buſdam quaſi lineis nigris & candidis à ſuprema capitis parte ad rictum ductis decoratur, Ge. Agricola. Pilo tegitur magis albo quàm nigro: ſed in dorſo plures ſunt nigri, in lateribus plures albi. Capitis pilus in medio niger, vtrinq; (ad latera) albus. Albert. Dentes habet acutos: quamobrem mordax eſt animal. Dorſum latum. Crura breuia: & vt quidam ſcribunt inæqualia, nempe ſiniſtri lateris breviora: vnde fiat vt celerrimè currat, ſi pedes dextros rotarum orbitis inferat, & hoc modo venatores effugiat. Hoc ego, inquit Albertus, non deprehendi, cum tamen ſæpius hoc animal conſideraverim. Ipſe etiam inſpecta aliquando mele diligentiſſime, crura dextra ſiniſtris æqualia deprehendi. Cauda ei varia, villoſa, non longa. Zibethus, animal ore oblongo vt taxus. Cardanus. Melem ego aliquando cõſideraui, cui vngues quini ante & retro erant: crura anteriora dodrantalia, poſteriora breuiora. Ponderabant libræ noſtræ (quæ octodecim vnciarum ſunt) fere 30 vt aiebant. Longitudo à ſummo naſo (qui inſtar ſuis prominentem & craſſiuſculum habet) dodrantes tres cũ palmo vel paulò plus. Pili (præſertim per totum dorſum) longiuſculi ad tres digitos, hirti, inferius & maiori parte albicantes ſeu cani, ſuperius nigricantes: caput per mediũ albicat, vtrinq; verò maculæ (lineæ) nigræ ſunt, &c. cauda magis albicat, latiuſcula, ſex aut vij digitos longa: crura nigris pilis veſtiuntur: dẽtes fere vt canum, duobus vtrinque caninis, inferiores medij inter caninos parui & multi tunt. Corpus & ſua proportione admodũ latum eſt, pingui plurimo abundat, cùm inter carnẽ & pellem, tum circa renes. Auriculæ paruæ & breues: oculi parui. Fellis veſica magna ſatis. Graui odore, plurimis circa inguina pediculis latis infeſtabatur: vngues anteriores longiuſculi & nudi ad fodiendum apti, poſteriores breuiores & pilis tecti. Interlunij dies erat & pinguedo tamen in eo abundabat. Rictus ei angulſtior erat, & canino fere ſimilis. Antiquis fuerat perſuaſum, promiſcuum eſſe vtrunq; in Hyænæ ſexum, eos caſtigat Ariſtoteles. Negat enim in maſculo eam rimam, quæ ſub excrementorum exitu eſt, peruiam introrſum eſſe. De Melibus hoc itẽ dictum à nobis eſt, Scaliger. Ego alium, in quo de Melibus hoc dixerit, locũ iam non reperio.

C.

Meles ſubit cauernas, ſed egreditur ad paſtum capeſſendum, etiam hyberno tempore, & vagatur in ſyluis, Ge. Agricola. Quamobrem Gratius melem lucifugam dixit. Taxus ſomniculoſus eſt gliris inſtar, Arlunnus: ſed gliris tota hyeme dormit, meles non item. Mel auidè appetit, ex quo nomen inuenit, Iſidor. & Ge. Agricola. Apibus & melli inſidiatur. Crabronibus & alijs vermibus taxum victitare ferunt: quia non eſt velox ad venandum, Albert. Amat loca feracia pomorum & fructuum arborearum, quorum eſu autumno præcipuè pingueſcit, Stumpfius. Animal eſt valde pingue, Albert. hinc vulgò hominem valde corpulentũ, taxi inſtar obeſum eſſe dicimus. Lupi, melis, vulpis & huiuſmodi animalium catulos, Galli cheaux appellant.

D.

Cauernas ſubterraneas dum ſibi parant, vt audio, effoſſam terram in vnum reſupinum conijciunt, quem mox ſatis oneratum pedibus apprehenſum mordicus vectorem extrahunt, totieſq; repetunt, donec ampla ſatis ſit habitatio. Similis quadam fibrorum & alpinorum murium induſtria fertur. Propriam ſibi foueam vulpes non parat: ſed melis foueæ, abſente ea, introitum excremento inquinat: rediens illa virus olentem deſerit, & vulpi habitandam relinquit, Iſidorus & Albert. Cicurata, facilis eſt & ludis indulget, Albert.

E.

Canes quoſdam exiguos, qui melium vulpiumq; cauas ingreſſi, mordendo eas expellunt, noſtri vocãt *lochhũnde*. Meles quidem ſi quando cum canibus pugnat, valde mordet. Iſidorus infeſta tam à canibus aut alijs animalibus, ſupinam ſe dentibus pedibusq; defendere ſcribit. Meles in metu ſolertes, ſuſſlata cute diſtinctè (at' diſtento) ictus hominum & morſus canũ arcent, Plin. Hoc audio hodieq; à taxo fieri compertum. Galli pedicæ genus vocant hauſepied illaqueandis lupis, vulpibus & taxis idoneum. Meliũ pellibus pharetras muniũt, & helcia equorum. (*konnet.*) Ne vulnerentur canes à beſtijs, imponũntur collaria, quæ vocantur melium, id eſt cingulum circa collum ex corio firmo cum clauis capitatis, Varro. (Ex taxi pellibus in Italia etiamnum collaria canum conficiunt: & pharetras villoſas: & faeculos quibus tum paſtores tum alij vtuntur his enim incluſa præclarè ab aqueę iniuria defenduntur.) Collaria canum alioqui millos vocant, quaſi melinos, ab hoc animali, vt grammatici quidam volunt, quos potius ſequor, quàm illos qui à multitudine clauorũ quaſi à mille clauis dictos aiunt. Plinius Frontinusq; tegi ſcuta melium pellibus ſcribunt, (eaſq; eſſe denſas & validas) Hæc apud Plinium & Frontinum iam non reperio, nec memini authoris nomen qui hæc tanquam ex illis citat. Ge. Agricola Germanis ſuis melium interpretatur *ein halfsband darunder daxs geſ-teret, ſo man den hunden anlegt.* Collaribus ergo Sunt qui lucifugæ criſtas inducere melis Iuſſêre, aut ſacris conſerta monilia conchis, &c. Grat. ne canes falcẽtur aut ne rabiem incidant. Pilos in equis albos ſubnaſci reperio, ſi prioribus cuulſis locus illinatur melle crudo cum adipe melis.

F.

Taxos in Germania Italiaq; menſis apponi ſcio, & à multis laudari. Quidam apud nos pira ſimul coquere ſolent. Sunt qui & taxos & glires cœnis addant, quæ animalia in qualitatibus hyſtrici haud multum diſſimilia ſunt, Platina. Melis caro à me guſtata ſeptembri menſe, bona, pinguis & ſubdulcis erat: quòd ſi generibus differunt, vt & caninus & ſuillus taxus ſit, ſuillum (vt & in erinaceorum genere) ad cibum præferendum iudico.

G.

Ad ſanguinis reiectionem è pectore prodeſſe putatur Quorum cinis, aut cochlearum, aut denique melis, Seren. Melis & cuculi & hirundinis decoctum & potum, ad morſum canis rabidi laudant Plin.

Sanguis taxonis cum ſale cornibus animalium inſtillatus, à peſte & mortalitate ſeruat: notum eſt omnibus, Brunfelſius neſcio ex quo authore. Recentiores quidam liquorem ſtillaritium (deſtillatum vulgò vocant) è ſanguine taxi, aduerſus peſtilentiam commendant. Sunt qui aduerſus eandem luem hoc medicamentũ præſcribant, vt in manuſcripto quodam libro reperi. Sanguis taxi recens, terra Armena, crocus, tormentilla, ſicca teruntur reponunturque: vſus tempore ſumitur inde ad magnitudinem fabæ cum quarta parte denarij aurei in tenuiſſimam ſcobem lima redacti. Præcipitur autem etiam flammulam (herbam ſic dictam à facultate vrendi) iuxta vel ſub bubonem illigari oportere. Taxonis ſanguis ſiccus & in puluerem redactus, mirum in modum lepræ morbo medetur, Carolus Bouillus.

Taxi pinguedinem Græci prætereunt: conſtat autem plurimum emollire, Braſauolus. Iacobus Syluius adi-

pem me-

pem melinum,caninum,felinum,&c. inter taurinum & ſuillum conſtituit: nimirum quòd ſuillo craſſiores, taurino tenuiores ſint: mihi quidem omnes hi adipes ſuillo & taurino magis calfacere,& digerere vidétur. Nec ſpernendus adeps dederit quem beſtia melis,Serenus contra febres & calores nimios corporis. Adipe taxi inuncti febrientes ſanantur,Aeſculap. Axungia eius valet ad renũ dolores,Albert. Quidam nephriticis & calculoſis inungunt:& alijs etiam membra dolentibus,Obſcur. Inuncta melium pinguitudo vel cum alijs infuſa (per clyſterem nimirum,) renum dolores ſedat.Ge.Agricola. Adipes taxi, vulpis, felis ſylueſtris & alij à medicis quibuſdã (Leonello & alijs) miſcentur ad compoſitiones arthriticas. Taxi & canis pinguia equarij medici miſcẽt ad neruos contractos remolliendos. Cerebrum cum oleo coctũ omnes dolores curat. Aeſculap. Iecur melis ex aqua oris grauitatem emendat,Plin. Teſticuli taxi cum melle cocti libidinem accendunt,Aeſculap. Fertur quod ſolez ex pelle taxi paratæ in calceamentis ſit ſcitum remedium contra dolorem podagricum.Incertus. Morſus taxi aliquando venenoſus eſt,ſed non ſemper,Albert. Morſus eius plerunq; grauiſſimus eſt, & exitialis: nimirũ quia veſcitur crabronibus & animalibus venenatis quæ in terra repunt,vnde dentes eius inficiuntur, Liber de natu rerum. Taxus,lynx,catus,&c. vulnere magis morſus ſui quàm veneno lædunt,Arnoldus.

H.

Meles lucifuga,Grat. Licebit etiam obeſam,opimam, vel pinguem cognominare. Melis haſta è ligno mali dicta,Feſt.vt Græcæ originis ſit,qui melέa malum arborem vocát,prima longa: mêlon,fructum eius,& per excellentiam cotoneum: vnde melinum penultima breui,ex malis cotoneis paratũ,vt oleum melinum: à mele autem quadrupede melinum,penultima longa formari poterit.μηλίς etiam in Lexico Græcolatino arbor malus exponitur,ſed ſine authore. Μηλία fraxinus eſt,cuius lignum haſtis conficiendis idoneum habetur:quare eodẽ nomine haſtam quoq; nominant Græci. Mali certe arboris lignum haſtis ineptum eſt. Leucrocutæ feræ caput eſt melium,Plin.camelinum,Solin. A taxo Ferrarię nobiliſſima Taxonorum familia nomen ſortita eſt,Braſauolus. Fiente,id eſt fimus Gallica lingua,non de quibuſuis feris,ſed propriè fœtentibus dicitur,vt vulpe,mele.

DE MONOCEROTE.

Figura hæc talis eſt,qualis à pictoribus ferè hodie pingitur,de qua certi nihil habeo.

A.

MONOCEROS, hoc eſt vnicornis fera ab alijs aliter deſcribitur: ſiue quoniam diuerſæ ſunt vnicornes animantes vt conſtat: ſiue quòd aliqui notas diuerſarum tanquam vnius confuderunt. Minus autem mirum de fera tam peregrina & toto à nobis orbe diuiſa,nec vnquã in Europam adducta, diuerſa ab Europæis ſcriptoribus auritis ferè omnibus nõ oculatis,memoriæ prodita eſſe.Hoc magis mirum, recentiores etiam, vt Ludouicum Romanum & Paulum Venetum, qui regiones illas in quibus reperiuntur luſtrarunt diuerſas tamen monocerotes deſcribere. Ego ſingulorum verba adnumerabo, vt doctioribus diligentioribuſq; olim certius aliquid his de feris ſtatuendi occaſionem præbeam. Orſei Indi venantur aſperrimam feram monocerotem,reliquo corpore equo ſimilem,capite ceruo,pedibus elephanto,cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente, hanc feram viuam negant capi, Plinius. Phyſiologus quidam author obſcurus, & alij eum ſecuti, monocerotem animal paruum eſſe ſcribunt, hœdo ſimile acerrimum, vno in capite cornu. Sed illi ex Plinio acerrimum pro aſpertimum legerũt: & hœdo pro equo,vnde neceſſarius ferè alter error ſecutus eſt vt animal paruum eſſe putarent.

Montes (inquit Aelianus) eſſe dicuntur in intimis regionibus Indiæ,ad quos difficulter eatur,vbi præter alias beſtias feras reperiatur monoceros, quem (Indi) vocant cartazonon: eumq; magnitudine ad confirmatæ ætatis equum accedere dicunt,iubaq; & pilis fuluum eſſe: pedum bonitate & totius corporis celeritate excellere: atque ſimiliter vt elephantos pedum digitis indiuiſis eſſe: apri caudam habere,inter ſupercilia cornu vno, eodemq; nigro,non læui quidem, ſed verſuras quaſdam naturales habente, atq; in acutiſſimum mucronem deſinente ornatum exiſtere,Hæc Aelianus. Mihi omnino Plinius & Aelianus vnam eandemq; beſtiam deſcripſiſſe videntur: ſed nec

ſed nec aliam Philes ſimia Aeliani, cuius verba ſingulatim in ſequentibus per partes recitabo. Quinetiam vnicornem ſiue onagrum Indicum, ſi non idem, inter vnicornia tamē animalia iam deſcripto omnium proximum eſſe dixerim. Conueniunt ſanè præter cornu vtriq; vnicum è media fronte, locus natalis India, equi magnitudo, vngulæ ſolidæ, celeritas, vita ſolitaria, robur inexpugnabile, & quòd cōfirmata ætate nulli capiuntur. Colore tantum differre videntur: cum aſinus Indicus albus ſit reliquo corpore, ſed capite purpureo: monoceros fuluus, qui color etiam rhinoceroti à quibuſdam tribuitur: ſic & cornu color non idem monoceroti enim ſimpliciter nigrum Plinius tribuit: aſino Indico Aelianus medium tantum nigrum, inferius album, ſuperius puniceum. Bellonius hæc ex Aeliano ita citat, vt cornu pars quæ in ſuperficie eſt punicea intelligatur, interior alba, intima & media nigra quæ interpretatio mihi placet. Philes quidem cornu totum nigrum eſſe ſcribit, excepto mucrone. Sed de aſino Indico vnicorne ſupra docui abunde ſtatim poſt Aſini hiſtoriam, ex Aeliano, Phile, Ariſtotele, Plinio. Hīc de eo- in
dem Philoſtrati verba adijciam ex lib. 3. de vita Apollonij. Aſinos ſylueſtres (iuquit) in vicinis Hyphaſidi Indiæ fl. paludibus multos capi dicunt: eſſe autem huiuſmodi feris in fronte cornu, quo taurorū more generoſè pugnant: & Indos ex illis cornibus pocula confi, ere: aſſerunt́q; nullis morbis illo die affici, qui ex huiuſmodi poculo potarint: neq; ſi vulnerati fuerint dolere, & per ignē etiam incolumes tranſire, neq; vllis venenis lædi quæcunq; nocendi gratia in potu dantur. Iccirco regem eſſe eadem pocula, nec alij quàm regi eiuſmodi feræ venationem permitti. Apollonium itaq; feram aſpexiſſe eiusq; naturam cum admiratione conſideraſſe ferunt. Interroganti autē Damidi, an ſermoni qui de poculo iam dicto ferebatur fidē adhiberet: Adhibeo, inquit, ſi huius regionis immortalem regem eſſe intellexero. Qui enim mihi aut alteri cuiquam poculū ita ſalubre (ἀποτρόπαιον δὲ ὅτων ἰοβόλων) dare poteſt, nónne veriſimile eſt ipſum quotidie illo vti, & ex eo cornu frequenter vel ad crapulā vſq; biberē? nemo enim vt puto calumniabitur eū, qui tali poculo etiam inebrietur, Hæc ille. Sunt etiā (inquit Ariſt. de partib. anim. 3. 2.) in
quæ cornu ſingulari armentur, vt oryx & aſinus Indicus: oryx biſulcū aſinus ille ſolipes eſt: gerunt ſanè medio ſui capitis cornu ſixum ea quæ vnum habent: ſic enim maximè pars vtraq; cornu obtinebit, cum medium commune pariter vtriq; extremo ſit. Solipes potius quàm biſulcum eſſe vnicorne rectè videri poteſt: vngula enim tam ſolida quàm biſulca, eandem naturam habet quam cornu, itaq; eiſdē ſimul & vngulam findi & cornu congruum eſt. Fiſſio etiam vngulæ & cornu ex defectu naturæ euenit: itaq; cum exuperantiam vngulæ ſolipedum natura deciſſet, rectè demplit ſupernè fecitq́; vnicorne, Hæc Ariſtotel. Illa ſanè cornua quæ hodie in principum quorundā, vel ciuitatum vel eccleſiarum theſauris oſtendūtur, vt Venetijs Argentorati, Metis, audio anfractuoſa eſſe, & ſpiris cōuoluta, tanquam duobus filis aut funiculis in ſe contortis. quale quidē cornu duplex iudicari debet, etiamſi vnicum & ſimplex appareat. Huiuſmodi etiam Philes monocerotis tui cornu facit, hoc verſu, Ἀ'ειελιγμὲς σκε-
σφυεῖ κεκλωσμένον. & verſuras quaſdam habere Aelianus ſcribit. Vide plura in 8. Oneſicritus inquit, equos vni- 30
cornes in India eſſe ceruinis capitibus, Strabo. Terrā Indiam equos vno cornu præditos procreare ferunt, quorum è cornibus pocula conficiuntur, in quæ venenum mortiferum coniectum ſi quis biberit, nihil graue, quòd cornu repellat malum ipſum, perpetietur. Aelian. Ceruinum caput etiam Plinij monoceros gerit, qui tamen (vt ſupra dixi) ab Aeliani monocerote non differt: vt etiam equus Indicus vnicornis non alius videri debeat: nam & monoceroti ſeu cartazono forma & magnitudo equi eſt. Quod autem Aelianus poculum ex eius cornu factum venenis aduerſari ſcribit, quod tum ipſe alibi tum Philoſtratus & Philes aſino ſiue onagro Indico vnicorni attribuunt, rurſus argumento eſt eandem eſſe feram quæ diuerſis duntaxat nominibus appelletur. aut ſi differat, colore tantum differre, vt paulo ante aſſerui.

Mecha quæ vrbs eſt Arabiæ Mahometis ſepulchro & delubro inſignis: iuxta quod (inquit Ludouicus Romanus patritius) ſepta ſeu clauſtra viſuntur, in quibus vnicornes gemini aſſeruantur, quos loco miraculi populo 40
oſtentant, nec ab re, res eſt miratu digniſſima. Sunt autem eiuſmodi. Alterum eorum, quem conſtat longè proceriorem eſſe, pullo equino triginta menſes nato haud abſimilem crediderim. Prominet in fronte cornu vnicum, longitudine trium cubitorū. Longè natu minor eſt alter, vtpote anniculus, ac equino pullo ſimillimus: eius cornu quaterni palmi (quatuor palmorum, dodrantes intelligo) longitudinem haud excedit. Coloris eſt id animal equi muſtellini, caput cerui inſtar: collo non oblongo, rariſſima q́; iubæ, ab altera parte ſolum dependētis. Tibias habet tenues, eaſdemq́; graciles admodum hinnuli modo. Vngulas anteriorum pedū biſidas habet, caprinos pedes fermè referentes. Tibiarum poſteriorum pars exterior villoſa eſt, piliq́; plurimi. Sanè id animal ferū videtur: verum ferociam neſcio qua comitate condiuit. Eos vnicornes quiſpiam Sultano Mechæ dono dedit, ceu rem inuentu rariſſimam & maximè pretioſam. Aducti ſunt ex Aethiopia ab Aethiopum rege, vt eo munere neceſſitudinem coniunctiſſimè cum Sultano Mechæ præfecto iniret Hactenus Lud. Romanus, ex quo Cardanus etiam in 50
opus ſuum de ſubtilitate tranſcripſit: ſed errat quòd pro monocerote rhinocerotem nominat. Apparet autē diuerſum hoc monoceros animal eſſe ab aſino Indico, qui ſolipes eſt: nec non à Plinij & Aeliani monocerote, quē ſimiliter ſolipedem eſſe dixerim, quoniam pedes eius elephantinis comparantur, quamuis enim elephantum nō ſimpliciter ſolipedem veteres dixerunt, vt qui digitos quinq; leuiter formatos & informes habeat, tamē equinis pedes eius conferuntur. Vnicorne quidem biſulcum animal præter orygem Ariſtoteles & Plinius nullum agnoſcunt. Eſt autem orygis etiam cornu nigrū, altum, & ferrei, id eſt duriſſimi mucronis, in Libya, ex caprarum ſylueſtrium genere: vt mirer Oppianum, qui rhinocerotem nō multò maiorem orygem eſſe ſcribit, cum Plinius eundem elephanto longitudine parem faciat, alij paulò minorē tum longitudine tum altitudine. Sed de orygе aliàs in hiſtoria ipſius: diuerſum enim illū eſſe à ſimpliciter dicto vnicorni, omnino cum Nipho contra Albertum ſentio. Regnum Baſman (inquit Paulus Venetus) magnū Cham pro domino agnoſcit. Inuenitūr in eo elephanti 60
& vnicornes permulti. Sunt autē vnicornes paulò minores elephantis, pilis bubali, pedibus elephanti. Caput habent vt aper, & more porcorum in cœno morari gaudent, & alijs immundis locis. In medio frontis geſtant cornu vnum, craſſum & nigrum. Linguam habent ſpinoſam, eaq́; lædunt homines & animalia. Hoc etiam animal, ſi vera deſcriptio eſt, à ſuperioribus omnibus diuerſum fuerit: in nonnullis ſanè ad rhinocerotem accedit, magnitudine, capite, pedibus, ſed rhinoceroti cornu à naſo prominet. Nicolaus Venetus comes, extremę Aſiæ prouinciā quandam Macinum nominat, inter Indię montes & Cathaium, (Sericam intelligere videtur,) vbi animal naſcatur ſuillo capite, bouis cauda, vnico in fronte cornu, eoq́; cubitali, colore & magnitudine elephantis, quibus cum bellum continuè gerit. Id cornu veneno medetur, ideoq́; in honore eſt, Aen. Syluius de Aſia cap. 10. Albertus li- 70
bro 22. vnicorni eadē adſcribit quæ veteres & claſſici authores rhinoceroti. Theologi quoq; & interpretes ſacrarum literarum ferè confundunt, vt medici quoq; recentiores, Aggregator, & noſtra ætate Iac. Syluius. Atqui nos

de rhi-

de rhinocerotis cornu in medendo viribus nihil quicquam legimus apud claſſicos authores: de monocerotis verò vel aſini aut onagri Indici cornu, ea quæ partim iam hoc in capite ſcripſimus, partim in Aſini Indici hiſtoria: partim verò paulò poſt ſcribemus præſentis hiſtoriæ cap ſeptimo. Animalia quidem ipſa differre ſatis intelliget, qui rhinocerotis hiſtoriã præſenti contulerit, vt de re ipſa dubium non ſit. Cęterum Hebraicũ nomen ראם reem, quod in Sacris literis nunc vnicornem, nunc rhinocerotem interpretantur, vtrũ potius eſſe dicam incertus ſum, monocerotem tamen potius ſignificari animus inclinat. Munſterus in Lexico trilingui rhinocerotem Hebraicè vocat רים aut ראם, reem: & rurſus vnicornem ראם reem, & רימנא rimna, & קרש karas vel karaſch, quod nomẽ in Sacris literis non reperitur. ſi tamen reem vel rimna & karas in vnam vocẽ coniungas, vox fiet ſimillima Græcæ rhinoceros. Reem Dauid Kimhi feram robuſtam & vnicornem interpretatur. R. Saadias huius generis fœmellam nominat ako, de qua voce in Ibice dixi. Improbat Elias, neq; concedit vnum duntaxat habere cornu, ſiquidem cornua eius dicũtur. Deutero. 33. his verbis: Primogenitus boais illius decorem habet, & cornua eius ſunt velut cornua rhinocerotis, (reem) quibus deturbabit populos pariter vſq; ad fines terræ, Munſtero interprete. Hieronymus hìc rhinocerotem transfert, Septuaginta monocerotem. Tertullianus in libro aduerſus Praxeam tertio, hæc verba enarrans, ſic tranſlata, Tauri decor eius: cornua vnicornis, cornua eius, in eis nationes ventilabit ad ſummum vſq; terræ: Non vtiq; (inquit) rhinoceros deſtinabatur vnicornis: nec Minotaurus bicornis, &c. Rhinoceros quidem non vnum, ſed duo gerit cornua, alterum in nare, alterum ſupernè, exiguum quidẽ ſed validiſſimum, vt in eius hiſtoria referemus. Rabi Salomon etymologiam huius vocis (reem) putat רום rom vel גובה gobha, id eſt altitudinem. Abraham תקף tokeph, id eſt robur. Deuteronomij 33 Chaldæus exponit metaphoricè ruma vetukpha, id eſt altitudinem & robur. Arabs בוקראן barkeran. Perſa برك bark: qua voce interpretator etiam ako, (nos ako ibicem eſſe putamus.) Deus eduxit eos de Aegypto, quaſi fortitudo vnicornis (reem) eſt, ei Numerorum 23. Arabica tranſlatio habet רים, reem. Et exaltabitur cornu meũ ſicut vnicornis. Pſalmo 92. Chaldæus hic pro reem ponit רימנא remana: Arabs cõpoſita voce ab vnitate cornu vtitur. Salua me ab ore leonis, & à cornibus vnicornium (רמים, remim) exaudiſti me, Pſalmo 22. Vox Domini exilire facit cedros ſicut vitulum, & Libanum & Sirion ſicut pullum vnicornium, reemim Pſalmo 29. Et ædificauit veluti (palatia) excelſa ſanctuarium ſuum. Pſalmo 78. hic non reemim id eſt vnicornes (vt LXX & Hieronymus verterunt,) ſed ramim, id eſt excelſa legitur. Deſcendentq; vnicornes cum eis, & tauri cum magnificis Eſaiæ 34. intelliguntur autem viri fortes & robuſti, quare LXX. pro reemim verterunt ἐξηρκὼς, id eſt vegetos. Nunquid acquieſcet monoceros (reem) vt ſeruiat tibi, aut vt moretur iuxta præſepia tua? Nunquid ligabis monocerotem funè ſuo pro ſulco (faciendo) aut complanabit glebas vallium poſt te? Iob 39. Eſt enim fera prorſus indomita, vt dicam in D. דישון, diſchon, vocem Hebraicam Chaldæus Deuteronomij 14. interpretatur rema, id eſt vnicornem: LXX. & Hieronymus pygargum. Videin hiſtoria pygargi inter agreſtes ſylueſtres: quod ſi pygargũ eſſe non placet, oryx forſitan fuerit, qui & ipſe vnicornis & ex ſylueſtrium caprarum genere eſt. Hebræi כרים carim pecora minora appellant id eſt agnos, oues, arietes aliqui carhireum exponunt. Hieronymus tamen Pſalmo 37. carim monocerotes vertit, quòd non probamus. Verba Pſalmi ſunt hæc Inimici Domini ſicut optimum (adeps) quod eſt in agnis (carim) conſumentur. Vide in Hireo A. Alchercheden, eſt animal quod dicitur vnicornis, habens in fronte cornu vnum, quod aduerſatur venenis, And. Bellunen. Μονικέρως, fera terribilis, Heſych. apud quem etiam μονικέρωτος legitur, quod non placet, in recto: genitiuus quidem μονικέρωτος per ω in penultima habet. Eſt quãdo adiectiue profertur, ἱππος μονικέρως ſic. Philes. Vnicornis nomen Latinum apud recentiores tantum & theologos legimus. Plinius Græca monocerotis voce vti maluit. Finxerunt & cæteræ gentes pleræq; ad Græci vocabuli imitationem huius belluæ nomina, ab vnitate & cornu compoſita. Itali, alicorno, vnicorno, vel vt quidam ſcribunt liocorno aut leocorno. Galli, licorne. Hiſpani, vnicornio. Angli, vnycorne. Germani, *einhorn*. Illyrij, gednorozecz.

B.

Quod ad monocerotis eiusq; partium deſcriptionem, quamuis præcedenti capite multa paſſim dixerim, nonnulla tamen vel illic omiſſa, vel vt inciderint, hic adijciam, ne ordinem inſtitutum deſeruiſſe videar. Monoceros apud Indos reperitur, Philes, Solin. Elephanti & vnicornes multi ſunt in regno Niem, quod ad meridiem cõfine eſt Indiæ, Paulus Venet. Regnum Lambri habet vnicornes, Idem. Aloiſius Cadamuſtus nauigationis ſuæ capite quinquageſimo regionis cuiuſdam noui Orbis meminit, in qua vnicornes viui reperiantur. Ad orientem & meridiem ſub æquinoctiali eſt Monoceros ſeu vnicornis, animãs, caput draconis habens: & cornu non magnũ quidem illud, ſed tortuoſum: mentum illi omne barba obſitum, collum longum in altum protenſum, & ſerpẽtis tractui quam ſimillimum. Reliquum corpus cerno ſimilius: pedes autem ſunt leonis, cuius effigiem coloribus expreſſam à pictoribus conſpicere licet, Nicephorus Calliſtus. Monoceros animal eſt atrociſſimum, Solin. ἄγριον ἄγαν, Philes. Equino corpore, capite ceruino, Solinus & alij. Villus ei fuluus, ξανθὸς, Philes & Plin. Os leonis, Idẽ. Cornu è media eius fronte protenditur, ſplendore mirifico, ad longitudinem pedum quatuor, ita acutũ, vt quicquid impetat facile ictu eius perforet, Solinus. Sæpe monoceros concuſſa verticis iuba longum & exitiale cornu propellit: quod è ſupercilijs natum, non cauum, nec leue (κεῖρον) aliorum modo cornuum eſt, nec planũ & æquabile, ſed vel ferrea lima aſperius, in multas ſubinde ſpiras reuolutũ: & telo acutius, vtpote non recuruum, ſed planè rectum: vndiq; nigrum, mucrone excepto, Philes. Plura vide in præcedenti capite, & ſeptimo infra. Duo integra eaq; maxima & pulcherrima cornua Venetijs in ærario D. Marci recõdi Antonius Braſauolus ſcribit: Argentorati etiam vnum aſſeruari audio, rectum & ſpiris contortum: itẽ bina in theſauro regis Poloniæ, ſingula ad hominis ferè proceritatem. Monocerotis cornu Braſauolus ſubnigrũ vel ſubcinericeum eſſe tradit: Nos illud (inquit Mundella) non comperimus, verum nigrum eſſe iuxta Plinij ſententiam. Aſinus Indicus vnicum cornu habet & animal illud quod veterum quibuſdã archos quaſi princeps vocatur, vnicornis Latinè, rhinoceros Græcè (vide in Rhinocerote A.) habet vnum cornu maximum, & ſolidum vt ceruinum, longius denis pedibus, vt ipſe menſuraui: diameter circa radicem cornu ſeſquipalmum (ſeſquidodrantẽ) excedebat, Albertus in Ariſtot. de partib. 3. 2. Monocerotis (vt putatur) cornu circa annum Salutis 1520. (annis antequam hæc ſcriberem circiter triginta) repertum eſt in Heluetiæ fluuio Arula iuxta Brugam oppidum album, ſed in ſuperficie ſubflauum, duos cubitos longum, nullis tamen ſpirarum verſuris: odoratum tum aliàs, tum accenſum inſtar moſchi ferè: id mox ad proximum monaſterium virginum delatum, Campum regium vocant, à præfecto Badenſi, tanquam

in iurisdictione ad octo Heluetiæ pagos pertinente repertum, repetitum est. Hæc mihi narrauit amicus quidam qui eiusdem cornu fragmenta quædam habuit. Caudam habet apri vel suis, Solinus. Philes, Plinius, Aelian. Pedes elephanti, Solinus & alij: Veloces, sed inarticulatos, Philes. Crura ei proportione breuia, Isidorus: sed hoc rhinoceroti magis conuenit. Monocerotis figuram ex Vartomanni facetissima narratione adscribemus: Vnicornibus equi magnitudo: crura, pedes, caput, cerui, pili color balius. Equi iuba, rarior, breuior. Coxæ villosæ. Cornu vnum integrũ Niceæ vidimus: alia alibi, Suffuluum vnum: vnũ subluteum, accedens maximè ad buxeum: vnum subpuniceum. Etiam habemus frustum candidum, Scaliger.

C.

Desertissimas regiones persequitur monoceros, & solitarius errat, Aelianus & Philes. In excelsis montibus vastisq; solitudinibus commoratur, Isidor. Monstrum est mugitu horrendo, Solin. Omnium maximè animalium absonam vocem & contentam mittere fertur, Aelian. Maximo robore præditus & inexpugnabili cornu armatus est, Aelian. Morsu est graui, & calcibus crudeliter pugnat, Philes.

D.

Viuus non venit in hominum potestatem: & interimi quidem potest, capi non potest, Solinus & Plin. Monoceros robore suo inexpugnabilis & indomita homini fera est: Vnde illud (Iob. 39) Non vinciet eum loro, neque cubabit in præsepi. Varin. Ferrum non timet. Isidor. Ad alias quidem bestias ad se accedentes mansuescere fertur, cum verò gregalibus suis pugnare: neq; modo cum maribus naturali quadam contentione dissidere, sed contra etiam fœminas certare, pugnamq; vsq; ad mortem ingrauescere. Coitus vero tempore ad fœminam mansuetè assuescit, & gregalis fit: Cum hoc tempus transierit, & ventrem fœmina ferre cœperit, rursus efferatur & solus vagatur, Aelian. Cum alienis animalibus placidum se, ceu catulus gregi assuetus exhibeat, suo tamen generi infensissimus hostis est. Mansuescit vero erga fœminam, feritatem eius vi amoris deprimente, solo tempore libidinis, Philes. Hostis est leonis, quare leo conspecta hac fera ad arborem aliquam se recipit, & irruentem in se declinat: illa cornu arbori infixo hæret, & à leone occiditur: aliquando tamen contra accidit, Aethiopiæ rex in epistola Hebraica ad pontificem Romanum.

E.

Vnicornem aiunt adeò virgines puellas venerari, vt ipsis visis mansuescat, & aliquando iuxta eas in somnum delapsus capiatur ligeturq;, Albert. Amore virginum & odore allici ferunt monocerotem, Arlunnus: rhinocerotem Isidorus, cum monocerote, vt & alij quidam, incptè confundens. Iuuenem aliquem robustum venatores puellę instar vestitum & aromatibus aspersum statuunt è regione loci, in quo monoceros fuerit, ita vt odoris suauitas auræ flatu ad belluam deriuari possit. Ipsi interea occultantur. Mox fera odore illecta ad iuuenem accedit, ille amplis mulicbribus manicis totis refertis aromatibus eam obuelat. Tum venatores accurrunt, & cornu, quod venenis resistit, resecto, feram aufugere patiuntur, Tzetzes 5. 7. Proposita in feræ conspectum virgo (inquiunt recentiores) aduenienti sinum aperit, in quem illa omni ferocitate deposita caput inclinat, vbi somno capta velut inermis comprehẽditur. Sed suspicetur aliquis hanc de monocerotis venatione persuasionem (quæ admodũ recens est, neq; enim vetustiorem eius authorem habemus quàm Tzetzen qui vixit anno Salutis 1176.) inde natã esse quòd (vt supra diximus) sui generis feras hostiliter persequatur, nec aliàs ad fœminam quoq; mansuescat, nisi libidine accensus. Περιΐσταται δὲ τὸν ἄγριον (sic ἄγριος ἀναγκαῖον, Oppiano) μόνον ὄψει καλλονῆς ἐκδαμάζων τὸ σθένος, ἕως τὸ ῥώμης τε καὶ γονῆς ἀφύσσεται. Philes. Prasiorum regi monocerotis pullos etiamnum teneros aiunt deportari, eosdemq; festis diebus ad pugnam committi, ad robur ostendendum: nam integræ ætatis & perfectæ nullũ vnquam quisquam meminit captum fuisse, Aelianus. Et alibi, Domari possunt dum biennium nõ excesserint: vetuli enim ab immanissimis & carniuoris feris nihil differunt. Capitur etiam & domatur, cum adhuc pullus est, Albertus.

F.

Carnes asini Indici amaras & cibo non idoneas esse, Aelianus meminit. His similes monocerotis carnes crediderim, cum vt supra dixi, vel nihil, vel minimum, colore forsitan solo, differant.

G.

De cornu monocerotis supra scripsi, capite primo & secundo: & in primo etiam quæ veteres de remedijs ex eo prodiderunt: hoc in loco recentiorum præcipuè scripta de eodem eiusq; remedijs, & nostras obseruationes adijciam. Memini aliquando dodrantale huius cornu segmentum apud mercatorem quendam videre, foris nigrum & planum, non in spiras contortum, sed tum temporis non admodum obseruabam. Nunc apud pharmacopolas nostros exigua tantum fragmenta reperio, ex quibus medullam esse dicunt quæ rotundiora, albiora, molliora q; sunt: exteriorem vero partem ceu corticem, quæ durior asperior q; laminarũ formam refert, colore ruffo ex candido. Videtur sanè tum color iste, tum substantia nimium, si mandas, friabilis, nõ lenta vt cornuum, adulteratum quippiam indicare, alterius fortassis animantis cornu igne vstum, & odoribus quibusdã adiunctis adscititia quadam aromatica suauitate imbutum, fortassis etiam ignitum in liquoribus odoratis extinctum. Curandum est vt recens habeatur, & odoratum (si modo natiuus odor ille sit,) non vel ætate exoletum vel frequentibus poculis exhaustum. Diuites enim frustula huius cornu poculis suis sæpe inijciunt vel præueniendi quosdam morbos vel curandi gratia: sunt qui auro argentóue includãt, & sic quoq; poculis inijciãt, quasi vero multis annis quantumcunq; in vino macerati vis eadem perdurare possit. Sed quod vinum imbiberit fuscum colorem trahit, candore amisso. Pleriq; ad remedia ex eo promissa cornu simpliciter vti iubent: alij medullã præferunt. Vino iniectũ ebullit, quod quidã siue imperitia siue dolo genuini signũ esse aiunt, cum quęuis cornua vsta, in aqua aut vino ampullas moueant. Nebulones quidã nescio quam miscellã, quam Venetijs vidi (calcis & saponis vt audio: aut fortassis terræ vel lapidis alicuius: quæ itidẽ ebullire solent) pro cornu monocerotis vendunt. Quamobrẽ tutius fuerit, vel de integro cornu, si fieri posset, vel maioribus frustis & quæ cornu specie probè referant, emere, quàm fragmenta minora

minora vbi dolum minus deprehendas. Pharmacopola quidam qui in celebri apud Germanos emporio Noribergæ fuit, retulit mihi monocerotis cornu aduiterari à quibusdam ebore macerato vel etiam cocto cum nescio quibus medicamentis (tormentilla puto & alijs) vnde colorem traheret: deprehendi dolum si radatur: interius enim eboris substantiam esse. Antonius Brasauolus omnes ferè lapidem pro cornu monocerotis vendere scribit, quod quidem fieri non nego, qui certi nihil habeam: fieri tamè etiam potest, vt præduram & solidissimum cornu, circa mucronem præsertim (quæ pars etiam inferioribus præfertur, vt in ceruinis quoq; cornibus) cui vel laxa & ferrum concedant, qualia & rhinoceroti & vnicornibus cæteris authores tribuunt, lapidis speciem præ se ferat. Nam si Orpheus de ceruinis cornibus propter soliditatẽ inter cornua ne an lapides potius censeri deberent, rectè dubitauit: magis opinor in vnicornium genere dubitandum fuerit. Non enim solis ceruis, vt Aristoteles putauit, solida sunt cornua: sed vnicornibus etiam qualia dixi. Monocerotis cornu hodie vsurpatur longinquitate temporis in admodum sanè à cornea diuersam naturam conuersum, Mundella. Iac. Syluius, Aggregator & alij, qui rhinocerotem cũ monocerote confundunt, quod hodie in vsu medico est rhinocerotis cornu nominatim: de quo tamen authores nullas huiusmodi vires tradiderunt. Monocerotis cornu aliqui superueniente veneno sudare aiunt, quod falsum est, Ferdinandus Ponzettus. Sudat fortassis aliquando, vapore solidum, durum, & lœue corpus, vt saxa etiam & vitra, vapore externo circa ea concreto, sed hoc nihil ad venenum. Sic & lapidis genus quem linguam serpentis vocant, sudare fabulantur veneni superuentu. Audiui & legi etiam in libro quodã manuscripto, monocerotis cornu genuinum à quibusdam hoc modo probari veneno (arsenico vel auripigmẽto) duabus columbis dato, altera quæ superbiberit aliquantulum de vero monocerotis cornu, sanatur: quæ non superbiberit, moritur, Ego hunc experiendi modum diuitibus relinquo. Nam pretium eius quod verum esse asserunt, nõ minus hodie quàm auri est. Drachmæ pondus aliqui floreno vendunt, siue denarijs octo: alij coronato, siue denarijs duodecim. Medullæ quidem pretium maius est quàm durioris substantiæ. Aliqui drachmam quinq; obolis indicãt: tanta est diuersitas. Experientia vnicornis an sit necnè. Pone supra carbonẽ viuum sericum: & supra sericum vnicornem: & si est vnicornis sericum non aduretur, &c. Incertus. Cornu vnicornis, præcipuè ex nouis insulis allatum, tritũ & in aqua potum, mirè facit cõtra venena: et nuper experientia ostendit in homine qui à sumpto veneno, cum iam tumere inciperet, hoc remedio restitutus est. Obscur. Audiui & ipse à viro fide digno, quòd cum à cerasi esu (venenatũ suspicabatur) venter ei tumeret, medulla huius cornu è vino hausta, illico sanatus sit. Ad comitialem laudatur à nonnullis hodie: vt ab Aeliano quoq;, qui hunc morbum sacrum appellat. Sed veteres vim medendi attribuebant poculis ex hoc cornu factis, vino ex eis poto: nos quoniam pocula habere non possumus, substantiam cornu propinamus, vel per se, vel cum alijs medicamentis. Ego feliciter aliquando tragacanthum, vt vocant, ex hoc cornu, cum succino, subtile eboris folijs auri, corallio & alijs quibusdã exhibui, & crassiusculè contusum cornu serico inclusum, in decoctam vuæ passæ & cinnamomi, &c. in aqua coniecci, non neglecta interim reliqua medendi ratione. Commendatur præterea à medicis nostri seculi aduersus pestilentẽ febrem: & (vt Aloisius Mundella scribit) aduersus canis rabidi morsus & aliorum animalium ictus aut morsus virulentos: priuatim vero contra lumbricos & prauas inde symptomata pueris in ditiorum familijs datur: deniq; cõtra venena quæuis & multos grauissimos morbos. Indorum rex è poculo cõfecto ex onagri Indici monocerotis cornu bibens, & interrogatus cur id faceret, ἐπὶ μέθης ἕνεκα, hoc est, & an ebrietatis causa, hoc est simpliciter bibendi & vino se oblectandi inde biberet respondit ἵνα μὴ μεθύσκωμαι: id est hoc potu malam ebrietatem tolli. Siue ebrietati cum resistere intelligens, siue potius malam ebrietatem nominans veneni potionem, mox enim addit, ἵνα καὶ τοῦ φαρμάκου ἀλέξωμαι. Ἵνα μὴ καὶ ἀπὸ τούτου κακοπαθήσω, hoc est, Et præterid quod venena omnia expugnat, Sacro vt nominant morbo medetur. Vnicornu tritum si in vino bulliat & inde colluatur os, ad quemuis dentium dolorem, mirum effectum habet, D. Georgius Pedemontanus expertus.

H:

Μονόκερως, τὸ μονὴν ἔχον κέρατα, ἐπὶ λευκῷ, ἐπὶ λόφου δέ, Hesychius & Varinus: forte tanquam altero cornu mutilũ. Epitheton, φιλῳδὸς quod odoribus delectetur, apud Tzetzen. Mensem principis diei ratione, in quo Luna primũ apparere incipit, necdum bicornis est, Orpheus μονοκέρωτα appellauit, vt dixi in Boue. H. a. Craterus cui monocerotis cognomen exitit in Troccen regione. Aliæ cornuorum opera venari solitus proditur, Perottus. In India & boues solidis vngulis vnicornes nasci, Ctesias scribit, Plin. Boues vnicornes, & tricornes, solidis vngulis, nec bifidis, in India reperiuntur, Solinus. Aonijs tauris varijs coloribus distinctis, perpetuæ indiuisæq; vngulæ sunt: ijsdem vnicum cornu ex media fronte exsilit. Aelianus & Oppian. In Zeila vrbe Aethiopiæ vaccas vidi cornu vnicum in fronte media habentes instar monocerotis, longitudine supra palmi (dodrantis) magnitudinẽ, resupinatum in tergũ ipsæ coloris sunt phœnicei. Ludouicus Romanus 2. 15. Est bos in Hercynia sylua cerui figura, cuius à media fronte inter aures vnum cornu exsilit, excelsius magisq; directum quàm ea quæ nobis nota sunt cornua: ab eius summo sicut palmæ ramiq; latè diffunduntur, Cæsar lib. 6. vbi Pet. Gillius non rectè pro boue bisonem legit. Dicitur Periclis aliquando arietis caput vno cornu ex agro esse delatum, &c. vide infra in Ariete h. Symeon Sethi capreolum illum ex quo moschus colligitur, vnicũ habere cornu scribit, quod præter ipsum à nemine proditum memini; vt ex proximè hic sequente eius historia patebit. Vnicornes aues in Aethiopia reperiuntur, Aelianus. Monoceros Alberto piscis est marinus cornu singulari in fronte armatus, &c.

h. Monoceroti comparantur homines pij, qui Deum vnum adorant, vt monoceros cornu se vno defendit. Et erigetur cornu meum tanquam monocerotis Dauid (Psalmo 92.) Suidas in Μονόκερως.

COROLLARIVM ad historiam

DE MONOCEROTE.

Cvm monocerotis historiam exararem, ab incomparabili doctrina & virtute viro Nicolao Gerbelio, quem equidem patris ac præceptoris loco & amo & veneror, per literas petij, vt descriptionem alicuius quã cornu illius, quod pro monocerotis cornu Argentorati in summæ ecclesiæ thesauro seruari audieram, mihi daret. Responsum autẽ eius tale fuit. Cornu (inquit) quod inter archana summi templi habẽt heroes illi, sæpissimè vidi, manibusq; meis attrectaui. Ea est longitudine hominis proceri, to quidé aciem illi addideris: fuit enim inter illos impius quidã, qui à nescio quo didicerat aciem seu cacumen illius cornu cõtra venena contraq; pestem remedij esse præsentissimi. Quam

Quam ob rem quadrifur ille ſuperiorem partem ad tres aut quatuor tranſuerſos digitos à reliquo corpore auulſit. Oh quod facinus, & ipſe eiectus è conſortio illo, & ne quiſquam vnquam poſtea huius familiæ in hoc ſodalitiũ recipiatur, grauiter & maturè ſancitum. Hæc cacuminis auulſio, notabilem deformitatem pulcherrimo muneri attulit. Totum cornu ab ea parte qua fronti animalis adhæret, vſque ad ſummam aciem ſolidum eſt: nullis punctis, rimis, aut ſciſſuris hians. Paulò ampliore craſſitie quàm lateris ferè noſtri. Sæpius enim manu dextra complexus cornu, propè totum comprehendi. A radice vſq; ad cacumen, paruis lineolis, vt ſolent S. Blaſij candelæ incuruari, elegantiſſime faſtigiatur diſcriminaturq;. Pondus cornu, ſupra quàm quis credere auſit, inſolitum: vt ſæpe multos mirari viderim à tantillo animali tantum onus, tamq; longam molem geſtari poſſe. Nullum ego prorſus odorem animaduerti. Color ſimilis inueterato ebori, medius inter album & croceum. Verum nuſquam melius hunc deprehendes, quàm ex ſegmentis quæ in myropolijs væneunt. Illis enim noſtri cornu color ſimilis eſt. A quo vero huic templo donatum ſit, incompertum mihi, Hucuſq; Gerbelius. Alius quidã amicus meus vir fide dignus, aſſeruit mihi ſe Lutetiæ apud Cancellarium D. à Prato vidiſſe monocerotis cornu partem cubitalem, ſpiris contortam, craſſitudine baculi (mediocris, cuius diameter circiter ſeſquidigitum extendatur) lutreo colore intus foriq;, ſubſtantia ſolida: cuius fragmenta in vino ebullierint, quamuis vſta non eſſent, odore nullo.

Hæc cum legiſſet Io. Ferrerius Pedemontanus, ad nos ſcripſit, in templo S. Dionyſij prope Pariſios eſſe monocerotis cornu vnum longum ſex pedes, in quo omnia quæ ex Gerbelio in Paralipomenis noſtris ſcripta ſint, conſpiciantur, & pondus, & color: ſed magnitudine præſtare Argentoratenſi, etiam concauitate ferè ad vnum pedem ab ea parte qua fronti animalis adhæret, hoc ſeipſum deprehendiſſe in æde S. Dionyſij, & cornu ipſum quandiu voluerit manibus contrectaſſe. Audio ſuperiore anno (qui fuit à natiuitate Domini 1553. quum Vercellæ à Gallis diriperentur, ex theſauro inde ablatum cornu monocerotis ingens, cuius pretium æſtimaretur circiter octoginta mille ducatorum, ad regem Gallorum peruenisſe.

Paulus Ioæius de monocerote affirmat, animal eſſe pulli equini forma, colore cinereo, iubata ceruice, hircina barba, bicubitali cornu armatam frontem præferre, quod leuore (inquit) candoreq; eburneo, & pallidis diſtinctum ſpiris, ad obtundenda, hebetandaq; venena mirificam poteſtatem habere dicitur. Cornu enim immiſſo & per lymphas circunducto fontes expiare perhibent, vt ſalubriter bibat ſi inde viroſæ beſtiæ præpotarint. Id viuo animali non detrahi, quum vllis inſidijs intercipi nequeat. Cornu tamen ſponte deciſum in deſertis reperiri, vt in ceruis accidere videmus, qui ex ſenectæ vitijs renouante natura vetus cornu exuunt, venantibusque relinquunt. Hoc cornu regijs impoſitũ menſis, toxica ſi qua ſint epulis indita emiſſo ſtatim admirabili ſudore conuiuis prodere narrant. Ex his duo vidimus bicubitalia, brachiali ferè craſſitudine: primum Venetijs, quod poſtea Senatus Solymano Turcarum imperatori dono miſit: alterum pari propè magnitudine, ſed præciſa cuſpide argenteæ baſi infertum: quod Clemens pontifex Maſſiliam profectus pro inſigni munere ad Franciſcum regem detulit. Cæterum de vi tantæ dotis in hac animante nihil plus affirmauerim, quàm quod cuulgata fama credentibus ſuadet.

Petrus Bellonius ſcribit compertum ſibi eſſe pro monocerotis cornu interdum vendi dentem animalis cuiuſdam (de dent de Rohart. ego quod animal hac voce ſignificetur non intelligo, vt neq; vllus Gallorum qui apud nos degunt) & ſic quoq; adulteratum nonnunquam vendi fragmentum paruum trecentis ducatis. Quòd ſi etiã verum cornu fuerit, non tamen illud videtur de eo animali eſſe, quod veteres monocerotis nomine deſcripſerũt, præſertim Aelianus, qui ſolus mirabilẽ hanc vim contra venena & grauiſſimos quoſdam morbos ei adſcribit, is enim non album, vt noſtrum videtur, hoc cornu facit, ſed extrinſecus puniceum, interius album, intima & media parte nigrum. Quin tamen verè de viua aliqua fera (& illa quoq; vnicorni) noſtrum quoq; ſumptum ſit, negari nõ poteſt. Inueniuntur enim circiter viginti integra & totidẽ forte fracta in Europa noſtra, è quibus duo oſtenduntur in theſauro ædis S. Marci Venetijs (alterum nuper a Venetis imperatori Turcarum dono miſſum audio) vtrumq; ſeſquicubiti longitudine, altera parte extrema craſſiore, tenuiore altera, ea quæ craſſior eſt, non excedit trium pollicum iuſtorum craſſitiem, quæ etiam aſini Indici cornu tribuitur, ſed reliquæ eiuſdẽ notæ deſunt. Scio etiam id quod rex Angliæ poſſidet in ſpiras retortum eſſe ſicut illud quod in æde S. Dionyſij (prope Pariſios) habetur, quo nullum maius viſum arbitrantur. Et ſanè nihil vnquam circa animalia maiore quàm hoc cornu celebratione dignius vidi. Res naturæ non artis eſt, in qua notæ omnes quæ verum animantis cornu requirit, inueniuntur. Et quoniam aliquatenus cauum eſt, (vltra pedis menſuram, qua exit à capite, & oſſe ab eodem naſcente comprehenditur,) conijcio id nunquam decidere, vt neq; gazellæ, rupicapræ & ibicis cornua decidunt, eadem in dama, ceruo, caprcolo, & camelopardali decidua. Longitudo ea vt vix procereſſimus aliquis eius ſummitatem attingat, æquat enim ſeptem magnos pedes. Libras tredecim cum triente appendit: cum ſimpliciter manu ponderatum multò grauius appareat. Figura planè cereum (duplicatum & intortum in ſe) refert, ab vna parte craſſior & paulatim verſus mucronem ſe attenuans, craſſiſſima pars manu claudi non poteſt, diameter digitorum quinq; eſt, circunferentia, ſi filo metiaris, dodrans cum tribus digitis. Pars quæ capiti cõmittitur nonnihil aſperitatis habet: cætera politæ læuitatis. Spirarum canaliculi læues & non profundi ſunt, ſimiles ferè intortis limacũ anfractibus vel periclymeni circa aliquod lignum reuolutionibus. Progrediuntur autem à dextra ſiniſtrorſum ab initio cornu ad finem vſq;. Color non omnino albus eſt, longo tempore nonnihil obſcuratus. Cæterum ex ipſo ponderе facile eſt conijcere, animal ipſum quod tantum ſuo capite onus gerat, mole corporis vel grandi boue inferius eſſe non oportere.

Reperiuntur frequenter in Polonia cornua quædam, quæ Monocerotis eſſe conijciunt quidam, duplici argumento: primùm quòd ſingula reperiri ſoleant, nunquam bina quod hactenus ſit auditum, quanuis aliquando cũ ipſo craneo & reliqui corporis oſſibus inueniantur: deinde quòd vis eorum contra magnos & difficillimos morbos explorata ſit, qua de re diligentiſſimè Antonius Schnebergerus olim diſcipulus meus, nunc magnæ doctrinæ apud Sarmatas medicus, & ſummus naturæ perſcrutator, ad me perſcripſit ante quinquennium ferè, ad cornua aliquot huiuſmodi ſpectanda, clariſſimi hoc tempore in Sarmatia medici, & mathematici noſtra ætate incomparabilis Ioachimi Rhætici, ſummi amici mei, opera admiſſus. Primum iſtorum cornuum (inquit) vidi longitudine orgyiæ meæ, colore ſubcinericeo vel ſubnigro: mucrone acutiſſimo, tereti. Diameter circa radicem cornu ſeſquidodrantem excedebat. Superficies erat plana, nullis ſpirarum verſuris ſubſtantia friabilis, figura incurua: interius colore candidiſſimo: qui fuſcum colorem contrahit, ſi vinum imbiberit. Octo tales coniunctæ ei erant ſciſſuræ (*lamnæ*) quales in maiori parte quam mitto videbis, eſt autem illa pars non de cornu, ſed vel palati os, vel alia quæpiam vt conijcio. Inuentum eſt hoc cornu ſub terra, nõ profundius pede, loco ſolitario, & excelſo vt hîc ſunt:

inter

inter duos colles ſito, per quem torrens fluit, à ruſticis fodientibus propter iacienda ædificij fundamẽta. Percuſſum quidem ſecuri cornu, in minimas partes diſſectum eſt: generoſus autẽ & magnificus vir Io. Frikaſz (in cuius agro duo miliaria diſtante Cracouia, inuentũ eſt cornu) qua potuit diligentia ne particulæ diſgregarentur, è terra eximi curauit. A radice ad apicem vſq; totum rotundũ (teres) fuit, linguæ contactu adhæret, dens tantus erat, quantum complecti manus poteſt, ſuprema (vel extrinſeca) parte oſſeus, intus cauus in medio albus, in fine ſubruffus. Inuentum eſt autem totum animal: & vt ex magnitudine oſſium facilè perſpicitur, maius equo fuit. Quadrupes fuiſſe certum eſt ex humerorum, tibiarum & coſtarum oſſibus. Quòd ſi dens Elephantis eſſet hoc cornu, vt quidam ſuſpicantur, mireris cur nunquam (quod audierim) bina reperiantur. (*Sed neq; adeò cornua ſunt Elephantis dentes, ſeu potius cornua, vt ad ſemicirculum ferè accedant, quemadmodum ipſa.*) Huius cornu vires, denatio eius exhibito cum vino aut aqua borraginis, in febribus inueteratis, tertiana trium annorum, quartana, & alijs mirabiles ſum expertus, &c. vomitum nonnullis mouet, & alium deijcit. Hactenùs de primo ex quatuor illis quæ vidi cornibus. Alterum huic ſimile erat, ſed minus integrum: colore foris nigerrimo, intus candidiſſimo, in torrente inuentum. Tertium & quartum duriſſima, ita vt vel ſaxum & ferrum eis cedere potuiſſe exiſtimem, ſolida vſq; ad mucronem, integra tamen non vidi: ſed vnius partem cubitalem, alterius ſeſquicubitalem: colore fuſco, craſſitudine eâdem ferè qua præcedentia duo. Verùm priora duo cum nullas habeant rimas aut ſciſſuras, hæc habẽt per longitudinem inſtar ſtriarum in caulibus herbarum. Horum alterum in agro quodam repertum eſt, ita prominens, vt palum eſſe ruſtici exiſtimarent. Horum etiam vi medica multi à febribus liberati ſunt. Quòd priora minùs dura fuerint, cauſam ar aitror, quoniam alterum eorum in aqua tanto tempore latuerit, alterũ verò ſub terra vix bene abſconditum. Vidi poſtea quintum ſimile primo, nullum ex eis directum ſed omnia curua, quædam ad ſemicirculum ferè. Hactenus Schnebergerus meus qui hoc etiam addit plurima huiuſmodi inueniri in Polonia, & idcirco ferè contemni. Reperta ſunt autem apud nos quoq;, in Heluetijs dico, mea memoria aliquot huiuſmodi cornua: vnum in Arula fluuio iuxta Brugam oppidum: alterum ſuperiore anno Baſileæ in Birſa flumine, quod ipſe vidi, ſed fractum, ſicuti etiam tertiũ apud illuſtrem Cimbrorum comitem Guilielmum Vuernerum in arce prope Roteuillam, qui magno fragmento me donauit: quod quia iam diu nõ reperio, furto mihi ſubtractum ſuſpicor. ſed aliud mediocre à chirurgo & tonſore Baſilienſi, qui in Birſa dũ piſcatur, reperit, accepi. In torrentibus quidem & fluuijs ſingula reperiri minus eſt mirum, vbi multo tempore partes ſeparatæ aquarũ vi in loca diuerſa rapiuntur. An verò in terra etiam ſemper ſingula reperiantur, conſiderandum eſt diligentiùs: & quærendũ an de eodem animali ſit cornu illud maximum, quod ſingulare in templo maiori Argentinæ ad columnam plurimis, vt apparet, annis iam pependit, videtur enim eadem planè magnitudo craſſitudo, & figura, qua Schnebergerus ſua deſcripſit, id ſuperius poſt Boues feros exhibuimus. Cornua ſingula veteres Monoceroti tantùm tribuerunt, quẽ alij alijs nominibus appellarũt, vt dictum eſt, & præterea Orygi (feræ noſtro ſeculo ignotæ ni fallor,) quem Ariſtoteles & Plinius vnicornem faciunt. Aelianus quadricornem: Oppianus non exprimit, videtur tamẽ bicornem facere. Symeon Sethi Capream etiam quæ Moſchum gerit, monoceratem eſſe ſcribit, &c. Recentiores quidã (vt Scaliger repetit) in Aethiopia alicubi Bobus vnicum è fronte media cornu prodire tradunt, pedali maius, curuitate ſupina, cuſpide retrorſum deuexa: eoſdemq; pilo ruffo veſtiri. Vnde nõ omnium vnicornium cornu rectum eſſe colligimus. Sed cur in Polonia frequentius huiuſmodi cornua reperiũtur quàm alibi? an inde ſuſpicabimur, Vrorum quorundam ea fuiſſe? qui vt hodieq; in Sarmatiæ ſyluis ſunt, ita olim nimirum longè plures fuerunt: & cum in maioribus magisq; deſertis ſyluis viuerent, nec tam aſſiduis venationibus occiderentur, corum aliquos ad grandæuam ætatem maioribus ſubinde cornibus inſignem peruenire: veriſimile eſt. Nos hæc alijs conſideranda proponimus. Pharmacopolæ nuſquam opinor veri Monocerotis cornua habẽt: ſed alij adulteratum quippiam, alij cornu illius maximi & ignoti, de quo diximus, fragmenta & non ſolum de cornu, ſed etiam de oſſibus capitis: quorum nõnulla temporis longinquitate ita affecta ſunt, vt triplicem in eis ſubſtantiã deprehendas, ſuo quanq; interſtitio diremptam, vnam ferè corneam, & pallidam, alterã albiorem, melioremq;: tertiam, lapideam, candidiſſimam. Audio & ex nouis inſulis Monocerotis nomine cornu adferri, contra venena laudatum: quod quale ſit nondum reſciui, quærendũ autem an ſit Rhinocerotis nam & veteres & recentiores quidam hunc cũ Monocerote confundunt. Vires quidẽ vtriuſq; cornibus propè eaſdẽ eſſe conijcio. Rupicapræ genus vnicorne, Polonice Skalna koza, quaſi rupea capra, inuenitur in monte Carpatho, & ſæpe ex venatione Cracouiam in aulã adfertur: vt retulit Albertus Moſcenius Polonus, eximiæ doctrinæ iuuenis, ipſum ſe non ſemel vidiſſe afferens.

DE MOSCHI CAPREOLO.

Hæc icon ab Antonio Muſa Braſauolo ad nos miſſa eſt, tanquam animantis è quo moſchus habetur.

A. B.

MOSCHOS vel muſcus, vt vulgò vocant, odor omniũ ſuauiſſimus, ex tumore quodã circa vmbilicum animantis cuiuſdam peregrinæ emanat, hanc veteres Græci Latiniq; ignorarunt: deſcripſerũt autem Arabicæ linguæ medici primum: nam recentiores Græci, vt Actius & Paulus Aegineta, quamuis meminerint, videntur tamen ex Arabum libris tranſcripſiſſe. In eius deſcriptione variant ſcriptores: ſed plures vetuſtioresq; & fide digniores ſunt, qui dorcadis, id eſt capreæ huic capreoli genus faciũt hoc animal: vt ex verbis ſingulorũ iam recitandis apparebit. Capreæ peregrinæ, figura, colore, cornibus, (magnitudine, Iſidorus & Albertus,) ab alijs nõ diſſident: ſed dentibus tantũ caninis diſcrepãt, quos binos & verriũ more exertos palmi longitudine gerũt, Serapio. Duos dentes albos habẽt, interò reflexos tanquã duo cornua, Auicenna, Serapionis tamẽ interpres albos valde & rectos eſſe ait. Plateariũ erraſſe puto, qui albos nõ dentes, ſed pilos eis tribuit, de quorũ colore inferius dicetur. Eſt hoc animal capreæ ſimile, vnico armatũ cornu, pregrandi corpore, Symeon Sethi, cuius plura de hoc animali & ipſo moſcho verba inferius recenſebo: Quæ tamen Ruellius in volumine de plantis Actio attribuit, & ſimiliter Matthæolus in cõmentarijs in Dioſcoridem. Hermolaus etiã moſchum ab Actio deſcribi ait, apud quẽ ego nihil tale inuenio. Braſauolus etiã & Monachi Meſuen interpreti, nominari quidẽ aliquando ab Actio & Aegineta moſchum aiunt, deſcribi verò nuſquã. Quamobrem aut memoria

morla lapſi ſunt illi, qui ab Aëtio deſcriptum aiunt: aut potius Symeonis Sethi librum Aëtij authoris eſſe crediderunt. Ego prorſus Symeonis non Aëtij eſſe contenderim. Sed quiſquis fuerit, erraſſe in eo mihi videtur, quod vnicornem hanc animantem facit, vt & Græcè legitur, & Gyraldus, Ruellius ac Matthæolus tranſtulerunt. Quod ſi error eſt, vt puto, cum aliorum nemo id ſcripſerit, ne oculati quidem authores: inde forſitan natus fuerit, quod Auicenna, vt retuli, dentes huic capreæ intrò reflexos tanquã duo cornua eſſe ſcribit, quæ verba vel ab interprete vel à librario peruerti potuerunt. Gazelus moſchi habet duo cornua erecta verſus altum, Elluchaſem. Sed neque maximum hoc animal eſſe, præter Symeonem, quiſquam ſcripſit: vt hic quoque erroris ſuſpicio ſit, & pro μεγίστου ἐμοιου ἔλαφοειδοῦς, legendum μαλιστα ἐμοιον ἐλαφοειδοῦς, hoc eſt maximè ſimile capreæ: huic enim tum aliâs tum magnitudine par aut proximum eſſe alij authores teſtantur. Moſchi animal mortuum vidi Mediolani, magnitudine, forma ac pilo, niſi quod coloris eſt magis glauci, capreolo ſimile, pilus tamen etiam craſſior eſt pilo capreoli. Supra binos, & totidem infra dentes habet, hocq; ſolo differt & odore à capreolo: nam pili varietas à regione ortum habere poſſet, Cardanus. Gazellæ (id eſt capreæ) moſchi, capreolis ſimiles, graciliores, minores, elegantiores, ex Aegypto aduehuntur, Authoris nomen excidit. Dorcas peregrina colore ceruo ſimilis eſt, dorcade aut capreolo paulò maior: & nonnunquam æqualis, figura quoq; ſimilis, & vnguibus itidem multifidis, (bifidis,) Braſauolus ἀνεπόπτης. Rarò viuæ capiuntur, tantæ velocitatis ſunt: verum aliæ ſimiles gazellæ dictæ viuæ capiuntur, quæ moſchum nullum adferunt, Alex. Benedictus. Voluerunt nonnulli animal moſchi diuerſum à gazella eſſe: ſed nos illis credimus qui ex peregrinis regionibus profecti gazellam appellari dicunt, Braſauolus. Animal ex quo moſchus colligitur, catti (librarij forte error eſt, & legendum capreoli) magnitudinem habet, pilis groſſis vt ceruus, pedibus quoq; vngulatis: dentes ei quatuor, bini ſupra & totidem infra, longitudine trium digitorum: reperitur circa prouinciam Cathai, & regnũ Cerguth, quod Magno Cham Tartarorum regi ſubijcitur: moſchus quidem illinc aductus omnium præſtantiſſimus eſt, Pau. Venet. Antonius Stuppa Ananæ vidit animal moſchi magnitudine & figura agni ſemeſtris, colore griſei cati, capite canino, cauda cati, pedibus agninis, nullis cornibus. Verum hæc deſcriptio capreolo moſchi conuenire mihi non videtur. Odoratiſſimum moſchum Venetijs vidi, ſubnigrum: quem mercator quidã habebat, ex prouincia Cathai ſe attuliſſe aſſerens, iter non ineptum ſibi fingens per mare Euxinum, Colchidem, Iberiam & Albaniam, vſq; ad ingreſſum Scythiæ: eſt enim regio Cathai, Scythiæ extra Imaum pars. Nec mirum videatur: quoniã eo in loco regio eſt à Ptolemæo vndecima Aſiæ tabula Randamarcoſtra nuncupata, in qua nardus abundat, & quam Sotus fluuius alluit. Incolæ regionẽ, vbi optimus moſchus naſcitur, Ergimul vocitant: particularem vero vrbem, Singui, Braſauol. Idẽ in Aegypto & pluribus Africæ locis hoc animantis genus reperiri ſcribit. In Thebeth ſunt multę ciuitates: ſed moſchus omnis qui circa ea loca colligitur, auehitur à ciuitate, quæ priuatim totius regionis nomine Thebeth nominatur, Serapio. In regione Tebeth inueniuntur multa animantia quæ muſchum producunt, quæ gadderi vocantur. Venantur ea canibus, abundantq; muſcho;

muſcho, Paul. Venet. Abundant etiam hæc animalia in prouincia Canicla, Idem. In Syria quandoque à noſtris viſuntur, Alex. Benedict. Vide etiam in c. infra, quibus ex locis aduehatur moſchus. Moſchus odoramentum ſanies galeæ (*gazellæ*) inter inguina concreta, quam potius algaliam (de qua plura vide infra in fele zibethi poſt pantheram: & mox in præſentis animalis hiſtoria cap. 5.) dicimus quàm moſchum. Moſchus vero compoſitio ex multis potius quàm naturalis res eſt, cui baſis animalis cuiuſdam depſico, id eſt cuniculo ſimilis, ſanguis eſt, qui ex India præcipuè Pegu prouincia ad nos tanquam pretioſiſſimus odor affertur, Rodericus Luſitanus tine authore. Muſcum, qui & nunc in delicatiorem vſum venit, ab Hieronymo dici quandoque peregrinum murem ſunt qui opinentur, Cæl. Muſcus & œnanthe & peregrini muris pellicula, Hieronymus ad Demetriadem: quis autem ſit peregrinus mus odorata celebratus pellicula, non video, niſi quis animal hoc intelligat, ex quo zibethum excipitur, (&c. Vide mox poſt pantheræ hiſtoriam.) Muſcus quidem Hieronymo aliud non eſt quàm bryon, id eſt muſcus arborum odoratus, (cuius Dioſcorides & Plin. meminêre.) Nam & Plinius eadem ferè mentione de bryo & œnanthe diſputat, Hermolaus. Sed Hieronymus forte per muris peregrini pelliculam, folliculum animalis moſchi intellexit: nam in eo adhuc piloſo moſchus includi aſſertíq; ſolet, vt forte muris genus eſſe putârit nominis vicinitate deceptus. Mus muſcos ex Aethiopia Arabiaq; venit, Volater.

Principes & alij quidam prædiuites viri hoc genus capreolos ex peregrino orbe aduectos in deliti's habent, alunt̃q;, in Italia præſertim. Venetijs mercatores vidimus, qui Alphonſo duci Ferrariæ gezellam vendere cupiebant. moſchum in folliculo habentem, Braſauolus. Audio ibidem Caharinum Zenum patritium Venetum huius generis dorcadem habuiſſe, & reliquiſſe ante paucos annos hæredibus ſuis.

Hanc feram, dorcadem capreámue aut gazellam Indicam, peregrinam vel Orientalem appelles, aut dorcadem moſchi. vel ſimpliciter animal moſchi, parum intereſt. Iſidorus & Albertus neſcio qua ratione muſquelibet nominant. Moſchon Græci ſcribunt, μόσχον: Arabes meſch vel miſch, vel almiſch. Germani *biſem*, & animal ipſum periphraſticè *biſemthier*: cæteræ gentes, Italica, Gallica, Hiſpanica, *muſci* vel *muſchi* nomen à recentioribus Latinis vſurpatum retinuerunt. Italicè dici poteſt *capriolo del muſco*, Gallicè *cheureul du muſc*. Syluaticus & alius quidam moſcum Græcè *abonaſa* vel *aboaniſa* dici, ſtultiſſimè ſcripſerunt: cum hoc anthoris nomen ſit cuius de moſcho verba Serapio recitat. Itali *muſcum* & *muſcatum* dicunt, vulgò *muſchio*. Angli *muſke*: & animal *muſke* catte, id eſt moſchi felem, quod nomen zibethi animali potius conueniret. Illyrici *pizmo*, vt Germani *biſem*: quæ vox origine Hebraica mihi videtur: nam Regum 3. 10. בשם *boſem* exponitur aroma, ſuauis odor. In trilingui dictionario Munſteri, pro Aromate ſcribitur etiam בושם *boſem*, & בסם *beſam*.

C.

Capræ peregrinæ agiles valde ſunt, & velociſſimè currunt, Braſauolus. Tantæ velocitatis vt rarò viuæ capiantur, Alex. Benedictus. Herbis odoratis paſcuntur, vnde etiam moſcho, id eſt ſanguinis vmbilicum collectioni odor conciliatur, ex nardo præcipuè, vt dicam in c. Moſchus omnis funditur ab vmbilico dorcadis peregrinæ quæ cum ruit in Venerem quaſi furijs ſtimulata (σίφουαται. Gyraldus ſimpliciter vertit, cum ſtimulatur exagitaturque. Παῶν ἐμὴ ἐσθυπαγχνὶ, ἢ ἔρωτι τυχὸν, ἢ μανίαις, ἢ θυμῷ, οἷς ἂν λέγεται, Varinus:) eius intumeſcit vmbilicus in quem craſſarum ſanguis partium confluit: tumq; animal ipſum pabulo & potu abſtinet, humique volutatur: tum demum (hac verſatione vmbilicum feculento ſanguine turgentem exprimit, Ruellius) proijcit vmbilicum ſanguine plenum turbulento, qui certo quodam tempore coagulatur, bonumq; odorem obtinet, Symeon Sethi, vt Gyraldus ferè & Ruellius transferunt. Folliculus quo continetur muſcus, eſt vmbilicus animalis, ſiue circa vmbilicum veſica, plena ſanguinis, quæ aliquandiu ſeruata in muſcum tranſit, Elluchaſem. Cardanus hanc veſicam infra vmbilicum eſſe ſcribit: Paulus Venetus iuxta vmbilicum inter cutem & carnem: Iſidorus in loguine abſceſſum. Dorcadi peregrinæ quidam veluti abſceſſus innaſcitur folliculi modo, cum pilis ceruinis ſimilibus pendens, putri veluti ſanguine, vectigali ceu onere, exonerante ſeſe natura, Alex. Benedictus. Hunc vel per vim auferunt venatores capreis quouis modo captis aut interemptis, plerunque immaturum, idecq; minus laudabilem, vt pluribus in c. referam: vel ſponte ab ipſis emiſſum maturumque in locis deſertis colligunt, vt iam ex Serapione recitabo. In ſylueſtribus (inquit) capreis, quæ in montibus oberrant, & liberè vagantur, concepta ſanies, antequam vomica rumpatur, ſuapte natura ad maturationem ſpectat: ad quam cum ventum fuerit, fera titillantis humoris lancinatu noxio (valde pruriente) laceſſita, cotibus & ſaxis (arboribus, Iſidorus) ſeſe longo inſolatu candentibus affricat magno oblectamento, donec facto vomicæ emiſſario, tota ſaniei vis à ventriculo (folliculo) ſupra lapides effundatur: non aliter quàm abſceſſus pure cocto fractus diſſilit, ita vtriculus maturo humore per naturam exaniat (emittit ſaniem,) vlcusque poſtmodum ducit cicatricem, rurſumque ruens ſanguinis impetus cò ſe recipit, impletque vmbilicum, dum abſcedens in conſimilem vomicam extuberet. (Quotannis hoc fieri Ruellius ſcribit, ſed ſine authore.) Caterum indigenæ, qui loca vbi verſantur huiuſmodi feræ ad vnguem norunt, ſaxa facile deprehendunt, quibus ſuſa coitionies & candenti Sole reſiccata cohæſit. (Solis enim calor ac repercuſſus non modo denſat effuſum cruorem, ſed odorem etiam commendat.) Hunc igitur moſchum incolæ metunt, & vtriculis feratum earum aſſeruant, quas venatu captauerant. Ille moſchus multi vænit, ac inter magnifica & regia munera cenſetur, Hucuſque Serapio paraphraſte Ruellio. Si folliculus ab animali dematur, ad moſchum progignendum deinceps aptum non eſt. At ſi ſponte ſua exeat, in maturitate confricando, tunc iterum atque ſæpius moſchum facit. Eiuſmodi animalia moſchum quidem maturant apud nos, ſi habuerint quando conuehuntur: quod ratione cœli, aëris & earum rerum quibus viuit, euenire arbitror. Videtur tanè excrementitio iſto humore hoc animal ſecundum naturam purgari, ſicut multa ſanguinis menſtrui fluxu: neque diu viuere poſſe, niſi ita expurgetur. Propterea in noſtro cœlo breui expirat, Braſauolus. Omnis caro huius animalis & excrementum dicitur muſcus, ſed multò præſtantior eſt qui ab apoſtemate fluit, Iſidorus & Albertus: totum quidem animal, vt ita dicam, veſicæ illius beneficio odoratum eſt.

D.

Exemptis dentibus longioribus manſuescunt, Alex. Benedictus.

E.

Venantur eas canibus in prouincia Tebeth, Paul. Venet. Morſu in perſequentes ſæuiunt, Alexander Benedictus. Laqueo aut ſagittis eas barbari venantur, tantæ velocitatis vt rarò vinæ capiantur, Idem. Venatores hanc feram caſſibus aut laqueis captant: aut ſagittis vel miſſilibus vomicæ folliculum decutiunt, Ruellius ex Serapione, ſed ineptè: neque enim folliculos miſſilibus amputari ſentit Serapio: ſed feræ quouis modo iam captæ folliculum quamuis immaturum ab eis abſcindi. Moſchus omnem rem ad hanc vſque diem cognitam magnitudine & ſuauitate odoris vincit & exuperat, Cardanus. Propter veſicam quæ moſchum infra vmbilicum continet, totum animal quantum mirrat iucundi odoris, vix dicere queam: tametſi id quod vidi iampridem mortuum erat: ſed & folliculo illo per multos annos arcis indito, omnes quæ intus veſtes ſeruantur, miro odore fragrant, Cardan. In maximo hodie luxu eſt moſchi vſus, circa veſtes eius odore imbuendas, & ſuffitus, & orbiculos ad preculas numerandas: ad pilas, quas argento autóue includunt paulò ditiores, qui vel amant, vel aliter molles ac delicati ſunt, vel ſuas oſtentare opes volunt, vel vt aërem inſalubrem aut fœtidum caueant, vel ſuos animæ aut aliunde graues halitus emendent, vel denique aduerſus morbos quoſdam præſertim cerebri frigidi & humidi. Hoc matronæ pertranſeuntes procos ad Venerem inuitant: exotici vnguenti vicem reginis reddit. Animalis vitium ſeculo noſtro placet, & in vitium vertitur. Veneris matronis non placet, quibus nec zibethi ſordes, Alex. Benedictus. Qui geſtat, in ſe non ſentit, Idem. Succinum orientale (ambra) conſuetudine odoris ſui gratiam acquirit, cum ziberhum & muſcus faſtidium pariant, Idem. Aëtius 16. 133. ſuffumigio moſchato ſcrupulos quatuor moſchi admiſcet: eundem ſequentibus etiam aliquot ſuffumigijs, & alijs, & regijs, & in eccleſia receptis admiſcet: vt Nicolaus Myrepſus quoque, quem Leon. Fuchſius nuper nobis Latinum dedit, in capite de ſuffimentis. Sed ex Aëtio vnum adſcribam, è capite 134. Suffumigij regij confectio: Styracis calamitæ libram i. ligni aloës vnc. vi. ambræ vnc. i. moſchi ſcrup. iiij miſce. Alij ligni aloës vncias iiij cæteris admiſcent, addunt́q; ſuccí roſarum quod ſufficit. Huic ſimile eſt ſuffimentum Nicolai Myrepſi, numero tertium, quod ad ſyncopem & imbecillitatem cordis inſcribitur: & aliptæ moſchatæ compoſitio hodiéq; in vſu: item galliæ muſcatæ apud Meſuen inter trochiſcos: vbi & galliæ alephanginæ, & ſebelliæ, & magnæ ſiue regalis, moſchum admiſcet. Nonnulli galliam ſimplici ſcribunt, alij algaliam (vide plura in ſcle zibethi de algalia.) Harum compoſitiones aliquot Serapio etiam præſcribit, & Auiceona. Cyphi (vox eſt Hebraicæ originis ab vrendo, id eſt ſuffiendo vel adolendo dicta) compoſitionem, veteres ſine moſcho parabant, recentiores, (vt Nicol. Myrepſus) addiderunt: hinc voce corrupta Cyprias auiculas aliqui dixerunt, vulgatem ad ſuffimenta compoſitionem, quam aliqui pharmacopolæ auicularum forma, alij aliter effingunt. Aquis odoriferis, quæ in chymiſtarum fornacibus, aut balneo Mariæ, vt vocant, parari ſolent, vt & aquæ roſaceæ ſimplici, pro ditioribus nonnihil moſchi & camphoræ quidam adijciunt, &c. Huiuſmodi ſanè aliquot egregios liquores deſcribit Andreas Furnerius libri Gallicè editi de humanæ naturæ deſeratione, parte ſecunda, quæ eſt de ornatu muliebri: vbi & ſmegmatis ſiue ſaponis moſchati compoſitionem docet, & oleorum quorundam moſchatorum. Aëtius 16. 116. & deinceps vnguenta quædam ſine olea moſchata, id eſt moſchum odoramentum recipientia deſcribit. Eodem capite 116. orbiculos rotundos odoratos qui & alia quædam odorata & moſchum accipiunt, parate docet: ac eoldem acu perforatos traiecto funiculo collo necti ſcribit. Oleum moſchatum Nic. Myrepſus Μοσχοτον ἔλαιον vocat. Oleum muſcelinum, quod & alijs quibuſdam odoratis & moſcho mixtis conficitur, in veteri editione Nicolai reperio, & in tranſlatione quam Nic. Alexandrini nomine Nicolaus Regienſis edidit. Moſchus, galia, & ſimilia, non debent decoqui cum alijs medicamentis: ſed cum exigua parte decocti miſceri, & ſic reliquis affundi. Aliqui moſchum in lana xylina ponunt in aliquo vaſe, & colo infuſam decoctionem paulatim ſic per lanam tranſmittunt, Monachi in Meſuen. Sed neq; conteri debet moſchus, verum in liquore roſaceo alióue diſſolutus cæteris medicamentis miſceri, vel alia quadam artificioſa ratione, Idem. Seruari poteſt moſchus in vaſe vitreo, denſo, ac diligenter oblito cera: vel potius in vaſe plumbeo (quod & Alexan. Benedictus ſcribit) vt frigida & humida huius metalli qualitate melius ſeruetur. Quòd in alio vaſe fuerit, apponantur duo vel tria plumbi fruſtra, vt melius conſeruetur. Cauendum eſt autem ne quid aromaticum addatur, ſic enim ſuum odorem amitteret. Quem ſi amiſerit, in olla (vate vitreo aperto, Syluius) ore aperto ſuſpendatur in cloaca, & recuperabit eum. Platearius. Odoris amiſſi vim in fœtoribus & latrinis (lacunis & ſtercoribus, Albertus,) recuperat: contra fœtorem eluctatur, & ſic quaſi lucrando reuiuiſcit, Iſidor.

Pilæ moſchi odore, quarum ſupra mentionem feci, quæ tempore peſtilenti præcipuè parantur, quo pacto componi debeant, plerique medici recentiores, quorum de peſte ſcripta exant, præſcribere ſolent. Eſt & compoſitio vna apud Alexandrum Bened. cum pro confirmandis ijs qui animi deliquium patiuntur, ſi bene memini.

Iecore hœdino arefacto moſchus adulteratur, Alex Benedictus: Radice dicta *makir* & herba *ſabah* trita, Ellubaſem. Facillimè adulteratur: vnde ſæpe ſtercus murium, & alia diuerſa pro muſco venduntur. Folliculis quidem integris non ſtatim adhibenda fides: quoniam non deſunt impoſtores, qui eos effingunt ſimillimos, & varijs rebus impletos, vero moſco interponunt, donec eius odorem recipiant: atque ſic mulierculis & viris etiam imperitis vendunt, Monachi in Meſuen. Adulteratur etiam cuiuſdam ſuis ſimo, Alex. Benedictus. Adulteratur moſchus & præcipuè niger, & niger ad ſubrufum colorem accedens, admixto pauco ſanguine hircino modicè aſſo, vel pane aſſo: ita vt tres vel quatuor partes ex iſtis contritis ad vnam moſchi admiceantur: & vix dignoſcitur: ſed panis aſſus, nimium friabilem reddit moſchum. Sanguis verò hircinus cum frangitur lucidus eſt, & clarus intectus. Quandoque venditur cum ipſis pelliculis, & adulteratur ſimiliter, vt iam dictum eſt. Inciſis enim pelliculis Saraceni verum moſchum auferunt, & infarctas adulterato rurſus ita conglutinant, vt non deprehendantur. Sed moſchus adulteratus cum pelle, duplus eſt pondere ſi ſyncero conferas Platearius. Moſchus fictitius à quibuſdam hoc modo fit: Nucis moſchatæ, macis, cinnamomi, caryo-

(h) dorum,

phyllorum, ſpicæ nardi, ſingulorum pugillus vnus: trita omnia diligentiſſimè & cribro excreta, cum ſanguine columbæ recenti ſubiguntur, & ad Solem ſiccantur: mox trita aqua roſacea moſchata irrigantur, ſepties: ita vt ſemper irrigata denuo ſiccescæteras. Tandem tertiam vel quartam partem veri moſchi contriti admiſcent, & rurſus aquam roſaceam moſchatam inſpergunt, & in aliquot partes diuiſam maſſam (ſi rectè lego) pilis minutis albis capreoli vel hœdi ſub cauda inuoluunt, & in vaſe vitreo reponunt, Authoris nomen excidit: videor autem mihi in manuſcripto cuiuſdam empirici libello reperiſſe, & ſequentem quoque compoſitionem, quę huiuſmodi eſt. Benzoinum, cera candida noui examinis, caries fraxini arboris, & moſchus miſcentur: eſt autem ambra factitia, moſchum vel zibethum redolens. Aliter, Styracem, ladanum & ſcobem ligni aloës miſcent: debet autem vtrumque compoſitionem moſchus vel zibethum addi, atque omnia cum aqua roſacea commiſceri: ſed facile fraus deprehenditur: nam naturalia non ita celeriter vt factitia aquis molleſcit, & ab eadem odore coloreq; differt. Cætera ſigna moſchum dignoſcendi ſyncerum eligendiq; præſtantiorem, ſequenti capite referam. Audio à quibuſdam augeri moſchum admixto ſemine herbæ, quam noſtri aquilegiam, Galli angelicam vocant: quod etiam ſe deprehendiſſe amicus quidam mihi retulit, cum moſcho in aqua (roſacea) reſoluto, verum ſupernatare animadverteret, & quod ex feminibus acceſſerat ſubſidere. Sed impoſtor ille rem forte non intelexit. Siquidem herba quam Galli angelicam vocant, vndiquaq; innotora eſt. Germanis verò dicta angelica (eruditi quidam latere Gallicum interpretantur) radice præſertim, moſchi odorem præſentare ſæpenumero mihi viſa eſt, tum aliàs, tum pauca eius quantitate medicamentis compoſitis adiecta. Moſchus odore in humido craſſo perennante, vitaciſſimus eſt, Syluius. Vncia ſenis aureis emitur, Alexander Bened.ctus. Muſcus efficitur horribilis odoris, vicinitate aſſæ fœtidæ vel caſtorei, Arnold. in Antidot.

G.

Moſchus in Perſas primum, inde in Amanum invehitur, & in Aegyptum exinde: cum folliculis ſuis etiamnum à Venetis in calicibus venundatur, qui etiam in pretio ſunt, Alex. Benedictus. Indicus eſt melior Afro: ſubflauus etiam nigricanti præfertur: quanquam ex Catay præſtantiſſimus hodie habetur, idemque niger, Syluius. Vide ſupra in A. Moſchus (inquit Platearius) omnino niger non probatur: præfertur illi ſubniger. Alius eſt ſubruffus, omnino accedens ad colorem ſpicæ nardi, qui maximè laudatur. Huiuſcemodi quidam haberi aiunt ex capreis quæ ſpicam nardi depaſcuntur. Quare eligendus eſt ſubruffus, qui quidem vix adulterari poteſt: & ſaporis amari, qui guſtatus ſtatim odore ſuo cerebrum feriat: qui neque ſtatim ſoluitur, nec admodum reſiſtit: & qui non omnino clarus (ſplendidus) ſit intrinſecus: grana latiuſcula, & per totum æqualia, xyloceratij inſtar, optima iudicantur. Quod ad regionem moſchum præferunt Antebium, vel Alciltion, (Belluacenſis legit Scinium, à Sceni regione fortaſſis) deinde Iurgium, poſtremo Indum marinum, Auicenna. Folliculi continentes moſchum Cubit ſunt ſubtili ex veſicula & moſcho. Gergeri folliculi ſunt his contrarij: qui moſchus minus ſubtilis, minusq; aromaticus eſt. Sed moſchus Charem medio inter prædictos loco eſt: quo cum ſcobs argenti & plumbi miſcetur, vt augeatur pondus. Moſchus Salmindi deterior eſt, quia folliculo ſuo exemptus in vaſe vitreo ſeruatur, Elluchaſem in Tacuinis. Sunt qui Tumbaſcinum anteponent (inquit Serapio) odorisque præſtantiam caprearum pabulo ferant acceptam, quæ nardo ſuibi peſcantur copioſa, cæteriſque odoratiſſimis herbis. In Senitarum quidem agro capreæ herbas odoratas paſcuntur, ſed odoribus impares. Aliam quoque metendi rationem cauſantur Tumbaſcini: hanc ſaniem vomicæ folliculo non eruunt, & blandiente cœli ſerenitate merum legunt. Senici verò vomicæ ventriculum exprimunt, & excluſa ſanie adulterina permiſcent, nubilo parumque arridente cœlo, & vaſis vitreis recondunt, obturantq;: deinde mittunt in regiones Sataceuorum & in Hamen (Amanum, Alex. Benedictus,) & Perſida, & Haharac, aliasq; regiones Babyloniæ, (& in Aegyptum, Alex. Benedictus:) ac ſi Tumbaſcinus eſſet, Hæc Serapio. Præfertur moſchus dorcadis, quæ depaſcitur vtrunque beeu & ſpicam, & almaru. Auicenna. Quum hæc animalia procul à mari verſus deſertum paſcuntur ſpica, moſchus ipſorum erit ſuauior: cum verò prope mare ſunt, paſcuntur myrrha, Elluchaſem. Melior moſchus fit in vrbe quadam quæ multò magis orientalis eſt quàm Choraſe, quæ dicta eſt Tupara (Τυπάρα, Ruellius prima ſyllaba omiſſa Pat tranſtulit: eandem Serapio Tumbaſci nominat.) Colore quidem hic moſchus ſubflauidus eſt: huic bonitate cedit qui ab India defertur, colore in nigritiam vergente: hoc etiam imbecillior ſeu deterior eſt qui ex Sinis (alias Dinis, ἀπὸ Σίνων: ex Senitarum agro, Ruellius: hanc regionem Seni vocat Serapio) habetur, Symeon Sethi. Quod ad colorem & odorem, pomalis (pomi odore forſan) citrinus laudatur, Auicenna. Citrinum Auicenna præfert, qualem nos nunquam vidimus: nam noſter ferrugineus eſt, Braſauolus & Syluius. Muſcus ferrugineus ferè eſt noſter, non, quem Auicenna probat, citrinus, Alexandrinum vocans: eſt odore in opum Cyrenaicum inclinante, ſed valentiore, præter ſummam aliam in eo fragrantiam: glebulis exiguis conſtat, Syluius. Syncerus niger eſt: conglobatus melior: ſolitudinis odorem habet, aut anguium quorundam ſtato tempore, aut cuiuſdam auis ſimi quo adulteratur: ex quo plus eſt, acrius nares ferit, Alex. Benedictus: lego, & quo propius eſt, acrius (id eſt minus grato odore) nares ferit: nam de zibetho quoque ſic ſcribit, Ex proximo nares acrius ferit, & ex quo plus eſt, (lego, & quo propius eſt:) muſco tamen charius comparatur: quoniam odorem qui gerit ipſe non ſentit. Sed hoc idem de muſco quoq; ſcripſerat, odorem eius ab eo qui gerit non ſentiri. Venatores in regionibus Beteth (Tebeth) & Seni, plerunque capreis quas vel ſagittis interemerint, vel aliter ceperint, folliculum adhuc immaturum abſcindunt: qui moſchus pręcox tetro & inluaui odore diſplicet. Verum tantiſper libero aëre ſuſpendunt: dum abacto prorſus fœtore maturuerit: is hac concoctione perfecta miram ſibi conciliat ſuauitatem. Simile quippiam in arborum fructibus fieri conſueuit, qui præcoces decerpti, tandem exuta acerbitate, & dulces & ſuaueolentes euadunt. Sed præferri debet moſchus ille, qui in folliculo ſuo matureſcit, antequam reſcindatur ab animali, Serapio. Folliculus moſchi antequam maturuerit, graue olet. Venetijs odorati volui adhærentem adhuc animali: is omnino grauem odorem habebat, quia nondum ad maturitatem peruenerat. Quod ſi accidat ab animali auferri antequam abſceſſus concoctus ſit, concoquitur quidem, ſed ineptius olet, Braſauolus. Perfectus moſchus non multus ad nos adfertur, ſed folliculi ſolum vi ab animali abrepti, ex regionibus orientem & occidentem verſus ad nos comportantur:

tantur: perfectior est ex oriente allatus, ijs præcipue locis vbi nardus & cedoratæ herbæ nascuntur, Brasauolus. An mus ichus legitimus & non adulteratus sit, quidam hoc modo probant. Ponderatum in peluim aut mortarium madens humectusque deponunt, tum post aliquantulum iterum ponderant: si superat, tum non adulteratum putant: si verò non, suppositium illegitimumque iudicant. Symeon Sethi Gyraldo interprete. Græcè sic legitur, Ἐὰν καθυγρανθεὶς μόσχος λειχανηρᾷ πρὸ τοῦ ἐπιβαλεῖν αὐτὸν, εἶτα πάλιν ἐπιβαλὼν, ἐὰν μὲν τῷ πρώτῳ ὑπερέχῃ (lego ὑπερέχῃ) ἀνεκδότως αὐτὸν ἐπιγινώσκειν φασὶ μὴ νενοθεῦσθαι. Ruellius vertit, In peluim humore perfusam posit examinatum trutina pondus immittunt, postea rursum æqua lance ponderant. Quod si protinus ad stateram reductum superferatur, syncери experimentum putant: sin verò pensi cedat & pondere degrauetur, spurij indicium existimant. Hanc opinionem Sylulas quoque sequitur. Ego quod verba attinet, Gyraldo accesserim: ὑπερέχειν enim verbum significare videtur, pondere superare: vt ὑπερέχειν ponderare vel appendere sit, quemadmodum ἴσον. Quod ad rem ipsam, vter vetius transtulerit experimentum diuinibus reliquo. Mercatores quidam empturi moschum, naribus obturatis & respiratione cohibita ad medium iactum lapidis currunt, & inde attrahentes aërem ore, si moschi odorem sentiant, emunt probantq;, Platearius. De moscho adulterato pluribus egi in E.

Moschus est calidus & siccus, sed siccior quàm calidior secundum quosdam, & subtilis, Auicenna & alij. Cal. & sic in secundo gradu, Mesuë. Cal. & sic in fine secundi gradus, Auerrois. Calidus in secundo, siccus in tertio. Alhabihamen. Cal. & sic: in tertio, & tenuium partium. Symeon Sethi, Constantinus, Mesehalah. Calefacit moschus, idque in tertio, & introsumptus & applicetur quoque, nec non manifestè exiccat, Brasauol. Siccare quidem eum, etiam ex vehementia odoris colligitur: odor enim in ficco fundatur, Aristotele teste: sed eos multas partes humidas habere non reperimus: & humiditas eius valde exigua est, Idem. Conuenit senibus per hyemem, Constantin. Dissoluit & consumit, vi poræ cal. & sic. Platearius. Exigua eius portio magnæ est efficaciæ: quamobrem parce admodum medicamentis adjicitur, nec conteritur, sed dissoluitur in aqua rosarum, &c. (vt ex dixi.) Mesuë in Mesuen. Reprimitur calidinas eius cum camphora, & siccitas cum oleis humidis vt violaceo vel rotaceo. Dotin eius aliqui quatuor aut quinque ad summum grana faciunt. Theriaca est venenorum, & propriè nepelli, Auicen. Principalis est dignatio inter aromata. Constantin. Aromatico quidem odore tuo vires & spiritus corporis omnes corroborat: idque momento, propter partium eius tenuitatem, quæ tamen si illico penetret, durat tamen diutius, nec tam cito dissoluitur quàm alij odores. Confirmat imbecillis particulas, Symeon Seth. & alij. Spiritus instaurat: ob id compositionibus multis analepticis miscetur, Syl. Aëtius 12. 46. medicamento purganti ex hermodactylis moschum addit, restaurandi nimirum causa particulas vi pharmacorum debilitatas. Vtilis est illis qui lipothymiam, hoc est animi deliquium patiuntur, quique vires reiolutas habent, Symeon. Contra quamuis syncopen remedio est, Auerroes. Contra syncopen & totius corporis (contra syncopen & cordis, Isidor.) debilitatem, siue vitio capitis, siue hepatis, & contra stomachi dolorem, exhilarandi moschus simpliciter cum vino detur, vel diamargariton, vel plus sarcoticon, ad summum pondere quinque granorum, Platearius & Isidor. Cor & omnia viscera roborat, cataplasmatis instar impositus: membris omnibus, ipsis quoq; ossibus vires auget, vt recentiores quidam falsò ex Dioscoride citent, qui nullam vnquam moschi mentionem facit. Addunt ex eodem, inunctum capitis grauedinem pellere, vertiginem exundanti humore natam emendare, animum mutare, venerem stimulare. Cor & reliqua viscera roborat potus, aut adhibitus fotus, Aben Mesuai. Cordis robur & lætitiam promouet, insigni ad hoc ipsum facultate, Auicen. & Auerroes. Facit & ad cardiacos: ipsum enim cor confirmat & roborat, sed pallore corpus inficit, Symeon. Tremorem cordis sanat, Auicen. Cerebrum temperatum roborat, Auicen. Caput frigidum iuuat, calidum lædit, Symeon. Calidis natura dolorem capitis statim excitat: ad affectus verò frigidos in capite omnes perquam vtilis est, Rasis. Quibusdam malè olet: alijs caput frigidum iuuat, calidum ferit, & in eo epilepsiam excitat, Sy. Quibusdam ita ingratus est moschi odor, vt inde capitis dolorem incurrant, aut etiam morbum attonitum: & mulieres quædam vteri præfocationem. Brasauol. Et rursus, Suauitate illa odoris multorum capita aggrauantur, & replentur. Calfacit cerebrum & deficcat, quum fuit fternutationes cum eo, idemq; corroborat, Arabari & Metarugie. Sternutationes de moscho paralysin imitant, Constantin. Vtilis est lodæ, id est capitis dolori) veteri, quam nimia humiditas comitatur, Metarugie. Caput purgium ex moscho cum croco & pauca camphora, remedium est lodæ frigidæ: moschus etiam per se, propter vim resoluendi confirmandique, Auicen. Corporis stupefactioni & surditati medetur. Melancholicum (ex melancholia, Auicen.) abigit, Auerroes. Timorem melancholicum pellit, & animo lætificit, Constantin. Mouetur collyrijs & aridis medicamentis oculoribus: abstergit enim albuginem subtilem, & noxium humorem deijcit, & roborat oculos, Auicen. Hach'm eben Honain, Constantin. Aduersus nauseam medetur, & appetitum restituit, Rasis. Crassos intestinorum flatus resoluit, Auerrois. Contra suffocationem ex vtero subuenit, Auerrois. Contra cerebri (erratum videtur) & matricis præcipitationem, naribus applicetur: contra suffocationem autem matricis tollitur, Platearius. Quibusdam mulieribus vteri præfocationē offert, alijs in pessis contra hanc mirè prodest, Syl. Odore eius vterus mirè trahitur: propterea eius vsus in pessarijs maximus est, præsertim in vteri strangulatu, Brasauol. Vt menses educantur, & conceptus causa frigida impeditus prodeat, moschus cum cyphera magna supponitur. Passus etiam facit ex styrace calamita, ambra, & moscho non parum iuuat. Idem præstabit supposita lana xylina, oleo mutcelino madens, in quo resolutus fuerit moschus, Platearius. Est in moscho humiditas quædam, quæ coitum excitat, quòd ficum oleo cicino resolutos virgæ illinatur, coitum promouet, Medici Persidis. Siccitas eius coli, mingi, & mulieres in Venerem prouocat, Brasauol. Moschus coitum auget, Auerrois. Hanc ob causam aliqui in medicamentum diasatyrion moschum adijciunt. Si parum musci mandatur, fœtorem oris palliat, Platear. Placet ex eo in tragemate oris commendatio, Al. Bened. & Muscardinas vocant hodie pharmacopolæ sacchat aqua rosacea moschata irrigatum, & in minutorum seminum formam crispa superficie redactum: videtur autem præcipuè ad oris & halitus commendationem parari. In cibo facit (forte, pellit) ei fœtorem, Auicenna. Contra vitium axillarum, hircum vocant: Illinantur musco axillæ, & diligenter foueatur, bene palliat, Platearius.

H.

Moschus aromaticus nomen inuenit παρὰ τὸ μέσον χεῖσθαι, quòd è medio (vmbilico scilicet animalis) fundatur: vel à

vel à verbo μῶ, quod est quæro, quòd ab omnibus requiratur: vel ὄζω, hoc est, oleo, fit oschos, & μ. litera abundante moschos: vel à priuatione fœtoris, ἀπὸ τῆς στερήσεως τῆς ὀδμῆς: ὄζειν enim & bene & male olêre significat. (vt μ. litera priuationis loco forte præfixa sit) Etymolog. Moschi meminit & Phocion grammaticus recentior, Herm. Ego in solo Etymologico (cuius authorem non Phocionem sed Micholum quendam esse alicubi legi) moschi odoramenti mentionem reperio, nec apud alium quenquam grammaticorum. Moschum aliqui dictum putant, quia Græci animal hoc ex quo moschus colligitur, vitulorum colorem habere iudicarunt, quos μόσχους appellant. Alij inquiunt ita appellari quia Græci primos stolones moschos vocant: moschus autem odoratus, est tanquam in eo animante stolo: sed verisimilius est ab Arabica voce misch Græcos deflexisse, Brasauolus, cui & ipse facile accedo.

Et celebris suaui est vnguine muscus Arabs, Alciat. Sunt ex plantis quæ moschum olent. De angelica nostra in E superius dixi: de dorcadi de verò vel muscio, item muscillo vel dorcide herbis, & vua moschata, in historia Capter. Alfengemisch. est ocymum caryophyllatum, vel muscatum, vt aliqui putant: nam misch Arabicè moschus est. Monachi in Mesuen. Solanum, tum commune, tum vesicarium quoq;, ni fallor, sæpe mihi foliis suis moschum prorsus redolere visa sunt. Est & herbula quædam rara, nec vlli adhuc descripta, quam circa Basileam & Lausannam reperi, locis opacis & pinguibus. Vix vltra sesquipalmum assurgit, apij ferè foliis, tenera, flosculi parui & pallidi quaternis singuli foliolis, si rectè memini, summos coliculos coronant, mira proclus & peculiari ratione: sunt enim quaterni in circuitu laterum, in vertice vnus, omnes contigui: radix subest parua, alba, denticulata, similis illi quam in Hessia sanicolam albam vocant: sed hanc quoq; à nonnullis sic appellari audio. Superficies eius ipsissimum moschum olet, breui quidem & fugitiuo sed suauissimo odore. In summis etiam circa Seduum Helueticis alpibus, betbulam quandam breuissimam roseis vel purpureis floribus inueni, moschi vel stœchados potius aut styracis calamitæ odore: vt & satyrij genus digitatum, florum capitulo coloris rubri adusti & nigricantis (quamobrem incolæ *brendli* vocitant, hoc est adustam) quo nihil vnquam suauius mihi odoratus videor, & ea quidem grata quæ caput minime repleret. Rosa Damascena seu muscatella vulgò dicta inter syluestres annumerari potest: quam Auicenna Canone 2. ca. 514. Nesrin vel nesrin, vel neserin nominat, vt Bellunensis interpretatur, cuius hæc sunt verba: Nesrin est rosa odoris acuti, quæ vulgò in Hispania & Barbaria rosa muscata dicitur. Damasci rosa nesrin vel neserin, & est species rosæ syluestris. Simon Ianuensis etiam, & Pandectarius, neserin vel nesrum, autoritate Alhazi dicunt esse rosam syluestrem & albam, quæ in frutice spinoso vt satiua nascatur. Serapio nersin vocat, & ab aliquibus rosam syluestrem & rosam Seni nominari scribit, Monachi in Mes. Alibi etiam nesrin rosam paruam, syluestrem, albam interpretantur: cui Auicenna & Serapio eandem facultatem attribuant qua præditum est zambacum vel iesemimum, sed infirmiorem: vt in penuria olei zambacini, oleo de nesrin, id est rosis Damascenis vti liceat. Nersin, inquit Auicen. calidus & siccus est ordine tertio. Omnis species (pars) eius vim habet abstergendi & attenuandi, sed flos præcipuè. Neruis frigidis prodest. Vermes aurium occidit: & tinnitum earum tollit. Dentium dolorem mitigat. Syluestris in hoc genere fronti in capitis dolore illinitur. Prodest gutturis & tonsillarum abscessibus. Drachmæ quatuor inde potæ, de syluestri præcipuè, vomitum & singultum sistunt. Hæc Auicen. de nesrin. Sed cum planta sit calida & ficca in tertio, & eadem ferè quæ zambacum efficiat, tosis eam adnumerare non possumus: neq; enim vlla nobis rosarum species siue satiua siue syluestris cognita est, quæ tertio gradu calfaciat, & illa præstet, quæ plantam nersin præstare ex Auicenna nunc recitaui. Quamobrem aliam esse oportet rosam Damascenam siue muscatam vulgò in Italia dictam: cuius Matthæolus etiam meminit, perquam odoriferam esse scribens, colore albo, & ventri mouendo cæteris efficaciorem. Ego loco nersin iesemini vulgò dictum, aut leucois potius quàm vllum rosarum genus vsurpare malim. Nesrim, id est zambacum syluestre, calidum est & siccum: & calidi temperamenti, caput lædit, (& vel sanguinem è naribus aliquando odore suo elicit) Rasis. Idem apud Serapionem. Vidi, inquit, in Corasceni qui dabant foliorũ eius duas aut tres ad summũ drachmas, vnde venter admodum mouebatur. Nersin est sicut narcissus, Auicenna & Aben Mesuai: ego narcissum hic falsò legi video, siue authorum, siue interpretum aut librariorum hæc culpa sit: nam neq; forma, cum sit frutex rosæ similis, aut saltem magnitudine par: neq; vires cum narcisso conueniunt. Fieri quidem potest vt ea vox corrupta sit pro iesemino. Quanquam rursus in Narcisso etiam apud Serapionem scribitur, narcissum ea efficere quæ iesemimum. Sed legendum est nersin non narces (sic enim narcissum vocant) ea præstare quæ iesemini, vt Auicenna & Melarugie docent. Serapio quidem vel citatus ab eo author, vocum affinitate facile falli potuit. Est autem zambacum siue iesemimum frutex floribus odoratis, quem Galli & Itali etiamnum iesemimum appellant, docti quidam iasminum, & vngentum eiusdem nominis Dioscoridi descriptum ex floribus eius confici arbitrantur. Ego eundem fruticem Vergilij casiam esse puto, apibus gratam, vt pluribus in Apum historia docebo. Quod si nesrim iesemini syluestre est, vt Rasis scribit, non rectè Auicenna huius plantæ genus syluestre priuatim nominaret, satiuum etiam genus eius alterum esse intelligendum relinquens, cum de zambaco, id est iasmin (sic enim Bellunensis hæc vocabula scribit) seorsim agat. Scribit autem zambacum calidum & siccum esse ordine tertio, & oleum eius prodesse neruis frigidis, in senibus præsertim, sed odore suo caput lædere, quod Dioscorides etiam de iasmino tradidit vnguento. Sed siue zambacum syluestre hæc planta est, siue simile ei, sat fuerit intelligere eandem vtriusq; facultatem esse, zambaci tamen efficaciorem paulò: & nullum pro eo rosarum genus substituendum. Rosæ quidem nomen (vocant enim nersin alij rosam agrestem, & rosam Seni, vt apud Serapionem legimus) non satis est ad probandum propriè dictæ rosæ hanc speciem esse: vt neq; violæ propriè dictæ genera sunt, quæ vocantur leucoia Dioscoridis, & leucoion Theophrasti. Oleum de nesrin vtile est aduersus pleuresin ex atra bile, & veteri dolores, Aben Mesuai. Vinum quod vulgò muscatum vocant (nostri muscatellũ.) præcipui odoris iucundissimiq; saporis est: mirumq; quomodo muscus etiamnũ in pyra quędam minima transferit, superba (vt dicunt) cognominata: parua hæc & ocyssima, sed ætate nostra & in maiora etiam serotina idem odor transiuit. Vuam albam ac nigram quoq; iam occupauit: in alios fructus non transiuit is odor: in prunis ac ficus à nobis frustra tentatum est. Alexander Benedictus lib. 10. cap. 10. operis sui præclari, vt vocant.

Reddunt interdum & feles syluestres (martes potius,) & mures, moschi odore rec̃umentum, vt sæpe in dirutis agrorum ædificijs vidimus: sed id acceptum ferendum est odoratis fruticum cibis, quibus aluntur, Ruel. ego hæc animalia frutices minimè depasci puto. Sed de marte, & mure moschardino, vt quidam appellant, suo loco dicetur. Moschiæ dicti lepores quidam sunt, quorum in vestigijs spiritum tanta vi sentire canes memorant, vt fere planè credantur, vt dixi in Lepore 2. Moschus in Calechut affertur ex regione Pego dicta, à qua distat quingentis millibus passuum, Ludouicus Romanus.

DE MVLO.

A.

MVLVS iumentum eſt, quod Hebraica lingua פרד *pered* nominat: vnde fœmininum פרדה *pirdah*, Regum. 3. 1. Dauid Kimhi ſcribit ex ſententia R. Hai, pered animal à ſeparatione ſic dict, quod non pariat. Pſalmo 32. pro Hebraica voce pered, Chaldæus habet בורגא *cudana*, Arabs בעאל, *beal*: at Geneſeos 36. pro iemim Hebraica voce, (mulos pleriq; interpretantur,) Arabicè legimus בגאל, *kegal*. Septuaginta hemionos. Ab hac voce nominatus videri poteſt burdo vel burdus Latinè: Porphyrio equum mannum ſiue mannulum interpretatur. Albertus Magnus videtur muli genus intelligere ex equo & natum & aſina, hinnum vel hinnulum veteres vocant, vt in hinni hiſtoria ſtatim poſt aſinum dixi: & nonnulla dicam mox in ה. ימים *iemim*, Geneſeos 36. Saadias & Salomon interpretantur peradim, id eſt mulos, ſimiliter Steuchus & Sanctes: Hieronymus aquas calidas, alij onagros, &c. Vide ſupra in Aſino 11. h. Doctiſſimi quidem pleriq; mulos eſſe conſentiunt, vt & D. Kimhi in libro radicum. רכש *rekeſch*, alij equos præſtantes nec dum annoſos, aut velociſſimos, alij mulos eſſe putant: vide in Equo A. Achaſtranim Eſther 8. Dauid Kimhi & alij mulos interpretantur. R. Salomon camelos veloces, Hieronymus veredarios, Septuaginta omittunt. Sed diuerſa apud Hebræos muli nomina eſſe minus mirum, cum præter commune genus muli, aliud quoddam peculiare in Syria habeatur, vt dicam in ה. Apud Munſterum in Lexico trilingui pro mula ſcribitur *pardech*, & *perutyah*, פרדכיה. Græci mulum ἡμίονον dicunt, & alio nomine aſtraben, quæ vox nonnihil ad achaſtran Hebraicam vel Arabicam accedit. Hemionos quidem ſemiaſinum ſonat, quod mulus altero tantum patente aſinus ſit, altero equus, in pluribus

ſibus tamen aſini quàm equi naturam ſequi videtur. Italis, mulo. Hiſpanis, ſimiliter: fœmina, mula, vt Latinis. Gallis *mulet*, fœmina *mule*. Angli à Gallis mutuantur *a mule*. Germanis, *maulthier* vel *mauleſel*. Illyrijs *mezeck*. Flandris *mull*.

B.

Sunt in Syria, quos mulos appellant, genus diuerſum ab eo, quod coitu equæ & aſini procreatur, ſed ſimile facie: quomodo aſini ſylueſtres, ſimilitudine quadam nomen vrbanorum accepere: & quidem vt aſini illi feri; ſic muli præſtant celeritate. Procreant eiuſmodi mulæ ſuo in genere: cuius rei argumento illæ ſunt, quæ tempore Pharnacæ patris Pharnabazi in terram Phrygiam venerunt, quæ adhuc extant: tres tamen ex nouem, quot numero olim fuiſſe aiunt, ſeruantur hoc tempore, Ariſtoteles. Et alibi, Ingens Syria ſuper Phœnicem mulæ & coëunt, & pariunt omnes: ſed id genus diuerſum eſt, quanquam ſimile. Theophraſtus vulgò parere in Cappadocia tradit, (quod in Ariſtotelis quoq; Mirabilibus legitur) ſed eſſe id animal ibi ſui generis, Plinius. In India equarum & aſinorum greges ſunt, & aſinos equæ facillimè admittunt, & rubros mulos pariunt, ad cursum præſtantiſſimos, Aelianus. Apud Indos Pſyllos (nam ſunt etiam alteri Africi) arietibus non maiores equi gignuntur: aſini quoq;, muli, & boues minimi, Aelianus. In terra Scythica neq; aſinus neq; mulus gignitur, ac ne vilus quidem viſitur propter frigora, Herodotus lib. 4. Et paulò ſuperius cum idem ſcripſiſſet, ſubdit: Quo magis miror cur in omni Eleo agro muli nequeant gigni, cum neq; locus ſit frigidus, neq; vlla alia cauſa appareat. Aiunt Elienſes ipſi ex imprecatione quadam id ſibi contigiſſe, (idem ex Herodoto Euſtathius repetit:) cumq; tempus aduentat conceptus equarum, ſe in loca finitima illas educere: ibi poſtquam admiſerint aſinos dum equę conceperint, tunc rurſus eas reducere. Plura vide ſupra in Equo c. Mulus natura ſua aſinum magis quàm equum refert, burdo autem contra: quamobrem mulus aſini vocem reddit, burdo equi: vterq; ex diſſimilis naturæ ſemine generatur, ideoq; ſterilis eſt, Albertus. Videtur autem innuere burdonem ex aſina & equo gigni, (veteres hinnum vel hinnulum vocabant:) vt mulus ex equa & aſino: quanquam Alunnus, Burdo (inquit) vel hinnulus, Italis *mulo baſtardo* (id eſt mulus ſpurius) dicitur, ex equa & aſino naſcens. Burdonem è genere mulorum eſſe. Sextus Empiricus etiam manifeſtè innuit, eodem in capite ex mulo pariter & burdone remedia numerans: vbi & Hamelbergius burdonem hinno eundem facit in ſuis enarrationibus. Adde quod remedia quædam ex burdone ſcripta à Sexto, alij de mulo ſimiliter ſcribunt. Ginni apud Ariſtotelem deminuta forma equi dicuntur: quos & gygenios ab Strabone nuncupari putant nonnulli, quanquam & mulorum genus ſic in Ligutia vocet, Cælius. Muſimon, aſinus, mulus, aut equus breuis, Nonius. Mulus habet quædam aſini propria, auriculas longas, vocem, crucem in humeris, pedes exiguos, & corpus macilentum: reliqua verò vt habet equus, Liber de nat. rerum. Muli nigricant colore: cardinales in Italia cinericei ferè coloris vt audio; comparant, eoſdemq; magnos & caudatos. Aſinis & mulis procomij loco ad oculos defendendos aures datæ ſunt longiores, Xenophon. Mulo dentes mutantur, Ariſtoteles. Aſinus & mulus dentes habent triginta ſex, κατὰ τὰς σειρὰς, id eſt itemq; agnatos vel annexos, vt Ruellius vertit, Abſyrtus cap. 91. Cervix mulorum & aſinorum non eſt erecta vt equorum, etiamſi longa ſit, Varinus in Ἐξωχικὰ. In equorum & mulorum quorundam corde inuentum eſt os. Hierocles. Mulus & omnia ſolipeda felle carent, & ventrem habent ſimplicem, Ariſtoteles & Plinius. De vulvis mularum, vide in E in cauſa ſterilitatis earum.

C.

Equi, muli, & aſini fruge herbaq; veſcuntur, ſed maximè potu pingueſcunt, Ariſtoteles. Quidam præcipiunt equum admiſſarium eodem ritu quo mulos ſaginandum eſſe, Columella. Cucumeres à mulis vt pepones à felibus maxime expetuntur, Ant. Mizaldus. Qui fiat quòd equi dum bibunt caput aquæ ad oculos vſq; immergant, muli verò & aſini extrema tantum labra, Hier. Garimbertus quærit quæſtione 41. Rhododaphnæ flores & folia, mulis, aſinis, & quadrupedum plurimis venena ſunt Dioſcorides. Muli & aſini volutationi indulgent, vt ita ſcilicet à laſſitudine recreentur. Viget & equus & mulus (Ariſtotele teſte) à dentium ortu: cumq; prodierint omnes, non facile ætatem dignoueris: quatenus tamen dignoſci poſſit in mentione equorum explicatur: Mulæ maiores & viuaciores ſunt quàm mares muli, Ariſtot. Et alibi, Serius fœmina ſe neſcit quàm mas. Nonnulli fœminam profluuio vrinæ purgari aiunt: marem olfactu vrinæ prius ſeneſcere. Et rurſus, Vita mulis ad annos multos: iam quidam vel octogeſimum annum potuit agere, cum templum ædificaretur Athenis, de quo plura in e. Mulus aſini, burdo equi vocem reddit, Albertus.

Obſeruatum, è duobus diuerſis generibus, tertij generis fieri, & neutri parentum eſſe ſimilia: eaq; ipſa quæ ita nata ſunt, non gignere, in omni animalium genere, ideirco mulas non parere, Plin. Mulas Democritus non parere ait: nec enim ſimiles alijs vulvas animalibus habere: itemque ex diuerſis animalibus procreatas minimè concipere quire, Aelianus interprete Gillio: ſed non rectè fortaſſis ex Ariſtotele hæc tranſcripta ſunt, cuius mox verba recitabo. Author obſcurus libri de nat. rerum, mulorum genus ſterile eſſe ait, quoniam ex diuerſæ naturæ ſeminibus oriatur: frigidum enim eſſe aſini ſemen, equi calidum. Ariſtoteles libro 2. de gener. anim. cap. vltimo; mulos tantum inter ea, quæ ex diuerſæ ſpeciei parentibus gignantur animalia (vt ſunt lupi, vulpes, canes, perdices & gallinæ, &c. de quibus penultimo capite dixerat: Coeunt animalia etiam quorum genus diuerſum quidem; ſed natura non multum diſtat, ſi modo par magnitudo ſit, & tempora æquent grauiditatis, &c.) ſteriles eſſe ſcribit. Cuius rei cauſa, inquit, non bene ab Empedocle & Democrito redditur. Obſcurè Empedocles, planius Democritus ſcribit: ſed neuter bene. Afferunt enim (eandem) demonſtrationem æquè de omnibus, quæ præter ſuam cognationem coëant. Democritus meatus mulorum corruptos in vteris dicit, quoniam non ex cognatis principium eorum conſiſtit. Sed id cum alijs etiam animalibus accidat, tamen nihilominus poſſunt generare, vt paulò ante dictum eſt. Empedocles (eiuſdem aliam opinionem inferius ex Plutarcho adferam) miſturam ſeminum cauſatur, quæ denſa ex molli vtraq; genitura conſiſtat: cava enim & denſa coaptari vicißim, fieriq; ex ijs, durum ex mollibus, vt ſi æs ſtanno miſceatur. Sed hæc & ineptè & ſupra hominis captum dicuntur: (& quæ ſequuntur, quæ ideirco omitto, quòd partim obſcura, partim logica magis quàm phyſica ſint.) Relictis igitur hiſce minum vniuerſalibus & inanibus cauſis: ex ijs quæ in genere tum equorum tum aſinorum inſunt, conſiderando

potius accepetis causam: primum enim vtrunq; eorum singularem patit fœtum ex sui generis moribus: tum fœminæ non iem per concipere possunt: & quidem equi inter posito tempore admittuntur, quoniam ferre continuè nequeant. Item equa menstruosa non est: imò minimũ inter quadrupedes emittere solet: asina conceptus incontinens est: genituram vtiq; inijcit. Deinde cum asinam docuisset animal esse frigidum, semen quoq; genitale eius, inquit, frigidum esse necesse est. Cuius rei indicium, quod si equus supervenerit asinam, quam iniecit asinus, non peruertet asini initum (vt Plinius etiam scribit:) sed si asinus supervenerit equam, quã equus iniecit, peruertet, propter seminis sui frigiditatem. Cum igitur inter seipsa iunguntur, seruatur semen propter alterius calorem: calidius est enim ab equo quod secernitur: nam asini & materia & genitura frigida est, equi calidior est: cum autem mistum vel calidum cum frigido, vel frigidum cum calido est, euenit vt conceptus ex ijs seruetur, eaq; vicissim ex seipsis fœcunda sint. At verò quod ex ijs prodijt, infœcundum ad perfectam fœtificationem est. Omnino cum vtrunq; aptum propensumq; sit ad sterilitatem: sunt enim in asino, tum ea quę diximus: tum etiam, vt nisi à prima dentium mutatione (priusquam dentes pullinos iaciat, Plinius) generare incipiat, nunquam pòst generet, sed sterilis omnino perduret: ita in exiguo continetur generandi vis corporis asini, facillimeq; labitur ad sterilitatem. Equus etiam simili modo idoneus est ad sterilitatem, tantoq; deest vt sterilis sit, quanto, vt quod ex ipsis prodierit semen frigidius reddatur: quod tunc efficitur, cum asini excremento (semine) miscetur: asinus quoq; parum deest quin sui generis initu sterile generet. Itaq; cum accesserit quod præter naturam est, si ante vix vnum partu naturæ legitimum poterat generare, iam quod peregrinum ex ijs prodijt sterilius, nihil deerit vt sterile sit, sed necessariò sterile erit. Euenit etiam vt corpora mulorum magna fiant, quoniam menstruorum decessus (ἔκκρισις, id est excretio) ad corporis incrementũ vertatur. Cumq; partus eorum annuus sit, non modo concipiat, sed etiam enutriat mula opus est: quod fieri non potest sine menstruis: mulis autem menstrua desunt, sed quantũ inutile est cum excremento vesicæ abigitur: (Vnde fit, ne muli genitale fœminarũ, vt alia solipeda, sed ipsum excrementum olfaciant) reliquũ in corporis excrementũ & magnitudinem vertitur. Itaq; concipere quidẽ aliquando mula potest: ꝙ iam factum est, sed enutrire atq; in finem perducere nõ potest. Mas generare interdum potest, quoniã & calidioris naturæ quàm fœmina mas est, & nihil corporis per coitum confert ad generationem: quod autẽ faciat genus est (de quo paulò inferius dicetur.) Hæc omnia Aristoteles. Quadrupedibus tantũ viuiparis menstrua contingunt, nisi quid læsum per generationẽ sit, vt mula. Aristot. Aegyptij vt mulierem sterilem significent, mulam pingunt: hæc enim ideo est sterilis, quia matricem habet obliquam, Orus. Aristotelis de mulorum sterilitate sententiam ab Alexandro Aphrodisiensi non animaduersam miror: is enim eandem quam Aristoteles refellit, opinionem profert, Problematum suorum libro primo, his ferè verbis: Mulæ steriles videntur, quoniam ex animalibus constant specie diuersis: mistio enim seminum, quæ tam habitu, quàm natura inter se discrepant, aliud quippiam præter vires suorum simplicium conficit, & naturam eorum penitus abolet: quemadmodum albi & nigri mistio, abolitis extremis coloribus alium parit colorem fuscum nominatum, qui neuter extremorum est: igitur habitus genitalis aboletur, & specierum habilitas omnis destruitur, quæ creatrix certi indiuidi est, Hæc ille. Mihi quidem hæc ratio etiam contra Aristotelem defendi posse videtur: nam cætera animalia, quæ ex diuersis specie parentibus nascuntur, vt canes è cane & lupo aut vulpe: & accipitres ex accipitribus specie diuersis, & gallinæ ac perdices, ideo non sterilia forte fuerint, quòd parentes eorum quamuis specie diuersi, natura tamen non adeò differant quantum equus & asinus, eorumq; semina: de quibus etiam Aristoteles ipse testatur, hoc frigidum, illud calidum esse. Alcmæon (vt refert Plutarchus de placitis philosophorum 5.14.) mulos mares steriles esse scribit, propter tenuitatem, hoc est frigiditatem seminis. Fœminas verò, quòd vteri earum occlusi sint, neq; dehiscant (acetabulis scilicet vnde sanguis menstruus funditur in alijs animalib. non apertis.) Empedocles verò (cuius aliam opinionem ex Aristotele paulò ante retuli) propter vterum nimis paruum, eundemq; humilem & angustum, & obliquo situ (καταγωμένου) ventri adnatum, ita vt semen non recta inijci possit: & si posset, non tamen contineatur. Huic assentitur Diocles, sæpe in dissectionibus talem sibi visum scribens mulorum veterum, ac verisimile esse eandem sterilitatis causam in mulieres quoq; cadere. Mula quoq; iam facta grauida est, sed non quoad perficeret atq; ederet prolem, Aristoteles. Et alibi, Mula aliquando gemellos peperit, quod ostenti loco habendum est. Mula si gemellos peperit, ostentum dirum pestemq; denunciat, Alexander ab Alexan. Est in Annalibus nostris peperisse sæpe, verum prodigij loco habitum, Plin. Cum Darius Babylonem obsideret, Babylonij nihili pendere obsidionem: nam conscensis propugnaculis tripudiare, probraq; ingerere Dario atq; exercitui: quorum quidam ita inquit: Quid istic desideris Persæ, quin potius abiceda, tunc expugnaturi nos, cum peperint mulæ. Hoc quidam Babyloniorum dicebat, credens nunquam parere mulam. Anno ac septem mensibus obsidione consumptis, & Zopyro Megabyzi filio hoc contigit portentum, vt quædam mularum eius, quæ frumentum subuectabant, pateret: quo ostento commotus ille cum recordaretur eorum quæ Babylonius ille dixerat, vt ipse tanti facinoris author fieret, tanquam omnino fatalis, naso & auriculis seipsum mutilans, Darium consilijs instituit de capienda Babylone: ipse transfugam se simulans, & à Dario mutilatum quòd suasisset ei à Babylone tanquam inexpugnabili recedere, cum post aliquot præclara eius aduersus Persas facinora, dux exercitus & murorum custos creatus esset, vrbem Dario prodidit, vt pluribus recenset Herodotus libro 4. Et rursus libro septimo, Cum Xerxes, inquit, aduersus Græciam proficiscens cum exercitu Hellespontum traiecisset, mula mulum edidit, ancipitia genitalia habentem maris & fœminæ, sed maris superiora. Pariunt aliquando mulæ in terris valde calidis, in quibus exterior calor frigiditatem asini temperat interiorem, Albertus: quam eius opinionem ipse non probo, nec quo nitatur authorem habet, nisi forte Varronem, cuius iam verba recitabo: quod si iusta hæc causa est, cur aliquæ tantum & rarò, non omnes quæ eodem calore ex equo frumentur ijs in terris pariunt? Romæ aliquoties dicitur peperisse mulam. Mago sanè & Dionysius scribunt mulam & equam cum conceperint, duodecimo mense parere. Quare non, sic hic in Italia cum peperit mula sit portentum, adsentiri omnes terras. Neq; enim hirundines & ciconiæ, quæ in Italia pariunt, in omnibus terris pariunt. Non tetris palmas, cariotas in Syria parere, inuectas in Italiam non posse? Hæc Varro. Quidam non dissimulandi authores, vt M. Varro, & ante eum Dionysius ac Mago prodiderunt, mularum fœtus regionibus Africæ adeò non prodigiosos haberi, vt eam familiares sint incolis partus earum, quàm sint nobis equarum, Columella. In terra Syria super Phœnicem, & in Cappadocia, mulas parere aiunt: sed genus diuersum est, quanquam simile, vt in 8. retuli. Mulæ Democrito non naturæ opus, sed humanæ machinationis adulterinum inuentum & factum esse videntur: nam cum Medus quidam asinus vim equæ inferens, fortuitò grauidam reddidisset, homines postea huius violentiæ discipuli facti, in con-

in consuetudinem procreandi adduxerunt, Aelianus. Apud Venetos Paphlagoniæ vrbem mulorum genus primum excogitatum & inuentum est, Scholia in Homeri Iliadis secundum. Ἐξ Ἐνετῶν, ἀφ' ἡμιόνων γένος ἀγροικότατον. Homerus Eneta (inquit) vrbs est Paphlagonum (inquit Scholiastes Apollonij poëtæ.) Vocabantur autem Eneti populi ante Troianum bellum Καλύβιοι. Geneseos 36. legimus, quòd Ana socer Esau dum pascit asinos patris sui in deserto, inuenerit יְמִים *iemim*, id est mulos, vt plerique interpretantur (alij vero aliter, vt in Asino scripsimus.) Sunt qui arbitrentur onagros ab hoc primum admissos esse ad asinas, vt velociſſimi ex his asini nascerentur, qui vocantur iamim. Plerique putant quod equarum greges ab asinis in deserto ipse curauerit primus iniscendi, vt mulorum inde noua contra naturam animalia nascerentur.

Asini pecatine dubio geruli mirifica, arando quoq;, sed mularum maximè progeneratione, Plinius. Ex equa & asino fit mulus: contra ex equo & asina hinnus: vtriq; enim bigeneri arq; infirmi, non ioopte genere a radicibus, Varro & alij, vt plusſous dicam inferius. Ex asino & equa mulus gignitur mense duodecimo, Plinius & Abſyrtus. Si quem mulorũ genus creare delectat, equam magni corporis, solidis ossibus, & forma egregia debet eligere: in qua non velocitatem, sed robur exquirat. Aetas à quadrima vſq; ad decennem huic adhibita (ita inſita consuetudo, Palladius. Ad tales partus equas neq; quadrimis (primis, Palladius, & Abſyrtus apud Constantinum) introrem, neque decennibus maiores legunt, Plinius. In educando genere mularum antiquiſſimum est diligenter exquirere, atq; explorare parentem futuræ prolis fœminam, & matrem: quorum si alter non est idoneus, labat etiam quod ex duobus fingitur. Equam conuenit in annos decem quoſuq; ampliſſimæ atq; pulcherrimæ formæ, firmis membris fortibus patientiſſimam laboris eligere, vt dicordanteum vtero tuo genetis alteri turpem intrà facile recipiat, ac perferat, & ad fœtum non solum corporis bona, sed & ingenij conferat: nam cum difficulter inijciãtur genitalibus locis, animentur semina, tum etiam concepta diutius in patrum adoleſcunt, vt quæ perfecto anno mense tertiodecimo vix eduntur, natisq; inhæret plus socordiæ paternæ, quàm vigoris materni. Verumtamen vt equę dictos in vſus minore cura reperiuntur, ita maior est labor eligendi maris, quoniam sæpe iudicium probantis fraustretur experimẽtum, Columella. Creantur ex equa & asino, vel onagro & equa. Sed generoſius nullũ est huiuſmodi animal, quàm quod asino creante nascetur. Vtiles tamen admiſturi nascentur ex onagro, & asina: qui post in sobole secutura agilitatẽ, fortitudinemq; restituant Palladius. Onagro & asina genitus mulus omnes antecellit, Plinius. Et alibi, Generantur ex equa & onagris manſuefactis mulæ veloces in cursu, duritiæ eximiæ pedum: verũ ille grandi corpore, indomito animo, sed generoſo. Mula non solum (inquit Columella) ex equa & asino, sed ex asina & equo (hinnũ alij vocant, item onagro & equa generatur. Neq; tamẽ vllum est in hoc pecore, aut animo, aut forma præſtantius, quàm quod feminabit asinus: quanquam posſit hic aliquatenus comparari, quod progenerat onager, nisi & indomitum, & seruitio centum ex syluestri more, frugum patris præſecat habitum. Itaq; eiuſmodi admiſſarius nepotibus magis, quàm filijs vtilior est: nam vbi asina & onagro natus admittitur equæ, per gradus infracta feritate quicquid ex eo prouenit, paternã formam & modeſtiam, fortitudinem, celeritatemq;, auitam refert. Qui ex equo & asina concepti generantur, quamuis à patre nomen traxerint, quòd hinni vocantur, matri per omnia magis ſimiles sunt. Itaq; commodiſſimum est asininum deſtinare mularum generi feminando, cuius (vt dixi) ſpecies experimento est ſpecioſior. Veruntamẽ ab aſpecta non aliter probari debet, quàm vt sit ampliſſimi corporis, ceruice valida, robuſta, ac latis coſtis, pectore inuicto, lato & valido, femoribus hirtis, crassis, cruribus compactis, coloris nigri vel maculoſi: nam murinus cum sit in asino vulgaris, tum etiam nõ optime respondet in mula: neq; nos vniuerſa quadrupedis ſpecies decipiat, ſi qualem probamus, eumdem. Nam quemadmodum arietem, quæ sunt in linguis & palatis maculæ, plerunq; in velleribus agnorum deprehenduntur, ita ſi dicolores pilos asinus in palpebris, aut auribus gerit, sobolem quoq; frequenter facit duarii coloris: qui & ipſe etiã ſi diligentiſſime in admiſſario exploratus est, sæpe tamen dominum decipit: nam interdum etiam extra prædicta signa diſſimiles ſui mulas fingit: quod accidere non aliter reor, quàm vt auitus color primordijs feminis miſtus reddatur nepotibus, Hactenus Columella. Admiſſarius asinus (inquit Palladius) sit huiuſmodi, corpore amplo, ſolido, muſculoſo, ſtatura & fortibus membris, nigri vel murini maxime coloris, aut rubei: quitamen ſi dicolores pilos in palpebris, aut auribus gerat, colorem ſobolis plerunq; variabit. Qui mularum genera ſeminabit (inquit Abſyrtus) deſtinabitur asinus, hac corporis forma sit oportet: habitu magno, quadratis membris, valdo capite, non equino facie, genis, item & labris ingentibus: non exiguis oculis, neq; cauis naribus parulis, neq; contractis: auribus (non paruis) nec flaccidis, ſed arrectis (ὦτα μὴ μικρὰ, μηδὲ κλαυσά:) ceruice lata, neq; breui: lato & muſculorum toris denſo pectore, & ad ſuſtinendos (equarum infeſtarum) calcitratus robuſto: grandibus ſcapulis, e partibus quę humeros ſubtexunt, aut ſupra genua ſitę sunt, craſſis, valentibus, corpulentis, & quàm maximè eminentibus: ſiquidem opus est cum ſuperuenit, vt fœminã facile complecti poſſit: grandi dorſo, ſpina lata, nec gibbera: nec cana, anguſtã nec in rectũ ferente humeris nõ ſubſidentib. ſed eminulis: excelſa armorum compage & æquabili, ita vt prominentẽ linea diſtinctam habeat, (καὶ τὰ ἀνωτάτω πάχεα ὀρθὰ καὶ ἴσα: quę autẽ pars cervicis vocetur, dicit in equo: catagraphon autẽ forte dicit, quòd ſæpe eo in loco genitiua quędã nota reperiatur, à qua & σημαντῆρες vocantur, eandẽq; latã (Ruellius ῥωτικὸν, legit ὀσφὺν, vertit. n. lumbis plenis, quos tamẽ oblongos in his requirunt, non conuenit: nam equũ Xenophõ hoc magis laudandũ ſcribit, quo breuiores fuerint lumbi: nec oblongã, nec in arctũ ſtrangulatã. Sit etiã pectore latè coſtato, coxendicib. magnis & æquabilibus, nõ ſubtilibus (καὶ ἀκροφυγόνας) nec in acutũ porrectis. Magis placent qui cauda sunt breuiore: fœminib. craſſis: eſto cẽpe & subeuntibus, lacertoſis, neq; extorquendis auctiſis, cęterũ diuaricatis: ſic. n. firmior erit ἐπιβάσεως (hoc est in equitatione & progreſſione: nam & Xenophon equum laudat, qui habeat μηρὸς ἐπὶ ὀλίγον τὸν τῆς κοιλίας τόπον ἐπιφερομένους, ἵνα μὴ πρὸς ἀλλήλους ἐπιφερόμενοι ἐμποδίζωσι τὸν ἱππέα βαδίζειν:) tales etiã robuſtiores sunt, quàm στρεπτούς, hoc est illi quibus femora pẽnè cõmittuntur. Eſto præterea teſtibus magnis, paribus: genibus magnis & rotundis, tibijs & cruribus veloci, (id est nõ magnis) oſſeis ferè & exearnib. magisq; neruoſis, minimè varis (ἐκτετραμμένοις) neq; dilcoiore teniatũ cincta vertebellatis, calcibus (meſocynijs, de quibus in Equo dixi) neq; præ eo modum altis, neq; nimiũ depreſſis: ſed nec nixus talis ingrediatur, (μηδὲ κυρτοβασίμοις ἔστω) pedibus varijs, non introrſum contortis, nec humilib. (ὑπερκύφοις ἔστω μηδὲ ἀκροφυγόνας, μηδὲ στρεπτούς) vngula craſſa, (dura Ruellius) ſubter concaua, interiore ſinu parvo, quæ cheridóna vocant. Porrò voce nõ retuſa, ſed clara rudat: hoc enim quoq; confert, vt ſic deterreantur equæ, & facilius ad gregem admiſſario ſe præbeat. Specioſiores sunt aſini, quorum color ſplendidus est, & in purpuram ſpectans: ut sunt qui in facie albi non fuſci sunt: (Ruellius vertit, idq; ſi nigram, nec vllatenus in fuſcum vergentem maculam fronte gerant.) Longè omnium pulcherrimi nigri habentur, qui non incanum ventrem, ſed concolorem habent. Cui pulla in ore macula ſubeſt.

(Cui

(Cui os intrinſecus nigrum fuerit,) & lingua nigricans, is conſimilis (nigri) coloris ſobolem haud dubie generabit. Qui ex candido colore in cinereum caneſcunt (ἀλικόφαιοι) quos vocant moronis (μώρωνας) ij ad admiſſuram non accerſantur: liquidem colores nullo in pretio habiti magna ex parte reddentur ſoboli, Hactenus Abyrtus in Hippiatricis capite 14. Ruellio ſere interprete: nos quidē nonnulla mutauimus. Græcum coditem excuſum ſecuti. Asinos admiſſarios (inquit idē Abſyrt.) eligemus, qui cum equis educati ſint. Nonnulli pulchrè facientes greſtes aſinos manuefaciunt: eſt ex illis, propagatio prolis optima, quòd liberè paſti illi & non incluſi fuerint. Mitescit ſanè maximè hoc animal, admodumq; obſequitur ſecundum omnia, non aliter quàm manſueti aſini: nec vnquā ſicuti animalia cętera, vbi ſemel cicuratū eſt, efferatur. Iam verò fœtus ab hoc animali ęditi, ipſi quàm ſimillimi euadunt. Potrò ad mulos procreandos admiſſio fieri debet paucis diebus ante ſolſtitium ęſtiuum. Curandum eſt autem vt aſini inſcenſuri eleganti forma ſint prędidi: talis ſiquidem & proles erit. Itaq; venuſtatis quidam ſtudioſi, aſinū aut equum aut alterius generis admiſſarium, tali amiciunt ſtragulo, quali fœtum volunt nasci colore tinctū. Abſyrtus: Vide in Equo C. Multi admiſſarij (inquit Columella) ſpecie tenus mirabiliſſimam ſobolem forma, vel ſexu progenerant. Nam ſiue parui corporis fœminas fingant, ſiue etiam ſpecioſi plures mares quam fœminas, reditum patris familiæ minuunt. At quidam contempti ab aſpectu, pretioſiſſimorum ſeminum feraces ſunt: nonnunquā aliqui generoſitatem ſuam natis exhibent, ſed hebetes voluptate, tardiſſimè ſollicitantur ad veneré: huiuſcemodi marī ſenſim magiſtri ſubadmouere debent generis eiuſdem fœminam, quoniam ſimilia ſimilibus familiaria fecit natura. Ita enim efficitur, vt eius obiectu, cum mas etiam ſuperiectu eblandius eſt, velut incenſus & obcæcatus cupidine, ſubtracta, quam petierat, faſtiditæ imponatur equæ. (Idem ex Columella Palladius repetit.) Eſt & alterū genus admiſſarij furentis in libidinē, quod niſi aſtu inhibeatur, affert gregi perniciem. Nam & ſępe vinculis abruptis grauidas inquietat, & cum admittitur ceruicibus dorſiſq; fœminarum imprimit morſus: quod ne faciat, pauliſper ad molam vinctus amoris ſęuitiā labore temperat, & ſic veneri modeſtior admittitur. Nec tamen aliter admittendus eſt etiam clementioris libidinis, quoniam multum refert naturaliter ſopitum pecudis ingenitū modica exercitatione concuti, atq; excitari, vegetioremq; factum marem fœminæ iniungi, vt tacita quadam vi ſemina ipſa principijs agilioribus figurentur, Hęc Columella. Libycorum aſini maximi non equas comatas ſuperueniunt, ſed duntaxat tonſas: nec enim has cum ornamento ſuperbientes harum rerum periti aiunt eiuſmodi maritos pati. Aelianus. Igitur qualē deſcripſi aſellum, cum eſt à partu ſtatim genitus, oportet matri ſtatim ſubtrahi, & ignoranti equę ſubijci, ea optime tenebris fallitur. Nam obſcuro loco partu eius amoto, prędictus quaſi ex ea natus alitur. Cui deinde cum decem diebus inſuenit equa, ſemper poſtea deſtinanti prębet vbera. Sic nutritus admiſſarius equas diligere condiſcit. Interdum etiam, quamuis materno lacte ſit educatus, poteſt à tenero conuerſatus equis familiariter earum conſuetudinem appetere, Columella. Pullum aſininum à partu recentem ſubijciunt equę, cuius lacte ampliores fiunt, quod id lac quàm aſininum ac alia omnia dicunt eſſe melius. Præterea educant cum paleis, fœno, ordeo, Varro. Aſinum ab equa, & equam ab aſina arceri aiunt, niſi in infantia eius generis quod ineant lacte hauſto. Quapropter ſubreptos pullos in tenebris equarum vberi, aſinarúmue equuleos admouent, Plinius. Aſinos qui equas ſuxerint, Ariſtoteles hippothelas vocat. Equa cum ex aſino conceptum edidit, partum ſequenti anno vacua nutrit: id enim vtilius eſt, quàm quod quidam faciunt, vt & fœtā nihilominus admiſſo equo impleant, Columella. Matri ſuppoſititiæ quoq; inſeruiunt, quo equa ad miniſterium lactis cibum pullo præbere poſſit. Hic ita educatus ab initio poteſt admitti: neq; enim cum aſpernantur propter conſuetudinem equinam, Varro. Annicula mula rectè à matre repellitur, & amota montibus aut feris (aſperis) locis paſcitur, vt vngulas duret, ſitq; poſtea longis itineribus habilis, Columella & Palladius. Aſinarum pullos equabus ſubrumare oportet: ſic enim & lacte fruentur meliore, & equino generi aſſuęſcent, diligentq;: lactabuntur autem ad biennium, Abſyrtus. Aſinum minorem ſi admiſeris, & ipſe citius ſeneſcit, & quæ ex eo concipiuntur fiunt deteriora. Qui non habent eum aſinum quem ſuppoſuerunt equæ, & aſinum admiſſarium habere volunt, de aſinis quoq; amplißimum & formoſiſſimum quem habere poſſunt, eligunt: quiq; ſemiuio natus ſit bono Arcadico, vt antiqui dicebant: vt nos experti ſumus, Reatino, vbi tricenis ac quadragenis millibus H. S. admiſſarij aliquot venierunt. Quos emimus item vt equos ſtipulamur in emendo, ac facimus in accipiendo, vt dictum eſt in equis. Hos (admiſſarios) paſcimus præcipuè fœno atq; ordeo, & id ante admiſſuram largius facimus, vt cibo ſuffundamus vires ad fœturam: eodem tempore quo equos adducentes, ijdemq; vt iuuent (per) petorigas curamus, Varro. Aſinum non oportet (inquit Columella) minorem quàm trimum admitti. Atq; ipſum ſi concedatur, vere fieri conueniet, cum & defecto viridi pabulo, & largo ordeo firmandus, nonnunquam etiam laſſuandus erit. Nec tamen temere (temere, fortaſſis) fœminæ committetur: nam niſi prius ea marem cognouit, adſilientem admiſſarium calcibus protrudebat, & iniuria depulſum etiam cæteris equis reddit inimicum. Id ne fiat, degener & vulgaris aſellus admouetur, qui ſolicitet obſequia fœminæ: neq; is tamen inire ſinitur. Sed, ſi iam eſt equa veneris patiens, confeſtim abacto villore, pretioſo mari iungitur. Locus eſt ad hos vſus extructus (machinam vocant ruſtici) qui duos parietes aduerſo cliuulo inclinatos habet, & anguſto interuallo ſic inter ſe diſtantes, ne fœmina colluctari, aut admiſſario aſcendenti auertere ſe poſſit. Aditus eſt ex vtraq; parte, ſed ab inferiore clatris munitus, ad quæ capiſtrata imo cliuo conſtituitur equa, vt & prona melius ineuntis ſemina recipiat, & facilem ſui tergoris aſcenſum ab editiori parte minori quadrupedi præbeat, Hæc Columella. Conceptum ex equo ſecutus aſini coitus (quod & Ariſtoteles ſcribit) abortu perimit: non item ex aſino equi, Plin. Idem ſuperius ex Ariſtotele reculi. Lactare (equam) mulum ſemeſtre temporis ſpatium referunt, mox fugi non pati: vi nanq; humorem trahi, & cum dolore: equo autem plus temporis tribuunt, Ariſtoteles. Cum peperit equa, mulum, aut mulam nutricantes educamus. Hi, ſi in paluſtribus locis, atq; vliginoſis nati, habent vngulas molles. Iidem ſi exacti ſunt æſtiuo tempore in montes, quod fit in agro Reatino, durißimis vngulis fiunt. In grege mulorum parando, ſpectanda ætas, & forma. Alterum vt vecturis ſufferre labores poſſint, alterum vt oculos aſpectu delectare queant. Hiſce enim binis coniunctis omnia vehicula in vijs ducuntur. Hæc me Reatino authore probates mi Attice, niſi tu ipſe domi equarum greges haberes, ac mulorum greges vendidiſſes, Varro.

Mulus mas ſeptennis duntaxat generat, vt aiunt: fœmina improlis omnino eſt, quia perducere ad finem quod conceperit nequeat: ſed mas generare interdum poteſt, quoniam & calidioris naturæ quàm fœmina mas eſt, & nihil corporis per coitum confert ad generationem: quod autem facit, ginnus eſt, quod mulus oblæſus & pumilus eſt, vt in porcis metachœrum, Ariſtoteles. Et alibi, Mulus ſuperuenire coireque incipit miſſis dentibus primis: ſed ſeptennis implere poteſt, etiam cum equa coniunctus iumum (γόνον) procreauit: poſt deinde ſuperuenit e

ſuperuenire non ſolet. Et rurſus hiſt. anim. 6.24. Prodeunt quos ginnos vocant ex equa, cum in gerendo vitio ægrotauit, more pumilionum in ordine hominum, aut porcorum deprauatorum in genere ſuum, quos poſthumos (ὑστερογόνους) nuncupaui: & quidem vt pumilio, ſic ginnus modum ſuo genitali excedit. In plurium Græcorum eſt monumentis, cum equa muli coitu natum, quem vocauerint hinum, id eſt paruum mulum, Plinius. Hinnos vel hinnas ſub quo ſenſu accipere debeamus Varro deſignat: ait enim ex equis & mulis qui naſcantur hinnos vocari, Nonius. De mulis pomilijs ſiue pumilis diſtichon Martialis, His tibi de mulis non eſt metuenda ruina, Altius in terra penè ſedere ſoles. Ferrariæ in aula principis inter peregrina animalia aſellos quoq; pumilos ali ante aliquot annos audiui. Ex equo & aſina geniti quamuis à patre nomen traxerint quod hinni vocantur, matri per omnia magis ſimiles ſunt, Columella. Hinnus (inquit Varro) ex equo & aſina procreatus, minor eſt quàm mulus corpore, pleruncq; rubicundior, auribus vt equi, iubam & caudam ſimilem aſini habet: hos etiam vt equulos edocent & alunt. Hoc animal, vt ſupra dixi, Albertus burdonem vocare videtur: ſcribit enim, Vt mulus ſic & burdo ſterilis eſt: hic equum magis refert (in quo contrarius eſt Columellæ verbis paulò ante recitatis) & vocem ædit equi: ille aſinum. Sed de hinno, ginno, ac ſimilibus vocibus, & burdone etiam, multa ſcripſimus ſupra ſtatim poſt Aſinum: vide etiam in primo capite præſentis hiſtoriæ. Equo & aſina genitos mares hinulos antiqui vocabant: contraq; mulos, quos aſini & equæ generarent, Plinius. Columellæ muli nomen communius eſt, ad tria animalia: Mula, inquit, non ſolum ex equa & aſina & tauro, quod Grætanopoli, vt quidq; reperitur, & Gallica voce iumar nominatur. Sed & Plinius alibi mulam appellat, non hinnulum, quæ ex equo & aſina gignatur, ſed effrenis (inquit) & tarditatis indomitæ. Præſtat equam ab aſino conſcendi, quàm aſinam ab equo, Ablyrtus.

Ad morbos particulares in equis, aſinis & mulis, ſanguinis derractione vtendum eſt, Hippocrates in Geoponicis libro 16. Medicina per farraginem pro equis & mulis, ex Hippiatricis Græcis nobis recitata eſt in equo c. Equi, muli, & oues in Scythia ſæpe per ſummum frigus moriuntur, Dionyſius Afer. In Scythia ingentem & diuturnam vim hyemis equi perferunt, muli aſiniq; neq; incipientem quidem ferunt: cum tamen alibi ſtantes in gelido equi labeſiant, aſini verò ac muli durent, Herodotus. Cur muli & canes peſte Græcos apud Troiã infeſtante, priores perierint, vide in Cane c. & Infra in Mulo 11. c. Medicinas huius pecoris (inquit Columella) pleruncq; iam in alijs generibus (bubus & equis) edocui: propria tamen quædam vitia mularum hoc omittam, quorum remedia ſubſcripſi. Febrienti mulæ cruda braſſica datur. Suſpiriioſæ ſanguis demanabitur, & cum ſextario vini, atq; olei ſyluaticæ ſemuncia, marrubij ſuccus inſtar heminæ miſtus infunditur. Suffraginoſæ ordeacea farina imponitur, mox ſuppuratio ferro recluſa linamentis curatur: vel gari optimi ſextarius cum libra olei per natem ſiniſtram demittitur. Admiſceturq; huic medicamini trium vel quatuor ouorum albus liquor ſeparatis vitellis. Femina ſecari, & interdum inuri ſolent. Sanguis demiſſus in pedes, ita vt in equis emittitur: vel ſi eſt herba quam veretrum vocant ruſtici, pro pabulo cedit. Eſt ὀνοκύαμος, cuius ſemen detritum, & cum vino datum prædicto vitio medetur. Macies, & langor ſubmouetur ſæpius data potione, quæ recipit ſemunciam triti ſulfuris, ouumq; crudum, & tritæ myrrhæ pondus denarij. Hæc trita vino admiſcentur, atq; ita faucibus infunduntur. Sed & tuſſi, (ad mulorum tuſſim remedium deſcribitur etiam in Hippiatricis Græcis ca. 22.) doloriq; ventris eadem iſta æquè medentur. Ad maciem nulla res tantum quantum Medica poteſt: ea herba viridis, nec tarde tamen arida fœni vice ſaginat iumenta: verum modice danda, ne nimio ſanguine ſtrangulentur pecus. Laſſæ, & æſtuanti mulæ adeps in fauces demittitur, merumq; in os ſuffunditur, Hæc Columella. Equus, mulus vel aſinus fatigatus, quòd in ipſo ſtatim itinere reficiatur, ſi onere depoſito in ſtabulo vel via loco commodo, pro arbitrio ſe volutare permittatur, ſcripſi in Equo 2. ex Rufio. Ad leucomata in equis & mulis, Hippiatrica Græca cap. 11. Ne mulorum ceruices (τράχηλοι μυλῶν) rumpantur aut collidantur, medicamentum para ex adipis ſuillæ dupondio cum aceti duobus ſextarijs: hoc ad tertias decoctum colatumq; illine, Pelagonius in Hippiatr. 26. Ventris & Inteſtinorum dolor in bubus ſedatur viſu nantium (anſerum natantium, Vegetius 3. 3.) & maximè anatis, quam ſi conſpexerit cui inteſtinum dolet, celeriter tormento liberatur. Eadem anas malorc profectu mulos & equinum genus conſpectu ſuo ſanat, Columella. Dixerunt quidam mulos quoſdam rabie correptos, momordiſſe dominos ſuos, qui inde in maniam inciderint, Auicenna. Muli arthritis vehementior eſt quàm equi: de qua curanda lege Ablyrtum & Hieroclem in Hippiatr. ca. 2. Mulus tantum fit μαρμαρωσὲ: (marmaron tuberculum eſt ioxta coronam, id eſt vngulæ exortum) aſinus rarò: equus non, ſed podagricus, Abſyrtus in Hippiat. cap. 53. Ad ficoſos tumores & myrmecias equorum & mulorum in quauis corporis parte, maximè verò in cruribus & pedibus, Abſyrtus ibid. 82. Cætera exequemur in mulis, ſicut in bobus & equis, vt in ipſorum remedijs tradidimus, Columella. Animalia quę frequenter cœunt, breuioris ſunt vitæ: inde fit vt muli equos exuperent viuendi diuturnitate, Cælius. Mulus quinquaginta annos viuit, Euſtachius.

D.

Mulus ſemper eſt cieur, Ariſtoteles. Equi cum ſuſpicantur vel metuunt aliquid, manifeſtum eſt, ſic vt infidens cauere ſibi queat: aſininum verò pecus & bigenerum (vt muli) rerum conſpectu conſternabile nouitatiſq; vereens in diſcrimen adfert, Abſyrtus. Muli ingenium multò liberalius, minusque benignum homini videtur quàm equi. Mulæ calcitratus inhibetur vini crebriore potu, Plinius. Et rurſus, Mulas non calcitrare cum vinum biberint, quidam ſcripſerunt, Vt ſimiæ quadrupedesque aſſuetæ vinum bibere vnguibus careant, accidere quidam putant (inquit Cælius Calcagninus lib. 2. epiſtolicarum quæſtionum) quoniam in vino ſit vis diſcuſſoria, & ad emolliendum efficax. Hinc euenit vt qui plus nimio ſe vino ingurgitauerint, reſolutis neruis in paralyſin facile delabantur. Sint igitur vngues vel neruorum clauſulæ, vt dixit Plinius: vel caro concreta, & quaſi in callum obdurata, vt alij putauêre: vino accedente emolliri reſolnique ſit verisimile. Alijs humoris ſanguinis, qui plurimus vino fieri ſoler, exundatione calloſiorem cutem ac teremq; ac retorridam illam partem quaſi macerari videtur & emolleſcere, vt aqua fruges & legumina inde ſæpe percoquuntur: aceto plumbum in ceruſſam reſoluitur: & ouum itatenereſcit, vt vel per annulum toto calice integro pertranſeat. Ex hoc item facile colligi poteſt, cur veteres exiſtimauerint vini potu effici, vt mulæ calcitrosæ eſſe deſinant. Mitescente enim vngula, & pede quodammodo exatmato, ferites illa tollitur exundaturque: præſertim ſi quando euenerit, vt calcibus imperentes ſolido illidant, plusque inde damni accipiant quàm afferant: quare conſciæ imbecillu-

imbecillitatis ſuæ ferocire deſiſtunt, Hæc Calcagninus. Columella in boum domitura ferocientium tauorum adhuc tergora mero reſpergi iubet, quo familiares bubulco fiant. Scio mulorum gregem cum paſceretur, eoq; veniſſet lupus, vltro mulos circunfluxiſſe, & vngulis cædendo eum occidiſſe, Varro.

E.

Mulus iumentum eſt, Ariſtoteles: animal viribus in labores eximium, Plinius. Mulis ſuperiori ætate vehi cœperunt opulentiores: ſed nunc tamen etiam non niſi importatis Germania noſtra (vt & Anglia) vtitur, Camerarius. Et rurſus, Veteres Græciæ & Italiæ populi non equos ad plauſtra & vehicula, ſed boues aut mulos adiunxêre: & viatoribus mulis magis quàm equis vſi fuêre. Vterq; ſexus (mulus & mula) & viam rectè graditur, & terram commodè proſcindit: nili pretium quadrupedis rationem ruſtici oneret, aut campus graui gleba robora boum depoſcat, Columella. Succo foliorum cucurbitæ ſi quis mularum aut equorum pilos intinxerit æſtate media, non paruo rei miraculo muſcarum moleſtia carent: ita mihi hoc perſæpe vtile fuit, Cardanus. Annicula mula à matre amota, montibus aut feris locis paſcitur, vt vngulas duret, ſitq; poſtea longis itineribus habilis: nam clitellis aptior mulus, mula vero agilior, Idem. Si muli vngula (ſiniſtra, Berberus in libro de ſenſibus) domus ſuffiatur, fugantur mures, Raſis & albertus.

G.

Puluerem, in quo ſe mula volutauerit, corpori inſperſum mitigare ardores amoris quidam ſcripſerunt, Plinius. Veneno infectus in neceſſitate debet poni in ventre mulæ vel cameli ſtatim occiſi: quoniam calor iſtorum reſoluit venenum, & roborat ſpiritus ac omnia membra, Ponzettus: meminit & Cardanus in opere de ſubtilitate. Mulorum pellis ac ſimilium cinis locis igne aduſtis apponitur: Et vlcera calefacit, quum non ſunt apoſtemata: vtilis eſt etiam attritis iniuria calceorum pedibus, & coxis, itemq; fiſtulis, Auicenna, vt quidam citant. Plura de pelle mulæ, vide infra inter remedia ex teſticulis, & ex ſordibus aurium inter excrementa. Si quis de medulla mulæ ad pondus trium aureorum ſumpſerit, ſtupidus efficietur, Raſis & Albertus. Auriculæ muli (aurium ſordes potius, vt infra dicetur) & burdonis teſticuli ſi ferantur à muliere, non concipiet, Aeſculapius. De ſordibus aurium & oris ſpuma, dicemus inter excrementa. Mulæ cor ſiccum & vino aſperſum, datur bibere poſt purgationem tricesimariam, vt ne concipiat mulier, Sextus: Aggregator non cor legit, ſed iecur: Vide in teſticulis. Mula quoniam natura ſterilis eſt, curioſis & ſuperſtitioſis hominibus occaſionem dedit, vt diuerſa ex diuerſis eius partibus medicamenta tum intra corpus ſumenda, tum applicanda foris, ad inducendam ſterilitatẽ impediendumq; conceptum excogitarent: De quorum nonnullis in Lepore etiam dixi. Eadem perſuaſione herbam quoq; hemionon dictam, quòd ſterilis ſit, nec flores nec ſemen gerens, inter atocia numerant. Muli iecur, vide in teſticulis infra, & in vngulis. Populi albæ cortex cum muli renibus potus, ſterilitatem facere creditur, Dioſcorides, vt in Lepore inter remedia ex coagulo eius recitaui. Scolopendria (aſplenos Dioſcoridis, hemionos Theophraſti) vt quidam tradiderunt, adalligata mulieri, vel ſola, vel cum ſplene mulæ idq; in die qui noctem illunem habeat, ne concipiat efficit, Serapio & Auicena, vt Aggregator citat.

Si duo teſticuli muli (duo teſticuli gatti conſtricti in parte corij muli, Raſis) in pelle eiuſdem corij conſtringantur, & ſuper mulierem ſuſpendantur, non concipiet quandiu ei adalligati fuerint, Albertus. Muſtelæ teſticulus ſiniſter in pelle mulæ ligatus, & potus, atocion eſt. Vel teſticulos eius abſcinde decreſcente Luna, & viuam dimitte, & da mulieri in corio mulæ, Kiranides. Burdonis teſticulum ſupra ſterilem arborem combuſtum & extinctum de lotio ſpadonis, illigato pelli mulæ, & poſt menſtrua brachio ſuſpendas, conceptum impedies, Sextus: Sed aliter hunc locum citat Aggregator, his verbis: Tamariſci (quæ arbor ſterilis eſt) carbones extincti in vrina cameli, in pellicula mulæ brachio alligentur mulieris ne concipiat. Sed priori lectioni aſtipulantur barbari quidã recentiores, Aeſculapij (hunc enim ferè pro Sexto citant) verba hæc adferentes, Auriculæ mulæ & burdonis teſticuli ſi geſtentur à muliere, non concipiet. Teſticulus muli combuſtus brachio mulieris proatocio alligetur: Quòd ſi virgo ex eo biberit poſt primam purgationem, nunquam concipiet: Vel iecur eius ſimiliter cum vino biberit, Sextus apud Aggregatorem. Matrix mulæ ſi decoquatur cum carne aſinina aut alia, & inde comederit mulier ignorans, non concipiet vnquam, Raſis. Si dentur occultè mulieri edendæ carnes quibus cum coctum fuerit aliquid de matrice mulæ, vel de ipſa matrice cocta, non concipiet, Kiranides. Lampyris vermiculus in matrice mulæ alligatus mulieri, ſterilitatem facit, Idem. Vngularum muli vel mulæ cinis ex oleo myrtino alopecias replet, Plinius. Vngularum muli vel mulæ exuſtarum cinis & oleum myrtinum, cum aceto & cum pice liquida mixta & impoſita, etiam fluentes capillos continent, Marcellus. Sextus pro vngulis muli ad idem remedium burdonis iecur ponit, his verbis: Burdonis iecur combuſtum cum oleo myrtino mixtum, & illinitum capiti, capillos fluentes continet & facit creſcere. Mulæ vngulatum cinis medetur cæteris verendorum vitijs, (præter formicationes & verrucas, arietis pulmonis inflati ſanie curandas) Plinius. Vngulæ mulinæ exuſtæ cinis ſalubriter inſpergitur vitijs veretrorum, Marcellus. Vnguis mulæ geſtatus à muliere prohibet conceptum, Raſis.

De mulæ auricula ſordes alligatæ in pellicula ceruina, & brachio ſuſpenſa poſt purgationem mulieris, efficit vt non concipiat. Quædam lana alba illigant: quædam ex aqua bibunt, Sextus. Si corio mulæ ſordes aurium (cerumen vocant barbari) incluſeris, & appenderis mulieri (vel occultè dederis, Kiranides: in cibo nimirum vel potu) nunquam concipiet, Raſis. Caſtoreum cum ſordibus aurium mulæ ſterilitatem facit, Kiranides. Pæoniæ ſemine aperto (forte, operto) cum ſordibus aurium mulæ circumligetur ne concipiat mulier, Idem. Stercus mulinum cum oxymelle lienoſis potui datum, dolores efficaciter tollit, Marcellus. Si mulieri fluxus oboriatur (ex vtero,) ſtercus muli combuſtum, tuſumq; ac cribratum, vino dilutum bibat. His pocrates lib. 2. de nat. muliebri. Clauos pedum ſanã vrina muli mulæue cum luto ſuo illita, Plinius. Mulier ſi bibat aſſam fœtidam magnitudine ſibæ infuſam in vrina mulæ, non concipiet, Raſis. Medicamentum ex vrina muli podagricis vtile, deſcribitur apud Aeginetam libro 7. his verbis: Vrinæ muli ſextarij quatuor, argenti ſpumæ libræ dum, olei veteris myſtrum, trita diu omnia vt ſtrigmenti ſpiſſitudo fiat, incoquito donec digitos non inquinent. Vide & apud Myrepſum inter vnguenta n. 26. Si mulier ſudoré mulæ exceptum lana xylina pro peſſo ſubdat, plane ſteriliſcet, Raſis. Lichenem mulæ potum in oxymelite cyathis tribus, comitialibus morbis vtilem tradunt, Plinius. Muli impetigines in vtroq; crure ſuper genua naſcuntur, & veluti cutis arida modo inhærent: has incende, & ſtrangurioſum diuaricatum deſuper pone, ita vt ſuffumigationem illam expanſis veſtibus tegat, ne qua odor aut fumus emanet, ye

efficaciſſimè

efficaciſſimè incommodi eius vitio carebit, Marcellus. Ad ſuſpirioſos remedium ſalutare: Spumam de ore mulæ collige, & in calicem mitte, atq; ex aqua calida ſiue viro ſeu fœminæ quæ hanc moleſtiam patitur, continuo da bibendam, homo ſtatim ſanabitur, ſed mula morietur, Marcellus. Epilepticus cõcidet ſi pilos aſini & mulæ in ſuffitum offeras, Trallianus.

In parte quam mula momordit (inquit Ponzettus) naſcuntur aliquando puſtulæ plenæ humore rubente vel pallido. Hunc morſum aliqui venenatum eſſe putarunt: & ſanè ſequuntur eum accidentia ſæpe noxia, eaq; deteriora ex morſu fœminæ, quæ ſaliuam habet obnoxiã putredini, qua amplius etiam per iram animalis inflammata, non mirum ſi hominis morſi humores & ſanguis alterentur. Mulus verò etſi maiori impetu mordere poſſit, minore tamen periculo morſum infligit, quod non æque putredini aptum in ſe humorem habeat. Accidit autem aliquando vt morſi vrina retineatur, cum aquoſus humor videlicet omnis ſe è in ſudorem agitur. Aliquando & viſcerum contortio (Ponzetti ſunt verba) ſequitur. Curandi ſunt ſimiliter vt à cato morſi, & vlcus decocto nepetæ circunquaq; fouendum.

H.

a. Video authores quoſdam mulam pro vtroq; ſexu mulari, & ſimiliter mulum aliquando vſurpare: vt ſi dicas mulum ex aſino & equa procreari, vel mulam ſimiliter. Plinius in remedijs aliquoties diſtinguit, vt cum ſcribit, vngularum muli vel mulæ cineré ex oleo myrtino alopecias replere. Mula datiuum & ablatiuum plurales in abus facit, vt equa etiam & aſina ſecundum aliquos.

Ἡμίονος Græcis generis communis eſt. Αἰμίονος pro ἡμίονος Aeolicum eſt, Etymologus in Θνήσιον. Τερέχηλοι μηλῶν, ceruices mularum, Pelagonius in Hippiatricis cap. 26. Ὀρεύς, mulus mas, vnde plurale ἐρεῖς, Heſychius. Suidas mulum ſimpliciter interpretatur. Ὀρεύς, ὁ ἡμίονος (quod nomen nuſquam reperio, videtur autem dialecto vel lingua aliqua mulum ſignificare) ἢ ὁ ἡμίονος: mulus ſic dictus, quod ὀρύσσειν, id eſt in montibus laborare magis poſſit quàm cætera iumenta, (vt dicetur etiam in Patrocli ſepultura, Euſtathius in Iliad. α.) Varinus. Poëtæ propter carmen ypſilon adijciunt, Οὐρεύς. Heſychius mulum ſic dictum putat ὅτι τὸ οὐρεῖν, ἐρεμπτικόν τινα ἔντα. ἢ ὅτι οὐρεῖον τὸ ζῷον, δῖον ἄγονον. nam & oua vria Græci dicunt, quæ Latini ſubuentanea. ἢ ὅτι τὴν οὐρεῖαν γονὴν ἔχει, id eſt, vel ab eo quod genituram aqueam & ſeri inſtar dilutam habeat, quare etiam in coitu non concipit neq; parit, Etymologus. Oua generationi inepta ἄῤῥενα dici legimus, quaſi flatuoſa: nam vron dicũt ventum, quo argumento etiamnum ab Homero, mulos dici ἀῤῥῆνας coniectant periti, & recenſet Euſtathius, Λέγε τὸ ἄγονον, id eſt ob inſitam non gignendi proprietatem, quod eorum ſemen ſit ἀνεμαῖον, id eſt ſpiritoſum, & proinde fœcunditatis neſcium, Cælius. Οὐρῆων πολυτεράων ἔχεν πόνον ἰλαυνέμεν, Oppianus. Eandem vocé Homerus pro cuſtodibus poſuit, Iliad. 10. Ἠέ τιν' ἐρίηρον ἀζηχέα, ἢ πὺ ἔτι μᾶλλον. Ὄρτια, ἡμίονος, Heſychius & Varinus. Θρὶς, ἡμίονος, Iidem. Aſtraben eſſe aſinum interpretantur nonnulli aut mulam. Quidam hypozygion omne, id eſt iumentum quo ſubuectentur homines. Dicitur & aſtrabe in ephippijs lignum, quod manu cõtinent ſedentes. Sunt qui doſſuarium mulum aſtraben nuncupent, (aſtrabelaten verò aurigam:) aut ipſum notophorum, id eſt dorſo ferens ac gerulum iumentũ, Cælius ex Suida & Heſychio, tametſi illorum nomina more ſuo diſſimulet. Σωμαφόρον τι ὑποζύγιον Heſychio. & σωμαφόρα Suidæ, hoc eſt iumenta doſſuaria, voces raræ ſunt apud Græcos, ego quidem alibi nuſquam legere memini, ſic autem vocantur, quod corpore ſuo vehant impoſitum dorſo ipſorum onus, non vehiculo. Ἀστράβη, τὸ ἐπὶ τῶν ἵππων (ἐπὶ τῶν ἐφίππων, id eſt in ephippijs, Suidas: quanquam codex impreſſus habet ἐπὶ τῶν ὑποζυγίων) ξύλον, ὃ καθιᾶσιν οἱ καθιζόμενοι. τίθεται δὲ ἐπὶ τῶν ἀναβατικῶν ἵππων, hoc eſt, lignum quod equis imponitur, quod inſidentes apprehendunt, idem etiam aſinis admiſſarijs imponitur, (ἀναβατικὸς ἵππος, equus admiſſarius,) Heſychius. Ὁ δὲ τὸν ἡμίονον ἐκπυτιχίσας τὸν τῆς Φέρων ἐκ τῆς ἀκροπόλεως λέγεται ἐπὶ τῶν ἵππων, εἰς ἃ μοχλὸν ὁ θεὸς Σκίβων ἐφέρετο, Suidas ex authore innominato: in quibus verbis ἀστράβην clitellas rectè verteris, vide in Aſino H. e.

Demoſthenes in oratione cõtra Midiam ἀστράβην aſinum aut mulum vocat, Suidas. Videri autem poteſt aſtrabe dictum iumentum à robore corporis, ἀστραβὴς enim exponunt robuſtum, firmum, immobile, vt ἀστραβῆ κίονα: & ἀστραφές, durum vtrunque ab alpha priuatiuo fit, & verbo στρέφω. τὸ ἀστρεπτον, ἀκίνητον, ἀσφαλὲς ἐπίσχυρον. Ὀκτώβολον, ἡμιόνους, ἀστραβῆ. τὸ δὲ ἀστραβηλάτην ἡμᾶς ἀστραβίδιον Πλάτων εἰρηκεν ἐν Ἑορταῖς, Pollux. Budæus in cõmentarijs linguæ Græcæ aſtraben vertit clitellas. Euſtathius, inquit, σάγμα & τετρωμένον interpretatur, hoc eſt & clitellas & ſellam equeſtrem, vnde ἀστραβηλάτης, agaſo & mulio. Alciph. in Epiſt. Συὴ πῶλον πρὸς ἡμᾶς. ὅτι δὲ ἀστράβη φέρει, vbi ἀστράβη ait ἐπὶ τῶν φερόντων ἡμίονον dictum eſt, licq; ſæpe accipitur. Demoſth. quodam loco, Ἐπ' ἀστράβης ἢ ἐχόμενον ἐπὶ τὸ Εὐβοϊκὸν. Interpres καθέδρας εἶναι ait eſſe dicit, ἃ δεῖ πάνυ προβεβῆσθαι λέγοντα, καὶ στρέφεσθαι. Eſt autem ſella prælta, ita vt lumbos tegat. Hæc Budæus. Eſt & vehiculi genus aſtrabe, (quo vtebantur in certaminibus) ab Oxylo Actolo inuentũ, vt harma, id eſt quadrigæ ab Erichthonio Athenienſi, ſynoris (id eſt bigæ equorum) à Caſtore, celes à Bellerophonte, Scholiaſtes in Pythia Pindari vnde colligo per aſtraben eum apenen, ἀτέλευτον, accipere, hoc eſt bigas mulis iunctas: quoniam Pauſanias & alij in horum certaminum enumeratione cum cætera eiſdem nominibus appellent, pro aſtrabe tantum apenen habent. Καινὸν ἅρμα ἀστράβη, ἢ ἅμαξα πλέγμα τι ἔχουσα, ὑφ' (ἐφ') ὧν περιτείνουσι αἱ περιήνεις, ὅταν εἰς τὸ ἔλαιον ἀποπνίγωσιν, ἵνιοι δ' ἔχειν εἴδωλα ἐλαφίων ἡγοῦνται, Varinus. Sed de apéne plura dicam in e. Μανοσραβὴς, ὀχὸς (malim ὄχος paroxytonum, vt Heſychius habet) ἡμίονος, Varinus.

Ὄχος. Ἀλίφατος, ἐπεὶ αἱ Σικελικαὶ ἡμίονοι σπουδαῖοι. ἢ ὄχος. Σικελίας, Heſychius. Σίνος, βλάξ, οἱ δὲ ἡμίονος, Idem & Varinus. Σιρὸς, ἡμίονος, ψὶβ, Iidem.

Mulæ quidem ſiue feraciæ, apud Hippiatros recentiores, vt Roſium, dicitur vitium quoddã in pedibus equorum: qui cum ſordidi humectiq; non curantur, frigore accedente, intumeſcunt. &c. Vide in Equo C. de vitijs pedum. Cæterum vt μονοσραβὴς de mulo opinor clitellario dicitur: ſic & μονοφάγος ὄνος de clitellario aſino apud Varinum. Πατεῖ δὲν παρὰ καίδια, ὅτι πικρὸν εἶσιν ὄνων ἡμίονοι, Varinus.

Ἡμιόνειον ζεῦγος, apud Varinum, ἡμιονικὸν apud Pollucem, iugum vel bigæ mulorum. Orica iuga (ἐρικὰ ζεύγη, vel ἐρικὰ: vtroq; enim modo ſcribitur apud Suidam & Varinum,) cum legimus apud Aeſchinen ἐντῷ ὠδὶ παρεγεγράφθαι, de mulis dici interpretantur, quos appellari ἐρίακας auctor cum Ariſtophane Homerus eſt, Cælius. Οὐκ ἀπὸ τῶν τετρόφηκας, οὐδὲ κατὰ ζεύγος τετρόφηκας. ἐπεὶ οὔτε ζεῦγος ἐκτῶνται ὅμοιον οὐδὲ πώποτε τοῦτο τοῦτο τις ἀγορᾷ ἐκτήσατο, Iſæus. Θοιμὰ (apud Varin. paroxytonum eſt) ζεῦγος ἡμιόνων, Heſychius.

Diſſimilis patri, matri diuerſa figura, Confuſi generis, generi non apta propago, Ex alijs naſcor, nec quiſquam naſcitur ex me, Aenigma de mulo in Rhetoricis Camerarij.

Lectiberna. Mulus clitellarius, clitellis aptus, apud Textorem. Mula, lutulenta biformis, Hiſpana, ſtrigoſa, apud eundem. Ἐξ Ἑτεττῶν, ὄθεν ἡμιόνων γένος & ἀγροπέρων (ἀγρίων καὶ ὀρεσσιβατῶν.) Homerus Iliad. β. Citat hunc verſum Stephanus in Enetorum mentione. (Ἑτεττῶν πλείων ἡ ἀστὶ γένος ἠμιόνων, Heſychius & Varinus. Ἡμιόνους πεζοπαλεῖς, Suidas, ex Homeri Ireſione. Κραιπνώπυγες ἵππους ἠμίονόν θ' ὑπηνεκῶς, Euſtathius. Ζεῦξαν δ' ἡμιόνους ταρσιπώπυγας, ἐντεσιέργους I. trahentes currum & funem, quæ & ἵππους nominant. Hom. Iliad. ω. Ταλαεργοί, Heſiodo & Homero. Οὐρῆων ταλαεργὸν ἔχει πόνον ἠλιθίοιο, Oppianus.

Muli Mariani dicuntur furculæ quibus religatas ſarcinas viatores geſtant, (*ein raiſ.*) à Mario inuentore dictæ, qua de re Frontini verba poſui in Aſino H.c & Græcas nomenclaturas adieci. Muli Mariani dici ſolent à C. Marij inſtituto, cuius milites in furca interpoſita tabella varicoſius onera ſua portare adſuecuerant, Feſtus. Eraſmus ſic legit, Muli Mariani dicti ſunt varicoſi milites, qui in furca ſua onera portare conſueuerunt. Et alibi. Acrumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas ſarcinas viatores gerebant: quarum vſum quia C. Marius retulit, muli Mariani poſtea appellabantur: Itaq; ærumnæ labores oneroſos ſignificant: ſiue à Græco ſermone deducuntur nã αἴρω Græcè, tollere Latinè dicitur. Nouo genere prouerbij in vſu venit, vt qui tam ad imperandũ quàm parendum iuxtà paratus foret, quiq; non ſegniter mandata exequitur, mulus Marianus diceretur: nanq; Marius quæcunq; militibus mandauit onera, ipſe inter infimos obiuit imprimis: quamuis furculas, quibus ſarcinas viatores gerunt, quas Marius primus commentus fuit, mulos Marianos aliqui dictos velint. Alexander ab Alex. Plutarchus in vita Marij originem adagij bifariam refert: Cum Marius imperator milites curſu varijſq; ac long s itineribus geſtandisq; oneribus exerceret, atq; illi iam adſueti non grauatim tacitiq; ea ferrent, caſtrenſi ioco μύλους Μαριανούς, id eſt muli Mariani dicti ſunt. Hinc tranſlatum eſt in quoſuis qui facile parerent imperatis. Sunt qui diuerſam adagij originem referant: Quum enim Scipio Numantiam obſidens ſtatuiſſet inſpicere non arma modo militum, verum etiam equos, mulos, & currus. Marium produxiſſe equum pulcherrimè ab ipſo nutritum, præterea mulum habitudine corporis, manſuetudine ac robore longè cæteris antecellentem. Itaq; quum imperator Marij iumentis delectaretur, ac ſubinde horum faceret mentionem, tandem factum eſt, vt iocoſa laude, qui in officio ſe præſtaret aſſiduum, patientem ac induſtrium, mulus Marianus diceretur. Hominem ſpurium & non legitimo matrimonio natum Itali vulgo mulum nominant, Alunnus. Seneca in ludicro libello in Claudiũ Cæſarem, mulos (ego non mulos, ſed mulliones reperio, vt in edicam) perpetuarios nominat. Feſtiuius erit, inquit Eraſmus, ſi detorqueatur in hominem immenſo ſtudio, aut perpetuis negotijs vehementer diſtrictum. Mulinus. ἡμιόνειος, vt vngula mulina apud Marcellum Empiricum. Equæ apud Columellam tripartito diuiduntur: eſt enim (inquit) generoſa materies, quæ circo ſacrisq; certaminibus equos præbet: eſt mularis, quæ pretio fœtus ſui comparatur generoſo: eſt & vulgaris, quæ mediocres fœminas maresq; progenerat. Materiem mularem vocat, ipſam equam matrem ſiue matricem, ex qua muli generantur. Strabo lib. 3. de Venetis ſcribens, ἡμιονηδὸν τρέφουσι vocat equas illas ex quibus aſini admiſſarij mulos procreant, quaſi dicas mulares equas. Mulio, qui mulos agit: vide infra in e. Mulomedicina, ars eſt veterinaria, quæ non mulis tantum ſed alijs quoq; iumentis medetur, vt equis, vnde Græci hippiatricam vocãt, huius artis profeſſores, mulomedici, veterinarij & hippiatri nominantur, vulgo mare ſchalci apud recentiores: Italicè vulgò meneſchalci & maniſthalci, vt dixi pluribus in Equo c. & H.c. Mulomedici nomen apud Firmicum legitur. Equitiarij qui equitijs præſunt vel curant, quibus affines vel mulomedici habentur, Calius.

Protogenes Rhodius pinxit Athenis nobilem Paralum & Hemionida, quam quidam Nauſicam vocant, Plinius 25.10. Pauſanias hoc penus operis monſtrari tradit Olympiæ, γραφὴν ὑπ' ἠμιόνων, ἢ μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἡνιόχων, τῶν δὲ ὑπηνεμίων καλουμένων τὴν ἐπίκλησιν. Ναυσικὰν δὲ νομίζουσι τινὲς Ἀλκινόου, ἐς γῆν ἀφικέσθαι, ἀναγνόντες ἐπὶ τοῖς ἵπποις μᾶλλον: indè ortum vt virgines in iumentis ſiue mulis ſedentes, hemionidas vocarẽt artifices, Hermolaus. Atqui Nauſicaa apud Homerum Odyſſeæ 3 non mulis, ſed apenæ vehiculo quod à binis mulis trahitur, inſidet.

Ἡμίονον, herba quædam, Heſychius & Varinus. Aſplenon ſiue ſcolopendrion herbam, alio nomine hemionion vocari, apud Plinium legitur, & inter Dioſcoridis nomenclaturas. Theophraſti ſanè hemionos, nõ alia quàm aſplenos Dioſcoridis eſt: diuerſa vero ab hemioniti Dioſcoridis, quam Plinius etiam teucrion (diuerſum à Dioſcoridis teucrio) & hemionion appellauit. De vtraque copioſè dixi in Boue cap 3 vbi de morbis boum tractaui. Vtriq; nomen factum videtur à mulis propter ſterilitatem, cum ſimiliter caule, flore & ſemine careant: & aſplenos inſuper ſterilitatem mulieribus facere cũ muli lieni adalligata à Dioſcoride ſcribatur: vide in Lepore cap. 78 vbi de atocijs egi. Theophraſtus tamen 9 19. hemionon ſic vocari ſcribit, quòd muli libenter ea veſcantur. Nodia herba coriariorum officinis nota, ea mularis dicitur, alijſq; nominibus; nomas curat efficaciſſimamq; aduerſus ſcorpiones eſſe potam in vino aut poſca reperio, Plinius. Nec alibi vſquam vel ipſe vel alius quiſquam hoc nomine vllius herbæ meminit: ego tametſi nihil habeo certi, coniecturam tamen meam non celabo ſtudioſos. Nodia igitur mihi videtur quæ centinodia hodie à multis vocatur, Græcis polygonon, cum & nomen à nodis quibus referta eſt, impoſitum, & remedia conueniant: nam polygonon, Dioſcoride teſte, ad vlcera maligna facit, nempe genitalium, & herpetes ac eryſipelata, vt nodia ad nomas, id eſt vlcera depaſcentia. Bibitur etiã polygonon ad venenatorum morſus cum vino, Dioſcoridi: & Plinio proſerpinaca (quam polygono eandẽ eſſe eruditi cõſentiunt, eximij aduerſus ſcorpiones remedij eſt. Nec refert quòd Plinius eodẽ capite proſerpinacam & polygonum quaſi diuerſas herbas demonſtrat, & nodiã quoq; priuatim cõmemorat: multa enim huiuſmodi apud Plinĩ. quæ nominibus tantum differũt, cæu re ipſa diuerſa recenſentur. Cæterum cur nodia mularis cognominetur, non facile dixerim, niſi eius paſtu fortè muli delectantur. Coriarijs quidẽ in vſu fuiſſe etiam polygonon poteſt propter vim aſtringendi coria, vt & rhus byrſodepſicos, & noſtris cortex abietis aut piceæ, alibi è quercu, vt audio. Omphacitis galla, eſt cauum illud è quo glans querna enaſcitur, quo coriarij vtũtur. Aegineta lib. 3. cap. de dyſenteria. Mandragoram magi hemionon cognominarunt, vt in nomenclaturis eius apud Dioſcoridem reperitur.

Ἡμιόνιον, auis quædã, Heſychius & Varin. Muliones è culicũ genere non amplius quàm vno die viuunt. Plin.

b. Quid ad rem pertinent mulæ ſaginatæ vnius omnes coloris? Seneca epiſtola 88. Λεοντῆ iuba equorũ & mularum. Namq; hic mundæ nitet vngula mulæ, Iuuenalis Satyra 7. Vngulas tantum mularum repertas, neq; alibi vllam materiam quæ nõ perroderetur à veneno ſtygis aquæ, cum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum eſt, magna Ariſtotelis infamia excogitatum, Plinius. Idem legimus apud Arrianum lib. 8. Alij non muli ſed aſini, alij equi vngulam fuiſſe ſcribunt, qua Stygis aqua ad occidendum Alexandrum allata ſit: Vide in Aſino A. & in Equo H.b.

c. Odoranũ

c. Odorandi ſenſu mulos præcellere aiunt,atq; eius beneficio derelictos alicubi vel odore ſolo redire in ſemitam:hinc etiam fieri vt facilius tabidam vim aëris concipiant & peſte inficiantur: vt canes quoq; eodē ſenſu præſtantes:quamobrem Homerus hæc animalia primum peſtem ſenſiſſe ingruentem in Iliade ſcribit,Cælius. Scholiaſtes Homeri canes quidem primum perijſſe ſcribit, quòd capitibus ſubinde ad terram inclinatis odorem trahant & inueſtigent halitum autē corruptum,qui peſtis cauſa ſit,ex terra oriri. Mulos vero,quòd ex diuerſis ſpecie parentibus prognati ſint:bigenera enim omnia facilius interire. Quæ ratio mihi non admodū probatur:nam viuaciſſimos iumentorum eſſe mulos reperio.

Φρύαγμα, ἢ ἵππων ἢ ἡμιόνων ἀλλὰ μυκτηρων ἠχὴ ἀγερώχῳ φυσήματι ἐκπίπτουσα, Varinus. Miſſa paſtum mula, Horatius 1.Serm. Ἡμιονεία, ἡ κόσμος ἢ ἡμίονος, Suidas, Varinus. Πλίαστοδην eſt gradario & leniori inceſſu progredi,non curſu. Homerus πλιάστοδην πόδεσσι de mulis dixit, Varinus. Αἱ δ' ἐυ μὲν πρώτῃσι, τύ γε πλίαστον ἐν ποδεσσι, Odyſſeę 3.Scholia ſimpliciter exponunt διδάσκει: Varinus vero tum ad curſum aptas,tum ad gradarium inceſſum. Μάρψεν δ' ἡμίονον, κατὰ χηλὴ (ὠκὺς δ' ἦεν ὁδοῖο) δ' ἐπὶ ἡμιόνοιιν, Αἱ δ' ἅμοτον τανύουσι, φέρει δ' ἐπὶ ἅρμα, καὶ αὐτὸν, in vehiculo ſcilicet, quod ἁπλοῦν vocat, Homerus de Nauſicaa. Et mox, Καὶ τοὺς μὲν (mulas) σὺν πασσάλῳ ἔνδοθι δήσει Τρώγειν ἄγχουσιν μελίνδην. Achilles Iliados φ.certaminis præmia equitibus proponit,primo egregiam mulierem & ingentem tripodem auritum,ſecundo ἵππον Ἐξετέλεσσε, ἀδμήτην, θρέπτρην ἡμίονον νεόκραιρον.

In Africa mulos vel cæſos, vel ſiti animo deficiētes. Archelaus ait,pleroſq; mortuos humi iacere proiectos, ſæpeq; magnam ſerpentium vim influere ad eorum cadauera depaſcenda, Aelianus.

d. Mulus quidam (inquit Plutarchus in libro Vtra animantium,&c.) eorum de numero, quibus aduehendi ſalis negotium dabatur,traijciens flumen lapſus eſt nō ſponte: ſale vero liquefacto exhauſtoq; ſurgens expeditior iam,ſenſit notauitq; cauſam: poſtea quoties flumen tranſiret,ex induſtria ſubmiſit merſitq; vaſa,deſidens leniter ac vtrunq; in latus quantum id fieri poſſet nutans. Hæc vbi Thales accepit,pro ſale,lana ſpongijsq; compleri vaſa,clitellas imponi & agi mulum rurſus iuſſit: ille cum de more ſe mergens,onus aqua ſubeunte vehementer grauaſſet, parum commodum ſibi hunc dolum ratus, ita deinceps caute ſcienterq; traijcere ſolitus eſt, vt nec inuito quidem contingerent onus aquæ. Eandem hiſtoriam Aelianus recenſet. Ad octogeſimum annum vixit mulus quidam Athenis,qui cum templum (Mineruæ à Pericle in Acropoli) ædificaretur,quamuis dimiſſus iam munere per ſenectam,commeans tamen ac obiens iumenta exhortabatur ad opus:quamobrem decreto à nemine eum arceri à frumentorum aceruis ſancitum eſt, Ariſtoteles. Mulum 80.annis vixiſſe, Athenienſium monumētis apparet:eo gauiſi cum templum in arce facerent, quod derelictus ſenecta, cadētia iumenta comitatu niſuq; exhortaretur, decretum fecere, quo caueretur ne frumentarij negociatores ab incerniculis (ἀπὸ τῶν πιλίων, Ariſtoteles: frumentum enim in cribris aceruisq; vendendi gratia proponitur, Hermolaus) cum arcerent, Plinius. Eandem ab Ariſtotele mutuati hiſtoriam Aelianus quoq; & Plutarchus in libro Vtra animalium,&c. recitant. Victus huic mulo in Prytaneo publicus,tanquam athletæ iam ætate confecto conſtitutus eſt, Aelianus. Cæterum vbi Gaza ex Ariſtotele vertit,commeans ac obiens, Græcè legitur, συναμπεδῶν ἐπαφαμιλλώμενον, quorum verborum vis elegantius exprimi (à Plinio) non poterat quàm dicendo, niſu. Theodorus Ariſtotelis interpres hoc aſſequi nō potuit. Vide in Equo H.e. vbi de partibus currus Plutarchus ſic expreſſit, Mulus iſte vetulus καπεχόμενον ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις ζεύγεσι σὺν λίνοις ἁπάντων, οἷον συναναίρεσθαι (vide ne legendum ſit συνεμπεδᾶν) ἐν συμπαρεπεχάζειν, οἷον ἐγκελεύεσθαι ἐπαφαμίλλωμενον.

e. Mulio,mulorum ductor, (vt equiſo equorum,) qui mulos clitellarios,vel ad vehiculū iunctos ducit. Mulius apud Calepinum legitur pro mulione,ex Horatij lib.2.Serm. Audit,cum magno blateras clamore,furisque, Mulius. Miluius hic legit Acron, qui paraſitus fuit. Mulionem euitantem ſuper ipſum corpus carpentum agere præcepit,Plinius de viris ill.7. Cocco mulio fulget Incitatus, Martialis 10.76. Apud Suetonium Incitatus equi nomen eſt. Nec pigri rota caſſa mulionis, Martialis lib.9. Nam mihi commota iamdudū mulio virga Innuit, Iuuenalis Sat.3. Voces Amphionem tragœdum:iubeas Amphionis agere partes infantioré quàm meus eſt mulio, Varro in Aſino ad lyram apud Nonium. Quartarios (inquit Feſtus) appellabant antiqui muliones mercenarios,quòd quartam partem quæſtus capiebant. Lucilius, Porrò homines nequam malus vt quartarius cippos Colligere omnes: Crinitus 11.10.non cippos legit,ſed apros: carminis quidē antiqua ratio vtrunq; admittit. Tu qui plura loca calcaſti quàm vllus mulio perpetuarius, Seneca in ludo de morte Claudij Cæſaris. Rhenanus in Scholijs ſuſpicatur perpetuarium dici, vel μιμητικῶς ad quartarium: vel illum qui in ſolidū aut ſemper ſit vector, aut (quod magis arridet, inquit) qui perpetua nec interrupta vectatione ſuos vectores aliquò perducat. Ad vehicula mulis vſi ſunt antiqui,non equis:vnde muliones vehicularij,quiq; mulis quæſtum faciebant,Hęc Rhenanus, Perpetuarius conductor vel colonus,qui perpetuò rem conduxit, Budæus. Mulionius,ad mulionem pertinens. Mulioniam penulam arripuit, Cicero pro Seſtio. Mulotribæ Plauto qui mulas fricant.Hermolaus. Græci mulionem,vt ſupra in a.dixi, ἀγραυλαύλην vocant: mulotribam verò vel curatorem mulorum, ἱππόμον, vnde verbum ἱππομαῖν, Pollux. Apud Heſychium & Varinum ἱπποκόμος legitur,cum ο. diphthongo, ὁ τοὺς ἡμιόνους θεραπεύων. Ὁ ἱπποκόμαι ἐν τῷ Παπείᾳ λεγομένῳ πολεμῷ ἵστατο, id eſt, Mulotribæ Athenis in Colono hippio verſantur, Authur argumenti in Sophoclis Oedipum in Colono. Ὁ ἱππωκόμος (per ω. in antepenultima: nam ἱππος genitiuum habet ἱππου) qui mulorum curam gerit: ἱπτοκόμος vero per omicron, qui montis, (ab ὄρος, ὄρεος.) Suidas. Sic & ἱπποπώλης, qui mulos vendit: ἱπτοπολῶ vero per omicron,in montibus verſor,apud eundem. Dorſualia vocantur operimenta,quibus mulorum boumq; & equorum dorſa conteguntur, Grapaldus. Claudius Cæſar, vt Suetonius ſcribit,nunquam carrucis minus mille feciſſe iter traditur,ſoleis mularū argenteis, canuſinatis mulionibus. De clitellis, quæ iumentorum dorſis imponuntur, vt onera ſuſtineant, multa dixi in Aſino & Equo, vtrobique & in H.e. Mulus quidem vtroq; clitellis aptior eſt. Clitellarius mulus, Cicero in Topicis. Clitellæ appellantur, quibus colligatæ ſarcinæ mulis,& id genus veterinis portantur,vt ſcribit Pompeius. Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt, Horatius in Sat. Muliones multos clitellarios:ego habeo homines clitellarios: magni ſunt oneris: quicquid imponas,vehunt, Plautus in Muſtellaria. Mulos detractis clitellis cum cohortibus alaribus, &c. Liuius 10.ab Vrbe. Muli clitellarij Græcis ſunt ἡμίονοι νωτοφόροι, νωτηγοί Arriano: & σωμαστηγοὶ, apud Suidam & Heſychium, vt ſupra in a.citaui in Mulis Marianis.

Νωτοφόροι οἱ ἀχθοφόροι ἡμίονοι, οἱ ὑπὸ λαγόντες ζύγοι, Heſychius & Varinus. Νωτίσασθαι dicitur,qui dorſo baiulat, nō ſub iugo vehit,homo,equus,aſinus, Heſychius. Νωτάγης, ὁ ἐπὶ νώτου αἴρων & βαστάζων, Suidas. Σκευοφόροι ὄνοι vel ἡμίονοι, qui res ad iter neceſſarias ferunt. Sunt ex Græcis qui angarum non pro operario tantum accipiant ac miniſtro,

D.

Exemptis dentibus longioribus manſueſcunt, Alex. Benedictus.

E.

Venantur eas canibus in prouincia Tebeth, Paul. Venet. Morſu in perſequentes ſæuiunt, Alexander Benedictus. Laqueo aut ſagittis eas barbari venantur, tantæ velocitatis vt ratò vinæ capiantur, Idem. Venatores hanc feram caſſibus aut laqueis captant: aut ſagittis vel miſſilibus vomicæ folliculum decutiunt, Ruellius ex Serapione, ſed ineptè: neque enim folliculos miſſilibus amputari ſenrit Serapio: ſed feræ quouis modo iam captæ folliculum quamuis immaturum ab eis abſcindi. Moſchus omnem rem ad hanc vſque diem cognitam magnitudine & ſuauitate odoris vincit & exuperat, Cardanus. Propter veſicam quæ moſchum infra vmbilicum continet, totum animal quantum mittat iucundi odoris, vix dicere queam: tametſi id quod vidi iamprudem mortuum erat: ſed & folliculo illo per multos annos arcis indito, omnes quæ intus veſtes ſeruantur, miro odore fragrant, Carſedan. In maximo hodie luxu eſt moſchi vſus, circa veſtes eius odore imbuendas, & ſuffitus, & orbiculos ad preculas numerandas: ad pilas, quas argento auróue includunt paulò ditiores, qui vel amant, vel aliter molles ac delicati ſunt, vel ſuas oſtentare opes volunt, vel vt aërem inſalubrem aut fœtidum cauent, vel ſuos animæ aùt aliunde graues halitus emendent, vel denique aduerſus morbos quoſdam præſertim cerebri frigidi & humidi. Hoc matronæ pertranſeuntes procos ad Venerem inuitant: exotici vnguenti vicem regnis reddit. Animalis vitium ſeculo noſtro placet, & in vitium vertitur. Veneris matronis non placet, quibus nec zibethi ſordes, Alex. Benedictus. Qui geſtat, in ſe non ſentit, Idem. Succinum orientale (ambra) conſuetudine odoris ſui gratiam acquirit, cum zibethum & muſcus faſtidium pariant, Idem. Aetius 16. 133. ſuffumigio moſchato ſcrupulos quatuor moſchi admiſcet: eundem ſequentibus etiam aliquot ſuffumigijs, & alijs, & regijs, & in eccleſia receptis admiſcet: vt Nicolaus Myrepſus quoque, quem Leon. Fuchſius nuper nobis Latinum dedit, in capite de ſuffimentis. Sed ex Aëtio vnum adſcribam, è capite 134. Suffumigij regij confectio: Styracis calamitæ libram i. ligni aloes vnc. vi. ambræ vnc. i. moſchi ſcrup. iiij miſce. Alij ligni aloes vncias iiij ceteris admiſcent, adduntq; ſuccei roſarum quod ſufficit. Huic ſimile eſt ſuffimentum Nicolai Myrepſi, numero tertium, quod ad ſyncopem & imbecillitatem cordis inſcribitur: & aliptæ moſchatæ compoſitio hodieq; in vſu: item galliæ muſcatæ apud Meſuen inter trochiſcos: vbi & galliæ alephanginæ, & ſebelliæ, & magnæ ſiue regalis, moſchum admiſcet. Nonnulli galliam l. ſimplici ſcribunt, alij algaliam (vide plura in fele zibethi de algalia.) Harum compoſitiones aliquot Serapio etiam præſcribit, & Auicenna. Cyphi (vox eſt Hebraicæ originis ab vrendo, id eſt ſuffiendo vel adolendo dicta) compoſitionem, veteres ſine moſcho paratum, recentiores, (vt Nicol. Myrepſus) addiderunt: hinc voce corrupta Cyprias auiculas aliqui dixerunt, vulgarem ad ſuffimenta compoſitionem, quam aliqui pharmacopolæ auiculaeum forma, alij aliter effingunt. Aquis odoriferis, quæ in chymiſtarum fornacibus, aut balneo Mariæ, vt vocant, parari ſolent, vt & aquæ roſaceæ ſimplici, pro ditioribus nonnihil moſchi & camphoræ quidam adijciunt, &c. Huiuſmodi ſanè aliquot egregios liquores deſcribit Andreas Furnerius libri Gallicè editi de humanæ naturæ decoratione, parte ſecunda, quæ eſt de ornatu muliebri: vbi & ſmegmaris ſiue ſaponis moſchati compoſitionem docet, & oleorum quorundam moſchatorum. Aëtius 16. 116. & deinceps vnguenta quædam ſine oleo moſchata, id eſt moſchum odoramentum recipientia deſcribit. Eodem capite 116. orbiculos rotundos odoratos qui & alia quædam odorata & moſchum accipiunt, parare docet: ac eoſdem acu perforatos traiecto funiculo collo necti ſcribit. Oleum moſchatum Nic. Myrepſus Μοσχέλαιον vocat. Oleum muſcelinum, quod & alijs quibuſdam odoratis & moſcho mixtis conficitur, in veteri editione Nicolai reperio, & in translatione quam Nic. Alexandrini nomine Nigolaus Regienſis edidit. Moſchus, galla, & ſimilia, non debent decoqui cum alijs medicamentis: ſed cum exigua parte decocti miſceri, & ſic reliquis affundi. Aliqui moſchum in lana xylina ponunt in aliquo vaſe, & colo infuſam decoctionem paulatim ſic per lanam tranſmittunt, Monachi in Meſuen. Sed neq; conteri debet moſchus, verum in liquore roſaceo alióue diſſolutus cæteris medicamentis miſceri, vel alia quadam artificioſa ratione, Idem. Seruari poteſt moſchus in vaſe vitreo, denſo, ac diligenter oblito cera: vel potius in vaſe plumbeo (quod & Alexan. Benedictus ſcribit) vt frigida & humida huius metalli qualitate melius ſeruetur. Quòd in alio vaſe fuerit, apponantur duo vel tria plumbi fruſtra, vt melius conſeruetur. Cauendum eſt autem ne quid aromaticum addatur, ſic enim ſuum odorem amitteret. Quem ſi amiſerit, in olla (vaſe vitreo aperto, Syluius) ore aperto ſuſpendatur in cloaca, & recuperabit eum. Platearius. Odoris amiſſi vim in fœtoribus & lætitiis (lacunis & ſtercoribus, Albertus.) recuperat: contra fœtorem eluctatur, & ſic quaſi lucrando reuiniſcit, Iſidor.

Pilæ moſchi odore, quarum ſupra mentionem feci, quæ tempore peſtilenti præcipuè parantur, quo pacto componi debeant, plerique medici recentiores, quorum de peſte ſcripta extant, præſcribere ſolent. Eſt & compoſitio vna apud Alexandrum Bened. cum pro confirmandis ijs qui animi deliquium patiuntur, ſi bene memini.

Iecore hœdino arefacto moſchus adulteratur, Alex Benedictus: Radice dictæ *makir* & herba *ſalich* trita, Ellucha ſem. Facillimè adulteratur: vnde ſæpe ſtercus murium, & alia diuerſa pro muſco venduntur. Folliculis quidem integris non ſtatim adhibenda fides: quoniam non deſunt impoſtores, qui eos effingunt ſimillimos, & varijs rebus impletos, vero moſco interponunt, donec eius odorem recipiant: atque ſic mulierculis & vitis etiam imperitis vendunt, Monachi in Meſuen. Adulteratur etiam cuiuſdam auis ſimo, Alex. Benedictus. Adulteratur moſchus & præcipuè niger, & niger ad ſubrufum colorem accedens, admixto pauco ſanguine hircino modicè aſſo, vel pane aſſo: ita vt tres vel quatuor partes ex iſtis contritis ad vnam moſchi admiſceantur: & vix dignoſcitur: ſed panis aſſus, nimium friabilem reddit moſchum. Sanguis verò hircinus cum frangitur lucidus eſt, & clarus interius. Quandoque venditur cum ipſis pelliculis, & adulteratur ſimiliter, vt iam dictum eſt. Luciſis enim pelliculis Saraceni verum moſchum auferunt, & infarctas adulterato rurſus ita conglutinant, vt non deprehendantur. Sed moſchus adulteratus cum pelle, duplus eſt pondere ſi ſyncero conferas Platearius. Moſchus fictitius à quibuſdam hoc modo fit: Nucis moſchatæ, macis, cinnamomi, caryo-

hydorum,

phyllorum, ſpicæ nardi, ſingulorum pugillus vnus: trita omnia diligentiſſimè & cribro excreta, cum ſanguine columbæ recenti ſubiguntur, & ad Solem ſiccantur: mox trita aqua roſacea moſchata irrigantur, ſepties: ita vt ſemper irrigata denuo ſicces ac teras. Tandem tertiam vel quartam partem veri moſchi contriti admiſcent, & rurſus aquam roſaceam moſchatam inſpergunt, & in aliquot partes diuiſam maſſam (ſi rectè lego) pilis minutis albis capreoli vel hœdi ſub cauda inuoluunt, & in vaſe vitreo reponunt, Authoris nomen excidit: videor autem mihi in manuſcripto cuiuſdam empirici libello reperiſſe, & ſequentem quoque compoſitionem, quę huiuſmodi eſt. Benzoinum, cera candida noui examinis, cortes fraxini arboris, & moſchus miſcentur: eſt autem ambra factitia, moſchum vel zibettum redolens. Aliter, Styracem, ladanum & ſcobem ligni aloës miſcent: debet autem aduersusque compoſitionem moſchus vel zibettum addi, atque omnia cum aqua roſacea commiſceri: ſed facile fraus deprehenditur: nam natiua non ita celeriter vt factitia aquis molleſcit, & ab eadem odore coloreq; differt. Cætera ſigna moſchum dignoſcendi ſyncerum eligendiq; præſtantiorem, ſequenti capite referam. Additur quibuſdam augeri moſchum admixto ſemine herbæ, quam noſtri aquilegiam, Galli angelicam vocant: quod etiam ſe deprehendiſſe amicus quidam mihi retulit, cum moſchō in aqua (roſacea) reſoluto, verum ſupernatare animaduerteret, & quod ex feminibus acceſſerat ſubſidere. Sed impoſtor ille rem forte non intelexit. Siquidem herba quam Galli angelicam vocant, vndiquaq; inodora eſt. Germanis verò dicta angelica (eruditi quidam lector Gallicum interpretantur) radice præſertim, moſchi odorem præſentare ſæpenumero mihi viſa eſt, tum alias, tum pauca eius quantitate medicamentis compoſitis adiecta. Moſchus odore in humido craſſo perennante, vinaciſſimus eſt, Syluius. Vncia ſenis aureis emitur, Alexander Bened.ctus. Muſcus efficitur horribilis odoris, vicinitate aſſæ fœtidæ vel caſtorei, Arnold. in Antidot.

G.

Moſchus in Perſas primum, inde in Amanum invehitur, & in Aegyptum exinde: cum folliculis ſuis etiamnum à Venetis in calicibus venundatur, qui etiam in pretio ſunt, Alex. Benedictus. Indicus eſt melior Afro: ſubflauus etiam nigricanti præfertur: quanquam ex Catay præſtantiſſimus hodie habetur, idemque niger, Syluius. Vide ſupra in A. Moſchus (inquit Platearius) omnino niger non probatur: præfertur illi ſubniger. Alios eſt ſubruffus, omnino accedens ad colorem ſpicæ nardi, qui maximè laudatur. Huiuſcemodi quidam haberi aiunt ex capreis quæ ſpicam nardi depaſcuntur. Quare eligendus eſt ſubruffus, qui quidem vix adulterari poteſt: & ſaporis amari, qui guſtatus ſtatim odore ſuo cerebrum feriat: qui neque ſtatim ſoluitur, nec admodum reſiſtit: & qui non omnino clarus (ſplendidus) ſit intriuſecus: grana latiuſcula, & per totum æqualia, xyloceratij inſtar, optima iudicantur. Quod ad regionem moſchum præferunt Autebium, vel Alciltion, (Bellunenſis legit Setnium, à Scent regione fortaſſis) deinde Iurgium, poſtremo Indum marinum, Auicenna. Folliculi continentes moſchum Cubit ſunt ſubtili ex veſicula & moſcho. Gergeri folliculi ſunt his contrarij: qui moſchus minus ſubtilis, minusq; aromaticus eſt. Sed moſchus Charam medio inter prædictos loco eſt: quo cum ſcobs argenti & plumbi miſcetur, vt augeatur pondus. Moſchus Salmindi deterior eſt, quia folliculo ſuo exemptus in vaſe vitreo ſeruatur, Elluchaſem in Tacuinis. Sunt qui Tumbaſcinum anteponant (inquit Serapio) odorisque præſtantiam caprearum pabulo ferant acceptam, quæ nardo inibi veſcantur copioſa, cæteris odoratiſſimis herbis. In Senitarum quidem agro capreæ herbas odoratas paſcuntur, ſed odoribus impares. Aliam quoque metendi rationem cauſantur Tumbaſcini: hanc ſanem vomicæ folliculo non eruunt, & blandiente cœli ſerenitate merum legunt. Senici verò vomicæ ventriculum exprimunt, & excluſa ſanie adulterina permiſcent, nubilo parumque arridente cœlo, & vaſis vitreis recondunt, obturantq; : deinde mittunt in regiones Saracenorum & in Hamen (Amanum, Alex. Benedictus,) & Perſi ſa, & Haharac, aliasq; regiones Babyloniæ, (& in Aegyptum, Alex. Benedictus:) ac ſi Tumbaſcinus eſſet, Hæc Serapio. Præfertur moſchus dorcadis, quæ depaſcitur vtrunque becen & ſpicam, & almatu. Auicenna. Quum hæc animalia procul à mari verſus deſertum paſcuntur ſpica, moſchus ipiorum erit ſuauior: cum verò prope mare ſunt, paſcuntur myrrha, Elluchaſem. Melior moſchus fit in vrbe quadam quæ multò magis orientalis eſt quàm Chotaſe, quæ dicta eſt Tupata (Τυπάτα, Ruellius prima ſyllaba omiſſa Pat tranſtulit: eandem Serapio Tumbaſci nominat.) Colore quidem hic moſchus ſubflauidus eſt: huic bonitate cedit qui ab India defertur, colore in nigritiam vergente: hoc etiam imbecilliot ſeu deterior eſt qui ex Sinis (alias Dinis, Σὴν Σίνων: ex Senitarum agro, Ruellius: hanc regionem Seni vocat Serapio) habetur, Symeon Sethi. Quod ad colorem & odorem, pomalis (pomi odore forſan) citrinus laudatur, Auicenna. Citrinum Auicenna præfert, qualem nos nunquam vidimus: nam noſter ferrugineus eſt, Braſauolus & Syluius. Muſcus ferrugineus ferè eſt noſter, non, quem Auicenna probat, citrinus, Alexandrinum vocans: eſt odore in opum Cyrenaicum inclinante, ſed valentiore, præter ſummam aliam in eo fragrantiam: glebulis exiguis conſtat, Syluius. Syncerus niger eſt: conglobatus melior: ſolitudinis odorem habet, aut anguium quorundam ſtato tempore, aut cuiuſdam auis fimi quo adulteratur: ex quo plus eſt, acrius nares ferit, Alex. Benedictus: lego, & quo propius eſt, acrius (id eſt minus grato odore) nares ferit: nam de zibetho quoque ſic ſcribit, Ex proximo nares acrius ferit, & ex quo plus eſt, (lego, & quo propius eſt:) muſco tamen charius comparatur: quoniam odorem qui gerit ipſe non ſentit. Sed hoc idem de muſco quoq; ſcripſerat, odorem eius ab eo qui gerit non ſentiri. Venatores in regionibus Beteth (Tebeth) & Seni, plerunque capreis quas vel ſagittis interemerint, vel aliter ceperint, folliculum adhuc immaturum abſcindunt: qui moſchus præcox tetro & inſuani odore diſplicet. Verum tantiſper libero aëre ſuſpendunt: dum abacto prorſus fœtore maturuerit: is hac concoctione perfecta miram ſibi conciliat ſuauitatem. Simile quippiam in arborum fructibus fieri conſueuit, qui præcoces decerpti, tandem exuta acerbitate, & dulces & ſuaueolentes euadunt. Sed præferri debet moſchus ille, qui in folliculo ſuo matureſcit, antequam reſcindatur ab animali, Serapio. Folliculus moſchi antequam maturuerit, graue olet. Venetijs odorari volui adhærentem adhuc animali: is omnino grauem odorem habebat, quia nondum ad maturitatem peruenerat. Quod ſi accidat ab animali auferri antequam abſceſſus concoctus ſit, concoquitur quidem, ſed ineptius olet, Braſauolus. Perfectus moſchus non multus ad nos adferetur, ſed folliculi ſolum vi ab animali abrepti, ex regionibus orientem & occidentem verſus ad nos comportantur:

tantur: perfectior est ex oriente allatus, ijs præcipue locis vbi nardus & cedoratæ herbæ nascuntur. Brasauol. An mel sit legitimus & non adulteratus sit, quidam hoc modo probant. Ponderatum in pelvim aut in huiusmodi vas humore quo deponunt, tum post aliquantulum iterum ponderant: si superat, tum non adulteratum putant: si verò non, suppositium illegitimumque iudicant. Symeon Sethi Gyraldo interprete. Græcè sic legitur, Ἐν καθυγρασθείσῃ λεκάνῃ μετὰ τὸ καθυγρανθῆναι πάλιν σταθμῶσι, καὶ εἰ μὲν τῷ καθυγρανθέντι ὑπερέχει (lego ὑπερέχῃ) ἀνόθευτον αὐτὸ ἡγοῦνται· εἰ δὲ μή, νενοθευμένον. Ruellius vertit, In peluim humore perfusam post examinatum trutina pondus imponunt, postea rursum æqualance ponderant. Quod si protinus ad lateram redactam superferatur, synceri experimentum putant: sin repens cedat & pondere degrauetur, spurij indicium existimant. Hanc opinionem Sylulus quoque sequitur. Ego quod verba attinet, Gyraldo accesserim: ὑπερέχειν enim verbum significare videtur, pondere superare: τὸ ἄγειν, ponderare vel appendere sit, quemadmodum ἕλκειν. Quod ad rem ipsam, vtet verius transtulerit experimentum diuinibus relinquo. Mercatores quidam empturi moschum, naribus obturatis & respiratione cohibita ad medium iactum lapidis currunt, & inde attrahentes aërem ore, si moschi odorem sentiant, emunt probantq; Platearius. De moscho adulterato pluribus egi in E.

Moschus est calidus & siccus, sed siccior quàm calidior secundum quosdam, & subtilis, Auicenna & alij. Cal. & sic in secundo gradu, Mesarugie. Cal. & sic. in fine secundi gradus, Auerrois. Calidus in secundo, siccus in tertio. Alchahabamen. Cal. & sic: in tertio, & tenuium partium, Symeon Sethi, Constantinus, Mesehe. Calefacit moschus, idque in figura, & intùs sumptus. & si applicetur quoque, nec non manifestè exiccat. Brasauol. Siccare quidem eum, etiam ex vehementia odoris colligitur: odor enim in sicco fundatur, Aristotele teste: sed ros multas partes humidas ab ex non tenuemus: & humiditas eius valde crassa est, Idem. Conuenit lassis per hyemem, Constantin. Dissoluit & consumit, vtpote cal. & sic. Platearius. Exigua eius portio magnæ est efficaciæ: quamobrem parce admodum medicamentis adijcitur, nec conteritur, sed dissoluitur in aqua rosarum, &c. (vtor e dissi.) Mesuach. in Mesuen. Reprimitur caliditas eius cum camphora, & siccitas cum oleis humidis vt violaceo vel rosaceo. Dolia eius aliqui quatuor aut quinque ad summum grana faciunt. Theriaca est venenorum, & propriè napelli, Auicen. Principalis est dignitas inter aromata. Constantin. Aromatico quidem odore suo vires & spiritus corporis omnes corroborat: idque momento, propter partium eius tenuitatem, quæ tamen subitò penetret, durat tamen diutius, nec tam cito dissoluitur quàm alij odores. Confirmat imbecilles particulas, Symeon Seth. & alij. Spiritus instaurat: ob id compositionibus multis analepticis miscetur, Syl. Aëtius 12. 46. medicamento purganti ex hermodactylis moschum addit, restaurandi nimirum causa particulas vi pharmacorum debilitatas. Vtilis est illis qui pothymiam, hoc est animi deliquium patiuntur, quique vires resolutas habent, Symeon. Contra quamois syncopen remedio est, Auerroes. Contra syncopen & totius corporis (contra syncopen & cordis, Isidor.) debilitatem, siue vitio capitis, siue hepatis, & contra stomachi dolorem, ex frigiditate moschus simpliciter cum vino detur, vel dramargariton, vel pleresarcoticon, ad summum pondere quinque granorum, Platearius & Isidor. Cor & omnia viscera roborat, cataplasmatis instar impositus: membris omnibus, ipsis quoq; ossibus vires auget, vt recentiores quidam falsò ex Dioscoride citant, qui nullam vnquam moschi mentionem facit. Addunt ex eodem, iucundum capitis grauedinem pellere, vertiginem exundanti humore natam emendare, omnium mœrore tollere, venerem stimulare. Cor & reliqua viscera roborat potus, aut adhibitus fotis, Aben Mesui. Cordis robur & ægritudines præmunit, insigni ad hoc ipsum facultate, Auicen. & Auerroes. Facit & ad cardiacos: ipsum enim cor confirmat & roborat, sed pallore corpus inficit, Symeon. Tremorem cordis leuat, Auicen. Cerebrum temperatum roborat, Auicen. Caput frigidum iuuat, calidum lædit, Symeon. Calidis natura dolorem capitis statim excitat: ad affectus verò frigidos in capite omnes perquam vtilis est, Rasis. Quibusdam malè olet: alijs caput frigidum iuuat, caldum ferit, & in eo epilepsiam excitat, Syl. Quibusdam ita ingratus est moschi odor, vt inde capitis dolorem incurrant, aut etiam morbum attonitum: & mulieres quædam veteri præfocationem. Brasauol. Et rursus, Suauitate ijs odoris multorum capita aggrauantur, & replentur. Calfacit cerebrum & desiccat, quam ob sternutationes cum eo, idemq; corroborat. Arabari & Mesarugie. Sternutationes de moscho paralysin iuuant, Constantin. Vtilis est lodæ (id est capitis dolori) veteri, quam nimis humiditas comitatur, Mesarugie. Caput purgium ex moscho cum croco & pauca camphora, remedium est lodæ frigidæ: moschus etiam per se, propter vim resoluendi confirmandique, Auicen. Corporis stupefactioni & surditati medetur. Melancholiam (ex cholera nigra, Auicen.) abigit, Auerroes. Timorem melancholicum pellit, & animo gaudium facit, Constantin. Miscetur collyrijs & aridis medicamentis ocularibus: abstergit enim albuginem subtilem, & noxium humorem desiccat, & roborat oculos, Auicen. Hach'm eben Hanain, Constantin. Auersus nauseam medetur, & appetitum restituit, Rasis. Crassos intestinorum flatus resoluit, Auerrois. Contra suffocationem ex vtero subuenit, Auerrois. Contra cerebri (erratum videtur) & matricis præcipitationem, naribus applicetur: contra suffocationem autem matrici suffitur, Platearius. Quibusdam mulieribus veteri præfocationi offert, alijs in pessis contra hanc mirè prodest, Syl. Odore eius vterus mirè trahitur: propterea eius vsus in pessarijs maximus est, præsertim in vteri strangulatu, Brasauol. Vt menses educantur, & conceptus cum frigida impeditus pronunciatur, moschus cum cyphera magna supponitur. Pessus etiam factus ex styrace calamita, ambra, & moscho non parum iuuat. Idem præstabit suppositus lana xylina, oleo mutelino madens, in quo tenuiter tritus fuerit moschus, Platearius. Est in moscho humiditas quædam, quæ coitum excitat, quòd si cum oleo cicino resolutus virgæ illinatur, coitum promouet, Medici Perfidis. Sic illitus colli, mirificè mulieres in Venerem prouocat, Brasauol. Moschus coitum auget, Auerrois. Hanc ob causam aliqui in medicamentum diasatyrion moschum adijciunt. Si parum musci mandatur, fœtorem oris palliat, Platear. Placet ex eo in tragematis oris commendatio. Al. Bened & Muscardinas vocant hodie pharmacopolæ sacchara aquarosaces moschata irrigatum, & in minutorum seminum formam crispa superficie redactum: videtur autem præcipuè ad oris & halitus commendationem parari. In cibo facit (forte, pellit) oris fœtorem, Auicenna. Contra vitus axillarum, hircum vocant: Illinantur musco axillæ, & diligenter fricentur, bene palliat, Platearius.

H.

Moschus aromaticus nomen inuenit παρὰ τὸ μέσον χεῖσθαι, quòd è medio (vmbilico scilicet animalis) fundatur: vel à

vel à verbo μῶ, quod eſt quæro, quòd ab omnibus requiratur: vel ὄζω, hoc eſt, oleo, fit oſchos, & μ. littera abundante moſchos: vel à priuatione fœtoris, ἀπὸ στέρησιν τῆς ὀδυσσείας: ὄζειν enim & bene & male olêre ſignificat. (vt μ. littera priuationis loco forte præfixa ſit) Etymolog. Moſchi meminit & Phocion grammaticus recentior, Herm. Ego in ſolo Etymologico (cuius authorem non Phocionem ſed Micholum quendam eſſe alicubi legi) moſchi odoramenti mentionem repetio, nec apud alium quenquam grammaticorum. Moſchum aliqui dictum putant, quia Græci animal hoc ex quo moſchus colligitur, vitulorum colorem habere iudicarunt, quos μόσχους appellant. Alij inquiunt ita appellari quia Græci primos ſtolones moſchos vocant: moſchus autem odoratus, eſt tanquam in eo animante ſtolo: ſed verisimilius eſt ab Arabica voce miſch Græcos deflexiſſe, Braſauolus, cui & ipſe facile accedo.

Et celebris ſuaui eſt vnguine muſcus Arabs, Alciat. Sunt ex plantis quæ moſchum olent. De angelica noſtra in E ſuperius dixi: de dorcadi de verò vel muſcio, item muſcillo vel dorcide herbis, & vua moſchata, in hiſtoria Capreæ. Alfengemiſch. eſt ocymum caryophyllatum, vel muſcatum, vt aliqui putant: nam miſch Arabicè moſchus eſt. Monachi in Meſuen. Solanum, tum commune, tum veſicarium quoq;, ni fallor, ſæpe mihi fol jsſuis moſchum prorſus redolere viſa ſunt. Eſt & herbula quædam rara, nec vlli adhuc deſcripta, quam circa Baſileam & Lauſannam reperi, locis opacis & pinguibus. Vix vltra ſeſquipalmum aſſurgit, apij ferè foljs, tenera, floſculi parui & pallidi quaternis ſinguli folliolis, ſi rectè memini, ſummos coliculos coronant, mira proclus & peculiari ratione: ſunt enim quaterni in circuitu laterum, in vertice vnus, omnes contigui: radix ſubeſt, parua, alba, denticulata, ſimilis illi quam in Heſſia ſanículam albam vocant: ſed hanc quoq; à nonnullis ſic appellari audio. Superficies eius ipſiſſimum moſchum olet, breui quidem & fugitiuo ſed ſuauiſſimo odore. In ſummis etiam circa Sedunum Helueticis alpibus, herbulam quandam breuiſſimam roſeis vel purpureis floribus inueni, moſchi vel ſtactes potius aut ſyracis calamitæ odore: vt & ſatyrij genus digitatum, florum capitulo coloris rubri adufti & nigricantis (quamobrem incolæ *brendli* vocitant, hoc eſt aduſtam) quo nihil vnquam ſuauius mihi odoratus videor, & ea quidem grata quæ caput minime repleret. Roſa Damaſcena ſeu muſcatella vulgò dicta inter ſylueſtres annumerari poteſt: quam Auicenna Canone 2. ca. 114. Nefrin vel nefrin, vel neſerin nominat, vt Bellunenſis interpretatur, cuius hæc ſunt verba: Nefrin eſt roſa odoris acuti, quæ vulgò in Hiſpania & Barbaria roſa muſcata dicitur. Damaſci roſa nefrin vel neſerin, & eſt ſpecies roſæ ſylueſtris. Simon Ianuenſis etiam, & Pandectarius, neſerin vel neſrim, autoritate Alhaui dicunt eſſe roſam ſylueſtrem & albam, quæ in frutice ſpinoſo vt ſatiua naſcatur. Serapio nerſin vocat, & ab aliquibus roſam ſylueſtrem & roſam Seni nominari ſcribit, Monachi in Meſ. Alibi etiam neſrin roſam paruam, ſylueſtrem, albam interpretantur: cui Auicenna & Serapio eandem facultatem attribuant qua prædictum eſt zambacum vel ieſeminum, ſed infirmiorem: vt in penuria olei zambacini, oleo de neſrin, id eſt roſis Damaſcenis vti liceat. Nerſin, inquit Auicen. calidus & ſiccus eſt ordine tertio. Omnis ſpecies (pars) eius vim habet abſtergendi & attenuandi, ſed flos præcipuè. Neruis frigidis prodeſt. Vermes aurium occidit: & tinnitum earum tollit. Dentium dolorem mitigat. Sylueſtris in hoc genere fronti in capitis dolore illinitur. Prodeſt gutturis & tonſillarum abſceſſibus. Drachmæ quatuor inde potæ, de ſylueſtri præcipuè, vomitum & ſingultum ſiſtunt. Hæc Auicen. de neſrin. Sed cum planta ſit calida & ſicca in tertio, & eadem ferè quæ zambacum efficiat, roſis eam adnumerare non poſſumus: neq; enim vlla nobis roſarum ſpecies ſiue ſatiua ſiue ſylueſtris cognita eſt, quæ tertio gradu calfaciat, & illa præſtet, quæ plantam nerſin præſtare ex Auicenna nunc recitaui. Quamobrem aliam eſſe oportet roſam Damaſcenam ſiue muſcatam vulgò in Italia dictam: cuius Matthæolus etiam meminit, perquam odoriferam eſſe ſcribens, colore albo, & ventri mouendo cæteris efficaciorem. Ego loco nerſin ieſeminum vulgò dictum, aut leucois potius quàm vllum roſarum genus vſurpare malim. Neſrim, id eſt zambacum ſylueſtre, calidum eſt & ſiccum: & calidi temperamenti, caput lædit. (& vel ſanguinem è naribus aliquando odore ſuo elicit) Raſis. Idem apud Serapionem. Vidi, inquit, in Coraſceni qui dabant folioru eius duas aut tres ad ſummũ drachmas, vnde venter admodum mouebatur. Nerſin eſt ſicut narciſſus, Auicenna & Aben Meſuai: ego narciſſum hîc falsò legi video. ſiue authorum, ſiue interpretum aut librariorum hæc culpa ſit: nam neq; forma, cum ſit frutex roſæ ſimilis, aut ſaltem magnitudine par: neq; vires cum narciſſo conueniunt. Fieri quidem poteſt vt ea vox corrupta ſit pro ieſemino. Quanquam rurſus in Narciſſo etiam apud Serapionem ſcribitur, narciſſum ea efficere quæ ieſeminum. Sed legendum eſt nerſin non narces (ſic enim narciſſum vocant) ea præſtare quæ ieſeminũ, vt Auicenna & Meſarugie docent. Serapio quidem vel citatus ab eo author, vocum affinitate facile falli potuit. Eſt autem zambacum ſiue ieſeminum frutex floribus odoratis, quem Galli & Itali etiamnum ieſeminum appellant, docti quidam ialminum, & vngentum eiuſdem nominis Dioſcoridi deſcriptum ex floribus eius confici arbitrantur. Ego eundem fruticem Vergilij caſiam eſſe puto, apibus gratam, vt pluribus in Apum hiſtoria docebo. Quod ſi neſrim ieſeminũ ſylueſtre eſt, vt Raſis ſcribit, non rectè Auicenna huius plantę genus ſylueſtre priuatim nominaret, ſatiuum etiam genus eius alterum eſſe intelligendum relinquens, cum de zambaco, id eſt ialmin (ſic enim Bellunenſis hæc vocabula ſcribit) ſeorſim agat. Scribit autem zambacum calidum & ſiccum eſſe ordine tertio, & oleum eius prodeſſe neruis frigidis, in ſenibus præſertim, ſed odore ſuo caput lædere, quod Dioſcorides etiam de ialmino tradidit vnguento. Sed ſiue zambacum ſylueſtre hæc planta eſt, ſiue ſimilis ei, ſat fuerit intelligere eandem vtriuſq; facultatem eſſe, zambaci tamen efficaciorem paulò: & nullum pro eo roſarum genus ſubſtituendum. Roſæ quidem nomen (vocant enim nerſin al qui roſam agreſtem, & roſam Seni, vt apud Serapionem legimus) non ſatis eſt ad probandum propriè dictæ roſæ hanc ſpeciem eſſe: vt neq; violæ proprie dictæ genera ſunt, quæ vocantur leucoia Dioſcoridis, & leucoion Theophraſti. Oleum de nerſin vtile eſt aduerſus pleureſin ex atra bile, & veteri dolores, Aben Meſuai. Vinum quod vulgò muſcatum vocant (noſtri muſcatellũ,) præcipui odoris iucundiſſimiq; ſaporis eſt: mirumq; quomodo muſcus etiam nũ in pyra quędam minima tranſierit, ſuperba (vt dicunt) cognominata: parua hæc & acyſſima, ſed ætate noſtra & in maiora etiam ſetorina idem odor tranſiuit. Vuam albam ac nigram quoq; iam occupauit: in alios fructus non tranſiuit is odor: in pruna ac ficus à nobis fruſtra tentatum eſt. Alexander Benedictus lib. 10. cap. 10. operis ſui practici, vt vocant.

Reddunt interdum & feles ſylueſtres (martes potius,) & mures, moſchi odore recrementum, vt ſæpe in diruptis agrorum ædificijs vidimus: ſed id acceptum ferendum eſt odoratis fruticum cibis, quibus aluntur. Ruel. ego hæc animalia frutices minimè depaſci puto. Sed de marte, & mure moſchardino, vt quidam appellant, ſuo loco dicetur. Moſchiæ dicti lepores quidam ſunt, quorum in veſtigijs ſpiritum tanta vi ſentire canes memorant, vt fugato rete planè credantur, vt dixi in Lepore a. Moſchus in Calechut affertur ex regione Pego dicta, à qua diſtat quingentis millibus paſſuum, Ludouicus Romanus.

DE MVLO.

A.

MVLVS iumentum eſt, quod Hebraica lingua פרד *perad* nominat: vnde fœmininum פרדה *pirdah*, Regum. 3. 1. Dauid Kimhi ſcribit ex ſententia R. Hai, pered animal à ſeparatione ſic dici, quod non pariat. Pſalmo 32. pro Hebraica voce pered, Chaldæus habet בורגא *cudana*, Arabs בעאל, *beal*: at Geneſeos 36. pro iemim Hebraica voce, (mulos pleriq; interpretantur,) Arabicè legimus בגאל, *begal*. Septuaginta hemionos. Ab hac voce nominatus videri poteſt burdo vel burdus Latinè: Porphyrio equum mannum ſiue mannulum interpretatur. Albertus Magnus videtur muli genus intelligere ex equo & natum & aſina, hinnum vel hinnulum veteres vocant, vt in hinni hiſtoria ſtatim poſt aſinum dixi: & nonnulla dicam mox in a. ימים *iemim*, Geneſeos 36. Saadias & Salomon interpretantur peradim, id eſt mulos, ſimiliter Steuchus & Sanctes: Hieronymus aquas calidas, alij onagros, &c. Vide ſupra in Aſino 11. h. Doctiſſimi quidem pleriq; mulos eſſe conſentiunt, vt & D. Kimhi in libro radicum. רכש *rekeſch*, alij equos præſtantes nec dum annoſos, aut velociſſimos, alij mulos eſſe putant: vide in Equo A. Achaſtranim Eſther 8. Dauid Kimhi & alij mulos interpretantur. R. Salomon camelos veloces, Hieronymus veredarios, Septuaginta omittunt. Sed diuerſa apud Hebræos muli nomina eſſe minus mirum, cum præter commune genus muli, aliud quoddam peculiare in Syria habeatur, vt dicam in B. Apud Munſterum in Lexico trilingui pro mula ſcribitur *pradach*, & *peradyah*, פרדיה. Græci mulum ἡμίονον dicunt, & alio nomine aſtraben, quæ vox nonnihil ad achaſtran Hebraicam vel Arabicam accedit. Hemionos quidem ſemiaſinum ſonat, quod mulus altero tantum parente aſinus ſit, altero equus, in plu- 79

ribus

ribus tamen asini quàm equi naturam sequi videtur. Italis, mulo. Hispanis, similiter: fœmina, mula, vt Latinis. Gallis *mules*, fœmina *mule*. Angli à Gallis mutuantur *a mule*. Germanis, *maulthier* vel *maulesel*. Illyricis *mezarck*. Flandris *mull*.

B.

Sunt in Syria, quos mulos appellant, genus diuersum ab eo, quod coitu equæ & asini procreatur, sed simile facie: quomodo asini syluestres, similitudine quadam nomen vrbanorum accepere: & quidem vt asini illi feri; sic muli præstant celeritate. Procreant eiusmodi mulæ suo in genere: cuius rei argumento illæ sunt, quæ tempore Pharnacæ patris Pharnabazi in terram Phrygiam venerunt, quæ adhuc extant: tres tamen ex nouem, quot numero olim fuisse aiunt, seruantur hoc tempore, Aristoteles. Et alibi, In terra Syria super Phœniceen mulæ & coëunt, & pariunt omnes: sed id genus diuersum est, quanquam simile. Theophrastus vulgò parere in Cappadocia tradit, (quod in Aristotelis quoq; Mirabilibus legitur) sed esse id animal ibi sui generis, Plinius. In India equarum & asinorum greges sunt, & asinos equæ facillimè admittunt, & rubros mulos pariunt, ad currendum præstantissimos, Aelianus. Apud Indos Psyllos (nam sunt etiam alteri Africi) arietibus non maiores equi gignuntur: asini quoq;, mali, & boues minimi, Aelianus. In terra Scythica neq; asinus neq; mulus gignitur, ac ne vllus quidem visitur propter frigora, Herodotus lib. 4. Ex paulò superius cum idem scripsisset, subdit: Quo magis miror cur in omni Eleo agro muli nequeant gigni, cum neq; locus sit frigidus, neq; vlla alia causa appareat. Aiunt Elienses ipsi ex imprecatione quadam id sibi contigisse, (idem ex Herodoto Eustathius repetit:) cumq; tempus aduentat conceptus equarum, se in loca finitima illas educere: Ibi postquam admiserint asinos dum equæ conceperint, tunc rursus eas reducere. Plura vide supra in Equo c. Mulus natura sua asinum magis quàm equum refert, burdo autem contra: quamobrem mulus asini vocem reddit, burdo equi: vterq; ex dissimilis naturæ semine generatur, ideoq; sterilis est, Albertus. Videtur autem innuere burdonem ex asina & equo gigni, (veteres hinnum vel hinnulum vocabant:) vt mulus ex equa & asino: quanquam Alunnus, Burdo (inquit) vel hinnulus, Italis *mulo bastardo* (id est mulus spurius) dicitur, ex equa & asino nascens. Burdonem è genere mulorum esse. Sextus Empiricus etiam manifestè innuit, eodem in capite ex mulo pariter & burdone remedia numerans: vbi & Hamelbergius burdonem hinno eundem facit in suis enarrationibus. Adde quod remedia quædam ex burdone scripta à Sexto, alij de mulo similiter scribunt. Ginni apud Aristotelem deminuta forma equi dicuntur: quos & gygenios ab Strabone nuncupari putant nonnulli, quanquam & mulorum genus sic in Liguria vocet, Cælius. Musimon, asinus, mulus, aut equus breuis, Nonius. Mulus habet quædam asini propria, auriculas longas, vocem, crucem in humeris, pedes exiguos, & corpus macilentum: reliqua verò vt habet equus, Liber de nat. rerum. Muli nigricant colore: cardinales in Italia cinericei ferè coloris vt audio; compactæ, eosdemq; magnos & caudatos. Asinis & mulis procomij loco ad oculos defendendos aures datæ sunt longiores, Xenophon. Mulo dentes mutantur, Aristoteles. Asinus & mulus dentes habent triginta sex, καὶ τοὺς ὀπισθοφυεῖς, id est itemq; agnatos vel annexos, vt Ruellius vertit, Absyrtus cap. 91. Cervix mulorum & asinorum non est erecta vt equorum, etiamsi longa sit, Varinus in Ἐξαιρέτους. In equorum & mulorum quorundam corde inuentum est os, Hierocles. Mulus & omnia solipeda felle carent, & ventrem habent simplicem, Aristoteles & Plinius. De vulua mularum, vide in E in causa sterilitatis earum.

C.

Equi, muli, & asini fruge herbaq; vescuntur, sed maximè potu pinguescunt, Aristoteles. Quidam præcipiunt equum admissarium eodem ritu quo mulos saginandum esse, Columella. Cucumeres à mulis vt pepones à felibus maxime expetuntur, Ant. Mizaldus. Qui fiat quòd equi dum bibunt caput aquæ ad oculos vsq; immergant, muli verò & asini extremo tantum labra, Hier. Garimbertus quærit quæstione 41. Rhododaphnæ flores & folia, mulis, asinis, & quadrupedum plurimis venena sunt Dioscorides. Muli & asini volutationi indulgent, vt ita scilicet à lassitudine recreentur. Viget & equus & mulus (Aristotele teste) à dentium ortu: cumq; prodierint omnes, non facile ætatem dignoueris: quatenus tamen dignosci possit in mentione equorum explicatur. Mulæ maiores & viuaciores sunt quàm mares muli, Aristot. Et alibi, Serius fœmina se nescit quàm mas. Nonnulli fœminam profluuio vrinæ purgari aiunt: marem olfactu vrinæ prius senescere. Et rursus, Vita mulis ad annos multos: iam quidam vel octogesimum annum potuit agere, cum templum ædificaretur Athenis, de quo plura in e. Mulus asini, burdo equi vocem reddit, Albertus.

Obseruatum, è duobus diuersis generibus, tertij generis fieri, & neutri parentum esse similia: eaq; ipsa quæ ita nata sunt, non gignere, in omni animalium genere, ideirco mulas non parere, Plin. Mulas Democritus non parere ait: nec enim similes alijs vulnas animalibus habere: itemque ex diuersis animalibus procreatas minimè concipere quire, Aelianus interprete Gillio: sed non rectè fortassis ex Aristotele hæc transcripta sunt, cuius mox verba recitabo. Author obscurus libri de nat. rerum, mulorum genus sterile esse ait, quoniam ex diuersæ naturæ seminibus oriatur: frigidum enim esse asini semen, equi calidum. Aristoteles libro 2. de gener. anim. cap. vltimo; mulos tantum inter ea, quæ ex diuersæ speciei parentibus gignantur animalia (vt sunt lupi, vulpes, canes; perdices & gallinæ, &c. de quibus penultimo capite dixerat: Coeunt animalia etiam quorum genus diuersum quidem; sed natura non multum distat, si modo par magnitudo sit, & tempora æquent grauiditatis, &c.) sterile esse scribit. Cuius rei causa, inquit, non bene ab Empedocle & Democrito redditur. Obscurè Empedocles, planius Democritus scribit: sed neuter bene. Afferunt enim (eandem) demonstrationem æquè de omnibus, quæ præter suam cognationem coëant. Democritus meatus mulorum corruptos in vteris dicit, quoniam non ex cognatis principium eorum consistit. Sed id cum alijs etiam animalibus accidat, tamen nihilominus possunt generare, vt paulò ante dictum est. Empedocles (eiusdem aliam opinionem inferius ex Plutarcho adferam) misturam seminum causatur, quæ densa ex molli vtraq; genitura consistat: caua enim & densa coaptari vicissim, fieriq; ex ijs, durum ex mollibus, vt si æs stanno misceatur. Sed hæc & ineptè & supra hominis captum dicuntur: (& quæ sequuntur, quæ ideirco omitto, quòd partim obscura, partim logica magis quàm physica sint.) Reiectis igitur hisce minum vniuersalibus & inanibus causis: ex ijs quæ in genere tum equorum tùm asinorum insunt, considerando

potius acceperis cauſam: primum enim vtrunq; eorum ſingularem parit fœtum ex ſui generis moribus: tum fœminæ non ſemper concipere poſſunt: & quidem quæ inter poſito tempore admittuntur, quoniam ferre continuè nequeant. Item equa menſtruoſa non eſt: imò minimũ inter quadrupedes emittere ſolet: aſina conceptus incontinens eſt: genituram vtiq; iniectam emingit. Deinde cum aſinum docuiſſet animal eſſe frigidum, ſemen quoq; genitale eius, inquit, frigidum eſſe neceſſe eſt. Cuius rei indicium, quod ſi equus ſuperuenerit aſinam, quam iniecerit aſinus, non peruertet aſini initum (vt Plinius etiam ſcribit:) ſed ſi aſinus ſuperuenerit equam, quã equus inietit, peruertet, propter ſeminis ſui frigiditatem. Cum igitur inter ſeipſa iunguntur, ſeruatur ſemen propter alterius calorem: calidius eſt enim ab equo quod ſecernitur: nam aſini & materia & genitura frigida eſt, equi calidior eſt: cum autem miſtum vel calidum cum frigido, vel frigidum cum calido eſt, euenit vt conceptus ex ijs ſeruetur, eaq; vicißim ex ſeipſis fœcunda ſint. At verò quod ex ijs prodijt, infœcundum ad perfectam fœtificationem eſt. Omnino cum vtrunq; aptum propenſumq; ſit ad ſterilitatem: ſunt enim in aſino, tum ea quę diximus: tum etiam, vt niſi à prima dentium mutatione (priuſquam dentes pullinos iaciat, Plinius) generare incipiat, nunquam pòſt generet, ſed ſterilis omnino perduret: ita in exiguo continetur generandi vis corporis aſini, facillimeq; labitur ad ſterilitatem. Equus etiam ſimili modo idoneus eſt ad ſterilitatem, tantoq; deeſt vt ſterilis ſit, quanto, vt quod ex ipſis prodierit ſemen fœcundius reddatur: quod tunc efficitur, cum aſini excremento (ſemine) miſcetur: aſinus quoq; parum deeſt quin ſui generis initu ſterile generet. Itaq; cum acceſſerit quod præter naturam eſt, ſi antea vix vnum partu naturæ legitimum poterat generare, iam quod peregrinum ex ijs prodijt ſterilius, nihil deerit vt ſterile ſit, ſed neceſſariò ſterile erit. Euenit etiam vt corpora mulorum magna efficiantur, quoniam menſtruorum deceſſus (ἀποκάθαρσις, id eſt excretio) ad corporis incrementũ vertatur. Cumq; partus eorum annuus ſit, non modo concipiat, ſed etiam enutriat mula opus eſt: quod fieri non poteſt ſine menſtruis: mulis autem menſtrua deſunt, ſed quantũ inutile eſt cum excremento veſicæ abigitur: (Vnde fit, ne muli genitale fœminarũ, vt alia ſolipeda, ſed ipſum excrementum olfaciant) reliquũ in corporis excrementũ & magnitudinem vertitur. Itaq; concipere quidẽ aliquando mula poteſt: quod iam factum eſt, ſed enutrire atq; in finem perducere nõ poteſt. Mas generare interdum poteſt, quoniã & calidioris naturæ quàm fœmina mas eſt, & nihil corporis per coitum confert ad generationem: quod autẽ facit genitus eſt (de quo paulò inferius dicetur.) Hæc omnia Ariſtoteles. Quadrupedibus tantũ viuiparis menſtrua contingunt, niſi quid læſum per generationẽ ſit, vt mula, Ariſtot. Ægyptij vt mulierem ſterilem ſignificent, mulam pingunt: hæc enim ideo eſt ſterilis, quia matricem habet obliquam, Ocus. Ariſtotelis de mulorum ſterilitate ſententiam ab Alexandro Aphrodiſienſi non animaduerſam mitor: is enim eandem quam Ariſtoteles refellit, opinionem profert, Problematum ſuorum libro primo, his ferè verbis: Mulæ ſteriles videntur, quoniam ex animalibus conſtant ſpecie diuerſis: miſtio enim ſeminum, quæ tam habitu, quàm natura inter ſe diſcrepant, aliud quippiam præter vires ſuorum ſimplicium conficit, & naturam eorum penitus abolet: quemadmodum albi & nigri miſtio, abolitis extremis coloribus alium parit colorem fuſcum nominatum, qui neuter extremorum eſt: igitur habitus genitalis aboletur, & ſpecierum habilitas omnis deſtruitur, quæ creatrix certi indiuidui eſt, Hæc ille. Mihi quidem hæc ratio etiam contra Ariſtotelem defendi poſſe videtur: nam cætera animalia, quæ ex diuerſis ſpecie parentibus naſcuntur, vt canes è cane & lupo aut vulpe: & accipitres ex accipitribus ſpecie diuerſis, & gallinæ ac perdices, ideo non ſterilia forte fuerint, quòd parentes eorum quamuis ſpecie diuerſi, natura tamen non adeò differant quantum equus & aſinus, eorumq; ſemina: de quibus etiam Ariſtoteles ipſe teſtatur, hoc frigidum, illud calidum eſſe. Alcmæon (vt refert Plutarchus de placitis philoſophorum 5. 14.) mulos mares ſteriles eſſe ſcribit, propter tenuitatem, hoc eſt frigiditatem ſeminis. Fœminas verò, quòd vteri earum occluſi ſint, neq; dehiſcant (acetabulis ſcilicet vnde ſanguis menſtruus funditur in alijs animalib. non apertis.) Empedocles vero (cuius aliam opinionem ex Ariſtotele paulò ante retuli) propter vterum nimis paruum, eundemq; humilem & anguſtum, & obliquo ſitu (καταγωνίαν) ventri adnatum, ita vt ſemen non recta injici poſſit: & ſi poſſet, non tamen contineatur. Huic aſſentitur Diocles, ſæpe in diſſectionibus talem ſibi viſum ſcribens mulorum vterum, ac veriſimile eſſe eandem ſterilitatis cauſam in mulieres quoq; cadere. Mula quoq; iam facta granida eſt, ſed non quoad perficeret atq; ederet prolem, Ariſtoteles. Et alibi, Mula aliquando gemellos peperit, quod oſtenti loco habendum eſt. Mula ſi gemellos peperit, oſtentum dirum peſtemq; denunciat, Alexander ab Alexan. Eſt in Annalibus noſtris peperiſſe ſæpe, verum prodigij loco habitum, Plin. Cum Darius Babylonem obſideret, Babylonij nihili pendere obſidionem: nam conſcenſis propugnaculis tripudiare, probraq; ingerere Dario atq; exercitui: quorum quidam ita inquit: Quid iſtic deſideris Periæ, quin potius abiceris tunc expugnaturi nos, cum peperint mulæ. Hoc quidam Babyloniorum dicebat, credens nunquam parere mulam. Anno ac ſeptem menſibus obſidione conſumptis, &c Zopyro Megabyzi filio hoc contigit portentum, vt quædam mularum eius, quæ frumentum ſubuectabant, parerent: quo oſtento commotus ille cum recordaretur eorum quæ Babylonius ille dixerat, vt ipſe tanti facinoris author fieret, tanquam omnino fatalis, naſo & auriculis ſeipſum mutilans, Darium conſilijs inſtituit de capienda Babylone: ipſe transfugam ſe ſimulans, & à Dario mutilatum quòd ſuaſiſſet et à Babylone tanquam inexpugnabili recedere, cum poſt aliquot præclara eius aduerſus Perſas facinora, dux exercitus & murorum cuſtos creatus eſſet, vrbem Dario prodidit, vt pluribus recenſet Herodotus libro 4. Et rurſus libro ſeptimo, Cum Xerxes, inquit, aduerſus Græciam proficiſcens cum exercitu Helleſpontum traieciſſet, mula mulum edidit, ancipitia genitalia habentem maris & fœminæ, ſed maris ſuperiora. Pariunt aliquando mulæ in terris valde calidis, in quibus exterior calor frigiditatem aſini temperat interiorem, Albertus: quam eius opinionem ipſe non probo, nec quo nitatur authorem habet, niſi forte Varronem, cuius iam verba recitabo: quod ſi iuſta hæc cauſa eſt, cur aliquæ tantum & ratò, non omnes quæ eodem calore ex æquo fruuntur ijs in terris pariunt? Romæ aliquoties dicitur peperiſſe mulam. Mago ſanè & Dionyſius ſcribunt mulam & equam cum conceperint, duodecimo menſe parere. Quare non, ſic hic in Italia cum peperit mula ſit portentum, adſentiri omnes terras. Neq; enim hirundines & ciconiæ, quæ in Italia pariunt, in omnibus terris pariunt. Non ſcitis palmas, cariotas in Syria parere, inuectas in Italiam non poſſe? Hæc Varro. Quidam non diſſimulandi authores, vt M. Varro, & ante eum Dionyſius ac Mago prodiderunt, mularum fœtus regionibus Africæ adeò non prodigioſos haberi, vt tam familiares ſint incolis partus earum, quàm ſint nobis equarum, Columella. In terra Syria ſuper Phœnicem, & in Cappadocia, mules parere aiunt: ſed genus diuerſum eſt, quanquam ſimile, vt in 8. retuli. Mulæ Democrito non naturæ opus, ſed humanæ machinationis adulterinum inuentum & furtum eſſe videntur: nam cum Medus quidam aſinus vim equæ inferens, fortuitò grauidam reddidiſſet, homines poſtea huius violentiæ diſcipuli facti, in con-

ha consuetudinem procreandi adduxerunt, Aelianus. Apud Venetos Paphlagoniæ vrbem mulorum genus primum excogitatum & inuentum est, Scholia in Homeri Iliadis secundum. Ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμίονων γένος ἀγροτερόγαιον. Homerus. Eneta (inquit) vrbs est Paphlagonum (inquit Scholiastes Apollonij poëtæ.) Vocabantur autem Eneti populi ante Troianum bellum Καύκωνες. Geneseos 36. legimus, quòd Ana socer Esau dum pascit asinos patris sui in deserto, inuenerit יְמִים *iemim*, id est mulos, vt plerique interpretantur (alij vero aliter, vt in Asino scripsimus.) Sunt qui arbitrentur onagros ab hoc primum admissos esse ad asinas, vt velocissimi ex his asini nascerentur, qui vocantur iamim. Plerique putant quod equarum greges ab asinis in deserto ipse curauerit primus tacendi, vt mulorum inde noua contra naturam animalia nascerentur.

Asini copulatione dubio geruli mirifica, arando quoq;, sed mularum maximè progeneratione, Plinius. Ex equa & asino fit mulus: contra ex equo & asina hinnus: vtriq; enim big generi atq; infirmi, non tuopte genere a radicibus, Varro & alij, vt pluribus dicam inferius. Ex asino & equa mulus gignitur mense duodecimo, Plinius & Abyrtus. Si quem mulorũ genus creare delectat, equam magni corporis, solidis ossibus, & forma egregia debet eligere: in qua non velocitatem, sed robur exquirat. Aetas à quadrima vsq; ad decennem huic adultæ iræ insta conuenit, Palladius. Ad tales partus equas neq; quadrimis (trimas, Palladius, & Abyrtus apud Constantinum) immores, neque decennibus maiores legunt, Plinius. In educando genere mularum antiquissimum est diligenter exquirere, atq; explorare parentem futuræ prolis fœminam, & matrem: quarum si alter non erit idoneus, labat etiam quod ex duobus fingitur. Equam conuenit in annos decem quoniusq; amplissimæ atq; pulcherrimæ formæ sit, membris fortibus patientissimam laboris eligere, vt discordantem vteri ictu generis alterius turpem iniuriã facile recipiat, ac perferat, & ad fœtum non solum corporis bona, sed & ingenij conferat: nam cum difficulter iniecta genitalibus locis animentur femina, tum etiam concepta diutius in partum adolescunt, vt quæ peracto anno mense tertiodecimo vix eduntur, natisq; inhæret plus socordiæ paternæ, quàm vigoris materni. Verumtamen vt equę dictos in vsus minore cura reperiuntur, ita maior est labor eligendi maris, quoniam sæpe iudicium probantis frustretur experimẽtum, Columella. Creantur ex equa & asino vel onagro & equa. Sed generosius nullũ est huiusmodi animal, quàm quod asino creante nascetur. Vtiles tamen admissurij nascentur ex onagro, & asina: qui potiũ in sobole secutura agilitatẽ, fortitudinemq; restituant Palladius. Onagro & asina genitos mulos omnes antecellit, Plinius. Et alibi, Generantur ex equa & onagris manufactis mulæ veloces in cursu, duritia eximia pedum: verũ ligneo corpore, indomito animo, sed generoso. Mula non solum (inquit Columella) ex equa & asino, sed ex asina & equo (hinnũ alij vocant,) itemq; onagro & equa generatur. Neq; tamẽ vllum est in hoc pecore, aut animo, aut forma præstantius, quàm quod feminabit asinus: quanquam potiũ hic aliquatenus comparari, quod progenerat onager. nisi & indomitum, & seruitio contumax syluestri more, ferocium patris præferat habitum. Itaq; eiusmodi admissarius nepotibus magis, quàm filijs vtilior est: nam vbi asina & onagro natus admittitur equæ, per gradus infracta fecunditate quicquid ex eo prouenit, paternã formam & modestiam, fortitudinem, celeritatemq; autam refert. Qui ex equo & asina concepti generantur, quamuis à patre non nihil traxerint, quòd hinni vocantur, matri per omnia magis similes sunt. Itaq; commodissimum est asinum destinare mularum generi seminando, cuius (vt dixi) species experimento est speciosior. Veruntamẽ ab aspecta non aliter probari debet, quàm vt sit amplissimi corporis, ceruice valida, robustis, ac latis costis, pectore musculoso & vasto, femoribus lacertosis, cruribus compactis, colotis nigri vel maculosi: nam murinus cum sit in asino vulgaris, tum etiam nõ optime respondet in mula: neq; nos vniuersa quadrupedis species decipiat, si qualem probamus, conspicimus. Nam quemadmodum arietem, quæ sunt in linguis & palatis maculæ, plerunq; in vellectibus agnorum deprehenduntur, ita si dicolores pilos asinus in palpebris, aut auribus gerit, sobolem quoq; frequenter socordiaeti colotis: qui & ipse etiã si diligentissime in admissario exploratus est, sæpe tamen dominum decipit: nam interdum etiam extra præd & a signa dissimiles sui mulas fingit: quod accidere non aliter reor, quàm vt auitus color primordij femini mistu reddatur nepotibus, Hactenus Columella. Admissarius asinus (inquit Palladius) sit hoc modo: corpore amplo, solido, musculoso, statu & forma membris, nigri vel murini maxime coloris, aut rubei: qui tamen si dicolores pilos in palpebris, aut auribus geret, colorem sobolis plerunq; variabit. Qui mularum generi fœmina dotis (inquit Abyrtus) destinabitur asinus, hac corporis forma sit oportet: habitu magno, quadratis membris, capite, non equino tacie, genis, item & labris ingentibus: non exiguis oculis, neq; cauis: naribus paruis, neq; contractis: auribus (non paruis) nec hirsutis, sed arrectis: (ὦτα μὴ μικρὰ, μηδὲ κεκαμμένα:) ceruice lata, neq; breui: lato & musculorum toris denso pectore, & ad sustinendos (equarum infestarum) calcitratus robusto: grandibus scapulis, & partibus quę humeris subiacent, aut supra genua sitę sunt, crassis, valentibus, corpulentis, & quàm maxime carnantibus: siquidem opus est cum superuenit, vt fœminã facile complecti possit: grandi dorso, spina lata, nec gibbera neq; cana, angultã incã in rectũ ferente humeris nõ subsidentib. sed eminulis: excelsa armorum compagine & æquabili, ita vt prominentiã lirata distinctam habeat, (ἡ τὸ ἀνὰ μέσον κατηγμένον ἔχουσα:) quę autẽ pars coxendicum vocatur, docui in equo. Catagraphon autẽ forte dicit, quòd sæpe eo in loco genitius quędã nota reperiatur, à qua & [illegible] vocantur. Femora quoq; lata (Ruellius pro πλατεῖν, legit δοφεῖν, vertit enim lumbis plenis, quos tamẽ oblongos in equis requirunt, non conuenit: nam equũ Xenophõ hoc magis laudandũ scribit, quo breuiores fuerint lumbi, & ideò oblongã, nec in arctũ triangulatã. Sit etiã pectore latè costato, coxendicib. magnis & æquabilibus (καὶ ἀκρόγυιος:) nec in acutũ porrectis. Magis placent qui cauda sunt breuiore: fœminib. instar esto cõpactis, breuibus, lacertosis, neq; extrorsus auctis, cęterũ diuaricatis: sic enim firmior erit ἐπιβάσις (hoc est, in equitatione & progressione) tam & Xenophon equum laudat, qui habeat μηρὸς εἰς τὸ ἔνδον τὸ πρὸς ἄλληλα ἐπιστρέφοντας ἀλλήλοις: ἵνα μὴ χωρὶς ἀλλήλων ἐπὶ πολὺ ἐπὶ τὸν ἵππον ὦσι καὶ ἐπὶ τὸν ἱππέα ἐπιστρέφοντες ἀλλήλοις πρὸς τὸ ἐπιβαίνειν:) tales etiã robustiores sunt, quàm σφυρόν, hoc est illi quibus femora pẽnè cõmittuntur. Esto præterea testibus magnis, paribus: genibus magnis & rotundis, tibijs & cruribus veloci, (id est nõ magnis) offici ferè & excarnib. magisq; neruosis, minime varis (ἀσκελεῖς.) neq; dicolore tenuiorũ inctu verticillatis, calcibus (mesocynijs, de quibus in Equo dixi) neq; præ se modum altis, neq; nimiũ depressis: sed nec nixus talis ingrediatur, (μηδὲ κυρτοβάσεις ἔστω.) pedibus vastis, non introrsum contortis, nec humilib. (μηδὲ ἐπικύφους ἔχων τοὺς πόδας, μηδὲ ταπεινούς:) vngula crassa, (dura Ruellius) subter concaua, intus nec fistulosa, quæ echinoidia vocant. Porrò voce nõ retusa, sed clara rudat: hoc enim quoq; conferet vt fœcundet equas, & facilius ad ineundam admissario se præbeat. Speciosiores sunt asini, quorum color splendidus est, & in purpuram spectans: nec qui in facie albi non fulci sunt: (Ruellius vertit, idq; ũ nigram, nec vllatenus in fulcum vergentem maculam fronte gerant.) Longè omnium pulcherrimi nigri habentur, qui non incanum ventrem, sed concolorem habent. Cui pulla in ore macula subest.

(Cui

(Cui os intrinsecus nigrum fuerit,) & lingua nigricans, is consimilis (nigri) coloris sobolem haud dubie generabit. Qui ex candido colore in cinereum canescunt (ἀλκυόνιοι) quos vocant moronis (μωρωνας,) ij ad admissuram non accersantur: liquidem colores nullo in pretio habiti magna ex parte reddentur soboli. Hactenus Absyrtus in Hippiatricis capite 14. Ruellio ferè interprete: nos quidē nonnulla mutauimus Græcum codicem excusum secuti. Asinos admissarios (inquit idē Absyrt.) eligemus, qui cum equis educati sint. Nonnulli pulchrè facientes agrestes asinos mansuefaciunt: est ex illis propagatio prolis optima, quòd liberè pastu illi & non inclusi fuerint. Miresci sanè maximè hoc animal admodumq; obsequitur secundum omnia, non aliter quàm mansueti asini: nec vnquā sicuti animalia cętera, vbi semel cicuratū est, efferatur. Iam verò fœtus ab hoc animali ędi ti, ipsi quàm simillimi euadunt. Porrò ad mulos procreandos admissio fieri debet paucis diebus ante solstitium ęstiuum. Curandum est autem vt asini insc nsuri eleganti forma sint prędit: talis siquidem & proles erit. Itaq; venustatis quidam studiosi, asinū aut equum aut alterius generis admissarium, tali amiciunt stragulo, quali fœtum volunt nasci colore tinctū. Absyrtus: Vide in Equo C. Multi admissarij (inquit Columella) specie tenus mirabilissimam sobolem forma, vel sexu progenerant. Nam siue parui corporis fœminas fingant, siue etiam specioſi plures mares quam fœminas, reditum patris familiæ minuunt. At quidam contempti ab aspectu, pretiosissimorum seminum feraces sunt: nonnunquā aliqui generositatem suam natis exhibent, sed hebetes voluptate, ratissimè solicitantur ad venerē: huiusce modi mari sensim magistri subadmouere debent generis eiusdem fœminam, quoniam similia similibus familiariora fecit natura. Ita enim efficitur, vt eius obiectu, cum mas etiam superiectu eblandtus est, velut incensus & obcæcatus cupidine, subtracta, quam petierat, fastidiræ imponatur equæ. (Idem ex Columella Palladius repetit.) Est & alterū genus admissarij furentis in libidinē, quod nisi astu inhibeatur, affert gregi perniciem. Nam & sępe vinculis abruptis grauidas inquietat, & cum admittitur ceruicibus dorsisq; fœminarum imprimit morsus: quod ne faciat, paulisper ad molam vinctus amoris sęuitiā labore temperat, & sic veneri modestior admittitur. Nec tamen aliter admittendus est etiam clementioris libidinis, quoniam multum refert naturaliter sopitum pecudis ingenitū modica exercitatione concuti, atq; excitari, vegetioremq; factum marem fœminæ iniungi, vt tacita quadam vi semina ipsa principijs agilioribus figurentur, Hęc Columella. Lybycorum asini maximi non equas comatas superueniunt, sed duntaxat tonsas: nec enim has cum ornamento superbientes harum rerum periti aiunt eiusmodi maritos pati, Aelianus. Igitur qualē descripsi asellum, cum est à partu statim genitus, oportet matri statim subtrahi, & ignoranti equę subijci, ea optime tenebris fallitur. Nam obscuro loco partu eius amoto, prædictus quasi ex ea natus alitur. Cui deinde cum decem diebus insuevit equa, semper postea destinanti prębet vbera Sic nutritus admissarius equas diligere condiscit. Interdum etiam, quamuis materno lacte sit educatus, potest à tenero conuersatus equis familiariter earum consuetudinem appetere, Columella. Pullum asininum à partu recentem subijciunt equę, cuius lacte ampliores fiunt, quod id lac quàm asininum ac alia omnia dicunt esse melius. Præterea educant cum paleis, fœno, ordeo, Varro. Asinum ab equa, & equum ab asina arceri aiunt, nisi in infantia eius generis quod ineant lacte hausto. Quapropter subreptos pullos in tenebris equarum vberi, asinarúmue equuleos admouent, Plinius. Asinos qui equas suxerint, Aristoteles hippothelas vocat. Equa cum ex asino conceptum edidit, partum sequenti anno vacua nutrit: id enim vtilius est, quàm quod quidam faciunt, vt & fœtā nihilominus admisso equo impleant, Columella. Matri supposititiæ quoq; inserunt, quo equa ad ministerium lactis cibum pullo præbere possit. Hic ita educatus ab initio potest admitti: neq; enim cum aspernantur propter consuetudinem equinam, Varro. Annicula mula rectè à matre repellitur, & amota montibus aut feris (asperis) locis pascitur, vt vngulas duret, sitiq; postea longis itineribus habilis, Columella & Palladius. Asinarum pullos equabus subrumare oportet: sic enim & lacte fruentur meliore, & equino generi assuescent, diligentq;: lactabuntur autem ad biennium, Absyrtus. Asinum minorem si admiseris, & ipse citius senescit, & quæ ex eo concipiuntur fiunt deteriora. Qui non habent eum asinum quem suppositarunt equæ, & asinum admissarium habere volunt, de asinis quenq; amplissimum & formosissimum quem habere possunt, eligunt: quiq; seminio natus sit bono Arcadico, vt antiqui dicebant: vt nos experti sumus, Reatino, vbi tricenis ac quadragenis millibus H. S. admissarij aliquot venierunt. Quos emimus item vt equos stipulamur in emendo, ac facimus in accipiendo, vt dictum est in equis. Hos (admissarios) pascimus præcipuè fœno atq; ordeo, & id ante admissuram largius facimus, vt cibo suffundamus vires ad fœturam: eodem tempore quo equos adducentes, ijdemq; vt iungant (per) petorigas curamus, Varro. Asinum non oportet (inquit Columella) minorem quàm trimum admitti. Atq; ipsum si concedatur, vere fieri conueniet, cum & defecto viridi pabulo, & largo ordeo firmandus, nonnunquam etiam saliuandus erit. Nec tamen temere (temere, fortassis) fœminæ committetur: nam nisi prius ea matrem cognouit, adsilientem admissarium calcibus protrudebat, & iniuria depulsum etiam cæteris equis reddit inimicum. Id ne fiat, degener & vulgaris asellus admouetur, qui solicitet obsequia fœminæ: neq; is tamen inire sinitur. Sed, si iam est equa veneris patiens, confestim abacto villoto, pretioso mari iungitur. Locus est ad hos vsus extructus (machinam vocant rustici) qui duos parietes aduerso cliuio inædificatos habet, & angusto interuallo sic inter se distantes, ne fœmina colluctari, aut admissario ascendenti auertere se possit. Aditus est ex vtraq; parte, sed ab inferiore clatris munitus, ad quæ capistrata imo clino constituitur equa, vt & prona malus ineuntis semina recipiat, & facilem sui tergoris ascensum ab editiori parte minori quadrupedi præbeat, Hæc Columella. Conceptum ex equo secutus asini coitus (quod & Aristoteles scribit) abortu perimit: non item ex asino equi, Plin. Idem superius ex Aristotele retuli. Lactare (equam) mulum semestre temporis spatium referunt, mox fugi non pati: vi nanq; humorem trahi, & cum dolore: equo autem plus temporis tribuunt, Aristoteles. Cum pepererit equa, mulum, aut mulam nutricantes educamus. Hi, si in palustribus locis, atq; vliginosis nati, habent vngulas molles. Iidem si exacti sunt æstiuo tempore in montes, quod fit in agro Reatino, durissimis vngulis fiunt. In grege mulorum parando, spectanda ætas, & forma. Alterum vt vecturis sufferre labores possint, alterum vt oculos aspectu delectare queant. Hisce enim binis coniunctis omnia vehicula in vijs ducuntur. Hæc me Reatino authore probares mi Attice, nisi tu ipse domi equarum greges haberes, ac mulorum greges vendidisses, Varro.

Mulus mas septennis duntaxat generat, vt aiunt: fœmina improlis omnino est, quia perducere ad finem quod conceperit nequeat: sed mas generare interdum potest, quoniam & calidioris naturæ quàm fœmina mas est, & nihil corporis per coitum confert ad generationem: quod autem facit, ginnus est, quod mulus oblæsus & pumilus est, vt in porcis metachœrum, Aristoteles. Et alibi, Mulus superuenire coireque incipit missis dentibus primis: sed septennis implere potest, etiam cum equa coniunctus innum (γίννον) procreauit: post deinde superuenire

ſupernenire non ſolet. Et rurſus hiſt. anim. 6. 24. Prodeunt quos ginnos vocant ex equa, cum in gerendo vtero ægrotauit, more pumilionum in ordine hominum, aut porcorum deprauatorum in genere ſuum, quos poſthumos (ὑστερογόνους) nuncupaui: & quidem vt pumilio, ſic ginnus modum ſuo genitali excedit. In plurium Græcorum eſt monumentis, cum equa muli coitu natum, quem vocauerint hinum, id eſt paruum mulum, Plinius. Hinnos vel hinnas ſub quo ſenſu accipere debeamus Varro deſignauit: ait enim ex equis & mulis qui naſcantur hinnos vocari, Nonius. De mulis pumilijs ſiue pumilis diſtichon Martialis. His tibi de mulis non eſt metuenda ruina, Aſtius in terra penè ſedere ſoles. Ferrariæ in aula principis inter peregrina animalia aſellos quoq; pumilos ali ante aliquot annos audiui. Ex equo & aſina geniti quamuis à patre nomen traxerint quod hinni vocantur, matri per omnia magis ſimiles ſunt, Columella. Hinnus (inquit Varro) ex equo & aſina procreatus, minor eſt quàm mulus corpore, plerunq; rubicundior, auribus vt equi, iubam & caudam ſimilem aſini habet: hoi etiam vt equulos edicant & alunt. Hoc animal, vt ſupra dixi, Albertus burdonem vocare videtur: ſcribit enim, Vt mulus ſic & burdo ſterilis eſt: hic equum magis refert (in quo contrarius eſt Columellæ verbis paulò ante recitatis) & vocem ædit equi: ille aſinum. Sed de hinno, ginno, ac ſimilibus vocibus, & burdone etiam, multa ſcripſimus ſupra ſtatim poſt Aſinum: vide etiam in primo capite præſentis hiſtoriæ. Equo & aſina genitos mares hinulos antiqui vocabant: contraq; mulos, quos aſini & equæ generarent, Plinius. Columellæ muli nomen communius eſt, ad tria animalia: Mula, inquit, non ſolum ex equa & aſina & tauro, quod Grattanopoli, vt audio, reperitur, & Gallica voce iumar nominatur. Sed & Plinius alibi mulam appellat, non hinnulum, quæ ex equo & aſina gignatur, ſed effrenis (inquit) & tarditatis indomitæ. Præſtat equam ab aſino conſcendi, quàm aſinam ab equo, Abſyrtus.

Ad morbos particulares in equis, aſinis & mulis, ſanguinis detractione vtendum eſt. Hippocrates in Geoponicis libro 16. Medicina per farraginem pro equis & mulis, ex Hippiatricis Græcis nobis recitata eſt in equo c. Equi, muli, & oues in Scythia ſæpe per ſummum frigus moriuntur, Dionyſius Afer. In Scythia ingentem & diuturnam vim hyemis equi perferunt, muli aſiniq; neq; inciptentem quidem ferunt: cum tamen alibi ſtantes in gelido equi labefiant, aſini verò ac muli durent, Herodotus. Cur muli & canes peſte Græcos apud Troiã infeſtante, priores perierint, vide in Cane c. & infra in Mulo 11. c. Medicinas huius pecoris (inquit Columella) plerunq; iam in alijs generibus (bubus & equis) edocui: propria tamen quædam vitia mularum hoc omittam, quorum remedia ſubieciſſi. Febrienti mulæ cruda braſſica datur. Suſpiriioſæ ſanguis ſeruabitur, & cum ſextario vini, ato; olei thuris ſemuncia, marrubij ſuccus inſtar heminæ miſtus infunditur. Suffraginoſæ ordeacea farina imponitur, mox ſuppuratio ferro recluſa linamentis curatur: vel gari optimi ſextarius cum libra olei per nates ſiniſtram demittitur. Admiſceturq; huic medicamini terium vel quatuor ouorum albus liquor ſeparatis vitellis. Femina ſecari, & interdum inuri ſolent. Sanguis demiſſus in pedes, ita vt in equis emittitur: vel ſi eſt herba, quam veretrum vocant ruſtici, pro pabulo cedit. Eſt δισκαμωνῶ-, cuius ſemen detritum, & cum vino datum prædicto vitio medetur. Macies, & langor ſubmouetur ſæpius data potione, quæ recipit ſemunciam triti ſulfuris, ouumq; crudum, & tritæ myrrhæ pondus denarij. Hæc tria vino admiſcentur, atq; ita faucibus infunduntur. Sed & tuſſi, (ad mulorum tuſſim remedium deſcribitur etiam in Hippiatricis Græcis ca. 22.) doloriq; ventris eadem iſta æquè medentur. Ad mactem nulla reſtantorum quantum Medica poteſt: ea herba viridis, nec tarde tamen arida fœni vice ſaginat iumenta: verum modice danda, ne nimio ſanguine ſtranguletur pecus. Laſſæ, & æſtuanti mulæ adeps in fauces demittitur, merumq; in os ſuffunditur, Hæc Columella. Equus, mulus vel aſinus fatigatus, quòd in ipſo ſtatim itinere reficiatur, ſi onere depoſito in ſtabulo vel via loco commodo, pro arbitrio ſe voluntate permittatur, ſcripſit in Equo 8. ex Ruſio. Ad leucomata in equis & mulis, Hippiatrica Græca cap. 11. Ne mulorum ceruices (τὰ κρανία μυλῶν) rumpantur aut collidantur, medicamentum para ex adipis ſuillæ dupondio cum aceti duobus ſextarijs hoc ad tertias decoctum colatumq; illine, Pelagonius in Hippiatr. 26. Ventris & inteſtinorum dolor in bubus ſedatur viſu nantium (anſerum natantium, Vegetius 3. 3.) & maximè anatis, quam ſi conſpexerit cui inteſtinum dolet, celeriter tormento liberatur. Eadem anas malorte profectu mulos & equinum genus conſpectu ſuo ſanat, Columella. Dixerunt quidam mulos quoſdam ſibi correptos, momordiſſe dominos ſuos, qui inde in maniam inciderint, Auicenna. Muli arthritis vehementior eſt quàm equi: de qua curanda lege Abſyrtum & Hieroclem in Hippiatr. ca. 2. Mulus tantum fit μαρμαρωτὸς (marmaron tuberculum eſt iuxta coronam, id eſt vngulæ exortum) aſinus rarò: equus non, ſed podagricus, Abſyrtus in Hippiat. cap. 53. Ad ſiccoſos tumores & myrmecias equorum & mulorum in quauis corporis parte, maximè verò in cruribus & pedibus, Abſyrtus ibid. 82. Cætera exequemur in mulis, ſicut in bobus & equis, vt in ipſorum remedijs tradidimus, Columella. Animalia quę frequenter coëunt, breuioris ſunt vitæ: inde fit vt muli equos exuperent viuendi diuturnitate, Cælius. Mulus quinquaginta annos viuit, Euſtathius.

D.

Mulus ſemper eſt cleur, Ariſtoteles. Equi cum ſuſpicantur vel metuunt aliquid, manifeſtum eſt, ſic vt inſidens cauere ſibi queat: aſininum verò pecus & bigenerum (vt muli) rerum conſpectu conſternabile nouitatiſq; verens in diſcrimen adfert, Abſyrtus. Muli ingenium multò liberalius, minusque benignum homini videtur quàm equi. Mulæ calcitratus inhibetur vini crebriore potu, Plinius. Extat ſus, Mulas non calcitrare cum vinum biberint, quidam ſcripſerunt, Vt ſimiæ quadrupedesque aſſuetæ vinum bibere vngulis careant, accidere quidam putant (inquit Cælius Calcagninus lib. 2. epiſtolicarum quæſtionum) quoniam in vino ſit vis diſcuſſoria, & ad emolliendum efficax. Hinc euenit vt qui plus nimio ſe vino ingurgitauerint, reſolutis neruis in paralyſin facile delabantur. Sint igitur vngues vel neruorum clauſulæ, vt dixit Plinius: vel caro concreta, & quaſi in callum obdurata, vt alij putauêre: vino accedente emollirl reſolnique ſic veriſimile. Alijs humoris ſanguinis, qui plurimus vino fieri ſoler, exundatione collaſionem corporis aceremq; ac retorridam illam partem quaſi macerati videtur & emolleſcere, vt aqua fruges & legumina incocta perecquantur: aceto plumbum in ceruſſam reſoluitur: & ouum ita tenereſcit, vt vel per annulum totum calcem integro pertranſeat. Ex hoc item facile colligi poteſt, cur veteres exiſtimauerint vini potu effici, vt mulæ calcitrare deſinant. Mitteſcente enim vngula, & pede quodammodo exarmato, feritas illa tollitur extunditurque: præſertim ſi quando euenerit, vt calcibus impetentes ſolido illidant, plusque inde damni accipiant quàm afferant: quare conſciæ imbecilli-

imbecillitatis fuæ ferocire desistunt, Hæc Columella. Columella in boum domitura ferocientium taurorum adhuc tergora mero respergi iubet, quo familiares bubulco fiant. Scio mulorum gregem cum pasceretur, eoq; venisse lupus, vltro mulos circunfluxisse, & vngulis cædendo eum occidisse, Varro.

E.

Mulus iumentum est, Aristoteles: animal viribus in labores eximium, Plinius. Mulis superiori ætate vehi cœperunt opulentiores: sed nunc tamen etiam non nisi importatis Germania nostra (vt & Anglia) vtitur, Camerarius. Et rursus, Veteres Græciæ & Italiæ populi non equos ad plaustra & vehicula, sed boues aut mulos adiunxêre: & viatoribus mulis magis quàm equis vsi fuêre. Vterq; sexus (mulus & mula) & viam rectè graditur, & terram commodè proscindit: nisi pretium quadrupedis rationem rustici oneret, aut campus grani gleba roboris boum deposcat, Columella. Succo foliorum cucurbitæ si quis mularum aut equorum pilos intinxerit æstate media, non paruo rei miraculo muscarum molestia carent: ita mihi hoc persæpe vtile fuit, Cardanus. Annicula mula à matre amota, montibus aut feris locis pascitur, vt vngulas duret, sitq; postea longis itineribus habilis: nam clitellis aptior mulus, mula vero agilior, Idem. Si muli vngula (sinistra, Berberus in libro de sensibus) domus suffiatur, fugantur mures, Rasis & albertus.

G.

Puluerem, in quo se mula volutauerit, corpori insperſum mitigare ardores amoris quidam scripserunt, Plinius. Veneno infectus in necessitate debet poni in ventre mulæ vel cameli statim occisi: quoniam calor istorum resoluit venenum, & roborat spiritus ac omnia membra, Ponzettus: meminit & Cardanus in opere de subtilitate. Mulorum pellis ac similium cinis locis igne adustis apponitur: Et vlcera calefacit, quum non sunt apostemata: vtilis est etiam attritis iniuria calceorum pedibus, & coxis, itemq; fistulis, Auicenna, vt quidam citant. Plura de pelle mulæ, vide infra inter remedia ex testiculis, & ex sordibus aurium inter excrementa. Si quis de medulla mulæ ad pondus trium aureorum sumpserit, stupidus efficietur, Rasis & Albertus. Auriculæ muli (aurium sordes potius, vt infra dicetur) & burdonis testiculi si ferantur à muliere, non concipiet, Aesculapius. De sordibus aurium & oris spuma, dicemus inter excrementa. Mulæ cor siccum & vino aspersum, datur bibere post purgationem tricesimariam, vt ne concipiat mulier, Sextus: Aggregator non cor legit, sed iecur: Vide in testiculis. Mula quoniam natura sterilis est, curiosis & superstitiosis hominibus occasionem dedit, vt diuersa ex diuersis eius partibus medicamenta tum intra corpus sumenda, tum applicanda foris, ad inducendam sterilitatē impediendamq; conceptum excogitarent: De quorum nonnullis in Lepore etiam dixi. Eadem persuasione herbam quoq; hemionon dictam, quòd sterilis sit, nec flores nec semen gerens, inter atocia numerant. Muli iecur, vide in testiculis infra, & in vngulis. Populi albæ cortex cum muli semibus potus, sterilitatem facere creditur, Dioscorides, vt in Lepore inter remedia ex coagulo eius recitaui. Scolopendria (asplenos Dioscoridis, hemionos Theophrasti) vt quidam tradiderunt, adalligata mulieri, vel sola, vel cum splene mulæ idq; in die qui noctem illunem habeat, ne concipiat efficit, Serapio & Auicena, vt Aggregator citat.

Si duo testiculi muli (duo testiculi gatti constricti in parte corij muli, Rasis) in pelle eiusdem corij constringantur, & super mulierem suspendantur, non concipiet quandiu ei adalligati fuerint, Albertus. Mustelæ testiculus sinister in pelle mulæ ligatus, & potus, atocion est. Vel testiculos eius abscinde decrescente Luna, & viuam dimitte, & da mulieri in corio mulæ, Kiranides. Burdonis testiculum supra sterilem arborem combustum & extinctum de lotio spadonis, illigato pelli mulæ, & post menstrua brachio suspendas, conceptum impedies, Sextus: Sed aliter hunc locum citat Aggregator, his verbis: Tamarisci (quæ arbor sterilis est) carbones extincti in vrina cameli, in pellicula mulæ brachio alligentur mulieris ne concipiat. Sed priori lectioni astipulantur barbari quidā recentiores, Aesculapij (hunc enim fere pro Sexto citant) verba hæc adferentes, Auriculæ mulæ & burdonis testiculi si gestentur à muliere, non concipiet. Testiculus muli combustus brachio mulieris proatocio alligetur: Quòd si virgo ex eo biberit post primam purgationem, nunquam concipiet: Vel iecur eius similiter cum vino biberit, Sextus apud Aggregatorem. Matrix mulæ si decoquatur cum carne asinina aut alia, & inde comederit mulier ignorans, non concipiet vnquam, Rasis. Si dentur occultè mulieri edendæ carnes quibus cum coctum fuerit aliquid de matrice mulæ, vel de ipsa matrice cocta, non concipiet, Kiranides. Lampyris vermiculus in matrice mulæ alligatus mulieri, sterilitatem facit, Idem. Vngularum muli vel mulæ cinis ex oleo myrtino alopecias replet, Plinius. Vngularum muli vel mulæ exustarum cinis & oleum myrtinum, cum aceto & cum pice liquida mixta & imposita, etiam fluentes capillos continent, Marcellus. Sextus pro vngulis muli ad idem remedium burdonis iecur ponit, his verbis: Burdonis iecur combustum cum oleo myrtino mixtum, & illinitum capiti, capillos fluentes continet & facit crescere. Mulæ vngularum cinis medetur cæteris verendorum vitijs, (præter formicationes & verrucas, arietis pulmonis inflati sanie curandas) Plinius. Vngulæ mulinæ exustæ cinis salubriter inspergitur vitijs veretrorum, Marcellus. Vngvis mulæ gestatus à muliere prohibet conceptum, Rasis.

De mulæ auricula sordes alligatæ in pellicula ceruina, & brachio suspensa post purgationem mulieris, efficit vt non concipiat. Quædam lana alba illigant: quædam ex aqua bibunt, Sextus. Si corio mulæ sordes aurium (cerumen vocant barbati) inclusseris, & appenderis mulieri (vel occultè dederis, Kiranides: in cibo nimirum vel potu) nunquam concipiet, Rasis. Castoreum cum sordibus aurium mulæ sterilitatem facit, Kiranides. Pæoniæ semine aperto (forte, operto) cum sordibus aurium mulæ circumligetur ne concipiat mulier, Idem. Stercus mulinum cum oxymelle lienosis potui datum, dolores efficaciter tollit, Marcellus. Si mulieri fluxus oboriatur (ex vtero,) stercus muli combustum, tusumq; ac cribratum, vino dilutum bibat. His pocratres lib. 2. de nat. muliebri. Clauos pedum sanat vrina muli mulæue cum luto suo illita, Plinius. Mulier si bibat assam fœtidam magnitudine f. bæ infusam in vrina mulæ, non concipiet, Rasis. Medicamentum ex vrina muli podagricis vtile, describitur apud Aeginetam l bro 7. his verbis: Vrinæ muli sextarij quatuor, argenti spumæ libræ duæ, olei veteris mystrum, trita diu omnia vt stigmenti spissitudo fiat, incoquito donec digiti non inquinent. Vide & apud Myrepsum inter vnguenta n. 26. Si mulier sudorē mulæ exceptum lana xylina pro pessо subdat, plane sterilescet, Rasis. Lichenem mulæ potum in oxymelite cyathis tribus, comitialibus morbis vtilem tradunt, Plinius. Muli impetigines in vtroq; crure super genua nascuntur, & veluti cutis aridæ modo inhærent: has incende, & stranguriosum diuaricatum desuper pone, ita vt suffumigationem illam expansis vestibus tegat, ne qua odor aut fumus emanet, efficacissimè

efficaciſſimè incommodi eius vitio carebit, Marcellus. Ad ſuſpirioſos remedium ſalutare: Spumam de ore mulæ collige, & in calicem mitte, atq; ex aqua calida ſiue viro ſeu fœminæ quæ hanc moleſtiam patitur, continuo da bibendam, homo ſtatim ſanabitur, ſed mula morietur, Marcellus. Epilepticus cõcidet ſi pilos aſini & mulæ in ſuffitum offeras, Trallianus.

In parte quam mula momordit (inquit Ponzettus) naſcuntur aliquando puſtulæ plenæ humore rubente vel pallido. Hunc morſum aliqui venenatum eſſe putarunt: & ſanè ſequuntur eum accidentia ſæpe noxia, eaq; deteriora ex morſu fœminæ, quæ ſaliuam habet obnoxiã putredini, qua amplius etiam per iram animalis inflammata, non mirum ſi hominis morſi humores & ſanguis alterentur. Mulus verò etſi maiori impetu mordere poſſit, minore tamen periculo morſum infligit, quod non æque putredini aptum in ſe humorem habeat. Accidit autem aliquando vt morſi vrina retineatur, cum aquoſus humor videlicet omnis ſe è in ſudorem agitur. Aliquando & viſcerum contortio (Ponzetti ſunt verba) ſequitur. Curandi ſunt ſimiliter vt à cato morſi, & vlcus decocto nepetæ circunquaq; fouendum.

H.

a. Video authores quoſdam mulam pro vtroq; ſexu mulari, & ſimiliter mulum aliquando vſurpare: vt ſi dicas mulum ex aſino & equa procreari, vel mulam ſimiliter. Plinius in remedijs aliquoties diſtinguit, vt cum ſcribit. vngularum muli vel mulæ cinerẽ ex oleo myrtino alopecias replere. Mula datiuum & ablatiuum plurales in abus facit, vt equa etiam & aſina ſecundum aliquos.

Ἡμίονος Græcis generis communis eſt. Αἰμίονος pro ἡμίονος Aeolicum eſt, Etymologus in Θρύπτω. Τραχήλους μηλῶν, ceruices mularum, Pelagonius in Hippiatricis cap. 26. Ὀρεύς, mulus mas, vnde plurale ὀρῆες, Heſychius. Suidas mulum ſimpliciter interpretatur. Ὀρεύς, ὁ εἰδικῶς (quod nomen nuſquam reperio, videtur autem dialecto vel lingua aliqua mulum ſignificare) ἡ ὁ ἡμίονος: mulus ſic dictus, quod ὀρέσσειν, id eſt in montibus laborare magis poſſit quàm cætera iumenta, (vt dicetur etiam in Patrocli ſepultura, Euſtathius in Iliad. α.) Varinus. Poëtæ propter carmen ypſilon adijciunt, Οὐρεύς. Heſychius mulum ſic dictum putat ὅτι ἀφ' ὑγροῦ, ἐμπαγὲν πνεῦμα ἔχοντος ἢ ὅτι ὑγρὸν τὸ ζῷον, διὸ ἄγονον. nam & oua vria Græci dicunt, quæ Latini ſubuentanea. ἢ ὅτι ἀφ' ὑγροῦ γονὴν ἔχει, id eſt, vel ab eo quod genituram aqueam & ſeri inſtar dilutam habeat, quare etiam in coitu non concipit neq; parit, Etymologus. Oua generationi inepta ὑγρὰ dici legimus, quaſi ſtatuoſa: nam vron dicũt ventum, quo argumento etiamnum ab Homero, mules dici ὑγρὰς coniectant periti, & recenſet Euſtathius, ἀφ' τὸ ἄγονον, id eſt ob inſitam non gignendi proprietatem, quod eorum ſemen ſit ἀνεμῶδες, id eſt ſpiritoſum, & proinde fœcunditatis neſcium, Cælius. Οὐρῆας παλαιφάτους ἔχειν πόνον ἰλλυσιπόλον, Oppianus. Eandem vocé Homerus pro cuſtodibus poſuit, Iliad. 10. Ἠὲ πού ἐρίηρας ἀζηχέας, ἢ που ἑταίρους. Ὄρεια, ἡμίονος, Heſychius & Varinus. Θρίς, ἡμίονος. Iidem. Aſtraben eſſe aſinum interpretantur nonnulli aut mulam. Quidam hypozygion omne, id eſt iumentum quo ſubuectentur homines. Dicitur & aſtrabe in ephippijs lignum, quod manu cõtinent ſedentes. Sunt qui doſſuarium mulum aſtraben nuncupent, (aſtrabelaten verò aurigam:) aut ipſum notophorum, id eſt dorſo ferens ac gerulum iumentũ, Cælius ex Suida & Heſychio, tametſi illorum nomina more ſuo diſſimulet. Σωμοτηγὸν ὑποζύγιον Heſychio. & σωμοτηγά Suidæ, hoc eſt iumenta doſſuaria, voces raræ ſunt apud Græcos, ego quidem alibi nuſquam legere memini, ſic autem vocantur, quod corpore ſuo vehant impoſitum dorſo ipſorum onus, non vehiculo. Ἀστράβη, τὸ ἐπὶ τῶν ἵππων (ἐπὶ τῶν ἐφίππων, id eſt in ephippijs, Suidas: quanquam codex impreſſus habet ἐπὶ τῶν ὀφ' ἵππων) ξύλον, ὃ περιτίθουσι καθ' ὃ καθέζονται. τίθεται δὲ ἐπὶ τῶν ἀναβατῶν ὄνων, hoc eſt, lignum quod equis imponitur, quod inſidentes apprehendunt, idem etiam aſinis admiſſarijs imponitur, (ἀναβὰς πῶλος, equus admiſſarius,) Heſychius. Ὁ δὲ ἡμίονος ὑποτυχίους τοὺς τε φέροντας καὶ τοὺς ἀγομένους λέγεσθαι φησὶ τῶν ἵππων, εἰς τὸ μονοῦσθαι δ' ὅτι Σαβῖνοι ἔχουσιν, Suidas ex authore innominato: in quibus verbis ἀστράβῃ clitellas rectè verteris, vide in Aſino H. c.

Demoſthenes in oratione cõtra Midiam ἀστράβην aſinum aut mulum vocat, Suidas. Videri autem poteſt aſtrabe dictum iumentum à robore corporis, ἀστρα enim exponunt robuſtum, firmum, immobile, vt ἀστραβῆ κίονα: & ἀστραφές, durum vtrunque ab alpha priuatiuo ſit, & verbo στρέφω. τὸ ἄστρεπτον, ἀκίνητον, ἀσφαλὲς ἰσχυρόν. Ὄνος, ἡμίονος, ἀστράβη. τὸ δὲ ἀστραβηλάτην ἵππον ἀστραβάδην Πλάτων εἴρηκεν ἐν Ἑορταῖς, Pollux. Budæus in cõmentarijs linguæ Græcæ aſtraben vertit clitellas. Euſtathius, inquit, σάγην & πάγαν interpretatur, hoc eſt & clitellas & ſellam equeſtrem, vnde ἀστραβηλάτης, agaſo & mulio. Alciph. in Epiſt. Σὺ δὲ πανοῦργος πρὸς ἡμᾶς· ἀλλ' ἐπὶ ἀστραβῆς φέρει, vbi ἀστράβη ait ἀντὶ τοῦ ἡμιόνου dictum eſt, licéq; ſæpe accipitur. Demoſth. quodam loco, Ἐπ' ἀστραβῆς ὀχούμενον ἐκ τῆς Εὐβοίας. Interpres καθέδρας τινὸς eſſe dicit, ἐφ' ᾗ μὴ προβαίνειν λεγόμενον, μηδὲ σφίγγειν. Eſt autem ſella prælta, ita vt lumbos tegat. Hæc Budæus. Eſt & vehiculi genus aſtrabe, (quo vtebantur in certaminibus) ab Oxylo Aetolo inuentũ, vt harma, id eſt quadrigæ ab Erichthonio Athenienſi, ſynoris (id eſt bigæ equorum) à Caſtore, celes à Bellerophonte, Scholiaſtes in Pythia Pindari. vnde colligo per aſtraben eum apenen, ἀπήνιον, accipere, hoc eſt bigas mulis iunctas: quoniam Pauſanias & alij in horum certaminum enumeratione cum cætera eiſdem nominibus appellent, pro aſtrabe tantum apenen habent. Καταλογὰς ἀστράβη, ἢ ἁμαξα πλέγμα τι ἔχουσα, ὑφ' (ἐφ') ὧν καθίζουσιν αἱ παρθένοι, ὅταν εἰς τὸ τῆς Ἑλένης ἀπίωσιν, ἵνα εἰδῶσι τὰ ἐκείνης εἴδωλα, ἢ ἁμάξας ἡγοῦνται, Varinus. Sed de apéne plura dicam in e. Μονοσταβὴς, ὀχὸς (malim ὄχος paroxytonum, vt Heſychius habet) ἡμίονος, Varinus.

Ὄχος· Αἰόλεις, ἐπεὶ αἱ Σικελικαὶ ἡμίονοι παρὰ Δωριεῦσιν ἢ Ἀττικοῖς Σικελίας, Heſychius. Σίνος, βλαῦς, οἱ δὲ ἡμίονος, Idem & Varinus. Σιρὸς, ἡμίονος, πῶλος, Iidem.

Mulæ quidem ſiue feraciæ, apud Hippiatros recentiores, vt Ruſium, dicitur vitium quoddã in pedibus equorum: qui cum ſordidi humectiq; non curantur, frigore accedente, intumeſcunt, &c. Vide in Equo C. de vitijs pedum. Cæterum vt μονοσταβὴς de mulo opinor clitellario dicitur: ſic & μονάφιος ὄνος de clitellario aſino apud Varinum. Πανταχόθεν πρόκειται, ὅτι πανταχοῦ εἰσιν ὄνων ἡμίονοι, Varinus.

Ἡμίονον ζεῦγος, apud Varinum, ἡμιονικὸν apud Pollucem, iugum vel bigæ mulorum. Orica iuga (ἐρικὰ ζεύγη, vel ἐρεικὰ: vtroq; enim modo ſcribitur apud Suidam & Varinum,) cum legimus apud Aeſchinen ἐν τοῖς περὶ παραπρεσβείας, de mulis dici interpretantur, quos appellari ἐρίας auctor cum Ariſtophane Homerus eſt, Cælius. Οὐκ ἀνατιτρωσκόφηκας, οὐδὲ καταζεύγοτρόφηκας. ἐπεὶ οὔτε ζεῦγος ἑκατὸν ἐρίων οὐδὲ πώποτε ἐπὶ πανύστοις αἰγεσῖν ἐκτήμησαν, Iſæus. Θοιὰ (apud Varin. paroxytonum eſt) ζεῦγος ἡμιόνων, Heſychius.

Diſſimilis patri, matri diuerſa figura, Confuſi generis, generi non apta propago, Ex alijs naſcor, nec quiſquam naſcitur ex me, Aenigma de mulo in Rhetoricis Camerarij.

e. Odorandi ſenſu mulos præcellere aiunt,atq; eius beneficio derelictos alicubi vel odore ſolo redire in ſemitam:hinc etiam fieri vt facilius tabidam vim aëris concipiant & peſte inficiantur: vt canes quoq; eodē ſenſu præſtantes:quamobrem Homerus hæc animalia primum peſtem ſenſiſſe ingruentem in Iliade ſcribit,Cælius. Scholiaſtes Homeri canes quidem primum perijſſe ſcribit, quòd capitibus ſubinde ad terram inclinatis odorem trahant & inueſtigent:halitum autē corruptum,qui peſtis cauſa ſit,ex terra oriri. Mulos vero,quòd ex diuerſis ſpecie parentibus prognati ſint:bigenera enim omnia facilius interire. Quæ ratio mihi non admodū probatur:nam viuaciſſimos iumentorum eſſe mulos reperio.

Φρίαγμα,ἡ τῶν ἵππων ἢ ἡμιόνων ἀφὲ μυκτήρων ἠχὴ αἰγεία φυσήματι συνισταμένη, Varinus. Miſſa paſtum mula,Horatius 1.Serm. Ἡμιονεῖν,ἡ πρᾶξις ἢ ἡμίονος, Suidas, Varinus. Παλιοτροθεῖν eſt gradario & leniori inceſſu progredi,non curſu. Homerus παλιοτροθεῖν πώλοισι de mulis dixit, Varinus. Αἱ δ' εὖ μὲν τέρχεσιν, εὖ δ' ἠπιόδοντι πώλοισιν, Odyſſeę 3.Scholia ſimpliciter exponunt ἀκόλουθοι: Varinus vero tum ad curſum aptas,tum ad gradarium inceſſum. Μαζὸν δ' ἁπαλὸν, καναχὴ (ψόφος, ἠχος) δ' ἐπὶ ἡμιόνων, Αἱ δ' ἅμοσε πανίονται, φέρον δ' ἐνθῆται, ἢ αὐτῶν, in vehiculo ſcilicet, quod ἁπήνην vocat, Homerus de Nauſicaa. Et mox, Καὶ τὰς μὲν (mulas) σθένος ποταμὸν ἐπὶ δρόμον ἀνύεσκεν. Τρίποδα χρύσειον μεγαθύμου. Achilles Iliados φ.certaminis præmia equitibus proponit,primo egregiam mulierem & ingentem tripodem auritum,ſecundo ἵππον Ἐξίπ', ἀδμήτην, βρίθοντ' ἡμίονον νεάτοκον.

In Africa mulos vel cæſos, vel ſiti animo deficiētes, Archelaus ait, pleroſq; mortuos humi iacere proiectos, ſæpeq; magnam ſerpentium vim influere ad eorum cadauera depaſcenda, Aelianus.

d. Mulus quidam (inquit Plutarchus in libro Vtra animantium,&c.) eorum de numero, quibus aduehendi ſalis negotium dabatur,traijciens flumen lapſus eſt nō ſponte: ſale vero liquefacto exhauſtoq; ſurgens expeditior iam,ſenſit notauitq; cauſam: poſtea quoties flumen tranſiret,ex induſtria ſubmiſit merſitq; vaſa,deſidens leniter ac vtrunq; in latus quantum id fieri poſſet nutans. Hæc vbi Thales accepit,pro ſale,lana ſpongijſq; compleri vaſa,clitellas imponi & agi mulum rurſus iuſſit: ille cum de more ſe mergens,onus aqua ſubeunte vehementer grauaſſet, parum commodum ſibi hunc dolum ratus, ita deinceps caute ſcienterq; traijcere ſolitus eſt, vt nec inuito quidem contingerent onus aquæ. Eandem hiſtoriam Aelianus recenſet. Ad octogeſimum annum vixit mulus quidam Athenis,qui cum templum (Mineruæ à Pericle in Acropoli) ædificaretur,quamuis dimiſſus iam munere per ſenectam,commeans tamen ac obiens iumenta exhortabatur ad opus:quamobrem decreto à nemine eum arceri à frumentorum aceruis ſancitum eſt, Ariſtoteles. Mulum 80.annis vixiſſe, Athenienſium monumētis apparet:eo gauiſi cum templum in arce facerent, quod derelictus ſenecta, cadētia iumenta comitatu niſuq; exhortaretur, decretum fecere, quo caueretur ne frumentarij negociatores ab incerniculis (ἀπὸ τῶν πηλίων, Ariſtoteles: frumentum enim in cribris aceruisq; vendendi gratia proponitur, Hermolaus) cum arcerent, Plinius. Eandem ab Ariſtotele mutuati hiſtoriam Aelianus quoq; & Plutarchus in libro Vtra animalium,&c. recitant. Victus huic mulo in Prytaneo publicus,tanquam athletæ iam ætate confecto conſtitutus eſt, Aelianus. Cæterum vbi Gaza ex Ariſtotele vertit,commeans ac obiens,Græcè legitur,συνιμπεδῶν ἢ παρεμπεδῶν,quorum verborum vis elegantius exprimi (à Plinio) non poterat quàm dicendo, niſu. Theodorus Ariſtotelis interpres hoc aſſequi nō potuit. Vide in Equo H.e. vbi de partibus currus. Plutarchus ſic expreſſit, Mulus iſte vetulus καπηχόμενος εἰς: Κρεμάμενον δὲ τῶν ἀναγκαίων ζώνην τοῦ λίθου ἕνα ἕκαστον, οἷς συνανίσταται (vide ne legendum ſit συνιμπεδᾷ) ἢ συμπαρεπόχλαζεν, οἷον ἐγκαθεδούμενος ἢ παρεμπεσών.

e. Mulio,mulorum ductor, (vt equiſo equorum,) qui mulos clitellarios,vel ad vehiculū iunctos ducit. Mulius apud Calepinum legitur pro mulione,ex Horatij lib.2.Serm. Audit,cum magno blateras clamore,furisque, Mulius. Miluius hic legit Acron, qui paraſitus fuit. Mulionem euitantem ſuper ipſum corpus carpentum agere præcepit,Plinius de viris ill.7. Cocco mulio fulget Incitatus, Martialis 10.76. Apud Suetonium Incitatus equi nomen eſt. Nec pigri rota caſſa mulionis, Martialis lib.9. Nam mihi commota iamdudū mulio virga Innuit, Iuuenalis Sat.3. Voces Amphionem tragœdum:iubeas Amphionis agere partes infantioré quàm meus eſt mulio, Varro in Aſino ad lyram apud Nonium. Quartarios (inquit Feſtus) appellabant antiqui muliones mercenarios,quòd quartam partem quæſtus capiebant. Lucilius, Porrò homines nequam malus vt quartarius cippos Colligere omnes: Crinitus 11.10.non cippos legit,ſed apros: carminis quidē antiqua ratio vtrunq; admittit. Tu qui plura loca calceaſti quàm vllus mulio perpetuarius, Seneca in ludo de morte Claudij Cæſaris. Rhenanus in Scholijs ſuſpicatur perpetuarium dici, vel μιμητικῶς ad quartarium: vel illum qui in ſolidū aut ſemper ſit vector, aut (quod magis arridet, inquit) qui perpetua nec interrupta vectatione ſuos vectores aliquò perducat. Ad vehicula mulis vti ſunt antiqui,non equis:vnde muliones vehicularij,quiq; mulis quæſtum faciebant, Hęc Rhenanus, Perpetuarius conductor vel colonus,qui perpetuò rem conduxit, Budæus. Mulionius,ad mulionem pertinens. Mulioniam penulam arripuit,Cicero pro Seſtio. Mulotribæ Plauto qui mulas fricant.Hermolaus. Græci mulionem,vt ſupra in a.dixi, ἡνιοχαλάτην vocant: mulotribam verò vel curatorem mulorum, ἠρεσκόμον, vnde verbum ἠρεσκομεῖν, Pollux. Apud Heſychium & Varinum ἠρεσκόμος legitur,cum ε. diphthongo, ὁ τοὺς ἡμιόνους θεραπεύων. Οἱ ἠρεσκόμοι ἐν τῷ ἱππείῳ λεγομένῳ κολωνῷ ἴσασιν, id eſt, Mulotribæ Athenis in Colono hippio verſantur, Authur argumenti in Sophoclis Oedipum in Colono. Ὀρεσκόμος (per ο. in antepenultima: nam ὄρος genitiuum habet ὄρους) qui mulorum curam gerit: ὀρεσκόμος vero per omicron, qui montis, (ab ἔρος, ὄρεος,) Suidas. Sic & ὀρεοπώλης, qui mulos vendit: ὄρεσπολῶ vero per omicron,in montibus verſor,apud eundem. Dorſualia vocantur operimenta,quibus mulorum boumq; & equorum dorſa conteguntur, Grapaldus. Claudius Cæſar, vt Suetonius ſcribit,nunquam carrucis minus mille feciſſe iter traditur,ſolcis mularū argenteis, canuſinatis mulionibus. De clitellis, quæ iumentorum dorſis imponuntur, vt onera ſuſtineant, multa dixi in Aſino & Equo, vtrobique & in H.e. Mulus quidem vtroq; clitellis aptior eſt. Clitellarius mulus, Cicero in Topicis. Clitellæ appellantur, quibus colligatæ ſarcinæ mulis,& id genus veterinis portantur,vt ſcribit Pompeius. Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt, Horatius in Sat. Muliones multos clitellarios:ego habeo homines clitellarios: magni ſunt oneris: quicquid imponas,vehunt, Plautus in Muſtellaria. Mulos detractis clitellis cum cohortibus alaribus, &c. Liuius 10.ab Vrbe. Muli clitellarij Græcis ſunt ἡμίονοι νωτεῖς, νωταφόροι, νωτηγοί Arriano: & σωμαπηγοί, apud Suidam & Heſychium,vt ſupra in a.citaui in Mulis Marianis.

Νωτεῖς οἱ ἀχθοφόροι ἡμίονοι, οἱ ἢ ἅλικτροι ζῶντες, Heſychius & Varinus. Νωτίσασθαι dicitur,qui dorſo baiulat, nō ſub iugo vehit,homo,equus,aſinus, Heſychius. Νωτάριος, ὁ διὰ νώτου αἴρων ἢ βαστάζων, Suidas. Σκευοφόροι ὄνοι vel ἡμίονοι, qui res ad iter neceſſarias ferunt. Sunt ex Græcis qui angarum non pro operario tantum accipiant ac miniſtro,

ſed pro achthophoro item ſiue baiulo: vnde & mulos quandoq; angaros dici compertum nobis eſt. Ἀγγαρεύειν, onera ferre dicunt, permutatione ac viciſſitudine quadam, vti Orion ſcribit. Ἀγγαρεύειν non ſolum ad onera ferenda cogere, ſed ad quamlibet hoc genus neceſſitatem, &c. Cælius. Feſtinat calidus mulis, gerulisq; redemptor, Flora. 3 epiſt. Curto mulo ire, Idem 1. Serm.

De vehiculorũ & curruum generibus multa dixi in Equo 11. e. hîc quæ mulos priuatim attinent allaturus. Celerius voluntate Hortenſij ex equili educeres rhedarios vt tibi haberes mulos, quàm è piſcina barbatum mullum, Varro 3. 17. Rhedam pro curru Varro Mareipore dixit, Regi Medeam aduectam per aëra in rheda anguibus, Nonius. Mihi quidem rheda de mulis iunctis propriè dici videtur. Heliogabalus pro apophoretis dedit mulos, baſternas & rhedas Lampridius. Mulionem euitantem ſuper ipſum corpus carpentum agere præcepit. Plinius de viris illuſtribus 7. Multiſonora eſſeda, Claudianus de mulabus Gallicis: propriè tamen de equis eſſedum dicitur: vide in Equo 11. e. Vnde thenſam atq; mulos ſine eam pedibus graſſari, Nonius ex Titinnij Veliterna. Quot iuga boum, mulorum, aſinorum habebis, totidem ploſtra eſſe oportet, Cato. Vixq; datur longas mulorum vincere mandras, Quæq; trahi multo marmora fune vides, Martialis lib. 5. Eſt autem mandra ſtabulum, vel ingens vehiculum quo trabes portantur, quod Probus etiam Græcè μανδρον vocari iit. Mula carrucaria, Vlpianus ff. de ædilitio edicto. Mulio, qui mulos clitellarios ſiue quadrigarios ducit, Promptuarium. Ἡμιόνειον ζεῦγος, Suidas: ac ſi dicas mulare iugum. Ὀρεικὸν vel ὀρειὸν ζεῦγος, vide in a. Ζεύγελα, τὰ τῶν βοῶν ἡμιόνων ζεύγη, Heſychius & Varinus. Ἅρμα non mulam tantum ſignificat, ſed etiam ἁπήνην, id eſt vehiculum quod mulæ bijuges trahunt, vt in a. docui, vbi & Καταβάτης & Θοὰ memorantur. Ἁπήνη, bigæ mulis iunctæ, quibus curſu certabatur in Olympijs: ſynoris vero erat biga equorũ vt ex Pauſania demonſtraui in Equo e. Non diu autẽ mulare certamen in Olympijs duraſſe, cum Arcades mulas deteſtarentur, vt Pauſanias refert Eliacorum 2. Τὸ μὲν τῶν ἡμιόνων ἀγώνισμα ἐκαλεῖτο κέλης, τὸ δὲ τῶν ζυγίων ἁπήνη, (lego ἁπήνης,) Pollux. Sed ὀνικὸς proprie dicuntur, qui dorſo onera ſuſtinent ſarcinarum, non hominum, vt hic accipere Pollux videtur. Calpe etiam in Olympijs erat curſus, non mulæ, ſed equæ, ſeſſorem vehentis qui propè finem curriculi deſiliens apprehenſo freno pedes vnà cum iumento currebat, teſte Pauſania. Nauſicaa Homeri Odyſſeæ 6. inuehitur apéne, id eſt bigis mularum. Πρόσθε μὲν ἡμιόνοιν ἔλκεν πτερόεντα κελεύθου ἁπήνην, &c. Hom. Iliad. ω. ἅμα ἅρμα πτερόεντα κάμωσιν. Athenæus lib. 2. ex Herodoto. Λαμπηνὴν vocabulũ minus vſitatum, Heſychio exponitur, ἅρμα ἵππειον, id eſt ſpecies currus qui vehuntur homines: vel idem quod ἁπήνη vel ἅρμα ſecundũ alios. ἢ δὲ ἅμαξα (ſic enim lego) τὸν Φαραὼ βασιλικὴν ἢ ἅρμα σκευῆς, &c. vide in Equo 11. e. vbi de rheda curuli. Ἐν λαμπηναῖς ἡμιόνων, Eſaiæ 66. vbi Hebraicè kirkarot legitur, quam vocem alij camelos, alij dromades interpretantur. Ἁπήνη currus eſt ex mulis iunctus. Vel Apéne equorum, hámara boum eſt, Varinus. Sed video hæc vocabula confundi. Homerus Odyſſeæ 6. bigam mulorum primo ἁπήνην, vt ſuperius recitaui, poſtea ἅμαξαν vocat. Τόφρα σὺν ἀμφιπόλοισι σὺν ἡμιόνοις καὶ ἁμάξῃ Καρπαλίμως ἐφέπεσθαι, Βῆσε εἰς ἅμαξαν ἄνακτα, ἡμιόνους εἰς ἄρμα, Varinus in ζεῦξαι. Χρεὼ εἰς οὖν πολέμους, σκεῦος Φέρον μὲν ὄνον, ὄφελος ζεμένων ἢ βοῶν ὑφ' ἁμάξας: ἡμιόνων ἢ σφέων ἄμφω, Pollux lib. 1. Cælius ſic vertit: Ad belli vſum aſini ſarcinas geſtantes perneceſſarij habentur, boues item qui currus trahant, muli vtrunq; præſtant. Ξυνωρὶς ζυγῶν, propriè de mulis dicitur, vel equis bijugis, Varinus: ἡμίονος enim mulus eſt, Heſychius, ſed alia videtur huius compoſitionis ratio. Pauſanias quidem apenen in Olympijs bigam mulorum fuiſſe docet, ſynoridem equorum. Κλοδεσία ἡλεία ὄνων, ἅμαξα ἡμιονική, Heſychius & Varinus.

Ἱππόνομα μυθίσι παιξὶ, ἐπὶ τῶν ἡμιόνων, Heſychius & Varinus. Ego faxim muli, pretio qui ſuperant equos, Sient viliores Gallicis canterijs, Plautus. Criſpinus mulum ſex millibus emit Aequantem ſanè paribus ſeſtertia libris, Vt perhibent qui de magnis maiora loquuntur, Iuuenal. Satyr. 4. Cum Cappadoces Perſis quotannis pendant, præter argentum, mille & quingentos equos, mulorum duo millia, ouium quinquaginta millia, duplum ferè horum Medi pendebant, Strabo. Præmia vincentibus in funere Patrocli Achilles Iliad. φ proponit ἵππους, ἡμιόνους τε, βοῶν τ' ἰφθιμα κέρεα, Valerianus in epiſtola apud Trebellium Pollionem Claudio, qui poſtea Cæſar pronunciatus eſt, dari præcipit à procuratore Syriæ mulas annuas nouem, & mulionem, quem refundat, vnum.

Οἱ δ' ὡς τ' ἡμίονοι κεφαλὴν μένος ἀμφὶ βαλόντες, Ἕλκωσ' ἐξ ὄρεος διὰ παιπαλόεσσα κάρηνα, Ἠ ἀλοχεύ, ἢ ἀλόξ μεγαλήιον, ἐν δέ τε τυμὸς Τηρεῖ ἴμεν καὶ αἰὼν πεδίοιο ἀπόδρηστα πάσασθαι: Ὣς οἵ γε μιτρηφόρα νήκεα Φέρον, Homerus Iliad. κ. Οἴακες, circuli quidam iugum continentes, vel per quos inſerantur habenæ, quibus reguntur muli. Διακίζειν enim regere & gubernare eſt, Varinus: vide Οἴακες apud Heſychium. Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἀπίθησε, βάσαν τ' ἐπὶ νῆας ἔλοντο) Ἡμιόνων, αἱ γὰρ πόνον ἄνδρεσσι φέρεσκον ἐν ὄρεσσι καὶ ἠπείροισι Ἑλικώπεσσι νεοῖο βαλόντες ἀντυγα λάϊνον, Homerus Iliados κ. de Dolone, quem Diomedes & Vlyſſes inſequebantur. Vocem ἀντυγα exponũt λάϊνα, ἰσχία, ἡμιόλια, &c. Præuertunt autem muli boues arando non quod robuſtiores ſint, vt quidam ſcribunt, (contrarium enim Columella aſſerit, vt ſupra in ε recitaui:) ſed quod celeriores, ſi pariter emittantur.

Cogunt concipere inuitas ſetæ ex cauda mulæ, ſi iunctis cuellantur inter ſe colligatæ in coitu, Plin.

Si oues vtantur ſtabulo in quo mulæ aut equi aut aſini ſteterunt, facile incidunt ſcabiem, Columella.

h. Piſcibus inuentis & fœtæ compare mulæ. Iuuenalis Sat 13. Non aliter ridetur Atlas cum compare gibbo, Martialis Epigr. lib. 6. Politianus in Miſcellanеis 23. non gibbo ſed mulo legit, quod in pleriſque vetuſtis codicibus ſic inuenerit. Atlantem autem (inquit) de Iuuenalis verbis, nanum quendam pumilúmue fuiſſe, temporibus illis haud ignoratum colligimus, per antiphraſin ſcilicet, ſic enim inquit, Nanum cuiuſdam Atlanta vocamus. Sed & muli pumili tum in pretio ſunt inq; delicijs habiti. Erat autem proculdubio ridiculum hominem nanum, mulo conſimiliter nano & compare ſibi vehi. Scytharum equi in prælio aduerſus Darium, cũ aſinos prius rudentes nunquam audiuiſſent & mulorum ſpeciem tum primum viderent, in fugam conuerſi ſunt, Herodotus, lib. 4. Cræſo Delphis quærenti nunquid diuturnum foret imperium ſibi, Pythia in hæc verba reſpondit: Regis apud Medos mulo iam ſede potito, Tunc ad ſcrupoſum fugere Hermum ſtrenue Lyde, Nec perſtare: nec ignauum tunc te eſſe pudendum.

His ex verſibus, cũ allati eſſent, multò magis quam ex cæteris voluptatẽ Cræſus accepit, ſperãs fore vt nunquã apud Medos mulus pro viro regnaret, Herodot. lib. 1. Piſiſtratus Hippocratis filius tyrannidẽ Athenis affectans, ſeipſum ac mulas cũ vulneraſſet, bigam (πρῶτος ἡλάσεν εἰς τὴν ἀγορὴν) in forum agitauit, tanquã elapſus ex holibus, quem rus proficiſcentem illi prorſus interimere voluiſſent. itaq; populum orauit, vt aliquid cuſtodiæ circa ſe habere permitteret, &c. Herodotus ibid. Mulus (pro) vehiculo lunæ habetur, quod tam ea ſterilis ſit quàm mulus: vel quod vt mulus nõ ſuo genere, ſed equis creetur: ſic ea Solis nõ ſuo fulgore luceat, Feſtus, Mula Lunæ ſacra. Proclus in Heſiodũ. In baſi throni Iouis Olympij tum aliæ deorũ imagines expreſſæ ſunt, tum Lunæ equo, vt mihi videtur,

videtur, insecta: alij tamen mulo eam vehi aiunt, non equo: & ridiculam (ἄιδην) quandam fabulam de mulo addunt, Pausanias Eliacorum 1. Mulis, equis, asinis feriæ nullæ, nisi si in familia sunt, Cato. In Consualibus cessant ab operibus equi & muli, redimiti floribus capita, Dionysius Halicarn. Mulis celebrantur ludi in Circo maximo Consuales. quia id genus quadrupedum primum putatur cœptum curru vehiculoq; adiũgi, Festus. In Consualibus mulus immolabatur, equi & asini feriabantur, Alexander ab Alex. sine authore.

Mulus quidam Lydus cum imaginem suam in fluuio conspexisset, formam & magnitudinem corporis sui admiratus, cervice erecta equi instar in cursum se dedit: deinde asini filium se recordatus, mox cursum sistit, & binnitum animosq; deponit, Aesopus in conuiuio septem sapientum Plutarchi.

PROVERBIA.

Muli asinis quantum præstãt: vbi quis longo interuallo præcedit. Τοίοις δ' ὄσσον ἅπαν περιέσσονες ἡμίονοι, Theognis. Refertur apud Athenæum 7. Sumptum videtur ex Homero, cuius hi versus sunt Iliad. χ. Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἀπέλω, ὅσσον τ' ὄπιθεν καλέσσαι, Ἡμιόνων &c. (vt paulò superius circa finem e. recitaui.) Hoc est, Verum vbi tantum aberant, quantum pars vltima sulci Mularum. Rursum Odysseæ ϑ. Τῶν δ' ἤδη ὄχ' ἄριστος ἔην Κλυτονηὸς ἁμωιῶν, Ὅσσον τ' ἐν νειῷ περὶ βουλυτὸν ἡμιόνοιιν, Τόσσον ὑπεκπρολέων λαὸς ἴκαν', οἱ δ' ἅλις ἦσαν. Hos cursu anteibat Clytoneus splẽdidus omnes: Quantum mularum sulcus præcedit in aruo, Tantum is præcurrit. Olim bubus, asinis & mulis proscindebant arua. Hinc illa lex Mosaica Deut. 12. quæ vetat arandi gratia bouem & asinum sub idem iugum mittere. Aratrum igitur quod à mulis trahebatur, multò celerius perueniebat ad sulci finem, quum arator inuertit aratrum, quàm quod trahebatur à bubus, Erasmus.

Muli Mariani: hoc prouerbium explicaui in a.

Mutuum muli scabunt: Vbi improbi atq; illaudati se vicissim mirantur ac prædicant. Translatum à mulis, qui sicuti reliqua iumenta sese inuicem dentibus scabere solent. Citatur hic titulus, Mutuum muli scabunt, à Nonio Marcello inter reliquos Menippearum titulos M. Varronis, mirum ni prouerbialis. Ausonius in altera præfatione monosyllaborum, Sed vt quod per adagionem cœpimus, prouerbio finiamus, mutuò muli scabunt. Meminit huius & Varro libro de lingua Latina 3. (quanquã is locus est fœdissimè deprauatus:) his verbis, Sic fiet mutuam muli nam. arbitror legendum, mutuum muli, vt subaudiatur scabunt. Symmachus in epistola quadam, Mutuum, inquit, scabere mulos cui prouerbio ne videar esse cõsinis, præconium virtutum tuarum, presso dente restringo. Non videtur autem adagium rectè accipi posse, nisi malam in partem: veluti si indoctũ indoctus, deformem deformis, improbum improbus vicissim laudaret, Erasmus. Germani alio prouerbio eundem sensum proferunt: *Sy lesendem anderen die floehe ab, vnse die hund*, id est, Pulices sibi mutuò detrahunt, canum instar. Huic confine est illud à Diogeniano relatum: Τὸν ξύοντα ἀντιξύειν, id est, Fricantem refrica, vel Scalpentem vicissim scalpe. Suidas ab asinis metaphoram translatam existimat inuicẽ morsicantibus, & in vtranq; partem dici posse, qui se mutuis officijs adiuuant, aut qui se mutuis contumelijs afficiunt. Aristides in communi defensione quatuor oratorum, Τὸν ξύοντα δ' ἀντιξύειν ἐπὶ τῶν ὄνων ἡ παροιμία λέγεται φασίν. Περικλέα γὰρ τοῖς λέουσι μᾶλλον ἢ τοῖς ὄνοις εἰκάζειν φαῖεν ἂν Ὁμηρίδαι, Id est, Scalpentem inuicem scalpere, etiam asinis videlicet tribuit prouerbium. Porrò Periclem cũ leonibus magis quàm cum asinis esse conferendum dixerint Homerici. Eiusdẽ sententiæ est Terentianum illud ex Phormione, Tradunt operas mutuas, de adulescentibus qui se vicissim in peccatis defenderent. Et versus Epicharmi, Ἀπὸ χεὶρ χεῖρα νίζει, (nisi malis νίζει,) δὸς τι καὶ λάβοις τι. Hoc est, Abluit (vel fricat) manũ manus, da aliquid, & aliquid accipe. Item illud, Senes mutuum fricant, natũ ex lepida quadam historia quam Aelius Spartianus in Adriani imperatoris vita recenset. Adrianus in balneo veteranum quempiam seruuli penuria, sese marmoribus affricantem conspicatus, cum & seruulis aliquot & sumptibus donauit. Quod reliqui veterani feliciter cessisse vidẽtes, cœperunt & ipsi cõplures sub oculis imperatoris sese marmoribus affricare, vt hoc modo principis elicerent benignitatem. At ille euocatis senibus, iussit vt alius alium vicissim defricaret, atq; ita pueris nihil opus fore. Is iocus postea in vulgi fabulam cessit. Celebratur & Scipionis Aemiliani apophthegma: Iumenta quòd manibus carẽt, alieno egere fricatu. Quo significatum est, eos, qui res egregias gerere non possunt, egere præcone, quo famã sibi comparent, Erasmus.

Cum mula pepererit, (Ἤν ποτε ἡμίονος τέκωσιν, apud Herodotum:) quoties significamus (Inquit Erasmus) aliquid nunquam futurum, aut adeò rarò solere accidere, vt improbum ac stultum videatur sperare. Ortum videri potest ex eo, quod refert Herodotus in Thalia: Cũ Babyloniorum vrbs obsideretur à Dario, (&c. vt supra recitaui in c.) Huic simile quiddam refertur à Suetonio in vita Galbæ Cæsaris. Huius auo procurãti fulgur, cum aquila de manibus exta rapuisset, & in frugiferam quercum contulisset, summum, sed serum imperium portendi familiæ, responsum est. Atq; ille irridens: Sanè, inquit, cum mula pepererit. Quod omen ita arripuit Galba, vt eum postea res nouas molientem, nihil æquè confirmârit ac mulæ partus, cæterisq; vt obscœnum ostentum horrentibus, solus pro lætissimo acciperet, memor sacrificij dictiq; auiti. Eiusdem sententiæ est Vuestphalorum illud, *Wen dat wyden primen tragend*, Cum salices pruna ferent.

Saluete equorum filiæ: Apparet ioco vulgari fuisse iactatum in eos, qui emolumẽti gratia blandiuntur: refert Aristoteles lib. 3. Rhetoricorum. In certamine mulorum, quum is qui vicerat dixisset exile pretium pro carmine, Simonides recusauit, indignans mulos celebrare suo poëmate: verum vbi victor dedisset satis magnum præmium, carmen tale fecit, Χαίρετ' ἀελλοπόδων θυγατρίες ἵππων, siluit enim quòd essent ex asinis quoque nati, & quod honestius erat expressit, equorum filias appellans, Erasmus.

DE MVRE.

A.

MVs exiguum eſt animal, incola domus noſtræ (vt Plinius loquitur) roſor omniũ rerum: vnde à fe-
no, quem rodendo facit, Latinè etiam ſorex vocatur, quamuis aliqui ita diſtinguant, vt mus domeſticus ſit, ſorex ſylueſtris, Siponti nus. Plinius certè ſoricem à mure manifeſtè diſtinguit, ſoricem ſylueſtrem faciens, & maiorem, auriculis etiam caudaq; pilo ſis: & vbi Ariſtoteles murem aruenſem nominat, ſoricem Theodorus reddit. Quamobrem infra inter diuerſos mures de ſorice priuatim conſcribam, quantum de eo apud veteres reperio: nam recentiores varij ſoricem interpretantur. alij, vt dixi, murem ſimpliciter, communem nempe & vrbanum, quem Galli adhuc vernacula lingua ſoricem vocant: alij illum quem hodie rattum vocamus: alij quem myzerum Germani appellant (qui certe mus araneus eſt) ſoricem eſſe putant. Rattum hodie dictũ, id eſt murem maiorem, de quo infra ſeparatim agam, obſcurus quidã author ſemper intelligendum putat, quoties muris nomẽ apud medicos occurrit: ſoricem vero murem communem minorem eſſe. Ego quoties mus nominatur, nec ſylueſtrem, neq; ratum, id eſt domeſticum maiorem qui rarior eſt, intelligo, ſed minorem & frequentiorem. Græci μῦν & κατοικίδιον μῦν appellant: ſed vulgus Græcorum hodie ποντικόν. Μυωξὶς (υωξία potius) ὁ τῶν ποντικῶν φωλεός. Varinus, ponticos pro muribus ſimpliciter dicens. Ἀσκαλαβώτης, animal quod alio nomine galeotes vocatur: ἡ δὲ ἀσκαλαβώτης καὶ ἡμερώτερος λεγομένη νυμφίτζα, (muſtelam hodie vulgò ſic vocãt Græci,) Suidas. Domeſticum murẽ Plinius etiam diminutiua forma muſculum nominat: Ruinis (inquit) imminentibus muſculi præmigrant. Hebraicam vocem achar עכבר Leuitici 11. Septuaginta μῦν, id murem tranſtulerunt, Chaldæus achera, Arabs phir vel phar, Perſa an mus. Iudæi etiam noſtri temporis murem ſignificare aiunt, ac ita Munſterus vertit. Arabicè etiam Auicennæ mus far nominatur, & Saracenis hodie fara, vt alicubi legi, quæ voces eadem aut ſimillimæ Arabicæ in Biblijs voci phir ſunt, & forte legendum phar, in medio quidem aleph ſcribitur. ſimilis & Hebraica eſt, ſi primam ſyllabam auferas. Proinde nõ accedo Hieronymo, qui Eſaiæ 66. myoxum, id eſt glirem eſſe putat, cum Leuitici vndecimo murem ſimpliciter tranſtulerit. Sed præſtat murem interpretari, quo tanquam communiori vocabulo glis etiam continetur.

Mus Italicè topo nominatur, vel forice al' ſorgio o rato di caſa. (Sed ratti vocabulũ, Germanis, Gallis, & Italis commune ad murem domeſticum maiorem, vt dixi pertinet.) Hiſpani Latinius talpam non murem tópo vocitant. Iiſdem mus appellatur rat. maior vero ratón. Gallis minor eſt ſouris, vox facta à ſorice: maior rat: Germanis hic, ratz, Anglis rat vel ratte: ille, mus: Germanis, Anglis mous vel mouſe, Illyrijs, Polonis, minor myſs: maior ſczurcz, quaſi ſorex. Veneti maiorem panteganam appellant, quaſi ponticum, à vulgari nomine Græco, alij circa Romam ſourco.

B.

Mures domeſtici non vno omnes colore ſunt, ſed alij nigricant, alij ex fuſco colore ad ruffum aut giluum, alij ad cinereum tendunt. Eſt quando candidiſſimi reperiuntur, qualem ipſe vidi, non minorem tamen, ſed maiorem quem rattum vocamus. Mus albus prouerbialis ſuo loco dicetur. In murium genere albi inueniũtur, & in eorundem excremẽtis lapilli albi, & ſunt valde multæ generationis, (ſalaciſſimi,) Albertus. Mures albi apud Allobroges reperiuntur, quos etiam veſci niue creduntindigenæ, Scaliger. De murino colore, vide in a. Murium alij ſunt magni, alij mediocres, alij parui. Matthæolus. Muri cor magnum, Ariſtoteles. Cor maximum eſt proportione muribus, lepori, pantheræ, muſtelis, & omnibus timidis aut propter metũ maleficis. Ariſtoteles & Plinius. Muſculorum iecuſcula bruma dicũtur augeri, Cicero 2. de Diuin. Murium iecuſculis fibræ ad numerum Lunæ in menſe congruere dicuntur, totidemq; inueniri quotum lumen eius ſit: præterea bruma increſcere, Plinius. Et lib. 1. Soricum fibras, inquit, reſpondere numero Lunæ exquiſiuere diligentiores. Luna alit oſtrea, & implet echinos, muribus fibras, Lucilius ex Gellio. A coitu recreſcente Luna muris iecuſculum mirum in modũ ibi fibram quotidie quandam progignit vſque ad plenam Lunam: deinde Luna decreſcente fibræ pariter decreſcunt, ac in vnum corpus extenuatæ paulatim euaneſcũt, Aelianus. Cum Luna panſelenos eſt, iecur eius creſcit & diminuitur in vtroq; interlunio, Albertus. Ego ſemel & iterum diſſecti muris iecore inſpecto numerum qui cum Luna conueniret nullum inueni, & omnino falſam hanc perſuaſionem exiſtimo. Plutarchus in Sympoſiacis 4. 5. muris aranei quoq; iecur imminui ſcribit. τὰ τῶν ἀφανισμῶν τὸ στλεγγὶς. Murium alij fel habent, alij non, Plinius, & Ariſtoteles duobus in locis. Muris vulua dum partum gerit, acetabula habet, Ariſtoteles.

De muribus Aegyptijs, Africanis, & alijs qui à regionibus denominantur, dicam inferius inter mures diuerſos.

C.

Mures in domibus noſtris habitãt, vbicunq; apta ſuis refugijs loca caua inuenerint: aut ſi minus ſint apta, dentibus ipſi arrodunt & excauant: in medijs præcipuè, quæ caua relinqui ſolent, inter duo cœnacula locis: ite in intra-

parietum caua, & circa tecta. Μῦς ἐροφίας, vt Varinus refert ex Scholijs in Veſpas Ariſtophanis, ſunt mures qui verſantur circa orophàs, id eſt domuum tecta & ea abrodunt. Mus domeſticus in horreis & domibus habitat, niger & paruulus, Albertus. Noctu ferè diſcurrũt, latitant interdiu quòd hominem aut alia animalia eis infeſta videant audiántue. Nullum aliud animal acrius aſino audire ferunt, excepto mure, Suidas in Mida.

Mus panis cupidus eſt & eorum quæ ex frugibus ad cibum hominis fiunt. Eſt autem in perquirendis cibis ſolertiſſimus, eorumq; gratia ſæpe periclitari nõ dubitat: & vt eis potiri queat, duras ſolidasq; materias, quibus aditu prohibetur, multum diuq; erodendo ſe fatigat, Obſcurus. Omne murium genus grano (frumento) & pane vescitur: præfert autẽ durum molli. Si multos ſimul caſeos inuenerit, guſtatis omnibus, de meliore poſtea comedit, Albertus. Aegyptij in ſuis notis mure depicto iudicium accipiunt: mus enim pane multo ac diuerſi generis
10 ſimul poſito, optimum quenque ſeligens comedit (quod & Aelianus ſcribit,) vnde & optimi panis iudicium in muribus eſſe putatur, Orus. Fagi glans muribus gratiſſima eſt, & ideo animalis eius vnà prouẽtus, Plinius. In Arcadia ſcio eſſe ſpectatam ſuem, quæ præ pinguitudine carnis non modo ſurgere non poſſet, ſed etiam vt in eius corpore forex exeſa carne nidum feciſſet, & peperiſſet mures. Varro. Sues ſpirantes à muribus tradũr arroſas, Plinius. Mures in Paro inſula ferrum exedere & conficere dicuntur: Amyntas in Teredone Babylonica ſcribit eodẽ cibo vti. Aelianus. Gyaros inſula vna Sporadum eſt, vbi mures ferrum erodunt, Suidas & Stephanus. In Cypro inſula aiunt mures ferrum exedere, Ariſtot. in Mirabilib. Mures fabulantur Chalcidenſium ferrũ eroſiſſe, Heraclides. In quadam prope Chalybes inſula, ſuperiore loco ſita, aurum à muribus vorari aiunt, ideoq; in metallis eos diſſecari, Ariſtoteles in Mirabilibus ſic enim lego, locus eſt deprauatus. Theophraſtus author eſt in Gyaro
20 inſula cum (mures) incolas fugaſſent, ferrum quoq; roſiſſe eos: id quod natura quadam & ad Chalybas fecere in ferrarijs officinis. Aurarijs quidem in metallis ob hoc aluos eorum excidi, ſemperq; furtum id deprehẽdi: tantam eſſe dulcedinem furandi, Plinius. Marcellum multa ſigna perturbabant, & mures in cella Iouis aurum corroſerant. Plutarchus in vita eius. Bellum ſociale, cuius author fuit Marius, diuerſa ſigna præceſſêre: Mures ſuſpenſum in templo aurum corroſerant, è quibus æditui quandam caſſe (κάγ-) fœminam ceperunt: ea ibidem quinq; enixa muſculos, tres abſumeſit, Plutarchus in vita Syllæ. Antiphili hexaſtichon in murẽ qui propter ſcobem auri deuoratam inciſus eſt, extat Anthologij 133.

Mures etiam vulgares ruminant, non ſolum Pontici, Plinius & Albertus. Mures lambendo bibunt, etſi dentibus ſerratis non ſint, Ariſtoteles. Mures in Africa (Obſcurus quidam ineptè legit, in aqua) cum biberint, moriuntur, Idem. In Africa maior pars ferarum æſtate non bibunt inopia imbrium quam ob cauſam, capti mures Libyci, ſi biberint, moriuntur, Plinius. An noxius muribus ſit potus, vide in E. vbi de venenis eorum. Cuniculos
30 etiam à potu menſibus aliquot abſtinere ſupra dixi. In Luſis Arcadiæ quodam fonte mures terreſtres bibere & conuerſari, Theophraſtus ſcribit, Plin.

Mus eſt temperamenti admodum humidi. Obſcurus.

Flagranti libidine dicunt mures eſſe, teſtemq; Cratinum afferunt, dicentem in Fugitiuis, poëmate ſic inſcripto: Age nunc tibi ex æthere murinam laſciuiam Xenophontis fulmine percutiam: (Φέρε νῦν σοι ἐξ αἰθέρος κατα-μυσωτιῶ μυὸς ἀίρασθαι Ξενοφῶντος. Politianus in Miſcellaneis 96. ſic vertit, Age nunc tibi de ſereno aduerſus mollitiem muris fulgurabo Xenophontis. Volaterranus ſic, Age nũc è ſudo flagitium muris fulgurabo Xenophontis: additq; verba eſſe anus cuiuſdam.) Atq; fœminam quoque murem maiore Veneris rabie flagrare dicunt. Et rurſus apud Epieratẽ in fabula quæ inſcribitur Chorus: Poſtremò ſubijt me deteſtabilis læna (leno, Volaterr.) deierans per Dianam (per puellam, per Dianam, per Perſephattam, Politianus) eſſe vitulam, eſſe virginem, eſſe pullam indomitam. At illa murina erat, (μυωνία, myonia: ſic etiam Cælius legit, & Eraſmus in prouerbio Mus albus:
40 & Volaterranus vt videtur, nam ſimiliter murinam transfert. Politianum μυωτία vel μυωσία legiſſe video, & meris probo: vertit enim, At illa cauus erat murinus: nimirum quod virginitate non amplius integra ſed perfracta eſſet, & quoſuis amatores admitteret vt cauerna murium ſubeuntes ſibi muſculos: myoniæ quidem vocabulum nuſquam legere memini.) Superiectione ſalaciſſimam eam dicere voluit, cum prorſus murinam (cauum murinum, Politianus) vocauit. Aelianus interprete Gillio. Sed Politianus hæc etiam tanquã ex Aeliano addit: Et Philemon, Mus albus, cum quis eam, ſed pudet fari. Clamauit adeò ſtatim deteſtanda læna, vt ſæpe latere non eſt. In ſeptimo Epigrammaton Martialis in vulgatis codicibus legitur, Nam cum me vitam, cum me tua lumina dicis: ſed enim vetuſtiſſimi quiq; ſic habent. Nam cum me murem, tu cum mea lumina dicis. Videtur autẽ puella blandiens amatori murem eum vocare eodem intellectu quo etiam paſſerculum ſolet, quia mures quoq; perhibentur
50 ſalaciſſimi, Politianus: cui accedit etiam Eraſmus in prouerbio Mus albus. Domeſtici mures ſalaciſſimi habẽtur, præſertim albi: vide infra in prouerbio Mus albus. Mures albi multæ valde generationis (ſalaciſſimi) ſunt, Albertus. Mus in coitu complectitur cauda, Albertus. Supra cuncta eſt murium fœtus, haud ſine cunctatione dicendus: quanquam ſub authore Ariſtotele & Alexandri Magni militibus generatio eorum lambendo conſtare non coitu dicitur, Plin. Salis guſtatu fieri prægnantes opinantur, Idem. Accedente ſalis vſu longè fœcundiores fiunt, Aelianus. Sunt qui vehementer confirment mures, ſi ſalem lambant, impleri ſine coitu, Ariſtoteles. Terræ Perſicæ parte quadam mure fœmina reſcitſa, fœtus fœminini prægnantes comperiuntur, Idem & ex eo repetens Plinius. Murium generatio mirabilis præter cætera animalia maiorem in modum eſt tum numero tum celeritate. Iam enim fœmina prægnante in vaſe miliario aliquando occupata, paulò pòſt reſerato vaſe, muſculi numero viginti & centum reperti ſunt, Ariſtoteles. Ex vna genitos centum viginti tradiderunt, Plinius. De mirabili nõ
60 tempore agreſtium murium redundantia, infra dicemus, vbi de muribus agreſtibus priuatim agetur. Multifida, vt canis & lupus, & parua eiuſdem generis, vt mures, multa pariunt, Ariſtoteles. Mures etiam ex terra, vel terrà & imbre naſci infra dicam in agreſtium hiſtoria. Ibidem quoque narrabimus quæ loca muribus infeſtata ſint, & quæ propter murium copiam reliquerint incolæ.

Mures qui non ex inſidijs, ſed ſua ſponte moriuntur, defluentibus membris è vita paulatim excedunt: vnde profectum id quod eſt in prouerbio, Iuxta muris interitum, cuius Menander meminit in Thaide Aelianus interprete Gillio: Volaterranus ex eodem ſic transfert, Vita hiſtongiſſima, membris paulatim deficientibus, &c. De agreſtium morte infra dicam.

D.

70 E volucribus hirundines ſunt indociles, è terreſtribus mures, Plinius. Quædam timore non cicurantur.

vt mures & lepores, quomodo enim amabis quem inſidiari vitæ tuæ ſit perſuaſum? At hoc ſibi perſuadent qui timent, Cardanus. Ruinis imminentibus muſculi præmigrant. Plinius. Vbi domus aliqua cõſenuit & ruinam minatur, mures primi ſentiunt, & celerrimè fugientes aliud domicilium quærunt, Aelianus in Varijs & in animaliũ hiſtoria. Et rurſus in eadem, Quod vicinam (inquit) domum ad edendas ruinas mures & muſtellæ præſentiunt, idcirco eius caſum & prolapſionem præuertentes, ex ipſa emigrant, quod quidem ipſum in Helice oppido vſu eueniſſe dicitur. Cum enim Helicenſes impium facinus in ſe aduerſus Ionas admiſiſſent, eos nimirũ in altaribus mactantes, tum ſanè his propinqua ruina ex oſtentis portenta fuit. Nam quinq; antè diebus quàm Helice funditus euerteretur, qui in ea eſſent mures, muſtellæ, ſerpentes, & verticillæ, cæteraq; eiuſmodi ex eo loco exierunt: quod quidem facinus Helicenſibus id ipſum intuentibus, ſummam quidem admirationem mouebat: veruntamen quam ob rem diſcederent, cauſam conijcere nõ poterant, poſtea verò quàm ex vrbe hæc animalia exceſſére, ex terræ motu tantæ labes domorum noctu factæ ſunt, vt nõ modò ex hoc caſu deſederit vrbs, & conciderit, atq; ex permultæ tempeſtatis alluuione funditus deleta fuerit: verum etiam cum forte decem naues Lacedæmoniorũ in vrbis portu ſtationeq; eſſent, ex marinorum æſtuum tempeſtate perierunt, Hæc Aelianus. Mus domicilium ſibi parat Ariſtoteles. Sed tamen cogitato, mus Puſillus quàm ſit ſapiens beſtia, ætatem qui vni cubili Nunquã committit ſuam: quod ſi vnum obſideatur, aliunde perfugiũ Gerit, Plautus Trucul. Si quis ex muribus in aquã cadat, porrigens caudam alter hunc extrahit, ac ſeruat è periculo, Tzetzes. Cum mures in aquatile vas delapſi aſcendere non queunt, mutuas inter ſe caudas mordicus tenentes, ſeſe ſubtrahunt, ſecundum quidem primus, tertium ſecundus: ſic enim eos mutuas inter ſe operas ſapientiſſima natura ponere docuit, Aelianus. Sic lupi caudis inter ſe mordicus apprehenſis fluuios tranant: & ſimiliter Caſpij mures, vt infra dicam in muribus diuerſis.

Peruerſorum morum muſtelæ & mures ſunt, eamq; ob cauſam Iudæis tum cibo tum contactu eorum interdictum eſt, Ariſteas, ſed per hæc animalia eiuſdem ingenij homines reprehenduntur, qui ſcilicet timidi & ad quemuis pauidi ſtrepitum ſunt, interim verò furaces & clam inſidioſi, Procopius.

Muribus maximè inſidiantur feles, vnde & murilegos recentiores quidam vocarunt, murileguli verò apud iureconſultos muricis & purpurarum inquilitores nuncupantur. Muſtelis eadem quæ felibus natura in murium venatu, perniciоſiſſimæ eis quæ muſtelarum minimæ ſunt, & ſimpliciter nomine generis appellantur: quoniã hæ cauernas etiam ſubire poſſunt muſculorum, nec egreſſos ſolum vt maiores muſtelæ catiq; venantur. Videntur & mortuas muſtelas horrere mures: nam caſeos, ſi cerebrum muſtelæ coagulo addatur, negant à muribus attingi. Plinius. Et alibi, Abiguntur cinere muſtelæ ſparſo. Incolæ domorũ mures cùm ad cætera omnia timidi & perimbecilli habeãtur: tum maximè ſtrepitus timore afficiuntur, ſed nihil peius quàm muſtelæ ſtridentis (γαλῆς κέζαν) vocem perhorrent, Aelianus. Muſtela ruta in murium venatu cum ijs dimicatione conſerta vires refouet, Plinius. Eâdem ſe præmunit contra ſerpentes. Vulpes callidè admodum mures captat. Eoſdem in pratis anguis niger, (carbonarium Itali quidam vocant, Nicander eundem puto myagron à murium venatu) comprehenſos deuorat. Murem animalium maximè odit elephas, & ſi pabulum in præſepio poſitum attingi ab eo vidêre, faſtidiunt, Plinius. Odorem muris vel maximè fugiunt elephanti: pabula etiam quæ à muſculis contacta ſunt, recuſant, Solinus. Leo murem fugit, Rafis: fortaſſis autem corruptus eſt locus: nam Ariſtoteles de leone ſcribit, quod aliquando hyn, id eſt ſuem, non myn, id eſt murem timuerit. Muribus accipitres veſcũtur: item aues nocturnæ, vt noctuæ, bubones, Mures cum vocem felis aut viperæ exaudiuerunt, è nido muſculos in locum alium transferunt, Aelianus. Mures etiam cum ſerpentibus aliquando colludunt. Ponzettus.

E.

Muſcipula laquei genus eſt ad capiendos mures, Sipontinus: vt decipula laquei genus ad decipiendas capiendasq; aues. In granarijs muſcipulæ diſponantur ad mures capiendos, & per foramina oſtij felibus introëundi poteſtas relinquatur, ad mures frumenta rodentes fugandos, Grapaldus ex Varrone puto. Si parit humus (in vineis) mures, minor fit vindemia, niſi totas vineas oppleueris muſcipulis, quod in inſula Pandataria faciunt, Varro de re ruſt. l. 8. Muſcipulæ aliæ viuos capiunt mures: aliæ perimunt. ſiue pondere oppreſſos, ſiue aqua ſuffocatos, ſiue aliter, vt cum valido filo ferreo in oppoſitum clauum adiguntur capite in foramen propter eſcam inſerto. Aliæ verò vas aliquod ſubiectum habent in quod illabantur, quod ſi aqua repleueris, ſuffocantur: ſecus, retinentur viui. De ſingulis igitur ordine dicendum: & primum de ijs quæ viuos capiunt.

Communiſſimum muſcipulæ genus eſt, vas ligneum quadrangulum oblongum, quod tabulis quatuor conſtruitur, poſterior pars filis munitur ferreis, vt & inſpicere illic liceat quid captũ ſit, & odor eſcæ illa etiam ex parte à muribus hauriatur, vnde ad inquirendum aditum alliciantur: ad hæc aëre peruio longius ſpargitur eſcæ odor, & eminus etiam inuitat mures. Pars anterior hoſtiolum habet, filo appenſum, quod cataractæ inſtar ſubitò cadit cum eſca attingitur: filum autẽ alligatum eſt grui, hoc eſt ligno ſupra muſcipulam tranſuerſo ſurſum deorſumq; mobili, ſuſtinente in medio columella quæ medio ſuperioris tabulæ loco infigitur. Eſt & foramen in poſteriore parte tabulæ ſuperioris, cui filum ferreum mobile inſeritur alteri ferro ſupra foramen tranſuerſo circunuolutũ. Huic inferius hamato eſca infigitur, vt lardum, vel nucleus iuglandis, vel panis: quæ modicè adolentur igne, vt longius ſpargant odorem. Suprema vero mobilis huius fili pars modicè inflexa vt angulus rectus fiat, & malleo dilatata, gruis extremæ parti in dimidiati cunei formam illic reſciſſi quàm fieri leuiſſime poteſt imponitur, vt eſca à mure contacta facilius ruat. Hæc inſtrumenta aliqui gemina conficiunt, hoſtiolis ex aduerſo poſitis. Hoc genus inſtrumenti Petrus Creſcent. (l. 10. c. 36. vbi diuerſas muſcipulas deſcribit, quas omnes nos ordine recitabimus) muſcipulas domeſticas vocare videtur, quòd in pleriſq; domibus habeantur. Oppianus etiam lib. 2. de piſcatione nõ aliud intelligere videtur, his verſibus: Ὡς δ' ἡ μὲν διὰ πάντα μέρον λίχνοισι μύεσσιν Ἐσσυμένη δ' ὑπὸ παγχάλκοιο ἰαμμένον πτε Γαστὴρ ἔνδον ἔλασσε. θοῶς δ' οἱ ἄγγελος ἦλθεν Κοῖλον ὑπερμαίεσθαι. ὁ δ' οὐκέτι πάμπαν ἀνίης Ἐκφυγέειν ἁμάτην γλαφυρὸν στόμα, ἀλλὰ καὶ αὖθι Μάψ ἑπτεὶ πτερύγεσσι, γέλως δ' ὑπεμύετο ἀγρῆ.

Aliud muſcipulæ genus è filis ferreis in orbem ducitur, vt vas fiat rotundum partem quæ è cylindro tranſuerſa ſecatur referens. In eius ſummo orificium ex ijſdem conſtruitur filis, quæ in fine ſingula acuminata in coni formam deſinunt, vt in naſſis fit ad capiendos piſces. Vaſi eſcæ aliquid imponitur. Ad latus alicubi hoſtiolum fit. vnde mus vel ſuffocatus aqua, vel aliter immortuus, eximatur. Eſt & alius modus minores muſculos capiendi: Nucis iuglandis dimidia pars aperitur & ora ſeu margini vaſis alicuius, ex metallo præſertim aliquo, ſubijcitur, ita vt

pars

pars aperta introrsum vergat, & mus arrodere non possit nisi vas subierit: quod si fecerit, nuce dimota & vase collabente includetur. Hunc modum Crescentiensis etiam describit.

Item est alius modus, inquit Crescentiensis, cum vas aliquod operitur membrana. quæ in decussem (crucem) scinditur, (quidam membranam recentem ollæ obtendi volunt, & farinam inspergi vt mures assuescant accedere & postea arefactam scindūt) & in medio annectitur pellis suilla. Mures autē accedentes ad chartam siue membranam, ea deflexa ruunt, charta rursus erigitur vt vna opera mures infiniti decipiantur: quod si aqua in vase fuerit, suffocantur: sin minus, breui saltem fame intereunt. Fertur etiam ab expertis, quòd si mures in vas sine aqua illapsi diu viuere permittantur, fame nimia impulsi se mutuò tandem deuorant, fortior imbecilliorem. Quòd si tandiu relinquantur, vt vnus aliquis tantum, videlicet omnium robustissimus supersit, & hic permittatur exire, quoscunq; inueniet mures deuorabit murinæ iam carni assuetus. idq; facile cum illi non fugiant, Hæc ille. Ego nuper ab amico quodam accepi Senensem quendam sacerdotem cui marsupium in cauum quoddam mures pertraxerant, captum vnum aliquandiu carnibus murinis tantum aluisse, ac ita dimisisse: qui cum grassaretur in cæteros mures eosq; fugaret ad singula vbi latebant foramina pergens, sic etiam marsupij index perquirenti id singillatim sacerdoti fuit. Capiuntur etiam mures, si vas, vnde euadere nequeant, tenuis baculus imponatur, qui in medio ita incisus sit, vt se tantum sustinere cum esca possit: nucleus enim nucis in bacilli medio ponitur, ad quem mus accedens cum baculo fracto cadit: & si aqua fuerit, suffocatur: sin minus, occiditur, Crescentiensis. Et rursus, Modus (inquit) melior cæteris ad capiendum mures tam magnos quàm paruos, est huiusmodi. Asseres duos leuigatos longitudine brachij, latitudine semissis (dimidij brachij,) ita coniunge vt digitis quatuor vel paulò minus in latitudine distent parte infima, cum duobus exiguis asseribus * in castris in vtroque capite vno, vt inferius æquales sint: sub his affige chartam * de pectore grossam massam (incisam) in medio ex trāsuerso, sed prope medium non affixam, & ita restrictam vt inter asseres facile eleuetur, vt si deliberando deformaretur, possit ad suā formam reduci. Cæterum prædicti duo asseres supernè in capitibus coniungi debent, ac super eos exiguus asser imponi, qui in medio contineat clauum retortum ad quem suspendatur fruſtulum cutis suillæ: alij non suspendunt, sed in medio asserum prope chartam ponūt, sic vt vna * massula cum cute facile reuoluatur. Hanc machinam vasi fictili aut ligneo impones, vnde muribus exeundi facultas non sit. Præstiterit autem obrui massam frumenti vel alterius grani. Sic vna opera quotquot mures intrauerint & ad escam accesserint, delapsi capientur, charta semper in pristinum reuoluta locum. Alius modus: Orbis mensarius aut simile lignum rotundum infixis vtrinque acubus vel exiguis ligellis, duobus in sedili aliquo erectis breuibus ligellis bifurcatis (vel ramulum transuersum habentibus) imponitur. Curandum autem vt pars orbis posterior, hoc est sedile versus paulò grauior sit, & sedile attingat, anterior verò circiter pollicis lati altitudinem eleuetur. Tum farina aliaue esca sedili prope orbem inspergitur, vt inuitentur mures, esca etiam orbi alligatur anterius. Mus à sedili in orbem progressus, eo reuoluto in lebetem, qui aqua semiplenus subijci debet, delabitur, orbe mox in priorem statum redeunte, vt sæpe plurimi mures vna nocte vna eademq; opera capiantur, omnes in lebetem delapsi. Alij pro orbe ligneo machinam quandam versatilem faciunt, quales sunt puerorum apud nos rotulæ arundinibus aut virgis alligatæ, in cursu ad ventum versatiles. Sunt & varia muscipularum genera, vbi mures pondere obruuntur. Muscipulæ quædam fiunt, inquit Crescentiensis, ex paruo ligno cauato, in quod delabitur aliud lignum paruum, sed graue & opprimēs ingressos ad escam mures: annectitur enim suilla cutis ad lignum quoddā exile, quo attacto ruit moles: sed hic modus notior est quàm vt pluribus explicari mereatur. Huic affine est genus illud, quod nostri hoc modo parant: Tabulæ duæ coniunguntur pedem latæ vnum, longæ duos. Hæ posterius ligneo clauo iunguntur, qui tabulæ inferioti infigitur, superior enim eidem clauo non affigi, sed inseri tantum debet foramine suo (ampliore quàm vt motum eius impediat,) ita vt facile anterior eius pars sursum deorsumq; moueatur. Præterea inferiori tabulæ anterius forma patibuli (duobus lignis erectis transuerso vno imposito) siue Græcæ literæ Π. infigitur, altitudine dodrantis, latitudine quanta permittitur. Oportet autem de superiore tabula anterius nōnihil vtrinq; rescindi, vt patibulum subiens æqualiter cum inferiore extendi possit. Deinde inferiori tabulæ lignū rectum & tenue secundum latitudinem (quę pollicem ferè aut vnciam æquat) imponitur in medio, & postrema parte alligatur ad clauum ligneum, quo tabulæ coniunguntur. In huius medio laridum vel quæuis esca alligatur. Debet autem anterius ad finem vsq; tabulæ pertingere, & illic etiam crenatum esse secundum latitudinem, crena ad dimidiati cunei formam ducta. In hanc enim ligno eleuato aliud supernè per exiguum lignum inditur, duos ferè digitos longum, latum vno. hoc inquā parte inferiore in crenam ligni escarij (id est continentis escam) inditur: supernè vero ad oram superioris tabulæ leuiter offirmatur, vt escæ contactu facilius ruat moles. Idē hoc ligellum (quod obfirmatorium, ad escarij differentiam nominari potest) filo annecti solet ad superiorē tabulam sub medio patibuli, atq; inde cum muscipulam erigere placet vltra patibulum traijcitur. Sunt qui inferiori tabulæ circa escam clauos infigant ferreos, quorū mucronibus cadentis vi ponderis mures illidantur. Potest etiā lapide superior tabula onerari, vt grauius feriat Porrò viuos obruendi machina maximè exteporanea hoc modo fit: Ex tenui ligno pars palmū alta & digitū ferè lata scinditur, & ab altera parte in cunei formā secta attenuatur. hoc lignū columellæ instar erigitur, & cuneus eius inditur crenæ alterius ligni, quod huic ferè æquale vel paulò breuius sit, simile alioqui nisi quod altera crenata nō cuneata est. Potest autē obfirmatoriū appellari: hoc enim columella & lignū escarium continentur obfirmanturq; ne ruant priusquā mus escam attigerit. Lignū escarium dodrantale vel paulò longius esse oportet, esca circa mediū alligata: pars eius anterior scissurā habebit, quæ paulo post caput incipiat, & ad duos ferè cū dimidio digitos retrorsum extendatur: debet autē fieri ad angulos rectos & dimidiam ligni latitudinē auferre. His tribus lignis ita paratis, columellā eriges, ita vt cuneus sursum spectet, cui obfirmatorij crenā insere, ita vt obfirmatoriū ipsum retrorsum spectet, quò escariū quoq; spectare debet: escariū anteriore angulo columellæ admouetur, ad posteriorē vero eius angulū in fine scissurę obfirmatorij cauda, hoc est pars nō crenata detrahitur, obfirmaturq; sed priusquā detrahas & obfirmes tabulā columellæ iam sustinenti obfirmatoriū impones. Sic dolo instructo mus si escam tetigerit, ruente tabula opprimetur. Eundē hunc dolū describere videtur Crescentiensis, sed obscurius. his verbis: Capiuntur mures assere quodā eleuato cadente, qui ex quadam columella eleuatus sustinetur, quadam spatula cutem suillam habente sic præparata quòd columella diuisa non aperitur, nisi cum mus cutem tangit in spatula eleuatam. Est & alius vsitatus apud nos modus. In tabella pedali quinq; aut sex digitos lata, circinatum foramen sit, cuius diameter digitorum sit quatuor: huic foramini subiectum inditur vas ligneum orbiculatum cauum palmi longitudine: in huius vasis latere altero, quod appellemus A. foramen paruum fit in medio,

in medio, vbi filum escarium è ferro inseritur, id circunuoluitur paruo filo quod transuersum foramini infixum est, ita vt in muscipula primo descripta diximus: pars enim fili in fine hamata quæ longior est, introrsum pertinet, vt infigatur ei esca, pars altera breuior & in summo modicè ad angulum rectum inflexa foras spectat, vt ligello obfirmatorio imponatur: quod quidem ligellum filo percutienti è regione escarij annexum pendet. Filum percutiens appello, quo mus inserto in vas capite & escam tangens percutitur, illiditurq; acui ferreæ, quæ illic prope summitatem vasis in aduersum latus, quod B. appellabimus infigitur, ita vt mucro recta ad A, spectet. Hoc filum percutiens bene crassum est, & per totum B. latus tabellæ à principio ad finem rectà descendit: mox extra tabellam in semicirculũ incuruatur, cuius vertex à tabella palmo ferè recedit: & in latus A. reflexum, illic annectitur & infigitur. Sic paratam machinam cum instruere & intendere voles, ligellum obfirmatorium in latus A. detrahes & altera parte obfirmabis in marginem eiusdem lateris inferiorem, (quod vt firmius fiat, crenam illic vel scissuram aliquam in ligno facere possis) alteri vero nempe inferiori parti, summitatem fili escarij inflexam impones, & instrumentum totum in latus B. inclinabis. Eandẽ aut simillimam machinam Crescentiensis describit, sed obscurè, verbis forte per librarios deprauatis: sunt autem hæc, Mures etiam aliter capiuntur cum in aliquo nodo cannæ amplæ in capite fit arculus cum chordula, in qua acus magna consistit in media canna foraminis, foramen habet in medio, & cutim suillam interius cuidam virgulæ alligatam, & sic præparatam, quòd cum mus per foramen cutim mordet ac mouet, arculus descendit, & acus magna perforat caput eius, eumq; retinet ne fugere possit. Sed præ cæteris ingeniosum est machinæ genus, quod subijciam. Trunculus ligni duos palmos longus, vnum latus, duos digitos crassus, in medio duobus circiter digitis excinditur paulò vltra dimidiũ latitudinis suæ. Latus illud vbi scissura fit decliuius & humilius esse debet, id appellemus A. huic lateri semicirculus oblongus à ligno inflexo inditur, in foramina terebrata parte media A. lateris, ab vtraq; parte scissuræ, ita vt semicirculus ille recto & plano ad trunci basim situ sit, & instructa muscipula eidem semicirculo incumbat. Supra hunc semicirculum eiusdem figuræ tabella adaptatur ferreis mucronibus in circuitu denticulata: ita vt mucrones semicirculũ collabente machina ingredi possint, propemodum attingentes ipsum. Hæc tabella trunculũ versus ita rescindetur, vt scissuram eius ingredi possit, vbi transuersa chorda equinis setis contexta alligetur. Chorda autem per latera trunculi perforata transmittitur, ansulis vtrinq; ligneis annexa, vt ijs remitti intendiq; possit: ijs enim intensis tabella mucronata vehementius ferit murem. Supra trunculum statim retrò scissuram lignum erigitur quinq; circiter digitos altum rectumq;, & mox eadem longitudine recuruum (buris instar) anterius pertingẽs & sursum inclinans huic in fine filum annectitur cum ligno obfirmatorio paruo, inescatorium vero lignum imæ scissuræ alligatur. Mus escam attingens inter tabellæ corruentis mucrones & semicirculum configitur cõstrictusq; tenetur. Vidi & aliud huic simile genus: sed desino esse longior. Est præterea alius modus, cum vas aliquod ex quo euadere non possint, ad dimidium aqua impletur, cuius superficies zea seu spelta innatante operitur, quam videns mus & non aquam, in vas descendit & suffocatur, Crescentiensis. Audio nostros aliquando paleas aquę inijcere, quòd facile supernatent, & sic mures aliquando nihil suspicantes de aqua insilire: facilius autem puto ad insiliendum allicerentur, si paleis farina auenæ aliáue tosta inspergeretur. Hoc circa muscipulas omnes quibus viui mures capiuntur obseruandum, vt eximantur statim: nam si perminxerint, mures alios dolum suspicantes difficilius allici putãt: quamobrem pollutas vrina, abluere solent, aliqui etiam fumo imbuere, tanquam vrinæ odor ita aboleatur.

Mures si amurcam spissam patinæ infuderis, & in domo nocte posueris, adhærebunt, Palladius. L. Si amurcam, inquit Anatolius, in æneam peluim infuderis, eamq; in media domus parte reliqueris noctu, mures congregaueris omnes, Paxamus in Geopon. Græcis 13. 4.

Mus si castretur viuus & dimittatur, fugat cęteros, Plinius lib. 30. vt Aggregator citat. Ego de soricibus tantum apud Plinium hoc scribi reperio. Si deprehensum murem vnum excoriato capite abire permiseris, cæteri in fugã vertentur omnes, Paxamus. Mus masculus cum excoriatur & dimittitur in domo, aut castratur, aut abscinditur cauda eius, fugat reliquos: maximè vero si excoriatus fuerit. Fertur etiã si mus pede ligatus ad paxillum in domo retineatur, cæteros in fugam verti, Auicenna. Memini aliquando audire, si muri capto tintinnabulum alligetur, ac ita dimittatur, fugaturum cæteros. Fumus foliorum taxi occidit mures, Plinius.

Aconitum (primum, quod & pardalianches) procul & è longinquo odore mures necat, vnde aliqui myoctonon appellarunt, Plinius. Myoctonon quidem cognominari, Dioscorides etiam & Nicander meminerunt. Recentior quidam obscurus author, hæc Plinij verba de fumo aconiti interpretari videtur: quanquam lupariæ vulgo dictæ fumum id facere scribit, quæ ad secundum aconiti genus pertinet. Ego cum nuper radicem cœrulei primum, deinde etiam pallidi aconiti ratto capto per triduum edendũ obijcerem, butyro & farina, aliás caseo mixtis, atq; is multum absumeret, nec periret tamen, sed nec lædi quidem videretur, occidi iussi. In causa forte erat parum recens pollen flaui aconiti: pharmacopolæ enim non integras lupariæ radices, sed contritas ferè seruare solent. In Sabaudia quidem vidi à rusticis has radices vendi, & muribus occidendis commendari ab ijsdem audiui. Nostri quoq; in Germania rhizotomi mures occidi promittũt, si lupariæ radicem tritam cum pulte ex auenæ aut frumenti farina mixtam gustauerint. Eadem ferè aconito vires staphisagria obtinet: & huius quoq; (è radice, vel semine potius) pollinem cum farina in butyro frixum mures occidere Tragus scribit. Cremato ebulum in domo tua contra mures, & effugient nec manebunt in hoc fumo, Incertus. Fugãtur mures & calacantho, origano, apij semine atq; melanthio suffitis, Paxamus. Calacanthus autem (Græce καλακανθος legitur hoc in capite, & duodecimo vbi muscas suffitu eiusdem pelli scribitur: vndecimo autem contra culices καλακανθη) quid sit non facile dixerim. Apud Rasim non calacanthum sed chalcanthum, id est atramentum sutorium legitur: sic enim aliqui citant ex opere eius ad Almansorem: Mures (inquit) è domo chalcantho fumigata fugiunt. Calycanthemon quidẽ apud Dioscoridem inter clymeni & periclymeni nomenclaturas est. Fugiunt & hæmatite lapide suffito, nec non myrica viridi fumigante, Paxamus. Si domum suffumigaueris vngula muli sinistra, nõ remanebit in ea sorex, Rasis, Albertus, Belberus. (soricem impropriè dicit pro mure domestico.) Si muli vngula domus suffiatur, fugiunt ab ea mures. Rasis & Albertus. Vnguibus mulæ vel asini (adustis) mures fugantur, Vrsinus. Fumigatio cum vitreolo fugat mures, Arnoldus. Mures abiguntur cinere mustelæ vel felis diluto & semine sparso, vel decoctarum aqua: sed redolet (scilicet frumentum) virus animalium eorum etiam in pane: ob id felle bubulo semina attingi vtilius putant. Plinius: sed hęc ad mures agrestes magis pertinere videntur, qui quomodo fugentur suo loco infra priuatim dicemus. Asphodeli radice mures fugantur, cauerna præclusa moriuntur, Plinius. Cucumim ex quo elaterium fit, &c, multi hunc esse apud nos, qui anguinus vocatur, ab alijs erraticus, arbitrantur; quo decocto

sparsa

ſparſã mures de eius medicina non attingunt, Plin. Agreſtis cucumeris & colocynthidis ſuffuſio mures necat Palladius 1. Si cerebrum muſtelæ coagulo addatur, dicunt caſeos à muribus non attingi, Plinius. Frumento ne gurgulio noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito, palearum parum addito, ſinito marceſcant bene, & ſubigito, eo granarium totum oblinito craſſo luto, poſtea conſpergito amurca bene omne quod lutaueris. Vbi aruerit, eò frumentum refrigeratum condito, Cato. Abſinthium defendit pannos & pelles à muribus, Circa inſtans. Atramentum librarium ex diluto abſinthij temperatũ, literas à muſculis tuetur, Plinius & Auicenna. Mulieres quædam apud nos abſinthium decoquunt cum linimento illo farinaceo quo lectorum culcitras illinunt, vt à muribus tutæ ſint, Tragus.

Si vis execrare mures, tithymallum in tenues partes inciſum miſtumq; cum polline & œnomelite apponito: ſiquidem vbi ex eo comederint, occæcabuntur. Antolius quidem & Tarentinus dum de horreo mentionem faciunt, eiſdem medicamentis ſunt vſi, Paxamus.

Veratrum album mures polenta admixtum necat, Plinius. Ex polenta veratrum, aut agreſtium cucumerum ſemen cum veratro nigro, colocynthide & farina permiſtum, mures perimit, Paxamus. Necabuntur ſi helleboro nigro caſeum vel panẽ, vel adipes, vel polentam permiſceas & offeras: & agreſtis cucumeris & coloquintidis ſuffuſio ſic nocebit, Palladius. Nonnulli elleborum albũ & corticem cynocrambes tenuiſſimè comminuta cribrataq;, cum farina, ouis & lacte miſcentes & læuigantes, paſtam faciunt, quam murium foraminibus inſerunt, Paxamus. Auicenna etiam elleboro mures occidi ſcribit, & merdaſengi, id eſt lithargyrio, vtroq; nimirum per ſe: vt & Raſis qui tamen utriq; farinam addit. Albertus omnia permiſcet, elleborum inquam, lithargyrium & farinã. Elleborus cum melle & farina ſubactus frixusq;, præſertim niger, mures & rattos necat, Tragus. Tortellæ ex elleboro cum farina & aqua factæ, Circa inſtans. Elleborus cum polenta, vel cum ſauich (ſauich Arabicè polenta eſt) & melle, Serapio ſecundum Dioſcoridem, & Auicennam: ſed Dioſcorides de chamæleonte albo hoc ſcribit, nõ de elleboro. Chamæleon albus cum polenta ſubactus, & aqua oleoq; dilutus, mures, ſues & canes occidit. Dioſcorides: vide in Cane. Idem apud Auicennam de mezereon legitur, facili lapſu: quoniam mezereon chamelæa non chamæleon eſt. Succus decoctæ radicis chamæleontis herbæ additis aqua & oleo, mures in ſe contrahit ac necat, ni protinus aquam ſorbeant, Plinius lib. 25. Ruſticos vidimus cardum varium (id eſt chamæleontem) vendentes, cuius puluere tum lupos tum mures necari affirmabant. Mures perimit & hyoſcyami albi ſemen, & radix caulis, (aliàs lauri,) Auicenna. Si rubi radicem butyro pani & caſeo permiſtam guſtarint mures, exanimantur & pereunt, Paxamus. Helenij radix mures contrita dicitur necare, Plinius. Baſſal alfar (id eſt cepa muris, quæ & cepa canina dicitur: eſt autem eadem quæ ſquilla) mures occidit, Auicenna, ſecundũ Bellunenſem & veterem gloſſographum. Σκίλλα, σπαραγμὸς βασιλικὸς τυφλῶν μυῶν, Heſychius & Varinus: Confundunt autẽ ſcammoniam & ſcillam diuerſas plantas, non negauerim tamen ſcammoniam quoq; muribus venenatã eſſe poſſe: vt Auicenna mezereon, id eſt chamelææ vim mures necandi attribuit, quam Dioſcorides & alij chamæleonti, non infeliciter lapſus, vt videtur. nam chamelæam quoq; idem præſtare crediderim. Sylueſtrem aſparagum Græci orminum aut myacanthum vocant, Plinius: dubitauerit autẽ aliquis cur myacanthus, id eſt murina ſpina nominetur, aliam ne ob cauſam, an quòd mures forte interimat: nam canes quoq; aſparagi decocto perire, autore Chryſippo, Plinius ſcribit. Theophraſtus 6. 4. de hiſt. plant. Quædam (inquit) folium iuxta aculeum gerunt, vt tribulus, phleum, ononis, myacanthus & alia. Gaza pro myacantho ſpinam murilem reddit. Videtur autem Theophraſtus de ruſco intelligere: nam is quoq; myacantha cognominatur apud Dioſcoridem: quanquam nõ iuxta folia ſpinas habet ruſcus, ſed ipſa eius folia in aculeos deſinunt. Sylueſtrem quidem aſparagum hortenſi ſimilem vidiſſe memini. aculeatum autem propriè dictis aculeis, hoc eſt duris & pungentibus, nunquam. Sed aſparagum ſylueſtrem Theophraſtus aſparagian forte nominat lib. 6. cap. 3. de hiſt plant. vbi & ſcorpium deſcribit, & ipſum vt ſuſpicor de genere ſylueſtris aſparagi: quoniam pro foliis ſimiliter ſpinas habeat, & eodem tempore floreat Marcel. Vergilius conijcit ruſcum myacantham dici, quòd ruſtici in Italia hanc ſpinam in carnario ſuſpendant, vt tueatur à murium iniurijs pernas, & caſeorum fiſcellas neq; enim acuminata in cuſpidem foliorum eius acumina penetrare animalia illa audent: quam ob cauſam, inquit, murinam ſpinam dictam fuiſſe credimus. Hetruria certe modò nõ aliunde facto nomine appellat, (pongi topi à pungẽdis muribus, Matthæolus.) Theophraſtus lib. 3. de plant. hiſtor. centromyrrhinon id eſt cuſpidatam myrtum vocauit, (vt Dioſcorides oxymyrſinen & myrthacanthan,) Hæc Marcellus. Noſtri iunipero ſimiliter ad ſuccidiam à muribus defendendam vtuntur. An verò ruſcus Theophraſto myacanthus aut centromyrrhinon dicatur, aut etiam vtriſq; his nominibus, aut myacanthus illi nõ alius ſit quàm aſparagus ſylueſtris, aut alia ſui generis planta, cum neq; ruſcus neq; aſparagus ſpinas iuxta folia habeat, aut mutilatus forte ſit codex Theophraſti cuiuſq; iudicio liberum relinquo. Aconitum myoctonon, aliqui etiã myophonon appellant: μυόφονον herba quæ & aconitum, Heſychius & Varinus: ſic enim lego: ſed aliud etiã myophonon vel potius μυιόφονον eſt, quod & σκιὰ vocatur, quòd in vmbellis florem & fructum promat, de quo itidem in aconito dixi. Nicander in remedijs contra ixiæ venenum polium quoq; myoctonon cognominat: quod (inquit Scholiaſtes) nullus alius facit, neq; enim mures occidit polium, Hæc ille. Subſtratum quidem vel ſuffitum polium ſerpentes abigit graui enim odore eſt, & amarum. Hoc ſanè ſuſpicamur quoniam muſcæ ſuffitis quibuſdam, vt abſinthio, galbano, melanthio, &c. abiguntur, Græci autem muſcas μυίας, mures vero μῦας nominãt, aliquando hæc per incuriam aut inſcitiam tum authorum tum librariorum confundi: polium quidem aptum videtur quod ſuffitum muſcas & culices depellat. Si quetno cinere infarſeris aditus (caua) murium, eum contingentes aſſiduè, ſcabie inficiuntur & pereunt, Paxamus.

Si arſenicum citrinum cum farina ſubactum mus ederit, morietur Albertus. Noſtri arſenicum per excellentiam μυίαγριον, id eſt venenum murium appellant, quod inter alia murium venena efficaciſſimum ocyſſimumque ſit: accipiendum eſt autem non pallidum quo librorum compactores libros illinunt, vt aureo colore niteant: ſed rubicundum, cuius etiam minima portio ſtatim necat: cuius periculum ipſe nuper feci in duobus muribus muſcipulæ incluſis: vterq; enim minima lardi portione vorata, inuolutã in hoc veneno cõcerito, modica farina ſuperinſperſa, intra horæ ſpatium perijt. magna cũ admiratione mea: vix enim tria grana vt neni ſingulis deuorata puto. Sic ab alijs etiam interemptos hoc veneno mures audiui. Optimum ſanè fuerit venenum lardo in tenuiſſimas laminas ſecto illinere: ſic enim facilius quã alio quouis modo cedent. Plura de auripigmẽto & mirifica eius in muribus lupiſq; necandis facultate recitaui in Lupoa in Aconito. Famulus meus farinam frumenti mixtam pauco arſenico læuigato muribus necandis in domo propoſuit: ſed id forte guſtatum catellus vnus è duobus domeſticis

cum

cum paulò poſt vomitu redderet, euaſit: alter vero de vomitu illo guſtans, perijt, Ponzettus. Ego ſanè cum vulpi quam domi alebam conſiliginis ſemina aliquando dediſſem, experiundi gratia num venenoſa eſſent vt ſuſpicabar, ea quoq; cum reuomuiſſet nihil paſſa eſt. Qui venenum apud nos muribus proponunt, pleriq; aquam etiam in vaſe apponi iubent, tanquam ijs ſi biberint citius morituris: ſic enim venenum in venas dirigi, & inflatos mori aiunt. Ego quidem duobus illis muribus, quorum iam memini, nullum appoſui potum, & intra horam vtrique perierũt, vt neq; ſimpliciter, neq; vt citius moriantur neceſſarius videatur potus. Imo veriſimile eſt aliquos ſi biberint facilius vomere, atq; ita euadere: aut alia quadam ratione aquæ potu veneni vim retundi. Nam & chamæleontis herbæ ſuccus additis aqua & oleo, mures in ſe cõtrahit ac necat, ni protinus aquam ſorbeant, authore Plinio. Creſcentienſis etiam veneno muribus propoſito aquam remoueri iubet, vt paulò poſt recitabo. Nec me fugit quòd Ariſtoteles ſcribit de hiſt. anim. 8. 28. mures Africæ ſi biberint mori: quoniam animalibus Africanis etiã cæteris inſolens potus eſt, propter inopiam aquarum, quòd æſtate illic nulli ſint imbres: itaq; contra quàm cæterarum regionum animalia tempore hyberno magis quàm æſtiuo potum quærunt. Sed forte hoc vniuerſale eſt omnibus muribus, vt legit (Michaël) Epheſius Niphus. Homerus certe in Batrachomyomachia murẽ bibentem facit. Hæc veterum inter ſe & recentiorũ diſſidia vt componantur, experientia magis quàm verbis & rationibus vti oportet. Mures & lupi ſi ex roſagallo ederint & aquam bibere poſſint, non ſolum moriuntur, ſed etiam in rabiem incidunt, quam & ſui generis animalibus quæ momorderint, communicant, Cardanus de ſubtil. Carnem infumatam & minutatim conciſam cum butyro frigens in ſartagine: refrigeratis addes dimidiam partem calcis viuæ ad læuorem tritæ, hoc pharmacum in tabellas aliquot diſtribues, & propones ea in loca vbi muſculos aut rattos verſari ſcieris: tabellis etiam ſingulis vaſa ſingula cum aqua appones vt bibant & citius moriantur, Ex libro quodam manuſcripto Germanico. Ali qui calcem cum farina ſubactam, alij aliter, rattis proponunt. Mures necat alſceh, (al' alſceeh,) Auicenna. Bellunenſis interpretatur realgar (al' reſegal) ſeu toxicum muris. Realgar, inquit Syluaticus, fit ex ſulfure, calce viua, & auripigmento, & idiomate noſtro vocatur ſoricoria: interficit ſorices & omnia animalia: puluis eius extinguit vermes equorum, & fiſtulis medetur, & omnem malam carnem corrodit. Occiduntur mures reſalgario trito & caſeo aut farina mixto, quibus in cibo delectantur. Sed remouẽda eſt aqua, cuius potu ſæpe iuuantur, Creſcentienſis. Ferri ſcobes (πίτυρα) ſi fermẽto miſta loco indatur qui ſcatet muribus, vbi guſtauerint intereunt, Paxamus. Scoria ferri mures perimit, & crocus eius, Auicenna. Ratis ſcoriam ferricũ farina ſubigi iubet. Lithargyriũ: vide ſupra in ellebori mentione. Crocus ferri à Bulcaſi deſcribitur, ex quo etiam Syluaticus mutuatur cap. 191. Argentum viuum mures interimit, Auicenna: argentum viuum ſublimatum, Serapio ſecundum Raſim. Vitrum Venetum contuſum, tum cribratum aliqui cum farina & aqua ſubigunt, ac in butyro frictum muribus apponunt. Vidi ego ueadentem trochiſcos confectos cum vitro contuſo & farina auenacea (& forte aconiti puluere,)

De muribus qui regiones aliquas magna multitudine inuaſerunt, & aut ſegetes populati ſunt, aut etiam incolas expulerunt, dicam infra in hiſtoria murium agreſtium.

Scythiæ magna pars tergore vulpium & murium operti incedunt. Alexander ab Alexandro. Scythæ pellibus tantum murinis ac ferinis vtuntur, Iuſtinus lib. 3. Sed mures quorum pelles in vſu veſtium habẽtur, omnes ſylueſtres ſunt, & diuerſorum generum, vt infra in ſingulorum hiſtorijs dicetur. Mures cum ſtridẽt, & plus ſolito (τιθάζειν, vide an legendum ἰνθάζειν, ſic melior fuerit ſyntaxis) tanquã ſaltantes diſcurrunt, tempeſtatem (χειμῶνα) ſignificant, Aratus. Vbi Theon in commentarijs, Stridentes autẽ inquit, ſaltantq; mures, ſiue quòd aërem aſtringi percipiunt: ſiue quòd cum tenuem & infirmam habeant cutem, cum terram refrigeratam calcant, non ferentes frigus exiliunt. Et rurſus, Mures interdiu (inquit Aratus) pedibus verſantes ſuum cubile, dormire appetunt cum imminet imber. Hic Scholiaſtes nihil adiecit, cum ſententia tamen aduerſa videatur ſuperiori: quomodo enim dormituriunt imminente pluuia, ſi plus ſolito diſcurrunt & ſaliunt? Muſtelæ & mures ſtridentes vehementem præſagiunt tempeſtatem, Aelianus.

F.

Peruerſorum morum mures & muſtelæ ſunt, timidi, furaces, inſidioſi, vt in D. dictum eſt, quamobrem lex diuina tum eſu tum tactu eorum ludaris interdixit. mures quidem cuncta fœdant, maloq; afficiunt: homini non modo pernicioſi in cibo, ſed nec vlli prorſus vſui vtiles, Ariſteas. Comedentes carnem ſuillam, & abominationem atq; murem, ſimul conſumentur, dicit Dominus, Eſaias 66. Caro muris in cibo ſumpta magnam obliuionem infert & abominationẽ, corrumpitq; ſtomachum, Arnoldus de Villa noua. Dentibus muris, id eſt maculæ quæ fiũt in facie, præcipuè infantium, propter eſum panis à mure corroſi, Vetus gloſſematarius Auicennæ: Vide in C. circa finem. Incolæ regni Calechut mure ac piſcibus Sole exuſtis veſcuntur, Ludouicus Romanus 5. 6. Muris caro calida eſt, mollis & pinguis aliquantulum: & in ea virtus eſt expulſiua melancholiæ, Raſis & Albertus. Si comedatur mus aſſus, deſiccat ſaliuam fluentem ab ore puerorum, Idem: Vide in O. Sunt inter magos qui murem bis in menſe iubeant mandi in dentium doloribus, doloresq; ita caueri, Plinius. Sed quæ remedia ex mure ſumpto in cibo promittantur in C. dicam. Veniſſe murem ducentis nummis Caſilinum obſidente Hannibale, cumque qui vendiderat fame interiſſe, emptorem vixiſſe, annales tradunt, Idem. Murium caro vtilis eſt accipitri, etiam quotidie data vnà cum pilis, (iuuat n. interanea omnia) aut ſaltem alternis diebus: purgat pituitam & bilem: fluxiones & pituitam cohibet, lapides ſoluit, & coryzam imminentem repellit: ſtomachum diſſolutũ corroborat: in ſumma, ſalubris eſt accipitri, Demetrius.

G.

Muris caro calida eſt & mollis, & pinguis nonnihil, & bilim atram (cuius ego nullam rationem video) expellit, Raſis & Albertus. Arundines & tela, quæque alia extrahenda ſunt corpori, euocat mus diſſectus impoſitus, Plinius. Mus degluptus & per medium exſectus appoſitusque omnia quæ inhæſerint corpori facile producit, Marcellus. Aduerſus ſerpentium ictus efficaces habentur mures diſſecti & impoſiti, quorum natura non eſt ſpernenda, præcipuè in aſcenſu ſyderum (vt diximus) cum lumine Lunæ fibrarum numero creſcente ac decreſcente, Plinius ſi bene memini. Mures, qui in domibus oberrant, conciſos ſcorpionum plagis vtiliſſimè imponi in confeſſo eſt, Dioſcorides. Idem ex eo repetunt, Galenus de ſimplic. 11. 46. Auicenna, Raſis, Albertus. Mus diuulſus ſcorpionis ictui imponitur, Plinius. Mus araneus ſi iumenta momorderit, mus recens cum ſale imponitur, Plinius. Et mox, Et ipſe mus araneus contra ſe remedio eſt diuulſus & impoſitus: Quod addo, ne quis priore etiam loco de mure araneo potius quàm domeſtico ſenſiſſe putet. Verrucas omnium

omnium generum sanat & abolet (eradicat, Rasis & Albertus) mus diuulsus, Plinius: diuisus atque appositus, Marcellus. Empiricum quendam apud nos nuper ad fetrrhoſi cuiusdam tumoris curationem vsum audio pinguitudine quæ destillauerat à muribus aliquot anseri inclusis simolq; assatis. Murini catuli triti in vino vetere ad crassitudinem scopi, si illinantur, palpebras gignere dicuntur, Plinius. Si inassatos infantes ederint, oris salinam exiccari promittunt, Dioscorides: & post eum Auicenna, Rasis, Albertus. Sunt inter magos qui murem bis in mense iubeant mandi, vt caueantur dolores dentiũ, Plinius. Aqua in qua mus coctus fuerit, aduersum angin. s salubriter inscio propinatur, Marcellus. Tradunt & murem cum verbenaca excoctum, si bibatur is liquor, remedio esse aduersum anginam, Plinius. Pulmonum vitijs medentur & mures, maximè Africani, detracta cute in oleo & sale decocti, atque in cibo sumpti. Eadem res & purulentis vel cruentis excreationibus medetur, Plinius. Vrina infantium cohibetur muribus elixis in cibo datis, Plinius: Serenus quidem cinerem muris ex vino vt lacte captiuo præbet, vbi vrina præter voluntatem aut nimium fluit. Podagras leuant mures dissecti impositi, Idem.

Ambustis medetur murium cinis, (aut glirium cum oleo,) Plinius. Cupressi pilularum exustarum pulvis tritus, vngularum muli vel mulæ exustarum cinis, & oleum myrtinum, cinis quoque vel fimus murium tritus. & cinis exusti erinacei recentis, vel fimus eiusdem recens, & sandaracha: hæc omnia cum aceto, & cum pice liquida mixta & imposita, etiam fluentes capillos continent, Marcellus. Loco quem mentagra obsederit muris exusti cinerem cum oleo apponi salubre est, Marcellus. Alopecias emendat cinis è murium capitibus caudisq;, & totius muris, præcipuè si veneficio acciderit hæc iniuria, Plinius. Mures domesticos in olla exustos, tritosque exungia (oleo lauri, Rasis & Albertus) excipe, & præfrictis cum allio alopecijs inspenio impone, ideq;, donec capilli enascantur, quotidie repete, Archigenes apud Galenum de comp. sec. locos. Ad alopeciam. Murem combure & tere, & puluerem permisce cum melle, adipe vrsino, & vnge, Galenus Parabil. 2. 86. Ea quæ sequitur compositio (inquit Cleopatra apud Galenum lib. 1. de compositione sec loc. inter remedia ad alopeciam) omnes ui sua præcellit, faciens item ad profluuium capillorum cum oleo aut vnguento dissoluta: facit & ad rarescentes in principio capillos, & in caluiciem prolabentes: estque omnino admirabilis: Murium domesticorum vstorum, panniculi ampelini (Cornarius à regione vel loco aliquo sic dictum coniicit. Heraclides quidem inter sua ad alopeciam medicamenta Cilicij panniculi meminit) vsti, dentium equinorum vstorum, adipis vrsini, medullæ ceruinæ, corticis calami, singulorum partem vnam. Hæc omnia arida æquentur, & sufficienti melle admixto, ad crassitudinem mellis redigantur, indeq; adeps & medulla liquefacta addantur, & pharmacum ipsum in æream pyxidem reponatur, ex eoque alopecia donec capillos producat defricetur. Similiter autem & proflui capilli quotidie ex eo illinantur. Murium cinis cum melle instillatus, aut cum rosaceo decoctus aurium dolores sedat, Plinius. Murinus cinis, id est pulvis exusti muris, cum melle dentibus infrictus, oris saporem commendat, (halitum fœtidi oris emendat,) Plinius & Marcellus: admiscent quidam marathri radices, Plin. Vide infra in remedijs ex capite mur s vsto. Si vrina præter voluntarem vel nimium fluat, cinis prodest (hausto nepetæ quoq; succo) ex vino muris triti vel lacte capellæ, Serenus. Plinius aliter, Vrina infantium cohibetur muribus elixis in cibo datis. De cinere ex capitibus murium, paulò mox dicam.

Grauidificiliq; chemosi oculorum (sic vocant rubentem carnosamq; inflammationem corneæ) medentur præsentissimè acuratius detritæ murium carnes cum creta oui luteo, ad cerati consistentiam, & ex panno lineo impositæ, Galenus Parabil. 1. 31. Sanguis recens murinus illitus, vel ipse mus diuulsus verrucas omnium generum abolet, Plinius, Marcellus, & Auicenna. Galenus de simplic. 10. 6. an murium sanguis scrochordonas dejceret ne experiri quidem se voluisse ait, cum alia multa ad hoc vitium vtu probata iam cognosceret. Ad suffusionem admirabile, quod illico visum restituat: Muris sanguinem, & galli fel, & mulicbre lac æquis ponderibus misce, & bene subactis vtere: probatum est enim, & magnificè profuit, Galenus Parab. 3. 16. Murina pellis cremata, ex aceto illito cicatrices, capitis doloribus remedio est, Plinius. Caput muris in linteo gestatum capitis dolorem sedat. Idem caput muris (fœminę Albertus) appensum epileptico curat, Rasis & Albert. Murium capita vsta cum melle inuncta alopecias curare possunt, Galenus ad Pisonem. Alopecias cinis è murium capitib. caudisq; & totius muris emendat, præcipuè si veneficio acciderit hæc iniuria, Plinius. Alopecijs muscarum capita contrita affricata, Cleopatra apud Galenum sec. locos: Græcum exemplar μυιῶν habet, id est murium: sed quoniam murium capita ad hunc affectum alibi semper vsta tantum adhiberi consulunt authores, muscarum vero simpliciter infricari, præstiterit μυιῶν, id est muscarum legere cum veteri interprete. Quanquam Marcellus etiam muscarũ capita vsta ad alopecias commendet, Græci nimirum codicis alicuius vitium secutus Sed rursum apud Galenum sec. locos l. 2. Cleopatra muscas in ollula torrefactas memorat, his verbis: μυίας ἐν πλατυσίῳ φρύξας: miscet autem aliis medicamentis ad defluentes capillos. Et Soranus in medicamento ad alopecias habet. μυιῶν πτερωμάτων ὡσεὶ ἀναξηρανθῆναι, hoc est muscarum donec areant torrefactarum: quibus duobus in locis rectè muscas non mures accipi iudico: muscas enim torrefieri fat fuerit, quòd facile misceri possint, nec opus est prorsus aduri: ita vires etiam amissuras: mures verò vt teri misceriq; possint, prorsus aduri oportet: nec tamen vires amittunt, propter lubilantiã ossea, quę & facultatis quę tenacior est, & ἐμπύρευμα, hoc est igneã & acrem vim dum vritur concipit magis quàm tenuia aut mollia corpora, vt mihi quidem videtur. Aliqui alopecias cantharide trita illinunt cum pice liquida, nitro præparata cute: sed cauendum ne alte exulcerent: postea ad vlcera ita facta capita murium, & fel murium, & fimum cum elleboro & pipere illini iubent. Plin. Μυοχόδων, μυίας πλείους, hoc est, pro muscerdis totidem muscas substitue, Author Succedaneorum quę Galeno adscribuntur. Atqui Galenus de comp. sec. loc. l. 1. ad finem medicamentorum Asclepiadis aduersus alopeciam, Quamplurima, inquit, muscarum capita mox vbi captę sunt nudis alopeciæ partibus affricari iubet Asclepiades, atq; id maximè vbi alopecia fuerit exulcerata. Etenim confert, inquit, muscarum sanguis (tanquam mitigans & emplasticus, vt videtur) partibus tunc per pharmaca ex nitro ac alijs composita exacerbatis, nimirum quum non mordeant hæc ipsas tantum, sed bullas etiam in eis excitent. Et quamuis Plinius non hac gratia medicamentum ex capitibus murium addat, cum & alia valde acria admisceat, tamen non placet quòd ipsa murium capita simpliciter illini iubeat, quo modo muscarum illinuntur cum alij authores adultis tantum vtantur, & rectè quidem vt superius monui. Murium capitum cinis in melle mixtus & illinitus per decem dies, facit oculorum claritatem, Sextus. Murium capitum caudarumq; cinere ex melle inunctis claritatem visus restitui dicunt, multoq; magis gliris aut muris syluestris cinere. Plin. Capitis leporini cinis dentifricium est, adiectoq; nardo mulcet grauolentiam oris: aliqui murinorum capitum cinerem miscuisse malunt, Plinius: Ex eodem supra scripti, totius muris cinerem cum melle infrictum dentibus, oris saporem commendare, &c.

Muris cerebrum tolles & in vinum mittes, ac maceratum & tritum fronti illines, ad capitis dolorem, Marcellus. Muris cerebrum dare potui ex aqua (quod magi præcipiunt) quis possit phrenetico aut furenti, etiam si certa sit medicina? Plinius. Grauedo emendatur, si quis muris nares (vt tradunt) oiculo attingat, Plinius. Et alibi, Grauedinem invenio sisti, si quis nares murinas osculetur. In quartana adaligari iubent magi muris rostellum, auriculasq; summas roseo panno, ipsumq; dimittunt, Plin. Dentes refrigeratos summè curans: R. murem vivum, & exemptum eius dentem appende dentibus ægrotantis: murem autem vivum occidito, Myrepsus. Muri viuenti cor exemptum & brachio molleris suspensum, efficit vt non concipiat, Sextus. Serenus aduersus quartanam bibi iubet fibram murini iecoris cum quatuor scrupulis vini austeri. Murem dissecans per Lunæ silentium, iecur ipsius extrahito, & assum epileptico vt comedat exhibeto, Galenus Parabil. 2. 3. Fel murium alopecijs prodesse, &c. ex Plinio retuli supra inter remedia ex capitibus murium. Si aliquod animal in aurem intraueris, præcipuum remedium est murium fel aceto dilutum instillari, Plinius, Marcellus, & Serenus. Caudæ murium, vide in Capitibus eorum supra.

Murinum fimum Varro etiam muscerdas appellat, Plinius. Marcellus quidem singulas huius fimi pilulas (nam sic quoq; nominat) muscerdas appellat, vt infra patebit in remedio ad coxendices. In capitis dolore, muscerdas cum aceto & rosaceo temporibus & fronti illine, Archigenes apud Gal. κ. τῶν.

Carnes replet laser è silphio cum vino & croco, aut pipere, aut murium fimo & aceto, Plinius. Exarescentia omnia (pod·j vice erodit ac persanat canini capitis cinis: eroduntur & murino fimo, Plin. Idem fimus apud Aëtium miscetur medicamentis ad impetigines. Lichenas in facie & murino fimo ex aceto illinunt: sed in hac curatione prius nitro ex aceto faciem foueri præcipiunt, Plinius. Loco quem mentagra obsederit, fimum murinum tritum ex aceto oportet imponi, vel muris vsti cinerem cum oleo, Marcellus. Murinum fimum admixto thuris polline & sandaracha panos discutit, Plinius. De muris fimo pilulas septem teres, & cum aceto fronti vel temporibus dolentibus inlines, Marcellus. Intestina tetræ, muscerdam, piper album & myrrham, singulorum vnciam semis, teres, & aceto subacta hemicranico illines, mirè subuenies, Nicolaus Myrepsus. Piperis grana 21. murini fimi pilulas 21. sinapis quantum tribus digitis possis tollere, teres, & aceto acri ad ceroti modum permiscebis, & ita fronti impones, & aluta desuper teges, Marcellus. Herba strumus & stercus murinum contrita, & ex aceto fronti inlita, celeriter dolores etiam heterocranij abolent, Idem. Furfures capitis extenuabuntur si stercore murino liquefacto in aceto caput in balneo perfricueris, Marcellus. Fimum murinum alij alijs medicamentis ad capillorum defluuia admiscent, tum aliàs, tum ad alopecias & palpebras glabras. Cleopatra apud Galenum de compos. sec. loc. medicamentis quibusdam ad alopeciam muscerdas addit. Alopecias replet murinum fimum, Plinius ex Varrone. Muscerdas tritas alopecijs illine, loco prius per linteoli affrictum subcruento reddito, Cleopatra apud Galenum. Murinum stercus detritum cum aceto & illitum, alopecijs medetur, Dioscorides, Asclepiades apud Galenum secund. locos, & Galenus ipse in libro ad Pisonem, & Parabilium 1. 14. Stercus murinum cum aceto tritum ad alopecias vnctas forma priore mirabiliter crines commodat, Marcellus. Fimus murinus tritus, cum aceto & pice liquida tritus & impositus: etiam fluentes capillos continet, Idem. Murium alui excrementa alopecias curare aliqui prodiderunt: & erat (nostro tempore) medicus quidam, qui medicamento composito vtebatur ex murium fimo parans, Galen. de simplic. 10 29. Galenus scribit stercus muris alopeciam sanare, si trito admisceatur succus erucæ, & nasturtij, & ceparum vel alliorum, vt cataplasma in concionatum imponatur, Rasis & Albert. Fimum muris alopeciæ confert, præsertim illitum cum cepe (melle, Bellunen.) idq; magis si adustum fuerit, Auicen. Stercus muris & thus permisce cum aceto, & fac mellis consistentiam, & vngue præfricando locum, (loco prius rubificato) Galen. Parabil. 2. 86. ad alopeciam, & Archigenes apud Galenum sec. locos. Aut veratrum album, piper, muscerdas præfrictis & conscalptis ex aceto illine. Aut muscerdas & veratrum album illinito. Idem ibid. Ordeum tostum & murinum fimum æquali pondere ex aceto illinuntur ad alopeciam. Galen. Parab 1 14. Aliqui alopecias cantharide trita illinunt cum pice liquida, nitro præparata cute: sed cauendum ne altè exulcerent. Postea ad vlcera ita facta, capita murium, & fel murium, & fimũ cum elleboro & pipere illini iubent, Plin. Fimum muris & hirci torrentur & illinuntur ex melle palpebris glabris: Vide infra inter remedia ex fimi murini cinere. Muscerdam in vmbra siccatam quam maximè nobilis quædam matrona propinat cum iure aliquo, circiter scrupulum, ad sistendum sanguinem vndecunq; fluentem, præcipuè ex vtero. Alexius Pedemontanus stercoris murium triti, quantum excipi mummo carolino potest, propinat ex dimidiato calice aquæ plantaginis cum modico saccharo vel penidio, mane ieiuno, & vesperi sub somnum, aduersus sanguinis sputum: idq; paucissimis vicibus repetitum, iuuare promittit. Raphael medicus Lucarni mulieri non habenti lac præscripsit hoc remedium. R. Crystalli, Synapis albi, stercoris muris, vel leporis, bibat è iure caulium vel fœniculi. Fimum murinum aqua pluuia dilutum, mammas mulierum à partu tumescentes reficit, Plinius & Serenus. Stercus murinum ex quocunq; liquore ignoranti colico, ne horrescat, bibendum dabis, mirum est, Marcellus. Fimus muris vehementer laxat: vnde & trutanni (sic legitur apud Vincentium Belluac.) medicinas inde acuunt, Liber de natur. rerum. Audio mulierculas quasdam vt aluum morantem infantium & puerorum promouent, nonnihil de tritis muscerdis in pultem eis addere: apud veteres nullus muscerdæ intra corpus vsus fuit, (præterquam colicis, vt ex Marcello retuli, quibus & alia diuersa excrementa à multis dantur: & calculosis, vt mox ex Dioscoride subijciam:) nec ipse equidem vtendum consuluerim, cum alia honestiora medicamenta non desint. Aliqui non rectè ex Auicenna citant, sumptum fimum muris soluere puerorum ventres: non enim sumptum sed suppositum, collyrij forma, legitur. Muscerdæ infantibus subditæ alui deiectionem promouent, Dioscorides. Albertus cum sale & oleo (melle potius: nam sic & hodie quidã muscerdas, tritas puto, glandibus miscent, præsertim mulierculæ) subigi, subdq; scribit. Cum puero cuidam mouenda esset aluus, glandem medicus quidam cum muscerdis parari iussit: ridebant autem qui audierant omnes, quòd cum tam multa essent quæ sedi apposita excretionem cierent, ille neglectis omnibus muscerdas adhiberet. Profecto enim ne experiri quidem tale quid sine pudore licet, nisi quis hæc dicens aut faciens pro curioso homine & præstigiatore haberi velit, Galenus de simp. 10. 28. Quanto magis igitur ridiculus fuerit ille qui etiam intra corpus muscerdas sumi consulere non erubescet? Qui muscerdam pro balneano imponunt, egregiè excernunt, Brasauolus. Remedium coxendicis mirũ de experimento sic, Muscerdæ nouem tritæ ex vini quartario, super scabellum vel sellam laboranti potui dantur, ita vt pede vno, quem dolet, stans ad Orientem versus potionem bibat, & cum biberit saltu desiliat, & ter vno pede saliat, atque hoc per triduum faciat, confestim remedio gratulabitur, Marcell. Muris fimum cum thure & mullo (potum) calculos expellit.

expellit, Dioſcorides: Cum thure & aqua mellis potum frangit lapidem, Auicenna. Muris ſtercus epotum calculos veſicæ frangit, Galen. ad Piſon. Murino fimo contra calculos illinire ventrem prodeſt, Plin. Qui difficultate vrinæ laborat, vtiliter inſidebit decocto fimi murini in aqua, Auicenna. Muris fimo illito pubi cohibetur virorum venus, Plinius. Vt fœtus in vtero mortuus vel etiam putrefactus egrediatur: Salem Ægyptium & murium ſtercus & cucurbitam ſylueſtrem ſumito, & mellis ſemicocti quadrantem affundito, & reſinæ drachmam vnam in mel injicito, & cucurbitam ac murium ſtercus, omnia probè contericito, & in glandes efformato, easq; ad vterum ſubdito, quandiu opportunum eſſe viſum fuerit, Hippocrates de morbis mulieb.

Stercus muris, crematum præcipuè, & cum melle illitum, alopeciæ remedium eſt, Auicenna. Ad caluas & glabras palpebras: Muris & hirci ſtercus æquali menſura toſtum, & ex melle illitum, pilos renaſci facit. Conducit etiam ad vitiligines, Galenus Euporiſt. 1. 41. Palpebras gignere promittunt muſcarum, fimi quoq; murini cinerem æquis portionibus, vt efficiatur dimidium pondus denarij, additis duabus ſextis denarij è ſtibi, omnia myſypo illinantur, Plinius. Canis dentibus medetur (ſanat & ſupplet, Marcellus) cinis è murino fimo ſadius, Plinius & Serenus. Sedis vitijs efficax eſt murini fimi cinis, Plinius.

Vrina muris corrodit vſq; ad oſſa, Arnoldus. In coitu vrina eius dicitur venenoſa, quæ ſi tetigerit hominem, corrodit vſq; ad oſſa, Albertus. Aliqui hæc priuatim ratti vrinæ attribuunt, vt in hiſtoria eius dicam.

Muris morſui medentur groſſi, & allium, Dioſcorides: allium, Plinius lib. 20. Mus vulnere magis quàm veneno lædit, Arnoldus.

Dentibus muris (aliàs Baruli, id eſt barulios) id eſt maculæ quæ oriuntur in facie præſertim infantium, quum ederint panem corroſum à muribus, Syluaticus & Vetus gloſſographus Auicennæ.

H.

a. Muſculi Plinio ſunt domeſtici minores; vt in A. dixi. Mu[illegible]doris genus ſunt qui opinentur ab Hieronymo dici quandoq; peregrinum murem: nam muſcum, id eſt *μῦσκον*, murem parvum planè indicare, Cæl. Ego *μύσκον* pro paruo mure nec apud authores nec apud Grammaticos legere memini. Ipſum quidem odoris genus non myſcon aut muſcum, ſed moſchon rectè appellari, neq; ex vllo murium, ſed ex capreoli genere eum prouenire, iam ſupra in hiſtoria eius abunde docuimus. Quòd ſi à mure diminutiuum formare libeat, *μυΐδιον* potius dixerim quàm *μύσκον*. Gyllius de muſculo concha mydion dixit: ſic inquiens à Græcis hodie vulgo vocari. *Μύσι-*, (*μῦσ-* potius) *μίασμα*, *κῆδος*, Heſychius & Varinus. *Μυσσίσι, μυσχισμὸν* (*μυχισμὸν* forte) *μύσος, μίασμα*. Idem. Mures domeſtici, *οἱ κατ' οἶκον, οἱ κατοικίδιοι μῦες*, Galeno & alijs. Aliqui *μῦς* oxytonum ſcribunt: alij penaſflexum, idque ferè in ſoluta oratione: in carmine ferè producitur, aliquando corripitur: vtroq; modo penaſflexum ſcribi poterat, niſi fallor: nam & alias vocales circunflexas, etiam natura longas, ſaltem in fine dictionum, ſequente alia vocali, corripi ſcimus. *Ἐν δὲ μυὸς στρατὸν ὦρσε κακόν*, Theocritus. Acculatiuum pluralem dupliciter ſcribi inuenio, *μῦας* apud Dioſcoridem, *μῦς* apud Ariſtotelem & Pollucem. *Ἦ δέ τις ἐς μυέων νέας πατεῖ*, prima longa, Homerus, in Batrachomyomachia. Vbi tamen alio in loco primam datiui *μυΐ* corripit. *Πεινῇ σὺ τέκνοις μυῒ σμαραγοῦσι λιλύζειν*, Ibidem. *Μυΐ, ῶνος*, Iliad. π. pro muſculo. *Σμῦς, μῦς*, Heſychius & Varinus. *Σμίνθη*, mus domeſticus, Heſychius, Varin. *Σμίνθ-*, mus, Heſych. *Σμινθεύς*, epitheton Apollinis. (quaſi murinum dicas:) ſic enim Cretenſes vocant mures, Varinus. Murem Cretenſes mynthion ſiue myntheа (forte ſminthon, ex Heſychio) vocant, vnde Apollini cognomen, vt Photioni videtur poſſit Strabonem, Hermolaus. Murem ſmynthium (ſminthem, Volaterranus) Aeoles & Troiani nominant: ſicut Aeſchylus in Struntho teſtatur, cum ait: Sed agreſtis quis eſt ſminthius. De Apolline Sminthio, vide in h. *Σμινθῆες, τοὺς ἀγροὺς οἰκοῦντες*, Heſychius & Varin. *Σμινθίων*, nomen proprium, Varinus. Thraces murem argilum *ἄργιλον*, ſua lingua appellant, quo viſo, ex oracvlo vrbem condiderunt, quam Argilum nuncupauerunt, Heraclides in Politijs. *Ἄργιλ-, ἡ*, vrbs Thraciæ iuxta Strymonem fl. à mure ſic dicta, quem Thraces argilon vocant: nam fodientibus ad iacienda fundamenta, mus primùm apparuit, Stephanus. Mures in Argillæ fundamentis apparuiſſe pugnantes, cives præferoces & militares, haud dubio argumento præſignaute: ea enim vrbs ad Strymonem bonis auſpicijs condita à muribus dicta eſt, Alexander ab Alexandro. Eſt & Argila vrbs Cariæ apud Stephan. *Ἀργίλια*, vicus Atticæ, Varinus. *Ἄργιλ-*, argila, terra alba, Idem. *Λαμύς*, mus, Heſychius & Varin. *Τέχις*, mus, in Alexipharmac. Nicandri, vbi interpres hyracem Aetoli ſuem dicere ſcribit: hîc verò pro mure accipi propter roſtri ſimilitudinem. Eruditus quidam amicus noſter, colludere putat hanc vocem cum Germanica *ratz*. *Τέχις*, oxytonum, *μίγδην, ἀκαμίς*, Heſychius & Varin.

Carcini poetæ fabula Myes memoratur, vbi muſtela ſtrangulat noctu nos mures. Galeomyomachiam Græcus quidam recentior deſcripſit, hoc eſt murium & felium pugnam, (*γαλῆ* enim pro fele recentiores impropriè ponunt, veteribus ſemper muſtelam ſignificat.) In eo poëmate ludicro, propria quædam murium nomina ſcitè fingunt. Rex eſt Creillus, cuius filius *ψιχάρπαξ*, & alter *σπιδόφαγος*, filia *Λυχνογλύφη*, maiores *χαρπόκοπος*. Et alij mures, *Τυρόλιχ-, Ψιχολείχης, Κωλιοκλέπτης*. Cæterum in Batrachomyomachia, id eſt Ranarum & murium pugna Homeri mus fingitur Piſcharpax, patre natus Troxarte & matre Leichomyle filia Pternotroctæ regis: & alij. Leichopinax, Tyroglyphus, Embaſichytros, Leichenor, Troglodytes, Artophagus, Pternoglyphus, Pternophagus, Cniſſodioctes, Sitophagus. Artepibulus, Meridarpax. *Θυλακοτρώξ, μῦς, οἱ, δὲ ἀκμῆς*, Heſych. & Varin. quòd thylacum, id eſt ſaccum panarium erodat.

Epitheta Breuis, Ouidius 2 Faſt. Exiguus, Vergil. 1. Georg. Opici, Iuuenal 3 Sat. Pauidus, Serenus. Ridiculus, Horat. de Arte. Ruſticus & Vrbanus, Idem 2. Serm. Et præterea quorum Textor meminit, Auidus, Cautus, Improbulus, Infeſtus, Niger, Obſcœnus, Parvus, Quetulus, Rodens, Timidus, Terreſtris. Græca. *Δαῖλοι*, in Batrachomyomachia. *Παμφάγ-, ἰσπνὸς, λυχνοθάρ-, ὀλίγος*, Antiphilus in epigrammate. *Λίχνοι*, Oppianus. *Οἰκοφθόρος*, qui circa tectum verſatur, Ariſtophanes. *Κατοικίδ-. Σκῆπτοι μύες*, Leonides in epigrammate. *Φιλόλυχν-*, Ibidem. *Τέχνης λιχμήτορες ἀνίγροι*, Nicander in Alexiph. id eſt *μελανίχνευτοι, κρυπτάκται*. *Μυὸς νυχθόρου*, id eſt noctu vorantis, al' *μυχθόρου*, id eſt in abdito vel receſſibus vorantis, Nicander in Theriacis. Quin & muris epitheton eſt *γλαυκὸν*, Euſtathius.

Cauus vel canum vel cauerna dicitur locus excauatus, in quem ſe recipiunt mures. Mures, cauerna radicæ aſphodeli præcluſa, moriuntur, Plin. Meſylua, canuiq;. Totus ab inſidijs tenui ſolabitur eruo, Mus ruſticus apud Horatium. *Εἰ γρώτ κατ' ἔδυσεν. Μυοδίνησις, (παῖς τῶν μυῶν τρώγλαις*, Scholia,) Nicander. *Μυοπία*, murium cauernulæ. Hermol. *τρώγλαι*, Heſych. & Varin. Vtitur & Aelianus hac voce: quamuis aliqui myonia non myopia legerint

apud Aelianum pro'mollitie libidinosa, vt in c. retuli. Myopes dicuntur, μύωπες, qui non nisi admota oculis, conuerti queunt, & cum paulo longius aspicere cupiunt oculis ferè semiclusis id faciunt. Vitium ipsum aliquot ex Plinio, nescio quàm rectè, myopian vocant. Μύειν sanè conniuere est, vnde hic à visu, qui Græcis ὀψ dicitur, myops, id est conniuente nominantur. Ferè autem ab ipso ortu hoc vitium contrahitur: neq; habetur remedium. Conspicilia tantum quædam parantur, quorum vsu longius extenditur visus: ea sunt huiusmodi, vt minora reddantur, quæcunq; per ipsa aspiciuntur: nam quæ senes vsurpant, maiora quæ videntur reddere debent: quanquá & senes myopes vidi, qui itidem vt iuuenes hoc vitio laborantes ad lectionem & res alias domi agendas conspicilijs vti nõ solent, sed tantum si quid eminus cernendum est. Sunt autem conspicilia myopum ((*munder gsicht*) oculis sanis aut hoc vitio non laborantibus, inutilia. Myopum verò visum colligunt & acuunt: & altera quidem non multum, altera verò multò minora reddunt quæ videntur, duplicia vocant, quibus ipse vti necesse habeo, cum quid è longin quo prospecturus sum: nam ad lectionem nõ adhibeo, quòd quamuis multò clariores reddant characteres, visum tamen nimium colligendo offendunt: pauciſſimi autem ita prorsus myopes reperiuntur: permulti ex dimidio, qui simplicibus & communibus myopum conspicilijs vtuntur: quæ minus, vt ita dicam, acria sunt, & minus si quis ad legendum adhibeat, offendunt. Inter hæc & senum conspicilia media sunt quædam, quæ ad visum in suo statu cõseruandum facere dicuntur, cum quæ videntur nec maiora nec minora, sed eadem quæ sunt magnitudine repræsentent. Hoc mirum, cum in hoc vitio tam brevis sit visus, qualem in me experior, vt characteres communis magnitudinis si vltra quinq; digitos distent, non discernam, non facile tamen defatigari legendo, ne ad lucernã quidem, nec vllis ferè affectibus corripi, quod ego sciam. Hoc tantum memini, me adhuc puerum, hippo laborasse: is est oculorum affectus, quo palpebræ propter visus infirmitatem subinde, tanquam tremente nictatione sua claudunt aperiuntq; oculos. Hoc etiam obseruasse mihi videor, cæsijs oculis vel glaucis hoc vitium frequentius quàm nigris accidere. Iam cum à puero ferè hoc vitium incipiat, & oculi nihilò humidiores inde reddantur, imò paulò ficciores potius, non rectè videntur recentiores quidam hoc vitium, vt alios plerosq; oculorũ affectus, à fluxione humorum è cerebro gigni asserere: hoc [illegible] si contingeret, exiccantib. & attenuantibus curari posset, nec perpetuum & incurabile esset: quamobrem alia quærenda est causa, quam ego in spiritus visui tenuitatem reijciam interim donec alius meliora adferat. Hoc non omittendũ, mirum esse quod vulgo creditur, oculos sic affectos perpetuò ferè in eodem statu durare, neq; timendum vt paulatim deficiente visu cæcitas inuadat. Latinum nomen myopum non inuenio: neq; enim luscioſos aut luscitioſos vertere placet, quum nyctalopes etiam sic interpretentur, vitium longè diuersum: quod ipsum etiam alij aliter accipiunt: ego quidem nyctalopem vidi senẽ quendam, qui ad lucernam noctu legere non poterat. Angli sic affectos, vt audio, vocant botblind, id est cæcutientes & palpantes: boren enim vocant inquirere. Luscioli, luscitioſi, (vel nuscitioſi Festo) qui propter vitium oculorum parũ vident, Atteius Philologus. Nuscitioſi, inquit Ælius Stilo, plus vident vesperi quàm meridie: nec cognoscunt niſi quod vsq; ad oculos admouerint. Alij eosdem nyctalopas faciunt, &c. Hermolaus in Glossematis in Plinium. Ἐμυωπίασεν, ἀκριβῶς τῶν ὀφθαλμῶν ἀπεῖχε. μυωπάζω (lego μυωπιάζω) γὰρ τὸ ἀμβλύνω, Suidas. Plura quæres in Lexico Græcolatino. Simile quodammodo huic vitium est, quo laborantes nostri vocant *vberſichtig*, melius dicturi *vberſichtig*, ac si hyperôpas dicamus: qui non solum propius admouent oculis quod diligentius inspecturi sunt, verum etiam altius & ferè supra oculos elevant. Accidere autem audio hoc incommodum adhuc infantibus, quibus sursum ac retro respectare in cunis nimium permittitur: fortaſſis & suffusio inferiore oculorum parte, hoc est infra pupillam exoriens eiusdem vitij causa fuerit. Sed istis myopum conspicilia nihil prosunt. Hæc per digressionem plurib⁹ quidem dixi, sed Lectori spero non ingrata, rei medicæ præsertim studioso, quòd de hoc affectu medici tanquam incurabili parum diligenter tractauerint. Cæterum μυιὰψ cum per diphthongum ui. scribitur, asilum significat, de quo inter insecta dicam: quidam diphthongũ scribere negligunt per imperitiam: vt in alijs etiã inde derivatis, cuiusmodi sunt. Μυίσκη, rhamnus, à spinis ũ aculeis sic dictus frutex: μυιστιζω, πυγείρω, stimulo, excito. Idem verbum per ypsilon sine diphthõgo scribi debet cum conniuere vel myopũ instar intueri significat. Varinus exponit ἀκριβῶς πῶς ὀφθαλμοῖς σκοπεῖν. Videtur & μυωπάζειν (malim μυωπάζειν: nam & myopia sin hoc vitium dici apud Galenum alicubi legitur. μυωπιζόμενος, μυωπάζων, παραμυώων, Hesychius: nostri dicunt *blintzlen*) pro eodem accipi, quanquam Varinus ὀφθαλμιᾷν & φυλαττειν exponit. Redeo vnde digressus sum. Non igitur myopia tantum de murium cauerna legitur: sed frequentius etiam μυωξία. Suid. & Varin. μυῶν χαράγματα exponunt: item ὀδοντῶν λόγον, vt & Hes. in quo significatione ego αἰχμωνίαν potius dixerim. Nõ placet quod μυξίαν pro μυωξίαν apud Hes. & Varin. legitur. Μυωξὶς (lego μυωξία) ἡ τῶν τετρώνων (μυῶν) φυλετὸς, μυωξία, Varin. Μύρμηξ, φυλετὸς, Varin. Inuento & ὑπὸ & πυραλλὶς de murium cauis dici.

Dentes muris apud Arabes sunt additamenta superflua dura, quæ nascuntur in extremitatibus vegetum iuxta carnem secundum latitudinem, & vulgò à Venetis dicuntur spelli, And. Beilonensis: à nostris *leſzſpyſſen*.) Alij maculas quasdam in facie interpretantur: vide supra in F. Muticida apud Plautũ de homine ignauo & inerte dicitur. Musculos dixerunt antiqui minores machinas, (inquit Veget. 4. 17. de re milit.) quibus protecti bellatores, si lutũ offuerit aut ciuitatis fossatum, adportatis lapidibus, lignis & terra, non solum complent, sed etiam solidant, vt turres ambulatoriæ sine impedimento vehantur ad murem. Sunt minores vineis subditioresq;, & maiores firmioresq; plutei. A castris longurios, musculos, falces, reliquaq; quę eruptionis causa parauerat, profert, Cęsar 7. belli Gall. Musculum pedum 60. longum ex materia bipedali, quem à turri laterticia ad hostium turrim murum q̃; perducerent, facere instituerunt, Idem 2. belli Ciuil. Vocantur autem à marinis beluis musculi. Nam quemadmodũ illi cum minores sint, tamen balęnis auxilium adminiculumq; iugiter exhibent, ita istæ machinę breuiores deputatæ turribus magnis, aduentui illarum parant viam, itineraq; præmuniunt. Vegetius. Musculus, articulus in quo neruorum capita sunt. Sipontinus: Sed melius alij. Musculus, pars corporis est organica, constans carne, fibris neruosis, vena, arteria, & membrana succingente, estq; motus voluntarij organum. Vocatur autem musculus quòd à capite & parte deinceps latiore carnosaq; in tendonem, quasi caudam, exilem excarnemq; paulatim attenuetur. Cicatricem in dextro musculo, ex illoc vulnere Quod mihi impegit Pterela, Plautus Amphit. Eadem significatione Plinius & Celsus vtuntur: inde musculosus, apud Celsum: cui synonymon ferè est torosus. (Lacertus etiam, quanquam sępius brachium à cubito ad carpum dicatur, tamen interdum pro musculo accipitur: inde femina lacertosa apud Columellam legimus.) Apud Græcos etiam μῦς (Varino teste in μυών,) id est mus eadẽ significatione ponitur vt penticus quoq; apud Græcos vulgò, quoniam hac voce etiam pro mure animante abutuntur. Μῦες, αἱ ὑπὸ τῶν ἄκρων ἐν ταῖς κινήσεσιν ἐπιτεινόμεναι σάρκες, Pollux libro 2. vbi de coxendice & femore loquitur. Et tamen si

vbicunq;

vbicunq; caro in corpore ibdem muſculus ſit, cum caro propriè dicta ſemper muſculi pars habeatur, inuenimus tamen quibuſdam in locis peculiariter & per excellentiam μῦας dici, vt in brachio μῦς ἐξοχὴν καλεῖται μῦς, τὸ δὲ ἐνὸ παχωλένια, Pollux. Nos quoq; eadem in parte mures priuatim nominamus, *mûſs, mûſifleiſch*, quod carne illic compreſſa dolor potiſſimum ſentiatur. Ἐν δὲ μύες τετοῖσι βραχίοσιν, ἄκρον ὑπ' ὦμον ἕκαστον, ἠύτε πέτροι ὀλοώτεροι, Theocritus Idyl. 27. de Amyco. Legimus carnes ſupra frontem ad tempora nuncupari μῦας, id eſt mures, & cerato, id eſt cornua à quibuſdam, Cælius ex Polluce. Μυών, torus, id eſt pulpa muſculoſa, pars toroſa, vt in brachijs, coxis & ſuris. Quidam non rectè μυιὼν cum diphthongo ſcribunt, vt Varinus. Heſychius & Etymolog. Μυώνων, τῶν νόμων δῶν τόπων. Παροιμ. Ὑστέρων δέ τις ἀκοντίου βαλών, μυώνων τε αἱ ὄπισθεν εἶσι τῶν κυνηγῶν ἵκατέρων ὅπη τυχών, ἐχρήμψ. ἐπὶ τῶν ἐπὶ τέλει, Suidas. Μυιῶνες, μύες, Φλέβες, ἢ αἱ συνεχόμεναι σάρκες καὶ πεπυκνωμέναι (apud Heſychium corrupta vox eſt ὑπόφαιμοι) ἢ βραχίονες, Varinus. Idem myônа ſuram interpretatur: item hac voce muſculos plures ſignificari, vt myòn & mys ita differant, vt ſidus & ſtella. Μυωτὶς, genus quoddam χιτῶνος, veſtis. Heſ. Myotum veſtem Armeniorum fuiſſe dicunt, ex muribus contextam indigenis, aut eius animalis figura variè ornatam, Cælius ex Polluce ſeptimo, cuius hæc ſunt verba: Ἀμφίων δὲ ὁ μυωτὸς, ἢ ἐκ μυῶν τῶν παρ' αὐτοῖς, συνυφασμένος, ἢ μύας ἔχων ἐμπεποικιλμένους. Vngulata veſtis primo è lautiſſimis fuit: inde furculata defluxit, Plin: ſic enim legendum puto (inquit Cælius Calcaginus) à furculis & ramuſculis, vt nunc etiam videmus, intextis & contortuplicatis: fuit quando ſoriculata à ſoricibus legendum putauerim. Nam Pollux myotòn, quaſi tu ſoricinam dixeris Armenijs peculiarem celebrat: & apud Euſebium legimus peplum Proſerpinæ muribus contexi conſueuiſſe, Hæc Calcaginus. Μυᾶν, τὸ τὰ χείλη πρὸς ἄλληλα συνάγειν, ὃ καὶ μυλλᾶν λέγεται, ἢ σὺν ὀφθαλμοῖς συνάγειν δυσερεῖσῦντα. Τίμων μυᾶτε, καινοδόκε; Ariſtophanes: aliqui interpretantur, ὥσπερ μῦες καταδύεσθε καὶ σπαδαμύσσεσθε, ἢ μυλλᾶτε, ἢ μυκτηρίζετε, Suidas. Μυίνδα, genus eſt ludi (inquit Pollux l. 9.) in quo aliquis conniuentibus oculis (pileo aut faſcia obuelatis) alta voce colludentibus vt ſibi caueant deſignat, & mox circumiens ſi quem (diſcurrentium) apprehenderit, pro ſe conniuere cogit. Aut conniuens cæteros quærit abſconditos, donec aliquem inueniat: aut conniuens (ſedendo) quis ipſum attigerit diuinat. Pueri noſtri quanquam his omnibus modis vtuntur, primum præcipuè myindam vocant, *bûntzenmoſſen*: alterum *ichſitzen*: tertius ita ferè vſurpatur, vt ſedentis alicuius à tergo aſtans aliquis oculos manibus obnubat, & reliqui ſingulatim capillos ſedentis retro vellicent: quod ſi rectè diuinauerit à quo ſit vulſus, liberatur eo qui vellicauit & ſubſtituto. Sic triplex eſt myinda, ambulatoria, ſedentaria, & vulſoria. Obſcurius hunc ludum Varinus deſcribit, his verbis: Μυίνδα, παιδιά τις ἐν ᾗ κατεμύων τις τὸ ἱματιόμενον ὅτῳ φαίνεται σχεδιάζων, ἕως ἂν ἅπτηται. ἐὰν δὲ ἁμαρτὼν ἀπελθὼν, πάλιν κατεμύων. Myiocephalon oculi vitium eſt à ſimilitudine capitis muſcæ: aliqui non rectè primam ſyllabam ſine diphthongo ſcribunt. Μυόδοχον, κόλπος ἄξιον. (Melius myochodon, vt & Heſ. habet: de re nauci & non maioris pretij quàm ſit muſcerda.) Μύανδρος, μυόδοχος γέρων. ὁ μυόδοχος γέρων λελῆφθαι σφόδρα σίμβλος, Suidas. Myodochum ſenem legimus, qui ſit nulli rei: Dioſcorides eo verbo murium accipit retrimenta, quæ muſcerdas vocant, Cælius. Ego apud Dioſc. l. 2 capite de ſimo, pro muſcerdas μυόχοδα lego, (vide in c. infra.) Myodocos Nicander pro murium conceptaculis accipit, Cælius. Myoparon, genus nauigij ex duobus diſſimilibus formatum: nam & midion (al' mydion) quomodo & paron per ſe ſunt, Feſt. Πάρων nauis à Paro inſula. Scholia in Ariſtoph. Parones naues inter maiores annumerari videmus: minores verò myoparones, quas piraticas appellauêre, Calcaginus. Et paulò poſt, Paron (malim parona vel paronem, vt & Bayfius legit ex Scholijs in Ariſtoph.) celebrant Patij. Καὶ οἱ: ὅσον εἰκὸς ἐκ πέντε ἀφράκτων ἀντὶ τῆς γῆς ἐκεῖ τὸ τοῦ θαλάσσιον, μυοπάρωσι πεζῶν καὶ ἡμιόλιαις, εἶτα διερέσεις καὶ τριήρεσι καὶ μέγα πελάγεσι, Appianus in Mithridate, vt citat Bayfius. Cicero actione quinta in Verrem myoparonem piraticum nominat: ex cuius verbis Bayfius conijcit myoparonem habuiſſe ſex remorum ordines, & inter longas naues adſcribendum eſſe. Idem Tullius paruos myoparones nominat ſeptima in Verr. paruorum enim miniſterio præfecti triremium & maiorũ vtebantur. Plutarchus in Antonio myoparonas vocare videtur, quos phaſelos dixit Appian. quorũ forma mixta erat ex naue oneraria & longa triremi, quales hodie galeras vocant. Quòd ſi rectè Ariſtophanis interpres naues aliquot ab inſulis dictas putat, vt corcurum à Corcyra, paronẽ à Paro, autem & ego (inquit Bayfius) conijcere, myoparonẽ eſſe nauigij genus compoſitum ab vtraq; forma earum nauium, quæ fieri ſolebant in Myunte & Paro inſula, Hæc ille. Sed forte dicta fuerit myoparo parua nauis, paroni alteque maiori adiuncta, tanquam prodroma & anteambulatoria, vt holcadibus epholcia & epholcides triremibus cattę & pontones, ſtrategidi ſpeculatoriæ & cataſcopiæ: à mure ſiue muſculo piſce duce balænæ, vt paulò ante in muſculi machinæ oppugnatoriæ mentione dixi. Deinde à parui myroparonis forma, maiores etiam ſimiles naues ſic dici potuerunt. Μυαπολῶν, καταδύεσθαι, ὡς μῦς φασίν, ἢ τῶν Ἀττικῶν ἀπὸ μίσους λέξιν. σημαίνει καὶ τὸ ἀτρεμεῖν καὶ ἡσυχάζειν, Varinus ex Scholijs in Veſpas Ariſtoph. Heſych. exponit, ὡς μῦς πεμπολῶν. Gelenius noſter finitimũ & voce & ſignificatione eſſe putat quod Germani dicunt *vniſſen*. Vide infra in prouerbio, Muris in morem. Μύαπαν, μύξαν. ἢ δὲ τὸ μῦς κρέμασον ἀναπρίσθαι, Heſychius & Varinus: ſed poſterior interpretatio ad verbum μυαπολῶν, quod paulò pòſt ſequitur, omnino referenda videtur.

Murinus Plinio & alijs adiectiuum eſt, vt murinus ſanguis, murina caro. Murinus color qui vulgaris eſt in aſinis, Columella lib. 6. Phæum colorem ex albo & nigro concinnatum volunt pictores, myinon item nuncupatũ, quod in libro de morali virtute confirmat Plutarchus, teſtatur & primo de ideis tomo Hermogenes, Cælius. Equorum colore diſpares: item nati, Hic badius, ille giluus, ille murinus, Varro in Aſino ad lyram vt Nonius citat. Equorum colores præcipuos hoſce comperi, badium, mureum, ceruinum, &c. Cælius. A mure non murineus ſed murinus deflectitur: vt carmen illud Martialis Campis diues Apollo Murineis, minimè ad Sammetheum illum Homericum & mures populatores frugũ referendum ſit: quod dubio procul ad Gryneum referri oportet. Eſt enim authore Stephano Gryni oppidulum Myrinęorum, vbi & templum & oraculum veratium Apollinis eſt, Cælius Calcaginus in Epiſtolicis quæſtionibus. Murrhinũ quidem penultima correpta, vel murrheum dicitur, quod ex murrha gemma factum eſt, vt murrhinus calix. Scoppa murrham agatham vocat, & interpretatur Chalcedonium, vt & onychem: his enim duobus nominibus rem eandem Plinio deſignari: onyx quidem etiamnum nomen apud multos retinet, *onychel*. Eſt & murrina, alias murinum vel murinulum, potionis genus, non à myrrha ſed à myro, id eſt vnguento vel odoramento dictum, myratum aliqui vocant, &c Hermolaus Corollario 82. Μύρσμος (inquit Budæus) ore ſenſim compreſſo & contracto, καὶ ὁ μύρσον ἔχων στόμα, vt inquit Ariſtoteles in terrificis partibus, de piſcibus loquens: Διὸ τὰ μὲν ἰχθύων συρομύσσοντα, τῶν δὲ βοῶν ἵκανὸν ἔχοντα, τὰ μὲν κατὰ χαλάζιον τὸν τόπον ἀντέμψυχα. Idem, Καὶ τὰ μὲν ἀντέμψυχα ἔχει τὸ στόμα, τὰ δὲ μύσσον. ὅσα μὲν στερεόφωνα, ἀντέμψυχα, ὅσα δὲ καρχαρόδοντα, ὅσα δὲ μὴ στερεόφωνα, μύσσον: niſi μύσσον legatur per σ, Hæc Budæus. Strabo libro 11. μύσσον Aſiæ partem [illegible]

quam amplectitur Taurus: nam ad Borcum, inquit, latus transeunti semper de longitudinis latitudine aufert mare. Idem paulò mox segmentum vocat μύωρον, & γωνιαῖον μύωρον, Cælius. Et alibi, Myuri versus dicuntur qui circa finem peccant subsilientq; (syllabam breuem pro longa habent:) sic autem dici videntur quod vitiosè claudant: nam μύειν claudere est. Et rursus, arbitrantur nonnulli arteriarum pulsus posse myuros dici ex similitudine caudæ muris. Nam & Dionysius Afer Peloponnesum prodit platani folio μυρίζουσι (κατὰ μὲν τὸ ἔγον στενόμορφον καὶ λεπτουρόμορφον κατὰ τὸν ἄκρον μέρος, ἤτοι κατὰ τὸ κλωνίδιον ἐκ τοῦ φύλλου ἐξηρτημένον, Eustathius interpres,) id est quod muris acutam æquiparet caudam. Vel μυῶρος, ἐκ τοῦ μεμυῶθαι διὰ τὸ ἔγον. Sed de myuris pulsibus, eorumq; differentijs consulendi sunt medici, præcipuè Galenus.

Μυοδρέπανον, genus lapidis cuiusdam vilis Hesychius.

Herba phœnicea appellata à Græcis, à nostris hordeum murinum. Plinius. Phœnix hæc Dioscoridi est, vbi inter nomenclaturas eius etiam loliũ murinum legitur. Plinius hordeum murinum appellari ait, quod hordeaceo sit folio, & seminibus eius inter tegulas mures vescantur, Marcellus Vergilius. De myacantha, id est cornuda, quæ & myon vocatur, in 2. dixi, quoniam decoctum eius mures occidere fertur: Et ibidem de myacantha, id est ruico, cuius virgis spinosis succidiam & caseorum siticellas rustici contra mures muniunt. Inter nomenclaturas Dioscoridi adscriptas, myitis caucalis est: myites & myopteron, thlaspi: myuros Armeniis, sampsuchum: myorrochon, auricula muris vel alsine. Μυόωτον, herba similis aurib. muris, Hesych: Galeno μυοσῶτις vocatur. Dioscoridi μυὸς ὠτὶς, alijs μύωτις. Alsine in locis nascitur, vnde nomen, quidam myosôton appellant: nam cum prorepit musculorũ aures imitatur foliis. Sed aliam docebimus esse quæ iustius myosôtis vocetur. Hæc eadem erat quæ helxine, nisi minor minusq; hirsuta esset: nascitur in hortis & maximè in parietibus: cum teritur odorem cucumeris reddit, Plin. De myosota Plinij cui vim septicã & exulceratricem tribuit, dixi quædam in Lupo 2. in aconito. Dioscorides primum alsinem describit, quam helxinæ similẽ facit: & mutis auriculis eius folia comparat, &c. deinde myosota siue muris auriculam alteram, quæ scilicet magis propriè sic vocetur. Priorem, morsum gallinæ hodie vocant: posteriorem verò aliqui esse coniecerunt pulmonariæ genus syluaticũ, non masculosum (maculosum enim pulmonaria Plinij est, buglossi folio, de quo pluribus egi in Boue c.) floribus cæruleis, vernis, &c. Sunt qui & helxinem sui generis herbam myòs otídα, id est muris auriculam vocent, Dioscor. Nostri auriculã muris, *mausöhr*, aliam vocant herbam, ex lactucarum syluestrium genere, cui folia ferè oleæ peculiari modo raris & oblongis pilis hirsuta sunt, vnde pilosellæ nomen apud aliquos: flos luteus, qui in pappos reuoluitur, calyx nigricat: caule recto, sed aliquot circa eũ flagellis (vt ita dicam) humi reptantib. de hac multa scribunt recentiores: de antiquo nomine dubitatur. Multi etiam aliam eodem nomine vocant, gnaphalio vel siticadi citrinæ vulgò dictæ similem, floribus albis, aliàs purpureis, aliàs varijs, mollib. instar tomenti, &c. *mausöhrlin, hasenpfotlin*, vide in Leporea. Myagros herba ferulaceæ (Φεργαμωτὶς, Dioscor.) est, foliis similis rubeæ, Plin. Pluribus describitur à Dioscoride: qui herbam bicubitalem facit, semine fœnogræco simili, pingui & oleoso: quo tuso oleoq; virgas circunlinant, sic pro lucerna vtentes. Hanc Ruellius in Gallia vulgò notam esse scribit, camelinæ aut camaminæ nomine. Seritur, inquit quamuis & suæ sponte inter segetes inuenitur: semine minuto fœnogræci figura, in vtriculis orbicularibus concepto. Hoc in areis pauimentis rara flagris decutiunt, & vannis ventilant, dum siliquarũ recrementa vanescant, tum trusatilibus molis subijciunt, versandoq; subinde oleum exprimunt: quo non ad lumina tantum lucernarum, sed & ciborum quoq; condimentis pauperes vtantur, magno huius olei prouentu. Matthæolus in Italia nec seri nec aliter nasci putat. Faceor & ipse ignotam mihi. Marcel. Vergil. de nominis etiam origine nihil certi, inquit, afferri posse: nam quòd mures veneretur & perimat, vt nomen indicare videtur, non constat. Forte mures agrestes (quos myagros dixeris, vt apros tragos) cum pingue & oleosum proferat semen, ea delectantur. Vide ego herbam paruis radiatã foliis, similiter vt galion, (quod hodie sic vocant eruditi, luteis & odoratis florum coryn.bis insigne) sapore ferè nitroso vel betæ, ipsũ cicere: in quibus semina nigra papaueris magnitudine, sed quæ nihil cum fœnogræco conueniant: quæ si myagros non est, nomẽ aliud ignoro. Sicurion, alàs iucturion, id est iuticulus muris, Syluaticus. De myophono vel myalephono, dixi in Lupo 2. in aconiti mentione. Prope Acheloum Aetoliæ fluuium mons est Calydon, in quo μύωψ herba nascitur: quod si quis oculos abluerit aqua, in quam illa infecta fuerit, vitium amittit: placata verò Diana, recuperat, vt scribit Dercyllus Aetolicorum tertio, Plutarchus in libro de fluuijs. Μυξάρια, genus fructus qui comeditur vt ficus, Hesych. legendum μυξάρια, quem fructum pharmacopolæ vulgò cebesten appellant. Muris vuguis, polygonon: & muris vtina Magis, malua, vt inter nomenclaturas apud Dioscor. legitur.

Ichneumonem recentiores quidam vulgò murem Indicum appellari docent. Vespertilionem nostri vocitant *flädermuss*, quasi dicas volucrem murem. Galli chauue-souris, id est calui murem, &c. Est & inter pisces musculus, Græci mystocerũ vocant balænæ dux. Sed Rondeletius distinguit, vt balænę dux ἡγεμὼν & ἡγεμὼν dicatur: μυστάκινος verò belua sit cetacea: Plinius confundens vtramq; musculum transtulerit. Caprifcus piscis vocatur etiam μῦς, Diphilus Siphnius apud Athenæum l. 8. (nisi quis non μῦν, id est murem, sed ὗν, id est suem legendũ potius existimet,) Hermol. Mus aquatilis, hoc est testudo, Græcè μυσσῆς & μυὸς nominatur, &c. vide in Testudine. Sunt alij præterea ostreorum generis, hoc est testa tectorum, μῦες, biualues, dicti scilicet διὰ τὰ μύειν: quòd testis suis cauis valuis dehiscere & rursus conniuere seu claudi soleant. Gaza apud Aristotelem alicubi mitulos transfert. Horum genus vnum musco obductum hirsutumque, murem quodammodo suâ hirsutie refert, mutilolum Veneti vocant, siue à musco, siue quasi musculum. Germani quidem *muschlen* vocant omne genus testaceum biuaue. Myaces pisces intelliguntur mures: sed & pro conchula accipitur myax, qua humores excipiuntur, Cælius. At qui proprie loquuntur ostracodermorum genus à piscibus excludunt. Tellinas, non myacas, mitulos à Romanis dici, testatus Athenæus est: nos tamen aliorum in ea re obseruationem secuti, myacas non tellinas mitulos vocauimus. Marcel. Vergil. in Dioscor. 2. 5. Mures quidem ego purpuras potius quàm myaces fecerim, aut certe similia purpuris ostrea, non biualuia, sed simplicia, in orbem se contrahentia, & quibusdam aculeis mucronata: vide in Purpurarum historia. Mya genus margaritæ circa Bosphorum Thracium, vnciales rufos ac patulos gignens, vt ait Plin. lib. 9. De myiope insecto, cuius prima per v. diphthongum scribitur, suo loco: genus. Μυαγρῶν, vel μυόβρης, vel μυοθήρας, inter serpentes innoxias à Nicandro memoratur, à murium venatu dictus, quos deuorat. Vtias in nouo orbe vocant animal cuniculo nostro simile, Petrus Martyr. Idem alibi vtias muribus non maiores scribit. Audio hodie exiguam quadrupedem ex nouo orbe afferri, candidam, cuniculo æqualem aut minorem, specie porcelli, singulis mensibus vt cuniculi fœcundam, & à mercatoribus porcellum Indicum vocari, haud scio an ab vtia diuersam.

Epicu-

Epicuri ſeruus nomine Mys, (Mus. Gellius 2.18.) philoſophus non incelebris fuit, Macrobio 1.11. Mũ pro illis nomen apud Suidam & Varinum. Item viri, qui claruit argento cælando. Quis labor in phiala? doctiMyo? an ne Myronis? Martial. In ſcuto Mineruæ Athenis Lapitharum pugnam aduerſus Centauros & alia quædam ille quendam artificem feciſſe (πεζευειν, tornaſſe) aiunt, Pauſanias in Atticis. Non procul ab Acræphnio oppido regionis olim Thebanorum, templum Apollinis Proi eſt: vbi virum aliquando Europæum ſinouine Myn, ablegatum à Mardonio, oraculum interrogaſſe aiunt lingua vernacula, Pauſan. in Bœoticis (ex Herodoti octauo.) Parua mihi domus eſt, ſed ianua ſemper aperta, Exiguo ſumptu furtiua victa ſagina. Quod mihi nomen ineſt, Romę quoque conſul habebat; Cameratij ænigma de mure. Myagrus nomen cælatoris ſeu ſtatuarij, apud Plinium 34 8. item muſcarum deus, ſed in ea ſignificatione primam ſyllabam υ. diphthongum ſcribi oportet. Myſcellus, Μύσκελος (aliqui non rectè per λ. ſimplex ſcribunt) vir qui Crotonem condidit. Suidas bis eius meminit, poſterior locus aſſumptus eſt ex commentarijs in Nubes Ariſtoph. Item Eraſm. in prouerbio. Donũ quodcunq; dat aliquis proba. Oraculi huic dati ex Strabonis ſexto Eraſ. meminit, ſic legens: Μύσκελε θρέψαι πατρὶ κλέος ἄλλα ματεύων, Οὐδὲν ἄμεινον (aliàs κλέος ἄμμε) ἔγειρε, δώσω δ' ὄπιθεν σε γενέσθαι. Myſcellus, inquit Eraſ. dictus videtur ob crurum exilitatem, quæ habebat murinis ſimilia, (ſed ita per λ. ſimplex ſcribi deberet, & fieri poteſt vt carminis gratia duplicatum ſit) brachynotus ob dorſum contractum.

Argilum Thraces murem vocant, quo viſo conditam à ſe vrbem Argilum appellarunt, vt ſuperius retuli, circa initium huius capitis. Mya & Sepiuſſa inſulæ ſunt in Ceramico ſinu. Plin. 5. 31. Myanda, oppidum in continenti Ciliciæ, Plin. 5. 27. Myes, Μύης, vrbs Ionica, gentile Myeſius, Stephan. Herodotus non procul initio libri ſexti Myeſios, Μυησίους nominat, vbi in Vallæ translatione non rectè Myoſios legimus. Myon, vrbs Locrorum in Epiro, cuius ciues Myones vel Μυονεῖς, Stephan. Pauſanias etiam Eliacorum 2. Myones eſſe ſcribit Phocidi vicinos, qui in Locridis continente incolunt. Myonia, vrbs Phocidis, cuius ciues ſimiliter Myones vel Myonẽſes dicuntur, Idem. Myonia vrbs Phocidis ſupra Amphiſſam in continente, triginta ſtadijs Amphiſſa diſtat. Myonenſes hi & Ioui Olympio ſcutum dedicarunt, Paſan. in Phocicis. Myonneſus, vrbs vel parua regio inter Teon & Lebedon, Stephan. inſula non procul Epheſo: Plin. 5. 31. Μυὸς λιμήν, primus portus Ægypti ad rubrum mare, Arrian. Meminit etiam Plinius 6 28. Ad Myòs hormon, inquit, inſula eſt deſerta, &c. Myûs, vrbs Ioniæ. Strabo libro 12. ciuis Myuſius, Steph. Myûnta oppidum primo condidiſſe Iones narrantur, Athenis profecti, Plin. Cydrelus Athenienſis Codri filius oppidum Myûnta condidit, Strabo. Meminit huius vrbis Herodotus etiam libro 1. Myûntem & alia quædam oppida Xerxes Themiſtocli donauit, vt in eius vita Plutarchus tradit. Myuntiorum bellicum Mileſijs meminit Cælius 23. 1. Μῦς, nomen gentis, vnde Myſia vrbs dicta. Etymologus: ſed locus videtur corruptus. Inſula murium dicta ſub lineæ æquinoctiali, ſic dicta quòd abundet muribus diuerſorum generum, Theuetus.

b. Vrſorum fœtus cándida informiq; caro eſt, paulò muribus maior, Plin. Muris ἀδόντες πάχεσι, Antiphilus in epigrammate. Homerus in Batrachomyomachia murium etiam χείρας nominat.

c. Mus auidos mintrat, Author Philomelæ. Τρώγειν de muribus etiam dicitur, Euſtathius. Μύες πεφιγότες, Aratus. Καὶ σφενδόνη δ' ἐπὶ πᾶσι τέτριγεν, Homer. de mure in Batrachomyomachia. Pſicharpax mus regis filius in Batrachomyomachia, nutritum ſe inquit Σίτῳ καὶ κρέασιν ἐδώδιμα παντοδαποῖσιν. Et mox, Οὐδέ με λήθει. Ἀρτοφόρους πεινάων ἐπ' ἰχνύσιν κανέοιο, Οὐ δὲ πλακοῦς τυρῷ τε πεπυκασμένας ἠδὲ μελίτῃ, Οὐ τόσα δ' ἐκ τέχνης, οὐχ ἥματα λύθρον ἔχοντα, Οὐδὲ τυρὸς νέος ἠπτὸ δὲ γλυκερὸν γάλακτος: Οὐ χρηστὸν μεμάτωμαι: Οὐδ' ὅσα περὶ δοίνην μερόπων τοὺ χείματι ἔργα. Et paulò poſt, nullis ſe herbis aut oleribus ve ci Corruptionem ſignificantes Ægyptij murem pingunt: hic enim omnia deguſtans coinquinat ac inutilia reddit. Orus. Plautus in captiui duo, Quaſi mures ſemper edmus alienum cibum: nos tales parаſitos vocamus *ſchmorotzer* & *tellerlecker*. Simulachra deorum cum foris ſpecioſa apparent, intus continent ſæpe μυῶν πλῆθος ἢ μυγαλῶν ἐμπεπλησμένοι ἀυτοῖς ἐνῶσι. Lucianus. Muſcerdas prima ſyllaba producta dicebant antiqui ſtercus murium, Feſt. ſi. & ſuccerda (ſucerd. Hermolao) vocatur ſtercus ſuillum. Murinum ſimum Varro muſcerdas appellat, Marcellus etiã pilulas, vt in G. dixi. Galenus muſcerdas τὰ τῶν μυῶν ἀποπατήματα, & κόπρους μυῶν vocat. Aliqui, Hermolao teſte myócopron & myſcelerdam (lego myſceledra.) Varinus etiam μυόχοδα appellari ſcribit, videlicet neutro genere, plurali numero. Non probo quod Cælius legit myóloch-, (vide ſupra in a.) cum myochoda vox rectè componatur à mure & verbo χέω, cuius præteritum medium κέχοδα: vnde & χόδανον τὴν ἕδραν vocant: & χοδαῖον, ἀπὸ τοῦ κόπρου. Μυόχοδος, κόπρος μυός, Heſ. ex quo apud Suidam etiam ſic legerim, non μυόδοχος. Μυοδόχον vel μυόδοκον, ſcilicet ἄγγος, muſcipulam dixerim: vide in e. Μυοκέφαλον, & multitudinis numero myoceledra, murium feculentiam dicunt, Cælius, Varinus in Ἀποπατῶσι, & Pollux 5. 14. Proinde non placet quod alibi apud Varinum legitur μυοκέλανδρα, properoxytonum: & eadem vox apud Heſych. oxytona. In Lexico Græcolatino μυοκέλεβρον etiam ſine authore ſcribitur. Litemus, id eſt ſtercus muris Syluat. Murinos catulos de murium fœtu Plinius protulit.

d. Nos in partibus ſuperioris Germaniæ murem vidimus, qui tenendo candelam miniſtrabat lumen comedentibus ad præceptum magiſtri ſui, Albert. de animalib. 8 5. 2 Itaq; non ſolum inquilini, ſed mures migrauerant, Cicero ad Attic. lib 14. Braſidas à mure mortis vide in prouerbijs infra. Pſicharpax mus in Batrachomyomachia, Οὐ δὲδι ἀνθρώπων καίτοι μέγα σῶμα φορεῦντες. Ἀλλ' ὅτι λίτρον ἐὼν ἀχρεῖον ἔμπυλον κατεδάπανω, Καὶ πίλους λαιδρῶμαι, καὶ ἀσκία δυσμενὲς ἀνδρὶ, Νήδυμα δ' ἐκ κάτοθεν κόπτει ὕπνον, δαίνυμαι δ' ἐμπὸ. Alo æluum, qui aduerſus mures fortes ſæ; perpetuos Palladis, id eſt Muſæi ac bibliothecæ meæ hoſtes exuber, Calcaginus in epiſtolis: plura de catorum & murium diſcordia vide in Cato. In Batrachomyomachia Pſicharpax mus circum, id eſt accipitrem, & γαλῆν, id muſtelam maxmè ſe metuere dicit: & hanc præcipuè, quòd in ipſa etiam caua mures perſequatur. Vncia animal eſt ſæuum in Africa interiore: à quo vulneratum mures infeſtant ac permingunt, Obſcurus: De vncia quadrupede vide in Panthera A. Antiphili epigramma Anthologij 1. 33. legitur in murem, qui cum domi hiantem oſtrei concham vidiſſet, immiſſo roſtro carnem oſtrei rodere cœpit: quo præ dolore teſtam contrahente & occludente, mus cum euadere nequiret, ſic interceptus perijt. Hinc Alciatus etiam in ſua Emblemata tranſtulit, ſub titulo, Captiuus ob gulam.

e. Muſcipula, inſtrumentum, machina, vel laqueus quo mures capiuntur. Nec non ſi parit humus mures: huius minor ſit vindemia, niſi totas vineas oppleuerit muſcipula. Varro de re ruſt. Μυοσκάλα, muſcipula, Heſychio & Varino. Gelenius tres iſtas voces, Latinam, Græcam, & Germanicam, Muſcipula, μυὸς σκαλα, *muſefall*, tanquam ſymphonas commungit. Μυάγρα, muſcipula, Poliuci & alijs. Τῇ μυάγρᾳ πιάσιμος πρὸς ἀξιώσεις, ἐπιβουλευτὴς τοῦ ἐπὶ

ματερίνη μεσαμηλίον, σκανδάλη θρα καλεῖται. ὁ δὲ ἐν μείζοσι παίζαις πάτταλος, ῥίπτιον, ὥσπερ καὶ τὸ τῶν θύρων πεσσεῖον, Pollux 7.26. Et mus 10.34. Myagræ nomen, inquit, apud Aristophanem in Phœnissis legitur: Καὶ Καλλίμαχος δὲ ἐν τῷ Εἶσόν τι (de voce εἶσις vel ἶσις paulò post dicam) αἰνάκτησι μᾶλλ' εἰδόσι μυαγρεῖν ἄλλοθι, (lego αἰλίοθι, vt sit hexameter) ὡς τὸν ἀνδρίτην ὄντα, εἶδος μυάγρας. Τὸ μὲν οὖν ἐπὶ μῦν τὰς μυάγρας πατταλίον, σκανδάλη θρον μακεῖται. ὡς δὲ ἐν τοῖς μείζοσι παίζαις πάτταλος, ῥίπτιον. τὸ δὲ ἀπάρτιον, ὃ συνέχεται, μήλινθος. Παγὶς Pollucі, & παγὶς, quæuis machina vel laqueus ad capiendas feras: de muscipula etiam priuatim dicitur Oppiano, vt in 2. recitaui. Μύστακες, μυάγρες, παγίδες, Hesych. & Varinus. Καὶ παγίδα ξυνέτασαν, ὅπως δολίοις πέλας πίτνῃ. Homerus in Batrachomyom. In eadem Troxartes tex murium conqueritur filium sibi muscipula captum: Homines eum, inquit, occiderunt, Καινοτόμοις πήχεσι ξύλινος δὲ μόνος ἐξῆρέν τις, Ἡν παγίδα καλέουσι μυῶν ὀλέτειραν ἐόσαν. Μύστακες, παγίδες μυῶν, Hes. Ipse murium laqueus est, vt prodit Eustathius, ab ἴπτω quod est lædo, Cælius. Hanc vocem diuersis omnino modis scribi apud Grammaticos in Lexicis obseruaui: interpretantur autem omnes παγὶς aut παγίδα, id est muscipulam, vel quoduis illabens pondus, & lignum ἐν τῇ παγίδι, id est in machinis muscatorijs mures opprimit. Ἵππος, equus, cum p. duplici scribitur, vt discernatur ab ἶπις, id est laqueo vel muscipula, Etymologus. Varinus primam circumflectit: apud eundem & Hesych. ἰπὶς oxytonum legitur, & exponitur tam quam rectus singularis quod non placet: videtur enim accusatiuus pluralis à recto ἰπὶς. Pollux εἶπις oxytonum habet ex Callimacho, vt pualò ineptius recitauit: sed Hesych. & Varin. εἶπος penultimæ flexum scribunt, & alibi εἰλὸς oxytonum, eadem omnia significatione: εἰλὸς quidem minimè placet. Ἐξιπῶν, exprimere succum, Galeno. Ἴπτω μῦν, πιέζω μῦν, ijdem: malim ἰπτῶ μῦν, cum tenui spiritu & pi simplice: nam sic quoq; apud eos legitur, Ἴπτω μῦν, θλίβω μῦν, πιέζω μῦν, ἀναγκάζω μῦν. Ἴπτων μῦν, πιέζων μῦν, ἢ τὸ ἐμπίπτειν ξύλον τοῖς μυσίν, Hesych: lego Ἴπτω μῦν, πιέζω μῦν. ἰπὸς δὲ τὸ ἐμπίπτειν ξύλον τοῖς μυσίν. Ἴπτω barytonum, lædo: ἰπῶ vero oxytonum, premo. Θλίβω. Ἴπτω μῦν ταῖς συμφοραῖς, Aristophanes in Equitibus vt Varinus citat. & Suidas in ἴπτω, quamuis idem paulò ante eadem verba citans, ἰπτῶ μῦν legit. Ἴπτω μῦν βίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο, Aeschylus: videtur autem vox facta à camino quem Græci ἰπνὸν vocant, quasi fumigatum dicas, quod conuenit Aetnæ monti ardenti. Ἀνάδικτις muscipulæ lignum quod concidit admotso funiculo, Sex Dionysius Siculus murium conceptacula rectè dici posse putabat, à seruandis muribus, Cælius. Mycalcos in Theriacis accipit Nicander pro murium conceptaculis, Idem: παρὰ τὸ δίκτεσθαι τοὺς μῦς.

Si quod animal in mustum ceciderit, & interierit, vti serpens, aut mus, sorex ue, ne mali odoris vinum faciat, ita vt repertum corpus fuerit, id igne aduratur: cinisq; eius in vas, quò deciderat, frigidus infundatur, atq; rutabulo ligneo permisceatur: ea res erit remedio, Columella 12. 31. Tradunt magici iocinere muris dato porcis in fico, lequi dantè id animal: in homine quoq; similiter valere, sed tesolui cyatho olei poto, Plin. Moschus facillimè adulteratur: vndè sæpe stercus murium & huiusmodi ridicula pro moscho veneunt, Monachi in Mesca. Aedificare casas, plostello adiungere mures, Ludere par impar, Horat. Serm. 2. 3.

h. Glaucus filius Minois & Pasiphaës, cum murem persequeretur, in dolium melle plenum illapsus est, & postea à Polyide vate herba quadam ei imposita in vitam reuocatus, vt pluribus describit Iacius Tzetzes in Scholijs in Lycophronem. Hatto archiepiscopus Moguntinus à muribus deuoratus fertur. Textor. In mures incolas ędium pauperum, vt se recipiant ad ditiores, Leonidæ epigramma, & alterum Aristonis, Anthologij Græci 1. 33. Heliogabalus iubebat sibi decem milia murium exhiberi, mille mustelas, mille sorices, Lamprid. Μῦν δ' ἀλδόσας (forte ἀλαδόσας: nam ἀλαίνεσθαι exponunt λυμαίνεσθαι, ἀδικῆσαι) πεζοφαγοῦν ἢ συλήσας, Varinus. Mures cum candidi prouenêre, ęquum faciunt ostentum, Plin. De sorieum occentu, in sorice mox priuatim dicam. Mures incolæ domus, haud spernendum in ostentis etiam publicis animal, arrosis Laninij clypeis argenteis, Marsicum portendêre bellum: Carboni imperatori apud Clusium fasces, quibus in calciatu vtebatur, exitium, Plin. Mus corrodens aurum vel quidquis nobis iucundum, quid significet per duodecim signa, Luna in singulis existente, Niphus explicat libro primo de augurijs, tabula quarta. Vide supra in c. vbi de cibis muriũ agitur. Μῦς δ' ἀν φανὲς ἰνδολῶν (Camerarius legit ἀδηλῶν) ἐν πρίσις πάλαι, Senarius onirocriticus apud Varinum. Cum reges Scytharũ intelligerent Darium inopia rerum laborare, mittunt ad eum cum muneribus caduceatorem, ane, mure, rana, & quinq; sagittis. Persæ cum qui munera ferebat, percontabantur quid illa significarent. Iste negare sibi aliud esse mandatum, nisi cum illa tradidisset, celerrimè rediret: iubere tamen ipsos Persas, si solertes forent interpretari quid sibi dona vellent. Hoc cum audissent Persæ, consultabant. Et Darij quidem sententia erat, Scythas seipsos ei donare, & terram atq; aquam, hac ratione coniectans, quòd mus quidem in terra gignatur, & eodẽ quo homines victitet: rana autem in aquis nascatur: auis verò sit equo assimilis: agittis dandis, quę ipsos tradere videantur. At Gobryas vnus è septem qui Magos sustulerunt, hoc dicere dona coniectabat: O Persæ, nisi effecti vt aues subuoletis in cœlum, aut mures subeatis terram, aut ranæ insilatis in paludes, non remeabitis vnde venistis, his sagittis confecti: (& recte quidem ille,) Herodotus.

Cum Philistæi Azotij arcam Dei apud se retinerent, nati sunt mures: & facta est confusio mortis magnæ in ciuitate, Regum 1. 5. (sed hæc verba in Hebraicis exemplaribus non leguntur.) Percussitq; eos Dominus in inferioribus ventris. Et mox capite sexto Sacerdotes eis consulunt, vt arcam Israëlitis remittant, & simul dona, videlicet quinq; anos aureos & quinq; mures (achere) aureos, ad effigiẽ morum hominis, & murium qui terrã perdebant. Smintheus Apollo nominatur Ouidio in Fastis, Homero, Orpheo, & alijs: sic cognominatus à murib. Causa (inquit Gyraldus) variè proditur. Crinis Apollinis fuit sacerdos: is cum Dei sacra neglexisset, à terrestribus moribus agrorum fructibus est priuatus: cuius detrimento damnoq; commotus Apollo, bubulco cuidam Hordæ nuncupato iussit, vt Crinin sacerdotẽ moneret, illum debere consueta sacra peragere: quod sacerdos cum fecisset, Apollo mures sagittis confecit: hinc Apollo Smintheus cognominatus est: sminthas enim Cretenses mures vocant. Ælianus de animalibus, id tradit, mures adorari ab his qui Troadis Hamaxitum incolunt: vnde Apollinẽ qui apud eos maxima religione fuit, Sminthiũ appellabant: mures enim Aeoles & Troiani sminthes nuncupant: sicut Aeschylus Sisyphos testatur, cum ait: Sed agelitis quis est Sminthius. Tũ verò apud eos sminthes cicures alunt, eisq; victus publicè præbetur, atq; infra altare, vbi degunt, latebras habent, Ælianus vt recitat Gyraldus: nã Gillius paulò aliter quædam transfert, ego Gyraldo accesserim. Apud etiam tripodẽ Apollinis mus manet, de cuius religione (inquit Ælianus) hanc accepi fabellam: Permulta murium millia cum Aeolum & Troianorum segetes inuasissent, atq; immaturas occidissent, & simul eis qui earum sementem fecissent, infructuosas reddidissent: cumq; Delphicus Deos de hac re consultus esset, respondisse: Oportere sacrificare Sminthio Apollini. Eos quibus datum esset oraculum, responsum secutos, ab hoc murium impetu liberatos fuisse, & frumentum eis ad solitas messes peruenisse.

Strabo

Strabo verò libro 13 aliam hiſtoriam, ſeu fabulam, vt ipſe ait, recenſet: In vrbe, inquit, Chryſa eſt Apollinis Sminthei delubrum & ſimulachrum, quod nominis veritatem ſeruat: nam mus quidem pedi ſtatuæ ſubiacet: hanc ſtatuam Scopas Parius fecit. Hiſtoria ſiue fabula, quæ de muribus narratur, huic loco congruit. Nam Teucris è Creta profectis datum erat oraculum, ibi eos ſedem poſituros, vbi terrigenæ eos adorientur. Id circa Hamaxitum dicunt contigiſſe, maximamq; agreſtium multitudinem murium nocte exortam, quicquid armorum & vtenſilium (clypeorum lora & arcuum neruos, Ael.) ex corio inueniſſet, corroſiſſe, & Teucros ibi manſiſſe, atq; Idam ab Ida quæ in Creta eſt, appellaſſe (& Sminthio Apollini templum excitaſſe, Aelian.) Heraclides Ponticus auctor eſt mures ibi circa templum abundare, & ſacros exiſtimari: ſimulachrum autem ita inſtructum eſſe, vt murem pedibus premat. Quidam tamen Sminthеum quaſi ζίων τῶν, hoc eſt quod feruens currat, ad Solem reſpicientes, appellatum volunt. Sanè in locis pluribus Sminthеus Apollo cultus fuit, nec templa ſolum illi poſita, ſed & loca aliquot Sminthia ait appellata ille idem Strabo. Hęc Gyraldus. Murē Cretenſes ſminthion ſiue ſminthea appellant, vnde Apollini cognomen, vt Phodoni videtur poſſe Strabonem, Hermolaus. Σμίνθος, μῦς. καὶ ὁ Ἀπόλλων δὲ σμινθεύς, διὰ τὸ ὅτι μυοκτόνος φασὶ, βασιλεύσαντός ποτε ἐν τῇ Σμίνθῃ πεπώλου, Heſychius. Murium Apollinem eundem Gryneo eſſe, non à muribus ſed à loco id nominis ſortitum, ſupra in 2. diximus. Scribunt aliqui Arcadas Diis obtuliſſe primum murem, ſecundò equum album, tertiò quercus folia, Scholiaſt. Lycophr. Muſoniæ quidam hæretici mures colunt, vt ſcribit Philaſtrius in catalogo hæreſeon 1. 12. Apud Euſebium legimus peplum Proſerpinæ muribus contexi conſueuiſſe, Calcagninus. Quantum eſt cunq; murium (inquit Aelianus) in Heraclea, quæ in Ponto inſula eſt, deum & religioſe colit, & quod deo cunq; dedicatum eſt, non attingit. Itaq; cum vitis, quæ ibi deo frondeſcit, & ſoli eidē ad religionem conſecrata eſt, cuius q; racemos dei adminiſtri ad ſacra ſeruant, vuæ aſſecutæ fuerint maturitatem, tum de inſula mures decedunt, vt ne ſi remanerent, per imprudentiam eas contingant, quas tangi fas non ſit: poſt vero vbi id anni tempus præterierit, ad domeſticam ſedem reuertuntur.

PROVERBIA.

Mus albus, Μῦς λελιὸς, apud Suidam: Μῦς κακὸς, id eſt mus malus (quod non placet) apud Diogenianum: In hominem laſciuum & libidinis immodicæ dicebatur. Nam mures domeſtici ſalaciſſimi ſunt, præſertim albi, Eraſ. Vide plura ſuperius in c. vbi de libidine murium. Mures domeſtici, libidinoſiſſimi ſunt, præſertim albi: μᾶλλον δὲ εἰσὶ θήλεις, Apoſtollus & Varin. in prouerbio Mus picem guſtans: debent autem hęc referri ad prouerbiū Mus albus, vt rectè habet Suidas. Θήλεις pro θηλυδείαις accipio, hoc eſt mures albos effœminatos eſſe, non fœminas: interpretantur .n. prouerbium Heſ. & Varin. Ὅτι τῶν λευκῶν μυῶν τὰ ἀφροδίσια θηλυδρίαν πρόκειται φύσιν. Sed Ælianus l. 12. de animalibus mures fœminas (inquit) ad libidinem procliuiores eſſe: aiunt. Vide plura eo in loco. Inter Alciati Emblemata legimus hexaſtichon iſtud problema: Delicias & molliciem mus creditur albus Arguere: at ratio non ſat aperta mihi eſt. An quòd ei natura ſalax, & multa libido eſt? Ornat Romanas an quia pelle nurus? Sarmaticū murem vocitant pleriq; zibellum. Et celebris ſuaui eſt vnguine muſcus Arabs. Hęc ille, ſed ad prouerbij rationē prima tantum eius ex quatuor coniectura vera videtur. Zibellum quidem & muſcum (quem à capreolo peregrino non mure haberi diximus) ignorarunt veteres qui murē album prouerbialem fecerunt. Exiſtimantur ſanè etiam inter homines magis molles & effœminati qui albi fuerint: quāobrē imbelles homines & fractos delicijs Græci μυελάγχας & λελιγγύγχας vocitant, vt fortes ac ſtrenuos μελαμπύγας. Μυὸς κακίων ἐς, ὁπὸ τῶν μηδέτερα εἰδέναι, Suidas. Aliorum quidem nullus quod ſciam huius prouerbij meminit: quamobrem conijcio legendum forte Μυσταφὶ, vt Heſy. & Varin. habent. Μυσταφὶ (inquit Eraſm.) dicebantur agere, qui durè ac ſiccè viuerent. (Interpretatur aliquis τὸ μεμυκότως καὶ ξηρῶς ποιεῖν. Heſych. eſt autem ποιεῖν, non viuere, ſed facere ſimpliciter, aut carmen condere: vt μυσταφὶ ſcribere dicatur, qui frigido, exili, aſtricto & arido ſtilo, ac minimè copioſo, ornato & fluente vtitur.) Vox ficta videtur à mure & pale, (καίφος feſtuca eſt,) quòd mus in re puſilla vehementer laboret, Niſi malumus dictū à μύσσω quod eſt ficco, (μύσσει, καίφει) Heſych & μύσις, præfocatio, quaſi ſi quis feſtuca præfocetur. (Non placet hęc de præfocatione coniectura, cum non de victu ſed ſtilo & ſermone arido prouerbiū ſentire videatur: Cui opinioni noſtræ accedit etiam ſequens interpretatio, Myſicarphum hominē minimè facetum fuiſſe, ac alijs tantum arriſiſſe.) Vſus eſt hac voce Cratinus in Horis: & quidā ita proferri volunt, vt μύσταφι, cum acuto in vltima, alij properoxytonam faciunt. Sunt qui virū quempiam Μυσταφᾶν dictum exiſtimant, qui ex re quidem nihil venuſtiorū dictorū adferre poterat, ſed tamen libenter aliorum dictis arridebat. Et huius nominis mentionē factam apud Apollophanem Comicum. Mus non ingrediens (non potens ſubire) antrum, cucurbitā ferebat, Μῦς εἰς τρύγλην οὐ χωρῶν κολίκην ἦν ἔφερεν: In eum, qui cum ipſe ſibi conſulere non poſſit, alijs conatur opitulari. Aut qui conatur maiora viribus ſuis. Videtur ab apologo natum, ſed anili, ni fallor, Eraſm. Meminit Apoſtollius. Decipula (vel laqueus) murem cepit, ἐλαφὸν ἡ παγὶς τὸ μῦν: de rectè meritoq; deprehenſis, & malo dignis: quaſi dicas, lupus in foueam incidit, aut aper in caſſes, Eraſm. Meminerunt Suidas, Varin. & Apoſtol. Elephantus nō captat (vel non curat) murem, ἐλέφας μῦν οὐκ ἀλεταίζει, de ijs qui parua & vilia contemnunt. Vide in Elephante. Mus non vni fidit antro: Nihil eſt hodie decantatius apud vulgus (inquit Eraſm.) quàm eum murem eſſe miſerum, cui non eſt niſi vnus cauus. Idem Plautus expreſſit in Truculento: ſed tamen cogitato mus puſillus quā ſit ſapiens beſtia, Aetatem qui vni cubili nunquam fidit ſuam. Quia ſi obſideatur vnum, aliunde præſidiū gerit. Locus erit adagio ſi quem admonebimus, vt ſibi plures amicos paret, aut vnà cum opibus ſtudeat philoſophiæ, vt ſi fortuna quod ſuum eſt eripiat, in literis ſit præſidium, Eraſm. Iuxta muris interitum, Κατὰ μυὸς ὄλεθρον: Aelianus de animalib. 12. 10 tradit murem minimè viuacem eſſe, ſed ſua ſponte defluentibus inteſtinis ocyus emori, atq; hinc natum prouerbium, Iuxta muris interitum. (Gillius ſic vertit ex Aeliano: Mures qui non ex inſidijs, ſed ſua ſponte moriuntur, defluentib. membris è vita paulatim excedunt, vnde factum prouerbium, &c.) Addit hoc vſum Menandrum in Thaide. Quadrare videtur in homines imbecilla valetudine, aut in μικροβίους, id eſt breuis vitæ: aut eos qui paulatim extabeſcunt. Veriſimile eſt enim mures ſic emori, quemadmodum naſcuntur in Ægypto: vt aliqua pars ſit viuus mus, altera nihil niſi limus, Eraſm.

Murem oſtendit pro leone, pro eo quod eſt, ingentia pollicitus & fortia, longè diuerſa exhibuit: Vide in Leone. Virum improbum vel mus mordeat, Κἂν μῦς δάκῃ ἄνδρα πονηρὸν, hemiſtichium heroicum, quo ſignificatū eſt quacunq; ratione vindictam non deeſſe malis, ſed eos aliquo pacto meritas dare pœnas. Refertur adagium inter Græca epigrāmata, Φασὶ παροιμιακῶς, κἂν μῦς δάκῃ ἄνδρα πονηρόν. At is quiſquis eſt, nam incertus author, inuerit

prouerbium.

proverb'um, dicens bonos vires vel à mure morderi, malis ne draconem quidem audere dentes admoliri: hoc eſt, innocuis poſſim noceri, propterea quòd ij impune lædi poſſe videantur, vtpote nõ relaturi iniuriam. Eraſ. mox aliud ſimilimum ſubjeiens, Mordebit vel capra nocentem, Καὶ αἴξ ἤδη ἄνδρα πονηρὸν. Mus puero morſo aufugit, Μῦς ἤδακεν παῖδ' ἀπέφυγε, cum magni à minoribus lædūtur, Apoſtol. Mus Braſidam inter caricas momordit, Μῦς ἔδακε Βρασίδαν ἐν ἰσχάσι: cum monemus à paruis etiã cauere oportere, Idem. Braſidas, authore Plutarcho, cum manum in caricas temere miſiſſet, & à mure inibi forte fortuna latente morderetur: Papæ, inquit, vt nullum eſt animal tam puſillum, neq; tam inualidum, quod laceſſitum non cupiat vlciſci ſeſe. Muris in morem: Plautus in Captiui duo, Quaſi mures ſemper edimus alienum cibum: In paraſitos dictum, quibus iucundum eſt aliena vinere quadra. Non conueniunt libertas & cibus alienus, quod eleganter indicat apologus de mure ſylueſtri & domeſtico. Quin & Græcis prouerbiali verbo μυσταλλᾶν dicuntur, qui muris in morem cibi cauſa obambulant oberrantq;: indicauit hoc Heſychius, Eraſm. Nos de verbi μυσταλλᾶν ſignificatione in a. diximus, quæ eſt huc illuc diſcurrere, aut diſcurrendo aliquid perquirere, cibi vero cauſa id fieri grammatici non addiderunt: ego quemuis curioſum hominem & temere diſcurrentem, non paraſitum ſolum, μυσταλλᾶν dixerim. Metuit omnia, ſi vel mus obſtrepat, Ὁ θεὸς δείλαιος πάντα καὶ ψόφου μῦς, refertur ab Ariſtotele 7. de morib. ad Nicomachum: de vehementer timidis: appellat autem hanc timiditatẽ δειλίαν, hoc eſt ferinam. Meminit Eraſmus in prouerbio, In pulicis morſu deum inuocat.

Mons parturiebat, deinde murem prodidit, Ὄρος ἐτέκετο, εἶτα μῦν ἀπέκτεινεν, Senarius prouerbialis dici ſolitus in homines glorioſos & oſtentatores, qui magnificis promiſſis, cum vultus veſtitusq; authoritate miram de ſe mouent expectationem: verum vbi ad rem ventum eſt, meras nugas adferunt. Vtitur hoc adagio Lucianus in libello Quemadmodum oporteat hiſtorias conſcribere. Athenæus in lib. 14. refert quòd Taccha rex Ægyptiorum huiuſmodi ſcommate tetigerit Ageſilaum Lacedæmoniorum regem cum ad eum veniſſet, ſuppetias illi laturus in bello. Ὄρος ἔτεκε, τὸ δ' ἐπὶ τοῖσιν μῦν, (Carmen videtur anapæſticum.) Erat autem Ageſilaus puſillo corpore. Poſtà dicto offenſus, reſpondit, Θεσσαλικὸς εἶ καὶ πονηρὸς ἰατρός. Poſt euenit, vt exorta ſeditione apud Ægyptios, cum Ageſilaus non adeſſet regi, coactus ſit ad Perſas fugere. Vtitur & Horatius in Arte poëtica: Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu? Parturient montes, naſcetur ridiculus mus. Porphyrion ex Aeſopi apologo quopiam natum exiſtimat, is fertur ciuſmodi. Cum olim quidam rudes atq; agreſtes homines viderent in monte terram intumeſcere moueriq;, concurrunt vndiq; ad tam horrendum ſpectaculum, expectantes vt terra nouum aliquod ac magnum ſpectaculum ederet, monte nimirum parturiente, foreq; vt Titanes rurſum erumperent, bellum cum dijs redintegraturi. Tandem vbi multum diuq; ſuſpenſis attonitisq; animis expectaſſent, mus prorepſit è terra, moxq; riſus omnium ingens exortus, Eraſm. Quanta Mus apud Piſam, Οἷα μῦς ἐν Πίσῃ, ſubaudi tulit, aut ſimile quippiam. De ijs qui vincunt, & optatis potiuntur: ſed non ſine ſummo negotio, neq; citra magnum incommodum ſuum Suidas natum ait ab athleta quodam, ſeu pugile Tarentino, qui in Olympiacis certaminibus apud Piſam, ſemel duntaxat victor diſceſſit, idq; plurimis acceptis plagis. Eraſm. Meminit Suid. Mus picem paſtans, Μῦς ἀπὸ πίσσης γλύφων, (al' γλύπτων, & ſic pars ſenarij videtur.) Quidam (Suidas) aiunt dici ſolere in eos qui cum antea fuerint audaculi & confidentes, poſtea periculo deguſtato, planè (αἰδέσιμοι) timidi videntur. Nondum ſatis liquet, vtrum à mure in picc deprehenſo ſit translata allegoria, ſicuti placet Diogeniano: an ab illo de quo meminit Herodotus primo libro in pice deprehenſo, atq; ita pœnas dante: an à pugile illo Tarentino, de quo modo dictum eſt, vt in πίσσῃ ſit allaſio ad nomen vrbis apud quam celebrantur certamina. Νῦν δὴ τοῦτ' ἐκ μυὸς φασὶ Θεσσαλοῦ γλύμμα πίσσης. Sed quouis referas, ſignificatur experientiam malè ceſſiſſe. Siquidem mus imperitus, ſi quando in picem incideriſ, aut perit, aut vix eluctatur, ac deinde periculi memor timet contingere. Et pugil ante ferox & iactabundus, ſimulatq; certamen Olympiacum expertus eſt, ſenſitq; quanti conſtiterit ea victoria, deinceps abſtinuit. Quare non intempeſtiue dicetur in eum, quem pœnitet experimenti, aut qui rem parum feliciter tentatam, iterum aggredi refugit, Eraſm. Μῦς πίττης γλύπτων, ἐπὶ τῶν πρῶτον ἀπολαβόντων μετὰ κίνδυνον, (πεπαιδευμένων κακῶς. Heſ.) περὶ Ὅτε μῦς ἐν πίττῃ, ἀπὸ μυὸς τοῦ Ταραντίνου κακῶς Ὀλυμπιάσιν ἀπολαύσαντος, Suidas: hinc deprauatus Heſychij locus emaculari poterit.

Germanica prouerbia à mure. *Der mäſ ſidreck vnd alwãg vnder dem pfeffer ſyn*, Muſcerdę ſemper intermiſceri volunt piperi: Huic reſpondet quo Græci Latiniq; vtuntur, Corchorus inter olera. *VVer mit katzen jagt der fachet gern mäſ*: Qui cum felibus venatur, vt plurimum mures capit: Corrumpunt mores bonos colloquia prauа. *Art laſſt von art nit, die katz laſſt jrs mauſens nit*: Ingenium relinqui non poteſt, nec feles captandis abſtinere muſculis: Naturam expellas furca, tamen vlq; recurrit.

Apologi. Fabula ruſtici & vrbani muris, quam deſcribit Horat. 2. Serm Sat. ſexta, notior eſt quàm vt adſcribi debeat. Κοιμωμένῳ λέοντι αἰγείης χαίτης. Διέθραμμι μῦς. ὁ δὲ λέων ἐθυμώθη. Φέλξας δὲ χαίτην ἔκτης φιλάδος κολίης, Babrius vt Suidas citat in voce Φελξιχαίτης. In fabulis Aeſopi atq; carminibus Babrij leo dormiens fingitur, cuius mus percurrens cerniceм, ex ſomno hunc excitauit perturbatum. Vulpi autem ridenti leo reſpondit, Οὐ μῦν πτοεῦμαι, τὸν δὲ μῦν ἐκτρέπω, Non mutem timeo, ſed motum exhorreo, Tzetzes 13. 490. De monte parturiente & emergente mure apologum recitani ſuperius inter prouerbia. Fabula de felem mulierem mutata, & ſponſa cum eſſet muremperſequente, vide ſupra in Cato. Οἱ δὲ μῦς νῦν ἐρχῦνται, ἐφ' ἁμιλλωμένοι δ' αἷς αἰπόλοις. (ἤγουν τροφοῖς:) loquitur autem de catto ſeu fele domeſtica, Suidas in Σπανιόλαις: ſumptum videtur ex apologo quodam. Apud nos prouerbiale dictum eſt, Fele abſente mures ſaltant, aut diem feſtum agunt. Πάντως καιρὸν πάρεστι τῶν ἡτίνων εἶναι τὴν χρησιν, ὁμοῦ τὸ λέγεται τῶν μυθικῶν φώτων, ἀρκτέον τοὺς δείκνυσι, Iulianus in epiſtolis.

Egreſſi mures de cauernis ſuis auſi ſunt prouocare nos ad prælium, Iudith 14. Sic per contemptum dicebant Aſſyrij de Iudæis Bethulia egreſſis aduerſus ipſos.

DE MVRIBVS DIVERSIS.

MVRIVM permulta ſunt genera, Albertus. ZEGERIAE, Ζηγερίαι, genus quoddam murium eſt, Heſych. & Varin. In Africa tria murium genera ſunt, quorum aliqui zegerics vocantur Punica lingua, quod in noſtra pollet idem quod βασιλικοί, (Valla collies transfert,) Herodotus lib. 4.

Piſces,

Pleuri, genus murium, Heſychius & Varin.

Σκάλοπες, mures quidam quos ſpalacas vocamus, Scholiaſtes Ariſtophanis in Acharnenſibus, ſed ſpalax non alius eſt quàm aſpálax, id eſt talpa, de qua poſt Suem dicetur.

Norduegis peſtem peculiarem habet, quam leem vel lemmer vocant patrio ſermone. Hæc eſt beſtiola quadrupes magnitudine ſoricis, pelle varia: hæ per tempeſtates & repentinos imbres decidunt, incompertum adhuc vnde, an ex remotioribus inſulis & huc vento delatæ, an ex nubibus feculentis temere natæ deferantur. Id compertum eſt, ſtatim atq; deciderunt, reperiuntur in viſceribus herbæ crudæ nondum concoctæ: hæ more locuſtarum depaſcuntur omnia virentia: & quæ morſu tantum attigerint, emoriuntur virulentia: viuit hæc peſtis donec non guſtauerit herbam renatam. Conueniunt quoq; gregatim quaſi hirundines auolaturæ, ſed ſtato tempore aut moriuntur aceruatim cum lue terræ, ex quarum corruptione aër fit peſtilens & adficit Norduegos vertigine & ictero: vel ab alijs beſtijs dictis lefrat (quaſi leopardis, quib. congeneres eſſe puto) conſumuntur, vnde pinguescunt & reddunt pelles aliquanto laxiores humana menſura, Iacobus Zieglerus in Schondiæ ſiue Scandinauiæ deſcriptione.

DE MAIORE DOMESTICO MVRE, QVEM VVLGO RATTVM VOCANT.

A.

MVRIS genus magnum, rattum vocamus, Albertus & Liber de naturis rerũ. Ratti quidem vox non Germanis tantum, ſed Gallis etiam, Hiſpanis, Italis & Anglis in vſu eſt. Plura de diuerſis nomenclaturis huius animantis vide ſupra in Mure A. Soricem non eſſe rattum vulgò dictum, id eſt maiorem murem domeſticum, ſed omnino ſylueſtrem, ex Plinio demonſtrabimus infra, vbi de Sorice ſeparatim agetur. Sed murem araneum quoq; à ratto differre, ex eius hiſtoria patebit: quanquam Ge. Agricola eundem eſſe indicat. Colotes, κολώτης, ſtellio eſt. Albertus vbi Ariſtoteles aſinum impugnare coloten ſcribit, rattum imperitè interpretatur. Sorex, *ratz ἰμεὶς*: hæc tria vocabula, Latinum, Germanicum, & Græcum, *ἐκ παραλλήλου* ponuntur in Lexico ſymphono Gelenij: Græcum forte apud recentiores vſurpatur: nam apud veteres nuſquã mihi occurrit, neq; in Lexicis. Hyrax quidem, ὕραξ, quo pro mure Nicander vtitur, prima ſyllaba omiſſa, ſatis cum Germanico congruit: ſed & ἰσχὼ fortaſſis quod murit genus facit Heſychius & Varinus.

B.

Rattus quadruplo ferè maior eſt mure: colore ſubniger vel fuſcus, qui ventrem verſus dilutior eſt. Capite longiuſculo, cauda procera, tenui, nuda pilis: mole corporis muſtelæ magnitudinem aſſequitur, Ge. Agricola. Ego rattum vndiquaq; albiſſimum vidi nuper apud nos captum Aprilis medio, oculis rubicundis prominentibus, barba multis & oblongis pilis hirſuta. Auguſtæ Vindelicorum circa templum diui Huldrici rattos nullos inueniri audio. Non latet in terra veluti reliqui mures domeſtici, tametſi in valle Ioachimica ex proximis domicilijs in cuniculos (fodinas) ingrediatur, & in his verſetur: alioqui hyberno etiam tempore in domibus noſtris ſolent vagari, Ge. Agricola. Affirmant quidam inueniri aliquando rattum cæteris maiorem, proceriore & latiore corpore, quià cæteris otioſus alatur. Rattorum regem, *ratzen künig* appellant. Fieri autem poteſt vt aliqui in ſenecta ſic à minoribus nutu alantur: nam & glires legimus feſſos ſenecta parentes ſuos nutrire. Ge. Agricola rattum, vt dixi, murem araneum eſſe putans, ſic de eo ſcribit: Mus araneus dictus videtur, quòd muri ſimilis ſit, & vt araneus parietes ſcandat, ſed hoc de mure araneo veterum nemo ſcripſit: rattum quidem facile per parietem aſcendere audio.

c. Cum lumen noctu ratto obtenditur, non fugit, acie oculorum quodammodo præſtricta: mures autem fugiunt.

a. Necantur iiſdem quibus mures venenis, quę in

Mure copiosè nobis explicata sunt. Capiuntur & muscipulis eisdem, sed triplo aut quadruplo maioribus. Aconita nostra ratto me frustra dedisse, dixit in Lupo.

6. Rattorum tota caro calidior & acrior est quàm murium minorum, vt ex dissectorum odore colligimus: quare magis discutere & siccare eam verisimile est, & excrementa quoq; acriora calidioraq; esse. Medici simo ratti, id est muris maioris, ad alopecias vtuntur: Venenum in cauda gestare dicitur, Obscurus. Nos muscerdarum muris simpliciter .i. minoris domestici ad alopecias vsum esse, copiosè docuimus supra in Mure 6. Ratti cum libidine accenduntur, adeò pernitiosi sunt, vt si eorum vrina partem aliquam hominis nudam attigerit, carnes eius vsq; ad ossa putrescere faciat, neq; cicatrix vlceri possit induci, Liber de naturis rerum. Alij, vt Arnoldus & Albertus, simpliciter hoc de muris vrina scribunt.

DE MVRE AQVATICO.

MVRIS quoddam genus aquatile esse audio, magnitudine ferè ratti terrestris, colore quodammodo subrufo. Germani vocant *vvassermauss*, Angli vvaterratte: Itali sorgo morgange, id est murem mergum. Galli rat d'eau. Pisces venantur, vt aiunt: & aquæ submersi per cauas quædam aliunde in terram redire creduntur: quoniam aliqui sæpe cum obseruassent submersos, diu expectantes nusquam rursus emergere viderunt. Rattus alius terrestris est, alius fluuiatilis, Obscurus. Ego non in fluuijs, nec alijs aquis magnis, sed paruis tantum, riuis & alijs versari audio. Quidam nuper in nonnullis Galliæ locis etiam in cibum admitti rattum aquaticũ mihi narrauit: quod tamen verum esse affirmare non ausim. Murem aquatici naturam ac descriptionem ab antiquis prætermissam fuisse miror: cum sit amphibium animal, atque herbosis amnium ripis frequentissimum: id autem ab ijs factum est, vel quòd eius vtilitatem illi nondum percepissent, vel quòd superfluum existimarent huiusmodi animalis genus inter aquatilia connumerare. Quanquam Plinius ea muri marino aut aquatico tribuat, quæ certè testudini debentur. Sed hoc reuera fatendum est, magnam esse huius cum ratris, hoc est maioribus nostris muribus similitudinem: hoc dempto tamen, quòd fœminæ tres excernendis excrementis (vrina, fœcibus, fœtu) meatus extorsum distinctos præ se ferant. Proinde mus aquaticus præter aliorum naturam, etiam maximos amnes natando traijcit: herbam depascitur: ac si quando ab origine sua, ac consueto domicilio recedat, ijsdem frugibus vescitur quibus & cæteri mures. Proinde Nilo, & apud Strymonem frequentissimus est: quo in loco, sub noctem, sereno tempore deambulantes permultos ex aqua in ripam concedere, & aquatiles plantas erodere, atque audito strepitu rursus in aquas demergi multoties conspeximus. Hæc Bellonius: qui figuram etiam addidit, quam nos omisimus, quòd muti maiori domestico (ratto) vndiquaque similis videatur, nisi quòd rostro est obtusiore: vt meritò rattus aquaticus appellari possit: & Germanicè *VVasserratz*. Inuenio quidem ego apud veteres quoque muris aquatici viuipari (non testudinis) mentionem factam, vt apparet ex sequentibus. In Colusis Arcadiæ fontem esse aiunt, in quo mures nascuntur terrestres, & natant in eo vitam agentes: idem in Lempsaco fieri aiunt, Aristoteles in Mirabilibus: Ego Lusis non Colusis legerim. Lusi enim (quanquam vulgati codices duplex l. habent) vrbs est Arcadiæ, teste Stephano, vbi Melampus Prœti filias lauit & insania liberauit. In Lusis Arcadiæ quodam fonte mures terrestres viuere & conuersari Theophrastus scribit, Plinius. Pausanias quoque Lusos vrbem in ea terra collocat, qua Polybius Lusas in montanis agri Clitorij. Hermolaus. In Cassiate fluuius appellatur scatebra, frigidus, in quo, vt in Arcadiæ Stymphali, enascuntur aquatiles musculi, Plinius: videtur autem non testudinum neque concharum genus, sed mures viuiparos intelligere. Magos qui Zoroastren sectantur, imprimis colere aiunt herinaceum terrestrem, maximè verò odisse mures aquaticos, (μῦς ἔνυδρος,) & quo quisq; plures occiderit, eò chariorem deo felicioremque existimare, Plutarchus Sympos. quarto quæstione vltima. Et mox, Quare Iudæi etiam si execrentur suem, occidere deberent, vt magi mures. Cæterum in Commentario de Iside, magos scribit animalia quædam boni dæmonis esse putare, vt canes & gallinas, & terrestres echinos: mali autem aquaticos esse, τὰς ἐνύδρους ἴσως: lego τὰς ἐνύδρους μῦς, ex superioribus locis. An vero aquaticos mures intelligat illos de quibus hic scribimus, incertum est: ego testudines aquaticas potius, (nam has quoq; mures appellant,) intellexerim.

MVS PEREGRINVS.

MVSCVM, qui & nunc in delicatiorem vsum venit, ab Hieronymo diei quandoque peregrinum murem sunt qui opinentur, Cælius. Muscus, & œnanthe, & peregrini muris pellicula, Hieronymus ad Demetriadem. Quis autem sit peregrinus mus, inquit Hermolaus, odorata celebratus pellicula, non video: nisi quis animal hoc intelligat ex quo zibettum excipitur. Atqui nos zibetti animal longe diuersum à mure esse post Pantheræ historiam demonstrabimus. Mihi quidem verisimile sit hoc ipsum animal ex quo moschus odoramentum funditur, Hieronymum genus muris esse putasse. historia eius tanquam rei nouæ & ex alieno orbe aduectæ nondum cognita, ad quam opinionem nominis etiam vicinitas allicere potuit. Accedit quod in pelliculis animantis fumi adferri soleat. Quin & Raphaël Volaterranus, vir alioqui doctus & nostri ferè sæculi Murem illum, inquit, qui odoratus vulgò habetur, murem muscum Hieronymus in epistolis vocat: & in alia epistola murem peregrinum. Apud Italos quidem hodie odoratum quendam murem MOSCHARDINVM appellari audio: sed illum in Italia reperiri, nec peregrinum esse. Ruellius in historia sturpium mures simpliciter moschi odore recrementum aliquando excernere scribit.

DE MV-

DE MVRIBVS ACRESTIBVS.



A.

MVRES agreſtes in terra habitant, duorum generum, rubeus & niger, Albertus. Effigies quam damus (in fine libri) muris agreſtis maioris eſt, qui terram fodiēdo hortos & agros populatur. Eiuſdem generis alij minores ſunt, domeſticis ſimiles, magis ruſſi, quales me in alpibus etiam vidiſſe puto. Caterum ſylueſtres aut ſyluaticos mures, quorum generis & ſorex eſt, eos voco, qui non in aruis & locis cultis aratíſue, ſed in ſyluis habitant, de quibus infra ſeparatim agam. Mus ſubterraneus, quem alij agreſtem vocant: Seruius à Cicerone nitedulam putat nominari, Ge. Agricola. Vt illa ex vepreculis extracta nitedula remp. conaretur arrodere, Cicero pro S. Seſtio. Nitedula quidē eſt etiam cicindela dicta, ex inſectis, quæ noctu lucet. Sæpe exiguus mus. Sub terra poſuitq; domos, atq; horrea fecit, Vergilius in Georgicis. Murem agreſtem Marcellus empiricus nominat: Item Plinius, Mures agreſtes (inquit) à ſerpentibus læſi condrillam eſſe dicuntur. Palladius tum agreſtes tum ruſticos mures eoſdem nominat. Ἀγρεῖοι μῦες, mures qui agros aut arua habitant, (quaſi aruales aut aruenſes dicas,) Heſychius & Varinus. Gaza μῦας ἀγρεῖους ex Ariſtotele ſorices reddit, quod non probo: ſorex enim ſylueſtris non agreſtis eſt, vt in eius hiſtoria dicam. Sorices hyeme ſæpe dormientes deprehenduntur, mures agreſtes non item, Κλεπτ-, μῦς χερσαῖ-, Heſychius: alij interpretantur animalculum vitibus noxium, Varinus. Myagros viri nomen eſt, vt diximus in Mure a. item herbæ: compoſitionis quidem ratio mucem ſylueſtrem inſinuat, vt ſyagros aprum ſylueſtrem. Græci agreſtis ſylueſtriſq; differentiā non ita obſeruare vt Latini videntur: nam ἄγριον pro vtroq; vſurpant: aliquando tamen diſtinguunt, agreſte ἀγρεῖον dicentes: ſylueſtre ἄγριον, ſiue id in ſyluis, ſiue alijs locis incultis & ab hominum conuerſatione remotis ſit. Latini etiam ſæpe non diſtinguunt. Γυγγύλιξ, γλίρ-, ἀγρεῖ- μῦς, Heſych. & Var. glirem intelligo qui & ſylueſtris mus, non agreſtis, dici poteſt. Spalacem quoq; vel aſpalacem, id eſt talpam, τυφ- ἀγρεῖος μῦς interpretantur Grammatici. Germani murem illum agreſtem, cuius figuram pro hoc loco in fine libri adijciemus, varijs nominibus appellant: vt ſunt, *feldmuſs* (quo nomine etiam Angli vtūtur) id eſt mus campeſtris: (habent & Itali quē murem campaignolo nominant, haud ſcio an eundem: ſed differre puto: audio enim ſic dictum, campaignolum murem, paruum & elegantem eſſe, cauda non glabra, ſed piloſa: & aliquando cicurari. Mus agreſtis, id eſt qui in campis inuenitur, Marcellus:) *erdmuſs*, id eſt mus ſubterraneus. *Nuelmuſs* vel *nielmuſs*, quòd terram fodiendo pedibus reijciat talparum inſtar: & eandem ob cauſam *ſchorrmuſs*, alijs *ſchoormauſs*, & *ſtoſsmuſs*. & *luckmuſs*. Item à loco *ackermuſs*. cui maioris minoriſque differentiam addunt, maior eſt, cuius imaginem dedimus. Gallicè mulot vocari audio.

B.

Non multo minor eſt ratto, quin caudam vt ille longam habet ac craſſam, Ge. Agricola. Auriculis rotundis, capite magno rotundo nec eminente roſtro, colore fuſco ad latera ruffo, barba medio inter os & oculos loco rigente. Minoribus agreſtium breuis eſt cauda. Amicus quidā noſter medicus perquam eruditus complures mures ex putredine natos in prius diſſeruit, & vnum rectum ac ſimplex eorum inteſtinum, non vt aliorum conuolutum ſe deprehendiſſe mihi narrauit: ſumpſerat autem occaſionem ex Baſſiani Landi lib. 2. de humana hiſtoria, vbi ille muribus ex pueri materia genitis inteſtina recta eſſe ſcribit.

C.

Naſcitur omne genus muris de terra, licet etiam ex coitu ſui generis generētur. Vnde in terris Aegyptijs quando pluit plurimi generantur, Albert. Iuxta Thebaidem Aegypti quum Nili ceſſauit inundatio, calefaciente Sole limum ab aqua relictum, multis in locis ex terræ hiatu multitudo muriū oritur, Diodorus Sic. Et mox. In Thebaidis agro certis temporibus multi ac magni generantur mures: qua ex re plurimum ſtupent homines, cum videant quorundam anteriorem, vſq; ad pectus & priores pedes, murium partem animatā moueri, poſteriori nondum inchoata, ſed informi. In Thebaide cum grandine pluit, mures in terra apparere audio, qui partim etiā nunc cœnum limoſum, partim iam caro exiſtunt, Aelian. De muribus qui cum pluit in Aegypto naſcuntur, & incolarum ſupplicationibus Deo factis ab agris ad montem auertuntur, Aeliani verba recitabo infra in Aegyptiorum mentione, vbi agam de muribus diuerſis ſecundum regiones. In Aegypto mures de terra & imbre naſcūtur, Macrob. Deturgente Nilo muſculi reperiuntur inchoato opere genitalis aquæ terræq; , iam parte corporis viuentes, nouiſſima effigie etiamnū terrena, Plin. Alicubi è terra mures progigni, qui mox per coitum mirè excreſcant, Auicenna ſcribit, Cælius. Sunt qui aſſerant omne animal idē ſpecie ex ſemine & ex putri materia fieri poſſe, tum

Digitized by Google

perfectum tum imperfectum. Quo posito, concedendum esset ex putri materia orta animalia, alia eiusdem speciei per coitum generare, & illa item alia, & sic in infinitum. Huius sententiæ Euripides & Auicenna fuerũt, propter vniuersalem hominum interitum ex diluuio. Alij dicunt perfecta animalia nequaquam fieri posse ex putri materia: imperfecta autem eadem specie ex putri & ex semine, vt mures qui ex putri materia orti generant mures eiusdem speciei: atq; ita senserunt Albertus & Aponensis, tanquam ex Aristotelis opinione. Verum Aristoteles ait sic (ex putri materia) nata generare quidem, sed animal specie diuersum, à quo nihil amplius gigni possit, (ne procedatur ad infinitum.) Quamobrem concedo quidem (inquit Niphus) mures produci posse ex materia putri quæ in nauibus reperitur, & copiosissimè quidem, eosq; coëundo rursus alios generare, non tamen eiusdem speciei, sed alterius, & qui vltra genera re nequeant. Mures ex putredine nati, generant quidem & ipsi, sed quod ex eis generatur nec mas est nec fœmina: nec amplius generat, Hieronymus Gabucinus. De muribus Caspijs qui segetes succidunt, & fructus in arboribus populantur, dicam infra inter Mures diuersos secundũ regiones. Mus agrestis non semper in terra latet, sed nonnunquã egreditur, etsi rarius, Ge. Agricola. Tumulos terræ instar talpæ excitat. Corrodit, imò exest, planeq; interdum consumit radices lupuli, pastinacæ, rapæ, & reliquorum leguminum, Ge. Agricola. Radicibus tantum vescuntur, nec profundos agunt cuniculos, (sed statim sub cespite ac superficie fodere pergũt, vt inambulantes laxam suspensamq; terram & vestigijs cedentem percipiant) quorum introitus si quis fossorio aperiat mox reparant ac retegunti quod & talpæ faciunt, sed tardius, secundo interdum vel tertio demum die. Cognito igitur mures subesse, inde quòd foramina breui retexerint, iterũ tribus aut quatuor locis aperiuntur, expectaturq; vt cum ad retegendũ venerint, ligone aut fossorio in proximum post eos locum inflicto vnà cum terra aut cespite eijciantur, eiecti conculcantur aut aliter occiduntur. Aliqui gramẽ in introitum inserunt, quod dum retrahere mus conatur, malleus ligneus in terram proximo post eum loco adigitur, vt foramine occluso & regressu ei negato capiatur. Castanea subterraneis animalibus sicut muribus & talpis infestatur, propter quæ sæpe nouella castaneta caluescunt, Ruelius. Mures agrestes à serpentibus læsi chondrillam esse dicuntur, Plinius.

Mirum percipimus ortum (inquit Aristoteles) redundantis agrestis murium generis. locis enim compluribus agri tam inaudito modo oriri solẽt, vt parum ex vniuerso frumenti relinquatur. tam citò absumitur, vt nonnulli mediocres agricolæ, cum pridie metendum statuerint, postridie mane cum messoribus accedẽtes ad segetem, absumptam inueniãt totam: interitus autem minime euenit ratione: paucis enim diebus omnino abolentur, quanquam superiore tempore homines vincere vel sufficiendo, vel sues, vt latibula effoderent, admittendo, nõ possent. Quinetiam vulpes eos venantur, & cati syluestres in primis: sed tamen superare copiam, & celeritatem prouentus nequeunt: nec aliud quicquam omnium vincit, nisi imbres: ijs enim quamprimũ intereunt. Audio mustelas valde persequi mures sylueſtres, ita vt meatus etiam hypogeos eorum subeant, vt viuerræ cuniculorum. Myagros vel myotheras anguis mures in pratis venatur. Plinius de numerosa murium domesticorum fœcunditate locutus, & quòd vel sale gustato fieri prægnantes aliqui opinentur, subdit: Itaq; desinit mirum esse, vnde vis tanta messes populetur murium agrestium: in quibus illud quoq; adhuc latet quonã modo illa multitudo repente occidat. Nam nec exanimes reperiuntur, neq; extat qui murem hyeme in agro effoderit. Plurimi ita ad Troadem perueniunt, & iam inde fugauerunt accolas. Prouentus eorum siccitatibus tradunt: & iam obituris vermiculum in capite gigni, Plin. Patrijs sedibus quosdam Italiæ populos incursio murium agrestium expulit, (quod & Diodorus Siculus scribit lib. 4. de antiquorum gestis) atq; in fugam compulit. Quòd sanè sic segetes & plantas, tanquam summa siccitas, aut teterrimum frigus, aliaue tempestas vastarent, radices succidentes, Aelianus. Cosas Hetruriæ ciuitatẽ mures destruxère, Volaterran. Cossa oppidũ est Vmbriæ, Plinio 5. 3. Orbitellum hodie. Caleni vidimus quòd vna nocte totum campum segetis plenum mures absumpsêre, Niphus. In Hispania ingens est murium multitudo, vnde pestilentes sæpenumero secuti sunt morbi. Hoc aduersus Romanos aduenit in Cantabria, vt essent qui accepta mercede mures venarentur, & quantitate designata. salutem vix assequerentur, (καὶ μυοθηρεύοντες μετὰ μίσθου ἐλαχίστου, διεσώζοντο μόλις,) Strabo lib. 3. Theophrastus author est in Gyaro insula cum incolas fugassent, ferrum quoq; rosisse eos, Plin. Et alibi, M. Varro auctor est ex Gyaro Cycladum insula incolas à muribus fugatos. Cum Palæstini arcam Domini captam apud se detinerent in ciuitate Azoto, incolæ crudeli dysenteria affecti sunt, & prouinciam consurgens multitudo murium deuastabat, vt legimus Samuelis seu Regũ primo: & apud Iosephum ab initio libri sexti Antiquitatum. Aeolij & Troiani murium abundantia infestati, Sminthco Apollini sacrificarunt, vt in Mure supra retuli in h. Et de muribus ex Heraclea Ponti insulæ recedentibus cum vuæ sunt maturæ, & post autumnum reuertentibus, ibidem. Cum Sanacharibus Arabum Aegyptiorumq; rex Aegyptum inuaderet, Vulcanus in exercitum eius noctu vim agrestium murium immisit, qui militum tum pharetras, tum arcus, tum scutorum habenas abederunt, ita vt postera die hostes armis exuti fugam fecerint, multis amissis, Herodot. lib. 2. Chalcidenses incoluerunt etiam Cleonas, Elymnio Athi montis ciuitate pulsi, vt fabulis proditum est, à muribus, qui omnia illorum bona ita deuorabant, vt neq; ferro parcerẽt. Heraclides. Timidi sunt etiam agrestes mures, sed domesticis audaciores, Aelianus.

Mures abiguntur cinere mustelæ vel felis diluto, & semine sparso, vel decoctarum aqua: sed redolet virus animalium eorum etiam in pane: ob id felle bubulo semina attingi vtilius putant, Plinius. Aduersus mures agrestes Apuleius asserit semina bubulo felle maceranda antequam spargas, Pallad. Apuleius (vt in Geopon. Græc. legitur) commendat fel bubulum, quo si tinganur semina, vt ait, non infestabuntur à muribus. Satius tamen est per dies caniculares eicutæ semen cum veratro, aut agresti cucumere, aut hyoscyamo, aut amaris amygdalis & nigro elleboro contundentes, atq; ex æquo farinæ miscentes, subigentesq;, oleo, id ipsum cauernis agrestium murium adponere: pereunt vbi primum gustauerint. Hyoscyami albi semine simpliciter mures necari Auicenna scribit: verisimile est autem ijsdem medicamentis agrestes interire, quibus & domestici, quorum venena copiosè in Mure explicauimus. Nonnulli rhododaphnes folijs aditus eorum claudunt, qui rosis his, dum in exitu nituntur, intereunt, Pallad. Qui ex Bithynis (inquit Apuleius) rerum experientia valent, folijs rhododaphnes meatus murium obturant, vt dum exire contendunt, ea contrectent dentibus: quæ quidem vbi contigerint, pereunt. Sed chartam nactus, quæ sequuntur inscribito. Adiuro vos omnes mures qui hic consistitis, ne mihi inferatis iniuriã, aut per alium eam mihi inferri patiamini. Assigno enim vobis hunc agrum (quem tunc nominas) in quo si vos posthac deprehendero, Matrem deorum testor, singulos vestrum in septem frusta discerpam. Hæc vbi scripseris, alliga chartam ipsam loco, quem obsident mures, idq; ante Solis exortum: sic tamẽ vt characteres extrinsecus ap-

parcant

pareant conſpicui, nimirum lapidi natiuo adhæreſcente charta. Scripſi hæc (inquit author Geoponicorum) ne quicquam præterire viderer. nec probo quidem vt fiant talia, ſed potius conſulo omnibus ne adijciant animum alicui horum quæ digna ſunt riſu. Mures ruſticos, ſi querneo cinere aditus eorum ſatures, attactu frequenti ſcabie occupabit ac perimet, Palladius.

c. Muri agreſtis, id eſt qui in campis inuenitur, combuſti cinis contritus, & cum melle adſidue inlitus, aciem oculorum caligine extenuata confirmat, Marcellus.

b. Ariſtophanes in Acharnenſibus Athenienſium inopiam vel malitiam notans, ait eos, vbicunq; in agrum aliquem venerint, paxillo allia effodere, ὡς ἀγρεῖοι (γένοι, Scholiaſtes) μύες.

DE MVRE SYLVATICO.

SYLVESTRIS aut ſyluatici muris Plinius aliquoties meminit ſed in remedijs tantum. Differre autem illum ab agreſti præcedenti capite diximus, quòd non rura & locos cultos vt agreſtis habitet, ſed ſyluas & nemora. Sylueſtrem murem Græce μῦν ἄγριον dixeris, vt agreſtem ἀγρεῖον. Γαγγλίξ, μῦς γε ὁ ἄγριος μῦς: ego glirem intelligo, qui de genere murium ſylueſtrium eſt. Plinius quidem ex glire & mure ſyluestri, etiam remedium idem facit, vt mox recitabo. Sed quoniam ſorex quoq; mus ſyluestris eſt, eundem eſſe crederem, niſi vnus Plinij locus obſtaret, vbi cum muris ſyluestris cinerem ad claritatem oculorum commendaſſet, mox in eundem vſum ſoricis quoq; cinerem prædicat, vt inferius inter remedia ex mure ſyluestri recitabo. Ge. Agricola magnæ doctrinæ vir, murem ſyluestrem interpretatur murem illum, cui noſtri ab auellanis nomen imponunt: ſoricem verò illum facit, quem ego inferius murem aranеum eſſe docebo. Ego muris ſyluestris propriè dicti genera duo eſſe video: Vnum, de quo Albertus ſcribit, Muris quoddam genus in arboribus habitat, fuſcum, nigris in facie maculis: quod generali tantum nomine mus ſyluestris appelletur. De eodem Plinius intellexit, ni fallor, cum ſcribit, Fagi glans muribus gratiſſima eſt, & ideò animalis eius vnà prouentus. Alterum, quod priuatim ſorex nominetur, quod Plinius per hyemem dormire ſcribit. & caudam habere villoſam: cuius figurã ſubijcimus. Sed vt diſtinctius agam quæ de mure ſyluestri Plinius prodidit, ſeparatim hic adſcribam, poſtea de Mure auellanarum etiam quæ noſtri tradunt, & ipſe obſeruaui, ac de Sorice demum ex veteribus priuatim ſcripturus. Attritis medetur cinis muris ſyluatici cum melle, Plin. Oſſibus fractis, caninum cerebrum linteolo illito ſuperpoſitis lanis, quæ ſubinde ſuffundantur. ferè quatuordecim diebus ſolidat: nec tardius cinis ſyluestris muris cum melle, aut cum vermium terrenorum cinere, qui etiam oſſa extrahit, Plin. Pernionibus imponitur ſeuum pecudum, &c. quòd ſi putrida ſint vlcera, cera addita ad cicatricem perducunt, vel grillorum (glirium vel ſoricum cinis ex oleo, Marcell.) crematorum fauilla ex oleo: item muris ſyluatici cum melle, Idem. Murium capitum caudarumq; cinere ex melle inunctis, claritatem viſus reſtitui dicunt: multoque magis gliris aut muris ſyluestris cinere, Plin.

DE MVRE AVELLANARVM.

A.

MVs auellanarum vt noſtrates vocant, *ein haſelmuſ*, nõ alius quàm Plinij ſorex mihi videtur, vt præcedenti capite dixi: quoniam verò ſoricem alij alium faciũt, ſeparatim de vtroq; agere volui. Noſtrorum aliqui glirem quoq;, vel gliris genus, (hoc eſt maiuſculum ſyluestrem, pinguem & eſculentum murem) auellanarum murem vocant, ſed maiorem, *ein groſſe haſelmuſ*. Genus illud, cuius hîc appoſita eſt figura. corylinum Albert. vocat, à corylo arbuſto, cuius fructus ſeu nuces auellanæ dicuntur. his enim præcipuè veſcitur. Flandri vt audio, vocant *ein ſuepratte*, id eſt rattum dormientem, vt Angli dormus, id eſt dormientem murem. Galli lerot, cuius ſomniculoſa natura etiam in prouerbium eis abijt: falluntur qui glirem Gallicè lerot interpretantur, cum conſtet murem ſic appellatum non edi: niſi forte vtrunque genus in diuerſis locis ſic appelletur, propter ſimilem dormiendi naturam.

B.

Muris genus corylinum ruheum eſt, & cauda piloſa, Albert. Magnitudine corporis non differt à ſciuro, verum colore qui ei fuſcus eſt: & cauda, quam non habet villis conferram & plenam ſed ab eis nudam vt cæteri mures, Ge. Agricola. At quem noſtri murem auellanarum vocant neq; ruheus eſt, vt Albertus ait: neq; cauda glabra, vt Agricola. Ego & viuum aliquot dies nutriui, & occiſum diligentius inſpexi: hunc ipſum ſcilicet cuius iconem adieci. Magnitudo & forma ratti erat, color murinus per tergum & latera, magis ruffus, præſertim in capite, auri-

culæ magnæ, glabræ, (Plinius quidem forici pilosas tribuit,) venter candidus: & eodē colore crura, & cauda parte inferiore extremitatem versus, nares & pedes rubicundi, cauda tota hirsuta, (quod Albertus etiam de hoc mure, de forice Plinius scribit) & qua desinit albis densisq; villis condita. Oculi maiusculi, eminentes, nigerrimi, ita vt nihil ferè candidi in eis appareat, barba partim alba, partim nigra. Color niger infra supraq; aures & circa oculos, & in posteriore parte caudæ superioris. Pedum anteriorum digiti quatuor, pollex enim mutilus est, posteriorum quini. Posteriorum crurum pars auersa siue supina à suffragine per totam tibiam ad extremos vnguiculos glabra est. Odor quidem in hoc genere, & excrementa, ita se habent vt in domesticis muribus.

C.

Mus syluestris non tam in arboribus latet, quas vt sciurus scandit, quàm in terra, in cuius cauernas congerit fructus: in primis verò nuces auellanas, & eas quidem optimas. quare apud Germanos ex corylo nomen inuenit. nam ei non pro cibo somnus, sed prouisum pabulum, Ge. Agricola. Mihi quidem rustici aliquot fide digni affirmarunt hunc murem à fine autumni ad veris vsque initium dormire: vnde & nomen ei apud Flandros & Anglos à dormiendo positum. Plinius etiam forici hyemem dormiendo transigi scribit.

E.

Rustici cauernas istorum murium infixis designant virgis, vt his infidicibus hyemis initio effossuri vtantur, caueas enim seu cellas subterraneas satis amplas habent, vbi auellanas congerunt, omnes quidem bonas & integras, relictis vitiosis.

F.

In cibum non admitti certò scio: quamobrem errant qui eundem glirem putant.

G.

Remedia eadem ei attribuerim quæ Plinius muri syluatico, paulò ante nobis enumerata, quoniam & animal ipsum vel idem est, vel omnino cognatum.

DE MVRE NAPELLI.

MVs etiam napelli, si quis est ad syluestres referendus videtur Surinus, aliàs succinus, (ego vocem vtranq; deprauatam puto pro bismus) mus est paruus, antipharmacum napelli, Syluaticus & Vetus glossographus Auicennæ. Napelli enim radicibus pascitur, vt aiunt. Alij non animal, sed herbam iuxta adnasci scribunt, quæ vim illam napello contrariam possideat: cui sententiæ etiam ipse accesserim. nam & apud Marcellum empiricum torax & antitorax, hoc est napelli & antinapelli herbarum nomina legimus: & eadem hodieq; durant. Quanquam Matthæolus hunc murem sibi in altissimis montibus iuxta napellum deprehensum tradit, sed non describit. Plura lege in Lupo a. vbi de aconito & napello copiosè disserui.

DE SORICE.

A.

SORICEM mihi videri hoc genus muris esse, quod nostri ab auellanis nominant, superius dixi in capite de mure syluatico: quoniam & syluestris est, & cauda pilosa & per hyemem dormit, quæ omnia forici Plinius adscribit, hoc tantum impedit, quod forici Plinius pilosas tribuit aures: ego nostrum auellanarium, vt ita dicam, murem, glabras habere puto, sed reliquæ tres notæ maiores sunt, quàm vt vna tantilla impedire debeat. Mus exiguum est animal, incola domus nostræ, qui à sono quem rodendo facit, Latinè etiam forex vocatur: quamuis aliqui ita distinguant vt mus domesticus sit, forex syluestris, Sipontinus. Itali quidem & Galli soricis nomen pro mure domestico etiamnum seruant: & forte etiam veteres aliquando sic vsi sunt. In Arcadia, inquit Varro, sus fuit ad ò pinguis, vt in eius corpore forex exesa carne nidum fecerit, & pepererit mures, Soricis ciccinoris fibras cum Luna augeri ac minui, ita vt numerus respondeat Plinius scribit, & alibi idē de mure. Item si castratus emittatur fugari cæteros, de forice Plinius, de mure Auicenna scribit. Sorex syluestris est mus, maior domestico, Fr. Alumnus. Plinianus quidē & propriè dictus sorex, neq; minor neq; maior domesticus mus est: vtroq; enim modo aliqui interpretantur, sed falsò, vt apparet, quum notæ soricis supradictæ neutri conueniant. Muris quoddam genus ruheum est, breui cauda, acutæ vocis, quod propriè sorex vocatur, & est venenosum: quam ob causam non capitur à catis, Albertus: Sed hunc murem araneum esse, à nostris vulgò *ſpitzmuſi* vel *mitzer* dictum, inferius demonstrabo. Quanquam & Ge. Agricola nostrum *ſpitzmuſi* murem araneum esse suspicatur, & Carolus Stephanus in Vineto murem araneum à forice non distinguit. Μῦες ἀιγοφαγοι Gaza ex Aristotele sorices vertit: quod non probo, cum Plinius mures agrestes interpretetur, de quibus supra diximus. Hispani soricem, vt amicus quidam ad nos scripsit, vocant force, vel raton pequènno: sed quærendum est an id nomen muri araneo potius cōueniat vt Illyricum etiam niemegka myſ quo soricem significari itidem ex amici cuiusdam literis accepi. Sorex Latinum est vocabulū, eo quòd animal huiusce modi rodat, & in modum serræ præcidat. Isidorus. Sed coniecerit aliquis etymon esse Græcum, vt à voce ὕραξ (sic murem Nicander appellat) aspiratione in ſ consonantem versa, vt ab ὑπερ, super, sus, &c. fiat syrax & sorex. Rattum Illyrica lingua sczurck vocat quasi soricem. Caulem pro cole, sauricem pro forice dicimus, Seruius.

B.

Aures soricibus pilosæ sunt, Plinius. Soricum fibras respondere numero Lunæ exquisiuēre diligentiores, Idē lib. 2. Idem alibi de fibris in iecore murium scribit. Vide in Mure a. Boum caudis longissimus caulis, idem ferosus est veterinis: leoni infima parte, vt bubus & sorici, Plin.

Sorices

C.

Sorices & ipſos hyeme condi author eſt Nigidius, ſicut glires, Plin. Sorex deſticat. Author Philomelæ. Egomet meo indicio miſer quaſi ſorex perij: Verba ſunt Parmenonis Terentiani in Eunucho, qui deluſus à Pythia prodiderat ſe ſeni. Donatus admonet eſſe prouerbium in eos qui ſuapte voce produntur. Atq; hinc exiſtimat ductam eſſe metaphoram, quòd ſoricum proprium ſit vel ſtridere clarius quàm mures, vel ſtrepere magis cũ obrodunt friuola, ad quam vocem multi ſe extendentes, quamuis per tenebras noctis transfigũt eos. Vſurpat hoc adagium D. Aurelius Auguſtinus in primo de ordine lib. erga ſuum Licentium, qui dum pulſata tabula, ſoricẽ ſtrepitu abſterret, ipſe ſeſe prodebat Auguſtino quòd vigilaret. Alluſit eodem Origenes homilia in Geneſim tertia: Sed videbor, inquit, ipſe meis indicijs captus, Eraſm.

D.

Formicoſam arborem ſorices cauent, Plinius 10.71. Sorices & ardeolæ inuicem fœtibus inſidiantur, Ibidem. Tranſtulit autem hæc Plinius ex Ariſtotelis lib. 9. de hiſtor. anim. cap. 1. vbi legitur, Πόλεμος δ' ἐστὶν ἱππου ἡ ἰρωδιῷ, πρὸς ἀλλ' οὐ πολλοὺς ἐστὶν ποιῆσαι ἡ ἰρωδιόν, vbi Gaza hippon vertit piponem auem.

E.

Scripſerunt quidam ſorices fugari, ſi vnus caſtratus emittatur, Plin. Hoc Aggregator ex Plinio citans, nõ ſorices ſed mures ita fugari ſcribit, vt Auicenna quoq;, vt recitaui in Mure B. Ne ſorices vel mures fædant vites, quæ ſecundum ædificia ſunt, docet Columella libro de arborib. cap. 15. cuius verba recitabo infra in Mure aranco A.

G.

Si oculi nigri naſcentium placeant, ſoricem prægnanti edendum exhibent, Plinius. Si prægnans artus captiui ſoricis edit. Dicuntur fœtus nigrantia lumina fingi, Serenus. Paralyſin cauentibus, pinguia glirium decoctorum & ſoricum vtiliſſima tradunt eſſe, Plin. Murium capitum caudarumq; cinere ex melle inunctis claritatem viſus reſtitui dicunt: multoq; magis gliris aut muris ſylueſtris cinere: Cum Attico melle cinis & adeps ſoricis combuſti tritus lachrymoſis oculis plurimum confert, Plin. Glires & ſorices combuſti, & cinis eorum melli admixtus, ſi inde quotidie mane guſtent, ſanabunt qui claritatem oculorum deſiderant, Sext. Glirium (gryllorum, Plinius: quod minus placet) vel ſoricum cinis ex oleo impoſitus pernionibus medetur, Marcel.

H.

Sorex in maſculino genere prima producta effertur: Si prægnans artus captiui ſoricis edit, Serenus. Licinius imperator ſpadonum aulicorumq; inſolentiam mirè compeſcuit, tineas ſoricesq; palatinos appellans, Egnatius ex Aurelio Victore. A ſorice fit ſoriceus & ſoricinus: vnde ſoricinos dentes dixit Plautus, Sipontinus. Soriculata veſtis pretioſa, Plinio lib. 8. Calcagninus legit ſurculata. Vide ſupra in Mure H. a. in murinus adiectiuo. Mus ſorẽxue ſi in muſtum inciderit, quomodo curandum ſit muſtum: vide ſupra in Mure C. Heliogabalus iubebat ſibi decem milia murium exhiberi, mille muſtelas mille ſorices, Lampridius. Soricum occentu dirimi auſpicia, annales refertos habemus, Plinius. Occentus ſoricis auditus Fabio Maximo dictaturam, & C. Flaminio magiſterium equitum deponendi cauſam dedit, Alexand. ab Alexandro. Prouerbium, Egomet meo indicio quaſi ſorex perij, vide ſupra in C.

DE MVRE NORICO VEL CITELLO.

MVs Noricus (inquit Ge. Agricola) quem citellum appellant, in terræ cauernis habitat. Ei corpus vt muſtelæ domeſticæ, longum & tenue: cauda admodum breuis: color pilis, vt cuniculorum quorundam pilis, cinereus, ſed dilutior. Sicut talpa caret auribus, ſed non caret foraminibus, quibus ſonum vt auis recipit. Dentes habet muris dentium ſimiles Ex huius etiam pellibus, quanquã non ſunt pretioſæ, veſtes ſolent confici, Hæc Agricola: Interpretatur autem Germanicè *pile*. Mus quidam colore ferè ſicut cuniculi, magnitudine muſtelæ, in terra habitat in Auſtria, & vocatur apud nos *zyſel* (lege *zyſel*.) aures non habet, ſed tantum foramina auditus, Albertus de animalibus 2. 1. 5. Et alibi in nonum Ariſtotelis librum capite 34. Noctuæ, inquit, venantur mures, & lacertulos, & ceacoydolos quod genus eſt muris *zychel* (lego *zyſel*) apud nos dictum. Græcè legitur, μῦς & σαύρας, & σφονδύλας, id eſt mures, lacertas, & ſphondylas: Gaza verticillos interpretatur: ſunt autem inſecta. Citellus vox ficta eſt ex Germanica *zyſel*. Aliqui dicunt *zeiſele* genus eſſe muris apud Vngaros, ſimile ſciuro, in terræ cauis ſe condens. Hieronymus Tragus de piloſella herba ſic vulgò dicta ſcribens citellos magnos nominat, *die groſſen zyſmeuſi*, tanquam & minores ſint huius generis. Vocant ſanè murem araneum aliqui *zyſmuſi*: ficto ad vocem quam ædit nomine. Ego eundẽ murem noſtros pellifices puto vocare *bilchmuſi*: nam & Agricola citellum Germanicè interpretatur *pile*. De etymo mihi non conſtat. Aliqui eundem appellant *groſſe haſelmuſi*, id eſt maiorem murem auellanarium, quòd auellanas ſimiliter congerat: differt autem à minore (quem ſupra deſcripſimus cum pictura) tum aliàs, tum magnitudine, tum quod in cibum venit, minor nequaquam. Bilchos mures, vt ita vocem, ex Croatia & regionibus circa Venetiam mitti audio. Ego pelles tantum vidi in pileis inde conſutis, colore fuſco ex cinereo ferè, peculiari quodam odore, vnde capiti quidam nocere putant. Pileum inde confectum, drachma ferè, aut inſuper obolo, qui aduexerat vendebat. Complures in vno cauo reperiri aiunt, circiter quadraginta interdum, cum magna auellanarum caſtanearumque copia: & eam ob cauſam à ruſticis (per hyemem puto) inquiri, vt nuces auferãt magis quàm ipſorum gratia: quanquam & ipſi in cibo lauti delicatiq; nec parui pretij habentur.

Eduntur autem tum recentes, tum in fumo ſiccati. Pellifices veſtium margines etiam his pellibus ornant & muniunt, (quod ipſi dicunt *verbraemen*.) conſtant enim pilis in ſe conſertis & firmis. Ab antris ſuis infuſo aliquo humore expelluntur citelli, vt criceti etiam & cuniculi, Albertus. Animal quod nos (Bohemi) ſyſel vocamus, criceto non omnino abſimile eſt, niſi quòd pilo veſtitur leporinum referente tam colore quàm mollitie.

Præter morem murium cicuratur nonnunquam. Illud insigne habet, quod cum sit bucculis leuiter protuberantibus, duntaxat quoties inanes sunt, tamen in eas vix credibilem numerum tritici infarciat, ceu in folles quospiam, atque ita in suos cuniculos commeatum in futuram hyemem congerat, Hæc ex Sigismundo Gelenio Bohemo cognoui.

DE CRICETO.



Effigies Cricetihæc sumpta est ex Germanico libro De quadrupedibus Michaëlis Heri.



Alia eiusdem accuratior, quam à Io. Kentmanno accepi, eo corporis habitu, quo per iracundiam esse solet, aut cum se comprimit, vt color eius (nam picturam cum coloribus ad vinum misit) in parte prona supinaq; & in lateribus appareret.

CRICETVS, vt dicunt quidam, animal est paruulum, in terra habitans, capite vario, dorso rubeo, ventre candido, pilus pelli tam tenaciter hæret, vt citius pellis de carne recedat, quàm pilus auellatur. De antro non facile extrahitur, nisi aqua feruente, vel alioquin humore infuso: & in hoc conuenit cum cuniculo & citello, de quo alibi diximus. Germanicè vocatur *hamester*: animal est valde mordax & iracundum, Albertus lib. 22. Haud scio an idem sit animal quod eodem libro in litera T. describitur, his verbis. Traher (videtur Germanica vox) animal est paruum, spatiosum (forte speciosum) rubei coloris, cuniculi magnitudine, mirum in modum pugnax & animosum: in cuius signum ad protectionem capitis & cerebri à natura galeam osseam accepit. Ego cricetum viuum nõ vidi, sed pelles olim Francofordiæ venales, quas *hamster* appellabant. Effigies quam damus desumpta est ex Germanico libro de quadrupedibus Michaëlis Heri: qui hoc animal ratro paulò maius esse scribit, colore castaneo aut spadiceo (*Lateerfarb oder braunlecht*) agilitate mira, noxio morsu, ita vt homini etiam aliquando molestum sit, perquàm iracundum & in vindictam præceps si quis vrgeat, aut à cauerna depellere conetur. Addit, aniculas quasdam adipem eius tanquam morbis quibusdam auxiliarem colligere. Audio etiam in agris circa Argentoratum reperiri, & vocari *kornfaerle*, ac si porcellos frumentarios dicas, quòd cauernas in aruis frumento consitis fodiant: pinguescunt admodum, quam ob causam porcellis forte comparantur, (quanquã & alij mures vnde hyraces Oppiano dicti, suibus rostro vel corporis forma conferuntur.) In Turingia abundant, & sæpe frumentum populati in cauernas suas congerunt: magnitudine inter cuniculum & rattum: Audaces adeò vt in hominem aliquando insiliant, & dentes cum inflixerunt vix remittant. In cibum non veniunt, sed pelles consuuntur ad vestimenta: sunt enim, vt Albertus inquit, pilorum tenacissimæ. Cn. Agricola in libro de animantibus subterraneis, cũ viuendi eam descripsisset, subdit: Illius generis est etiam *hamester*, quem quidam cricetum nominant. Etenim exilit iracundus & mordax adeò, vt si eum eques incautè persequatur, soleat prosilire & os equi appetere: & si prehenderit, mordicus tenere. In terræ cauernis habitat, non aliter atq; cuniculus, sed angustis: & idcirco pellis, qua parte vtrinq; coxam tegit, à pilis est nuda. Maior paulò quàm domestica mustela existit: pedes habet admodum breues. Pilis in dorso color est ferè leporis: in ventre niger: in lateribus, rutilus. Sed vtrunq; latus maculis albis, tribus numero distinguitur. Suprema capitis pars, vt etiam ceruix, eundem, quem dorsum, habet colorem: tempora rutila sunt, guttur est candidum: caudæ, quæ palmum longa est, similiter leporis color. Pili autem sic inhærent cuti vt ex ea difficulter euelli possint. Ac cutis quidem facilius à carne auellitur, quàm pili ex cute radicitus extrahantur. Atque ob hanc causam & varietatem pelles eius sunt pretiosæ. Multa frumenti grana in specum congerit, & vtrinq; dentibus mandit. Quare nostri hominem voracem huius animantis nomine appellant. Ager Turingiæ eorũ animalium plenus, ob copiam & bonitatem frumenti. Hucusq; Agricola. Ego inter mures potius quàm mustelas numerare volui, quod cauernas subit, & frumentum in ijs colligit: qui victus murium non mustelarum est. Sed vtri generi adscribi debeat, certius etiam ex dentibus iudicabitur: qui muribus bini anterius multum prominent, mustelis ad latera tantum canini parum præ cæteris eminent. Criceti nomen ab Illyrica voce factum conijcio. Vocant enim Illyrij hunc murem skrtecaiek, vt ex Gelenio nostro didici: qui etiam in Lexico suo Symphono, hãc vocem Illyricam, & duas Græcas, ἀγριομυῶς & κρικ@-όν περαῖον ἄλλο ponit. Κρικ@- quidẽ ab Hesychio exponitur ἀγριομυῶς, id est mus agrestis. Posset etiã cricetus ὀπὸ τ῀ κρίζειν per onomatopœiam dictus esse, quod est ποιεῖν τὴν κρίκον φωνήν. Hæc hellenola (inquit idem Gelenius in suis ad me literis) Græcè arctomys vocatur, non ideo quòd sit peculiaris Septentrionalibus tractibus, quanquam vix alibi reperitur, aut certe infrequens est. sed quòd figura ac colore vrsam referat, magni-

magnitudine ſoricem grandiuſculum non ſuperans: habet enim caudam peræque mutilam, & bipes incedit interdum, præſertim commotior: prioribus vero pedibus pro manibus vtitur, & ſi haberet tantum virium quantũ animi, vrſis ipſis eſſet truculentior. nec enim in aduerſam venatoris frontem inſilire tantillum animal veretur, licet nec dentibus nec vnguibus admodum noxium: habitat autem in ſubterraneis foueis, & latet hyeme. Si quæ parua animalia audacia ſunt, videtur eadem perquã calida eſſe: & tale animal eſt quod in ſegetibus degit, fuluum & varium in facie nigris maculis, quod Germanis *hameſter* vocatur, maius ratto, minus catto, breuibus cruribus, audax & mordax valde, Albertus. Cæterum arctomys memoratur à D. Hieronymo in libro ad Suniam & Fretelam, Pſalm. 104. Omnes, inquit, chœrogylios ſimili voce tranſtulerunt, (pro Hebraica ſapban: pro qua Hieronymus etiam Leuit. 11. & Deut. 14 chœrogylium interpretatur Prouer. 30. lepuſculum:) ſoli LXX. lepores interpretati ſunt. Sciendum autem eſt animal eſſe non maius hericio, habens ſimilitudinem muris & vrſi: vnde & in Paleſtina ἀρκομυῖς dicitur. Et magna eſt in iſtis regionibus huius generis abundantia, ſemperq; in cauernis petrarum & terræ foueis habitare conſueuerunt, Hæc Hieronymus. Eruditus quidam apud nos arctomyn murem alpinum eſſe iudicat, de quo inferius agam. De chœrogylio in Cuniculo & Echino dixi. Saphan Hebræorum non alium quàm cuniculum eſſe ſuo loco aſſerui.

HAMESTER animal eſt agreſte (vt Ge. Fabricius in epiſtola ad me ſcripſit) ſub terra habitans, apud nos non ignotum, colore vario, vt ex deſcriptione doctiſſimi viri Geor. Agricolæ licet cognoſcere. Ventre non candido, quod initio auctore Alberto poſuiſti, ſed potius nigerrimo. In poſteriores pedes cum erigitur, colore & habitu vrſum refert. Quæ cauſſa fortaſſe eſt, vt aliqui putarint idem hoc eſſe animal cum eo, quod ἀρκόμυν vocarunt Paleſtini. Dentes habet in anterioris oris ima ſupremaq; parte binos, prominentes & acutos: malas laxas & amplas, ambas exportando importandoque replet: ambabus mandit, vnde noſtris de homine vorace ſermo ortus eſt. *Er friſſt vnd eim hamſter*, de eo qui ambabus malis expletis vorat, quo vitio Staſimus ſeruus in Trinummo Plauti notatur. Cum terram effodit, primum anterioribus pedibus (quos talpæ ſimiles habet breuitate, ſed minus latos) eam retrahit, longius progreſſus, ore exportat. Cuniculos ad antrum plures agit cubiti profunditate, ſed admodum anguſtos, ſic vt laterum pilos itu redituq; atterat: antrum intus extendit ad capienda frumẽta. Anguſtia cuniculorum & multitudo, partim contra animalium inſidias apta eſt, partim ad refugium: interior vero amplitudo, & domicilium præbet & horreum. Cuniculi etiam obliquè foſſi, & in alios incidentes efficiunt, vt latibulum eius, ſi quis perfodiat terram difficilius inueniat. Meſſis tempore, grana omnis generis frumenti importat: neque minus in colligendo induſtrius, quàm in eligendo conſeruandoq; eſt aſtutus. optima enim reponit, & ne ſub terra excreſcentia minus durent, fibras & capillamenta granorum omnium arrodit, interdũ ſtipulas gramenq; colligit. Congeſtis granis hians incubare fertur, vt auarus indormit ſaccis, qui in Satyra reprehenditur. Somno pingueſcit, vt glires, vt cuniculi. Terra ante cuniculos eruta, non tumuli modo aſſurgit, vt talparum tumuli: ſed vt agger dilatatur, idq; propter cauernarum multitudinem aptius eſt. Ea tamen cauerna è qua plerunq; exit, ſemita proditur, & in aditu nihil impedimẽti habet, reliquæ terra ſuperius ingeſta, ſunt tectiores: quas cum aperire vult, auerſus egreditur. Vnum antrum mas & fœmella ſimul habitant: edito fœtu priſtinum relinquunt & nouum fodiunt domicilium. In maſculo hoc infidelitatis ineſt, quod paratis intus copijs fœmellã excludit: quæ perfidiam fraude vlciſcitur: nam propinquam aliquam occupans cauernam, congeſtis frumentis, non ſentiente maſculo, ex altera parte pariter fruitur. Adeò natura mirabiliter proſpexit omnium inopiæ: nec aliter inter homines plerique; quod æquitate nequeunt, fraude impetrant. Venit hoc quoq; in ſermonem vulgi, vt hominẽ parum fidum & ſuorum non ſtudioſum appellet. *Ein vngetrewen hamſter*. Cantillant puellæ ruſticanæ de hoc carmen non illepidum, quod Iambicis quaternarijs conatus ſum exprimere.

Hameſter ipſe cum ſua
Prudens catuq; coninge,
Stipat profundum plurimis
Per tempus antrum frugibus.
Poſitq; ſolus vt frui,
Lectis acernis hordei
Auarus, antro credulam
Extrudit arte coniugem.
Serua, inquit, axiens foras,
Cœli ſerena & plumeas,
At perfidus multiplices
Opponit intus obices.
Sed fœminis quis inſitam
Vincat dolis aſtutiam?
Nouum parans cuniculum
Furatur omne triticum.
Egens maritus perfidam
Quærit per antra coniugem,
Ne ſe repellat blandulis
Demulcet inuentam ſunis,
Illis eſſe iam communia
Seruata dum ſint bona.
Rurſus fruuntur mutuis
Antru, cibis, amplexibus.

Veſcitur hoc animal frumento omnis generis: & ſi domi alatur, pane ac carnibus: in agro etiã mures venatur. Cibum cum capit, in pedes priores erigitur. Pedibus prioribus caput, aures, os demulcere ſolet: quod & ſciurus & feles, & inter amphibia caſtor quoq; facit. Quamuis autem corpore exiguum ſit, natura tamẽ eſt pugnax & temerarium. Laceſſitum quidquid ore geſtat, pulſatis vtroq; pede malis, ſubitò egerit, rectà hoſtem inuadens, ſpiritu oris & aſſultu proteruum ac minax. Vnde rurſus noſtri de eo, qui iracundus eſt, & ore immanitatem ſpirat, dicere conſueuerunt *Der ſpruefft wie ein Hamſter*. Nec terreatur facile, etiamſi viribus impar ei ſit, quem petit. Quamobrẽ alij etiam prouerbio locum dedit, vt noſtri hominem inſanè temerarium vocent, *Ein tollen Hamſter*. Acrius reſiſtentem, fugit. fugientem curſu inſequitur. Vidi ipſe, cum equum aſſultando naribus corripuiſſet, nõ prius morſu dimiſiſſe quàm ferro occideretur. Tollitur varijs modis. Nam aut infuſa calida expellitur, vel intus ſuffocatur, aut ligone rutróue effoſſus occiditur aut à canibus: interdum à vulpe eruitur, læditúrue: aut decipula pondere ſuperius impoſito opprimitur, aut viuus denique arte capitur, idque noctis tempore, cum ad prædam egreditur, interdiu enim plerunque latet. Ante cauernam vſitatam, quæ (vt dixi) tritu ſemitæ deprehenditur, olla, quæ campi æquet planiciem, terræ infoditur. Fundo ollæ terra duorum digitorum altitudine injicitur, deſuper circumquaque tegens ollam imponitur lapis. Is eleuatur ligno, ad quod panis fruſtum infra alligatur. Inter ollæ & cauernæ ſpacium, micæ panis ſparguntur, quas perſequens & in ollam inſiliens, ligno cedente capitur. Captus reliquorum more animalium, cibum non attingit. Si lapis coctilis, quales ſunt quibus pauimenta ſternuntur aut è quibus imbrices fiunt, ollæ fuerit impoſitus, captum animal ſit, nécne, ex humore lapidis mane cognoſcitur:

etenim ſpiritus animalis incluſi & fœuientis, propter raritatem penetrans, lapidẽ humectat. Hameſtri pellis maximè durabilis: ex ijs talare quoddam & varium pallium fit, quo in Miſena & Sileſia admodum honorato mulieres vtuntur, nigri rutiliq; coloris, cum latis ex lutræ pellibus fimbrijs. Eiuſmodi pallium ferè æſtimatur quindecim aut viginti aureorum Rhenenſium precio: nam factas è panno tres quatuórue veſtes diuturnitate ſuperat. In Turingia & Miſena hoc animal frequens eſt, non omnibus tamen in locis: in Turingia eo abundat totus tractus Erfurdanus, & Salcenſis: in Miſena, Lipſenſis & Pegenſis ager, vberrima & fertiliſſima vtriuſq; regionis loca. In Luſatia circa Radeburgum, è ſatis panici effoditur, Mulbergi ad Albim in vinetis reperitur: nam maturis quoque vuis veſcitur. Hameſtrum noſtri viuum in olla clauſa cremare ad equorum medicinas ſolent.

DE MVRIBVS DIVERSIS SECVNDVM REGIONES, ORDINE LITERARVM.

MVRES aliquoties à regionibus cognominari reperio, quod duobus modis contingit: vno, quòd forma corporis nonnihil euariet: altero quòd non forma, ſed ingenio & moribus peculiare alicubi aliquid præter noſtrarum regionum mures in ſe habeant. Vtcunq; eſt, nos omnes hic ab aliqua regione cognominatos vna alphabeti ſerie complectemur.

In Oriente mures magni ſunt, vt Alexãder ſcribit, vulpium magnitudine, qui & homines & alia animalia infeſtant, Albertus: cætera animalia perimunt: homines licet non occidant morſibus, tamen moleſtant, Liber de nat. rerum. Americus Veſpucius ſcribit ſe in inſula quadã Oceani mille leucis ab Vlyſſbona diſtante mures quàm maximos inueniſſe.

Aegyptijs muribus prædurus ferè vt herinaceis pilus eſt: ſunt etiã alij, qui recti bipedes ambulent: habẽt enim crura poſteriora longa, priora breuia ortus eorum quoq; numeroſus eſt, Ariſtoteles. Aegyptijs muribus durus pilus ſicut herinacei. Iidem bipedes ambulant, ceu alpini, ſimiliterq; reſidunt in clunes & prioribus pedibus vt manibus vtuntur, Plinius: ſed alios non eoſdem eſſe qui bipedes ambulant, & illos quibus herinaceis ſimiles pili ſunt ex Ariſtotele patet: Item ex Herodoto, qui tamen nõ Aegyptios ſed Africanos hos mures facit. Apud Afros ſeu Pœnos paſtorales (inquit) in Africa Orientem verſus, tria murium genera ſunt, quorum alij bipedes vocantur, alij zegeries Punica lingua, quod in noſtra pollet idem quod colles, (βουνοὶ) alij echines. Plura murium genera in Cyrenaica regione ſunt, alij lata fronte, alij acuta, alij herinaceorum genere pungentibus pilis, Plinius. In Cyrene diuerſa tum colore tum forma murium genera naſci ferunt, ac quoſdam ipſorum quemadmodum feles, ita lata facie eſſe: alios viperæ ſpeciem ſimilitudinemq; gerentes, acutas ſpinas habere, quos indigenæ echenatas vocant, Aelianus interprete Gillio: ſed malè, vt apparet ex Ariſtotelis verbis, quæ in Mirabilibus ſic ſonãt; In Cyrene aiunt diuerſa eſſe murium tum forma tum colore genera: ἐκείνης δὲ τὰς μεταβολὰς ἅπερ αἱ γαλαὶ γίνεσθαι, πλὴν οὐχ ὑγιαίνειν, οὐδὲ καλοῦσιν ἐχίδνας / forte legendum ἔχεις, vt Herodotus etiam habet, à recto ἔχις.) echidna quidẽ viperam ſignificat verum moribus iſtis nihil cum vipera commune eſſe, ſed cum echino tantum ſpinas acutas, Ariſtotelis & Plinij verbis facile obtinetur. In Aegypto audio bipedes mures maxima magnitudine eſſe, & prioribus pedibus tanquam manibus vti, eoſdemq; rectos duobus pedibus nitentes gradi: cum autem inſequentibus vrgentur, ſalire, Aelianus ex Theophraſto.

Sunt & alij in Aegypto mures, qui in agros & meſſes graſſantur: De quibus Aelianus, Primum (inquit) vt in Aegypto pluit, perparuulis guttis mures naſci ſolent, qui longe lateq; totis aruis vagantes, maxima calamitate ex ſpicarum circumroſione & ſucciſione ſegetes afficiunt, & manipulorum aceruos vaſtantes, magnum Aegyptijs negotium exhibent: eo fit, vt ij inſidias eis conentur muſcipulis tendere, & ſepimentis repellere, & foſſis ac incenſionibus arcere: ſed mures vt minime ad muſcipulas accedunt, ſic cum ſint ad ſaliendum apti, & ſepes tranſcendunt, & foſſas tranſiliunt. Aegyptij vero de ſpe & conatu depulſi, omni machinatione inſidiarum, tanquam parum efficaci relicta, ſe ad ſuppliciter deprecandam à Deo calamitatem vertunt. Mures diuinæ iræ metu in montem quempiam aciei inſtructione ordinem quadrangulum conſeruantes diſcedunt: horum omnium natu minimi primo in ordine conſiſtunt, maximi vero extremum agmen ducunt, eos qui laſſitudine deficiunt, vrgent, ac ſeipſos ſequi cogunt. Quod ſi ex itinere minimi natu laborantes ſubſiſtant, omnes quoque conſequentes, vt eſt in more belli inſtituto q̃ poſitum, inſiſtunt, & interquieſcunt: Simulq; ſe, vt primi mouere cœperunt, cæteri continuo omnes ſubſequuntur. Hoc idem qui Pontum incolunt mures illic agere dicunt, Hactenus Aelianus. Cæterum in Aegypto ex terra & imbre mures naſci, pluribus authorum teſtimonijs comprobatum eſt ſupra in hiſtoria murium agreſtium.

Africæ mures cum biberint moriuntur, Ariſtoteles: ſed forte hoc vniuerſale eſt omnibus muribus, vt legit Ephelius, Niphus. Vide ſupra in Mure R. vbi de venenis ipſorum egimus. Pulmonum vitijs medentur & mures, maximè Africani, detracta cute in oleo & ſale decocti, atq; in cibo ſumpti. Eadem res & purulentis vel cruentis excreationibus medetur, Plinius.

Africæ murium diuerſa ſunt genera: alij bipedes, alij duris erinaceorum pilis, alij lata facie vt muſtelæ. Sed hos mures alij Cyrenaicos vel Aegyptios vocant, vt ſuperius retuli.

Alpini muris hiſtoriam infra ſeparatim dabimus.

In Arabia mures ſunt multò foricibus (τῶν ἀμφικαλίων) auctiores, quibus crura priora vel palmi (παλαιστὴ) menſura, poſteriora ad primum digiti nodum habẽtur, (τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα ἰσοῦται ἀγκὼν τῇ πεντεσπιθαμῇ τῇ ἀνθρωπίνῃ: intelligo tam breuia vt nihil eorũ extra corpus emineat præterquã digiti cum ſuo articulo, vt in auibus apodibus,) Ariſtoteles.

Armeniorum veſtem μυωτὸν fuiſſe dicunt, ex muribus contextam indigenis, aut eius animalis figura variè ornatam, Cælius. Aggregator Plinium muris Armeni mentionem facere ſcribit lib. 29. mihi nihil tale apud Plinium occurrit, & forte murem Armenum alicubi pro mure aranco legit.

In Cappadocia genus muris naſcitur, mydis appellatum, aliqui ſciurum vocant, Varinus. Vide in Glire A.

De Caſpijs muribus Aelianus ſcribens: Amyntas (inquit) in Manſionibus, quas ſic inſcripſit, in Caſpiam dicit infinitam murium multitudinem accedere, eoſdemq; in perennibus fluuijs rapide præcipitantibus intrepidè innatare, & caudas inter ſe mordicus tenentes (vt de lupis ſimiliter fertur) firmamentũ habere, eoq; firmo vinculo fluuios tranſmittere. Cum autem in arationes tranſierint, ſegetes ſuccidunt, & in arbores aſcendentes fructus edunt,

edunt, & ramos frangunt: Quibus Caſpij vbi reſiſtere non queunt, hoc modo infeſtas eorũ incurſiones moliuntur vlciſci, vt non habentibus vncinatos vngues auibus quippiam noceant, quæ quidem ipſæ tantis gregibus vt nubes eſſe videantur eò aduolantes, mures fœdibus pellunt, & ſuo proprio quodam naturæ munere à Caſpijs famem depellunt, neq; magnitudine inferiores quàm Aegyptij ichneumones (intelligendum videtur mures Caſpios ichneumonum magnitudine eſſe:) Itemq; agreſtes ſunt & acerbi & robore dentium non aliter diſſecare ac deuorare poſſunt, quàm mures ferrum in Teredone Babyloniæ, quorum pelles molles inferiores ad Perſas vehunt, quibus veſtes conſuuntur, & corpus optime fouetur, Hæc Aelianus.

Cyrenaici mures, vide ſuperius in Aegyptijs. Mus Getulus, videtur eſſe de muribus Africanis, vel his quos legimus in Cyrenaica regione eſſe fronte lata, (Plin. πλατυμετωπους ὑπερ ἠϊονας. Ariſt. hoc potius puto eſſe mures Getulos,) vel illis quos in Africa bipedes dicunt, vbi & alij zegeries (ad ſciuros, ea vox alludit) dicuntur Punica lingua, quos Græcè ζωρὰς dixeris. Sed quærendum an furones vulgò dicti huius generis ſint: nam & illos ex Africa primum aduectos arbitror, quibus etiam ſimiles muſtelæ albæ, mures Pontici appellantur. Vide infra in Sciuro Getulo.

Indicus mus vel mus Pharaonis vt eruditi quidam recentiores ſcribunt, non alius eſt quàm ichneumo. Hoſpes quidam meus nuper Monaci in Bauaria ſe vidiſſe mihi narrabat murem peregrinum, quem Indicum appellarint qui demonſtrabant, cauda oblonga & ore inſtar muris acuminato.



MVS Indicus alius, vt videtur, ab Ichneumone. Miſit ad me aliquando Ant. Muſa Braſſauolus Muris Indici (ſic enim appellabat) effigiem: quam ego priuſquam veram à Bellonio exhibitam vidiſſem, Ichneumonis eſſe conijciebam: & roſtro quidem (ſi barbam adimas) & auriculis ferè conuenit: ſed differt cauda, qua Felem magis refert: & alijs pluribus quæ facile conferendo eſt obſeruare. Eam, vt accepi, poſui.

De Norico mure id eſt citello, iam ſupra ſcripſi.

Mures quoſdam ſylueſtres magnitudine muris & ſpecie muſtellina, colore ceu virides, per campos vagantes, & foramina ſubeuntes in Pannonia conſpeximus, Fr. Maſſarius: à quo etiam Ge. Agricola mutuatus videtur.

De Ponticis & Venetis muribus in ſequentibus priuatim tractabo.

DE PONTICO SEV VENETO MVRE, QVEM VVLGO VARIVM VOCANT.

Effigies huius muris à ſciuro vulgari colore tantum differt. Appoſuimus autem ſciuri figuram communem; & hic & infra in ſciuro, propter illos qui colores forte adijcient: aliter enim ſemel poſuiſſe ſatis erat.

MVS Ponticus Ariſtoteli & Plinio memoratus, nomẽ à Ponto habet, quòd à regionibus ad Septentrionem circa Pontum peteretur ad vſum ornatumq; veſtium. Græci quidem hodie vulgò etiam domeſticum murem, ponticum ineptè vocant. Pontici mures (inquit Hermolaus in Corollario) alij vnius coloris ſunt, alij varij. Ex hoc genere creditur eſſe pelles, quibus muniri veſtes cõtra frigora cœpere: candidos eorũ armillinos ſordidũ vulgus nominat: nã varij parte tantũ prona candicant. Venetis in dorſo color, à quo doſſuariæ pelles vocantur: quandoq; ferrugineus deterior priore, Hæc Hermol. Varios Iſidorus & Albert. hoc genus mutuũ à colore vocant, vt paulò poſt recitabo: Itali quidẽ etiamnum vulgò ſic nominant, vare. Noſtri *fech* vel *vech*, quaſi Fennicum aut Venetũ, a regionibus vnde adferuntur, aliqui

Varij.

Vuerck, quod nomen à vario formatum videri potest, alij expresso etiam coloris nomine *grauewerck*, id est varios canos vel cinereos: alij *pundten* vel *pundmüs*, tanquam Ponticos mures: vel potius quoniam in fasciculos (quos nostri *bünde* vocant) colligati venduntur: in singulos quinquaginta, pretium ferè drachmæ viginti. Hermolaus in verbis iam recitatis Venetum murem à vario, colore saltem distinguere videtur: ego discrimen nescio: sed ita Venetus, aut (vt Ge. Agricola vocat) Fennicus hodie dici videtur, vt olim Ponticus, nempe à regione cuiuscunq; coloris afferretur. Varius tamen, si totus sit albus, (venter enim omnibus albicat) dici non potest. Venetos olim ad Vistulam sedisse, & Borussiæ gentem fuisse legimus: inde profectos Danubio traiecto occupasse Illyriam, &c. sunt qui eos nunc Sclauos seu Vinthos & Vinthones, *Vnenden* dici velint: ad sinum Venedicum habitant. Fennos Ptolemæus 3. 5. Sarmatiæ gentes dicit, sub Venedis habitantes. Volaterranus hos esse putat qui hodie Prutheni aut Lituani dicuntur. Mures Pontici albi sunt, & hyeme conduntur: hos ego existimauerim quos vulgò armellinos vocant, Volaterranus: Eiusdem sententiæ Ge. Agricola est, & Olaus magnus. Distinctius Hermolaus, non enim simpliciter vt illi Ponticum murem armillinũ interpretatur, sed album duntaxat armillini enim dicti semper toti sunt albi, extrema tantum cauda excepta quæ nigra est. Sed hic etiam ad muris Pontici genus referendus mihi non videtur: quum non aliud sit quàm mustela alba, quæ apud nos etiam hyeme albescit, & *hermelin* appellatur. Atqui mus Ponticus non mustelarum, sed murium generis est: imo sciurorum, vel ipse potius sciurus, nisi colore differret, vt ex sequentibus apparebit. Nec refert quod hyeme condi & dormire dicuntur Pontici mures, quod hermelini etiam nostri faciunt. Verisimile est enim non istos tantum mures, sed alia etiam murium genera & similia parua animalia, vbi ingens frigus & perpetuæ illo tempore profundæque niues vagari impediunt, latere propemodum omnia.

Aut igitur mus Ponticus albus colore tantum à cæteris differt, vt sit idē sciurus albus, etsi talem reperiri nondum audiuerim: aut si hermelinus noster est (vel vt Itali proferunt armellinus) veterum & recentiorum ferè insciitia proditur, qui mustelam murem Ponticum fecerunt. Quoniam vt lepores alpini albescunt hyeme, æstate ad suum colorem redeunt: sic & mustelæ in regionibus montanis aut frigidis. Armillini vocantur mures alpium & Septentrionis, Hermolaus in Plinium. Plura vide in mustela 2.

Mus varius, quem quidam glirem vocant, Albertus. Et alibi. Glis colore varius est, in dorso griseus, in ventre albus: breuioris pili & tenerioris corij quàm animal quod verè varium vocatur. Sentit autem murem Ponticum verè varium vocari. Varius est bestiola de genere piroli (id est sciuri) pauiò amplior quàm mustela: in arboribus habitat, & fœtificat. Arte nomen habet, in ventre nanq; candidus est, in dorso colorem habet cinereum, elegantem atq; spectabilem, Isidorus & Albertus.

Sciurus Fennicus non cauda, non figura & lineamentis totius corporis, non magnitudine, non moribus, sed solo colore differt à nostrate sciuro: nam in candido cinereus est, cum nostras aut rutilus sit aut niger: attamen in ea Sarmatiæ parte, quam hodie Poloniam vocamus, inuenitur cui rutilus color mistus cinereo. Vtrinq; (hoc est tam Fennico quàm nostrati) duo inferiores dentes sunt longi: vterque cum graditur, demissam caudam trahit: quum vescitur, cibum in priores pedes, quibus vt mures vtitur, pro manibus sumit: posterioribus clunibus insistit. Vescitur vero faginis glandibus, castaneis, nucibus auellanis, pomis, & similibus fructibus. Vtriq;, cum hyberno tempore latent, pro cibo somnus (vt glirum: quare sciurum & glirem eundem existimauit Ge. Agricola) atq; per id temporis pinguescunt. Hæc omnia G. Agricola. A mure Fennico, vt idem testatur, nomē habent *Fuchsberg* & *Schenberg* arces puto circa Saxoniam ūe dictæ. Poloni murium syluestrium, qui in pretio habentur ad vestimenta, præsertim nobilium, vt nuper ex indigena quodam didici, genera præcipua habent quatuor, quæ & nominibus discernunt. Popieliza, grisei coloris est. Gronosthaij, animal albissimum in fine caudæ nigricat. Nouogrodela (ab oppido quodam puto eiusdem nominis) albicat quidem, sed ita vt sit intermixtum aliquid griseum. Vuieuuorka castaneo colore claro est. Hæc genera omnia parua sunt: differunt coloribus, capitis forma: & victu, quòd alia in terra, alia in arboribus degant. Hæc Polono dictante excepi. Secundum quidem genus, non aliud quàm hermelinum vulgò dictum esse apparet. Primum & tertium ad variorum siue Ponticorum genus retulerim: nisi tertium idem sit lasicio muri, de quo inferius. Quartum genus sciurum significat.

In Lanzerucca Scandinauiæ sylua, quę ad octoginta miliaria extenditur, varij, hermelini, zobelli, martes & alia diuersa animalia reperiuntur, Olaus Magnus.

Mures Pontici ruminant, licet vtrinq; dentati sint, Aristoteles. Pontici quoq; mures simili modo (vt pecora) remandant, Plinius.

Mures hi vulgares ruminant, quamuis ex alio (quàm Pontici) genere sint, Plinius. Glires latent in ipsis arboribus pinguescunt; per id tempus vehementer itidem mus Pontici generis, (cui color albus, quod Gaza omisit,) Aristoteles: Γαλέη est, ἀλώπηξ. Videtur autem abiectus articulus speciem designare, aut qualemcunq; differentiam: tanquam & alterius coloris mures Ponticos reperiri dicat. Condūtur hyeme & Pontici mures, hi duntaxat albi: quorum palatum in gustu sagacissimum autores quonam modo intellexerint, miror, Plin. Varij nidum & mores & cibum habent pioli (id est sciuri,) Albert.

Variorum è pellibus vtilis & ornatus vestitus fit, Albert. His pellibus in ornatu vestium gloriantur homines vtriusque sexus, Isidor. Pellifices ornamenti causa vestiam, quas ex alijs pellibus confecerint, oras hisce pellibus muniunt. Habent & nescio quas vestes sacerdotales, qui canonici dicuntur, multis in locis ex varijs vnà cum caudis ad imum dependentibus marginem consutas. Instruxit & ex muribus luxuriam suam vita: alior magnis frigoribus, alios medio anni tempore à Septentrionibus petendo. Armamus corpora, debellamus animos, Hermolaus.

Aspreolvm in Germanicis commentarijs lego: & quid legam, nescio. Scaliger. Ego Sciurum Ponticum, siue Varium esse conijcio. Quoniam Sigismundus Liber Baro in Commentarijs rerum Moscouiticarum, vbi de pellibus diuersis è Moscouia adferri solitis mentionem facit, Sciuros Ponticos praterierit, quorum pelles inter præcipuas sunt, nisi Aspreolorum nomine eos inteiligamus. Aspreolorum pelliculæ (inquit) ex diuersis partibus adferuntur &c. ex nonnullis semper decem numero colligatæ, quarum in singulis fasciculis duæ sunt optimæ quas Litzschna appellant, tres aliquanto deteriores, quas Crasna vocant: quatuor, quas Pocrasna: & vltima Moloischna dicta, omnium vilissima. Harum singulæ vna aut duabus dengis emūtur. Meliores & selectas in Germaniam & aliò mercatores magno suo commodo portant. Sic ille. Aspreoli quidem nomen, ad Pirolum vel Spiriolum (sic enim barbari quidem scriptores Sciurum vocant) accedit.

Mvs



Mvs Ponticus aut Scythicus, Sciurúsue, alius, quem volantem cognominant, licebit & Sciurum latum nominare. Huius pelles quas Antonius Schnebergerus meus è Lithuaniæ Vilna ad me misit. Mitto tibi (inquit) pellem paruam, ſuperficie pilorum cinerea ſiue albicante: radice verò (id eſt, parte interiore) è fuſco nigricãte. Popyelycza latayacza, id eſt, Murem Ponticum volantem, à celeritate cognominant. Semper humidior apparet, nec poteſt à pellionibus præparari. Vtuntur ad oculos dolentes abſtergendos, vim quandam ſingularem ad oculorum dolores mitigandos aut curandos ei ineſſe perſuaſi: ego mollitiem eius puto inuitaſſe primùm vt oculis abſtergendis adhiberetur, ſed cum pili non firmiter cuti hæreant, non ſine periculo fieri videtur. Iuxta vel ſupra anteriores pedes, pilos ferè in orbem eminentes habet: alas appellant. quidam de arbore in arborem volare putant. Sic ille. Ego pelles miſſas cum crudæ eſſent, & à tineis ne perirent periculũ, pellifici dedi: qui eas præparauit cum aceto & face vini, &c. vnde egregiè remollitæ & extenſæ ſunt, earum nunc vtraq; longa eſt palmos duos (id eſt digitos octo) capite & cauda exceptis, latitudo eadẽ: vt Mus vel Sciurus quadratus vocari mereatur. Cauda quatuor aut quinq; digitorum eſt: ſimilis cæterorum Sciurorum caudis, denſis hirſuta pilis, albo nigroq; diſtincta. Ventris & totius pronæ partis color candicat, pilis interiùs fuſcis. Pilorũ mollities ſumma eſt, & ad oculos aliámue partem demulcendam leniſſimo ductu tanquam holoſerici. ſed multò mollior, idonea. Auriculę breuiores rotundioresq; quàm in Sciuro. Pedes non ſatis apparent: Prona pars à ſupina diſtinguitur ceu linea quadam, à qua prominentes pili denſiores ſolidioresq; ſunt: &, vt conijcio, ad volatum promouent: ſicuti etiam ipſa corporis prætenuis latitudo: vt piſces lati ſua latitudine natant. Aiebat pellifex vidiſſe ſe apud Sileſios veſtes etiã his pelliculis (quibus nihil tenerius) præparatis ſubduci.

Mures in Ponto incolarum ſupplicationibus ad deum factis auertuntur ab agris, vt Aegyptij quoq;, Aelianus. Sed aliud hoc murium genus videtur, agreſte non ſylueſtre: vt illi etiam in Heraclea inſula Ponti, de quorum regione dixi ſupra in Mure h.

Simor, *σίμορ*, apud Parthos vocatur genus quoddam muris ſylueſtris, *μυὸς ἀγρέως*, cuius pellibus vtuntur ad veſtes, *σὲς χιτῶνας*, Heſychius & Varin.

Scythicvm murem eruditus quidam conijcit eſſe qui vulgò zobellus dicitur: quem nos muſtelarum eſſe generis ſuo loco docebimus. Scythici quidem muris veterum quod ſciam nemo meminit.

DE MVRE ALPINO.

A.

Mvs alpinus cognomen traxit ex alpibus in quibus naſcitur. Etſi enim alia quoq; murium genera alpes gignant, hoc vnum tamen genus, non niſi in altiſſimis alpium, & circa ipſos vertices naſcitur, vt ipſe multis excelſiſſimis montibus peragratis animaduerti. Itali vulgò murmont vocãt, vel (vt Hermol. ſcribit) marmotam: vt Matthęolus, marmontana, (Galli quidẽ cercopithecum marmot vocant.) Rhæti qui Italicè loquuntur, montanellam: Aliqui etiã in Italia, vt audio, varozam. Varios quidem mures Ponticos Italis nominari ſupra dixi. Galli, ni fallor, marmote: ſic eum vocare videtur Scaliger, nouo nomine marmotam appellans. Germani, præſertim Heluetij, corrupta à mure montano nomine *murmeltbier*, alij *murmentle*: Alij ficto nomine *miſtbellerle*, propter acutam & tinnulam vocem, qua caniculas etiam ſic propriè dictas, ſuperat. Emptra (Liber de naturis rerum habet Enitra) vt quidam dicunt animal eſt paruulum in Germania: quod quidam murem montanum vocant, nec inuenitur, niſi in montibus. maximus è murium genere quos noſtra producit regio, Albert. Germanicum forte fuerit, quaſi Embdor, id eſt fœni cordi collector. Taxus animal eſt ferè in murium alpinorum genere, Braſſauolus. Videtur autem hoc ſuſpicatus, quoniam & in cauernis agit, & valde pingueſcit: ſed cum neq; dormiat hyeme, neq; muris ſpeciem referat, & ingenio & victu multum differat ab alpinis muribus, congenerem illis minimè dixerim. Grapaldus & Alunnus Itali viri non indocti, armelinos vulgò dictos, mures alpinos eſſe putant, inde ſcilicet perſuaſi, quòd ſimiliter hyemem ſomno ſepulti exigant. Sed hi omnino muſtelæ ſunt quæ in locis aut regionibus frigidis per hyemem albeſcunt, vt ſupra in Muribus Ponticis aſſerui, & pluribus dicam in Muſtela s.

Saphan Hebraicam vocem aliàs chœrogyllium, aliàs lepórem vel lepuſculum, *δασύποδα ἢ λαγωὸν*. Hieronymus & LXX. interpretantur, alij herinaceum. Ego in Cuniculo omnino cuniculum eſſe docui: quanquam Hieronymus in annotationibus Pſalmorum ad Suniam & Fretelam eandem vocem *ἐρεσμῶν* interpretatur, animal in Paleſtina abundans, à ſimilitudine muris ac vrſi nominatum. Gelenius arctomyn murem vulgò cricetum dictum, Hieronymi arctomyn eſſe iudicat, cui & ipſe aſſentior, vt ſupra in Criceti hiſtoria dixi. Eruditus quidã apud nos, murem alpinum: qui etſi ad hæc duo animalia quandam ſimilitudinem habet, non videtur tamen in Syria & locis calidis reperiri, quum apud nos in ſummis tantum montibus ijsq; frigidiſſimis & niuoſis degat, niſi forte in Paleſtina, hoc eſt, in regionis illius montibus inueniatur. Vrſó quidem & Muri communia quędam habere videtur, tum corporis ſpecie, tum aliàs. Græcus quidam recentior, cuius de animalibus aliquot libellum manuſcriptum habeo: Arctomys (Ἀρκτόμυς, paroxytonum, inquit) vnus cuſtodit cæteris paſcentibus: & ſinguli partem pabuli ad eum deferunt, at ſi negligentior fuerit in cuſtodia, & (homo) aliquis ſubitò ſuperuenerit, (*cuius ſcilicet adventum ille non prodiderit voce,*) à cæteris occiditur. Sic ille. Ego hæc alpino Muri tantùm conuenire puto: non etiam Criceto. Galenus de alimentorum facultate 3. 1. apud Lucanos in Italia animal reperiri ait *μεταξύ πως ἀρκτου καὶ σὲως*, hoc eſt medium quodammodo inter vrſum & ſuem: quo modo ſi rectè legitur, non aliud quàm meles aut taxus fuerit: at ſi pro *σὲως* legas *μὲως*, intelligi poterit vel mus alpinus, quem apud Lucanos etiam in Apennini iugis reperiri non dubito: vel Hieronymi arctomys. Vide quædam ſupra in Mele A. circa finem.

B.

Murem alpinum veterum nemo ne nominauit quidem, ſolus Plinius pauca de eo ſcripſit. Ego hiſtoriam

ſtoriam eius adſcribam, partim vt ipſe obſeruaui cum domi alerem hoc animal, à quo etiã quam adieci effigies ad viuũ expreſſa eſt: partim vt ab hominibus fide dignis, & montium incolis cognoui: partim ex Chronicis Ioan. Stumpfij, vnde etiam Ge. Agricolam mutuatum video quæ de hoc mure in ſuo de ſubterraneis animãtibus libello prodidit: & ex quadrupedum hiſtoria Michaelis Heri. Alpinos mures in Aegypto etiam reperiri ex recẽtioribus quidam ſcripſit, Plinium teſtem aduocans. Atqui Plinij verba hæc ſunt: Sunt his (muribus Alpinis) pares & in Aegypto: ſimiliterq; reſidũt in clunes, & binis pedibus gradiũtur, prioribusq; vt manibus vtũtur. Hinc intelligimus non eoſdem, ſed ſimiles eis, aut etiam magnitudine pares, in Aegypto naſci. Muri alpino magnitudo ferè leporis eſt, aut verius inter cuniculum & leporem: fele corpulentior eſt, ſed breuior cruribus. Species ac figura muris, ex qua mus dicitur. Vel, vt alij ſcribũt, forma & magnitudine eſt magni cuniculi, ſed humilis, & lato dorſo: pilis durioribus quàm cuniculus, colore vt plurimũ ruſſo, qui in alijs clarior, in alijs obſcurior & fuſcus eſt. Magnis oculis, prominẽtibus media magnitudine. Hermol. Apud Plinium ſic legimus, Conduntur & Alpini mures. quibus magnitudo media eſt: ex quibus verbis nihil aſſequor certi: Ponticos enim mures tantum ante Alpinos nominauit, nec vllos alios, inter quos & Ponticos Alpini media magnitudine eſſe dici poſſint, quamobrem legerim, Condũtur & Alpini, quibus magnitudo media extat (id eſt prominet) oculorum: ſic & Hermolaus legiſſe videtur: quanquam in caſtigationibus nullam huius loci mentionem facit, vt neq; Gelenius. Auriculas mutilas & quaſi decurtatas habet, (tam breues, vt vix eminere appareant, Matthæolus. Idem caput leporis ei tribuit, pilũ taxi, vngues ſatis acutos.) Priores dentes ſupra infraque binos vt ſciurus, & longos acutosq; habet, fibrinis ferè ſimiles, ſubflauos. Circa naſum & labra ſuperiora nigræ ei & aſperæ ſetæ rigent, tanquã feli. Longitudo caudæ dodrans dimidius, vt Stumpfius: vel vt Agricola, duo palmi & amplius. Crura breuia, craſſa, & villis ſuperius referta: quibus & venter imus denſis ac longiuſculis munitur. Digiti pedũ vrſinis ſimiles: vngues lõgi, nigri, quibus altè effodit terram. Poſterioribus pedibus non ſecus ac vrſus ire ſolet, ac interdum ingredi bipes: quod & Plinius ſcribit, vt paulò ſuperius recitaui. Dorſum præpingue habet, quũ cæteræ corporis partes ſint macræ, quanquam hæc verè nec pinguitudo nec caro dici poteſt: ſed vt mamillarum caro in bubus, inter eas eſt medium quiddam. Craſſitudine magis quàm longitudine creſcunt, Matthæolus.

Marmotæ (inquit Scaliger) Melis ſunt magnitudine (*noſtræ mures ſunt, inter Leporem ferè & Cuniculum*) & pilo: cauda item nulla penè. (*Noſtrarum cauda ad ſex plerunq; digitos accedit.*) Eundem quoq; ad modum crura breuia, mures breuiſſimæ, auriculis curtiſſimis atq; ad aſpectum nullis. Vngues longi, acuti, firmi, vnci, robuſti nigri. Inter Mures quidam connumerarunt: cum quorum natura nihil habent commune, præterquàm quòd, ſicuti Sciuri, ſedentes, pedibus anterioribus vtuntur ad officia manuum. At hoc etiam Leporum genus vtrunq; facit: quorum capita non malè ſuis capitibus Marmotæ quoq; referunt. Cum Glirium ſpecie conueniunt in ſomno, hybernos enim totos menſes transigunt ſopore. Cum Leporum Muriumq; dentibus eorum dentes multam habent affinitatem. Non niſi irritatæ ſæuiunt, poſtquam cicures factæ ſunt. Vnam aluimus in Taurinis manſuetã, quæ laneam lineamq; omnem ſupellectilem dentibus abſumebat. Hoc etiam domeſtici ſolent Cuniculi. Earum vox à leporina recedit in ſoricinam, aut potiùs in cercopithecinam. Hęc Scaliger. Ego cum Plinio, & Alberto, Murium generi adnumeraui, multas ob cauſas, aſtipulantur & vulgaria nomina, quæ iam expoſuimus.

Si quan-

C.

Si quando inter ſe colludunt, vt catelli clamorem faciunt. Cæterum cum iraſcuntur, vel tempeſtatis mutationem denunciant, argutiſſimam vocem fiſtulæ acutæ & aures lædenti ſimilem ædunt: idq; non in montibus tantum, ſpeculator præſertim, de quo mox dicemus: ſed etiam cum domi aluntur apud homines. Ab hac voce adeò acuta & tinnula, aliqui Germanicè ficto nomine hunc murem appellant *miſt beller le*, vt ſupra dixi. Ambulant aliquando bipedes, vt & Aegyptij mures, ſubſiduntq; in clunes, & prioribus vt manibus vtuntur, Plinius. Mus alpinus demittit ſe aut ſaltat ab alto: aſcendit etiam inter duos parietes vt purgatores caminorum: inſtar ſimiæ per gradus aliquot rectus incedit. Cibum in priores pedes ſumit vt ſciurus: vt idem ſciurus & ſimia erectus vſque eo in clunibus reſidet, quoad ipſum comederit. Veſcitur autem non modo fructibus, ſed & alijs diuerſis cibis: præſertim ſi à teneris domeſticè educetur: vt, pane, carne, piſcibus, iure, pulmento: cupidè verò, lacte, butyro, caſeo. In alpibus cuniculis aliquando in caſas vaccariorum actis, vbi lac ſeruatur, in ipſo furto deprehenduntur. Dum lacedit, oris fletu ſonitum ſicuti procellus emittit. Oſſa etiam rodit: ſcarabeis maij delectatur. Spondylio, quæ herba pratenſis eſt panaci ſimilis, cupidè veſcitur, item braſſica præſertim capitata. Non bibit, putoris membris: quoniam ſemper æſtate herbas recentes habet, hyeme verò dormit. Hi mures multum dormiunt: & in cauernis ſuis deliteſcunt, quas mira artificio fodiunt. Nam, vt Rhætus quidam mihi nuper narrauit, duo foramina domicilij ſui faciunt, quæ in diuerſum tendunt, quod appoſita figura vtcunq; demonſtraui. B. Igitur locus eſt, vbi habitant, non apertus, ſed monti continuus. C. foramen, iuxta quod excernunt, nec nunquam per illud vel ingredi vel egredi ſolent, ſed tantum per oppoſitum foramen. A. Hoc idē initio hyemis obturant iuxta principium aditus: deinde (poſt aliquot dies) excrementorum etiam foramen obturant, idq; non infra ſed ſupra excrementa. Eſt autem A. ſitum ſuperiore montis loco, C. inferiore. Cubilia exſtruunt fœno, ſtramentis, ſarmentis. Agricola. Cum niuibus iam montes teguntur, circa diuorum Michaelis aut Galli feſtum, in domicilium ſe abdunt, & foramina, vt dixi, occludunt terra tam ſolidè infarcta ſubactaq;, vt facilius ſit fodiendo terram integram ad latera, quàm illam foraminibus infarctam penetrare. (Poſtquam cubilia in ſpecu ſtrauerint, ipſum aditum atq; os eius ſarmentis & terra obſtruunt & obturant, Agricola.) Sic tuti à ventorum vi, ab imbribus, à frigore, degunt, & dormiendo ad ver vſq; perdurant ſine omni cibo & potu, in globum erinacei inſtar conuoluti. Solent autem ferè quinq;, aut ſeptem aut nouem, aut vndecim, paulóue plures vno in meatu cubare. Hinc factum eſt apud Alpinos populos prouerbium in hominem ſomniculoſum, *Er muſſ ſyn zyt geſchlaffen haben wie ein murmelthier*: hoc eſt, Neceſſe habet certam dormiendo tempus conſumere inſtar muris Alpini. Dormiunt autem hyeme etiamſi domi aluntur, extra zonas vel hypocauſta emiſſi: in aliquem ſub ſcalis aliúue recceſſum abditi. Ego cum dormiturientem aliquando hunc murem initio hyemis, in vas ligneum è ſcandulis abiegnis conclnnatū & fœno ſemiplenum depoſuiſſem, addito etiam quo magis à frigore tueret operculo, poſt aliquot dies mortuū reperi. In cauſa fuit reſpiratio excluſa: quod ſi foraminibus aliquot operculum terebraſſem, viuus hyemē exigere potuiſſet. Itaq; miror cum aditus cauorum ſuorum in montib. tam ſolidè arcteq; occludant, quî fiat quod reſpiratio eis non intercipiatur. Quidam in ędibus educati iam diu aſſueti non dormiunt. Conduntur hyeme Pontici mures, item Alpini. Sed hi pabulo ante in ſpecus conuecto, cum quidam narrent alternos marem ac fœminam ingra le complexo faſce herbæ ſupinos, cauda mordicus apprehenſa in ſpecum trahunt, & quaſi quodam modo inuehunt, Agricola. Eodem modo caſtores ligna aduehere, & taxos effoſſam terram pro domicilijs, donec ſatis ampla ſint, euehere, apud recentiores legimus. Fides penes authores eſto. Hoc quidem à faceto aliquo homine de induſtria fictum apparet, ſolere hos mures fœnum in dorſo geſtare, cauda per dorſum ad os reducta & mordicus comprehenſa obfirmatum, pro func ſcilicet vt homines fœnum baiulant.



Emptra, hoc eſt mus montanus, animal eſt parnulum in Germania, vt quidam dicunt: huius generis mas & fœmina ſimul fœnum colligunt per æſtatem, vnde hyeme viuant, hoc per cumulos (forte, cuniculos) in terram recondunt. Eſt autem fœmina aſtuta & voracior fœni, mas contra parcus: quamobrem fœmina de ſpecu expulſa, aditum obturat, & ingreſſu eam prohibet. Illa retro alicubi aditum occultum fodit, & fœnum conſumit. Itaque verno tempore fœmina obeſa, mas autem per quàm macilentus egreditur, Albertus. (Idem de cricero mure quidam mihi retulit, quòd vulgò ſic de ipſo feratur in Turingia. Ille tamen non fœnum ſed frumentum colligit.) Hoc ſi verum eſt, emptram fœminam potius quàm Oeniatellum, mulierē luxurioſam & mariti labore quæſita temere prodigentem ſignificaturi, à pictoribus pingendam locabimus. Somno plurimum indulget: Cum vigilat vero, ſemper aliquid agit, ſtramina, fœnum, rallas, linteola cubili ſuo importans, quibus os ita complet, vt nihil amplius capere poſſit, reliquum pedibus accipit & trahit. (Si & citelli mures bucculis tritico mire infarctis, in ſuos ſe cuniculos recipiunt.) In montibus quidem, fœnum quod in ſaxis molliſſimum creſcit collectum in cauernam deferunt, vt hyeme mollius dormiant, Stumpfius & Agricola. In domibus etiam vbi aluntur, cubilia ſua excrementis non inquinant, ſed in angulum aliquem ſe recipiunt: vbi veſicam & alui ſuæ pilulas exonerent. Ligna etiam dentibus ſuis ita erodunt & excauant, vt per ea tranſire queant. Hoc animal dum viuit, ſatis grauem & alloquo modo viroſum (noſtri dicunt *vnuitelen*) odorem emittit, murinum ferè, præſertim æſtate cum nondum pingueſcit, Stumpfius.

D.

Ante cuniculos ſuos in Sole interdum colludũt, vt muſtelarum vel martium catuli: & ſimul immurmurant aut latrant etiam inſtar canicularum: idem faciunt vbi inter homines educantur, Stumpfius: qui ſe huius generis murem biennio domi aluiſſe ſcribit. Cum irritatus exarſerit iracundia, facibus ſit cum adhuc indomitus & inſuetus homini eſt, acriter mordet, idq; dentibus anterioribus. Cicur verò nonnunquam alludit, & dentibus pediculos hominis captat inſtar ſimiæ, idem. Et rurſus, Ex ſeris quidem noſtri orbis vix vllam reperias, quæ adeò

mansuera & familiaris hominì reddatur: sic curati, canes oderunt, & grauiter sæpe mordent in hominum scilicet præsentia, vbi canes se defendere non audent. Cum è cauerna montium egrediuntur ad pastum, ad lusum, ad congerendum fœnum, ex eis vnus aliquis remanet iuxta cauernæ aditum, è sublimi aliqua specula quàm potest diligentissimè & longissimè prospiciens. Is cum vel hominem, vel pecudem, vel feram viderit, sine mora clamat, vel latratu acuto, vel voce acutissimum fistulæ sonum referente: quo audito vndique omnes ad cauernam concurrunt, speculator postremus ingreditur, Stumphius. Mus alpinus pro sua magnitudine robustissimum est animal: nam quidam satis robustus iuuenis cum ingredientem in suam cauernam hunc murem pede posteriore apprehendisset, nullo modo extrahere potuit. In planicie non admodum velox est, vt homo etiam currendo assequi possit, nisi præuentat in cauum aliquod subire. Cruribus & digitis est robustissimis & celeriter fodit, ita vt extimetur fodiendo etiam subterfugere hominem eius capiendi gratia fodientem.

E.

Laqueis quibusdam aut machinis ad cauernarum aditus appositis capiuntur. Cæterum cibi gratia ferè hyeme tantum dormientes effodiuntur, hunc in modum. Incolæ obserustos æstate cuniculos perticis iuxta insitis designant, quæ per hyemem inter niues emineant. Tum hyeme super circulis ligneis per profundas niues accedunt cum fossorijs, & niue reiecta, terraq; effossa, dormientes auferunt. Obiter autem inter fodiendum terram illam inbactam & quasi turundum, quo os antri obstructum est, obseruant. Is enim si longior fuerit (pedum aliquot longitudine) vt penitius claudat, signum hyemis nimium duræ diuturnæq; interpretantur: sin breuis, contra. Loco effosso dormientes deprehenduntur, impari plerunq; numero, quinque pariter, aut septem, aut nouem, aut vndecim, paulóue plures: ita in corbes super fœno imponuntur, portanturq; dormientes quò libuerit. Neq; enim facile expergiscuntur, nisi calor Solis, ignis, aut hypocausti eos resoluerit. Cæterum diligenter obseruandum est tempus quo iam dormiant, ne ante illud fodiatur: pinguissimi quidem sub natalem Domini reperiuntur. Danda etiam opera vt inter fodiendum parum strepitus fiat, ne in calido suo loco excitentur: expertecti enim capi non possunt: nam vicunq; strenuè fodiat venator, ipsi fodiendo simul & retrocedunt, & pedibus quam effoderint terram reijciendo fossorem impediunt, Stumphius. Voce sua acuta & fistulam, vt dixi, repræsentante, vel eius mutationem significant, vel sibi quid aduersi accidere. Si tempestas sit aut pluuium cœlum, non egrediuntur, sed in serenitate tantum. Cum pluuiam, niuem aut frigus præsentiunt, somnum appetunt: sin venturam & firmam serenitatem & constitutionem aëris calidam, ludis varijsq; actionibus occupantur, Stumphius. Si domi alantur, multum sæpe damni inferunt, pannis alijsq; rebus atrolis, (vt sciuri & cuniculi,) Matthæolus.

F.

Hyeme, præsertim sub natalem Domini, in latebris suis pinguissimi effodiuntur. Occiduntur autem etiam nam dormientes, cultro in iugulum adacto, vnde parum prioribus pedibus moueri incipiunt, sed expirant prius quàm prorsus expergiscantur. Sanguis vase excipitur. Mus ipse in aqua feruefactus instar porcelli depilatur, vnde caro glabra & alba apparet. Exenterato sanguis rursus infunditur, sic apparatus vel assatur, vel iure nigro conditur. Sed salitur etiam infumaturq;. Infumari vero vel in iure nigro parantur, vel cum rapis aut brassica capitata coquuntur, Stumphius. (Infumari eos quidam etiam citat ex Plinij 8. 37. quod ego nusquam inuenio.) Et rursus, Hi mures in Alpinis regionibus frequenter eduntur: præpingues sunt, & pinguitudo eorum non fluxa, sed solidiuscula est, & vt ita dicam χονδρώδης. Hunc cibum etiam puerperis commendant: & vteri vitijs ac torsionibus ventris, (*für die bärmuter vnd das grimmen*, quæ vocabula nostri confundunt,) prodesse aiunt, tum in cibo sumpti hoc animal, tum si adipe eius venter ac vmbilicus vngantur: somnum etiam promouere, & illitum iuuare arthriticos. Caro muris montani salita magis quàm recens probatur. Sal enim & nimiam eorum humiditatem exiccat, & grauitatem odoris emendat. Sed tum recens tum salita difficillima est concoctu, stomachum grauat, & nimium calefacit corpus, Matthæolus.

G.

Ventriculus muris Alpini imponitur contra colicam. Adipe eius manus illitas toto die facilius aiunt tolerare frigus. Adipis parum in iure calido muris potum, partum accelerare creditur. Veterinarij quidam vngentis ad maligna equorum vlcera & quæ vermes appellant, cum alijs medicamentis, quæ valde siccant, aut etiam septica sunt, huius muris adipem admiscent. Eundem Matthæolus molliendis neruis & articulis contractis laudari scribit. Reliqua ex eo remedia vide in fine præcedentis capitis.

DE MVRE LASSICIO.

MVRIS quem lassicium (*lassitz* Germanicè) nominant, pelles in pretiosarum numero habentur, is in cinereo candidus est, nec duobus digitis crassior, Ge. Agricola. Ego, si rectè memini, mustelæ quoddam genus Francofordiæ apud pellifices olim *lassit* appellari audiui. Supra in Muribus Ponticis, nouogrodeiam Polonis vocari dixi muris genus pretiosi, cuius pellis albicet quidem, sed ita vt sit intermixtum aliquid griseum, id est cinereum: quærendum an idem lassicius sit. Polonus quidam cui picturas animalium inspiciendas dederam, figuræ furonis adscripsit Polonicum nomen novvogrodek, non rectè opinor. Alius Polonus mustelam albam Polonicè lasica vocari scripsit. Sunt qui lassicium murem non aliter à mustela alba vel hermelino differre putent, nisi quod duobus ferè digitis brevior est, *harmbal* vero Germanicè dictus eadem ferè mensura hermelino longior.

DE MVRE

DE MVRE ARANEO.



A.

HAANAKA, חאנקה, Hebraicam vocem Leuitici vndecimo, variè omnino interpretantur, reptile quod ſemper clamet, reptile volans, hirudinem vel ſanguiſugam, hericium, fibrum, vt ſupra in Echino dixi: Septuaginta & Hieronymus mygalen, id eſt murē araneum. Mugali alcale eſt, Auicenna 4. 6. 5. 15. Apud Arnoldum Villanouanum in libro de venenis, legitur: Mugali, ſchalbali. Sed videntur hæc nomina Arabes à Græca voce deducta corrupiſſe, vt alia pleraq;. Murem araneum mygalem & myogalen Græci appellant, Hermolaus. Ego μυογαλην vno tantum in loco apud ſolum Dioſcoridem libro ſecundo legi: qui tamen alibi ſemper, vt & cæteri authores omnes tribus tantum ſyllabis mygalen nominat. Apud Suidam & Varinum μυγαλὴ oxytonum ſcribitur, (nec aliud addunt:) apud cæteros authores, nunc oxytonum, nunc paroxytonum, hoc rariſſimè, illud frequentiſſimè, ſcribi inuenio. Nicander propter carmen μυγαλέην dixit, prima ſyllaba producta. Herodotus (libro 2. de animalibus apud Aegyptios ſacris) mygalas maiores (mures, lego) araneos appellat, Volaterranus. Mus araneus, quem Græci σκυτάλην (lege, μυγάλην) appellant, Columel. 7. 15. Cur vero mygale dicatur, non vna eſt ſententia: mihi veriſſima videtur Aëtij, qui mygalen magnitudine muris eſſe ſcribit, (quamuis aliquanto minor ſit) colore autem galæ, id eſt muſtelæ ſimilem. Amyntas μυγαλῆν (melius μυγάλην, vel μυγαλὴν) ait ex mure & muſtela naſci, vt Scholiaſtes Nicandri ſcribit: ſed hoc, inquit Marcellus Vergilius, nec verum nec veriſimile eſt: qui enim ad generationem coibunt mus & muſtela: quibus non ſolum diſſimilis penitus natura, ſed natiuæ & exitiales inimicitiæ ſunt. Inſulsè etiam Rodolphus quidam in Leuiticum, Mygale (inquit) dicitur quaſi mus guloſus. Marcellus Vergilius Aëtij ſuper hoc etymo verba non rectè transfert: neque enim eadem qua mus caudæ gracilitate eſt mygale, ſed graciliore, & (vt Aetius ſcribit) breuiore: nec eadem rictus longitudine, ſed multò longiore. Ge. Agricola rattum, vt vulgò dicimus, murem araneum eſſe ſuſpicatus, mygalen dici putat, quòd magnitudine ferè muſtelina, muris autem ſpecie ſit: quamobrem Latinè etiam aranei cognomen huic muri adiunctum conijcit, quod rattus vt araneus inſectum parietes ſcandat. Sed rattum à mygale differre, facile deprehendet qui eum diligenter cum veterum deſcriptione, quam mox capite ſecundo recitabimus, contulerit. Muris genus rubeum, breui cauda, acutæ vocis, propriè ſorex vocatur: eſt autem venenoſum, & ideo non capitur à felibus, Albertus. Nos omnino hunc murem noſtra lingua vocamus *mäuzer*, cuius hic imaginem præpoſuimus, eundemq; araneum eſſe aſſerimus, quem feles capiunt quidem & occidunt, ſed tanquam venenoſum non edunt. Albertus ſanè & Ge. Agricola, qui murem iſtum ſoricem eſſe crediderunt, vocis maximè argumento adducti videntur: quæ & huic muri quo de ſcribimus admodum acuta eſt, & ſimiliter acutam ſoricl veteres tribuiſſe videntur ex prouerbio quod apud Terentium legimus. Egomet meo indicio quaſi ſorex perij. Sed meam de ſorice veterum ſententiam copioſe iam ſupra explicaui. Carolus Stephanus etiam in Vineto ſoricem & murem araneum confundere videtur: niſi ſoricis vocabulo tanquam generali vtatur, quod ipſum quoq; non videtur probandum. Mus araneus exiguum animal atq; leuiſſimum eſt, quod aranei modo tenuiſſimum filum & gladij aciem conſcendit, Sipontinus. Ego potius araneum à vi veneni dictum coniecerim, vt vulgò etiam araneum piſcem cuius venenoſæ ſunt ſpinæ, ſi pungant, Venetijs nominant: Et tale quid innuere videtur Syluaticus, cum ſcribit: Mugali, id eſt draco marinus, & animal venenoſum puſillũ muri ſimile: nam & araneum piſcem propter venenum pungentib. ſpinis inſitum veteres ophin, id eſt ſerpentem nominarunt, & hodie quidam vulgo draconem vel dracęnam. Vegetius 3. 77. murem cęcum nominat, & ſimiliter Samonicus 47. Albertus murem cęcum interpretatur talpam, vt & Heſychius in dictione Λαὼν, cui interpretationẽ ſubijcit, αἴτινές εἰσι μῦες τυφλοὶ ὑπὸ τῶν τετίων. Sabaudi hodie murem araneum muſet vel muſette vocant: Galli muſerain, vel muzeraigne, qua voce Rhæti etiam vtuntur, qui loquuntur Italicè, müſleraing. Burgundi, ſery. Vites quę ſecundum ædificia ſunt (inquit Carolus Stephanus) à ſoricibus & muribus infeſtantur, interdum etiam eæ quę in medijs agris. Eos autem ſorices vidimus roſtrum acutum, exporrectum quidem admodum habentes: & pilis oblongis in morem felium onuſtos; venenatos quidem eos, tum ipſo morſu, tum etiam tactu: Vulgus noſtrum vocat meſiraigues: quod vocabulum quiddam commune cum mure araneo videtur habere. Id vero ne in vitibus accidat (inquit Columella libro de arboribus cap. 15.) cum Luna Leonis, aut Sagittarij, aut Scorpionis vel Tauri tenet hoſpitium, noctu putentur vites, Hæc Carolus Stephanus: ſed videri cum nobis ſoricem cum mure araneo confundere ſupra diximus. Heluetij à vicinis forte Gallis mutuati nominant *mäuzer*, quaſi murẽ araneum: reliqua Germania *ſpitzmuſs*, ab acuto roſtri figura: aliqui *zaſimuſs*, per onomatopœiam à voce: ſed nos ſupra alium ciſelum ſiue citellum murem deſcripſimus, quem aliqui puto nominant *groſſe zaſimuſs*, id eſt citellum maiorem. Hollandi, vt audio, *mollimuſs*: niſi talpam potius hac voce ſignificent, quam & Flandri *mol* appellant. Matthæolus Senenſis ex Dioſcoride topo ragno tranſtulit: topo enim Italis hodie murem ſignificat, ragno araneum. A Sileſijs autem *Biſem mus* dicitur quaſi moſchi mus: dicitur enim ſiccatus in furno moſchum olere: pellis quidem per ſe melius olet, vnà cum pilis, ſed caro etiam olet. Excrementa quoq; eius moſchum olent. De muſco mure dictum eſt ſuperius in mure peregrino. Muribus araneis abundat inſula Britannia, in hodiernumq; diem barbari illi voce Romana vtuntur, Hermolaus in Plinium. Fieri quidem poteſt vt in nonnullis Angliæ locis muris aranei nomen idem aut ſimile Latino in vſu

ſit, tranſumptum ſcilicet à Gallis, cum maxima Angliæ pars Saxonica & Gallica linguis duabus in vnam confuſis vtatur. Ego tamen ab Anglis non aliam huius muris nomenclaturam vernaculâ diſcere potui, quàm ſhrevv: vel vt alij ſcribunt, ſ hrevve: alij erdſchrevv, id eſt murem araneum terreſtrem. De hoc mure Guilielmi Turneri Angli medici doctiſſimi verba ex epiſtola ante biennium ad me data ſubſcribam: Murem araneum (inquit) puto me in Anglia vidiſſe: in noſtrate lingua vocatur aſhrovv aut à ſhrevv: mus eſt admodum niger (apud nos quidem in Helvetia, ex fuſco ſubruffus) cauda valde breui, & roſtro admodum porrecto & acuto. Caput, quale habet ad te mitto (miſit autem non myzeti noſtri, quem hic depictum dedimus, caput, ſed alterius cuiuſdam perexigui muris, dentibus non differentis à reliquis muribus, cum araneus plurimum differat vt dicam in a.) vt melius poſſis de eo iudicare. Si cui apud nos male imprecamur, dicimus, i beſhrovve the, hoc eſt imprecor tibi murem araneum, ſiue morſum eius, ſiue aliud quodpiam ex eo malum. Hæc Turnerus. Hiſpanis hunc murem raton pequénno dici puto, Illyrice niemegka myſs, etſi amici Hiſpanus & Bohemus foricem ita interpretati ſint per epiſtolas. Polonis keret. Aliqui animalculum quod nos *vvaſele* appellamus, quod omnino muſtela eſt, & à Gallis quibuſdam præſertim cum albo colore eſt ermine nominatur, murem araneum eſſe putant: & Albertus mygalen murem muſtelæ interpretatur, qui aues in nido iacentes venetur: ſed horum error manifeſtior eſt, quàm vt vel paucis refutari debeat.

B.

In Italia muribus araneis venenatus eſt morſus, eoſdem vlteriot Apennina regio non habet, Plinius. Mures araneos multos in Germania & tota Italia vidi, præcipuè vero in Valle Anania Tridentinæ ditionis, vbi tamen venenoſi non habentur, forteſſis propter frigidam regionis temperiem: nam & ſcorpiones ibidem non ſunt venenati, cum in cæteris Italiæ locis plurimum ſuo veneno lædant, Matthæolus. Mygale chamæleonti ſimilis eſſe dicitur, Obſcurus. Præcedenti capite multa diximus de huius muris corpore eiusq; partibus: hîc reliqua addemus. Mygalen aliqui dicunt animal eſſe minus muſtela, colore ad cinereum declinante, cum ſubtilitate & tenuitate (dentes ei tenues Aëtius tribuit: quanquam & mus ipſe totus exilior tenuiorq; cæteris muribus eſt) Auicenna. Et rurſus, Mygale ſecundum aliquos formam colorem q; muris habet. Albertus rubicundum colorem muri vehenato tribuit. Oculis eſt paruis, Idem: quanquam autem totus hic mus paruus ſit, oculos tamen ei multò quàm pro portione minores eſſe, ipſe etiam obſeruaui, & propter hanc oculorum parnitatem viſum eius admodum hebetem eſſe puto, adeò vt veterum quidam murem cæcum appellarint, vt Veget. & Samonicus. Nicand er *μυγαλην τυφλὴν* dixit. Et Plutarchus in Sympoſiacis 4. 5. Mygalen, inquit, ab Aegyptijs coliaiunt, quòd cæca ſit: tenebras enim antiquiores luce putant. Ibidem iecur eius in ſilentio Lunæ minui ab Aegyptijs creditum ſcribit: quod alij de muris etiam & foricis iecore prodiderunt. Roſtrum habet oblongum & acutum, Aëtius & Auicenna: talpæ inſtar, Matthæolus. Ea quidem eſt roſtri eius figura, quæ apta ad fodiendum videatur. Dentes habet tenues atq; eos duplici ordine ſitos in vtraq; maxilla, quo fit vt quatuor dentium ordines habeat: & in morſu ab eo vulnera quadrifido ordine conſpiciantur, Aëtius. Matthæolus ex Aëtio citat, duos ordines dentium habere hunc murem, vnum intra alium: quod mihi non placet, Græcum exemplar inſpiciant quibus ad manum eſt. Dentium, inquit Auicenna, tres ſunt ordines: quorum alij ſuper alios torti ſunt retorſione parua ad ſuperiora. Cæteri quidem mures, vt & ſciuri & caſtores, dentes binos ac terius oblongos habent, in ore verò interius molares in vtra q; maxilla quaternos ſeorſim, tum infra tum ſupra: vt in ſumma, dentes inciſores quatuor ſint, molares ſedecim. Sunt autem molares, vt dixi, non ſolum quaterni, in vnaquaque maxilla, ſed quatuor etiam ordinibus diſcreti, vt recte tetraſtichi, id eſt in quatuor diuiſi ordines, dicantur, ſecundum Aëtium: videlicet ipſi molares tantum infra ſupraq; conſiderati. Quod ſi ab altera tantum parte, inferiore aut ſuperiore duntaxat, tum molares tum Inciſorios dentes reſpicias, tres ordines inuenies, ſecundum Auicennam: ex quibus inciſorij longiores retortiq; ſunt. Sed hæc interpretatio ad reliquos mures magis quam araneum pertinet. Quod Matthæolus ſcribit vnum dentium ordinem haberi intra alium, niſi molares multò interius quàm inciſorios eſſe intelligat, quid ſibi velit non aſſequor: ſcio piſces quoſdam & ſerpentes, duos aut tres dentium verſus habere, atq, vnum intra alium, ſed in murium genere nihil tale inuenias. Muri araneo breuis & gracilis eſt cauda, Albertus & Maſſarius. Mus araneus exiguus eſt vltra modum, longo roſtello, oculorum acie obtuſa. Plinius Valerianus 3. 55. Hæc iam ſcripſeram, cum allatum mihi hunc muſculum accuratius inſpicere, & deſcribere volui. Colore igitur partim fuſco partim rufo eſt, inter ſe mixtis: venter albicat: pedes poſteriores planè in poſtrema corporis parte hærent. Totus grauiter olet, & vel odore venenum ſuum prodit. Caudæ breuiſſimis pilis obſitæ longitudo, digiti duo: reliqui corporis tres, vel inſuper dimidius. Ocelli nigri & minimi ſunt, paulò maiores quàm talparum, magnitudine capitis minimæ aciculæ, vt non mirum ſit ferè cæcum eſſe hunc murem, cui poſt talpam minimi omnium in quadrupedum genere oculi contigerint. Et ſanè vulgò cæcum hoc animal creditur, atq; ideò, vt aniculæ aiunt, oculis diuinitus captum, vt minus nocere ſuo morſu poſſit: quod ſi verum eſſet, miraremur ſerpentes omnes (ſola forte cæcilia excepta) non viſu tantum, ſed eo etiam in pleriſq; acutiſſimo præditos eſſe. Dentes vt minimi ſunt, ita ſitu figuraq; ab aliorum tum quadrupedum tum murium dentibus differunt, componente quodammodo ſerpentium & murium dentes in vnum animal natura. Anteriores bini oblongi, non vt alijs muribus ſim plices ſunt, ſed alijs binis aut ternis denticulis enaſcentibus exaſperantur, tantillis vt niſi diligenter inſpicias non appareant. Hoc etiam differunt à cæteris muribus, quod bini illi oblongi non ſeparati ſint à cæteris interioribus, ſpatio aliquo medio, ſed vnus omnium continuus ordo eſt. Aſperi planè & acuti ſunt ferræ inſtar, quidam binis alijs ternis (vt tres poſteriores puto) cuſpidibus, tam exiguis vt ferè viſum lateant, lateretq; magis niſi extremæ partes cuſpidum quarundam ruſſo colore notarentur. Dentes circiter octo ſunt vtrinque (reliquis muribus quaterni tantum) & inſuper duo longiores ſupra, infraq; totidem, ipſi etiam vt dixi duabus vel tribus cuſpidibus ſerrati, quæ niſi quis accuratè obſeruet dentes per ſe videri poſſunt, & omnes ex vno eſſe enati.

Sed vt res clariot fieret, geminas icones hic adieci capitum murinorum cum dentibus ſuperioris maxillæ: malor communem figuram & ſitum dentium in omni genere murium (excepto araneo) & ſimilium declarat, ad cranium muris agreſtis repræſentata: minor, aranei muris dentium ſitum figuramq; vtcunque refert.

C. Mures

C.

Mures aranei apud nos capiuntur ferè circa hortos & ſtabula: hyeme quidem domos & ſtabula magis quàm æſtate ingrediuntur. Gaudent ſanè circa fimum bubulum verſari. Simulachra Deorum cum foris ſpecioſa appareant, intus continent ſæpe μυῶν πλῆθος ἡ μυγαλῶν ἐμπολιτευόμενον αὐτοῖς οἰκόν, Lucianus in ſomnio. Vitum eis hebetiſſimum eſſe, & ideo à nonnullis cæcos credi in B. dixi. Vox huic generi multò acutior quam alijs muribus, vnde aliqui ſoricem crediderunt propter prouerbium, vt in A. retuli. Per onomatopœiam etiam à voce aliqui Germanicè hunc murem *zeſmuſs* nominant. Putauerunt aliqui araneum murem ex mure & muſtela gigni, ridiculè quidem vt in A. dixi. Plutarchus in Sympoſiacis 4. 5. Aegyptios ait credidiſſe τὸν μυγαλῆν πεπόθη ἐκ μυὸς πέμπτῃ γενεᾷ γεγονέναι ἄπυν, quorum verborum ſenſus non ſatis mihi conſtat. Mures aranei orbitam (id eſt veſtigium rotarum currus volutatione impreſſum) ſi tranſiere, moriuntur, Plinius. Hoc quàm verum ſit, inquit Marcellus Verg. facile erit facto periculo cognoſcere: atqui interim quodnam vulgò ſit araneo muri nomen non docet. Ferunt non tranſiri ab eo orbitam corpore quodam naturę, Plinius. Negant tranſiri orbitam ab eo, naturæ quodam torpore: & ſi tranſierit, moritur: inde contra morſum eius terram ex orbita ſumendam præcipiunt, Hermolaus. At alij veteres præter Plinium, non ſi tranſierit, ſed ſi inciderit in orbitam, hunc murem perire ſcribunt. Noui & cęcam mygalen, inquit Nicander, in orbitis morientem: vbi Scholiaſtes, Mygale cum cæca ſit, in orbitas iuxta rotas incidens illic necatur: quaſi non per antipathiam orbitæ, vt alij ſcribunt, ſed cum inde euadere non matutet, aut forte non poſſit, curru aliquo ſuperueniente, pondere rotarum opprimatur. Mus araneus ſi in orbitam inciderit, naturali fato illic detentus emoritur, Marcellus. Mygale valde metuit orbitas: illapſa enim torpet ac tremit: ac ſi immoretur (quaſi etiam euadere poſſit, ſi velit) ſæpe etiam moritur, Philes. Si in orbitã inciderit, tanquam vinculis capitur ac moritur: quare & terra morſui quem influxerit hic mus inſperſa remedio eſt, Aelianus. Oculorum acie obtuſa eſt, & ideo quantum exiſtimo, ineris ei natura, vt non poſſit tranſire orbitam, Plinius Valerianus. Tardiores multò ſunt quàm mures: hanc ob cauſam pariter & propter hebetudinem viſus, ſæpe in ſtabulis deprehenſi occiduntur. Mygales curſus vel inceſſus eſt in vltimo, Auicenna, vt Belluacenſis legit, ſenſu minimè claro, videtur autem tarditatem ſignificare. Mygale animal paruum & venenoſum, alicuius eſt vigoris in iuuentute, ſed continuò per ætatis incrementa torpeſcit, Albertus: proinde non mirum ſi iam ob ætatem torpidi aliquando in orbitis reperiantur, nec facile inde euadant. Mygale dicitur quaſi mus guloſus, Rodolphus in Leuiticum: ſed ridiculam hanc etymologiam eſſe in A. dixi. Fraudulenta eſt, & dolo rapit quæ deuoret, Idem. Audio boum vngulas in ſtabulis viuentium ſæpe ab eis perrodi.

D.

Mygale animal guloſum & rapax, fingit ſe manſuetum, ſed cum quis ei appropinquat, mordens illico venenum infundit, vt legitur in annotatis in Leuiticum, Arnoldus de Villanoua. Crudeli eſt animo, ſed hunc diſſimulans blanditur beſtijs, & ſi poteſt veneno interficit, Albertus. Mygale pardalis exhorreſcit, Philes. Omne iumentum murem araneum (non vt Gillius vértit muſtellam,) reformidat, Aelianus. A felibus capitur quidem & occiditur, ſed tanquam venenoſus non editur. Cati ſi deuorarint, tabe mori dicuntur.

E. F.

Vites infeſtant ſorices & mures, &c. vt in A. retuli, ex Carolo Stephano, qui mures araneos eſſe ſuſpicatur qui id facitant. Aſtutum eſſe animal videtur & difficulter capi: pleruncq; autem capitur primo frigore: tum enim prodiens perit: præſertim ſi in orbitam inciderit. Ne à felibus quidem in cibum admittuntur, vt miteris non defuiſſe qui homini e vino bibendum pro remedio ſui morſus exhiberent, vt in a. dicemus.

G.

Mus araneus, qui cum in orbitam inciderit moritur, vſtus in cinerem redactus, & cum adipe anſerina permixtus, condylomatis infrictus, mirum remedium adfert, Marcellus. Mus araneus pendens enecatus ſic vt terram nec poſtea attingat, furunculum ſanat, ter circundatus ei, toties expuentibus medente & eo cui medebitur, Plin. Mus araneus ſi in orbitam inciderit, naturali fato illic detentus emoritur: huoc illic inuentum argilla, aut linteo, aut phœnicio inuolue, & ex eo ter circunſcribe parotidas, quæ in corpore ſubitò turgebunt, mira celeritate ſanabis, Marcell. Pro felle μυγαλῆς, (malim γαλῆς, id eſt muſtelæ, cuius fel in vſu medico eſſe legimus, mygales nuſquam: & Galeno etiã adſcripta Aut ballomena γαλῆς habent) fel cameli, Antiballomena apud Aeginetam. Muris aranei caudæ cinis (impoſitus) prodeſt morſis à cane rabido, ita vt mus cui abſciſſa ſit cauda viuus dimittatur, Plin. Equo ſtrophoſo Hippocrates veterinarius per os infundi iubet ramenta vngularum (equi) anteriorum trita in quatuor corylis aquæ, ἢ ὄνυχα ἐμύγματος μυγαλῆς λειωθέντα, hoc eſt vel aliquid terræ à mure araneo effoſſæ, vt in Hippiatricis legimus. Quin & ipſe mus araneus aduerſus morſum ſuum varijs modis prodeſſe dicitur, impoſitus, potus, appenſus, vt in ſequentibus dicemus. Prophylacticum quidem remedium, ne mordeatur homo vel aliud animal, præſtantiſſimum eſſet, ſi ſuperſtitiones amuleta carerent: recitabimus id tamen infra, vbi de morſu huius muris in iumentis curando agetur.

Muris aranei morſum venenatum eſſe: deq; ſignis eius & medendi ratione in genere.

In Italis moribus araneis venenatus eſt morſus, Plinius. Quibuſdam in locis non haberi venenatum retuli ſupra in B. Muris aranei morſus interimere quandoq; ſolet, Galenus ad Piſonem. Ipſi quidem hi mures tam venenati ſunt, vt ſupra dixi, vt capti etiam occiſiq; à felibus non comedantur. Cadaueribus eos veſci audio, vt non ſit mirum venenoſam hoc alimento vim in corpus eorum diſtribui. Præcipuè vero noxius eſt eius morſus ſi prægnans momorderit, & ſi animal prægnans ab eo præſertim prægnante mordeatur, vt infra dicam vbi de iumentis ab eo demorſis agetur. Aſſeuerant aliqui demorſum non aliàs exulcerari, niſi prægnans (ἔγκυος: Marcellus Vergilius non rectè legit ἐκὼς) mus araneus fuerit: tum enim auxilijs opus eſſe, Dioſcorides. Si prægnans momorderit, protinus diſſiliet, Plin. Puſtulæ, ſi prægnans percuſſerit, nec aliter, rumpuntur (erumpunt, & vlcus malignum faciunt.) vt Dioſcorides & Aëtius ſcripsêre. Plinius non puſtulas, ſed ipſum murem araneum, ſi prægnans ferijſſet, diſſilire protinus exiſtimauit, Hermolaus. Ego Plinium Græcis non intellectis omnino erraſſe dixerim. Vide etiam infra vbi de iumentis morſis agam, verba Ariſtotelis.

Signa. Muris araneĩ morſum arguit, locum ambiens inflammatio, (dolor vehemens & punctura in corpore, & apparens rubor in locis ſecundum dentes eius, Auicenna:) nigraq; puſtula dilute ſanie turgens exurgit: & partes omnes vicinæ liuent. (baſes ſeu radices fuſcæ ſunt, & partes proximæ, Auic.) Rupta puſtula, depaſcens vlcus, non ei diſſimile quod ſerpit, occupat. (Cum puſtula finditur, egreditur caro alba colore nerui, habens tunicas: & quandoq; apparet in eis aduſtio quædã: & quandoq; corroditur & cadit, imò fluit initio pus virulentum, deinde putrefit, & corroditur, & caro cadit. Auic.) Inteſtinorum quoq; tormina, difficultas vrinæ, & frigidæ aſperginis offuſio (ψυχρᾶς κατασπορὰ & πρόχυσις) conſequuntur, (ſudor frigidus corrupt⁹, Auicenna,) Dioſcorides & Actuarius. Sed video Auicennam ſua ferè ex Paulo Aegineta tranſtuliſſe, quare Aeginetæ etiam verba adſcribam. Vbi mus araneus læſit, ſequuntur dolores pulſatiles & in ſingulis dentium eius animalis ictibus rubores. (&c. vt Dioſcor.) Cute puſtulæ diruptæ album vlcus apparet: nam & membranas neruoſas deraditur: ad hæc, excidunt etiam partes depaſtione oborta his quæ ſerpunt (vlceribus) ſimili: præterea etiam inteſtinorum tormina comitantur, vrinæ difficultas, & frigidi ſudoris vndiq; eruptio, Hæc Aegineta. Manifeſta ſunt muris araneĩ vulnera, inquit Aëtius: quadrifido enim ordine conſpiciuntur. Et ſanguis quidẽ primò purus promanat, paulò poſt vero ſanioſus. Animal enim ipſum putrefactione occidit. Conſueuerunt etiam bullæ inſurgere, quas ſi quis diruмpat, carnem ſubiacentem feculentam videbit, & fiſſuris diſparatam. Inflatio autem ſequitur demorſos. Cæterum hoc animal frequentius ad teſtes inſilire ſolet, quod & Auicenna ſcribit,) eosq; percutere, non hominis ſolum, ſed cuiuiq; etiam bruti animantis.

Curandi ratio. Mus araneus pro ſua magnitudine magna etiam vulnera facit: quòd ſi parua aliquando imbecillius imprimens fecerit, ea curatu faciliora erunt. Peſſimus vero morſus is eſt quem prægnans (idq; magis etiam, ſi prægnanti, vt ſupra dixi) inflixerit. Morſus differentia ab inflammationis magnitudine apparet. Aëtius libro 13. cap. 14. iubet primum adhiberi communia remedia, quæ ſcilicet eiuſdem libri capite decimo deſcripſerat, nempe vt morſus primum abluatur poſca calida, deinde ab aliquo exugatur, cucurbitula cum plurima flamma adhibeatur, loci vicini ſcarificentur, &c. Iubet etiam antidotos magnas exhibere. Strato apud eundem, locum demorſum primò ſcarificari iubet, deinde medicamenta imponi quę virus extrahant, acria ſcilicet, qualia inferius plura recitabimus. Si locus non ſit exulceratus, nec puſtulæ eruperint, imponuntur acria quædam, vt pyrethrũ, aut allia trita, aut ſinapis, aut etiam malua: (aut ablutus tantum negligitur) ſi vero exulceratus ſit (quod fit maximè ſi prægnans mus fuerit) cortices granati dulcis decocti triti imponuntur, & vlcera eodem decocto, aut magis myrti, perfuſa fouentur, vt Aëtius ferè & Auicenna ſcribunt. Quæcunq; remedia ad ſcolopendræ morſum faciunt, hîc etiam ſalubriter applicantur, Aëtius & Aegineta.

Remedia topica, imponenda morſui muris araneĩ ordine literarum enumerata.

Abſinthium bibitur cum vino contra muris araneĩ morſus, & draconem marinum, Dioſcorid. meminit etiam Plinius lib. 27. Medetur acetum ſcorpionum ictibus, canis, ſcolopendræ, & muris araneĩ morſibus, & contra omnia aculeatorum venena & pruritus, Plinius. Græci medici & alij quorum ſcripta viderim aceto vtuntur contra huius muris morſum, non per ſe, ſed alijs remedijs eo exceptis, vt ipſo muré araneo vſto, galbano, hordei cinere, ſinapi trito, chryſogono. Allium ne contra araneorum murium venenatum morſum valere miremur, aconitum pardalianches debellat, & canum morſus, in quę vulnera cum melle imponitur, Plinius. Allia contrita illinuntur, Dioſcorides, Actuarius, Aegineta, Auicenna. Morſum cum cumino integito & allio, putamine extrinſeco non abiecto: eadem etiam cum oleo trita aſſidue & diligenter locis circunſitis illinito, Aëtius. Allium cum ficulneis folijs cyminoq; emplaſtri modo imponitur, Dioſcorides. Althæa, vide in Malua inferius. Aquæ calidæ fotus conducit, Dioſcorides & Actuarius: vt Ruellius & Marcellus vertunt: Græce legitur ὑδάτι θερμῷ καταπλάσσειν: ſed θερμῷ pro aquâ calida non accipitur: apparet deeſſe vocem: Aegineta, qui Dioſcoridem ferè tranſcripſit hac in parte, ἅλμῃ habet: eſt autem halme muria: & Aeginetam ſecutus Auicenna, Foueatur (inquit) aqua ſalſa calida, vt Bellunenſis legit. Aëtius non ἅλμῃ ſed ἐξάλμῃ legit: quæ vox acidam muriã ũgnificat. Vngulæ arietinæ cinis cum melle imponitur, Plin. Sec. Plinius Valerianus manifeſtè exprimit imponendum eſſe, Plinius tacuit, & medicamento bibendo mox ſubiunxit. Braſſicę ſemen aut folia, trita cum laſere & aceto morſus à mygale, vel cane etiam rabioſo, vtiliter imponuntur, Geoponica. Canis fimum illinito, quod & homini & equo medetur. Hieroeles in Hippiatricis. Caprificus, vide in Fico infra. Chryſogoni folia contuſa & ex aceto impoſita, Dioſcor. Cuminum, vide in Allio ſupra. E nigra ficu candidi caulículi illinuntur cum cera, Plinius. Caprifici caulículi aut groſſi quàm minutiſſimę, ad ſcorpionum ictus è vino bibuntur: Lac quoq; inſtillatur plagæ & folio imponuntur: item aduerſus morem araneum, Plinius. Caprificorum groſſi cum eruo & vino contra muris araneĩ morſus & ſcolopendras vtiliter illinuntur, Dioſcor. Allium cum ficulneis folijs & cymino, Dioſcorides.

Ex galbano ſplenium per ſe, vel cum aceto tritum, Dioſcorides, Auicenna, Actuarius. Hordeacea farina cum aceto muſſo illita, Dioſcorides & Actuarius. Hordei cinis illitus, Plinius. Si ruptę fiat bullę vel vlcera oborta, acida muria prolue, & hordeum vſtum tritum impone, Aëtius.

Leporis coagulum cum aceto impoſitum, vt Aggregator citat ex Plinij lib. 28. Vide infra in remedijs intra corpus ſumendis. Malua vel malvæ folia, Auicenna & Aëtius, Malua ſylueſtris, Æginet. Althęæ inter malvas (eſt autem ex ſylueſtribus) contra omnes aculeatos ictus efficaciorvis, præcipuè ſcorpionum, veſparum, ſimiliumq;, & muris araneĩ, Plinius. Mus araneus diſſectus & impoſitus ipſe ſui morſus veneficia luit, Dioſcorides, Actuarius, Galenus de ſimplicibus 11. 46. Tritus ipſe & impoſitus ictũ ſuum ſine dolore curat, Galenus ad Piſonem. Ipſe mus araneus contra ſe remedio eſt, diuulſus & impoſitus: nam ſi prægnans momorderit, protinus diſſilit, (non ipſe mus, vt Plinius malè ex Græcis vertit: ſed vlcus tantum rumpitur, vel potius erumpit, vt ſupra docui) optimum imponatur qui momorderit. Sed & alios ad hunc vſum ſeruant in oleo, aut luto circunlitos, Plinius. Muré ipſum araneum vſtum cum aceto cataplaſmatis vice impoſito, Strato apud Actium. Mihi ſanè multò magis probarent acetum addiad vſti huius muris cinerem, quàm ipſum per ſe murem diſſectum tritúmue imponi: quando & alij quidam cineres adhibentur, vt hordei: & acetum per ſe tum huic tum alijs venenatis ictibus reſiſtit, vt ſupra dictum eſt. Myrti decocto vlcera ex eius morſu vtiliter fouentur: Vide infra in Punico malo. Terra ex orbita, Plin.

Sus autem muris nocuit violentia vaca, *Quæ ſola ſignatur volumdis orbita plauſtris,*

ſuina,

Illine, mira datur vili de puluere cura,

Serenus. (Alij non illini volunt, quod conuenit humidis: sed arido puluere tantum aspergi.) Mus araneus si in orbitam incident, (vide supra in c.) tanquam vinculis captus immoritur: & morsis ab eo remedio est terra ex orbitarũ transitu sumpta, eaq; simul vt vulnus aspersum sit, statim sanatur, Aelianus & Philes. Matthęolus ex Nicandro citat terram curruum rotis adhærentem mederi morsui muris aranei, quod sibi inquit fabulosum videri. Ego huius rei mentionem apud Nicandrum non reperio. Porri, Dioscor. Reliquunt quoq; acini (ῥοιτὶς, Marcellus Vergilius cortum transferre maluit, non quidem ex Græcę dictionis vi, sed quòd hoc remedium magis conuenire videretur, & aliorum quoq; authorum consensu niteretur) dulcis Punici decocti & illiti, Dioscorides interprete Ruellio. Quòd si exortæ abactu vesicæ exulcerentur, malt Punici dulcis cortium coctum tritum impone, vlceraq; ex eodem decocto, aut magis myrti decocto perfusa foue, Aëtius. Si apostema sit, cortices granati dulcis decocti imponentur, Auicenna. Pyrethrum, Aegineta & Auicenna. Sioapi, Auicenna. Sinapi tritum cum aceto, Aegineta & Strato apud Aëtium. Talpa discerpta imponitur, Plinius Valerianus. Cætera magorum placita de talpa, suis reddemus locis: Nec quicquam probabilius inuenietur quàm muris aranei morsibus aduersari eas, quoniam & terra, vt diximus, orbitis depressa aduersatur, Plinius. Trifolium bituminosum coque, & decocto calido locum demorsum foue. Nullus autem fomento illo vtatur qui non patitur. Transit enim affectus in eum, vt putet se à vipera vel araneo mure commorsum, Galen. Euporist. 2. 143. Verbenaca (Aëtius addit rectam) cum propinata ex vino, tum pro catapiasmate imposita, iuuat, Aegineta & Aëtius.

Bibenda edendáue aduersus muris aranei morsum.

Prodest potum abrotoni decoctum, maximè si in vino detur, Dioscorides, Actuarius, Auicenna (qui & paulò ante schea Armenum pro abrotono nominauerat inter eadem remedia,) Aegineta. Absinthium ex vino potum, Plinius & Dioscorides. Agni hœdiue coagulum, Aegineta & Auicenna. Coagulum agninum in vino potum, Plinius. Efficax est remedium, si misceantur, aristolochiæ corticis drachmę quatuor, myrrhę drachmę sex, Aegineta. Brassicę foliorum aridorum farina muris aranei morsus alterutra parte eximit, Plin. li. 20. Muris aranei & canis rabiosi morsus brassicæ & semen & trita folia sanant, melius si cum lisere & aceto trita imponantur: decoctum quoq; foliorum datur bibendum, Caelius. Cappatis cortex, Aëtius. Cartamus, Auicenna. Cupressi teneræ pilulæ cum oxymelite, Aegineta: pro quo apud Auicennam non rectè legitur, Lac cum syrupo acetoso: quamuis & nux cupressi cum vino apud eundem inter remedia paulò ante legatur. Dioscorides cupressi pilulas recentes ex aceto propinat. Cyclamen cum oxymelite, Dioscorides & Auicenna. Chamęleontis radix ex vino, Dioscorides, Aegineta. Elelisphacus, id est salula, Aegineta. Eruca ex vino, Idem, Dioscor. Aëtius, Auicenna, Actuarius. Erucę semen, Plinius & Auicenna. Gentianæ radix, Aëtius, Aegineta & Auicenna. Galbanum cum vino, Dioscor. Aegineta, Actuar. Hœdi agnine coagulum, Aegineta & Auicenna. Lauri foliorum tenerorum drachmam vnã aut duas cum vino tritas bibendas præbe. Eadem pecoribus conueniunt, Aëtius. Aliqui præ cæteris commendant succum foliorum lauri, & folia lauri humida (recentia) cum vino decocta, Auicenna. Coagulo leporis ex aceto vtuntur contra scorpionem & murem araneum, Plinius: Aggregator hoc remedium foris applicari scribit: Plin. non exprimit: ego in corpus sumendũ putárim, vt & hœdi agnine coagulum. Lubleo cum vino decoctum, Auicenna. Nec desunt qui literarum monumentis tradiderunt, tritum (ipsum murem qui momorderit cum vino exactè detritum, Aegineta) murem araneum contra suos ictus commodè bibi: quam historiam apud alios inuentam, dignam duntaxat censuimus quæ annotaretur, Dioscorides. Myrrha, vide superius in Aristolochia. Muris aranei morsus sanatur mustelæ catulo, vt in serpentibus dictum est, Plinius. Panacis liquor, Auicenna: numerat autem hunc liquorem inter fortiora auxilia, vt & cyclaminum, radicem gentianæ, & coagulum agni hœdiue. Pyrethrum cum vino, Dioscor. Aegineta, Auicenna. Serpyllum cum vino, Dioscorid. Aeginet. Actuar. Sisymbrium cum vino, Aegineta, Auicenna. Styrax cum vino, Auicenna. Verbenaca (recta, Aëtius) tum imposita tum ex vino propinata iuuat, Aegineta.

De iumentis à muris araneis morsis.

Muris aranei morsus iumentis omnibus molestissimus est: pustulæ hoc excitantur, & periculosior quem defixerit grauida: pustulæ enim rumpuntur, ex quo interitus sequitur. (His verbis, ex quo interitus sequitur, quod respondeat in Græco nihil inuentò:) sed si non grauida est, non interimit. Mygale aliquando iumenta veneno interficit, maximè equos & mulos, & præcipuè equas prægnantes, Albertus. Tradunt equos & iumenta, si herbas in quibus mus araneus virus emiserit, depascantur, statim exanimari, Sipontinus. Communem rationẽ medendi iumenta morso à colubris, scorpijs, phalangijs & muribus cæcis, describit Vegetius 3. 77. Idem 3. 82. diuersa remedia contra muris aranei morsum priuatim recenset, eisdem verbis quibus Columella 6. 17. quę tecnaui in Boue capite tertio, vbi de morbis boum egi. Eadem omnino etiam Pelagonius scribit: habet tamen hic & Vegetius quædam, quæ apud Columellam non leguntur, inserenda recitanda.

Signa. Mus araneus si morsum infixit, locus tumore duro cingitur, gemitus animal exprimit parum interpellans, Absyrtus. Intumescit animal totum, oculiq; collachrymant, & extaniat tantor, ac virus à ventre destillat, pabulum respuit, Hierocles. Equus in stabulo iacens si subeuntem forte murem araneũ premat, mordeatque ab eo, Hippocrates in Hippiatricis. Si asina prægnans ab hoc mure mordeatur, periculum est ne moriatur, Absyrtus. Si prægnans mus fuerit qui percusserit, his agnoscitur signis: Pustulæ per totum corpus exeunt, sed simili vt aliàs ratione curabitur, Vegetius. Notannni in Gallia hunc murem admodum venenatum esse putant, ita vt si equum vel bouem cubantem transilierit etiam, periculosi morbi eis causa sit, (vt circa lumbos claudum pecus, vel quasi immobile videatur:) nec posse curari nisi mus iterum per aduersum latus vel ponte vel coactus transiliat. quæ quidem valde superstitiosa est persuasio.

Cura. Apij semen coctum in vino & oleo demittes, ac tumentem locum scalpello discindes, quo virus euocetur, & vellicatum punctim vulnus rerudescat. Si per hæc inflammatio magis exardescat, in orbem teretibus ferramentis igni flagrantibus exulcerabis, sanę partis aliquid deprehendens: rectis quoq; ferramentis, quò sanies emanet, reulcerabis. Quod si pars ea per exulcerationem intumescat, hordeum crematum tritumq; conspergas.

sed antea vetustam adipem iungere conuenit, Hippocrates hippiater. Aliqui, vt Tarantinus, tradunt alba tusa esse imponenda, suffiendumq; cornu ceruinum. Aosyrtus melius esse putauit, si læsa pars vratur simul atq; dentium iniuriam sensit. Stratonicus scarificandum vulnus consulit, præsertim quod inflammatione cingitur, & sale & aceto conspergi: postero die equum per aquam dulcem in cursum concitare, (ἱππάζειν,) cretaq; cimolia aceto subacta lini, vulnus balaustarum strigmentis nutriri, Hierocles. Aduersus muris ar. morsum comprobatur allium tritum cum nitro: & si nitrum defuerit, cum sale & cymino permiscere, atq; ex eo puluere loca, quæ morsu contacta sunt, confricare. Quod si eruperint vulnera venenata (si phlegmone rupta in vlcus abeat, Pelagonius) hordeam combustum in puluerem rediges, & dilato aceto (abluto vulneri simpliciter, Pelagon.) vulneri inspergis, & hac ratione sola curabis: (nam cæterorum auxiliorum vsu magis atq; magis gliscit vulneris iniuria.) Daturus potionem, pollinem tritici. hordeum, (anethum, Pelagon.) cedriam & vini sextarium per fauces digeres, Hæc Vegetius & Pelagonius. Remedio est locum læsum aculeo compungi, brassica trita cum aceto illini, alijs etiam ex aceto tritis, Aosyrtus. Teritas alij spicas, talem & cuminum paribus singulis mensuris vino mistis illines. Aut intritum murem araneum cum sextario vini faucibus infundes. Aut si illum non inueneris, creta figulari perlines, Hippocrates. Testa cucumeris acetabulum in vino odorato per nares indidisse proderit, (quod & Hippocrates scribit:) plagamq; canino stercore lini, quod idem hominibus salutare est, Hierocles. Terra quæ eruitur ex orbita aceto subacta, illitu auxilio fore fertur. Locum læsum subula compungas, puluereq; qui in orbitis sub vestigio rotarum inuenitur, acri aceto perfuso linas, Hierocles. Terram orbitæ vrina subactam impone, Hippocrates. Lauri foliorum tenerorum drachmam vnam aut duas cum vino tritas homini morso bibendas præbe: eadem pecoribus & iumentis conueniunt cum aqua trita & naribus infusa: est enim præsens remedium, quare & hominibus commendatur, Aetius. Si iumenta momorderit (mus aran:) mus recens cum sale imponitur, aut fel vespertilionis ex aceto, Plinius: Sublungit & alia remedia, quæ pro iumentis commendare videtur, sed cum alij authores inter hominis remedia eadem posuerint, superius à nobis enumerata sunt. Existimandum sanè est pleraq; eadem homini & cæteris animantibus conuenire. Ne mus araneus animal mordeat, ipsum animal (ipse mus araneus) vinum de creta circundabitur, quæ cùm induruerit, suspenditur in collum, & non contingetur à morsu, certissimum est, Vegetius. Audio vaccarum vbera aliquando morsu huius bestiolæ lædi: quo facto rustici axungiam mustelis rufis inunguut.

H.

a. Epitheta. Τυφλὴν πυρρόδην πυβρὸν ὑπὸ λαιγὸν ἄγχιστα, Μυγαλίην, Nicander. Samonicus murem cæcum dixit pro mure araneo, item Vegetius, epitheto vsi loco proprij.

e. Cornicem occisam tandiu relinques donec puteat: cadauer iam fœtidum expones in locum vbi mures araneí sunt, & conuenient ad hanc escam consumendam omnes totius domus mures araneí: poterunt autem sic collecti vel scopis opprimi, vel aliter occidi capine: vt ex Gallo quodam homine erudito, dum hæc scriberem, cognoui, qui se quidem non expertum, sed à pluribus ita se audiuisse aiebat.

h. Murem araneum colunt Athribitæ. Strabo libro 17. Mygales & accipitres defunctos Aegyptij in vrbem Butum asportant, Herodotus lib. 2. Murem araneum ab Aegyptijs coli & sacrum haberi, (ἱερόμυδον) aiunt quod cæcus sit: nam tenebras luce antiquiores existimant: τὸ πυθμὴν ὃ αὐτὸν ἐκ μυῶν πάμπλη γενεᾷ νυμφίος ἔσης. Præterea iecur eius minui ἐν τῇ ἀφανισμῷ τῆ σελήνης, hoc est cum Luna obscuratur, Plutarchus in Symposiacis 4. an verò per obscurationem, eclipsin intellexerit, id est deliquium quod non aliter fit nisi cum per diametrum Soli opposita est Luna: aut potius interlunium, id est coitum cum Sole, (cum & aliorum murium iecora pariter cum Luna crescere & decrescere authores tradant,) in medio relinquo.

DE MVSTELA PROPRIE SIC DICTA: CVIVS HISTORIÆ ETIAM ILLA ADDIDIMVS, QVÆ MVSTELIS OMNIBVS, VT VIVERRÆ, MARTI, &c. ex æquo conueniunt.

Hæc figura bis ponitur, quoniam mustela alba solo colore ab altera differt.

A.

MVSTELARVM genera diuersa sunt. Nos de singulis separatim dicemus: & primum de minima mustela, quæ & vulgaris Plinio & domestica nominatur ab alijs: Græcis γαλῆ, vt Hermolaus & alij eruditi (Ge. Agricola, & Carolus Figulus qui de mustelis dialogum conscripsit) sentiunt. Mustelarum duo genera: alterum syluestre: distant magnitudine, Græci vocant ἰκτίδας. Hæc autem quæ in domibus nostris oberrat, &c. Plinius. Non probo quòd Niphus mustelam in vrbanam & rusticam diuidit: nam domesticæ mustelæ non in vrbibus tantum, sed rure etiam frequentius pene circa domos & villas reperiuntur. Sed in hoc etiam errat, quod mustelam vrbanam, vt ipse vocat, nõ aliam quàm eorum ten felem esse vult, vt & Marcellus Vergil. Quanquam vero & aliæ quædam maiores mustelæ sæpe circa domos reperiantur, vt domesticæ dici possint, vt genus illud interdum ᵱ nostri ilitissum vocant, & martis genus vnum.

vnum, quia tamen eędem ſyluestres ſunt, nec ſemper domeſticæ, non propriè ſic nominabuntur. Vtriuſuis noſter verſatur circa aquas, vbi pisces captat: in ſyluis, vbi prehendit aues: in domibus, vbi gallinas, quare Plinius eam eſſe domeſticam dicit, Ge. Agricola. Sed de alijs infra: hic de minima tantum agemus, cuius adiecta eſt effigies, & abſolutè etiam muſtela nominatur Latinis, Græcis γαλῆ ſimiliter abſolute. Solemus enim ferè quæ vulgaria aut domeſtica ſunt, ſimpliciter nominare: rarioribus vero aut ſyluestribus aliquid diſcernendi cauſa adijcere. חלד. *choled.* Leuitici vndecimo muſtela cõuertitur ab omnib. interpretib. Magiſtri vocant חילדח *chuldah*, vulgò מושח־לא *muſtela*, vt Dauid Kimhi ſcribit. Chaldæus trãſtulit חרלא *chulda*: Arabs בלרח *caldah*: Perſes גורבח *gurba*: Septuaginta γαλῆ, Hieron. muſtela. אירח, *oach*, Hebraica vox, vnde plurale ochim ſemel ponitur Eſaię 13. (Babylon, inquit, habitabitur, & implebunt domos eorũ ochim, Muſterus cercopithecos vertit.) Dauid Kimhi exiſt. mat animal magiſtri Talmudici נמירח, *nemiah* vocant, ſimile feli, vulgò dictũ מרטורו martoro, id eſt martes aut מירח, *firan*, & פורח, *furon*. Author Concordantiarum Hebraic. קוף, *koph*, interpretatur cercopithecum vel cephum: & חולדח *chuldah*, id eſt muſtelam, vel, vt Iudæi putant, martem. Chaldęus tranſtulit אוחיין *ochyn*. Symmachus etiam vocem Hebraicam reliquit. Septuaginta & Theodotion ἠχὼ, id eſt ſonit (quaſi echo intelligenda ſit, quæ ſolet in magnis & deſertis ędificijs reſonare, vt in cauis & deſertis circa montes locis.) Aquila typhones. Hieronymus dracones reddit. Koah quidem lacerti genus vel chamæleontem interpretantur Leuitici 11. Pro muſtela apud Albertum barbara vocabula legimus his & hyrzis, quæ nec ipſe intellexit: ſed ex collatione cum textu Ariſtotelis hanc ſignificationem ipſe deprehendi: nam Albertus hyrzum ineptiſſimè leporẽ exponit, deceptus quoniam vtrunq; animal ore ſuo catulos ſæpe de loco ad locum transfert. Fethla etiam apud Albertum in Ariſtotelem 9. 1. non alia quàm gale, id eſt muſtela eſſe videtur, quæ quam addit, & gali, ceu de diuerſis animantibus ageus. Nam 9. 6. Fcyron, inquit: ingenium habet vt vulpes (ſcilicet in inuadendis gallinis) & eius altera ſpecies eſt katiz, id eſt ictis. Niniß, id eſt muſtela, Syluaticus: forte nimſi legendum: nam nimſirza apud Græcos hodie vulgò vocatur. Ibanauge eſt muſtela, Vetus gloſſemataríus in Auicennam. Ibinuers, id eſt animal quod vocatur bellula, Syluaticus: Videtur autem bellula muſtelam ſignificare, voce ficta à Gallis vel Italis, qui belettam aut balettam pro muſtela dicunt. Et alibi, Yena, id eſt bellula. Γαλῆ Græcis veteribus ſemper muſtelam ſignificat, recentiores quidam Græci pro fele, id eſt cato abutuntur, vt ſupra in Cati hiſtoria dictum eſt. Theodorus Gaza apud Ariſtotelem, interdum muſtelam, interdum cattum interpretatur: nec quamobrem ita verterit ſatis conijcere poſſum, cum cattum Græci æluron, & Latini felem appellent, vel ipſe etiam tranſtulit. Meſſarius. Albertus galen aliquoties ineptiſſimè vulpem interpretatur. Σπονδύλη, ἡ γαλῆ, Atticè, Heſychius & Varinus. Malim per λ. ſimplex. Eraſmus in prouerbio, Spondyla fugiens peſſime pedit, ſpondylam felem interpretatur. Eſt & ſimile huic prouerbium Γαλῆς δριμύτερον, de acri vel acido, vt Eraſmus vertit, ventris flatu. Ibidem ſpondylen ſerpentis (inſecti dicere debuit) genus eſſe ait, quod emoriens grauiſſimum odorem emittit. Σισύμβρα, animal quoddam, Heſychius & Varinus: idem forte quod στρίμβρα, id eſt cochlea. Quidam nuper muſtelam interpretatus eſt, ſola (ni fallor) Germanicæ vocis affinitate ductus, nam Germani muſtelam vocant *vvuſel*. Græci hodie vulgò muſtelam νιφίτζα dicunt: νυμφίτζα legi apud Suidam in dictione Ἀστραλάβιτης.

Muſtela Italicè nominatur donnola vel ballotrola, Scoppa. Donnulæ & alibi dannulæ vocabulo Auicennę interpres barbaros pro muſtela vtitur: Albertus & Niphus damula ſcribunt:) quo vocabulo alij recentiores obſcuri damam intelligunt, quæ de genere caprearum vel capratum ſyluestriũ eſt. Damma ſiue dammula, beſtiola parua eſt & debilis, vt ſcribit Iſidorus. ſic dicta quòd de manu fugiat. Cum parit, ſtatim devorat ſecundas antequã terram attingant: & præda eſt alijs animalibus, Albertus lib. 22. Videtur autem damulam, ſiue capreæ genus ſiue muſtelã accipias, cum alio quodam animali confundere quod ſecundas devoret: harum enim neutram id facere legimus. Galeotes quidem, id eſt ſtellio cum primum ſuam exuit ſenectutem, eam devorare dicitur: & fieri poteſt vt hunc aliquis cum gale, id eſt muſtela confuderit, & ſecundas pro ſenectute, id eſt leberide reddiderit. Domeſticas muſtelas foinos vocamus, Cardanus Italus. Gallis muſtela eſt belette, aliàs belotte, al' balotte. Aliqui, vt audio, circa Metas oppidum baccal nominant. Carolus Figulus muſtelam Gallicè fouinum vel marturellũ interpretatur: quæ duo genera diuerſa & ſyluestriũ muſtelarum eſſe, infra oſtendam. Hiſpanis, comadreia. Rhæti qui Italicè loquuntur, Latinum nomen retinent. Germanis *vviſel* vel *vviſele*. Ge. Agricola viſelam dici ait ex ſono quem ędit. Aliqui in Heluetia *hermelin* vocant, alij corrupta voce *hälemlin*: ſed illæ duntaxat quæ totæ ſunt albæ, quales apud nos hyeme fiunt, ſic nominari debent, vt in 8. dicam. Anglis, *vveſell*, alij ſcribunt *vveſyll* vel *vveaſyll*: alba verò muſtela *minever*, per tranſpoſitionem literarum Gallicæ vocis *hermine*. Illyrijs *kolczavva*. Quidam hodie animal culus figuram pro muſtela dedimus non rectè murem arancum eſſe putant: inde nimirum perſuaſi quòd morſus eius ſimiliter ferè noceat. Albertus etiam muſtelæ marem, mygalen vocari ſcribit, quòd falſum eſt: mygale enim Græcis mus araneus eſt, ſiue mas ſiue fœmina. Ichneumonem vulgò nunc murem Indicum vocant, alij damulã, Niphus: ſed damula ſiue donula Italis & recentioribus quibuſdam barbaris, omnino muſtela vulgaris eſt, nõ Ichneumon: quod peregrinum & Ægypto peculiare animal eſt, &c.

B.

Muſtela domeſtica plerunq; eſt in dorſo & lateribus rutila, rarò ſubfuſca: in gutture ſemper candida: quin nonnunquam tota candida reperitur, quanquam rarius, Ge. Agricola. In noſtris quidem regionibus, quæ montanę ſunt, muſtelas omnes ęſtate fuſcas vel ſubrutilas eſſe audio, hyeme candidas. q & Stumpfius noſter in Chronicis ſuis annotauit. Lepores etiam, non omnes, ſed alpini tantum hyeme in Heluetia albeſcunt. Vocantur autem armelini

armelini)*kermeli* vel *hermlein*)tum proprie cum toti candidi sunt:aliqui apud nos per æstatem quoq; cum fusci aut subrutili sunt, vt dixi, sic nominant:quo tempore *vvisele* potius dicuntur, non quidem à colore albo, quem nostri *vvisi* vocant, sed per onomatopœiam à sono vocis. Armelini in magno numero ex regionibus Europę ad Septentrionem sitis mittuntur, vbi maxima anni parte hyems & frigus obtinet, æstates breuissimæ sunt: quos quidem à nostris nihil differre puto, nisi quòd pilus forte tenacius eorum pellibus adhæreſcit, vt omnibus tempore frigido captis animalibus multò tenacior esse solet. Alba Russia siue Moscouia, qua parte Cronio mari accedit, zebellinas armelinasq; pelles nobilium ac matronarum delitias mittit, Erasmus Stella. Olaus Magnus in Lanzerucca Scandinauiæ sylua, cui longitudo ad octoginta miliaria, hoc genus mustelæ abundare scribit. Apud Tartaros tentoria regia foris pellibus leonum operiuntur:parietes verò intus obducuntur pellibus nobilissimis armelinorum & zebellinorum: etiamsi in regionibus illis hæ pelles pretiosissimæ habeantur, vt quandoq; vix pro duobus milibus Byzantiorum aureorum pelles pro vna tunica sufficiant, Paulus Venetus. Grapaldus & Alunous, armelinum vulgò dictum, murem alpinum esse putant, quod falsum esse ostendi iam supra in historia muris Alpini. Brachialis (id est iunctura manus) ornamentum similiter vt pars ipsa brachiale dici potest, vt ab armo armilla. Ab armillis quidē armillini vocantur mures alpium & septentrionis, quorum est candor eximius: quoniā ex ijs pelles ambire vestiū manicas armillæ modo consueuissent:nunc totis subduntur vestibus, lectorū quoq; stragulis, Hermolaus in Glossematis. Ego Plinij murem alpinum, alium esse ostendi: quod si quis armelinum etiam hic vocare voler, quoniam circa alpinas regiones maximè per hyemem albæ habentur mustelę, illi non admodum contendero, sed mustelam alpinam vel mustelam albam diſcriminis causa nominare commodius esse monebo. Idem illis dicam qui armillinum murem Ponticum faciunt, quòd & ex Ponto aduehatur, & albus color ei (non omnibus tamen, sed vni duntaxat generi) ab Aristot. & Plinio tribuatur: quamuis .n. forte propter duas has causas sic nominari possit, nō tam considerandū est tamen quo res aliqua nomine dici possit, quàm quo dicatur propriè. Sed de Ponticis muribus sententiam meam in historia ipsorum explicaui. Mus Ponticus, quem hodie vocant hermelam, hyeme solum in cauis latet arboribus. Est vero totus niuis instar candidus, excepta cauda digitum longa: eius .n. dimidia pars, & quidē superior, (inferior, vel extremitatem versus, vt ipse obseruaui: dorsum etiam multò candidius esse, ventrem ex albo subflauum) nigerrima. Magnitudo ei sciuri: persequitur mures & aues quibus vescitur. Eius pelles in pretiosarum numero habentur, Ge. Agricola. Conduntur (vt Plin. scribit, inquit Olaus Magnus, qui hoc animal Murē Ponticum esse putat) in hyeme Pontici mures, & ij duntaxat albi. Atqui si hyeme perpetua clauderentur, nunquā appareret albior pellis huius bestiolæ, quæ æstate subrufa videtur in fine Maij: quando depositā albedine proli propagandę certis diebus operam dat inter nouas herbas, ptout obiter inter equitandū vidi apud Helsingos populos Septentrionales: ita vt in congressu propter nimiam coniunctionem (*multitudinem earum conferctam*) in cursu velocissimo cohærerent, atq; dentibus striderent, tantum fœtorem in magna parte sylue diuersarum arborum relinquentes, vt vix meminerim me deteriorē sensisse vnquam. Singulo quoq; triennio vt plurimùm, copia alimenti, maximo mercatorum lucro, ampliatur & extenditur earum pellis: quod hoc modo non in Noruegia solùm, sed & in Helsingia & vicinis regionibus, accidit. Bestiolæ quadrupedes Lemmar vel Lemus dictæ, magnitudine Soricis, pelle varia, per tempestates & repentinos imbres è cœlo decidunt: incompertum vnde, an ex remotioribus insulis, & huc vento delatæ, an ex nubibus fecalentis natæ deferantur. Id constat, statim atq; deciderint, reperiri in visceribus earum herbas crudas nondum concoctas. Hęc more Locustarum, maximo examine cadentes, omnia virentia destruunt: nam quæ vel morsu attigerint, perdunt. Vnit hoc agmen, donec non gustauerit herbam tenatam. Conueniunt gregatim quasi hirundines euolaturæ: sed statо tempore aut moriuntur aceruatim cum luc terræ (ex quarū corruptione aēr fit pestilens, & afficit incolas vertigine & ictero:) aut his bestijs dictis vulgariter Lekat, vel Hermelini, (*vocabulo non tam Italico quàm Gothico*) consumuntur: vnde ijdem Hermelini pinguescunt, & reddunt pellium mensuram longiorem. Horum pelles (vt cæterę etiam) venduntur decadum numero, quadraginta præsertim in quolibet fascicule: & in regiones longinquas nauigijs exportantur. Hæc Olaus: deinde venationis eorū tribus aut quatuor modis expositis, per decipulam, foueas, canes, & sagittas, subdit: Caro eorum contemnitur: pelis sola in precio est propter candidissimum colorem, in summis principum vtriusq; sexus aulis. Solent autem his pellibus interponi ratæ caudæ nigræ, maximè in ampliſſimis vestium fimbrijs, antiqua honestate seruata. Varius, Mus est Ponticus & Sarmaticus: Hermellinus, Sueticus: quem Aristoteles Murem album appellat, Scaliger. Erminium (aliàs, Ermineus, quod magis probo) quo quidam erinebinum (lego, ermelinum) vocant, animal est parvulum, figuræ mustelarum, hyeme candens niuis instar, æstate fuluum vt mustela: candet tamen semper in ventre, & in extremitate caudæ niger rimū est. Mures & aues insequitur, & carnibus vescitur, Albertus. De genere mustelarum est, sed forma minor, Liber de nat. rerum. Carolus Figulus etiam herminnas, vt Galli vulgò vocant, vel hermellas, vt Germani, mustelarum generis esse scribit, colore tantum differentes. Pirolus, id est sciurus, mutat colorem: vt & mas mustelæ qui mygale vocatur: (non rectè: mygale enim mus araneus est:) hoc autē est animal quo aues adhuc implumes venantur in nidis: simile muri, & quotannis albescit magis magisq;, donec tandem assimiletur color eius colori butyri, Albert. 3. 2. Gronostbaij Polonis vocari audio, muris vel mustelæ potius Septentrionalis genus, vndiq; albissimum, sed in fine caudæ nigrum: quare eundē hermelinum esse conijcio: quā meam coniecturam Pictonus quidam vir doctus postea mihi confirmauit. Quanquam alius quidam Polonus demonstratam sibi mustelam albam, sua lingua lasica mihi nominauit. Sunt qui lasicium (sic enim G. Agricola nominat, & in murium genere ponit: vide supra inter Mures) ab hermelino non aliud differre putant, nisi quòd duobus ferè digitis brevior est: vt illud genus quod *harnball* Germanicè vocant, eadē mensura longius: vt pellifices nostri mihi narrarunt: quorum plerisq; hoc etiam affirmant, mustelæ colorem album propter ætatem, non propter frigus aut hyemem fieri: reperiri .n. eas in nostris regionibus, primo ętatis anno ruffas, altero mixti coloris, tertio demum candidas. Rosurella est animal circa aquas habitans, vt frequēter mustela matus, & pirolo (sciuro) minus. In dorso subrufum, in ventre candidum. In terra facit habitacula: & egerit stercus perquàm odoriferum, moscho simile odore, sed dissimile facultate & violentia odoris. Visus hominum fugit. Vno tantum in loco alui excrementa congerit, vnde facile ab hominibus colligi potest, Isidor. Guesieles vel roserulæ (Innominatus quidam Germanicè transtulit, *Griselle oder roscb*, quæ nomina ego hactenus apud Germanos non audiui. Idem addit, non muris, sed martis genus esse, quod placet) vulgò vocantur mures quidam, quorum fimus habet moschi odorem: qui etiam in pelle huius muris percipitur. In dorso fuluus est, in ventre albus. In pratis habitat & iuxta riuos: & aliquando in domibus quibus contigua sunt prata herbosa, Albertus. Mustela quidem omnis, saltem si non capta sed libere alatur, fimum aliquo modo odoratum habet.

Mustela

Muſtela alia maior eſt, in ventre candida, & in dorſo fulua, alia minor. Albertus. Mauritania muſtelas alit felibus pares ac ſimiles, nili quod rictus eis eminentior & oblongior eſt, Strabo. Muſtelæ quæd. m apud Af. os naſcuntur in Silphio ſimiles Tarteſſijs, Herodotus. Valla pro Tarteſſijs vertit murænis, quod non probo: quamuis ſcio apud Ariſtophanem quoq; Tarteſſiæ murenæ mentionem fieri, vt Varinus citat in Ταρτησια, ſed ibidem Tarteſſiam quoq; muſtelam dici ſcribit pro magna. Eſt autem, inquit, Tarteſſus (ego ſemper potius ſ. duplici ſcripſerim) vrbs Iberiæ iuxta Aornum paludem. Ariſtophanis locus eſt in Ranis, vbi furiam vel dæmonem infernalem Tarteſſiam mūrænam vocat, quam prius ἐχιδναινα ταρτησσιαν vocauerat. Tarteſſus vrbs eſt extra columnas Herculis ad Oceanum, vbi Argantonius regnauit: habet autē muſtelas maximas, He'ychius, Γαλαι Ταρτησιαι, feles (muſtela potius) Tarteſſi., de magnis & ridiculis dicebatur. Tarteſſij ſunt in Iberia, apud quos feles maximę naſci dicuntur. Fortaſſe non ineptè dicitur & de rapacibus. Ω πατερ μεγαλην γαλεν κεκτησθον Ταρτησσιαν (duo habentes) ἀσκαλαβωτα, Ariſtoph nes in Veſpis. Ἁρπακτικωτεροι των γαλων, Rapaciores felibus (muſtelis.) Lucianus, Eraſmus. Ego Tarteſſiam muſtelam prouerbio vſurpatam nuſquam legere memini: & vt ſic vſurpetur, alio tamen ſenſu quam Eraſmus accipienda videtur, non de magno & ridiculo homine: neq; enim magnum & ſtupidum hominem ita muſtelæ magnæ conferas, vt aſino magno, quo ſenſu aſinum Cantherium dicimus. In Pordoſelena via interiacet, cuius vltra alterum latus gignitur catus, (γαλη, id eſt muſtela) citra alterum gigni non poteſt, Ariſtoteles. In Pordoſelene inſula viam muſtelæ non tranſeunt, Plinius: Albertus addit, & illatæ mortiuntur, ſimiliter in Bœotiam illatæ fugiunt.

Muſtela domeſtica plerunq; eſt in dorſo & lateribus rutila, ratò ſubfulua: in gutture ſemper candida: quin nonnunquam tota candida repertur, quanquam rarius, Ge. Agricola. De mutatione coloris eius per æſtatem & hyemem, iam proximè dixi in Hermelini mentione. Figura corporis ſimilior eſt martaro quàm muri, & habet anteriores dentes breues, quod non habet mus, & infeſta eſt muribus, vnde patet, quòd non ſit de genere murium, Albertus. Corpus et tenue & in longius ductum, Agricola: tenue & gracile inter ſciuri, Stumpfius. Primores dentes breues habet, non ſicuti mus longos, Agricola. Mures quidam in Cyrenaica ſunt μικροπρεποντα ὡσπερ μεγαλαι, id eſt luta facie muſtelarum inſtar, Ariſtoteles in Mirab. & Aelianus. Muſtelæ cor magnum, Ariſtot. maximam proportione, vt & reliquis timidis aut propter metum malefacis animalibus, Plinius. Muſtelę genitale oſſeum eſt, Ariſtoteles & Plinius. Vide infra in Viuerra. Penis canibus & muſtelis oſſe conſtat, Veſalius. Vulpibus etiam oſſeum eſſe Ariſtoteles ait. Muſtela habet caudam breuem, Agricola.

C.

Cauernas terræ & petrarum fiſſuras inhabitat, Albertus. Et rurſus, libro 22. In cauernis habitat gali, & ad meridiem & ad aquilonem hoſtia parat, vt vndecunq; ventus veniat ſit tuta contra ventum, (eo ſcilicet foramine obſtructo.) Idem ferè de ſciuris Plinius ſcribit. Septentrionem versus foueæ ſuæ ingreſſum facit, vt vento ſibi contrario non fatigetur, Iſidorus. Incolit ſaxa, foramina, & interdum fœnilia, vbi fœnum & ſtramentum reconditur, Stumpfius. Apud nos circa domos ferè & ſtabula habitat muſtela, vnde & domeſtica dicitur: armelini verò in regionibus ad Septentrionem reperiuntur etiam in ſylu's. Mus auidus mintrat, velox muſtelaq; dinerit, Author Philomelæ. Germani ex ſono vocis quam edit veſ am nominant, Agricola. Audio vocem eis acutam eſſe, & ſerpentium ſibilo ferè ſimilem. Muſtela diutiſſime dormit, Liber de nat. rerum. Gliribus ſemum finitur hyberna quiete: conditi enim & hi cubant: curſus æſtate iuuenescunt, ſimili & muſtelis quiete, Plinius. Muſtelas hyeme cubare, æſtate expergiſci Ariſtoteles ſcribit, vt Perottus citat: (ego hoc nuſquam apud Ariſtotelem repetio: ſtatim enim poſt glires, mures Ponticos albos id facere ſcribit, non muſtelas vt Perottus citat.) Hoc muſtelis accidere (inquit Perottus) compertum eſt, quod ipſi quoque coeperimus in hunc vſum vtriuſq; generis muſtellis, aliquando experti ſumus. Muſtela ſi noſtræ domi vitur, etſi habet ſuas cauernas, non diu ac multum ſe condit: ſaltari, hyberno tempore in ſpecubus latet, Agricola. Hæc dum ſcriberem per mediam hyemem muſtelam albam in horto extra vrbem ſibi viſam ἀξιωμα, ſe quidam mihi retulit, vnde colligo non longo tempore eas dormire, cum illa ne media quidem hyeme ſomno indulſerit. Rurſus alius quidam mihi affirmauit vidiſſe ſe muſtelam Limagam vrbis noſtræ flumen ſuperantem continuatis ſaltibus, ita vt nunquam demergi natarer, ſed ſubinde per ſuperficiem ſaltet, quod propter leuitatem & agilitatem huius animalculi non difficulter credo. Muſtela ratticis noſtris non eſt ingrata: deuorat enim omnia genera murium, domeſticos, tam minores tum maiores quos ratos vocant: item agreſtes mures & talpas. Cauernas etiam ſubire poſſunt ob corporis ſui gracilitatem: itaq; mures multò plures abſumunt quàm cati. Ita fit vt in Heluetia muſtelæ ferè abundent, quod à ruſticis & alpinis hominibus amentur, Stumpfius. Gale muribus veſcitur, & ideo cum ſerpentibus quibuſdem veſcuntur, pugnat, Albertus ex Ariſtotele. Idem libro octauo galen hoc facere ſcribens vulpem interpretatur. Muſtela gallinis infeſta eſt: ouaearum abſorbet & ipſas interficit, Albertus. Ego à ruſticis audio oua tantum abeis rapi, vel exorberi, gallinas verò non nocere: quod & Stumpfius ſcribit. Sylueſtres verò muſtelas, martes & iltiſos à nobis dictos, galinas iugulare certum eſt. Terreſtris muſtela fera beſtia atque inſidioſiſſima, in defunctos homines inuadit, & niſi arceatur, eorum oculos diripit & exorbet, Aelianus: eo ſcilicet modo quo gallinarum ouа. Prouidendum ne ad anſerum cellas accedere poſſint muſtelæ, aliæue beſtiæ quæ noceant, Varro. In anſerum ſtruendis cellis ſeruanda ſunt eadem, quæ in alijs generibus pullorum: ne coniber, ne vipera, feleſq; aut etiam muſtela poſſit aſpirare: quæ ferè pernicies ad internectionem proſternunt teneros, Columella. Amputas autē mygalen, id eſt murem araneam ex mure & gale, id eſt muſtela nati, vt refert Scholaſtes Nicandri: quod ſanè ridiculum eſt, cum muſtela omne murium genus maximè oderit ac deuoret. Muſtela auribus concipit quæ ore parturiat: quare eſt eius interdictum eſt ludæis, vt hoc ſymbolo inſinuaretur pernicioſiſſimum eſſe hominibus morem, vt quæ ipſi auribus acceperint, eadem verbis exaggerantes maioribus malis inuoluant, Ariſteas. Aegyptij inter cætera obſcura ſua ſymbola galen habent, id eſt muſtelam: quam auribus concumbere ferunt, ore parere: quæ imago natales ſermonis oſtendit, Caleagninus ex Hieroglyph. Muſtelam ore concipere & aure parere, Clemens papa docit, Liber de natur. rerum. Galen id eſt muſtelam ore parere fabulantur, vt pilcem quoque galeon, id eſt muſtelum, Horus. Γαλη θαλασσια, id eſt muſtela marina, è collo parit: & hic (γαλεη δερματινη id eſt muſtelam colliparam) Lycophron Meduſam Gorgonem nominauit, eò quod etiam poſt amputatum eius caput Chryſaorem & Pegaſum pepererit, Varinus, & Iſacius Tzetzes Lycophronis interpres.

Sunt

Sunt qui coruos & ibin ore coire opinentur: inter quadrupedes etiam muſtelam ore parere: atqui muſtelam modo cæteratum quadrupedum vuluam habere certum eſt: ex qua quonam pacto fœtus ad os deueniat? ſed quia muſtela paruos admodum parit, vt & cæteræ fidipedes, & ſæpe catulos ſuos ore ſuſceptos transfert, fecit vt ita opinarentur, Ariſtoteles de generat: anim. 3. 6. Omne muſtelarum genus ira incitatum graue quiddam olet, ſed maximè id quod Germani iltiſſum appellant, Agricola & Albertus. Omnis muſtelæ ſtercus aliquantum redolet muſcum, Idem. Muſtela fugiens peſſimè pedit. Vide infra inter prouerbia.

D.

Muſtelæ quanquam exiguo corpore, prudentes, animoſæ & feroces ſunt, Matthæolus: quare & animalia ſe maiora, per aſtutiam & agilitatem corporis vincunt, Obſcurus. Timidiſſima eſt & latebris gaudet, Textor. Muſtela, mus & lacerta, in Lege prohibita ne quis edat, clandeſtinas inſidias & furta denotant, ob naturæ ipſorum timiditatem, quæ vel ad quemuis ſtrepitum expaueſcit, Procopius Gazæus. Animal eſt ſubdolum, Obſcurus. Rapax: vnde natum prouerbium, Muſtela rapacior. Facile cicuratur, Albertus. Cicurare autem ſolent aliqui propter auium pullos præcipuè è nidis auferendos, vt in E. dicam. Muſtelæ & ſciuri allio dentibus tentato in poſterum mordere vix audent, cicureſq; hoc modo fiunt, Cardanus.

Catulos nuper natos, quia ab hominibus & nonnullis alijs animantibus, eis periculum metuit, ſingulis diebus aliò transfert, Agricola. Magna cura & induſtria fœtum nutrit: & ſæpius de loco ad locum transfert ne inueniantur, Albertus. Muſtelæ omnes hoc commune habent vt fœtus ſuos de loco in locum ore transferant: ſed hoc etiam canes aliquando faciunt, Perottus. Muſtelæ etiam, vt mures, domum ruituram præſentientes, paulò ante migrant, vt retuli ex Aeliano in Mure D. Circa foueas ſuas quàm ſint induſtriæ, paulò poſt initium præcedentis capitis dixi. Galeos (id eſt muſtelus piſcis) perſequitur & alios quidem piſces, ſed paſtinacas præcipuè, quibus nihil in mari venenatius: ſicut in terra ſerpentes muſtela, Plinius. Muſtela ſerpentem quoq; impugnat, cum præcipuè qui mures venatur, videlicet ea cauſa, quia ipſa etiam mures perſequitur, Ariſtoteles. Et rurſus, Muſtelę ſerpens aduerſarius eſt, quòd eadem in domo verſantur: victus enim ex eiſdem appetatur neceſſe eſt. Muſtela viſa eſt frequenter cum ſerpente pugnare, Perottus. Damulam odêre ſerpentes & fugiunt, & eius anhelitum ſuſtinere non poſſunt, Auicenna puto. Sed videtur corruptus is locus vel mutilatus: non enim ipſius, ſed rutæ quam comederit odorem ſerpentes fugere alij fide digniores ſcripſerunt. Muſtela quoties dimicatura cum ſerpente eſt, rutam comedit: odor etenim eius herbæ infeſtus ſerpentibus eſt, Ariſtoteles. Ruta contra ſerpentium ictus datur in potu vel in cibo: vtpote cum muſtelæ dimicaturæ cum his, rutam prius edendo ſe muniant, Plinius: hac ſumpta fidenti animo ad pugnam procedunt: oderunt enim huius herbæ odorem ſerpentes, Aelianus. Atqui muſtelam etiam ruta fugari apud Auicennam legimus, lib. 3. fen. 6. tract 3. cap. 13. (Vide in Cato E.) quod mireris cum tot authores eandem ab ipſa edi ſcribant, huc ante pugnam cum ſerpentibus ineundam, huc (vt recentiores quidam malunt) iam peractam. Muſtela ſerpentem aggreſſura agreſti ruta ſe munit. Proinde omnem medicorum errem ruta ſuperare dicitur: ita vt ſi mortuos fœtus ſuos inueniat, per herbam naturaliter notam rediuiuos faciat, Liber de nat. rerum. Albertus etiam agreſtem rutam à muſtela ſumi ait: cum veteres ſimpliciter rutam dixerint: & poteſt ſanè ſatiua vti, cum circa domos vetſari ſoleat. Gale moribus veſcitur, & ſerpentes eiſdem veſcentes impugnat: quos cum vicerit, deuorat, & poſtea rutam comedit pro antidoto veneni, Albertus & Iſidorus. Muſtela vites refouet ruta, in murium venatu, cum ijs dimicatione conſerta, Plinius. Baſiliſco ſerpentium venenatiſſimo muſtelarum virus exitio eſt: Adeò naturæ nihil placuit eſſe ſine pari. Injiciunt eas cauernis, facile cognitis ſola tabe. Necant illi ſimul odore, moriunturq;, & naturæ pugnam conficiunt, Plinius & Solinus. Omne iumentum muſtelam reformidat, Aelianus. Muſtela prudenter capere aues videtur: ingulat enim quas ceperit, vt lupus ouem, Ariſtotel. Gallinaceos muſtela terret, Philes & Aelianus. Mures omnis generis à muſtela maximè ſibi metuunt: nam cauernas etiam ſubiens eos apprehendit, vt in C. dixi. Muſtelæ & ſues diſſident, Plinius: item muſtela & cornix, Idem. Muſtela cornicum nidos ſæpe diripit, Perottus. Muſtelam aiunt doloſè colludere lepori, quem ludo defatigatum gutture apprehendat, & fortiter adhærens comprimat, nec currentem quidem relinquens, donec illum tandem enecet ac deuoret, Albertus. Mihi ruſticus quidam affirmauit viſam ſibi muſtelam quæ leporem aure teneret. Cati, vt audio, muſtelas aliquando inuadunt, ſed cedunt eis, & fortiter ſe defendentes relinquunt. Quibus in locis muſtelæ non ſint, natura quodammodo aduertente, ſuperius in B. dixi.

E.

Γαλεάγρα, ξύλινον ἁμαρτικὸν, Suidas & Varinus. Hoc eſt inſtrumenti genus quo fontes plectuntur: vel potius cauea in quam conijciuntur. Nam Varinus exponit etiam θηρίων ἀγγεῖον, hoc eſt locum ſeu vas potius, cui feræ includuntur. Pollux inter σκεύη, hoc eſt vaſorum genera numerat galeagran, & hac voce vſum ſcribit Demoſthenem in oratione ad Ariſtogitonem. Videtur quidem proprie ſignificare machinæ vel laquei genus quo muſtelæ, quas Græci γαλᾶς & γαλίνας dicunt, capiantur: vt myagra, muſcipulam: podagra, pedicâ ceruorum, &c. ſed huius ſignificationis teſtimonium ex authoribus non habeo. Καὶ πολλῶν τῶν εἰς γαλεαγρεῖα ἐμβαλόντων πρόνας ἢ ἄλλας θηρίας διαφθείρων πάσας, ἐν ἀγγείοις ἐκύλιον. Καὶ καθὸ, Ὁ δὲ τὸν γαλεάγρᾳ σπείρᾳ βαλὼν οὐ τέτρηται, Innominatus apud Suidam. Lyſimachus rex Telephorum quòd ſcommata in Arſinoën reginam torſiſſet, ἐμβεβληκέναι ἐκέλευσεν εἰς γαλεάγραν, καὶ δίκην θηρίου περιφερόμενον καὶ τρεφόμενον, ἕως ἐπίνοιτο δικαίαν, Athenæus libro 14. vbi & galeagræ vocabulum apud Hyperiden rhetorem eſſe ſcribit. Dion hiſtoricus ſcribit ab Caligula plures in galeagrâ coniectos necatos q;, vt Cælius citat. Liuius alicubi genus quoddam turris galeagram nominat. Plutarchus in lib. Vtra animalium &c. cauearn cui tigris incluſa erat galeagrâ vocat. Vimus vtilis eſt πρὸς ὑδρωπικὰς, καὶ γαλεάγρας, Theoph. Sal Ammoniacum frumentumq; humore aliquo diluens, circa loca quæ frequentant muſtelæ miſcellam ipſam diſpergito. Aut enim vbi maſſam eam vorauerint, interibunt, aut illinc aufugient. Feruntur autem, ſi quis vnius tantum caudam detraxerit, excideritue teſticulos, ipſumq; animal viuum abire permiſerit, in poſterũ nunquam amplius acceſſuras illuc muſtelas. Africanus in Geopon. Muſtelam fugere aiunt odorem rutæ, Auicen. Cati ſylueſtres fumum rutæ & amygdalarum amararum refugiunt, Raſis: cicures quoq; ruta ylueſtri fugantur, vt ſcripſi in Cato E. Chamæleontis felle in aquam conjecto, muſtelas contrahi, magi ſcribunt, Plinius. Fel ſtellionum tritum

tritum in aqua muſtelas congregare dicitur, Idem. In Italiæ quibuſdam locis muſtelis domeſticis, vt audio, vtuntur, vt extrahant columbas è columbarijs, & alias aues ex nidis quas in parietibus habẽt, vt paſſeres, ſturnos. Aues capiuntur in foraminibus columbarijs cum muſtela cicurata in foramen immiſſa, Creſcentienſis. Muſtelam Metis audio Gallicè vocari baccal: hanc funiculo alligatam vaſculo ſupra perticam imponunt, eleuantq; ad auium in arboribus nidos, vnde pullos extrahunt. Muſtela mare auium pullos in nidis venantur, Albertus 3.2. Ictis etiã ſiue ſylueſtris muſtela, aues captat, vt in eius hiſtoria dicetur. A muſtelis tutæ fient columbę, ſi inter eas frutex virgoſus ſine ſolijs aſper, vel vetus ſpartea proijciatur, qua animalia calciantur, vt eam ſecretò non videntibus alijs vnus attulerit, Palladius. Muſtelæ cinis ſi detur in offa gallinaceis pullis & columbinis, tutos eſſe à muſtelis aiunt, Plinius. Et rurſus, Gallinaceos nõ attingi à vulpibus, qui iecur animalis eius aridum ederint: vel ſi pellicula ex eo collo inducta, gaili inierint: Similia in felle muſtelæ legimus. Caſeos, ſi cerebrum muſtelæ coagulo addatur, negãt corrumpi vetuſtate, aut à muribus attingi, Plinius. Mures abigũtur cinere muſtelæ vel felis diluto & ſemine ſparſo, vel decoctarum aqua. Sed redolet virus animaliũ eorum, etiam in pane: ob id felle bubulo ſemina attingi vtilius putant, Plinius. Muſtelæ & mures ſtridentes, vehementem præſagiunt tempeſtatem, Aelianus.

F.

Muſtela quondam Iudæis in cibo vetita fuit: eſt enim animal (inquit Ariſteas) ad deturpandũ omnia immundum: auribus præterea concipit (quod ſupra in C. refutauimus) quæ ore parturiat qui mos hominibus perniciosiſſimus eſt, cum quæ ipſi auribus accipiunt, eadem verbis exaggerantes, maioribus malis inuoluunt. Alij, vt Procopius, eſu eius interdicto, inſidioſum, rapax & timidum ingenium ſymbolicè damnari putant. Sacerdotes muſtelam non eſitant, vt Aelianus ait, quòd ore pariat, Gyrald. Corpora quę natura ſunt ſicca, ſalis conſperſu exarefacta, cibo fiunt inepta: quidam enim leporem ſalire aggreſſus, muſtelis exiccatis ſimilẽ reddidit, Galenus de alim. facult. 3. Exiccantur autem muſtelæ, non ad cibum, ſed ad medicamenta, vt in G. dicam.

G.

Muſtela febrim curat, Vrſinus. Acopon ad podagram & articularem morbum mirabile: facit & ad diuturnum capitis dolorem, materiam ad ſuperficiem ducẽs, & ad frontem ac ſinciput: Caniculam paruam probè ſaginatam viuam, & muſtelam viuam in olei ſextarios nouem, ac butyri libras tres conijcito: atq; donec victa fiant animalia coquito: deinde in percolatum oleum calidum pedes aut manus per totam diem imponito, Aëtius 12.43. Aliqui terram ſubſternunt lacertæ viridi excæcatæ, & vnà in vitreo vaſe annulos includunt è ferro ſolido vel auro: cum recepiſſe viſum lacertam apparuerit per vitrum, emiſſa ea, annulis contra lippitudinem vtuntur. Muſtelæ etiam oculis puncto erutis aiunt viſum reuerti, eademq; quæ in lacertis & annulis faciunt, Plinius. Auicenna quædam attribuit dannulæ, id eſt, muſtelæ carni ſimpliciter, quæ magis claſſici authores cineri muſtelæ adſcribunt: qualia ſunt, arthriticis doloribus impoſita: ex vino contra comitialem vel capitis dolorem bibi. Morſui ſcorpionis vtiliter imponitur, Albertus. Venenis reſiſtit caro dannulæ ſumpta, Auicenna. In cibo ſumpta capite & pedibus abiectis, & ſanguine illito ad comitiales & ſtrumas laudatur, Vide infra inter remedia ex ſanguine. Exulceratis ſtrumis muſtelæ ſanguis rectè inlinitur, vel ipſa in vino decocta ſalubriter imponitur, Marcel. Plinius paulò aliter, Strumis exulceratis muſtelæ ſanguis vel ipſa decocta in vino, non tamen ſectis admouetur: aiunt & in cibo ſumptam idem efficere. Contra arthritin, R. muſtelam mortuam, & coque in oleo donec liqueſiat: & cola oleum, fiat emplaſtrum cum cera, Theophraſtus. Muſtela domeſtica ad diuerſa remedia amburi ſolet, & exenterata ſale inueterari, & in vmbra ſiccari, vt Dioſcorides & in Theriacis Nicander ſcribunt. Σκελετεύειν vocem Plinius inueterare vel ſale inueterare vertit: recentiores quidã exiccare vel arefacere, quidam ineptius ſalire ſimpliciter: propriè autem ad animalia integra quæ ſic reponuntur induranturq; ſiccata pertinet. Corpora quę natura ſunt ſicca, ſalis conſperſu exarefacta, cibo fiunt ineptа: quidam enim leporem ſalire aggreſſus, muſtelis exiccatis (γαλαῖς σκελετευθείσαις) ſimilem reddidit, Galen. 3. de ali. facult. Cæterum φλεγμαίνειν Ruellius amburere vertit, Marcellus Verg. ſignificantius, flammis amburere: Hermolaus Barbarus non rectè inaſſare. Nicander in Theriacis circunſcribit, Ἀποπύλαιο γαλέγλιω Καρφαλέα καλύπτρῃ πυρὶ σελαίνῃ αὔτμῃς. Iubet autem hoc fieri vel in catulis muſtelæ, vel in ipſa muſtela. Hoc quidem etiam in auibus inquit Marcellus, mox mox coquendis coqui agunt, flammis enim quas non potuerunt manibus vellere minutiſſimas amburunt plumas. Vult ſanè Dioſcorides, non inaſſari, ſed integram cum ſua pelle, pilis tantum adoſtis, ſeruari muſtelam. Noſtri φλεγμαίνειν dicũt *aſſare*: quod quidam in ſuibus mactatis faciunt. Græci etiam ἀφθέειν & φλογίζειν, vt dicam in Sue ■ f. Scripſerũt quidam herinacei terreſtris carnem deſiccatam prodeſſe elephantiacis, cachectis, &c. quæ ſi efficere poteſt, facultatẽ habuerit valenter ſimul digerentẽ deſiccantemq;: ſicut & caro muſtelæ arefactа, Galenus de ſimpl. 11. 3. Exiccata è vino pota venenis aduerſatur, Auicenna. Contra toxica muſtela vulgaris inueterata binis drachmis pota valet, Plinius. Præparata (vt diximus) binis drachmis cum vino pota, aduerſus omnia ſerpentium venena præſentaneo eſt remedio: toxico ſimili modo ſumpta reſiſtit, Dioſcorides lib. 2. & Auicenna inter remedia ad ſagittas Armenias. Muſtelæ catulus præparatus, vt diximus (ſale ſcilicet inueterata) contra omnia mala medicamenta valet, Plinius. Muſtela ſale inueterata inter auxiliaria morſuum, quos inflixêre ſerpentes medicaméta eſt. Bibitur autem binis drachmis ex vino, præparata vt ſupra dictum eſt, Dioſcorides lib. 6. Muſtelam arefactã aliqui planè omnis feræ alexipharmacum eſſe referunt, & maximè eius ventrem, Galenus de ſimpl 11. 35. Muſtelæ, quæ in domibus noſtris oberrat, inueteratæ ſale denarij pondus in cyathis tribus (vini) datur perculſis (à ſerpẽtibus,) aut ventriculus coriandro fartus inueteratusq; & in vino potus: & catulus muſtelæ etiam efficacius, Plinius. Caro muſtelæ arida ſi bibatur cum ruta (vino potius) contra morſum omnium animalium, Albertus. Cõtra phalangij morſum vtiles ſunt muſtelæ catuli, vt diximus (id eſt inueterati ſale & è vino poti,) Plin. Et rurſus Muris aranei morſus ſanatur muſtelæ catulo, vt in ſerpentibus dictum eſt. Muſtelæ caro arefacta valenter ſimul digerit & deſiccat, qua vtiq; vi comitiali morbo afflictos iuuat epota, Galenus de ſimplic. 11 3. (& Auicenna.) Et rurſus, Arefactam ac potam legimus prodeſſe comitialibus vi ſcilicet digerentẽ, 11. 35. Dioſcorides ſanguini eius hanc vim attribuere videtur, (Marcellus quidem interpres expreſſe ad ſanguinem refert remedium ad comitiales apud Dioſcor. Ruellius verò ſimpliciter vertit, vt Græca habent, Comitialibus etiam prodeſt, vt quo referas dubites) vt alij alijs muſtelæ partibus: alii qui integræ muſtelæ cineri, vt mox dicetur. Muſtela exiccata & pota ſanat epilepticos, Nic. Myrepſus.

De muſtelæ cinere multa legimus remedia: atqui Galenus nunquam ſe hoc animal combuſſiſſe ſcribit, vt quid præſtaret experiretur. Muſtelę ſanguis & cinis ad elephantiaſin vulter illinitur, Plinius, Sextus, Aeſculapius. Elephanti morbo aduerſus erit cedri de cortice ſuccus, Muſtelæúe cinis, vel fuſus ſanguis ab illa, Serenus. Muſtelæ exuſtæ cinis & elephantis ſanguis, immixtus & illitus elephanticis corporibus medetur, Marcel. Aduerſus anginas, ſunt qui cuiuſcunq; hirundinis pullum edendũ cenſent, ne toto anno metuatur id malũ. Strangulatos (pullos hirund.) cum ſanguine comburunt in vaſe, & cineré cum pane aut potu dant. Quidã & muſtelæ cineres pari modo admiſcent: ſic & ad ſtrumæ remedia dant, & comitialibus quotidie in potu, Plin. Muſtelam totã viuam in olla vſtam, & cinerem eius cũ melle aut terebinthina aut butyro impoſitũ, ſtrumas ſanare affirmant, Nic. Myrepſus. Ad comitialem, Aptus muſtelæ cinis eſt, & hirundinis vnà, Serenus. Plinius alibi muſtelæ cinerem etiam per ſe commẽdat aduerſus comitiales morbos. Auicenna ſimpliciter muſtelam è vino bibendã præſcribit ad epilepſiam & capitis dolorẽ. Muſtelæ cinis illitus capitis doloribus remedio eſt, Plin. Cinerẽ muſtelæ (inquit idem) phrenetico dare potui ex aqua aliqui prodeſſe tradiderunt: ſed quis ad hoc cogere poſſet furentẽ, etiam ſi certa ſit medicina? Muſtelæ cinis oculorũ ſuffuſionibus confert, Plin. Ad reumaticos (ſiue catarrhum in fauces) efficax remediũ ſic: Muſtela die Iouis Luna vetere capta, viua in olla rudi ita excoquitur vt teri poſſit, & in puluerem redigi, qui puluis collectus ex melle & bene contemperatus, ieiuno reumatico ad diem per cochleare dabitur, ſed vnius ligulæ menſura, mirè proderit, Marcel. Ad parotidas Archigenes apud Galenũ aeris pharmaci facit mentionem ex muſtela vſta, cuius cinerem cerato irino excipi iuſſit. De remedio ex hoc cinere ad anginas paulò ſuperius dixi. Ad ſtrumas. Cineri muſtelæ ſarmentis combuſtæ miſcetur axungia, Plin. Humeri doloribus tritus & cũ cera permixtus ſubactuſq;, ac ceroti more impoſitus, mirè medetur, Plinius & Marcel. Obſcœnos ſi ponè locos noua vulnera carpant, Horrentũ manſa curantur fronde ruborum. Et ſi iam veteri ſuccedit fiſtula morbo, Muſtelæ cinere immiſſo purgabitur vlcus Sanguine cũ ricini, quẽ bos geſtauerit ante, Serenus. Muſtela in fictili cremata podagricis cõfert, cinere ex aceto illito, Dioſcor. Cinerem eius cũ aceto illitum podagricos arthriticoſq; iuuare, tanquam vehementer valeat digerere (poros aperire, Albertus) quidã tradiderũt. Galenus. Muſtelæ viuæ combuſtæ cinis cũ oleo roſaceo & aceto penna illitus podagricis prodeſt. Marcel. & Plinius: qui addit, vel ſi cera & roſaceum admiſceatur. Muſtelæ cinis aut cochlearum cũ amylo vel tragacantho, articulorũ doloribus illinitur, Plin. Auicenna muſtelæ carnem ſimpliciter emplaſtri more dolentibus articulis applicari ſcribit.

Comitialibus prodeſt & cerebrũ muſtelæ inueteratum, potumq;, Plinius: ſiccum potum cũ aceto, Raſis. Cameli cerebrum ſiccatum & cũ aceto potũ, epilepticos ſanat, & muſtelæ ſimiliter, Galenus ad Piſonem cap. 12. Facilius enituntur quæ ex vtriculo muſtelino per genitale efluentes aquas ſorbuêre, Plin. Equus ſi inciderit morbum (ſubitum ferè & pernicioſum, quẽ noſtri *rauchā* appellant, de quo dixi in Equo c. curatur à veterinarijs quibuſdam exigua portione pellis muſtelinæ (quãta eſt coronati dicti nummi aurei magnitudo) intra corpus data, neſcio an in potione per cornu, aut cũ pabulo inciſa. Alij hermelini, id eſt muſtelæ albæ caudã, quæ dimidia parte alba & altera nigra eſt minutatim inciſam equis ſic affectis in pabulo offerũt, vt apud recẽtiores hippiatros Germanicè legimus. Bouem ſi ſerpens aut animal venenoſum læſerit, muſtelæ pelle locũ faucium demulceto, Innominatus in libro Germanico manuſcripto. Idem ferè fieri iubent aduerſus morſus quos equis inflixerit: infricant enim vulneri pellem donec incaleſcat, & ſimul antidotũ aliquod intra corpus exhibent. Ego ſi res ſucceſſerit, aut vulnus parum noxium fuiſſe dixerim, aut antidoto liberatũ animal, aut frictione vulneris ad calorem vſq;: quid enim pellis arida iuuet? Ipſum animal potius diſſectum & calidum appoſitum proderit, quod & in mure araneo & alijs multis fit: ſiue quòd ſimile trahitur ſimili, ſiue ipſa caliditas ad ſe trahit: nam & alia quædã animalia ſi viua diſſectaq; applicentur iuuant. Sanguis muſtelæ ſi illinatur apoſtemati poſt aurem prodeſt, Raſis. Archigenes ad parotidas muſtelæ ſanguinis illinendi meminit. At vero talia (inquit Galenus) tanquã curioſa & ſuperuacanea, & quæ magnam rei medicamentariæ egeſtatem indicent, ſi per alia auxilia, citra ſanguinis muſtelæ adhibitionẽ, parotidas curare nequeat, neq; in vſum adſumpſi, neq; eorum experimentum habeo: ſed neq; ex amicis noſtris quiſpiam alius vti tentauit. Muſtelæ ſanguine perunctæ ſtrumę ſanantur, Dioſcorides. Mox autẽ ſubijcit, Comitialibus etiã prodeſt, quod Marcellus Verg ad ſanguinem retulit, ſed quoniam aliorũ nemo idem remedium ſanguini attribuit, ad ipſam potius muſtelam ſiue vſtam, ſiue inueteratã ſale, retulerim, vtroq; enim modo ad comitiales facere authores habemus. Muſtela tamen in cibo, pedibus capiteq; abiectis, ad comitialem à nonnullis datur, & ſanguis illinitur, aduerſus epilepſiam: eodemq; modo aduerſus ſtrumas adhibetur, Galen. Parab. 2 3. Muſt. ſanguis ſtrumis exulceratis rectè inlinitur, Plinius & Marcell. Ad faucium mala, Muſtelæ ſanguis inungatur & ſanat, Sextus. Elephantiacis prodeſt, vt ſupra diximus in Cinere muſtelæ. Podagras lenit cum plantagine illitus, Plin. Neruos contractos remollit, & articulorum dolorẽ ſoluit, Iſidorus. Muſtelæ ventriculus coriandro farctus inueteratuſq;, percuſſis à ſerpente & comitialibus potu auxiliatur, Dioſcorides. Idem Plinius ſcribit, ſed comitialibus mederi, omittit, librariorum opinor cu'pa: Alibi enim, Prodeſt, inquit, ad comitiales muſtelæ ventriculus inueteratus cum coriandro, vt diximus. Muſtelam arefactam in potu comitialibus prodeſſe: & quidam planè omnis feræ alexipharmacum eſſe, ſcribunt: & maximè eius ventrem, Galenus.

Ad comitiales prodeſt & cerebrum muſtelę inueteratum potumq;, & iecur eius, Plin. Epilepticis muſtelæ iecur aridum ex aqua propinato, id facies autem cum ægrotus mox eſt caſurus, Galenus de Parab 2.3. Fel leporis ſimul & iocinora muſtelæ commiſce ad drachmas tres, caſtorei drachmam vnam, myrrhæ drachmas quatuor, cum aceti drachma ex melle aut paſſo bibant qui vertiginem patiuntur, ſanabũtur, Sextus. Muſtelæ iecur lethargicis vtile putant, Vide mox in Teſticulis. Ad arcendum conceptum, muſtelę iecur ſiniſtro pedi alligetur, Aetius 16.17. Muſtelę fel duntaxat contra aſpidas eſt efficax, cætera ſunt venenum, Perottus Plinium citans, ſed perperam, vide infra in Muſtelis ſylueſtribus. Fel eius potum interimit niſi remedia maturè adhibeantur, Raſis. Pro felle muſtelæ, (mygales, id eſt muris aranei Græce legitur apud Aeginetam, inter Galeni verò opera γαλῆς, id eſt muſtelæ, quod probo) fel cameli ſubſtitui poteſt, Author Succidaneorũ. Virga damulæ ſiccata trita & pota, morſis à ſerpentibus medetur, vt etiam cerui virga, Hali. Hic ſi quis damulam nõ pro muſtela, ſed pro dama ſiue cerui ſiue caprarum ſylueſtrium generis accipere malit, non repugno. Muſtelę ruſticæ ſiue viuerræ coles ad ſtranguriam & calculum celebratur, vt in ipſius hiſtoria dicetur. Muſtelæ teſticuli & vuluæ ad comitiales valere creduntur, Plin. Exiſtis (magicis puto) cõfeſſa aut certe veriſimilia ponemus, ſicut & lethargum olfactorijs excitari: inter ea fortaſſis muſtelæ teſticulis inueteratis, aut iocinere vſto, Plin. Ad arcendum conceptum, muſtelę iecur ſiniſtro pedi alligatur, nec eiuſdem animalis teſtes circa vmbilicum geſtentur, Aetius 16.17. Teſticuli muſt mulieri alligati partus continent, Textor.

Muſtelæ

Muſtelæ teſticulus ſiniſter in pelle mulę ligatus, & potus atocion eſt, Kiranides. Vel teſticulos eius abſcinde interlunij tempore, & viuam dimitte, & da mulieri in corio mulæ, Idem. Si calcaneus muſtelæ viuæ dematur, & alligetur mulieri, non concipiet quandiu eum geſtàrit, Albertus. Capitis canini cinis excreſcentia omnia erodit ac perſanat ſpodij vice: item muſtelæ fimi cinis, Plinius. Pro muſcerda, muſtelæ æquale pondus, in Succidaneis Aeginetæ: ſed legendum muſcarum æquale pondus, (ad alopeciam opinor præcipuè.)

Morſus muſtelæ venenoſus eſt, Stumpfius. In rabie non minus quàm canis rabidus lædit, Bertrutius. Vulpes etiam & muſtelæ rabidæ fiunt, Auicenna. Furo & muſtela vulnere magis quàm veneno lædunt, Arnoldus. Venenatum aliquid ineſſe muſtelis, vel ipſa odoris grauitas arguit, quæ in omni muſtelarum genere tum præcipuè ſe prodit quum iraſcuntur. Mures abiguntur cinere muſtelæ vel felis diluto, & ſemine ſparſo, vel decoctarum quæ: ſed redolet virus animalium eorũ etiam in pane, Plinius. Ariſtides Locrus à Tarteſia muſtela morſus, iam moribundus, multò libentius ſe moriturũ fuiſſe dixit, ſi à leone aut panthera potius quàm tam ignobili animante morſus fuiſſet, Aelianus in Varijs lib. 14.

Muſtelæ morſum (inquit Auicenna 4. 6 5. 14.) celeres dolores inferre aiũt, & colore fuſcum aut ſiuidum eſſe, (quod & Raſis ſcribit.) Curatur autem cum cepis & allijs (vt ſtellionis etiam morſus) tum foris adhibitis, tum in cibo ſumptis, merum ſuperbibendo. Proſunt & ficus immaturæ cum farina erui. Theriaca etiam vtiliter emplaſtri modo imponitur, vt & canis rabidi morſui, ſicut in libro de theriaca legitur. Allia cum folijs ficulneis & cymino trita imponuntur, Raſis. Liquor lacteus è ficu cum eruo impoſitus, vt Aggregator ex Auicenna citat. item eruca in cibo ſi vinum odoratum ſuperbibatur, Auicenna lib. 2. Veſpertilionis fel non ad muſtelę, vt Aggregator ex Plinio citat, ſed ad muris araneæ morſum à Plinio commendatur. Fit aliquando vt muſtela iumentum morſu lauciet, cuius dentes inficiũt animal, & moritur niſi ſubueniatur. Remedio eſt ſi vulnus oleo perungatur, in quo muſtela ſuffocata computruerit, expreſſo validiuſculè per linteolũ. Fricatur & locus laucius arida pelle muſtelæ, vt incaleſcat, & datur iumẽto antidotus theriaca, Camerarius. Vide ſupra inter remedia ex pelle muſtelæ. Vaccas à muſtelis demorſas, ruſtici aliqui incantationibus ſanari ſuperſtitioſè credunt. Vbera vaccarũ mordet muſtela, quæ quàm primum in tumore fuerint, muſtelina pelle perfricata ſanantur, Georgius Agricola.

H.

a. Muſtelam per l ſimplex potius quàm duplex ſcripſerim: nam & alia eiuſdem terminationis Latina vocabula ſic ſcribuntur, vt nitela tutela, cautela, candela, cicindela. Cuſtodelam dicebant antiqui, quam nunc dicimus cuſtodiam. Feſtus. Non enim probo quod Carolus Figulus ſcribit muſtelam dictam videri, à μῦς & κλέπτω τὸ ἰσχναίνω id eſt ſurripio: quaſi murium fur ſeu raptor. Addit etiam *ſtellen* vocem Germanicam (ſed *ſtelen* potius ſcribendum eſt) quę furari ſignificat, à Græco verbo κλέπτω deriuatam videri. Ego potius originis Germanicæ eſſe dixerim quòd furta tacitè & occultò fiunt: *ſtill* enim tacitum, tranquillum, & quietum ſignificat: inde *verſtelen*, quod occultò factum ablatúmue eſt. St. apud Terentium, vox eſt ſilentium indicentis qua ipſa aut ſimili Germani etiam vtuntur. Græca quidem verba κλέπτω & ἰσχναίνω, vbi ſurripere aut furari ſignificarent, nuſquam legere memini. Muſtela, quaſi longior mus, Calepinus. Memini grammaticum quendam deriuare à mus & τίλη, quod eſt longe, ſed nugaces iſtæ deriuationes non placent. Γαλὴ oxytonum vel γαλῆ circunflexum, apud grammaticos & authores inuenio: ſic in alijs caſibus γαλῆν vel γαλῆ̃, γαλῆς vel γαλοῦ̃. Vide in Leone meo in Λεοντῆ̃, poteſt autem, ni fallor, vtrunq; defendi. Oxytonum, tanquam primitiuum: circunflexum, tanquam à γαλίη deductum, qua voce Nicander vtitur: & Homerus, Μῦς πατὴρ ἀψαλέος γαλίην νίὸν ἐποτρύνας ἀλύξαι: ſic & μυγαλέην pro mure araneo Nicander poſuit. Arborum quidem nomina aliquot à primitiuis in ία, contracta per η̃ ſcribũtur, vt συκῆ, ἀμυγδαλῆ, μηδῆ. Euſtathio in Dionyſium κωλιὰς κωλῆ̃ circumflectitur, & ſimiliter γαλιὰς γαλῆ̃. Γαλὴ, τὸ ζῶον. ἔστι δὲ τὸ ὄνομα ἰσόψηφον, δίκη, γαλῆ, ἀρχή. Varinus. Ἰσόψηφα vocabula intelligo, quorum literæ ad numeros redactæ eandem ſummam perficiunt: nam & γαλῆ & δίκη computatis literis conſtituunt 42. προδρόμη vero vt idem numerus conſtituatur, legendum ἀλωπῆ. Deinde addit, ὅτι τὰ αὐτὰ συγκεῖται γράμματα, vbi erratum videtur: non enim ijſdem ſed totidem literis, tria iſta vocabula conſtant, quæ etiam in ſummam numerorum collectæ, eandem efficiunt. Ὡς μακάριος, Ὅστις σ' ὀπύσει, καὶκακὸν ἐκφύγοι γαλᾶς Σὺ μηδὲν ἧσσον ἐν βίῳ, ἐπεὶ δοὺς ἔδῳς ἔχῃς, Mater ruſtica ad filiam in Acharnenſibus: Vbi Scholia, γαλᾶς (accuſatiuus pluralis circunflexus) dixit præter expectationem ἀντὶ τοῦ παῖδας ἀριστοτόκους, ſolent autem homines tempore matutino frequentius pedere, peracta iam concoctione. Muſtelæ quidem vt & felis flatus alui acerrimus & putidiſſimus eſt, vnde & prouerbium natum, quod inferius ponetur. Γαλὴ, τὸ ζῶον. καλεῖται δὲ παρ' ἡμῖν κερδὼ, ἡ ἀλωπεκίς, Suidas & Varinus. Κερδὼ quidem pro vulpe potius accipi ſolet, propter eius animantis aſtutiam: ſed muſtelam quoq; aſtutam eſſe docuimus. Ἀλωπεκὶς vocabulum alibi nuſquam reperio: & vulgare nomen recẽtioris Græciæ eſſe puto. Γαλερὸν quidẽ, vt & γαυρὸν, à grammaticis exponitur, ἀλαζὼν, ἡδὺ, πρᾶον. In Olympia imago eſt Thraſybuli Iamidæ vatis Elienſis, ad cuius dexterum humerum γαλαῆ̃ς adrepit, Pauſanias Eliacorum 2. Cælius 13 35. galeoten ex hoc loco muſtelam aut felem vertit: ego ſtellionem eſſe docebo in Stellionis hiſtoria: Κιὰν, γαλῆ̃, Heſychius & Varinus. Albertus galen alibi vulpem, alibi hœdum interpretatur, vtrunq; ineptiſſimè: item alibi adhuc abſurdius ſpeciem milui. Animal quod vocant habeninum, foueas habet in campis, & pugnando venatur animal dictum pelagoz, quod Auicenna videtur nominare murem cæcum quem nos talpam dicimus: & quodcunque aliud vicerit deuorat, Albertus in Ariſtotelis hiſtoriam 9. 1. vbi nihil omnino tale apud Ariſtotelem reperio: conijcio autem habent num illum Alberti, vel Auicennæ potius, non aliud animal eſſe quàm muſtelam.

Epitheta. Pauida, Introrepens, apud Textorem. Velox, Author Philomelæ. Λαυρὴ, id eſt velox, apud Nicandrum.

In Apuleio (inquit Cælius) muſtelatos legimus peplos, de muſtelini coloris ſimilitudine, qui ſubliuidus eſt ac lentiginoſus, cuiuſmodi in veſtibus comparet cruore commaculatis. Sed & nos eius coloris ſericũ, vt vulgò iam loquimur, raſum diſtrahi paſſim ſcimus. Scoppa muſtellinum colorem Italicè interpretatur, lentinioſo, roſſaccio. Hic eſt vetus, vietus veternoſus, ſenex, colore muſtelino, Terentius Eunucho. Γαλῶντες equi dicũtur, quorum color eſt ὑποσίδης. id eſt aſininus, Etymologus. Quibus dum adhuc infantes ſunt profundæ ac ſubmerſæ ſuppurationes circa brachij caput fiunt, omnes galeancones efficiuntur, Hippocrates in libro de articulis. Galenus in Gloſſis, Γαλαγχώνες (inquit) dicuntur, qui paruum & macilentum (atrophon) brachium habent. partes autẽ

Digitized by Goog

circa cubiti flexuram ſiue gibbum tumidiores, quemadmodum etiam muſtelæ, οἱ δὲ φάσκοντες γαλῶν τὸ χονδρῶν ὀνομάζεσθαι, καὶ τὸν γε κυβισμὸν (ἐγκυβισμὸν) τὸν ἀνίσιμα, τάχα ἂν δίκαιον παραγινέσθαι: τὸ γὰρ γαλιαγκώνας, ἀντὶ τοῦ γαλεοβραχίονας ἐρεῖν ἀντὶ ἀνομάζεσθαι. In his Galeni verbis pro χονδρὸν conijcio κοιλὸν legendum: hoc eſt imminutum, exile. nam κοιλόβις (melius κωλόβις, vt Varinus habet: qui tamen cætera Heſychij verba recitans, pro κοιλὸς habet παλαιὸς, quod non probo) apud Heſychium exponitur κοιλὸς, σμικρὸς, ὀλιγοστὸς ἢ ἐσχισμένος. Aëtius lib. 2. cap. 120. ad œſypum parandũ requirit ἐλαιον κοιλὸν ἢ μαλακὸν, Dioſcorides μαλακὸν & οἰσυπηρὸν, vt κοιλὸν accepiſſe videatur pro pingui: nam & χοιρεῖον exponũt, ὃ τρεφῆναι, πίονα, ſed Galeni verbis optimè quadrat Heſychij interpretatio. Cornarius cubiti gibbum vertit. quòd minimè quadrat, cum ἀγκὼν eandem partem ſignificet, nec vnquam vllum vocabulum ex duobus idem ſignificantibus rectè componatur. Gyraldus ſyntagmate 9. de dijs, præcedentia Galeni verba interpretatus, hæc tanquam obſcura non attingit. Varinus etiam cætera ferè gloſſemata Galeni integra tranſcribere ſolitus, hæc omittit. Eſt autem γαλιάγκων ſcribendum cum acuto in penultima, nõ vt Heſychius habet in vltima. Plutarchus in Iſi & Oſiri Mercurium ſcribit γαλεάγκωνα (cum epſilo in antepenultima) eſſe corpore. Miror autem (inquit Gyraldus) Cælium Calcagninum quodam ſuo opuſculo de rebus Aegyptiacis inſcripto γαλιαγκῶνα ἰχνεύειν expoſuiſſe albicubitum. Grammatici nonnulli galiancõna interpretantur qui iuſto breuiorem habeat cubitum, (ſed hic ancus Latinè dicitur. Galiancon quidem ab Etymologo exponitur qui habeat τὸ βραχίονα ἐλαφρὸν, id eſt brachium iuſto minus: ſed paruitas iſta ad craſſitudinẽ referri debet, nõ ad longitudinem, vt ex Galeno patet.) Ἀγκὼν eſt articulus totus vbi duo cubiti oſſa cum brachio conueniunt, vnde γαλιαγκὼν dictus apud Hippocratem, Pollux. Quidam galeanchena, alij gylianchena (ſed vtrobiq; præſtiterit tertiam ſyllabam per au. diphthongum ſcribi) legunt, Gyraldus. Et alibi, Γυλιαυχὴν is dicitur qui collo eſt gracili & prælongo. Carcini poëtæ filios Ariſtophanes gyliauchenas & gyliotrachelos (non vt Eraſmus legit glycytrachelos) appellauit, quòd colla & ceruices longas & anguſtas haberent. Γαλιόν, ἀγγειαρικόν, Heſychius & Varinus. Γαλία, muſcipula, Lexicon vulgare: ego in hoc ſenſu γαλεάγρᾳ legendũ puto de qua multa in κ. dixi. Γαλὴ, ἐξέδρα ὑπαίθριος, ἢ ἐν ἡ γαλαία (γαλέα) τὸ ζῷον, Heſychius & Varin. Exedræ vocabulum apud Vitruuium & Ciceronem legimus. Conſtituantur in tribus porticibus (inquit Vitruuius) exedræ ſpatioſæ, habentes ſedes, in quibus philoſophi, rhetoresq; ac reliqui qui ſtudijs delectantur, ſedentes diſputare poſſint. Dicta autem exedra videtur, quod extra vel iuxta porticum, aut ad latus eius extrueretur: vt hodie in periſtylijs canonicorum aut monachorum, id eſt clauſtris (vulgò Capitula dicunt) fieri ſolent. Γαλεοὶ (vel galeotæ) dicti quidam vates in Sicilia habitarunt, vt in Stellione dicam.

Muſtelæ ſanguis Magis, aſplenum & verbenaca, apud Dioſcoridem. Γαλιὰ, herbæ genus, Varinus forte legendum γαλιόφις vel γαλεόφις, quæ herba eſt Dioſcoridi memorata, alio nomine galeobdolon. Γαλῆψις quidem Stephano, vrbs Thraciæ eſt & Paonum. Galiſopſis, pulegium, apud Dioſcoridem.

Carolus Figulus in dialogo de muſtelis meminit auis cuiuſdam quę mures venetur. Germanicè *Wieſel* dicta, Latinè muſtela: ſed qualis ea ſit non deſcribit. Latinum quidem muſtelæ nomen confictum ab eo videtur, à ſimili venatu murium. Muſtela piſcis eſt, qui hodie vulgò lampetra vocatur, vt Maſſario videtur: ſed etiã triſſia (*traiſch*) noſtris & Italis botetriſſia vulgò dicta. Lugduni lota. in lacu Sabaudiæ iuxta Iuerdunum muſtela hodie nominatur. Muſtela brevis piſcis nullam cum muſtelo piſce (inquit Aelianus) communitatem habet. Nam hic quidem chartilagineus eſt, & pelagius, & magnitudine præſtans, ſimul & canis ſpeciem ſimilitudinemq; gerit. Muſtelam vero diceres eſſe iecorinum, &c. algas depaſcitur, & ſaxatilis eſt. atq; ſimiliter vt terrena omnium cadauerum, in quæ incurrit, oculos exeſt & conficit. Hæc Aelianus. Γαλία & γαλεὸς, piſcis marinus, Suid. & Varin. Sed forte ita differunt hi piſces, vt de muſtela & muſtelo ex Aeliano iam recitaui. Γαλεὸς omnino muſtelus eſt: cui ſimiles piſces γαλεώδεις, id eſt muſtelini generis appellantur. Γαλεὸς etiam pro galeota, id eſt ſtellione accipitur, Varinus. Γαλίαι piſces ſunt qui & oniſci, id eſt aſelli, Heſychius & Varinus. Γαλαξίας, ἰχθὺς ὀνικὸς (lego ὀνίσκος,) Heſychius & Varin.

Muſtelaria inſcribitur vna ex fabulis Plauti. Fuit & Carcini poëtæ fabula myes. vbi muſtela ſtrangulat noctu rnos mures. Murinitini, ſaccilum fuit aduerſum murum muſtelinum, Feſtus. Galanthis ancilla Alcmenæ, partũ dominæ mira aſſutia à Lucina eum impediente obtinuiſſe, ideoq; in galen, id eſt muſtelam mutata fertur à Lucina, addita pœna vt ore quo præcipuè peccauerat, perpetuò pareret: ſeruare propterea muſtelam colorem ancillæ priſtinum, cui flaui fuerant crines: & in domibus nobiſcum, vt ante, verſari, eadẽ ſtrenuitate præditam, vt Perottus refert ex Ouidij Metamorph. nono. Vide Onomaſt. noſtrum. Alij ab ipſa gale quadrupede accurrente Alcmenæ partum facilem redditum ſcribunt. Vide inferius inter religioſa Γάλλιον, nomẽ loci, & mons prope Epheſum, Suidas & Varin. Stephanus Galleſium per l duplex, Epheſi vrbem facit.

b. Mus quem ziſelum vocant in Auſtria, &c. magnitudine eſt muſtelæ. Albertus. Leænas aiunt informes minimasq; carnes parere, quæ magnitudine muſtelarum ſint initio, Plinius. Mus araneus colore muſtelæ ſimilis eſt, magnitudine muris: quare ab vtroq; animante compoſito nomine apud Græcos mygale vocatur, Aëtius. Talpa roſtrum habet vt muſtela, (μύγχῳ ὡς γαλῆ: lego μύγχῳ ὡς μυγαλῆ, id eſt vt mus araneus,) Heſych. Aegyptij ſignificaturi mulierem viraginem, (ἀνδρὸς ἔργα πράττουσα muſtelam pingunt: αὐτὴ δὲ αἰδοῖον ἀνδρὸς ἔχουσα, quod hæc maris pudendum habeat (quod mas ſcilicet in eo genere pudendum habeat) velut oſſiculum, Orus.

c. Muſtelæ catuli, σκύλακες Nicandro, communi ferè ad huiuſmodi animalium digitatorum fœtus vocabulo. Αἰγαλέαι μαλακοῖς χερέουν καδδάγι, Theoc. Id. 15. in Eunoam ignauam & pigram. Lycophron Meduſam γαλῆν vocat, quoniam poſt defectum caput Chryſaorem & Pegaſum ediderit, muſtelæ more quæ per os parit, his verbis, Τὴν δυσπαιδοῦσαν μαχαιρώπιδα γαλῆν. Simonides apud Stobæum in Sermone quo mulieres vituperantur, diuerſa mulierum ingenia recenſens, ſingulas ex ijs quæ moribus referunt animalibus naſci fingit: & inter cætera, miſerum ac triſte illud mulierũ genus eſſe ſcribit, quod è muſtela creatur. Huic enim (inquit) nihil prorſus amabile, pulchrum, vel iucundum adeſt. Sed cum aliena ſit (muſtelarum ſcilicet & felium modo) à Veneris complexu, maritum faſtidiet & furando vicinis nocebit, & hoſtias ſæpe nondum conſecratas vorabit. Muſtela è transuerſo offenſa retrocedendũ: id eſt homines delatores fugiendos: nam muſtelam ore parere affirmant, Plutarchus in ſymbolis Pythagoricis.

c. Non allatrat canis caudam muſtelæ, qua abſciſſa dimiſſa ſit, habentes, Plinius & Aelianus. Talpi ſinistri hyenæ cinere decocto cum ſanguine muſtelæ, perunctos omnibus odio venire, magi prodiderũt: idem fieri oculo decocto. Plin. Si in pelle muſtelæ maris elaborata literæ exarentur, & ſic alligetur dæmoniacis vel incantatis, confert, Albert.

h. Pole-

b. Polemarchum quendam periurum qui claſſem Corinthiorum euaſerat, quoties noctu dormiret muſtelarum morſibus infeſtatum fabulantur, & in deſperatione tandem ſibi ipſi manum intuliſſe, Heraclides in Politijs. Heliogabalus iubebat ſibi decẽ milia murium exhiberi, mille muſtelas, mille ſorices, Lampridius. Muſtelæ laudem & epicedion carmine condidit T. Veſpaſianus Stroza, ſexto Eroticôn. Muſtela quoq;, ſicut picus, à ſiniſtra veniens infauſti ominis eſt, Alexander ab Alexãdro. Alciatus in Emblematis ſub titulo Bonis auſpicijs incipiendum: Auſpicijs res cœpta malis bene cedere neſcit. Felici quæ ſunt omine facta, iuuant. Quicquid agis, muſtela tibi ſi occurrat, omitte, Signa malæ hæc ſortis beſtia praua gerit. Vide mox in prouerbio Muſtelam habes. Aelianus tradit magos affirmare muſtelam ab Hecatè nutritam eſſe, quòd hęc dea amatorijs adhibeatur: nam eius viſcera his ſunt apta, Volaterranus. Thebani apud Græcos muſtelam religioſè venerantur, & dicunt: Cum Herculem Alcmena parturiret, & parere non poſſet, hanc accurriſſe, & parturiendi vincula diſſoluiſſe: vnde Herculeã in lucem expeditius exierit. Aelianus. Eundem à muſtela enutritũ fuiſſe fabulantur, Euſtathius. Alij non à galè quadrupede, ſed à Galanthide ancilla hoc factum dicunt, vt ſuperius dixi. Aegyptij cõlunt muſtelam, quòd ea, vt multi adhuc putant ac dicunt, aure concipiat & ore pariat, quod ſymbolum eſt naſcentis ſermonis, Plutarchus in libro de Iside.

PROVERBIA.

. . Γαλῆ κροκωτὸν, Muſtelæ (quanquam Eraſmus feli vertit: nec refert quòd ad ſenſum prouerbij) crocotum, ſubaudiendum das aut addis. Dici ſolitum quoties honor additur indignis, & quos haudquaquam decet. Aut cum datur quippiam ijs, qui munere nõ norunt vti: veluti ſi quis à Muſis alieniſſimo beluiſſimum donaret librũ. Crocoton veſtis genus eſt rotundæ ac fimbriatæ, qua diuites vtebantur matronæ. Apud Nonium in dictione Richa, refertur inter veſtes delicatas & crocoton. Sic enim arbitror legendum, Mollicinam crocotam, chirodotam richam. Ac teſte Plutarcho quidam Herculem pingebant κροκωτοφόρον, Omphalæ ſeruientem. Sumptum adagium ab apologo Stratidis quẽ alio loco narrauimus, Eraſmus. Effertur & aliter, Οὐ πρέπει γαλῆ κροκωτὸς, Vel Τὸν κροκωτὸν ἡ γαλῆ, vt Suidas docet. Eiuſdem ſententiæ eſt, γαλῆ χιτών. Suidas obſcurius interpretatur, Ἐπὶ τῶν ἀδίκων καὶ μηδὲν ἀνιέντων, niſi quid à librarijs erratum eſt, quamuis apud Apoſtolium quoq;, qui ſua ad verbum à Suida mutuatur, ſic legamus. Eraſmus, & Varinus quoq;, omiſerunt. Eraſmus crocoton non rectè neutro genere vſurpat. Græcis enim κροκωτὸς maſculinum nomẽ eſt adiectiuum: accipitur tamen ſubſtantiuè ſubaudiendo χιτῶνα. Κροκωτὸς, τὸ χιτὼν ὁ. Οἱ γὰρ πάλαι κροκωτὸν χιτῶνα, ὥσπερ καὶ πλείονας εἰς αὐτὸν ἐποιοῦντο. Ὁ μὲν γὰρ κροκωτὸς, ἔνδυμά ἐστι. Τὸ δὲ ἔγκυκλον, ἱμάτιον. Suidas: atq; idem repetit in dictione Ἔγκυκλον. Crocota, crocei coloris veſtis: Plautus Aululatia, Cum incedunt infectores crocotarij, Nonius. Recentiores grammatici crocotam veſtem muliebrem crocei coloris interpretantur, Suidas ἱμάτιον (Scholiaſtes Φόρημα) Διονυσιακὸν, cum paulò poſt non ἱμάτιον, ſed ἔνδυμα eſſe dicant. Ἔγκυκλον vero aliud genus veſtis à rotunditate dictum ἱμάτιον eſſe: hinc deceptus videtur Eraſmus, vt crocoton veſtem rotundam diceret. Crocotòs, tunica qua Bacchus vtebatur, Pollux. Plura vide in Dictionarijs. Ἀλλ' οὐχ οὕτως τὸν Διόνυσον τὸν γέλωτα, Οἷον λέοντι δῆτα κροκωτῷ κεκλῆσθαι, Hercules de Baccho in Ranis Ariſtophanis. Hîc Scholia, Κροκωτὸν ἐΦόρει λεοντῆν, ἵνα ᾖ ὡς Ἡρακλῆς, Ἡρακλέους γὰρ Φόρημα ἡ λεοντῆ. κροκωτὸν δέ, ἵνα ᾖ Φαβερὸς. (ἘΦόρει γὰρ τὴν λεοντῆν ἵνα Φοβερὸς ᾖ, Suidas.) Ἡ κροκωτὸς, γυναικεῖον ἐσθὴς πᾶσιν ἐνδυμασι. Et paulò poſt, Crocotus & cothurnus, muliebria ſunt: ſpolium vero leonis & claua, virilia: ἘΦόρει γὰρ δῆτα κροκωτὸν λεοντῆν, ὡς Ἡρακλῆς hoc enim erat geſtamen Herculis. Vſurpatur autem hæc paræmia de rebus valde diſſimilibus. Leonis exuuium ſuper crocoton, prouerbium apud Eraſmum, quod nos etiã in Leone poſuimus. Ariſtophanes in Eccleſiazuſis κροκώτιον forma diminutiua dixit (vt Plautus crocotulam in Cupid.) Blepyrus ſenex, Ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἐξελήλυθας τὸ κροκώτιον ἀμπεχόμενος, ἐνδύτιον. Vir quidam, Τὸ δ' ἱμάτιον ποῦ 'στιν; Blepyrus, Οὐκ ἔχω Φράσαι· ζητῶν δὲ αὐτὸ οὐχ εὑρὼν ἐσπερὶς ἐρωήσομαι. Ex his verſibus appareret etiam differentia inter ἔνδυμα, (quod induitur, ita nimirum vt ſupra caput iniectum demittatur, ſicut propriè dictum indu ſium, & veſtis muliebris, quam ſupra induſium mulieres ſumunt: (& ἱμάτιον, quod eſt exterius, nec induitur, ſed circumijcitur. Aliquando tamen indifferenter poni videntur. Cæterum Blepyrus cum à lecto ſurgens induſium ſuum non reperiret, crocotula vxoris ſuæ forte reperta abuſus eſt, non induendo ſcilicet, ſed ſimpliciter circumijciendo: quod intelligitur ex verbo ἀμπεχόμενος, Scholiaſtes exponit περιβαλλόμενος. Et paulò ante: Ἡμφιεσμένος, τὸ γυναικεῖον ἱμάτιον, ἀναβάλλεται γυναικῶν. Ἀναβολὴν ἐνδύεσθαι, induere in modũ amiculi, amictim circumijcere. Ἀναβαλὼν ἱμάτιον Φορέσας, Herodotus: hoc eſt quaſi circumiectim & obuolutim, Budæus. Ἐναπτὸς & καθαπτὸς verba de circumiectione veſtis aut pellis circa humeros pertinẽtia, enarraui in Leone H. c. Duris Samius ſcribit Polyſperchontem virum ſummæ apud Macedones dignitatis, quamuis iam ſenẽ, ſi quando inebriaretur, ἐνδυόμενον κροκωτὸν καὶ ὑποδούμενον Σικυωνίας ἀμπελοῦς ἐρεθίμους, Athenæus lib. 4. Hercules infans recens natus κροκωτὸν παράργυρον ἰγκατύσας, Pindarus in Nemeis Carmine primo. Vbi Scholia, Εἰς κροκωτὸν Φοίνικα ὑΦάσματα ἐπιπλέξας παραργυρώσας. κροκωτὸν δέ, ἤτοι διὰ τὸ χρόας τὸ κροκοειδὲς· ἢ διὰ τὸ κρόκης, τὸ ὕφασμα. Sed redeo ad prouerbia: Germani eodem ſenſu, quo Latini Muſtelæ crocoton, Suem diphthera induere dicũt, *Eine ſaw vnd ein beltz anziehen.* Muſtela (Eraſmus felem transfert: nec intereſt quod ad rem ipſam & ſenſum prouerbij) fugiens peſſimè pedit. Ὡς ἡ σφενδύλη φεύγουσα κακοσμοτάτην βδεῖ. In eos quadrabit qui diſcedunt non citra infamiam. Heſychius docet apud Atticos ſpondylen dici felem, (non felem, ſed γαλῆν, id eſt muſtelam.) Eſt apud Ariſtophanem γαλῆς δριμὺ πέρδειν, de acido (acri) ventris flatu, Eraſmus. Quod autem ibidem de ſphondyla inſecto ſcribit, nihil ad prouerbiũ. nec enim inſectum vllum pedit: hoc etiam errat quod ibidẽ pro inſecto ſerpentem dicit. Muſtelam habes, Γαλῆν ἔχεις: In eum quadrat, cui omnia ſunt inauſpicata, tanquam fatis ac dijs iratis, vt aiunt. Olim creditũ eſt hoc animal inauſpicatum infauſtumq; eſſe ijs, qui haberent domiq; alerent, vt non admodũ diſſideat ab illis equum habet Seianum, & aurum habet Toloſanum. Vnde nunc etiam apud quaſdam gentes, nominatim apud Britannos, infelix omen habetur, ſi cum paratur venatio, aliquis muſtelam nominet, cuius etiam occurſus vulgò nũc habetur inauſpicatus. Adagium refertur à Diogeniano, Eraſmus. Muſtelam eſſe inauſpicatam, ſupra etiam ex Alexãdro ab Alex. & Alciato retuli. Muſtela rapacior: Vide ſupra in B. Muſtelæ ſeuum, Γαλῆ σίαρ, ſubaudiendum das aut committis. Cũ ea dantur, quorum qui accipiunt natura ſunt appetentiſſimi. Gaudet enim hoc animal præcipuè ſeuo: Veluti ſi quis laudaret laudis auidiſſimum: aut ad bibendum prouocaret natura biboſum. Refertur à Diogeniano, Eraſmus. Βαρυάχων ὕδωρ, ἢ γαλῆ σίαρ, ἐπὶ τῶν ταῦτα δεδόντων, οἷς χαίρουσιν οἱ λαμβάνοντες, Suidas. Videtur etiam accommodari poſſe, ſi quis rem committat illi, qui eam omnino perditurus ſit, vt lupo ouem: quo ſenſu Germanicum celebratur adagium, Feli lardum aut caſeum committere.

Muſtela Tarteſia: Vide ſupra in B.

DE MVSTELIS SYLVESTRIBVS DIVERSIS:

ET PRIMVM DE MVSTELA SYLVESTRI

seu rustica ingenere, nec VIVERRA, FVRONE, ICTIDE.

DE mustela domestica, & simul ijs quæ omni mustelarum generi communia habentur. Venio ad reliquas, nempe syluestres. Sunt enim plura earum genera, & quædam veteribus ignota. Quanquã enim vt Græci veteres ictidem & galen agrian, pro vno animali acceperunt: sic Latini pro eodem aliâs viuerram, aliâs mustelam syluestrem vel rusticam dixêre: & furonem vulgò dictum docti plerique veterum viuerram esse consentiant, (cum & nomen ferè conueniat, & vsus idẽ ad venatum cuniculorum: & ijsdem locis aliquot vbi Græcè ictidas legimus, furones barbari interpretes reddant:) tamẽ ego ne quicquam confundere cuiquam videri possem, de singulis istis nominibus seorsim agam. Distincta enim, si cui libebit, coniungere quàm confusa diiungere, multò procliuius erit.

MVSTELAE syluestres (γαλαὶ ἄγριαι, Gaza vertit, cati syluestres) venantur mures syluestres, Aristoteles. Papilio lucernarum luminibus aduolans inter mala medicamẽta numeratur, huic contrarium est iecur caprinum, sicut fel (caprinum) veneficijs ex mustela rustica factis, Plinius. Veneficijs ex mustela syluestri factis contrarium est ius gallinacei veteris large haustum, Idem. Mustelarum duo genera: alterum in domibus nostris oberrat, alterum syluestre. Differunt magnitudine. Græci vocant ictidas (vide plura de ictide infra.) Harum fel contra aspides dicitur efficax, cæterò venenũ, Plinius. Perottus hæc verba non rectè de mustelis simpliciter legit: & pro cæterò venenum, quod de felle tantum intelligitur, legit. Cætera sunt venenum quasi mustelæ totæ venenatæ essent. Iocinerum doloribus medetur mustela syluestris in cibo sumpta, vel iocinera eiusdem vipera porcelli modo inassata, Plinius. Marcellum Empiricum in his Plinij verbis non viperam, sed viuerram legisse video: sic enim scribit, Viuerra tosta porcelli lactentis modo inassata, & cibo data ieiuno, miro modo iocinerosũ succurrit. Syluestris mustela tota in cibo sumpta aduersus comitiales efficax est, Plinius.

Theodorus Gaza ex Aristotele VIVERRAM vel mustelam rusticam pro ictide Græca voce reddere solet. Ictis genus mustelæ rusticæ, quod viuerram interpretor, magnitudine est, quàm Melitensis catellus minor, sed pilo, forma, & bedine partis inferioris, & morum astutia mustelæ similis, mansuescit maiorem in modum, officit aluearibus: mellis enim auida est, aues etiam petit, vt felis, genitale eius ossicum est, vt antè dixi & medicamẽto vrinæ stillationibus esse putatur: datur per ramenta ex vino, Aristot. interprete Gaza. Alibi etiã mustelæ simpliciter genitale ossicum esse scribit. Ictidem Theodorus Latinè Viuerram transtulit: nullo, vt opinor, (inquit Scaliger) alio argumẽto, quàm quòd Plinius aiebat genitale esse ossicum Mustelis & Viuerræ id enim de Ictide Philosophus in secundo. Cæterùm de Ictide loquens ipse Plinius, Græca voce nominauit, neq; Viuerra naturã descripsit cum propensione ad depopulanda mella, sed ad Cuniculos tantùm debellandos, & Mustelas numero plurali cum posuisset, addidit: Viuerræ, in singulari. Tum autẽ Viuerra non solùm mel non appetit, sed oblatum & respuit & fastidit. Vna etiam eo gustato contabuit: atq; in eo fuit, vt penè moreretur. Hæc ille, vt Viuerram neq; Ictidem, id est, Mustelam rusticam esse, neq; omnino Mustelarum generis, sed sui, ostenderet. Ictidem animal mellis auidum esse, & aluearibus officere, Aristoteles prodidit Græcum quidem Viuerræ nomen nullum indicat Scaliger. At Strabo lib. 3. de Cuniculis Hispaniæ loquens, & venatricibus earum Viuerris, Ictides nominat, ex Africa importatas scribens: quo argumento & Mustelarum generis eas esse, & Ictides rectè nominari fortè aliquis asserat: sed ita vt Ictidũ species non sit vna. Genitalia ossa sunt lupis, vulpibus, mustelis, viuerris, vnde etiã calculo humano remedia præcipua, Plinius. Canibus etiam ossea sunt, Vesalius: & fibris, quod ipse obseruaui. Nemo autem arbitretur (inquit Albertus 2. t. 4.) quòd quum dicimus osseam aut cartilagineam esse virgam, intelligamus veram cartilaginis essentiam, sed potius substantiam cuius dũritiei proportionem habeat ad os & cartilaginem: & quæcunque est substantia virgæ, oporteat quòd habeat medium in tactu vt delectationis sensui conueniat. Atqui fibri genitale, quod vidi, totum vno osse planè osseæ substantiæ constat: sensua verò voluptatis, neq; ad ossa neque ad cartilagines pertinet, sed ad neruos, ac musculos vel tunicas quibus illi inseruntur: vt Albertus postea sinepte hac de re locutus sit. Rasis interpres pro ictide furonem vertit. Furonis inquit, priapus perutilis est dolenti vesicæ, & sullicidio ac difficultati vesicæ. Miscetur autem cõtrita inde drachma vna

ma vna cum modico caryophyllorũ & bibitur. Ictidis genitale aiunt diſſimile eſſe naturæ cæterorũ animaliũ, vt quod totũ oſſis inſtar ſolidũ ſit, (& ſemper rigeat) quomodocunq; affectũ ſit ipſum animal. Idẽ aduerſus ſtranguriam præcipuũ eſſe pharmacũ aiunt, & propinari eius ſcobẽ (κατὰ δίδοσθαι ξηρόμμενον,) Ariſtoteles in Mirabilib.

Magna propter venatum cuniculorum viuerris gratia eſt. Inijciunt eas in ſpecus, qui ſunt multifores in terra, vnde & nomen animali: atq; ita eiectos ſupernè capiunt, Plinius. Idem hodie fit in hoc genere muſtellarum quas vulgò furones vocitant. Quare & hanc & alias ob cauſas, vt paulò ſuperius dixi, viuerram à furone diſcrepare nõ puto. Viuerras, hoc eſt muſtelas ruſticas Strabo (lib. 3. de Cuniculis Hiſpaniæ agens) importatas ait ex Africa: Sunt qui eas Græcè ictidas appellari putent. Nunc Hiſpanum vulgus φωλιδεῖς: quoniam inijciunt eas in multifores cuniculorum ſpecus, Hermolaus in Plinium 8. 55. φωλὰς quidem, ſpeluncam, luſtrum vel latibulum ſignificat, ſed maiorum ferarum proprie: quare verbum φωλεύειν, de muſtelis & cuniculis non dixerim. Grapaldus viuerram ſcribit eſſe pholitam: ego pholeutam ipſum ſcripſiſſe puto ex Hermolao, corrupiſſe autem librarios. Mihi quidem furonis vox originem Arabicam aut alterius linguæ barbaram habere videtur: nam & apud Albertum furo, & alibi furioz pro fele legitur, etſi Albertus ipſe hoc nõ animaduertit. Syluatico helutos (corruptè vt conijcio pro æluros) furo vel furunculus exponitur. Viuerra ſub terra tanta eſt ferocia, vt ſexcuplo ac decuplo ſe maiorem cuniculum ſuperet atq; interficiat, extra latebras illam deponit ferociam, Scaliger.

Viuerra (apud Plinium vipera legitur, vt paulò ante recitaui in Muſtela ſyluestri) porcelli lactentis modo inaſſata, & cibo data ieiuno, miro modo iocineroſo ſuccurrit, Marcellus.

FVRONIS, vt hodie vocant, pictura eſt quam ab initio huius capitis vides. De hoc quædam in præcedentibus (Muſtela ſyluestri, & Viuerra) dixi: hic reliqua addam. Furo quanquam inter ſyluestres muſtelas è nobis numeratur: in Anglia enim hoc genus ſyluestre reperiri audio: tamen facillimè cicuratur, & domi in capſis quibuſdam ligneis alitur, vbi magnam ætatis partem ſomno cõſumit. ſunt enim muſtelæ omnes ſomniculoſæ. ſed quia temperamento ſunt calido (quod apparet ex eorum agilitate, & facili exaſperatione ad iram, & excrementis odoratis, &c.) citius concoquunt alimentũ, vnde experrectæ aliud quærunt, tum die, ſi nihil prohibeat, tum nocte magis propter timorem. Italia, Gallia & Germania hoc animal ſyluestre nõ habent, ſed peregrinum & aduectum. Et in Gallia quidem, præcipuè Narbonenſi, à nobilibus ferè alitur, qui cuniculorum venationi dant operam. Vidi primum Nemauſi, vbi vnam huius generis beſtiolam, ſi bene memini, coronato vænire aiebant: quæ ſcilicet ad capiendos cuniculos bene eſſet inſtituta. In Anglia, vt audio, ſyluestres capiuntur aut occiduntur, ne deuorando cuniculos inopiam eorum faciant. Miror ſanè illic reperiri, cum ex Africa primum, vt Strabo ſcribit, aducctę ſint ictides, quas viuerras & furones docti interpretantur. Galli vocant furon vel furet, aliqui male proferunt fuſon & fuſet. Hiſpani hurón, vel furam. Angli feret, vel ferrette. Germani inferiores *frett*, qua voce voracem ſignificari aliqui putant, ego à Gallica voce furet vel Anglica feret, per ſyncopen *fret* efferri puto. Superioribus Germanis ignotum eſt hoc animal: rariſſimè enim ad eos adfertur. Ge. Agricola Germanicè interpretatur *fruette*: aliqui puto *frettel* vocant. Frettæ inter galàs ponuntur: ſunt autem opinor illa animalia, quæ Galli furones vocant, Latini viuerras. Vtuntur eis pueri ad extrahendas de parietum nidis auiculas: immittuntur & in cana arborum, & inde auiculas vnguibus referunt, Carolus Figulus. Angli etiam vt audio, in hunc vſum furones adhibent, non muſtelas. Non dubito tamen quin & muſtelæ idem faciant, vt in ipſarum hiſtoria ſcripſi. Vide in Ictide ex Nicandro. Ex recentioribus Latinis, aut potius Barbaris alij furum, alij furonem, alij furunculum, alij furectum nominant. Furus à furuo dictus eſt, vnde & fur: tenebroſos enim & occultos cuniculos effodit, (ſubit) & eijcit prædã quam inuenerit, Iſidorus. Viuerra quæ cuniculos ex ſpecubus exturbat, paulò maior eſt muſtela domeſtica. Color ei in albo buxeus. Audax hoc animal & truculentum, ac omni ferè animantium generi infenſum atq; inimicũ natura: ſanguinem earum quas momorderit, ebibit: carnem non fermè comedit, Ge. Agricola. Subijcit autẽ quòd *hamſter* etiam, quem vulgò cricetum nominant, iſtius ſit generis: quem ego cur muribus potius quàm muſtelis adnumerárim, in ipſius hiſtoria dixi. Fureta ex muſtelarum genere eſt natura timidum animal, & quod facile ad tractandũ manſuefcit: corpus totũ fuluũ eſt niſi quod circa os aliquantulũ albicet: circa collũ verò, & in gutture & in medio ventre ochræ colorẽ referat. Aures paruæ, oculi minuti & ardẽtes, pyropi ſplẽdore. Dẽtes in inferiore tantũ maxilla duos eminẽtes, ſed nõ contiguos habet. Corpus cùm tangitur, vt martes olet. Inſidiatur cuniculis, alitur in domib. lacte & pane hordeaceo. In quãcunq; rimã aut foramẽ caput inſerit, reliquo corpore facile ſequitur, eſt enim tenue & longiuſculũ: ſed eundo tamẽ corpus contrahens, dorſum eleuat, dormit multũ, & in ſomno interdum quiritatur. Hæcicon ad viuũ expreſſa eſt, animal ad nos allatum è Germania inferiore. Quidã obſcurus author appellat pholicam, ſed quid illud ſibi nomen velit non intelligo, G. Fabric. Cuniculi capiuntur hoc modo, (vt ſcribit Petrus Creſcentienſis 10. 35.) Venator magno ſtrepitu excitato cuniculos pauentes fugat ad ſuos canos: quò cũ ſe receperunt ad ſingulos reticula extẽdit: & per vnũ immittit furectũ (vide an legi debeat furettum) quẽ cicurem habet, propriũ inimicum cuniculorũ, ore eius occluſo quodã frenellò, (paruo capiſtro,) ita ne os aperire ac cuniculos mordere aut comedere poſſit, ſed appellere tantũ. At illi omnes expulſi reticulis obuoluuntur. Plura vide in Cuniculis 2. vbi tũ alia quædã tum Strabonis eadẽ de re verba recitauimus, qui galàs agrias iſtas venatrices ex Africa aduehi ſcribit: quamobrẽ nõ ineptè muſtelas Africanas aliqs appellauerit. Sed de Africanis muſtelis nonnihil etiã ſupra dixi in Muſtela domeſtica capit 2. Furunculus genus eſt muſtellæ ſylueſtris, qua in cauernis cuniculi capiuntur, Perottus. Furunculus putoriæ (ſic Galli vocãt illiſſum noſtrũ) valde cõſimilis eſt, paulò amplior quàm muſtela. Color ei inter albũ & buxeũ. Animal eſt animoſum ac ferox. Coire dicũtur proſtrati. (Albertus & alij quidã barbari de furonũ coitu ſcribũt, quæ de æluris, id eſt felibus coëuntibus Ariſtoteles prodiderat. Ego nõ proſtratos vel catos vel muſtelas coire puto: ſedita in vtroq; genere vt mas fœminã ἰκμαζόμενα, id eſt eruribus in terrã demiſſis & ventri ferè incumbentẽ ſuperueniat. Vide in Cato c.) Fœmina cũ libidine ardet, niſi maris copia detur, intumeſcit & moritur. Partu fœcũda eſt: nam ſeptẽ vel octo fœtus ſimul perficit. Vterũ geſtat diebus quadraginta. Catuli recẽs nati, diebus triginta cæci ſunt. A tẽpore vero quo viſum accipiũt, intra quadrageſimũ ferè diẽ venari incipiũt, Author libri de nat. rerũ. Quos ego vidi furones, circiter duos dodrãtes lõgi erãt, colore albo: ſed venter, ſi bene memini, in mare præſertim, pallidus erat, minimũ ab vrina tinctus vt in hermelinis quoq;. Oculi planè rubebãt, crura erãt humilia: fœmina grauida perquàm ſomniculoſa erat. נמשׁ, oach, Hebraicã vocẽ, aliqui furonem vel furunculũ interpretantur: alij martẽ: alij cephum vel cercopithecũ, vt pluribus in Muſtela domeſtica dixi capit. 2. Si caput lupi in columbario ſuſpendatur, nõ accedet catus, vel furo, vel aliud columbis noxium animal, Ruſus & Albert. Catus, mus, furo & muſtela, læduntur plus vulnere quàm veneno, Arnold.

ΦΕΡΕΟΙΚΟΣ animal eſt album ſimile muſtelæ, quod ſub quercubus & oleis naſcitur (γενόμενον. vel verſatur potius,) & glandibus veſcitur, ab Arcadibus ſic appellatum, Etymologus & Heſychius. Hoc animal niſi muſtelarum generis fuerit, quas etiam corpore refert, ignotum mihi fateor. Et conuenit quidem Furonis quod ad literas φερεοικος nominis pars prior, ſed ſignificatio non conuenit. Φερέοικος ὁ φέρων τὸν οἶκον, ἤγουν κόχλιας ἢ χελώνη, id eſt cochlea & teſtudo, (Latinè ad verbum domiportam dixeris, vt & Cicero alicubi cochleam:) Varinus: Vel animal maius veſpa, Heſychius & Suidas.

ICTIS, ἶκτις, paroxytonum, vel vt alij ἰκτὶς, oxytonum, è genere muſtelarum ſylueſtrium eſt, quarũ qui vnum ſolum genus cognouerunt, vt veteres aliqui ſcriptores Græci, ictidem & muſtelam ſylueſtrem, omnino idem eſſe putant: cum plures muſtelæ ſylueſtres (vt hodie doctis quibuſdam videtur: quorum tamen ſententiam doctiſſimus Scaliger non probat) ſint, vt in ſequentibus apparebit. Gaza pro ictide reddit viuerram: de qua, & obiter etiam de ictide nonnulla, in præcedentibus dixi. Georgius Agricola ictidem eſſe putat, muſtelam illam quæ Germanis *ilte* vocatur: nam vocabula ictis & *ilte* pulchrè colludũt, vna tantum litera variante. Niphus ictidem, marturum vel marturellum interpretatur. In Acharnenſibus Ariſtophanis quidã dicit ſe adferre omnia bona Bœotorum, & inter cætera, ἰχῦς κολίους, πυκτίδας, ἶκτιδας ἐνύδρους, ἐγχέλεις Κωπαΐδας. Vbi Scholia, ἶκτιδας (qui accuſatiuus eſt pluralis) interpretantur animal ſimile caſtori, piſciuorum: his verbis, τοῦτο ζῶόν ἐστι οἱ καλοῦσι ἤ ἔνυδρον. (malim ἔνυδρον, id eſt lutræ.) καὶ ἰχθυοφάγον. Apud Suidam & Varinum deprauata ſunt hæc verba. Cæterum in verbis Ariſtophanis ſi diſtinguas poſt ἰκτῖδας, ἐνύδρους ſubſtantiuè pro lutris accipies quod magis placet, ſin minus, epitheton erit ictidum, tanquam illę etiam in aquis viuant, de quo mihi non conſtat. Piſcibus tamen omne muſtelarum genus veſci, non minus quàm feles, non dubito. Sed feles cum piſcibus delectentur, ab aqua tamen abhorrent. Illitiſſos quidem noſtros, de quibus inferius, Ge. Agricola iuxta aquas interdũ habitare & piſces venari ſcribit. Ego à ruſticis noſtris ranas ab eis captari audio. (Fieri poteſt vt ictis etiam dicta ſit quaſi ichthis, à piſcibus vorandis.) Ictis, ἶκτις, aues deuorat, animal aſtutum, (πανοῦργον,) maius & hirſutius muſtela, alioqui ſimile: aliqui ἀγελαῖον γαλῆν, id eſt muſtelam agreſtem vocarũt. Ariſtophanes cum à Bœotis vulpes, ictides, feles, animalia fœtida, in ciborum delitijs haberi ſcribit, hominibus illis tanquam nimium craſſis & rudibus (vnde & prouerbia aliquot nata) illudere videtur. Io. Tzetzes Variorum 3. & ictinum, id eſt miluum auem à multis cum ictide terreſtri quadrupede confundi ſcribit: quod vt meritò reprehendit, ita ineptè ictidem interpretatur ælurum, id eſt catum. Albertus in Ariſtotelis hiſtoriam 9. 6. pro ictide habet ankatinos, quod Auicenna (inquit) katyz appellat: & eſt apud nos animal pullos (gallinas (comedẽs, quod Galli fiſſau (vox corrupta videtur) Germani illibezzum (lego iltizzum, vel potius iltiſſum) vocãt: cuius pars ſub gula & ventre præfert ruborem, ſed in dorſo eſt ſubnigrum, gallinas infeſtat & interimit: nõ edit autem, niſi prius omnes aut multas iugulauerit. Alij quidam obſcuri authores ex Ariſtotele pro ictide habent ankacinor, cui tribuunt magnitudinem catuli canis leporarij, (ſic enim legendum ex Alberto:) & prudentiam maiorem in minore ætate quàm prouectiore. Cuius quidẽ rei nec rationem nec teſtem adferunt. Μοχθηρὰ ἰχνεύσασα κυνηγέτην, τῶν ἀμυδρῶς ἶκτιν· ἢ τ' ἔρνισι κακὸν πτανοῖσιν ἀλιτρὸν Μαίετο. Nicander in Theriacis vbi Scholia, ἀμυδρῶς, ἤτοι μικρῶς, ἢ τ' ἀρνοῦς ἢ ἐρχίλον. ἶκτις ἀμυδρὰ, pro ἀλίσκεται. Scholia Nicander. Ἰκτιδία, pellis æluri (id eſt catti,) Suidas. Tzetzes etiam, vt paulò ante citaui, ictidem interpretatur æluron, quod non probo. Κρατὶ δ' ἔπι κτιδέην κυνέην, (pileum è pelle viuerræ factum,) Homerus Iliados κ. de Dolone. Vbi Scholia monent aliàs legi, ἐπ' ἰκτιδέην. Si legas κτιδέην, aphæreſis erit: quæ tamen in primitiuo ἶκτις ſimiliter admitti non poteſt: fieret enim κτὶς, quæ ſyllaba neq; circunflecti poteſt, cum producta non ſit: neq; acui, monoſyllabum enim acutum τὶς tantum reperitur. Περικεφαλαιῶν, id eſt pileorum ſeu galearũ genera ſunt diuerſa, & inter alia κτιδέη, κυνέη, & quæ proprie vocatur κυνῆ, &c. Varinus. Vide plura in Canc. Κτιδέα (Κτιδέη, Suid.) εἶδος περικεφαλαίας ἐξ ἰκτῖδος δέρματος, ἤτις ἐζῶον γαλῆ παραπλήσιον. ἐκ τοιούτου πίλου, ἢ περικεφαλαίας. τινὲς δὲ φασὶ δέρμα λύκου, Varinus. Heſychius habet, ἰξ κτὶς (monoſyllabum, quod Scholiaſtes Homeri fieri poſſe negat) δέρμα ἐστὶ ζῶου ὁμοίου γαλῆ, ἐκ τοῦ δέρματος ἐποίουν εἰς περικεφαλαίας. Ictidis genitale commendari ad ſtrangurias, ſuperius in Viuerra dixi. Eadẽ enim viuerra Latinorum videtur, quæ Græcorum ictis eſt. Locuſta cum ſerpente pugnat, Ariſtoteles 9. 6. de hiſtor. anim. Locuſta Græcè ἀκρὶς eſt: Niphus dubitat an hoc in loco ἰκτὶς potius legendũ ſit, quanquam in ſuo codice ἀκρὶς habeatur. Ego verò ἀκρὶς, id eſt locuſta rectè legi puto, qui ſciam ophiomachum genus quoddam locuſtæ eſſe ab impugnandis ſerpentibus nominatum.

I modo venare leporem, nunc ityn tenes, verſus prouerbialis apud Plautum: Eraſmus legendum putat ictin, quod ego in lepore h. reprobaui.

DE MARTE.

Martis figuram bis poſuimus, quoniam duo genera nobis cognita ſunt, quæ colore tantum differunt.

ARTES muſtelarum ſylueſtrium generis eſt: hoc nomen hodie plurimæ nationes Europæ commune habent. Itali, Galli, Hiſpani, Germani, Angli, terminationibus tantum differẽtes, & qui Latinè ſcripſerunt barbari quidam recentiores, martam (márta Hiſpanicum eſt,) martarum, marturum vel marturellũ nominare ſolent. Ex veteribus hoc nomine ſolus opinor Martialis vſus eſt, hoc verſu: Venator capta marte ſuperbus adeſt: quod carmen Volaterranus memoria lapſus, aut error librariorum Horatio tribuit. Eſt autem generis fœminini, vt feles & meles eiuſdem terminationis animalia. Cæterum martẽ dictam conijcio, quod Martia, id eſt pugnax & ferox beſtia ſit: iugulat enim mures, gallinas & aues cæteras, vt infra dicemus. Sed cum plura eius genera ſint, recentiores plerique non ſatis diſtinxerunt, nec apta ex vernaculis linguis impoſuêre vocabula. Carolus Figulus ictidem communi vocabulo muſtelam ſylueſtrem facit, quod ſpecies ſub ſe comprehendat martam & putoriam. Sed martam in alias ſpecies no diſtinguit. Eſt & hoc muſtelæ genus ſylueſtre, quod Martialis martem, Germani martarum nominant. In ſaxorum rimis & cauernis cubat. Domos ingreditur ſimiliter vt ictis, (putoriam ſic vocat:) & necat gallinas earumq; ſanguinem exugit, & oua exorbet Ge. Agricola. Hoc genus noſtri vocant *tachmarder, hufmarder, ſteinmarder, buochmarder*: hoc eſt, martem tectorum, vel ſaxorum, vel domeſticam, vel ſagorum. Verſatur enim frequentius in magnis ædificijs ac templis, præcipuè ſub tectis, (nec non in ſyluis circa fagos) & gallinas & ouа rapit, Stumpfius.

Martes

Martes iſtæ domeſticæ, paſſim opinor in omnibus aut pleriq; Europæ regionibus habentur: martes vero propriè dictæ, quæ ſyluestres ſunt, & quibus captis meritò venator ſuperbire queat propter pellium pretium, in ſyluoſis tantũ regionibus. Sed de ſyluestribus infra primatim dicam: nũc de domeſtica agam, & quædam communia martium generi interſeram. Galli igitur & Itali martem domeſticam noſtram *foinam*, vel vt alij ſcribunt, *fouinam* nóminant: alij *faunum* aut *fouinum* maſculinè proferũt. Et laqueo vulpes, & decipe caſſe foinas, Calentius. Sunt qui fouinum & marturellum pro eodem animali accipere videantur, vtroq; enim nomine felem interpretantur, vt pluribus dixi in Cato capite primo, vbi & felem omnino catũ eſſe oſtendi. Niphus cum alibi confudiſſet, rurſus alibi (& rectè quidem, meo iudicio) diſtinguit, his verbis: Felis eſt, quę vulgò dicitur fouina: ictis, marturus vel marturellus: muſtela verò donula. Martẽ Germani & Angli vocant *marder* vel *marter*. Itali marta, vel martore, vel martorello Galli mardre. Illyrij & Poloni kuna. Eraſ. Stella à Bruſſis (qui Sarmatiæ puto adnumerantur, vt & Poloni) gaynum vocari ſcribit: quę vox accedit ad kuna, ſunt enim g. & k. literæ vicinæ. Sed hæ nomenclaturæ, vt dixi, ad ſyluestres potius martes pertinent.

Oach vocem Hebraicam Eſaiæ 13. aliqui martem interpretantur, alij cephum vel cercopithecum. Vide in Muſtela ſupra. Item zijm Hebraicam vocem, martes, aut viuerras (vt ſupra dixi.) aut cercopithecos. Satyrium quadrupedẽ amphibiam apud Ariſtotelem aliqui (vt Niphus) marturum eſſe putant, vel foinam quæ magis aquas petit. Vide ſupra in Satyrio mox poſt Lutram. Satherium, apud Auicennam kacheobeon vel kachyneon, Alberto videtur eſſe martarus, animal fuluũ, in gutture album, magnitudine felis. Idẽ faſtoz vel faſtor Auicennæ, qui Ariſtoteli caſtor eſt, ineptiſſimè genus martari facit, minus & nigrius prædicto. Anglia, vt audio nullum genus martis habet: ſed muſtelas, furones & putorias. Marti magnitudo felis eſt, ſed paulò longior, crura verò habet breuiora, itéq; breuiores vngues. Totum eius corpus pilis in fuluo ſubnigris veſtitur, excepto gutture quod candidum eſt, Ge. Agricola. In dorſo fulua eſt, ventre & gutture alba ſicut muſtela, Albertus. Hæc cum ſcriberem cranium martis domeſticæ inſpexi, dentes in eo præcipuè admiratus, ij ſunt peralbi, inæquales, & aſperi: Canini infra ſupraq; oblongi eminent: inter quos tranſuerſi linea recta ſex parui inciſoriorum loco habentur, quorum illi perexigui ſunt quos inferior mandibula continet. Molares ſerrati, & quidam ex eis trianguli ſunt, octoni infra, & totidem ſupra. Eorum vltimi in ſuperiore parte oris, ſinguli vtrinq; multò cæteris interius ſunt, nempe in ipſo palato. Dentes in ſumma, triginta duo. Setæ nigricantes à ſuperiore mandibula retrorſum ſpectant.

Martis & muſtelarum genera vix vnquam quieſcunt, etiam cum domi cicures aluntur, Albert. Ego martem prorſus cicurem aliquando habui, canis quo cum nutriebatur amantiſſimum, quem in itinere etiam faciẽdo ſequi ſolebat. Soluta vinculo, circa ædes & tecta vicinorum & longius quandoq; vagabatur, ſemper reuerti ſolita. Morſicatim ſæpe cum cane & hominibus ludebat, & vnguiculis ſupina, vt cati ſolent, nec lædebat aut minimum. Sed quoniã facillimè exaſperantur, vt morſum grauiſſimè infligant, dentes præſertim caninos forcipe eis frangere quidã ſolẽt. Feles ſyluestres martes potius: ſed felẽ videtur ꝓ fouina accipere, vt Heroaldus & Niphus.) & mures, reddũt interdũ moſchi odore recrementũ, vt ſæpe in dirutis agrorũ ædificijs vidimus, ſed id acceptum ferendum eſt odoratis fruticũ cibis, quibus aluntur Ruellius: Ego hæc animalia martes præcipuè herbis aut fruticibus veſci negauerim, Alexand. Aphrodiſienſis problematũ 1. 29. cauſam inquirens cur ferorũ animaliũ, vt damarum (ἐλάφων) & aliorũ quorundam excrementa paulò ſuperaroma olcant, nec ita fœteant vt vrbanorũ: Quoniam ferè (inquit) cibo ſicciori ſimpliciorią; veſcuntur, laborantq; vehemẽter, (vnde & diſſlantur magis, & calore abundantia plenius concoquunt.) Muſtelarum omne genus à pellionibus paratur ad veſtitum. Martes præcipuè ſyluestres laudantur, vt paulò poſt dicam. Sunt qui martium & vulpium pelles podagricis inſalubres eſſe dicant. Pileos verò ex pellibus martis albæ, id eſt album guttur habentis, capiti ſalubres. Martorella, id eſt Valeriana vel herba cati, Syluaticus. Vide in Cato. Ruta capraria à quibuſdam taurina dicitur & martanica, ab alijs herba nela, vel fœnugræcum ſyluestre, Monachi in Meſuen. Manardus in Italia à quibuſdam gyarcham vocari ſcribit;

Braſſauola

Brasauola giargam. Et forte eadem fuerit quam Marcellus Empiricus cicharbam vocat, miscens eam alijs quibusdam medicamentis ad caput porriginosum & vlcerosum. Martanica verò an à marte quadrupede dicatur vel aliam ob causam, incertus sum. Vide nonnulla super hac herba etiam in Capra a.

Martem sylvestrem Germani vocant, *feldmarder*, *vnlamarder*: aliqui enim simpliciter hoc genus in domesticum & sylvestre diuidunt. Aliud est mustelæ genus sylvestre (inquit Ge. Agricola, interpretatur autem Germanicè *baummarder*, id est martem arborum) quod in arboribus vitam viuit, quod etiam vocabulo martis appellatur. Ea mustela sylvas insolenter & rarò deserit, atque in hoc differt à superiore, (domestica marte:) & insuper quòd guttur eius lutei sit coloris, & quòd reliqui corporis pilus magis sit obscurè fuluus. Huius duo genera quidam esse censent: vnum quod in fageis sylvis versatur, (nostri vocant *buochmarder*:) alterum quod in abiegnis, (*thannmarder* vel *fiechtmarder*:) atque id sanè est aspectu pulchrius, Hæc ille: sed martes à fagis cognominata, nec luteum guttur habet, nec sylvestris tantum est, sed circa domos etiam & saxa versatur, vnde eandem aliqui tectorum alij saxorum martem in Germanis vocãt, vt supra dixi: duo enim solum martis genera pellifices nostri agnoscunt. Genus illud quod in abietibus nidum struit, multò est pulchrius quàm quod in fagis: sed miscentur inter se hæc genera: & martes fagi ferè sequitur martem abietum, tanquam nobiliorem, vt fœtum ex ea nobiliorem acquirat,) Albertus.

Vtraq; martis genera apud Heluetios habentur, & in regionibus quidẽ ac vallibus alpinis præstantiores quàm alibi. Retulit mihi aliquando rusticus quidã, se initio Aprilis in præalta abiete Martem cepisse cum quatuor catulis: & in abietibus eas sciurorum instar nidificare. In Gallia audio martes abietum non haberi. Fagorũ martes habitant in cauis fagis. Sed illarum quibus abietis cognomen addimus, multò meliores & pretiosiores sunt pelle (Multæ capiuntur apud Rhætos circa Curiam.)

Animal ipsum exiguum est, vulpina ferè forma, nigro sciuro non multò maius: (ego tam paruum nunquam vidi.) Pellibus eius nobiles & principes vestiuntur, Stumpfius. Rusticus quidam narrauit mihi se hoc anno initio Aprilis in præalta abiete martem cepisse cum quatuor catulis: solere enim hoc genus in abietibus sciurorum instar nidificare. Quod uis genus martis, à tenero præcipuè, cum homine nutritum, planè cicur fit & colludendo etiam familiare. Idem. Fagorum & abietum martes, vt & zobelli, bonitate cæteris omnibus eò magis præstant, quò plures pili candidi cum fuluis permisti fuerint, Ge. Agricola.

Sunt apud Bruſſos hodie dictos nemora plena animalculorum, quæ indigenæ gaynos, Germani *marter* appellant, Erasmus Stella.

Hæc scripseram quum in officina pellionis cuiusdam martium pelles aliquot inspexi. Visæ sunt autem mihi illæ quæ à fagis denominantur, Gallis foinæ (quod nomen similiter forte à fago factum est, quam arboré fau Galli appellant.) magis fuscæ maioresq; cauda & nigriore quàm martes abietũ, quas aliqui simpliciter martes vocant. Magnitudo vtrisque eadem ferè. Sunt quidem pelles aliæ alijs latiores maioresq;, aliæ angustiores, pro ætatis nimirum & sexus differentia. Longitudo vtrisq; plerunque ad duos dodrantes cum duobus vel tribus digitis insuper. Cauda martis, dodrantis cum palmo mensuram æquat: foinæ paulò longior & amplior est. Abietum martes etiam ex Polonia aliquando afferuntur, sed fusco ferè colore diluto, qui non probatur: quamobrem nostræ præferuntur, puniceo & fusco colore mixtis insignes,) *brunlechi*.) Placet enim hic color in dorso præcipuè pellium, quarum præstantia ex hoc ipso, non gutturis colore magis minusúe flauo æstimatur. Fagorum dictæ martes frequentiores sunt in alpium nostrarum lateribus quæ meridiem & Italiam spectant, abietum raræ: in oppositis partibus, quæ versus nostras regiones & septentrionem sunt, res contra se habet: perpaucæ enim albo, plures flauo gutture inueniuntur. Egregia pellis è marte flaua, id est abietum, emitur apud nos ferè coronato, hoc est drachmis argenteis ferè duodenis, quædam octonis: albæ vero martis pretium triplo aut quadruplo minus est: plerunque enim ternæ vel quaternæ drachmis octo aut paulò minoris væneunt.

Lanzerucca sylua est Scandinauiæ longitudine ad octoginta miliaria, in qua martes & zobelli, &c. abundant. Olaus Magnus. Mardures & SCISMI sic dicta animalia apud Moschouitas abundant, Matthias à Michou. In syluis Lithuanicis mardures sunt albissimi, Iohannes Bonar. à Balicze. Populi quidam Sarmatiæ Europeæ ex sabellis, (zobellis) scismis & alijs animalibus pelles consuunt, Idem. Hungariæ Scythicæ prope Tanais ortum incolæ, duci Moscouiæ sabellorum scismorumq; pelles pro tributo pendunt. Io. Boëmus. Circa initium lacus Podamici oppidum est Brigantium, (*Braegentz*) cui sylua adiacet Brigantina, in qua martes reperiri audio noctu lucentes, *leschtmarder*, vel *zündmarder*: sed nostri pelliones nihil certi de ijs habent. De rosũrella Martis genere dixi supra in Mustela a. De zobello inferius dicam, post putorium.

DE

DE PVTORIO.

PVTORIVS à putore dictus est, quia nimium fœtet, maximè cum irascitur, Isidorus. Omne mustelarum genus ira incitatum graue quiddã olet, sed maximè id quod Germani *iltis* (aliqui *ilrer* per e. in vltima scribunt) appellant, Ge. Agricola. Et alibi, Cum grauiter exarserit malè olet: quocirca nostri vilissimum quodq; scortum & maximè fœtidum pellem ictidos solent nominare. Existimat enim mustelam hanc syluestrem Græcorum ictidẽ esse, quòd ictis Græcè, Germanicè *iltis*, vna tantum litera differant. In eadem sententia est etiam Carol. Figulus. Ego ictidem vel commune nomen esse puto ad mustelas syluestres: vel si ad vnam speciem contrahatur, viuerram. id est furonem vulgò dictum significare, vt in Furone dictum est. Putorius animal est non secundum speciem, sed secundum genus determinatum, sic dictum quia fœtet maximè cum irascitur: & hoc est quod vocamus martarum secundum omnem sui diuersitatem: & mustela est eiusdem generis, Albertus. Videtur autem putorium nomen generis facere, quod species diuersas includat, vt prorsus sit idem quod martarus, hoc est quæcunq; species martis: qua in re omnino eum errare dixerim: quamuis enim omnia mustelarum genera, vt sæpe dixi, cum irascuntur fœteant: putorio tamen sic per excellentiã dicto id maximè accidit. Galli sane idem animal quod nostri *iltis* sua lingua *putois* (alij scribunt *poytois*) nominant, vt ex pluribus Gallis audiui & apud Carolum Figulum legi: Sebastianus Munsterus *pouttet*: Angli fitche vel vt nostri pronũciant fitsch: Illyrij vel Bohemi. tchorz: Poloni vidra. Hunc catum fœtentem vocat Scaliger, & alio nomine Fuinam, nos fuinam diximus esse martem ignobiliorem.

Iltissus noster (inquit Ge. Agricola) aliquãto maior est mustela domestica, minor marte syluestri. (Stumpfius marte corpulentiorem esse scribit.) Pilos habet inæquales, & non vnius coloris: eteuim breues subfului sunt longi, nigri, qui sic ex multis corporis partibus eminent, vt pellis distincta nigris maculis esse videatur: circa os tamen candidus est, Agricola. Pellis iltissi vt tractãdo obseruaui, densiuscula est, ideoq; durabilis cum vestes ea fulciuntur, sed quoniam ferè pinguiuscula est, & grauius olet, minimi in genere mustelarum pretij habetur, minoris etiã quàm vulpes. Plurimis odore suo caput offendit. Pellifices dicunt hyeme captas tum putorias tum martes meliores haberi, minusq; virosas odore, circa ver autem cum libidine pruriunt olere grauissime. Cauda iltisso breuior est quàm martibus, vtpote duorum palmorum. Reliquo corpore longitudinem martium æquat, vel parum excedit: circa collum ijsdem angustior, amplior & latior circa imum ventrem. Cauda insuper, pectore & cruribus nigrior est quàm martes ad latera flauior: deniq; multò fœtidior. Putorius sicut & taxus, crura sinistri lateris breuiora quàm dextri habet, (hoc ego in pelle iltissi falsum deprehendi.) Ardua domorũ & penetralia habitat, gallinarum ac pullorum cupidissimus. Vt primum autem gallinã aut pullum ceperit, caput initio petit, Isidorus. Iltissus habitat in riparum cauernis vbi lutræ & fibri more pisces captos comedit: & versatur in syluis, vbi prehendit aues: in domibus, vbi gallinas, (quare Plinius eam esse domesticam dicit,) quarum sanguinem exugit, sed ne clamare possint, earum capita primò mordicus auferet: atq; etiam earum ona, quæ furari solet ac multa in vnum congerere, exorbet, Agricola. Ego apud Plinium ictidem (hanc enim iltissum Agricola facit) domest eam dici nusquam reperio, Vnus tantum quod sciam locus est, vbi mox post memoratam ictidem, domesticæ mustelæ mentio fit, sed ita vt distingui clarum sit. Putorij & martari omnes, muribus infesti sunt & gallinis, quibus primò caput & cerebrum auferunt ne clamare possint, Albertus. Hæc mihi scribenti rusticus quidã narrauit sæpe plurimas ranas inueniri in cauis arboribus, quas interemptas iltissi illuc congesserint. Sæpe versantur circa fœnilia, stabula & alia ædificia: gallinas & oua rapiunt, abundant in regionibus alpinis, Stumpfius. Videntur mediæ esse naturæ inter feras & placidas animantes. Furunculus putorio similis est, Obscurus.

Inter eruditos ferè hactenus conueniebat, Martem & similem ei bestiam Putoriam, ad mustelarum genus pertinere: id quod doctissimo Scaligero non probatur. Sic enim scribit contra Cardanum. Mustelam domesticã esse, quæ ab omnibus hactenus sic vocata sit: syluestrem verò, Ictidem Græcè dictam, nõ magnitudine aut specie corporis, sed loco tantùm differre: nam & syluestres Mustelas (inquit) familiaribus similes, sicut & Mures, videmus. A Mustelis verò differre Viuerram, quam Furonem vulgò nominant: cuius nomen Græcum non ponit: & qui Ictidem interpretantur Viuerram, reprehendit. Sicut & illos qui Putorium, *Iltis* Germanice dictum, Ictidem arbitrantur ob similitudinem vocabuli: hunc enim sicut & Mardurem aquaticam (sic Galli vocant) esse ex genere illorum quinq; quæ ab Aristotele nominantur, Enydris, Castor, Latax, Sarberion & Sathyrion. Deniq; Mardurũ quoq; sui generis esse: aliam (vt diximus) aquaticam: aliam terrestrẽ. Terrestrium excellentissima Sebellina, (inquit,) dilutior & splendidior, pilisq; raris, vt ita dicam, argentata. Nostratis color fuluior. Tertiam vocant Calabram, colore longe minus saturo. Domitius Martem vult esse Vulpis genus quod sit αὐτόχθων Aristotelis. Audiui à Germanis nostratibus, qui in Russia siue Rutenia fuerant, Mardures Sebellinas tribus dotibus cõmendari pilorũ nigritia: densitate, prolixitate. Conueniunt hæc postrema duo cũ Gallorũ æstimatione, de nigritia nũ itẽ. Hilariorẽ pilũ eligunt, reiperfuun ea quã dicebamus, candicantiũ raritate. Hæc Scaliger.

DE

DE MVSTELA SOBELLA, ET ALIIS QVIBVSDAM.

MVSTELARVM genus omnium pulcherrimum & nobiliſſimum eſt, quod Germani zobelam (*zobel*) vocant, Ge. Agricola. Illyrij & Poloni ſobol, vel vt alij ſcribunt ſoboel. Eruditus quidam amicus noſter murem Scythicum appellat: ego martem Scythicam potius vel muſtelã vel ictidem Scythicam dixerim. Galli (vt audio, corrupta voce martes ſoublines nominant. Aliqui, præſertim Itali, in prima ſyllaba non o ſed e. vel i. ſcribunt, aliqui a. quod non probo. Conſonantem quoq; initialem non z. ſcripſerim, vt pleriq;, ſed ſ. Nam Poloni, quorũ regio vicina eſt locis illis vnde ad nos mittuntur hæ pelles, ſobol, vt dixi, nominant. Zobela in ſyluis vt martes degit: ea paulò minor, tota tamen obſcurè fulua, præter guttur quod habet cinereum, Ge Agricola. Zobela martem refert, minor quidem ea, & cruribus breuior, ſed omnino martium generi adnumeranda. Pili eius quocunq; manu agantur, planum & æquabilem ſitum obtinent, nec vt aliorum animalium pili in aduerſum acti rigent. Guttur medio ferè colore eſt inter albũ, quo martis domeſticæ, & luteum quo ſyluaticæ guttur inſignitur, (ſic enim legendum puto, locus eſt mutilus.) Cætero nihil à martis colore differt, niſi quod elegantior eſt. Michaël Herus. Zebellinos leuium pilorum tenui canicie probatiſſimos, quibus nunc principum veſtis fulcitur, & delicata matronarũ colla expreſſa viuæ animantis effigie conteguntur, Permij & Pecerri præbent. ſed quos ipſi ab remotioribus etiam gentibus, quæ ad Oceanum pertinent per manus traditos accipiant, Paulus Iouius in libro de legatione Moſchouitarum. Hungaria Scythica non longè à Tanais ortu extat, & Ibura hodie dicitur duci Moſchouiæ tributaria. Pendũt enim eius incolæ pretioſas animalium pelles, ſabellorum ſciſmorumq;, Ioan. Boëmus. Alba Ruſſia ſiue Moſcouia, qua parte Cronio mari accedit zebellinas armelinasq; pelles nobilium ac matronarum delicias mittit, Authoris nomen excidit. Lituania ijs tantum mercatoribus aditur, qui pelles emunt zibillinas ab Italis appellatas: his loco pecuniæ qua carent (Lituani) omnia commutant, Volaterranus. Populi quidam Sarmatiæ Europæ, ex ſabellis, ſciſmis, & alijs animalibus pelles cõſuunt, Matthias Michauanus. Iuhri duci moſchouię pendunt pro tributo pelles ſabellorum, ſchiſmorum, Idem. Lanzerueca ſylua eſt Scandinauiæ cuius longitudo ad octoginta miliaria extenditur, in ea zobelli, martes & alia animalia capiuntur, Olaus Magnus. Zebellinæ pellium omnium longè pretioſiores pulchritudine & raritate habes mittunt ſub extremis ſeptentrionibus Lapones, Cardanus Regio quædã Tartariæ eſt vbi abundant parua quædam animalia, quæ delicatiſſimas ſuppeditant pelles quas vulgò zebellinas vocant, Paulus Venetus 3. 47. Et alibi, Armelinorum & zebellinorum pelles apud Tartaros adeò pretioſæ ſunt, vt quandoq; vix pro duobus milibus Byzantiorum aureorũ pelles pro vna tunica ſufficiant, Paulus Venetus. Marduri ac Zebelli (inquit Olaus Magnus) frigidarum regionum animalia ſunt, agiles curſu, & ſaltu eximij. Ferè enim vt Sciuri, cauda quaſi pro temone vtentes, de arbore in arborẽ, ramos vnguibus apprehẽdendo ſaltant, morſu terribiles pro ſua magnitudine. Dentes enim natura eis quaſi nouaculas dedit: & vngues ſubtiles acutosq;. Caro inutilis: pellis magno in precio eſt, apud remotas præcipuè nationes. Earum diſcrimen in hoc eſt, quòd marduринæ craſſioris pili ſunt à vertice ad caudam, non autem econtrà, contrectatæ, pulchrum ordinem habentes: nõ item zebellinæ: nam à cauda ad verticem cõtrectatæ, æqualem ſeruant decorem, quia villoſiores ſunt, & denſioris pili, quæ ob id citiùs vermibus conſumuntur, quàm reliquæ pelles, niſi ſint in continuo motu, aut abſinthij ramis interpoſitis conſeruentur. Quòd ſi ſub dio Soli ſiccandæ exponantur, plus vno die conſumuntur, quàm ſi toto anno tritæ vel geſtatæ forent. Viuens enim beſtia ſemper latitat in vmbroſo ſaltu, vbi auiculis inſidiatur. Libidinoſum eſt animal, & valde fœtidum libidinis tempore. Vtriuſq; tamen (Marduri & Zebelli) pelles, pili tactu ſunt molliores & ingenti luxui deditorum hominum precio emptæ, à vermibus tandem conſumuntur. Naſcitur Zebellus (*Zobel* dicunt Germani) in extremis Moſchouitarum ſyluis, & magno terrarum mariumq; ſpacio deportatur ad exteros. Hæc Olaus. Martium genera inter ſe miſcentur, & Martes fagi ferè ſequitur Martem abietum, tanquam nobiliorẽ, vt ex ea fœtum nobiliorem acquirat, Albertus. Martes hæc à nonnullis Foina vel Foinus dicitur, Gallico Italicóue nomine, ad Latinam terminationem deflexo. Pelles zobelæ vt pretioſiſſimæ ſunt, ita maximè durabiles exiſtimantur, Michaël Herus. Zobelinę pelles pretij maioris ſunt quàm panni auro texti. Etenim comperi optimas quadraginta numero, tot enim vno faſciculo colligari & vnà vendi ſolẽt, plus quàm milibus numũm aureorum vaniſſe. Muſtelæ quidem horum trium generum (martes fagorum, martes abietum, zobela,) bonitate cæteris omnibus eò magis præſtant, quo plures pili candidi cũ fuluis permiſti fuerint, Ge. Agricola. A pellificibus ipſe audiui pelles zobelinas mediocris pretij, quæ pro vna veſte fulcienda ſufficiant, magna ex parte non minoris quàm mille aureis comparari: (aurcum voco, pretium octo denariorum vel drachmarum argenti:) à principibus vero interdum multò pretioſiores haberi. Sarmaticum murem vocitãt pleriq; zibellum, Alciatus in Emblematis: Sed nos muſtelarum non murium generis eſſe oſtendimus. Faſſuron (ſic peruerterũt Græcam vocem ſatyrion, quæ Ariſtoteli animal quoddã amphibium ſignificat, de quo mox poſt Lutram diximus) eſt chebalus dictus Latinè, hirſutam & nigram habens pellem pretioſam valde, qua vtũtur ante pallia varia, Albertus. Niphus Alberti verbis negligentius aſſumatis, fatherium alterum animal amphibium apud Ariſtotelem, cebalum (chebalum, ſic vocãt zobelum) ex eo facit, ſatyrium verò martarum. Ego ambos errare dixerim: & ſobelos non Ariſtoteli ſolum, ſed ſcriptoribus ante Albertum, quorum ad nos libri peruenerunt, omnibus incognitos, certe non memoratos eſſe.

NOERZA quoq; muſtela ſic vulgo dicta (Germanicè *noertz*, vel vt alij ſcribunt *nertz* vel *neertz*) in ſyluis verſatur, magnitudine martis, pilos habet æquales & breues, atq; colore ferè ſimiles lutrępilis: ſed noerzæ pelles longè lutræ pellibus antecellunt, atq; hæ etiam præſtant ſi pili candidi cum reliquis fuerint miſti. Reperitur hoc animal in vaſtis & denſis ſyluis quæ ſunt inter Sueuum & Viſtulam, Ge. Agricola. Mihi pellifex quidam Francfordiæ narrauit noërzas ex Lituania haberi. Oblongæ ſunt, magis ruffæ tinctis, cadẽ ferè odoris grauitate, toto corpore concolores. Quadraginta audio plerunq; vendi ſeptẽ aureis Germanicis & ſemiſſe, hoc eſt ſexaginta denarijs argenteis. Hanc aliqui latacem eſſe putant, quod victum ex aqua petat.

VORMELA (Germanicè *vnormeus*) minor eſt quàm viuerra (id eſt furo,) & magis varia. Etenim præter ventrem, qui quidem niger eſt, totum corpus albis, ſubluteis, rutilis, obſcurè fuluis maculis decoratur. Cauda etiam quæ longa ſeſquipalmum, habet pilos cinereos cum candidis permiſtos, ſed extrema parte nigros, Ge. Agricola.

Audiui

Audiui à pellifice quodam inter peregrinas & nobiles muſtelas, eſſe etiam quandam nomine SALAMANDRAM: ſed certi nil habeo: ſi quæ tamen huiuſmodi reperiatur, nomen ei fortaſſis à colorum varietate impoſitum fuerit, qualis in ſalamandra lacerto flauis nigriſq; maculis diſtincto ſpectatur.

CHIVRCAM mittit India occidentalis è muſtellino genere, quæ vt ſimiunipa, (de qua poſt ſimias dicam) catulos ſuos in crumena quadam ſub ventre circunfert, Cardanus.

LARDIRONI ſi glires ſunt, vt in Glire mihi videri dixi, non muſtelarum generi, vt Cardanus facit, ſed muſciorum potius adnumerari debent.

GENETHA etiam Cardano muſtelarum generis videtur, de qua in c. litera ſupra hoc in libro dixi.

VNCKEN in Hungaria muſtelæ ſunt ſubterraneæ, paulo graciliores ſed longiores muſtela domeſtica, colore murino, ſed dorſo rubicundo: faciunt cuniculos in quibus habitant: venenati flatus ſunt ſi quando milites in campis dormiunt, ſolent hæc animalia in ora illorum inſpicere & ſic illis veneno inficiunt. Siquis etiã os ad eorum foramen apponat inficitur. Aliud videtur eſſe hoc animal ab eo quod Vncia à quibuſdam nominatur de quo in Pantheræ hiſtoria agetur.

NEADES, VEL NEIDES, VEL NAIDES.

EVPHORION in commentarijs ſcriptum reliquit, Samum cum olim deſertiſſimam fuiſſe, tum in ea beſtias feras, maxima magnitudine, nomine Neades fuiſſe, quarũ ſola voce terra diſcederet (abrũperetur, Volaterran.) Indeq; profectum eſſe id prouerbium, quòd vulgò Samij dicunt, Maius in Neadum (forte, vna Neadum: nam Græcè legitur μεῖζον μία τῶν Νηάδων. Quid ſi legas, Μεῖζον μῶν τῶν Νηάδων, vt ſimile ſit prouerbium, Muſcam elephanto: Videtur & apud Suidam corruptus locus, qui ſic habet: Καὶὁ Σάμιος δὲ ἄκριτος γενέσθαι, φασὶν, ὅτι Φθεγγομένων μίγνυσθαι τὰς γῆν, ἐκαλοῦντο δὲ Νῆαι, οἱονεὶ ἄκριτον, fortè οἱονεὶ Τυφῶνιον: & pro Νῆαι, Νήδες.) Idemq; affert, earum oſſa maxima vel ſua ætate extitiſſe, Aelianus interprete Gillio. Prouerbij huius mentionem alibi nuſquam reperio: nam neq; Eraſmus meminit. Volaterranus hunc locũ transferens, hæc quidem vaſtæ magnitudinis animalia prouerbio occaſionem dediſſe ſcribit, ſed prouerbium ipſum non exprimit. Et Cælius 21. 48. prouerbij prorſus non meminit, præcedentia tantum reddens, his verbis: Samum initio fuiſſe delectam aiunt, & & ſuccreuiſſe in ea ferarum vim, quarum auditetur intolerandus velut barritus, quę dicerentur Νηάδες, hoc eſt Neides. Quin & Heraclides in Politijs, Samum inſolam (inquit) olim deſertam animalium quorundam quæ ingentem ederent, vocem copia habitaſſe fertur, nomine Νήδες.

DE ORYGE.

APRARVM ſylueſtrium generis ſunt & oryges, ſoli quibuſdam dicti contrario pilo veſtiri & ad caput verſo, Plinius. Atqui Aethiopico etiam tauro, alij quàm rhinoceroti, pilum in contrarium verti legimus. Oryx quid ſit non eſt exploratum, Niphus. Idem in tertium Ariſtotelis librum de partibus ſcribens cap 2. vnicornem hodie dictum non eſſe orygem aduerſus Albertum aſſerit. Domitius Calderinus apud Martialem, orygem pro hyſtrice ridiculè exponit. יחמור, vocem Hebraicam Hieronymus & Septuaginta Deut. cap 14. vbi inter cibos puros numeratur, & Eſaiæ cap. 51. (Filij tui defecerunt mœrore affecti ſicut oryx illaqueatus:) orygem interpretantur: ego potius bouem ſylueſtrem eſſe ſentio, vt Dauid Kimhi exponit, &c. Vide in Bubalo. Quærendum an diſchon potius Hebræis orygé ſignificet, pro qua voce aliqui vnicornem, alij pygargum reponunt: Vide in Pygargo inter Capras feras. Orygem perpetuò ſitientem (aliàs ſitientia, ſcilicet loca, quod magis placet, Africæ generant,) Africa generat, & natura loci potu carentem, & mirabili modo ad remedia ſitientium. Nanq; Getuli latrones eo durant auxilio, repertis in corpore eorũ ſalubertimi liquoris hauſtu (id eſt potu) veſicis, Plin. Et Gerulus oryx, Iuuenalis Sat. 11. Albertus & alij obſcuri authores, liquorem illum adipſon non intellecto Plinio, in veſica eius (vrinam continente) ineſſe putant, quam Plinius multitudinis numero veſicis dixerit. Oryx beſtia eſt capreæ magnitudinis, hirco ex parte ſimilis, villum habens ſub mento, Author libri de nat. rerum. Capreæ ſimilis, magnitudine hirci, barbata ſub mento: ſin eremo verſatur, & facile decipitur laqueo, Albert. Oryx (inquit Oppianus lib. 2. de venatione interprete Gillio) in ſylvis verſatur, feris infeſtiſſimis: colore eſt lacteo, excepto ore nigro,) ſolis in facie nigricantibus genis, παρειαῖς. metaphreno ſiue dorſo poſt caput gemino, id eſt amplo & craſſo, & præpingui.) Cornibus excelſis, in ſublime rigentibus,) nigris, acutiſſimis, ea duritie & ſoliditate, vt ęs etiam, ferrum & ſaxum ſuperent. (Eadem duritie monocerotis etiam & rhinocerotis cornua eſſe legimus.) Sed Græca poëtę verba apponam, Ὀξῆαι κεφάων δὲ μετάφρενα δοιὰ λάωσιν. Αἰχμαὶ, πυκτοῖμενοὶ (πυκνοὶ, θερμαὶ, ὀξεῖαι, letales: ſic πυκεῖν Homerus dixit.) μελανόχροον εἰσὶ δ' ἰχῶσαι, Καὶ χάλικι ξηνταὶ, σιδήρεα πεκτεροῖο, Πέτρῃ τ' ἀκροέντι ἀφειόπεσι (lego ἀφειόπεσι) πφύκασιν, Ἰοφόροι, (mortem inferentes,) κεντοῦσι δὲ φύσιν κεφάλαιοι λίγυαι. Poſtrema verba ſunt obſcura: haud ſcio an aliquid deſit. Videtur enim dicere voluiſſe poëta, cætera cornua quadrupedum cana & inania, orygis plena & ſolida eſſe: vt cerui etiam, vnicornium & rhinocerotis, quæ ſimiliter eandem ob cauſam æque duriſſima validiſſimaq; ſunt. Cæterum animo oryx immani & crudeli eſt: neq; enim canis latratum timet, neq; apri efferueſcentem feritatem, neq; tauri mugitũ refugit, neq; pantherarum triſtem vocem, neq; ipſius leonis vehementem rugitum horret: neq; item hominum robore mouetur, ac ſæpe robuſtum venatorem occidit. Cum autem vel aptum vel leonem vel vrſum videt, ſtatim inclinatis cornibus in terram caput (αἰχμὴν κεφαλῆς) confirmat, ac inuadentis impetũ manet, atq; interficit. Inclinato enim capite oblique quodammodo & cornu protenſo, ſic illo irruentem in ſe feram excipit, vt peritus aliquis venator diuaricatis cruribus leonem venabulo. Facile autem in ferarum pectora, cornua orygis (ineptè hæc Gillius) illabuntur: vnde illię ſtatim cruentæ ſuum ſanguinem manantem lambunt. (Interdum inter ſe pugnant: hęc in Græco codice excuſo nõ leguntur: quare Gillius aut malè vertit, aut verba quædam legit in noſtris exemplaribus deſiderata: ſed bene quadrant omnia, etiam ſi non ad orygem inter ſe pugnam, ſed orygis & alterius feræ, vt leonis, vel vrſi, referas.) Neq; vbi ſemel pugna incœpta eſt, datur fugere. (Alterutrum neceſſe eſt vincere, aut mortuum iacere. Gillius: cum Græcè nihil tale habeatur, ſed ita ſolum vt ſubiecit:) Petunt autem ſe inuicem mutuis cædibus. Sic ſtrata cadauera amborũ ſæpe agreſtes homines, paſtores aut aratores, magna cum admiratione reperiunt; Hactenus Oppianus. Idem alibi rhinocerotem, non multo oryge maiorem eſſe ſcribit: cum alij rhinocerotem elephanto

elephanto ferè parem esse dicant. Et alibi à lyncibus oryges infestari scribit, nimirum maioribus: quod non pugnet cum iis quæ paulò ante recitauimus, nempe leones, pantheras alias q; feras cum non refugere: quamuis enim non fugiat, vnà tamen vt dictum est cæde pereunt. Matutinarum nō vltima prædа ferarum. Sæuus oryx, conflat qui tinui morte canum, Martialis lib. 13. Oryx bisulcus & vnicornis est, Aristot. & Plin. Accio in Transyluania capta syluestrem vnicornem reperiri, sed aliud præterea certi nihil habeo. Antonius Schnebergerus in quadam ad me epistola de vnicornibus rupicaptis agens inquit, Certum est minimeq; dubium in Carpatho monte, versus Russiā Transyluaniam q; reperiri feras similes omnino rupicaprис, excepto quod vnicum cornu ex media fronte enascitur, nigrum, dorsum versus inflexum, simile omnino rupicaprarum cornibus. Hæc ille. Plinius quidem caprā syluestrium generis origē facit, à quo Oppiani oryx diuersus videtur tum magnitudine tum animo: cum minime timidum comfaciat vt cæteri capratum genera sunt, sed fortissimis etiam feris se opponentem. Cornua etiam Oppianus quod sint orygi non expresserit videtur autem tenere non vnum, sed duo et cornua esse: quoniam semel atq; bis eum oryge in singulari numero nominans, de cornibus eius in multitudinis numero loquitur, vt Πάσσε πάσσε χθονὶ πικρὰ βέλεμνα: quanquam ibidem oryges κερέστια μίσγοντα dicit, cum μίσγειν vnum esse nemine dubitante cōstet, per licentiam poeticam. In cornibus vero quoniam dubitari potest. si vnicum habere tenuisset, omnino id exprimere oportebat: quod cum nō faciat, cornua nec plura nec pauciora quàm in corruptis animalibus quæ omnes nouerunt, tribuisse videri potest. Aelianum certe miror qui oryges quadricornes dixerit, si rectè transtulit Gillius: hoc enim legimus: Tigres domitas, cicures pantheras, & oryges quadricornes ad suum regē laudi asserunt: sed fortasse in Indiā tantū eiusmodi sunt. Sic fieri potest vt magnitudine etiam secundum regiones plurimū differant. Symeon Sethi capream etiam quæ moschum gerit, monocerotem esse scribit: quod si verum est, aut eadē aut congener oryx fuerit; sed præter Symeonē aliorum nemo hoc tradit, nec ipse author adfert. Apud pastorales Afros præterea alias feras nascuntur oryges (ὦρυγες, lego ὄρυγες) ὧν τὴν (malim τῶν τὴν) κέρκον τῶν φοινίκων οἱ πάχεις ποιοῦνται μείζω θ' ὅσον ἀγκῶνος αὐτῆς ἐστιν. Herodotus lib. 4. Hoc est, ex quorum cornibus cubiti fiunt instrumentis musicis quę phœnices: ea autem est animalis magnitudine quæ bos, φοινίκων, λυροφόρων, instrumenta sunt musica κρουόμενα, hoc est quorū fides digitis pulsabantur, vt cithara, chelys, &c. Pollux l. 4. initio capitis noui. Πῆχυς, vt Grammatici interpretantur, brachiū est cytharæ, sic dicta eius pars à cubiti similitudine. Quamobrē non probo Laurent. Vallam qui ex Herodoto transtulit, quibus vinales palmæ pro cornibus fiunt, ac si ex orygum capite aliquid instar phœnicis siue palmæ, vinę longitudine enascereture, ridiculo certe sensu. Cum Struthiophagis Aethiopes qui Silli appellantur, bellum gerunt, orygū cornibus pro armis vtentes, Strabo. Hæc cornua ista durissima & mucronata esse coniicimus, de longitudine n. non constat cum pilis ligneis præfigi potuerint. Et Getulus oryx hebeti lautissima cœna, ferro Cæditur, Iuuenal. Sat. 11. Oryges apud Strabonē aliqui vocari putant marinas orcas, vt Hermolaus scribit in Castigat. in Plinium. Oryx ὄρυγξ, animal est quadrupes dorcadi simile colore. (Albertus etiā capreę simile esse scribit,) vel genus scaphij, (forte genus instrumenti fossorij bastillo similis scaphiū vocatur ὀνομαστὶ τὸ σκάφιον, vt ὄρυγξ δόναξ ἐρύσιβα nam scaphium, σκαφίδιον quoq;, id est ventilabrū interpretantur, cui eadē figura quę his fossorijs. Recentiores aliqui scaphium ligonem faciunt, cuius alia est figura, sed vsus similiter ad fodiendum. Et ride scaphium positis cum sumitur armis, Iuuenalis.) Item σκαλὶς λαξευτική, (lege λαξευτικὴ,) hoc est instrumentum lapicidarum seu latomorū, quo scilicet lapides cæduntur, aut cauantur, aut poliuntur. (Sophocles instrumenta lapicidarum vocat λεπὰς & γλαφὶς διαφυρτὰ τῶν λατόμων καλεῖται τέκτοσι, Pollux.) Item genus piscis, (orca nimirum, Latinis dicta, Strabonī Oryx l. 3.) Hesychius & Varinus. Sed ὄρυξ melius quam ὄρυγξ dici videtur; nam in obliquis quoq; gamma simplex habet apud Orum, Plutarchum, & Oppian. vt Θυμὸς δ' αὖτ' ὀρύγεσσιν ἐπιφθαλμοῖσι καὶ ἀπλὴς. Ὄρυγες animalia quædam, Suidas. Τὸν (malim γὸν) posterior pars temonis, quæ iam incuruatur, & quam proximè ἀνωμαλία, id est buris sequitur, cui vomer inseritur: vnde αὐτόγυον ἄροτρον, cui pars illa sponte incuruata, non ex alio ligno contexta est,) alio nomine ὄρυξ, Varino: nimirum à fodiendo: recipit. n. & continet hæc pars buris cui inserto vomere terra foditur. Testudines quæ ad fodiendum comparantur, oryges Græcè dicuntur, Vitruuius lo 21. Vbi Philander scholiastes, Suffossuri turres, inquit, aut mœnia vobis (Cæsar agere cuniculos dicit, quos minas vocamus) vrebantur testudine fronte triquetra, vt missa tela dum in angulo consistere non possunt, per latera laberentur & reijcerentur: in ea machinatione comparati erant ad fodiendum homines, vnde nomē accepit: nam ὀρύσσω fodio significat. Oryga appellat Ægyptus feram, quam in exortu Caniculæ contra stare & conuerti tradit, ac velut adorare, cum sternuerit, Plin. Afri Ægyptios ob hoc rident, quòd orygem quo die horaq; Canicula oritur vocem ędere fabulentur: ipsorū quippe capras quoties cum Sole eodē planè loco stella hæc oritur, in ortū, omnes conuersas eò respicere, atq; hoc tyderis eius reuolutionū argumentū certissimū esse, cumq; decretis astronomicis prorsus congruere, Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Eadem apud Aelianū paulò aliter leguntur, quare adscribam: Ægyptij (inquit) dicunt orygem caniculæ exortū cognoscere: Libyci confidenter & fortiter asserunt, suum caprinū pecus similiter eiusdem stellæ exortum præscire: ceterumq; pluuias præsentire Ægyptij imprimis (inquit Otus interpres partim Gellio partim Mercero) scelestumq; notantes animum, orygem pingunt: quoniā ad ortum accedente Luna, intentis in eam oculis suspiciens, vociferatur: idq; illius odio nō amore eum facere ex eo liquet, quòd prioribus pedibus terram effodit (hinc fieri potest vt à fodiendo etiam nomen apud Græcos fortitus sit. Idem & à lupi quodam genere, aureum vocant, factitari apud Oppianum legimus:) & suas ipsius papillas humi velut pingens defigit (ζωγραφεῖ ἑαυτῆ τὰς κόγχας: Gillius pro his verbis reddit, caput occultat. Vide num pro ζωγραφεῖ legendū sit aliud verbum, vt ἐγκρύπτει, aut ἐπικλύζει, aut simile) quasi indignabundus inuitusq; deę ortū aspiciens. Idem quoq; in exortu dei, Solis inquam, efficit. (Sequentia tanquā obscura Gillius omisit.) Quapropter 60 antiqui reges cum sibi ortum nunciaret horarum obseruator, huic insidentes animali per medium ipsum velut gnomones quosdam, ortus rationem ac tempus accuratè certoq; cognoscebant. (Græca sunt, Διόπερ οἱ ἀρχαῖοι βασιλεῖς, τὸν ὡροσκόπον ὀργανικὸν & ἀντίτεχνον ἀνατολῆς, ἐπικαθίσαντες (malim ἐπισκέψαντες, id est animum & considerationem conuertentes ad hoc animal) τέτρωνται τῷ ζώῳ διὰ μέσου αὐτὸ τοῦ νώτου γνωμόνων, τὴν δ' ἀκριβεστάτην ἀνατολὴν ἐγνώριζον.) Vnde & sacerdotes solam hanc inter volucres non signatam comedunt: (οὐδὲ μόνον τῶν πτηνῶν ἀκροθίνιον ἐσθίουσι: legendū forte κτηνῶν pro πτηνῶν: κτήνη enim dicuntur quadrupedes omnes quæ ad cibum mactantur, tum propriè vero etiam aliæ: quanquam nonnulli κτήνη & θηρία sic distinguunt, vt hęc sera, illa mansueta sint, teste Varino:) quod simulatę quandā cum dea exercere videatur. Etenim quemcunq; in deserto locum aquis scatentem nactus fuerit, postea quam biberit, labris turbat, lutumq; aquæ commiscet, ac pedibus in eam pulueretem conijcit, idq; vt nullo alio animanti aqua sit ad potum idonea. Et sane quum dea omnia quæ toto orbe sunt vtilia gignat, augeat ac vegetet, ingratus & impius in eam oryx videri debet. Hæc Otus. 70

Apud

Apud Aegyptios qui Serapidem colunt, ex eo orygem malè oderunt, quòd ad Solis exortum conuersus, sicut Aegyptij ferunt, alvum deijciat, &c. Aelianus. Oryx oriente cane mirabiliter exultat, quasi tunc conualescat. Alber. Quum oritur Canicula naturaliter tripudiare videtur, corpore scilicet eius manifestò percipiente imbrem & frigus præterijsse, & instare vapores ignei Solis, vt vestiatur tetra floribus, herbisq; proferat & fructus. Est enim frigoris & niuium impatiens, Liber de nat. rerum sine authore. Feræ pecudes, vt capreoli damæq;, nec minus orygum ceruorumq; genera, & aprorum, modo lautitijs & voluptatibus dominorum seruiunt, modo quæstui ac reditibus, Columella 9. 1. Et aliquanto post, Nec vero patientibus est oryx, aut aper, aliúsne quis ferus vltra quadrimatum senescere: nam vsq; in hoc tempus capiunt incrementa. postea macrescunt senectute: quare dum viridis ætas pulchritudinem corporis conseruat, ære mutandi sunt. Orygem quidam ætatis nostræ scriptores, fœminino genere non rectè efferunt: nam Plinius, Oppianus, Plutarchus, Orus, masculino tantum genere vtuntur.

Epitheta. Oryx Getúlus, Iuuenalis. Sequus, Martialis. Ὀξύκερως, ἐρυθρόπρῳρος, ἀγριόθυμος, χαιτήεις, ὑπερφίαλος, αἰτυπός, αἰθυκτής, ἀκροκόμης, omnia apud Oppianum. Ὀρύγιον, δικέλιον, σκαφίον, ligo, Suid. in σκαπάνη.

DE OVE.

A.

EBRAEI diuersa habent nomina, quibus ouem & genus ouillum significant. צאן, *tzon*, ouis, grex ouium, indeclinabile. Geneseos 30. Inuenitur pro eodem צבוח *tzoneh*, Psalmo 18. Scribitur etiam צוך *tzon*. Dauid Kimbi (vide eundem 1. Reg. 25.) in libro Radicum rectè interpretatur pecus paruum agnorum & caprarum, vt generis nomen ad minora pecora (id est ouillum & caprinum genus) fit, sicut בקר *bakar*, ad maiora. Septuaginta pro *tzon* sæpè transferunt πρόβατα. Hieron. oues Amos 7. In principio Leuitici legimus oues & capras pecorum nomine demonstrari. Si obtuleris de pecoribus ἀπὸ προβάτων, agnum vel hœdum & ouem siue capram, Geneseos 4. Chaldæus ענא transfert. Vertunt enim Syri aliquoties *zade* io *ain*. (Hinc & anabula, ouis fera, id est camelopardalis.) Arabs גנאס *genas*, Persa גרסבד *gosphand*. רחל, *rachel*, vnde plurale rechelim, R. Isaac interpretatur בבשות *kabsah*, id est agnam, & Dauid Kimhi similiter: Est autem propriè ouis fœmina, vt kebesch mas à quo tamen fœmininum kibsah fit. Esaiæ 53. legimus, tahel neelamah, id est ouis obmutescens, Munsterus. Geneseos 31. Septuaginta pro rachel vertunt πρόβατα: Hieronymus oues: Chaldæus, רחלר *rachlak*, id est oues tuas: Arabs, אבאלך *akalak*: Persa חומרישן תו, *chomeschan tho*. כבש *kebes*, cuius fœmininum *kibsah*, agnus & agna, adhuc anniculus: nam annum egressus dicitur איל *ayil* vel *eel*, author Dauid Kimhi. Abraham Esra etiam docet ail maiorem esse nato, Leuitici quarto *kebes* legitur fœminini generis. LXX. reddunt ἀμνάς: Item Leuitici duodecimo legimus de immolando agno (*kebes*) anniculo: quare etiam alibi, licet non expressa vnius anni ætate, docti tamen eandem intelligunt. Leuitici 22. Chaldæus pro kebes vertit, אימר, *imar*: Arabicus interpres עגל *egl*: Persicus ברה, *barah*. Kebes, inquit Munsterus, est agnus & grex agnorum, Hoseæ 4. Vnde plurale kebasim Ezec. 46 Fœmininum *kabsa* & *kebsah*, ouis, agna, 2 Reg. 12. Plurale kebasoth Genes. 21. Est & כשב, *kesch*, idem quod *kebes*, agnus, ouis. Plurale *kebasim* Genes. 30. (& Deut. 14. vbi LXX. vertunt πρόβατα:) & fœmininum kisbah, Leuit. 5. שה, *seh*, ouem nostri interpretes plerunq; reddiderunt:

significat autem pecora minora, nempe oues & capras, tum fœminas tum mares: שׂה, *seh*, inquit Monsterus, est pecus, grex, aries, agnus, ouis generis communis: accipitur autem pro agnis & hœdis: Vide in Agna. ת׳ישׂי, *taiseh*, plurale teiatchim, Abraham Ezra Genes. 30. pecus maculosum & varium intelligit. LXX. τράγους, id est hirces transtulerunt, vt & Hieronymus. Genes. cap. 37. omnino pro hircis accipitur: Audio quosdam alicubi arietes vel totum genus ouium interpretari (quod nõ probo.) Vide in Hirco A. Chaldæus reddit teiasiah, Arabs teins, Persa aflatha. Tarchi (inquit Monsterus) est aries, vel secundũ alios hircus minor qui antecedit gregem ouium, & facile ascendit rupes & loca alta, Pico. Pura'e est tesaschim, hœdi, Genesis 30. שׂלח, *thaleh* vel *thaleh*, (plurale *thelam*, Esa. 40.) author concordantiarum *keba*, id est agnum exponit: David Kimhi addit lactentem, quiq; non comedit fœnum. Primo Regum cap. 7. pro שׂלה חלב *thaleh chalab*, LXX. vertunt ἄρνα γαλαθηνὸν, Hieron. & Iosephus agnũ lactentẽ: aliqui non rectè pro agnum transferunt. Epiphanius author est astronomos Hebræos ea voce denominasse arietem in circulo signifero. Magistri (inquit Monsterus) pro signo arietis cœlestis capiunt. כשׂשׂיטח, *kesisah*, D. Kimhi & R. Salomon interpretantur ex sententia R. Akiba, qui testatur se profectum in Arabiã audiuisse quod מעה *meah*, nomen vel potius denarium & siclum vocarint *kesitah*. Onkelus autem Chaldæus interpres Gene. 33. transtulit חוּרפן *churphan*. Septuaginta Gen. 33. & Iob. 42. ἀρνας: Hieron. agnus & ouis: Abraham Esra, agnus vel ouis parua. Videntur autem docti à nostræ religionis hominibus agnam interpretasi. Author concordantiarũ, moneta quædam: Ang. Steuchus, denarius vel obolus: Nicolaus Lyranus, obolus. Aldan, id est ouium, in vtroq; sexu, Bellunensis. Videtur autem dicta à Syris dictũ pro *zan* Hebraico, *zade* mutato in *daleth*. Oues hodie à Saracenis ganeme dici legere memini. Garer, id est pecora, Syriacus. Hatsgarien, id est tergus pecorum, Idem. Alliet, id est caudarum ouium. Bellunensis. Ouis Græcis est πρόβατον, & ἷς veteribus: hodie vulgò πρόβατα, Vide in π. α. Latinè etiam pecus pecudis per excellentiam pro oue frequenter Plinius vtitur: & Italis hodieq; *pecora* dicitur. Gallicè *brebis*. Hispanis *oueja*. Germanis, *schaff*. Anglis, *sheep*. Illyrijs *ovvza* vel *skop*.

B.

Pherecydes Gades Erythiam (aliqui insulam Gadibus proximam faciunt, freto vnius stadij discernente) videtur appellasse: vbi tanta pabuli lętitia perhibetur, quòd pascentium ibi pecudum lac serum non efficit, caseumq; multam mansitantes aquam conficiunt: tanta exuberat pinguedine. Tricesimo die animal suffocatur, nisi aliquid eruoris exhauriatur. Herba verò quam pascuntur oues, ficca quidem est, sed incredibilé gignit arulnam. Quibus ex rebus fabulam de Geryonis armentis confictã esse, coniecturas faciunt, Strabo lib. 3. & Eustathius in Dionysiũ Afrum. Oues in Ægypto maiores quàm in Græcia fiunt, Aristot. Oues Pythicæ in Epiro proueniunt, egregia magnitudine, à Pythone gentis cognominatæ, Aristot. Apud Indos Pylios (nam sunt etiam alij in Africa) oues magnitudine non superant agnos nostros, Aelianus. Aeschylides in libris de agriculturâ scripsit, minutissimas esse oues in Chio pabuli inopia: caseum tamen ex eis laudatissimum, Volaterranus ex Aeliano. Hispania nigri velleris præcipuas habet, Polentia iuxta alpes cani: Asia rutili, quas Erythræas vocant, item Bætica: Canusium fului: Tarentum & suæ puilginis. Istriæ Liburniæq; pilo propior quàm lanæ, pexis alienæ vestibus & quam sola ars scutulato textu commendat in Lusitania: Similis est ea Piscenas prouinciæ Narbonensis: Similis & in Ægypto, ex qua vestis dettita vsu tingitur, rufusq; quo durat. Est & hirtæ filo crasso in tapetis antiquissima gratia: iam certe prisci eo vsos Homerus author est. Aliter hæc Galli pungunt, aliter Parthorum gentes. Plin. Et rursus, Lana autem laudatissima Apula, & quæ in Italia Græci pecoris appellatur, alibi italica. Tertium locũ Miletæ oues obtinent. Apulæ breues vllo, nec nisi penulis celebres. Circa Tarentum Canusiumq; summam nobilitatem habent. In Asia verò eodem genere Laodiceæ. Alba circumpadanis nulla præfertur, nec libra centenos numos ad hoc qui excessit vila. Generis eximij Miletus, Calabras Apulasq, nostri existimabant, earumq; optimas Tarentinas. Nunc Gallicæ pretiosiores habentur, earumq; præcipuè Altinates: item quę circa Parmam & Mutinã macris fabulantur campis, Columella. Helueticis cum alibi tum in summis etiã alpibus oues alit, idq; altius quàm capras: capræ enim frutices sequuntur, qui excelsis cacuminibus desunt. Oues quasdam ex inferiore Germania nostri *Flemming* nuncupant, id est Flandricas, quæ mollem & crispam gerunt lanam. Oues pellitæ propter lanæ bonitatem, vt sunt Tarentinæ & Altinates, pellibus integuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel tingi rectè possit, vel lauari, ac parari, Varro. Lana quę non molli sed hirta fuerit, solox vocatur, vt & ipsum pecus, quod passim pascitur non tectum. Pascali pecore, montano hirco atq; soloce, Lucilius. Ego ab lana solocia ad potam data, Trinnius. Tarentinas oues & nuces dicunt, quæ sunt terentinæ, à tereno quod est Sabinorum lingua molle: vnde Terentios quoq; dictos putat Varro. Hinc molle Tarentum dixit Horatius, Faborinus apud Macrobium 3. 18. Τέρενα Græci vocant τὰ ἁπαλὰ, id est tenera & mollia, Varinus. Oues Tarentinæ vocantur etiam Græcæ, & tectæ, quod subtecto melore ex parte alerentur, (vt colonicæ quæ hirsutæ sunt, in agro) vel quod propter vellieris pretium pellibus integerentur: quare & pellitæ & hirtæ Varroni dicuntur, item Asianæ: nam vt locis aut aliter etiam differant, mollitie tamen velleris conueniunt. Ouium summa genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in pascuo delicatius, quippe enim tectũ rubis vescatur. Experimenta eis ex Arabicis præcipua. Plin. De his plura dicam capite 5. ex Columella. Athenæus lib. 12. oues ex Mileto & Attica, tanquam præcipuas commendat. Gadilonetica regio vocatur post Halyos ostia vsq; ad Armeniam, tota campestris: oues habet mollis pellis & lanæ, quod in tota Cappadocia atq; Ponto perrarũ est, Strabo l. b. 12. Buthquhania regio Scotiæ, tum cęterarum pecudum, tum omnium multitudine fœcunda est: vnde & victimas regiones lana superat, Hector Boëthius. Ouillum pecus in Æthiopia lanæ inops, pilis camelorũ hirsutum est, Aelianus. Sed de lanarum differentia dicetur pluribus in π. & ε. Abydenas oues nullas videri albas, sed nigras omnes ferunt, Aelianus. Et alibi, Aristot. filius Nicomachus in Budianorum regione ait albam ouem nullam nasci, sed nigras omnes esse. Videndum ne pro Budiani legendum sit Abydeni, vel contra. Oppianus 2. de venatione tradit, in Gortynide & rufas & quadricornes esse oues, Aelianus. In insulis fortunatis maris rubri, τὰ βοσκήματα λευκὰ μὲν ἐστι πάντα, γίνεται δὲ τῶν ἠλακατῶν ἐπιφύεται χίλως, Agatharcides. In Bœotia amnis Melas potatus, oues nigras facit: Cephisus ex eodem lacu profluens, albas: turius nigras Penius, ruffasq; iuxta Ilium Xanthus, vnde & nomen amni, Plin. Oues in Ponto sine felle esse dicuntur, in Naxo autem felle duplici: Vide infra vbi de felle. Oues Indiæ & capras ad maximorũ magnitudinẽ asinorũ audio accedere. Quatuor fœtus cum plerunq; pariunt, tres verò cum minimũ, nunquã minus tribus tum oues tũ capræ. Caudę ouillę longitudo ad pedes vsq; pertinet: idcirco eas pastores ouibus matricibus abscindunt, quo tum sic facilius incantur, tũ ex earũ adipe oleũ exprimatur.

Arietum

Arietum quoq; diſſecant caudas: carnemq; deinde ſectio coniunctiſſimè committitur, cicatricis vt ne tenuis quidem veſtigium appareat, Aelianus. In Syria oues ſunt caudæ latæ ad cubiti menſuram, Ariſtoteles. Syriæ cubitales ouium caudæ, plurimumq; in ea parte lanicij, Plinius. Creſias ait apud Indos ouillæ caudæ latitudinem cubitalem eſſe, Aelianus. Præditas eſſe oues Arabiæ caudis inſolitis & diuerſis Herodotus ſcribit: earum ſanè duo genera ponit, (quæ nuſquam alibi viſantur) vnum dicit caudas maxima magnitudine habere, vt dimetienti non tribus breuiores ſint cubitis, quæ ſi trahantur, omnino ad terram atteruntur, & exulcerantur. At paſtores ad fabrilem artem inſtituti, ploſtella fabricant, ad quæ quidem ipſa alligatæ caudæ nituntur & ſuſtinentur, quo fit, vt à vulneratione defendantur. Alterum caudarum genus dicit eſſe cubitali latitudine, Aelianus ex Herodoti l. 3. Quæ ad Oceanum pars reſpicit ſupra felicem Arabiam poſita, pecoribus, bubus, & omnibus magnas pinguesq; caudas habentibus abundat, Diodorus Siculus. Oues in calidis & ſiccis regionibus caudas multò latiores habent, lanam verò duriorem: in frigidis verò & ſalſis & humidis, lana eis mollior, cauda anguſtior, Albertus. Idem alibi ſcribit ſe vidiſſe plures oues, quarum caudæ latæ fuerint palmum (dodrantem) & amplius.

Ouis Arabica (inquit Io. Caius Anglus, qui etiam icones duas, quas ſubijcimus, miſit) paulò maior eſt vulgari, eodem tamen quo illa vellere, figura corporis, & colore. Tantum tibiæ & prima facies ruffeſcunt modicè: cauda lata eſt in ſummo cubitum vnum, paulum modò in deſcenſu ſe coarctans leniter, quouſq; tandem deſinat in eam figuram, qua eſt aliarum ouium cauda. Veſcitur herba, carne, piſce, pane, caſeo, & quibuſuis, id docente fame in nauc, cum aductæ ad nos eſt in Britanniam. Herodotus in Thalia ſcribit, non alibi viſum hoc, aliudq; genus μακρόκερον (quod hic vna ſubijciam) quàm in Arabia. Hæc dum ſcriberem, vir quidam fide dignus mihi retulit, viſam ſibi Francfordiæ olim huius generis ouem cauda lata, non vt hîc pingitur: ſed ſimpliciter marſupij ſeu peræ alicuius inſtar latam, ita vt non attenuaretur deorſum: ſiue natura ea talis fuerit, ſiue aliter. Iohannes Leo Africanus hoc genus Africæ attribuit. His arietibus (inquit) nullum ab alijs diſcrimen eſt, præterquam in cauda, quam latiſſimam circumferunt: quæ cuiq; quò opimior eſt, eò craſſior obtigit, adeò vt nonnullis libras X. aut XX. pendat, cum ſua ſponte impinguantur. Verùm in Aegypto plurimi farciendis vernecibus intenti, furfure hordeóq; ſaginant: quibus adeò craſſeſcit cauda, vt ſeipſos dimouere non poſſint: itaq; qui eorum curam gerunt, caudam exiguis vehiculis alligantes, gradum promouere faciunt. Vidi in Aſiota Aegypti ad Nilum ciuitate, centum & quinquaginta paſſuum milibus ab Alcairo ſita, huiuſmodi caudam libras octoginta ponderare, alijs ſe vidiſſe affirmantibus quæ ſemiducentas (*ſic habet codex impreſſus*) libras expendiſſent. Omnium itaq; horum animalium pinguedo in cauda conſtitit: nec vſquam niſi Tunetti & in Aegypto reperiuntur.

Apud Garamantas ouillum pecus carne & lacte alitur, Aelianus. De ouibus in Aegypto, Africa, & Magneſia bis anno parientibus, & in Vmbria ter, dicam in c.

Ouis Arabica, cognomine Graeco πλατύκερκος, hoc eſt, lata cauda.



Ouis Arabica altera, Graeco cognomine μακρόκερκος.



VRIS feræ reperiuntur, Ariſtoteles. Dionyſius Afer *lis αἰγιάλεις* vocat oues non feras, ſed in agris paſcentes & manentes ſub dio. Oues quas paſcimus ortæ ſunt ab ouibus feris, ſic capræ quas alimus à capris feris, Varro. Et alibi, Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum ſunt aliquot, vt in Phrygia ex ouibus, vbi greges videntur complures. Cum in municipium Gaditanum ex vicino Africæ miri coloris ſylueſtres ac feri arietes, ſicut aliæ beſtiæ munerarijs deportarentur, patruus meus quoſdam mercatus in

agros transtulit, & mansuefactos rectis ouibus admisit, Columella. Videntur autem arietes isti musimones fuisse, cum & feros & hirtos fuisse, & coire cum ouibus non detrectasse legamus, quæ tria etiam musimoni conueniunt. Oues feræ non multo quidem nostris ouibus domesticis maiores, sed certè ad currendum velociores, & ad pugnandum fortiores, tum retortis cornibus, tum infestis & robustis frontibus armatæ, sæpe in in syluis suillũ pecus (σιαιβοτικοὺς, aptos impetuosos) ad terram abijciunt, & posternunt: Interdũ impetu facto inter se pugnant. Neq; vbi semel pugna commissa est, fas putant fugere, imo frontibus confertis, alterutrã est necesse aut victoriam referre, aut ſtratam iacere mortuam, Gillius ex Opiano. Quintus Fulvius leporarium dicitur habere in quo præter cæteras animalia incluſæ sunt oues feræ, Varro. Montes esse aiunt intimis regionibus Indiæ, vbi quæ apud nos bestiæ domesticę sunt, feras aiunt esse, vt oues, capras, boues, Aelianus. Ad arietes agrestes, prouerbium: vide supra in prouerbio In capras feras. Ius in oui fero, describitur Aptcio 8.4. Πρόβατα ἄγρια, id est oues agrestes cũ senuerint, nutriuntur à sua prole, Tzetzes. Camelopardalin Aethiopes nabim vocant, animal aspectu magis quàm feritate conspicuum: quare etiam ouis feræ nomen inuenit, Plin. A voce nabis Albertus & alij videntur anabula vocem detorsisse, pro eodem animali: quanquã etiam defenderit aliquis, quoniam ana נענ ouem significat, (Chaldaicè vt reor,) anabula posse ouem feram significare, vt ture balah (similiter Chaldaicè) bouem ferum. Alberto quidem ana longè aliud est animal, de quo verba eius supra statim post hyænæ historiam inter animantes hyænæ congeneres recitaui. Extat Gordiani sylua memorabilis, in qua picta etiam nunc continentur tum alia diuersa aut malia, tum oues feræ centum: quæ omnia populo rapienda concesserat die munetis quod sextum ædebat, Iul. Capitolinus.

De musimone, qui genus ouis sylvestris est, & ouibus Creticis, dicam infra mox post Agnum. Videri potest & subus, σῦς, ad sylvestre ouium genus pertinere: nam Oppianus cum de ouibus Creticis egisset, quas colore flauo vel purpurascente esse scribit, quadricornes, non lana sed villo ferè caprino tectas, subiungit: Quinetiam subus colore flaueſcit splendido, sed non æque villis hirsutus est, & duo tantũ valida cornua supra latam gerit frontẽ. Idem amphibius est, & pisces deuorat, qui quidem ipsum natantem miro quodam siue odoris siue alio desiderio allecti gregatim sequuntur: vt copiosius referam infra statim post simias. Eiusdem generis colon κόλον etiam dixerim, vt Strabo vocat quadrupedem apud Scythas & Sarmatas inter arietem & ceruum, velociorem, corpore albicante, &c. vt supra in Coli historia dixi. Hodie snac (vel vt alij scribunt snak vel snaiky) appellari puto apud Moschouitas, candida est & sine lana: de quo hic adijciam verba Matthiæ à Michou, quę in Coli historia omisi. Apud Tartaros (inquit) reperiuntur cerui-damæ dorcę, & snak. Id animal est magnitudine ouis, in terris alijs non visum, lana griseum, duobus paruis cornibus præditum, cursu velocissimum. Carnes eius suauissimæ. Horum animaliũ grex cum alicubi inter gramina in campo conspicitur, imperator Tartarorum cum equitibus suis eum circundat, in altissimis graminibus delitescentem. Et cum equites tympana incipiunt sonare, snaccæ tanquã metu perculsæ rapidissimè huc illuc ab vna parte circunstantium ad alteram procurrunt, idq; toties donec præ lassitudine deficiant: & ita ab irruentibus Tartaris cum clamore occiduntur, Hæc ille. Attribuit autem ei lanam, impropriè fortassis: lanis enim carere hoc animal audio, vt musimones etiam & oues Cretæ: item colorem griseum, ego candidũ esse audio: sed fieri potest vt inter vtrunq; medius sit: griseus enim siue cinereus aut canus, ad album accedit. Cæterum capi eas hoc modo, dum tympanis territæ curtu subinde reciproco lassantur, verisimilius mihi sit, quàm vt quidam referunt, defatigari eas ad tympana saltando.

Color albus in ouibus cum sit optimus, tum etiam est vtilissimus, quòd ex eo plurimi fiunt, neq; hic ex alio. Sunt etiam suapte natura pretio commendabiles pullus atq; fuscus, quos præbent in Italia Pollentia, in Bætica Corduba. Nec minus Asia rutilos, quos vocant ἐρυθρούς. Sed & alias varietates in hoc pecoris genere docuit vsus exprimere. Nam cum in municipium Gaditanum ex vicino Africæ miti coloris sylvestres ac feri arietes, sicut aliæ bestiæ muneralijs deportarentur, patruus meus quosdam mercatus in agros transtulit, & mansuefactos rectis ouibus admisit. Ex primum hirtos, sed paterni coloris agnos ediderunt, qui deinde & ipsi Tarentinis ouibus impositi, tenuioris velleris arietes progenerauerunt. Ex his rursus quicquid conceptum est, maternam molliciem, paternum & suitum retulit colorem. Hoc modo Columella dicebat, qualemcunq; speciem, quæ facrit in bestijs, per nepotum gradus mitigata feritate, redijsse. Ad propositũ reuertar. Ergo duo genera sunt ouilli pecoris, molle, & hirsutum. Sed in vtroq; vel emendo plura communia, quædam tamen sunt propria generosi, quæ obseruari conueniat. Communia in emendis gregibus ferè illa. Si candor lanæ maxime placet, nunquam candidissimos mares legeris, quoniam ex albo sæpe fuscus editur partus: ex erythræe (erythro, vt superius) vel pullo nunquam generatur albus, Columella. Oues intonsas mercaberis: variam & canam comam improbabis, quòd sit incerti coloris, Idem. Oues nisi lanatas emi non oportebit quò melius ventris coloris appareat, Idem. Oues primum oportet bonas emere: quæsita ætate. si neq; vetulæ sunt, neq; meræ agnæ, quòd alteræ iam nondum, alteræ iam non possunt dare fructum: sed ea melior ætas quam sequitur spes, quàm ea quam mors. De forma, ouem esse oportet corpore amplo, quæ lana multa sit, & molli, villis altis, & densis toto corpore, maxime circum cernicem & collum: ventrem quoq; vt habeat pilosum: (Eadem Florentinus scribit in Geop.) itaq; quæ id non haberent, maiores nostri apicas (forte quasi ἀπίκους, à priuatione lanæ) appellabant, ac reijciebant: esse oportet cruribus humilibus, candis obseruare, vt sint in Italia prolixis, in Syria breuibus, Varro & Crescentiensis. In ipsa oue satis generositatis ostenditur breuitate cruũ, ventris vestitu: quibus nudus esset apicas vocabant damnabantq;, Plin. Fœmina post bimatum maritari debet: iuuenis habetur quinquennis: fatiscit post annum septimum. Maiorem trima, dente minacem, sterilem repudiabis. Eliges bimam, vasti corporis, cernice prolixa, prolixi villi, nec asperi, lanosi & ampli uteri: nam vitandus est glaber & exiguus, Columella. Fœmina debet bima submitti, quæ vsq; in quinquennium fœturæ necessaria est, anno septimo deficit, (Sed de ætate ouium, vide plura in c.) Eligenda est vasti corporis, & prolixi velleris ac mollissimi, lanosi, & magni uteri, Palladius. Lana sit multa, mollis, nec coloribus varijs distincta: oculi magni, crura prolixa, & cauda similiter. Tales enim sunt præstantiores ad agnorum educationem, Florentinus. Oues nec vetulæ sint, nec meræ agnæ. Ea quidem ætas melior est quam sequitur spes, quàm ea quam mors. Probantur etiam ex progenie, si agnos solent procreare formosos, Crescentiensis.

Sunt quæ mollem quidem habeant pilum, sed minus tenuem, vt leporcs contra quàm oues, Aristot. Et rursus, Oues frigidi tractus contra quàm homines afficiuntur. Scythæ n. molli sunt pilo: at oues Sauromaticæ duro. Timida animalia ferè molles pilos habent, vt cervus, lepus & oues, Idẽ. Optimæ oues sunt quæ tenuẽ lanam & 70

possident

poſſident lanam: quæ enim increſpantur lanugine, eæ quidem natura languidæ habentur, Florentinus interpres Andrea à Lacuua. Græcè legitur Ἀρίστη δὲ εἶναι πρόβατα, τὰ ἔχοντα ἔρια πυκνότατα: τὰ δὲ παχυλότερα σαθρὰ εἶναι τῇ φύσει διαφθείρεσθαι. Ego ſic verterim, maximè probantur oues, quibus rectæ & extenſæ ſunt lanæ: nam crispas (lanas) facilius natura corrumpi affirmant. Si quis non lanas, ſed oues ipſas quarum crispæ ſunt lanę citius corrumpi aſſerat, huic non aliter reſponderim, quàm expectare me ſententiam opilionis, aut hominis qui oues poſſederit vel curârit. Sues hybernum pilum non amittunt, cum cęterę quadrupedes magis obnoxiam frigori cutim habent, & pili refrigeram defluunt: ſus verò calidiſſimus eſt, & pilos habet pingui infixos, &c. Oues etiam ac homines propter ſui pilitum denſitatem tum copiam, non ita affici pulſu frigoris poſſunt: non enim altius refrigerationi ſubire licet, vt poſſit vel humorem gelare, vel calorem concoquendo ſeuocare. Ariſtoteles problem. 10. 23. Et ſequenti problemate cauſam quærit, Cur ouibus expilatis mollior pilus ſubnaſcatur, homini durior. Et deinceps, Cur ouium pili eo duriores ſint quo prolixiores: hominum contra molliores quo prolixiores. De lanarũ differentijs, ſecundum regiones præcipuè, nonnulla attuli ſuperius. Infirmiſſimum pecori caput, Plin. Ouis cerebrum ſqualidius eſt, id eſt minus plagæ, Ariſtot. Cornua tenuiora fœminis plerunq; ſunt, vt in pecore, multis ouium nulla, nec ceruarum, Plin. In Africa arietes ſtatim cornigeri generantur, nec ſolum mares, vt Homerus ſcribit, ſed etiam fœminæ. Contrà in Ponto per prouinciam Scythicam nullis cornua enaſcuntur, Ariſtot. Agni cur in Libya ſtatim cornuti naſcantur, vt Homerus etiam Odyſſeæ quarto teſtatur, ſupra in Boue 11. b. ex Herodoto rationem reddidimus. Albertus teſtatur ſe vidiſſe arietem quatuor magna cornua in capite geſtantem, & duo longa in cruribus caprinis ſimilia. Oues in Anglia cornutæ ſunt præter morem aliarum regionum, Munſterus. Ego non aliud differre Anglicarum ouium cornua à cæteris audio, niſi quòd ferè magna ſunt, & in vna pecude aliquando quaterna aut etiam ſena reperiuntur. Oculi boum nigri ſunt, ouium aquilini, Ariſtot. de generat. 5. 1. Cæteris animantibus cum careant manibus, deſpiciant prorſus in latera neceſſe eſt: itaq; plus eorum oculi diſtant inter ſeſe, & maximè ouium eò quòd maximè prono capite ingrediuntur.

Boues & oues & alia ſimplicis ingenij (ἁπλοῦν) animalia, oculos habent magis patulos, (πλατὺ δίδοντες) maligna vero & inſidioſa, contra, Adamantinus. Dentes continuos poſſidet bos, ouis, Plinius. Et alibi, Continui aut vtraq; parte oris ſunt, vt equo: aut ſuperiore primores non ſunt, vt bubus, ouibus, omnibusq; quæ ruminant. Maribus plures quàm fœminis dentes in homine, pecudę, caprisue. Oui pauciores ſunt dentes quàm arieti, Ariſt. Bidentes qui ęſtimant ob eam cauſam oues à Vergilio dictas, quòd duos dentes habeant, peſſimè ac vitiosè intelligunt. Nam nec duos dentes habent, & hoc quidem & genus monſtri eſt, & melius intelligi poteſt, ſi biennis dixerit authoritate Pomponij in Attellana. Mars tibi vouco facturum, ſi vnquam redierit (rediero. Macrobius,) bidenti verre. Laberius paupertate, Vtius hoc nocte bidentes propter viam facere: & Nigridius Figulus dicit bidental, quòd bimæ pecudes immolentur, Nonius Marcellus. Bidental dicebant quoddam templum, quòd in eo bidentibus hoſtijs ſacrificaretur, Feſtus. Bidentes ſunt oues duos dentes longiores cæteris habentes. Idem. Apud Macrobium etiam 7. 9. ridetur grammaticus, qui oues bidentes dici docuerat, quòd duos tantũ dentes haberent. Atqui hoc, inquit Auienus, vel nunquam contingere: vel ſi contingat, oſtentum eſſe, & factis piaculis procurandum. Tum Seruius citato Pomponij ex Attellanis verſu, in quo verrem bidentem legimus, oſtendit, non propriè hoc epitheton eſſe ouis. Et Nigidius (inquit) in libro de extis, bidentes appellari ait non oues ſolas, ſed omnes beſtias bimas. Et in commentarijs ad ius pontificum pertinentibus, legi bideunes primò dictas, d. litera ex ſuperfluo (vt ſæpe aſſolet) interiecta, ſicut proteire, reamare, rearguere, dicitur redire, redamare, redarguere. Ergo bidennes primum dictæ ſunt, quaſi biennes. Quamuis Higinus qui ius pontificum non ignorauit, bidentes appellari ſcripſit hoſtias, quæ per ętatem duos dentes altiores haberent, per quos ex minore in maiorem tranſcendiſſe conſtaret ętatem, Hæc Macrobius. Vide etiam Gellium lib. 16. Dentes ouium (inquit Petrus Creſcentienſis) mutantur poſt annum vnum & dimidium, nempe duo anteriores: & poſtea per ſex menſes mutantur duo proximi, deinde cæteri: ita quòd tribus annis vel ad ſummum quatuor ejiciantur (omnes.) Sunt autem iunioribus dentes inęquales: in ſtatu, æquales: ætate prouectis, diſcalcantur (ſic loquitur,) minuuntur & corrumpuntur. Duidens hoſtia, bidens. Feſtus. Ambidens ſiue bidens ouis appellabatur, quæ ſuperioribus & inferioribus eſt dentibus. Idem. Ouis multiplicem ventrem habet, (vt cætera ruminantia,) Ariſtot. 3. de partib. anim. A ventriculo lactes ſunt in homine & oue, per quas labitur cibus, in cæteris ile, à quibus capaciora inteſtina ad aluum, Plinius. Teſtes pecori armentoq; ad crura decidui. Idem.

Ouibus mammæ inter femina binæ, papillæq; binæ, Ariſtot. Oues capræq; in feminibus mammas habent binas, Plinius. Ouium & caprarum pars maxima habet fel, & quidem tetris quibuſdam adeò largè, vt exuperantis prodigij loco habeatur, vt in Naxo. Sed alijs quibuſdam locis omnino carent, vt apud Chalcidem Euboicã partę quadam agri, Ariſtoteles de partibus libro 4. cap. 2. In iecore eſt fel, non omnibus datum animalibus: in Euboeæ Chalcide nullum pecori: in Naxo prægrande geminumq;, vt prodigij loco vtrunq; habeatur aduenis, Plin. 11. 37. Oues in Ponto ſine felle eſſe dicunt: contra in Naxo inſula duplici felle præditas eſſe, Aelianus. Abſinthium Ponticum appellatur à Ponto, vbi pecora pinguęſcunt illo, & ob id ſine felle reperiuntur, Plinius. In regionibus perfrigidis cum niue & hyeme vehementi anni tempus infeſtum eſt, fellis expers eſt ouillum pecus: intra enim ouilis compaſcum, nouo pabulo non vtitur. Deinde ineunte vere, cum ad paſtiones proficiſcitur, felle impletur, quod ipſum Scythicis ouibus vſu maxime euenire ſolere aiunt, Aelianus. Aſiæ regio Scepſis appellatur, in qua lienes minimos eſſe pecori tradunt, & inde ad lienem inuenta remedia, Plinius ni fallor. Ouium cæterarumq; quadrupedum renes ęquabiles ſunt, non ſicut boum qui tanquam ex multis exiguis renibus compoſiti videntur. Denſius item ſeuum circa renes naſcitur ouibus quàm cæteris animalibus, Ariſtot. Caulis caudæ vulpibus & lupis villoſus eſt, vt ouibus quibus procerior, Plinius. De latis & longis ouiũ caudis in diuerſis regionibus iam ſupra dixi. Ouis mirificè pinguis donata eſt regi Gallorum in oppido quodam Picardiæ anno 1547. cui altera vngula è duabus, nempe interior in vtroq; pede, ad octo circiter digitos excreuerat, extrema parte ſurſum recurua inſtar cornu rupicaprę, vt oculatus quidam teſtis mihi narrauit.

C.

In quibuſdam Heluetiorum montibus oues per ſumma cacumina paſcuntur, cum captę morentur inferius, vbi reperiunt frutices, qui cacuminibus deſunt. Oues etiam ſomniant, Ariſtot. Præter hominẽ ſomniare pecora,

capras, &c. Plinius. Balare, factitium verbum eſt, proprium ouium. Oues dicimus balare, vtique à ſono ipſo vocis, Feſtus. Exſacrificabat hoſtijs balantibus, Cicero 1. de diuin. Iam ne balare quidem aut hinnire fortiter diceremus, niſi iudicio vetuſtatis niterentur, Quintilian. Tactaque fumanti puluere balet ouis, Ouidius 4. Faſtor. Grex balantum, Vergil. 1. Georg. Quoniam ſatis balaſti ò Fauſtule noſter, Coſſinius apud Varronem de re ruſtic. Non ineptè autem balaſſe dicit Fauſtulum, qui tractauerat & docuerat de ouibus, quarum proprium eſt balare. Agni balant, Aelius Spartianus. Balitare, frequentatiuum. Paſtor harum dormit, quum exeunt. Sic à pecu balitantes. Quæſitus matri multis balatibus agnus, Vergil. 9. Aeneid. Aegri balatus, Ouid. 7. Metamorph. Tener balatus ibidem, id eſt exiguus, qualis eſt agni adhuc tenelli. Tremens, Stat. 10. Thebaid. Pecorum balatu ſonant ripæ, Vergil. 4. Georg. Guſtatum à pecore capriſq; pulegium, balatum concitat: vnde quidam Græci literas mutantes blechon vocauerunt, Plinius. Theophraſto pulegium βληχὼ dicitur. Γλήχωνα, id eſt pulegium, inquit Dioſcorides, aliqui βλήχωνα vocarunt: quoniam guſtatum à pecore cum floret pulegium, βληχὴ, id eſt balatum in eis quàm primum excitat. Βληχᾶσθαι, balare. Plura vide in H. C. Quorum vox mollis & remiſſa eſt, (μαλακὴ, ἄτονος,) mites ſunt, ſicut oues, Ariſtoteles in Phyſiol. Ouibus propriæ ſunt voces ad Venereum coitum, Ariſtoteles.

Non multò aliter tuendum eſt pecus caprinum in paſtu atq; ouillum, quod tamen habet ſua propria quędam, Varro. Oues radicitus herbas carpunt, & arbores deſtruunt, & plurimis plantis morſus earum eſt exitialis, Albertus. Paſcua ad Solis occaſum ſpectantia proſunt: itinera & labores extenuant, Ariſtoteles. Oues & capræ herba veſcuntur: paſcere oues ſedulæ atq; ſtabiles ſolent. Capræ loca crebrò permutant, ſummaq; tantum contingunt, Idem. Ouibus frondem viridem vſq; dum habebis, præbeto. Vbi ſementim facturus eris, ibi oues delegato, & frondem vſq; ad pabula matura dato, Cato cap. 30. De cibo ouium vide etiam quędam in Ariete c. Oues licet in paſcuis vberibus lanam acquirant molliorem ſecundum rationem paſcuorum: tamen quia oues ſunt animalia humidi temperamenti, meliorem lanam & molliorem faciunt ex paſcuis tenuibus & ſalſis, quàm ex vberibus & dulcibus, & melius conualeſcunt in ſalſis & tenuibus paſcuis, Albertus. Locis aridis paſtæ melius conualeſcunt, & in locis paluſtribus morbidæ efficiuntur, Idem. De genere pabuli (inquit Columella) vt & ante diximus, & nunc eorũ, quæ omiſſa ſunt, meminerimus, iucundiſſimas herbas eſſe, quæ aratro proſciſſis aruis naſcantur, deinde quæ pratis vligine carentibus, paluſtres, ſylueſtresq; minime idoneas haberi: nec tamen vlla ſunt tam blanda pabula, aut etiam paſcua, quorum gratia non exoleſcat vſu continuo, niſi pecudum faſtidio paſtor occurrerit præbito ſale, quod velut ad pabuli condimentum per ęſtatem canalibus ligneis impoſitum cum è paſtu redierint oues, lambunt, atq; eo ſapore cupidinem bibendi, paſcendiq; concipiunt: at contra penuriæ hyemis ſuccurritur obiectis intra tectum per præſepia cibis: aluntur autem commodiſſime repoſitis vlmeis, vel ex fraxino frondibus, vel autumnali fœno, quod cordum vocatur: nam id mollius, & ob hoc iucundius eſt, quàm maturum; cytiſo quoq; & ſatiua vicia pulcherrimè paſcuntur: neceſſariæ tamen, vbi cætera defecerunt, etiam ex leguminibus paleæ: nam per ſe ordeum, vel freſa cum ſuis valuulis faba, vel cicercula ſumptuoſior eſt, quàm vt ſuburbanis exiguo pretio poſſit præberi: ſed ſi vtilitas permittit, haud dubie ſunt optima, Columella. Pecori ſalem obijcere, Græci ἁλίζεσθαι dicunt, Gaza ex Ariſtotele vertit ſalire. Quare paſtores ouibus ſalem obijciant, Plutarchus quærit de cauſis nat. problemate 3. Sal etiam coitum mouet, debetq; eis dari ante & poſt coitum, vt inferius dicetur. Vide nonnihil de ſale etiam in 2. Cogit aliquot corbulas vuarum, & frondem iucundiſſimam miniſtrat ouibus. Nonius Marc. ex Varronis de re ruſt. lib. 1. Opimat pecus olea, oleaſter, aphaca, palea, herba: quæ omnia efficaciora ſunt ex falſugine reſperſa: pingueſcunt & hæc plenius præfatigata inedia triduo, Ariſtot. Aphace propter oues feritur, Athenæus libr. 9. Alexander Myndius dicit oues in Ponto amariſſimo abſinthio pingues fieri, Aelianus. Abſinthium Ponticum appellatur à Ponto, vbi pecora pingueſcunt illo, & ob id ſine felle reperiuntur, Plinius. Abſinthium marinum impinguat pecudes; Serapio ſecundum Dioſcoridem: ſed noſtri Dioſcoridis codices nihil eiuſmodi habent. Ouibus fabæ largius datę, copiam efficiunt lactis, Ariſtoteles: Vide inferius vbi de lacte dicetur, hoc in capite. Fabæ ſiliquæ caulesq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori, Plinius. Cytiſum in agro eſſe quàm plurimum refert: quod bubus & omni generi pecudum vtiliſſimus eſt: quod ex eo cito pingueſcit, & lactis plurimum præbet ouibus, Columella. Frutex eſt cytiſus (de quo plura leges in Boue c.) ab Ariſtomacho Athenienſi miris laudibus prædicatus pabulo ouium, aridus verò etiam ſuum, Plinius. Omnia pecora cytiſum depaſta lac multum habebunt, & ſimul embryon enutrient, Africanus. Luxuria ſegetum caſtigatur dente pecoris in herba duntaxat, & depaſtæ quidem vel ſæpius nullam in ſpica iniuriam ſentiunt. Retonſarum verò etiam ſemel, omnino certum eſt granum longius fieri, ſed inane caſſumq;, ac ſatum non naſci. Babylone tamen bis ſecant, tertio depaſcunt, alioqui folia tantum fierent, Plinius. Et alibi, Sunt genera terræ quarum vbertas pectinati ſegetem in herba cogat. Eadem nihilominus & depaſcuntur. Quæ depaſta ſunt, ſarculo iterum excitari neceſſarium. Oues pellitę (quę propter lanæ bonitatem ſub tecto ferè aluntur) quæcunq; iubentur veſcuntur: vt folia ficulnea, & palea, & vinacea, furfures obijciuntur modicè, ne parum aut nimium ſaturentur: vtrunque enim ad corpus alendum inimicum: at maximè amicum cytiſum & medica: nam & pingues facit facillimè, & gignit lac, Varro. Si ex capratum vel ouium grege quæpiam eryngiũ herbam ore ſumpſerit, illam primò dicunt, ac mox reliquum gregem, tandiu à progrediendo ſubſiſtere, quoad de eius ore herbam paſtor detraxerit, vt retuli in Capra c. Laſerpitium & circunfodi ſolitum prodidêre: nec purgari pecora, ſed ęgra ſanari, aut protinus mori, quod in paucis accidere. Perſico ſilphio prior opinio congruit, Plinius. Et rurſus, Laſerpitio veſci pecora ſolita primoq; purgari, mox pingueſcere, carne mirabilem in modum iucunda. Et alibi, Laſer multis iam annis in Cyrenaica prouincia non inuenitur: quoniam publicani, qui paſcua conducunt, maius ita lucrum ſentientes, depopulantur pecorum pabula. Si quando incidit pecus in ſpem naſcentis, hoc deprehenditur ſigno: oue cum comederit dormiente protinus, capra ſternutante. In India, & maxime in Praſiorũ regione, liquido melle pluit: quod in herbas, ac paluſtrium arundinum comas decidens, mirificas paſtiones ouillo & bubulo pecori præſtat: quod quidem ipſum à paſtoribus eò, vbi dulcis plus roris de cœlo delapſum eſt, agitur: & ſic illis paſtionibus tanquam epulis iucunde accipitur, paſtoresq, viciſſim prolixo epulo compenſat: nam ex pecore ſoauiſſimum lac exprimunt, neq; ſicut Græci faciunt, mel miſcere & temperare habent neceſſe, Aelianus. In noſtris regionibus, mel iſtud aëreum (quod Græci aëromeli & droſomeli vocant, Hebræi mannam, noſtri *himmelhung*) bubus, ſi forte in herbis comederint menſe Maio, valde noxium eſt. Ad Garamantas ouillum pecus carne & lacte alitur, Aelianus. In locis quibuſdam Africæ, præſertim Aethiopiæ vicinis, oues carne & lacte nutriuntur, Strabo. Apollonium circa

citea Indiam attigiſſe ferunt etiam Pegaden Oritarum regionem: vbi pecudes ſint piſcinotæ, eæ comedentes quæ minimè naturæ ſuæ conueniunt. Paſtores enim piſcibus illas alere conſueuerunt, ſicut in Caria ſicubus eadem paſcunt. Indi enim Carmani cognominati, mirè piſcoſum mare accolunt. Philoſtratus. Citea Calimes vicum Indiæ maritimum, Nearchus refert ouium carnes piſcem reſipere, vt animum marinarum: piſcibus enim veſcuntur, quòd tegio gramen non ferat, Arrianus in Indicis. Et rurſus nõ multo poſt, Apud Ichthyophagos prata non ſunt, neq; gramen naſcitur: quamobrem pecora etiam ipſorum piſcibus ſiccis veſcuntur. Oues Lydiæ & Macedonicæ ex piſcibus pingueſcere dicuntur, Aelianus. Ennius cum dicit, Propter ſtagna vbi lanigerum genus piſcibus paſcitur, eſſe paludem demonſtrat, in qua naſcuntur piſces ſimiles tanunculis, quos oues confectæ edunt. Eſt in prouincia Aden, equi, boues, cameli, & oues veſcuntur piſcibus, quorũ ingens illic copia, & libentius quidem ſiccis quàm recentibus: nam propter immenſum calorẽ herbis & frugibus carent, Paulus Venet. De plantis quæ in cibo ſumptæ noxiæ aut venenoſæ ſunt ouibus, dicam infra vbi de morbis earum: Et quædam de cibis earũ, etiam capite quinto. Arabes dicunt ouium greges apud ſe muſica plus ſanè quàm cibo pingueſcere, Aelian. Muſicis ſonis delectatæ melius paſcuntur, Albert. Oues ruminant, vt quæ ſuperiore dentium ordine careant, Ariſtot. Prouidendum eſt in hoc genere vt pabuli vbertate ſaturentur, & longè paſcantur à ſentibus quæ etiam lanam diminuunt & corpus incidunt, Creſcentien. Pingueſcit potiſſimum ouis ex potu: quamobrem ęſtate ſalem dare die quinto ſoliti ſunt, ſingulis centenis ſingulos medios: ſic enim pecus incolume, atq; pinguius redditur. Frequens igitur ſalis vſus eò pertinet, quando & paleis copiam ſalis admiſcent, vt ſitibundæ plus aquæ hauriant: & autumno cucurbitam ſale contactam affetunt: quod lac etiam auget: & agitatæ quoq; meridie, plus poſtmeridianis bibunt: fœtus (poſt partum, Albert.) diſtenta vbera pendent, quibus ſalis abunde eſt, Ariſtot. Raſis & Albert. Apud Raſim tamen locus mutilus eſt.

At cui lactis amor cytiſum lotoſq; frequentes Ipſe manu, ſalſaſq; ferat præſepibus herbas.

Hinc & amant fluuios magis: & magis vbera tendunt. Et ſalis occultum referunt in lacte ſaporem, Virgil. Pecus potu pingueſcit, ideo ſal illis aptiſſimus, Plin. Oues ſale delectantur, quòd is in cibo potionis deſiderium moueat, Aelian. Aqua ouibus autumno commodior aquilonia quàm auſtrina eſt, Ariſtot. Aquam multam & turbulentam bibentes obeſiores plerunq; fiunt, Albert. Ex Anglo quodam accepi non ſitire ouem niſi viderit aquã: ea autem viſa etiam non ſitientem bibere: hoc ab in Anglia (quæ ouibus abundat) magis quàm alibi accidat, nondum exploraui. In Hiſpania ſudio vellera ouium eo nobiliora fieri, quo minus biberint oues. Rore cœli in Anglia ſtrim ſedunt greges, ab omni alio potu arcentur, quòd aquæ ibi ouibus ſint exitiales, Cardan. Sui per æſtatem huius maximè eſt infeſta: quare non vt capellam, vel ouem, ſic & hoc animal bis ad aquam duci præcipimus, &c. Columella. Plura de potu ouium quære infra in 2. In Cephalenia inſula, cum omnia vbiq; pecora hauſtu aquæ quotidie recreentur, in eas pecudes maiore ex parte annſore aperto ex alto ventos recipientes, ſitim ſuam ſedant, Valerius Max. l. 6. Theophraſtus tradit, in Macedonia qui candida ſibi naſci pecora velint, ad Aliacmonẽ ducere: qui nigra aut fuſca, ad Axium, Plin. Confluentem candidi coloris efficientẽ Crathis fl. emittit. Nam ouillum & bubulũ pecus, & omnis grex quadrupes, ſicut Theophraſtus ait, ex eo bibens, de nigro rufóue albus fit, Aelian. Eudoxus in Heſtiæotide (Vetus lectio, Heſtia, quæ vox nuſquam reperitur. Hermolaus Heſtiæam mauult legere, quę pars fuit Theſſaliæ, Ptolemæo, Straboni, cæteris. Homero autem & Thucydidi oppidum in Eubœa. Stephanus & in Acarnania vrbem huius nominis tradit) fontes duos tradit eſſe, Ceronem, ex quo bibentes oues nigras fieri: Melian, ex quo albas: ex vtroq; autem variari. Theophr. in Thurijs Crathim candorem facere, Sybarim nigritiam bobus ac pecoribus, Plin. De Crathide & Sybari fluuijs, vide Proptuarium noſtrum, & Hermolaum in Plinium 31. 2. Oues flauas reddere Scamander amnis creditur: quamobrem Xanthum pro Scamandro nuncupatũ ab Homero autumant. Et in Antandria quoq; duo ſunt fluuij, quorum alter candorem, alter nigritiã pecoribus facit, Ariſtot. Ad diuerſam potionem colorum mutationem oues faciunt, quod quidem ipſum ex vi & natura amnium vſu eis euenire eo anni tempore, cum incuntur, ſolet: itaq; ex albis commutatio in nigras ſit, contraq; ex nigris in albas conuertuntur. Hæc autem cum ad Antandrum amnem accidunt, tum ad Thraciæ fluuium, cuius nomen Thraces accolæ tibi dicent, tum vero ad Troiam Scamander ex aqua ſua potantes oues fuluas efficit: ex eo factum eſt, vt huic qui initio Scamander nominaretur, deinde aliud nomen aduentitius ouium color Xanthum impoſuerit, Aelian. Varro opinatur duo in Bœotia eſſe flumina, natura licet ſepari, miraculo tamen non diſcrepante: quorũ alterum ſi ouillum pecus debibat: pullum fieri coloris, quem induerit. (videtur locus corruptus: legi poteſt, pullum fieri colorem velleris.) Alterius hauſto quæcunq; vellerum fuſca ſunt, in candidum verti, Solin. cap. 15. Potus etiam facit, vt mares aut fœminæ gignantur, vt infra dicemus. Nota eſt hiſtoria Iacobi nepotis Abrahami: qui cum impetraſſet à ſocero ſuo Labano, vt pecora omnia varia & maculoſa ouilli caprigeniq; generis ſibi haberet, virgas populi, coryli & caſtaneæ, decorticatas, vt Munſterus vertit (non quòd cortices omnino eis detraxerit, ſed ita vt pars aliqua eorum delibraretur, altera relicta, quò appareret colorũ varietas, Munſterus:) in aquas & canales, vnde pecori bibendum erat impoſuit, ita vt inter bibendum eas aſpicerent, quo facto mox maribus admiſſis, fœtus maculoſi concipiebantur. Hos in lucem editos, ſeparatis omnibus qui maculoſi non eſſent, in conſpectum ouium matricum ſub conceptum agebat, vnde illæ ſimiliter ijs quos ante ſe conſpexiſſent maculoſos edebant fœtus.

Capris & ouibus cur plurimum ſit lactis proportione ſui corporis, inquirit Ariſtot. Problematum 10. 6. vide in Capra c. Inter omnia animalia ouis diu lac præbet (reſpectu ſuæ magnitudinis, Albert.) habet enim lac per octo menſes. Ariſtot. & Albert. vide infra in 2. Suillum & ouillum lac ſero reddendo inepta ſunt, Ariſtot. Salis vſu lac augeri, & autumno eſu cucurbitæ ſale contactæ, ſupra dixi in mentione potus ouiũ: item cytiſo, cum de cibis earũ dicerem. Ouibus fabæ largius datæ copiam efficiunt lactis, Ariſtot. interprete Gaza: ſed Græcè ſic legitur: Πολὺ γάλα τιθῆνᾶιαν πολὺ δ' ὀλίγον, ὄσον φερόμενον ἔι: hoc eſt, Lac copioſum reddit fabarum etiam parua copia in pabulo. Herba lanaria ouibus ieiuna data, lactis abundantiam facit. Plin. Galariade (lego, Galactite) lapide trito cum ſale miſta aqua, oliuæ (ouium) circunſpergantur vbera, Albert. Cum ſale miſtus aqua oriente Sole purgato ouili aſpergantur oues, & turgebunt lacte, Obſcur. Oues craſſiorem reddunt vrinam quàm ſui ſexus mares, Ariſtotel. Menſes oui & capræ tempore coëundi indicantur: quod idem poſt coitum etiam ſit ad tempus, mox deſiſtit, donec parturiant: tum denuò indicatur: quare paſtores proximum eſſe partum intelligunt. A partu autem purgatio ſequitur abunde: primum leuiter cruenta, poſtmodum valde, Ariſtot.

Oues

Oues & capræ annicolæ coëunt, atq; vterum ferunt: sed capræ potiùs mares quoq; in ijs ipsis generibus eodem illo tempore ineunt: sed proles differt, quatenus præstantior ea est, quam senescentes mares & fœminæ procreârint, Aristot. Ouis debet bima submitti, quæ vsq; ad quinquennium fœturæ necessaria est, anno septimo deficit, Crescentiens. Arietes & oues fœtæ, (matrices,) ad prolé probari debent cum in tertio anno consistunt, Florentin. Curandum est, ne minori quadrima, néue ei quæ excessit annos octo, proles submittatur: neutra. n. ętas ad educándum est idonea: tum etiam ꝙ ex vetere materia nascitur, plerunq; congeneratum parentis senium refert: nam vel sterile vel imbecillum est. Columella. Oues parere vsq; ad annum octauum possunt: & si bene curentur, vel in vndecimũ faculras pariendi protrahitur, (quod tempus vt plurimum ferè est tota vita ouis: in quibusdam tamẽ tertia marinis, vbi sicca & salsa habent pascua, viuunt per viginti annos & pariunt, Albert.) & quidẽ fieri potest, vt etiam per totam ferè vitã eoeant, tam mares quàm fœminæ, Aristot. Et rursus. Coëunt tam oues quàm capræ, quandiu viuunt. Oues & capræ terno aut quaterno coitu implentur, Aristot. Intra quartum coitum, Plin. Ouis decem vel duodecim annis viuit, & parit octo annis, Albert. Generatio bimis vtrinq; (ouibus & arietib.) ad nouenos annos, quibusdam & ad denos. Primiparis minores fœtus. Coitus omnib. ad Arcturi occasum, ꝙ est à tertio idus Maias ad Aquilę occasum, id est xiij. calend. Augusti, Plin. Ouili pecori ab Arcturi occasu vsq; ad aquilæ occasum, Varro. Anima capris quàm ouibus ardentior, calidiorésq; concubitus, Plin. In grege ouium si maiores natu tempestiuè libidine incitantur, annum esse fœlicẽ gregi pastores confirmant: sed si minores, infelicem, Arist. Si minores natu prius coierint, pestem anno illo futuram portendunt: sin maiores natu tardius ad coitum moueantur, idem præsagiunt, Albert. Quæ aquam salsiusculam bibunt, maturius coëunt: nec solum ante coitũ, sed etiam à coitu saliendum est (sal eis prębendum:) atq; etiã verno tempore, Arist. Capra oui similis est multis nominibus: initur quippe ijsdem temporib. Quinq; mensibus ingraueſcit fœtu, perinde vt oues, (idem Plinius scribit.) Geminos etiã parit vt plurimum, Florentin. Ouis & capra ventrẽ ferunt quinq; menses, Varro & Florentin. Ouis prægnans est diebus centum quinquaginta: itaq; fit partus exitu autumnali, cum aër est modice temperatus, ac primitus oritur herba imbribus primoribus euocata. Quamdiu admissura sit eadem aqua vti oportet, quòd commutatio & lanam facit variam, & vterum corrumpit. Cum omnes conceperunt, rursus arietes secernendi. Ita factis prægnantibus, quod sunt molesti, obsunt: neq; pati oportet minores, quàm trimas saliri, quod neq; natum ex his idoneum est, nec non ipsæ fiunt etiã deteriores. Minores, quàm trimæ, deterrent à saliendo fiscellis è iunco, aliáue qua re, quam alligant ad natutam. Commodius seruantur, si secretas pascunt, Varro. Pinguedo nimia impedit quò minus concipiant oues, Albert. Sunt in equoti ũ itemq; ouium genere quæ nullam faciunt prolem: sed multorum genus totũ sterile est, Aristot. De ouium conceptu nonnihil etiam dicetur in Ariete c. Cur oues ad Agenoris locum abigentes Argiui, vt ibidem ineantur efficiunt? An quia Agenor vir summa industria in ouibus tractandis fuit & prę cęteris rebus plurimos possedit greges, Plutarchus in Græcanic. Arietis dextro teste præligato oues (fœminas) tantũ gigni quidam scripserunt, Plin. Non procul à Patrensium ciuitate fluuius est Milichus, & post illum alius nomine Charadrus: ex hoc pecora tempore veris bibentia, vt plurimum mares parere aiunt. Quam ob causam pastores in diuersum à flumine partem ea abigunt, (pecora cętera, vt oues & capras,) bubus tantum exceptis: tauri enim eis ad sacrificia & labores vaccis vtiliores sunt. Inter reliqua vero pecora fœminæ maribus præferuntur, Pausanias in Achaicis. Mares aut fœminæ generantur vi, tum aquarum, tum admissariorum. Nam & aquæ faciunt, vt fœminæ mares'ue concipiantur: ad hæc, aquilonis flatu mares potius concipiuntur, austri fœminæ. Vis tanta est aquilonis, vt vel ea quæ non nisi fœminas pariant, immutet ad prolis masculę procreationem. Spectare ad aquilonẽ oportet eum coëunt fœminæ: quæ mane initi solent, matrem. si serò diei admiseris, non patiuntur, Aristot. Aquilonis flatu mares concipi dicunt, austri fœminas, Plin. Ac si res ferat vt plurimi mares progenerandi sint, Aristot. vir callidissimus rerum naturæ, præcipit admissuræ tempore obseruare siccis diebus halitus septentrionales, vt contra ventũ gregem palcamus, & eum spectans admittatur pecus: at si fœminæ generandę sunt, australinos flatus captare, vt eadẽ ratione matrices ineantur. (Idem ex Columella Palladius repetit, nec aliter Aelian.) Nam illud quod priore libro docuimus, vt admissarij dextri, vel etiam sinister vinculo testiculus obligetur, in magnis gregibus operosum est, Columella. Si à coitu imber accessit, abortum infert, Aristoteles. Oues si grauidæ glandem copiosius ederint, abortum faciunt, vt sues etiam. Ouibus tamen constantius hoc glandibus elitatis accidit, Aristot. Docent pastores suas oues gregari, factu strepitu: nam si cum tonuerit aliqua relinquatur, quæ non concurrerit, abortum, si est grauida, facit: vnde fit, vt si quem domi strepitum moueris, omnes concurrant, propter consuetudinem, Idem. Tonitrus solitarijs ouibus abortus inferunt: remedium est congregare eas vt cœtu iuuentur, Plin. & Albert. Candidi, nigriue efficiuntur fœtus, si sub lingua arietis venæ nigrę aut candidę habentur: cuius enim colotis sunt venę eiusdem & vellus est: varium etiam, si plures venarum colores sunt, Aristot. & Albert. Ouis aperto ore si inueneris nigricantem linguam, nigrũ emittet fœtum: sin albam, candidum: si distinctam coloribus, partus similiter variabit. Democrit. Ferunt quinq; mensib. tum oues tum capræ. Vnde fit vt locis nonnullis, quibus cœli clementia & pabuli copia est, bis pariant, Arist. Gerunt partum diebus centum quinquaginta, postea concepti inualidi. Cordos vocabant antiqui post id tempus natos. Arietes primũ vetustiores fœminas ineunt: nouellas. n. minus persequuntur. Pariunt, vt dixi, iuniores pauciora quàm vetustiores, Aristoteles. Pariunt maximâ ex parte singulos, sed aliquando & binos & ternos, & quaternos, Idem. Pariunt geminos, tum pabuli beneficio, tum si pater aut mater vim eam gemmandi per naturam obtineat, Aristoteles. Oues in Orchadibus pene omnes geminos, in oues trigeminos pleręq; partus edunt, Boëthius. Oues in Magnesia & Africa pariunt bis, Aristot. Problematum 10.46. Apud Vmbricos aiunt pecora (τὰ βοσκήματα) ter anno parere, Idem in Mirabilib. Et rursus in eodem libro. Apud Illyrios ferunt pecora, (τὰ βοσκήματα: capras & oues intelligo) bis anno parere & quidẽ plerunq; gemina: multa vero etiam ternos aut quaternos hœdos parere: quandoq; etiam quinos & plures: item lactis sesquicongium in die ab eis emulgeri. Aegyptus tam abunde herbida est, vt bis anno oues ex tese pariant, bisq; tondeantur, Alianus. In getris calidis & humidis bis concipiunt, sicut in Meiopotamia, Albert. Oues nimium obesæ difficulter parinnt, quædam in ipso partu moriuntur antequam absoluant. Canes, vt reliquæ paruæ quadrupedes monstra pariunt frequentius quàm maiores, Aristot. problematũ 10.60. Et alibi, Capræ & oues, (vt & reliqua fœcundiora & multipara animalia) partus interdum monstrosos ędunt. Ouis à partu cur non sæuiat, Aristot. inquirit problem. 10.37. Mufmonum (sunt autem velud oues quædam syluestres, de quibus priuatim dicam post Agnum) è gente & ouibus natos prisci Vmbros vocauerunt, Plin. Musmo ex capra & ariete nascitur, & cinirus ex oue & hirco, Albert. l. 22. in dictione Ibrida. Apud Rhætos Heluetijs confœderatos locis alpinis, audio aliquando nasci capras

posteri

posteriore parte, anteriùs oues vel arietes: sed viuere non posse, & paulò post partum mori: arietes enim cum senescunt validos & libidinosos fieri, & capras aliquando superuenire. Ex ouibus & arietum ferorum coitu fœtum conceptum paternum colorem retulisse, eumque similiter durasse per sobolem & nepotes deinceps: lanam verò in primo quidem fœtu hirtam, sed in nepotibus & deinceps mollem fuisse, in a. retuli ex Columella. Oues à partu μετὰ τὸν τόκον. Albertus legit πρὸ τοῦ τόκου: vertit enim, Ante partum: sed vtroq; tempore dari conuenit:) fœtus fruentes, vbera magis lacte distenta demittunt, Aristot. Partus vero incipientis pecoris non secus quàm obstetricum more custoditi debet, neq; enim aliter hoc animal, quàm muliebris sexus enititur, sæpiusque etiam quanto est omnis rationis ignarum, laborat in partu: quare veterinariæ medicinæ prudens esse debet pecoris magister, vt si res exigat, vel integrum conceptum, cum transuersus hæret locis genitalibus, extrahat: vel ferro diuisum extra matris perniciem partum educat, quod Græci vocant ἐμβρύου κόπος (forte, ἐμβρυουλκὸν.) Columel.

Cubant oues capræq; vnà per cognationem, Arist. Et rursus, Cubant difficilius oues, quàm capræ: magis enim capræ quiescunt, accedunt q; ad hominem familiarius. Ouium semen (id est genus) tardius est, quo hæ sunt placidiores: contrà caprile mobilius, Varro. Vita ouibus ad denos annos, sed magna ex parte ad pauciores, Aristot. Oues Aethiopicæ vel ad duodecim & tredecim annos vitam agunt: capræ etiam ad decem & vndecim, Aristot. Plinius capras tantum in Aethiopia vsq; ad annos vndecim viuere scribit, nulla ouium mentione. Alia quædam de ouium vita & ætate, & in qua sint eligendæ, dixi superius in a. In quibusdam terris marinis, in quibus flexa & salsa habent pascua, viuunt per viginti annos & pariunt, Albertus sine authore: nisi forte tale quid apud Auicennam legitur. De mutatione dentium, & ætatis per eam cognitione, dictum est in a. Oues in bono statu manent vsq; ad octo annos, & quædam vsq; ad decem, si copiosè pascantur, sed quæ famem patiuntur, necessariò cito senescunt. Crescent.

De sanitate sunt multa, sed ea in libro scripta magister pecoris habet, & quæ opus ad medendum secum portat, Varro. Quod ad cibum & potũ pertinet, tum aliàs tũ ad sanitatem, superius dictum est. Mox etiã inferius venenatarum enumerabo. Equi muli & oues in Scythia, tæpe præ frigore moriuntur, Dionys. Afer. Capræ frigoris impatientiores sunt quàm oues, Arist. Porrò inter ipsas oues frigoris patientiores sunt, quibus cauda amplior, quàm quib. porrectior, & glabræ exutiores, quàm vellitiores: crispæ etiã algoris impatientes sunt, Idẽ. Et alibi, Iudicant pastores ouem validiorem, cum hybernos tempor ib. pruinam, quam fulciperit, ferunt: nam quibus virium minus, partũ præ sua imbecillitate constantes, discutiunt suo motu quantũ fulciperint. Albert. longe aliter siue vertit, siue peruertit, his verbis: Oues excutientes à caudis glaciem, ferociores sunt & melius ac diutius durant: nõ excutientes autem cito moriuntur. Valent melius oues quam capræ: sed robustiores capræ quàm oues sunt, Arist. Sanitas & infirmitas ouium (inquit Crescent.) certis signis cognoscitur: nam si apertantur earum oculi, & venæ sint rubicundæ & subtiles, sanæ sunt: Si albæ vel rubicundæ & crassæ appatuerint, infirmæ. Item si manu apprehensæ in schina propè anchas (in spina dorsi propè coxendices) comprimuntur, nec flectuntur, sanæ & validæ sunt: si verò flectuntur, infirmæ. Item si capite in pelle colli & ante tractæ vix trahi possunt, sunt sanæ & robustæ: si facile sequuntur, infirmæ. Item sanæ per viam animosius incedunt: imbecilles molestius, & capite inclinato.

Oues ne febres fiant, nec ricinis infestentur, & lanę plus vt habeant, quid agendũ dicebo infra in scabiei ipsarũ mentione. Maro sciens lauari ouem, aut lanę purgandæ, aut scabiei curandæ gratia, pronunciauit tunc ouem per ferias licere mersari, si hoc remedij causa fieret. Balantumq; gregẽ fluuio metiare salubri. Adijciendo n. salubri, ostendit auertendi morbi gratia tantummodo, non etiam ob lucrũ purgandæ lanæ causa fieri concessum. Macrobius Saturn. l. 6. Ouillũ pecus quamuis mollissimum sit, vt ait prudentissimè Celsus, valetudinis tutissimę est, milnimeq; pestilentia laborat, Colu. In Anglia cum ęstates pluuię sunt, & cum pascuntur in locis vliginosis, & cũ lingunt mane rorem (non omnis ros, sed certo quodã tempore, Maio præcipuè pecori nox ius est. rorẽ in Anglia ou b. pro potu esse supra dixi) putrescunt & contabescunt eis viscera, vt audio. Aylion ĩ circo stabula plantetur. gregib. ouium & caprarum salubre esse perhibent, Plutar. 3. Sympoliacõ. De aylio vide supra in Cane c. inter medicamenta intra corpus sumenda ab ijs quos canis rabidus momordit. De ventriculo ciconię vel aricis, ouib. salubri, lege inferius in peste ouium. Pastores & opiliones absinthij flores aridos contritos, cum sale ouibus ac bubus præbent, quotidiana experientia edocti, omne genus interiores morbos absinthio curari, dolores sedari, & excrementa purgari, Tragus. Medetur ouium morbis decoctę radicis centaureę succus, Plin. Cani nonnunq; afferes decoctũ hederæ: quo exhibito saltem per septem dies, seruabis canis incolumitatẽ: nam ouem quoq; potus hederæ seruat, Brondus. Hyphear ad saginanda pecora vilco vtilius. Vida modo purgat primo, dein ea pinguefacit, quæ sufficere purgationi. Quibus sit aliqua tabes intus, negant durare. Ea medendi ratio ætatis quadragenis diebus, Plin. Ilex fructus aliquando quaternos habet, binos proprios, glandem & granũ quoddã puniceum: & binos alienos, vilcũ atq; hyphear, hoc à meridie, illud à septentrione. Aliqui vilcum, ilicem & hyphear non aliter differre putant, nisi q in diuersis arboribus nascuntur, alij verò specie differre aiunt, cum & fructus ę sint diuersos. & in eadẽ arbore aliquando pars vna ilicem, altera vilcum vel hyphear proferat. Idem de cæsis l. 33. Steis vocabulum est Eubœ ĩsulæ, hyphear Arcadũ, vilcum cõmune. Ibid. Ouibus vtile adiantũ circa ouium aram natum ferunt, Diosc. Pecori vtilissimos esse aiunt adianti ramulos in cibo, Plin. Asplenos herba consumit splenẽ pecorum, vt copiosè dictum est in Boue. Caprino pecori eadem remedia conueniunt quæ ouillo, Columella. Nunc quomodo ouũ vitijs, aut morbo laborantibus subueniendum sit, præcipiemus, quanquam pars hæc exordij pene tota iam exhausta sit, cum de medicina maioris pecoris priore libro disputaremus, quia cum sit ferè eadem corporum natura animantium, naturumq; quadrupedum, paucæ paruæ q; morborum & remediorum differentiæ possunt inuenirĩ: quæ tamen quantulæcunq; sint, non obmittentur à nobis, Idem.

Vendere oportet armenta reijcula. (id est duplici in secunda syllaba) oues reijculas, Cato. Reiculas Nonius (id est simplici) interpretatur ætate aut morbo graues, citans illud Varronis ex libro de imperatore. Et vt in grege opilio oues minus idoneas remouere solet, quas reiculas appellat. Cinis lanę ouibus pediculum medetur, Plinius vt Aggregator citat. Febres accidunt ouibus, quæ cognosci & curari possunt, vt dictum est de febribus in tractatu boum, Crescentiensis.

Quæ etiam imo dolor talorum lapsus ad ossa *Cum furit, atq; artus depascitur arida febris:*
Profusus incensos æstus auertere: & inter *Inca ferire pedis salientem sanguine venam,*

Vergilius in Geor. (Prudenter Vergilius, inquit Columella, ouibus febricitantibus consulit de talo vel inter duas vngulas sanguinem emitti oportere. Nos etiam sub oculis & de auribus sanguinem detrahimus, Et mox.

Quam

Quam proculant molli ſuccedere ſæpius vmbræ
Extremamq; ſequi, aut medio procumbere campo
Contimo ferro culpam compeſce: prius quàm
Videris, aut ſummas carpentem ignauius herbas,
Paſcentem, & ſera ſolam decedere nolle,
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.

Agni febricitantes quomodo ſint curandi, in Agni hiſtoria proſequar. Ouibus ęgris & gregario aliquo morbo infectis, lac caprinum aqua permixtum bibendum dabis, Obſcurus. Videtur autem hic potus in febribus tum alijs tum peſtilentibus conuenire: nam & agnis febrientibus lac maternum pari menſura cœleſtis aquæ miſcetur, aut caprinum per corniculum infunditur, teſte Columella. Nec capræ nec oues peſte inficientur, ſi ex eiconiæ ventriculo aqua intrito, ſingulis cochleare vnum infunderis, Quintilij. Aduerſus morbum ouibus letalem. Ventrem arietis cum vino coques & aqua dilues, dabisq; ouibus in potu, Raſis & Albert. Si ægrotat vniuerſum pecus, vt & ante præcepimus, & nunc (quod temur eſſe maxime ſalutare) iterum adſeueramus in hoc caſu, quod eſt remedium præſentiſſimum: pabula mutemus, & aquationes totius regionis, & alium quęramus ſtatum cœli: cuiuſmodi; ſi ex calore, & æſtu concepta peſtis inuaſit, vt opaca rura: ſi inuaſit frigore, vt eligantur aprica, ſed modicè ac ſine feſtinatione perſequi pecus oportebit, ne imbecillitas eius longis itineribus aggrauetur, nec tamen in totum pigre ac ſegniter agere. Nam quemadmodum feſſas morbo pecudes vehementer agitare, & extendere non conuenit, ita conducit mediocriter exercere, & quaſi torpentes excitare, nec pati veterno conſeneſcere, atq; extingui. Cum deinde grex ad locum fuerit perductus in lacinias colonis diſtribuatur, nam particulam facilius quàm vniuerſus conualeſcit, ſiue quia ipſius morbi halitus minor eſt in exiguo numero, ſeu quia expeditius cura maior adhibetur paucioribus, Columella. Proſpicere maximè in ipſo principio conuenit, ne in morbũ peſtilentem incidant oues. Vere igitur aduentante, elelisphacum montanum praſiumq; herbas contundes, & per dies quatuordecim in potu eis temperabis: idem & autumno diebus totidem faciendum. Quòd ſi iam eas occupauerit morbus, eiſdé remedijs vti conueniet: iuuat etiam excytiſo pabulum, arundinisq; duriſſimæ radices teneræ madefactæ, atq; in affectã partem admotæ, (vt And. à Lacuna vertit: ſed melius Cornarius, arundinis duriſſimæ radices tenerrimæ in potu macerataæ. Græcè enim non νῶν ſed νοτὶν legendum.) Oportet autem infectas in alium regionem transferre, ne contagione ſua ſanas etiam vitient: quin & ipſæ dum alia aqua ſpiritumque alio fruuntur, roborantur & conualeſcunt, Africanus in Geoponicis Græcis.

Arentesq; ſonant ripæ collesq; ſupini
Inſolabilis, turpe dilapſa cadauera tabe,
Nam neq; erat coriis vſus: nec viſcera quiſquam
Nec tondere quidem morbo, illuuieq; peruſa
Vellera, etiam muniſos ſi quis tentârat amictus,
Horrida ſequebatur: nec longo deinde morantis
Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnis,
Iamq; catervatim dat ſtragem: atq; aggere ipſis
Donec humo tegere, ac foueis abſcondere diſcunt,
Aut vndis abolere poteſt, aut vincere flamma.
Vellera, nec telas poſſunt attingere putres.
Ardentes papulæ, atq; immundus oleuerat ſudor
Tempora, contactos artus ſacer ignis edebat,

Vergil. in Georg. Seneca ab initio libri ſexti Naturalium quęſtionum, Pompeios celebrem Campanię vrbem Regulo & Verginio conſulibus, deſediſſe terræmotu, & quidem diebus hybernis, ſcribit, &c. Et in eodem libro cap. 27. Aiunt (inquit) ſexcentarum ouium gregem exanimatum in Pompeianæ regionis motu. Nec eſt quare hoc putes ouibus illis timore accidiſſe. Diximus ſolere poſt magnos terrarum motus peſtilentiam fieri. Multa enim mortifera (tum aër, tum aquæ) in alto latent. Quæ cum extra ſuperficiem terræ erumpunt ſuo halitu & vapore, facilius pecora ſentiunt, in quæ peſtilentia incurrere ſolet, quo auidiora ſunt, & aperto cœlo plurimũ vruntur, & aquis, quarum maxima in peſtilentia culpa eſt. Oues vero molliores naturæ quo propiora terris ferunt capita, corruptas eſſe non miror, cum afflatum diri aëris circa ipſam humũ exceperint. Nocuiſſent ille & hominib. ſi maior exiſſet, ſed illum copia aëris ſyncti extinxit, antequam vt ab homine poſſet trahi ſurgeret. Hæc Seneca. Oues ſi ab ardente Sole labefactentur, cadantq; aſſiduè nec edant, agreſtis betæ (lapathi nimirum) ſuccus eis infundi debet: cogendæ ſunt etiam ipſas betas comedere, Anatol. Si ob paſtum inſalubriorẽ venter eis tumeat, ſanguinis detractione curabis illas, tundens ſcilicet eas venas, quæ ſupra labrum, & quæ ſub cauda circa ſedem ſunt. Infundere etiam conuenit ſeſquihemінam humani lotij. Quòd ſi vermes (σκώληκας) vnà cum herbis vorauerint, idem faciendum eſt, Anatolius. Idem aut ſimilis morbus eſt, quo (vt Gallus quidam non indoctus hæc mihi ſcribenti retulit) oues dicuntur venenum in paſtu cum herbis ſumpſiſſe: quod fieri aiunt cum aër craſſus, lentus, & noxios cum rore concretus in herbas decumbit, qualis etiam plantis & arboribus ſæpe exitialis eſt. Ouibus inde ſtatim valde inflatis, paſtores ſummas auriculas abſcindunt vt ſanguis emanet, & baculis percutiunt latera. Alij aquæ permiſcent inulam, & ori aperto infundunt: aut, ſi deſit aqua, vrinæ permiſcent, quam in vas aliquod aut etiam calceũ emiſerint. Sic oues ſtatim melius habere aiunt. Miles quidam narrauit nobis viſam ſibi eſſe ouem quæ in rabiem inciderat cum vacca rabioſa cornu eam impetijſſet, Ruſius. Si oues æſtuantes biberint, & ſic refrigeratæ fuerint, tum aliàs tum circa omentũ præcipuè, vt lanij noſtri referunt, auriculæ eis dimidia ferè parte abſcindantur: quod ſi ſanguis è vulnere manet, bene habet: ſin minus, mactantur. Bilis æſtiuo tempore nõ minima pernicies, potione depellitur humanæ veteris vrinæ, quæ ipſa remedio eſt etiam pecori arcuato, Columella. Si hirudinem hauſerint, acetum acre & calidum, aut oleum eſt infundendum, Anatolius. Si vermes (σκώληκας) cum herbis deglutierint, quomodo curandæ ſint paulò ſuperius dictum eſt.

Si quas reptilium beſtiarum momorderit pecuſſerit'ue, melanthium ex vino illi offerendum eſt: ac breuiter ea omnia facienda adhibendaq; ſunt, quæcunq; in hiſtoria horum aliorumq; animaliũ tradidimus, Anatolius. Vere moriuntur paſtæ tore melleo (de quo ſupra etiam dixi, noxium eſſe ouibus, vt bubus quoq;.) Autumno autem ſi aruſtis nimiũ impicantur, & poſtea ſtatim bibant, diruptis viſceribus (inteſtinis) moriuntur, Albert. Aconito neq; pecus (ouis) neq; vllum animal paſcitur, Theoph. Oues necat nerion (id eſt rhododendrũ,) Dioſcorid. Pecus & capræ ſi aquam biberint, in qua folia rhododendri maduerint, mori dicuntur, Plinius. Oues & capras perdunt cynanchen & conyza, vide in Capra c. Sabina capris & ouibus venenũ eſt, Plin. lib. 16. Eſt etiam grauis pernicies herbæ ſanguinariæ, (Sanguinaria herba Columellæ aut piloſella eſt vulgo dicta, vide Ruelliũ: aut numularia, cui apud Gallos ab exitio ouium nomen) quam ſi paſta eſt ouis, toto ventre diſtenditur contrahiturq;, & ſpumam quandam tenuem tetri odoris expuit. Celeriter ſanguinem mitti oportet ſub cauda, in ea parte quæ proxima eſt clunibus, nec minus in labro ſuperiore vena ſoluenda eſt, Columella. Eaſdem venas ſolui iubet Anatolius, ſi ob paſtum inſalubriorem veter eis tumeat: & veriſimile eſt ipſum ex Columella tranſtuliſſe, quæ verò ſanguinaria eſſet herba non cognouiſſe, ac ideo quod de ea priuatim dictum erat communius protuliſſe. Ego ſanguinariam herbam dici nullã noui, præter polygonum Græcorum, cui tamen vim venenatam nemo attribuit.

Sed

Sed ouibus venenum eſſe poteſt, non item aliis animalibus, aſtricta nimirum aluo intumeſcente. (Atqui in Geoponicis Græcis polygonon herbam arietibus dari legimus, ut valentiores fiant ad coitum.) Qua ſola facultate alia etiam aſtringens herbula binis & rotundis ferè numi inſtar foliis humi reptans, pulegio non diſſimilis, locis opacis, ut circa ſæpes & alibi, præſertim & humidis, Fuchſius numulariam vocat (expreſſa voce Germanica *pfennigkraut*, Angli eodem ſenſu dicunt penigras) ouibus exitio eſſe creditur. Itaque à Gallis per circunſcriptionem vocatur herba oues necans *L'herbe qui tue les brebis*. At homini innoxia, & perſæpe ſalutaris eſt. Ego teneram verno ſæpe ex aceto ſale & oleo comedi. Herba inodora eſt, flos pallidus graviter odoratus, ranunculi ferè floris effigie: noſtri ſerpentinam (*naterkraut*) nominant, quòd ſerpentes vulnerati aut etiam aliqua parte diſſecti, hac herba ſibi mederi ut partes ſeparatæ coaleſcant, à vulgo fertur. Mirum quòd anagallidem fœminam pecora vitant: at ſi decepta ſimilitudine, (fœminæ ad marem anagallidem, deguſtavêre, ſtatim eam quæ aſyla vocatur, in remedio quærunt: ea à noſtris ferus oculus nuncupatur, Plin. Anagallis quidem herbula nitroſo, acri & inſuaui ſapore eſt, ferè quo betæ radix cruda: ſed cum eodem tum mas tum fœmina ſapore & facultate ſit, cur illum guſtent hanc averſentur, equidem miror. Cæterum aſylæ herbæ hoc uno in loco, quod ſciam, Plinius meminit, nec vel ipſe alibi, vel aliorum quisquam. Duua (ut mihi hæc ſcribenti Gallus quidam dictavit) herba vocatur Gallis, in Normannia præcipuè, ſimilis lapatho (vel gentianæ majori) ſed anguſtioribus foliis & ſemper erectis, neruo medio ferè rubente, cauſticis: naſcitur juxta aquas. Hanc ſi comederint oves, innaſcuntur eis in jecore animalia quædam parva, nigra, quæ ſimiliter duvæ vocantur & morbus itidem duua, incurabilis: itaq; mox mactanda & comedenda ſunt animalia. Herba quoniam hyems erat demonſtrari mihi non potuit: quærent diligentiores num aliqua hydrolapathi ſpecies ſit, aut potius plantago aquatica, cui folia ſemper eriguntur: quamuis neutra cauſtica ſit, & forſitan qui hæc mihi dictavit hanc ei facultatem eſſe falsò credidit. Lanii noſtri mihi affirmant ſæpe in iecore ouium hirudines reperiri, folliculis quibusdam incluſas, longitudine ſeſquidigiti, latitudine ad longitudinem ferè dimidia, prætenues: id vitium contrahi potu aquæ paluſtris: in ventriculo nunquam ullas hirudines reperiri. Naſcitur inter frumenta herba alba panico ſimilis, occupans arua, pecori quoque mortifera, Plin. Vide in Boue C. in aconiti mentione Fracta pecudum non aliter quàm hominum crura ſanantur involuta lanis oleo atque vino inſuccatis, & mox circundatis ferulis conligata, Columella. Si pediculi riciniue moleſtent ouem, radix ſphendamni (id eſt aceris) tundenda & in aqua elixanda eſt. Vbi autem à capite uſque ad extremam ſpinæ partem, lanam totonderis, (*ἀναξαίνῃς*, Cornarius reddit diuulſeris,) tepidam ipſam aquam infundito, donec penetret vniuerſum corpus. Nonnulli in tali quoque affectu (ut in ſcabie) cedria tantum vtuntur. Alijs etiam in vſu eſt radix mandragoræ. (*οἱ δὲ μανδραγόρᾳ χρῶνται πιεζοντες αὐτὴν ἐμπιόντες.*) Cauendum autem eſt ne guſtetur (à pecore.) eſt enim periculoſa: alij cyperi radices coquunt, eoquo decocto oves abluunt, Diophanes. Atqui Plinius pediculos in ouibus gigni negat, his verbis: In ouibus & in capris ricini ſolum gignuntur, pediculi & pulices nulli. Et alibi, Pilos habentium alinum tantum immunem pediculis credunt, & oves. Gigni quidem pediculos in lanis interempearum à lupis ouium, dicemus in D. Scabiem ovium contagioſam Galli vocant *la tac*. Oues ne ſcabræ fiant, Amurcam puram, & aquam ubi lupinus deferbuerit, & fecem de vino bono inter ſe pariter omnia ſumito, & bene commiſceto. Poſtea cum detonderis oues, vnguito totas: finito biduum aut triduum conſudent: deinde in mari lauito, ſi aquam marinam non habebis, facito aquam ſalſam, ea lauito. Si hæc ſic feceris, non ſcabræ fient, & lanæ plus, & meliorem habebunt, & ricini non erunt moleſti. Eodem modo in omnes quadrupedes vtitor ſi ſcabræ erunt, Cato cap. 96. Oues frequentius quàm ullum aliud animal infeſtantur ſcabie, quam facit macies, ut maciem exiguitas cibi. Huic morbo niſi occurratur, vnica totum pecus coinquinabit. Nam oves contagione vexantur, Textor. Præ frigore oues aliquando in ſcabiem & podagram incidunt, teſte Vergilio. De tonſura ouium primum animaduerto antequam incipiam facere, num ſcabiem aut ulcera habeant, ut, ſi opus eſt, antè curentur quàm tondeantur, Varro. Oues lauari ſolent vel lanæ purgandæ, vel ſcabiei curandæ cauſa, vt ſuperius ex Macrobio reciaui. Quæ inter tondendum excitantur vulnera, pice liquida inungere conuenit, at vniuerſum corpus oleo cum vino, aut coctorum ſucco lupinorum amarorum. Sed multò præſtantius fuerit ex vini amurcæque portionibus paribus, aut ex oleo & vino albo ceræ & adipi (*σίελι*, ſeuo) miſtis, inungere. Hoc ſiquidem efficit lanam innocuam (*ἰερὸν βλαβῆ ἐποίησε*) ſcabiei reſiſtit, vlceraque prohibet ne fiãt, Didymus. Vide etiam infra in E. ubi de tonſura ouium, quomodo iam tonſæ illinendæ ſint ne ſcabræ fiant, ex Columella præcipuè. Scabie igitur oves nunquam infeſtabuntur, ſi eis quæ prædicta ſunt, quiſpiam oves tonſas inunxerit: Sin autem ob negligentiam tuam, ſcabie tuæ fœdentur oues, eas curabis hoc modo: Amurcæ ſine ſale, aquæ in qua amari lupini maduerint, fecisque vini albi, ſingulorum æquas portiones in vaſe aliquo miſcens, & calefaciens, ouem inde perungito, eamque ſic in unam & alteram diem relinquito. Tertia vero die, marina aqua, aut muria calida lauanda eſt: ac poſt id, aqua potabili. Quidam cupreſſi ſphærulas aqua maceratas affundunt. Alii ex ſulfure, cypero, ceruſa atque butyro miſtis, ſcabras oues inungunt. Sunt qui ex luto orto ab urina quam aſinus in via exerevit, illinant oues. Nonnulli autem rectius facientes, non prius admouent aliquod remediorum dictorum, quàm totonderint partem ſcabidam, eamque lotio antiquo perfuderint. In Arabia porrò vel ſola cedriæ inunctione ſcabiem diſcutiunt, ut in camelis & elephantis quoque. Scabiem ouium compeſces, ſi lotio præluens, ſulfure atque oleo inunxeris, Diophanes. Oues (inquit Columella) frequentius, quàm ullum aliud animal infeſtãtur ſcabie, quæ ferè naſcitur, ſicut noſter memorat poëta: *Cum frigidus imber Altius ad vivum perſedit, & horrida cano Bruma gelu.* Vel poſt tonſuram, ſi remedium prædicti medicaminis non adhibeas, ſi æſtivum ſudorem mari, vel flumine non abluas, ſi tonſum gregem patiaris ſylueſtribus rubis, ac ſpinis fauciari: ſi ſtabulo vtaris, in quo mulæ, aut equi, aut aſini ſteterunt: præcipuè tamen exiguitas cibi maciem, macies autem ſcabiem facit. Hæc ubi cœpit irrepere, ſic intelligitur: vitioſum locum pecudes, aut morſu ſcalpunt, aut cornu, vel ungula tundunt, aut arbori adfricant, parietibúsue detergent: quod ubi aliquam facientem videris, comprehendere oportebit, & lanam diducere: nam ſubeſt aſpera cutis, & velut quædam prurigo, cui primo quoque tempore occurrendum eſt, ne totam progeniem coinquinet, & quidem celeriter, cum & alia pecora, tum præcipuè oues contagione vexentur. Sunt autem complura medicamina, quæ idcirco enumerabimus, non quia cunctis uti neceſſe ſit, ſed quoniam nonnullis regionibus quædam reperiri nequeunt, ex pluribus aliquod inuentum remedio ſit. Facit autem commodè primum ea compoſitio, quam paulo ante demonſtravimus, ſi ad fecem, & amurcam, ſuccumque decocti lupini miſceas portione æqua detritum album elleborum: poteſt etiam ſcabriciem tollere ſuccus viridis cucæ: quæ verno tempore, cum jam caulem nec adhuc ſemina facit, deciſa contunditur, atque expreſſus humor

eius fictili vase reconditur, duabus vnis liquoris, admisto salis torridi semodio: quod ubi factum est, oblitum vas in sterquilinio defoditur, ac toto anno simi vapore concoctum, mox promitur: tepefactumque medicamentum linitur scabræ parti, quæ prius aspera testa, vel pumice defricta reduceratur. Eidem remedio est amurca duabus partibus decocta, item vetus hominis urina tectis candentibus inusta: quidam tamen hanc ipsam subiectis ignibus quinta parte minuunt, admiscentque pari mensura succum viridis cicutæ. Deinde figuralibus tritis, & picis liquidæ, & fricti salis singulos sextarios infundunt. Pacit etiam sulfuris triti, & picis liquidæ modus æqualis igne lento coctus. Sed Georgicum carmen affirmat, nullam esse præstantiorem medicinam,

Quàm si quis ferro potuit rescindere summum *Vlceris os, alitur vitium, vivitq; tegendo.*

Itaque reserandum est, & vlcera medicamentis curandum, Hæc omnia Columel. Sed Vergilii etiam ex Georgicis eadem de re versus apponam omnes:

Turpis oues tentat scabies, ubi frigidus imber *Altius ad vivum persedit, & horrida cano*
Bruma gelu: vel cum tonsis illotus adhæsit *Sudor, & hirsuti secuerunt corpora vepres.*
Dulcibus idcirco fluuiis pecus omne magistri *Perfundunt, udisq; aries in gurgite villis*
Mersatur, missusq; secundo defluit amni. *Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca:*
Et spumas miscent argenti, vivaque sulphura, *Idaaque pices, & pinguis vnguine cerae,*
Scillamque, helleborosq; graues, nigrumq; bitumen. *Non tamen vlla magis præsens fortuna laborum est,*
Quàm si quis ferro potuit rescindere summum *Vlceris os: alitur vitium, vivitq; tegendo,*
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor *Abnegat, & melior deos sedet omnia poscens.*

Medentur pecori lupini cum chamæleonte herba decocti, aqua in potum collata. Sanant etiam scabiem quadrupedum omnium in amurca decocti, vel vtroque liquore postea mixto, Plin. Lupini cum chamæleontis nigri radicibus decocti, quadrupedum (προβατων, ouium) scabies sanant, in quem usum tepido decocto illo abluuntur, Dioscorid. Tragus (ex hoc opinor loco) quadrupedum & ouium scabiem sanari scribit lupinis cum radicibus carlinæ vulgò dictæ (ebervvurtz) decoctis in vino quod à doliis dum hauritur destillans vasculis excipitur, vel etiam in aqua. Halimo sylvestri effectus maiores in sananda hominum ac pecorum scabie, Plin. Herodotus προσπαστιαν dixit (malim omicron in antepen. χρισις enim inungere est,) quoniam oues pice illinebantur, Hesych. & Varin. nimirum aduersus scabiem, vel ad tonsillas. Nam in voce Κατασσειν apud Hesychium & Varinum sic legimus, Πισσοφοινικι (malim per duplex sigma) πισσῃ μετὰ (pix liquida nimirum) ᾗ χρῖνται τὸ πρόβατα τῶν προβάτων. Pissa sphaltos est mixta bitumini pice, naturaliter ex Apolloniatarum agro. Quidam ipsi miscent, præcipuum ad scabiem pecorum remedium, aut si fœtus mammas læserit, Plin. Pecorum scabiem sanant, lanasq; emolliunt piscinæ maris. Mediterranei marinam aquam imitabuntur, quàm falsissimam, si quatuor sextariis aquæ, vnum salis addiderint: nam si quis amplius addere conetur, vinci aquam, salemq; non liquari aiunt: moderatissimam fieri putant, si aquæ sextariis quatuor octonos salis cyathos misceant, Plin. 31. 6. Sunt qui dicant illam demũ aquam salsam respondere marinæ in qua ouum fluitet nec subsidat: quod cum ego experirer ejusdem ponderis aquam & salem esse oportere comperi ut ovum innataret. Duo salis sextarii in quatuor aquæ sextarios missi, temperatissimam marini liquoris copiam faciunt, Plinius Secundus apud Marcellum. Si abscessus corporis superficiẽ obsideat, aperiundus est, vulneriq; torrefactus sal atq; tenuissimus ex liquida pice imponendus, Anatol. Est etiam insanabilis facer ignis, quam pustulam vocant pastores: ea nisi compescitur intra primam pecudem, quæ tali malo correpta est, vniuersum gregem contagione prosternit: sic quidem quod nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur. Nam penè ad omnem tactum excandescit: sola tamen ea fomenta non aspernatur lactis caprini, quod infusum tantum valet, ut & blandiatur igneam sæuitiam, differens magis occisionem gregis, quàm prohibens. Sed Aegyptiæ gentis autor memorabilis Dolus Mendesius, cuius commenta, quæ appellantur Græce βαφικὰ sub nomine Democriti falsò produntur, censet propter hanc sæpius ac diligenter ouium terga perspicere: ut si forte sit in aliqua tale vitium deprehensum, confestim scrobem defodiamus in limine stabuli, & viuam pecudem, quæ fuerit pustulosa, resupinam obruamus, patiamurq; super obrutam meiere totum gregem, quod eo facto, morbus propulsetur, Columella. Claui quoque dupliciter infestant ouem, siue cũ subluuies, atq; intertrigo in ipso discrimine vngulæ nascitur, seu cum idem locus tuberculũ habet, (rustici nostri hoc vitium in pecore vulgò herinaceum vocant) cuius media ferè parte canino similis extat pilus, eique subest vermiculus. Subluuies, & intertrigo pice per se liquida, vel alumine & sulfure, atq; aceto mistis rite eruentur: vel tenero punico malo, prius quàm grana faciat, cum alumine pinsito, superfusoq; aceto, vel æris ærugine infriata, vel combusta galla cum austero vino lævigata, & superposita: tuberculum, cui subest vermiculus, ferro quàm cautissime circumsecari oportet, ne dum amputatur etiam quod infra est animal vulneremus: id enim cum sauciatur, venenatam saniem mittit, qua respersum vulnus ita insanabile facit, ut totus pes amputandus sit: & cum tuberculum diligenter circumcideris, candens seuum vulneri per ardentem tædam instillato, Hæc omnia Columel. De mentigine siue ostigine mortifera lactentibus agnis, lege in Agno C.

In morbo comitiali cerebrum nimis humidum est: cognouerit autem hoc ipsum quis maximè ex ouibus & præsertim capris: hæ enim frequentissimè corripiuntur: quod si caput ipsarum dissecueris, reperies cerebrum humidum & sudore refertum ac male olens, Hippocrates in libro de morbo sacro. Chamelæam quoquo modo collectam iumentorum pecorumq; oculis salutarem esse aiunt, Plinius. Papaueris cornuti folium argema in ouibus tollere scripsit Theophrastus: Dioscorides inunctum argema & nubeculas κνησῶν, (id est pecudum & iumentorum,) emendare. Si molesta pituita est, cunilæ bubulæ, vel nepetæ sylvestris surculi lana inuoluti naribus inferuntur, versanturq; donec sternuat ouis, Columella. Veratrum nigrum pecorum & iumentorum pituitas sanat, surculo per aurem traiecto, & postero die eadem hora exempto, Plinius. Ad tonsillas pix liquida illinitur, ut supra dixi inter remedia contra scabiem. Nascitur ouibus gossum sub gula ex fluxu humorum à capite descendẽtium: & perforata ibi pelle humor aqueus paulatim extillat, curanturque, Crescentiensis. Nostri hoc vitium vocant *Krapff*, id est strumas, & de ouibus sic affectis dicere solent, *sy Kelchend*: contingit autem aliquando cum vitæ periculo: oboritur præcipuè initio veris: & postea cum iam gramine pascũtur inclinatis capitibus, curantur. Sunt qui sic affectarum pabulo, vel sali potius, medicamenta misceant, ut quidam apud nos iuniperi baccas & linguæ cerninæ folia trita. Opiliones asari radicis pollinem sali mixtum ouibus lingendum præbent, ad pulmonis præcipuè vitia & tussim, Tragus. Oues si tussient, amygdalæ repurgatæ contusæque cum tribus vini cyathis distemperatæ, per nares infundi debent, Anatolius. Pastores nostri ouibus ægris, in tussi præsertim pseudochamædry me-

dentur,

uentur, unde etiam noſtri herbam ouium (*ſchaafkraut*) appellant. Similis eſt chamædryi, ſed fatua & inodora, floribus cœruleis ſpicatim per adnatos ramulos digeſtis, in medii caulis cacumine nunquam ſe aperientibus. Plura de hac planta dixi in Boue C. Suſpiriosè laborantibus, auriculæ ferro reſcindendæ, mutandæque regiones, quod in omnibus morbis ac peſtibus fieri debere cenſemus, Columella. Si laborent dyſpnœa, ferro illis aures τεμνειν, id eſt, amputare (forare vertit Andreas à Lacuna: Cornarius incidere: ego ſummas auricularum partes reſecandas intelligo,) oportet, ipſaſque oues aliò traducere, Anatolius. Radix herbæ conſiliginis, ſuum quidem & pecoris omnis remedium præſens eſt pulmonum vitio, vel traiecta tantum in auricula. Bibi debet ex aqua, haberique in ore aſſiduè ſub lingua, Plinius. Ouem pulmonariam ſimiliter ut ſuem curari conuenit, inſerta per auriculam, quam veterinarij conſiliginem vocant: de ea iam diximus, cum maioris pecoris medicinam tradidimus, ſed is morbus æſtate plerunque concipitur, ſi defuit aqua, propter quod vaporibus omni quadrupedi largius bibendi poteſtas danda eſt. Celſo placet, ſi eſt in pulmonibus vitium, acris acceti tantum dare, quantum ouis ſuſtinere poſſit, vel humanæ veteris vrinæ tepefactæ trium heminarum inſtar per ſiniſtram narem corniculo infundere, atque axungiæ ſextantem faucibus inſerere, Columella. Cauda ouis quàm arctiſſimè præligata, euulſa inde lana, præ faſtidio quæ non paſcebatur ouis, ſtatim veſcitur: traduntque quod extra nodum ſit è cauda præmori, Plin. Bilis æſtiuo tempore non minima pernicies potione depellitur humanæ veteris vrinæ, quæ ipſa remedio eſt etiã pecori arcuato, Columella. De vermibus ſeu hirudinibus iecoris, ſupra dixi inter morbos ouis toti corpori periculoſos. Tormentilla vulgò dicta dyſenteriam & alia ventris profluuia ſiſtit: quare opiliones etiam ea vtuntur ouibus curandis, Tragus. In noſtra regione vt venter ouibus ſiſtatur, ſalem præbent, & ſic excitata ſiti vinum nigrum Albertus. Meatus etiam alimenti ſicci coaluit aliquibus beſtiis, ſcilicet ouibus & quibusdam aliis. Ariſt.

Lien ouibus aliquando craſſis humoribus impletur inflaturque, idque ſæpius menſe Maio & Aprili præ copia craſſi lentiq; ſanguinis: unde ſæpe ſubitò moriuntur. Prodeſt eis ſtetum, ut vulgò vocant, duorum digitorum poni inter nares, & operam dare ut multum detrahatur ſanguinis. Quædam enim ſic liberantur, aliæ nihilominus moriuntur, Creſcentienſis. Animalia in renibus pinguiſſima: oues quidem letaliter circum eos concreto pingui, Plinius. Oues in renibus opimandis luxuriant: & iis pingui vndique obductis intereunt, quod ubertate pabuli fit, ut in Sicilia agro Leontino. Quocirca ſero diei agere oues ad paſcua paſtores loci illius ſolent, quo minus capiant pabuli, Ariſtoteles. Ouibus ſolis animalium renes totos obeſos habere letale eſt: quo fit ut quanquam pingues admodum ſint, tamen aliquid deſit, & ſi non vtrique, dextro quidem: cauſa cur hoc ſolis, aut maximè ouibus accidat, quod ijs quæ adipe pingueſcere ſolent, pingue humidum eſt: itaque non æque flatus intercluſi dolorem faciunt, quod cauſa ſyderationis eſt, Ariſt. de par. lib. 3. cap. 9. & rurſus, Copia etiam ſeui genus ouium longe excedit: omnium enim animalium oues celeri renum obeſitate opplentur, itaque humore flatuque intercluſo celeriter præ ſyderatione intereunt: nam per venam aortam & maiorem ſtatim vitium ad cordis ſedem tranſuehitur. Oues præ nimio frigore aliquando in ſcabiem vel podagram incidunt, teſte Vergilio. Podagra morbus eſt αἰνολίων καὶ πεζάτων, Athen. Ouem, equum, & hominem eiſdem ferè totidemque morbis tentari periti tradũt, Ariſtoteles. Ouis ſi morbida fuerit, caprinum lac cum vino miſce & bibendum præbe, Incertus. Item lanam eius combure & cinerem da bibendum, Idem.

D.

Oues quadrupedum mitiſſimæ ſunt Textor: manſuetæ & innocentes, Albertus. Ouis de domo vix ejicitur, & ejecta recurrit, Obſcurus. Maximè natura quietæ ſunt, & aptiſſimæ ad vitam hominum: quare & propter vtilitatem & propter placiditatem nutriendæ ab homine aſſumptæ ſunt, Varro. Genus ouile amens, & moribus, ut dici ſolet, ſtultiſſimis eſt, quippe quod omnium quadrupedum ineptiſſimum ſit: repit in deſerta ſine cauſa: hyeme obſtante ipſum ſæpe egreditur ſtabulo: occupatum à niue, niſi paſtor compulerit, abire non vult, ſed perit deſiſtens, niſi mares à paſtore ducantur: ita enim reliquus grex conſequitur, Ariſtot. Quàm ſtultiſſima animalia lanata: quà timuêre ingredi, vnum cornu rapto ſequuntur, Plin. In ouis ingenio ſe prodit τὸ ἀφελές, (id eſt ſimplicitas vel ſtultitia,) Adamantius. Ouis & aſinus ineptiſſimis ſunt moribus & degeneribus animis, Aelian. Ouiũ & boum duces conſtituuntur, Ariſtot. Omnium maximè animalium oues ad parendum faciles ſunt: Etenim ad verba paſtoribus obediunt, & canibus obtemperant, & capras ſequuntur, ſimul & inter ſe amant, Aelian. Docent paſtores ſuas oues gregari facto ſtrepitu, ut ſupra in C. retuli, ubi de partu & abortu ouium dixi. Pili molles hominem timidum deſignant: nam & inter bruta huiusmodi ſunt quibus molliſſimus pilus, ut ouis, lepus, Ariſtot. Oues ſe inuicem amant, & una condolet alteri: nam ſana ſi alteram viderit imbecillam, Soli pro ea ſe obijcit, & umbram ei obtendit, Albertus. Mater agnum odore poſteriorum noſcit, Albert. Κορτόλαξ ἐν ἰατρικῷ ſcribit, oues quæ agnos non amant, ſi quis cotyledinem herbam cum aqua tritam bibendam iis dederit, eos amare, Scholiaſtes Nicandri.

Cum capris oues amicitia coniunctæ ſunt, Aelian. Luporum inſidiis oues minus idcirco patent, quòd non ita ſeparatim à reliquis errant quemadmodum ſingulæ capræ à gregalibus ſuis ſegregantur, Aelian. Lupum graviore pedis ſonitu ouis ſtulta vocat, Plutarch. Vide in Lupo D. Λευκοφυῆ προβατία τὰ λυμήναντα, (id eſt oues à lupis dilaniatæ,) Heſych. & Varin. Ouium quas lupus occiderit pelles ac vellera, & facta ex his veſtis, longè quàm cætera aptiora ſunt ad pediculos procreandos, Ariſtot. Vide in Lupo D. ubi etiam expoſitum eſt, cur oues à lupis dilaniatæ carnem quidem ſuauiorem, lanam autem tabidam flaccidamq; habeant. Haud mirum videri debet ouis pellem à lupo dilaniatæ pruritum mouere: nam ob vehementem metum, tum etiam ob contrariam naturam malè afficitur: etſi mors enim ultimum ſit ſupplicium, magis tamen afficitur corpus in uno quàm alio genere. Metuit homo magis in mari fluctuans quàm coram hoſtibus, Cardan. Mirum eſt, inquit idem, & tamen verum, fidibus lupi agninas malè obſtrepere: quanquam hoc idem contingat neruis fermè omnibus diuerſorum animalium, ut canis & agni. Manifeſtius hoc contingit etiam in tympanis: nam ouina coram lupinis penè obmuteſcunt, ſtridentq;. Oues etiam mortuæ mortuum lupum extimeſcunt, Oppianus: cum proximè dixiſſet ſi tympanum ex pelle lupina pulſetur inter alia quæ ouillis pellibus conſtant, hæc obmuteſcere, illud vnum grauiter reſonare. Si tendatur chorda lupina cum chordis ouillis, hæ rumpentur, vel omnem harmoniam (ſonum) amittent. Quod ſi pelles etiam ouis & lupi coniungantur, ouilla lanam amittet, ut & alij ſcribunt & Albertus, qui tamẽ hoc ſe expertum negat. (Plura de his omnibus leges in Lupo D.) Ego ea quæ de chordis & tympanis dicuntur ſuperſtitioſa eſſe puto. Quanquam enim lupina pellis cum durior ſolidiorq; ſit ouillis, ſonum proculdubio in tympanis longè clariorem ædat, ut ſonus reliquorum longè inferior minus animaduertatur, ut lux candelæ iuxta ignem magnum

magnum poſitæ: (eadem & in chordis ratio fuerit:) rumpi tamen vel prorſus obmuteſcere quis credat? Cæterũ pellem ouillam lupinæ coniunctam abſumi citius non mirum eſt, ut neque anſeris pennas prius quàm aquilæ, ſi coniunxeris. Siccorum enim animalium partes etiam ſicciores minusq; excrementitiæ ſunt, & eandem ob cauſam diuturniores. Sunt autem ſylueſtria manſuetis ſicciora, tum exercitii tum pabuli ratione: nam & exercentur amplius, & pabulo tum ſicciore tum minus copioſo fruuntur. Et anſeris quidem pennas plures ab una aquilina adiecta conſumptas, expertum ſe profitetur Albertus. Sed ſi natura citius pereunt anſerinæ, non verè nec propriè ab aquilinis conſumi dicentur. Experiri poterunt curioſi, ſepoſitis anſerinis pennis aliis per ſe, aliis cum aquilina adiuncta, ut videant pariter ne, an hæ vel illæ priores intereant. Idem cum ouilla & lupina pellibus experiri licebit. Apibus inimicæ & oues, difficile ſe à lanis earum explicantibus, Plinius.

E.

Quadrupedum ſylueſtrium quas utilitatis cauſa deprehenſas homines incluſerunt, ut manſueſcerent, primas non ſine cauſa putant oues aſſumptas, & propter utilitatem & propter placiditatem: maximè enim hæ natura quietæ, & aptiſſimæ ad vitam hominum. Ad cibum enim lac, & caſeum adhibitum, ad corpus veſtitum & pelles attulerunt, Varro. Vtilis eſt ouis lana, corio, lacte, carne, viſceribus, (inteſtinis) fimo in quo quieſcit, Albert. Noſtri vulgò quoſdam verſus recitant, quorum ſenſus eſt, illum qui oues & apes poſſideat vel mediocri diligentia adhibita, facile diteſcere. *Hab'bybe vnd ſchaaf, Vnd lig vnd ſchlaaf. Schlaaf aber nit Zulang, Das dir nit der gewin Zergang.* Paſtio.

Ergo omni ſtudio glaciem, ventoſq; niuales,
Auertes: victumq, feres, & virgea latus
At vere Zephyris cum læta vocantibus æſtas,
paſcua mittes.
Carpamus: dum mane nouum, dũ gramina canent:
Inde, vbi quarta ſitim cœli collegerit hora,
Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna iubeto
Æſtibus at mediis umbroſam exquirere vallem,
Ingentes tendat ramos: aut ſicubi nigrum
Tum tenues dare rurſus aquas: & paſcere rurſus
Temperat: & ſaltus reficit iam roſcida luna:
Quo minus eſt illis cura mortalis egeſtas,
Pabula: nec tota claudes fenilia bruma.
In ſaltus vtrumq, gregem (oues & capras) atque in
Luciferi primo cum ſydere frigida rura
Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt.
Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ:
Currentem ilignis potare canalibus vndam.
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ilicibus crebris ſacra nemus accubet umbra.
Solis ad occaſum: cum frigidus aera Veſper
Litoraq, halcyonen reſonant, & acanthida dumi,

Vergil. 3. Georg. (Vergilius lib. 3. Georgicorum mane paſci præcipit oues ſecundum morem ſuæ prouinciæ: nam in aliquibus locis morbum contrahunt, niſi iam ſiccato rore paſcantur, Seruius.) Et rurſus.

Si tibi lanitium curæ, primum aſpera ſylua, *Lappæq, tribuliq, abſint: fuge pabula læta,*
Continuoque greges, villis lege mollibus aries,

(& arietem tum corpore, tum lingua palatoque candidum.) Primũ prouidendum, ut totum annum rectè paſcantur intus & foris, Varro. Paſcua ouillo generi utilia ſunt, quæ vel in noualibus, vel in pratis ſiccioribus excitantur. Paluſtria verò noxia ſunt, ſylueſtria damnoſa lanatis, Pallad. Sequeris autem noualia non ſolum herbida, ſed quæ plerunque vidua ſunt ſpinis, utamurque ſæpius authoritate diuini carminis: Si tibi lanitium curæ eſt, primum aſpera ſylua, Lappæq; tribuliq; abſint. Quoniam ea res, ut ait idem, ſcabras oues reddit, cum tonſis illotus adhæſit Sudor: & hirſuti ſecuerunt corpora vepres: tum etiam quotidie minuitur lana, quæ quanto prolixior in pecore concreſcit, tanto magis obnoxia eſt rubis, quibus velut hamis inuncata à paſcentium tergoribus auellitur: molle vero pecus etiam velamen, quo protegitur, amittit, atq; id non paruo ſumptu reparata, Columella. Hoc pecus quamuis molliſſimum, valetudinis tutiſſimæ eſt, minimeque peſtilentia laborat. Verum tamen eligendum eſt ad naturam loci: quod ſemper obſeruari non ſolum in hoc, ſed etiam in tota ruris diſciplina Vergilius præcipit, cum ait: Nec vero terræ ferre omnes omnia poſſunt. Pinguis, & campeſtris ſitus proceras oues tolerat, gracilis & collinus quadratas: ſylueſtris & montoſus exiguas: pratis planisq; noualibus tectum pecus commodiſſime paſcitur. Idque non ſolum generibus, ſed etiam coloribus plurimum refert, Idem. Æſtate oues ſub dio nutriuntur ſtabulanturque. Cæterum inualeſcente Sole in umbram ſunt ſubducendæ: alioqui nequaquam. Maximè ſiquidem læduntur frigore, Florentin. Per totam æſtatem (inquit Creſcentien.) aurora ſurgente feſtinanter mulgeantur, ne ſolitum paſtum perdant: & cum dies incaluerit, ſic ducantur, ut calor Solis aut ventus vrens non poſſit eis nocere. Cæterum veſperi tamdiu foris ſint, donec recuperẽt paſtum quem perdiderunt in die. Cum redierint, ſemper curandum ne ſint calidæ cum in ouilia includuntur. Quòd ſi magnus feruor fuerit, cant in proxima paſcua, ne ſi longius abierint non poſſint recurrere ad umbracula: nec paſtores ſinant eas importunè aggregari cum cœlum fervet: quia ſemper moderatè diſpergant. Cum adducuntur calidæ, non mulgeantur, donec refrigerentur mediocriter.) Cum aurora apparuerit, mox agniculi ducantur ex umbraculis, ubi ſolicitè cuſtodiantur. Cum viderint mane telas aranearum oncratas aqua, non permittant paſcere. Si feruor fuerit & pluuia ceciderit, non ſinantur iacere, ſed ad altiora ducantur, ubi expoſitæ ſint vento, ſemperque moueantur. Cauendæ autem ſunt ab herbis, quibus permixta eſt arena. Menſibus Aprili, Maio, Iunio & Iulio non ſunt permittendæ multum paſci, ut peritus quidam paſtor monet, ne nimium impinguentur: ſed mẽſe Septembri, Octobri & Nouembri poſt mediam tertiam ſunt tota die dimittendæ in paſcuis, ut impinguentur quantum poterunt, Hucuſque Creſcentien. Non eadem loca æſtiua & hyberna idonea omnibus ad paſcendum. Itaque greges ouium longe abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum, atq; ad publicanum profitentur, ne ſi inſcriptum pecus paverint, lege cenſoria committant mulctos, & à campeſtri, æſtate exiguntur in Gurgures altos montes, Varro. Et rurſus, Greges in Apulia (in ſolitudine & ſaltibus paſcentes, hybernis & æſtiuis paſcuis longè ſeparatis) æſtate prima luce exeunt in paſtum, propterea quòd tunc herba roſcida meridianam, quæ eſt aridior, iucunditate præſtat. Sole exorto puro propellunt, ut redintegrantes rurſus ad paſtum alacriores faciant. Circiter meridianos æſtus, dum deferueſcunt, ſub umbriferas rupes & arbores patulas ſubiiciunt, quoad refrigerato aëre veſpertino, rurſus paſcant ad Solis occaſum. Ita paſcere pecus oportet, ut aduerſo (auerſo) Sole agat: caput enim ouis molle maximè eſt. (Infirmiſſimum pecori caput: quamobrem auerſum à Sole paſci cogendum, Plin. Ab occaſu paruo interuallo interpoſito ad bibendum appellunt, & rurſus paſcunt quoad contenebrauit: iterum enim tunc iucunditas in herba redintegrauit: hæc ab Vergiliarum exortu ad æquinoctium autumnale maxime obſeruant. Quibus in locis meſſes ſunt factæ, intereſt utile (teneantur in ſtipulis, quod eſt utile, &c. Creſcent.) duplici de cauſa, quod & caduca ſpica ſaturantur, & obtritis ſtramentis (& ſtercorationem faciunt in annum ſequentem, & ſegetes meliores, Creſcent.) & ſtercoratione faciunt in annum ſegetes meliores. Reliquæ paſtiones hyberno ac

verno tempore hoc mutant,quod pruina iam exhalata propellunt in pabulum,& paſcunt diem totum, ac meridiano tempore ſemel agere potum ſatis habẽt,Hactenus Varro. Salis crebra conſperſio,inquit Pallad. vel paſcuis miſta,vel canalibus frequenter oblata,debet pecoris leuare faſtidium.(De ſalis vſu ſupra etiam dixi in C.in cibi ac potus ouium mentione,& inter tuendæ ſanitatis præcepta.) Nam per hyemem,ſi penuria eſt,fœnum,(ſi penuria eſt fœni vel paleæ,vicia vel facilior victus,&c. Creſcent.) vel palea,vel vicia,vel facilior victus vlmi ſeruatis frondibus præbeatur,aut fraxini. Aeſtiuis menſibus paſcantur ſub lucis initio,cum graminis teneri ſuauitatem roris miſtura commendat. Quarta hora calefcente potus puri fluminis,aut putei præbeatur,aut fontis. Medios ſolis calores vallis,aut arbor vmbroſa declinet. Deinde ubi flexo iam die ardor infringitur,& ſolum primo imbre veſpertini roris humeſcit,gregem reuocemus ad paſcua. Sed canicularibus & æſtiuis diebus ita paſcendę ſunt oues,ut capita gregis ſemper auertantur à ſolis obiectu. Hyeme autem vel vere,niſi reſolutis gelicidiis ad paſcua prodire nõ debent: nam pruinoſa herba huic generi morbos creabit: ac tunc (al.tantum) ſemel adaquare ſufficiet. De temporibus paſcendi & ad aquam ducendi per æſtatem non aliter ſentio,quàm ut prodidit Maro,Lucifero primo cũ ſydere,(&c. ut ſuperius recitaui.) Deinde circa quartam diei horam & cum æſtus viget,ad puteos,ſtagna,valles aut aliam vmbram perducemus greges. Rurſus deinde iam mitigato vapore compellantur ad aquam,etiam per æſtatem id faciendum,& iterum ad paſcua producendum ad occaſum Solis. Sed obſeruandum eſt ſydus æſtatis per emerſum caniculæ,vt ante meridiem grex in occidẽtem ſpectans agatur, & in eam partem progrediatur, poſt meridiem in orientem: ſiquidem plurimum refert,ut paſcentium capita ſint (auerſa) obuerſa ſoli, qui plerunq; nocet animalibus oriente prædicto ſydere. Hyeme & vere matutinis temporibus intra ſepta contineantur,dum dies aruis gelicidia detrahat: nam pruinoſa ijs diebus herba pecudi grauedinem creat,ventremque proluit: quare etiam frigidis,humidisque temporibus anni ſemel tantum ei poteſtas aquę facienda eſt,Columella. Omni pecudi larga præbenda ſunt alimenta. Nam vel exiguus numerus,cum pabulo ſatiatur,plus domino reddit, quàm maximus grex,ſi ſenſerit penuriam,Idem. De cibis & paſtione ouium dixi etiam nonnulla Capite tertio,primum in mentione cibi ac potus earum, deinde inter præcepta tuendæ ſanitatis. Oues nutrire conuenit ex cytiſo,herba Medica,aut fœno græco,aut bromo (id eſt auena,) nec non ex culmis (achyris,id eſt paleis,qui ſunt folliculi granorum) leguminum atque hordei. Quæ quidem multò præſtantiora redduntur,ſi in area ipſa reſpergantur ſalſugine. Ex ficubus etiam groſſi (ὀλυνθοι) decidentes,atque arida folia oues commodiſſimè nutriunt. Sunt autem ducendæ ad paſtum,æſtate quidem prius quàm Sol exoriatur,rore adhuc non reſoluto, (ἐπὶ δρόσον ἀμολγαίαν.) Oportet etiam proſpicere ut oues ſemper Solem habeant à cauda: utque earum impar ſit numerus,eo quod habeat quandam vim naturalem ad incolumitatem atque ſalutem gregis,Florentinus. Capreæ,oues & iuuencæ apibus arceri debent à vitibus,quibus plurimum nocent paſcendo & mordendo,teſte Vergilio. Apibus ſtatio querenda eſt,quo neque ſit ventis aditus,neque oues hœdique petulci Floribus inſultent,Idem. Matrices oues poſtquam peperierint quomodo ſint tractandæ,vide in agno E.

Græcas oues,ſicut Aſianas,vel Tarentinas moris eſt potius ſtabulo nutrire,quàm campo. & pertuſis tabulis, ſolum,in quo claudentur,inſternere: ut ſic tuta cubilia,propter iniuriam pretioſi velleris,humor reddat elabens. Sed tribus,per annum totum,diebus aprico die lotas oues vngere oleo oportebit,& vino. Propter ſerpentes,qui plerunque ſub præſepibus latent,cedrum,vel galbanum,vel mulieris capillos,aut ceruina cornua, frequenter vramus,Palladius & Creſcent. Græcum pecus,inquit Columella, quod plerique Tarentinum vocant, niſi cum domini præſentia eſt,vix expedit haberi: ſiquidem & curam & cibum maiorem deſiderat: nam cum ſit vniuerſum genus lanigerum cæteris pecudibus mollius,tum ex omnibus Tarentinum eſt molliſſimum, quod nullam domini aut magiſtrorum inertiam ſuſtinet,multoq; minus auaritiam,nec æſtus nec frigoris patiens. Raro foris, plerunque domi alitur,& eſt auidiſſimum cibi,cui ſi detrahitur fraude villici,clades ſequitur gregem. Singula capita per hyemem recte paſcuntur ad præſepia tribus ordei,vel freſæ cum ſuis valuulis fabæ,aut cicerculæ quatuor ſextariis,ita ut & aridam frondem præbeat,aut ſiccam vel viridem medicam,cytiſúmue,tum etiam cordi fœni ſeptena pondo,aut leguminum paleas adfatim. Minimus agnis vendundis in hac pecude, nec ullius lactis reditus haberi poteſt: nam & qui ſummoueri debent,pauciſſimos poſt dies quàm editi ſunt, immaturi ferè mactantur, orbæque natis ſuis matres alienæ ſoboli præbent ubera: quippe ſinguli agni binis nutricibus ſummittuntur, nec quicquam ſubtrahi ſummiſſis expedit,quo ſaturior lactis agnus celeriter confirmetur,& parta nutrici conſociata minus laboret in educatione fœtus ſui: quam ob cauſam diligenti cura ſeruándum eſt, ut & ſuis quotidie matribus,& alienis non amantibus,agni ſubrumentur. Plures autem in eiusmodi gregibus, quàm in hirtis maſculos enutrire oportet: nam prius quàm fœminas inire poſſint mares caſtrati, cum bimatum expleuerint, enecantur: & pelles eorum propter pulchritudinem lanæ maiore pretio,quàm alia vellera mercantib. traduntur. Liberis autem campis,& omni ſurculo,ruboq; vacantibus ouem Græcam paſcere meminerimus, nec, ut ſupra dixi, & lana carpatur & tegumen: nec tamen ea minus ſedulam curam foris,quia non quotidie procedit in paſcua, ſed maiorem domeſticam poſtulat: nam ſæpius detergenda,& refrigeranda eſt: ſæpius eius lana diducenda, vinoque & oleo inſuccanda: nonnunquam & tota eſt eluenda, ſi diei permittit apricitas: idque ter anno fieri ſat eſt: ſtabula vero frequenter euerrenda & purganda,humorque omnis urinæ deuerrendus eſt,qui cõmodiſſimè ſiccatur perforatis tabulis,quibus ouilia conſternuntur,ut grex ſupercubet: nec tantũ cœno,aut ſtercore,ſed exitioſis quoq; ſerpentib. tecta liberantur,quod ut fiat,

Diſce & odoratam ſtabulis incendere cedrum,
Galbaneoque agitare graues nidore chelydros.
Sæpe ſub immotis præſepibus aut mala tactu
Vipera delituit, cœlumque exterrita fugit.
Aut tecto aſſuetus coluber.

Quare ut idem iubet: Cape ſaxa manu,cape robora paſtor. Tollentemque minas, & ſibila colla tumentem Dejice. Vel ne iſtud cum periculo facere neceſſe ſit,muliebres capillos,aut ceruina ſæpius vre cornua: quorum odor maximè non patitur ſtabulis prædictam peſtem conſiſtere, Hactenus Columella. Ne beſtiæ nocentes prorepant ad oues,ſuffitum in ſtabulis moliri conuenit: nempe ex capillis mulierum,aut galbano, aut cornu ceruino, aut caprillis vnguibus,aut pilis,bitumine & caſia,aut conyza,aut alio denique graueolentium,ſiue per ſe,ſiue cum aliis pluribus contuſo. Ad gregis autem ſtratum, vtendum eſt calamintha,alphodeloque aut pulegio,aut polio,aut conyza,aut abrotono: hæc ſiquidem fugant beſtias, Florentin.

De ſtabulis Tarentinarum ſiue tectarum ouium,& ſerpentibus beſtiisque venenatis arcendis ab eis iam proximè dictum eſt.

Incipiens, ſtabulis edico in mollibus herbam

Carpere ouis, dum: mox frondosa reducitur æstas: Et multa duram stipula, filicumque manipli
Sternere subter humum: glacies ne frigida ledat Molle pecus: scabiemq; ferat, turpesque podagras,

Vergilius 3. Georg. Humilia oportet facere stabula, sed in longitudinem potius, quàm in latitudinem porrecta, ut simul hyeme calidæ sint, nec angustiæ fœtus oblidant, ea poni debent contra medium diem: namque id pecus, quamuis ex omnibus animalibus vetustissimum, (lego, vestitissimum,) frigoris tamen impatientissimum est, nec minus æstiui vaporis: itaque cohors clausa sublimi macerie præponi vestibulo debet, ut sit in eam tutus exitus æstiuandi: deturque opera, ne quis humor subsistat, vt semper quàm aridissimis filicibus, vel culmis stabula constrata sint, quo purius & mollius incubent fœtæ: sint quala mundissima, ne qua earum valetudo, quæ præcipue custodienda est, infestetur vligine, Columella. Stabula idoneo loco ut sint, ne ventosa, quæ spectent magis ad orientem, quàm ad meridianum tempus: ubi stent, solum oportet esse eruderatum, virgultis aut paleis aut aliis straminibus stratum, Crescentiensis,) & procliuum, ut euerri facile possit, ac fieri purum: non enim solum ea vligo lanam corrumpit ouium, sed etiam ungulas, ac eas scabras fieri cogit. Cumque aliquot dies ita steterint, subijcere oportet virgulta, (alia virgulta vel paleas, Crescent.) & alia, quo mollius requiescant, purioresque sint: libentius enim ita pascuntur. Faciendum quoque septa secreta ab aliis, quo enitentes secludere possis, item quo corpore ægro: hæc magis ad villaticos greges animaduertenda. Contra illæ, in saltibus quæ pascuntur & à tectis absunt longe, (nam in his quæ pascuntur in saltibus, custodes secum portant crates, &c. Crescent.) portant secum crates, aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant, cæteraque vtensilia. Longè enim & latè in diuersis locis pasci solent, ut multa milia absint sæpe hybernæ pastiones ab æstiuis. Ego verò scio, inquam: nam mihi greges in Apulia hybernabant, qui in Reatinis montibus æstiuabant. Cum inter hæc bina loca, ut ingum continet scirpiculos, sic colles publicæ distantes pastiones, Varro. Ouium stabula satis ampla & lata esse debent, (τοὺς σηκοὺς πρέπει μᾶλλον πλατυγείους εἶναι δεῖ.) curandumque vt calida & sicca permaneant. Pauimentum oportet decliue sit, lapidibusque stratum & complanatum. Ad partem eius accliuiorem præsepia sunt collocanda, supra quæ etiam pertica (κλίμαξ) infigendæ sunt, vt oues dum pascuntur supersilire prohibeantur, Florentinus.

Caprinum & ouillum stercus sedulo conseruato, Cato. Κόπρῳ δὲ χρὴ ἐπιμελῶς τῶν θρεμμάτων διαφέρειν καθ' ὥραν, Theophylactus in Epistolis. Fimum aliqui ex columbariis præferunt: proximum deinde caprarum est, ab hoc ouium, deinde boum, nouissimum iumentorum, Plinius. Cassius secundum post columbinum stercus, scribit esse hominis: tertio caprinum, & ouillum & asininum, &c. Varro. Acerrimus hominis fimus est, & optimus secundum aliquos, deinde suum, caprarum, ouium, boum, postremò asinorum, (ἄλλων. Gaza vertit iumentorum,) Theophrastus. Ouillum quidam caprino præferunt, omnibus verò asininum, Idem. Stercus asinorum primum est maximè hortis, deinde ouillum & caprinum, & iumentorum, Pallad. Ad cultum hortorum optimum stercus est asini, quia nimium herbarum creat: proximum vel armenti, vel ouium, si sit anno maceratum, Columella libro vndecimo. In terra arenosa stercore ouillo aut caprino vtatur: In argillosa verò bubulo, in Geopon. Iustum est singulas vehes fimi denario ire, in singulas pecudes minores: in maiores, denas: nisi contingat hoc, malè substrauisse pecori colonum appareat. Sunt qui optimè stercorari putent, sub dio retibus inclusa pecorum mansione, Plinius. Ysali (arbores) stercus ouillum tantum non exigunt quidem, sed libenter assumunt, vel si cineris pulueres misceantur, Palladius. Ouillo fimo ad asparagos vti Cato (capite 161.) nominatim iubet, quoniam aliud herbasceret, (herbas crearet,) Idem. E segete euellito ebulum, cicutam, & circum salicta herbam auctam vluamque: ea substernito ouibus, frondemque putridam. Vbi saturus eris frumentum, oues ibi delectato, Plinius 17. 9. ex Catone.

In emptionibus iure vtimur eo, quod lex præscripsit: in ea enim alij plura, alij pauciora excipiunt: quidam enim pretio facto in singulas oues, ut agni chordi duo pro vna oue annumerentur, etsi cui vetustate dentes absunt, item binæ pro singulis, ut prodant: de reliquo antiqua ferè formula vtuntur, cum emptor dixit: Tanti sunt mihi emptæ? & ille respondet, Sunt: & exprompsit numos. Emptor stipulatur prisca formula: Sic illasce oues, qua de re agitur, sanas recte esse, vti pecus ouilium, quod recte sanum est extra luscam, surdam, minam, id est ventre glabro: neque de pecore morboso esse, habereque recte licere: hæc si recte fieri spondes? nec cum id factum est, tamen grex dominum non mutat, nisi sit æs adnumeratum. Nec non emptor potest ex empto venditorem damnare, si non tradat, cum is non soluerit numos: ut ille emptorem simili iudicio, si non reddidit pretium, Varro. Et rursus, Relinquitur de numero, quem faciunt alij maiorem, alij minorem: nulli enim huius moduli naturales, Illud ferè omnes in Epeiro facimus, ne minus habeamus in centenas oues hirtas singulos homines, in pellitas binos. De numero pastorum alij angustius, alij laxius constituere solent. Ego in octogenas hirtas oues singulos pastores constitui, Atticus in centenas. In gregibus ouium, sed magnos quos miliarios faciunt quidam, facilius de summa hominum detrahere possunt, quam de minoribus, ut sunt Attici. Tremellius. Septingenarij enim mei, ut opinor, tu octingenarios habuisti. Nec tamen non ut nosaric tum decimam partem, Varro. Qui sequitur gregem circumspectus, ac vigilans (id quod omnibus & omnium quadrupedum custodibus præcipitur) magna clementia moderetur: Idemque duci propior quàm domino, & in cogendis, recipiendisque ouibus adclamatione, ac baculo minetur: nec vnquam telum emittat in eas: neque ab his longius recedat: nec aut recubet, aut considat: nam nisi procedit, stare debet: quoniam grex quidem custodis officium, sublimem celsissimamque oculorum veluti speculam, desiderat, ut neque tardiores & grauidas, dum cunctantur, neque agiles & fœtas, dum procurrunt, separari à cæteris sinat, ne fur aut bestia hallucinantem pastorem decipiat, Columel. Numerus caprini gregis minor esse debet quàm ouilli, quòd capræ lasciuæ & quæ dispergunt se: contra quòd oues se congregant, & condensant in locum unum. Itaque in agro Gallico greges plures potius faciunt, quàm magnos, quòd in magnis citò existunt pestilentiæ, Varro. Et alibi, Canis ita custos est pecoris, ut eius quod eo comite indiget ad se defendendum: in quo genere sunt maximè oues, deinde capræ. Has enim lupus captare solet, cui opponimus canes defensores. Ouium, caprarum & equorum pastores, genitalia earum tempore coitus, delibutis multo sali & nitro manibus, perfricant: vnde iis vehementior coitus appetitio exoritur, & mares sustinent. Alij alijs mordicantibus pharmacis ea perungunt, vt pipere vel nitro, vel vrticæ fructu, Aelian. Post fœturam longinquæ regionis pascua petiturus opilio ferè omnem sobolem pastioni reseruet suburbanæ: villicus enim teneros agnos, dum adhuc herbæ sunt expertes lanio tradit, quoniam & paruo sumptu deuehuntur, iis summotis, fructus lactis ex matribus non minor percipitur. Summitti tamen etiam in vicina vrbis quandoque oportebit.

Nam

Digitized by Google

Nam vernaculum pecus peregrino longe eſt vtilius. Nec committi debet, ut totus grex effœtus ſenectute dominum deſtituat: cum præſertim boni paſtoris vel prima cura ſit annis omnibus in demortuarum vitioſarumque ouium locum totidem, vel etiam plura capita ſubſtituere: quoniam ſæpe frigorum atque hyemis ſæuitia paſtorem decipit, & eas oues interimit, quas ille tempore autumni ratus adhuc eſſe tolerabiles, non ſummouerat: quo magis etiam propter hos caſus, niſi validiſſima, quæ non comprehendatur hyeme, nouaque progenie repleatur numerus, Columella. Curandum eſt ut mortuarum vel vitioſarum numerus nouella ſobole reparetur. Autumno debiles quæque pretio mutentur, ne eas imbecillas hybernum frigus abſumat, Pallad. Oues vt ſequantur, earum aures lana obturato, Florentin. Antiphanes in Aceſtria apud Athenæum quendam præ auaritia illas tantum oues mactare ſcribit, ex quibus nullus amplius fructus, vellerum, caſei, agnorum, ad cum peruueniret.

Tonſura vocatur cum oues & capras detondent aut vellunt, Varro. Aegyptus tam abunde herbida eſt, ut bis anno oues ex ſeſe pariant, bisque tondeantur, Aelian. Menſe Aprili locis calidis tondeantur oues, Pallad. Locis temperatis menſe Maio celebranda eſt ouium tonſura, Idem. Et alibi, Iunio menſe oues in frigida regione tondemus. Tondendarum ouium tempus eſt in Iulio, Textor. Tonſuræ certum tempus anni per omnes regiones ſeruari non poteſt, quoniam nec ubique tardè nec celeriter æſtas ingruit: & eſt modus optimus conſiderare tempeſtates, quibus ouis, neque frigus, ſi lanam detraxeris, neque æſtum ſi nondum detonderis, ſentiat. Verum ea quandocunque detonſa fuerit, vngi debet tali medicamine: ſuccus excocti lupini, veterisque vini fex, & amurca pari menſura miſcentur, eoque liquamine tonſa ouis imbuitur, atque ubi per triduum delibuto tergore medicamina perbiberit, quarto die ſi eſt in vicinia maris, ad littus deducta merſatur: ſi minus eſt, cœleſtis aqua ſub dio ſalib. in hunc vſum durata paulum decoquitur: (aqua cœleſtis cum ſale paululum decocta ſub dio debebit pecorum tonſa & vncta membra diluere, Pallad.) eaque grex perluitur: hoc modo curatum pecus anno ſcabrum fieri non poſſe Celſus affirmat: nec dubium eſt, quinetiam ob eam eam rem lana quoque mollior atque prolixior renaſcatur, Columella & Pallad. Vide etiam ſupra de inungendis ouibus tonſis ex Didymo, Capite tertio in mentione ſcabiei ouium: ſic enim cauetur quo minus ſcabræ fiant. De tonſura ouium primum animaduerto ante quàm incipiant facere, num ſcabiem, aut vlcera habeant, ut, ſi opus eſt, ante curentur quàm tondeantur. Tonſuræ tempus inter æquinoctium vernum, & ſolſtitium cum ſudare cœperint oues: à quo ſudore recens lana tonſa ſuccida eſt appellata. Tonſas recentes eodem die perungunt oleo & vino, non nemo admiſta cera alba, & adipe ſuillo. Et ſi ea tecta ſolet eſſe, quam habuit pellem iniectam, eam intrinſecus eadem re perungunt & tegunt rurſus. Siqua in tonſura plagam accepit, eum locum obliniunt pice liquida. Oues hirtas tondent circiter ordeaceam meſſem, in aliis locis ante fœniſicia. Quidam has in anno bis tondent, ut in Hiſpania citeriore, ac ſemeſtres faciunt tonſuras: duplicem impendunt operam, quòd ſic plus putant fieri lanæ, quo nomine quidam bis: ſecant prata. Diligentiores tegeticulis ſubiectis oues tondere ſolent ne flocci intereant. Dies ad eam rem ſumuntur ſereni, & iis id faciunt ferè à quarta ad decimam horam, quoniam ſole calidiore tonſa, ex ſudore eius lana fit mollior, & ponderoſior, & colore meliore. Quam demptam & conglobatam alij vellera, alij velumina appellant: ex quorum vocabulo animaduerti licet, prius lanę vulſuram quàm tonſuram inuentam. (Oues non ubique tondentur: durat quibuſdam in locis vellendi mos, Plin.) Qui etiam nunc vellunt, ante triduo ieiunas habent, quo languidæ minus radices lanæ retinent. Omnino tonſores in Italia primum veniſſe ex Sicilia dicuntur poſt Romam cõditam anno quadringenteſimo quinquageſimoquarto, vt ſcriptum in publico Ardeæ in literis extat, eoſque adduxiſſe Publium Ticinium Menam. Olim tonſores non fuiſſe adſignificant antiquorum ſtatuæ, quod pleræque habent capillum, & barbam magnam, Varro. Palatini collis Romæ altera pars Velleia appellata fuit à vellenda lana, ante Hetruſcam tonſuram incolis monſtratam, Cato in libro originum. Nec frigido adhuc, nec iam æſtiuo tempore, ſed medio vere oues tondendæ ſunt. Curandum autem eſt vt poſt horam dici primam abſterſæ oues, exiccatoque vapore illo quem noctu lana extraxerat, præcipuè ad Solem tondeantur. Nam quum ouis quæ tondetur tunc ſudet, facile colligitur ſudor ex lana, (*ἀναλαμβάνει γὰρ ὁ ἱδρὼς ἐκ τῶν ἱρίων*,) lanaque ipſa euadit tum nitidior tum mollior, Didymus.

Fructum ouis è lana ad veſtimentum miniſtrat, Var. Quadrupedibus pili ſenectute craſſeſcũt, lanæq; rareſcũt, Plin. Lanę molles & criſpæ præferuntur, Albert. Arietis lanam ſequitur quicquid ex eo generatur, Idem. De ariete eligendo, infra dicetur in hiſtoriæ eius cap. 2. De Tarentino ſiue tecto pecore, quod lanarum tantum gratia nutritur, ſuperius hoc in capite dictũ eſt. Quibus paſcuis lana melior molliorq; fiat, explicauimus ſupra partim hoc ipſo in capite, partim tertio. Cur ouium expilatis mollior pilus ſubnaſcitur, hominis durior? Ariſtot. Problem. 10. 24, Cur ouium pili eò duriores ſunt quo prolixiores, hominum contra? Ibidem ſequenti ſtatim Problemate. Pabulo ſterilia ſubtilitatem lanæ augent, Cardanus: ideoq; Anglica lana (inquit) nunc, ut olim Mileſia, celebratur. Nec mirum, cum nullum animal venenatum mittat Anglia, & ſine luporum metu, (nulli enim in Anglia hodie lupi reperiuntur,) pecus vagetur. Rore cœli ſitim ſedant greges, ab omni alio potu arcentur, quòd aquæ ibi ouibus ſint exitiales. Cur velles ouis à lupo laceratæ tabidum & pediculoſum ſit, vide ſupra in D. & in Lupo. D. Lanas Hiſpania nigri velleris præcipuas habet, Pollentia iuxta Alpes: Vnde apud Martialem lanæ Pollentinæ. Non tantũ pullo lugentes vellere lanas. Canuſium rutili, quas erythras vocant. Canuſinæ ruffæ dictæ à Martiale: Roma magis fuſcis, veſtitur Gallia ruffis. Et Canuſinatum Syrum dicit, pro Canuſina veſte ornato, ut Canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet. Quem Canuſinam, pro lana pretioſa dixit Iuuenal. Saty. 6. Fuluas habet Tarentũ, & ſuæ pulliginis. Hiſtriæ Liburniæq;, pilo propior quàm lanæ, pexis aliena veſtibus, & quam ſola ars ſcutulato textu commodat in Luſitania. Scutulatum verrò textum eiuſmodi ferè eſt, quale cernitur in aranearum telis. Quanta arte celãt pedicas, ſcutulato rete, ad capiendas muſcas circa graſſantes, Plinius 11. 23. Idem libro 17. de emplaſtratione arborum loquens ſcutulam vocat corticem ad effigiem parui ſcuti eximendum ab arbore, in cuius locum cortex alius cum germine reponitur. At vero mollis erat lana in agro Mutinenſi, cuius meminit Strabo in quinto: Lanam mollem (inquit) Mutinenſis ager, eaq; regio quæ ad fluuium Scutanam pertinet, fert omnium longè optimam: hirtam (*τραχεῖαν*) vero Liguſtica & Mediolanenſis, (Inſubrum regio,) ex qua bona pars Italiæ ſeruitiorum (*τὸ πλέον τὸ οἰκετικὸν τῆς Ἰταλιωτῶν*) veſtitur. Mediocrem autem ea quæ circa Patauium, ex qua pretioſiſſima tapeta & gauſapinæ fiunt. Eſt & hirta pilo craſſo, in tapetis antiquiſſima gratia, & hoc ſtragulæ veſtis genus vtrinq; villos eminentes habet, vel ſaltem ex altera parte, Bayfius. Feltrias ut hodie à Feltro vrbe mercatorum vulgus appellat, antiquis non defuiſſe exiſtimo: veſtes ſcilicet non textas, non conſutas, ſed lana igne adacta compactas, quales nũc

ad pilea & pennulas in uſu habemus: de quibus puto Plinium ſenſiſſe his verbis in octauo: Lanæ & per ſe coactæ veſtem faciunt, & ſi addatur acetum, etiam ferro reſiſtunt: immò vero etiam ignibus nouiſſimo ſui purgamento. Quippe ahenis coquentiũ extractæ indumentis vſu veniunt, (Aliàs, Quippe ahenis polientiũ extracta in tomenti vſum veniunt,) Galliarum, ut arbitror, inuento: certe Gallicis hodie nominibus diſcernuntur: Nec facile dixerim, qua id ætate cœperit, Cælius Calcaginus epiſtolicarum quæſtionum 3 1. Sed addit Plinius, Antiquis enim torus è ſtramento erat, qualis nunc etiam in caſtris gauſape. Patris mei memoria cœpere amphimalla noſtra, ſicut villoſa etiam ventralia. Nam tunica lati claui in modum gauſape texi nunc primum incœpit. De lana feltria & pilotariis artificibus qui pileos & veſtes inde conficiunt, pluribus docui in Tauro capite 7. inter remedia aduerſus ſanguinem taurinum. Lanæ Bæticæ: Catullus timens naufragium ciecturus erat veſtes, quarum generoſi graminis ipſum Infecit natura pecus: ſed & egregius fons Viribus occultis, & Baticus adiuuat aër, Iuuenalis Sat. 12. Oues quas pelliones noſtri Flandricas (*Flemming*) vocant, à molli & criſpa lana laudantur. Sed de lanarum differentiis, ſecundum regiones præcipuè, in B. etiam nonnihil diximus. Colores lanarum. Bæticis ouibus, ut iam dixi, color ſuus ex pabulo, potu & aëre natura fit, non arte. Hæ (capræ) quoque non cura nobis leuiore tuendæ: Nec minor uſus erit: quamuis Mileſia magno Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores, Vergil. Coloſſinus color (inquit Hermolaus, qualem Plinius in flore cyclamini eſſe ſcribit) à Coloſſis vrbe Troadis vocari cœpit. Strabo volumine duodecimo, Laodicenſis, inquit, ager qui ad Lycum amnem cognominatur, εἶτα πεδία τὰ λεγόμενα, εἰς εἰς μαλακότητα τὰ μάλιστα τῶν ἐρίων, καὶ τῶν Μιλησίων ἀμφίβολα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν τῶν βοῶν χροιὰν, &c. Hoc eſt, oues gignit præſtantiſſimas, non ſolum mollitie lanæ, ſed etiam colore coracino: itaque magnum inde quæſtum faciunt, vt & vicini eorum Coloſſini à cognomine eis colore. In Hiſpania quoque tradit coracino lanitium colore naſci. Vitruuius. In agris Clazomeniorum, Erethriæorum & Laodicenſium pecora (inquit procreantur, aliis locis leucophæa, aliis pulla, aliis coracino colore. De Laodicenſi vellere Plinius quoque octauo libro, ubi & pulliginem coloris genus facit, Hæc Hermolaus. Ex Turditania Hiſpaniæ frequens olim veſtitus veniebat, nunc vero Coraxorum amplius lanitium omnium pulcherrimum, unde admiſſarii arietes talento emuntur. Telarum exuperans tenuitas atque copia, quas Saltiatæ conſtruunt, Strabo libro 3. Lanarum ſunt & à coloribus quos bibunt diſcrimina: cymatiles, à fluctibus: gerano chroës à grauibus. Iam ab amethyſto, à ſerenitate, à croco, à roſa, à myrto, à glandibus, ab amygdalis, à cera, à coruo coraxicæ, à purpura coloſſinæ: Et hæc partim ex Plauto, partim ex Ouidio in artib. & Strabone, Hermol. Coraxi quidem Colchidis populi ſunt, & iuxta eos pars Tauri montis Coraxis vel Coraxicus appellatur. Lanam tingunt: alga Cretica, lactucæ quædam ſpecies, loti radix, nucum cortex, rubea, ſideritis, ut Aggregator ex Plinio citat. Item fabæ decoctio, Iſaac & Serapio ſecundum Dioſcor. Molliorem vero & pulchram lanam reddit condiſi, id eſt ſtruthium, Idem: Aqua maris, Plin. Colorum plura genera: quippe cum deſint etiam nomina eis, quas natiuas appellant, aliquot modis, Plinius. Lanarum colores natiui memorantur quatuor præcipui, etiamſi Plinius dicat vel natiuis nomina deeſſe aliquot modis. Albus in Apulia nobilis, ut ait Martialis. Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis Nobilis, Altinum tertia laudat ouis. Niger in Hiſpania & Pollentia, ut diximus. Rutilus, qui & ἐρυθρὸς dici poteſt, & à Martiale ruffus. Fuluus, & ſuæ pulliginis Tarentinus, Bayfius: Mox autem ex Gellio ſubijcit, fuluum colorem ex ruffo & viridi mixtum eſſe, ita ut in aliis plus viridis, in aliis plus ruffi habeat, &c. Lanarum nigræ nullum colorem bibunt: de reliquarum infectu ſuis locis dicemus in conchyliis marinis, aut herbarum natura, Plin. De coloſſino & coracino coloribus paulò ſuperius dixi: vide etiam in B. quædam de colore lanæ. Prætextæ apud Hetruſcos originem inueni. Trabeis uſos accipio reges: Pictas veſtes iam apud Homerum fuiſſe, vnde triumphales natæ. Acu facere id Phryges inuenerunt, ideoque Phrygiones appellati ſunt. Aurum intexere in eadem Aſia inuenit Attalus rex, vnde nomen Attalicis. Colores diuerſos picturæ intexere Babylon maxime celebrauit, & nomen impoſuit. Plurimis vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit: ſcutulis diuidere, Gallia. Metellus Scipio triclinaria Babylonica ſeſtertium octingentis millibus venîſſe iam tunc poſuit in capitalibus criminib. quæ Neroni principi quadragies ſeſtertio nuper ſtetêre. Ser. Tullii prætextæ, quibus ſignum Fortunæ ab eo dicatæ coopertum erat, durauêre ad Sciani exitum: mirumq; fuit nec defluxiſſe eas, nec teredinum iniurias ſenſiſſe annis d.lx. Vidimus iam & viuentium vellera, purpura, cocco, conchylio, ſeſquilibris infecta, velut illa ſic naſci cogente luxuria, Plinius. Et rurſus, Lanam & colo & fuſo Tanaquilis, quæ eadem Caia Cæcilia vocata eſt, in templo Sangi duraſſe, prodente ſe, author eſt M. Varro: factamq; ab ea togam regiam vndulatam æde Fortunæ, qua Ser. Tullius fuerat vſus. Inde factum ut nubentes virgines comitaretur colus compta, & fuſus cum ſtamine. Ea prima texuit rectam tunicam, qua ſimul cum toga pura tyrones induuntur nouæq; nuptæ. Vndulata veſtis primo è lautiſſimis fuit, inde ſoriculata defluxit. Togas raſas Phrygianaſque, diui Auguſti nouiſſimis temporibus cœpiſſe, ſcribit Feneſtella. Crebræ papaueratæ antiquiorem habent originem, iam ſub Lucilio poëta in Torquato notatæ, Hucuſque Plinius. Rica eſt veſtimentum quadratũ, fimbriatum, purpureum, quo flaminicæ pro palliolo vtebantur. Alij dicunt quòd ex lana fiat ſuccida alba, quod conficiunt virgines ingenuæ patrimæ matrimæ ciues, & inficiatur cœruleo colore, Feſtus. Vide Ricæ, apud eundem alibi. Ex pilis ouium (inquit Creſcentienſis) fiunt indumenta neceſſaria & iucunda hominibus: qui quanto ſunt ſubtiliores, tanto meliores & maioris pretij. Qui ouillam lanam (nimirum ouis à lupo laniatæ, ut alibi diximus,) pexerit, atq; ex ea veſtem confecerit, ſcabiem, ut ferunt, procreabit ei, qui ea veſtietur, Aelian. Reliqua de lanis vide in philologia c.

Pelles quæ cum ſuis pilis ad veſtitum parantur apud nos, agninæ omnes non ouillæ ſunt: quamobrem in Agno de eis dicam. Ouium vero pelles quæ pilis detractis parantur à cerdonibus, colore aliquo infectæ, ad calceos, ocreas, thoraces, chirothecas, marſupia & huiusmodi paranda adhibentur. Ex pellibus ouium cum pilis fiant pellicæ pannorum tempore frigido commodæ. Ex iiſdem depilatis fiunt calceamenta, Creſcentienſis. Πολὺς περὶ κεφαλὴν φέρεται πρόβατον δέρματος δασέος, Laurentius Romanus apud Athenæum. Ex ouillis pedibus audio etiam membranas fieri, maceratis in aqua cum calce, & poſtea extenſis. Harum tenuiores mollioresque pro charta ut inſcribantur idoneæ ſunt, iam & libros in membranis excuſos vidimus. Craſſiores pugillaribus ſeruiunt, pigmento quodam illitæ candido aut luteo. Literæ ſtyli æneî vel argentei mucrone obtuſo inſcribuntur, ſpongia lintcôue humido infrictæ delentur. Hinc & libri coiligati veſtiuntur, & alij diuerſi vſus habentur. Seuo ouillo cerdones etiam vel ſutores illinunt ac molliunt coria. Oſſa manubrijs cultellorũ idonea ſunt. De vſu ventriculi ouis aut veruecis contra erucas, ſcribemus in Veruece. Vrina ouium apud Rhætos, ut audio, nitri fictitij materia eſt. Vt pili nigri equorum mutentur in albos:

in lacte

In lacte pecudum bullicnte linteum madefactum loco impone, idq; toties donec cum fricatione modica digitorum pili cadant: deinde aliud linteum purum madefactum in lacte recenti frigido, (melius forte calido vel tepido,) duces per locum depilatum vbi pilos (pro nigris albos) renaſci volueris: hoc facies per tres dies vel plurics, donec pili incipiant creſcere, diebus ſingulis ter ut minimum, Ruſius.

Sues, oues & capræ cum libidinoſiores ſunt, & mares paſſæ, mox ipſæ etiam eos conſcendunt, Καὶ ὅταν ταχὺ τὰ τῶν αἰδοίων ὑγρὰ ἔλθῃ, ὑπερβάλλοντα ὑπὸφαίνει, lego ὑπέφαινε τὸν ἀέρα) magnam tempeſtatem (χειμῶνα) ſignificant. At ſi tardiores ſolito ad coitum ſint eædem pecudes, gaudebit vir pauper quod ei veſtibus indigenti, ſatis temperatum anni tempus futurum præſagiant, Aratus & Scholiaſtes. Et rurſus, Si boues & pecora (μῆλα, id eſt oues, Scholiaſt.) declinante iam autumno terram (pedibus, Aelianus) foderint, & capita verſus boream protenderint, magna & rigida hyems circa occaſum Pleiadum expectanda eſt: eoq; maior, quo pecudes illæ magis foderint: ſequetur enim nix multa frugibus & plantis noxia. Hoc quidem de ouibus Aelianus etiam ex Arato repetit. Si deniq; terram Lanigeræ fodiant, caput aut tendatur in Arcton, cum madidus per marmora turbida condit Pleiadas occaſus, cum brumæ in frigora cedit Frugifer Antumnus, ruet æthra concitus Imber, Auienus. Pecora exultantia, & indecora laſciuia ludentia, (tempeſtatem, præſertim pluuiam) ſignificant, Plinius. Aelianus contra, Agni & hœdi laſciuientes & inter ſe ſaltantes, lætos dies promittunt. Agni ad pabula feſtinantius pergentes, tempus frigidum (χειμῶνα) indicant. Item arietes & agni cum in via ſe inuicem cornibus petunt colludendo: vel ſaltantibus ſimiles pedibus exiliunt, agni quidem, ceu leuiores, quaternis, arietes verò binis tantum anterioribus: item (eadem pecora) cum veſperi à paſtoribus ad ſtabula vix reduci, & ab herbis depaſcendis vix lapidibus etiam abigi poſſunt, Aratus.

Fructuum ex pecore ſpecies ſunt duæ: una eſt tonſura: altera, quæ latius patet, de lacte & caſeo, quam ſcriptores Græci ſeparatim τυροποιΐαν appellauerunt, ac ſcripſerunt de ea re permulta, Varro. Ouibus omnium maximè quadrupedum lac diu edurat: quippe quibus mulctra menſium octo ſpacio continuetur, Ariſtoteles. Fructū ouium (inquit Cato cap. 150.) hac lege venire oportet. In ſingulas caſei pondo XV. dimidium aridum, lacte ferijs quod mulſerit dimidium, & præterea lactis vrnam vnam. Hiſce legibus agnus diem & noctem qui vixerit, in fructum, & Calend. Ianuar. emptor fructu decedat. Si intercalatū erit Calend. Maiis agnos triginta, ne amplius promittat. Oues, quæ non pepererint, binæ pro ſingulis in fructu cedent. Die lanam & agnos vendat. Mēſes X. ab coactore releget porcos ſectarios. In oues denas ſingulos paſcat. Conductor II. menſes paſtorem præbeat, donec domino ſatisfecerit, aut ſoluerit, pignori eſto, Hæc Cato. Butyrum etiam ex ouillo lacte habetur, vide infra in F. E lacte pinguiſſimo probatum fit butyrum, quale ouillum eſt, Dioſcorides. Ouillum lac caprinumq;, mox bubulum, commodum eſt ad conficiendum reponendumq; caſeum, Ariſtoteles. Ouillo miſcere caprinum lac Siculi, & quibuſcunq; copia eſt caprini, ſolent, Idem. Vſque ad feſtum ſancti Michaëlis (inquit Creſcentienſis) bis quotidie mulgentur oues, & poſtea ſemel lac elici poteſt. Ne nimis pingues cum arietibus mittantur, ne importuno tempore fœtus emittant, ſed poſt coniunctionem arietum ut pingueſcant cuſtodiantur, ut horis opportunis ducantur ad paſcua, & cuſtodiantur, per totam æſtatem. Feſtinanter mulgeantur aurora ſurgente, ut tempeſtiuè educantur ad paſcua. Dum mulgentur, quotquot adſunt ſilentium præſtent, excepto magiſtro qui tantum neceſſaria loquatur. Caſeum coagulamus ſyncero lacte, coagulis agni vel hœdi, ac pellicula quæ ſolet pullorum ventribus adhærere, vel agreſtis cardui floribus, vel lacte ficulneo, cui ſerum debet omne deduci, & ponderibus premi. Vbi cœperit ſolidari, opaco loco ponatur, aut frigido: & preſſus ſubinde adiectis pro acquiſita ſoliditate põderibus trito & torrefacto ſale debet aſpergi: iam durior, vehementius premi poteſt. Poſt aliquos dies ſolidatæ iam formulæ ſtatuantur, ita per crates ne inuicem ſe unaquæq; contingat: ſit autem loco clauſo & à ventis remoto, ut teneritudinem & pinguedinem ſeruet. Vitia caſei ſunt, ſi aut ſiccus aut fiſtuloſus eſt: quod euenit, ſi aut parum prematur, aut nimium ſalis accipiat, aut calore ſolis utatur, (uratur.) Recenti caſeo conficiendo aliqui virides nucleos pineos terunt, atq; ſic lacte mixto congelant, aliqui cyminum tritum frequenter colatum congelant: qualemcunque etiam ſapore velis efficere, poteris adiecto quod elegeris condimento, vel pipere alióue pigmento præſtare, Hactenus Creſcentienſis.

F.

Caro cuiusq; quadrupedis deterior eſt, cum locis paluſtribus quàm editioribus paſcit, Ariſtoteles. Caro leporum ſanguinem quidem gignit craſſiorem, ſed melioris ſucci quàm bubula & ouilla, Galenus libr. 3. de alimentor. facult. Agni carnem habent humidiſſimam ac pituitoſam: ouium verò magis excrementitia eſt ac ſucci deterioris. Ibidem. Et rurſus, Animalia quæ humili & tenui herba nutriri queunt, ea primo ac medio vere ſunt præſtantiora, ut oues: æſtate autem prima ac media capræ, cum fruticum germina vigent. Bubula caro ſi cum ouilla comparetur, frigida eſt, ſanguinemq; melancholicum gignit, Symeon Sethi. Bubula, ouillaq; caro craſſum ſuccū creat & caput replet. Aretæ in cura cephalæa. Ouilla caro (τὸ μεσοβάτιον κρέας, inquit idem) ſuperfluitatū plena eſt maliq; ſucci: melior eſt annicula, id eſt vnius anni: quæ verò hac vetuſtior eſt, & difficulter concoquitur, & mali eſt ſucci, nocens his qui ſtomacho humido ſunt, & pituitoſis. Si mulieris vterus fuerit vlceratus, & cerum coctum bibendum præbeto per dies quinq;, aut lac aſininum coctum per dies 5. aut 4. Poſt lactis autem potum cum aquis ipſam reficito, & cum cibis commodis, carnibus ouillis teneris recentibus & volucrium, Hippocrates lib. 1. de morbis muliebribus. Caro ouium ſapore eſt ingrato, & nimium humida, neq; conueniens niſi forte ruſticis aſſuetis, qui continuis laboribus exercentur, Creſcentienſis. Anatis caro & aquaticarum eſt vehementis humiditatis, & eſt propinqua in hoc carni ouillæ, Auicenna. Ouem arietē dentibus ne attingas: non modo enim eius caro non prodeſt, verum etiam vehementer obeſt, Platina. Carnes pecorum prohibentur, quia malum ſanguinem generant. Agni quidem præbent nutrimentum multum, calidum & humidum, ſed pituitam gignunt. (Vide in Agno F.) Arietes anniculi melius temperati ſunt quàm natu minores. Hæ carnes verno magis quàm alio tempore conueniunt. His qui opus habent refrigerari, præparantur cum aceto: illis vero qui deſcenſione indigent, cum muri. Salubriter autem ſuperbibitur vinum album ſubtile, deinde accipitur calche ſacharinum, Elluchaſem in Tacuinis ex Oribaſio. Caynerus in cura iſchiadis, conuenire ait in cibo ouillam carnem vnius anni. Magiſtratus noſter ne oues poſt diui Iacobi diem, id eſt viceſimum quintum Iulij ab aliis regionibus mactandæ adducantur, laniis interdicit: quamuis enim pinguiores aliquando poſt id tempus oues fiant: inſalubriores tamen habentur earum carnes, & minus placent palato, tenacioresque ſunt, præſertim

adductarum

adductarum aliunde. Ouilla caro à quibuſdam (Anglis præcipuè) ſalitur, & infumatur, ut audio, uno die tantùm cum ſale relicta in vaſis. Ius in oui fero ferueas: Piper, liguſticum, cuminum, mentham ſiccam, thymum, ſilphiũ: ſuffundes vinum: adiicies damaſcena macerata: mel, vinum, liquamen, acetum, paſſum ad colorem, oleum: agitabis falciculo origani & mentæ ſiccæ. Et rurſus, Ius frigidum in oui fero: Piper, liguſticum, thymum, cuminum frictum, nucleos tollos: mel, acetum, liquamen & oleum: piper aſpergis. Apicius 8.4. Braſſicæ folia vel cymæ ſi coquantur cum ouilla carne pinguì iusoptimum reddi aiunt. Cur oues à lupis dilaniatæ carnem quidem ſuauiorem, lanam autem tabidam flaccidamq; habeant, dictum eſt in Lupo D. ex Plutarcho. Armum ouillum elixum & refrigeratum aliqui hoc iure perfundunt: Petroſelinum (ſic vulgò apium vocant) minutatim inciſum contundunt in pila & aceto affuſo per horam relinquunt, exprimunt per linteum, zingibere & pipere condiunt: ſic perfuſum armum frigidum apponunt. Ex ouis pulmone minutal fit, non item aliarum pecudum, apud noſtros: ut ex eiuſdem iecore tomi quadrati, qui omento circunuoluti, additis & herbis odoratis aliquando, verubus ligneis transfixi in craticula aſſantur. Sunt qui in ſartagine frigunt: nam apud Athenæum libr. 3. legimus τηγανισα ὠὰ τα Φιτλω σὺν ἐλαιῳ. Idem Alexidis verſum citat, Γέρον ἡ τήγανον ἐγκεκαλυμμένον. Iecur ouis integrum aliqui diligenter cum medulla panis contundunt, & per linteum vel cilicium tranſmittunt, deinde aromatibus ad ſaporem coloremq; commendandum inſperſis, modicè ſeruefaciunt, & turdos in iure carnium elixos ac modicè butyro frixos imponunt. Inteſtina ouium (*ſchaafbeuch*: nam *kuttlen* de bobus propriè dicitur, de vitulis *Kreſſ*) in qua elixa à vulgo comeduntur. Μυελὸν οἶον ἐδητὸν, καὶ οἴων πίονα δημόν, Homerus Iliados χ.

Ex ouillo pecore caſei lactisque abundantia non ſolum agreſtes ſaturat, ſed etiam elegantium menſas iucundis & numeroſis dapibus exornat. Quibuſdam verò nationibus frumenti expertibus victum commodat, ex quo Nomadum Getarumq; plurimi γαλακτοφάγοι dicuntur, Columella. Quod præſtat? Capræ. Poſt? Ouis. Inde? Bouis, Baptiſta Fiera de lacte. Lac nigrarũ ouium melius eſt, in capris vero contra, Albertus. Lac ouillum nutrimentum eſt ſatis ſalubre: eò melius, quò recentius fuerit: & eò plus nutriens, quò ſpiſſius, Creſcentien. Et rurſus, Lac & caſeus ex vaccis non tam conueniunt eſui humano quàm ex ouibus. Ouium lac dulce craſſum (παχὺ: quę dam exemplaria non rectè habent τραχὺ) & præpingue eſt, non uſque adeò (ut caprinum) utile ſtomacho, Dioſcorid. Idem lac bubulum aſininũ & equinum magis aluum emollire ſcribit quàm ouillum, quod hoc craſſius ſit. Pinguiſſimum lac eſt bubulum: ouillum verò ac caprinum, habent quidem & ipſa pinguedinis quippiam, ſed multò minus, aſininum vero huius ſucci minimè particeps eſt, Galen. Caprino lacte craſſius ouinum eſt, ſed eius frequens vſus cuti vitiligines albas inducit, Authoris nomen excidit. Lac muliebre temperatiſſimum eſt, mox caprillum, hinc aſininum ouillumque, poſtremò vaccinum, Aegineta. Lac omnium rerum, quas cibi cauſa capimus, liquentium maximè alibile, & id ouillum, inde caprinum, Varro. Stomacho accommodatiſſimum caprinum, quoniam fronde magis quàm herba veſcuntur: bubulum medicatius: ouillum dulcius & magis alit, ſtomacho minus vtile, quoniam eſt pinguius, Plin. Erythea inſula eſt vel eadem quæ Gades, vel proxima freto uniuſ ſtadii diſcernente. Ea pabuli ubertate ita gliſcit, ut ouium lac in ea ſerum non habeat, & inſuper ad conficiendum caſeum multam aquam admiſceri oporteat propter pinguitudinem. Quin & intra dies triginta ſuffocari illic pecus dicunt, niſi aliquid ſanguinis detrahatur, Euſtathius in Dionyſium Afrum (ex Strabonis tertio.) E lacte pinguiſſimo probatum fit butyrum, quale ouillum eſt, Dioſcorides. Pinguiſſimum eſt lac bubulum: ouillum verò ac caprinum, habent quidem & ipſa pinguedinis quippiam, ſed multò minus, Galen. Butyrum à boue nominatur, è cuius lacte copioſiſſimum confit, ut miretur Dioſcoridem Galenus, quòd ex caprino & ouillo confici lacte dixerit: ex caprino tamen fieri ſolere teſtis eſt Plinius, Hermolaus. Butyrum plurimum fit è bubulo lacte, & inde nomen: pinguiſſimum ex ouibus, Plin. Caſeus numeroſior eſt Apennino. Cebanum hic à Liguria mittit, ouium maximè lactis, Plinius. Caſei bubuli maximi cibi ſunt, & qui difficillimè tranſeant ſumpti. Secundò ouilli: minimi cibi, & qui facillime dejiciantur, caprini, Varro. Caſeus Siculus fit ouillo & caprino lacte permixto, &c. vt in Capra capite quinto. Caſeus ouillus eò melior quo recentior fuerit: tanto peior, quo vetuſtior & durior. Improbatur etiam nimis ſalſus, & qui vel nimium viſcoſus vel aridus & friabilis eſt, ut ait Raſis: laudatur inter vtrunque medius, Creſcentien. Et rurſus, Lac & caſeus ex vaccis non tam conueniunt eſui humano quàm ex ouibus. Caſei aridi ouilli proximi anni fruſta ampla facito, & in picato vaſe componito: tum optimi generis muſto adimpleto, ita ut ſuperueniat, & ſit ius aliquanto copioſius quàm caſeus. Nam caſeus combibit, & fit vitioſus, niſi muſtum ſemper ſupernatet. Vas autem, cum impleueris, ſtatim gybſabis: deinde poſt dies viginti licebit aperiri, & uti qua voles adhibita conditura: eſt autem etiam per ſe non iniucundus, Columella 12.42.

G.

Verberum vulnera atq; vibices pellibus ouium recentibus impoſitis obliterantur, Plin. Pellis ouina recens detracta (adhuc calens) circumpoſita iis qui quocunq; modo fuerint verberati, omnium luculentiſſimè adiuuat, adeò ut die ac nocte vna illos curet: concoquit enim & digerit quæ ſub cute ſanguinem habent, (vibices, livores, ſugillata,) Galenus de ſimplicib. 11.16. Raſis, Albert. Vide in ariete G. ab initio. Cutis pedum & roſtrorum bouis & ouis igni lento diu coquuntur, donec veluti coagulum remittat: id exemptum ſiccatumque in aëre perflatili, ad hernias commendatur, Syluius. De remediis ex pilis, lanis ſeu velleribus ouium, vide infra, poſt Oeſypum. Ad comitiales morbos magnificè laudatur & ſanguis pecudum potus, Plinius. Si vteros purgare voles, primum quidem ordeum oleo imbutum in pruinis ſuffire oportet. Poſtridie vero carnem ouillam coquere, cum ordei decocto ſub dio per noctem expoſito. Sit autem decoctum ordei congii menſura, & valde ipſas coquito. Vbi verò coctæ fuerint, leuiter tepidas edat, & iuſculum ſorbeat. Poſtridie autem thus & pulegium tritum, melle ſubactum & lana exceptum ad triduum ſubdito, Hippocrates de nat. mul. Carnes pecudis combuſtæ ex aqua cæteris verendorum vitijs (de formicationibus & verrucis eorum prius dixerat) medentur, Plin. Si (inflicto alicui morſu vel ictu venenato) neque qui exugat, neque cucurbitula eſt, ſorbere oportet ius anſerinum, vel ouillum, vel vitulinum, & vomere, Celſ. Seuum ouillum quomodo curetur, in hircino ex Dioſcoride præcepi. Nominatur autem ſeuum ouium, aliquando ſimpliciter, de quo priore loco agemus: aliquando ex renibus, vel omento. Seuo ouillo ad ignem liquato linteum intinge, & parti aduſtæ impone, curabitur, Innomin. Cicatrices ad colorem reducit pecudum pulmo, præcipuè ex ariete, ſeuum ex nitro, Plin. Paniculas aperit ſeuum pecudis cum ſale toſto poſitum, Marcel. Seuum ouium vetus cum cinere è capillis mulierum furunculis

mederi dicitur, Plin. Cantharides illitas licheni prodeſſe non dubium eſt, cùm ſucco taminiæ vuæ & ſeuo ouis vel capræ, Plin. Vnguium ſcabriciem tollit pecudum ſeuum, Idem. Malandriæ & frigore aduſtis partibus prodeſt cuiuslibet pecudis ſeuum cum alumine tritum vel excoctum, & ceroti modo impoſitum. Marcel. Pernionibus quoque imponitur ſeuum pecudum cum alumine, Plin. Articulis luxatis præſentaneum eſt & ſeuum pecudis (cuiuscunq;, Marcel.) cum cinere è capillo mulierum, Plin. Ad oculorum varia vitia, caprinum, ouillúmue adipem calida aqua madentem imponito, Galenus Euporiſt. 3. 12. Seuum ouium decoctum & cum vino auſtero depotum, tuſſi medetur, Marcel. Abſyrtus hippiatrus in tuſſi equorum etiam utitur, ut in ceruino ſeuo diximus. Dyſentericos recreat ſeuum ouium decoctum in vino auſtero: hoc & ileo medetur, & tuſſi veteri, Plin. Seuum ouillũ decoctum in vino auſtero, & calidum potui cœliaco datum, manifeſto remedio erit, Marcel. Hircinus adeps, ut qui validiſſimè diſcutiat, podagricis auxiliatur, cum fimo capræ & croco impoſitus: huic proportione reſpondet ouillus, Dioſcor. Pinguitudinem exteriorem (inter carnem & cutim) inter poſteriora crura, priuatim ad morbos quoſdam requiri audio. Seuum pecudis à renibus vulſum, admixto pumicis cinere & ſale, rectiſſimè dolentibus & tumentibus veretris imponitur, Marcell. Seuum ex omento pecudis, præcipuè à renibus, admixto cinere pumicis & ſale, cæteris verendorum vitiis (de formicationibus & verrucis prius dixerat) medetur, Plin. Seuum ex omento pecudum illitum, ſanguinem narium ſiſtit, Plinius & Marcellus. Medicamenta quædam cum adipe anſerino vel ouillo &c. bibenda conſulit mulieribus abortui obnoxiis Hippo. in lib. de ſterilib. Ouilla medulla quinto loco poſt ceruinam, vitulinam, taurinam & caprinam laudatur, Dioſcorid. Iecur ouium nyctalopas ſanat: decocto quoque eius oculos abluere ſuadent, & medulla dolores tumoresque illinunt, Plin.

Ouiculæ aut capræ cornu tuſum, & ordeum toſtum ac freſum, oleo ſubigito ac ſuffito, Hippocrates de morbis mulieb. in capite quod continet medicamenta quæ ſecundas educunt & menſes detrahunt, &c. Cornibus ouillis crematis & ex vino in pila detritis dextro cornu dextrum pedem inungito, & ſiniſtro ſiniſtrum, & dolores podagricos mitigabis, Trallianus. Cerebro ouis inuncti oculi aquam patientes iuuãtur, Raſis & Albert. Ad dentitionem cerebrum pecoris utiliſſimum eſt, Plinius: & Galenus in libro de theriaca ad Piſonem cap. 12. ſed mel iubet adiici, ita vehementer profuturum dentientibus pueris. Ad dentitionem, Magnificè iuuat & ouis cerebrũ gingiuis illitum, Plin, Cicatrices ad colorem reducit pecudum pulmo, præcipuè ex ariete, Plin. Liuentia & ſuggillata pulmones arietum pecudumque in tenues confecti membranas, calidi impoſiti extenuant, Idem. Pulmo ouillus quàm recentiſſimus, protinus dum adhuc tepet, appoſitus, continuò diſcutit & expurgat liuores, Marcell. Ebri etatem arcet pecudum aſſus pulmo præſumptus, Plin. Phreneticis prodeſſe videtur pulmo pecudum calidus circa caput alligatus, Idem. Conuenit hîc calidis pecudum pulmonibus aptè Tempora languentis medica redimire corona, Serenus ad phrenesin. Lethargicis pulmonem pecudis calidum circa caput adalligari putant utile, Plin. Pulmo pecudis, id eſt ouis, dyſentericos recreat, decoctus cum lini ſemine, ita ut & caro manducetur & aqua illa potetur, Marcel. Pecudum Pulmones (calidi recentes Marcellus) podagras leniunt, Plin. Iecur ouium nyctalopas ſanat, efficacius quidem fuluæ ouis: decocto quoque eius oculos abluere ſuadent, Plin. Iecur ouillum, id eſt ouis candidæ diſcoctum, cum aqua madefactum contritumque & oculis ſuperpoſitum, nyctalopas purgat, Marcel. Si pariens inflata fuerit, hepar ouillum aut caprinum calido cinere obrutum, edendum dato meracius, ad dies quatuor: & vinum bibat vetus, Hippocrates de nat. mul. Ouillo felli Dioſcorides taurinum præfert. Domeſticarum ſuum bile vtuntur quidam ad vlcera aurium, medicamento utique non reprobo, (& tu quoque ubi compoſitorum nihil adfuerit, vtitor: ſunt enim innumera:) ſed pro affectus magnitudine alia etiam atque alia alterius animalis bilis poteſt congruere. Nam vbi vlcus diuturnum fuerit, multamque ſaniem pusque contineat, etiam ſicciorem bilem præferes, puta ouium, quæ paulo eſt acrior ſuilla, Galen. Aures purgat fel pecudis cum melle, Plin. Fel ouillum mulſo mixtum ſi clyſterio addideris, & inde auriculas inſtillaueris, expurgatis vlceribus certiſſimã ſanitatem conſequeris. Idem fel cum lacte mulieris inſtillatum, etiam ruptas interius auriculas certiſſimè ſanat, Marcel. Ouis fel auri cum oleo communi aut amygdalino infundito, Nic. myrepſus ad dolores aurium a craſſis ac lentis humoribus. Ruptis, conuulſis fel ouium cum lacte mulierum prodeſſe dicunt, Plin. Cancer vel carnis corroſio ſi inungatur felle ouis, manifeſtè iuuat, Raſis & Albert. Porrigines, (prurigines, Marcel.) tolluntur felle ouillo cum creta cimolia illita capiti donec inareſcat, Plin. mirum eſt, Marcel. Fel pecudum cum melle, præcipuè agninum, ad comitiales morbos laudatur, Plin. Pecudis lien recens magicis præceptis ſuper dolentem lienem extenditur, dicente eo qui medeatur, lieni ſe remedium facere. Poſt hæc iubent eum in pariete dormitorii eius tectóue includi, & obſignari annulo, terque nouies carmen dici, Plinius. Lien pecudis toſtus & in vino tritus, (potuſque,) ileo reſiſtit, Idem. Et alibi, Tormina ſanat lien ouium toſtus, atque è vino potus. Articulorum fracturis cinis feminum (femorum, Marcel.) pecudis peculiariter medetur: efficacius cum cera, Plinius & Marcel. Idem medicamentum fit ex maxillis ſimul uſtis, cornuque ceruino & æra mollita roſaceo, Plin. Dyſentericos recreant femina pecudum decocta cum lini ſemine aqua pota, Idem. Pro equo ob viam & laſſitudinem æſtuante: Seuum caprinum, acronaria ouilla, cum coriandro & anetho vetere, & coriandro recenti diligenter trito, in ptiſanæ cremorem admiſcebis, & percolatum dabis per triduum, Hierocles in Hippiatricis 64. Ad dealbandos dentes aliaque eorum vitia ſananda ouillo talo uſto vtitor, Galenus Euporiſton 2. 12. Veſicam caprinam aut ouillam vſtam ex poſca bibendam præbeto his qui ſe in ſomno permingunt, Galenus de comp. ſec. loc. In muliebribus malis membranæ à partu ouium proficiunt, ſicut in capris retulimus, Plin. Contra venena omnia valet lac ouium calidum præterquam iis qui bupreſtin aut aconitum biberint, Plin. Alica peculiariter longo morbo ad habitudinem redactis ſubuenit, ternis eius cyathis in ſextarium aquæ ſenſim decoctis, donec omnis aqua conſumatur. Poſtea ſextario lactis ouilli aut caprini addito per continuos dies, mox adiecto melle. Talis ſorbitionis genere emẽdantur ſyntexes, Plin. Cõtra quartanas quidam deuorari iubent hirundinum fimi drachmam unam in lactis caprini vel ouilli vel paſſi cyathis tribus ante acceſſiones, Plin. Tonſillas & fauces lactis ouilli gargarizatio adiuuat, Idem. Lac caprinum vel bubulum vel ouillum, recens mulſum dum calet, vel etiam calefactum gargarizatum, tonſillarum dolores & tumores citò ſanat, Marcel. Medicamenta quædam ad phthiſin ex lacte bubulo vel ouillo propinantur. Ouilli lactis ſextario ſi quis adiiciat cnici purgati denarios quatuor, & diſcoctum ita ebibat, molliet ventrem, Marcel. Aron interanea exulceratis ex lacte ouillo bibendum datur: Ad tuſſim in cinere coctum ex oleo: Alij coxêre in lacte ut decoctum biberetur, Plin. Alui exulceratos fluores & teneſmos, ouillum bubulúmue aut caprinum lac ſiſtit, ignitis calculis decoctum, Dioſcorides. Lac ouile, quod candentibus glareæ lapidibus

lapidibus in ipſum lac demerſis excoquatur, dyſenterico potui cum ipſis lapidibus datum efficaciter prodeſt, Marcel. Si torminoſi vel cœliaci propter frequentes deſurrectiones viribus deficientur, dandum erit eis lac caprinum aut ovillum tepidum per ſe, vel etiam decoctum cum butyro, Idem. Infunditur quoque lac contra roſiones à medicamentis factas, & ſi vrat dyſenteria, decoctum cum marinis lapillis, aut cum ptiſana hordeacea: item ad roſiones inteſtinorum, bubulum aut ouillum vtilius, Plin. Aſininum lac inteſtinorum vlceribus & teneſmo prodeſt ut & ouium lac, ſed minus, Obſcurus. Satyrii duo genera, &c. prioris radix in lacte ouis colonicæ data, nervos intendit: eadem ex aqua, remittit, Plinius. Vt facies ſplendida fiat, bonum eſt ouillo aut caprino lacte eam lavare, Furnerius. Serum lactis ouilli ventrem movet & bilem expurgat, Creſcentienſis. Reduvias & quæ in digitis naſcuntur pterygia, tollunt canini capitis cinis, aut vulua decocta in oleo, ſuperillito butyro ouillo cũ melle, Plinius. Inula in oleo diſcocta & contrita, & cum butyro ouillo & melle impoſita: Eadem ratione curantur & tubera, ſed hoc vitii emplaſtri panno inlini debet, Marcel. Vlula auis cocta in oleo, cui liquato miſcetur butyrum ouillum & mel, ad ulcera ſananda valet, Plinius. Caſeus ouillus vetus dyſentericos recreat, Plinius. Caſeus ouillus vetuſtus in cibo ſumptus, vel raſus & cum vino potus, cœliaco medetur, Marcellus.

Medicus quidam medicamentorum peritus in Myſia Helleſponti, ouium utebatur ſtercore ad acrochordonas & myrmecias & thymos & furunculos duros, quos clauos nominant, aceto videlicet diluens. Quin & vlcerum ambuſta ad cicatricem illo ducebat, nempe ſtercus hoc cerato roſaceo commiſcens. Sed & caprino ſtercore ambuſtos ſimiliter curabat, parum eius cerato (roſaceo) longè copioſiori admiſcens, Galenus. Fimum ouillum ex aceto illitum ſanat epinyctidas, clavos, penſiles verrucas, thymos, & ambuſta igni, roſaceo cerato exceptum, Dioſcorides: & eadem ferè Raſis & Albertus: cum aceto (inquiunt) illitum, verrucas tollit, & variolas quæ nominantur aſſaræ: & cum cerato roſaceo, ambuſta. Stercus ouis cum melle impoſitum medetur verrucis leuibus (aliàs, lentibus verrucis) & carnem excreſcentem (quæ dicitur acturo, Raſis: forte acrochordon) abolet: item formicam, Raſis & Albertus. Fimus ouillus recens manibus ſubactus & emplaſtri more adpoſitus, deterget verrucas, Marcellus. Ambuſtis medetur fimum ouium cum cera commixtum, Plinius. Clauos pedum ſanat fimum ouium impoſitum, Idem & Marcellus. Item verrucas omnium generum, Plinius. Fimum pecudum incipientibus carbunculis occurrit, Plin. Ex oleo tritum inſtar cataplaſmatis impones ad vulnera recentia gladio aut ligno illata, Galenus Euporiſt. lib. 2. 81:

Aut ſi concluſum ſeruauit tibia vulnus,
Pandere qua poterunt hulcus, patuloque mederi,

Stercus ouis placide jungas, adipeq; vetuſto,

Serenus cap. 43. cum proximè de luxatis ſcripſiſſet, Eumelus ſi detorta ſit jumenti ceruix, fimum ouillum cum vino vetere & oleo miſceri iubet, eoque calido ſæpe perfricari cervicem, In Hippiatricis cap. 25. Contra omnium phalangiorum morſus remedio eſt pecudum fimi cinis illitus ex aceto, Plinius. Et alibi, Aduerſus ſerpentium ictus efficax habetur, fimum pecudis recens in vino decoctum illitumque. Si equus vngulam pertuderit, ouinum ſtercus cum aceto permiſcebis & impones: quanquam alii caprinum efficacius credant, Vegetius. Magna vis & in cinere pecudum fimi ad carcinomata addito nitro, aut cinere ex oſſibus feminum agninorum, præcipuè in his ulceribus quæ cicatricem non trahunt. Fimo quoque ipſo ouium ſub teſta calefacto & ſubacto tumor vulnerum ſedatur, fiſtulæ purgantur ſananturque, item epinyctides, Plinius. Alopecias replet fimi pecudum cinis cum oleo cyprino & melle, Idem. Expleri alopecias non caprino tantum ſed etiam ouillo fimo, Græci quidam ſcripſerunt, ut Paulus Aegineta lib. 2. Abſceſſui (tardo, Raſis) oborto in radice auris prodeſt emplaſtrum de ſtercore ouis cum pinguedine anſeris aut gallinę. Raſis & Albertus. Tumidis mulierum uberibus fimum ouillum calidum impone, Obſcurus. Stercus ouis potum pondere drachmæ (duarum vnciarum, Albertus) cum decocto caprifolii (cum decoctione vel cum oxymelite, Raſis) valet cõtra icterum. Ad coli dolorem remedium phyſicum ſic: Stercus ouis montanæ menſe Septembri deficiente Luna pridie incluſæ mane excipies, & Sole durabis atque in pulverem rediges, & habebis in vaſe vitreo ſive ſtagneo (ſtanneo) cum uſus exegerit cocleare plenum colico ex aqua calida, ſi febricitaverit: ſi ſyncerus erit, cum vino per triduum dabis, Marcellus. Si ſplen exterius inungatur ſtercore ovillo uſto (Albertus addit, ex aceto) imminuitur eius incrementum, Raſis. Ad calculum: Ibiſci libram unam, ſtercoris ouilli recentis P. I. L. axungiæ veteris P. I. L. hæc omnia contrita pariter miſcebis, & in lana ſuccida renibus adpones emplaſtri modo, ſtatim proderit, Marcellus. Podagras lenit fimum pecudum quod liquidum reddunt, Plinius. In muliebribus malis membranæ à partu ouium proficiunt: fimum quoque pecudum eosdem uſus habet, Plini. Vrina ouis rubeæ aut algræ perutilis eſt hydropi, (hydropi carnoſo, Raſis:) prodeſt etiam mixta cum melle hydropi, Albertus: Sed Raſis aliter, Stercus etiam potum cum melle confert hydropi. Morbo reſiſtunt regio ſordes aurium aut mammarum pecudis denarii pondere cum myrrhæ momento, & vini cyathis duobus, Plinius. Furunculis mederi dicuntur ſordes ex pecudum auriculis, Idem. Vt mulier ſterilis concipiat,

Aut ouis in ſtabulis fractas cum ruminat herbas,
Pendentem ſpumam molli deducat ab ore,
Atque illam memmi miſto potare falerno, Serenus.

Sudor equi calefactus cum aceto convenit epilepſiæ, & exhibetur aduerſus morſus venenoſos: & ad hoc valet ſudor ouium, Sylvaticus capite 330. ex Serapione.

Tondentur oues quo tempore inter æquinoctium vernum & ſolſtitium ſudare cœperint: à quo ſudore recens lana tonſa ſuccida eſt appellata, Varro. Lanam ſuccidam Græci rhyparan, Ionia ſinypen, alii œſyperam (ἔρια οἰόυπωμένα, non ἀνούπωτα ut quidam codices habent) hoc eſt ſordidam & cum œſypo ſuo nominant, Hermolaus. Hippocrates lanas ſuccidas etiam ἔρια πνικτὰ vocat, & ἔρια πνιδῆ. nam & pînos vox œſipi ac ſordium ſignificationem habet, Cornarius. Tauf, id eſt lana ſuccida, Sylvaticus. Et alibi, Auſa Arabica, id eſt ſudor ouium inter coxas, nimirum ſordes ipſæ lanarum & œſypus. Laudatiſſima omnis è collo: natione verò Galatica, Tarẽtina, Attica, Mileſia, Plinius. Noſtri lana ſordida ex nigris præcipuè ouibus vtuntur. Lanis ſuccidis omnibus vſus medicatus, Plinius. Idem de ouis collo adtonſam laudat in epiſtola apud Marcellum empir. Succidæ lanæ, molles & è collo feminibusque laudatiſſimæ habentur. Subueniunt inter initia vulneribus, percuſſis, deſquammatis, (thlaſmata & apoſyrmata vocat Dioſcorides) liuidis, oſſibus fractis, aceto, oleo aut vino imbutæ: ſiquidem facile ſuccos combibunt quibus immerguntur: (Embregmata & embrochas Græci vocant, cum lintea, ſtupæ aut lanæ aliquo liquore ſuccóve madidæ imponuntur.) Et ob pecudum ſordem, ſic enim œſypum vocant, emolliunt. Capitis, ſtomachi, aliarumque partium doloribus, cum aceto & roſaceo efficaciter imponuntur, Dioſcorides. Vinum quod ſuccida nollet Lana pati, Aquinas in Satyra. Lana ſuccida aptè excipit irrigationes, (embrochas,) quæ adhibentur contuſis aut quomodocunque percuſſis, ut quæ utilitatem ex illis proficiſcentem promoveat,

idque

idque propter œſypon: Lota verò nec amplius œſypon habens, materia tantum eſt idonea excipiendis liquoribus (ſiue liquidis medicamentis) quæ irrigantur, (ὑπόζυγμα.) Galenus. Lota eſt vice linamenti carpti, Syluius. Succidam imponunt & deſquamatis, percuſſis, liuidis, contuſis, colliſis, contritis, deiectis: capitis & aliis doloribus: ſtomachi inflationi ex aceto & roſaceo, Plinius (vt & Dioſcorides.) Præterque cultum & tutelam contra frigora, ſuccidæ plurima præſtant remedia ex oleo vinoque aut aceto, prout quæque mulceri morderique opus ſit, & aſtringi laxariue, luxatis membris, dolentibuſque neruis impoſitæ, & crebro ſuffuſæ. Quidam etiam ſalem admiſcent luxatis. Alij cum lana rutam tritam adipemque imponunt. Item contuſis tumentibusque, Plinius. Et rurſus, At canis rabioſi morſibus inculcata lana ſucc. poſt diem ſeptimum ſoluitur. Reduuias ſanat ex aqua frigida. Ex oleo calido humidis adpoſita medetur, Marcellus. Quin & vlceribus veteſtis imponitur cum melle: Vulnera ex vino, vel aceto, vel aqua frigida & oleo ſanat Plinius. Dioſcorides vulneribus inter initia ſubuenire ſcribit. Vulneribus quibuſcunque, Succida cum tepido nectetur lana Lyæo, Serenus. Oſſibus fractis, Conueniet cerebrum blandi canis addere fractis, Lintea deinde ſuperque inductas nectere lanas, Idem: Intelligo autem lanas ſucc. quas fractis oſſibus auxiliari Dioſcorides quoque docet. Medicinas ex velleribus arietis, in hiſtoria eius priuatim recenſebo. Lana ſucc. venas verticis vel temporum Pœni paſtorales in quadrimis filijs inurunt, vt in Hircini lotij remedijs docui ex Herodoto. Si talum aut vngulam bouis vomer læſerit, picem duram & axungiam cum ſulfure, & lana ſuccida involutam candente ferro ſupra vulnus inurito, Columel. Lana ſuccida prodeſt phreneticis ſuffitu, Plinius. Ad phreneſin, calidi pecudis pulmones circũponantur: Illotis etiam lanis ſuffire memento, Serenus. Columbæ, &c. præſertim maſculæ ſanguis ex vena ſub ala oculis cruore ſuffuſis eximie prodeſt. Superimponi oportet ſplenium è melle decoctum, lanamque ſuccidam ex oleo aut vino, Plin. Lanæ habent & cum ouis ſocietatem ſimul fronti impoſitæ contra epiphoras: non opus eſt eas in hoc vſu radicula eſſe curatas: neque aliud quàm candidum ex ouo infundi ac pollinem thuris, Plin. Lanam ſuccidam in aceto feruefacias, exprimitoq; humorem in aurem, deinde foramen ſummum lana ſuccida integito, Galenus Euporiſt. 2. 4. ad dolores aurium paulatim ingruentes. Sanguinem in naribus ſiſtis cum oleo roſaceo, & alio modo indita auribus obturatis ſpiſſius, Plinius. Lana ſuccida conijcitur in nares cum oleo roſaceo, & auriculæ de lana ſuccida obturantur, & ita ſanguis profluens continetur, Marcel. Ad ſanguinem è naribus ſiſtendum, Lana madens oleo ſed nondum lauta roſato, Hæc datur in nares vel claudit denſius aures, Seren. Lana ſuccida ex oue fœmina decerpta atq; intorta, madefactaque roſa liquida, ſanguinis abundantiam reprimit, Marcel. Lana ſuccida ex ariete ſanguinem ſiſtit, articulos extremitatum præligans, Plin. Halitus oris gratiores facere traditur, confricatis dentibus atque gingiuis admixto melle, Plin. Lana ſuccida melle illita dentes perfricti miro modo candorem maximum conſequuntur, Marcel. Lanam ſuccidam linteolo illigatam torreto, adiecta deinde tertia ſalis portione, terito omnia ſimul, & perfricato hoc puluere dentes: à dolore præſeruat, Galen. Euporiſt. 1. 65. Lana ſuccida nitro, ſulfure, oleo, aceto, pice liquida feruentibus tincta, quàm calidiſſima impoſita bis die, lumborum dolores ſedat, Plinius. Ouis ſtercus & alia quædam cum lana ſuccida admouentur aduerſus calculum, ut ſupra dictum eſt in remediis ex ſtercore. Verendorum cæteris vitiis (de formicationibus & verrucis prius dixerat) medetur lana ſuc. ex aqua frigida, Plin. Lanam ouillam nigram teſticulis tumentibus prodeſſe vulgò ferunt. Mulierum purgationem adiuuat fel taurinum lana ſuccida appoſitum: Olympias Thebana addidit hyſſopum (lege œſypum) & nitrum, Plin. Succida lana malos remoratur ſubdita curſus (id eſt menſes nimium fluentes.) Mortua quinetiam producit corpora partu, Serenus. Succida lana impoſita ſubditaque, mortuos partus euocat: Siſtit etiam profluuia mulierum, Plin. Iam verò pura vellera aut per ſe impoſita cæcis doloribus, aut accepto ſulfure, medentur: Tantumque pollent, vt medicamentis quoque ſuperponantur, Plin. Vellera cum viuo ſuffiri ſulfure prodeſt, Serenus in regio morbo. Hibiſci radicem ante Solis ortum erutam inuoluunt lana coloris quem natiuum vocant, præterea ouis quæ fœminam peperit, ſtrumisq; vel ſuppuratis alligant, Plinius. Per ſe conchylio infecta lana auribus magnopere prodeſt: quidam aceto & nitro madefaciunt, Idem. Crematarum lanarum cinis cruſtas obducit, excreſcentias in carne cohibet, & vlcera ad cicatricem perducit: (Eadem ferè Plinius de œſypo ſcribit, vt inferius recitabo.) Mundæ autem & carptæ, in fictili crudo, cæterorum more, vruntur. Nec ſecus fimbriati marinarum purpurarum flocculi cremari ſolent. Aliqui cum ſordibus lanas carpunt, & melle irrigant, eodemque modo vrunt. Alij in fictili oris patuli, verucula inter ſe diſtantia componunt, & concerptas carminataſque lanas oleo ita ſuffuſas, vt ne ſtillare quidem poſſint, aſſulis tædæ ſubiectis, & eiſdem laniſque permutatim interſtratis, leuiter ſuccendunt, & vſtas tollunt: quod ſi è tæda pix, pinguitudove vlla profluxit, collecta reconditur. Lauatur ad oculorum medicamenta: cinerem in labellis, aqua addita, manibus confricant, & conſidere patiuntur: idque ſæpius, mutantes aquam donec linguam adſtringat, nec mordeat, Dioſcorides. Lana vſta vim habet acrem pariter & calidam, vnà cum partium tenuitate. Itaque molles nimiumque humidas vlcerum carnes celerrimè eliquat. Inditur & in medicamenta deſiccatoria. Vrito eam tanquam alia plurima, ollam implens nouam, quam tegat operculum multis foraminibus pertuſum, Galen. Cinis lanæ ſuccidæ illinitur attritis, vulneratis, ambuſtis: & in oculorum medicamenta additur: item in fiſtulas auresque ſuppuratas. Ad hæc detonſam eam, alij vero euulſam deciſis ſummis partibus ſiccant, carpuntque, & in fictili crudo componunt, aſ melle perfundunt vtrunque. Alij haſtulis tædæ ſubiectis & ſubinde interſtratis, oleo aſperſam accendunt: cineremque in labellis aqua addita confricant manu, & conſidere patiuntur, idque ſæpius mutantes aquam donec linguam aſtringat leniter, nec mordeat. Tum cinerem reponũt, Vis eius ſeptica (ſmectica potius) eſt, efficaciſſimeque genas purgat, Plin. Vulneribus quibuſcunque, Succida cũ tepido nectetur lana Lyæo, Ambuſtæue cinis complebit vulneris ora, Serenus. Combuſtis igni: Aut tu ſuccoſæ cinerem perducito lanæ, Idem. Lanam ouiculæ inter femora velles & combures, & in aceto intingues, & ſuper tempora caput dolentis ligabis, Marcel. Ad ſpirandi difficultatem, Ouium pilos qui circa anum ſunt uſtos ac tritos in dulci vino propinato, Galenus Euporiſt. 2. 23. Vellerum cinis genitalium vitiis medetur, Plinius. Cinis lanæ ouis, paſſionibus pecudum medetur, Idem vt Aggregator citat.

Sordes lanis inhærentes dici œſypum, cum Dioſcoride Plinius ſcribit, velut οἶσος λύπης. Apud Galenum Therapeutices quartodecimo, legimus ἄπλυτον ἔριον, id eſt illotam lanam nuncupari ἀσαπτικόν (alibi ἀσαπτικὸν:) quam lectionem comprobat Suidas quoque, malunt tamen alij ἀσυπτὸν ſcribere, Cælius. Ianus Cornarius in commentarijs ſuis in ſecundum Galeni de compoſ. medic. ſec. locos multis veterum Græcorum Latinorumque locis recitatis, hyſſopum pro œſypo paſſim legi oſtendit: qui error ita inualuit, vt iam aliquot ſeculis recentiores, & indocti hodieque, pro œſypo hyſſopum humidam ſcribant, diſtinguendi gratia ab herba hyſſopo. Oeſypus &

œſypum neutro genere vt Plinius dixit, ſunt ſordes ſudorq; feminum & alarum adhærentes lanis, quæ lanæ ſuci cidæ propterea appellantur, quòd ſudoris ſordibus & ſucco ſint imbutæ, Cornarius. Enneapharmacum emplaſtrum conſtat nouem rebus, & inter cætera hyſſopo (lege, œſypo,) Celſus 5. 19. Sordes quæ lanis ouium inhæret & adnaſcitur, ex qua œſypon, quod vocant, conficitur, concoquendi vim habet ſimilem butyro, & ſimul parum digerentis facultatis, Galenus in fine libri decimi de ſimplicibus. Aëtius. In medicamento quodam Andromachi ad ani vitia, œſypus cæteris adiungitur: Heras vero (inquit Galenus') pro œſypo adipem anſerinum pari pondere coniecit. Pro œſypo medulla vitulina ſubſtituitur in Succidaneis Galeno adſcriptis: quanquam depraua ti codices ſic habent, Ἴσον κὰι μυελὸν μόσχου, ἀντὶ οἰσύπου. œſypo & hyſſopo herba confuſis: pro hac enim rectè ſtichadem herbam poſueris, pro œſypo verò medullam vituli. Oeſypum & œſypus vtroque modo effertur, ab eo quod eſt οἶς, hoc eſt ouis. Græci maſculino ferè vtuntur, Latini frequentius neutro. Hippocrates caprinam è clunibus ſordem vocauit œſpen (οἴεσπον:) ouillam, œſypides: quo quidem nomine lanam quoque ſuccidam ſignificat quibuſdam. Quidam hoc à Galeno hyſſopum dici putant, errore vulgi: & quidem à Græcis orto, qui non œſypum quandoque, ſed hyſſopum ſcribant: vt ſiue prudentes, ſiue imprudentes, non œſypum ſimpliciter (ſed) hyſſopon hygron (vt Aegineta aliquoties) & hyſſopum pharmacum ſæpiſſimè cognominent, quaſi ab hyſſopo herba diſtinguere voluerint, vt Paulus in cõpoſitione quàm à ruta πηγανηρὸν appellant, vtilem pleriticis, Hermolaus Corollario 284. vbi tamen hyſopus ſemper per ſ. ſimplex ſcribitur: οἰσυπώδη apud Aëtium per σ. duplex, non probo. Οἰσυπίδας, σκεβάστα ῥύπαν, ἤγουν ἔριον ῥυπαρὸν, Galenus in Gloſſis. Οἴσπη vox per ſyncopen facta videtur pro οἰσύπη. Οἰσύπη. ὁ ῥύπος τοῦ ἐρίου, Suidas & Varinus. Οἴσυπος, ὁ τῶν αἰγῶν ῥύπος. Heſychius. Οἴσπη, ῥυπαρὸν σκεβαστὸν ἔριον, Ἡρόδοτος. καὶ οἰσπάτιν, ὁ ῥύπος τοῦ ἐρίου, Suidas & Varinus. Οἰσπάτιν, ὑπὸ μασχάλην σκεβάστα. ἐν δὲ οἷς καὶ Ἀπολλώνιος, οἰσπάτιν, ἢ τροχὴν δὲ ἃ εἰς ἃ, οἰσπάτιν, Varinus. Οἰσπάτιν apud Ariſtophanem in Lyſiſtrata ouis excrementum eſt, Cælius. Οἰσπάτιν, ὁ ῥύπος· ὁ δὴ Δίδυμος τὸ τῶν σκεβαστῶν, Heſychius. Non placet quod apud eundem ſcribitur, Οἴσπη, σκεβάσπη, κοίπτος, ῥύπος. Si œſpate excrementum ſignificet, videbitur compoſitum à πίτος, vt idem ſignificet quod ἀσπάλαξ. Οἰσυπηρὸς, ῥυπαρὸς. ἔριον οἰσυπηρὸν, ῥύπου πεπληρωμένον, ῥυπώσης δὲ τὸ πρῶτον. οἰσύπη δὲ ἐστι τὸ λεγόμενον τῶν σκεβαστῶν, Suidas & Varinus. Οἰσύπιδον, ἔριον ῥυπαρὸν σκεβαστὸν, τὸ αὐτὸ οἰσύπιδον, καὶ οἰσυπίδιον, Heſychius: ego in οἰσύπιδον penultimam potius cum ῠ̆ πι ſcripſerim, & acuerim vltimam, vt Dioſcorides & alij faciunt. Apud Ariſtophanem in Acharnenſibus cum quidam vulneratus eſſet, poſtulantur ὄθνεια, κηρωτὴ, ἔριον οἰσυπηρόν. Γοσσυπὸς, ὁ ῥυπώδης, Suidas: non rectè, ſcribendum enim οἰσυπηρός: vt pro οἰσύπη ὁ ῥύπος, apud eundem, οἰσύπη. Γραῖος, ſordes in lanis ouium, &c. vide Γραῖον apud Etymologum. Oeſypo quod ſub armis ouium naſcitur, palpebris glabris medentur, &c. Marcel. Oeſypo in Atticis ouibus genito palma, Plinius. Atticum hyſſopum (lege, œſypum) cataplaſmati & cerotis miſcere conſultum fuerit, Galenus 13. Methodi. Alibi etiam eodem in libro Atticum œſypum omnibus præfert. Oeſypa quid redolent quamuis mittantur Athenis? Ouidius. Oeſypum (inquit Dioſcorides) vocant Græci, ſuccidarum lanarum pinguitudinem. Cuius parandi ratio hæc eſt: Succidæ molles, radicula non curatæ, calida aqua lauantur, & quibuscunque ſordibus expreſſis, & in labellum oris ampli coniectis, aqua infunditur, magnoque impetu ligula, vti reſpumet agitatur: aut lignea rude validiuſculè conturbatur, quò largius ſordida ſpuma colligi poſſit, deinde marina reſpergitur: & conſidente pingui quod ſupernatabat, (ἔστι γὰρ καταχῆ τὸ ὑπερέχον λίπος) collectoque in altero fictili vaſe, denuo aqua in labellum fuſa agitatur: ſpuma iterũ mari perfunditur, & demum eximitur: hoc tantiſper fieri ſolet, dum conſumpta pinguitudine nihil prorſus ſpumæ extet: collectum œſypum manibus emollitur: & ſi qua inſedit ſpurcitia, confeſtim demitur: excluſaque ſenſim omni aqua, recentique affuſa, manibus miſceatur, donec admotum linguæ œſypum, adſtringat leuiter, nec mordeat: atque pingue candidumque ſpectetur: tum in fictili vaſe conditur. Verum omnia feruido ſole fiant. Nonnulli excolatum pingue frigida aqua eluunt, & manibus, non ſecus atque ceratum mulieres, confricant: ita enim candidius redditur. Alij elotis lanis & ſordibus quibuscvnque exemptis, ac lento igni in æneo vaſe ex aqua decoctis, pingue quod ſupernatat collectum, aqua, vt diximus, lauant: colatumque in fictilem patellam, quæ calidam aquam contineat, linteo operiunt, atque ſoli mandant, donec candidum fiat, & ſatis craſſum. Alij bidui ſpatio aquam effundunt, nouamque adiiciunt. Melius eſt læue, radicula non curatum, quod ſuccidarum virus oleat, & ſi manu in concha fricetur cum aqua frigida, albeſcat, nihil in ſe duri aut concreti habens: veluti quod cerato aut adipe adulteratur, Hactenus Dioſcorides libro 2. capite 66. interprete Ruellio. Cæterum ab initio ſtatim, ub i legitur, Lanæ ſuccidæ molles radicula non curatæ, Græcè ἐρεοστρυμμέναι, id eſt ſtruthio ſiue radicula adhibita curatæ lotæque, abſque negatione, quam Marcellus & Ruellius interpretes de ſuo adijciunt. Atqui Dioſcorides non videtur negationem addidiſſe, (præſertim cum in nullis codicibus illa reperiatur, Marcello etiam teſte:) ſed eo modo quo à quibuſdam fieri ſolebat œſypum deſcripſiſſe: quamobrem poſtea monet meliorem eſſe aſtruthiſton, hoc eſt lana non curata ſtruthio, ſed ſimpliciter lota cum aqua calida, (ne ſcilicet nimia calliditas aut acrimonia à ſtruthio ei accedat, cum concoquendi tantum, quod moderato calore fit, vim habere debeat: ad quoſdam tamen affectus ſtruthij vim etiam conducere ei non negârim.) Sed adiungam Aëtij quoque verba 2. 118. quoniam Dioſcoridis verba ſe recitare profeſſus, non parum ab eo variat. Sordidas lanas (inquit ſub axillis ouium repertas, dẽſas ac molles (ἔρια ῥυπαρὰ, καὶ πίλια καὶ μαλακὰ: vocem ἐρεοστρυμμένα non habet) calida lauato, ſorditiem omnem exprimendo, quarum loturam in vas ampli orificij coniectam feruenti aqua ſuperinfuſa agitato, aquam poculo excipiens aut alio inſtrumento, & ab ſublimi præcipitans, donec (tota) ſpumeſcat: tum marina aqua ſi affuerit, ſi non affuerit frigida inſpergito, ſinitoque vt conſiſtat: vbi refrixerit, quod fluitabit, tudicula eximito, atque in aliud vas conijcito, inde modica aqua frigida iniecta manibus verſato, mox aqua illa effuſa nouam feruentem infundito: idemque omnino repetito, quod iam docuimus, donec candidus pinguisque œſypus reddatur, nihil amplius impuri continens, tum in fictili conditum per aliquot dies inſolato, & ſeruato. Sunt autem hæc omnia ſub calido Sole facienda: ita enim efficacior candidiorque nec durus aſperue ἔτι τε δὲ χρηστοτέρου γίνεται τὸ λεῖον, καὶ πίδακα ἔχον σπληρὸν καὶ σκυτεροειδέα: melius χρηστοτέρου. λεῖον. & ἔχον, ſcilicet ἔριον) redditur, veluti qui cerato aut fermento adulteratur, Hæc Aëtius. Græcè quidem ſcribitur adulterari œſypum κηρωτῇ ἢ ζύμῃ, cum Dioſcorides habeat κηρωτῇ ἢ σίκῃ. id eſt cerato (non cera, vt Marcellus vertit) aut adipe. Aëtius forte σικῇ legerat, quod ζυμίτῃ expoſuit, vt grammatici φύραμα ἀλδῖον: ſed adipe vel ſeuo potius quàm fermento aut farina ſubacta œſypum adulterari omnibus puto veriſimile eſt. Oeſypus (inquit author de ſimplicibus ad Paternianũ) hac ratione colligitur: Lanas ſuccidas ſordidiſſimas & iam mox detonſas mittimus in vaſe quod habeat calidam aquam: & aquam ſuccendimus vt aliquantulum feruea t, deinde refrigeramus, & quod ſupernatat in modum

pinguaminis

pinguaminis,abradimus manu,& in vaſe ſtanneo abſtergimus,& ſic ipſum vas aqua pluuiali implemus,& opertum tenui linteo in Sole ponimus,& rurſus delimpidamus: & tunc œſypum reponimus. Vires enim habet cum aliqua acrimonia mollientes & relaxantes.Sed adulteratur ex pinguedine & ceroto molli. Sed ſtatim deprehenditur eo quòd ſyncerus œſypus reſeruat ſuccidum lanæ,(ſuccidæ lanæ odorem ſeruat, Dioſcor.)& ſi manibus fricetur,ſimilis ceruſæ efficitur,Hæc ille. Quin ipſæ ſordes pecudum ſudorque feminum & alarum adhærentes lanis (œſypum vocant) innumeros propè vſus habent.In Atticis ouibus genito palma. Fit plurib. modis. Sed probatiſſimum,lana ab his partibus recenti concerpta,aut quibuſcunque ſordibus ſuccidis primum collectis,ac lento igni in æneo vaſe ſubferuefactis & refrigeratis,pinguique quod ſupernatet,collecto in fictili vaſe,iterumque decocta priori materia: quæ pinguitudo vtraque frigida aqua lauatur,& in linteo ſiccatur,ac ſole torretur, donec candida fiat ac translucida. Tum in ſtannea pyxide conditur. Probatio autem vt ſordium vîrus oleat,& manu fricante ex aqua non liquetur,ſed albeſcat vt ceruſa.Oculis vtiliſſimum contra inflammationes genarumque callum.Quidam in teſta torrent,donec pinguedinem amittat,vtilius tale exiſtimantes eroſis & duris genis, angulis ſcabioſis & lachrymantibus,Plinius.Vide inferius inter remedia œſypi vel fuliginis eius ad oculos. Oeſypus hodie corrupto nomine vocatur hyſopus humida,ſed nõ bene præparatus habetur in pharmacopolijs Euricius Cordus.Ex œſypo pharmacum compoſitum ſit,quod Græci medici aliquando οἴσυπου φάρμακον, aliquando οἰσύπου κηρωτὴν, aliquando οἴσυπου κηρωτικὴν, aliquando οἴσυπου ὑγρὸν vocant: atque hæ appellationes omnes à forma medicamenti,quod ad cerati liquidi modum paratur,ſunt deductæ. Componendi autem modum docet Paulus libro 7.Sed tum in hoc Pauli loco,tum in aliis pleriſque omnibus itidem ὕσσωπος pro οἴσυπος falsò legitur.Sunt autem promiſcui vſus œſypus per ſe,& pharmacum ex eo conſtans,velut Galenus lib.14.methodi tradit his verbis: Ex œſypo cerotum,notum omnibus pharmacum eſt,quo plurimi ad inflammationes in hypochondrijs vtuntur.Hoc etiam pro œſypo vti licebit,ſi abſit ille,& eundem finem conſequeris. Quin & hodie in aliquibus pharmacopolijs hyſſopus humida habetur pyxidibus inſcripta, & humidam ad differentiam hyſſopi herbæ aridæ dictam volunt,qui forte de re ipſa nihil ſciunt, quum non hyſſopus humida ea res, hoc eſt lanarum ſordes ſit appellanda,ſed œſypus liquidus (id eſt ex œſypo cum alijs pharmacis cerotum, Cornar.Oeſypus ſeruetur purus,ex ouibus integris,non ſcabioſis,Syluius.Oeſypi præparationem in ſecundo libro optimam deſcripſimus: ſed vbi hoc haberi non poterit,accipe quod pigmentarij hoc modo conficiunt: Meliloti vnc.4.cardamomi,hyſſopi herbæ,ſing.vnc.2.ſuccidæ lanæ ex ouium axillis vnc.4.&c.Aëtius 15.25.& Aegineta lib.7.nonnihil ab Aetio varians.Inter cerata Nicolai Myrepſi quod numero tertium eſt,œſypum recipit, & facit ad dolentes articulos ac podagras: & omnem phlegmonem, doloremque mediarum corporis partium (hypochondria dixit Galenus) ac duritiem.Author libri de dynamidijs Galeno adſcripti,œſypum appellat ius lanæ,id eſt ſuccum lanæ.Verba eius ſunt hæc: Oeſypi cerotum ſic fac: ceram,axungiam ſine ſale,colophoniam,ius lanæ, vetus oleũ, ana libram i.iuris fœnog[illegible]c.vi: adipis anſerini & pullini ana vnc.i. Coque oleum cum iure lanæ & fœnograeci diligentiſſimè,don[illegible]menſuram olei veniat: iterum pone ad focum, additis ſupraſcriptis ſpecibus. Ius vero de lana ſic fac: Lanam ſuccidam in aquam multam pone vt molliatur,diebus ſex: ſeptima verò die coque, & ipſam pinguedinem deſuper collige ſupra ſcripto penſo,& exinde confice cerotum,Hæc ille. Oeſypum excalfacit,explet vlcera & emollit,præſertim ſedis ac vuluæ (vide inferius ex Plinio) cum meliloto & butyro,Dioſcorides.Hyſſopum (lege œſypum) ad vlcera manantia prodeſt, Plinius 26.14. Vulneribus medetur œſypum cum hordei cinere & ærugine æquis partibus:ad carcinomata quoque ac ſerpentia valet.Erodit & vlcerum margines: carnesque excreſcentes ad æqualitatem redigit: explet quoque & ad cicatricem perducit,Idem.Eadem ferè Dioſcorides de cinere lanæ crematæ ſimpliciter tradit.In contuſionibus citra diſparationem ac fiſſurem circa caput factis,polenta impoſita commoda eſt: item œſypum.i.lanæ ſordes,atque ipſæ adeò lanæ ſudoris ſordibus ſuccidæ eodem modo,Gal.lib.2. κ. τοπ. Igni ſacro medetur œſypum cum pompholyge & roſaceo, Plinius. Somnos allicit cum myrrhæ momento in vini cyathis duobus dilutum,(eodem modo comitialibus medetur,vt mox recitabo,)vel cum adipe anſerino & vino myrtite,Idem.Maculas in facie,œſypum cum melle Corſico,quod aſperrimum habetur,extenuat: item ſcobem cutis in facie cum roſaceo impoſitum vellere. Quidam & butyrum addunt. Si vero vitiligines ſint, fel caninum prius acu compunctas,Plinius. Sed aliter legit Marcellus,cuius hæc ſunt verba: Oeſypum cum melle Corſicano tritum & appoſitum abolet de facie omnes maculas,quidam & butyrum addunt: ſi verò & vituli fimus & fel caninum miſceatur, medicamen vtilius erit, ita vt pariter temperata omnia decoquantur.Oeſypum ex oleo tritum & inſtillatum capiti,piryriaſi medetur,Marcel.Comitialibus morbis vtile tradunt œſypum cum myrrhæ momento & vini cyathis duobus dilutum (eodem modo ſomnos allicit, vt paulò ante dictum eſt) magnitudine nucis auellanæ à balneo potum,Plinius.Oeſypum oculis vtiliſſimum eſt contra inflammationes,genarum callum,Plin.Contra eroſos angulos oculorum, ſcabioſosque, genas quæ occalluerunt,& ciliorum defluuia,efficax eſt: torretur autem in teſta noua (nempe ad medicamenta oculorum iã dicta. Interpretes ineptè transferunt)donec redactum in cinerem pinguitudinem amittat. Ex eo etiam fuligo colligitur,vti demonſtrauimus, (eo nimirum modo quem in butyro dixerat,quanquam illic nulla œſypi mentio,nec alibi apud eum œſypi fuliginis quod ſciam:) quæ in oculorum medicamenta commodè addi ſolet, Hęc omnia Dioſcorid. Quidam œſypum in teſta torrent, vrunt,Dioſcorides & Aëtius) vtilius tale exiſtimantes eroſis & duris genis,angulis ſcabioſis & lachrymantibus,Plinius. Butyri quidem fuligo ſimiles ferè effectus habet. Dioſcorides œſypo ſimpliciter attribuit,quæ fuligini eius Aëtius ex Dioſcoride mutuari ſe profeſſus. Aëtij verba hæc ſunt: Oeſypus crematus vtiliſſimam fuliginem reddit,ad angulos oculorum eroſos ſcabioſosque,& ad palpebrarum callos,earundemque depilationem.Crematur interdum etiam in noua teſta,donec exuſtus (πρωΐην, Dioſcorides habet πρωΐτην. malim vtrunque in maſculino genere, cum œſypus Græcis ſemper maſculini ſit generis) pinguedinẽ omnẽ amiſerit.Ponatur teſta ſuper carbonibus,deinde quod vſtum eſt colligatur,ſeruatũq; ad vſum teratur. Mihi quidem tum œſypum ipſum vſtum,tum fuliginem eius,eandem habere facultatem, ad oculorum præcipuè medicamenta, Dioſcorides & Aëtius ſentire videntur. Dioſcorides cum œſypi vires primum ſimpliciter ſcripſiſſet: Mox addit à nouo initio, Ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ἑλκώσεις καὶ θ'. id eſt,Præterea facit ad angulos in oculis eroſos,&c. non iam ſimpliciter ſcilicet,ſed eo modo quem ſubijcit: Vritur autem (inquit, nimirum ad prædictos vſus) in teſta noua,&c. Hoc interpretes non animaduertererunt.Palbebras gignere dicitur œſypum cum myrrha calidum penicillo illitum,Plinius.Glabris palpebris pilos induces, ſi œſypo quod ſub armis ouium naſcitur, adiecta myrrha,pariterque in mortario trita, ſpicillo calido loca pilis nuda perduxeris,

Marcellus. Contuſis oculis medentur, fel anſerinum, ſanguis anatum, ita vt poſtea hyſſopo (lege, œſypo) & melle inungantur, Plinius 29. 6. Oeſypum vlcera non oculorum (aurium, Dioſcor.) modo ſanat, ſed oris etiam & genitalium cum anſerino adipe, Plinius. Miſcetur œſypum cerato imponendo aduerſus phthiſin apud Aetium: item epithematis ad pleuritidem, reiectionis maximè tempore, apud eundem. Adeps anſerinus cum eiuſdem cerebro & butyro & alumine & æſypo impoſitus ad ceroti modum efficaciter renibus prodeſt, Marcellus. Imponitur etiam in omnibus cauſis, Idem. Oeſypum menſes & partus euocat, Dioſcor. Vlcera genitalium ſanat cum anſerino adipe, Idem & Plinius. Medetur & vuluæ inflammationibus, & ſedis rhagadijs & condylomatis cum meliloto ac butyro, Plinius. Sedis vitijs efficaciſſimum eſt œſypum: quidam adijciunt pompholygem & roſaceum, Idem. Carbunculo in verendis, cæteriſque ibi vulneribus occurrit è melle œſypum cum plumbi ſquamis, Plinius. Podagras lenit œſypum cum lacte mulieris & ceruſſa, Idem: apud Marcellum pro ceruſſa legitur cera. Medicorum aliqui axungia ad podagras vti iubent, admixto anſeris adipe, taurorumque ſeuo & œſypo, Plinius. Mulierum purgationes adiuuat fel taurinum lana ſuccida appoſitum: Olympias Thebana addidit hyſſopum (lege, œſypum) & nitrum, Plinius. Vuluæ vitijs & vlceribus œſypum mederi, ſuperius ex Dioſcoride retuli. Fœtus & menſes in lana appoſitum extrahit, Idem.

Sordes quoque caudarum concretæ in pilulas, ac ſiccatæ per ſe tuſæque in farinam, & illitæ, dentibus mirè proſunt, etiam labantibus, gingiuiſque ſi carcinoma ſerpat, Plinius.

Hydropicis œſypum ex vino addita myrrha modicè potui datur, nucis auellanæ magnitudine: aliqui addunt & anſerinum adipem, & oleum myrteum. Sordes ab vberibus ouium eundem effectum habent, Plinius.

H.

H. Ouem maſculino genere dixerunt, vt ouibus duobus, non duabus, Feſtus. Oues generis fœminini vt plerunque, maſculini Varroni rerum humanarum libro 27. Vt etiam putantibus, qui oues duos, non duas dicũt, Homerum ſecutos, qui ait, Μῆλ' ὄϊς π. Idem Terentio: Quando citatus neque reſpondit neque excitatus (lege, excuſatus) eſt, tum ego (is erat prætor) vnum ouem mulctam dico, Nonius. Vide plura infra in E. vbi de mulcta ex ouibus. Ouis à Græco ὄις, interpoſita v. litera propter hiatum, ſignificat pecudem. Ouis à Græco ὄϊς, ita enim antiqui dicebant, non vt nunc πρόβατον, Varro. Ouicula, diminutiuum. Lanata & bidens, epitheta ouium, ſæpe abſolutè pro oue capiuntur. Quanquam ſtultiſſima animalia lanata, Plinius. Interea dum lanatas, torumque iuuencum Cædit, Iuuenalis. Qui pecus paſcimus lanare, Varro. Pecudem Plinius ſæpiſſimè pro oue ponit, vt ſupra patet ex teſtimoniis Plinianis in G. Pulmo pecudis, id eſt ouis, Marcellus. Elephanti tanta narratur clementia contra minus valida, vt in grege pecudum (id eſt ouium) occurrentia manu di[illegible]eat, Plinius: qui & ipſum elephantum alibi pecudem nominat. Eſt enim pecus, (pecudis, fœm. gen.) omn[illegible]al quod ſub imperio, pabulo terræ paſcitur, vt ſunt boues, aſini, equi, cameli, oues, capræ, authore Valla. im[illegible]alij ſcribunt, quoduis animal præter hominem. Exempla authorum quære in Dictionarijs. Dicitur & pecu gen. neutro, indeclinabile in ſingulari, pecua in plurali, eadem ſignificatione & ſimiliter pro ouibus aliquando abſolute. Paſtor harum dormit, quum hæ eunt Sic à pecu balitantes, Plautus Bacchid. Paſſimque præda pecua balabant agris Accius. Idem & pecus, pecoris, neut. genere. Eſt & in Hiſpania non maximè abſimile pecori (id eſt oui) genus muſimonum, caprino villo quàm pecoris velleri propius, Plinius. Sæpe quidem indifferenter pro quouis præter hominem animali vſurpatur: aliquando contrahitur ad ea quæ ab homine aluntur, & diſtinguitur in maius, vt ſunt boues, aſini, equi: & minus, vt ouis, capra, ſus, apud Varronem. Et ſecundum poſteriorem acceptionem pro oue per excellentiam ponitur.

Oues adultæ, Τὰ πρόβατα τὰ τόλφα, ὄιες, καὶ κριοὶ καὶ αἶγες. τὰ δὲ νέα, ἄρνες καὶ ἔριφοι, Varinus in τρόφι. Οἷς, duabus ſyllabis, ouis fœmina: Attici etiam οἶς monoſyllabum proferunt, & in maſculino quoque genere, Varinus. Locus in vocabulo ὄϊς apud Suidam à librarijs corruptus eſt. Et rurſus, Οἷς, ὄϊος, ſine diphthongo poëticum eſt: οἷς verò contractum, commune: cuius genitivus οἷος vltimam acuit, vt differat ab οἷος, id eſt ſolus. Apud Homerum quidem nunquam reperias οἷς monoſyllabum in recto caſu, ſed ὄϊς biſſyllabum: in obliquis etiam, niſi carmen impediat, diphthongum non facit, vt ἐύερρέϊ οἷσι ἀέϑλου. Et ſane aptius (ἀναλογώτερον) ſcribitur diſſyllabũ: neq; enim nullũ tale monoſyllabũ reperitur, præter hoc ipſum οἷς Atticum & φθῖς. Τοῖσι δ' ὄϊς λάϊνος. Homerus. Νῶϊν ἔπι' ὄϊος, Idem. Οἷς, πρόβατον, ἢ παρὰ ἑαυτῷ, ἢ παρὰ σοί, Heſychius: ſed apparet ſine ſpiritu ſcribendum ſi ita interpreteris: nam cum tenui ſpiritu, ouem ſignificat: cum denſo, ſuis vel tuis: ſine ſpiritu, vtrumuis. Sic Οἷων etiam in genitiuo plurali idem exponit, μόνων, προβάτων, αἰγῶν, quod vt rectè fiat vocem Οἷων ſine accentu ſcribi oportebit. Et hoc quidem animaduerſo multæ in Græcorum Lexicis interpretationes alioqui ineptæ excuſabuntur: ſic apud Hebræos ſine punctis ſcripta diuerſis exponuntur modis. Οἷς biſſyllaba vox Ionica eſt, ſed Attici vna ſyllaba dicunt τὼ οἷ: & in ſingulari τὸν οἶν, Iones ὄϊν, Scholiaſtes Ariſtophanis. Οἷς, αἰγός, ἢ προβάτου, Suidas. Fabæ lac augent ὄϊ καὶ αἰγὶ, Ariſtoteles. Πολλάκις οἱ σκώπτοντες οἱ καίζοντ' ἐμὴ καλῶν ἐκεῖνος, σὺ δὲ μὴν αἰγὰ φυσῶν' πῦρ· σὺ δ' ὄϊ κυρίττουσα (in maſc. genere, Idem de generatione 4. 3. Eſt autem οἱ Atticus dativus, ὄϊ Ionicus, vt patet ex Ariſtophanis Pace, vbi pro ſtatua Pacis conſecranda, oue (ὄϊ) ſacra faciunt. Et cum Trygæus admoneret hanc vocem eſſe Ionicam, Chorus ſubjicit: Melius ita quadrare, ἵν' ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἅπαξ καὶ πολλάκις λέγωσι, οἱ κατάμυοι Τὼ Ϝ οἰΐ λέγω' Ἰωνικῶς, ὄϊ, &c. Vbi Scholiaſtes: Eſt enim ὄϊ vox lugentium & indignantium. Ab οἷς accuſativus Atticus eſt οἶν, monoſyllabus itidem & maſculinus, Varinus. Communis vero ὄϊν: poëticus οἶδα, ab ὄϊς ὄϊδος, aſſumpto iota. Vnde & caſus plurales, ὄϊδες οἷς, ὄϊδας οἷς, Idem. Αἶνα τοι μάλιστα τὸν ὄϊδα φίλος ἔμεν ἀγωνᾷ, Theocritus Idyllio 1. Et mox ibidem τὸν ὄϊν in accuſatiuo profert. Τὸν ὄϊν ὃν Διαμμάτης ἐπάγυιε, Suidas ex epigrammate. Βόες σφαζόμενοι, πολλοὶ δ' ὄϊες, Homer. Iliad. ϕ. Οἷς, oues, Heſych. Οἷς ἄρρενες, Dionyſius Afer. Ὃς οἰῶν μέζα πάντων Iliad. γ. ſic enim ſcribunt Ariſtarchus & Ptolemæus, vt αἰγῶν, tanquam à recto οἷς: cum tamen Homerus rectum nunquam monoſyllabum faciat, ſed ne in obliquis quidem diphthongum niſi poſtulante carmine, (vt ſupra quoque dixi:) proinde melius ὄϊων ſcribetur, Varinus: ſed οἰῶν biſſyllabum etiam Odyſſeæ primo legimus. Οἰεσσιν ouib. Suid. Πρόβατα, omnes quadrupedes, (Varinus addit, pecudes, Βοσκήματα.) Suid. Apud Herodotum quidem probaton vſurpatur pro omni pecore, ita vt etiam vaccas comprehendat. Quadrudecos omnes priſci probata nominabant, λέγω δὲ τὰ πρόβατα τὰ ὑποδίκια βάστωρ, ἐπίεσι ἐμπρεσθίοις (forte, σφι δὲ τὰ ὑποδίκια βάστωρ, ἐπίεσι τὰ ἐμπρεσθίοια) ἐχέν. Hinc & Heſiodus ait, χαλκὸς πρόβατα, χαλκὸς δ' ἀνδράσιν, Scholiaſtes

liaſtes in Iliados μ. item Heſychius & Varinus, qui tamen verbis nonnihil variant Πρόβατον, βοσκημάτων, Heſych. Πρόβατον. πρόβατον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγρίων. Ἄλλως, Πρόβατον, τὸ τῶν τετραπόδων (βοσκημάτων, Suid.) κτῆσις. Scholia in Odyſſ.ι. Κεφαλαί τε προβάτων π. Πρόβατόν ἐστι. προβάτιον. πρόβατα. Heſych. Varinus. Πρόβατον καὶ πρόβατον dicunt Attici. Προβάτιον βλιχώνων, Ariſtophanes in Pluto. Et rurſus in eodem, Ἐπώμοτον τοῖς προβατίοις. Προβατίοις καὶ οὐδέποτε ἐπιλῶν, Varinus ex innominato. Ὄϊς, βλώς, ouis vel agnus, ſed agnum potius ſignificat, proinde ad Agnum differetur: vt ἄρνες etiam & αἰγανοί. Ἐμπίων, προβάτιον. Hippocrati, Varinus: apud Galenum in Gloſſis ὑγιείοις ſcribitur pœnultima per ει. Eſt & βάκη, χίμαιρα, id eſt capella, Varino. Καρ. ouis, Varinus: (Hæc vox ab Hebræis ſumpta videtur, vide in Ariete A. Καρόθειρ. πρόβατα εἰδ. Heſych. & Varinus: ſed video errorem, & poſt καὶ diſtinguendum: vt ea vox ab alijs Φθεὶρ, id eſt pediculus, ab alijs ouis interpretetur, quod vel ex ſequentibus confirmatur. Καὶ, ἡνίκα τ. Φθεῖρον, (Φθεὶρ potius) πρόβατον, χιῶν. Καρικὸν Heſychius. Καπρί, αἴξ ἡμίζ. παλαιβλώ. Ἔστι Γορτυνίων: ἴουνις τὸ πρόβατον, Idem & Heſych. Καρεών. hœdus: & καρεναί, capra Cretenſibus, Iidem. Καρὸν. Φθεὶρ, βόσκημα. πρόβατον. καρὸς. βόσκημα. Φθεὶρ, Heſychius. Καρεκάπρου, σβλ. ἐστὶ τὸ καίριον ἴσχιον, Idem. Κάρκασος, μαίνδης. Idem. Τοῖτος, Varin. id eſt ouis: apud Heſychium οἶς, cum denſo legitur. Ὄρτιν. πρόβατος, Heſ. Varin. Ὀρτίς Varin. Ouium quædam ab ætate nomina, vide in Agno. Μαὶ, πρόβατα. Phrygibus, Heſych. Varin. Ἐν αἰφίδοις ἡμῖν, inter oues, τὰ πρόβατα πῶς καὶ φίβον ἐμπιέσει. Suidas. Καρίδες, τὸ πρόβατον τὸ δασὺν δολίντας ἔχον. Heſych. Varin. Μῆλα Homerus vocat etiam capras. vt hoc in verſu, Μῆλ' ὅσα περ καὶ αἶγες ἰαύουσιν: & nos melotam vocamus caprinam quoque pellem, Varinus. Et rurſus, Μῆλα Homerus Odyſſeæ ρ. vocat omnes quadrupedes, ὡς ἀπὸ μέρους, id eſt per ſynecdochen partis pro toto: non enim ſolas oues mactabant proci, ſed ſues etiam pingues, & capras, & boues armentinos. Μῆλα, τὰ πρόβατα. Galenus in Gloſſis. Propriè quidem μῆλα dicuntur de pecore minore, id eſt ouibus & capris, per excellentiam vero de ouibus abſolutè. Μῆλα communiter quadrupedes omnes, vnde quæuis etiam pellis melota dicitur: κατ' ἀποφορὰν δὲ τὰ πρόβατα καὶ αἶγες, Heſych. Apollonius Argon. 4. μῆλα pro ouibus priuatim poſuit. Ἦδ' ἀναθήμαι Μήλων χιλιάδες βοτιανᾶς Δίκτυννα θήσειν ἀν πεδίον βλήχωντα, Theocr. Id. 16. Μυρία δ' ἂν πεδίον Κορυκίου ἐνδέκατον Ποιμῆνες ἔχοντα μῆλα Φιλοξείνοιο Κρονίδαις, Idem Idyl. 15. Ὡς δ' ἄλιος μήλοισιν ἀοσσητῆσιν (ἀφυλάκτοισιν) ἐπελθὼν, Αἴγεσιν ἢ ὄϊεσσι κακὰ Φοινήιον ἐσφέρῃσι, Iliad. κ. Πεδία δ' ἴφια μῆλ' ἐπιτέρπεο καὶ ἑλίσσω: Μυκηθμῷ τ' ἤκουσα βοῶν αὐλιζομένων. Οἷόν τε βληχεῖ, Odyſſ. μ. Θήλεα μῆλα καὶ αἶγες, Aratus. Μήλεια, ouilla, Hippocrati, Varinus. Μηλιαδίων, (melius μηλιωδίων, vide infra in ε.) ouile, Idem. Οὐδ' ὅσα συέεσσιν ἐπιγρύζει καὶ ἐπιχαῦνα Παῖδα γυναικῶν Μήλοις ἀγραύλοισιν ἐφέσπεται, Dionyſius Afer. Σφάζων πῖαν τε μῆλα, καὶ εἰλίποδας ἑλίκας βοῦς, Orpheus Argon. Ὡς δ' ὅτε κυνὸς ἀπὸ μῆλα λυσσητῆντος ἐν αὐλῇ, Iliad. κ. Salſamenta quæ μῆλα πελαὶ dicuntur à Galeno libro 2. de alim. facultatib. Cornarius non aliud quàm cordylas, id eſt thunnorum fœtus eſſe putat. Μηλίβοτον πεδίον, campus in quo oues bene paſcuntur, Heſych. Varin. Μηλονομεῖς, opiliones, &c. vide in ε. vbi etiam de melotis, id eſt ouillis pellib. Μηλοφόνος epitheton lupi Oppiano à iugulandis ouibus. Ἐμπιλάδες, capræ quæ cum ouibus verſantur, Heſych. Πολυμήλη, πολυβόσκησις γῆ. Suidas. Λευκαδίη πολύμηλος. Orpheus in Argon. De antiquis illuſtriſſimus quiſque paſtor erat, vt oſtendit Græca & Latina lingua, & veteres poëtæ, qui alios vocant πολυάρνας, alios πολυμήλους, alios πολυβώτας: qui ipſas pecudes propter caritatem aureas habuiſſe pelles tradiderunt, vt Argis Atreus, quam ſibi Thyeſten ſubduxiſſe queritur: vt in Colchide Oëta (Aeetes,) ad cuius arietis pellem profecti regio genere dicuntur Argonautæ, vt in Libya ad Heſperidas, vnde aurea mala, id eſt ſecundum antiquam conſuetudinem capras, & oues, quas Hercules ex Africa in Græciam exportauit. Ea enim ſua voce Græci appellarunt μῆλα. Nec multo ſecus noſtri ab eadem voce, ſed ab alia littera bela vocarunt. Non enim me (mee) ſed bee ſonare videntur oues vocem efferentes, à quo poſt belare dicunt, extrita e. litera, vt fit in multis, Varro. Athenæus lib. 3. malorum fructuum genera enumerans, Heſperidum quoq; mala cõmemorat: Sic enim (inquit) vocari mala quædã Timachidas ait: & in Lacedæmone dijs ea apponi Pamphilus teſtatur, eſſe autem odorata, ſed ἀβρωτα, id eſt cibo inepta. Ariſtocrates quoque in Laconicis meminit. Et paulò poſt, Aemylianus dicebat Iubam Mauruſiorum regem in libro de Libya, ſcribere citrum apud Libyes vocari malum Heſpericum: atque inde etiam Herculem in Græciam tranſtuliſſe, vbi aurea à colore dicta ſint. Aſclepiades in Aegyptiacis tradit emiſiſſe hos fructus Tellurem in nuptijs Iouis & Iunonis. Vide Onomaſticon noſtrum in dictione Heſperides, & Cælium l. 18. vbi Heſperidas interpretatur nocturnas horas, & mala aurea ſtellas: & Scholiaſten in quartum Argonauticorum Apollonij num. 86. Μηλοσφαγεῖν, mactare & immolare oues, Ariſtophani. Μηρίον μήλων, πολυθρέμμονα, Varinus & Heſych. Μηλάδα, μηλάτων, ἀντὶ τοῦ μῆλα μήλων, τοῦτ' ἐστὶ τὰ θρέμματα. Euſtathius. Κόσμον τὸ πρόβατον καὶ γλῶσσαν, Idem. Σφάγιον, πρόβατον, Iidem. Ἱάμενον, ouis, bos, Iidẽ: vox facta nimirũ ab ἱερεῖον: ſic enim vocatur quoduis animal immolandũ, per excellẽtiã vero bos: accipitur & pro pelle ouilla, vt in ε. dicã. Latinis, vt dixi, pecudes & pecora, Græcis πρόβατα. μῆλα. θρέμματα, ὅτι, βοσκήματα, communia ſunt nomina, ſiue ad quadrupedes omnes aliquando (præſertim poëtis:) ſiue ad eas tantum quæ ab homine aluntur, præcipuè cibi ex eis capiendi cauſa: ſiue ad minores ſolum ex iſtis, & maximè oues capraſq;: vſurpantur tamen abſolutè ſæpe pro ouibus. Θρέμματα τετραδιτᾶ. Arrianus in Periplo. Βοτιᾶ, πρόβατα κ. βοσκήματα. Etymologus. Heſychius extendi ait hoc nomen ad omnia animalia, terreſtria, volucria, aquatica, ſylueſtria, & ſic dici ἀπὸ δὲ Βοττιάδης Ἕλλην ἐστὶ πρὸς ἰνκαρσίαν ἀπὸ τῶν θρεμμάτων ἀνθ' οὗ καθόλου. Theophylactus in epiſt. Bottion Macedonum gens eſt, & Bottia regio, dicta ἀπὸ τῶν βοτῶν, id eſt à pecoribus quibus abundat: eſt enim πολυθρέμματος, Etymologus. Καὶ εὔβοτος ἐπλήθετο χώρη Μῆλά τε Φερβόμενα, Dionyſius. Εὔβοτος γῆ, terra ouibus paſcendis apta, quæ & ἰνβώλη: Πάμπαν ἰνβώλης τε καὶ εὔβοτος. Poëta quidam. Εὔμηρον. ouis mollis, Varinus: forte à bonitate lanæ, quaſi εὔεριον, vt ſunt oues Tarentinæ vel Græcæ. Βάκκα, θρέμμα τὸ, Λακωνικὸς, Heſych. & Varin. & Βαεγκάκκαι (forte, Βαεγκάκαι) pelles caprinæ apud Celtas, Iidem. Πών, grex ouium. Πώια, πώμνια. βοσκήματα, Heſ. & Var. Πῶϊ μὲν οἰῶν, Iliad. α. Ὅς τε σιὸν μέγα τῶν, Iliad. γ. Καὶ τε δι' αἶγα αἶπολ τανυπρίγα, τὰ δ' ἔπ. Οὔτε ἵππους ταναὶ τρέχεις αὐτῶν, ἀλλ' ἄλφιτον ἐς ἀνέμου βορέαο Heſiodus. Κερασφόρες oues fœminæ cornutæ, Euſtath. In quibuſdam Germaniæ locis oues fœminas vocant *macherling*: lactarias, hoc eſt quæ lactis gratia aluntur *teſchle*, in Sueuia & fœminam quæ agnos & reliquas oues ad paſcua ducit *ein ouvv*, cuius plura le *ouvv*.

Epitheta. Balantes. Pecudem ſpondere ſacello Balantem, Iuuenalis. Ponitur & abſolutè apud Vergilium pro ouibus: vt Bidentes quoq;. de qua voce plura ſcripſi in B. Amathuſiacaſq; bidentes, Ouid. 9. Metam. Interea dũ lanatas toruumq; iuuencum More Numæ cædit, Iuuenalis Sat. 8. Lanigeros agitare greges, Verg. Lanigeræ pecudes, Lucret. lib. 2. Pecoriſq; maritus Lanigeri, Martial. Paſcalis, id eſt quæ paſſim paſcitur, à paſco vel paſcuis, quaſi paſcualis, Feſt. Paſcali pecore, ac montano hirco atq; ſoloce, Lucilius: videtur autem ſic appellari colonicæ

atque hirtæ oues: vt contra pellitæ,(Horatio 2.Carm.) quæ non passim pascuntur, & propter velleris pretium pellib.integuntur. Pia.Blaterat hinc aries.& pia balat Ouis. Pinguis, Verg. 6. Aegl. Placida, Ouidius 13. Metam. Stercus ouis placidæ,Serenus.Item apud Textorem, Blanda, Canusina, Cornigera, Gracilis, Hirsuta, Imbellis, Immunda,Infirma,Mãsucta,Mitis,Mollis,Pauida,Saliens,Scabra,Tenella,Velligera. Ὀνομάτι (λέοντα) πυκινὰ ἀκρωτήρια εἰσαπικρὶς δίεται χρανεῖ. Iliad.quinto. Εἰροπόκους oues vocat Homerus per excellentiam præ cæteris animalibus, quòd lanæ earum tonderi soleant: ἀσὶ δ' πίκτοσι εἰς ἀΓρον ἴεσαν. Varinus. Εἰροπόκων ὀΐων Odyss.1.Nicandri interpres ἀτίλας dici oues (χίλια μῆλα) arbitratur mites ac pingues, Cælius. Ὄις λαίνων, Homerus. Ἴφια μῆλα, τὰ μιχρὰ, ἰσχνὰ θρέμματα λέγει. Varinus: Et rursus, τὰ ἰσχυρὰ πρόβατα, ἐκ τοῦ ἐκ τούτων τροφὰς τοῖς κρέασιν τοῖς ζωμασι λέγεται. ἢ καὶ ἄπαξ, Ἴφια, τὰ μὴ ἀσθενῆ ὑπὸ νόσου: hoc est, validæ pecudes (apud Homerum, siue quòd carnes earum in cibo validos & robustos homines reddunt, (quod de caprinis priuatim legitur:) siue ipsæ validæ ad sui corporis modum & obesæ, Varinus. Ἴφια Hesychius interpretatur μεγάλα, ἰσχυρὰ. ἀπὸ δ' ἴσης σφοδρῶς. ἢ σπουδαῖα: ἰσχυρῶς βαδίζοντα. Ἴφιον δὲ τὸ λιπαρὲς. Suid. Oues iphias à Græcis per ἀΦαίρεσιν dici inuenias quæ debiles sint, καὶ τὰς ἰσχυράς, Cæl. ex Etymologo. Ἴφι aduerbium, potenter & validè exponitur. Σφαίζων πῖσι μῆλα, καὶ εἰλίπος ἄλεισε βοῦς, Orpheus Argon, Ἀργίφοντα μῆλα, Nicander Ἀργιφα μῆλα, argenteæ pecudes, propter lanæ candorem: ἀργύφεον ἢ ὑπὸ ἰματίου πῆχυν, Varin. Μήλοις ἀγραύλοισιν ἰφθίμοισιν. Dionys.Afer.Et alibi, Καὶ ἀγραύλων ἠιθέων εἰῶν. dixeris autem ἀγραύλους non quasuis oues,sed illas quæ ruri magis & sub dio, quam in stabulis pascuntur,vt quarum minus pretiosa est lana. Λῶστα ἰνίων βοτῶν, id est, ouium, Cratinus. Στερεμνότατα πρόβατα, τὰ σωματωδέστερα ἔχοντα τὸν μαλλόν, Eustathius. Μῆλα ἀμοιτογόνα, in epigram. Οἰῶν ἀργεννάων (i. λευκῶν, Scholiastes) Hom.Iliad. γ. οἷς τε χίμαιρα, Antipater in epigram. Ζαναπόλια μῆλα τὰ μακρόμαλα, ἢ τὰ πολύμαλλα τῶν προβάτων, Eustathius.

Ouiaria,id est ouium multitudo apud Varronem,vt pecuaria. Hinc ouiaricus possessiuum, apud Columel. Quoniam de ouiarico pecore satis dictum est,&c. Ouillus adiectiuum in frequenti vsu est,præsertim Plinio,ouinus rarum. Ex suillo,ouillo,caprino grege, Liu.2.bel.Pun. Prurigines capitis discutit fel ouinum,Marcellus: apud Plinium legitur,Porrigines capitis discutit fel ouillum.Ouilis apud Varronem(& Marcellum Empiricum:) Vt suillo pecori à fauonio ad æquinoctium vernum putant aptum,(admittendo:) sic ouili ab arcturi occasu vsque ad aquilæ occasum. Et alibi grex ouilis apud eundem,vt & semen caprile. Molestras dicebant pelles ouiles, quibus galeas extergebant, Festus. Οἰόπιλα κρέας, caro ouilla, Varin. Οἰοπόλια ἴρη, montes idonei pascuis ouium, in quibus oues versantur: vel solitarij & deserti,ab οἶος quod est solus,& πολεῖν versari, Var. Χώων ἐν οἰοπόλοις. Homer.Iliad. ω. Οἰοπόλοι nymphæ apud Apollonium Argon.lib.4. Vbi Orpheus.O nymphæ (inquit) siue cœlestes, siue terrestres (καθ' ὑπουρανίας,) siue οἰοπόλοι. Scholiastes interpretatur nymphas quæ ouium curam gerant, quæ & Ἐπιμηλίδες dicantur. Οἰοφάγοι σιδήρου, μηλοκτόνοι, Hes.Var. Οἰοχίτων, qui vestem nullam vel vnicam vel ex pelle ouilla habet,Hes. Προβάτειον κρέας, caro ouilla. Λιμναίας προβάτου, in Hippiat. Προβατεύς, opilio: & προβατείων, χωρικῶν ἀνθρώπων, id est rusticorum,Suidas & Varin.Deriuata apud Pollucem, Προβατεῖς, προβατεύειν, προβατεία, προβατευτικὴ, προβατικαίπολος. Apud Varin. προβατεία oxytonum legitur,& exponitur τὸ βόσκειν νομὴ καὶ κτῆσις. hoc est ipsa cura vel pastio & possessio ouium: quanquam νομὴ etiam possessionem significat. Προβατώδης, stolidus,fatuus,qui ouis ingenium refert,vt ἀμνειακὸν, qui agnum. Βλακικὰ, ἤτοι προβατώδη, Hesych. Προβατοπώλης qui vendendis ouibus negociatur, προβατοπαίπολος Polluci. Probatopolæ nomine traducitur in comœdijs Lysicles quidam προβατοπαίπολος, qui Aspasiam meretricem duxit,Hesychius. Est & probaticus adiectiuum: vnde probatica dicta piscina,vbi oues lauari solebant,antequam à sacerdotibus litarentur. Προβατογόμων, qui dentes ætatis indices iam amisit,qui & λειπογόμιον: (quòd iam progressus sit & excesserit ætatem gnomonum dentium,)Vari.in voce Γνώμων. Armenij qui genus à Phrygibus deducunt, πλουσιόβατοι sunt, Herodotus Composita multa à μῆλον & deriuata,superius retuli. Ἀρνεῖα, τὰ κριοπάλια τῶν προβάτων. loca in quibus arines ouillæ venduntur,teste Didymo,Etymol.Hes.Var. Ἄρνες propriè agni sunt,synecdochicè etiam oues: inde composita, πολυάρνης, ἐπάρνιον, &c.de quibus in Agno a. Βλακῶδες, προβατώδης, Varin.malim Βακκῶδες, quòd alibi interpretatur pro stolido: vide Bacelus in Promptuar.

Aes antiquissimum quod conflatum,pecore est notatum, Varro.Seruius rex,ouium boumque effigie primus æs signauit, Plin.In vetustissimis nummis,bouis aut pecudis aut suis signum incisum apparet, Plutarch.in Public.Mandrabulus inuento thesauro ouem auream primum consecrauit Iunoni,secundo argenteã,tertio æream. Inde natum prouerbium, Πρὸς Μανδραβούλου, de eo qui in deterius subinde proficiat, Varin. Vide Erasmum in prouerbio,Mandrabuli more res succedit.

Probatæa,ocimastrum: & probation,plantago,Nomenclaturæ apud Dioscoridem.Plantago minor foliis est linguæ pecorum simillimis,Plin.Hinc & ἀρνόγλωσσον quasi agninam linguam appellari constat. Arnophyllõ vero cytisus est,herba fruticosa,Hes.Varin.

Catoblepæ seu gorgones,vt quidam scribunt,ouibus aut vitulis similes sunt,vt in inter Boues feros dictum est. Oues etiam inter cete sunt Aeliano.Exeunt & pecori similes beluæ ibi (ad Cadaram rubri maris peninsulam)in terram,pastæque radices fruticum,remeant, Plin.

Troglodytæ pecorum nomina filijs indunt,vt tauri,arietis,ouis;quòd ab ijs non à parentib.alantur. A minore pecore nomina habemus,Porcius,Ouinius,Caprilius,Varro.Ouinius Camillus senator antiquæ familiæ, Ael.Lampridius. Seuerus Ouinium inuitauit vt pedes iter faceret,&c. Idem. Fabius Maximus ouiculus à placiditate dictus est. Oeagrus,(proprium viri,quasi ouis syluestris,vt etiam Syagros,) Οἰάγρου, Orpheum ex Calliope genuit.Oilycus, Οἰλυκῶν, nomen viri apud Herodotum: historiam & rationem nominis explicaui ex Herodoto in Lupo a.inter propria virorum. Οἰή, filia Cephali,vxor Charhippi, Suid. in Οἰήν. Rhene, Ῥήνη, vxor Aiacis Oilei,vt in Agno referam: vbi & Polyrrhenium Cretæ oppidum memorabo.

Πεδιάδα πρόβατα, τὰ ἐπὶ πεδίου καὶ οὐκ ἐν λειμῶνι, id est oues quæ in campis pascuntur, non in pratis, Hes.Var. Πεδιὰς πρόβατα, τὰ ἐπὶ τοῦ πεδίου ἐκτρεφόμενα. Hes. Πεδιὰς pars Atticæ apud Lysiam & alios rhethores, sic dicta quoniam habebat ouium pascua,Suid. Videntur lanè eædem oues pedicæ vel pediacę Græcis dici,quæ hirtæ vel colonicæ Latinis: vel pascales,vt Cato & Lucilius nominant, quasi pascuales, quòd passim pascantur: & foloces etiam dici possunt,vt lana solox quæ asperior est: montanum hircum atque solocem Lucilius dixit. Molliores vero oues vt Tarentinæ mollius pasci tractarique desyderant. Oues Pyrrhicæ de regis Pyrrhi nomine dicuntur,

cantur,ſicut & Boues,vt in ipſorum hiſtoria pluribus expoſui.Ouem pellam in Theocrito nigram interpretantur,Cælius.Apica ouis dicitur quæ ventrem glabrum habet,Feſt.eadem Varroni mina. Quadrupedum interanea Græci quandoque chordas vocant,ſed & ouium craſſius inteſtinum: vnde eſt apud Alexim chordarium, Athenæo referente,forma deminuta,Cælius. Ἀκροκώλια πρόβατα legimus in Hippiatricis cap. 64.intelligo autem acrocolia,ſiue coxendicem,*das ſtatzle*,quam partem in ſue pernam vocamus. Ruellius vertit trunculos ouillos. Præcipuè tamen in vngulis trunculiſque ſuum,Celſus libro 2.vbi quidam dubitat an pro trunculis rectius legeretur pedunculis. Οἰσύπιον,ὑγρὸν πρόβατον, Varinus: ſed ouis biſulca eſt,& χηλὴ proprie non ὑγρὸν habet.Etymologus ſic dici ait,quaſi διατὸ πίον,ὃν ἔστι καὶ ἔριον πιεῖν, forte πιεῖν. vide in c.vbi de excrementis. Οὐῆκες, vbera ouium,Varinus.

c. Blaterat hinc aries,& pia balat ouis,Author Philomelæ.Palatium mons Romæ appellatus eſt,quod ibi pecus paſcens balare conſueuerit,vel quod palare,id eſt errare ibi pecudes ſolerent,Feſtus. Bela oues nominauerũt antiqui Latini,vnde belare,(per onomatopœian à bee voce quam efferunt, Varro. Ouium vox, Βληχὴ Βληχᾶσθαι,βληχώμενοι. Pollux & Varinus. Βληχήσασθαι αἱ πρόβατα βοῶσι. Heſychius. Μηκὼ, (alij μηκὼ, oxytonum) vox eſt caprarum,vnde μεμακυῖαι,μηκώμεναι, de ouibus apud Homerum: de quibus poſteriores βληχᾶσθαι peculiariter dicunt, μηκᾶσθαι verò de capris tantum,Varinus ex ſcholijs in quartum Iliados. Μηκᾶσθαι proprie dicuntur capræ, συνηθέστερον δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ ὄϊος μηκᾶσθαι λέγοντας, οὐκ ἰδιον τὸ βληκᾶσθαι. Euſtath. Θήλειαι δ' ἐμὶ μᾶλλον ἀνήμελκτοι πρόβατοι, Odyſſ.primo.de ouibus. Ἂν πρόβατον βλήχουτο, Theocritus Idyl.decimo ſexto, de ouibus. Ἐπαναβοῶντες , Βληχώμενοί τε πρόβατίων , Λίγων τε κινεόντων μάλη , Ariſtophanes in Pluto. Item in Veſpis de pueris, Τὰ ἧ (παιδάρια) συγκύπτοντ' ἀμα βληχᾶται. Et rurſus in Pluto. Πρόβατίων βληχωντων. Βληχαὶ, Φωνὴ προβάτων , Heſychius: communius eſt βληχή. Ὀΐων τε βληχωμένων, Homerus. Βληχή , vox eſt ouium,Scholia in Iliad. ἡ, Vide in Capra H.C. Βλήχημα, (βλήχημος, Varinus) ὠοὶς,προβατώδης. Heſychius. Βληχήμασι,βοαῖς προβατώδεσι. Idem. Βληχώδης, idem quod βλήχημος, Varinus: πρόβατον τὸ νεαρὸν ὅμοιον. Μικρὸς ἧ παιμελὴς καὶ τὰ παίζια βλησώδης πέμπτον ἔτος ἔχων, Suidas ex innominato. Ἱπποκόμητες τε παῖδες ἰωὴν ἐλικώπιδα τιθέντες,βληχητὰ πόκα, καὶ ἐδωδιμώτατ' ἄμα, Eupolis apud Varinum: apud Suidam legitur, καὶ ἐδωδιμώτατ' ἧ τέτε, ex Scholijs in Nebulas Ariſtophanis: ego legerim , καὶ συώδεις τοὺς τέτας, vt & ſenſus & verſus conſtet. Βρύκεται, βληχῶνται, Φωνῇ τὰ πρόβατα, Heſychius, Varinus. Βῆ τ' ἰμεντικὸν τ' ἦτορ προβάτων φωνῆς.ἡ γὰρ βῆ λέγεται Ἀθ. καὶ. Κοαὶ ἐπῳδαὶ. Ὁ δὴ λίθος οὗτος πρόβατον βῆ βῆ λέγων ᾄδεται, Suidas.Bee vocem eſſe ouium,& bela inde vocatas oues, & verbum belare,ſupra ex Varrone retuli. Βλωῶσι,ἡ φωνὴ τῶν προβάτων, Heſychius, Varinus. Βουκημάτων ὑγρῶν de pecudum voce protulit Aeſchylus,vt citat Strabo circa finem libri 14.Qui vocem emittunt ſimiliter ouibus,ingenio quòque oues referre iudicabuntur,Adamantius.

Oues matrices Palladio , quæ agnos nutriunt , παίδες Florentino. Adaſia , ouis vetula recentis partus , Feſtus. Auillas , agnas recentis partus dicimus , Idem. Ouium vel potius agnórum in tenera ætate & intra primum annum nomina diuerſa,in Agno requires, Δικλίδα, oues quæ geminos pariunt, Varinus. Ἔγγαλον, πρόβατον γάλα ἔχον, Heſychius, Varinus.Me docet ipſa Pales cultum gregis: vt niger albæ Terga maritus ouis naſcenti mutet in agna: quæ neque diuerſi ſpeciem ſeruare parentis , Poſſit, & ambiguo teſtetur vtrunque colore,Idas paſtor apud Calphurnium.Ouem capite bouis aliquando natam refert Ariſtoteles de generat. 4 3 In aula regis Galliarum anno 1539.monſtrum fuiſſe audio,anteriore parte Aſini,poſteriore ouis ſpecie,ex Italia miſſum.Neque oues hœdique petuli Floribus inſultent, Vergilius in apum hiſtoria. Ouium ſimum βάλλωνα vocant,Pollux & Varinus in Ἀποπάτῳ. Οἰσύπιον apud Ariſtophanem in Lyſiſtrate, ouis excrementa,Cælius. Varino διατὸ πίον, ὑγρὸν πρόβατον exponitur: vide ne κόπρῳ potius quàm ὑγρὸν legendum ſit, quanquam & Etymologus ὑγρὸν interpretatur.Pecudis ſimum œſpoten vel oipoten vocant, Ariſtophanes etiam ſinypen,Hermolaus ſi rectè legitur: ego quidem non oipoten,ſed oiptoton legerim, nec ſinypen ſed œſypen: ὀισυπίον enim excrementum ouium ſignificare ſupra in G.dictum eſt in œſypi mentione. Σφυγμὸς vel σπυγμὸς, excrementa ſunt caprarum & ouium,Galenus in Gloſſis & Varinus Κίνημα περὶ ἰνκαρπίαν ἐκ τῶν θρεμμάτων ὑπὸ καθάρσεως, Theophylactus in epiſtolis. Βελτῶνας Attici vocant loca in quæ iumentorum & ouium ſimus reijcitur,Suidas. Ἔσπιθρις, ouis macra, λεπτὸν πρόβατον, Heſychius,Varin.

d. Oues infeſtante leone, ἀγχεσλεῦσι (ἐπὶ ἦλοι,πυκνοῖ) ἐπ' ἀλλήλοισι κέχυνται, Homerus Iliad. ε.

e. Poſt maiores quadrupedes ouilli pecoris ſecunda ratio eſt,quæ prima fit ſi ad vtilitatis magnitudinem referas.Nam id præcipuè nos contra frigoris violentiam protegit, corporibuſque noſtris liberaliora præbet velamina,Columella.Magna pecori gratia in vſu vellerum.Vt boucs victum hominum excolunt, ita corporum tutela pecori debetur,Plinius.Ouium villis confectis atque contextis homines veſtiuntur. Ἔριον, id eſt lana, fit à primitiuo ἔρι, Varinus.Niuem veteres appellabãt ἐριώδες ὕδωρ, ac ſi lanicam aquam dicas,Euſtathius in Dionyſium Ἐριοπῶλαι Polluci,qui vendunt lanas. Ἐριούμενον,ἐριοχές,βλητικὸς, Heſychius Varinus. Ἐριούμενον,μᾶλλον πλέκον (πῆκον potius) κτενίζον,ξαίνον, Varinus. Ἐριόπεπλος ὄϊς, Homerus : ὄσσα δ' πόκοισι φορεῖ ἐρίου ὑπὸ νώτοις ἔριον.. πῆκον δὲ τὸ ξαίνειν,κόπτειν, Varinus,Heſychius. Ἐριούμενον,ὃ ἐκ τοῦ ἔριος πονῶ, Varinus. Λιῶν,ῶνος lana,Aeſchylus Eumenid. Μαλὸς,τὸ ἔριον, Heſych. Medorum aliqui paſtoralem vitam exercent, Πώεα καλὰ νέμοντες ἄκλητα βιοτεύουσα μαλοῖς, Dionyſius Afer.Hinc μαλωτὸς, lanatus. Μαλωτὴ ἰδὴ λέγε τὸ πολυπόκατον εἶναι καὶ λάσιος, Varinus & Heſychius. Amphimalli,tapetes aut veſtes vtraque ex parte hirſutæ ſeu villoſæ. Σάραν εἶπεν,ἡ τὸ μαλωτὸν,οἷα βαῖται, Scholia in Ariſtophanis Veſpas.Ibidem cum quidam de caunace barbarica veſte diciſſet, in quam talentum lanarum inſumptum eſſet,ſubdit alter: Οὐκοῦν ἐριμάλλου (ἐρίων ἀπαλῶν) ἀπὸ ἐκρέμω πωγωνίων καλῶν Δικαιόπολιν ἢ καυνάκην. Μήλωτα,τὰ ἔρια,ἐπειδὴ καρπός ἐστι τὸ (μήλων) πρόβατον, Heſych.alij aliter. Νηλὲς,ἔριον, ἄμοιρον λίνου. Heſychius Varinus. Οἷός αἰώτης,πρόβατον ἄνθ,τὸ πίον ἐρίου (ἐξ ἐρίων, vel ἐξ ἀτλῶν ἐρίων, Varinus) πρόβατον: Ouis flore,id eſt ſtragulo laneo, Ἐνθ' ἔγε πυκνὸν κτενόεντα πολυμμήλοιο δίος αἰώτης, Hom. ſic etiam ipſa lana vocatur,Heſychius.Varin.exponit ſtragulum è lanis non ſimpliciter,ſed floridum, τὸ ἐξ ἐρίων ἀνθηρόν. Aut quia lana veluti flos enaſcitur in oue,aut de lana præſtantiore tantum & ſelecta accipitur, (vt florem farinæ dicimus.) Plura vide apud Varinum in αἰώτης. Στῆσεν πὰν καλὸν Φοινικήϊον δίος αἰώτης, Theocritus in Pharmaceutria. Εὐρύοπα δίος αἰώτης, Homerus. Ἐγκωμίων γὰρ ἄνθος ὕμνων Ἐπ' ἄλλοτ' ἄλλον, ὥστε μέλισσα ζώνει λόγον, Pindarus in Pythijs.

in Pythijs. Μαλακ. prima & tenerrima lana ouis, Varinus in Ἀμνὸς. Ἀμνὸν, μαλλὸν, Hesychius. μαλλοειδὲς ξύσμα, ὃ περιξυόμενοι, καὶ τὰς ὄψεις ἀποκείρεται τὰ πρόβατα. (forfex nimirum qua oues tondentur,) Hes. Varin. Πέκτης, πεκάζων, κείρων τὰ ἱμάτια. Πέκτα πέκτης ἔριφ προβάτων πόκον ἡδύν, Aristophanes. Πεκτόμενον apud eundem, πεκόμενον, ξεόμενον. Πεκτῶντες, qui lanas vellunt: Πέκειν, pectere, κτενίζειν & πέκος, pellis ipsa, quæ & πόκος alibi, Suidas. Ἀχαΐα, alibi ἀχαΐνεια μαλακὰ, Hesych. Varin. Ἠλακάτη, ἱερὸν γόνυ περὶ Ἐφεσίους, Varin. Ἠλακατὰ, τὰ ἔρια, τὰ ἐν τῇ ἠλακάτῃ εἱλύματα Idem. Ἀδόλιον, τὸ λεῖον τὸ ἀπὸ τῶν ἐλαχυμάτων τῶν ἐρίων, Hesychius. Μηλωξ, ἀκανθὰ γινομένη ἐν τοῖς ἐρίοις τῶν προβάτων, Hesychius. Varin. Ἐθέλει ἡ ἰσχὰς αἵματι καὶ ὄνου λίνου καὶ ὕσσου φοινίσσεσθαι, Pausanias: vt ἵππος adiectiuum fit. Ἔριον, τό, lana apud Strabonem & Hippiatros. Ἐριτιώνη, ramus oleaginus lana obuolutus, arborum fructibus circumpendentibus, &c. vide Lexicon Græcolatinum. Σπόλια, τὰ φοβερὰ ἱμάτια ἐπίδεσμα ὀνου τῶν σκελῶν τῶν προβάτων, Hesych. Lanis authoritatem veteres Romani etiam religiosam habuere, postes à nubentibus attingi iubentes, Plinius. Lanci j plurimum in caudis, Plinius. Nec pinguia Gallicis Crescunt vellera pascuis, Horat. Carm. 3. 16. Vellus elutriare dixit Plinius. Elutriare lintea ex Laberio apud Gellium pro lauare positum videtur, Cælius. Ouium lana mollior & subtilior reddetur, si depascantur agros vel nouales antequam aretur: & relictos frumenti culmos statim à messe: quod non solum lanam reddit meliorem, sed eadem opera agri fimo ouium stercorantur: & hoc præcipuè in Anglia à diligentioribus obseruatur. Solox, lana crassa: & pecus quod passim pascitur non tectum. Titinnius, ego ab lana solocia ad puram (purpuram legit Perottus) data. Lucilius, Pascali pecore, ac montano hirco, atque soloce. Adulteros, vt Aelianus tradit, in Gortyna Cretæ deprehensos, lana coronabant, mollitiæ probro, atque ita per ciuitatem ad magistratus traducere moris erat, Hermolaus. Naccæ fullones dicti, vt quidam aiunt, quòd omnia ferè opera ex lana naccę dicantur à Græcis, Festus: vide paulo infra in Pelle ouilla. Οἰωτὸς, χιτὼν ἀπὸ ἐρίων. Hesych. & Var. Indumentum è lana si iusto breuius fuerit, longius fiet, si roretur aqua vnde egreditur balneũ, deinde illinatur melle, Aggregator. Laneos pedes vulgò deis attribuunt, quod pedetentim & absq; strepitu ad vlciscendas malorum iniurias procedant: quo exemplo pictor deo laneos calceos induxit, Cælius Calcagninus. Hinc & Saturnus per annum laneo vinculo alligabatur, vt apud Macrobium legitur.

Hyænæ dentes illigatos pecoris aut capri pelle, stomachi cruciatibus prodesse aiunt magi, Plinius. Molleſtras dicebant pelles ouiles, quibus galeas extergebant, Festus. Rheno, vestis pellicea, præcipuè ferina ad vsum humanum redacta, dicta quòd calidos teneat renes, siue quia ῥὴν pellis dicitur, siue quòd Rhenani populi ea peculiariter vtantur. Cæsar sexto belli Gallici scribit, Germanos vti paruis rhenonum tegumentis, Grammatici. Sed forte ἀπὸ τῶν ῥηνῶν, id est ab agnis potius dictus fuerit rheno, vt ἀρνακὶς Græcis ἀπὸ τῶν ἀρνῶν, pellis agnina: præferuntur enim ex agnis. Hippocrates sanè ῥηνίκας dixit, pro ἀρνακίδας. Sed Græca vocabula ordine literarum referam.

Ἀγκύλαφοι, λαπάρας κωδίων: αἱ ἢ πεσκαὶ, καὶ μηλωταὶ, Hesych. Var. Σὺ ἢ τὰ ἀρχῆς ἀγαπᾷς τὸ σὸν σεαυτοῦ ἀγγελόφορε σκέπτεσθαι, Aristophanes in Vespis: vbi Scholia, Ἀγγελόφορε, τὰ σκέπασμα καὶ αἰχμή. sunt enim ἀγγέλοφοι, pedes melotę, id est pellis ouillæ, quos μαλώτας vocant, ijque inutiles. Apud Suidam quoque legitur per ε in antepenultima. Ἀρνακὶς, vide in Agno. Βαίτιον Varinus exponit melotam diphtheram, sisyram: vide in Capra E. Βαιτοδὶς, pelles pecorum quæ morbo perierunt, vt Lacones vocant, Hesychius. Hircinas pelles & ouillas scribit Herodotus, biblos etiam dictos veteribus, quòd papyri vicem impleuerint quandoque, Cælius: Hinc nimirum & codicellus, κωδικελλὸς, pellis ouilla exponitur Varino. Diphthera, pellis caprina propriè: videtur etiam de ouilla dici posse: vide multa in Capra E. Διφθέρας, δέρματα προβάτου, Hesych. Διφθερεῶν apud Varinum legitur. Oris vel fimbrijs vestium quo minus attererentur, affluebant olim δέρματα προβάτων, Suidas in Πίζα. Pollux catonacam crassam laneam vestem fuisse scribit, cuius oræ pellis caprina affueretur. Περίβαλε τοίνυν ἀνεῖλε, καὶ τὰ δέρρεις αὐτῶν ἀμφίσθω, Suidas in Ἐπιτίνως. Τὴν κώπην δέρρει προβάτου εἰκάζουσιν οἱ παλαιοὶ, Eustathius in Dionysium. Ἰερεῖον, & poëticè ἰερήϊον, κώδιον, id est pellis ouina, Hesych. Varinus. Ἐπεὶ οὐ χ ἰερήϊον εἶδε βοείην ἀρνειὸν, Homerus Iliados χ. id est, Non enim ouillam aut bubulam pellem cursus præmium capiebant. Κόλον. (κόλυ, Hesychius) κώδιον, Δακωνικῶς, Varinus. Codicellus, vide paulò ante. Κῶας, κώδιον, pellis ouis, Varinus, Hesychius: interpretantur etiam πόκος, δορὰ μαλακὴ. Vide Κώια apud Varinum. Κώδων, κωδάριον, ἀρνακὶς, Pollux: Idem códion pellem ouillam interpretatur. Κώδιον, σκύλον (σκύλον,) ἢ δέρμα προβάτου χωρὶς σώματος, Hesychius: τὸ ἄμα τῶν ἱερείων δέρμα σκυλεύεμεν. Cæterum κωδία, vel κωδεία, & κώδιον Hippocrati, pro capite papaueris accipiuntur. Οὐτ' ἂν τῇ ψυχῇ βέλτιον ἐγχρίπτοι, ἢ δὴ μᾶλλον τὸ βῆλαι καὶ ἐξερίσαι τυρὸν, καὶ πολιῶν κώδιον, Varinus in Ἐξερίσαι. Εἰ σε μὴ μισῶ, ἡμίμυλον ἂν Κρατῖνον κώδιον, Aristophanes in Equitib. traducit enim Cratinum tanquam ebriosum hominem καὶ ἐνυπνιῶν. ἡμίμυλον φησὶν ἂν ἐκ Κρατίνου κώδιον, ἵνα καθ' ὑπόνοιαν μεθύοντα ἐνυπνιάζοντα αὐτὸν. Cudon pellem crudam significat, qua vice galeæ nonnulli solebant vti ad munienda capita: dicta est cudon quasi codon, à Græco κώδιον. Spicula bina gerunt: caput his cudone ferino Stat cautum, Silius lib. 8. Scipio contorquens hastam, cudone comantes Discidit crines, Idem libro 16. Κύρινα, (Varin. oxytonum facit,) κώδια, Hesych. Μίσχος, κώδιον, δέρμα, Nicandro, Hes. Varin. vide Πίσχος inferius. Μηλωτὴ propriè ouilla pellis est, sed vsurpatur etiam pro caprina: Vide in Capra E. Μῆλα communiter quadrupedes omnes, vnde quæuis etiam pellis melota dicitur, Hesychius. Ἵππος δ' ἂν καὶ μηλωτὴν ἢ προβάτου δορὰν, φιλήμων ἐστὶν ἐν Ἰνδικῷ. Στρῶμα μηλωτὴν τ' ἔχει, Pollux. Indocti quidam, vt qui glossas scripsit in epistolam ad Hebræos, melonem vel melotum animal id esse dicunt quod vulgò taxus vocetur, (sed id meles Latinè nuncupatur, vt feles:) cuius pellis valde hispida, melota nominetur: vnde de sanctis quibusdam priscis legatur, Circumierunt in melotis. Sed profectò μηλωτὴ ἀπὸ τῶν μήλων, id est à pecore vocatur, & Græcæ originis est non Latinæ. Scoppa melotam interpretatur vestem ex pellibus ouinis, Italicè zamara, ciamarra. Naccæ fullones dicti, vt quidam aiunt, quod omnia ferè opera ex lana naccæ dicantur à Græcis, Festus. Νάκος vel νάκη, pellis, & propriè caprina: hinc νακοπλύται dicti, qui lanas ouium tondent aut vellunt. Ὄα, μηλωτὴ, καὶ ἡ αὐτὴ τῶν ἱερείων δορὰ, ἡ ἐν τοῖς ἱματίοις ὠία. (ora, fimbria,) Hesychius. Varinus ὄα recte scribi ait per omicron: ὦα verò cum ω. magno per ectasin, vtrunque pro melota siue diphthera. Vide etiam infra in Ὦα. Ὠιὴ & per synalœphen apud veteres Atticos ὠΐ. Ὅσα μᾶλλον ἐστὶ τῶν ἱερῶν, καὶ τὰ ὦα περιλείπεται περὶ τὸν ὀπτῶ, Hermippus apud Varinum in Μῆλα & in Ὅα. Hoc obiter animaduerti, ὦα à plerisque scribi sine ἰôta, quod tamen orthographia subscribendum monet: legimus ὠὴν quoque & ὠΐα. Ὅσα, μηλωτὰ. Ὅσα κώδια. Ὅσα ὦα. μηλωτὰ. Βαίτια, ἢ μᾶλλα δέρματα τινα. Hesychius, Varinus. Ὠΐαι, diphtheræ, melotæ, Varinus tribus syllabis: sed Hesychius habet ὦαι, bisyllabum, (vt Suidas quoq;.) Idem & Varinus ὠΐας interpretantur τῶν προβάτων τὰ σκεπαστήρια δέρματα ἄκρα, hoc est pelles quibus

quibus ipſæ oues propter pretium lanæ integuntur, vt puriorem eam conſeruent, vnde & pellitæ ſunt dictæ, de quibus ſupra dictum in B. & in E. Eadem pellis, apud eoſdem, ἰώνη (ἰώνη, Heſychio aſpiratur) vocatur, ἡ τῶν προβάτων ἀφαπτομένη λιφηρά. Πίονα. παιδιόν, λῆμμα, Suidas & Varinus: apud Heſychium πίονον legitur, quod minus placet. Sed μίονα etiam apud Heſychium & Varinum, non recte pro πίονα ſcribi videtur. Peſcia in Saliari carmine Aelius Stilo dicit ait, capita ex pellibus agninis facta, quod Græci vocent pelles peſce (πίονα) neutro genere pluraliter, Feſtus. Rheno, ῥινώξ: Vide ſupra ab initio huius tractationis de pellibus. Σαῦλον, λῆμμα, παιδιόν, ἢ λῆμμα ἄρκτου, Heſychius Varinus. Ὦα, melota, diphthera, fimbria veſtis, Suidas, & Varinus. Vide ſuperius in Ὄα. Apud Heſychium ſcribitur ὦα paroxytonũ. Ὠία, μηλωταὶ, λῆμμα, ἄκρα, ἐφαπτίδες, Helychius, Varinus. Λῆμα, vel λῆμα & λῆμας, (apud Pollucem 7.13. λῆμα legitur, non probo) oras & extrema interpretor. Pellem qua ſuccingerentur mulieres in balneis, vel qui illas abluebant, vocatam inuenio oam lutrida, nunc verò oam per ſe: ſic verò dicebatur melota, hoc eſt pellis ouilla: vnde fluxiſſe nomen probabile eſt, hoc eſt ἀπὸ τῶν ὀΐων, id eſt ab oue, Cælius. Τὴν δὲ περιζωσαμένην ὦαν λουτρίδα, καταβρέσαι τῆς περιττώσεως, Theopompus. At Pherecrates inſtrumenta pædotribices enumerans, ἤδη μὲν ὦαν λουομένῃ περιζώννυται: id eſt, Iam oam præcingit ei qui lauaretur, (vt non mulieres ſolum, ſed etiam viros in balneis oas pudendis adhibuiſſe appareat.) Deſumpſit hæc Cælius ex Polluce 7.13. & 10.47. Cæterum militibus, inquit ibidem Pollux, oa etiam pro mactra ſeruit: quod Hermippus inſinuat in Militibus, dicens, Νικᾷ δ' ὦα λιθίνου μάκτρου· hoc eſt, Præſtat autem oa (ſcilicet pellicea mactra, lapideæ mactræ. Grammatici mactram interpretantur vas idoneum ſubigendæ farinæ. Ὦα τὰ ἐξωτάτω ἑκατέρωθεν ἱματίου περιφέρεια. λῆμα δέ, (λῆμα potius,) τὸ ἐν τῷ ἱματίῳ ἑκατέραν μέρος, ἀφ' ὅπου ἡ ὦα. Τὴν δ' ὦαν καὶ ἰδαν λέγουσιν, ſed ὦα vocatur etiam ouilla pellis cum lanis, Pollux 7.13. Quibus verbis hic ſenſus mihi conſtitui videtur: Ὦα vocatur extrema pars tunicæ vtrinque, ſuperior ſcilicet circa collum: & inferior, vbi fimbriæ aliquando aſſuuntur, quas πίζας & περιπίζα vocant, vt Pollux ibidem ſcribit. Λῆμα verò oræ ſunt ab vtroque latere, vbi tunica ſcilicet anterius aperta eſt ſecundum longitudinem. Sic quidem Pollux diſtinguit, Grammatici verò in Lexicis confundunt. Καλασίρεται, τὰ λαχία (malim τὰ λῆμα) ἃ καλοῦσιν ὦας, Heſychius, Varinus.

Ariſtæum à Nymphis aiunt in Co inſula ouium boumque curam & ſcientiam didiciſſe, Heraclides. Opilio, quaſi ouilio qui oues cuſtodit. Etiam opilio qui paſcit inter alienas oues, Aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſoletur ſuam. Sunt qui vpilio ſcribant authoritate Priſciani, qui dicit, o: breuem in hoc nomine eſſe conuerſam in v. longam ex literarum affinitate. Vtuntur voce opilio, Columella libro 7. de re ruſt. & Cato cap. 56. Venit & vpilio, Vergilius Aegl. 10. Armentarij & opiliones, Varro. Et alibi, Alius enim opilio, & alius arator. Tria tantum genera ſunt paſtorum qui dignitatem in Bucolicis habeant, bucolici, opiliones, & omnium minimi æpoli, id eſt caprarij, vt Ael. Donatus ſcribit, Opuncalo, quod opilionis genus cantus imitatur, Feſtus. Ποιμλιὼ, paſtor ouium, caprarum αἰπόλων, νομεὺς omnium pecorum, Varinus ex Polluce. Et alibi, Ποιμαίνειν proprie dicitur de ouibus, & ποιμλιὼ ouium paſtor, ὥσπερ τὸ ὄις καὶ τὸ μῆ τὸ ζῷον quaſi ὀιμλιὼ. Ποιμαίνων, paſtor Aeſchylo: & grex ipſe ποιμανίλιον, Varinus. Ποιμαίντωρ, poëticum eſt. Κάνθ', οἵ θ' ἁλίμβωτα Λιβύῃ ἔνι πῶρες ἔλοντο. Ποίσιν φερβομένοισι σιωπῶντες, ἐοικτὸ δ' αἰνῇ Αὐλείτης ὃς ἐῶν μήλων πίειρα τόφρ' ἐπάροιτο Δίνουμβρίους κομόωντας ἀλεξόμενος καπέσσιν Τιτῆνας Φοίβοιο Λυκωρείοιο Καφαυρεύς, Apollonius Argonaut. quarto. Προβατεύς, opilio, Suid. Μηλεπὸν, ἢ ποιμένα. Βœoti. Μηλεῦσιν. ποιμένες. Μηλονομεῖς, ποιμένες. Μηλέσαι, μηλοβατῆσαι, ποιμένες, Heſychius, Varinus. Μηλοβοτῆρες, Idem, Heſychius. Μηλονομεῖον, ἐπόμιον, Idé, Μηλοβοτεῖ, paſcit, Heſychius. Μηλόβοτος & ἀνόμενος pro opilione apud Etymologũ leguntur. Agni Græcè ῥῖνες & ἐρῖνες dicũtur, vnde αἰρινοβοσκὸς ὁ προβατοβοσκὸς (apud Sophoclẽ) κατὰ Παυσανίαν, ſynecdochicè: reperitur & ἠρινοβοσκὸς, Varinus. Apud quem etia αἰρινοβοσκὸς inuenio, ſcribitur & ἐρίνοβοσκὸς, neutrum probo. Verſemus oues, Vergilius, id eſt paſcamus. Verſantur enim modo in hanc partem, modo in illã, vbi lætiora pabula ſeſe oſtentant. Sic errare apud eundem pro paſci, quia id errando fit. Πολλῇ βοίζῳ πρὸς ὄρος τετμημένα μῆλα, Homerus. Vocat autem βοῖζον, ſibilum illum oris (τὸ συρίσμιον) quo paſtores in gregibus agendis paſcendiſue vtuntur, Varinus in Βοῖζον. Pedum, baculum incuruum quo paſtores vtuntur ad comprehendendas oues aut capras pedibus: cuius etiam meminit Verg. in Bucolicis cum ait, At tu ſume pedum. Ποιμενίτης κύων, canes ouium cuſtodes, Pollux.

Grex ouiaricus, pro ouium grege, Cælius. Πεῖμνιον, grex ouium, Scholiaſtes Homeri. Poëtæ etiam ποιμνήϊον dicunt. Ποίμνας προβάτων Heliodorus protulit. Βουκόλια, αἰπόλια, ποίμνια, μέρη τῶν κατ' ἀγρὸν, Pollux. Ποιμένιον καὶ αἰπόλιον ἰλατῆρα lupum cognominat Oppian. Πόκα & πόκια, vide ſupra in A. Λοὶν, ἢ τὸ θρεμμάτων ἀγέλη, Heſychius, Varinus. Μαλίον, via qua oues incedunt, Ibidem. Μηλοστὴ, Idem.

Ouile, locus in quem oues ſe recipiunt. Datum ſecretò in ouili cum his colloquendi tempus, Liuius. Tepidis in ouilibus agni, Ouid. 13. Metam. Incuſtoditum captat ouile lupus, 1. Triſt. 5. Eleg. Non lupus inſidias explorat ouilia circum, Vergil. Albent plenis & ouilia mulctris, Nemeſianus. Magicæ vanitatis videri poteſt quæ tradunt & de veſpertilione, ſi ter circumlatus domui vinus, per feneſtram inuerſo capite infigatur, amuletum eſſe: priuatimque ouilibus circumlatum toties, & pedibus ſuſpenſum furſum in ſuperliminari, Plinius. Si ſeuo leonis liquefacto circuitus ouium inungatur (diſtilletur,) nunquam accedent ad eum lupi, nec alia rapacia, Raſis, Albert. In incendijs, ſi fimi aliquid egeratur è ſtabulis, facilius extrahi traditur, nec recurrere oues bouesque, Plin. Caulæ à caro dictæ: antiquitus enim ante vſum tectorum oues in antris claudebantur, Feſt. Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili, Quum fremit ad caulas, Verg. 9. Aen. vbi Seruius, Caulas, munimenta & ſepta ouium: eſt enim Græcum nomen, C. detracto: nam Græci aulas vocant animalium receptacula. Lucretius palati caulas dixit, id eſt meatus & foramina. Et rurſum, Diſpergunt animas per caulas corporis omnes. Stabulum ouium & caprarũ, ἔνθα πάντα αἰθὶς καὶ αἶγες, vocatur αὐλὴ & σηκὸς, Poll. Αὐλὴ tamen aliquando pro ſtabulo boum etiam & equorum capitur, vt in Boue dixi. Αὐλητὴν, τὸν τὸ κοῖτον θεραπεύοντα τῶν προβάτων, Heſych. Varin. Apud Apollonium, vt paulò ſuperius citaui, αὐλοῖτις per υ. diphthongum ſcribitur, ἡ ὅπου τὰ ἐπαύλια, ὁ αὐλισμὸς: fit autem ab αὐλὶς, Varinus ex Scholijs Apollonij. Latinè dicas ſtabularium, ſtabuli miniſtrum. Ἔπαυλις, μανδρα βοῶν, καὶ προβάτων αὐλὴ, Suid. ἢ ποιμενικὴ αὐλὴ. Heſych. Κλισία, ἢ ἔπαυλις, ὅπου δ' κλίνεται ἐν αὐτῇ τὰ θρέμματα. Κλίσιον, προβάτων ἢ βοῶν πόκος: aliqui maiores valuas hoſtij interpretãtur, quib' apertis iugũ boũ intromitti poſſit, Heſych. Dion κλίσιον ouile interpretatur. Plura lege apud Varin Κλισία. bis. Aliàs quidẽ ea vox caſam ſignificat, tugurium, tentoriũ, domũ ſeruilem. Scribitur etiam κλείσιον cum diphthongo. Μηλιαυθμὸν, μανδρῶν τῶν προβάτων, Varinus: Sed magis probo, vt Etymologus ſcribit Μηλιαυθμὸς, ὅθεν τὸ μῆλα ἰαύειν ἐν αὐτῷ. Καὶ μηλιαυθμὸν: ἢ ὃ χρείας πλοῦτος, Lycophron apud eundem. Σηκὸς quoduis ſtabulum, & templum apud recentiores, vt ſcribit Scholiaſtes in Iliad.

Θ. Σηκὸς, οἰκοδόμημά τι ἢ τόπος ἐν ᾧ ἐστᾶσι τὰ πρόβατα. Et alibi, Σηκὸς, περίβολος ἐν ᾧ βόσκηματα ἐστιν. Synecdochen poëta vocat Odyſſeæ ρ. ſtabularium, qui vertit & expurgat ſtabulum. Sunt enim σηκοὶ (inquit Scholiaſtes) mandræ, id eſt ſtabula & loca vbi capræ & oues includuntur. Florentinus etiam ouile σηκὸν nominat. Θήλειαι δ' ἐμέμηκον ἀνήμελκτοι περὶ σηκούς. Οὔθατα γὰρ σφαραγεῦντο. Homerus Odyſſ. 1. de ouibus: vbi σηθμὸν etiam pro ouili ponit. Ἠύτε μῆλα Ἐκ σηθμῶν ἄλις ἔσαν ἀπηδέοντα νομῆι. Apollonius 4. Argon. Αὐδας, τὰς τ' μήλων εἰσάδας, Heſychius, Varinus. Σταθμὸν κυρίως ὁ σηθμὸς τ' προβάτων, Euſtathius.

Publicola in ea lege qua animaduertit in eos qui minus conſulibus paruiſſent, adeò popularis fuit, ut pro plebe magis quàm pro patritijs lata videretur: quinque enim boum & duarum ouium pretium mulcta fuit: erat vero pretium ouis oboli decem, bouis autem centum. Cum enim nondum nummorum vſus ad Romanos per id temporis frequens eſſet, pecudibus & iumentis plectebantur ſontes. Ex quo inualuit ut patrimonia à pecudibus vſque in hanc diem peculia dicantur: in vetuſtiſſimis quoque nummis bouis aut pecudis aut ſuis ſignum inciſum appareat, Plutarch. in Public. Multatio olim non niſi ouium boumque impendio dicebatur: non omittenda priſcarum legum benecuolentia. Cautum quippe eſt, ne bouem priuſquam ouem nominaret qui indiceret multam, Plin. Mulcta quæ ſuprema appellatur (inquit Gel. 11. 1.) vtpote qua nulla maior inſtituta fuit, in ſingulos dies duorum ouium, triginta boum: pro copia ſcilicet boum, proque ouium penuria. Sed quum eiuſmodi mulcta pecoris armentique à magiſtratibus dicta erat, adigebantur boues ouesque aliàs pretij parui, aliàs maioris: eaque res faciebat inæqualem mulctæ punitionem. Iccirco poſtea lege Ateria conſtituti ſunt in oues ſingulos æris deni, in boues æris centeni: minima autem mulcta eſt ouis vnius. Nunc quoque quando à magiſtratibus pop. Romani more maiorum mulcta dicitur, vel minima vel ſuprema, obſeruari ſolet vt oues genere virili appellentur: ac niſi in eo genere diceretur, negauerunt iuſtam videri mulctam. Varronis verba quibus minima mulcta dicebatur à prætore ſunt hæc: Quando citatus neque reſpondit neque excuſatus eſt, ego ei vnum ouem mulctã dico. Ouibus duabus multabantur apud antiquos (inquit Feſt.) minoribus criminibus: in maioribus autem bubus, nec vltra hunc numerum excedebat multatio: quæ poſteaquam ære ſignato vti ciuitas cœpit, pecoraque multitia aut incuria corrumpebantur, vnde etiam peculatus crimen vſurpari cœptum eſt, facta eſt æſtimatio pecoralis multæ, & boues centenis aſſibus, oues denis æſtimatæ. Inde ſuprema multa, id eſt maxima, appellatur, tria millia æris: item viceſſis minoribus delictis. Et rurſus, Peculatus furtum publicum dici cœptum eſt à pecore, quia ab eo initium eius fraudis eſſe cœpit. Siquidem ante æs aut argentum ſignatum, ob delicta pœna grauiſſima erat duarum ouium & triginta boum. Ea lege ſanxêre T. Menenius Lanatus & P. Septius Capitolinus conſules. Quæ pecudes poſtquam ære ſignato vti cœpit pop. Romanus Tarpeia lege cautum eſt, vt bos centuſſis, ouis decuſſis æſtimarentur, Hucuſque Feſtus. Multa etiam nunc ex vetere inſtituto bobus & ouibus dicitur, Varro. Apud Luſitanos, teſte Polybio, vt citat Athenæus initio libri 8. ouis quondam duabus drachmis vænibat. Troglodytis vxores communes ſunt, niſi quæ tyrannorum ſunt: nam qui tyranni vxorem corruperit, oue mulctatur, Strabo. Cappadoces Perſis quotannis pendunt præter cætera, ouium quinquaginta millia, Medi duplum ferè, Strabo.

Μάλων οὐκ ἔμβλοτι καλὸν γλάγος, ἢ μέλι σίμβλων, Theocritus in epitaphio Bionis. Τὰ τῶν σταθμῶν ἔνδοθι νῶτα γάλακτος μέλπει μοι ἀμολγίσιος, καὶ κιστυδίων (ciſſybia vocat mulctra) οὐκ εἴδομεν πῶς ἀπομέλξαι, In epiſtolis Theophylacti. Οὔθατα γὰρ σφαραγεῦντα, Homerus. Cynocephali alunt ouillum & caprinum pecus, atque lac bibunt, Aelianus.

Blattæ (erucæ potius,) quas praſocurides quaſi porricidas Græci vocant, vt Diophanes ſcriptum reliquit, hortis ſolent nocere: ergo ventriculum ouis ſtatim occiſæ non elotum, ſed ſordibus ſuis plenum, ſpatio quo abundant, non altè ſed ſuperficie tenus debebis operire. Poſt bidum reperies animalia ipſa congeſta ventrem hunc replere. hoc cum iterum vel tertio feceris, genus omne quod nocebit extingues, Ruellius. Hirundo ex ouium tergis floccos lanarum euellit, indeque ſuis pullis nidum quàm molliſſimè ſubſternit, Aelianus.

h. Criſamis quidam Cõus plurima poſſidebat pecora: & cum anguilla quædam quotannis ſuperueniens præſtantiſſimam ouem ei abriperet, obſeruatam tandem occidit. Et cum illa in ſomnio apparens Criſamidem vt ab eo ſepeliretur moneret, re neglecta cum tota familia periit, Heſychius, & Suidas apud quem Criſſamis per ſ. duplex ſcribitur. Pan munere niueo lanæ captam te Luna fefellit, Vergilius. Mutat fabulam, inquit Seruius. nam non Pan ſed Endymion amaſſe dicitur Lunam, qui ſpretus pauit pecora candidiſſima, & ſic eam in ſuos illexit amplexus. Pan Mercurij filius (inquit Probus) quum Lunam concupiſſet, & haberet optimum pecus, poſcente ea partem pecoris pro concubitu, dicitur pollicitus, & duas partes feciſſe gregum, quarum alteram candidiorem ſed lanæ craſſioris, Lunam deceptam candidiore, deterius pecus abduxiſſe, ut poëta ſignificat.

De oue in Co inſula quæ leonem peperit, dictum eſt in Leone H. C. Feſtis diebus oues purgandæ lanæ gratia lauari non licet, licet autem ſi curatione ſcabies abluenda ſit: quamobrem Vergilius non ſimpliciter feſtis diebus oues fluuio merſare conceſſum ſcripſit, ſed fluuio ſalubri, Macrobius. Paſtores ouilia, oues & pecudes purgabant fumo ex ſulphure, roſmarinumque ac herbam ſabinam & laurum cremabant, Gyraldus. Et alibi, Syntagmate 17. Si oues, inquit, luſtrarentur, alia à ſupradictis ratio fuit: nam paſtor ſummo diluculo aqua oues inſpergebat, & ſulphure herbaque ſabina & lauro igne ſuccenſis, circumcirca ouilia ſuffibat, cumque ſacro carmine milio & libo cum lacte & ſapa Pali deæ ſacra faciebat. Hoc ſuffimento pecora piari, & morbos depelli & tabem putabant. Vergilius (in Bucolicis) cum loqueretur de filio Pollionis, id quod ad principem ſuum ſpectaret, adiecit: Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti Murice, iam croceo mutabit vellera luto. Traditur autem in libro Hetruſcorum, ſi hoc animal inſolito colore fuerit indutum, portendi imperat ori rerum omnium felicitatem. Eſt ſuper hoc liber Tarquinij tranſcriptus ex oſtentario Thuſco: ibi reperitur, Purpureo aurcóue colore ouis ariéſue ſi aſpergetur, principi ordinis & generis ſumma cum felicitate largitatem auget, genus propaginemque propagat in claritate, lætioremque efficit. Huiusmodi igitur ſtatum imperatori in tranſitu vaticinatur, Macrobius. De oue quæ lupum occidit, vide in Lupo h. Oracula captantes in ouium pellibus dormiebant, Ouidius in faſtis.

Magna & pecori gratia, vel in placamentis deorum, vel in vſu vellerum, Plinius. Hecatombe, inquit Iul. Capitolinus, tale ſacrificium eſt: centum aræ uno in loco ceſpititiæ extruuntur, & ad eas centum

ſues, centum oues mactantur. Perſina boum, equorum ouiumque greges, & aliorum omne genus animalium in locum quendam ſaltuoſum vel nemoroſum è regione (εἰς τὴν πρώτην ἐρχάδα) præmiſit: patim ut de uno quoque genere hecatombe ad ſacrificium fieret, partim vt inde epulæ populo exhiberentur, Heliodorus lib. 10. Exſacrificat hoſtiis balantibus, Cicero 1. de diuin. Pecudem ſpondere ſacello Balantem, Iuuenalis Sat. 8. Ioſias rex immolauit boum chiliades XII. & ouium chiliades XXXVIII. Suidas. Oues & arietes Agyptij non immolãt, ſed capras, alij contra, vide in Capra H.h. Victimæ antiquis hæ frequentes fuere, ouis, ſus, bos, capra, gallina & anſer: quas cum immolabant, niſi puræ integræque fuiſſent, & lectæ ad rem diuinam, minus proficere putabant. Fuit quidem priſcis opinio, vt ex hœdis potius & agnis hoſtiæ fierent, quàm ex cæteris: quia hæ mites & cicures eſſent: ideo etiam ouilli pecoris hoſtiam maximam, non ab amplitudine, ſed quia animi eſſe placidioris viderent, pontifices dixerunt. Sunt qui ſcribant, (vt Suidas in voce Θύειν) ſex tantum iſta iam enumerata animalium genera in ſacrificiis veteres adhibuiſſe: quorum ſententiam nos nec approbamus, nec refellimus: nam apud auctores plura invenimus, ſed variis in locis & ritibus, Gyraldus. Ambiguæ oues in ſacris quæ dicerentur, Bebius Macer, qui Faſtos dierum ſcripſit, oſtendit: ait enim, Iunoni eas quæ geminas parerent, oues ſacrificari cum duobus agnis altrinſecus alligatis: & has ambiguas vocatas, quaſi ex vtraque parte agnos habentes: quam ſententiam eſt ſecutus Plac. Fulgentius ad Chalcidium. Varro tamen abigenam bouem dictam ait, quam circum aliæ hoſtiæ cõſtituerentur, Gyral. Oues lectæ dicuntur, quæ ad ſacrificandum exceptæ ſunt, vt porci eximii, & boues egregij vel eximij. Mactant lectas de more bidentes, Vergil. Ἔντομα, pecora quæ defunctis ſacrificantur, quòd ceruix eorum incidatur: quæ vero diis cœleſtibus ſacrificantur, illorum ceruix (ἀνακλᾶται) ſurſum torquetur. Vel ἔντομα ſunt pecora (πρόβατα, oues) caſtrata: huiuſmodi enim pecudes (oues & alias) mortuis ſacrificabant, vtpote ſteriles ſterilibus: dijs vero non caſtratas, ſed integras & teſtibus præditas: Καὶ μὴν κυοφαίνουσαι ὑπὸ κύφωσι ἔντομα μῆλα. Καὶ, Ἤγετον ἔντομα μῆλα, Etymologus & Varin. Ταὶ δὲ πρόσθεν ἱερεῖαι, ἱερεῖα, ἄρτια, ἄτομα, ἀλέκτορες, ὑφῆς, &c. Pollux. Obſeruant periti ſacrorum, & cum his grammatici, quod ſterilibus pecudibus & iuuencis Diti ſacra fieri ſunt ſolita, Gyrald. Maximam hoſtiam ouilli pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, ſed ab animo placidiore, Feſt. Ceruaria ouis dicitur quæ pro cerua immolabatur, Idem. In hoſtijs eam dicebant aruigem, quæ cornua habeat: quoniam is cui oui mari teſticuli dempti, & ideò vt natura verſa veruex declinatur, Gyrald. Syntagmate 17. ex Varrone de lingua Latina aries quidem olim ares & aruigus dicebatur, vt Varro ait. Δεξιμήλων θεῶν εἶπε βωμοὶ, ὅτι δὲ λέχεσθαι, τὰ θύεσθαι μῆλα, Etymologus & Varin. Hic quidem δεξιμήλους etiam interpretatur ἱππέας ἢ ἱλαρεὺς θεούς. Dicuntur & δεξίμηλοι ἱερεῖαι, apud eundem. Μηλοφαγεῖν, pro θύειν, pecora immolare poëtis. Μηλοφαγεῖν τε ἐνήνοθε ἐν ἱερεῦσι, Ariſtophanes in auibus. Μηλοφαγίαι ſacrificia fuêre ab ouibus jugulandis nuncupata, Gyraldus poſt Heſychium. Clitus dum ſacrificia perageret, à rege vocatus, omiſſis iis regem adiit. Tres illum oues ex immolandis hoſtiis conſequuntur. Quod prodigium conſpicatus Alexander, accitis ariolis Ariſtandro & Cleomanti Spartano aperit. His dira portendi affirmantibus, illicet pro Clito inſtaurari ſacrificium iuſſit, &c. Plutarchus in Alexandro: ſubiicit autem hiſtoriam Cliti ab Alexandro occiſi cum ſtatim poſt ſacrificium non perlitatum, vino largius hauſto multa in Alexandrum nimis licenter dixiſſet. Pauſanias in Arcadicis Cleombroto Lacedæmoniorum regi in Leuctris Bœotiis ſignum huiusmodi accidiſſe ſcribit: Solebant Lacedæmoniorum reges pecora ſecum educere in bellum, vt diis ante prælia litarent: præibant autem capræ duces itineris ante oues: quas (capras) paſtores catæades (καταιδάς) appellant. Lupi tunc impetu in gregem facto, illæſis ouibus in ſolas capras graſſati ſunt. Quem aliqui, alij bouem victoria potiti immolare conſueuerunt, Valturius 12. 2. Interea dum lanatas, tornumque iuuencum More Numæ cædit Iouis ante altaria, Iuuenalis Sat. 8. Kal. Febr. Ioui Tonanti bidens victima fiebat: idibus vero Ianuarij, veruex. Legi etiam qui flaminis vxorem ſcribat, omni nundinis Ioui arietem mactaſſe, Gyrald. Bidentes oues quæ dicerentur, vide ſupra in 2. Idulis ouis dicebatur, quæ omnibus idibus Ioui mactabatur, Feſt. Sunt qui exiſtiment idus ab oue iduli dictas, quam hoc nomine vocant Thuſci, & omnibus idibus ouis immolatur à flamine, Macrob. Idibus alba Ioui grandior agna cadit, Ouidius. Cum Samijs aurum furto ſublatum ouis inueniſſet, Mandrabulus Samius Iunoni ouem conſecrauit, vt Aelianus ſcribit, Gyrald. Niueam Reginæ ducimus agnam, Iuuenal. Apud Thuſſas in Aegypto, ubi Venus cornuta colebatur, vacca illi immolabatur, & in Nitriotica præfectura ouis, Gyrald. Plutoni de nigra pecude rem diuinam faciebant, Gyrald. Interea nigras pecudes promittite Diti, Tibullus. Velleris atri agnam, Verg. Et 3. Aen. Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam. Et 4. Georg. Et nigram mactabis ouem, defunctæ Eurydicæ. Et 5. Aen. Huc (ad campum Elyſium) caſta Sibylla Nigrarum multo pecudum te ſanguine ducet. Et 6. Aen. de expiando inſepulto, Duc nigras pecudes, ea prima piacula ſunto. Et in carmine deuotionis vrbium & exercituum, legimus: Ouibus atris tribus. Nigrum pecus Plutoni immolabatur per ſimilitudinem, vt aliæ quædam victimæ alijs dijs vel per ſimilitudinem, vel per contrarietatem, Seruius. Vacca ſterilis immolatur propriè (τοῖς κάτω οἰκείοις, lego οἰκείως) inferis (dijs) propter ſterilitatem: ſic & ouis non ſolum nigra, (ὄις μέλας) ſed nigerrima, propter tenebras infernales, Varin. in Στέρφε οἷόν τε κριὸν ἀργὶ ἔπρεπε λάϊνον, ἢ ἠρίῳ ἢ αἰλαπίνῃ τῷ τε καὶ ἠελίῳ, Διὸς ἡμεῖς εἶπομεν ἄλσος. Menelaus Iliad. γ. Vbi Scholia, Soli tanquam mari & ſplendido deo, agnũ album immolari conueniebat. Terræ verò, agnam fœminam & nigram. Nos vero, inquit Menelaus, alium agnum immolabimus Ioui, (nimirum xenio) cum & ipſi in Troia peregrini eſſent. Meminit etiam Varinus in Ἄρνι. Neſtor Iliados κ. exploratori adituro Troianorum caſtra, promittit à ſingulis optimatibus Græcis ſingula dona danda, nempe ouem nigram & grauidam, ὀΐν αἰόλην Θήλειαν ἐγκύμονα: vbi Scholia, Nigram, quia nocte ibat: grauidam vero per ſymbolum boni ominis, vt fructuoſum ei iter foret. Rubigo deo vel Robigini deæ, ad arcendam ex ſegetibus rubiginem, veteres menſe Aprili extis canis & ouis ſacrificabant, vt Ouidius in Faſtis ſcribit. Gyrald. Paci Ariſtophanes victimam facit ex oue, vt ſuperius in a. retuli. Ἐπιβώτιον appellabant ſacrificij genus, ubi poſt bouem Mineruæ ſacrificatum, Pandryſo ouis ſacrificabatur, vt ſcripſi in Boue h. Βωπέωρον, genus ſacrificij ex centum ouibus & boue vno: vide plura ibidem. Luſtrari exercitum, niſi ſue, oue & tauris, qui puri eſſent, non erat fas, &c. Vide in Sue h. in ſacrificio Martis ex ſue. De ſolitaurilib. vbi immolabantur, taurus, verres & ouis vel potius aries, dicam in Ariete. Τελεῖται ἡ ἑκατὸν ζώων. Δύο πρόβατον καὶ ταῦρος, ἢ ταῦρος καὶ αἶγες καὶ πρόβατα, ἢ καπρὸς καὶ κριὸς καὶ τράγος γινομένη θυσία, Euſtathius. Apolloniæ, quæ in ſinu Ionico eſt, ſacras Soli oues fuiſſe, Græci ſcribunt, quæ interdiu ſecundum fluuium paſcerentur. Noctu vero ſtabulantes in antro quodam, ab vrbe non procul cuſtodirent delecti viri, diuitiis & genere inter populares ſplendidiſſimi, ſingulis annis ſinguli. Quòd ex oraculo quodam Apolloniatæ oues eas permagni facerent. Proinde Euenio (vt fertur) vaticino vigi-

lias edor-

lias edormiente,contrucidatis ouium pleriſque (ſexaginta,Herodotus) lupis graſſantibus,publico Apolloniatarum decreto,quum ſe is minus tueri quiuiſſet,eſt exoculatus,Cælius ex Herodoti nono, vbi hæc hiſtoria copioſius deſcribitur.Solis oues in Sicilia paſcebat Phaethuſa iunior filia Solis, boues vero Lampetie, ut canit Apollonius libro quarto Argon.Mala aurea Heſperidum,ouesne an poma fuerint,require ſupra in a. Samij ouem venerantur: quoniam aurum eis furto ſublatum ouis inuenit: quare Mandrabulus Samius Iunoni ouem conſecrauit,Aelian.Saitæ & Thebani ouem colunt, Strabo lib.17.Deus animalia quædam, quæ colit & veneratur Aegyptus,vt boues & oues,in cibo Iudæis permiſit,ut ſuperſtitionem iſtam contemnere diſcerent: Et rurſus interdixit iis,quibus Aegyptii nimium gulosè veſcuntur,vt carne ſuilla, Procopius. Aegyptij bouem & ouem propter vtilitatem & fructum coluerunt,Plutarch.in libro de Iſide.Lanatis animalibus abſtinet omnis Menſa, Iuuenalis Sat.15.de Aegypto.Soli Aegyptiorum Lycopolitæ ouem edunt,quòd à lupo etiam, quem deum exiſtimant, deuoretur,Plutarch.in libro de Iſide.

PROVERBIA.

Diogenes Cynicus opulentum quendam,cæterum indoctum, ouem aureo vellere dixit πρόβατον χρυσόμαλλον, Eraſmus.M.Sillanum,vt tradit hiſtoricus Dion,Caligula vocare ſolebat χρυσῆν πρόβατον, Cælius.Videtur autem alluſiſſe ad arietem quo vectus eſt Phrixus,cuius vellus aureum factum fabulantur. Extat huius argumenti etiam Alciati emblema,inſcriptum,Diues indoctus:

Transat aquas ſedens pretioſo in vellere Phrixus, *Et flauam impauidus per mare ſcindit ouem.*
Ecquid id eſt? Vir ſenſu hebeti,ſed diuite gaza, *Coniugis aut ſerui quem regit arbitrium.*

Sed de hoc ariete eiuſque vellere,plura in Ariete hafferemus.Ouis cultrum, Οἶς τὴν μάχαιραν, ſubaudi reperit: In eos dicitur,qui ipſi reperiunt quo pereant: (Ἐπὶ τῶν ἀλυσιτελῶς σοφίαν αὑτοῖς χρωμένων, Suid. forte addendum τῷ ξένῳ.)Quidam pro oue capram efferunt.Vide,Capra gladium,inter prouerbia ex capra.Prius lupus ouem ducat vxorem, Πρίνετω λύκος ἂν νυμφαιος: Vide ſupra in prouerbiis à lupo ſumptis. Item illa ibidem,Ouem lupo committere (vnde factum nomen proprium Οἰλυκος.) Ouem lupis relinquere: Nunc & oues vltro fugiat lupus.Cuſtos ouium præclarus,lupus,Cicero.Ouium mores, Προβάτων ἦθος: In ſtupidos ac ſtolidos iaci ſolitum. Ariſtophanes in Pluto, Ἀλλὰ πρόβατον βίον λέγεις. Ouiculæ mihi vitam prædicas. (Quàm vero ſimplex, ſtolidum & iners ouis ingenium ſit,in D.explicauimus.) Et in Veſpis taxans vecordiam populi Athenienſis,oues illos vocat, Ἐκκλησιάζειν πρόβατα συγκαθημένους. Plautus in Bacchidibus,Quis has huc oues adegit? in ſenes ſtultos. Huc reſpiciens Origenes enarrans Leuiticum,ouis immolationem interpretatur affectuum ſtultorum & irrationabilium correctionem,Eraſm. Προβατικὸς βίος ζῆν ἄνευ τῶν μαχῶν καὶ αἰνιγμάτων· τὸ δὲ πρόβατα οὐδὲν ἐργάζεται καὶ ζῇ ἡ ἀργὸς καὶ ἀδρανής. Suidas & Scholia in Plutum Ariſtophanis.Ouium nulla utilitas ſi paſtor abſit, Προβάτων (ſi addas δ', erit ſenarius) οὐδὲν ὄφελος ἐὰν ὁ ποιμὴν ἀπῇ. Admonet adagium ἀναρχίαν rem eſſe omnium perniciosiſſimam. Nihil rectè faciunt miniſtri,niſi adſit herus.Inutiles diſcipuli,quoties abeſt præceptor.Inutilis populus,niſi principis authoritate gubernetur,Eraſmus. Huc ſpectat illud in Sacris, Terra commouebitur,eritque tanquam dama agitata,& ouis quam nemo colligit, Eſaiæ 13.Intrabunt ad vos lupi rapaces in ouium veſtitu,Actorum 20.Vide ſupra in Lupo poſt prouerbia profana.Videt lupum venientem,& deſertis ouibus fugit, lupus autem rapit ac diſpergit oues,Ioannis 10.Germanorum prouerbia: *Die nacht ſind alle ſchaaf ſchwartz*, Oues noctu nigræ ſunt omnes: Sublata lucerna nihil interest inter mulieres.*Der wolff iſſet auch wol ein gezelt ſchaaf*,Lupus ouem quamuis numeratam deuorat: Non curat numerum lupus.

Apologi.Ouis alens catulum lupi: Vide in Lupo prouerbium,Lupi catulos ale.Lupus cum Paſtores in tugurio ouem edentes vidiſſet; propius accedens dixit: Atqui ego ſi idem facerem,quantum cieretis tumultum? Aeſopus in Sympoſio Plutarchi,in Pittacum qui quamuis legem tuliſſet aduerſus ebrios, ebrietatis tamen vitiũ ipſe non declinabat.

DE ARIETE.

A.

ARIES dux eſt ouium,non caſtratus: nam cui adempti ſunt teſticuli, vervex vocatur, de quo dicemus mox poſt Arietem.Iſidorus & alij recentiores veruecem cum ariete imperitè confundunt. איל *ail* & *eel*,ſcribitur etiam אל *eel* ſine *iod*,Geneſeos 15.vbi Septuaginta vertunt κριὸς, Chaldæus דכרין *dikerin*, arietes: Arabs כבשא *kabſa*. (כבשה Hebræis,*Kabſah*,cum aſpiratione in fine,ouem vel agnam ſignificat.) Perſa נרמישׁ *nerameiſch*. כר *Kar*,plurale *Karim*, (quæ vox etiam Græcis pro oue accipitur: vide ſupra in Oue a.) Dauid *Kimhi* exponit *Kebes*,id eſt agnum: item *eelim* & *atbudim*, id eſt arietes & hircos. Tropo etiam arietes dicuntur machinæ bellicę Pſalm.37.ubi Hieronymus monocerotes reddit,Septuaginta ὑψωθήτωσαν. Abraham quidam agnos,quidam valles.Deuteronomij 32.Arabs vertit בארח, *baraph*, (Leuitici vndecimo Perſica translatio pro oue habet,barah.) Perſa פרכחן *pharbehan*, Septuaginta κριῶν, Hieronymus agnorum. Plura vide ſupra in Oue A. Leſan alhamel, id eſt lingua arietis, & eſt plantago,Andr.Bellunen. Vetus quidam gloſſographus habet,Aſel alkame pro lingua arietis,corruptis opinor vocibus.Marathes, id eſt fel veruecis,Syluat.Aries hodie vulgo in Græcia nominatur κριάρι: Italicè montone vel ariete: Gallicè belier, vel ram: (Illyrij quidem veruecem vocant beran) Hiſpanicè carnéro: Germanicè *vvider*,etſi quidam *hämel* interpretantur,nos *hammel* vocamus veruecem. (Bellunenſis Leſan alhamel interpretatur linguam arietis apud Auicennã.) Sed vocabulum *vvider* à multis communiter vſurpatur pro oue mare ſiue caſtrato ſiue non caſtrato; quamobrẽ differentiæ cauſa aliqui non caſtratum nuncupant *hodenvvider*: caſtratum vero *heitvvider*.In Heluetia quidam arietem *ramchen*,veruecem *vvider*. Anglicè ram,vel tup.

B.

De arietibus Tarentinis vide ſupra vbi de ouibus Tarentinis dictum eſt capite quinto. Oues & arietes magni ſunt apud Indos: horum caudis amputatis oleum exprimunt,vt dixi in Oue B.In Tartariæ regione Camandu (in Scythia,Gillius) arietes non minores aſinis ſunt,cauda tam longa & lata, ut triginta librarum pondus æquent: pulcherrimi,pingues,& in cibo optimi,Paulus Venetus l.22.Vartomannus a.5.ſcribit in ædibus regis Arabum

ribum fuiſſe præpinguem veruecem,cuius cauda adeò obeſa fuerit vt libras quadraginta appenderet. Et eiusdem libri cap.9.Prope Reame(inquit)vrbem Arabiæ felicis,veruecum genera reperiuntur quorum caudam animaduerti pondo eſſe librarum quadraginta quatuor.Carent cornibus,adeoque ſunt obeſi ac pingues, vt vix incedere poſſint. Et capite penultimo, Circa Zeilam vrbem Aethiopiæ verueces nonnulli ponderoſiſſimas trahunt caudas,vtpote pondo ſedecim librarum.His caput ac collum nigricant,cætera albi ſunt. Sunt item verueces prorſus albicantes,quorum cauda cubitalis eſt longitudinis,modo elaboratæ vitis: palearia vt bubus à mento pendent, quæ humum propè verrunt.Et 6.7.Circa Tarnaſari vrbem Indiæ tanta eſt pecudum copia, vt duodeni verueces ſingulo aureo væneant.Conſpiciuntur illic rurſus verueces alij,cornua haud abſimilia damis habentes,noſtris lõgè maiores ferocioresque. Caudæ veruecum in peregrinis quibuſdam regionibus tantæ ſunt, quantus nullus apud nos verux.Contingit hoc,quia humidiſſimum eſt hoc animal,& inter quadrupedia frigidum. Cumque cætera oſſa extendi nequeant,ne pinguedine propria obruatur animal totum humorem in caudãm tranſmittit, ſitque carne & pinguedine immenſa extenſis etiam oſſibus ac neruis non parum,quæ humida natura velut & piſces ſemper incremento apta ſunt,Cardanus.Allie eſt cauda arietum præpinguis, ita ut quandoque circiter denas libras appendat,Bellunenſis.Coraxorum lanitium omnium pulcherrimum eſt, vnde admiſſarii arietes talento emuntur,Strabo libro lib.3. Ὀρείβας, aries ſylueſtris,vel aſinus, κλίμαξ. Suidas & Varin. De cornibus & aliis aliquot partibus arietis & electione eius dicetur ſequenti capite.Arietes ſtatim cornuti: vide ſupra in Oue B.Obſcurus quidam citat tanquam ex Ariſtotele hæc verba: In Libya citò apparent cornua in capitibus arietum: & ſecũdum Homerum,arietum etiam fœminæ cornutæ ſunt.Sed apparet pro ceruis falsò interpretem tranſtuliſſe arietes,ex Hebraica ſcilicet vel Arabica lingua: nam eel vel ail arietem ſignificat, aial ceruum: ſcribitur utraque vox ijſdem literis אילא, vt niſi puncta acceſſerint non ſit diſcernere præterquam ex ſenſu.In Septentrione alicubi arietes mutili ſunt,Obſcurus.Arieti cornua in modum circuli replicata,Idem.Conuoluta in anfractum cornua arietum generi ceu ceſtus natura dedit,Plin.Apud Rhætos (ut ex amici cuiuſdam literis nuper accepi) arietes prouectæ ætatis,puta ſex aut octo annorum,ad priora cornua producunt alia veluti adnata parua, bina vel terna vel etiam plura.Idem ſcribit in Italia genus quoddam arietum eſſe,quod natura & ab incunte ætate quaterna aut ſena aliquando gerat: ſed hos imbelles eſſe,tenui ac infirmo corpore,lana inutili.Rhæticis vero,quos dixi, minora illa cornua non ante quintum aut ſextum annum adnaſci,primis interim ſemper proficientibus robore & craſſitie: eoſdem robuſtos ac feroces eſſe, & à paſtoribus aliquando ad pugnam hoſtiliter concurrentes inequitari. Verueces quatuor cornibus inſignes vidimus,Cardan.

C.

Blaterat hinc aries,& pia balat ouis,Author Philomelæ.Emiſſarius equus,aries, & huiuſmodi, qui emiſſus ſit in ſolitudinem,vel qui ad generandam ſobolem emittitur,Valla in Raudenſem.Legitur hæc vox in Bibliis:ſed Latinius admiſſarium dixeris,pro eo qui ad ſobolem generandam fœminis admittitur. Quos arietes ſubmittere volunt,potiſſimum eligunt ex matribus,quæ geminos parere ſolent,Varro.Et rurſus.In primis videndum,vt boni ſeminis pecus habeas,id ferè ex duabus rebus poteſt animaduerti,ex forma,& ex progenie.Ex forma, ſi arietes ſint fronte lana veſtiti bene,intortis carnibus pronis ad roſtrum,rauis oculis,lana opertis,auribus amplis,pectore & ſcapulis & clunibus latis,cauda lata,& longa: animaduertendum quoque lingua ne nigra, aut varia ſit, quod ferè qui talem habent,nigros,aut varios procreant agnos.Ex progenie autem animaduertitur, ſi agnos procreãt formoſos.Non ſolum ea ratio eſt,inquit Columella,probandi arietis,ſi vellere candido veſtitur,ſed etiam ſi palatum,atque lingua concolor lanæ eſt.Nam cum hæ corporis partes nigræ aut maculoſæ ſunt, pulla vel etiam varia naſcitur proles: idque inter cætera eximie talibus numeris ſignificauit: idemque,qui ſupra.

Illum autem,quamuis aries ſit candidus ipſe, Nigra ſubeſt vbi tantum cui lingua palato,
Reiice,ne maculis infuſcet vellera pullis Naſcentum.

Vna eademque ratio eſt in Erythræis,(erythris, id eſt rutilis, vt ipſe exponit 7.2.) & nigris arietibus,quorum ſimiliter (vt iam dixi) neutra pars eſſe debet diſcolor lanæ,(diſcolor lana potius, vel diſcoloris lanæ,) multoque minus ipſa vniuerſitas tergoris maculis variet: ideo niſi lanatas oues emi non oportet,quo melius vnitas coloris appareat: quæ niſi præcipua eſt in arietibus, paternæ notæ plerunque natis inhærent. Habitus autem maxime probatur,cum eſt altus atque procerus,ventre promiſſo,atque lanato,cauda longiſſima (& lata,Creſcentien,)denſique velleris,fronte lata, teſtibus amplis, intortis cornibus, curtis cornibus,pronis ad roſtrum,lana opertis auribus,amplo pectore,ſcapulis & clunibus latis, velleris depreſſi:) non quia magis hic ſit vtilis (nam eſt melior mutilus aries) ſed quia minime nocent. Intorta potius quàm ſurrecta & patula cornua: quibuſdam tamen regionibus,ubi cœli ſtatus vuidus,ventoſusque eſt,capros,& arietes optauerimus vel ampliſſimis cornibus,quod ea porrecta,altaque maximam partem capitis à tempeſtate defendant.Itaque ſi plerunque eſt atrocior hyems,hoc genus eligemus: ſi clementior,mutilum probabimus marem: quoniam eſt illud incommodum in cornuto,quod cum ſentiat ſe velut quodam naturæ loco capitis armatum,frequenter in pugnam procurrit,& fit in fœminas quoque procacior.Nam riualem (quamuis ſolus admiſſuræ non ſufficit) violentiſſime perſequitur.Nec ab alio tempeſtiuum patitur iniri gregem, niſi cum eſt fatigatus libidine: mutilus autem,cum ſe tanquam exarmatum intelligat,nec ad rixam promptus eſt, & in Venere mitior,Hæc Columella.Sed quomodo arietis petulci ſæuitiam paſtores repellant, dicam in D. Menſe Iulio,inquit Palladius,arietes candidiſſimi eligendi & admittendi ſunt,mollibus lanis: in quibus non ſolum corporis cãdor conſiderandus eſt,ſed etiam lingua,quæ ſi maculis fuſcabitur,varietatem reddit in ſobole. De albo plerunq; naſcitur coloris alterius: de fuſcis nunquam(ſicut Columella dicit) poteſt albus creari.Eligemus arietem altum, (&c.vt Columella,) ventre promiſſo & lanis candidis tecto: ætatis primæ,qui tamen vſque in octo annos poteſt vtiliter inire.Arietes (inquit Florentinus) eſſe debent bene compacti,aſpectu pulchri, ſplendicantes (χαρεντὰς, vide in Leone B.qualis hic color ſit) oculis,fronte hirſuta,venuſtis cornibus ſed exiguis armati, auribus lana dẽſa intectis,lato dorſo,teſticulis magnis,colore vndiquaque vno.Pro diuerſitate coloris venarum ſub arietis lingua, agnos etiam colore variare aiunt: alij ad colores venarum ſub lingua ouis hoc referunt,vt dixi in Oue C. Arietis lanam ſequitur tota generatio ipſius,Albertus.Arietum maximè ſpectantur ora: quia cuius coloris ſub lingua habuêre venas,eius & lanitium eſt in fœtu, variumque ſi plures fuêre: & mutatio aquarum potusq; variat, Plinius. Hinc eſt nimirum quod Didymus ſcribit, Volunt arietes perpetuo aqua eadem vti,non peregrina & aliena.

Aries per dimidium annum dicitur dormire ſuper latere vno,& per dimidium ſuper altero, Albertus. Sex hybernos menſes in læuum latus iacens quietem capit: contraque ab æquinoctio verno in dextrum incumbit:

mulatum ſuo ictu ipſum ſe ſauciat. Epicharmus autem Syracuſanus, qui pecudum medicinas diligentiſſimè conſcripſit, affirmat pugnacem arietem mitigari terebra ſecundum auriculas foratis cornibus, quà curuantur in flexu, Columella. Ferocia eius cohibetur, cornu iuxta aurem terebrato, Plinius & Albert. Ne incurrat aries proximè ad aures ipſas cornua eius pertundito, Florentin. Pecora minimè inuadet lupus, ſi ductori dicto ſquillam appenderis, Anatolius. Aries lupum fugit etiamſi nunquam ante viderit, Albert. Si elephantus feritate effertur, ſtatim ad arietis conſpectum manſueſcit, (impetum & furorem remittit, Plutarchus,) Aeſculapius & alij: Plura vide in Elephanto D.

E.

Pelles arietum rubricatas, Exodi 25. Hieronymo interprete. 1. x 2. habent ἀλφαμυκᾶ κριῶν ἐρυθροδανωμένα. Ouium vel arietum pelles ſibi ſubſtrauiſſe dormientes quoſdam, vt per quietem oraculis ſiue ſomnijs inſtruerentur, dixi in Capra E. Arietis pudendum quidam miſcent escæ ad mugiles capiẽdos. Arietes inter ſe cornibus decertantes tempeſtatem aut frigus minantur, vt in Oue E. ex Arato retuli. Arietes vltra ſolitum ſalientes, ſi capitibus concutiant ſe, tempeſtatem demonſtrant.

F.

De carne arietum vide quædam in Oue. Hircorum caro tum ad coquendum, tum ad ſuccum bonum generandum, eſt deterrima: hanc ſequitur arietum, poſt taurorum. Porrò in ijs omnibus carnes caſtratorum ſunt præſtantiores: ſenum autem peſſimæ, Galenus libro 3. de alim. facult. Hœdorum caro minus excrementitia eſt quàm arietina, (ſi ſit agnina,) Auicenna. Arietina validior eſt & minus humida quàm ouilla, & concoctu difficilior. Iuniores minus humidi minusque viſcoſi ſunt: & caro eorum agninæ ac ouillæ præfertur: nam ſi bene concoquantur laudabilem & multum ſanguinem generant, maximè caſtratorum: eſt enim calida & humida temperatè, & eandem ob cauſam boni ſaporis. Improbatur in ſenecta, (tum aliàs, tum caſtratorum ferè magis.) Nam cum ætas ipſa prouectior corporis habitum refrigeret, multò magis refrigeratur in caſtratis. Anniculi laudantur à moderata temperie, minus humida ſcilicet quàm lactentium, & ſiccíore quàm iuuenum: itaque caro eorum melior & concoctu facilior habetur: ſanguinem gignit meliorem, vtilis præcipuè iuuenibus calidi ac ſicci temperamenti, & ijs qui calidas ſiccasque regiones habitant, Iſaac. Eubulus apud Athenæum in Fabula quadam inter cæteros delicatiores cibos, nominat ὀρχεις, id eſt arietis teſticulos. Noſtri etiam in quatuor partes diſciſſis teſtibus ſingulis, binas earum in ſingula è ligno verucula infigunt, & in craticula torrent: ſunt qui omento etiam inuoluant, per ſe, vel cum ſaluia, vt fit in iecinoribus ouium aut arietum. Sale conditi arietis pulmo, maximè vetuſti, difficulter & grauiter à ventre exuperatur, Aëtius 9. 30.

Medulla arietis non caſtrati inter venena numeratur, humanæ naturæ adeò contraria, vt memoriæ functionem aboleat, reſiſtunt ei carnes phaſiani, Arnoldus in libro de doſib. theriacal.

G.

Cur pelles recenter detractæ, maximeque arietum, verberum vulneribus & vibicibus admotæ, & ouа ſuper confracta, prohibent vlcera ne conſiſtant, inquirit Ariſtoteles problematum 9. 1. Vide ſupra in Oue G. ab initio. Emplaſtrum de pelle arietis ad hernias ſiue enterocleas à recentioribus quibuſdam medicis commendatur, & deſcribitur, præſertim ab Arnoldo de Villa noua: & in aliquot pharmacopolarum officinis paratum reperitur. Illud etiam commendat Mich. Alyſius eodem feliciter vſus. Inhiberi Venerem pugnatoris galli teſticulis anſerino adipe illitis, adalligatiſque pelle arietina tradunt, Plinius. Et alibi, Gallinacei dexter teſtis arietina pelle adalligatus partus continet. Arietis vellera lota frigida ex oleo madefacta, in muribus malis inflammationes vuluæ ſedant: & ſi procidant, ſuffitu reprimunt, Plinius. Lana arietis nigra intincta in aqua, deinde in oleo, & ſuppoſita locis dolorem tollit: & ſuffumigata, ante prolapſam vuluam reprimit, Sextus. Pugnacis arietis è medio cornuum lanas ſuffitas, impone loco dolenti in hemicranio, dolorem ſedat, Nicolaus Myrepſus: Alij cinerem huius lanæ ex aceto ponunt, vt mox dicetur. Lais & Salpe canum rabioſorum morſus leniri aiunt, & tertianas quartanaſque febres, menſtruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluſo, Plin. Et alibi, Partus adiuuari putant, ſi in arietis lana alligatum cucumeris ſylueſtris ſemen inſcientis lumbis fuerit, ita vt protinus ab exitu (ſcilicet fœtus) rapiatur extra domum. Lanam arietis de fronte velles & cõbures in operculo ollæ nouo, & in mortario confricabis, atque ex aceto fronti inlines ad capitis dolorem, Marcellus. Arietinorum vellerum cinis cum aqua mixtus & appoſitus, incommodis veretri repugnat, Idem. Verendorum formicationibus verrucisque medetur arietini pulmonis inaſſati ſanies: cæteris vitijs vellerum eius vel ſordidorum cinis ex aqua, Plinius. Arietis de capite lanam, à coxis & à teſticulis, paſſim ſuſpendas, perfectè diſcutit tertianas, Sextus. Sanguinem ſiſtit ex ariete ſuccida, articulos extremitatum: (id eſt manum & pedum hominis) præligans, Plinis. Arietis quàm pinguiſſimi lana, plena ſuis ſordibus combuſta & in puluerem redacta, prodeſt plurimum ſi eo cinere ex aqua locum inguinum perfricaueris, Marcellus. Cauliis ius ex carne arietum priuatim aduerſus cantharidas valet, Plinius. Caro arietis aduſta vtiliter illinitur morphææ & impetigini. Confert etiam morſibus ſerpentum & ſcorpionum, & algerarat, & cum vino canis rabioſi Cinis eiuſdem medetur albugini oculi, Auicenna. Adeps veruecinus ſimilem ſuillo vim habet: hyſtericas aut ani cauſas vtiliter curat, & ambuſtis auxiliatur, Obſcurus Dioſcoridem citans. Sepo arietis ſcabiem vnge admixta ſandaracha, & ſubinde rade: hoc & ad perniones facit, ſed cum alumine mixtum, Sextus. Furunculis mederi dicitur ſeuum arietis cum cinere pumicis & ſalis pari pondere, Plinius. Cicatrices ad colorem reducit pecudum pulmo, præcipuè ex ariete, ſeuum ex nitro, Idem. Fel arietis cum ſeuo, podagras lenit, Plinius & Marcellus. Cornu arietis vratur, ciniſque eius cum oleo conteratur, atque inde dera ſum caput frequenter vngatur ad Criſpandum capillum, Marcellus. Item pecten factus de dextro cornu arietis ſi caput pectinetur, aufert dolorem capitis de dextra parte, ſi vis de ſiniſtra, fac de ſiniſtro cornu & valeat, Idem. Ad mentis alienationem & deſipientiam vitio cerebri obortam in manuſcripto quodam codice Germanico tale medicamentum reperi: Caput arietis nondum experti Venerem, vno ictu amputatum, cornibus tantum demptis integrum cum pelle & lana in aqua bene elixabis, tum aperto cerebrum eximes, & addes aromata, cinnamomi, zinziberis, nucis moſchatæ, macis, caryophyllorum ana vnciam ſemis. Horum pollinem cerebro admiſcebis in patella ad prunam non magnam diligenter agitando ne aduratur, quod facile fieret. Curabis autem ne nimium deſiccetur, ſed ita coquatur ne ſiccius fiat vitulino cerebro ad cibum parato. Sat coctum fuerit, vbi bene commiſceueris ad prunam. Sic conditum ſeruabis, & per triduum ægro quotidie ieiuno dabis, ita ut horis poſt duabus cibo potuque

bo potuque abſtineat. Sumi poteſt cum pane, vel in ouo, vel ex iure, vtcunque, modo deuòretur ab ægro. Danda interim opera, ne loco lucido æger ſit, & vt ad quatuordecim dies eodem victu vtatur, quo vti ſolent quibus detractus eſt ſanguis: & vino caput tentante abſtineant. Sunt qui breui tempore iuuentur, aliqui ſex demum vel octo ſeptimanis à ſumpto medicamento. Conſultũ autem fuerit medicamentũ à tribus menſibus repeti. Magna vis & pulmonibus arietum, excreſcentes carnes in vlceribus ad æqualitatem efficaciſſimè reducunt, Plinius. Pulmo arietis calidus adpoſitus carnes excreſcentes in vulneribus exæquat & reprimit, Marcellus. Cicatrices ad colorem reducit pecudum pulmo, præcipuè ex ariete, Plinius. Liuentia & ſuggillata pulmones arietum pecudumque in tenuis confecti membranas, calidi impoſiti, emendant, Idem. Liuores & ſuggillationes pulmo arietis conciſus minutatim & impoſitus, ſtatim ſanat, & nigras cicatrices ad candorem perducit, & à calciamentis læſos pedes ſanat, Sextus. Attritus calciamentorum ſanat agninus pulmo, (de quo idem Dioſcorid. ſcribit,) & arietis, Plinius. Pernionibus & ruptis pedibus pulmo ariet. impoſitus, omni aſperitate læuigata moleſtiam tollit, Marcellus. Liquoris arietis, quem de pulmone concoques, ſtilla ſuperpoſita clauiculos, qui in manibus naſcuntur aut in veretro, illita tollit, Sextus. Verendorum formicationibus verrucisque medetur arietini pulmonis inaſſati ſanies, Plinius. Arietini pulmonis dum in craticula aſſatur ſuccus exceptus, myrmecias quæ in veretro naſci ſolent, vnctione ſua purgat & diſcutit, Marcellus. Arietis liquor qui à pulmone decocto deſtillat, tertianas & renum morbum in eis natum ſanat, Aeſculapius. Pulmo agninus vel arietis vritur, & cinis eius cum oleo imponitur, vel ipſe crudus admotus pernionum vlceribus vtiliter alligatur, Marcellus. Ad phrenefin, Pulmo arietis calidus extractus imponatur capiti, iuuat, Theophr. Contra peſtilentem morbum ouium: Ventrem arietis cum vino coques, & aqua admixta ouibus in potu dabis, Albertus. Arietis fel aurium dolori, qui eſt ex frigiditate medetur, Hali Fel arietis cum ſuo (ſuo) podagras lenit, Plinius & Marcellus. Fel veruecinum lanis adhibitum & in vmbilico poſitum ventrem ſoluit infantium, Obſcurus Dioſcoridem citans. Comitialibus morbis vtiles tradunt teſticulos arietinos inueteratos, tritoſque dimidio denarij pondere in aqua vel lactis aſinini hemina. Interdicitur vini potus quinis diebus ante & poſtea, Plinius. Arietis teſticuli oboli tres potati cum aqua, caducis medentur, Sextus. Cinis feminum arietis cum lacte muliebri diligenter prius elutis linteolis, vlcera cacoëthe ſanat, Plinius. Vngulæ arietinæ cinis cum melle, muris aranei morſum ſanat, Plinius: Valerianus imponendum exprimit. Somno aſciſcendo, in febri præſertim, Dilue præterea glomeramina (pilulas fimi) quæ gerit intus Clauſa aries inter geminæ coxendicis vmbras, Inde ſoporati ducentur gutture potus, Serenus. Fimus veruecinus cum aceto vt cataplaſma impoſitus, maculas nigras emendat, naſcentes clauos corporibus tollit. Ignem ſacrum impoſitus curat, ambuſtis medetur, Obſcurus Dioſcoridem citans. Chiron Centaurus ei animali (iumento) quod profluuio attico (vox corrupti) cœperit laborare, ita vt viridis ei vel pallidus per nares humor erumpat, ex lotio humano aut arietino duas corylas cum vino & cyatho olei roſacei putat eſſe miſcendas, & per nares, quæ humorem funeſtum egerunt, digerendas. Quam curationem & pulmoni ſanitatem, & naribus ſiccitatem præſtare confirmat, Vegetius l. 17. Arietis ſordes quas inter femora habet, cum ariſtolochia & myrrha æquis partibus potato, ad regium morbum optimè facit, Sextus. Plinius ſordes aurium & mammarum pecudis denarij pondere cum myrrhæ momento & vini cyathis duobus morbo regio reſiſtere ſcribit.

H.

a. Aries qui eam dicebant, aret, veteres noſtri aruiga, (ſic Græcè ἄρηγα) aries, Heſychio hinc aruigus. Hæc ſunt quorum in ſacrificijs exta in veru coquuntur, quas & Accius ſcribit, & in Pontificijs libris videmus, in hoſtijs eam dicunt aruigem, quæ cornua habeat: quoniam is, cui oui mari teſticuli dempti, & ideo vt natura verſa vertex declinatum, Varro de lingua Latina. Videtur autem locus deprauatus. Aries dicitur ab aris: quòd hoc pecus primum in aris gentiles immolarint, Iſidor. Alij obſcuri arietem παρὰ τὸ ἀρετὴν deriuant, hoc eſt à virtute, quòd robore corporis & animi fortitudine ouibus præſtet. Ego ab ἀρνειὸς voce Græca potius deduxerim. Nefrendes arietes dixerunt, quòd dentibus frendere non poſſint, Feſtus: Sed forte arietes non caſtrati ſignificantur, ad veruecum differentiam: nam, vt idem ſcribit, ſunt qui nefrendes teſticulos dici putent, quos Lanuuini appellant nebrundines, Græci νεφρούς. Prænestini nefrones. Aut forte arietes adhuc teneri: nefrendes enim infantes ſunt nondum fredentes, id eſt frangentes. Varro & Fulgentius porcos propriè nefrendes vocari aiunt, qui non amplius lactent, necdum tamen fabam frendere poſſunt. Pecoris maritus lanigeri, portitor Helles, Phrixeus maritus, apud Martialem pro ariete quouis leguntur. Coniunx ouis lanigeræ, Ouidio: & laniger abſolute pro ariete. Eidem Metam. 7. Ouem veteres genere maſculino dixerunt, vide in Oue a. Ibix in Biblijs ponitur, vt videtur, pro caprearum genere vel ariete, Obſcurus. Nos veram ibicis hiſtoriam dedimus ſupra inter Capras ſylueſtres: nec enim alius eſt ibix vel ibex, quàm qui vulgò capricornus dicitur. Ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat, Vergil. in Buc.

Ὄις apud veteres in maſculino genere, vide mox inter epitheta. Aries cornibus maximè valet, & apud Græcos ἀπὸ τοῦ κέρω: (al. κάπρος) κελὸς appellatur, Macrobius. Κελὸς, ὁ τὸ κάπρος ἡμῶν, ὡς, ὁ τὴν κορυφὴν ἅλαντ' ἔπιεν, Suidas & Varinus. Aliqui deriuant παρὰ τὸ κεκελῶθαι τοὺς τείχας, &c. vide Etymologum. Deduxeris etiam, quæ Etymologi coniectura eſt, παρὰ τὸ κρίειν καὶ ἡγεμονεύειν τῶν προβάτων. Aratus quidem primam producit, vt & Homerus bis Odyſſeæ nono, & Dionyſius Afer bis. Ἄλλοι δ' ἐξ ἀγέλης κελοί, ἄλλοι δὲ καὶ αἶγες. Ὁ πεῖσμα χθονὸς τῶν προβάτων, ὃν ἴσαν ἀπὸ πάντων κελὸν λόγον, καὶ πάμπαν πᾶσι ἡγεμονίας χηδεῖ τὸ θήλυμα δῶκε, Theophylactus in epiſtolis. Κελὸν, paruus aries, Heſychius, Varinus. Ἀρνειὸς ouem marem ſignificat, ut τραγὸν capram marem, Varinus. Didymus quidem in Geoponicis 18. 3. ἀρνειὸς ponit pro agnis: ſed doctiores hoc reprehendunt. Iſtrus in dictionibus Atticis ouem in prima ætate vocat ἄρνα, deinde ἀμνὸν, deinde ἀρνειὸν, poſtremo λεπτογάμονα. Vocabatur & μεσχίας, aries trimus, Euſtathius & Varinus. Ἀρνειὸς, aries trimus, Heſychius. Oues adultæ Græcis vocantur θῆλες καὶ κελοὶ καὶ ἀρνοί, Varinus in Τράγος & Ἄρνες: item Ammonius in differentijs vocum. Euſtathius quoque in Homerum ſcribens teſtatur ἀρνῶν nõ agnum, ſed arietem eſſe. Ἀρνὸς non eſt ἀρνειὸν, id eſt agnus, (inquit Varinus) ſed prouectæ iam ætatis aries: vt conſtat ex ariete quo ſeruatus eſt Vlyſſes, qui, cum adultus & matura ætate eſſet, à poëta indifferenter ἀρνὸς & κελὸς nominatur, à Polyphemo κελὸς πίτνων. Locus eſt Odyſſeæ nono, vbi poëta, Ἀρνειὸς γὰρ ἔην μάλων ἦχ' ἄλλων ἀρτίτοκων. Et alibi, Ἀρνειῷ μὲν ἔγωγε ἐΐσκω πημονιάλῳ, Ὅς τ' ἔπι μάλα πᾶσι. Fit autem ἀρνειὸς ἀπὸ τοῦ ἀρὴς, ut ἀδελφειὸς, ἀφρειὸς, & ſimilia, Varinus. Porrò Ἀρνεῖος penanſlexum nomen eſt menſis. Ἄρνες δῖες, Oues

ſus, oues mares, id eſt arietes Homerus Odyſſeæ nono. Ἄρσενα μῆλα, id eſt pecudes maſculæ, Ibidem. Aries ouium dux, Græcis eſt κριὸς & κτίλος, Pollux. Suidas. Leonem viri multi flagellis domitum. Λέοντα κεῖνο πλῆκτρον ἀντὶ κτίλου ἀσκῆσον, Oppianus. Apud Varinum ſcribitur etiam κτῆλος & ςίλος, neutrum probo: quanquam poſtremum apud Heſychium quoq; reperio. Κριὸς quidem, vt ego iudico, arietem ſimpliciter ſignificat, κτίλος verò ſemper gregis ducem. Hinc etiam adiectiuè capitur, & exponitur ab Heſychio & alijs, πῆκτος, πεπῖλος, σαυνὸς, ἥμερος: hoc eſt, manſuetus, mitis, familiaris, dux. Κτίλα τ' ὄϊα βρύχοντα. & manſueta oua comedens, id eſt manſuetarum auium, Nicander in Theriacis. Ἱερὰ κτίλοι Ἀφροδίτας. Pindarus in Pythijs: vbi Scholia, Homerus arietem gregis ducem κτίλον appellat: ſed alia huius nominis etymologia eſt apud Pindarũ, nempe à verbo κτίζω, quod eſt nutrire: nam & alibi dicit ἐρεμνὰ ὄϊες, pro ſue in montibus nutrito. Et hîc igitur κτίλον vocat τὸ σαυνὸν καὶ πεπῖλον, καὶ σαυνὸν, καὶ εἰθισμένον τῇ χειρί. Sic alibi verbum κτιλοῦσθαι vſurpat pro πραΰνεσθαι id eſt manſuefacere. Ἔνθα πειθοῖς κτιλοῦντες καὶ ἔπεσιν λείβετον πῦρ. Κτιλοῦσθαι, ἢ κηλεῖσθαι, συναγείρειν. (σαυνὸν εἶναι vel σαυνὸν ποιῶν potius, id eſt conciliare ſibi, & fauorem ac beneuolentiam alicuius in ſe conuertere, aliquem demulcere,) Heſychius, Varinus. Κτίλος· ὁ χειρώδης καὶ ἥμερος· ἐκ τοῦ κεῖμαι τὸ πρόσκλισμαι τῷ ἄλλον ἐφ' ἑαυτοῦ μετοικίσθαι. Hinc ἐκτιλωμένος (lego, ἐκτετιλωμένος,) apud Pauſaniam, familiaris alicui. Et κηλεῖσθαι verbum apud Herodotum in Clio, Οἱ Ἀθηναῖοι ἐκηλήσαντο τὰς λοιπὰς τῶν Αἰολίδων: hoc eſt placatas & conciliatas ſibi vxores duxerunt, vt Euſtathius exponit in Iliad. tertium. Cæterum Κῖλος penanficum proprium nomen viri eſt, quem Porphyrius dicit fuiſſe Iouis nepotem, Σατύρου. Varinus. Ἐκτιλωμένος, (lego paroxytonum, vt ſit participium præter. paſſ.) σαυνισθεὶς, σαυνὸς, Heſychius, Varinus: id eſt placidi, familiares, vt & ilos, id eſt aries dux gregis paſtori familiaris eſt, Etymologus. Ἐκτιλωμένων (lego, ἐκτετιλωμένων, quamuis non admittente literarum ordine) πεφοβημένων καὶ σαυνίδος μετηχημένων, Varinus. Nicandri interpretes & ilas dici oues arbitrantur, mites ac pingues, Cælius. Καὶ πανέρια κτίλον ἦμαρ, Heſiodus. Ἄρσεν, ouis mas, Heſychius, Varinus. Sic Latinis olim aruiga, vt ſuperius ex Varrone ſcripſi. Ἔριφον, κριὸν, Heſychius. Θοῦριν κριὸν, Idem. Ἶρον, aries hircus, Heſychius, Varinus. Δεδμώτων, κριῶν, ἀγελῶν, Idem. Elephanti ex animalibus maximè exhorrent hircum, ceraſten. porcum, Volaterranus ex Horo ni fallor: ceraſten equidem non alium quàm arietem intelligo: qui ab elephanto viſus etiam furente, mitem & manſuetum eum reddere fertur. Nec ineptum ei fuerit nomen ceraſtes, id eſt cornutus: quod cornibus maximè valeat, vnde & verbum arietare Latinis factum, ab hac potius animante quàm alijs cornutis quanquam longè validioribus. Noſtri arietem vocant hermannum, id eſt gregis maritum: Vſurpatur etiam pro viri nomine proprio, per baptiſmum imponendo.

Epitheta. Aries corniger, petulcus, pugnax, trux (apud Claudianum in Epithal. Honorij:) tortus, celer lanigerpersultans, præceps, bellator, Nepheleius: villoſus, petulans, Textor. Laberius poëta vocabat arietes reciprocicornes & lanicutes, quod reciproca habeant cornua, & cutem lana opertam. Ἄρσενες δ' ἐς ἤπαρ, ἰὼ πεφίες, ἀλεσίμαλλοι, Καλοὶ τε μεγάλοι τε, ἰοδνεφὲς (μέλαν) εἶδος ἔχοντες, Homerus Odyſſeæ nono. Κριὸς πίειρε, πίειρα, Ibidem. Κριὸς αἰσυλόκερως, ſic Plato Comicus vocat arietem magnis cornibus, præditum: nam vocabulum αἰσυλὸς non ad intemperantiam ſolum apud veteres refertur, ſed ad magnitudinem quoque, (nimirum vt luxuriari de plantis, μαίνεσθαι, ὑλομανεῖν,) Suidas & Varinus. Plura vide paulò inferius, vbi de icone arietis dicetur. Παχυμήλης apud Homerum: grammatici interpretantur, ὑπερσαρκῶν, ὑπερφυῆ. hoc eſt corpulentum, & ſolido corpore: alij nigro vellere veſtitum, alij albo, Heſychius & Varinus, apud quem plura, ſi libet. Κριὸς ἐπόρχης.

Sunt naues quædam Libycæ (λύβια, forte λιβυκὰ, vt Calcagninus etiam legit, & Rhodiginus,) quas arietes & hircos vocant: vnde taurum etiam qui Europam auexit tale nauigium fuiſſe conijcimus, Pollux. Aliqui Phrixum non in ariete per mare vectum aiunt, ſed in naui cuius prora arietis imaginem inſigne præferebat, διὰ κριοπρώρου σκάφους, Varinus in Κριός. Sed de Phrixi ariete plura in h. Ἐν δὲ οἰνοχόαις ὀστράκιναι κριὸν κλείτην τὸ καὶ κάμαρον τὸ πρῶτον, ὃ τὸ ὑπὸ Φρυγῶν, Varinus & Suidas. Erant autem ceramia, vinaria vaſa teſtacea: quæ nimirum certa ad diuerſas menſuras magnitudine fiebant, aut capacitatis ſuæ notis quibuſdam & veluti punctis interius ſignabantur per interualla, quæ ὀστράκους dixerim. In hoc forſan genere vas, quod ſemel iuſta magnitudine & iuſtis interuallis paratum veluti regula & archetypum aliorum obſeruabatur, κριὸς dicebatur, quòd primarium & præcipuum eſſet, & reliqua menſuram eius ſequi deberent vt oues ſuum ducem. Παρὰ τοῖς ταξιλίνοις τὸ μεταξὺ καὶ ἀναχαίτης κριὸς, & apud architectos pars quædam Corinthiæ columnæ ſic nominatur, Heſych.

Aries machina eſt bellica. His principijs, (è malorum pirorumque ſeminibus,) turribus murisque impellendis arietes naſcuntur, Plinius. Aliqui Germanicè interpretantur, *ein ſturmbaum oder ſturmblock*. Κριὸς & κριοὶ Polluci inter machinas bellicas numerantur. Varinus κριὸν interpretatur ὄργανον τειχομαχικόν: Heſychius μόσχον, πολιορκητικὸν ὄργανον. αἰσύλα. Ἁπτωλίζεσθαι τὸ μηχανικὸν κριὸν, Suidas. Οἳ κατεπέτασαν φωὰς, καὶ ἀμὲ τὸν τῶν ἀνεμοφθόρων (πεσσαμώτων) τοῖχον τὰς κριοφόρους μηχανὰς, Suidas & Varinus. Carim Hebraicè, id eſt arietes dicuntur machinæ bellicæ, vt Ezechielis 4. & 21. quamuis Kimhi illic malit intelligere duces ſiue imperatores exercituum, Munſter. Quod ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit, Cæſar. 7. bel. Gall. Quamuis murum aries percuſſerit, Cicero 1. Offi. Cum effractis portis ſtratiſue ariete muris, Liuius 1. ab Vrbe. Labat ariete crebro Ianua, Verg. 2. Aeneid. id eſt crebris ictibus arietis. Primum ad oppugnationes aries ſic inuentus memoratur eſſe (inquit Vitruuius 10. 19.) Carthaginenſes ad Gades oppugnandas caſtra poſuerunt. Cum autem caſtellum ante cœpiſſent, id demoliri ſunt conati. Poſteaquam non habuerunt ad demolitionem ferramenta, ſumpſerunt tignum, idque manibus ſuſtinentes, capiteque eius ſummum murum continenter pulſantes, ſummos lapidum ordines dejiciebant, & ita gradatim ex ordine totam communitionem diſſipauerunt. Poſtea quidam faber Tyrius nomine Pephaſmenos, malo (tigno vel trabe inſtar mali) ſtatuto ex eo alterum tranſuerſum vti trutinam ſuſpendit, & in reducendo & impellendo vehementibus plagis deiecit Gaditanorum murum. Cetras autem Chalcedonius de materia primum baſim ſubiectis rotis fecit, ſupraque compegit arrectarijs & iugis varas, & in his ſuſpendit arietem, corijſque bubulis texit, vti tutiores eſſent qui in ea machinatione ad pulſandum murum eſſent collocati. Id autem quòd tardos conatus habuerat, teſtudinem arietariam appellare cœpit. His tunc primis gradibus poſitis ad id genus machinationis, poſtea cum Philippus Amyntæ filius Byzantium oppugnaret, Polydus Theſſalus pluribus generibus & facilioribus explicauit, &c. Deinde expoſita ratione turris ambulatoriæ extruendæ, ſubdit: Conſtituebatur autem in ea arietaria machina, quæ Græcè κε-

ὄστρια dicitur, in quo collocabatur torus perfectus in torno: in quo insuper constitutus aries, rudentium ductionibus & reductionibus, efficiebat magnos operis effectus, Hæc vitruuius: Adiecta est & figura per Io. Iocundum. Arietis est figura Romæ in arcu Lucij Septimij Seueri in radicibus Capitolij, & Colchide columna Traiani, Philander. De ariete scribit etiam Robertus Valturius libro 10. De materia ac tabulatis (inquit Vegetius 4.14.) testudo contexitur, quæ ne exuratur incendio, corijs vel cilicijs centonibusque vestitur. Hæc intrinsecus accipit trabem, quæ adunco præfigitur ferro, quod falx vocatur ab eo quòd incuruata est, vt de muro extrahat lapides. Aut certè ipsius caput vestitur ferro, & appellatur aries: vel quòd habet durissimam frontem, quæ subruat muros, vel quòd more arietum retrocedit, vt cum impetu vehementius feriat. Testudo autem à similitudine veræ testudinis vocabulum sumpsit, quia sicut illa modo reducit, modo profert caput: ita machinamentum interdum reducit trabem, interdum exerit, vt fortius cædat. Persæ (in oppido Bezabde, inquit Ammianus libro 20. machinæ ingentis (arietis) horrore perculsi, quam minores quoque sequebantur, omnes exurere vi maxima nitebantur: & assiduè malleolos atque incendiaria tela torquentes laborabant incassum: ea re quòd humectis scortis & centonibus erant opertæ materiæ plures, aliæ vnctæ alumine diligenter, vt ignis per eas laberetur innoxius, &c. Et cum iam discussurus turrim oppositam aries maximus aduentaret, prominentem eius ferream frontem, quæ reuera formam effingit arietis, arte subtili illaqueatam altrinsecus lacinijs retinuêre longis, ne retrogradiens resumeret vires, néue ferire muros assultibus densis contemplabiliter posset, &c. Et rursus libro 23 arietem his verbis describit: Eligitur abies vel ornus excelsa, cuius summitas duro ferro concluditur & prolixo, arietis efficiens prominulam speciem, quæ forma huic machinamento vocabulum indidit: & sic suspensa vtrinque transuersis asseribus & ferratis, quasi ex lance vinculis trabis alterius continetur: eamque quantum mensuræ ratio patitur multitudo retro repellens, rursus ad obuia quæque rumpenda protrudit ictibus validissimis, instar adsurgentis & cedentis armati. Qua crebritate velut reciproci fulminis impetu ædificijs scissis in rimas, concidunt structuræ laxatæ murorum. Hoc genere operis, si fuerit exerto vigore discussum, nudato vallo defensorib. solutisque obsidiis ciuitates munitissimæ recluduntur. Pro his arietum machinamentis iam crebritate despectis, conditur machina helepolis dicta, &c. Aries (inquit Ioseph us de bel. Iud. 3.9.) est immensa materia (trabes, malo nauis assimilis: cuius summum graui (crasso) ferro solidatum est, in arietis effigiem, ἐς κεφαλῆ πρεμαμένου. Dependet autem funibus medius ex trabe alia, velut ex trutina, palis vtrinque fultus bene fundatis. κατακρέμεται δὲ καλοῖς μέσος, ὥσπερ ἐκ δοκοῦ πλάστιγξ, ὑπ' ἀμφοτέρων ἑστὼς στηριγμάτων ἰσχυρῶς ἐμπεπηγότων.) Retrorsum autem magna virorum multitudine repulsus, hisdemque simul rursus impellentibus, in fronte prominente ferro mœnia percutit: nec est vlla tam valida turris, aut murorum ambitus adeò latus, vt etsi priores ictus fortiter sustinuerit, assiduos vincat. His subiungit qua industria Iudęi saccos paleis confertos à muris demiserint, qua semper impetum arietis ferri videbant: Romani vero proceris contis falcatis saccos abscideriut, postremò Iudæus quidam saxo ingenti in machinam illiso caput eius abruperit. Græca Iosephi verba de arietis forma & vsu, recitat etiam Suidas in voce Κριὸς Et insuper, Aries, inquit, machinamentum est obsidionale, sic dictum quòd cum impetu muros feriat, & mox retrocedat, idque continuè tanquam impugnando. Est autem trabs (κεραία) magna, arietis specie parte extrema, quæ στρεπτὴ vocatur: vbi etiam longiore ductu ferrata est, ne amputari, δοκανιζεσθαι, néue incendi possit. Ἐπικαλεῖται ἐμφαλαμένους (περιπλεγμένους) διὰ τὸ ἀναπτῆναι αὐτὰ πυρί. Innominatus: Suidas in voce Ἐμφαλαμένους. ait eum de ariete machina loqui. Proarietem dixit Cæsar in quarto Commentariorum pro eo instrumento quo vice arietis vtimur ad adigendam materiam, his verbis: Et ad inferiorem partem fluminis obliquæ adigebantur, quæ pro ariete subactæ, & communi opere coniunctæ, vim fluminis exciperent. Quo loco obliquæ substantiuè positum credo, Bayfius in libro de vasculis. Ego non obliquæ sed sublicæ legerim: sic enim vocantur tum ab alijs tum ab ipso Cæsare alibi pali ingentes in aquam adacti, siue aliam ob causam, siue ad pontem sustinendum, vnde pons dictus sublicius. Hæc quum machinationibus immissa in flumen defixerat, fistucisque adegerat, non sublicæ modo direxerat, &c. Cæsar 3. de bel. Gall. Est autem fistuca machina, qua etiam pauitores vtuntur, vulgò (Gallis) pilotium, vtrinque ansata: qua pali magna vi in terram adiguntur. Eadem, meo quidem judicio, rectè proaries etiam ex Cæsare nominabitur. Equum qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis primum reperisse aiunt Epeum ad Troiam, Plinius. Vide in Equo Troiano inter prouerbia ab equo sumpta. Κεκιηκέναι, (arietibus oppugnare & impetere,) τὸ πρὸς κριοὺς τοὺς μηχανικοὺς πολιορκεῖν. ὡς τὸ, Οἱ δὲ σὺν πύργοις κεκιηκότες ἐπεχείρουν, Suidas & Varinus. Οἱ δαίμονες ὥσπερ κριοκοπίοντες, ὡς τεῖχος ἡμᾶς τύπτουσι. Cyrillus de exitu animæ. Arietes, id est impetus, perturbationum, apud recentiorem quendam legere memini: quòd ijs scilicet tentetur & commoueatur animus humanus. Aduersum ictus arietum quæ remedia opponantur, vt culcitræ, laquei, lupi ferrum in modum forficis dentatum, & bales columnarum ex alto iniectæ, docet Vegetius de re militari 4.25. Iscolaus cum in Drye oppugnaretur à Chabria, volente arietes admouere, prior ipse muri partem deiecit: vtrunque secum reputans, vt sui milites fortius pugnarent, cum munitionem mœniorum non haberent: & hostes existimarent, suas machinas oppugnatorias esse contemptas. Certè hostes sponte ab obsessis destructa mœnia metuentes, ingredi in vrbem non audebant, Polyænus libro 2.

Vniuersa signa zodiaci ad naturam Solis iure referuntur: & vt ab ariete incipiam, magna illi concordia est. Nam & is per sex menses hybernales sinistro incubat lateri, ab æquinoctio verno super dextrum latus: sicut & Sol, ab eodemque tempore dextrum hæmisphærium, reliquo ambit sinistrum. Ideo & Ammonem (quem deum Solem occidentem Libyes existimant) arietinis cornibus fingunt, quibus maximè id animal valet, sicut radijs Sol, Macrobius. Et alibi (in som. Scip. 1.21. Quanquam, inquit, nihil in sphæra primum, nihilque postremum sit, primum tamen ex duodecim signis arietem dici Aegyptij voluerunt. Aiunt enim incipiente die illo qui primus omnium luxit, id est, quo in hunc fulgorem cœlum & elementa purgata sunt, qui ideo mundi natalis iure vocitatur, arietem in medio cœlo fuisse. Et quia medium cœlum quasi mundi vertex est, arietem propterea primum inter omnes habitum. Mox subijcit causam cur aries Marti, & reliqua zodiaci signa alia alijs planetis attribuantur. Et rursus, Aries æquinoctiale signum est, & pares horas somni & dici facit. Cur primus locus arieti inter duodecim signa tribuatur, plura lege apud Cælium 1.9. Criòn, id est arietem in cœlo dici autumant, quia quum in eo fuerit Sol inter diem ac noctem quodammodo iudicat, quod κρίνειν nuncupant: & quòd in eo signo inter hyemem positus ac æstatem ipse rursum iudicetur, Cælius. Singula zodiaci sydera quamuis vni alicui planetæ consecrata, aliæ tamen eorum partes alijs atque alijs planetis adscribuntur, vt pluribus de arietis partibus

præscribit

præscribit Cælius 30.10. Arietem cœleste signum (inquit Sipuntinus) aliqui putant esse illum quo vectus est Phrixus, (de quo dicendum infra in h.) Alij vero hunc esse arietem dicunt, qui Libero patri per deserta Libyæ exercitum ducenti & siti laboranti apparuit, fontemque amœnissimum ostendit, vt superius diximus: quapropter Liber pater templum Ioui Ammoni eo in loco constituit, & simulachrum cum arietinis cornibus fecit, arietem inter sydera figurauit: ita vt cum Sol in eo signo foret, omnia nascentia recrearentur, quod veris tempore fit, ea maximè ratione, quod per eum Liber siti pereuntem exercitum liberauerat. Duodecim præterea signorum principem tradunt hunc esse voluisse, quòd optimus exercitus sui ductor fuisset. Sunt etiam qui scribant, quo tempore Bacchus Aegyptum tenebat, Ammonem quendam ex Africa venisse, & pecudum multitudinem ad Liberum duxisse, quo facilius & illius gratiam sibi conciliaret, & ipse aliquid inuenisse diceretur. Itaque pro eo beneficio agrum ei à Baccho datum, qui est contra Thebas Aegyptias: & qui simulachra eius fecerunt, cornuto capite ea figurasse, vt homines memoria tenerent, hunc primum pecus ostendisse, Bacchum vero memoriæ gratia arietem in cœlum transtulisse, Hæc Sipuntinus ex Higino. Pausanias in Corinthiacis ait, Cranion cupressorum nemus ante vrbem fuisse, in quo Bellerophontis lucus, & Veneris Melænidos templum, ac Laidis monumentum, insculpta lezena, quæ prioribus pedib. arietem complecteretur: qua de re etiam Alciati emblema recitaui in Leone a. Mandrobulus (alias Mandrabulus) cum in Samo inuenisset τ' χωνδύλιον (hoc alibi exponit, χωνίον ἐν οἰκέτου κύκλῳ) primum arietem aureum dedicauit, deinde argenteum, tertio æreum, postremò nullum, vt scribit Ephorus. Suidas in Ἐπὶ παμμάτροβύλῳ, addit hoc inde natum prouerbium, de ijs qui in deterius subinde proficerent. Vide, Mandrabuli more, apud Erasmum. In Acropoli (Athenis) magnus aries æreus consecratus erat, quem propter magnitudinem Plato Comicus ἀστραγάλειον cognominat, & equum Durium, (cuius similiter imago ibidem consecrata erat: aliqui vnam & eandem imaginem vnius muralis machinæ illic consecratæ, fuisse putant, quam alij arietem alij equum appellarint:) ei connumerat. Ἀστραγὰς quidem prisci non de intemperantia solum & lasciuia, sed etiam de magnitudine dixerunt: sic Eupolis ἄνευον ἀστραγᾶ: sed præstiterit ἀστραγάλειον interpretari τὸ κριόπλοκον (forte κυνόπλοκον) καὶ οἷονεὶ ἐξυβρίζοντα τοῖς κέρασιν, id est petulcum & cornu petentem, Hesychius. Vide infra inter prouerbia.

Arietinus, quod est ex ariete, vt arietinum iecur, Plinius. Cicer arietinum, quod arietino capiti simile est, Plinius. Arietarius, quod ad ariem pertinet, vt arietaria machina, Vitruuius. Arietare, dicitur de ariete, quum capite & cornibus aliquem impetit. Accius in Bruto, apud Ciceronem 1. de diuinatione, Deinde eius germanum cornibus connitier, In me arietare, eoque ictu me ad casum dari. Per translationem. Macedo gladium cœperat stringere: quem occupatum complexu pedibus repente subductis, Dioxippus arietauit in terram, id est præcipitauit, Curtius libro 8. Arietat in primos, obijcitque immania membra, Silius libro 4. Quis illic est, qui tam proteruè nostras ædes arietat? id est, tam vehementer pulsat, Plautus Trucul. Arietat in portas, & duros obijce postes, Vergil. 13. Aeneid. Vbi Seruius, In clausas portas more arietis ruebat, id est bellici machinamenti. Reperitur & neutrum, pro labascere. Quæ casus incitat, sæpe turbari, & cito arietare, Seneca de prouident. Idem de vita beata, Nihil praui, nihil subiti supereſt, nihil in quo arietet aut labet. Arietare inter se dicuntur, quæ concutiuntur mutuo ictu. Magno imperatori antequam acies inter se arietarent, cor exiluit, Seneca de ira. Sic dentes inter se arietatos dicit, libro 3. de ira. Innoxium, & quum concurrentia tecta contrario ictu arietant, quoniam alter motus alteri renititur, Plinius libro 2. de motibus. Arietatio, percussio & frequens ictus, Sipuntinus. Cornibus impetere Græci κυλίστειν, vel κυλίσειν, & κριάσειν dicunt, τῷ κέρατι τύπτειν. Ὡς ὁ κριὸς ἤλασεν ἐπίσω, Suidas in Κελάς. Κελαμύξας ἄνδρας Cercidas poëta vocauit insulsos. & Veruecum in patria (vt ille inquit) natos, quasi qui arietino muco scateant, Quidam in Lexico Græcolatino. Galenus methodi therapeuticæ 6. 3. κελαμυξὸς appellat, opinor, viros nullius iudicij, hoc est naris minimè emunctæ. Oues enim semper mucorem habent in naribus, Erasmus. Pituita & muco plena esse ouium cerebra, in Oue C. ex Hippocrate dixi. Sic & βαθύρριζον, ἀναίσθητον, & ἀσύνετον interpretatur Varinus. Sensum enim & narium sagacitas ad ingenium transferuntur. Γαῦλιμον, κεχεσμένον, ἤγουν κεχῦ κεκόν, Hesychius: Locus est obscurus. Varinus vocem κεκόν omittit.

Ammoniacum, alij Ammoniacum thymiama dicunt, in Libya destillat ex ferula quadam ad Ammonis Iouis templum: quæ agasyllis vocatur, ab alijs criotheos, vt habent nomenclaturæ apud Dioscor. Colebatur autem illic Ammon deus ἐν τῇ ἄμμῳ, id est loco arenoso, arietino capite insignis, vnde & criotheos planta dicta à deo ariete. Ciceris genus est arietino capiti simile, vnde ita appellatur, album nigrumque, Plinius & Columella. Græci etiam κριὸν ἐρέβινθον, id est arietem cicer, nominant. Αἰλοκριός, radix sic dicta, Hesychius: nihil quod sciam cum ariete commune habet. Vide in Cato a.

Grassatur aries vt latro, Plinius de pisce cetaceo, qui à cornuum similitudine cognominis terrestri factus est. Athenienses conchas asperas, (nimirum murices & purpuras, in quarum testis mucrones tanquam cornicula eminent,) κριοὺς nominant, Hesych.

Troglodytæ pecorum nomina filijs indunt, vt tauri, arietis, ouis, quod ab ijs non à parentibus alantur. Κελῶν penanflexum, nomen viri: oxytonum verò aries, Cyrillus. Sed inuenio apud authores hanc vocem oxytonam quoque & paroxytonam pro viri nomine scribi. Κελὸς vir Aegineta strenuus & celeberrimus luctator (athleta) erat, à quo iectus insula Lacedæmoniorum rex Cleomenes, vt perterrefaceret dixisse fertur scitum illud: Nunc, inquit, præpila tibi aries cornua. Hermolaus ex Eustathio in Dionysiũ. Græcè legitur: Ἤδη νυῦ κε χαλκῶ, ὦ Κελέ, τὸ κέρατα, ὡς μεγάλῳ κακὸν ἄνδρα κερατίσομεν. Hermolaus videtur legisse κατὰ χάλκα, tanquam à verbo κατὰ χαλκόω. Nos ad verbum ita conuertimus, Nunc aduersus æs cornua ô aries, magno hominem malo intricandum significans. Vt cornibus æs aut ferrum, (subaudi, impetere,) eodem ferè sensu dicatur, quo illud, Contra stimulum calcitrare. Tale enim est à priuato expelli regem. Cæterum arietis nomen valido & robusto athletæ, pulchrè conuenit. Luctatorum enim est obarietare inter se. Idem puto est Crius Aegineta Polycriti filius, cuius meminit Herodotus libro sexto. Dionysius in Argonauticis refert κελόν, aliàs κελὸν, nominatum virum, cui alumnus fuerit Phrixus & nauigasse eum cum Phrixo ad Colchos, Varinus. Supra Pellenen iuxta Aegiras fluuius è monte delabitur Κελὸς dictus, vt fuerunt, Λεὼν πατὴρ Κελεῦ, Pausanias in fine Achaicorum. Idem in Laconicis meminit Crij vatis Spartani filij Theoclis.

Κελὸς, vicus (δῆμος) est Atticæ, vnde aduerbium Κελόθεν vel Κελῆθεν, Suidas & Varinus. Κελαινὸς, (Κελαθεινὸς, Hesychio, vbi ordo literarum Κελαῦθεν scribi postulat,) δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος, Κελαινεὺς, Suidas. Sed malim ex Steph.

Κεραῶν, (quanquam Κεραῶνα habent vulgati codices,) vicus in tribu Anthiochide, tribulis Κεραιεύς. Aduerbia etiam Κεραιόθεν & Κεραῖζεν non probo: nam à Κεραῶνα recte formatur Κεραῶθεν, vt legitur in Scholijs in Aues Aristophanis, quorum & hæc verba sunt: Κεραὶς (lego Κεραῶνα) vicus est tribus Antiochidis à Crio quodam nominata. Scribitur autem aliàs Θερᾶσιν tanquam à vico tribus Oeneidis. Θερα vel Θερεὶ vicus est tribus Oeneidis, Stephanus. Versus Aristophanis in vulgatis codicibus, sic habet: ἐνταυθοῖ ἦς Θερᾶσιν, ἀλλὰ χαίρετον. Thyestis sepulchrum legimus vocatum Κερας, id est Arietes, in agro Argiuo, prope quod visebatur regio Mysia, Cælius ex Corinthiacis Pausaniæ. In agro Argiuo, inquit Pausanias, Thyestis sepulchro appositus spectatur lapideus aries. Thyestes enim incesto cum fratris vxore commisso agnam auream habuit. Criû metopon promontorium est in Taurica, aduersus Carambico Asiæ promontorio, per medium Euxinum procurrens c l x x. M. passuum interuallo, quæ maximè ratio Scythici arcus formam efficit, Plinius. Et rursus 10.22. grues Pontum transuolare scribit inter duo promontoria Criû metopon & Carambin. Distant inter se milibus & quingentis stadijs, Marcellinus lib. 22. Est & Cretæ ad occidentem promontorium Cyrenas versus eodem nomine Plinio. Hoc nomen habere à specie qua caput arietis refert Dionysius Afer canit: Eustathius addit è longinquo conspectum huiusmodi apparere: & eandem ob causam promontorium alterum ad Pontum Euxinum sic nominari. Et postea in ijsdem commentarijs plura de duobus hisce promontorijs scribit, quæ hic prætereo.

b. In Delo insula aiunt spectari sacrata cornua, ex locis circa mare rubrum aduecta, arietis bicubitale & octo digitorum, pondo librarum viginti sex, hirci autem bicubitale cum dodrante, eiusdem ponderis, Eustathius in Homerum & Varinus in Κέρατα. Arietis caput monocerotis, id est cornu vnius, Pericli ex agris esse allatum legimus, (apud Plutarchum in vita eius:) quod intuitus Lampon vates, robustum & solidum in frontis meditullio situm, respondit, Ex duabus quæ in vrbe vigerent factionibus, fore vt altera obscurata ad vnum Periclem, apud quem visum foret portentum, recideret ciuitatis potentia, Cælius. Puerum aliquando natum capite arietis fertur, Aristot.

c. Κεραΐζειν, κερατίζειν (lego κερατίζειν) Attici dicunt, ὡς σκοτεῖν ἀντὶ τοῦ κεραῶν, καὶ τὰς κεφαλὰς πλατύνειν, καὶ ἐπηυωμένους, Varinus. Vide supra, arietare, in a. Διακυεκεφαλῆσθαι, κύημα ἔχεσθαι· κυεῖος ὁ κεραῶν Hesy. Iam puerum ortum capite arietis aut bouis referunt, &c. sed nihil ex ijs quæ nominant, est, quamuis similitudo quædam geratur: quod euenit etiam non in monstrum peruersis: quamobrem sæpenumero per conuicium nonnulli deformes assimilantur, aut capræ ignem efflanti, aut arieti petulco, sic enim legendum: ὑὶ κερατίοντι, lego κυρατίοντι. Vetus interpres legit ὑῒ, & transluit porco præconizanti, ineptissimè,) Aristoteles de generat. 4. 4. Videntur autem ij arietem petulcum & ictus minantem referre, quibus frons & synciput plus iusto protuberant.

d. Penthesileam Amazonem Troiani ad pugnam sequebantur Ἱππόλυτον, τύν τε μάλα μέγα τε φίλον, ἐσθλόν τε ἅμα πάντων Νισταμένων ἀρετῇσι διαπρεπέα νομῆας, Calaber. Λαοὶ δ' ἅμ' αὐτοῖς, οἵους τε μέγα τε φίλον ἔσκε τε μᾶλλα Πιέρῃ ἐν βουτῇσι Iliad. v. Glaucen Ptolemæo regi cithara canentem, eodem tempore ab anser & ariete amatam proditur, Plinius. Aries quidam Aegyptius citharistriam Glauciam deperibat, Plutarchus. Nihil mirum in Chio Glaucen citharœdam homines, cum ea esset pulchritudine eximia, adamasse: siquidem ab ariete & anser etiam eandem audio amatam fuisse, Gillius ex Aeliano. Aliqui non ab anser, sed à cane eam amatam scribunt. Græce quidem κύνα pro χῆνα, & in alijs itidem casibus, vnum pro altero scribere procliue est. De leonis & arietis concordia extat egregia Martialis epigramma, quod recitaui in Leone H. d.

e. Τελευταῖον τρίτα τελεῖται κερατιζόμενος (apud Hesychium non rectè legitur κεκαθαρμένος) καὶ τριχοκειρούμενος καὶ ἀπὸ κεκαρμένος, Varinus: id est aries trimus, ter tonsus. Magnus Indorum rex quotannis diem vnum proponit tum hominum tum bestiarum certaminibus. Committuntur autem pugnaturæ inter se bestiæ, feri tauri, arietes mansueti. Aelianus. Apud maiores homicidij pœnam noxius arietis damno luebat, quod in regum legibus legitur, Seruius. Asparagum inuenio nasci & arietis cornibus tusis atque defossis, Plinius. Arietis cornu in asparagos verti si sepeliatur ac putrescat, tametsi non sum expertus, multorum tamen testimonio concredam: putredo enim mater est multarum rerum, Cardanus. Si cornua (cornu, Rasis in singulari) arietis sepeliantur ad radicem fici arboris, fructus in ea citius maturescent, Albertus. Scortes (aliqui legunt, scortum) id est pelles testium arietinorum, ab eisdem pellibus dicti, Festus. Medico (digitò) testiculos arietinos tenentem, Cicero ad Herennium. Politianus in Miscell. cap. 62 receptacula nummûm intelligit, quæ Festus (hunc locum citans) scortes nominârit. Sed enim Pedianus, inquit, sportas, sportulas, sportellas, nummûm esse ait receptacula. Vt nihil sit dubium quin è digito eo qui sit minimo proximus suspensas haberi velit scorteas, hoc est è testibus arietinis pelliceas crumenas. Sutilicus folliculus testium arietinorum quo vtebantur pro marsupio, à fisci similitudine dictus, Festus.

f. Aristoxenus apud Gelium Pythagoram ait cuncta animata in cibum permisisse, boue aratore & ariete exceptis.

h. Portenta arietis monocerotis, & pueri capite arietis nati, retuli paulò superius in b. Quis aut aries purpureo colore natus miram felicitatem portendit, vide supra in Oue h. Ouidius septimo Metamorphoseos canit quomodo Medea iugulatum arietem, & in æreo vase medicamentis quibusdam immersum, pro vetulo & effeto agnum reddiderit.

Phrixus (recentiores multi primam per ypsilon scribunt, ego Græcè semper iôta reperio, præterquam apud Scholiasten in Nebulas Aristophanis, qui Phrygiam quoque ab eo dictam testatur,) filius fuit Athamantis & Nepheles, qui vnà cum sorore Helle, quum defuncta matre Inûs nouercæ insidias timeret, consentiente patre, conscenso aurei velleris ariete: quem antea à matre, vt quidam volunt, vt alij, à patre acceperat, pontum ea parte qua anguslior est, transfretare cœpit. Sed Helle vndarum strepitu in pontum decidit, & submersa est, à qua deinde pars illa maris Hellespontus dicta est. Phrixus vero incolumis in Colchos ad Aeetem regem peruenit (vt etiam docet Iustinus lib. 42.) vbi arietem Ioui (Ioui Phyxio, vt aries ipse iusserat humana voce locutus, Apollonius & Scholiastes: Marti vel Mercurio, Scholia Aristoph.) vel vt alijs placet, Marti immolauit, vellusq; illud aureum in templo suspendit, quod postea Iason Medeæ ope adiutus abstulit. Aries verò inter sydera locatus, pristinam effigiem tenuit: qui à Phrixo Phrixeus appellatur. Dumque adeunt regé, Phrixæaque vellera poscunt, Ouid. 7. Metam. Sipuntinus & Onomasticon. Quòd fabulosa tradit historia, (inquit Cælius ex Palæphato) de Phrixo & Helle, &c. quidam interpretantur fuisse paratam fugiendi nauem, cuius insigne aries foret. Palæphatus vero

vero affirmat, Arietem vocatum nutritorem, cuius sit opera & consilio liberatus. Non desunt qui prodant, arietinis chartis fuisse librum, qui auri conficiendi ac argenti rationem (arte chymistica, vt & Varinus scribit in Δέρις) contineret. Phrixi imago cernitur Athenis in arce, qui immolans arietem quo vectus erat, siue alteri cuidam deorum, siue (vt conijcimus) Laphystio (vide Gyraldum in Aphlystio Ioue, vbi de Phrixo etiam nonnulla) apud Orchomenios dicto, femora pro more Cræcorum excisa vri spectat, Pausanias in Atticis. In Colchide auriferi torrentes sunt, vt inquit Strabo, vnde & Chrysorrhoas fl. dictus: hinc fabulis occasio de vellere apud Colchos aureo, Hermol. Supra Colchos habitare aiunt Thoânes homines auri ditissimos quod in torrentibus apud eos deferatur. Id ipsos excipere ait pellibus ouillis, μαλλοπῶις: & inde natam fabulam velleris aurei, (χρυσόμαλλον δέρας vocat, Apollonius in Argon. χρύσεον δέρας: Pindarus δέρμα κριοῦ βαθυμάλλου) ab Argonautis petiti: quãquam Charax vellus aureum dicit fuisse methodum χρυσοκαφίας membranis inuolutam, cuius gratia classem instruxerint Argonautæ, Eustathius in Dionys. Afrum. Oues aurei coloris alicubi ferre lanam, Rheginus authorem citat Hesigonum, Tzetzes 1.18. Cum Atreus in Peloponneso regnaret, vouit aliquando, quicquid pulchertimum in pecore suo nasceretur, immolaturum se Dianæ. Nata est agna aurea, quam ille neglecto voto in arcam inclusit. Deinde cum ea de re gloriaretur publicè, fratrem eius Thyesten inuidisse aiunt: & simulato in Aëropen Atrei vxorem amore, agnam auream ab ea accepisse: & postea cotradixisse Atreo, vt qui immerito de agna aurea gloriaretur: oportere autem, inquiebat coram populo, qui agnam auream possideret, regnum etiam obtinere. Quòd cum Atreus quoque concederet, Iupiter Mercurium ad ipsum mittit, σωφίσθη λέγων πρὸς τὸ βασιλείας, καὶ ἀρνῶν τι πρὸς τὸ ἀναπολῆς, διὸ μάλιστα πιεσθεὶς τὸ ἐκεῖνον ἰδεῖν ἐφ. σωφιζόμενος ἢ πρὸς τοῦτον, ἢ φιλ. τὴν ἀρνα εἰς ἀναπολὰς ἐπενήνεκται. ὅθεν ἐπιμαρτυρήσαντ. ὃ ἀμοιβὴν τῶν θυέστ πλουτείαν, τὴν βασιλείαν Ἀτρεὺς παρέλαβε, καὶ τ θυέστειον ἐφυγάδευσε. Varinus. Posui autem posteriora Græcè, quoniam locus non omnino integer videtur, & aliter ab alijs hæc historia narratur. (Vide Onomasticon nostrum in Atreo.) Idem in Χρύσεον δέρας. Fertur (inquit) arietis pellem Mercurij contactu redditam esse auream, (vt Apollonius etiam canit 2. Argonaut.) Et in Χρυσόμαλλον εἴριον, Agnum aurei velleris Atrei argyrida, id est phialam argenteam fuisse aiunt, in cuius fundo agni effigies inaurata fuerit. Rara autem & exquisita possessio olim non auri tantum, sed etiam argenti fuit, ex Athenæi sexto. Pellem arietis Apollonius & alij multi auream fuisse dixerunt, Simonides alicubi purpuream. Dionysius autem Mitylenæus Criòn virum fuisse ait Phrixi pædagogum, Varinus in Δέρας Item in Κριὸν, Dionysius in Argonauticis, inquit, Crium dicit nutritorem Phrixi fuisse, qui intellectis Inûs nouercæ insidijs, ut fuga sibi caueret eum monuerit. Herodorus Athamantis & Themistûs filios fuisse tradit, Schœneum, Erythrium, Leuconem, Pœum: & minimos natu Phrixum ac Hellen, qui propter Inûs insidias regionem reliquerint, & Hellen in via iuxta Pagam) mortuam esse. Et rursus ibidem, Arietem dum Phrixum veheret locutum esse Hecatæus refert. Alij in naui, quæ arietem in prora insigne haberet eum è patria nauigasse aiunt. Dionysius vero libro 2. Crium eius nutritorem fuisse, & nauigationis in Colchos socium, & inde natam fabulam de arietis illic sacrificio, Hæc Varinus ex Scholijs in Argonautica Apollonij & alijs. Plura lege in Scholijs in Nebulas Aristophanis, & in Pythia Pindari Carmine quarto in Arcesilaum Cyrenensem, & apud Higinum in Ariete sydere: & Diodorum Siculum de fabulosis antiquorum gestis libro 5. Aurea agna Atrei, Solis deliquia & regum mutationes effecit, & plurimas occupauit tragœdias, (id est argumentum tragicis poëtis suppeditauit,) Athenæus. Mollia Phryxæi fecuisti colla mariti. Hoc meruit, tunicam qui tibi sæpe dedit? Martialis in caput arietinum. De dracone vel serpente velleris aurei custode, scribunt Orpheus in Argonaut. Pindarus in Pythijs Carm. 4. & alij. Aurata ouis, Ouid. 6 epist. ouis Phryxi, Idem 2. Amor. eleg. 11. Conspicuam fuluo vellere vexit ouem. M. Sillanum, vt tradit historicus Dion, Caligula vocare solebat χρυσῆν προβατίνην, Cælius: Vide supra inter prouerbia ex oue, vbi & Alciati emblema retuli. Metapontini dicuntur olim ita affluxisse copia annonæ & bonis agriculturæ, vt Delphis consecrarent τ τριπλασίονα χρυσοῦ ἄγαλμα. hoc est, celebrem illam auream æstatem, Eustathius in Dionys. si legas δέρμα. auream pellem significabit, sed non placet. De aureo ariete dedicato à Mandrabulo supra in a. inter icones dixi.

Veteres per iocum aliquando iurabant per arietem & anserem. Vide in Anser h. Neptunus in arietem mutatus Bisalpida virginem fefellit, Ouidius 6. Metam. De Ioue in arietem conuerso dicam paulò post in mentione Ammonis dei. Aries, inquit Isidorus, ab aris dicitur: quod hoc pecus à gentilibus primum mactatu & in aris immolatum sit. Aries in lege Mosaica animal fuit purum, sacrificijs pro peccatis & cibo idoneum. Naucydes statuarius Mercurio & Discobolo, & immolante arietem censetur, Plinius. Aries qui eam dicebant, ares (legendum forte, quia adducebatur aris:) veteres nostri aruiga, hinc aruigus. Hæc sunt quorum in sacrificijs exta in veru coquuntur: quas & Accius scribit, & in Pontificiis libris videmus in hostijs, eam dicunt aruigen quæ cornua habeat, Varro. Dies Agonales, per quos rex in regia arietem immolat, dicti ab agon', eò quòd interrogatur à principe ciuitatis, & princeps gregis immolatur, Varro. De hoc immolandæ hostiæ ritu & verbo hoc agon', quo sacerdos minister vtebatur, fit mentio apud Senecam: ad quod alluśit & Ouidius illo versu, Semper agátne rogat, nec nisi iussus agit. Quod mirum Politianum apud hunc non animaduertisse, cum dicat apud vnum duntaxat Senecam eius factam mentionem, Bentinus. Iano quoque Agonalia quidam attribuerunt, quo die Iano aries mactabatur, Gyraldus. Ità rex placare sacrorum Numina lanigeræ coniuge debet ouis, Ouid. Subingere arietem, Antistius esse ait dare arietem qui pro se agatur cædaturúe, Festus. Aegyptij cur non immolent oues & arietes, sed capras, alij contra, vide in Capra h. ex Herodoto. Κεμοφάγος, deus quidam cui arietes immolantur, Hesychius & Varinus: Gyraldus nihil præterea de hoc deo sibi compertum scribit. Κεμοφόρος Ἑρμῆς, hoc est arietem ferens Mercurius, à Tanagræis hoc nomine cultus fuit: huius cognominis ratio ista. Mercurij simulachrum erat, arietem in humeris ferens, quod Calamis antiquuus artifex effecerat. Tradunt enim, quòd circa vrbis muros Mercurius arietem gestans, Tanagræos pestilentia liberârit: quæ gestandi arietis consuetudo in eius celebritate seruabatur. Nam formosissimus iuuenis circum vrbis mœnia agnum humeris ferebat, vt Pausanias (in Bœoticis) auctor est, Gyraldus. Kalendis Februar. Ioui Tonanti bidens victima fiebat: idibus vero Ianuarij, veruex. Legi & qui flaminis vxorem scribat, omnibus nundinis Ioui arietem mactasse, Gyraldus. Cinnamomum in Aethiopia gignitur, nec metitur nisi permiserit deus: Iouem hunc intelligunt aliqui, Assabinum (aliâs Sabin) illi vocant, quadraginta quatuor boum caprarumque & arietum extis impetratur venia cædendi, Plin. Populus Romanus cum lustratur Solitaurilibus, circumaguntur verres, aries, taurus, Varro. Solitaurilia hostiarum trium diuersi generis immolationem significant.

ſignificant,tauri,arietis,verris: quòd omnes ex ſolidi integríque ſint corporis,contra Accius * verbices (forte, contra quàm ſint verueces,)maiales. Atque harum hoſtiarum omnium immolati ſunt tauri,quæ pars ſcilicet cęditur in caſtratione.Sunt quidem qui portent (putent) ex tribus hoſtiis præcipuè nomen incluſum cum ſolido tauri,quę ampliſſima ſit earum.Quidam dixerunt omnium trium vocabula confuſa,ſuis,ouis,tauri,id quod uno modo appellarentur vniuerſæ: quod ſi à ſolo & tauris earum hoſtiarum ductum eſt nomen, antiquæ conſuetudinis per vnum l.enunciari non eſt mirum: quia tunc nulla geminabatur litera in ſcribendo: quam conſuetudinem Ennius mutaſſe fertur,vtpote Græcus Græco more vſus, quòd illi æque ſcribentes ac legentes duplicabant mutas, Feſtus. Vide plura in Tauro h. Tauro,verre,aricte Ioui immolari non licet, Atteius Capito. Vlyſſes Neptuno ariete,apro & tauro litauit.Heroibus tauro,capro & ariete litabant, Gyraldus.Athenis Octauo die cuiusque menſis Neptuno ſacrum fiebat de tauro,vel ariete vel hirco, Idem. Cur aries, taurus & verres, (ἀρνειὸς, ταῦρος καὶ κάπρος, Neptuno immolentur,vide apud Varinum in Ἱερεῖ. Perfectum ſacrificium ſue, tauro, hirco & ariete conſtabat: hoc hecatomben & τετίθιον vocabant.Alij τετίθιον ſacrificium interpretantur ex oue,capra,boue: vel ex hirco,ariete,tauro: Vide in Boue h.Apollini aliqui arietem immolarunt, Gyrald. Corinthi in via quæ rectà ad Lechęum nauale deducit,æneum Mercurium ſedentem ſpectabis,cui aries aſtat.Quoniam prę ter reliquos deos Mercurius maximè videtur curare & augere greges,quare & Homerus in Iliade cecinit, Τὸν Φόρκυνι θεῷ γε πιθέσθην, ἠδὲ μάλιστα Ἑρμείας Τρώων ἐφίλα, καὶ κτῆσιν ὄπαζε. Quæ præterea de Mercurio & ariete in Matris myſterijs narrantur,prudens omitto,Pauſanias in Corinthiacis.Circa Bœotiam (inquit pollux libro l) Herculi μῆλα ſacrificant, μῆλα dico,non pecora voce poëtica,ſed mala & poma arborum,hanc ob cauſam.Feſtum huius dei & ſacrificandi tempus inſtabat: hoſtia erat aries, hanc qui adducebant inuiti morabantur, propter Aſopum fluuium ſubito auctum.Interim pueri ludentes ritus ſacrificij peregerant. Malo enim egregio feſtucas quatuor pro pedibus infixerunt,& binas ſupernè cornuum loco,ita ſe μῆλον, id eſt ouem poëticè, immolare dictitantes.Hoc ſacrificio oblectatum aiunt Herculem, eundemque ſacrificandi ritum etiamnum durare: Et Hercules ipſe apud Thebanos ſiue Bœotos μῆλον nominatur, nomen ab hoſtiæ modo adeptus,Hęc Pollux. Fluuijs arietes immolabant,vt teſtantur Scholia Homeri Iliad. Φ. vbi hoc carmen legitur, Πεντήκοντα δ' ἑκάστῃ (ἀρνειὰ) σὺς αἰτὼν μῆλ' ἱερεύσειν. Sachion Tartariæ ciuitas,Mahumeti cultores habet: item idololatras: & cum illorum alicui filius naſcitur,ſtatim commendat eum idolo alicui,in cuius honorem anno illo domi ſuæ nutrit arietem.quem anno à natiuitate filij reuoluto,proximo illius idoli feſto vnà cum filio offert cum multis ceremoniis.Poſtea coquuntur carnes arietis,& idolo denuo offeruntur, dimittunturque ante idolum tandiu ſuſpenſæ, donec completæ fuerint nephandæ orationes.Imprimis autem rogat pater idolum, vt filium ſibi commendatũ conſeruet.Deinde immolatas carnes ad locum alium deferunt, & conſanguinei omnes congregati, carnes illas magna cum religione comedunt,oſſa vero in vaſe quodam conſeruant,Paulus Venet.l.45. Aries Neptuno immolatur,ad collaudandam maris placiditatem: ſed Græcè legitur, Δεῖ τὸν πεῖσον τ' ἠλαίου ἢ, ὃν περφυρέῃ μαλλίνῳ, Varinus in Ἀρνειῷ. Veterum gentilium quidam humana cum brutis iungebant,& quæ in natura diſſimilia erant,vt ait D.Athanaſius,deos ſuos fecerunt: cynocephalos.criocephalos,&c.Gyraldus. Ammonem (quem deum Solem occidentem Libyes exiſtimant) arietinis cornibus fingunt,quibus maximè id animal valet, ſicut radijs Sol,Macrobius. Eſſe vero & alia arieti Solique communia, dixi in a. Cum Gigantes bellum dijs inferrent, territi dij alij alias animalium formas induerunt,Iupiter arietis,vnde recuruis Nunc quoque formatis Libys eſt cum cornibus Ammon, Ouidius 5. Metam. Herodotus de Ammone libro ſecundo ſcribit, quòd Iupiter cum nollet ab Hercule cerni,ab eo tandem exoratus,id commentus eſt, vt amputato arietis capite, pelleque villoſa quam illi detraxerat induta,ſeſe ita Herculi oſtenderet,&c.ob hanc rem arietes non mactantur à Thebanis, ſed eis ſacroſancti ſunt,præterquam vno die quotannis in feſto Iouis (vt pluribus retuli in Capra h.) Ab alijs Ammon traditur,quòd in bellis vſus ſit galea,cuius inſigne caput fuerit arietis.Fuêre qui Ammonem arietem Phrixi & Helles putarent,vt Pherecydes prodidit.Seruius grammaticus ideo arietino capite ait confingi, quòd eius eſſent inuoluta reſponſa: quin ea nutu & renutu alijsque ſignis dabantur, quod & Strabo & Euſtathius prodidere.Plura vide apud Gyraldum in Ioue Ammone,Syntagmate 2.De verueceo Ioue qui in draconem mutatus grauidam fecit Proſerpinam Arnobij & Euſebij verba recitaui in Tauro h.

PROVERBIA.

Ad arietes agreſtes,vide ſupra in prouerbio Ad capras feras. Aries cornibus laſciuiens, Κριὸς σκιρτήτωρ: Diogenianus oſtendit conuenire in magnos ac laſciuos.Pruriunt cornua arietibus bene paſtis, quod idem accidit bubus.Mihi videtur adagium conuenire & in ſtolidos præter meritum euectos ad dignitatem, Eraſmus.Originem prouerbij lege ſupra in a.inter epitheta arietis,& in iconibus.Arietem emittit, vel obijcit, Ἄρνα σκεδάννυσι, (ſed ἄρνα agnum potius quàm arietem ſignificat,)In rixæ pugnæque cupidum dicebatur.Antiquitus enim bellum ſuſcepturi fœcialem mittebant,qui arietem adductum in hoſtium fines immitteret: hoc ſignificans pacto ciuitatem & agros illorum hoſtibus compaſcuos fore,Autor Dioenianus Eraſmus. Suidas ſcribit legem fuiſſe Athenis ne prius iniretur prælium, πρὶν ἢ τὸ ἄρνα σκευμάτων πλαίσιον τὸ πολεμίων: Idem & Varinus in Ἄρνα. Aries nutricationis mercedem perſoluit, Κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν. citatur ex Menandro.Quadrat vbi quis pro benefactis maleficium reponit.Allegoria ſumpta eſt ab eo,quòd aries cornibus impetat (eos à quibus nutritus eſt:) aut vas (præſepe)in quo pabulum apponitur,ipſosque quorum opera nutritus eſt,aut etiam nutritur,cornibus inceſſit. Effertur & ad hunc modum prouerbium, κριῷ ἀλλαγία, id eſt, Arietis miniſterium,pro officio collato in ingratum,qui beneficium iniuria penſet, Eraſmus in Chiliad. (Meminerunt Heſ.& Suid.) Et alibi, Arietis miniſterium, Κριῷ ἀλλαγία, Suidas & Zenodotus (inquit) ſic referunt,quaſi dici ſolitum de officio in ingratos collato: ſiquidem aries cornibus ferit paſcentem.Heſychius ita refert,quaſi congruat in eos qui ſpe cuiusuis præmioli inſeruiunt indignis.Quum pueros inuitamus ad miniſterium,pollicemur aliquid,puta talos aut nuces. Itidem in apologo quopiam,opinor,dixit aries,Inunge, (καπίλευε. forte καπίλευσον legendum: addita ſtellula in æditione Aldina Heſychij locum deprauatum indicat,) dabo tibi talos, Eraſmus.

DE

DE VERVECE.

A.

VERVEX dicitur à natura versa, cui oui mari testiculi dempti sunt, Varro. Hinc alij, Veruex mas est inter oues cui inuersi vel adempti sunt testiculi. Isidorus tamen & alij recentiores veruecem pro ariete etiam, id est oue non castrato usurpant, (& dictum nugantur à viribus, quòd cæteris ouibus sit fortior, vel quòd sit vir, id est masculus: vel quòd vermes in capite habeat, quorum pruritu excitetur ad pugnam, quod falsum esse Albertus asserit.) Quamobrem quædam ab illis de veruece scripta, passim in Arietis historiam inserui: hic illa adiecturus quæ propriè ad arietem castratum pertinent. Græci vocem vnam non habent, sed κεχὴν πρίαν, id est arietem castratum dicunt. Sectarius veruex, qui gregem agnorum præcedens ducit. Festus: tanquam scilicet veruece agnis ducendis præficiantur, vt capi aliquando pullos ducunt: arietes vero ouibus, cum agnos spernant. Apparet autem sectarium dici, quòd eum sequantur agni. Apud Catonem cap 150. porcos quoque sectarios legimus. Qui Petroni nomen indunt verueci sectario, Plaut. 7. capt. de laniis. Aries veruexue, crios & ctilos, præcipuè sectarius, Hermolaus: sed ctilon Græcis simpliciter arietē gregis ducem significare, docui in Ariete a. Veruex, aries castratus, qui subinde sectarius est, Vuillichius. Idem arietē Germanicè interpretatur *hammel*, at nostri *hammel* veruecem vocant. Videri autem potest vox origine Arabica: nam Iesan alhamel, Bellunensis vertit linguam arietis. In quibusdam Heluetiæ locis circa alpes, veruecem nominant *frischling*, (quæ vox quibusdam porcellum syluestrem significat:) circa Sabaudiam, *hogner*: alij *vvider*. Vide supra in Ariete A Scoppa veruecem Italicè vocat castrono, (qua voce etiam Germani quidam vtuntur,) castrato & montone: forte quasi mutilum propter testes ademptos: nam & Galli *mouton* vocitant: (quamuis apud eosdem vox brebis, qua ouem significant, à veruece detorta videri possit.) Illyrij beram. (A qua voce opinor Galli quidam arietem non castratum *ram* nominant, Angli *ram*.) Angli, a *vvether sheep*. Maraches, id est fel veruecis, Syluaticus.

Verres, iuuencos, arietes, hœdos decrescente Luna castrato, Plinius. Quos in numerum veruecum referri volunt, eosdem non minores quinque mensium castrare oportet, Platina. Apud Rhætos Italicè sanare (vt Germanis etiam *heilen* pro castrare) dicuntur arietes, qui funibus radices testiculorum in eis abrumpunt, aut ligno impositas malleo contundunt: sed prior modus præstat. Posteriore modo castratos Germanicè vocant *knutscher*, id est contusos: horum testiculi cum mactantur, ceu suggillati & parui abijciuntur. Vitulos etiam fissa ferula compressis & paulatim confractis testiculis castrari, docuimus in Vitulo E. Similis quædam olim hominibus vt eunuchi fierent castratio adhibita, vnde θλασίαι & θλῖβίαι dicti, à contusis contritisque colcis. Castrari agnos nisi quinquemestres, præmaturum existimant, Plinius. Castrare oportet agnum non minorem quinque mensium, neque ante quàm calores aut frigora se exegerint, Varro. Castrationis ratio iam dicta est: neque enim alia in agnis, quàm in maiore pecude seruatur, Columella. Sed quæ de vitulis castrandis copiosè scripsi, alijs etiam quadrupedibus accommodari posse opinor.

B.

Adeps inter cutem & carnem abundat, in porcis maximè, lardum vocant: sed in arietibus quoq; castratis in Syria, Bellunensis. Homines ita commutantur, vt etiam cæterorum animantium quæcunque castrata. Nam & tauri & verueces sua cornua è contrario gerunt: quod fœminæ quoque eorum contra quam mares armantur cornibus. Itaque illi maiora excisi gerunt, hi minora, Aristoteles problem. 10. 38. In Aegypto circa vrbem Damiatam verueces amplis & rotundis caudis spectantur, tanti interdum ponderis vt vix eas sustineant, Italus quidam de itinere ex Venetijs Hierosolyma. Sed de magnis veruecum caudis plura leges in Ariete B.

E.

Prasocuridas Græci vocant animalia, quæ solent hortis nocere: ergo ventriculum veruecis (ouis, Ruellius ex Diophane) statim occisi plenum sordibus suis spatio, quo abundant, leuiter debebis operire. Post biduum reperies ibi animalia ipsa congesta. Hoc cum bis vel tertio feceris, genus omne, quod nocebit, extingues, Palladius.

F.

Agnorum qui iam à lacte remoti sunt caro satis est laudabilis, sed optima castratorum, præsertim anniculorū, Auicenna teste: sed supra illam ætatem deterior fit, Crescentiensis. Plura vide in Ariete F. Anniculus placeat, vel si sine testibus agnus. Pinguior est hœdo: quum calet olla, vores. Hunc amo si duri per pascua montis anhelat. Maluero si auri vellere diues erit, Bapt. Fiera. Veruecum caro salubris est, & melior agnina: calida enim & humida habetur, ad temperamentum tendens: illa vero plus humiditatis quàm caliditatis habet, Platina. Et alibi, Totum de veruece non iniuria elixabis, licet ex spatula & coxis bona fiat assatura, Platina. Ouium & veruecum carnes Valesij salitas exiccant in aëre, & postea reponunt in stramine, & his multò magis delectantur quàm infumatis. Munsterus. Si voles duas patinas eius pulmenti quod vulgò gelatinam vocamus, quadraginta pedes veruecinos excoriatos exossatosq;, in aqua recenti per tres aut quatuor horas finito: lotos, in cacabum, vbi aceti acerrimi albi metreta vna, vini albi altera, aquæ duæ infint, impones, tantum salis addendo quantum sat est. Facito deinde efferueat lento igne. Despumare etiam diligenter memento: vbi semicocti fuerint, piperis rotundi, piperis oblongi, cinnami, spicænardi, quantum satis erit, infringito potius quàm conteras. In cacabumq; indito, vt vnà tādiu efferueant, donec ad tertias deuenerint: pedes tum eximito, iusque efferuere iterum finito: decem ouorum albamenta tudicula tamdiu agitato, donec versa in spumā videantur. Ebullire simul tantisper hæc debent, quoad semel aut bis cochlearī inuolueris. Exempta ex cacabo, statim sacco lineo bis aut ter colato. Tale ius in patinas, vbi pulli aut hœdi, aut capi bene cocti & frustatim diuisi, nec humecti, caro sit, indito: inque frigido & humido loco tamdiu finito, quoad omnia gelu concreta fuerint. Ex hac patina nil comedat Voconius meus, ne bilem qua exagitatur, cum suo magno malo augeat, Platina 6. 24. Pastilli, vt vocant, ex carne veruecina fiūt, hoc modo: Caro minutatim concisa, & modicè feruefacta in aqua, sale, zinzibere, vuis passis aut cepis, & pauco butyro conditur, & intecta duas aut amplius horas coquitur, Balthasar Stendel. In conuiuio apud Antiphanem in Cyclope inter cætera apponitur κεχὴς πρίας, vt Athenæus recitat.

Remedia

G.

Remedia quædam ex veruece retuli in Ariete G. Ad ſpaſmum, Capite caſtratino cum pedibus ſiue truncis & inteſtinis, & hordeo, in aqua decoctis balneum parabis, cui inſideat æger: pinguia enim & humectantia omnia proſunt. Leonellus Fauentinus. Ius pingue veruecis ventrem emollire conſtat, ſi integra bibatur libra, vel duæ etiam ſucceſſiuè. Braſſauolus.

H.

Apud Feſtum in Solitaurilium mentione verbices pro verueces corruptè legi conijcio. Semimaris ouis viſcera, Ouid. 1. Faſt. Ἔτεοκ, aries caſtratus, ταμίας κριὸς, (ſic enim legendum,) Heſychius, Varinus. Veruecem hominem amentem vocauit Plautus in Merc. Ego ex hac ſtatua veruecca volo Erogitare, meo minore quid ſit factum filio, Plautus Capt. id eſt, ex ſeruo, qui veluti imago veruecis eſt, hoc eſt ſine ratione & prudentia non aliter quàm veruex. Aut bouem, aut ouẽ, aut veruecem habet ſignum, Varro de pop. Rom. vita apud Nonium. Veruecum in patria, craſſoque ſub aëre naſci, Iuuenal. Sat. 10. Kal. Febr. Ioui Tonanti bidens victima fiebat: idibus verò Ianuarij, veruex, Gyraldus. Ambegni bos & veruex appellabantur, cum ad eorum vtraque latera agni in ſacrificiũ ducebantur, Feſtus. Quod genus ſacrificium lari veruecibus fiebat, Cicero 2. de Leg. Emblema Alciati, loquitur autem Mediolanum ciuitas:

Bituricis verucx, Heduis dat ſucula ſignum.
Quam Mediolanum ſacram dixére puellæ
Cuius Minerua fuit, nunc eſt ubi nomine Tecta
Lanigeri huius ſignum ſus eſt, animalq; biforme,
His populis patriæ debita vrbs mea eſt.
Terram: nam vetus hoc Gallica lingua ſonat.
Mutato matris virginis ante domum.
Acribus hinc ſetis lanitio inde leui.

DE AGNO.

A.

AGNVS anniculus Hebræis eſt כבש *Kebes*, & per metathelin כשב *Keſeb*: Vide in oue A. שה, *ſeh*, grex, aries, agnus, ouis. Inuenitur autem aliquando maſculinum, ut שהמרים, *ſeh tamrim*, agnus integer, Exodi 12. aliquando fœmininum, ut שה פזורה, *ſeh phezura*, grex diſperſus Hieremiæ 50. Significat autem agnum ouinum, & caprinum, (id eſt hœdum,) Munſterus. Noſtri interpretes pro ſeh plerunq; reddunt ouem: ſignificat autem pecus paruum, vt ouem vel capram, in vtroque ſexu. כר, *Ker*, vide in Ariete A. גדי, *gedi*, Dauid Kimhi putat tam ex ouium quàm ex caprarum genere dici hœdum & agnum, propterea quòd ſæpe adiungitur vox haiſſim, id eſt caprarum. R. Abraham ſolis capris nomen attribuit, ut ſolet etiam Arabica lingua: vide in Hœdo A. Geneſeos 31. pro eo quod nos poſuimus, (inquit Hieronymus,) mutauit mercedem meam decem vicibus, LXX. interpretes poſuerunt decem agnis, neſcio qua opinione ducti, quum verbum Hebraicum mónim, numerum magis quàm agnos ſonet. Atqui ego conijcio in translatione LXX. interpretum non δέκα ἀμνῶν legendum, vt vulgati codices habent, ſed δέκα μνῶν, hoc eſt decem minis: mana enim, vnde plurale manim, minam vel libram Hebræis ſignificat. Græci agnum ἀρνίον vocant, & ἄρνα, à genitiuo ἀρνὸς. nam rectus non eſt in vſu: item ἀμνὸν, Vide infra in H.a, Ἀρνίον, σπέρμα τὸ, ἀμνὸς, Heſych. Varin. Græcis etiam hodie vulgò ἀρνὶ dicitur. Italis agna & agno, & diminutiuum agnello. Hiſpanis cordero, Gallis agneau, diminutiuum agnelet. Germanis *lamb, lemblein*. Anglis primo anno à lambe, ſecundo à hogg.

B.

In Africa arietes ſtatim cornigeri generantur, nec ſolum mares, vt Homerus ſcribit, ſed etiam fœminæ, Ariſtot. Huius rei rationem reddidimus in Boue H.b. ex Herodoto. Vide etiam in Oue B. Lactes dicuntur inteſtina. Titinnius Pſaltria, Ferticula, cerebellum, lactes agninas, Nonius: Citatur etiam à Priſciano. Canem fugitiuũ agninis lactibus alligare, vide infra inter prouerbia.

C.

Agni balant. Acl. Spartianus. Ouibus primiparis minores fœtus, Plinius. Agni verno tempore nati, maiores, robuſtiores, & pinguiores ſunt quàm autumno vel hyeme, vt quidam citant ex Ariſtotele & Auicenna. Coëunt oues à tertio idus Maias, ad xiiij. calẽdas Auguſti. Gerũt partũ diebus CL. Poſtea cõcepti inualidi. Cordos vocabãt antiqui poſt id tempus (forte ſimpliciter, poſt tempus, legendum, vt etiam Varro habet) natos. Multi hybernos agnos præferunt vernis: quoniam magis interſit ante ſolſtitium quàm ante brumam firmos eſſe, ſolumque hoc animal vtiliter bruma naſci, Plinius. Agnus quo tempore anni commodiſſimè naſcatur, plura diximus in Oue C. Quæ nata ſunt matura & chorda, vt purè & molliter ſtent, videndum, & ne obterantur. Dicuntur agni chordi, qui poſt tempus naſcuntur, & remanſerunt in voluis intimis: (quas) vocant χόρδον, à quo chordi appellati. Varro. Agnus (inquit Columella) cum eſt editus, erigi debet, atque vberibus admoueri, tum etiam eius diductum os preſſis humectari papillis, vt condiſcat maternum trahere alimentum: ſed prius quàm hoc fiat, exiguum emulgendum eſt, quod paſtores coloſtram vocant: ea niſi aliquatenus emittitur, nocet agno: qui biduo quo natus eſt, cum matre clauditur, ut & ea partum ſuum foueat, & ille matrem agnoſcere condiſcat. Mox deinde quandiu non laſciuit, obſcuro & calido ſepto cuſtodiatur: poſtea luxuriantem virgea cum comparibus area claudi oportebit, ne velut puerili nimia exultatione maceſcat: cauendumque eſt, vt tenerior ſeparetur à validioribus, quia robuſtius angit imbecillum: (Ita ſecluſo paruulorum grege, matrices mittantur in paſcua, Pallad.) ſatiſque eſt mane prius quam grex procedat in paſcua: deinde etiam crepuſculo redeuntibus ſaturis ouibus admiſcere agnos: qui cum firmi eſſe cœperint, paſcendi ſunt intra ſtabulum cytiſo, vel Medica, tum etiam furfuribus, aut ſi permittit annona, farina ordei vel crui: deinde vbi conualuerint, circa meridiem pratis, aut noualibus villæ contiguis matres admouendæ ſunt, & à ſepto emittendi agni, vt condiſcant foris paſci, Hæc ille & Palladius. Menſe nouembri agnorum prima generatio eſt, Palladius. Plura vide mox in E. ex Varrone. De paſtu agnorum dixi etiam nonnihil in Oue E. ex Creſcentienſi. Ad conficiendum caſeum aliqui addunt pro coagulo de fici ramo lac & acetum. Quam ob cauſam apud diuæ Rumiæ ſacellum à paſtoribus ſatam ficum non negãrim: ibi enim ſolent ſacrificare lacte pro vino, & pro lactentibus: mammæ enim rumis, ſiue rumæ, vt ante dicebant, à rumi: & inde dicuntur ſubrumi (*ſeugering*) agni lactentes, à lacte, Varro. Dicuntur & hœdi ſubrumari, cum ad mammam admouentur, &c.

apud

apud Feſtum. Ferè ad quatuor menſes à mamma non diſiunguntur agni, Varro. Agni Tarentini quorum delicata & pretioſa lana eſt, quomodo nutriendi, vide in Oue E. De caſtratione agni lege ſupra in Veruece. Agni morbo non laborabunt, ſi hederam in paſtu appones curriculo ſeptem dierum, Democritus. Agnis quoque ſuccurrendum eſt vel febricitantibus, vel ægritudine alia affectis: qui vbi morbo laborant, admitti ad matres non debent, ne in eas perniciem transferant. Itaque ſeparatim mulgendæ ſunt oues, & cœleſtis aqua pari menſura lacti miſcenda eſt, atque ea potio febricitantibus danda: multi lacte caprino iiſdem medentur, quod per corniculum infunditur faucibus, Columella. Et rurſus, Eſt etiam mentigo, quam paſtores oſtiginem vocant, mortifera lactentibus. Ea plerunque fit, ſi per imprudentiam paſtoris emiſſi agni, vel etiam hœdi roſcidas herbas depauerint, quod minime committi oportet. Sed cum id factum eſt, velut ignis facer os atque labra fœdis vlceribus obſidet. Remedio ſunt hyſſopus, & ſal æquis ponderibus contrita. Nam ea miſtura palatum atque linguam totumque os perfricatur. Mox vlcera lauantur aceto, & tunc pice liquida, cum adipe ſuillo perlinuntur. Quibuſdam placet æruginis tertiam partem duabus veteris axungię portionibus commiſcere, tepefactoque vti medicamine. Nonnulli folia cupreſſi trita miſcent aquæ, & ita per vlcera, atque palatum. Mentigo in agnis & hœdis id fermè malum eſſe videtur, quod in hominibus mentagram appellant. Vtriuſque vocabuli etymon à mento: quoniam ab ea parte ferè oriebatur: fœdisque vlceribus mentum, os, labra, obſidebat, Phil. Beroaldus. Videtur ſanè vt mẽtigo menti malum, ſic oris oſtigo dictum. Agnos pediculis aliquando infeſtari ſcribit Creſcentien.

D.

Agni ſimul vt ſunt in lucem ſuſcepti, circum matres ſtatim erratico ſaltu concurſare, & domeſticum incipiũt ab alieno internoſcere: cum homo parentes ſuos ſerò admodum agnoſcere incipiat, Aelianus. Præterea teneri tremulis in vocibus hœdi Corniferas norunt matres, agnique petulci, Lucretius. Agnus ſimpliciſſimus, cum à matre quandoque aberrat, frequenter eam balatu abſentem excitat, multisque licet verſetur in millibus ouium, recognoſcit vocem parentis, & feſtinat ad eam. Nam quamuis cibi & potus deſiderio teneatur, tranſcurrit tamen aliena vbera licet humore lactis grauida exundent: ſoliusque materni lactis fontes requirit, Ambroſius. Latini agnum ab agnoſcendo putant dictum: eò quòd præ cæteris animalibus matrem ſuam noſcat, adeò quòd ſi in magno grege errauit, ſtatim balatu vocem noſcat parentis, Iſidorus & Albert. Ouis agnum ſuum odore poſteriorum noſcit, & cum lactet agnus caudam velociſſimè agitat, Albertus. Mirum eſt & tamen verum, fidibus lupi agninas malè obſtrepere: quanquam hoc idem contingat neruis fermè omnibus diuerſorum animaliũ, vt canis & agni, Cardan. Vide ſupra in Oue D.

E.

In nutricatu cum parere cœperint: inijciunt in ea ſtabula, quæ habent ad eam rem ſeclusa: ibique nata recentia ad ignem prope ponunt: & quoad conualuerint, biduum aut triduum retinent, dum agnoſcant matrem agni, & pabulo ſe ſaturent. Deinde dum matres cum grege in paſtum prodeunt, retinent agnos: qui cum reductæ ſunt ad veſperum, aluntur lacte: & rurſus diſcernuntur, ne noctu à matribus conculcentur. Hoc idem faciũt mane ante quàm matres in pabulum exeant, vt agni ſaturi fiant lacte. Circiter decem dies cum præterierunt, palos affigunt, & ad eos alligant libro, aut qua alia re leui diſtantes, ne toto die curſantes inter ſe teneri delibent aliquid membrorum. Si ad matris mammam non accedit, admouere oportet, & labra agni vngere butyro, aut adipe ſuillo, & oblacere labra lacte. Diebus poſt paucis obijcere his viciam mollitam, aut herbam teneram antequàm exeant in paſtum, & cum reuerterunt. Et ſic nutricantur, quoad facti ſunt quadrimeſtres. Interea matres eorum his temporibus non mulgent quidam (per duos menſes, ex Didymo,) qui melius omnino perpetuo, quòd & lanæ plus ferunt, & agnos plures. Cum depulſi ſunt agni à matribus, adhibenda diligentia eſt, ne deſyderio ſeneſcant: itaque deliniendum in nutricatu pabuli bonitate, & à frigore & æſtu ne quid laborent, curandum. Cum obliuione iam lactis non deſyderant matrem, tum denique compellendum in gregem ouium, Varro & mutuatus ab eo Creſcent. Plura vide ſupra in C. & quædam de agnis lactandis in Oue E. Partus ipſos vbi lacte fuerint expleti, ſeparatim ſeruare oportet. Conculcantur enim vna relicti cum matribus. Ante duos menſes lac emulgendum non eſt: melius autem erit ſi nunquam. Sic quippe agni corpulentiores euadent. Cæterum fœtus ex primiparis ouibus nutrire operæpretium eſt, cum ſint infirmiores quàm vt durent diutius. Didymus. Agnis ædi-
tis ſingula ſeptimana per menſem ſal dari debet, & in poſterum decimoquinto ſemper die. Quando autem ſeparantur à matribus, mox tondentur propter pediculos, (oues quidem pediculis carere Ariſtot. & Plinius prodiderunt:) vel quia melius creſcunt, & vnaquaque hebdomade ſal eis obijcitur. Circa natiuitatem Domini iunguntur cum matribus, vt de agnis Palladius ſcribit, Creſcentien. Sectarius veruex, qui gregem agnorum præcedens ducit, Feſt. Vide im Veruece A. Quod ad fructum ex agnis percipiendum, leges quædam ex Catone in Oue E. Bini agni vnius ouis (cum venduntur) numerum obtinent, Varro. Rheno propriè ouium pellis eſt, vel agnina potius, vt dixi in Capra E. Pelles & lanæ agnorum ſunt optimæ, atque ad operimentum humani corporis aptiores quàm matrum, Creſcent. Indumentum ex pellibus agninis corroborat corpora iuuenum, Filius Zor apud R. Moſen. Plura vide infra in G. Agninæ pelles, quas pellifices noſtri ad veſtimenta parant, magna ex parte deſumptæ ſunt ab ouibus quæ vel in partu vel proximis poſt diebus moriuntur. Nam intra paucos dies lanæ eis molliores fiunt & ineptæ pellificibus. Pelles quæ ex fœtu ſumũtur, cum oues grauidæ mactantur, vulgò *vßich ædling* vocantur, ac ſi dicas excoriatitias. Adferuntur ad nos ex longinquis regionibus: pulcherrimæ quidem, criſpæ, prælo compreſſæ & maioris præcij ex Italiæ parte vltra Romam, Apulia præſertim. Elegantes & nigræ pelles ex Prouincia ſeu Narbonenſi Gallia & Hiſpania (vbi & monopolia haberi audio, ita vt certi quidam loci ſuum habeant mercatorem, cui ſoli pelles vendi omnes oporteat) ferè mittuntur, iam ad vſum paratæ: ſunt autem pinguiuſculæ. Candidæ vero apud nos parantur, & ex noſtris regionibus habentur. Lactis duobus congijs addunt coagulum magnitudine oleæ, vt coëat: quod melius leporinum & hœdinum quàm agninum, Var. Maio menſe caſeum coagulabimus ſyncero lacte, coagulis vel agni vel hœdi, Palladius. Tempeſtatis futuræ prognoſticon ab agnis, vide in Oue E.

F.

Agnorum caro ſatis eſt conueniens, cun de lacte remoti fuerint, Creſcentienſis. Agnina humiditatis plus habet quàm caliditatis: veruecina verò temperata eſt, Platina. Ex pedeſtribus animantibus ſuilla caro probatiſſi-

mus cibus eſt,deinde hœdina,mox vitulina: agnina vero humida,tum leuiorem mucoremque in ſe habere cẽſetur,Galenus in lib.de cibis boni & mali ſucci.Agni carnem habent humidiſſimam ac pituitoſam: ouium vero excrementoſior eſt ac ſucci deterioris,Idem 3.de alim.facult. Et in libro de attenuante victus ratione,Agnorum eſus propter insignem humiditatem eſt fugiendus. Carnes quadrupedum recens in lucem æditarum,omnes mucoſas habentur,ac præcipuè quæ ſuapte natura humidiore ſunt carne,vt agni & ſues, Galen.in lib.de mali & boni ſucci cibis. Vide quædam ſuperius in Oue & in Ariete F.Agnorum carnes modicè calidæ ſunt,humidamque habent ſuperfluitatem: atque ideo ab ijs lædiuntur qui humidioris ſunt temperaturæ: qui verò ſiccioris, iuuantur: quantò autem iunior agnus fuerit, tantò difficilius eius caro concoquitur, magisque humida eſt: quantò vero maior,tantò melius concoquitur,& eò minus eſt humida. Sic & in cæteris animalibus contingit, quo iuniora ſunt,eò humidior quàm maiorum eſt eorũ caro,Symeon Sethi. Agnus lactens ſimiliter ferè viſcoſus eſt vt porci ſyluestres porci lactentes potius,)quòd nuper ab vtero prodierit,& ex lacte quo aluntur humiditatem ſequatur: quãobrẽ caro eius nõ laudatur,vt quæ concoctu difficilis ſit,& lubricitate ſua de ventriculo(citò) deſcẽdat.Anni culivero(vide ſupra in Veruece F.ex Bapt.Fiera)mediocrem habent temperiẽ inter lactentium humiditatem,& iuuenum ſiccitatem: quamobrem præferuntur, quòd faciliores concoctu ſint, & ſanguinem gignant meliorem,Iſaac in diatis particularib.Agnina robuſtis & ſanis hominibus in cibo vtilis eſt,infirmis inutilis: quia etſi à ventriculo facile deſcendat, viſcoſo tamen quem gignit humore, partibus nimis tenaciter inhæret, Liber dè nat.rerum.Suillæ & agninæ carnes difficiliores concoctu ſunt,& facile corrumpuntur propter pinguitudinem, caprinæ non item, Athenæus.Priamus apud Homerum filijs ſuis exprobrat, (tanquam nimium guloſis,) quòd in cibo agnos & hœdos illicitè & præter morem gentis (παρὰ νενομισμένα) conſumant,cum inquit, Ἀρνῶν θ' ἑκατὸν δατέονται ἀμπαυτῆες. Philochorus quidem tradit agnum intonſum ne quis in cibo ſumeret Athenis quondam interdictum fuiſſe,cum ouium penuria futura metueretur, Athenæus libro primo. Et libro nono, Antiqua lex erat,vt inquit Androtion, τὸ ὄπταν: (ὄπταν. ἡψημένα. Varinus) ἔνεκα τοῦ μὴ κατὰ θερμαίνειν, ne mactaretur ouis quæ nondum tonſa eſſet,vel nondum peperiſſet. Edebant ſanè veteres animalia iam adulta, porci vero porcellos etiam lactentes, σκέλυς σύας. Nunc quoque Mineruæ ſacerdotem nec agnam mactare, nec caſeum guſtare aiunt.Proxagoras pro epilepticis celebrat carnem agninam ſiue hœdinam &c.Cœl.Aurelianus.

Hœdi verumlibet cocti,(aſſi aut elixi,) ſuaues & ſalubres ſunt: coxæ tamen aſſæ meliores habentur. Eadem & de agni coctura,Platina.In agnum vel hœdum varios apparatus ex Apicio recitaui in Hœdo F.item in iecinora eorum,& pulmones,& copadia,Ibidem. Veteres aliquando in magnificis conuiuijs tum alia animalia integra aſſabant,tum boues,ceruos,agnos,Athenæus lib.4.Apud eundem inter delicatiores conuiuij cuiuſdam cibos numerantur etiam κεφάλαια ἀρνῶν, id eſt agnorum capita. Balthſar qui artem magiricam Germanicè condidit,ex pulmonibus agninis farcimina vel Iſitia parat,hunc ferè in modũ: Pulmonibus iam craſſiuſculè conciſis omentum addit,& minutius concidit: oua admiſcet,& modicum cremæ lactis,& ſanguinis agnini modicum,& pro condimento aromata & vuas paſſas: hanc miſcelam inteſtinis agni aut ventriculo infarcit, aut inteſtinis de vitulo, vel tenuioribus de boue,nec admodum replet,elixat,&c.

G.

Ad morſus venenatos,optimè auxiliatur,ſi ſtatim poſt cucurbitas plagæ imponantur animalia parua diſcerpta & adhuc intus calentia,velut ſunt gallinæ,hœdi,agni,porcelli. Venenum enim exugunt,& dolores leniunt, Aëtius.Idem ferè Celſus ſcribit,vt recitaui in Hœdo,initiò capitis 7. Experieris verum remedium ſi agnum candidiſſimi capitis decoxeris: atque inde caput eius,quem canum eſſe nolis,vngi præceperis,Marcellus.Sanguinis hœdini recentis antequam coaguletur vncia cum aceto mixta & triduo pota, vomitui ſanguinis confert: & ſimiliter ſanguis agni, Auicenna.Galenus de ſimplicib.lib.10.de hœdino tantum ſangine hoc remedium à Xenocrate ſcriptum refert.Ibidem, Agninum ſanguinem (inquit) aliqui epilepſiam curare prodiderunt,quod mihi experiri non placuit. Quod ſi quis periculum facere voluerit,ſat ſcio reprehenſum iri ab eo qui talia ſcripſerunt. Omnia enim remedia quæ in potu epilepticos iuuant,vim incidendi habent, quæ agnino ſanguini nulla ineſt.Sanguis agni cum vino epilepſiam ſanat, Auicenna.Vt mulier concipiat.Dorcadis,hœdi,leporis coagulum & fel,cum agnino ſanguine & adipe,medullaque ceruina, nardino & roſaceo oleo commiſce, & poſt purgationem ſubdito,(vtero prius purgato,) Aëtius.

Igni ſacro medetur ſenectus ſerpentium ex aqua illita à balineo cum bitumine & ſeuo agnino, Plinius. De ſuillo & agnino (Ruellius apud Dioſcoridem non ἀρνείου, id eſt agninum, legit: ſed ἀρτηρίου id eſt vrſinum, quod magis probo) adipe curando Dioſcoridis verba in Sue recitabo. Medulla agni ad ignem liquefacta, cum oleo nucum & ſachare albo, deſtillata ſuper ſabathum (zambac purum, Raſis) & ſic epota,diſſoluit calculum veſicæ,& confert mingenti ſanguinem (Raſis addit,cremationevirgæ,) & ad dolores virgæ, veſicæ, renum, Albertus. Dyſenterico ſi frigoris ſenſus adſit, pellem agninam leuem liquida pice imbuito, calefactamque aluo imponito, Aëtius. Si virgini menſes maturi non prodeunt,& vterus moueatur,&c.pelles agnigas calidas ad vterum apponere oportet, &c. Hippocr. in lib. de ſuperfœtat. Veſtis ex pellibus agninis corroborat corpora iuuenum, Filius Zor apud R.Moſen.Pelles agnorum magis calefaciunt quàm hœdinæ magisque conferunt dorſo & renibus, Elluchaſem in Tacuinis.Oſſiculo quod ſit in dextro latere ranæ rubetæ, adalligato in pellicula agnina recenti,quartanas aliasque febres ſanari aiunt,Plinius.Cinis ex oſſibus agnorum rectè adhibetur vlceribus, quæ non trahunt cicatricem,Marcellus.Magna vis & in cinere pecudum fimi ad carcinomata addito nitro, aut cinere ex oſſibus fœminum agninorum, præcipuè in his vlceribus quæ cicatricem non trahunt, Plinius. Oſſium agni puluis dicitur recentia vulnera conſolidare. Saraceni ſecum ad præſia ferunt.Attritus calciamentorum agni pulmo ſanare creditur, Galenus & Plinius: Impoſitus contractos à calciamentis attritus ab inflammatione tuetur, Dioſcorides. Agninus pulmo vel arietinus vritur, & cinis eius cum oleo imponitur, vel ipſe crudus admotus pernionum vlceribus vtiliter alligatur, Marcellus. Coagulum agninum aduerſus omnia mala medicamenta pollet, Plinius. Contra venena omnia valet coagulum pecoris, Idem. Hœdi, agni, hinnuli, &c. coagula ſimiles naturas ſortiuntur: contra aconiti potum in vino, & concretum lac in aceto, conuenienter aſſumuntur, Dioſcorides. A venenoſis morſibus omnibus ſanat, Auicenna. Contra paſſinacam, & omnium marinorum ictus vel morſus coagulum leporis, vel hœdi, vel agni drachmæ pondere ex vino ſumitur,Plinius. Muris aranei morſus ſanatur coagulo agnino in vino poto,Idem. Infantibus qui la-

ſuilacte concreto vexantur, præſidio eſt agninum coagulum ex aqua potum: Aut ſi vitium coagulato lacte acciderit, diſcutitur coagulo ex aceto dato, Plinius. Sanguinem ſiſtit in naribus coagulum ex aqua maximè agninum ſubditum vel infuſum, etiam ſi alia non proſint, Plinius. Ex aqua ſubactum & infuſum naribus fluentibus mirè prodeſt, Marcellus. Vide nonnulla ſupra in Hœdo G. vbi de hœdino coagulo. Comitialibus morbis vtile tradunt fel pecudum cum melle, præcipuè agninum, Plinius & Samonicus. Si felle agnino inungantur loca cancro affecta, manifeſtè prodeſt, Albertus. Si quis agnum recens natum confeſtim manibus diuellat, lienemque eius vbi extraxerit calidum ſuper lienem dolentis imponat, ac faſcia liget, & dicat aſſiduè remedio lienis facio: poſtero die ſublatum de corpore eius parieti cubiculi in quo lienoſus dormire ſolitus eſt, luto prius inlito vt hærere poſſit imponat, atque ipſum lutum viginti ſeptem ſignaculis ſignet ad ſingula dicens lieni remedium facio: hoc tale remedium ſi ter fecerit, in omne tempus lienoſum quamuis infirmum & periclitantem ſanabit, Marcellus. Vt lanugo tardior ſit pubeſcentium, mangones illinunt ſanguinem è teſticulis agnorum qui caſtrantur: qui euulſis pilis illitus & contra virus proficit, Plinius. In veſicæ doloribus (ſtranguriosis, Marcellus) decoctum agninorum pedum bibiſſe prodeſt, Plinius. Vuæ & faucium dolori fimus agnorum, priuſquam herbam guſtent in vmbra arefactus & confrictus, atque emplaſtri more adpoſitus medetur, Marcellus.

H.

a. Agnus, à nonnullis cum aſpiratione ſcribitur, hagnus: ſed vſus iam obtinuit, vt priore modo ſcribatur. Agnus dicitur à Græco ἁγνὸς, (melius ἁγνὸς cum aſpiratione: vnde nimirum etiam Latinè aliqui agnum aſpirant,) quod ſignificat caſtum, eò quòd ſit hoſtia pura & immolationi apta, Feſtus. Sed alibi apud eundem ſic legitur, Agnus ex Græco ἀμνὸς deducitur, quod nomen apud maiores communis erat generis. Varro agnum dictum putat, quod agnatus ſit pecori ouillo. Agnus à Græco vocabulo dicitur quaſi pius, (ἁγνὸν pium interpretatur, cum potius caſtum ſignificet.) nam inter omnia terræ animantia maximè inuenitur innocens & manſuetus: nullum enim lædit dente, aut cornu, aut vngue, Iſidorus. Et alibi, Latini agnum putant dictum, quod agnoſcat matrem ſuam præ cæteris animalibus, adeo vt etſi in magno grege errauerit, ſtatim balatu vocem noſcat parentis: Vide ſupra in D. Auillas agnas recentis partus dicimus, Feſtus. forte quaſi ouillas, forma diminutiua. Belluam indifferenter poſuit authoritas veterum. Quo quidem agno, fat ſcio, magis nuſquam curioſam eſſe vllam belluam, Plautus Aulul. citante Nonio. Dic igitur me tuum paſſerculum, gallinam, coturnicem, Agnellum, hoedillum, Plautus in Aſin.

Ἄρνες τὰ πρόβατα νέα. Pollux. Oues in tenera ætate ἄρνες & ἀμνοὶ dicuntur, Varinus in Τοκάδι. Ἄρνας, προβάτια, Varinus: Heſychius addit μικρὰ. Apud Aratum legimus ἄρναιν in datiuo plurali: & de ijſdem in recto ἀμνοί. Οἱ δὲ ἄρνι (ἄρνι, vt Scholia habent in duali numero) ἴσην λάδην, ἴσην γὴ μέλαιναν, ἴσ' ἠῶ καὶ ἠελίῳ, Homerus Iliados γ. vnde communis eſſe generis hanc vocem apparet. A voce ἀρνὶ, ἀρνῖ Ω (de qua paulo inferius,) caſus eius obliqui fiunt, per ſyncopen: rectus ſingularis non inuenitur. Aetates ſunt tres, ἀμνὸς, ἀρνὸς, ἀρνειὸς, Suidas: Ego ἀρνὸς pro genitiuo accipio: rectus enim (vt dixi) non eſt in vſu. Iſter in dictionibus Atticis ſcribit primæ ætatis vocabulum eſſe ἄρνα, deinde ἀμνὸν, deinde ἀρνειὸν, denique λεπτογράμματα, Suid. & Varinus. Nuper natum μηρὸν dixeris, (μηρίονα, Suidas, malim μηρὸν. Iſtro in Atticis dictionibus μηρίων eſt aries trimus. Heſychius ἀρνειὸν, arietem trimum interpretatur:) anniculum verò ἄρνα, id eſt agnum, ἀμνὸν, vel ἀρνὸν: deinde ἀρνὸν, (lego ἀρνειὸν,) qui & ἀρνὶ à poetis vocatur, Pollux. Sed eſt quando hæc diſcretio non ſeruatur. Ἀρνειὸν νηγάλιν ὣς ἀρτιτόκοιο τοκῆος, Oppianus lib. 4. de venat. Ἀμνὸς, vt Varinus & Etymologus referûnt, dictus eſt quaſi ἀμυδρὸς, id eſt infirmus: μυδρὸς enim robur ſonat: vel à voce μνῆς. quæ primam & teneram agni lanam ſignificat: vt ſit ἀμνὸς, ὁ ἔτι μυδρὸς καὶ τὴν πρώτην τρίχα ἔχων. Apud Suidam cum aſpiratione ſcribitur ἁμνὸς (quod non probo:) & Atticè ἁμνὸς, & fœmininum ἁμνή. Oppianus ſylueſtrium etiam caprarum (αἰγάγρων) fœtus, ἀμνοὺς vocat. Ariſtophanes in Auibus ἀμνὸν καμπὴν per iocum protulit. Ἀμνὶς, ἡ ἀμνὸς, Varinus: Malim oxytonum, vt Etymologus habet, diminutiuum eſſe ſcribens. Καμαίτας ἐφορῆτα Μάσσων τὸν ἀμνίδα, Theoc. Idyl. 5. Rachel nomen proprium mulieris, exponitur ἀμνὰς ἢ πρωτομήνους, Varinus. Eſt autem vox Hebraica: alij agnã alij ouem interpretantur, vt dixi in oue A. Ἀμνὸς, ὁ πρωτομὴς, καὶ ὁ ἀμνὸς, Suidas: vide Etymologum. Ἀρνειὸς quidem aries eſt, non agnus: quanquam pro agno Didymus poſuerit: Vide in Arietea. Aries mediæ ætatis ἀμνὸς vocatur: alij agnum anniculum ἀμνὸν vocant, Suidas & Varinus ex ſcholijs in Ariſtophanem. Ἀμνία, προβάτια. αἱ ἢ ἀμνὸς Heſych. Varin. Ἀμνὸν, μαλθὸν: id eſt lanam, aut ouem nuper natam, Heſych. Ἀμναίδες, virgines aut oues, Heſych. Varin. Ἀμναμοὶ, οἱ ὀπίσθεν, καὶ μάλιστα κυρίως ἢ οἱ τῶν ἀρνῶν ὀπίσθεν, ἢ παῖδες. Varinus: πᾶσα τὰ ἀμνὸς, Suidas. Ἀρνακίν, τὸ ἄρνα, Heſych. Varinus Homerus ouium & caprarum ætates diſcriminans, adultas, προβάτους vocauit: mediæ ætatis, μηκάδας (αἰγὰς, vide in Capra a,) & ἐρίφους, adhuc teneros, Varinus & Pollux. Μέτασσα, τὰ ὕστερα πρόβατα. Suidas. Ὁ ῥὶν καὶ ἡ ῥὶς agnus & agna, Varinus in Ῥῖν. Ῥῖνες, ἀρνὸς: Ῥῖνα. ἀρνία, Galenus in Gloſſis. Ῥῖνες, ἄρνες: πρόβατα. Heſych. Varin. Ἐπὶ ῥὶνῶν ἰόντων, apud ſuas oues, Apollonius 4. Argonaut. Agni non ſolum ῥῖνες dicuntur, ſed etiam ἀρνῖνες, vnde ἄρνες per ſyncopen: hinc ἀρνινεύτης opilio. Varinus. Ῥῖνα, πρόβατα, οἷα (lego οἷς vel ὅις,) Heſych. Ἄρνες pro ἀρνῖνες, vel pro ἀρνὶ per metaplaſmum, Etymologus. Ἀρνῶν ſecundum veteres non fit à recto monoſyllabo: ſed ab ἀρνὶ ἀρνῖνος, &c. per ſyncopen. Deriuatur autem παρὰ τὸ ἀρᾶσθαι, hoc eſt à voto, quoniam in votis & precationibus adhibebatur hoc animal ſacrificijs: vel aliter, quoniam pecorum poſſeſſio priſcis omnibus valde exoptata & in votis erat, Varinus. Ἄρνα. ἄρνα, Heſychius, Varin. Doricum videtur pro ῥῖνα. Ῥῖνα ἄρνα, Κύπριοι, Iidem. Πρόβατον. ouis tenera, vel nuper nata, vel annicula, vel quæ primum coire incipit, Heſych. Varin. Πρωτῖνες, agni anniculi, Iidem. Varinus etiam alibi ex ariſtophane grammatico, caprilli pecoris nomina pro ætate diuerſa enumerans: ἐρίφους etiam, inquit, in ætate quadam dicuntur, & ὑπὲρ πρωτῖνας Τραγὸν, ouis ſex menſium, Heſych. Varin. Βαείγοι, agni, Iidem. Μίθλαι, ἢ ἄρνες, Iidem. Ὀρεσσοί, agni qui poſtremi naſcuntur, Heſych. Varin. nimirum qui Latinis chordi dicuntur. Φάναι, agni, Iidem. Φαίλον agnum eſſe dicit Ariſtoteles, Plutarch. problem. Græc. 14. Apud Heſychium & Varinum vox eadem oxytona ſcribitur, & per η. in penultima. Ψαίκαλον, τὸ ἔριον, Suidas: Heſychius fœtum & infantem interpretatur. Βαιὰν, τὸ ἔριφον, καὶ βαίνιμα τὸ αὐτὸ, Heſ. Var. Βείνια, (apud Var. penultima eſt per ἰῶτα) τὰ ἄρνεια κρέα. Iidem.

Epitheta. Hirtus, Columella 7. Hornus, id eſt huius anni, Propertius 4. Eleg. Imbecillus & immaturus,

Columel.lib.7.Lactens,Ouid.4.de Ponto.Lacteoli,Prudentius.Mollis,Martialis 5.Petulci,Lucretius lib.1.Pingues,Vergil.1.Aeneid. Saturior lactis,Columel.2.Subrumi,hoc eſt lactentes,Ibidem. Et præterea apud Textorem, Alacer,balans,blandus: Campiuagus,corniger,cornipeta: Imbellis,incurioſus: Lanicutis, laniger, laſcivus: Mitis,molliculus: Pauidus. Agnæ epitheta. Muta,Horat.1.Carm. Niuea, Iuuenalis Sat.12. Nitida,Horat.2. Serm.Nouella,Ouidius de Arte.Pauens,4.Metam.Pulla,id eſt nigra,Horat.1.Serm.Tenera, Statius 8.Theb. Et apud Textorem,Balans,cicur,humilis.lanigera,mollis,tenera. Ἀρνὶ αἰμαλέῃ, Homerus Iliad. χ. Scholiaſtes exponit κατὰ ἰωὴν, ἢ μαθητικῶς καὶ τερατώδως. Ἄρνες γαλαθηνοί, Crates apud Athenæum. Ἀρνὸν νεογαλῆ ἐπ' ἀφρονεσσι πιθοιο. Oppianus libro 4.de venat.& mox eundem, ἐπιμαίοις ἀρνῶν vocat. Ἀρνὸς οὐθατοῦ, Theoc.Id.5. Ἀρνὸς κεφάλη. Nicand.Athn. ἀρνὸς propriè dicitur,dum cornua nodum habet,Scholiaſtes Heſiodi (ſubaudi πρόβατον,) nouella & tenera ouis (agna vel agnus) lactens,quæ nondum guſtauit herbam, ἢ ἡ Ῥήμου Φωτὶ ἐπὶ ἑ Πυθὼ καθῆσθαι, Heſych.Varin.quaſi in oraculo aliquo hoc vocabulum ſiue epitheton ouis,ſiue pro oue per antonomaſiam poſitum reperiatur.Significat autem ſuauiter odoratum: ſolent enim nuper editi fœtus pecorum præſertim,ſuauem quendam,vitalem & lacteum,vt ita dicam,odorem ſpirare.Eſt & herba hedypnois apud Plinium à ſuauitate odoris dicta,eadem opinor quæ hieracium ſecundum Dioſcoridi,& vulgò dens leonis. Ἡδυποίδης, (melius ἡδυπνοὴς, vnde genitivus ἡδυπνοΐδου) πόα καὶ ἡ λιβανωτὶς, Heſych.Varin. Ὡς γαλαθηνοὶ Ἄρνες γρηυσῆισι διὰ μαζὸν πρήνεσσι, Theoc.Idyll.18.

Dominus noſter Chriſtus in libris ſacris agnus nominatur,quòd innocens & placidiſſima pro peccatis noſtris hoſtia futurus eſſet. Quid enim agno caſtius,innocentius,patientius? Agna, menſuræ genus in agrorum dimenſione.Actus quadratus vndique finitur pedibus CXX. hoc duplicatum facit iugerum, hunc actum prouinciæ Bæticæ ruſtici agnam vocant,Columella lib.5.Agninus,quod ad agnum pertinet, vt agnina pellis vel caro.Rogito piſces,indicat caros,agninam caram,Plautus: ſubaudi carnem.

Ἄρνες,οἱ καπηλοι, Heſych. Ἀρνεῖος, agninus proparoxytonum: nam oxytonum aries eſt: penaſſerum vero,menſis nomen. Ἄρνεια κρέα apud Xenophontem legimus. Ἀρνῖδα,τὸ κρεατοπώλιον ἢ πρόβατον, Heſych. Varin. Didymus,Etymol. Πολυάρνες, pecore & pecunia abundantes: Vide in Oue 2.ex Varrone. Πολυάρνι, τῷ, pro πολυαρνεῖ,πολυθρέμμονι, multa pecora (ſynecdochicè) poſſidenti,Heſychius,Varin. Similiter dicuntur πολυβώτης, vt mox ſubijciam. Τηλεγόνῳ, πάμπαν ἄρνας ἐχούσῃ, Heſych.Varin. Μήτηρας,τὰ ὑπερήνα πρόβατα, Suidas: oues intelligo mediæ ætatis,quæ iam primum agnos parere incipiant.Similiter ἐπιπάλλων dicitur, vt mox ſequetur. Ἀρνάδιες,ἐκ κυβιστήσεις. per translationem ab agnis qui in caput ferè proni ſultare ſolent, tanquam aërem cornibus impetentes,Suidas & Varin.ex Scholijs in Iliad. μ. Ἀρνάδιες,δύτται,οἱ δύοντες. Heſych.Varin hoc eſt, in aquam emergentes præuio capite,vrinatores: quam vocem Latini à Græca arneutêres mutuati mihi videntur. Ἀρνάδιες, qui capite præmiſſo in mare ſe mergit,ab agnis qui dum prioribus ſaltant pedibus, caput terræ admouent: quamobrem hippurum quoque piſcem,quòd frequenter exiliat ἀρνάδιον aliqui vocabant,vt Athenæus ſcribit, Varinus in Κυβιστητῆρ. Ἀρνάδιες,κυβιστητῆρες, ab agnis qui inter currendum caput concutiunt,Scholiaſtes in Iliad. π. Et alibi in Iliad. μ. Ἀρνάδιες,κυβιστῶσαι δύνην: vel ſecundum aliquos delphino. Solent autem arnes,id eſt agni, per tranquillitatem in caput ferri. Ἀρνάδιες,κυβιστήσεις, Heſychius. Ἀρνάδας λυκὸν Πυθμὴν σφῆκ κυπάσσοντα αἰτηρὸς σφαλάς, Lycophron. Ἤνυτε, ἐκυβίστα, Heſychius, Varin. malim ἤρνυτο, ab αἴρνυμι. Ἀρνοδοὶ vocabantur rhapſodi,quòd agnum ſui cantus acciperent præmium,Heſych.Varin.De arnodis & rhapſodis vide Scholiaſten Pindari in Nemea à principio Carminis ſecundi. Ἀρνοφαγεῖον eſt Athenis religioſiſſimum & ſummum judicium haberi, in quo ſenatus & populus vnà coibant: quo tempore à triginta tyrannis penè in extremum diſcrimen adacti ſunt. Μάρνημαι, pugno: à μή & αἴρω, concilio: nam ad concilationes priſci adhibebant agnorum ſacrificia,Varinus. Ἀρνοειὸν,ὃ τῇ ὃ αἴρων αἰρομένῳ γονάτων ἔρχεται, Idem. Ἀρνειαῖον,ἄρτον βασιλικὸν, Idem. Ἄρνας, ἢ ἐρικὰς, Κλαζομένιοι: ἴδιον καὶ τὸ ἔξαρνος, Idem & Heſych. Ἀρνεοβοσκὸς, paſtor ouium παρὰ τὸ αἴρειν αἰρεῖσθαι,ὁ ἀγελαῖος ἢ ἀέρνας, παρὰ τὸν αἰρᾶν,ὁ ἐστὶν ὑγρὸν, Euſtathius. Ἀμνοκόπος, σφαγεὺς, Heſych. Varin. Τρέφω δὲ πὶ ἐνδείκνυται νεβρούς, Παίονας αἰμοφόρους, Theocritus in Cyclope. Τῶν πολιτῶν ἀρίστην ἐστὶν ἀμνοκόπων, Ariſtoph.in Equitibus: vbi Scholia, οἷον περιεκτικὸς,τὸ πᾶν μαχὸς καὶ ἐνυάλιος, quod inde repetit Suidas & Varin. Hæc dictio pertinet ad hominem ſenſu & iudicio carentem notandum,vnde apud Menandrum βάλανος,ὁ ἐν πρόβατος,ἐνυάλιος,καὶ ἀμαθὴς ἢ ἀμνοκόπων,ὁ ἐν νεόμαχος ἀμνὸς, Varinus in Βυρσοδέψης. Ἀμνίον, paroxytonum,vas quo ſanguis excipitur in ſacrificijs: Cretenſes αἰμνίον dicunt, proparoxytonum,quaſi αἰμνίον, à ſanguine,Varinus. Suidas etiam interpretatur τὸ αἱματοδέχον ἀγγεῖον. Heſychius, ὑμὴν ὁ αἱματος, neſcio quàm rectè. Περιστὰς δ' ἄμνιον εἶχε, Homerus Odyſſ. γ. apud Etymologum. Ἀμνίον, vt Empedocles vocat,eſt interior fœtum in vtero inuoluens tunica,tenuior ſcilicet ac mollior: nam exterior χόριον vocatur,Pollux. Galeni interpretes membranam ſiue pelliculam agninam transferunt: alba ac tenuiſſima eſt,& fœtum totum proximè amplectitur,vt ſcribit Galenus de vteri diſſectione capite nono, & alibi. Πολυάρνης, (vt πολυαρνὴς ſuperius,) qui agnos multos,id eſt pecora multa, per ſynecdochen, poſſident: πολυθρέμμονα, πολύοντα, Scholia in Iliad.1.& Varinus.Tibareni populi πολυβώται, (πολυσθένται,πολυθρέμμονες,) incolunt iuxta minorem Armeniam,Euſtathius in Dionyſium. Εὐρὺς ὁ καλλιπρόβατος. εἰς τὸ Παίονας ἐνυάλιός τε καὶ ἐυβότης, Suidas & Varinus. Τιτύβιον,ὕπαρον, (de qua voce ſuperius paulò dixi,(ἔγγυον (lege ἔγγονον, id eſt grauidam,) Varinus. Neſtor Iliados κ. exploratori adituro Troianorum caſtra promittit donandam à ſingulis optimatibus Græcis ouem nigram & grauidam, δίν μέλαιναν θῆλυν ἐγκύμονα. Ἀρνεοβοσκὸς, opilio, qui αἰρεῖται, id eſt agnos paſcit,ſynecdochicè, ſecundum Pauſaniam: ſcribitur etiam ἠρνεοβοσκὸς, (quod non placet,) Varinus. Vide in Oue e.

Plantago minor foliis eſt linguæ pecorum ſimillimis, Plinius: quare Græci arnogloſſum quaſi agninam linguam vocant: item arnion,vt habetur in nomenclaturis apud Dioſcoridem.Arnos pyrites, pyretrum, Ibidem. Arnophyllon,cytiſus: eſt autem herba fruticoſa,Heſych.Varin.Folia quidem eius ſatis tenera & mollia ſunt, & ſuauem præbent ſuccum maluæ inſtar,vt agnis in cibo aptus & gratus videatur.

Ἀρνὸς τὸ, piſcis quidam qui & hippuros,frequenter exiliens caprarum modo, Euſtath. Iliad. π. ex Athenæo: alij delphinum exponunt,vt paulò ſuperius citaui ex Scholijs in Homerum.

Arnæus, Ἀρναῖος, proprium nomen apud Homerum:(mendici illius qui prius Irus dicebatur,) ὁ Ἄρνης παρὰ τὸ ἀείρειν καὶ ἐπαίρειν ἑαυτὸν, ὅτι ὁ αἴσιος ἢ ἐυγνὴ, ἢ βοτικὴ τύφλωσις καὶ περιβατικὴ ἢ τυφλότης. Varinus. Ἄρνων, proprium ruſticei à cura agnorum,in epiſtolis Theophylacti. Tibia vſum hyagnim primum volunt,&c. Cælius 9.3. Hydarnus, viri nomen in Laconicis Pauſaniæ. Arne nympha fuit, nutrix Neptuni,ſic dicta,quòd cum Neptunum accepiſſe à

Rhea

Rhea educandum, Saturno eum quærenti ἀπονίσασθαι, id est negârit, Varinus. Arne Thessaliæ ciuitas nomen tulit, ab Arne Aeoli filia, vt quibusdam placet, Etymol. ex Pausaniæ Bœoticis. Bœoti nominati sunt à quodam Bœoto, quem Arne mater clam enixa, circa boum sterquilinium exposuit, vnde nomen accepit ἀπὸ μυφοὶς ἀμφὶ βοῶν βίας. Eustathius in Dionysium, Vide plura apud Varinum in Ἄρνη. Homerus Iliados β. πολυμήλου Βοιωτοῖο Ἄρνην dixit: vbi Scholiastes Arnen vrbem Bœotiæ interpretatur, dictam ab Arne, quæ ex Neptuno Bœotum peperêrit. Alij vero negantes Arnen vrbem tempore belli Troiani extitisse, Τάρνην scribunt: Zenodotus vero (vt Varinus refert) Ἀσπληδόνα: quæ minimè πολυπόκῳ fuisse videtur, cum ab Hesiodo tanquam rigida & hyemalis vituperetur. Aiunt autem Homericam illam Arnen, simul & Mideam ciuitatem à Copaide lacu absorptas esse. Penelope primum Arnea, Ἀρνέα, dicta fertur, & cum à parentibus in mare proiectam aues quædam penelopes dictæ rursus in continentem exposuissent, parentes receptam nutriuerunt, vocaueruntque Penelopen, atque ita deinceps fuit binominis, Scholia in Pindari Olympiorum Carmen 9. Hermolaus Penelopen prius Arnæam vocatam scribit, quasi abiectam repudiatamque à parentibus: Didymus apud Eustathium Ἀρναίαν, vel ἀπὸ περιφανείας. Rhene, Ῥήνη, ex Oileo filium suscepit nothum, Homerus Iliad. 6. Ἀρνὴ, nomen Nymphæ, vt meminit Gyraldus.

Arne ciuitas est iuxta sinum Maliacum, Plinius. Et alia Thessaliæ, ab Arne Aeoli sic dicta: vel (vt Crates vult) ab agnis: quod pecori nutriendo apta sit, Etymol. Arne, vrbs Bœotiæ, (Lebadensium vrbs olim Arne dicebatur, ab Arne filia Aeoli, vt & Thessalica Arne, Pausanias in Bœot. (& alia Thessaliæ à Bœotis deducta, quæ Cierium vocatur: tertia Mesopotamiæ, quarta Erasiniorum iuxta Thraciam, Stephanus. Scythonis puella Arnen nescio quam insulam prodidit. Scholia in Iliad. η. & Hesychius quoque scribunt Arnen vrbem esse Bœotiæ, (de qua paulò ante etiam inter propria mulierum dixi,) & alteram Thessaliæ. Phthiotæ Dorida accolunt: eorum oppida celebria, Lamia, Phthia, Arne, Plinius 4.7. Campus quem Argum vocant in Arcadia, decem stadiorum est: & paulò post eum alius, in quo fons Arne spectatur, cui hoc nomen contigit, vt Arcades ferunt: Quoniam Rhea illic Neptunum exposuerit inter gregem agnorum: & fontem inde dictum, quod agni circa eum pascerentur: Saturnum vero persuasum pullum equi tanquam à Rhea editum deuorasse, Pausanias in Arcadicis. Arne Thessalica, colonia est Bœotiæ: de qua hoc oraculum fertur, Ἄρνη χρηΐζουσα μέλαν Βοὸς αἵματι ἀνδρα. In Scholijs legitur Arnen etiam Chæroneæ fuisse, & Tarnen Achaiæ vrbem. Cæterum Leontarne vicus circa Heliconem fuit: aut fons, ita dictus, quòd immolante illic Adrasto leo agnum rapuerit, Varinus. Arna Ἄρνα ciuitas Lyciæ, Xanthus postea dicta, Stephan. Arneæ, Ἀρνειαὶ, parua ciuitas Lyciæ, Idem. Post Bolbiticum ostium Nili, arenosum quoddam & humile promontorium valde expositum est, quod agni cornu appellatur, Strabo lib. 17. Ἄρνου κέρας, ὁ προκείμενος. Suid. Var. fluuius circa Themiscyrum, Etymologus. Amnitæ, Ἀμνῖται. populi paruas insulas Oceani Britannici habitant, quorum mulieres sacra Baccho celebrant, Dionysius Afer. Inter oppida Cretæ insignia Polyrrhenium numerat Plinius. Suidas Πολυρρήνιον vocat in proverbio, Οἱ Κρῆτες τὸν ψεύστην. Πολυρρήνιος. vrbs Cretæ: quòd multas oues habeat. Stephan Rhene Ῥήνη insula parua prope Delum, vide Ono masticon. Achæi commune consilium vna in curia cogebant, quod Arnarion vocabant, Strabo libro octauo.

b. Vanus & Euganea quantumuis mollior agna, Iuuenalis Sat. 8. Arne, agni capus, Festus. Χόρδαι, τὰ ἀπὸ τῶν ἀρνῶν τῶν λεπτῶν ἔντερα (intestina intelligo, quæ & chordæ vocantur) Hes. Var.

c. Claudian. lib. 16. Agni grundibant, dixit cum grundire propriè suum sit, Nonius. Agnus curio apud Plautum in Aul. exponitur bestia curiosa, vel macra & curis confecta.

d. Vt pauet acreis Agna lupos, capreæque leones, Horat. 2. Epod. Lupis & agnis quanta sortitò obtigit, Tecum mihi discordia est, Idem Epodon 4. Quæsitum aut matri multis balatibus agnum Martius à stabulis rapuit lupus, Vergil 9. Aen. Ὡς δ' λύκος ἀρνειὸν μεγάλην ἐπιδράμῃ ἠλιφάων, Homerus de audace & impudente rapina, Varinus in Παραβολῇ.

e. Pescia Ael. Stilo dici ait capitia ex pellibus agninis facta, quòd Græci pelles vocent pesce, πὰ. Vide in Oue e. Rheno propriè ouium pellis est, vel agnina potius, ex Græca voce ῥινὸς vt conijcio: vide ibidem. Ῥινακὶς, ἀρνακίδος. Galenus in Glossis. Apud Hesychium ῥινάκιον legitur, non probo Ἀρνακὶς, pellis agnina, τὸ δὲ ἀρνὸς παίδιον, pellis adhuc lanata, Hesych. Varin. & Suidas, qui ex Aristophanis Nebulis hæc verba citat: Ἐμοὶ τὶς ὢν ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐξ ἀρνακίδων γνώμην διανεστηκότα: ludit autem in voce arnacides, vt cui animus esset intentus ἀπὸς τ' ἀρνεῖσθαι σὺν ἀγανοῖς. Καθῖον, καυλακίζειν, ἀρνακὶς. Pollux. Melio, id est loro, circa collum canis venatici interius assuatur ἀρνακὶς. ne ceruix à loro atteratur, Idem. Alibi etiam inter venatoris instrumenta ἀρνακίδας numerat. Ἐκτιμήσων σὺν παίδας εἰς πίλους τε καὶ ἀρνακίδας, Plato in Sympolio, vt Pollux citat. Τὸ δὲ οἰκείωμα χαλίδιον, ἔθνος σκύλων ἐξ ἀρνακίδων ἀντὶ δέρεως ἔχει, Pollux in personis tragicis. Ἀμφοτέρων δὲ τὸ ἄκρον σὺν αἰμύσσει θηκτὰν Παῖδα. Theocrit. Idyllio 31. Σοὶ τὸ πλῆθος ἅδ' ἐνέξαντα τεῖχος ἀμυνῆ Ἕρμα Καλὸν πέλας ἐκρίμασιν πέπλον: forte πέπλον: quanquam Suidas in Πεπίλους, (meminit etiam in Πολυθίνῳ, (πέπλον interpretatur πίνημα ἐξ ἐρίου πεπηγὸς. Σκέπασμα καθ' ἁπλοστερίαν διὰ γναφικῆς κλωὸς, τὸ ἔριον ὡς σπίνον σὺν ἄρνας, Eustath. Μυῶν, lana mollissima, prima agnorum & pullorũ lanugo, & pluma tenuissima, propriè anserum, Varin. Puella senibus dulcior mihi cygnis, Agna Galesi mollior Phalamni, Martialis, lib. 5. Καὶ νῦν σε καθεῖδον (ὡς εἰς ἐπὶ τὸ κεκλεισθαι) τὸν Ἴλιον ἠὲ κατ' ἐκ Iliad. θ'. Ἀρνὸς τὸν ἀπὸ τᾶς λαψῆ γίγνος. Theocritus Idyllio primo. Agnus olim apud Lusitanos, teste Polybio, tribus aut quatuor obolis vendebatur, Athenæus. Vermem qui in Indo fl. reperitur, septem cubitorum longitudine, capturi, agnum aut hœdum in hamum implicant, Aelian.

f. Patinas cœnabat omasi Vilis & agnini, tribus vrsis quod satis esset, Horat. 1. Epist. Crœsus in lebete coxit testudinem cum carnibus agninis, quod ab eo factum ex oraculo etiam Delphico audiuit, vnde Apollinem quasi omnisciũm veneratus est, Herodotus lib. 1. Oraculi verba sunt, Οσμὴ δ' ἐς Φρύγας ἦλθε μετ' ἀγριοπείνεο (forte, Οσμὴ μ' ἐς Φρύγας ἦλθε μετ' ἀγριοπείνεο) χελώνης Εψομένης ἐν χαλκῷ σὺν ἀρνείοισι κρέασι. Suidas in Crœso. Ἐγὼ δ' ὑμῖν ἐξηγήσομαι ἀλαζονείᾳ. Λαὶ ἐς μέσον συμπόσιον ἀνηλάθησαν. Coquus quidam apud Menandrum, vt Athenæus citat. Καφαλᾶς τ' ἀρνεῖον, καλάς τ' ἐρίφου, Aristoph. apud Athenæum.

h. Agna aurea Phrixi, vide supra in ariete aureo. In Plutarchi Vitis alicubi legimus agnum qui gemellos vterinque corymbos haberet natum, nec iam occurrit locus. Scalpere terram Vnguibus, & pullam diuellere morsicus agnam Cœperunt, Horat. 1. Serm. Sat. 8. de mulieribus veneficis. Veteres Græci hœdorum, agnorum, vitulorumque inspectis intestinis futura prædicabant, Pausan. Coronata agna aliquid lustrare siue expiare, Iuuen. Sat. 13. Agnus dicitur à Græco ἁγνὸς, quod significat castum, eò quòd sit hostia pura & immolationi apta,

Feſtus. Pecoris fœtus non ante octauum diem ſacrificio purus eſt, Plin. Fuit quidem priſcis opinio, vt ex hœdis potius & agnis hoſtiæ fierent, quia hæ mites & cicures eſſent, Gyrald. Agna humilis, Horat. 2. Carm. vbi Acron, Non humilem agnam, ſed humilium oblationi aptam. Agricola de boue rem diuinam facit, opilio de agno, popolus de capra, Lucian. in lib. de ſacrificijs. Ἄρνας aliqui deriuant ἀπὸ τοῦ πρὸς ἄρειν, δίοτι πρὸς ἱκεσίαν, quòd ad vota & ſupplicationes agnus hoſtia adhiberetur, Varinus. Μαρνᾶται verbum fit à μὴ & ἀρ-ῶ, id eſt concilio: ad reconciliandum enim priſci hoſtijs vtebantur agnis, Idé. An quum in Aequimelium miſimus qui afferat agnum quem immolemus, is mihi agnus affertur, qui habet exta rebus accommodata, & ad eum agnum non caſu, ſed duce deo ſeruus deducitur? Cicero 2. de diuinat. Ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέζειν ἑκατόμβοιν, Homerus. Idulis hoc eſt agna alba, idibus (inde nimirum idulis dicta) à flamine Ioui cædebatur, Feſtus. Idibus alba Ioui grandior agna cadit, Ouidius. Ouidius Termino deo agnã & porcã in ſecundo Faſtorum immolari prodidit: item Horatius, cum ceci- 10
nit, Vel agna feſtis cæſa Terminalibus. Vbi Acron, Terminaliorum inquit diem inſtitutũ, vt per epularũ feſtiuitatem cæſis agnis fines ſeruari faceret. Numa tamen ſanxiſſe fertur, ne Termino ex re animata ſacrum fieret, Gyraldus. De porco, agno vituloque immolandis in ſolitaurilibus, nugas quaſdam, ſi libet, lege apud Catonem de re ruſt. cap. 141. Ambegni bos & veruex appellabantur, cum ad eorum vtraque latera agni in ſacrificium ducebantur, Feſtus. Τὸν τοῦ μήλου τ' ἀφροδίσιον ἀίχμαν, Sophocles Danaë intelligit autem agnum, & porcum animal libidinoſum, quod ideo feram Veneream vocat: his enim duabus hoſtijs ad expiandum vtebantur. Poteſt etiam capraram ſoboles accipi, quod hoc etiam animal nimis in Venerem procliue ſit, ὥστε καὶ εἰς ταὐτὸ ὑβρίζειν, (vt 20
iuuum & hœdum intelligas.) Aliqui perdices interpretantur, tanquam expiationi aptas, quæ fœmina in laqueo propoſita illici capique ſolent, vt inde Veneream agran, id eſt venationem dixerit poëta: ſed hoc non probat Heſychius in voce Ἀφροδίσια. Præcidanea agna vocabatur, quæ ante alia cædebatur, Feſtus. Eſt & porca præcidanea, de qua ſuo loco. In omnibus Calendis regina ſacrorum, id eſt regis ſacrorum vxor, porcam vel agnam Iunoni immolabat, Gyraldus. Tubiluſtrio, id eſt vltimo die Quinquatriorum. quo tubæ luſtrabantur, de agna res diuina Mineruæ fiebat. Lege Varronem, & alios. Niueam reginæ ducimus (aliàs, cædimus) agnam, Par vellus dabitur pugnanti Gorgone Maura, Iuuenalis Sat. 12. id eſt Palladi. quæ Mauritana Gorgone, capite Meduſæ vſa à poëtis fingitur. Athenienſes annua ſolennia Mineruæ tauris & agnis celebrare ſolebant, vt ait Alexander, Gyraldus. Ὅσσον τε μέγ' ἄρσεν ἴπηος λάϊνον, ὅς τε μέλαινα, Γῆ τε καὶ ἠελίῳ Διὶ δ' ἱερὸν διομεδὲς ἄλλον, Homerus Iliad. γ. Vide in Oue h. Ipſe atri velleris agnam Aeneas matri Eumenidum, magnæque ſorori Enſe ferit, Vergilius Aen. 6. (Vide in Oue.) Sæpe cadit feſtis deuecta Palilibus agna, Calphurnius. Ἄρνες καὶ ἔλαφοι ἢ νέμεται ἐθύοντο ὡς πάλαι τὰ πρῶτα, Euſtat. Ventum violentum & impetuoſum Græci τυφῶν appellabant, pro quo ſedando aguam nigram immolari mos erat. Hinc illud. Ἄρν' ἀρὰ μέλαιναν παῖσες ἐθυνίγμαν, Τυφὼς δ' ἐκβαίνειν ἠρεμαδὸν ἄζετο, vt Suidas citat. Et 30
tempeſtatibus agnam Cædere deinde iubet, Aen. 5. Priapo in Theocriti epigrammatibus, ab Apolo de vitula fit ſacrum, & de hirſuto hirco, & ſaginato agno, Gyraldus. P. Craſſo Q. Scæuola coſſ. agnus biceps natus. Iul. Obſequens

PROVERBIA.

Canibus agnos obijcere, Προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἄρνας, dicebatur qui imbellem & litium imperitum, calumniatoribus & exercitatis exponeret, quòd id animal omnium maximè ſit imbelle. Refertur à Diogeniano: hemiſtichium eſt heroicum, ex oraculo quopiam, vt conijcio, decerptum, Eraſmus. Meminit & Suidas in Προβαλόντος. 40
Agninis lactibus alligare canem: Plautus in Pſeudolo. Ballioni lenoni verba affingit hæc, Quia pol qua opera credam tibi, vna opera alligem fugitiuum canem agninis lactibus. Qui canem alligat inteſtinis agninis, is non modo canem amittit, verum & prædam vltro dederit fugitiuo. Sic qui credit homini malæ fidei, & rem perdit, & fruſtra obligatum habet cum, qui non eſt ſoluendo: lactes enim dicuntur inteſtina molliora, Eraſmus. Agnus tibi locutus eſt, Ἀρνίον σοι λελάληκεν, (aliàs, τὸ ἀρνίον σε, ſed malim σοι.) videtur in eos conuenire, qui ea reſciſcunt, quæ reſciſci ab eis poſſe nemo ſperaſſet: aut qui futura præſagiunt. In Aegypto enim (Apoſtolius non rectè habet, Aegina) aiunt agnum humana voce vſum: in cuius capite viſus fuerit regalis ſerpens (βασιλεοφόρητον) alatus, longitudine cubitorum quatuor: Et ab hoc (agno) res futuras cuidam reuelatas. Hiſtoriam ſcribit Suidas in Ἀρνίον & Τὸ ἀρνίον: ſed vſum prouerbij non explicat. Sub Bocchoro dynaſta Aegyptiorum, qui iura eis conſtituit, agnum loquutum tradunt, ijs fere temporibus, quibus apud Albam æditi ſunt Romulus & Remus, 50
Cælius. De ariete Phrixi etiam legimus, quod Phrixum humana voce ſit allocutus. Lupo agnum eripere, Valupus agnum amat, vide in Lupo. Euganea quantumuis mollior agna, Iuuenalis. Ἀδικώτερος πρόκειται πολεῖν, ἀπαλώτερα δ' ἀρνός, Theocritus Idyl. XI. Ἀμνοὶ οὗτοι πρόκεινται, hoc eſt ingenio & moribus agni, mites, ſimplices, ſtolidi, molles: Apud Ariſtophanem in Pace, vt interpretantur, Scholiaſtes, Heſychius, Varinus. Vocatur & ἀμνειὸς, tali ingenio præditus, vt ſuperius in a docui. Agnum obijcit vel emittit: Ἄρνα προβάλλειν: Vide inter prouerbia ex Ariete. Aſpera nunc pauidos contra ruit agna leones, Valerius 3. Argon. Mittam vos ſicut agnos inter lupos, Chriſtus ad diſcipulos Lucæ 10. Habitabit lupus cum agno, Eſaiæ 11. Lupus & agnus paſcentur ſimul, Eſaiæ 65. Vide in Lupo h. 60

Eſt quoddam animal quod Moſchi appellant Boranez id eſt agnellus, circa oſtia Rhafluuij, quem ipſi Moſchi Volga dicunt, creſcens ex terra habens omnimodam formam agnelli, viuens pro tempore & veſcens quantum herbarum in circuitu poterit contingere. De quo Sigiſmundus baro in ſua moſchouia.

DE

70

DE MVSMONE.

EST in Hiſpania, ſed Maximè Corſica, non maximè abſimile pecori (id eſt ouibus) genus muſimonum, caprino villo quàm pecoris velleri propius: quorum è genere & ouibus natos priſci vmbros vocauerunt, Plinius. Strabo quidem Græcè, vt paulò poſt citabo, muſmo, μὺς μων, duabus ſyllabis ſcribit, non tribus vt Latini. Aſinum, aut muſimonem, aut arietem, Cato Deletorio vt Nonius citat. Muſimonis figuram pictam exhibuit Munſterus in deſcriptione Sardiniæ, non tamen ad viuum, ſed narratione acceptam. Hæc verò quam nos hic damus, eſt ad viuum expreſſa: Cain à Genuenſi quodam mercatore acceptam Theodorus Beza nobis communicauit. Muſimon, aſinus, mulus, aut equus breuis. Pretium emit, qui vendit equum muſimonem, Lucilius, Nonius. Dicti ſunt autem forſitan muſimones, quòd iiſdem ex locis haberentur, vnde muſimones oues vel capræ ſylueſtres, nempe ex Hiſpania. Paruos quidem equos, quos aſtures vel aſturcones vocabant, Hiſpaniam miſiſſe conſtat. Equi Sardiniæ agiles & elegantes ſunt, ſed minores alijs, Munſter. Muſmo, ex capra & ariete natus, vt cinirus ex oue & hirco, Albertus lib. 22. in voce Ibrida, ſed ſine authore. Hirci ſylueſtres in Sardinia (inquit Pauſan. in Phocicis) magnitudine eadem ſunt qua hirci aliarum regionum. Formam verò habent, qualis in plaſtice Aeginæa repræſentatur arietis ſylueſtris: niſi quòd circa pectus hirſutior eſt, quàm arte illa repræſentari ſolet. Cornua ei non protenduntur à capite à ſe inuicē diſſita, ſed ſtatim iuxta aures reuoluuntur. Celeritate quidem beluas omnes ſuperat. (Αἰγινήτικα ἔργα, ὅτου συμβεβηκότος ἀνδριάντας, Varinus. Rhôpon multimodis rebus conſtantem quęſtum, Aegingam appellamus mercaturam, Strabo.) His in inſulis (Sardinia, & Corſica) naſcuntur arietes, qui pro lana pilum caprinum producunt, quos muſmones vocitant: eorum ſeſe pellibus thoracis modo incolæ muniunt, pelta vtuntur & pugione, Strabo libro 5. Volaterranus è villis muſimonum tomenta confici ſcribit, Strabonem citans, perperam vt apparet. Capris Sardinæ cubitales innaſci pilos Nymphodorus tradit, &c vt retuli in Capra B. Hæc an eædem quæ muſmones ſint, non auſim affirmare. OPPIONA vero Plinij, cuius mentionem apud Græcos ſe reperiſſe ſcribit, non alium quam muſmonem eſſe planè aſſeruerim: cum Sardiniæ peculiaris ſit, ceruo minor, pilo demum ſimilis: quæ omnia muſimoni conueniunt: & nomen etiam aliqua ex parte: hodie enim muſlo vel, vt alij ſcribunt, mufron,) nominatur. Interijſſe quidem ſuſpicari, vt Plinius, abſurdum dixerim, cum natura rerum genera & ſpecies omnes ſedulò ſemper conſeruet. Nuper apud nos Sardus quidam, vir non illiteratus, Sardiniam affirmauit abundare apris, ceruis ac damis: & inſuper animali quod vulgò muſlonem vocant, quod nuſquam alibi in Europa reperiatur. Pelle & pilis (pilis capreæ, vt ab alio quodam accepi, cætera ferè oui ſimile) ceruo ſimile: cornibus arieti, non longis, ſed retrò circa aures reflexis, magnitudine mediocris cerui: herbis tantum viuere, in montibus aſperioribus verſari, curſu velociſſimo, carne venationibus expetita, Hæc ille. Tragelaphus Bellonij ſuperius in Hirco exhibitus, perparum à Muſimone differre videtur: vt, ſi quid intereſt, ſpecies duæ vnius generis proximi videantur.

IDEM aut proximum muſimoni videtur animal, cuius Hector Boëthius in Deſcriptione regni Scotiæ meminit his verbis: Hirthæ inſulæ Hebridum poſtremæ adiacet alia quædam ſed inhabitabilis inſula. In ea animalia quædam ſunt, ouibus forma haud diſſimilia. cæterum fera, & quæ niſi indagine capi nequeant: pilos medio modo inter oues & capras ferentia, neque molles vt ouium lanam, neque vt caprarum duros. Nec alterius in ea generis vllum pecus viſitur.

OMNIVM Hebridum poſtrema inſula eſt quæ Hirtha appellatur, polarem habens elevationem ſexaginta trium graduum. Nomen autem huic ab ouibus, quas priſca lingua hierth vocamus, inditum eſt. Si quidem oues fert vel maximos hircos altitudine exuperantes: cornua bubulis craſſitudine æqua, ſed longitudine aliquãto

etiam ſuperantia: præterea caudas in terram vſque promiſſas habentes, Idem Boëthius. Germani *herd* gregem pecorum vocant & *hirt* paſtorem, & forſitam oues quoque Hebridum incolæ proxima Germanis (ni fallor) lingua vtentes, eadem origine hierth nominant, cui etiam Græcum nomen ἱερεῖα colludit. Sunt & aliæ oues feræ, vt ſupra in Oue B. retuli: & quædam earum non lana, ſed pilo duriore indutæ, vt colos, id eſt animal ſniatky vel ſnak vulgò dictum à Moſchouitis. In Aethiopia oues non lana ſed pilis camelorum hirſutæ ſunt, Aelianus. Sunt & Creticæ oues quædam ſylueſtres circa Gortynium Cretæ agrum, quibus pro lana caprinus ferè villus eſt, hirtus & aſper, colore flauus vel purpuraſcens, cornibus quaternis: λάχνη περφυρίσσουσα δ' ἔστι χροὶς ἐνθάδε τοῖσι. His & ſubus colore ſimilis eſt, non lana, cornibus tantum binis, amphibius. Aliæ etiam oues & capræ ſylueſtres reperiuntur, domeſticis paulò maiores, curſu pernices, pugnaces, cornibus intortis. Ouium quidem vis præcipua in frontibus, itaque ſæpe apros proſternunt, ſæpe & inter ſe concurrunt tanta pertinacia, vt neutra cedat, donec aut vicerit, aut mortua relinquatur, Oppianus lib. 2. de venat. Ὀνείβας, aſinus vel aries ſylueſtris, Suidas & Varin.

DE PANTHERA SEV PARDALI,
PARDO, LEOPARDO.



A.

PANTHERA à Plinio & alijs ſcriptoribus Latinis dicta, quanquam originis Græcæ vocabulum, vt in progreſſu etiam dicemus, apud Græcos tamen non panthera, ſed pardalis vel pordalis dicitur. Alius verò eſt Græcorum panther, maſculini tantum generis: qui lupis adnumeratur: alij enim hunc ceruarium lupum eſſe volunt, qui vulgò lynx nominatur: alij canarium, vt Theodorus & Niphus ex Ariſtotele vertunt, quem Græci etiamnum pantherem vulgò appellant, Arabes lupum Armenium, Turcæ cicalum, animal vile, minus lupo, & cætera longè degenerans, &c. idè animal pantherion, & lycopantheros nominatur, vt copiosè ſcripſi ſupra inter feras lupo congeneres. Panthera etiam varia nominatur Latinè, nimirum propter pellem maculoſam. Nunc varias, & pardos, qui mares ſunt appellant in eo omni genere, creberrimo in Africa Syriaque. Quidam ab ijs pantheras ſolo candore diſcernunt, nec adhuc aliam differentiam inueni, Plinius 8. 17. Pantheræ, quæ & variæ ſeu Africanæ dicuntur Suetonio in Gordianis, Egnatius. Varias quidem à macularum varietate dici manifeſtum eſt. Senatuſconſultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere, Plinius: proximè autem de Pantheris dixerat. Et mox ſubiungit: Primus autem Scaurus ædilitate ſua varias e Lyuniuerſas miſit, &c. Si à Libya Lucæ boues dictæ eſſent fortaſſe, pantheræ quoque & leones non Africanæ beſtiæ dicerentur, ſed Lucæ, Varro. Hermolaus etiam in Plinium 8. 19. ex Oppiano quædam de thôe tranſferens pardum & pantheram pro eodem accipit. Philoſtratus leænam ex pardali mare concipere ſcribit, Plinius & alij ex pardo: vide plura in C. Inferius. Qui Græca hactenus tranſtulerunt tum ſacra tum profana, pleriq; pardalin, pardum reddunt: ego de mare tantum ſic verterim: pro fœmina pantheram, & ſimiliter vbi ſexus non exprimitur. Sed neque accuſem eum qui Græcam vocem pardalin relinquat, vitandæ ſcilicet homonymiæ cauſa. Pardus quidem Græcè nuſquam legitur: nec apud Latinum puto vetuſtiorem Lucano & Plinio. Leopardus etiam recentius eſt vocabulum. Ipſe quidem his omnibus vocabulis animal vnum ſignificari puto. Nam ſi ſexus tantum differentia ſit inter pardum & pantheram, aut etiam coloris, quod tamen incertum eſt & dubitabat etiam Plinius: genere ſiue ſpecie differre exiſtimari non debent. Oppianus Pantheram in maiorem & minorem diſcernit, vt dicam in B. Leopardus quidem propriè dici debebat animal ex leonis leænæue cum panthera pardóue coitu natum, vt infra capite tertio proſequar: ſed obtinuit conſuetudo, vt leopardus ſimpliciter pro panthera ponatur: vnde & vulgares linguæ ſua mutuantur nomina, peregrinum animal omnes vno fere peregrino nomine vocitantes. Itali leonpardo. Galli leopard vel lyopard. Germani ſimiliter, vel *leppard* vel *leſiad*: (nam quod quidam ſcribunt *pantherthier*, à recentioribus quibuſdam fictum puto, eundem pantheræ leopardum eſſe neſcientibus. Hiſpani, león pardál, vel leonpardo potius, vt Itali quoque. Angli, lybarde, vel leparde. Illyrij lewhart. Græci pro mare pordalis ſcribunt, πορδαλὸς per o. pro fœmina vero pardalis, παρδάλεως per a. vt Grammatici annotant: ſed video apud authores. (Philoſtratum, Oppianum, hanc differentiam non obſeruari, niſi quis culpam in librarios reiecerit. Pardalin Hebræi namer vocant, נמר, & ſic vbique vertere ſolent LXX. Hieronymus

mus pardum. Tribuit autem ſacra ſcriptura huic animali celeritatem, ferociam ſingularem & maculas: quæ omnia probè conueniunt pantheræ. Auicenna etiam aliquoties in aconiti mentione nemer protulit, vbi Græci pardalin habent, vetus interpres leopardum reddit: vt non ſit dubitandum quin rectè ſic transferatur in ſacris literis. Accedit quòd grammatici Hebræorum beſtiam maculoſam eſſe ſcribunt. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, Eſaiæ 11. vbi Chaldæus interpres pro namer habet נִמְרָא nimra. Danielis ſeptimò nominatur namer in viſione quatuor beſtiarum de mari aſcendentium. Sic & d. Ioannes Apocalypſeos 13. vidit beſtiam de mari aſcendentem decem cornibus inſignem, ſimilem πάρδαλει, Eraſmus vertit pardo. Pardus (namer) vigilat ſuper ciuitatem eorum, vt omnem inde egredientem diſcerpat, Hieremiæ 5. Leuiores pardis (nemerim) equi etus, Abacuc 1. Factus ſum eis ſicut leo, & ſicut pardus qui directus eſt ad viam, (Hieronymus vertit in via Aſſyriæ,) Oſee 13. Hîc pro leone Hebraicè legitur ſchachal, (Hieronymus & alij leænam interpretantur. Septuaginta panthêrem, πάνθηρα, à recto πάνθηρ: pantherem autem à panthera diuerſum eſſe ſuperius monui. Munſterus in Lexico trilingui pro panthera & πάνθηρ eandem vocem Hebraicis quoque literis ſcribit, quod Iudæorum in ſua lingua imperitiam arguit.) Sed de voce ſchachal pluribus dixi in Leone, & inter cætera non eſſe, vt cuidam videtur, leopardum: pro pardo autem (Oſee 13.) Hebraicè legitur namer (quamuis libri quidam excuſi perperam named, habent:) in Græca translatione pardalis. Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam, aut pardus maculas ſuas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum, Hierem. 13. Coronaberis de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum, Canticorum 4. (Mons leopardorum diſtat à Tripoli per duas leucas, rotundus & altus, vna leuca à Libano diſtans, Brocardus in deſcriptione Terræ ſanctæ.) Immitteturin illos quaſi leo, & quaſi pardus lædet eos, Eccleſiaſtici 28. Alpheth, vel alphcil, (vt Raſis habet: vt Albertus, alphee: vt Auicenna, alfhed,) generatur ex leone & leopardo (id eſt panthera, vel pardali.) vt mulus ex equa & aſino. Cicuratur autem aliquando, & venationi adſueſcit vt canis. Cum autem errat in venatione, (aberrat, fruſtratur, & non aſſequitur prædam,) retrogreditur iratus, Raſis. Aliquando cicuratum hoc animal, ducitur ad venandum, & niſi admodum blandiatur ei venator, retrocedit & occidit homines & canes: lupos etiam libenter interficit, Albertus. Bellunenſis alfhed leopardum interpretatur, & minorem eſſe ait quàm alnemer, vt ſit pardalis minor: vide in B. Leopardos quidem etiam hodie in aulis principum, alios maiores, alios minores haberi audio. Aconitum pardalianches interimit alfhed & alnemer, Auicenna: Vetus interpres transtulit leopardos & lynces. Leopardum quidem hodie vulgò dictum, in principum & regum aulis, ſimiliter ad venationes inſtitui, & niſi intra paucos ſaltus feram aſſequatur à venatore dimiſſus, vehementer iracundum redire legimus. Pardus ſit quidem cicur, ſed nunquam prorſus ſuam feritatem exuit. Nam cum à venatore dimittitur, niſi quarto aut quinto ſaltu feram aſſequatur, ferociter iratus ſubliſtit: & niſi ſtatim furenti venator beſtiam aliquam obtulerit, cuius ſanguine placetur, in ipſum venatorem vel in quoslibet obuios irruit. Aliter enim quàm ſanguine placari non poteſt. Quamobrem venatores curant vt ſemper agnos vel alia animalia ſecum habeant, Liber de nat. rerum. Alphec animal eſt perquam ferox & noxium: multi in Italia, Gallia & Germania leunzam (vnziam) vocant, Albertus. VNCIA (inquit Iſidorus) eſt animal ſæuiſſimum, non altius cane, ſed longius corpore, canibus valde infenſum: prædam non edit, niſi in ſublimi: & ſæpe cum ad arborem venit, à ſummo ramo ſuſpenſam vorat. Cum libidine feruens aliquem ſauciauerit, mures ad ſaucium conueniunt, & permingunt, ille moritur. Vnde quidam ab ea vulneratus, nauigio in mare vectus eſt, ne infeſtaretur à muribus: qui hominem quærentes cum ad littus maris veniſſent, ſubſtiterunt. Fel eius mortiferum eſt, (hoc alij de leopardi ſeu pantheræ felle ſcribunt, ſolius opinor inter quadrupedes: quamuis inter cætera etiam animalia, nullis quàm ſerpentibus fel venenatum eſſe legere memini: muſtelæ ſylueſtris tantum fel venenatum eſſe apud Plinium legimus,) Hæc ille. Addunt alij, naſci hoc animal in Africa interiore. Italicè lonza (quod nomen fortaſſis à lynce factum fuerit: & inde per amphæreſin, vncia, ab imperitis) ſcribitur. Aliqui (noſtra ætate) leænam interpretantur, alij pardum, alij pantheram, teſte Fr. Arlunno. Eſt & LAVZANVM apud recentiores animal, vicini ſaltem nominis occaſione hîc memorandum. Hoc crudeliſſimum eſſe ſcribunt, nullam ab eo tutam eſſe beſtiam, leones quoque terrere: ſuo tantum generi parcere, in cætera graſſari, illa præcipuè quæ fortiora ſunt & vim alijs inferunt, hominem imprimis odiſſe, Liber de nat. rerum, & Albertus, qui etiam Solinum citat, apud quem ego nihil tale reperio. Vnciæ effigiem hîc exhibitam lo. Caius (qui & alias multas rariſſimorum animalium icones deſcriptionesque mihi communicauit, eo nomine de hac parte naturæ & eius ſtudioſis optimè meritus) ex Anglia ad me miſit cum hac deſcriptione. Vncia (inquit) fera eſt ſæuiſſima, canis villatici magnitudine, facie & aure leonina: corpore, cauda, pede & vngue felis, aſpectu truci: dente tam robuſto & acuto, vt vel ligna diuidat: vngue ita pollet, vt eodem contra nitentes in aduerſum retineat: colore per ſumma corporis pallelcentis ochræ, per ima cineris, aſperſo vndique macula nigra & frequenti; cauda reliquo corpore aliquanto obſcuriori & grandiori macula. Auris intus pallet ſine nigro, foris nigricat ſine pallore, ſi vnam fuam & obſcuram maculam è medio eximas. Ea è duplici pelle (ea videlicet quæ à regione exteriori maxillæ aſſurgit, & quę à ſummo capite conuenit) in ſumma aure coeunte, conſtituta eſt, facileque in ſicco capite (quale domi meæ habeo) & videri & ſeparari eædem poſſunt.

Vnciæ effigies



Reliquum caput totum eſt maculoſum frequentiſſima macula nigra, (vt & reliquum corpus,) niſi ea parte quæ inter naſum & oculum eſt, qua nullæ ſunt, niſi vtrinque duæ, & ex paruæ: quemadmodum & cæteræ omnes in extremis

extremis & imis partibus, reliquis sunt minores: maculæ in summis quidem crurum partibus & in cauda, nigriores sunt & singulares, per latera verò compositæ, quasi singulæ maculæ ex quatuor fierent. Ordo nullus est in maculis, nisi in labro superiori, vbi ordines quinque sunt. In primo & superiori, duæ discretæ: in secundo, sex coniunctæ, vt linea esse videantur. Hi duo ordines liberi sunt, nec inter se commissi. In tertio ordine, octo coniunctæ sunt, sed cum quarto vbi finit commiscentur. Quartus & quintus in suo principio (quod ad nasum habent) tenui admodum discrimine separati, statim se committunt, & vnà decurrunt per totum superius labrum, faciuntque non maculam per totum id, sed latam lineam. In mortuo animali ita se habent maculæ, propter cutis (puto) contractionem. In viuo maculæ istæ in suis quæque ordinibus videntur separatæ. In ipso medio inter hos vtrinque ordines, aliæ minores sunt exactè per quincuncem dispositæ. Sed in imo labro maculæ, etsi magnitudinem, non tamen ordinem seruant. Nasus nigrescit, linea per longitudinem perque summam tantum superficiē inducta leniter. Oculi glauci sunt. Dentes illi anteriores hinc inde sex sunt, humanis non absimiles, nisi quòd ex his, qui in medio collocantur, minores: qui per extrema, maiores sunt, vt & superiores imis. His vtrinque dens grandis, acutus, atque longus est, in ima maxilla cæteris iunctus, in superiori, tanto spacio disiunctus, quanto dēs inferior capi possit. Hi labris velantur in viuo animali, sed in mortuo non item, reductis præ siccitate labris. Grandis ille dens, longus est digitos Romanos duos, in ambitu ad radicem non nisi digitis duobus cum semisse comprehensus. Denti inest cauitas quædam exilis per totam longitudinem, quæ tamen non apparet nisi rumpatur dens. Inferior maxilla durum os est & rigidum, tres dentes habens magnitudine inæquales, vt & superior, quatuor. Caua etiam ea est intus per longitudinem. Inter magnum dentem & maxillarim primum inferioris maxillæ, spacium est vnius digiti vacuum, à quo positus statim est primus, cæteris duobus minor: huic contiguus alius est grandior: & post hunc tertius etiam, secundo maior. In summa maxilla, in medio illo spacio (quod digiti vnius Romani esse dixi) inter dentem grandem & primum maxillarem, dens est exiguus admodum & informis, demittens se tantum leniter è maxilla, nullo inferiore, qui illi respondeat, existente. Dimidiati digiti post cum spacio, secundus est, cui iunctus tertius est, & post hunc quartus. Inter se ita superiores & inferiores maxillares morsu committuntur, vt pectinatim coeant. Duo priores in inferiori, & secundus & tertius in superiori maxilla dentes, eius sunt figuræ, cuius est iris in summo diademate coronatorum aureorum regis Angliæ atq; Franciæ. Eius etiam figuræ tertius est in inferiori, & quartus in superiori, nisi quòd interior vtriusque ala, quæ gulæ propior est, natura demitur. His coniuncti nulli erant alij in vtraque maxilla. An post interuallum vnius digiti, finita dentium serie, relictum integrum alij erant inserti, nescio. Illud scio, non nisi post id spantij amputatas maxillas, quasi studio monstrandi dentes id esset factum, indicioque nullos superfuisse. Viuit ex carne: fœmina mare crudelior est & minor. Vtriusque sexus vna, ad nos ex Mauritania est aduecta naue. Nascuntur in Libya. Si quod illis coeundi statum tempus est, hic mensis Iunius est: nam hoc mas fœminam superuenit. Leones cicurari possunt, id quod ex hoc intelligo, quòd in vrbe Londino, & in arce Londinensi Leones custodum suorum oscula excipiunt, contactum admittunt, & colludunt. Ipse vidi: ista animalia, tam ferocia sunt, vt custos cum primo vellet de loco in locum mouere, cogebatur fuste in caput acto (vt aiunt) semimortua reddere, atque ita in capsa lignea ad hoc facta, & respirationis gratia perforata reponere, atque transportare. Post horam reuiuiscebant tamen hæc, vt cati, non nisi extremis iniurijs obnoxia morti. Itidem fecit custos cum è capsa exemit. Iam verò nouas rationes inuenerunt reponendi & eximendi, trahendo ea in capsam funè, & eam promouendo. Aiunt hæc animalia sæpe cum Leone contendere. Paruum canem non lædunt, nisi fames vrgeat: magnum vel satiati lacerant. Iratum, vocem ædit irati canis, r. literam geminantis, sed quàm quiuis canis maiorem, ex amplo pectore & arteria ductam: qualemque canis villaticus redderet, si in cupa grandiori inclusus, ad iram stimularetur. Quod scribunt esse cane longius, id mihi non videtur: nam sunt apud nos multi canes villatici, qui longitudine æquēt pecuario tamen & maior est & longior, vt & villatico humilior. Vanum est: quem Vncia vulnerauerit, eum murium concursu permictum interire. Nam nos vidimus duos custodes ab vna Vncia vulneratos, nec tamen mures accurrerunt, nec perminxerunt, neque ex vulnere grauius quid est insecutum, quàm si ex sano cane, aut incisione leui vulnus esset. Quem ferit, caput petit si possit. idque aut ex insidijs, si impar eum se putet: aut simulata beneuolentia. Ita enim canem villaticum (sic M. Varro & Columella eum nominant, quem hodie Molossum vocant: cuius generis præcipui pugnacesque apud nos sunt in Britannia, vt si vspiam terrarum, adeò vt ne cum vrso quidem certare singulari certamine vereantur) dudum interfecit intromissum: primo enim conspectu, caudæ motu applaudebat: mox se prosternebat tanquam supplex, tum appropinquabat velut ludibunda, exporrecto pede vno. vt feles solent cum ludere gestiunt: tandem vbi securum putabat canem, ac de vita parum sollicitum, nacta opportunitate, impetu insultabat, ac morsu iugulum petijt, nec nisi mortuum dimisit: à morte, vague lacerando, pectus aperuit, & cor eduxit, primumque vorauit, crudeli more. Hucusque Caius. De morsu leopardi, alneiner & alt hed,) ex genere leonis, & vulnere vnguium eorum, Auicenna 4. 6. 4. 10. Sed vt magis satisfaciam omnibus, neque res diuersas confundere cuiquam videar, priuatim primum quæ de pardo scripta reperio, referam omnia: deinde quæ de leopardo: nisi vbi ex Græco pardalis, vel Hebraico aut Arabico namer, aliqui pardum aut leopardum transtulerunt: ea enim ad pantheram seu pardalin pertinere certissimum est.

PARDVM Plinius à panthera, vt superius recitaui, sexu tantum differre putat, sed dubitat. Supra dixeram pardi nomen Latinis tantum vsitatum esse, Græcis non item: sed nunc in commentarijs in Plutum Aristophanis locus occurrit, vbi interpres enarrans vim verbi πάνυ παρδόν, id est crepitum alui emisi, sic scribit: Ἀφὶ τοῦ ἀθρόως ἢ πανδήμου θορύβου γενομένου. ἔστι γὰρ παρδὸς τὸ ζῶον. Verum apparet grammaticum istum recentiorem esse, nec inter classicos adnumerandum authores. Apud Aristotelem historiæ anim. 2 11. legimus τὸ παρδαλέα. Theodorus pardos transtulit. Scribit autem Aristoteles chamæleonem habere pellem pallidam nigris distinctam maculis vt pardalia. Nec alibi vsquam hæc vox vel apud ipsum, vel alios quod sciam reperitur: nec Gaza pardum alibi conuertit. Heliogabalus ebrios amicos plerunque claudebat, & subitò nocte leones, & leopardos, & vrsos, exarmatos immittebat, ita vt expergefacti in cubiculo eodem leones, vrsos, pardos cum luce, vel quod est grauius nocte inuenirent, ex quo plerique exanimati sunt, Lampridius. Videri autem potest eosdem posteriore loco pardos dicere, quos prius leopardos dixerat. In his sylueſtribus locis Hyrcaniæ) & pardi sunt, secundum à pantheris genus, noti satis, nec latius exequendi: quorum adulterinis coitibus degenerantur partus leænarum, & leones quidem procreant, sed ignobiles, Solinus. Pardus secundum post pantheram est genus, varium ac velocissimum, & præceps ad sanguinem: saltu enim ad mortem ruit. Ex adulterio pardi & leænæ leopardus nascitur,

naſcitur,& tertiam originem efficit,Iſidorus.Leones quos creant pardi in plebe remanent,iubarum inopes, Solinus & Plinius.Pardus eſt beſtia torua,& acuto nimis impetu,corpusque moribus auium conueniens habet:colore varium,ſaltu potius quàm curſu prædam inſequitur.In Africa propter inopiam aquæ congregantur diuerſę ferę ad amnes ibique leænæ beſtijs varijs (id eſt pantheris) miſcentur: & inde pardi procreari dicuntur, Baſilius vt citatur in libro de nat.rerum.Odore pardi coitum ſentit in adultera leo,totaque vi conſurgit in pœnam.Idcirco aut flumine abluitur,aut longius comitatur,Plinius Philoſtratus libro ſecundo de vita Apoll.pardales, πεδαλίους nominat,ex quibus leænæ concipiant,& maculoſos pariant catulos: cum Plinius iubis tantum differre ſcribat,quòd ijs careant,& ignobiliores ſint. Sed quærendum eſt,an vt leæna ex pardo concipit, & corpore ſibi ſimilem gignit,animo diſſimilem: ſic etiam pardalis ſeu panthera ex leone concipiat, & maculoſum gignat fœtum. Vt duorum ſint generum leopardi: Sicut & mulus alius ex aſino & equa naſcitur, alius ex equo & aſina qui hinnus vocatur.Omnia ſanè bigenera plus à matre accipere videntur,præſertim quod ad magnitudinem & formam corporis. Grammaticus quidam in Promptuario leopardum interpretatur animal ex leone & panthera natum,vel ex pardo & leæna,nigris maculis leoninam pellem diſtinguentibus,ſine iuba: ſed authorem non adfert. Vide in Leone C.Pardi,vt quidam dicunt,ex pantheris aliquoties & canibus procreantur,Albert. Leporarios magnos,quos veltres quidam vocant,aliqui naſci aiunt ex coitu leopardi cum cane, Albert. Λυκοπάνθηρ quidam in Lexico Græcolat.interpretatur animal ex pardo & lupo natum. Leonibus ac pardis, omnibusque generis eius,etiam felibus,imbricatæ aſperitatis lingua eſt,ac limæ ſimilis:attenuansque lambendo cutem hominis.Quæ cauſa etiam manſuefacta, vbi ad vicinum ſanguinem peruenit,ſaliua, inuitat ad rabiem,Plin. Et alibi, Mirum pardos,pantheras,leones,& ſimilia condito in corporis vaginas unguium mucrone ne refringatur hebetetur,ue ingredi,auerſisque falculis currere,nec niſi appetendo protendere.Pardi in Africa condenſa arborum inſidunt,occultatique earum ramis,in prætereuntia inſiliunt, atque è volucrum ſede (cæde, codices minus emendati,) graſſantur,Plinius.Scribit ſanè de pardali quoque Orus,eam prorſus inſidioſam eſſe, celeritatem ſuam abſcondere,& ex abdito inuadere animalia. Aliquoties inter frondes & fruteta latens in aues graſſatur,ſuæ velocitati confidens,Albertus.Pompeij Magni primum ludi oſtenderunt chaum,effigie lupi, pardorum maculis,Galli rhaphium vocabant,Plinius.Panther caurit amans,pardus hiando velit,Author Philomelæ. Pardi fel venenoſum eſſe Cardanus ſcribit,alij omnes leopardi: ſed Arabicè nemer legitur: quare ad pantheram differo. Pardi epitheta,celer,fulmineus,ſublimis,viridis,apud Lucanum, Claudianum,Iuuenalem. Hippardium fera quædam cornuta ab equo nominata,iubata,apud Ariſtophanem,nihil quod memoretur cum pardo commune habet.Picto quod iuga delicata collo Pardus ſuſtinet,Martialis.Hæc ſunt quæ de pardo priuatim ſcripta reperio: videntur autem eadem omnia de panthera etiam verè dici poſſe: quamobrem in illa etiam pleraque repetentur, ſed pardi nomine expreſſo.

De Leopardo nonnihil in præcedentibus iam dixi. Volui autem hoc loco de eo etiam priuatim agere,quoniam apud recentiores tantum hoc nomen reperio, nec apud vllum qui vixerit ante Iulij Capitolini, aut Ael.Spartiani ſeculum.Recentiores quidam,vt Bellunenſis, minorem tantum pantheram leopardum vocant, vt in B.referam: alij maiorem: quidam non pantheram,ſed ex pardo & leæna natum animal. Pardalis,id eſt leopardus,Syluaticus.Leopardo Italicè,pardus Latinè,Arlunnus.Et alibi, Pardo Italis, (forte apud poëtas Italicos tantum,) Latinè pardus vel leopardus,Leopardum quidam putãt eandem eſſe beſtiam cum pardo Albertus.Catos ſylueſtres etſi Angli quoque habent, vt nos, tamen leopardum etiam catum montanum vocant, vt audio. Leopardus ex leæna & pardo natus colore eſt ſubrufo,maculis per totum corpus nigris:fœmina mare fortior eſt, Albertus & Liber de nat.rerum.Leop.ſimilis eſt leoni capite & membrorum forma, minor tamen,nec adeò robuſtus,Phyſiologus.Pellis leopardi nuper à me conſyderata huiuſmodi erat: Longitudo pellis ſimul & caudæ, quanta hominis mediocris cum ſeſquidodrante: Caudæ per ſe,dodrantes tres cum dimidio. Pellis latitudo circa medium,dodrantes tres Color ferè flauus dilutus,maculis rotundis nigris diſtinctus. Pili breues & lanuginoſi. Pretium vnius,coronati, id eſt denarij aurei quinque aut ſex, plus minus, pro pellium differentia, & regionum longinquitate. Leopardi rictant, Acl.Spartianus.Animal eſt vehementer iracundum: & cum morbo laborat, ſanginem capri ſylueſtris requirit: aliquando & fimum hominis pro remedio.Camphora gaudet, & arborem eius cuſtodit ne quis inuadat,Albertus. Pantheram ſanè & ipſam odoratam eſſe,& aromatibus oblectari Philoſtratus & alij ſcribunt.Quamobrem non mirum eſt ſi allium deteſtetur,vt Cælius ex Ambroſio repetit: Nam ſi cubi parietes,inquit,litu allij infeceris,exilit protinus nec reſiſtit,Vide infra in D.ad finem.Leop.ita cicuratur,vt tanquam canis venatori inſeruiat,Phyſiologus.Quod ſi dimiſſus non tertio quartoue ſaltu præda potiatur,indignatur adeò vt niſi ſangine placetur,aliquando in venatorem inſiliat,Albertus.Audio principes quoſdam & reges cum venatum exeunt,leopardum à tergo ſecum in equo vehere, & in ceruum aut aliam quæ ſe obtulerit feram immittere,Eadem ſupra de pardo & alibi ſcripſimus.Magnus Cham Tartarorum venationi ſæpe operam dat,& equo inſidens ducit ſecum leopardum domeſticum,quem in ceruos & damas prouocat, Paulus Venetus 1.65.Et alibi,Rex tartarorum habet cicures leopardos, qui mirum in modum venationi inſeruiunt, multasque capiunt beſtias.

Leones in delicijs atq; item leopardos habuiſſe narratur Heliogabalus,exarmatos cicuresque: quos ita inſtituerãt mãſuetarij,vt ad menſas ſecundas iuſſi accũberent ex inopinato,nemine conſcio exarmatas eſſe feras,Cælius ex Lampridio,cuius verba in Pardo iã recitaui. Fuerunt ſub Gordiano Romæ camelopardali decẽ, leopardi manſueti triginta,&c.Iul.Capitolinus.Giraffæ,leones,leopardi,in prouincia Abaſiæ naſcuntur,Paulus Venetus 3.45.In regno circa Melacha vrbem è regione Sumatræ inſulæ,permulti leopardi reperiuntur, Vartomannus. A Syria Romam vſque cum beſtijs depugno per terram & mare die ac nocte vinctus cum decem leopardis,hoc eſt cum militari cuſtodia,qui ex beneficijs peiores fiunt,Ignatius in epiſtola ad Romanos.

Lefrat dicta beſtia in Scandinauia,deuorat animalcula muribus ſimilia,quæ lemmer vocant, & eo cibo pingueſcit: pellis eius aliquanto laxior fit humana menſura,Zieglerus in Schondia,vt pluribus recitaui ſupra in Muribus diuerſis.Olaus hanc beſtiam Lekat vocat,& interpretatur Hermelinum,de quo antea in mure ponticо & in muſtela.Vox quidc Lefrad accedere videtur ad nomen Germanicum Lepart.

B.

Pantheræ in Aſia ſunt,in Europa autem nullæ,Ariſtoteles. Pantheræ in Africa Syriaque abundant.Plinius.

Si lucam

Si lucam bouem Latini ſic appellaſſent à Libya, fortaſſe pantheræ quoque & leones, non Africanæ beſtiæ dicerentur, ſed lucæ, Varro de ling. Lat. Mauritania alit leones, pardales, & alias feras diuerſas, Strabo. Vltra Catadupa Nili procedens Apollonius & comites, viderunt leones & pantheras, Philoſtratus. Vltimum extremæ Arabiæ promontorium à Dira vſque ad Auſtri cornu, fert pardales fortiſſimas, παρδάλεις ἀλκιμωτάτας, Strabo lib. 16. Poſt Barygazam continens ad Auſtrum pertingens Dachinabades vocatur: quæ ſupra hanc eſt mediterranea regio ad Orientem, montes magnos continet, & omnigena ferarum genera, pardales, tigres, &c. Arrianus in Periplo rubri maris. Leones, lupi, pardales abundant circa Arabiam, Agatharudes. In parte Syriæ contermina, leones & pardales multò plures maioreſque reperiuntur, quàm in Libya, Diodorus. Pantheræ capiuntur in Pamphyliæ parte quæ aromata profert, Philoſtratus in vita Apoll. Lyciæ & Cariæ pardalis, nec animoſa eſt, neque valde valet ſaltu, niſi cum eſt vulnerata: tum ſpiculis reſiſtit, neque ferro facile cedit, Gyllius ex Aeliano. Eundem locum multò aliter transfert Volaterranus, his verbis: In Caria & Libya (lego Lycia) prælongi admodum pardi ſunt, ac animo imbelles, minimum ſaltu agiles, pelle adeò dura vt ferro non cedat. Vter vero melius, iudicabunt qui Græca viderint. Pantheræ numeroſæ ſunt in Hyrcania, Solinus. In itinere quod dextra Gangen, ſiniſtra verò Hyphaſin fluuios habet, deſcendenti Apollonio leones ac pantheræ occurrerunt, Philoſtratus. Pantheras cicures ad ſuum regem Indi afferunt, Aelian. Leopardi degunt in ſyluis Barbariæ, Leo Africanus.

Alnemer eſt animal minus lynce, id eſt lupo ceruario, leopardo ſimile figura & colore, ſed aliquanto maius, pedibus quoque & vnguibus maioribus & acutioribus: oculis obſcuris & terribilibus, vt ipſe vidi. Idem leopardo fortius, ferocius & audacius eſt. Inuadit enim & dilaniat homines. Cæterum leopardus Arabicè nominatur alfhed, Belluneuſis. Hinc coniecturam facio alnemer pantheram Oppiani maiorem eſſe, alfhed autem minorem: quanquam Nicander de aconito in Theriacis ſcribens, pardalianches vocari ait, quòd à paſtoribus pro veneno morifero obijciatur θῆσσιν παλαίοις (id eſt magnis feris, quaſi pardales omnes magnæ ſint,) Ἴδῃσι ἐν κορυφαῖς Φαλακρῆσι καὶ βάτοις. Eſt autem Phalácra vnum ex cacuminibus Idæ montis. Pardalium duplex genus eſt, inquit Oppianus: ſunt enim aliæ maiores & dorſo ampliores: aliæ vero minores, ſed robore (μένει) non inferiores. Eandem coloris varij & figuræ corporis ſpeciem ſimilitudinemque ambæ, præter caudam, gerunt: nam maioribus minor eſt cauda, minoribus vero maior. Vtriſque ſolida ſunt femora, corpus oblongum, oculi ſplendidi: quorum pupillæ ſub glaucis fulgent palpebris, glaucæ etiam ipſæ & interius rubicundæ, ardentibus ſimiles, ignitæ: dentes pallidi, ἰοφόροι, id eſt venenoſi: pellis varia, color ſplendidus, aëreus, crebris oculis (id eſt maculis) nigricantibus. Hæc Oppianus. Ante annos aliquot Francfordiæ memini videre venales quaſdam pelles peregrinas, maculoſas, anguſtas, quinque aut ſex digitos latas, bene longas: cauda ferè magnitudine & figura vt felium, circulis nigris diſtincta: pelles ſingulas quinque drachmis argenteis indicabant: coniungebantur autem viginti in faſcem vnum. Animal ipſum *leppart* vocabant, hoc eſt leopardum. In hoc genere (pardorum) eſt qui cognominatur bitis, haud alijs abſimilis, præterquã quòd cauda carere dicitur is ſi à muliere aſpiciatur, extemplo eam in morbum deducit, Volaterranus ex Aeliano. Inter omnia animalia (inquit Ariſtoteles in Phyſiognomicis) leo perfectiſſimam maris ideam præ ſe fert, &c. Pardalis vero inter ea quæ fortia eſſe videntur, fœmineam magis formam exprimit, (ἡ δὲ παρδάλις θηλυμορφοτάτη. Adamant.) cruribus tantum exceptis, quibus maximè (ad inuadendum cætera aut ſe defendendum) vtitur, & fortiter agit. Habet enim faciem paruam, os magnum, oculos paruos, albicantes, ὀμματίδια) modicè cauos, & ferè planos, (ὑγιαίνει δὲ καὶ αἰσθάνεται ἡ φύσις τοῦ μετώπου, lego θηλυμόρφου: locus videtur deprauatus:) frontem oblongam, aures verſus rotundam magis quàm planam, (μέτωπον ἐπιμήκη, πρὸς τὸ ὦτα δὲ ἐπὶ πλεῖστον ἡ θηλυμόρφου ἢ θηλυπρόσωπον. Vetus interpres vertit: frontem longam, aures rotundas magis quàm planas.) Collum valde longum & tenue. Pectus non bene coſtatum, (ἄπλευρον, paruis coſtis præditum:) dorſum longum, clunes carnoſas & femora. Partes vero circa ilia λαγόνας) & ventrem magis planas, (οὐ γαστρώδη, id eſt nec protuberantes, nec cauas: nam qui ὑπόζωμοι ſunt, & cinctu gracili, eam partem cauam habent.) Colorem varium. Corpus vero totum inarticulatum, & aſymmetrum, Hæc Ariſtoteles. Omnia fermè ſæua animalia feli ſimilia ſunt, pantheræ, lyncei, pardi: commune enim eſt vnguium magnitudo & robur, pellis diſtincta, verſicolor ac pulchra: caput rotũdum, facies breuis, cauda prolixa, agilitas corporis, feritas, & cibus qui venatione acquiritur, Cardanus. Pardalin Perſæ (inquit Scaliger) Barbuct vocant: Leænæ ſimilem pilo ruffo, maculis oblongis picto, nigris ex tranſuerſo. Faciem habet ſubrubram, nigris variam maculis, & candidis: ventrem album, caudam Leonis. Sunt & quædam dorſo minùs fuluo, & maculis minùs vegetis. Oculos eis glaucos eſſe ſcit, qui vidit, vt nos. Animalia quædam colore varia ſunt, idque dupliciter: aut enim genere, vt panthera, pauo: aut non genere toto, ſed parte, vt boues & capræ interdum variæ generantur, Ariſtoteles. Panthera & tigris maculârum varietate propè ſolæ beſtiarum ſpectantur, cæteris vnus ac ſuus cuiuſque generis color eſt, Plinius. Et alibi, Pantheris in candido breues macularum oculi. Et rurſus, Quidam à pardis pantheras ſolo candore diſcernunt. Numeroſæ ſunt in Hyrcania, minutis orbiculis ſuperpictæ, ita vt oculatis ex fuluo circulis, vel cæruleis, vel albis diſtinguatur tergi ſupellex, Solinus. Pardi virides, Claud. 3. Paneg. Picto quòd iuga delicata collo Pardus ſuſtinet, Martialis. Chamæleo pellem habet pallidam nigro diſtinctam vt παρδάλεις. Ariſtot. Gaza transfert, vt pardi. Panthera eſt animal varium & valde ſpecioſum, Liber de nat. rerum. Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam, aut pardus (namer) maculas ſuas, & vos poteritis bene facere eum didiceritis malum, Hierem. 13. Panthera vndequaque varia eſt (quare etiam varia Latinè vocatur) maculis orbiculatis ad modum oculorum ex fuluo colore interdum ad album interdum ad cæruleum vergentibus, Albertus. Equi orynges dicti, (ſiue à montibus, ſiue ab impetu ad libidinem,) alij pellem maculis oblongis variam habent, tigridum inſtar, alij vero rotundis vt pantheræ, Oppianus. Sed ſuauius dicam Græcè, Τοί δ' ἀμφιτρόχαλοι φαιδρόμμα δαιδάλ' ἔχουσι Σφαιρῆσιν πυκιῆσιν, ἰδεῖν περιμήκεα νῶτα. Chaus animal, quod Galli raphium vocant, lupi effigie pardorum maculis, Plinius. De pardali dixeris, habere eam corpus καπετώδη, στικτὸν, κροκωτὸν, ἐν πρόσωπον, ὑπόζωμον, ἰσοδερές, πολυειδὲς, ὑγρὸν, ὑπόλικτον, πολύμορφον. Pollux. Pauſanias in Arcadicis ſcribit ſe inter cætera fabuloſa audiuiſſe etiam gryphes punctis vt pantheras varium habere corpus. Terram Eremborum (id eſt Troglodytarum vel Saracenorum in Libya) comparant παρδαλείᾳ. id eſt pelli pantheræ. Ἡ δὲ δέρη τε καὶ αἰχμὴ ἔστιν ἁπάντα πυκτή. Τῇ καὶ τὸν ἀνέμοιο τανυσίπτερον ἀκρόπτατον Φολίδεσσι, Dionyſius Afer. Hanc autem regionis illius varietatem accidere propter Solis aduſtionem Euſtathius addit. Τῶν λεοπαρδάλεων ποικίλαι παρδαλίαι, Agathias in epigramm. Sunt qui tradunt in armo dextro, Albertus) ijs ſimilem Lunæ eſſe maculam, creſcentem in orbes, & cauantem pari modo cornua, Plinius. Ferunt odore earum mirè ſolicitari quadrupedes cunctas, ſed capitis toruitate terreri: quamobrem occultato eo, reliqua dulcedine inuitatas corripiunt,

ripiunt, Plinius. Tradunt Perſicum ſmaragdi genus viſum implere, quem non admittant, felium pantherarumque oculis ſimiles: nanque & illos radiare, nec perſpici: eoſdem in ſole hebetari, vmbris refulgere, & longius quàm exteros nitêre, Idem. Panthera dentes habet ſerratos, Ariſtoteles & Aelianus. Καρχαρίδοντα. ὅσα τρωγυλαν καὶ ἐπὶ τὰ πλάγια τὰς ὀδόντας ἔχων, vt leo, canis, pardalis, Scholia in Ariſtophanis equites. Pardis lingua eſt imbricatæ aſperitatis, ac limæ ſimilis, vt ſuperius in Pardo ſcripſi. Pantheræ quaternas mammas ventre medio gerunt, Ariſtotel. & Plinius. Panthere cor maximum eſt proportione, vt & reliquis timidis, aut propter metum maleficis, Idem. Multiplici pedum fiſſura eſt, Ariſtot. Pedes priores quinis diſtinctos digitis habet, poſteriores quaternis: parua quidem inter quadrupedes digitatas, poſteriores etiam quinque digitos obtinent, Idem. Condito pantheræ, & ſimilia, in corporis vaginas vnguium mucrone, ne refringatur hebetetúrue, ingrediuntur, auerſisq; falculis currunt, nec niſi appetendo protendunt. Plin Cauda leoni infima parte ſetoſa eſt. vt bubus & ſorici: pantheris non item, Idem. Os amplum & reſciſſum habent, leo, canis & feher, quem nos dicimus leopardum, Albertus de animal. 2. 1. 4. Ego pro feher legerim f hed: ſic enim leopardum Arabicè vocari, ex Bellunenſi ſuperius docui: al quidem ſyllaba præfixa, articuli tantum vicem obtinet. Fœmina crebrius inuenitur, Volaterranus: nimirum quod non ſibi tantum, ſed etiam catulis de victu proſpiciens, latius vagatur.

C.

Panther caurit amans, pardus hiando ſcilt, Author Philomelæ. Leopardi rictant, Ael. Spartianus. Βρυχᾶσθαι vox leonis eſt, & aliorum quæ vocabulum ſuæ voci proprium non habent, vt vrſi, pardalis, pantheris, Varinus & Pollux. Oryges non metuunt canis latratum, Παρδάλεων δ' ἐν γήρυσι κύνεσσιν πτῶσιν ἄμυστιν. Oppianus. Ferarum aliæ montanis, aliæ paluſtribus locis gaudent: τῶν δ' ἴδαις τε καὶ ὕλαις, ὡς αἱ πάρδαλεις. Vnde Homerus (Iliad. Φ.) Ἠύτε πάρδαλις εἶσι βαθείης ἐξ ὑλάκομο. Pollux. Ida mons Troiæ eſt, & accipitur pro quouis monte, vt Achelous pro quauis aqua. Ione vero nemus ſeu ſyluam, idam vocitant, & interdum Attici quoque, Varinus. Ξύλοχος locus montanus eſt, ſic dictus quòd ligna habeat: vel ſimpliciter locus fruticibus & arboribus confertus. Fedeoz (lego f hed, aut f hedos vel f hedot numero plurali) qui ſunt leopardi, manent plerunque apud fluuios in locis conſitis arboribus, & maximè iuxta arbores camphoræ, Albertus lib. 8. Alnemer habitant ſub arboribus Camphoræ, quæ ſecundum aliquos magna arbor eſt, Auicenna. Pardales vino delectantur, Oppiano teſte: vnde forſan poëtæ fabulantur eas olim mulieres Bacchi nutrices fuiſſe. Vide infra in h. Quamobrem vino inebriatæ etiam capiuntur, vt dicam in E. Panthera aliquando nimium ſe replet cibo, vt & alia acutorum vnguium quòd acrius eſuriant: ſic repleta in latibulum ſe recipiens diu dormit. Albert. Veneno aconito carnibus inſperſo à venatoribus extinguitur, niſi ſtercus humanum inuenerit. quo deuorato ſibi medetur, vt pluribus referam capite quinto. Leopardus cum ægrotat, ſanguinem capri ſyluestris requirit, & ſtercore hominis pro remedio vtitur, Albert. Pardi in Africa inſidunt condenſa arborum, occultatique earum ramis in prætereuntia deſiliunt, atque è volucrum ſede graſſantur, Plinius. Pardalis curſus celeritate cum alia pleraque, tum maximè ſimias aſſequitur, Aelianus. At alibi non celeritate, ſed aſtu mox recitando, ſimiam ab ea comprehendi ait: Philes ſimpliciter ſimiam ab ea captari ſcribit, Plutarchus odore illectam ſponte accedere & capi. Quamobrem in Mauritania pardales (inquit Aelianus) cum robore ſint & viribus præſtantes, non curſu quo maxime valent, ſimias perſequi aggrediuntur: cauſa eſt, quoniam non longe ante hanc excurrentes ſeſe tradunt: ſed & vt mox eam viderunt, in fugam ſe conferentes, in arbores altas aſcendunt, & illius impetum declinantes, illic conſident. Veruntamen pardalis ad hanc rationem ſimia doloſior, inſidias molitur, & dolos nectit. Vbi enim ſimiarum multitudo manet, eò profecta, ad terram ſe ſub arbore abiicit, & ventre proiecto humi, ſic iacet, tibias vt admodum remiſſe porrigat, oculos claudat, ſpiritù compreſſo ſeſe ab anhelando contineat, & vero mortua videatur. Illæ vero hoſtem ex alto deſpicientes, mortuam ſuſpicantur, & facillime credunt id quod vehementer optant, nondum tamen deſcendere audent. At experimentû cauſa vnam ex ipſis, quam audaciorem putant, ad examinandum pardalis affectum præmittunt: hæc quidem non omnino ſibi præſidens deſcendit, ſed timide & pedetentim primo decurrit, poſt metu repreſſa reuertitur. Tum vero iterum deſcendit, & cum proxime ad pardalim acceſſit, regreditur rurſus. Tum tertio deſcendit, & illius oculos ſpeculatur, ſpiritum ducat nécne periclitatur. Illa autem immotam ſe fortiſſime præſtans, paulatim huic animos addit. Et iam cum hanc permanere conſtanter ſine damno circum illam ſubliniores ex ſuperiori loco ſimiæ ſpeculantur, fiduciam, & ſpiritum colligentes, ex arboribus frequentiſſimæ decurrunt, & circum eam concurſantes, ſaltant, ſimul & ſupra ipſam grandientes inſultant: & in illius contumeliam ſaltationem ſimicam ſaltantes, multifariam ei illudunt, & gaudium quòd de hac ipſa tanquam mortua immortaliter pergaudent, teſtantur. Illa autem omnia ſuſtinens, ſimul ac illa ipſas inſultando, & illudendo defatigatas eſſe intelligit, ex inopinato exſiliens, earum partem vnguibus lacerat, partem dentibus diſtrahit, atque opimum, & adipale ex hoſtibus prandium ſibi abunde comparat: & tanquam Vlyſſes ancillarum contumelias & procorum, ſic diu multumque harum inſultationes perpetitur, vt hoſtes vlciſci queat, Hactenus Aelianus. Vide etiam infra in prouerbio, Pardi mortem adſimulat Caucaſus mons (inquit Philoſtratus libro 2. de vita Apol.) principium eſt Tauri, qui per Armeniam, Ciliciam & Pamphyliam vſque & Mycalen procedit, &c. Quòd autem noſtra ex parte appellatus Taurus per Armeniam protendatur, quod quodam tempore creditum non eſt, teſtantur panthera, quas in Pamphyliæ parte quæ aromata profert, captas eſſe comperimus. Tales enim feræ aromatibus gaudent, & ex longinquo odorem ſequentes trahuntur, & ex Armenia per montes profectæ ad ſtoracis lachrymam feruntur, quotiens venti ab ea parte flant, & arbores liquore turgent. Accepi etiam in Pamphylia pantheram captam fuiſſe, aureum torquem circa collum habentem Armenijs literis huiuſmodi inſcriptum, Rex Arſaces deo Niſæo. (Græci codices non habent inſcriptionem nec Armenicam nec Græcam.) Regnabat autem temporibus illis in Armenia Arſaces. Is vt opinor feram videns eximia præ cæteris magnitudine, eam Baccho ſacrauit. Bacchus enim Niſæus à Niſa quæ in India eſt nuncupatur, non ab Indis ſolum, ſed ab omnibus gentibus quæ Orientem ſpectant, Illa vero quam dixi fera aliquàdiu cũ hominibus eſt verſata, attrectari demulcerique manibus patiens. Adueniente autem vere, vbi Veneris eam cupido ſtimulauit, maris deſyderio tracta in montes ſeceſſit, eodem quod gerebat ornamento inſignis. Et poſtea capta eſt in inferiore Tauri parte, aromatum odore, vt diximus, allecta, Hæc Philoſtratus. Leopardi amant arbores camphoræ, & ne quis eas inuadat cuſtodiunt, Albertus. Admirabilem quandam (inquit Aelianus) odoris ſuauitatem olet pardalis,

dalis,quam bene olendi præſtantiam diuino munere donatam,cum ſibi propriam planè tenet, tum vero cætera animalia hanc eius vim præclare ſentiunt. Hęc autem hoc modo venationem capit: Cum horum quę ad victum opus ſunt eget,ſe ſe vel in loca arboribus conſita,vel foliis veſtita,ita occultat,vt inuentu difficilis tantum reſpiret: hinnuli,dorcades,capræ ſyluestres,atque alia eiuſmodi animalia quadam ſuauis odoris illecebra attrahuntur,& proximè accedunt. Illa tum quàm mox de latebra exiliens,ad prædam ſe rumpit, atque eam comprehendit,(ex latebris proſilit atque inuolat, Volaterranus.) Pantheram ſe abſcondentem venari ferunt,propterea quòd ſuo odore belluas delectari intelligat: propius enim ita accedunt,quas corripiat, Ariſtot. Tradunt odore pantherarum & contemplatione armenta mirè affici,atque vbi eas perſentiſcant, properatò conuenire, nec terreri niſi ſola oris toruitate: quam ob cauſam pantheræ abſconditis capitibus,quæ corporis reliqua ſunt,ſpectanda præbent,vt pecuarios greges ſtupidos in obtutu populentur Secura vaſtatione, Solinus. Ferunt odore (apud Volaterranum non rectè legitur colore) earum mirè ſolicitari quadrupedes cunctas,ſed capitis toruitate terreri. Quamobrem occultato eo,reliqua dulcedine inuitatas corripiunt, Plinius. Ad pardalim pleraque vel ſponte adcurrere,odore allecta,ſimiam cumprimis,narrant, Plutarchus. Hinc aliqui pantheram dictam volunt,quòd omne genus ferarum alliciat & captet. Iſidorus tamen alia quædam nugatur. Panther (inquit: pantherem cum panthera confundens) dictus eſt,ſiue quòd omnium animalium ſit amicus (imò inimicus) excepto dracone, ſiue quia ſui generis ſocietate gaudet: & ad eandem ſimilitudinem quicquid accipit & reddit: pân enim omne dicitur, Hæc ille tum ridiculè tum obſcurè. Animalium nullum odoratum,niſi ſi de pantheris quod dictum eſt credimus, Plinius. Ariſtoteles problematum 13.4.cauſam quærit cur animantium nullum ſuauiter oleat, excepta panthera: quæ etiam ipſa,inquit,non niſi beſtijs ita olet: ferunt enim ſuauem illis olentiam ab hac reſpirari. Sed nihil adfert aliud quod ad pantheræ hiſtoriam pertineat. Pardalim cæteris animalibus ſuauiter olere quidam affirmant: & venari in ſenecta nimirum beſtias alliciendo gratia ſui odoris: at nobis nullam odoris affert ſuauitatem: forte quòd olfactum homines habeant omnium fermè deterrimum. Itaque multi odores ſuauitatesque eorum,vel grauitates,nimirum latere hominem poſſunt,&c. Theophraſtus de cauſis 6.5. Et rurſus 6.26. Animal nullum penitus odoratum eſt,niſi quis pardalim dixerit ſenſui belluarum bene olere. Albertus falſum eſſe putat cætera animalia pantheræ odore delectari: quoniam in opere philoſophi de ſenſu & ſenſili legatur cætera (præter hominem) animalia odoribus nec ſuauiter nec moleſtè affici. Odores quidem certos animalia quædam ſectari aut fugere,conſtat: ſed fortaſſis hoc circa cibum ſolum,cum ex odore quid ipſorum naturæ conueniat aut aduerſetur percipiant: vt ea fortaſſis tantum bene oleant eis,& longè etiam ad ea pelliciantur, quæ in cibum eis venire poſſunt,non vt meram odoris gratiam captent. Sed in præſentia hac de re nihil ſtatuo. Mares in omni genere fortiores,(magis animoſi. Ariſtot.) præterquam in pantheris & vrſis, Plinius. Semiramis Aſſyria non ſi quâdo leonem cepiſſet aut pardalim ſimilémue feram interfeciſſet, ſed ſi leænam eſſet nacta, in eo ſibi placuiſſe fertur, Alianus in Varijs. Ἄπνουν τὸ ζῶον φύσει, Scholiaſtes in Alexipharmaca Nicandri: qui cum ſcripſiſſet pardalim frequenti aſſultu excrementum hominis in arbore ſuſpenſum (id enim pro remedio petit aconito cum carnib' deuorato,) petere,ſubijcit. hoc animal natura infirmum eſſe: hoc eſt citò fatigari & exhauriri: nimirum quod in primos impetus quantumcunque virium habet & omnem ſui roboris contentionem conſumat. Pardus celer, Lucanus libro 6. Leuiores (id eſt celeriores) pardis (nemerim) equi eius, Abacuc primo. Suem & aprum dicet ἀνθρωπογνωθεῖν, leonem ἐφάπτεσθαι, pardalim πηδᾶν, id eſt ſaltare, Pollux. Idem alibi pardalin corpus habere ſcribit, ὀρχηστὸν, ἐυέλικτον, πηδητικὸν, ἀλτικὸν, ἐυπαλὲς, hoc eſt agile & ſaltibus aptum. Cæcos gignunt canes, lupi, pantheræ, thôes, Plinius. Author libri de nat. rerum,pantheram ſemel tantum parere ſcribit. Nam cum in vtero matris, inquit,coaluêre catuli,maturiſque ad naſcendum viribus pollent,oderunt temporis moras. Itaque oneratam fœtibus vuluam,tanquam obſtantem partui,vnguibus lacerant. Vnde illa partum effundit,ſeu potius dimittit, dolore cogentem. Ita poſtea corruptis & cicatricoſis ſedibus,genitale ſemen infuſum non hæret acceptum,ſed irritum reſilit. Nam,teſte Plinio,animalia quorum acuti ſunt vngues,frequenter parere nequeunt: vitiantur enim intrinſecus ſe mouentibus catulis, Hæc ille. Leænam quoque eandem ob cauſam ſemel tantum parere,vulgi quondam opinio fuit,quam refellimus in Leone C. Pantheram dicunt parui eſſe partus,& pauci & difficilis, propter vngues longos & acutos,quibus catuli frequenter vterum matris lædunt, Albertus. Panthera tempore libidinis admodum vocalis eſt,& ad vocem eius alia eiuſdem aut vicini generis animalia conueniunt, Albertus. Leænas cum pardis coire,vnde leones gignantur ignobiles. nec iubati,(aut,vt Philoſtratus refert,fœtus maculoſi,) pluribus dixi ſupra in Leopardi mentione priuatim: & in Leone C. ex Philoſtrato & alijs. Pardus in Africa abundat,vbi propter aquæ penuriam multa animalia conueniunt ad amnes,& ibi leænæ à pardis adulteratæ generant leones,ſed ignobiles, Albertus. Eſt quando lupi cum pantheris coëunt, vnde gignuntur thôes bigenere animal, quod pelle (ſcilicet maculoſa) pantheram refert,facie autem patrem, Oppianus 3. de venatione. Sed de thôe varias authorum ſententias in hiſtoria eius ſtatim poſt lupum exhibui.

D.

Leopardi gregatim conuerſari ſolent, Albertus. Panther (abutitur hoc nomine pro panthera) ſui generis ſocietate gaudet, Iſidorus. Pardalis inter animalia illa quæ fortitudine prædita videntur,magis ingenium muliebre refert. vt corpore etiam formam muliebrem,vt in B. dixi ex Ariſtotele. Leo cõtra,viri,tum ingenium tũ corporis ſpeciem. Animo ſanè pardalis eſt puſillo,(μικρὸν niſi legendum μακρὸν. id eſt improbo: ſed vetus interpres legit puſillo:) furtiuo & vt paucis dicam doloſo, Ariſtot. Pantheræ cor maximum eſt proportione, vt & reliquis timidis aut propter metum maleficis, Ariſtot. & Plinius. Pantheræ ingenium molle eſt, (ἁβρὸν, effœminatum,) iracundum,inſidioſum & fraudulentum (λοχητικὸν καὶ ὕπουλον.) timidum ſimul & audax. His moribus corporis etiam forma reſpondet, Adamantius. Namer,id eſt,pardalis in ſacris libris tanquam ferociſſimum & crudeliſſimum animal cum lupo ac leone memoratur, vt citaui in A. Fulminei pardi, Claudianus 8. Paneg. Sapientes Aegyptiorum deſignaturi hominem qui ſceleſtum ſuum ac malignum occultet animum,ne à ſuis noſcatur,pardalin pingunt, Hæc ſiquidem clanculum alia perſequitur animantia,nec ſinit impetum ac pernicitatem ſuam innoteſcere, (μὴ πάνυ χαρᾶσαι τοῖς ἰδίοις ἐμφανῆ τὰ ἑαυτοῦ.) qua in illis perſequendis vtitur, Orus. Quomodo latitans, aut capite ſaltem occultato,(cum reliquũ corpus nihil præ ſe terribile ferat,) allectas ad ſe propius ſui odoris ſuauitate feras deuoret, iam ſupra capite tertio docui: Et ibidẽ quàm mirabili aſtutia ſe mortuã ſimulans, ſimias captet:

qua de re vide etiam infrà prouerbium, Pardi mortem adſimulat. Panthera perpetuò fera eſt, Ariſtoteles. Atqui Albertus & alij recentiores facile cicurari ſcribunt, præſertim ad venationis vſum, vt ſupra in Leopardi mentione dixi capite primo: & infra capite quinto pluribus dicetur. Sed vtcunque cicur, nunquam prorſus deponit feritatem, & ſæpe ad ingenium redit. Leonibus ac pardis, omnibusque generis eius, etiam catulis, imbricatæ aſperitatis lingua eſt, ac limæ ſimilis, attenuansque lambendo cutem hominis. Quæ cauſa etiam manſuefactæ, vbi ad vicinum ſanguinem peruenit ſaliua, inuitat ad rabiem, Plinius. Picto quod iuga delicata collo Pardus ſuſtinet, Martialis. Leones, pantheræ & tigrides, fœtus ſuos vehementer amant, & pro ipſis contra venatores pugnando, quauis tela & mortem quoque contemnunt, Oppianus lib. 3. de venatione, vbi etiam de ijſdem ac lyncibus ſcribit, quod cum ad latibula ſua reuerſæ catulos ſibi ablatos reperiunt, magno & miſerabili eos lulatu plangant. De panthera tradit Demetrius phyſicus, iacentem in media via hominis deſiderio, repente apparuiſſe patri cuiuſdam Philini aſſectatoris ſapientiæ: illum pauore cœpiſſe egredi, feram vero circumuolutari non dubiè blandientem, ſeſe conflictantem mœrore, qui etiam in panthera intelligi poſſet. Fœta erat, catulis procul in foueam delapſis. Primum ergo miſerationis fuit non expaueſcere, proximum ei curam intendere: ſecutusque qua trahebat veſtem vnguium leni iniectu, vt cauſam doloris intellexit, ſimulque ſalutis ſuæ mercedem, exemit catulos: eaque cum ijs proſequente vſque extra ſolitudines deductus, læta atque geſtiente: vt facile appareret gratum referre, & nihil inuicem imputare, quod etiam in homine rarum eſt, Plinius. Similia quædam leoninæ etiam manſuetudinis exempla, in Leone recitaui. Pardalim audio, cum eam à paruula cum hominibus venator verſari aſſuefeciſſet, atque adeò manſuefeciſſet, eamque ſanè tanquam anaſiam adamaret & magna cura aleret, ob eamque rem hœdum huic, quem ſimul cum ipſa aluiſſet, eam hœdi eſu oblectare cupiens, comedendum dediſſet: edere illum, etſi occiſus erat, recuſaſſe. Cum enim primo die is ad paſtum obiectus ſemel fuiſſet, ab eo ipſo edendo ſe ſuſtinuiſſe, quia propter cibi expletionem inedia vti neceſſe haberet. Secundo iterum die hœdus huic allatus eſt, ab eo ſimiliter, quoniam adhuc fame non premeretur, ſe continuiſſe. Tertio die quamuis eſuriret quidem, & ſolito ſigno cibum requireret, non hœdum tamen ſuum contubernalem attingere voluiſſe, ſed illo relicto, alteram ſumpſiſſe. Homines autem ſuos intimos & perneceſſarios non modo produnt, ſed ſæpe etiam in fratres & parentes multa perfidioſe faciunt & improbe & malitioſe, Aelianus. Androclis ſerui hiſtoriam, qui fugitiuus in Africa à leone nutritus fertur toto triennio, deinde captus & feris Romæ obiectus, inter quas fortuitò idem leo captus erat, ab eodem agnitus & contra patheram defenſus eſt, in Leone retuli cap. quarto.

Panther (abutitur hoc nomine pro panthera) omnium animalium amicus eſt, excepto dracone Iſidorus abſque authore. Ego Pantheram omnibus inimicam dixerim. Leopardi degunt in Syluis Barbariæ, neque homini, cùm robuſti ſint & crudeles, nocent: niſi alicui (quod rarò contingit) in anguſto calleobuij, illi aut cedere non poſſunt, aut redarguantur, faſtidioque afficiantur. In hunc enim irruentes vnguibus vultum comprehendunt, tãtumque carnis auferunt, quantum prendunt: & plerunque cerebrum homini perfringunt. Gregem inuadere non ſolent: canibus alioqui infeſtiſſimi, quos occidunt ac deuorant, Leo Africanus. Panthera dicitur infeſta eſſe draconi, & draconem ea viſa ad cauernas refugere, Albertus. Alfhed (id eſt leopardus minor) lupos libenter interficit, Albertus. Leopardus deſideratur à lupis cum olfaciunt ipſum, & ſequuntur eum: ſed lupus vnus non poteſt Leopardum vincere, plures ſimul vincunt: etſi verò velociſſimè fugiat, tamen citò vincitur in curſu, Auicenna. Vt vulpes aues venatur ſomno ſimulato, ſic pardus ſumas mortuum ſe ſimulans, Incertus. Leo & leopardus inimici, Auicennæ interpres, vbi Ariſtoteles habet Θώς, qui non Leopardus ſiue panthera, ſed panther potius eſt de quo ſuprà. Ante paucos annos ſtatim poſt mortem Galliarum regis Franciſci leopardos audiomarem & fœminam, ſiue dimiſſos negligentia aut malignitate cuſtodis, ſiue per vim è cauea egreſſos, in ſyluas aufugiſſe, & circa Aureliam plurimos homines laniaſſe, & ſponſam aliquando ad nuptias ducendam in vico rapuiſſe, & inuenta mulierum cadauera quarum illi mamillas tantum deuoraſſent. Hyæna pardalim odit, Aelianus. Hyænæ pantheris præcipuè terrori eſſe traduntur, vt ne conentur quidem reſiſtere: & aliquid de corio earum habentem non appeti: mirumque dictu, ſi pelles vtriuſque contrariæ ſuſpendantur, decidere pilos pantheræ, Plinius. Superiorem ab inferiore victum ſignificare volentes Aegyptij, duas pelles pingunt, hyænæ vnam, alteram pardalis: hæ enim pelles ſi ſimul ponantur, pardalis quidem pilos abijcit, hyænæ vero non, Orus. Mygale, id eſt mus araneus, pantheras terret, Philes. Gallinaceo iure perunctos pantheræ leoneſque non attingunt, præcipuè ſi & allium fuerit incoctum, Plinius. Leopardus viſo hominis cranco, fugit, Aeſculapius. Leopardum aiunt terreri arbore quæ vocatur Leopardi arbor, Raſis.

E.

Leopardus cicuratus & ad venationem dimiſſus, niſi tertio quartóue ſaltu præda potiatur, ſuccenſet adeò vt niſi ſanguine placetur, in venatorem inſiliat, Albertus. Plura vide ſupra in A. in Pardo, Leopardo & Alfhed. Ego dum hæc ſcriberem accepi à quodam oculato teſte, in aula regis Galliarum, leopardos duorum generum ali, magnitudine tantum differentes: maiores vituli corpulentia eſſe, humiliores, oblongiores: alteros minores, ad canis molem accedere. Et vnum ex minoribus, aliquando ad ſpectaculum regi exhibendum à beſtiario aut venatore equo inſidente à tergo ſuper ſtragulo aut puluino vehi alligatum catena: & repore obiecto dimitti, quem ille ſaltibus aliquot bene magnis aſſequutus iugulet. Venator leopardum recepturus, accedit auerſus & fruſtum carnis retro inter crura protenſum porrigit, ne ſi faciem obuerteret ab eo inuaderetur: & rurſus loro alligatum manu demulcet ac reducit ad equum: ille in ſedem ſuam facile reſilit. Idem narrauit, tauro aliquando & leone ſimul emiſſis, leonem placidiorem nihil in taurum fuiſſe molitum, ac ſponte ad caueam ſuam regreſſum: deinde duos leopardos eductos, ſtatim viſo tauro in eum inſilijſſe: quem & iugulaſſent, niſi beſtiarij funibus alligatis ad catenas eorum, quibus teneri ſolent, eos retraxiſſent. Senatuſconſultum fuit vetus ne liceret Africanas (pantheras intelligo, de quibus & proximè dixerat. Vide in A.) in Italiam aduehere. Contra hoc tulit ad populum Cn. Auſidius tribunus plebis, permiſitque Circenſium gratia importare. Primus autem Scaurus ædilitate ſua varias el. vniuerſas miſit, deinde Pompeius Magnus quadringentas decem, diuus Auguſtus quadringentas viginti, Plinius. Picto quòd iuga delicata collo Pardus ſuſtinet, Martialis.

Aconitum primum alio nomine pardalianches à ſtrangulandis pantheris vocatur, vt Dioſcorides, Plinius &

alij tradiderunt. De herba ipſ copioſe diſſerui in Lupo a. & eam eſſe oſtendi, quæ hodie pauciſſimis locis cognita, in montibus Sabaudiæ & Galliæ Italiam verſus tora vocatur, &c. Hìc plura adijciam, non ad herbæ hiſtoriam, ſed pantheræ, quæ radice eius trita & in carnibus obiecta extinguitur: quod ſues etiam, & lupi & beſtiæ omnes Dioſcoride teſte patiuntur. Tangunt (id eſt aſpergunt) carnes aconito, necantque guſtatu earum pantheras, niſi hoc fieret repleturas illas ſitus. Ob id quidam pardalianches appellauêre. At illas ſtatim liberari morte, excrementorum hominis guſtu demonſtratum, Plinius. Panthera cum venenum pardalianches ederit, quo leones etiam intereunt, ſtercus hominis quærit: eo enim ipſo iuuatur: quocirca venatores ſtercus ibi propinquum ſuſpendunt ex arbore aliqua in vaſe, ne procul bellua abeat, petens ſuum medicamentum: itaque inſiliens ibidem, & ſpe capiendi perſuerans, in ſe efferenda emoritur, Ariſtot. Pantheras perfricata carne aconito (polline eius nimirum) barbati venantur. Occupat illico fauces earum angor, quare pardalianches id venenum appellauêre quidam. At fera contra hæc excrementis hominis ſibi medetur: & aliàs tam auida eorum, vt à paſtoribus ex induſtria in aliquo vaſe ſuſpenſa altius, quàm vt queat ſaltu contingere, iaculando ſe appetendoque deficiat, & poſtremò expiret: alioquin viuacitatis adeò lentæ, vt eiectis interaneis diu pugnet, Plinius. Hyrcani pantheras frequentius veneno, quàm ferro necant. Aconito carnes illinunt, atque ita per compita ſpargunt ſemitarum. Quæ vbi eſæ ſunt, fauces earum angina obſidentur, (&c. vt Plinius,) Solinus. Auditum eſt pantheras quæ in Barbaria venenatæ carne caperentur, remedium quoddam (excrementum hominis forte nominare noluit) habere, quo vt eſſent vſæ, non morerentur, Cicero 2. de nat. deorum. Panthera & pardus) Arabicè legi puto, alnemer & alfhed, hoc eſt leopardus maior & minor: ſic enim in aconiti mentione apud Auicennam in Bellunenſis additione legiſſe memini) deuorato veneno, ſtercus hominis quærunt, quo guſtato euadunt, Auicenna. Pardalin (inquit Pollux) tum alijs modis capiunt, tum aconito pharmaco cibis (ἀπὸ τοῦ. Dioſcorides & alij melius, carnibus) admixto: vnde fera ventris profluuio exhauritur, & ſæpe viua capitur. Pardalis intelligens aconitum ſibi venenum eſſe: non prius deguſtat quàm excrementum hominis, vtpote antipharmacum prope ſe viderit: quamobrem paſtores excrementum in arborem ea altitudine ſuſpendunt, ad quam pardalis peruenire ſaltu non poſſit. Hoc viſo fera tanquam præſente remedio, aconitum edit: deinde medicamentum petens, crebris tandem affultibus defeſſa, aut moritur, aut à paſtoribus interimitur, Scholiaſtes Nicandri. Sed ridiculus eſt aconitum à panthera edi ſcribens, non carnes aconito imbutas: & cum plurimum rationis ei tribuat, vt quæ & venenum & remedium ſuum agnoſcat: rurſus omnem ei rationem aufert, quæ venenum ſciens ac prudens deuoret. Leones, lynces, pardales, pantheres, vrſi, capiuntur aconitico veneno ad eum admixto cibum quo quodque eorum delectatur, &c. aut foueis, vt pluribus retuli ex Xenophonte in Leone. E. Ariſtoteles in Mirabilibus non pardalianches, ſed pardalion (πάρδαλιν) hoc venenum nominat, cuius verba recitaui in Lupo a. Eſt & apocynon venenoſa herba, quam ſimiliter pardalianches appellari in nomenclaturis apud Dioſcoridem legitur. Necantur apocyno canes, lupi, vulpes, pantheræ, & omnes quadrupedes: Vide in Cane C. Herba quæ leopardi herba dicitur, leopardus terretur: & herba quæ leopardum ſtrangulans dicitur, interficitur, Raſis vt quidam citat: Eſt autem poſterior herba, non alia quàm aconitum primum: prior quæ ſit, non facile dixerim: nam præter allium herbam quæ leopardo aduerſetur non legimus. Piſces quidam nigri venenati in Armenia reperiuntur: quos contritos in ouium aut caprarum diſciſſum latus abdunt: quòd cum pardalis, leo aut lupus guſtârit, continuò moritur, Aelianus. Si venatori res ſit cum alia fera quàm apro, venabulum tenere oportet pedibus non tantum diuaricatis, quantum in pugna aduerſus aprum: nam feræ quædam, vt pantheræ & leones, curſu ad venatorem vſque delatæ, cum propè ſunt, inſiliunt. Dirigendus eſt autem ictus ad pectus & cor, tanquam vulnere in illis eo in loco maximè letali futuro, Pollux. Vbi proficiſcentis ad aquam ex ſpelunca pardalis, venatores tritam viam obſeruarunt, ibidem rotundam & altam ſcrobem (minorem multò quàm pro leone capiendo faciunt, in cuius medio columnam ligneam (non lapideam vt pro leone) defigunt: ex ea catellum (non agnum vt pro leone, aut hœdum) ſuſpendunt, cuius teſticulos tenuibus vinculis conſtringunt. Is vinculorum dolore preſſus gemit, & latrans ſuo ſono pardalim ad ſe commouet. Hæc non mediocri voluptate geſtiens, illuc ſe magnis ſaltibus incitat, & nullum dolum eſſe exiſtimans, in poſitas inſidias incidit, Oppianus libro 4. de venatione. Eundem capiendi modum lib. 3. de piſcibus deſcribit, pro ſimilitudine adhibens, quod admones etiam dicti piſces ſimiliter capiantur in naſſas illecti, in quibus paruos piſciculos natantes viderint, &c. Sed verſus poëtæ adſcribam, vt res tota clarior fiat.

Ὡς δέ τις ἐν ξυλόχῳ σὺν ἰοῖσι φῶτ' ἀγρεύσῃσι
Θηρὶ παρὰ λιγὺν ἔτυμον, ἀτὰρ νέῳ ἐν ἰόδῃσι λεχοῖ
Δῃοτῆιος ἀφύσσων ἀπὸ μήδεα. δὴ δ' ὁδοιπόρον
Ἢ χήνες ἀρυμαγδὸς ἀνὴρ ἐσέβησε πορείῃσιν
Ἐρχεται, ἀμφὶ δ' οἱ εἵματα ἀγρύ. ἡ δ' αἶψα
Παρδάλις ἰαίνῃσι πεπαμένη ἰὸν ἀνῦσα
Μαιομένη. ταχὰ δ' ἦξε, καὶ ἰόθρῳ. τὸ μὲν ἐπίσσα
Τψόσ' αἰνὰ παζεικεκυτὸς δέλε. ἡ δ' ἐνὶ θέθμῳ
Ἐλπέται ἀγρηστῆσι. μέλαν δέ οἱ εἵκετο δαιτὸς,
Ἀλλὰ φόβῳ. τῇ δ' ἅπτε ἐπιπλόον ἰξὶν ἐοικώς.

Idem alibi contra feras diuerſas, equos etiam colore diuerſos venatori eligendos conſulit: contra viſos, glaucos: contra apros, fuluos aut ignis colore: contra pantheras, ἀλφοινὰς. id eſt ruffos aut puniceos. Pardales cum Mauri vêantur, eiuſmodi inſidias collocant, vt intra ædificaciunculam lapidibus quàm primo ſtruxerint, putreſcentis iam carnis fruſtum ex longiore funiculo appendant: deinde ex arundinibus ianuam rara ſtructura imponant, per eas vt fœtidæ carnis odor emanet, & longe lateque vagetur. Hunc incluſum fœtorem feræ beſtiæ ſentiunt: nam quodammodo teetris odoribus delectantur. Itaque huius cibi appetitione, huc illuc circunferuntur, & tanquam quadam amatoria illecebra attactæ, & incidunt in laqueos, & infelici eſca conſtrictæ tenentur, Aelianus interprete Gillio. Volaterranus eundem locum palulò aliter & breuius vertit, hoc modo: Capiuntur pardales in Mauritania loco lapide ſubſtrato, laqueis præparatis, carneque appoſita: ad cuius odorem per conualles ſubiectas delatum flatibus ventorum feſtinantes, in inſidias incidunt. Monticolæ Conſtantinæ religionis in Africa equeſtrem venationem aduerſus Leopardos inſtruunt, exitus viarum occludentes. Leopardus autem hac illac fugiens, dum via equitibus obſeſſa ſe nequaquam euaſurum perſpicit, in crebros flexus gyros confodiendum ſe præbet. At ſi Leopardum effugere contingat, qui incautius eam partem obſeruauit, conuiuium ceteris venatoribus, recepta cecepta conſuetudine, præparare tenetur, 10. Leo Africanus.

Leopardus diligit vinum & inebriatus capitur, Raſis & Albertus. Oppianus modũ etiam quo inebrientur elegantiſſimè deſcribit: Vbi primũ (inquit) in Libya paruũ fontẽ animaduerterũt, non copioſum nec longi' emanantẽ, ſed intra ſe conſiſtẽtẽ, & ſub arenam ſubeuntẽ, vnde pardales prima luce bibere ſolẽt, cò venatores noctu

amphoras

amphoras permultas (viginti) ſuauis vini plenas afferunt, quod iam vndecim annos in dolijs bene conditum conſtitit. Ac nimirum poſteaquam hoc idem in fontem infuderunt, inde non procul ſedent ſtragulis tecti: nam nulla alia re ſe occultare poſſunt, neque enim ſane lapidum, neque arborum tegmenta inueniuntur: ibi enim ſola terrarum ab arboribus nuda ex omni parte ad videndum patent. Eæ autem ardenter ſitientes & grauem ſitim depellere cupientes, ad nigrum iam fontem accedunt, & ſimul vt vini, cuius ſtudioſæ ſunt, potione ſitim expleuerunt, ſtatim primo ſaltatione ludunt, deinde ſenſim obdormientes humi ſternuntur. Itaq; arctè & grauiter dormitantes, nullo negotio comprehenduntur.

Leopardorum pelles ad nos etiam adferuntur, quanquam rarius: frequentius in Galliam. Pellem vidi venalem tribus vel quatuor aureis Gallicis: ſunt qui præſtantiores aureis ſex vel ſeptem indicent. Maurorum pedites leonum & pardalium pelles induunt, & dormituri ſubſternunt. Strabo. Paſtorales homines qui loca inter Caucaſum montem & fluuium Cophêna tenent, Apollonio cum ſocijs tranſeunti leonum ac pantherarum carnes, & earundem ferarum pelles à carnibus nuperrimè direptas donabant, Philoſtratus. Plura de pantherinis pellibus, vide infra in e.

F.

Agriophagi populi in Aethiopia (occidentem verſus, Solinus) pantherarum & leonum carnibus veſcuntur, Plinius 6.30. Inde nimirum & nominati ſunt, quòd beſtias edant agrias, id eſt feras. Pantheris veſci videntur etiam qui inter Caucaſum montem & fluuium Cophêna habitant: lege Philoſtrati verba in fine præcedentis capitis. Pardales & panthores edunt aliqui. Galenus de alimentorum facultate 3.1. cum proxime dixiſſet aliquos etiam aſinis & camelis veſci, homines ſcilicet tum animo tum corpore ἀνοήτους καὶ καμηλώδεις. Caro leopardi calida eſt & ſicca, Raſis & Albertus.

G.

Tradiderunt aliqui, ſi corium leopardi (altamur, lego alnemer) ſubſternatur, non accedere ſerpentes, aut ſi ſtragulum inde fiat: ſed eius qui hoc retulit nulla eſt authoritas, Auicenna. Quomodo pantherarum & leonum pinguis curari oporteat, ex Dioſcoride & Plinio præſcripſimus in Tauro. Leoninus adeps calidiſſimus & ſiccißimus eſt, &c. proximus ei pardinus, pardino vrſinus, Syluius ex ſecundo Galeni ad Glauconem. Pinguedo leopardi craſſa eſt & acris: ſubtilitas eius apparet in his qui patiuntur pulſum temporum & reuolutionem capitis (vertiginem,) ſi odor eius inter aſſandum recipiatur, Raſis. Albertus aliter: Vtilis eſt paralyticis, & pulſum cordis patientibus, & reuolutionem, ſi odor eius inter aſſandum recipiatur. Seuum leopardi miſtum cum oleo laurino, ſi cum eo inungatur ſcabioſus, cuius ſcabies ſcindit cutem, (quæ nominatur artrath, Raſis. Impetigines intelligo, quas Galli dartres appellant,) confert, Albertus: facici tumoribus farmentorum cinerem alicui ferarum adipi admiſcens illinito. Leonis videlicet, aut pantheræ aut vrſi, Aretæus ad Elephantiaſen. Ad alopecias conducit etiam pardalis adeps, Galenus κ. τῶν. Sanguis leop. vtilis eſt tumori venarum (venarum crurium, Raſ. varices puto intelligens,) ſi eo calido confricentur, Idem. Caro leop. calida & ſicca eſt, Iidem. Cerebrum eius miſtum cum aqua erucæ & modico zambac, potum mitigat dolorem vteri, Raſis. Albertus aliter: Cerebrum eius cum ſucco erucæ, genitalibus viri illitum, confirmat coitus facultatem: medulla vero pota vteri dolores tollit.

Leopardi fel potum (intra corpus ſumptum) eueſtigio interficit, Bertrutius: qui etiam de leonis felle idem ſcribit, neſcio quàm vere, cum authorem non habeat. Plinius etiam muſtelæ ſyluestris fel venenoſum eſſe ſcribit. Leopardi quidem felli (aut etiam pardi, vt Cardanus ſcribit) vim iſtam letalem Arabes tantum attribuunt. Recentiores quidam obſcuri idem de felle vnciæ ſcribunt: ego vnciam, vt ſupra dixi, pantheram ſiue leop. eſſe cõijcio. Qui biberit fel leop. (alnemer) euomit bilem viridem aut pallidam, & naribus percipit odorem aloës (& ore ſaporem aloës, Matthæol.) & incidit in icterum maximo periculo mortis: quòd ſi tres horas ſuperauerit, melius ſperatur. Procurandus igitur maturè eſt vomitus, tum danda antidotus ei peculiaris, quæ recipit, Terræ Lemniæ, baccarum lauri ana partem i. coaguli capreoli partes iiij. ſeminis rutæ & myrrhæ, ana partem ſemis: excipiantur melle: doſis eſt magnitudo nucis: & mox iterum euomat, & fiat balneum ex aqua in qua res odoratæ ſint decoctæ, Auicenna 4.6.2.13. Inducit hoc venenum omnia ſymptomata quæ napellus & morſus viperæ, & ijſdem remedijs curatur, Matthæolus ex Aponenſi. Leopardus animal eſt calidiſſimum, quod vel ex maculis nigris & velociſſimo eius motu eſt conijcere: itaque fel etiam eius ſuo calore vrit humores, & intra ſex horas interficit. Adhærendo muſculis ventriculi facit ſpaſmum. Scythæ ſagittas eo inficiunt vt celerius interficiant, Ferdinandus à Ponzetto. Idem antidotum eandem quam Auicenna præſcribit: Mihi tamen, inquit, videtur, potius eſſe propinanda antipharmaca frigida corroborantia, & vtendum balneo aquæ odoriferæ, denique eodem modo curandum quo venenum napelli. Lapis quem linguam ſerpentis vocant, ſudore ſuo arguit fel leopardi, viperam, napellum, Matthæolus ex Aponenſi. Leopardi fel recens ſumptum, letiferum eſt venenum, ſiccatum vero vehementiam illam amittit, (Albertus hæc deprauauit:) aurei pondere ſumptum, necat eodem die. Nuper cum rex cuidam ex ſui regni principibus huius fellis recentis drachmæ (vnciæ, Albertus: non rectè) pondus propinaſſet ex vino pu. (puro,) poſtridie cum dormire cœpiſſet mortuus eſt, Raſis citans Ariſtotelem, apud quem nihil tale legi certum eſt. Idem fel pondere dauic (paruo pondere, Albertus: Bellunenſis danich ſcribit, quę ſit ſexta pars drachmæ) ſumptum cum cypho aquæ decoctionis caryophyllorum, (cum aqua ſimpliciter, Albertus,) prohibet generationem & inducit ſterilitatem, Raſis.

Teſticulus leop. dexter à muliere etiam prouectæ ætatis ſumptus, menſtruam purgationem deſitam ciet. reſtituit: & ſi pergat edere, ſæpius purgabitur: quod ſi libeat ſiſtere, propinabis ei ſemen pſyllij recentis, Raſis & Albertus.

Remedia ad morſus leonum pantherarum & vrſorum, ex Aëtij 13.3. vide in Leone G. Beſtiæ rapaces, vt leopardus (alnemer,) leo, & alf hed, non tam innoxiæ ſunt morſu quàm canes & homines: ſed dentes eorum & vngues non prorſus vacant veneno: quare danda eſt opera vt curentur imprimis cum attractione, quanquam leuis deinde vulnus ſanetur, Auicenna.

H.

a. Ferarum vocabula quædam peregrina ſunt, vt panthera, leo, vtraq; Græca, Varro. Πάρδαλις mas vocatur,

δονὴ δ' πεσσάλιθος: fœmina autem παρδαλὶς, δονὴ δ' παρδάλιθος. Heſychius: ſic enim legi debet, ex Euſtathio in Iliados ε. Hinc natum puto errorem qui apud innominatum in eundem librum Scholiaſten habetur, his verbis: Παρδαλὶς τὸ ζῶον, ἡ δὲ θῆλυ παρδαλῆ. ὁ μὲν δονὶ δ' πεσσάλιθος, ἡ δὲ δονὶ δ' πεδάλιθος. Prorſus enim ridiculum eſt aliud etymon primitiuo, aliud deriuato aſſignare: quare facile conijcio grammaticum aut librarium aliquem, qui Euſtathij aut alterius verba aut malè legerit aut non ſit aſſecutus, tam ineptè ſcripſiſſe. Suidas quoque pordalin marem, pardalin fœminam facit. Pordalin, inquit Varinus, poëtæ proferunt πόρδαλ' πεσσάλιθος. abundante delta. Cæterum in Rhetorico lexico legitur pordalin communem eſſe vocem, pardalin Atticam. Homerus animal intelligens primam ſyllabam per omicron ſcribit: pellem verò, per alpha, Hæc ille. Sed ſciendum eſt apud Homerum pro animali vtroque modo ſcriptum reperiri: pro pelle vero, ſemper quidem per alpha in prima ſyllaba, non παρδαλὶς tamen, ſed παρδαλῆ aut παρδαλέη ſcribitur, eadem ſcilicet terminatione qua aliorum quoque animalium pelles: quod clarius teſtatur Varinus in voce παρδαλέη. Ego pordalin per o. non ſolum apud poëtas, ſed hiſtoricos etiam inuenio: & apud vtrolque pordalin aliquando in fœminino genere, pardalin in maſculino, contrà quàm grammatici obſeruarint, ſiue ita ſcripſerunt authores, ſiue librarij deprauarunt. Mihi aliquando in mentem venit, fieri poſſe vt pardalis vox origine ſit Hebraica, à pardes, id eſt, horto: quòd maculatum oculis tanquam floribus pellis eius pulcherrime ornetur: ſic cẽpus etiam ſimiarum generis à coloris elegãtia nomen adeptus videtur, vt κῆπος, id eſt, hortus diceretur. Παρδαλίδεσσι in datiuo plurali, Oppianus: vſitatius autem παρδαλίεσσι diceretur: vt reliqui caſus παρδαλίες, παρδαλίων. apud eundem.

Epitheta. Panthera picta, ferox, multicolor, Textor. Pictarum fera corpora pantherarum, Ouid. 3. Metam. Pardus celer, Lucanus lib. 6. Fulminei, Claud. 8. Paneg. Sublimis, Iuuenal. Satt. 11. Virides, Claud. 3. Paneg. Item volucer, pernix, leuis, apud Textorem. Παρδαλίων ἄγεσθον. Παρδαλὶς ὁλκαὶ, θῆαι, δμῶες Φοίνικες. Πόρδαλιν αἰόλεντα ὑπὲρ ὤμῳ ξυνὸν πέκασμα, de camelopardali. Et mox Ἀμφιέσας δὲ νεοῖσιν ἀναιδέα παρδαλίεσσι Φοίνικας, ἱμερόεν, πῆμα νέοις ἀνθρώποισι θῆρες αἰνοδόκοισι, ὁλοὸν πεπαρμένα δοῦχαι. Φιλοίνοισι, id eſt, vini amantes, Hæc omnia Oppianus. Ῥινὸς παιδάλιος, de pelle pantheræ, Idem. Λασιόστροι, Agathias in epigrammate. Θήειαι πελάροις, Nicander in Aconito.

Panthera vocabulum Græcum eſt, à quo etiam & rete quoddam panther, Varro. Pantheron ſiue pantherum retis genus eſt, ex eo nomen habens, quòd omnes aues venetur & concludat, eadem ferè ratione qua panagron, quod rete piſcatorium eſt. θηρᾶν venatum ſignificat, & ad aucupium quoque contrahitur, vnde δικτυοθήρας, id eſt, auceps. Hoc rete humi exporrectum, & in oblongam tenuitatem contractum, tegitur quiſquilijs, ne ab auibus prouideri poſſit. Deinde quum opus eſt adducto magna vi fune, repente expanditur, ineſcataſque aliquot diebus auiculas vno ictu vniuerſas contegit, (noſtri vocant *zuck garn*, Galli retz ſaillant.) Veluti quum futurum iactũ retis à piſcatore emimus, aut indaginem plagis poſitis à venatore, vel pantheram ab aucupe: nam etiamſi nihil capit, nihilominus emptor pretium præſtare neceſſe habebit, Vlpianus de Actio. empti. & vendit. Obſeruauit hæc Budæus. Scoppa Pollucem citat qui retia quædam pardales nominet, quod ego apud Pollucem non inueni ſi puto. De pantheræ retis vſu ad capiendas anates lege Creſcentienſem 10 17. Pantherinum, pantheræ ſimile & varium, vt pantherina pellis Plinio. Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus, Plautus Epid. Menſis ex cedro præcipua dos in vena criſpis, vel in vertice varijs. Illud oblongo euenit diſcurſu, ideoq; tigrinæ appellantur: hoc intorto, & ideo tales pantherinæ vocantur, Plinius 13. 15. Hîc vbi legitur in vertice varijs, vetus lectio erat, in vertice paruis. Vbi Hermolaus, Legendum quidam putant peruijs, aut certè, varijs: quoniam pantherinæ dicantur: pantheras autem non modo varias eſſe conſtat, ſed & vocari. Fiebant & menſarum pedes eborei, pardorum aut pantherarum effigie. Olim ex quauis arbore menſa fiebat: At nunc diuitibus cœnandi nulla voluptas, &c. niſi ſuſtinet orbes Grande ebur, & magno ſublimis pardus hiatu Dentibus ex illis quos mittit porta Syenes, &c. Iam nimios, capitique (cum ſcilicet menſæ portantur capite, id eſt, orbe vel tabula pedibus impoſita,) graues, Iuuenalis Sat. 11. Ariſtophanes alicubi meretricem παρδάλιον vocari ſcribit, Pollux: nimirum ex colluſione nominum in prima ſyllaba: meretricem enim vulgò πόρνην vocitant. Accedit & natura animalis, rapax & impudens, vnde & Lupa & Læna & Leontium meretricum nomina fuerunt propria. Eſt & Pantheris, vt Varro ſcribit, mulierculæ nomen, pulchre conueniens ſcorto, quod omnes ſine diſcrimine ad ſe alliciat & captet. Ἡ δὲ καὶ πύρνα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἐκαλεῖτο ἀπὸ τῶν ἐπὶ τῶν θυρῶν ἑστώτων, ἢ παρδάλεις ἢ ἄλλων τινῶν θηρίων. Pollux 10. 4. Eſt autem locus obſcurus, & vt conijcio deprauatus: neque enim vel ex præcedentibus vel ex ſequentibus ſenſum vllum colligas. Παρδαλώτης vel παρδαλώτης, quod ad pardalim attinet, Etymologus. Παρδαλωτὸς referens colorem pardalis, varius, vt quidam in Lexicon Græcolat. retulit. Bacchum tauro & pardali aſſimulant, quod eiuſmodi ſint homines ebrij, nempe violenti & iracundi vt taurus: & pugnaces ac belluini, ὅθεν καὶ τὸ παρδαλωτὸν. (id eſt, vnde pardalis ſimilitudo conficta eſt,) Plato lib. 2. de legibus. Pardalium, vnguenti nomen, ſic dictum quòd pardalis, quæ ſola ex animantibus odorata (belluis, non homini, vt in C. dixi) creditur. Fuerat & pardalium in Tarſo, cuius etiam compoſitio & miſtura obliterata eſt, Plinius lib. 13.

Icon. Pardus eburneus, menſæ pes: Vide paulò ante in menſis pantherinis.

Sunt & à leonis pelle & pantheræ nominatæ gemmæ, leontios, pardalios, Plin. Et alibi, Tradunt Perſicum ſmaragdi genus viſum implere quem non admittant, felium pantherarumque oculis ſimiles, nanque & illos radiare, nec perſpici: eoſdem in Sole hebetari, vmbris refulgere, & longius quàm cæteros nitere. Lapis pantherus, ſecundum Albertum, multos habet colores, nigrum, viridem. rubeum, & alios plures. Inuenitur autem pallidus, purpureus & roſeus. Affertur plerunque ex India. A geſtante inſpici debet mane oriente Sole: ſic efficacem fieri aiunt: habere autem totidem facultates quod colores habet, vt Euax etiam ſcribit, Syluaticus.

Pardale herba. quæ alio nomine leontopetalon vocatur: vide in Leone a. Pardalianches, aconitum primum, vel apocynon: de quibus in E. dictum eſt.

Camelopardalis fera. vulgò giraffa, capite. oculis, colore, pilis, & cauda, Diodoro teſte, pardalim refert: vngulæ fiſſura camelum, &c. ex qua & pardali naſci creditur. Pardalus auicula quædam perhibetur, quæ magna ex parte gregatim volat, colore tota cinereo, &c. Ariſtoteles. Heſychio non. παρδαλὸς, ſed παρδαλὶς, auicula quædam eſt. Pardalis etiam inter cete eſt. Pardalis piſcis, vt ij qui ipſum viderunt, dicunt, in mari rubro naſcitur, colore & maculis orbiculatis ſimilis terrenæ pardali, Aelianus.

Mare circa Taprobanam infinitos piſces procreare ferunt, habentes capita leonum, pantherarum, arietum aliorumque animalium, Aelianus.

Pantheris

Pantheris nomen mulierculæ, Varro: paulò ſuperius dixi nomen hoc eſſe meretrici aptum. Mons leopardorum diſtat à Tripoli duabus leucis, vide ſupra in A.

b. Non crederes leones & pantheras eſſe, quum tibi quales eſſent dicerentur? Cicero 1. de Nat. Gryphum corpori maculas aut pantherarum ineſſe aiunt, Pauſanias in Arcadicis. Extrema regio Arabiæ cepos fert, qui faciem leonis habent, corpus reliquum pantheris (πάνθηρι) habent, magnitudinem capreæ, Strabo: ſed alius à panthera panther eſt, de quo poſt lupum diximus. Oneſicritus formicarum Indiæ ſcribit ſe vidiſſe pelles pantherinis ſimiles, Gillius ex Arriani opinor Indicis. Ταῦτα γλαυκίσκοις ἔθηκε πυρὸς ὀπωπὴν, Καὶ ἠλιακὰς θώρηξε, καὶ ἐγχαράξεν ὀδόντι νύκτα Ῥιπὴν ὀπωποῖσι, (lege ὀπωπαῖς: nam & alibi maculas huius feræ ὀπωπὰς vocat, Plinius oculos, vtpote rotundas: ſicut & in cauda pauonis oculos aut gemmas,) καὶ ἄχεια θήκατο φῶτα, Oppianus de Bacchi nutricibus in pantheras mutatis.

c. At catuli pantherarum, ſcymnique leonum, Lucilius. Παρδαλιδεῖς, παρδάλεων σκύμνοι, Varin. ſic & λεοντιδεῖς, leonum catuli. Troiani antehac ſimiles erant fugacibus ceruis, οἵ ποτε καὶ ὕλῃσι θοῇσιν, παρδαλίοισι νεμέσκον τ' ἄγρια (βοσκόμενα) πέλοντα, Homerus Iliad. ν.

d. Ouidius ingens gynaecis æmulæ cohortem, ἠδὲ πρὸς ἀδὸν ὦδ' ἀναιδὴς ἐλθοῦσα παρδάλις, Ariſtophanes. Οὐτ' ἂν παρδάλεως πόσον μέγα, ἅτε λέοντος, Οὔτε συὸς κάπρου, &c. quanta Panthi filij ſuis viribus nimium freti ſuperbiunt, Homerus Iliados ρ. Item Iliad. φ. de pardali ſcribit, eam è ſylua venatori obuiam prodire, nec metuere canes, & ſi vulnerauerit eam venator, ferro etiam transfixam non remittere priuſquam aut inuadat venatorem aut extinguatur. Καὶ θεὶς δυσί τι παρεμβὴν τὸν ὀπυιόμενα ἀλκῆς, fortem ac pertinacem ad vindictam animum indicans, Varinus in Παρεμβολή. Sic & Oppianus libro 2. de piſcibus, pardalin ſcribit in ſpectaculis ſponte irruere in venabulum opponentis ſe ei hominis:

Ὡς δ' ὅτε θηροφόνων τις ἀνὴρ ἀλεδαημόνι ἔργῳ
Παρδαλιν οἰσηθεῖσαν ἐνὶ ῥοίζοισιν ἰμάσθλης
Ἠ ἧ καὶ εἰσορόωσα, θύμῳ θηκτῷ σιδήρῳ,
Ἠΰτε δηρομάχης χαλκήλατον ἔκπαγλον ἀκωκήν: Sic murena locuſtæ marinæ aculeis ſponte ſe implicat & infigit. Ἡ δ' (Caſſandra) ὥστε παρδαλις ἔσκε· ἐν ἔρκεσι καγχαλόωσα, Ἥν τ' ἀπὸ μιαιφόνοιο κύνες, μογερὸν νομῆες Σεύωσ' ἀμφὶς ἴασι· ἡ δ' ἄχεϊ ἧπαρ ἔχουσα, Ἐντροπαλιξομένη ἀνακάζεται ἀγνυμένῃσι &c. Calaber circa finem lib. 14.

Lanarum ingens turba, quæ pectora circum
Pellibus horrentes pardorum terga tegebant,
Ferratis ſtabant ſudibus, quas ſæpe cruore
Fœdarunt, ſæuis ſi quando obuia leæna
Aut pardus ſtetit, aut ſi quando horrenda leonum
Agmina, quæ ſtabulis ſæpe exiere relictis.

e. Venatio data leonum & pantherarum, Liuius 9. belli Maced. Vide ſcripta ex Oppiano in fine præcedentis partis proximè. Linei thoraces in pugna ferrum violenter adactum tranſmittunt: venantibus vero conueniunt: ſuffringuntur (ἐκπελῶντα) enim in eis tum leonum tum pardalium dentes, Pauſanias in Atticis.

Antiphilus pinxit nobiliſſimum Satyrum cum pelle pantherina, quem Apoſcoponta appellant, Plinius. Demiſſa ab læua pantheræ terga retorquens, Vergil. 8. Aeneid. Παρδαλῆ, pellis pardalis, Pollux. Vide quædam ſupra in a. Cælius pardaleam nuncupari ſcribit, vt leonis leonteam. Παρδαλῆ & παρδαλέα, & per ſynæreſin παρδαλῆ, exuuium pantheræ, Varin. Paris Iliad. ſecundo pugnat, Παρδαλέην ὤμοιϊν ἔχων καὶ καμπύλα τόξα. Et Menelaus Iliados 10. Παρδαλῆν μὲν πρῶτα μετὶ φρεσὶν ἄμφι καλύψε Ποικίλην. Chiron Orpheo donat νεβρὴν παρδαλέην, vt in Orphei Argonauticis legimus: intelligenda eſt autem forte νεβρὴ, id eſt hinnuli pellis pantherinæ inſtar maculoſa. Ἀμφὶ δὲ παρδαλέας εἶχεν Φελλοῦντας (οὓς Φελλεῖς φασὶ καλεῖσθαι) ὄμβρους, Pindarus in Pythijs. Πέμψω δὲ παρθενίους εἰς τὸ μέγεθος Ὄρνιθας ἐν αἰθέρι τὰς παρδαλᾶς ἐσημάνω, Ariſtoph in Auibus. Vbi Scholiaſtes, Porphyriones dixit pantherarum pellibus indutas, per iocum: quoniam pennæ earum cæruleæ ſunt. Citat etiam Suidas in Παρδαλῆ. ſic enim ſcribit cum acuto in vltima. Terram Eremborum, id eſt Troglodytarum παρδαλέαν comparat Dionyſius Afer: quòd propter Solis aduſtionem varia ſit, vt in B. retuli. Pardalea conueſtitus dicitur, qui eſt moribus varius, & velut ποικίλος, id eſt multis interpunctus notis, Cælius & Varinus in Παρδαλῆ.

h. Apud Chaones adoleſcens quidam nobilis Anthippen amauit: & cum aliquando in ſylua quadam ſimul eſſent, tum forte fortuna regis filius Cichyrus pardalin fugientem in eam vſque ſyluam perſequens, iaculum in eam intentat, aberranſque puellam ferit. Opinatus autem ſe feram eſſe iaculatum, equum propius adigit: & quũ videret adoleſcentem in vulnere puellæ manus habentem amens factus, ac vertigine affectus, ab equo in præruptum ac petroſum locum delapſus eſt, vbi ſanè interijt. Chaones autem in honorem regis eundem locum muro cinxerunt, & ciuitatem Cichyrum appellarunt, Parthenius in Eroticis. Bacchum tauro aſſimilant & pardali, quòd homines ebrij belluarum iſtarum ingenia referant, & omnia violenter agant: quidam enim iracundi fiũt taurorum inſtar: & pugnaces ferique vt pardales, Plato lib. 2. de legibus citante Athenæo lib. 2. Ὀρθῶς δὲ καὶ πανοῦργος ὁ λύκος (addo, παρεικάζεται, ex Platone) φῶρι πονηρῷ ἀλόγως καὶ λυσιφρονοῦντι καὶ παρδάλεως, Varinus in Λυκῶν. Pantheram Baccho ſacram eſſe dixi in C. ex Philoſtrato. Hinnuli pellem, (nebridem,) Bacchi more (Διονυσιακῶς) geſtare dixeris hominem timidum, ebrium, varium, inconſtantem: propter varias nebridum maculas, Varinus in Παρδαλῆ: Videtur autem eandem ob cauſam & nebris & pantherina pellis Baccho attributa: cum vtraque ſimiliter maculoſa ſit: proinde hominẽ quoque varij & inconſtantis ingenij pardaleam geſtare prouerbialiter dixeris. Bacchum à iugo pardalium vehi, & in comitatu eius pardales eſſe fingunt, ſiue propter varietatem coloris (vuarum: Vide in Nebride in Ceruo H. c.) ſicuti & Nebridem geſtare fertur tum ipſe tum Bacchæ: ſiue quòd vtcunque fera ingenia moderata vini potione manſueſcant, Phurnutus. Eadem ſcilicet ratione lynces etiam Baccho ſacræ ſunt: Vide in Lynce h. item axis, quam Cteſias in India naſci ſcribit, hinnuli pelle, pluribus candidioribuſque maculis. Bacchus aliquando effictus eſt in curru pampineo & triumphans, qui pantheris modo, modo tigribus (& ipſis maculoſis) ac lyncibus trahebatur, Gyraldus. Nutrices Bacchi mulieres in pantheras mutatæ deuorarunt Pentheum mutatum in taurum propter contumelias quibus Bacchum affecerat, vt prolixè fabulatur Oppianus de venatione libro 3.

PROVERBIA.

Pardi mortem affimulat, Θάνατον παρδάλεως ὑπεκρίνετο, dicebatur vbi quis aſtu alicui perniciem moliretur, veluti cum Brutus ſtupidum ac dementem ageret, vt in poſterum imperio potiretur. Id adagium ad quendã apologum referunt. In Mauruſia ſimiarum ingens copia, &c. Eraſm. Refert autem apologum ex apoſtolio Byzantio non alium, quàm nos ſupra capite 3. tanquam veram hiſtoriam ex Aeliano recitauimus, de pardali inquã

quæ mirabili aſtutia ſe mortuam fingens ſimias captet. Pardalcam geſtare prouerbio dici poteſt vir varius, animo inconſtans & fraudulentus, (Vide paulò ante in c.) Varinus. Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam, aut pardus (namer) maculas ſuas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum, Hieremiæ 13. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, Eſaiæ 11. Apologus qui refertur à Plutarcho in Moralibus, interprete Eraſmo in prouerbio, Multa nouit vulpes, verum echinus vnum magnum: Cum aliquando pardus vulpem præ ſe contemneret, quòd ipſe pellem haberet omnigenis colorum maculis variegatam: reſpondit vulpes, ſibi id decoris in animo eſſe, quod illi eſſet in cute. Neque verò paulò ſatius eſſe, ingenio præditum eſſe vafro, quàm cute verſicolore.

DE FELE ZIBETHI.

Hanc iconem doctus & nobilis vir Petrus Merbelius Mediolani ad viuum depingendam mihi curauit,



Felem Zibethi hoc loco collocaui, quòd in præcedentibus ſemel ac iterum ſtatim poſt pantheram de ea me dicturum promiſerim. Nam cum Venetijs eſſem ante annos aliquot, à doctiſſimo viro Petro Gillio audiueram, hoc animal pantheram aut pantheræ genus ſibi videri. Quod ille fortaſſis ideò credidit, quoniam ſolas animalium pantheras odoratas eſſe apud veteres legitur: nec alia ferè hodie odorata reperiuntur præter zibethi & moſchi animalia: ſed quod moſchum fert, caprcolum eſſe conſtat. Atqui de pantheris veteres docent, non ſimpliciter, nec homini eas bene olere, vt zibethi feles olet: ſed animalibus cæteris: quanquam illud etiam dubitandum mihi videtur, nec vno modo. Primum enim vtrum omne animalium genus ad ſe alliciant, vt vulgò ferebatur olim, non conſtat: deinde, vt alliciant, odorisne an alia quapiam gratia id contingat, meritò dubitatur. Iam corporis quoque figura', nihil ad pantheras: nec amplius puto cum illis commune habet, quàm feles aut noctua cum Minerua: præter pellis forſitan maculas, ſed diuerſo modo, & vngues acutos qui vaginis conduntur. Sui igitur generis hoc animal eſto: quo autem loco collocetur non admodum refert: neque enim anxiè aut exquiſitè de ordinis ratione cuiquam reſponderim. Ego hoc animal Venetijs vidi apud quendam qui odoramenti ex eo colligendi gratia id alebat: ſed deſcribere corporis formam neglexi: quamobrem alienis tantum verbis mihi vtendum erit. Natura zibethum finxit feli perſimilem, ſed maiorem, animal quod Hiſpania mittit, dentibus armatum & ferum valde, quod nulla temporis longitudine mitescat, pilo aſperiore, ore oblongo, vt taxo animali: in huius tam maſculi quàm fœminæ genitalibus folliculum genuit, è quo ſemen argenteo cochleari excipitur, adeò odoris fragrantis, vt vel grana tria, pondus librarum plurium cuiuſque arboris odoratiſſimæ vincant, Cardanus. Longitudo huius animalis, (vt oculatus quidam teſtis ad me ſcripſit, à fronte vſque ad initium caudæ, brachium integrum hominis æquat. Crurum altitudo vſque ad pedes, trientem brachij. Magnitudo ferè vulpem excedit. Color ferè lupinus eſt, maculis paſſim nigris interceptus, per ſummum dorſum obſcurè fuluo colore mixtus. Maxillæ inferius albæ ſunt, & pili barbæ albi. Pedes nigri ſunt. Latera ventrem verſus albicant, ita vt color albus eò ſyncerior ſit, quò ventri imo propior, Hæc ille. Vir quidam bonus & eruditus hoc animal certo anni tempore incaleſcere, & ſeipſum corrumpere, (inire,) atque ita liquorem illum, ceu genitale excrementum emittere, mihi narrauit. Zibethi animal quod equidem ſciam non nouit antiquitas: id in felium genere habetur, lingua tamen non aſpera vt cæteris felibus: feli ferè ſimile, pilo duriore, etiam odorato: barbas habet, & oculos noctu lucentes. Odoramentum ex eo colligitur, fœminæ intra genitale & aluum, mari intra genitale membrum & teſtes, oricalario veluti inſtrumento oſſeo. Eſt autem excrementitius quidam lentor, primo butyri colore, qui mox liuidus redditur, ſingulis diebus drachmæ pondere. Carnibus duntaxat veſcitur crudis, in ſyluis mures ſectatur. Vix manſueſcit mas. Feri odoris atque ingrati eſt ipſe liquor, ex quo plus (præſertim cum propius) iuſto naribus ſubijcitur. Leui tactu manus & faciem matronarum odore commendat, cornu aſſeruatur. Vncia octonis aureis permutatur, nec vlla res in maiori ætate noſtra pretio fuit. Adulteratur felle bubulo ac ſtyrace liquida elota, vel melle Cretico, Alexander Benedictus de curandis ſingillatim morbis, 13.26. Idem in libro de peſte, Vnguentis ætas noſtra non vtitur, alioqui in omni genere luxuriæ antiquitatis æmula: quæ zibetum animalis cati magnitudine excrementitium ex naturalibus habet humorem, ac moſchum ſuauius ſpirantem. Illud ex proximo nares acrius ferit, & ex quo plus eſt (lego, & quò propius eſt, eò ſcilicet acrius & minus grato odore nares ferit. Muſcho tamen charius comparatur: etenim odorem qui

rem qui gerit ipſe non ſentit: (hoc idem alibi de moſcho ſcripſerat.) Ab ijs qui impendio non parcunt, additur etiam pilis ſiue pomis vulgò dictis, quæ odoris gratia geſtantur. Et alibi, Succinum orientale (id eſt ambra) conſuetudine odoris ſui gratiam acquirit, cum zibethum & moſchus faſtidium pariant. Et rurſus, Moſchus Venetis matronis non placet, quibus nec zibethi ſordes. Procurator (conſulem vocant) mercium Florentinorum Alexandriæ, ciuettam habebat adeò cicurem, vt ludens cum hominibus naſos, auriculas & labia eorum leuiter & ſine vlla noxa morſu perſtringeret: nutrita enim erat mox à natiuitate vberibus mulieris. Res certè mira & rara, beſtiam tam feram & difficilem cicuratu, adeò manſueſcere. Hanc veteres hyænam appellarunt, quod facile ipſorum verbis probauerim: & ſi nunquam obſeruauerint tanti odoris excrementum ab ea reddi: nam de pantheræ tantum ſpecie odorata mentionem fecerunt. Ita quidem de hyæna ſcribunt authores, tanquam de beſtia Africana ſyluestri, vnde conijcio ciuettam Arabico nomine ſic dictã, eo tempore caueis incluſam non fuiſſe. Hodie verò cum cicuretur, non parum ex ea lucri ad ſuos nutritores redit. Corpore eſt compacto in ſe inſtar melis aut taxi, ſed corpulentior. Et quoniam meatum alium præter naturalem (genitalium) habet, multi lecta hyænæ hiſtoria, taxum eſſe arbitrati ſunt. Sed taxus priſcis & Ariſtoteli trochus eſt. Ciuetta pilos nigros in collo ſuperius gerit, & per totam ſpinam dorſi, quos per iracundiam, non aliter quàm ſetas ſuas porcus, erigit: vnde factum eſt vt glanis etiam piſcis alio nomine hyæna diceretur. Roſtrum ei acutius quàm feli, barbatum ſimiliter. Oculi ſplendent & rubent: maculæ duæ nigræ ſub oculis ſunt: auriculæ rotundæ, vt in taxo ferè. Corpus albicat maculis atris diſtinctum: crura etiam eius & pedes nigri coloris ſunt vt in ichneumone. Cauda longa eſt, ſupernè nigra, maculis quibuſdam albis infernè. Corpore eſt agili: viuit carne. Hanc ciuettæ deſcriptionem qui cum hyæna veterum contulerit, eandem eſſe animaduertet, Hæc Bellonius. Mihi quidem hyæna potius videtur animal quod aliquibus papio dicitur, vt ſupra dictum eſt in Lupo aureo. Feram quandam animantem zibettum recentiores Græci nominant peregrino ſermone. Ea autem feli, qui veteribus ædificiorum ruinis oberrat, non abſimilis eſt: è cuius natura ſordes manat odoratiſſima, quæ ſolet præcipuè purgari, quum pars ea hac ſcatet vligine tum vaſe vitreo vel alio recipitur. Si cauernulæ vmbilici admoueatur, tradunt conuerſum in alterutram partem vterum in ſuam reſilire ſedem: aut ſi ſurſum verſus impulſus opprimat, ſubdito eo deuocari: tam amans huius odoramenti vulua, vt ad id vndecunq; admodum irrepat. Nonnulli è recentioribus Græcis hoc animalis genus zapetion appellant: vulgus noſtrum hodie ſiuettam nominat. Quanquam celebratum Græcis recentioribus medicamentum, quod ex animalis moſcho, agallocho, & ambare conſtet, officinæ galiam moſchatam malunt appellare, barbari ſonc moſchatum, Ruellius de ſtirpibus l. 27. ex quo Matthæolus etiam in Italicis ſuis in Dioſcoridem commentarijs mutuatus eſt. Algalia compoſitio eſt moſchata, de qua in Moſchi caprea dixi, capite quinto: eam nonnulli Gallicè ciuettam nominant. Peregrini muris pellicula, nominatur ab Hieronymo ad Demetriadem: quis autem peregrinus iſte mus ſit (inquit Hermolaus in Dioſcor.) non video, niſi quis animal hoc intelligat ex quo zibettum, ſiue (vt recentiores Græci vocant) zapetion excipitur: quanquam & compoſitionis quoddam genus eſt zapetion ex animalis muſco, agallocho & orientali ſuccino: hæc ipſa cõpoſitio etiam net vocari ſolet à Græcis quibuſdam, ſed vox eſt Arabica. Io. Agricola Ammonius ſcribit Othonem Henricum Bauariæ ducem, gazellam habuiſſe, quam magnis impenſis aſſecutus ſaccharo potiſſimum aluerit, neque cornutam neque dentibus prominentibus, paulò maiorem cato, nigro & albo ferè colore vndique inſignem: atqui gazella capreolus eſt, cui nihil commune cum zibethi fele: impoſuit ei puto, quòd vtrunque animal (capreolus inquam moſchi & feles zibethi) peregrinum eſt, & odoribus nobile. In Pego vrbe Indiæ inueniuntur feles, qui vnguentum illud fragrantiſſimum gignunt, quòd vulgò zibellum (zibetthum) dicitur. Væneunt autem feles terni aut quaterni ſingulo aureo, Ludouicus Romanus. Alibi etiam has feles reperiri ſcribit circa Tarnaſari vrbem Indiæ. Idem regem Ioghæ peregrinantem per Indiam religionis cauſa, inter alia animalia gibellos (catos zibethi) ſecum ducere ſcribit. Paulus Venetus l. 62. animal moſchi haberi ſcribit, pulchrum, magnitudine cati, &c. ſed hæc magnitudo feræ zibethi conuenit: quanquam maior eſt cato, aut etiam vulpe: nam moſchi animal capreolus eſt, cuius magnitudinem omnes norunt. Ambram factitiam quæ moſchum vel cibetum redoleat, deſcripſi in Moſchi caprea E. Zibeth (inquit Scaliger) vocatur odoramentum quoddam pingue, e raſſum, nigri ſaponis facie: quod ſudor eſt animalis, & ſtrigmentum quoddam: non ſemen, vt quidam putant, nec humor exactus è loculis genitalibus: extergitur autem cochleario argenteo æreóue, aut quod nonnulli magis probant, corneo: neq; uerum eſt, quod aliqui aiunt, nullo vnquam tempore mitеſcere. Tres Romæ vidimus apud Cardinalem Galeottũ. Vnum Mantuæ. Romanenſes illos pipionum carne ad ſucci prouentum ali videbamus: nõ niſi irritatis peti atq; diſtringi: quoniam & plus materiæ cieretur, & odoratius eſſet virus illud. Tantumq; abeſt vt eſſent implacabiles, vt vnus eorum humeris geſtari ſe pateretur. Ab Alexandria aductos illos aiebant Cardinali: neque enim in Hiſpania gignuntur, vt aliqui fortè putant. Ladanum & Zibet maximè ſunt affinia. Collectum Ladanum (quippe è Creta quàm recentiſſimum allatum habuimus) tam malè olet, quàm Zibeth, cum detergitur. Tempore & arte purificatum deponit virus, & fit ſuaue: ſic & Zibeth.

Altera icon Felis Zibethi accuratiꝰ expreſſa à doctiſſimo diligẽtiſſimoq; viro Io. Caio ex Anglia ad me miſſa.

Hanc

Hanc iconem quam iam damus, poſt ſuperiora ſcripta miſit ad me vir doctiſſimus Ioh. Caius cum his verbis: Nuper fortuna mihi Zibettum animal ex Africa obtulit. Id curioſius ad viuum atque diligentius depictum ad te mitto, vt non ſit ouum ouo ſimilius. Id fele quouis maius eſt & taxo paulò minus, facie acuta vt taxi aut martis, aure breui obtuſa & orbiculari, intus pallida, foris nigra, niſi in marginibus, vbi palleſcit. Oculo cæruleo & cæleſti, crure & pede nigro, explanatoque magis quàm feli: vngue item nigro, nec in pede abdito, nec ita adunco vt feli, dente magis quàm vngue timendum. Totum eſt maculoſum. Etenim naſus illi niger eſt: ima pars maxillæ ſuperioris palleſcit, media nigreſcit: inde ad verticem melino colore eſt. Inferior maxilla nigra eſt tota. Setæ in labro ſuperiori albæ ſunt in pallida cute, vt & paulò ſupra oculum duæ aliæ albæ, in cute nigra. Guttur nigreſcit. Paulo infra ſupraque aurem lineæ tres nigræ oriuntur, quarum prima, rectà deſcendit ad guttur: ſecunda, obliquè defertur ad mediam colli longitudinem: tertia obliquè item ad armum ferè pertinet. Paulò infra id loci, contrario ducto, aliæ lineæ exoriæ, ſemicirculari penè modo aſcendunt ad ſpinam per armum, idque per armi tantum regionem. Nam cæterum corpus macularum lineas (ſeu ordines) abruptas aut continuas, per corporis longitudinem diſpoſitas, aut productas habet. Etenim quæ per ſpinam tenditur vna, longa eſt & continua, ab armis incipiens: ſecunda vna item, ſed abrupta vt & tertia. Quarta & quæ deinceps ſunt, maculæ diſcretæ ſunt, ſed ita vt in longitudinem porrigatur earum poſitio. Cauda illi ex dimidio priori maculata, ex poſteriori nigra ex toto eſt. Pilus per faciem, tibiam, atque pedem, mollis eſt & ſeſſilis: per reliquum corpus, profundus, rigidus, & erectus. Maculæ penitus deſcendunt, non per ſumma tantum incumbunt. Lingua non ſcabra, ſed lævis eſt. Sub cauda meatus eſt, vt cæteris animalibus, per quem alui excrementum egerit. Paulò inferius, cluettæ receptaculum eſt. Pari poſt ſpacio pudendum maſculinum eſt, in corpore abditum. Iratum, vocem edit irati canis r. literam geminantis. Aliter affectum, felis, cum adhuc ſit iuuenis, ſed ſubtriſtam. Longum eſt zibettum à capite ad caudã, pedem vnum, palmos tres, & digitum vnum Romanum. Graſſum, ſub ventre maxime, quà maximum eſt, pedem vnum, palmos duos, & digitos tres Romanos. Manſuetum animal hoc noſtrum eſt, & tractabile. Vendebatur libris octo noſtratibus, hoc eſt coronatis Gallicis viginti quatuor, aut florenis rhenenſibus quadraginta octo. Hæc omnia Caius. Tua Zibethici Cati imago (inquit Io. Kentmannus ad me) non probè expreſſa eſt: ea quam mitto, (*inſit autem illi quam à Io. Caio accepi vndiquaque ſimilem*) accuratè depicta eſt ad huius generis animal viuum, quod illuſtriſſimus Saxoniæ dux elector Io. Fridericus ſeptuaginta taleris (*taleri pretium eſt circiter denarios argenteos octo cum dimidio*) emptum habuit, anno Domini 1545. Animal eſt mundiciæ ſtudioſum: locus in quo degit, euerri debet quotidie, & vaſa elui: longum erat vlnam commune, dentibus inſtar Canis armatum. Succus odoratus quo turget, bis in ſeptimana ei demebatur: ſecus enim affricando ſe ad quæuis proxima, eum exprimebat. Cibi auidiſſimũ & vorax eſt: conſumebat enim quotidie oua elixa dura numero quindecim, ſingula decorticata ſingulis buccis: aut carnis libras (*16. nunciarum ſingulum*) duas, aut pipiones duos, aut duos gallinaceos pullos. Omnem eius cibum in aquam imponebat miniſter. Poſtea cum is princeps amico cuidam hanc felem donaſſet, negligentius tractata breui interijt. Quanquam autem ſumptuoſa ſit eius nutritio, pretio ſucci qui ex eo colligitur, ſumptus penſatur non ſine lucro. Hæc ille. Zibethi feles, (inquit Io. Leo Africanus) naturæ ſyluaticæ ſunt, atque in Aethiopiæ ſyluis reperiuntur. Mercatores catulos ſaltem comparant: quos lacte, furfure & carne nutrientes in caueis alunt: excrementum verò bis vel ter ſingulis diebus excipiunt, quod quidem animalculi ſudor eſt: nam virgula crebris ictibus percuſſum frequenter per caueam agitatur donec erumpat ſudor: quem ſub coxis, brachis, collo & cauda excipiunt: quod quidem excrementum vulgò Zibethum dicitur. Zibetti liquorem, vmbilico impoſitum vteri ſtrangulationibus mirum in modum mederi, aliiſque multis remedijs pollere aiunt. Valet etiam ad colicam, lentis mole illitus vmbilico loto prius vino calido: quòd ſi tantillũ peni illinatur & vir congrediatur cum muliere, magnam mulieri excitat voluptatem: vterum purgat: fœcundam facit: matricis ori illitus partum facilitat. Odor eius in mulieribus excitat Venerem. Permodicè illitus purgat cerebrum & cor: nam quibus infirmum eſt cerebrum, non bene ferunt odorem eius.

DE POEPHAGO.

POEPHAGVS animal dictum videtur quaſi πωΦάγος. quòd herba & gramine paſcatur, nimirũ vt equus, cuius magnitudinem duplo excedit. Πωφαγον ζῶον, τὸ τῆς βοτάνης ἐσθίον, Varinus. Πωφάγια, βοτανοφάγια. Heſ. Indicum animal poëphagus, duplo quàm equus maior, ſpiſſiſſima cauda & nigerrima præditus eſt: humani pili ſubtilitatem eius ſetæ vincunt. Permagni eas idcirco Indiæ mulieres æſtimant, quòd eis ipſis crines ſuos pulcherrime implicent & deuinciant. Ad bina cubita ſingulæ ipſius ſetæ longitudine procedunt: ex vna radice triginta ſimul exoriuntur. Omnium animalium timidiſſimus eſt: nam ſi à quopiam ſe inſpectum ſentit, cueſtigio quanta poteſt maxima celeritate ſeſe in fugam properat conijcere, in quam magis ſtudioſè quàm celeriter ſe impellit. Quod ſi quum inſequentibus canibus & equis ad currendum promptiſſimis vrgetur, intelligat ſe appropinquare vt comprehendatur. prius occultata cauda contra ſtans, venatores intuetur, ſimul & ex magno timore colligit ſe, & quadam fiducia nititur, neque enim iam cauda abdita ſe vllius precij putat amplius viſum iri: quod præclare ſcit in cauſa caudam eſſe quamobrem tantopere appetatur. Veruntamen interea quiſpiam præſtanti telo illum ferit, & ob occiſo caudam præmium prædæ abſcindit: & pelle, quæ vtilis eſt, ex toto corpore detracta, cadauer abijcit, quòd eiuſmodi carnium vſum nullum Indi habent, Aelianus. Volaterranus aliter tranſtulit. Animal, inquit, timidum eſt, & obuios quoſque animi magis anxietate quàm pedum celeritate fugiens, præciſa ſibi ſponte cauda, ob quam ſe peti præſagire videtur. Nicolaus Venetus comes, extremæ Aſiæ prouinciam quandam Macinum nominat, inter Indiæ montes & Cathaium ſitam, (Seticam intelligere videtur:) in hac regione qua ad Cathaium vergit, boues albos nigroſque gigni ſcribit, equina cauda, ſed piloſiore, ad pedes vſq; protẽſa: pilos caudæ ſubtiliſſimos, in modũ plumæ volatilis, magno in pretio eſſe, quos equites in cacumine lancearũ ſuſpẽdentes egregiæ nobilitatis inſigne ducũt, Aeneas Syluius capite decimo de Aſia. Hæc bellua aut ipſe poëphagus eſt, aut certe cũ eius hiſtoria cõiungi meretur.

PROTOGENVSTÆ Indica quædam animalia feruntur, guſtatus vi præcipua: quorum meminit Cælius Rhodiginus, neſcio iam ex quo Græco ſcriptore. Memini in dictionario aliquo me legiſſe, ſed præterea nihil, ne cuius generis animalia quidem ſint.

DE RAN-

DE RANGIFERO.

Figuram hanc ex tabula Septentrionalium regionum Olai Magni mutuati sumus. Cornua quidem eius ficta esse apparet ex male intellecto Alberti verbo triplicem cornuum eius ordinem esse.

RANGIFER animal, vt Albertus Magnus & alij quidam eum secuti vocant, in remotissimis ad Septentrionem Scandinauiæ regionibus inuenitur, præsertim apud Lappos populos quorum lingua reen vocatur: vnde facta Germanis vocabula, alijs aliter scribentibus *rein, reyner, rainger, reinsthier*. Gallis, rangier, vel ranglier. Latinis recentioribus, rangifer, raingus. Hanc veteres Græci & Latini an cognouerint incertum est. Amicus quidam noster Plinij machlin esse conijcit: sed machlin & alcen eandem mihi videri, in Alces historia ostendi. Fieri autem potest vt Plinius diuersas existimârit, quòd nomina fortè diuersa à peregrinis hominibus audiuisset. Ge. Agricola vir doctrina & iudicio summus, tarandum, *reen* interpretatur. Ego quæ veteres de tarando scripserunt in Boum syluestrium historia recitaui: vbi & meam de eodem sententiam, aut dubitationes potius attuli. Lappi siue Lappones equorum loco vtuntur animalibus, quæ raingi suo sermone vocant: quibus magnitudo & color asini, (pilus propè asini, hirsutus, Munsterus) vngulæ bifidæ, forma atque cornua ceruorum: sed cornua lanugine quadam cooperiuntur: eadem humiliora (tenuiora & longiora, Munsterus) & ramis rarioribus quàm ceruina sunt, vt ipsi vidimus. Animalia ipsa tantæ sunt velocitatis, vt spatio duodecim (vigintiquatuor, Munsterus. Vide infra circa finem huius animalis historiæ) horarum, vehiculum CL. millia passuum, id est triginta miliaria Germanica proripiant. In progressu eorum lento vel celeri, ex tibiarum articulorum agitatione ad instar nucum collisionis crepitus auditur, Damianus à Goës. Rangiferi cicures multò maiores sunt ceruis, & gregatim pascuntur, Olaus Magnus.



Rangifer in Septentrione versus polum Arcticum generatur, & in regionibus Norvegiæ ac Sueciæ, & alijs quæ sunt minoris latitudinis. Dicitur autem rangifer, quasi ramifer. Speciem enim cerui præsentat, sed maior est corpore, robore insignis, & ad fugam celerrimus. Tres ordines cornuum gerit in capite, ita vt in singulis bina sint cornua, & caput eius virgultis (aliâs, virgulis) circumpositum videatur. Ex his duo cæteris maiora sunt, in loco cornuum cerui, quæ ad perfectam magnitudinem augentur, adeò vt quinque cubitorum mensuram aliquando attingant, & ramis conspiciantur viginti quinque: (idem de ramorum numero huius feræ, Rob. Stephanus scribit in Obseruationibus suis venaticis circa finem Dictionarij Gallicolatini.) Duo etiam in medio capitis, lata vt damarum habentur, mutilis & breuibus ramis mucronata. Denique alia in fronte, antrorsum versa, ossibus similiora, quibus in pugna potissimum vtitur, (nimirum vt cerui suis adminiculis, id est infimis ramis) Albertus. Est in Poloniæ vastissimis saltibus celebre animal, renschieron ab incolis appellatum, nusquam ab vllo authore descriptum, quod magnitudine exæquat ceruum, cornibus præarduis armatum, quorum vtrunque in fastigio tridentem, hoc est triplicem verticem ostentat. Huiusmodi fera pro splendido munere Saxoniæ, Turingiæ & Misniæ principi Georgio missa est: anno salutis trigesimo primo supra sesquimillesimum, Io. Agricola Ammonius. De Rangifero etiam accipiendum puto, quod Io. Boemus scribit, in Polonia equum syluestrem ceruino

cornu

cornu reperiri. Et ſanè poſſet hippelaphus dici, non minus quam alcea Albertus ſic vocat: ſed alius Solini hippelaphus eſt, vt in Alce docui. Animalis huius hiſtoriam, inquit Zieglerus, putârim veteres quoque agnouiſſe, ſed obſcura & dubia quaſi fama exceptam: ſiquidem aiunt Scythas quoſdam equitare ceruos. In Scythia natio quædam ferorum hominum eſt, quæ ex feritate ceruos in eam manſuetudinem traduxit, vt in cicuribus illis tanquam equis inſideat, Aelianus. Vltra Catadupa Nili procedens Apollonius & ſocij, repererunt feras quaſdam ex boue & ceruo compoſitas, Philoſtratus. In Orientalibus Aſiæ prouincijs (Scythiam & Tartariam verſus) Medi habitant, homines ſyluestres, qui carnibus animalium quæ venando ceperint vescuntur, maximè ceruorum, quorum magnam habent copiam, & adeò cicures faciunt, vt illis tanquam equis vel aſinis inſideant, M. Paulus Venetus l. 61. Alibi etiam legimus ceruos cicures equitari in Ocdor regione Aſiæ ad Oceanum Septentrionalem. Quòd ſi quis rangiferum etiam, ceruum Scyticum appellârit, meo quidem iudicio non inepte faciet. Eſt bos in Hercynia ſylua cerui figura, cuius à media fronte inter aures vnum cornu exiſtit excelſius, magiſque directum his, quæ nobis nota ſunt cornibus: ab eius ſummo ſicut palmæ ramique latè diffunduntur, eadem eſt fœminæ mariſque natura, eadem forma magnitudoque cornuum. Cæſar lib. 6. de bello Gallico: Gillius hoc loco non rectè legit, Eſt biſon in Hercynia ſylua, &c. Ego plane rangiferum à Cæſare deſcriptum puto, qui cum cerui quidem cornua gerat, ſed corpulentia excedat, boui ab eo comparari potuit: accedit quòd etiam cicuratus mulgetur. Sed & Solinus, Tarando (quem rangiferum noſtrum eſſe cum Ge. Agricola libenter credimus,) inquit, magnitudo quæ boui, caput maius ceruino, nec abſimile: cornua ramoſa, vngula biſida, &c. Sunt autem rangiferi quoque cornua lata, & ex latitudine in mucrones aliquot tanquam digitata. Illud quidem cornu quod depictũ dedimus ſeorſim, ſiue tarandi aut rangiferi, ſiue alterius animalis, ab vno principio oritur, deinde in duas partes tanquam manus aut alas in diuerſum abeuntes bifurcatur: quarum altera duplò ferè maior, ramulos ſeu mucrones quinque emittit: altera, tres. Latitudo cornu, qua latiſſimum eſt, à C. ad D. digitorum eſt duodecim, mucro longiſſimus, quatuor palmorum: breuiſſimus, ſeſquipalmi. Longitudo ſecundum latitudinem accepta, hoc eſt ab A. ad B. quatuor dodrantum, vt ipſe manibus tractando menſuraui. Sunt ſanè alcis etiam cornua lata, vt damarum vel caprearum potius quas platycerotas vocant, & in digitos aliquot finduntur: ſed rangiferi cornua melius comparaueris ceruinis, vt Albertus & alij fecerunt. Quamobrem ceruos etiam palmatos, vt Capitolinus nominat, eoſdem rangiferis eſſe ſuſpicor, vt pluribus dixi in Ceruo B. etſi illic dubitârim, poſſet ne dorcas platyceros, quàm vulgo damam vocant, cerui palmati nomine intelligi. Illud etiam ceuorum genus, quod aliqui vocant *brandhirtz*, Ge. Agricola tragelaphum interpretatur, cornua in ſummo latiuſcula & tanquam è palmis digitata habet. Rangifer, inquit Bellunenſis, cornua duo extrema habet vt ceruus, ſed maiora & logiora, vtpote cubitorum quinque, ramos augens ad numerum quandoque quindecim. Alia duo in medio capitis habet, ferè vt cornua damæ lata, ramis exiguis & breuibus circundantibus: præter hæc alia duo frontem ſpectant, non cornibus, ſed oſſibus ſcapularum ſimilia.

Rangiferi equis celerius per niuem currunt in locis quibuſdam Scandinauiæ: vbi & metallis præfecti quadringentos aut quingentos rangiferos alere ſolent, ad vehicula, currus, traheas, & equitandi vſum. Quinetiam mulgentur, & omne genus lactarij operis ex ipſorum lacte conficitur, Olaus magnus. Tengillus Scricfinnorum in Scandinauia rex equitatum habet rangiferis inſidentem, & vincit tamen (aliquando) Helſinglandiæ regem Argrimum, cuius equites equis vtuntur, Idem. Quamobrem miror quod Munſterus ſcribit: Hoc animal equitem dorſo non fert, ſed antilena impoſita iungitur vehiculo. Rangiferi circiter triginta miliaria vno die etiam currunt, trahentes etiam traheas valde onuſtas, Olaus. Par fermè etiam alcis celeritas prædicatur. Sed dies æſtiui in regionibus illis longiſſimi ſunt, ita vt circa ſolſtitium nulla propemodum nox ſit. Rangiferorum neruis vtuntur ad arcus, & alicubi vbi clauis carent ad nauium tabulas compingendas, Olaus.

TARANDI SEV RANGIFERI EFFIGIES VERA.

Quæ ſequuntur ex Geſneri appendice in librum de animalibus quadrupedibus & ex Iconum libro deſumpta atque huc tranſlata ſunt.

TARANDI eiusque cornuum falſam imaginem, Tabulæ regionum Septentrionalium Olai Magni imitatione decepti, poſuimus in libro de hiſtoria quadrupedum viuiparorum, pagina 950. rangiferi nomine: dubitabam enim adhuc an tarandus idem rangifero eſſet, quod doctiſſimo viro Ge. Agricolæ videtur: cui ego nunc magis aſſentior, etſi tum quoque non omnino negaui, ſed dubitatione aliqua motus, quæ de tarando veteres ſcripſêre, in boum ſylueſtrium hiſtoria conſcripſi, pagina 156. & rurſus ſeorſim quæ de rangifero recentiores, pag. 950. quo loco (ſequente mox pagina) poſitum à nobis cornu, tarandi ſiue rangiferi non eſſe nunc certò ſcio: tum enim dubitabam. Cuius verò animantis id ſit, niſi alces eſt (quanquam differt ab eo cornu alces, quod aliàs ab amico quodam ad me miſſum in Alces hiſtoria poſui) ignorare me ingenue fateor. Id verò quod in præſentia damus animal, à Cl. V. Valentino Grauio ad nos miſſum, tarandum ſiue rangiferum ad viuum expreſſum eſſe non dubito: nam cornuum quoque omnino ſimilium effigiem doctiſſimus vir Benedictus Martinus Bernenſis, qualia Bernæ in curia ſpectantur, nuper miſit. His addam quæ de hoc animante Ge. Fabricius ad me ſcripſit. Tarandus (inquit) quem populi Septentrionales ſua lingua Rehenſchier nominant, formam cerui habet, ſed corpus robuſtius: colorem ſecundum anni tempus mutat, etiam pro locorum in quibus vixerit, varietate, vt auctor Admirandorum ſcribit, ſiue Ariſtoteles ille ſit, ſeu Trophilus. Arborum autem & locorum, & rerum quas attigerit vniuerſarum, colorem imitari, nobis adhuc compertum non eſt. Eum autem quod anni temporibus mutet, inde colligitur, quod alij colore aſini, alij cerui eſſe dicant. Pectus toroſum, & villis albis prominentibuſque denſum atque rigidum, crura piloſa, biſidæ concauæque vngulæ, & mobiles, in curſu enim eas explicat. Ipſe ad celeritatem expeditiſſimus: ita vt & ſummas niues calcet, non impreſſis altè veſtigijs, & pernicitate inſidiantia in vallibus animalia effugiat. Cornua geſtat prælta, quæ ſtatim à fronte ramis duobus latis mucronantur quaſi in digitos: in medio ramulus veluti internodium interiectus, inde rurſus in ramos latos, digitorum expanſorum ſpecie mucronatos exeunt. Cornua ſunt alba, venuliſque



nulisque longis distincta, differunt ab alces cornibus altitudine, à cerui latitudine: ab vtrisque colore & ramorũ multitudine: quamuis aliter scribat Zieglerus Landanus. Currendo ea in tergum demittit: nam stanti frontem penè inferiores rami tegunt. His inferioribus concreta frigoribus flumina, ad potum capiendum rumpere fertur. Syluarum fructibus, & arborum musco vescitur. Latibula struit in montibus Septentrionalibus, & in Mosibergum, aliosque montes Norvegiæ intensioribus frigoribus procedit. Capitur ab hominibus ad vsus domesticos: nam ad conficienda itinera, domatur à cursoribus: ad opera rustica, ab agricolis. Infestatur ad prædam è multis animantibus: caro enim tarandi è ferinis illorum locorum optima & delicatissima Inprimis autem infestos habet lupum, gulonem, & quod propter horrorem vlulatus, vulgò *Feldgeschrey*, ab Olao propter feritatem *Grimkia* appellatur. Hoc animal ad prædam exit gregatim, lupo minus, maius vulpe, pilis nigris, maximè ferum, & tarando præ cæteris inimicum. Sigismundus Liber, qui de rebus Moscouiticis scripsit, ait apud Lappos ceruorum esse greges, vt apud nos boum, qui Norvegiorum lingua, Rhen vocentur, nostratibusque ceruis esse aliquanto maiores: ijs Lappos vti equorum iumentorumque vice, hoc modo. Vehiculo in scaphæ piscatoriæ formam facto, ceruos iungunt: in quo homo, ne citatiore animalis cursu excidat, pedibus alligatur. Eorum quo id gubernat, sinistra tenet, dextra baculum, quo vehiculi, si quam forte in partem plus æquo vergat, casum euersionémue sustinet. Tali curriculo se viginti milliaria vno die confecisse ait, ceruumque dimissum, ad consueta stabula nullo duce redijsse. In hanc ferè sententiam ille. Animal hoc natura congregabile & societatis est amans: nam armenta mille tarandorum in vastis illis syluis simul conspici ferunt. Quod fieri posse etiam vox Psalmi quinquagesimi testatur, in quo Asaphi ore loquitur Deus: Omnes bestiæ terræ meæ sunt, & armenta montium, in quibus numero millenario congregantur. Fœmellæ in hoc genere ramis carent, & lactis abundantia gentem alunt. Tarandos in Norvegia reperiri mercatores asserunt: in Suecia superiore, Olaus Magnus: in Lapponia, Sigismundus Liber: in Polonia interdum, Agricola Ammonius. Superioribus annis bini, cum frenis, sellis, & phaleris Augustam Vindelicorum dicuntur adducti. Hæc diuersis temporibus, ex Alnepeciorum Fribergensium (qui illis in locis negotiantur) relatione. & ex adductis auctoribus, scripsit ad me vir humanitate & integritate præstans Valentinus Grauius, qui quoniam Reipub. negotijs atque Principis: occupatus est, per me tibi significari voluit: idem etiam picturam ad te mittit. Ex Antonij Schnebergeri Tigurini, doctissimi in Polonia

medici ad me literis: Ex magnifico quodam viro, qui olim legatione ad regem Succiæ functus est, & Moscouita quodam, de Rangifero hæc cognoui: animal esse gemino cornu, ceruini instar, sed magis ramoso, (*ramos intelligo mucrones ramorum proprie dictorum: nam ramos ipsos rariores quam ceruus habet,*) ramis introrsum conuersis, maiore, candidiore, fragili & cauernoso: in rupibus Lapporum degere: non feræ, sed placidæ naturæ: mulgeri: triginta aut amplius miliaria vno die conficere: pabulum cum eo vehi non opus esse, quod sub niue quærat radices quibus vescatur: & maiori ex parte musco piceastri (quam *Forben* Germani dicunt) viuat. Vngulam bisulcam habere, acutam & validam ac si ferrea esset: ideoque in glacie velocissimum esse: liberè ad pastum dimitti ac facillimè reduci. Moschouita addebat in magnis campis circiter centum aut ducentos greges integros Rangiferorum reperiri: gramine saltem vesci: eandemque rationem ipsis vtendi aduectam exponebat, cuius vir illustris Sigismundus Liber Baro in *Herberstein* meminit in Commentarijs Moschouiticarum rerum. Pellem eius ostendebat vndique albam, nisi quòd parum in dorso glauca erat. In oppido Bietz ecclesiastes quidam idemque medicus, narrauit mihi in Massouia Rangiferos ad quadraginta tantùm adhuc superesse: eosque ita cicures, vt inter alia armenta pascantur. Hæc ille. Sunt qui Ceruo minorem esse dicant Rangiferum, & Asello conferant: vehiculi quod trahit fundum triangulum & carinatum fabricari solere, vt ita commodius sit ad sulcandum iter: non ferre calorem: in Bohemiam adductum viuere non potuisse. Lappum qui adduxerat sub finem Decembris nunquam se maiorem cœli caloris vim sensisse testatum. Cornua huius quadrupedis Bernæ in curia visuntur: nos etiam Augustæ in ædibus amplissimi viri Ge. Fuggeri vidimus. Rursus D. Antonius Schnebergerus de eodem animante in altera epistola sic ad me scribit: Colorem aleis habet, pedes aliquantulum albicant, circa podicem item maculam albam habet, sicuti etiam circa ventrem. Pedem rotundiorem quam ceruus habet, magisque siue altius diuisum: quare interdum vngulæ vna pars in saxo fixa eminet, altera in plano siue terra: estque in superiori parte vngulæ vbi diuidi incipit membrana interposita, quo facilius ab inuicem absque incommoditate distendantur: Est autem bifida. Animal est caloris impatientissimum: Rex Suetiæ habebat decem, quibus præfecerat Lappam, quæ illos semper in montes vbi frigidior aura, educebat, sed tamen durare nequiuerunt. Interdum gregatim in Suetiam ex Lapponia veniunt, vbi admodum à Lupis infestantur, quibus in ordinem reducti cornua opponunt, sicque se defendunt, alias maximum damnum accipiunt. Animal quidem ferum sed tamen facile mansuefit: interdum quasi auxilium ab homine petere videtur. Os haud dissimile vaccæ habet, sed tenuius, magnitudine non superat ceruã. Cornua mihi non minora quàm ceruꝰ habere (vt Cardanꝰ scribit) videtur sed potiꝰ latiora & tenuiora. Lappi omnes suas vestes ex pelle rangiferi conficiunt, quæ præ cæteris calida est. Pilos extra vertunt corium verò elegantèr parant. Eundem gressum perpetuo seruat siue locus montosus siue planus sit, ac versus quamcunque plagam cum mane direxeris, totâ die ad illam ibit etiamsi aliquando propter montes aut flumen circumuehendum sit.

DE RHINOCEROTE.

Pictura hæc Alberti Durери est qua clarissimus ille pictor (cuius etiam libri de pictura extant) Rhinocerotem Emanuele Lusitaniæ regi anno salutis 1515. è Cambaia India regione Vlyssbonam allatum, perpulchre expressit. Rhinoceros ii, id est naricornis, nuper pictam vidimus imaginem, referentem ex hoc genere animal, quod per hos tempora Lusitano regi ex India allatum est, Aug. Instituimus hanc ipsam indubiè, quam hic damus, imaginem intelligens.

A.

RHINOCEROS elephanto similis est, cornu in nare habet vnde nomen, Dioh. Eminet enim ei vnicum d. summo naso cornu. vt in progressu pluribus dicemus. Quamuis autem & alia quædam singulis animalis cornibus conspiciantur, vt oryx, onager siue asinus Indicus: cæteris tamen à media fronte, huic vni è naribus prominet. Et cum vnicornium maximus hic sit, monocerotis, id est vnicornis nomen, apud recentiores præsertim & imperitos, per excellentiam aliquando sortitur. Etsi vero reprehendi non potest, qui pro rhinocerote vnicornem dixerit, vt qui speciei nomen generis tribuit: quanquam id aliquando ignorantiæ signum est, aliquando errandi causa alijs: omnino tamen reprehendendus est, qui pro monocerote rhinocerotem dixerit: siue monocerotem vt genus accipias, quod fieri quidem potest, vsitatum tamen non est: siue certam animantis speciem, quam in monocerote descripsimus. Quamobrem errant & alij multi recentiores, Isidorus, Albertus, & eos secuti, & nostro seculo eruditi quidam medici, Cardanus & alij: qui & nomina confundunt, & medicas vires rhinocerotis cornu adscribunt, quæ monocerotis siue asini Indici propriæ sunt. Vide plura supra in Monocerote A. Pausanias in Bœoticis, tauros esse scribit in Aethiopia, qui rhinocerotes vocentur, à naso cornuto. In Eliacis quoque de elephanto scribens, tauros Aethiopicos in naso cornu habere testatur. Quamobrem non probo Angeli Politiani iudicium qui vt Domitium reprehenderet Martialis interpretem, nomen quidem commune, animalia diuersa facit. Sed tauros Aethiopicos Pausaniæ veros rhinocerotes esse, à Plinij ac Aeliani tauris Aethiopicis diuersos, contra Politianum in bubus feris ostendi. Elephantes nascuntur, vt Iphicrates scribit, apud Hesperios Aethiopes: & qui rhizei (ῥιζεῖς) vocantur, forma tauris persimiles: vita verò, magnitudine, & pugnandi viribus elephantos referunt, Strab. Aethiopici quidem isti tauri, alij quàm rhinocerotes videntur. Rhinocerotem quidam esse aiunt bouem Aegyptium, (lego, Aethiopicũ.) Festus. Indorũ lingua hoc animal sandabenamet vocat. רְאֵם reem, vocẽ Hebraicã in Biblijs interpretes aliàs vnicornẽ, aliàs rhinocerotẽ transferunt. Apud Munsterũ etiã rimma legitur, in Lexico trilingui, Chaldaicè. Idem קַרְקַשׁ karas vel karasch, (quæ vox in Biblijs non reperitur: alludit autẽ ad cartazonũ, hoc est monocerotẽ, vt Aelianus appellat) vnicornem interpretatur. Quòd si voces reem vel rimna & karas coniunxeris, vox fiet similis Græcæ rhinoceros, vt suspicemur vel Græcos Hebraicas voces duas composuisse, vel Hebræos Græcam vnam in duas secuisse. Sed de Hebraicis istis vocabulis plura leges supra in Monocerote A. vbi etiam conijcere me dixi vtroq; eorum monocerotem potius quàm rhinocerotem significari: rem tamen in medio reliqui. Asinus Indicus vngulam vnam & solidam habet, cornu quoq; vnũ: hic à quibusdam vocatur rhinoceros siue vnicornis: sed potius est animal quod quidã Arabicè vocant archa, & est rhinoceros, cornu in nare vnico, vngula sicut bouis bisulca, & habet duo chahab in pedib' sicut cætera bisulca, Albertus de animalib. 2. 1. 3. Et rursus lib. 12. Asin' Indic', inquit,

inquit, habet vnicum cornu: & animal quod quidam veterum archos, quasi principem, vocauerunt: nos vnicornem Latinè, rhinocerota Græci vocant. Huius cornu maximum est, & solidum sicut ceruinum: quod pedes decem, vt ipse mensuraui, longitudine excedit: & diameter eius in radice sesquipalmum, (sesquidodrantem intelligo,) superabat. Hæc ille. Ineptè autem facit, primum quòd asinum Indicum ex Aristotele scribens solipedem esse, mox rhinocerotem animal bisulcum interpretatur: deinde, quod rhinocerotem & vnicornem confundit: tertio, quòd archa vel archos Arabicum nomen faciens libro secundo, (corruptum forte à voce karas,) duodecimo principem interpretatur ac si Græca esset. Sed & proceritas ista cornu, decem pedes excedens, rhinoceroti puto non conuenit, sed monoceroti cartazono: nam Oppianus rhinocerotis cornu paruum (hoc est breue. Gillius quoq; paruum transfert) esse scribit: ὀλίγον δ' ὑπὲρ ἀκρήσιος ῥινὸς Ἀνιπθεν κέρας αἰνὸν, αἰχμὴν μέγιον, ἀκρεῖον ἄορ. Quod si quis verbum ὀλίγον non ad cornu quantitatem, sed ad loci distantiam referat, hoc sensu: paulò supra extremum nasum crudele & acutissimum cornu oritur: nos tamen ex ipsa picturæ quam ad viuum dedimus, proportione, cornu breue esse conuincemus: nam cum supra nares incipiat, & multò infra aures desinat, longum esse non potest. Aristotelem nusquam huius animalis meminisse miror, quod si ipsi notum fuisset, omnino historiam eius orygi & asino Indico iungere debebat, vbi vnicornium naturam contemplatur lib. 3. cap. 2. de partibus animalium.

B.

Rhinoceros non multò oryge maior eſt, Oppianus. Elephanto parem longitudine Plinius facit: alij vel parem vel paulò longiorem, humiliorem tamen, & breuioribus cruribus. Elephantis longitudine propè par eſt, breuior cruribus, Plin. & Solinus. Aelianus pugnare quidem ipſum aduerſus elephantem ſcribit, fiducia cornu ſui: cætera non ei paria cum elephanto: nam hic (inquit) & proceriſſimus eſt, & fortiſſimus. Sed Strabonis ex libro 16. deſcriptionem recitabo. Hæc regio, (inquit, Indis puto contermina) rhinocerotes fert, qui (vt Artemidorus ait) longitudine parum ab elephantis exceduntur, quod Alexandriæ vidiſſe affirmat ſe, ferè etiam quantum ad altitudinem. (Græcè ſic legitur in vulgatis codicibus: Οὗτοι ἢ μικρὸν ὑπολείπονται τῶν ἐλεφάντων οἱ ῥινοκέρωτες, οὓς τῇ Ἀρτεμιδώρῳ φησὶν, ὅτι σταδίων τῶν μείζων. καὶ περὶ ὑφορμίου φησὶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, οὐδὲ ἀγεληδόν τι ἴσον τῷ ὕψει, ὅσον γε ἐφ' ἡμῶν ἐφαίνετο, &c.) Eius autem quem nos vidimus color, non buxo, ſed elephanti ſimilis erat: magnitudo vero tauri, forma apro proxima, præſertim quantum ad rictum, præter naſum, qui cornu quoddam eſt recuruum, (σμιλὸν,) omni oſſe durius, eo pro armis vtuntur, quemadmodum aper dentibus. Habet etiam duo cingula (τύλους) tanquam draconum volumina, à dorſo vſque ad ventrem circumeuntia, alterum iuxta (λόφου) verſus, alterum ad lumbum. Nos hæc de eo dicimus, quia nobis viſus eſt. Hæc Strabo. Color ei buxeus, Plinius, Diodorus, & Solinus. Eius frons leuiter rufa eſt, & dorſum maculis purpureis diſtinguitur, Gillius ex Oppiano, cuius hæc verba, Ἠίμα ἦ ξανθῆς ὅτι καλλιτρίχοισι μετώποις Καὶ νώτῳ, ἁλιπορφύροις ἐπίσημα πορφύρει: ego ſic verterim, Frons pulchris ornata pilis, itemque dorſum, ſiquo ſpectantur colore, quem crebra puncta leuiter purpurei coloris diſtinguunt: quanquam illud ἠίμα, id eſt, leuiter, ad vtrum potius colorem referat, ex verborum conſtructione manifeſtum non eſt: Pellis eius ea exiſtit firmitate, vt ægrò iaculo penetrari queat, Aelianus. Idem teſtantur qui noſtro ſæculo belluam in Luſitania viderunt: pellem enim habere prædenſam aiunt, ceu cruſtis quibuſdam ſquamatim compactam, colore & figura teſtam referre teſtudinis. Plinius buxeum colorem, alij murinum, vel qualis in buxi cortice eſt, ei attribuunt. In ludis Pompeij Magni exhibitus eſt rhinoceros, vnius in nare cornu, qualis ſæpe viſus, Plinius. In naribus cornu vnicum & repandum (id eſt, modicè reflexum,) Solinus. Breue id eſſe, ſuperius in A. docui. Acutum eſt enſis inſtar, & adeò validum, vt quicquid impetierit aut ventilet aut perforet, & ferrum etiam & ſaxa tranſigat, Oppianus, Aelianus. Simum eſt forma, durumque inſtar ferri, Diodorus Siculus. Tertullianus in libro aduerſus Praxeam tertio verba illa enarrans de vetere inſtrumento, Deuteronomij 33.) Tauri decor eius: cornua vnicornis (reem, rhinocerotis Munſterus) cornua eius: in eis nationes ventilabit ad ſummum vſque terræ: Non vtique, inquit, rhinoceros deſtinabatur vnicornis, nec Minotaurus bicornis, & quæ ſequuntur. Non placet Eucherius, qui rhinocerota terribilem feram gemina in naribus cornua geſtare ſcribit. Quanquam enim gemina in hac animante cornua ſpectentur, vnum in nare, vt diximus, quod grandius: alterum ſuperius, paruum admodum, & inutile, cum eo vti bellua non poſſit, vt in pictura appareat: quare vix cornu etiam nominatur: vt non ſit reprehendendus, qui ab altero mediocriter magno & vtili vnicornem hanc belluam eſſe dixerit. Rhinoceroti in ſummo naſo cornu ſingulare eſt, & aliud ſupra ipſum non magnum, (aliqui hæc citantes, de ſuo addunt, ſed validiſſimum: nam Græci codices non habent) in capite nullum vnquam, Pauſanias in Bœoticis. Hos Martialis verſus lib. 1. Nanq; grauem cornu gemino ſic extulit vrſum, Iactat vt impoſitas taurus in aſtra pilas, Domitius ita enarrat. Gemino (inquit) cornu, forti & vehementi. Vergilius, Gemino dentalia dorſo: vel quoniam rhinoceros habet duo cornua, vt apud Pauſaniam ſolum legi. Taxat hanc interpretationem Politianus, quæ mihi ſanè proba videtur, & picturæ, quam dedimus, conſentanea: & Pauſaniæ authoritate nititur: ipſe Politianus aliam coactam, & ineptam, vt ego iudico, affert. Vrſum (inquit) videlicet à rhinocerote cornu illo vnico elatum, eiectatumque, ſentit grauem gemino cornu, hoc eſt grauem tauro futurum, cui ſunt cornua gemina. Conueniebant ſanè gemina huic belluæ cornua, cum biſulcum ſit. Solipeda enim omnia cornibus carent præter aſinum Indicum, qui vnicum tantum gerit, Ariſtotele teſte. Itaque Eucherium dicemus, non in numero erraſſe, ſed in loco, quòd in naribus vtrunque haberi ſcribat.

C.

Coitus auerſus elephantis, camelis, rhinoceroti, leoni, &c. quibus auerſa genitalia, Plinius & Solinus. Sexus diſcrimen rhinocerotes nō habent, ſed omnes eius generis mares apparent, fœminę nunquam, neque conſtat de generatione ipſorum, Oppianus.

D.

Contra elephantem pugnaturus cornu ſaxis etacuit & limat: mox eo cuſpidato elephanti crura toto rictu ſubiens, aluum petit, quam ſcit eſſe molliorem & ſuis ictibus peruiam, eamque diſcerpit, Plinius, Solinus, Aelianus, & Diodorus Sic. Vincitur & ſanguine fuſo etanguis procumbit elephas. Pugna eis pro paſtionibus, quibus tuendis multi mori dicuntur. Quod ſi ventrem non præoccupârit rhinoceros, ſed in aliam elephanti partem aberrârit, proboſcide ferit ac dentibus laniatur: quorum vis vtcunque firmiſſimam illius cutim & vel iaculo difficilem penetrat, Aelianus. Veram hanc inter hæce belluas diſcordiam eſſe, compertum eſt etiam Vlyſbonę, cum elephas rhinocerotem illum, cuius hæc pictura eſt, productum fugit, vt mercatores teſtantur, qui etiam ingenio callidum, alacre, velox & agile hoc animal eſſe aiunt.

E.

Iſidorus author eſt, quoſdam qui de animalibus ſcripſerint (quorum nomina exprimit) non alio modo capi rhinocerotem aſſerere, quàm puella virgine propoſita, &c. vt in Monocerote E. retuli. Sed ille hoc animal cum monocerote confundit: vt alij etiam ex recentioribus, qui rhinoceroti cornu è media fronte prominere, captũque eum præ indignatione & furore mori falſiſſimè ſcribunt. Monoceroti enim iſta omnia, non rhinoceroti, attribuuntur à Græcis authoribus, quanquam illis etiam recentibus. Sub Gordiano Romæ monocerotem vnum fuiſſe Iulius Capitolinus ſcripſit.

G.

Recentiores quidam tum medici tum alij, rhinocerotis cornu ad medicamenta non rectè requirunt: decepti nimirum

mirum ab Iſidoro, Alberto, ac ſimilibus, qui rhinocerotem cum monocerote confundunt, vt dixi in A. Veterum quidem nemo ex rhinocerote quicquam inter remedia ponit: monocerotis vero vel aſini onagriue Indici cornu, contra venena & alios quoſdam affectus miram habere facultatem Græci recentiores prodiderunt, vt in Monocerote docui.

H.

a. Rhinoceros Græcis duobus modis inflectitur, communiter, creſcentibus obliquis, ῥινοκέρωτος, ῥινοκέρωτι, &c. Atticè vero non creſcentibus, ὁ ῥινόκερως: ſic Pauſanias, Ταύρους Αἰθιοπικοὺς ἔλεγε τοὺς συμμέτρους ἐλέφαντι ὁ νικητὴς ῥινόκερως. Michaël Herus nomen Germanicum ei finxit *helfantenmeiſter*, hoc eſt victor vel dominus elephanti. Vſurpatur etiam progenere vaſis oleum guttatim fundente lauantibus ſe in balineo. Martialis lib. 14. de gutto corneo: Geſtauit modo fronte me iuuencus, Verum rhinocerota me putabis. Et mox ibidem ſub Rhinocerotis inſcriptione, inter vaſa: Nuper in Auſonia domini ſpectatus arena Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat. Iuuenalis Sat. 14. Exitus hic eſt Tongilli, magno cum rhinocerote lauari Qui ſolet. Apparet ſanè vaſi nomen à figura impoſitum, à qua Lucilius etiam in Satyris rhinocerotem vocauit hominem cui dentes prominebant, ſurſum ſcilicet vt apro. Brunci (aliàs Bronci, vide in Cane celere) ſunt producto ore dentibus prominentibus, Bruncus (broncus) nouit lanius dente aduerſo (Hermolaus vocem, aduerſo, reliquit) eminulo, hic eſt rhinoceros, Lucilius apud Nonium. Sunt qui rhinocerotis nomine in Aethiopia proprij generis aues intelligant, Cælius ex Heſychio & Varino. Rhinocerotia cornua grammarici quidam dixere neſcio quo authore freti.

b. In Rhaptis emporio iuxta mare rubrum, plurimum eſt ebur, item rhinoceros. Arrianus in Periplo. Intelligit autem forte cornu tantùm rhinocerotis nomine, vt & elephantem pro ebore Græci dicunt per ſynecdochen. Dic mihi quæ ſuperis ſint acceptiſſima dona? Principium naſi rhinocerotis amant, Aenigma Franciſci Nigri noſtri. Heliogabalus rhinocerotem Romæ habuit, Lampridius.

c. Rhinocerotem Pompeius Magnus in ſpectaculis Romæ primus oſtendit, Plinius, Solinus, Seneca. Atqui Dion hiſtoricus, Auguſto de Cleopatra triumphante, hippopotamum & rhinocerota primum viſos Romæ ſcribit, Cælius. Edita munera in quibus tigrides & rhinocerotes, &c. exhibuit, Capitolinus in Antonino Pio. Rhinoceros apud Martialem lib. 1. in ſpectaculis Domitiani Cæſaris exhibitus, taurum cornu ſuo in aëra ſublimem reiecit, & rurſus etiam vrſum. O quàm terribilis exarſit pronus in iram, Quantus erat cornu, cui pila taurus erat. Hunc locum expoſui in Tauro H.c. Lycion (ſuccum medicatum) Indi in veribus camelorum aut rhinocerotum mittunt, Plinius.

h. Naſutos homines, & qui dochè nouerint alios irridere, Martialis libro 1. rhinocerotis naſum habere dicit, his verſibus: Maiores nuſquam rhonchi, iuuenesque ſenesque Et pueri naſum rhinocerotis habent. Naſum enim per ſe quoque ſubdolæ irriſioni dicatus eſt: ſed hanc partem rhinoceros & maximam habet, & cornu repando inſignem, quare ab eo potius quàm vllo alio animali, ad prouerbialem hunc ſenſum aſſumpta eſt. Naſo ſuſpendis adunco, Horatius in Serm. Rides ait & nimis vncis Naribus indulges, Perſius.

RHINOCEPHALVS ceruicem habet equinam cum vniuerſo corpore: flammas ore eructat, quibus homines pereunt, Phyſiologus author obſcurus. Certè compoſitio ipſa vocabuli perabſurda eſt, quaſi naſus pro capite vlli ſit animantium: ego hoc animal ſimile authori qui de eo prodidit eſſe puto, hoc eſt omnibus obſcurum & ignotum, quòd in rerum natura non extet.

DE SCIVRO.



A.

SCIVRVS Græcum nomen eſt animalculo datum à cauda, qua ſupra dorſum reflexa ſe tegit & inumbrat, ita vt quum ſub dio eſt cauda illi pro tecto ſit, vt pedes hominibus illis quos ſciapodes fabulosè nominant. Græci veteres nuſquam eius meminerunt, ſed primus quod ſciam Oppianus qui Antonini Cæſaris tempore vixit, ſciurum nominauit. Latini nomen non habent, ſed Græco vtuntur, à quo aliarum etiam gentium aliquot deducta ſunt nomina, etſi quædam admodum detorta ſint, vt originem vix agnoſcas. Gallicum eſt eſcurieu vel eſcurreau (ſolent enim & aliàs Latinis quibuſdam e. literam præponere, vt eſperit, pro ſpiritu.) Germanicum à Gallico factum, *eychorn*, vel *eichorn* alijs *eychhorn*, *eichhornlin*, ac ſi hermelinum, id eſt muſtelam quercuum vel arborum diceret: nos maſculino genere proferimus, aliqui neutro *das eychorn*. Anglicum, ſquyrrell. Italicum ſchiriuolo. Sciuri in murium genere, ſchirati vulgò dicti, Maſſarius Venetus. Hiſpanicum, hárda vel eſquilo: aliqui non rectè comadreia interpretantur, quæ vox propriè muſtelam ſignificat. Illyricum *vververka*: Poloni quidam ſcribunt wijewijerka. Qua voce apparet ſciurum ab eis ſub variorum nomine comprehendi. Varios enim (id eſt Ponticos mures, vt ego interpretor) Germanicè etiam *vverck* nonnulli appellant, alij *veeh*. aut *fechex* quib. nominib' quaſi compoſitum videtur wewerka. Recentiores quidam qui Latinè ineptius ſcripſerunt, pirolum & ſpiriolum (fortè quaſi ſpiurum pro ſciuro) vocitant.

Inceptè Bellouacenſis, Scurulus à currendo dictus eſt. Pirolus, inquit Albertus, à vario non differt præterquam regione in qua naſcitur, variante ſecundum eam colore: nam qui in Germania rubet cum adoleuit, intra primum autem ætatis annum niger eſt: in Polonia griſeum (id eſt cinereum) rutilo admixtum habet: in Tuſcia vero (Ruſſia) totus cinereus redditur. Quod ad corporis lineamenta, magnitudinem, mores & victum, nihil planè pirolus à vario differt, Albertus & Ge. Agricola. Quamobrem qui voluerit varij hiſtoriam inter mures à nobis deſcriptam, cum hac conjunget: nos quæ illic dicta ſunt hic non repetemus. Sciurus, animal quod alio nomine καυδάκης & πτερός vocatur, Heſychius & Varinus. Ὄλις vel ἀλεὶς, glis eſt, non ſciurus, etſi grammatici quidam Græci ſciurum interpretentur. Sciurum autem à glire diuerſum eſſe in Gliris hiſtoria docui. Νυκτέρις, mus qui in Cappadocia naſcitur, quem ſciurum aliqui vocant, Varinus: Vide in Glire. Iudæi quidam apud Germanos coach interpretantur ſciurum.

B.

Pirolus paulò maior eſt vel corpulentior quàm muſtela, nõ tamen longior, Albertus. Color ei rutilus, ſed vtter candidus, Obſcurus. Rutili & nigri plurimi ſunt in Heluetia, & abunde capiuntur, autumno præcipuè, Stumpfius. Albertus quidem, vt præcedenti capite dixi, intra primum ætatis annum nigros eſſe putat, deinde rutilos fieri. Pilo ſunt nigro & interim ferrugineo, Maſſarius. Speriolus primò in dorſo niger eſt, poſtea proceſſu ætatis rubeſcit. & tandem quidam eorum ferè cani redduntur iam prouecta ætate, Albertus 3. 2. 2. Nigros ſciuros in Franconia ruffis frequentiores eſſe aiunt. Pirolis, vt reliquis etiam muribus, duo inferiores dentes longi ſunt, Albertus & Agricola. Villoſior eis cauda pro vmbra & tegmento eſt, Plinius & Maſſarius. Cauda eis villoſa, longa, & propè ad reliqui corporis magnitudinem. Veras glires & ſciuros cæcum inteſtinum tantum habere ſcimus, vt magnitudini ventriculi eorum facile reſpondeat: atque idem in ſectione fecibus turgidum reperitur, Veſalius. Genitale oſſeum habent, vt audio.

C.

Animalium quædam vt manibus vtuntur priorum miniſterio pedum, ſedentq; ad os illis admouentia cibos, vt ſciuri, Plinius. Quum veſcuntur pedibus anterioribus, ſicut cætera quoque murium genera, cibum quaſi manibus capiunt & ori imponunt, Albertus & Ge. Agricola. Poſterioribus clunibus inſident. Edunt autem nuces, (amygdalas quidem auidiſſimè, vidi & lactucis veſcentem) poma, & huiuſmodi, Albertus: Vide in Mure Ponti-co. Viuit nucibus. & dulcibus cibis (fructibus) delectatur, Obſcurus. Cibum edentes tenent, non digitis, ſed poſteriore parte, carnoſa, bifida. Æſtate cibum congerit, vnde per hyemem viuat, Idem. Somnus eis pro cibo cum hyberno tempore latent, Ge. Agricola. Plinius quidem cum de ſciuris ſcripſiſſet, mox ſubdit, non de ſciuris, ſed in vniuerſum: Alijs igitur prouiſum in hyemem pabulum, alijs pro cibo ſomnus. Inquieti ſunt valde, Albertus: & miræ agilitatis. In arboribus habitant, nidificant & fœtum fouent. Facile autem tranſiliũt de ramo ad ramum, & aliquando de arbore ad arborem, cauda ferè tanquam ala vtentes, (caudam interim mouentes, ac ſi ea ſe gubernent, Albertus,) Obſcurus. Cauda ſua conſpecta ad ſaltum incitantur, Idem. Cum mouentur, (gradiuntur,) caudam demiſſam poſt ſe trahunt: cum vero ſedent, ſuper dorſum erigunt, Albertus. Voce quadam ore clauſo ſecum immurmurant, præſertim cum indignantur, ſimiliter vt Martes.

D.

Nidum in arboribus conſtruunt, Albertus. Præuident tempeſtatem: obturatiſque qua ſpiraturus eſt ventus cauernis, ex alia parte aperiunt fores, Plinius. Albertus idem ferè de gale, id eſt muſtela ſcribit: In cauernis (inquit) habitat, ad meridiem pariter & ad aquilonem apertis, vt vndecunque ventus veniat, tuta ab eo ſit. Si quando gratia paſtus aquam tranſire cupit ſciurus, lignum (vel corticem) leuiſſimum aquæ imponit, eique inſidens cauda erecta velificans flante vento tranſuehitur, Author lib. de nat. rerum. Fluuium traijcit vtens aſſere vel cortice pro nauc & cauda pro velo, Vincen. Belluac. Olaus Magnus idem teſtatur in deſcriptione Scandinauiæ, tanquam illic peculiariter id faciant ſciuri. Quidam ſic eos traijcere aiunt geſtantes interim cibum etiam ore, vt conum abietis. Sciurus ea eſt ſolertia, vt in maximis Solis feruoribus ad frangendum calorem erecta cauda & patula ſeſe ita opacet, quemadmodum pauones erecta ſe cauda adumbrant, Gillius ex Oppiano. Domeſticè aliquãdo aluntur, & ita cicurantur vt hominem non refugiant, ſed ſponte accedant. & à pedibus ad caput aſcendant, & qua poſſunt in veſtimenta perrepant: liberè etiam vagantes extra domum ſubinde redeant. Non propriè tamen cicures appellari poſſunt, ſed ſemiferi, vt & cuniculi, ſemper ſunt. Muſtelæ & ſciuri allio dentibus tentato, in poſterum mordere vix audent, cicureſque hoc modo fiunt, Cardanus. Pelles eius in nullo ferè vſu, niſi quòd pellifices aliquando cum pellibus pedum vulpinorum eas confarcinant. Fertur tamen eas multò magis calefacere corpus hominis quàm cæteras pelles. Cauda vtilis eſt ad penicillos.

F.

Caro ſciuri dulcis & bona eſt, Albertus. Suauis & ſalubris eſt, ægrotis etiam & imbecillibus: ſed nigri rutilis præferuntur, Stumpfius. Videtur ſanè hœdorum aut cuniculorum carni rectè comparari poſſe, quòd ſimiliter tenera & ſuauis ſit.

G.

Mirabiliter facit in excellenti aurium dolore ſciuri adeps in ſtrigili tepefactus inſtillatus, Archigenes apud Galenum. Remedia ex eo forſan eadem quæ ex glire aut mure eſſe poſſunt.

H.

a. Epitheta. Cui comparatus indecens erat pauo, Inamabilis ſciurus & frequens phœnix, Martialis lib. 5. de Erotionte puella. Λείπω καὶ λαμπρὸν ἰδὼν ἐπὶ δένδρεσι πτέρυξ, Oppianus

D E

DE SCIVRO GETVLO.

Lineæ caudæ pictor non expreſſit corporis lineis reſpondentes.

SCIVRVS Getulus (inquit Io. Caius, qui hanc eius iconem miſit) coloris eſt mixti ex rufo & nigro. Eum ab armis ad caudam per latera albæ fuſcæque lineæ, alternatim certis diſtinctæ interuallis, decentiſſimè depingunt. Idem aliquibus fit in colore ex albo & nigro, reſpondentibus etiam in cauda lineis: niſi ſi quando expanſa cauda propter pilorum raritatem eædem diſpareant. Venter illi cæruleum colorem imitatur in albo poſitum. Paulò minor is eſt vulgari Sciuro: nec aures extantes habet, vt ille: ſed depreſſas magis & ferè capiti æquas, orbiculares, & per cutis ſuperficiem deductas in longum. Caput, Ranæ ferè eſt. Cætera ſimilis vulgari Sciuro. Nam figura corporis eadem, eadem natura pili, mos idem, & viuendi ratio. Cauda ſe contegit more cæterorum Sciurorum Hæc Caius. Et rurſus in alia epiſtola: Sciurum Getulum ad viuum depinxi. Nam è Getuli (quam hodie vocant Barbariam) à mercatore quodã aliquot viui ad nos allati ſunt, vtriuſque, quem dixi, coloris. Eos ad delicias viuos alimus, & extra omnem controuerſiam Sciuri ſunt. Nam (vt dixi) & mores, & magnitudo, & viuendi genus, & vox, & agilitas, & vſus caudæ, & erecta inſeſſio quando eſt, & cætera reſpondent: etſi ego depingendum curaui extenta cauda, ne corpus adumbraretur, caudáque, qualis eſſet & colore & figura, oſtenderetur. Hic nimirum ex Aegyptiorum ſeu Africanorum Muriũ genere eſt In Africa (inquit Herodotus) tria. Muriũ genera ſunt: quorũ alij bipedes vocãtur: alij Zegeries Punica lingua, quod in noſtra pollet idem q; colles, (βουνοί,) alij Echines, &c. Plura leges ſuprà, capite De Murib⁹ diuerſis ſecũdũ regiones. Echines quidã dicuntur pilos duros ſicut Herinacei habere. Zegeries nomen ad Sciuros alludit. Bipedes dicti feruntur (ſimiliter vt Sciuri) priorib⁹ pedib⁹ pro manibus vti: & cum vrgentur, ſalire.

DE SIMIA.

A.

SIMIÆ dicuntur, vt grammatici annotant, quod ſimæ ſint & naribus depreſſis, vel quaſi mimæ & imitatrices. Simiæ (Simus, potius nomen Græcum, id eſt preſſis naribus: vnde ſimias dicimus eò quòd huiuſmodi ſint, & facie fœda, Iſidorus Græcè σιμὸς dicitur, non ſimia: ſimus vero adiectiuũ, pro depreſſo, (peculiariter autem de naribus dicitur,) vocabulum eſt Græcum, *mule*. Legitur etiam ſimius maſculino genere, ſed apud poëtas, Horatiũ, Martialem, Claudianum: quamuis ſimiolus diminutiuum apud Ciceronem habetur. Hebræi ſimiã koph. קוף, appellant, vt Dauid Kimhi & alij eruditi exponunt: vnde plurale kophim 3. Reg. 10. Chaldæ' kophin reddit, Septuaginta πίθηκος. Hieronymus ſimias. Hinc forte Græci cepi vel cephi, quæ ſimia caudata eſt, nomen mutuati ſunt. Semamit שממית, Prouerbiorum 30. vt D. Kimhi annotauit, ex ſententia Rabi Ionæ, Arabicè vocatur כטאה cataph, vulgò autem אראנירולא 'tarantulam puto intelligens, id eſt phalangium: nam & ipſe Dauid Kimhi ארביא, id eſt aranearn eſſe putat, pro qua in Thalmud etiam vſupatur.) Choldæus vertit אשמיתא akmata. Iudæi multi aranearn intelligunt, & inter cæteros R. Leui. Alij vero בוגיאה bogia, id eſt ſimiam, vel koph, id eſt ſimiã, vt Abraham & R. Emanuel. Commentarius etiam Kabuenaki ſimiam potius quàm aranearn accipiẽdam putat. Rabi Iſaac reptile volans interpretatur: aliqui vermem pluuialem, (lumbricum.) Hieronymus ſtellionem, LXX. καὶ αἰθάλη. Tarantulam hodieque in Italia vocant tum phalangij, id eſt aranei quoddam genus venenoſum, tum ſtellionem lucerna ſimile,

milem, quem Græci aſcalabotem vocant. Samada, id eſt ſimia, Syluaticus. Maionio, id eſt ſimia, Idem: cercopithecum Itali hodie gatto maimone vocant. Simia quidem apud Græcos recentiores μιμὼ vocatur, ab imitatione ſcilicet. Mauris Bugia. Hiſpanis hodie móna, vel ximio. Itali nomen ſeruant, aliqui bertucciam vocant. Galli, ſing. Germani, aff. Flandri *ſimme* vel *ſchemmekel*. Angli, ape. Illyrij, opicze. Græci recentiores μιμόκ. & πιθηζ-ηκ, (apud Varinum tamen legitur ἀπιθήζηκις, in Νέῳ Παγκτῳ:) vt Lycophronis Scholiaſtes ſcribit, Πίθηξ, ἡ μιμὼ, Suid. item in Πίθηκ.

B.

Simias fert Libya, Strabo libro 17. ex Poſidonio. Alibi etiam Mauritaniam ſimias alere ſcribit. Apud Zygantes Africæ populos paſtoralibus vicinos ſimiæ affatim in montibus degunt, Herodotus. Omne latifundium quod inter Aegyptum, Aethiopiam Libyamque diffunditur, quacunque lucis opacum eſt, varium impleuit ſimiarum genus, Solinus. Refert Poſidonius, ſe cum ex Gadibus in Italiam nauigaret, in Libyę oram delatum eſſe, ac ſyluam quandam ſecus mare vidiſſe ſimijs plenam, quarum aliæ ſuper arboribus, aliæ in terra ſederent, nonnullæ catulos haberent, & vbera dependentia: riſiſſe itaque cum eas vberibus graues cerneret, nonnullas etiam caluas, nonnullas hernioſas: & alia quædam huiuſmodi detrimenta præſe ferentes, Strabo lib. 17. Caucaſi pars quæ in rubrum mare porrigitur ſimijs abundat, quæ piper colligunt, vt in D. referam ex Philoſtrato. Apud Indos pulchræ & magnæ admodum ſimiæ ſunt, Arrianus. In India, Clitarchus tradit, ſimiarum genus varium & multiplex oriri, tantamque earum in montibus multitudinem eſſe, vt vel Alexandrum magnis copijs ſeptum ea frequentes perterrefecerint, quod arbitraretur ſe ſibi inſidiantem exercitum videre. Nam cum Alexandro ſe oſtenderunt caſu, excelſo & recto corpore erant, Aelianus. Baſman regnum (in Tartaria) abundat diuerſis ſimijs, magnis & paruis, hominibus ſimillimis, M. Paul. Venetus. Plinius in India ſcribit Orſeos venari ſimias (toto corpore) candentes. Strabo Praſios, non Orſeos, eſſe tradit, qui cercopithecos albos capiant. Orſeos tamen ſiue Orſios in India videtur Plinius agnoſcere: ſi modò rectè caſtigatus eſt à nobis locus libro 6. cap. 20. Hermolaus. Indi ad regẽ ſuum afferunt ſimias nonnullas albas, alias nigras: nam rufas ideo in vrbem non adducunt, quod Veneris libidine inflammentur in muliebrem ſexum, Aelianus. In Troglodytica iubatæ ſunt Leonum modo, maximi Veruecis proceritate. Et rurſus: Simiarum genera quædam viriditate conſpicua ſunt: aliarum color luteus, Scaliger.

Simia homini forinſecus quidem ſimilis eſt, in nullo autem interiorum, & minus quidem quàm vlla beſtia, Albertus & eum ſecuti. Atqui Galenus viſcera etiam & interiora cætera ſimiam homini ſimillima habere ſcribit, vt inferius recitabo: item Plinius. Nutrimentum magis mouetur antrorſum quàm retrorſum, propter calorem cordis & hepatis: quamobrem in equis multis motus nutrimenti eleuationem partem anteriorem quàm poſteriorem facit: & animal ſeraph Arabice dictum, multò altius eſt ante quàm retro, ita vt ferè erectæ ſtaturæ eſſe videatur. In his autem ſimijs quæ expreſſius referunt hominem, tantum poteſt hic nutrimenti motus, vt aliquando hominis inſtar erigantur, Albertus. Simia condenſa eſt villo, Obſcurus. Simia (inquit Ariſt.) tam parte ſui corporis prona piloſa eſt, vtpote quadrupedes, quàm ſupina, vt ſpeciem gerens hominis: qui contrà, atque quadrupedes, obtinet pilum, vt dictum iam eſt. Sed craſſiore pilo ſimiæ veſtiuntur, longeque hirtiores parte vtraque ſunt. Conueniunt cum homine plurimum ſua facie, quippe quæ nares, aures, dentes, tam primores, quàm maxillares hominis more habeant. Cilium etiam cum cæteræ quadrupedes non in vtraque palpebra habeant, ſimiæ habent, quanquam prætenue ac prolixius, potiſſimum in inferiore. Cætera enim quadrupedes inferioribus carent cilijs. Habent ſimiæ in pectore binas mammarum papillas: & brachia hominis modo, ſed hirtiuſcula, quæ & ipſa, & pedes vt homo inflectunt, hoc eſt, ita vt circunferentiæ membrorum vtrorumque obuerſæ inter ſe adducantur. Ad hæc manus, digitos, vngues homini ſimiles, verum omnia rudiora, efferatioraq;. Pedes ſui generis habent: ſunt enim velut manus maiuſculæ, & digitis vt manus conſtant medio longiore. Veſtigium etiam manui ſimile eſt, niſi quod in longum ſe porrigat, & volam referens tédat ad poſtrema. Calloſius hoc altera ſui parte extrema eſt, & calcem inepte atque exiliter imitatur. Pedum officium duplex eſt: ijs enim & vt pedibus, & vt manibus vtuntur, inflectuntque eoſdem perinde ac manus. Lacertos & femora habent breuis proportione cubitorum & tibiarum. Vmbilicum qui emineat, nullum habent: ſed durum quiddam continetur loco vmbilici. Partem corporis ſuperiorem multo maiorem habent, quàm inferiorem, videlicet more quadrupedum: quinarij enim ferè ad ternarium ratione conſtant. Degenerant ergo, tum ea de cauſa, tum etiam quod pedes manibus habeant ſimiles, & quaſi ex manu pedeque conſtitutos. Calcis enim poſtremum ad pedem, reliquæ autem particulæ ad manum facile referuntur: digiti nanque volæ ſpeciem gerunt. Degunt plus temporis pronæ quadrupedum more, quàm erectæ. Carent natibus, vtpote quadrupedes. Priuatæ cauda ſunt, vtpote bipedes. Exigua enim omnino cauda ineſt, quatenus nota ſolum habeatur. Genitale enim fœminæ mulieris eſt: mari potius canis, quam hominis. Hæc Ariſtoteles, & Albertus ferè eadem omnia de animalibus 2. 1. 4. Simia quòd forma ambigua ſit, vt & in neutro & in vtroque genere ſit conſtituenda, ideo nec caudam habet, neque nates: videlicet, vt bipes, cauda vacat: vt quadrupes, natibus, Ariſtotel. de partibus 4. 10. Aliter Albertus, Simia habet nates latas, & locum in eis quaſi paratum ad ſedendum. Piloſa eſt, in facie tamen minus, Idem. Politianus in epiſtolis aduerſus ſolius Ciceronis imitatores ſcribens, Mihi (inquit) longè honeſtior tauri facies, aut item leonis, quàm ſimiæ videtur, quæ tamen homini ſimilior eſt. Simiarum genera perfectam hominis ſimulationem continent, facie, narib', auribus, palbebris, quas ſolæ quadrupedũ & in inferiore habent gena, iam mammas in pectore; & brachia, & crura in contrarium ſimiliter flexa: in manibus vngues, digitos, longioremque medium. Pedibus paulum differunt. Sunt enim vt manus prælongi, ſed veſtigium palmæ ſimile faciunt. Pollex quoque his & articuli vt homini: ac præter genitale tantum, & hoc in maribus, viſcera etiam interiora omnia ad exemplar, Plin.

Natura ſimiæ ridiculo animali, & animam habenti ridiculam, corporis quoque conſtructionem ridiculam dedit, Galen. Simia inter vniuerſa animantium genera, tum viſceribus, tum muſculis, tum arterijs, tum neruis (quoniam & oſſium forma;) homini eſt ſimillima. Nam ob illorum naturam binis cruribus incedit, prioribuſque artubus vt manibus vtitur. Et pectoris os omnium quadrupedum latiſſimum habet, clauiculas humanis ſimiles, faciem rotundam, collum longum, Galen: de anatom. admin. 1. 2. Præſtat vt exercitaturus ſe in corporum diſſectionibus, ſimiarum homini quam ſimillimarum artus diſſecet: ſin ea non detur, aliquam ei proximam deligat: aut ſi nulla omnino ſimia reperitur, cynocephalum, vel ſa-

vel ſatyrum, vel lyncem, In eodem opere. Ex libri ſexti capite primo, Simia (inquit) homini ſimillima eſt illa, cui neque facies oblonga neque canini dentes magni, (cui nec oblongę maxillę, nec canini dentes magni, In eodem opere 1.2.) Etenim hæc pariter aut augeſcunt aut minuuntur (id eſt, vt eò ſimilior homini ſit ſimia, quò minus longam habuerit faciem, minuſque magnos dentes caninos, & contra:) quemadmodum rectus inceſſus, curſus velocitas, magnus in manu digitus, temporum muſculus: & pilorum iuxta duritiem molliticmque, longitudinem & breuitatem differentia. Verum ex his enumeratis quodlibet contemplatus, alia quoque poteris cognoſcere: quippe vniuerſa hæc ſimul tum increſcunt tum minuuntur. Si quandoque ſimiam conſpexeris erectam currentem, ſtatim ex longinquo hanc ſimilem homini exiſtere cognoſces: ac poteris omnia in ea eſſe, quæ ante paulum enumeraui, prædicere: faciem rotundam, dentes caninos exiguos, maiorem manus digitum non adeò exiguum vt in alijs ſimijs: rurſus pedis digitos minores quàm quos reliquæ ſimiæ obtinent. temporum muſculos exiguos, ſicut etiam eos qui ex femore ad tibiam pertinent, haud in longum procedentes: ad hæc os coccygis appellati, minutum: minimeque hirſutam eſſe hanc ſimiam, & pilos habere haud admodum duros vel prolixos. Ita ſi quid ex relatis ſecus habeat, alia quoque differt. Iam nonnullæ ex ipſis proximè cynocephalos ſpecie accedunt, adeò vt etiam lati oſſis mucronem (coccyga nuncupaui) longum repræſentent: quædam ad caudam vſque: atque hæ inter ſimias hirtiores ſunt: pilo veſtiuntur duro rectoque: & aſpectu ſunt efferatiore: at in vera ſimia etiam hic timidus eſt. Et ſanè temporalis muſculus in veris ſimijs plurimum attollitur: ibi autem ceſſat, vbi futura coronalis habetur, vt in hominibus eſt cernere. Simili modo dentes magni quidem omnes, ſed canini magis conſpicui: quemadmodum & maxilla longa: & pollicem in manu omnes ſimiæ quæ cynocephalos imitantur, exiguum admodum habent. Tales muſculos quoque qui ex femore in tibiam deſcendunt, longiſſimè expanſos obtinent: atque ideo colligatum, vt ita dixerim, totum poplitem: cuius cauſa crura perfectè extendere, ac probe ijs conſiſtere nequeunt: quare nec erectæ incedere vel currere velociter poſſunt. Neque igitur maiorem in pede digitum habent grandem, hominum modo: neque alios exiguos, ſed omnes ex æquo magnos: is minor cæteris eſt quem homo habet maximum. Porrò caudæ initium quoddam ipſis ineſt: Et huiuſmodi ſimiæ toto corpore cynocephalos referunt, Hæc Galenus. Et rurſus libro 1. cap. 2. Simiæ (inquit) quæ cynocephalos imitantur, roſtro longiore ſunt, & dentes caninos habent prominentiores. Hæ etiam vix binis cruribus conſiſtunt erectæ, tantum abeſt vt ambulare vel currere poſſint. Itaque ſimiæ vel maximè homini ſimiles, exiguo aliquo interuallo perfectam illius rectitudinem non aſſequuntur. Nam & femoris caput obliquius quodammodo cum acetabulo coxæ committitur: & quidam ex muſculis qui in tibiam deſcendunt, vlterius progrediuntur, quæ ambo rectitudinem impediunt, offenduntque: quemadmodum & pedes ipſis calce magis anguſta conſtant: digitis autem inſigni ſpatio inuicem diſcretis: ſed hæc parua ſunt, eoque ſimia paululum à rectitudine diſcedit: qua vero cynocephalos referunt, quoniam amplius hæ, idque manifeſtò iam ab humana ſpecie degenerant, euidentem quoque oſſium diſſimilitudinem ſortitæ ſunt, Hæc omnia Galenus in Opere de anatomicis adminiſtrationibus. Οὐ πάνυ ἀξίαν ἐπαίνου ἔχουσι, σέρφους· ὅσοι δὲ παχεῖαν πίονα, μαλακοί· ὅσοι δ' ἔχουσιν ὀλίγην σάρκα, ἀσθενογνωμόνες (ficcam vel deficcatam, Vetus interpres: qui pro πάνυ etiam non rectè pecten vertit: lego πανύ, id eſt nates:) κακοήθεις, ἀναφέρεται δὲ καὶ σκληρούς, Adamantius hunc locum ſic habet: Ἰσχία παχέα γυναικῶν, ἐπαίνου ἄξια· ἀνδρῶν, λεπτὰ δὲ, διὰ γάστερα. ἰσχνὰ, ὅσα ἐπιτηδείως πανύεται ἀνὴρ· παιδίον δὲ καὶ τὰ σκέλη. Clunas ſimias à clunibus tritis dictas exiſtimant, Pompeius lib. 3. Maligni habentur quorum cani ſunt oculi, quales ſimijs, Ariſtoteles & Adamantius. Quibus parui oculi, vt ſimijs, puſillo ſunt animo, Ariſtoteles: maligno, (κακοήθεις,) Adamantius. Qui paruas habent aures, ſimijs ingenio reſpondent, σκληρούς, Ariſtot. Adamantius malignos & fraudulentos eſſe ait, κακοήθεις καὶ πανύργους. Simis naribus homines libidinoſi ferè iudicantur: ſimiæ autem etiam ſimiæ ſunt, vnde quidam nominatas exiſtimant: conſtat vero eas libidinoſas eſſe, & quaſdam adeò vt mulieres etiam appetant. Quibus labra ſunt craſſa, & ſuperius vltra inferius eminet, ſtulti iudicantur, à ſimili aſinorum & ſimiarum ſpecie, Ariſtot. Iam viſum eſt cor ſimij maris, habens duo acumina, quod pro miraculo vel monſtro habendum eſt, Albert. Simia mamillas vt mulier in pectore habet: eoque manus dedit ei natura, quibus ad pectus poteſt eleuare partum ſicut mulier: cætera autem animalia inferius habent mamillas, vt à ſuis fœtibus attingi poſſint, Albertus. Dorſum paruum, quale eſt felis & ſimiæ, hominem puſillanimem arguit, Ariſtoteles. Adamantius quoque dorſum latum & ſolidum, viri fortis & animoſi ſignum eſſe ait: contrarium verò, contra. Simijs vngues imbricati, Plinius. Simiæ & quadrupedes aſſuetæ vinum bibere vnguibus carent, vt dicam in C. Quæ animal generant, genua ante ſe flectunt, & ſuffraginum artus in auerſum. Homini genua & cubita contraria: item vrſis & ſimiarum generi, ob id minimè pernicibus, Plinius. Caudæ præter hominem ac ſimias omnibus ferè animalibus, Plinius. Simia calcaneum habet in pedibus, & propter hoc erigitur vt homo, ſtat, & currit quandoque, ſed hoc non poteſt niſi modicè, Author de nat. rerum.

Venarum in brachijs diuiſio in ſimijs non ſecus quàm in homine per omnia apparet, Galenus in libro de venarum & art. diſſect. ca. 4. Pollicem ſimiæ etiam habent, ſed breuem, gracilem, curuum, & omnino ridiculum. Sed & tota manus ſimiæ humanam ridiculè & ineptè imitatur, Galen. de vſu partium 2.12. Muſculi qui ex poſterioribus partibus cruris proueniunt, ad medium ferè tibiæ, aut paulò ſupra id in ſimijs implantati, muſculis anterioribus colum (crus) extendentibus renitentes, & crus retrorſum contrahentes, genu exactè extendi non permittunt, Galenus in eodem opere circa finem libri 3. Et mox, Omnium enim oſſium crurum ſyntaxim eiuſmodi cum habeat ſimia, quæ eam rectè ſtare non permittat, maximè ridiculos retrorſum muſculos conſtructioni aduerſantes ſortita eſt. Atque igitur puerorum ludicro velut claudo ſubſultans, neque exactè, neque tutò ſtare rectè poteſt. Sed vt homo deridens & ſubſannans alium hominem claudum, ſtat, & ambulat, & currit claudicans: ita & ſimia vtitur cruribus. Simiæ pes (inquit idem de anatom. adminiſtrat. 2.15.) hac parte ab humano diſcrepat, (tendine quodam qui ad tarſum reflectitur ex ſuperioribus partibus ad inferiores productus) quòd etiam natura digitorum huic animali diſſimilis ſit humanis. Illi ſiquidem multò minores, quàm qui in manu exiſtunt: hi vero maiores etiam ijs in quos manus eſt diſcreta: quales repentibus quoque animantibus plurimum fiſſi, tum inuicem diſtantes adſunt, quorum beneficio ex facili ſublimia conſcendit ſimia: quemadmodum muſtelæ, mures, viuerræ, & id genus alia. Hunc igitur tendinem, vt dixi, in pede humano haud eſt reperire, &c. De muſculo etiam reperto ſub axilla ſimiæ ſcribit quædam 1.5. de anatom. adminiſt.

Simias ab homine in pluribus differre quàm putauit Galenus, Andr. Veſalius docet in Volumine ſuo de fabrica corporis humani: nempe in muſculis thoracis & brachiũ mouentibus: item in ijs qui cubitũ & femur agũt

ab eo

ab eo differre,& manus intern fabrica: In muſculis pedis digitorum motoribus,& pedes mouentibus & ſcapulas: In tendine pedi ſubnato: Item colo & meſenterio: & pulmonis lobo quinto venam cauam ſuſtinente, quæ homines carent. Paſſim etiam demonſtrat ſimiarum ſectionis peritiorem fuiſſe Galenum quàm hominum: & ſimiarum ſectione deluſum,aliorum Anatomicorum placita vera ſæpe euertere aggreſſum. De ſimiarum oſſe ſacro & coccygis: Omentum earum inter homines & canes mediam rationem ſortiri, Quæ re apud Veſalium ex Indice.

C.

Simiæ in montium cauernis & foraminibus habitant, Philoſtratus. In rupibus vel arboribus, Albertus. Nucibus & pomis in cibo delectantur: ſed reperto in eis amaro cortice, totum abijciunt, Obſcurus. Vermes (pediculos) in capitibus & veſtibus colligunt & comedunt. Albertus. Vinum etiam bibunt, & inebriatæ aliquando capiuntur, vt Athanæus refert. Simias quadrupedesque quibus digiti ſunt, negant creſcere aſſuetas meri potu, Plinius. Huius rei cauſam inquirit Caelius Calcagninus Epiſtolicarum quæſtionum lib. 2. ad Thomam Calcag. nepotem. Omnis fœmina inter quadrupedes vrinam retrò reddit, niſi forte erecta incedat aliqua duobus pedibus, vt Auicenna dicit de quodam genere ſimiarum: quarum fœminas cum erectæ aut ſedentes vrinam emittũt, certum eſt antrorſum ab eis emitti vt à mulieribus, Albertus. Aegyptij hominem ſua dedecora occultantem inſinuantes, ſimiam mingentem pingunt: hæc enim vrinam à ſe redditam occulit, Orus. Indi ſimias rufas in vrbes non adducunt, quòd Veneris libidine inflammatæ, in muliebrem ſexum furentes ſint: ac ſi quando deprehendant, eas tanquam adulteros odio perſequentes interficiunt, Aelianus. Catulos pariunt geminos, quorum alterum amant, alterum oderant, vt dicam in D. Pariunt quandoque in domibus vbi aluntur, & partus ſuos oſtendunt hominibus quaſi pulchros, Albertus ex Plinio. Simia animal mobile & inquietum eſt, morſu ferox, & præ cæteris animalibus exquiſito valet guſtu, Obſcurus. De inceſſu eius erectæ & curſu, diximꝰ quædã ſupra in B.

D.

Simiarum generi præcipua erga fœtum affectio. Geſtant catulos: quos manſuefactæ intra domos pepererẽt, omnibus demonſtrant, tractarique gaudent, ſimiles gratulationem intelligentis. Itaque magna ex parte complectendo necant, Plinius & Albertus. Immoderatè fœtus amant, adeò vt catulos facilius amittant quos impendio diligunt & ante ſe geſtant, quoniam neglecti ponè (id eſt poſt, à tergo matris) matrem ſemper hærent, Solinus. Duos fœtus plerunque parit: ex quibus chariorem magis complectitur & geſtat: minus charus dorſo matris inſidet, Albertus. Ex geminis catulis alterum amant, alterum oderant, Διὸπῶς οἱ ἀγαπαλίσαντων τῶν ἐκγόνων (pro ἐκτρίψαντων) πεσοῦνται, Oppianus: id eſt, propriæ autem matris vlnis perit catulus, arctius ſcilicet compreſſus. Aegyptij vt patrem ſignificent qui inuiſo filio hæreditatem reliquit, ſimiam cum catulo eius retro (in tergo) pingunt: parit enim ſimia geminos: vnum amore, alterum odio proſequitur. Quem igitur amat ante ſe geſtans interimit: quem vero odit poſt ſe (in tergo) habet, ac illum reliquum nutrit, Orus. Vide mox in E. in venatione ſimiæ. Sine cauda (inquit Scaliger) Simias plures vidimus, quantus puer eſt annorum octo. Marem quoque ac fœminam cum prole. Filiolus ſi quid videretur deſiderare: manu, pugnoque fœminam à marito, tanquam malæ tractationis ream, etiam addita vultus acerbitate, caſtigari, nempe ſupercilio, rictu, murmure, irati patris, atque reprehenſoris mariti animum præ ſe ferre. Multa leguntur in libris itinerarijs: ſic enim inſcribuntur. In India mediterranea ingentes corpore, audacia ciuiles, vltro citroque non ſolùm per agros, ſed etiam per oppida in mercatibus, ſine maleficio aut offenſione ciuium commeare.

Simias facillimè manſuefieri, & in ædibus diuitum ludicri ac ridiculi ſpectaculi gratia catenis alligatas nutriri, notum eſt omnibus.

Lunæ cauæ triſtes eſſe, quibus in eo genere cauda ſit, nouam exultatione adorare, (nanque defectum ſyderum & cæteræ pauent quadrupedes,) Mutianus tradit, Plinius. Solinus tamen de ſimijs, non caudatis, ſed ſimpliciter, Exultant (inquit) nouæ Lunæ, triſtes ſunt cornuto & cauo ſydere. Simiæ facies turpiter hominem aſſimulat, triſtis, fraudulenta, Gillius. Diuitibus in delicijs ſunt, omnium ferè rerum imitatrices. Puſilli eas animi eſſe, maligñas, ſtolidas, & eodem ingenio præditas cenſeri homines, qui oculos, aures, labra aut dorſum eis ſimilia habent, ex Ariſtotele & Adamantio in B. diximus. Simia quemuis ludum docetur, natumed imitationem animal: ſed malapotius quàm bona in homine imitatur. Ferocitatem quidem obliuiſcitur, ſed nunquam adeò manſuefit, quin facile ſemper fiat rabida, (ad impetuoſam iram prona.) Delectatur ludendo cum pueris & canibus: ſed pueros (infantes) non cuſtoditos aliquando ſtrangulat, vel ab alto præcipitat, Author de nat. rerum: & Albertus. Πίθηκος ὅτι φαίνεται τὸ βωμολοχικὸν καὶ εἰρωνικὸν, Adamantius: hoc eſt, Simiæ ingenium ſcurrilè & ſimulatione inſigne eſt. Simia cicur dominum ſuum agnoſcit etiam poſt multos annos reuertentem, Alexander. Iniuriæ longo tempore meminit, & ſimultatem diu exercet in eum à quo læſa fuerit, Albertus & alij. Natura ſimiæ ridiculo animali & animam habenti ridiculam, corporis quoque conſtructionem ridiculam dedit, Galenus. Simia maximè delectatur ludis, vnde factum apud Græcos verbum Ἀπιστίζειν, Ἀπιστίζω. Suidas & Varinus. Pulchra ſemper apud pueros eſt ſimia, vt ait veterum quidam, nos admonens ludicrum eſſe ridiculum puerorum hoc animal illudentium. Omnes enim humanos actus imitari dum ſatagit, & fruſtratur in ipſis, & ridiculum ſe exhibet. An non vidiſti ſimiam fiſtula canere, ſaltare, ſcribere, & alia agere vniuerſa conantem, quæ homo pulchre perficit? Galen. de vſu part. 2. 12. Simia actuoſum animal, & ad omnia imitanda habile, omne quod corpore agitur, ſi doceatur, præclare diſcit, & idipſum actione repræſentat: ac ſi ſaltare doceatur, ſaltationem aſſequitur: ſi ad tibiam canere, canit. Ego auriga munus obire vidi, habenas nimirum vel abducendi, vel remittendi, & flagello ſimul vtendi: breui, ſi quis ad alia quæpiam inſtituat, non fallit docentem: adeò varium natura animal eſt, & multiplex, vt ad omnem actionem ſeſe verſet, Aelianus. Et rurſus, Cum cæteris in rebus omnium beſtiarum ſimia peruerſiſſima eſt, tum peruerſior in ijs, in quibus hominem imitari conatur. Cum enim nutricem ex eminenti loco perſpexiſſet puerum infantem in pelui lauare, & faſcias in orbem contrahere, & in arctum ad aquæ expreſſionem contorquere, atque quo reliquiſſet loco puerum obſeruaſſet, ſimul & circa eum ipſum à cuſtodibus magnam introſpexiſſet ſolitudinem: feneſtella quæ tum pateret in domum intrauit ad puerum, quem ſimiliter vt factitari à nutrice viderat, ex lecto ſublatum integumentis nudauit, & aquam, ſuccenſis carbonibus, calefcentem, in miſerum infantem infudit, atque interfecit. Mutianus & latrunculis luſiſſe fictis cera ſimias tradit, nu-

dit, nuces viſu diſtinguere, Plin. Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas. Martial. Caucaſi pars (inquit Philoſtratus de vita Apol. lib. 3.) quæ in rubrum mare porrigitur, tum alia aromata, tum piperis arbores profert. Naſcuntur illæ in extremis præruptiſque locis, homini inacceſſis: vbi ſimiarum populus montis cauernas & omnia foramina incolit. Eas autem maximi faciunt Indi, quoniam piperis (vt ſic dicam) vindemiatrices ſunt: quapropter & armis & canibus leones & cæteras feras ab ipſis arcent. Inſidiatur autem ſimiæ leo ægrotus, medicinæ cauſa, (vide paulò poſt:) & cum iam ſenex feras aſſequi alias non poteſt, paſtus cibique gratia. Sed Indi ſimias non negligunt, & ſe beneficia ab ipſis capere arbitrantes leones arcent. Quod autem ad piperis collectionem attinet, ſic ſe habet. Accedentes Indi ad arbores quæ in parte montis infima naſcuntur, fructuſque ab illis decerpentes, paruas quaſdam ſub arboribus areas faciunt, vbi piper congerunt, quaſi caſu illic ipſum proijcientes, ceu rem ne-
10 glectam & minimi ab hominibus exiſtimatam: circunſtantes verò atque in auijs abditæ ſimiæ, talia deſuper aſpicientes vbi nox aduenit, Indorum opus imitatæ auulſos arborum ramulos, (ὑφαιρεῖται,) in areas quas diximus conferunt. Indi autem vbi dies illuxit piperis aceruos aſportant, quos nihil laborantes ſed dormientes acquiſierunt, Hæc Philoſtratus.

Vt leo inter beſtias terreſtres, ſic in mari delphinus imperat. Ambo ſenectute tabeſcunt: & cum ſunt in ægritudine, illi terreſtris ſimia, huic marina medetur, Aelian. Aegroto leoni nulla poteſt alia medicina adhiberi: ſed ſi comederit ſimiam, id ei morbi remedium eſt, Idem in Varijs. Hoc & Philoſtratus ſcribit, vt paulò antè retuli. Cum ſupra quàm ferre queat cibo ſe compleuit leo, aut quiete & inedia ſe exhaurit, aut ſimiam nactus vorat, illiuſque adeſis carnibus ventrem mollitum extenuat, Aelianus. Hominem ægrotum ac ſeipſum curantem ſignificantes Aegyptij leonem pingunt ſimiam vorantem: hic enim febricitans vorata ſimia conualeſcit, Orus. Aegritudine
20 faſtidij tantum ſentit leo, in qua medetur ei contumelia, in rabiem agente annexarum laſciuia ſimiarum. Guſtatus deinde ſanguis ſimiæ, non canis vt Phyſiologus habet) in remedio eſt, Plinius. Quàm mirabili aſtutia pardalis ſe mortuam fingens, ſimias captet, vide in Pardali capite 3. ex Aeliano: vnde & prouerbium natum, Pardi mortem adſimulat. Ad pardum pleraque vel ſponte adcurrere, odore allecta, ſimiam comprimis, narrant. Plutarch. at Aelianus pardalin curſus celeritate ſimias aſſequi ſcribit. Cati etiam in Aegypto ſimias venantur, vt in Cato dixi ad finem capitis quarti. Inter mamonetum (id eſt cercopithecum) & ſimiam odium eſt implacabile, bellumque frequens: & licet viribus impares ſint mamoneti, aſtutia tamen & animoſitate pugnandi ſimijs præferuntur, Iſidorus. Ephorinus in Colloquijs Eraſmi in dialogo de amicitia, poſtquam multa de animalium inter ſe naturali vel conſenſu vel pugna dixiſſet, ſubdit: Addam quod non legi ſed his oculis conſpexi. Simius ſupra modum horret teſtudinem. Huius rei quidam dedit nobis ſpecimen Romæ. Puero ſuo in verticem impoſuit teſtudinem,
30 & pileo contexit: dein producit ad ſimium. Ilico ſimius gaudens inſilijt in humeros pueri venaturus pediculos, ſublato pileo reperit teſtudinem. Mirum erat ſpectaculum quanto cum horrore reſilierit beſtia, quàm expauerit, quàm timide reſpexerit an ſequeretur teſtudo. Additum eſt aliud ſpecimen: alligauimus teſtudinem catenæ à qua reuinctus erat ſimius, vt effugere non poſſet, quin ſaltem aſpiceret: incredibile dictu quantopere fuerit diſcruciatus: tantum non metu exanimabatur, interdum auerſus poſterioribus pedibus depellere tentauit hærentem beſtiam. Tandem quicquid erat in aluo aut veſica oneris, reiecit. Sequuta eſt ex pauore febris, vt nobis fuerit ſoluendus à catena, & aqua vino temperata refocillandus, Hæc ille. Ego vero ſimiam non teſtudines, ſed limaces, metuere audio: quæ ſi circumponantur ei, comprimere ſe, & præ metu contingere non audere: vt errârit Eraſmus vulgari hodie multis errore teſtudinem pro limace dicentibus. Et paulò poſt in eodem dialogo: Thomas Morus (inquit Ioannes interloquutor) in Anglia alebat domi ſimium prægrandem: tum fortè, quò reua-
40 leſceret à vulnere ſolutus obambulare ſinebatur. In extremo horti erant incluſi cuniculi, quibus inſidiabatur muſtella. Id ſimius procul quietus & ocioſus ſpectabat, donec videret cuniculis nihil eſſe periculi. Cæterum poſteaquam muſtella lab. factaſſet caueam à muro reuulſam, iamque periculum eſſet, ne cuniculi à tergo nudati prædæ eſſent hoſti, accurrit ſimius, & conſcenſa trabe quadam, caueam retraxit in locum priſtinum, tanta arte, vt homo non poſſet dexterius. Ex quo perſpicuum, hoc animantium genus ſimijs eſſe charum. Ipſi cuniculi non intelligebant ſuum periculum, ſed hoſtem ſuum per cancellos oſculabantur. Simius opitulatus eſt periclitanti ſimplicitati. Tum Ephorinus, Omnibus (inquit) catulis minoribus delectantur ſimij gaudentque fouere ſinu & complecti: ſed pius ille ſimius dignus erat aliquo pietatis præmio.

E.

50 Simia & elephas vino inebriantur: illæ quidem etiam inebriatæ capiuntur, Athenæus libro 10. Mira ſolertia viſco inungi, laqueiſque calceari imitatione venantium traduntur, Plinius, vt Romana exemplaria habent. Hermolaus magis probat Veneta, in quibus legitur, Viſco inungi laqueos, calcearique venantium imitatione. Scio & intingere ſibi oculos inquit ſolere ſimias, atque inde capi facile, vt inquit Strabo: ſed illud non tam ſolertiæ quàm ſtultitiæ tribuendum erat, Hæc ille. Ego Romanam lectionem malim: nam quod in Venetis legitur, apud nullum alium authorem reperitur. Vulgus ſimiarum paſſim videmus non ſine ingenio æmulandi, quò facilius in manus veniunt. Nam dum auidè venantium geſtus affectant, relicta conſultò viſci vnguilla, quod mendacio factum vident, oculos ſuos oblinunt. Ita viſu obducto pronum eſt eas corripi, Solinus. In montana regione Indiæ genus ſimiarum frequens & prægrande reperitur, (inquit Diodorus Siculus libro 17.) quæ cum valido corpore & animi ſagacitate præſtent, haud facile per vim comprehendi poſſunt. Igitur è venatorum turba
60 quiſpiam melle ſibi oculos perungit, alius (beluis hæc omnia videntibus) calciamenta ſibi induit, alij ſpecula capitibus applicant. Calciamentis innectuntur laquei, atque ita ea diſcedentes relinquunt. Pro melle viſcum ſupponunt, & ſpeculis adijciunt funes, (ἐπιπλάττουσι.) Simiæ poſt venatorum abitum conantur ea, quæ viderant, facere & ipſæ, ſed fruſtra. Cilia enim viſco agglutinantur, pedesque laqueis impediti, & corpora vincta remanent, Hæc Diodorus. Inter Hydaſpen & Acesinen in India ſylua eſt prope Emodos montes, in qua maximam ingentium cercopithecorum multitudinem eſſe dicunt, adeò vt cum Macedones aliquando multos in collibus quibuſdam apertis vidiſſent in aciem inſtructos (nam id animal ad humanum accedit ingenium [ἀνθρωποειδέστατον] non minus quàm elephantes,) caſtra putarint, & in eos tanquam hoſtes irruerint: ſed cum à Taxilo, qui cum Alexandro erat, rem agnouiſſent, ceſſarunt. Hoc animal duobus capitur modis: nã cum imitationis ſtudioſum ſit, & in arbores fugiat, venatores cũ eos in arborib' inſidere animaduertũt, catinum aqua
70 plenũ in cõſpectu ponũt, oculos ſibi ex ea abluentes, poſtea viſco pro aqua poſito abeũt, ex longinquo inſidiãtes.

Cum

Cum animal ex arbore deſcenderit,& ſeſe viſcò illeuerit,& conniuenti palpebræ implicitæ fuerint, accedentes viuum capiunt. Atque hic vnus eſt modus. Alter eſt, poſtquam culleolos (ὑλάκτας) quoſdam in ſubligaculi modum induti fuerint, abeunt alijs ibi relictis interius villoſis & viſco illitis. Simiæ in hos ingredientes facile capiuntur, Strabo lib. 15. Eadem ferè de ſimijs viſco aut calciamentis propoſitis, capiendis, Author libri de nat. rerum & Albertus ſcribunt. Non capiuntur retibus, neque ſagacium canum venandi ſolertia præditorum: ſed cum ſit animal ſaltationis auidum, ſaltare cupit: ſi item quempiam viderit calceos induentem, imitatur: & ſi quem viderit oculos pingentem, aut lauantem, hoc idem facere ſtudet: itaque pro his ex plumbo factos graues calceos proponunt, & laqueos ſubijciunt, vt pes quidem immitti poſſit, & interim firmo vinculo retineri. Itemque viſco decipiuntur, (Quæ ſequuntur Aelianus noſter non habet, Gillius addidit,) nam illis videntibus Indus pelues aqua plenas in earum conſpectu ponit, ex eaque oculos oblinit, ac mox viſcum pro aqua reponit: illæ aſpicientes (vt ſunt ad omnia imitanda aptæ) continuò deſcendunt, oculosque & ora ipſi ſimiliter viſco oblinunt, itaque poſtea facillimè capiuntur, Aelianus. Otides etiam aues imitatoriæ, viſco ſimiliter capiuntur. Catulos ferè geminos parit: ex quibus chariorem magis complectitur, & geſtat (vlnis:) qui minus diligitur, dorſo matris inſidet: & cum aliquando à venatore agitatur, neceſſitate adacta fœtum quem vlnis geſtat, abijcit, vt fugere poſſit: dorſo autem adhærens excuti non poteſt: & ſi forte cum illo euaſerit, diligere incipit quem ante minus dilexit, Albertus. Piper quomodo ex arboribus colligant ſimiæ, dictum eſt ſupra in D. Regio Baſman magno Cham Tartarorum regi ſubiecta, abundat diuerſis ſimijs magnis & paruis, hominibus ſimillimis. Has capiunt venatores, & occiſas totas depilant, pilis in barba tantum & ano relictis: & aromatibus conditas deſiccant, & mercatoribus vendunt, qui in diuerſas orbis partes corpora illa deferentes, hominibus perſuadent tales homunciones in maris inſulis reperiri, M. Paulus Venetus 3. 15. Simiæ in leporario rarenter tenentur: ſed catenula in qualibet ferè æ̃dium parte ligantur, vt conſpici poſſint atque delectent, Grapaldus. Imponitur aliquando equo paruo, & canibus in equum irritatis, cum deſilire non audeat, metuens ſibi à canibus, miros interim geſtus ædit.

Serpens, canis, ſimia & gallus gallinaceus, culeo parricidæ in mare præcipitando ſimul inſeruntur. Vt enim ſimia homo non eſt, attamen videtur: ſic qui proprium occiderit patrem. Serpens inſidijs anteit, inimiciſſimus humano generi non ſecus ac parricida. Canes omnes odiſſe videntur, ſolumque hoc animal nulli penitus parcit, neque proprio generi. Gallus inſons huius culpæ, forſan ob gentis ſimilitudinem adijcitur, quam maximè Romani oderunt, vel quod ſuperbiſſimus ſit Præcipitatur in mare, velut omni indignus elemento, & cuius ſocietate aer, terra aquaque inficerentur: ob id culeo inſuitur virgis ſanguineis prius verberatus, Cardanus.

F.

Zygantes Africæ populi ſimijs veſcuntur, quarum affatim gignitur ijs qui in montibus degunt, Herodotus. Simia frigida & auſtera eſt, & humorem generat peſſimum, Raſis.

G.

Cor ſimiæ aſſum & aridum potum drachmæ pondere cum melicrato vetere, roborat cor, & acrimoniam eius audaciamque auget, puſillanimitatem & cordis pulſum depellit, acuit intellectum, & contra caducum morbum valet, Raſis.

Siue homo, ſeu ſimilis turpiſſima beſtia nobis, Vulnera dente dedit, virus ſimul intulit atrum, Betonicam ex duro (aliàs puro) prodeſt aſſumere Baccho. Nec non & raphani cortex decocta medetur, Si trita admorſis fuerit circumlita membris, Serenus. Fel tauri illitum ſuper morſum ſimiæ, perſanat, Sextus. Simię morſus (inquit Auicenna) aliquando venenoſus eſt, cui applicari oportet ea quæ venenum extrahant: quale eſt cataplaſma cũ cinere, aceto, cepa & melle: aut cum amygdalis amaris & ficubus, præſertim immaturis. Conuenit etiam lithargyrus cum ſale, & radix fœniculi. Apoſtema eius ſedatur lithargyro liquefacto in aqua: & cooperiat (aliàs aperiatur) ipſum cum nigella & melle, & eruo & melle: Aliàs Aſſumat in potu nigellam tritam & mel & porrum: aut orobum & mel. Arnoldus de Villanoua in Breuiario ſic legit, Nigella & mel cum farina orobi mixta & ſuperpoſita, mirè valent. Ferdinandus Ponzettus penultimo capite operis ſui de venenis, cum indicaſſet remedia contra morſum cati, ſubiungit: Similiter curatur morſus muris ſylueſtris & ſimiæ, & aliquorum, ſuper quos veteres ponebant fabas maſticatas. Et quidam putant quod betonica & plantago ſumptæ cum vino veteri confe- rant ad omnes: & quod ſimus caprarum decoctus in aceto, & vlceri illitus ſanet.

H.

a. Clunas ſimias à clunibus tritis dictas exiſtimant, Feſtus, Græci πίθηκον vocant, ἀπὸ τοῦ πιθῶ, πίθηκον. πιθὼ δὲ καλεῖς (τὸ ζῶον οἱονεὶ χθὲς ἢ πρωῒ χθὲς εἶπε), Etymologus:) Suidas. Πίθηξ etiam legitur apud Suidam. Πίθων, ſimia, Varinus: ſed melius apud Heſychium prima per ιῶτα legitur: etſi illic quoque ordinis ratio ἡ τάξις poſtulet. Ἄλμων. ſimia: Arima verò mons Ciliciæ, (ſic enim lego,) Heſychius & Varinus. Arimos priſca Hetruſcorum lingua ſimias vocabat: Vide inferius inter propria. Simiæ vocantur mimi & ſatyri, μίμοι καὶ σατυροι, Varin. in Νῦν γελάσεται. mimi ſcilicet ab imitatione, à recto μίμων. ab alijs μιμὼ vel μιμοὺν ſcribitur, vt in A. dixi. Satyri, peculiare genus eſt, de quo infra. Βαθὺς, πίθηκος. ἀναβαίνει. Heſ. Var. inde nimirum quod facile arbores ſcandant, & in ſublime repant. Καλλίας. ſimia Lacones, Heſ. Var. Galenus in commentarijs chirurgiæ Hippocratis notat γλυκείαν à Græcis vocari ſuem, vel porcum in ſacrificio, blanda ſcilicet voce, vt quoque ſimiam καλλίαν, eadem ratione, Gyrald. Κίκερψ (melius κίρκωψ,) impoſtor vel ſimia, Heſ. Varin. Suidas rectè habet κίρκωψ. Κίρκωψ, Iudicet, πιθηκώδης. vel genus feræ magnam caudam habentis, Heſ. Varin. Simia quidem ſimpliciter & proprie dicta, caudata non eſt, ſed cepus ſiue cercopithecus: cercos enim Græcis cauda eſt, vnde & cercops deriuatur, vt eo nomine caudata ſimia potius quàm ſimia ſimpliciter intelligenda videatur. Suidas cercopem non ſimiam, ſed genus ſimiæ interpretatur. Κερκωπίζειν irridere, illudere ſicut ſimiæ: quod verbum etiam prouerbialiter vſurpatur, per translationem, vt Chryſippus inquit, ab animalibus quæ cercon, id eſt caudam motitantes adulantur. Cercopes, aſſluti, doloſi, impoſtores, adulatores, qui (ſicut vulpes canes venaticos decipit cauda huc illuc translata,

ata, Varin.) homines ſimplices decipiunt πίθηκος ἐξαπατᾷ λόγων, Suidas, (Varin.) Et rurſus, Κερκοπιζειν in prouerbium venit, ſiue ab animalibus quæ cauda adulantur: ſiue à Cercopibus, quos in Lydia verſatos aiunt, magnos impoſtores & inamabiles, (ἀνήδονοι.) Plura leges apud Eraſmum in prouerbijs Cercopum cœtus, & Cercopiſſare. Cercopes in ſimias mutati, Ouidius Metam. 14. Cercopes duo fratres, iniquiſſimi homines & ab ipſa improbitate ſic dicti, alter Paſſalos, alter Acmon. Quod cum animaduerteret mater eorum Memnonis, monuit ne in melampygum incideret, hoc eſt Herculem. Hos Xenagoras propter malignitatem in ſimias transformatas ait, & Pithecuſas inſulas ab eis dictas. Nomina eorum, Candulus & Atlas. (Aeſchines Sardianus in Iambis nomina eorum ſcribit Andûlum & Atlantum, Varin.) Alij ex Thea (ἐκ Θεας) & Oceano eos natos aiunt, & in ſaxa cõuerſos, quòd Ioui imponere conati eſſent. Et mox, Cercopes aiunt fuiſſe mendaces, ſuperbos, deceptores, qui per multas vagati terras, vbique deceperint homines. Cercopes olim vocabantur Cyclopes, quare improbos & malos homines ſic nominamus. Varin. Eſt & κερκώπη, parua cicada. Κερκωπων, πτηνων, Heſ. Varin. νανος, nanus & ſimia, Etymologus.

Epitheta. Simius, infamis, proteruus, calidus, ſimulator, paraſitus, turpis, apud Textor. Simulator humani oris, Claudian. 1. in Eutrop. Πίθηκος μίμος, Philes. Μιμηλὸς. Φιλοπαίγμων. Τέλεται ψυχὴ πίθηκος κακῶν μιμητὴς πόθεων. Τίς δ' ἂν ἀνὴρ ἐπέφυκεν πίθων ἦθος αἰσχρὸν ἰδέσθαι, Δόλιον, ψυχρὸν, ἀμυδρόμετον, αἰολόβουλον: Oppianus. Εὔβουλον, πανοῦργον, Eubulus apud Athenæum.

Simia, per translationem, qui alium imitatur. In quo Ruſticum inſectatur, atque etiam Stoicorum ſimiam appellat, Plinius epiſt. Quos neque pulcher Hermogenes vnquam legit, neque ſimius iſte, &c. Horatius 1. Serm. Simiolus diminutiuum, qui vtcunque alterum imitatur. Hic ſimiolus animi cauſa, me, in quem inueheretur, delegerat, Cic. ad Marium lib. 7. epiſt. Tatianus orator ſimiæ cognomentum indeptus eſt, quòd omnia ingeniosius imitando exprimeret, Cælius. Maximinus iunior oratore vſus eſt Tatiano filio Tatiani ſenioris, qui dictus eſt ſimia temporis ſui, quòd cuncta imitatus eſſet, Capitolinus in Maximino Iuniore. Ariſtophanes in Auibus quendam traducens πίθηκον vocat, ſiue tanquam deformem, ſiue tanquam panûrgon, id eſt improbum & aſtutum. In hominem deformem & nigrum, qui liberos etiam deformes habebat, iocoſum epigramma authoris incerti Anthologij libro ſecundo legitur, vt appoſui. Ἐρυσίπτης ὑγιαίνων μείζονα παιδίσκην πίθηκον, Ἢ δ' ἔτικτεν πάλιν· Ἑρμογένης αἰδεῖται, &c. Tragica ſimia, Τραγικὸς πίθηκος, prouerbiali conuicio dicebatur, qui fungeretur honoribus, opibuſque polleret, alioquin indignus. Simiam appellant homuncionem, vix hominem, ſed ſimulachrum hominis magis. Tragicam addunt, propter fortunæ ſtrepitum & perſonam additam. Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte, Aeſchinem tragicam ſimiam appellat, quòd quum eſſet nequiſſimus, ſplendidis verbis probum ciuem ageret. Cuius prouerbij meminit Philoſtratus in Ariſtide. D. Hieronymus in epiſtolis oſtendit hoc ſcommaiaci ſolere vulgò in Chriſtianos, ſed ab impijs ethnicisque, perinde quaſi vultu habituq; ſanctimoniam præſe ferrent, quum eſſent improbi: quanquam hic locus in exemplaribus non eodem habetur modo. Conuenit & in eos qui barba pallioque philoſophos ſe profitentur, cum cætera cultui non reſpondeant, Eraſmus. Τραγικὸς πίθηκος, ὅτι τῶν παρ' ἀξίαν σεμνυνομένων Heſ. Var. & Suidas, qui etiam pluribus, Demoſthenes (inquit) præter alia in Aeſchinen ſcommata, poëtarum tragœdias eum imitari dixit, & ſimiam appellauit, ſiue quòd breuis ſtaturæ homo in ſcenam intraret: ſiue quòd ſimia animal eſt ad imitationem factum, & Aeſchines quoque tragœdiarum hiſtriones imitaretur. Videtur & Tragica ſimia dici poſſe in hominem curioſius & pretioſius veſtitum, vt Cælius innuit. Eleganter & aptè Callippides Myniſcum hiſtrionem tragicum ſimiam vocabat: nam ſimias veteres appellabant imitatores, qui geſtu omnia exprimere conantur, Robortellus. Simile huic eſt aliqua ex parte, Simiæ purpurata, de quo vide infra inter prouerbia. Simia barbata, Δημοπίθηκος, vide ibidem. Πίθηξ, apud quoſdam vocatur breuis homuncio, Varinus. Lycophron Therſitis turpitudinem expreſſurus, πιθηκόμορφον illum nuncupauit, id eſt ſimiæ conſimilem, Cælius. Πιθηκοειδὴς, ſimiæ ſimilis, Lexicon Græcolat. Πίθηκον βλέμμα, τὸ ὄψις πίθηκος, id eſt aſpectus vel facies ſimiæ, Suidas & Varin deformem, vt videtur. Οἱ τὸ αὐτὸ μικροῦ ἔχοντες, πιθηκοειδεῖς, Ariſtot. Οἱ μοι τῶλας αἴους πιθηκομοῦς με θέλειν (aliàs περιλαίνειν), (Ariſtoph. in Equitibus: αὐτὸς δ' αὖ τὸ τῶν κριθῶν πολλαχόθεν ἠμπίσμαι με νυκτὸς, ὡς κἀκ τούτου πιθηκοῦμαι. Scholiaſtes, Suidas, Varinus. Διαπιθηκίσαι, illudere, irridere, (vt κερκωπίζειν:) Διαπιθήκισις, deriuatum à ſimia animante ad ludos nata, Suidas, Varin. Πιθηκίζειν, fucis aut blanditijs fallere, Eraſmus in prouerbio Simia caudata: ſed authorem non citat.

Eſt & ſimia in mari rubro, non piſcis quidem, ſed beſtia cartilaginea, colore terreſtri ſimilis, & reliqua etiam ſpecie aliqua ex parte, ſimiliter quoque reſima, &c. Aelianus.

Pithecium, mulieris nomen Plauto, Hermolaus.

Πιθήκων κόλπος, id eſt Simiarum ſinus, portus eſt in Libya iuxta Carthaginem: gentile, Pithecocolpites, Stephanus. Pithecuſæ, Πιθηκοῦσαι, inſulæ in mari Thuſco contra Campaniam, à ſimijs, vt author eſt Strabo, dictæ. Harum vna Aenaria quoque dicta eſt ab ſtatione nauium Aeneæ, Homero Inarime et hodie Iſchia ab oppido cui coxendicis ſimilitudo, vt Hermolaus in Caſtigat. ſuis in Plinium docet. Plinius vero à figlinis doliariorum nomen factum putat, quæ ibi ex Creta fiebant. Dolium enim Græci pithon, ſimiam pithecon vocant. In harum ſummitate oppidum fuit, quod plurali numero Pithecuſæ dicebatur. Meminit Plinius 3. 6. & Ptolemæus 3. 1. Inarimen Prochytenque legit, ſterilique locatas Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas, Ouidius. Incolæ, Pithecuſæi, Stephanus. Prochytam & Pithecuſam à Miſeno abruptam Strabo in primo author eſt, quam tamen idem in quinto à Pithecuſis ipſis quondam diuulſam tradit. Poſteriorem ſententiam Plinius ſequitur & Seruius. Vnde & ſecundum hos à profuſione nomen Prochyta traxit, quod etiamnum ſeruat. At Dionyſius libro 1. ſcribit à nutrice Aeneæ eiuſdem nominis dictam. Pithecuſam autem & Pithecuſas numero multitudinis dicimus alteram inſulam, quæ Inarime primum Vergilio dicta eſt, Nic. Erythræus in Indice Vergiliano, vbi plura leges in voce Inarime. Arimum Hetruſci olim ſimiam vocabant. Vide etiam Inarime in Onomaſt. noſtro: & quædam Strabonis loca, & Hermolai in Plinium, ex Inditibus. Iouem deuictis Gigantibus aliqui Damaſcum, alij Siciliã, trophæum ſtatuiſſe aiunt: alij verò Gigantum inſulas, Pithecos (Πιθήκους) accipiunt, quæ iuxta Italiam ſunt, Aeſchioni memorati. In his olim Gigantes habitabant, poſtea verò Iupiter domitis eis inſulas ſuperimpoſuit, & ſimias in dedecus Gigantum inhabitandas dedit, Varinus in Νῆσος.

b. M. Cicero antiquiſſimum verſum (Ennij puto) refert de ſimia, Simia quàm ſimilis turpiſſima beſtia nobis. Claſſis Regis Salomonis ibat per mare in Tharſis cum claſſe Hiram, ferens aurum & argentum, dentes elephantinos, ſimias & pauones, 3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9.

c. Simonides apud Stobæum in ſermone quo mulieres vituperantur, pro diuerſis ingenijs alias ex alijs alijs malibus natas fingens: Ea vero, inquit, quæ ex ſimia naſcitur, omnium peſſima eſt: turpi facie, omnibus ridicula, breui ceruice, natibus depreſſis. Ingenio quoque ſimiam refert, à lætitia & riſu aliena: in neminem benefica: hoc vnum meditatur, quomodo inſigne aliquod malum facinus edat. Aliqui homines vocem edunt ſimilem ſimiæ, vel vrſo vel cani &c. hinc quiſque iudicandus eſt eiuſdem animalis ingenium referre, Adamantius.

d. Epictetus dixit, Adulatoris minas & ſimiæ iras eodem loco habendas: aut ſi Græcè mauis, Πίθηκου ὀργὴ καὶ κόλακος ἀπειλὴ ἐν ἴσῳ ἡγητέον.

e. Si ſupponatur capiti dormientis cor ſimiæ, videbit in ſomnijs res terribiles, Raſis.

h. Cæſarem cum peregrinos quoſdam Romæ locupletes homines canum & ſimiarum catulos circumferentes gremio, eiſque deditos intueretur, interrogaſſe ferunt, nunquid apud illos mulieres liberos parerent, Plutarchus ab initio vitæ Periclis. Simia quam rex Moloſſorum in delicijs habebat, & ſortes ipſas, & cætera quæ erant ad ſortem parata diſturbauit, & aliud aliò diſſipauit, Cicero 1. de diuin. Cercopes in ſimias mutati, Ouidius Metam. 14. Vide ſupra in a. Simia Mineruæ olim ſacra erat, Fr. Ariunnus ſine authore. Dianæ Coloënæ templum fuit in Sardiana regione prope Coloën lacum, in cuius celebritate ſimiæ ſaltare ferebantur, qua in re ſuam non vult fidem Strabo aſtringere, Gyraldus. Nero Claudius aliquando ſomniauit aſturconem, quo maximè lætabatur, poſteriore corporis parte in ſimiæ ſpeciem transfiguratum, ac tantum capite integro hinnitus ædere canoros, Suetonius.

PROVERBIA.

Aſinus inter ſimias, vbi ſtolidus aliquis incidit in homines naſutos & contumelioſos. Simile eſt illud Germanorum, *Ein eule vnter einem hauffen krehen*: id eſt, Noctua inter cornices, vbi ſtupidior aliquis in homines petulantes ac dicaces incidit. Extat apud A. Gellium 2. 23. apud quem Menander comicus maritum de vxoris iniuria querentem inducit, his verbis: Ὀνῷ γὰρ πίθηκος ὡς τὰ λεγόμενον ἐν ἄλλῃ τύχῃ. Id eſt, Aſinus inter ſimias, vulgò quod aiũt, ſanè iſtud. Conſtat autem ſimiam animal eſſe petulantiſſimum, adeò vt non vereatur etiam leonem per laſciuiã agitare, natibus illius affixa, Eraſmus. Simia barbata, (non placet quòd addit Eraſmus, ſeu caudata.) Ariſtophanes in Acharnenſibus, Ὦ πίθηκε τὰ πυγίν' ἔχων. Interpres admonuit alluſum eſſe ad illud Archilochium, Τοιόνδε δή τι πίθηκος οὐρανὸν ἔχων. id eſt, Talem ò ſimia caudam (tales nates potius, vel clunes) habens. Dici ſolitum de ridiculis. Regulus Ruſticum Stoicorum ſimium dixit, contumeliæ gratia, vt refert Plinius in epiſtolis, opinor quod barba & pallio Stoicum ageret verius quàm moribus. Idem Ariſtophanes alio quodam loco quosdã δημοπιθήκους appellat, quaſi populi ſimias. Eſt autem hoc animal natura γελωτοποιὸν, nec in alium vſum videtur natum, quum nec valeat ad eſum vt oues, nec ad ædium cuſtodiam vt canes, nec ad onera geſtanda vt equi. Athenæus libro 14. narrat Anacharſim philoſophum genere Scytham; quum in conuiuium inducerentur homines ad riſum mouendum edocti, ſolum omnium non riſiſſe. Tandem quum inducerentur ſimiæ, cœpit ridere. Rogatus cauſam: Hæ (inquit) natura ſunt γελωτοποιοί, illi fingunt, Eraſmus. Vrbs noſtra repleta eſt ὀπισθοβαμβαλίχων δημοπιθήκων Ἐξαπινῶν τῶν τ' ἀδήμου αἰεί, Ariſtoph. in Ranis. Scholiaſtes δημοπιθήκους interpretatur, οὐτὸ πανούργως ἐπὶ τὸ δῆμον ὡς τὸ ζῶον ὁ πίθηκος: ἢ οὐτὸ τὸ δῆμον κολακεύοντας καὶ πανούργους. Hercules & ſimia, Ἡρακλῆς καὶ πίθηκος, de minimè congruentibus. Simia dolis valet, Hercules viribus antecellit. Nota eſt fabula de fratribus Perperis, quos Hercules comprehenſos à claua ſuſpendit: eos ferunt verſos in ſimios, Eraſmus. Quos ego non pluris facio quàm, vt dici ſolet, ſimias, Dion Pruſenſis in libro de Troia non capta. Eſt enim ſimia planè ridiculum & vulgò contemptum animal, Eraſ. Simiarum pulcherrima deformis eſt, Τῶν πιθήκων δημοφιλέστατος ἀηδίστατος ἦν: (vel vt citatur à Platone, Πιθήκων ὁ καλλιστος, συμβληθεὶς ἄλλῳ ἥδιστος ἂν φανείη,) rectè dicetur de his quæ ipſo genere ſunt vitioſa, neque prorſus conferenda cum vel extremis eorum quæ ſunt in honeſtorum ordine. Veluti ſi quis dicat lenonem integerrimum eſſe periurum, aut honeſtiſſimum hiſtrionem infamem, aut optimum Meuij carmen malum eſſe. Citatur à Platone, & ad Heraclitum authorem refertur, Eraſmus. Simia in pelle leonis: tractum & demutatum à fabula qua aſinus in pelle leonis deprehenſus fingitur. Τοιοῦτον χρόνον ἐλελήθει με, οἷόν τῳ λεοντῇ γελοῖόν τινα πίθηκον περιπεπλεγμένον, Lucianus in Philopſeude. Huic ſimile eſt illud, Simia in purpura, Πίθηκος ἐν πορφύρᾳ: quod (inquit Eraſmus) in varios vſus poteſt adhiberi: nempe, vel in hos, qui tametſi magnifico cultu ſint ornati, tamen cuiuſmodi ſint ex ipſo vultu moribuſque cognoſcitur: vel in hos quibus dignitas indecora additur: vel quoties rei per ſe fœdæ, aſcititia peregrinaque ornamenta indecenter admouentur. Quid enim tam ridiculum quàm ſimia veſtita purpurea veſte? Atque id tamen non rarò fieri videmus apud iſtos qui ſimias habent in deliciis, vt quàm maximè poſſunt, ad humanum morem ornent ac veſtiant, aliquoties & purpura: quò parum attẽtos aut imperitos fallant, proque homine ſalutetur ſimia, aut ſi deprehenſus fuerit fucus, res magis ſit ridicula. Quàm multos id genus ſimios videre eſt in principum aulis, quibus ſi purpuram, ſi torquem, ſi gemmas detrahas, meros cerdones deprehendes. Lepidius erit ſi longius transferatur, velut in eos qui barba pallioque ſimulant ſanctimoniam, Hæc Eraſmus. Meminit adagij Suidas. Iulianum imperatorem, loquacem talpam, & purpuratam ſimiam quidam appellabant, Ammi. Marcellinus.

Simia fucata, (vel potius ceruſſata, id eſt ceruſſa illita candoris comparandi gratia, & rugas ac formæ vitia occultandi, quæ vox apud Martialem & Ciceronem legitur) de deformi anu, fucata tamen, & meretricijs culta lenocinijs. Πότερον πίθηκος ἀνάκλητος ψιμυθίου, Ἢ χρῶς ἀνεστακὼς ἥδε γε τῆ νυκτῶν; Ariſtophanes in Eccleſiazuſis. Poteſt & ad rem accommodari, veluti ſi quis turpem cauſam, orationis phaleris adornet, vt honeſta videatur, Eraſmus. Simia ſimia eſt, etiam ſi aurea geſtet inſignia, πίθηκος ὁ πίθηκος κἂν χρύσεα ἔχῃ σύμβολα: reſpondet illi, Simia purpurata, admonens fortunæ ornamenta non mutare hominis ingenium. Citatur adagium à Luciano in oratione contra eruditum. Natum videtur à ſimijs illis Aegyptijs ſaltationem humanam imitantibus. Lucianus refert apologũ in hunc modũ: Rex quidam Aegyptius ſimias aliquot inſtituit, vt ſaltandi ratione perdiſcerent. Quã illæ protinus edoctæ, ſaltare cœperunt, inſignibus indutæ purpuris ac perſonatæ. Multoq; iã tempore maiorem in modum placebat ſpectaculum, donec è ſpectatoribus facetus quiſpiam, nuces, quas clanculum in ſinu geſtabat, in medium abiecit. Ibi ſimiæ, ſimul atq; nuces vidiſſent, oblitæ choreæ, id eſſe cœperunt quod ante fuerant:

facrant: contritiſque perſonis, dilaceratis veſtibus, pro nucibus inter ſe depugnabant, non ſine maximo ſpectatorum riſu, Eraſmus. Eundem apologum paulò aliter recitat Tzetzes Chiliade 4. hiſtoria 11. In eandem ſententiam Germani, *Die fau iſt ein fau, vnd bleibt ein fau. VVenn man einer fau auch ein gulden ſtuck anZuge, ſo legt ſie ſich doch mit in dreck.* Anus ſimia (Simia vetula) ſerò quidem capitur, ſed tamen aliquando capitur, Γέρων πίθηκος ἁλίσκεται μὲν οὐ χρόνον (χρόνῳ, Suid.) δ' ἁλίσκεται: Vbi verſutus aliquis qui diu eluſerit, tandem dat poenas. Valebit ad exhortandum, vt quiſque veris ratiònibus agat, ſi velit eſſe tutus, ne fidat callidis quidem ſed inhoneſtis conſilijs, Eraſmus. (Suidas ſimpliciter exponit ὅτι τοὺς δυσεχκλείστους, malim δηλονότι τοὺς δυσεχκλείστους.) Idem prouerbium alibi ab Eraſmo refertur, hoc modo: Simia non capitur laqueo, Ὁ πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται βρόχῳ: in callidos tergiuerſatores dici ſolitum, qui coargui non queunt. Id olim dictum eſt in Heracliden, qui per imprudentiam perperam citârat ex Dionyſio quod erat apud Sophoclem. Miſſum eſt exemplar, vt ibi conſpecto carmine agnoſceret ſuũ errorem. Hic quoque tergiuerſanti, nec lapſum agnoſcenti, dicentique caſu fieri poſſe vt in diuerſis poëtis verſus conſentiant, ſcripſit quiſpiam ſimiam haud capi laqueo. Author Diogenes Laërtius. Carmen Græcum ſic habet. Γέρων πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται πώγῳ: ἁλίσκεται μὲν οὐ βρόχον δ' ἁλίσκεται. Sic Itali, Paſſaro vecchio non traſe in gaio. Tragica ſimia: Vide ſupra in a. inter derivata.

Simiæ cum turpiſſimæ beſtiæ vocentur ab Ennio, credunt tamen ſuos catulos eſſe omnium formoſiſſimos, id quod pleriſque noſtrum qui ſcribimus euenit, Grapaldus. Simiam in naufragio conſpicatus quiſpiam periclitantem, & hominem eſſe ratus, manu data ſeruauit è mari. Cum vero interrogaret cuias eſſet, ſimia Athenienſem ſe reſpondit. Ille iterum, An Piræ eum noſſet: (eſt autem Piræeus portus in Attica.) Simia optime ſe noſſe dixit, & filios eius omnes, coniugem atque amicos. Tum ille indignatus, magis impulit eam vt ſuffocaretur, Tzetzes Chiliade 4. hiſtoria 11. Καρδίᾳ πιθήκου φασὶ μὴ ἰᾶσθαι φίλον, Εἰμὴ πατρὸς τὸ ἔγκαρ, καὶ τὸ πατρὸς ἧπαρ, Babrius apud Suidam.

DE SIMIIS DIVERSIS.

SIMIARVM genus omnino multiplex eſt: hoc quidem omnibus commune, humani corporis ſpeciem aliquo modo referre, poſterioribus cruribus erigi, ad omnia dociles & imitatrices eſſe. Differunt autem inter ſe, cauda & barba, quod aliæ habeant, aliæ careant. (Simiarum genera hominis figuræ proxima, caudis inter ſe diſtinguuntur, Plinius.) Deinde magnitudine, colore. Item faciei figura, qua vel hominem, vel canem, vel porcum repræſentant. Primæ ſimpliciter ſimiæ dicuntur, alteræ cynocephali, tertiæ CHOEROPITHECI, id eſt ſimiæ porcariæ, vt Gaza apud Ariſtotelem vertit: Quã vno tantum in loco hoc animal nominat, chamæleontem ſcribens roſtrum ei ſimillimum habere. Differunt autem inter ſe ſimiæ, non ſolum vt nominibus diſtinctæ ſunt, vt ſimpliciter dictæ ſimiæ, de quibus iam ſcripſimus: cercopitheci, cepi, callitriches, cynocephali, ſatyri, ſphinges, de quibus deinceps ſcribam: ſed etiam quæ vnius ſunt generis & nomen commune habent, non omnes ſunt ſimiles: nam ex ſimpliciter dictis ſimiis, aliæ ſua facie hominem, aliæ canem magis referunt, &c. vt ſupra ex Galeno expoſui in Simia B. Sunt & cynocephalorum diuerſa genera, nec vnum genus caudatarum. Recentiores ſimiarum generi animalia quædam non recte adſcribunt, vt Albertus chimæram, quæ non reuera animal, ſed poëtarum figmentum eſt: de quo pluribus egi in Capra a. Idem de animalibus 7. c. 6. PYGMÆOS genus quoddam ſimiarum eſſe putat, non hommes, ſed homini figura tantum & ſtatura erecta ſimiles, & actionibus tum alijs tum pugna aduerſus grues, quaſi ex deliberatione, vt Niphus inquit. Circa paludes ſupra Aegyptum vnde Nilus profluit, Pygmæi pugnare dicuntur cum gruibus: non enim id fabula eſt: ſed certe genus tum hominum, tum etiam equorum puſillum, vt dicitur, eſt, degunto, ue in cauernis, Ariſtot. de hiſt. anim. 8. 12. Vbi Niphus, Pygmæi (inquit) homines non ſunt: Primò quia non habent rationis vſum perfectum: deinde quia nec verecundiam, nec honeſtatem, nec iuſtitiam reipub. exercent. Sed quia in multis imitantur homines, adeò vt loqui poſſint, ideo creduntur homines: non ſunt autem, quia locutionem imperfectam habent. Ad hæc non videntur homines eſſe, cum careant religione: eſt enim religio, vt Platoni placet, propria homini, & ſoli & omni homini conueniens, Hęc ille. Sunt quidem in genere ſimiarum nonnullæ canina ſpecie & paruis hominibus ſimiles, vt dicam in cynocephalis H. ſunt & ſatyri, & alia ſimiarum genera, humana ferè forma. Vitæ etiam longitudo, anni circiter octo, vt Albertus refert, & corporis proceritas, pygmæos ſimijs potius quàm hominibus coniungit. Sed veterum nullus aliter de pygmæis ſcripſit, quàm homũciones eſſe, &c. neque recentiores quicquam aliud præterquam ex veterum ſcriptis de eis cognouerunt. Pygmæorum & pugnæ ipſorum cum gruibus meminit Homerus Iliados tertio: cuius verſus Strabo etiam citat libro 1. Pygmæos meridianam oram Oceani incolere ſcribens. Idem libro 2. aſſerit ſcriptores rerum Indicarum, præſertim Deimachum & Megaſthenem tum alia falſa prodidiſſe, tum quæ de Pygmæis ante ipſos Homerus fabulatus erat. Et libro 15. ex Oneſicrito: Homines in India (inquit) quoſdam trium, quoſdam quinque dodrantum eſſe ait, quorum nonnulli naſo careant, ſolis ſpirandi foraminibus facie ſupra os inſigni. Cum illis quorum proceritas trium dodrantum eſt, grues pugnare, item perdices anſerum magnitudine. Illos gruum oua legere atque abolere: nam ibi nidificare grues, necalibi earum oua nidoſque reperiri. Sæpe etiam gruem cadere quæ æneum ſpiculum habeat, quo ſcilicet in pugna vulnerata fuit. Item libro 17. In locis quibuſdam, vbi calor (aut frigus) excedit, pecora parua ſunt: vt oues, capræ, & boues. Canes quoque puſilli, aſperi tamen & pugnaces. Et fortaſſis ab animalium iſtorum paruitate, homines quoque Pygmæi conficti ſunt: neque enim fide dignus quiſquam ceu teſtis oculatus eorum meminit. Pygmæorum & latrantium (κυνοκεφάλων: hos alij cynocephalos vocant) gentes in Aethiopia pariter & India reperiuntur, Philoſtratus. Πυγμαῖοι, πυγμαίους. eſt autem gens ante Aegyptum puſillorum hominum, Varinus. Vide Πυγμαῖοι apud eundem.

Raphaël Volaterranus mantichoram quoque & crocutam ſimiarum genera eſſe putat, nullo authore, nullis argumentis: quanquam Albertus quoque alicubi maricomorion (corrupto vocabulo mantichoræ) ſimiarum generis eſſe ſcribit. Ego ſententiam meam de duabus iſtis beſtijs, ſtatim poſt Hyænam ſupra expoſui.

DE CERCOPITHECO.



A.

CERCOPITHECVS vocabulum Græcum, Latinè ad verbum ſimiam caudatam ſonat: cercos enim caudam ſignificat. Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas, Si mihi cauda foret cercopithecus eram, Martialis. Quamuis autem & aliæ quædam caudatæ ſint, præter eam cuius iconem poſuimus: huic tamen priuatim hoc nomen contigit, quod cæteræ minus communes ſint. Zijm, קיים, vocem Hebraicam interpretes variè reddunt, vt in Onocentauri hiſtoria dixi: aliqui cercopithecos, vel catos marinos, vel catos feros exponunt, (alij martes aut viuerras &c.) Ibidem dixi de Hebraica voce ijm, quam ſimiliter aliqui catos ſylueſtres interpretantur. Tuk, תוכי, Dauid Kimhi iuxta Thargum reddit tauas טווסי, vulgariter paon, id eſt pauo, טווסא. Aliqui animal vulgo dictum מיימון meimon, vel gatto mamone. Regum 3.10 Chaldæus vertit tauaſin: R. Salomon & Leui & Hieronymus, paui (tauas quidem Chaldaica vox ad Græcam ταὼς, id eſt pauo, alludit.) LXX. λίθων πιθήκων ſed placet ſimias transferri: nam Joſephus quoque πιθήκους interpretatur. Koph, קופ, plurale kophim. Reg 3.10. Dauid Kimhi ſimias interpretatur, vt LXX. quoque & Hieronymus. Chaldæus Hebraicam vocem relinquit. Græci quidem cepum peculiare genus ſimiæ nominant, (de quo poſt cercopithecum ſtatim dicam,) mutuati forte id nomen ab Hebræis. Sunt qui oach, אוך, cercopithecum vel cephum eſſe putent, (Babel ſubuertetur, & cubabunt ibi beſtiæ horrendæ, [zijm:] & implebunt domos eorum cercopitheci, [ochim,] Eſaiæ 13. interprete Munſtero:) alij aliter. Vide ſupra in Muſtela. Maionio, id eſt ſimia, Syluaticus: videtur autem vox corrupta, & mamonus vel marmonus aut ſimile quid legendum: ſic enim ferè hodie cercopithecum Itali vocant: quæ voces fortè detortæ ſunt à Græca μαιμὼν: qua tamen pro ſimia ſimpliciter Græci vulgò vtuntur. De voce κέρκωψ, dixi in Simia A. Simiarum genus quoddam componi videtur ex Simia & catò agreſti, ſimiæ admodum ſimile, duabus nigris maculis in maxillis inſigne: ſed caudam habet oblongam griſei coloris, & in extremo nigram: hoc aliqui ſphingem appellant, alij cythoſicam, Albertus. Apparet autem eum de cercopitheco loqui, vnde & corruptum cythoſicæ nomen conijcio. De ſphinge diuerſo genere, dicam infra. Idem Albertus de anim. 2. t. 4. bis aut ter kybor vocari ſcribit ſimiæ genus cauda præditum, eſt autem id quod Ariſtoteles cebum vocat, alij cepum, caudatum quidem, ſed à cercopitheco (cuius Ariſtoteles nuſquam meminit) diuerſum. Cercopithecus Italis eſt gatto maimone, Gallis marmot, forte quaſi marmona, id eſt maris ſimia: móna enim Hiſpanis ſimiam ſonat: (at marmontana Italis mus alpinus eſt.) Germanis meerkatz, id eſt catus marinus: marina enim vel tranſmarina ferè vocamus, quæcunque nobis peregrina ſunt. Illyrijs ſimiliter, morſka koczka. Anglis marmoſet. Cati quidem nomen adiectum puto à cauda, qua ſimiæ ſimpliciter dictæ carent. Mammonetus (aliàs Mamonetus per m. ſimplex.) eſt animal ſimia minus, Itali ſpinge (ſphingem) vocant: quod in noſtris etiam regionibus haberi & ali poteſt, Iſidorus & Albertus. Cercopithecos Celtæ vocant ἀβρώνας, Heſych. Varin.

B.

Aethiopia generat cercopithecos nigris capitibus, pilo aſinino, & diſſimiles cæteris voce, Plinius. De Praſianis vide inferius ad finem hiſtoriæ de Cercopitheco. Indiæ ſylua ſupra Emodos montes abundat ingentibus cercopithecis, Strabo lib. 15. Et alibi, Oneſicritus ſcribit in India cercopithecos eſſe, qui per præcipitia vadentes, petras contra inſequentes deuoluant, Strabo. Ex quibuſdam regionibus Noui Orbis cercopitheci pulcherrimi aduehuntur, vt Petrus Martyr ſcribit. Non procul ab Aden vrbe Arabiæ editiſſimus mons eſt qui cercopithecis abundat, Ludouicus Rom. 2. 13. Et alibi, Rex Iogæ in India eum peregrinatur religionis gratia, cercopithecos compluſculos ſecum ducit. Et 5. 21. Regio Calechut mittit cercopithecos, venduntur que ſingulis ſolidis, id eſt quaternis caſſis: tot enim ſolidum efficiunt: ſunt autem cercopitheci iſti cultoribus, inopibus præſertim, magno onere: quippe qui iuglandium (palmarum genus eſſe puto, Gillius arborum nomen omittit) arbores conſcendunt, & liquorem illum, vnde vinum exprimi diximus, effundunt, euertuntque vaſa quibus liquor excipitur. Angui cercopithecum, vt dixi, marmoſet vocant: eſt autem alius maior, alius minor. Et rurſus munkai ijdem appellant,

Digitized by Google

ſcſſant,aliud cercopithecorum genus barbatum,minus priore: idque ſimiliter in maius & minus diuiditur: ita vt quatuor cercopithecorum genera ſint,magnitudine differentia: quorum minimum inſtar ſciuri ferè eſt. Et quoniam miris geſticulationibus,& vocis vt audio mutationibus diuerſis cercopitheci, præſertim minores vtũtur,monachum vel alium hiſtrionice concionantem Angli vulgo munkay cognominant Cercopitheci candas habent: hæc ſola diſcretio eſt inter prius dictas,Solinus.Simias caudatas ab hominibus differre in neruorum ſerie: De lumborum vertebris in eis & proceſſibus earundem: Item quòd careant tertio muſculo digitos manus mouentium,And.Veſalius in Fabrica corp.hum. Locos ex Indice requires.Mamonetus minor eſt ſimia, in dorſo fuſcus,in ventre candidus: caudam habet longam & villoſam,collum æque craſſum ac caput: quamobrem ilibus (ventre)non collo alligatur,ne laqueus poſſit elabi.Caput habet rotundum,& faciem prorſus humanæ ſimilem habet,nigram & ſine pilis à collo vſque ſupra frontem. Naſus ei non continuus ori vt in ſimia, ſed certo interuallo diſcretus,vt in homine,Iſidorus & Albertus.Cercopithecus habet teſticulos cærulei ferè ac viridis coloris: Vnde quædam muliercula aliquando huius beſtiæ teſticulos conſpiciens,quàm bellos (inquit)& quantos Turcos in iſto animante video: Lapidem illum ſeu gemmã viridem deſignans: quibus verbis omnibus aſtantibus riſum mouit,Inſtinus Goblerus.

C.

Aethiopia generat cercopithecos,diſſimiles cæteris voce,&c.Plinius. Cercopithecos deſiderio carnis comedendæ correptos,caudam ſibi prærodere videmus.Animal eſt corpore prorſus agili.

Simiarum (inquit Io.Leo Africanus) variæ ſunt ſpecies,quarum quæ caudam gerunt, Monæ (*Hiſpanico vel Africano vocabulo*) dicuntur: aliæ verò Babuini. Reperiuntur in Mauritaniæ ſyluis Bugiæ & Conſtantinæ montibus.Humanam faciem non pedibus modò & manibus,ſed vultu etiam referunt, admirando ingenio aſtutiaque à natura dotatæ. Herbis & grano nutriuntur,& ſpicas paſturæ magno comitatu incedunt. Earum vna ad limites cãpi excubans,ſi percepto agricola clamorem ediderit,reliquæ in fugam maximis ſaltibus in proximas arbores inſilientes aguntur.Fœminæ catulos humeris geſtant,cum quibus pariter ex arbore in aliam deſiliunt. Quæ ex ijs edoctæ ſunt,res patrant incredibiles: verùm iracundæ ſunt & crudeles,tametſi facilè placentur.

D.

Ludicrum & actionum hominis æmulum,Mich.Herus. Induſtriæ & ſagacitatis inter bruta quidam primas partes canibus tribuunt,alij elephantis,alij cercopithecis,Cardanus. Quibus in ſimiarum genere cauda ſit, Luna cauda triſtes eſſe aiunt,nouam exultatione adorare,Plinius.Inter mamonetos & ſimias odium eſt implacabile bellumque frequens: illi quamuis impares viribus,aſtutia tamen & animoſitate bellandi ſimijs præferuntur,Iſidorus & Albertus.Cercopitheci crocodilos intueri tantopere perhorrent,vt ne longinquum quidem crocodiliinæ pellis conſpectum ferre poſſint: ac nimirum potius per ignes & aquas effugiant. Quod quidem ipſum eum experirer, & ex altiſſima feneſtella conditum crocodilum his longo interuallo diſtantibus oſtenderem, eum clamore,& alui deiectione,& tremore,& ſi vinculis conſtricti tenebantur,per obiectos ignes & aquas euadere furenter conabantur,Gillius.

E.

Cercopitheci quomodo capiantur,in Simia E.ex Strabone retuli.Calecuthenſibus nocent,liquore ex quo vinum illi conficiunt in arboribus effuſo,& vaſis euerſis,vt in A.dixi. Pelles minoribus cercopithecis detractas ſpadiceo colore,ſi bene memini,à pellionibus ad veſtimenta parari audiui.

H.

Quid dubitatis vtrum nunc ſitis cercopitheci,An colubræ,an belluæ? Varro Eudæmonibus citante Nonio.Cercopes, (Κέρκωπες.) genus ſimiarum,Etymologus.Cercopithecum Panerotem fœneratorem,& vrbanis ruſticiſque prædijs locupletatum,Cl.Nero Cæſar propè regio extulit funere,Suetonius. Effigies ſacri nitet aurea cercopitheci,Iuuenalis Sat.15.de animalib.quæ in Aegypto coluntur.Arabes ad Memnonium Cercopithecum cœlo dicarunt,illius opem in rebus afflictis implorantes,Gyraldus.

CORCHOLIPIS, genus ſimiæ vltima parte caudæ villoſa,Feſtus.An κερκολιπὶς, ἀφ' ὧ τὸ ἔλαιον ἔσω ἢ κέρκου; an potius κερκοπίθηξ.

DE CEPO.

CEPVS, Κῆπος, genus ſimiæ caudatæ nomen tulit à colorum varietate,(à corporis & ætatis decore, Diodorus Sic.) qua ſimiliter inſignis ſpectatur,vt hortus floribus diuerſis conſitus, vt inferius ex Aeliano recitabo.Apud Ariſtotelem κῆβος per β. ſcribitur,Gaza cæbum transfert: aliqui etiam cæpum per æ.diphthongum ſcribunt,alij cephum: alij etiam ineptius, vt cepphum vel celphum: quidam Latinè Ortum transferunt. κίβλος, κυνοκέφαλος, κῆπος Heſychius & Varinus: ego non κῆπος ſed κῆβος legendum puto, hoc ſenſu: Ceblon eſſe ſimiarum generis ſiue cynocephalum ſiue cepum: nam inter cete,id eſt belluas marinas,ceblon nuſquam legimus.Hebræi quidem ſimiam koph appellant, vt dixi in cercopitheco A.à qua voce Græcos cepum vel cebum denominaſſe aliquis coniiciat.

Cẽbus ſimia gerens caudam eſt,Ariſtotel. (Albertus, vel Auicenna potius,pro cebo transfert kybor.) Et rurſus,Cebi omnes caudam habent.Partes vero interiores humanis ſimiles.genera hæc (ſimiarum) omnia continent.Et alibi,Sunt quæ natura ancipite partim hominem,partim quadrupedem imitentur, velut ſimiæ, cebi, cynocephali.Ex his Ariſtotelis verbis cebum à cercopitheco dicto.id eſt ſimpliciter caudata ſimia non eſt diſtinguere,præſertim cum neque cebi alibi meminerit: cercopitheci vero nuſquam.Strabo,Aelianus, & Plinius diſtinguunt,vt verbis eorum iam recitandis apparebit.

Pompeij Magni primum ludi oſtenderunt chaum: Iidem ex Aethiopia,quos vocant cephos, quorum pedes

posteriores pedibus humanis & cruribus: priores manibus fuêre similes: hoc animal postea Roma non vidit, Plinius. Idem ferè ex eo Solinus repetit, apud quem non cephus sed celphus scribitur. Seneca etiam cephum à Pompeio Magno in spectaculis Romæ primum ostensum refert.

Cepus faciem habet satyro similem, cætera inter canem atque vrsum: in Aethiopia nascitur, Strabo libro 17. Et rursus, Cepum colunt Babylonij qui sunt iuxta Memphim. Sunt & Prasianæ simiæ caudatæ & facie satyris similes, de quibus infra ex Aeliano: vt congeneres existimari possint.

In extrema Arabia cepus reperitur, cui facies leonis, corpus reliquum panthere, magnitudo dorcadis, id est capreæ, Strabo lib. 16. & Diodorus Siculus: qui tamen non in Arabia, sed in Aethiopia cepum reperiri scribit. Terrenum quoddam animal Pythagoras scribit secundum mare rubrum procreari, & cepum, hoc est hortum, appositè iccirco nominari, quòd tanquam hortus varijs coloribus distinguatur. Cum est confirmata ætate, pari magnitudine est cum Erythriensibus canibus. Iam porrò huius colorum varietatem, sicut ille scribit, animus nobis est explicare. Eius caput & posticæ partes ad caudam vsque prorsus valde igneo colore sunt, tum aurei quidam pili disseminati spectantur, tum album rostrum, inde ad collum aureæ vittæ pertinent: Colli inferiores partes ad pectus, & anteriores pedes omnino albi: mammæ duæ manum implentes cæruleo colore visuntur: venter candidus: pedes posteriores nigri sunt, rostri forma cynocephalo recte comparari potest, Aelianus. Textor nescio quo interprete eundem locum multò aliter, (ineptè opinor. Græca enim non vidi) translatum recitat: Ortus (inquit) reperitur circa Erythræum mare, colore vario, magnitudine canis, &c. De cane Erythriense non memini alibi quicquam legere. Videtur autem Cêpus, Strabonis præsertim & Aeliani, tum ab Aristotelis Cebo, id est Cercopitheco differre, tum ad Cynocephalos referri debere: sed nihil pronuncio. Nam & authores inter se non satis conueniunt: & natura sæpe ceu ludens inter duo genera medium aliquid producit. Hoc saltem dixerim, Simias caudatas alias concolores esse: alias verò varias, & his Cepi nomen meliùs conuenire: præsertim si Κηβοὶ τῆς πυγῆς ἔχοντες deriues. Cercopithecorum (inquit Scaliger) tanta varietas est, vt memoriam confundat. Catos Maimonos, appellamus subuirides, malignos. Hos vidimus sibijpsis caudarum exedere extremas partes. Hoc, aiebant, ab ijs solis committi, qui gustassent aliquando carnes. Alibi dicuntur esse alicubi. Nos nigros cum maculis albis vidimus, sono vocis grauiore: croceos, fuluos, furuos, paruos, magnos, mediocres: agiles omnes, atque maleficos. Imitatores maximi, ingeniosissimique omnium ij, qui bene olent. Habemus Cercopithecum seu Mamonetum (inquit Io. Caius Anglus in epistola ad me) colore dorsi & lateris viridi, frequenti inserto hinc inde pilo melino: ventre, mento, & barba (quam habet Turcicam) candidis: facie & tibijs nigris, naso albo: exminore eius animalis genere est, magnitudine videlicet Cuniculi. Si placet, eius imaginem mittam: quanquam opus non est. Nam moribus, corporis figura & lineamentis, per omnia similis est cæteris Cercopithecis. Sic ille: hunc quidem meritò, propter colorum varietatem, Cepum appellaueris.

Chephrenem Aegyptiorum regem Herodotus lib. 2. memorat, Diodorus Cephum vocat.

DE CALLITRICHE SIMIA CAVDATA BARBATAQVE

CALLITRICHES toto penè aspectu differunt (à cæteris simijs:) barba est in facie, cauda latè fusa priori parte. Hoc animal negatur viuere in alio quam Aethiopiæ quo gignitur cœlo, Plinius. Callitriches, inquit Hermolaus, à barbitio dictæ sunt, quod Græci τείχια vocant. Callitriches toto penè aspectu à cæteris simijs differunt. In facie barba est, lata cauda: has capere non est arduum, sed proferre rarum: neque enim viuunt in altero quàm in Aethiopico hoc est suo solo, Solinus. Sunt & Indicæ (simiæ) toto copore candidæ, barbatæ, caudis latis, quas sagittis venantur Indi & cum cicurantur in omnem ludum sunt habiles, ac si non nisi ad ludum sint creatæ, Albertus. Et alibi, Sunt & aliæ simiæ facie valde gratæ & blandæ, & cæteris simijs dissimiles: barbatæ, caudis longis, quæ Aethiopicæ dicuntur, & extra Aethiopiam delatæ parum viuunt, Albertus. Aduehuntur in Germaniam aliquando cercopitheci parui (*kleine meerkatzen*) barba caput totum ambiente, callitrichis fortè aut congeneres. Chartolipis (si recte legitur) genus simiæ, quæ vltimam partem caudæ villosam habet, Festus. Vide ne eadem callithrix sit (sic enim proferendum in recto casu singulari cum t. aspirato, in obliquis non item) cuius caudam priori parte, id est vltima Plinius latè diffundi scribit. Simia barbata, Πίθηκος πώγωνα ἔχων, apud Aristophanem in Acharnensibus, prouerbialiter dictum in hominem ridiculum, Erasmus. Vide supra inter prouerbia facta à simia.

DE SIMIIS SIVE CERCOPITHECIS PRASIANIS ET ALIIS MAGNIS, CAVDATIS.

IN Prasiana Indorum regione Megasthenes simias scribit, maximis canibus non inferiores esse magnitudine, quinque cubitorum (sic & Volaterranus transtulit: & præterea comam eis humanam esse) caudam habere, tum ex earum fronte comas propendere, easdemque barbam promittere: tum facie alba esse, & vero corpus nigrum spectari, neque malitia cæteris simijs ingenita, sed mansuetudine & humanitate imbutas esse, Aelianus. Sed audiamus Strabonem quoque, à quo ille mutuatus videtur: interest enim nonnihil. Megasthenes author est (inquit Strabo libro 15.) apud Prasios gigni cercopitheros maximis canibus maiores, & totos albos præter faciem, quæ nigra est, apud alios vero econtra: caudæ longitudine supra duos cubitos, præterea mitissimos, & circa adortus (Πρὸς ἔφοδον) & furta non malignos. Orseos Indorum gentem venari simias candentes apud Plinium legitur: Strabo Prasios non Orseos esse tradit qui cercopithecos albos capiant, Hermolaus. Rursus easdem simias Aelianus his verbis describit: In Prasijs Indis simiarum genus esse ferunt, humanis sensibus, & magnitudine Hyrcanorum canum: tum earum comam etsi naturalem, artificio tamen veritatis imperito elaboratam videri, tum barbam ipsarum speciem satyricæ similitudinemque

dinemque gerere, caudamque leoninæ ſimilem ſpectari: reliquo corpore albas, capite & extrema cauda flauas eſſe. Neque vero quòd viuendi ratione & genere ipſo ſylueſtres ſint (montanis enim rebus & agreſtibus paſcuntur) propterea feras eſſe: imò natura ciceres, ad ſuburbium Latagis vrbis frequentes proficiſcuntur, quibus coctam oryzam rex comedendam obijcit, ac quotidie cibaria eis proijciuntur: expletæ in domeſticas ſedes cum magna moderatione redire, neque obuium quicquam lædere dicuntur, Hæc Aelianus. Nos ſupra cepum quoque caudatum eſſe retulimus, & faciem ſatyro ſimilem habere: quare eundem Praſianus ſimijs affinem eſſe probabile fuerit. Huc pertinet etiam ille cercopithecus, quem Pet. Martyr libro quarto Oceanex decadis tertiæ his verbis deſcribit. Animalia nutriri in ora Cariai eadem quæ alibi diximus: ſed vnum reperêre naturæ longè diſſonæ. Id eſt grandi cercopitheco par, cauda longiore procerioreque: cauda ſuſpenſus, & vim terque quaterque ſeſe deuoluens capiendo, ex ramo inſilit in ramum, & ex arbore ſeſe proijcit in arborem, ac ſi volitaret. Arcuarius è noſtris vnum ſagitta confixit. Vulneratus ſeſe deijcit cercopithecus, hoſtem vulneratorem rabidus adoritur. Stricto enſe agit in pecus venator: lacertum cercopitheco abſcidit, cepitque mancum ferociter renitentem. Ad claſſem perductus, manſueuit inter homines parumper. Dum ſic ferreis vinctum catenis ſeruarent, è littoris trahunt paludibus aprum venatores alij. Cercopitheco aper & ipſe ferox oſtenditur: ſetas excutit vterq; in aprum cercopithecus furibundus ſalit, cauda circumligat aprum: cum ſeruato à venatore victore ſuo lacerto, guttur apro prehendit, & reluctantem ſuffocauit, Hæc ille.



Eſt & formæ rarę cercopithecus, magnitudine & forma hominis: cruribus ſiquidé, virili membro, facie, dicas hominem agreſtem, quia totus eſt pilo obſitus: nullum animal perſeuerat plus ſtando illo, homine ſolo excepto: amat pueros & mulieres, non ſecus ac homines ſuæ regionis, conaturque cum vinc ula effugerit palàm cum his concumbere, quod nos vidimus. Cæterum animal tamen ferum eſt, ſed talis induſtriæ, vt homines aliquos minus ingenio valere dicas. non quidem è noſtris ſed barbaris, qui inclementes cœli regiones habitant, velut Aethiopes Numidæque quidam & Lapones, Cardanus: Nos infra ſatyrorum etiam & quos piloſos vocant recentiores, ſimilem tum formā tum libidinem commemorabimus. Eiuſdem generis fuerit ſimia iſta cuius imaginem hìc adiecimus, ex Germanico quodam libro deſcriptionis Terræ ſanctæ mutuati.

DE CYNOCEPHALO.

A.

CYNOCEPHALI & ipſi ſunt è numero ſimiarū, Ariſtot. Plinius, Solinus & alij. Nomē ex eo trahunt quòd canino prædicti ſunt capite, cætera membra humana habent, Aelianus. Gaza apud Ariſtotelem canicipites tranſtulit. Quidam Gallicè, Germanicè, & Illyricè interpretantur babion. Babuino (Italicè ſpecies ſimiæ, ſed minor, (Ariſtoteles cynocephalum ſimia maiorem eſſe ſcribit: ſed dici poteſt, multa cynocephalorum genera eſſe, Arriano teſte,) Alunnus. Anglicè babōs. Atqui Papio quibuſdam dictus, mihi potius hyæna eſſe videtur: Vide in Hyæna.

B.

Regio quam Arabes in Libya occidentem verſus habitant, montana valde ac nemoroſa eſt. Itaque reperiuntur in ea tum aliæ feræ tum cynocephali, tum acephali. Herodotus lib. 4. Vide in H.a. Cynocephali in Aethiopiæ partibus frequentiſſimi ſunt, Solinus. Circa ſolitudinem reperitur animal corpore hominis, capite canino, piſcationis peritiſſimum: toto enim die immoratum aquæ fundo, tandem cum magna piſcium copia emergit, Preſto Ioannes (vt vulgò vocant, id eſt Rex Aethiopum, in epiſtola Hebraica ad potificem Romanum. Atqui Orus in Hieroglyph. cynocephalum à piſcibus abhorrere ſcribit: ſed diuerſa cynocephalorum genera ſunt. Extrema Arabiæ regio à Dira vſque ad Auſtri cornu, in vltimo ſui promōtorio, præter cæteras feras producit ſphinges, cynocephalos, cepos, Strabo lib. 16. Poſt Barygazam continens ad Auſtrum pertingens Dachinabades vocatur: ſupra quam mediterranea regio ad Orientem montes magnos continet, & plurimas feras, tigres, crocutas, & cynocephalorum plurima genera, Arrianus in Periplo rubri maris.

Cynocephali capite ſunt canino, cætera membra hominis habent, Aelianus. Galenus in Anatomicis adminiſtrationibus, Præſtat (inquit) ſimiarum homini quàm ſimillimarum artus diſſecare, cum te in exemplo exercere inſtitues: ſin ea non detur, aliquam ei proximam deligito: aut ſi nulla omnino ſimia reperiatur, cynocephalum, vel ſatyrum, vel lyncem. Appollonius inter Gangen & Hyphaſim fluuios ad mare deſcendens, cum alias feras tum ſimiarum genus vidit, longe diuerſum ab his quas apud piperis arbores viderat (de quibus dixi ſupra in Simia D. ſimpliciter enim ſimias eſſe ſcribit Philoſtratus.) Erant enim nigræ villoſæque, ſpecie canina, paruis hominibus ſimiles, Philoſtratus. Sunt quæ natura ancipite, partim hominem, partim quadrupedem imitentur, velut ſimiæ, cebi, cynocephali, Ariſtoteles. Et rurſus, Cyncephalus (Caniceps, Gaza) eadem forma qua ſimia eſt, ſed maior, (Babuino ſpecies ſimiæ, ſed minor, Arlunnus) validiorque & facie caninæ ſimilior, vnde & nomen accepit: ad hæc moribus ferocioribus eſt, & dente robuſtiore caninoq; propiore. Facie ſimilis eſt cani, ſed totum reliquum corpus canino maius & validius habet: dentes etiā vt canis habet, ſed fortiores & longiores, Albertus. Corporis forma homini perſimilis eſt, Diodor' Sic. Cepus roſtrum habet cynocephalo ſimile, Aelianus: atqui Strabo & Diodorus faciem leonis cepo tribuunt, quæ cynocephalo & cani non conuenit. Sed Strabo alibi faciem eius ſatyro ſimilē eſſe ait, quæ melius conuenit. Cynocephali ſupercilijs aſpectuq; horrido ac truci

eruci ſunt, Diodorus ſic. Circunciſi gignuntur, Orus. Fœminis ſua natura accidit, vt palàm expoſitam extra corpus vuluam per omnem vitam ferant, Diodorus Sic. Plura de quibuſdam cynocephali partibus ex Galeno recitaui ſupra in Simia B.

C.

In æquinoctijs duodecies per diem, ſemel ſcilicet ſingulis horis, tum mingunt, tum latrant, (κεκράγασιν,) Orus. Vocem imitantur humanam, Diodorus Sic. Indicum ſermonem intelligunt: nihil tamen loquuntur, ſed vlulant, Aelianus. Si eſculenta teſtaceis inuolucris clauſa reperiant, cuiuſmodi ſunt amygdala, glandes, nuces, excernunt præclarè, intelligentes intima quidem eſculenta eſſe, extima vero reijci oportere. Vini item potione vti nõ recuſant: atque etiam carnibus vel elixis vel aſſis exſaturantur, & his quidem recte & ſuauiter apparatis, magna delectatione afficiuntur: Contrà ex non accuratè elixis valde offenduntur, Aelianus. Et rurſus, Ferina veſcuntur, quam quidem quia velociſſimi ſint, ideo facile comprehendunt, & captas beſtias interficiunt, non tamen eas igne, ſed ad aſſatulum ſolem membratim conciſas coquunt. Alunt etiam ouillum & caprinum pecus, atque lac bibunt. Aegyptiorum ſapientes ſacrificium deſignaturi, cynocephalum pingunt: quod is natura ab eſu piſcium abhorreat (hic Græcè additur, αἰσθάνεται ἰχθυοφαγῶν ἄρχων, quę verba nullum ſenſum conſtituunt. Mercerus vertit: quem tametſi piſcibus interim veſci contingat, ſegne tamen & torpori deditum animal non eſt, ſicut & externi [extra Aegyptum] ſacerdotes. Sed ſi natura abhorret, quomodo interdum edit? & verbum ἰχθυᾶσθαι, non edere piſces, ſed capere ſignificat. Nos ſupra in B. ex epiſtola Hebraica regis Aethiopum, cynocephalos piſcatores inſignes eſſe recitauimus.) Adde quòd circunciſus gignitur, quam quidem circunciſionem ſummo curant ac peragunt ſtudio ſacerdotes, Orus. Eundem ſedentem pingunt æquinoctia ſignificantes. Duobus enim anni æquinoctijs, duodecies in die per ſingulas nimirum horas vrinam reddit, idemque & noctu facit. Vnde non immerito ſuis hydrologijs Aegyptij cynocephalum ſedentem inſculpunt, è cuius membro aqua defluat: idque propterea quòd duodecim, vt iam dixi, in quas æquinoctij tempore dies ac noctes ex æquo diuiduntur, horas ſignificat. Cæterum ne foramen illud, per quod in horologium aqua profluit & excernitur, aut latius ſit, aut rurſum arctius (hoc enim modo tardius aqua profunderetur, illo celerius quàm par foret) quicquid pilorum eſt, ad caudam vſque abradentes, (ὅσα δ' ἱερὸν τείχει μέχρι οὐρῆς. Mercerus videtur legiſſe κείρουσι. Bernardini Vicentini translatio clarior eſt, Extrema ipſius depilata cauda, ad huius craſſitudinem ferream fiſtulam in hunc vſum patant. Notandum autem ἱερὸν hìc pro membro virili accipi. Ego Græca ſic legerim, ὅσα δὲ τοῦ ἱεροῦ τείχει κείρουσι, hoc eſt cauda ad cutim vſque raſa,) pro huius craſſitudine ferream quandam fiſtulam in vſum iam dictũ fabricantur. Et hoc quidem non temere faciunt, tum quòd vrinam reddit, vt dictum eſt: tum quòd ſolus etiam ex omnibus animantibus, æquinoctio duodecies in die per ſingulas horas latrat (κεκράγει, clamat,) Idem. Quodam tempore Triſmegiſtus cum eſſet in Aegypto, ſacrum quoddam animal Serapi dedicatum, quod in toto die duodecies vrinam feciſſet, pari ſemper interpoſito tempore, per duodecim horas diem dimenſum eſſe coniecit, & exinde hic horarum numerus cuſtoditur, Victorinus in Rhetoricos Ciceronis. Libidinoſi cynocephali, vt hirci ad res venereas ardent: hos enim cum mulieribus venereo complexu iungi ferunt: illos libidinis furore in virgines inſanire, & vim inferre, Aelian. Violenti ad ſaltum, feri morſu, Solinus. Cynocephali pictura Aegyptijs natationem quoque ſignificat: quoniam cætera animalia natatione vſa, ſordibus inquinantur, (nimirum per terram ſe volutando aquam egreſſa:) ſolus autem cynocephalus nando peruenit quo libuerit, nec vllis ſordibus conſpurcatur, Orus. Eodem picto terrarum orbem intelligunt, quoniam ſeptuaginta duas inquiunt iam olim habitati orbis regiones (climata) fuiſſe. Cæterum cynocephali ſi diligenter in ſacris nutriantur & curentur, non ſicut cætera animalia vno die emoriuntur, ſic & ipſos emori aiunt: ſed eorum partem aliquam ſingulis diebus emorientem ac tabeſcentem à ſacerdotibus humari, reliquo interim corpore in ſua natura perſiſtente, idque per ſeptuaginta duos dies, quibus demum expletis prorſus intereat, Idem.

D.

Efferatior (quàm ſimijs) cynocephalis natura eſt, Plinius & Albertus. Feri ſunt morſu, nunquam ita manſueti vt non ſint magis rabidi, Solinus. Et ſi facie canes referant, mores tamen eorum ſunt valde graues & duri, eò quòd feroces ſunt & mordaces, Albertus. Cynoceph. animal omnino ferum eſt atque indomitum, ratione carens, Diodorus Siculus. Supra quàm cætera animantia iracundus eſt, & ad indignationem procliuis: quare Aegyptij, cynocephalo picto iram deſignant, Orus. Aemuli ſunt humani geſtus, & ſi infanti admoueris, vbera ei mulgenda præbent, Volaterranus ex Aeliano: Sed Gillius aliter tranſtulit, hoc modò: Si eorum catulos etiam nunc perparuulos ad mulieris vbera admoueas, tanquam pueruli lac exſugunt. Alunt ouillum & caprinum pecus atque lac bibunt, Aelianus. Veſte indui mirificè gaudent, Idem. Et rurſus, Ferarum pellibus induuntur, & iuſtitiæ retinentes, lædunt neminem: cumque Indici ſermonis intelligentes ſint, tamen nihil loquuntur, ſed vlulant. Ad humanum accedunt ingenium, non minus quàm elephantes, Strabo libro 15. Cynocephali pictura Aegyptijs literas denotat. Eſt enim apud Aegyptios genus quoddam (συγγενικὸν τι) cynocephalorum qui literas norunt. Quapropter vbi primum in ſacram ædem ductus fuerit cynocepalus, tabellam ei ſacerdos apponit & ſilum (κονίαν) ac atramentum: nimirum vt periculum faciat ſitne ex eo cynocephalorum genere qui literarum gnari ſunt: pingit itaque in ea tabella literas. Præterea hoc animal Mercurio dicatum eſt, qui literarum omnium particeps eſt, Orus. Bene ſanè animalia diſcere ita percepi: Regnantibus Ptolomæis cynocephalos Aegyptij literas legere, & ſaltare, (talia ferè etiam de ſimijs ſcripſi ex Galeno in Simia D.) & ad tibiam canere, & pulſare citharam docebant. Tum vero vnuſquiſpiam cynocephalorum mercedem horum nomine ſic ſcitè tanquam periti pecuniarum coactores exigebat, & id quod dabatur in marſypium, (in phaciolion quod capitis geſtamen eſt, Cælius hæc eadem transferens 25. 28.) quod ferebat appenſum, congerebat, Aelian⁹. Aegyptij pro Luna cynocephalum pingunt: propterea quòd animal hoc conſenſum quendam quo ad Lunæ cum Sole coitum afficitur habet. Vbi enim aliquanto tempore Luna cum Sole congrediens expers luminis permanet, tum mas quidem cynocephalus nec quoquam intuetur, nec veſcitur: ſed demiſſo in terram vultu, Lunæ tanquã raptæ vicẽ dolere & indignè ferre videtur. Fœmina vero præterquam quòd nuſquam oculos conſorquet, cadẽq; cũ mare peſitur, inſuper & è genitali vaſe ſanguinem mittit. Ideoq; ad hæc vſq; tempora

in ſacris

in ſacris cynocephali nutriuntur, vt ex ipſis coniunctionis Solis & Lunæ tempus cognoſci poſſit, Orus. Et paulò poſt, Lunam autem orientem indicare volentes, cynocephalum pingunt ſtantem, manusque in cœlum tollentem, ac regium inſigne capite geſtantem. Hanc autem figuram vſurpant, quòd hoc habitu videatur cynocephalus deæ congratulari, quòd ambo (Sol & Luna) luminis participes ſint.

C.

Nomades ex Aethiopum numero, cynocephalorum lacte viuunt, Plinius & Solinus. Gens Maniſinorum, animalium quæ cynocephalos vocamus lacte viuit, quorum armenta paſcit maribus interemptis, præterquam ſobolis cauſa, Plinius.

H.

Κύβλ@-, κυνοκέφαλ@-, κῆτ@-, (lego κῦτ@-,) Heſych. Varin.

Cynocephalus adiectiuum, canino capite præditus Cleon apud Ariſtophanem in Equitibus cynocephalos cognominatur, hoc eſt, proteruus, impudens, rapax, ἰταμὸς, ἀναιδὴς, ἁρπαγικὸς: quod animal (canis ſcilicet potius quàm cynocephalus) etiam tale ſit, Scholia & Varinus Cynocephali cognomentum, quod quum alijs tum vero Pericli adhæſiſſe legimus, non ferè aliud quàm impudentiam & rapacitatem ſignat, Cælius: ſed Pericles ſchœnocephalus potius quàm cynocephalus dictus eſt, &c. vide ſupra in Canea.

Icon. Aegyptij cynocephalum pingunt ad diuerſas res ſignificandas, vt paſſim ſupra tertio & quarto capitibus expoſui.

Cynocephali genitura aut capilli Magis. anethum, vt inter Dioſcoridis nomenclaturas legimus.

Cynocephali ſunt qui in Mappa mundi canini homines vocantur, Albertus. Pygmæorum & latrantium (ὑλακτούντων. hos alij cynocephalos vocant) gentes in Aethiopia pariter & India reperiuntur, Philoſtratus. Regio quam Aratores in Libya occidentem verſus habitant, montana valde ac nemoroſa eſt: itaque reperiuntur in ea tum aliæ feræ, tum cynocephali, id eſt capita canina habentes, tum acephali, id eſt non habentes capita, ſed in pectoribus oculos, vt ab Afris memoratur, nec non viri fœminæque agreſtes, Herodotus libro 4. quaſi vero cynocephali etiam homines quidam ſint, nec potius ſimiarum genus, quod quoniam erigi facile poteſt, erectum etiam, vt hodie in tabulis Geographorum, ſic olim etiam pictores pinxiſſe veriſimile eſt, atque inde in vulgus imperitum, tanquam tales quidam homines viuerent, opinionem fluxiſſe: In qua & Aelianus fuiſſe videtur: nam cum cynocephalos ſimias alibi deſcripſiſſet, rurſus de cynoproſopis hominibus, id eſt canina facie præditis, ſic ſcribit: Poſt vaſtam Aegypti ſolitudinem, quam omnem ſeptem diebus tranſiri ferunt, ſecundum viam quæ ad Aethiopiam pertinet, Cynoproſopi homines habitantes, ex venatu dorcadum & bubalorum viuunt: nigro aſpectu, capite & dentibus caninis prædi ti ſunt, quæ eorum ſimilitudo cum canibus effecit, vt hic ipſorum mentionem interpoſuerim. Vocis quidem expertes ſunt, ſed ſtridunt acutè: infra barbam mentum poſſident, ſic promiſſum, vt ſerpentium ſimile id eſſe videatur: (circa labra more draconis pubeſcentes, Volaterranus:) eorum manus robuſtis vnguibus, & acutis armantur, ſimiliterque toto pectore, vt capite ipſo hirſuti habentur, atque etiam pedum celeritate & valent: & captu difficilia non ignorant loca ea eſſe vbi aquæ exiſtant, (petiti ad aquas confugiunt, propterea venatu difficiles, Volaterranus:) Hæc Aelianus. Philes non cynoproſopos ſed cynocephalos homines vocat, ſcribens de eis tum horum quædam, ex Aeliano iam recitata: tum alia quæ ſupra de cynocephalis ſimijs ſcripſimus: vnde apparet non aliud animal cynophalum ſimiam, aliud cynocephalum ſeu cynoproſopum hominem eum exiſtimaſſe, ſed vnum omnino, quæ noſtra etiam ſententia eſt. Noui quoddam (inquit) canina ſpecie hominum genus, quod non loquitur, ſed vlulat, (ὠρύεται,) quouis cane velocius, feras venatur, & carnibus viuit, quas diſſecare (vnguibus) & ad Solem torrere ſolet, Pellibus vero detractis veſtitur. Hominum nulli nocet, Indorum linguam intelligit, & boues lactis cauſa manſuetè paſcit. In multis (Indiæ) montibus genus hominum capitibus caninis, ferarum pellibus velari, pro voce latratum ædere, vnguibus armatum venatu & aucupio veſci. Horum ſupra CXX. M. fuiſſe prodente ſe, Cteſias ſcribit, Plinius 7. 2. Et paulo poſt, Choromandarum gentem vocat Tauron ſylueſtrem, ſine voce, ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Plura de cynocephalis hominibus vide in Canea. inter propria locorum & pop.

Nostra ætate (inquit author libri de nat. rerum) allata eſt regi Franciæ beſtia, ad magnitudinem canis. Caput quidem non multum diſtabat à capite canis: cætera corporis membra, vt homo prorſus habebat. Crura quidem non multum diſtabat à capite canis: cætera corporis membra, vt homo prorſus habebat. Crura quidem nuda, vt homo, manuſque & brachia, collum album ac nudum habebat. Carnibus coctis veſcebatur, Ita decenter & modeſtè manibus capiebat cibum, & ori ſuo inferebat, vt nullus dubitaret quin humanum modum in talibus haberet. Erectum vt homo ſtabat, ſedebat vt homo. Puellis & fœminis libentiſſimè iungebatur. Et in ſexu viri & fœminæ diſcretionem habebat. Genitale membrum vltra quàm corporis quantitas exigebat habebat magnum. Furijs agitatum hoc animal crudeliſſime mouebatur, & in homines ſæuiebat. Cæterum cum placatum eſſet inſtar hominis mitiſſime & decentiſſime ſe gerebat, & mulcebatur alloquijs, & colludentibus applaudebat. Hæc ille.

Cynocephalorum aquatio, locus in extrema Arabia Auſtrum verſus. Strabo.

Cynocephali cur in ſacris (in templis) nutriantur, leges in D. Hermopolitani cynocephalum colunt, Strabo. Cynocephalum Mercurio ſacrum eſſe, dixi in D. item Serapidi, in C. Tertullianus & diuus Auguſtinus, videntur cynocephalum pro Anubi deo ponere, quod ſcilicet capite ſit canino: non enim pro cynocephalo fero animali & indomito, ab ipſis deſumitur, Gyraldus.

Figura hæc quam damus Simiæ cuiuſdam eſt ad viuum expreſſæ, quam Theodorus Beza ad nos miſit, qui viuam ſibi talem Lutetiæ viſam ait, Tartarinum vulgò dictam. Ego (inquit ex Cynocephalorum genere eſſe arbitror, quod vel expudendo natura circunciſo (nam Cynocephalum circunciſum gigni author eſt Orus) animaduerti poteſt. Magnitudo eſt vt canis leporarij. Bipes plerunque obambulat, & vocem penè articulatam habet. Videtur & hoc conuenire, quòd legimus Cynocephalos Simijs maiores eſſe, minùs erectos: roſtro longiore, ferè canino. Caudas quidem alia etiam Simiarum genera habent. Simiæ quoddam genus, inquit Bellonius)

nius) Galli Tartaretum vel Tartarinum,& in alijs locis Magot nominant: videtur autem eadem esse quæ ab alijs populis Maimon appellatur,& Aristoteli Simia porcaria. Sunt tamen qui Tartaretum Simiam ab illa quæ Magot vel Maimon dicitur,diuersam esse defendant. Cynocephalum vnum barbatum vidimus (inquit Scaliger) fœdum aspectu,nigrum,malefi cum,moribus infamem. Magot genus illud maximum Galli vocant. In aula Regis vnus fuit,qui diu bipes deambulabat, amictus sagulo militari,ensiculo accinctus. In sella iussus, continuit sese per nox,aut perdius publico spectaculo : ita vt non deessent, qui homuncionem putarent verum. Quærendum an Cephus,de quo mox in Cercopitheco dicemus, cum Cynocephalis potius quàm Cercopithecis censeri debeat. Cynocephalus fœmina vterum perpetuò extra corpus gerit, vt scripsimus suprà in Simiuulpa : nescio an mas quoque suum genitale,ita semper,vt hîc pingitur,exerat. Cynocephali vocis expertes strident acutum. Descendit autem eis barba sub mento (*ὑπὸ τὸν ὑπήνιον φύονται*) vt Draconibus hac in parte conferri possint. Edunt autem tum alias animantes,tum homines, prout contigerit, Græcus quidam innominatus. Agatharchides eos ex Troglodytica vel Aethiopia mitti scribit: corpore hominem deformem,facie Canem referre : vocem edere mygmi instar, (*μυγμῷ ἐοικέναι. Grammatici μυγμὸν interpretantur suspirium aut Matris sonum. Eustathius à verbo μύζειν derivat,id autem mî : literam sonare interpretatur , vel clausis labiis per nares sonum quempiam edere* :) ferum omnino animal & quod mansuefieri nequeat : vultum à supercilijs & oculis præsertim austerum ostendens.

DE SATYRO.

A.

VEMADMODVM cynocephali simiæ occasionem fabulæ dederunt, vt homines quidam tales putarentur : sic satyri rarius etiam & maioris admirationis simiarum genus,dæmones quidam creditisunt (ab aliquibus etiam homines,vt dicam in B.quibus poëtæ & simij eorum pictores, plastæque caprinos pedes & cornua affinxerunt, vt admirationem ac superstitionem augerent : nam in satyris simijs nihil tale spectatur. Quanquam fieri potest,vt dæmones tali quadam specie hominum conspectui aliquando se ingesserint,vt onocentauri quoque & *ἱππανθρώπους*, alijsque diuersis figuris. Potest hoc etiam fieri vt dæmones non à simijs satyris,sed simiæ ipsæ quòd expressam dæmonum figuram aliquo modo referrent à dæmonibus denominatæ sint.Sunt sanè nonnulla tum satyris simijs,tum dæmonibus satyris communia,forma similis humanæ,corpus erectum,pilis hirtum,versari in locis desertis,& libido in mulieres, qua aliæ etiam simiæ capiuntur,sed satyri præcipuè : vnde *σατύρους τοὺς αἰδοίους.* (ac si Sathyrus diceretur: vt ab *ἄλμη,ἁλμυρὸς*) hoc est à membro virili (vt veteres Græci appellarunt) dictos aliqui conijciunt. Certum est dæmones præstigiosam suam libidinem,aut libidinis potius imaginationem in homines aliquando exercere,vnde faunorum genus incubi & succubi dicti. Sed fortè ab Hebræis potius satyri nomen descenderit : nam in vetere Testamento שעיר, sair.legimus,vt Esaiæ 34.& multitudinis numero scirim, Esaiæ 13. Hebræi monstra quædam deserti interpretantur,nostri pilosos aut faunos pilosos. Nominantur autem simul etiam ijm & zijm,& ipsæ bestiæ syluestres,aut dæmones quidam potius: siue reuera illi in solitudine degant,siue quòd mentes humanæ per solitudines accedente quodam horrore ipsæ sibi talia finxerint,vt melancholici & somniantes terrificis sæpe spectris ludificantur.Seir Hebraica vox,hirsutum etiam seu pilosum adiectiue significat : & hircum,cum additur issim, id est caprarum.Leuitici 17.Chaldæus pro seirim reddit schedin,id est malos dæmones. Arabs,Ieseiathin, id est satanis.Persa,deuan.Persicæ voci finitima est Illyrica, *Δδιάβολος.*|Sic enim legimus apud Hes. & Varinum : *Δδιάβολος, οἱ σάτυροι παρὰ Ἰλλυριοῖς.* item, *Δδίαβος.σὺν διαβολὴ ἀκούεται παρ᾽ ἡμῖν.* Est & Germanica vox non remota, *teufel*,quasi *Δδιάβολος.* hoc est dæmones. *Σατύρους,σιληνούς.* Amerias Silenos ita vocari ait à Macedonibus. Sed de satyris dæmonibus plura dicam in H.

B.

Satyri de hominibus nihil aliud præferunt quàm figuram , Solinus cap. 34. de intimis gentibus Libyæ agens.Satyrus præter effigiem nihil humani.Mela. Satyri habitant Satyridas dictas Oceani insulas, quibus iuxta coxas enascuntur caudæ,non multò minores equinis,vt ait Euphemus Car,qui se in Italiam nauigantem vi tempestatum in Oceanum raptum scribit,&c. Pausanias,(reliqua lege infra in H.) Videtur autem , vt & Solinus supra,non de satyris tanquam simijs,nec tanquam dæmonibus,sed hominibus loqui. Esse autem tales quosdam homines credere,puerorum & anicularum est.Sic etiam Plinius 7.2.de monstrosis hominibus loquens : Sunt & Satyri subsolanis Indorum montibus (Cartadulorum dicitur regio) pernicissimum animal , tum quadrupedes, tum recte currentes humana effigie,propter velocitatem nisi senes aut ægri non capiuntur. Prouincia Comari habet simias hominis effigiem exprimentes,Paulus Venetus. Sunt & quas vocant satyros (inter simias) facie admodum grata,gesticulatis motibus inquietæ,Solinus. Cepus faciem habet satyro similem,cætera inter canem atque

itque vrſum: in Aethiopia naſcitur, Strabo lib. 17. Simiarum genus in Pralijs Indiæ eſſe ferunt, barba ſatyrorum inſtar, & cauda leonis inſignes, &c. Aelianus. Præſtat ſimiarum homini quàm ſimillimarum artus diſſecare, cum te in exemplo exercere inſtituas: ſin ea non detur, aliquam ei proximam deligito: aut ſi nulla omnino ſimia reperiatur, cynocephalum, vel ſatyrum, vel lyncem. Galenus in anatom. admin. Plinius, vt iam recitabo, ſatyrorum manus appellat.

C.

Condit in theſauros maxillarum cibum ſphingiorum & ſatyrorum genus: mox inde ſenſim ad mandendum manibus expromit: & quod formicis in annum ſolenne eſt, his in dies vel horas, Plinius. Satyri inter ſimias geſticulatis motibus inquieti ſunt, Solinus.

D.

Efferatior (quàm ſimijs) cynocephalis natura, ſicut mitiſſima ſatyris & ſphingibus. Plinius. Sua ſponte prudentia, non aliena inſtitutione apud Indos valent, elephas, pſittacus, ſphinges, & nuncupati ſatyri, Aelianus.

H.

Σάτυροι, μιμηταὶ ἀκρατεῖς. Heſ. Var. Qui cum Dionyſio per tripudia & feſtos luſus pleraque terrarum obiêre, nunc ſatyros nuncupant, quandoque & tityros, puto de cantuum laſciuia, quæ τιτυρισμοὺς dicunt, quibus id genus duci magna parte animaduertitur. Satyros autem ἀπὸ τῆς στυφελότητος, (quidam vertit, ab oris rictu: στυφελὸς, ὁ γναθικὸς καὶ ὁ χάσκων, Varinus:) vocitatos opinantur. Nam Sillani (lego, Sileni) appellantur ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν. Sillon autem morſum cum luſu vocant ingrato infeſtiuoque, Cælius ex tertio Variorum Aeliani: ſed ipſe authorem non citat. Scribit Nicandri interpres, quos ipſi ſatyros dicimus, ab antiquis Silenos nuncupari conſueſſe, Cælius. Τίτυροι, σάτυροι, καλαυροπόλοι, ἢ ἄγριοι. Heſ. & Varin. Τιτυρῶδες, μιμαυλῶδες, ἢ αὐλὸς καλαυροπόλος. Eidem. Miniſtri & aſſeclæ Dionyſij putabantur, Sileni, Satyri, Bacchæ, Nymphæ, Tityri, &c. Strabo lib. 10. Itaque pingitur aliquando Bacchus in curru pampineo, &c. quem propter Silenus aſtat aſello vectus, & Bacchæ & Satyri thyrſos ac ferulas vibrantes, Gyraldus. Satyri etiam Tragi, id eſt hirci vocabantur, inde quòd aures haberent hircinas, Heſych. Varin. Terreſtres dij fuêre, Satyri, Satyriſci, (Paniſcum & Satyriſcum, Pâna & Satyrum paruos, Cicero primo Diuin. nominat) Syluani, Sileni, Ephialtæ, & Hyphialtæ, hoc eſt Incubi & Succubi: pubblica hos perſuaſio, vt Macrobius ait, opinatur quieſcentes inuadere, & pondere ſuo preſſos ac ſentientes grauare. Medici vero morbum eſſe aiunt, qui quieſcentes inuadit & premit (ἐφιάλτεσθαι inuadere & inſilire eſt.) Themiſon pnigaliôna & pnígmona à ſuffocando vocat. De hoc morbo plura leges apud Cælium Aurelianum, qui latinè incubonem vocari ait: & apud Scribonium, Gyraldus. Noſtri hunc morbum vocant *ſchrettele*, quo in ſomnis affecti vehementer quidem & ſupra quàm dici poſſit, angi & comprimi ſibi videntur, clamare vero & opem implorare non poſſe. Ferè autem accidit cum redundans caput infeſtat euaporatio, ex voracitate & cruditate: & ijs ſæpius quibus comitialis morbus adeſt, aut adfuturus eſt: itaque naturales cauſas hoc malum habet, & quibuslibet hominibus incubus iſte accidit. (Saxones *alp* vocitant: & belemniten lapidem, compoſito ex ephialte & ſagitta vocabulo, *alpſeſſicht* vel *albſchoſſ*, potumque contra eiuſmodi noctis ludibria & ſuppreſſiones valere dicunt, vt Ge. Agricola prodidit.) Alij vero incubi ſunt mulieribus, ſuccubi viris, non morbi, ſed dæmones, qui vel corpus aliquod ſibi aſſumpſerunt, vel miſerorum mentes inanibus ſpectris ludificantur. Hoc non patiuntur, niſi homines planè impij, qui Deo opt. max. relicto ſpretoque, dæmonibus ſe addicunt & deuouent. Satyri dicti ſunt, vt Macrobius docet, veluti Sathuni, (ſathuri vel ſathyri, vt in A. ſcripſi) quòd ſint in libidinem proni, ἀπὸ τοῦ σάθω quod mẽbrum virile declarat. Hos petulcos (inquit Gyraldus) in libidinem fuiſſe, etiam D. Hieronymus in Pauli Thebæi vita teſtatur, & Euſebius in 3. præpar. Euang, eos omnem veneream virtutem oſtendere ait. Satyros ait Phurnutus ſymbolum eſſe ἐκστάσεως, id eſt mentis exceſſus: dictos vero ἀπὸ τῆς στυφελότητος, id eſt quod ora aperiant: hos & Σκιρτοὺς, Scirtos, ἀπὸ τῆς σκιρτήσεως, hoc eſt à ſaliendo nominauit. Idem & σκιβάλους, ἀπὸ τῆς σκίβης, (σκιβάλους forte, ἀπὸ τῆς σκίβης: etſi neutrum in Lexicis inuenio: in quibus Ἀκκαλαφοσκαλάφους legitur: vide ſupra in A.) quod eſt furere & ſæuire, appellauit: vnde & ſæuus apud nos deduci poteſt, Hæc Gyraldus. Ἀκκαλάβους, οἱ σάτυροι, Heſychius. Κίρνοι, σάτυροι, ἀπὸ τοῦ κίρνασθαι ἢ γυναικίας καὶ μιᾶς ἀμυκήτου χρῆσθαι &c. Heſ. & Varinus.

Recentiores Græcorum medici genitalis μελοὺς intelligunt ſatyriaſim (σατυρίασιν, ἢ σατυριασμὸν) quod malum, Galeno in Diffinitionibus tradente, obtingit, mutone arrecto intentoque, nec non particulis adiacentibus, cum ſeminis quandoque voluptaria profuſione, quandoque vero & mentis conſternatione ac diſtentione neruorum, Cælius. Et alibi, Satyriaſis à Paulo eſſe traditur αἰδοιοπυγωσὶς, id eſt pudendorum ſubſultatio, quæ vaſorum ſpermaticorum conſequatur inflammationem. Id verò ni ſedetur malum, in vaſorum eorundem mox præcipitatur πύωσιν, (reſolutionem.) Eſſe vero affectionem raram quæ & mulieribus contingat. Et rurſus 30. 14. Veteri inflationem nomine cuiuſdam dæmonis ſponſarum depicti nuncupauerunt, id eſt ſatyriaſin, vt interpretantur nonnulli: ſatyriſmum & priapiſmum enuntiat Galenus. Satyriſmos tubercula intelligit Hippocrates prælonga, cuius viſuntur modi ſub ipſas ſatyrorum aures: ea & thêres vocantur aut phêres, (θῆρες, φῆρες, vel Atticè φῆρα τὰ. φὴρ pro θὴρ Aeolicum eſt:) vti commeminit Galenus (in Gloſſis,) Cælius. Σατυρομοὶ, oblongæ preminentiæ adenum, id eſt glandularum circa (περὶ, alibi ὑπὸ) aures: vel membri genitalis intentiones, Ibidem. Satyria morbus eſt, in quo præ abundantia fluxionis aut flatus crudi in partes faciei decumbentis, facies animalis diuerſi & ſatyri apparet, Ariſtoteles de generat. 4. 3. Elephãtiaſis à quibuſdam ſatyriaſis dicitur, propterea quòd malæ faciei ſic affectis cum rubore attolluntur, & muſculis maxillaribus veluti conuulſionem patientibus, mentum ipſum dilatatur, quemadmodum etiam ridentibus euenire ſolet, ſimilitudine quadam ad picturas ſatyrorum: quin & alacritas vehemens ad coitum ipſis adeſt, quemadmodum & de ſatyris fertur, Aëtius 13. 120. Elephantem morbum, cum incipit, ſatyriaſmon vocant: quoniam ſatyris ſimiles fiunt vultu: aliqui vero quæ in temporibus ſunt oſſeæ eminentiæ, ſic vocant: in alijs partibus quoque tales oſſium fiunt eminentiæ, eaſque vocant aliqui exoſtoſes: vt naturales quoque pudendorum diſtentiones non deſiſtentes ſatyriaſmum aliqui vocant, aliqui vero priapiſmum, Galenus de tumoribus præter naturam, cap 15. A Satyris (inquit Gyraldus) poëmatis genus varium & maledicum, & petulans denominatum eſt, archęæ comœdiæ charactere compoſitum. Olim hæc ex varijs poëmatibus conſtabat: quo genere apud Latinos ſcripſerunt, Pacuuius, Ennius, & Varro Menippeas.

nippeas. Nonnunquam interpoſita ſoluta oratione, vt ſunt fragmenta quæ extant Petronij Arbitri. Lucilius vero verſu hexametro aliud genus induxit, & eum ſecuti Horatius, Perſius & Iuuenalis. Dicta eſt autem (vt quidam putant) ſatyra non à Satyris, ſed à ſatyra lance, quæ referta varijs multiſque primitijs, deis inferebatur: cuius lancis Vergilius meminerit: ſiue dicta à quodam genere fœminis, vt ait Varro & Diomedes: alij à lege Satyra, (vide plura in promptuario, in voce Satyra) cuius legis Lucilius meminit. Per ſatyram ædilem factum qui legibus ſoluat. Plura Diomedes & Feſtus grammatici, & demum (in prouerbio) Per ſatyram Eraſmus, & ipſe in ſexto de poëmatum hiſtoria dialogo tradidi, Hæc Gyraldus. Scena ſatyrica ornatur arboribus, ſpeluncis, montibus, rebus agreſtibus alijs, in topiarij operis ſpeciem, Cælius: nimirum quòd in talibus locis verſari Satyri fingantur. Σατυρία, genus edulij ex herba. Quidam in Lexico Græcolat. Σατυρικὸς χορὸς, Satyricus chorus: Ibidem: & σατυρίζειν, arrigere: σατυριᾶν, prurire ad Venerem. A ſatyra poëmate fit ſatyricus: & ſatyricè, id eſt acriter, cum re conuicio. Σατυρῶδες, ἡ ὄρχησις, ἡ χορδή τις, Heſychius. Σατύριον, κατωφερῆ. Idem.

Satyrion (herba) concitatricem vim habet. Duo eius genera. Vna longioribus folijs quàm oleæ, &c. radice gemina ad formam hominis teſtium, alternis annis intumeſcente ac reſidente. Altera ſatyrion orchis cognominatur, & fœmina eſſe creditur. Et aliud genus ſatyrij erythraicon appellant, &c. Plinius. Et mox, In totũ quidã Græci cum concitationem hanc volunt ſignificare ſatyrion appellant, ſic & cratægin cognominantes, & thelygonon quarum ſemen teſtium ſimile eſt. Prodigioſa ſunt quæ circa hoc tradidit Theophraſtus, author alioqui grauis, ſeptuageno coitu durare libidinem contactu herbæ cuiuſdam, cuius nomen ſpeciemque non poſuit, Hęc Plinius. Herbam illam Theophraſto allatam ex India, cuius contactu libidinem durare ſeptageſimo coitu meminit, ſatyrion Indam appellauerim. Habent hodieque Syri herbam ſimili effectu, bucheidenque nominant & Indicam ſatyrion, fortaſſe cum ea, cuius mentionem Theophraſtum feciſſe diximus, eandem: radice candida & dura, commendatiore quò craſſior & rugoſior, & albior, podagris vtili. Sed & ariſtolochiæ genus vnum, quod polyrrhizon cognominant, ſatyrion ex facto vocari cenſeo, Hermolaus. Teſticulos ſacerdotis Galli ſatyrion vel cynoſorchin hodie vocant: Itali vero chelidonium minus. Satureiæ etiam herbæ vſus marceſcentes coitus ſtimulat: quare à Satyris nomen eam traxiſſe comminiſcuntur (grammatici,) Ruellius.

De Satherio & Satyrio amphibijs animalibus dixi ſupra in Lutra. L. Florus in Valerij Coruini hiſtoria coturnum ſatyram auem dixit: ſiue à peculiari libidine, quoniam ore coire & parere vulgò olim credebatur: ſiue à Satura palude Pontina: nam in agro Pontino rem geſtam Florus & alij ſcribunt: oblectantur autem aquis cornix ac coruus, Cælius. L. Cornelius Sylla à Dyrrhachio Brunduſium cum claſſe traijcere parabat. Proxima eſt Apollonia, iuxta quam eſt Nympharum ſacer locus, è virenti colle ac pratis ignis fontes effundens aſſiduè per ſparſos riuulos defluentes. Hoc in loco memoriæ proditum eſt, ſomno preſſum Satyrum fuiſſe captum, qualem poëtæ ac pictores (plaſtæ) effingunt. Is perductus ad Syllam complures per interpretes quiſnam eſſet interrogatus, nihil quod poſſet intelligi vix vociferatus eſt: at vocem aſperam equi præſertim hinnitu & hirci balatu permiſtam ædens, cum Syllam obſtupefeciſſet, datis comitibus dimiſſus eſt, (atqui ἀποτροπιάζεσθαι verbum, deprecari malum omen, & prodigium à ſe depellere & expiare potius ſignificat: vnde dij ἀποτρόπαιοι dicti, qui & ἀλεξίκακοι. Vide Budæum in Comment.) Plutarchus in vita Syllæ. Apollonius & ſocij (inquit Philoſtratus lib. 6.) cum in vico quodam Aethiopiæ vltra cataractas Nili conantes quieſcerent, ecce ſubitus clamor in vico auditus eſt, mulierum ſeſe inuicem cohortantium, quarum aliæ capere, aliæ perſequi clamitabant, viros quoque ad eiuſdem operis communicationem cohortantes: illi verò fuſtibus, aut ſaxis, & quicquid in manus veniſſet arreptis, exclamabant ſe iniuria erga vxores affici. Venerat autem in vicum illum decimo iam menſe antè Satyri ſpectrum furens erga mulieres, iamque duas interfeciſſe ferebatur, quas amare maximè viſus fuerat. Hæc audientes Apollonij comites perterrebantur: Et Nilus, (vnus è comitibus,) Certe per Iouem, inquit, neque nos nudi hunc iam diutius inſultantem auertere potuimus vnquam, quò minus more ſuo laſciuiret. Eſt tamen, inquit Apollonius, aduerſus inſultatores huiuſmodi remedium aliquod, quo vſum fuiſſe Midam perhibent. Ipſe enim Midas Satyrorum genus participauit, quod ipſius aures manifeſtant. Satyrus igitur quidam propter affinitatem ipſum illudebat, in Midæ aures calumnias iactans, nec voce ſolum, verum etiam tibijs in ipſum carmina decantabat. Ille verò cum ex matre (vt opinor) audiſſet, Satyros vino demulceri, adeò vt cum epoto vino dormitauerint, mutato ingenio modeſti ac temperantes euadant: (vel, modeſtiores fiant & quibus infeſti erant reconcilientur: nam ἀγριαίνω verbum ambiguum eſt:) fontem qui prope regiam erat vino commiſcuit, deinde Satyrum ad fontem immiſit, ille autem bibit & ſuperatus eſt. Et ne hoc falſum eſſe putetis quæ ramus à vici huius præfecto num aliquid loci huius habitatores habeant, & illud Satyro præbeamus: ſic enim non amplius moleſtiam afferet. Cũ ita fieri cunctis placuiſſet, amphoras quatuor Aegyptias vino plenas in magnum vas (λουτὸν, lacum qui torculari ſubijcitur) impoſuêre, vbi eius vici pecora bibere conſueuerant. Hoc peracto Apollonius Satyrum inuocauit, occultè etiam aliqua minatus. Ille autem quaſi adhuc vinum non vidiſſet, eius tamen odore penè ac ſi bibiſſet correptus acceſſit. Poſtquam verò bibit, Libemus inquit Satyro Apollonius: iam enim dormit. Ea cum dixiſſet, omnes vici habitatores ad Nympharum antra deduxit, quæ iugeris ſpatio à vico diſtabant: ibique dormientem illum oſtendens, Verberibus, inquit, & maledictis parcite, neque illum vllatenus laceſſite: iam enim moleſtiam vobis afferre deſinet. Cæterum eſſe Satyros, eoſque ad amandum proclines negandum non eſt. Ego enim in Lemno quondam audiui æqualem meum, qui ad matrem ſuam venire ſolitum Satyrum quendam narrabat: eiuſque talem deſignabat habitum: nebride humeros amiciri dicebat, cuius anteriores pedes collum circumplectentes in pectore nectebantur, Hæc Philoſtratus.

D. Hieronymus in Pauli Eremitæ vita, cum Hippocentaurum Antonio apparuiſſe ſcripſiſſet, qualem poëtæ eſſe perhibent, mox addit: Nec mora, intet ſaxoſam conuallem haud grandem homunculum videt, aduncis naribus, fronte cornibus aſperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes deſinebat. Infractuſque & hoc Antonius ſpectaculo, ſcutum fidei & loricam ſpei, vt bonus præliator arripuit. Nihilominus memoratum animal palmarum fructus, eidem ad viaticum quaſi pacis obſides afferebat. Quo cognito gradum preſſit Antonius, & quiſnam eſſet interrogans, hoc ab eo reſponſum accepit: Mortalis ego ſum, & vnus ex accolis eremi, quos vario deluſa errore gentilitas Faunos Satyroſque & Incubos vocans colit. Legatione fungor gregis mei. Precamur, vt pro nobis communem Deum depreceris, quem pro ſalute mundi venuiſſe cognouimus. Et paulò pòſt, Necdum verba compleuerat, & quaſi pennigero volatu petulcum animal aufugit. Hoc ne cuiquam ob incredulitatem ſcrupulum moueat, ſub rege Conſtantino, vniuerſo mundo teſte defenditur. Nam Alexandriam

iſtuſmodi

huiusmodi homo vinus perductus, magnum populo spectaculum præbuit: & postea cadauer exanime, ne calore æstatis dissiparetur, sale infuso Antiochiam, vt ab Imperatore videretur, allatum est. Hęc si vera sunt, (inquit Floridus Sabinus Succis. lect. 2. 6.) haud vera vsquequaque fuerit Lucretij ratio, qui libro quinto de rerum nat. asserit, neque Centauros, neque alia animalia duplici natura, & corpore bino ex alienigenis membris compacto, cōsistere posse. Pausanias in Atticis picturas & statuas quæ Athenis in arce spectantur, describens, Lapis (inquit) eo in loco est, non magnus, sed tantus, quantus homo paruæ staturæ sedens: in quo, cum Bacchus Atticam ingrederetur, Silenum quieuisse aiunt. Satyros enim qui ætatis sunt adultioris, Silenos appellant. Cæterum de Satyris quinam sint, cum plura quàm alij scire laborarem, cum multis ea de re sum colloquutus. Dixit autem Euphemus Car, se quum in Italiam nauigaret, cursu esse excussum vi ventorum, & ad mare extimum, quod nauigari non item soleat, perlatum. Insulas autem ibi multas esse ac desertas, & à viris agrestibus incoli. Ad alias vero aiebat nautas deflectere recusasse, quòd antea quoque eò appulsi, incolarum inhumanitatem essent experti. Tempestatis denique violentia eò peruenisse. Insulas eas à nautis vocari dicebat Satyrias. Incolas messe rubicundos, & caudas in imo dorso habere, equinis non multò minores. Hos, vbi senserunt, ad nauigium accurrisse, nullamque vocem edidisse, sed mulieribus naui vnà aduectis manus iniecisse. Nautas verò timore correptos, barbaram mulierem in insulam tandem proiecisse. Eam Satyros non solum qua parte consuetudo permittat, verum etiam toto corpore libidinosè violasse, referebat, Hæc Pausanias. Idem Eliacorum secundo, Silenos mortales esse ex sepulchris conijci posse scribit: fuisse enim in Hebræorum etiam regione Sileni monumentum. Philippus archidux Austriæ dicitur anno 1548 duos Satyros viuos secum Genuam aduexisse, vnum puerili ætate, alterum virili.

Hæc loca capripedes Satyros Nymphasque tenere, Lucretius lib. 4. Satyros nonnulli vocant Aegipanas, Graphaldus. Similes quidem videntur, vtrique caprinis cruribus, hirti, cornuti: sed Plinius distinguit. Plura lege in Capra h. vnde quædam hic repetemus. Aegipani populi ad ripas Nili habitant, Plinius 6. 30. Et in fine eiusdem capitis, Iuxta Hesperios Aethiopes (inquit) quidam modicos colles amœna opacitate vestitos Aegipanum Satyrorumque produnt. Item 5. 1. Atlantem noctibus micare crebris ignibus, Aegipanum Satyrorumque lasciuis impleri tibiarum ac fistulæ cantu, tympanorumque & cymbalorum sonitu strepere. Et rursus cap. 8. inter Aethiopię populos numerat Aegipanas semiferos, & Satyros. Satyris, inquit, præter figuram nihil moris humani esse traditur: Aegipanis, qualis vulgò fingitur forma. Pomponius Mela vltra Atlantem Mauritaniæ montem scribit noctu persæpe visa lumina, & crepitus cymbalorum ac fistularum cantus auditos: nec die repertum quenquam, circo pro constanti habitum hos Faunos esse ac Satyros. Vide Melam libro 3. in descriptione Aethiopiæ. In Parnasso alternis annis Bacchanalia, id est Trieterica agebantur, vbi Satyrorum frequens cernebatur cœtus, & frequentius voces exaudiebantur, & cymbalorum crepitus, id quod & Macrobius post Pausaniam annotauit, Gyraldus. Cordax saltatio fuit Comica: Arrianus in Commentario Indico Satyricam putat, & à Libero patre in India institutam. Sicinnis ab alijs, vt scribit Athenæus, Satyrica intelligitur saltatio, vnde & Satyri sicinnistę nuncupati, Celius 5. 4. vbi plura etiam de huius vocabuli etymo. Saltantes Satyros imitabitur Alphesiboeus. Vergilius in Bucolicis. Σατυρικὸς χορὸς, Suidas. Ἀγέλαστόν τι καὶ σατυρικὸν σκέμμα, Heliodorus. Plato de legibus libro 7. non probat saltationes illas quæ nec belli nec honestis pacis studijs conueniunt, vt in quibus saltantes imitantur Nymphas, Panas, Silenos, & Satyros inebriatos, (qualis apud nos saltatio quædam est, *der schlaffer tantz*, hoc est dormiturientium saltatio,) quæ in sacris quibusdam ceremonijs exercebantur. Extat Orphei hymnus in Satyrum. Coluerunt enim veteres huiusmodi monstra pro semideis siue syluestribus dijs: Faunos ac Satyros nemorum deos esse dicentes, Panas agrorum, Syluanos syluarum. Satyriacum signum, Σατυρικὸν ἄγαλμα, simulachrum Priapi, quod in hortis apud antiquos ponebatur. Est & religio quædam, hortosque & fores tantum, contra inuidentium fascinationes dicari videmus: in remedium Satyriaca signa, Plinius libro 19. Antiphilus pinxit nobilissimum Satyrum, cum pelle pantherina, quem Apoxyomenon appellant, Plinius. Aristidis Thebani pictoris est Satyrus cum scypho coronatus, Idem. Myron fecit Satyrum admirantem tibias. Idem. Et rursus, Myron fecit nobilem Satyrum quem periboëton cognominant. Hunc Satyrum (inquit Hermolaus in Castigationibus) Athenis fuisse tradunt, via quæ Tripodes appellabatur, miratumque in eo se Praxitelem: adeò vt petenti Phrynæ, quod ex operibus suis præstantissimum existimaret, daturum se quidem receperit (amabat enim) sed iudicare quodnam eiusmodi esset noluerit: sed subornato vernula, qui comessanti apud se trepido cursu nunciaret, absumptam subito incendio maiorem operum eius partem: attonitum & accurrere parantem exclamasse, salua esse omnia si Satyrus & Cupido supersessent: ita confessione iudicij dolo expressa, fœminæ Cupidinem optanti non Satyrum tradidisse, &c. Hæc ille ex Atticis Pausaniæ. Protogenes Rhodius pinxit Satyrum quem Anapauómenon vocant, tibias tenentem, Plinius. Celebratur & Stratonicus, qui Satyrum in phiala grauatum somno collocauisse verius, quam cælasse dictus est, Idem. Timanthes pinxit Cyclopem dormientem in paruula tabella, atque iuxta Satyros thyrso pollicem eius metientes, Idem.

Satyri cuiusdam adulatoris vtriusque Dionysij meminit Timæus, Athenæus. Satyri architecti mentio apud Plinium 36. 9. Satyrus Eleus, Lysianactis fil. ex genere Iamidarum, quinquies in Nemea pugiles vicit, in Pythijs bis, bis insuper in Olympia. Statuam eius fecit Silanion Athenienſis, Pausanias in Eliacis. Gorgippus filius Satyri tyranni Bospori, Polyænus lib. 8. Strateg. Satyrus quidam medicus Galeni præceptor fuit. Satyra nomen scorti Attici, Σατύρα, Athenæo lib. 13. Herodianus scribit Helotas quoque appellari satyros, qui sint apud Tænarum. Erant vero Helotæ publici quodammodo Lacedæmoniorum serui, &c. Cælius. Satyrorum insulæ, Σατύρων νῆσοι, sunt tres contra Indiam, extra Gangen sitæ, Ptolemæo 2. 7. quas qui habitant caudas habere dicuntur, quales Satyris pinguntur. Pausanias has insulas Satyrias vocat, (Cælius Satyrides transfert,) cuius verba superius hac ipsa in parte retuli. Satyrion, regio prope Tarentum, gentile Satyrinus, Stephanus. Satura seu Satyra palus Pontina est, viginti quatuor vrbium olim locus capax. Qua Saturæ iacet atra palus, gelidusque per imas. Quærit iter valles, atque in mare conditur Vfens, Vergil. 7. Aen. Cælius. Meminit huius paludis etiam Plinius 3. 6. Satyrus fluuius in Aquitania, cuius meminit Lucanus lib. 1. Tunc rura Nemetis Qui tenet, & ripas Satyri qua littore curua.

Finitimos Indiæ montes transmittemi, ad intimum lacus densissimas conuallis videri aiunt, & Corudam locum nominari, vbi bestiæ satyrorum similitudinem formamq; gerentes, & toto corpore hirsutæ, versantur: atq; equina cauda prædita dicuntur. Ex cum non à venatoribus agitatur, in opacis & spissis syluis solent viuere. Cum autē venantium strepitum sentiunt, & canum latratus exaudiunt, in montiū vertices incredibili celeritate recurrunt.

runt: nam per montes iter conficere assuetæ sunt. Contra eos qui se insequuntur pugnant, de summis montibus saxa deuoluentes. Ex ijs nonnullæ, sed ægerrime tandem, aut ægrotantes, aut grauidæ comprehenduntur. Illæ quidem propter morbum: hæ vero ob grauiditatem, Aelianus. Sed feras toto corpore hirtas esse, caudis equinis, & propter celeritatem non nisi morbo aut senecta graues capi, alij authores satyris ipsis attribuerunt.

In Syluis Saxoniæ versus Daciam, in deserto muricè (nemore) cuiusdam, capta sunt parum ante hæc tempora duo monstra pilosa, ferè in omnibus habentia figuram hominis: & fœmina quidem mortua fuit morsibus canum & vulneribus venatorum. Masculus autem captus est domesticus, & didicit ire super pedes erectus: & didicit loqui imperfectè valde & non multa verba, & habuit vocem exilem sicut capreolus, & rationem nullam habuit, de secessu & egestione & alijs talibus verecundabatur, multum autem appetijt coire cum mulieribus: & has publice qualescunque essent tempore libidinis opprimere tentauit, Albertus. Et rursus libro 22. in Catalogo quadrupedum, de Confusa bestia scribens, citatis Solini verbis: quæ apud Solinum non de Confusa (corruptum enim hoc nomen est) sed cepo seu celpho simiarum generis habentur: Hanc, inquit, temporibus nostris vidimus in syluis Sclauiæ (supra legitur Saxoniæ, forte pro Sclauoniæ) deprehensam, marem & fœminam, vt in præcedentibus diximus, (locum iam recitatum intelligens: & procedente tempore voces quasdam expressit. Est autē hoc animal de genere simiarum. Rursus eodem libro, Pilosus, inquit, animal est compositum ex homine superius, & capra inferius. cornutum in fronte: simiarum generis, sed valde monstrosum: aliquoties erectum incedit & mansuescit. In desertis Aethiopiæ habitare ferunt: & aliquando captum & mortuum sale conditum Alexandriam missum, inde Constantinopolim delatum. Ex quibus verbis omnino apparet pilosum Alberto & recentioribus, nihil aliud quàm satyrum esse.

Satyrorum historiæ subijciendum duxi monstrum istud, cuius effigiem apposui, quàm eximiæ eruditionis & humanitatis vir Georgius Fabricius ex Misnia Germaniæ ad nos misit, & simul descriptionem, his verbis: Quadrupes illud captum est in ditione episcopi Salceburgensis, in saltu quem Hanesbergium vocant. Colore fuit giluo in flauum declinante. Feritatis insolitæ: hominum enim aspectum fugit, seque in tenebras, vbi potuit, abdidit. Tandem cum ad cibum capiendum neque cogi neque allici posset, paucos post dies est extinctum. Pedes posteriores prioribus dissimiles, & multò longiores fuerunt. Reliqua facile ex icone intelliguntur. Captum est anno salutis tricesimo primo supra mille quingentos.

DE BELLVIS humanæ formæ in Noruegia, quarum historia si vera est, Satyrorum historiæ subiungi potest.

FINIS nunc imponendus esset his quæ de regni Scotici descriptione memorauimus, nisi vnius rei nouitas properantem remoraretur calamum: quam nuper accepimus referentibus probissimis viris ab Iacobo quarto Scotorum rege ad Galliarum regem oratoribus missis: quorum facile princeps Iacobus Ogiluius gymnasij Aberdonensis gratissimus alumnus. Hi ascenso mari repente exorta procellosa tempestate per transuersum in Noruegiam pulsi, quum in litus egressi essent, non ita longè in montibus, homines vt apparebat villosos ac quales vulgò pingunt syluestres appellatos discurrere videntes, portento constitêre attoniti. Mox ab incolis edocti sunt, belluas eas esse humana effigie mutas, verùm hominis indigni persequentes odio. Cæterum per lucem adeò metuentes vt nec in aspectum quidem hominis subire audeant: per noctem autem grassantes, villas gregatim inuadere, nisi eas disterrentes canes arceant, ad

quorum

quorum latratum ſtatim effugiunt. Quod ſi per noctem canis abſit, effractis foribus, ædes irruentes, cum tenebræ reuerentiam humani oris occultent, quicquid in ea eſt occidere ac deuorare. Sunt enim tam immani corporis robore, vt mediocris magnitudinis arbores manibus euellant radicitus: quibus auulſis ramis, inter ſe depugnant. Qua re exterriti legati, factis per noctem ingentibus ignibus, ac vigilijs diſpoſitis, vbi nulla accepta noxa illuxiſſet, poſtridie immania linquentes litora, curſum vnde diſiecti erant læti repetierunt, Hector Boethius.

DE ÆGOPITHECO SEV PANE.

SVB æquinoctiali ad Orientem & Meridiem eſt qui dicitur ÆGOPITHECVS, ſimia quædam. Plurima enim ſunt ſimiarum genera, ARCTOPITHECI ſcilicet, LEONTOPITHECI, & CYNOCEPHALI, & aliæ aliis multarum animantium ſpeciebus, ſimiarum forma permiſta. Quarum permultæ etiam ad nos perlatæ, hoc manifeſtò declarant. Ex quibus etiam eſt is qui dicitur PAN, capite, vultu, & cornibus capram referens, & ab ilibus item deorſum verſum caprinis pedibus inſiſtens, ventre autem, pectore & manibus mera ſimia: qualem Indorum Rex Conſtantio miſit. Quod ſanè animal ad tempus aliquod, quum ferretur in cauea propter ferocitatem incluſum, vixit. Vbi verò mortuum eſt, aromatibus condierunt exenteratum, qui ferebant, & inſolitæ formæ oſtentandæ gratia Conſtantinopolim ſeruatum pertulerunt. Videntur autem mihi animal hoc olim vidiſſe Græci, & inſolentia aſpectus exterriti deum ſibi conſtituiſſe: quum ſolenne hoc illis eſſet, vt quæ fidem excellerent, ea in Deos referrent. Id quod in SATYRO quoq; ab eis eſt factum, qui & ipſe ſimia eſt, facie rubra, ad motum facilis, & caudam habens, Nicephorus Caliſt.

DE SPHINGE SIMIARVM GENERIS.

SPHINGAS fuſco pilo, mammis in pectore geminis, Aethiopia generat, multaque alia monſtro ſimilia, Plin. Inter ſimias habentur & ſphinges, villoſæ comis, mammis prominulis ac profundis, dociles ad feritatis obliuionem, Solin. In promontorio quodam extremæ Arabiæ, quod ſitum eſt inter Diram & Auſtri cornu, leones formicæ dicti reperiuntur, & ſphinges & aliæ feræ, vt ſcribit Strab. lib. 16. Efferatior (quàm ſimijs) cynocephalis natura, ſicut mitiſſima ſatyris & ſphingibus, Plin. Condit in theſauros maxillarum cibum ſphingiorum & ſatyrorum genus, mox inde ſenſim ad mandendum manibus expromit: & quod formicis in annum ſolenne eſt, his in dies vel horas, Idem. Sphinges & apud Troglodytas, Aethiopesque naſcuntur, forma haud ei diſſimili qua pinguntur, ſed paulò pinguiores. Naturam habent manſuetam, pluribus exercitijs diſciplinisque aptam, Diodorus Sic. lib. 4. de fabuloſis antiquorum geſtis. Sphinges (inquit Albertus) nec ita ſunt feræ vt domari non poſſint: nec ita manſuetæ vt nocentibus non noceant: non lædunt enim illos à quibus non læduntur. Cercopithecum ſimiam idem à quibuſdam ſphingem appellari ſcribit: ſed ineptè. Sua ſponte prudentia valent in India, elephantus, pſittacus, ſphinges, & nuncupati ſatyri, Aelian.

Quin & SPHINX ex genere ſimiarum eſt: cuius reliquum corpus vt aliarum ſimiarum hirſutum eſt, pectus autem ad collum vſque glabrum. Mammas porrò mulieris habet, totumque corpus, qua nudum eſt, rubra quædam & tenuis milij ſpecie eminentia in orbem circundat, & multum decoris atque gratiæ colori, qui in medio humanus eſt, conciliat: facies pluſculum rotunda & acuta eſt, & ad muliebrem inclinans formam. Vox itidem prorſus humana, ſed non articulata, celeriter cum quadam quaſi indignatione & dolore obſcurum quiddam vociferanti ſimilis: grauior autem eſt & moleſtior, ſi ea acuatur. Ipſum porrò animal ferum admodum eſt, aſtutum & maleuolum, neque adeò facilè domatur. Hoc antiquitus mihi videtur Thebas Bœotiæ eſſe apportatum: & quum fortè in quoſdam, qui ad ſpectaculum eius confluxerant, inſiluiſſet, & vultus eorum vnguibus deformaſſet, non ferentem Oedipum ciuium ſuorum contumeliam, feram interemiſſe, & nomen inde illuſtre retuliſſe. Cæterùm fabulæ Oedipo fortitudinis laudem adornantes, alas beluæ iſti affingunt, quod celeriter in obuios inuolaret. Eædem illi pectus mulieris & corpus leonis accommodant, illud propter nuditatis commoditatem & muliebris formæ ſimilitudinem, hoc propter ferocitatem, & quod plurimum quatuor inſiſtat pedibus. Sermonem quoq; ei figmentum tribuit, quod vox eius humanæ conformis eſſet: tribuit & ænigmata, quod obſcura & non intellecta vociferaretur. Neque hoc mirum eſt, nam & multa alia Græci fabulis fingendis mutare conſueuerunt, Nicephorus Calliſtus.

De Sphinge fabuloſa.

Simulachra quædam ſunt rerum in natura non extantium, vt Tritones, Sphinges. Centauri, Suidas. Hydra peperit Chimæram, Chimæra Sphingem ex Ortho, & Nemæum leonem, Heſiodus in Theogon. Sphinga fabulantur filiam Chimæræ ac Orthi, qui fuit Geryonis canis, vt in Theogonia cecinit Heſiodus, Cælius. Recentior quidam Grammaticus Sphingis patrem facit, non Orthum, ſed Orcum. Tradunt & de his fabulæ, Sphinga triforme monſtrum, cuius pars vna volucris, altera leonis, virginis tertia, vt quidam citat ex Plinio. Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis Spinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella, Auſonius in gripho Ternatij. Sphinx, monſtrum apud Thebas, cuius caput & manus puellæ, corpus canis, alæ auis, vox hominis, vngues leonis, cauda draconis, Grammaticus quidam. Aegyptij biformem tantum finxerunt ex virgine & leone corpore compoſito, Aeliano teſte. Βίναι, Sphingas, Heſych. Varin. Sphinx, animal monſtroſum, ἀνδροπάμορφον, id eſt homini ſimile, vt Græci fabulantur, Varinus. Φῖκα ἀλεῶ, Sphingem pernicioſam. Eſt autem ea Chimeræ & Typhonis filia: à qua Phicion etiam (mons) in quo habitabat, denominatur. Lycus in libro de Thebanis à Bacho eam miſſam ſcribit. Dicebant autem Bœoti Φῖκα pro Sphinge, Varinus. Sphingem ferunt corpus canis habuiſſe, caput & faciem puellæ, alas vero auium, atque hominis vocem: Et in Sphincio monte ſedentem ænigma vnicuique ex ciuibus propoſuiſſe: ſoluere neſcientem interemiſſe: cum vero id Oedipus ſoluiſſet, ſeſe ipſam ex monte deieciſſe. Sed veritas ſic ſe habet. Cadmus cum mulierem Amazonida cui Sphinx erat nomen, ſecum haberet,

beret Thebas peruenit, cumque Draconem interfeciſſet, huius ipſius regnum occupauit. Poſt hæc & Draconis ſororem, cui Harmonia erat nomen, cepit. Intelligens autem Sphinx quod Cadmus aliam duxiſſet vxorem, ac ſibi perſuadens multos ciues ſe abeuntem ſecuturos eſſe, quam plurimas diuitias rapiens, ſecumque celerem ex nem ducens quem Cadmus habebat, cum his omnibus in Sphincium montem nuncupatum peruenit, & exinde Cadmo bellum inferebat: & incurſionibus quotidie factis plures homines interimebat. Vocant autem Thebani incurſiones ipſas ænigmata. Hoc ciues paſſim diuulgabant, in hunc modum dicentes: Argiua Sphinx nos ænigma quoddam proponens diripit. Quonam autem modo ænigma faciat, inuenire nemo noſtrum poteſt. Publico itaque edicto nunciari Cadmus iuſſit, Sphingem interficienti cuicunque ditiſſimum præmium eſſe propoſitum. Ad quam cum Oedipus Corinthius acceſſiſſet, cum equo veloci, quem ſecum habebat, vnà cum Thebanis quibuſdam nocturno tempore montem verſus accedens, Sphingem de medio ſuſtulit. Hæc Palæphatus. Oedipus Laij Thebarum regis filius in monte quodam expoſitus, & à Meleæbo ruſtico inuentus ac educatus, cùiam adoleuiſſet latrocinijs operam dabat, quo tempore Sphinx etiam deformis & belluinæ naturæ mulier latrocinando viuebat. Viro enim amiſſo manum collegit prædonum, & locum natura munitum occupauit, vbi tranſeuntes occidebat. Huic Oedipus audaci conſilio tanquam ſocius prædæ ſe coniungit, & opportuno tempore obſeruato, ipſam ac ſocios haſta interimit. Quo intellecto Thebani regem ipſum appellant: & Laium regem bello eos adorientem occiduut. Regina Iocaſte Oedipo, quem filium ſuum eſſe neſciebat, nubit, &c. Suidas. Vide Sophoclis Tragœdiam quæ Oedipus Tyrannus inſcribitur. A Thebano agro (inquit Pauſanias in Bœoticis) Sphingem aiunt progredi ſolitam, quum, vt homines à ſe raptos perderet, quæſtiones eis proponebat obſcuras. Dicunt nonnulli nauali eam potentia inſtructam latrocinij exercendi cauſa oberraſſe, & ad mare circa Anthedonem appuliſſe. Hoc autem monte occupato, rapinis fuiſſe intentam, donec Oedipus eam confecerit (ἐξεῖλεν) obrutam exercitus multitudine, quem Corintho eduxerat. Dicitur item Laij fuiſſe notha filia, & edocta à Laio per beneuolentiam, quod Cadmo datum erat oraculum Delphicum. Priuſquam autem reges fierent, ſcire aliud nihil oportebat, quàm oraculum, (Πρὶν ἄρχειν τοὺς μέλλοντας βασιλεύσειν ἄλλο οὐδὲν ἦν τὸ μανθάνειν.) Quoties itaque de regno quis litem Sphingi intenderat, (nam & Laio ex pellicibus liberos fuiſſe procreatos aiunt, & oraculum Delphicum ad Epicaſten ſolummodo & Epicaſtæ filios ſpectabat:) hac Sphingem aiunt aduerſus fratres vſam eſſe fraude, vt ex Laij ſtirpe ſi eſſent procreati, quod datum fuerat Cadmo oraculum, proferrent. Qui reſpondere non poterant, eos morte multabat, vt qui immeritò & de genere diſceptarent & imperio. Oedipus vero in ſomnis oraculum edoctus, Sphingem acceſſit, Hactenus Pauſanias, Lœſchero fere interprete. Sphingis ſpeciem fuiſſe aiunt, anterius leoninam, à tergo humanam: vnguibus gryphis, alis aquilæ, & alijs modis monſtroſam. Reuera autem mulier hæc prædo (λῃστὶς) fuit ad Moaben regionem Africæ, & Phicion montem, quæ prætereuntes occidebat, niſi quis propoſitum ab ea ænigma ſolueret, quod erat huiuſmodi. Ἔστι δίπους ἐπὶ γῆς, καὶ τετράπους, ἐπὶ μιᾶς μορφῆς. Καὶ τρίπους ἀπὸ τοῦ σώματος ἑνὸς μόνου, ἐπὶ γῆς μόνου. Ἐφ' ἑπτὰ γίνεται αἰεὶ τὰ σώματα καὶ ἧς πλείστοις ἐπερείδεται ποσὶ βαίνει, ἔνθα τὸν ταχὺν φύσιν ἀφανίζουσιν πολλὰ εἴδη. Scholiaſtes Lycophronis. Dicta Sphinx quòd cogeret tranſeuntes conſiſtere, quibus ænigma proponebat, quidnam id eſſet in orbe terrarum quod quaternis primum pedibus inambularet, inde duobus, poſtremò tribus, quod neſcientes ſoluere, ſublatos in rupem agebat præcipites. Oedipus illac iter habens ænigma diluit, hominem eſſe dicens, qui in infantia manibus & pedibus nitens quadrupes, in iuuentute pedibus tantum & bipes, in ſenectute vero baculo vtens tripes eſt. Tunc Sphinx ſe de ſaxo præcipitem dedit. Inde origo huius adagij apud Terentium, Dauus ſum, non Oedipus: id eſt, ſeruili officio, non quæſtionibus ſoluendis aptus ſum, (vide plura apud Eraſmum in prouerbijs,) Grammaticus quidam. Eos qui propoſitum à ſe ænigma ſoluere non poſſent, alis & vnguibus ad ſe in rupem trahebat, &c. Lactantius in primum Thebaid. Michaël Pſellus Sphingem ſuperiore corporis parte ad vmbilicum vſq; virginem, deinceps beſtiam, &c. à poëtis confictam ſcribit: pluribus idem allegoriam interpretatur, de diuerſis ſcilicet in homine facultatibus, ex quibus homo componitur, mente, ratione, opinione, phantaſia & ſenſibus vtens, inter rationale & rationis expers animal ferè medius. Σφίγγὸς πρόγνωμα παρέχων πᾶσι, θηρὶ πᾶσαις τὴν ζωὴν τῶν πάντων τούτων αἰνιγμάτων, ἃ δὴ Καδμείας Σφίγγὸς, ἀλλὰ Σφίγγὸς μὲν τοῦ ἀπηχοῦς, τῆς Ἡσιόδου καὶ πολὺ σοφωτέρας, Suidas ex innominato. Sphingem alatam tum pingunt tum fingunt omnes qui in ea arte, quæ actionẽ manuum habet cũ actione (ſcientia vel contemplatione coniunctam, operam ponunt, Aelianus. In Libya ſunt feræ facie muliebri, ima parte ſerpentes, alas non habent quemadmodum Sphinges, neque loquuntur vt illæ, Dion in hiſtoria Libyca, vt in Lamiæ hiſtoria retuli. Sphingis pedes leonini erant, Scholiaſtes in Ariſtoph. Picati appellantur quidam quorum pedes formati ſunt in ſpeciem ſphingum, quod eas Dorij Sphincas (Φίκας vel Σίνας, vt cõijcio) vocant, Feſtus. Sphinx cum homini offertur, ſi illum (illam) præſentiat, ſeruatur: ſi vero beſtia prius hominem ſenſerit, perditur homo, Quidam in Onomaſtico ſine authore.

Sphinx dicta videtur à ſtringendo, (ἀπὸ τοῦ σφίγγειν,) vt ſcribit Hermolaus: Vel quòd cogeret tranſeuntes conſiſtere, dum ænigma eis proponeret: vel quòd homines ſuis quæſtionibus ita ſtringeret, vt ſe expedire non poſſent: vel quaſi omnium mentes ſuis propoſitionibus ligaret. Recentiores aliquot Sphyngem per y. ſcribunt, non rectè. Τοῦ σφίγγα εἶναι σφιγὸς σφίγγα καλοῦσι. Plato in Cratylo. Σφίγα. canem, aut Sphinx, Heſ. Varin. Σφιγγὸς ἴσως ἀγχόνης, σφίγξ. Iidem. Si Sphingos iniquæ Callidus ambages te præmonſtrante, Statius 1. Thebaid. φίξα λαλεῖν, vide ſuperius. Σφίγγα δυναμένην, (hoc eſt Infelicem & quæ malo tempore Thebanis apparuit, Schol.) Ariſtophanes in Ranis. Σφ γγὸς κελαινῆς. (στυφνῆς, λέγει δὲ τοὺς θίνας ἢ τὰ αἰνίγματα) χρῶν ἐκμεμαθήκη. Lycophron. Σκληρᾶς ἀοιδῆς, τὸ σφίγγὸς, id eſt Sphingis difficilis, propter ænigmata: vel ſanguinariæ. Ὅσην ἐξῆν ὕλαξε ἄγαν Καδμείων μολών. Σκληρᾶς ἀοιδῆς ἁρμονίαν, ὃν παρεγχαλῶ. Suidas ex Sophoclis Oedipo tyr. Ποικιλῳδὸς, Sphinx, Varin. Sphingem Sophocles rhapſodon vocat, Cælius. Fuêre item ſcortilla quæ ſphinges nuncuparentur: nam & molles (σφίκτας, cinædi, molles, Heſ. Varin.) ſphinctæ appellantur, quod prodit Suidas, Cælius. Megaricæ ſphinges, Μεγαρικαὶ σφίγγες: ita ſcorta quædam vulgus olim appellabat (Heſychius meretrices quaſdam à Gallia ſic vocatas ſcribit) ſiue quòd vulgò molles ſphictæ σφᾶς τὰ σφίγγα dicuntur apud Græcos: ſiue quòd apud Megarenſes nutrix ſpinx appelletur, ſiue quòd Megarenſium mores improbi fictique, & populari notitia, quondam notati fuerint. Vnde Ariſtophanes in Veſpis riſum Megaricum, de quo dictum eſt alibi, taxat. Suidas refert & hunc verſiculum, ſed tacito (vt ſolet) authoris nomine, Ἀλλ' ἦν ἡμῖν Μεγαρική τις μηχανή. Riſum ſeu iocum Megaricum intelligit mollitiem Megarenſium. Refertur à Diogeniano (& Suida,) Eraſmus. Megaricæ ſphinges, meretrices;

meretrices: vnde forſitan molles etiam σφίγγεται nominati ſunt, Suidas & Varinus. Vocabulum quidem σφιγγω magis probārim cum gamma ſcribi quàm fine eo: vtroque enim modo reperitur, vt iam citaui.

Icon. Sphingem Aegyptij qui ſcalpturam exercent, & Thebanæ fabulæ, biformem nobis repræſentant, ex corpore virginis & leonis cum grauitate & compoſitione ipſam architectantes, Aelianus. Aegyptijs ſymbolum roboris cum intelligentia coniuncti erat Sphynx, corpus quidem totum Leonis habens, faciem verò hominis, Clemés lib. 5. ſtrom. Scyles Scytarum rex in Boryſthenitarum vrbe ædes magnificas habebat, circum quas è lapide candido ſphinges & grypes ſtabant, Herodotus libro 4. Athenis in Arce, in templo quod Parthenōna vocant, tum aliæ quædam de generatione Mineruæ effigies habentur, tum Neptuni cum Minerua contentio de terra. Simulachrum ipſum (Mineruæ) ex ebore & auro factum eſt, & in medio galeæ Sphingis imago expreſſa, Pauſanias. Pyramides tres ſunt inter Memphim & Delta oppida, vico appoſito quem vocant Buſirin. Ante has eſt ſphinx, vel magis miranda, qua ſylueſtria ſunt accolentium. Amaſin regem putant in ea conditum, & volunt inuectam videri. Eſt autem ſaxo naturali elaborata, & lubrica. Capitis monſtri ambitus per frontem centum duos pedes colligit, longitudo pedum CXLIII. eſt, altitudo à ventre ad ſummum apicem in capite LXII. Plinius 36. 12. Per totam longitudinem (templi Heliopolitani in Aegypto) protinus ex vtraque latitudinis parte ſunt poſitæ lapideæ ſphinges, vigenis cubitis, vel paulò pluribus inter ſe diſtantes: & alter ſphingum ordo eſt à dextra, alter à ſiniſtra. Poſt ſphinges eſt veſtibulum ingens, procedenti vlterius aliud veſtibulum, poſtea aliud: & neque veſtibulorum, neque ſphingū diffinitus eſt numerus, Strabo libro 17. Aegyptij ante templa (in propylæis) Sphingem aſtituebant, quo argumento indicarent, theologicam ipſorum ſapientiam obſcuriorem, fabulisque ita ſæpe conuelatam, vt veritatis veſtigia vix interlucerent, Cælius Rhodig. & Calcagninus ex Plutarcho de Iside. Amaſis rex Aegypti veſtibulum Mineruæ fecit in Sai, opus admirandum, vbi etiam ingentes coloſſos & immanes androſphingas poſuit, Herodotus lib 2. Signis quæ vocantur Corinthia, plerique in tantum capiuntur, vt ſecum circumferant. ſicut Hortenſius orator ſphingem Verri reo ablatam. Propter quam Cicero illo iudicio in altercatione neganti ei ſe ænigmata intelligere, reſpondit debere, quoniam ſphingem domi haberet, Plinius. Octauius Auguſtus in diplomatibus libelliſque & epiſtolis ſingnandis, initio ſphinge vſus eſt, mox imagine Magni Alexandri, nouiſſimè ſua, Suetonius.

Alciati emblema in ſubmouendam ignorantiam, per dialogiſmum.

Quod monſtrum id? Sphinx eſt. Cur candida virginis ora,
Et volucrum pennas, crura leonis habet?
Hanc faciem aſſumpſit rerum ignorantia: tantæ
Scilicet eſt triplex cauſa & origo malæ.
Sunt quas ingenium leue, ſunt quos blanda voluptas,
Sunt & quos faciunt corda ſuperba rudes.
At quibus eſt notum, quid Delphica laſera poſſit,
Præcipites monſtri guttura dira ſecant,
Namque vir ipſe, bipesq; tripesq; & quadrupes idem eſt,
Primaq; prudentis laurea, noſſe virum,

Hæc ille per virgineam partem voluptatem intelligens: per crūra leonis, ſuperbiam: per alas, leuitatem. Eſt & Sphinx fabula veteris cuiuſdam poetæ, Aeſchylini fallor.

DE GALEOPITHECO QVI SAGOIN à Breſilienſibus nominatur.

ANIMALIS quod Sagoin vulgò appellant (nomine forſan Breſiliæ incolis vſitato, vnde nuper aduectum eſt) iconem perpulchrè & accuratè expreſſam, Petrus Coudenbergius doctiſſimus celeberrimuſque Antuerpiæ pharmacopœus mihi communicauit. Sagoini animalis (inquit in epiſtola) imaginem mitto ad viuum delineatam ſecundum omnes dimenſiones. (*Pictura quam miſit magnitudo, vndique tripla ferè ad noſtram erat: an verò animal ipſum quam pictura exprimatur maius non ſit, ignoro.*) Viuidū admodum erat, agile ac timidum. Pilis erat mollibus admodum. Vuis paſſis veſcebatur Sole ſiccatis, & pane albo modico. Coronatis hîc quinquaginta diuenditum eſt, aduectum ex Breſilia: forſan ex Simia parua & Muſtela procreatum: miſcentur enim ibi varia animalia, propter regionis caliditatem. Nuſquam de eo quicquam legi. Sic ille: nos eius verbis & ſpecie ipſa animalis inuitati, Galeopithecum nominabimus.

At Iohannes Caius Anglus hanc iconem quam dedimus: parum reſpondere animali viuo, in quadam ad me epiſtola ſcripſit: Animal autem ſic deſcribit, Saguina animal eſt paruum, foricis magnitudine, aut non multo ſupra modum puſilli cuniculi, aut arctomyos iunioris (vtriuſque magnitudinis vnum vidi) colore griſeo, barba fulta & obſcurè cinerea, cauda foricis operta pilo, pedibus ſciuri, facie cepi ſeu ſatyri penè, aure orbiculari, patente & humili, veſtita pilo intus nigro, foris candido, & moribus caudatæ ſimiæ. Mulieribus noſtris in delicijs eſt: viuit pane, pomis, vuis paſſis, ficubus, atque pyris. Hæc ille. Cercopithecum minimum, quem Galli vocāt Sagoin Sciuro non grandiorem, & frigoris impatientiſſimum habeo, &c. Iacobus Dalechampius. Sunt qui Sagoin barbatum, ſine cauda, colore cinereo, non maiorem pugno eſſe dicant.

DE ARCTOPITHECO qui haūt ab Americis vocatur.

IN America (inquit Andreas Theuetus) reperitur animal corpore ſupra modum deformi: incolæ nominant Haūt vel Haūti, magnitudine Cercopitheci Africani (quem Galli vulgò Guenon appellant) ſatis magni. Ventre ad terram valde demiſſo, capite & facie ferè infantis, vt appoſita pictura ad viuum

facta oſtendit. Captum quoq; ſuſpirare dolentis infantis inſtar ſolet. Pellis ei cinerea, & parvi Vrſim odo villoſa. Pedibus terni ſolum ungues hærent, quatuor digitos longi, ſimiles magnis Cyprinorum ſpinis: quibus per arbores repit. in his enim frequentius quàm humi degit. Cauda tres digitos longa, pauciſ & raris pilis. Hominis viui carnem nunquam guſtare viſum eſt: quanquam incolæ aliquãdo longo tempore (abſq; alio cibo) ipſum retinuerint, experiundi gratia. Galli quidam aliquando per ſyluam deambulantes duo huius generis animalia in excelſæ arboris cacumine, ictu ſclopeti deiecerunt: ex quibus alterum valde læſum fuit: alterum attonitum dũtaxat, & mihi donatum. quod cum ad dies ferè viginti ſex ſeruarem, cibo & potu omni abſtinuit, in eodem ſemper ſtatu: & tandem à Canibus noſtris occiſum eſt. Putant aliqui hoc animal viuere ex ſolis foliis arboris cuiusdam, quam vernacula lingua Amahut vocant. ea præ cęteris excelſiſſima eſt, foliis perexiguis ac teneris, in hac quoniam vt plurimum degit hoc animal, ab eius nomine Haût appellatum eſt. Si manſuefiat, hominem deamat: & in humeros eius aſcendere ſubinde cupit: quod ferre nequeunt incolæ nudi: cum ungues eius peracuti ſint, & longiores quam leonis aut ullius alterius feræ, nobis cognitæ. Toto hoc tempore quo ipſum ſub dio retinui, quamuis multoties pluerit, à pluuijs nunquam madefactum eſt. Hæc ille. Nos Arctopitheci nomen huic animali ponemus: nam Papio dictus vulgò, hoc eſt Dabha Syrorum (quem olim Arctopithecum poſſe dici ſuſpicabar) Hyæna nunc mihi videtur.



DE SIMIVVLPA. SIC ENIM FINGO NOMEN NE SIT ANONYMOS HÆC BESTIA

cuius imaginem addidi, qualis in tabulis Geographicis depingi ſolet.

QVI noſtra memoria Payram regionem luſtrarunt, beſtiam dicunt ſe vidiſſe quadrupedem, ex anteriore parte vulpem, ex poſteriore ſimiam: præterquàm quòd humanis pedibus ſit, & noctuæ auribus: & ſubter communem ventrem, inſtar marſupij alium ventrem gerat, in quem tam diu eius catuli occultantur, dum tutò exire, & ſine parentis tuitione cibaria inquirere poſſunt: at nimirum non ex eo receptaculo prodeunt, niſi cum lac ſugunt, Gillius: Tranſcripſit autem, vt apparet, ex Vincentiani Pinzoni Nauigatione. Portentoſum hoc animal, vt in eadem legimus, cum catulis tribus Sibiliam delatum eſt, & ex Sibilia Illiberim, id eſt Granatam, in gratiam regum. Catuli licet in itinere perierint, conſpecti tamen ſunt à compluribus qui huius rei teſtes fuerunt. Petrus Martyr etiam Oceaneæ Decadis primæ libro 9. Arbores ibi (in Pariana regione, inquit) tantas eſſe aiunt, vt pleræque ſedecim hominum manu iunctorum in gyrum vix lacertis concludi quirent. Inter eas arbores monſtroſum illud animal vulpino roſtro, cercopitheci cauda, veſpertilionis auribus, manibus humanis, pedibus ſimiam æmulans: quod natos iam filios aliò geſtat, quocunque proficiſcatur, vtero exteriore in modum magnæ crumenę, repertum eſt. Id animal licet mortuum ipſe vidi, conuolui, crumenamq; illam nouum vterum, nouum naturæ remedium, quò à venatoribus aut aliâs à cæteris violentis & rapacibus animalibus natos liberet, illos ſecum aſportando, admiratus ſum. Experimento eſſe compertum aiunt, eo ſemper vtero crumenali animal catulos ſecum portare, nec illos inde vnquam emittere, niſi aut recreandi aut lactandi gratia, donec ſibi victum per ſe quæritare didicerint. Cum catulis animal ipſum deprehenderant: ſed in nauibus catuli intra paucos dies perierunt, mater per aliquot menſes ſuperfuit: ſed & ipſa tandem tantam aëris & ciborum mutationem ferre nequiuit, Hæc ille.

Cardanus in opere De ſubtilitate hoc animal Aethiopiam mittere ſcribit. Mittit & India occidentalis (inquit) Chiurcam è muſtelino genere, quæ eodem modo filios ſecum fert. Et rurſus in opere De rerum varietate: Chiurcam (inquit) ſeu Chuciam noua Hiſpania mittit: ea minor Vulpe eſt, collo oblongo, pedibus breuibus, capite vulpino, colore cinereo, velociſſimè currebat, cum ſeptem filios in crumena deferret. Videtur autem hoc animal medium eſſe inter Leporem ac Vulpem: ſed alterius generis ab vtroque, ob crumenam. Chiurca (inquit Scaliger) Viuerræ facie ac magnitudine eſt, capite vulpino: ſub terra habitat: fœcundiſſima eſt: duodenos parit exiguos. Cauda ei tenuis, penè glabra. Ipſa pilo atro. Catulos in burſa ſub aluo obeenſa ſecum fert. In America

vulgò vocatur Seruoy (inquit Io. Stadenius Hombergenſis, qui Americam à ſe viſam deſcribit: ipſe u. duplici Germanicis literis *Servvoy* ſcribit) magnitudine Felis animal, & cauda eiuſdem: pilis alijs ex albo fuſcis, alijs ex nigro. Catulos parit quinos aut ſenos. Locum in ventre ad ſex digitos ferè ſciſſum gerit: & intra ſciſſuram illam mamillas habet: eideſque incluſos catulos circunfert. Sed forſan idem animal fuerit Alopecopithecus & Chiurca, etſi pro diuerſis à Cardano & Scaligero memorentur: cum vtrunque capite ſit vulpino, & in alui ecu burſa ſuos catulos geſtet: hæc enim vtrique conueniunt: cætera quæ in alterutro deſcribendo addunt, ſaltem non aduerſantur. Itaque animal vnum eſſe ſuſpicabor, donec aliquis certiora docuerit. Hoc fortè intereſt, quòd Alopecopithecus lactandi gratia catulos è burſa ſua emittit: & icon (ſi quid ei credendum) burſam illam anteriori ventris loco, mamillas poſteriùs oſtendit. Chiurca verò mamillas intra burſam (quamuis non burſam ſed ſciſſuram in ventre eſſe ſcribit Stadenius) habet. Conijcio & Cynocephalis cognatum eſſe: quoniam Agatharchides author eſt Cynocephalum fœminam vterum per omnem vitam extra corpus geſtare. P. Bembus hiſtoriæ Venetæ lib. 6. vbi de nouis inſulis ſcribit, Animal (inquit) ex ſyluæ nutriunt cuniculi magnitudine, gallinis infeſtiſſimum: cuius quidem fœmina loculum habet è pelle vtero adnexum, quaſi vterum alterum, fœcundum vberibus, in quo catulos ſecum geſtat, emittitque cùm vult. Itaque cùm animal noxium videt, ſi venatores adeſſe intelligit, loculo illos recipit, & incluſos fugiens aufert, idque tamdiu facit, quoad catuli per ſe, & quæ ſibi vſui ad victum ſunt, quærere & vitam tueri poſſunt. Hæc ille.

Hæc beſtia ficto nomine ſimiulpa, aut ſimia vulpina, Latinè: πιθηκαλώπηξ vel ἀλωπεκόμιμος. Græcè dici poterit. Germanus *fuchsaff*. Inter piſces quidem de glauco mare legitur quod fœtus ſuos, cum eis metuit, deuoret ac rurſus incolumes emittat, vt Aelianus refert.

DE FERA QVADAM NOVI ORBIS QVÆ SV VOCATVR.

NOVI Orbis regionem quandam Gigantes dict (lingua ipſorum Patagones incolunt: & quoniam cœlo non admodum calido fruuntur, veſtiunt ſe pellibus animantis illius, quam Su appellant, id eſt, aquam ab eo nimirum, quòd magna ex parte circa fluuios degat. Eſt autem omnino rarum hæc fera, & formæ monſtroſæ, qualem hîc exhibeo. Cum à venatoribus vrgetur, ſuæ pellis gratia, catulos ſuos in dorſum admiſſos cauda ampla longaque tegit, & fuga elabitur. Itaque dolo ſcrobe effoſſa, & frondibus obtecta, vnà cum catulis capitur. Cum autem ita incluſam ſe videt, rabie quadam ſuos catulos obtruncat & occidit: & clamore horribili ipſos etiam venatores terret: à quibus tandem ſagittis confoſſa excoriatur, Andreas Thevetus cap. 56. Deſcriptionis Americæ.

DE SVBO.

SVBVS (Σῦς) ruſſo colore, & robuſtis cornibus geminis armatus, in vtraque ſede viuit. Cum in mari natat, eum permultus piſcium grex conſequens oſculatur, quòd ex illius conſpectu ſumma voluptate afficiatur: ſed præcipuo quodam ſtudio circum ipſum verſantur pagri, oculatæ, acus mulli, aſtaci: Denique omne piſcium genus circa ſubum verſari gaudet, atque ordine iter faciens, à tergo dextra & ſiniſtra eidem comitatur: ſed ſceleſtus ille externam amicitiam contemnens, marinos ſocios exedit & conficit. Hi vero tametſi ob oculos verſantem mortem vident, tamen interfectorem ſuum neq; oderunt, neque relinquunt. Sed ſcelerate ſube & fraudulente, non impune innocentcis piſces occideris, nam ipſi tibi perniciem piſcatores molientur. Gillius ex Oppiani de venatione ſecundo. Videri autem poteſt ad ſyueſtre ouium genus (vt & muſmon vel muſlo Sardiniæ) hoc animal referri poſſe, nam ſtatim ante hiſtoriam eius Oppianus de ouibus feris Creticis egit, quas colore flauo vel purpuraſcente eſſe ſcribit, quadricornes, non lana, ſed villo ferè caprino tectas. Et mox addit, Quinetiam ſubus colore flaueſcit ſplendido, ſed non æquè villis hirſutus eſt, & duo tantum valida cornua ſupra latam gerit frontem. Quod ſi non congeneres beſtias iſtas exiſtimaſſet, conferre inter ſe atque diſtinguere opus non fuiſſet. Sed coniectura hæc nuda eſt: nam certi nihil habeo, cum nullus omnium excepto Oppiano (quod ſciam) authorum huius animantis meminerit. Etſi Io. Bodinus nuper oppianum de venatione interpretatus, ſubum Ariſtoteli (Oppiano dicere debuit) eundem eſſe ſcripſit, qui Plinio ſit ſterpiceros, neſcio quam rectè.

DE SVE.

A.

SVILLVM genus varium, & varia ſortitur nomina pro ætate, ſexu, caſtratione, &c. vt hoc in capite, & in Philologia apparebit. Varro differentias omnes comprehendens pecus ſuillum nominat. In ſuillo pecore (inquit) ſunt quæ ſe vindicent (aduerſus lupos) ſues, verres, maiales, ſcrofę: propè enim hæc apris, qui in ſyluis ſæpe dentibus canes occiderunt. Sus generis communis ſecundum priſcos, porcum & porcâ ſignificat, teſte Priſciano. Sus fœmina, apud Columellam legitur. Suis fœminæ cerebrum contra carbunculos proficit, Plinius. Suis nomine apud Ariſtotelem Michaël Epheſius generatim intelligit tam vrbanum quàm ferum, Niphus. Gaza quidem ex Ariſtotele vrbanum reddere ſolet pro cicure (alicubi tamen etiam ſues cicures reddit) vel domeſtico, quod fero aut ſylueſtri opponitur, vt boues & ſues vrbanos: quod non admodum probo: manſuetum enim potius dixerim: Idē Gaza apud Ariſtotelem problem. 10. 46. ſuem agreſtem & domeſticum vertit. Τὸ ἄγριον & ἥμερον apud Plutarchum leguntur, vt in Boue alicubi dixi. Eſt quando ſus ſine adiectione pro apro ponitur, vt: Sues Athi montis ne fœminas quidem ſpectare mares ſitus inferioris audent, Ariſtoteles interprete Gaza. Sed frequentius ſylueſtris aut feri feræ: differentia adijcitur, vt idem transferre ſolet: nam & maſculino genere ſuem ferum dicit, vtrunque ſexum comprehendens: & fœminino ſuem feram, quod Atticum videtur, pro vtrouis ſexu: Vt, Sues ſylueſtres animoſæ, peruicaces. & brutę omnino ſūt. Nanque ſagacius vnus odoror, Polypus an grauis hirſutis cubet hircus in alis, Quēm canis acer vbi lateat ſus, (id eſt aper,) Horatius. Priuſquam porcam fœminam immolabis. Cato cap. 13 3. Vetus exemplar habet porcum fœminam: & ibidem paulò ante, porco fœmina, quam puto veram lectionem: ſi enim porca dixiſſet, quid opus erat addere fœmina? Porca, ſus fœta, Palladio. Porcum pro porcello Varro protulit, item Cicero & Columella, vide infra in a. Scrofa, (vel vt alij ſcribunt ſcropha, per ph. vt Græci etiam per φ. Γρουφὰ. & σγρόφα Suid.) ſus eſt quæ multos peperit porcos, (aliâs, quæ ſæpius peperit: tamen etiam pro porca ipſa peculariter ſumitur. Eorum ſi cuiuſquam ſcrofam in publico conſpexero Plautus Capt. Scrofæ probantur longiſſimi ſtatus, &c. Columella: ſic Plinius lib. 28. vt quidam in Promptuario annotauit. Verres dicitur porcus non caſtratus, manſuetus: nam ferus, aper eſt. Marcellus tamen Empiricus verrem ſyluaticum dixit pro apro: & Suetonius aprum ferum nominat, quaſi & cicures rectè nominentur apri, vt differentiæ cauſa ſi ferum intelligamus id exprimere oporteat. Dentes exerti nulli, quibus feriati: rarò fœminæ, & tamen ſine vſu: itaque cum apri (videtur tum manſuetos tum feros intelligere) percutiant, fœminæ ſues mordent, Plinius. Et alibi de apris, Pilus æreo ſimilis agreſtibus, cęteris niger. In ſuibus maiales (*barg*) ſunt, porci ſeu verres caſtrati: vt in equis canterij, in gallis gallinaceis capi, Varro. Plura vide in E. Hybridas antiqui vocabant ſues ſemiferos, hoc eſt ex fero & domeſtico progenitos, vt Plinius refert lib. 8. ſic & canis hybris vocatur, imparibus parentibus natus, hoc eſt ex venatico & gregario. Porphyrio.

חזיר *chaſir*, ſus aper, id eſt verres,) maſculini generis: vt charſir thame, id eſt mus immundus, Leuit. 11. Apud Rabinos fœmininum legitur חזירה *chaſerah*, Munſterus. Deuteronomij 14. pro chaſir Hebraico, Chaldæus reddit חזירא *chaſira*. Arabs, חזיר *khnifir*. Perſa מיר מרד אזיר, *mar an buk*. LXX ὗς. Hieronymus ſus. Hazir, i. porcus, Syluaticus. Marchangir id eſt fel porci, Idem. Acanthil, id eſt porcus, Idem. Achira, ſcrofa, Syluatic. corruptum à Græco χοῖρος vocabulum. Xiereon, id eſt porcina caro, Idem: Videtur autem hoc quoque è Græcis deprauatū. Græcè χοῖρος dicitur de porco, ὗς, de porca, ſed multi indifferenter vtuntur, Scholiaſtes Ariſtophanis & Suidas. Apud A

apud Aristotelem sæpe τοῦ σύος legimus, in Physiognom. Athenæus etiam masculino genere τὸν σῦν dicit. Alibi tamen Aristoteles σῦς fœminino genere profert de vtroque sexu, more scilicet Attico: quem in hoc Gaza Latinè etiam, nescio quàm rectè, imitatur. Γὸς, χοῖρος ἡ σύς, Varinus. Γὸς, χοῖρος ἡ σὺς ἡ θῆλυς, Suidas. Idem docet rectum singulare σῦς cum acuto scribi, accusatiuum vero pluralem σῦς circumflecti, τοὺς σῦς & τοῦτους σῦς. est enim communis generis. Sed video authores hanc distinctionem non obseruare, cum ferè omnes rectum singularem quoque circumflectãt. Σῦς etiam absolutè pro apro ponitur. Hercules venando sagittis petit, Η' συας, ἡ πέρδικα κιχήσεαι, ἡ ἀγρίον αἶγα. Adonis ab apro occisus est. quem τὸν ὗν, & Ὗα vocat Theocritus Idyl. 29. Σῦς καὶ σῦς, ὁ χοῖρος καπρος δὲ, καὶ χλαμύς· καὶ χαμαιδάκης, ὁ ἄγριος, Varinus. Homerus, Pindarus, Plutarchus & alij, suem ferum κάπρον nominant. Apri dicuntur à locis asperis, aut forte à Græco κάπρος, Varro. In Geoponicis Græcis tamen cápron legimus vbi verrem Latini rei rust. authores habent: & syagron, vbi illi aprum. Γρίμφις ἡ χοιρομίσις ἡ παλαια, σκρόφα, Suidas & Varinus: sed apud Hesychium χοιρομὰς ἡ χοιρομίς, cum eadem interpretatione, legitur. χοῖρος & vulgo nomen seruat.

Sus, Italis porco: Florentinis peculiariter ciacco, Arlunnus. Scrofa, nomen etiam Italicè seruat: aliàs troiata, vel porca fattrice, (id est porca matrix aut fœta potius,) Idem. Troiam vulgò nunc Rhaucennates appellant scrophã, ea puto ratione qua quodam tempore (aliqui) Troianum porcum nominabãt, qui quasi inclusis animalibus prægnans, vt ille Troianus equus grauidus armatis fuit, in mensãm inferri solitus sit, Nic. Erythræus. Maialis, lo porco castrato, lo maiale, Scoppa. Sus Gallis porceau. Sus fœmina, truye, coche. Verres, verrat. Porcellus, cochon, porcelet, & Lugduni caion. Maialis, por chastrè, id est porcus castratus per periphrasin. Sus Hispanis, puérco. Sus Germanis, *favv* vel *fvvin*, *fu*, *fubrvin* vel *fibrvvin*. Sus fœmina, *mor* vel *looſ*: propriè tamen *looſ* est scrofa, id est fœta. Vocabulum *mor* simile est Creticos: μαρὶν τὸν συῦ, Cretenses, Hesych. Simile & Persicum esse puto. Verres, *eber*: quæ vox ab apro Latinorum descendit. Maialis, id est verres castratus, *barg*. Porca castrata, *galtz*. Porcellus, *farle*, *fvvvle*: & lactens adhuc, *ſpanfarle*. Sus Anglis, *ſu* vel *ſowe*, fœm. generis vt Germanis: in plurali *ſwyne*. Verres, *pork* vel *bor* aliàs *boore*, vel *hog* aliàs *hogge* (ouis etiam annicula *hog* ab eis vocatur.) Maialis, *libdhog*, vel *barovve hogge*. Porca castrata, *libdſu*, vel *geldid ſu*. est enim eis *geldid*, quod nobis *gheelt*, id est castratum. Porcellus, *pygge*. Houch Britannis Armoricis porcus est: vnde Merhouch iisdem delphinus est. Sur Illyriis, *ſvvinie* vel *praſe*.

B.

Athenæus libro 12. *ſues* ex Sicilia tanquam præcipuus ad cibum probat. Agatharsides ait *ſues* in Æthiopia cornua habere, Ælianus: Plinius apros Indorum cornutos esse prodidit. Arabes Scenitæ carnibus suillis prorsus abstinent: sanè hoc animalis genus si inuectum illò fuerit, moritur illico, Solinus ni fallor. Suem nec ferum nec mansuetum India habet, teste Ctesia, quanquam non fide digno, Aristoteles: Idem Ælianus ex eo repetit, & addit suilli generis esum Indos à se detestari. In Arabia suillum genus non viuit, Plinius. Germania suibus abundat, maximè inferior. Ad nos ex Bauaria macilentæ ferè, ex Burgundia pinguiores adiguntur. Sues Belgici feroces admodum sunt, vt dicam in D. Boues & porci in Hispaniolam noui orbis insulam aduecti, magnitudine valde increscunt, adeò vt eius insulę boues à nonnullis, quanquam hyperbolicè, elephantis comparentur, porci mulabus, P. Martyr.

Electio. Sues procero corpore, capitibus sint paruis, Varro. Et alibi, Qui suum gregem vult habere idoneum, eligere oportet primum bona ætate, secundo bona forma. Ea est, cum excellit amplitudine membrorum, præterquam pedibus, & capite, vnius coloris potius quàm varii. Cum hæc eadem vt habeãt vertex videndum, tum vtriq; sint ceruicibus amplis, boni seminis. Sues enim animaduertũtur a facie, & progenie, & regione cœli. A facie, si formosi sint verres & scrofa. A progenie, si multos porcos pariunt. A regione, si potius ex his locis, vbi nascuntur ampli, quàm exiles. In omni genere quadrupedum inquit Columella) species maris diligenter eligitur, quoniam frequẽter patri similior est progenies quàm matri. Quare etiam in suillo pecore probandi sunt, totius quidem corporis amplitudine eximij, & qui quadrati potius, quàm qui longi, aut rotundi sunt, (rotundi potius quã longi, Pallad.) ventre promisso, clunibus vastis, nec perinde cruribus aut vngulis proceris, amplæ & glandulosæ (glandulis spissæ, Pallad.) ceruicis, rostris breuibus & resupinis. Maximeq; quod ad rem pertinet, quàm salaciſſimos oportet esse mares, qui & ab annicula ætate commode progenerant, dum quadrimatum agant, possunt tamen etiam semestres implere fœminam. Scrofæ probantur longissimi status, & vt sint reliquis membris similes descriptis verribus. Si regio frigida & pruinosa est, quàm durissimæ densæq; & nigræ setæ grex eligendus est: Si temperata, atq; aprica, glabrum pecus, vel etiam pistrinale album potest pasci. Scrofas (inquit Palladius) longi lateris debemus eligere, & quibus ad sustinendum fœturæ onus magnus se venter effundat, cætera verribus similes. Sed in regionibus frigidis densi & nigri pili, in tepidis qualescunq; prouenerint. Eadem ferè de vtroque sexu eligendo Florentinus in Geoponicis Græcis præscribit. Et insuper, Verres (inquit) partes circa ceruicem, & humerorum commissiones (synomias) habeant magnas: & λοφιὰν id est rigentes in ceruice setas, condensam: multũq; (& crassum) collopem, quem vulgò callosum vocant, πλακοῦντα.

Nullum corpus animalis compositione & numero, &c. interiorum partium, tam respondere humano fertur quàm porcinum. Quamobrem Physici interiora humani corporis inuestigãtes, porcos dissectos quasi quoddam exemplar inspiciunt, Obscurus quidam. De porci interiorum inspectione Cophonis cuiusdam obscuri authoris scriptum extat. Bruta quædam, vt simia, hominem partibus externis referunt, internis vero nullum animal homini tam simile quàm porcus, quamobrem anatomẽ in eo instituimus, Author libelli Galeno adscripti de anatome parua. Prima anatomes exercitia fieri debent in sue macra, vt vasa omnia melius appareant.

Suillis ossibus parum medullæ inest, Aristot. Tergus suis est quo tegitur, Varro de ling. Lat. Suum pili crassiores sunt quàm bobus & elephantis, quamuis tenuiorem quàm boues & elephanti cutem habeant. Idem. Seta pilus est crassior, rigidiorq; atq; erectus, qualem sues habent. Pilus æreo similis agrestibus, cæteris niger, Plinius. Apud nos ruffi ferè sunt, in Gallia & Italia nigri. De lardo & aliis quibusdam partibus, dicam in F. Aruina durum pingue inter cutem & viscus, secundum Suetonium in libro de Vitiis corporal. commune (puto) vocabulum ad pinguedinem huius loci in sue & aliis animalibus. Et spicula lucida tergent Aruina pingui, Vergil. septimo, Æneid. Arbilla, aruina, id est pinguedo corporis, Festus. Saham Arabicè, est adeps concretus circa renes & omentum. Semen vero Arabicè est pinguedo collecta sub cute & inter musculos, vt apparet in porcis & arietibus

& arietibus caſtratis in Syria: Venеti pinguedinem illam vulgò nominant lardo, Andreas Bellun. Vocant ſanè lardum Latinè etiam, ſed imperitè, recentiores quidam, non in ſue ſolum, ſed alijs etiam pinguibus animalibus, vt mele, mure alpino, homine, &c. Axungia adeps ſuillus inueteratus aut cum ſale, aut ſyncerus: Vide plura in G.

Agatharchides ait ſues in Aethiopia cornutos eſſe, Apud Aelianum: Plinius apros in India. Suis cerebrum pinguiuſculum eſt, Ariſtot. Decreſcente Luna magis eis minuitur quàm vlli animanti, Obſcurus. Oculi ſuibus caui profundique ſunt, vt ſine vitæ periculo eximi non poſſint: quare vel altero tantum priuati, extinguuntur, Obſcurus: Vide inter morbos in C. Quibus ſupercilia naſum verſus deorſum nutant, ad tempora verò retrahuntur, ſtolidi ſunt, argumento ſuum, Ariſtoteles in Phyſiognom. Vbi Græcè legitur οἱ πὸς ὀφρῦς κατηωρημένοι πρὸς τοὺς κροτάφους, ἀναισθητικοί εἰσι πρὸς τὰ ἀφροδίσια. Quem locum Adamantius ſic expreſſit. Οἱ τὰ ὀφρύων πρὸς τοὺς κροτάφους μέρη κατὰ τὸ ἐπάνω τεταμένοι, ἀναίσθητοι πρὸς τὰ ἀφροδίσια εἰσὶ καὶ ἀπαίδευτοι. Paruæ frontis homines imperiti ſunt, vt ſues, Ariſtotel. Frons anguſta non minimum ſignum eſt imperitiæ, Adamantius. Qui extremam naſi partem craſſam habent, inſenſati iudicantur à ſimili ſuum naſo, Ariſtot. Ῥὶς τὸ ἄκρον παχὺ ἔχων καὶ χοιρώδης, μισόμαθον ἦθος καταγορεύει. Adamantius. Labra herbas ruentibus limumque lata, vt ſuum generi, Plinius. Οἱ τὰ χείλη ἐπὶ πολὺ σαλεύοντες καὶ σὺν κυνοειδείᾳ τὸ ὑπερῷον, οἱ ἄτιμοι ἔχοντες, ἀδήμιοι, (ignobiles, vetus interpres,) ἀναφέρεται μάλιστα ὑπὸ τῶν ὑῶν. Ariſtoteles in Phyſiognomicis: ſed hûc locum tum deprauatum tum mutilum eſſe ex Adamantio apparet, cuius hæc ſunt verba: Quibus labia iuxta caninos dentes eleuantur, (κυνοφῶτα,) illi canes vt ore, ſic ingenio referunt, homines maligni, contumelioſi, clamoſi, conuiciatores. Quibus vero os totum valde porrigitur, & labia ſunt craſſa, rotunda & foras verſa, ſuis illi mores & ingeniû referunt. Ῥύγχος, id eſt roſtrum Græci de canibus & ſuibus dicunt. Suis roſtrum latum eſt, vt facilius infodiat: nam radicum appetens eſt, Ariſtotel. de partibus. Quædam roſtri latitudo eſt apta ad fodienda mollia: nam porci propter radices quas effodiunt, habent os latum anterius: in cuius medio inter nares eſt additamentum quaſi acutum habens angulum, quo terram fodit & cauat, Albert. Dentes exerti apro, hippopotamo, elephanto, Plinius. Hippopotamis ſuibuſque ex inferiore mala dentes prorumpunt exerti, quos χαυλιόδοντας appellant, Cælius: Vbi notandum quòd frequentius animalia quibus huiuſmodi dentes ſunt χαυλιόδοντα nominantur: aliquandò tamen, ſed rarò, etiam dentes ipſi adiectiuè ſic dicuntur, nam Herodotus crocodilum habere ſcribit ὀδόντας μεγάλους καὶ χαυλιοδόντας. Cælius tamen de dentibus ſubſtantiuè poſuit. Aper dentes habet exertos quibus ſues fœminæ carent, Ariſtot. Et alibi, Suibus dentes exerti ad auxilium & robur dati ſunt: ſues autem fœminæ mordent, vt quæ careant dente exerto. Quemadmodum duobus dentibus apri, ſic elephanti armantur, ſed ſitu contrario: illis enim in ſublime feruntur, his deorſum retorquentur, Gillius. Exertos apri dentes, Plinius dentium ficas nominat. Suibus fœminis pauciores ſunt dentes quàm maribus, Ariſto. Suibus dentes nunquam decidunt, Plin. Sus dentes non amittit, Ariſtot. & Albert. nullum prorſus amittit, Ariſtot. Λοφιὰν vocamus ſetas in ceruice rigentes, Florentin. Λοφιὰ de ſue propriè dicitur, vt iuba de equo & leone, Varin. Qui collo ſunt nimium craſſo, iracundi, improbi & imperiti habentur, à ſuum natura, (ὑωδέστατοι,) Adamant. Κόλακες vocantur coria duriora circà ceruicem ſuum & boum, è quibus nûc etiam dictos collabos, (κολλάβους,) faciebant, Varin. Plura alicubi in Boue attuli. Collops eſt quod vulgò vocant calloſum, τὸ καλλῶδες, Florentinus: nominat autem hanc partem ſtatim poſt λοφιὰν, tanquam proximam: & in ſue eligenda, vt multa (magna & craſſa) ſit requirit. Magis calleo quàm aprugnum callum callet, Plautus Perſa. Grammatici callum interpretantur cutem labore vel opere denſiorem factam, cuiuſmodi ſit in ſuis roſtro, ceruice bouis, animalium plantis pedum. Sues quoniam hebetiore ſenſu ſunt, inarticulatiora corda habent, Ariſtot. 3. 4. de partib. Genus quoddam cernorum fel in auribus habere exiſtimatur. In auriculis etiam ſuis inuenitur humor quidam felli ſimilis, minus tamen liquidus, ſed proximus denſitate ſua humori ſplenis. Petimina in humeris iumentorum vlcera & vulgus appellat, & Lucilius meminit, cum ait: Vt petimen naſo aut lumbos ceruicibus tangat. Eo nomine & inter duos armos ſuis quod eſt, aut pectus appellari ſolitum teſtatur Næuius in deſcriptione ſuillæ, cum ait: Petimine piſcino qui meruerat, Feſt. Petaſo, perna, glandium, ſumen, abdomen, ſinciput, clidium, & aliæ quædam ſuis partes in cibo commendatæ, dicentur in F. Suillus venter (ventriculus) ampliot eſt flexuoſusque, vt diutius concoquat: habent autem omnia ferè vtrinque dentata ventriculum aut ſuillo aut canino ſimilem, Ariſtot. Et rurſus, Sui ventriculus eſt amplus, cum paucioribus & læuibus cruſtis. Noſtri ventrê ruminantium vocant *buch*: ſuis verò & aliorum non ruminantium, *magen*. In iecineribus aprorum inueniuntur lapilli, aut duritiæ lapillis ſimiles, candidi, ſicuti in vulgari ſue, Plin. Spectile, caro quædam exos infra vmbilicum: vide in F. Quæ numeroſo fœcunda partu, & quibus digiti in pedibus, hæc plures habent mammas toto ventre duplici ordine, vt ſues: generoſæ duodenas, vulgares binis minus: ſimiliter canes, Plinius & Ariſtot. Apro teſtes non abſoluti ſunt, Ariſtot. Sues habent teſtes adnexos, Plin. & ad ſedem ſeſſiles. Ariſtot. Caſtorem Soſtratus ſcribit inueniri in deſertis Scythiæ, & teſticulos habere latos apri inſtar, ὡς κάπρου, Scholiaſtes Nicandri. Polimenta teſticuli porcorum dicuntur cum caſtrantur: à politione veſtimentorum, quòd ſimiliter vt illa curantur, Feſt. Polimenta porcina Plautus dixit. Sus fœmina, genitale ea continet parte, qua pecoris vbera habentur: & cum per libidinem turget, ac prurit ad coitum, ſurſum tantiſper hoc retrahit, vertitque foras, vt inde mari coitus ſit facilior: reſciſſum id longe productius, & dehiſcens amplius eſt, Ariſtot. Et alibi, Apria (κάπεια) etiam ſcropharum caſtratur, &c. Adhæret autem apria vuluæ, vt ipſe Ariſtoteles ſcribit, inter femina, quà maribus teſtes maximè continentur. Vide in E. vbi de caſtratione. Alibi humorem è vulua deſtillantem poſt conceptum, apriam nominat, vt in C. referam. Acro & longaho porci, nominantur à Vegetio 1. 56. Vngulas animalium ſolidas Græci ἴπλας vocant, vt iumentorum: biſulcas ſeu bifidas, vt ſuum, χηλὰς. Aliquando tamen, poëtæ præſertim, hoc diſcrimen negligunt: apud Ariſtophanem ſanè ἴπλας χοίρων legimus, & alibi χηλὰς ἵππων. Sues in Illyrico quibuſdam locis ſolidas habent vngulas, Plin. Sues ſolipedes (μονύχους) gignuntur in Illyria, Pæonia, & alibi, Ariſtot. Idem in Mirabilibus, ſues ſolipedes reperiri ſcribit apud Emathiotas. Eſt autem Emathia Macedonia, vel pars eius. Mihi etiam amicus quidam narrauit ſues ſolipedes ſua memoria in Anglia repertos. Albertus eiuſmodi in maritimis locis Flandriæ reperiri teſtatur.

Sus talo caret probiore, cum inter ſolipedes & biſulcos ambiguus ſit, Ariſtot. Sues ex vtroque genere (ſolip. & biſulc.) exiſtimantur: ideò fœdi eorum tali, Plinius. Sues intorquent caudam, Plinius. Et alibi, Caudæ nudæ ſunt hirtis, vt apris.

C.

Sus omne vnguentum (odoratum, præsertim amaracinum,) tanquam venenum fugit & timet: nam omne vnguentum, teste Lucretio, setigeris subus acre venenum est. Plurimum dormit, præcipue æstate, quum humiditas eius calore resoluitur, Albertus. Vox. Porcelli grunniunt, Ael. Spartianus Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis, Iuuenalis Sat. 15. Aut grunnitum, quum iugulatur, sus, Cicero 5. Tusc. Et piscis qui aper vocatur in Acheloo amne grunnitum habet. Plinius. Grunnientem aspexi scrofam, Laberius Sedigito, vt Nonius citat: sicut & illud Varronis Aboriginibus, Grunnit lepido lacte satur mola mactatus porcus, si recte sic legitur. Veteres aliqui, pro grunnire posuerunt verbum grundire, si modò proba hæc lectio est apud Nonium. Grundire (inquit) proprium est suum, vt Laberius dicit: Grundientem aspexi scropham: (sed alibi in eodem Laberij testimonio, vt iam recitaui, grunnientem, legitur:) Et Claud. lib. 16. Agni grundibant dixit: &, Grundibat graniter pecus suillum: (sic enim quidam legunt.) Etiam hominum esse grunditum Cæcilius Ebrijs designauit, Hæc Nonius. Grunnitus sui terribilis: præcipuè autem vno percusso cæteri grunniunt, & quasi condolentes concurrunt: sed statim obliti sui planctus, ad lutum vel ad cibum redeunt, Obscurus. Græca vocabula super suis voce ad Philologiam differo. In Macedonia apri (sues Aelianus) muti esse traduntur, Plinius. Cur sues, cum sursum videre coguntur, silent? Quoniam genus id animantium vnum semper pronum in terram est, cibi auidum & rebus gaudens fœdis ac sordidis, idcirco subita mutatione conspectus stupescit, lucisque copia perculsum vocem emittere nullam potest. Sunt tamen qui asperam huius animalis arteriam comprimi per angustiam velint, cum in sublime erigitur, Aphrodisiensis problematum 1. 140. Sus animal est calidi temperamenti, Theophrastus. Cur sues hybernum pilum amittere non solent, cum cæteræ quadrupedes (vt canes & boues) soleant? An quod sus calidissimus omnium est, partique calenti corporis eius pili adhærent, quippe cum pingue tale esse necesse sit. Cæteris itaque, vel quia humor refrigescit, pili defluunt, vel quia suus calor alimentum concoquere non potest, vel quia bene alimentum concoquitur: nam etsi quandò causa cur defluant sit, tamen pinguedo vetare potest, Aristoteles problem. 10. 23. Scrofæ lac crassissimum est, Aristoteles: & sero reddendo ineptum, vt ouillum quoque. Pinguissimum est omnium, vt ad concretionem coagulo non indigeat. ac perquàm modicum seri excernat, decoctumque ocyssime coaguletur. Ideo neque facile secedit, neque ventriculo congruit, sed nauseam gustantibus excitat, Aëtius 2. 85. Scrofæ præpingues, penuriam lactis sentiunt.

Victus. Sus minime herbæ frugúmue appetens est, sed radicum maxime ex omnibus animalibus, quoniam rictu aptissimo ad id negocij est, Aristoteles. Et alibi, Suis rostrum latum est vt facilius infodiat: nam radicum appetens est. Labra herbas ruentibus limumque lata, vt suum generi, Plinius. Vide supra in B. Pascere gregatim pro ætate velle videntur, Arist. Glandes suauiter quidem à suibus comeduntur, sed carnem humidam faciunt si folg dantur: & si grauidæ glandem copiosius ederint, abortum faciunt, vt oues: quibus constantius hoc glandibus esitatis accidit, Aristot. Nouembri mense glandis legendæ ac seruandæ cura nos excitet, quod opus fœmineis ac puerilibus operis celebrabitur facile more baccarum. Palladius. Italiæ nemora tantum habent glandium, vt educandis hinc porcorum gregibus maxima ex parte Romanus alatur populus. Authoris nomen non memini. Glans fagea suem hilarem facit, carnem coctibilem ac leuem & vtilem stomacho: iligna suem angustam, nitidam, strigosam, ponderosam: quercus diffusam & grauissimam, & ipsa glandium æquè dulcissima. Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia solidiorem carnem, sed duram. Iligna tentari sues, nisi paulatim detur: hanc nouissimam cadere: fungosam carnem fieri esculo, robore, subere, Plinius. Et rursus, Haliphlœo inter glandiferas rarò glans, & cum tulit amara, quam præter sues nullum attingat animal, ac ne eæ quidem si aliud pabulum habeant. Et alibi cum præstantiora quædam castanearum genera recensuisset, subdit: Cæteræ suum pabulo gignuntur, scrupulosæ corticis intra nucleos quoque ruminatione: ruminationem hic improprie dixit: neque enim ruminant sues.) Palmarum fructus hi demum seruantur, qui nascuntur in sulfis atque sabulosis, vt in Iudæa & Cyrenaica Africa. Non item in Aegypto, Cypro, Syria, & Seleucia Assyriæ. Quamobrem sues & reliqua animalia ex his saginantur, Plin. Aluntur sues omni cibatu & radicibus, Plinius. Omnem porrò situm ruris (inquit Columella) pecus hoc vsurpat: nam & montibus, & campis commode pascitur, melius tamen palustribus agris, quàm sitientibus. Nemora sunt conuenientissima, quæ vestiuntur quercu, subere, fago, cerris ilicibus, oleastris, tamaricibus, corylis, pomiferisque syluestribus, vt sunt albæ spinæ, Græcæ siliquæ, iuniperus, lotos, pinus, cornus, arbutus, prunus, & paliurus, atque achrades pyri. Hæc enim diuersis temporibus mitescunt, ac penè toto anno gregem saturant. At vbi penuria est arborum, terrenum pabulum consectabimur, & sicco limosum præferemus, vt paludem rimentur, effodiantque lumbricos, atque in luto voluentur, quod est huic pecori gratissimum: quin etiam vt aquis abuti possint: nanque & id feciſſe maxime per æstatem profuit, & dulcis eruisse radiculas aquatilis syluæ, tanquam scirpi iuncique, & degeneris arundinis, quam vulgus cannam vocat: nam quidem cultus ager opimas reddit sues, cum est graminosus, & pluribus generibus pomorum consitus, vt per anni diuersa tempora, mala, prunas, pyrum, multiformes nuces, ac ficum præbeat, nec tamen propter hæc parcetur horreis: nam sæpe de manu dandum est, cum foris deficit pabulum, propter quod plurima glans vel cisternis in aquam, vel fumo tabulatis recondenda est. Fabæ quoque, & similium leguminum, cum vilitas permittit, faciendæ est potestas: Et vtique vere, dum adhuc lactant (lactent, Pallad.) Viridia pabula suibus plerunque nocent: itaq; mane priusquam procedant in pascua, conditiuis cibis sustinendæ sunt, ne immaturis herbis citetur aluus: eoq; vitio pecus emacietur, Hactenus Columella. Genus hoc omnibus locis haberi potest, melius tamen agris palustribus quàm siccis, præcipuè vbi arborum fructuosarum syluа suppetit, quæ subinde maturis fructibus alterna per annum mutatione succurrat. Maxime locis graminosis, & cannarum vel iunci radice nutriuntur. Sed deficientibus alimentis per hyemem, nonnunquam præbenda sunt pabula glandis, castaneæ, vel frugum vilia excrementa cæterarum, verno magis cum lactent (videtur addendum, & in cibo sumunt, vel tale quid: Vide paulò ante in fine verborum Columellæ) nouella virentia, quæ porcis solent nocere, Pallad. In pastu locus huic pecori aptus vlipinosus, quòd delectatur non solum aqua, sed etiam luto: itaque ob eam rem aiunt lupos cum sint nacti sues trahere vsque ad aquam, quòd dentes feruorem carnis ferre nequeant, Varro. Hoc pecus alitur maximè glande, deinde faba, & ordeo, & cætero frumento: Quæ res non modo pinguitudinem efficiunt, sed etiam carnis iucundum saporem, Varro. Si fundus ministrat, dari solent vinacea ac scapi ex vuis, Idem. Fraxini fructu sues pinguescunt, canes vero dolorem vertebræ coxarum inde sibi contrahunt, Aelian. hoc enim sentire videtur Gillius interpres cuius obscura hoc in loco translatio est. Frutex cytisus ab Aristomacho Athenienſi miris laudibus prædicatus

catus eſt pabulo ouium, crudus vero etiam ſuum Plin. In Salamine ſi ſus ſegetem herbeſcentem fuerit depaſtus, eius dentes lege Salaminiorum exteruntur, Aelian. Tipha grandines tollit, & in cibatu vtilis eſt, Ariſtot. (Tiphã Tragus 2.20. ex coniectura interpretatur *vveitſchen vveyſſen, oder vveyſſen kolben*, hoc eſt triticum peregrinum, &c.) Ordeum crudum verri coëunti dandum eſt: fœtis autem ſcrofis elixum, Ariſtot. Bulbi quoddam genus in Bauaria ſuillum vocant, quoniam à ſuibus appetitur, flore rubente vel purpureo, ſimili floribus lilij conuallium vulgò dicti: deſcribitur ab Hier. Trago Tomo 2. cap. 9. Appetunt & alias radices diuerſas, (vt quas Itali dulcichinos vocant, viciæ ſylueſtris genus quoddam: quod Fuchſius & Tragus non rectè apion Dioſcoridis faciunt. Germani appellant *erdnuß & ſaubrot*, hoc eſt nucem terræ, & panem porcinum: quamuis recentiores quidam cyclaminum quoque Latinè panem porcinum nuncupant, temere vt puto: licet enim à figura panis dici poſſit, à ſuibus tamen minimè appeti crediderim, quòd nimium medicamentoſo & ingrato ſapore, & animalibus quibuſdam ſit venenum ſit:) & inter alias radicem rapi vel vt vulgò vocant rapunculi ſyluatici, quod violarum fere folia habet, acutiora, radicem candidam, dulcem, non ſine lacte: noſtri vocant *büchſpuck*, quòd in nemoribus fagorum ferè naſcatur. Aſplenos, vel vt alij vocant ſplenion, conſumit ſplenem ſuum, qui radicem eius edunt, vt copioſè dictũ eſt in Boue C. vbi de morbis boum egimus. Hyoſcyamo deuorato inſaniunt: Vide infra in Morbis eorum. Edit porcus ferè omnes cibos quibus reliqua animalia vtuntur, ita quòd ne porci quidem carnibus abſtineat, licet nõ interficiat eum: & hoc expertus ſum, quòd porci auidiſſimè ederunt baccones (lardum) & alias carnes porcinas, Albertus. Scio ſues domeſticos) occiſorum à latronibus hominum cadauera in ſyluis relicta aliquando vorare. Suillum pecus tantopere explendo abdomini deditum eſt, vt ne proprijs quidem ſuis fœtibus parcat, neque helluationem ſuam ab humano corpore abſtineat, Aelianus. Sues comeſſe fœtus non eſt prodigium, Plin. Illud autem, quod pertinet ad religionem patrisfamiliãs, non reticendum putaui: ſunt quædam ſcrofæ, quæ manducant fœtus ſuos: quod cum fit, non habetur prodigium: nam ſues ex omnibus pecudibus impatientiſſimæ famis ſunt, ita vt aliquando ſi indigeant pabuli, non tantum alienam (ſi liceat) ſobolem, ſed etiam ſuam conſumant, Columella. Audio ſanè ſcrofas quaſdam natura ſua tam improbas eſſe, vt ſuos ipſæ porcellos deuorare ſoleant, non aliter quàm gallinæ quædam quæ pepererint oua. Sues vorant limaces, Ariſtot. Sui ſerpens aduerſatur, quia deuoratur ab ea. Idem. Talis & tanta vis veneni (ſalamandra) à ſuibus manditur, Plin. Et alibi, Apros in Pamphylia & Cilicia montuoſis, ſalamandra ab his deuorata, qui edêre moriuntur: nec eſt intellectus vllus in odore vel ſapore. Idem fieri audio ſi ranam rubetam ederint. Si quando ſalamandram comederit ſus, ipſe extra periculum eſt: eos autem qui ſuis carnibus veſcantur, interimit, Aelianus. Cum cicutam homo biberit, ei ſanguis quaſi conglaciat, & eatenus concretione ſpiſſus fit, vt inde moriatur. Suillum vero pecus, huius ſaturitate ſi licet compleuerit, tantum abeſt eius veneno tollatur, hac vt maxime pingueſcat. Aelian. Sturnos etiam cicuta nutriri legimus. Circa Scytharum & Medorum dictam Thraciæ regionem, locus eſt viginti ferè ſtadiorum ſpacio, qui hordeum producit quo homines veſcuntur, equi vero & boues & cætera animalia abſtinent: imò ſues etiam & canes excrementa hominum qui mazam aut panem ex hordeo illo comederint, auerſantur, tanquam mortis periculo, Ariſtoteles in Mirabilib. Solent noſtri carnem quam fumo indurare voluerint, dies aliquot copioſo ſale aſperſam in vaſe aliquo relinquere: in cuius fundo partim liqueſcẽte ſale, partim ſanie remittente carne, ius colligitur, cuius guſtu gallinaceum genus mori putant aliqui: ſuibus etiam nocere, ſi copioſius eis detur: quamobrem modicum ad reliquam potionem affundunt. Sus crebrò potum deſyderat, æſtate potiſſimum, Florentin. Scrofæ bis die vt bibant, curant, lactis cauſa, Varro. Cum omni quadrupedi per æſtatem ſitis ſit infeſta, tum ſuillo maxime eſt inimica, quare non vt capellam, vel ouem, ſic & hoc animal bis ad aquam duci præcipimus: ſed, ſi fieri poteſt, iuxta flumen, aut ſtagnum per ortum caniculæ detineri, quia cum ſit æſtuoſiſſimum, non eſt contentum potione aquæ, niſi obeſam illuuiem, atque diſtentam pabulis aluum demerſerit ac refrigerarit: nec vlla re magis gaudet, quàm riuis atque cœnoſo lacu volutari. Quod ſi locorum ſitus repugnat, ne ita fieri poſſit, puteis extractæ & largæ canalibus immiſſa præbenda ſunt pocula, quibus niſi affatim ſatientur, pulmoniariæ fiunt, Columella. Suillum pecus in luto ſe volutans & aquam turbidam bibens pingueſcere audio, Aelian. Sues inebriantur vinaceis ſaturati, Athenæus. Item fæce vini in colluuiem eorum mixta. Pleriſque animalium eſt pinguitudo ſine ſenſu: quam cauſam ſues ſpirantes à muribus tradunt arroſas. Quin & L. Apronij conſularis viri filio detractos adipes, leuatumque corpus immobili onere, Plin. Vere ſus vſque adeo pinguitudine creſcere ſolet, vt ſe ipſa ſtans ſuſtinere non poſſit, neque progredi vſquam: itaque eas ſiquis quò traijcere velit, in plaſtrum imponit. In Hiſpania vlteriore in Luſitania cum ſus eſſet occiſus, Attilius Hiſpanienſis minime mendax, & multarum rerum peritus in doctrina dicebat, Lucio Volumnio ſenatori miſſam offulam cum duabus coſtis quæ penderet III. & XX. pondo, ciuſque ſuis à cute ad os pedem: & III. digitos fuiſſe. Cui ego: Non minus res admiranda, quàm quæ nunc eſt dicta, in Arcadia ſcio eſſe ſpectatam ſuem, quæ præ pinguitudine carnis non modo ſurgere non poſſet, ſed etiam vt in eius corpore ſoricæ exeſa carne nidum feciſſet, & peperiſſet mures. Hoc etiam in iuuenca factum accepi, Varro. Crescentienſis ex eodem ſic habet, In Luſitania fertur ſus eſſe occiſus, qui fuit xiij. pondo, id eſt quingentis ſeptuaginta quinque libris: ciuſq; ſuis à cute ad os pedem & tres digitos fuiſſe, id eſt lardum cum carne vno pede & tribus digitis craſſum. Audio etiam noſtra memoria Baſilicæ porcum ab oleario (ſic voco illum qui oleum è iuglandibus exprimit) ſaginatum, pinguitudine tantum profeciſſe, vt excauata à muribus foramina in corpore eius reperta ſint. Pingueſcunt ſexaginta diebus, ſed magis tridui inedia ſaginationem orſa, Plin. Sex diebus ſenſibiliter pingueſcit, Albert. legendum ſexaginta, non ſex, cum Plinio & Ariſtotele. Nam & noſtri tribus ferè menſibus ſui ſaginando opus eſſe aiunt. Angli aliquando per integrum annum ſaginant porcum, cuius pingue ſolidius & lautius fieri voluerint, vt dicam in F. Sus facillimè omnium ad quoduis pabulum aſſueſcit, & celerrime quoque in pinguedinem proficit, pro ſui corporis magnitudine: ſexaginta enim diebus pingueſcit: quantum autem profecerit, ij cognoſcunt, quibus ea res curæ eſt, vbi ieiunium ad ſaginam conſtituerint: pingueſcit fame pra fatigatus triduo: & cætera quoque omnia ferè melius pra fatigata fame pingueſcunt: ſaginant à triduo iam qui ſues obeſant. Thraces per ſaginam, cum primo die potum præbuerint, poſt interpoſito vno die præbent, tum duobus, deinde triduo, atq; ita ſubinde augendo numerum vſque in ſeptimum, curant, Ariſtot. Noſtri hæc circa potum non ita obſeruant: ſed poſt cibos quoſdam, vt fabas & piſa, potum eis vtilem eſſe putant poſt auenam non item, ne liquidior reddita mox per aluum dilabatur. Pingueſcit hoc animal hordeo, milio, ficu, glande, pirо, cucumere. Sed maxime tum hoc, tum cætera, quibus venter calidus eſt, quiete, immotioneque pingueſcunt: cæterum ſucs pinguiores redduntur, etiam cum in luto ſe volutant, Ariſtot. Et rurſus, ſed præcipuè

alunt

sunt & opimant ficus & cicer: cibus denique non simplex, sed varius saginæ optima est: gaudent enim sues pabuli mutatione, quemadmodum & cætera animalia: tum etiam fieri aiunt cibi varietate, vt partim infletur, partim impleatur carne, partim opimetur. Intelligo suillum pecus sese in luto volutans, ac turbidam aquam bibens, cum pingue euadere, tum cibis qui vehementer inflent & expleant, delectari: tum etiam quietem & suile tenebris oppletum appetere, Aelian. Tum pistores scrofipasci qui alunt furfure sues, Plautus in Capt. Porcos aliqui farina è fabis saginant, vt in Elsatia Germaniæ: multum enim & citò inde proficit pecus: alij (puto) farina hordeacea cum lacte à quo butyrum extractum est. Sues in alpibus qui sero lactis saginantur, carnem meliorem & albiorem habent vt audio, quàm qui glandibus pascuntur. Sed est quando nimium repleti sero, & ventre distenti periclitantur, nisi mox aluus fluat, ij præsertim porci qui ita pasci non fuerint assueti. Nutritur hoc animal præcipuè glandibus, saginaturque triticeo furfure, areæque reiectamentis, ac denique ipso frumento: hordeum autem præter hoc quod pinguefacit, etiam vt partus facilis sit ipsum animal reddit optimè perspirabile, Florentin. in Geopon. 19.6. Andrea à Lacuna interprete. Græcus codex sic habet, Αἱ ὑπερκείμεναι περὶ τὸ παιγνιον, καὶ κατὰ τὴν ἡδονὴν ἐν Διαφοραῖς ποιοῦσι τὸ ζῶον. Cornarius vertit, Hordeum autem supra hoc quòd pinguefacit, etiam ad generationem indifferens animal facit, nullo sensu. Andreas à Lacuna sensum quidem aliquem exprimit, sed ineptum: neque enim saginantur sues vt facilius pariant, cum contrarium potius accidat, & lactis etiam penuria laborent quæ pinguiores sunt. Ego pro ἡδονὴν lego χυλὸν, hoc est gustum & saporem: hoc sensu, Saginatos hordeo sues, non solum pingues, sed etiam melioris saporis in cibo fieri, vt ἐν Διαφοραῖς verbum interpretemur præstare & excellere: Διάφορος enim excellens est: nec refert non visitatum esse hoc verbum, cum non pauca huiusmodi in Geoponicis reperiantur vtpote à recentioribus Græcis conscripta aut certe collecta. Confirmat sententiam nostram Varro, his verbis: Hoc pecus alitur maximè glande, deinde faba & ordeo, & cætero frumento: quæ res non modo pinguitudinem efficiunt, sed etiam carnis iucundum saporem. In regionibus quæ cereuisiam bibunt, hordeo pro cereuisia coquenda macerato in aqua, optimè saginantur. Nostri auenam, secale & glandes eis obiiciunt. Pistores ac molitores furfure pascunt. Tum pistores scrofipasci qui alunt furfure sues, Plaut. Capt. Olearij reliquijs iuglandium expresso ab eis oleo maximè pingues reddunt. Non aliunde magis quàm loti palustris radice sues crassescunt, Plin. Et alibi, Filicis vtriusque radice sues pinguescunt. Reliqui ad saginationem pertinentes cibi, dicti sunt superius inter cibos simpliciter. Scrofa nimium pinguis parum lactis habet, & porcellos alere non potest. Tam sues, quàm cætera animalia omnia solent, cum lactantur, extenuari, Aristot. Sexta pars põderis quantum ponderârit viuus (sus saginatus) absumitur occiso in pilos, sanguinem, & reliqua id genus, (excrementa,) Aristot. M. Varro principatum dat ad agros lætificandos turdorum fimo ex auiarijs: quod etiam pabulo boum suumque magnificat, neque alio cibo celerius pinguescere assueuerat, Plin. Sus in regionib. calidis propter viscosi motum humidi, maior & obesior euadit quàm in frigidis, Albert. Frisij qui maritimam Germaniæ oram habitant, boues & porcos vno eodemque cibo saginant: boui enim ad præsepe ligato hordeum cum suis folliculis siue glumis præbent: id bos dentibus non comminuens, deglutit, & ex molliore tantum eius parte, quæ emolliri in ventriculo eius potuit, nutrimentum capit: reliquum cum stercore reddit. Porcus igitur caudæ bouis alligatus, vt aiunt, hordei grana cum stercore emissa mandit atq; pinguescit, Albert. Sues vtriusq; sexus castrati, celerius pinguescunt. De castratione vero eorum cap. quinto dicam.

In luto volutatio suillo generi grata, Plin. Hæc eorum requies est, vt lauatio homini, Varro. Sus nulla re magis gaudet quàm riuis atque cœnoso lacu volutari, vt superius in mentione potus recitaui ex Colum. Volutatione in luto pinguescit, Arist. Ephesius Heraclitus sit sues cœno, cohortales aues puluere vel cinere lauari, Columel. Cur stercoribus sues gaudeant? Medici rationem reddunt, quòd iecur habeant maximum, quæ quidem sedes cupiditatis siue libidinis est. Aristoteles vero quoniam naribus crassis interceptisque sint, idcirco vim hebetem olfaciendi habere, itaque fœtorem nequire percipere scripsit, (ὅτι συνεχὴς ἐγχυσις ἐστὶ, ἔχουσι διαφορωμένην τὴν ὀσφρησιν, καὶ μὴ αἰσθάνεσθαι μᾶλλον τῆς δυσωδίας.) Alex. Aphrodisiensis Problem. 1.136.

Mares non vltra trimatum generant, Plin. Apro ad triennium probitas coëundi edurat: vetustioribus proles deterior gignitur: nullus enim præterea profectus ei accedit, nulla virium recreatio: solet inire pabulo satiatus, & cum alteram non subegerit, vel initus breuior agitur, & fœtus corpore minore creatur, Arist. Verres octo mensium incipit salire, permanetque vt id rectè facere possit, vsque ad quartum annum, deinde castratur, saginaturque quoad perueniat ad lanium, Varro. Ad fœturam verres duobus mensibus ante secernendi. Prodest apro coëunti hordeum apponere pabulo: quod idem & scrofæ fœtæ commodum est, sed elixum, Aristot. Verres vnicus sufficit vel decem suibus implendis, Florentin. Verrem subantis audita voce, nisi admittatur, cibum non capere aiunt, vsque in maciem, Plin. Homerus non ignorans vt sus videns fœminam sese extenuet, & carnes atterat, facit mares separatim à fœminis cubare, Aelian. Locus Homeri est Odys. ξ. circa initium. Verres propter copiosum humorem multum ac diu coit, quoniam calidus non est, Alber. Maribus in coitu plurima est asperitas: cunc inter se dimicant indurantes attritu arborum costas, Text. de suibus simpliciter: cum Plinij de feris tantum suibus hæc verba sint. Equos & canes & sues initum matutinum appetere, fœminas autem post meridiem blandiri, diligentiores tradunt, Plin. Mas si pinguet, inire omnibus anni temporibus potest, nec solum interdiu, sed etiam noctu, aut certe matutino potissimum tempore: senescens autem minus subinde agit, vt dictum est: sæpe qui vel per ætatem, vel per infirmitatem suæ naturæ nequeant expedite coire, quum fœmina impotens sustinendi maris fessa clunes demittat, cubantes vnà cum fœmina coëunt, Aristot. Fœminæ senectute fessæ cubantes coeunt, Plin. Aegyptij suem (ὗν) animal profanum existimant: videtur enim præcipuè iniri decrescente Luna, Plutarch. in lib. de Ifide. Sues sæpius coëunt pariuntque propter teporem & pabuli vbertatem, vt alia etiam animalia quæ cum homine viuunt, Aristot. Sues agrestes semel (anno) coëunt, domestici sæpe: nimirum propter pabulum, calorem atque laborem: quippe cum Venus comes satietatis sit, &c. Aristot. problem. 10.46. Plutarchus etiam causarum naturalium quæstione 21. inquirit cur scrophæ siue domesticæ porcæ, & sæpius, & a-lijs atque alijs anni partibus fœtæ sint, cum sues feræ omnes & semel tantum quotannis, & propè circa idem tempus, nimirum cum æstas appropinquat, pariant: Vnde Apud quendam legatur, Μηκέτι νυκτὸς ὗον, ἣν τέκῃ ἀγριοπήνεως: hoc est, Non amplius pluere nocte qua pepererit porca agrestis. Reijcit autem causam similiter vt Aristoteles in alimentum & laborem: quòd domesticis alimentum abunde semper suppetat, nec vt feræ id inquirere, ac sæpe sibi metuere coganturi sed neque adeò laborent, cum à subulcis parum seiurentur: agrestes vero passim per montes vagentur, vnde nutrimentum omne in corpus consumitur. Aut forte, inquit, domestici

cum ſubinde conuerſentur & gregatim degant, ex ipſa conſuetudine magis ad libidinem feruntur: agreſtes vero cum mares à fœminis ſeparentur, tardos & hebetes ad venerem motus habent. Aut verum etiam illud eſt quod Ariſtoteles dicit, chlunen ab Homero nominari ſuem monorchin, id eſt vnius teſticuli, quoniam pleriſque ex affrictu ad truncos, teſtes atterantur. Sus animal cur ſit multiparum, in ſequentibus explicabo. Sues tum mares, tum fœminæ coire incipiunt menſe ſuæ ætatis octauo: quanquam mas antequam ſit anniculus, prolem generat vitioſam: fœmina annicula parit: ſi enim tempus gerendi vteri exigit. Sed non omnibus locis eadem ætatis ratio eſt, vt dixi: iam enim ſues, nonnuſquam tam mares quàm fœminæ quarto coëunt menſe: ſexto tamen ita, vt vel progenerare & educare poſſint: nonnuſquam apri menſe decimo inire incipiunt. Valent ij coitu ad triennium, Ariſtot. Suilli pecoris admiſſura à ſauonio ad æquinoctium vernum, Plinius & Varro: hoc eſt, à calendis Februarijs ad duodecimum diem Martij, Creſcentienſis. Ita enim contingit, vt ſcropha æſtate pariat: quatuor enim menſes eſt prægnans: & tunc parit, cum pabulo abundat terra, Varro & Florentin. Vbi autem ſues concepiſſe apparet, ſeparant ab eis verres, vt qui eas inuadentes & deturbantes, abortire cogant, Florentin. Ætatis octauo menſe (porcæ) coëunt: quibuſdam in locis etiam à quarto ad ſeptimum annum, Plin. Februario menſe verres maximè fœminas debent inire, Pallad. Fœmina ſus habetur ad partus ædendos idonea ferè vſque in annos ſeptem, quæ quanto fœcundior eſt celerius ſeneſcit. Annicula non improbè concipit, ſed iniri debet menſe Februario, Columella & Pallad. Non minores admittendæ quàm anniculæ. Melius viginti menſes expectare, vt bimæ pariant. Cum cœperint, id facere dicuntur vſque ad ſeptimum annum rectè. Admiſſuras cum faciunt, prodigunt in lutoſos limites ac luſtra, vt volutentur in luto, quod eſt illarum requies, vt lauatio homini. Cum omnes conceperunt, rurſus ſegregant verres, Varro. Audio ſcrofas apud nos per annos circiter octo parere. Sus vbi quintumdecimum annum nacta eſt, non præterea generat, ſed efferatur. Si pinguet, ocyus & iuuenis & ſenescens mouetur ad coitum, Ariſtoteles. Scroſa poſt quindecim annos non pariet, niſi admodum carnoſa & bene nutrita fuerit, Albertus.

Sues natura libidinoſæ ſunt. Ὅσων τε καὶ συῶν χαινόμενοι ἡ αἰδὼς τὰ ἀφροδίσια ἔχει, (ἔκπυστε,) Ariſt. in Phyſiognom. In ſuibus ſubare (καπεῖν) dicitur, cum affectæ libidine currunt relicta ſocietate, & emittunt id quod apriam (καπείαν) vocant, vt equæ nominatum hippomanes, Ariſtoteles. Idem tamen alibi in ſcrophis καπείαν vocat, (καπεῖν quidem pro genitali viri quandoque accipitur,) quod ſuibus caſtrandis excinditur, vt pluribus dicam in E. Horatius Epod. 12. de muliere dixit, Iamque ſubando Tenta cubilia, tectaque rumpit. Hinc & ſubatio nomen apud Plinium. Suum libido ardentiſſima, ita vt opprobrium mulieribus inde tractum ſit cum ſubare & ſubire dicuntur, Feſtus. Sic de equabus, equire dicitur, ἱππιάειν: de vaccis ταυρᾶν, (*læuiſſig ſyn*, dicunt noſtri in genere de quibuſuis brutis fœminis coitum appetentibus.) Θυλάζει, καπεῖ, σκιλητᾷ. θύλαι, σκιλήματα σκερκῶν Heſych. & Varinus. Καπεῶντας, ἐρεμβλεῶς ἐχοντας πρὸς ταυροῖσιν. Varinus. quaſi de maſculis etiam aliquando dicatur, quod ego legere non memini: & ſi fortè de maribus reperiatur, accipietur certè improprie: καπεῖν proprie dicitur de porca verrem deſyderante, vt ταυρᾶν de vacca, Varinus. Terminatio quidem in αω alijs etiam verbis deſyderium ſignificantibus communis eſt, vt θυνάω, ἐπιναυτάω, γραῦς καπεώσης. Anus ſubans, de muliere præter ætatem libidinoſa. Eraſinus non rectè vertit hirciſſans, vt docui inter prouerbia ex Hirco. Ἀφροδίσιον ἀίζεων in Danaë Sophoclis aliqui ſuem interpretantur: eſt enim hoc animal pronum in Venerem, vnde verba καπεῖν & καπεάζειν facta, Heſychius. Θεῖναι, καπείσαι. Heſ. & Varinus. Idem θεμαζειν exponunt ἐλαυνεῖν, ἐλάσιμα ζειν. id eſt furere: eſt enim ſanè furor quidam, impetus ille ad Venerem. Canes vbi mirè in Venerem feruntur, dicuntur σπυίειν. (catulientem fœminam Plautus dixit,) ſues καπείζειν. Cælius. Porcus tanta voluptate coeundi afficitur, vt in ipſo coitu obdormiſcat, Galeottus. Si mas propter ætatem coire non poteſt, declinat à porca, & porca ſalit marem & prouocat eum, Albertus. Sues fœminæ cum libidine excitantur, quod ſubare dicitur, vel homines aggrediuntur, Ariſtoteles. Fœminas ſubantes in tantum efferari aiunt, vt hominem lacerent, candida maximè veſte indutum: rabies ea aceto mitigatur naturæ aſperſo, Plinius. Quadrupedum prægnantes Venerem arcent, præter equam & ſuem, Plinius. Ariſtoteles vero, Sola animalium mulier & equa grauida coitum patiuntur. Implentur ſues vno coitu, qui geminatur propter facilitatem abortiendi (Eadem ferè paulò poſt ex Ariſtotele recitabo:) remedium, ne prima ſubatione, neque ante flaccidas aures coitus fiat, Plinius. Cauendum ne prima ſubatione ante aures flaccidas coitus fiat, fruſtra etenim fuerit. At ſi plena iam auiditate ac deſiderio libidinis turgido admiſſura fiat, vnus (vt modo dixi) initus ſatis ſit, Ariſtot. Et rurſus, Concipit præcipue ſus, cum præ libidine geſtiente pruriens auriculas flaccidas demittit: aliter ſemen à vulua reſpuitur, relapſumq; euaneſcit. Sunt è ſcrofis aliæ ſtatim prolis fœcundæ laudabilis, aliæ increſcentes melius generant, Idem. Sues tantum coitu ſpumam ore fundere diligentiores tradunt, Plinius. Suibus propriæ ſunt voces ad Venereum coitum, Ariſtot. Scroſa niſi conceperit, iterum & iterum coire quærit, Albertus. Sues cicures vterum ferunt menſes quatuor, Ariſtoteles, Plinius, Varro, & alij. Iniri debet menſe Februario. Quatuor quoque menſibus fœta, quinto parere, cum iam herbæ ſolidiores ſunt, vt & firma lactis maturitas porcis contingat, & cum deſierint vberibus ali, ſtipula paſcantur, cæteriſque leguminum caducis frugibus. Hoc autem fit longinquis regionibus, vbi nihil niſi ſubmittere expedit. Nam ſuburbanis lactens porcus ære mutandus eſt: ſic enim mater non educando, labori ſubtrahitur, celeriuſque iterum conceptum partum edet. Idque bis anno faciet, Columel. Quarto exempto menſe pariunt, vbi quintus incipiet. Incipiunt autem, ſicut dixi, menſe Februario, vt ſolidioribus herbis nati, & ſtipula ſuccedente paſcantur, Palladius. Partus bis anno, Plinius. Fœminæ in partu aſperiores, Textor: ſed Plinius de feris tantum ſuibus hoc ſcribit. Natura diuiſus eſt ſcrofæ annus bifariam, quòd bis parit in anno: quaternis menſibus fert ventrem, binis nutricat, Varro. Biſulca, pauca generant, præterquam ſues, Ariſtot. Seneſcentes etiam pariunt quidem ſimili modo, ſed tardius coëunt: implentur vno coitu: ſæpius tamen ſuperuentum patiuntur, ea de cauſa, quod poſt coitum humorem, quam apriam nonnulli appellant, emittunt: quod quidem commune omnibus incidit: ſed aliquæ vnà cum hoc ſemen etiam admiſſum eijciunt, Ariſtot. Ex omnibus quæ perfectos fœtus, ſues tantum & numeroſos ædunt: item plures, contra naturam ſolipedum aut biſulcorum, Plin. Sola inter multipara ſus parit perfectos, eaque vna cuariat: generat enim multos more multifidi generis, cum & biſulcum & ſolipes ſit: ſunt enim locis quibuſdam ſues ſolida vngula: partu igitur numeroſa eſt: quoniam alimentum quod in corporis magnitudinē abſumeretur, in excrementū ſeminale decedit. Id enim vt ſolipes magnitudine caret, (id eſt, ipſa ſcropha, quamuis ſolipes ſit, magnitudine caret: & ſic nō indiget multo aliméto, Niph'. quin & poti" quaſi ambigēs cū natura ſolipedum,

ſolipedum, biſulcum eſt: hac igitur cauſa & vnum parit, & duos, & quod plurimum, multos: enutrit verò vſque in finem quæ peperit, propter ſui corporis alimoniam probam: habet enim vt ſolum pingue ſuis ſtirpibus: ſic ſcrofa filijs alimentum copioſum & commodum, Ariſtot. de generat. anim. 4. 6. Et alibi, Numerus partus plurimũ ad vicenos: ſi tamen multos pepererint, educare omnes non queunt. Numerus fœcunditatis ad vicenos: ſed educare tam multos nequeunt, Plinius. Apud nos vt plurimum circiter ſedecim parere audio, ſed rarò: ſæpe octonos vel denos. Sue quòd ad veſcendum hominibus apta ſit, nihil genuit natura fœcundius, Gillius. Sus ad fœturam quàm ſit fœcunda, animaduertunt ferè ex primo partu, quod non multum in reliquis mutat, Varro. Pauciſſima ſus ædit prima portione, viget ſecunda, nec ſeneſcens copia fœtus deficitur, quanquam lentius coit, Ariſtot. Penuriam lactis præpingues ſentiunt, & primo fœtu minus ſunt numeroſæ, Plin. Parere tot oportet porcos quot mammas habeat, habent quidem denas pleræque, ad ſummum duodenas:) ſi minus pariat, fructuariam idoneam non eſſe: ſi plures pariat, eſſe portentum. In quo illud antiquiſſimum fuiſſe ſcribitur, quòd ſus Aeneæ Lauini triginta porcos peperit albos: itaque quod portenderit factum, triginta annis vt Lauinienſes conderent oppidum Albam, Var. Sola ex omni calidorum genere canis & ſus, partu numeroſo notantur, Theophraſtus de cauſ. 1. 27. Cur quouis anni tempore & ſæpius ſues manſuetæ coëant, ac pariant non certo tempore, (bis anno,) agreſtes vero ſemel tantum & ſtato tempore, ex Plutarcho & Ariſtotele in præcedentibus docui. Sus, canis, lepus, partu ſunt numeroſo: nimirum quòd vuluas ſiue vteros continent multos, totidemque formandi loculamenta, Ariſtotel. Problem. 10. 16. Cur ſus & canis ſint tam fœcundæ & multiparæ, Democritus cauſam affert, quod multiplicem vuluam & ſeminis cellas receptatrices multas habeant: eas omnes ſemen non vno initu explet, (Atqui Ariſtoteles & Plinius tum canes tum ſues vno coitu impleri ſcribunt:) ſed iterum & ſæpius ex proſeminantur, vt frequentia ſeminis receptacula impleantur, Aelianus. Scropha fœcundior alba, Iuuenal. Citatur ab Eraſmo in prouerbio Regia vaccula, quod olim de prodigioſa fœcunditate ferebatur: quòd ætate Ptolemæi iunioris vacca quædam eodem partu ſex ædidiſſet vitulos. Cur paruæ quædam quadrupedes, vt canes, ſues, capræ, oues monſtra frequentius pariunt quàm grandes? An quòd paruæ longè fœcundiores ſunt: monſtra autem tum confici ſolent, cum plura ſemina inter ſeſe cohæreſcunt & confunduntur, &c. Ariſtot. Problem. 10. 60. Fœtus qui in vtero læſus minutuſque fuerit, metachœrum dicitur (quaſi poſthumum voces, inquit Gaza: mihi non placet:) quod in parte qualibet vuluæ accidere poteſt, Ariſtotel. Fœcundioribus (multiparis) animalibus, atque etiam magis multifidis, (vt canibus,) ſæpius accidit monſtra parere: nam cum alioqui ferè imperfectos ædant, (vt canis cæcos:) facilius ad monſtrificam partionem delabuntur, (vt capræ etiam & oues:) & in ijs potiſſimum etiam quæ metachœra appellantur conſiſtunt: quæ aliquatenus labe monſtrifica ſunt affecta: nam deeſſe aut ſupereſſe quicquam monſtroſum & præter naturam eſt, Ariſtot. de generat. anim. 4. 1. Videri autem poſſet hoc ex loco Ariſtoteles metachœron vocare fœtum, non ſuis tantum, ſed cuiuſque animantis in vtero læſum minutumque: quoniam nulla hic ſuis mentio. Ego locum hunc mutilum eſſe crediderim, & ſuis mentionem addendam: quemadmodum in problematibus etiam 10. 62. vbi eiuſdem argumenti quæſtio tractatur, & eadem animalia multipara nominantur, (canis, ouis, capra,) ſus quoque nominatur, quamuis ſine metachœri mentione. Certe vocabulum ipſum, à chœro, id eſt porco compoſitum, de eo tantum, non item aliis animalibus, rectè accipi indicio eſt. Et Ariſtotelis verba quæ ſuperius recitaui ex hiſtor. anim. 6. 18. ità poſita ſunt, vt de ſue priuatim in præcedentibus ſimul & ſequentibus agatur. Et eiuſdem libri cap. 24. Ginni, inquit, ex equa prodeunt, cum in gerendo vtero ægrotauit, more pumilionum in ordine hominum aut porcorum deprauatorum in genere ſuum, quos poſthumos (μετιχοιρες) nuncupaui. Et in fine lib. 2. de generat. anim. Metachœrum vocatur, quod in ſcrofæ vtero læſum deprauatumque eſt, & magnitudine imminutum, quaſi aporcellum dixeris: idque cuilibet ſcrofæ accidere poteſt: ſic à mulis ginni generantur. Vertit autem Gaza aporcellum, nimirum quòd a- priuatiuum apud Græcos aliquando minuat, vt ἀπύρηνα. Μετιχοιρες Polluci ſunt cordi & parui porci. Sus cordus, Græcis δέλιχος, Hermolaus. Μετιχοιρες, τὰ δέλιχα τῶν ὑῶν, Varinus (ni fallor) alicubi: Calius ſues ſerius naſcentes interpretatur. Sed hoc non ſenſit Ariſtoteles.

Si grauidæ glandem copioſius ederint, abortum faciunt, vt oues: quibus conſtantius hoc glandibus eſitatis accidit, Ariſtot. Si grauida admodum pingueſcat, efficitur, vt fœta minus habeat lactis. Proles, quod ad ætatem attinet, optima eſt, cum vigent parentes: quod ad tempora, præſtantior quæ hyemis initio gignitur: deterrima, quæ æſtate: quippe quæ parua, exilis, & perhumida ſit, Ariſtoteles, & Albertus. Porci qui nati ſunt hyeme, fiunt exiles propter frigora, & quòd matres eos aſpernantur, propter exiguitatem lactis, & quòd dentibus fauciantur propterea mammæ, Varro. Partus qui æduntur hyeme, nutriuntur infeliciſſimè, (λεπτολογοτατα.) & ob ætheris intemperantiam, & ob id etiam, quòd largam lactis copiam non fugant, nimirum matribus ipſis eos tunc abigentibus, quòd mammæ laborantes penuria lactis, attritæ inter dentes exulcerentur, Florentin. Noſtri præferunt porcellos Martio natos, (a *Mertzling.*) aut ſaltem vno vel altero menſe prius. In calidis regionibus melior eſt fœtus porcæ hyemalis quàm æſtiuus, in frigidis autem contra, Liber de nat. rerum. Diebus decem circa brumam ſtatim dentatos naſci, Nigidius tradit, Plin. Sues & canes poſt partum ſæuire ſolent: nimirum quia extenuantur, ratione inediæ, & integra eſs materia ſecernitur: non excrementa ſolum vt ouibus & mulieribus, Ariſtot. problem. 10. 37. Cum ſcrofa peperit, primam mammam porco qui primus in lucem prodijt, præbet, Ariſtot. Et rurſus, Porcis æditis primis, mammas præbent primas: hæ enim mammæ plurimum lactis obtinent. Primis genitis in quoquo partu ſues, primas præbent mammas. Ex ſunt faucibus proximæ: tamen (aliàs vt, forte, &) ſuam quiſque nouit in fœtu quo genitus eſt ordine, (quod Io. Tzetzes quoque ſcribit:) eaque alitur, nec alia: detracto illa alumno ſuo, ſterileſcit ilico ac reſilit. Vno vero ex omni turba relicto, ſola munifex, quæ genito fuerat attributa, deſcendit, Plin. De ſanitate ſuum vnum modo exempli cauſa dicam: Porcis lactentibus ſi ſcrofæ lac non poteſt ſuppeditare, triticum frictum dare oportet, (crudum enim ſoluit aluum,) vel ordeum obijci ex aqua, quoad fiant trimeſtres, Varro. Scrofam in ſua quanque hara ſuos alere oportet porcos: Vide infra cap. quinto. Curabit autem vt fœtus proprios cum vnaquaque procludat. Plus verò quàm octo (ſicut Columella dicit) nutrire non debet. Mihi verò vtilius probatur experto, porcam cui pabula ſuppetunt, vt plurimum ſex nutrire debere, quia licet plures poſſit educare, tamen frequentiore numero ſucta deficiet, Pallad. Nutricare octonos porcos paruulos primò poſſunt, incremento facto à peritis dimidia pars remoueri ſolet: quòd neque mater ſola poteſt ſufferre lac, neque congenerati aleſcendo roborari, Varro. Porci à mamma menſes duos non diſiunguntur, Idem. Et rurſus, In nutricatu, quam porculationem appellabant, binis menſibus

ſibus porcos ſinunt cum matribus: ſed eos,cum iam paſci poſſunt ſecernunt. Vbi ſues peperierint, porcellos vnà cum matribus relinquentes bimeſtre,eos poſtea ſecernunt,matresque denuo ſupponunt: vt ex toto anno, octo quidem menſes digerantur in ipſam impregnationem, quatuor vero , in educationem emiſſorum in lucem, Florentin. Vbi facultas eſt tranſigendi,venditis qui ſubinde nati ſunt,celerior matribus fœtura reparatur,Pallad. Hybridam ex ſue domeſtica & apro natum ſuem appellant aliqui. Vide plura in apro C.

Morbi ſuum. Aconitum enecat pantheras,ſues,lupos,beſtiasque omnes in carnibus obiectum , Dioſcorides: ſed apparet eum de ſuibus feris loqui: feris enim tantum aconitum & alia venena obiiciunt venatores: quanquam domeſticis quoque,vt quibuſcunque alijs animalibus letale eſt aconitum. Syanchus, Συάγχ@-, radix qua ſues à venatoribus capiuntur, Heſych.& Varin. Videtur autem non alia hæc radix quàm aconiti eſſe,cum & radix ſimiliter vſurpetur,& ſtrangulando,(vnde & aconito pardalianchi cognomen,) ſimiliter quod ex vocabuli compoſitione apparet,mortem inferat. Sues necat chamæleon albus,radice ſcilicet cum polenta & hydrelæo ſubacta, Dioſcor. vide in Cane C. Succus radicis chamæleonis candidi occidit canes ſuesque in polenta: addita aqua & oleo contrahit in ſe mures ac necat,ni protinus aquam ſorbeant,Plinius. Elleboro nigro equi, boues,ſues necantur: itaque cauent id,cum candido veſcantur, Plinius. Sues cum imprudentes hyoſcyamum comederint,etſi ægerrime afficiuntur,(reſoluuntur & conuelluntur, Hermolaus) tamen reptantes ſeſe ad aquas trahunt: quo profecti,cancros legunt,& deuorant, eorumque cibo ad incolumitatem reſtituuntur, Aelianus. Hyoſcyamo poto ſues inſaniunt,vnde ὑοσκυαμᾶν pro inſanire & delirare, Pherecrates Κοραλίσκ@-, Varinus. Τὸ ὑοσκυαμᾶν, μαίνεσθαι λέγει ὁ πάπιας, Heſychius. Hyoſcyamus quidem Latinè ad verbum fabam ſuillam ſonat quoniam ſues,ut Aelianus refert,paſtu eius conuellantur præſenti mortis periculo,niſi copioſa aqua ſtatim ſe foris & intus proluerint,Marcellus Vergilius. Sed nos alia de hyoſcyamo Aeliani verba interprete Gillio,proxime recitauimus: quæ magis probo,quoniam & Hermolaus ſimiliter legit Corollario 682. Χοιραδίλεθρον, legitur inter nomenclaturas Xanthij herbæ apud Dioſcoridem,ſic dictum,vt ipſe conijcio, non quòd chœros,id eſt porcos, ſed quod chœrades ſiue ſcrophulas tollat: nam & contra tumores, Dioſcoride teſte,vtiliter emplaſtri modo imponitur. Herba quam noſtri anſerinum pedem à foliorum figura nominant, quam Hieronymus Tragus Tomi primi de plantis cap.101.inter ſolana deſcribit,(& à Germanis nonnullis à ſuum pernicie *ſchweinſtodt*,& *ſewvplag* appellari ſcribit,) ſuibus ſi forte ederint venenoſa eſſe creditur, idque non raris experimentis conſtare ait. Eadem forte chenopus Plinij fuerit,cuius ille ſemel tantum meminit 11. 8. quoniam & nomen conuenit,& vis forſitan venenata: huius enim & rumicis flores apes non attingunt,vt Plin.ſcribit: quamuis inde non ſequitur vel homini vel ſui venenatam eſſe,vt neque rumex eſt. Ego coniecturam tantum affero. Quin & ſcrophularia maior, fœtida herba, vrticæ ferè foliis, &c. (noſtri vocant *brunwurtz*, id eſt herbam ſpadiceam,à colore: vel *ſchwartze nachtſchatt*, id eſt ſolanum nigrum,improprie tamen) ſuillo generi exitio eſſe fertur. Eupatorio aquatico,(vt pharmacopolæ quidam vocant, Ruellius hydropiper, noſtri ceruinum trifolium, &c.) hirundinaria, quam aliqui aſclepiadem putant: & arcio,id eſt perſonata ſeu lappa maiore,tum ſues tum pecudes omnes abſtinere audio.

Si quæ reptilium beſtiarum ſues momorderit,ijſdem remedijs dictis in læſis pecoribus, (bub.ouib.capris) curabuntur, Didymus. Nihil æquè aduerſari ſerpentibus quàm cancros,ſuesque percuſſas hoc pabulo ſibi mederi,(Thraſyllus author eſt,) Plin. Sues à ſcorpionibus in Scythia interimuntur: quanquam cæteros virulentos ictus minimè ſentiunt: & nigri eorum potiſſimum pereunt: quiſque tamen celerrimè interit, ſi ictus adierit aquam, Ariſtot. Scorpiones in Scythia interimunt etiam ſues, alioquin viuaciores contra venena talia, Plin. Sus ægrè fert hyemem,facileque à frigore labefactatur: quocirca ipſis extruunt haras,ex quibus hyeme non educuntur prius quàm glacies (pruina) prorſus diſcuſſa fuerit, Florentin. Χάλαζα, morbus quidam ſuum , Heſych. & Varin. Latinè grandinem vocant recentiores, vocem Græcam interpretati: reperiuntur enim in carne ſuis grãdinoſæ grana quædam alba & rotunda,grandini ſimilia,& ſimiliter ſparſa,magnitudine lentis. Vnum ex omnibus quæ nouimus animalibus,ſus grandinem concipit, Ariſtot.(Atqui gallinæ etiam præſertim albæ,ſæpius grandinoſæ apud nos reperiuntur.) Hinc & verbum χαλαζᾶν factum, id eſt grandine laborare,vt αὐλίσκ@- κἀν, νόσῳ ἁλῷ, Scholiaſtes in Pacem Ariſtoph. Suis plerunque eſt grandinoſa caro: quo ſanè argumento,chalaros dicit ſues Græcorum natio: quia in mortuorũ carnibus viſatur χάλαζα, id eſt grando: ſed in viuentibus latens graſſatur morbus, Cælius. Χαλαζᾶν, χαλαρίζειν. eſt autem hic morbus pecorum, (τ῀ προσώπων: ſuum melius dixiſſet) qui in viuentibus latet,apparet autem in diſſectis,grandine carnibus eorum permixta & inhærente, Varin*: qui & hoc Ariſtophanis citat, Σκῶψαι θ' ἱ χαλαζᾶ. Eadem ferè Suidas: qui tamen χαλαζᾶ verbum apud Ariſtophanem non ſimpliciter χαλαρίζειν exponit,ſed addit ἐπὶ τῶν ἀπρεπῶν, vt poëta improprio & obſcœno ſenſu hoc verbo ſit vſus: nec rectè aut propriè porcus grandinoſus Græcè χαλαρὸς dicatur,contra Cælium & Varinum: quanquam ſuis grandinoſi caro χαλαρὰ ſit,id eſt laxa & mollis: & vt Ariſtoteles inquit, ὑγρὰ λίαν: & grandinoſos ſues fieri dicit qui ὑγροκοιλοι ſunt. Χάλαζα παθ@- τῶν (lego τ῀) χοίρων, Suid. Noſtri hunc morbum vocant *finnen* alij *pfin nen*. Angli meſell. quo nomine etiam puſtulas (morbillos) puerorum vocant,à ſimili ferè figura coloreque: quanquam non intra carnem ſed in ſuperficie cutis naſcantur,&c. Itali gremm. Suem ſic affectum noſtri *finnig*, Angli meſelled, Galli leproſum aut ſurſume,quod ſuper lingua grandines quaſi ſemina quædam ſparſa appareant. Itali gremignos: Ariſtoteles χαλαζώδη & χαλαζῶντα. Lanij noſtri vulgò dicunt ſuem nullum eſſe,qui non vt minimum tria grandinis grana habeat: ſed ea niſi abundent non obeſſe: quod ſi in lingua vel vnicum appareat, vndiquaq; grandinoſos eſſe pronunciant qui ſues publicè vendendos apud nos (ore diducto per infertum baculum ſeu paxillum: quod coquos in mortuis ſuibus facere apud Suidam legitur: noſtri antequam emant viuos ſic inſpiciendos curant) & in Gallia,& alijs etiam pleriſque regionibus puto inſpiciunt: eſt quando abundant quidem, nec vllum tamen in lingua indicium apparet. Elephantiacis venulæ ſub lingua varicoſæ fiunt ac nigreſcũt: quod ſignum eſt etiam viſcera ipſa in ſimili conſtitutione eſſe,qualis in porcis quibuſdam circa interna videtur, quæ grandinis nomine inſignitur, Aëtius. Grandinoſi fiunt ſues,(inquit Ariſtoteles,) quorum crura & collum & armi carne conſtant humidiore,quibus partibus vel grandines plurimæ innaſcuntur: caro dulcior eſt ſi grandines habet paucas: ſed ſi multas , humida valde, & inſipida eſt. Facile qui grandent cognoſcuntur: parte enim linguæ inferiore grandines habentur , & ſi ſetam dorſo euellas, cruorem in radice pili euulſi videris. Pedibus etiam poſterioribus conſtare non poſſunt,qui grandent: carent grandine cum adhuc lactent: tolluntur grandines tipha, quæ vel in cibatu vtilis eſt, Hæc Ariſtoteles 8.21. interprete Gaza: quem locum

Albertus

Albertus ex Auicenna, ineptè vt solet reddit his verbis: Porcis etiam mollis carnis qui sunt castrati contingunt pustulæ in crure & collo & spatulis: & sæpe sunt istæ pustulæ sub lingua & sub axilles: & vocantur leprosi tales porci, &c. conuenit autem eis in cibo cicer & ficus: Hæc Aristoteles non aduersus grandinem, sed simpliciter vt obesentur suibus dari iubet. Index suis inualidæ, cruor in radice setæ dorso euulsæ, caput obliquum in incessu, Plin. Qui emunt sues, ex setis à ceruice euulsis illos discernunt: nam si infectas eas cruore videant, (id est circa radicem crassiusculam habentes saniem) ægrotare eos aiunt: sin autem puras, bene se habere, Florentinus in Geopon. 19. 6. & 7. Atqui Aristoteles hoc ex setis indicium de grandine sola scribit, non etiam alijs morbis: & similiter hodie multi suem grandinosum iudicant illum, cuius extractæ setæ crassum humorem in radice retinent, & cauda teres fuerit: latam enim bonæ valetudinis signum faciunt. Sunt qui dies aliquot (circiter quatuordecim) porcis antequam mactentur cineris nonnihil in colluuiem eorum admisceant, præsertim de ligno nucis, vt eo remedio grandines abigant: alij eodem tempore, vel aliàs etiam, lentis pugillum semper adijciunt. Sic affectos sues nostri non edunt, nec publicè vendi licet, vt neque Galli: pauperes tamen edunt quia paruo emuntur: obesse negant, nisi nimium grandinosa fuerit caro: ego ceu prorsus insalubrem & pessimi succi omnino relinquendam consulo. Χαλαζα, χαλαζιον, grando, collectio est sub cute buboni ac Aegyptiæ fabæ similis, vt inquit Pollux, dolorem si tangatur afferens. Dicuntur & in oculo grandines, cum segnis humor circa palpebras coierit, sed ita, vt id tuberculum digito huc & illuc impelli possit, Niphus. Vt ne porci ægrotent, Rhamni radicem tritam, in aquam vbi se proluunt sues, proijcito, Galen. libro tertio de parabilib. cap. 101. Carnem Caballinam discoctam potu suum morbis mederi reperimus, Plin. Rubeta decocta & in aqua potu data, suum morbis medetur, vel cuiuscunque ranæ ciuis. Idem. Sues non ægrotabunt, si nouem cancros fluuiales eis comedendos porrexeris, Didymus. Cancris quidem edendis ipsos sibi contra hyoscyamum & ictus scorpionum mederi in præcedentibus dictum est. Druidæ Gallorum famolum herbam nominauêre nascentem in humidis: & hanc sinistra manu legi à ieiunis contra morbos suum boumque iussêre, nec respicere legentem, nec alibi quàm in canali deponere, ibique conterere poturis. Plinius lib. 24. Lappa canaria medetur suibus effossa sine ferro, & addita in colluuiem poturis, vel ex lacte & vino. Quidam adijciunt & fodientem dicere oportere: Hæc est herba argemon, Quam Minerua reperit. Suibus his remedium, Qui de illa gustauerint, Plinius. Hæc an eadem sit cum argemone Ruellius dubitat. Pastores quidam hodie trichomane vtuntur pro suibus ægris, & mirifice prædicant, Hier. Tragus. Vtuntur & carduo benedicto, vt vulgò nominant, & radice generis illius gentianæ quam nostri cruciatam à foraminum aut sectionum sponte nascentium in ea litu appellant: & radice herbæ quam vulgò ceruinam nigram vocitant, est autem genus seselis vt conijcio.

Solet etiam (inquit Columella) vniuersum pecus ægrotare ita, vt emacietur, nec cibos capiat, productumque in pascua medio campo procumbat, & quodam veterno pressum somnos æstiuo sub sole capere, quod cum facit, totus grex tecto clauditur stabulo, atque vno die abstinetur potione, & pabulo: postridie radix anguinei cucumeris trita, & commista cum aqua datur sitientibus: quam cum pecudes biberunt, nausea correptæ vomitant, atque expurgantur, omnique bile depulsa cicercula, vel faba, dura muria conspersa, deinde (sicut hominibus) aqua calida potanda permittitur. Sues si affligantur incerto morbo, tota die & nocte includere oportet, nihilque interim nec cibi nec potus apponere, sed radices agrestis cucumeris comminutas, per diem ac noctem aquæ infundentes, aquam ipsam in potu eis postridie offeremus: Ex qua quidem bibentes largius morbi causam paulò post vomitu reddunt, Didymus. Apud nos aliqui nescio ad quos morbos, fortè ipsis etiam incognitos, præsertim subitos, porcorum vel aures vulnerant, vel caudas abscindunt: nam venæ sectione in hoc pecore nostri, quod sciam, non vtuntur. Canes, boues, sues, capræ, serpentes & bestiæ aliæ cum impendentem pestem, tum verò terræ motum, & cœli salubritatem, & frugum fertilitatem præsentiunt, Aelianus. Democritus physicus asphodeli radicis parum maceratæ singulis suibus nutrimento iubet misceri tres minas: sic siquidem ante dies septem sanitatis firmitudinem ait sues recuperaturos, Didymus. Sues pestilenti affectu non corripientur, aut correpti restituentur facile, si asphodeli radices in eam quam bibunt aquam iniecteris, aut etiam vbi crebro lauantur, Florentinus. Audio suibus in pestilenti affectione, multos circa collum duros tumores (tubercula) oboriri. Quatit ægros Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis, (tempore pestis,) Verg. Polypodium aliqui suũ cibo contra pestilentem luem admiscent, Hieron. Tragus. Idem solani genus syluaticum baccis nigris ceraſi magnitudine (aliqui Germanorum vocant porcorum herbam, alij baccas somni *swynkrut, schlaff beere*) aduersus periculosos (contagiosos) subitos & calidos suum morbos, quales per medios æstatis feruores accidunt, plurimum commendari ait, folijs scilicet in cibo datis: eamque ob causam vbi sponte nascens haberi non potest, à plerisque in hortis plantari: quòd vero idem satiuum solanum esse affirmat, non assentior. Si pestis in suillum gregem inuaserit, limacum spolia (cremata, vt aliqui volunt trita) in potu dabis, vt etiam bubus. Vel Saracenicam herbam (*heidnisch wundkrut*: sic nostri plerique vocant, quam Galli & Itali, costum hortensem: reliqui vero Germani, chirurgi præsertim virgam auream Italorum) aridam tritam in cibo. Aut lactucam (*lattich*, malim *attich*, id est ebulum) fœtidam in aqua elixam & minutatim incisam, ac rursus cum decocto suo iniectam, in colluuiem porcorum admiscebis, Hæc reperi in manuscripto quodam libro Germanico. Cauendum est ne ad præsepia boum sus aut gallina perrepat: nam hoc quod decidit immissum pabulo, bubus affert necem: & id præcipue quod egerit sus ægra pestilentiam facere valet, Columella. Sues parari & emi solent sic: Illasce sues sanas esse, habereque recte liceret, noxijsque præstare, neque de pecore morboso esse, spondésne? Quidam adijciunt perfunctas esse à febri, & à foria, Varro. Febricitantium signa sunt, cum obstipæ sues transuersa capita ferunt, ac per pascua subito cum paululum procurrerunt, consistunt, & vertigine correptæ concidunt. Earum notanda sunt capita, quam in partem proclinentur, vt ex aduersa parte de auricula sanguinem mittamus. Item sub cauda duobus digitis à clunibus intermissis venam feriamus, quæ est in eo loco satis ampla, eamque sarmento prius oportet verberari, deinde ab ictu virgæ tumentem ferro rescindi, detractoque sanguine colligari saligneo libro, vel etiã vlmeo. Quod cum fecerimus, vno aut altero die sub tecto pecudem continebimus, & aquam modicè calidam quantam volent, farinæque ordeaceæ singulos sextarios præbebimus, Columella. Febrientibus ex cauda sanguis, est detrahendus, Idem. Cum à magno feruore in frigidam incumbunt, præsertim si non statim cogantur pergere in via, sed alicubi consistere aut quiescere permittantur, membris omnibus conuelluntur, fiuntque spasmici (*stranederig*,) atque ita aliquando pereunt, nisi maturius recalescant. Vituli quidem sic affecti non cuadunt. Infestantur & pediculis sues, ita vt cutis aliquando plurimum erodatur: tolluntur locis

illitis crema lactis, butyro, & sale multo, simul ad vnguenti modũ decoctis: alij partes lotas purgatasq; face vinũ liquida inungunt. Sus multum dormit, præcipue æstate, & tunc nisi frequenter excitetur, lethargo captus moritur, Albertus. Accidit eis etiam dolor capitis & grauitas, (aut scotomia, Albertus. κραυγὰ, lego κραῦρα, vel κραιγᾶ, [Albertus habet fraretyn,] de quo morbo plura dixi in Boue C. Gaza strumam interpretatur, nescio quàm recte. mihi non placet: nam & alui profluuium in suibus eodem vocabulo significatur, vt infra dicam:) quo plurimi laborare solẽt: remediũ est, vino adhibito naribus, eoq; ipso dilutis, sed difficulter eo quoq; periculo subtrahitur: biduo enim aut quatriduo interitus obuenit, Aristot. Albertus hunc ex Aristotele locum reddens, Hoc morbo, inquit, moritur maior pars suum, propter collectos multos humores frigidos in capite. sed remediũ quod apud Aristotelem huic morbo adscribitur, perperam refert ad profluuium alui. In hoc morbo vt in brancho quoque aurículæ suum flaccidæ & deiectæ sunt, Idem. Suidas in Διαῤῥοια hunc morbum κραῦραν appellat, & febrim interpretatur cum capitis dolore: signum esse auriculas demissas, & oculos deiectos: remedium ἐγγυαμιζέσθω. Sunt qui cardui genus, quod vulgo carlinam (*eberwürtz*) vocitant, sic affectis dari consulant, (radicem videlicet in cibo minutatim incisam,) tanquam nihil hic morbus à pestilentia suum differat. Suem altero oculo amisso breui extingui magna ex parte nonnulli existimant, Aristoteles & Plin. Quadrupedum sues tribus morbi generibus laborant, quorum vnum raucedo vocatur, quo maximè fauces maxillæq; inflammantur, (ibi quidem propriè mihi videtur branchus vocari, alijs in locis impropriè, phlegmone potius in genere dicenda:) sed idem malum, vel qualibet alia corporis parte contrahi potest. Iam enim plerunque in pedem, aliàs in aurem decumbit. Putrefit protinus membrum, & vlcus serpit, donec ad pulmonem deueniat, quo tacto mors sequitur. crescit hoc vitium celeriter, nec potest sus quicquam edere cum ita ægrotat, etiam si quantumlibet sit morbi incrementũ, (ἢ οὐδὲν ἰσθίει, ὅταν ἄρξηται τὸ πάθος, καὶ ἑστηκώς. potest autem καὶ ἑστηκώς vel ad ἰσθίει referri, vel ad πάθος. vt Gaza retulit.) curatur à porcarijs, cum malũ incipere senserint, haud modo quàm tota parte abscisa qua cœperit, Aristotel. interprete Gaza. vocat autem hanc alio morbum Græce Βράγχον: & eo affici, Βραγχιᾶν. Rauescunt (Βραγχῶσι) potissimum eo anno, quo montes abunde tulerint, & pinguissimi sint. Iuuat mora celsi dedisse in cibatu (quæ & homini contra anginam prosunt, vt in medicamento diamoron, Niphus) & balneum multum & calidum, & venæ sub lingua sitæ cultello adacto sanguinem detraxisse, Aristot. Βράγχος, νόσημα τι τῶν ἐν τῷ σώματι γιγνομένων τοῦ προσαγχε (legerim, κατὰ τὸν βράγχον) ὅταν δὲ μάλιστα ἀλίσκηται. Hesych. & Varin. hoc est, Branchus morbus est circa fauces quo sues maximè intereunt. bronchia quidem medicis vocãtur singuli arteriæ asperę cartilagini circuli. Βράγχοι, οἱ Βραγχιῶντες, καὶ Βράγχου εὐθυπορία. Var. Βράγχη. morbꝰ suum. Suidas. Idem in voce Διαῤῥοια, Βράγχου scribit esse morbum in parte aliqua corporis porcini, κραῦραν vero febrim (id est totius corporis) cum capitis dolore. Branchus aliquando dilatatur sub gutture, & incidunt in synanchen: & tunc multum mouent pedes, & moriuntur intra tres dies, Albertus: &c. vt Aristoteles. Strumosis sub lingua sanguis mittendus est, qui cum profluxerit, sale trito cum farina triticea confricari totum os conueniet. Quidam præsentius putant esse remedium, cum per cornu singulis ternos cyathos gari demittunt: deinde fissas talcas ferularum lineo funiculo religant: & ita collo suspendunt, vt strumæ ferulis contingantur, Columella. Non facile autem dixerim, craurámne an branchon Aristoteles, strumam appellet in suibus. Craurám enim strumam Gaza interpretatur: sed remedium sanguinis sub lingua detrahendi brancho conuenit: quòd si quis neutrum horum strumam esse contendat, doceat meliora. Authoritate Plinij nonnulli asserunt strumam esse scrophulam, in qua concretæ quædam & puræ (forte, purulentæ) & sanguineæ quasi glandulæ oriuntur, Niphus. Suillum genus morbis obnoxium est, anginæ maximè & strumæ, Plin. Guttur homini tantum & suibus intumescit, aquarum quæ potantur plerunque vitio, Idem. Angina sub faucibus apostema est, quod suibus maximè accidit, Syluaticus. Sues moriuntur angina acerrimè, Plautus in Trinummo. Nostri sideritin illam quæ est latissimo folio, scopas regias vocant: medetur anginis Suum, Plin. Herba impia vocatur incana, rorismarini aspectu, &c. Aliqui sic appellatam, quòd nullum animal eam attingat, existimauére: hæc inter duos lapides trita feruet, præcipuo aduersus anginas succo, lacte & vino admixto: mirumque traditur, nunquam ab eo morbo tentari qui gustauerint: itaque & suibus dari: quæque medicamentum id noluerint haurire, eo morbo interimi, Plinius & Hermolaus Corollario 767. vbi antipatrem vulgò dictam herbam (filium ante patrem, vel Christophorianam, & oculum consulis,) ab impia Plinij diuersam esse docet, nec aliud. Herba trinitatis vulgò dicta, à triplici florum colore, qui violas Martias reliqua specie omnino referunt, *dreyfaltkraut*) vtilis est suibus angina, id est calido gutturis abscessu laborantibus. Habet sanè hæc herba violæ Martiæ vires, quod ex gustu saporeque conijcio, quamuis odore caret: commendantur autem etiam violæ flores, aut quod in eis purpureum est, ad anginas à Dioscoride. Tonsillæ in homine, in sue glandulæ, Plin. Si tonsillis (paristhmijs) infestentur sues, sanguis ex humeris detrahatur, Didymus. Tubercula quædam faucibus & gutturi porcorum innascuntur, quæ Angli (vt audio) sua lingua kyrnel nominant, quod malum ad anginam referendum puto. Nam quæ extrinsecus in collo nascuntur tubercula, & matura pus aut sanię emittunt, cũ vel à sue attrita, velà porcario secta fuerint, periculo vacãt. & chœrades vel scrophulæ, ni fallor, appellari possunt. Morbꝰ quẽ nostri *rangen* appellãt, Itali quidam (vt audio) sidor, non contagiosus quidem, sed admodum periculosus est suibus: mors enim ferè intra biduum sequitur: quare vulgus imprecando etiam homini huius morbi nomen vsurpat, cum nihil quod sciam simile in hominem cadat. Nascitur hoc malum in inferiore oris suilli parte, in ipsa (puto) maxilla eo spatio quod inter anteriores & posteriores dentes est: induratur enim pars illa cornu instar, absque vllo tumore, colore albicat: inter hunc scirrhum & carnem sanam acus cum filo inserto, traijcitur ore distento per immissum baculum: sic eleuatus filo scirrhus ferro rescinditur, atque ita curantur plerique: nisi serò forte sectio adhibeatur. Sunt qui radicem gentianæ illius generis quod à dilectæ radicis figura cruciatam nostri vocitant, (vt supra dixi, & pluribus in Boue C.) aduersus hunc morbum pabulo aut potioni admixtam præbeant, quare & à morbi illius auxilio *rangenkrut* appellant nonnulli. Sed nostri ferè omnes, præsertim periti lanij, sectione potius tanquam certiore præsidio vtuntur. Accidere hoc eis aiunt si colluuies nimis calida detur: quòd & aliàs noxium esse audio, arteria aspera (nostrates vocant *de vreyfel verſtrupfft*) inde astricta, & exulceratis nonnunquam vel aliter læsis intestinis. Sus qui rangam (vt Germanico nomini terminationem Latinam addam) patitur, cibo & potu abstinet, (quod Aristoteles etiam τῶν ἐν τῷ στόματι Βραγχιῶντα scribit) ac vertigine laborat. Est præterea malum quod in superiore oris parte (in palato) intra dentes, sed iuxta eos nascitur, duritiei quædam quæ spatium non maius vngue humano occupat, hanc ferro resoluunt lanij, & vt possunt resecant: vocant autem *die ſaſen*. Eiusdem nominis morbus, re

bus re tamen vt puto diuerſus nonnihil,in equi etiam palato naſcitur,vt inter equorum morbos ſcripſi. Hinc (tempore peſtis)canibus blandis rabies venit,& quatit ægros. Tuſſis anhela ſues,ac faucibus angit obeſis, Virgilius.Radix herbæ conſiliginis, quam nuper inuentam diximus,ſuum quidem & pecoris omnis remedium præſens eſt pulmonum vitio,vel traiecta tantum in auricula.Bibi debet ex aqua,haberique in ore aſſiduè ſub lingua: ſuperficies eius herbæ an ſit in aliquo vſu,adhuc incertum eſt,Plinius.Sues niſi potu affatim ſatientur, pulmonariæ fiunt: isque morbus optimè ſanatur auriculis inſerta conſiligine (quod in ouibus etiam pulmonarijs fieri iubet:) de qua radicula diligenter ac ſæpius iam locuti ſumus,Columella.Idem facit radix hellebori nigri per auriculam bouis aut ſuis traiecta,itemque ad alios vſus,ſaltem extra corpus.Intra corpus enim conſiliginem dare non auſim,quamuis medicus non indoctus ætatis noſtræ pulmonarijs etiam hominibus intra corpus ſumendam conſulit,nec tamen vel authoritatevel experimento vllo id confirmat Sed plura de hac herba ſcripſi in Boue C.& in Lupo a.in aconiti mentione. Lanij noſtri rarum eſſe ſuem aiunt,qui non aliquo vel hepatis,vel pulmonis,vel alio vitio laboret: reperiri enim in pulmone aliquando alba quædam tubercula, magnitudine dimidiatæ iuglandis:& pulmonem aliquando coſtis ſiue membranæ ſuccingenti adhærere (quod bubus etiam accidere audio,vulgò vocant *anghefft.*) In hepate vero veſicas quaſdam aqua plenas (*vulgariter. waſſergallen, waſſerblatern,*) conſpici.Nauſeantibus ſalutaris habetur eburnea ſcobis ſali fricto & fabæ minutæ freſæ commiſta,ieiunisque prius quàm in paſcua prodeant obiecta,Columella. Animal hoc voraciſſimum natura exiſtit, quare potiſſimum ſplene laborat: danda eſt autem bibenda aqua,in qua myricinæ prunæ extinctæ ſint. Hominibus vinum loco aquæ in ijſdem prunis infuſum opitulatur,Didymus ex Democrito. Solet etiam vitioſi ſplenis dolor eas infeſtare,quod accidit,cum ſiccitas magna prouenit,& vt Bucolicon loquitur poëma. Strata iacent paſſim ſua quæque ſub arbore poma.Nam pecus inſatiabile eſt: ſues enim,dum dulcedinem pabuli conſectantur,ſupra modum æſtate ſplenis incremento laborant. Cui ſuccurritur,ſi fabricentur canales ex tamaricibus,& ruſco,repleanturque aqua: & deinde ſitientibus admoueantur.Quippe ligni ſuccus medicabilis, epotus inteſtinum tumorem compeſcit,Columella.Adeò mirabilem myricæ antipathiam cõtra lienem faciunt,vt affirment,ſi ex ea alueis factis bibant ſues,ſine liene inueniri: & ideo homini quoque ſplenetico cibum potumque dant in vaſis ex ea factis,Plinius & Conſtantinus monachus. Apud nos tam parua creſcit myrica, vt rarò ſtipes eius ad digitum craſſitudine duplus ſit: quamobrem nec aluei inde fieri poſſunt ſuibus,nec vaſa homini: pocula tamen ex pluribus paruis taleis hærente adhuc cortice,ambiente ſupra infraque ligneo circulo parantur, vt vegetes ſeu vaſa vinaria ex pluribus ligneis aſſeribus fieri ſolent.Ad ſuum vero medicinam,decoctum eius in potu datur. Tamaricis radicem vel folia trita ex aceto bibat,qui de ſplene laborat,cuius vſum ſi experiri volueris, da porco edendam per dies nouem,cum eum occides ſine ſplene inuenies,Marcel.A ſplenos etiam herba conſumit ſplenem ſuum: Vide in Boue C. Alui profluuium (quod ſimiliter vt capitis dolorem & grauitatem ſtrumam, κεφάλαιον, nominant,vt ſupra dictum eſt: Suidas Κεφάλαιον) ſuibus irremediabile incidit,Ariſtot.Aliqui ſues empturi perfunctas eſſe à febri & à foria ſtipulantur,Varro. Verno tempore herbæ nouellæ & immaturæ porcis aluum citant, vnde emaciantur,Columella. Porci quidam in alpibus ſero lactis non aſſueti,ſi nimium biberint,rumpi aliquando periclitantur,niſi aluus maturè fluat.Sui dyſuria vel iſchuria laboranti quidam grana lathyridis aliquot præbent, vt audio.

Plurimis vita ad annos quindecim: aliquibus etiam propè ad vicenos,Ariſtot. Vita ad quindecim annos, quibuſdam & vicenos: verum efferantur,Plin.

D.

Sus animal eſt impurum & vorax, ἀκάθαρτον καὶ γαστρίμαργον: quare eos etiam qui partes corporis eis ſimiles habent,naturam quoque eis non diſſimilem habere conijcimus,Adamant. Qui porco ſimilem habent frontem,ſupercilia,labra,os,vel collum,homines iudicantur inepti,ſtolidi,improbi,iracundi, ἀναίσθητοι, ἄνοητοι, σκαιοί, ὀλιγόφρονες. denique ὕβριστες, vt in B. recitauimus. Sui animam pro ſale datam vulgò fertur: vide infra ab initio capitis ſexti.Sues quoniam hebetiore ſenſu ſunt,inarticulatiora corda habent,Ariſtot.3.4.de part.anim. Sunt qui ſubtilitatem animi conſtare non tenuitate ſanguinis putent,ſed cute operimentiſque corporum magis aut minus bruta eſſe,vt oſtrea & teſtudinis: boum tergora,ſetas ſuum obſtare tenuitati immeantis ſpiritus, nec purum liquidumque tranſmitti,Plinius.Animalium hoc maxime brutum,animamque ei pro ſale datam non illepide exiſtimabatur.Compertum agnita voce ſuarij furto abactis,merſo nauigio inclinatione lateris vnius remeaſſe.Quin & in orbe forum nundinarium domoſque petere diſcunt,Plin. Porculatoris vocem ſuillum pecus ſic agnoſcit,vt etiam ſi ab eo procul ſeductum fuerit,appellantem intelligat.cui quidem rei teſtimonio eſt id quod proxime ſequitur.Cum maris prædones ad Tyrrhenam terram piraticam nauem appuliſſent,ex hara plurimos ſues furto abactos impoſuerunt in nauim,quam ſoluentes ad nauigandum incubuerunt Subulci præſentibus piratis ſilentium tenebant,ſuesque eatenus abduci quieſcebant,quoad ex portu latrones ſe eripuiſſent,& à terra ſoluiſſent.Tum voce ſuibus auditi ſolita ſuarij quàm maxime poterant exclamantes,eos retro verſus ad ſe reuocabant.Porci primum vt ſub latum clamorem paſtorum exaudierunt,ſtatim ſe in alterum nauis latus compellentes,eam euerterunt: malefici piratæ naufragio quàm mox funditus perierunt, ſues ad ſuos enatarunt, Aelianus. Sus animal impurum, cœno, & lacunis maximè gaudet: vt tam craſſi & hebetes ei ſenſus quàm ingenium exiſtimetur.Primus ſerofæ fœtus prima vbera fugit & deinceps cæteri ſuo quiſque gradu & ordine,Io. Tzetzes,& alij,vt in C.recitaui.vbi hoc etiam diximus à ſerofis nonnullis ſuos porcellos deuorari.Paſcere gregatim pro ætate velle videntur,Ariſtoteles.Sui grunnitus terribilis: præcipuè autem vno percuſſo cæteri grunniunt,& quaſi condolentes accurrunt: ſed mox obliti ſui planctus ad cœnum cibumue redeunt,Obſcurus. Noſtri ſic concurſantes inter ſe ſues,vt viribus coniunctis mutua ferant auxilia,ad vim vel arcendam vel inferendam homini aut alteri animanti,dicunt *rüchlen*,alij *rervlen*. Suem aiunt ſi capite ad cælum verſo portauetis,non grunnire,Ant. Mizaldus.Verres vnus in grege porcorum alijs pugna deuictis imperat,& gregem ſibi deditum habet. Hoc diſſidij & pugnæ tempore,vel aliter etiam libidine ardentibus non tutum eſt accedere: neque enim homini, neque pecoribus parcunt: præcipuè vero albis veſtibus indutos inſectantur,Mich.Herus.Sues Belgici proceritate, robore & celeritate præſtant, adeò vt inſueto cuipiam accedenti, non minus quam luporum periculorum ingruat, Strabo.Sui & crocodilo natura eam conciliauit amicitiam,vt impune ſues circa Nili ripas obuerſentur, neque à

crocodilis offenſam vllam patiantur, Calcagnin. Sui ſerpens aduerſatur, quia deuoratur ab ea, Ariſtot. Muſtelæ & ſues diſſident, Plin. Sus (id eſt ſues aliquot coniuncti, Ephelius) etiam lupo obſiſtere repugnareq; poteſt, Ariſtot. Lupos aiunt cum ſint nacti ſues, trahere vſque ad aquam, quòd dentes feruorem carnis ferre nequeant; Varro: intelligendum ſues à lupis deuorari, non contra. Minimo ſuis ſtridore terrentur elephantes, Plin. Elephas exhorreſcit porcelli recens nati vocem, Zoroaſtres in Geopon. Elephanti ex animalibus maxime exhorrent hircum, ceraſten, (arietem intelligo,) & porcum: quibus ſanè machinamentis Romani elephantos Pyrrhi regis primum vertentes, victoria ſunt potiti. Volaterran. Vide plura in Elephanto D. Iam viſus eſt leo, qui cum ſuem aggrederetur, vt ſetis horrentem aſpexit, fugeret, Ariſtot. Lupus aliquando capram aut ſuem auricula mordicus apprehendit & aliquo ſecum deducit, vbi commodè & ſecurè deuoret, vt pluribus retuli in Lupo D.

Porcos ſequi eos à quibus cerebrum corui acceperint in offa, quidam ſcripſerunt, Plinius & Sextus, vt Aggregator citat. Vide infra in H.d. Nigidius fugere tota die canes conſpectum eius qui è ſue ricinum euellerit, ſcriptũ reliquit, Plin.

E.

Subulcus debet conſuefacere, omnia vt faciant ad buccinam. Primo cum incluſerunt, cum buccinatum eſt, aperiunt, vt exire poſſint in eum locum, vbi ordeum fuſum in longitudine ſit. Sic enim minus deperit, quàm ſi id in aceruos poſitum eſt, & plures facilius accedunt: ideo ad XII. conuenire dicuntur, (ideoq; ad buccinam conuenire dicuntur, Creſcent.) vt ſylueſtri loco diſperſi ne diſpereant, Varro. Cuſtos porcorum (inquit Columella) ſit vigilans, impiger, induſtrius, natus. Omnium, quas paſcit, & matricum, & iuniorum meminiſſe debet, vt vniuſcuiuſque partum conſideret. Semper obſeruet enitentem: claudatq; vt in hara fœtum edat. Tum denotet protinus quotq; & quales ſint nati, & curet maxime nequis ſub nutrice aliena educetur: nam facillime porci, ſi euaſerint haram, miſcent ſe, & ſcrofa cum decubuit, æque alieno ac ſuo præbet vbera. Itaque porculatoris maximum officium eſt, vt vnamquanque cum ſua prole claudat, qui ſi memoria deficitur, quo minus agnoſcat cuiuſque progeniem, pice liquida eandem notam ſcrofæ & porcis imponat, & ſiue per literas, ſiue per alias formas vnumquenq; fœtum cum matre diſtinguat: nam in maiore numero diuerſis notis opus eſt, ne confundatur memoria cuſtodis. Attamen quia id facere gregibus amplis videtur operoſum, commodiſſimum eſt haras ita fabricare, vt limen earum in tantam altitudinem conſurgat, quantum poſſit nutrix euadere, lactens autem ſupergredi non poſſit. Sic nec alienus irrepit, & in cubili ſuam quiſque matrem nidus expectat, qui tamen non debet octo capitum numerum excedere. Non quin ignorem fœcunditatem ſcrofarum maioris eſſe numeri, ſed quia celerrime fatiſcit, quæ plures educat. Atque ex quibus partus ſummittitur, cocto ſunt ordeo ſuſtinẽdæ, ne ad maciem ſummam perducantur, & ex ea ad aliquam perniciem. Diligens autẽ porculator frequenter ſuile conuertat, & ſæpius haras: nam quamuis prædictum animal in pabulationem ſpurcè verſetur, mundiſſimum tamen cubile deſiderat. Hic ferè cultus eſt ſuilli pecoris recte valentis. Et rurſus, Nec vt cęteri greges vniuerſi claudi debent, ſed per porticus haræ faciendæ ſunt, quibus aut à partu, aut etiam prægnãtes includantur: nam præcipue ſues cateruatim atque inconditæ, cum ſint pariter incluſæ, ſuper alias aliæ cubant & fœtus elidunt. Quare, vt dixi, innoxiæ parietibus haræ conſtruendę ſunt in altitudinem pedum quatuor, ne ſus tranſilire ſepta queat: nam contegi non debet, vt à ſuperiore parte cuſtos numerum porcorum recenſeat, & ſi quem decumbens mater oppreſſerit, cubãti ſubtrahat. Hæc Columella. Neq; gregatim claudendæ ſunt porcæ more aliarum pecudum, ſed haras ſub porticibus faciemus, quibus mater vnaquæque claudatur, & alumnum gregem tutior ipſa defendat à frigore. Quæ haræ à ſuperiori parte detectę ſint, vt libere numerum paſtor exploret, & oppreſſis à matre fœtibus ſæpe ſubueniat ſubtrahendo, Palladius. Scrofam in ſua quanq; hara ſues vt alat oportet porcos, quoniam alienos aſpernatur, & ideo, ſi conturbati ſunt in fœtura, fit deterius, Varro. Singulæ ex parturientibus ſuibus peculiari in hara ſunt includendæ, ne ſcilicet diuerſi partus mutuò inter ſe miſceantur, ſed matres agnoſcant prolem, porcelliq; ſimiliter aſſueſcant ſuis matribus: quippe ſi confundantur, haud amplius eos ipſæ ſcrofæ diſcernent. Commodius autem eſt ſi ſingulæ proprios fœtus enutriant, Florentinus. Haram facere oportet circiter trium pedum altam, & latam amplius paulò, ea altitudine ab terra, ne dum exilire velit prægnans, abortet. Altitudinis modus ſit, vt ſubulcus facile deſpicere poſſit, nequis porcellus à matre opprimatur, & vt facile purgare poſſit cubile. In haris oſtium eſſe oportet, & limen inferius altum palmipedale id eſt, pede & palmo, Creſcent.) ne porci ex hara, cum mater prodit, tranſilire poſſint. Quotieſcunque haras ſubulcus purgat, toties in ſingulas arenam injicere oportet, aut quid aliud, quod exugat humorem, Varro. Cum peperit, largiore cibatu ſuſtentare oportet, quo facilius lac ſuppeditare poſſit: in quibus hordei circiter binas libras aqua madefactas dare ſolent, & hoc quoque conduplicant, vt ſit mane, & veſperi, ſi alia, quæ obiiciant, nõ habuerint. Idem. Et rurſus, A partu decem diebus proximis non producunt ex haris matrem præterquam potum. Præteritis decem diebus ſinunt exire paſtum in propinquum locum villæ, vt crebro reditu lacte alere poſſit porcos. Cum creuerunt, cupiunt ſequi matrem, tum domi ſecernunt à matribus, ac ſeorſum paſcunt, vt deſyderium ferre poſſint parentis, quod decem diebus aſſequuntur. Paſtum exigunt æſtate mane, & ante quàm æſtus incipiat, ſubigunt in vmbroſum locum, maxime vbi aqua ſit. Poſt meridiem rurſus lenito feruore paſcunt. Hyberno tempore non prius exigunt paſtum, quàm pruina euanuit ac colliquefacta eſt glacies, (quod & Florentinus ſcribit. De numero in centum ſues, decem verres ſatis eſſe putant. Quidam etiam hinc demunt. Greges maiores inęquabiles habent. Sed ego modicum puto centenarium. Aliquot maiores faciunt, ita vt ter quinquagenos habeant porcos in grege, alij duplicant, alij etiam maiorem faciunt. Minor grex, quàm maior minus ſumptuoſus, quòd comites ſubulcus pauciores quærit. Itaque gregis numerum paſtor ab ſua vtilitate conſtituit, non vt quot verres habeat, id enim à natura ſumendũ: hæc hic, Hæc omnia Varro. Agriculturæ ab initio fui ſtudioſus, nec de pecore ſuillo mihi minor cura eſt, quàm vobis magnis pecuarijs. Cui enim ea res non eſt communis? Quis enim noſtrum fundum colit, quin ſues habeat: & qui non audierit patres noſtros dicere, ignauum, & ſumptuoſum eſſe, qui succidiam in carnario ſuſpenderit potius ab laniario, quàm ex domeſtico fundo? Tremellius Scrofa apud Varronem.

Sues terram roſtro fodiunt, noſtri dicunt *nielen*,) & ſic fodiendo propter radices multum nocent agris. Ἀγελαῖος ὗς, ſus alienam ſegetem depaſcens, cui domini agri dentes elidebant, ſecundum Cypriam legem vt aiunt, quam pœnam etiam Vlyſſi Irus apud Homerum minatur, tanquam ob ſimile delictum, vt qui meſſem ſuam ex epulis procorum ei depaſceretur, Varinus. Ἀγέλαιος apud eundem ſus ſylueſtris exponitur. Sues admittunt agricolæ in

colæ in agros & ſegetem, vt latibula effodiant, Ariſtoteles. In porcis etiam illud eſt commodum, quòd immiſſi vineis necdum turgentibus, vel exacta vindemia gramine perſecuto diligentiam foſſoris imitantur, Palladius: gramen perſequendo vertunt ſolum, poſtea relicta (reliqua) foſſoris diligentia mutantur, Creſcentienſis. Vulgo credebatur à Nili in Aegypto euagantis deceſſu ſerere ſolitos, mox ſues impellere veſtigijs ſemina deprimentes: & in madido ſolo credo antiquitus factitatum, Plinius. Eudoxus ideo inquit Aegyptios ab immolandis ſuibus ſe ſuſtinere, quod poſteaquam ſementem fecerunt, eorum greges ad proterendam & conculcandam frumentorũ ſationem, atque depellendam in altiorem terram & humidiorem inducere ſoleant, vt hac quaſi occaſione terra obducta ne ab auibus ſemina exhauriantur, Aelianus. Sed aliter Calcagninus in Aegyptiacis, Poſtquam Nilus (inquit) reſtagnare deſierit, & in aluum fuerit reuocatus, ſuum opera ad proſcindendos ſubigendosque agros vtuntur, in quos ſemina iaciantur. Quomodo Megarenſes in prælio aduerſus Antipatrum, ſuibus pice oblitis incenſisque in elephantos eius immiſis eos perturbarint, &c. dixi in Elephanto D.

Maialis eſt porcus ſiue verres caſtratus, Antiphani apud Athenæum κασπρὸς ὑπομαῖος. id eſt aper ſiue verres caſtratus, qua quidem periphraſi reliquæ etiam linguæ mihi cognitæ omnes vtuntur, ſed Germani proprium habent *ein barg* vel *barz*. Porcaſtrus, id eſt porcus caſtus, Syluaticus: maialem intelligo. Porci nefrendes vel nephrẽdes vocabantur caſtrati, quaſi ſine renibus, Fulgentius ad Chalcidium. Græci quidem renes νεφροὺς vocant: ſed Varro porcos nefrendes vocari ait, qui non amplius lactent, necdum tamen fabam frendere poſſunt. Feſtus arietes nefrendes dicit, qui dentibus frendere nondum poſſunt. Aper (Verres) iracundus & rudis eſt, nec diſciplinam vllam admittit, & quamuis caſtretur nihilo melior euadit, Iſidorus. Verres, iuuencos, arietes, hœdos deſcreſcente Luna caſtrato, Plinius: Atqui Heſiodus in Diebus octauo die menſis Lunaris verrem & bouem caſtrari iubet. Aper qua ætate caſtretur non refert: cætera niſi nouella caſtrentur, intereunt, Ariſtot. Caſtrationis in hoc pecore duo tempora ſeruantur, veris, & autumni: & eius adminiſtrandæ duplex ratio. Prima illa quam iam tradidimus: cum duobus vulneribus impreſſis per vnamquanque plagam ſinguli exprimuntur teſticuli. Altera eſt ſpecioſior, ſed magis periculoſa, quam tamen non omittam: cum virilem partem vnam ferro reſectam detraxeris, per impreſſum vulnus ſcalpellum inſerito, & mediam quaſi cutem, quæ interuenit duobus membris genitalibus, reſcindito: atque vncis digitis alterum quoque teſticulum educito, ſic fiet vna cicatrix adhibitis cæteris remedijs, quæ prius docuimus, Columella. Et rurſus, Mares vel cum primum ineunt ſemeſtres, aut cum ſæpius progenerauerunt, trimi aut quadrimi caſtrantur, vt poſſint pingueſcere. Caſtrantur verres commodiſſime anniculi, vtique ne minores, quàm ſemeſtres, quo facto nomen mutant, atque è verribus dicuntur maiales, Varr. Et rurſus, Verres rectè inire poteſt vſque ad quartum annum, deinde caſtratur, ſaginaturque quoad perueniat ad laniũ. Polimenta teſticuli porcorum dicuntur, cum caſtrantur: a politione veſtimentorum, quòd ſimiliter vt illa curantur, Feſtus. Caſtratur & fœmina ſus, etiam quæ ſæpius iam peperit, & à noſtris vocatur *ein galtz*. Fœminis quoque vuluæ ferro exulcerantur, & cicatricibus clauduntur, ne ſint genitales. Quod facile (facere) non intelligo quæ ratio compellat, niſi penuria cibi: nam vbi eſt vbertas pabuli, ſubmittere prolem ſemper expedit, Columella. Apria etiam ſcrophæ caſtratur, ne præterea coitum appetat, ſed breui tempore obeſetur. Caſtratur autem cum biduo ieiunarit, ſuſpenſa pernis prioribus, reciſa cute inter fœmina, quà maribus teſtes maximè continẽtur: hac enim parte adhæret vuluis apria dicta, cuius exigua parte abſciſſa, conſarcinant. Ariſtoteles. Lanij noſtri porcis fœminis iunioribus vuluam totam (*die gantze burde*) excindunt: vetulis vero apriam tantum: ſic enim interpretor quod ipſi vocant *die kern oder barkern*, hoc eſt grana vel genitalia grana, quæ plura ſimul coniuncta eſſe aiunt, humore genitali grauida: quamuis non eodem loco quo apriam Ariſtoteles ſita eſſe ferunt, ſed in dextro latere os ſacrum verſus. Caſtrantur fœminæ ſic quoque vti cameli, poſt bidui inediam, ſuſpenſæ pernis priorib⁹, vulua reciſa, celerius ita pingueſcunt, Plin. Ἐν Γαλατίᾳ τὰς σῦς ἐντὸς φυτίουσι γίγνεσθαι φασι μετὰ τὴν ἐκτομὴν ὑς μήτρας, Soranus. Græci quando volunt impinguare ſcrophas, extrahunt eis matrices, Abynzoar.

Phorine, φορμὸν, dicitur ſuilla pellis: hæc optima eſt pro calciamentis, Creſcentienſis. Noſtri ſutores, vt audio, non vtuntur, quòd breui mollis & flaccida fiat, & humorem tranſmittat, (*ſy vnirt bald fleiſchig vnd blutig*) Ephippiarij puto lora inde conficiunt, & helcijs ſuperinducunt. Hinc & libris operimenta adduntur, multò diuturniora quàm ouilla aut vitulina: firmior enim ſuperficies eſt, nec ita facile deteritur. Ex corij ſegmentis decoctis glutinum fit, quod quidam taurocollę præferunt: ad cuius vocis ſimilitudinem chœrocollam dixeris. Adeps ſuillus optimus eſt pro calciamentis conſeruandis, Creſcentien. Noſtri vmbilicum cum ſua pinguitudine pro calceis inungendis ſeruant. Succinum rude primum naſcitur & corticoſum, deinde incoctum adipe lactentis ſuis expolitur ad quem videmus nitorem, Solinus cap. 23. De axungiæ vſibus ſcribetur in G. Sanguinem ſuillum aliqui miſcent medicamentis quæ injiciuntur in aquam pro piſcibus capiendis. Venatores quidam vt lupos aut vulpes captent, ex iecore ſuillo aſſo & in fruſta diſſecto quæ melle tingantur, eſcam parant, & calceos pingui ſuilla tolta illinunt, felem mortuam poſt ſe trahentes, &c. vide in Cato E. Sanguis è naribus trahitur graminis ſemine, noto pueris remedio, aut ſatis ſuillis, Alex. Benedictus. Acerrimus hominis ſimus eſt, vt & Chartodras omnium optimum eum eſſe aſſeuerat, ſecundum ſuillum, tertium caprarum, &c. Theophraſtus. Aliqui (ad ſtercorandũ) præferunt hominum ſimum, &c. proximè ſpurcitias ſuum laudant, Columella ſolus damnat: alij cuiuſcunque quadrupedis ex cytiſo, Plinius. Et alibi. Vrit vineas ſuillum ſimum, niſi quinquennio interpoſito, præterquam ſi rigua diluatur. Stercus aſinorum primum eſt, maximè hortis: deinde ouillum, & caprinum, & iumentorum: porcinum vero peſſimum, cineres optimi, Pallad. Lactucarum amplitudinem quidam augent, reciſis cum ad ſemipedem excreuerint, ſimoque ſuillo recenti illitis, Plin. In arborum genere ſtercoribus nonnullis ex validiorum numero vti conſueuerunt, potiſſimùm cum fructus emollire, immutareque volunt, ceu ſuillo, quo punicæ dulceſcant & nucleo vacuæ reddantur, & amygdalæ ex amaris in dulces tranſeant, Theophraſtus de hiſt. 3. 12. Malus arbor quæ iam vermes habet, curabitur ſuillo ſtercore per hominis vrinam ſucculento reddito, radicibus affuſo, Anatolius in Geopon. Si mala punica acida naſcantur, ablaqueatis radicibus ſimum ſuillum adhibent: eo anno vinolenta, proximo dulcia futura, Plinius. Malum punicum ſi acidum aut minus dulcem fructum feret, ſtercore ſuillo & humano vrinaque vetere radices rigato. Ea res & fertilem arborem reddet, & primis annis fructum vinoſum, & poſt quinquennium dulcem & apyrenum facit, Author medetur aliquis ex Geopon. 6. Ego ab homine non indocto fœniculum dulce futurum audiui, ſi terra circa radicem effoſſa ſimum bubulum reponatur. Columbino ac ſuillo ſimo plagis quoque arborum medeantur, Plinius. Ad lætas ouilas quæ fructum non afferunt: Sed & ſine ab laqueatione adiuuãda eſt amurca inſulſa cũ ſuilla vel noſtra vrina vetere, Columella 5. 9.

Adpo

Ad pomorum ſine malorum radicem lotium fuillum aut ſtercus addere oportet, vti ſtabilia mala fiant, Cato. In quo quidem loco ſues ſtabulabunt, eodem equos nequaquam deducemus, neque propè conſiſtere patiemur. Inimica enim omnia ſuilla equino generi, grunnitus, fœtor, halitus. Camerarius. Quod egerit ſus ægra, ſi in præſepia boum inciderit, peſtilentiam facere valet, Columella. Sed plura in Bouis & equi hiſtoria diximus quàm noxium eius hoc excrementum ſit. Cauendum ne anſeres hœdinos porcinósue pilos deuorent: exoluunt enim eos ſi vorauerint, Anatolius. Quomodo foueis capiantur tum aliæ feræ, tum canes ac porci intrantes & diſſipantes vineas, Creſcentienſis docet lib. 13. Τες ἐν τῖς ἀρώμασι Φαινόμενον ὑῶν ἢ συῶν διάκοσμον, Aelianus de animal. lib. 7. cap. 8. Id eſt, Sues in aruis apparentes, pluuiam fugiendam monent. Sed Gillius eo in loco legit, Μῦα ἐν τῖς ἀρώμασιν, hoc eſt, Muſcæ in aromatis. Apud Theophraſtum quidem nihil tale reperio. Sues diutius in cœno immorantes, Φορυτῷ διημερεύοντες, tempeſtatem (χειμῶνα) ſignificant, Aratus. Imminentem enim tempeſtatem cum præſentiant, auidius ſaturari quærunt priuſquam includantur, Scholiaſtes qui Φορυτὸν cœnum interpretatur: vide paulo poſt. Sues & capræ præter morem libidinoſæ, (& maturius,) tempeſtatem magnam futuram ſignificant: ſin tardiores fuerint ad coitum, ſatis moderatum anni tempus futurum expectatur, Aratus vt retuli in Oue cap. quinto. Porci alienos ſibi manipulos fœni laceràntes, tempeſtatem, præſertim pluuiam ſignificant, Plinius: videtur autem ex Arato vel alio Græco authore Φορυτὸν vocem fœni manipulos reddidiſſe. Et ſanè Heſychius Φορυτὸν interpretatur ſarmenta, paleas, quiſquilias, & fœni manipulum quem ventus circa terram iactet, vt inde etiam nomen factum ſit ἀπὸ τῦ αἴρεσθαι καὶ φέρεσθαι ὑπὸ ἀνέμων.) Item Φορυμανδὴν συρφετὸν, βόρβορον, ἀκαθαρσίαν (addendum, χορτωδὴ, vel συρφετώδη, &c. Vide Suidam:) Id eſt varia purgamenta, cœnum, quiſquilias. Varinus præterea χοῖνον, ἢ ψιαθώδες πλέγμα ἐν ᾧ σὺν ἰσχνῷ ἐμβάλλεται, ἢ τὶ ὧν ἐν Φορυμάνῃ εὑρομεν, hoc eſt, ſiſci ſeu quali genus, vel ſtoream. Arati interpres, vt dixi, nihil quàm cœnum interpretatur in hoc prognoſtico. Apud aratum vocem phorytòn, ego cum Plinio fœni manipulos interpretari malim. Μαργαίνειν vox idem eſt quod μαίνεσθαι, βακχᾶν. quæ voces de laſciuia etiam & contumelioſis ludis vſurpantur. Habent autem pecora quoque exultantia & indecora laſciuia ludentia eandem ſignificationem, vt Plinius eodem in loco ſcribit. Atqui ſues ita laſciuire, & obuium quodque roſtro arripere interdum, & iactare, vulgò notum eſt. Accedit quod apud Aelianum interprete Gillio ſic legimus: Sues iactatis manipulis inſanientes, ventum aut imbrem imminere ſignificare, Democritus ait. Verum hoc Græcè non inuenio, in codicibus noſtris, eo in loco vbi Gillius poſuit.

F.

Sui animam pro ſale datam non illepidè exiſtimabatur, Plin. Sus, inquit Cicero, quid habet præter eſcam: cui quidem ne putreſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus: qua pecude, quòd erat ad veſcendum hominibus apta, nihil genuit natura fœcundius, Gillius. Etenim omnium rerum quas & creat natura & tuetur, quæ aut ſine animo ſunt, aut non multo ſecus earum ſummum bonum in corpore eſt, vt non inſcitè illud dictum videatur in ſuem, animum illi pecudi datum pro ſale, ne putreſceret. Sunt autem beſtiæ, in quibus ineſt aliquid ſimile virtutis, vt in leonibus, vt in canibus, vt in equis, in quibus non corporum ſolum vt in ſuibus, ſed etiam animorum aliqua ex parte motus aliquos videmus, Cicero libro 5. de finibus. Græci porcum à natura donatum dicunt ad epulandum: itaque ſuibus animam datam pro ſale, qui ſeruaret carnem, Varro. In lege Moſis Leuit. 11. & Deuter. 14. ſuilla prohibetur: quia nec ruminat ſus & victu impuriſſimus eſt. Animalia quædam quæ diuino cultu proſequebatur Aegyptus, vt ouem & bouem, Deus pura in cibo haberi voluit, vt contemnere ea diſcerent Iudæi: illa vero quæ Aegyptij auidius lucrabantur, prohibuit, vt ſuillam, quam in ſolitudine etiam deſyderabant Iudæi, Procopius. Moſes prohibuit in cibo ſumere χοῖρον, quòd id animal ſignificat φιλήδονον καὶ ἀκόλαστον ἡδυπαθείαν τροφῶν καὶ ἀφροδίσιων λίχνον καὶ μεθολυτικὸν ἀκόλαστον ἀεὶ κυκεῶνα: υλακτικὸν τε καὶ ἐν βορβόρῳ κατακλιθὲν, εἰς ὀφαγίαν καὶ ἀπωλείαν παιδεύθεν, Clemens in ſtrim. Comedentes carnem ſuillam & ius (animalium) abominabilium habentes in uaſis ſuis: qui dicunt, mane apud te, & ne acceſſeris ad me, quoniam ſanctior te ſum: illi ſuſcitant) fumum in furore meo, Eſaiæ 65. Munſtero interprete. Dominus iudicabit, &c. edentes ſuillam, & abominationem atque murem, Eſa. 66. Eleazarus vnus ex principibus ſcribarum, iam nonagenarius aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare, ſed ille mori potius quàm hoc exemplum violatæ legis in ſe committere, ſuſtinuit, Machab. 2. 6. Contigit autem ſeptem fratres vnà cum matre apprehenſos compelli à rege (Antiocho Epiphane) edere carnes porcinas flagris & taureis cruciatos, &c. Ibid. 2. 7. Heliogabalus abſtinebat ſubus, vt mos eſt Phœnicibus, Herodianus. Mulieres Barcææ in Africa non modo guſtu vaccinæ carnis, ſed etiam ſuillæ abſtinent, Herodotus lib. 4. Aegyptij quoque ſuem non guſtant, Ibidem. Vide plura infra in h. Arabes Scenitæ carnibus ſuillis prorſus abſtinent: ſanè hoc animalis genus ſi inuectum illò fuerit, moritur illico, Solin. ni fallor. Arabas nouimus camelorum lacte veſci, à carnibus ſuillis vero abſtinere imprimis, copiæ vel raritatis vtrunque ratione, Cælius. Apud Indos nullum ſuem neque ferum neque cicurem naſci Cteſias Cnidius ait, & huilli generis vſum Indos à ſe deteſtari, & tantopere ab eo veſcendo, quàm ab humanis carnibus abhorrere, Aelian: Porcinę (χοίρου) carnes praua ſunt, quum fuerint crudiores aut ambuſtæ. Magis autem choleram generant & turbationem faciunt. Suillæ (ὕεια) autem optimæ ſunt omnium carnium. Sed præſtant etiam ex his quæ non vehementer pingues ſunt, neque tenues, neque veteris victimæ (ἱερείου) ætatem habent. Edere vero ipſas oportet abſq; peile, & ſubfrigidas, Hippocrates in libro de vict' ratione in morbis acutis. Vbi Galenus in cõmentario: Porcum (χοῖρον. inquit) priuatim nominabant veteres, valde paruum adhuc. Et ſic accepit Homerus: Ἐσθιε δ' ὑὸς ἀγρόθι πολλὸν ἀπ' ὀμφακιὴν πολιῆς Χοίρῳ, ἀπὸ δὲ σκάλας γε σύας μνησῆρες ἔδοντο. Atqui neſcio quomodo porci ſues ſialos, id eſt ἀπὸ τῦ σιάλου πλείους, plus quàm adultos (πλείους intelligo in vigore ætatis) comederint, tanquam nullius planè iudicij homines ad dignoſcendum ſuauiora & concoctu faciliora cibaria: quod ſimiliter de ventribus caprinis dixerim, quos ſanguine & adipe repletos edebant, quo vix difficiliorem concoctu cibum reperias. Facillima ſanè concoctu & ſuauiſſima caro eſt ſuis ætate medij, quæ ſanguinem quoque probum generat: peſſima vero tum vetuli nimium, tum nuperrimè nati. Siquidem ſus omnium ferè terreſtrium animalium, quæ in hominis cibum veniunt, humidiſſima carne eſt: quamobrem nuper geniti porcelli caro immodicè humida cum ſit, plurimam pituitam gignit: idque multò magis ſi crudiuſcula (non ſatis cocta adignem) fuerit. Eandem ob cauſam Hippocrates ſuis carnem nimium pinguem magis improbat quàm mediocriter corpulentæ ſuis, humiditatem eius non probans: propter quam omnis ſanè pinguedo minus bene tum concoquetur tum nutriet quàm de co-

dem animante caro. Sed ambuſtæ quoq;(porcinæ carnes) inter aſſandum, ad concoctionem & boni ſucci generationem non idoneæ ſunt, & propter acquiſitam acrimoniam choleram ſive bilem procreant. Commune enim hoc vitium bilioſorum cibariorum eſt,cum humida & acria fuerint.Corrumpuntur enim hæc (omnia) ſimiliter,& cum acredine ſua vaſorum ad ventriculum pertingentium ora mordicent,vt humores ex toto cõrpore in ventrem deriuentur,efficiunt. Cæterum pellem non edi iubet,quòd carne concoctu difficilior ſit, vtpote frigidior.Porrò cum ſuillas etiam (vt caprinas ante) frigidiuſculas edi vult, carnem nullam calidam probare videtur,putans ſcilicet eas & facilius inflammari (καυσοδέστερα) & magis inflare, quàm ſi frigidiuſculæ fuerint. Atqui ipſe in carnibus caprinis,& ſi quæ aliæ natura calidæ ſunt,rationem iſtam admitto: in illis vero quæ calefaciendo & refrigerando temperatæ ſunt,ſimpliciter & abſque diſtinctione alteras alteris præferri non approbo, Hucuſque Galen.Hippocrates in lib.de internis affectionibus in primo ſplenis morbo obſonium dat carnem ſuillam in lenticula cocta tritam.In epilepſia imperant abſtinentiam carnis & magis porcinæ vel bubulæ vel caprinæ,Cælius Aurelianus.Proxagoras pro epilepticis celebrat carnem agninam ſiue hœdinam atque porcinam & catulorum,Idem. Χοῖρος porcus eſt adhuc tener,delphax vero adultus,alij contra volunt,Hermol. Omnium ciborum (inquit Galen.de alim.fac.3.1.) ſuum caro potentiſſimè nutrit. Cuius rei athletæ certiſſimum tibi præbent indicium.Si enim paribus exercitationibus parem molem alterius cibi pridie totum diem comederint,poſtero die ſtatim ſentient ſeſe redditos imbecilliores. Quòd ſi pluribus deinceps diebus id fecerint, non imbecilliores modo, verum etiam alimenti penuria macilentiores palàm conſpiciuntur.Idem etiam de eo quod dicimus,potes in pueris,qui in palæſtra ſeſe exercent,experiri,& in alijs,qui quamlibet actionem fortem ac vehemẽtem (cuiuſmodi eſt fodientium) obeunt.Et mox,Cæterum quantum carnes bubulæ totius ſuæ ſubſtantiæ craſſitie ſuillam ſuperant,tanto ſuillæ bubulas lentore antecedunt.Cæterum ex ſuum carnibus, hominibus quidem ætate florentibus, fortibus & qui ſe multum exercent, ſuum ætate florentium carnes ad coquendum ſunt præſtantiores: alijs vero ſuum adhuc increſcentium.Porrò quemadmodum ex ſuibus qui ætate ſunt florenti, ijs iuuenibus qui bono corporis ſunt habitu,conueniunt: ſic & boum, qui nondum florentem ætatem attigerunt. Bos enim temperamento eſt quàm ſus multò ſiccior: quemadmodum & vir ætate florens quàm puer.Et paulò poſt,Capra temperamento minus quàm bos eſt ſicca,ſi tamen homini & ſui comparetur,multum ſuperat.Suillæ autem carnis ſimilitudinem cum humana ex eo poteris intelligere, quòd quidam carnes humanas pro ſuillis ſine vlla in guſtu vel olfactu ſuſpicione comederunt: id enim ab improbis hoſpitibus & alijs quibuſdam factum fuiſſe iam compertum eſt.Merito igitur porcelli alimentum nobis præbent,tanto magis ſuibus excrementoſius, quanto ipſis ſunt humidiores: meritò minus etiam nutriunt.Nam alimentum humidius,vt diſtribuitur, ita etiam diſcutitur celerius.Et rurſus,Sues quanquam temperamento ſunt humidi, cum tamen iam ſenuerint, carnem habent nonnunquam ſiccam ac concoctu difficilem,Hæc omnia Galen.de alim.fac.3.1. Ex pedeſtribus animantibus ſuilla caro probatiſſimus cibus eſt,deinde hœdina,mox vitulina,Galen.in lib. de cibis boni & mali ſucci.Alica ſicuti & ſuillæ caro, ſi exactè in ventriculo concoquantur, tum in ſanguinem in iocinore conuertantur,probatiſſimos humores gignunt,ſed glutinoſi aliquid in ſe habent.ob idque in ijs iecur obſtruunt,& renes,quibus hæc à natura adſtrictos meatus habent,&c.Ibidem. Apri ſuibus domeſticis in cibo ſunt anteponendi,vt omnia quæ exercentur ijs quæ ſunt otioſa: & quæ cibis ſiccioribus,ijs quæ humidioribus vtuntur: denique quæ purum ac tenuem aërem inſpirant,ijs quæ contrarium ſunt præferenda. Suum quidem domeſticorum caro, omnium aliorum ciborum firmiſſimè nutrit: multum enim in ſeipſa habet lentorem, tum propter vitam deſidioſam, tum propter cibi humidioris affluentiam. Verum ab his prorſus abſtinebit, cui propoſitum erit victu extenuante vti. Quod vero ad reliquas carnes attinet, non quibuſuis ſimpliciter veſcetur, ſed ſi multum ſeſe exerceat, licebit ei & auribus & roſtris, & pedibus ſuillis veſci, ventre præterea & matrice,ſi modo ea elixa bellè fuerint,Galen.de attenuante victu 6.Et rurſus cap.10.Qui attenuante victu vti volet, poterit nonnunquam etiam prædictis (vt cetaceis piſcib.) craſſioris ſucci cibarijs veſci,ſi ex aceto aut oxymelite fuerint præparata,tum alijs etiam plurimis eorum quæ ſucco omni exhauriri queunt. Quin & ſuilla ipſa exucca tutò veſcetur,quæ vtique alioqui eſſet vitanda,vt quæ ſuccum craſſum ac lentum generet. Omnium quas nouimus ciborum maximè nutriens ſuilla caro eſt,ſed non æque vt prædicta (piſces ſaxatiles,alæ teſtesque gallinacei, &c.)concoctu facilis eſt.Præterea glutinoſum ſuccum craſſumque generat. Alioqui nec alio eſſe habitu poteſt quod in ſummo ſit nutriens: quippe adhærere id debet,& firmiter affigi,non autem præ tenuitate diffluere.Galen.7.Methodi medendi.Carnes ſuillæ,& quæcunque lentos ac craſſos humores habent,longo tempore faciunt ex toto corpore tranſpirationem.Olera vero & piſces ſaxatiles,& quæcunque tenuem habent humorem diſtribuendum,celerius quidem diſtribuuntur & opponuntur,ſtabilem vero naturam non habent,ſed facile diffluntur,Galen.aphoriſm.2.18. Extremas quadrupedum partes edunt homines, pedes,roſtra,auriculas: quas magna ex parte aqua elixas cum aceto & garo,interdum & cum ſinapi,aliqui vero etiam cum oleo & garo,vino quoque affuſo,comedunt: quidam cum oleribus ſiue aqua elixas,ſiue in ollis conditas. Porcini quidem pedes, priſanæ inter coquendum iniecti,tum illam meliorem reddunt,tum ipſi molliores fiunt,eoque aptiores tum ore mandi tum concoqui in ventriculo,Galen.de facult.alim.3.3. Et paulò inferius,Præſtant ſuilli pedes roſtro,illud auribus: aures enim ſola cartilagine & cute conſtant,quare perparum alunt.Inter domeſticas quadrupedes (inquit Celſus) leuiſſima ſuilla eſt: & ex eodem ſue vngulæ,roſtrum, aures,cerebellum,aliquantò quàm cętera membra leuiora ſunt,adeò vt in media materia poni poſſint: & eadem cum trunculis vuluiſque inter res leues, boni ſucci & ſtomacho idoneas numerat.Suilla tam recens quàm ſalita, etſi guſtu titillat, pernicioſa tamen omnino eſt ac mali ſucci,vt ais Celſus,Platina. Porcellorum carnes mucoſas & nimis humidas eſſe, in Vitulo etiam ab initio capitis ſexti ex Galeno recitaui. Caro ſuis tum cicuris tum domeſtici, vt fertur, cito concoquitur & deſcendit, multum alit: ſed ſuccum gignit craſſum & viſcoſum,Auicenna. Caro apri ſecundum Chriſtianos inter ferinas optima eſt: nempe leuior quàm ſuis cicuris,& validi multique nutrimenti: citò concoquitur, præcipuè autem hyeme conuenit,Idem Porcellorum caro parum nutrit,quòd facilè reſoluatur & admodum humida ſit,Idem. Galen.lib.8.de ſanitatis ratione,ſuillam carnem cæteris laudabiliorem facit. Auicenna capite de ſanguine, humanum ſuillumque ſanguinem, in omnibus exactam habere ſimilitudinem ſcribit: & ſimiliter carnem: adeò vt impuratiores quidam pro ſuilla humanam diſtrahere auſi ſint: quod facinus diu perrexit impunitum, donec digiti hominis intermixti forte conſpecti,ad ſupplicij diritatem,etiamſi ſeram,auctores protraxêre: id quod decimo (cap.2.)Simplicis medicinæ affatim expoſuit Galenus. Auerrois quinto Colliget, ex Auicennæ placitis

porcinam

porcinam carnem cæteris præferendam omnibus ſtatuit, veluti hominibus natura cognatiorem: quod (inquit) eſſe ita experimento plane diſcimus, Cælius. Suum qui delphaces, hoc eſt porculi nuper nati, qui & γαλακτόμυοι (lactentes porci) vulgò dicuntur, humidi ſunt, & ſuperfluitatum abundantes, nec boni ſucci, qua ex re haud bonum eſt eis uti: quemadmodum nec vetuſtis ſuibus, quippe quibus malus inſit ſuccus. Aprorum verò caro melior eſt quàm ſuum domeſticorum, quod tanta non ſint ſuperfluitate prædita, nec glutinoſum gignat humorem. Quæ verò inter hos ἐκτόμιαι dicuntur, hoc eſt, vt docti quidam putant, calli aprugni, difficulter concoquuntur & perficiuntur, atq; ab his ideo abſtinendum, Symeon Sethi. Et alibi, Suilla caro boni ſucci eſt & facilis concoctionis cum porcus annalis eſt, propter ſimilitudinem quam cum humano corpore habet. Quidam enim famis neceſſitate carnes humanas guſtauêre, quas ſuillæ ſimiles guſtu eſſe prodiderunt. Alit vero magis omnibus alijs cibarijs. Quærent fortaſſe aliqui, quonam pacto ſuilla magis alat, & præ alijs temperata vel mediocris ſit, cum hoc ſemper animal in cœno & ſordibus volutetur & nutriatur: quam dubitationem quidam ſoluentes, aiunt, quòd niſi valde bene temperatum foret ſuis corpus, nunquam malum nutrimentum in bonam carnem verteret. Quemadmodum enim in hominibus qui corpore bene temperato ſunt & ſano, rebus mali ſucci & alimentis non multum læduntur: quoniam natura cum tempore quod noxium eſt in bonum ſuccum vertit, ſic & in noxijs animalibus. Qui ergo humidi ſunt ventriculi, ſuillam non bene concoquunt, ſed obſæpiuntur, ſuperuacaneamque & ſuperfluam humiditatem, glutinoſumque humorem actutum gignunt. At ſi probe concoquantur, bonum & boni ſucci alimentum facit, præſertim ſi porcus caricis alatur: vt enim aiunt, is apprimè ſuauis & boni ſucci alimentum facit, Hactenus Symeon Scthi. Suem ſuauiores (habere) carnes iamdudũ creditum eſt, Alianus. Suillam carnem quoquo modo coxeris, inſalubrem inuenies, Platina. Suillę & agninæ carnes cum in corporibus incoctæ manent facillimæ corrumpuntur propter pinguitudinem: caprinæ non item, Athenæus. Suilla niſi vinum bibatur deterior eſt ouilla, addito autem vino alimenti ſimul & medicamenti rationem habet, humectando corpus,) vt legitur in Carmine Salernitano: vbi Arnoldus, Hoc maximè intelligendum eſt de porcellis aſſis, vel apris optimè præparatis: nam ſuilla ſalſa, vel Sole fumóue exiccata, ſiue cum vino ſiue abſque vino ſumatur, minime debet præferri ouillæ. In eodem Carmine legitur, Ilia porcorum bona ſunt, mala ſunt reliquorum. Arnoldus ilia interpretatur omaſa ſiue inteſtina. Sed pauca inteſtina (inquit) comedimus, niſi quæ replentur ſanguine, vel quæ ſunt animalium præpinguium, vt porcina. Solus autem porcorum ſanguis, propter ſimilitudinem eius cum temperamento humano inteſtinis immitti ſolet ad cibum: & porci facilius obeſantur quàm vllum aliud animal: quamobrem ſuis potius quàm alia inteſtina eliguntur.

Sus tibi cœnoſo ſit cœna domeſticus ore, *Grata ferat nobis menſa hyemalis aprum.*
Ille licet currat de vertice montis, equoſa *Carnis erit, pluri ſed tamen apta cibo eſt.*
Hunc feritas ſylueq; dedant, & mania ſaxa. *Poſt meliùs poſita ruſticitate ſapit, Baptiſta Fiera.*

Bianti pugili cum natura vorax eſſet, contigit vt in affectiones cholericas, bilis ſurſum ac deorſum exeuntis, delaberetur, ex carnis eſu: maximè vero ex porcinis carnibus crudioribus, & ex ebrietate vini odorati, &c. Hippocrates 5. Epidemiorum. Scropha cum peperit macilentior fit, & carnem magis lentam minusque ſapidam habet. Aliqui talpæ caput præcidunt, & cum terra à talpis excitata tuſum digerunt in paſtillos pyxide ſtannea, & vtuntur ad omnia quæ intumeſcunt, & quæ apoſtemata vocant, quæque in ceruice ſunt, (vt ſtrumas, tonſillas,) veſicque ſuilla tunc vetant, Plinius. Ad arquatos: Herba rubia vtere in quotidiano victu abſque carne ſuilla, Galenus Euporiſton 2. 39. Mulier cui vlceratus eſt vterus, abſtineat carnibus porcinis, bubulis, & caprinis, edat autem panes, Hippocrat. de morbis mulieb. Suilla ventrem viſcoſo humore ſuo humectat, & vrinam mouet, Iſaac. Mihi quidem cum lentum craſſumque ſuccum reddat, vrinæ mouendæ nequaquam idonea videtur. Porcelli lactentes (inquit Iſaac apud Vincentium Bell.) facile in malos humores vertuntur, & in putredinem, præcipue in ventriculo prauis humoribus imbuto: fortibus verò ventriculis vtiles ſunt, cum bene concoquuntur: ſecus enim phlegma viſcoſum gignunt, & naſcentes inde morbos, podagram, ilium dolorem, calculos renum, paralyſin, & ſimiles pro temperamentis & naturis edentium. Adulti ſues, meliores ſunt, præſertim caſtrati: vetuli verò peſſimi, vtpote frigidi, & carnis duræ, ligneæ, inſipidæ: quibus aſſueti incidunt in melancholiam & diuturnas febres, vt quartanam. Rarò vtendum domeſtico ſue: præferentur autem partes extremæ, vt pedes, & pernæ, quæ ſemper mouentur. Qui ederint, poſt cibum exercitari debent: quietè autem viuentibus cauenda ſunt ſylueſtria multò magis quàm domeſtica, Hæcille. Suilla omnis tum cicuris tum feri ſuis, æſtate damnatur: nec probatur donec magnum frigus ingruat, circa brumam, id eſt, ſolſtitium hyemale. Per æſtatem enim immodicè ſomno deditum eſt hoc animal, Mich. Herus. Sus nimium ſomno obnoxius per æſtatem, niſi frequenter excitetur, lethargum incurrit & moritur aliquando: quare tum temporis, caro eius inſalubris eſt, propter humiditatem à calore reſolutam, Albertus & Liber de nat. rerum. Idem aprugnam difficiliorem concoctu eſſe ſcribit quàm domeſtici ſuis, eamque ob cauſam otioſis hominibus minus conuenire: quod ego non probârim. Aliqui in cibo noxiam eſſe aiunt porcam, ſi mactetur mox poſtquam cum verre coierit. De grandinoſis ſuibus, quos aliqui edunt cum non omnino abundant, ſupra capite tertio dixi.

Aurelianus porcinam carnem populo Rom. diſtribuit, quæ hodieque diuiditur, Vopiſcus. Iſte tibi faciet bona Saturnalia porcus, Inter ſpumantes ilice paſtus apros, Martialis lib. 14. Heliogabalus habuit iſtam conſuetudinem, vt vna die non niſi de phaſianis tantum ederet: item alia die de pullis, alia de porcis, Lampridius. Athenæus lib. 12. ſues ex Sicilia tanquam præcipuas laudat. Idem Antiphanis verſus citat de epulis Cyclopis, in quibus apponebantur, κἀπὸ σκιμπιάσεως ὗς ἱ τομίας, φίλτατε. id eſt, maialis, ſus non caſtratus, & porcellus. Carnem ſuis nondum vetuli minutatim conciſam, cum lardo teſſellatim inciſo, & columbis, perdicibus aut alijs, &c. aliqui paſtillo vulgo dicto incluſam coquunt. Porcus Troianus: Gulę veteres architecti (inquit Eraſmus in Chiliad.) de hoc commenti ſunt, vt bos aut camelus totus apponeretur, differtus intus varijs animantium generibus. Hinc & porcus Troianus venit in populi fabulam, cui hoc nomen inditum eſt, quòd ita varias animantium ſpecies vtero tegeret, quemadmodum Durius equus texit armatos viros. Macrobius libro Saturnalium tertio (cap. 3.) refert Cincium in oratione qua ſuaſit legem Fanniam de moderandis ſumptibus, obiecciſſe ſuo ſeculo, quod porcum Troianum menſis inferrent. Conueniet in opipara conuiuia, aut in hominem varijs delicijs expletum, Eraſm. Huc reſpexiſſe videtur coquus ille apud Diphilum, cuius hæc verba Athenæus citat: Ἐγὼ δ' ὑμῖν χοιρᾶδα σφε- [illegible] Callum aprugnum & porcus Troianus ſumptuaria lege prohibebantur, Volaterranus. Poſt hæc infertur diſcus (πίναξ) argenteus, non modica craſſitudine inauratus,

tantus

tantus vt porcum assum eumque prægrandem caperet, qui supinus in eo positus erat, eminente ventre varijs bonis referto. Inerant enim simul assa, turdi, vuluæ, ficedulæ plurimæ, oua superinfusa, ostrea, pectines: quæ adhuc feruida singulis conuiuis vnà cum orbibus distribuebantur, Hippolochus in epistola ad Lynceum de Carani conuiuio apud Athenæum lib. 4. Idem Athenæus lib. 9. in Dipnosophistarum conuiuio, Allatus est nobis (inquit) etiam porcus (delphax) dimidia parte diligenter assus (κεφαλλίῳ, tostus ξηρὸς, καπυρὸς,) & dimidia tanquam ex aqua molliter (ταπεινῶς, tenerè) elixus: mira etiam coqui industria ita paratus, vt qua parte iugulatus esset, & quomodo varijs delicijs refertus eius venter, nõ appareret. Inerant enim turdi, & aliæ auiculę, & fuminum porcinorum vuluarumque partes: item ventriculi gallinacei cum vuluis, & isicia, (hoc est τὰ ἐκ σπερμῶν εἰς λεπτὰ κατατεμνόμενα, καὶ μετὰ πεπέρεως συμπλασσόμενα, Carnes minutatim concisæ, & cum granis piperis conditæ. Isicij vocabulum quamuis Atticum non est, tamen recentiores quidam Græci, vt Paxamus, vtuntur Πεπερίδας piperis grana accipio, vt arceuthidas iuniperi.) Deinde post digressionem ad artem coquorum, post titulum, Περὶ ἡμιέψου καὶ ἡμιέφθου καὶ ἀποφλάτου χοίρου, hoc est, De porco semiasso, semielixo, non iugulato & farcto: Porcus (inquit coquus) sub humero paruo vulnere mactatus est: deinde copioso sanguine euacuato, intestina omnia vnà cum apharesi (quam & exæresin vocant, vt Dionysius Comicus) exemi (hoc verbum Athenæus non habet, sed addendum videtur: & postquam vino sæpius ac diligenter collui, à pedibus suspendi, & rursus vino perfusum elixaui cum multo pipere, tum prædictas delitias (χαυνάλια, nempe auiculas, fumen, vitellos) per os ventri intrusas, copioso & optimo iure perfudi, & dimidiam porci partem multa polenta (farina ex hordeo) vino oleoque subacta circunquaque replcui, & in clibanum subiecta ærea mensa imposui, curauique ea moderatione assandam, vt neque adureretur, nec auferretur cruda: nam cum pellis iam aridiuscula (κεφαλλία) appareret, reliqua etiam satis iam tosta esse (ἡδέως, malim ἁπαλῶς) conieci, & polenta remota vobis apposui, Hæc ille. Cæterum quid sibi velit vox apharesis siue exæresis, non reperio: hoc manifestum est, aliquid in vētre porci, quod vnà cum intestinis eximebatur, vnde nomen inditum, sic dictum fuisse, omentum fortassis, aut mesenterium. Quanquam & inde dici potuit, quòd lanij forte has partes ceu parandi exenterandique mercedem sibi auferrent & exciperent, vt piscatores apud nos in piscibus præparandis faciunt. Sic & apharemata dicuntur, partes quas à victimis auferebant (sacerdotes qui eas mactabant, vt in Sacris literis legimus,) pectus, brachium dextrum & fibra iecinoris, vt Varinus scribit. Cum hoc porcello Athenæi communia quædam habet porcellus hortulanus Apicij, qui inferius inter cæteros Apicij porcellos describetur. In Lusitania, vt Polybius lib. 34. author est, sua ætate tanta rerum vilitas erat, vt & cætera minimo planè pretio venirent, & ὗς ἀπύρων, centum librarum pondere, quinque drachmis, Athenæus ab initio libri 8. vbi illud obseruandum, vocem ἀπύρων (si rectè legitur) in recto singulari positam videri, & obesum aut saginatum significare. Porcelli lactei vel lactentes potius dicuntur, γαλαθηνοί, qui nuper nati solo adhuc materno lacte aluntur. Lacte mero pastum pigræ mihi matris alumnum Ponat. & Actolo de sue dies edat, Martialis. Et alibi, Nondumque victa (concocta) lacteum faba porcum, libro quinto in epigrammate ad Bassum: sed qui fabas etiam edit, non solo lacte alitur. Phereerates & Alcæus ὡς γαλαθηνὸν dixerunt & χοῖρον γαλαθηνὸν Heniochus & Crates, citante Athenæo. Κομψός γε μαγὰς χοῖρος κλοιῷ ἐχόμενος γαλαθηνός, Antiphanes apud eundem. Porcellus nostro etiam æuo sæpiusculè solidus assatur, Mich. Humelbergius. Vipera (viuerra, Marcellus) porcelli modo inassata: iocinerum doloribus medetur, Plin.

In porcellum (verba sunt Apicij 8.7.) farsilem duobus generibus: (qui duobus modis atque locis farcitur: scilicet sub cute & in ventre, sicut & pulli nostro æuo farciri solent, Humelbergius.) Curas, à gutture exenteras, à ceruice ornas antequam prædures, subaperies auriculam sub cutem, mittes impensam Tarentinam in vesicam bubulam, & fistulam auicularij (qui auiario præest) rostro (collo) vesicæ alligabis, per quam exprimes in aurem quantum ceperit, postea charta præcludes & infiblabis: & præparabis aliam impensam, sic facies. Teres piper, liguslicum, origanum, laseris radicem modicum: suffundes liquamen: adijcies cerebella cocta, oua cruda, alicam coctam, ius de suo sibi, ferueat: cum ferbuerit, auicellas, nucleos, piper integrum: liquamine temperas: imples porcellum, charta obturas & fiblas, mittes in furnum: cum coctus fuerit, exornas, perunges, & inferes. Aliter porcellum, salem, cuminum, laser. Porcellus liquaminatus: De porcello eijcis vtriculum, (ventriculum,) ita ne aliquæ pulpæ in eo remaneant. Teres piper, liguslicum, origanum: suffundes liquamen: adijcies vnum cerebellum, oua duo misces in se, porcellum præduratum imples, fiblabis, in sportella ferueuti ollæ submittis, cocto fiblas tolles, vt ius ex ipso manare possit, pipere aspersum inferes. In porcellum elixum farsilem: De porcello vtriculum eijcies, præduras. Teres piper, liguslicum, origanum: suffundes liquamen: cerebella cocta quod satis sit, similiter oua dissolues: liquamine temperabis: farcimina cocta integra præcides, sed ante porcellum præduratum liquamine delauas, deinde imples, infiblas, in sportella ferueuti ollæ submittes, coctum spongizas, line pipere inferes. Porcellus assus tractomelitus: Porcellum curatum à gutture exenteras, siccas. Teres piperis vnciam, mel, vinum: impones vt ferueat, tractam siccatam confringes, & partibus cacabo permisces: agitabis furculo lauri viridis: tandiu coques donec lenis fiat & impinguet: hac impensa porcellum imples, sutclas, obturas charta, in furnum mittes, exornas, & inferes. In porcellum lacte pastum elixum calidum siue frigidum iure crudo, Apiciano: Adijcies in mortarium piper, liguslicum, coriandri semen, mentham, rutam, fricabis: suffundes liquamen: adijcies mel, vinum: & liquamine porcellum elixum ferueutem sabano mundo siccatum profundes & inferes. Porcellus Vitellianus: Porcellum ornas quasi aprum: sale asperges: in furno assas: adijcies in mortarium piper, liguslicum: suffundes liquamen: vino & passo temperabis: in cacabo cum oleo pusillum ferueat, & porcellum assum iure aspergesita vt sub cute ius recipiat. Porcellus Flaccianus: Porcellum ornas in modum apri, sale asperges, & in furnum mittes: dum coquitur, adijcies in mortarium piper, liguslicum, careum, apij semen, laseris radicem, rutam viridem, fricabis: suffundes liquamen: vino & passo temperabis: in cacabo cum oleo modicum ferueat, amylo obligas, porcellum coctum ab ossibus tanges: apij semen teres ita vt fiat puluis, aspergesque inferes. Porcell* laureatus: Porcellum exossas quasi œnogaratum, ornas, præduras, laurum viridem in medio franges, satis in furno assas: & mittes in mortariũ piper, liguslicũ, carcũ, apij semẽ, laseris radicẽ, baccas lauri, fricabis: suffundes liquamen: vino & passo temperabis: adijcies in cacabũ olei modicũ vt ferueat, obligas, porcellũ lauro eximes, & ius ab osse tiges, & inferes. Porcellus Frontonianus: Porcellum exossas, præduras, ornas: adijcies in cacabum liquamen, vinum: obligas fasciculum porri, anethi: media coctura mittes defrutum: coctum lauas & siccum mittes: piper asperges, & inferes. Porcellus œnogaratus: Porcellum præduras, ornas, adijcies in cacabum oleum, liquamen, vinum, aquam: obligas fasciculum porri, coriandri: media coctura colorabis defruto: adijcies in

mortarium piper,ligusticum,careum,origanum,apij semen,laseris radicem,fricabis: suffundes liquamen, ius de suo sibi: vino & passo temperabis: exinanies in cacabum: facias vt ferueat: cum ferbuerit, amylo obligas: porcellum compositum in patina perfundes: piper asperges,& inferes. Porcellus Celsinianus: Ornas, infundes pipere,ruta,cepa à satureia,succo suo: & oua infundes per auriculã: & ex pipere,liquamine,vino modico in acetabulum temperas & sumes. In porcellum assum: Teres piper,rutam,saturciam,cepam,ouorum coctorum media: liquamen,vinum,olcum,condimentum: bulliat conditura: porcellum in boletari perfundes & inferes. In porcellum hortulanum,(hoc est,oleribus fartum,Humelbergius. Meo quidem iudicio non falletur qui pro hortulano Troianum dixerit:) Porcellus hortulanus exossatur per gulam in modum vtris,mittitur in eo pullus isiciatus particulatim concisus,turdi,ficedulæ,isicia de pulpa sua,(forte suis,) lucanicæ,dactyli exossati,fabriles bulbi, cochleæ exemptæ,maluæ,betæ,porri,apium,coliculi elixi,coriandrum,piper integrum,nuclei: oua quindecim superinfunduntur: liquamen,piperatum,oua mittantur tria: & consuitur,& præduratur,in furno assatur. Deinde à dorso scinditur,& iure hoc perfunditur: piper teritur,ruta: liquamen,passum,mel,oleum modicum,cum bullierit,amylum mittitur: (Habet quædam cum hortulano isto Apicij porcello communia,ille Athenæi quem Dipnosophistis appositum supra recitaui in Porci Troiani mentione.)Ius frigidum in porcellum elixum ita facies: Teres piper,careum,anethum,origanum modicè,nucleos pinços: suffundes acetum,liquamen, carẽnum, mel,sinape factum: superstillabis oleum: piper asperges & inferes. Porcellum traganum sic facies: Exossas porcellum,& aptabis sicut cœnogaratum,& ad fumum suspendas & appendeas, & quantum appendeas tantum salis in ollam mittes,& elixas ut coquatur, & siccum in lance inferes,salso recente. In porcello lactente: Piperis vnciam,vini heminam,olei optimi acetabulum maius,liquaminis minus,Hucusque Apicius.

De porcello asso. Porcellum adhuc lactentem (inquit Platina 6.15.)iugulato, villosque cultro omnino acuto abradito. Per spinam deinde scindito,eximitoque quicquid in ventre habet: iecusculà eius cũ lardo,allio, cumq; odoriferis herbis minutim concidito tritum caseum,oua agitata,tunsum piper, crocum in pulucrem rẽdactum,cum superioribus bene misceto: in porcellumq; omnino ita inuersum,vt quod intus erat,foris sit,indito: ac claudito,ne excidat. Coqui in veru,aut super craticulam lento igne non incommodè potest, vt omnia pariter esui bona sint. Dum coquitur,aceto,pipere,croco,simul mixtis cum saluiæ aut rosmarini aut lauri ramusculis sæpe aspergenda est. Idem etiam fieri ex ansere,anate,grue,capo,pullastra,potest. Malè hoc & parum alit, tardè concoquitur: stomacho,capiti,oculis atque hepati nocet. Obstructiones facit, calculum creat, pituitam auget. Eubulus poëta apud Athenæum inter cæteros delicatos cibos nominat χοίρια ἀλεφαντίνων.

Lardum,vt grammatici quidam deriuant,dicitur quasi latè aridum,(largè aridum,Hermolaus ex Macrobio:) est autem caro suilla quoquo modo salsa,siue (vt alijs placet)id pingue quod est in sue,Pinguia cur illis gustantur larda calendis? Ouidius 6. Fast. Plinius dixit,lardum pingue hoc vnctum,quasi & macrum dici possit. Et pallens faba cum rubente lardo, Martialis lib.5. Graue lardum, Statius 4.Sylu. Et natalitium cognatis ponere lardum, Iuuenalis Sat.11. Plautus in Capt. laridum dixit, his verbis: Quanta pernis pestis veniet, quanta labes larido? Vncta satis pingui ponentur oluscula lardo, Horat. Serm.2.6. Vt lucraretur lardum & carnaria furtim, Lucilius. Lardum lurcabat lubens, Pomponius Syris apud Nonium. Lardus porcorum optimus est in condiendis omnibus cibis, Crescentiensis. Nostri lardo olerum ferè minutalia & rapa condiunt,siue decoquendo simul lardi offas,siue in minimas testellas præsertim butyro frictas incisum inspergendo. Turundæ etiam,vt sic vocem,oblongæ,exiles quadratæ in acum ligneam (ex fruticis quem fusariam vocant,aliqui euonymon putant, præcipuè ligno) decussatim sectam à posteriori parte inseruntur,vt ea per carnes quasi suis traiecta, lardum in eis relinquat, idque simul affetur: quod cum alias saporem carnium,commendat,tum in parum pinguibus præsertim auibus ferè necessarium videtur. Adipem suis carne multo insalubriorem esse,suprà verbis Galeni recitauimus. Ius lardarium apud Scoppam Italum Grammaticum legi. Habent & Germani in vsu panis offas in aqua coctas cum lardo copioso dissecto & cepis, *speckssuppen*. Inferiores Germani lardum coctum seruant,& frigidum edunt. quidam etiam crudum. Liquamen est pinguedo animalium ad ignem liquefacta,& in vsum coquinarium seruata ad condiendos cibos. Liquamen ex adipe porci atque anserum hoc modo fit: Concisum minutim ad carbones ignitos in cacabo pones,ne si ad flammam suspenderis,fumum concipiat: tantumque salis indes, quantum satis esse putabis. Liquefactum,antequam refrixit,in ollam repositoriam colabis: reponesque ad vsum, vt vbi voles, eo vti liceat. Fititem liquamen ex anserino & gallinaceo adipe, Platina 2.21. Et præcedenti capite, Colliguntur multa ad pulmentaria ex porco nuper cæso, vt adeps. Pauperes apud nos ex adipe abdominis suilli (*schmer* vocant) adhuc recenti (aliter enim virus resipit) liquamen faciunt,quo olei aut butyri loco vtuntur. Pernas & lardum conficimus,non solum decembri mense,sed omnibus quos hyemalis algor astringit, Palladius. Laridi coctura: Tectum aqua cum multo anetho coques,olei modicum distillabis & modicum salis, Apicius. Angli brãn appellant lardum non quoduis,sed è verre saginato ferè per anni spacium,quo toto tempore non molliter, nec in stramentis,sed tantum in tabulis ligneis cubare ei permittitur, vt lardum induretur, & solidescat: huius mactati lardum seruant in acceto ex cereuisia facto: potest autem diu seruari: mensis apponunt cum iure in quo coctum est,condito agrestium pomorum succo (loco omphacij) & pauco sale: cibus habetur nobilis & pretiosus, quem locupletes tantum inter se dono mittunt.

Suilla caro ita aliquando paratur,vt suis feri videatur,vt dictum est supra inter Apicij porcellos: & dicetur infra in prouerbio Suilla caro est. Suillarum carnium ius decoctum opitulatur contra bupreslin, Galenus lib. 2. de antidotis. De sue partes quædam ferè assantur à lautioribus,vt spatula siue armus,(*Laffen*:)coxa,(*Jßbein*:) costæ, in pectore,(*bruſtrippe*:)eædem ad spinam dorsi superius,(*rambraten*:)& reliquæ costæ,nempe laterum. Apicius 5. 3. in minutalia aliquot addi iubet spatulam porcinam coctam & tessellatim concisam. Varro scribit L. Volumnio senatori missam offulam suillam cum duabus costis,quæ penderet x x i i j. pondo. Offula ab offa minima suilla, ab eo quod insecta caro,vt in carmine Saliorum est,quod in extis dicitur nunc issitia, Varro de ling. Lat. Penem antiqui eodam vocabant,à qua antiquitate etiam nunc offa porcina cum cauda in cœnis puris offa penita vocatur, Fest. Et rursus, Penitam offam Næuius appellat absegmen carnis cum coda: antiqui enim offam vocant absciſſum globi forma,vt manu glomeratam pultẽ. Nostri ex cauda cum alijs partibus extremis geli in patina,vt vocãt,parare solent. Caryophillatę seu benedictę vulgo dictę succo trũculos suillos macerant & ad vsum aliquod tempus seruant, Ruellius. Quomodo caro suilla frustatim concisa, in aqua salsa seu muria multo tempore recens seruari possit. Baltasar Cellarius in libro suo de arte coquinaria docet: Primum, adornatum suem in mensa

noni præcipit,copioſa niue vndiquaque circundatum, donec caro durius cula & ſolida appareat, quòd ferè per noctem vnam fit: deinde carnem in tomos oblongos diſſectam in vas larignum cum multò ſale alternis componi iubet per dies octo,tabella impoſito lapide oneratam: poſtea aquam fontanam cum multo ſale nouis ſcopis diu agitatam donec lenteſcat,ſuperinfundi,vt duobus digitis aqua excedat,& oneratam ad vſum ſeruari. Ζόγλα, πίμελα χοῖρ. ἐκ πλείονος ἁλισμοῦ, Hel.& Varinus: ſed idem Varinus πίμελα χοῖρ. de piſcibus tantum propriè dici docet: quare ζόγλα etiam de piſcibus ſolum dicetur. Succidia à ſue nominatur cuius caro eſt,Hermolaus. Succidia,(inquit grammaticus quidam recentior) eſt tergum,ſiue maſſa carnis porcina ſalita,quæ quoties opus eſt ſuccidituꝛ: continet autem pernam,petaſonem & lardum.Nonius ſuccidiam pro lardo exponit. Varro lib.4. de ling.Latin.non à ſuccidendo,ſed à ſuibus cædendis (ſiue edendis,quod non placet; nec eſt in noſtris codicibus Varronis) dictam putat: nam id pecus primum occidere cœperunt domini,& vt id ſeruarent,ſalire.Iam horum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant,id eſt,vt ait Nonius,ſucceſſionem neceſſariam. Patres noſtri dixerunt ignauum & ſumptuoſum eſſe,qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius ab laniario, quàm ex domeſtico fundo,Varro.Succidias Galli optimas & maximas facere conſueneruut. Optimarum ſignum, quod etiam nunc quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ, tomacinæ, & taniacæ, & petaſiones (malim petaſones. Vocabula tomacinæ & taniacæ alibi nuſquam reperio: de tomaculis inferius dicam.) De magnitudine Gallicarum ſuccidiarum Cato ſcribit his verbis: In Italia in ſcrobes terna atque quaterna millia aulia ſuccidia, Idem. Porcos ſuccidaneos apud Apicium legimus.Suum obeſorum ac ætate florentium carnes,ad ſaliendum ſunt appoſitæ,vt quæ vtriuſque exceſſus ſint expertes,annoſorum videlicet ſiccitatis, & nouellorum porcellorum immodicæ humiditatis.Quemadmodum enim corpora ſicca,ſalita,corijs euadunt ſimilia: ſic contra quæ immodica humiditate diſſluunt,ſalis commercio contabeſcunt,Galenus de alimentorum facultatib.3.40. Ad annum vbi venerit porcus,ſalituræ non incongruit: pridie quàm occidatur potione prohibere oportet,quo ſit eius caro ſiccior: deinde diligenter ſalire,ne fraceſcat,& vitium ſapiat,néue tinea & vermibus lædatur. Dum ſalſuram facis,in fundo dolij aut ſeriæ ſalem ſternito: fruſta deinde ponito,cutis deorſum ſpectet. Tam diu caro in dolijs remaneat,quoad ſalem conceperit: (noſtri ferè quatuordecim dies relinquunt, & his amplius ſi ſues annoſi fuerint,vſque ad viginti.)In carnario deinde,quo fumus penetret,ſuſpendatur. Hinc ſumes laridum pro tempore, hinc pernam,hinc petaſonem,hinc ſumen,hinc glandium,Platina. Omne pecus (inquit Columella) & præcipue ſuem pridie quàm occidatur,potione prohiberi oportet,quo ſit caro ſiccior. Nam ſi biberit, plus humoris ſalſura habebit. Ergo ſitientem cum occideris,bene exoſſato. Nam ea res minus vitioſam,& magis durabilem ſalſuram facit: deinde cum exoſſaueris,cocto ſale,nec nimium minuto,ſed ſuſpenſa mola infracto diligenter ſalito,& maxime in eas partes,quibus oſſa relicta ſunt,largum ſalem infarcito, compoſitiſq; ſupra tabulatum tergoribus,aut fruſtis vaſta pondera imponito,vt exanietur. Tertio die pondera remouento & manibus diligenter ſalſuram fricato,eamque cum voles reponere,minuto & trito ſale aſpergito, atq; ita reponito: nec deſieris eius quotidie ſalſuram fricare,donec matura ſit. Quod ſi ſerenitas fuerit ijs diebus,quibus perfricatur caro, patieris eam ſale conſperſam eſſe nouem diebus: at ſi nubilum aut pluuiæ,vndecima vel duodecima die ad lacum ſalſuram deferri oportebit,& ſalem prius excuti,deinde aqua dulci diligenter perlui: necubi ſal inhæreat, & paululũ aſſiccatam in carnario ſuſpendi,quo modicus fumus perueniat, qui ſi quid humoris adhuc continetur. ſiccare eum poſſit.Hæc ſalſura luna decreſcente maxime per brumam,ſed etiam menſe Februario ante Idus commode fiet.Eſt & alia ſalſura,quæ etiam locis calidis omni tempore anni poteſt vſurpari,quæ talis eſt: Cum ab aqua pridie ſues prohibiti ſunt,poſtero die mactantur,& vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur (nam vtroque modo pili detrahuntur) caro in libraria fruſta conciditur: deinde in ſeriam ſubſternitur ſal coctum,ſed modicè (vt ſupra diximus)infractum: deinde offulæ carnis ſpiſsè componuntur, & alternis ſal ingeritur: ſed cum ad fauces ſeriæ peruentum eſt, ſale reliqua pars repletur, & impoſitis ponderibus in vas comprimitur: eaque caro ſemper conſeruatur, & tanquam ſalſamentum in muria ſua permanet,Hactenus Columel.Carnem ſalitam larido intertextam,in teſſellas concides: conciſam, in ſartagine non admodum friges: frictam,aceto,ſaccharo,cinnamo,petroſelino minutatim conciſo aſperges.Idem etiam fieri de perna ac ſumine poteſt.Sed hæc ſucco citri vel malarancij ſuffundi amant. Clamat in hanc opinionem Bibulus,& ſine acredine, (intinctum acetoſum intelligo,) quo vehementior excitetur ſitis,hęc deuoranda affirmat,Platina.Et alibi,Non ſumen admodum pingue, ſed rubeum coquatur eo modo quo perna,(cuius coctio inferius recitabitur,)ſed melius aliquantulum.Hanc quoq; cocturam vult lingua: quanto pinguior,tanto melior eſt.Eadem ferè & de reliqua ſuccidia ratio.Galli Belgæ)carnibus multifariam, præſertim ſuillis, & recentibus & ſalitis vtuntur, Strab. Venter ſuis faliſcus vocatur, Volaterran.Non lucanica,non graues faliſci,Martialis. Et alibi,Et lucanica ventre cum faliſco.Lucanicam dicunt,quòd milites à Lucanis didicerunt,vt quod à Falerijs faliſcum ventrem, Varro de ling.Latin.Filia Picenæ venio Lucanica porcæ,Pultibus hinc niueis grata corona datur,Martialis. Grammatici farciminis genus interpretantur,à Lucanis primum inuentum,(*bratwürſt.*)Si voles bonas lucanicas, carnẽ macram ſimul & pinguem ex ſue concidito,ablatis omnibus fibris ac neruis. Quòd ſi caro decem librarum fuerit,ſalis libram vnam,fœniculi bene mundi vncias duas,totidem piperis ſemiuncii admiſceto,confricatoque:per diem hæc in menſuia ſinito: Sequenti,in inteſtinum bene mundum inijcito,& ſic ad fumum ſuſpendito. Platina. De lucanicis parandis lege etiam Apicium 2.4. Qui venit botulus mediæ tibi tempore brumæ, Saturni ſeptẽ venerat ante dies,Martialis. Botulus autem ſiue botellus diminutiuum farciminis genus eſt è carne ſuilla, à bolis, id eſt fruſtulis carnis,vt quidam putant,appellatus,(propter connexionem à bolis, Feſtus.) Fiebat ex oui vitellis coctis,nucleis pineis conciſis,cepa,porro,iure crudo,conciſis: addebatur piper & liquamen & vinum, ſicq; farctum inteſtinum coquebatur,Apicius 2.3.idq; farciminis genus in Saturnalibus præcipuè celebrabatur. Et pultẽ niueam premens botellus,Martialis lib.5.Inteſtina ſanguine farcta noſtri vocant *roßwürſt, blutwürſt*,ex his quod craſſius eſt,& apicem quendam adhærentem habet,(vnde & apexabo Latinè vocatur, Varrone teſte)præter ſanguinem,cerebro etiam & lardo conciſo farcitur,& aromatibus quandoque conditur, *werkerling*. Ventriculus etiam ſuis vel in oblongas particulas ſectus,vel minutatim conciſus,vnà cum carne ſimiliter ſecta conciſáue craſſioribus inteſtinis infarcitur,cum ſale,carco,& pipere,*ſchubling* vel *magenwürſt*. Iicium,farciminis genus, Volaterranus.Scoppa Italicè tomacellam interpretatur,vt & tomaculum,de quo infra dicemus in iecoris mentione. Idem alibi tuccetum, tomacellam interpretatur: ego apud Arnobum tucetum lego, libro ſeptimo contra gentes, vbi ille: Tucetum (inquit) in exiguas aruina eſt miculas, & ilia minatim inſecta de more.

Videtur ſanè & iſicium quaſi inciſum ſectumque Latinè dici,& tomaculum à verbo τέμνειν, vnde & τμῆσις, id eſt ſectio. De porcello tenero iſicia quintum locum poſt iſicia de pauo obtinent,apud Apicium 2. 2. Idem iſiciorum varia genera per totum librum ſecundum deſcribit. Vbi Humelbergius in annotationibus ſuis, Iſicia, inquit,cibaria ſunt ex carne conciſa & inſecta: quæ nunc per ſe,nunc reticulo & omento circundata in ſartagine, alijs etiam iunctis rebus,& aromatibus aliquando,cum adipe aut oleo butyróue friguntur. Alio nomine tomacula ſiue per ſyncopen tomacla & tomacinæ aliquando vocantur, ἀπὸ τῆς τομῆς. id eſt à ſectione & inciſura. Inſitia etiam aliquando farcimina ſignificant,quæ carne conciſa fartis, id eſt impletis inteſtinis fiunt, Hæc ille: ſed quod potiſſimum ad iſicij rationem pertinet,omiſit.Nam minutatim concidi alijs quoque eduliorum generibus commune eſt,minutalibus, lucanicis, botellis, &c. iſicium vero non conciditur ſolum, ſed etiam in mortario,vt iſicium fiat,pulpa cuiuſuis animantis tunditur,teritur,fricatur: his enim vocabulis Apicius vtitur, & pulpam tritam in iſicia plaſſari, id eſt formari iubet: contrita enim & in vnum redacta corpus,facile manibus in quam volueris formam,rotundam,teretem aliámue,formantur. Edebantur autem vel recentia, vel in fumum ſuſpendebantur,vt ex Apicio patet: quanquam idem lucanicis quoque admiſceri iubet pulpam bene tunſam, quod apud nos non obſeruatur,ſed ſimpliciter minutiſſimè conciſa inditur.Sed lucanicæ,botelli,& alia farcimina propriè dicta,ſemper inteſtinis immittuntur: iſicia non item: nam quod Humelbergius iſicia pro farciminibus aliquando accipi ſcribit,deceptus eſt fortaſſis à Volaterrano, ego apud nullum idoneum authorem reperi. Quòd vero in mortario ſemper tererentur iſicia, ſiue iſiciorum pulpa,Macrobij & Aphrodiſienſis etiam authoritate conſtat. Hic enim problematum 1.22.inquirens cur ægrè id genus carnis concoquatur quod iſicium, ἰσικὸν, nominatur: quoniam (inquit) ſua leuitate fluitat in ventriculo per cibi humidi medium, nec eius corpus attingit, quo tactu fieri concoctio poteſt: ſed iuxta gulam redundat, quinetiam foris aquæ iniectum non ſubſidet,ſed innatat: quoniam dum carnes teruntur, ſpiritus admittitur præleuis, qui corpus eleuet, & in humore fluitare aptiſſimum reddat.Dicas quæſo (inquit Furius Albinus ad Diſarium,apud Macrobium Satur.7.8.) quæ caula difficile digeſtu facit iſitium,quod ab inſectione inſitium dictum: amiſſione n.literæ, poſtea, quod nunc habet nomen obtinuit: cum multum in eo digeſtionem futuram iuuerit tritura tam diligens,& quicquid graue erat carnis aſſumpſerit,conſummationemque eius multa ex parte confecerit.Et Diſarius: Leuitas quam tritura præſtitit,facit vt innatet vdo cibo quem in medio ventris inuenerit,nec adhęreat euti ventris,de cuius calore digeſtio promouetur: ſic & mox tritum atque firmatum,cum in aquam conijcitur natat.Ex quo intelligitur quòd idem faciens in ventris humore ſubducit ſe digeſtionis neceſſitati: & tam ſerò illic coquitur, quàm tardius conficiuntur quæ vapore aquæ quàm quæ igne ſoluuntur.Porcellus ſemitoſtus & ſemi elixus apud Athenæum libro 9.farctus erat tum alijs delicijs,tum ijs quæ iſicia vocant: quanquam hoc vocabulo vix vti ſe audere coquus inquit,præſente Vlpiano qui Attica tantum & veteribus Græcis vſitata probabat: iſicium vero apud recentiores tantum legitur, Paxamum, (& alios.) affert autem quaſi συνωνυμίαν iſiciorum periphraſin huiuſmodi, Τὰ ἐν σχεδὸν εἰς λεπτὰ κατακεκομμένα, καὶ μετὰ πικάδων συμπλακέντα μίγματα. κνίζειν quidem ſimpliciter συγκόπτειν & κατατέμνειν ſignificat,id eſt minutatim concidere, vnde olera κνιστὰ dicta. Apicius 4. 3. iſicia vel iſiciola minuta in minutalia aliquot addi iubet. Ventrem porcinum bene exinanies, aceto & ſale,poſtea aqua lauas,& ſic hac impenſa imples.Pulpam porcinam tunſam tritam ita vt eneruata commiſceas cerebella tria, & oua cruda,cui nucleos infundis,& piper integrum mittis,& hoc iure temperas. Teres piper,liguſticum,ſilphium,aniſum, zingiber,rutæ modicum,liquamen optimum & olei modicum,reples aqualicum (aqualiculum) ſic vt laxamentum habeat,ne diſſiliat in coctura,furclas,amylas & in ollam bullientem ſubmittis, leuas,& pungis acu ne crepeticum ad dimidias coctus fuerit,leuas & ad fumum ſuſpendis,vt coloretur,& denuò eum perlaxabis vt coqui poſſit deinde liquamine, mero, oleo modico: & cultello aperies, & cum liquamine & liguſtico apponis, Apicius 7.7. Ventrem vt toſtum facias: In cantabro inuolue, poſtea in muriam mittis, & ſic coques, Ibidem. Non alio ex animali numeroſior materia ganeæ.quinquaginta prope ſapores, cum cæteris ſinguli. Hinc cenſoriarum legum paginæ, interdictaque cœnis abdomina,glandia teſticuli,vuluæ,ſyncipita verrina,vt tamen Publij mimorum poetæ cœna,poſtquam ſeruitutem exuerat, nulla memoretur ſine abdomine, etiam vocabulo ſuminis ab eo impoſito,Plinius. Glandium pars quædam inteſtinorum eſt,vt inquit Priſcianus. Alij volunt eſſe partem apri iuxta ceruicem,vel ipſam ceruicem: in hac enim glandulæ poſitæ ſunt. Arripuit gladium, prætruncauit tribus tergoribus glandia,Plautus Capt. Pernam,abdomen ſuis,glandium,Idem Curcu. Hinc cenſoriarum legum paginæ,interdictaque cœnis abdomina,glandia, teſticuli,&c.Plinius 8.51. Quibuſdam ſunt tubera, ſicut in carne glandia,Idem lib.16. Eſt quidam terræ adeps ac velut glandia in corporibus,Idem libro 17. de marga. Glandula, vt ſcribit Grammaticus quidam, caro glanduloſa in ſue, quæ ab antiquis boni ſaporis putabatur. Glandulam ſuillam, laridum, pernam itidem, Plautus Menæch. Partitur apri glandulas palæſtritis, Martialis. Ter poſcit apri glandulas,quater lumbum,Idem. Porcellorum media capita (μέλαφαχίων ἡμίκρανα) Dipnoſophiſtis apponuntur apud Athenæum libro octauo, Εἰσῆλθεν ἡμίκρανον συκάμινον ἐλλάφειον. Ταυτὶ μὲν τὸν Δία ἐγὼ καταπίομαι γ' ἐγὼ οὐδέν, Crobylus. Κἀθόπτευμαλλοῦ ἱερεῖα Κωλῆς, τ' ἐπιδέξιος ἡμίκρανα δ' ἀριστερά. Amipſias. Hæc ſcilicet ſunt quæ Plinius ſyncipita verrina dixit. Videtur enim anterior pars poſteriore lautior eſſe. Cæterum in Amipſiæ verbis vbi ſiniſtram hemicraeram, id eſt dimidiam capitis partem ſacerdotibus relinqui ſcribit, aliter accipiendum eſt, nempe vt caput non in occiput & ſyncipu t, ſed in dextram lævamque partem æqualiter diuidatur. Rhodonia vel Rhoduntia olla, (Ῥοδωνία ἢ ῥοδωντία λοπὰς. ego rhodoniam malim, rhoduntia ſi in margine tantum ſcribitur,) hoc modo paratur, vt coquus quidam apud Athenæum libro nono docet: Roſis (inquit) odoratiſſimis in pila contuſis, cerebella auium & porcorum (ἐγκέφαλοι ὀρνίθων καὶ χοίρων) cocta & diligenter à fibris purgata, (ἐξινσκήτα, reddi poteſt eneruata: nam & Apicius 3.1. iecur porcinum aſſatum eneruari iubet. Cerebrum etiam eneruatum apud eundem additur ventriculo porcino, vt paulò ſuperius mox poſt iſicia recitaui) & ouorum vitellos adieci: deinde oleum, garum, piper, vinum: hæc diligenter trita in ollam nouam inieci,igne molli & continuo ſubiecto.Hæc dicens ſimul ollam aperiebat, vnde ſuauiſſimus odor in totum ſympoſium diffluxit,Hæc ille: quæ & Cælius 7.10. tranſtulit, ſed parum diligenter. Ῥοδωνιὰ oxytonum, locum roſis conſitum ſignificat: hic vero adiectiuè paroxytonum ῥοδωνία λοπὰς ſcribitur.Sanguiculum aliqui hœdi aut ſuis ſanguinem exponunt in cibum formatum,vt in Hœdo dixi in F.Sanguis ſuillus humidus eſt, & minus calidus, humano maximè temperie ſimilis: liquidem & carnes ſuum humanis ſunt ſimiles, Galenus. Plura de ſanguine ſuis ſupra diximus in Carnium eius mentione. Clidium

vocant

vocatur quod inter iugulum eſt, Volaterranus: vel potius os in ſummis coſtis, πλεὶς, πλεῖον. Ila pars lumbi eſt ſeu lateris, Idem. Perna magis, an magis ilis, Horatius. Suis ſpina vbi recens eſt, aſſa ad gulam facit. Sunt qui cepas in eius feruenti adipe coquant, deuorentque, Platina. Spectile vocatur infra (aliàs iuxta) vmbilicum ſuis caro quædam proprij habitus, exos, qua etiam antiqui per ſe vtebantur. Plautus enumerandis vilibus obſonijs in Carbonaria: Sic ego pernam, ſumen, ſue, ſpectile, callum, glandia, Feſtus. Vulua iecto partu melior quàm ædito: Eiectitia vocatur illa, hac porcaria: primiparæ ſuis optima, contra effœtis: à partu, præterquam eodem die ſuis occiſæ, liuida ac macra. Nec nouellarum ſeum, præterquam primipararum probatur, potiusque veterum, necdum effœtarum, & biduo ante partum, aut poſt partum, aut quo ieccerint die. Proxima eiectitiæ eſt occiſa vno die poſt partum: huius & ſumen optimum, ſi modo fœtus non hauſerit: eiectitiæ deterrimum, Plinius. Verba Plinij (inquit Hermolaus in Caſtigationibus) de vulua ſuis, multum obſcuritatis habent, ſi præcedentia ſequentibus conferas: illud meminero, Plinium priore loco de eiectitia loqui vſque ad eum finem, quo ieccerint die, vt eiectitiam intelligat partu iecto ſeu enecto, porcariam editorquicquid literatores hac parte ſentiant. Delphaces propriè vocantur ſues fœminæ, quæ Delphinas, id eſt vteros ſeu vuluas habent, Athæneus. Idem libro 3. Alexis, inquit, Callimedontem rhetorem tanquam guloſum (& inter alias delicias vuluarum appetentem) traducens ſcribit: Τοὺς πώγωνας μὲν πᾶς τις ἐνθυμήσεται θέλει, Τοὺς δὲ μήτρας Καλλιμήδων ἐπιφέρει, &c. Μήτραν τοῖς πυλαῖσιν ἥδιστον ἰχθύων, Antiphanes. Οἷον δ' ὅτ' ἔδη ἡμεῖς θεραπεύειν τοὺς μαγείρους, Ὑοῦς, μήτρας, χόλικας, Dioxippus. Ἡπατία, νῆρις, πυελίμους, μήτρας, Eubulus. Μήτρας τοῖς ὀξυφαγοῦσιν ἐν ξύλῳ καὶ ἴσῳ, Lynceus Samius, id eſt, Cum autem circumferretur vulua quædam in aceto laſere condito. Μήτρης καλὸν σπάραγμα Ἐκβολαίου. (ad differentiam ἐκπωμάδος. Athenæus: vt errârit Hermolaus in Plinium 11.37. ecboláda ſimul & ectomída eiectitiam interpretatus: porcariam vero ὑείαν, quam vocem ego generalem puto ad vtranque differentiam, ἐκπωμίδα vero porcariam eſſe:) Ἁλῶναι ἐκπαλαίσαντα ἰδίᾳ ζῶν, Hipparchus. Ἀλλ' οἷα μήτρα καλὸν ἐκβολαῖς διαφθαρεῖσα, πρῶτα τὰ ἄμμα, Sopater. Et alibi, Μήτρας ὑείας σὺν ἀφρῷ θεὶς πάνυ. Τοῦ ἀμπέλου ἐστὶν ἐπαίμλου ἔχων. Et rurſus, Μήτρας ὑείας ἡδὺν εἰς φάγας πόνον, Δεμνίοις αἰθὼν σπαρτὸν εἰς χολήν. videtur autem rutæ ſuccum qui acris ſimul & amarus eſt, σπαρτὸν χολὴν vocare, vt vſus eius pro embammate fuerit. Cæterum priſci, inquit Athenæus, neque vuluas, neque lactucas, nec aliud huiuſmodi ante cœnas proferebant vt nunc fit: (ſed poſt cœnam, hinc Martialis de lactuca, Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat auorum, Die mihi cur noſtras incipit illa dapes?) Quare poſt cœnam, vt canit Archeſtratus, potanti tibi, Φυλάττου πάντα τρόπον, Γαστέρα καὶ μήτραν ἰφθίων ὑῶν, ἐν τε κυμίνῳ, Ἐν τ' ἴξῃ ἁλμυρῇ καὶ σιλφίῳ ἡδυσμένων. Hactenus Athenæus. Te fortaſſe magis capiet de virgine porca, Me materna grani de ſue vulua capit, Martialis. Apicius vuluam ſterilem commendat, Hermolaus. Curius aliquando edebat olera, quæ nunc etiam ſqualidus foſſor faſtidit, Qui meminit calidæ ſapiat quid vulua popinæ, Iuuenal. Sat. 11. Vulua nil pulchrius ampla, Horat. 1. epiſt. Lanij noſtri mactatis porcis hanc partem ſemper abijciunt, nec quiſquam apud nos, quod ſciam, vuluam in cibo appetit. Publij mimorũ poëtæ, poſtquam ſeruitutem exuit, cœna nulla memoratur ſine abdomine, etiam vocabulo fœminis ab eo impoſito, Plinius. Et rurſus, Occiſæ vno die poſt partum ſumen optimum, ſi modo fœtus non hauſerit: eiectitiæ deterrimum. Antiqui abdomen vocabant, priuſquam calleret id, ſcientes occidere non aſſueti. Scribendum arbitror (inquit Hermolaus) prius callere id ſinentes, occidere non aſſueti. (Pauciora mutabis, ſi legas, priuſquam calleret, id ſinentes. Vt abdomen vocatum ſit, ſimpliciter: cum callebat vero, ſumen, quod magis probo.) Plautus in Pœnulo ad hanc conſuetudinem terè alludens: Vide ſis, inquit, calleas: cui reſpondens conſeruus, Callum aprugnum (inquit) callere æquè non finam. Eſt autem ſenſus, Id quod modo ſumen (inquit) dicitur: hoc eſt, ſuillas cum lacte ſuo mammas, veteres abdomen vocabant: ab lacte opinor iam abdito & fugato, vtpote qui antequam vbera calleſcerent: hoc eſt, ſiccato lacte durеſcerent, ſuem occidere non ſolerent, Hæc Hermolaus. Eſſe putes nondum ſumen, ſic vbere largo Effluit, & vino lacte papilla tumet, Martialis. Sumen propriè à ſugendo dictum: nam mulieris mammam, ſumen veteres dici volunt. Quòd ſi nulla poteſt mulier tam corpore duro Eſſe, tamen tenero moueat ſuccuſſa lacerto, Atque manus vberi lactanti in ſumine ſidat, Lucilius apud Nonium. Sumen (vt grammatici quidam exponunt) fit ex papillis ſuillis vno die poſt partum ſectis ac ſalitis. Quanta labes larido, quanta ſumini abſumendo, Plautus Capt. Alij putant eſſe lac ſuis extractum ac denſatum ſue occiſa: vel quaſi rumen, id eſt mammam. Cæſar Vopiſcus campos Roſeæ, Italiæ dixit eſſe ſumen, in quo relicta pertica poſtridie non appareret propter herbam, Varro. Abdomen porcæ, Iuuenal. Sat. 2. Heliogabalus exhibuit ſumina aprugna per dies decem, tricena quotidie cum ſuis bulbis, Lampridius. Sumen quomodo parandum ex Platina ſuperius in Succidia dictum eſt. Abdomen quod Græci laparan vocant, ventris pars illa eſt, quæ ab vmbilico ad inguina inter cartilaginem & pellem ducitur. Pingue id quidem eſt, Satyrico teſte: Montani quoque venter adeſt abdomine tardus. Erit igitur abdomen, ex quo ſumen fit, quod idem vulua appellatur, (in hoc fallitur: omnino enim alia pars ſunt abdomen eſt, alia vulua:) nec obſtat, id etiam turgentibus porcæ papillis fieri, cum circa abdomen mammæ ſint, Platina. Eſitium ex carne: Pro decem conuiuis (inquit idem) libram abdominis porcini aut vitulini bene elixato: coctam ac conciſam, cum ſelibra caſei veteris, pauco etiam & pingui addito, cumque herbis odoriferis bene conciſis, pipere, gingibere, caryophyllo miſceto. Sunt etiam qui pectus capi tunſi non incommodè addant. Hæc omnia farina bene ſubacta, ac in tenuiſſimum folium redacta, ad caſtaneæ magnitudinem inuoluito: inuoluta in iure pingui ac croco colorata decoquito. Parum coctura requirunt. In patinas tradu&ta, caſeo trito & aromatibus dulcioribus aſpergito. Fieri & hoc edulium ex pectore phaſiani, perdicis, aliarúmue altilium poteſt. In cœna Lentuli flaminis Martialis inaugurati, inter alia, appoſita ſunt ſumina, patina ſuminis, &c. Macrobius.

Iecur. Iſicia omentata ita fiunt: Aſſas iecur porcinum, & tum enervas: ante tamen teras piper, rutam, liquamen, & ſic ſuperimmittis iecur & teres, & miſces, ſicut aſſolet pulpa, in omentum, & ſingula inuolutantur folia lauri, & ad fumum ſuſpenduntur quandiu voles. Cum manducare volueris, tolles de fumo, & denuo aſſas, & ſiccum adijcies in mortarium, piper, liguſticum, origanum: fricabis: ſuffundes liquamen: adijcies cerebella cocta, teres diligenter ne aſſulas habeat: adijcies ova quinque & diſſolues diligenter vt vnum corpus efficias: liquamine temperas: & in patella enea exinanies, coques: cum coctum fuerit, verſas in tabula munda. Teſſellas concides, adijcies in mortarium piper, liguſticum, origanum: fricabis in ſes commiſces in caccabum: facias vt ferueat: cum ferbuerit, tracta confringes: obligas, coagitabis, & exinanies in boletari: piper aſperges, & appones, Apicius. Iecuſcula aut ſuilla, aut ex quouis animali, ad magnitudinem nucis aperta, inſperſaque ſale, fœniculo & aromatibus dulcibus ac bene tritis, omento vitulino aut hœdino ſeparatim inuolues: ad focum; non nimiũ decoques,

ac cocta ſtatim comedes, Platina. Et rurſus, Iecinora porcina vel quorumuis animalium, paululum elixa, tritè eo modo quo caſeum ſoles. Porcinum deinde ventrem condito ad quantitatem iocinoris, tantumque caſci veteris, amaraci, petroſelini, paſſularum, aromatum contritorum, cum duobus ouorum vitellis admiſceto, quantum ſatis eſſe putaueris. Ex his in vnum redactis, ad magnitudinem nucis pilas facito: omentoque inuoluito: ac vbi voles, in ſartagine cum lardo frigito. Lentam & paruam coctiuram requirunt. Tomacula hæc vulgus appellat, quæ fortaſſe melius omacula, cum inuolnta omento fiant, dicerentur: vel tomacla, vt Martiali placet. De tomaculis nonnihil ſupra etiam dixi in iſicionum mentione: iſicium enim aliqui Italicè tomacellam interpretantur, & idem Latinè tomaculum dici putant. Vt tamen & poſcas aliquid, vocaſque facellis Exta, & candiduli diuina tomacula porci, Iuuenalis Sat. 10. Iecur ſuillum omento intectum in ſartagine frigitur, vt ex Athenæo ſcripſi in Oue F. Adhibetur & ars iecori fœminarum, ſicut anſerum, inuentum M. Apicij, ſico carica ſaginatis, ac(à) 10
ſatie necatis repente mulſi potu dato, Plinius. Iecur ſuillum præfertur omnibus Aëtio, ſi quis, inquit, animal id arida fico pauerit, quod genus Græci ſycotòn appellant: vnde ortum puto vt imperitum vulgus (in Italia) omnia iecinora vocare ficata cœperit. Sanè vt meminit Ariſtoteles, ſitim præcipuè alunt & opimant ficus & cicer, Hermolaus. Quemadmodum in ſuibus dum adhuc viuunt hepar ex caricarum paſtu ficatum (*σικωτὸν*) ad voluptatem præparatur: ita in anſeribus video eorum alimenta lacte imbui: vt non modo eorum iecur ſit iucundiſſimum, ſed potenter etiam nutriat, ac optimi ſit ſucci, &c. Galenus de aliment. facult. 3. 20. Anthologij lib. 2. titulo In muneta, extat Palladæ tetraſtichon, huiuſmodi:

Βρώματά μοι χαίρων συνιζούσων σεσίθασιν, *Πυρῶν δηλαλίων, κυπρείθρων ἰχαμάδων.*
Ἀλλ' ἐμὲ σιτοφάγον τέρπει μαθὼν, ἢ σφάζον ἱπνίσαι, *Ἢ σβόλον ἐν δίψῃς νάματα τῶν κυπρίων.*

Apud Pollucem lib. 6. legimus *ἢ ποτὸν σιτοπανισμένον, ἢ τοῦτο σὺν σιτοκοπεσαμένοις.* Ventris porcini mentio facta, 20
eſt etiam paulò ante ex Platina de iecoris apparatu: item poſt iſicia ſtatim ex Apicio 7. 7. quomodo pulpa tunſa & cerebellis impleri debeat. Vide etiam infra in Pedum mentione. Sartutillus, venter ſuillus condito farre expletus, Feſtus. *Ἐγὼ δ' γ' ὕπυστον βοὸς καὶ κοιλίαν ὑὸς κατιβροχθίζω.* Varinus in *Ὕπυστον*: ſunt autem Ariſtophanis in Equitibus verba, vt citat etiam Athenæus lib. 3. *Ὀρία...* (fortè *ἰσια.*) *τινὸν ὑὸν κωλεὸν, σφένδυλον*, Epicharmus. Et alibi, *Χορδαῖσι δ' ἀδυπνοῦσι καὶ Δίᾳ γ' ἰσχνοῖς.* Vocat autem nunc chordam (inquit Athenæus lib. 9.) quod alibi ſem per *ἔντερα. Ὀρύα, χορδὴ ἰφθή*, Heſych. & Var. ſed librariorum inſcitia depraua ta hæc verba cum herba *ἑρπύλῳ* confudit. Chordarum Epicharmus meminit eaſdem *ἑρίνας* vocans, quin & fabulam quandam Oryam inſcripſit. *Ὁ δὲ λαπὸς, ἢ δ' ὀσιὸς ἢ χορδὴς τόμος.* Cratinus. *Χορδῆς ἕκτομος ἥκω καὶ σφυρομυκτῆρος.* Alexis. *Ἐκτομὰν χορδῆς μέλαιναν, σπλῆνά τε καὶ ὑστέραν ἐκ ῥύγχους ὑός.* Antiphanes, vt Athenæus citat lib. 3. Vegetius 1. 56. in potione equi prophylactica 30
vtitur acrone ſalſo porci pinguis, vel longanone: vel ſi porcina defuerint, capite hœdino depilato cum pedibus ſuis & cordulis inteſtinorum mundis. Mimarcis proprie eſt chorda leporina, ſiue edulium quoddam è ventre & inteſtinis leporis, aut ex ſanguine leporino & inteſtinis: ſed vſurpatur etiam de ſue: plura de hac voce attulimus in Lepore F. *Χόλιξ καὶ χολίκεια ὕεια*, Pollux 6. 9. *χόλικας* Varinus ventres aut craſſa inteſtina interpretatur. Liquamen: Omentum ſuis dum recens eſt, minutim conciſum ad caſtaneæ magnitudinem, ſale multo aſperges ac contundes: contuſum, per diem in tabulato ſines: ſequenti, in aheno ad ignem, ſi centum librarum erit, cum duabus aquæ metretis decoques: lento igne efferuerat neceſſe eſt, donec bene liquerit. Colo deinceps colabis, capieſq; quod in aqua natabit. Inditum liquamen in ſeriam, loco ſubterraneo per annum conſeruabis. Platina. Omento porcino vel vitulino teſſellatim inciſo inuoluendum edulium ex Platina 6. 20. ſcripſi in Vitulo F.

Perna à pede dicitur, (vt Varroni placet,) vel potius à Græco *πέρνα*. Dicuntur autem pernæ tam priores quàm poſteriores coxæ porcinæ ſalitæ cum toto pede, quos Martialis petaſones appellat. Pernam atque ophthalmiam, Horæum, ſcombrum, &c. Plautus Capt. Quanta pernis peſtis veniet, quanta labes lardo? Ibidem. Caſtrantur fœminæ ſic quoque vti cameli, ſuſpenſæ pernis prioribus, vulua reciſa, Plinius. Item oſſa ex acetabulis pernarum, Idem lib. 28. Debilis perna, Sat. 4. Sylu. Fumoſa, Horat 2. Serm. Ab huius ſimilitudine perna etiam dicitur conchæ genus, quod margaritam fert, de quo Plinius: Stant velut ſuillo crure longo in harena defixæ. Perna etiam in arboribus dicitur Plinio lib. 17. Auulſiſque arboribus ſtolones vexêre: quo in genere & cum perna ſua auelluntur. Noſtri pernam ſuis vocant *hamm* vel *hammen*: aliqui, ni fallor, *ſchincken*: eſt autem os illud per ſe, ab articulo ſupra genu ſito incipiens & coxam comprehendens. Petaſo (vt grammatici docent) caro porcina quam alij coxam, alij (inter quos Sipont.) eam partem ſuis dicunt, quæ ab alis incipit, & coſtas comprehendit, quibuſdam veluti virgulis pinguibus diſtincta. Muſteus eſt, (de muſteo petaſone verba Apicij recitabo inferius) propera, charos nec differ amicos. Nam mihi cum vetulo ſit petaſone nihil, Martialis lib. 13. Sicetus petaſunculus, 50
& vas Pelamydum, Iuuenal. Sat. 7. Apud Varronem 2. de re ruſt. petaſiones quinque ſyllabis reperio, nec vſquam alibi, librariorum puto errore. Etiam nunc (inquit) quotannis è Gallia apportantur pernæ, tomacinæ, & taniæ, & petaſiones. Et pulpam dubio de petaſone voras, Martialis. Non temere edi in luce profeſta Quicquam præter olus fumoſæ cum pede pernæ, Horatius Serm. 2. 2. Pernas & lardum conficimus, non ſolum Decembri menſe, ſed omnibus quos hyemalis algor aſtringit, Palladius. Ceretana (*κερήτανα* Strabo vocat populos, vide paulò poſt) mihi fiet, vel maſſa licebit De Menapis, lauti de petaſone vorent, Martialis lib. 13. ſub lemmate Perna. Paſcholas appellant Græci quas vulgus pernas vocat, Feſtus. Mali in naue ſuprema pars carcheſiorum vocatur, ſub ea 60
ceruix eſt: infima *πέρνα*, quantum ſcilicet eius *εἰς τὴν λεπάδα* (ſic dictum foramen,) inditur, Athenæus. *Πέρνα* ſignificat dolum & fraudem: & infimam montis partem: item ferrum aratri *τὸ κατατεῖνον ἐπὶ τὴν γῆν ἢ πολύ*, Varinus. *Οὐ πω ἐκ πέρνης.* Homerus in Batrachomyom. Singulis dipnoſophiſtis apud Athenæum lib. 14. apoſita erat pars petaſonis quam pernam vocant, (*περναῖον μέρος τὸν πέρνα καλοῦσι.* Romani ſcilicet: nam Græci veteres pternam dixerunt, vnde illa murium nomina in Batrachomyomachia, pternotroctes, pternoglyphus, &c. Sunt autem pernarum præſtantiſſimæ Gallicæ, nec inferiores eis quas Cibyra Aſiatica, & quas Lycia mittit. Meminit autem earum Strabo lib. 3. his verbis: Pompelon Hiſpaniæ prope Aquitaniam vrbs eſt, in qua pernæ eximiæ habentur, quæ cum Curicis (*Κυριακοῖς* apud Athenæum: ſed Græci Strabonis codices impreſſi habent *Κυρνησιακοῖς*: interpres Latinus vertit Cantabricis) certare poſſunt. Hæc Athenæus. Sed nos apud Strabonem lib. 3. ſic legimus: Ceretani medias Pyrenæi montis conualles tenent, apud quos pernæ fiunt egregiæ, Cantabricis perſimiles, vnde prouentus non mediocris ad incolas peruenit. Pernas ſic ſalire oportet, in dolio, aut in ſeria. Cum pernas emeris, vngulas earum præcidito. Salis Romanienſis moliti in ſingulas ſemodius. In fundo dolij, aut ſeria ſalem ſternito. Deinde pernam ponito. Cutis deorſum ſpectet. Sale obruito totam. Deinde pernam alterâ 70

inſuper ponito. Eodem modo obruito. Cauete, ne caro carnem tangat. Ita omnes obruito, vbi iam omnes compoſueris, tale eas inſuper obrue, & ne caro appareat, æqualem facito. Vbi iam dies v. in ſale fuerint, eximito omnes cum ſuo ſale. Quæ tum ſummæ fuerint, imas facito. Eodemque modo obruito, & componito. Poſt diem omnino duodecimum pernas eximito, & ſalem omnem detergeto, & ſuſpendito in vento biduum. Die tertio extergeto ſpongia bene, perungito oleo. Suſpendito in fumo biduum. Tertio die demittito. Perungito oleo & aceto commiſto, & ſuſpendito in carnario: nec tinea, nec vermes tangent, Cato de re ruſt. cap. vltimo. Pernas à cute liberatas, & (vt decet) paratas inciſasque, tribus diebus cum ſale relinques: poſtea per tres vel quatuor ſeptimanas in fumo ſiccabis, ſic optimæ erunt: coquuntur integræ, & frigidæ per dies circiter octo menſis inferuntur, Balthaſar Cellarius. Et rurſus, Menſe Martio (inquit) pernas diligenter ſalitas, & cum exemptæ ſunt bene ablutas in aqua pura fluente, & cultro purgatas ne quid ſalis reſideat, funiculis in fumum ſuſpendes, baccarum iuniperi polline aſperſas: caue ne nimium infumes: ſic roſeo colore & grato ſapore placebunt. Pernam (inquit Apicius 7. 9.) vbi eam cum caricis plurimis elixaueris, & tribus lauri foliis, detracta cute teſſellatim incides & melle complebis: deinde farinam oleo ſubactam conteres & ei corium reddis, & cum farina cocta fuerit, eximas furno: & inferes. Aliter: Pernæ cocturam ex aqua cum caricis cocta ſimpliciter vt ſolet in lance cum buccellis, carno vel condito melius. Muſtei petaſones: Ex muſteis petaſonem elixas cum bilibri ordei, & caricis xxv. cum elixatus fuerit, decarnas, & armillam illius candenti batillo vris & melle contingis: vel quod melius eſt, miſſum in furnum melle obligas: cum colorauerit, mittis in cacabum paſſum, piper, faſciculum rutæ, merum, temperas: cum fuerit temperatum, dimidium in petaſonem profundis: & alia parte piperati buccellas muſteorum fractas perfundis: cum ſorbuerit, quod muſtei recuſauerint, petaſoni refundis. Muſteus dicitur, inquit Humelbergius, qui nouus & recens eſt: qui quidem longè præponitur: nam vetus ob pinguedinem facile ranceſcit. Celſus pernas, vt puto, trunculorum nomine intelligit. Idem. Figito cultrum in mediam pernam, olfactuque ſi bene oblebit, bona erit perna: ſin ſecus, reijcienda eſt. Bonam in vino albo aut aceto decoquito. Sunt qui tantundem aquæ addendum dicant, maximè vero Publius, qui vinum non bibit: hi certe falluntur. Suauior eſt in vino tantum, vel aceto, & diutius durat. Non eſt coquenda perna, nec eſt iure eximenda, niſi vbi refrixerit, Platina. Σκελίδες (ſic dicuntur laterum carnes, præcipuè in lepore & boue, vt dixi in Lepore F.) *Αἱ ὀλίσκημοι πλησίον πυκνότητα ἐπὶ πυκνότητος, καὶ διὰ φλοῦ κόκκου κοινὰ.* (ſic apud Pollucem legimus,) Pherecrates. *Ὁ γόγγρος ἐφθὸς, τὸ δὲ κεντρωτὸν ὠμόν τον*, Alexis. *Κῶλον* per excellentiam de femore dicitur, cuius pars carnoſa ſuperior, *κεντρωτὸν* eſt: inferior *ἰσχιωτὸν*: hac enim voce Xenophon de cane vtitur. Sic etiam. *κεντρώσεται* & *ἰσχιώσεται* dicimus. *Ἀκροκώλια δέ σοι τίθημι ἡψημένα πυκτεραῖς*, Ariſtophanes. Apud Athenæum principio libri 9. *κωλιῶν πυκτεραὶ* (id eſt *πεφθεραὶ*) *φέρονται δὲ καὶ νεόπηγοι ἐν πανδίκαις.* Dicuntur & *κωλεοὶ* maſculino genere. *Ὄρια*, (lego *ὠρία*.) *πυελὸν, κωλεοὶ, σφόνδυλοι*, Epicharmus. Et alibi, *Χοιρδαὶ τ' ἀδιαντηφαὶ Δίκα, χ' οἱ κωλεῖς. Κωλεὺ* etiam & *κωλῆ* in vſu ſunt. *Σκέλη ἢ καὶ κωλῆνες ἐνθὺς ἦβε*, Eupolis. Fit autem *κωλῆ* contractum à *κωλέα*, vt à *τοκέα, τοκῆ*. *Οἶμοι ἢ κωλῆ, λιὶ ἐγὼ κακοδαίμων*, Ariſtophan. *Καὶ δὶλ Φακίων α πολλῶν κωλῆ*. Idem. *Κεφαλὴ τ' ἰερείων*, Idem. *Ἰχθῦς, κωλῆς, φύσκας*. Plato Comicus. *Διὸ δεῖ πανταχοῦ ἱερεῖα καὶ κωλῆ τὸ πλέον ἢ ἡμίκραν ἀγορεύειν*, Amipſias. *Κωλεὼ σπεκάδη, λαγόνας ὑγρὰς*. Xenophon in libro de venatione: Hæc omnia apud Athenæum citata legimus. *Κωλεῶν πυελὸν χόλιον, ἔφθὸν*, Pollux. Abſyrtus equo purgando per os infundit decoctum *κωλεῶν χοιρείων. Κωλεὰ*, poſterius crus ſuillum, Varinus & Heſycalij partem carnis interpretantur, alij faſciculum fœni, *ἢ περιττὸν τὸ ἐδώδιμον*, Iidem. *Κωλεὶ, κωλεὼν: Κωλεῶν, ἀκρόκωλια*, Iidem. *Οἷον ἢ κωλῆς, (ἢ κωλῆνα λέγουσιν*, Varinus,) Ariſtophanes. *Κώλημα*, pars poſt genu, coxa: & *κώλη*, poples, Varinus. Pedeſtrium animalium partes excarnes homines mandunt, pedes, roſtra, & aures: casq; vt plurimum in aqua elixas mandunt cum aceto & garo, vinum affundentes: ſunt qui cum oleribus aut in aqua elixis, aut in patinis conditis. Porcellorum autem pedes piſanæ elixæ iniecti, aptiſſimi ſunt, tum vt illam meliorem efficiant, tum vt ipſi molliores reddantur, & ob id ad elaborationem, quæ in ore fit ac ventriculo, meliores, Galenus libro tertio de aliment. facult. Noſtri extremas ferè ſuillas partes, pedes, caudas, auriculas, roſtra, & ſummi dorſi carnes, vſurpant ad genus illud cibarij quod quidam gelu in patina vocant. Suum extremitates in cibo laudantur, Aretæus in cura Cephalææ. Porci pedes vtiles ſunt, bonique ſucci: bene enim concoquuntur: quapropter ſe ex morbo reficientibus idonei ſunt, Symeon Sethi. Porci pedes refrigerant & humectant, conualeſcentibus vtiles, Syluaticus. Qui pituita alba laborat, &c. in Cœna obſonium habeat, maximè quidem pedes & capita ſuilla, Hippocr. in lib. de intern. affection. Vindicianus comes Archiatrorum in epiſtola ad Valentinianum imperatorem, deſcribens hiſtoriam laborantis ardente febri & ſiccitate viſcerum à ſe curati, Præcepi etiam ei (inquit) eſcam fieri de minutalibus porcinis, id eſt podocylijs & ventriculo: in quem ventriculum acetum cyminatum modico adiecto laſere mitti mandaui, vt omnino excocta caro etiam oſſium duritiam emolliret, vt ſoluta eorum medulla cum iure ipſo abſorberetur. Galenus lib. 1. ad Glauconem de curanda febri tertiana exquiſita ſcribens, inter alios cibos commendat ſuum pedes & cerebra. Porcellorum vero (inquit) caro etiam *πεπεμένη* (tenera & bene cocta) exhibita, nihil nocebit. *Ῥυγχίον, κωλεὼν, πόδες Τέτταρες εἶναι*, Theophilus *Ῥυγχὸς φορᾶς ἔνεκα*, Anaxilas. *Ὀπτάλια* nominauit Anaxandrides. *Ῥυγχὸς εἰς ὄξος πίπτω*, Axionicus. *Πῶς ἐστὶν ἡ ῥυγχὸς οὐκ ἀκκαυμένον*, Ariſtophanes. Dicitur autem *ῥυγχὸς* proprie de ſue, reperitur tamen de alijs quoq; animalibus. Athenæus.

Suillum lac pinguiſſimum (craſſiſſimum) eſt omnium, vt ad concretionem coagulo non indigeat, ac perquàm modicum ſeri excernat, decoctumque oculiſſimè coaguletur: ideo neque facile ſecedit, neque ventriculo congruit, ſed nauſeam guſtantibus excitat, Aëtius. Eorum qui lac ſuillum biberint, corpora leproſa & ſcabioſa fieri putant: hanc & alias ob cauſas Aegyptij ſuem animal profanum exiſtimant, Plutarchus in libro de Iſide. Manethonem porrò Aegyptium ſumma ſapientia virum accepi dicere, eum qui ſuillo lacte veſcatur, vitiliginibus & lepra oppletum iri, quos quidem morbos Aſiani omnes peſſime oderunt, Aelianus. Nos apud Aëtium de ouillo lacte legimus frequenti eius vſu cuti vitiligines albas induci.

G.

Remedia ex porcello, ſimpliciter, vel lactente. Ad morſus venenatos, optimè auxiliantur ſi ſtatim poſt cucurbitas plagæ imponantur animalia parua diſcerpta, & adhuc intus calentia, velut ſunt gallinæ, hœdi, agni, porcelli. Venenum enim exugunt & dolores leniunt, Aëtius. Idem ferè Celſus ſcribit de hœdo, Aëtius de agno: Vide in Hœdo G. ab initio. Ad equos vulſos ſeu pneumonicos, Porcellum lactentem macta iuxta equum affectum, vt ſangui-

vt ſanguinem feruentem ſtatim in fauces eius infundas, Pelagonius. Porcelli lactentis ventriculo, id eſt aqualiculo exempto, quod in interiore cute luteum adhæret lanæ coniũges, madefactaque ea illum humorem auriculæ inferes, cuius è diuerſa parte dens dolebit, certiſſimo remedio ſtatim ſubuenies, Marcellus. Porcelli ſanguis, vide inferius in ſanguine ſuis.

Remedia ex iue, verre, ſcropha: & obiter quædam ex APRO, maiuſculis literis ſcripto ſemper eius nomine, vt Lector ab apro huc remiſſus facilius inueniret. Suillarum carnium ius decoctum opitulatur contra bupreſtin, Galenus lib. 2. de antidotis. Pharmacum Galeni ad podagram, quòd omnibus ferè corporibus congruit: Caſeus bubulus vetuſtiſſimus, adeò vt ob acrimoniam edi non poſſit, cum porcinæ carnis inueteratæ ac ſalſæ decocto teritur, & probè emollitus ad durities artuum imponitur, Aët. 12. 43. (& pluribus lib. 2. cap. 100.) Vbi etiam alia duo medicamenta ad podagram ſtatim ſubijcit, quorum primum præter alia pernam porcinam recipit, alterum vero pernæ veteris porcinæ iuſculum. Indi elephantorum quos ceperint vulnera, aqua primum tepida colluunt: deinde ſi profunda ſint, butyro vngunt: poſtea inflammationem leniunt, ſuillam carnem recenti ſanguine madentem & calidam admouentes, Aelia. Vulneribus elephantum butyrum auxiliatur, ferrum enim extrahit: vlcera ſuillis carnibus fouent, πυρίῳ. Strab. Suillam ſalſam crematam cauſticam fieri nuper quidam mihi affirmabat: quod cum experirer falſum deprehendi, guſtu indicante non cauſticam, ſed ſimpliciter ad exiccãdum idoneam eſſe ita crematam. Contra hæmophyſin remedium ἰμπιπλαδὴ χοιρείου κρεῶν, Suidas. Sanguis ſuillus humidus eſt, & minus calidus, humano maximè temperie ſimilis (vt dictum eſt in F.) Itaque quiſquis ſanguinem humanum morbo alicui vtilem eſſe ait, in ſuillo primum id comprobet: ac ſi non eandem, ſaltem ſimilem actionem oſtendat. Nam etſi aliquatenus inferior ſit humano ſanguine (hoc & Auicenna ex Galeno repetit) ſaltem aſſimile quippiam efficiet, quo cognito, ab humano pleniorem fore vtilitatem ſperabimus. Nam ſi ne paulum quidem promiſſis reſpondeat, non erit cur in humano experiri oporteat, Galen. de ſimpl. 10. 2. Enmelus equo refrigerato ſanguinem porcinum calidum cum vino infundi iubet. In libro quodam Germanico manuſcripto medicamentum inueni huiusmodi: Verrem caſtratum pilis omnibus ruſſis præditum & optimæ valetudinis iugulato ſanguinem olla recens exceptum, bacillo de iunipero rubra diu agitato, & agitando collectum ſanguinis grumum eijcito. Tum ramenta eiusdem iuniperi inijcies, & baccas de iunipero rubra diu agitato, & agitando collectum ſanguinis grumum eijcito. Tum ramenta eiuſdem iuniperi inijcies, & baccas de iunipero rubra ſimiliter circiter viginti quinque. His addes parum agrimoniæ, (id eſt eupatorij veterum,) rutæ, phu, ſcabioſæ, veronicæ vulgò dictæ, pimpinellæ, cichorij, pulegij, ſingulorum manipulum. Quod ſi ſanguinis menſura ſextarios tres excedit, adijcies theriacæ vncias duas: ſin minor fuerit, pro portione ſanguinis theriacæ modum minues. (Sed omnia præparata eſſe debent, vt ſanguini adhuc à ſue calenti imponantur.) Permixtis omnibus, liquorem ſtillatitium elicito, quem diligenter ſeruatum in vitreo vaſe dies octo inſolabis, quod ſemel quotannis facies: durat enim circiter viginti annos. Hunc liquorem experientia conſtat egregie prodeſſe aduerſus peſtem, apoſtemata capitis & laterum ſeu coſtarum, iecoris & pulmonis morbos, lienis inflationem, ſanguinem corruptum, febrim, tumores, cordis tremorem, hydropem, calores præter naturam, malos humores, & imprimis venena & peſtilentem febrim. Bibet autem æger quocunque ex prædictis morbis correptus, ligulæ menſuram, vel quatuor aut quinque guttas, & vt inſuper ſudet curabit. Aliqui liquore vi ignis extracto ex ſanguine melis aduerſus peſtem vtuntur. Cum porcus iugulabitur, is qui verrucas habebit, ſanguinem eius ſubiecta ea corporis parte ſuſcipiat, dum adhuc calidus exilit, & mox vbi ſiccatus fuerit, ſtatim abluat: citum remedium experietur. Mulier ſanè remedium de ſcrofæ ſanguine faciat, Marcellus. Verendorum carbunculis cerebrum APRI vel ſuis, ſanguiſque medetur, Plinius. Vbera circunlita ſanguine fœminæ ſuis, minus creſcent, Plinius. Porcellum diſſecans cruore mammas obline, amplius non augeſcent, Galenus Euporiſt. 2. 29.

De adipe ſuillo: Serenus etiam ſeuum ſuillum dixit, vt Græci σῦεϊ χοίρειον. & recentiores ἰξύγγιον ad imitationẽ Latinæ vocis axungiæ. Marcellus axungiam ſuillam aliquando nominat, ac ſi aliorum quoque animalium axungia dicatur, quod apud veteres non reperio: nam noſtro ſeculo qui minus Latinè ſcribunt, axungiam vocant pingue quod inter cutem & carnem ſolidius concreſcit, in ſue, homine, mele, glire, mure montano, &c. Lardum vel laridum Latini carnem ſuillam appellant, non ſolam, ſed vnà cum pingui ſuo, inde lardum pingue apud Plinium & alios legimus: & lardum cum pingui ſuo, apud Marcellum: aliquando pro pingui ſolo, vnde Marcellus, lardum quod inter cutem & carnem: macram eſt. Plura de lardo dixi in F. Sed quia videntur ſcriptores lardum & axungiam, ſiue adipem ſuillum, interdum indifferenter accipere, aut ſaltem eaſdem vires tribuere, nos quoque non diſtinguemus loco, recitando de eis autorum verba: hunc ſolum ordinem ſecuturi, vt primò agamus de remedijs eorum quum foris applicantur, ſecundo loco quum intra corpus ſumuntur. Adipem & ſeuũ & pingue medici ferè confundunt, cum veteres, tum noui. Sed ſeuum propriè ruminantia habent, cætera adipẽ. Vtrunque in fine carnis eſt, vtrunque concreſcit ac gelaſcit, & fragile eſt ſi refrixerit: pingue inter carnem cutemque eſt, ſucco liquidum, qui non gelatur. Hermolaus Corollario 286. Et mox Corol. 287. Adeps ſuillus (inquit) vnguen, teſte Palladio (Serenus etiam vnguen pro axungia dixit) & axungia Latinè dicitur: & Græci quoque vſurpant, ſed oxyngon fere appellant, tracta origine ab axibus curruum perungendis: quanquam eſt vbi Plinius aceti fecem oxyngion interpretatus eſſe videatur. Et nos fortaſſe quibuſdam locis autoritatem ſummi viri noſtro iudicio prætulimus. Alioqui Paulus Aegineta oxyngion pro axungia clariſſimè videtur intellexiſſe, in emplaſtro cui Phœnicite nomen eſt. Axungiæ nomen ad alia quoque pinguia transferri, ſed rarò comperi, Hactenus Hermolaus. A butyro proxima in communibus adipis laus eſt, ſed maxime ſuilli, apud antiquos etiam religioſi. Certe nouæ nuptæ intrantes etiamnum ſolenne habent poſtes eo attingere. Inueteratur duobus modis, aut cum ſale, aut ſyncerus: tanto vtilior quanto ſit vetuſtior. Axungiam etiam Græci appellauere in voluminibus ſuis. Neque eſt occulta virium cauſa, quoniam id animal herbarum radicibus veſcitur. Itaque etiam fimo innumeri vſus. Quamobrem non de alia loquimur ſue, multò efficaciore fœmina, & quæ non peperit. Multò vero præſtantior in APRIS eſt, Plin. Noſtri pharmacopolæ ad vnguenta quædam parandã, porcellum maſculum lactentem caſtrant, eiuſque pinguedinem auferunt, illam maximè quæ in ventre intra carnem circa peritonæũ habetur, plerique de porcello ruſſo malunt. Vocant autem axungiam vulgò *ſchmer*, Galli oing quaſi vnguen. Colligebatur etiam à renibus, vt infra dicam. Alapis, id eſt axungia porcina, Syluaticus. Antiqui axungia maximè axibus vehiculorum perungendis ad faciliorem circumactum rotarum vtebantur, vnde nomen, Plinius. Noſtrates pro axungia ſeuum, butyrum, præſertim quod inutile alioqui & rancidum fuerit, & butyri fecem ac reſinã

abiectis aut pini ad vſum rotarum permiſcent, quæ quidem compoſitio illita ſcabiem quoque in homine & ſerpiginem emendat. Synceram axungiam Plinius vocat, Serenus ſimplicem, quæ non eſt falſa: de qua ſemper intelligendum puto, vbi aliud non exprimitur. Salſæ vſus non eſt, niſi ad ea quæ purganda ſint, aut quæ non ſint exulcerata, Plinius. Græci ſalſam στέαρ χοίρειον παλαιὸν vel ἀλισφάκτον vocant, vel μετ' ἁλὸς πεπαλαιωμένον. nam alioqui πεπαλαιωμένον aliquando ſimpliciter inueteratum ſignificare Cornarius docet: & apud Dioſcoridem ab initio capitis de adipibus inuenio, στέαρ δίχα ἁλὸς πεπαλαιωμένον, id eſt ſine ſale inueteratus adeps. Et per ſe axungiam medici antiqui maximè probabant renibus detractam, & exemptis venis aqua cœleſti fricabant crebro, decoquebantque fictili nouo ſæpius, tum demum aſſeruantes, Plinius. Suillus adeps & vrſinus (ἄρσενος, vt Ruellius legit: meus Dioſcorides Græcus ἀρνείου habet, id eſt agninus, vt Marcellus etiam & Hermolaus verterunt: ſed melius forte Ruellius, quoniam in fine capitis 79. legimus ὕειον & ἄρσενον, & de probatio, id eſt ouillo curando alibi [cap. 176.] agitur: & Marcellus etiam in annotationibus magis probat vt ἄρσενος legatur) hoc curantur modo: Recens, præpinguis, renibus potiſſimum detractus, in largiore aqua cœleſti & quàm frigidiſſima, exemptis tunicis, diligentiſſime manibus confricatur, & exprimendo fermè ſiccatur, ſubindeque noua aqua abluitur: cæterum fictili capacitatis duplæ inditus, in aquam demergitur, & ſubditis leuibus prunis ſpatha mouetur: eliquatuſque, colo transfunditur in aquam: vbi verò refrixit, & guttatim aquam omnem excluſit, in prælotum fictile demittitur, & infuſa aqua leniter eliquari debet, & manu deprimi. quò facilius fæculentum virus peſſum eat: poſtea in pilam ſpongia madefactam transfunditur. Vbi coire cœpit, reſidens in imo ſordes eximitur: tertio citra aquam eliquatur, repurgatuſque, fictili bene operculato, perquàm frigidis locis reponitur, Dioſcorides interprete Ruellio. Caprinus adeps ſuillo calidior eſt. Hoc ſemper meminiſſe oportet, pro animalium temperatura ſemper exiſtere differentias eius quæ in illis eſt pinguedinis, aut adipis. Igitur cum ſus omnibus propè quadrupedibus in caliditate ac ſiccitate inferior ſit, pinguedinem quoque minus habet calidam, magiſque humidam, Galenus de ſimplic. 11. 4. Et mox, Pinguedo ſuis vt ad nos quidem largius humectare poteſt, ſed non æquè excalfacere vt oleum: verum pinguedinis ſuum talis eſt caliditas, qualis ſpectatur in nobis. Porrò taurorum adeps ſuillo multò calidior eſt & ſiccior. Quod Dioſcorides non rectè dixerit caprinum adipem adſtringentiorem eſſe ſuillo, in caprino iam reprehendi Galeni verbis vſus. Vſus axungiæ eſt ad mollienda, excalfacienda, diſcutienda, purgandaque, Plinius. Et rurſus, Conuenit ſalſam magis emollire, excalfacere, diſcutere, vtilioremque eſſe vino lotam. E ſue veteriſſimus quiſque adeps ſale conditus excalfacit & emollis elotus vino pleuriticis prodeſt: cinere aut calce exceptus, inflammationibus, fiſtulis ac tumoribus ſuccurrit, Dioſcor. Adipis ſuilli & vulpini eandem eſſe facultatem in Succidaneis Aeginetæ legitur: ego ſæpe quidem indifferenter vſurpari poſſe conceſſerim, ſemper & abſolutè non item: vulpinus enim tum calidior ſuillo eſt, tum minus humidus. Cinis vitium cum axungia vetere contra tumores proficit: ſcorpionum & canum plagis cum oleo perlanat, Plin. Caſtor marrubium, præſertim candidum, tunſum cum axungia veteri vulneribus à cane factis illini iubet, Idem. Spuma nitri canum morſibus ex aſinino aut ſuillo adipe medetur, Dioſcorid. lib. 5. ſed hîc adeps ſuillus materiæ potiſſimũ vicem expiere videtur: vt in omnibus illis vnguentis quæ argento vino axungiæ mixto, &c. aduerſus Gallicum morbum paulò ante noſtram memoriam parari cœperunt. Defenderit tamen aliquis, peculiarem quandam axungiæ etiam per ſe aduerſus hanc luem ineſſe facultatem, qua ſcilicet, vt Plinius ſcribit, genibus etiam adalligata reddit ori ſaporem, vt expui videatur. In rigore ceruicis poplites axungia illini Serenus iubet. Nicolaus Myrepſus etiam inter vnguenta duobus vltimis ad ſcabiem inſcriptis argentum viuum addit, vltimo & antepenultimo etiam ſuillum adipem. Item ſectione 47. quæ tota eſt de medicamentis aduerſus ſcabiem, Vnguento vltimo miſcet adipem porcinum, hydrargyrum, oleum laurinum & ſuccum fumariæ, hoc palmas manuum & plantas validè perfricari iubet ter die, ſic malum per vrinam abiturum. Vnde apparet vnctiones vulgò vſitatas contra Gallicum morbum antiquiores eſſe quàm plerique putant. Lardum coctum cum pingui ſuo appoſitumque, potenter omnia expellit, quæ corpori inhæſerint, ſi illic alligetur, Marcellus. Adeps ſuillus cum butyro & roſaceo, vulneratis cerebri membranis inſtillatur, Gal. lib. 2. κ. τοπ. Ad vulnus incurabile in quauis corporis parte: Bugloſſon herbam euellito, & ſuccidas radices curioſè lotas in pila conterito, ſuillam axungiam adijcito, ac bene emolliens vulneri imponito, Galenus Euporiſt. 3. 160. Neruis vulneratis prodeſt, Terræ lumbricos indere tritos, Queis vetus & ranis ſociari axungia debet, Serenus. Fracta oſſa lardum elixum atque circumligatum mira celeritate ſolidat, Plinius. Si cui fortè lapis teneros violauerit artus, Necte adipes vetulos, & tritam chamæciſſon, Serenus: videtur autem ſuis adipem intelligere, nam & ſtercus luteæ porcæ ad idem prodeſſe mox ſubiungit. Axungia panis illinitur cum calce: item furunculis duritiæque mammarum. Rupta, & conuulſa, & ſpaſmata, & luxata ſanat. Clauos & rimas callique vitia, cum elleboro albo, Plinius. Vtiliſſimum contra inflammationes vlcerum adipe verrino (axungiam) confici, & inungi putant vtile: ijſque quæ ſerpant illinire cum reſina, Idem. Axungia è ſue quæ non peperit aptiſſime vtuntur ad cutem mulieres: contra ſcabiem verò admixto iumentorum ſeuo pro parte tertia, & pice, pariterque ſubferuefactis, Plinius. Cicatrices concolores facit ceruſa admixta, vel argenti ſpuma: at cum ſulphure vnguium ſcabricias emendat, Idem. Glans intrita duritias quas cacoëthes vocant, cum ſalſa axungia ſanat, Idem. Lac ficulnum cum axungia verrucas tollit, Plinius. Ruta emendat vitiligines, ſtrumas & ſimilia cum ſtrychno & adipe ſuillo ac taurino ſeuo, Idem. Parotidas ſanat axungia, ammixta farina ſalſamentariæ teſtæ: quo genere proficit & ad ſtrumas: pruritus & papulas in balneo perunctis tollit, Idem. Parthenium illinitur ſtrumis cum axungia inueterata, Plinius. Idem alibi lapathum ſylueſtre ad ſtrumas cum axungia efficaciſſimum eſſe tradit. Suillus adeps ambuſtis igne medetur, Dioſcor. abſceſſibus & ambuſtis, Auicenna. Syncera axungia medetur ambuſtis vel niue: pernionibus autem cum hordei cinere & galla pari modo, Plinius. Et alibi, Vlceribus ex ambuſto cum candido ouorum toſtum hordeum & ſuillo adipe, mire prodeſt. Combuſtis igni, Ordea vel franges (forte, friges) atque oui candida iunges. Adſit adeps porcæ, (mira eſt nam forma medelæ,) Iunge chelidonias, ac ſic line vulnera ſuccis. Quodque recens vſſit glacies, axungia ſimplex Mulcet. & ex facili grata eſt medicamine cura, Serenus. Syncera axungia prodeſt confricatis membris: itinerumque laſſitudines & fatigationes leuat, Plinius. Cinere de capillis muliebribus in teſta crematis, addito adipe ſuillo, emendari aiunt ſacrum ignem, ſanguinem ſiſti illico, & formicationes corporum, Idem. Perniones farcit, APRINum vel ſuillũ fel: cum adipe pulmo impoſitus, Plinius. Virides braſſicarum caules vnà cum radicibus ſuis cremati, lateris diutinos dolores impoſiti ſanant, Dioſcorides. Inter medicamenta quibus ſuffitus vterus clauſus aperitur, numerat. Hippocrates lib. de ſuperfœtatione fibri teſtem, aſini maſculi ſtercus, adipem ſuillum. In pecorum etiam remedijs mul-

dijs multiplex axungiæ vſus eſt. Præfractis cornibus boum linteola ſale atque aceto & oleo inbuta ſuperponuntur, ligatiſque per triduum eadem infunduntur: quarto demum axungia pari pondere cum pice liquida, & cortice pineo leuigatoque imponitur, &c. Columella. Si talum aut vngulam bouis vomer læſerit, picem duram & axungiam cum ſulfure & lana ſuccida inuolutam candente ferro ſupra vulnus inurito, Idem. Boum attritis vngulis cornua vngendo aruina, medentur agricolæ, Plinius. Canum aures à muſcis exulcerantur: in quæ vlcera coctam picem liquidam cum ſuillo adipe ſtillari conueniet: hoc eodem medicamine contacti ricini decidunt, Columella. Ad mentiginem in agnis vel hœdis, quibuſdam placet æruginis tertiam partem duabus veteris axungiæ portionibus commiſcere, tepefactoque vti medicamine, Idem. Ad ſcabiem equi hyemalem, & in cruribus, rappas vocant: Axungiam igne liquatam infundes in frigidam: & rurſus exemptæ ſubactæque, admiſcebis ſulphur quàm tenuiſſime deraſum, & iterum ſubiges, & inunges: tertio die cruſtulas ſcabiei perfricando aperies, & quotidie inungere perges, Manuſcriptus quidam liber Germanicus. Adeps porcinus cum oleo vino & velle &c. infunditur equo opiſthotonico vel tetanico, Vegetius. Quidam cum ſuppurationem in bubus inuſſerunt, vrina vetere eluunt, atque ita æquis ponderibus incocta pice liquida cum vetere axungia linunt, Columella. Sanguis demiſſus in pedes boum, niſi emittatur, ſaniem creabit. Locus primo ferro circunciſus & expurgatus, deinde pannis aceto & ſale & oleo madentibus inculcatis, mox axungia vetere & ſeuo hircino pari pondere decoctis, ad ſanitatem perducitur, Idem. Hæc de brutorum remedijs per axungiam. Fabalium ſiliquarum cinis ad coxendices, & ad neruorum veteres dolores, cum adipis ſuilli vetuſtate prodeſt, Plinius. Medicorum aliqui axungia admixto anſeris adipe taurorumque ſeuo & œſypo ad podagras vti iubent: ſi verò permanet dolor, cum cera, myrto, reſina, pice, Idem. Et rurſus, Axungia podagricis prodeſt mixto oleo vetere, contrito vnà ſarcophago lapide, & quinque ſolio tuſo in vino: vel cum calce, vel cum cinere. Facit & peculiare emplaſtrum 85. pondo. C. ſpumæ argenteæ mixtis: (quod ita ferè eſt, vt axungiæ ponderis ſint partes ſex, lithargyrij ſeptem.) Adeps ſuilla cum aqua & cumino ſubacta, podagricis opitulatur, Sym. Sethi. Medetur axungia & capillo fluenti: & vlceribus in capite mulierum, cum gallæ parte quarta: & infumata pilis oculorum, Plinius. Axungia porcina inſulſa apud Aeginetam medicamentis ad alopeciam miſcetur. Ruborum roſa alopecias cum axungia emendat, Plinius. Lingua (aliâs Lingulaca) herba, naſcitur circa fontes: radix eius combuſta & trita cum adipe ſuis, adijciunt vt nigra ſit & ſterilis (aliâs, vt nigra ſit & nunquam pepererit,) alopecias emendat vngentium in Sole, Idem. Alopecias replet hippocampinus cinis nitro & adipe ſuillo mixtus, aut ſycerus ex aceto, Idem. Scrofina adipe recenti ſi quis contritos (contrita) angulos oculorum, interius exteriuſque inunxerit, vermiculos qui noxij ſunt oculis potenter educit, Marcellus. Axungia infumata (in fumo ſuſpenſa) pilis oculorum (defluentibus nimirum, vt & alopecijs,) medetur, Plinius. Ad aurium dolorem quę pus emittent, laridum vetuſtiſſimũ teres in mortario, & ſuccum illum lana delicata collectum in auriculam immittes, & ſubinde aquâ calida fouebis, & iterum ſuccum illum infundes, mira velocitate ſanabis, Marcellus. Si maior ſit dolor aut grauitas aurium, lardum pingue inſtillant, Plinius. Ad acerbos dolores aurium: Subactum oleo adipem (ſcil. cum aſteriſco appoſito, qui locum depravatum vel mutilum indicat: deeſt enim animalis nomen, ſuis vt puto, aut vulpis:) infundito: & ſpongia locum occluditos: bene facit & ad neruorum morbos ex vulpino adipe atque ſuillo (ſic, vox corrupta, pro qua interpres legit ſeu) æqua portione mixtis remedium, Galenus Parabilium 2. 4. Pingue laridi (laridum) quod inter cutem & carnem macram eſt, ſi parotidibus adponatur, & illic ligetur, citò ſanabuntur, Marcellus. Axungia (vetus, Marcel.) ſanat parotidas ammixta farina ſalſamentariæ teſtæ, (cum teſta vaſi ſalſamentarij,) ſubacta & adpoſita. Plinius & Marcellus Sideritis cum axungia veteri parotidas ſanat, Plinius. Adipem anſerinum, gallinaceum, ſuillum, vulpinum, auricularibus medicamentis admiſcet Nic. Myrepſus. Si quod tuberculum in collo naſcatur, vinum & lardum ſimul in olla calefacies, & ſubinde gargarizabis, Obſcur. In rigore ceruicis, Geminus mulcebitur vnguine popleo. Hinc longum pariter neruos medicina ſequetur, Serenus. Vnguen axungiam ſignificare ſupra diximus. Penetrare autem huius illitionis vim ad ceruicem minus mirum, cum Plinius ſcribat axungiam genibus adalligatam reddere ori ſaporem & expui videri: cuius verò rei gratia id fiat non expreſſit: alibi quidem axungiam genibus dolentibus cum geniſta imponi prodidit. E ſue vetuſtus vino elotus adeps pleuriticis prodeſt, Dioſcorid. Rutæ adeò peculiaris in teſtibus effectus eſt, vt ſylueſtri ruta cum axungia veteri illitos ramices ſanari prodant, Plinius. Axungia antiqui maximè axibus vehiculorum perungendis ad faciliorem circumactum rotarum vtebantur, vnde & nomen: ſic quoque vtili medicina cum illa ferrugine rotarum ad ſedis vitia virilitatiſque, Idem. Geniſta tuſa cum axungia genua dolentia ſanat, Plinius. Suillus adeps contra vuluæ & ſedis vitia idoneus eſt, Dioſcor. Butyrum, adipes anſerinus, vitulinus, porcinus apud Galenum lib. 9. κ. πν. miſcentur medicinis ad ſedem. Syncera (id eſt non falſa: adipes enim falſi vtero non conueniunt, Dioſcoride teſte) axungia partus in abortum vergentes nutrit, collyrij modo ſubdita, Idem. Periſtereon appoſita in adipe ſuillo recenti, ſtrangulatum à vulnis menſiumque difficultatem emendat, Plinius. Si dolor & vlcera in matrice ſint, ſpongia aut molli lana in calidam intincta locos expurgabis, &c. poſtea reſina & adipe ſuillo mixtis ſimul illinito ſæpe interdiu ac noctu, Hippoc. lib. 1. de morbis muliebribus. Et paulò poſt, Si vero vehementer exulcerati fuerint loci, &c. collutis eis purgatiſq; reſinam ac mel & pinguedinem ſuillam illinito. In libro etiam de natura muliebri ad neſcio quos vteri affectus, (neque enim ſatis exprimitur:) capræ cornu, & gallam, & adipem ſuillum ac cedriam ſuffiri iubet. Lardum minutim conciſum & contuſum in mortario lapideo in paſtam deſtilla in alembico vitreo: hæc aqua alba capillos nitidos & flauos reddet: faciem quoque decorabit, And. Furnerius. Vinum falſum cum adipe ſuillo recente contra hyoſcyamum bibitur. Dioſcorid. Lardum ciuſque decocti potum his qui bupreſtin hauſerint auxiliatur, Plinius. Iis qui argentum viuum biberint lardum remedio eſt, Idem. Phthiſicis medetur macræ ſuis fœminæ herbis paſtæ lardum, Plinius. Ad phthiſin, Proderit & veteris ſeui pila ſumpta ſuilli, Serenus. Axungiæ ſuillæ vetuſtæ vnciæ tres ex vini vetuſtiſſimi cotyla vna decoctæ, potui phthiſicis datæ potenter remediantur, Marcellus. Axungia datur etiam phthiſicis vnciatim, cum vini veteris hemina decocta, donec tres vnciæ è toto reſidant: alij & mellis exiguum adijciunt, Plinius. Et rurſus, Axungia vetus etiam phthiſin in pilulis ſumpta ſanat, quæ ſine ſale inueterata eſt. Omnino enim non niſi ad ea quæ purganda ſint, aut quæ non ſint exulcerata, ſalſa petitur. Quidam quadrantes axungiæ & mulſi in vini cyathis tribus decoquunt contra phthiſes, quintoque die picem liquidam in ouo ſumi iubent, circumligatis lateribus, & pectoribus, & ſcapulis eorum qui phthiſin ſentiunt. Tantaque eſt vis, vt genibus etiam adalligata, redeat in os ſapor, eamque expuere videantur. Et alibi, Ad tuſſim veterem recens axungia decoquitur quadrantis pondere in vini cyathis tribus addito melle. Cœliacis dantur lutea ouorum trium

(ſum)

(cum) lardi veteris & mellis quadrantibus, vini veteris cyathis tribus, trita ad craſſitudinem mellis, & cum opus ſit auellanæ nucis magnitudine ex aqua pota, Plinius. Equo tuſſienti offas è ſuillo adipe butyro & melle illitas, per os infere, Hippocrates in Hippiatri. Offæ de adipe ſuillo veteri vino vetere madefactas equo ob viam aut cur ſum exæſtuanti (cauſonem patienti) per os dabis, Hierocles. Axungiæ pars vna tribus partibus hyſſopi permiſta, in fauces vitulorum demiſſa, lumbricos pellit Columel.

Si lingua & fauces morbo epidemio nigreſcant, (quem noſtri à colore vocant *die brâne*,) linguam ſaluberrimè perfricari pollicentur interiore parte pellis laridi, ſic extrahi nimium calorem. Eam pellem ſi poſtea canis obiectam deuorauerit, ægrotabit aut forte morietur, ſi valde infectus fuerit homo cuius defricata eſt lingua. Si opus videbitur, duabus aut pluribus huiuſmodi pelliculis deinceps linguam ægri perfricandam curabimus, Obſcurus.

Lupino adipe vel medulla ſuum fricari oculos contra lippitudines præcipiunt, Plin. Coitus ſtimulant medullæ ſuum hauſtæ, Idem.

In ambuſtis prodeſt ſetarum ex ſuibus è penicillis tectorijs cinis cùm adipe tritus, Plin. Peniculi cinis ſiſtit ſanguinem vulneris nimium fluentem, Serenus. Ad procidentem ſedem: Sedi vino prius ablutæ picem aridam tritam, vel ſetas porcinas vſtas & tritas apponito, Aëtius 14.6.

Fractis oſſibus præſentaneus maxillarum APRI cinis vel ſuis, Plinius. Vlcera (in tibijs cruribuſque) quæ ſerpunt maxillarum APRI vel ſuum cinis ſanat, Idem. Oſſa ex maxillis APRI vel ſuis domeſtici vruntur, vlceraq; pernicioſa crurum illo cinere aſperguntur, Marcel.

Contra ſerpentes laudatur APRI adeps cum melle reſinaque: ſimili modo verrinum iecur exemptis duntaxat fibris quatuor obolorum pondere, vel cerebrum in vino potum, Plin. Contra carbunculos ſuis fœminæ cerebrum toſtum illitumque proficit, Idem. Verendorum carbunculis cerebrum APRI vel ſuis ſanguiſque medetur, Idem. Verris cerebrum coctum & cum melle adpoſitum carbunculos in veretro efficaciter ſanat, Marcellus. Aut teneris cerebrum gingiuis illine porci, Serenus ad infantes dentientes. Oſſicula in capite porci duo naturaliter forata inueniuntur, id eſt vnum in dextra parte, & aliud in ſiniſtra, quæ reperta & repoſita, & cum opus fuerit licio ſuſpenſa, medelam capiti prout inuenta ſunt præſtant: ſi eſt dextrum dexteræ parti, & ſiniſtrum ſiniſtræ: ſed præter te & ægrum oſſicula tertius non contingat, quæ ad hanc neceſſitatem colligi diligenter & ſeruari debent, Marcellus. Auriculę porcinæ os perforatum collo alligatum à tuſſi futura cuſtodit, Galen. Euporiſt. 2. 43.

In ſuillo ventre gobius recens decoquitur ad alui deiectionem: Vide in Gobio ex Dioſcoride.

Ebrietatem arcet pulmo APRI aut ſuis aſſus, ieiuni cibo ſumptus, eo die, Plinius. Suillus & agninus pulmo impoſitu attritus à calciamentis contractos, ab inflammatione tuentur, Dioſcorid. calciamentorum attritus ſanare creduntur, Galenus, Sym. Sethi & Hali. Clauos & rimas callique vitia pulmo APRINVS aut ſuillus ſanat, Plinius. Perniones vrſinus adeps rimaſque pedum omnes farcit, &c. item APRINVM vel ſuillum fel: cum adipe pulmo impoſitus, Idem.

Suis iecur cum vino ſumptum venenatorum morſibus medetur, Symeon Sethi. Contra ſerpentes auxiliatur verrinum iecur (inueteratum cum ruta potum ex vino, vt APRI quoque) exemptis duntaxat fibris quatuor obolorum pondere, Plinius. Vitia quæ in verendis ſerpunt, iecur ſuis vel APRI combuſtum maximè iuniperi ligno & arrhenico ſanat, Plinius. Aluum ſiſtit ſuillum iecur aſſum: vel APRINVM ex vino potum citra ſalem recenſque, Idem. Iecur verrinum recens combuſtum contritumque ad ſummam leuitatem, cum vino, ſed ſine ſale potui datum, efficaciter ſupprimit nimiam deiectionem, Marcel. De lapillis qui in iecore ſuis reperiuntur, vide in Apro G.

Dioſcorides vbi de felle in genere tractat, taurinum ſuillo efficacius eſſe ſcribit. Suillum fel (inquit Galenus de ſimplic. 10. 12.) minimè vehemens eſt, ita vt vlceribus etiam non intolerabile ſit: & ſanè magis aquoſum quàm vllum aliud videtur, præterquam ſylueſtrium ſuum & montanorum: quorum vt caro tota calidior ſiccior que eſt, (quàm vulgarium,) ſic etiam fel. Pro felle ſuillo, fel perdicis, Antiballomena apud Aeginetam. Infirmius humidius, Hali) eſt cæteris, Auicenna. Maturat & venenoſis morſib. prodeſt, & prauos humores ſoluit, Hali. Articulorum attritis fel APRORVM vel ſuum linteo calefacto impoſitum prodeſt, Plinius. Vetuſtam porriginem mirè adimes, ſi herbæ cyclaminis ſucco ſulphuris aliquantum miſcueris & fel ſcrofinum, atque inde caput in balneo bene perfricabis, Marcellus. Ad euulſos palpebrarum pilos, ne renaſcantur: Suis maſculi fel & adipem eiuſdem, in fictile nouum denſiſſimum leuigatiſſimumque conijcito, atque aceti acerrimi & olei alini (amygdalinum interpretantur) vtriuſque trientem infundito, denſiorique linteo circunligato, & finito vſque ad dies ſeptem, deinde effundens in mortarium tundito, & habebis tanquam aurum, quod etiam toti corpori conferet, pro pſilothro, vel ne pili euulſi renaſcantur,) Aëtius 7.67. Panos & Apoſtemata in quacunque parte diſcutit fel vrſinum ſiue verrinum; Plinius. Fel porcinum deſiccatum in furno, ponatur tantum quantum tenet carbunculus ſuper ipſum, ſi adhæret apoſtemati, attrahit apoſtema cum tota radice ſua, & curabitur æger, Arnoldus in breuiario. Ad ægilopas, Fel porcinum ſicca & appone, Galenus Euporiſt. 2. 106. Suillum fel contra aurium vlcera, reliquaque omnia, magno vſu aſſumitur, Dioſcorid. Suillo felle aliqui vtuntur ad vlcera aurium non improbando remedio, quo tu quoque vtêris vbi nullum compoſitum adfuerit: ſunt enim innumera. Cæterum pro affectionis magnitudine aliud etiam alterius animantis fel conuenire poterit. Nam cum vlcus & diuturnum fuerit, & ſaniem ac pus multum habuerit, aliud etiam magis exiccans fel tolerabit, quale eſt ouium paulo acrius ſuillo, eoque magis caprinum, cui ferè ſimile eſt vrſinum & bubulum, Galenus de ſimplic. 10. 12. Aurium dolori & vitijs medetur fel APRI vel ſuis, vel bubulum cum oleo cicino & roſaceo æquis portionibus, Plinius. Ad aures quæ grauiter dolent & vetera vulnera intrinſecus habent, mellis optimi vnam partem, aceti acerrimi duas partes confuſas decoques feruoribus tribus, & longius ea ab igne remouebis, donec commotus feruor conquieſcat: tum nitrum addes eo vſque donec ex vapore cognoſcas nitrum reſediſſe, & iterum leni igne recoques, ne effercat: tunc addes fel hircinum, vel aprugnum, vel verrinum aut porcinum, dummodo non de ſcrofa, & commouebis & iterum concoques, ac tepefacies, & inde quantum latis eſt auribus infunde, Marcellus. Verrinum fel in mali punici cute ſicca tepefactum, infuſumque, purulentas auriculas expurgat, Marcellus. Suis manſueti fel [illegible] mellis ad carbones cocti portione admiſtum tepidum infunde, Galenus Euporiſt. 3. 3. Porcę fel quæ nondum peperit cum mellis æquo pondere ad aurium vitia laudatur, Alexander Benedictus. Lienem ſedat fel APRI vel ſuis potum, Plinius. Fel ſuis arefactum mariſcis ſeu hæmorrhagijs medetur, (αἱμοῤῥαγίαις ἰᾶται, forte legendum αἱμοῤῥοΐσι) Symeon Sethi Gyraldo interprete. Perniones APRINVM vel ſuillum fel ſanat, Plinius. Ad grappas, quæ

quæ ſunt fiſſuræ quædam in pedibus equorum, aliqui fel maialis cum tribus ouorum vitellis miſcent & ſuperillinunt, malum ſic vna nocte pellendum promittentes.

Ciet vrinam veſica ſuis ſi terram non attigerit, impoſita pubi, Plinius. Veſſica verrina cocta vel vſta comedenda aut bibenda efficaciter datur ei qui vrinam ſuam non poteſt continere, Marcel. Alij ad idem APRI veſicam commendant, vt pluribus in eius hiſtoria dicetur. Ad vlcera manantia capitis, quæ vulgò tineas vocant, noſtri *den grind*: Veſicam maialis cum vrina ſua accipies, & inijcies in eam axungiam minutatim conciſam, & ſalis multum addes, donec ferè albeſcat. Poſtea veſicam diligenter ligatam in horto defoſſam ſub terra ad cubiti ferè profunditatem quadraginta aut quinquaginta dies relinques donec bene computruerit coagulata in ea materia. Hanc poſtea in patella liquabis, & redditum inde vnguentum ſeruabis. Oportet autem caput ſic exulceratum, primum lixiuio abluere, & cum bene ſiccatum fuerit inungere, idque per hebdomadem tertiò repetendum eſt. Sic breui tempore corrupti capilli defluent & ſubnaſcentur noui. Cæterum lixiuium initio quidem merum adhibeatur lauando capiti, poſtea vero dilutum, ne nimia acrimonia lædat. Capiti interim à frigore cauendum, Germanicus liber manuſcriptus. Si cornu perfractum hiet, (Si thlaſma in vngula equi apertum ſit,) poſt cætera remedia, &c. vbi calor conquieuerit ſuilla veſica dehiſcentem locum indues, & vbi non amplius claudicârit, reſolues, Pelagonius in Hippiatr. 101.

Contra comitialem morbum dantur ſuum teſticuli inueterati tritique in ſuis lacte, præcedente vini abſtinentia & ſequente continuis diebus, Plinius. Porci iuuenis caſtrati teſticulos bene toſtos vt teri poſſint contra colicam dant cum vino, magna ſpe, in Sabundia. Teſticulos verris Bartolemæus Montagnana miſcet medicamento cuidam melle excipiendo, ad coitum in viro & conceptum in muliere promouendum. Vt concipiat mulier: & teſticulos porci nati ex primo partu cum bono vino redue in puluerem, bibat vir & mulier. Idem faciunt teſticuli apri, Amicus ad me. Ad vrinæ incontinentiam: Magi verrini genitalis cinere poto ex vino dulci demonſtrant vrinam facere in canis cubili, ac verba adijcere, ne ipſe vrinam faciat, vt canis in ſuo cubili, Plinius, & ſimiliter Marcel. ſed ſuperſtitionem de mingendo in canis cubile omittit. Eandem (vrinæ incontinentiam) veſica fœminæ ſuis cumbuſta ac pota cohibet, Plinius. Memini audire quoſdam è vulgò pueris contra hoc vitium vuluam ſcrofæ diutiſſimè coctam in cibo dare. Contra dolores aurium, virus verrinum è ſcrofa exceptum, priuſquam terram attingat, prodeſt, Plinius. Verris cum ſcrofam ſaliet, priuſquam in terram deſtillet de verendis eius, virus exceptum tepefactumq; & cum aquæ modico auriculæ inditum, quamuis moleſtos dolores relenat: quod etiam circa auriculam inlitum, plurimum prodeſt, Marcel.

Sicca lippitudo lumbulis ſuum toſtis atque contritis & impoſitis tollitur, Plin.

Ad tuſſientes adſiduè: Pernam contundens & inſtar farinæ in locum affectum ſpargens, iuuat: hoc idem & ſanguis ex ore iectioni ſuccurrit egregiè, Galenus Euporiſt. 2. 22. Perna porcina iuſue iuſculum, miſcetur medicamentis ad podagram imponendis apud Aëtium 12. 43. Emplaſtrum diapternes, hoc eſt ex perna, quod toſos ſoluit: Pernæ ſuillæ veteris pinguis, guttæ ammoniacæ, caſei veteris vaccini aut caprilli, ſeui taurini, apochymatis quæ eſt nauis raſura, ſingulorum libra: medullæ ceruinæ vnciæ viij. œſypi cerati vnciæ tres, cyprini olei vnciæ ſex, vini Aegyptij quod ſatis eſt, Aegineta lib. 7. cap. 17. de emplaſtris. Oſſa ex acetabulis pernarum circa quæ coxendices vertuntur, dentifricij vſum præbent. Iiſdem ſanari dimiſſis in fauces iumentorum verminationes notum eſt: ſed & combuſtis dentes confirmari, Plinius. Pernæ ſcrofinæ os quod eſt ampliſſimum combuſtum tritumque optimum & ſalubre dentifricium præſtat: gingiuas enim ſiccat, & adſtringit, denteſque ab humoris iniuria & tumore defendit, Marcel. Decoctum κωλικῶ χοιρείᾳ. id eſt pernæ ſuillæ, equo purgando per triduum duabus quotidie cotylis infunditur, docente Abſyrto in Hippiatricis cap. 128. Si equus malide humida laboret ſuccum pernæ ſuillæ cum pedibus decoctæ per os infundes, menſura duarum cotylarum, percolatum & melle mixtum, ac ouis ſimul agitatis. Idem vtiliter per ſiniſtram narem infunditur, Hierocles in Hippiat. cap. 2. Vegetius 1. 56. in potione equi prophylactica adhibet acronem ſalſum porci pinguis, vel longanonem. In perna ſuis articulos eſſe diximus, quorum decoctum ius facit vrinæ vtile, Plin. Emplaſtrum de caſeo & pedibus porcorum ad arthritim reperitur apud Gagnerium.

Suis talus comburitur, dum è nigro albeſcat: qui tritus & potus inflationibus coli, longiſq; torminibus medetur, Dioſcorides: mederi fertur, Galenus. Talum ſuillum vſtum & tritum, totum ex aqua bibendum præbe, Aëtius 9. 31. inter remedia ad colicam. Talus ſuis vſtus diſcutit quæ in ventriculo fiunt inflationes, & cephalalgiâ, id eſt capitis dolorem diſſoluit, Symeon Sethi. Talorum ſuis vel APRI cinis, clauos & rimas calliq; vitia ſanat, Plin. Eſt etiam proditum, quod ſi os (ὀστᾶν) ſuſpenſum fuerit quartana affectis, eos melius habituros, Idem: ſed de quo oſſe loquatur, incertum: proximè enim ante adipem tali meminerat.

Oſſa ex vngulis ſuum combuſta, dentifricij vſum præbent: item oſſa ex acetabulis pernarum circa quæ coxendices vertuntur: iiſdem combuſtis dentes confirmari notum eſt, Plinius. Oſſium ex vngulis porcinis combuſtorum cinis, pro dentifricio habitus, plurimum confirmandis dentibus prodeſt, Marcel. & Auicen. Dentifricium fit ex cinere cornu ceruini aut vngula porcæ torrida, Serenus. Porci vngularum oſſa combuſta tritaque & cribrata, adiecto nardo & folio, frictione frequenti dentes candidiſſimos præſtant, Marcel. Vrinæ incontinentiam cohibet vngularum APRI vel ſuis cinis potioni inſperſus, Plinius: APRI vngula vſta ex vino, Galenus Euporiſton. 3. 257. Vngula porcina combuſta ad cinerem, poſtera die ex vino hauſta, mirabiliter dyſenterico prodeſt, Marcel. Aluo ſoluendæ mercurialis decoquitur quantum manus capiat, in duobus ſextarijs aquæ ad dimidias, bibitur ſale & melle admixto, nec non cum vngula ſuis, aut gallinacco decoctum ſalubrius, Plinius.

Lacte ſuis poto cum muſſo adiuuantur partus mulierum: per ſe vero potum, deficientia vbera puerperarum replet, Plinius. Suillum lac ex melle potum partus accelerat. Galenus Euporiſt. 2. 58. utiliſſimũ eſt teneſmo, dyſenteriæ, nec non phthiſicis: hoc & mulieri ſaluberrimum qui dicerent fuerunt, Plinius. Contra comitialem morbum dantur ſuum teſticuli inueterati tritique in ſuis lacte & præcedente vini abſtinentia, & ſequente continuis diebus, Idem. Chamælcontis feminis ſiniſtri vel pedis cineri ſi miſceatur lac ſuillum, podagricos fieri illitis pedibus magi ſcripſerunt, Plinius.

Non eſt occulta virium axungiæ cauſa: quoniam id animal herbarum radicibus veſcitur: itaque etiam ſimo innumeri vſus, Plin. Ad morſus venenatos ſuillum recrementum aceto vtiliter imponitur, Aëtius. Pro hyænæ ſtercore ſubſtitui licet porcinum, Aëtius in emplaſtro quodam contra crocodili morſum. Stercus ſuis impone aduerſus ictum ſcorpij aut alterius reptilis, Anatolius in Hippiatricis. Si bouem aut aliam quadrupedem ſer-

pens momorderit,melanthij acetabulum, & quod medici vocant ſmyrnium, conterito in vini veteris hemina: id per nares indito,& ad ipſum morſum ſtercus ſuillum apponito. Idem homini facito,ſi vſus euenerit,Cato.Stercus ſuillum recens & mel Atticum nonnulli cum vino miſcent,& calefactum quaſi cataplaſma inducunt, addẽtes vrinam humanam,ad ictus virulentos, Vegetius 3.77.Stercus ſuillum iumentis propinatur contra venenoſos morſus,Ibidem.Vide inferius inter remedia ex hoc ſimo intra corpus ſumpto.Fimus ſuillus in teſta arefactus & tritus,& cum oleo impoſitus,mirè ſanat ſinores,Marcellus. Luxatis recens fimum APRINVM vel ſuillum medetur,Plinius: Dioſcorides ſuis ſyluestris fimum cum cerato roſaceo luxatis mederi ſcribit.Fimum recens ſuum, vel inueterati farina illinitur vulneribus ferro factis,Plinius.Ad vulnus dulce,Suillum fimum cum oleo & acri aceto miſceto,& locum prius ſetaceo panno excoriatum inungito,Galenus Euporiſt.3. 90. In ambuſtis prodeſt APRINVM aut ſuillum fimum inueteratum,Plin.Prurigini,papulis & ſcabiei arcendis, Stercoris ex porco cinerem confundito lymphis.Sic pauidum corpus dextra parcente foueto,Serenus. Puſtulis ſuilli fimi cinis aqua illitus medetur,Plinius.Fimum ſuillum in teſta calefactum,tritumque cum oleo,duritias corporum omnes tollit optime,Plinius.Clauos & rimas callique vitia,fimum APRI vel ſuis recens illitum, ac tertio die ſolutum ſanat,Idem.Fimus APRI vel ſuis domeſtici recens impoſitus,& poſt tertium diem ſolutus,efficaciter clauos, verrucas & callos aufert,Marcellus.Stercus ſcrofinum vino immixtum cum roſa liquida,id eſt,roſæ ſucco, lendes pediculoſq; diſcruciat,Marcellus. Suillum fimum comburito,& cinerem melli admiſceto,caputque raſum inungito,ac ſuper braſſicæ folia dato,Galenus Euporiſt.3.285. Si cui fortè lapis teneros violauerit artus, Non pudeat luteæ ſtercus perducere porcæ,Serenus.Ad ſanguinis è naribus profluuium,& Stercus ſuillum calidum, ac eo narium foramina occlude,& iuuabit,ex ſcripto quodam Germanico.Si ſanguis profluat iumentis,ſuillum fimum ex vino infundendum,Plinius.Ad hæmorrhagiam ex vulnere, Fungus quem crepitum lupi vocant,cum ſtercore porci gramina paſcentis tritus & calidus appoſitus plagæ, ſanguinem ſiſtit, ſed intra triduum remoueri non debet, Ruſius hippiatros. Ad cynanchen,id eſt, anginam equorum, Stercus ſuillum melle permixtum illine: ſit autem mellis tantum vt ſtercus occultetur,Hierocles. Stercus porcinum ſiccum inligatum phœnicio & collo ſuſpenſum,tuſſem moleſtiſſimam ſedat,Marcellus.Mulieri ſi mammæ inflentur à partu, ſuillum ſtercus cũ aqua tritum inunge,Nicol.Myrepſus.Cum oleo perfrictum & in teſta calefactum,& inguinibus impoſitum plurimum prodeſt,Marcellus.Vitia quæ in verendis ſerpunt,ſuilli fimi cinis ſanat,Plinius. Inflationi vuluæ fimum APRINVM ſuillúmue cum oleo illini prodeſt,Idem. Vlcera ſanat in tibijs cruribuſque adeps vrſinus cum rubrica: quæ verò ſerpunt,fimum ſuum illitum ſiccum, Idem. Spaſmata & percuſſu vitiata,ſimo APRINO curant vere collecto & arefacto.Sic & quadrigis agendis tractos,rotáue vulneratos: & quoquo modo ſanguine contuſo,vel ſi recens illinatur.Sunt qui incoxiſſe aceto vtilius putent.Quin & in potu farinam eam ruptis conuulneratiſque & euerſis,ex aceto ſalutarem promittunt.Reuerentiores cinerem eius ex aqua bibunt. Feruntq; & Neronem principem hac potione recreari ſolitum,cum ſic quoq; ſe trigario approbare vellet. Proximam ſuillo ſimo vim putant,Plinius.Remedia ex ſuccerda in corpus ſumpta.Farinam eius in potu ex aceto ſalutarem eſſe ruptis, conuulneratiſque & euerſis promittunt,vt iam proximè ex Plinio recitaui. Iumentis propinatur contra venenoſos morſus, Vegetius 3.77.Forinſecus quidem Venenoſis morſibus & ictibus ſalubriter imponi in præcedentibus dictum eſt.Equo & boui ſæpe exitialem eſſe ſuis fimum ſi fortè comederint, in ipſorum hiſtoria diximus: quamobrem miretur aliquis idem inter remedia recenſeri: atqui non ſimpliciter ſuis,ſed ægræ ſuis fimum noxiũ eſſe ſi deuoretur intelligendum eſt,quod Columella expreſſit, Vegetius non item.Idem Vegetius 3.9.ſtercus ſuis bibendum præbet iumento cui natura excidit.Colo medetur ſuilli fimi farina addito cumino in aqua rutæ decoctæ,Plinius.Memini etiam alibi vel legere vel audire ſtercus ſuillum aduerſus colicam valere experimento cognitum eſſe.Sed contra hunc affectum alij etiam alia excrementa præbent,bouis,equi,gallinæ. Dyſentericis & cœliacis auxiliatur APRINI vel ſuilli vel leporini fimi cinis inſperſus potioni tepidæ vini,Plinius. Sũt qui phthiſicis ſuum fimi cinerem profuiſſe ſcripſerint in paſſo,Idem.Lumborum dolores,& quæcunq; alia mollire opus ſit,vrſino adipe perfricari conuenit: cinerem APRINI aut ſuilli fimi inueterati aſpergi potione vini,Plinius.Ad ſtranguriam equi,Stercoris ſuilli vncias quatuor cum vini ſextario permiſce,& colatum in potu dato,ſtatim pellet vrinam,Hierocles.Inflationi vuluæ fimum APRINVM ſuillúmue cum oleo illini prodeſt: efficacius ſiſtit farina aridi,vt aſpergatur potioni,vel ſi grauidæ aut puerperæ torqueantur,Plinius.

Aduerſus panos & apoſtemata in quacunque parte,vrina ſuum in lana impoſita medetur,Plin. Remedium ad achôras,id eſt,vlcera manantia capitis ex veſica maialis cum vrina ſua, ſuperius inter remedia ex veſica expoſui.Vrina verris in fumo arefacta ex aceto muſſo pota bene facit ad comitialem morbum: eſto autem vrinæ portio ad Aegyptiæ fabæ magnitudinem,ſed optima eſt APRI, Galenus Euporiſt.2 3. Lotium porcorum prodeſt albedini oculorum: ſed eius proprietas eſt vt calculos frangat,&c.Hali Vrina porci frangit lapidem in renibus & veſica,& pronocando educit ex ambobus,Auicenna.Lotio ſuillo locum inguinum dolentem aſſidue perũgue, aut cum eo lanam ſuccidam adpone,ſtatim medebere,Marcel.

Verris ſpuma recens cum aceto luxatis illinitur,Plin.

Virus ſeu ſemen genitale verris: vide ſupra in Genitalibus.

H.

1. Sus quin à Græco σῦς oriatur, nemo dubitat. Iſidorus tamen parum idoneus ſcriptor dictam ait ſuem, quòd paſcua ſubigat,id eſt terra ſubacta eſcas inquirat.Nam ſetigeris ſubus acre venenum eſt, Lucretius de quouis vnguento odorato.Suem lactentem pro porcello lactente Solinus dixit cap.23.Suem pro matre, porcum pro fœtu Varro dixit. Vide inferius inter icones,ab initio.Pecus chordum & chordum ſuem dicimus,vt Græci ὑλίζωνες. Hermolaus.Amiſſo nomine lactentis dicuntur nefrendes,ab eo quòd nondum fabam frendere poſſint,id eſt frangere.Porcus enim Græcum nomen eſt antiquum,ſed obſcuratum,quòd nunc eum vocant Χοῖρον, Varro de re ruſt: aliqui nefrendem interpretantur caſtratum,vt ſupra dixi in E. Sunt qui dictum putent porcum quòd porrecto rictu paſcatur, & terram dum herbarum radices rimatur, latius porrigat.Porcus quo Sabini dicunt à primo porco poride porcus,niſi à Græcis quòd Athenis in libris ſacrorum ſcriptum eſt, & porcæ porco, Varro de lingua Lat.Porcus,quaſi ſpurcus,cœno enim limoque ſe volutat,Iſidorus. Vergilius fœmin. gen. porcam pro porco dixit,vt adnotauit Seruius,&c. Vide infra in h.vbi de ſacrificijs ex ſue. Porcum & porcam ſemper de domeſticis

meſtícis dici, non indoctus quidam annotauit: Albertus porcum ſyluestrem pro apro posuit: & sic forsitan dici poteſt, cum Græcè etiam Hipponax ἀχείαν Χοῖρον dixerit: & Galli aprum porc ſanglier, quasi porcum ſingularem appellant. Vide in Apro a. Depubem, porcum lactentem, qui prohibitus ſit pubes fieri, Festus. Porcetra (aliàs Porceta, vt Hermolaus legit) quæ ſemel peperit, Festus: ſcropha quæ ſæpius, Hermolaus Sus porcaria quæ ſemel peperit: quæ ſæpius, ſcropha, Gellius. Biſeta porca dicitur, cuius à ceruice ſetæ bifariam diuiduntur, cum iam eſſe incipit maior ſex mensium, Festus. Porci ſectarij, nominantur à Catone de re ruſt. cap. 150. de veruece ſectario dixi in Veruece A. Sucula, diminutiuum à ſue. Cum ſucula & porculis, Plautus Rud. Bituricis veruex, Heduis dat ſucula ſignum, Alciatus. Scoppa Italice interpretatur, porchetta, porcella, friſinga. Porcellus diminutiuum apud Suetonium, Varronem & alios. Porculus, apud Plautum Menęh. Eſt & porculus marinus Plinio memoratus. Abundat porco, hœdo, agno, &c. villa locuples, Cicero de ſenect. porco, id eſt porculo & lactente. Columella porcum lactentem dixit. Et alibi, Quum iam herbæ (inquit) ſolidiores ſunt, vt & firma lactis maturitas porcis contingat, & quum delierint holeribus ali, ſtipula paſcantur. Sus triginta porcos peperit, Varro. Scrofæ nutricare octonos porcos paruulos primò poſſunt, Idem. Candidulus porcus, Iuuenalis Sat. 10. Epicuri de grege porcus, Horat. 1. epiſtola. Ex recentioribus quidam porcellum, porci catulum dixit, neſcio quàm rectè: ipſe quidem non probo: catulos enim dicimus, vel propriè, nempe canum: vel impropriè, in quibus ſcilicet proprium non habemus. Germani porcellum dicunt *ein ferle*, vel *ferckel*. Cum porci depulſi ſunt à mamma à quibuſdam delici appellantur, (δέλιχρα, ἁμίχοιρος: vide paulò poſt inter Græca vocabula ſuum) neque iam lactentes dicuntur: qui à partu decimo die habentur puri, ab eo appellantur ab antiquis ſacres, quòd tum ad ſacrificia idonei dicuntur primum, (vt in h. pluribus dicetur,) Varro. Verrem ad hominem maſculum tranſtulit Plautus Milit. Audin' tu mulier? Dixi hoc tibi dudum, & nunc dico, niſi huic verri affertur merces, Non hic feminio ſuo quan- que porculenam partiturus eſt. Verrinum iecur, Plinius. Fœcundius pecude nihil natura genuit, Cicero 1. de

(Sus Græcè dicitur ὗς, olim ϝὗς: ab illo verbo dictus, quod dicitur ϝύειν quod eſt immolare, &c. vide plura in h.) Varro. Suem Græci hyem vocant, & ſyn & hyn, aliquando thyten, quòd à ſuillo pecore antiqui principia immolandi ſumpſerint. Hermolaus in Dioſcoridem. Sus Græcè ὗς, & Χοῖρος: quo vocabulo miror à ruſticis Hetruriæ hoc genus clamando educi ad paſcua & reduci, Volaterranus: noſtri ſubulci ad paſcua educentes clamant *fig fig*. ſignificat autem ſica. σίκα, ſuem apud Laconas, vt Heſychius & Varinus docent. Vide ſyrbe infra inter ſubſtantiua à ſue deriuata. Σὺς παρὰ τὸ σάττεσθαι καὶ ἐρυπιᾶν ἔχειν, Vlpianus apud Athenæum 1 alij, inquit, σῦν quaſi ϝῦν dictum putant, ἀπὸ τῆς ϝυσίας ἐν ἱερείοις τελουμένης. Γαλαϝῆνὰς, Alcæus apud Athenæum 1 id eſt, ſuis lactentis. Συῶν ἐνταῦθα μνημονεύει καθ' ἡλικίας, ὅτε μὲν τῶν συῶν τὰ μὲν πίονα καὶ ἴσχνα λέγεται, τὰ δὲ πίονα σιαλοῖ, τὰ δὲ ϝίονα, σῦς σιαλός, τὰ δὲ ϝίονα δέρει φασὶ, τὰ δὲ σιαλοῦντα καὶ ἐντρεφόμενα, χοῖροι, Euſtathius. Σὺς, ὁ χοῖρος. ὗς, de fœmina, σῦς de mare propriè, Suidas ex Scholiaſte Ariſtophanis in Acharnenſi ſuper hoc verſu Ὅπως γε δώσει' ἡμῖν ἐξ ἀγαθῆς ὑὸς: ſed authores indifferenter vtuntur. Ariſtoteles Attico more ὁ ὗς maſculino genere non de mare ſolum, ſed alicubi etiam de fœmina vſurpat: vt lib. de generatione anim. 4. 6. Μόνοι δὲ πελεκᾶνες ἀὸς πλείστους τίκτουσι χοίρους, Suidas. Σὺς, γυνὴ, ὗς, συὰγρος, Heſych. Ponitur etiam abſolute ſys pro ſyagro, id eſt apro. Κρεῖα χοίρων ϝῆκε συῶν, ἰλαὰ θῆρα πεχενῶν, Orpheus in Argonaut. Χοῖροι, σῦες πίονες, ὗες ἀγέλαιοι, καὶ γαλαθηνοί, Pollux diuerſa ſuum nomina & ætates diuerſus indicans. Σὺς σιαλὸς ἀπόπαλος, Odyſſ. ξ. Ποιμὴν δ' ἀργιόδοντος ὑὸς, Homerus. Συοδόκος, καὶ ὑὸς ἰσχνὸς παχύνεται. Heſych. & Varin. Grammatici Græci deriuata aliunde vocabula ἰσχναπορίαν vocant. Sues fœminas Florentinus vocat τὰς ὑὰς & ϝηλείας χοίρους: fœtas Homerus Odyſſ. ξ. ϝηλείας τεκάδας. Προβατείους καὶ συείους ἰμελῶν, Innominatus apud Varinum in vocabulo Ἐξοχίαν. Socrates dicebat ὄνειον εἶναι τὸν ἀπὸ ϝοινοῦ πίνειν ὁ Κρατῖνος, Εὐϝυδίκην τὴν γυναῖκα θέλειν ὑπϝυμεῖν, ὥσπερ τὸν ὑΐδιον τὸν λίθινον, Suidas in Τετὸν. Τύϊδιον cum diphthongo in prima in Veſpis Ariſtophanis filiolum ſignificat, quamuis in Scholijs ὑΐδιον ſine diphthongo legatur: vt patridion paterculum. Χοῖρος aliquando pro quouis ſue accipitur. Ἕδνεα Χοίρων, Homerus Odyſſ. ξ. Aliquando porcellum paruum ſignificat, vt ſcribit Galenus in Hippocratem de victu in morbis acutis: Χοῖρον (inquit) priuatim veteres vocabant τὸν μικρὸν λίαν, vt Homerus etiam (Odyſſ. ξ.) vtitur. Χοίρῳ, οἵτινες σιαλοὺς μὲν σύας μικροὺς ἔδουσι. σιαλοὺς autem vocat iam adultos, σὺν δὲ καὶ τοὺς τελείους. Θύσας ἢ Χοῖρον τὸν δὲ αὐτὸ νῦν, Ἢ σιαλὸν ἐν δήμοισιν ἐϋχόμενον κακοὶ, Δοιοὺς καὶ τελείους πρὸ ἑνὸς κατέκτα. Aeſchylus apud Athenæum. Χοίρους (inquit Scholiaſtes in Acharnenſes Ariſtophanis) vocat poëta, quos noſtri nunc delphacas, id eſt paruos ſues, quos priſci Χοίρους vocabant: vt Homerus, Χοίρῳ, οἵτινες σιαλοὺς μὲν σύας μικροὺς ἔδουσι. Cæterum magnos ſues delphacas nominabant: quamobrem poëta in ſequentibus, Νέα γάρ ἐστιν, αἵ τ' ἂν δελφακεύσῃσι (id eſt cum adoleuerit: Δελφακεύειν, τελεοῦσθαι τοὺς ὗς, Varin.) Ἔξει μεγάλους τε (κέρατα) καὶ παχεῖαν πλευρὰν. Χοῖρον Iones ſuem fœminam vocãt, vt Hipponax: Συοδόκῃ τε καὶ σπλαγχνοτόκῳ ἀχείας Χοίρου. Cũ in Aſſum veniſſem (inquit Ptolemæus Aegypti rex libro 9. ὑπομνημάτων) Aſſii exhibuerunt mihi Χοῖρον ὑὸν ἔχοντα (id eſt ſcrofam quæ habebat porcellum) altitudine duorum cubitorum cum dimidio, ὅλον δ' ἄργον σὺς τὸ μῆκος. colore niueum, & dicebat Eumenem regem talia ſtudioſè ab eis emere, expendentem pro vno quater mille drachmas, vt recitat Athenæus. Ariſtophanes etiam Χοίρους μυστικὰς dixit: immolabantur enim Cereri in myſterijs porci fœminæ tantum. Idem alibi, Τοῦδε τοῦ Χοίρου τὸ κρέας ἄδηστι. Et rurſus, Ἀλλ' αἱ τρεφθεῖν λῷόν ἐστι Χοῖρος (pro Χοῖρος, Megarice) καλαί. Χοῖρος ὁ δὲ τὸ χὰν ἰσχνὸν. νέος. καὶ σπανίως Χοῖρος. ἡ δὲ τὸ χοίριον ἰσχνόν, Etymologus. Χοιρίδιον diminutiuum, vt in prouerbio Porcellus Acarnanicus. Τὰς συῦς, Χοίρους, Χοιρίδια, δελφάκια, Pollux. Χοιρίδιον apud Florentinum etiam & Ariſtophanem legitur: item Χοιρίδιον apud eundem in Acharn. Χοιρίδια. τὰ ζῷα τὰ Χοιρίδια, Heſych. Χοιρίμια τὰ Χοιρίδια Idem. Χοιροθήρημα, Χοιρίδιον. Idem. Delphax porcus eſt adultus atq; maſculus, vt grãmaticus Ariſtoph. exiſtimat: Χοῖρος vero dum adhuc tener eſt: alij contra volũt: certe delphax & pro fœmina ſue capitur quandoq;, ſicut & chœros quãdoq; apud Iones, Hermol. in Dioſcorid. Délphax, porcus lactens vel paruus, ſecundũ alios magnus, Suidas, Varinus: & Scholiaſtes Ariſt. vt ſuperi' recitaui. Ἀπατῶσι καπηλίδες τὰ δελφάκια τρέφειν, Aeſchines in Alcibiade. Καὶ ἐχθὲς ἐπρίατο τὰ δελφάκια σφόδρα εὐτελῆ χοιροπώλιον Antiph. Et alibi, Ἀντὶ δελφακίων τρέφεσθαι. Δέλφακα δ' ὀπτὸν ἐπέτασεν Plato in Poëta maſc. gen. protulit, itẽ Sophocles & Cratinus. Nicochares in fœm. gen. νύμφην δέλφακα Itẽ Eupolis & Plato alibi & Theopõp' in fœm. gen. vſi ſunt, citãte Athenæo. Délphaca ſuem maſculũ Epicharmus vocauit, Anaxilas ſimiliter ſed adultũ, his verbis: Τὸν μὲν ἀρσένειον ἡμῖν πάντα δέλφακα καλεῖσθαι, σὺν δ' ἢν πάνυ μέγας, ἤδη σὸν αἰχμητὰν λέγειν. λέοντας. Sed Ariſtophanes Ταχὺν πῶν in fœm. genere dixit, Ἡ δέλφακος ἐπιτομωτέρη τὸ κέρας. & in Acharnenſibus, Νέα γάρ ἐστιν ἡ δέλφακος ἡμῖν πάνυ μεγάλους (&c. κέρατα.) Ὡς ἔφασκεν δέλφαξ, Hipponax. Et ſanè propriè fœminæ ita dicerẽtur, q̃ delphinas (Cælius legit delphyas, quod placet: vnde, inquit, adelphi, id eſt fratres vterini nuncupantur, vt qui

eodem

Eodem progniati ſunt patre ac matre aut adelphi) id eſt vteros habent, vnde & ἀδελφοὶ dicti. Ἥδη ἀδελφακες, χοῖροι ἢ πόροι ἀπόνοι, Cratinus. Τῶν συῶν τὰ μὲν ἄλλα συμπεπηγέναι ἀδελφακες: τὰ δὲ ὑπτιαὶ καὶ ἔπικυμα, Χοῖροι. hinc intelligitur illud Homeri, τοίη τε δμωιὴ πάρος Χείρη, ἀτὰρ σιάλους γε σίνος μυηστῆρας ἔδωκεν, Hæc omnia Athenæus. Καπετὼ καὶ χλίνη καὶ χαυλιόδους, ὀλίγω. καὶ τὰ ἔγγονα τούτου ἀδελφακια, Varinus in Σοῦ. Anaxilas ipſos etiam apros, vt ſuperius ex Athenæo recitaui delphacas nominat. Delphacium etiam de pudendo muliebri dicitur: vide infra poſt Epitheta. Delphacium etiam de pudendo muliebri dicitur: vide infra poſt Epitheta. Delphacium ſunt qui vulgò temporalem dictum ſuem intelligant, Cælius. Lactentem porcellum, qui & ſubgrumus (lego ſubrumus) eſt, Græci orthragoriſcon vocant, quia matutinis venales eſſent: ſed communiori voce χαλαθίωνα, Hermolaus in Dioſcoridem. Γαλαθίωνὺς, Alcæus apud Athenæum. Mactant Lacedæmonij καὶ σὺν χαλαθίωνι ἱερεύσαντες ſuem, Athenæus. Apud Heſychium non rectè legitur: Ὀρθραγορίσκον καθαρὸν μαγείαν, apud Varinum adhuc ineptius etiam rhô in ſecunda ſyllaba omittitur, Βόρθραγος ἐστιν, Χοῖρος ὁ θῆλυς: καὶ μικροὶ Χοῖροι, Βόρθακες, Λάκωνες. Heſych. & Varinus. Eſt & inter piſces orthragoriſcus idem qui porcus, vocalis, &c. Hermolaus. Gelenius in Lexico ſymphono Latinam vocem porcus, Germanicam *pfarck*, & Græcam βόρθις inter ſe componit. Διὰ χοιρα, τὸ ἡμίσεα χοιρα, Heſych. & Varinus: Hinc forte & apud Latinos, vt Varro ſcribit, porci cum depulſi ſunt à mamma à quibuſdam delici appellantur. Ἡμίχοιρα autem forte dicta fuerint ob parùitatem, quaſi non integri ſed dimidiati porci, per ætatem nimirum: nam qui aliquo vitio parui & quaſi nani porci naſcuntur, μυσίχοιρα vocantur, vt in C. dixi. Σκαλίφονα καὶ μικρόμισχα χοιρα, Pollux. Ἡμιτύμια, τὰ ἡμισυφλοφοῦντα, (vox videtur corrupta: nec ſatis ſcio an ad delphacas & ſues pertineat,) Heſych. & Suidas. Πιτυλίδες ſues apud Lacones: vel ſpecies arboris, (vlmus, Heſychius. Πετυλίδες ſues (pro obeſis) Achæus Eretrienſis in Aethone Satyrico dixit, cum vituli proprie πίτυλοι (πίτυλοι, Heſych. & Varin.) dicantur cum cornua patula (ἐκπίτυλα) habent, Athenæus libro 8. Sialos præpingues porcos vocant Græci, Cælius. Σίνος σιάλους ἀπίτυλα Eumæus Odyſ. ξ. Χοίρη, ἀτὰρ σιάλους γε σίνος μυηστῆρες ἔδωκαν, Ibidem. Galenus in Hippocratem de victu in morbis acutis citans hunc locum Homeri, ſues interpretatur σὺν ἐπιφορᾷ σὺν πλείοσι, id eſt adultos & vigentes ætate, vt chœros porcellos: videtur autem σῖτος præpolitio abundare: nam & Athenæo σίαλοι ſimpliciter ſunt οἱ ὕδῃ πίονες. Σίαλον φασὶν οἱ πολλοὶ τὸ ὕδῃ Χοῖρον ἀπολυτρέφειν λαγόμενον, ad differentiam ſylueſtrium: ſialos enim eſt qui domi alitur, οἰκόθεν τ' ἐπιτάδια ἄλις, Varinus. Et rurſus, Σιαλοφόρβιον, ὑπόπτερος Χοῖρος, id eſt porcus altilis. Sed hæc ad epitheta potius referri oportebat: neque enim σίαλον de ſue abſolute dici inuenias: & quandoque etiam de alijs animantibus, vt σιαλὸν αἶγα apud Hippocratem, Galenus λιπαρὸν interpretatur. Σιαλώδη, λιπαρὰ δηλονότι, apud Hippocratem, Varinus. Σίαλοι, ἄτροφοι, λιπαροί, Heſychius. Σιαλῶσι, πτύουσι, Idem. Eſt & ſialos ſubſtantiuum, pro ſputo, ſaliua, ſpuma, (propinqua eſt vox Germanica *ſibbym*) apud Heſychium: atque inde adiectiuum pro pingui obeſoque fieri videtur: talia enim humidiora & quaſi ſaliuæ ſuccique plena ſunt, & veſcentes etiam pinguibus cibis, ſaliuæ & humoris amplius colligunt. Dicitur autem ſaliua non ſolum de oris ſputo, ſed alijs etiam humoribus. Saliua lachrymationem, Plinius lib. 11. Siue eſt cœli ſudor, ſiue quædam ſyderum ſaliua, Ibidem. Sui cuique vino ſaliua innocentiſſima, Idem libro 23. Hinc & biennis piſcis σιαλὶς ab Achæis vocatur, quòd mucoſo humore abundet, nimirum vt tinca noſtra. Γυλλὸς, ὁ χοῖρος. Suidas & Heſychius. Γρύλλιον, idem, Heſychius & Varin. μικρὸν ἀμυχάνου κυνὸς χρυσοῦν, γρύλλιον, Tzetzes Chiliade 12. cap. 418. Videntur ſanè hæc nomina à voce ſuum facta, de qua Græci dicunt γρύ. γρυλλίζειν, &c. vide infra in c. Antiphilus iocoſo nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit: vnde hoc genus picturæ gryllus vocatur, Plinius. Γύλλος, porcus, aut leo, aut Hercules, Varinus & Etymologus: ſed Gyllius pro Hercule apud Heſychium per l. duplex ſcribitur. Vide in in Cuniculo A. vbi de chœrogrillo vel chœrogylio dixi. Γέρρων, ὁ χοῖρος, Varinus. Γέρρων (oxytonum apud eundem, & circumflexum apud Heſychium) ὁ. Ariſtophani vero nomen curſoris qui vicit in Olympijs. Γρουφὰς vel χρουφὶς, ſus vetula, ſcropha, Heſychius: ex quo corruptus Varini locus emendari poteſt. Γρουφίδιον. ſues fœminæ, Iidem. Βουλίμυκα, τὰ συῶν, Lacones, Iidem: nimirùm quòd glebas & terram roſtro fodiat. Dionyſius Siculus porcum iacchum nuncupabat, Cælius (ex Athenæo.) Σαλὰς (ſimilis eſt vox Germanica *loſ*, primis tribus literis tranſpoſitis) ὁ, Heſych. Varin. Ὀθείαλοι porci, Χοῖροι, Iidem. Ὀθείαλοι quidem catuli quarundam ferarum dicuntur, vt leonum, luporum, hyſtrichum: Vide in Hyſtriche H. Καλαβρὸς, porcellus, ὁ μικρὸς χοῖρος, Varinus: forte quaſi κολοβὸς, id eſt imminutus, mutilus. Κάλαβρος καὶ καλαβρός, porcellus: vnde verbum κολαβρεύεσθαι, γλαδιαθῆναι, ἀπτυκαθῆναι, ἀπτυκαθῆναι, οὕτως λέγει ἐξαπατηθῆναι. Καλαβρευθέντων verbum in prima per α. apud Heſychium ſine interpretatione legitur. Γεῶνας ὑς θήλεας, Λάκωνες, Varinus: apud Heſychium paroxytonum eſt. Μαγὶν, τοὺς σῦς, Cretenſes, Iidem: ſimiùma ſcrophæ Germanica vox eſt, *mutter*. Θῆν, κάπρον, θῆλυν. Heſychius, Varin. quaſi capra Græce ita de porca dicatur, vt capros de porco ſeu verre. Θῆν quidem nominatur non inepte: nam & σῦν aliqui quaſi θῆν dictum putant, & Varro θῆλυν vocatum olim, quod ſacrificijs aptus ſit. Συῶν θηλείαις periphraſis verris, κάπρου, Varinus. Ariſtophanes in Acharnenſibus Χοῖρον nominat βόσκημα, quam vocem Xenophon etiam de equis poſuit, Scholiaſtes Ariſtophan. Καπετὼ, κάπρος, ἀνόρχης, Heſychius & Varin. malim ſine diſtinctione κάπρος ἀνόρχης: hoc eſt, verres caſtratus, maialis ſcilicet. Τὴν πτέρνην * καπηλὴν, Σαλαμίνιος. Heſychius: locus eſt deprauatus.

Epitheta. Suis vel porci. Amica luto ſus Horat. 1. epiſt. Biſulcus. Brutus. Clamoſus. Glandilegus. Hiſpidus. Horrens, Lucretius li. 5. Aeneas ſocijs ad littora mittit. Viginti tauros, magnorũ horrẽtia cẽtũ Terga ſuũ, Verg. 1. Aen. Horridus Idẽ 4. Georg. Ignauus. Immũdi ſues, Verg. 1. Aen. Impatiẽs famis. Ingẽs, Verg. 3. Aen. Lętus glande, 3. Georg. Lutoſus. Lutulenta, Horatius 2. epiſt. Obſcœnus. Saginatus. Segnis. Setiger & ſetoſus apris potius attribuuntur. Spurcus. Turpes, Plin. Vdus. Vulnificus 8. Metam. ad aprũ potius pertinet. Sectarius, auidus, vdus, Caluinari*, Textor. Porcæ. Auida, Horat. 3. Carm. Ouid. 1. Faſt. Lactẽs 2. Faſt. Multipara. Præcidanea, non recte inter epitheta numeratur: ſic enim dicebatur quam Cereri immolabant porcã: vide in h. Sordida, Author Philomelæ. Teneta. Textor. Porcellus lactens. Lacte mero paſtum pigræ mihi matris alumnum Ponat, & Aetolo de ſue diues edat, Martialis. Bimeſtris porcus, Horatius 3. Carm. Græca. Ἐκπαθὲς ἢ λάδανοι ὀδόντες ἀργιόδοντος (dentes albos habentis) ὗες ἑλκάδας ἔχαν ἔνθα καὶ ἔνθα, Homerus Iliad. κ. de galea Vlyſſis. Πολλοὶ δ' ἀργιόδοντες ὗες ἑλίξωπες ἀλοιφῇ. Homerus Iliad. φ. Ἀργιόδοντες, qui habent dentes acutos, vel magnos, Varinus. Ἀργὸς, albus, celer, Idem: alij ab ἄρχω volunt compoſitum, abundante ιῶτα. οἱ ἀξυόδοντες, οὓς δηλοῖ ὀδόντας, ὅτι πυκνοὺς ἔχουσι: καὶ μεστολαμπεῖς ὄντας, Varinus. Βλοσυρῶπις, Phocylidi apud Stobæum. Σῦς λαφυροὶ. ſues obeſi, Athenæus libro nono. per tranſlationem à larinis bubus ſic dictis à verbo λαφυσσέσθαι, quod eſt σπλαγχνεύεσθαι, vel ab Epirotico vico Larina, vel à Larino ipſorum paſtore. Δίλφακος ἀπαρχὴ πρεσβῦτις, Ariſtophanes apud eundem, nimirum quod autumno largiore

largiore victu suppedente magis pinguescat sus. Σὶς παλὺς, Homer. Vide superius inter nomenclaturas suum. Ἀμ ζατε Φίλοι, παλὺν (δίτερ Φιλιππιστὶ) ἐπ' ἄρεσσι πάντων, Odyss. ξ. Ὑς παλύδριξ, Simonides apud Stobæum. Πεντηκοντ' ἔσαν χαμαιδοναίδες ἐγχέπωτοι, Odyss. ξ. Χαμαιδοναίδες, αἱ σύες, pro χαμαιτύπαι, apud Comicos nomine iocoso in hanc terminationem ficto, vt Φυγαδίς & Ἀρκαδίς dicimus, Varinus Ἀνταλκαδίς. Chamæcunádes sues cognominantur, quod corpore in terram prostrato dormiant: multæ enim aliæ quadrupedes erectæ & stantes dormiunt. Ἀπτῶν ἢ ἐν βόθρῳ δράσας· ἢ αἱ χαμαὶ κατακοῖται, Hesychius.

Nostri vulgò suem vocant hominem sordidum, inciuilem, immodestum, qui impudentia intemperantiaque modum excedit, scrofam, *emoſs*, tam virum quàm mulierem. Nostræ mulieres, maximè nutrices, naturam, qua fœminæ sunt, in virginibus appellant porcam: & Græci Χοῖρον (vt pluribus mox inter Græca dicetur) Varro. Me pinguem & nitidum bene curata cute vises, Cum ridere voles Epicuri de grege porcum, Horat. Epist. 1.4. Sucula (inquit Budæus) machina est tractorij generis: constat autem tereti ligno, duobus aut pluribus vectibus traiecto, vtrinque æqua extantibus longitudine: hæc dum versatur, funis qui ductarius dicitur circa eam involuitur. Meminit eius Vitruuius lib. 10. Nostri vocant *een haſpel*, vide in Asino a. Stipites crassi pedes duos, alij cum cardinibus pedes decem: sucula præter cardines pedes nouem, Cato cap. 18. de torcularij constructione. Cætera diuidito quàm rectissime, porculum in media sucula facito: inter arbores medium quod erit, id ad modium collibrato, vbi porculum figere oportebit, vti in medio prælum recte situm siet, Idem. cap. 19. Sucula genus intimæ vestis, author Promptuarij: ego pro veste subuculam legendam puto, non suculam: & multò minus siculam: sic enim legitur in testimonio ex Rudente Plauti quod citat. Sunt etiam assimiliter dicta hæc, cautim, suatim, (id est, ad similitudinem suis,) boatim, Nonius. Porca in agro dicitur terra elata. Porcæ appellantur rari sulci, qui ducuntur aquæ deriuandæ gratia, dictæ quod porceant, id est prohibeant aquam frumentis nocere: nã crebriores sulci, limi vocantur. Porcas quæ in agris (alibi addit, inter duos sulcos) fiunt, ait Varro dici, quod porrigant frumentum, Festus. Qua aratrum vomere lacunam fecit, sulcus vocatur; quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porrigit, Varro de re rust. 1.29. vt citat Nonius. Bene profissas configerare ordine porcas, bidenti ferro, rectas deruere, Accius. Portæ sunt signa sulcorum, quæ vltra se iaci semina prohibent: porcere enim pro prohibere (porrò arcere) sæpius legimus, Nonius. Porculeta (sic enim legendum potius quàm proculeta videtur) Plinio 17. 22. à porca, vt à limis limeta, Hermolaus. Semen (post arationem) protinus iniiciunt, cratesque dentatas supertrahunt. Nec serrienda sunt hoc modo sata, sed procellis binis perinde que sic arant, Plinius 18. 18. Hermolaus (in secundis castigationibus) scribendum, inquit, arbitror porcellis, à quibus superiore libro proculeta: etiamsi porculeta legebatur. Porca in agro est, quam (vt Columella tradit) liræ similem in sationibus campestribus rustici faciunt, vt vliginem vitent. Idem author 2. libro, Liras (inquit) rustici vocant, easdem porcas: cum sic aratum est, vt inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat. Plinius porcæ, porculeta, porculæ, porcellæ, lib. 18. cap. 18. vtraque editione, (Veneta & Romanæ.) Campani hodie porcas vocant puluinos siue hortulos, in quibus veluti sulcatim sua cuiusque generis olera seruntur: id genus & areæ dicuntur multis locis, apud Columellam quoque, Hermolaus in glossematis in Plinium. Quemadmodum os reiectum terræ obtegatur, quæque in porca contracta iura sint, quo tempore incipiat sepulchrum esse & religione vacuetur, Cicero 2. de Legibus. Non vides in pub. nocte te tabernas, qua populus ambulando perinde, vt in aratro porcas reddit? Varro Ταφῇ Μενίππου apud Nonium. Rustici veteres non liras tantum, vt iam recitaui Columellæ verbis: sed & triginta pedum latitudinem, CXXV. longitudinem, porcam vocabant. Columella lib. 5. Porca (inquit Robertus Cenalis) apud Columellam longissima dimensione centum viginti pedes habet, latitudine vero triginta: qui numerus ductus in alterum, profert pedes quadratos ter mille sexcentos. Est ergo porca octaua pars iugeri: & quarta pars actus. Imporcitor, qui porcas in agro facit arando, Festus. Hinc imporcatum semen eleganter dictum per porcas ingestum. Apud Plinium legimus etiam porcellæ vocabulo diminutionis, Beroaldus. Quod aratri vomer sustollit, sulcus: quo ex terra iacta, id est proiecta, porca, Varro. Est & scamnum terra altior inter duos sulcos, sed differt à porca, quod vitio agricolarum nonnunquam relinquatur, cruda videlicet & immota, hoc est aratro non prosciſſa, vt Columella & Plinius scribunt. Porcam Græcè σφυρὸν dici conijcio: hanc enim vocem Pollux interpretatur τὸ μεταξὺ τῶν αἰσχρομυλίων (lego αἰσχρομύων) ἀνήχου. Vmbri & Marsi ad vicenos pedes intermittunt (inter binos vitium ordines) satationis gratia in his quæ vocant porculeta, Plinius lib. 17. Suile, stabulum suum. Diligens porculator frequenter suile conuerrat, & sæpius haras, Columella. Strumas semidoctum vulgus scrophulas vocat: quoniam eas Græci ab eiusmodi bruto χοιράδας appellauerint: est enim in sue morbus struma, sed ab hoc diuersus omnino. Cælius, Plura quæres inferius inter Græca in voce Chœrades.

Χοῖρος· χοιρίσκια, μηχάνημά τι ὕπτιον ἑλκόμενον, Hesychius. Mulieres, inquit Varro, nostræ nutrices maximè, naturam qua fœminæ sunt appellant porcum: & Græci eadem significatione chœrō, siue (vt Athenæus inquit) delphaca. Hermolaus in Dioscoridem. Delphacion vocabant etiam muliebre pudendum, Varinus. Χοῖρος Corinthijs pudendum muliebre significat: vnde prouerbium, Ἀχερωντίαν ἔοικας χοίρᾳ τιλλομένῃ, ἀντὶ δὲ ἔσεσθαι μισθαρνίστριαν ἐν Κορίνθῳ, πολλαῖς δὲ σαπρὰ ἐπιφέρει, Suidas. Cælius meminit virile membrum capron dici: quare non mirum muliebre Χοῖρον appellari. Pauper quidam Megarensis apud Aristophanem in Acharnensibus, filias quas alere non poterat persuasas vt vendi potius quàm esurire vellent, cum porcina rostra capitibus & vngulas pedibus earum apposuisset, & in saccum indidisset, grunnire iussas pro porcellis venales habuit: & cum mercator quidam alterius eleuatæ pudendum inspiciens Χοῖρον esse negaret, Megarensis Χοῖρον esse affirmat: (quoniam Græci etiam pudendum muliebre sic vocant:) tum grunnitum ædente illa, mercator inquit, Νὴ μὰ γοῦν Φοίνικας, ἀτὰρ ἐκεῖνό γε χοῖρος ἔοικεν ἤτοι πάντ' ἐτῶν. Tum Megarensis, Σαφῶς ἴσθι ταῦτ' ἂν μὴ πρόεικαθόντων: & alia plura iocosè, quæ tum de porco tum de pendendo mulieris ex æquo accipi possunt. Κατωνάκην τὸ Χοῖρον ἐστοπτιλμένας, τὰς ἡλίκας φησί, Suidas ex Aristophane vt apparet. Aristophanes in Vespis meretricem quandam vocat Χοιρίον, vbi Scholia Χοιρίδιον τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον λέγεται. Ὑλωῖς, νικόντι καὶ ζωώδεις ποιεῖς, id est suatim & sordidè facis, Varinus: sed magis placet, vt apud Suidam legitur, ὑειστὶ καὶ ζωώδεις ποιεῖς, hoc est suis & pecudis instar facis. Οὐ μόνον αὐτὸς ὑλωῶς, ἀλλὰ καὶ σὺν ἀλλοντας τὸν θεᾶν ποιεῖ· τὸ συγχεῖσθαι καὶ μὴ διακρίνειν, Plato in Theæteto, Ὑλωία, σκαιότης, ἀμαθία, μωρία, ἢ ἔστι τῶν Χοίρων δυσωδία, Varinus id est, ruditas, fatuitas, vel fœtor ex porcis. Ἐν τῷ ὑλωίᾳ καλινδήσεται, Suidas ex innominato. Ἵνα μὴ γένηται Θεαγένης ὑλωία, Aristophanes: traducebatur enim Theagenes tanquam fatuus & σαῦρος, corpore etiam crassus & χοιρώδης. Aliqui tamen ὑλωίαν fœtorem suum interpretantur, qui tum

Cùm varijs cibis vtantur fœtida reddunt excrementa, & in cœno volutant, (ἀμυσίδη ἐσπαττῶν καὶ εἰς Σέρβετρον ἀφαλίοντας, similiter habet Scholiastes Aristophanis in Equitibus: sed melius in Pace, ἢ εἰς βορβόρους ἢ κυλίοντας.) Suidas. Δειλίᾳ σωφρονῶ ἢ πάσῃ ὑλωΐᾳ, Idem ex innominato. Τλωΐα ἢ (forte ὑλωΐα. per diphthongũ in prima, à filiorum scilicet generatione) ἡ συγγένεια, Idem. Συλωΐᾳ apud Platonem philosophum ruditer, ineptè & suatim aliquid facere, Suidas. Συλωΐα (καὶ συωΐα, Varinus habet καυλωΐα: lego ἢ ὑλωΐα.) ruditas, insicitia, apud Pherecratem. Est & Συλωΐα ciuitas, & syne ficus, Idem. Συλωΐα. ταραχὴ ἀνδρῶν. Hesychius. Ταῦλα, ἀνδρία. Θερμὸς ἐν Βορβόρῳ, Idem. Ταυλα, πόρβη, μαγηνύδες, ἀκαρμοσία, Hesych. Varin. Hyomusia, suilla inconcinnitas, insicitia, Cælius. Θαυμαίζω τὴν ὑμετέραν αἰσχύ, Aristophanes in Equitibus: Scholia exponunt τὴν χοιρωδείαν, τὴν ἀπαιδευσίαν. Hippocratis filij, Telesippus, Demophon & Pericles, traducebantur εἰς ὑωδίαν de quibus & Eupolis, ἱππονικήτας τε παῖδας ἐμβόλιμοί τινες, βλιχμητὰ πίνακα καὶ ὑδαμοῦ ξ α. Varinus. ξ τρέπει, Scholia in Nebulas Aristophanis: lego, καὶ συαδῆς οὐ τρέπει, vt & sensus & versus constet. Μήτηρ ἐξῆν ἐπιδεδωκὼς μητροπώλης τις ὡς ἀληθῶς ὕστ καὶ μήτηρ τῶν ἱππικῶν ὑῶν, ὡς εἰς ὑωδίαν κατωδυκήσας οἴδε. Athenæus lib. 3. de vulua porcæ loquens, quæ nimirum ampla erat. (Vulua nil pulchrius ampla, Horatius:) vnde iocandi occasionem sumpsit, quasi diceret satis amplam esse illam suis vuluam, quæ vel Hippocratis filios contineret. Σύες Hippocratis filios vocabant, item Panætij & Memnonis, εἰς ὑλωΐαν κατωδύνησε, Varinus. Apud Græcos alluſio quædam & paronomasia est inter ὗες & ὕιες vel υἷες, id est sues & filios, vt apud Germanos quoque: hinc iocus ille Augusti dicentis malle se suem quàm filium esse Herodis, eum infantes ab eo trucidatos audiuisset. Συῆλαι. τόποι βορβορώδεις, (lego βερβορώδεις. id est locacœnosa,) Hesych. Varin. Σιαγόνα aliqui in prima per υ. συαγόνα scribunt per analogiam à sue, Athenæus libro 3. Τυρεία, festum apud Argiuos in quo Veneri sues immolant, Athenæus. Συοκτονία immolatio suis, Dionysio Afro. Συοκτόνον, τὸ venabulum, Tzetzi in Chiliad. τ τοῦ. Laryngis eminentissimæ parti præponitur os multiplex, quod nonnulli à literæ υ. figura ὑψιλοειδὲς, alij succinctius ὑοειδὲς appellant: qua voce dissectionum rudes delusi, in Galeno os suem referens verterunt, Vesalius. Syrbe, vox qua sues allectant subulci, Cælius. Suidas & Varinus syrben, σύρβιν, tárachon, id est tumultum interpretantur: & συρβώδη, tumultuosum. Συρβώδων χορὸς ὁ ποικιλώδης καὶ συώδης, λέγει δὲ πῶς κυεῖν (melius ὑεῖν vt Suidas habet) Φερεκράτης, Idem. Vide Erasmum in prouerbio Syrbenæ. Συρβώδη: χορὸν vel (vt Athenæus) Συβώδεων χορὸς: melius συρβώδων, à recto συρβώδης, vt Suidas & Varinus habent, interpretantes chorum perturbatum & συώδη Συρβώδης ijsdem tibicinem significat, & σύρβη Hesychio thecam tibiarum: apud Suidam verò σύρβιν exponitur theca tibiarum pellicea, aut pharetra. Σύρβα. μετὰ θορύβου, Hes. Varin. Athenæus ex Aeschylo non syrba sed tyrba citat, hoc versu, Δεινὸν καὶ τρέποντα πύρβ' ἀνω κάτω. & sanè πόρβη quoque turbam ac tumultum significat. Nostri subulci cum sues educunt, clamitant *fig, fig*: (à Græco forte σῦς, vel σῦα, qua voce Lacones suem nominant:) In Hetruria Χοῖρον, vt supra inter suum nomenclaturas ex Volaterrano retuli. Χοιρόδης & μύρμηκες, αἱ ὕφαλοι πέτραι, id est scopuli latentes, Scholia Lycophronis, & in Pythia Pindari, Ταχὺ δ' ἀγκυραν ἔρυσαν χθονὸς πρωρόθεν χοιρόδων ἅλικας πέτρας, Pindarus. Est & vrbs Mosynœcorum Χοιρόδες: item scopuli marini circa Hellespontum. Χοιρόδες αἱ ἐγκεκυφυῖαι πέτραι, Hesychius: πέτραι λεῖαι ἐν θαλάσσῃ, ἃ ἔξω καὶ ἐσόχθη πετρῶν, Suidas: nimirum sic dictæ quod chœrades glandulas quasdam in animalibus duras ac eminentes referant. Χοιρὰς, saxum sub mari nigrum, aliquantulum eminens, vt porco nanti simile videatur, Scholiastes Euripidis. Σπιλὰς, πέτρα παρόμοιος χοιρὰς, Hes. Varin. Dicuntur & απλάδες eædem petræ, Hesychius. Tumores quidam (ὄγκοι, glandulæ) medij inter carnem & adipem consistunt circa inguina, alas, maxillas & mesenterium: circa quos (tumores) etiam chœrades fiunt, Pollux. Quidam parum Latinè ad imitationem Græcorum scrophulas vocant, strumas melius dicturi. Chœrades circa maxillas, cervicem, alas & inguina fiunt, glandulis (ἀδέσι) similes, Pollux. Eadem Manardus, addit, induratos istos tumores à pituita fieri: & sic nominari. vel à chœradibus petris per marinas aquas transparentibus, vel à suibus multiparis animalibus, & eo morbo frequenter affectis. Χοιράδες, παῖδες παθόντες, Hesychius. Χοιράδιοὶ θύμματα, tubercula strumis similia apud Plutarchum. Porrò Χοιράδες, vel vt alij scribunt χαράδες & χάραι, rimæ seu fissuræ pedum sunt, rhagades calcancorum. Scribunt Græci Pittacum ab Alcæo appellatum chœrapoda, quod vlcera in pedibus sentiret, quæ vocant chœradas, Cælius. Sed scribendum Χοιρὰς & Χοιροπόδα (vel Χοιροπόδιον, vt Laertius habet) per αι. diphthongum non per οι. Plura de his & similibus vocibus attuli in Equo C. inter morbos pedum equi. Χύμβα, vox qua suibus acclamant subulci, Hesych. Hyades stellæ sunt septem in cornibus & ore Tauri, quæ quoties nascuntur vel occidunt, pluuias creant. Vergilius etiam (vt scribit Nic. Erythræus) Hyadas pluuias cognominans, per epitheton Hyadum originem ἀπὸ τοῦ ὕειν, id est pluere, deriuari ostendit. Cui sententiæ præter Seruium & alios accedit & Naso hoc carmine, Nauita quas Hyadas Graius ab imbre vocat: non autem ab hye, id est sue, in cuius speciem figurentur, vt etiam posteriore sententia refert Seruius: aut à fratre Hyade, quem à lœna interfectum venando luxerunt. Veteres Romani ob imperitiam Græcæ linguæ, similitudine nominis deceptí, quòd Græci hyas sues vocant, Suculas appellarunt. Quanquam Gellius ab Hyadibus Sucularum nomen sua ratione detorquet. Seruius quidem à succo Suculas appellare videtur, quia succulentæ puto, propter pluuias, Hæc ille. Plura leges in Onomastico & Higino, &c. Suculas nostri à similitudine cognominis Græci propter sues impositum arbitrantes, imperitia appellauére Suculas, Plinius lib. 18. Συφιὸς vel συφιών, locus vbi sues aluntur, suile. Εἰ μὴ καταγέλασον εἶπεν, ὡσπερ ἐκ συφιῶν καὶ μανδρῶν τοὺς Ῥωμαίων μεμυκότας ἔχειν ξύλα, Agathias apud Suidam. Συφιὸς. ὑφὸς. συφῶν, Χοιροκομεῖον, Pollux. Et alibi, Συφιοὶ καὶ σύφοι, καὶ χοιροκομεῖα. Συφεὸς τὸ χοιρομανδύτιον, συῶν ἔννη, Varinus. Συφιὸς poëticum est abundantè ióta. Cæterum συφεὸς: per αι ab Hesychio chœroboscus, id est subulcus exponitur. Βῆ δ' ἰμεν ἐς συφεὸν ὅθι ἴθυντα χοίρων, Homerus Odyss. ξ. Et rursus, Ἔκποθεν δ' αὐλῆς συφεὸς ἀμυκαθμὸν ποιεῖ Πλησίον αἰθούσης, ὅθεν σφῶϊν, ἐν ἦ ἰκάσῳ Πεντήκοντα σύες χαμαιδυνάδες ἑσταότασι Θήλειαι παρὰ δοῖσι. τοὶ δ' ἄρσενες ἐκτὸς ἴασιν Πολὺν παρὰ πρόμον ἀρόν. Χοιροτροφεῖον, ὅπου συφῶν, καὶ πλίγμα πίνου ἐν ᾧ χοῖροι τρέφονται Pollux. Et rursus, Χοιροτροφεῖον est in quo porci aluntur, vt Eupolis & Phrynichus habent: idem Χοιροκομεῖον vocatur Aristophani in Lysistrata. Χοιροκομεῖον ἱσίας, Aristophanes in Vespis, vbi Scholia: Χοιροκομεῖον, σκηνοῦν τι καλοῦσιν ὅπου οἱ χοῖροι τρέφονται. ἱσίας ἢ, ἐπεὶ ὅπου τὰ ἱσία τρέφονται οἱ χοῖροι: significat autem hîc caueam quandam vel locum cancellis inclusum, ἢ ὕφαλον ἢ κιγκλίδα in Lysistrata vero perticam potius vel palum, cui porcus alligatur. Et mox, Χοιροκομεῖον, τὸ καλούμενον ζωγρεῖον καινῶν, ὅπου οἱ νεοὶ χοῖροι τρέφονται. Hes. exponit λατῖνον τι πλεκτὸν ὡς ἐνιοῦτος Φεῖον, Χοιροτροφεῖον, τὸ ξύλινον γυναικεῖον καὶ συφάγιον. Hesychius, Συοβαιβαλοι, συῶν αὐλισμὸς καὶ κοιμητήρια, Idem & Varinus. Συφεῖδια. grex porcorum, Suidas. Συσφιβία. συῶν ἀγέλαι, ἢ χοίρων ἀσφαλεῖς ἀγυιαί, Varinus, Hesychius Συβόσια. συοφορβία, Idem: τὰ τῶν συῶν νόμια, Varin. Συβόσιον. τὸ χοιροφορβεῖον, Suidas. Συῶν συβόσια, Heliodorus

Τίσατε συῶν συὸς ὀπὶ, τοὺ αἰπόλια πλανᾶ αἰγῶν, Homerus Iliad. ξ. de diuitijs Vlyſſis. Συβώτης, ὃς πω ὑῶν ἔπνεφι. Odyſſ. ο. Hyſtrichidem vocant affectum cum in cauda equorum pili rigent ſetis ſimiles ſuillis, Hippiat. 59. Hyſtrix, flagellum à ſue dictum, non ab hyſtriche animante: (Vide in Hyſtriche a.) Iorum cum ipſis pilis è pelle ſuilla. Eiuſdē ſignificationis eſt ὕστριξ vel ὕστριγξ: Ἀφὸ τὸ ὀρθὸν τῶν τριχῶν τῶν ὑῶν γίνεσθαι τὴν μάστιγα, Varinus. accipitur etiam pro ſtimulo boum, & pro carceribus certaminum: Vide in Hyſtriche a. & in Equo e. Τριλλοφόρος, ὗς, Heſych. Varin. neſcio quàm rectè.

Suillus, adiectiuum, quaſi diminutiuum à ſuinus. Hic enim conciliator ſuinæ (vetus exemplar habet ſuillæ) carnis datur populo, Varro lib. 2. Ego ſuinum non dixerim, vt neque bouinum & ouinum: ſed ſuillum, bubulum, ouillum. Plinius ſuillum pecus dixit, ſuillum gregem Liuius. Suarius, adiectiuum: vt ſuarius negotiator, Plinius libro 7. Interdum ſine adiecto pro ſubulco: Compertum agnitam vocem ſuarij furto abactis, &c. Idem libro 8. Scipio, Suario cognominabatur, propter ſimilitudinem ſuarij cuiuſdam negotiatoris, Plinius. Hermolaus legendum conijcit, Scipio Sciriatico cognominabatur, propter ſimilitudinem ſerui cuiuſdam negociatoris. Porcinus, quod eſt ex porco, Plautus Capt. Porcarius, idem quod porcinus, vt porcaria vulua apud Plinium li. 11. Porcarius verò ſubſtantiuum, porcorum cuſtos Firmico & Gazæ. Porcinarius, qui carnes porcinas vendit. Quanta lanijs laſſitudo, quanta porcinarijs, Plautus Capt. Varro eundem generali vocabulo lanium vocat cum alibi, tum his verbis, Lanius conciliator ſuillæ carnis datur populo. Porculator Columellæ 7. 9. qui porcos nutrit vt pingueſcant: Beroaldus interpretatur eum qui curat porcellos lactentes. Scoppa Italicè, lo porcaro, id eſt, ſubulcum: Galli porchier. Porculatoris verò & ſubulci diuerſa profeſſio, diuerſæ paſtiones, Columella. Apparet ſanè porculatorem dictum, quod porculos, id eſt, porcellos, non ſues aut porcos adultos curet. In nutricatu, quam porculationem appellabant, binis menſibus porcos ſinunt cum matribus, Varro. Sic pullatio, pullorum nutricatio dicitur. Scrofipaſcus, qui paſcit ſcrofas. Tum paſtores ſcrofipaſci qui alunt furfure ſues, Plautus Capt.

Συβώτης· δ' ἰσοῦς καὶ συβώτια, Pollux. Et alibi, Συφορβοί, συβώτια, Et rurſus 4. 7. Plato Comicus etiam συβωτικόν μέλος quoddam vocari ait: ὅτι δ' ἂν ἡ συβώτεια μηδ' ἁπαξ ἡδυπαθήσαι μοι. ἔχει δ' οὕτως ἀλακτύλους αὐλητικούς. Συβώτας, Στόσιππος ὁ Φλιάσιος, ζώντι, Heſ. Varinus. Συβώτης, ſubulcus & nomen proprium, Heſ. apud eundem & Varinum συβώτης quoque ſcribitur per omicron in penultima. Συβότης, ὁ συοτρόφος, Varinus. Συβώτης & συβωτῶν Atticè dicitur, non συφορβός, nec συφορβεῖν, Idem. Συφορβός, ſemel apud Homer. reperitur, Iliad. φ. Varinus. Ἐσηλθε δὴ συφορβὸς ἔὺμαιος, Theocr. Idyl. 15. Συοφορβός, ὁ σῦς τρέφων, Heſ. Varinus. Συαγώγιμα, συνοφορβία, id eſt, ſubulcus, & nomen barbaricum, Heſychius. Σύαινα, ὑποφορβός, ληστής, Varinus. Συφεοὺς, χοιροβοσκούς, Heſ. Συβόται, οἱ Βοιωτοὶ σύες, Idem & Varinus: Vide infra in prouerbio Boeotica ſus. Συάει, barbari, Iidem. Συάστις, turpis, rudis, σκαιός, Varinus. Συάζεται, qui ſues (apros) venantur, Varinus. Συβᾶς & συβαίτης, libidinoſus, Heſ. Var. Σύβαιτα, συνουσία, Iidem. Συαρίγχια, βλασφημίαι, Heſ. Πολὺ γὰρ ἐστιν ἡ κύπειτα τὸ χρῖσμα, ᾧ ἐχρῶντο αὐτῇ ἐλαίῳ, σύειον, (liquamen ſuillum vertit Romulus Amaſæus,) καὶ σπερμάτινον καὶ αἱμοχάλινον. Xenophon libro 4. de Cyri minoris exped. Syinon oleum & ſeſaminum, quo vngebantur qui militabant cum Cyro, Suidas: Cælius Suidam citans, idem oleum ſeſaminum & ſyinon ab eo vocari ait: quaſi legerit non Σύινον ἔλαιον καὶ σησάμινον. ſed ὁ καὶ σησάμινον. Τοῦον, ſuillum, quod eſt è ſue. Τοουκρέας, χοίρειον. ἐχορτάσθησαν ὑείων, (ſubaudi κρεῶν,) Suidas. Τοον ἄρμα non ὑικὸν dicendum: nam Axionicus qui ita poſuit reprehenditur: dictiones enim quæ partem corporis ſignificant, omnes in ον purum exeunt, nulla in ικον quæ terminatio poſſeſſiuorum eſt: ſic ἀνθρωπικὸς τὶς nó dicitur, ſed ἀνθρώπειος, Varinus. Τὴν κρέας ὑικὸν, ὡς Βοικὸν, Pollux 6. 9. Κρέα σύεια, χοίρεια, Idem. Τοῦον, ὑϊκὸν, χοίρειον ἄρμα. apud Xenophontem in Memorabilibus Socr. Varinus. Apud Suidam legitur ὑικὸν per κ. in penultima, qui & verba Xenophontis hæc citat: Λέγεται δ' Σωκράτης ἄλλων τε πολλῶν παρόντων καὶ δὴ Εὐθυδήμου εἰπεῖν, ὅτι νεκρὸν αὐτῷ δρᾶσαι παρῇεν ὁ Κριτίας, Εὐθυδήμου προσιόντος ὅτι ἥκοιεν, εἶπεν τὸ νεκρὸν τοῖς λέγειν. Apud Xenophontem etiam legitur ὑλιῶν (mallem ὑικῶν) θρεμμάτων, id eſt ſuilli pecoris, Suidas in Τοον & in Υλιῶν. Τοσιλλοι, συοφορβοί, ἐυφορβοι. (vox corrupta videtur,) σιδώτης, Pollux. Τοβώτης, συοβόσκος Heſychius, Varinus Τοβωσκοὶ, Ariſtoteles: Gaza porcarios vertit. Ὑλιῶν (apud Varinum vltima circunflectitur,) σκαιῶν, ἀμαθῶν, (forte à recto ὑλιὸς.) καὶ ὑλιώδης, ὁ σκαιὸς, Suidas. Τωλυνίων, μολύνων. Heſychius & Varinus. Τωθιῶν, Φύρων, βορβόρων, μολυνῶν. Iidem. Ταὶ ὦ. εἶκα ὦ. βλεσυρὸς, χαλεπὸς, ὕπνῳ, Varinus. apud Heſychium νάνῳ proparoxyt. legitur, & ναννὸς. Hyantes Bœoti dicebantur, Ἀφὸ τ' ὑπωιὼδεις εἶναι καὶ χοιρώδεις, (Varinus: Vide inter prouerbia Bœotica ſus. Χοῤῥῷλῳ (cum acuto in penultima, quamuis in Scholijs habeatur in vltima) apud Ariſtophanem in Veſpis exponitur, qui pudendum muliebre (quod ſupra chœron vocari diximus) contrectat: vel fori & litium ſtudioſus, φιλοδικαστής, qui chœrinas (ſic dictas conchulas,) quibus ad ſuffragia vtebantur, ſæpe manibus premat. Χοιροθώλης· ὁ σφάττων, ὑπνῳ. Heſychius: qui ſues mactat, lanius porcinarius. Χοιροπώλης, qui ſues vendit, (negotiator ſuarius Plinio,) Apud Ariſtophanem in Acharnenſibus: Pollux citat ex Horis Ariſtophanis. Nutrices naturam muliebrem chœrum id eſt porcum vocabant, ex quo facetiſſimè quibuſdam concinnatum verbum χοιροπωλεῖν, quod ſignat porcum vendere, id eſt capturas corpore quærere, Cælius.

Icones. Sus Aeneæ Lauini (vt ſcribit Varro) triginta porcos peperit albos: itaque quod portenderit factum ſcribitur, triginta annis vt Lauinienſes conderent oppidum Albam. Huius ſuis ac porcorum etiam nunc veſtigia apparent. Iam ne (nonne) ſimulacra eorum ænea etiam nunc in publico poſita, & corpus matris ab ſacerdotibus, quod in falſura fuerit demonſtratus? Porci (apri, Plinius: vide in Apro a.) effigies inter militaria ſigna quintum locum obtinebat: quia confecto bello, inter quos pax fieret, cæſa porca fœtus firmare ſolebant, Feſtus. Συὸς τύπον, παροιμιακῶς, ἐπειδὴ τὰ Σαλία πλοῖα συὸς τὸν πὸν εἶχον ἐπὶ τῆς πρῴρας, Varinus. Σαυμίνα· εἰδώλου τρόπος συὸς ἔχων σφενδόνην, Varinus & Heſychius. Veteres numos pecudum effigie ſignabant, ouis, bouis, ſuis, Plutarchus in vita Publicolæ. Sus Phrygium inſigne, Textor. Biturigis veruex, Heduis dat ſucula ſignum, &c. vide in Veriece H. ex Alciato. Porcam auream & argenteam dici ait Capito Atteius, quæ etſi numero hoſtiarum non ſit, nomen tamen earum habere, (&) alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi ſacrificio Cereali, Feſtus.

Plantæ. Fungorum tertium genus ſuilli, venenis accommodatiſſimum, familias nuper interemère & tota conuiuia Plinius. Et rurſus, Siccantur pendentes ſuilli iunco transfixi, quales è Bithynia veniunt, canum morſibus ex aqua illinuntur. Et alibi, Robora boletos quoq; ſuilloſque ferunt, gulæ nouiſſima irritamenta, quæ circa radices gignuntur: quercus probatiſſimos: robur autem & cypreſſus & pinus, noxios. Hoc genus forte eſt, quod Germani vocant *morchelen*, qui meuſe Aprili ad Maium vſque reperiuntur & appetuntur in cibo, colore ex pallido

fuſci,

fuſci,pilei oblongi & in conum ſe colligentis forma,in medio protuberantes, ſpecie fauis ſimiles, vocant autem noſtri quoque fœminam ſuem *mer*, vt *merchelen* ſuillos ſignificare videatur, etſi quid cum ſue commune habeat non ſatis videam: conijcio tamen vel delectari eis in cibo ſues: vel ſuperiorem eorum partem circa conum, roſtri ſuilli formam aliquatenus referre. Deſcribuntur ab Hieronymo Trago ab initio tertij de ſtirpibus Tomi,ſed non rectè Latinè tubera ab eo vocantur: nam longè diuerſum tuberum genus eſt,totum infra ſolum,ſuperficie nulla: aliqui Germanicè *grebling* vocant,id eſt foſſilia,quòd è terra fodiantur. Hypochœris herba in cibo vulgaris apud Aegyptios,Plinius: Vide plura in equo a.vbi de plantis ab equo dictis egi,ſtatim ab initio. Hyoſiris intubo ſimilis,ſed minor & tactu aſperior: vulneribus contuſa præclarè medetur, Plinius. Noſtri *ſudiſtel*, id eſt ſuarium carduum,genus ſonchi ſpinoſum vocant,quod aliqui puto in Italia & Gallia cicerbitam: referunt autem florum calyces antequam aperiantur,vt & hyeracij,quandam roſtri porcini figurã,vt inde forſan hyoſiris (quaſi ὑὸς ἶς, hoc eſt ſuis naſus) vel potius hyoſeris,hoc eſt ſeris vel intubus porcinus appellata videri poſſit. Ruellius roſtrum porcinum ab aliquibus eandem herbam vocari ait,quam alij dentem leonis nominant, hoc eſt cichorij ſylueſtre genus,luteo flore,hedypnoida Plinij, aliqui apud Italos dentem canis vocant, & alij piſcia al letto, vt Matthæolus ſcribit: noſtri *vvyenſchvvantz*, vel *ſûblûmen*, id eſt flores porcinos. Videri autem poteſt eadem Dioſcoridis hieracium minus. Deſcribitur à Syluatico cap. 61 2. Σύκαμον, Κύκλαμινον, Heſychius, Varinus. ac ſi panem porcinum dicas,nimirum quod in cibo ab eis deſideretur. Indocti quidem recentiores cyclamium panem porcinum vocant,ſed ineptè: quamuis enim radice rotunda panem referat,nihil tamen ad ſues: habet enim propemodum vim veneneſam. Melius ruſtici in Multis Germaniæ locis, ſylueſtris quoddam leguminis aut vitiæ genus,non diſſimile aſtragalo,panem porcinum vocant,(*ſevvbrot oder erdnuſſ*,) quod radiculas eius dulces & rotũdas,ſues agris effoſſis requirant. Fuchſius & Hiero. Trag. non rectè apion Dioſcoridis interpretantur. Capria, capparis,vt legitur in nomenclaturis apud Dioſcoridem. Frutex ſpinoſus quem Græci coccum vocant, de quo plura dicam in libro de inſectis (naſcitur enim in fructu vermiculus,qui cum erumpit,culici ſimilis volat) à Galatis qui ſuper Phrygiam incolunt lingua vernacula ὄῖς nominatur,vt docet in Phocicis Pauſanias. Galli hodieque hous appellitant ilicem aquifoliam (*ſtechend palmen*) à qua coccus ferè non aliud differt, niſi quod per omnia minor & ſemper pumilus eſt: vnde conijcimus veterem linguam Gallicam alia quoque Galatarum vocabula pleraque habuiſſe,pro quibus paulatim imperantibus Romanis Latina ſucceſſerint. Scini,id eſt pira porcina,& ſunt ſylueſtria,Syluaticus. Aſtragabos, (Aſtragalos forte,) id eſt pes porcinus, Idem. Adiantum ſiue capillum Veneris,aliqui capillum porcinum vocant,Idem & Vetus Auicennæ gloſſographus: nimirum quod coliculos inſtar ſetarum proferat. Milium Solis,id eſt cauda porcina,Syluaticus. Idem alibi caudam porcinam, peucedanum interpretatur: inde puto quod radicis caput multis ceu ſetis rigeat,quod in omnibus etiam ſeſelis generibus apparet. Scrophularia Syluatico herba eſt quæ alio nomine millemorbia & caſtrangula & vrtica mortua (propter foliorum ſimilitudinem) ab eo vocatur: hæc eſt qua guſtata necari ſues,vt quidam affirmant, in C. diximus. Scrophulis,id eſt ſtrumis mederi creditur,quarum ſpeciem etiam multi radicum eius protuberantes nodi referunt,tanquam vſum demonſtrante natura. Eandem ob cauſam chelidonium minus, multi ſcrophulariam nominant: & aliqui fabam inuerſam vulgò dictã,quam multi telephium eſſe putant. Hyoſcyamum Hieron. Tragus interpretatur Germanis ad verbum *ſûvvbonen*, id eſt ſuillam fabam: quod nomen ab eo ad Græci imitationem factum eſt: Germani aliud proprium habent *bülſen* vel *bilſen*. Sed de hyoſcyamo, ſyancho, chenopode quã Germani *ſchvvinsted* & *ſûvvpley* vocant,& alijs ſuillo generi noxijs plantis plura diximus ſupra capite tertio: idem de ſolani genere ſyluatico quod baccas nigras ceraſi vel halicaccabi fructus magnitudine fert, ſed ſine folliculo, noſtri vocant *ſûvvkrut*, hoc eſt porcorum herbam: quod calidis & ſubitis ſuum morbis medeatur.

Animalia. Chœrogylius,vel vt alij ſcribunt chœrogryllus,alijs erinaceus alijs cuniculus eſſe putatur,vt pluribus in animalium illorum hiſtorijs dixi. Hyſtrix, ὑσέχινος, id eſt porcus ſpinoſus, vel echinus terreſtris, Suidas. vide in Hyſtrichis hiſtoria. Erinacei ſiue echini terreſtris genus vnum noſtri vulgò caninum vocant, quod canis inſtar digitatum ſit: alterum ſuillum quod vngulas vt ſues biſulcas habeat: alij etiam roſtri figuram in altero ſuis eſſe aiunt, Eaſdem melis quoque differentias faciunt,&c. Galenus libro 3. de aliment. facultatibus, mentionem facit animalis medij inter vrſum & ſuem, μεταξὺ ἄρκτου τινὸς καὶ μυὸς: nec aliter nominat: id meles, id eſt taxus videri poteſt: aut ſi pro μυὸς legas συὸς, ἀγρίους D. Hieronymi, aut fortè mus alpinus. Πίσινος, animal quadrupes, fluuiatile, amphibium, iuxta Iſtrum, id eſt Danubium, tenui pelle, quæ inflata veri ſit ſimilis, καὶ νήχεται ἐν τῷ ὕδατι μόνον καὶ τελευτᾷ: & in terram egrediens paſcitur, ſed ſubitò refrigeratum emoritur, Varinus. Audio nuper ex noui Orbis nauigatione aduectos eſſe quos porcellos Indicos vocant, cuniculorum ferè magnitudine, paulò minores, albos, ſine caudis, ſingulis menſibus cuniculorum inſtar fœcundos, voce & natura porcorum. Hos eſſe puto quos vtias vocant, qui de nouo Orbe ſcripſerunt. Συαίνιον, genus piſcis, Suidas. Apri piſcis meminit Plinius 11. 15. etſi codices quidam caprum habeant corrupte: qui vocem vt grunnitum habet, quæ vox aprorum ſuumque propria eſt: accedit quod in Eurota quoque fl. Laconicæ, piſcis orthragoriſcus vocalis eſt, vt lib. 32. (Plinij) dicitur. Eſt autem orthragoriſcus idem, qui & porcus, Athenæo teſte. In Danubio mario extrahitur, porculo marino ſimillimus: & in Boryſthene memoratur præcipua magnitudo, nullis oſſibus ſpiniſve interſitis, carne prædulci, Plinius. Eſt autem mario, quem vulgo huſonem vocant, *huſ* quaſi hys vel hyſca, id eſt porcus vel porculus. Mario vox forſitan originis eſt Germanicæ, qui ſuem fœminam *mer* vocant, vt & Cretenſes μαῖαν. Cæterum porculus marinus Plinio dictus proculdubio non alius eſt quàm ſturio, (*ſtur*) vulgo nominatus: cui huſonem perſimilem eſſe ſcio: porculi autem nomen à corporis pinguitudine meretur, & hodie in Italia ſturiones adhuc parui, porcellæ vocantur. Hyccam (ὑκκαν) piſcem aliqui ſacrum vocant: putant autem hunc aliqui erythrinum eſſe, alij iulida (ex Athenæi ſeptimo:) ex noſtris aliqui (inquit Cælius 12. 12. & Hermolaus in Coroll.) ſturionem. Et mox, Hyccam ſiue hyſcam Latinè interpretantur porculum. Hyæna piſcis nomen eſt apud Athenæum, qui & hyænida ex Epicharmo nominat: videtur autem idem piſcis quem & hyn illic lib. 7.) nominat, & dubitat an idem ſit qui capros, id eſt, aper vocatur, vt pluribus ſcripſi in Hyæna quadrupede capite primo Sed de piſcibus quibus à ſue nomen contigit propter pinguitudinem, vel vocem, vel corporis formam, in Libro de piſcibus copioſe agam. Syænam piſcem Græci recentiores chœrillam interpretantur, hoc eſt porculum, Hermolaus in Plin. Diphilus (Apud Athenæum) piſcem quendam capriſcum dici ſignificat, qui & mys vocetur: niſi quis non myn, id eſt, murem, ſed hyn, id eſt ſuem legendum potius exiſtimet, Hermolaus. Gryllus & ſuem ſignificat,

vt ſupra diximus: & piſcis genus anguillæ ſimile Athenæo libro. 8. quod libro ſeptimo congrum interpretatur. Oppianus lib. 3. de venatione mullos piſces ſuibus terrenis comparat duplici nomine: primum quod admodum voraces ſint, vt qui fœtida etiam quæuis, & naufragorum cadauera deuorent: deinde quòd ad lautitiam cibi ita præferantur reliquis piſcibus, vt pecoribus ſues. Marinum animal quoddam informe eſt, corio quaſi ſuillo, pedibus loraceis, ſine dentibus, paruis oculis, ſub ventre duo foramina habet iuxta caudam: cauda prælonga, brachij menſura latiore, quam menſuram longitudine & latitudine implent ſingulæ auriculæ: corio craſſiore quàm digitus ſit. forſan è polyporum genere, Cardanus. Χοιρίδια conchæ quædam marinæ ſunt, labris vt ita dicam denticulatis, læues admodum & ſplendidæ, à quadam oris ſuilli opinor ſpecie, quam parte ſui dehiſcente quodammodo referunt, ſic appellatæ: has hodieque porcellanas vocant: ſunt autem diuerſæ, magnitudine ſcilicet & colore differentes. Heſychius chœrinas non recte interpretatur calculos marinos: neque enim calculi ſunt, ſed calculorum vicem in ſuffragijs implebant: minimum & album earum genus noſtri inepte vocant *mütterſtein*, id eſt lapillos matrici vtiles: nam quod figura matricem quodammodo referant, ſuperſtitioſæ quædam mulierculæ corpori appenſas vteri morbis ſalutares mentiuntur. Eſt & gemma porcellana hodie vulgo ab Italis dicta, forſan à ſimili nitore læuoreque porcellanæ conchæ. Scoppa murrham gemmam, agatham vulgò dictam vel porcellanam interpretatur. Georgius Agricola murrhinam non murrham vocat, & interpretatur Chalcedonium, vt & onychen: his enim duobus nominibus rem eandem Plinio deſignari: onyx quidem etiamnum nomen apud multos retinet, *onychel*. Cardanus libro quinto de ſubtilitate, myrrhina vaſa ea eſſe affirmat, quę hodie porcellanę dicantur, ex Oriente mitti, nec gemmas ſed figlina eſſe, ex argilla tenuiſſima, denſa, leui ac pingui: cuiuſmodi in Italia quoque fiant, ſed nullo odore, & pallidiora quàm quæ Oriens mittit: foliis ac imaginibus placere: purpuræ colorem abeſſe, nimirum ob temporum & opificij varietatem. Τελχεφῆνες vel Χείρωνες dicuntur ſerpentes quidam in Scholijs Nicandri, à quorum morſu ſcilicet capilli defluunt. Altamuga, id eſt porcus luti, beſtiola multipeda acuti veneni, Syluaticus: Videtur non alia quàm ſcolopendra eſſe, fortè quod pilis ceu ſetis rigeat, vt erucæ maiores. Aſelli etiam inſectorum generis à colore dicti, ab alijs multipedæ, vel multipedes aſelli, à nonnullis hodie porcelli nominantur, ni fallor, à corporis ſcilicet figura.

Propria hominum. Scipio Suario cognominabatur propter ſimilitudinẽ ſuarij cuiuſdam negotiatoris. Plinius. Hermolaus legendum conijcit, Scipio Sciriatio cognominabatur propter ſimilitudinem ſerui cuiuſdam negotiatoris. Auus meus (inquit Tremellius Scrofa apud Varronem) primum appellatus eſt Scrofa, qui quæſtor cum eſſet, Licinio Nerua prætore, in Macedonia prouincia relictus, qui præeſſet exercitui, dum prætor rediret, hoſtes arbitrati occaſionem ſe habere victoriæ, impreſſionem facere cœperunt in caſtra. Auus, cum hortaretur milites, vt caperent arma, ac exirent contra, dixit celeriter ſe illos (vt ſcrofa porcos) diſiecturum: idque fecit: nam eo prælio hoſtes ita fudit ac fugauit, vt eò Nerua prætor imperator ſit appellatus, & auus cognomen inuenerit, vt diceretur Scrofa. Sed aliter Macrobius Saturnaliorum libro 1. circa finem cap. ſexti: Tremellius, inquit, cum familia atque liberis in villa erat: ſerui eius cum de vicino ſcropha erraret, furtẽptam conficiunt. Vicinus aduocatis teſtibus omnia circumuenit, ne quò hæc efferri poſſit, iſque ad dominum appellat reſtitui ſibi pecudẽ. Tremellius qui ex villico rem comperiſſet, ſcrophæ cadauer ſub centonibus collocat, ſuper quos vxor cubabat. Quæſtionem vicino permittit. Cum ventum eſt ad cubiculum verba iurationis concipit, nullam eſſe in villa ſua ſcropham, niſi illam, inquit, quæ in centonibus iacet, lectulum monſtrat. Ea facetiſſima iuratio, Tremellio Scrophæ cognomen dedit. Sergius, qui prius Os porci vocabatur, ex pontificibus primus fuit qui proprium demutauit nomen: quod mox obſeruatum ad nos vſque perdurat, Cælius. Porcelli grammatici in ſuaſorijs orationibus Seneca meminit. Idem eſt puto qui aliquando ad Tiberium Cæſarem verbo haud Latino vſum dixit: Tu Romanorum hominibus, ô Cæſar, πολιτείαν dare potes, verbis non potes. Porcellius poëta Neapolitanus ſcripſit res Frederici ducis Vrbini. A minore pecore nomina habemus, Porcius, Ouinius, Caprilius, Varro. Suillus, Porcius, Bubulcus, Caprarius, nomina fuerunt veterum Romanorum, Plutarchus in vita Publicolæ. Porcius cognomen fuit Catonis Cenſorini. Porcia lex, vt Cicero in quadam oratione innuit: & leges item aliæ fuerunt, quibus exilium damnatis permittebatur, Cælius. Latro Portius grauis fuit orator, vt ex Seneca refert Cælius, 11.1. & 11.13. Verres nomen viri Romani prætoris in Sicilia, contra quem repetundarum reum à Siculis Cicero orationes habuit quæ Verrinæ appellantur. Chœrilus, Χοιρίλος, Athenienſis Tragicus poëta, & alius Samius: vide Suidam. Athenæus libro 8. Chœrilum poëtam inter helluones & guloſos homines numerat. Syadræ Spartani ſtatuarij meminit Pauſanias in Eliacis. & Sybotæ filij Dotadæ in Meſſeniacis. Tibia vſum Hyagnim primum volunt, &c. Cælius 9.3. Hyas, filius Atlantis & Aethræ, cuius meminit Ouidius 5. Faſtorum, à quo Hyades ſorores aliqui dictas putant. Athenienſis quidam è Melite vico (tribus Oeneidis) Καπρίων & Σύς, id eſt Verres & Sus cognominabatur, vt Vrſus quoque, à corporis hirſutie: aut fortè quod molas poſſideret, in quibus alebat ſues, Heſ. Varin. Gryllus, Xenophõntis Socratici filius, Suidas. Germani etiam nomen viri ab apro fecerunt, *Aeberhart*, ac ſi Caproſthenem dicas: aprum autem vocant non ferum modo, ſed frequentius cicurem, id eſt, verrem. Porcia nomen mulieris Romanæ: fuerunt autem duæ, maior & minor Porcia minor cum laudaretur apud eam quædam bene morata, quæ ſecundum habebat virum, reſpondit: Felix & pudica matrona nunquam præter ſemel nupſit. Bouinia Porcilla auia Pij (imperatoris puto.) Chœrile dicta fuit vxor Euripidis. Χοιρίλη, ἡ Εὐριπίδου, Suidas. Calliſtò meretrix cognomine ὗς, memoratur Athenæo lib. 13.

Populorum & locorum. Cliſthenes tribus Dorienſium diuerſis nominibus notauit: nam præter tribum ſuam, cui Archæ nomen erat, reliquas ludibrio habitas ex brutis appellauit. Quippe Hyatas, id eſt, Suales aliquibus Oneatas, hoc eſt Aſinales: reliquis Chœreatas, hoc eſt Porcales nomina indidit, Alexander ab Alex. Hyæa, Ὑαία, vrbs Locrorum Ozolorum, gentile Hyæus, Stephanus ex Thucyd. lib. 3. Hyamea, vrbs Meſſenes, vna ex quinque, Idem. Hyamion, vrbs Troiana, Idem. Hyampolis, vrbs Phocidis, Stephanus. Et valles Lebadea tuas, & Hyampolin acri Summiſſam ſcopulo, Statius lib. 7. Theb. Meminit Herodotus, Homerus, & Plinius lib. 4. ca. 7. bis. Vbi relicto Abis oppido viam rectam Opũntem verſus fueris ingreſſus, Hyampolis te excipiet. Ipſum autem hominum nomen arguit, qua nam origine hi ſint orti, aut vnde egreſſi in hanc regionem peruenerint. Qui enim Cadmum eiuſque exercitum Thebis fugiebant, Hyantes in hunc ſe locum contulerunt. Veterum memoria Hyantum ciuitas à finitimis vocabatur: temporis autem progreſſu vſus obtinuit, vt Hyampolis diceretur, &c. Pauſanias in Phocicis. Hyantum meminit Plinius 4.7. Exul Hyantæos inuenit regna per agros, Statius. Cõpellat Hyantius ore, Ouidius lib. 3. Metam. nominat autem Actæonem, iuuenem Hyantium. Et alibi, Hyantæa

Aganippe.

Aganippe. Apollonius libro 3. Oncheſtum vrbem Neptuno in Bœotia dicatam, vt apud Homerum legitur & Plinium, Hyantiam vocauit: nam & Bœoti ſues ab illiberalitate morum dicuntur, vnde nomen Hyantibus. Vide plura infra in prouerbio Bœotia ſus. Varinus Hyampolin triplicem memorat,) Hermolaus. Hyantes populi circa Alalcomeniam, dicuntur etiam Hyantij & Hyantini, Stephanus. Sunt qui Hyantes Bœotiæ populos faciant, quorum vrbs Hyantia dicatur, incolæ Hyantię. Hyantia Stephano vrbs Locrorum eſt. Hyapea, vrbs Phocidis ab Hyape dicta, (ἀπὸ Ὑάπου,) Stephanus. Hyope, Ὑώπη, vrbs Matienorum, Stephan. Hyops, vrbs in Iberia Cherronneſi non procul Leſyro fluuio, Idem. Oaſis, ciuitas Aegypti, quę & Hyaſis, Stephanus. Hyi Aſiæ populi prætenduntur ſupra Elymaida, quam Perſidi in ora iunximus, Plinius. Hyſia vel Hyſiæ, vrbs Bœotiæ, (apud Suidam quoque,) colonia Hyreorum, cuius meminit Thucyd. lib 3. Et alia regia ſedes Parthorum. Item vicus Argiuus Thucydidi, Characi verò ciuitas: & Arcadiæ vrbs, Stephanus. Hyſiæ nominantur loca multa, in Bœotia, Arcadia, & alibi, ex Thucydide, Pherecyde, Artemidoro. In Argolide autem ſunt hæ quas hîc (apud Plinium 4.5.) legimus, ex Pauſania, & Strabone: quîd Hyſias celebrem Argolicæ locum facit, Hermolaus. Hyſiæ ciuitatis meminit Pauſanias in Arcadicis. Syrbotæ, (aliàs Sybotæ) populi ſecundum flumen Aſtacum ad Septentrionem vergentes, Plinius 6.30. collocat autem eos in Aethiopia, & octonûm cubitorum ſtaturam eis tribui ſcribit. Sybota, inſula quædam & portus, Stephanus. Sus fluuius ſiue torrens eſt circa Olympum, Pauſanias in Bœoticis. Hyóeſſa fons quidam apud Sophoclem nominatur: de quo vide plura in Tauro H. inter propria, in Tauri fluuij mentione. Hyomemnia, feſtum quoddam Argis, Heſychius & Varinus. Capria lacus: vide in Apro H. inter propria. Chœrades, vrbs Moſyncœcorum, gentile Χοιραδίτης, Stephanus. Legimus & ſcopulos quoſdam marinos circa Helleſpontum ſic nominari: ſed ſupra inter deriuata quoſuis ſcopulos marinos, qui vel latent, vel paulum eminent, ſic appellari docuimus. Inſulas in Alexandria Aegypti Pharon & Chœrades appellatas ſciunt omnes, Hermolaus in Plinium 32.11.

b. Chalaſtra vrbs & lacus eſt Macedoniæ, vnde Chalaſtrei ſues dicti, & Chalaſtræum nitrum, Heſychius. Circa Hieroſolyma ſunt porci miræ magnitudinis, dentibus cubitalibus, Phyſiologus. Φορίνη pellis ſuilla Hippocrati in libro de ratione victus acutorum, vt Galenus exponit. Φορίνη, ἡ παρ' ἑνίοις πορίνη, Heſychius. Varinus ſcribit humanam quoque pellem aliquando phorinen dici. Κόπρος, ἢ νῦν ἡ Φορίνη, καὶ ἡ λοφιὰς τὸ ἄκρον, Heſychius. Cutem ſuillam Græci vocant κάλαϲϲυπον vel ὕειον, non ὑϊκὸν, quamuis id Varinus ſcribat in voce ὑστρίχαινα: vide ſupra inter deriuata à ſue, in a. Setæ à ſuibus dicuntur, vnde & ſutores quod ex ſetis ſuant, Iſidorus. Acici frontem in anguſtum deſinentem, caput porci ſimplicitas militaris appellat, Ammianus Marcellinus. Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ iuncta cum acie primo anguſtior deinde latior procedit, & aduerſariorum ordines rumpit, quia à pluribus in vnum locum tela mittuntur: quam rem milites nominant caput porcinum, Vegetius 3.19. Oculi porci naturale figmentum habent, ita vt in terram neceſſitate ſemper intendant, Phyſiologus. Elephantorum promuſcis intus concaua ſuillî libri ſimilitudinem quandam gerit, Aelianus. Delphinis lingua breuis atque lata, haud differens ſuillæ, Plinius. Mars tibi voueo facturum, ſi vnquam redierit, bidenti verre, Pomponius in Atrellana citante Feſto. Bidentes non oues ſolum, ſed omnes beſtias bimas olim appellabant, quia neque maiores aut minores licebat hoſtias dare, Macrobius: de bidenti pecore, & quod de ouibus ferè ſemper dicatur, vide in Boue H. vbi de ſacrificijs ex eo. Nefrendes, adhuc lactentes porculi, quod nondum aliquid frendant, id eſt comminuant dentibus: hinc & faba freſa quæ molita eſt, Iſidorus. Plura de hac voce diximus ſupra in E. Chamæleonti eminet roſtrum, vt in paruo, haud abſimile ſuillo, Plinius. Roſtrum ſuis proprie Græci ῥύγχος vocant, vnde diminutiuum ῥυγχίον in Acharnenſibus Ariſtophanis. Pihaoreb. (alias algorab,) הַעֲרֹב, id eſt roſtrum porcinum, Arabicè vocatur os acromij, id eſt ſummus humerus, quem ſcapulæ proceſſum Galenus κορακοειδῆ nominauit, Veſalius: ſed oreb Hebraicè coruum ſonat: itaque roſtrum coruinum, non porcinum ab eo verti oportebat, vt Galenus etiam Græcè à corui ſimilitudine nomen indidit. Aluus in homine infima parte ſimilis eſt ſuillæ, Plinius. Ventres elephanto quatuòr, cætera ſuibus ſimilia, Idem. Exta elephanto ſuillis proxima, ſed maiora, Ariſtot. Τραχήριον, ὕϐη τε, ἡτρειαῖον ἐλέφαντος, Pollux: hoc eſt, abdomen, mamillæ, fumen porci. Ἡ ἐλέφαντος ὑπερφυῆς ἡτρειαῖον, Ariſtoph. Apud Athenæum. Candidus effœtæ tremebundior vbere porcæ, Columella de cucumere. Ὑὰξ, τὸ πυγὶ τὸ σαικάχου τ' ἢ καπρὸς αἰδοῖον, Heſychius, Varinus. Supernati dicuntur quibus femina ſunt ſuccisa in modum ſuillarum pernarum. Ennius, His pernas ſuccidit iniqua ſuperbia Pœni, Feſtus. Talis ſuum diſcordiam quandam ineſſe traditur, Plinius ni fallor. Ὀτραὶ: de ſue dixit Ariſtophanes & Simonides: & Heſiodus βοὸς ὀτραλέης & ἱππουριαλέης, contraria acceptione, quàm Grammatici docent vſurpanda. Ἐρεθισμὸς & alia ſignificat, & πεῖρα συῶν ἐμβρυικὰ, Heſychius & Varinus, ſenſu mihi obſcuro.

Germani propria quædam de ſuum partibus vocabula vſurpant: nominant enim pernas, *leuff oder hammen*: ſummum roſtrum, *ſchnorren* vel *rüſſel*.

c. Vox Sordida ſus paſcens ruris per gramina grunnit, Author Philomelæ. Quirritat verres, Idem. Minimo ſuis ſtridore terrentur elephantes, Plinius 8.9. Γρύ, vox eſt ſuis, Tzetzes. Apud Suidam γρῦ circunflexum ſcribitur, quod non placet. Καὶ τοῦτ' ἀπὸ τοῦ μηδὲ τὸ ὠδὶ γρύ, Ariſtoph. in Pluto, vbi Scholiaſtes γρὺ exponit, βραχύ. id eſt, minimum, vel ſordes vnguium. (Γρύξ, ἡ ῥὶς τοῦ ὄνυχος. Γρυβὸς, γρύξ, Varinus:) aliqui verò (inquit) deducunt hanc vocalem à grylliſmo, id eſt grunnitu ſuum: aut genus eſt parui numiſmatis: γρὺ enim paruum aliquid & minimum ſignificat, vnde γρύτη dicta parua vaſcula: & γρυτοπώλης, pro qua voce veteres ῥυποπώλης (& ῥυπαπώλης) & γρυτάρης (hic locus apud Suidam mutilatus eſt) dixerunt. Hinc eſt quod aliquem οὐδὲ γρὺ φθεγξάμενον, id eſt ne gry quidem loqui dicimus, pro eo quod eſt ne minimum quidem aut quoduis verbum. Eadem apud Varinum legimus: & apud Suidam, qui præterea addit, paroemiam eſſe τὸ Διωνύσιον γρῦ, ἐπὶ τοῦ μηδὲ τὸ τυχὸν σημαίνοντος. Ne gry quidem loquitur, hyperbole prouerbialis, pro eo quod eſt ne tantulum quidem: nam gry minimum quiddam, aut ſordes vnguium ſignificat, aut vocem ſuillam, quam ædere ſolêt ij qui grauantur ſermone reſpondere, (ſi verè ſapiunt,) Eraſmus. Lege apud eundem prouerbium Dionis gry. Hinc facta ſunt verba γρύζειν & γρυλίζειν, & porcus ipſe gryllus dictus. Ἀλλὰ φθέγξαι καὶ μὴ γρύζῃς Ἑπτὰ μηδ' ὅλων, Ariſtophanes in Pluto: vbi Scholiaſtes ait γρύζειν propriè de porcellorum voce dici. Γρύζειν δ' καὶ πολλαχοῦ τῶν καθ' ἡμᾶς; Ariſtophanes in eadem fabula. Οὐδαμοῦ τὸ φθέγξατο, οὐδ' ὑπῆχθη γρύξαι, Philoſtratus in vita Apollonij, id eſt, Haud quaquam locutus eſt, neque adduci potuit vt vel hiſceret, vt citat Eraſmus. Γρύζω, φθέγγομαι ἢ φωνῶ, Suidas. Γρύζειν loqui, clamare, Idem. Γρύζειν, τὸ φθέγγεσθαι. καὶ τὸ τῇ φωνῇ ὑποκλέπτειν, Varinus: id eſt lugere, & voce nimis obſcura vel ſummiſſa loqui vt intelligi non poſſit, muſſitare. Εἰ τι χρίξομαι, (lego χρύξομαι per υ.) Ὡς σπανίως πλέον τι γελασθήσομαι, Alceus

cerus apud Athenæum. In Creta sacrum creditur suillum genus, quoniam nascenti Ioui sus mammam submiserit, ac grysmo (χευσμῷ) id est grunnitu, pueri vagitum audiri vetuerit, Cælius ex Athenæo. De suum voce dicitur χεύζειν. & χευσμαίνειν, χευσίζειν. aliqui etiam ὑοκρὸν & ὑΐζειν dixerunt, Pollux. Ἄφες χευσόν ἵνα ὑμῖν; hoc est an mussitare, hiscere, vel liberè loqui debetis? Suidas, ex Aristophane vt conijcio. Γρυλίζειν & χευσμὸν aliquotics per λ. simplex legi. & Varinus quoque sic scribi iubet, non per duplex vt Phrynichus. Aristophanes primam semper producit, vt in Pluto: Τμεῖς ἢ χευσίζοντες ἐστὲ φιλοῦσαι. Varinus Atticè per lambda vnum scribi docet. Et rursus, Duplex (inquit) circa hoc verbum error committitur, primum quod lambda duplex scribitur: deinde quod vsurpatur pro indecorè & inepte saltare, cum veteres de grunnitu, id est suum voce semper posuerint. Ἀχευξία. silentium, Hes. Var. Ὅταν ἢ χευσίζωσι καὶ κρίζωσι, Χαρεῖν φασὶν Χαλδαίων μυστηρίων, Aristophanes in Acharnensibus. vbi Scholia, καὶ, πιὸ ἢ φιλοφαίων φασί. κρίζειν porcelli dicuntur μιμητῶς. Hes. Varin. In Acharnensibus Aristophanis, filiæ pauperis cuiusdam pro porcellis vendendæ, subinde clamitant κρὶ κρὶ. Γρυλίζουσι, χεύζουσι. Hesych. Γρύλλος, ὁ τῶν φωνή. Idem & Varinus. Γρυλλίζει, γογγύζει. Idem. Γογγύζει (malim γογγρύζει) immurmurare, mussitare, grunnire, quod & γογγαλίζειν & χευλίζειν aliqui dicunt Γογγρόν. grunnire, Hes. Varin. Ὀρωθῶ. χευλίζει. Idem. Ἐρυσμὸς. vox suum, idem. Κλαγγὴν vocem acutam non solum in suibus, sed etiam canibus Homerus vocat, Varinus. Omne purgamentum & ablutio omnis esculentorum, ex pane, caseo, carnibus ac piscibus, quo porci canesque vescuntur, μαγδαλιὰ vocatur, Tzetzes 5.13. Plura de hac voce reperies in Catone. Turbidam suum potionem in culinis collectam, qua aluntur, Plinius colluuiem vocat, nostri *Kerspitzen* & *trancke*, hoc est vasorum ablutionem & potionem. Porcus colluuiaris dicitur, qui cibo permisto & colluuione nutritur, Festus: à Scoppa Italicè exponitur lo porco pontino, notrito al pontino. Aqualiculus, vt Siponinus nocat, propriè vas est in quo porci sorbent, per metaphoram vero pro ventre vsurpatur. Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extat, Persius. Videtur autem diminutiuum esse ab aqualis, vt à caulis cauliculus: apud Apicium tamen etiam aqualicus legitur. Filius prodigus in Euangelio Lucæ, qui consumptis omnibus porcos pascebat, cupiebat saturari ceratijs, id est siliquis, (fructibus scilicet siliquæ arboris quam ceraton iam vocant, nostri panem D. Ioannis) quibus porci vescebantur, neque quisquam illi dabat. Taurus mons illius regionis (non exprimit cuius) glandes fert pabulum suibus, Varinus in Ταῦρος. Γογγυλὶς ἀγρία. Pollux 2.12. id est faba fresa qua sues vescuntur. Laphygmus dicitur eruditè canum & suum inexplebilis vorandi auiditas, inclinato vocabulo à verbo λάπτω καὶ λαπάζω καὶ λαφύσσω. id est sorbeo & deuoro, pro quo Itali quidam slapare dicunt, Cælius. Ῥοθάζειν καθάπερ ὑς ψολοκόπον. *schmatzen*) Aristophanes in Acharn. de porcis. Mulieres quædam menstrua in cibum porcorum miscent, vt saginentur felicius, Lutherus in decem præcepta de veneficis loquens Sucerda, stercus suillum. Quid habes nisi vnam arcam sine claui, eò condis sucerdas? Titinnius apud Festum. Recentiorum quidam dubitat num susserda fortè melius scriberetur, vt muscerda, quod non placet. Lucilius citante Nonio sucerdam per syncopen dixit propter carmen, Hic in stercore humi, stabulisque, (sic lego,) fimo, atque sucerdis, vt Nonius citat: nisi quis semper sucerdam rectè dici existimet per c. simplex. Iones suis fimum hypcleuthon vocant, nos sucerdam, Hermolaus. Suis stercus, ὑσὶ δόμη Græci vocant, Varinus in Ἀποπατῶ. Τὸ τῶν ὑῶν. suis fimus, nam κόπρος de fimo cuiuslibet bruti dicitur sue excepto, Varinus. πίλος quidem stercus equinum interpretantur, & πιλίζειν, κόπρον, vt pluribus dixi in Equo H.c. Τοὺς ὑπὸ τὰ φόβαλα. Hes. Varinus.

Φρίσσει ὑὸς χοῖρος πρὸς θεὸν, Varinus: id est, porcus rigentibus setis horret. Mollyncei publicè coëunt, Οὐδ' ὅτε περ σιάλοις ἐπὶ κάπρος ὀδὰξ ἀΐσσει, ἀλλὰ σύες ὡς ἐπέβησαν, ἃ δ' ἠβαιὸν ἀπιζήμενοι πατρίδος αἴσης Μιδωνίην χαμάδις. Apollonius 2. Argon. Vlysses Odyss. 6. Iro minatur, excussurum se ei dentes omnes σὺς ὡς ἀγριόδοντας. vbi Scholiastes deprehendatur sus alienas segetes depascens, ἐξοδοντίζεται. id est dentibus priuatur. Pygmæi minutum genus, pro satis frugibus contra sues dimicando defecit, mela. Phocylides apud Stobæum in Sermone quo vituperantur mulieres, pro morum & ingenij diuersitate, alias ex alijs animantibus prognatas scribit, & eam quæ ex sue nata fuerit, nec bonam nec malam esse. Simonides vero è sue natam omnia domi impura sine ordine & ornatu vel humi iacentia negligere ait: atque ipsam illotam cum vestibus immundis in stercore sedentem pinguescere. Calchas vates oraculum accepit, tunc se moriturum quum in vatem se meliorem incidisset. Capto igitur Ilio Colophonem venit ad Mopsum Apollinis filium, à quo interrogauit quot grossos (ὀλυνθους, id est ficos immaturas, non de syluestri sed vrbana ficu) ficus ferret: cui Mopsus respondit, μυρίους id est decies mille. & medimnum, & insuper grossum vnus quod ita inuentum est. Mopsus verò Calchantem de sue partui vicina rogauit, quot fœtus vtero gereret & quando pareret: quo tacente, ipse dixit, numero decem esse portellos, & vnum marè, pariturum verò postridie. Quod cum ita contigisset, Calchas memor oraculi præ mœrore obijt, vel (vt alij volunt) vim sibi intulit, Scholiastes Lycophronis. Deteriæ porcæ, id est macilentæ, Festus. Dedit hæc contagio labem, Et dabit in plures: sicut grex, totus in agris Vnus scabie cadit, & porrigine porci, Iuuenalis Sat. 2.

d. Aiunt Pyrrhonem deprehensum tempestate, alijs omnibus consternatis periculi magnitudine, annotasse in naui τὸν ἐπὶ πρῴρης φάσκοντα, id est porculum largè ac securè frugibus vescentem. En (inquit vobis veram ἀφυΐας imaginem, &c. Calcagninus circa finem libri de profectu. Tradunt magici iocinere muris dato porcis in fico, sequidanten id animal: in homine quoque similiter valere, sed resolui cyatho olei poto, Plinius.

e. Tria tantum genera sunt pastorum, qui dignitatem in Bucolicis habeant, bucolici, opiliones, & omnium minimi æpoli, id est caprarij, vt Ael. Donatus scribit. Subulcorum verò nulla nec apud Vergilium neque Theocritum mentio fit. Errorem enim Seruij & aliorum, qui Aegl. 10. legunt, Tardi venêre subulci, supra in Boue reprehendimus. Subulcorum epitheta apud Textorem, Tardi, Hircosi, Duri. Αὐτὰρ ἐγὼ σοῦς τοὺδε φυλάσσων τε κἀρήσω, Eumæus apud Homerum Odyss. ξ. Plura de subulcorum varijs appellationibus require supra prima parte huius cap. inter deriuata: item alia nomina quæ ad greges porcorum, stabulaue & haras pertinent ab ipsis deriuata, vt συβόσιον, γοιροκομεῖον, &c. Κοῖται, ἀγρεπαύλιες, καὶ τὰ συνοφόρβια. Varinus. Hara est porcorum stabulum. In tenebris ac suilla (forte suili. id est stabulo suum) viuunt, nisi non forum, hara: atque homines qui nunc plerique sues sunt existimandi, Varro Prometheo. Ex hara producte, non schola, Cicero in Pisonem, vt citat Nonius. Hara stabulum dicitur tam de porcis, quàm de auibus, Varro de re rust. 3.1 :. vt Ge. Alexandrinus interpretatur. Varro quidem & Columella 8.14. haras anterum vocant, septa eis extructa in quibus pariant. Hara in qua pecora includuntur, Donatus. Te Iupiter dique omnes perdant, oboluisti allium. Germana illuuies, rusticus, hircus, hara suis, Plautus Mustell. Tertius immundæ cura fidelis haræ. Ouidius in epist. Penelopes. Villam ædificandam si locabis nouam ab solo, faber hæc faciat, oportet, limina, postes, cellas familiæ, haras decem, &c. Cato. Diligens autē porcalator

porculator frequenter ſuile conuerrat,& ſæpius haras,Columella lib.7. Συφεὸν ἢ Χοίρων μάνδρα. Euſtathius Χύλον, vinculum quo ligantur porcelli: vel lignum ſecundum Ael. Dionyſium, Varinus, Χύλινον, σχοινίον ἢ ξύλινον τοῦ Χοίρου, ἢ τὸ ξύλινον, Heſychius per ε. dupler,quod magis placet: nam & Χυλοσάλης id eſt porcelli,ſic ſcribitur,& Χύλλα vox qua ſuibus acclamatur: item Χυλλάβοι, vincula ſuum, Heſychius, Varinus. Πυρίκαυστον. πεπυρωμένον σιδηροῦν πεπερυπωμένον, καὶ ἄλλον ἔχων ἐν τῷ τυμπάνῳ ἐν φόλλῳ. ὃ χρῶνται πρὸς ἀσκαρίσιν συῶν. πυκάζειν, vt Ariſtophanes ait in Laconicarum interpretatione,Heſychius, Varinus.Pontifex minor è ſtramentis napuras nectito,id eſt funiculos facito,quibus ſues adnectantur,in Commentario ſacrorum,Feſtus. Μελικᾶ πόλια. Χοιρίδιον (forte Χοιρίδιον) ἀσκαρικόν. Τροχίλια καὶ πυγὶς μαλικὰ καλοῦσιν. Heſychius, Varinus. Οὐδὲν συῶν ἀγέλη ἥδιον πρόβατον ἀνδρὶ νομεῖ, Περὶ καὶ ἰεροσύλοιο καλαύροπος ἦχον ἀκούειν, Incertus in epigram. Πῶς συὶ καὶ τὸ ὗν ἐὸν μιαίνομεν, τί δὲ αἰτὸν ἐξ ὑὸς τυλλόβων τμῆσαι ἐπιχώριον, ὥσπερ εἰώθαμεν τοῦτο ποιεῖν ἡμεῖς; Aelianus in epiſt.hirci autem caſtrati quomodo curentur, ex eadem epiſtola in Hirco dictum eſt. Hominem pernicioſum cum volunt ſignificare porcum pingunt: talis eſt enim porci natura, Orus in Hieroglyph. Ad lithoſtrota conficienda,(qualia vulgò Muſaica vocant opera,)ex fruſtulis lapidum diuerſorum colorum glutino tenaci inficem iunctis, fit malcha (glutinum, lithocolla) perpetua ex calce & ſuillo adipe, vel pice & oui candido, Cardanus. Οἱ γὰρ Σκύθαι ἀλισγοῦσιν χοίρους ὑείῳ καὶ μοχθηρῷ τρόπῳ Suidas in Τὸ ἔκπαγλον ἢ λάθρα ἐσθίοντα Ἀριστοφάνους· ὑὸς ἥμισυ ἔχων ἔφη καὶ ἥμισυ, Homerus Iliad. κ. de galea Vlyſſis.

¶ Plutarchus Sympoſiacorum libro 4.problemate 5. Probabile videtur, inquit, Iudæos ſuem colere (& colentes potius quàm faſtidientes abſtinere) vtpote ſeminandi & arandi magiſtrum, vt aſinum quoque colunt quod aquæ fontem eis aperuerit. Scythæ ſues pro nihilo putant, quos nec alere omnino in ſua regione volunt, Herodotus libro quarto. Sues mactatos noſtri in labro aquæ feruidę, addita etiam in fundum labri & alia ſuibus impoſita reſina,depilant: aliqui flammis circunquaque è ſtramine excitatis amburunt, vt in Gallia fit: quod Græci ὑειν,αἰφλίειν & ἀφλέγειν vocant, (vt pluribus dixi in muſtela G.) item φλογίζειν, noſtri *bſengen*. Ὅπως καταφλέγωμεν ἀλλήλους ἀφλέγειν γέγονα, Ariſtophanes. Τοὺς ὑπνους αἰφλίσεις τὰ πτερά. Μετὰ γὰρ τὸ τυθλοῦσθαι τὰ ἀλεκτρυόνια, φλογίζοντας ὧν ψιλωθῶσι, Suidas. Ἔνιοι (ἐκ τῶν συφιῶν) λίθον δὲ ἔνιοι καὶ ἀμφοτέρους ἱερεύουσιν, Εὔουσι (ἀφλέγουσι Schol.) μίσχιλόν τε καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ὑτάων, Ὀφθήσεσθ' ἄρα πάντες φίλοι περιδὸς Ὀδυσῆι· Θέρμ' αὐτῶς ὀβελοῖσιν, ὁ δ' ἄλφιτα λάθρη πάλυνεν, (λίβρεχεν, Schol.) Homerus Odyſſ. ξ. Παπταὶ δ' ἀργαλέησιν ἐπὶ νέες, ἠλέατο πᾶσαι ἀλοιφῇ. Εὐθμῆναι (φλογίζόμενοι) πεπόνηντο δέμας φλογὸς αἰθομένοιο, Homerus Iliad. ψ. Λάθρῃ τί δὲ ἰὼν καὶ παλῶς ἀφλιεῖς; καὶ καλῶς ἀφλιεῖς· Ὁ Χοῖρος ὑὸν κακὸν λυμαθοὺς, πυρί, Aeſchylus apud Athenæum. Ἔνεστιν, χύτρα, δυσγνώμων ἐν ᾧ τὰς ὑς; βυθίζων καὶ τὸ ἐγκαύμα ζῇ. Heſychius. Varinus. Εὐφρα. fouea in qua ſues mactant vel amburunt,à verbo ὑειν quæ & φλογίσμα dicitur: item ſpica quæ ante maturitatem demeſſa torretur.(Noſtri vocant *ſtrupffgerſten*) hordeum montanum, quod Comici & Tragici etiam αἰφίκαυτον vocant.Porrò maturum hordeum quod madefactum poſtquam germen emiſit torretur, Aetius to.28.bynen appellat: Germani ſic madefactum (non toſtum tamen) ad præparandam cereuiſiam, *malτz* nuncupant. Cæterum hordeum toſtum ſimpliciter,cachrys vel cachryas multitudinis numero Hippocrates vocitat. Ἐγὼ δὲ Χοῖρον καὶ ὑὸν δίχα μυλῶν τὸν δὲ σανδῶν (vox videtur corrupta) κολάσω ἔτι. Τί γὰρ ὄφον ἄλλο τ' ἂν ἀνδρὶ τῶδε βέλτιον; Aeſchylus apud Athenæum. Θηλάζοντα Χοῖρον edunt apud Theocritum in Thyonicho.Mactant Lacedæmonij καὶ σὺν γαλαθηνοὺς ἐσθιόμενοι χοίρους, Athenæus. Arcadicam deſcribens cœnam Hecatæus ex Athenæi monumentis,fuiſſe mazam dicit ac ὕειον κρέας, id eſt,ſuillas carnes, Cælius. Cum Erythræi Chios in conuiuio perinſidias oppreſſuri eſſent,quidam re intellecta ſic admonuit: Ὦ Χῖοι, πάλαι τὸ Ἐρυθραίων ἔχει ὕβρις, φόβητρα δεπνοποιοῦντες ὑὸς κρέα, μηδὲ μέλιτι βοῶν, vt Athenæus lib.8.refert. Boues obeſitate inſignes Mediolano ad nos coronati veniũt,principibus quotannis officij gratia donantibus: viſceratione hinc ſolenni orta,magiſtratibus diuiſa carne globulis,quos quia ferè pares ſunt, ſociolos conſuetudo appellat: quidam non ſociolos,ſed ſuccidulos à ſuilla viſceratione vocare malunt,Hermolaus. Iſte tibi faciat bona Saturnalia porcus, Inter ſpumantes ilice paſtus apros,Martialis lib 14.Porcus ſaginatus, Propertius 4. 1. Διλφακον σπόδιον Sopater meminit: Ἐπικαλίβαν· τὸν πολυδίλφακα σπόδιον ἔφυσεν, vt Athenæus citat.Saginatos & opimos ſues Græci cognominant πιταλίδας.λαγανὰς,σίαλας, vt dixi in a.ſupra in nomenclaturis & epithetis. De porcelli coctura,& quomodo aduſtionis vitium tollatur,coqui cuiuſdam verſus obſcuros ex Alexidis Lebete, Athenæus libro 8. recitat,quorum ego hunc ſenſum eſſe conijcio: Si carnes aduſtæ fuerint,ollam (fictilẽ) in qua coquuntur, ab igne adhuc feruentem, in vas aliquod aceto frigido plenum impones: ſic enim olla per cæcos ſui meatus tanquam pumex attrahet & imbibet aceti liquorem,vnde & aduſtionis vitium emendabitur,& carnes non exuccæ ſed roſcidæ & teneræ videbuntur.Operam verò dabis vt carnes aduſtionem olentes non calidas, ne moleſtus ſit nidor,ſed refrigeratas apponas.Coquus quidam apud Menandrum conuiuijs apponit Χοιρίδια σὺν φλόμοις κρεῶν βώειαν ἥλω, vt ibidem citat Athenæus: porcellos intelligo integros aſſos: κρεῶν enim exponunt κατακαῆ, hoc eſt feruens & vſtũ,vel toſtum: vt κρεμβὸν & κρεμβαλέον, ξηρὸν & καπυρὸν. Voce quidem κρεμβαλέος Athenæus ſimiliter alibi de porcello toſto vtitur. φλόμοις vox obſcura eſt: ſed licet interpretari porcellos cum pelle ſua (quam Græci φοινίκα vocant) integros aſſos. Περιφοινῶσθαι quidam interpretantur περιχυθῆναι ὑπὸ τοῦ φοινικος, &c.Varinus in Περιφοινῶσθαι. Οὐδ' ὑπερκάπτει, Οὐδ' ἀλλ' ἀμαθίνει, οὐδ' ὑπερμαίου ἀλλαντος. Athenæus lib. 3. ex Ariſtophanis Theſmophoriazuſis. Offa penita,id eſt offa porcina cum cauda.in cœnis puris, Feſtus. Apexabo,iſicia,ſilicernia,longauo,(forte longano per n.) nomina ſunt & genera farciminum, hirquino alia ſanguine,comminutis alia inculcata pulmonibus. Quid tuceta? quid næniæ? quid offæ? non vulgi,ſed quibus eſt nomen appellatioque penitæ: ex quibus quod primum eſt,in exiguas aruina eſt miculas, & ilia minutim inſecta de more: quod in ſecundo ſitum eſt,intellini eſt porrectio,per quam proluuies editur, ſuccis perexiccata vitalibus. Offa autem penita eſt,cum particula viſceris cauda pecoris amputata,Arnobius lib. 7. contra gentes. Et paulò poſt,O deorum magnitudo mirabilis: non prius iras atq; animos ponunt,niſi ſibi adoleri paratas conſpexerint næniias,offaſque penitas.Tuccetum per c.duplex apud Scoppam grammaticum Italum reperio, interpretatur autem tomacellam: qua voce alibi tomaculum quoque & iſicium reddidit,vt dixi in F. Silicernium Feſtus docet eſſe farciminis genus,quo familia in luctu à fletu purgatur: quia cuius nomine inſtituebatur ea res, is iam ſilentium cerneret.Sicci terga ſuis rara pendentia crate Moris erat quondam (ſeculo adhuc frugali) feſtis ſeruare diebus, Et natalitium cognatis ponere lardum,Iuuenalis Sat.11. Terga ſuis pendent fumoſo ſordida tigno, Politianus in ruſtico.

g. Medica-

g. Medicamenta quædam cum adipe ſuis fœminæ liquato, bibenda conſulit mulieribus abortui obnoxijs Hippocrates in libro de ſterilibus. Vetica ſuis fœminæ appoſita fiſtulæ, apta eſt ad vteri clyſterem, vt pluribus ſcribit Hippocrates in libro de ſterilibus. Ad colon: Ex porci inteſtino cæco id quod mammoſum eſt, accipito, ac myrrha inuolutum, ligatumque in pelle lupina aut canina dato geſtandum Luna abeunte à ſole ac miraberis, Alex. Trallianus.

h. Protei confirmatio in diuerſa corpora, imaginum falſarum rationem continet quibus deludimur. Sunt enim qui in voluptate ſummum ſtatuant bonum: hanc per ſuem exprimi concipimus: tigris iram & crudelitatẽ deſignat, Cælius. Socij Vlyſſis à Circe in porcos conuerſi deſcribuntur ab Homero Odyſſeæ x. & ab Ouidio Metamorphoſeos lib. 14. Allegoriam exponit innominatus ille cuius de allegorijs Homericis libellum nos olim Latinum fecimus: ita vt Circe rationis expers voluptas ſit, Vlyſſes mens & ratio, ſocij verò ratiocinationes & inferiores animæ facultates. Socrates in conuiuijs facile cauebat, ne plus quàm deceret ſaturaretur. Qui verò hoc facere non poterant, his conſulebat abſtinere ab illis quæ perſuadent non fameſcendo comedere, neque ſitiendo bibere. Hæc enim eſſe aiebat quæ ventribus, capitibus, atque animis nocent. Arbitrari autem iocando dicebat, idcirco ſues homines effici à Circe, quoniam multis talibus illos nutriebat. Vlyſſem autem partim Mercurij conſilio, partim abſtinentia ſua, ſuem factum non fuiſſe, Xenophon lib. 1. de dictis & factis Socratis. Vlyſſes ſi bibiſſet pocula Circes cum ſocijs, Viriſſet canis immundus, vel amica luto ſus, Horat. epiſt. 1. 2. Ex cum remigibus grũniſſe Elpenora porcis, Iuuenalis. Sat. 15.

Testamentum ludicrum ſed antiquum Porcelli, deſcriptum primo Moguntiæ à Ioanne Alexandro Braſſicano, & à Georgio Fabricio poſtea correctum locis aliquot ex antiquiſſimo exemplari, inuento Memmelebij in Turingia ad Vnſtrum. M. Grunnius Corocotta Porcellus teſtamentum feci, quod quoniam manu mea ſcribere non potui, ſcribendum dictaui. Magirus cocus (pro coquus) dixit, veni huc cucrſor domi, (pro domus,) ſoliuerſor fugitiue Porcelle, ego hodie tibi vitam adimo. Corocotta Porcellus dixit, ſi qua feci, ſi qua peccaui, ſi qua vaſcula pedibus meis confregi, rogo domine coce, veniam peto, roganti concede. Magirus cocus dixit, Trãſi puer, adfer mihi de culina cultrum, vt hunc Porcellum faciam cruentum. Porcellus comprehenditur à famulis, ductus ſub die XVI. Cal. Lucerninas vbi habundant (pro abundant) cymæ, Clibanato & Piperato Coſſ. & vt vidit ſe moriturum eſſe, horæ ſpatium petijt, cocum rogauit, vt teſtamentum facere poſſet. Inclamauit ad ſe ſuos parentes, vt de cibarijs ſuis aliquid dimitteret eis, qui ait: Patri meo Verrino Lardino, do, lego, dari glandis modios XXX. & matri meæ Veturinæ Scrofæ, do, lego, dari Laconicæ ſiliginis modios XL. & ſorori meæ Quirinę, in cuius vocum intereſſe non potui, do, lego, dari hordei modios XXX. & de meis viſceribus dabo, donabo ſutoribus ſetas, rixatoribus capitinas, ſurdis auriculas, cauſidicis & verboſis linguam, bubularijs inteſtina, eficiarijs femora, mulieribus lumbulos, pueris veſicam, puellis caudam, cinædis muſculos, curſoribus & venatoribus talos, latronibus vngulos, & nec nominando coco do, lego, ac ditnitto popam & piſtillum, quæ mecum detuleram à querreto vſque ad haram, liget ſibi collum de reſte. Volo mihi fieri monumentum ex litteris (pro literis) aureis ſcriptum. M. Grunnius Corocotta Porcellus vixit annos D. CCCC. XCVIIII. quod ſi ſemis viriſſet, mille annos impleſſet. Optimi amatores mei vel conſules vitæ, rogo vos vt corpori meo bene faciatis, bene condiatis, de bonis condimentis nuclei, piperis, & mellis, vt nomen meum in ſempiternum nominetur. Mei domini & conſobrini mei, qui huic meo teſtamento interfuiſtis, iubete ſignari.

Lucanicus ſignauit,	Tergillus ſign.	Nuptialicus ſign.	Celſanus ſign.
Lardio ſign.	Offellicus ſign.	Cymatus ſign.	

D. Hieronymus in proœmio octaui libri in Eſaiam, inquit: Teſtamentum Grunnij Corococtę Porcelli decantant in ſcholis agmina puerorum cachinnantium. Et alibi, in Ruffinum: A ſue conditum teſtamentum, cachinno Beſſorum membra concutit, vt Cælius citat.

Hiſtoriam de dæmonibus, quibus è duobus viris (Lucas vnius tantum meminit) quos occupauerant Chriſti imperio expulſis in regione Gergeſenorum, (Gadarenorum, Lucas) permiſſum eſt demigrare in gregem porcorum, vnde is mox per præceps in mare delatus perijt; Matthæus & Lucas euangeliſtæ, vterque octauo libri ſui capite, deſcribunt.

Sus ſi plures (quàm mammas habet) porcos pariat, portentum eſt: in quo illud antiquiſſimum fuiſſe ſcribitur, quod ſus Aeneæ Lauini triginta porcos peperit albos: itaque quod portenderit factum, triginta annis, vt Lauinienſes conderent oppidum Albam. Huius ſuis ac porcorum etiam nunc veſtigia apparent. Iam ne ſimulachra eorum ænea etiam nunc in publico poſita, & corpus matris ab ſacerdotibus, quod in ſalſura fuerit demonſtratur? Varro.

Cum tibi ſollicito ſecreti ad fluminis vndam, *Litoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus,*
Triginta capitum fœtus enixa iacebit, *Alba ſolo recubans, albi circum ubera nati:*
Is locus urbis erit, requies ea certa laborum, Helenus ad Aeneam Aeneid. 3. de vrbe in Italia condenda. Eoſdem verſus Aeneas octauo Aeneid. à Tyberino deo audit, & inſuper: Ex quo terdenis vrbem redeuntibus annis, Aſcanius clari condet cognominis Albam. Et Iuuenalis Sat. duodecima, Cõſpicitur ſublimis apex (id eſt mons Albanus, vbi Aſcanius condidit Albam) cui candida nomen Scrophа dedit lætis Phrygibus mirabile ſumen, Et nunquam viſis triginta clara mamillis. Dionyſio tyranno cum bellum aduerſus Dionem eſſet, ſues in lucem nuper editi, cum reliquis manci partibus non eſſent, nullas habebant aures. Plutarchus in vita Dionis. Cyprioruin inuentũ eſt ex ſuibus (ex ſuillis extis, Alexander ab Alex. Gyraldus addit & inteſtinis) etiã vaticinari, Pauſanias in Eliacis. Sus alatus Clazomeniorũ agros vaſtauit, vide in Apro h. Adoleſcentes (ἔφηβοι) Lacædemonij in Ephebæo exercẽtur & certãt: ante certamẽ verò Marti noctu canẽ immolãt: & poſt ſacrificiũ (θύσαντες) verres manſuetos (καπετες ἡμέρους) ad pugnãm committunt: & vtrius partis verres ſuperior fuerit, illã quoq; vt plurimũ vincere cõtingit, Pauſanias in Laconicis. Sus apud Aegyptios vt impurũ, deteſtabile & voraciſſimum animal in ſummo odio habetur: cõtra autẽ mitiores beſtiæ naturę & miſericordis & piæ, præcipuo quodã honore afficiuntur, Aelianus. Et alibi Aegyptijs (inquit) perſuaſiſſimũ eſt ſues Soli & Lunæ inimiciſſimos eſſe. itaque ſemel tantũ eos ſingulis annis Lunæ ſacrificant, vt inferius referam. Eudoxus inquit Aegyptios ideo ab immolandis ſuibus ſe ſuſtinere, quod poſteaquam ſementem fecerunt, eorum greges ad proterendam & conculcandam frumentorum ſationem, atq; depellendã in altiorẽ terram & humidiorem inducere ſoleant, vt hac quaſi occatione terra obducta ne ab auibus ſemina exhauriantur, Aelianus. Sic & Plutarchus in Sympoſiacis 4. 5. Iudæos à ſuibus abſtinere

put at,

putat, non quidem faſtidientes, ſed colentes magis eas, vt arandi magiſtras: quam eius opinionem falſiſſimam & ſtolidiſſimam eſſe nemo non noſtræ religionis non imperitus agnoſcit. Suem Aegyptij ſpurcam beluam arbitrantur: quam ſi quis vel tranſeundo contigerit, abijt lotum ſeſe cum ipſis veſtimentis ad flumen. Eoque ſoli omnium ſubulci in Aegypto, etſi indigenæ, tamen nullum ingrediuntur in templum: nemoque aut filiam cuipiam eorum nuptum dare vult, aut cuiuſpiam eorum filiam in matrimonium ducere. Ipſi inter ſe ſubulci dant, accipiuntque filias, Herodotus lib. 2. Lunæ & Baccho tantum Aegyptij ſues immolant, vt inferius eodem ex loco Herodoti recitabo. Aegyptij ſuem Animal profanum exiſtimant, (πλὴν ὅσα ζῶντα σίνηται.) videtur enim præcipue iniri decreſcente Luna. Et eorum qui lac ſuillum biberint corpora, lepra & ſcabie exaſperantur. Cæterum ſermoni quem proferunt, cum ſemel in plenilunio ſuem ſacrificant & edunt, nempe quod Typhon aliquando
10 ſuem in plenilunio perſequens, arcam ligneam in qua corpus Oſiridis conditum erat inuenerit, & diſiecerit, non omnes fidem adhibent, Plutarchus in libro de Iſide, & Calcagninus in libro de rebus Aegyptiacis, qui addit: Alij melius exiſtimauêre veteres ita oſtendiſſe, voracitati deliciiſque & gulæ inuitamentis nuncium mitti oportere. Locupletiores in celebribus Iſidis conuentibus boues immolant &c. Sues ſacrificijs inferre non decet, nec veſci ſuilla licet aut caprina carne, Pauſanias in Phocicis. Aegyptijs quibuſdam nullã pecudem fas eſt immolare præter ſues, præterque boues mares & vitulos, dummodo mundos, & anſeres, Herodotus libro ſecundo. Aegyptij ſuem non guſtant, Idem lib. 4. Mulieres Barcææ non modo guſtu vaccinæ carnis, ſed etiam ſuillæ abſtinent, Ibidem. Vide plura ſupra in F. Ariſtophanes in fabulis ſuum plerunque & porcorum ſacrificium commemorat. Notat & Galenus in commentarijs Chirurgiæ Hippoc. γλυκείαν à Græcis vocari ſuem vel porcum in ſacrificio, blanda ſcilicet voce, Gyraldus. Fuit quidem priſcis opinio, vt ex hœdis potius & agnis hoſtiæ fierent: quia hæ mi-
20 tes & cicures eſſent: nam gallinacei, ſues & tauri animo magis abundare videntur, Gyraldus. Sex ſacrificia ex animalibus peragebantur, oue, ſue, boue, capra, gallina & anſere: & (bos) ſeptimus è farina, Suidas in Ἑξ. Quidam Græce, ὗν quaſi ἰὼν dictum putant, ἀπὸ τοῦ ἰοντας ἐυφημεῖν. Vlpianus apud Athenæum. Sus Græce dicitur ὗς, (inquit Varro,) olim ἴθυς: ab illo verbo dictus, quod dicitur ἴειν, quod eſt immolare. Ab ſuillo enim pecoris genere immolandi initium primum ſumptum videtur, cuius veſtigia quòd initijs Cereris porci immolantur, & quòd initijs pacis fœdus cum feritur, porcus occiditur, & quòd nuptiarum initio antiqui reges, ac ſublimes viri in Hetruria in coniunctione nuptiali, noua nupta & nouus maritus (vide infra in ſacrificio Veneris ex Iue) primum porcum immolant. Priſci quoque Latini, & etiam Græci in Italia idem factitaſſe videntur. Nam & noſtræ mulieres maximæ nutrices naturam, qua fœminæ ſunt, in virginibus appellant porcam & Græci χοῖρον ſignificantes eſſe dignum id ſignum nuptiarum, Hæc Varro de re ruſtica 2.4. Sus prima hoſtia fuit: vide infra in ſacrifi-
30 cio Cereris ex Sue. Porcum immola, prouerbium apud Eraſmum. Plautus in Menæchmis (inquit) porcum ſyncerũ & ſacrum immolare iubet eũ, quẽ mente captum ſignificat. Adoleſcens, quibus hîc pretijs porci væneunt Sacres, ſynceri: nũmũ vnũ en à me accipe. Iube te piari de mea pecunia: Nã ego quidẽ inſanũ eſſe te certò ſcio. Opinor quod veterũ vſu, quſ cuiuſpiam irati numinis intẽperijs ageretur, hoc piaculo ſe ſoleat purgare. Idem paulò poſt in eadem fabula: Nam tu quidẽ hercle certò non ſanus ſatis Menæchme, qui nũc ipſus maledicas tibi. Iube ſi ſapias porculũ afferri tibi. Horatius in Sermonibus, immolet æquis Hic porcũ laribus: loquitur de eo qui iam ab inſania reſipuiſſe videretur, Hæc Eraſmus. Porci qui à partu decimo die habentur puri, ab eo appellantur ab antiquis ſacres, quod tum ad ſacrificia idonei dicuntur primum. (Suis fœtus ſacrificio die quinto purus eſt, Plinius.) Itaque apud Plautum in Menæchmis, cum inſanum quem putat, vt pietur in oppido Epidamno, interrogat, Quanti hîc porci ſunt ſacres? Varro de re ruſt (Gyraldus hunc locum ſic legit, eum inſanum putat, qui vt pie-
40 tur, &c.) Et alibi, Porci qui puri ſunt ad ſacrificium vt immolentur, olim appellati ſacres, quos appellat Plautus cum ait, Quanti ſunt porci ſacres? Porci effigies inter militaria ſigna quintum locum obtinebat: quia confecto bello, inter quos pax fieret cæſa porca fœdus firmare ſolebant, Feſtus. Stabant & cæſa iungebant fœdera porca, Vergil. 8. Aeneid. Fabius Quintilianus lib. 8. vbi de ornatu loquitur, Quædam (inquit) non tam ratione, quàm ſenſu iudicantur, vt illud: Cæſa iungebant fœdera porca: fecit elegans, fictio nominis: quod ſi fuiſſet porco, vile erat, Hæc Fabius. Porrò quòd porco cæſo (inquit Nic. Erythræus) fœdus percuti ſolenne eſſet, ex Liuio, Varroneque diſcimus: legimus tamen apud Pompeium Feſtum lib. 14. (cuius iam verba recitaui,) porcam cædi cõſueuiſſe. Seruius hunc locum enarrans, Fœdera (inquit) vt diximus ſupra, dicta ſunt à porca fœda & crudeliter occiſa, cuius mors optabatur ei, qui à pace reſiliiſſet. Falsò autem ait porca: nam ad hoc genus ſacrificij porcus adhibebatur. Ergo aut vſurpauit genus pro genere, vt Timidi venient ad pocula damæ. Aut certè illud oſtendit,
50 quia in omnibus ſacris, fœminini generis plus valent victimæ. Denique ſi per marem litare non poſſent, ſuccidanea dabatur fœmina: ſi autem per fœminam non litaſſent, ſuccidanea (victima) adhiberi non poterat, Hæc ille. Et in eundem locum Chriſtophorus Landinus, Apud Romanos (inquit) fœcialis hoſtium regem de fœdere rogat. Hic poſt multa verba ait: Audi Iupiter, audi pater patriæ populi Albani audi tu populus Albanus. Deinde expreſſis fœderis conditionibus, ſubiunxit: Iupiter porrò ſic ferito, vt ego hunt porcum ferio, tantoque magis ferito, quanto magis potes polleſque: intelligebat autem ſi non ſeruaretur pax. Id vbi dixit, porcum ſilice percuſſit. Fœdus hinc dicitur ictum, quia non ſine ictu ſancitur. Intorta cauda, id etiam notatum facilius litare in dexterum quàm læuum detorta, Plinius. Confœta ſus dicebatur, quæ cum omni fœtu adhibebatur ad ſacrificiũ, Pompeius lib. 3. Eximia pecora dicuntur quæ à grege excepta ſunt ad vſus dominorum ſuorum vt vberius paſcãtur: ſed propriè eximij ſunt porci maiores, qui ad ſacrificandum excepti, liberius paſcuntur, Gyraldus. Ταῦ μιξ,
60 feſtum quoddam Argis, Heſychius & Varinus. Υσπλια feſtum Veneri dicatum apud Argiuos ſic dictum propter ſuum ſacrificia, Euſtathius. Propuditat porcus, dictus eſt, vt ait Capito Atteius, quod ſacrificio gentis Claudię velut palmentũ & exſolutio ominis cõtractæ religionis eſt parũ, (forte, porcus, Feſtus. Hecatõbe (inquit Iulius Capitol.) tale ſacrificiũ eſt: cẽtũ aræ vno in loco ceſpititiæ extruũtur, & ad eas cẽtũ ſues, cẽtũ oues mactãtur, &c. Ἄξιόν ἐστιν ἀφέντα, τὰ ξένια ἱερεῖα θύειν καὶ θηλυκὰ καὶ ἄρρενα. Varin. ex Homero vt conijcio. Antiochus Epiphanes rex Syriæ præcepit: Iudæis vt colerent idola, & immolarent carnes ſuillas, Machab. 1. 1. Chriſtiani iuſſi micam ſalis, incur aut luis litare, apud Prudentium in paſſione Cypriani. Qui offert oblationem (in templo Domini, (ſimilis eſt offerenti ſanguinem ſuillum, Eſa. 66. de Iudæorũ peruerſitate, qui licet Deo vni ſacrificarẽt, nihilo tamen meliores erant gentilibus. Lucum collucare (inquit Cato cap. 139.) Romano more ſic oportet. Porco piaculo facito. Sic verba concipito. Si deus, ſi dea, cuius illud ſacrum eſt, vti tibi ius ſiet porco piaculo facere, illiuſce ſacri coër-
70 cendi ergô, &c. vide etiam ſequenti capite Catonis. Καθαρμα τῶν γουνῶν ἢ τῶν ἱερείων ἀναφέρειν εἰς τὰς ἐπιστολὰς.

ἀφ' Ἑστιαλῶν ἀμυσσίων οἱ σίαγχοι ἐκάλουν, Hesych. & Varinus. Latinè porcum piaculum dicas. Catharmata dicebantur & homines quidam viles & obscuri Athenis, piaculares Latinè dici possunt, qui in hoc alebantur, vt pestis aut alterius calamitatis tempore immolarentur pro salute publica: Qui mos Romæ etiam receptus fuit, Varinus. Porco vel agno ad expiationem vtuntur, Hesychius in Ἀφροδίσια. Solitaurilia hostiarum trium diuersi generis immolationem significant, tauri, arietis, verris: quod omnes ex solidi integrique sint corporis, (non castrati, vt verueces, maiales.) Quidam dixerunt omnium trium vocabula confusa, suis, ouis, tauri, ita vt vno modo (vna voce) appellarentur vniuersæ, Festus. Plura de hoc sacrificio, & eodem aut simili quod Græci trittyn vel triada vocant, leges in Boue, in Tauro, in Ariete. Populus Romanus cum lustratur, Solitaurilibus circumaguntur verres, aries, taurus. Initiandi consueuerunt immolare porcum: vide infra in prouerbio, Ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas. Sus in sponsalibus sacrificabatur: hinc clarior esse potest sensus prouerbij, Ἀπόλλωνος καὶ ταύρων, καὶ χοίρου. Iam quibus dijs ex sue sacra fierent deinceps dicendum: & primo loco quibus dijs, quibus deabus secundo. In Creta sacrum creditur animal hoc suillum, quoniam nascenti Ioui sus mammam submiserit, ac gryſmo, id est grunnitu, pueri vagitum audiri vetuerit, Cælius ex Athenæi nono: qui pluribus, Quamobrem, inquit, omnes suem colunt, & carnibus abstinent. Præsij vero (Præsius, per s. duplex, aut etiam simplex, vrbs Cretæ, Stephanus) etiam sacrificant de sue, & perfectum hoc sacrificium existimant. Ἰωὶ δ' Ὑπαίθρῳ καθημένῳ αἰρέσθαι χοῖρον. Theocritus Idyl. 31. In Mysia Abretani Iouis templum fuit, in quo sues comesse aut mactasse scelus erat: idem & apud Phœnicas, quibus per omne tempus, vt Iudæis etiam, suibus abstinere per leges cautum fuerat, Gyraldus. Reges Spartanorum cum primum in eam assumpti sunt dignitatem, priuilegio honoris præcipui, Iouis cœlestis & Lacedæmonij sacerdotio funguntur: quibus ex omni scrofarum fœtu porcus debebatur, vt si dijs immolare vellent, nunquam victima deesset, Alexander ab Alex. Ioui de tauro non immolabatur, nisi cum triumphi nomine de sue vel tauro fiebat: vbi non tantum Ioui, sed alijs etiam deis qui bello præerant sacrificabatur, Seruius. Tauro, verre, ariete Ioui immolari non licet, Atteius Capito. Vocabant autem Solitauria sacrificium his tribus hostijs coniunctis, vt paulò ante dixi. Tauri & ἄρσενες, id est verres, Neptuno sacri habentur, vtpote animalia impetuosa, Proclus in Hesiodi Dies. Galli Cisalpini verrem Marti dicabant, Gyraldus. Mars tibi vouco facturum, si vnquam rediero, bidenti verre, Pomponius in Attellana apud Macrobium & Nonium. Diophantus Lacedæmonius qui de sacris deorum scripsit, ait apud Athenas Marti solere sacrificari sacrum quod ἑκατομφόνια appellabatur: si quis enim centum hostes interfecisset, Marti de homine sacrificabat apud insulam Lemnum, quod sacrificatum est à duobus Cretensibus, & vno Locro: sed posteaquam hoc Athenienſibus displicuit, cœperunt afferre porcum castratum, quem nephrendem vocabant, quasi sine renibus, Fulgentius ad Chalcidium. Lustrari exercitum nisi sue, oue & tauris, qui puri essent non erat fas: qui postquam ter circum instructas acies ducti erant, præcedente pompa & gressu composito, Marti immolabatur, Alexander ab Alex. Hoc genus sacrificij Solitaurilia dixerit, de quo superius. Porci Baccho immolabantur: vide infra in Lunæ sacrificio ex sue. Immolet æquis Hic porcum laribus, Horatius Sermonum 2.3. loquitur de eo qui sam ab insania resipuisse videretur. Diximus autem superius porcum contra insaniam immolari solitum: vnde prouerbium, Immola porcum, in hominem insanum. Cædere Syluano porcum, quadrante lauari, Iuuenalis. Tellurem porco, Syluanum lacte piabant, Horatius. Obseruatum est, Numam regem statuisse, ne ex re animata res sacra Termino fieret: id quod pluribus Plutarchus scribit, & ante eum Dionysius Halicarn. Ouidius tamen illi agnam & porcam in secundo Fastorum immolari prodidit. Gyraldus. Initijs (initiationibus, Gyraldus) Cereris porci immolantur, Varro. Porci Cereri & Baccho immolabantur, vtpote deorum illorum muneribus noxij, Scholia in Ranas Aristophanis. Eandem ob causam caper etiam priuatim Baccho mactatur. Athenienses in mysterijs iure optimo sues immolant, propter perniciem quam segetibus moliuntur. Nam ex spicis sæpe alias exinaniunt, alias quæ nondum ad maturitatem peruenerunt vastant, alias effodiunt, Aelianus. Prima Ceres auidæ gauisa est sanguine porcæ, Vlta suas merita cæde nocentis opes. Nam fata vere nouo teneris lactentia succis Eruta setigeræ comperit ore suis, Ouidius 1. Fastorum. Et alibi, Prima putatur Hostia sus meruisse mori, (aliàs necem,) quia semina pando Eruerit rostro, spemque interceperit anni. Mense Aprili cum lampadibus & tædis accensis, sacerdotes in vestibus albis mactata porca sacrum Cereri peragebant. Sanè porcum vilem admodum apud Platonem Socrates victimam facere videtur, in libro de Legibus, (imò libro 7. de repub.) In arcanis, inquit, audiendæ sunt eiusmodi fabulæ à quàm pauciſſimis, qui quidem non porcum, sed pretiosam quandam raramque victimam sacrificauerint. Idem & Proclus repetit, Gyraldus. Atqui Plato porcum vilem victimam facit, non simpliciter nec ad alias victimas comparatione, sed respiciens ad animum eiusque affectus, quos ab homine sapiente huiusmodi fabulas rectè audituro sacrificari oportet. Phurnutus scribit Cereri sacrificium de sue prægante factum, propter terræ fertilitatem conceptumque facilem. Idem. Vide infra in Telluris sacrificio ex sue. Διὰ φαγεῖν τοῖς ἐλάσσοσι συλλαβοῦσι. Epicharmus. Χοιρίων μυστηρικῶν, (non μυστηριακῶν vt apud Suidam legitur,) Aristophanes in Acharnensibus: eò quòd Cereri immolentur in Mysterijs: sic enim sacra eius vocabant. Quod si sus fœmina, & ea secundum Phurnutum etiam prægnans Cereri immolabatur, miretur aliquis cur χοιρία, id est, porcellos Aristophanes dixerit: sed eo in loco poëta iocatur, partim de suibus partim de puellis cuiusdam pauperis filiabus loquens. Eodem in loco χοῖρες μυστικαί legimus. Sed nequeo latius huius Pherephattæ (Proserpinæ) sacra enarrare, quasillum, rapinam Edoneæ, (id est, Proserpinæ,) terræ hiatum, sues Eubolei, (Eubulij, Plutonis,) quas eodem hiatu simul & duas deas absorptas, fuisse aiunt: vnde Megarenses in Thesmophorijs sues immittunt, Eusebius citante Gyraldo. Porcam auream & argenteam dici ait Capito Atteius, quæ etsi numero hostiarum non sit, nomen tamen earum habere, alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi sacrificio Cereali, Festus. Præcidaneam porcam dicebant, quam immolare erant soliti antea, quam nouam frugem inciderent, Festus. Præcidanea agna vocabatur, quæ ante alio cædebatur: item porca, quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iusta non feciſſet, id est glebam non obiecisset: quia mos erat eius id facere prius quàm nouas fruges gustarent, Festus. Præcidaneum est præcidendum, Varro de vita pop. Rom. lib. 3. Quòd humatus (inquit) non sit, hæredi porca præcidanea suscipienda, Telluri & Cereri, aliter familia pura non est, Nonius. Porca præcidanea quomodo fiat Cereri priusquam messem facias, Cato cap. 134. Ambaruale sacrum nisi de porca fœcunda & grauida, aut vitula, fieri non consueuit. Est autem sacrum ambaruale, cum arua & segetes solenni victima lustrantur: eam victimam maturis frugibus ter circum arua ducere conuenit, omnesque post eam clamantes sequi: ex quibus vnus querna ornatus fronde, cum solenni

saltatu

ſtatu compoſitò carmine Cereri decantabat laudes: ac poſtquam lacte, vino & fauo libaſſent, antequam fruges meterent, porcam Cereri immolabant, quæ præcidanea dicta eſt, Alexander ab Alex. Preſa (Præſa) porca dicitur, vt ait Veranius, quæ familiæ purgandæ cauſa Cereri immolabatur, quòd pars quædam eius ſacrificij ſit in conſpectu mortui eius, cuius funus inſtituitur, Feſtus: ſi recte legitur Præſa (potius quàm Præcidanea) nam Gyraldus quoque dubitat, qui Syntagmate 17. de dijs, plura de Præcidaneis hoſtijs ſcribit. Proſerpinæ ſterilis victima attributa fuit, quia nec ipſa vnquam peperit. Macrob. ex ſententia Cor. porca. Vt Gyraldus habet: (ego apud Macrobium non reperi.) Quidam ſuper hoc & illud Martialis in ſexto interpretantur, Exoluit votis hac te ſibi virgine porca. Vergilius tamen & Prudentius ſterili vacca eam placari cecinerunt, Gyraldus. Iunoni porcam vel agnã in omnibus Kal. regina ſacrorum, id eſt regis ſacrorum vxor immolabat, Gyraldus. Aegyptij, quibus perſuaſiſſimum eſt, ſues Soli & Lunę inimiciſſimos eſſe, ſemel tantum cum feſtos dies agitant, eos Lunæ ſingulis annis, aliàs vero nunquam, nec huic ipſi, nec cuipiam alij deorum ſacrificant: idque propterea faciunt, quia execrãdos & deteſtabiles ducunt, Aelianus. Alijs dijs immolare ſues (inquit Herodotus lib. 2.) ius Aegyptijs non eſt, præterquam Lunæ tantum & Libero: niſi per tempus plenilunij, quo ſues immolant, ac ſuilla carne veſcuntur. Ideoque alijs diebus feſtis ſues reformidant, cum in iſto mactent: Cuius rei ab Aegyptijs ratio redditur, ſed eandem intellectam mihi magis decorum eſt non referre. Sacrificium autem de ſuibus Lunæ hunc in modum fit: Immolata ſue, extremam eius caudam, & lienem, & omenta ſimul componunt, & adipe qui circa aluum pecudis exiſtat, ea operiunt, ac deinde igni admouent: reliqua carne plenilunij die veſcuntur, quo die ſacra faciunt: alio die non amplius guſtarent. Qui ſunt ex eis inopes propter tenuitatem facultatum, aſſimulatos quoſdam ſues coquunt, quos immolent Baccho quoque in eius feſto. Singuli in cœnam porcum pro foribus mactant, redduntq; ſubulco qui illum tradit, Hæc ille. Porci Cereri & Baccho immolabantur, vt qui deorum iſtorum muneribus noceant, Scholia in Ranas Ariſtoph. hoc nomine caper etiam Baccho priuatim victima fit. Maiæ, quæ Mercurij mater fuiſſe perhibetur, Romani menſe Maio ſuem prægnantem immolabant, Gyraldus. Horatius ſecundo Epiſt. Tellurem porco placari ſolitam canit: quo loco Porphyrion ait porcum pro porca poſitum. Quin & Ouidius ait, Placentur frugum matres, Telluſque, Cereſque, Farre ſuo, grauidæ viſceribusque ſuis. Si quando terra mota eſſet, rituales Hetruſcorum libri ſue fœta oſtentum procurare ſolebant: & Arnobius ridens ſacrificia, ita ſcribit in ſeptimo: Telluri, inquiunt, matri ſcropha ingens immolatur fœta. Quod humatus non ſit, hæredi porca præcidanea ſuſcipienda, Telluri & Cereri, aliter familia pura non eſt, Varro de vita pop. Rom. apud Nonium. Deorum matri nullum ſacrum niſi de porca fieri permiſſum quidam prodidêre. In ſacris deæ Phrygiæ, quæ Matuta & mater deûm dicta eſt, cui Galli execti membra ſecabant, cymbala pulſantes: porcam tanquam impuram hoſtiam Rhomani non admiſere, Alexander ab Alex. Veneri ſuem immolauit, Ἀφροδίτῃ ὗν θύειν, dici ſolitum, vbi quis munus offert minimè gratum. Inuiſus enim Veneri ſus propter Adonidem illius amaſium apri dente peremptũ. Aut contra, cum quis alium in gratiam alterius lædit: quemadmodum caper mactatur Libero, non quia gratus, ſed quia nocuit. Eraſmus. Proditum eſt in Theſſalia Veneris (Caſtnienſis, vt addit Alexander ab Alex.) fanum fuiſſe, & aliud in Sida Pamphyliæ, & in Aſpendo, & Argis, in celebritate quæ Hyſteria dicebatur, in quibus præter inſtituta moreſque aliorum ſues mactare licebat, cum in cæteris nullo modo fas eſſet, Gyraldus. Ἐν δὲ συνόδοις τοιαύταις Διονύσιος ὁ Ἀφέτης, Dionyſius Afer de Aſpendo: vbi Euſtathius in Scholijs, Aſpendus, inquit) Pamphyliæ vrbs eſt, vbi mos obtinuit ſues Veneri immolari, cum id initio feciſſet Mopſus quidã: q animal quoduis primo in re-regione obuium immolaturum ſe cum vouiſſet, ſuem cepit & immolauit. Quamuis ſus inuiſus Veneri dicitur, ſues tamen legimus etiam apud Græcos Veneri immolatos, vt eſt apud Athenæum comprobatum ex Antiphanis, Callimachi vel Zenodoti ſcriptis. Idem præterea Athenæus ait, ab Argiuis ſuem Veneri ſacrificari, cuius ſacrificij celebritas à ſuibus ὑσμίνη nuncupabatur, Gyraldus Ἔπειτα καὶ ἀκροκώλιον ὗσον Ἀφροδίτῃ γελοῖον ἀγγεῖς. ἐν τῇ Κύπρῳ δ' ὅταν φιλῇ ἔ τις θηλυδρίαν ἢ παιδικὰ ἐκτρέφων κατὰ φάγοι αἰτεῖ τὸ ζῶον, σοῦ ἡ βᾶσ' ἰωὴν ἀγαπᾷ πάνυ, Antiphanes poëta apud Athenæum libr. 3. Καλλιμάχου ἐν χοιρίδι Ἀφροδίτῃ θύειν. Ariſtophanes in Acharnenſibus: vbi Scholia, Multi Græcorum Veneri porcos non immolant, vt quæ propter necem Adonidis eos deteſtetur: ſed poëta ludit per χοῖρον intelligens pudendum puellæ quæ pro porcello à patre paupere vendebatur, vt diximus ſupra in a. videtur autem pars Venerea ſuem, à qua denominatur, quodammodo aptam Veneris ſacrificio reddere: hinc & χοιρίσκειν verbum de ijs, quæ corpore quæſtum faciunt. Eandem forte ob cauſam, nuptiarum initio (vt Varro ſcribit) antiqui reges, ac ſublimes viri in Hetruria in coniunctione nuptiali, noua nupta & nouus maritus primum porcũ immolant. Priſci quoque Latini (inquit) & etiam Græci in Italia idem factitaſſe videntur. Suillum genus inuiſum Veneri prodiderunt poëtæ, ob interfectum ab apro Adonim, quem diligebat dea: quidam autem quod immundiſſimi ſunt ſues ex omni manſueto pecore, & ardentiſſimæ libidinis: ita vt opprobrium mulieribus inde tractum dicatur, cum ſubare & ſubire dicuntur, Feſtus.

PROVERBIA.

Porcellus Acarnanius, Χοιρίσκος Ἀκαρνάνιος: in mollem & amabilem atque in delicijs habitum dicebatur. Lucianus in dialogis meretricijs, Λεῖος μοί φαιη χοιρίας, καὶ χοιρίσκος Ἀκαρνάνιος. Alluſum opinor (inquit Eraſ.) ad porcellum quem inducit Ariſtophanes in Acharnenſibus, ſymbolum eorum membrorum, quibus obſcenę voluptates peraguntur. Sus acinos dependes, Ἀκινήτοις χοῖρι γόγγρα: Lues quod admiſiſti, reddes quod abſtuliſti, non ſine fœnore. Quadrabit, vbi puſillum commodi magno dependitur malo. Natum apparet à ruſtico quopiam, qui verbis hiſce comminatus ſit ſui paſcenti racemos, Eraſmus Tappius huic prouerbio adiungit eiuſdem ſententiæ Germanicum, *Du vvirſt es noch mit der haut bezalen.* Scropha fœcundior alba, Iuuenalis: de prodigioſa fœcunditate: vide ſupra in C. Nihil cum amaracino ſui, Aul. Gellius lib. vltimo. hoc eſt ſtolidis vel optima putent diſplicentque. Erat autem amaracinum vnguentum nobile & imprimis odoratum. At ſue cum nihil immundius ſit, nihil ſordium amantius: (Quamobrem dixit Vergilius, Immundi meminere ſues. Præterea Flaccus, Vel amica luto ſus. Et, Lutulenta ruit ſus.) nihil profecto minus conuenit roſtrò ſuillo, quàm deliciæ vnguentariæ: quippe cui id demum dulce olet, quod cœnum olet. Maximè verò inter vnguẽta, peculiari quadã naturæ proprietate amaracinum inimicum eſt ſuillo generi, ita vt illis veneni inſtar ſit, ſiquidem credimus

in eum recte dicetur, qui quæ extra cauſam ſunt, & ad rem nihil attinent, dicit: Aliud ſus, aliud loquitur Menecles: &, Dic de tribus capellis, Eraſmus. Sus mineruam, Τὸς τὴν Ἀθηνᾶν: tritiſſimum apud Latinos authores adagium: ſubaudiendum, docet, aut monet: dici ſolitum, quoties indoctus quiſpiam atque inſulſus eum docere conatur, à quo ſit ipſe magis docendus: aut, vt Feſti Pompeij verbis vtar, cum quis id docet alterum, cuius ipſe eſt inſcius: propterea quod Mineruę artium & ingeniorum tutela tribuitur à poëtis. Porrò ſue nullum aliud animal magis brutum, magiſque ſordidum: vt quod ſtercoribus impensè gaudeat, vel ob iecoris magnitudinem, quæ ſedes eſt concupiſcentiæ ac libidinis: vel ob narium craſſitudinem & olfactum hebetem: vnde fit vt non offendatur fœtore, &c. Vnde nunc quoque vulgò homines inſipidos, & quaſi ventri atque abdomini natos, ſues appellare conſueuimus. Quin & Suetonius in catalogo illuſtrium grammaticorum, refert Palæmonem arrogantia tanta fuiſſe, vt M. Varronem porcum appellaret, ſecum & natas & morituras literas. Præterea ſi quid indoctũ atque illiteratum ſignificare volumus, id ex hara profectum dicimus: quemadmodum M. Tullius in Piſonem: Ex hara productæ, non ſenola. L. Cæſar apud Ciceronem lib. de Oratore 2. Sic ego, inquit, Craſſo audiente, primum loquar de facetijs, & docebo ſus, vt aiunt, oratorem eum, quem cum Catulus nuper audiſſet, fœnum alios aiebat eſſe oportere. Idem Cicero libro 1. de Academ. quæſtionibus. Nam etſi non ſus Mineruam, vt aiunt, tamẽ ineptè quiquis Mineruam docet. Hieronymus in Ruſinum, Prætermitto Græcos quorum tu iactas ſententiam, & dum peregrina ſectaris, penè tui ſermonis oblitus es, ne vetere prouerbio ſus Mineruam docere videatur. M. Varro & Euemerus adagium ad fabulas retulerunt, id quod ex Pompeij verbis licet conijcere. Quam rem (inquit) in medio, quod aiunt, poſitam, ineptis mythis inuoluere maluerunt, quàm ſimpliciter referre. Celebratur à multis Demoſthenis ſcomma, qui cum Demades vociferaretur in eum: Δημοσθένης ἐμὲ βούλεται διορθοῦν, ἢ ὗς τὴν Ἀθηνᾶν. id eſt, Demoſthenes vult me corrigere, ſus Mineruam: reſpondit, Αὐτη μέντοι πέρυσι ἡ Ἀθηνᾶ μοιχὸν ἐλήφθη id eſt, Atqui nuper hæc Minerua in adulterio fuit deprehenſa. Dictum alluſit ad Mineruam virginem, Eraſmus. Cum hoc prouerbio aut idem, aut certè quàm maximè finitimum quod apud Theocritum legitur in Hodœporis, Τὸς σὺν Ἀθηναίαν ἐρίζειν. id eſt, Sus cum Minerua certamen ſuſcepit: Quoties indocti ſolidiq; & depugnare parati, non verentur ſummos in omni doctrina viros in certamen literarium prouocare. Theocriti enarrator ſic efferri vulgò parœmiam ſcribit, Τὸς ὢν πρὸς Ἀθήνην ἐρίζων, Eraſmus. Idem in prouerbio, Pinguis venter non gignit ſenſum tenuem, Menander (inquit) apud Athenæum libro 12. de quodam obeſo loquitur, Παχὺς γὰρ ὢν ἐκεῖνος ἐθλίβετο μύς. id eſt, Obeſus etenim ſus premebat os viri. Admonet adagium lutum corporis hebetescere mentis aciem. Aliter catuli longè olent, aliter ſues, Plautus in Epidico: quo dicto ſignificat, non veſte dignoſci hominem ab homine, verum ineſſe natiuum quiddam, genuinum ac proprium in vnoquoque, quod in ipſo vultu oculiſque eluceat, quod hominum ingenia diſcernas, Eraſmus Nihil ad Parmenonis ſuem, Οὐδὲν πρὸς τὴν Παρμενόνος ὗν: de æmulatione dictum, quæ longo interuallo abeſſet ab eo quod imitaretur. Plutarchus in Sympoſiacis quintæ Decadis ſecundo problemate, quo pacto natum ſit adagium narrat ad hanc fermè ſententiam. Parmeno quiſpiam varias animantium & hominum voces ſcitè imitabatur ac repræſentabat: quem cum reliqui conarentur æmulari, ac protinus ab omnibus diceretur illud: Εὖ γε σὺ ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο πρὸς τὴν Παρμένοντος ὗν: quidam prodijt, veram ſuculam ſub alis occultatam geſtans. Huius vocem cum populus imitatitiam eſſe crederent, ſtatimque, licut ſolent, reclamarent, Τί δ' οὐ καὶ τοῦτο πρὸς τὴν Παρμένοντος; vera ſue deprompta, ac propalam oſtenſa, refellit illorum iudicium. Meminit idem Parmenonis ac ſuis adumbratæ, in commentarijs De audiendis poëtis. Nec intempeſtiuiter vtemur hoc adagio, quoties aliquis opinione deceptus, de re perperam iudicat, &c. Eraſmus. Perijt mihi ſus, & talentum, & nuptiæ, Ἀπόλωλε μοι, καὶ τάλαντον, καὶ γάμος: dici ſuetum, vbi quis fruſtratus perdidiſſet operam & impenſam. Natum à quodam, qui cum apparaſſet ad nuptias omnia, non eſt eas aſſ[ecutus]. Affine illi, Oleum & operam perdidi, Eraſmus. Suem in ſponſalibus immolari ſolitum author eſt Varro, ſupra recitatus. Hippocratis filij vt incomptis moribus à Comicis proſcindũtur, dicti ſuem reſipere. Τοὺς Ἱπποκράτους υἱοὺς εἶναι ζητοῦσι καὶ τὸ καλοῦσι βλιτομαίαμ. id eſt Hippocratis filios exhibebis, teque vocant blitomaniam: id eſt, fatuum, Cælius. Vide ſupra in a. in Ὑλαία voce. Τὸς ἁλοὶ ὗδον: id eſt, ſus per roſas: quanquam in alijs exemplaribus (inquit Eraſmus) ſcriptum inuenio ἁλοὶ ὗδον. Mihi neutra ſcriptura ſatis probatur: ſed legendum arbitror, ἁλοὶ ὗδον, ἀντὶ τοῦ ἰουλὸς, vt ſit nomen diminutiuum. Rhœæ verò Græcis dicuntur mala punica. Eudemus prouerbium citat ex Cratetis fabula, cui titulus Γάμοι. indicans dici ſolere de agreſtibus & intractabilibus: quemadmodum ſus per mala commodè duci non poteſt, Hæc Eraſmus. Ego omnino ὗδον legerim: nam & Suidas ſic habet, Τὸς ἁλοὶ ὗδον, ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων καὶ ἀνατρόφων. hoc eſt, de hominibus rudibus & malè educatis: vt idem ferè ſenſus ſit prouerbij ſupra dicti, Nihil ſui cum amaracino. Non quiuis ſus hoc ſciet, Οὐ πᾶσὺς ἐπίσταται τοῦτο, Plato in Lachete: vt citat Eraſmus in prouerbio, eiuſdem ſententiæ, Nemo malus hoc ſciet. Natum, inquit, apparet à myſterijs deorum, quæ non niſi ab initiatis ac puris cognoſci fas erat. Matrem ſequimini porci, Ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι: id ſubinde repetitur apud Ariſtophanem in Pluto Interpres admonet iocum eſſe prouerbialem in ſtupidos & indoctos. Veluti ſi quis diceret indocti præceptoris indoctis diſcipulis, Ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι. Quadrabit & in gulæ ventrique deditos, Eraſmus. Anus ſubans, Γραῦς χαπτοῦσα: Eraſmus non rectè tranſtulit hirciſſans. A ſuibus opprobrium mulieribus (libidinoſis) tractum, cum ſubare & ſubire dicuntur, Feſtus. Aſinus aſino, & ſus ſui pulcher: conueniet (inquit Eraſmus) vbi inter (parum) honeſtos ſimilitudo morum & inſtituti conciliat beneuolentiam. Alcimus apud Diogenem Laërtium inter multa quæ collegit ex Platonis philoſophi & Epicharmi Comici ſcriptis, quibus perſuadere conatur philoſophum à comicis multa fuiſſe furfuratum, & hos refert ſenarios:

Θωμαζὸν εἶδέν ἐσί με ταῦτ' ἔτιν λέγω, Καὶ ἀνδάνειν καὶ πᾶσιν αὐτὸν, καὶ λαοῖς
Καλῶς πεφυκέναι, καὶ δὴ ἡ κύων κυνῆ, Κἀλλιχον εἶναι Φαίακα, μὴ Ζῆν Θέλ.

Ὁ δ' τὸν καὶ ἀκούειν, ὃς πατῶν. Sus tubam audiuit: in eos quadrabit, qui res quidem egregias audiunt, verum eas neque intelligunt, neque mirantur: aut in eos, qui ijs quæ audiunt, neque gaudent, neque commouentur. Equi tubarum clangore concitantur ad bellum: ſuem abigat citius, quàm animet ad pugnam. Extat apud Suidam huiuſmodi ſenarius: Ὁ δ' ναῦς ἦκεν, καὶ σύλλογος ἦν. Porcus Troianus: Vide ſupra in F. Συὸς τὸν, πρῳρικωτέρως. quoniam nauigia Samia ſuis typum habebant in proris, Varinus in Σύς. Commodè fortaſſis hominem obſcœnum aut turpem verbis factisve, Suis typum habere dicemus. Porcum vendere, Χοῖρον πωλεῖν: id eſt quæſtum corpore facere: Χοῖρος Corinthijs pudendum muliebre ſignificat. vnde prouerbium: Ἀκόρεστος ἦν Ἴσθμια χοιροπωλῶν, αἰνιττόμενοι τὰς μισθαρνούσας ἐν Κορίνθῳ. abundabat enim Corinthus ſcortis, Suidas. Suem Veneri immolauit:

molaulr: Vide ſupra in ſacrificio Veneris ex ſue. Sus in volutabro cœni, Τὸ λουσάμενον εἰς κύλισμα βορβόρου. id eſt, Sus lota rediit ad volutabrum luti, cum quis iterat iam expiata flagitia. Extat in epiſtolis diui Petri (2.2.) Huic affine eſt quod habent prouerbia Sirach, Qui lauatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodeſt lotio illius? Eraſmus. Germanorum prouerbia aliue deducta. Suem rhenone veſtire, *Einer ſuw ein beltz anlegen*: in honoratũ indignè: ſic Græci dicunt, Muſtelæ (feli, Eraſmus) crocoton. Ad menſam accurrit, vt ſus ad alueum: *Er louffe zum tiſch wie ein ſuw zum trog*: ſic Græci, Illotis pedibus ingredi vel irrumpere ad ſacra. Suem non opus eſt tondere, cum amburi poſſit: *Es iſt nicht not das man die ſuw ſchere, man pflucks oder ſenge ſy doch wol.* Reſpondet illi, Aſini caput ne laues nitro. Sus perpetuò manet ſus: *Die ſuw iſt ein ſuw, vnd bleibt ein ſuw.* Sus licet auro veſtita, in cœno ſe volutabit: *Vb̃ann man einer ſuw auch ein galdin ſtuck anzuge, ſo legt ſie ſich doch nur in drack.* Simia eſt ſimia, etiã ſi aurea geſtet inſignia. Multũ clamoris & parũ lanæ: *Vil geſchreys vnd wenig wullen*: natum ex apologo quodam de ſue: in eos qui magnificè promittunt, nihil præſtituri: in quos & illud Horatij ex Arte poëtica conueniet, Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu? Et ex eadem, Parturiunt montes. Et illud, Aureos montes polliceri. Religioſum aliquid de ſue dicere, *Etwas geiſtliches von einer ſuw*: in eum qui res ſordidas, viles, ridiculas; aut etiam turpes, vultu tanquam in vera narratione compoſito, dicendo illuſtrare & ornare conatur. Noſtri vulgo hoc prouerbio vtuntur in imperandi modo, cum ridiculum aliquid & facetum ad exhilarandos conuiuas vel congerrones narrari iubent. Suem perpetrare, *Ein ſuw ynlegen*: hoc eſt, aliquid inciuile vel turpe committere. Sus vinum ſubuertit, *Die ſuw hat den wein vmbgeſtoſſen.* Qui ſe furfuri vel aceri intermiſcet, à ſuibus deuorari periclitatur: *Wer ſich vnter die kleyen mengt, den freſſend die ſüw gern.*

Monile aureum in naribus porci, eſt mulier formoſa, quæ deſtituitur iudicio rationis, Prouerbiorum Salomonis cap. 11. Munſtero interprete. Nolite canibus ſacrum vel ſuibus margaritas obijcere, Matthæi 7. Fabula quædam Phrygia ab Aeſopo Phryge profecta, Suem ait, ſi quis eam tetigerit, clamare: idque merito. Nec enim vellera ſus habet, neque lac, neque aliud præter carnes. Statim igitur ſomniare mortem, cum ſciat quibus vſibus præſtandis vſurpari poſſit. Sunt autem Aeſopicæ ſui ſimiles tyranni, qui omnia ſuſpicantur & metuunt: ſciunt enim quod ſicuti ſues, ita & ipſi vitam omnibus debeant, Aelianus apud Stobæum.

Alciati emblema, ſub lemmate, Indies meliora.

Roſtra nouo mihi ſetigeri ſus obtulit anno,
Progreditur ſemper, nec retro reſpicit vnquam.
Cura viro eadem eſt, ne ſpes ſublapſa retrorſum
Hæc, cliens ventri Ceínia, dixit, habe.
Gramina cum pando prorſus ore vorax.
Cedat: & vt melius ſit, quod & vſtrina,

DE APRO.

A.

NOn in ſuibus tantum, ſed in omnibus quoque animalibus, cuiuſcunque generis vſum eſt placidum, eiuſdem inuenitur & ferum, Plinius. Aper de feris dicitur, vt quidam annotauit, cum ſus tam de feris quàm de domeſticis dicatur. At Sextus aprum agreſtem nominat, quaſi verres etiam, id eſt ſus cicur mas, eodem nomine nuncupari poſſit. Et Plinius, Pilus (inquit) æreo ſimilis agreſtibus apris, cæteris (manſuetis ſcilicet) niger. Græci quidem κάπρον, de vtriuſque generis (maſculi & fœminæ) mare vſurpant. Poëtæ ſemper, ni fallor, κάπρον de fero intelligunt, ſed rei ruſticæ authores ſæpius verrem. Albertus Ariſtotelis verba de hiſt. anim. 5. 14. enarrans, multa tribuit apro fero, quæ verris domeſtici ſunt. Apris maribus non niſi annicułis generatio, Plinius: videtur autem pleonaſmus quod addit maribus: neque enim aprum fœminam quiſquam dixit: ſed ſuem feram tum ipſe tum alij. Nempe ſues ſyluaticos in montibus ſectaris venabulo. Varro apud Nonium. Suem etiam ſimpliciter pro apro poni tum Græce tum Latine, & alia quædam de apri nominibus, docui in Sue. חזיר, *chaſir*, Hebræis ſuem tum cicurem tum ferum ſignificat, in vtrouis genere marem. Deuaſtat eam (vitem tuam, id eſt gentem Iſraeliticam) aper (chaſir) de ſylua, & fera (חיה, ſis vel ziz, quod eſt nomen commune de omni fera beſtia) agri depaſcitur eam, Pſalmo 80. Munſtero interprete. Hieronymus aliter, Exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Et Septuaginta, Ἐξέκοψεν αὐτὴν ὗς ἐξ ὕλης, καὶ μονιὸς ἄγριος ἐξηρήμωσεν αὐτήν. Σύαγρον pro ſue fero Antiphanes vſurpauit, & Dionyſius Tyrannus de Adonide, & alij, Athenæus: Vide plura in 2. Aprum Græci capron vocant & ſyagron: poëtæ item chlunin, vt in Truculento Plauti chlunum pecus legendum cenſeam, chluninum: nam & Ariſtoteles ſuem ferũ chlunin vocat, Hermolaus. Sciendum eſt (inquit Cælius) chlunem dici ab Græcis χλοῦνιν. id eſt exſectum, eunchumque aprum. Id quod Æſchyli doctrina comprobat, atque item Aeliani in libro de prouidentia. Plant verò eunuchi attritis arbori aut ſaxo teſticulis, inſeſtante vſque ad affectionem prurita. Sunt qui chlunem dici



dici: ſuem putent liberè in agris paſcentem, velut Χλούνιν, (melius Χλοεύνιν, vt Varinus habet) id eſt in herbis fœnòque dormientem. Alij magnitudine viſenda chlunem accipiunt. Ariſtophanes grammaticus in libro de ætatum nomenclatura: Sunt ex ſuibus, inquit, qui dicuntur monij, quibus ſimilis forſan fuerit, quem vocant chlunem, fœuitia & viribus. Monium ſunt qui monolycon interpretentur: alij ſuem ferum, qui cum alijs minimè aggregetur. Cyrillus in Oſeam prophetam aſinum eo nomine intelligit. Thomas magiſter in Atticis elegantijs, chlunem ac monion & chauliodonta eſſe putat poëticas voces. (Varinus hæc tria ſimiliter ſuem ferum ſignificare ait,) Hæc omnia Cælius. Μονὶς, ὁ μισοσαμβᾶν ἄρκτος. Etymologus. Χλοῦνις, ἢ τὸ ἔτυμον Χλοεύνιδα, τὸν ἐν τῇ Χλόῃ διαζώσαντα. Heſych. & Varinus: qui præterea addit, ἀλκεφόν. ἢ Ἰλιὰς ἀλφεσίβοιαν. ἄλλοι δέ τινες Ἐπιχλοῦνα χοῖρον ἄτιμον καλοῦσιν ὑβριστικῶτερον. Varinus ex Scholijs in decimum Iliados. Chlunion quidem apud Suidam loci nomen eſt. Χλούνιον vero cum ου. diphthongo, aprinum, χοῖρος. Χλοῦνις, μονὶς, πλακοῦς. καπύρος. Χλοῦνις, καὶ ὁ δοῦπος χλοῦνις, καὶ γυναικὸς ἀνήρ. εἰ δ' οὖν μὴ αὐτὸν ἄνδρα εἶναι. Δῆλοι δὲ Ἐπιχλοῦνα λέγων τὸν ψυχῇ ἐνδεεστέρους καὶ ἥλιξι ἡβῶσιν ὁμοίους. ὁ αὐτὸς· Στρεφθεὶς δ' ἄλτο κύπριος Ἀθηναίοισι δῶρα χαίρων. ὁ Χλοῦνις τὸ καὶ γυνὴ καὶ ἀγροικικὸν ἔθνος. ἢ οἷον ἐν ἀγελαίῳ τινὶ αὐθύτῳ πολῆθος Suidas ex innominato. Χλοῦνα· λευκὸν πῶλον, οἱ δὲ τὴν Χλόην ἐπὶ τοῦ ἔτους, Idem, Heſychius & Varinus. Mares caſtrati (inquit Ariſtoteles) maiores ferocioresque euadunt, vt ſcitè Homerus fingit, cum dicat: Nutriit exetum ſyluis horrentibus aprum, Inſtar non bruti, ſed dorſi montis apaci. Caſtrantur, quod recentibus adhuc morbus pruriens incumbit in teſtes, quò atterentes eam partem ad arbores, teſtes extinguunt. Græci verſus Homerici hi ſunt: Θοῦλον δέ τε χλούνιν σὺν ἀγρίοισιν ἐέργει, οὐδὲ γ' ἑκοῦσι θηρεύειν ἐπιφαίνῃ, ἀλλὰ διὰ ὀλίγου. Iliad. ιῶτα. Χλούνιν Homerus vocat, vt Ariſtoteles ſcribit, ſuem ὑποσχον. à pleriſque enim dum affricant ſe truncis, teſticuli atteruntur. Plutarchus de cauſis nat. quæſt. 21. Ex feris capris mares iam adulti dum venatores fugiunt aliquando ἐξ ὑπερβάσεως δεινὸν ἀποκναισάντα τὸν διώκοντα, vt etiam Χλοῦνας id eſt ſues feri caſtrati: & ſic affectos tum apros tum hircos ſylueſtres multi etiam noſtro tempore viderunt, Euſtathius in Homerum. Vulcanus in ſcuto Herculis varias expreſſit imagines, ἐν ᾗ συῶν ἀγέλαι γλαυκὸν πῶν, ἠδὲ λεοντες. &c. Heſiodus. Aper ab Italis cinghiale & cinghiare vocatur, & porco ſyluatico. A Gallis ſanglier, vel porc ſanglier, corrupta ſcilicet voce vt Italica etiam à Latina ſingulari: qua voce D. Hieronymus vtitur in translatione Pſalmi 80. Aper ſyluęſtris à nonnullis ſingularis ferus appellatur, Albertus: nimirum quod ſolitarius ferè degat, vnde & μονὶν recentiores Græci vocitant, aliqui ineptè cingularem ſcribunt. Hiſpanis, puérco ſilueſtre: vel puérco montés, vel ianali. Germanis, *wuldt ſchwein*. Anglis, boro. Illyrijs *vuepr*.

B.

Mirabile in Creta apres non eſſe. Plinius. Apri (ſues, Aelianus) In Macedonia muti ſunt, Idem. Sues Athi montis ne fœminas quidem ſpectare mares ſitus inferioris audent, Ariſtot. Hiſpani in quadam parte noui Orbis apros inuenerunt noſtris minores, caudis breuiſſimis, adeò vt abſciſſas fuiſſe arbitrarentur: pedibus etiam noſtris diſſimiles: poſteriores quippe aiunt pedes in his apris vno digito non vngulato conſtare, (hoc eſt, poſterius ſolipedes eſſe, anterius biſulcos.) Carnibus multò quàm noſtrorum tum ſuauioribus tum ſalubrioribus: nec mirum cum palmeta prope littus eſſent, inter quæ & paluſtres vluas aprorum multitudo libera vagabatur, vt ſcribit Petrus Martyr Oceanęæ decadis 1. 2. Olaus Magnus in quibuſdam Scandinauiæ locis apros duodecim pedum longitudine reperiri prodidit. In Medera inſula apri ſunt innumeri in montibus Abiſens Cadamuſtus. In Heluetia multi ſunt, præſertim in regionibus iuxta alpes ſitis: quoniam ex arboribus abundant diuerſis, quæ pabula apris fundunt: eſſentque plures, niſi ſubinde à plebe etiam caperentur, permittente magiſtratu, ijs quorum agris moleſti ſunt. Aper nullus eſt in Africa, Ariſtoteles, Herodotus, Plinius, Aelianus & Euſtathius in Dionyſium. In Aegypto (in Nilo) inſulæ permagnæ coagmentantur, vt & ſues permulti in eis naſcantur, quos incolæ transeuntes venari conſueuerunt, Theophraſtus 4. 13. de hiſt. Suem nec manſuetum nec ferum India habet, teſte Cteſia, quanquam non fide digno, Ariſtoteles & Aelianus: addit Aelianus, ſuilli generis vſum Indos à ſe deteſtari, & tantopere ab eo veſcendo, quàm ab humanis carnibus abhorrere: quamobrem minus mirum eſt ſues, ſaltem manſuetos, apud eos non reperiri. Sed huic aliqua ex parte aduerſatur quod apud Plinium legimus, Indicis apris cubitales eſſe dentium flexus geminos ex roſtro: & totidem à fronte ceu vituli cornua exire. Lycotas ruſticus in Bucolicis Calphurnij, refert ſe vidiſſe Romæ in ſpectaculis, niueos lepores, & non ſine cornibus apros. Agatharſides ait ſues in Aethiopia cornua habere, Aelianus. Σίγεαι, ἢ ἀγρίων συῶν οἱ βραχεῖς καὶ σιμοί, Heſych. Varin.

Deglandio (quæ pars eſt apri iuxta ceruicem, vel ipſa ceruix) & glandula, & aliis quibuſdam partibus apri, dixi ſupra in Sue F. Vide non nihil etiam infra in F. Apri fere colore ſunt nigro, vel ſpadiceo nigrioante. Pilus æreo ſimilis agreſtibus, cæteris niger, Plinius. Sues feros albos ſe vidiſſe Pauſanias ſcribit in Arcadicis. Leo & aper fortiſſima animalia, pilum gerunt duriſſimum, Ariſtot. in Phyſiog. Sanguis aprorum non ſpiſſatur, Plin. fibris refertus eſt, Ariſtot. innati caloris vinigricans eſt & aſper Plutarch. in cauſ. nat. Oculi iracundis ſimiles & apertis palpebris patuli, vt in lupis & apris, omnium peſſimi, Adamantius. De apri dentibus & cauda, vide quædam in Sue B. Ἀργιόδους, epitheton apri apud Homerum, quod dentes habeat albos, vel acuros, vel magnos, Varinus. Cum ad terram procubuit aper, canibus & multis haſtis debellatus, dentem illius inflammato anhelitu tantopere igneſcere aiunt, vt ſi quis de ceruice fetam detractam & ad eiuſdem etiamnum ſpirantis dentem admouerit, candens in orbem contrahatur ac aduratur: ac ſi eo dente canes inſectantes attigerit, ſtatim ignita veſtigia pelli ipſorum imprimantur, Gillius ex Oppiani tertio de venatione. Eadem Xenophon ſcribit in libro de venatione, & Pollux his verbis: Si dentibus obliquè attingat canes, pilos eorum adurit: quod ſi à morte (ſtatim) denti eius exerto pilum admoueris, contrahetur tanquam ab igne: adeò feruida & æſtuoſa huius ferę natura eſt: quamobrem dentes eius ἀίδηλους cognominat Oppianus. Arma dentium apri, culmi non tamen apud bonos authores vocantur, Albertus: (à noſtris, *hauzen, vvaffen*. Plinius apri dentium ſicas dixit.) Ex rurſus, Culmi eius quaſi ferrum incidunt dum in vivo ſunt animali, & ideo magna infligit vulnera. Dentes habet magnos & recuruos, ad incidendum aptos: in quibus hoc mirabile eſt, quòd viuente beſtia poſſunt idem quod ferrum: mortuæ vero detracti, vim incidionis amiſiſſe probantur, Liber de nat. rerum. Audio exertos apri dentes aliquando ita excreſcere, vt circulum ferè abſoluant, toti in ſe reflexi. In India cubitales dentium flexus gemini ex roſtro, Plin. ſed Albert. pro cubitales legit monopedales, quę non probo. Culmos (inquit) in India aper habet monopedales longitudine, cũ alibi vix pueniant ad ſemipedẽ: qua longitudine aliquãdo apud nos inueniuntur

untur. Apri fel non habeńt, Plinius. Habent os ad modum ſcuti, quod venabulis & machęræ opponunt, Liber de nat. rerum. Apud Gallos qui ſcitè & venatoriè de apris loquuntur, propria quædam vocabula vſurpant: nam dentes exertos, vocant armes aut limes, aut defenſes. & oppoſitos eis ſuperiores, quorum vſus tantum eſt ad acuendum exertos, græcæ: pectus, le bourbelier: veſtigium ſiue ſolum, la ſole du pied: excrementa, laiſſer. Idem urſi, apri, & aliarum mordacium beſtiarum caput hure nominant.

C.

Ferarum aliæ montanæ vt plurimum ſunt, vt leones: aliæ paluſtres (id eſt, circa paludes,) vt ſues, Pollux. Scythis & Sarmatis venationes ſunt, intra paludes quidem ceruorum aprorumque, in campis autem onagrorum & caprearum, Strabo. Luſtra ſignificant lamas (lama, aquæ collectio eſt, idem alibi) lutoſas, quæ ſunt in ſyluis aprorum cubilia, Feſtus. Ἔστιν μὲν σφῆσι πυμαίνης ἐοὶ βένθεα χερνιτῶν, Ἔξοχα δ' ἐν σφίσι δῖον ὀλυνχίης ἠερίης, Oppianus de apro: id eſt, in remotis & profundis præcipitum locorum receſſibus verſari ſolet. Volutabrum apri Galli nominant le ſueil du ſanglier. Vocem ſues feræ ſimilem manſuetis edunt: ſed fœmina vocalior eſt, mas raro vocem emittit, Ariſtot. Frendet agreſtis aper, Author Philomelæ. Aper frendens, Ouidius de Arte am. Silius leonem frendentem dixit. Nos aper auditu, lynx viſu, ſimia guſtu, Vultur odoratu præcellit, aranea tactu, Incertus. Proprium aprorum generi eſt, quod & porcorum eſſe dicitur, concitari ad rabiem vno ſtridente, Albertus. Oryges non metuunt canis latratum, Οὐ σφὰς ἀχεπάλοιο φόβος σπερχνοῖο φέβεται, Oppianus. Aper calidæ & igneæ naturæ eſt, Plutarchus. Dentibus eius canes aduri, & pilos eiſdem admotos (dum recens interfecta fera adhuc ſpirat) contrahi tanquam ab igne, in 8. dictum eſt. Aper cunctas beſtias præcedit auditu à dextris, Liber de nat. rerum. Aper domeſticus magis immoratur fœtidis quàm ſylueſtris, Albertus. Apri inueniuntur aliquando inter filicum folia, quæ ipſi ſibi collegerint & fortè ſubſtrauerint, vt audio. Galli ſangliers aſouches vocitant apros, cum ſcrobes fodiunt, & filicum aſparagorumque radices in terra rimantur. Genus quoddam farris, quo noſtri in aqua cocto leguminum modo veſcuntur, acutis & aſperis hordei inſtar armatum ariſtis, ruſtici accolæ ſyluarum in Germania ferunt, quod huic generi minus quàm cæteris propter acutas ariſtas apri noceant, vt annotauit Tragus Tomo 2. hiſtoriæ plantarum cap. 20. Apros in Pamphylia & Ciliciæ montuoſis, ſalamandra ab his deuorata, qui edére moriuntur, nec eſt intellectus vllus in odore vel ſapore, Plinius: Vide ſupra in Sue C. Aper ſyluaticus gregatim incedit nec alios quàm de ſua progenie porcos ſecum veſci patitur, Albertus. Lumbricis ſiue inteſtinis terræ roſtro effoſſis veſcuntur apri, quod Galli dicunt vermeiller. Idem maniues appelant loca vbi fagorum & quercuum glandibus paſcuntur. Spuma tenax in currentibus equis vel ira percitis apris circa os generatur: in his propter calorem, in illis tum eandem ob cauſam, tum propter motus vehementiam, Galenus in aphoriſmos Hippocratis 2. 43. Suum agreſtium lachryma cui dulcis, ceruorum autem ſalſa & improba ſit, ſcripſi in Ceruo C. ex Plutarchi de cauſis naturalibus problemate 20. vnde Cælius etiam tranſtulit 12. 5. Ipſi apro tam grauis ſua vrina eſt, vt niſi egeſta fugæ non ſufficiat, ac velut deuinctus opprimatur: exuri illa tradunt eos, Plinius. Apri circa Cal. Decembris ſubantes ſues ſectari ſolent, indeq; callum obducere venabulo quoque refractarium, Budæus. Sues agreſtes ſemel anno coeunt, domeſtici ſæpe, Ariſtoteles: Vide ſupra in Sue manſueto C. Sues feræ principio hyemis coeunt, vere pariunt, petentes maxime inuia, præcipita, anguſta, & opaca: mas cum fœminis conuerſari dies triginta magna ex parte ſolet. Numerus partus, & tempus ferendi idem, atque in vrbanis ſuibus eſt, Ariſtot. Sues feræ ſemel anno gignunt. Maribus in coitu plurima aſperitas. Tunc inter ſe dimicant, indurantes attritu arborum coſtas, lutoque ſe tergorantes: fœminæ in partu aſperiores, & ferè ſimiliter in omni genere beſtiarum. Apris maribus non niſi anniculis generatio, Plinius. Tempore libidinis ſues feri acerrime ſæuiunt, quanquam per id tempus imbecilles ex coitu reddantur: dimicant inter ſe mirum in modum armantes ſeſe, & cutem quàm craſſiſſimam præparantes, indurantesq; attritu arborum: ſæpe etiam luto obducto, ac reſiccato, tergus inuictum contra ictus efficiunt: pugnant adeò acri certamine, grege relicto, vt ſæpenumero mortem vterque aduerſarius obeat, Ariſtoteles. Per ſyluas tum ſæuus aper, tum peſſima tigris, Vergilius in Georg. de via amoris. Et mox, Ipſe ruit, dentesque Sabellicus exacuit ſus: Et pedibus ſubigit terram, fricat arbore coſtas: Atque hinc atque illinc humeros ad vulnera durat. Ad Veneris libidinem inflammatiſſimus eſt, ceruicis ſetis ſic inhorreſcit, vt criſtæ galearum eſſe videantur: ſpumas fundit ab ore, magno ſtridore dentium concrepat, efferueſcentem ſpiritum anhelat, coëundi furore ardet, quod ſi fœmina cum ſic libidine furentem patienter manet, omnem illius bilem extinxit, & libidinem ſedauit: Sin autem coitum refugit, is confeſtim feruidis ſtimulis incitatus, aut ipſam vi expugnatam init, aut mortuam in terram dentibus abijcit, Gillius ex Oppiano. Quæ ex feris mitigentur, non concipere tradunt, vt anſeres: apros verò tardè, & ceruos: nec niſi ab infantia educatos. In nullo genere æque (ac in ſuillo) facilis miſtura cum fero: qualiter natos antiqui hybridas vocabant, ceu ſemiferos, ad homines quoque, vt in C. Antonium Ciceronis in conſulatu collegam, appellatione tranſlata, Plinius. Themaſini Epicadi ex gente Parthica hybridæ, Suetonius in Aug. Hybrida quo pacto ſit Perſius vltus, opinor, Horatius 2. Serm. Hybris etiam canis vocatur, qui imparibus parentibus natus eſt, inquit Porphyrio, hoc eſt ex venatico & gregario. Inflexionem apparet eſſe duplicem, nempe hybris hybridis, in tertia, more Græcorum: vel hybrida, hybridæ, in prima: nomen factum apparet παρὰ τὴν ὕβριν, forte quod per contumeliam in aliquos iactaretur: vel quod καθ' ὕβριν aut ἐξ ὕβρεως, nempe adulterio nati, hybrides dicerentur, ſiue ſpurij, ſiue ex diuerſarum gentium parentibus homines: aut aliæ feræ, ex parentibus ſeu ſpecie ſeu genere differentibus: ſpecie dico, vt ſus ex manſueto & fero: genere vt canis ex cane & leone, &c. Cicur ſus, ex apro & ſcropha domeſtica, Feſtus. Nulli dentes exerti, quibus ſerrati: rarò fœminæ, & tamen ſine vſu: itaque cum apri percutiant fœminæ ſues mordent.

Aconitum & ſyanchi radix ſues feros occidunt: vide in Sue C. ab initio de morbis eorum. Cum per imprudentiam hyoſcyamum comederunt, ſtatim attrahunt poſteriora, dimiſsè ita ſeſe gerentes. Deinde licet contracti tamen ad aquas peruentiunt, & ibi collectos cancros epulantur promptiſſimè; qui morbi remedium eis præſtant, Aelianus. Edera apri in morbis ſibi medentur, & cancros veſcendo maximè mari eiectos, Plinius. Nec verò patiendus eſt oryx aut aper, aliùſue quis ferus vltra quadrimatum (in vivario) ſeneſcere: nam vſque in hoc tempus capiunt incrementa, poſtea marceſcunt ſenectute: quare dum viridis ætas pulchritudinem corporis conſeruat ære mutandi ſunt, Columella.

Sues

D.

Sues ſylueſtres animoſę, peraiacęs, & brutæ omnino ſunt, Ariſtoteles. Et alibi, Apri animoſi, iracundi, furibundique ſunt: ſanguis enim eorum fibris refertior eſt. Adamantius ὀργὴν αἱματώδη, id eſt iram ſubitam eis tribuit. Leo & aper animalia fortiſſima ſunt & pilum gerunt duriſſimum, Ariſtoteles in Phyſiogn. Aper nullius diſciplinæ capax eſt, ſemper ferus ac ferox, Liber de nat. rerum. Apri & Cerui quomodo muſica illecti capiantur, vide in Ceruo 2. Apud Varonem 3. 14. legimus in leporario quodam Varronis in Thuſculano, ad buccinam inflatam certo tempore apros & capreas conueniſſe ad pabulum. Aprum habet Regulus Saluimontis ingenti magnitudine: qui cum hero & Canibus ad cornuum concentum exit in venationem: certatq; cum curſoribus Leporarijs ad prædarum adeptiones: Scaliger. Paret purpureis aper capiſtris, Martialis libro 1. in ſpectaculi cuiuſdam deſcriptione. Sues feri ſapiunt veſtigia palude confundere, vrina fugam leuare, Plinius: Vide etiam ſuperius in C. de vrina. Aper ſylueſtris hoc proprium habet quod ad pabulum ſecum non admittit porcos qui ex eo nati non ſunt: ſed ſi iungantur cum eo contendit cum eis, vt obſeruaui in apro quem cicuraui, Albertus. Mas tempore libidinis ſæuit, fœmina à partu, vt & cætera ferè omnia animalia, vt in C. dictum eſt. Nec enim latére te debet (inquit Cyaxares ad Cyrum libro 4. de inſtitutione Cyri apud Xenophontem,) non maiorem tibi eſſe cupiditatem hoſtium vxores atq; liberos capiundi, quàm illis ſeruandi. Cogitandum præterea tibi eſt, ſues, ſi multæ etiam ſint, fugere, vbi videant venatorem, vnà cum natis. Sed vbi quis venetur quenquam ex earum natis, non amplius fugere, ne ſi vna ſit quidem, ſed ruere aduerſus capere molientem. Proprium aprorum generi eſt, quod & porcorum eſſe dicitur, concitari ad rabiem vno ſtridente: & tunc periculoſum eſt incidere in gregem eorum, præcipue candida veſte indutum, & maximè ſi fœminæ libidine ardeant, (vel potius, ſi mares libidine ſtimulentur, aut fœminæ perpererint,) Albertus. Inter ſe concertantes apri, cum viderint lupos, quaſi confœderati ſe iuuant mutuo, & concurrunt ad vocem clamantis quotquot audierint: & hoc conuenit multis animalibus, Idem. Lupus quomodo rapuerit & vorârit aprum paruum, vide in Lupo D. ex Alberto. Apri dentes acuunt ad luctam, Plutarchus. Lapidibus dentes exacuunt Homero teſte, Aelianus. Et alibi, Aprum priuſquam in aliquem inuadit, dentes exacuere ferunt: cui rei teſtimonio eſt Homerus cum ait, Album acuens dentem. In arboribus exacuunt limantq; cornua elephanti, & ſaxo rhinocerotes, & vtroq; apri dentium ſicas, Plinius. Sues feros urſus aggreditur, ſi clam repentéq; potuerit agere, Ariſtoteles. Vulcanus in ſcuto Herculis varias expreſſit imagines, vt canit Heſiodus: & inter cætera apros leonesq; acriter & fortiter vtrinq; pugnantes, ita vt neutra pars cederet, & caderent vtrinq; mortui, cæteri tamen magis ad pugnam excitabantur. Si velis ne in te aper graſſetur, cancrorum brachia illa denticulata tecum appenſa circunfer, Didymus.

E.

Apri apud nos ferè media hyeme capiuntur. Fuſca & villoſa veſte vtendum eſt ad apri venatum, maiorum inſtituto, Budæus. Oppianus in venatione aduerſus apros, equis vti iubet fuluis ſiue ignis colore. Cerui & apri quomodo capiantur podagra inſtrumento in Ceruo docui ex Polluce. Fouea capitur multitudo aprorum (inquit Petrus Creſcent. 10. 33.) hoc modo. In loco vbi multi verſantur apri, agellus conſeritur melica, quam aliqui ſaginam vocant: circa agellum conſtruitur valida & alta ſæpes ex viminibus arborum: & vna in parte relinquitur apertus introitus, è regione ſæpis depreſſæ, extra quam fouea ſit ſatis profunda. Melica iam matura multi apri per locum apertum intrabunt. Tum venator accedat quandocunque volet, etiam inermis: & in loco introitus ſtando clamet, & quouis modo tumultum & ſtrepitum excitet. Sic apri perterriti, cum via euadendi nulla pateat, niſi per locum ſæpis depreſſum, inde proſiliunt omnes foras, & in foueam incidunt. Circa Romanos agros & in ſyluis ſuburbanis, inſidiatores iaculis, noctu, ſiue machina ferrea igni crepitante transfigunt tam capreas, quàm ceruos, vrſos & apros lucente Luna, Blondus. Piſces quidam nigri venenati in Armenia reperiuntur: horum farina ficus conſpergunt, quas in ea loca quæ maximè abundant feris, diſſeminant. Beſtiæ primum vt eas attigerunt, ſtatim moriuntur: atque ea fraude apri, feræ capræ, cerui, & vrſi necantur, vt pote animalia ficuũ & farinarum auidiſſima. Aconito, & ſyancho dicto veneno tum manſueti tum feri ſues pereunt, vt dixi in Sue C. Apros non ſolum natura obdurata pelle piliſque hirſutis veſtiuit, verum etiam ipſi luto ſe quodammodo loricant, ne telis facile lædi poſſint: vnde evenit aliquando, vt niſi letale vulnus acceperit aper, venatorem conculcet ſi ipſum ferire nequiuerit. At ſi fœmina fuerit, cum careat dentibus exertis, conculcatum venatorem proſtratumque lacerat, Beliſarius. Vide plura ſupra in C. Aper in lanceam ſeu venabulum ſponte incurrit, & niſi letaliter vulneretur, venatorem proſternit niſi in terram humi cadens iaceat, vel retro arborem vel ſuperius in arborem ſe recipiens euadat: quia culmis recuruis ſurſum tantum ſecare, deorſum non poteſt, ſed iacentem humo conculcat: fœmina vero culmos non habens, dentibus lacerat, Albertus. Sus ferus (vt ſcribit author libri de nat. rerum) ſi mane antequam reddat onus veſicæ, à venatoribus petatur, facile fatigatur. Sin autem vel ante, vel in ipſa venatione reddat vrinam, difficilis erit captu. Sed quamuis laſſus non cedit: ſed in poſterioribus ſubſiſtit, & atrocitate rigida laſſitudinem diſſimulat, duellum offerens venatori: non ferire tamen nec inuadere ſolet hominem, niſi prius ab eo vulneratus. Cæterum venatori cauendum eſt: nam niſi primo ictu letale vulnus inter armum & laterum coſtas adegerit, de vita periclitabitur: niſi fortè aut proximam arborem conſcenderit, aut in humiliori loco ſoli planiciem amplexus totis membris ſe premat: non poterit enim fera recuruis dentibus ſuis niſi elatum & erectum attingere. Suſtinebit tamen pedum eius conculcationem, donec ſic iacenti ſocij opem ferant, Hæc ille. Ipſi apro tam grauis ſua vrina eſt, vt niſi egeſta fugæ non ſufficiat, ac velut deuinctus opprimatur: exuri illa tradunt eos, Plinius. Solet aper quum è ſylua egreditur, ventum ab omni parte excipere & odorari, num quid ei aduerſum ſeu expectandum ſit, quod Galli dicunt prende le uent de toutes pars. Nempe ſues ſyluaticos in montibus ſectaris venabulo, aut ceruos, Varro in Aſino ad lyram apud Nonium. Eſt autem venabulum telum venationi aptum, latum longaque acie, cornibus hinc & inde extantibus, quod Pollux σκέλιον vocat: id cum deſcripſiſſet libro quinto circa finem capitis tertij, quale contra cæteras feras quæ cominus pugnant parari oporteret: ſequenti mox capite, Aduerſus apros verò (inquit) circa finem colli (αὐλὰς, ſic vocat τὰ λίγχης τὰ πρὸς τῷ ξύλῳ) ſupra alas (pteryges: ſic vocat lanceæ partes ſecantes quæ vtrinque dilatantur,) vtrinq; emineant cornua, (κεράστας,) quæ inter fabricandum ex collo producta ſint, è ferro ſolido: ne dum aper præ iracundia in venatorum magna vi fertur, per ipſum haſtile ad eum perveniat, ſed obſtaculis illis prohibeatur. Cæterum venabulo hunc in modum vtetur venator: Pedem ſiniſtrum prætendet, dextrum ſiſtet poſterius, eo ferè intervallo quo vti luctantes ſolent. Latus quod prominet (ſiniſtrum) pedem

pedem versus antrorsum protendat: Manus sinistra medio venabulo subiiciatur, vt ictum dirigat: dextera verò posterius contrario situ venabulo fortiter apprehenso ictum quàm validissime potest impellat. Visus in feram fixè & acriter intentus sit. Et si aper fuerit, vulnus vel in medium inter supercilia locum, vel in armum adigat: vtrunque enim letale est. Quod si maxillas etiam attigerit, efficiet quo minus vti possit dentibus exertis. Sue insiliente, retrocedet & simul ensem distringet. Illud cauendum, ne ius violento capitis motu, & vehementi in lanceam impulsu, & impetu saltus venabulum elidat, & venatorem comminus inuadat, quo facto, in terram ille pronus incumbat oportet, & ad solum se comprimens stirpes aut cespites tenaciter apprehendat: sic enim sito corpori nihil suis dentibus fera nocere, nec infra ipsum subijcere potest: sed ambiens calcat, fœmina etiam mordet. Hutusque Pollux. Canibus capiuntur apri ac lupi, sed cum auxilio venatorum: nam rarò soli eos aggredi audent, nisi mastini fortissimi & audaces fuerint. Sed pro capiendis apris requiruntur pili fortes (venabula valida) circa ferrum prominentibus crucis instar hoc est, transuersis) obstaculis, (ea quidam ridiculè nominant, sufficit: quod ferrum eousque in corpus adigi satis sit, cum non possit vlterius.) Hos venatores quum aprum vident indignabundum accedere, in terram obfirmant, & cum accesserit vulnerant, prohibentibus ne ipsos irruat obstaculis. Paruus interim catulus ad hoc instructus per viam it, & sic à canibus & sociis venationis occiditur, Crescentiensis 10.29. Robusti canes venatici tum contra alias feras tum contra apros immittuntur, vt in Canum historia prosequutus sum. De his Oppianus, Tauros (inquit) & leones inuadunt, Καὶ σιαὶς ὀβριμόχαις ἐπαΐξαντες ὀλέσσαι. Aetoli canes celeres & sagaces, venantur apros, vt in canibus ex Gratio retuli. Galli sub nomine leporariorum, suarios etiam luparioſque canes comprehendunt. Budæus. Canes mastini, quos Galli vocant Alans vautrez, id est Alanos veltros, vt recentiores aliqui vocant, (vt Fr. Alumnus), capitibus & auriculis magnis, labris crassis, aduersus vrsos & apros emittuntur. Apri in syluis sæpe dentibus canes occiderunt, Varro. Aper cum exit è cubili vel lustro suo canibus visis vocem aduersus eos emittit, quod Galli dicunt rendre les abbais. Apri & cerui apud Tyrrhenos cum retibus & canibus muſicæ adiumento capiuntur, vt in Ceruo recitaui ex Aeliano. Venator (inquit Xenophon) in apros canes comparet Indicas, Cretenses, Locrenses, Lacænas: sagenas, iacula, venabula, tendiculas, ὅρκυς, ἄκοντα, περιβόλια, πόδας κρίβας.) Primum igitur canes hoc ex genere esse oportet, minimè vulgares, vt paratæ sint cum fera pugnare. Sagenas autem eodem lino quo leporum, (iusserat autem supra leporum sagenas ex tenuissimo lino Phasiano vel Carthaginensi confici, filis nouem) filis quinque & quadraginta, & chordulis tribus: ita vt vnaquæque chordula (πῆχυς) filis quindecim constet, & longitudo sit à fastigio macularum (κηκίδων) decem. Laqueorum (βρόχων) autem altitudo cubitalis. Plagæ dimidio crassiores sagenis, (ὁ δὲ περίβολος ἡμίολιος τοῦ τῶν κηκίδων πάχους:) extremaque earum per annulos exeant: sufficient verò quindecim. Iacula varia sint, quæ lanceas habeant satis amplas & leuigatas, hastiliaque (ἰκβόλου) evalida, ἔχοντα τὰς λόγχας ἐυπλατεῖς καὶ ξυκάς: lego ξυήκεις ex Polluce: id est, quæ lanceas habeant bene latas, & nouaculæ instar acutas. In lexico Græcolatino ξυκὲς exponitur læuigatus.) At venabula primum lanceas habeant longitudine πεντεπαλαίστους, id est quinque palmorum, & in medio fistulæ dentes, (κυνόδοντας.) validos fabricatos, & hastilia cornea (ex corno arbore) crassitudine hastæ. Tendiculæ seu pedicæ tales sunto, quales pro ceruis fiunt. Sed venationis comites adsint: fera enim à multis vix capi potest. Quomodo autem singulis quibuscunque vti conueniat, ostendam. Primum igitur cum ad locum venerint, vbi aprum esse conijciunt, canum gregem subducere oportet, & soluta vna ex Lacænis, reprimens alias cum cane circumeat. Cum vestigia deprehenderint indagando, sequatur deinceps quo tenor duxerit. Sed venatoribus etiam multa indicia aprum prodent, in mollibus locis vestigia, in syluosis ramorum fragmenta, vbi arbores fuerint dentium vulnera. Canis verò vt plurimum ad syluosa indagando perueniet, quod in his locis fera plerunque recumbit: nam hyeme minus frigida sunt, minus calida æstate. Cum ad cubile peruenerit, latrat: ille verò vt plurimum surgere non solet. Sumat igitur canem, & ipsam cum aliis omnino procul à cubili religet, & sagenas ad diuortia (ἔρυκας, διόρυμα paulò post vertit loca quæ facile adiri non possunt) tendat, laqueos inijciens ad syluæ truncos bicipites, (ἐμβαλόντα τοὺς βρόχους ἐπὶ ἀπραγαλιδώματα τῆς ὕλης διχοῦ.) Ipsius autem sagenæ longo producto sinu tibicines (αὐτηδίας) intrinsecus faciat, subiectis vtrinque ramis, vt in sinum per laqueos splendor lucis (αἱ αὐγαὶ ἡ φέγγος. codices quidam corrupte habent, αἱ αὐταὶ) prorsus insistat, & accurrenti feræ pars interior perquam lucidissima sit. Plagam (περίβολον) ab arbore valida religet, non à stipite, (καὶ μὴ ἐκ βάχεως, non à virga aut frutice: βάχεις sunt fasciculi lignorum, aut virgæ tamaricis: vel planta spinosa sæpibus apta, [rhamnus nimirum,] Hesychius, Varinus. βάχος, σκόλοψ ὁ ἀκανθώδης. Varinus.) stipites enim nudis in locis inveniuntur, (συνέχονται γὰρ ἐν τοῖς ψιλοῖς αἱ βάχεις.) Vtrinque verò arborum ramis claudat ea etiam quæ facile adiri non possunt, (τὰ δύσοδα,) vt in retia cursum nusquam declinans intendat. Retibus tensis, ad canes redeant, omnesque soluant, & iaculis venabulisque sumptis procedant. Canes aliquis hortetur qui peritissimus sit, reliqui deinceps ordine sequantur, magnis interuallis alius ab alio distantes, vt feræ discursus latè satis pateat. Nam si aper in confertos inciderit, periculum est ne saucientur: nam in quencunque irruerit, per iracundiam lædit. Porrò canes cum iam cubili propius fuerint, incitentur & immittantur à venatore: excitatus ille consurget, & quæcunq; canis à fronte se illi opposuerit, eam reiiciet, (ἀναβάλλει.) Irruet autem cursu (spōte in retia:) sin minus, necesse est persequi. Quod si præceps fuerit locus, in quo eum sagenæ detinent, statim exurget: si planus, ab initio stabit ibidem inhærens: incumbent tum verò canes. Simul etiam venatores oportet intentos in eum (cautè, ne canes feriant) tela conijcere, & circumuenientes à tergo & eminus lapides mittere, donec retibus se ingerens plagam eorum intenderit. Tum eorum qui adsunt peritissimus & robustissimus, venabulo progressus à fronte percutiat. Quòd si petitus ictusque telis, non satis se retibus ingesserit, sed in accedentem se cōuertat & instet occursu, (ἀλλ' ἐπανεστηκὼς πρὸς τὸ προσιὸν περιόψεται πειρώμενος:) necesse est sumpto venabulo accedere. Id tenendum est manu læua anterius, dextra posteriusilla enim dirigit ictum, hæc vrget & impellit. Pedes autem manus sequantur, læuus læuam, dexter dexteram. Itaque accedens venabulum obijciat, cruribus non multò maiore spatio diuaricatis, quàm fieri à luctatoribus solet, ἐπὶ πολύ, lego πόδα πάλιν, ex Polluce:) sinistro latere interim ad manum sinistram conuerso. Diligenter autem feræ oculos inspiciat, capitis illius motum obseruans, & venabulum porrigat prouidus, ne aper capite rotato de manibus ei excutiat. Venabulo enim interdum cum impetu elisō in venatorem pergit. Hoc si cui contigerit, pronus in ora cadat oportet, & virgulta inferiora (τὰ ὕλης κάτωθεν) comprehendat: nam si hoc modo inhærens procubuerit, fera præ incuruitate (διὰ τὴν σμίκρωσιν) dentium, corpus adipisci non po-

teſt: erectum verò aut ſtantem ſauciari neceſſe eſt: quamobrem aper venatoris corpus attollere tentat: quod ſi nequiuerit, obambulans proterit. Huius autem rei liberatio vna tantum ſupereſt: cum in hac anguſtia deprehenſus fuerit, tum ex comitibus aliquis cum venabulo accedens, ſuem irritet, immiſſuro ſimilis, non tamen immittet ne iacentem feriat. Hoc aper vbi animaduerterit, omiſſo eo quem premebat, contra irritantem præ ira & furore conuertitur. Tum ille celeriter exiliat, memor cùm venabulo exurgendum eſſe: nam niſi vincenti ſalus honeſta non eſt: & rurſus inuadat ſicut antea, ferrumque inter ſcapulas dirigat, qua parte iugulum eſt, (ἡ ἐπωμὶς. Pollux videtur legiſſe, ἡ μεσωμίον, quod placet: hoc ſenſu, ferrum inter ſcapulas, aut medio inter ſupercilia loco adigat:) & obnixus venabulo acriter incumbat. Saucius aper furens progreditur, & niſi lanceæ dentalia (κυνόδοντες) prohiberent, per haſtile ſe trudens ad eum veniret qui venabulum tenet. Eſt enim fera adeò feruida, vt canum pilos quos dentibus forte perſtrinxerit, amburat: & pili recens occiſi dentibus admoti contrahantur, (vt in B. diximus.) Cæterum ſi fœmina in retia inciderit, cauebit venator ne impulſus cadat: quod ſi contigerit, proteratur neceſſe eſt ac mordeatur. Non eſt igitur ſponte cadendum: ſi quis verò inuitus ceciderit, ei non aliter ſurgendum eſt quàm ſub maſculo. Cum verò ſurrexit, venabulo percutiat oportet, quoad eam occiderit. Porrò capiuntur hoc etiam modo: Retia illis in tranſitu ſaltuum (ναπαῖς) ponuntur, ad nemora, ad valles, ad cliuos, (πρανέσι.) Incurſiones verò (εἰσβολαὶ, venatorum ſcilicet in hæc loca cum tumultu irruentium, vt ſuem excitent, fiunt in agros, in paludes, in aquas. Qui iuſſus eſt, retia cum venabulo ſeruat: alij canes agunt, optima quæq; locorum ſcrutantes: & cum primum inuentus fuerit, agitatur. Vbi iam in caphes inciderit, retium cuſtos accedat ſumpto venabulo, & vtatur quemadmodum diximus: ſi non inciderit, inſequi oportet. Capitur etiam dum medio æſtu premitur canibus. Nam licet viribus præſtet, præ nimio tamen anhelitu fatiſcit. Pereunt autem multæ in eiuſmodi venatione canes: quin etiam venatores ipſi periclitantur. Cæterum vbi curſu fatigatum petere coguntur, ſiue in aqua, ſiue in rupis receſſu fuerit, ſiue ex opaco exire noluerit: vbi nec rete illum, nec aliud quicquam prohibet cominus cum appropinquante congredi: nihilominus adire oportet, vt magnitudo animi cuius gratia hi labores ſuſcipiuntur, declaretur. Vtendum eſt autem venabulo, & corpore ita compoſito, vt dictum eſt: nam ita etiamſi quid aduerſi acciderit, non in ipſum aut inſcitiam eius culpa reijcietur. Ponuntur verò ipſis tendiculæ, (πόδοκαι,) in eiſdem locis ſicut & ceruis. Obſeruationes eædem ſunt, & curſus, (μεταδρομαὶ, inſecutiones) & aditus, & vſus venabuli. Porrò catulos earum capi vix contingit: neque enim ab eis diſcedunt, donec adoleuerint: & cum eos canes inuenerint, vel aliquid ipſi præſenſerint, ſtatim ſe abdunt in ſyluas, & ſequuntur eos vbicunque fuerint parentes vtrique: quo tempore ſæuiores ſunt, & pro illis acrius quam pro ſeipſis pugnant: Hæc omnia Xenophon in Libro de venatione, ex Omnibo-
30 ni Leoniceni interpretatione per nos emendata. Germani circa aprorum venationem propria quædam vocabula & locutiones proprias habent: vt ſunt, *Man macht ein hag, bindt ſeiler an, ſtellt garn vnd vveertücher. Die ſuw vvirt gehetzt, louffe, nimpt ein feil, hat ſcharpffe vvaaffen, friſſt oder erſchlecht viel hünd oder lüt, vvirt geſtochen.*

Vivaria aprorum cæterorumque ſylueſtrium, primum togati generis inuenit Fuluius Hirpinus, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit: nec diu imitatores defuêre L. Lucullus & Q. Hortenſius, Plinius. In leporario pater tuus Axi præterquam lepuſculum è venatione vidit nunquam: neque enim erat magnum id ſeptum, quod nunc vt habeant multos apros ac capras, (capreas,) complura iugera macerijs concludunt. Non tum (inquit) cum emiſti fundum Thuſculanum à M. Piſone in leporario apri fuerunt multi, Varro. Et alibi, Leporarij ſpecies duæ ſunt, in altera eſt aper, caprea, lepus: in altera apes, cocleæ, glires. Et rurſus, Apros quidem habere poſſe in leporario, nec magno negotio tibi eſt, captiuos & cicures qui ibi nati ſint, & pingues ſolere fieri, ſcis
40 inquam Axi. Nam quem fundum (in fundo, quem) in Thuſculano emit hic Varro à M. Piſone, vidiſti ad buccinam inflatam certo tempore apros & capreas conuenire ad pabulum, cum è ſuperiore loco è palæſtra effunderetur apris glans, &c. vt in Lepore ſcripſi. Extat Gordiani ſylua memorabilis picta in domo roſtrata Cn. Pompeij, in qua picta etiam nunc continentur, apri 150. ibices 200. &c. hæc autem omnia populo rapienda conceſſit die muneris quod ſextum ædebat, Capitolinus in Gordiano 1.

Plutarchus in Commentario de cauſis naturalibus, verſum hunc ceu prouerbio iactatum citat, Μετὰ ὗν᾽ οὐκ ὄμβρος, ἢν μὴ τὴν ἀλεκτρίαν σῦς. hoc eſt, Non pluet poſt noctem, qua ſus agreſtis pepererit. Sues cicures ſæpius pariunt ac diuerſis temporibus, feræ non niſi ſemel, idque ijſdem fermè diebus, nimirum ineunte æſtate. Vnde negant fore pluuiam poſteaquam ſus agreſtis perpererit, nimirum exactis iam menſibus pluuijs. Per iocum vſurpari poterit, ſi dicamus, res fore tranquilliores poſteaquam moroſus ac rixoſus quiſpiam animo ſuo
50 morem geſſit, Eraſmus.

F.

Suis caro viſcoſa eſt & frigida, & maximè eum vicinior eſt lacti: feri tamen minus quàm manſueti. Caro porci tum feri tum cicuris, facile concoquitur & cito deſcendit, multum nutrit, & ſuccum gignit craſſum ac viſcoſum, Auicenna. Plura leges in Sue F. non procul initio ex Galeno & alijs. Caro aprina leuis concoctionis, meliorque domeſtica: item valentiſſimi generis & plurimi alimenti, authore Celſo. Hippocrates ait, Caro ſuis ſyluatici ſiccat, corroborat, & mouet. Tympanici ex carnibus moderatè comedant, & eas potius quæ non ſunt pingues, præcipuè ferinas, vt cerui, apri & capreæ, Trallianus. In omni ſacro igne neque leuibus & glutinoſis cibis, neque ſalſis & acribus vtendum eſt, ſed his quæ inter vtrumque ſunt, qualis eſt panis ſine fermento, piſcis, hœdus, aues, ex ceptoque apro omnis fere venatio, Celſus. Galatæ aprorum contactu abſtinent,
60 Pauſanias. Primus Romanorum P. Seruilius Rullus, pater eius Rulli, qui conſulatu Ciceronis legem agrariam promulgauit, aprum ſolidum epulis appoſuit, (vt mox ex Plinio recitabo.) Ad quod reſpiciens Iuuenalis, & ſua notans tempora, exclamat: Quanta eſt gula, quæ ſibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum, Grapaldus. Num pluris nunc tu à villa illic natos verres lanio vendis, quàm hîc apros milliarios (alij miliarios ſcribunt per I. ſimplex) emis? Varro. Apri milliarij dicebantur mille librarum, quos ſolebant in cœnis apponere Romani, Ge. Alexandrinus & Crinitus. Apud Athenæum aper Dipnoſophiſtis apponitur. Menſæ apud Indos imponuntur integri leones, & capreæ, & apri, Philoſtratus lib. 2. Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia naſus illis nullus erat: ſed credo, hac mente, quod hoſpes Tardius aduenienſ, vitiatum commodius, quàm. Integrum edax dominus conſumeret, Horat. 2. Serm. Rancorem grammatici odoris grauitatem interpretantur, quæ ex vetuſtate ac corruptione naſcitur: & rancidum, quod rancore putidum eſt.

70 His

His addemus quæ de apri apparatu Apicius ſcripſit ab initio libri octaui, his verbis. Aper ita conditus? Spongiatur, & ſic aſpergitur ei ſal, cuminum tritum: & ſic manet. Alia die mittitur in furnum: cum coctus fuerit, perfunditur piper tritum. Condimentum aprinum: Mel, liquamen, carænum & paſſum. Aliter in aprum: Aqua marina cum ramulis lauri aprum elixas quouſque madeſcat, (id eſt molleſcat, tenereſcat, & coquatur:) corium ei tolles: cum ſale, ſinape, aceto inferes. Aliter in apro: Teres piper, liguſticum, origanum, baccas myrthæ exenteratas, coriandrum, cepas: ſuffundes mel, vinum, liquamen, oleum modicè: calefacies, amylo obligas, aprum in furno coctum perfundes. Hoc & in omne genus carnis ferinæ facies. In aprum aſſum iura feruentia facies ſic: Piper, cuminum frictum, apij ſemen, mentham, thymum, ſatureiam, cnici (aliàs anethi) flores, nucleos toſtos, amygdala toſta: mel, vinum, liquamen, acetum, oleum modicè. Aliter in aprum aſſum iura feruentia: Piper, liguſticum, apij ſemen, mentham, thymum, nucleos toſtos: vinum, acetum, liquamen, oleum modicè. Cum ius ſimplex buillerit, tunc trituræ globum mittes: & agitas cepa & rutæ faſciculo. Si volueris pingue ius facere, obligas ius albo ouorum liquido, moues paulatim, aſpergis piper tritum, & inferes. Ius in aprum elixum: Piper, liguſticum, cuminum, ſilphium, origanum, nucleos, caryotam: mel, ſinape, acetum, liquamen, & oleum. Ius frigidum in aprum elixum: Piper, careum, liguſticum, coriandri ſemen frictum, anethi ſemen, apij ſemen, thymum, origanum, cepullam, mel, acetum, ſinape, liquamen, oleum. Aliter ius frigidum in aprum elixum: Piper, liguſticum, cuminum, anethi ſemen, thymum, origanum, ſilphium modicum, erucæ ſemen pluſculum: ſuffundes merum: condimenta viridia modica, cepam, pontica, vel amygdala fricta, dactylum, mel, acetum, merum modicum: coloras defruto: liquamen, oleum. Aliter in apro: Teres piper, liguſticum, origanum, apij ſemen, laſeris radicem, cuminum, fœniculi ſemen, rutam: liquamen, vinum, paſſum: facies vt ferueat: cum ferbuerit, amylo obligas intro foras, & inferes. Perna aprina ita impletur recens: Per articulum pernæ palum mittes, ita vt cutem à carne ſepares, vt poſſit condimentum accipere per cornulum, vt vniuerſa impleatur. Teres piper, baccam lauri, rutam: ſi volueris, laſer adijcies, liquamen optimum, carænum, & olei viridis guttas. Cum impleta fuerit, conſtringitur illa pars quæ impleta eſt ex lino: & mittitur in zymam, elixatur in aqua marina cum lauri turionibus & anetho. Hucuſque Apicius 8.1. & rurſus 7.4. Oſſella aprugneæ (inquit) ex oleo, liquamine coquuntur, & mittitur eis condimentum. Cum coctæ fuerint, ſupera dijcitur his, cum in foco ſunt, conditura. Piper tritum: condimentum, mel, liquamen, amylum: & denuo bullinnt cum iam bullierunt, ſine liquamine & oleo, elixas & ſiccas, pipere aſperſo inferes.

Antequam piper reperiretur myrti bacca illam obtinebat vicem, quodam etiam generoſi obſonij nomine inde tracto, quod etiam nunc myrtatum vocatur: Eademq; origine aprorum ſapor commendatur, plerunque ad intinctus additis myrtis, Plinius. Heliogabalus exhibuit ſumina aprugna per dies decem tricena quotidie cum ſuis bulbis, Lampridius. Placuêre & feri ſues. Iam Catonis cenſoris orationes aprinum exprobrant callum, in tres tamen partes diuiſo, media ponebatur lumbus aprugnus appellata. Solidum aprum Romanorum primus in epulis appoſuit P. Seruilius Rullus, pater eius Rulli, qui Ciceronis conſulatu legem agrariam promulgauit. Tam propinqua origo nunc quotidianæ rei eſt. Et hoc annales notarunt, horum ſcilicet ad emendationem morum: quibus notata quidem cœna, ſed in principio, bini ternique pariter mandantur (aliàs, mandebantur) apri, Plinius. Callum aprugnum & porcus Troianus ſumptuaria lege prohibebantur, Volaterranus ex Macrobio. Magis calleo quàm aprugnum callum callet, feſtiuè quidam apud Plautum ludens homonymia huius dictionis calleo, quæ & ſcire, & calloſum eſſe ſignificat. Quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus eſt, in cœna fuerunt lumbi aprugni, ſumina, ſinciput aprugnum, Macrobius. Eubulus ἐν Λαΐνωνι apud Athenæum ἔστι καὶ ταῦτα nominat inter cæteros delicatiores cibos. Aprinam ſalitam quo tempore apri in furias Veneremque ruunt, colorem ac ſaporem mutare, de obſeruatione tam eſt probatum, quam à multis celebratur, Ant. Mizaldus.

G.

Millia remediorum ex capra demonſtrantur: amplior potentia feris eiuſdem generis, Plinius. Eadem ratio circa remedia ex ſue manſueto & fero fuerit, nec non aliis omnibus manſuetis & feris: videlicet vt ijdem aut ſimiles vtrorumque effectus ſint, ſecundum magis & minus tantum differentes: quoniam animantium ferarum partes eædem minus humidæ minuſque frigidæ, ijſdem ex manſuetis animantibus ſunt. Apro & ſui cicuri communia remedia in aliquot eorum partibus, nempe ſanguine, cerebro, maxillis, pulmone, iecore, felle, talis, vngulis, ſimo & vrina, in Sue iam recitata, non eſt quod hîc repetamus. Apri cerebrum contra ſerpentes laudatur cum ſanguine, Plin. Et alibi, Verendorum carbunculis cerebrum apri ſanguiſque ſuccurrit. Vide in ſanguine ſuis G. Axungia præſtantior eſt in apris, vt in Sue G. ex Plinio retuli. Lardum apri elixum atque circumligatum mira celeritate ſolidat fracta, Plinius vt citat Obſcurus quidam. Adeps apri cum melle reſinaque contra ſerpentes laudatur, Plinius. Cum adipe pulmo aprinus impoſitus, ſi pedes ſubtriti ſint contuſiue offenſione, prodeſt, Idem. Apri & equi adipes quomodo curentur in Tauro dixi ex Dioſcoride: quanquam eius interpretes horum animalium nomina omittunt. Epinyctidas adipe aprino cum roſaceo inungi prodeſt, Plinius. Apri cerebrum contra ſerpentes laudatur cum ſanguine, Plinius. Apri cerebrum ad ſerpentium morſum valet, Sextus. Verendorum carbunculis cerebrum apri ſanguiſque ſuccurrit, Plinius. Ad carbunculos & dolores veretri: Apri cerebrum coctum contritum ex melle, & impoſitum, mirè ſanat, Sextus. Cerebrum apri coctum & potatum cum vino, omnes dolores ſedat, Idem. Plura de remedijs ex cerebro, in Sue dicta ſunt. Cinis maxillarum apri ſanat vlcera quæ ſerpunt: Idem quoque confert fractis, Plinius. Vide in Sue. Dentis ſume ſcobes, diram pleuritida ſoluent, Nec quiatiet pectus tuſſis anhela tuum, Io. Vrſinus. Potus in pleuritide expertus: Exhibeatur ſemilibra, ſi grauior morbus eſt: ſin minus, vncia duntaxat vna aut altera olei linini puri, calidi, cum ſcobe dentis aprini, quanta ſuper Marcellinum numum exaggerari poteſt, Io. Kufnerus. Hœdi, agni, porci, apri, cerui, &c. coagula ſimiles naturas ſortiuntur: contra aconiti potum in vino, & concretum lac in aceto, conuenienter aſſumuntur, Dioſcorides. Apri pulmonem cum melle commixtum, vt malagma ſuperpone pedibus à calciamentis læſis & exulceratis, ſanabuntur, Sextus. Dioſcorides alios quoque pulmones, ſuillum, agninum, vrſinum ad idem remedium commendat, nempe quod impoſitis eis excitandæ in pedibus calceorum attritu inflammationes arceantur. Cum adipe pulmo apri impoſitus, ſi pedes ſubtriti ſint contuſiue offenſione

(vel

(vel etiam ad perniones,vt alij citant,) prodeſt,Plinius.Ebrietatem arcet.Vide in Sue.Iecur apri (κάπρου) recens ſi arefactum teratur,ex vino potum,contra ſerpentium canumque (καὶ πίθωνος, lege κυνὸς) morſus auxilio eſt Dioſcor.Apri iecur inueteratum cum ruta potum ex vino,contra ſerpentes laudatur,Plinius. Iecoris apri fibra, illa potiſſimum quæ prope fel & iecoris portas eſt,ex aceto vel potius vino pota contra ſerpentes auxiliatur, Nicander.Lethargicos excitat iecur aprinum: itaque & veternoſis datur,Plinius.Apri iecur auribus purulentis inſtillatum proficit,Sextus Aleum ſiſtit iecur aprinum ex vino potum citra ſalem,recenſque,Plinius: recens ex vino potatum,ventris fluxum mirè reſtringit,Sextus.In iecore apri inueniuntur lapilli,ſicuti in vulgari ſue, aut dutitie lapillis ſimiles,candidi,quibus contritis & in vino potis,calculos pelli aiunt,Plinius.Plura de remedijs ex iecore apri leges in Sue.Strumas diſcutit fel aprinum vel bubulum tepidum illitum,Plinius:ſed Marcellus empiricus pro aprino caprinum legit,his verbis: Fel bubulum vel caprinum ad incipientes ſtrumas optimè facere experimenta docuerunt: nam penitus creſcere non ſinentur,ſi eo adſiduè tangantur.Vlcera quæ ſerpunt ſanat fel aprinum cum reſina,& ceruſa,Plinius.Fel aprugnum & oleum amygdalinum pari meſura permiſce, tepidumq; laboranti auriculæ inſtilla,Marcellus.Lienem quoque ſedat potum,vt quidam ex Plinio citant. Coitus ſtimulat fel aprinum illitum,Plinius.Fel apri cum ſeuo quolibet poſitum,optimè placat podagram in præſens,Marcellus. In Sue etiam nonnulla de remedijs ex felle apri diximus.Comitiali morbo teſtes vrſinos ediſſe prodeſt, vel aprinos bibiſſe ex lacte equino,aut ex aqua: dantur & ſuum teſticuli,inueterati tritique ex ſuis lacte præcedente vini abſtinentia,& ſequente continuis diebus,Plinius.Ad caducos: Teſticulos apri ex vino vel aqua potato,& curaberis,Sextus.Remedia ex veſica requires inferius in lotio.Remedia ex talis apri,vide in Sue. Vngularum aprugnarum exuſtarum cinis ptioni inſperſus,plurimum vrinæ difficultates iuuat,Marcellus.Vngues aprugni exuſti tritique in potione ſumpti,efficaciter ſubmeiulis proſunt,Idem.Ad inuoluntarium vrinæ exitum in ſtratis: Apri (vel ſuis,Plin.) vngulas vſtas ex vino potui dato,Galenus Euporiſt.3.257.Vide plura in ſue.Fimum ſuis ſylueſtris aridum,in aqua aut vino potum,reiectiones ſanguinis ſiſtit: vetuſtum lateris dolorem mulcet: ad rupta & conuulſa ex aceto bibitur: luxatis cum cerato roſaceo medetur,Dioſcorides: ex quo partem etiam Auicenna transſcripſit.Fimi aprini vim ad membra ſpaſmo vel percuſſu vitiata,aut quadrigis agendis rotáue vulnerata,foris illiti,tum in potu ſumpti ad ruptos,vulneratos & euerſos,expoſui in Sue G.Fimus apri recens,& calidus, præcipuũ eſt remedium contra fluxum ſanguinis è naribus,Liber de nat.rerum. Stercus aprugnum ex vino ſubactum,& emplaſtri more impoſitum,quicquid inhæſerit corpori celeriter extrahit & ſanat,Marcellus. Et alibi, Tuſum cribratumq;,& cum melle deteriore coctum & ſubactum,articulis impoſitum medetur. Emplaſtrum ex calce vel ſtercore aprino,videlicet contra morſus venenatos: extrahit enim venenum, Arnoldus de villa noua. Vlcera cætera (præterquam in tibijs cruribuſque) explentur & purgantur fimo aprino, Plinius. Apri ſtercus aridum cõtritum & potioni inſperſum dolores lateris ſanat mira potentia,Marcellus. Et alibi, Siccum contritum ex vino potui datum,pulchrè non ſolum ſplenis,ſed & renum dolori medetur. Lumborum dolores & quæcunque alia mollire opus ſit,cinerem aprini fimi inveterati aſpergi potione vini conuenit,Plinius. Luxatis recens fimum apri,illinitur,Idem.Stercus agreſtis apri & ſulphur colatum,& (ex) hemina vini picati potata, coxendices emendat,Sextus.Fimus aprugnus vino remiſſus tepefactus colatuſque, & duorum cyathorum menſura potui datus, iſchiadicis ſaluberrimè medetur,Marcellus.In aceto decoctus, & cum melle ſubactus, impoſituſque plantis vel talis mitigat eorum dolores,Idem. Aprini fimi cinis inſperſus potioni tepidi vini dyſentericis medetur,Plinius vt quidam citant.Reliqua de remedijs ex fimo apri,quæres in Sue.

Remedia ex veſica & lotio apri,tum ſimul,tum ſeorſim.Ad caducos: Lotium apri cum oxymelite bibat, & remedium capiet,Plinius. Comitiali morbo prodeſt aprinam vrinam bibiſſe ex aceto mulſo,efficacius quæ inaruerit in veſica ſua, Plinius. (Fibri etiam vrinam in ſua veſica ſeruari iubent. Antidotis ea miſcetur, quòd venenis reſiſtat,Plinio teſte.) Aurium dolori & vitijs medetur vrina apri in vitro ſeruata.Plin. Ad aures minus audientes: Apri lotium in vitreo repoſitum tepefactum auribus inſtillatum perfectè medetur,Sextus. Vrina apri ſeruatur in vitro, ſed melius in veſica ipſius,quo (quæ) modo ei ſublata fuerit: hæc tepens infuſa auribus (dolentibus puto & purulentis) vnicè prodeſt, Marcellus. Apri lotium infuſum auriculæ valde medetur:quod quia vetuſtum magis prodeſt, collectum ſeruari debet in vaſe vitreo,vt ſit ad remedia præparatum,Idem. Et alibi, apri lotium in fumo ſiccatum, & melle liquefactum auri infunditur, & remediat ſurdiginem vel dolorem. Porri ſectiui ſuccum,& lotium apri,& oleum cyprinum pari pondere coniunges,& tepefactum auribus inſtillabis,Marcellus.Aprina vrina viribus eiſdem prædita eſt (proximè autem dixerat taurinam cum myrrha inſtillatam aurium dolores lenire) priuatim comminuit veſicæ calculos,& potu expellit,Dioſcorides. Vrinæ incontinentiam cohibet veſica aprina,ſi aſſa mandatur,Plinius & Sextus. Veſicam aſſam (addiderim apri: aut verris, nam & verris veſicæ eandem vim tribuit Marcellus) eſui dato per triduum mingentibus in ſtragulis, Galenus Euporiſton 3.276. Qui vrinam tenere non poterit capræ veſicam comburat,& cinerem eius ex aqua cum vini potione bibat,Marcellus: ego non capræ,ſed apri legerim: quoniam cæteri etiam authores apri vrinæ hanc facultatem attribuunt,caprinæ nullus quod ſciam.Veſicæ calculorumque cruciatibus auxiliatur vrina apri, & ipſa veſica pro cibo ſumpta: Efficacius,ſi prius fumo maceratur vtrunque. Veſicam elixam mandi oportet, & à muliere fœminæ ſuis,Plinius. Veſſica apri rectè aduerſum veſicæ dolores in cibo ſumitur,ita vt mulier fœminæ, vir maſculi ſumat,Marcellus.Ad ſtranguriam & veſicæ dolorem: veſica apri cum lotio infuſo ſi ſuſpenſa & paſſa fuerit donec aquaticus humor effluat,& diſcoctam dederis manducare his qui patiuntur,mirè ſanantur, Sextus. Probatum eſt veſicam apri cum tota vrina exiccatam veſicæ morbis conferre bibitam ad 3ɪ. pondus, atque inteſtinorum dolori,Fumanellus. Verris ſyluatici lotium cum ſua veſſica in fumo ſuſpenſum & adſeruatum, ſtranguriosis cum potione mixtum potui datum,efficaciſſimè prodeſt,Marcellus. Hydropicis auxiliatur apri vrina,vel etiam veſica paulatim in potu data,Plinius vt quidam citant. Vide etiam in Sue de remedijs ex vrina apri.Ad calculum,& vrinam apri,bibat æger,& liberabitur,Incertus.

Ad vomitum & ſomnum: Spuma apri cum adipe in heminis tribus ad tertias excocta & data ſanabit, Sextus.

Quandoquidem verò & in venationibus à ſylueſtribus ſuibus læduntur quidam, operæpretium eſt & de his facere mentionem.Vulnera itaque ab ipſis incuſſa grauia ſunt,propterea quod non ſolum profunda, ſed & magna exiſtant.Adglutinatorio autem medicationis ductu ea curare impoſſibile eſt. Nam vnà cum contuſione labia vulnerum diſcindunt,& adurunt.Mutuo enim dentium inter ſe attritu,ac veluti ad cotem affricto vrũtur,

ad vindictã eorum qui eis obuenient currentes. Adusta itaque corpora crustam quandam iuxtà vulnerum labia inducunt. Quare suppuratorium & nõ adglutinatorium curationis modum in eis adhibere oportet, Aetius 13.4. Vlceribus rheumaticis, id est fluidis non calida sed frigida tam æstate quam hyeme adhiberi debet. Facile enim interuenandum equus ab apro interno poplitis sinu, aut interiori crure vulnus accipit: quod in vlcus rheumaticum degenerat, ac tumor sequitur: huic frigida adhibenda est, & curatio instituenda inungendo medicamentum quod atramento sutorio conflat, diachalcanthes vocant. Aut canis caput exempta lingua crematur, & redactum in puluerem superinducitur cataplasmatis instar, (καταπλάσεων. nisi legas καταπάσεων, quod inspergere sonat,) Absyrtus in Hippiat. cap. III.

H. 16

A. Aper dicitur quod in asperis locis, sentibus & montibus intonsis versatur, vt refert Varro libro quarto de lingua Lat. nisi à Græcis quod hi κάπρους. Sed forte à dentium etiam aut animi asperitate sic dici potuit. Apris maribus, inquit Plinius, in coitu asperitas plurima. Ego tamen à Græca voce capros potius per aphæresin primæ literæ sic dictum reor. Aper à ferocitate vocatus est: ablata f. litera & p. subrogata: vnde & apud Græcos fragros (lego, syagros) id est ferus, dicitur: omne enim quod ferum est & immite, abusiue agreste vocamus, Isidorus. Setiger epitheton, à Martiali pro apro absolutè ponitur. Καπρεῖος pro κάπριος propter carmen, apud Homerum Iliad. μ. Καπρίου καὶ κάπρου, ὃς ἄνδρας ἔπλεκε σὺν δόλῳ καὶ ἀμφιλαφὲς ἄμπεχε νῶτον. Recentiores syagron dicunt, vt onagron, Varinus in Ἀγρέπνων. Σύαγρος non dicendum est: nam veteres duobus vocabulis semper σὺς ἄγριος proferunt, vt & Homerus, Varinus. Plura vide supra in A. Ἐν οἰῷ καὶ συὸς ἀγρίου μέγα κῦμα, id est magna portio apri, Suidas ex innominato. Συὸς ἀγρίου, συάγρου. Hesych. Σύαγρος, οὐ σῦς ἄγριος, Varinus. Ἀγροπόνους σῦς, apud poëtas. Ἀγροπόνους τε συὸς, Orpheus in Argonauticis. Σὸς ἄγραυλος, Oppianus. Σὸς καὶ σὺς, ὁ Χοῖρος· κάπρος δὲ ἢ καὶ χλοίνης, καὶ χαυλιόδους, ὁ ἄγριος. Varinus: quasi Χοῖρος semper de mansueto dicatur, quod etsi vt plurimum sit, non tamen perpetuum est: nam Hipponax ἀγρίους Χοίρους dixit. Ἀγριβόσκους σῦς quidem pro mansueta segetes depascente à poëta vsurpatur, vt pluribus dixi in Sue E. Agriophiros (lego agriochiros,) id est porcus syluestris, Syluaticus. Sic & delphax cum plerunque & propriè de sue mansueto dicatur, Anaxilas tamen poëta de syluestri dixit, his verbis: Τυρῷ δ' ἀγρεύσας σῦν παρ' ἑλικῶπας ἀλιβάτους, τοὺς ἢ κιθήρας, vt Athenæus citat. Apros & leones per excellentiam antiqui vocabant θῆρας. Varinus Aprum à quo Adonis occisus est, Theocritus Idyl. 9. ἀγρὸν & θῆρα nominat. Μονιός, sus ferus, qui solitarius est, & non degit gregatim. Diuus Cyrillus in prophetam Oseam scribens, asinum interpretatur: aliqui magnam feram, quæ propter ferociam (ἢ ἀπὸ τοῦ ἀγρίου) solitaria pascatur, Hesychius & Varinus. Sunt qui monolycum interpretantur, &c. Cælius: vide supra in A. Μονιός, ἄγριος· ὁ ἀπὸ τοῦ μονάζειν, ἢ ὁ μονόλυκος, Suidas. Μονιὰς, μία τῶν ἀγρίων. Hesychius. Ἀγρίδιος, aper apud Italos, Hes. Varin. Ἑλὼν δ' ἐς ἄντρον ἀγρίδιος οἷός, Aeschylus. Et Sciras Comicus Tarentinus. Ἐνθ' ἦν πυμαῖον ἀξιοῦ νέμειν βοτὸν, Ὅτ' ἀγρίδιος πυκμῷ καπτώζετον. Nihil mirum autem quòd Aeschylus qui in Sicilia moratus est, multas voces Siculas vsurpârit, Athenæus lib. 9. Κίλλος, σύαγρος, Varinus: Suidas addit, καὶ ὁ παῖς. Σύμβος, κάπρος. Hes. Μολόβεια τῶν ἀγρίων οἱ τὰ νῦν λέγοντες, ὃν καὶ μολόβειον οἱ. Eustathius, Suem Germani voce communi *schwyn* appellant: & suem ferum, *ein wild schwyn*: priuatim tamen aliquando fœminam ita nominant: vt aprum, *ein wilden aber*, id est verrem syluaticum. Cæterum qui lautè & venatoriè loquuntur propria quædam vocabula vsurpant. Porcellum enim syluestrem vocitant *ein frischling*. (Heluetij quidam veruecem ita nominant. iam bimum, *ein hecker*: adultum aut vetulum, *ein hawend schwyn*, hoc est suem secantem, quòd grandes gerat dentium ficas ad secãdum aptas. Scropham syluestrem, siue porcorum syluestrium matrem, *ein leen oder sach*. Epitheta, quorum ea quæ sine authoris nomine sunt, apud Textorem inuenimus. Acer, Vergil. Aeg. 10. Agrestis. Arcas. Arcadius. Atalantæus. Conturbator, Martialis. Cruentus, Claudianus. Dentatus. Durus, Propert. libro secundo. Erymanthæus vel Erymanthius. Ferox. Feruidus. Ferus. Fortis. Frendens, Ouid. 1. de Arte. Fulmineus, Statius 2. Achil. Fulmineo spumantis apri sum dente perempta, Martialis de cane Lydia. Fuluus, Horatius 2. de Arte. Furens. Glandilegus. Thuscæ glandis aper populator, & ilice multa Impiger, Aetolæ fama secundæ feræ, Martial. Hirsutus. Hirtus, Ouidius 1. de Arte. Horridus. Hispidus, Seneca in Agam. Armis hispidus, Am. Marcellinus. Mænalius. Marsus. Meleagræus. Minax. Nemoriuagus, Catullus in Aty. Quadrupes. Denteſque Sabellicus exacuit sus, Verg. in Ge. Sæuiens. Sæuus, Verg. 3. Georg. Sanguineus. Qui Diomedeis metuendus setiger agris, Martialis. Vulnera feciſſent, nisi setiger inter opacas Nec iaculis ista nec equo loca peruia syluas, Ouid. 8. Metamorph. Setosus, Vergil. 7. Aegl. Spumans Vergil. 7. Aeneid. Martial. lib. 14. Fulmineo spumantis apri sum dente perempta, Martial. Spumeus Spumiger. Strictus. Syluiuagus. Sordidus. Tegeæus Terribilis. Thuscus, Martialis. Et alibi, Thuscæ glandis aper populator. Timendus dente, Ouidius 4. epist. Toruus, Ouid. 2. de Arte. Truculentus. Trux, Ouid. 11. Metamor. Vastator, 9. Metam. Violentus, 8. Metam. Vmber, Horatius. Vulnificus, Ouid. 8. Metam. Ἀκαμας, & Ἀργιόδους, Homero: vide supra in Sue a. inter Epitheta. Σῦας αἰθωπᾶς φῶτας, id est apros impetuosos, Oppianus. Τοὺς μὲν ὀρεσσέμους ὑμῶν πιπίσκε ἀδελφεὰς ἀλιβάτους, τοὺς ἢ κιθήρας, Anaxilas apud Athenæum, Καπρεῖον ὄνομ' ἦν μέγ' ἰσχυρὸν ἐν ὄρεσιν, Oppianus. Θωὺκης, in epigram. Χαναγήτας, aper syluestris Gaza interprete, Quidam in Lexico Græcolat. Οὔτε σὺς καπρὸς ὀλοόφρων, Homerus Iliad. ρ. Ὀξυτέρους ὑὸς, Pindarus: id est, suis in montibus nutriti à verbo κίσσω quod est nutrire. Θὴρ σιτοφάγος, Homero. Σὺς οὐδὲ ἰσχίος, Oppianus. Ἢ σῦν χαυλιόδοντα, Oppianus. Καυλιόδων, ὁ μὴ χαλασμοῖς ἔχων τοὺς ὀδόντας, ἐξέχοντας (extra alios dentes aut os, Hesych.) ἢ ὁ χηραίνων οὓς ὀδόντας, Varinus: aliqui ἀμφόδοντα, id est vtrinque dentatum interpretantur, Hesych. Καπρὸς καὶ Χλοίνης, καὶ Χαυλιόδους, ὁ ἄγριος, Varinus in Σός. Ἤρων δ' ἐπὶ χλοίνιον σὸν ἄγριον δρηιόδοντα, Homerus Iliad. 9. Ἐν δ' οὖν ἀγέλαι Χλοίνων ἔσαν, Hesiodus in Aspide. Et mox, Ἀμφίπορος Χλοιναί τε σύες, Χαροποί τε λέοντες. Plura epitheta Græca ex Polluce adferam in d. & e.

Aprinus, adiectiuum: sic dici debet secundum analogiam, vt à caper vel capra caprinus: antiqui tamen, vt apparet ex vetustis codicibus, per quintam vocalem in secunda, & per g. in tertia scribunt aprugnus: quo vtitur Plinius, callum aprugnum & lumbum aprugnum dicendo. Quo dixi vt nunciares, satin' ea tenes? s o. Magis calleo quàm aprugnum callum callet, Plautus Pers. Festiuè sic respondet, ludens homonymia huius dictionis calleo, quæ & scire & callosum esse significat. Συβῶται, qui apros venantur, Varinus in Σός. Συοθῆται, fabula Stesichori. Syagros, morbus quidam apicularum, Varinus. Syagria leguntur apud Lyncæum, Cælius: (ex Athenæi

Athenæi nono: συάγρια, intellige κρία.) Καπτῶν, pudendum virile, Suidas. Χοιρῶν verò muliebre, vt dictum est in Sue a. Καπτίαι, carnes quædam prominentes in natura cameli quas excidunt, Suidas: vide in Camelo E. In suibus fœminis pars quæ excinditur vuluæ adhærens, apria nominatur. Λαὶς, καπτῶν, λαιγῶν, Varinus, lego, Λαίσαπτος, vna dictione: videtur enim λαις in compositione augere, vt λα & ζα. Λαίσαιος, βαπτὴς, Leucadijs, Hesychius: vt λαίσαπτος forte à capri, id est membri genitalis magnitudine dicatur, vt λαίσιωρος etiam. Λαίσηπος, κίναιδος, λαίσυρος, Hesychius: nimirum à λα particula augente, & πὶς. quanquam & λαίσηπος apud eundem exponitur κίναιδος, πόρνη. Λαισαίπτας, λαιμῳὸς, Idem. Est autem λαιμῳὸς, elegans, iucundus, facetus, temerarius, loquax: quæ scilicet amatori & libidinoso conueniunt. Καπτᾶς, αἰνόλαισιος, Varinus. Καπτᾶσα, ἡ καταφορὰ ἐστὶ τοῦ καπτῶν. Idem. Ὡς καπτὰ πόρνη, καὶ καπτᾶσα. Hermippus apud Pollucem 8. 3 ο. Ὢ καπτᾶσα, καὶ πτελίνη, καὶ δρομὰς, Ibidem. Καπτᾶν, Venerem appetere, vide supra in C. Καπτεῖα, genus saltationis inarmis, Varinus. Καπτιζέσθαι verbum legitur apud Sciram Comicum, his versibus: Ἐγὼ δ' ἵνα μηδεὶς αἰσχύνηται ἔστω, Οὐτ' ἀγελαῖος οὐτ' ἰδιώτης καπτιζέσθω, Athenæo citante. Capridij callopatira apud Athenæum legisse videmur: est autem capridium, à capro deminutum, quo nomine aprum intelligimus, Cælius.

Icones. Aquilam Romanis legionibus C. Marius in secundo consulatu suo propriè dicauit. Erat & antea prima cum quatuor alijs: lupi, Minotauri, equi, aprique singulos ordines antcibant. Paucis ante annis sola in aciem portari cœpta erat, reliqua in castris relinquebantur. Marius in totum ea abdicauit, Plinius. Festus non aprum, sed porcum simpliciter fuisse scribit, his verbis: Porci effigies inter militaria signa quintum locum obtinebat: quia confecto bello, inter quos pax fieret, cæsa porca fœdus firmare solebant. Vulcanus in scuto Herculis varias expressit imagines, Ἐν δ' σύες μὲν ἄγαλμα χλόην ἐνέμοντο νέοντο, ἡδὲ λεόντων Ἐς σφέας ἐλεφαίροντο, καπήτην τ' ἐμάχοντο, &c. Hesiodus in Aspide. Aper aureus ore humano, vide infra in h. ex Plutarcho.

Plantæ. Chulnion, eryngium, vt legitur inter nomenclaturas Dioscoridi adscriptas: forte quod apri radicibus eius vtpote dulcibus delectentur. Est enim genus eryngij, quod frequens in Galliæ Narbonensis littore deprehendimus, dulci & odorata radice, odore saporeq; pastinacæ. In meridiano orbe præcipuam obtinent nobilitatem palmæ syagri, proximamq; margarides. Vna earum arbor in Chora esse traditur, vna & syagrorum: mirum de ea accepimus, cum Phœnice aue, quæ putatur ex huius palmæ argumento nomen accepisse, iterum mori ac renasci ex seipsa: eratq; eum hæc proderem fertilis. Ipsum pomum grande, durum, horridum, & a cæteris generibus distans sapore ferino, quem fermè in apris nouimus, euidentissimeq; causa est nominis, Plinius.

Animalia. Est & piscis capros, id est aper, & capriscus: vide in Sue a. Capron aliqui phagrum piscem nominant, Varinus: nimirum quod spinæ in dorso ei vt setæ suillæ rigeant, nam & καπρίων Numenius cognominat. Syagrides, pisces quidam Epicharmo, Athenæus.

Propria. Diocletiani dictum fertur, Ego apros occido, sed pulpamento alter vescitur: quod inde est natum. Agenti in Gallia Diocletiano dicebat Dryas (Dryas mulier vetula, Pomponius Lætus: videtur autem Dryas de fœmina sacerdote vel saga dici, vt Druida de viro:) Nimium Diocletiane auarus, nimium parcus es. Cui per iocum is, Tunc ero largus, quum imperator fuero. At Dryas: Noli Diocletiane iocari: nam imperator eris, quum aprum occideris. Ex eo venationibus deditus apros forte oblatos enixius occidebat, dicti cuentum expectans: quo est frustratus, donec præfectum prætorij Aprum (Arium Aprum) peremit, Cælius. Est & Syagros viri nomen, vt Θιαγρος. Σύαγρος (vt habet Athenæi codex impressus, legendum Σύαργος) Herodoto libro 7. nomen est cuiusdam Laconis, qui ad Gelonem Syracusanum legatus venit, vt auxilium ab eo contra Medos peteret. Fuit item Syagros Aetolorum dux. Syagros apud Sophoclem in Amatoribus Achillis, nomen est canis, sic dicti quod venaretur apros, Athenæus li. 9. Aprus, Ἄπρος, vrbs Thraciæ Steph. Scythia (Europæa) præter municipia vrbibus nitet duabus, Apris & Perintho, quam Heraclean posteritas dixit. Rhodopa huic annexa, &c. Marcellinus libro 27. Apros colonia à Philippis abest clxxx viii. M. pass. Plinius 4. 11. in Thraciæ descriptione. Vallis quædam in Liguria vulgò Porcifera dicitur, nimirum ab apris sex poreis feris. Syagra regio Ciliciæ prope Adum & Laërtem gentile Συαγρεύς. Stephanus. Syagros, promontorium totius orbis maximum, in Arabia thurifera, Arrianus. Messenij & Lacedæmonij tertiam pugnam ad Apri sepulchrum instituunt. Locus hic (Apri simulachrum) ad Stenyclerum Messeniæ situs est. Herculem enim ibi ad dissectum aprum liberis Nelei iusiurandum dedisse, & accepisse ab eis perhibent, Pausanias in Messenicis. Capretæ populi, vbi Apamia condita est à Seleuco rege, interierunt, Isidoro teste apud Plinium. Capreæ, vel Capriæ, vel Capriene, Καπρίων, insula Italiæ, vltra Surrentum Campaniæ vrbem circiter octo millia passuum, proxima Neapoli, Tiberij principis arce nobilis, & coturnicum multitudine. Caper fluuius Laodiceam Cariæ vrbem cum Lyco & Asopo amnibus alluit, Strabo lib. 12. & Plinius 5. 29. In ora octauæ regionis Italiæ, Ariminum colonia, cum amnibus Arimino & Aprusa, Plin. 3. 15. Capria, lacus ingens in Pamphylia, vt meminit Strab. lib. 14.

b. Παίρης mons Atticus aprorum & vrsorum venationem præbet, Pausanias. Hippopotamis & apris dentes exertos inferior maxilla profert, Pausanias. Hippopotamo cauda & dentes aprorum, adunci, sed minus noxij, Plinius. Apri Calydonij dentium exertorum alter longitudine dimidiæ vlnæ spectatur, Pausanias. [illegible] ἠμείψαντ' ὀλοὸν σῦν λάβρον ἀδηκῆ ὀδόντι, Odyss. τ. de Vlysse. Eale Aethiopica fera, maxillas habet apri, Idē. Monocerotem Indi venantur, cauda apro similem, Idem & Aelianus. Aprorum pernas nostri vocant, *leuff oder hammen*.

c. Aprorum lustra, Budæus Græcè ξύλοχοι. Ex thynnis piscibus maximi, similiter vt sues soli & seperatim natant: alij more luporum bini proficiscuntur, alij vt capræ gregatim, Aelianus. De robore & iracundia apri ad pugnam, adferam nonnulla mox in d. & e. Εἰ μὲς δὴ ἀν αὖθις σύες, βαθέων τῶν ὑγρῶν ἐπὶ γῆν, κείμενα τὰ λήια, καθῆται (τῶν δὲ ἀρῶν) τὰ δένδρα, θηρᾶν σῦν ἰδόντας, ἀφεῖλε τὴν λοφιὰν. Λεχρίοις παρέλαβε τοῖς ὑμεναίοις. πυρῶδες ἀπεβλέπει, πῦρ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφίησι. τοῖς ὀδοῦσιν αἰνὰ πεπαγέν, τῷ στόματι ἀφρὸν ἀγλαὸν μάτην ἐκβάλλοντες ὀδόντων αἰκάλει. κόπλων τοῖς ὀδοῦσι, αἰνὰ γὰρ, αἰνὰ ἰμῶντι, αἰφνὶς αὖτε πᾶς χαμαὶ δένδρεα πέλεκυν, Pollux. Καὶ δ' ὑπὸ ἐν κονίῃσιν ἀκων. Odyss. τ. de apro.

d. Ἰδμοσύνης δ' ἀρ' ἐνὶ στέρνοις σὺς ἔκτορος ἀλκὴν. Homerus, intolerabilem apri ad pugnam impetum denotans, Varinus in Παροιμιολ. Οὐτ' ἂν παρδάλεως θοὸν μένος, οὐτε λέοντος, Οὔτε συὸς καπέτοιο θοὸν φρένες ἔμπεδον ἔνδον, Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι μέγα φρονέοντες ἔχουσιν, (ἐνθ' ἔσαν ἡρώων βουλαί,) Homerus Iliad. ε. quantum Panthi filij suis viribus nimium freti superbiunt. Τὸν πέρι μὲν μέγα φῦσε, μέγα φρονέοντε, καὶ ἀμφω, Pollux de apro. Plura leges in e.

e. Spumantem aprum ex equo lacessere, irruentemque vltro eundem mucrone conficere, Budæus. Aut spumantis apri cursum clamore prementem, Verg. 1. Aen. Thuscæ glandis aper populator, & ilice multa Impiger, Aetolæ fama secunda feræ, Quem meus intrauit splendēti cuspide culter, Præda sacer nostris inuidiosa focis,

Martialis lib.7. Fulmineo ſpumantis apri ſum dente peremptæ, Quantus erat Calydon, aut Erymanthe tuus. Idem libro 11 in epitaphio canis Lydiæ, Si te delectant animoſa pericula, Thuſcis (Tutior eſt virtus) inſidiemur apris; Idem libro 12. ad Priſcum in leporum venatu equo nimis præcipite periclitantem. Nanque ſagacius vnus odoror, Polypus an grauis hirſutis cubet hircus in alis, Quàm canis acer vbi lateat ſus, Horatius 12. Epodon. Sæpe volucribus pulſos ſylueſtribus apros Latratu turbabis agens, Vergilius in Georg. Modò more ferocis Verſat apri quem turba canum circunſona tenet, Ouid. metam. 4. Ceruum, aprum, vrſum dimiſſos, canis Indicus Alexandro donatus tanquam ſe indignos contempſit: in ſolum verò leonem inſurrexit, vt in Cane robuſto dixi ex Aeliano. Actus aper ſetis iram denunciat hirtis: Et ruit oppoſiti nitens in vulnera ferri, Preſſus & emiſſo moritur per viſcera telo, Ouid. in Halieut. Lepolemus quidam (vt ſcribit Apuleius lib. 8. de aſino aureo) cum venaretur aſſumpto Thraſyllo cuius vxorem amabat, vt in venatione eum occideret, & à fera occiſum mentiretur: ad feruidos diſſonoſque canum latratus, aper immanis atque inuſitatus exurgit, toris callofæ cutis obeſus, pilis inhorrentibus, corio ſqualidus, ſetis inſurgentibus ſpinæ hiſpidus, dentibus attritu ſonanti ſpumeus: oculis flammeus, aſpectu minaci, impetu ſæuo, feruentis oris, totus fulmineus: & primum quidem canum procaciores, qui comminus contulerant veſtigium, genis hac illac iactatis, conſectos interficit: deinde calcata retiola, qua primos impetus reduxerat, tranſabijt, &c. Et mox, Beſtia genuini vigoris non oblita, retorquet impetum, & incendio feritatis ardeſcens, dentium compulſu, quem primum inſiliat contabunda rimatur, &c. Thraſyllum aper furens inuadit iacentem: ac primo lacinias eius, mox ipſum reſurgentem multo dente laniauit, &c. Συοθῆραι, qui venantur apros, Varinus in Σύς. Συοθήρα fabula eſt Steſichori. Pollux de apro, Τραχὺς ἰσχνὸς ἀγρὸς ἀγρίλος, αἰκαλητὸς, ὑπτιόμυκος, ὀμυκτὴς, ὀμυκτὴρ, ὀμυκτικὸς, ὀμυκτικὸν, ἀγριόπους, αἰκατέσκευος, ῥώμη θηρίων, μέθη συμπεφορημένων. Βίαιος, τὸν ἐμὸν ὀμυκτικὸν, ὀμυκτικὸς, ὀμυκτικὸν: καὶ τὰς ἄρκυς ὀμοκόλευτον ἂν, καὶ τὰς ἰάλπας ἀνατρέψαι, καὶ τὰ δίκτυα πέρμιζα ἐκτελέσαι. Hæc ille. Et alibi, Σῶν καὶ κάπρον συβίηγενθῆναι εἰκὸς ἂν. Achilles adhuc puer, Λεόντεσσιν ἀγροτῆρσι ἑπόμενος φόνευε, καπρούς τ' ἀναιρε. Pindarus. Et alibi, Τὸ φέρ' ἅρμασιν πῶν· ἐν δ' ἀρότῳ βοῦς, ὀχεῖ ναῦς δ' ἰθυπόρῳ πόμπᾳ ἀλλοίᾳ. καπρῶν ἢ βαλιόνιν φόνευε κύνα ὀρθοκραυρομένων ἐξελεῖν: vt citat Eraſmus in prouerbio, Equus in quadrigis, in aratro bos. Hercules venando ſagittis petit, Ἠ ὗσας, ἢ ταύρους κεραΐζων, Orpheus in Agron.

Ἴθυσεν ἢ κυνέεσσιν ἰοὺς ἐπὶ καπρον ἀφῆκε
Βλημένῳ αἴξασα μετὰ κέρας ἰοκτόκεια.
Ἕως μὲν δὴ τε θῆνας ἀμαιμάκετος ὑλακῶντες,
Ἀλλ' ὅτε δὴ ἐν πῶσιν ἐνέκτυπεν αἰχμὴ πεπαθώς,
Ἀλλ' αἰνὸς χώρησαν, διὰ τ' ἴτεα σύας ἄνυδρ· ἄλσδε, Homerus Iliad. ρ. Ὣς δ' ὅταν ἐν πυκινῇσι κυνῶν καὶ ἀνδρῶν ἰωκαῖς
Κάπρος ἢ λέων σταθείητον ἀθρήσειε θαμειαίνων (&c. vt in Leone e. recitaui,) Idem Iliad. μ. Apud eundem Odyſſeæ τ. Autolycus cum filijs & Vlyſſe ex filia nepote in Parnaſſo monte venatur. Οἱ δὲ ἐς βῆσαν (pedem montis) ἴκανον ἐπάκτιος· τοὺς δ' ἀρ' αὐτῶν ἴχνη ἐρεύνων ἦκαν ἰόντων. Sequebantur Autolyci filij, cum quibus Vlyſſes Ἦτοι ἄγχι κυνῶν, κεφαλάων ὀλοὸν χάσκοντα ἴδοντο.

Ἔνθα δ' ἄρ' ἐν λόχμῃ πυκινῇ κατέκειτο μέγας σῦς,
Τὸν μὲν ἄρ' οὔτ' ἀνέμων ἀϊὴς μάλα περ ἰὼν αἴνυτο,
Οὔτέ μιν ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν,
Οὐδ' ὄμβρος περάασκε διαμπερές· ὡς ἄρα πυκνὴ
Ἦεν· ἀτὰρ φύλλων ἐτέλει χυσις ἠλιβάτοιο.
Τὸν δ' ἀνδρῶν τε κυνῶν τε ἐπὶ κτύπος ἦλθε πόδοιιν,
Ὡς ἐπίγοντες ἔκιχον· ὁ δ' αὖτις ἐκ ξυλόχοιο,
Φέξας (aliàs ἐὺ) λοφιὴν, περὶ δ' ὀφθαλμοῖσι δέδορκὼς
Στῆ ῥ' αὐτῶν σχεδόθεν· ὁ δ' ἄρα πρώτοισι Ὀδυσσεὺς
Ἔσσυτ' ἀναΐξασθαι ὀλοιχέσιν ἐν χερὶ παχείῃ
Οὐτάμεναι μεμαώς· ὁ δὲ μιν φθάμενος ὑπὲρ ὀφρύος
Γυιὸς ὑπερ· πλῆξεν δὲ διὰ φλοιὸν περονήσας
Λικριφὶς αἰζηεῖ, ἐν δ' ὀστέον ἶπε φαεινὸν.
Τὸν δ' Ὀδυσεὺς ἔπεσε, ψυχὴν κατὰ δεξιὸν ὦμον.
Ἀνδρὸν γ' διὰ δὴ τε φάνη δολιχὸς ἀκωκὴ.
Καὶ δ' ἔπεσ' ἐσπερχὲς μακών, ὀπὸ δ' ἔπαλτο θυμός.

Carmon quidam dum venaretur in Tmolo monte, ab apro percuſſus, ὑπὸ καπροῦ πληγείς, obijt Plutarchus de fluuiis in Pactolo. Apri quidem, vt Plinius ſcribit, percutiunt, fœminæ mordent. Sed plures quos apri occiderũt in hi memorabimus. Περισβόλιον, venabulum: genus haſtæ quo vtuntur ad venationem aprorum, Suidas & Varin. Heſychius interpretatur σιβυνίων (malim cum n. ſimplici) ἐγχειρίδιον μικρὸν τῶν ἀκμῶν περιβαλλὸν, hoc eſt, venabulum quod poſt aciem lanceæ, eminentia habet obſtacula, quæ ſupra in E. κνώδοντας ex Xenophonte nominauimus. Λόγχαις συὸς φόνιον, Lucillius in Anthologio 2. 28. Sibinam (melius, Sybynam) appellant Illyrij telum venabuli ſimile. Ennius, Illyrij reſtant ſicis ſibyniſque fodentes, Feſtus. ἔχει τὸν σιβύνιον: lego σιβυνίου) ἢ πλατύλογχον. Alexis apud Pollucem 10. 31. Συμβίνη, (ſed ipſe literarum ordo συβίνη ſcribendum requirit: ego malim σιβυνίη per iôta in prima ſyllaba, & ypſilon in ſecunda) κατασκόλιον, ἰμβόλιον, Heſychius. Σιβυνία, ὄπλον θήρατρον ἀφαιτλιστὸν. Varinus: ἀκόντιον μακρόν, Suidas. Σιβύνη verò, ἡ δίκρανος αἰχμὴ, ἢ φακίτης, Varinus. Ἐρυμανθίοι τῷ δι' ὑποσίαχος κατὰ πυκνὸν ἐντεταγμένον χρυσοειδῶν σιμύων (lego σιβυνίων) ἐχόμενοι πρὸς ἀλλήλους σὺν φόβῳ πίπτουσι. Athenæus in conuiuio Carani Macedonis, libro quarto. Dipnoſoph. Σίγυνον & σίγυννος, paruum ſcutum: item haſta è ferro ſolida, δόρυ ὁλοσίδηρον, qualis olim hebat ad ſuum venationem, propter nimium feruorem & robur huius feræ: vnde & σίγυννος dictus videtur quaſi σύγκαυστος, ὁ σὺν συὸς καίνων διὰ παντὸς. Cyprij verò ſigynos vocant δόρατα id eſt haſtas, Varinus. Σίγυνον, ἰμβόλιον ὁλοσίδηρον. Idem. Σίγυνος, καὶ σιγύνη, τὸ δόρυ παρὰ Μακεδόσι. Τόνδε τοι Ἡρακλεῖδαι με τὸ σιγύνιον Ἐκ πολέος κλειτοῦ, Ἐνδιπταμμαῖε, καὶ ἀλκαχέω, Τὸν κυνὸς, τὸν πέρσαντι, καὶ ἀγκυλοτοξίου σιγύνου. Suidas: vnde apparet penultimam modo corripi, modo produci. Σίγυνος (melius σίγυνος, requirente etiam literarum ordine) πέλυξ ἢ δόρατα, ἢ σὺν ὁλοσιδήρῳ ἀκωκῇ, Heſychius. Σιβύνη, ὁλοσιδήρου ἀκοντίου, ἢ λόγχη, ἢ πᾶν τὸ κέντρον, ἢ μάχαιρα, Idem & Varinus. Σιβυνία, λογχεῖα μικρὰ, Iidem. Σιγύνη, ὁλοσιδήρου ἀκοντίου, ἢ σταθερᾶς φιλῆς, Varinus. Σίγυνον, δόρυ, Heſychius. Varinus per ν ſimplex habet. Ferunt difficiles partus ſtatim ſolui, cum quis tectum, in quo ſit grauida, tranſmiſerit lapide, vel miſſili ex his, quæ tria animalia ſingulis ictibus interfecerint, hominem, aprum, vrſam, Plinius. Galli quod ex capto apro & mactato canibus obijcitur paſcendis, ceu merces laboris, vernacula lingua vocant la fouaille dung ſanglier, (quod fiat ſur le foeu, id eſt ad ignem,) quidam Latinè vilcerationem interpretantur: eandem ſi de ceruo fiat, curée nuncupant. Taſſalorum gentem turpem ac obſcœnæ vitæ flagitijs ita accepimus merſam, vt apud eos nefandi concubitus fœdere copulentur maribus puberes. Horum ſi qui tam aduitus aprum excepterit ſolus, vel interemerit vrſum immanem, colluuione liberatur inceſti, Marcellinus libro 31.

Adraſtus oraculo iuſſus filias coniungere apro & leoni: cum venirent ad eum, Tydeus apri, & Polynices leonis pelle induti, illis clocauit, Varinus in Ὀδύσσεως. Apud Calphurnium Aegl. 6. ceruus quidam, monile gerit,

ferit, in quo pendulus apri Dens ſedet. Noſtri etiam hos dentes argento clauſos puerorum collis appendunt, vt & oſſa palmularum, vt dentium emiſſio iuuetur, dum iſtis mandendis exercentur gingiuæ.

f. In nipe Lucana dormis ocreatus, vt aprum Cenem ego, Horatius Serm. 2.3. Vmber & iligna nutritus glande rotundas Curuet aper lances, carnem vitantis inertem, Idem 2. Serm. Quamuis Putet aper, rhombuſque recens, mala copia quando Aegrum ſollicitat ſtomachum, Ibidem 2.2. Sumine cum magno lepus, atque aper, atque pygargus, Iuuenalis Sat. 11. Quanta eſt gula quæ ſibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum, Idem.

Pinguescant madidis lato nidore penates,
Sed coquus ingentem piperis conſumet acerum,
Ad dominum redeas, noſter te non capit ignis
Flagret & exciſo feſta culina iugo.
Addet & arcano miſta Falerna garo.
Conturbator aper: vilius eſurio,

Martialis de apro à ſe occiſo. Κρέα χιλίων πεζῶν ἐνεγκόντων, ὅλα θοίνατα πεντακοσίων. Orpheus in Argonaut. Sus ferus nihilo minor celebri illo Calydonio ſue Dipnoſophiſtis apponitur apud Athenæum. Ἵνα τὰ μὲν ἄγρια τοῖς ἀγροῖς, τὰ δ' ἡμερα μετὰ φίλων αὐτὸς ἔχῃς, Lynceus Samius apud Athenæum. Ἐρυμανθίου τοῦ ὑπὲρ συάγρεως καὶ τῶν πανάκων πεφυγάτων χρυσοῦ τέρων σωμάτων (lego σιβωίνων) δέχομαι ἀλλὰ τέρου τινὸς θέαι φέρειν ἐκείνου, Athenæus lib 4. in deſcriptione conuiuij Carani. Quidam guloſus aprum integrum, 100. panes, veruecem & porcellum vno die comedit, Textor.

h. In portentis numerantur tres apri: Erymantheus, Calydonius, & tertius in Olympo Myſiæ, Grapaldus: nos de ſingulis ordine dicemus. Erymanthus mons eſt Arcadiæ, in quo aprum agrorum vaſtatorem Hercules domuit, viuumque ſuper humeros ad Euryſtheum detulit: quo conſpecto Euryſtheus in æreo vaſe ſe abſcondit. Aut Erymanthi Placârit ſyluam, & Lernam tremefecerit arcu, Vergil. Eſt & ſylua & fluuius hoc nomine in Alpheum defluens, vt oſtendit Plinius libro 4. Beluam Erymanthiam vaſtificam legimus apud Ciceronem libro 2. Tuſc. Arcades habitant ſub Erymantho monte, in quo multi ſunt apri, Euſtathius in Dionyſium Afrum. Dryopes gentem improbam circa Pythonem Hercules eiecit, (μετῳκισε:) quod ei victum petenti cum Erymanthium aprum geſtaret, non dediſſent, Suidas in Καπετ. Ἐρυμάνθ. Poteſt & Ἐρυμάνθ. ſcribi per ι. in penultima. Poëtæ eundem Arcadium, Mænalium & Tegeæum nominant. Fulmineo ſpumantis apri ſum dente perempta, Quantus erat Calydon, aut Erymanthe tuus. Martialis de cane Lydia. Meleagri & Calydonij apri hiſtoriam multis proſequitur Homerus Iliados nono: nos Scholiaſtæ verba, qui rem paucis complectitur, conuerſa apponemus. Oeneus (inquit) Aetoliæ princeps, cum primitias anni fructuum dijs immolaret, ſolam Dianã neglexit. Quamobrem irata illa, aprum immanem Aetolis immiſit, qui tum regionem tum incolas perdebat. Aduerſus hunc in venationem prodierunt Calydonij & Pleuronij: primus autem ferãm vulnerauit Meleager Oenei filius, & pellem eius cum capite, quod virtutis præmium acceperat, Atalantæ virgini Arcadi filiæ Iaſi venationis ſociæ, cuius amore captus erat, donauit: quod ægre ferentes filij Theſtij, qui auunculi erant Meleagri, hoc eſt fratres Althææ matris eius, inſidiabantur ei: (&, vt alij ſcribunt, donum illud Atalantæ abſtulerunt.) Ipſe re cognita alios interfecit, alios fugauit. Quam ob cauſam Pleuronij Calydonijs bellum intulerunt: in cuius iitio Meleager matri iratus, patriæ opem non tulit, Cum verò ciuitas iam vaſtaretur, à Cleopatra vxore perſuaſus, in pugnam progreſſus, hoſtes partim occidit, partim fugatos in præcipitia egit. Cæterum Althæa filio ſuccenſens datam ſibi à Parcis tædam (titionem, id eſt ſtipitem ſemiuſtum) cõcremat: hac enim exuſta fatalis erat mors Meleagro: quo defuncto, pœnitudine ducta mater ſeipſam interemit, (vel, vt quidam ſcribunt, in rogum filij ſe iniecit, Varinus in Μελέαγρος.) Plura vide in Onomaſtico noſtro in Atalantæ & Meleagri nominibus, & apud Ouidium Metamorph. 8. Sus Calydonius primo circa Oetam fuit, (quare à Lycophronte Ὀ παῖς Οἴτης nominatur,) deinde in Ætoliam à Diana immiſſus eſt: perijt autem in eius venatione Ancæus Agapenoris pater, Scholiaſtes Lycophronis. Anceus Lycurgi Arcadis filius, cum Iaſone ad Colchos nauigauit, & poſtea ab apro Calydonio occiſus eſt, Pauſanias in Arcadicis. Dentes habuit plus quàm cubitales: meminerunt eius Homerus, Soterichus (in Calydonijs, vt Scholiaſtes Lycoph. ſcribit) & alij innumeri, Io. Tzetzes 7. 102. Eadem ferè quæ Homeri Scholiaſtes, Varinus quoque ſcribit in dictione Μελέαγρος: & addit quædam ſuper allegoria titionis quæ Meleagri vitam conſeruabat. Quòd autem, inquit, Aetoli & Calydonij propter apri caput pugnarint, vt Homerus canit, mirum non eſt, cum hodieque multis in locis, & maximè in Lycia, venatori qui primus ceruum, capram aut aprum attigerit, quamuis inutili etiam ictu, feræ caput pro præmio offeratur. Cæterum Geographus ſcribit, quòd veriſimile ſit Curêtas & Aetolos pro parte aliqua regionis pugnaſſe, &c. Varinus. Crommyon terræ quidem nunc eſt Corinthiæ, antea verò Megarenſis, vbi Crommyoniam verſatam fuiſſe fuem, refertur in fabulis, ex qua Calydonium natum fuiſſe aprum memorant: interque præclara Theſei certamina vnum illud prodiderunt, hanc illius manibus occiſam, Strabo lib. 8. Sus Calydonius albo colore & fœmina fuit, vt Cleomenes Rheginus prodidit, Athenæus libro nono. Feræ olim hominibus multò magis (quam noſtro ſæculo) metuendæ fuerunt, vt Nemæus & Parnaſius leo, & Calydonius ac Erymanthius ſus, & (alius) in Crommyone terræ Corinthiæ: ita vt diceretur, alias è terra prognatas, alias dijs ſacras fuiſſe, alias in vltionem hominum immiſſas, Pauſanias in Atticis. Qui Diomedeis metuendus fetiger agris, Aetola cecidit cuſpide, talis erat, Martialis in Xenijs ſub lemmate, Aper. Et rurſus ſub lemmate, Porcellus lactens: Lacte mero paſtum pigræ mihi matris alumnum Ponat, & Actolo de ſue diues edat. Poëtæ hunc aprum Meleagreum & Atalanteum cognominant. Atalantæ canis Aura nomine fuit, quam cum Calydonia peremiſſet, bruto ſepulchrum indigenæ ſtruxêre, Cælius. Ariſtophõn pinxit Ancæum vulneratum ab apro, cum ſocia doloris Aſtypale, Plinius. His adſcribam quæ in Pauſaniæ Arcadicis de hoc apro leguntur. Ancæus (inquit) Lycurgi filius Calydonium aprum ſuſtinuit, licet vulneratus. Et paulò poſt: Atalanta prima in aprum incidit, & ſagittis eum petijt. Harum rerum gratia caput ei & pellis apri, præmia fortitudinis ſunt data. Et mox, In aquilis (id eſt pinnis templi Tegeatarum) parte priori venatio apri Calydonij eſt expreſſa. In medio potiſſimum apri hi ſunt depicti, vna parte Atalanta, Meleager, Theſeus, Telamon, Peleus, Pollux, & Iolaus Herculis ærumnarum maxima ex parte ſocius, Theſtij item filij, fratres autem Althææ Prothus & Cometes. Altera parte apri Ancæum vulneratum iam & venabulum (πίλημα. fecerim) emittentem ſuſtinet Epochus. Iuxta eum Caſtor & amphiaraus Oiclei filius: poſt hos Hippothus Cercyonis F. Agamedis F. Stympheli F. Poſtremus Pirithous eſt. Cæterum dentes apri Calydonij Romanorum imperator Auguſtus abſtulit, poſtquam Antonium bello ſuperauit. Et paulò poſt, Alterum autem ex dentibus apri retineri aiunt rerum mirabilium (illic) cuſtodes:

reliquus in hortis imperatoris in Bacchi templo eſt ſuſpenſus, longitudine dimidiam omnino vlnam adæquans, (τὸν οὐδεμιᾶς ἐλάττω ἢ μηκιστεύσαντα δορυάλων.) Et mox, In templo Tegeatarum donaria præſtantiſſima ſunt, pellis apri Calydonij, quæ temporis diuturnitate computruit, & pilis omnino eſt nudata, &c. Hæc omnia Pauſanias.

Adraſtus natione Phryx, regij generis, quum fratrem imprudens interemiſſet, Sardis ad Crœſum confugit, & expiatus cum eo habitauit. Per hoc idem tempus apud Olympum Myſiæ, aper eximiæ magnitudinis (σὺς μέγας ἄγαν) extitit, qui ex hoc monte progreſſus Myſorum rura peruaſtabat. Ad hunc conficiendum incolæ à Crœſo petunt vt Atyn filium cum venatoribus, aliquot mittat. Ille quòd in ſomnis vidiſſet filium ferrea cuſpide periturum, metuens ei mittere noluit, ſed alios venatores abſque eo. Perſuaſus tamen, mittit: & ſalutem eius Adraſto commendat. Vbi igitur ad feram peruentum eſt, Adraſtus vibrato in aprum iaculo, non illum, ſed Crœſi filium vulneratum imprudens occidit: qua re tantum indoluit, vt quamuis re cognita ignoſceret ei Crœſus, ſeſe ſuper buſtum filij eius transfoderit, vt copiosè ſcribit Herodotus lib. 1. Scribitur autem Ἄττυς per τ. ſimplex: nam alius fuit Ἄττης Phryx ab apro occiſus, vt inferius referam. Βρεμνίον nomen eſt ciuitatis: nam cum apud Noricos populos aper diuinitus immiſſus regionem vaſtaret, & omnes eum perempturi nihil proficerent, vnus quidam ſuem inuerſum in humeros aſſumpſit, vt poëtæ etiam de Calydonia ſue fabulantur: (nempe quòd à Diana immiſſus agros vaſtauerit, non quòd aliquis eum in humeros aſſumpſerit,) Quod videntes Norici acclamarunt vernacula lingua, Βρεμένος. (Vir vnus, Latinæ voces ſunt, non Noricæ, id eſt Germanicæ,) vnde ciuitati nomen impoſitum Βρεμνίον. Suidas. Suem alatum Clazomenis exortum fuiſſe auditum eſt, qui Clazomenios agros vaſtaret. Quod quidem ipſum in Clazomeniorum finibus Artemon confirmauit acciditſe: vnde illic locus decantatus, Sus alatus nominatur. Id quod ſi cuipiam fabula videatur, & ego hoc idem non ignorem, tamen de animali dictum facile patior, Aelianus. Inter Cæſareæ diſcrimina ſæua Dianæ, Fixiſſet grauidam cum leuis haſta ſuem, Exilijt partus miſeræ de vulnere matris. O Lucina ferox, hoc peperiſſe fuit? Martialis in libro Spectaculorum.

Ancæus Agapenoris pater ab apro Calydonio interfectus eſt, vt ſupra in huius apri mentione retuli. Carmon quidam cum in Tmolo monte venaretur, ab apro percuſſus interijt, Plutarchus de fluuijs in Pactolo. Attæ duo fuerunt, alter Syrus, alter Arcas, quorum vterque ab apro interemptus traditur, Plutarchus ab initio vitę Sertorij. Attes (Ἄττης) quidam Phryx cum paſceret pecora, & matrem deorum ſiue Rheam hymnis celebraret, amatus eſt ab ea, & in honore habitus cum frequenter ei appareret. Quod ægre ferens Iupiter, Atten interfecit, non palàm ob reuerentiam matris, ſed apro immiſſo. Rhea poſt luctum, cadauer ſepelijt, & Phryges eundem quotannis verno tempore lugent, Scholiaſtes Nicandri, Plura de hoc Atte in Achaicis ſcribit Pauſanias. Hunc tamen Catullus non Atten, ſed Atyn vocat, prima breui, & in ſecunda per ypſilon. Idmonem Argonautam aper occidit, Orpheus. Sus Veneri inuiſus eſt propter Adonin ab apro occiſum: vide in Sue h. in ſacrificio Veneris ex ſue. Aper ob Adonidis cædem vinctus ab Amoribus Veneri adducitur apud Theocritum Idyllio 29. Mars ſiue in aprum mutatus, ſiue aprum contra Adonin excitans, illum occidiſſe fertur. Iſaacius Tzetzes. Macrobius libro 1. Saturnalium Adonin non alium quàm Solem eſſe docens, Ab apro autem (inquit) tradunt interemptum Adonin, hyemis imaginem in hoc animali fingentes: quod aper hiſpidus & aſper gaudet locis humidis & lutoſis, pruinaque contectis, proprieque hyemali fructu paſcitur glande. Ergo hyems veluti vulnus eſt Solis, quæ & lucem eius nobis minuit & calorem, quod vtrunque animantibus accidit morte.

Caico Muſiæ fluuio mons Teuthras adiacet, à Teuthrante Myſorum rege dictus. Hic cum aliquando venationis gratia Thraſyllum montem conſcendiſſet, aprum ingentem repertum cum ſatellitibus perſecutus eſt. Aper confugiens in Orthoſiæ Dianæ templum confugit. Et cum venatores quoque ingrederentur, alta & humana voce eiulauit, Parce ô rex pecudi deæ: ſed Teuthras nihil commotus, eum interemit. Hanc regis improbitatem deam intuè ferens, apro vitam reſtituit: & regem impetigine atque inſania affecit: cuius ille mali pudore in montium rugis remanſit. Hac re cognita Lyſippe mater, in ſyluam ad ipſum progreſſa eſt cum Polyido vate Cyrami filio, à quo inſtructa deam bouum ſacrificijs (βουθυσίαις) placauit: vnde cum filium ſanæ menti reſtitutum recepiſſet, Dianæ Orthoſiæ fanum conſtruxit: & aureum aprum ore humano inſignem (στόμαλιν ἀνθρώπειον) confluri curauit, Plutarchus in libro de fluuijs. Aprum etiam in malum augurium retulit Melampus: deſtructionem enim eorum, quæ agenda inſtituit aliquis iter faciens, cum obuius fuerit, præſagit, Niphus.

Olympiæ in curia ſimulachrum eſt Iouis Horcij, à iuramento ſic dicti. Is vtraque manu fulmen tenet. Apud hunc moris eſt athletas, & patres eorum & fratres, gymnaſtas item, per aprum diſſectum iurare (θῦσι καπρὸν καταμανθάνειν ὀμνύντας) nullo ſe in Olympiorum certamine vſuros eſſe dolo malo, &c. Cæterum in quem vſum poſt athletarum iuramentum conuertant aprum, non in mentem venit interrogare. Quoniam antiquioribus ſeculis vſitatum fuit in ſacrificijs, vt quæcunque in iureiurando adhibuerant homines, eorum prorſus eſu abſtinerent. Id quod Homerus vel potiſſimum ſignificat. Aprum certè, per cuius diſſectas carnes Agamemnon iurauit, rem ſe cum Briſeide non habuiſſe, per præconem ſcripſit in mare abiectum: Ἦ καὶ ὁ μὲν ὅρκια πάντα διὰ χροὸς ἤλασε χαλκῷ Τὰν μὲν ἔπειτα κατ' ἄκριον ἁλὸς πολιῆς βάλε χέρσῳ Ἰχθύσιν ἔδμεναι περί. Pauſanias Eliacorum primo. Idem in Meſſenicis ſcribit, locum in Meſſenia eſſe qui Apri ſepulchrum nominetur, quod Hercules illic ad diſſectum aprum liberis Nelei iuſiurandum dediſſe, & accepiſſe ab eis perhibeatur. Galatæ qui Peſinûntem incolunt, aprorum contactu abſtinent, nimirum quod Attes, quem colunt, ab apro occiſus feratur: quanquam ipſi aliam de eo fabulam narrent, Pauſanias in Achaicis. Καταφεύγειν ἐπὶ ἀθανάτους. Varinus. Σπονδὴ καὶ ἀπολύτρωσις ἀχρίας γοίρου. Hipponax apud Athenæum. Patrhaſij in Arcadia Apollini Epicurio, id eſt auxiliari, aprum ſacrificabant, Gyraldus. Diana in Samo καταφυγὼ cognominabatur, Varinus: nimirum quod apri ei immolarentur. Τερπομένη κάπροισι καὶ ἀγροτέρῃσιν ἐλάφοισιν. Homerus Odyſſeæ tertio de Diana, propter ſtudium eius circa venationem. Laphriæ Dianæ apud Patrenſes magno in ara igne excitato, apros ceruos, & alias feras viuas injiciunt, Pauſan. in Achaicis.

PROVERBIA.

In ſaltu vno duos apros capere, eſt eadem in re duos pariter deprehendere. Plautus in Caſina, Iam ego vno in ſaltu lepidè apros capiam duos, Eraſmus. Dubium non eſt, (inquit idem Chiliadis tertiæ centuria ſexta,) quin

quin ad prouerbiorum claſſem pertineat quod eſt apud Maronem in carmine Bucolico: Eheu quid volui miſero mihi, floribus auſtrum Perditus, & liquidis immiſi fontibus apros: Vbi quis optat nocitura: nam ventus floribus inimiciſſimus, præcipuè auſter, ob violentiam. Et rurſus Chiliadis quartæ centuria 2. idem repetens, in eum quadrare ait, qui ſibi accerſit optátue perniciem allatura. Siquidem apri (inquit) non tantum bibunt è fonte impreſſis pedibus, verum etiam volutant ſeſe. Suem iritat, Τὸν ἐχῖνον, in auidum rixarum dicebatur. Sus enim agreſtis prouocatus rectà petit eum, à quo prouocatus eſt. Sic enim narrant venandi periti: ſi quis ſuem lancea protenſa prouocârit, etiam ſi iam ille ſequebatur alium quempiam, ilico vertere curſum, & in prouocatorem tendere, ne cuſpide quidem vitata, Eraſmus. Sus agreſtis vbi peperit non pluet: Vide ſupra circa finem capitis quinti. Delphinum ſyluis appingit, fluctibus aprum, Qui variare cupit rem prodigialiter vnam, Horatius de Arte.

Emblema Alciati, quod inſcripſit, Ex damno alterius, alterius vtilitas.

Dum ſanis ruerent in mutua vulnera telis, *Vngue ferox, dente timendus aper,*
Aſtitit vultur ſpectatum, & prandia captat. *Gloria victori, præda futura ſua eſt.*

DE TALPA.

A.



TALPAM aliqui murium generi adnumerant, quod ipſe non probo: neque enim aliud muribus ſimile habet præter magnitudinem: quæ & ipſa tamen in muribus variat. Murium ſanè genus omne, anteriores binos dentes oblongos & curuos habet, talpæ non item. Albertus talpam aliter murem terrenum vel cęcum appellari ſcribit. Sed mures terreni, qui fruges & herbarum radices in aruis & hortis populantur, alij diuerſorum ſunt generum, vt homonymiæ cauendæ cauſa, idem nomen talpis communicari non placeat. Cæcus verò mus, idem qui araneus propriè cognominatur, vt ſuo loco diximus. תנשמת *tinſchemet*, vocem Hebraicam Deute. 14. alij aliter interpretantur: Dauid Kimhi auem, quæ cæteras ſuo conſpectu obſtupefaciat, R. Salomon ciuetam, vt Galli vocant, id eſt noctuam. Leuitici vndecimo Chaldæus transfert ברותא, *baueta*, vel *bota*, id eſt cygnum. Arabs שאחין, *ſchahin*. Perſa nomen Hebraicum retinuit. Septuaginta & Hieronymus ibin. Et Deuteronomij 14. porphyrionem. R. Salomon auem ſimilem muri, Gallicè dictam chaulue ſouris, id eſt veſpertilionem. Et rurſus Leuitici 11. (vbi legitur: Stellio, lacerta & talpa, hęc omnia immunda, Munſtero interprete,) Dauid Kimhi reptile interpretatur, R. Salomon טלפא, talpam. Chaldæus אשוחא, *aſchuta*. Arabs זמברז, *zambaraz*. Perſa אן גורבה דדה, *an gurbah dedach*. Septuaginta aſpalacen, Hieronymus talpam. In die proijciet homo aureos & argenteos deos, in foſſuras talparum & veſpertilionum, Eſaiæ 2. Munſtero interprete. Hieronymus vertit, Proijciet homo idola, vſque vt adoraret talpas & veſpertiliones. Septuaginta, προσκυνητὰ τοῖς μυσὶ τοῖς τυφλοῖς. Verba Hebraica ſunt לחפר פרות ולעטלפים, *lacheper perot velaatalephim*. Aliqui priores duas voces coniungunt & pro vna legunt lacheporperot, ceu compoſitam dictionem. Dauid Kimhi in libro Radicum & in Commentarijs quoque, docet quoſdam exiſtimare ſic dici auem quæ fodiat פירוח *phiroth*, id eſt foueas: quoſdam reptile à fodiendo dictum. Ipſe voces duas eſſe putat, & interpretatur, ad fodiendum foſſas, vt in Thalmud aliquando חפירוח pro פירוח. Abraham Eſra vnam dictionem facit, cheporperot, qua ſignificetur auis noctu volans, interdiu ſe occultans, vt veſpertilio: vel, vt alij dicunt, auis quæ noctua vocatur. Chaldæus transfert abominationes aut idola, (ſecutus nimirum Septuaginta, vt ſæpe facit, qui μύσταρα verterunt:) vnde Iudæi quidam ſuſpicantur idola forma illarum, auium aut reptilium eos adorauiſſe. Symmachus infructuoſa, Aquila ὀρυγας, (quam vocem videtur, pro foſſis accipere: nam verbum ὀρύσσειν fodere eſt.) Theodotion Hebraicam reliquit. Docti hodie omnino talpas eſſe putant, à fodiendo ſic dictas. Syluaticus barbaras voces irbea & lagocecos, pro talpa interpretatur, vt guzden Vetus gloſſographus Auicennæ. Animal vocatum habenium foueas in campis habet, & pugnando venatur animal dictum pelagoz, quod Auicenna videtur vocare murem cæcum, quem nos talpam nominamus. Vtrumlibet vicerit, deuorat alterum, Albertus in Ariſtotelem 9.1. vbi nihil omnino tale apud Ariſtotelem reperio. Talpa Græce σκαπάλαξ vocatur: aut etiam σκαλαξ, ſed rarius. Recentiores quidam, Volaterranus & alij, Græce blactam λοιὸν ἐκ βλάπτειν, id eſt à nocendo dici, ſtultè ſuſpicantur. Blatta enim non blacta ſcribendum: quæ dictio Latina, non Græca, inſecti quoddam genus, non talpam ſignificat. Ex eodem errore natum puto quod ſcribit Volaterranus, talpas frumentum in arca po-

Digitized by Google

pulari, quod blattæ ac gurguliones, inſectorum ſcarabeorumque genera faciunt. Ineptiſſime etiam Albertus talpam Græcè colty, vel (vt alibi legitur) koky appellari ſcribit: quam vocem eum ab Auicenna ſumpſiſſe puto, vt fortè Perſica ſit. Talpa apud Italos nomen Latinum retinuit. Hiſpanicè, tópo, qua voce Itali murem nuncupant. Gallicè, taulpe. Germanicè *maluerff*, vel vt Saxones ſcribunt *molwurff*, quòd terram roſtro fodiat & reijciat. Heluetij frequentius vocant *ſcher* vel *ſchermus*, vt excitatum ab eis terræ cumulum *ſcharhufen*: à verbo *ſcharren*, quod manibus aut pedibus radere & fodere ſignificat: vnde & agreſtes mures qui terram fodiunt vt radices deuorent, *ſcharrmûß* appellantur. Flandri & Hollandi talpam vocant *mol* vel *molworff*: Angli molle, prima ſyllaba tantum Germanicæ vocis *maluerf* vel *molwurf*, vt videtur, vſurpata. Sed Angli etiam want appellant. Illyrij krticze.

B.

Terræ Bœotiæ in Orchomenio agro talpæ habentur multæ: at in Lebadico vicino (in Coronea, vt legimus in Mirabilibus Ariſtot.) nullæ ſunt, neque ſi aliunde portatæ eò fuerint, volunt infodere, (ſed moriuntur,) Ariſtoteles & Aelianus. In Bœotiæ Lebadia illatæ ſolum ipſum fugiunt, quæ iuxta in Orchomeno tota arua ſubruunt talpæ, Plinius. Talpæ coloris ſunt nigri, (cinerei, Cardanus) pili mollis, breuis & denſi, Albertus. Pilos habent nigrore ſplendido inſignes, qui catulis earum ſunt albi, Georg. Agricola. Talpam albicantem attulit mihi quidam (in fine octobris) modico ruffo admixto, per ventrem medium pluſculo: plurimò inter crura anteriora, & in collo. Non autem videtur catulus fuiſſe, cùm longus eſſet duos palmos inter caput & caudam.

Aegyptij vt hominem cæcum ſignificent, talpam pingunt: hæc enim neque oculos habet, neque aliter videt, Otus. Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ. Vergil. 1. Georg. vbi Seruius, Oculis capti, id eſt oculis debiles: quum enim cæcæ naſcantur, quomodo capti oculis? Quid talpam, num deſyderare lumen putas? Cicero 4. Acad. Talpa priuata eſt viſu, (Heſychius oculis,) Suidas. Oculos non habet, Iidem in Τυφλόπους. Talpa cæcior, Τυφλότερος ἀσπάλακος. prouerbium in eos qui ſupra modum cæcutiunt, aut qui minimè iudicant. Nam iocundior fiet metaphora, ſi quidem ad animum transferatur, Eraſmus. Meminerunt prouerbij Suidas & Heſychius. Steſimbrotus ait eas à Terra excæcatas eſſe quoniam fruges perdant, Suidas. Talpam modo quodam oculos habere dixerim, cum tamen omnino habere negem: quippe cum omnino quidem nec videat, nec perſpicuos habeat oculos. Verum ſi quis prætentam membranam detrahit, locus oculorum apparet, & pars nigra eorundem: ſitus denique, & deſcriptio eadem, quam legitimam conſpicui oculi obtinent, vtpote cum obducta cute oculi preſſi, confuſi, oblæſique eſſent, dum crearentur, Ariſtoteles. Et alibi. Generi talparum viſus deeſt: non enim oculos in aperto id habet: cute tamen detracta, quæ craſſiuſcula obtenta ſedem luminum opacat, oculi intus laceſſiti imperfectique viſuntur, ſed ita, vt partes eaſdem habeant omnes, quibus oculi integri conſtant. Habent enim nigricantem illum orbiculum, & quod intra eum continetur, quam vocant pupillam, atque etiam portionis albidæ ambitionem: ſed non tam liquidò, quàm oculi conſpecti & eminentes: nec in partem exteriorem apparere hæc poſſunt, propter cutis obductæ corpulentiam, vtpote cum natura inter generandum lædatur, atque ita opus inchoatum relinquatur: pertinent enim à cerebro, qua cum neruo coniungitur, meatus duo neruoſi validi ad ipſas oculorum ſedes, qui in dentes ſuperiores finiunt, Hæc Ariſtoteles. Quadrupedum talpis viſus non eſt. Oculorum effigies ineſt, ſi quis prætentam detrahat membranam, Plinius. Talpa dicta eſt, eò quod perpetua cæcitate tenebris damnata ſit: eſt enim abſque oculis, Iſidorus. Talpa loca oculorum habet, non oculos: nam pellem in loco oculorum non habet piloſam, Albertus. Et rurſus 1. 2. 3. Talpa (inquit) priuata eſt oculis, vt videtur: nihil enim omnino videt, & errat incedens quum de terra egreditur: ſed hoc experimento cognoui, quod pellis in loco oculorum plana eſt, & tenuis, alba, ſine pilis, & prorſus ſolida, vt ne veſtigium quidem diuiſionis appareat: hanc cum cautè incidiſſem, nihil omnino inueni nigredinis aut materiæ oculorum, ſed carnem deprehendi illic humidiorem quàm alibi: erat autem recens capta talpa, & adhuc palpitabat. Sed nil mirum talpam oculis carere, quum extra terram nec victum quærere nec aliter verſari ſoleat: venatur enim in terra lumbricos, vbi oculi ei forent inutiles. Pellem verò oculorum loco, tenuem, planam & glabram obtinet, vt tenui ad eam luminis reflexione facta, hoc ſaltem percipiat ſub terrâne an ſupra eam ſit. Nam ſupra terram niſi ad vnam alterámue ad ſummum horam viuere nequit, Hæc ille. Mihi quidem aliquoties inſpicienti, talparum ocelli liquidò apparuerunt: prominent enim extra cutim veluti puncta nigra, magnitudine ſeminis milij vel papaueris, neruo affixa. Hæc cum digito chartæ apprimerem, nigro humore eam infecerunt. Quin & eruditus quidam amicus noſter, in talpa grauida diſſecta fœtus aliquot ſe reperiſſe mihi narrauit, maiuſculis capitibus, in quibus iam etiam oculi apparerent. Auriculis caret, Albertus. Roſtrum habet ὥσπερ μυὸς, id eſt tanquam muſtelæ, Suidas & Heſychius in Τυφλόπους: lego, ὥσπερ μυγαλῆς. id eſt tanquam muris aranei: omnino enim ſimile eſt: aut, ſi mauis, ſuiſſo roſtro, vt magnis parua conferantur. Dentes etiam non vt cæteri mures, ſed muris aranei dentibus ferè ſimiles habet, præſertim inferiores: binos enim anterius coniunctos & oblongos non habet: ſed vt canes vel muſtelæ vtrinque ad latera ſingulos habet eminentes, non in vtraque tamen vt illi, ſed ſuperiore tantum maxilla: poſteriores ſiue interiores multis cuſpidibus vt in mure araneo exaſperatos: vt merito παμφάγους, id eſt peſſimos & valde noxios eam dentes habere Suidas & Heſych. in voce Τυφλόπους ſcripſerint. Χαυλιόδοντα ſunt, quæ dentes habent extra os prominentes, ὑπερφερεῖς, vt elephas, ſus, talpa, Varinus in Καυχαιόδοντα. ſed ſui ab inferiore mandibula ſurſum tendunt, elephanto & talpæ à ſuperiore deorſum. Lingua eſt tanta, quantam inferior oris meatus capere poteſt. Collum inter crura anteriora breuiſſimum, & propè nullum. Pulmones multæ ſunt fibræ ſeparatæ, quæ nullo communi inter ſe principio cohærent. Siti ſunt illi cum corde quod amplectuntur, multò inferius quàm quis putaret, ventrem verſus. Fel eſt ſubflauum. Pedes vtſini ſimiles, Heſych. & Suidas. Digiti eius quibus terram fodit, omnino acutis vnguiculis armantur, Ge. Agricola. Crura ei breuiſſima & vngues acuti: digiti quinque ante, & quatuor poſterius, Albertus: ſed falſus eſt: nam in poſterioribus quoque pedibus digiti quinque ſunt, quorum minimus ita ſpectat introrſum, vt negligentius inſpicientem lateat. Vola ſeu palma anteriorum pedum bene lata eſt, & manum refert, cauo etiam per medium relicto ſi modicè comprimatur. Vngues in eiſdem robuſti, & maiores longiores latioreſque quàm in vlla animante pro ſui corporis modo. Hoc etiam eiſdem cruribus peculiare, quod anteriorem duntaxat partem habeant, oſſibus conſtantem geminis, quæ ſtatim in armum ſiue os humeri inſeruntur: ſic enim fortius fodit: (ad quod illud etiam facit, quod pedes eorumque digiti non deorſum ſed ad latera ſpectant.) Poſteriora verò crura, vtranque partem, vt murium

crura

crura habent, ſed pars quæ infra genu eſt, oſſe vno conſtat, quod paulò infra genu bifurcatur. Cauda breuis & hirſuta eſt.

C.

De cæcitate talpæ, præcedenti capite dixmus. Liquidius (quàm homo) audiunt talpæ obrutæ terrâ, tam denſo atque ſurdo naturæ elemento. Præterea voce omnium in ſublime tendente, ſermonem exaudiunt: & ſi de iis loquare, intelligere etiam dicuntur & profugere, Plinius. Auditus eis acrior ſub terra, quàm ſupra, Mich. Herus. Talpa acri auditu eſt: & ideo longè in terra trahentes (ſe mouentes) vermes audit. Verum hoc non ex auditus præſtantia contingit, ſed potius ex commotæ terræ continuitate. Nam ſi oblongus meatus ſub terra excauetur, in quem aliquis vocem emittat, aut loquatur, longè auditur: ſicut & ille qui loquens per haſtas & ligna caua quamvis longa auditur. Et hanc ob cauſam talpa vndiq; circa ſe oblongos meatus fodit, Albertus. Homo nullius iudicij, ſed tamen impendio verboſus, loquax talpa dictus eſt populari conuitio, Quod primum dictum eſt in Iulianum Capellam, poſteaquam venerat in publicum odium. Nam talpæ noſtri vt cæci ſunt, ita ſunt æquè muti. Refert Ammianus libro 17. Eraſmus. Crura habet breuia, quare tardè graditur. Cum iniuriam ſibi in dorſo fieri ſentit, mox ſe reſupinat, & pedibus roſtroq; defendit. Terram in aruis, magis verò in pratis & hortis paſſim egerit, Ge. Agricola. Talpa domicilium ſibi parat. Ariſtot. Terram pedibus effodere, roſtro reijcere videtur, vnde nomen Germanicum *maſwerff*. Adeò autem hoc opus celeriter & ampliè explet, vt qui viderint primò defoſſam (à) talpa humum, multum admirentur, Cardanus. Nullum animal ſanguine præditum (& viuiparum,) ſub terra perpetuò viuens præter talpam eſt inventum, Cardanus. Audio talpas omnes menſe Iunio apud nos latibulis ſuis aliquando egredi, ideoq; facilius eo menſe capi. Vita talpæ ſuper (extra) terram, non durat niſi fortè ad vnam aut alteram ad ſummum horam, Albertus. Theophraſtus tradit in Paphlagonia effodi piſcis gratiſſimos cibis, &c. quicquid eſt, hoc certe minus admirabile talparum facit vita ſubterranei animalis, Plinius. Talpæ cum terram per cauernulas ſubeãt, ſub terra ſpirandi facultas eis non adimitur: Et forſan cuniculorum ſuorum aditus terra obrutos, idcirco rurſus aperiunt, ne reſpiratio neceſſaria eis intercipiatur: quanquam aliquando in ſecundum aut tertium diem id facere differunt. In cibo lumbricos appetunt: quamobrem amant loca ſtercorata, & ſterquilinijs hortorumque areis proxima. Agunt autem cuniculos ſuos multò altius quàm ſubterranei mures. Lumbrici cum talpas ſibi imminere ſenſerint, ad ſoli ſuperficiem fugiunt. Vermibus viuunt, in fame etiam terra, Author libri de nat: rerum. Albertus lumbricis eas veſci ſcribit, & in fame radicibus herbarum, præcipuè frugum. Oppianus talpam *μυοφάγον*, id eſt herbiuoram vocat, & *λαθραῖον βιοδῶτος*, id eſt voracem. Theophraſtus lib. 7. cap. 11. ſcribit gladioli radices multas reperiri (*ἐν*) *ᾗ σκολοπένδραι*; vtpote dulces, & quæ ab hoc animali appetantur. Gaza vertit multas ſcolopendras circa eas reperiri: quod equidem non probo, ſed potius legerim, *σκαλοπαῖς* (i. primam per *α*) *σκαλοψ* autem Atticè talpa eſt: & terræ cumulos à talpis excitatos, vt à formicis *μυρμηκίας*, acceperim: quanquam & Robertus Conſtantinus in ſuo lexico Gazæ ſententiam ſequitur: atqui ſcolopendræ infirmiores ſunt, quàm vt vel terram effodere, vbi hæ radices naſcuntur, poſſint, vel ad ſua domicilia illas pertrahere. Talpæ vtrumque poſſunt: nec ſolis vermibus, ſed etiam herbis & radicibus eas victitare conſtat. Semper terram fodit, & humum egerit, & radices ſubter frugibus comedit, Iſidorus. Expertus ſum (inquit Albert.) quòd talpa delectatur bufonibus & ranis in cibo. Et aliquando deprehendi bufonem magnum, quem talpa ſub terra pede mordicus apprehenſum retinebat: & bufo fugiens iam toto corpore extra cuniculum educto, altam vocem ædebat propter morſum talpæ. Sed ranas etiam bufonesque talpam mortuam edere expertus ſum. Creatur talpa ex terra ſimul ac pluuia, Rodolphus quidam: de terra pluuijs madida & putreſcente, Albertus. Hinc puto Oppianus talparum *αὐτόχθονα φῦλον* dixit.

D.

Muſtela in agris & pratis mures & talpas capit: quas in cuniculos etiam perſequitur, & celeriter conficit. Feles quoque capiunt quidem talpas & perimunt, ſed non edunt, vt audio. Voce omnium in ſublime tendente, talpæ tamen ſub terra ſermonem exaudiunt: & ſi de his loquare, intelligere etiam dicuntur & profugere, Plinius. Cum talpa quædam in vas incidiſſet, è quo euadere non poterat, altera terram injiciendo ei opem tulit, vt referam ſequenti capite, verbis Gillij.

E.

Talpæ omnes menſe Iunio latibulis ſuis aliquando egredi dicuntur, ideoque facilius eo menſe capi. Qui dubitant talpa ne an mus ſubterraneus cuniculos foderit, terra eos obruunt: quod ſi ſtatim rurſus aperti inveniantur, murem eſſe intelligunt: quamuis enim talpa quoque eos rurſus aperiat, aliquando tamen in ſecundum aut tertium diem differt. Vtrique ſimiliter capiuntur: obſeruatur enim quando ad aperiendum accedant, deprehenſiq; ligone ſtatim poſt ipſos in terram adacto ejiciuntur. Sunt qui decipulas quaſdam ſimiliter ad vtroſque parent: machinis quibuſdam, quorum ferrei mucrones ſunt oblongi, per tranſuerſum in tabulam ligneam deinceps infixi, fere quini, lapide ponderoſo oneratis, ita inſtructis, vt cum mus ad aperiendum cuniculum acceſſerit, & impoſitum illic paruum lignum attigerit, machina ruens dentibus ſuis talpam perforet: aliqui filum ferreum mucronatum baculo infigunt, quem terræ infertum flectant, & ita inſtruunt, vt cum talpa in aditum ſui cani venerit, filo feriente traijciatur. Talpas Græci hoc genere perſequuntur: Nucem perforari iubent: vel aliquod pomi genus ſoliditatis eiuſdem. Ibi paleas, & ceram (cedriam, Paxamus) cum ſulfure ſufficienter includi. Tunc omnes paruulos aditus, & reliqua ſpiramenta talparum diligenter obſtrui, vnũ foramen, quod amplum ſit reſeruari, in cuius aditu nucem intus incenſam, ſic poni, vt ab vna parte flatus poſſit accipere, quos ab alia parte diffundat, ſic impletis fumo cuniculis talpas vel fugere protinus, vel necari, Pallad. Eadẽ omnino Græcè legũtur in Geoponicis, authore Paxamo. In foratã nucẽ, *κατορύσσειν* (inquit) aut in aliud ſimile

vas

vas angustum, paleis sulfureque & ex cedri lachryma quantum satis est inserito, &c. vt ita fumus omnis illapsus talpam suffocet. In hunc modum talparum omnium aditus, (φωλεὰς, τρυμαλιὰς,) circumueniens atque idem faciens, omnes exterminabis. Aliud eiusdem Paxami, Veratrum album & corticem cynocrambes (aconitum substituere possumus) trita & cribrata, cum farina & ouis ex lacte subigens in offas (μαζας) rediges, quas cuniculis talparum impones. Multi & formicas & talpas amurca necant. Plinius. Si talpas à vinea, agro vel horto deturbare voles, vnam cum accenso sulphure in ollam conijcere debes, nam omnes aliæ ibi conuenient. Ant. Mizaldus. Cum ad comprehendendas talpas fictile vas angustis faucibus in scrobem de industria factum demisissem, earumque vna in hoc ipsum incidisset, & exitus non ei pateret, quod sursum versus propter decliuitatem adrepere non posset, altera ei opem & salutem tulit, terramque effossam in vas tandiu conjecit, quoad exaggeratione facta, altera exire potuerit. Gill.

E pellibus talparum cubicularia vidimus stragula: adeò ne religio quidem à portentis summouet delicias. Plinius. Ex earum pellibus etiam pilcolos fieri Ge. Agricola scribit. Ego crumenas aliquando ex eisdem consutas vidi: oblectat enim densa pilorum mollities, & color ex atro splendens, quo fericum villosum refertur. Cumulos à talpis excitatos in pratis hortisque dissijcere oportet, idque potissimum descendente Luna, à cancro scilicet ad capricornum, præsertim cum in aliquo signo sicco fuerit. Sunt qui eò vtilius hoc fieri putant, quò minor Luna fuerit, non pluuio, sed sicco cœlo. Obscurus. Superstitiosum: Si falcem, qua fœnum secatur, in natali Domini in prato acuas, talpæ omnes quotquot sonum audierint, è prato diffugient. Obscurus. M. Varro author est, à cuniculis suffossum in Hispania oppidum, à talpis in Thessalia. Plinius. Talpæ, si plus solito in terram operentur in minutis partibus fractam, pluuiam indicant. Incertus.

G.

Magi de talpis multa vana prodiderunt: nec quicquam probabilius inuenietur quàm muris aranei morsibus aduersari eas, quoniam & terra, vt diximus, orbitis depressa aduersatur. Plinius. Morsui muris aranei talpa discerpta imponitur. Plinius Valerianus. Sorices magni, id est talpæ, si imponantur, ictui scorpij, sanant. Hali. Talpam super glandulas ligato, destruit. Sextus. Pilulas ex talpis cum melle subactas, (diebus nouem deuoratas,) Arnoldus à bocio & scrophulis liberare putat. Oliuarius. Talpæ comestæ epilepsiæ conferunt, Arnoldus in Antidotario. Vt pili defluant, nec renascantur: Talpam in aqua tandiu macerari relinques donec pilis nudetur, hac aqua locum pilosum illines: (& postea ablues lixiuio, & linteo perfricabis: & si pili rediturι videantur, bis aut ter repetas:) hoc aliqui se expertos scribunt. Andr. Furnerius. Vt pili renascantur & talpam, combure eam totam cum pelle & puluis iste misceatur cum melle in formam vnguenti: Valet sine dubio. Obscurus. Vt pili in equis renascantur: Talpa coquatur in oleo donec dissoluatur & consumatur caro: hoc oleo locum pluries inunges, bis saltem die. Rusius. Vt pili equorum nigri mutentur in albos: Talpam in aqua salsa vel lixiuio per triduum coques & cum aqua vel lixiuium consumptum fuerit, nouam aquam vel lixiuium addes: quo facto, aqua illa aliquantulum calida locum madefacito. Pili nigri mox defluent, & subnascentur albi. Rusius. Aliter, Talpam in olla noua discoques diutissimè, & supernatante pinguedine collecta locum in equo illines. Obscurus. Aliter, Talpam in aqua coques donec dissoluatur: & sic triduo relinques: deinde illines locum, in quo pilos albos nasci volueris, prius derasum. Obscurus. Nugantur quidam, si quis talpam manu dextra teneat donec expiret, singularem in illa manu facultatem futuram sedandis mammarum muliebrium doloribus. Talpæ vstæ cinis cum albumine oui loco leproso illitus, plurimum valere dicitur. Albertus & alius obscurus. Talpæ cinis ex oleo vel melle illitus, cutim leprosam emendat. Iacobus Oliuarius. Strumis talpæ cinerem ex melle illinire suadent. Plinius & Marcellus. Fertur etiam quod cinis talpæ contra fistulam valeat, nempe ad eius putredinem consumendam. Obscurus apud Vincentium. In fistula lachrymali puluere talpæ vstæ in potu dato curatus est Iohannes à Werlin consul Gedanensis. Ad dentes mobiles: Talpæ cinerem mixtum cum melle superfricato, dentes confirmat. Sextus. Sanguis talpæ occisi capiti glabro illitus, pilos restituit. Albertus & alius quidam obscurus. Ad paronychiam: Talpæ sanguinem chartæ instillatum superilligato. Innominatus. Magi tradunt lymphatos sanguinis talpæ aspersu resipiscere. Plinius. Ad strumas: Aliqui talpæ caput præcisum, & cum terra à talpis excitata tusum digerunt in pastillos pyxide stannea, & utuntur ad omnia quæ intumescunt, & quæ apostemata vocant, quæq; in ceruice sunt, vesicque suilla tunc vetant. Plinius. Talparum capita recisa cum terra sua contunduntur, & pro emplastro apponuntur strumis, vtiliter prosunt, ob id quod pastilli inde facti in pyxide stannea reponi debent, vt præsto sint cum opus est. Marcellus. Dente talpæ viuæ exempto, sanari dentium dolores adalligato magi affirmant. Plinius.

Arnoldus putat cor talpæ novem dies comestum, liberare à bocio & scrophulis. Iacobus Oliuarius. Ad strumas: Aliqui iecur talpæ contritum inter manus illinunt, & triduo non abluunt. Plinius. Iecur eius inter manus tritum adpositum, plurimum prodest. Marcellus. Dextrum quoque pedem eius remedio esse strumis affirmant. Plinius. Axungia talpæ extrahit fœtum. Theophrastus.

H.

a. Talpæ oculis capti, Vergil. 1. Georg. vbi Seruius, Mutauit (inquit) genus: nam hæc talpa dicitur: sicut & de damis fecit. Fiunt & circa genus figuræ in nominibus: nam & oculis capti talpæ, & timidi damæ dicuntur à Virgilio: sed subest ratio: quia sexus vterque altero significatur: tam enim mares esse talpas damasq;, quàm fœminas, certum est. Quintilianus 9. 3. Talpa dicta est, eò quòd perpetua cæcitate tenebris damnata sit: quam Græci afflata (lege aspalaca) vocant. Isidorus. Aspialis, (lego, aspalax,) id est talpa. Syluaticus. Scribitur & aspalax, nimirum Atticè. Παρὰ τὸ ἀπὸ. γίνεται ἀσπάλαξ, vnde aspalax, abundante alpha, & tenui in oppositam sibi densam conuerso. Varinus. Ἀσπάλαξ, παρὰ τὸ ἀπὸ γῆς σκάπτειν, vt ait Theophrastus. Io. Bodinus. Aristophanes in Acharnensibus Bœotos ceu rudes admodum homines notans, Bœotum quendam inducit in foro vendentem lepores, vulpes, scalopes, σκάλοπας. (Scholiastes mures interpretatur qui alio nomine spalaces dicantur, id est talpas,) quasi Bœoti hæc animalia in cibo non aspernentur. Σκαλοψ pro σκάλαξ Atticum est, Nicocl. Σκάλοψ. σκαπτὶς ἀπὸ τοῦ σκάπτειν. ἀσπάλακας. ζωύφια ὑπόγεια τυφλὰ. Hesych. Ἀσπ. ἀσπάλακας, ἢ σκάλοπας· ἀπὸ γῆς σκάπτειν. Hesych. quidam Latinè etiam murem aranеum, murem cæcum appellant. Ἰνδικὸς, talpa, Hesych. Varin. Σφῆκες, talpam ni fallor significat Lycophroni, Varinus. Σφῆκα terram interpretantur, & Σφήκειν cuacuare: vt talpa σφηκὸς dicatur, tanquam subterraneum animal, vel quod terram fodiendo vacuet. Irliocha, id est talpa, Syluaticus.

Syluaticus. Orthoponticos, id eſt, talpa. Idem. Epithera: Oculis captus, obrutus, captus lumine, apud Textorem. Πηρὸς ἀγρῶν, λαίβης, ἰδμοδὴς, ἀλαὸς, αἰτηχθὼν, Oppiano. Σπαλακία. morbus, æcitas, ἡ περὶ σὺν ὀφθαλμὸς πάθος, Varinus. Manardus in epiſtolis inter recentiora morborum nomina, teſtudinem & talpam (tumores, nimirum ab horum animalium craſſo, lato & informi corpore ſic dictos) ponit. Teſtudinem (inquit) vocant tumorem mollem, vel non valde durum, ſatis autem magnum, in quo pinguis materia, tunica quadam obtecta continetur, quæ caluariæ ita hæret, vt ipſam plerunque vitiet. Hanc non eſt dubium de numero eſſe abſceſſuum, & ſub meliceride vel atheromate contineri: videtur autem meliceris potius quàm atharoma. Cæterum talpæ ab iſtis non magnopere diſtant, niſi quòd quum albam materiam contineant, ad atharomata potius quàm melicerides referuntur, Hæc Manardus Sed videtur etiam author libri tertij de Parabilibus, (qui Galeno adſcribitur,) capite 163. per ἀσφαλακίας, interpres talpas reddit, abſceſſuum genus intelligere, diuerſum tamen à ſuperiore, & ad fiſtulas referendum propter foramina. Elues eas (inquit) primum mulſo, deinde fel bubulum injicito, & leporis ſimum, aut quod ex ſapone confectum eſt: aut rutæ ſuccum in foramina inſtillato, aut ariſtolochiam tritam cũ aceto ſubigens, in foramina infarcito. Eſt & herba ſpalax, vel vt Gaza reddit aſpalax: de qua Theophraſtus 1. 11. hiſtoriæ plantarum, Herbaceorum etiam (inquit) pleraque radices habent grandes & carnoſas, vt aſpalax (ἀσπάλαξ) crocum, perdicium. Sed nec ipſe alibi, nec alius quiſquam quod ſciam huius herbæ meminit. Aſtragalus herba craſſos carnoſosq; aliquot nodos in radicibus habet, & quærendum an ita melius quàm aſpalax legatur.

c. Formicæ Indicę, quemadmodum talpæ, ſic ad cauernarum fauces terram exaggerant Aelianus.

e. Τί δῆτα περὶ τὰ ἀσπαλάκων λέξομεν; Φοβερὸν δὲ τῷ γεωργῷ τὸ κακὸν, καὶ ἀμυσιπαγώνιστον τὸ πλῆθος, Ruſticus quidam in epiſtolis Simocati. Armo talpæ contacta ſemina vberiora eſſe quidam putant, Plinius.

h. Phineum excæcatum & in talpam mutatum, Oppianus canit circa finem lib. 2 de venatione. Ouidius tamen in Metamorphoſi ipſum & ſocios in ſaxa conuerſos ſcribit. Talparum è pellibus cubicularia vidimus ſtragula: adeò ne religio quidem à portentis ſummouet delicias. Nam religionis capax dicitur animal, Plinius. Et alibi, Peculiare vanitatis Magorum ſit argumentum, quòd animalium cunctorum talpas maximè mirantur, tot modis à rerum natura damnatas cæcitatis perpetuæ, tenebris etiamnum alijs defoſſas, ſepultiſque ſimiles. Nullis æquè credunt extis. Nullum religionis capacius iudicant animal: vt ſi quis cor eius recens palpitanſque deuorârit, diuinationis & rerum efficiendarum euentus promittant. Veteribus monumentis traditur, gallinaceorum fibras maximè dijs gratas videri, ſicut talparum (viſcera) Magi veriſſima dicunt, illiſque haud ſecus quam ſolenni victima pulcherrimè litari: hæc enim ſunt exta argutiſſima, in quibus diuina mens ineſſe creditur, Alexander ab Alex. 5. 25. Et paulò poſt, Apud Magos talparum exta & ranarum, euentus fortunatos, nonnunquam magnos caſus prædicere crediderunt. Qui animalium vaticinorum animas ſibi aſciſcere volunt, præcipua aliqua eorũ parte deuorata, animas illorum præſentes habent, vt corde coruorum, ἀσπαλάκων id eſt, talparum & accipitrum, caſq; Dei inſtar futurorum præſciat. Porphyrius lib. 2. de abſtinendo ab animatis. Vide in Bubone h. Neptuno multis in locis ἀσφαλάκους, lego ἀσφάλακας, id eſt talpas ſacrificant, & Phurnũtus ſcribit: ratione nominis duntaxat, vt videtur, quod ipſe ἀσφαλῶς, id eſt tutò & firmiter terræ fundamenta & ædificia conſiſtere faciat, vnde & Aſphalius cognominatus eſt, Gyraldus. Franciſcus Alunnus talpam Furijs infernalibus ſacram eſſe ſcribit: authorem verò non adfert.

Prouerbia, Talpa cæcior, & Talpa loquax, explicata ſunt ſupra capite tertio. Talpa Coroneam Ἀσπάλακα εἰς Κορώνειαν. Vbi quid præbetur quod odit is qui accipit: Eſt enim Coronea Boeotiæ ciuitas quæ talpam non gignit: & ſi aliunde inferatur, emoritur, Eraſmus.

DE TATO.



TATVS quadrupes peregrina. Cum iter facerem per Turchiam (inquit) Belloinus apud agyrtas & vagos pharmacopolas inueni animal quòd vulgò nominent Tatu, (Tato Scaliger: quòd è Guinea & Orbe nouo adfertur: cuius mentio nulla apud veteres. Facilè autem in longinquas regiones transfertur: quoniam natura munitum eſt duro cortice, & teſta ſquamata veluti loricatum, (*teſtis ſcutulatis loricatum ad ventrem vſque, Scaliger*:) & quia facile poteſt caro eius intrinſecus eximi abſque vlla noxa natiuæ eius figuræ. Videtur autem eſſe Herinacei ſpecies Braſiliæ inſulæ: retrahit enim ſe intra corticem ſuum, vt intra ſpinas Herinaceus. Magnitudine non excedit Porcellum mediocrem

mediocrem: & porcino generi affine videtur: quod cruribus, pedibus & roſtro refert (*roſtro paulò contractiore & latiore quàm Porcellus: cauda longiſſima ac veluti lacertacea, teſſellis item incruſtata, Scaliger.*) Iam enim in Galliam quoque allatum eſt hoc animal viuum, vbi ſeminibus & fructibus veſci viſum eſt. Sic ille: qui etiam quadrupedis huius figuram proponit, biſulcis pedibus vt in Sue, & cruribus quàm in noſtra figura altioribus, rictu etiam alio. Noſtram quidem Adrianus Marſilius à Dungen, pharmacopola Vlmenſis egregius, ad me miſit, vnà cum cortice ipſo, cauda & cruribus huius animalis: vnde picturam quoque rectiſſimè opera eius expreſſam omnino apparet: pedes in ea non biſulci, ſed multifidi ſunt: quinis in poſterioribus digitis, quaternis ante: duo quidem extremi vtrobique breuiſſimi ſunt, & introrſum ita reducti vt ferè lateant, vnguibus omnes ſatis validis muniti. Sceleti noſtri longitudo duos dodrantes (abſque cauda) æquat. Latitudo cum ſit conuexa non rectè menſuratur: ad 7. tamen digitos accedit. Cruſta illa dorſi non ad caudam vſque pertingit: ſed vacuum quatuor ferè digitorum locum relinquit, &c. Huic cognatum videtur Aiotochtli dictum animal peregrinum, de quo Cardanus: In noua Hiſpania (inquit) iuxta Aluaradum flumen, animal quadrupes eſt Aiotochtli, Fele non maius, roſtrum habens Anatis, pedes Ericij, collum longum: tegitur phalerati Equi inſtar corticibus inuicem inſertis, non vna, vt Teſtudines. Differt & ab ipſis, quòd collum & caput teſtis eiſdem contectum habet, vt ſolæ aures promineant: vnde ab Hiſpanis armatum aut contectum appellatur. Aiotochtli nomen Indorum lingua Cuniculum cucurbitalem ſonat. Sunt qui referant grunnire vt Suem: roſtroque Suis eſſe, & vngula biſida, ſed quaſi equina.

DE TIGRIDE.



A.

TIGRIS vocabulum eſt linguæ Armeniæ: nam ibi & ſagitta, & quod vehementiſſimum flumen, dicitur Tigris, Varro de ling. Lat. Tigris vocata eſt propter volucrem fugam: ſic enim nominant Perſæ & Indi ſagittam, Iſidorus. Medi tigrin ſagittam appellant, Perottus, & Euſtathius in Dionyſium. Munſterus in Dictionario ſuo trilingui vocem גיר *gir*, & girera, ſagittam interpretatur. In eodem opere hãc feram Hebraicis literis eiuſdem ſoni, quibus Latina & Græca eſt, ſcribit, טיגרוס, tigros: item עלאי, *alai*: ſic enim legendum puto: ipſe puncta vocalia non adiecit. לישׁ, *laiſch*, Iob quarto. Septuaginta vertunt μυρμηλέων (videtur legendum μυρμικολέων:) Hieronymus tigris. Sed leonem magnum & prouectæ ætatis hac voce ſignificari, docuimus in Leone A. A Iudæis Φοιφέλη vocatur animal, quod tigris à Græcis, Heſychius, Varinus. Hoc animal quia Europæ peregrinum eſt, omnes in ea populi tum barbari, tum Latini Græcique, vno & eodem nomine peregrino vtuntur. Ab Italis *tigre* vel *tigra* in recto ſingulari ſcribitur. A Gallis maſculino genere *un tigre*: à nobis neutro *tigerthier*, hoc eſt, tigris animal. Tigres vulgò dictas non verè tigres, ſed thôas maiores eſſe aliqui putant, vt dicam in B. ex Arriano. Mantichoram Pauſanias in Bœoticis, tigrin eſſe conijcit: ego leucrocutam potius, vt inter animalia hyænæ congenera declaraui.

B.

Leones & tigrides in regionibus ad Orientem & Auſtrum naſcuntur, quod maiorem caloris copiam hæc animalia

animalia deſiderent, Cælius. Tigres in India ſunt & iuxta rubrũ mare, Philoſtratus. Aſangæ Indiæ populi (vltra Gangen) tigri fera ſcatent, Plin. Ptolemæus Beſingos Perimuleis vltra Gangen vicinos tigribus infeſtari plurimis ſcribit. Megaſthenes in Praſijs tigres gigni leonibus ferè duplò maiores tradit, Strabo. In Taprobane tigrides & elephanti capiũtur, Solinus. Inter tigrium epitheta apud pœtas, Armenias & Hyrcanas legimus. Tigrin Hyrcani & Indi ferunt, Plin. Tigridũ millia multa apud Hyrcanos cernuntur, Ammianus Marcellin. Hyrcania fœta eſt tigribus, Solinus. Apollonius (inquit Philoſtratus lib. 3.) dextra quidem Gangem, ſiniſtra verò Hyphaſin fluuium habens, ad mare deſcendit cum ſocijs. Deſcendentibus autem multæ feræ, & inter cæteras tigres occurrerunt. In parte Syriæ contermina reperiuntur leones & pardales, & qui Babylonij vocantur tigres, Diodorus. Poſt Barygazam continens ad Auſtrum pertingens Dachinabades vocatur: quæ ſupra hanc eſt mediterranea regio ad Orientem, montes magnos continet, & omnigena ferarum genera, pardales, tigres, &c. Arrianus in Periplo rubri maris. Colonus Hiſpanus ex Hiſpania ſoluens ab Oriente in Occidentem diebus 26. Hiſpaniolam inſulam attigit, inde Occidentem rectà ſecutus in Guanaſſam inſulam peruenit: vnde pergens, ad milliaria decem Ciambam regionem inuenit, quæ leones & tigrides nutrit, Petrus Martyr.

Indi tigrim elephanto robuſtiorẽ multò exiſtimant, huius feræ pellem ſe vidiſſe Nearchus ſcribit, animal verò ipſum non vidiſſe: Indos verò referre, tigrim eſſe maximi equi magnitudine, velocitate & viribus beſtias omnes ſuperare: elephantum etiam, inſilientem in caput eius, facile ſuffocare. Illas vero quas nos videmus & tigres vocamus, thoas varios eſſe, & maiores quàm cæteri thoes ſint, Arrianus in Indicis. Strabo lib 15. teſtatur Megaſthenẽ ſcribere, tigres in India apud Praſios populos, magnitudine duplos ferè ad leonem, adeò valentes eſſe, vt vnus ex manſuetis à quatuor hominibus ductus ſi mulum poſteriore pede apprehenderit, ad ſe trahat. Tigris ad magnitudinem leporarij canis, (Anglici. Obſcurus Hyrcani, Arnoldus de Villanoua) & amplius excreſcit, Albert. Tigris eſt vt leo, Varro. Similis eſt lœnæ, pelle tantum varia excepta: Νῶτα μέσον ῥινοῦ, τὰ πλάγια ἐσταφύλωται. Δασέα μὲν φύσει, ἐξ αὐχένος μαχαιρωτά. Tales ei (vt lœnæ) oculi igneo ſplendore micant, & reliquum corpus ſimile eſt, nempe validum & bene carnoſum, (ὑσμηκες,) & cauda ſimiliter prolixa. Tale os, facies, ac ſimilis in ima fronte laxa pellis (epiſcynion, de qua voce plura dixi in Leone a.) nutat, & ſimiliter frendent dentes, Oppianus. Et rurſus, Τίγρεσι δ' ἀμφίπυρα κλυτὴν δέμας αἰόλλουσιν, Τῆς ἠ περιτόμοιο φύσις ὥπασε πάντα πεχνήσασα. Ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν. Tantum autem præſtat pulchritudine tigris inter alias feras, quantum inter volucres pauo. Idem libro primo de venatione, in mentione equorum quos orynges vocat. horum alij inquit, floridis decorantur maculis multis (ἀολιχῇσιν ἐπιπρέμνα ταρίχοις) ſiue tænijs oblongis tigrium inſtar, alij verò rotundis vt pantheræ. Menſis ex cedro præcipuã dos in vena criſpis, vel in vertice varijs, illud oblongo cuenit diſcurſu. ideoq́, tigrinæ appellantur: hoc intorto, & ideo tales pantherinæ vocãtur, (plura ſuper hoc loco dixi in Panthera a. inter deriuata,) Plin. Panthera & tigris macularum varietate propè ſolæ beſtiarum ſpectantur, cæteris vnus ac ſuus cuiuſq; generis color eſt, Plin. Tigres beſtias inſignes maculis notæ & pernicitas memorabiles reddiderunt, fuluo nitent, hoc fuluum nigrantibus ſegmentis interundatum, varietate apprime decet, Solinus. Albertus Solini verba non rectè inuertit, nigri colõris eſſe ſcribens, fuluis virgulis quaſi vndatim intercepti. Tibi dant variæ pectora tigres, Seneca in Hippolyto: Vbera virgata feræ Caſpiæ (i. tigridis) dixit Seneca, nimirum maculis virgatis diſtincta vt & reliquum corpus. Corpore virgato tigris, Silius. Tigris atra. Vergilio 4. Georg. Maculoſa. Ouidio 11. Metamor. Vngues habet aduncos, dentes acutos, pedem multifidum, Albertus. Omnia fermè animalia ſæua feli ſimilia ſunt, pantheræ, lynces, pardi, & forſan etiam tigrides, commune enim eſt vnguium magnitudo & robur, pellis diſtincta, verſicolor ac pulchra, caput rotundum, facies breuis, (hæc duo tigridi non conueniunt:) cauda prolixa, agilitas corporis, feritas, & cibus qui venatione acquiritur, Cardanus. Natura leonibus, ſicut & vrſis & tigribus anguſtiora (breuiora intelligo) creauit colla, quia in terra cernicem & ora non deijciunt paſcendi gratia, ſed aut ceruum inuadunt, aut bouem ouemq́; diſcerpunt, Ambroſius. Falſò creditur omne genus tigrium fœmineum eſſe, nec coire cum vllo maro, ſed ex vento concipere: capitur enim nonnunquam mas, etſi rarius, Oppianus. Ego vt tigrides omnes mares eſſe inuenio (apud authores,) ſic & vulturum genus omne fœmineum, Tzetzes.

C.

Tigrides indomitæ rancant, rugiuntq́; leones, Author Philomelæ. Si venatores raptis eius catulis nauibus abeant, mœſta in littore tigris vlulat, ὠρύεται, Philoſtratus in vita Apollonij. Qui tigridis catulũ rapuit, appropinquante fremitu, (ipſa tigride fremente,) abijcit vnum ex catulis, Plin. Oppianus tigrin & cætera lœnæ ſimilia habere ſcribit, ſi pellem maculoſam excipias. & ſimiliter inquit eius λαλαγοῦσιν ὀδόντες. Tigrin Hyrcani & Indi ferunt, animal velocitatis tremendæ, & maximè cognitæ dum capitur, Plin. Vide inferius in a. Tigres beſtias macularum notæ & pernicitas, memorabiles reddiderunt, Solin. Et rurſus, Pedum tigridis motum neſcio an velocitas an peruicacia magis adiuuet: nihil tam longum eſt quod non breui penetret, nihil adeò antecedit quod non illico aſſequatur. Cætera (præter pellem variam) ſimilis eſt lœnæ: ſed multò celerior tum hac, tũ quibuſuis velocibus feris: curſu enim ſimilis eſt Zephyro genitori, nam à vento eas concipere falſò creditur, Oppianus. Huic fabulæ forſan nimia earum velocitas occaſionem dedit. vt & equos quoſdam velociſſimos è ventis prognatos veteres fabulati ſunt, vt equos Dardani ex Borea. In Luſitania etiam equas ex vento concipere, in Equo c. ex Varrone retuli. Solam Tigrim Indis inſuperabilem eſſe dicunt, quoniam fugiendi celeritate qua ventos æquare dicitur, è conſpectu aufugit, Philoſtratus. Præter tigridem nullum animal fermè rapax, pernix eſt, Cardanus. Ocyor & cœli flammis & tigride, Lucanus lib. 5.

Indi tigrim elephanto robuſtiorem multò exiſtimant, aiunt autem eam maximi equi magnitudine eſſe, velocitate & viribus tantis, vt nullum ei animal conferri poſſit: nam ſi quando cum elephanto pugnat, inſilire in eius caput, & facile ſuffocare. Quas verò nos videmus & appellamus tigres, Nearchus ſcribit thoas varios & maiores eſſe, Arrianus in Indicis. Megaſthenes prodidit in Praſijs tigres gigni leonibus duplò ferè maiores, eo robore vt ſi de manſuetis vnus à quatuor hominibus ductus, muli poſteriorem pedem (τῶν ὀπίσθιων τοῦ ἡμιόνου: poteſt & aliter verti, vbi mulum poſteriore pede (ſuo poſteriore pede, muli pedem) apprehenderit.) comprehenderit, ad ſe trahat, Gillius ex Strabone.

Recentior quidam Græcus, qui ſub Conſtantino monomacho vixit, (cuius de natura animalium libellum manuſcriptum habeo) de Tigride & Hippotigride capita ſeparata habet. Hippotigris (inquit) ſimilis eſt onagro,

animal perniciſſimum, pelle maculoſa, colore cinereo. Huius generis feræ Romæ in Theatro exhibitę ſunt currum trahentes agente auriga, mirabili ſpectaculo: & talis currus (Tigribus iunctus regiã ſponſam vexit: Hæc ille. De tigride cicure quæ ferum leonem lacerauit, Martialis carmen extat in libro Spectaculorum epigrammate 18. Tigres in Hyrcania vrgente inedia Oxum & Maxeram amnes aliquoties natatu ſuperantes, improuiſæ finitima populantur, Am. Marcellinus.

Cibi cauſa omne animalium genus, quadrupedes præſertim maiuſculas, inuadit. Elephantum ab ea facile ſuperari, & mulum vel pede apprehenſum trahi, (à maiore ſcilicet & propriè dicta tigri,) paulò ante recitaui. Cernos, boues & oues inuadit. Ambroſius. Tigris cicur obiecto hœdo, quo cũ familiariter diu verſata erat, biduum totum abſtinuit: tertio die cum eſuriens aliud poſtularet, felem datũ diſcerpſit. Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Per ſyluas tum (tempore libidinis) ſæuus aper, tum peſſima tigris, Heu malè tum Libyæ ſolis erratur in agris, Vergil. in Georg. Coitus auerſus elephantis, camelis, tigribus, &c. quibus auerſa genitalia, Plinius & Solinus. Tigris multos parit catulos, Albert. Tigris curſu eſt ſimilis Zephyro genitori: etſi fabuloſum videatur feris ventum miſceri: falſò enim creditur omne tigrium genus fœmineum eſſe, nec coire cum vllo mare: capitur enim nonnunquam mas, etſi rarius, vt qui viſis venatoribus catulos deferre & fuga ſibi conſulere ſoleat, manente cum eis matre, Oppianus. Ex tigride & cane Indicos canes gigni confirmant: verum nõ ſtatim, ſed tertio coitu: primo enim belluinos adhuc catulos procreari aiunt: alligantur canes locis deſertis & niſi bellua incenſa libidine ſit, ſæpe lacerantur, Ariſtoteles, Idem alibi canes Indicos generari ſcribit ex cane & fera quadã ſimili, ἐκ ϑηρὸς τινὸς ὁμοίας, nomine nõ expreſſo. Plinius Hyrcanos canes ex tigribus naſci ſcribit, vt dixi in Canibus robuſtis.

D,

Tigris bellua eſt aſpera, fæua, indomita, rabida: his enim epithetis eam poëtæ cognominant. Tigres leonesq; nunquam feritatem exuunt, aliquando ſubmittunt, & cum minimè expectaueris, exaſperatur torui tas mitigata, Seneca in epiſtolis. Leonibus manus magiſter inſerit, oſculatur tigrim ſuus cuſtos, Ibidem citante Crinito. Indi ad ſuum regẽ afferunt tigres domitos, cicures pantheras, &c. Aelianus. Plutarchus (in libro Vtra animaliũ, &c.) ſcribit hœdum quo cum tigridi viuendi conſuetudo fuiſſet, cum deuorandum huic quidam obiecciſſent, eiuſmodi feram, quamuis alterius cibi nulla facultas eſſet ab edendo non modò ſe ſuſtentaſſe toto biduo, verum etiam vt alium cibum petere intelligeretur, caueam (galeagram) qua contineretur diſtraxiſſe, & dirupiſſe. Eandem hiſtoriam de pardali, quæ hœdum ſecum nutritum attingere noluerit, ex Aeliano retuli in Panthera D. Tigris animal eſt ſæuiſſimum, & incomparabili rabe ſequens, præcipuè quando raptis catulis inſequitur venatores, Phyſiologus. Leones, pantheræ & tigrides, fœtus ſuos vehementer amant & pro ipſis contra venatores pugnando, quæuis tela & mortem quoq; contemnunt, Oppianus lib 3 de venatione. De ijſdem & lyncibus ibidem ſcribit, quod cum ad latibula ſua reuerſæ catulos ſibi ablatos non reperiunt, magno & miſerabili eos vlulatu plangant. Tigris mas rarò capitur: nam viſis venatoribus relictis catulis in fugam ſe conijcit: fœmina verò cum catulis manet, & animo mœſta à lætis venatoribus irretita capitur, Oppianus. Plura adferemus mox ſequẽti capite. Tigris etiam (ſimilia proximè de elephanto dixerat) feris cæteris truculenta, atq; ipſa elephanti quoque ſpernens veſtigia, homine viſo transferre dicitur protinus catulos, Plin.

Quæ animalia tigris inuadat, laniet, aut ſuffocet, præcedẽti capite dixi: videtur enim cibi duntaxat gratia, quæcunq; conſequi poteſt, interimere.

Tigrem dicunt ſi tympanorum ſono obſtrepatur, inſanire atq; furere, ſeſeq; diſcerpere & lacerare, Aelian.

E.

Tigris viuus capi adhuc non potuit, Varro de lingua Lat. Iuxta Gangen Indiæ fluuium bugloſſo ſimilis herba naſcitur, cuius ſuccum expreſſum Indi ſeruant, & intempeſta nocte latibulis tigrium aſpergũt, vnde illæ ſic afficiuntur, vt cum progredi nequeant, immoriantur, (εἰ δή ἁλῷ γε ὑπ' ἀνϑρώπων ἡ ἐκχυθεῖσα πανταχοῦ, περιχωσάσης μὴ δυνάμενον ἀφιέναι,) vt Calliſthenes prodit tertio de venatione, Plutarchus in libro de fluuijs. Tigrin Hyrcani & Indi ferunt, animal velocitatis tremendæ, & maxime cognitæ dum capitur. Totus enim fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur equo quàm maxime pernici, atq; in recentem ſubinde transfertur. At vbi vacuum cubile reperit fœta (maribus enim cura non eſt ſobolis) fertur præceps odore veſtigans. Raptor appropinquante fremitu, abijcit vnum ex catulis. Tollit illa morſu, & pondere etiam ocyor acta remeat, iterumq; conſequitur & ſubinde, donec in nauem egreſſo irrita feritas fæuit in littore, Plin. Tigrium potentia (velocitas) maximè probatur, cum maternis curis incitantur, cum catulorum inſiſtunt raptoribus. Succedant ſibi equites licet, & aſtu quantolibet amoliri prædam velint, niſi in præſidio maria fuerint, fruſtra eſt auſum omne. Notantur frequentiſſimè, ſi quando latrones (venatores) ſuis aſportatis catulis renauigantes vident, in littore irrita rabie ſe dare præcipites, velut propriam tarditatem volũtaria caſtigantes ruina: quanquam de fœtu vniuerſo vix vnus queat ſubtrahi, Solinus. Ad naues vſq; procedere tigrim ferunt catulorum repetundorũ gratia, illiſq; receptis cum gaudio abire, quod ſi ablatis catulis abeuntes naues aſpiciat, mœſtam in littore vlulare, (vide etiam ſupra in D.) quandoq; etiam ob doloris magnitudinem mori, Philoſtrat. lib. 2. de vita Apollonij. Mas raro capitur: nam venatoribus conſpectis, catulos deſerit & fugit: fœmina verò cum eis manens, irretita à venatoribus capitur, Oppianus. Venatores quidam ſphæras vitreas catulorũ quos rapuerint inſequentibus matribus obijciunt, quas illæ intuentes, imagine quam ipſæ reddunt decipiuntur. vt catulos ſubeſſe putent, idq; eo magis, quod ſphęra moueatur, ceu viuum in ſe animal continens. Sed cum tigris ſphæram pedibus confringit, vt catulo potiatur, deluſam ſe videns pergit inſequi. Illi alias ſubinde ſphæras obijciunt, deluduntq;, donec ad ciuitates vel naues cuadant, Albertus. Darienen inſulam noui Orbis in Oceano Occidentali, quæ octo ferè dierum nauigatione ab Hiſpaniola diſtat, infeſtatam anno ſuperiore (circa annum Domini 1514.) aiunt, ita vt integro ſemeſtri tempore, nox nulla indemnis abierit, quin vel iuuenca aut equa, canis aut porcus, intra vici ipſius vias interimeretur. Armẽta gregesq; iam aſſequuntur, imò & minimè tutò referunt, domo exiſſe quenquam eo tempore, quando præcipue catulos alebat: tunc nanq; adoriebatur & homines, fame vrgente catulorum, ſi homines prius occurriſſent quàm brutum animal. Neceſſitate cogente tandẽ ars inuenta eſt, qua tanti ſanguinis pœnas lucret: exploratis anguſtijs ſemitarum, quibus

quibus è cauernarum latebris ad prædam noctu prodire ſolebat, iter ſciſſum eſt. Excauatam ſcrobem cratibus & egeſta terra, parte ſuperuacua diſperſa, ſtrauerunt. Veniens incautus, mas quidem erat, tigris decidit in foueam, & ſudibus acutis in ſcrobis fundo fixis inhæſit. Rancatu ſuo vniuerſam obtundebat viciniam, & montes illo ſtridore reboabant. Saxis ingentibus è foſſæ ſupercilijs in eum ſudibus infixum deiectis, peremptus eſt. In mille aſſulas & mille fruſtula, fixa dextra, directas haſtas & ab alto iaculatas dirumpebat. Semianimis & exanguis formidine replebat intuentes. Ioannes quidam Ledeſma Hiſpalenſis, de tigride illo ſe comediſſe faſſus eſt, bouina carne nihilò deteriorem eſſe mihi retulit. Vnde tigridem eſſe dicãt interrogati, qui nunquam tigridem viderunt: reſpondent, à maculis, à feritate, à dexteritate, à ſignisq; alijs ab authoribus datis tigrim arbitrari. Cum & pardos & pantheras maculatos ex ipſis pleriq; ſe vidiſſe prædicent. Tigride mare perempto, montes verſus veſtigia illius ſecuti, antrum coniugale ipſius domicilium adeunt, duos, abſente genittice, catulos vberibus adhuc matris indigos auferunt. Mutato conſilio, quo grandiuſculos effectos in Hiſpaniam poſt hæc mitterent, ferreis catenis diligenter in colla compoſitis, ad maternum antrum paruulos reportant lactandos. Poſt paucos inde dies regreſſi ad ſpeluncam, catenis nil ſuo loco mutatis, vacuam reperêre ſpeluncam. Putant à matre in fruſta præ rabie dilaceratos, ablatosq; ne quiſquam eis frueretur. Aſſeuerant nanq; ſolui è catenis nullo pacto potuiſſe viuos. Pellis peremptæ tigridis ad Hiſpaniolam, ſiccis herbis & culmo farcta, miſſa eſt ad Almirantum & primores. Qui à tigride incommoda paſſi ſunt, & qui pellem eius tractarunt, hæc mihi diſſeruerunt, quæ dant accipimus, Petrus Martyr Oceanææ Decadis 3 lib. 2.

Diuus Auguſtus Q. Tuberone, Fabio Maximo coſs. quarto nonas Maij, theatri Marcelli dedicatione, tigrin primus omnium Romæ oſtendit in cauea manſuefactam: diuus verò Claudius ſimul quatuor, Plin. Inter munera Auguſto miſſa ab Indis, tigres Romæ viſæ fuêre primo, vt author eſt Dion, Cælius. Fuerũt ſub Gordiano Romæ tigres decem. leones manſueti ſexaginta, &c. Iul. Capitolinus. Heliogabalus portentoſi ingenij imperator, leones & tigres ad currum iunxit, Cybelem ſe & Liberum patrem vocitans, Textor ex Lampridio. Meminit etiam Crinitus 16. 10. Picto quòd iuga delicata collo Pardus ſuſtinet, improbæq; tigres Indulgent patientiam flagello, Martialis in libro Spectaculorum epigrammate 148. Romæ in triumpho Aureliani fuerunt tigrides quatuor, camelopardali, alces. Vopiſcus. Edita munera in quibus præter alia diuerſa ex toto orbe terrarum, tigrides exhibuit, Capitolinus in Antonino Pio.

F.

Menſæ apud Indos imponuntur leones, apri, & tigrium clunes. Cæteris enim animalis huius partibus veſci Indi prohibentur, Philoſtratus lib. 2. de vita Apollon. Qui in Dariente inſula tigrinam carnem guſtauit, bubulâ nihilò deteriorem eſſe retulit, vt præcedenti capite recitaui.

H. a.

2. Tigris ab alijs aliter ſcribitur, inflexione etiam & genere non ijſdem vtuntur authores. Τίγρις, cum animal ſignificat: τίγρης verò, cum fluuium, Suidas, ſed hanc diſtinctionem non video obſeruari. Τίγρις ὑπὸ τῶν Φερσῶν, Dionyſius Afer de fluuio. Τίγρις iôta habet in vltima (inquit Euſtathius Dionyſij Scholiaſtes,) quod inflexio indicat. genitiuus enim Τίγριδος eſt apud Ariſtotelem & Dionyſium: vt ἴδρις, ἴδριδος, vt genitiuus Atticus inde fiat τίγριος. Arrianus tamen per d. inflectit, Τίγριδος, vt etiam author fabulæ Suſannæ, Damaſcenus vt inſcriptio præ ſe fert. Sic & à vocabulo Apis gignendi caſum alij Ἄπιδος faciunt, alij Ἄπιος. Sunt qui ſcribant τίγρης, τίγρητος, vt nomina in ης Iambica. Apud Iulianum quidem & Arrianum de geſtis Alexandri, reperitur etiam Πίγρης, de fluuio, per p. ab initio. Eſt & Paphlagoniæ fluuius Tigris, τίγρις, τίγριδος Xenophonti. Hæc Euſtathius poſſunt autem omnia ſic accipi, vt tam de animali quàm de fluuio intelligantur. Πίγρης tantum per p. ad fluuium propriè pertinere videtur. Ego in Arriani Indicis inuenio τίγρης, τίγρητος, τίγρω, de animali. Græci authores, quos ego viderim, omnes ſine delta inflectunt. Latini verò aliquot cum delta, præſertim recentiores. Tigrides enim legimus apud Solinum, Capitolinum, & authorem Philomelæ: Tigridum, apud Am. Marcellinum: Tigridibus, apud Capitolinum. Ocyor tigride. Lucanus lib. 5. Tigrin, tigrim, & tigrem, apud veteres Latinos reperio, omnia in accuſandi caſu. Legimus & in plurali numero apud claſſicos authores, Plinium, Senecam, &c. tigres, tigrium, tigribus. Tu (alloquitur teſtudinem inſtrumentũ muſicum) potes tigreis, comitesq; ſyluas Ducere, Horatius Carminum 3. 11. Idem in libro de Arte, primam huius vocis corripuit, *Dictus ob hoc lenire tigres, rapidosq; leones*, de Orpheo. Tigris qui eſt vt leo, qui viuus capi adhuc non potuit, Varro genere maſculino. Plinius & alij Latini omnes, ni fallor, fœminino genere efferunt. Græci verò pleriq; in maſculino Pauſanias, Oppianus, Strabo: qui τίγρεως μεγίστης dixit. Plutarchus vero in libro Vtra animalium, &c. fœmininum fecit.

Alſebha Arabicè eſt nomen commune ad omnia quadrupedum genera, quæ dentibus & vnguibus ſuis aggrediuntur homines mordendo & lacerando, & quandoq; mortem inferendo, vt leo, lupus, tigris, & ſimilia, Belunenſis. Vetus Auicennæ interpres lupos vertere ſolet. A fluuio dicor, fluuius vel dicitur ex me, Iunctaq; ſum vento, vento velocior ipſo, Et mihi dat ventus natos, nec quæro maritos, Camerarius in Exercitijs rhetoricis, eſt autem ænigma de tigri.

Epitheta. Armeniæ tigres, Vergilius 5. Aeglogа. Atqui non ego te tigris vt aſpera, Getulúsue leo frangere perſequor, Horatius 1. Carm. Atra, Vergil. 4. Georg. Gangetica Ouidius 6. Metam. Hyrcanæq; admorunt vbera tigres, Virg. 4. Aencid. in ſæuum & crudelem. Improbæ, Martialis. Indomitæ, Author Philomelæ. Maculoſa, Ouidius 11. Metamorphoſeos. Tum peſſima tigris, Virg. Georg. 3. At rabidæ tigres abſunt, & ſæua leonũ Semina, Vergilius de Italia. Quis ſcit an hæc ſæuas inſula tigres habet? Ouidius epiſto. 10. Tibi dant variæ pectora tigres, Seneca in Hippolyto. Virgatæ. Ibidem. Et præterea apud Textorem, Tigres acerbæ, Afræ, aſperæ, auidæ, capiſtratæ, Caſpiæ carcheſiæ, Caucaſeæ, concitæ, dentatæ, efferæ, feræ, furibundæ, immanes, Indæ, Martiæ, Parthicæ, pedeſtres nuæ, rabioſæ, rapidæ, rigidæ, ſæuæ, truces, ſpumantes, validæ, violentæ.

Τίγρεις αἰολόνωτοι, Oppianus. Τίγρεις ἴδιαι ποικιλανχένων ζαθύρροιο ῥοάων, Idem. Et alibi, Δυσμαίνει γάρ τε ἴδιος πολυκυμβίος ἁλὸς αἰνοτάτῳ, de tigride mare.

Tigrinus, adiectiuum. Menſæ tigrinæ Plinio dicuntur, vt ſupra retuli: quæ oblongo venarum diſcurſu ſunt,

tales apud nos ex acere & fraxino fiunt,& vt resplendeant flauo pigmento (vernicem vulgus vocat) illinuntur.

Tigris nomen est nauis Massici apud Vergilium libro decimo Aeneidos.

Hippotigrin animal celebratum inueniasin Antonino Caracalla ex Dionis Nicæi historia, Cælius.

Tigris viri nomẽ in epigrammate quod Suidas citat in dictione Βολίς: Τίγρις μὲν πλατοῖσιν ἐφεὶς βέλεσι τὸ δ' ἀτίλωτον Κλυτοῦ Θ. τὸ θηρὸς ἀκίμ. ἐφημοσύνῃς. Tigris Ouidio inter canes Alcæonis numeratur. Nominibus canes non longissimis appellandi sunt,quo celerius quisq; vocatus exaudiat, nec tamen breuioribus quàm quæ duabus syllabis enuncientur, vt sunt Scylax, Ferox: aut fœmina, Lupa, Cerua, Tigris, Varro. Tigranes rex fuit Armeniæ maioris quem primò Lucullus,deinde Pompeius Magnus vicit. Est & fluuij nomen.

Tigris appellatur ingens fluuius,propter velocitatem,qui instar bestiæ nimia pernicitate decurrit. Hic de paradiso exiens,iuxta Scripturæ fidem,pergensq; contra Assyrios,post multos circuitus (Iosepho teste)in mare rubrum defluit.Plura leges in Onomastico. De scriptione & inflexione huius vocabuli attuli quædam superius ab initio huius capitis. Quaq; caput rapido tollit cum Tigride magnus Euphrates,Lucanus. Τίγρις, fluuius Persarum,& fluuij sonitus,ἠχὴ Θ. Hesychius. Tigris rapidissimus fluuiorum est,vt nullus ei pernicitate conferri possit:quamobrem Tigris vocatur,quod iaculum vel sagittam velocitate æquet. Medi enim sagittam tigrin vocant. Sic & Acis Siciliæ fluuius apud Theocritum dictus videtur,quod ἀκὶς,id est spiculo vel telo celeritas eius compararetur. Aliqui tamen malunt à tigri fera nominatũ hunc fluuium.Fabulantur enim quod cum Sylax (Σύλαξ,apud Plutarchum de fluuijs) hic amnis vocaretur,hoc est κατωφερὴς, (nimirum à præcipiti & prono lapsu, quo in Araxem & Arsacidem paludem deuoluitur,) postea tigris appellatus sit,hanc ob causam. Bacchus ab irata Iunone ad insaniam redactus cum passim temere vagaretur ad hoc flumen peruenit, & cum de traiectu anxius hæreret, miseratus eum pater Iupiter,tigrin feram mittit,qua vectus ille traiecit, vnde fluuio nomen impositum. Sed etiam citra fabulam à feræ huius summa & incomparabili pernicitate nomen ei aptè imponi potuit.Hic fluuius intelligitur etiam in doloso illo oraculo quod Iuliano redditum est,promittens insignia quædam facinora ædenda περὶ θηρὶ πνεύμ., τίγρις ἀφ' ὃν τὸ θηρίον τίγρις. Eustathius in Dionysium Afrum scribens. Addit & Arriani ex opere de gestis Alexandri verba:Euphrates & Tigres, (Τίγρης,aliàs Πίγρης) fluuij, mediam inter se Assyriam includunt. Vnde & Mesopotamia ab incolis Tigres vocatur (ipsa potius regio sic vocatur, vt & Dionysius poëta canit.) & humilior est Euphrate. Sed aliam cur Tigris sic dictus sit fabulam Hermesianax affert: Dionysius (inquit) cum Alphesibœam nympham ad amorem suum nec donis nec precibus pellicere posset,in tigrin feram mutatus metu consternatam per fluuium transuexit, & Medum filium ex ea genuit, qui iam adultus in rei memoriã fluuium appellauit Tigrin,Plutarchus in libro de fluuijs. Tigrin aiunt prope hostia quibus in mare se exonerat, Pasitigrin vocari,quasi non amplius simplicem sed πασῶν τίγρη, propter multos in se receptos amnes, Eustathius in Dionysium. Desle Arabicè est fluuius in Mesopotamia,iuxta quem erat ciuitas Niniue, & apud Latinos Tigris nominatur,&c. Bellunensis in glossis in Auicennam. Tigris minor & Delas fluuij, Apameam Mesenorum ciuitatem circundant,Stephanus. Tigris Xenophonti Paphlagoniæ fluuius est triplethros, hoc est trium iugerum latitudine. Herodotus etiam scribit non vnum solum esse tigrin,sed alterum etiam & tertium,qui nec idem sint, nec ex eodem fluant,sed nomen tantum commune habeant, Eustathius. Tigrana Ptolemæo 2. 6. oppidum est Mediæ in mediterraneis. Τιγρανόκερτα, τὰ apud Stephanum & Strabonem,vrbs est iuxta Armeniam,quasi Tigrani ciuitas:nam Parthis certa ciuitas est.Inhabitauit autem eam Tigranes Armeniæ rex.

b. In rubri maris insula esse fruticem baculis tantum idoneæ crassitudinis, varium tigrium maculis, ponderosum,& cum in spissiora decidit vitri modo fragilem,Alexandri Magni comites prodiderunt,Plinius. In Tylo Arabiæ insula ex arbore quadam baculos faciunt pulchros & varios instar pellis tigridis, ὃ τίγρεον, Theophrast, 5.6. de hist.

c. Cum Maximinus omnia in viribus suis ita poneret,quasi non posset occidi,quidam in theatro præsente illo dicitur versus Græcos dixisse,quorum hæc erat Latina sententia: Qui ab vno non potest occidi, à multis occiditur. Tigris fortis est & occiditur,&c. Iulius Capitolinus. Turrigeros elephantorũ miramur humeros, tigrium rapinas,&c. Plin. Tigris vt auditis diuersa valle duorũ Extimulata fame mugitibus armentorum, Nescit vtro potius ruat,& ruere ardet vtroq;. Sic dubius Perseus dextra læuáue feratur, Ouidius 5.Metam. Veluti Gangetica cerua Lactentem fœtum per syluas tigris opacas,&c. Idem 6.Metam.

d. Hoc ego si patiar,tum me de tigride natam, Tum ferrũ & scopulos gestare in corde fatebor, Medea apud Ouidium 7.Metam. Syluestres homines Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus, Dictus ob hoc lenire tigres,rapidosq; leones,Horatius de Arte. Tigridis exuuiæ per dorsum à vertice pendent, Virgil. Aeneid.11.

h, Bacchus in curru, quem summum texerat vuis, Tigribus adiunctis aurea lora dabat, Ouidius 1. de Arte. Hac (virtute) te merentẽ Bacche pater tuæ Vexêre tigres,indocili iugum Collo trahentes,Horatius Carm.3.5. Sed de tigribus alijsq; feris maculosis Baccho sacris,plura dixi in Panthera h. Heliogabalus tigres iunxit, Liberum sese vocans,Lampridius.

Poëtis quidem omnia licent,sed cum aliqua verisimilitudine, non vt Serpentes auibus geminentur, tigribus agni,Horatius de Arte.

Protei conformatio in diuersa corpora, imaginum falsarum rationem continet quibus deludimur.
Est qui expleſſe iram,crudelitatis conceptaculum,inter optata maximè opinatur,
tunc in tigridem demutatio recognoscitur,&c. Cælius.

DE

Digitized by Google

DE VRSO.

A.

VRSVS Hebræis eſt דוב, dob, communis generis, plurale דובים, dubim. Primo Regum cap. 17. Arabice legitur dubbe, (quo nomine Saracenos etiã hodie vti quidã prodidit,) Chaldaice דובא, duba. Aldub vrſus eſt, Bellunenſis. Δαβλὰ vrſus Chaldæis, Heſych. Varin. Auicennæ vetus interpres alicubi adib, id eſt. lupum cum aldub, id eſt vrſo confundit: Vide in Lupo A. Adraces, id eſt teſticuli vrſi, Syluaticus. Maractis, id eſt fel vrſi, Idem, videtur autem nomen ineptè compoſitum, ex diuerſis linguis, nempe à marah quod fel Hebræis, & arctos, ἄρκτος, quod Græcis vrſum ſonat. Itali hoc animal vocant orſo: Galli, ours. Hiſpani ſimiliter Italis orſo: alij tamen ſine r. oſo vel oſſo proferunt. Germani *baer*, vel (vt alij ſcribunt) *beer*. Angli ſimiliter *beer* vel *beare*. Illyrica lingua variat: nam Bohemi nedwed appellant: Poloni *niedwer*, per anadiploſin (vt apparet) Germanici vocabuli.

B.

Vrſos multos regiones frigidæ gignunt, & quidem fuſcos aut nigros, quorũ duo ſunt genera: magni & paruí, hi facilius arbores ſcandũt, & in tantam magnitudinem, in quantam illi nunquã creſcunt, Ge. Agricola. Paruum vrſorum genus audio ab Heluetijs noſtris vocari *ſteinbaren*, id eſt ſaxatiles aut ſaxorum incolas vrſos. Maiores, in quibuſdam Germaniæ locis, *hauptbaren*, quaſi capitales vrſos. Vrſus alius vulgò notus eſt, & alius aquaticus colore albo, qui ſub aqua venatur vt lutra & caſtor, Albertus. Sunt quædam genera vrſorum alborum & canum & luporum, & ſimilium quorundam animalium amphibia, quæ tam in aqua quàm in terra verſantur, Idẽ. In Oceani inſulis ad Septentrionem, diuerſis locis, Iſlandiæ præcipue, magni & ſæui vrſi albi reperiuntur, qui manibus ſuis glaciem frangunt, & è foraminibus extractos piſces deuorant, vt Olaus Magnus annotauit. Vrſi circa mare glaciale reperiũtur albi vnguibus nigris, vt plurimum in mari degentes, niſi tempeſtas cogat exire: Reduti binas eiuſmodi pelles, Sigiſmundus liber Baro in Herberſtein. Sed de vrſis albis plura adferam paulò poſt. Abundant vrſi in alpinis Heluetiæ regionibus, magni, validi, & præ cæteris animoſi, ita vt robuſtos etiam equos & boues lanient, quamobrem ab incolis magno ſtudio capiuntur, Stumpfius.

Formicæ nimiũ abundant in occidentalis Indię partibus nonnullis. Ibi gignitur animal quod vocant VRSVM FORMICARIVM, quod lingua eas rapiat depaſcaturq́; atque ſic regionis iacturæ prouiſum eſt, cum ad nullum alium vſum hoc animal paratum videatur, neque enim ferum eſt, nec mordax: dictumq́; potius vrſus à ſimilitudine corporis, quàm à robore vel feritate, hoc linguæ humore diſcutit ac diſijcit ſolidiſſimas formicarum domos. inde etiam his diſiectis linguæ hærentes ad ſe trahit ac deuorat, Cardanus. Vrſus & Picus formicis veſcuntur, Scaliger.

Elephanti ſi à Libya dicti eſſent Lucæ boues, fortaſſe pantheræ quoq; & leones non Africanæ beſtiæ dicerentur, ſed Lucæ. Sin ab Lucanis, vrſi cur potius Lucani quàm Luci dicti? Varro de lingua Latina. Et rurſus, Vrſi

Lucana origo, vel vnde illi noſtri ab ipſius voce (ſed locus mihi corruptus videtur.) Vrſi Perſici vitra omnẽ rabiem ſæuiunt, Marcellinus lib. 24. Quod freno Libyci domantur vrſi, Martialis. Numidici vrſi forma cæteris præſtant, rabie duntaxat & villis profundioribus, Solinus. Seruatum eſt (inquit Crinitus) in Romanis Annalibus relatum, vrſos Numidicos in Circo Romano ab ædilibus æditos M. Piſone & M. Meſſala coſſ. quam rem C. Plinius mirari ſe plurimum refert, quod etiam Numidicos additum ſit, cum in ipſa (vt inquit) Africa minimè vrſi gignantur. Ego etſi à Plinij authoritate non cenſeam penitus diffidendum, non tamen prætermittam quo minus ea de vrſis Numidicis aſcribam, quæ cum publica Annalium authoritate cõueniant. Poſt hæc recitatis Solini verbis, tum illis quæ nos iam attulimus tum illis quibus Annalium verba continentur, vt apud Plinium quoq;, addit: Herodotus quoq; Halicarnaſſeus idem ſenſit de vrſis Libycis. vt poetas noſtros mittamus qui apertè probãt fuiſſe Numidas vrſos maximè celeres: nam & Numidas & Libycos paſſim appellitant, cuiuſmodi illud, Profuit ergo nihil miſero, quod comminus vrſos Figebat Numidas Albana nudus arena, Hæc ille. Mirabile in Africa, nec apros, nec ceruos, nec vrſos eſſe, Plinius 8 36. Atqui Herodotus lib. 4. ceruum & aprum duntaxat in Africa reperiri negat, & Ariſtot. de hiſt. anim. 8. 28. ceruum, aprum, & capram ſylueſtrẽ. vel, vt Plinius transfert, capream: vrſum verò de ſuo addit: lapſus, vt puto, memoria, cum Cretæ non Africæ vrſos deeſſe dicere debuiſſet: nam proximè ante Cretæ meminerat, his verbis, Mirabile in Creta ceruos, præterquam in Cydoniatarum regione, nõ eſſe: item apros & attragenas, herinaceos. Vrſos verò Cretam non alere hoc loco non meminit, quod tamen alibi aſſerit: In Olympo (inquiens) Macedoniæ monte non ſunt lupi, nec in Creta inſula, ibi quidem non vulpes vrſiue. Et Ariſtoteles in Mirabilibus: In Creta (inquit) lupos, vrſos, viperas, & his ſimiles feras naſci negant, eò quod Iupiter in ea natus ſit. Angliam quoq; vrſis carere audio. In extrema Arabiæ regione à Dira vſq; ad Auſtri cornu circa vltimum promontorium, vrſi reperiuntur carniuori, qui noſtros & magnitudine & celeritate longè exuperant, colore fului, (πυῤῥοί, ruffi.) Strabo lib. 16. Apud Roxolanos & Lituanos ingentes hodie venantur vrſos, qui regibus illis ſunt etiam in delitijs manſuefacti, Volaterranus. In Myſia aiunt genus eſſe vrſorum alborũ, qui cum à venatoribus vrgentur, talem halitum edant, qui canum carnes putrefaciat, & aliorum quoque animalium cibo ineptas efficiat. Quod ſi quis inſtet & propius accedat, phlegma copioſum ore emittunt, quo canum ora affiat, & ſimiliter hominum, ita vt vel ſuffocet vel excæcet, Ariſtoteles in Mirabilibus. Myſia albos vrſos gignit, qui piſces vt lutra & fiber capiunt, Ge. Agricola, ſed quærendum an Myſij illi vrſi albi, quorum Ariſtoteles meminit, terreſtres tantum non amphibij ſint. Pauſanias in Arcadicis meminit vidiſſe ſe apros albos, & vrſos Thracios albos, quos homines priuati poſſederint. Aethiopiæ rex in epiſtola quam Hebraicè ad Pontificem Romanum ſcripſit, camelos & vrſos albos in regno ſuo reperiri teſtatur. Iam perdix viſa eſt alba, & coruus, & paſſer, & vrſa, Ariſtoteles in libello de coloribus, Ruellio interprete, vide in Ceruo a quamuis in codicibus vulgatis habetur, ἢ μέλας ἀλέκτωρ ἀλφηςὶς ἔλαφος ἢ ἄρκτος &c. Ruellius non μέλας, ſed λάδνος legit, quod probo. Vrſos niueo colore candẽtes in ſyluis Moſchouitis, & Lithuanicis reperiri, certius eſt quam affirmari opus ſit, cùm id quotidie aſpicimus, etiam aliquando nobilium matronarum rhedas ſex equis ductas, à ſella vſq; ad caput exuuijs alborũ vrſorum contectas. Parere tam albos quàm nigros more aliorum animalium certum eſt, cum etiam ante aliquot annos in ſuburbano Regiæ maieſtatis vrſa captiua pepererit, Ioh. Bonar de Balicze illuſtris baro Caſtellanus.

Vrſus animal eſt humidum valde & informe, Albertus. Vergilius vrſos informes, Ouidius turpes dixit. Quid niſi pondus iners, ſtolidæq; ferocia mentis? Ouidius in Halieut. de vrſo. Corpus ei craſſum & vix mobile, Albertus. Vrſos multos regiones frigidæ gignunt, & quidem fuſcos aut nigros, Ge. Agricola. Sunt qui vrſum ſemper creſcere affirment: & ſanè inueniuntur aliquando vrſi longitudine quindecim (quinque) cubitorum. Sunt autem apud nos nigri, fuſci, & albi, Albertus. Forte pellem vrſinam dum hæc commentabar, Viennæ vidi ex Lituania allatam, longitudinis cubitorum quinq;, latitudinis tantæ vt quodlibet vel bouis tergus vinceret: quæ Cæſari Maximiliano tum in Thermis Badenſibus lauãti oblata, ſummæ admirationi fuit, Vadianus in Melam. Vrſi pellis ſpiſſa & villoſa eſt, Albertus. Numidicis vrſis villi profundiores, Solinus. Illis qui ad diſſectionẽ partium humani corporis præparari volunt, ſi deſint ſimiæ aut ſimiles eis animantes: alias deligent quibus artuum extrema in digitos quinq; diſcreta ſint, &c. & niſi commodior alia contigerit, vrſum & leonem. & omnia quę ſerratis dentibus ſunt, Galenus de anatomicis admin. Credit Theophraſtus per id tempus (cũ latitant hyeme) coctas quoq; vrſorum carnes, ſi aſſeruentur, creſcere, Plin. & Albertus. Vide paulò mox in Adrpe. Eodem tempore (cum latitant) ſanguinis exiguas circa cor tantum guttas, reliquo corpori nihil ineſſe Theophraſtus credit. Idem. Vrſis nulla eſt medulla, Plinius. Axungia & laridum ſunt in animalibus non cornigeris, quorum quatuor dentes vt plurimum prominent, vt ſunt, porcus, glis, felis, canis, vrſus, &c. Monachi in Meſuẽ. Valde mirabile eſt quod circa adipem vrſi contingit, qui eo tempore quo latitant vrſi, in vaſis attollitur & replet ea. Theophraſtus in libro de odoribus. (Idem paulò ante de carnibus vrſi ex Plinio diximus, Theophraſtum citante.) In Mirabilibus etiam Ariſtotelis legimus vrſinum adipem latente hoc animali augeri in vaſis eaque excedere. His adijciam Oppiani verſus de vrſi corpore & aliquot eius partibus:

Λάχνῃσι μὲν πυκιῇσὶ δέρας αἰπὺν ἀμφιέσαντο,
Καρχαρέαν, αὐλόμυρον, τανυσὶν στόμα χυσαίνῃσι,
Χεῖρες χαροπὸν βρετῶν ἴκελαι, πόδες ἠδὲ πόδεσσι.
Μορφὴν δ' οὐκ ἀγαθὴν πεπαμένος, οὐδ' ἐνὶ θυμῷ
Ὄμμα δαὴς, σφυρὸν ἰσχίῳ ὑπὸ πυκνὸν, ὀδμὴς ἰωχμαλέωτερ.

Inualidiſſimum vrſo caput, quod leoni fortiſſimum, ideo vrgente vi præcipitaturi ſe ex aliqua rupe, manibus ró operto iaciuntur, ac ſæpe in harena colapho infracto exanimantur, Plin.

Inualidum vrſis caput, Solinus: ſed præcipuè ſynciput, Albertus. Capitis oſſa infirmiſſima eſſe vrſis, duriſſima pſittacis, ſuo diximus loco, Plinius. Os ſiue roſtrum vrſi oblongum eſt, inſtar fermè ſuilli, Mich. Herus. Os longum vrſo Gillius ex Oppiano. Vtrinq; dentatus eſt. Dentibus exertis armatus, Gillius ex Oppiano: qui tamẽ non χαυλιόδοντα, hoc eſt dentibus exertis vrſum eſſe ſcribit: ſed os eius καρχαρέαν eſſe, hoc eſt ſerratis dentibus, vt canes ſunt. Vrſus ideireo dentibus retia non lacerat, quod ijs bene penitus recondĩtis, ea ipſa propter labrorum craſſitudinem aſſequi non poſſit, Gillius (ex Plutarcho de cauſis naturalibus.) Natura leonibus, ſicut & vrſis & tigribus anguſtiora (breuiora) creauit colla, quia in terra ceruicem & ora deijciunt paſcẽdi gratia: ſed aut ceruum inuadunt, aut bouẽ ouemq; diſcerpunt. Ambroſius. Vrſo ventriculus eſt amplus, Ariſtot. Venter ei vnus, ac poſt ventrem inteſtinum, ſicut & lupo, eſt autem in aliquibus animalibus venter maior, vt in porco & vrſo, vt quidam obſcuri ex Ariſtotele citant. Vrſæ mammas habent quaternas, Ariſtot. & Plinius.

Genitale

Genitale vrſi, ſimul vt expirauerit, corneſcere aiunt, Plin. Homini genua & cubita contraria: item vrſis & ſimiarum generi, ob id minimè pernicibus, Plin. Vrſa pedes habet manibus ſimiles, Ariſtoteles. Extrema ſimilia habet homini, Albertus. Manus earum ſimiles humanis manibus, & pedes pedibus, Oppianus. Vrſis vis maxima in brachijs & lumbis: vnde interdum poſticis pedibus inſiſtunt, Solin. Cameli pes imus veſtigio carnoſo eſt, vt vrſi, qua de cauſa in longiore itinere fatiſcunt, Plin. Noſtri manus, id eſt anteriores pedes vrſi vocant *datzen* vel *taapen*. Armati vnguibus vrſi, Ouidius 10. Metam. Vrſis natura caudam diminuit, quòd reliquum corpus admodum piloſum ſit, Ariſtot. Caudæ paruæ ſunt villoſis animalibus, vt vrſis, Plin.

C.

Vrſus animal eſt humidum valde & informe, Albertus. Valde frigidum & pituitoſum, vt conſtat ex corpore eius quod admodum craſſum & vix mobile eſt, pedes lati, pellis denſa, Idem. Ex eo quod hyeme latitant vrſi, & abſq; cibo multum temporis degunt, pituitoſo eos temperamento eſſe conijcio. Antonino Getæ familiare fuit has quæſtiones grammaticis proponere, vt dicerent ſingula animalia quomodo vocem emitterẽt, velut, agni balant, vrſi ſæuiunt, &c. vt refert Ael. Spartianus. Atq; in præſepibus vrſi Sæuire, Vergilius de vocibus animaliũ auditis in domo Circes. Veſpertinus circungemit vrſus ouile, Horatius Epodo. Vrſus ferus vncat, Author Philomelæ. Βρυχᾶσθαι verbum non modò de leone dicitur: ſed etiam vrſo & pardali & panthere, (quæ vocabulum proprium ſuæ vocis non habent, Varinus,) Pollux. Σμερδαλέον βρυχᾶν, Oppianus de vrſo: Gillius vertit rugitum infeſtum. Venatores noſtri de vrſi irati voce vtuntur verbo *brommen* vel *brummen*: aliqui etiam *hülen*. Vrſus latitans cum murmure quodam pedes fugit, Alexander. Ingrediuntur vrſi & bipedes, Plin. Ingredi vel duobus innitens pedibus erectus aliquandiu poteſt Ariſtot. ſed non diu, Albertus. Inter ingrediendum pedes primum anterius leuiter in terram ponunt, deinde poſteriorem quoq; partem ſubmittũt, vnde & equos ſimiliter ingredientes *haarnhemb* quidam vocari volunt. Arborem auerſi derepunt, Plinius, hoc eſt, non proni, ſed poſterioribus primum pedibus, anterioribus interim molem corporis ſuſtentantes, ne ruant: & in hoc quoq; hominem imitantur præter morem quadrupedum. Vrſi parui, (quibus noſtri à ſaxis nomen poſuerũt,) facilius arbores ſcandunt, Georg. Agricola, Homini genua & cubita contraria: item vrſis & ſimiarum generi ob id minime pernicibus, Plin. At Oppianus. Ὄμματα ῥῆϊν, σῶμα δὲ κινύτερον. Vrſi corpus valde craſſum & vix mobile eſt, Albertus. Vrſo vis maxima in brachijs & lumbis: vnde interdum poſticis pedibus inſiſtunt, Solinus. Brachijs quidem & manibus tantum valent, vt retia ijs potius quàm dentibus diſcerpant. Vrſus brachijs ad multa opera vtitur, his aliquando ligna fortè inuenta in canes proijcit, & frangit oliueta & aluearia apum, & in ſublime ſcandit, Albertus. Vrſus animal vorax eſt, Eraſmus. Vrſus animal omniuorum eſt: quippe qui & fructus arborum quas conſcendit corpore lubrico edat, & legumina, & apes perfringens alueos, & cancros, & formicas, carne etiam veſcitur, viribus enim ſuis confidens, inuadit quadrupedes diuerſas, (vt in D. referam,) Ariſtoteles. Carnes omnes præmaceratas, & propemodum putres comedit, Idẽ. Quibus verbis Mich. Epheſius aſſerit Ariſtotelem intellexiſſe, vrſum non vorare carnes alicuius animalis, niſi penè putridas: cuius contrarium docet obſeruatio: nam deuictis ſue & tauro, ſtatim vorat, vnde conſtat eum recentes carnes vorare. Melius igitur exponas, vt dictum eſt, quod vrſus voret etiam cadauera quorumcunq; animalium quæ vincit ac in pugna ſuperat, Niphus. Vrſi & fruge, fronde, vindemia, pomis viuunt: & apibus, cancris etiam & formicis, Plin. Vrſus alius eſt aquaticus albus, qui venatur ſub aqua, vt lutra & caſtor: alius terreſtris tantum, qui comedit carnes, herbas, mel, & fructus arborum, Albertus. Vtriq; comedunt carnes, mel, fructus arborum, herbas, Ge. Agricola. Veſpertinus circungemit vrſus ouile, Horatius Epodo. Inſidiantur alucaribus apum, maximè fauos appetunt, nec auidius aliud quàm mella captant. Solinus. Huius gratia arbores ſcandunt, vbi examen apum ſylueſtrium animaduerterint: & claues mucronatæ à ramo dependentis, & aditum examinis obtegentis, dum manibus indignantes reijciunt, ſubinde reciprocis ictibus intereunt, vt pluribus dicetur capit. 5. Aliquando in mellarias foueas illapſi, in eis ſuffocantur. Oculi eorum hebetantur crebrò: qua maximè cauſa fauos expetunt, vt conuulneratum ab apibus os leuet ſanguine grauedinem illam Plin. Vrſi cum extra latibula ſua paſcuntur, circa arbores fructiferas ferè capiuntur, Pollux. Delectantur pomis & nucibus. Herbarum comedere ſolent cum primum è latibulo egrediuntur, vt inteſtinum laxetur & hiet, Ariſtoteles. (Vide etiam inferius vbi de latitatione eius dicetur.) Matthæolus Senenſis arbuſtum quoddam ſpinoſum, (quod Galli, vt mihi videtur, ſpinam albam vocant, noſtri *maelbeere*) folijs ferè vt apij diuiſis, flore albo, baccis rubentibus &c. in montibus circa Tridentum panem vrſi vulgò vocari author eſt. Ego hanc Plinij ſpinam appendicem eſſe conijcio: ipſe Græcorum oxyacantham facit, & diuerſam ab ea vinam criſpinam Italorum ſiue berberim vulgarem. Idem alibi ſcribit vrſos delectari ſpecie illa rubi, quæ mora ferit odorata & rubicunda, noſtri quod binnulis ceruorum grata ſint *hindbeere* appellitant. Galenus lib. 7. cap. 4. de compoſ. ſecundum locos, plantæ cuiuſdam meminit quæ vua vrſi nominetur, folijs arbuti, &c. hãc quidam ribes noſtrum vulgò dictum eſſe conijciunt ſed falluntur, cum non arbuti ſed opuli ferè folia habeat. Cætera animalia ſana quæ carnibus viuunt, herbas non comedunt, præter hominem & vrſum, Albertus.

Vrſi bibendo nec lambent nec ſorbent, vt cæteræ animantes, ſed aquam quoq; morſu vorant, Plinius & Ariſtoteles. Cum deguſtauêre mandragoræ mala, formicas lambunt, Plinius. Cùm guſtauêre mandragoræ mala, moriuntur: ſed eunt obuiam, ne malum in perniciem conualeſcat, & formicas deuorant ad recuperandam ſanitatem, Solinus. Conſtat vrſos ægros deuoratis formicis ſanari, Plinius. (Vide nonnihil etiam infra, circa finem eorum quæ de latitatione vrſi afferentur.) Vrſus cum nauſea laborat, myrmeciam adit, aſſidensq; linguam humore dulci fluentem exertam leuiter tandiu tenet dum ſcatére formicis videat eas deglutire poſſit, & plurimum iuuatur, Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Saturitati occurrit vomitione, quam ſibi excitat commanducatis formicis, Textor ſine authore. Vrſus vulneratus herbis ſicci temperamenti vulnera ſanare tentat, Albert. Oculi eorum hebetantur crebrò: qua maximè cauſa fauos expetũt, vt conuulneratum ab apibus os leuet ſanguine grauedinem illam, Plin. A latitatione egreſſæ in diem liberum vrſæ, tantam patiũtur inſolentiam lucis, vt pueros obſitas cæcitate, Solin. Dicunt aliqui vrſum ſemper creſcere, Albert.

Animæ leonis virus graue, vrſi peſtilens contactu, halitu eius attingit nulla fera, citiusq; putreſcunt afflata reliquis, Plin. Vide in Leone c. In Myſia aiunt genus eſſe vrſorum alborum, qui cum à venatoribus vrgentur, talem halitum ædant, qui canum carnes putrefaciat, &c. vt in 2. retuli.

Vrſæ Veneris libidine flagrant, & noctes diesq; ad coitum inflammatiſſimæ maritos appetũt. Et quoniam feræ grauidæ maribus non miſcentur, præter lyncem & leporem, vrſæ ne diutius maritis careant, vt ad Venerẽ maturius redire poſſint, priuſquam certum pariendi tempus venerit, ventrem elidunt, & partum violenter eduntac mox à recenti partu ſimul & alendæ proli, & explendæ libidini, (vt cuniculi quoq;,) dant operam, Oppianus: ex quo Gillius perperam tranſtulit vrſas etiam grauidas coire. Tempore non alio (quàm libidinis,) catulorum oblita læna Sæuior errauit campis: nec funera vulgò Tam multa informes vrſi ſtragemq; dedêre, Vergilius. Vrſi, lupi, leones acrius libidinis tempore in eos qui acceſſerint, ſæuiunt, inter ſe tamen minus hęc dimicant: videlicẽt ob eam rem, quia nullum ex ijs gregale eſt. Ariſtoteles, De Philippo Coſſeo Conſtantienſium ſacris præfecto, ingenuarum artium perſtudioſo, qui hoc ipſum ſe ex bono authore cognitũ habere, mihi valde affirmauit: vrſum accepi ex montibus Allobrogum puellam in ſpeluncã rapuiſſe, eandemq; venereo complexu & oſculatione proſecutum fuiſſe: atq; ex pomis agreſtibus, quæ permulta quotidie in ſpeluncam inferret maturiora, ſtudioſe delegiſſe, eidemq; edenda amatoriè dediſſe, ac nimirum cum ad cibi inquiſitionem proficiſceretur, ingenti ſaxo ſpeluncam, ne puella exire poſſet, occluſiſſe. Cum autem poſt longam inquiſitionem parentes vrſinum latibulum præterirent, ſuam peradoleſcentem animaduertiſſe, ſaxoq; ægre depulſo, eam recepiſſe, Gillius. Vrſorum coitus hyemis initio. Plinius. Deſiderium Veneris hyems ſuſcitat, Solinus. Coit vrſa menſe Februario, parit eo tempore quo latet Ariſtot. Vrſi coëunt, non ſuperuenientes, ſed humi ſtrati, Ariſtot. Coëunt non itidem (eodem modo,) quo quadrupedes, ſed apti amplexibus mutuis, velut humanis coniugationibus copulãtur, Solinus: ambo cubantes complexiq;, Plinius: & alibi, humanitus ſtrati. Quadrupedum vrſæ demiſſis cruribus, quemadmodum cætera quæ pedibus innitendo exercent Venerem, admota parte maris ſupina ad dorſum fœminæ coëunt, Ariſtot. Coëunt vrſi vt homines, ſicut & ſimiæ, Albertus. Secreti honore reuerentur mares grauidas, Solinus. Grauidam capi vrſam difficile eſt, Ariſtot. grauidæ enim (vt mox dicetur) latent. Fert vterum dies triginta, Ariſtoteles & Solinus. Volaterranus non rectè tranſtulit ex Aeliano vrſam poſt menſem tertium parere, neq; enim tandiu vterũ geſtat: ſed tanto tempore exacto, è latibulo in quo peperit plerunq; prodire ſolet, vt inferius quoq; dicetur. Coëunt hyemis initio, deinde ſecedunt in ſpecus vbi pariunt triceſimo die, Plin. Qui curam habet vrſorum qui Bernę aluntur, eferebat mihi ſe ad coitum committere vrſos, marem & fœminã circa diem D. Iohannis Baptiſtę: parere autem ſemper circiter calendas Ianuarias: fœtus magnitudinis eſſe ratio: cum quędam vrſa aliquando ſerius nempe octo dies poſt calendas Ianuarias peperiſſet, fœtus non ſuperuixiſſe. Cùm coeunt, multo tempore ſimul in coitu manere, & ita ſe macerare, vt ex corpulentis omnino macri reddantur. Parit tum vnum, tum etiam duos, ſed complurimum quinque, Ariſtot. Cæcos parit catulos, Idem, quod & venatores noſtri affirmant. Pariunt plurimum quaternos, Plinius: Idem alibi vt plurimum quinos eas parere ait. Quædam catulos inarticulatos propemodum pariunt, vt vvlpes, vrſa, læna, & alia nonnulla ſed omnia ferè cæcos, Ariſtot. Quadrupedum pleraq; perfectos ædunt partus, pauca inchoatos, vt lænæ, vrſæ & vulpes. Informia etiam magis quàm ſupradicta vrſæ pariunt, rarumq; eſt videre parientes. Poſtea lambendo calefaciunt fœtus omnia ea & figurant, Plinius. Vrſa fœtum minimum pro ſui corporis magnitudine ædit: quippe quæ minorem catto, maiorem murẽ parere ſoleat, nudum item, & cæcum, & cruribus propemodum membriſq; aliis plurimis indiſcretum & rudem, coit menſe Februario, parit eo tempore quo latet, Ariſtot. Lucinæ illis properatius tempus eſt, quippe vterum trigeſimus dies liberat: vnde euenit, vt præcipitata fœcunditas, informes creet partus. Carnes pauxillulas ædunt, quibus color candidus, oculi nulli, nulli pili, & de feſtina immaturitate tantum rudis ſanies, exceptis vnguium lineamentis. Has lambendo ſenſim figurant, & interdum ad pectora fouent, vt aſſiduo incubatu calfactæ animalem trahant ſpiritum, Solinus & Plinius. Vrſæ partum ab initio prorſus informem eſſe, vt ne agnoſci quidẽ poſſit, deinde à matre lingua fingi, & ſinu gremioq; foueri, Aelianus quoq; annotauit.

Nec catulus partu quem reddidit vrſa recenti, *Sed male viua caro eſt, lambendo mater in artus*
Fingit, & in formam, quantam capit ipſa reducit, Ouidius vltimo Metam.

Carnem parit ἄσαρκον, ἀναρθρον, Oppianus, hanc lingua ceu manu vtens figurat, Galenus ad Piſonem. Ἡ ἄρκτος τίκτει μὲν ἄσαρκα, πλάττει δὲ καὶ ἀρθροῖ τῇ γλώττῃ τῷ σχήματι, ὡς σπεύδειν τὴν θηλὴν τοιοῦτον, Pollux. Aegyptij hominem primò informem natum, qui poſtea formoſior euaſerit, ſignificare volentes, vrſam prægnantem pingũt: hæc nanq; ſanguinem primum condenſatum & concretum parit, hũc poſtea proprijs fouens femoribus efformat, linguaq; lambens perficit, Orus. Vrſus dicitur quaſi orſus, ſcilicet in ventre, & extra completus, quoniam præmaturum partum mater lingendo informat, Liber de nat. rerum. Non quicquam rarius homines quàm parientem videre vrſam, Plin. Fœtuum vrſæ membra videntur imperfecta propter immodicum humorẽ: quamobrem vrſa eos diu lambit & fouet, Albertus. Idem de animalib. 7. 53. Animalia quædam (inquit) in antris circa finem quietis ſuæ pariunt: propter quod etiam ignoratur locus partus vrſorum. Concipiens enim vrſa ex coitu, propter frigiditatem temperamenti & pituitoſi humoris copiam, non poſſet ſemen in vtero formare perfecte, niſi expectaret abſtinentiæ tempus: præcipuè cum eadem frigiditate & humoris copia, adeò conſtringantur meatus per quos parere debet, quòd illo tempore vix poſſet, itaq; tempore latibuli ſui emittit, (parit,) quum recens expergiſcitur. Et quanquam hoc tempus expectârit, adhuc tamen informem ferè partum ædit, ita vt aliqui poëtarum putauerint, nihil quàm carnis fruſtum ab ea pari, idq; poſtea ſpiritu & lingua eius formari in animalis figuram, quod tamen minime verum eſt, Hæc Albertus. Vrſam non parere fœtum prorſus informem, quem poſtea lambendo figuret ac perficiat, argumento eſt fœtus ex vtero matris in venatione captæ exciſus in Polonia: quem Georgius Ioachimus Rheticus, medicus doctiſſimus & mathematicorum noſtri ſeculi facile princeps, è Cracouia dono ad me miſit. Is paulo longior digito eſt, pollicis craſſitudine, corpore pulchrè articulato diſtinctoq; perfectè, niſi quod poſteriora crura imperfecta adhuc rectò extendantur à corporis trunco recta ferè: anteriora verò perfecta ſunt, ita vt manus etiam in palmam ſe volam, digitos ac vngues diſtinguantur: thoracis etiam coſtæ conſpicuæ ſunt: oculi aures & dentes nondum. Vrſæ à ſuis catulis vehementer ferociunt, vt canes à catellis, Ariſtot. Hyſtrix hybernis ſe menſibus condit, quæ natura multis, & ante omnia vrſis, Plinius & Ariſtot. ſed vtrum propter frigus an alia de cauſa condantur, ambigitur. Ariſt. Hyeme tempore frigido & humido latet vrſa, & tunc parit propter caloris in ea augmentum, Albertus. Hyberno tempore (inquit Aelianus) parit, cũ peperit, latibulis ſe tegit: nam frigoris vim reformidat, & veris aduentum manet, nec ante treis menſes catulos in lucem profert. Cum autem ſe habitu corporis opimo ſentit, (hoc enim ipſum morbi loco ducit,) latibulum, quod Græci θωλεὸν appellant, experit. (Vnde affectus quo latendi tenetur deſiderio, φωλία Græce nominatur.) In antrum nõ recto motu ſui corpo-

poris,ſed ſupina ingreditur,& dorſi ſui tractu repit,venatoribus vt veſtigia ſua obliteret: Ibiq; poſtquam eſt ingreſſa,ſe quieti dans habitum corporis extenuat per quadraginta dies:è quibus quidem quatuordecim immobilis manet,reliquis alijs mouetur,tantum ſolo lingendo dextero pede ſe ſuſtentat,eiq; inteſtinum eatenus adducitur,vt propemodum cohæreat. Quod quidem ipſum ea ſentiens,aron herbam agreſtem edit, (vt pluribus dicam paulò poſt,) Hęc Aelianus: Cuius ex hoc loco verba Græca recitat Cælius 25.27. Apud Theocritum φωλάδες ἔρπυσι, vrſæ dicuntur ἐμφωλεύσαι, id eſt in latibula ſe condentes. Cæl. Vrſus veterno quē vocant appetente,priuſquam planè torpet grauiſq; & ſtupidus iacet,locum repurgat antea:ac ſubiturus ſpecum, per reliqua quidē greſſu quantum id fieri poteſt ſuſpēſo maxime & leui,ſummis tantum nixus veſtigijs incedit: poſtremò per terga volutatus promouet corpus agitq; in luſtrum,Plutarchus in libro Vtra animaliū,&c. Mares (inquit Plinius) quadragenis diebus latent,fœminæ quaternis menſibus. Specus ſi non habuere, ramorum fruticumq; congerie ædificant,impenetrabiles imbribus,molliq; fronde cōſtratos. Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno premuntur,vt ne vulneribus quidem excitari queant. (quod & Solinus ex Plinio repetit.) Tūc mirum in modum veterno pingueſcunt. Illi ſunt adipes medicaminibus apti,contraq; defluuium capilli tenaces. Ab ijs diebus reſidunt, ac priorum pedum ſuctu viuunt. Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent,non alio incubitu quàm oua volucres. Mirum dictu credit Theophraſtus per id tempus coctas quoq; vrſorum carnes,ſi aſſeruentur,increſcere: cibi tunc nulla argumenta,nec niſi humoris minimum in aluo inueniri: ſanguinis exiguas circa corda tantum guttas,reliquo corpori nihil ineſſe. Procedunt vere,ſed mares præpingues: cuius rei cauſa non prompta eſt: quippe nec ſomno quidē ſaginatis præter quatuordecim dies,vt diximus, Hæc Plin. Vrſus per hyemem inopia cibi ſuos pedes lambendo alit, Ioannes Tzetzes in Heſiodum. Cum conditi ſunt, pingueſcunt vrſi per id tempus, tum mares,tum fœminæ vehementer, (hoc & alibi ab eo repetitur,) vt mouere ſeſe facile nequeant, parit etiā fœmina eo tempore,& tandiu latet quoad tempus ſit vt ſuos catulos in apertum producat,quod verno tempore menſe à bruma tertio facit. Sed quod minimum,dies circiter quadraginta latet: ex quibus bis ſeptem ita ſopitur,vt ſe nihilo moueat: reliquis poſtea pluribus latet quidem,ſed mouetur,& ſurgit, Ariſtoteles. Et alibi, Cum prolem enutrierit,exit à menſe iam veris tertio: hoc eſt, (inquit Albertus,) poſt initium Maij qui eſt tertius menſis veris. Ex latibulis rurſus prodeunt vere,mares valde pingues. fœminæ non item, quod pepererint eo tempore, Ge. Agricola. Secreti honore reuerentur mares grauidas,& in iſdem licet foueis, partitis tamen per ſcrobes ſecubationibus diuiduntur, Solin. Et rurſus, Interea cibus nullus. Timent hyemem & frigus vrſi vtcunq; hirſuti, & abdūt ſe in ſatis amplum ſpecum: nec vllo interea cibo vtentes, manus pedesq; lambūt ac veluti ſugunt, vt per hyemem ſub ſcopulis latitantes polypi ſuos cirros arrodunt, Oppianus lib. 2. de piſcat. Vrſus non ſine murmure pedes ſugit, tanquam alimenti quippiam inde percipiat, Alexander. Vrſi quidem manum in cibo etiam homini ſuauiſſimam eſſe, dicemus infra capit. 6. Enixæ quaternis latent menſibus, mox egreſſæ in diem liberum, tantam patiuntur inſolentiam lucis, vt putes obſitas cæcitate, Solin. Fœtu grauida vrſa, vel à nemine, vel à pauciſſimis capta eſt, tempore ſui latibuli hoc animal nihil edere certum eſt: quippe quod neq; exeat, & captum ventre inteſtinoq; inani videatur. Narrant eius inteſtinum per inediam ita conniuere,vt adductum propè cohæreat. Itaq; vrſum latebram egreſſum primum herbam arum dictam deguſtare,vt inteſtinum laxetur & hiet, Ariſtoteles. Exeuntes herbam quandam aron nomine laxandis inteſtinis alioquin concretis deuorant, circa furculos cum dentiunt prædomantes ora, Plin. Solent aron herbam comedere cum è latibulo egrediuntur, vt dictum eſt: ligna etiā manducant, quaſi dentiant, Ariſtoteles. Albertus hunc locum inepte tranſtulit, his verbis: Cum ægrotant, herbas edunt, præcipuè dracontium ad acuendos dentes. Ari herbæ natura ventoſa inteſtinum vrſorum diducit & dilatat, eidemq; facultatem receptandi affert. Cum autem cibis ſeſe rurſus refecerit, formicas exedens facile exinanitur, Aelianus.

Vrſus poſt incubatum diutinum luſtro exiens, ſylueſtri aro veſcitur, aluum conſtrictam hactenus acrimonia eius ciente. Idem, cum cœpit nauſea, myrmeciam adiens, aſſidensq; linguam humore dulci fluentem exertam leuiter tandiu tenet, dum ſcatere formicis videat, eas deglutit poſtea, vehementerq; iuuatur, Plutarchus. Vide ſuperius inter morbos vrſi. Cum animalia de antris, vbi latuerant, egrediuntur, præcipuè requirunt ad cibū ea, quæ aliquam habent acredinem, vt appetitum cibi excitent, qualis eſt herba cuculi quam quidam alleluia vocāt. & alſuf & iarus pes, (aron quę vulgò pes vituli.) has enim herbas egrediens comedit vrſus, Albert. 7 3. 2. Eſt autē herba quam primo loco nominat, oxys Plinij, ternis foliis, ſapore acido: altera, dracunculus, calidiſſima & acerrima planta: & eiuſdem omnino facultatis tertia, nempe aron. In alpibus Helueticis aiunt quendam vaccarium, (ſiue lactarium appellare mauis, qui in alpibus æſtate vaccas mulget, & opera lactaria conficit,) à monte deſcendentē, & amplam cucumam, (in qua lac ad caſeos decoquunt,) geſtantem eminus vidiſſe vrſum, qui radicem quandam ſua manu effoſſam edebat: Et cum eius diſceſſum expectaſſet, adijſſe locum & ipſum etiam de radice illa guſtaſſe, atq; inde tanto ſomni deſiderio affectum, vt continere ſe non potuerit quin ibidem in via cubans ſomno früeretur, capite cucuma intecto vt eſſet tutior à frigore: erat enim initium hyemis atq; ita totam hyemem dormiendo exegiſſe illæſum, proximo demum vere experrectum. Hoc & ſi fabuloſum, vt apparet, quōniam tamen vulgò fertur, omittere nolui.

D.

Oppianus vrſorum appellat ἀλιτὸν κάπρον, ἀλίτον ἄνδρα. Gillius vrſos aſſutos, cædis auidos, pernicioſos, perfidos & fraudulentos eſſe ſcribit. Maligni certe natura ſunt adeò, vt ne longo quidem tempore manſuefactis credendum ſit, vt paulò inferius dicetur. Ἄγριον καὶ ἀνήμερον, ἀλλὰ σκαιὸν, hoc eſt, Vrſus natura ſæuus, aſſutus & improbus eſt, Adamantius. Feritate cæteras belluas ſuperant. Philoſtratus. Quamobrem tyranni morte mulctatos homines vrſis, vt pantheris & leonibus dilaniandos obijciūt, vt in 8. referemus. Poëtæ vrſos ſæuos & truces cognominant. In certaminibus ſpectaculorum vrſi mappa proritantur, vt Seneca refert in libro de ira. Vrſi Perſici vltra omnem rabiem ſæuiunt, Ammianus Marcellinus. Numidici vrſi forma cæteris præſtant, rabie duntaxat, & villis profundioribus, Solin. Quid niſi pondus iners, ſtolidæq; ferocia mentis? Ouidius in Halieut de vrſo. Fœminæ omnes in vniuerſo animantium genere minus quàm mares ſunt animoſæ, excepta panthera & vrſa, Ariſtoteles. Mares in omni genere fortiores, præterquam in pantheris & vrſis, Plin. Quàm cautè in latibulum, ſuſpenſit primum veſtigijs accedens, reſupinata irrepat, vt fallat venatores, præcedenti capite dixi.

Vrſi cadauera ſui generis ſepeliunt. Tzetzes. Apud Rhoxolanos inueniuntur plerique manſuefacti, Textor; Quòd freno Libyci domantur vrſi, Martialis. Capti aliquando manſueſcunt, & varijs ludis ac geſticulationibus

ſe exer-

ſe exercent,ſed facile concitantur,& commoti ſæuiunt ac perimunt homines. Aliquando circumeundo voluunt rotas,& ſic aquas è puteis trahunt,aut ſaxa per trochleas ſupra altos muros,quod ſæpe obſeruatum à nobis eſt,Albertus. Dum ludis indulgent,mirificos ædunt geſtus,& interdum pedes manibus apprehendunt ſupini,atq; ita alternis in latera ſe motant,vt nutrices ſolent infantes in cunis. Prouerbij ſpeciem habet illud apud Martialem, Rabido nec perditus ore Fumantem naſum viui tentaueris vrſi. Sit placidus licet,& lambat digitoſq; manuſq;: Si dolor & bilis,ſi iuſta coëgerit ira, Vrſus erit,vacua dentes in pelle fatiges. Admonet (inquit Eraſmus) nõ eſſe tentandos qui poſſint nocere. Conſimili modo Syneſius in Encomio caluitij ſcripſit, Canẽ naribus prendere pro eo quod eſt prouocare mordacem & nociturum. Hac parte(naſo) corporis icta potiſſimum vrſos irritari docent beſtiarij. Vrſo vtcunq; manſuefacto,quòd valde malignum & fraudulentum ſit animal, & ſubinde ad ingeniũ redeat,minimè credendum eſſe,miſerabiles ſæpe caſus oſtenderunt. Inſidioſam certè & malignam huius beſtiæ naturam etiam ipſe expertus ſum aliquando:nam cum Bernæ,quæ Heluetiæ ciuitas eſt, iuxta caueam in qua publicè vrſos alere ſolent,aſtarem,& manum in clatris tenerem, nihil ſuſpicans. quòd vrſus, quem contemplabar, videretur profundiore eſſe loco quàm vt facile læderet:ille ſubito erectus manum ſuam clatris iniecit ita vt quàm minimum abeſſet quin meam apprehenderet. Ibidem Vrſus aliquando viri iuxta clatros ſtantis brachium apprehendit,& à thorace prorſus per vim extraxit. Apud Britannos compluresalunt greges vrſorum ad ſaltationem,animal vorax & maleficum, Eraſmus Rot. Suidrigal (Sindrigal, Volaterranus) Lituaniæ princeps vrſam nutriuit quæ ſueta ex manibus eius panem accipere ſæpe in ſyluas vagabatur. Redeunti, vſq; ad thalamum principis,oſtia quæq; patebant. Ibi confricare ac pulſare pedibus oſtium,cum fames vrgebat,conſueuit, cui princeps aperiens cibum præbuit. Conſpirauére nobiles aliquot adoleſcentes aduerſus principem, atque vrſæ modum ſecuti,ſumptis armis cubiculi principalis ianuã confricauêre. Credit Suidrigal vrſam adeſſe,oſtiumq; aperuit,ibiq; mox ab inſidiantibus confoſſus interijt,Aeneas Syluius,& Volaterranus lib.7.Geographiæ. Sed Matthias à Michou de Sarmatia Europ.2.2.hunc principem ſic occiſum nominat Sigiſmundum de Starodup. De vrſo qui per libidinem puellam rapuit,& luſtro ſuo obuoluto ſaxo incluſam amatoriè tractauit, allatis ei ſubinde pomis, &c. ſuperiori capite dictum eſt. De vrſa quam Pythagoras è fera mitem reddidit,& dimiſſurus ne quod animal deinceps læderet obſtrinxit,dicam infra in h. Vrſæ cum fugiunt,ſuos catulos propellunt, ſuſceptoſq; portant, cum ab inſectante iam occupantur,arbores ſcandont, Ariſtot. Vide plura ſequenti capite, vbi de venatione vrſorum agitur. Vrſi cum feritate cæteras belluas ſuperent,pro catulis tamen omnia faciunt, Apollonius apud Philoſtratum. Occurram eis quaſi vrſus (dob, Hebraice, ἄρκος, LXX.) orbatus,Oſee 13. Vrſus nuper Bernæ, vt audio, vbi publice vrſi aluntur,fœtum coniugis enixæ ſtatim occidit.

Vrſus in animalia quæ impugnat,intilit & ſi ſint cornuta, cornua eorum manibus apprehendit, & proſternit ea. Cum homine verò non facile præliatur:à quo vulneratus,frequenter quaſi frendens vngues lambit, Albertus. Vrſus viribus ſuis confidens inuadit non ſolum ceruos,ſed etiam ſues feros,ſi clàm repenteq; potuerit agere,taurum aperto Marte aggreditur,conferta iam pugna, ſternit ſe reſupinum, dumq; taurus ferire conatur, ipſe ſuis brachijs amplectitur cornua,ore morſum armis defigit,proſternitq; aduerſarium, Ariſtot. Tauros, ex ore cornibusq; eorum pedibus omnibus ſuſpenſi,pondere fatigant, nec alteri animalium in maleficio ſtultitia ſolertior, Plin. Si quando tauros adoriuntur, ſciunt quibus potiſſimum partibus immorétur, nec aliud quàm cornua aut nares petunt, cornua, vt pondere defatigent:nares, vt acrior dolor ſit in loco teneriore, Solinus. Vrſus famelicus incidens in taurum non aperto Marte pugnam committit, ſed obliquo impetu, palearia inuadit, premẽdoq; lancinat,donec conficiat, Volaterranus & Gillius ex Aeliano. Pugnant lupus, (Albertus hoc loco non rectè vrſum reddit,) aſinus,taurus, Ariſtot.9 1. Si calcauerit equus veſtigium lupi, (interpres non rectè tranſtulit vrſi: vide in Equo D.) torpore eius pedes corripiũtur, Aeſculapius. Rhinoceros vrſum in Circo Romano cornu exceptum reiecit,vt inter ſpectacula à Martiali deſcripta legimus. Vrſa quæ leonum catulos in latibulo cũ parentes abeſſent diſcerpſerat,& cum ab ijs reuerſis fugaretur in arborem cõfugerat: quomodo fabro materiario è ſylua per leonem adducto,qui arborem ſuccideret, leæna interim iuxta arborem expectante, pœnas eis dederit, hiſtoriam mirabilem ex Aeliano recitaui in Leone capit.4. Ibidem ex eodem authore leges hiſtoriam leonis vlti canem contubernalem ſuum, quem vrſa itidem contubernalis inter colludendum irritata laniárat. Equo animali obſequijs hominum nato,capitale diſſidium eſt cum vrſo homini noxia beſtia. Agnoſcit hoſtem nunquam viſum,ac protinus ſe parat ad pugnam:in qua arte potius quàm viribus vtitur. Tranſilit enim vrſum,& ipſo ſaltu poſteriores calces impingit in caput. Atq; vrſus interim vnguibus ſcalpit equini ventris mollia, Eraſmus in dialogo de amicitia. Phocam etiam in terra metuunt vrſi, & ſi ad pugnam congrediantur, vincuntur, Oppianus. Mortuos odiſſe exiſtimantur quamobrem homines proſtratos,ore ad terram verſo,retentoq; ſpiritu, illæſos relinquunt,vt pluribus dicetur ſequenti capite.

E.

Leones,pardi, vrſi, & aliæ eiuſmodi feræ quomodo capiantur, partim in montibus veneno propter aſperitatem regionis,partim in planitie noctu equis & armis introcluſi,partim foueis circunſepti,ſupra quarum medium capra ſub noctem ſuſpenſa ſit,ex Xenophonte recitaui in Leone E. Qui circa Tigrin & Armeniam habitant, (vt canit Oppianus lib.4.de venatione,) vrſos hoc modo venantur:Frequentes exeunt ad ſyluas cum canibus: & cũ tandem cubile vrſi deprehenſum fuerit,canis ſagacis ductu,mox canis à loro procurrere geſtiens,latrat, ſed reprimens eum venator ad ſocios redit. Tum mox retia per longurios extendunt, & ſagenas (ἀμφικύμονα) circundant, ad vtrunq; retis terminum ſingulos retium cuſtodes locant, deinde ab vno latere à reti oblongum tendunt funẽ tænijs verſicoloribus & pennis auium ſplendidis vt vulturum,cygnorum,ciconiarum repletum,quę vento flante micant,vibrantur,& ſtrepitum ædunt. (De pennis retibus affigendis, diximus nonnihil etiam in ceruorũ venatione,) extendunt autem ea altitudine ſupra terram, vt ad hominis vmbilicum perueniat Ad alterum verò latus quatuor è viridibus frondibus tuguria contexunt,in quibus viri totidem latitent in ſingulis ſinguli, frondibus toto corpore veſtiti. Sic omnibus inſtructis,tuba inflatur,cuius vehementi ſonitu excitatus vrſus è cubili ſæuiens & igneum tuens progreditur. Tum iuuenes frequentes vtrinq; ad vrſum feſtinant:ille rectà quæ amplam & patentem viderit planiciem fugit,ſed fune cum pennis & tænijs (à retium cuſtodibus) concuſſo, agitantibus etiã ventis & ſibilum mouentibus, & ſimul clamore, tuba, ſonitu, & viris territus & anxius & inops conſilij,in retia

ſertur. Tum ſubitò retium cuſtodes aliud ſupra ipſum rete expandunt, & pluribus intricatum retibus implicant. Quod ſi nimium ſæuientes, vt ſolent irretiti, retia dentibus & manibus dilanient, (ſic enim aliquando euadunt:) robuſtus aliquis venator dexteram eius manum iniecto vinculo impedit, & ad aliquē truncum alligat, Hucuſq; Oppianus: ex quo Beliſarius etiam tranſtulit in libro de venatione, ſed pleraq; ineptè. Vrſi capiūtur hoc modo: Homo armatus ferreis armis, capite ac vndiq; coopertus, cū ſolo cultello acuto ad latus ad vrſum, vbicunq; fuerit, accedit. Vrſus erigitur & hominem amplectitur: qui ſtatim euaginato gladio locum cordis vrſi perforat, & ſic eum occidit. Creſcentiensis. Vrſi in pugna dicuntur συμπλέκεσθαι, (quod manibus hominē complectantur, colluctantium inſtar,) Pollux. Vrſæ cum fugiunt, ſuos catulos propelliunt, ſuſceptosq; portant: cum ab inſectante iam occupantur, arbores ſcandunt, Ariſtoteles. Vrſa ſi inſequentibus vrgetur, eatenus ſuos quoad poteſt catulos propellit: cum autem ſe iam intelligit laſſitudine deficere, & vt comprehendatur vicinam eſſe, tum alterum dorſo, alterum ore geſtans, in arborem aſcendit: eorū alter vnguibus ad dorſum vrſæ adhæreſcit, alter dentibus eiuſdem retinetur, Aelianus. (Simiam quoq; fugientem ſimiliter ferè ſuos geſtare catulos, dictū eſt in hiſtoria eius.) Vrſus cum homine non facile pugnat: à quo vulneratus quaſi frendens vngues lambit, Albertus. Vrſæ poſtea quam venatores, qui non humi modo ſe ſternunt, ſed & os ad terrā abijciunt, & ſpiritum continent, odorati fuerint, tanquam mortuos relinquunt, eiuſmodi enim animalium genus exiſtimatur mortuos odiſſe, Aelianus: hinc eſt forte quod mortuos etiam vrſos vrſi ſepeliunt, ſi verum eſt quod Tzetzes ſcribit. Fortem & robuſtum admodum, qui ſe vrſo opponat, venatorem eſſe oportet, inquit Blondus: nam niſi validis retibus impediatur, aggredi ſolet venantem, & ſi poteſt ſtrictis amplexibus colluctari: quo genere pugnæ plerunq; vincit, rariſſimè vincitur. Nos quidem vidimus hominem ex hac lucta fracta referentē crura: atq; idem niſi ſubito ex præruptа rupe ſe deieciſſet, nequaquam euaſiſſet viuus. Porrò cum quis inſidias molitur vrſo, poſt retia cautius latitabit: & cum in retia à canibus agitatā inuolutamq; viderit belluam, acuto venabulo impetet, ictu maximè per os & guiam adacto: id quod fortiter & magno animo faciendum eſt, Hæc ille. Germani circa vrſum & eius venationē propria quædam vocabula vſurpant, qualia ſunt: *Der baer brompt, gehet, friſſt, wurdt gejagt, artruckt vnd friſſt vil hünd: wurd geſtochen*: hoc eſt, Vrſus ſæuit, (de voce eius:) procedit, vorat, agitatur, compriimit & deuorat multos canes, venabulo figitur. Quamobrem vrſus retia minus quàm cæteræ feræ, vt lupi & vulpes, dentibus laniet, inquirēs Plutarchus in libro de cauſis naturalibus: Forte, inquit, hoc non facit, quia cum dentes interius ſitos habeat, magnis & craſſis labris impedientibus, retia eis attingere ſatis non poteſt: aut potius quòd plurimum valeat manibus, retia his iniectis lacerat aut pariter manibus & ore vtitur: illis, ad laniandū rete: hoc, vt à venatoribus ſe defendat. Cæterum vt euadat, plurimū ſæpe volutationibus adiuuatur: itaq; dum per caput ſe voluit, quod magis facere ſtudet, quàm retia laniare, ſæpe elabitur, ἐκκυλίεται. Maſtini à recentioribus dicti canes, ex Alanorū genere, & à quibuſdam Alani veltres vel veltri, (Alans vautrez, Gallicè,) magnis leporarijs ſimiles, ſed capite & auriculis magnis, labijs craſſis, in vrſos & apros immittuntur, Rob. Stephanus. Nouimus circa Romanos agros, inq; ſyluis ſuburbanis, inſidiatores iaculis aut machina ferrea igni crepitante capreas, ceruos, vrſos atq; apros figere, noctu ſcilicet ad lumen Lunæ, Blondus. Capitur vrſus laqueis & falcibus, Platina. Audiuimus nuper à Sigiſmundi Poloniæ regis legato, Sarmatas quodam venandi genere ad vrſos viuos capiendos vti. Nam tribus aut quatuor hominum millibus nemus (vbi vrſos reſidere compertum eſt) circundatur, ita vt nō maioribus quàm cubiti diſtent interuallis. Quo peracto, à venatorum magiſtris eodem temporis momento, vbi cornua tubæq; cecinēre, arboribus ac lignis eodē impetu ſtatim ſecuribus inciſis atq; ita diſpoſitis raptimq; cōtextis, vt quaſi murus elcuatus circum eſſe videatur, venatores reliqui qui furcas quaſdam manibus detinent, cum vrſis appropinquarint inuentis, alij caput, alij brachia, alij pedes vrſi furcillis ipſis impediunt adeò vt ligari os, manus, vrſusq; totus tutiſſimè poſſit, quem ad regem vt canibus armisq; homines interficiant, ligatum deferunt, vel ſi deferre nequiuerint, trahunt, Beliſarius. Tale venationis genus per furcas ligneas depictum dedit nuper author Geographicæ tabulæ Moſchouiæ in eadem tabula. Rhæti decipulas quaſdam ad lupos & vrſos capiendos ſtruunt, quas magnis trabibus conſertis erigunt, & trabem delapſuram vt obruat feram, cum eſcam funē dependentem attigerit, valde onerant: eſt quando vrſus pēde tantum oppreſſo, relicto eo tandem euadit. Ad alias atq; alias feras equi etiam colore diuerſi requiruntur. Oppianus in venatione vrſorum probat glaucos: aprorum, fuluos vel ignei coloris, &c.

In Helueticis circa alpes regionibus, ſicubi vrſum animaduerterint incolæ, frequentiſſimi ad eius venationē conueniunt, vt pecoribus ſuis, quæ per æſtatem ſub dio abſq; paſtoribus (præter eos qui mane & veſperi mulgenda cogunt) dies noctesq; relinquunt, periculum auertant: Quòd ſi quis per ſe vrſum vel bombarda vel aliter occiderit, quibuſdam in locis magna pecunia donatur. Vrſo capto detractam pellem, ſtramento farciunt, ita vt viuentis vrſi effigiem reddat, & loco aliquo publico ſuſpendunt Stumpfius.

Vrſi in Sarmatiæ ſyluis arbores ſcandunt vt fauos deuorent: perimūtur autem clauæ oblongæ mucronatæ repercuſſu, cuius pars craſſior foraminis aditum operit: hanc vrſus manu repellit, & repercutienti iratus maiore vi reijcit: illa quò validius repellitur, eò vehementius vrſum reuerberat donec ſaucius tandem in palos acutos ſub arbore fixos decidit.

Quòd ſi nulla arbor apum aut veſparum examen habuerit eo in loco vbi vrſus moratur, venat- reſaliquod in arbore foramen inuentum, aut recens ab eis excitum, interius melle perlinunt ſic breui examen aliquod illic colligitur, ad quod vrſus aſcendens, perimitur vt dictum eſt. In Noruegia pali multi acuti circa arborem figuntur, in qua nimirū ſit fauus aut aliud quod appetit vrſus: arbor ipſa ſuperius ſerra ſecatur, ita vt parum adhuc hæreat: eò cum peruenit vrſus, vnà cum parte reſecta in palos delapſus capitur. Sunt qui in trabe aliqua vel trunco arboris foramen excauent, ad magnitudinem vrnæ, qua aqua è puteis hauritur: in huius fundo mel ponūt, adduntur aliquot vnci ferrei, qui vrſi caput inſerendum vt mel deuoret, facile admittunt: retrahi vero & eximi non patiuntur. Alligatur autem truncus arbori. Sic retentus vrſus, & plurimum dum caput extrahere nititur defeſſus, facile occiditur: quod ſi etiam euadere ipſum contingat, innoxius tamen eſt obuijs, vtpote captus oculis, & dentibus læſis in contentione illa capitis extrahendi, Mich. Herus.

Capitur vrſus retibus, & pugna, & foueis quibuſdam, quas venatores ſub arboribus fructiferis fodiunt, & fragilibus lignis ſtipulisq; inſternunt, ingeſta inſuper terra immota, (hoc eſt non eſſoſſa, ſed alibi è ſuperficie ſumpta:) & herbis iniectis, (quales pro lupis etiam ſunt.) Vrſus igitur cum ad arborem feſtinat, vt ad fructus ſuſ- ſunt reptet, ἀναβαίνει, lignis confractis in foueam illabitur, Pollux. Aconito pereunt vulpes, lupi, vrſi, canes, & quodcunq; animal cæcū naſcitur, vt Rhæti alpini affirmant. Primum aconiti genus cyclaminis folio, tō- hodiè

Vaſculis

Valdenſes & alij alpium incolæ nominant, vt pluribus differui in Lupo. Hîc quæ ſuper eadem herba, & occiſo ſagitta inde infecta vrſo amicus quidam nuper ad me ſcripſit, adijciam, his verbis: Valdenſis quidam mihi affirmauit toram herbam quandam à ſuis vocari, ex cuius radice aliquandiu ſeruata loco humido & contuſa ſuccus exprimitur, quo ſagittæ vnguntur. Quàm verò promptum & præſens venenũ herbæ illi inſit, ex eo cognoſces quod mihi narrauit. Quum (inquit) aliquando auunculus meus procul ſagitta huiuſmodi ſucco infecta leuiter vrſum eumq; vaſtum attigiſſet, cœpit vrſus magno impetu per ſyluã ferri, & huc illuc diſcurrere, ita vt auunculũ meum valde perterrefaceret. Itaq; locum æditum conſcendit, ad quem vrſo non patebat via, hinc quum illum ſpectaret, vidit tandem longis decurſis ſpatijs concidentem & vitam exhalantem: quum nimirum venenum illud peruaſiſſet cor, quod ita eſſe occiſo iam vrſo deprehendit. Faba lupina ſeu marcillium datum in adipe necat canes, lupos, vulpes & vrſos, Arnoldus de Villa noua: videtur autem tranſlatus hic locus ex Dioſcoride, qui apocynon ſcribit in adipe occidere canes, lupos, vulpes & pantheras. Sed marcillium non aliud quàm cõſiliginem eſſe puto, quam hodie Sabaudi marſieure vocant: quæ longè alia quàm apocynon eſt, cui Dioſcorides folia hederæ tribuit, &c. Piſces quidam nigri venenati in Armenia reperiuntur: horum farina ficus conſpergunt, quas ea in loca quæ maximè abundant feris diſſeminant: beſtiæ primum vt eas attigerunt, ſtatim moriuntur, atq; ea fraude apri, cerui, vrſi, &c. necantur, Aelianus.

Spectacula. Annalibus notatum eſt M. Piſone, (M. Piſonis nomen Solinus omittit, Meſſala tantum cos. hoc factum memorans) M. Meſſala coſs. ad 14. Calend. Octob. Domitium Aenobarbum ædilem curulem vrſos Numidicos centum, & totidem venatores Aethiopas in Circo dediſſe, Plin. miratur autem adiectum Numidicos fuiſſe, cum in Africa (inquit) vrſos non gigni cõſtet: qua de re plura ſcripſi ſupra in 8. Nuper inuentum vrſorum in harena & leonum ora aſpergere chalcantho, tantaq; eſt vis in aſtringendo, vt non queant mordere, Plin. Taurum color rubicundus excitat, vrſos leonesq; mappa proritat, Seneca lib. 3. de ira.

Præceps ſanguinea dum ferutat vrſus arena *Implicitam vſco perdidit ille fugam.*
Splendida iam tecto ceſſent venabula ferro, *Nec volet excuſſa lancea torta manu.*
Deprendat vacuo venator in aëre prædam, *Sic captare feras ancipis arte placet.*

Martialis in libro Spectaculorum. Canis Indicus Alexandro donatus, ceruum, aprum & vrſum dimiſſos, tanquam ſe indignos contempſit: in ſolum vero leonem inſurrexit, vt in Cane robuſto dixi ex Aeliano. Inualidiſſimum vrſo caput: ideo ſæpe in harena colapho inflicto exanimantur, Plin. Caſſiodorus Variarum lib. 5. edita circa belluas ſpectacula deſcribens: Primus (inquit) fragili ligno confiſus currit ad ora belluarum, & illud quod cupit euadere, magno impetu videtur oppetere, (appetere,) pariq; ſe curſu feſtinat prædator & pręda. nec aliter tutus eſſe poteſt niſi huic quam vitare cupit occurrerit. Tunc in aëre ſaltu corporis eleuato, quaſi veſtes leuiſſimæ, ſupinata membra iaciuntur, & quidam arcus corporeus ſupra belluam libratus, dum moras diſcedendi facit, ſub ipſo velocitas ferina diſcedit. Sic accidit, vt ille magis poſſit mitior videri, qui probatur illudi. Alter angulis in quadrifaria mundi diſtributione compoſitis, rotabili velocitate præſumens, non diſcedendo fugit, nõ ſe longius faciendo diſcedit. ſequitur inſequentem, poplitibus ſe reddens proximum. vt ora vitet vrſorum, &c. vt citat Gul. Philander Vitruuium illuſtrans. Apros & vrſos in viuario quodam prope Cteſiphontem in Aſia fuiſſe, quos milites Romani venatorijs lanceis & miſſilium multitudine confoderint, Ammianus Marcellinus ſcribit. Valentinianus imperator cum duas haberet vrſas hominum ambeſtrices, Micam auream & Innocentiam, cura agebat enixa vt earum caueas prope cubiculum ſuum locaret, cuſtodesq; adderet fidos viſuros ſollicitè ne quo ea ſuperarum debetur (locus eſt obſcurus, deprauatus vt conijcio) luctificus calor. Innocentiam deniq; poſt multas quas eius laniatu cadauerum uiderat ſepulturas, vt bene meritam in ſyluas abire dimiſit innoxiã, Am. Marcellin. lib. 29. Volucra (voluox) animal teneros adhuc pampinos prærodit & vuas: quod ne fiat, falces, quibus vineam putaueris, peracta putatione ſanguine vrſino linito, Columella libro de arboribus, & ſimiliter Plin. Contra grandinem multa dicuntur: Noctua pennis patentibus extenſa ſuffigitur: vel ferramenta ſepo vnguntur vrſino. Aliqui vrſi adipem cum oleo tuſum reſeruant, & falces hoc, cum putaturi ſunt, vngunt. Sed hoc in occulto debet eſſe remedium, vt nullus putator intelligat: cuius vis tanta eſſe perhibetur, vt neq; gelu, neq; nebula, neq; alio malo poſſit noceri, intereſt etiam vt res profanata non valeat. Palladius. Si ſanguis vel pinguedo vrſi in ſcrobe vel vaſe ſub lecto ponatur, conueniunt eò pulices & moriuntur. Arnoldus de Villan. Ἀρκτῶ Polluci, pellis vrſi. Herodotus Megarenſis tibicen, cubabat in pelle vrſina, ἐπ' ἄρκτου ἐπιβεβλημένος. Lappones populi ad vltimum Septentrionem, hyeme veſtiuntur pellibus integris phocarum ſiue vrſorum artificioſè elaboratis, easq; aſtringunt ſupra caput, ſoliq; oculi patent corpore reliquo toti contecti ſunt, & quaſi in culeum inſuti: hinc forraſſis creditum quod ſint corpore hirſuto brutorum inſtar, Munſterus. Maurorum pedites leonum & pardalium & vrſorum pelles induunt, & dormientes ſubſternunt, Strabo.

F.

Sunt qui & vrſis, & ijs adhuc deterioribus, leonibus ac pardis veſcantur, ſemel aut bis elixantes, Galen. de alim. fac. 3. 1. Caro vrſi frigida eſt, mucoſa, difficilis cõcoctu, illaudata, Raſis. Iſaac perquàm viſcoſam eſſe ſcribit, concoctu difficilem, peſſimi nutrimenti: medicinæ magis quàm nutritioni aptam. Tardè concoquitur, ſpleni atque hepati obeſt: multa recrementa generat, appetentiã tollit ac faſtidio edentes afficit, Platina. Vrſina caro multum impinguat, ſanguinem craſſum & viſcoſum gignit, Arnold. de villa noua, Sunt qui vrſinam carnẽ ex paſtillo comedant. Idem. Caro vrſi cocta, tempore quo latitant vrſi. in vaſis vbi aſſeruatur creſcit, vt Theophraſtus credit. Plinius, vide ſupra in 8. in mentione adipis vrſi. Vrſi manus. id eſt pedes anteriores inter eſitandum eſſe prædulces inſigniq; ſuauitate traditur: quoniam (vt Plutarcho placet) partes bene concoquentes, carnem reddant ſuauiorem, concoquit autem præcipuè omne quod diffiat, id verò eſt quod mouetur, quodq; exercetur: ſicuti vrſus partem hanc agitat plurimum, tum inceſſus ratione, tum apprehenſionis, Cęlius ex Plutarcho de cauſis nat. quæſtione 22. Vrſina quanquam inſalubris, hodie tamẽ apud Germanos in pretio habetur: ſed manus præcipuè, quas vel principes viri appetũt. Mich. Herus. Vrſi pedes anteriores ſalſos & in camino ſiccatos qui ederunt, optimum & ſuauiſſimum eſſe cibum mihi retulerunt, nec amplius ſe mirari quod eos per hyemem inter latendum fugant.

G.

Panos & apoſtemata in quacunq; parte ſanguis vrſinus diſcutit, Plin. Galeni ſententiam de caprini, hircini, & vrſini ſanguinis ad abſceſſus concoquendos curioſo vſu, in taurino ſupra recitaui. Sanguis vrſi prodeſt pilis qui in oculis naſcuntur, cum loco depilato illinitur, Raſis.

Vrſus

Vrſus cum per hyemem latet valde pinguescit: illi sunt adipes apti medicaminibus, Plinius, Conditum in vasa hunc adipem, eodem tempore quo latitant vrſi, crescere, supra in 2. retuli. Pro adipe vulpis, adipe vrſi vtemur, vt legimus in Sciadaneis Aeginetæ adscriptis. Adeps vrſinus quomodo curetur ex Dioscoride recitauimus in Sue c. quamuis Græcus vulgatus codex noster Dioscoridis, non ἄρκειον, id est vrſinum, sed ἄρνειον, id est agninum habet, quod non placet: nam & Ruellius vrſinum vertit: & paulò post eodem in libro apud Dioscoridem in fine capitis de adipe odoribus imbuendo, codex noster ἄρκειον, id est vrſinum habet, similiter mentionem eius cum suillo coniungens vt & supra. Adde quòd eo in loco de adipe agnino curando Dioscoridem agere non opus sit, cum sequenti mox capite de ouillo agat, sub quo agninus continetur. Leoninus adeps calidissimus & siccissimus est, &c. Pardinus ei proximus, pardino vrſinus, taurinus vrſino vicinus, Iacob. Syluius. Recentiores quidam medici, vrſi adipem aliis quibusdam miscent medicamentis, ad inungendum loca conuulsa vel resoluta. Miscetur & acopo ex vulpe in oleo decocta apud Nicolaum. Vrſi adeps liuores & maculas eximit, Marcellus. Ambustis prodest vrſinus adeps cum lilij radicibus, Plinius. Idem alibi, Adustis, vel combustis aqua feruenti (inquit) adipe vrſi cum cera vtendum putant. Obscurus quidam scriptor hoc adipe duros tumores molliri, & ad suppurationem quæ opus est duci, putat. Lumborum dolores, & quæcunque alia mollire opus sit, vrſino adipe perfricari conuenit, Plinius. Igni sacro illinitur vrſ. adeps, maximè qui est ad fœnes, Plinius. Vrſinus maximè aut vulpinus adeps, vel si illi haberi non possunt, taurinus cum sarmentitio cinere emollitus, & cum lixiuio coctus probe attenuat eminentes tumores, hoc enim modo etiam sapo præparatur, quem in vsum conuertere oportet, si vrſinus aut vulpinus adeps non adsit, Archigenes apud Aëtium in curatione elephantis. Vlcera sanat in tibijs cruribusq; adeps vrſinus admixta rubrica, Plinius. Sed aliter Marcellus empiricus. Vlceribus crurum & tibiarum medetur adeps vrſi cum herba rubricata tunsa: cum hæc ergo in vnum corpus subacta coierint, imposita velut emplastrum, colligantur vt diu maneant. Vlceribus omnibus pedum in quamlibet parte, adeps vrſina addito alumine medetur. Idem. Perniones vrſi adeps, rimasq; pedum omnes farcit, efficacius alumine addito, Plinius. Dioscorides quoque pernionibus eum subuenire scribit. Splenis asinini leuissimus pulvis cum sœuo vrſino & oleo ad mellis crassitudinem redactus & illitus, supercilijs pilos restituit. Rasis. Vrſinum adipem constat raptos vitio alopeciæ capillos restituere, Dioscor. & Auicenna. Hunc adipem alopecijs congruere quidam ante nos verè scripserunt: sed nos alia magis probata pharmaca contra hunc affectum habemus, Galenus. Leporis exustum caput & cum adipe vrſino aut aceto illitum, alopeciarum inanitatibus medetur, Dioscorides & Auicenna. Galenus lib. 11. de simpl. medicum quendam innominatum eodem hoc pharmaco vsum scribit. Murem vstum & tritum cum adipe vrſino & melle subiges, & alopecias inunges, Galenus Euporist 2. 86. Et paulò mox, Cum folijs ficus frica diligenter, deinde vnge cum adipe vrſino.

Apud Galenum secundum loc. Cleopatræ quædam compositio est laudatissima, aduersus alopecias & profluuium capillorum, cui adeps vrſinus additur: item alia Heraclidæ. Herinaceorum marinorum cinerem, vt ibidem docetur, alij aqua excipiunt, alij. quod melius est, adipe vrſino ad eundem affectum. Vide supra in Echino c. Vrſi adeps & fel cum modico pipere alopecijs illita, pilos inducunt. Rasis. Roboris pilulæ, (quæ gallas similant,) cum adipe vrſino tritæ, alopecias emendant & capillo replent, Plinius, Marcellus, & Samonicus. Rosa syluestris cum adipe vrſino alopecias mirificè emendat, Plinius. Calami radices vstas cum apide vrſ. excipe atque impone, Crito apud Galenum. Vitium capitis in quo sunt alopeciæ, prius raditur, post illic cæpa acerrima perfricatur: deinde hordeum combustum & in puluerem redactum cum vrſina adipe permixtum, superimponitur, Marcellus. Adeps vrſina cum fungis qui in lychno lucernæ concrescunt subacta, (vide mox ex Plinio,) & alopecijs perunctione impositа, pristino decori caput reuocato crine restituit, Idem. Vrſinus adeps cum ladano & vino vetere mixtus, capillos fluentes continet & conspissat, Sextus. Ad capillos decidentes confirmandos, adipem vrſ. cum ladano miscebis, & caput, vel loca defluentium capillorum perunges, Marcellus. Capilli defluuia vrſ. adeps, admixto ladano & adianto continet, alopeciasq; emendat, & raritatem supercilliorum cum fungis lucernarum, (vide paulò ante ex Marcello,) ac fuligine quæ est in rostris earum, purrigini cum vino prodest, Plin. Lacertæ vt docuimus combustæ, cum radice recentis harundinis minutatim fissæ: ita myrteo oleo permixto cineres capillorum defluuia continent. Efficacius virides lacertæ omnia eadem præstant etiamnum vtilius admixto sale, & adipe vrſino & cepa tusa, Plinius. Miscetur & alijs medicamentis quæ vel continere capillos, vel locis etiam caluis restituere policentur, vt illi quod ex leporum ventribus, &c. Andromachus composuit, apud Galenum de compos. loc. lib. 1. in fine capitis 2. Faciei tumoribus sarmentorum cinerem alicui ferarum adipi admiscens illinito, Leonis videlicet, aut pantheræ, aut vrſi, Aretæus ad Elephantiasin. Adeps vrſ. pari pondere cum sœuo taurino & cera permixta atq; adposita, parotidibus mirum remedium est, Marcellus: comprimit parotidas: sed addunt quidam hypocisthidem, Plinius. Ad faucium dolorem: Præterea fauces extrinsecus vngere prodest. Vrſino & tauri sœuo, cerisq; remissis. Omnia quæ geminis æquabis lancibus ante, Serenus. Cerucum dolores butyro aut (&, Marcel.) adipe vrſino perficantur, Plinius. Vrſi adeps commendatur contra flatus quos phlegma crudum excitat, & in dorsi dolore, (ad lumborum dolores, Plinius,) Rasis. Gladioli radix contusa cum sulfure viuo & adipe vrſ. lumbis dolentibus imposita plurimum prodest, Marcellus Articularibus morbis & podagricis plurimi cum oleo vetere vrticæ semina, aut folia, cum vrſino adipe trita imponunt, Plinius. Adeps vrſ. cum sœuo taurino & cera pari pondere decoquuntur, eoq; cerato podagra contacta lenitur, Marcellus: addunt quidam hypocisthidem & gallam, Plinius.

Heraclides apud Galenum pilos vrſi combustos, & adipem vrſi alijs quibusdam ad inueteratas alopecias medicamentis miscet. Est & Sorani medicamentum apud eundem ad alopecias, huiusmodi, Foliorum ac radicis calami vstorum, pilorum vrſi, (addendum videtur, vstorum) adianti, adipis vrſini, picis liquidæ, pilorum caprarum vstorum, cedriæ, omnium octo par pondus accipe, liquidaq; cum aridis committe, & præfrictis adhibe. Vrſi pellis vtiliter substernitur morsis à cane rabido, vt & phocæ, Actius.

Vrſorum cerebro veneficium esse Hispaniæ credunt, occisorumq; in spectaculis capita cremant, testato, quoniam potum in vrſinam rabiem agat, Plinius. Rasis quidem & Albertus cerebrum leonis intra corpus sumptũ amentiam inducere tradiderunt. Cati cerebrum similiter venenosum esse, scripsi in Cato c.

Oculus vrſi dexter siccatus & appensus pueris, amolitur ab eis timores quibus in somnis vexantur, Rasis. Oculos vrſi eruros si sinistro hominis adiutorio (brachio) alligaris, febrim eius quartanã mitigabis, Aesculapius. Suillus & agninus vrſinusq; pulmo impositus, attritus à calciamentis contractos ab inflammatione tuetur, Dio-

ſcorides: ſanare creditur, Galenus lib. 11. de ſimpl. Sed Galenus ſuilli tantum & agnini pulmonis mentionem fecit, vrſini nullam: quamobrem conijcio apud Dioſcoridem quoq; illam ſuperfluam eſſe: potuit autem in textum irrepere verbum ἄρκειος, id eſt vrſinus, quod aliquis forte in margine tanquam diuerſam lectionem notauerat: facillimè enim pro ἄρνειος legitur ἄρκειος, vel contra, vt ſupra quoq; diximus in principio medicaminum ex adipe vrſi. Et ſanè ridiculum foret pro pede quem calceus læſiſſet, tam longè remedium quærere, ab vrſo inquam: agninus verò & ſuillus pulmo, quoties libuerit haberi poſſunt.

Fel vrſinum cum veſica ſua ab hepate ſeparatum, ſuſpendi & ſiccari debet: per duos annos ſeruatur, Phyſiologus. Dioſcorides vrſino taurinum præfert: eadem enim ſed inefficacius præſtat. Caprino felli conſimile ferè eſt vrſinum & bubulum, efficacius eis taurinum, Galenus. Si frigore ita occupetur corpus, vt vix medicamentis cedat, fel vrſinum tepefacta dilue lympha, Proderit hoc potu, Serenus. Fellis vrſi myſtra duo cum aquæ cyathis duobus, mortis à cane rabido quidam per triduum ieiunis offerunt, & in magna admiratione habent, Damocrates apud Galenum de antidotis libro 2. Fel vrſinum ſiue verrinum panos & apoſtemata in quacunq; parte diſcutit, Plinius. Carcinomatis quæ ſerpunt circa vlcera fel vrſinum bene adponitur, Marcellus: Sed aliter Plinius, Carcinomata (inquit) curat coagulum leporis, &c. gangrænas vrſinum fel penna illitum. Fel vrſinum leprоſos admodum ſanat, ſi eo aſſidnè perlinantur, Marcellus. Sepum & fel vrſi cum modico pipere, ſi alopeciæ illinantur, pilos reſtituunt, Raſis. Articulorum vitijs (doloribus, Marcellus) fel vrſinum vtiliſſimum eſſe tradunt, Plinius. Priuatim in ectegmate comitiales adiuuat, Dioſcorides. Fel vrſinum cum aqua calida ſumptum caducos ſanat, Sextus. Ab Arnoldo de Villan. etiam ad epilepſiam commendatur. Calidum eſt & ſiccum, contra epilepſiam & paralyſim vtile, Phyſiologus. Felle vrſino circunlini ſuffuſiones prodeſt, Plinius. Fel vrſinum atq; hyænæ cum melle optimo mixtum & diu cogitatum, caligines eximit, ſi aſſiduè inde oculi ſuffundantur aut ſuperlinantur, Marcellus. Ad exeſos dentes: Fel vrſi impoſitum illico dolorem leuat: curat autem etiam quoquo modo illinatur, Galenus Euporiſt. 2. 12. Omnem oculorum obſcuritatem, incipientemq; ſuffuſionem curat fel vrſinum cum aquæ duplo, Idem Euporiſt. 1. 44. Fel vrſi ad aures purulentas, præſcribitur apud Nic. Myrepſum. Ad ſuſpirioſos ſanandos fel vrſinum aqua (calida, Sextus) dilutum bibendum optimè datur: intra paucos enim dies potenter medetur, Marcellus. Fel vrſinum in aqua laxat meatus ſpirandi, Plinius. Fel vrſi potum pondere ſex granorum danic cum melle & aqua calida, valet contra aſthma, Raſis. Tuſſim ſanat vrſinũ fel admixto melle, Plinius. Antidotus ex felle vrſino ad induratas hepatis affectiones, deſcribitur apud Galenum de compoſ. ſec. locos 8. 8. Ad morbum regium: Vrſini fellis quantum Græcam fabam æquat exhibeto, deinde aquam ſuperbibito, Galenus Euporiſt. 2 29. Ad ictericos, Fellis vrſini cyathum bibendum dato, Idem ex Archigene 2. vtr. Peſſus ad conceptum promouendum: Leonis aut vrſi aut hyænæ, vel ſaltem taurini fellis veſicam e uacuato: & ibidem vngenti nardini, irini, roſacei, mellis, partes æquas injicito, cumq; omnia ſimul ſuper calido cinere volueris, ſeruato & vtere poſt menſium purgationem ante concubitum, Aetius 16. 34. Qui ligârit fel vrſi ſuper femur dextrum, coibit quoties voluerit, & non nocebit ei, Raſis. Sedis vitijs præclare prodeſt fel vrſinum cum adipe: quidam adijciunt ſpumam argenti actbus, Plinius. Fel vrſi potum pondere ſex granorum danic cum melle & aqua calida, aſthma & hæmorrhoides remouet, Raſis.

Comitiali morbo teſtes vrſinos ediſſe prodeſt, Plinius. Suffimentum ad epilepticos expertum, recipit hirci & vrſi & lupi teſtium, ſanguinis hirundinis, & lapidis in eius ventriculo reperti, aſterij in mari inuenti, (ſtellam marinam intelligo,) anethi, ana 3. ij. alliorum purgatorum, cornu ceruini & caprini, ana 3. 1. &c. Eſt autem ordine ſecundum inter ſuffimenta apud Nicolaum Myrepſum. Dolor aurium ſedatur canino lacte & vrſino, ſi recens inſtilletur, Marcellus.

Ne abortiat grauida: Pro amuleto ex collo ſuſpende vngulam (vnguem) vrſi, quam geſtet ad tempus pariendi. Hoc remedium pro ſecreto habuit Helideus de Padusnis.

De morſibus leonum, pantherarum & vrſorum, eorumq; remedijs, Aëtij verba recitaui ſupra in Leone c.

H.

a. Vrſus dicitur quaſi orſus, ſcilicet in ventre, & extra completus, &c. Iſidorus, vt in c. recitaui. Vrſulus, diminutiuum, vt grammatici annotant: item vrſellus, Obſcurus. Ἄρκτος, παρὰ τὸ ἀρκεῖν τῷ ἐπιφορῷ, ἄρκος: ἢ παρὰ τὸ συναιρεθῆναι τὸ τ. ἄρκτος, τὸ ἐπιφορὰν ἑαυτῷ ζῷον: aiunt enim vrſum hyemem ſine vllo externo alimento tranſigere, Etymologus. Ἄρκος, βοηθεῖν, καὶ τὸ ζῷον, Heſychius & Varinus. Oſee 13. LXX. interpretes pro Hebraica voce dob, conuerterunt ἄρκος: hinc & ἄρκειον, vrſinum. Sed apud veteres Græcos ſemper τ. adiectum reperio. Theophraſtus, Pauſanias, Plutarchus & Pollux vt fœminino genere proferunt, non ſolum de fœmina loquentes, ſed de vrſo ſimpliciter: & haud ſcio an quiſquam idoneus author maſculinum fecerit. Κτωπὸς, vel vt alij proferunt κτηπὸς, ἄρκτος, Heſych. Varinus. Κτηπὸς, ἄρκτος, Macedonibus. Idem. Δασυπὸς, ἄρκος, Etymologus: vrſus ſic dictus à villoſa hirſutie. Δασυλλίδες, αἱ δασεῖαι, Varinus. Sigiſmundus Gelenius in Lexico ſuo ſymphono, Græcam, Germanicam, & Polonicam voces, βερὸς, ber, vrſus, tanquam eiuſdem ſignificationis coniungit. Varinus βερὸν interpretatur δασύ, id eſt hirſutum: ſubſtantiuè quidem pro vrſo poſitum antiquum reperio. Μονὸς, vrſus ſolitarius. Etymologus: alij monìon aprum, alij lupum ſolitarium interpretantur, alij aſinum, vt dixi in Aſino a. Κτηνυφῶπις, vrſa parua, Varinus: de ſydere intelligo.

Valentinianus imperator duas habebat vrſas, Micam auream, & Innocentiam, vt ſupra in E. retuli.

Epitheta. Tu licet Acmonios includas ſentibus vrſos, Gratius. Armati vnguibus vrſi, Ouidius 12. Metam. Fœdus Lucanis prouoluitur vrſus ab antris, Ouid in Halieut. Informes, Verg. 3. Georg. Sequis inter ſe conuenit vrſis, Iuuenalis Sat. 15. Truces, Valerius 2. Argon. Turpes, Ouid 3. Triſt. Statius 6 Theb. Veſpertinus circumgemit vrſus ouile, Horat. Epodo. Villoſæ catulos in ſummis montibus vrſæ, Ouid. 13. Metam. Sunt & alia apud Textorem, nempe: Atrox, auidus, Calydonius, crudus, deformis, Erymanthius, ferox, grauis, Libycus, (vide in B.) minax, Numida, Numidicus. Oſſæus, præceps, rabidus, rigidus, rapax, terribilis, triſtis, trux. Ἄρκτοι δ' αἰγιαλῆες, φόνιον γένος ἀλκεβολοι, Oppianus. Ἄρκτοι χαετήσσαι, Idem. Η' λευκῶν ἀρκτων ὀλοὸν λεχὼ. Idem. Ἄρκτοι βλοσυρῆς πολύμαχος, θηρὸς πυκνὴ, Oppianus. Ὀ λύκοι, ὦθῶις, ὦ αἰ ἀρκτα φιλαιόλις ἄρκτω, Theocritus Idyl. 1. Ἄρκτοι αἱμαχέων, δολίαι, σιδηραὶ, Adamantius.

Vrſa vocatur ſydus cœleſte, figura & ſitu ſtellarum ſeptem plauſtro ſimile: quatuor enim ex eis rotarum, tres equorum loco ſunt: vnde antiqui Græcorum hámaxan, hoc eſt plauſtrum dixerunt, vt & Germani hodie. Latini Septentrio-

Septentriones appellant, à ſeptem ſtellis à quibus quaſi iuncti triones, hoc eſt boues, figurantur. Sunt autem duæ vrſæ, maior & minor, quas Græci ἄρκτους nominant. Vrſam maiorem (inquit Higinus) Heſiodus ait eſſe Caliſto (melius per duplex lambda, vt Græci ſcribunt, Καλλιστώ,) nomine, Lycaonis filiam, eius qui in Arcadia regnauit: eamq; ita ſolito venatoris inductam ad Dianam ſe appliciſſe: à qua non mediocriter eſſe dilectam, propter vtriuſq; conſimilem naturam: Poſtea autem ab Ioue compreſſam, veritam Dianæ ſuum dicere euentum, quod diutius celare non potuit. Nam iam vtero ingraueſcente, prope diem partus in flumine corpus exercitatione deſeſſum cum recrearet, à Diana cognita eſt non obſeruaſſe virginitatem: quamobrem à dea in vrſæ ſpeciem conuerſa eſt. In ea figura corporis Arcada procreauit. Sed vt ait Amphis comoediarum ſcriptor, Iupiter ſimulatus effigiem Dianæ, cum virginem venantem vt adiutans perſequeretur, amoram à conſpectu cæterarum compreſſit: quæ rogata à Diana quid ei accidiſſet quòd tam grandi vtero videretur, id illius peccato euenisſe dixit. Itaq; propter eius reſponſum in vrſam eam Diana conuertit. Quæ cum in ſylua vt fera vagaretur, à quibuſdam Aetolorum capta, ad Lycaonem pro munere in Arcadiam cum filio eſt deducta. Ibi igitur inſcia legis in Iouis Lycæi templum ſe coniecit: quam confeſtim eſt filius ſecutus. Itaq; cum eos Arcades inſecuti interficere conarentur, Iupiter memor peccati, ereptam Caliſto cum filio inter ſidera collocauit, eamq; Arctum, filium autem Arctophylaca nominauit. Nonnulli etiam dixerunt, (vt Scholiaſtes Homeri etiam refert Iliad. ſigma ex Callimacho) eum Caliſto ab Ioue eſſet compreſſa, Iunonem indignatam in vrſam eam conuertiſſe: quam Dianæ venanti obuiam factam, ab ea interfectam, & poſtea cognitam inter ſidera locatam, &c. Hæc Higinus. Hanc Calliſtûs metamorphoſin in vrſam Ouid. lib. 2. Metam. deſcribit. Caliſto Lycaonis filia fuit, quam (vt Græci referunt) Iupiter compreſſit. Iuno deprehenſam mutauit in vrſam: & Diana in Iunonis gratiam ſagittis confecit. Iupiter verò miſſo Mercurio filium quem vtero geſtabat Caliſto ſeruari ſibi iuſſit. Ipſam vero Caliſto in ſidus, quod Vrſa maior vocatur, conuertit: cuius etiam Homerus Odyſſ. 5. meminit vbi Vlyſſem à nympha Calypſo ſoluentem facit: Πλειάδας τ' ἐσορῶντα, καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην, Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι. (Eoſdem verſus legimus Iliad. Σ. & præterea, Ἣ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεύει. Οἴη δ' ἀμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.) Sed fieri poteſt vt ſidus illud hoc nomen in honorem tantum Calliſtûs acceperit: nam ſepulchrum eius Arcades oſtendunt, Pauſanias in Arcadicis. Arcas (vt Iſtrus inquit) natus eſt ex Ioue & Themiſte (lego, Caliſto,) ſic dictus propter matris mutationem in arctον. Id eſt vrſam: quo tempore etiam ſidus cæleſte, quod Hámaxa prius dicebatur, Vrſa dici cœpit, Stephanus in Arcas: eſt autem locus corruptus. Sed de Lycaonis filia Caliſto in vrſam conuerſa, plura ſcripſit in Lupoa. inter propria virorum. Fabulam de Calliſtûs mutatione Palæphatus inde natam conijcit, quòd hæc montes habitans ab vrſa fortè in venatione conſumpta ſit: & qui in venatione cum ea erant, non illam amplius ex vrſæ cubili egredientem, ſed ſolam vrſam videntes, quòd Caliſto puella vrſa facta eſſet dictitarint. Eſt & alterum ſidus ſuperiori proximum, figura conſimile, Vrſam minorem vocant: de qua plura leges apud Higinum, vbi etiã de maiore Vrſa, quomodo ab alijs plauſtri nomen acceperit à ſeptẽ ſtellis, ab alijs Vrſæ pluribus ſtellis ad vnam effigiem computatis, copioſius ſcribit, &c. Item de Arctophylace ſiue Boote apud eundem. Nos de Cynoſura, id eſt, minore Vrſa nonnihil attulimus in Cancro. Helice (ſic quoque maiorem Vrſam vocant) & Cynoſura, in Cœlo dicuntur geminæ Vrſæ: quarum alteram (Cynoſuram) Iouis nutricem fuiſſe perhibent, alij ambas. Sunt qui Cynoſuram eius nutricem, Helicen verò amores eius faciant, Pollux. Cynoſura, id eſt Vrſa minor, ſic nominatur, quòd caudam inſtar canis reflexam habeat: cuius Homerus noſti meminit vtpote poſterius inuentæ à Thaletę Mileſio, Scholiaſtes Homeri. Nicander in Alexipharmacis arctον omphaloëſſan vocauit: interpres τροφὸν exponit, veluti dicas nutritiam: ſunt qui Creticam exponant: nam Omphalòs Cretæ locus eſt, Cælius. Sed fortè ſic dicitur quòd eo ſitu in cœlo ſit Vrſa nodus, quo umbilicus in animante, videlicet medio. Arctos cœleſtes ſcribit Theon appellari, διονὰ ἄκρας κεφαλὰς τῦ κόσμου: quia ſummæ ſint, ac cœli velut capita. Peculiarius autem Cynoſuram dici ex caudæ imagine, quoniam canis caudam habeat. Helicen verò διὰ τὸ ἑλίσσεσθαι, quia inuoluta ſit cauda: vel per exochen quandam quòd à cœlo trahatur, Cælius. Ἀστερωπὶς, vrſa parua, Heſ. Var. Arctûrus vocatur ſplendida quædam ſtella, in zona Arctophylacis, quòd iuxta caudam vrſæ ſita ſit ſic appellata: vnde integrum etiam ſidus Bootes eodem nomine appellatur, Suidas & Varinus. Ἀρκτῷος πόλος, locus Septentrionalis, in quo ſeptem ſtellę viſuntur, Varinus. Hinc & circulus Arcticus dicitur, & qui ab ea cœli plaga exoritur ventus αἱ παρκτίας, Pollux. Varinus tamen in voce Ἄρκτος hunc ventum ſine τ. euphoniæ gratia aparctian dicit ait, & ἄρκιον πνεῦμα, citatis iſtis ſenarijs: Καὶ μὴν πελαζεῖ καὶ κατεψύχει πνοὴ. Ἄρκιος (Ἄρκιες potius) ὡς ναύτησι σοκτίνας μολών.

Vrſinus, adiectiuum. Ἄρκειον κεφαλὴ, caput vrſi: & ἄρκειος κρέας, vrſina caro, cum diphthongo: ἄρκιον verò per ſõta, ſufficiens, vtile. Suidas & Varinus. Ἀρκτῆ, pellis vrſi, Varinus: apud Heſychium acuitur vltima. Virgines ἀρκτεύεσθαι (decimari interpretatur Gyraldus) Athenienſis populus dicebat, Pollux. Id verbum ſignat, (inquit Cælius,) Dianæ prius quàm tempus appetat nuptiarum, virgines conſecrari initiariue. Quod Lyſias ſcribit in oratione pro Phrynichi filia, ſi tamẽ ex eius illa prodijt officina. Decreto nanq; ſancitũ Athenienſium erat, ne qua viro puella traderetur, εἰ μὴ ἄρκτευσεν τῇ θεῷ, id eſt niſi ſacra obijſſet Dianæ: quod menſe Ianuario fieri conſueſſe indicat Libanius in oratione quam de Dianæ laudibus dixit. Induebantur autẽ veſte quam crocotam nominant, nec decimo ætatis anno grandiores, nec quinto inferiores. Iis autem placari credebatur Diana, quæ cauſa eiuſmodi indignationem concepiſſe videbatur. Ferunt quandoq; vrſam feram in Attica (ἐν τῷ δήμῳ Φλυεῦσιν, forte Βραυρωνίων, vtio ſequentibus.) ita cicurem factam, vt homines nihil auerſaretur omnino, ſed compaſceretur, multaq; licentia huc illuc, nemine impedimentum inferente, peruagaretur. Contigit puellam quandam laſciuiuſculè cum bellua colludere: quæ irritata, puellã facto impetu proſcidit. At fratres rem intuiti, ac commoti acrius, vrſam iaculis impetitã necarunt. Ex qua cauſa peſtilens morbus latius per regionem graſſari cœpit. Conſultis oraculis, reſpondit deus, mali non defaturum finem, ſi virginũ nonnullas compellerent (ἀντὶ vel ἀντὶ τοῦ addendum videtur) τῇ πολιούχῳ ἄρκτῳ ἀρκτεύειν, id eſt vrſę peremptę honori Dianę dicari. (Gyraldus exponit, ſi virgines aliquas Dianę mactarent pro vrſa. Nam & puellæ ſic vocabantur arctι, id eſt vrſæ, quod perſpicuè dicit Euripides in fabula Hypſipyle: & in Lemnijs Ariſtophanes ac Lyſiſtrate, Hucuſq; Cælius. Ἀρκτεύειν, παιδὶ γενέσθαι πρὸς γάμον (πρὸ γάμων) τὰς παρθένους τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Μουνυχίᾳ, ἢ τῇ Φαυρωνίᾳ (lego, Βραυρωνίᾳ.) Suidas & Varinus. Ἀρκτεῖα, ἢ τὰ ἀρκτευομένων παρθένων παλαιὰ, Heſychius, Varinus. Ἐν Βραυρωνίοις ἀρκτευόμεναι γυναῖκες, τῇ Ἀρτέμιδι ἐορτὴν ἐπέλευν, &c. Suidas, nam quæ ſequuntur apud illum, iam proxime interprete Cælio recitaui, quanquam is antherem non citat. Ἄρκος, ἱέρεια (lego ἱέρεια, hoc eſt mulier ſacerdos) τῆς Ἀρτέμιδος, Heſychius. Ἐναρκτεύει. (ſi rectè legitur) Θοινᾶται κρέασι,

Heſychius, Varinus. Athenienſes cum in Dianæ Munychiæ templo vrſam deæ ſacram interfeciſſent, fames facta eſt: qua tum demum eos liberatum iri prædixit oraculũ, cum eorũ quiſpiam deę filiam ſacrificaſſet: id quod Embarus ea conditione pollicitus eſt, ſi ſacerdotium in ſua familia perpetuò permanſiſſet, & gentilitium fieret: quod cum annuiſſent, exornatam filiam immolauit: quæ ex re factum in eos eſt prouerbiũ, qui inſani ac vecordes ſunt; Ἔμβαρός εἰμι, id eſt, Embarus ſum: plura in prouerbijs Eraſmus. Ab hoc facto, ſcribit Harpocration, mos inoleuit, vt inde virgines Dianæ Munychiæ & Brauroniæ conſecrarentur ante noptias, ἄρκτοι, id eſt vrſæ vocatæ: à quibus & verbum quoq; deductum ἀρκτεύειν, quod δεκατεύειν, id eſt decimare ſignificat. Plura de hac vrſa in templo Dianæ interempta, deq; Embaro, vide ſupra in Capra h. vbi de ſacrificijs, ex Varino in Σίφνιοι Θετταλικόν. Piſcatores noſtri inſtrumentis quibuſdam vruntur, retibus in coli formam contextis, ligneo circulo ſuperius ambiente os apertum: quæ neſcio qua de cauſa vrſos appellant, *bären*: ſunt autem diuerſa, alia *ſtorbären*, quibus turbatos in ripis piſciculos aut cancros excipiunt: alia naſſis vimineis ſimilia in profundum demittuntur, *ſatzbären*, *ſatzgarn*.

Berna Heluetiæ clariſſima ciuitas vrſos publice alit: eoſdem pro inſignio habet, quatuor pedibus inſiſtentes, & nomen quoq; ciuitatis ab vrſo factum videtur etymo Germanico. Cæterum Sangallenſes & Abbatiſcellenſes Heluetiæ populi vrſo erecto pro inſigni vruntur.

Eſt & ſylueſtre allium, quod vrſinum vocant, odore molli, capite prætenui, foliis grandibus, Plinius. Arctûrus, genus herbæ, Heſychius, Varinus. Arction vel arctûrus herba memoratur à Plinio 27. *f.* & à Dioſcoride: creditur autem eſſe quæ vulgò lappa minor (quamuis xanthion etiam à quibuſdam lappa minor exponitur) vocatur. Maior verò lappa ſiue bardana vulgò dicta, arcion ſiue prolopion, id eſt perſonata Dioſcoridis exiſtimatur: Plinius (vt ipſe deprehendi) lappam boariam nuncupat. Arcophthalmus, chryſogonum: arcopus, catanance: arctudendron, ſambucus, vt inter nomenclaturas apud Dioſcoridem legimus. De pane vrſi, & vna vrſi, ſcriptum eſt ſupra in c. Branca vrſina vulgò appellata apud Gallos & Italos, (de qua lege Syluaticum cap. 87.) veterum acanthus eſt. Ea verò quam Germani quidam medici, Fuchſius & alij, brancam vrſinam vocitant *bärenatzen*, vel *bärlap*, (aliqui *bärenbrin*. *h*: alij *vvyngrün*, quod vino pendulo filici circumuoluta iniecta, mederi credatur: ſed vinum cum fecibus prius perturbandum eſt, & baculo fiſſo, vt fieri ſolet, agitandum:) quod hirſutiem vrſinã quodammodo referat, aut etiam pedis digitorum figuram extremis ramulis ferè ternis: repit circa ſaxa, quibus minimis fibris adhæret, foliis ferè abietis teneris, confertis, &c. vide Hieronymum Tragum Tomo 2. cap. 189.

Naſcitur apud Lucanos animal quoddam medium inter vrſum & ſuem, Galenus: vide ſupra in Mele A. Ἀρκτοῦς, animal D. Hieronymo memoratum, quaſi murem vrſinum dicas: de quo pluribus ſcripſi in Criceto mure. Aldabha (id eſt hyæna) eſt animal notum in Syria, colore vrſi, Andr. Bellunen. Dalec, fera ſimilis vrſo, Syluaticus. Eſt & vrſa marina, cancrorum generis, ſine chelis, à magno & informi corpore dicta, Ariſtoteli & Athenæo.

Vrſulus nomen proprium viri apud Am. Marcellinum lib. 16. & Vrſicinius apud eundem lib. 15. Vrſidius, vir apud Iuuenalem Satyr. 6. Vrſus quidam ceu vir ſanctus apud Heluetios Solodorenſes colitur. Vrſinus monachus ſcripſit opus inſigne de non rebaptizandis hæreticis, &c. Gennadius. In ſanctorũ catalogis legimus etiam Vrſicini cuiuſdam, & Vrſatij confeſſoris nomen. Nobilis quædam familia apud Gallos originem ſuam à neſcio quo Vrſone ducit, quem in ſolitudine vrſa quædam annis aliquot nutriuerit. Vrſo quidam ſcriptor obſcurus de ſomnijs & de vrinis quædam ædidiſſe fertur. Vrſula, nomen ſanctæ cuiuſdam virginis. Athenienſis quidam è Melite vico (tribus Oeneidis) κάρηξ vel σῦς, id eſt ſus, & arctos, id eſt vrſus cognominabatur, propter corporis hirſutiem. Heſ. Var. in Μελιτεύς. Arceſiades, Ἀρκεσιάδης, Laërtes Arceſij filius. Nam mihi Laërtes pater eſt, Arceſius illi, Iupiter huic, &c. Vlyſſes apud Ouidium contra Aiacem loquens. Dictus eſt autem Arceſius quòd ab arco ſiue arcto, id eſt, vrſa lactatus ſit, vt fabulantur. Vera autem hiſtoria refert, Cephalum Deionei vel Deionis filium ex Arcto vxore Arceſium genuiſſe, Varinus. Cephalo de liberis quærenti, deus reſponſum reddidiſſe fertur, vt cuicunq; primum obuiam factus eſſet, ei miſereretur. Illum verò cum in Arcon mulierem incidiſſet, filium ex ea ſuſtuliſſe, qui derluato à matre nomine Arceſius dictus ſit, Heraclides in politijs. Eſt autem impreſſi codicis locus corruptus, vt ſuſpicor, huiuſmodi. Τὸν δὲ παραπυχεῖν ἄρκτῳ, καὶ πλησιάσαντα γυναῖκα, ἐξ ἧς τὸν Ἀρκεσίαν φερωνύμως ὀνομασθῆναι λέγεται. Ipſe quomodo legerim, ex translatione apparet. Arctinus Mileſius poëta, diſcipulus Homeri, &c. Suidas. Ἀρκτῖνος ἰωνοποιὸς & Arctum Heſiodus inter centauros nominat in Aſpide. Habent & Germani viri proprium nomen ab vrſo ſumptum, *Barnhart*, ac ſi Arctoſthenem dicas.

Arctûrus, fluuius Scythiæ Phaſis poſtea dictus, Plutarchus in libro de fluuijs. Vrſa, fluuius apud Heluetios, vulgo *die Vrſ*. Ἄρκτων ὄρος, id eſt Vrſarum mons, Cyzico imminet, ſic dictus à Iouis nutricibus, (Helice & Cynoſura puto.) quas illic in vrſas migraſſe tradunt, Stephanus (ni fallor) alicubi. Vrſarum mons nominatus eſt, à nutricibus Bacchi illic in vrſas conuerſis: Vel quod locus venationi aptas feras contineat, ab vrſa fera: Vel propter altitudinem, quòd vertice ſuo ad Arctos ſydera appropinquare videatur: habitabant autem in eo agreſtes quidam gigantes, ἄγριοί τινες γίγαντες, Varinus (ex Scholijs in primum Argonauticorum Apollonij ad numerum 35. vbi additur hunc montem ſitum eſſe iuxta Cherronneſum in Propontide: legitur autem ἄρκτου per o. paruum, apud Varinum, Apollonium & Scholiaſten, perperam apud omnes. In Propontide eſt inſula Cyzicus cum vrbe, cuius pars iacet in planicie, pars ſecus montem, qui Vrſarum mons (ἄρκτων ὄρος) appellatur, Strabo lib. 12. Ἄρκτου ὄρος τὸ Ἀρκτώιον, ἐτυμώνυμον, Pollux.: hoc eſt, Arctôus mons ab vrſo dictus eſt. Arctânes, gens Epirotica, Stephanus. Arconêſus, Ἀρκόνησος, inſula Cariæ, Stephanus: Meminit etiam Strabo. Plinius inſulam vnam ex deſertis circa Cherſonneſum eſſe ſcribit. Cæterum Cyzicus olim Ἄρκτων νῆσος & Ἀρκτόννησος dicebatur, Stephanus. Vrſa Balnis, Picenorum vrbs Ptolemæo 3. 1. hodie Vrbſa.

b. Patnes mons Articus aptorum & vrſorum venationem præbet, Pauſan. Apud Aratores Afros ad Occidentem reperiuntur leones, vrſi, elephantes, Herodotus lib. 2. Cepus faciem habet ſatyro ſimilem, cætera inter canem atq; vrſum, Strabo. Tarando villus magnitudine vrſorum, Plinius & Aelian. Σκύλον, pellis vrſina, vel ouilla; aut alterius animalis, Heſych. & Varin. Harpyiæ in Thracia habent aures vrſinas, vulturum corpora, Varinus in Scylla. Os vrſi, στόμα & χάσμα vocat Plutarchus, & pedes anteriores χεῖρας, id eſt manus. Talpa pedes habet vrſi, Suidas & Heſ. Beſtia quã vidi ſimilis erat pardo, & pedes ſimiles vrſi, Ioannis Apoc. 13 Beſtia alia ſimilis vrſo, Danielis 7. Galli caput vrſi & aliarum mordacium ferarũ hute nominant: & vrſę mamillas, pompes vel tettes: vrſinum

Vrſinum ſimum, vt apri quoq; & lupi, laiſſes. Rob. Stephanus. Pellem vrſi, qui propriè apud nos loquuntur vocant *een hut*: & eandem excoriati dicunt, *geſchunden vverden*.

c. Vrſa ſuos fœtus lambit, donec perfici & vocem ædere inciplunt, Εἰσόκε κνυζηθμοῖσιν ἀναιδέα πνεῦμα πνεύσῃσιν, Oppianus. Cum tubam venatorum exaudierit vrſa, è cubili prodiens, Οἶδε λέοντας θηρῶσι, καὶ οἶδε δέδοικε λαγωούς, Idem. Vociferamur (Rugiemus, Hieronymus) nos omnes quaſi vrſi, & meditamur quaſi columbæ, Elaiæ 59. hoc eſt, vlulamus & gemimus. Nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcæcauit vultum ſuum tanquam vrſus, Eccleſiaſtici 25. Vrſis quidem oculos hebetari, cum recens è latibulo prodierint, in c. retuli. Patinas cœnabat omaſi Vilis & agnini, tribus vrſis quod ſatis eſſet, Horatius 1. epiſt. Vrſa prægnans à Gallis peculiari & venatoria locutione dicitur vne ourſe preigne. Ἄρκτυλοι dicuntur catuli vrſorum, Pollux: apud Varinũ ἄρκυλοι legitur, quod minus placet. Cyclops apud Theocritum Galateæ ſe nutrire canit ἔνδεκα νεβρώς, καὶ σκύμνους πουλιὰς ἄρκυλον. Inuenti geminos, qui tecum ludere poſſunt, Inter ſe ſimiles, vix vt dignoſcere poſſis, Villoſæ catulos in ſummis montibus vrſæ, Polyphemus Galateæ canens Ouid. j Metam. 13. Legitur ano 1274. Nicolai tertij Pontificis ſcortum vrſam peperiſſe, non quidem exanimalis congreſſu, ſed propter imaginationem: concubuerat enim cum ſanctiſſimo patre in aula in qua vrſarum ſaltationes atq; varia eius animalis exercitia depicta erant. Vnde Pontifex cum ſpem filij concepiſſet, fruſtratus pro filio vrſam accepit: commotus igitur iracundia & pudore, omnem vrſarum picturam continuo delendam curauit, Sebaſt. Frank.

d. Occurram eis quaſi vrſus orbatus, & lacerabo obſtinatum cor eorum, Oſee 13. Præſtat occurrere vrſo orbato (raptis catulis) quàm fatuo (obſtinato) in ſtultitia ſua, Proverb. 17. Tu noſti patrem tuum & viros qui cum eo ſunt fortiſſimos & amaro animo, veluti ſi vrſa raptis oculis in ſaltu ſæuiat, 2. Regum 17. Sunt autem verba Chuſai ad Abſalonem de Dauide.

e. Ferunt difficiles partus ſtatim ſolui, cum quis tectum, in quo ſit grauida, tranſmiſerit lapide: vel miſſilt ex his, quæ tria animalia ſingulis ictibus interfecerint, hominem, aprum, vrſam, Plinius. Taifalorum gentem turpem ac obſcœnæ vitæ flagitijs ita accepimus inerſam, vt apud eos nefandi concubitus fœdere copulentur maribus puberes. Horum ſi quis iam adultus aprum exceperit ſolus, vel interemerit vrſum immanem, colluuione liberatur inceſti, Marcellinus libro trigeſimoprimo. Certè furit, ac velut vrſus, Obiectos caueæ valuit ſi frangere clathros, Horatius de Arte ad finem. Heliogabalus ebrios amicos plerunq, claudebat, & ſubito nocte leones, & leopardos, & vrſos, exarmatos immittebat, ita vt expergefacti in cubiculo eodem, leones, vrſos, pardos cum luce, vel quod eſt grauius nocte inuenirent, ex quo pleriq; exanimati ſunt, Lampridius. Vitoldus Lituaniæ princeps ſubditis ſuis adeò metuendus fuit, vt iuſſi laqueo ſe ſuſpendere, parere potius quàm in eius indignationem incidere voluerint: detrectantes imperium, inſutos vrſina pelle viuentibus vrſis (quos eam ob cauſam nutriebat) dilaniandos obiectauit, crudelibusq; alijs affecit ſupplicijs, Aeneas Syluius. Alexander Pheræus, ſimiliter vrſorum pellibus inuolutos homines dabat conficiendos fetis, Textor. Mauri leonum, pardorum & vrſorum tergoribus velantur, & dormientes ſubſternunt, Strabo. Ancæus Arcas humeris nunquam circumiecit chlænam, Ἀλλ' ἄρκτου λάσιον στέρνοις ἀμφέσχετο δέρμα, Orpheus in Argonauticis. Calliſto vrſinam pellem pro ſtragulo geſtat, Pauſanias.

g. Si vrſi ſeuo liquefacto inungatur facies hominis, intelliget & diſcernet quicquid audit ac legit, Raſis.

h. Heliogabalus inter diuerſas ſortes habuit & vrſos decem, & decem gryllos, Lampridius. Perſeus rex capream & vrſum amabat, Tzetzes. Demetrius Moſchonitarum legatus Romam miſſus, multo auditorum riſu, vt erat ingenio comi & faceto, proximis annis vicinæ ſuæ agricolam, retulit, quærendi mellis cauſa in prægrandem canam arborem ſupernè deſiliſſe, eumq; profundo mellis gurgite pectore tenus fuiſſe hauſtum, ac biduo vitam ſolo melle ſuſtinuiſſe: quum vox opem implorantis in ea ſyluarum ſolitudine ad viatorum aures penetrare nequiuiſſet: ad extremum verò deſperata ſalute mirabili caſu, ingentis vrſæ beneficio inde extractum euaſiſſe, quum forte eius beluæ, ad edenda mella more humano ſe demittentis, ungues manibus comprehendiſſet, & eam ſubitò timore exterritam ad exiliendum tum tractatu ipſo, tum multo clamore concitaſſet, Paulus Iouius. Paſcebam (inquit Dauid 1. Regum 17.) patris mei gregem, & veniebat leo vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam eruebamq; ab ore eorum, & interficiebam ipſos. Dauid cum leonibus luſit quaſi cum agnis, & vrſos ſimiliter vt agnos tractauit, Eccleſiaſtici 47. Cum Heliſæus propheta aſcenderet in Bethel, parui pueri de ciuitate egreſſi, illudebant ei, dicentes: Aſcende calue, aſcende calue. Is verò maledixit eis in nomine Domini: egreſſiq; ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros, Regum 4. 2. Non enim non poterat omnipotens manus tua immittere illis multitudinem vrſorum, aut audaces leones, aut noui generis ira plenas & ignotas beſtias, Sapientiæ 11. Sanctus Florentius vrſum habuit, Textor. Legimus fuiſſe vrſam quampiam feritate conſpicuam, magnitudine inuſitata, quæ viſentibus modo horrorem incuteret. Eam verò vir hic (Pythagoras) accerſitam demulctamq; apud ſe aluit. Mox dimiſſurus, veluti conceptis verbis, iureiurando (vt ſic dicam) adegit, nulli animantium cunctarum damno oblæſionive futuram. Abiens illa in ſyluas ſe conſecit ſuas, ſummaq; fide, quod inter homines quoq; perrarum eſt, in quod adiurata receſſerat, præſtitit, Cælius. Paris infans expoſitus ab vrſa lactatus fertur, Varinus: ſic & Arceſius Laërtis pater, vt ſcripſi ſupra inter nomina virorum ab vrſo ſumpta. Et ecce de proximo ſpecu veſtum attollens caput funeſta proſerpit vrſa, quam ſimul conſpexi, pauidus & repentina facie conterritus, totum corporis pondus in poſtremos poplites recollo, arduaq; ceruice ſublimiter eleuata, lotum quo tenebar rumpo, mecq; protinus pernici fugæ committo, ſummo ſtudio fugiens immanem vrſam, Apuleius ſub perſona aſini aurei.

De Calliſtûs filia Lycaonis in vrſam mutatione, lege ſupra in a. vbi de Vrſa ſydere dictum eſt. Iphigeniam immolandam in ceruam, alij in taurum, alij in vrſum mutatã ferunt, Varinus in Νεοπτολέμῳ, vt pluribus in Tauro retuli. Arctos oros, id eſt Vrſarum mons, Cyzico imminet, ſic dictus à Iouis nutricibus (Helice & Cynoſura puto) quas illic in vrſas migraſſe tradunt. Periclymenus Nelei fuit filius, frater Neſtoris: cui à Neptuno auo conceſſum vt poſſet in quas vellet ſe transformare figuras, vt in vrſum, formicam, apem, &c.: vide Onomaſticon noſtrum.

Vrſos qui facti, vt lupos quoque, Ægyptij eo loci ſepeliunt, vbi iacentes inueniunt, Herodotus libro ſecundo. De interfecta vrſa Dianæ Munychiæ ſacra, plura dixi in a. inter deriuata, in verbo Ἀγροτέρα. Laphriæ Dianæ apud Patrenſes magno in ara igne excitato, apros, ceruos, dorcades, aliqui luporum aut vrſorum catulos, viuentes inijciunt, Pauſanias in Achaicis.

PROVERBIA. Vrſus cum adſit veſtigia quæris, Ἄρκτον παρόντος τὴν ἴχνη ζητεῖς, de his dicitur, qui timiditate præſentem negotium declinant, atq; ad alias nugas dilabuntur. Translatum à formidoloſis venatoribus qui ſe diſſimulare ſentiſſe vrſum, & veſtigia perſequi fingunt quo abſint à periculo, Eraſ. Meminit Suidas, & interpretatur, Ἐπὶ τῶν περίεργα ζητεῖν προσποιουμένων. Fumantem naſum vrſi ne tentaueris: vide ſupra in D. Ex ſacris. Leo rugiens & vrſus (ad prædam) excurrens, eſt princeps impius populo pauperi, Prouerb. 28. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit: Vitulus & vrſus paſcent, ſimul requieſcunt catuli eorum, Eſa. 11. Factus eſt mihi vrſus inſidians, & leo in latibulis, Hier. Thren. 3. Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrſus, Amos 5. Germani ſi quem de paupertate, aut auaritia & parcitate notauerint, manum ab eo ſugi dicunt ſicut ab vrſo: *Er ſingt den taapen vrsie em hãr.* Ἄρκος φιλῶν ἄνθρωπον ἐκτόπως ψύχει. Ἐπὶ ὑπερ ἐφεδρεύοντα ἀντὶ τοῦ παραβύστου, ἀντὶ τοῦ ἀπατεῶνος. Suidas.

DE VVLPE.

A.

VLPES Hebraice שׁוּעָל *ſchual* nominatur, Chaldaicè תְּעָל *thaal*. Nam Pſalmo 62. pro ſchualim, id eſt vulpes numero multitudinis, Chaldæus reddit thealaia. Arabs תַּעְלַב *thaleb*. LXX. ἀλωπέκων. Hieronymus vulpium. Thaleb, id eſt vulpes, Auicenna lib. 2. & Syluaticus cap. 673. Idem alibi chabel & calcail vulpem interpretatur, corruptis, vt videtur, vocibus pro thaleb. Chos alcalip, (lego

(lego alchaleb) id eſt teſticuli vulpis, ſatyrion, Idem. Galcis, id eſt vulpes, Syluaticus: voce, vt coniecto deprauata à γαλῆ: quam Albertus aliquoties vulpem interpretatur, cum omnino muſtelam ſignificet. Apud Græcos veteres ἀλωπηξ dicitur, hodie ἀλεπού. Italice, volpe. Gallice, regnard, cuius diminutiuum regnardeau. Hiſpanice, rapóſa, à rapiendo nimirum. Germanice, *fuchs*. Flandrice, vos. Anglice, foxe. Illyrice, liſika.

B.

Alpinæ regiones Heluetiorum plurimas habent vulpes: vbi mercatores coëmptas earum pelles in alias regiones diuendunt, Stumpfius. Amyntas in Manſionibus, quas ſic inſcripſit, eam ait Caſpiarum vulpium eſſe multitudinem, vt non modo agreſtia ſtabula adeant, ſed vrbes quoq; ingreditanturi: nihil tamen nocentes, neque rapientes, ſed ita cicures Caſpijs tanquam canículæ adulantur. Aelianus. Vulpes in Sardinia noxiæ ſunt: occidunt enim arietem etiam fortiſſimum, capram, & vitulum adhuc tenerum, Manſterus. Lupos, vulpes, aliaq; quadrupedum noxia, Creticus ager nuſquam educat, Solinus & Plinius. Ἴιſſara, βασσάρα, genus vulpis, Varinus: alij vulpem ſimpliciter interpretantur: vide in Philologia a. Vulpes in Ægypto minores quàm in Græcia fiunt, Ariſtoteles. Vulpi magnitudo eadem quæ cani mediocri domus cuſtodi, Albertus. Villos habet vberes & altos, Iſidorus. Qui corporis colore admodum ruffo ſunt, (πυῤῥολάχαι) aſtuti (πανοῦργοι) iudicantur, à ſimilitudine vulpium, Ariſtoteles in phyſiognom. Vulpi color ſæpe rutilus, priori tamen parte caneſcens, Ge. Agricola & Albertus: rarò candidus, rarius niger, Agricola. Vulpes audio in Hiſpania omnino albas reperiri, & à mercatoribus Francfordiam ad nundinas vehi. Vulpes nigræ & albæ in Moſchouia habentur: item in quibuſdam Scandinauiæ locis, vt Olaus Magnus annotauit.

Figura hæc eſt vulpis crucigeræ.



Sunt in Septentrionalibus ſyluis (inquit Olaus Magnus) Vulpes nigræ, candidæ, rubeæ, crucigeræ in dorſo, aliæq; cœruleo colore aſperſæ: omnes quidem ex æquo malignæ atq; aſtutæ. Nigræ pelles precioſiores cæteris æſtimantur: quas Moſchouitarum principes frequentius his vtuntur: deinde crucigeræ, hoc eſt, quæ nigra cruce dorſo tenus à natura ſignantur, propter maiorem ornatum & pellium magnitudinem: quam non niſi in maturiore ætate Vulpes conſequitur. Hæ etiam pelles, vt nigræ, propter commercia Moſcouitarum, Ruſſorum & Tartarorum, magno in precio ſunt. Candidæ, minoris æſtimantur, & quæ coloris cœrulei ſunt, propter earum copiam, & quòd pilos facilliùs amittant. Nigræ aliquando adulterantur, atro colore fumo picearum tædarum inducto. Rubeæ Vulpes omnium frequentiſſimæ vbiq; repertiuntur. Germani Vulpes quaſdam villo denſiore & nigricante, à colore *Brandfuchſi* nominant: noſtri *Koleriz*: ſunt autem minoris pretij, & magnitudine etiam vt plurimum minores.

Vulpium (vt ſcripſit Georgius Fabricius ad me) magnæ ſunt in coloribus differentiæ. Vnum genus notiſſimum, quod in regionibus frigidis nobilius coloratur: nam in ijs, quæ ad meridiem & occaſum pertinent plagis, colore eſt cinereo, & quaſi lupino, & pilos fluxos habet, vt in Italia & Hiſpania. Hoc genus apud nos duobus nominibus, propter gutturis varietatem, diſtinguitur: nam *Köler* appellantur, quibus guttur quaſi carbonum puluere conſperſum, in albo videlicet nigricans. Rurſus *Birckfuchſe*, qui candido ſunt gutture, quod quo magis candet, eo eſt pretioſius. Alterum genus eſt, primo ſimile, ſed nota inſigni differens: nam ab ore per caput, tergum, caudam recta nigri coloris linea ducitur: tum per reliquum corpus & pedes anteriores, tranſuerſa: ita vt vtraque crucis exprimat ſimilitudinem, vnde & nomen illis eſt *Kreutzfuchſe*, quaſi crucigeræ. Guttare hoc genus nigriore eſt, & ex alijs ad nos importatur regionibus. Tertium genus eſt, quod colorem iſatidis vel guadi, aut cœli ſereni refert, *Blauwvfuchſe*, qui color & equis nomen indidit, *Blauvvſchimmel*: ſed is color in vulpibus multò dilutior. Vulpes pili rutili capiuntur apud nos, *Brandfuchſe*: candidi, vt & cerui & vrſi candidi, in Suetia & Norwegia, licet rarius: nigri, in Vuolocha, vt auctor eſt Sigiſmundus Liber. Crucigeræ vulpis picturam, beneficio Valentini Gruij, viri tui amantiſſimi accipis, qui etiam bonam huius deſcriptionis partem ſuggeſſit, Hęc ille.

Vulpium pelles nigerrimæ, nuper à mercatoribus in Galliam allatæ ſunt, ad vſum veſtium non vulgarem, ſed alia re admirabiles. Quippe ratiſſimis, & quaſi ordine diſpoſitis pilis candidis, ſingulatibus variæ, Scaliger.

Ad Vuagam fluuium in Moſcouia capiuntur vulpes nigræ & coloris cinericei: nigræ quidem in Vſtyug pro-
uincia abundant, Sigiſmundus Liber.

Moſcouia rariſſimas & delicatiſſimas in vſum pileorum nigras vulpes prolificat, quarum aliquando pretium, cum pulchriores ſunt, viginti & triginta florenos excedit, Io. Bonar liber Baro. Circa montana Heluetiæ, vt audio, vulpes externis maiores ac meliores habentur.

Serpentes, ſimiæ & vulpeculæ, & quæcunq; mala machinantur, exilibus (angustis) ſunt oculis, λεπτοῖσι βλεφάροισιν: oues autem & boues, & huiuſmodi ſimplicis ingenij, aſpectu amplo, Adamantius. Teutones cum bonum & generoſum equum depingunt, diuerſorum animantium virtutes in eo coniungunt, & ex alijs quidem animalibus alias ei attribuunt, ex vulpe vero aures breues, caudam longam, greſſum lenem: alij, bonos oculos, & caudam pilosam. Vulpi (mari) genitale oſſeum eſt, Ariſtoteles, Plinius. Albert. Cauda magna & villoſa, Albertus. Boum caudis longiſſimus caulis, &c. vulpibus & lupis villosus, Plin.

C.

Vulpes animal eſt calidum: nam & mortui pellis calefacit, Albertus. Mihi quidem dubium non eſt, quin calidi temperamenti hoc animal ſit, cum canum & muſtelarum maiorum naturam referat, & odorem grauem exhalet: adipem etiam eius calfacere conſtat, & oleum in quo vulpes tota decocta fuerit.

Gannire proprie de voce vulpium dicitur, authore Donato: ſed transfertur etiam ad homines, & vſurpatur pro eo quod eſt obtrepere, & veluti vapulantis vocem emittere. Quid ille gannit? quid vult? Terentius Adel. Hinc gannitus. Nanq; hæc (Nereis) in eodem ſpectata littore eſt, cuius morientis etiam gannitum triſtem accolæ audiuere longè. Gannit (Gannuit, codices impreſſi) odioſus omni toti familiæ, Plautus vt citat Varro de lingua Lat. Fallax vulpecula gannit, Author Philomelæ. Putes vlulare lupos, gannire ſagaces Vulpeculas, Mantuanus. Latrando & vlulando vulpes canem imitatur, cum iraſcitur aut dolet: alias verò gannit, & immurmurat blandè, vt cum petit aliquid, ſi domi alatur. Latrat vt canes, (vt catuli canum, ſecundum alios) & gannit in fame, Albertus. In fame præ angustia latratus canum imitari dicitur, Conſtantinus. De minoribus feris, vt ſunt vulpes, thôes & lupi, γλαυκεῖν & ὠρύεσθαι, id eſt latrare & vlulare dicitur, Pollux. Varinus tamen ὠρύεσθαι de lupis, canibus & leonibus in fame vlulantibus, dici ſcribit: & de alijs quæ proprium ſuæ vocis vocabulum non habent. Noſtri etiam vulpem latrare dicunt: *der fuchs bilt, trabt, rayet.* Cervum aiunt ſibi timere à gannitu vulpium, Albertus. Vulpes animal ſolerti auditu, in Thracia amnes gelatos lacuſq; non niſi ad paſtus itura redituraq; tranſit: obſeruatum eam aure ad glaciem appoſita conijcere craſſitudinem gelu, Plinius. Nugantur quidam è vulgò tam acutè audire vulpem, vt neſcio quam herbam creſcentem percipiat.

Vulpes, lutra melis ſubeunt cauernas: ſed egrediuntur ad paſtum capeſſendum, etiam hyberno tempore, Ge. Agricola. Cauernarum ſuarum, Oppiano teſte, plura facit foramina & multifores aditus, Ἐπλατύνας δίξασε δομὰς, πεπύκας πολλάς. Τηλόθι πὰρ σκόλον, vt minus facile à venatoribus illaqueari poſſit. Melis foueam occupat, aluo in eam exonerata, vt dicam in D. Ariſtomenes Meſſenius à Lacedæmonijs captus, per cauernam latomiarum euaſit, anguſtos vulpium aditus ſecutus, Plinius. Ego cum domi aliquando vulpem alerem, ſæpius obſeruaui iacentem in ventre pedibus poſterioribus rectà retro extenſis, ac ſi homo in ventre iaceret, quod & cuniculi faciunt: facile autem eſt conijcere eas huic extenſioni apta crura ideo à natura accepiſſe, vt facilius per anguſtos & oblongos terræ meatus penetrare eis liceat.

Lepores & vulpes per ætatem noctu progrediuntur, Tardiuus. Vulpes & capreoli etiam noctu cibum quærunt, Cardanus. Vulpis oculi noctu ſplendent: vt ſcripſi in libello de Lunarijs.

Vulpes animal ferè omnivorum eſt. Syluestres mures venatur, Ariſtoteles. Sunt qui mures è canis ſpiritu à vulpibus extrahi & deuorari affirment. Vulpes edit carnes, & moribus ſicut catus inſidiatur: cuniculos etiam & lepores capit, rapitq; gallinas, Albertus. Nec vulpes nec aliud animal gallinas continget, ſi gallinis ſub ala tua ſyluestris ſuſpendatur: & multò magis ſi vulpis aut felis fel cibo admixtum exhibueris, vt etiam Democritus confirmat, Cornelius in Geopon. lib. 14. Andreas à Lacuna in Græco codice excuſo, & ſuo manuſcripto, hæc legi negat: Iuſtius tamen capite de rutturibus eadem ponit, ὄρνιθας eo in loco non gallinas, ſed aues ſimpliciter exponens. Gallinaceos aiunt non attingi à vulpibus, qui iecur vulpis aridum ederint: vel ſi pellicula ex eo collo inducta, galli inierint: ſimilia in felle muſtelæ legimus, Plinius. Per hyemem eſuriens, ſi vuas in vitibus non inuenit, aues & catulos leporum aſtutè capit, Oppianus. Vide plura mox in D. quæ aſtuta animalia quædam capiat. Pauonibus vna cura debetur, vt incubantes per agrum fœminas, quæ hoc paſſim faciunt, à vulpe cuſtodias, Palladius. In Aſia multis locis vinum ſine iugo miniſtrat vinea, quæ ſæpe vulpibus & hominibus ſit communis, Varro. Apud Theocritum Idyllio primo puer quidam vineam cuſtodit, Ἀμφὶ δὲ μιν δύο ἀλώπεκες: ἁ μὲν ἀν' ὄρχως. Φοιτᾷ, σταφυλὰν τὰν τρώξιμον: ἁ δ' ὅλον πίνᾳ σιον. Παύτα δόλον πίνᾳ σιον. Tam facile vinces quàm vulpes pyrum comeſt, Plautus in Muſtellaria: de re facta proclui, quòd nihil negotij ſit vulpi dentatiſſimæ pyrum edere, Eraſmus. Vulpes necant amygdalæ amaræ, item apocynon: Vide plura in E.

Animal eſt fœtidum, etiam à poſteriori parte (præſertim) imminente mortis periculo, Liber de nat. rerum. Ore & ano fœtet, Albert. Hic olidam clamoſus ages in retia vulpem, Martialis.

Vulpes ſuperueniens coit, Ariſt. Atqui recentiores aliqui obſcuri authores ex Ariſtotele citant hæc verba, Vulpes coit ad terram proiecta, (in quibus verbis vulpem eos pro fele ſeu cato poſuiſſe conijcio.) Vulpes coëunt in latera proiectæ, matremq; fœmina amplexa, Plinius.

Quadrupedes (viuiparæ) pleræq; perfectos edunt partus, paucæ inchoatos: in quo ſunt genere leænæ, vrſæ, & vulpes, Plin. Multifidæ quæ pariunt imperfecta, omnes multiparæ ſunt: quo fit vt partum adhuc recentem alere poſſint, auctum iam adeptumq; magnitudinem nequeant: quædam enim ex ijs catulos inarticulatos propemodum pariunt, vt vulpes, vrſa, leæna, & alia nonnulla: ſed omnia ferè cæcos: vt ea quæ modo dixi, atq; etiam canis, lupus, thos, Ariſtot. Et alibi, Vulpes, inquit, parit cæcos, vt vrſa, atq; etiam infirmiores: parturiens ira recedit, vt raro grauida capiatur. Cum partum ediderit, lingua lambendo refouet & concoquit: parit cumplurimos quatuor. De leonis partu ſingulari, vulpis multiplici, apologum Aeſopi in Leone c. recitaui ex Cælio. Vulpium catulos ſæpe rapiunt milui, vultures, aquilæ, Mich. Herus.

Cœunt

Coëunt animalia etiam, quorum genus diuersum quidem, sed natura non multum distat, si modo par magnitudo sit, & tempora æquent grauiditatis: rarò id fit, sed tamen fieri & in canibus, & in vulpibus, & in lupis certum est. Aristot. Ex vulpe & cane Laconici canes gignuntur; Idem. Et alibi, Ex vulpe & cane primi fœtus communi generis vtriusq; specie generantur: sed tempore procedente diuersi ex diuersis proueuientes, demum forma fœminæ (scilicet primæ genitricis suæ) instituti euadent. Laconicos canes è vulpibus & canibus primum natos & alopecidas dictos aiunt, Pollux. Vide in Canibus mixtis. Eosdem aliqui cynalopecas vocant. Ἐβῆνοι, ἀλωπεκίδες, Hesych. Varin. Papio (id est, hyæna) animal videtur ex lupo & vulpe compositum, Albertus. Vulpes coit cum martorello Saluelden sis.

Vulpes ægra resinam pineam vorat, vnde & valetudinem recuperat, & vita fruitur longiore, Albertus & Liber de nat. rerum. Vulpes & mustelas rabiem incurrere dicunt, Auicenna. Cætera (præter canem) animalia, vt lupi, vulpes, &c. rabie afficiuntur æstate potius quàm hyeme, Ponzettus. Vulpes rabiens eadem incommoda infert quæ canis rabidus, Albertus. Quemadmodum quædam plantæ humoris proprij penuria tabescunt, quædam alieno suffocantur: ita & capilli succorum paucitate corrumpi solent: ac humidi quidem paucitate caluicies, prauitate verò alopeciæ & ophiases generantur, ægritudines nihil specie, sed figura tantum ac nomine differentes: ophiasis enim in parte quam obsidet capitis, formam serpentis describit: alopeciæ autem sic appellantur, quòd id morbi genus in vulpibus frequentissimum esse tradatur, Aëtius. Alopecia, vitium est quo capitis & barbæ pili defluunt, per metaphoram à vulpe, quæ vbi minxerit, locum sterilem facit, ita vt herba illic nasci non possit, & si quæ nata erat illam exiccat, Varin. Ἀλωπικεία, (lego Ἀλωπηκία,) morbus capiti: scribitur etiam per diphthongum (*ει.* scilicet in penultima,) Varinus. Ἀλωπηκία (malim ἰῶτα vel *ει.* in penultima) ψίλωσις περιχώρησις θρίξ, μάλιστα περὶ τὸ φαλακρόν, Pollux. Eandem morbum inuenio alopeciasin dici, Cælius. Alopecia vulpinus ferè morbus est, quoties in humano capite areas & glabreta capillus deciduus facit, Hermolaus. Vulpi caput (iecur, Mich. Herus) aliquando nimium incalescit, præsertim æstate, & curatur sanguine ad superficiem fluente & vicerante pellem: quare pili tum temporis defluunt, Albert: & pelles capturum æstate inutiles habentur, Mich. Herus. Alfesases est animal generis ceccarum (id est ricinorum) quod canibus, bobus & vulpibus adhærens sanguinem ab eis exugit, Andr. Bellunen. Vulpes satis iustam ætatem consequitur, Stumpfius.

D.

Vulpes astutæ, malitiosæ & callidæ sunt, Aristot. Homines colore admodum rufo maligni (πυῤῥοι,) iudicantur, argumento vulpium, Idem in Physiognom. Adamantius vulpis ingenium dolosum esse inquit. Animal est odio dignum propter rapinam, despectum propter infirmitatem, incautum suæ salutis dum insidiatur alienæ, Ambrosius in Hexaemeron. Mihi quidem eodem fermè ingenio videntur præditæ vulpes, & mustelæ, præsertim maiores, vt martes, ictis, &c. Prouerbia aliquot à vulpis calliditate nata, Vulpe pellace benignior, Vulpes annosa haud capitur laqueo, Vulpes non iterum capitur laqueo, Vulpinari cum vulpe, Vulpina pellis assuenda si leonina non sufficit, referam in h. inter prouerbia. Ὀργαῖς ἁπτὸς ἀλωπέκων ἴκελος, Pindarus in Pythijs: hoc est, Vulpium planè moribus similes. Est & marina vulpes, piscis sic dictus quòd similiter vt terrena fraudulentum & solers sit animal. Vulpinus, id est astutus animus ne quid mollatur mali, Plautus. Fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur, Cicero 1. de Nat. Complures apologi ex vulpis calliditate confecti, Aesopi & aliorum nomine leguntur. Scripti sunt libri duo lingua Saxonica de vulpe Reineca, vt auctor appellauit, ingeniosum admodum & præclarum figmentum, in quo artes aulicæ multiplices, & fraudulentorum hominum actiones astutæ sunt expressæ fabulis animantium. Vulpes autem improbissima, nulli verè amica & ex animo beneuola, omnibus humana & affabilis, cum omnes fallat & euertat, primum tamen locum dignitatis atq; bonorum obtinet Georg. Fabricius. Astutam vapido seruas sub pectore vulpem, Persius Sat. 5.

Vulpes Caspiæ tam numerosæ sunt, vt non modo agrestia stabula adeant, sed vrbes quoque ingrediantur: nihil tamen nocentes, neq; rapientes, sed ita ciures Caspijs tanquam canicolæ adulantur, Amyntas apud Aelianum.

Vulpes in Arabia (inquit Scaliger.) & Syriæ Palæstina, pilo fœdo, audacia insigni, vespere mutuis vlulatibus quasi signo dato ad nocturnam conflictam prædam conuenire. Gregatim prædari. Omnia surripere, etiam calciamenta, atq; in sua lustra comportare. Ergo incolæ, incolarumq; monitu viatores, auditis earum ganitibus, colligere vasa ex agris ac locis apertis. Nihil enim tutum esse. Hæc cum ex quodam Regulo accepissem: vnus, qui in eodem fuerat comitatu, negabat esse Vulpes: sed Lupos esse haud magno corpore: neq; fœdo pilo, sed colore luteo nitido. Hæc ille. Nos hæc animalia nec Vulpes, neq; Lupos, sed Hyænas esse supra ostendimus.

Intimas cauernas, quæ multos habeant exitus (ἐκπολικὰς δύμας) procul inter se distantes incolit, ne circum exitum vnum positis venatorum insidijs comprehendantur, Gillius ex Oppiano.

Habitat in foueis, quas ipsa tamen non parat, sed à taxo, id est mele effossas dolo occupat. Illo enim absente, aditum suo excremento inquinat. Reuersus ille, fœdi odoris impatiens, foueam suam deserit, quam mox vulpes inhabitat, Isidorus. Sæpe in meliam cauernis vulpes effossa comprehenditur, Alber.

Lupus contactu scillæ conuellitur: vnde etiam vulpes propter lupos latebris suis scillas apponunt, Zoroastres in Geopon. lib. 15. Gillius aliter vertit; nempe vulpes in luporum cubilia folia squillæ imponere, quod non probo: non enim tam studiosa lupo nocendi, quàm suos tuendi catulos vulpes est: & cum à lupo occidatur, non est verisimile eam sponte ad cubile eius accedere. Turtur in nido suo ponit folia squillæ, ne lupus pullos eius incurset, Ambrosius turturi hoc adscribens, quod Zoroastres vulpi, non recte vt videtur: lupum enim vulpibus insidiari constat, turturi aut cæteris auibus non item.

Vulpes pulicibus infestata, stipulam (manipulum) fœni quod inuenerit mollissimum, aut pilos ore continens, paulatim à posteriori parte in aquam se mergit: cauda primum immissa, deinde reliquo corpore, vt pulices aquam

aquam fugientes ad caput aſcendant, quod & ipſum poſtremo paulatim immergit, ita vt pulices in ſtipulam aut villum quem oret tenet, colligantur: quo tandem in aquam proiecto fugit, Albertus authorem citans Ioachim. In Thracia locis rigentibus & vulpes, animal alioquin ſolerti auditu, amnes gelatos lacusq; non niſi ad paſtus iturę redituræque tranſeunt. Obſeruatum, eam aure ad glaciem appoſita, coniectare craſſitudinem gelu, Plinius. Thraces congelatum flumen molientes tranſmittere, vulpem, Plutarchi (in libro Vtra animalium &c.) teſtimonio, præmittunt, glacici indicem, quantum firmitatis habeat: ea enim pedetentim & moderate gradiens, aurem admouet: ac ſi ex ſtrepitu confluentem non multo infra ferri ſentit, ſtatim coniectura aſſequitur, frigoribus fluuium non bene penitus conglaciaſſe, ſed tenuem & infirmam glaciem exiſtere, itaq; regreditur: ſin ſubterlabens aqua non admurmurationem facit, confidenter tranſit. Quod quidem ipſum non acrem beſtiæ ſenſum dicimus eſſe: ſed ex ſenſu ratiocinationem. Sic enim vulpes colligit, ipſum ſtrepere motu præditum eſt, quòd autem motum habet non gelu conſtringitur. Itemq;: Quod aquæ non glaciat liquidum eſt, quòd autem liquidum, facile concedit, Gillius. Eadem alibi Aelianus ſcribit, vt Gillius vertit. Aure prius ad ripam humi adpoſita, ſerenitatem itineris explorat, Volaterranus ex eodem.

Vulpes in omnes hoſtes ſuos infeſtiſſima eſt: neq; modò contra canes, ſed & cum feris robuſtioribus, & cum venatoribus (canibus venaticis, Oppianus) molitur pugnare. Neq; ſolis beſtijs terrenis, ſed etiam aquatilibus, & volatilibus mille inſidias comparat, Gillius.

Vulpem beſtiam improbam poëtæ & fraudulentam appellare ſolent. Sedet improbus erinaceus terreſtris & inſidioſus: nam vt vulpem is vel audiuerit, vel viderit, os contrahit, pedesq; comprimit, & ſe totum in globoſam formam concludit: Illa autem cum hunc ſic in arctum conſtrictum comprehendere non quit, in eius os vrinam reddit: hic vel ex contractione, vel ex vulpis fraude ſpiritu intercluſo ſuffocatur, Aelianus. Et alibi, Vulpes fraudulentum animal, inſidias hoc pacto in erinaceos terrenos molitur, vt cum eos rectos, quod à morſu vulpinum impetum ſpinis prohibent, expugnare non queat, ipſos ſumma cautione oris leniter & caute primum euertens, ſupinos conſtituat, deinde & laceret, & qui antea timendi eſſent formidabiles, exedat, conficiatq;. Vide plura ſupra in Echino h. in prouerbio, Multa nouit vulpes, ſed echinus vnum magnum. Anates ferę lacus noſtri noctu ſępe tranſuolant ad vicinum fluuium, tanquam tutiores illic à vulpibus & lutris, vt audio.

Vulpes cum doloſa ſit, aliquando cum lepore (vel cuniculo, Ge. Agricola) ſe velle ludere ſimulat, & (incautum) apprehenſum denorat: quamobrem vulpem conſpectam non minus quàm canem fugiunt, Albertus. Quemadmodum à vulpibus lepores noctu continua perſecutione defatigati, & ſubinde à quiete, quam vbi aliquantiſper curſu præuenêre appetunt, exturbati, tandem capiantur, ex Aeliano recitaui in Lepore b. Lepores frequentiores ſunt in inſulis, quod ibi vt plurimum nec vulpes ſunt, à quibus ipſi cum catulis occiduntur: nec equilæ, quæ montes magnos ſæpius quàm paruos frequentant: nam parui plerunq; in inſulis ſunt, Xenophon. Mures etiam in aruis & pratis à vulpibus aſtutè capiuntur.

Cum auium greges ſubuolantes videt, humi ſtrata iacet, ſimul & oculos claudit, & roſtrum in terram deponit, & animam continet, & prorſus vel dormientis, vel potius extinctæ ſpeciem ſimilitudinemq; gerit. Cum autem eam ſic ad terram abiectam aues deſpiciunt, mortuam arbitrantes, gregatim delabuntur, in eaq; ſeſſitantes tanquam illudunt: at vulpes eas ad roſtrum appropinquantes ore hiante arq; imminente, deuorat, Gillius ex Oppiani de piſcibus lib. 2. vbi illic anatem quoq; piſcatricem ſimili ferè aſtu piſciculos captare dixerat. In fame aliquando inſidioſè mortuam ſe ſimulans ſupina iacet, ſpiritu compreſſo exertaq; lingua: quo viſo aues tanquam ad cadauer accedunt, & incautæ corripiuntur, (ſic & pardus ſimias mortuum ſe fingens, captat) Albertus, Conſtantinus, Ge. Agricola. Eadem ſcribit Mich. Herus, ſed addit vulpem priuſquam ita ſe reſupinet, in argilla rubra volutari inquinatiq;, vt vulnerata & ſanguine cruenta appareat, & quod vbi ita iacentem viderint cornices, & aliæ aues præſertim rapaces, gaudentes tanquam de hoſte mortuo, aduolantes comprehendantur, vna ſaltem ex eis. Muſtela aues iugulat vt lupus oues, & pugnat cum ſerpente, illo præcipuè qui mures venatur, Ariſtot. de hiſt. anim. 9. 6. Albertus imperitè eo in loco galen interpretatur vulpem, & eadem de vulpe ſcribit. Et rurſus alibi de muſtelæ ſylueſtris genere, quod vulgò putorium, noſtri iltiſſum vocant, ſcribens: Non comedit (inquit) de gallinis, niſi prius omnes aut multas iugulauerit, cuius ingenij etiam vulpes eſt, & animal quod dicitur feyton, (id eſt muſtela.) Vulpes communis eſt hoſtis pauonum, columbarum, & omnium ferè auium, Stumpfius. In eo maximè nocet hominibus, quòd rapit anſeres, anates, gallinas, in quo tamen eam parcere dicunt domui vicinori iuxta quam verſatur, idem. Gallinas noctu clam ingreſſa in caſas, prehendit & aſportat, Georgius Agricola. In Ponto ſic otidas venatur, vt & ſeſe auertens, & in terram abijciens, tanquam anis collum, ſic caudam extendat: ex autem hac inſidiarum inſtructione deductæ, ad illam, tanquam ad ſuam gregalem accedunt: illa vero ſe vertens nullo negotio capit, Aelianus interprete Gillio. Sed aliter ex eodem Volaterranus tranſtulit, non rectè vt conijcio, adſcribam tamen. Otides (inquit) in fluminibus (πόμαις legit pro πόνοις) decipit, ſeſe vni ex eis feſſę aſſimilans, illę ſupernolant, vulpes conuerſa ſtatim inuolat. Tum vero ſecundum fluuiorum ripas gradiens, paruulos piſciculos callide exceptat: nam caudam in aquam deijcit, in quam ij innantes denſis pilis comprehenduntur, quod quidem ipſum vulpes ſentiens, caudam ex aqua remouet, & repente ſe in aridum ſubducens eam excutit, piſciculi excidunt, atq; ab ea deuorantur, Aelianus interprete Gillio & Volaterrano. Vulpes in exuperantiam infinitæ tum malitiæ, tum fraudis progreditur nihil vt non malitioſe, & doloſe agat: Cum enim veſparium refertum eſſe animaduerterit, retrorſum eò accedit, atq; tota à veſpeto auerſa, ab aculeorum ſanè vulneribus declinans, in cellas veſparias immiſſa hirſuta cauda, eademq; bene prolixa, veſpas concutit. Cum autem veſparum circumueſtitam ipſiſs pilis caudam impetentium referta eſt, tum eam ipſam vel ad arborem, vel ad parietem ad maceriémue allidit: Itaq; multa caudæ attritione his extinctis, in reliquas inuadit, perindeq; eas vt primas interimit: tamq; reliquas cæteras ab aculeis intelligens inopes eſſe, os in veſparium abijciens, idipſum vorat, Aelianus interprete Gillio. Tranſtulit eadem aliter Volaterranus his verbis: Veſparum quandoq; multitudine vexata, ſeſe in canum condit, extante cauda: circa quam vt illas certatim occupatas, villoq; denſo implicitas animaduertit, egreditur,

egreditur, atq; ad murum siue arborem perfricando obterit, extinctasque depascitur. Quibus verò astutijs vtatur cum in venatione vrgetur à canibus, sequenti capite explicabimus.

Iustæ magnitudinis accipitres & integræ ætatis, cum vulpibus pugnaciter certare audio, Gillius. Vulpem inuadit circus accipiter, quia carne viuit, Aristot. Vulpes hostis est circi, Philes. Vulpi inimicus est æsalo: ferit enim pilosq; eius euellit, occiditq; catulos: vncis nanq; vnguibus est. Vulpi amicus cornus est: pugnat enim cum æsalone: vnde fit, vt huic cum ab illo percutitur, auxilietur, Aristoteles & Aelianus. Aesalon vocatur parua auis, oua corui frangens, cuius pulli infestantur à vulpibus. Inuicem hæc catulos eius ipsamq; vellit: quod vbi viderint corui, contra auxiliantur, velut aduersus communem hostem, Plinius. Quamuis autem diximus cornum esse amicum vulpis, & commorari eos, tamen hæc non est vera amicitia: nam vulpes (aliquando) insidiatur prædæ coruorum: vnde fabula illa Apulei celebratur de vulpe blandiente coruo, & ad cantum inuitante: illo vero canente, offam carnis ab ore eius elapsam vulpes rapuit. Anicenus etiam scribit, se vidisse à rege Escny de regione quæ vocatur Vla, coruum & vulpem in vnam caueam coniunctos fortiter pugnasse: ita vt à vulpe morsum corui caput sanguinem emiserit: & corvus vnguibus labia vulpis adeò constrinxerit, vt hiscere nequiret, validè eam interim rostro feriens, Albertus.

Τόλμαν γὰρ εἰκὼς θυμὸν ἐξαρκεῖ τὸν θνατὸν λεόντων. Ἐν πάνυ μὲν, ἀλώπηξι, λίσσετ' ἀντιβαλεῖν. Pindarus in Pythijs Carmine 4. de laudibus Melissi: quem laudat tanquam hominem leoni fortitudine similem, calliditate vulpi: quæ aquilæ etiam aduersus se impetum & strepitum astute se resupinans sæpius irritū fecit. Vel sic. Audacia Melissum leoni, vafricie vulpi comparat: quæ irruentem in se aquilam supina excipit, pedibus tum se defendens tum illam qua potest lanians. Videtur autem innuere hominis in locis scientiam, qui iacens etiam & supinus, volutatione & agilitate aduersarium vicerit, Scholia. In regionibus quibusdam ad Septentrionem remotis aquila parit & incubat in pelle quam vulpi aut lepori detraxerit, vt scribit Olaus Magnus.

Vulpes ardeolam nocte inuadit, Aristot. Amici pauones & columbæ, turtures & psittaci, merulæ & turdi, cornix & ardeolæ, contra vulpium genus communibus inimicitijs, Plinius.

Vultur quoq; vulpem deprehendit, Obscurus, quidam Aristotelem citans. Vulpes inimicę sunt miluis, Textor: fortè quia vtriq; rapiunt gallinas, Stumpfius. Vulpes & Nili angues dissident, Plinius. Vulpes lupus inuadit: nutritur enim carnibus, Aristot. Vulpes etiam cum serpente amicè viuit: ambo enim cauernis gaudent, Aristot. Quid faciendum vt gallinacei à vulpibus non attingantur, in c. iam dictum est.

E.

Canes non assuescant agitare vulpes: id enim non mediocre vitium fuerit, & cum oportet, nunquam præstò adsunt: sed in diuersos saltus educito, vt & canes venandi, & ipse regionis peritus euadas, Xenophon: indicat autem leporum capturam venatico studio quàm vulpium digniorem.

Hîc olidam clamosus ages in retia vulpem, Martialis. Lepus & vulpes canum metu exhorrescunt, atq; interdum vel sola canis latrantis denunciatione ex loco vndiq; tepto, vepribus ex dumetis vestito excitantur, Aelianus. Vulpes vsq; adeò versuta est, vt nullis dolis, laqueis, aut retibus facile capiatur: sua enim astutia tum aliàs euadere, tum retia & laqueos morsu abscindere soleat. Quamobrem canes in eam multi pariter immittendi sunt: quamuis ne illi quidem eam absq; sanguine, vtcunq; validi, domare possint, Oppianus. Velocibus canibus capiuntur vulpes vtcunq; in fuga sagaces, Crescentiensis. Animaduertendum est si vulpes à canibus agitentur, vt ventus à venatoribus inspiciatur: quum vento (contrario) quasi impelli ad cursum vulpes videantur: quo fiet vt nec calliditate astúue, nec pernicitate euadere à canum morsibus quo capiantur discerpanturq; possint. Si vero capreæ cernique fuerint, ad venti (secundi) flatum canes collocandi sunt, Belisarius. Canem infectantem vulpes cauda hac & illac per ipsius rictum ducta, eludit, Albertus & Ge. Agricol. Hinc verbum παραπαίζειν ductum quidam putant, pro eo quod est illudere, adulando decipere, vt pluribus dixi in Simia a. Vrgentibus à tergo canibus caudas suas lotio perfundunt, hisq; infectantium propius canum ora diuerberant: quo molestia affecti canes insequi desistunt, Textor. Oppianus vulpem ceu bestiam bene dentatam, contra feras se maiores & canes venaticos etiam pugnare scribit. Iucundum aliquando sui spectaculum præbet in procera arbore deprehensa. In ea enim (inquit Blondus) tanquam in arce oppugnari solet: cum neq; ignem timeat, nisi pars proxima ardeat: plerunque etiam acutas cuspides non fugiat, & perfodi potius suffinat quàm in turbam canum descendere. Tandem verò descendere coacta, impetu quodam instar fulguris deijci solet in numerosam canum cohortem, vt sagacissimos laniet, & à præstantioribus dilaceretur, Hæc ille. Circa vulpium venationem suis ac proprijs locutionibus venatores nostri vtuntur, quales sunt: *Ein garn voor dt gestelt, Der fuchs vvirdt von dem strick mit den hunden gebetzt, in das garn gebetzt, erschlagen oder von den hunden ervvurgt.* Canes quidam exigui apud nos *lochhundle* vocantur, id est cauernarum caniculæ: subeunt enim vulpium ac melium cauernas, & morsibus ad exitum cogunt. Canis vulpem in locum subterraneum secuta in Orchomenis Boeotiæ, cum latrando ingentem sonitum excitasset, venatores aditu effracto ingressi, locum quendam per foramina illustrari, & nescio quæ intus latentia viderunt, ac in vrbem regressi magistratui nunciarunt, Aristoteles in Mirabilibus. Lupi & vulpes dentibus lacerant casses, vrsi non item, Plutarchus de causis naturalibus 28.

Et laqueo vulpes, & decipe casse foinas, Calentius. Laqueis capiuntur vulpes & lepores cum per aliqua foramina introire soleut in loca clausa, quod duobus fit modis. Vno, cum laqueus annectitur ad aliquam perticam plicatam, & adeò validam vt feram collo captam in altum eleuet ac suspendat. Altero, cum prope laqueum est foris canolus stringens laqueum ferè, caput impedicns etiam ne ipsa laqueum rodere possit, Crescentiensis 10. 31. Vulpes cauernæ suæ complures facit aditus inter se distantes, μὴ μιᾶς ὑπαρχούσης αὐτῇ ἐξόδου. Ἀμφὶ δὲ τὰς λαγόνας ὑπὸ θορυβέοντι ἄγονται, Oppianus. Pedicæ siue laquei genus quo lupi vulpes & meles capiuntur, Galli haufepied nominant. Audio quaidam pedicis captas, crus irretitum aut vi extrahere, aut morsu sibi amputare, & ita tripedes euadere. Reti quod arolum vulgò vocant, capiuntur vulpes, si gallina noctu ponatur in medio: debet autem validius fieri pro vulpibus & aquilis, quàm alijs auibus, Crescentiensis 10. 22. Sagaciores oportet esse venatores in decipiendis vulpibus quàm cæteris animalibus: quoniam facillimè proripiuntur, & cursu

præstant

præſtant canibus venaticis. Occulta itaq; conficiuntur vincula in ſæpibus & dumetis, quæ tranſgredi ſolent vulpes, præcipue dum pullos gallinaceos requirunt: his enim detinentur: ſed ipſæ ſe extricant, niſi velox cuſtos adfuerit, vt primum aliquam comprehenſam animaduerterit, Blondus. Parantur & decipulæ quędam aut machinę, aut inter cæteras genus quoddam arcus quod Germani appellant *fuchsbogen oder felbirgeſchoß*, hoc eſt arcum automaton: qui à feta contactus, ſagittam ei immittit. Decipulis aut foueis capta, ſpiritum continet, & mortuam ſe ſimulat, ſi forte ſic minus curata effugere poſſit, Mich. Herus. Vulpes & lupi præcipuè capiuntur quadam taiola ferrea, quæ circa ſe mukos habet tampiones acutos: & ipſi habent circa ſe annulum prope ſe vbi annexi volumtur, ad quem annectitur fruſtum carnis, &c. Creſcentienſis 10. 32. vt recitaui in Lupo 2. Et rurſus 10. 35. Vulpes (inquit) in cauis (foueis) ſuis capiuntur hoc modo. Venator habeat alueare apum, ſed longius & anguſtius, quod ab vno capite paucis filis ferreis claudatur, ab altero habeat hoſtiolum internum ex parte ſuperiori præparatum, vt poſſit intus eleuari ſuperius ita ne foras exeat: hoſtiolum hoc deſcendens ſuperius eleuatum, permanet cum virgula parua. Hoc inſtrumentum ponitur in fouea vulpis, cum præſcitur ipſam in ea eſſe. Ponitur autem hoſtioli pars in parte intrinſeca foueæ, cæteriq; aditus foueæ, qui plures eſſe ſolent, diligenter clauduntur. Itaq; vulpes exitura, in alueare intrat, non metuens filis exilibus ſe impediendam: ſicq; virgulam ſecum trahit, & hoſtiolum cadens eam concludit: quæ retro cedens magis claudit ac firmat. Venator autem quandocunq; veniens, (quo poteſt modo vel interficit ſic captam vulpem:) vel ſi libuerit cum alueari ſupra puteum aut vas aliquod profundum portans, aperto hoſtiolo immittit, Hæc illic. Pro lupis, vulpibus, leporibus, & cæteris feris ac canibus, & porcis intrantibus & vaſtantibus vineas, fouea quomodo fiat pluribus deſcribit Creſcentienſis 10. 33. Lepores & vulpes quomodo Indi venentur, lege in Aquila 2. ex Aeliano. Quomodo lupi & vulpes alliciantur à venatore catum mortuum poſt ſe trahente, &c. cum comite venationis qui feram ſi quæ iam intra teli iactum acceſſerit, fo- riat, dixi in Cato 2. item in Lupo.

Vulpes aiunt ſi ederint amygdalas amaras, nec contingat è vicino aquam lambere, mori, Plinius. Vulpes ſi cum aliquo (cibo) amygdalas am. ederint, enecantur, Dioſcorides & Auicenna, & Serapio. Marcellus Vergilius hiſtoriam ſcribit felis, quæ poſt aliquot amygdalas am. deuoratas, intra horam perierit. De muribus etiam fertur, poſt arſenicum & alia quædam venena, niſi ſuperbiberint, certius morituras, alij negant: vide in Mure 2. Vulpes accepimus amaris amygdalis eſitatis interire: nos vulpeculam aloë cum carnibus deuorata, vidimus extinctam, Scaliger. Apocynon in adipe canes, lupos, vulpes & pantheras necat, Dioſcorides. Vide plura in Cane c. Faba lupina ſeu marcillium datum in adipe, necat canes, lupos, vulpes & vrſos, Arnoldus: apparet autem eum Dioſcoridis de apocyno verba mutuatum, (vt dixi in vrſo 2.) quamuis marcillium videtur ea eſſe herba, quæ à Sabaudis hodie marcieure nominatur, quæ veterum conſiligo eſt, alia quàm apocynon, ipſa quoque venenata: de qua pluribus egi in Bone C. Huius herbæ ſemina aliquando vulpi, quam domi alebam, cum carne & caſeo mixta dedi, quæ cum poſt horam ferè vomitu reieciſſet, illæſa manſit. Aconitum luparium, quod noſtri radicem lupi nuncupant, omne animal occidit, vt multis docui in Lupo 2. vel, vt Rhætus quidam mihi aſſeruit, feras illas peculiariter, quæ cæcæ naſcuntur, vt vulpes, lupos, vrſos, canes. De catapotijs ſiue pilulis venenatis, quibus lupi & vulpes interimuntur, copioſe ſcripſi in Lupo 2. aconiti lycoctoni occaſione.

Nec vulpes nec aliud animal gallinas continget, ſi ſub ala ruta ſylueſtris eis appendatur: & multò magis, ſi vulpis aut felis fel cibo ammixtum exhibueris, vt Democritus confirmat, Geoponica Græca lib. 14.

Vulpina pellis, ἀλωπεκῆ Polluci, vox circumflexa: Suidæ oxytona, in Ἀνηλατητὴ, &c. Venatores vulpem expetunt propter pelliem, non propter carnes quæ ſunt inutiles, Iſidorus. Animal eſt calidum: nam & mortui pellis calefacit, Albertus. Calidior eſt aliorum animalium pellibus vulpina, Blondus (ex Auicenna:) pilis enim munitur denſis, mollibus, & oblongis. Præterea audio & maioris eſſe pretij, ex catulis vulpium in Gallia: quod an verum ſit dubito: apud nos enim catuli & omnes minores natu vulpes, vt & æſtate captæ, ideo contemnuntur, quòd pili è pellibus earum facilius defluant. Sunt enim eis pelles tenuiores, ita vt radices pilorum ab interiori parte appareant, (quod vitium noſtri vocant *durchhärig*,) vnde pili facile excidunt. Dorſum quidem ſuos tenacius retinet. Xenophon Anabaſeos ſeptimo Thraces ſcribit, hyeme ſæuiore alopecidibus, id eſt pellibus vulpinis caput præmunire ac aures, Cælius: hinc eſt fortè quòd Grammaticis quibuſdam alopecia (malim alopecis) pericephalæa, id eſt pileus exponitur. Fiunt autem ex his pellibus pilei etiam apud noſtrates, & quandoq; ex difficilibus ſecundum longitudinem vulpium caudis, rurſuſq; conſutis. Ventris etiam & laterum pelles dupio maioris pretij ferè habentur quàm è dorſo, quòd & colore magis placeant, & molliores leuioresq; ſint, & ſi minus temporis durent. Vulpes per æſtatem frequenter morbo ab eis nominato alopecia laborant, hoc eſt pilorum defluuio: quamobrem pelles eo tempore captarum non ſolum inutiles, ſed etiam noxiæ aliquando ſunt. Biſſari (fibri) pelles multum calefaciunt, ſed vulpinæ magis, Ellychaſem in Tacuinis. Vtiles exiſtimantur arthritidi frigidæ, podagræ, & frigidis fluxionibus: quamobrem aliqui etiam tibialia ſiue caligas inde parari curant podagricis, Mich. Herus. Scythiæ magna pars tergoribus vulpium & murium operti incedunt, Alexander ab Alex. Ad podagram: Phocæ, leonis, lupi aut vulpis corium ſi quis elaboret, & calceos geſtet, pedes non dolebit, Galenus Euporiſt. 3. 248. vide in c.

F.

Vulpem inſequuntur venatores propter pellem: non propter carnes, quæ ſunt inutiles, Iſidorus. Sarmatis, Vandalis, ac innumeris alijs equorum & vulpium carnes ſolatio ſunt, Cælius. Canum & vulpium carnem nunquam equidem guſtaui, nec tanè guſtare nunquam fui adactus, neq; in Aſia, neq; in Græcia, neq; in Italia: aiunt tamen hinc quoq; mandi: conijctare autem poſſum vim ei ineſſe carni leporum ſimilem. Nam canis & vulpes, vt ſummatim dicam, temperamento ſunt ſicco, Galenus de attenuante victu. Vulpium carnes autumni tempore etiam qui apud nos ſunt venatores edunt: tum enim ex vuis pingueſcunt, Idē l. 3. de alim. facult. Καὶ μὰν φάγω κἀγὼ, λαγώς, ἀλώπεκας, Bœotus quidam apud Ariſtophanem in Acharnenſibus: videtur autem poëta irridere Bœotos tanquam

tanquam admodum rudes homines, qui vulpes non minus quàm lepores & anseres in delitijs haberent. Mnesimachus apud Athenæum lib.9.nominat carnes esculentas diuersorum animalium,anseris,porci,bouis,agni,& c. picæ.perdicis,ἀλωπεκίς,id est vulpeculæ:nam si edendæ sint vulpes,ętate minores,ceu teneriores & minus graueolentes,præferentur. Caro vulpis calida est,viscosa,difficilis concoctu, praui succi : melior tamen est autumno. (hoc est minus mala,quod tum fructus arborum diuersos & vuas comedunt,vnde pinguiores redduntur,)Rasis. Aëtius scribit carnes vulpinas,leporinas,& ericij,naturæ humanæ esse dissimiles, & alimenta efficere pessima: cuius argumentum sit odor fœdus,vt Io.Agricola Ammonius citat: Atqui Antonius Gazius in Corona florida verba hæc de nutrimento leporinæ & vulpinæ carnis ex Isaaco citat. Vulpes ætate florentes, bene habitas, venatu multo fatigatas,si oleo incoquimus,multo melius digerentur, Syluius.

G.

Podagris magnificant vulpem decoctam viuam donec ossa tantum restent,Plinius. Vulpem ex aqua coquito donec mollescat,& ex aqua percolata pedes adsiduè foueto, quo facto doloribus facile careri hoc remedio quidã frequenter experti sunt.Marcellus. Ad morbum articulorum: Vulpis viua in amplo vase decocta donec ossa relinquat,mirè sanat,si sæpius in aquam in vase quis descenderit. Idem præstat oleum vbi decocta fuerit. Si quis hoc aut illo modo vult,vtatur,Sextus. Cæterũ de vulpibus (inquit Galenus de simplicibus 11.47.) quæ totæ in oleo coquuntur, (nam sic quidam curant arthriticos, partim viuas vulpes in lebetem ingentẽ inijcientes, partim etiã mortuas,) fusius dicere mihi necesse est: quandoquidem pleroſq; visæ sunt principio planè morbo hoc liberasse, verum post multum temporis non ita profuisse. Siquidem illos malũ repetijt,quanquam non ita vehemẽs,quàm antea. Sanè oleum in quo cocta vulpes est,non est potentioris in digerendo facultatis,quàm in quo hyæna: quæ si similiter in oleo lixetur,redditur oleum longè potentissimæ in digerẽdo facultatis. Porrò frequenter dictum est, talibus medicamentis inesse potentiam eorum quæ in alto continentur corpore, in extimam cutem extrahendi; ac eo nomine quandoq; sedandi dolores:non enim perpetuò hoc ad ea sequitur,cum ij duntaxat dolores ab eiusmodi medicamentis sedentur,quorum causa est humor in alto contentus,dolorem ciens aut substantiæ crassitie, aut refrigeratione,aut vehementi acrimoniã, aut etiam spiritus flatuosus exitum non habens. Itaq; qui vsi sunt vulpibus,& ipsi oleum digestorum efficiebant:atq; inde impletis eo alueolis totos arthriticos in eos imponebãt; multo ibi tempore immorari præcipientes: vnde fiebat vt non tantum qui circa articulos sunt tumores euacuarentur,sed etiam vniuersum corpus. Itaq; cum corpus illis antea plenitudine affectum fuisset, mirum nõ erat per euacuationem consecutum commodum, nempe cum & nihil amplius in affectas partes influeret, corpore vniuerso iam euacuato,& qui continebantur humores discuterentur. Cæterum quemadmodum antea cum corpus noxa vacaret,praua victus ratio morbum inuexit: eundẽ in modum aut etiam amplius à simili diæta par est rursum illos similiter afficiendos in articulis quibus iam laborauerunt, Hucusq; Galenus, ex quo Aëtius quoq; repetijt 12.44. Si vulpes coquantur in aqua,hoc decocto vtilissimè embrochantur (fouentur immissi)articuli dolentes.Similiter iuuat oleum,in quo viua (aut etiam decollata) discoquitur, quod & efficacius est. Est autem aliquandiu immorandum, potissimum post euacuationem siue purgationem: ne forte facultate sua attrahendi resoluendiq;, humores ad articulos attrahat: & quando euacuatur corpus post illud, nihil attrahitur ad articulos: quod si redeat morbus,erit leuis,Auicenna. Oleũ vulpis discoctæ, vtile est nodis & tumoribus arthriticis. Halyi. Podagricis & neruis patientibus ob nimiam humiditatem prodest.Rasis. Infusum solio arthritidem recentẽ insidentis & balneantis in eo pellit,ventrẽ leuat & mitigat,Idem. Vulpes decollata tota decoquatur in cacabo ereo cum corio suo non fissa,donec dissoluatur:huic decocto insideat cui nerui dolent aut artus ex pituita.Idẽ. Vulpi integræ exenteratæ in cucuma affunde aquæ fontanæ & aquæ marinæ, vtriusq; sextarios duos (atqui non potest præscribi certa mensura:plus minus enim addetur, vt vulpes magna vel parua fuerit. annosa etiam cũ diutius coquenda sit antequam dissoluatur,plus aquę subinde affundi postulat:)olei antiqui clari sextarios duos (aliàs libras tres,vncias nouem,) Decoque lento igne cum salis vncijs tribus,donec aquæ consumantur. Deinde pone in vase:& adijce herbæ anethi & alhasech (thymum exponunt) ana libram 1 & affunde aquam dulcem,in qua decoctæ sint iam dictæ herbæ,vtriusq; manipulus. Decoque licut prius, vsq; ad aquæ consumptionem,& administra: est enim mirabile. Aliquando etiam præter oleum discoquitur (donec artus omnes laxentur & dissoluantur:)vulpes in aqua fontana & aqua salsa,vtraq; copiosa,adiectis eisdem herbis,ad vsum balnei:quod & ipsum efficax est,Mesue. Vulpes cum pelle,exenterata,in aliquot partes concidi potest,vt melius in vase ad decoquendum aptetur & antequam immittatur oleum,si immittendum erit, diligenter prius auferenda est spuma, Monachi in Mesuen: Recentiores non vt Mesue scribere videtur, duas decoctiones faciunt, sed vnam tantum, in prima statim anethi & thymi ana libram 1.adijcientes:& cum satis decocta fueris vulpes,colant & fortiter exprimũt,vel labãs,vel cum prælo. Leporis decoctũ podagricis & arthriticis, similiter prodesse vt vulpis, author est Auicenna. Quin & herinacei terrestres viui oleo incocti, ipsum discussorium reddunt, Aëtius post mentionem olei in qua vulpes discocta est. Vulpem exenteratam & excoriatã fractis ossibus,in aquæ mensura quæ sufficiat coquito donec caro ab ossibus separetur: hoc decocto embrochetur nucha & membrũ paralyticum: hoc enim prodesse medici omnes comprobãt,Leonellus Fauentinus. Aduersus leporis marini venenũ laudatur vulpis caro inassata, Matthiolus:

Vnguentum admodum bonum ad neruorum incontinentiam,podagricos,arthriticos, omniemq; neruorum affectum & eorundem siccitatem:Accipe vulpem viuam,& conijce cũ ipsa in lebetem olei libras viginti: & adijce seminis anethi,ammeos,stichadis,carnabadij, fœnigræci. & apij, singulorum vncias duas. Hæc decoque in oleo cum viua vulpe,donec vniuersa eius caro fuerit dissoluta:dein colato oleum,iniq; aliud vas traijcito.& de eo accipe libras quatuor:atq; in lebetem conijce,additis,cinnamomi vncia semis,spicæ exagijs duobus, & iterum probè feruefacito,ac oleum quod relictum fuerit colato iterum,iniq; lebetem conijcito: & cum eo olei nardini & laurini,singulorum vncias duas.Adipis leonini, struthiocameli. albi, (vide ne taxum, id est melem intelligat.) anatis, anseris,tauri,vrsi.suis,gallinæ,singulorum sesquunciam. Butyri veteris vncias tres. Terebinthinæ,sesquunciam. Medullæ ceruinæ,drachmam vnam.Galbani,vncias duas. Opopanacis castorij,ammoniaci, styracis,calamitis: bdellij.singulorum vnciam.Calami odorati,vncias duas.Myrrhæ,exagia tria. Sagapeni.medullæ ossis asinini.nepos, (νέπος: vox Fuchsio interpreti obscura: ego legerim στέαρ vel μυελὸς: alioqui enim quid de cato accipendum sit,non constat:est autem adeps cati præsertim syluestris,in vsu ad prædictas affectiones,) cati,singulorũ sesquunciam:

quunciam. Dilytræ, (lutræ fortàſſis.) vncias tres: & alios adipes quos inueneris, ſingulorum vnciam. Hi omnes cum prædicto oleo feruefiant, donec diſſoluantur: dein amoue ab igne, & iuſta (integra) hora quoad refrigerentur cõmouendo, ac repone in vaſe: atq; vbi vſus exigit, inunge tepidũ neruis incontinentibus, Nicolaus Myrepſus.

Pellis vulpina membris pro veſtitu adpoſita quos iuuet affectus, dixi iam ſupra in x. Calidior eſt cæteris: vtilis humectatis (nimio humore aut fluxione laborantibus membris,) ſua reſoluẽdi (diſcutiendi) facultate, Auicenna. De vulpina pelle interior pars calciamentorum fiat, & podagrici vtantur, leuiorem inceſſum habebunt. Sextus. Aliqui hodie martium & vulpium pelles podagræ noxias putant: quod intellexerim non de quauis ſed calida podagra, ſi horum animalium pelles cum ſuis pilis applicentur. (Sed vt aliàs inutiles ſint, pedibus tamen ſubiectæ præcipuè vulpinæ, molliorem greſſum efficient, propter denſam pilorũ molliciem.) Ad podagram: Phocæ, leonis, lupi aut vulpis corium ſi quis elaboret & calceos geſtet, (nimirum ex pellibus ſine pilis,) pedes non dolebit, Galenus Euporiſt. 3. 248. Cinis carnium vulpis cum vino potus aſthmaticis conferre dicitur, Albert.

Sanguinem vulpinum calidum è vena ſecta potum, calculum frangere audio, Syluius. Remediũ nephriticum: Accipe vulpem viuam, & macta, confeſtimq; præbeto ſanguinem laboranti bibendum feruidum, & colem eius ac pudendum ſanguine illo inunge. Nicolaus Myrepſus antidoto 199. Item antidoto 59. quæ inſcribitur Antidotus nobilis ad calculoſos: Accipe (inquit) vulpem viuam, eamq; mactato, atq; de recenti eius ſanguine quantũ dimidium exigui poculi capere poteſt bibendum præbeto: efficiet autẽ, vt æger eadem hora per vrinam lapidem eijciat. Vulp. ſanguis aridus tritus cũ ſaccharo ex vino bibitur contra calculum, Obſcurus. Equo lethargico per nares infundatur oxycrati non aeris cotyla, & ſanguine vulpino recenti caput illinatur, Abſyrtus in Hippiat. 101. Vulpini adipis facultas inter taurinum & ſuillum eſt, Syluius. Aliquando plus attrahit quàm reſoluat, Auicenna. Pro adipe vulpis ſubſtitui poteſt adeps vrſi, vt legitur in Succidaneis cum Aegineta excuſis. Et rurſus, pro adipe ſuillo, adeps vulpinus, Ibidem. Pinguedine vulpina & lupina nonnulli ad ſpaſmum vtuntur. Adeps vulp. membris tremulis & ſpaſmicis prodeſt & neruorum dolores mitigat, Mich. Herus. Anatis & vulpis adipes inter cætera in anſere exenterato confuuntur, aſſanturq; &c. vt adeps defluens ad paralyſin vtilis colligatur. Vide in Anſere 6. Vrſinus maximè aut vulpinus adeps, vel ſi hi haberi nõ poſſint, taurinus, cum ſarmentitio cinere emollitus, & cum lixiuio coctus probè attenuat eminentes tumores: hoc enim modo etiam ſapo præparatur, quem in vſum conuertere oportet, ſi vrſinus aut vulpinus adeps non adſit, Aëtius 13. 113. de cura elephantiaſis ex Archigene. Adeps vulp. alopecias ſanat, Syluius & Mich. Herus. Capitis vlceribus laudatur vulpium adeps: ſed præcipuè fel & fimum cum ſinapi, pari modo, illitum, Plin. Adeps vulpium exulcerationibus vuluarum impoſitus prodeſt, Idem. Vtilis eſt aurium doloribus, Dioſcor. lib. 2. cap. 67. & cap. 36. inſtillatus aurium dolores finit: debet autem prius remitti ſiue liquari ad ignem, & tepidus inſtillari. Idem ſcribunt, Sextus, Auicenna, & Albertus. Raſis recentem adipem in hunc vſum præfert, quanquam etiam falſus (inueteratum intelligo, inquit,) multum prodeſt. Medici quidam ſcribunt adipem vulp. curare aurium dolores, nec exprimunt quales nam illi dolores ſint: quamobrem tanquam ignorantes morborum diſcrimina non ſunt audiendi, Galenus de ſimpl. 11. 4. Ad acer bos dolores aurium: Subactam oleo adipem, (animantis nomen deeſt) infundito, & ſpongia locum occludito: bene facit & ad neruorum morbos vulpino adipe atq; ſuillo æqua portione permiſtus. Galenus Euporiſt. 2. 4. Adipem anſerinum, ſuillum, vrſinum auricularibus medicamentis Nic. Myrepſus admiſcet. Ad auriũ nocumenta ex aqua: Confert adeps tum anſerinus, tum vulpinus, tum gallinaceus, Galen. Eupor. 1. 16. Ad ſonitus auriũ intra ſeipſas & acres dolores. Vulpis adeps eliquata infundatur, Ibid. 2. 4. Adeps vulp. cum oleo ſiſami (interpres aut alius ineptè addidit, id eſt ireos: niſi ſiſami legendum non eſt) liquefactus, aurium dentiumq; medetur doloribus, Haly. Auribus fractis glutinum è naturis viculorum factum, in aqua liquatum medetur: alijs vitijs adeps vulpium, Plinius. Boum morbis commendatur ſulphur viuum, allium ſylueſtre, ouum coctum: omnia hæc trita in vino danda, aut vulpis adipem, Plin. Si pili corrumpantur in extrema equi cauda, vrina eam abſtergere oportet, & furfures vino oleoq; diligenter abluere: aliqui loco adipem canis aut vulpis aut ſuis, poſtquã abſterſerint, Hierocles,) illinunt, quod vtiliſſimum eſt, & pilos reſtituit, Abſyrtus & Theomneſtus. In alopecia, vbi iam vlcera ad cicatricem venerint, caput vulpeculæ vrito, & alcyonium, anchuſæq; nigræ folia omnia contrita ſuper inunctioni inducito, vt caput pilis contegatur, Aegineta. Cerebrum vulpis infantibus ſæpe datum, facit vt nunquam ſint caduci, Sextus. Vulpinam linguam habentes in armilla lippituros negant Plin. Albugini oculorum detergendæ efficax remedium: Vulpem viuam capies, eiq; linguam præcides, iplamq; viuam dimittes: linguam autẽ eius arefactam, phœnicio ligabis, & collo eius qui albuginem patietur, ſuſpendes, Marcellus. Vulpis linguam quidam mihi retulit ſpicula extrahere ſi imponatur: aridam etiam, ſi prius maceretur (nimirum ex vino calido) impoſitam idem faceretidq; tam potenter, vt ſi mucro linguæ impoſitæ infra aut ſupra ſpiculi foramen in cute ponatur, id vel per integram carnẽ ad ſe trahat. Vulpinus pulmo ſi arefactus b batur, ſuſpirioſos adiuuat, Dioſcor. & Galenus. Iecur vulpinum aut pulmo è vino nigro laxat meatus ſpirandi, Plin. lib. 28. Vide nonnihil mox in iecore, è Celſo. Profuit multis ad ſuſpirium vel dyſpnœam depellendam pulmo vulpis, vel iecur in olla fictili exuſtũ, atq; ad cinerem redactum, & datum ad diem ieiuno, menſura cochlearium trium, cum aquæ cyathis tribus, ſi febricitabit: ſi ſyncerus erit, ex vino vetere, Marcellus. Pulmonis vulpis aridi drachma pota vtilis eſt aſthmaticis, Paulus & Auicenna: quidam citant ex Auicenna corpus prius purgandum eſſe. In cinere aſſus & tritus ex vino nigro datus, ſuſpirium mirè ſanat, Sextus & Galenus Euporiſt. 2. 23. qui tamen nõ in cinere, ſed ſimpliciter ſiccatum requirit. Raſis aridum tritum cribratumq;, drachmæ pondere cum aqua vuarum paſſarum, aut aqua frigida difficulter reſpirantibus propinat. Pulmo vulpis lauatur à ſanguine, clibano ſiccatur, reponitur, teritur, cum alijs miſcetur vtendi tempore, Syluius. Aliqui vino abluunt & in olla ſiccant in furno, mox ſaccharo condiunt: ſic parato amicus quidam noſter medicus egregius, in ægri cuiuſdam inueterata tuſſi annorum (vt aiebat) viginti, feliciter vſus eſt: propinabat autem quotidie cochlearia duo è vino. Pulmonem vulpis recentem, extractis ab eo arterijs aſperis, lauabis vino odorato calido, & mox ollæ impoſitũ in furno tepido ſiccabis, loco ſicco repones, & abſinthio, ne putreſcat, inuolues, Euricius Cordus. Quidam in vmbra tantum ſiccari iubet, quod non placet, niſi vmbra illa ſit ſub dio æſtate feruida. Aliqui recentiores aridi triti pollinem linteolo includunt, quod aſthmaticorum poculis injiciunt. Loch, id eſt eclegma de pulmone vulpis, medicamentum compoſitum, vulgò ad vſus medicorum in pharmacopolijs paratur. Raſis & Albertus lupinum quoq; pulmonem è lacte cum pipere bibi iubent à ſuſpirioſis Galeni authoritate freti, apud quem ego hoc medicamentum legere non memini. Pulmonem vulpis phthiſicis maximè prodeſſe ob totius ſubſtantiæ familiaritatem, omnes propè practici inculcant, Syluius.

Lieni

Lieni ſedando pulmo vulpium prodeſt, c inere ſiccatus, atq; in aqua potus, Plinius & Sextus. Vulpis pulmo ſiccatus videtur profuiſſe cuidam cui exhibui in vino cum ferè ſuffocaretur in ſpecie quadam pleuritidis. Nicol. Myrepſus pulmonẽ vulpis probe ſiccatum & ſenſim lxuigatũ bibendum præbet aſthmaticis ceu probatum remediũ.

Archigenes apud Galenum de compoſ. ſec. locos lib. 9. ſplenicis iecur vulpis aridum ex oxymelite imperat: ſimiliter potum Marcellus lienoſis mirè mederi ait. Sextus aſſatum & tritum ijſdem ſimpliciter bibendum conſulit. Iecur quoq; vulpinum, aut pulmo, in vino nigro laxat meatus ſpirandi, Plinius. Item Celſus lib. 4. Eſt etiã non vana opinio, vulpium iecur vbi ſiccum & aridum factum eſt, cõtundi oportere, polentamq; ex eo potioni aſpergi: vel eiuſdem pulmonem quàm recentiſſimum aſſum ſed ſine ferro coctum edendum eſſe. Iecur vulpinum aut pulmo à vino nigro laxat meatus ſpirandi, Plin. Iecoris vulpini cinerem potum ſuſpirioſis prodeſſe, ex Marcello retuli paulo ante in remedijs ex pulmone. Vulpium adeps capitis vlceribus laudatur, ſed præcipuè fel, & ſimum cum ſinapi pari modo illitum, Plin. Ad aurium dolorem: Fel vulpis ſi in aurem cum oleo ſtillatur, ſanat, Sextus. Cum melle Attico commixtum & oculis inunctum, caliginem oculorum mirabiliter tollit, Idem. Fel ſumptum pondere drachmæ miſceatur, & portet in vulua mulier continuè in lana triduo, deinde quarta die viro cum ea coëunte, concipiet maſculum, Raſis. Verbum, miſceatur, ſententiæ non quadrat: pro quo legi poterit, formetur in peſſum, niſi quis & intra corpus ſumendum, & ſimul peſſum inde faciendum malit.

Vulpis lienis ſuper locum (tumentem & durum) alligatus, lienoſos morbo liberat, Galenus Euporiſt. 2. 40. Tonſillis priuatim renes vulpium aridi cum melle triti illitiq; proſunt, Plin. Ad faucium tumorem: Rene vulpis in melle ſæpius fauces tumentes confrica, Sextus. Vulpis maſculæ genitale circunligatum capiti ſi eredimus, dolores eius ſedat, Plinius & Sextus. Genitalia oſſea ſunt lupis, vulpibus, muſtelis, viuerris: vnde etiam calculo humano remedia præcipua, Plin. Ad mulierum ſuffocationem à locis: Articuli membri vulpis in oleo veteri vnà cũ bitumine cocti & pro peſſo ſuppoſiti, ſanant. Sextus. Simili modo vt ſupra, illinito capiti, alopecias ſanat, Idem. Vt ſupra inſtillato in aures, dolorem tollit mirificè. Idem. Ad parotides proſunt & vulpium teſtes, Plin. Teſticulo vulpis ſæpius parotidas confricato, diſſoluit eas, Sextus. Strumas diſcutiunt teſtes vulpini, Plin. Teſticulo vulpis ſi ſæpius inguina confricaueris, cito ſanat, Sextus. Ad erectionem pudendi: Teſticuli vulpis ſicci bibe cochlear vnum, Galenus Euporiſt. 2. 142. Teſtes vulpis ſicci triti cochlearis menſura potati, innocuam & minimè vanam membri tentiginem faciunt, Aëtius. Bartolemæus Montagnana teſticulos vulpis miſcet in electuarium quoddam ad coitum in viro, & conceptum in muliere excitandum. Sed herbam quoq; ſatyrion recentiores quidam medici teſticulum vulpis appellant: cuius facultates ad Venerem excitandam & aduerſus tetanum, obſcuri quidam authores vulpis quadrupedis teſticulo imperitè adſcribunt. Mulier quæ binos vulpis teſticulos tritos ſumpſerit, concipiet, Raſis. Vulpis caudam ſummam ad brachium ſuſpenſam, irritamentum eſſe ad concubitum dicimus, Sextus.

Vulpis ſtercus cum aceto tere & perunge lepram, cito ſubuenies, Marcellus. Capitis vlceribus laudatur vulpium adeps, ſed præcipuè fel, & ſimum cum ſinapi, pari modo illitum, Plinius. Stercore vulpis trito cum oleo roſarum ſi inungatur virga, coëundi vim auget, Raſis. Ad conceptum: Vulpinum ſtercus in peſſo apponatur, & loci muliebres ſubliniantur, atque ita Venere vtatur, Galenus Euporiſt. 2. 53. Aliud: Vulpis ſtercus cum ſeuo bubulo miſce, & mulieris viriique genitalia inunge, Galenus Euporiſt. 3. 234.

H.

a. Vulpes apud grammaticos etiam volpes ſcribitur: ſic dicta, vt Aelius dicebat quod volat pedibus, Varro: quaſi volipes, Albertus. Eſt & vulpis per i in vltima, apud recentiores quoſdam, quod non probo. Vulpecula, Cicero, Marcellus & alij. Huius vocis antepenultimam veteres producũt. Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam, Horatius 1. epiſt. Fallax vulpecula gannit, Author Philomelæ. Mantuanus corripuit, Gannire ſagaces Vulpeculas, grunnire ſues. Vemeriatim, id eſt vulpis fœmina parua cum eſt in fouea, Syluaticus. Nomina apud Græcos complura inuenio, quæ ordine literarum ſubnectam. Ἀλώπηξ fœmininum eſt, ſed reperitur etiam maſculinum, Varinus. Ἀλώπηξ παρὰ τὸ ἁλῶ, τὸ πλανῶ, καὶ τὸ ὠψ ὠπὸς. Ἢ τὸ παίζω, vt quidam ſcribit, ex Etymologo nimirum. Ἄλωπα, vulpes, Heſychius, & Varinus: hinc ἀλωπὶς & ἀλωπέκεος, cum deriuatis dicenda. Baſſarus, baſſaris, baſſarium, vulpẽ Græcis neſcio qua dialecto ſignificat. Herodotus lib. 4. hyænas & baſſaria apud paſtorales Afros gigni ſcribit: Varinus vulpes interpretatur: quanquam Βάσσαρος ab Herodoto ſcribi idem & Suidas annotant, quod ego non reperio. Βασσάρεια, τὰ ἀλωπέκεια οἱ Λίβυες λέγουσι. Βασσάρος, genus vulpis, Idem. Βασσαρὶς, ἀλώπηξ, & βασσάρα apud Cyrenenſes, Heſychius. Ψοῖαι, ἀλώπεκες, βασσαρίδες, & carnes circa lumbos, Idem: vide plura inter deriuata infra. Βατταρίζειν, μόλις λαλεῖν, ἀπὸ βάττου τινὸς ἰσχνοφώνου ὄντος, Varinus: quaſi battus animal quoddam ſit: ſed legendum Θηβαίου, quod nomen gentile eſt. Battus enim homo quidam vocis admodum exilis fuit, vt Suidas & Heſychius docent. Eraſmus non rectè legit Θηβαῖος, Thebanum interpretatus: apud quem plura. ſi libet, leges, in prouerbio Βατταρίζειν: vbi hæc etiã eius verba ſunt. Βατταρίζειν dicebantur vulgo qui balbutirent, quibuśq; hæſitans eſſet & impedita lingua. &c. Mihi magis apparet dictum fuiſſe βατταρίζειν pro dolo malo agere. quòd apud Cyrenæos vulpes dicatur bàſſaros teſte Herodoto, vt Latini quoq; dicũt vulpinari. Battarus enim dux fuit deducendæ in Cyrenem Coloniæ, Hæc Eraſmus. Θαὶμιξ, vulpes, Heſych. Varin. Καθυφὴ, ἀλωπέκεια, Idem. Κερδὼ, vulpes, Iidem: nomine facto ab aſtutia, quam Græci κέρδος & κερδοσύνην vocant. Δολίαν κερδὼ πολυίδριν, Ariſtoph. in Equitibus. Κερδαλέος, prudens, à vulpe quam Græci cerdò vocant, Scholia in Iliad. χ. Gale (id eſt muſtela) à quibuſdam κερδὼ vocatur, Varinus & Suidas. Habent quidem vulpes & muſtelarum genera non diſſimile ingenium, cum aliàs tum præcipuè circa furta & rapinas aſtutiam parem, vt non immerito commune nomẽ cerdò eis tribuatur. Genere tamen differunt, & imperite Albertus galem pro vulpe interpretatur. Κερδαίνη, vulpes, Heſ. Varin. Κερδίαν, ἀλωπεκίαν, Iidem. Κερδία, παρὰ τὸ ἐργάζεσθαι κέρδαλέον φύσιν, aſtutus, doloſus inſtar vulpis. Κηλὰς, vulpes, Suidas & Varinus: nimirum παρὰ τὸ κηλεῖν, quod eſt θέλγειν πεφύκειν, quòd cauda eius ad demulcendum apta ſit. Sed apud Varinum etiam κηκὰς ſcribitur, his verbis: κηκάζω, τὸ λοιδορῶ. ἐξ οὗ κηκασμὸς, ἡ λοιδορία. Ἢ κηκὰς, ὁ λοίδορος. καὶ κηκὰς, ἡ ἀλώπηξ, ἡ κακολόγος, ἢ κακοῦργος, ἢ πονηρά. Rurſus apud eundem in κυφὼ, habetur κηλὰς ἀλώπηξ. Κινὰδος vulpes. Ἢ τοῦ πάνυ τίνα κινὰδον ἐξεύρες μ' ὄνυ; (Aiax de Vlyſſe, apud Sophoclem puto in Aiace,) Suidas. Et rurſus, Κίνα δος, genus animantis feri, cuius Demoſthenes meminit in oratione de corona, Τοῦτ' ἦ Φίνες κινὰδος πάθῃ ὑπὸ τῶν θηρίων. Sunt qui beſtiam omnem ſic appellari putent, peculiariter verò vulpem: & Siculos priuatim vulpem κι-

ναδιον appellare, (quod & Harpocration ſcribit:) κινα&δ;ν etiam adiectiuè dicitur, vulpis inſtar doloſus, Suidas & Varinus. Κινα&δ;ν, inquit Theocriti interpres, vulpes nuncupatur à Siculis, ὅτι τ κινεῖσθαι ἀκαιρῶς, id eſt ab impudenti motu: vel quia doloſè moueatur: meminit pro Cteſiphont. Demoſthenes, ſed & Ariſtoteles. Ex noſtris martem dici Latinè opinantur nonnulli. Sunt qui eo nomine intelligant paruum animal geni talia nunc proferens, nunc retrudens quod Ariſtophanij interpretes adnotarunt, (& ex eis Varinus,) Cælius. In Auibus Ariſtophanis cum Chorus interrogaſſet, Ἐνι σοφὸν τι φρεσί; Epops reſpondet, Πυκνότατον, κινα&δ;ν, Σόφισμα, κύρμα, πέιμμα, παιπάλημ' ὅλον. vbi Scholiaſtes, Cinados (inquit) vulpes eſt, & accipitur pro valde callido. Καὶ πῶς ἀκίνα&δ;ν ἐν παῖδι γ' ἐστιν, Theocritus Id. 5. Κινα&δ;ς, ἀλώπηξ, ὄφις, Heſ. Cinadus maſculinum, ὁ περ&δ;. κινα&δ;ν verò neutrum, ὁ ναυάγ&δ;, Varin. Κινάνδρα, vulpes, Heſ. Varin. Κιδα&φ;ηκίδα&φ;&δ;, vulpes, Idem: poſterius etiam adiectiuè vſurpatur pro verſuto & doloſo, quem aliter κιδαφίαν vocant, vnde & κιδαφεύειν verbum, τ ναυαγεῖν, Heſ. Varin. Apud eoſdem ſcribitur etiam κιδαφη cum ν. pro vulpe, & κιδαίζι&δ;, ὁ ναυάγ&δ;. Κίφ, vulpes Laconicè, Heſ. Varin. Κίφ&φ;&δ;, vulpes, Idem. Κολπεύς, vulpem, Idem. Κουλοβούρ&δ;, vulpes, Varin. Κερσῖνις, vulpes, Heſ. Varin. Λάμπυρις, (proparoxyt.) vulpes, Heſ. & Varinus in Ὑπάτυρις. Λαμπυρὶς, (oxytonum,) genus vulpis caudam albam habentis, Varinus. Lampurus nomen canis eſt apud Theocritum, ſic dicti, vt quidam exponunt, quoniam vulpi ſit aſſimilis, quam lampuron vocant, Cælius. Λαμπυρὶς, animalculum è ligno (ἐκ ξύλου) naſcens, (inſecti genus, cicindela,) item vulpes, Heſ. Varin. Σκα&φ;ὴρ, vulpes, Idem. Φοῦαι, ψῶαι, ψοῦαι, vide infra in derivatis. Ψία, ἀλώπηξ, Heſychius. Φῦλες, vulpes, Heſ. Varin. Φ'υανοῦν, Phrygibus vulpem ſignificat: vide Azani infra inter propria. Goupil aut renard Gallicè, vulpes quæ in cubili iacet, Rob. Stephanus.

Epitheta. Aſtuta ingenuum vulpes imitata Iconem, Horatius Serm. 2. 3. Aſtutam vapido ſeruas ſub pectore vulpem, Perſius Sat. 5. Cauta, Horatius 1. epiſt, Vulpem captare doloſam, Gratius. Fallax vulpecula gannit, Author Philomelæ. Fœta, Horat. 3 Carm. Hic olidam clamoſus ages in retia vulpem, Martialis. Sagaces vulpeculas, Mantuanus Et apud Textorem, Inſignis dolis. caudata, bellax, ſceleroſa, hirſuta. Λίθων ἀλώπηξ, Pindarus in Olympijs. Aethon verò nuncupatur vulpes, vt vaframentis ignita: vel quia dicatur lampuris quoq;, Cælius. Ἀλώπηξ, Simonidi. Ναὶ μὰ ἀλλ' οὐ λέ&γ;&δ; ἐγ' ἀγρέαυλοισι μᾶλλον Θηρσὶ κἀλεκτρυόνι, μᾶλλ' ἀρήι&δ; ἐκ πεπιθεῖν. Καὶ πανοῦργ, Oppianus. Δολίαν κεδνὰ πολυίδριν, Ariſtoph. in Equitibus. Μισῶ τὰς διαπεπλεγ&δ; ἀλώπεκας, Theoc. Idyl. 5.

Vulpinus, adiectiuum. Hominem vafrum noſtrates vulpionem vocant, & in Apologetico Apuleius, Cælius. Vulpinari cũ vulpe, vide infra inter prouerbia. Vulpinaris nomen adiectiuum pro aſſuto, Scoppa ſine authore.

Ἀλώπηξ etiam genus ſaltationis eſt, Heſ. Var. Quod verò apud eoſdem ſequitur, καὶ ἀλωπεκίαι μύωνες, ὡς Σοφοκλῆς, ὅπερ ἐστὶν ἐν σώματι παθ&δ; ῥεῦμα, obſcurum & deprauatum eſt, vt apparet: quamuis poſteriora verba de alopecia capitis morbo dicta videantur. Græci alopecis vocabulo in medicina quandoq; intelligũt caruncullas muſculares eas, quę vtrinq; lumbos animalis quaſi veſtiũt, quas Hippocrates pſyas, Ariſtoteles pro lumbis ipſis pſoas & pſoæas: Hieronymus pſyas pro renibus accepit, alij neurometras vocant, Hermolaus. Nonus & decimus muſculus (inquit Veſalius 2 38. de muſculis dorſum mouentibus) in illorum muſculorũ habentur numero, qui ψόαι & νεφρομῆτραι & ἀλώπεκες Græcis dicuntur: quanquam Clearchus exteriores quoq;, quos (vndecimum & duodecimum & duos ſequentes) in ſermonis progreſſu numerabo, ſic appellauerit, &c. Athenæus lib. 9. de carnibus ſiue muſculis lumborum authores aliquot citat, quorum verba ſubijciam. Ὀσφυ&δ; αἱ ἐκ παγίων σάρκες ἐπικεκυφυῖαι, ψόαι, Simariſtus. Σάρκες μυώδεις καθ' ἑκάτερον μέ&δ;, ἃς οἱ μὲν ψόας, οἱ δ' ἀλώπεκας, οἱ δ' νεφρομήτρας καλοῦσι, Clearchus. Meminit & Hippocrates τ ψοῶν, quæ ita dictæ ſunt ἀφ' τ ἰσχνὰς ἔχειν ψόας θαι, οἷον τις οὖσαι ὑπτιαύχενα σάρκες, ἐξ ὑπαλλὰξ τ ὀστέων ἐκπίπτουσαι, Hæc Athenæus. Φοῦαι, ἀλώπεκες, Heſychius & Varinus, quo nomine non animalia, ſed lumborum tantum muſculos intelligo. Ψοῦαι ἀλώπεκες, βασανεῖδες, ἔνιοι δὲ τὰς ὀσφῦς σάρκες, Idem. Ego baſſaridas, vulpeculas quadrupedes ſemper intellexerim, ψοῦας verò ſemper lumborum muſculos, ipſi confundere videtur. Ψοαὶ, ἀλώπεκες, ἕδραι, Idem.

Ἀλωπεκάδης, vafer, aſtutus, Varinus: vt vulpio apud Latinos: ſed apud Heſychium penultima per ω. (quod magis placet, quamuis Cælius etiam alopecades ſcripſerit) non per α. legitur, his verbis: Ἀλωπὸς, ἀλωπεκώδης, πανοῦργ&δ;. Σοφοκλῆς Θυέστῃ & Ἰάχῃ. (, Ἰάχῃ.) οἱ δ' ἀφανεῖς καὶ δὴ τ ποδοῖν, posteriora verba ad ἀλωπὸς tantum pertinent. Ἀλωπεκὴ, pellis vulpina, alij circunflectunt. Ἀλωπεκίαι, vulpium foueæ. Heſychius, Varinus. Ἀλωπεκίαν aliqui interpretantur τὸν πῖλον ἐκ τ&φ;αλακίας, id eſt pileum, Suidas & Varinus. Vide in π.

De Alopecia morbo ſcripſimus ſupra in c. Ἀλωπεκίζειν, vulpinari, decipere, adulari, vide infra inter prouerbia. Alopecides canes memoraui ſupra in c. Cælius ex Xenophontis Anabaſeos ſeptimo alopecides interpretatur pelles vulpinas. Ἀλωπόκωλος, ὁ πλιὸς, Suidas. Ἀλωπίζει&δ;, & Atticè ἀλωπεκίζει. vulpinus. Apud Ariſtotelem lib. 5. cap. 1. de gener. animalium νυκτάλωπηκες & νυκτάλωπης leguntur pro vſitatis nyctalops & nyctalopes vocabulis, neſcio quàm rectè Gaza vertit luſcioſitatem.

Alopecũros herba Plinio, ſpicam habet mollem & lanuginem denſam, non diſſimilem vulpium caudis, vnde ei & nomen. Spicoſa ſunt, oculus caninus, cauda vulpina, plantago, cui quodammodo ſimilis bibinella (ἕρυθρις, lego ἑρυαλὶς,) eſt. Verum hęc ſimplicia & quodammodo vniformia creantur, & ſpicam nec acutam nec ariſtatam gerunt, cauda verò vulpina hirſutior & lanuginoſior eſt, quamobrẽ ſimilis vulpium caudis cernitur, vnde & nomen accepit: huic plantago ſimilis conſtat, niſi quod florem non quemadmodum illa particulatim ædit, ſed per totam ſpicam tritici modo: ambabus tamen floſculus lanugineus exit, ſicut etiam frumẽto: ſimilis tota ſpecie tritico eſt, verum folio latiori, Theophraſtus de hiſtoria plantarum 7 10. Cauda vulpis vulgò à quibuſdam dicitur polygonos. id eſt ſanguinaria fœmina. Monachi in Meſuen. Denaphia calcail. id eſt cauda vulpis, herba quę aliàs centumnodia fœmina dicitur, Syluaticus. Idem ſcribit cap. 218. ex Serapione, centumnodiam fœminam, ſcapo nodoſo, foliis pini, &c. vulgò caudam vulpis nominari. Arabicè harſiarbai, quod nomen ibidem dipſaco quoque attribuit. Luparia (aconiti genus) iuxta Tridentum herba vulpis vocatur, quod eas occidat, Matthaeolus. Arbor vulpis, id eſt liquiritia, Syluaticus. Choſahaltaleb, id eſt teſticulus vulpis, ſatyrion eſt, Vetus gloſſographus Auicennæ: qui & ſucution & ſcutudans, nomina corrupta, vt videtur à ſatyrio, teſticulum vulpis interpretatur. Plura leges in Satyrorum hiſtoria inter ſimias. Teſticulus vulpis, id eſt buzeidem, ſatyrion eſt, Idem: ſed alibi pro buzeidem, bacidem ſcribit, Syluaticus biziden. Vua vulpina, id eſt ſolanum, Bellunenſis & vetus gloſſographus Auicennæ. Auicennæ interpreti lib. 4. fen. 6. &c. vua vulpis omnino doryenion eſt, quod Matthaeolus etiam vidit: adnumerant autem doryenion quoque aliqui ſolani generibus, furioſum cognominantes. Inter vuas damnantur, viſu cinerea, & rabuſcula, & aſiniſca, minus tamen caudas vulpium imitata alopecis, Plin.

Huius

Huius & Columellâ alicubi meminisse puto. Ἀλωπεκίας (malim ἀλωπέκιον, vel ἀλωπέκιος proparoxytonum Atticè) inter vuas à Polluce nominatur. Ἀλωπέκιον, ἄμπελος ἥτις καλεῖται χαλκείη, ἢ ἡ αὐτὴ οἴνη, Hesychius, Varinus.

Animal quod priore sui parte vulpem, posteriore simiam refert, quod simiuulpam vocauimus, supra inter simias descriptum est. Χηναλώπηξ, hoc est vulpanser, auis dicta ex vulpis & anseris forma, Volaterranus. Cynalopeces, canes Laconicæ ex cane & vulpe natæ, quæ & alopecides dicuntur, vt in c. retuli. Aristophanes cynalopecem vocat hominem impudentem simul & astutum. Vulpem Græcè lampurim & alopeca vocant: est & volucre animal (auis) & piscis hoc nomine, Hermolaus. Vulpes piscis mustelorum generis, γαλεὸς ἡ ἀλωπεκίας, similis est gustu vulpi terrenæ, vnde nomen ei impositum, Athenæus lib. 8. Aelianus similiter fraudulentam & dolosam esse scribit marinam vulpem, vt quadrupes est. Genetha bestia est paulò maior (minor) vulpecula, Isidorus. Rossomaca siue gulo fera magnitudine canis est, facie cati, corpore & cauda vulpis. Eckutabne bestiola in superficie aquæ, &c. dicitur esse vulpis ab amatu, Syluaticus: tipulâ intelligo. Γυναλώπηξ cognominabatur Satyrus in Thaso, qui semine genitali sæpius emisso tandem tabe perijt. Hippocrates 6. epidemiorum.

Ἀλώπηξ, nomen proprium. Suidas. Apud Græcos legimus, Limnæum locum esse Orthiæ sacrum Dianæ: eius simulachrum id esse memorant, quod ex Taurica est ab Oreste & Iphigenia tralatum. Hoc qui primi comperierunt Astrabacus & Alopecus, mox dilapsi in amentiam sunt, &c. Cælius (ex Pausaniæ Laconicis.) Ἀλωπεκή, (Stephano Ἀλωπίκη. paroxyt.) vicus Antiochidis tribus, vnde gentile Ἀλωπεκῆθεν, (Ἀλωπεκιαθὲν. Suidas,) & loci aduerbium Ἀλωπεκῆσιν: vnde verò dicti sint Philochorus explicat lib. 3. Suidas, Hesychius, Varin. Archippa vxor Themistoclis ex tribu Alopecia, Plutarchus: Extat in Alopecis Atticæ bustum Anchimolij, iuxta Herculis templum quod est in Cynosargi, Herodotus lib. 5. Azani vrbs Phrygiæ est, quam Hermogenes Ἐξανάγων (aliàs Ἐξαγάνα) vocandam asserit: nam cum eo in loco olim fame laborarent homines, pastores conuenerunt, & pro impetranda fertilitate sacrum fecerunt. Sed cum dij non exaudirent Euphorbum ferunt αἰανοῦν, id est vulpem, & ἐχῖνον, id est echinum dæmonibus immolasse: vnde placatis dijs & secuta fertilitate, incolæ Euphorbum sacerdotem & principem creauerunt, & vrbi nomen ab eo posuerunt Ἐξαγάνα (aliàs Ἐξανάγων) quod Græcis sonat Ἐχιναλώπηξ, Stephanus in Azani: ex quo Erasmus etiam transtulit in prouerbio Azanæa mala. Iuxta Smyrnam sunt insulæ, Peristerides, Alopece. Plin. 5. 31. Et 4. 12. Bosphorus Cimmerius insulam habet Alopecen. Ptolemæus, Pomponius, Strabo & alij insulam hanc nõ Alopecen, sed Alopeciam, & Tanain quoq; vocant, Venetorum olim coloniam: nunc Turcæ potiuntur, vt alio quoque omni Ponto. Hermolaus in Plinij locum iam citatum scribens Ante Emporium vrbem sic dictam ad Tanaim fl. & lacum, insula iacet nomine Alopecia, Migadorum hominum domicilium, Strabo lib. 11. Alopecia insula Καλὸς & olim vocabatur ὑπὸ Καλῆς βασιλέως, Stephanus. Alopeconesus, (melius per n. duplex, [vt Suidas habet] vt Peloponnesus & similia, quod probat Eustathius Dionysij Afri interpres,) Ἀλωπεκόννησος, vrbs Chersonnesi in Hellesponto, condita ex oraculo, quod vrbem illic condendã (Athenienſibus) iusserat, vbi catuli vulpis conspecti fuissent. Sunt qui vulpem dum vrbs conderetur, catulum aliunde allatum (aliàs, catulos allatos) illuc deposuisse scribant, Stephanus in Alopeconeso & in Calaro. Aliqui Alopeconesum insulæ nomen faciunt, Cælius. Ἀλωπεκόννησος, πόλις μία τῆς ἐν Χερρονήσῳ. ὅτι Ἀθηναῖοι πόλιν ἐν Θράκῃ, ἣν Ἐλαιοῦς τοὔνομα Ἀλωπεκόννησον κατῴκισαν, νῆσον ἦ ὑπὸ Μυτιληναίων καὶ Κυμαίων ἐπηγάγοντο ἐποίκους, Suidas. Alopeconnesus haud procul à Cœlo Cherronnesi portu, Plinius 4. 12. Tubera Asiæ nobilissima, circa Lampsacum & Alopeconnesum, Idem 19. 3.

b. Canes non latrantes, vulpino rostro, alicubi in Nouo orbe reperiuntur. Qui apud nos doctius loquuntur, vulpis pedes vocãt *klauuen, vnd nit fuss*: pellem *ein balg, vnd nit ein haut*: de eadem cum vulpi detrahitur, *sy vnnd gestreifft, vnd nit geschunden.*

c. Super montem Sion qui desolatus est ambulauerunt vulpes, Threni Hieremiæ 5. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, at filius hominis non habet vbi caput reclinet, Matthæi 8. & Lucæ 9.

Πανύσσαι κεφαλὰν καρδίλιν ἠνεβρείλιν Δεῦτε πρόσθεν ἀμπάσαισαι λαβύκιος, Babrius vt Suidas citat. Μισῶ τὰς ἀμπελοφθόρους ἀλώπεκας, αἱ τοὺς Μίκωνος Αἰεὶ φαιτῶσαι τὰ τρυγητέα ῥαγίζουσι, Theocritus Idyl 5. Apprehendite vobis vulpes, vulpes paruas, quæ corrumpunt vineas: vineæ enim nostræ sunt in flore, Canticorum 2. Deijciant eos in aciem gladij, vt fiant pars vulpium, Psalmo 63. Prædicit autem illorum casum (inquit Munsterus) quòd per hostes adigendi sint in gladium, & cadauera eorum per vulpes laceranda. Fiente, id est simum, Gallicè, non de quibuslibet feris, sed propriè de fœtentibus dicitur, vt vulpe, mele. Vulpium catuli, Plin. Σκύμνοι ἢ σκύλακες ἀλωπέκων, Stephanus in Alopeconneso. Dicuntur & proprio vocabulo ἀλωπεκίδες, Pollux. Galli cheaux vocant catulos luporum, vulpium, melium lutrarum. Simonides apud Stobæum in vituperatione mulierum, alias ex alijs animalibus, (sue, cane, asino, equo, mustela &c.) pro ingeniorum diuersitate natas comminiscens. Aliam verò (inquit) Deus fecit ex maligna vulpe, (ἐξ ἀλιτρῆς ἀλώπεκος.) mulierem omniscium, quam neque mali, neq; boni quicquam latet: & sibi inconstans nunc bona nunc mala est, aliàs alijs prædita moribus.

d. De vulpis astutia plura in præcedentibus dicta sunt sparsim, cum alibi, tum in a. inter nomina vulpis, κερδὼ, &c. item in epithetis. Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes, Horatius de Arte. Solonis versus quosdam in Athenienses astutos quidem, sed qui blanditijs decipi se paterentur, cum Pisistrati tyrannis inciperet, Plutarchus in Parallelis refert huiusmodi: Εἰς δὲ γλῶτταν ὁρῶ τι καὶ εἰς ἔτι καινὰν ἀνδρός. Τμῶν δ' οὐδεὶς ἴχνεσι τοῖς ἀλωπέκων ἴχνεσι βαίνει. Σύμπαντα δ' ὑμῶν χαῦνος νόος, ex diuersis (vt apparet) locis Elegiarum Solonis. Versutum & vafrum hominem Latini vulpionem vocant. Græci ἀλωπεκᾶσθαι vel ἀλωπεκᾶν potius: versute & dolò agere, ἀλωπεκίζειν, vulpinari. Astutum simul & impudentem κυναλώπεκα Aristophanes dixit. Ἀλωπεκάω, decipio. Quidam in Lexico sine authore. Εὐπόλις σκώπτων διδυμίαν τινά, ἑταίραν οὖσαν, ἔφη τὸν ἐν Ἀττικῇ λέοντα γενέσθαι ἀλωπεκοῦντι ὡς μεμφομένην τοῖς λεγομένοις ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ὀργῇ. Lamia meretrix dicebat eos qui in Attica leones erant Ephesi fieri vulpes, Aelianus. Lysander Lacedæmonius, cum ei vitio verteretur à nonnullis, quòd fraude subinde agere videretur. Quò (inquit) leonis peruenire pellis non potest, vulpinam assuisse haud dedecuerit. Prouerbium vulpes nõ garrit, de ijs qui diligentissimè cauent ne quid temere loquantur, Cælius Calcagninus cõmemorat. Dominus noster Christus in Euangelio Lucæ cap. 13. Herodem appellat vulpem. Vulpanser vulpi callida improbitate comparatur, Aelianus.

e. Εἶλον ὑφ' ἵππῳ τὸ καλούμενον ἀλωπεκᾶν καὶ λαβὼν ποικίλοις δεσμοῖς αὐτὸ φορῶ τῷ σώματι, ἢ ἄλλο ὅτι τῶν λεωφόρων τοὺς ἀγροίκους συγκαλεσάμενος ἅπαντας, καὶ τὸ πλεῖον δεκαμυδίους, ἢ δημοσίᾳ δίκας παρέξεται ἀντὶ πεντακοσίων μεμυδίων ἑξουσα κόλασιν, Seutliõ rusticus in epistolis Simocati. Alexãder Magnus multoties vulpes ioco venabatur, auesq;, sicut per eius diaria percipere licet, Plutarchus in vita eius.

Mala medicamenta inferri negant posse, aut certe nocere, stella marina vulpino sanguine illita, & affixa limini superiori, aut clauo æreo ianuæ, Plin. Bassareus Bacchus dicitur, & Bassarides Bacchæ, siue à genere vestis talaris, quam Thraces bassaram vocant, siue à vulpibus, quarum pellibus Bacchæ succingebantur, vt & lyncum pantherarumq; pellibus: vulpes inde Thraces bassares dicunt, Gyraldus. In pelle quam lepori aut vulpi detraxerit genus quoddam aquilæ in locis quibusdam Scandinauiæ ad Septentrionem remotis, oua incubat. In Turcia audio qui conciones negligunt cogi per ciuitatẽ trahere caudas vulpinas aliquot colligatas, & à pueris interim luto impetiri.

f. Alexandrum Alopes & Priami filium à vulpe nutritum, in Varijs Aeliani legimus: quod ex eo Cælius etiam repetit: Græcè legitur ab vrsa.

h. Samson iratus Philistæis accepit trecentas vulpes & caudas earum inter se iunxit, & faces in medio ligauit, quas igne succendens discurrere permisit. Illæ verò statim segetes Philistæorum ingressæ sunt: quibus succensis & comportatæ iam fruges, & adhuc stantes in stipula concrematæ sunt, adeò vt vineas quoq; & oliueta flamma consumeret, vt legimus Iudicum 15. Aristomenes Messenius à Lacedæmonijs captus, per cauernam latomiarũ euasit, angustos vulpium aditus secutus, Plin. Sed latius in Messenicis prosequitur Pausanias: Lacedæmonij (inquit) Aristomenem in prælio captum cũ alijs quinquaginta ex militibus eius in Ceadam abijciunt. Præcipitant eò quos ob maxima flagitia plectunt. Alij itaq; ex Messenijs deiecti continuò perierunt: Aristomeni verò quidam aiunt aquilam auem volatu se submisisse, alisq; eum sustinuisse donec ad finem deferretur illæsus. Hic tertio die strepitu percepto, vulpem cadauera arrodere animaduertit, & currentem secutus, cum in loca esset ventum transitu valde difficilia, ab ea est auulsus: serò autem cauernam quandam deprehendit vulpeculę ad suffugiendum aptam, & per eam luminis splendorem vidit, ac via manibus latiore reddita euasit. Hanc historiã paulò aliter Polyænus describit Strategematum lib. 1. Procridis siue Cephali canis, fuit eius naturæ, vt vitari non posset, vbi insequeretur: sicuti Teumesia vulpes fuisse narratur incomprehensibilis. Quæ ratio (ne ineuitabilem canem vulpes effugeret, aut vulpem incomprehensibilem canis caperet) vtrunq; deformauit in lapidem: Lege plura in Canis celeris historia circa finem. Vulpeculam Teumesiam, vt damnum inferret Thebanis, à Baccho ex indignatione esse educatam narrant: & capienda cum iam esset à cane, quem Procridi Erechthei filiæ Diana dono dederat, in lapidem vnà cum cane transmutatam, Pausanias in Bœoticis.

Vulpes fœta occurrens in via infortunatum iter præsagit, Alexander ab Alex. Impios parræ recinentis omen Ducat, & prægnans canis, aut ab agro Raua decurrens lupa Lanuuino, Fœtaq; vulpes, Horatius Carm. 3. 27.

Equitia singulis annis duodecimo (decimoquarto, Gyraldus) calend. Maias in Circo maximo celebrarũt, qui dies Cerealibus incurrebat, in quibus post equos, vulpes stipulis alligatæ, accensa flamma, cursitabant. Alexander ab Alex. Ouidius quarto Fastorum die quarto post Idus Aprilis Hyades oriri scribit, & tertio post Hyades remotas die Equitia celebrari, & eodem die vulpis pellem aduri: fabulam addit, fuisse in rure Peligno pauperis coloni filium annorum duodecim, qui vulpem ceperit quæ multas gallinas abstulerat: Captiuam stipula fœnoque inuoluit, & ignes Admouet, vrentes effugit illa manus. Qua fugit, incendit vestitos messibus agros. Damnosis vires ignibus aura dabat. Factum abijt, monimenta manent: nam dicere certam Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat. Vtq; luat pœnas genus hoc Cerealibus ardet. Quoq; modo segetes perdidit, illa perit.

Quòd si animantium cruore alliciuntur superi, cur non mactatis illis mulos, canes, vulpes, &c. Arnobius contra gentes.

PROVERBIA.

Archilochi vulpes, de valde astuto & malitiam suam egregiè dissimulante, vt sunt Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt, prouerbialiter dici posse videtur. Nam apud Platonem libro de repub. secũdo in persona Glauconis sic legimus: Ea quæ dicta sunt (de iniustitiæ apud homines commodis, & facili peccatorum apud deos expiatione) mihi quidem, si iustus sim, non tamen appaream, nihil prodesse dicunt, labores autem & pœnas certas esse: Iniusto verò opinionem iustitiæ assequuto, vita diuina adesse dicitur. Nónne igitur postquã existimatio hæc iustitiæ, vt sapientes tradunt, veritatem cogit ac violat, & ad beatitudinem est præcipua. (hoc est beatiores efficit apud homines, quàm vera iustitia quæ non appareat) ad eam omnino tendendum est? Induere itaque imaginem oportet iustitiæ, & quandam præ se ferre virtutis adumbrationem, à tergo verò illam sapiẽtis Archilochi vulpem astutam ac variam trahere. (Πρόσθεν μὲν ἐπιτήδευμα τοιοῦτον ἐπὶ ἐμοὶ ἐκείνῳ, σκιαγραφίαν ἀρετῆς ἐπιτηδεύσιον, πρὸ δὲ τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλώπεκα, ἐμὲ τοῦτον ἐξηπατηκότα καὶ ποικίλον.) Sensus est, Virtutis speciem diuiti & felici futuro præ se ferendam esse, astutiam verò & improbitatem posterius occultandam. Erasmus in prouerbio, Benignior pellace vulpe, Platonis verba imperitè conuertit, nos Marsilij translationẽ posuimus. Archilochi vulpeculam commemorat & diuus Basilius, cum aliàs, tum in libello ad nepotes suos, & Philostratus in Imaginibus. Multi sunt apologi de vulpis astutia, ex his quis sit Archilochi non satis liquet, Erasmus. Huc certe facit apologus ille, quem nostri pictores aliquando repræsentant, de vulpe hominis religiosi habitu sumpto cõcionante, & collectos ad concionem anseres gallinasq; inuadente.

Benignior pellace vulpe, Ὑπὲρ ἀλωπέκος ἱλαρωτέρα αἰμύλης ἀλώπεκος: de eo qui commodi sui causa simulat benetolentiam, Erasmus. Vulpes bouem agit, Ἀλώπηξ τὸν βοῦν ἐλαύνει: cum res absurdè geritur, nihil enim vulpi cum agricolatione, veluti si quis poëta de rebus sacris concionetur, aut leno tractet rempublicam. Licebit & ad eum torquere, qui non ex animo, sed aliò spectans, fingit sese quippiam velle facere, Erasmus. Suidas interpretatur Ἐπὶ τοῦ μὴ ἐξ ἐπιβουλῆς λέγοντος.

In canis podicem ac trium vulpium inspicere, Εἰς κυνὸς πυγὴν ἐς τριῶν ἀλωπέκων: in excutientes aut lippientes: vel de rebus paruis atq; angustis inutiliter anxios & solicitos. Vide in prouerbijs à cane sumptis. Annosa vulpes haud capitur laqueo, Γέρων ἀλώπηξ οὐκ ἁλίσκεται παγίδι: senarius prouerbialis dicendus in eum, qui longa ætate multaq; rerum experientia callidior est, quàm vt arte dolisq; capi queat, Erasmus. Suidas interpretatur similiter, Ἐπὶ τοῦ λίαν κέρδει πολλῷ ἐμπείρου ἐξαπατᾶσθαι, (οὐκ ἁμαρτανόντων, Apostolius.) Vulpes non iterum capitur laqueo: Ἀλὼ οὐκ αὖθις ἀλώπηξ παγίδος, id est, At non iterum vulpes laqueis, subaudiendum capitur. Qui sapit, οὐ δὶς ἐπὶ τὸν αὐτὸν σκόπελον ἔβην, id est, non iterum ad eundem offendit lapidem. Stupidi est hominis, in malum gustatum iterum incidere. In Plutarchi collectaneis effertur hunc ad modum, Ἀλώπηξ δὶς φυγοῦσα παγίδας, αὖθις οὐχ ἁλίσκεται, Erasmus. Eadem sententia est Germanicorũ, *Er ist vmb mehr vor dem garn gewesen. Er hat das garn gerochen.* Vulpes haud corrumpitur muneribus. Suidas huius adagij Cratinum citat autorẽ. De callidis ac versutis, quos haud facile

facile ſit obiecto munuſculo, aut aſſentatiuncula, pollicitiſue fallere. Larus enim & aliæ quædã aues eſca capiuntur, vulpes non item, Eraſmus. Locus Suidæ corruptus videtur, Τ' μὼν ὡς μῦ ἴκας & ἀλώπηξ οὐ ἁλωσοδοκᾶται, ex Cratino: hexametrum erit ſi tollas negationem. Carmen quidem Solonis, Τ' μὼν ὡς μῦ ἴκας & ἀλώπηκ & ἴχνεσι βαίνει, recitaui ſupra in d. Cauda de vulpe teſtatur, Ἡ κέρκ & τῇ ἀλώπηκι μαρτυρεῖ in eos dici ſolitum, qui puſilla in re cuiuſmodi ſint declarant. Eſt autem vulpi cauda pro corpore maior ac piloſior, vt non ſit facile celare: alioqui canis videri poſſit. Vnde quadrabit de exitu declarante cuiuſmodi fuerint reliqua. Quidã primo aggreſſu agni, in eucntu vulpes comperiuntur, Eraſmus. Vbi quem admiſſa noxa mulctari leuius animaduertimus, vulpis cauda correptum fuiſſe dictitare conſueuimus, Cælius. Eſt & Germanis eadem locutio vſitata. Κυναλώπηξ Ariſtophani, impudens ſimul & aſtutus, canina impudentia, & vulpina aſtutia coniunctis, vt in Cane alicubi diximus. Vulpi eſurienti ſomnus obrepit, Πανοῦργον ἀλώπηκα ὕπν & ἑπέρχεται: vbi quis inopia cibi dormit. Neq; perperam dicetur & in illos qui diſſimulant, conniuentéq; ad quædam, vt per occaſionem aliquid commodi ferant: ſiquidé vulpes vrgente fame ſomnum adſimulat, vt illectas aues capiat deuoretq;. Fit autẽ hoc phyſica quadam ratione, vt famem ac ſitim extinguat ſomnus. Adagium recenſuit Diogenianus, Eraſmus. De prudentibus etiam dici ſoleit illud, Ἀλώπηξ οὐ λαλεῖ: id eſt, Vulpes non garrit: prudẽtes enim diligentiſſimè cauent, ne quid præter rem aut parũ commodũ loquantur, Cælius Calcagninus. Iungere vulpes, Ζεύγνυσι τὰς ἀλώπεκας: de re palàm abſurda. Qui Bauium nõ odit, amet tua carmina Mæui, Atq; idem iungat vulpes, & mulgeat hircos, Vergilius in Palæmone. Eſt enim vulpes animal ab aratro vehementer alienum, Eraſmus.

Congregare cum leonibus vulpes, apud Martialem, eſt rem impares diſſimilesq; permiſcere. Vulpes dolis nititur, leo viribus fidit, Eraſmus. Vbi leonis pellis deficit, vulpina inſuenda eſt, Suetonius. Lyſander Lacedæmonius cũ ei vitio verteretur à nonnullis, quòd fraude ſubinde agere videretur: Quò (inquit) leonis peruenire pellis non poteſt, vulpinam aſſuiſſe haud dedecuerit, Cælius (ex Lyſandro Plutarchi.) Vide in Leone e. Ἀν ἡ λέοντι μὴ ἐξίκηται, τῷ ἀλωπεκίᾳ προσράψον, (malim προσραφεῖν, ſecundum Suidam & Apoſtolium,) Zenodotus. Huius affine eſt (inquit Eraſmus) quod apud Plutarchum in vita Syllæ Carbo dixiſſe memoratur: Quum enim Sylla non ſolum aperto Marte, ſed dolis bellum gereret, ait ὡς ἀλώπεκι & λέοντι πολεμῶν ἐν τῇ Σύλλα ψυχῇ καθορῶμι, ἐπὶ δ' ἀλώπεκ & ἀνιᾶτ' μᾶλλον, id eſt, quòd bellum gerens cum vulpe ac leone, quorum vtrunque habitaret in animo Syllæ, à vulpe vehementius angeretur. Multa nouit vulpes, ſed echinus vnum magnum, Πολλὰ οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖν & ἓν μέγα: Vide ſupra in prouerbijs ab Echino quadrupede ſumptis. Tam facile vinces quàm vulpes pyrum comeſt, Plautus in Muſtellaria: de re factu procliui, quòd nihil negotij ſit vulpi dentatiſſimæ pyrum edere, Eraſmus. Domi leones, in pugna vulpes. Apud Ariſtophanem in Pace Chori hæc verba ſunt, Πολλὰ δὴ δεῖ μ' ἠδικηκέναι Ὅστις εἶναι μὲν λέοντες, Ἐν μαχῇ δ' ἀλώπεκες. Eſt autẽ ſcomma in Lacones. Scholiaſtes monet parœmiam eſſe, contortam primum in Lacones re malè geſta in Aſia his verbis, Ὅπου λέοντες, ἐνθ' Ἐφέσῳ ἦ Λάκωνες, Plutarchus in comparatione Syllæ & Lyſandri, refert hanc ſententiam tanquam vulgò iactatam in principes, Ἀλλ' εἰ δή τις ἀνθ & ἐκπεφευγὼς τυγχάνοι τὸ ῥηθὲν, Ὅπου λέοντες, ἐνταῦθα δ' ἀλώπεκες, id eſt, Imò ſi quis illud effugerat illud quod vulgò circunfertur. Domi leones, ſed foris vulpeculæ. Conueniet in eos qui præpoſterè ſe gerunt: ibi feroces, vbi nihil erat opus: ibi fugaces, vbi res poſcebat virum: aut qui in ſuos ſæui, non itidem audẽt aduerſus inimicos: quod Ciceroni obijcit Saluſtius, videlicet quòd contumelioſus in amicos, ſupplex inimicis. Aut in illos, qui ſimulata manſuetudine peruenĩut ad tyrannidem, Eraſmus. Pulchrè fallit vulpem, Παλεύει καλῶς ἡ ἀλώπηξ. Suidas recẽſet duntaxat, nec explicat. Apparet dictum in eum qui dolis captaret aſtutum, cuiq; fruſtra tendũtur inſidiæ: nam παλεύειν eſt arte illectare. Vnde & columbæ exoculatæ, quas aucupes in reti ponũt, quò ſubſultantes, reliquas deceptas alliciant, παλεύτριαι dicuntur. Et qui feris tendunt caſſes, παλευταὶ vocantur. At vulpem dolo circumuenire difficile eſt, Eraſmus. Vulpinari cum vulpe, Ἀλωπεκίζειν πρὸς ἀλώπεκα ἀλώπηκα: ſenarius prouerbialis, cum aſtutis aſtutijs agito. Οὐκ ἔστιν ἀλωπεκίζειν, Ariſtophanes in Veſpis, Οὐδ' ἀμφοτέροις γίγνεσθαι φίλον. (Scholiaſtes exponit πανοῦργον, κολακεύειν,) Eraſmus. Apoſtolius interpretatur de ijs qui ſui ſimiles decipere conãtur. Vulpinari, mendacijs ac fraudibus vera peruertere ſiue effugere. Tractum ab intorto vulpium curſu. Varro Myſterijs, Vulpinare modò, & concurſa, qualibet erras, Ex Nonio. Varro quidem ita pro ἀλωπεκίζειν vulpinari dixit, vt Horatius iuuenari pro νεανίζειν, Eraſmus. Ἀλωπεκίζειν, ἀπατᾶν, Heſych. Ὅτι τὸ ἐξαπατᾶν ἐγχειροῦντας, Suidas. Eundem ſenſum habet Germanicum illud, *Man muoſs fuchs mit fuchs fahen* hoc eſt, Vulpes vulpe capienda eſt. Κερδοῖ συνώντα κερδοσύνῃσι προσέχειν, id eſt, Si cum vulpe verſeris, fraudes & mores vulpinos expecta, Suidas in Ἀλώπηξ τ βιόν.

Germanis peculiaria quædam à vulpe adagia vſurpãtur, qualia ſunt: *Da muoſt fuchs vnd haaſi ſyn*: Vulpem ſimul ac leporem eſſe oportet: hoc eſt pro re nata mutandum ingenium, Polypimentem obtine. *Der fuchs kan ſein tück nit laſſen*: hoc eſt, Vulpes dolos ſuos relinquere non poteſt, Natiuos mores occultare difficile.

Quaſi vulpes in deſertis (bacharaboth) fuerunt prophetæ tui ô Iſraël, Ezechielis 13. Vbi Munſterus, Comparantur (inquit) falſi prophetæ vulpibus ſubdolis, quę per laceratas ſæpes intrant in vineas aut agros, vt vuas & ſegetes depaſcant: & intelliguntur hic per charaboth, loca ſæpium diſrupta, per quæ beſtijs patet locus intrandi. Si aſcenderit vulpes, tranſiliet murum eorũ lapideum, Neemiæ 4. de Iudæis mœnia Hieroſolymorũ reparantibus.

Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam
Irrepſerat in cameram frumenti, paſtaq; rurſus
Ire foras pleno tendebat corpore fruſtrà.
Cui muſtella procul, Si vis (ait) effugere iſthinc,
Macra canum rapetes arctum, quem macra ſubiſti.

Horatius epiſt. 1 7. Apologum de vulpe detrectante ad leonem, qui morbum ſimulabat, in ſpecum ingredi, recitaui in Leone h. ex Philoſtrato & Horatio. Item alium de leonis, aſini & vulpis ſocietate, in eodem in prouerbio Leonina ſocietas. Et rurſus alium de vulpe multiplicem partum iactante, cui leæna reſpondit, Se vnum quidem parere ſed leonem, (quod in prouerbium abijt,) in Leone c. ex Cælio. De Archilochi vulpe, & de vulpe concionante apologum, ſuperius inter prouerbia ab initio ſcripſi. De aſtutia vulpis apologum ex Plutarcho, inter vulpem, & pardum, recitaui in Panthera h. Eſt & alius inter vulpem & felem, apud Eraſmum in prouerbio, Multa nouit vulpes. Κερδὼ πιθήκου Φοινικίδ' ἰρὰς φίλε, Ἐμοὶ πατρῴη τ' ἐστὶ καὶ πατρῴα, Babrius apud Suidam.

Mentem, non formam plus pollere. Ingreſſa vulpes in Choragi pergulam, Fabrè expoſitum inuentæ humanæ caput, Sic eleganter fabricatum, vt ſpiritum Solum deeſſet, cæteris vtiſceret. Id illa cum ſumpſiſſet in manus, ait: Hoc quale caput eſt, ſed cerebrum non habet,

Alciatus in Emblematis.

FINIS.

Digitized by Google

CONR. GESNERI
TIGVRINI, MEDICINÆ
ET PHILOSOPHIAE PROFESSORIS
in Schola Tigurina, Hiſtoriæ Animalium Liber II.
qui eſt de Quadrupedibus Ouiparis.

NVNC DENVO RECOGNITVS AC PLVRIBVS IN locis ab ipſo authore ante obitum emendatus & auctus, atq; aliquot nouis Iconibus & deſcriptionibus locupletatus, ac denique breuibus in margine Annotationibus illuſtratus.

ADIECTI SVNT INDICES ALPHABETICI VNDECIM ſuper nominibus Ouiparorum quadrupedum in totidem linguis diuerſis: & ante illos Enumeratio eo ordine quo in hoc volumine continentur.



FRANCOFVRDI

Ex officina Typographica Ioannis Wecheli,
Impenſis Roberti Cambieri.
MDLXXXVI.

Cum gratia & priuilegio S. Cæſareæ Maieſtatis ad decennium.

Digitized by Google

Digitized by Google

CLARISSIMO VIRO D. VALENTINO GRAVIO DECIMARIO ET SENATORI FRIBERGENSI, Conradus Geſnerus S. P. D.

AD CONDENDAM Animalium hiſtoriam, clariſſime GRAVI, cùm animum appuliſſem, videremq; minimam eſſe cognitionem in me eorum animalium quorum naturas ſcribere aggreſſus eram: neque veterum duntaxat ſcripta coaggerare liberet, ſed mea quoque induſtria aliquid addendum ſtatuiſſem, inops ab initio ferè conſilij eram. Nam peregrinationem longius, res varias plenius explorandi gratia aut indagandi nouas, quod maximè cupiebā, propter ſumptus quàm pro meis fortunis maiores, ſuſcipere mihi non licebat. Reliquum erat, vt ab amicis & viris eruditis, quos vel de facie vel fama per diuerſa Europæ loca noueram, varias animantium formas hiſtoriasq; ad me mitti peterē: ſed hoc quoq; ne facerem, quoniam hæc ſine ſumptu curari non poſſunt, verecundia retrahebat. Interim dum iſta meditor, & omnem ferè ſpem de peregrinis animalium figuris, marinis aliisq; acquirendis abiicio, & in veterū huius argumēti ſcriptis legēdis inq; ſuos locos & ordines deſcribēdis pergo, paulatim factū eſt vt egregij quidam viri & ad literas illuſtrādas literatosq; iuuandos nati, alij ſpōte, alij à me pudore poſito rogati, liberaliter multa cōmunicarint. Aliorum igitur beneficētiæ aliàs, ſi vixero, omnē grati (vt par eſt) animi ſignificationem declarabo. In præſentia verò tuæ, vir ornatiſſime, hoc ſecūdo Hiſtoriæ noſtræ libro in nomen tuum inſcripto, eximiæ in me liberalitati gratias agere volui. Multas enim & raras animantium volucrium, nantium & terreſtrium figuras, tuo beneficio, cum deſcriptionibus & hiſtoriis etiam plerorūq;, optimus & doctiſſimus ille in omni literarum genere GEORGIVS FABRICIVS, præclarum Germaniæ noſtræ decus, iam aliquoties ad me miſit. Porrò præter gratitudinis officiū, quod omnino præſtare debebam, hoc etiam obiter lucrari me video gaudeoq;, quòd inclyti nominis tui patrocinio & authoritate, ſplendoris & dignitatis non mediocre ornamentum Operi noſtro ſit acceſſurum. Id enim mihi certo polliceor, qui vt eruditum in optimis literis te virum eſſe, grauiſſimo Georg. Fabricij teſtimonio, ita & humaniſſimum ac ſtudioſorum hominum Mæcenatem ſingularem, eodem & ipſa in me beneficentia tua adductus, facile & libenter agnoſcam. Poſtremo hanc veluti coronidē & corollarium lucri mei mihi fore aliquando perſuadeo, vt tua cura, induſtria & liberalitate, Oceani Germanici Balthiciq; aliquot piſcium & belluarum, prēter illas quas iam prius miſiſti, icones ac corporis naturęq; ipſorum deſcriptiones accipiam. Hanc equidē ſpem quaſi vigilans ſomnio (vt ſuos quiſque amores ſolet) & opto hoc mihi ſomnium ratum aliquando & hypar, vt Græcè dicā, euenire. Nec dubito quin ad hoc conandum Georg. Fabricius noſter tum excitare te, tum ad perficiendum viam oſtendere & velit & poſſit. Verum tu mihi ignoſces humaniſſime GRAVI, quòd plura etiā quàm hactenus contuliſti in ignotum ac nihil de te bene meritum hominem, beneficia poſtulare videar. Siquidem illa non vni mihi, ſed vniuerſæ Reipub. literariæ, Philologiæ præcipuè & Phyſiologiæ peto: quibus ego excolēdis hac præſertim in parte Naturæ, iādudum me (vt vides) totum aſtrinxi. Partim verò etiam tibi & nomini tuo. Quid enim honeſtius inter omnia maximi illius Alexādri facta legitur, legeturq; perpetuò quàm quòd Ariſtotelem vt omnem animaliū naturā quàm pleniſſimè traderet, & omnia in hac pulcherrima naturę parte miracula, vel terris remota, vel in aquis & mari toto abdita, in apertum educeret, proponeretq; ſpectanda, liberaliſſimè iuuit? Cætera eius, vt ple-

Digitized by Google

rorumq; principũ virorum geſta, bellis, ſanguine, cædibus, iniuriis, ambitione, libidine, aliisq; malis & vitiis referta, ita literis prodita ſunt, vt magna cum ignominia apud omnes bonos & cordatos homines hæc eorum fama perennet. Sed hæc ego fruſtra tibi, nec omnino commemoraſſem, niſi alios etiã hæc fortè lecturos ſperaſſem. Optârim enim quàmplurimos penitus intelligere, rem longè honeſtiſſimam eſſe, circa optima & pulcherrima mortalium ſtudia bene merendo, famam & gloriam ſibi immortalem comparare. Quippe hoc nobiliſſimum gloriæ præmium viros bonos & vtilitatem doctrinamq; publicam promouentes, etiam ſponte ſua, veluti vmbra corpus, conſequitur. Verum hæc omnia tanquam extra propoſitum à me dicta exiſtimare te velim. Vnum enim hoc huiuſce dedicationis inſtitutum mihi fuit, vt pro illis quorum hactenus mihi author fuiſti beneficiis, non eſſem planè ingratus. Quòd ſi in poſterum etiam (vt viri boni ſemper ſui ſimiles ſunt) eodem me meosq; lucubrandi in quibus conſeneſco labores animo fouere, ac promouere perrexeris, per abundantiam quidem bonitatis ac liberalitatis tuæ id fieri interpretabor. Vale & viue vir ampliſſime animo & corpore beatus in Domino noſtro Ieſu Chriſto, vt eius inprimis gloriam deinde bonas literas omnes ornare & colere, vt cœpiſti, pergas.

Tigurì anno Salutis M. D. LIIII.
tertio Idus Februarij.

ENVMERATIO QVADRVPEDVM OVIPARORVM EO ORDINE QVO IN HOC volumine deſcribuntur.

CHALCIS ſeu chalcidica lacerta, quam & ſepa nominant, pag. 1
Chamaeleon 2
Crocodilus 9
Scincus, quem aliqui crocodilũ terreſtrem vocant 24
Phattage 31
Lacertus aquaticus 31
Lacertus 32
Lacertus viridis 40
Lacerti alij diuerſi 43
Rana aquatica & in genere 10
Rana temporaria 60
Ranunculus viridis, vel rana calamites aut dryopetes ibid.
Rana ſiue rubeta gibboſa, & alia rana muta in genere 63
Rana rubeta tum paluſtres tum terreſtres, & remedia contra omnes venenatas ranas 64
Rana venenata foſſilis 79
Cordula ſiue cordulus 80
Salamandra 81
Stellio 91
Teſtudines in genere 97
Teſtudo terreſtris 107
Teſtudines quæ in aqua dulci viuunt ſiue paluſtri ſiue fluente 110
Teſtudo marina 112
Teſtudo polypus 119

FINIS.

EORVN-

Digitized by Google

EORVNDEM ANIMALIVM INDEX
ALPHABETICVS, ET COPIOSIOR.

ADare 45
Ballecola vel balecara, vox barbara pro genere lacertæ 25
Barchora nomen barbarum 112
Bardati 45
Borax 65
Bufo cornutus ibid.
Chalcidica lacerta 1
Chalcis 1
Chamæleon 2
Cordula ſiue cordulus 52
Craſſa vel craſſantium barbaris pro ranunculo viridi 66
Crocodilus 9
Crocodil. terreſtris 23
Lacertus 32
Lacerti diuerſi 43
Lacertæ craſſiſſimæ ibi. bicubitales, & peregrinæ diuerſæ 43,44
Lacertus aquaticus 31
Lacerta chalcidica 1
Lacertus Martenſis 43
Lacerta Facetana ibid.
Lacerta piſſinna ibid.
Lacerta ſolaris 45
Lacerta venenaria vel pharmacis 44
Lacerta vermicularis 45
Lacertus viridis 43
Miles 110
Mus aquatilis 111
Mus marinus 112,114
Ophiomachus 40
Ophionicus ibid.
Rana 46
Rana calamites 66
Ranæ citrinæ 66
Rana cornuta 65
Rana dryopetes 60
Rana gibboſa 63
Ranæ lacunales virides 66
Rana lurida ibid.
Ranæ mutæ 63
Ranæ marinæ 61. marinæ rubeæ ibid.
Ranæ rubetæ paluſtres & terreſtres 64
Ranæ ſcincoides 65
Ranæ temporariæ 60
Rana venenata foſſilis 79
Ranunculus viridis 60
Rimatrix 82
Rubeta æſtiua 64
Rubeta gibboſa 63
Salamandra 81
Scincoides ranæ 65
Scincus 23
Seps 1
Stellio 90
Stellio tranſmarinus 91 & 95
Tarãtula barbaris pro ſtellione 90
Tartuca barbaris 98
Teſtudines in genere 97
Teſtudines quæ in aqua dulci ſiue paluſtri ſiue fluẽte degunt 110
Teſtudo lutaria ibid.
Teſtudo marina 112
Teſtudo polypus 119
Teſtudo terreſtris 119
Zamia 61
Zytyron 112

INDEX NOMINVM Hebraicorum, quibus etiam Arabica & Chaldaica adiunximus. Arabica quædam *al* articulum præfixum habent, quem (quod ad alphabeti ordinem) neglexi-mus. Sunt quæ *a* tantum pro *al* habent.

אסיוקא 46
Dab, vel *aldab* Ar. 9,23
Dafda Ar. 46
Alhaya Ar. 29 aliâs *alhadaie*
Diphdaha Ar. 46
Vafga Ar. 92
חובא Ar. 33
חומטא Chald. ibid.
חלטחא Chald. ibid.
חמט 33,98
Alhadaie vel *Alhathaie* Arabice. 29. vide עטאיא inferius.
בוח 23,66
ברבו 33
לטאק ibid.
משקר 46
עלוקח, *aluka* 10
Vrdea Arab. 46
עוררעגא Ar. ibid.
עוררעגיא Chald. 9
Vrel vel *alarel* Ar. 43,92 cõiicio autẽ primam huius vocis literã eſſe *ain*. nã & *guaril* à multis ſcribitur, & video in aliis etiam *ain* ſæpe in *gu* conuerti.
Vrel aquaticus 25
Guaril Ar. 24,42,92,98 *vide paulò antè Vrel.*
Alguaſgon Ar. 43
עטאיא Ar. *vide ſupra in Daleth Alhadaie.* 29
מגרליירא Ar. 9
מליית 33
צב 24,46,61
צמארע Arab. 9
צמרוע 428
קימר 98
Saambras Ar. *ab aliis ſamabras ſcribitur, ſamãbras, ſenabras* 33,43, 45,79
שבלול 97
Selhaſe Ar. 98
Samabras, vide *Saãbras*
Samambras, vide *Saambras*
שממית 92
Scen Ar. 45
Schanchur vel *aſchanchur* Ar. 25
Senabras, vide *Saambras*
Thab Ar. 9
Altahaul 47
תיבללא Ch. 98
תמסח *timſach* Ar. 10 alij aliter ſcribũt, *Tiſma, Theſarach, Temſa, Altenſa.*
Tenchea Ar. 9

VOCES QVÆDAM Hebraicis literis ſcriptæ, quas Rabini aut recentiores Iudæi ex diuerſis linguis, Hiſpanica præſertim & Gallica mutuati ſunt.

גריגיליירא 9
לוישרוח 33
לימסא *limax* ibid.
לימצא *pro limace* 102
לוגרמושא 33
עיגלעש *à Germanica voce egles, quæ lacertum ſignificat* 33

VOCABVLA Perſica.

אוגז 33
סיסמר ibid.
צקוחא, *zakſaba*, Perſ. *à zakſe ſingulari* 9
אזרסר ibid.

GRÆCA.

Ἀμὶς 110
Ἀσκάλαβος 91
Ἀσκαλαβώτης 33,91
Βάραχος 46
Βάραχος ἢ φρυῶδες ἴλεως 65
Βάραχος καλαμίτης ἢ δρυοπέτης 61
Βάραχος χλωρὸς 60
Βάραχος ἴλεως, λιμναῖος πλαταπῶις 46
Ἑλειοβάραχος 63
Βριξαρις 60
Γαλεώτης 91
Ἔλειος 45
Ἐμὶς 110
Καλαβώτης 33
Κίτερος 25
Κολιοσαῦρα Græcè vulgò 33
Κόρδυλος ἢ χορδύλη 80
Λάλαγος 7
Καλώτης 91
Μάντις. 61
Μῦς 111
Ξυλοβάτης 91
Ὀφιόμαχος 40
Ὀφιόνικος ibid.
Πυελίφρυνος 80
Σαλαμάνδρα ibid.
Σαῦρος 32
Σαῦρος ἔνυδρος 31
Σαῦρα ἀλικὴ 45
Σαῦρα χαλκῆ ibid.
Σαῦρα χαλκιδικὴ 1
Σαῦρα χλωρὰ 40
Σκινίκη 45
Σκίγκος 25

Digitized by Google

Index.

Σίφλ 1
Τοιχοδάκτης 91
Φρυῶς 65
Φρυῶς ἢ βάτραχος ἄλλως ibid.
Πυείφρυνος 79
Χαλκὶς ἢ χαλκιδικὴ σαῦρα 1
Χάμψαι 9
Χελώνη 97
Χελώνη λιμναία 110
Χελώνη χερσαία ἢ ὀρείαι 107
Χλωροσαύρα 40
Ὠμὶς 110, 118
¶ Λιακάι vocabulum recentioris Græciæ 45, 92

ITALICA.

Biſca ſcutellaria 98
Boffa 66
Botta ibid.
Boug circa Neocomum buffo ibid.
Buffo, buffa, buffone ibid.
Chiarto ibid.
Chart Rhætis buffo ibid.
Coforona 98
Cufuruma ibid.
Gaiandre de aqua 111
Gallana 98
Gez 40
Leguro 33
Liguro ibid.
Lucerta ibid.
Lucertula ibid.
Maraſandola 31
Racanella 66
Racano 113
Racula 61
Ramarro 33
Rana 47
Ranauoto 61
Ranocchio ibid.
Ranonchia de ruberto ibid.
Roſpo 66
Salamandra 81
Tarantula 90
Tartocha 98
Tartuca ibid.
Tartugella ibid.
Teſtudine ibid.
Teſtugine ibid.
Teſtunia ibid.
Taro 66

HISPANICA.

Cagado 110
Gagado 98, 111
Galapago 98, 111
Lagardixa 33
Lagartiſa ibid.
Lagarto ibid.
Rana 47
Salamantegua 81
Sapo eſcuerco 66
Tartaruga 112
Tartuga 98

GALLICA.

Alebrenne 81
Arraſſade ibid.
Boug coupe circa Neocomum 98
Blande 81
Chamelyon 2
Crapault 66
Crocodile 7
Croiſſet 61
Graiſſet ibid.
Grenouille 47
Lyſarde 33
Lyſarde verde 40
Muron Normannis 81
Renogle 61
Sourd 81
Stinco 24
Tartue 98
Taſſot 31
That Neocomi 81
Tortue 98
Tortue des boys 107
Tortue de mer 112
Verdier 61

GERMANICA.

Ader 33
Waſſerader 31
Aketiſſe Flandris 33
Crocodill 7
Egles 33
Egochs ibid.
Eydetſch ibid.
Frösch/froſch 47
Gartenfröſch 63
Graßfröſch ibid.
Laubfröſch 61
Reinfröſchlin 60
Fürkrott 79
Gartenfröſch 63
Gartenkrot / rubeta terreſtris 66
Graßfröſch 47
Gſchertzenſider gruner Heydex 40
Güllenkröttle 65
Hoptzger 47
Krott 65
Fürkrott 79
Gartenkrott 66
Güllenkröttle 65
Schiltkrott / Sâch im S.
Tällerkrott 98
Laubfröſch 61
Maal 81
Puntermaal ibid.
Mönle 65
Molch 81
Moldwurm ibid.
Moll ibid.
Waſſermoll 31
Olm 81
Padde Flandris 66
Puntermaal 81
Pühle Flandris 47
Quapp Saxonicè 66
Quattertetſch 81
Reinfröſchle 61
Schiltkrott 98
Schiltkrot im ſüſſen waſſer 111
Im meer 112
Schiltpadde Flandris 98
Tällerkrott 98
Vorſch Flandris 47
Waſſerader 31
Waſſermoll ibid.

ANGLICA.

Frogg 47
Lufard 34
Lyſard ibid.
Schelcrabb 98
Tode 64
Torteyſe 98

ILLYRICA.

Geſſcierka 34
Geſſlier ibid.
Zaba 47
Zabatrawna 81

FINIS.

CONRA-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CONRADI GESNERI TIGVRINI HISTORIAE ANIMALIVM LIBER II, DE QVADRVPEDIBVS OVIPARIS.

DE CHALCIDE SEV CHALCIDICA LACERTA, QVAM ET SEPA NOMINANT.



A.

ACERTA quam hi sẽpa, alii chalcidem vocant, in vino pota morsus suos sanat, Plinius. & similiter Dioscorides & Galenus, qui non chalcidem, sed chalcidicam lacertam (σαῦραν χαλκιδικὴν) vocant: Aristoteles, Nicandri Scholiastes, vt Dioscorides, χαλκίδα. Hermolaus Barbarus aliam chalcidem, aliam chalcidicam lacertam esse putat in Castigationibus Plinij lib. 32. cap. 3. & 4. non alio argumento impulsus, quàm quòd apud Plinium 32. 4. legitur, Salsamentorum (piscium salsorum) cibus prodest à serpente percussis, &c. peculiariter à chalcide, ceraste, aut quas sepas vocant, aut elope dipsade ve percussis. Ego sẽpas hoc in loco non lacertorum, sed serpentium generis accipio, de quibus in serpentium historia plura dicam. Idem serpentis genus Nicander non sẽpem, vt Aetius & Lucanus, sed *sepedóna* nominat. Apparet autem tum lacerto sepi, tum serpenti hoc nomen à vi venenosa factũ, quod vim habeant septicam, hoc est exedendi, & tabem atq; putredinem quandam corporibus mortuis inferendi. Nam & Nicandri Scholiastes de sepe lacerto scribit, sic vocari παρὰ τὸ σήπειν τὰς πληγάς. Chalcidis vocabulum inde natum est, quòd virgis quibusdam ærei coloris distinguatur hæc lacerta: *vide* in *B.* Lacertam hanc vero & antiquo nomine chalcidem à colore dictam fuisse credimus, & ex eo deinde nomine, cuius rationem non nouissent omnes ad adiectiuum gentis & loci nomen translatam eius appellationem fuisse, dictamq; chalcidicam, quasi in Chalcide Euboeæ plurima inueniretur, quod falsum est: cum in Libya & Cypro nasci præcipuè dicatur. Factum ob id etiam est, vt in antiquis scriptoribus modò chalcis, modò chalcidica lacerta inueniatur, eorumq; authoritate diuersum (notat Hermolaus) non idem creditum hoc animal fuerit, Marcellus Vergilius in Dios. Chalcis, alij ζυγνίδα (Gaza *dygnidam* vertit) suo morsu aut interimit aut vehementẽ dolorem mouet, Aristot. Ζίγνις, (in vtraq; syllaba per iota,) ἡ χαλκῆ σαῦρα, Hesych. & Varinus: qui ζίγλας etiam κῶλα interpretantur, qua voce Græci artus, hoq; est manus & pedes intelligunt, vnde stellio dictus καλώτης: & forsan ζίγνις etiam παρὰ τὰς ζίγλας, & apud Latinos lacertus ab ijsdem partibus. Πιπαλὶς, ἡ παρά τοι χαλκὶς, παρὰ δὲ ἑτέροις σαῦρα, Hesych. Varin. Sed quærendum an πιπαλὶς vox, forte à ζυγνὶς corrupta sit. Πίγγαλος, σαῦρος ὁ καλούμενος χαλκὶς, idem. ¶ Lacerti alij maiores sunt, qui virides cognominantur, minores alij qui & chalcides, Io. Rauisius & Fr. Alunnus. Atqui ego vulgarem lacertam minorem, quæ passim apud nos ruri inter fruteta & sæpes & per parietes repit, simpliciter lacertam vocandam affirmãrim, non etiam chalcidem: quæ quidem peregrina & alte-

Nomina diuersa.

Cur sepa dicta sit.

Cur chalcis dicta.

Cur ζίγνις dicta.

rius orbis videtur, nobis ignota. Georgius Agricola Græcam vocem chalcis ab ære factam imitando Germanicum nomen fingit Kupfferader, id est, ærea lacerta.

B.

Chalcis seu zygnis, similis paruis lacertis est: sed colore serpentis quam cæciliam nominant, Aristot. Σπανὰ γὰ μὴν πεδαυοῖσι δομὴν σαύροισιν ἀλίξας, Nicander in Theriacis, hoc est, *Vitabis etiam sepem corpore similem humilibus lacertis.* Scholiastes δομὴν corpus interpretatur. λείπει δὲ τὸ ὁμοίως. Seps ideo etiam chalcis appellatur, quod quibusdam lineis (virgis) æris speciem gerentibus, eius dorsum distinguatur. ad octo palmorum (παλαιστῶν) longitudinem accedit. nascitur in Syria, Libya & Cypro, Nicandri Scholiastes. ¶ Ge. Agricola lacertam chalcidicam à viridi non corporis figura differre scribit, sed colore tantum. Ego communi & paruæ lacertæ potius, vt Aristoteles, quàm viridi, quæ maior est eam comparârim.

Figura corporis.

C.

Saxa incolit, Nicandri Scholia.

G.

Medicamenta & remedia quæ ex lacerta chalcide confici possunt.

Suo morsu aut interimit, aut vehementem dolorem infert, Aristot. In vino pota morsus sanat, Dioscorid. & Plinius. Lacertam chalcidicam (dissectam) proprio morsui imponunt, & ex vino propinant, Galenus lib. 11. de simplic. Qui à lacerta chalcide appellata percussi sunt, eos tumor pellucidus consequitur, veluti nigrore in ambitu plagæ relucente. consequitur autem & putrefactio. Curatio verò eadem illis accommodata est, quæ ad muris aranei morsum referetur, Aetius 13. 13. Sunt & seruatis piscibus medicinæ, salsamentorumque cibus prodest à serpente percussis, & contra bestiarum ictus, mero subinde hausto, ita vt ad vesperam cibus vomitione reddatur. peculiariter à chalcide, cerastæ, aut quas sepas vocant, percussis, Plin. Et alibi, Castorea aduersus phalangia & araneos ex mulso bibantur, ita vt vomitione reddantur: aut vt retineantur, cum ruta: aduersus chalcidas (aliàs chalcidicas) cum myrtite (vino.)

Remedia aduersus eius morsus.

H.

Ομώνυμα.

a. Est & tuberculi maioris ac pestilentis nomen seps apud Hippocratem, ab erodendo impositum, Hermolaus. Meminit Hippocrates libro 3. Epidemiorum sectione 3. circa principium: Ἀ῎ν θραχὴς πολλοὶ χῦ θίρος, καὶ ἄλλα ἀ σὴψ καλέεται, ἐκθύματα μεγάλα. Et rursus lib. 6. (secundum diuisionem Græci codicis) sect. 8. Lumbos dolenti (inquit) recursus ad latus, & pustulæ quæ seps vocantur. ¶ Κατὰ δὲ τὼυτὸ τὸ σπίρματος φύσιν (locus obscurus, quod ex abrupto citetur) ὁ χαλκώδης σὴψ, καὶ τὸ τὸ σαφυλίνε σπέρμα, Phanias, vt citat Athenæus libro 9. vnde hoc saltem apparet quòd seps plantæ cuiusdam nomen sit. ¶ Chalcidicam Ælianus, si quis inquit habeat in tritico, fore vt incorruptum seruetur: de serpente (imò lacerto) intelligat, an de pisce chalcidico, qui & chalcis dicitur, non constat, Hermolaus. Atqui Varro lib. 1. de re rustica idem hoc scribens, terræ aut cretæ genus Chalcidicam intelligere videtur, vbi de tritico condendo agit, his verbis: Quidam ipsum triticum conspergunt quum addant in circiter mille modiûm quadrantal amurcæ: item alius aliud affriat aut aspergit, vt Chalcidicam, aut Caricam cretam, aut absinthium. Chalcidica herba & amygdala optimè faciunt ad mellificium. Plurimum enim fœtum (γόνον) ex eis fieri aiunt, Aristot. in Mirabilibus. Est & chalcis accipitrum generis. Millepedam siue scolopendram, insectum siue vermem oblongum, pilosis pedibus, pecori præcipue nociuum, millepedam Latini. Græci scolopendram & sêpa vocant, Plinio teste (duobus locis) nec immeritò, quoniam morsum, vt idem scribit, tumor insequitur & putrescit locus. quare non placet vetus lectio, quæ *ipa* pro *sepa* habet. ipse enim aliud genus vermis est.

Millepes vermis.

CIRCA Cairum Ægypti, vesperi apparere solet parui lacerti genus muros perreptans, & muscas deuorans, quod à Græcis vulgo *Samiamitos* appellatur, ab Italis TARENTOLA, vel *terrantula* potius à terra, à veteribus CHALCIDICA LACERTA. Bellonius.

DE CHAMÆLEONTE.

A.

Nomina diuersa.

CHAMÆLEONEM Latino an chamæleontem Græco more proferas, parum interest: (ego tamen Græcorum more, quoniam dictio Græca est, chamæleontem potius dixerim:) & in recto similiter chamæleo, vt Gaza dixit, vel chamæleon. Nomen à Græcis ei datum videtur, quod aliqua ex parte leonem, grandem & ferocem bestiam, suo corpore repræsentet: sonat enim chamæleon humilem & veluti per terram repentem leonem. Simili ratione plurimas herbas ab aliqua maiorum arborum similitudine dixerunt, vt chamæceratum, chamæcyparissum, chamædryn, chamæpityn. Cauda sanè huius animantis, leonis alcæam quodammodo repræsentat. *Harbe* vel *alharbe*, animal est quadrupes, quod Plinius chamæleontem vocat, cuius meminit Auic. 2. can. cap. harbe, Andreas Bellunen. Idem *alarbian* animal aquaticum de genere scinci (id est, crocodili terrestris) declinans ad colorem citrinum, nonnullos interpretari scribit. Auicenn. lib. 2. cap. 350. de re medica, harbe vel

Cur chamæleō sit dicta.

Harbe vel alharbe.



vel harba nominat hoc animal. In historia verò animalium, Aristotelis locum de chamæleonte transferens, Credo (inquit) quod sit *halarce* vel *harcon* (sic enim habent codices impressi.) Et paulò post, Sed reuera non est ardon, sed similis ei, Hæc ille. Docent autem peritiores Hebræi *hardon* vel *hardun*, speciem esse *alzab*, id est crocodili. Dioscoridis etiam lonchitis herba ab Auicenna harbe vocatur, lonchitides duas in vnam confundente. Vetus Auicennæ glossographus *harbe* bubonem interpretatur, *alharba* lanceam, quam Græci lonchen appellãt. Serapioni in libro de simplic. cap. 421. *harbe* αἴλυρον, id est, felem, aut σίλυρον, id est, silurum piscem significat: nam quæ adfert Galeni verba, apud illum de felium carne leguntur lib. 11. Simplicium: quæ verò Dioscoridis, de siluro, lib. 2. & sanè facilis erat error, præsertim in Græcis dictionibus: nam si pro α legas σ, aut contra, αἴλυρος & σίλυρος, in se cõmutabuntur: quin & hodie excusi quidam codices Dioscoridis Græci pro Σίλυρος inepte habent αἴλυρος. Ego apud Galenum etiam errorem esse conijcio lib. 11. Simplic. & σιλύραν non αἰλύραν legendum: (apparet enim hæc verba à Dioscoride eum mutuatũ,) & Serapionem apud vtrumq; malè æluram legisse, & vna voce transtulisse harbe: quasi æluros & chamæleon vnũ esset animal, quales multi Arabum medicorum errores sunt. בוה, *koah*, vel *koach*, Leuitici 11. R. Kimhi docet genus esse *hazab*, id est crocodili. Rabi Iona dicit Arabice vocari הרדון, *hardun*. (Auicenna *hardun* facit speciem *aldab*: vide infra hoc in capite in verbis Alberti, & in Lacerto A. de voce *hardun*) R. Salomõ לוורט, id est, lacertam interpretatur, Sanctes ruberam. Chaldæus reddit *koaha*. Arabs *hardun*, Persa אן סנגא *an sanga* (*an* articulus est, *sanga* vox ad scincum alludit, qui est crocodilus terrestris.) Septuaginta & Hieronymus, chamæleon. Eadem vox koah repetitur Numeri 14. Iudæus quidam testudinem mihi interpretabatur: ego planè scincum significari crediderim. Huic finitima vox est אוה *oah* vel *oach*: Hieronymus draconem vertit, Iudæi cercopithecum exponunt: R. Isaac *koph*, id est, simiam, vel *chuldah*, id est, mustelam. Kimhi Hispanicè vocat *furon*, id est, viuerram. Syluaticus vocem *oac* salamandram interpretatur. קאת, *kaath*, in sacris literis alij aliter transferunt, cuculum Iudæi: Hieronymus mergulum, pelicanum, onocrotalum, Septuaginta pelecãna, & catarrhacten alibi, & Sophoniæ 2. chamæleontes, nimirũ vocis affinitate decepti: nam *coach* quoq; Leuit. 11. chamæleontem interpretantur. *Lilith* Hebraicam vocem alij aliud significare docent, (vt pluribus dixi in Onocentauro post Asini historiam:) sunt qui auem magnam interpretentur vento victitantem, quam vocant, גמליון, *gamalion*, quæ quidem ridicula est interpretatio: chamæleon enim quem nõnulli aere victitare falsò putant, non auis, sed quadrupes ouipara est. ¶ Χαμαιλέων, ζῶον ὀκτόκον καὶ πεζόν, id est, Chamæleon animal ouiparum & gressile. Pro chamæleon recentiores quidam barbari corruptè scribunt *gamaleon*, *zamelcon*, *aamelon*, *hamaleon*, *meleon*. Isidorus, Albertus & huius farinæ authores, chamæleontem cum salamandra & stellione ineptissimè confundunt. *Hamaleon* est animal quod nos stellionem vocamus maiorem: hoc enim est simile corporis sui figura lacertulo magno, cui etiam similis est ille crocodilus qui *hardon* Græcè vocatur, Latinè autem *hamaleon*, Albertus de animal. 2. 1. 5. Et circa finem eius capitis, cum chamæleontem Aristotelis verbis copiosè describeret, subijcit: Hoc autem animal certò est de genere stellionis, illud scilicet quòd vulgò draconem vocant, nostrates Lindtwurm / hoc est vermem tiliæ aut vermem syluæ. Sed hæc omnia magnam Alberti insciti am arguunt. Peregrinum est

animal,quamobrem nullum ex alijs linguis nomen ſuppetit,quodLatinis etiam deeſt.Germanicum fingo ein rattader/ ex ratto mure quem magnitudine & cauda refert, & crurium altitudine (altior tamen eo) & lacerto, quem reliqua ſpecie bona ex parte repræſentat, compoſito nomine, ac ſi murilacertum dicas.

B.

Quibus in regionibus reperiatur. Chamæleontem & Africa gignit,quanquam frequentiorem India,Plinius. Per omnem Aſiam chamæleon plurimus,Solin. Indiæ animal eſſe Ælianus ſcribit. ¶ Similis & magnitudine eſt (lego *figura & magnitudine*) ſupradicto (terreſtri ſcilicet) crocodilo chamæleon, ſpinæ tantum acutiore curuatura, & caudæ amplitudine diſtans, Plinius. Figura totius corporis lacertam planè repræſentat : latera deorſum ducta ventri iunguntur, vt piſcibus : & ſpina (dorſi) modo piſcium eminet, Ariſtot. Figura & magnitudo erat lacerti (ſtellionis , Arnoldus) niſi crura eſſent recta & excelſiora : latera ventri iunguntur vt piſcibus, & ſpina ſimili modo, Plinius. Animal eſt quadrupes, facie qua lacertæ, niſi crura recta & longiora ventri iungerentur, Solinus : apparet autem locum mutilum eſſe, ex Plinio & Ariſtot. reſtituendum : non enim crura in eo ventri iunguntur, ſed latera. Elatior à terra eſt quam lacerta, Ariſtot. Ipſe celſus, hianti ſemper ore, Plinius. Corpus aſperum totum, vt crocodilo, Ariſtot. & Plin. Aſperum cute, qualem in crocodilis deprehendimus, Solinus. Squamoſum , Arnoldus de Villanoua. Longitudo à ſummo roſtro ad initium caudæ , digiti ſeptem vel octo. Proceritas ſiue altitudo , digiti ferè quinq; : crurum per ſe , tres cum dimidio. Caudæ longitudo,digiti octo vel nouem. Spina dorſi eminens & acuta , & quodammodo criſtata eſt,per dorſum & caudam totam : iuxta quam proximè , ſed humilius , vtrinq; ad ſingula coſtarum initia tuberculis eminentibus oſſeis, linea deſcendit, & per caudam quoq; extenditur vtrinq;. Quòd niſi tuberculis iſtis trium, quos dixi, verſuum : & aliorum trium in ima parte, quæ planior eſt, exaſperaretur, eſſet planè magnitudine & figura rattorum, id eſt,maiorum murium caudæ ſimilis. Medius locus inter imum ventrem & ſummum dorſum,flexum ſiue angulum coſtarum circiter ſedecim continet, ad A literæ Græcæ formam, ſed angulo patentiore, qui retrò ad caudam ſpectat : repletur autem his coſtis totus corporis alueus , ac venter totus , integro vbiq; ambitu , vt ipſe obſeruaui. Mutat ſuum colorem inflatus. Verum & niger nõ longè diſſimilis crocodilo eſt : & pallidus, vt lacertæ : maculis diſtinctus,vt pardus,nigris. Mutatur color toto in corpore:nam & oculi concolores reliquo corpori redduntur,& cauda eundem colorem accipit : palleſcit cum moritur , defunctuſq; colorem eundem ſeruat , Ariſtot. Mutat colorem ſubinde, & oculis, & cauda, & toto corpore : reddituque ſemper quemcunque proximè attingit, præter rubrum candidumque. defuncto pallor eſt , Plinius. Ex duobus quidem ſceletis , quos habeo , alter pallidi coloris , alter nigricantis eſt. Color varius & in momento mutabilis , ita vt cuicunque rei ſe coniunxerit , concolor ei fiat : colores duo ſunt quos fingere non valet , rubrus & candidus , (aliqui candidum tantum excipiunt. Marc. Verg. nos id apud Philem legimus & Suidam :) cæteros facile mentitur, Solinus. Non vno colore ſpectatur , ſed ſeſe furtim ſubducit , & videntium oculos veluti perſtringit : nam nigro colore ſi eum offendis , mutat ſe ipſe, ac ſe citò in viriditatem inuertit : alius rurſus viſus album colorem (hunc Plinius & Solinus ei negant) tanquam aliam perſonam hiſtrio induit , Ælianus. Nullum animal pauidius exiſtimatur , & ideo verſicoloris eſſe mutationis , Plinius. Solinus cutim glabram & læuem ſpeculi modo proxima æmulantem , in chamæleonte & polypo , mutationis colorum in eis cauſam aſſignat, vt in Tarando recitaui. *Id quoque quod ventis animal nutritur & aura , Protinus aſsimilat , tetigit quoſcunq; colores,* Ouidius 15. Metam. Colores ſuos multifaria qualitate commutat , modo veneta , modo blattea, modo praſina, modo cyanea , Caſſiodorus in epiſt. de chamæleonte. *Non timor , imò cibus , nimirum limpidus aer , Ambo ſimul vario membra colore nouant* , Io. Vrſinus. Ego tenuiſſimam cutem (qualem eſſe in ſceleto animaduerti) inſtar tenuis laminæ corneæ colores facile reddere puto , præſertim cum neque ſanguis impediat , neque viſcera admodum , cum ſolus ferè pulmo manifeſtus in eo ſit. Tertullianus in libello de Pallio: Hoc ſoli (inquit) chamæleoni datum , quod vulgò dictum eſt , de ſuo corio ludere : ſentiens chamæleonem pro ſuo arbitrio vertere colorem cutis: Quod annotauit Deſ. Eraſmus in prouerbio , *De alieno corio ludere* , quo in eos vtemur, qui ſecurius agunt ſed alieno periculo. Hinc etiam prouerbium , *Chamæleonte mutabilior* , Χαμαιλέοντος εὐμεταβολώτερος , quadrabit in hominem verſipellem , varium , ac inconſtantem , ac pro tempore ſeſe vertentem in omnem habitum: vel , vt aliis verbis dicam , qui ad omnia commodè atque commodiſſimè ſe habeat : quod in Athenienſem Alcibiadem relatum eſt. Ariſtoteles etiam libro primo de moribus ad Nicomachum , chamæleontis vocem vſurpat ad exprimendum inconſtantiæ vitium. Chamæleon ouiparorum terreſtrium omnium tenuiſsimus eſt : quippe qui omnium maxime inopia ſanguinis rigeat : cauſa ad mores animæ eius referenda eſt : præ nimio nanque metu multiformis efficitur. Metus enim refrigeratio per inopiam ſanguinis caloriſque eſt , Ariſtoteles. Plutarchus etiam meticuloſum & trepidum natura hoc animal eſſe ſcribit:

De figura corporis.

Quemcunq; colorem attingit reddit, præter rubrũ & candidum.

Animal pauidum eſt , ideo verſicolore.

Quæſit mutationis colorum cauſa.

De ſuo, & de alieno corio ludere. Prouerbia.

Chamæleonte mutabilior.

by Google

bit: eaq; ſolum de cauſa colorem variare, non quod conſulto quicquam ſtruere latitaréve inſtituat. Chamæleon ſingulis horis diei mutat colorem, Kiranides. ¶ Faciem habet leonis, pedes, & caudam crocodili, colorem varium, à capite vſq; ad caudam neruum vnum ſolidum, Idem. Carnem nuſquam niſi in capite & maxillis, & poſtremo caudæ (πρὸς ἄκρῳ τῷ τῆς κέρκου πρόσφυσιν, id eſt, circa principium caudæ, qua corpori committitur) admodum exiguam poſſidet: nec alibi ſanguinem quàm in corde, & oculis, & loco à corde ſuperiore, & venulis hinc tendentibus. Verum nec in ijs quidem vlla copia, ſed pauxillum haberur ſanguinis, Ariſtot. Caro in capite & maxillis, & ad commiſſuram caudæ admodum exigua: nec alibi toto corpore. Sanguis in corde & circa oculos tantum, Plinius. Corpus penè ſine carne, Solinus. Membranæ in omnes ferè corporis partes multæ ac validæ, longeq; firmiores quàm in cæteris tendunt, Ariſtot. A medio capite retrorſum oſſea pars triquetra eminet: reliqua pars antrorſum colligitur caua & quaſi canaliculata, eminentibus vtrinque oſſeis marginibus, aſperis & leuiter ſerratis. Cerebrum paulò ſuperius oculis poſitum eſt, & propè ijs contiguum. Cute autem exteriore detracta oculis, quiddam lucens veluti anulus æneus tenuis, (Gaza addit, nulla pelle interceptus, Niphus pro pelle legit *palla*, quæ pars eſt in annulo gemmam recipiens, vt annulus ſine palla intelligatur æqualis & continuus) cingit, Ariſtot. Oculi in receſſu cauo intus recepti, prægrandes, (maiores quàm pro portione, vt in ſceletis mihi apparet) rotundi, cute ſimili, atq; reliquum corpus obducti, media ſui parte perquam exigua detecti, qua videant: quæ quidem videndi ſedes nunquam cute operitur: nec pupillæ motu, ſed totius oculi verſatione in orbem mutationeq; quoquo verſus aſpicit, quæ velit, Idem. Chamæleonis oculos circumagi totos tradunt, Plinius. Et rurſus, Oculi in receſſu cauo, tenui diſcrimine, prægrandes, & corpori concolores: nunquam eos operit: nec pupillæ motu, ſed totius oculi verſatione circumaſpicit. Subducti oculi, & receſſu concauo introrſum recepti, quos nunquam nictatione obnubit. Viſum deniq; non circumlatis pupillis, ſed obtutu rigidi orbis intentat, Solinus. Roſtrum ſimiæ porcariæ (χοιροπίθηκος) ſimillimum, Ariſtot. Eodem modo Albertus etiam legit, vel potius Auicenna quem ſequitur. Plinius verò aliter: ſic enim reddit, Eminet roſtrum, vt in paruo haud abſimile ſuillo. Ipſe celſus, hianti ſemper ore, Plin. Hiatus æternus, ac ſine vllius vſus miniſterio: quippe cum neq; cibum capiat, &c. Solinus. Dentium & gingiuarum loco os continuum ſupra infraq; labra ambiens ſerratum eſt: labrum ſuperius breuius & reductius. Gulam atque arteriam ſitu eodem continet, quo lacerta, Ariſtot. Pulmo ei portione maximus, & nihil aliud intus, Plin. Theophraſtus parum abeſſe ſcribit, Plutarcho teſte, quin corpus totum pulmo expleat: vnde aura viuere, & mutationibus perquam obnoxium eſſe conijcit. Sic enim Latinus interpres Simon Grynæus reddidit hæc verba, ὅθεν πνευματοῦται τὸ πνεῦμα πολὺ αὐτῷ. Non niſi in corculo pauxilli ſanguinis deprehenditur, Solinus: Plinij & Ariſtotelis eadem de re verba paulò ante retuli. Viſcera ſine ſplene, Plin. & Solinus. Lienem conſpicuum nuſquam continet, Ariſtot. Cauda prælonga, in tenuitatem delinens, & (in vertiginem torta, Solin.) longis (viperinis, Plin.) implicata in ſe orbibus lori modo permultis, Ariſtot. Pedes ſinguli bipartito ſecantur, parteſque talem inter ſe habent ſitum, qualem pollex ad manus reliquam partem obiectus: Sed ipſæ etiam reliquæ partes paulotenus in digitos quoſdam finduntur: videlicet primores, triplici fiſſura interius, duplici exterius: poſteriores interius duplici, exterius triplici, Ariſtot. Vola (vt ſic appellem) inter digitos ſatis ampla eſt, à qua ceu calcaria quædam enata parum prominent, in poſterioribus tantum cruribus. Crura recta, & longiora quàm lacertæ, ſed inflexus eorum ſimilis, Ariſtot. Vngues (Vnguiculi) aduncí, Ariſtot. Plinius: hamati ſubtili aduncitate, Solinus. Et hæc quidem partim ex veterum, partim ex noſtra obſeruatione chamæleontis deſcriptio eſt, mirabilis certe animantis, & quo Ariſtoteles nullum ferè inter omnia diligentius deſcripſit. Addam etiam hic quæ Petrus Bellonius de eodem ſcribit his verbis. Dictum eſt ranam ad chamæleonem hoc ipſo accedere, quod in capiendo cibo eadem ferè nitatur induſtria. Hoc autem vt certius ex ſcripto ac pictura appareat, de chamæleone etiam inter aquatilia dicere inſtituimus, eſt enim paludibus etiam frequens animal. Chamæleon igitur duplex à nobis conſpectus eſt. Alter in Arabia puſillus, lacertam viridem non excedens, colore albicante, ſubfuluis ac rubentibus maculis diſtinctus: alter in Ægypti æſtuarijs frequens, corpore, duplo quàm Arabicus, maiori: colore inter indicum & viridem ambiguo, quem ex luteo in fuluum variè commutare ſolet: vnde verſicolorem chamæleonem antiqui appellauerunt. Vterque autem chamæleon capite eſt criſtato in camelopardalis modum, duobus vtrinque oſſiculis in ſumma fronte prominentibus: lucidiſſimis oculis, piſi magnitudine, ſola pelle contectis, vt quod ab ea extet, milij magnitudinem non excedat: admodum flexilibus, vt altero ſurſum aut deorſum inſpiciente, alter, præter cæterorum animalium morem, aliò intentus eſſe poſſit. Iners eſt animal vt & ſalamandra, neque currere vt lacerta poteſt. Quamobrem hominum conſpectum non refugit, nec facilè terretur, imò nec morſu hominem appetit. Arbuſta conſcendit ob viperarum ac ceraſtarum metum. Famem octo menſes, atque interdum annum ferè integrum tolerat. Vnde falſò creditum eſt, eum nihil edere, ac vento ali. nam cum pulmonibus magnis per ventris latera exporrectis præditus ſit, ventum intrò magno impetu attrahit, eoque intumeſcit. Foramina ad nares & auditum habet. Oris rictum amplum, maxillas dentibus ſerratis ſupra & infra communitas, quales in typhloti ſerpente videas. lin-

Deſcriptio parium corporis.

Deſcriptio ex Bellonio.

guam teretem, ſeſqui palmum longam: quam à longè in inſecta, quibus maximè veſcitur, vibrat: & mucore, quem in extremo ſpongioſum habet, muſcas, ſcarabeos, locuſtas, formicas ad ſe adducit. Lineam habet ſub ventre ſquamulis denticulatam, albam, ad caudam vſq; protenſam. adeoq; artificioſe in huius animalis pedibus natura luſit, vt anteriores eius pedes à poſterioribus maximè diſſideant. Anterioribus enim ternos intrà digitos, extrà binos: poſterioribus autem ternos extrà, intrà binos poſuit. Duodecim oua excludit, longa, lacertarum modo. Cor habet muris domeſtici magnitudine, hepatis lobos duos, quorum ſiniſter maior eſt. Folliculus fellis grani hordei magnitudinem non excedit, ſiniſtro hepatis lobo inhærens, Bellonius.

Deſcriptio altera ex Scaligero.

Hic etiam aſcribendum duxi, quæ Scaliger de eodem animali ſcribit in libro de Subtilitate ad Cardanum his verbis: Ioannes Landius in vltima Syria cum eſſet, ait, ſe vidiſſe vnum è quinque quos emerat, Chamæleonibus linguæ repentino, momentaneoq; iaculatu muſcam, quæ in eius eſſet pectore, legiſſe. Propterea illius à ſe diſſecti linguam narrabat inuentam palmi longitudine, cauam, inanem. In ſumma tanquam acetabulum cum mucco, quo prædã tolleret. Id nouum ſane iis, qui ſolo vento viuere hactenus exiſtimarunt. Dorſum ei incuruum & tanquam ſerratum. Tergus variatur maculoſis quaſi tuberculis, vt in Rhombo. Venter depreſſioribus clauiculis aſperatur. Oculi pulcherrimi, quos ſine colli flexu circumuertit. Color eſt albus eis, viridis, luteus. Naturalis viridis, admodum dilutus in tergo: at ſub ventre dilutior, albicantiq; propior. Variatur tamen totus rubris, & cæruleis, atq; albis punctis. In quoſlibet mutari colores verum non eſt. Super viridi viriditas vegetatur, ſuper luteo temperatur ad luteum. Super cæruleo, aut rubro, aut albo non vincitur viriditas nativa: ſed puncta cærulea, & rubra & alba, viuidiorem, validioremq; ſui ſpeciem dant. Super nigro ſubnigreſcunt, manet tamen tenor ille viredinis atro confuſus. Etiam haud mutato ſuppoſito colore, mutat ipſe ſuum, vel metu, vel moleſtia, aut oppreſſus aut ſolutus. Quòd aër illi pro cibo ſit aliquandiu, ex eo patet: quod & annum integrum aiunt inediam tolerare: & vbi excepit hiatu auram, & occluſit malas, turget ei venter. Etiam inueni qui diceret: obuerſum ad ſolem haurire radios, eoſq; conuerſione hiantem ſequi. Quinq; digitos in pedibus habere dicitur, quibus ſtet paſſis. Vbi teretibus incumbit furculis, curuare eos, atq; ramos amplecti, quo Pſittaci modo ſolent, vtrinq; binis: non vt aues cæteræ, tribus vna ex parte, vnico altrinſecus. Sic Pſittaci. At Chamæleo, quia habet impares, ternos, & binos, explicat, ac diſperſit, ſed ordine inuerſo. Namq; eos, qui in pedibus ſunt poſterioribus, ita diſponit, vt extrorſum ternos ſtatuat, introrſum binos. Anteriorum contrarius ſitus eſt. Hæc ex Landio accepi.

C.

De naturalibus corporis actionibus.

Viſus.

Inceſſus.

Cibus, aer vel ros.

Diſſectus hic totus ſpirare præterea diu poteſt, motu admodum exiguo adhuc circa cordis ſedem extante. Et cum omnes corporis partes contrahit, tum vel maxime coſtas cogere atq; adducere poteſt, Ariſtot. ¶ Viſus ei, non circunlatis pupillis, ſed totius oculi verſatione, vt in B. dixi. ¶ Motus (inceſſus) ei piger admodum, vt teſtudinis, eſt, Ariſtot. Plin. Solinus. Audio eum per arborum ramos lento gradu reptare. ¶ Ipſe celſus, hianti ſemper ore ſolus animalium nec cibo nec potu alitur, nec alio quàm aeris alimento, Plinius. Et alibi, Chamæleonum ſtelliones quodammodo naturam habent, rore tamen viuentes, præterq; araneis. Similis cicadis vita. (Viuunt enim cicadæ & ſtelliones rore, qui ex aere deſcendit.) Hiatus æternus, ac ſine vllius vſus miniſterio: quippe cum neq; cibum capiat, neq; potu alatur, nec alimento alio quàm hauſtu aeris viuat, Solinus. *Id quoq; quod ventis animal nutritur & aura, Protinus aſſimilat, tetigit quoſcunq; colores*, Ouidius lib. 15. Metam. Chamæleontem ſolo aere nutriri falſum eſt: quoniam interiora, vt Ariſtoteles inquit, ſimilia omnia habet lacertæ, quam non ſolo aere nutriri conſtat: quare melius puto chamæleonem rore enutriri ac viuere, vt Theophraſtus ait. Videntur autem illi decepti, quoniam longo tempore viuit ſine cibo & rore: nam propter exiguum calorem diu ſine alimento degere poteſt, Niphus. Ipſe à quodam qui viuum habuerat, cuius ſceleton mihi tradidit, audiui obſeruatum ſibi aliquoties muſcas ab eo deuorari, quas longa lingua exerta innolutas (aut forte transfixas, vt iynx ſua lingua formicas figit) arriperet. Num quæ animalia odoribus & ſpiritu ali poſſint, diſputat Cælius Rhodig. Lectionum Antiq. 24.21. ¶ Gignunt & quadrupedes oua, chamæleontes, lacertæ, Plinius. Chamæleon animal eſt ouiparum & greſſile, Heſych. ¶ Subit cauernas, & latitat more lacertarum, Ariſtot. Hybernis menſibus latet vt lacerta, Plinius. Latet hyeme, producitur vere, Solinus.

Generatio.

Verſatur in cauernis.

D.

De animi affectibus

Pauidum eſt animal.

Quomodo ſeſe aduerſus ſerpentem muniat.

Nullum animal pauidius exiſtimatur, & ideo verſicoloris eſſe mutationis, Plin. Sed coloris mutationem alij in alias cauſas reijciunt, vt in B. dixi. Circa caprificos ferus, innoxius alioqui, Plin. ¶ Alexander Myndius chamæleontem contra famelici ſerpentis impetum hoc modo munire ſe ait: Feſtucam bene latam & validam mordicus tenet, ſub qua ceu clypeo ſe verſans contra hoſtem ſerpentem venit. Serpens quia feſtuca latior eſt, quàm oris hiatu ſuperari ab eo poſſit: & chamæleontis reliqua membra firmiora, quàm vt morſibus lædantur, fruſtra laborat ac ſe fatigat, Hæc Ælianus & Philes. Venenatorum ſerpentum eſſe hoſtem acerrimum chamæleonem aiunt. Is ex illis vnum quempiam ſpeculatus in vmbra capeantem auras, aut in radiis apricantem, in eam ſcandit arborem, quæ illi imminet:

minet: vnde ex ore filum demittit araneorum more: in cuius fili extremo guttula sit, margaritæ splendore. Ea tactum in vertice serpentem, mori. Illud etiam admirabilius. Si ad perpendiculum nequeat filum demittere: quòd minus ad amussim respondeat ramus, in quo est, inferiori loco, vbi cubat serpens: ita filum corrigere pedibus anterioribus, atq; eius tractum temperare, vt ad lineam quasi catheton descendat. Scaliger de Subtil. ad Cardanum. ¶ Coruus occiso chamæleonte, qui etiam victori nocet, lauro infestum virus extinguit, Plinius. Chamæleo impetibilis est coraci, à quo cum interfectus est, victorem suum perimit interemptus: nam si vel modicum ales ex eo ederit, illico moritur: sed corax habet præsidium ad medelam, natura manum porrigente: nam cum afflictum se intelligit, sumpta fronde laurea, recuperat sanitatem, Solinus. Elephas chamæleonte concolore frondi deuorato (casu,) occurrit oleastro huic veneno suo, Plin. & Solin. Vis eius maxima contra accipitrum genus: detrahere enim supra volantem ad se traditur, & voluntarium præbere lacerandum cæteris animalibus, Plinius. ¶ Recentiores quidam chamæleontem animal fraudulentum, rapax, & ingluuiosum, ideoq; secundum legem impurum esse scripserunt: quodq; per aduersam valetudinem mansuetum se fingat, perquam efferatum alioquin.

Antipathia chamæleontis & cerui.

Accipitri infensissimum animal.

Fraudulentũ, rapax, ingluuiosum.

G.

Chamæleontem peculiari volumine dignum existimauit Democritus, per singula membra desecratum, (vnde nos quædam depromemus,) non sine magna voluptate nostra cognitis proditisque mendacijs Græcæ vanitatis, Plinius. Deinde cum multa superstitiosa ex hoc animali, authore Democrito, recensuisset, addit: Felle glaucomata & suffusiones corrigi, propè creditur, tridui inunctione. (reliqua, quoniam superstitiosa videntur omnia, ad *H. e.* differo.) Chamæleontis fel tantam vim habere creditur, vt hypochyses intra triduum inunctionibus sanet, Marcellus. Galenus lib. 4. cap. 8. de compos. sec. locos medicamento cuidam ad tollendos pilos inutiles & pungentes in palpebris chamæleontis etiam fel admixtum ab Archigene meminit: qui vsus fellis huius etiam apud Auicennam legitur. Pro felle cameli fel *ascalabotæ*, id est, stellionis substituendum ad remedia legimus inter Antiballomena Æginetæ. vbi ego pro camelo *chamæleontem* potius legerim: nam cum camelo nihil commune videtur habere stellio, cum chamæleonte multa. Fel eius dulcificatum (forte cum dulci aliquo mixtum) ornat quotidianum, (forte, curat quotidianam,) Kiranides. ¶ Creduntur depilari palpebræ chamæleontis sanguine illitæ, Dioscor. & Auicenna. *Vide* infra in Ranunculo viridi. Inunctio temporum cum sanguine *barbe* animalis (vulpam ipse interpretatur, vespertilionem, ni fallor, intelligens) somnia terrifica inducit, Arnoldus de Villanoua. Lingua eius suspensa super obliuiosum, memoriam ei restituit, Idem & Rasis. Chamæleo à capite vsq; ad caudam habet vnum solum neruum solidum, qui abstractus nomine ægrotantis, & collo alligatus, opisthotonum sanat, Kiranides. Cæteræ eius partes eadem præstant quæ phocæ vel hyænæ partes, Idem. ¶ Ad comitialem, Chamæleontem in olla coquito, donec intabuerit, & oleum spissescat: consumpto autem animali, ossa ipsius selecta in locum Solis expertem reponito, ac comitialem collapsum in ventrem conuertito, oleoq; dorsum à sacro osse vsq; ad primam vertebram inungito, ac statim excitabitur: hoc vbi septies feceris, ex toto ægrum liberabis: oleum autem pyxide reponito, Trallianus. Ad podagram quæ nondum contraxit nodos, admirabile & probatum remedium: Chamæleontis caput & pedes ipsius, extimaq; pedum, vel genuum præscindito, & quæ ex dextro pede habentur, seorsim seruato: & rursus à sinistro pede extrema similiter præscindito, seruatoq; & ipsa priuatim, ac vbi duos digitos dextræ manus impresseris, pollicem & annularem vngue chamæleontis, inquinans sanguine digitorum dextræ manus extrema, dextra chamæleontis: sinistræ autem manus sanguine, sinistra animantis extrema: in exiguum canalem includito, ac gestato dextra quidem animantis extrema dextro pede, sinistra autem sinistro, vsq; dum ager curatus fuerit. At chamæleontem præcisis extremitatibus adhuc viuentem panniculo lineo puro inuolutum attingito, ad Solis exortum. Sin autem contingat manus quoq; prædicto affectu cruciari, attingito etiam manus, ac in exiguos canales indito, curabisq; ipsas: tacito autem hoc Luna definente, Trallianus.

Medicamenta ex chamæleonte ad comitialẽ morbum.

Ad podagram.

¶ *Alharbe* (Arnoldus ex hoc loco non rectè lacertam vertit, ego chamæleontem intelligo: nam & supra lib. 2. cap. 35c. de harba scribens ea quæ chamæleontis sunt, de ouo eius venenato libro 4. dicturum se promisit: quanquam alibi vespertilionem significat, vt in *A.* retuli) venenota est, proxima stellioni: ouum quidem eius intra horæ spatium interimere fertur. Curatur autem tum huius tum stellionis (in cibum aut potum illapsi, mixtive) venenum, cura communi, & similiter vt cantharidum, Auicenna 4. 6. 2. 5. Oua alharbe, vt quidam putant, in corpus sumpta, mortem statim inferunt, nisi remedia accelerentur. Detur igitur in potu stercus accipitris (*falconis*, Belluneñ.) è vino, vt vomitus integer sequatur, inungaturq; corpus butyro bubulo cocto, & capiti fal cataplasmatis instar imponatur: & vescatur ficubus siccis, & oleo (aliâs butyro crudo) & gentiana. ¶ Elephas chamæleonte concolore frondi deuorato (casu, Solin.) occurrit oleastro huic veneno suo, Plin. Impetibilis est coraci (coruo, Plinius) à quo cum interfectus est, victorem suum perimit interemptus: nam si vel modicum ales ex eo ederit, illico moritur: sed corax habet præsidium ad medelam, natura manum porrigente: nam cum afflictum se intelligit, sumpta fronde laurea recuperat sanitatem, Solinus: & Plinius vt in *D.*

Remedia aduersus chamæleontis venenum.

recitaui. Ego ex hoc animali vtcunq; venenoſo, nonnullos (in Africa) paratum quoddam remedium equis exhibere audiui.

H.

Philologica. Aulici chamæleontes.

¶ *a.* Chamæleontes aulicos nominat Budæus libro quinto de Aſſe, eos qui egregiè ſimulare norunt, & reconcinnare ſe identidem ad mores aulicæ potentiæ. Ariſtoteles Ethicorum 1. chamæleontem pro homine mutabili ponit. Per Chamæleontem verſipellem hominem ſignificari aiunt, Pierius in Hieroglyphicis. ¶ Eſt & chamæleon herba in carduorum cenſu, ſic dicta, vt Plinius ſcribit, à varietate coloris: mutat enim cum terra colores, hic niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus, atq; aliis coloribus. Iſtam quidem colorum varietatem Dioſcorides nigro priuatim attribuit: vt albus forte idem nomen habeat, non quod ſimiliter colores mutet, ſed à ſimilitudine partium ſuarum cum nigro. Statuuntur enim duo hæc genera, album & nigrum, à radicis colore vocata. Miror quòd Plinius ſcribit 21. 16. chamæleontem in folijs non habere aculeos, quum res ipſa aliter nos doceat. Memini in Gallia & alibi genus quoddam cardui videre folijs diuiſis, albicantibus, amaris, non aculeatis, capitibus ſpinoſis multis ſtellatim (vt ita dicam) aut muricum ferreorum inſtar radiatis, candidis, ſed à chamæleonte diuerſum vt iudico. Plura de his carduis ſcripſi in Cane *C.* inter morbos canum. Arabes Græcum nomen ſeruant: ſcribunt enim *kameleonta, kemalium, chamalium. Fœnuchia alkemelion*, Vetus gloſſographus Auicennæ. Arnoldus de Villanoua in Breuiario 3. 21. florem chamæleontis coaguli vſum præſtare ſcribit. Atqui ſpina illa, cuius floribus in multis Galliæ locis hodie ad lac coagulandum vtuntur, ſpina alba Græcorum eſt, quod & Ruellio placuit. Chamæleontum generis eſſe dixerim *carlinam* hodie medicis appellatam, quaſi cardinam: carduus enim humilis eſt, cuius itidem duæ vel tres differentiæ ſunt. Viſcum, id eſt, humorem concretum & glutinoſum, maſtichæ aut thuri ſimilem, circa radices chamæleontis albi quandoque reperiri aiunt: & tum peculiariter chamæleontem ixiam, id eſt, viſcarium aut viſcigerum nuncupari, magiſq; venenoſum eſſe: quanquam & ſine viſco & ſimpliciter vtriq; vis venenoſa attribuatur, nigro præſertim, quamobrem ne inter corpus quidem datur, vt Galenus ſcribit: apud Aetium tamen libro 3. iſij corticem inuenio dari ad pituitam euacuandam præcipuè: cæterum libro 12. cap. 46. in antidoto purgatorio quodam *iſion* interpretatur chamæleonem nigrum. Galenus in Gloſſis Hippocratis *ἰξίον*, folium chamæleontis albi interpretatur. Inter nomenclaturas apud Dioſcoridem ixias cognomen tum albo tum nigro attribuitur: cum Dioſcorides circa albi tantum radices viſcum reperiri meminerit: Plinius, Ruellio teſte, circa vtrumque. Chamæleontem vtrumq; quibuſdam locis circa folia ſua dicunt viſcum emittere, Author de ſimplic. ad Paternianũ. Ferunt & nigri viſcũ, ſed quod pro maſtiche non ſit vt ex albo, Hermolaus. Nec refert an circa folia aut circa radicem dicas, quoniã folia in terra tantum ſtrata habent, circa radicẽ radiata. Coagulum hœdi remedio eſt contra viſcum & chamæleontem album, Plinius. Idem alibi ſæpe viſcum ſimpliciter pro chamæleonte viſcario nominat, ineptè quidem & imperitè. Sed hac de re plura leges in Hermolai Corollario & Caſtigationibus Plinianis, & Ruellij hiſtoria ſtirpium, &c. Chamæleon niger *vlophyton* (al. *vlaphonon*, Sipontinus *buphonon* legit,) quoniam anginæ modo iuuencas necet, Hermolaus. Eſt & inter dipſaci nomenclaturas, chamæleon apud Dioſcor. Arabes chamæleontem & chamelæam, quam & *mezereon* vocant, nulla ratione confundunt: quanquam & inter Dioſcoridis nomenclaturas, Cnidios coccos tum chamelææ tum chamæleonti nigri adſcribatur, qui neutrius iſtorum, ſed thymelææ proprie fructus eſt. Crocodilion chamæleontis herbæ nigræ figuram habet, &c. Plinius. ¶ Mygale Chamæleonti ſimilis eſſe dicitur, Obſcurus: atqui mygale mus araneus eſt, qui minimum aut nihil cum chamæleonte ſimilitudinis habet. ¶ Chamæleontis Heracleotæ ſcriptoris libri diuerſi paſſim ab Athenæo citantur.

Chamæleon herba.

Mygale chamæleonti ſimilis.

Chamæleon. Heracleotæ ſcriptor.

Superſtitioſi chamæleontis vſus.

¶ *e* Hunc in locum referre libuit ſuperſtitioſis quoſdam tum medicos tum alios magicos vſus ex chamæleonte, vt apud Plinium leguntur, his verbis: Caput eius & guttur ſi roboreis lignis accendantur, imbrium & tonitruum concurſus facere, Democritus narrat: Item iecur in tegulis vſtum. Reliqua ad veneficia pertinentia quæ dicit, quanquam falſa exiſtimantes, omittemus, præterquam vbi irriſu coarguendum. Dextro oculo, ſi viuenti eruatur, albugines oculorum cum lacte caprino tolli: Lingua adalligata, pericula puerperij. Eundem ſalutarem eſſe parturientibus ſi ſit domi: Si vero inferatur, pernicioſiſſimum. Linguam ſi viuenti exempta ſit, ad iudiciorum euentus pollere. Cor adueꝛſus quartanas illigatum nigra lana primæ tonſuræ. Pedem è prioribus dextrum, genæ pelle illigatum ſiniſtro brachio, contra latrocinia terroreſq; nocturnos pollere. Item dextram mammillam contra formidines pauoreſq;. Siniſtrum vero pedem torreri in furno cum herba, quæ etiam chamæleon vocetur, additoq; vnguento in paſtillos digeri: eos in ligneo vaſe conditos, præſtare (ſi credimus) ne cernatur ab alijs qui habeat. Armum dextrum ad vinciendos aduerſarios, vel hoſtes valere, vtique ſi abiectos eiuſdem neruos calcauerint. Siniſtrum, mirum, quibus monſtris conſecret, qualiter ſomnia quæ velis, & quibus velis mittantur, pudet referre. Omnia è dextro pede reſolui: ſicut ſiniſtro latere lethargos, quos fecerit dextrum. Capitis dolores, inſperſo vino, in quo latus alterutrum maceratum ſit, ſanari. Feminis ſiniſtri vel pedis cineri ſi miſceatur lac ſuillum, podagricos fieri illitis pedibus. Felle glaucomata & ſuffuſiones corrigi prope creditur, tridui inunctione: Serpentes fugari

ignibus

ignibus inſtillato: Muſtellas contrahi in aquam coniecto. Corpore vero illito, detrahi pilos. Idem præſtare narrant icecur, cum ranæ rubetæ pulmone illitum. Præter ea iocinere amatoria diſſolui. Melancholicos autem ſanari, ſi ex corio chamæleontis herbæ ſuccus bibatur. Inteſtina & fimum eorum, cum id animal nullo cibo viuat, cum ſimiarum vrina illita inimicorum ianuæ, odium omnium hominum his conciliare. Cauda, flumina & aquarum impetus ſiſti, ſerpentes ſoporari. Eadem medicata cedro & myrrha, illigataq; gemino ramo palmæ, percuſſam aquam diſcuti, vt quæ intus ſint omnia appareant: vtinamq; eo ramo contactus eſſet Democritus, quoniam ita loquacitates immodicas promiſit inhiberi: Palamq; eſt, virum aliâs ſagacem & vitæ vtiliſſimum nimio iuuandi mortales ſtudio prolapſum, Hucuſq; Plinius. Lingua chamæleontis geſtata cum radice herbæ chamæleontis & cynogloſſæ, obmuteſcere facit inimicos efficaciter, Kiranides. Dixerunt quidam *alharbe* (id eſt, chamæleontis) decocto ſparſo in aquam balnei, viridi colore infici illum qui immoratur in balneo illo aliquantiſper, & deinde paulatim priſtinum colorem recuperare, quod quidem ego verum eſſe non affirmârim, Auicenna 4. 6. 2. 5.

¶ *b* Chamæleonte mutabilior, Χαμαιλέοντος ὠμεταβολώτερος, prouerbium, ſupra in *B.* explicatum eſt.

¶ Alciati Emblema in adulatores: *Emblema in adulatores.*

Semper hiat, ſemper tenuem qua veſcitur auram,
Et mutat faciem, varios ſumitq; colores,
Sic & adulator populari veſcitur aura,
Et ſolum mores imitatur principis atros.
Reciprocat Chamæleon,
Præter rubrum vel candidum.
Hianſq; cuncta deuorat.
Albi & pudici neſcius.

DE CROCODILO.

A.

CROCODILVS genus non eſt, ſed ſpecies ſimplex intelligitur, vt etiam ſerpens: quod ad proximum genus anonymon eſt, Ariſtot. Atqui Palladius crocodilum lacertam quaſi generis vocabulo nominat. Et ſanè videtur omne genus quadrupedis ouipari, aut lacerti aut ranæ aut teſtudinis genere rectè comprehendi. Hebraicam vocem, קוֹא *koah*, Leuit. 11. Dauid Kimhi interpretatur genus *haẓab*, id eſt, crocodili, quod Arabicè *hardun* vocetur, Perſa tranſtulit *ſanga*, (quæ vox ad ſcincum, crocodilum terreſtrem accedit,) Septuaginta & Hieronymus chamæleon. צָב, *ẓab*, Leuit. 11. crocodilum interpretatur D. Kimhi *gereſchnit*, גרשניט: & R. Salomon, *ſaget*, סגריט, animal ſimile, *zephardea*, id eſt, ranæ, buforiem forte intelligens: quod quidam hodie congruere putant, quoniam nomen ab intumeſcendo factum ſit. Chaldæus *ẓaba* vertit, Perſa אן רכר *an raſu*. Septuaginta crocodilus terreſtris, (malim crocodilus ſimpliciter, quoniam additur iuxta genus ſuum,) Hieronymus ſimpliciter crocodilus. Arabes (aut Chaldæi,) pro *ẓab* videntur *thab* dicere: nam apud Auicennam legitur lacertum (*hardun*) eſſe *aldab*, vt Bellunenſis legit, vetus codex non rectè habet *athab*: (ego non *aldab*, ſed ſpeciem *aldab* eſſe dixerim: nam & in Chamæleonte *A. hardun* ſpeciem *alzab*, id eſt, crocodili eſſe docui ex R. Kimhi. צְפַרְדֵּעַ, *Ẓephardea*, Exodi 8. ſunt qui piſcem dicant, vt ſcribit R. Abraham) qui exiens è flumine rapit homines, (qui nimirum crocodilus fuerit) qui Arabicè vocetur אל תמסח *al timſach*. Ipſe magis probat ranas ſignificari. Salomon *pagulera*, מגוליירא, & *grenolera*, גרינוליירא: Septuaginta, Ioſephus & Hieronymus βάτραχοι, ranæ. Chaldæus *vrdeania*, עורדעניא. Arabs *Ẓephada*, צפארע. Perſa *zakſaha*, זקוהא, in ſingulari *zakſe*. Chaldæus & Arabs Hebraicum nomen relinquunt, Pſalmo 78. Chaldæus ſimiliter interpretatur: Arabs *alzephada*, vt ſupra. *Laaluka*, לעלוקה, duas habet filias (clamantes) affer affer, Prouerb. 30. *Aluka* ludæi interpretantur ſanguiſugam: Kimhi videtur crocodilum intelligere: dicit enim eſſe vermem magnum, qui iuxta fluuios reſideat, & prætereuntes homines iumentaq; capiat quorum ſanguinem exugat, Munſterus: locus is eſt de rebus quæ non ſaturantur. Crocodili quædam ſpecies vocatur *tenchea*, (de qua voce paulò mox) alia *hardon*, (de qua in Chamæleonte *A.*) alia *theſerach*, (huic ſimilis eſt Arabica *thimſach* paulò ante dicta,) Auicenna 2. 2. 1. Coſtuo & crocodili generi quod hardeos ſiue hardon Græci vocant, amicitiâ intercedit, Albertus, ſed imperitè. Ariſtotelis enim verba quæ illic tranſtulit, de cornicis & ardeolę amicitia ſunt: ardeola autem Græcè herodiòs vocatur, vnde corrupta vox *hardeos*, quam crocodili genus interpretatur, deceptus Arabicæ vocis hardon ſimilitudine. *Tiſma*, Auicennæ 2. 706. crocodilus eſt, Syluaticus. Idem alibi voces *tiſma* & *alinſa*, crocodilum exponit: Andreas Bellunenſis *altenſa*, (aliâs *temſa*.) Cum ſint multa genera crocodilorum, omnia maxillam inferiorē mouent præter *tencheam*, Albertus. Idem alibi tencheam non communem crocodilum, ſed aliam quandam ſpeciem eius in Ægypto eſſe ait, quod non probo: quæcunq; enim Ariſtoteles de crocodilo ſimpliciter, eadē omnia de tenchea ipſe (ex Auicenna nimirum) ſcribit. Addit, tenchea Ægyptiæ linguæ vocabulum eſſe. In Arſinoitica prefectura mirum in modum colitur crocodilus, & eſt ſacer apud eos in lacu quodam ſeorſum nutritus, & ſacerdotibus manſuetus, & *ſuchus* vocatur, Strabo. Dubitet autē aliquis ſacrine tantum, an cuiuſuis crocodili nomen apud illos ſuchus ſit: ſed commune videtur vel inde quòd vox ſimilis eſt ſcincus, qua Græci crocodilum terreſtrem nominant: à qua *tinſa* etiam & ſimiles

De nominibus diuerſis.

Digitized by Google



Arabicæ prædictæ non abludunt. Crocodili Ægyptij *champſa* (χάμψαι, ſi θάμψαι legeres, accederet vox ad Arabicam *temſa*) vocantur: Ioues appellauêre crocodilos, illi generi crocodilorum quod apud eos in ſepibus gignitur, quantum ad corporis ſpeciem, comparantes, Herodotus. Cum legiſſem apud Herodotum in Euterpe, ab Ægyptijs olim *champſas* appellatos: rogaui Turcum quendã, ecquid ei nunc eſſet nominis? Reſpondit: *Kimpſac*. Iul. Scaliger. Videtur autem Herodotus loco citato per crocodilos in ſepibus naſcentes, ſcincos, id eſt, crocodilos terreſtres, aut ſtelliones, aut aliud lacerti genus intelligere: vt & Varinus, aut quiſquis eſt à quo ille deſumpſit hæc verba, Crocodilus animalculum paruum eſt. Scribitur autem Græcè Κροκόδιλος, & quandoque Κρικόδιλος, per enallagen literarum, Idem. Apud Paulũ Æginetam νειλοκροκοδίλους legimus, hoc eſt fluuiatiles è Nilo, ad differentiam terreſtrium quos proximè nominarat. Δευδρίτης, crocodilus, Heſychius & Varinus. In Nilo ſunt animalia quædam ad ſimilitudinem draconis, vulgò *Cocatrix* vocant, Haithonus Armenus: ſubijcit autem ſtatim crocodili deſcriptionem. Albertus & alij Barbari ſcriptores *Cocodrillum* nominant. Germani, Illyrij, & aliæ gentes, Europæ ſaltem, pleræq; omnes crocodili nomen retinent.

B.

Quibus in regionibus reperiantur crocodili.

Crocodilum Ægyptus fert, Ariſtot. Crocodilum habet Nilus, terra pariter ac flumine infeſtum, Plinius. eſt enim amphibius, vt in *C.* dicam. Nilus hippopotamos, crocodilosq; vaſtas beluas gignit, Mela. Ingens eorum multitudo eſt in Nilo & ſtagnis propinquis, Diodorus Siculus. Mauritaniæ flumina crocodilos habent, Strabo. Bambotum amnis iuxta Atlantem Africæ montem, crocodilis & hippopotamis refertus eſt, Plinius lib. 5. cap. 1. & Solin. cap. 27. Ibidem Plinius Darat Mauritaniæ flumen memorat, in quo crocodili gignãtur. Scincos in Libya duos cubitos excedere Pauſanias exiſtimat, Hermolaus. atqui Pauſaniæ locus in Atticis hic eſt, Aqua iuxta Atlantẽ turbida eſt, ἡ δὲ παρὰ τῇ πηγῇ κροκόδιλοι πήχεων (videtur numerus deeſſe in excuſis codicibus, Hermolaus legit δυοῖν) ἦσαν οὐκ ἐλάττους id eſt, & iuxta fontẽ crocodili erant non minores duobus cubitis. (Abrahamus Lœſcherus vertit, *cubito vno non minores*) accedentibus autem hominibus mergebantur in fontem. Vnde apparet Pauſaniam hîc crocodilis propriè dictis, id eſt aquaticis vel amphibijs loqui, non autem de ſcincis qui terreſtres crocodili ſunt. In Bithynia Chalcedonis agro ferè, crocodilos minutos quodam fonte naſci qui *Aſtaritis* dicatur, Strabo meminit, fortaſſeq; pro ſcincis accipit, quoniam paruos eſſe tradat, Hermolaus ſimili vt ſupra errore lapſus. Syagro maximo totius orbis promontorio in Arabia thurifera, propinqua eſt inſula Dioſcoridis (cuius & Stephanus meminit) in qua crocodili & viperæ plurimæ ſunt, Arrianus. Crocodili in Nilo & alijs quibuſdam & Indiæ fluuijs verſantur, Albertus. Apollonius & ſocij cum per flumen Indum nauigio veherentur, equos fluuiales complures ferunt ſibi occurriſſe, multos etiam crocodilos illis ſimillimos qui in Nilo reperiuntur, Philoſtratus.

Bambotus Africæ fluuius, Darat Mauritaniæ flumine.

In Bithynia.

In inſula Syagro Africæ promontorio propinqua.

In Indiæ fluuiis.

Species duæ.

¶ Crocodilum maiorem quanquam amphibium, authores tamen (Ariſtoteles) ſæpe fluuiatilem cognominant, ad differentiam terreſtris, qui in terra tantum agit, multo minor, & ſcincus etiam vocatur.

catur. aliqui tamen, Plinio teſte, ſcincum à crocodilo terreſtri diſtinguunt, quòd cutis ei candidior ac tenuior ſit, & ſquamarum ſeta à cauda ad caput verſa. Crocodilus, ſecundum Arabes, ſi pepererit oua in aqua, generatur alius crocodilus (ſimilis ei:) ſi verò in ripis iuxta aquam, ſcincus naſcitur. quamobrem fertur ſcincum eſſe de ſemine crocodili, Andreas Bellunenſis. Duo crocodilorum genera Ganges fluuius generat. horum alteri nihil nocent, alteri inexorabili atq; immiſericordi in quidlibet voragine carniuori ſunt. In eorum ſummo roſtro quiddam tanquam cornu eminet, Ælianus. Plura de generibus crocodilorum dixi in *A.* præſertim ex Alberto ſeu Auicenna. *amphibium, & ſcincus terreſtris.* *Duo genera in Gange.*

¶ Crocodilus lacertam per omnia refert, cauda tantum differt, Albertus. ¶ Ad cubitorum longitudinem decem interdum extenditur, Marcellinus. Ouum non maius quàm anſeris edit: maximumq; animal minima hac origine euadit. creſcit enim ad quindecim cubita. Sunt qui eum tandiu augeri, quandiu viuat, confirment, Ariſtot. Quidam hoc vnum animal (aliqui etiam vrſam, recentiores obſcuri) quandiu viuat, creſcere arbitrantur, Plin. Amometus in quadam Libyca vrbe dicit ſacerdotes ex lacu quodam cantionum illecebris præſtrictos crocodilos decem & ſeptem cubitorum educere, Ælianus. Excretus ad decem & ſeptem & amplius cubitos peruenit, Herodotus. Magnitudine excedit plerunq; duodeuiginti cubita, Plinius. Plerunque ad viginti vlnas magnitudine coaleſcit, Solinus. Iſidorus quidem pleraq; ex Solino mutuatus, non vlnarum ſed cubitorum viginti longitudine plerunque videri ſcribit. In tantam magnitudinem ſæpe excreſcit, vt Pſammitichi Ægyptiorum regis tempore Philarchus viginti quinque cubitorum dicat viſum fuiſſe: regnante Amaſide, ſex & viginti cubita exceſſiſſe, Ælianus. Albertus ſcribit duos à ſe viſos, vnum ſedecim cubitorum, alterum decem & octo. Ipſe Viennæ vidi Venetijs aduectos complures crocodilos cubitorum ſex, & tenellos etiamnum vnius cubiti, lacertis noſtratibus grandiuſculis admodum ſimiles, niſi quod colore plerunq; ſunt flauo, Vadianus in Melam. Petrus Martyr colorem eis flauum tribuit, ſed ventrem ſubalbidum. Crocodilus à croceo colore dictus eſt, Iſidorus & Arnoldus. Colorem chamæleo mutat, & niger non longè diſſimilis crocodilo eſt, Ariſtot. ¶ Corpus ei totum aſperum, Idē. Chamæleonti aſperum cute corpus eſt, quale in crocodilis deprehendimus, Solinus. Crocodilo fluuiatili cutis eſt corticoſa, contra omnem ictum inuicta, Ariſtoteles. Alibi etiam cortice eum tegi ſcribit, eoq; tam duro & rigido, vt firmior oſſe euadat. Herodotus pellem eis circa tergum impenetrabilem eſſe prodidit, Valla interprete: Græce legitur, δέρμα λεπιδωτὸν ἄῤῥηκτον. Squamis præduris oſtreorum modo totus obducitur, Volaterranus. Cute eſt contra omnes ictus inuicta, Plin. Et alibi, crocodilis & duritia tergoris tribuitur, & ſolertia. Pellis eorum rugoſa, (aſpera, corticoſa,) & adeo firma vt ea quaſi clypeo muniantur, Albertus. Circundatur maxima cutis firmitate, in tantum vt ictus quouis tormento adactos, tergore repercutiat, Solin. Cutim ita validam gerit, vt eius terga cataphracta, vix tormentorum ictibus perforentur, Marcel. Venter tantum ei molliot, (quod & Petrus Martyr teſtatur) qua parte à delphinorum quodam genere ſauciantur, vt dicam in *D.* Dorſum ſquamis duriſſimis, conchylij ferè duritie, vt neq; ſagittis transfigi poſſit, armatur, Petrus Martyr. Tergum & cauda, imò tota pars prona, vt ipſe obſeruaui, multis corticibus ſubrotundis ſquamatim compingitur, & eminentibus ijs ſecundum longitudinem exaſperatur. Iidem ad latera minores ſunt, minuſq; eminent, in ventre candicant læueſq; ſunt, hoc eſt nihil omnino eminent. Tergum & caudam eis ab omni ictu inuictas partes, & armatas ſquamarum robore teſtis cruſtisve haud diſſimilium: ventrem verò, molli & tenui eſſe cute Tentyritæ ſciunt, Ælianus. ¶ Crocodili (forte abundat hæc vox) veſpa volans, aut ſanguis crocodili, hominem noxium aut cædem (percuſſorem aut ſanguinem) ſignificant, Orus 2.25. vt ipſe transfero: Mercerus & Trebatius interpretes aliter. *Deſcriptio crocodili.* *Longitudo decem vel quindecim cubitorum & amplius.* *Crocodilus à croceo colore dictus.* *Cutis aſperа.*

¶ Crocodilo fluuiatili oculi ſunt ſuis, (ſuilli) Ariſtot. & Herodotus. Oculi hebetes, Ælianus. Viſus in aqua hebes, extra acerrimus, Ariſtot. Quadrupedes quæ oua pariunt, vt teſtudines, crocodili, palpebram inferiorem tantum habent ſine vlla nictatione, propter oculos præduros, Plinius. Ægyptij crocodilum ſolum ex ijs quæ degunt in humido, à fronte tenuem ac perſpicuam quandam pelliculam deducere tradunt, & viſum obtegere, Cælius Calcagninus ex Plutarcho ni fallor. Lati capitis eſt, Kiranides. Roſtro porcino, Petrus Martyr. ¶ Crocodilus fluuiatilis ſolus animalium maxillam ſuperiorem mouet, Ariſtot. Reddit autem huius rei cauſam de partib. animal. 4.11. quoniam pedes ad capiendum retinendumq; inutiles habet: parui enim admodum ſunt. itaque ad hunc vſum natura os ei pro pedibus vtile condidit. ad retinendum verò, vnde ictus inferri vehementius poteſt, inde motus commodius agitur. infertur autem vehementius deſuper, quàm de parte inferiore. Ergo cum vtriuſq; tum capiendi tum mordendi vſus ore adminiſtretur, magis autem neceſſarium retinendi officium ſit, cui neq; manus ſint, nec pedes idonei, commodius huic eſt mouere ſuperiorem maxillam, quàm inferiorem, Hæc ille. Inferiorem maxillam ſolus animalium non mouet, ſed ſuperiorem inferiori admouet, Herodotus, Plinius, Solinus, Marcellinus. Vnum hoc animal ſuperiore mobili maxilla imprimit morſum, Plinius. Cum ſint multa genera crocodilorum, omnia mouent mandibulam inferiorem præter tencheam: & ideo hoc animal eſt fortiſſimi morſus, Albertus. Idem alibi viſos ſibi ſcribit duos crocodilos qui mandibulam inferiorem mouerint. Et rurſus alibi crocodilum marinum (non fluuiatilem) ſe vidiſſe, maxilla inferiore mobili. Ad marini *Deſcriptio partium corporis.* *Oculi.* *Maxilla ſuperioris motus.*

quidem crocodili differentiam Niphus etiam ab Alberto perſuaſus, crocodilum fluuiatilem aliquando ab Ariſtotele cognominari putat: Ego verò non quia marinus ſit vllus crocodilus, (niſi quod fortè crocodilo ſimile in mari eſt animal, alterius generis,) ſed ad differentiam terreſtris fluuiatilem ab Ariſtotele dici cenſeo. Crocodilo vnico animalium ſuperior maxilla mobilis viſitur, inferiori interim cum temporum oſſibus adeò vnita, vt ne tantillum quidem moueri queat, ipſaque duos ſinus nanciſcatur, quibus ſuperior ſingulis vtrinq; tuberculis latis nec noſtris admodum diſſimilibus inarticulatur, magna ex parte lacertarum teſtudinumque inferiori maxillæ eleganter reſpondens: quemadmodum etiam totus crocodilus imagine (non autem magnitudine & geniculatis caudæ tuberibus) lacertæ ſimilis viſitur, And. Veſalius. *Lingua.* ¶ Crocodilus fluuiat. lingua caret, Ariſtot. Diodorus Siculus, Marcellinus. Linguam non habet, Solinus: neq; vllum eius ſignum, Albert. Soli crocodilo ex omnibus feris lingua innata non eſt, Herod. Vnum hoc animal terreſtre linguæ vſu caret, Plin. Et alibi, Crocodilis lingua tota adhæret. Aquatile genus (inquit Ariſtot. de partibus animal. 2. 17.) breui tempore ſentit ſapores, hinc fit vt pro ſui vſus breuitate linguam parum diſcretam habeant. raptim enim ſummaq; celeritate cibus ad ventrem ingeritur, quod immorari ſaporibus perfruendis nequeant, humore interlabente. Crocodilis nonnihil cauſæ ad eius partis vitiationem affert etiam immobilitas maxillæ inferioris. lingua enim inferiori annectitur maxillæ, quam illi quaſi contra habent ſuperiorem. Cæteris enim ſuperior immobilis eſt. Itaq; vt ad ſuperiorem non habent, quòd cibi aditus tollitur: ſic ad inferiorem carent, quod ſuperior quaſi translata in locum inferioris eſt. Accedit ad hæc genus vitæ, quam more piſcium agit, cum tamen ipſe terreſtre ſit. itaq; vel ob eam rem inexplanatam hanc partem habeat neceſſe eſt. Et rurſus eiuſdem operis 4. 15. Quadrupedes omnes linguam in ore continent, excepto vno crocodilo fluuiatili. hunc enim non niſi locum tantummodo linguæ habere putaueris. cuius rei cauſa eſt, quod idem & terreſtris & aquatilis quodammodo eſt. ergo vt terreſtris locum obtinet linguæ, vt aquaticus elinguis eſt. *Dentes.* ¶ Dentes habet magnos exertosq;, Ariſtot. Diodorus Siculus, & Herodotus. Valla pro voce χαυλόδοντας, reddit prominentes atque ſerratos, cum vox Græca prominentes tantum ſiue exertos ſignificet, quales in apris ſpectantur. quanquam in his duo tantum extra os eminent ſurſum: vt in talpa totidem deorſum, in crocodilis vero plures è ſuperiore maxilla deorſum prominent, ita vt etiam ore clauſo foris ſpectentur, & quidem anteriores omnes, poſtremi aliquot non item. Verum eſt tamen ſimul etiam καρχαρόδοντας eſſe, id eſt ſerratis præditos dentibus crocodilos: quanquam ſcio Ariſtotelem ſcribere nullum animal ſimul & ſerratis & exertis dentibus eſſe. Dentes crocodilo albent, feri, oblongi, Petrus Martyr. Dentes habet magnos pro portione corporis & prominentes, Herodotus. Canini dentes crocodili febres ſtatas arcent, thure repleti. ſunt enim caui, Plin. Vnũ hoc animal ſuperiore mobili maxilla imprimit morſum, aliâs terribile, pectinatim ſtipante ſe dentiũ ſerie, Plin. Solinus. Ordine dentium pectinato, perniciosis morſibus quicquid tetigerit pertinaciter tenet, Marcellinus. Dentes eius fortiſſimi ſunt, Albertus: nec non acutiſſimi, & modicè recurui, vt in catulo animaduerti: Herculem Ion Chius inquit habuiſſe dentium tres ordines, ὀδόντων τρίστοιχον θέσιν, multi etiam crocodilum, quidam verò & cete, Io. Tzetzes Chiliade 3. 115. Ego nihil tale in crocodilo reperio. Dentes poſſident ſexaginta, Ælianus, & recte quidem, vt & ipſe numeraui. *Spina.* ¶ Sexaginta vertebras in ſpina habent; quam totidem neruis alligaram eſſe ferunt, Ælianus. *Rictus oris.* ¶ Rictus oris eius vſque ad locum aurium patet, ſi aures haberet, Albertus. *Lien.* Crocodilis quibuſdam in Gange fluuio in ſummo roſtro quiddam tanquam cornu eminet, Ælianus. ¶ Crocodilus minimum habet lienem, Ariſtot. Lienem quidam putant ineſſe oua parientibus admodum exiguum: ita certè apparet in teſtudine & crocodilo, & lacertis & ranis, Plinius. ¶ Crocodilo teſtes intus adhærent lumbis, Ariſtoteles. *Cauda.* ¶ Caudam habet oblongam, eadem ferè qua reliquum corpus longitudine, quod in catulo obſeruatum mihi eſt. Eam ſimiliter vt dorſum cortices validi & eminentes exaſperant muniuntq; parte prona & ad latera: nam infernè læues tenuioresq; ſunt. Crocodilus lacertam refert, niſi quod caudam non habet adeò rotundam (non ita geniculatis tuberibus diſtinctam, Veſalius,) & pinnas in eadem habet, Albertus. Ego pinnam ineſſe vidi in catulo per ſex aut ſeptem digitos extenſam vſq; ad partem poſtremam. Crocodilus (aliâs Cordula, Κορδύλη, quod magis placet, hæc enim parua ad ſilurum dici poteſt, non crocodilus) natat pedibus & cauda, quam ſimilem ſiluro habet, quoad paruum magno licet conferre, Ariſtot. Crocodilus eſt cauda breui, (longa, vt Kiranides ſcribit,) craſſa, in turbinem à corpore deſinenti, non vti in cæteris quadrupedibus, ſed vti in piſcibus cernimus: lacertis breuibus, vnguibus rapaciſſimis. Vrſinas diceres crocodili manus pedesque, niſi huic eſſent ſquammei, illi autem villoſi, Petrus Martyr. *Anus. Pedes & crura.* Non habere eum vnde egerat niſi per os, quidam tradiderunt, Idem. Crocodilum habet Nilus quadrupes malum, Plinius & alij. Ouiparis quadrupedibus, vt crocodilo, lacertæ, & reliquis generis eiuſdem, crura tum priora, tum etiam poſteriora retroflectuntur, paulum in latus vergentia, Ariſtot. Homini genua & cubita contraria: item vrſis & ſimiarum generi, ob id minim è pernicibus: oua parientibus quadrupedum crocodilo, Plin. *Vngues.* ¶ Vnguibus (vnguium immanitate, Solinus) armatus eſt, Plinius. Vngues robuſtos habet, Ariſtot. & Herodotus. Quòd ſi vt armatus eſt vnguibus, haberet etiam pollices, ad euertendas quoq; naues ſufficeret, viribus magnis, Marcellinus.

Crocodilus

c.

Crocodilus quanquam ambigentis ſiue ambigui victus animal eſt, ab Ariſtotele tamen & alijs fluuiatilis ferè cognominatur, ad differentiam terreſtris, qui perpetuò in terra degit. Terreſtris & aquatilis eſt, Herodotus. Aſſuetus elementis ambobus, Marcellinus. Vita ei in aqua terraq; communis, Plinius. Quadrupes eſt malum, & terra pariter ac flumine infeſtum, Idem. In terra & in flumine pariter valet, Solinus. Crocodilus greſſilis eſt, & degit quidem in fluido, victumq; inde emolitur: ſed aerem non humorem recipit, & foris parere ſolet, Ariſtot. Humore vt nec prorſus carêre poſſunt, ita niſi aliquando reſpirant, in ipſo ſuffocantur, Idem. Dies in terra parte maxima agit, noctes in aqua teporis ratione: tepidiorem enim aquam experitur quàm aerem, Ariſtot. Dies in terra agit, noctes in aqua, vtrunque ratione teporis, Plin. Plerunque diei in ſicco agit, ſed totam noctem in flumine, quod calidior aqua ſit quàm nocturnus aer ſerenus & roſcidus, (θερμότερον γὰρ ἔστι τὸ ὕδωρ τῆς τ' αἰθρίης καὶ τῆς δρόσου,) Herodotus. Noctibus quieſcit per vndas, diebus humi veſcitur, confidentia cutis validiſſimæ, Marcellinus. Noctibus in aqua degit, per diem humi acquieſcit, Solinus. ¶ Per diem in terra quieſcit, & ad Solem iacet adeò immobilis, vt qui conſuetudinem eius neſcit, mortuum putet, Liber de nat. rerum & Albertus. ¶ Ægyptij Solis ortum ſignificantes, geminos oculos crocodili pingunt. ἐπειδήπερ (lego, ἐπειδὴ τοῦ) παντὸς σώματος ζώου οἱ ὀφθαλμοὶ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀναφαίνονται. hoc eſt, vt ego interpretor, Quoniam ante omne reliquum corpus oculi huius feræ ex profundo aquæ emicant, (emergunt.) Aliter Mercerus, & aliter quàm ille Trebatius vertit, vterq; (meo iudicio) deceptus. Leguntur autem hæc in Hieroglyphicis Hori. Et rurſus, Occaſum ſignificantes, crocodilum capite inclinato pingunt: αὐτόπτωκον γὰρ καὶ κατωφερὲς τὸ ζῶον. Trebatius inepte vertit: Eſt enim hoc animal rotundum & promiſcuè parit. Decepit eum vox κατωφερὲς, libidinoſum aliâs ſignificans: quæ hoc in loco idem quod κεκυφὸς eſt, id eſt capite deorſum inclinato. Mercerus quoq; non minus ineptè, Ad partum enim facile, & ad Venerem procliue eſt hoc animal. At qui αὐτόπτωκον vox corrupta videtur, pro qua legerim κατώπιον aut κατωπὸν, vel aliquid ſimile. tali enim ſitu, (nempe capite decliuiore, aquam verſus, reliquo verò corpore altiore & ab aqua auerſo,) in ripis crocodilum iacere conijcio, vt facilius & promptius cùm res poſtulat in aquam mergatur. Et ſanè cum vt Orientem ſignificent caput eius & oculos ſuperiore quam reliquum corpus ſitu ex aqua emergentis pingant, par eſt ad Occidentem denotandum eo habitu pingi quo viſitur cum ſe mergere parat. ¶ Hebetes oculos hoc animal dicitur habere in aqua, extra acerrimi viſus, Ariſtoteles & Plin. Inter aquas cæcus, ſub dio (ἐν τῇ αἰθρίῃ) perſpicaciſſimus, Herodotus. In aqua obtuſius videt, in terra acutiſſimè, Marcellinus & Solinus. Faba naſcitur & in Ægypto ſpinoſo caule: qua de cauſa crocodili oculis timentes refugiunt, Plinius. ¶ Propter breuitatem pedum piger eſt, Albertus. Si perſequantur quempiam, vertere ſe non poſſunt, ſed ſolum rectà procedere queunt, vnde pluribus occaſio fugæ haud dubia, Cardanus. Ex cauernas ſubeuntibus quadrupeda eademque ouipara, (vt crocodili, lacertæ, ſtelliones, & teſtudinum genera,) omnia à latere crura adiuncta, & ſummam terram obradentia habent, eademq; in obliquum detorquent, quoniam ita formata vſui ſunt ad commodius ſubeundum, & ad ouorum incubatum atque cuſtodiam peragendam. Cum igitur extrorſum pateant, neceſſe eſt vt femoribus contrahendis, & ſub ſe condendis toto corpore in ſublime ſeſe efferant. quod quidem corpus cum ita ſe moueat, fieri non poteſt vt crura aliter inflectantur quàm extrorſum, Ariſtoteles in libro De communi anim. greſſu. ¶ Menſibus quatuor frigidiſſimis latent crocodili, nec interim quicquam edunt, Ariſtoteles. Quatuor menſes hyemis inedia ſemper tranſmittere dicitur hoc animal in ſpecu, Plin. Quatuor menſibus hybernis (a cœptu brumæ, Solinus) nihil omnino edit, Herodotus, Marcellinus. Crocodilus latet quadraginta dies, Suidas in φολιδωτόν. Ælianus ſexaginta dies eum quotannis in latibulo ſine vllo cibo quieſcere prodidit, eundem numerum ſexagenarium in multis etiam alijs ei attribuens. Crocodilus & teſtudo latibulis quidem ſe condunt, ſed ſenectam non exuunt, Ælianus & Suidas in φολιδωτόν. ¶ Ægyptij cum ſignificant tenebras, crocodili caudam pingunt. neque enim aliter ad exitium & internecionem perducit crocodilus quodcunq; apprehenderit animal, niſi cauda prius cæſum, inualidum reddiderit. nanq; in hac corporis parte præcipua eſt crocodili vis ac robur, Orus. Non ſolum homines comedit, ſed & cætera terreſtria animantia flumini appropinquantia vngubus grauiter dilacerpit, Diod. Deuorant equos & homines, & quodcunq; animal in flumine aut ſuper ripam inuenerint, Obſcurus. Crocodilus vitulum aliquando matri (vaccæ) ereptum in fluuium defert, Syluat. Nealces aſellum in littore (ripa Nili) bibentem pinxit, & crocodilum inſidiantem ei, Plinius. Satiati piſcibus quaſi ſomnolenti caput ingerunt ripis, Albertus. Hunc ſaturum cibo piſcium, & ſemper eſculento ore in littore ſomno datum, trochilus parua auis inuitat ad hiandum, &c. Plinius. Canes crocodilorum metu è Nilo in tranſcurſu tantum rapiunt potum, vnde natum prouerbium, Vt canis è Nilo bibit & fugit. Luto paſcitur, Arnoldus de Villanoua. In Arſinoitica præfectura crocodilus ſacer à ſacerdotibus nutritur pane, carne & vino, quæ a peregrinis afferuntur ad eiuſmodi ſpectaculum venientibus. Sunt qui placentas etiam, & carnes aſſas & multum eis afferant, Strabo. Ægyptij hominem comedentem ſignificant crocodilo hiante picto, Orus. ¶ Crocodilus fœcunditate ex-

De naturalibus corporis actionibus. Crocodilus ἀμφίβιος. φολιδωτόν. Ægyptij ad ſignificandas tenebras, crocodili caudam pingunt. Ægyptij ſolis ortum per geminos oculos crocodili ſignificãt, & occaſum per caput eius inclinatum. Viſus. Inceſſus. Ægyptij adſignificandas tenebras, crocodili caudam pingunt. Inſeſtatio aliorum animaliũ & voracitas. Cibus. Fœcunditas.

Incubitu & excluſio eorũ.

cedit, & ſingulis annis parit, Diodorus Siculus. Ægyptij tum aliàs, tum fœcundum ſignificantes, crocodilum pingunt. eſt enim fœcundum (πολύτικον) animal, Orus. Pariunt educantq; in ſicco, Ariſtot. Teſtudines & crocodilos dicunt cum in terra partũ ediderint, obruere oua, deinde diſcedere, ita & per ſe naſcuntur & educantur, Gillius non citato authore. Illi quidem quos nos legimus, non ſponte ſed incubitu, oua crocodilorum excludi teſtantur. Oua parit in terra crocodilus excluditq;, Herodotus. Tam terreſtres quàm fluuiatiles crocodili ſua oua terræ gremio committunt, Ariſtot. Sexaginta dies ventrem ferunt, ſexaginta oua totidem diebus ex ſeſe pariunt, totidemq; dies hæc fouent. Curatio partus ab eiſdem ſexaginta diebus peragitur, Ælianus. Crocodili vicibus incubant mas & fœmina, Plinius. In partu fouendo mas & fœmina vices ſeruant, Solinus. Crocodili oua tempore anni (calore ſcilicet mediocri) concoquuntur & perficiuntur: vt etiam ſtirpes non germinant niſi tempus idoneum, quo concoquatur alimentum, accedat, Ariſtot. Problem. 2. 26. Oua ſexaginta complurimum parit, maximumq; animal minima hac origine euadit. ouum enim non maius quàm anſeris, & fœtus inde excluſus proportione eſt. Sunt qui eum tandiu augeri, quandiu viuat, confirment, Ariſtot. Parit oua quanta anſeres (quod Solinus etiam & Marcellinus ſcribunt) nec aliud animal ex minori origine in maiorem creſcit magnitudinem, Plinius. Ex omnibus cognitis animalibus hoc maximum exiſtit ex minimo: ſi quidem oua gignit haud multò maiora anſerinis, & proportione oui fœtus excluditur. excretus ad decem & ſeptem & amplius cubitos peruenit, Herodotus & Diodorus. Inter aquatilia crocodilus ex minimo maximus euadit, vt ex volucribus magna ſtruthio, ex quadrupedibus elephantus, Ælianus. Quidam hoc vnũ animal quandiu viuat creſcere arbitrantur. viuit autem longo tempore, Plinius. Oua excluſa extra eum locum transferens, ſemper incubat, præ diuinatione quadam, ad quem ſummo auctu eo anno egreſſurus eſt Nilus. Metatur locum nido naturali prouidentia: nec alibi fœtus præmit, (vide an *promit* legendum. quanquam Plinius alibi excluſa transferri ait,) quàm quò creſcentis Nili aquæ non poſſunt peruenire, Solinus. Crocodilorum partus (inquit Plutarchus in libro Vtra anim.) cætera quidem ſimilia habet teſtudinum partui marinarum: locum verò quem excubatui deſignat quibuſnam conijciat modis, ratiocinio humano nullo deprehendi poteſt. vnde nec humanæ ſed fatidicæ cuiuſdam facultatis illam beſtiæ prædictionem eſſe putant. Nec altius enim nec inferius, ſed eo præſertim loco ponit oua, quo ſummo Nilus auctu, eo quidẽ anno terram abluturus conditurusq; peruadet. Itaq; qui ruſticus prior incidit, locum notat, ac ſummum cæteris nunciat fluminis incrementum. Adeò vero locum commetitur, vt eo aquis operto, non opertus ipſe incubet, Hæc ille. Noſtrates ſimilia quædam de fibri domicilio ſcribunt, quod ita ſtruat, vt pars dimidia aquam contineat, altera ſupra aquam extet. quod ſi agricolæ domicilia eorum altius poſita viderint, in montibus ſerunt: ſin humilius, in vallibus. Excluſis crocodili catulis quiſquis emergit protinus, nihil autem arripit eorum quæ fortè occurrerunt, ac neque vel ranam vel limacem vel feſtucam vel herbulam populatur, ore lanians, eum morſu mater repente necat: feroces contra ac ſtrenuos amat colitq;, iudicio, quod mortalium ſapientiſſimi conſueuerunt, non amans affectu, Plutarchus in eodem libro, & Ælianus cuius verba in *D.* referam. Eſt etiam admiratio in beſtijs aquatilibus his quæ gignuntur in terra, veluti crocodili, aquatileſque teſtudines. ortæ enim extra aquam, ſimul ac primum niti poſſunt, aquam perſequuntur, Gillius. Crocodilorum ὠοτοκία, id eſt ouorum partus circa Nilum, vernum tempus indicat, Heliodorus. Oua plurima (Ὠῶν σωρὸν) crocod. parit: quæ vt primum excluſa ſunt, aculeatus quidam ſcorpius ab eis (ex ipſo crocodilo, Ælianus) prorepit, à quo ille letaliter ictus interit, Philes. Crocodili multiplicantur nimis pluribus ouis editis: ſed non niſi iuxta aquas viuere queunt: amphibij enim ſunt, & præter id iniurijs aquarum obnoxij, Cardanus. Scincus eſt *guaril* (lacertus) Nili: & putarunt aliqui hunc eſſe fœtum crocodili in campos, (terreſtrem,) Auicenna. ¶ Crocodilus longo tempore viuit, Ariſtot. & Plinius. Longitudine vitæ hominis fermè eſt, Diodorus Siculus. Annos viuit ſexaginta, Ælianus.

Incrementum.

Nidi vbi incubant.

Catuli.

Vere pariunt.

Scorpius exouis.

Vitæ longitudo.

Oua.

D.

De animi affectibus & morib.

Tim. dũ eſſe, &c.

animal & improbũ.

Quomodo legitimos catulos ſuos à ſpurijs internoſcãt.

Crocodylus natura timidus, improbus, malitioſus, fallax cum ad rapinas faciendas, tum ad comparandas inſidias acerrimus & promptiſſimus exiſtit, Ælianus. Sunt qui ſubtilitatem animi conſtare non tenuitate ſanguinis putent, ſed cute operimentisq; corporum magis aut minus bruta eſſe, &c. ceu verò non crocodilis & duritia tergoris tribuatur, & ſolertia, Plin. Crocodilus diuinatione quadam oua ſua extra eum locum transferens, ad quem ſummo auctu eo anno egreſſurus eſt Nilus, ſemper incubat, vt pluribus dixi in *C.* Cum ex ſeſe peperierunt, hoc experimento legitimum ab ſpurio internoſcunt, vt ſi quid ſimulatque excluſus eſt, rapuerit, in reliquum tempus in crocodilini generis numero locoq; à parentibus ducatur: ſin ignauia eum ipſum tardauerit, ad comprehendendam alicunde aut muſcam aut lacertulas (culicem, muſcam, aut locuſtam, Io. Tzetzes) cum parens tanquam à ſe degenerantem, nihilq; ad ſe pertinentem lacerat: atq; tanquam ad ſolis radios aquilæ ſuorum ingenuitatem experiuntur, ſic celeri alacritate prædam capiendi ij ſuos próbant, Ælianus & Plutarchus, cuius verba præcedenti capite recitaui. Idem aſpides etiam, cancros, & teſtudines in

Ægypto

Ægypto facere Ælianus alibi ſcribit. *Eſt in eis pietas crocodili, aſtutia hyænæ*, Mantuanus. In partu fouendo mas & fœmina vices ſeruant, Plin. & Solinus. *Pietas crocodili & aſtutia hyænæ.*

¶ Crocodilis hiantibus trochili aues inuolantes (à carunculis quæ inhæſerint, roſtro) dentes depurgant. & crocodilus ſentiens ſecum commodè agi, nihil nocet: ſed cum egredi auem vult, ceruices mouet ne comprimat, Ariſtot. in hiſtoria anim. & in Mirabilibus. Crocodilus ita immobilis ad Solem iacet vt videatur mortuus, (ſomnum ſimulans aues hiatu ſuo pabuli gratia inuitat) quo tempore ei hianti auiculæ quædam dentes purgant, quas os concludens deglutit, Albertus & Author libri de nat. rerum ex Ariſtotelis verbis (vt apparet) non intellectis. Trochilus auicula breuis eſt. eadum reduuias (reliquias. reduuias conchyliorum ſupra dixerat Marcellinus minutias) eſcarum affectat, os belluæ huiuſce paulatim ſcalpit, & ſenſim ſcalpurigine blandiente aditum ſibi in vſque fauces facit: quod enhydrus conſpicatus, alterum ichneumonum genus, penetrat belluam, populatiſque vitalibus, eroſa, exit aluo, Solinus, & alij vt in Ichneumone recitaui. Ab omni maximè commercio abhorrens, marinorum fluuiatilium lacuſtriumq; omnium maxime ferus crocodilus, vltro ſe tam miranda cum gratia trochili congreſſibus præbet. Auicula trochilus eſt circum paludibus & fluuijs vicinos locos agitans, crocodili ſatelles paraſitusq;, non domi, ſed reliquijs huius victitare conſueta. Hæc vbi ſtertenti crocodilo ab Ichneumone luto in hoc ſe pugilis inſtar armante, parari inſidias animaduertit, aduolat, ſomnum diſcutit, voce partim, partim vellicatu roſtri. Hoc ille officio ſic demulcetur. patefacto deinde rictu intra fauces admittit, titillari & inter ſepta dentium carnes roſtro leniter excerpi mirifice gaudens. cuius voluptatis cum ſatur eſt, ac os colligere iam & rictum claudere parat, inclinata paulum ſuperiore mandibula præmonet, totam vero non ante demittit, quàm euolare trochilo quoq; collubitum videatur, Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. & Ælianus de animal. 8. 25. Crocodilus cum in aqua vitam degat, os fert introrſum hirudinibus refertum. Poſtquam igitur ex aqua in terram egreſſus eſt, ac deinde hiauit: ſemper enim ferè hoc ad zephyrum (Solis radios intuens aduerſos maximè, Ælianus) facere ſolet: tunc in eius os trochilus penetrans deuorat ſanguiſugas. qua vtilitate delectatus crocodilus, nihil omnino trochilum lædit, Herodotus, Ælianus, Philes. Sed cum multa ſint trochilorum genera & nomina, haudquaquam cum ijs omnibus amicitiam colit crocodilus, ſed cum ſolo nuncupato cladorynchо, (cladarorynchum legit Hermolaus in Plinium 8. 25.) qui nulla offenſione hirudines ei legere poteſt, Ælianus. Vlterius nauigantes, quam plurimos crocodilos ad Inſularum ripas in medio Nili ad ſolem aperto rictu apricantes conſpeximus, quos auiculæ turdi ferè magnitudinis inuolantes, poſt breue temporis ſpatium euolabant. Mihi vero eius rei occaſionem inquirenti reſponſum fuit, faucibus ac dentibus Crocodili ex continua animalium ac piſcium voratione perpetuo remanere defixæ carnis reliquias, quæ putrefacta vermiculos creat, à quibus magno cruciatu afficitur. Auiculæ autem vt inter volandum vermes conſpiciunt, ijs ventrem expleturæ rictum inuolitant. At crocodilus vt vermes exeſos percipit, contracto rictu volucres abſorbere nititur, ſed acuta quam ſupra caput gerunt ſpina punctus rictum diducit, ſimul ac dimittit. Leo Africanus. *Pietas crocodili & aſtutia hyænæ. Sympathia crocodili cum trochilo.*

¶ Crocodili qui in paludibus manu Ombitarum factis nutriuntur, eis domeſtici & vernaculi ſunt, & ſe appellantes intelligunt. Capita idcirco hoſtiarum eis edenda obijciunt, quod ea ipſi non comedunt, Ælianus. Alibi tamen, In Ombitis (inquit) vel Coptitis, vel Arſinoitis turum non eſt aut pedes lauare, aut aquam haurire: ſed neq; in ripis inambulare, niſi lumina cautione, liberum eſt. Et rurſus, Belluas etiam in eos ipſos à quibus beneficium acceperunt, vehementer gratas eſſe, teſtimonio ſunt vel Ægypti admodum fera animalia, feles, ichneumones, crocodili. Crocodili locis quibuſdam Ægypti ſacerdoti manſuetos ſe exhibent, propter cibi curam quæ ibi inſumitur, Ariſtoteles. Sacerdotum clamantum non ſolum vocem agnoſcunt, contrectariq; ſuſtinent, ſed aperto rictu purgandos manibus dentes & linteolo detergendos præbent, Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. Sæuientes ſemper hæ feræ, quaſi pacto fœdere quodam caſtrenſi per ſeptem ceremoniоſos dies miteſcunt ab omni ſæuitia deſciſcentes, quibus ſacerdotes Memphi natales celebrant Apis, Marcellinus & Plin. Vide plura in *b.* quàm familiariter crocodili a ſacerdotibus in Ægypto tractentur. Plutarchus (in libro Vtra animalium, &c.) commemorat quendam nomine Philinum, qui Ægyptum obiuerat, ſibi narraſſe, ſe in oppido Anteo (Antæi) nuncupato, aniculam inſpexiſſe, ſimul cum crocodilo in lectulo dormire, eidemq; hunc porrectum adiacere, Gillius. ¶ Ægyptij rapacem aut inſanum ſignificantes, crocodilum pingunt. is enim ſi quando à petita rapina prohibeatur, in ſeipſum iratus furit, Orus. ¶ Ad hanc rationem de Nilo aquâ haurientibus crocodili abſtrulas inſidias inſtruunt: nam per virgulta, quibus ſunt tecti, & intuentur, & ſubter ea ipſâ natantes, & ſic operti, ſe ad littus magnis ſaltibus incitant, confeſtimq; ex virgultorum latebris erumpentes, aquatores dum aquam hauriunt violento raptu interceptos deuorant: quod quidem ipſum crocodilorum malitiam & fraudem facile oſtendit, Ælianus. Et rurſus, Ad comprehendendos homines, aliaſve beſtias, crocodilo hæc eſt malitia & veteratoria, vt quâ nouerit eos in flumen deſcendere, vel ad aquationem, vel ad conſcenſionem in naues, viam ore, quod quidem ipſum multa compleuerit aqua, de nocte madefaciat, præcipitem efficere ſtudens, quo faciliorem ſibi captu prædam reddat. ij ſanè *Crocodili apud Ombitas & Ægyptios domeſtici & manſueti. Ægyptij rapacem aut inſanum ſignificantes, crocodilum pingunt. Crocodili rapacitas & verſutia.*

quoniam lubricum gradum ſuſtinere non queant, præcipites agantur, & crocodili impetu corripiuntur, & deuorantur. Crocodili lachrymæ, Κροκοδίλου δάκρυα, prouerbium eſt de ijs qui ſeſe ſimulant grauiter angi incommodo cuiuſpiam, cui perniciem attulerint ipſi, cuive magnum aliquod malum moliantur. Sunt qui ſcribant, crocodilum conſpecto procul homine, lachrymas emittere, atq; eundem mox deuorare. Alij narrant hanc eſſe crocodili naturam, vt cum fame ſtimulatur, & inſidias machinatur, os hauſta impleat aqua, quam effundit in ſemita, qua nouit aut alia quæpiam animantia, aut homines aquatum venturos, quo lapſos ob lubricum deſcenſum, neq; valentes aufugere, corripiat, correptosq; deuoret. deinde reliquo deuorato corpore, caput lachrymis effuſis macerat, itaq; deuorat hoc quoq;, Eraſmus. Crocodilus hominem quoque cum poteſt interficit, ſed eundem poſtea, vt dicunt quidam, deplangit, Albertus. Crocodilum ſolum ex brutis lachrymari quidam tradunt, Petrus Martyr. Ipſi, quorum vanitas ridetur, Ægyptij, nullam belluam, niſi ob aliquam vtilitatem, conſecrauerunt: velut crocodilum, quòd terrore arceat latrones, &c. Cicero.

Crocodili lachrymæ. Prouerbium.

Crocodili timiditas.

¶ Crocodilus omnem ſtrepitum perhorreſcit, humanam vocem contentiorem extimeſcit: eos à quibus paulò confidentius inuaditur, reformidat, Ælianus. Audax monſtrum fugacibus, vbi audacem ſenſerit timidiſſimum, Marcellinus. Tradiderunt aliqui fugere crocodilum ſi recto oculo inſpiciatur: ſequi verò ſi meticuloſum obuium ſenſerit, ac interimere, Pet. Martyr. Fugax animal audaci, audaciſſimum timido. Nec illos Tentyritæ (dicti ab inſula Tentyri quam habitant, Hermolaus) generis aut ſanguinis propinquitate ſuperant, ſed contemptu & temeritate. Vltro enim inſequuntur, fugientesq; iniecto trahunt laqueo: pleriq; pereunt quibus minus præſens animus ad perſequendum fuit, Seneca lib. 4. Natur. quæſt. In inſula Nili Tentyri naſcentes tanto ſunt crocodilis terori, vt vocem quoque eorum fugiant, Plinius. Et alibi, Quin & gens hominum eſt huic beluæ aduerſa in ipſo Nilo Tentyritæ, ab inſula in qua habitat appellata. Menſura eorum parua, ſed præſentia animi in hoc tantum vſu mira. Terribilis hæc contra fugaces bellua eſt, fugax contra inſequentes: ſed aduerſum ire ſoli hi audent. Quin etiam flumini innatant, dorſoq; equitantium modo impoſiti, hiantibus reſupino capite ad morſum addita in os claua, dextra ac læua tenentes extrema eius vtrinque, vt frenis in terram agunt captiuos: ac voce etiam ſola territos, cogunt eu omere recentia corpora ad ſepulturam. Itaq; ei vni inſulæ crocodili non adnatant: olfactuq; eius generis hominum, vt Pſyllorum ſerpentes fugantur, Hæc ille & Solinus. Tentyritæ omnibus modis crocodilum exoſum habent, inueſtigant atq; occidunt. Sunt qui dicant quod quemadmodum Ptylli apud Cyrenaicam regionem naturalem quandam vim habent contra ſerpentes, ſic & Tentyritæ contra crocodilos, vt nihil ab eis patiantur, ſed intrepidè natent, & aquam tranent, alio nemine audente. Cumque crocodili Romam allati eſſent vt viderentur, Tentyritæ eos ſequebantur. facta eſt illis piſcina quædam, & foramen in vno laterum, vt ex aqua in apricum egredi poſſent. Tentyritæ aderant, qui eos interdum rete educebant ad Solem, vt à ſpectatoribus viderentur, interdum in aquam intrantes rurſum eos in piſcinam retrahebant, Strabo. Teteryntæ (Tentyritæ) ſic nuncupati Ægyptij, qua ex parte comprehenſibilis atque expugnabilis ſit, præclare intelligunt. Etenim eius oculos, quòd ſint hebetes, planè ſciunt peropportunos eſſe ad vulnus accipiendum: atq; etiam eiuſdem ventrem, quia molli & tenui ſit cute, idcirco commode feriri poſſe. Contra vero tergum & caudam ab omni ictu inuicta ideo exiſtere, quod tecta ſint, & quaſi armata ſquammarum robore, teſtis, cruſtiſve haud diſſimilium. Ij igitur quos modo dixi populi, eos comprehendere ſoliti, tam valde ijs ipſis inimico infenſoq; animo ſunt, vt illic fluuius à crocodilis tantopere conquieſcat & liber ſit, vt fidenter ibidem natatio exerceri poſſit, Ælianus. Calepinus Tentyritas ineptè genus animalis venenoſi interpretatur.

De Tentyritis crocodilorum viribus.

Cur infeſtiores ſint crocodili in vno Nili loco quam in altero.

¶ De crocodilis quæ inter nauigandum ab accolis nautis noua perdidici, (inquit Petrus Martyr. lib. 3. legationis Babylonicæ) mens eſt diſſerere. Ab vrbe Cairo ad mare vſq; non ſemper noxios eſſe crocodilos referunt: ab vrbe autem aduerſo Nilo quantò altius verſus montana nauigatur, tantò violentiores ferociores q; aqua & terris eſſe aiunt. Pleraſq; eius rei cauſas mihi interroganti adduxerunt in medium. Primum, quod ea Nili pars quæ inter vrbem & mare iacet, piſcibus tum in Nilo enutritis, tum ex mari prodeuntibus, quibus crocodili veſcuntur, ſemper abundet: propterea piſcibus contentos, in terram illos non longe à ripa deſcendere hominibus aut quadrupedibus damna illaturos, prædicant. Cum autem & inferiores crocodili, & piſcatorum ingens multitudo, piſcium turbas ad ſuperna tranſire, quin illos retibus intercipiant, paucas patiantur: crocodili qui ſuperiores Nili partes incolunt, atrociori fame vrgentur: ita famelica rabie arreptos, in terram deſcendere illos inquiunt, adoritiq; ac perimere quicquid obuium ſit. Quædam præterea præmij ſpes magnos crocodilos capientibus propoſita facit, vt multò pauciores audeant à Nili ripis longius prodire. Cuique enim ad vrbem Cairum crocodilum grandiorem afferenti, aurei nummi de fiſco præbentur decem. quamobrem crocodilis grandibus circa vrbem, vt alibi leonibus, vrſis, cæteriſque brutis animalibus violentis ac rapacibus, dulci habendæ pecuniæ ſpe multæ inſidiæ parantur. Tunc autem crocodili nocentiores ſunt, damnaq; ad vicina rura exeuntes maiora inferunt, quando redijt ad alueum Nilus: cum nanque ſint eo tempore Nili oſtia magis arenoſa, ob humiliorem aquæ in ipſis

fauci-

faucibus profunditatem, minor marinorum piſcium copia per fluenta Nili aſcendit. Inde fame compulſos, cum Niliaci piſces illis ad ſaturitatem non ſuppetant, victum ipſos terra quæritare aiunt. Hîc euenisſe prædicant accolæ, quod Nilo ad alueum deducto, ſæpe lateant in inſidijs obuoluti cœno crocodili in ripæ ora, in eorum locorum vicinia ad quæ Niliaci rurales aut oppidani fœminas aquæ hauriendæ gratia mittunt, immiſſoq; per ancillam cantharo in aquæ decurſum, crocodilum, inquiunt, tranſilire, & fœminam dentibus, quos habet rapaciſſimos, manu, qua cantharum immiſit, rapere, ac in fluuium in caput tractam dilacerare. Camelum, equum, iuuencam, & quodcunq; genus quadrupedis ei occurrit, cum in terram famelicus exit crocodilus grandior, ictu caudæ adeò acriter ferit, vt illud cruribus fractis proſternat ac demum interimat. Tanta eſt enim illius caudæ vis, vt fregiſſe quatuor vno ictu grandioris animalis crura repertus ſit aliquando. Emergit aliud imminens periculum decrementi tempore Nilum pernauigantibus. Cum enim contra Nili torrentem aſcenditur, deficiente vento, ſæpius contis quam remis agitur: nauemq; aſcendentem crocodili latenter ſequuntur: & nautam cum crocodilus videat conto ad expungendam nauem totum fixo pectore inhærere, ictu caudæ conto acriter diſcuſſo præcipitem cadere in fluuium facit: ac vix delapſum rapit & vorat. Sponda etiam manibus apprehenſa ingreſſum plerunq; tentaſſe, aut nauim deuoluere fuiſſe conatos, aſſerunt. Tanta eſt eorum rabies fame vrgente, Hæc omnia Pet. Martyr. *Caudæ vis.*

¶ Et paulò poſt, Crocodilos præterea zelotypos & amantiſſimos vxorum, aiunt Ægyptij: quod hoc experimento comprobarunt. Iiſdem ferè temporibus, quibus ego regiones illas peragrabam, nautæ quidam adnauigando cum cernerent crocodilos coeuntes in inſula Niliaca, quam fluuij decrementum ſiccam reliquerat, ad eos cum ingenti ſtrepitu ac minitantibus ſimiles deſcendunt. Inde maſculus primo impetu perterritus, relicta vxore reſupina, ſeſe præcipitem in fluuium dedit. Reſupinat enim illam maſculus, & in ventrem deuoluit: cum ipſa ob crurum breuitatem per ſe minimè queat. Atq; ita relictam eius vxorẽ nautæ interimunt auferuntq;. Cum verò maſculus redijſſet, vxore non reperta, conſpectoq; in arena ſanguine, peremptam & ablatam coniectatus, ad nauim aduerſo Nilo ira concitus, veluti rabidus, deſpumans natando percurrit: ratem vnguibus tenaciſſime comprehendit, omni conatu nititur ſui oblitus nautas peremptum intra nauim proſilire. Verum enim fuſtibus ac telis nautæ illum in caput alij, alij in digitos quibus ſeſe ſuſpendebat, ita concuſſerunt, vt attritis manibus, capite quaſſato, linquere prouinciam quam ſumpſerat coactus fuerit, timuêre tamen nautæ non mediocriter, Hucuſq; Pet. Martyr. *Crocodilorum Zelotypia.*

¶ Sui & crocodilo natura eam conciliauit amicitiam, vt impune ſues circa Nili ripas obuerſentur, neq; à crocodilis offenſam vllam patiantur, Calcagninus. ¶ Ichneumon oua crocodili inquirens conterit, nulla vtilitate ſua: nec enim comedit illa, ſed natura duce, Diodorus Siculus. Ichneumones crocodilis apricantibus inſidiantes in oris hiatum intrant, & exeſis viſceribus è ventre mortuorum egrediuntur, Strabo. Sed amica crocodilo trochilus auicula, excitat eum & admonet cum propinquum viderit ichneumonem, vt ſuperius retuli. Plura leges in Ichneumone *D.* inter quadrupedes viuiparas. ¶ Cercopitheci crocodilos oderunt, vt in ipſorum hiſtoria dictum eſt. ¶ Buffalus vulgò dictus, aut bos quidam ſylueſtris apud Parthos, crocodilum habet inimicum, quem ſi inuenerit extra aquam, conculcando proſternit, Albertus de animalib. 2. 1. 3. Et alibi, Omnibus animalibus inſidiatur crocodilus maximè, & è conuerſo crocodilum bubalus conculcat in arena. ¶ Accipitres crocodilorum hoſtes ſunt, Ælianus. ¶ Author eſt Ariſtobolus nullum piſcem ex mari in Nilum aſcendere, præter mugilem, aloſam, (thriſſam:) & delphinos crocodilorum gratia, quibus præſtantiores ſunt, Strabo lib. 17. In crocodilo maior erat peſtis, quàm vt vno eſſet eius hoſte natura contenta. Itaq; & delphini immeantes Nilo, quorum dorſo tanquam ad hunc vſum cultellata ineſt pinna, (ſpina) abigentes eos præda, ac velut in ſuo tantum amne regnantes, alioquin impares viribus ipſi, aſtu interimunt. Callent enim in hoc cuncta animalia, ſciuntq; non modo ſua commoda, verum & hoſtium aduerſa: norunt ſua tela, norunt occaſiones, partesq; diſſidentium imbelles. In ventre mollis eſt tenuisq; cutis crocodilo: ideo ſe vt territi immergunt delphini, ſubeunteſq; aluum illam (aliàs *illa*) ſecant ſpina, Plinius. Eſt & delphinum genus in Nilo, quorum dorſa ſerratas habent criſtas. hi delphines crocodilos ſtudio eliciunt ad natandum, demerſiq; aſtu fraudulento tenera ventrium ſubternatantes ſecant & interimunt, Solinus. Ex crocodilis præter eos qui fortuita pereunt morte, alij diſrumpuntur ſuffoſſis aluis mollibus certis ferarum dorſualibus cruſtis (criſtis, ex Solino) quas delphinis ſimiles Nilus nutrit, Marcellinus. Babillus virorum optimus perfectusq; in omni literarum genere, rariſſimus author eſt, cum ipſe præfectus obtineret Ægyptum, Heraclitio oſtio Nili, quod eſt maximum, ſpectaculo ſibi fuiſſe delphinorum à mari occurrentium, & crocodilorum à flumine aduerſum agmen agentium, velut pro partibus prælium. Crocodilos ab animalibus placidis morſuq; innoxijs victos. His ſuperior pars corporis dura & impenetrabilis eſt, etiam maiorum animalium dentibus, at inferior mollis ac tenera. hanc delphini ſpinis quas dorſo eminentes gerunt, ſubmerſi vulnerabant, & in aduerſum emerſi (emiſſi) diuidebant. Recisis hoc modo pluribus, cæteri velut acie verſa refugerunt, Seneca lib. 4. natural. quæſtionum. ¶ Crocodili à porcis piſcibus abſtinent, qui cum rotundi ſint, & ſpinas ad caput habeant, periculum belluis afferunt, Strabo lib. 17. *Amicitia inter ſuem & crocodilum. Crocodilorum hoſtes. Ichneumones. Cercopithecus. Buffalus. Accipitres. Delphini. Porci piſces.*

Digitized by Google

Scorpius. ¶ Ægyptij inimicum cum pari congredientem inimico indicare volentes, ſcorpium & crocodilum pingunt. vterq; enim alteri mutuum affert exitium. Sin verò victorem alterum, quiq; inimicum iuſtulerit innuant, aut crocodilum pingunt, aut ſcorpium. ſi celeriter quidem ſuſtulerit, crocodilum: ſi lentè, ſcorpium, ob eius difficilem tardumq; motum, Orus. Ab excluſis crocodili ouis mox ſcorpius prorepit aculeatus, à quo letali ictu afflictus interit, Philes. ¶ Ægyptij pro homine rapace & otioſo crocodilum pingunt cum ibidis penna in capite. hunc enim ſi ibidis penna tangas, immobilē reddes, Orus & Ælianus. ¶ Coluber eſt in aqua viuens, huius adipem & fel habentes qui crocodilos venantur, mirè adiuuari produntur, nihil contra bellua audente, (vide etiam in *E.* mox:) efficatius etiamnum ſi herba potamogeton miſceatur, Plinius. Et alibi, Potamogeton aduerſatur crocodilis: itaque ſecum habent eam qui venantur illos. Naſcitur in Ægypto faba ſpinoſa decem cubitos longa, quam crocodili fugiunt, timentes ne ſpinis oculos lædant, Creſcentienſis.

Ibidis penna.

Coluber in aqua viuens.

Potamogeton herba.

Faba ſpinoſa.

E.

De ratione interficiendi vel capiendi crocodiles.

Crocodilum Ammianus Marcellinus exitiale quadrupes malum nominat. ¶ Si perſequantur quempiam, vertere ſe non poſſunt, ſed ſolum recta procedere queunt, vnde pluribus occaſio fugæ haud dubia. aliqui etiam gnari huius naturæ plus rationi quàm terrori immanis beſtiæ tribuentes, pluribus ictibus conuerſi, cum illa minimè flectere ſe poſſit, in latus eam conficiunt, tametſi pelle duriſſima & impenetrabili, vnde cæſim fuſte melius agitur, quàm vel punctim, aut lancea aut gladio, Cardanus. Rarò capitur, cum & incolæ quidam eum venerentur, & externis inutilis ſit labor ob carnes eſui malas, Diodorus Siculus. Capiebatur priſcis temporibus hamis, recenti carne appoſita: nunc quandoq; reti valido, prout & quidam piſces, quandoq; inſtrumento ferreo ex cimba ad caput iecto, Idem. Suidas in Κογχύλη ſcribens vim odores tranſmittendi, non in aere ſolum, ſed etiam in aqua eſſe, ſubdit: καὶ οἱ κροκόδειλοι τῆς κρεῶν περὶ τὸ τοῦ ὕδατος ὀπτᾶσιν κρίνα μύας, ἐφίπτουσιν αὐτούς. Crocodilum capiendi cum complura & multiplicia genera, (αὐρας πολλας:) vnum tantum hoc quod mihi maximè dignum relatu videtur, puto ſcribendum. Vbi tergum ſuillum hamo circundatum, ad alliciendum crocodilum, pertulit in medium fluminis venator, ipſe ad ora fluminis porcellum, quem viuum tenet, verberat: cuius vocem crocodilus audiens, ſecundum illam tendit, nactuſq; tergum deuorat. Et poſteaquam attractus eſt, ante omnia eius oculos venator cœno oppletet. Hoc acto cætera facile ſanè obtinet, alioqui cum labore adepturus, Herodotus. Tentyritæ Ægypti populi quomodo crocodilos captent, diximus iam ſupra in *D.* Enydris ſerpens eſt maſculus & albus. huius adipe peruunguntur qui crocodilum capiunt, Plinius. Et alibi, Coluber eſt in aqua viuens: huius adipem & fel habentes, qui crocodilos venantur, mirè adiuuari produntur, nihil contra bellua audente: efficatius etiamnum ſi herba potamogeton miſceatur.

De crocodilis Gangis fluminis.

¶ Poſſum de ichneumonum vtilitate, de crocodilorum, de felium dicere, ſed nolo eſſe longior, Cicero de Nat. lib. 1. & 5. Tuſcul. Primus hippopotamum & quinq; crocodilos Romæ ædilitatis ſuæ ludis M. Scaurus temporario euripo oſtendit, Plinius & Solinus. Edita munera in quibus crocodilos atque hippopotamos, &c. exhibuit, Capitolinus in Antonino Pio. Heliogabalus hippopotamos & crocodilum habuit, Lampridius. ¶ Duo crocodilorum genera Ganges fluuius generat. Horum alteri nihil nocent, alteri inexorabili atq; immiſericordi in quidlibet voragine carniuori ſunt. In eorum ſummo roſtro, quiddam tanquam cornu eminet. Iis ipſis adminiſtris ad vleiſcendos maleficos, turpiſſimis iudicijs conuictos, Indi vtuntur. nam eoſdem rerum capitalium damnatos eis obijciunt: neque ad percutiendos eos ſecuri, laqueó ve ad frangendam ipſorum ceruicem carnifice egent, Ælianus. Scripſit aliquando Aurelius Feſtiuus, ille qui Aureliani libertus fuit, Firmum Ægypti tyrannum crocodilorum adipe peruunctum, inter crocodilos impune innataſſe, id quod Spartianus adnotauit: vt veriſimile ſit, immanem ſæuitia beſtiam ſui generis odore ſeductam naturæ parcere, non homini, Vadianus in Melam. Sunt qui omnem venenatam feram adipe eius peruncti abſtinere putent, vt legimus apud Aetium lib. 13. cap. 8. Plinius hoc etiam terreſtris crocodili adipi tribuit, vt eo peruncti ab aquaticis tuti ſint. Vide in Scinco *G.*

¶ Crocodilum hoc modo capiunt: Piſcatores craſſum & prolixum funem altera parte validæ arbori vel columnæ ad Nili ripam ea de cauſa ſtructæ, firmiter alligant: altera hamum ferreum cubitalis longitudinis, ac digitalis craſſitudinis, cui vel arietem vel capram nectunt, cuius balatu crocodilus ineſcatus, in ripam proſiliens, hamum cum ariete abſorbet, quo internè transfixus miris ſe modis agitat, ſolumq; diuerberat, piſcatoribus interim funem tum remittentibus, tum contrahentibus, donec tandem victus ceu exanimis concidat: tum certis haſtis gula, lacertis, coxiſq;, qua pellem habent tenerrimam perforatis, confodiunt. Leo Africanus.

¶ Eſt crocodilorum alia à quadrupedibus (inquit Petrus Martyr) in progreſſu natura. Cum enim è Nilo in terram longius proficiſcuntur, alia neſciunt regredi via, quàm per ea veſtigia quæ in arena venientes reliquerunt. propterea cum deſcendiſſe (exiiſſe è flumine) crocodilum incolæ ſentiunt, celeri curſu cum ligonibus & ramorum faſcibus accurrunt: in eaq; ſemita foſſam profundam effodiunt, ac ramis illam ſuper impoſitis arena contegunt, ne rediens crocodilus inſidias ſentiat. deinde per veſtigia crocodilum quærentant, ſic repertum ſtrepitu & linuorum æneorumq; tinnitu in fugam verſum

ſum inſequuntur. ita in foueam delabentem aut perimunt, aut laqueis irretitum ad vrbem (Cairum) portant. Diximus enim decem aureorum præmium eſſe grandes crocodilos viuos afferenti propoſitum. Paucis antequam ego adijſſem diebus, vnum allatum fuiſſe viuum mihi retulit magnus interpres, quem vix duo poſſent cameli ſimul, vti boues araturi, coniuncti tergo ſufferre. Alius eodem tempore magnæ molis crocodilus in regione quæ Nilo adiacet, nomine Saetum, tres infantes in quodam rure Niliaco è cunis raptos deglutiuit. Captus tamen, modo quo diximus capi ſolere, fuit interemptus: euulſosq; infantes vix adhuc exanimos fuiſſe ſepultos, referebatur. Iiſdem diebus ex vtero alterius irretiti ac trucidati arietem ferè integrum voratum, ac vnà dilaceratæ mulieris manum, armilla adhuc extante æneа, ſe extraxiſſe quidam accolæ perhibebant. Habitos enim, quandocunq; curæ non eſt ad vrbem eos afferre, excoriant, cum vtile ad multa medicamenta crocodilorum abdomen eſſe didicerint: Nec deſunt etiam qui corium illorum quæritent, quod eſt adeò durum, vt neq; ſagitta transfigi poſſit. *Abdomen crocodili ad medicamenta vtile.*

F.

Crocodilus rarò capitur, cum & incolæ quidam eum venerentur, & externis inutilis ſit labor ob carnes eſui malas, Diodorus. Qui circa Elephantinam in Ægypto incolunt, quod ſacros eſſe non cenſeant, etiam comedunt, Herodotus. In vrbe Apollonis ſancitum eſt vt quiq; de crocodilo comedat ablegata omni exceptione, Calcagninus. Apollonopolitæ crocodilos comprehenſos ex alto ſuſpendunt, & flebiliter gementes multis primum verberibus affligunt, deinde ijs conciſis veſcuntur, Ælianus. *HaZab* Leuit. 11. inter impura cibo animalia legitur, Septuaginta crocodilum terreſtrem vertunt. Plurimi in Ægypto crocodili carne veſcuntur, boniq; ſaporis aſſerunt. Leo Africanus. *De eſu crocodilorum.*

G.

Crocodili ſanguinem aliqui morſibus ſerpentium auxiliari docent, Dioſcorid. 6. 39. Idem communem curationem aduerſus omnes ictus virulentos docens, Eraſiſtratus (inquit) non immeritò reprehendit eos qui incognitas ad hunc vſum facultates conſcripſerunt, vt elephanti fel crocodileve ſanguinem, &c. Vtriuiq; crocodili (aquatici & terreſtris) ſanguis claritatem viſus inunctis donat, & cicatrices oculorum emendat, Plinius. Crocodili ſanguis hebetudinem curat perfectè, Kiranides. ¶ Si quis fixerit (lego, frixerit, vt in xylobate, id eſt ſtellione apud eundem) crocodilum, & vnxerit ſe inde, nulla vulnera vel ictus quæ receperit ſentiet, Kiranides. Crocodilus alius aquaticus, alius terreſtris eſt: corij vtriuſq; cinis ex aceto illitus his partibus quas ſecari opus ſit, aut nidor cremati, ſenſum omnem ſcalpelli aufert, Plinius. Vide in Scinco. Pellem crocodili tritam ſi quis inſperſerit membro vrendo vel incidendo, abſq; dolore fiet, Kiranides. Cor (lege, *corium*) lacertæ (ſic aliqui vocem *zab* vertunt, ſed Raſij interpres & alij, crocodili) crematum, aut (&) mixtum cum amurca olei, inunctum membro mutilando, mortificat id adeò vt ferrum non ſentiat, Arnold. ¶ Ægyptij ægros ſuos aduerſus febrium horrores crocodili adipe perungunt, Plinius. Crocodili adeps eandem facultatem habet, quam canis marini, vt in Succidaneis cum Ægineta publicatis legitur, & apud Raſim quoq;. A crocodilis morſos ipſorum adipe vulneribus impoſito, ſummopere iuuari ſcimus, Galenus ad Piſonem. Demorſos à crocodilo locos acri muria aut piſcium garo perfuſos ac fotos, adipe crocodili eliquato illinito, Aetius ex Apollonio. Ex adipe tinſa (temſa) emplaſtrum fit ſuper morſum eius, & dolor ſtatim ſedatur, Auicenna 2. 7c 6. & Raſis. Si coquatur cum aqua & aceto, & os colluatur, tollit dolorem dentium. Decoctio eius opitulatur contra morſum vermium, muſcarum, aranearum, & huiuſmodi, Idem. Adipe crocodili (ſiue terreſtris ſiue aquatici, vide in Scinco) perunctos à morſu crocodili tutos eſſe perhibent. Adeps crocodili magno apud Alcairum venditur, quem aiunt veteſtis vulneribus & carcinomate infectis conducere, Leo Africanus. Crocodili adipem ad Gangræнas optimum tradunt, Iul. Scaliger. ¶ Crocodili è dextra maxilla dentes adalligati dextro lacerto, coitus (ſi credimus) ſtimulant. Canini eius dentes febres ſtatas arcent dum repleti. Sunt enim caui, ita ne diebus quinque ab ægro cernatur qui adalligauerit. Idem pollere & ventre exemptos lapillos, aduerſus febrium horrores venientes tradunt, Plinius. Et alibi, Concitat Venerem dens crocodili maxillaris annexus brachio. Crocodili dentes abſtracti, eo viuo dimiſſo, in geſtante tenſionem vel erectionem (membri pudendi) excitant: (ex dextra parte in viro:) ſiniſter mulieribus. Si verò vterque adaptentur, erunt inter ſe contrarij, Kiranides. ¶ Fimum crocodili ad alopeciam commendatur à Sorano & Archigene apud Galenum, intelligo autem terreſtris: cuius etiam ad impetigines & alia multa vſus eſt. Vide in Scinco. *Remedia ex crocodilis. Ex ſanguine. Ex corio. Ex adipe. Ex dentibus. Ex Fimo.*

¶ Morſu eſt aſpero tetroq;, vt quod dentibus laceret nunquam ſanetur, Diodorus Sic. Morſus eius horribili tenacitate conueniunt, ſtipante ſe dentium ſerie pectinatim, Solinus. *vide* in *B. crocodili*. Cum ſint multa genera crocodilorum, cætera mandibulam inferiorem mouent præter tencheam: & ideo hæc fortiſſimi morſus eſt, Albert. ¶ Quos crocodilus momordit (inquit Aetius 13. 6.) primum quàm tutiſſimè cuſtodire oportet, in domo concluſos feneſtras non habente. Etenim ob contrariam quandam affectionem ferè in totum ſylueſtres maxime feles ad demorſos accedere conſueuerunt. Remedia autem his eadem quæ ad morſos à cane (à cane rabido,) Arnoldus de Villanoua. *De morſu crocodili. De medendis morſibus crocodili.*

Morſus à crocodilo curetur ſimiliter illi, qui morſus eſt à cane non rabido, Auicenna) ac ad reliquos relata ſunt conueniunt. Propriè autem humanum ſtercus & miſy ſimul trita & impoſita ad eos faciunt. aut piſcium garum, aut carnium ſalſarum iuſculum morſui infunde. [Salſamenta (id eſt piſces ſalſos, Aggregator) ſcorpionum plagis imponere conuenit: contra crocodilorum quidem morſus non aliud præſentius habetur, Plinius.] Aut ſalem & myrrham æquali pondere in acerrimo aceto quàm tenuiſſimo contere, & cerato excepta impone. [Sal crocodilorum morſibus imponitur, tritus in linteolo & intinctus aceto, ita vt vinculis loca conſtringantur, Dioſcorid.] Aliud: Stercoris hyænæ drach. quatuor, æruginis drachmas nouem, adipis anſerini drachmas ſex, galbani drachmam vnam, ceræ drachmas octo, olei drachmas duodecim. Æruginem & ſtercus aceto tento, & liquefacta affundito. Quod ſi hyænæ ſtercus non adſit, porcino vtitor. Apollonius autem inquit, demorſos locos acrimuria aut piſcium garo perfuſos ac fotos, adipe crocodili eliquato illinito, & linamẽtis inditis obligato. Aut carnium ſalſarum pinguiores partes tuſas indito, aut melanthium cum aceti fæce tritum imponito. Hæc enim & vlcus ſerpens compeſcunt, & morſus è veſtigio ab inflammatiõne vindicãt. Poſt hæc autem lenticulam coctam cum melle tritam cataplaſmatis modo adhibeto. Erui verò farina cum melle ſubacta, aut iride cum melle morſum expleto. De cætero verò vlcera renutrito, & per communia auxilia ad cicatricem perducito, Hæc Aetius. Aduerſus crocodili morſus nitrum cum melle læuigatum tantiſper tum hulcus repurgetur, imponito: mox melle, butyro, medulla cerui, adipe anſerino impleto. (Eodem emplaſtro, niſi quod terebinthina additur, Aetius initio libri 13. contra hominis morſum vtitur.) Porrò Galenus teſtatur à crocodilo demorſos adipe ipſorum vulneribus impoſita, exactè periculo liberatos cognouiſſe, Ægineta. De remedio ex adipe, vide etiam ſupra in *E.* circa finem. Eruum datur contra ſerpentium ictus ex aceto, ad crocodilorum hominumq; morſum, Plinius. Auicenna 4. 6. 4. 11. eadem quæ Ægineta ſcribit. Laudantur præterea ad crocodili morſum à Plinio, vt Aggregator citat, garum piſcium lib. 31. & ſal cum aceto, ibidem. & fex aceti libro 23.

H.

Etymologia crocodili.

Crocodilus à croceo colore dictus eſt, Iſidorus. Crocodilus nominatur quod crocum timeat. nam cum ad aluearia repens terreſtris crocodilus (ſcincus) mel vorat, apiarij foris crocum apponunt, quo ille conſpecto fugit. Marinus (fluuiatilis potius vel Niliacus, Euſtathius habet *ἔνυδρος*, non *παλάστιος* vt Varinus) verò ſic dictus videri poteſt, quòd crocas, id eſt littora (vel arenas littorum) timeat. in terra enim pauidus eſt, Varinus, & Cælius Rhodig. 15. 21. (qui etiam crocas [illegible] crocalas, Euſtath.] Græcis dici ſcribit calculos frequenti motu in maris littore rotundatos, quos Latini vmbilicos appellent:) & Euſtathius in Homeri Iliados λ.

¶ Epitheta. Niliacus, improbus, Nilicola, apud Textorem.

Crocodilina, quæſtio ſophiſtarum ludra.

¶ Eſt & crocodilea ſiue crocodilina & crocodilitis vocata, quæſtio ſophiſtarum ludrica, vt prion & ceratina, Hermolaus. Sapientem formantes non modo cognitione cœleſtium vel mortalium putant inſtituendum, ſed per quædam parua ſanè, ſi ipſa demum æſtimes, ducunt, ſicut exquiſitas interim ambiguitates: non quia ceratinæ aut crocodilinæ poſſint facere ſapientem, ſed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli, Quintilianus 1. 16. De crocodiline inuenimus (inquit Politianus in Miſcellaneis cap. 55.) apud Aphthonij Græcum enarratorem Doxapatrem, quamuis apud eum crocodilites potius quàm *crocodiline* vocatur, quod & verius puto. Verba ipſius ita Latinè interpretamur. Serra, inquit, & crocodilites, ſicuti eſt in Ægyptiaca fabula. Mulier quæpiam cum filio ſecundum fluminis ripas ambulabat: ei crocodilus filium abſtulit, redditurum dicens, ſi verum mulier reſponderet. Negauit illa fore vt redderetur, atq; ob id æquum aiebat reddi, Hactenus illẽ. Moxque idem, Crocodiliten (inquit) hanc propoſitionem vocant, crocodili huius gratia, quam etiam *πρίστα*, id eſt, ſerram vocari à Græcis indicat. Adiuuat Lucianus in dialogo cui titulus Vitarum venditiones, ita fermè Chryſippum loquentem inducens, eiq; reſpondentem quempiam, qui ſe profiteatur emptorem: Conſidera igitur ita. Eſt ne tibi filius? Quorſum iſtud? Si fortè illum iuxta fluuium errabundum crocodilus inueniat rapiatq;, dein redditurum polliceatur cum verum dixeris, vtrum reddendus ei videatur nec ne. Quid enim ſentire dices? Rem ſanè perplexam interrogas. Ex his aut arbitror (inquit Politianus) liquet etiam crocodilitem, ſicuti ſupra ceratinen, ſophiſmatos eſſe parum explicabilis ſpeciem, quo dialectici veteres, potiſſimumq; Stoici vterentur. ¶ Heſychius crocodilum etiam *πύλλω* interpretatur. intelligo autem tomentum quo puluini & fellæ quædam replentur. nam & *κροκύδες, γράφαλα* exponuntur: & *κνίφαλοι* (pro *γράφαλοι*, vt conijcio) *πύλαι*. *Κροκοδύλλια φιλύλλια εἶπε τὰ κράσπεδα ἤτοι μήρυγμα*, (*πλυίον*,) Pollux 7. 9. ¶ Cum crocodillis cruſculis, Plautus: Pompeius interpretatur valde exilibus.

ὑμένιον.

Crocodilus pictus quid ſignificarit.

¶ Icon. Nealces cum prælium nauale Ægyptiorum & Perſarum pinxiſſet, quod in Nilo, cuius aqua eſt mari ſimilis, factum volebat intelligi, argumento declarauit, quod arte non poterat. A ſelum enim in littore (littus dixit pro ripa) bibentem pinxit, & crocodilum inſidiantem ei, Plinius. Crocodilus in hieroglyphicis literis malum ſignificat, Diodorus Sic. lib. 4. Biblioth. Ægyptiorum alij in nauigio, alij ſuper crocodilo Solem oſtendunt, ſic innuentes Solem iter ſuum per aerem

dulcem

dulcem & humidum peragendo, tempus generare, quod quidem per crocodilũ significatur propter aliam quandam sacram (ἱερὸν μῦθον) historiam, Clemens lib. 5. στρωμ.

¶ Crocodilion chamæleontis herbæ nigræ figuram habet, radice longa, æqualiter crassa, odoris asperi. Nascitur in sabuletis, &c. Plinius. Meminit & Dioscorides, & Galenus in libro de simplicibus. Idem lib. 2. de compos. medic. secundum locos cap. 2. mentionem facit radicis crocodiliadis maximæ, quæ locis aquosis nascatur. Dioscorides crocodilion suum ἐνδρομώδεσιν, id est syluosis nasci prodidit. Quin & dipsacus apud Dioscoridem crocodilion cognominatur: & lilium ab Osthane auram crocodili vocitari inter nomenclaturas eidem attributas legimus. *Crocodilion herba.*

¶ Quos Ægyptij *champsas* vocant, Iones appellauêre crocodilos, illi generi crocodilorum quod apud eos in sæpibus gignitur, quantum ad corporis speciem, comparantes, Herodotus. Est & χροκόδειλος, (cum acuto in antepenultima, vel secundum alios in vltima, & ypsilo in antepenult.) paruum animalculum apud Hipponactem, Eustathius. Similis crocodilo, sed minor etiam ichneumone, est in Nilo vocatus scincos, Plinius. Petrus Martyr Oceaneæ Decadis primæ lib. 3. in loco quodam Cubæ appellatæ ab Hispanis inuentos ait serpentes octo pedum in verubus ligneis appositos igni vnà cum piscium libris circiter centum: quos incolæ piscatores ceperant vt regi suo conuiuium pro altero rege paranti afferrẽt, & conspectis Hispanis accedentibus fugientes reliquerant. Tum Hispani (inquit) discumbunt, piscibus læti fruuntur, serpentes relinquunt, quos nihilò penitùs ab Ægyptiis crocodilis differre affirmant, præterquam magnitudine, cum maximi eorum octo pedes non excederent. Propinquum nemus postmodum iam saturi ingredientes ex ijs serpentibus, arboribus funiculis alligatos complures comperêre, quorum ora alij funibus astricta, dentes alij euulsos habebant. Demum per interpretem cognouerunt nihil esse inter edulia quod incolæ tanti faciant, quanti serpentes illos. populatibus eos comedere minus licet, quàm apud nos phasianos aut pauones, Hæc Petrus Martyr. Non probo autem quòd serpentes appellat, quos à crocodilis sola magnitudine differre scribit: lacertos enim potius, quòd quadrupedes sint, nominari oportebat. Idem Decadis secundæ libro secundo, Beraguæ prouinciæ Noui orbis flumen quoddam esse ait, quod Hispani Lacertorum flumen vocarint, quia lacertos nutriat maximos, hominibus cæterisq; animalibus noxios, Niliacos crocodilos æmulantes. *Chamsæ. χροκόδειλος. De serpentibus Indicis crocodilis similibus.*

¶ Æsculapio templum consecratum fuit in monte Libyæ circa Crocodilorum littus, vt scribit Hermes Trismegistus in Asclepij dialogo. ¶ In Phœnice fuit oppidum crocodilon, (crocodilorum,) Plinius 5. 19. non procul à Carmelo promontorio. Crocodilorum ciuitas in Ægypto est, Arsinoe dicta postea, Strabo. Hinc dictus puto Crocodilopolitæ nomos apud Plinium. Crocodilorum vrbs sita est in Mœride palude* in Ægypto, vt meminit Herodotus lib. 2. Sic autem vocata est quòd cum *Minas rex, (Diodorus Sic. vt interpres habet: Menes, vt Herodotus) equo vectus canes proprios persequentes fugeret, equo in palude collapso, ipse à crocodilo exceptus & in vlteriorem ripam delatus sit. quo in loco vrbe condita crocodili consecrati & pro dijs habiti sunt, eorumq; cæde omnibus interdictum. Ciuis, Crocodilopolites, Hæc Stephanus, cuius locum mutilum farcies ex Diodori Siculi de fabulosis antiquorum gestis lib. 2. quem Pogius interpres parum commodè reddidit. *Crocodilon oppidum Phœnicię. Crocodilorum ciuitas in Ægypto. Crocodilus mons.*

¶ e. Grandini creditur obuiare si quis crocodili pellem, vel hyænæ, vel marini vituli per spacia possessionis circumferat, & in villæ aut cortis suspendat ingressu, cum malum viderit imminere, Palladius. Corium crocodili, aut lupi claudi aut simiæ si circunderur ferendo ipsum cum coaldea, & superficies eius, nunquam cadet in ea grando, Rasis. apparet autem lupum claudum ab interprete positum pro hyæna: nam & apud Auicennam 4. 6. 4. 9. qui locus est de cura morsi à cane rabido, pro *aldabha*, id est hyæna, interpres reddit *adabacum* claudicantem. Cæterum simiæ nomen ab eodem positum suspicor pro vitulo marino, qui Græce phoca dicitur, Hebræi autem simiam *koph* vocant, vnde per literarum metathesin error committi potuit. *Superstitiosa quædam de crocodilorum visu.*

¶ h. Artemidorum grammaticum Appollonius memorat nitente gressu crocodilum in harena iacentem expauisse, atq; eius motu percussa mente, credidisse sibi sinistrum crus atque manum à serpente comestam, & literarũ memoria caruisse obliuione possessum, Cælius Aurelianus in Chronijs, capite de furore siue insania. *Historia de Artemidoro grammatico.*

¶ Ægyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutæ mentes prauitatum erroribus, quamuis carnificinam potius subierint, quam ibim, aut aspidem, aut crocodilum violent, Cicero. In diuersis Ægypti locis coluntur scarabeus, crocodilus, feles, Plutarchus in Symp. 4. 5. *Crocodilon adorat Pars hæc* (Ægypti:) *illa pauet saturam serpentibus ibim*, Iuuenalis Sat. 15. Sed neq; crocodilus sine causa verisimili ac plena persuasionis honorem nactus est. Ad summum enim numen quandam habet imitationem, vtpote ex omnibus vnus elinguis. Neque enim sermo diuinus voce indiget: & per mutam & silentem viam ac iustitiam ascendens, ad vocalem iustitiam perducit mortalia, (καὶ διὰ ἀλόφου βαίνων κελεύθου καὶ δίκης, τὰ θνητὰ ἀγει κατὰ δίκαν.) Solum autem ex ijs quæ degunt in humido à fronte tenuem (λεῖον, læuem) ac perspicuam quandam pelliculam deducere tradunt, & visum obtegere, ita vt non visus videat, quod primo numini planè congruit. Vbi verò crocodilus fœ- *Crocodili adorati cultus.*

mina pepererit, ibi terminum incrementi Nili futurum agnoſcit. Quum enim in humido partum ædere non poſſit, procul autem non auſit: id ſeruat temperamentum, vt exactè futurum incrementum præſentiat, vt à partu dum incubant & fouent oua ſimul ipſæ fluminis beneficio frui poſſint, ſimul verò & oua loco inhumecto ac ſicco cuſtodiantur. Pariunt autem (oua) ſexaginta, & totidem dies ceſſant, (ἐκλείπουσι. lego ἐκλέπτουσι, id eſt excludunt:) totidem etiam viuunt annos qui plurimum viuunt: quæ dimenſionum prima eſt ijs qui cœleſtia ſpeculantur, Hæc ferè Calcagninus in libro de Ægyptiacis, ex Plutarcho de Iſide & Oſiride. Ipſi quorum vanitas ridetur Ægyptij nullam belluam, niſi ob aliquam vtilitatem conſecrauerunt, velut ibin, quòd maximam vim ſerpentium conficiat: crocodilum, quòd terrore arceat latrones, Cicero. Crocodilos admirantur multi, cum homines interficiat ædantq; rem perniciosam mortalibus, quur lege vt pro dijs colantur, fuerit ſanci- 10
tum. Sed videntur toti patriæ ſecuritatem afferre, non tantum Nilus, ſed & qui in eo ſint crocodili. Quos Arabiæ Libyæque latrones veriti, non audent flumen tranſire populatum. Affertur & alia ab hiſtoricis huius beſtiæ colendæ ratio. Nam regem quem Minam (Menem, Herodotus lib. 2.) dixêre, cum ſui canes perſequerentur, fugiſſe aiunt in Mœridis (alij *Miridis* vel *Muridis* legunt, neutrum probo) paludem, ibiq; (collapſo in palude equo quo vehebatur, ipſum, vt Stephanus habet) ſuſceptum à crocodilo, mirabile dictu, in continentem fuiſſe delatum. Igitur vt gratiam animali redderet: condita ciuitate paludi propinqua, quam crocodilorum appellauit, mandaſſe accolis, vt pro deo ea beſtia coleretur, paludemq; in earum cibum vouiſſe, Diodorus Siculus de fabuloſis antiquorum geſtis lib. 2. Pogio interprete qualicunq;. In Arſinoitica præfectura (inquit Strabo lib. 17.) mirum in modum colitur crocodilus, & eſt ſacer apud eos in lacu quodam (Mœridis ſcilicet) ſeorſum nu- 20
tritus, & ſacerdotibus manſuetus & ſuchus vocatur. Nutritur autem pane, carne & vino, quæ à peregrinis afferuntur ad eiuſmodi ſpectaculum venientibus. Hoſpes itaque vir inter alios honoratiſſimus, qui nobis ſacra commonſtrabat, ad locum veniens, placentulam, & carnem aſſam, & quoddam mulſi vaſculum ex cœno attulit. Beluam in ripa lacus inuenimus, ex ſacerdotibus alij eius os aperuerunt, alius bellaria impoſuit, poſtea carnem, deinde mulſam iniecit. Ille in lacum exiliens in vlteriorem partem traiecit. Sed cum alius hoſpes aduenisſet, & ſimiliter primitias attuliſſet, curſu lacum circumeuntes itidem inuento crocodilo obtulerunt, Hæc ille. Et alibi, Arſinoitæ crocodilos colunt, & propterea foſſam habent crocodilis plenam, & Mœridis lacum nam & eos colunt, & ab eis abſtinent. Crocodilos ſacros admodum eſſe exiſtimant qui circa Thebas & Mœrios (Μοίριος) ſtagnum incolunt: quorum vtrique vnum ex omnibus crocodilis alunt cicurem & edoctum manu 30
tractari, appendentes eius auribus vel gemmas, vel ex auro fuſiles inaures (ἀρτήματα λίθινα ἢ χρυσᾶ τοῖς ὠσίν:) & primoribus pedibus eatenam (ἀμφιδέας, armillas) innectentes: cibaria quoq; accommodata ac ſacra (ἱρήια) præbentes, conſectantur tanquam pulcherrimè viuentem, (tanquam homines delicatos curant.) Vbi mortem obijt, ſale conditum (παριχώσαντες) ſacris in vrnis ſepeliunt, Herodotus. Coptitæ (qui Coptum incolunt in Ægypto,) accipitres vt crocodilorum hoſtes odio adducti ſæpe in crucem agunt. Iidem ob ſimilitudinem quam cum aqua crocodilis eſſe affirmant, crocodilos diuino honore afficiunt, Ælianus. Ab aſpidibus & crocodilis morſos felices & deo dignos arbitrantur Ægyptij, Ioſephus lib. 2. contra Appionem. Crocodilorum colentes Ombitæ Ægyptij populi, ſic hos dierum celebratione dignantur, quemadmodum magnificentiſſima celebramus Olympiæ certamina. A crocodilis ſuos liberos rapi mirificè gaudent, & matres ex eo magnam lætitiam volu- 40
ptatemq; capiunt: & ſimul magnificè, & amplè de ſe ſentiunt, quæ nimirum deo cibaria pepererint, Ælianus. Volaterranus quidem hæc eadem ex Æliano de Ombitis pariter & Coptitis ſcribit. Quàm familiariter à ſacerdotibus in Ægypto crocodili tractentur, ſcripſi quædam ſupra in *D.* Amometus in quadam Libyca vrbe dicit ſacerdotes ex lacu quodam cantionum illecebris præſtrictos crocodilos decem & ſeptem cubitorum educere. De crocodilis hanc etiam auditionem ex Ægyptijs accepi, ſacros eſſe, & manſueſcere, & à miniſtris ſe facile contrectari ſuſtinere, & ſibi fruſta eſculenta in dentes inſita, extrahentibus patulum os præbere, atque antiquiores & præſtantiores diuinatione pollere, Ægyptij ferunt: idq; Ptolemæi teſtimonio comprobant: eum ſanè cum ex crocodilis antiquiſſimum & præſtantiſſimum appellaret, non exauditum fuiſſe: cum cibaria ei comedenda obieciſſet, reieciſſe: inde ſacerdotes collegiſſe, ex Ptolemæo idcirco crocodilum, quòd eum vici- 50
num ad moriendum prænoſceret, cibum capere noluiſſe, Ælianus. Eadem ferè apud Plutarchum leguntur in libro Vtra animalium, &c. Quidam apud Heliodorum in Æthiopicis (initio lib. 6.) cum vidiſſent crocodilum à dextra in lævam ferri, & in alueum fluminis Nili celere impetu ſe condere, nihil commoti ſunt hoc ſpectaculo tanquam eis familiari & vſitato, Calaſiris tamen impedimentum aliquod circa iter eis obuenturum monebat. Cnemon verò vehementer perturbatus eſt, quòd non exactè ipſum animal, ſed humilem quandam & obſcuram eius vmbram videre ſibi viſus fuiſſet, Hæc ille. ¶ Apollinis ciuitas in Ægypto crocodilis eſt inimica, Strabo. Neminem dicuntur lædere diebus ijs quos Apis natales habet, Calcagninus. Apollonopolitæ comprehenſos ex alto ſuſpendunt, atq; eos primum flebiliter gementes, permulta verberatione affligunt, deinde ijs conciſis veſcuntur, Ælianus. Et rurſus, Apollonopolitæ eiuſmodi beſtiam oderunt, quòd dicant,

Crocodiles diuinatione pollere ferunt Ægyptij.

Apud quos in Ægypto nonſint ſacri crocodili.

Typho-

Typhonem eius formam induiſſe. Alij non ob eam cauſam, ſed quòd Pſamniti regis iuſtiſſimi viri filiam crocodilus rapuerit, eius cladis recordatione ſuos poſteros vniuerſam eorum nationem odiſſe. In vrbe Apollinis ſancitum eſt, vt quiſque de crocodilo comedat ablegata omni exceptione: venanteſque ac enecantes quotquot poſſunt è crocodilis è regione templi proponunt, aſſerentes quòd Typhon factus crocodilus Horum aufugerit: omnia denique animalia infeſta, omnes affectus improbos, omnes motus peſtilentes Typhoni imputant, Calcagninus. Qui circa Elephantinam vrbem incolunt, quòd ſacros eſſe non cenſeant crocodilos etiam comedunt, Herodotus. Eſt in Ægypto Herculis ciuitas, vbi ab Heracleotis coluntur ichneumones qui crocodilis & aſpidibus (vide in Ichneumone *D.*) perniciem inferunt, Strabo. Tentyritæ populi (de quibus plura ſcripſi ſupra in *D.*) crocodilum reijciunt, captumq; arbore ſuſpendunt: & multis prius affectum verberibus poſtmodum comedunt, Textor. Iidem (Æliano prodente) accipitres vt crocodilorum hoſtes ſanctiſſimè colunt.

¶ Prouerbia. Crocodili lachrymæ, Vide ſupra in *D.* ¶ Vt canis è Nilo bibit & fugit, (metu ſcilicet crocodilorum:) Vide inter prouerbia ex Cane. Certum eſt canes iuxta Nilum amnem currentes lambere, ne crocodilorum auiditati occaſionem præbeant, Plinius. *Prouerbia.*

DE CROCODILO NILOTICO.

CROCODILVS, nomine ac forma omnibus exæquo notiſſimus: Niloticum animal eſt, amphibium, quadrupes, lacertoſi generis: ouiparum, piſciuorum, ex parua origine in maximam molem creſcens: dentibus longis, exertis, pectinatim vtriq; maxillæ infixis, quarum ſuperior tantum moueri conſpicitur: lingua pro corporis magnitudine adeò exigua, atq; inferiori maxillæ ita inhærente, vt ſolum eius veſtigium eſſe credas. Illi noctu diuq; inſidiantur indigenæ, eiuſq; cutim ſalitam ac tomento conditam noſtris mercatoribus diuendunt. Ea eſt rugoſa, multis in tergo tuberculis armata, ſubtus læuis, ſurſum verò ſeſſilibus ſquamis aſpera, ingenti cauda prædita, coloris vndecunque cinericij à qua vaſta ac breuiora crura emanant: pedibus in quinos digitos diffiſſis, robuſtiſſimis ac prælongis vnguibus communitis, quibus terreſtria animalia, atq; adeò humana corpora diſcerpere creditur. Huius figuram multa veterum numiſmata referunt, multæq; vrbes pellem eius ad inſignem pl ebis admirationem, in palatiorum eminentioribus locis collocant: cuiuſmodi Lutetiæ in plæriſq; ſacris ædibus, atq; adeò aula forenſi maiore videmus, Bellonius.

DE CROCODILO TERRESTRI, Ægyptiaco vel Arabico.



CROCODILI genus terreſtre, haud ita procerum, Ægypto atque Arabiæ peculiare, reliquis animalibus infenſum, lacertam prouectiorem ac maximam eſſe dixeris: à qua tamen præter duritiem ac cutis firmitudinem hoc diſtat, quod caput crurumq; articulos, atque adeò pedum digitos ſquamoſos gerat. Verumetiam à Nilotico crocodilo hoc differt, quod caudam habeat in clauæ modum tuberculis elatioribus aſperam: qua corpora quibus inſultat, atrociſſime diuerberare creditur, Bellonius. Hoc animal, ni fallor, pharmacopolæ quidam in Italia oſtentant, & *caudiuerberam* nuncupant.

Digitized by Google

DE CROCODILO TERRESTRI BRESILIENSI.



HÆc Crocodili terreſtris ſpecies hactenus nobis ignota, nuper ex Breſilia in noſtrum orbem allata fuit, talis figuræ, qualis hic ponitur. Longitudo eius vlna maior, latitudo decem digitorum tranſuerſorum, tibiæ anteriores decem digitos, poſteriores octo longitudine æquat: caudam prælongam albis & fuſcis notis diſtinctam gerit. Corpus totum multis paruis, ſplendidis & æqualibus ſquammis tegitur, quæ medio ventre maiores & albæ ſunt. Aquæ impatiens eſt, ita vt ſi quis in os aquam infundat, ſtatim moriatur. Venenatus non eſt, ſed à quouis ex cauis effoditur, capitur, & in cibum ſumitur: nec alius eſt carnis eius guſtus quàm teſtudinis. Si poſt duos vel tres dies occiſus igni vel calori admoueatur, non aliter mouetur, ac ſi nouiſſime interfectus eſſet.

DE SCINCO, quem & CROCODILVM terreſtrem vocant.

A.

De nominibus variis huius animantis.

SCORPIONES ſcinci lacertiq; vermibus non ſerpentibus adſcribuntur, Solinus cap. 30. Ego verò hæc animalia ἑρπετὰ, id eſt reptilia, non σκώληκες, id eſt vermes, rectè appellari dixerim. Scinum Dioſcorides eundem terreſtri crocodilo eſſe ſcribit. hinc & crocodileam fimum eius appellant, de terreſtri non aquatico crocodilo intelligentes. Auicenna confundit. Ex eadem (crocodili) ſimilitudine eſt ſcincus, quem quidam terreſtrem crocodilum eſſe dixerunt, candidiore autem & tenuiore cute. Præcipua tamen differentia dignoſcitur à crocodilo, ſquammarum ſeta à cauda ad caput verſa, Plinius. Ego ſcincos quoſdam lacertis ſimiles, ac magnitudine ferè æquales, qui ex Ægypto afferuntur, vidi, cute quidem quàm crocodilorum candidiore tenuioreq;, ſquammas verò, vt Plinius inquit, à cauda ad caput verti non potui in eis animaduertere, cum tamen veros illos ſcincos eſſe non dubitem. Quamobrem conijcio tria ſaltem genera crocodili ſtatuenda: vnum aquaticum, qui ſimpliciter ita nominatur: & duo terreſtria, vnum cognitum nobis, quod ſcinci nomine ex Ægypto adferri hodieq; dixi: & tertium nobis ignotum, cuius ſquamæ ad caput vertantur. Non probant Bellunenſis ſententiam, qui in Meſuen commentarios ædiderunt monachi, nempe ex ouis crocodili in aqua æditis, crocodilum naſci: ex ijſdem in ripa iuxta aquam, ſcincum. Atqui hoc non aſſerit Bellunenſis, ſed ſecundũ Arabes ita exiſtimari ſcribit: & propterea (inquit) dicitur quod ſcincus ſit de ſemine crocodili. Certum eſt tamen crocodilum nunquam oua ſua in aqua parere, ſed ſemper in ſicco. Græcè σαύρος ſcribitur, ab illiteratis quibuſdam pharmacopolis & alijs *ſtincus*, quod nomen etiam pro ſchino, id eſt lentiſco aliquando ineptè ponitur in Arabum libris. Apud Nicolaum Myrepſum etiam in Græco codice alicubi σίγκα pro σαύρα ſcribitur. Albertus lib. 24. de aquaticis animalibus agens, ſcincos cum ſciuris confudit: & mox cum de ſtella marina agere deberet, vbi ſturitus ſcribitur, aliâs ſtincus (vtrunque ineptè pro aſter, id eſt ſtella) vim ciendæ Veneris vehementem ei tribuit, quæ ſanè ſcinco à bonis authoribus, ijſdem penè verbis, non ſtellæ marinæ adſcribitur. Plurimi ex pharmacopolis indocti homines, ſcinci loco, lacerti genus aquaticum noſtræ regionis vendunt, prona parte pallidum, nigrum ſupina, Syluaticum & alios huius farinæ ſcriptores ſecuti, qui ſcincum interpretantur lacertum aquaticum. quem ego ſanè venenatum eſſe arbitror: ſcincum non item, eundemq; nec noſtræ regionis, nec omnino aquaticum. quamuis monachi in-

Pſeudoſcinci.

Digitized by Google

chi interpretes Mesuæi, scincos circa Romam sibi visos somniant, Syluaticus & Platearius in Apulia. Sunt qui lacertos quosdam duabus insignes caudis pro scincis vendant, ab ijsdem monachis reprehensi. Sed de lacertis aquaticis priuatim agam. Κίναρος, crocodilus terrestris, Hesychius & Varinus. sed σαύρους vox apud alios authores vsitata est, κίναρος alibi nusquam legi. *Koach* Hebraicam vocem, כוח, aliqui crocodilum interpretantur, alij lacertam, scincum forte melius dicturi, vide in Chamæleonte. א. זאב, *zab*, etiam aliqui scincum exponunt, sed crocodilum propriè significat. Arabes & Chaldæi *dab* & *aldab* dicunt: vertunt enim ז in *d*. Serapionis interpres in capite de Stercore vbi Galeni verba de crocodilea citantur, pro crocodilo terrestri duas voces ponit, stellionem & *adhaya*, si rectè sic scribitur. Dioscoridis etiam vetus interpres stellionem reddit, vbi crocodilum terrestrem vertere debebat. Garis fluminis, id est scincus, Syluaticus. Apud eundem alibi *guaril*, scincus exponitur: & ita solum rectè legi puto, non *garis*. *Guaril* aquaticus, id est scincus, sed verius stellio, Vetus glossographus Auicennæ. Aggregator etiam *guaril* apud Auicennam stellionem interpretatur, ipse non probo. De scinco Auicenna (vt scribunt Monachi in Mesuen) tribus aut fortè quinq; capitibus agit, Arabicè *guaril* nominans: Et in primo capite inscripto de *guaril*, fimi tantum eius vires describit, vt Dioscorides crocodileæ. reliqua duo capita de scinco inscribuntur, vnde error Auicennæ apparet, qui de vna & eadem re diuersis locis egerit. Instituit præterea caput de tinsa vel temsa, quod crocodilus est, & propriè aquaticus: quare non rectè ei vires fimi terrestris crocodili adscribit, easdem quas in capite de *guaril* recensuerat. Cæterum Pandectarius in capite Rhule, quod interpretatur renes, (ex Serapione cap. 450.) scinci meminit: attribuunt enim authores vim medicam illis præcipuè in hoc animali partibus quæ circa renes sunt, Hæc Monachi. Rasis interpres pro scinco piscem sagittalem vertit, piscem fortè arbitratus quoniam recentiores nonnulli non rectè aquaticum animal esse scripserunt. Hebræi crocodilum *zab* vocitant, Arabes & Chaldæi *dab*, piscem verò *dag*, vnde forsitan natus error. Serapionis etiam interpres cap. 446. scincum ineptè piscem facit: & Serapio falsò attribuit Galeno qui scripserit scincum esse speciem stellionis aquatici. *Alarbian* vt scribunt Arabes, sicut Ebenesis, & alij, est animal aquaticum declinans ad colorem citrinum, & de eo est salsum, & de eo est recens, & dicitur etiam quod est species scincorum: & dicitur etiam de carne molli addita in naso quæ conuenit cum hæmorrhoidibus, And. Bellunensis, Videtur autem de scinco intelligendum, quod is quoq; tum recens tum salsus aut simpliciter inueteratus in vsu habeatur. Quin & *harbe* vel *alharbe* chamæleonem interpretantur, & speciem *zab*, id est crocodili. Scincus vox facta videtur à tinsa vel suchus, vide in crocodilo *A*. *Aldab* est animal simile lacerto, sed maius, Bellunensis. *Dab* animal est instar lacertæ magnæ, ventre maiore, Latinè (fortitan apud recentiores aliquos barbarbaros) *ballecola*, (aliâs *Baleccara*,) quod reperitur in Barbaria & in Sardinia, colore lacertæ, cuius stercus illinitur contra lentigines, &c. Syluaticus in Dab & in Baleccara. Eadem autem ferè etiam de scinco scribit. *Schanchur* est *guaril* de Nilo, qui capitur in Ægypto, Auicenna 2. 644. Serapioni *secancur* dicitur. Rursus Auicenna 2. 603. *Aschanchur* (inquit) est *guaril* (*vrel*, vt Bellunensis legit) aquaticus qui in ripis Nili capitur. & fertur nasci de generatione alicmsa, cum illa extra aquam oua parit. Sic apparet Auicennam in tribus aut fortè quinque capitibus de scinco agere, vt Monachi qui commentarios ediderunt in Mesuen obseruarunt. Primum in *guaril*, deinde bis in scinco: item in tinsa vel tempsa, qui crocodilus est & propriè aquaticus, non rectè terrestris crocodili vires in *guaril* enumeratas ei adscribens. *Askincor*, id est scincus, Syluaticus. *Sceranum*, id est scincus de mari rubro, Vetus glossographus Auicennæ. *Nudalep* vel *nudalepi*, id est scincus, Syluaticus.

B.

Scinci veri & peregrini, qui ex oriente vel Ægypto ad nos aduehitur, forma hæc est, mihi manibus tractanti obseruata. Lineæ per dorsum alternis fuscæ & albæ sunt, latiusculæ: sed fuscæ etiam punctis albis distinguuntur. Collum superius magis fuscum est, caput & cauda magis albent. Pedes & tota pars supina, id est venter, pectus, &c. albo colore squamularum nitent. Pedum digitos quinos vnguiculi munium exigui. Cruris longitudo sesquipollicem æquat. Toti corpori à capite ad caudæ acumen longitudo duorum palmorum, id est octo digitorum secundum transuersum, aut paulò breuior. Caudæ longitudo, digiti duo, quæ subito ex crassiuscula in acutissimam exit. Exenteratos (sachare puto conspergunt,) bombyce explent, atque ita vendunt: pretio ferè drachmarum septem cum dimidia in ternos. Tales erant quos ipse vidi: sed nuper amicus quidam noster Constantinopoli rediens vulgo illic quinque vel sex palmorum, id est viginti aut viginti quatuor digitorum scincos vænire mihi affirmauit. Alter quidam mihi se veros scincos vidisse affirmauit longos palmum, latos duos digitos, luteos, qui parte posteriore statim in acumen desinerent, nec multum ita producerentur vt lacerti. Rondeletius neq; qui Venetijs venduntur, neque illos officinarum, veros scincos esse vult. Nam scincus (inquit) est terrestris crocodilus. Illi in aqua & terra viuunt. Vnicum se duorum cubitorum longitudine vidisse affirmat. ¶ Similis crocodilo, sed minor etiam ichneumone, est in Nilo (quasi verò aquaticus sit, quod alibi negat) natus scincus, Plinius. Alter illi (crocodilo) similis, multum infra magnitudinem, in terra tantum, Idem. Scinci circa Nilum frequentissimi, cro-

Descriptio formæ scinci.

Vbi reperiantur. In Nilo.

eodilis quidem ſimiles, ſed modica forma & anguſta, Solinus. Cardanus lib. 9. de ſubtilitate in India occidentali, atq; alibi etiam ſed rarius longè, lacertos maximos naſci tradit, quos crocodileos vocant, crocodilis magnitudine & forma ſimiles, excrementis alui odoratis. Galenus lib. 10. de ſimplicibus crocodilos terreſtres, quorum fimum in vſu eſt, paruos & humiles, μικρὸς καὶ χαμαιρετὰς eſſe ſcribit. Hæc magnitudinis differentia ad regiones referri poteſt: niſi quis omnino contendat inueniri aliquod crocodili terreſtris genus à ſcincis diuerſum. Crocodili tricubitali ad ſummum magnitudine, terreſtres, lacertis aſſimiles, apud aratores Afros ad occidentem reperiuntur, Herodotus lib. 2. Sunt autē hi vel ſcinci, vel ſimile crocodili terreſtris genus, ſola forſan magnitudine diſcreti. Plinius enim ſuum crocodilum terreſtrem, ichneumone minorem eſſe ſcribit. eſt autem ichneumon non maior catello. Plinius quidem 28. 8. an ſcincus idem eſſet, qui terreſtris crocodilus ille cuius crocodilea, id eſt ſimum in vſu medicorum eſt, dubitauit. Primum enim de remedijs ex crocodilo amphibio agit, deinde ex terreſtri, tertio loco ex chamęleonte. Poſtea ſubijcit, Ex eadē ſimilitudine eſt ſcincus, quem quidam terreſtrem crocodilum eſſe dixerunt. Scincus animal eſt Indicum, quadrupes, lacertæ ſimile, ſed multo maius, longius, & ventroſum, vt Syluaticus & alij ex Dioſcoride citant, apud quem ego huiuſmodi nihil reperio: ſed in libro Simplicium ad Paternianum. Scinci alij marini, alij montani à recentioribus hodie vocantur. ¶ Scincus aut Ægypti, aut Indiæ, aut rubri maris alumnus, quamuis inueniatur in Lydia Mauritaniæ, terreſtris crocodilus eſt ſui generis, Dioſcorides. Ego Lydiam Mauritaniæ regionem nullam inuenio, quanquam Serapionis quoq; interpres *Lodiam* reddit, pro Lydia. Raſis in libro de ſexaginta animalibus, cæteras regiones ex Dioſcoride nominat, hanc omittit. Marcellus Vergilius vertit in Libyæ Mauritania: ego malim in Libya Mauritaniæ. nam Græcè legitur τῆς Μαυρουσιάδος. Libya enim aliquando pro tota Africa ponitur, aliquando pro certa eius parte: eſtq; hoc nomine etiam fluuius in Mauritania. Maximus ſcincus Indicus eſt, deinde Arabicus, Plinius. Quanquam Dioſcorides ſcincum, crocodilum terreſtrem nominat, illi tamen qui hodie Venetias afferuntur, marini ſunt è mari rubro: & alij ex Nilo Ægypti. hi ſpecie quidem corporis crocodilos referunt, non maiores tamen ſunt maximis lacertis noſtris. ſquamæ ipſorum albæ ſunt ad pallidum inclinantes cum linea bertina à capite ad caudam, cum crocodili in ſummo dorſo toti nigri ſint, Recentior quidam. Salamandra ſimilis eſt lacertæ aut crocodilo terreſtri. Syluaticus in capite Rhule (renem interpretatur) ſcincum tradit ſimilem eſſe lacertæ, cauda tamen non rotunda, ſed ad latera compreſſa: item ventroſum, vt nos pluries circa Romam in aquis ſtantibus vidimus, (hi potius lacerti aquatici vulgares fuerint, de quibus infra priuatim.) Quamobrem ſcinci qui venduntur ſicci cum duabus caudis, probantur non eſſe veri. Platearius ſcincos in Apulia etiam reperiri ſcribit, ſed efficatiores eſſe vltramarinos, Monachi interpretes Meſuæi. Præcipua ſcinci à crocodilo differentia dignoſcitur, ſquammarum ſeta à cauda ad caput verſa, Idem. Vide quædam in *A.* ſuperius.

In Africa. *In India.* *In Arabia.* *In Apulia.*

C.

De naturalibus corporis actionibus. Crocodili tam terreſtres quàm fluuiatiles ſua oua terræ gremio committunt, Ariſtot. ¶ Lacertæ inſidias in apes faciunt: ac terreni crocodili peſtem perniciemq; illis inſtruunt. farina ad veratrum admiſta, aut maluæ ſucco ſuffuſa, & ante alueos diſperſa, guſtantibus illis omnibus perniciem affert, Ælianus. Crocodilus nominatur quòd crocum timeat. nam cum ad aluearia repens terreſtris crocodilus mel vorat, apiarij foris crocum apponunt, quo ille conſpecto fugit. Marinus verò (fluuiatilis potius,) ſic dictus videri poteſt, quòd crocas, id eſt littora timeat. in terra enim pauidus eſt, Varinus. ¶ Herodotus crocodilos (nimirum lacertorum generis) in Ionia in ſæpibus gigni ſcribit, vulgò ſic dictos, & ab iſtorum corporis ſimilitudine, aquaticos etiam illos quos Ægyptij *champſas* vocant, crocodilos ab eis dici. An verò crocodili illi ſæpium incolæ in Ionia ſcinci ſint, aut aliud lacertæ genus, non facile dixerim. Venales ſcincos ex Ægypto licet videre, lacerti magni ſimilitudine, Hermolaus Barb. Libya ſola crocodilos alit terreſtres, duobus cubitis non minores, Pauſanias in Corinthiacis. Scincus quidam in rubro mari naſcitur, (ἐν τῇ ἐρυθρᾷ, Marcellus vertit ad rubrum mare,) Dioſcorid. Crocodilum terreſtrem, cuius ſimum in vſu eſt, Auicenna ferè in Arabia tantum reperiri ſcribit. *Adib* (pro *aldab*) ſimilis eſt lacertæ magnæ, & degit in aquis, Syluaticus. *Aldeb* ſeu *aldab* animal lacerto maius, in Oriente & verſus Mecham in deſertis arenoſis reperitur, Bellunenſis. Vide etiam ſupra in *B.* quibus in locis ſcinci reperiantur. Scincus odoratiſſimis floribus viuit, Plinius. quamobrem non mirum mellis eundem auidum eſſe, ceu ex floribus confecti. Crocodili apibus nocent, Florentinus in Geopon. ¶ Fimum eius album, odoratum, & odoris ſubacidi eſſe, referemus in *G.*

Cibus eorum. *Fimus.*

G.

Remedia ex ſcinco. Scincus ſiccandus reponitur in naſturtio, (vel cum naſturtio inueteratur,) Dioſcorides. quod is Græcè dicit, ταριχεύεται σὺν καρδάμῳ. Ruellius vertit, Sale inueteratur cum naſturtio. Marcellus, Addito naſturtio ſale inueteratur. Atqui ταριχεύεσθαι verbum quoquo modo inueterari ſignificat, tum cum ſale, tum ſine ſale, vt pluribus docuit Cornarius in commentarijs in Galeni libros de medicamentorum compoſ. ſecundum locos. Sale quidem non opus eſt vbi naſturtium, ſiue herbam, ſiue ſemina eius intelligas, apponitur: quod id acrimonia ſua per ſe ſatis exiccet, & vermiculos naſci prohibeat.

hibeat. Quanquam Plinius quoq; scincos falsos afferri scribit, deceptus & ipse forsan quòd vim verbi παρχωσιν nesciret. Qui ad nos etiam adferuntur scinci, falsi mihi non videntur. Quamobrem non accesserim Marcello Vergilio, qui mutilum hunc Dioscoridis locum suspicatur, & Dioscoridem fortassis scripsisse, nasturtio æquales scinco ad excitandam Venerem vires esse, quòd Paulus Ægineta in scinco dixerit, καρδάμῳ δύναμιν ὁμοίαν ἔχει: aut quod Plinius docet, accendere Venerem cum satyrio, &c. vt quod Plinius satyrium, hic nasturtium dixerit. Ego apud Æginetam tale nihil inuenio: & vt inueniatur, non est tamen vlla vel corrupti vel mutili huius Dioscoridis loci apud me suspicio: sed Æginetæ potius, & pro cardamo satyrion legendum, vt in Antiballomenis apud eundem.

¶ Miscetur scincus in antidota, Dioscorides. In antidota quoque nobilia additur, Plinius. Antidota accipio medicamenta composita aduersus venena, & alios magnos præsertim viscerum morbos. Huiusmodi est & nobilissima quidem antidotus Mithridatia, quæ & *diascincos* vocatur, à Galeno lib. 2. de antidotis, & Actuario alijsq; descripta. Eodem de antidotis lib. Galenus describit antidotum ad scorpiones, quo quidam in Libya omnes à periculo liberabat, quod inter alia carnem crocodili terrestris vel scinci dicti recipit: & mox Zoili medicamentum ad idem, cui crocodili terrestris drachmæ decem miscentur. Vt drachmæ duæ antidoto quod inscribitur ad omnia letalia, præsumptum & postea datum: item ad rabiosorum morsus, pleuriticos, &c. sed hoc à Mithridatio minimum differt, eo præsertim quod Damocrates carmine descripsit. Eiusdem Mithridatij aliæ duæ descriptiones sunt, ab initio eiusdem libri: prior scinci drachmas duas recipit, altera scinci lumborum drachmas sex. Aduersus mel venenatum, aut ex melle syncero fastidium cruditatémve grauissimam, scincum antidotum esse, author est Apelles, Plinius. Et alibi, Prodest & contra sagittarum venena, vt Apelles tradit, ante posteaq; sumptus. Serapio epilepticis dat medicamen, quod ex crocodili terreni stercore confectum probat, Cælius Aurelianus cui hoc non placet. Corpus scinci, excepto capite pedibusq;, elixum manditur ischiadicis: tussimq; veterem sanat, præcipuè in pueris: item lumborum dolores, Idem. Crocodilus terrenus, præcisis summis partibus, egestisq; interaneis, ex iure coctus, cibatui datus, magnum ischiadicis præstat auxilium, Marcellus. Scinci admiscentur in Amaranti grammatici ad pedum dolores antidotum, apud Galenum lib. 2. de antidotis circa finem. Miscentur vtiliter medicamentis ad frigidos affectus neruorum, Mescha & Rasis apud Serapionem & Auicenna. Scincus calidus est, auget semen, & libidinem stimulat. præfertur maior, pinguior, quiq; verno capitur, Idem: & eo tempore quo feruet ad coitum, Auicenna. Alexander Benedictus in compositione quadam ad mouendam Venerem scincum non carnosum requirit, & in alia scincum arefactum non vetustum, vt fortè pro non carnoso legi debeat, *non annosus*. Syluaticus ex Paulo citat, capite de scinco, quòd sit calidus & siccus in tertio ordine: quod ego apud Paulum non reperio. Scinci ad opem salutarem non qualibet necessarij sunt, medentes quippe ex ipsis pocula inficiunt, quibus & stupor neruorum excitetur (hoc est, tollatur & curetur:) & veneni vis extinguatur, Solinus. Scinci caro impinguat corpus, quum sit ex ea acafea: & si saliatur, (inueteretur,) bibaturq; ex ea pondus aurei cum vase vini, confirmat renes & colem, & libidinem excitat, Rasis. Antidotus tentiginem excitans, dextro aut sinistro impositus pedi, renibus item & teneræ cuti, numero 69. apud Nicolaum Myrepsum, inter cætera medicamenta accipit stellionem, cantharides & scincum. Sal scinci excitat coitum, quanto plus caro eius, & præcipuè caro suminis, & quæ sequitur renes, maximè verò adeps ex eis, Auicenna. Ad omnem mâlin (pestilentem affectum, &c.) iumentorum, Crocodilum terrestrem & ranam, viuentes in oleo discoques, donec carnes eorum in oleum resoluantur, tum colabis & infundes naribus iumenti, vt legimus in Hippiatricis Græcis capite secundo. In regione Indorum elephantiasi affectos assiduè per sedem eluere per vrinæ asininæ infusionem heminæ mensura calefactæ consueuerunt. Crocodilum item terrestrem accipiunt, eiusq; extremas partes amputant, ac interiora abijciunt, deinde fermento obuolutum assant: tum ablato fermento, & scabricie eius derasa, carnis ipsius drachmam vnam quotidie præbent, Aetius 13. 122.

¶ Scincorum partes circa renes tanquam naturalibus erigendis efficaces bibuntur, Trallianus 9. 9. Aiunt carnes quæ renes amplectantur, τὸ περὶ τοὺς νεφροὺς αὐτῶν μέρος, Marcellus vertit laterum carnes, & Plinius quoque latera scinci nominat, alij lumbos. sed videtur quicquid circa renes est vndiquaque accipi posse, cum alioqui totum corpus simpliciter præter caput & pedes in remedijs detur) id sibi virium vendicasse, vt si drachmæ pondere bibantur cum vino (Ruellius hæc verba, *cum vino*, omittit) venerem accendant. verum decocto lentis cum melle, aut semine lactucæ cum aqua poto, excitatas inde veneris cupiditates inhiberi, Dioscorides. Syluaticus ex eodem sic legit, Facit scinci caro ad Venereos vsus si vno cyatho (alij, *si ex vini cyatho*) bibatur. nam si plus sumatur neruos lædit, quæ non apud Dioscoridem, sed in libro simplicium ad Paternianum leguntur. Eadem ferè apud Galenum legimus, (qui tamen lactucæ semen potum efficacius resistere putat tentigini isti, quàm lentis decoctum, vt ex loquendi modo apparet, neque enim expresse hoc dicit. mirum sanè Dioscoridem in lente quæ edendo est, nullam huiusmodi facultatem eius commemorare:) item apud Aetium & Æginetam. Marcellus Vergilius tamen non lentem simpliciter apud Æginetam, sed lentem palustrem ad hunc vsum nominari ait, quod in codicibus vulgatis non reperio: nec si vsquam repe-

Vsus scincorum in

Scinci carnes ad venerem excitandam faciunt.

riatur probo. nam Arabes quoq; qui ex Dioſcoride tranſtulerunt, lentis ſimpliciter decoctum vertunt: & lens paluſtris intra corpus non ſumitur, ſed foris tantum refrigerandi gratia, aut enterocelas puerorum conglutinandi imponitur, apud Dioſcoridem & alios. Seſtius ſcincum plus quàm drachmæ pondere in vini hemina potum, perniciem afferre tradit. Præterea eiuſdem decocti ius cum melle ſumptum, Venerem inhibere, Plinius. Quòd ſi cum Dioſcoride, & reliquis eum ſecutis Græcis & Arabibus, Plinium conciliare voluerimus, ſic legemus: Præterea lentium decocti ius cum melle ſumptum, Venerem illam inhibere. ſed ſi hoc dicere Plinius voluit, non ſuo loco dixit, ſtatim enim à mentione Veneris ex ſcinci è vino poti excitatæ, poni hæc verba oportuiſſet. quamobrem hunc errorem (ſi error eſt, vt ego conijcio) in authorem potius quàm librarios reiecerim. Roſtrum ſcinci & pedes in vino albo poti, cupiditates veneris accendunt: vtique cum ſatyrio & erucæ ſemine, ſingulis drachmis omnium, ac piperis duabus admixtis, ita vt paſtilli ſingularum drachmarum bibantur: per ſe laterum carnes obolis binis cum myrrha & pipere pari modo potæ, efficaciores ad ad idem creduntur, Plinius. Ego reliquum corpus potius, roſtro & pedibus reſectis, ſumendum dixerim, vt ipſe Plinius alibi in iſchiadicis ſumendum, caput & pedes demenda expreſſe monens, conſuluit. Marcellus ijſdem præciſis ſummis partibus vtilem facit, nec tamen nominat illas partes, vt & Aetius elephantiacis. Ego caput & pedes ſemper abſtulerim, tum quòd nihil aut minimum carnis hæ partes habeant, tum quòd forſan etiam venenoſius aliquid quàm cæteræ partes: itaque viperarum etiam, cum ad remedia parantur, capita & caudæ amputantur. In ſcincis equidem non totas caudas, ſed partes tantum extremas earum abſciderim, quæ tenuiſſima eſt. reliqua enim non parum carnis habent, & caudæ ſcincorum à nonnullis authoribus etiam per ſe vſurpantur. Sit igitur hic quoque vel Plinij, vel librariorum lapſus. Inteſtinis & reliquo corpore crocodili terreſtris ſuffiri vulua laborantes ſalutare tradunt. item velleribus circundari vapore eius infectis, Plinius. Pro ſcinco ſatyrium ſubſtitui licere, (nempe ad Venerem ciendam,) in Antiballomenis legitur: & pro ſatyrio, erucam. Ex ſalamandra etiam & ſtellione tum ſimpliciter tum tranſmarino remedia ad Venerem excitandam, vt ex ſcinco, veterum aliqui præſcribunt. Ego boni & honeſti medici eſſe aio, medicamentis huiuſmodi, quæ venerem aut cum periculo, aut nimium citant, & ad breue tempus tantum cum vi & impetu præter naturam, protſus abſtinere: & vbi licitum eſt, hoc eſt in coniugibus, nec dum ætate exhauſtis, vti ijs potius quæ vel nutrimenti ratione, quod probum & copioſum corpori conferunt, vim generandi naturalem reſtituant: vel quæ nutrimenti ſimul alimentique vires obtineant, vt quæ nutriendo etiam calefaciunt, aut inflant, aut humidiorem liquidioremq; reddunt ſanguinem, ſi is fortè ſiccior eſt: Vel denique medicamentis tantum, quæ eiuſmodi ſint, vt corporis habitum ad naturalem ſtatum conuertere ab eo qui præter naturam eſt poſſint, frigidos calefacere, confirmare imbecillos: minimè verò eiuſmodi, quæ vel nimiam vel ad breue tempus, dum impetus medicamenti viget, concitatam Venerem accendant: quod non aliud eſt quàm peccati, & illicitæ nimiæque Veneris authorem eſſe: ſæpe verò etiam corporis periculi. Huiuſmodi enim medicamenta, inter quæ primas obtinent ſcinci, veneno non carent: Et exhibitis ijs, vt plurimum, vel nullus effectus, (præſertim ſi ætas & alia non reſpondeant: aut maior ſit impotentiæ cauſa:) vel nimius (eaque ipſa cauſa periculoſus:) vel denique veneno noxius ſequetur. Nam & veri ſcinci noxij ſunt, vt infra dicetur: & multò magis falſi ſuppoſititijque. Hoc nimirum etiam veteres Græci medici viderunt: quamobrem Galenus, Dioſcorides & alij, ita ſcincis hanc facultatem attribuunt, tanquam ipſi nunquam experti, & auditu ſolo aut lectione cognitam. Cæterum antidotis ſcincos miſceri alia ratio eſt, nec id fieri reprehendo. miſcentur enim alia multa, quibus noxia eorum vis extinguitur, ſalubria medicamenta: & ferè præſtantiſſima quæ venenis & ictibus venenatis aduerſantur, ipſa quoque veneno non carent. Sed de his agere non inſtitui. hoc vnum addam, malle me veris ſcincis, ſi etiam ſatis recentes eſſe conſtaret, ad theriacæ antidoti compoſitionem vti quàm paſtillis è viperarum carnibus. quoniam illi ferè adulterantur: & vel nullius ſerpentis vel alterius quàm viperæ, quique aut venenoſior ſit, aut certè minus efficax, carne conficiuntur. Veræ autem viperæ neque ipſæ in noſtra regione ſunt, neque cuiquam vt aduehantur curæ eſt: & de paſtillis an veram viperarum carnem receperint iudicare nemo poteſt. At ſcinci veri apportantur, & multis apud veteres quoque præclaris contra venena antidotis admiſcebantur, vt Mithridatio omnium nobiliſſimo, alijſque ſupra nominatis. Scincus contra venena præcipuum eſt antidotum: item ad inflammandam virorum Venerem, Plinius. Renes ſcincorum tanquam pudendum ad Venerem intendentes quidam bibunt, alij ſumen quoque & caudam aſſumunt, Syluius: citat autem Galeni verba ex vndecimo de ſimplicibus, vbi ille non renes, ſed περὶ αἰδοῖα νεφρούς, id eſt partes circa renes, ſcripſit. Celebratur apud medicos diaſatyrion compoſitio, quæ ab Actuario deſcripta ſcincos etiam accipit: qui tamen in eadem deſcriptione apud Nicolaum Myrepſum omittuntur: miſcentur autem alteri eiuſdem nominis antidoto ſtatim ſubiectæ, numero 66. Recentiores etiam nonnulli compoſitis ſuis medicamentis ad coitum excitandum ſcincos admiſcent. Albertus libro 24. de aquaticis animalibus ſcribens, ſcincos cum ſciuris confundit: & mox cum de ſtella marina agere deberet, vbi ſturitus ſcribitur, pro aſter, aliàs *ſtincus*, vim ciendæ Veneris vehementem ei attribuit, quæ ſanè

Cautio vtilis de medicamentis Venerem excitantibus.

ſcinci

ſcinci non ſtellæ marinæ eſt. Scinci extremitates caudæ & teſticuli & renunculi, in potu venerem cient. Kiranides. ¶ Corij vtriuſq; (crocodili, tum aquatici tum terreſtris) cinis ex aceto illitus his partibus quas ſecari opus ſit, aut nidor cremati, ſenſum omnem ſcalpelli aufert, Plin. Si comburatur corium lacertæ (crocodilum intelligo, præſertim aquaticum, quem *zab* vel *dab* vocant, alijs crocodilum alijs lacertum interpretantibus) & inde cum fece olei inungatur membrum abſcindendum ferro, omnem eius ſenſum extinguit, Raſis in lib. de 60. animalibus. Sanguis vtriuſque (terreſtris & aquatici) claritatem viſus inunctis donat, & cicatrices oculorum emendat, Plinius. An crocodili terreſtris ſanguis viſum acuit experiri nolui, cum haberem probata aciei exacuendæ medicamina, quæ Græci vocant ὀξυδερκῆ, Galenus de ſimplicibus 10.6. Scinci ſanguis ſi calidus ſumatur, & inungatur eo locus ſordidatus, cum belliricis & emblicis, reducit corpus ad colorem proprium: & ſi permiſceatur ei *haurac*, & illinantur inde maculæ faciei ac lentigines, & maculæ minutiſſimæ, remouet eas, & clarum colorem reddit, Raſis. Adeps ſcinci expellit dolorem renum, & facit deſtillare ſperma, Raſis. In libro ſecretorum qui Galeno attribuitur, cõpoſitio quædam ad mouendum coitum deſtinata, inter cætera recipit adipis ſcinci drachmas decem. Crocodili (tam terreſtris ſcilicet quàm aquaticus: quare in multitudinis numero loquitur) adipem habent quo tactus pilus defluit. hic perunctos à crocodilis tuetur, inſtillaturq; morſibus, Plinius. Qui inunctus fuerit ſepo lacertæ (crocodili, nam *zab* vel *dab* Arabicam vocem vtroq; modo reddunt) & proiecerit ſe ſupra crocodilos, non timebit illos, & ludent cum eo, Raſis. Sed hanc facultatem Plinius alibi priuatim crocodili aquatici tantum adipi adſcribit, quod magis placet. Vide in Crocodilo aquatico *D.* & *E.* ¶ Cor (vtriuſuis crocodili puto, de vtroque enim antea locus eſt) annexum in lana ouis nigræ, cui nullus alius color incurſauerit, & primo partu genitæ, quartanas abigere dicitur, Plinius. Cor lacertæ ſi ſuſpendatur ſupra mulierem, prohibet partum, Raſis: pro lacerta Arabicè puto *zab* vel *dab* legit, quæ vox crocodilum potius ſignificat. attribuit autem ei eo in capite Raſis quædam, quæ Plinius & alij vel terreſtri vel aquatico crocodilo priuatim, vel vtriq;. ¶ Et mox ibidem, In felle lacertæ vtiliſſima vis eſt aduerſus alopeciam, cum ſternutatorium ex eo medicamentum fit cum radicibus betarum. Felle crocodili terreſtris inunctis oculis ex melle contra ſuffuſiones nihil vtilius prædicant, Plinius. ¶ Si medius ſcinci nodus, qui renes tegit, ſuſpendatur ſupra dorſum viri, iuuat virgam & promouet coitum, Raſis. ¶ Si de teſticulo ſcinci dextro bibatur ad pondus vnius *alkilat* (*alkirat*) cum aqua rutæ, facit deſtillare ſperma, idq; deſiccat. Siniſter verò teſtis eodem pondere potus cum aqua cicerum rubeorum, & vaſe vno vini puriſſimi, & duas extra (ſic habet codex impreſſus) id eſt, bis ſex drachmis butyri vaccini, facit deſtillare ſperma, prouocat coitum, renes calfacit, & virgam corroborat, Raſis. ¶ Vnguentum entaticon, hoc eſt ad arrigendum genitale apud Æginetam lib. 7. præter alia caput ſcinci caudas. Apud Aetium etiam in antidoto quadam podagrica caudam ſcinci legimus. Inteſtinis & reliquo corpore crocodili terreſtris ſuffiri vulua laborantes ſalutare tradunt: item velleribus circumdari vapore eius infectis, Plinius.

Medicamenta ex corio ſcinci.

Ex ſanguine.

Ex adipe.

Ex corde.

Ex felle.

Ex teſticulis.

Ex cauda.

Ex inteſtinis.

¶ Fimum humanum propter fœtorem abominabile eſt: boum verò & caprarum & crocodilorum terreſtrium, & canum qui oſſa ederint, nec fœtet, & experientiam ſui abunde non nobis ſolum, ſed & alijs ante nos medicis exhibuit, Galenus de ſimplic. 10. 18. Aetius hunc locum reddens, Caninum verò (inquit) præ cæteris plurima experimenta nobis præbuit. Idem Aetius lib. 2. cap. 117. cum anſeris, accipitris & gruum alui excrementa inutilia eſſe dixiſſet, ſubdit: terreſtrium verò crocodilorum inuentu difficile eſt: ideoq; vires eius omittit. Terreſtris crocodili fimum, crocodileam vocant, quæ mulieribus bonum colorem in facie, nitoremque conciliat. Optima eſt candidiſſima (Græcus codex noſter non rectè λειποτάτη pro λευκοτάτη habet) & fribilis: amyli modo leuis, in humore ſtatim eliqueſcens: quæ cum teritur ſubacida eſt & fermenti odorem refert. Adulterant eam ſturnorum fimo, quos oryza paſcunt: ipſumq; non diſſimile vendunt. Alij amylum aut cimoliam miſcentes (vt Ruellius: aqua macerantes, Marcellus. Græcè eſt φυρῶντες, id eſt ſubigentes, ita ſcilicet vt farina ad panificium cum aqua ſubigitur: Serapionis interpres vertit, amylum cum cimolia miſcentes, non probo,) adſcito anchuſæ colore per rarum cribrum paulatim (vt Ruellius: in tabulas, vt Marcellus ex veteri translatione apud Syluaticum. Græcè eſt εἰς ὀλίγον. ego hunc locum ſic legerim, Ἢ κραῖς χοσκίνῳ εἰς ὀλίγα ἀποπίθου ὡς σκωλήκια, καὶ ξηράναντες πωλοῦσιν αὐτὴ ταύτης. nam & Serapionis interpres ſic vertit, & cribrant cribro lato (*raro*) vt fiat cribratio ſicut vermiculi, & deſiccant ac vendunt) exprimunt, vt ſe contrahat in vermiculorum ſpeciem, qui ſiccati pro crocodilea væneunt, Dioſcorides. Optima eſt crocodilea, quæ candidiſſima & friabilis, minimeq; ponderoſa, cum teratur inter digitos fermenteſcens. Lauatur vt cetuſſa. Adulterant amylo aut cimolia: ſed maximè qui captos (qui ſturnos captos, vt Hermolaus ex Dioſcoride legit) oryza tantum paſcunt, Plinius: apparet autem ipſum in hoc erraſſe, quòd inter digitos fermenteſcens dixit: quod ſi ita ſit, molle hoc fimum & facile ſubactu eſſe oporteret, cum tamen friabile tum ipſe tum Dioſcorides commendent. Apud Dioſcoridem certè illud probatur, quod digitis tritum ſubacidum & fermenti odorem reddat: Græcè ζυμίζειν dixit, vt πραγίζειν, οἰνίζειν, & ὀξίζειν dicuntur, hoc eſt reſipere odorem hirci, vini, aceti: & ne quis fermenti in ſubſtantia aut alia qualitate ſimilitudinem intelligeret, ζυμίζουσα τῷ σκωλη-

De fimo ſcinci.

diſertè protulit. *Dhab* aliud eſt à lacerto inuento in regione noſtra, quamuis ſit ei ſimilis, & habeat diſpoſitiones & virtutes ei proximas, Auicenna 2. 226. eſt autem *dhab* vel *Zab* aquaticus crocodilus potius, ipſe hic pro terreſtri abutitur. Veteres interpretes Galeni & Dioſcoridis, ſtellionem aliquoties pro crocodilo terreſtri, in ſimi eius mentione reddunt. Terreſtrium crocodilorum, paruos illos & humiles dico, ſimum pretioſum luxuria fœminarum fecit, quæ non contentæ tot medicamentis quæ ſplendidam extentamq; faciei cutem reddunt, crocodilorum etiam ſimum eis adijciunt. Redditur autem huic ſimile ſturnorum quoq; ſimum, quum ſola oryza paſti fuerint. Conſtat igitur hæc ſtercora abſtergendi exiccandiq; vim poſſidere, vtranque mediocriter: multò moderatius tamen & infirmius ſturnorum ſtercus eſt: Crocodilorum verò (terreſtrium,) vt maculas faciei à Sole excitatas (hoc & Auicenna repetit) ſic & vitiligines & impetigines tollere poteſt, Galenus: cuius verba Arabes eorúmve interpretes malè tranſtulerunt. Crocodilus terreſtris odoratiſſimis floribus viuit: ob id inteſtina eius diligenter exquiruntur iucundo nidore farcta, crocodileam vocant, Plinius. Crocodileam Plinius etiam inteſtina ipſa terreſtris crocodili appellat, Hermolaus. Atqui cum Græci omnes ſimum duntaxat ſic nominent, Plinij quoq; verba ita acceperim, vt non inteſtina crocodileam nominet, ſed iucundum illum odorem hoc eſt odoratum excrementum, cuius gratia exquirantur & diſſecentur. Serpentum ſtercus, propter ſiccitatem eorũ, plerunq; bene olet: vt & lacertorum maximorum quos crocodileos vocant. hi ſunt crocodilis magnitudine & forma ſimiles, & in India occidentali, atq; alibi etiam ſed rarius longè, naſcuntur, Cardan. Ægineta libro ſexto terreſtris crocodili ſimum lentigines exterere dicit, aquatici autem oculorum albugines, Marcellus Vergilius: ego nihil tale apud Æginetam reperio, ne ſeptimo quidem vbi de ſimplicibus ſingulatim tractat. ſed omnino vtraq; iſta vis authorum omnium conſenſu, alterius tantum crocodili nempe terreſtris ſimo adſcribitur: aquatici verò neq; hæc neq; alia vlla. Crocodilea illita ex oleo cyprino, moleſtias in facie enaſcentes tollit: ex aqua verò inuncta morbos omnes, quorum natura ſerpit in facie, nitoremq; reddit. lentigines delet, ac varos, omneſq; maculas, Plinius. Alphos tollit crocodilea, Ægineta. Kiranides vt albulæ tollantur, cum melle inungi vult: cum oleo, ad inducendum faciei ſplendorem. E ſtercore crocodili meretrices vnguentum parant, quo rugas faciei extendunt: ſed lota facies deterius ad priſtinas reuertitur rugas, Albertus: ſcribit autem hæc falſò in aquatici crocodili mentione. *Colorq; Stercore fucatus crocodili*, Horatius Epodo 12. Naſo quoque in poemate de Arte amandi, præcipit vt quæ nigriore vultu eſſet, ad piſcis Pharij opem confugeret, hoc verſiculo: *Nigrior ad Pharij confuge piſcis opem*: nimirum quòd crocodili non terreſtris ſed aquatici ſimum ad hunc vſum facere falſò putaret, quanquam is etiam impropriè piſcis diceretur. Stercoris felis aut crocodili drachmas octo, (aliàs *ſex*:) ſinapis drachmas quatuor, ex acri aceto alopeciis illine, Soranus apud Galenum de compoſ. ſec. locos: item Archigenes ibidem. Eadem apud Raſim in libro de 60. animalib. cap. de lacerta legimus: Sumatur (inquit) de ſtercore lacertæ ad pondus ſex aureorum, & ſinapis ad pondus quatuor aureorum, & terantur cum forti aceto, & inungatur cum hoc alopecia: item ſtercus furonis, (id eſt *felis*.) Deprehendet & alias quaſdam facultates lacerti ſimpliciter ſimo attribui, quas alij crocodileæ priuatim adſcripſerunt, qui hæc cum remedijs ex lacerto contulerit. Arnoldus de Villanoua cantharides & ſtercus crocodili miſcet medicamentis alijs pilos regenerantibus. Stercus crocodili aiunt per infundibulum ſuffitum, feras venenoſas ex latibulis ſuis exigere, Aetius 13. 7. nec mirum, cum acido & fermenti ferè odore ſit, vt Dioſcorides ait. Crocodili terreſtris ſimum apud Trallianum 2. 5. miſcetur collyrio cuidam ad cicatrices oculorum & leucomata extenuanda & extenuanda. Crocodilea oculorum vitijs vtiliſſima eſt, cum porri ſucco inunctis, & contra ſuffuſiones vel caligines, Plinius. Confert albugini oculi & deſcenſioni aquæ, Auicenna 2. 226. in *Dhab*. Et rurſus de eodem in *Tinſa* vel *Temſa*, Stercus eius confert albugini oculi, 2. 706. Et alibi, vbi de diuerſorum animalium excrementis agit, Stercus ſtellionis, & lacerti & crocodili valet albugini oculi. In libro etiam Secretorum qui inter notha Galeno adſcripta legitur, ſtercus lacertæ cum alijs quibuſdam ad albugines oculorum commendatur. Sed quoniam in eo libro multa Arabica aut ex Arabico ſermone tranſlata ſunt, lacertam puto pro ſcinco aut crocodilo terreſtri poſitam eſſe, vt alibi etiam ſæpe faciunt Arabum interpretes. Crocodili ſtercus miſcetur medicamento cuidam ad detergendum albi vitium in oculis equorum, apud Vegetium 2. 22. Item collyrio ſicco ad ſuffuſionem in Hippiatricis Græcis cap. 11. Miſcetur & alijs quibuſdam ad oculorum in equis epiphoram apud Vegetium. Contra comitiales morbos bibitur ex aceto mulſo binis obolis: appoſitum menſes ciet, Plinius.

¶ Seſtius ſcincum plus quàm drachmæ pondere in vini hemina potum, perniciem afferre tradit, Plin. Si ex vini cyatho bibatur ſcinci caro Venerem incitat: ſi plus ſumatur, neruos lædit, Au-
De morſu ſcinci. thor de ſimplicibus ad Paternianum. ¶ Si ſcincus piſcis ille ſeu ſtellio momorderit aliquem, & febricitauerit, priuſquam mingat aut febricitet homo, interficiet virum. Et ſi febricitauerit vir, priuſquam mingat piſcis ille, aut febricitet, morietur ille piſcis, & morſus euadet, Raſis & Arnoldus de Villanoua. Mihi quidem locus obſcurus eſt, neq; enim vrinam excernunt quadrupedes ouiparæ: & ſi obſcurus non eſſet, parum tamen veriſimilis videtur quod ad mutuos illos affectus & antipathias.

¶ Stel-

¶ Stellio cui nomen ſcincus inditum eſt, veneficium eſt per ſe, (philtrum venenoſum,) & mentem mutat potius quàm ad amandum mulierem quæ id dederit cogat, Cardanus.

H.

a. Scincos inter ruſci ſuffruticis ſpinoſi nomenclaturas eſt apud Dioſcoridem.

¶ PHATTAGE. In Indis naſcitur beſtia, quæ crocodili terreni ſpeciem ſimilitudinemq; gerit, magnitudine eſt Melitenſis canis: eius pellis adeò aſperis ſquammis quibuſdam ſcatet, vt more ferræ æs diſſecet, & ferrum exedat & conficiat, eam Indi *phattagen* vocant, Ælianus, 16.6. *Phattage in India ſimilis crocodilo terreſtri.*

¶ *e.* Scincus ſi ſuſpendatur ſuper pueros qui timent in ſomnijs, curat eos, Raſis. Scincus ſi coquatur, & ex eo procurentur duo homines qui habent odium vnus àduerſus alium, reducentur ad concordiam & ad amorem, Idem. *Superſtitioſa de ſcincorum vſu.*

DE SCINCO EX BELLONIO.

SCINCVS eandem cum crocodilo naturam habere creditur, vnde crocodilus minor à quibuſdam appellatus eſt, nullumq; præterea vulgare nomen habet. Proinde quadrupes eſt, lacertæ viridis aut ſalamandræ magnitudine, vt pollicis craſſitiem quadrantisq; longitudinem non excedat, colore candido, quibuſdam lineis in dorſo puniceis tranſuerſis, ceraſtæ modo diſtinctus. Cætera cordulum (lacertum aquaticum) refert, niſi craſſiore atq; oblongiore eſſet corpore, cauda rotunda, ſquamisq; vndecunq; ſcateret: quas cum piſcibus, vt & laterales lineas communes habet. Sed oſſibus præditus eſt. Edulis non eſt: Aſiæ & Europæ peregrinus: Ægypti, Indiæ & Mauritaniæ alumnus, præſertim apud Memphim, quo in loco indigenæ exenteratos, ac ſale vel nitro inueteratos ſcincos mercatoribus diuendere ſolent, quos iſthic adferant.

DE LACERTO AQVATICO.

A.

LACERTI genus aquaticum, paruum & nigrum, quod hic depictum damus, à Germanis vocatur Waſſermoll/ id eſt ſalamandra aquatilis: vel waſſerader/ id eſt lacertus aquaticus. Gallicè *taſſot*. Italicè *maraſandola*, quod nomen diminutum videtur à *maraſſo*: ſic autem viperam vulgò vocant: quod licet paruula quadrupes, viperæ tamen inſtar venenata ſit, vel à ſalamandra tranſpoſitum. Nam *ſalamandram* quoq; audio à quibuſdam Italice vocari. Græcè nominatum non inuenio: qui voluerit, σαῦρον ἔνυδρον, id eſt lacertum aquaticum appellabit. Hoc lacerto pharmacopolæ quidam non rectè pro ſcinco ſeu crocodilo terreſtri vtuntur, vt in hiſtoria eius ſcripſi. *Guaril* aquaticus, id eſt ſcincus: ſed verius ſtellio, Vetus gloſſographus Auicennæ. Vide infra in ſtellione *A*. Lacertula aquæ, id eſt ſcincus, Syluaticus. In noſtris regionibus ſcincos (lacertos aquaticos intelligit) tam paruos habemus, vt ſunt lacertæ nuper natæ, & in aqua degunt, Syluaticus in voce *Rhule*, id eſt Renes. Scincus in aqua degit, lacertæ ſimilis, ſed ventroſior, & caudam latam vt anguilla habet, ad natandum aptam, Monachi in Meſuen. Lacerti aquatici illi parui nigri, qui in quibuſdam lacubus (lacunis potius) iuxta Vincentiam reperiuntur, ſæpe à pharmacopolis pro ſcincis vſurpantur: ſed effectus illos à quibus ſcinci prædicantur, deeſſe eis crediderim, Matthæolus. Sunt & Vincentino agro ſui quidam ſcinci, minores multò veris, etiamſi pro Ægyptijs officinæ ſubijciunt, Hermolaus. Lacertus aquatilis *Thaſſot* Gallis dicitur, vt Salamandra *that* Neocomi.



De nominibus variis huius animantis.

Pedes poſtremi quinos digitos habere debent.

B.

Hæc cum ſcriberem animal ipſum inſpexi: reperitur enim ſatis frequens circa vrbem noſtram in foſſis hortorum quæ aquam continent. Longitudo totius, digiti ferè ſeptem. Color niger dorſo & lateribus: ſed puncta multa alba & minima ſunt inter latera & ventrem, alijſq; partibus ſupinis: reliquum corpus & ipſum nigrum eſt, & concoloribus ſibi punctis exaſperatur. Georg. Agricola tamen hanc beſtiolam colore vel cineream, vel in cinereo fuſcam eſſe prodidit: quo colore apud nos raram aut nullam eſſe puto: ſemel tantum in monte quodam hoc colore vidi. Venter & caudæ pars ima luteo aut flauo colore apparent. Pellis valida & dura eſt, ita vt cultello etiam acuto reſiſtat. Ex vulneribus lactea quædam ſanies manat, vt in ſalamandra quoq;. Os tenaciter claudit, vt & ſala- *Deſcriptio animantis.*

Digitized by Google

mandra: nec mordet, ſed nec aperit os, vtcunq; vrgeatur & ſtimuletur, niſi per vim hoc ei exprimatur. Lingua breuiſſima & latiuſcula eſt: dentes breuiſſimi exiliſſimiq;, circa labra interius: tantilli vt viſum ferè effugiant. Anteriorum pedum digiti ſunt quaterni, poſteriorum quini. Cauda per medium craſſiuſcula prominet, ſupra infraq; (hoc eſt prono & ſupina parte) contrahitur, rhombi figuræ quadam ſimilitudine: ac ſi ex ſolidis rhombis aliquot contiguis corpus contexatur, ſpacijs etiam vacuis expletis: quæ figura ferè etiam redditur, ſi oblongum corpus quadrangulum ita collocetur, vt anguli duo in medio laterum vtrinq; ſint, tertius in ſummo, quartus in imo è regione. ſed media laterum craſſities in huius lacerti cauda angelos non habet. Monachi interpretes Meſuæi ſcribunt, caudam ei latam eſſe vt anguillæ, (quod non ſatis conuenit,) ad natandum aptam. In hac quam diſſecui beſtiola caudæ pars reſecta mouebatur: & quum reliquum corpus immobile maneret cum reliqua parte caudæ, ea quoq; reſecta mouebatur, quæ corpori adhuc hærens immobilis iacuerat.

C.

De greſſu eius vbi viuat. Teſtudinis aut ſalamandræ inſtar tardius ingreditur aquatilis lacertus, Georg. Agricola. Vita eius in aqua (in fontibus frigidis, vt audio) & in terra: ſed crebrius in aqua. Latet per hyemem. Gignitur in lacunis opacis, quæ in pingui ſolo ſunt, & in quibuſdam moeniorum foſſis, Idem. Delectari eos limoſa aqua audio, & ferè vbi limus albus ſit, polentæ aut farinæ non diſſimilis: & ſub petras in aquis, ſi quæ ſunt, ſe abdere: oua eorum magnitudine piſi, multa cohærere: Natare ipſos ſub aqua, ad ſuperficiem rarò emergere. Atqui ego cum in vitreum vas vnum huius generis coniectum per dies aliquot ſeruarem cum aqua, ore ſemper ferè extra aquam prominente, vt ranas, deprehendi. Impoſitus ſali caudam mouet ac effugere conatur. nam cum, quia valde mordet, non poteſt ferre, ſtatimq; moritur, quum alioqui verberatus diu viuat, Georg. Agricola. Ego cum per dies aliquot in vaſe vitreo haberem, aliquando per diem vnum ſine aqua relinquebam, ac videbatur mihi ſine ea deterius habere.

D.

De ira eius. Irritata ſi exarſerit, elata & quodam modo inflata, rectis pedibus inſiſtit, & terribilis oris hiatu (ego eam os, non niſi per vim expreſſeris, aperire obſeruaui) acriter oculis intuetur eum, à quo fuerit laceſſita: manatq; ſenſim lacteo & viroſo ſudore vſq; dum tota fiat candida, Geor. Agricola.

G.

De ſu lacerta aquatica. Lacerti aquatici illi parui nigri, ſæpe à pharmacopolis pro ſcincis ponuntur: ſed puto eis deeſſe effectus illos à quibus ſcinci prædicantur, Matthæolus. Ego non vtiles tantum vires eis abeſſe puto, ſed inſuper valde noxias & venoſas ineſſe, non minus fortè quàm ſalamandræ, quod illi ſimiliter lacteam vbicunque vulnerantur ſaniem emittant: niſi fortaſſis vita in aqua venenum eorum dilutius reddat. Sed Salamandræ etiam aquoſo & pluuio tempore magis & naſcuntur & vigent. Audiui à Gallis quibuſdam, ſuem ſi fortè hanc lacertam ederit, interire: quod ſanè miretur aliquis, cum à ſalamandra (ſi id verè ſcribitur ab Æliano) deuorata ſues nihil lædantur.

DE LACERTO.
LACERTI PRONI FIGVRA.



A.

Nomina diuerſa. Vnde lacertus dictus ſit. LACERTVS & lacerta idem animal vtrouis genere dicitur, (vt apud Græcos etiam σαῦρος & σαύρα, teſte Varino:) nimirum à ſimilitudine lacertorum hominis, quod pedes eorum ſimiliter in digitos tanquam è volis aut palmis findantur, & in obliquum flectantur ad latera, eo modo quo homo manum flectit cum quadrupes ingreditur. Hinc eſt quòd lacerti vocabulum communius ſit ad omnia huius generis quadrupedum ouipararũ hoc modo pedibus prædita: priuatim verò ad communem & notiſſimam lacerti ſpeciem, cuius hîc imago adiecta eſt, contrahitur. Σαῦρες etiam aut σαύρα Græcis & ſi ratione nominis non æque commune vocabulum ſit, à ſimilitudine tamen corporis lacerti communis ad alias quoque ſpecies deriuatur. hinc ſauram chalcidicam, & ſauram pharmacitidem

LACERTI SVPINI FIGVRA.



dem legimus, & ſauram viridem, vt apud Latinos lacertum viridẽ, &c. Lacertus eſt reptilis genus, ſic vocatus, quòd habet brachia, & quatuor pedibus innititur. Genera verò lacertorum plura ſunt, vt ſalamandra, ſaura, ſtellio, Iſidorus. Crocodilus lacerta eſt Nili, Palladius. In Arabum etiam libris Latinè redditis ſæpe lacertam pro crocodilo tum aquatico tum terreſtri legimus. Cardanus lacertas non rectè inſectis adnumerat, inſecta definiens ea omnia quæ præciſa parte vitam in ea retinent. Scorpiones, ſcinci, lacertiq; vermibus non ſerpentibus adſcribuntur, Solinus cap. 30. Lacertam potius vermem dicunt quidam quàm ſerpentem, quia clementius ferit, &c. Author lib. de nat. rerum. Sed iſti vermium nomine abuuntur pro reptilibus. reptilia enim (ἑρπετὰ) tum inſecta plurima, tum in quadrupedum genere minores dicuntur quæ per parietes ſcandere poſſunt, & impropriè etiam ſerpentes: vermis verò appellatio omnino intra inſecta contineri debet, vt & σκώληκος Græcis, ¶ *Letaah*, לטאה, Leuitici 11. & Num. 14. reptile quoddam, quod R. Salomon vocat לניגרמוש (fortè laniger mus, vt quidam coniecit, ego nullum huiuſmodi murem noui, & alij omnes lacerti genus interpretantur, vt vox illa pro alia quadam Gallica vulgari corruptè poſita videatur.) Idem R. Salomon Leuit. 11. לישרדה, *liſarda*, id eſt lacertam voce Gallica interpretatur, vt Nicolaus Lyranus intelligit. Ibidem Chaldæus interpres vertit חלטתא *haltetha*: Arabs, עטאיא, *ataia*: Perſa אן גו, *an gaſ*: (Itali hodie viridem lacertum vocant *gez*.) Septuaginta χαλαβώτης, vel (vt Complutenſis habet codex) ἀσκαλαβώτης: Hieronymus, ſtellio. Videtur autem *letaah* vocari Hebraicè à clandeſtinis inſidijs quibus animal hoc inſtructum eſt. לוט *lot*, enim clancularium ſonat. Munſterus etiam *letaah* ſtellionem interpretatur, Germanicè עיגלעש Eglos/ id eſt lacertum communem, nimirum ex Rabino quopiam. Stercus ſtellionis & *adhaya* & *Zerzir*, &c. Serapionis interpres ex Galeno, vbi Galenus habet ſtercus crocodili terreſtris & ſturni. ſturnum quidem *zerzir* vertunt. pro terreſtri autẽ crocodilo, *adhab* poſuit Auicenna, quod nomen fortè Serapio tanquam generalius in ſtellionem & *adhaya* ceu duas ſpecies diuiſiſſe videtur. *Albathaie* ſeu *alhadaie* eſt lacertus paruus in domibus & hortis communiter repertus, & à vulgaribus appellatur lucerta, Andreas Bellunenſis. Araneus lacertos paruos (Auicennæ interpretatio habet *adectaie*) aggreditur, Ariſtot. de hiſt. anim. 9. 39. חמט, *homet*, aliqui (teſte Rabi D. Kimhi) לימסא, limacem intelligunt, alij verò ברבו *carbo*, id eſt lacertam: (quæ vox [Arabica puto] fortè facta eſt à Græca quaſi *ſarbo* pro ſauro.) Chaldæus interpres Leuit. 11. vertit חרמטא, *hometa*. Arabs, חרבא, *herba*, (*harbe* quidem Auicenna, Andrea Bellunenſi teſte chamæleontẽ appellat:) Perſa, אן סוסמר, *an ſuſpar*. Septuaginta σαύρα, Hieronymus lacerta. Munſterus *homet* interpretatur limacem, teſtudinem concham. ſed communis hic quorundam error eſt apud Germanos, vt pro limace teſtudinem aut concham dicant. Ego omnino lacertum intellexerim, quòd in ea interpretatione pleriq; conſentiant. (Vide plura infra in *F.*) Fortaſſis autem Græca vox *ſaura*, ab Arabica *herba* vel *harbe* vel *carbo* per metatheſin facta eſt, vel contra. Inuenio & מליית, *peliyah*, in trilingui dictionario Munſteri pro lacerta, neſcio cuius dialecti vocabulum. Aliqui etiam *hardun* Arabicam vocem lacertum interpretantur, vt Andreas Bellunenſis, cuius naturam proximam eſſe aiunt naturæ *guaril* ſeu *vrel*, id eſt ſtellionis, &c. Aliqui idem animal (ex lacertorum genere) Hebraicè *koah*, Arabicè hardun vocari docent: Vide ſupra in Chamæleonte *A. Arab*, id eſt lacertus, Vetus gloſſographus Auicennæ: voce corrupta vt conijcio. *Samabras*, vel vt Bellunenſis legit *ſaambras*, lacerta eſt eodem interprete, Auicennæ 2. 646. videri ſanè poteſt ſalamandræ nomen hinc factum. *Scatirofa*, id eſt lacerta, Syluaticus. *Olen*, id eſt lacertus, Idem. ¶ Lacerta Græcis hodie vulgò χαλιοσαύρα vocatur, corrupto forte nomine à χλωροσαύρα: vel compoſito ex colote, id eſt ſtellione, propter ſimilitudinem corporis, & ſaura. Italicè *liguro*, vel *leguro*, vel *lucerta* aut *lucertula*, vt Alunnus habet. Matthæolus Senenſis in commentario in ſalamandram Dioſcoridis, *Ramarri* (inquit) à Tridentinis vocantur, qui ab alijs *racami*, *liguri* & *lucerti*. Atqui *ramarrum* aliqui in Italia etiam bufonem vocant, vt audio. Hiſpanicè lacertus dicitur *lagárto*: *lacerta*, *lagartíſa*, vel *lagardixa*. Gallicè, *lyſarde*. Germanicè Aber/ vel Egles quod quidam in fœminino genere proferunt: noſtri in maſculino ein Egechs. Heſſis Eydetſch. Flandris Akctiſſe. Non probo illum qui lacertam Germanicè interpretatur grün Aber/ id eſt viridem lacertam. Quanquam enim communis etiam lacerta, de qua hic ſcribo, viridis aliquando reperiatur, ſed ratò, propriè tamen alterum genus maius, & ſemper viride, de quo infra agetur, ſic appellari ſolet apud authores.

Anglicè *lusard* vel *lysard*. Illyricè *gesscierka*, vel *gesstier*. ¶ Lacertum indoctuli stellionem dixêre, cum stellio sit minor lacerta, Grapaldus & Perotus. Lacerti parui vulgò creduntur stelliones, sed falsò, Matthæolus.

B.

De lacertis diuersis, qui à paruis & communibus nostris tum aliâs tum magnitudine differunt, separatim agemus infra. ¶ In Anglia lacertos extare negant. E Fortunatis insulis vna est magnis lacertis plena, Theuetus.

Anglia caret lacertis.

Descriptio lacerti.

¶ Lacerti cortice teguntur, Aristot. quamobrem cutis eorum dura est. *Absint & pilli squalentia terga lacerti*, Vergil. Georg. Chamæleon & niger non longè dissimilis crocodilo est: & pallidus, vt lacertæ, Aristot. Plinius lacertorum meminit qui ferrugineas maculas habeant, lineis etiam per caudam distincti. Parui etiam lacerti aliquando virides, aliâs alio colore reperiuntur, nullo insuper discrimine variantes. Saura multarum specierum est, inter quas tamen pulcherrima viridis candicante ventre prope dumeta & sæpes, Christoph. Saluelden. ait autem harum in ventre repertri gemmam sauriten, quod Plinius de lacertis viridibus, maioribus scilicet quæ per excellentiam virides cognominantur, scripsit, non de minoribus quæ & ipsæ aliquando virides reperiuntur. Lacertæ paruæ quam nuper initio Septembris obseruaui, color fuscus erat, sed splendens & ad æreum accedens. venter partim viridem partim luteum colorem præferebat: Vtrinque in lateribus puncta aliquot deinceps erant, splendentia ceu asterisci quidam. Longitudo digitûm quatuor. Retro oculos meatus aurium rotundi apparebant. Nullus in ea lacteus liquor (qualis in aquaticis lacertis & salamandris est) quamuis Demetrius Byzantius in accipitrum cura ἀπογαλαχτίζειν verbo de lacerta vtatur. Digiti perexiles, ante & retro quini, cum vnguiculis. in posterioribus longissimus erat qui indicis situm obtinet, pollex inferiore loco vt in manibus hominis: anteriores verò pollicem cum cæteris eodem situ habebant, Hæc ex nostra inspectione. ¶ Lacerti parui sanguinem in venis habent, non carent vt stelliones, Matthæolus Senensis. ¶ Cortice intecta, vt lacertæ, superiore etiam palpebra conniuent, inferiore quidem omnia, Aristot. Palpebræ sunt quadrupedum etiam illis, quibus molle tergus, vt serpentibus: & quadrupedum quæ oua pariunt, vt lacertæ, Plinius. Lacertorum & serpentium lingua summa bifida est, sed præcipuè serpentium, Aristot. Idem lib. 2. de partibus animalium cap. 17. causam inquirit, cur his & serpentibus lingua longa & bifida contigerit, eamque in hoium animalium ingluuiem (voracitatem) reijcit, vt & diutius & quasi duplicem ex cibo voluptatem caperent. Et alibi, Lingua (inquit) eis bifida est vt serpentibus, parteq; extrema pilosa admodum. Lingua lacertis bifida & pilosa, Plinius, Author libri de nat. rerum, & Geor. Agricola. Atqui alio in loco Plinius serpentibus & lacertis linguam, non pilosam, sed capillamenti tenuitate esse scribit: transtulit autem vtrunq; locum ex Aristotele, vnum ex libro quarto de partibus animalium cap. vndecimo, vbi Aristoteles habet ἐπ' ἄκρῳ ἄγαν πηχώδη, valde pilosam vertit Gaza. alterum ex eiusdem operis secundo lib. cap. 17. vbi τὸ ἄκρον λεπτὸν καὶ πηχώδες ἔχειν legitur, Gaza vertit, & parte extrema capillamenti tenuitate, id quod in altero etiam loco facete debuisset, vt Plinius quoque. non enim pilosum, id est pilis hirsutum, Græcis δασὺ & λάσιον, sed à figura πηχώδες, id est capillamenti instar oblongum & exile Aristoteles intelligere voluit. Lacerta linguam dicitur habere pilosam, sed non habet: imò sunt dentes parui vt pili, & est bifida sicut lingua serpentis, Albert. Et rursus, Cum mordet lacertus & stellio, dentes paruos oris sui, qui subtiles & nigri sunt, & quasi pili nigri, in loco morsus infixos relinquit. Terrestres quadrupedes ouiparæ, vt lacerti, testudines, &c. pulmonem habent exiguum & siccum, sed aptum ampliari ac extumescere cum inflatur, Aristot. Eadem omnia ventrem vnum & simplicem habent, Idem. Exta serpentibus & lacertis longa, Plin. Lacerta perexiguum habet lienem, Aristot. & Plin. & rotundum, Aristot. Lacerto testes intus adhærent lumbis, Idem. Caudã serpenti consimilem habet, Author lib. de nat. rerum. Lacertis & serpentibus amputatæ caudæ renascuntur, Aristot. & Plinius. Colotis & lacertis caudam renasci haud falsum, Plin. Cardanus in fine lib. 9. de Subtilitate, causam cur quibusdam animalibus partes quædam præcisæ excisæve renascantur, in eo collocat quòd imperfecta sint: medici (inquit) ob id quòd humidiora sint dicerent. In lacertis inueniuntur & geminæ caudæ, Plin. Talem sanè figuram Bononiæ sibi visi lacerti, nec aliter à nostris communibus differentis, doctissimus medicus Misnensis Io. Kentmannus ad nos misit. Scinci qui venduntur sicci cum duabus caudis, non sunt veri scinci, Plateanus. Americus Vespucius scribit se in insula quadam Oceani mille leucis à Lysbona distante, lacertas inuenisse bifurcam caudam habentes. Lacerti quaternos habent pedes, Aristot. Priora genua eis post curuantur, posteriora in priorem partem. Sunt autem crura his obliqua, humani poplitis modo, Plin. Lacertarum pedes Græci blæsos vocant, hoc est quorum pars extrorsum, pars introrsum spectet, Hermolaus.

C.

De visu à lacertis recuperato.

Non hic antiquorum testimonio mihi erit opus, quæ ipse vidi explicabo. Cum vir quispiam Lacertum magnum & opimum comprehendisset, atque æreo stilo excæcauisset, eundemq; in fictilem ollam recentem vtrinque eatenus exiguis foraminibus pertusam, vt neq; spirare fera prohiberetur, neq;

neque tamen exitum haberet, concluſiſſet: & ſimul terram roſcidam, & herbam, cuius nomen non explicauit, impoſuiſſet: ac deinde ferreo annulo, cui ineſſet gagates lapis, in quo lacertus inciſus erat, nouem ſigna impreſſiſſet, quorum quotidie vnum deleret: pòſt vbi nono ſigno ſublato ollam recluſiſſet, lacertum vidi, oculorum vſu recuperato, clarius quàm ante excæcationem aſpicere, Ælianus. Quum lacerti in ſenecta oculi excæcantur, intrat in foramen parietis contra orientem, & ad ortum Solis intendens illuminatur, Iſidor. Idem Albertus ſcribit ex libro Iorach cuiuſdam. Quòd ſi verum hic dicit (inquit Albertus) obtenebrationis oculorum cauſa fuerit frigiditas conſtringens humorem oculi, quem calor lucis ſolaris diſſoluit & attenuat, & ſic viſum reſtituit. ¶ Captæ lacertæ cum aliquando lignum ori inſererem, tenaciſſimè id mordebat. Et alterius cuiuſdam colore candicantis in littore Hadriatici maris captæ digitum ori cum inderem, comprimebat illa quidem os, ſed mordere & cutim penetrare non poterat. *De morſu lacerti.* ¶ Lacerta ſibilat vt ſerpens, Author libri de nat. rerum. ¶ Si quis ſeu fortuitò lacertum, ſeu conſultò in caluaria percutiat, & virga medium diſcindat, huius partium neutra moritur, ſed ab altera ſeorſum vtraq; graditur, & duobus pedibus adrepens viuit. Deinde ſi coitio vtriuſq; cum altera fiat, conſenſione quadam tacita, & naturali colligatione velut conſeruntur, contexunturq; : atq; ex ſeparatis duabus partibus vnus atq; idem rurſus efficitur lacertus: & tametſi loci prius affecti veſtigium cicatrix indicat, tamen & vitam priſtinam retinet, & ei cætera perſimilis eſt, qui talia nunquam perpeſſus ſit, Ælianus. Lacertus diſſectus partibus ſuis iterum coit: Ἐσοὶ δὲ σαφῶς τὰ μερῶν αἱ συνθῆκαι, Ὅπαγε πρὸς τοὺς ποσὶν ἰφικτούς, Philes: Mihi quidem obſcurus eſt locus. Lacertum ſi quis diſſecuerit & diuulſerit medium, Ἕλκει μὲν αὐτῶ συνηλόνη (πόνος) τὰ τμήματα, Συνέρχεται δὲ καὶ πάλιν τὰ λίψανα, Suidas ex innominato in σαύρᾳ. ¶ Lacertæ ac cæteræ quadrupedum ouiparæ quomodo moueantur, explicat Ariſtoteles in libro de communi animalium greſſu. *Diſſecta lacertipartes rurſus coeunt & viuunt.* ¶ Lacerti cauernas ſubeunt, Ariſtot. In ſepulchris habitant, Gloſſa in Leuit. 11. Plerunque in rubetis & ſpinetis ſolent verſari, Georg. Agricola. Πᾶ δὲ τὺ μοσαμέσιος πόδας ἕλκεις; Ἀνίχα δὲ καὶ καυῶρος ἰφ' αἱμασιαῖσι κεκεύθει, &c. Theocrit. Idyl. 7. Amat lacertus vetera ædificia, muros & mœnia, fuſcus præſertim lacertus: virides verò (ij quoq; parui, nec niſi colore differentes. non enim de maioribus viridibus loquitur) in campis potius ſunt. vtrique tamen vtrobique reperiuntur, Herus. *Vbi habitent lacerti.* ¶ Lacerti omniuori ſunt, Ariſtot. Inſidias aliquando in apes faciunt, Ælianus. Lacertus apibus inſidiatur, Columella: vt & ſtellio quem ibidē nominat. Audio & formicas ab eis edi. Edunt cochleas, bruchos, cicadas, gryllos & ſimilia animalcula, Matthæolus Senenſis. Menſibus quatuor frigidiſſimis latent, & nihil interea comedunt, Ariſtot. *De cibo eorum.* ¶ Lacertæ coëunt vt ſerpentes, Ariſtot. Lacertæ, vt ea quæ ſine pedibus ſunt, circumplexu Venerem nouêre, Plinius. Audio eas vere circa exitum Martij, inter ſe complicatas coire, non ſuperuenientes, ſed incumbentes lateribus & ventribus iunctis ſeamplectentes, caudis & reliquo corpore intortis. *De coitu.* ¶ Gignunt & quadrupedes oua, (oua perfecta, Ariſtot.) vt chamæleontes, lacertæ, Plinius. Et alibi, Quadrupedum oua gignentium lacertam ore parere, vt creditur vulgò, Ariſtoteles negat: neque incubant eædem, oblitæ quo ſint in loco enixæ, quoniam huic animali nulla memoria. itaque catuli per ſe erumpunt. Lacertæ & crocodili tam terreſtres quàm fluuiatiles, ſua oua terræ gremio committunt. lacertarum oua ſponte in terra aperiuntur. vitam enim earum annum non complere, ſed ſemeſtrem finire aiunt, Ariſtot. hiſtor. anim. 5. 31. An verò ore pariant néc ne, & vtrum memoria careant, quæ itidem Plinius ex Ariſtotele citat nuſquam apud eum legere memini. Author libri de natura rerum, (& Albertus quoque,) eadem quæ Plinius ſcribit: & inſuper, Quidam (inquit) dicunt fœtus à matribus deuorari. Dicunt quidam quòd lacerta deuorat partum præter vnum magis inertem, qui tamen poſtea parentes deuorat, quod omnino falſum eſt, Albertus. *De ouis & catulis.* ¶ Negantur ſemeſtrem vitam excedere, Plinius & Ariſtot. ¶ Latent per hyemem (menſibus quatuor frigidiſſimis, Ariſtot.) lacertus, ſalamandra, &c. Eadem ſenectutem exuunt, Ælian. Lacertus ſenectutem vere & autumno exuit, vt & reliqua cortice intecta, quibus cutis eſt mollior, nec prædura & teſtacea vt teſtudini, Ariſtot. ¶ In lacertis & alijs quadrupedibus ouiparis, eadem ratio vuluæ quæ in auibus eſt. enimuero ceruix vna inferuè & carnulentior eſt: fiſſura autem & oua ſupernè proxima ſepto continentur, Ariſtot.

D.

Plinius ſcribit lacertos compares incedere, & capto vno alterum efferari in capientem, Albert. Homini beneuoli ſunt, Matthæolus Senenſis. Sed hoc alij de lacerta viridi ſcribunt, vt copioſè in eius hiſtoria retuli. Quidam dicunt fœtus à matribus deuorari, præter vnum magis inertem, qui tamen poſtea parentes deuoret, quod omnino falſum eſt, Albertus. Per muſtelam, murem, lacertum & huiuſmodi animalia in Vetere teſtamento clandeſtini inſidiatores & fures ſignificantur, quod ad quemuis ſtrepitum ſimiliter perterreantur, Procopius in Leuiticum de animalibus ad cibum impuris ſcribens. Lacerta impurum animal ſecundum Legem, in ſepulchris habitat, & inconſtantiam vitæ ſignat, Gloſſa in Leuiticum. *De mori-bus & animi affectibus.* ¶ Vtiliſſimum eſt pro frequentia domicilij (aluearium,) duos vel tres aditus in eodem operculo diſtantes inter ſe fieri contra fallaciam lacerti, qui velut cuſtos veſtibuli prodeuntibus inhians apibus affert exitium, Columella. *Inſidiantur apibus.* *Abſint & picis ſqualentia*

terga lacerti Pinguibus à ſtabulis, (alueatibus apum,) Vergilius. Lacertæ inſidias in apes faciunt: terreni quoq; crocodili peſtem pernitiemq; illis inſtruunt. his omnibus farina ad veratrum admiſta, aut maluæ ſucco ſuffuſa, ante alueos diſperſa, guſtantibus pernitiem adfert, Ælianus. ¶ Lacertæ cochleis inimiciſſimæ ſunt, Plin cochleas ab eis vorari in *C.* ſcripſimus. ¶ Lacerti quotiens cum ſerpentibus conſeruêre pugnam, vulnerati vires herba quadam refouent: itaq; ad ſerpentiũ ictus præcipua habetur, Plin. Lacerti maioris & viridis cum ſerpente pugnam in eius hiſtoria deſcribemus. Ophionicum Syluaticus lacertam interpretatur. Bufo cum lacerta pugnat, Phyſiologus. ¶ In Æthiopia ſcorpios lacertis audiq; expleri, & omni ſerpentium genere, Ælianus. ¶ Noctuæ quædam venantur mures & lacertas, & alia parua animalcula, Ariſtoteles & Albertus. ¶ Araneus paruos lacertos aggreſſus circundat os, & filis obducit, donec cohibeat: mox adhærens morſum defigit, Ariſtot. Venantur & lacertarum catulos aranei. hos primum tela inuoluentes, & tunc demum labra vtraq; morſu apprehendentes, amphitheatrali ſpectaculo cum contigit, Plin. *Serpente ciconia pullos Nutrit & inuenta per deuia rura lacerta*, Iuuenalis. Nocturnæ aues (*gimus* & *gimeta*) edunt lacertas & ranas, Creſcentienſis.

Inimicitias gerũ cum cochleis. Serpentibus. Bufonibus. Scorpijs. Noctuæ. Araneis. Ciconijs.

E.

Lacertos apibus nocere: & quomodo id caueatur, tum quomodo interimantur, iam dictum eſt in *D.* Inſidiantur quidem apibus & melli terreſtres etiam crocodili, ſiue ij ſcinci ſunt, ſiue alij quidam lacerti ab Ionibus ſic dicti: & appoſito extra aluearia croco arcentur. item ſtelliones.

F.

Chamæleo, (*koah*,) ſtellio, (*letaah*,) lacerta, (*homet*, alij limacem vertunt,) & talpa, hæc omnia impura ſunt, Leuit. 11. vbi Gloſſographus, Lacerta (inquit) immundum animal ſecundum legem, in ſepulchris habitat, & inconſtantiã vitæ ſignat. Et eodem in loco, Muſtela, mus, & crocodilus (*hazab*) iuxta genus ſuum, impura ſunt. vbi pro *hazab* Septuaginta crocodilum terreſtrem vertunt: ſed fortè præſtat crocodilum ſimpliciter, aut generali vocabulo lacertum vertere, quoniam ſubijcitur, iuxta genus ſuum, (apud Hebræos: Septuaginta omiſerunt.) crocodilus verò terreſtris genus non eſt, ſed ſpecies indiuidua. Iidem Septuaginta ibidem pro *homet* lacertam vertunt. Muſtela, mus, lacerta, & ſimilia, clandeſtinos inſidiatores & fures denotant, quòd ad quemuis ſtrepitum ſimiliter perterreantur, Procopius in Leuiticum.

Lacerti iuxta legem Moſaicam impuri.

¶ Troglodytæ Æthiopes ſerpentibus lacertisq; & alijs id genus reptilibus veſcuntur, Herodotus lib. 4. Amazones lacertis ac teſtudinibus & id genus beſtijs alebantur: inde forſitan appellatæ, quòd nullis mazis aut delicijs, ſed tenui & promiſcuo victu vterentur, Cælius. Lacertis virentibus veſci in more Afris eſt, Idem. In Dioſcoridis inſula lacertæ permagnæ ſunt, quarum carnes edunt, pinguedine verò liquata pro oleo vtuntur, Arrianus.

Qui lacertis veſcãtur.

G.

Remedia quæ ex lacerta deſcribit Raſis in lib. de 60. animalibus cap. 28. omnia pertinent ad crocodilum vel terreſtrem, vel aquaticum, vel vtrunq;. *Zab* enim vel *dhab* Hebraicum & Arabicum nomen generale videtur, quod has ceu ſpecies continet. *Aldab*, id eſt lacertus (in titulo tamen eiuſdem capitis *hardun* pro lacerto ſcribitur) natura præditus eſt vicina naturæ *guaril* ſeu *vrel*, & eſt ſimilis *vrel*, (ſtellionem vetus interpres reddit) propter nutrimentum, Auicenna. *Guaril* eſt maxima figurarum *alguaſgon* & *ſaamambras* (maximus ex lacertis, Bellunenſis) longa cauda, paruo capite, diuerſus à lacerto, ſed fortè proximus eius naturæ. caro eius valde calida eſt, Auicenna. Attribuit autem ei ferè eaſdem vires, quas Dioſcorides lacerto ſimpliciter. Adeps & caro *guaril* (maximi lacerti) impinguant fortiter, & propriè quaſdam mulieres, Idem. Si cum lacertæ ſepo, halinitro cyminoq; farinam tritici miſcueris, gallinæ hoc cibo ſaginatæ adeò pinguefaciũt homines qui eas ederint, vt diſrumpantur, Cardanus. Stellio, teſtudo, lacerta in cibo faciunt vt accipitres pennas citius mutent, Creſcentienſis. Falconibus malè affectis Albertus aliquando lacertam pro remedio dari iubet. Harundines & tela, quæq; alia extrahenda ſunt corpori, euocat mus diſſectus impoſitus: præcipuè verò lacerta diſſecta: & vel caput eius tantum contuſum cum ſale impoſitum, Plinius. Si ſtirps aliqua inhæſerit, lacertam per medium ſciſſam ei loco apponito, celerrimè educetur. vel, capita ipſa lacertarum contuſa impoſitaq; ſimiliter proſunt, Marcellus. Vide plura inferius de capite. Caro *guaril* (id eſt lacerti maximi) extrahit ſurculos & ſpinas, Auicenna. Idem rurſus in capite de *ſaambras*, id eſt lacerto: Fit (inquit) ex eo emplaſtrum ſuper ſpinas, & ea quæ carni ſunt infixa, & ſuper verrucas contrito, & extrahit eas: & ſuper ea quæ ſunt vt claui, & euellit, (eadem ex capite eius remedia Dioſcorides præſcribit.) Dicunt etiam ſiccum ſi miſceatur cum oleo, capillos reuocare in manantibus capitis vlceribus. Et alibi, Caput lacertæ recens amputatum cum ariſtolochia longa & radice cannæ & bulbo narciſſi, mirabiliter extrahit ſpinas, haſtulas, ſagittas & partes vitri, ſi forma emplaſtri admoueatur. Lacerta ſi diuulſa admoueatur, ictis à ſcorpione leuamentum præſtat, Dioſcor. & Auicenna in ſaambras. Prodeſt ad ictus ſcorpionum etiam lacerta diuulſa, Plinius: item ſtellio in oleo putrefactus, vt in eius hiſtoria dicemus. Lacerta exſecta adpoſita clauorum intra triduum perſeuerantiam tollit, Marcellus. Panos aperit lacerta diuiſa adpoſita, item cinis eius, Plinius & Marcellus. Vt

Remedia ex lacertis.

ſponte

ſponte dens excidat, Lacertam agreſtem arefactam, diſſectam, contritamq; repone, cum dentem circummundaueris imponito, & paulò poſt attrahito, quoniam ſequetur, Galenus Eupor. 2. 12. Lacertæ tritæ coctæve fronti illitæ, epiphoras ſedant, ſiue per ſe, ſiue cum polline, ſiue cum thure, ſic & ſolatis profunt. Viuas quoq; cremare & cinere earum cum melle Cretico inungi caligines, vtiliſſimum eſt, Plinius: Vide in Lacerta viridi. Lacerti inueterati in os pendentium addito ſale, contuſi, ab ictu læſas aures ſanant: efficaciſſimè autem ferrugineas maculas habentes, lineis etiam per caudam diſtincti, Plinius. Oleum de lacertis fit vel ex communibus iſtis quæ per domos noſtras & parietes verſantur, vel ex viridibus, vtrunq; autem alij ex viuis lacertis parant, alij ex mortuis & exenteratis, ne ſtercora oleo innatent, Braſauolus. Vide plura in viridibus lacertis *G.* de oleo cum eis facto. Lacertas pauxillas venatus mundo oleo eliquato, atq; ita in aurem demittito: & vermes ſi in aure fuerint, interficies, Galenus Euporiſt. 2. 4. Vix eſt ſeriò complecti quædam, non omittenda tamen, quia ſunt prodita: Ramici infantium lacerta mederi iubent: Marem hanc prehendi. id intelligi, & quod ſub cauda vnam cauernam habeat. Id agendum vt per aurum, aut argentum, aut oſtrum mordeat vitium. Tum in calice nouo illigatur, & in fumo ponitur. Lacertæ quoq;, vt docuimus, combuſtæ, cum radice recentis harundinis, quæ vt vnà cremari poſſit, minutatim findenda eſt, ita myrteo oleo permixto cineres capillorum defluuia continent: (Efficacius virides lacertæ omnia eadem præſtant:) Etiamnum vtilius admixto ſale, & adipe vrſino, & cepa tuſa. Quidam denas virides in decem ſextarijs olei veteris diſcoquunt, contenti ſemel in menſe vngere, Plinius. De lacerta Martenſi vſta ad locum glabrum pilis explendum: deq; lacerta piſſina vſta ad aciem oculorum acuendam, ſcribemus infra inter Lacertas diuerſas. Arnoldus de Villanoua lacertos virides miſcet medicamentis quibuſdam pilos regenerantibus.

¶ Varices ne naſcantur: lacertæ ſanguine crura puero ieiunus illine, in totum carebit hac fœditate, Marcellus: Vel vt Plinius, lacertæ ſanguine pueris crura ieiunis à ieiunio illinuntur. Lacertæ iecur aut ſanguis in lanula adplicitus, clauorum intra triduum perſeuerantiam tollit, Marcellus. Verrucas omnium generum ſanat caput lacertæ vel ſanguis, vel cinis totius, Plinius. Verrucam poterit ſanguis curare lacertæ, Serenus. Sanguis *guaril* (aliàs *vrel*) & lacerti, confortat viſum, Auicenna. Vrina ſaambras (id eſt lacertæ, ſed apparet locum eſſe corruptum, aut interpretem, cum nulla ouiparorum vrina ſit) & ſanguis ipſius mirè iuuant rupturam infantium, cum inſident in decoctione eius. & quandoq; miſcetur vrinæ ſanguiniue eius aliquid moſchi, & immittitur virgæ infantis, quod quidem ſummum eſt rupturæ remedium. *Ex capite.*

¶ Dentes ſcarificant & oſſibus lacertæ è fronte luna plena exemptis, ita ne terram attingant, Plinius. Lacertæ caput intritum & appoſitum, aculeos & omnia corpori infixa extrahit. varos, formicantes verrucas, & penſiles (quas acrochordonas vocant) tollit, Dioſcorides: & clauos, vt addit Galenus de ſimplic. 11. 6. reliqua ſimiliter habet vt Dioſcorides. Si ſtirps aliqua inhæſerit, capita lacertarum contuſa impoſitaq; proſunt, aut ipſa lacerta per medium ſciſſa & appoſita, Marcellus. Verucas omnium generum ſanat caput lacertæ, Plinius. *Ex cerebro.*

¶ Lacertæ cerebrum ſuffuſionibus prodeſt, Idem. *Ex corde.*

¶ Cor lacertæ combuſtum aut mixtum cum amurca, impoſitum membro torporem infert adeò vt ferrum non ſentiat, Arnoldus de Villanoua: ſed hæc Raſis & Plinius de corio lacertæ, id eſt crocodili ſcribunt: Vide in Crocodilo *G.* *Ex iecore.*

¶ Lacertæ iecur exeſis dentibus impoſitum dolores finit, Dioſcorides: finire aliqui ſcripſerunt, Galenus. Dicitur hepar eius ſedare dolorem molaris dentis, Auicenna. Cauis dentibus inditum iecur lacertarum aridum, dolores dentium ſanat, Plinius. Lacertæ iecur aut ſanguis in lana adplicitus, clauorum intra triduum perſeuerantiam tollit.

¶ Lacerti ſtercus vulnera purgare, & adurere, apud Celſum legimus: quærendum autem an de lacerti ſimpliciter fimo intelligendum ſit, an terreſtris potius: an eadem vtriuiq; facultas ſit, quod magis videtur. video enim multa (vt in ſequentibus patebit) lacerti fimo ſimpliciter attribui, quæ alij de crocodilea, id eſt terreſtris crocodili fimo priuatim ſcripſerunt. Stercus ſtellionis & lacerti & crocodili, vtile eſt albugini oculi, Auicenna. *Aldab* (inſcriptio habet, *hardun*, id eſt lacertus) naturæ eſt ſimilis *vrel* ſeu ſtellioni, & ſtercus eius confert albugini & pruritui, & acuit viſum, Idem. Et alibi, ſtercus *guaril* ſeu *vrel* panno (maculis à Sole) & lentiginibus mederi ſcribit: & idem contritum eradicare verrucas: ac ſimile eſſe ſtercori lacerti. valere enim ad albuginem oculi. Stercus lacertæ illitum prodeſt ad oculorum albugines, Galenus Eupor. 1. 43. & de compoſ. medic. 4. 8. Miſcetur etiam cum alijs quibuſdam ad albugines oculorum, in libro Secretorum qui Galeno adſcribitur. Ad vlcera oculorum & albugines: Ex ſtercore lacertæ faciens collyrium cum aqua vnge, Galenus Euporiſt. 2. 99. Arnoldus de Villanoua ſtercus lacertæ abiecto nigro in farina ſubacta decoqui iubet in furno vel alibi. cum adde (inquit) aquæ nitri ſcrupulum, ſpumæ maris drachmam. & ſimul in ſucco chelidonij vel alio conueniente coquito, tum exiccata vſui reſerua ad pannum oculorum. vel adde parum ſarcocollæ, & in oculo pone. remouet enim pannum & omnem oculorum tunicam ſupernatam, quod ipſe expertus ſum. Hierocles medicamento cuidam, quod equo ad ſtranguriam infunditur, ſtercus lacertæ (κόπρον σαύρας) adijcit. *Ex ſtercore.*

¶ Lacertæ venenum eſſe negant, Mich. Herus. Salamandræ venenum expugnatur ijſdem

remedijs, quorum vſus eſt à cantharidum potu, aut lacerta in cibo ſumpta, Plinius: quanquam non prorſus ijſdem verbis. locus enim corruptus eſt apud Plinium. Species lacertorum (vt habet Auicenna 4. 6. 2. 6. quod de lacertis inſcribitur) eſt ſalamandra, aut in ipſa eſt ſimilitudo naturæ eius: & quæ ei ſimilia ſunt, interimunt. & accidunt ei qui ſumpſerit carnem eius, apoſtema (inflammatio) linguæ & pruritus, & dolor capitis, & aduſtio, & caligo oculorum. Sic affecto in potu dare oportet ſeſamum, & xyloceratia nabati, & ſachar, æquis portionibus mixta, cum butyro cocto bubulo. Dandum etiam in potu lac dulce, & inunctione oleí alicuius balneoq; vtendum. Hæc ille. mox autem in ſequenti capite alia contra ſalamandram ſumptam remedia præſcribit, quam lacertorum ſpeciem facit: vnde conijcio initium capitis hic recitati, corruptum eſſe, intelligiq; oportere genus aliquod lacerti ſalamandræ ſimile, ſepticum & adurens, ideoq; dulcibus & lenibus auxilijs ei occurrendum. Caro lacertæ inflammat linguam, infert pruritum, &c. (vt Auicenna,) Arnoldus in libro de venenis. Et mox, Oua autem ipſius necant, ſecundum filium patriarchæ, niſi ſtatim ſubueniatur cum ſtercore falconis & vino puro: poſtea cum vomitu nucis vomicæ: Sed hæc Auicenna 4. 6. 3. 18. non de lacerti, ſed de alharbe, id eſt chamæleontis ouis ſcribit. ¶ Cerebrum lacertæ veneficium (philtrum venenoſum) eſt, quod mentem mutat potius, quàm ad amandũ mulierem, quæ id dederit, cogat, Cardanus.

De morſu eius. ¶ Stellio & lacerta cum mordet (mordent, Albertus,) dimittit (dimittunt, Albertus) in loco ſui morſus dentes paruos, ſubtiles, nigros, pilorum inſtar: & non ceſſat locus dolere & prurire, donec auferantur cum ſerra, aut cucullo (cultello, Albertus) tranſeunte ſuper eos, & aſſumat eos, & colligat eos: quare ſedatur dolor. Et quandoq; extrahit dentes eius oleum, & cinis: (fricetur locus oleo & cinere donec egrediantur dentes: deinde ex ijſdem commixtis emplaſtrum imponatur, Raſis.) deinde ſugatur locus, & ponatur in aqua calida. Et dictum eſt quod altaraxacon in cibo ſumptum, vtiliſſimum eſt ad morſum eius. Quòd ſi dolor augeatur, detur in potu theriaca rutelæ, Auicen. 4. 7. 1. 18. & Raſis tractatu 8.

H.

De ſynonymis. a. Lacertam & lacertum idem genus eſſe conſpicor, vt eſt apud Græcos quoq; ſaûros atq; ſaûra, Hermolaus. Nam ad lacertas captandas tempeſtates non ſunt idoneæ, Cicero ad Atticum lib. 2. Reperitur & neutro genere, vt apud Actium Atreo, Concoquit partem vapore, flammam tribuit verubus lacerta in focos. Lacertus animal dictum, vt placet grammaticis, quod pedes habeat ad ſimilitudinem noſtrorum lacertorum, hoc eſt noſtrarum manuum & pedum. Σαύρα penacuitur. nam nomina in ρα quæ in penultima diphthongum habent, penanflectuntur. Excipe φαύρα, σαύρα, αὔρα. ¶ Σαυρίτις, herba quædam, & lacerta animal, Heſychius & Varinus. Αἴθαξ Græcam vocem, (quam ego nuſquam adhuc reperi,) & Germanicam Aydex/ Gelenius in Lexico ſymphono è regione ponit. item Græcam χίλιρος, (quæ tamen ſcincum potius ſeu crocodilum terreſtrem ſignificat,) & Illyricam *geeſtier*. Σμύλλα, lacerta, Heſychius & Varinus.

¶ Epitheta. *Picti ſqualentia terga lacerti*, Vergilius Geor. *Parua Lacerta*, Ouidius 5. Metam. Σαῦρος ἀγρεύς, Philes.

De homonymis. ¶ Lacertus in homine dicitur brachium à cubito ad manus vertebram, quæ carpus vocatur. Aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illachrymansq; dixiſſe, &c. Cicero de ſenect. O pectora, ô terga, ô lacertorum tori, Idem 2. Tuſc. *Adductis ſpumant freta verſa lacertis*, Verg. 3. Æneid. Hinc lacertoſus, robuſtus ac validis lacertis apud Columellam, Ciceronem, Ouidium. Recentiores quidam lacertos pro muſculis dicunt, neſcio quàm rectè. ¶ Lacerta videtur & vaſis genus eſſe apud lutiſperitos, ſicut & apud Græcos ſaura, cuius in palma meminit Hippocrates, Hermolaus: quaſi ſcriptum aliquod Hippocratis Palma inſcribatur, quale ego nullum reperio. Quare vel Hermolaus errauit, vel librarius, legendumq;, quod è palma fieri meminit Hippocrates. Eſt autem locus Hippocratis in libro de articulis circa finem, Ἐμβάλλουσι δὲ ὀπτιμάτους καὶ σαῦραι ἐκ τῶν φοινίκων πλεκόμεναι. hoc eſt, Moderatè etiam articulos luxatos reponunt quæ ſauræ vocantur ex palmis contexi ſolitæ. Ego ſauras intelligo, non vaſa, ſed funiculos ex palmis contextos. hi cum reſoluuntur, (vt quiuis funiculi) apertiuntur, vt digitus immitti poſſit, tum in contrariam partem retorti, arctius clauduntur, vt per eos digitus trahi & extendi poſſit: moderatè ſcilicet: quæ enim ſic contexta ſunt facilè extenduntur, nec multum renituntur, nec duritie ſua lædunt: quod conuenit, cum nulla vi in his articulis extendendis opus ſit. Vocar autem Hippocrates moderatam repoſitionem, quando opera duorum neceſſaria non eſt, vt in præcedenti illic modo: ſed vnius tantum ſufficit. Quod ſi rectè σαῦρα ſcribitur, vt noſtri codices habent & Hermolaus legit, idem ſanè ſignificabunt & iſtæ voces, σίρα, σιρὰ, σιρά: Grammatici interpretantur vinculum contextum, (nimirum è viminibus, aut corticibus arborum.) Σειρὰ enim catenam ſonat, aut contextum quid è funiculis, aut ſparto, aut cannibi, aliáve materia, vt Varinus ſcribit. Σιρὰ, δησὶς πλεκτὸς, Idem. Σίρα, πλεκτὸν ἱμάντωμα ὀν ταῖς ναυσί, Idem: contextum nimirum illud è viminibus, cui remus inſeritur: malim oxytonum σιρά. Eſt & σίρος vas, in quo far & legumina reponuntur, Etymologus: quæ vox apud Actium vltimam acuit. nam libro quarto capite decimo tertio: Siriaſis, (Σιρίασις, aliâs σιρίασις: aliqui non rectè ſyriaſin ſcribunt) inflammatio eſt partium cerebri & membranarum eius, infantibus contingens, vſque ad concauitatem ſinci-

pitis

pitis & oculorum: ſic dicta, quoniam σιρὸς Græcè vas concauum (σῶμα κοῖλον) dicitur, quo ſemina aſſeruantur. Apud eundem libro primo in quercu σιρὸς legimus, pro foſſis ſubterraneis, in quibus agricolæ tanquam in horreis frumentum aut alios fructus per hyemem adſeruant, quæ Latinè etiam ſiri appellantur Curtio lib. 7. & Columellæ ac Varroni. Noſtri rapa præcipuè in huiuſmodi foſſis conſeruant. Σιρὸς, ὁ λάκκος. καὶ σιροῖς ὀρύγμασιν, ἐν οἷς κατατίθενται τὰ ἀνήμερα, Suidas: ſed hæc præter inſtitutum. Cæterum omnes hæ voces cum contextum aliquid ſignificant, ſiue ad vinculi aut funiculi, ſiue ad vaſis alicuius, vt fiſci, calathi aut naſſæ aut alterius figuram, Hebraicæ originis videntur, à verbo *Zar* vel *Zarar*: quod ligare ſignificat, vt *aſar* quoq; : vel quòd ad ligandum apta ſint, vt vincula: vel quòd ex viminibus alijſve inter ſe connexis & contortis contexantur, vt eadem & vaſa diuerſa.
10 Hinc & illa quæ ſubijciam vocabula, orta mihi videntur: Σαργάνη, χοινίκη, καὶ πλέγματα γυργαθώδη, καὶ εἶδος σανιδώδες, Varinus. Σάγηνον, ἀγγεῖον ἐξ οὗ τὸ σῦκα ἐμβάλλεται, ἢ ξυλοκαθήλια, Idem. Σαεὶρ, ramus palmæ apud Lacones: & Σαιρομάϊς, lorum, Idem. Palmarum ſanè tum folium ad vitilia vtiliſſimum eſt, tum funes rudentesq; in Ægypto ex tunicis eius nectuntur, vt apud Theophraſtum legitur. Saura igitur apud Hippocraten genus quoddam texti è tunicis aut corticibus palmæ funiculi erit, (cui nihil cum lacerta animali commune:) non autem vaſis genus vt Hermolaus & Cælius putarunt, quòd id extendendo reponendoq; articulo minus aptum foret: Lacertam verò apud Iureconſultos vaſis genus eſſe à figura ſic dicti (fortaſſis quòd quatuor pedibus in digitos tranſuerſo ſitu formatis inſiſtat) non negauerim. Σαυεία, corruptio ſegetum, iaculum, venabulum, Vide Theocritum in Pharma. Σαυειάζειν, ſegetes deſtruere, iaculari, ferire. Σαυροειδὴς ſimile lacertæ. Σαυρωτὴ, ποικίλη, id eſt varia, Heſych. nimirum à varietate coloris lacertorum. ¶ Σαυρωτὴρ pars haſtæ, de qua alij aliter docent. Haſtæ poſtremum quod ferreum eſt, vocatur ſauroter: quanquam eo nomine ſunt qui intelligant locum item in quo reponatur haſta, Cælius. Haſtæ finis (manibus proximior, ſpiculo oppoſitus, Pollux 1. 10.) σαυρωτὴρ vocatur: pars media, ancyle: quæ verò prominet αἰχμὴ (id eſt ſpiculum vel mucro) & epidoratis & ſtyrax. Et rurſus 10. 31. Haſtæ pars qua erigitur vel cui inſiſtit, (τὸ τῦ δόρατος ἰσάμονον,) σαυρωτὴρ dicitur, & ſtyrax & ſtyracion: ferrum verò prominens, λόγχη, αἰχμὴ, ἐπιδορατίς. De ſtyrace plura Cælius. Varinus aliam adfert originem, his verbis: Sauroter ferreum eſt cauum & in fine mucronatum, cui inſerta poſterior haſtæ pars, haſtam terræ infixam, pali ſeu crucis (σαυρῷ) aut patibuli inſtar erigi facit: vt σαυρωτὴρ quaſi σαυροστὴρ ἀπὸ τῦ σαυροῦ dictus videatur, (quod Euſtathius quoq; tradit:) ſed apud veteres σαυρωτὴρ nominatur, nempe in altero haſtæ fine extremũ
30 ſpiculum ferreum. Apud Homerum autem *ſauroter* vocatur etiam ὐσία χος: apud alios verò κρόσφος quoq; aut χρόσφος: item ſtyrax pars eadem quaſi σίραξ, ἀφ' (ἐφ') ᾧ δηλαδὴ ὄζει τὸ δόρυ σῴειν. Intelligo autem poſteriorem haſtæ partem quæ manibus tenetur, vel quę mucroni oppoſita eſt, vbi hodie ſimpliciter circulus ferreus haſtæ inſeritur. Οὐσία χος (vt idem alibi habet) pars poſterior & ſpiculo haſtæ oppoſita, veluti cauda haſtæ, quæ & ſtyrax & ſauroter vocatur, & χρόσφος & σόρθηγξ appellatur. Ἔγχεα δὲ σφίν Ὀρθ' ὅθι σαυρωτῆρος ἐλήλατο, Iliad. κ. vbi Scholia, ὀρθὰ ὅθι τὸ χρόσφος. ſic enim vocatur ferrum è regione epidoratidis ſitum. Σαυρωτῆρσι, τοῖς σίραξι τοῖς ὄπισθι τῶν δοράτων. Ἐκπαπηνῶτῶ Σαυρωτῆρι. Καὶ ταχὺ περιρρήξας τὸν ἵππον ἐσαοῦτα, σὺν τῷ σαυρωτῆρι ἅμα τῷ πραχήλῳ. Ἡ ξυστὸν δόρυ ἢ σίραξ, ὃν ἔνιοι καλοῦσιν ὐσίαχα, Suidas. Σαυρωτὴρ ſignificat etiam ſtathmen, id eſt perpendiculum (quod in eo quoq; plumbum funiculo extremo addatur, vt ferrum haſtæ) & ceſtum (id eſt cingulum
40 varium vel acu pictum, vt & lacerti color varijs punctis diſtinguitur,) Heſychius. Σαυρωτοῖς δόραι, haſtis quæ ſauroteras habent in epidoratide, Idem. Σαυροειδὴς ἔγχος, ἀπὸ τῦ σαυρωτῆρος βαρύ: ſic Æſchylus, ὑποσαυροειδὴς ἔγχος, Heſych. & Varinus. ¶ Σαυεῖον, εἶδος σημείας ἢ φλαμέλλα, Suidas. Σημεία, τὸ φλάμμελλον, ἢ σημεῖον, Varinus. Vexilli genus intelligo, flammeum quidem Latini grammatici genus veſtimenti lutei coloris interpretantur, quo amiciebatur noua nupta boni ominis cauſa, &c.

¶ Praxiteles ſtatuarius inter cætera fecit & puberem (Gyraldus legit, & Apollinem puberem) ſubrepenti lacertæ cominus ſagitta inſidiantem, quem Sauroctonon vocant, Plinius. *Apollo Sauroctonos.*

¶ Eſt & herbæ nomen ſaura Plutoni ſacra, vt Nicander poeta docuit illo verſu: Σαύρια τ' ἠχθοίῃ πάλιται σίφος ἡμιπλάϊ: fortaſſeq; in eo verbo aut anagallidem intelligit, quippe quam Dioſcorides *ſauritin* (aliàs *gauritin*) à nonnullis dici prodat, & prophetæ nycteritin, quaſi nocturno & ſubterraneo dicatam numini: aut ipſum ſinapi, quod (vt Plinio placet) ab Athenienſibus ſaurion vocatur: aut naſturtium quod ab Hippocrate ſauridion quoq; dicitur, Hermolaus. Et alibi, Hippocrates naſturtium ſauridion vocat, à ſinapis ſimilitudine, quod & ſaurion dicitur. Sauridion Hippocrati naſturtium eſt, à ſimilitudine figuræ, Galenus in Gloſſis & Varinus. Vſurpatur autem hæc vox ab Hippocrate in libro de vlceribus. Σαυρίσκη, herba quædam, Varinus & Heſych. Lacertus piſcis, qui g. colias &c. Σαῦρος autem piſcis Græcorum non eſt lacertus Latinorum. *Saura herba.*

¶ Lacertis ſimilia ſunt, aut lacertorum generis multa ex ouiparis quadrupedibus, omnia nempe quæ oblongiore ſui corporis alueo ſerpentes imitantur, eſſentéque ſerpentes ablatis pedibus: vt ſtellio, ſcincus, ſalamandra, ſeps ſiue lacerta chalcidica. Salamandra magnitudine eſt lacertæ, Suidas. Stelliones lacertarum figura ſunt, Plinius. Aſcalabotes (id eſt ſtellio) animalculum eſt lacertæ ſimile, Suidas. *Aldab* animal figura lacerto ſimile eſt, ſed maius: Vide in Scinco *A. Aluel* (aliàs *De animalibus lacertis ſimilibus.*

guaril) animal terreſtre, lacerto ſimile, And. Bellunenſis. Chamæleontis figura & magnitudo erat lacerti, niſi crura eſſent recta & excelſiora, Plinius. Sunt & ſauri Græcis, vt lacerti Latinis inter piſces. Sauritæ genus ſerpentium, Varinus & Heſych.

Nomina propria ab hoc animali deſumpta.

¶ Sauros & Batrachos ſtatuarij, natione Lacones, fecere templa Octauiæ porticibus incluſa, Plinius. Cum Erymantum fluuium traieceris ad Sauri iugum, vt vocant, & Sauri monumentum videbis, & Herculis templi rudera. Dicitur autem hic Saurus latro fuiſſe, & viatores afflixiſſe & accolas, priuſquam Herculi pœnas dedit, Pauſanias in Eliacis. Saureas ſerui nomen apud Feſtum legitur. Σαῦραι, gens Thraciæ, Varinus & Heſych. Amazones nullis mazis aut delicijs, ſed tenui & promiſcuo victu vtebantur, vt inde videri poſſent appellationem ducere: quod nec Euſtathio diſpliceat, quoniam lacertis ac teſtudinibus, & id genus beſtijs alerentur. Quamobrem etiam Sauromatidas, ſiue ſauropatidas nuncupatas volunt, ἀφ' τὸ σαύρας πάσασθαι, ὅ ἐστι γεύσασθαι. quanquam alij quòd in Sauromatica Scythia aliquando habitauerint, dictas ita opinantur, quod Stephanus tradit. Sed & Euſtathius Sauromatas Amazonum connubio inſignes refert, Cælius. Sarmatæ, Græcis Sauromatæ dicti, Scythiæ populi ſunt, Plinius. Et rurſus, A Buge ſuper Mæotin Sauromatæ tenent. In Creta fons eſt ab aditu ſpeluncæ Idææ duodecim plurimum ſtadia diſtans, Sauri dictus, Theophraſtus de hiſt. plant. 3. 5.

¶ *b.* Σαύρῳ λοιπὸν ἐμφερὴς ἐγένετο, Innominatus apud Suidam in Σαύρα: fortè pro eo quod eſt expalluit, vt de viridi lacerto intelligatur.

¶ *c.* Ælianus rem miram de hoc animali tradit: Quidam videlicet comprehenſam lacertam, ac oculis ſtilo acuto orbatam, in ollam fictilem nouam incluſit vtrinque pertuſam paruis cauernis: mox illita cera, addita herba quadam, cuius nomen non indicauit: deinde gagate lapide annulo ligato ferreo nouem ſignis ſignauit, quorum quotidie vnum delebat: poſt nonum vero, recluſa olla, lacerta inuenta eſt oculis reſtituta. Anulum nanque illum aiebat oculis vtilem eſſe, Volaterranus.

Lacertus frater Lombardorum dictus.

Vide infra in Lacerta viridi *G.* Lacertum aliqui fratrem Lombardorum vocant, vt bufonem Salernitanorum: quòd apud hos populos mulieres aliquando hæc animalia in vtero geſtare è vulgo quidam fabulentur.

¶ *g.* In vrina virili lacerta necata, venerem eius qui fecerit, cohibet. nam inter amatoria eſſe magi dicunt, Plinius.

Superſtitioſa de lacertis.

¶ *h. Incantata lacertis Vincula*, Horatius Serm. 1. 8. de veneficis mulieribus. ¶ Apollo Sauroctonos: vide ſuperius inter deriuata. Deos aliquot animalium nominibus veteres appellarunt, vt Dianam lupam, Solem lacertum, Porphyrius lib. 4. de abſtinendo ab animatis.

DE LACERTO VIRIDI.



A.

De nomine.

LACERTA maior quæ & viridis dicitur, Græcis σαύρα χλωρά, & χλωροσαύρα apud recentiores, Italis *geż*, Germanis grüner Heydex. Valleſij Grünig vocant. Syluaticus & alij quidam ophionicum ſiue ophiomachum quoq; lacertum interpretantur, quæ nomina à vincendis & impugnandis ſerpentibus facta ſunt: ideoq; & cicadæ genus, & ichneumonem ophiomachum vocant. Sunt qui lacertam viridem & ſtellionem confundant, vt vetus gloſſographus Auicennæ, & quidam etiam noſtra ætate. Et Syluaticus, Stellio (inquit) id eſt lacerta Facetana: vel ſecundum alios, lacerta viridis.

B.

De figura corporis.

Viridi colore ſunt, vnde & nominantur: præcipuè tamen, vt Georg. Agricola ſcribit, verno tempore, æſtiuo nonnihil pallidi. Morbus regius cum virore pallidus eſt, quales ſunt lacerti cum virore pallentes, Hippocr. lib. 3. de morbis. Maiores ferè duplo ſunt, vt puto, communibus lacertis, rari apud nos: calidioribus locis frequentes, ruri ſub dio & in pratis magis, non etiam vt communes circa parietes reptant. Plinius priuatim meminit lacerti viridis longo collo naſcentis in fabuloſis.

D. Ita-

D.

Italia magnas habet lacertas & virides. hoc animal natura & homini amicum eſt, & ſerpentibus inimicum. Nam vbicunq; proſpicit homo, ibi congregantur lacertæ, obliquato capite diu contemplantes hominis faciem. ſi expuas, elambunt ſaliuam ore redditam: vidi & puerorum mictum exorbentes. Quin & puerorum manibus tractantur impune, atq; etiam læduntur, & admotæ ori gaudent ſaliuam lambere. Cæterum ſi comprehenſæ inter ſe committantur, dictu mirum quàm in ſeſe ſæuiant, nec appetunt committentem. Si quis in agris ambulet per viam cauam, nunc hinc, nunc illinc ſtrepitu dimoti rubi admonent hominem, inſuetus crederet ſerpentem eſſe, vbi diſpexeris lacertæ ſunt, obliquato capite contemplantes donec conſiſtas: ſi pergas, ſequentes. Rurſus aliud agentem admonent. Diceres eas ludere vehementerq; delectari hominis aſpectu. Quodam die vidi prægrandem & mirè viridem in oſtio caui decertantem cum ſerpente. Primum mirabamur quid eſſet rei. nam ſerpens nobis non erat conſpicuus. Italus admonebat in antro eſſe hoſtem. paulò poſt venit ad nos lacerta, velut oſtendens ſua vulnera ac remedium flagitans: ſeq; tantum non tangi patiebatur. Quoties autem reſtabamus, reſtabat & illa nos contemplans. Serpens alterum latus penè totum eroſerat, & ex viridi rubrum fecerat, ac rurſus in antrum ſe abdiderat. Poſt aliquot dies cum fortè inambularemus per eundem locum, ſerpens è fonte vicino biberat: erat enim æſtus prodigioſus, adeò vt nos quoque aquæ inopia periclitaremur. Commodum occurrit ex agris puer natus annos tredecim, geſtans raſtrum quo fœnum demeſſum conuerrunt agricolæ: hic ſimul vt ſerpentem vidit, præ gaudio exclamat, velut inſultans deprehenſo hoſti. Ferit raſtro, ſerpens ſe contrahit. ille non facit feriendi finem, donec contrito capite ſerpens in longum porrigitur, quod non facit niſi moriens. Ad hæc, eius ruris agricolæ pro comperto nobis aliud quiddam mirabile referebant. Agricolæ nonnunquam feſſi obdormiunt in agro: tum ſerpentes interdum clanculum adrepentes in os patens dormientis conijciunt ſeſe, & in ſtomachum ſeſe conuoluunt. Verum in hoc diſcrimine non rarò lacerta quamuis puſilla ſeruat hominem. nam vbi ſenſit ſerpentem inſidiari, circumcurſat per collum & faciem hominis, nec finem facit donec pruritu ſcalpturq; vnguium excitetur. Porrò qui expergiſcitur conſpecta in propinquo lacerta, mox intelligit hoſtem alicubi eſſe in inſidijs, ac circumſpiciens deprehendit, Hæc omnia Ephorinus quidã apud Eraſmum in Colloquio de amicitia. Atqui Matthæolus Senenſis de lacertis minoribus ſcribit, eſſe eas homini beneuolas. Plinius lacertas ſimpliciter cum ſerpentibus pugnare prodidit. Ophionicum Syluaticus (offionicum ipſe ſcribit) lacertam interpretatur: alij ophiomachum, quòd ſerpentes impugnet ac vincat: niſi ophionicus pro ophiomacho corruptè ſcribatur.

Sympathia lacerti huius cum homine & antipathia cum ſerpente.

Pugna lacerti cum ſerpente.

E.

Multi contra erucas, & mala ne putreſcant, lacertæ viridis pelle tangi cacumina arborum iubent, Plinius. Lacertæ viridis felle, (non *pelle*, vt Plinij codices habent) ſi tangantur cacumina mali non putreſcit, Palladius. Vt fructus mali in arbore non computreſcat, neq; ipſum eruca contingat, lacerti viridis felle truncum illine, Anatolius in Geoponicis.

De vſu lacertorum viridiũ.

F.

Lacertis virentibus veſci in more Afris eſt, Cælius (ex D. Hieronymo.) De his qui lacertos ſimpliciter edunt, vide ſupra in lacerto *F.* Iſchiadicis prodeſſe dicunt lacertam viridem in cibo, ablatis pedibus, interaneis, capite, Plinius.

De lacertos edentibus.

G.

Lacerta viridis pro ſalamandra ſubſtitui poteſt ad remedia, vt legitur in Antiballomenis Æginetæ adiunctis. Solaris lacerta eadem poteſt quæ & viridis, Kiranides. Lacerta viridis cremata, carni alicui aſperſa, mutationem pennarum in accipitre, qui ederit, accelerat, Albert. Demetrius Conſtantinop. in libro de cura accipitrum, accipitri ad cibum obijcit lacertam viridem minutatim conciſam, ne vnguibus retinere poſſit. nam pes ſanie lacertæ læſus contraheretur. Et ad eundem effectum vt pennæ cito abijciantur, lacertam viridem in aqua decoqui iubet: tum in mortario contundi, affuſaq; aqua tepida accipitrem in ea lauari. Ad idem alius Græcus ſcriptor innominatus, triduo accipitri in cibo dari præcipit lacertos virides viuos, aut ſiccatos in Sole & ſuillæ aſperſos carni. Ad comitiales prodeſt lacerta viridis cum condimentis quæ faſtidium abſtergeant, ablatis pedibus & capite, Plinius. Phthiſin ſentientibus vtiliſſimam eſſe tradunt lacertam viridem decoctam in vini ſextarijs tribus ad cyathum vnum, ſingulis cochlearibus ſumptis per dies (continuos) donec conualeſcant, Plinius. Lacerta viridis viua immiſſa in vas fictile nouum, & cum vini ſextarijs tribus decocta ad cyathum vnum, incredibiliter phthiſico prodeſt, ſi ex vino eo mane ieiunus bibat cochlearе vnum, Marcellus. Iſchiadicis prodeſſe dicunt lacertam viridem in cibo, ablatis pedibus, interaneis, capite, Plinius. Et rurſus, in lumborum dolore lacertæ virides deciſis pedibus & capite in cibo ſumuntur. Idem hoc remedium ſcinco etiam ſiue crocodilo terreſtri, & ſtellioni ſimpliciter, & ſtellioni tranſmarino ſimiliter in cibo ſumptis attribuitur. ¶ Lacertas pluribus modis ad oculorum remedia aſſumunt. Alij enim viridem includunt nouo fictili, ac lapillos qui vocantur cinædia, quæ &

Remedia ex lacerto viridi.

Mira vel potius ſuperſtitioſa quædam de huius lacerti vſu ad oculorum remedia.

inguinum tumoribus adalligari ſolent, nouem ſingulos ſignis ſignantes, & ſingulos detrahunt per dies. Nono emittunt lacertam, lapillos ſeruant ad oculorum dolores. Alij terram ſubſternunt lacertæ viridi excæcatæ, & vnà in vitreo vaſe annulos includunt è ferro ſolido vel auro: cum recepiſſe viſum lacertam apparuerit per vitrum, emiſſa ea, annulis contra lippitudinem vtuntur. Alij capitis cinere pro ſtibio ad ſcabritias. Quidam viridem longo collo in ſabuloſis naſcentem comburunt, & incipientem epiphoram inungunt: item glaucomata. Muſtelæ etiam oculis punctu eruis, aiunt viſum reuerti, eademq; quæ in lacertis & annulis faciunt, Plinius. Lacertam viridem excæcatã acu cuprea in vas vitreum mittes, cum anulis aureis, argenteis, ferreis, & electrinis, ſi fuerint, aut etiam cupreis. deinde vas gypſabis, aut claudes diligenter atque ſignabis, & poſt quintum vel ſeptimum diem aperies, lacertamque ſanis luminibus inuenies: quam viuam dimittes, anulis verò ad lippitudinem ita vteris, vt non ſolum digito geſtentur, ſed etiam oculis crebrius adplicentur, ita vt per foramen anuli viſus tranſmittatur. obſeruandum ſanè inprimis vt in loco nitido atq; herbido deponatur ampulla, & cum lacerta diſceſſerit, tum anuli colligantur. obſeruandũ etiam vt Luna vetere, id eſt à Luna nonadecima in viceſimam quintam, die Iouis, Septembri menſe, capiatur lacerta, atq; ita remedium fiat, ſed ab homine maximè puro atq; caſto, Marcellus. (Vide ſuperius ex Volaterrano, in Lacerta ſimpliciter *H. C.* Kiranides lib. ſecundo idem hoc remedium paulò aliter deſcribit.) Et rurſus Marcellus, Lacerti (inquit) viridis quem ceperis die Iouis, Luna vetere, menſe Septembri, aut etiam quocunq; alio, oculos erues acu cuprea, & intra bullam vel lupinum aureum claudes, colloq; ſuſpendes: quod remedium quandiu tecum habueris, oculos non dolebis. lacertam ſanè eodem loco in quo ceperis dimittes. vel etiam ſi ſanguinem de oculis eius lana munda excipias, eamq; phœnicio conuoluas, colloq; ſuſpendas, vteris efficaciſſimo aduerſum oculorum dolorem remedio. Et in tertianis fiat poteſtas experiendi, an lacerta viridis adalligata viua in eo vaſe quod capiat, proſit, quo genere & recidiuas frequenter abigi affirmant, Plinius. In quartanis adalligari iubent lacertæ viridis viuæ dextrum oculum effoſſum mox cum capite ſuo deciſo, in pellicula caprina, Idem. Et alibi, Propter ſtrumas exulceratas lacertus viridis adalligatur: poſt dies triginta oportet alium adalligari. A lienis dolore liberat & lacerta viridis, viua in olla ante cubiculum dormitorij eius cui medetur ſuſpenſa, vt egrediens reuertensq; attingat manu, Plin. Ramices infantium lacertæ viridi admotæ dormientibus morſu emendantur. Poſtea harundini adalligatæ ſuſpenduntur in fumo: traduntq; pariter cum ea expirante ſanari infantem, Idem. ¶ Oleum de lacertis fit vel ex communibus iſtis quæ per domos noſtras & parietes verſantur, vel ex viridibus. vtrunq; autem alij ex viuis lacertis parant, alij ex mortuis & exenteratis, ne ſtercora oleo innatent, Braſauolus. Lacertas virides ſeptenas in dimidia menſura (in libris ferè duabus) olei communis ſuffocato, atque ita per triduum inſolato. hoc oleum guttam roſaceam, vt vocant, faciei illitu mirabiliter emendat, vt doctiſſimus medicus Georg. Pictorius ad nos ſcripſit. Videtur autem excrementorum lacerti ratione potiſſimum hoc præſtare: quoniam & ſcinci ſeu crocodili terreſtris excrementa faciem dealbant, & maculas delent. Si fractum (ϑλᾶσμα) in equo ſurſum verſus, qua vngula enaſcitur, prorumpere contingat, id quod præduris veterinorum pedibus ſolet euenire: in primis oleum aceto dilutum in ellychnio receptum adhibebis. Si verò quantum fieri poteſt dolor leniatur: medicamine quod lacertis conſtat, erit vtendum. Hoc autem vnguine delibuta tota vngula ſuccreſcit, & augetur: ſicque depulſum ſenſim adparens diruptionis vitium abigitur. Ratio medicamenti hæc eſt: In fictile nouum terni conijciuntur olei ſextarij, in quod lacertæ virides merguntur, & indito operculo tantiſper coquuntur, dum in oleo crematæ contabuerint, (κατακαυθῆναι lego κατατακῆναι) dein oſſiculis earum exemptis, triti bituminis ſelibra, & liquidæ picis hemina cum adipis ſuilli veteris libris duabus adijciuntur, hæc omnia rectè coquuntur, & cum poſtulat vſus, vngula perungitur. hoc quantum maximè fieri poteſt vngulam durat, firmioremq; animantis pedem præbet, Hierocles in Hippiat. 101. Molliſſimæ equorum vngulæ hoc vno medicamine, quo potentius nihil eſt, aſſolent indurari: Lacertum viuum viridem in ollam nouam mittis, adijcies olei veteris libram, aluminis (lego, bituminis) Iudaici ſelibram, ceræ libram, abſinthij tunſi ſelibram, & decoques cum lacerto: Cum fuerit reſolutum, calentia vniuerſa colabis, abiectisq; oſſibus & purgamentis, liquatum medicamen in ollam remittes: & cum vngues indurare volueris, vngulam ſubradis, & factum vnguentum in cannam viridem mittes, adhibitis carbonibus, propè feruens per cannam inſtillas vngulis: prouiſurus ne coronam tangas aut ranulas, ſi his exceptis, in ſolo & in circuitu ſolidaturus vngulam confricabis. Memineris autem vngulas excreſcendo renouari, & ideo interpoſitis diebus vel ſingulis menſibus talis cura non deerit, per quam naturæ emendatur infirmitas, Vegetius. Ad ſupercilia piloſa: Lacertam viridem coque in oleo, & poſtquam euulſeris pilos, vnge locum, Galenus Euporiſton 2. 103. ¶ Lacertæ, vt docuimus, combuſtæ, cum radice recentis harundinis, quæ vt vnà cremari poſſit, minuratim findenda eſt, ita myrteo oleo permixto cineres capillorum defluuia continent. Efficacius virides lacertæ omnia eadem præſtant: Etiamnum vtilius admixto ſale, & adipe vrſino, & cepa tuſa. Quidam denas virides in decem ſextarijs olei veteris diſcoquunt, contenti ſemel in menſe vngere, Plinius. Arnoldus de Villanoua etiam lacertas virides medicamentis alijs pilos reuocantibus admiſcet. Vide infra in Lacerto

De oleo ex lacertis conficiendo.

Lacerto Martenſe, in cap[illegible] de Lacertis diuerſis. Lacertæ viridis cinis cicatrices ad colorem reducit, Plinius. *Remedia ex cinere.*

¶ Oſſa lacertæ viridis proſunt comitialibus nouo experimento. Colligi autem oſſa tali modo debent: Imponas lacertam viridem adhuc viuam, captam, in aliquod vas clauſum, plenum optimo ſale. Sal enim paucis diebus carnem eius & inteſtina om[illegible] conſumit, vt facilè iam oſſa colligantur: quæ tam ad comitialem proſunt quàm vngula alcis, quamuis & hæc eſt magni momenti, Chriſtophorus Saluelden ſis. conijcio autem ſentire eum geſtanda hæc oſſa pro amuleto. *Ex oſſibus.*

¶ Lacertæ viridis ſanguis ſubtritus (ſubtritos, aliàs *attritos*) & hominum & iumentorum pedes ſublitus ſanat, Plin. Clauos pedum (clauellos & callos pedibus moleſtos, Marcell.) lacertæ viridis ſanguis flocco impoſitus (mirè, Marcell.) ſanat, Plinius. *Ex ſanguine.*

¶ Oculus lacertæ viridis à quibuſdam ſuperſtitioſè, contra quartanam adalligatus, item oculi eruti intra bullam auream incluſi contra oculorum dolores geſtantur, vel ſanguis de oculis phœnicio exceptus, vt ſuperius dictum eſt. *Ex oculis.*

¶ Contra ſtrumas exulceratas quidam cor lacertæ viridis in argenteo vaſculo ſeruant, Plinius. Contra omnes ſtrumas & fœminis & maribus vtiliſſimum eſt, ſi cor lacertæ viridis lupino argenteo clauſum in collo ſuſpenſum ſemper habeant, Marcellus. *Ex corde.*

¶ Clauos pedum ſanat iecur lacertæ viridis vel ſanguis flocco impoſitus, Plinius & Kiranides, qui hoc de ſolari lacertâ ſcribit. Ex lacertæ viridis iecore phylacterium ſuperſtitioſum Marcellus Empiricus præſcribit. *Ex iecore.*

¶ Pilos in palpebris incommodos euulſos renaſci non patitur fel lacertæ viridis in vino albo Sole coctum ad craſſitudinem mellis in æreo vaſe, Plin. Lacertæ viridis fel miſce cum vino albo quantum ſufficere exiſtimaueris, & mitte in vas æreum, poſitumq; ad Solem tandiu agita donec craſſitudinem mellis habeat, atq; ex eo loca pilorum vulſorum vngue, Marcellus. Fel lacertæ ſolaris (hanc enim eadem poſſe quæ viridis ait) in vino putrefactum per dies 40. ſub dio ad Solem in diebus caniculatibus, pilos palpebrarum extirpat, Kiranides. *Ex felle.*

H.

a. Epitheta. *Seu virides rubum Dimouêre lacertæ*, Horat. 1. Carm. *Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos*, Verg. 2. Ægl. Sed præſtat viridem lacertum dici afferere periphraſticè potius loco vnius ſubſtantiui, ad differentiam lacerti communis ſiue minoris, quàm epitheticé.

¶ Sauriten gemmam in ventre viridis lacerti harundine diſſecti tradunt inueniri, Plinius. *Saurites gemma.*

¶ *c.* Puluis lacertæ viridis & lapathum acutum aperiunt ſeras & alia multa præſtant, Obſcur.

Gvaril (vel potius Vrel, vt Bellunenſis legit) eſt maxima figurarum *alguaſgon & ſamambraa* (Bellunenſis vertit, ex lacertis vel liguris,) longa cauda, paruo capite, & non eſt lacertus. Lacertus enim aut nunquam aut rarò reperitur præterquam ruri: & caput & corpus eius diuerſa ſunt *alguaril*, ſed fortè proximus eſt ei facultatibus ſuis. Fimo eius ephelides & lentigines abolentur, &c. (vt ſcripſi in Lacerto *G.*) Auicenna. *Guaril velvrel.*

¶ Si quis maleficijs capillos perdiderit, hac eos ad priſtinam rationem forma reparabit: ſi Lacertum ſalſum Martensem cum ſuo capite, & lanæ purpureæ optimè in conchylio tinctæ duas ligulas, & chartam cubitalis menſuræ ſeparatim comburat, cineremq; permiſceat, conteratque cum oleo cedrino paulatim adiecto, vt craſſitudinem velut glutinis faciat: eoque medicamine glabrum locum perfricet, ita vt prius diu linteo aſperiore detergeat, Marcel. Lacerta viridi vſta etiam vtuntur ad capillorum defluuia, vt ſupra ſcriptum eſt. *Lacertus Martenſis.*

¶ Lacertas Piſſinnas quæ in ſegetibus morantur, quas Græci *aruras* vocant, comburito, & ad tenuiſſimum puluerem redigito: atque ex eo cum vino aut melle optimo caligantes oculos inunge, valde proderit, Marcellus. *Lacerta Piſſinna.*

¶ Stellio, id eſt Lacerta facetana, ſecundum alios Lacerta viridis, Syluaticus. *Stellio & Lacerta Facetana.*

¶ Quidam ex amicis noſtris fide dignis, narrauit mihi viſas ſibi in Prouincia (regione Galliæ,) & Hiſpania aliquando Lacertas ea craſſitudine, qua crus humanum ſub genu eſt, non admodũ longas, quæ caua terræ incolerent, & homines aliaſque animantes prætereuntes ſublimi ſaltu impeterent, ita vt aliquando vno ictu totam hominis maxillam reſecarent, Albertus. ¶ Ipſe etiam in illa Italiæ ſiue Galliæ ciſalpinæ regione quam *Pedem montis* vocant, permagnos lacertos in montibus reperiri audiui, catulorum canis circiter magnitudine, quorum excrementa ab incolis colligantur: quòd tamen ita ſe habere nondum aſſero, donec fide dignior aliquis teſtis accedat. ¶ In quadam Libyæ parte in Mauritania lacertos bicubitales reperiri dicunt, Strabo lib. 17. ¶ Ex fortunatis inſulis vna Captaria appellatur, grandibus (enormibus) lacertis referta, Plinius & Solinus. ¶ In Dioſcoridis inſula prope Arabiam thuriferam lacertæ permagnæ ſunt, quarum carnes inſulani edunt, pinguedinem verò liquant & pro oleo vtuntur, Arrianus. ¶ In Arabia lacerti ad duorum cubitorum magnitudinem accedunt, Ælianus. Lacerti Arabiæ cubitales: in Indiæ verò Nyſa monte viginti quatuor in longitudine pedum, colore fului, aut punicei, aut cærulei, Plinius. Poly- *Italia. Libya. Captaria inſula. Dioſcoridis inſula. Arabia.*

Digitized by Google

clenus maximos ait lacertos in India, tum valde vario colore, naſci: vt pellis floridis quibuſdam pi-
Lutetia. ćturis maximè diſtincta, & ad tactum mollis & tenera ſit, Ælianus. ¶ Lacertus Lutetiæ in palatio pendet, vt audio ab oculatis teſtibus, hominis ferè craſſitie: proceritate etiam paulò infra hominem. hunc aliqui aiunt deprehenſum in arceribus quibuſdam, vbi captiuos infeſtârit, mordendo aut fugendo tibias eorum: & aliquid ea de re memorari ab ijs qui Chronica Gallica ſcripſerint. Spectatur & alius ſimilis, vt ferunt, eadem in vrbe, ſed paulò minor, in æde diuo Antonio ſacra. Ex Æthiopiæ inſulis nuper à regibus Luſitaniæ occupatis, Romam iuſſu cardinalis Vlyxiponenſis lacerta extincta circiter octonûm cubitorum longitudine aduecta eſt: oris verò hiatu, quo ſolidum infantem deuoraret, ac tholo diuæ genetricis ad portam Flumentanam, miraculi gratia ſuſpenſa nunc cernitur, Volateranus.

De ſerpentibus quibuſdam immanibus qui in prouincia Caraiam reperiuntur.

¶ In prouincia Caraiam, Tartarorum regi ſubiecta, naſcuntur ſerpentes maximi, quorum quidam in longitudine continent decem paſſus, & in complexu craſſitudinis decem palmos, (dodrantes.) Horum aliqui prioribus carent pedibus, quorum loco vngulas habent inſtar vngularum leonis aut falconis. Caput ipſorum magnum eſt, & oculi prægrandes, vt duorum panum adæquent quantitatem. Os & rictum habent tam amplum, vt hominem deglutire valeant. dentes quoq; magni & acerrimi rictui illi tam horrendo non deſunt. Nullus certè homo, nec vllum animal, ſerpentes illos ſine terrore aſpexerit, nedum adiuerit. Capiuntur verò hunc in modum. Solet is ſerpens interdiu latitare in cauernis ſubterraneis, aut alijs montium petrarúm ve ſpecubus. nocte verò egreditur paſſim circumiens, & potiſſimum aliorum animalium luſtrans latibula, quærens quod deuoret. Neque enim vllum beſtiarum genus metuit, ſed magnas ac paruas deuorat, leones etiam & vrſos: & vbi ventrem ſaturauerit, redit ad ſpeluncam ſuam. Cæterum cum terra illa admodum ſit fabuloſa, mirum eſt quantam foueam corporis ſui pondere in arenam imprimat: putares dolium aliquod vino plenum per ſabulum volutatum. Venatores itaq; beluæ inſidiantes, interdiu figunt multos palos in ſabulum, fortes, & acuto ferro in ſuperiore extremitate dentatos. hos ſabulo tegunt, ne à ſerpente videri poſſint: multoſq; paſſim terræ infigunt, præſertim vbi in vicino norint belluam latitare. Et quando nocte ſolito more progreditur, vt eſcam ſibi quærat, & molem corporis ſui per cedentem arenam reptando & trahendo mouet, fit aliquando, vt pectus in latentem ſudem ferro acuminatam violenter intrudat, & ſeipſum interficiat, aut graui læſione ſauciet: & tunc latentes venatores accurrentes belluam interficiunt, ſi adhuc viuit, & fel extrahunt, quod magno vendunt pretio. Mirè enim medendo pollet. quòd ſi quis à rabido cane morſus, vel vnius denarij pondus inde biberit, ſtatim ſanatur: Et mulier in partu laborans, ſi quantulumcunq; inde guſtârit, mox partu exoneratur. Hæmorrhoides etiam aut fici anus inde peruncti, intra paucos dies ſanantur. Porrò carnes huius ſerpentis vendunt: nam libenter ea veſcuntur homines, M. Paulus Venetus.

De ſerpentibus Americæ, pedes habentibus.

¶ Extra Fortunatas inſulas viginti ſeptem dierum nauigatione Americus Veſpucius occidentem ferè verſus nauigando ad regionem quandam peruenit, vbi reperit anthropophagos: vnde rurſus iuxta idem littus progreſſus intra paucos dies ad alios populos peruenit, qui in cibo vtûtur animali quodam aſſo: quod erat (inquit) demptis alis quibus carebat ſerpenti ſimillimum, tamq; brutum ac ferum apparebat, vt eius non modicum miraremur feritatem. Progreſſi deinde longius per eadem tentoria, plurimos huiuſcemodi ſerpentes viuos inuenimus, qui ligatis pedibus, ora quoq; funibus ligata ne aperire poſſent, habebant, ita vt canes aut aliæ feræ ne mordere queant impediri ſolent. Aſpectum quidem tam ferum eadem præ ſe ferunt animalia, vt nos illa venenoſa putantes ne tangere quidem auderemus. Capreolos magnitudine, ſeſquibrachium longitudine æquant. Pedes longos materialesq; (craſſos) multum ac fortibus vngulis armatos, nec non & diſcolorem pellem diuerſiſſimam habent, roſtrumq; ac faciem veri ſerpentis geſtant, à quorum naribus vſq; ad extremam caudam ſeta quædam per tergum ſic protenditur, vt animalia illa veros ſerpentes eſſe iudicaremus, & nihilominus eis gens prædicta veſcitur, Hæc ille.

De Calecuti ſerpentibus quadrupedibus. Hyuana ſeu Higuanas. Bardati.

¶ In Calechuto Indiæ orientalis animalia ſunt ſerpentibus ſimilia, ſcilicet ore, oculis, cauda prælonga, abſque pilis, aprorum magnitudine, aliquanto etiam vaſtiore capite, ſed pedes habent quatuor, venenoque carent, (morſu tantum noxij, quaternorum cubitorum longitudine in paluſtribus locis naſcentes, maximis ſuibus non abſimiles, Ludouicus Rom. Nauigationis ſuæ 5. 22.) Alia his ſimilia edunt in Hiſpaniola inſula occidentalis Indiæ vocata *Hyuana*, (*Higuanam* vocari ait Scaliger) dorſo ſpinoſa (capite criſtato, Scaliger) aphona ſeu abſq; voce, quatuor pedibus, lacertarum cauda, dentibus acutiſſimis, cuniculis maiora, ceu leporum magnitudine, in arboribus, terra & aquis abſque diſcrimine degentia, famis ad multos dies patientia; pelle coloribus varijs diſtincta ac læui, vt ſerpentibus exteris: venter ſupremus qualis auibus eſt, ſed ampliſſimus à mento ad pectus. Sunt & quos vocant BARDATOS à phaleratorum equorum ſimilitudine, iucundi guſtu, magnitudine cuniculi, colore albo & cinereo diſtincto, in terræ foueis, quas pedibus excauant, habitare ſolent, & ipſi quatuor pedibus, anguina pelle & cauda. fert hos India occidentalis iuxta eandem inſulam, Cardanus.

Lacerta venenata

¶ Salamandra aſperior & ſcabra magis eſt quàm LACERTA VENENATA, Aetius. atqui Hermo-

Hermolaus in Corollario aliter hunc locum interpretatur: Similis (inquit) aſcalabotæ ſalamandra eſt Aetio, lacerta venenaria, hoc eſt pharmacitide velocior. Nicander in Alexipharmacis eandem facit ſalamandram & lacertam φαρμακίδα.

¶ De LACERTARVM génere eſt & alia quædam beſtiola parua, ſimilis lacertæ, ſed caudam habet nigram, quæ araneis ſylueſtribus veſcitur, Albertus.

¶ Stellio vulgò LACERTA VERMICVLARIS ruſticè, inuenitur in foraminibus veterum ædificiorum, in quibus aranei quoque verſari ſolent, Niphus. Sed de ſtellione priuatim agemus infra. *Lacerta vermicularis.*

¶ ΛΙΑΚΟΝΙ vulgò à Græcis hodie nominari audio, lacertæ genus paruum, argenteo colore reſplendido, in ſiccis & apricis locis agens. Videtur autem mihi hoc quoque animal non aliud eſſe quàm ſtellio. Λιακόνι.

¶ ADARE genus lacertæ, Syluaticus. *Adare.*

¶ SCEN, id eſt lacertæ rubeæ, Idem: pro ſcincо fortaſſis è mari rubro. *Scen.*

¶ SENABRAS idem eſt quod lacerta vel ſtellio qui in hortis reperitur, Andreas Bellunenſis. Samabras Auicennæ, vel ſaambras, non ſtellio ſed lacertus eſt, vt nos obſeruauimus. *Senabras.*

¶ ΣΗΝΙΚΗ, animal quadrupes lacertæ ſimile: & animal multipes aſellis domeſticis non diſſimile, Heſychius. Σηνίκη.

¶ ΕΛΕΙΟΣ animal inter frutices naſcens lacertis ſimile, vt Ariſtarchus interpretatur apud Varinum: alij glirem, alij vermis genus interpretantur, &c. vt docui in Glire A. Ελειός.

¶ LACERTA SOLARIS, σαύρα ἡλιακή, dicta fortaſſis fuerit quòd Solis calore delectetur, eiq; ſe exponere gaudeat. Kiranides lacertæ tria genera facit, heliacam omnibus notam, vt inquit: χαλκῖτιν, id eſt æream, (chalcidem nimirum aliàs dictam, de qua ab initio huius libri ſcripſimus) & chloràn, id eſt viridem. ¶ Lacerta ſolaris eadem poteſt quæ & viridis, Kiranides. Iecur eius emplaſtri modo impoſitum clauos ſanat: (quod Plinius de lacertæ viridi iecore ſcribit.) fel in vino putrefactum per dies 40. ſub dio ad Solem in diebus caniculatibus, pilos palpebrarum extirpat, (vel, vt alij de lacertæ viridi felle, euulſos renaſci non patitur,) Idem Kiranides, qui & alia quædam nimis ſuperſtitioſa de hac lacerta ſcribit, quæ repetere ex eo non libet. ¶ Lacerta ſolaris vbi per tempus hebetem viſum habuit, per conuerſionem ad Solem oculos rurſus leuat, dum in latibulo ad Orientem conuerſo ſeipſam apprimit, & ieiuna ſe ad Orientem conuertit, Epiphanius in Sampſæis hæreticis, quos hiſce lacertis comparat. nam Sampſæi etiam vox, inquit, ſi interpreteris, ſolares ſonat. Conieceriim ego ſolares lacertos non alios eſſe quàm vulgares noſtros paruos. *Lacerta ſolaris.*

¶ In Sarmatia regio aut Rutenorum, aut Rutenis proxima eſt, Samogithia. In ea Lacerti ſeſquipede maiores, craſſi, nigri: quos incolæ pro laribus colunt familiaribus, ſi quid accidit ſiniſtri, minus rectè cultum numen ſuſpicantur, aut deterioribus, partioribuſq; acceptum epulis. Itaq; curant cum opera attentiore: qua ſeſe ad res ſecundiores exiſtimant exoraturos. Iul. Scaliger de Subtil. ad Cardanum. *Lacerti Samogithij.*

¶ *Dubb.* Africani lacerti ſpecies eſt. Binos excedit pedes longitudine. Quaternum digitorum craſſitudo. In Libyæ deſertis viuit locis. Potus ei nullus. Quin aqua, nex præſentiſſima. Hunc tu ex igni confectum diceres. Iugulato vix tantulum fluit ſanguinis. Et tamen ſine veneno eſt. Expetitur etiam cibi gratia. E caueis, vbi ſtabulatur, nulla vi extrahi poteſt. Itaque ligonibus aut alijs machinis aperiunt cautes. Sapor ei carnium Raninarum. Curſu veloci eſt vt lacertus. An ſit terreſtris Crocodilus, etiam atq; etiam conſiderandum eſt. Longe diuerſa fera voce pene eadem apud Chaldæos ſignificatur, nempe *Duba* dicitur ab illis vrſus. Huic ſimilis eſt *Guaril*, ſed in capite & cauda venenum gerit. Quibus abſciſſis incolæ veſcuntur. Aſpectu triſti ac fero eſt, Idem. *Dubb. Africani lacerti ſpecies.*

¶ Anno à nato Domino 1543. audiuimus, in finibus Germaniæ prope Stiriam ſubitò multos lacertos, vel ſerpentes quadrupedes lacertorum inſtar, apparuiſſe, alatos, morſu irremediabili. Rurſus anno 1551. peruenit ad nos hiſtoria Viennæ impreſſa, huiuſmodi. Hac æſtate circa diem diuæ Margaritæ in Hungaria prope pagum Zichſam iuxta Theyſam fluuium, accidit vt in multorum hominum corporibus ſerpentes & lacerti naturalibus ſimiles naſcerentur: vnde ſæuiſſimi dolores obortі tandem eos enecarunt, ita vt circiter tria hominum millia ſic perijſſe feratur. Quibuſdam humi ad Solem iacentibus ſerpentes & lacerti per os aliquatenus emerſerunt, ſed mox iterum ſe abdiderunt in ventrem. Nobili cuidam puellæ diris cruciatibus mortuæ cum venter incideretur, ſerpentes duo prodiuerunt. His additur hiſtoria eiuſdem temporis & loci, de ſerpentibus innumeris in ſtrue manipulorum frumenti repertis, quos cum exurere vellent ruſtici, manipuli ignem reſpuiſſe dicuntur, & ſerpens cæterorum maximus capite in ſumma ſtrue erecto, humano ſermone monuiſſe, ab incendio vt deſiſterent, neque enim exuri ſe poſſe cum non ſecundum naturam ſint nati neq; ſponte huc venerint, ſed diuinitus propter hominum peccata immiſſi ſint. *Hiſtoria dua mira de lacertis & ſerpentibus nuper exortis narrantes.*

DE RANA AQVATICA ET INNOXIA: ET de ijs quæ ad ranas quaſuis in genere ſpectant.



RANA PERFECTA.



FOETVS RANÆ CAVDATVS.

A.

RANAM aliqui recentiores inter vermes numerant, vt Albertus & ſimiles, quod neutiquam probo: reptile enim potius fuerit, ſi quis generis appellationem quærat: magis propriè verò reptilia ranarum illæ dicentur quæ ſcandere in ſublime poſſunt, vt minores illæ virides. Sed cum multiplex ranarum genus ſit, à locis quos habitant præcipuam differentiam ſtatuerim, vt quædam aquaticæ, aliæ terreſtres dicantur. Videntur autem aquaticæ omnes amphibiæ, quòd & in terra aliquandiu degere commodè poſſint: terreſtres verò non omnes in aquis etiam agere. Rurſus aquaticæ vel in paludibus aut lacubus & ſtantibus aquis, vel in fluentibus vt riuis & fluuiorum marginibus reperiuntur. in mari nullæ, contra quàm recentiores aliqui ſcripſerunt: in quo Marcellus Vergilius etiam Fr. Maſſario notatur. nam rana marina vel potius rana piſcatrix, piſcis eſt planus, non quadrupedum generis. quam Ariſtoteles aliquando etiam βάτραχον, id eſt, ranam ſimpliciter nominat, vbi ſcilicet de alijs quoque piſcibus agit, vt dubitationis nihil ſit. Iam in ijſdem aquis & virides habentur, & aliæ coloris diuerſi, vt dicam in *B*. Terreſtres igitur ranæ dicuntur, non ad marinarum, ſed ad aquaticarum differentiam: quarum diuerſas ſpecies, prout vel in hortis, vel inter frutices, vel quibuſuis locis cauis & opacis degunt, infra ſigillatim proponam. Plinius alicubi ranas aquaticas ſimpliciter nuncupat, alibi diſtinctius fluuiatiles. Ranæ lutariæ (πλαταγοῦοι βάτραχοι) apes vbi ad aquam acceſſerint rapiunt, Ariſtoteles interprete Gaza. licebit autem πλαταγοῦον etiam paluſtrem vertere, ἕλειον verò lacuſtrem, (quamuis apud Dioſcoridem lib. 6. in capite de rubeta βάτραχον ἕλειον ranam paluſtrem vertunt, & venenatam faciunt.) Sed animaduertendum ne rubeta in paludibus agens, quam aliqui ſimpliciter ranam paluſtrem vocant, (quod non probarim,) cum communi & innoxia rana paluſtri confundatur. Dioſcorides quidem *phrynon*, id eſt ruberam, βάτραχον ἕλειον, hoc eſt ranam paluſtrem cognominat: vt Ægineta etiam 5. 36. Aetius diſtinguit, 13. 55. & remedia quoq; ſeparata tradit. Ranam de lacu apud Marcellum Empiricum legimus, & βάτραχον λιμναῖον, id eſt ranam lacuſtrem apud Hippiatros. Ranas communes Ariſtot. telmatiæos aut limnæos, hoc eſt lutarias & lacuſtres nominat, Hermol. ¶ Eſt quando rana abſolutè nominatur pro rubeta aut alia venenata. nam & mutæ quædam venenoſæ ſunt, & rubetæ duplex genus eſt. Ranæ ſaliua contra morſum eiuſdem bibitur, Plinius. Artemiſia alligata priuatim potens traditur, potáve, aduerſus ranas, Idem. Cynogloſſi radix pota ex aqua, ranis & ſerpentibus aduerſatur, Idem. Eryngij radix illinitur plagis venenatis, peculiariter efficax contra cherſydros ac ranas, Plin. Et alibi, Sunt & ranis venena, rubetis maximè. Aſpidis morſus ſi ranam comederit, inſanabilis omnino fit, Ælian. ¶ Ranæ virides aliæ maiores ſunt, nempe aquaticæ, quarum coxæ in cibum veniunt: aliæ minores & terreſtres. Ego apud medicos cum ad remedia ranas virides aut aliquid earum requirunt, minores tantum quæ ſui generis & terreſtres ſunt, intelligi puto: quod aliquando expreſſa magnitudinis nota deſignant, aliquando omittunt. ¶ צב, *zab*, Leuitici 11. & Num. 14. crocodilum, alij ſcincum, alij ranam interpretantur: Vide in Crocodilo *A*. Illyrij quidem ranam etiamnum *zaba* vocitant. Sic & צפרדע, *zephardea*, vocem Hebraicam (Exodi 8.) alius crocodilum alius ranam facit: Lege ibidem Munſterus in Lexico trilingui עירדעא, *vrdeana* etiam, & *vrdea*, (Arabicas vt conijcio voces) ranam exponit. item אקרוקא, *akruka*: & מישקר, *maskar*. Vox quidem *vrdeana*, alludit ad *hardun*. facit autem Auicenna *hardun* ſpeciem *aldab*, id eſt crocodili vel lacerti, vt docui in Chamæleonte *A*. Porrò *zephardea* vel *zepardea* dictio compoſita videri poteſt à *zab* & *vrdea*. & Græcum nomen *bátrachos* per metatheſin inde factum videri poteſt. Auicenna 2. 596. ranam *dafda* nominat: Cui ſimiles ſunt apud Syluaticum voces, *diſdah*, & *diſda* cap. 221. vtranq; ranam exponit, apud Serapionem *diphdaba* ſcribitur.

De diuerſis ranarum generibus.

De nominibus diuerſis.

ſcribitur. *Altahaul*, rana in aquis degens, Syluaticus. Bracatas apud eundem pro rana, non dubium quin ex Græco batrachos corruptum ſit, vt fortè etiam *garazum*. ¶ Βάτραχος Græcis commune nomen eſt ad omne genus ranarum. λάλαγες priuatim dicuntur virides ranæ, (aliâs λάσαγες apud eundem, quod minus placet. lalages enim quaſi garrulæ ob vocem obſtreperam rectè dici videntur,) circa lacus, quas alij χαμαίρους appellant, Varinus: Sunt autem ranæ illæ quarum hîc effigiem adieci, non minores illæ virides, quæ neq; loquaces ſunt, nec aquaticæ. Rana apud Italos & Hiſpanos nomen Latinum ſeruat: Gallis eſt *grenouille*. Germanis Frôſch/Froſch/Froſche: nos fœminino genere dicimus die Frôſch: alij quidam maſculino der Froſch. Cæterum virides illæ maiores & aquaticæ, quarum coxæ, vt dixi, eduntur, priuatim à noſtris Hoppger/ (nimirum à ſaliendo, hoc eſt πηδητικοί, appellantur: ab alijs, ni fallor, Graßfrôſch/ob colorem herbaceum. quanquam alij non aquaticam à colore, ſed terreſtrem ſiue hortenſem ranam, quòd in gramine degat, ſic (ut audio) nominant. Flandricè rana Broſch (aliâs Borſch & Brüeſch) vel Pûût appellatur. Anglicè *frogg* vel *frogge*. Illyricè & Polonicè *zaba*, voce (vt apparet) originis Hebraicæ.

B.

Ranarum genera diuerſa ſunt, vt partim præcedenti capite expoſui, partim ex ipſis titulis picturiſq; ſequentibus apparebit. Differunt & generatione, cum quædam coitu, quædam ex putredine naſcantur, vt temporariæ, de quibus & infra in *C.* & poſtea priuatim nonnihil dicam. Item colore: nam aquaticæ illæ quæ præ cæteris in cibum admittuntur, virides ſunt, nigris paſſim aſperſæ maculis. Sunt & ſubliuidæ atq; ſubcinereæ quædam aquaticæ: quæ partim vocales & edules ſunt, partim mutæ & non eduntur, vt Georg. Agricola ſcribit. Viridi colore paſſim in Flandria & Germania tota (ni fallor) reperiuntur: in Anglia nullæ, vt audio: quare nec vllæ ranæ illic eduntur. Porrò cum ad remedia, vt quarum ſanguis commendatur, ne euulſi è palpebris pili renaſcantur, virides requiruntur ranæ, minores illas terreſtres, non aquaticas maiores acceperim: Vide in *G.* ¶ Rana figura eſt bufonis, ſed ſine veneno, Albertus. Fœmina mare maior eſt, Ariſtot. Ægyptij hominem impudentem, & viſu acutum aut celerem (ὀξὺ πλὴν ὄφθαλμον ἔχων) deſignantes, ranam pingunt. hæc enim non alibi ſanguinem habet quàm in oculis. Porrò qui illos ſanguine reſperſos habent, impudentes dicunt: vnde & poeta, *Ebrie, luminibus canis effrons, pectore cerui*, (Ὀυοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο, Iliad. α.) Orus. Idem alibi muſcam impudentiæ ſignum facit, (vnde & Homerica ſimilitudo,) quam conſtat in capite tantum circa oculos ſanguinem habere. De lingua earum, dicam ſequenti capite, vbi etiam de voce. Pulmonem pauca habent aquatilia, ac cætera oua parientia exiguum, ſpumoſum, nec ſanguineum, ideo non ſitiunt: Eadem eſt cauſa, quare ſub aqua diu ranæ & phocæ vrinentur, Plinius. Iecur ranæ geminum eſſe dicunt, Idem. Rana (vt & reliquæ quadrupedes ouiparæ) lienem perexiguum habent, Ariſtot. & Plinius. Quadrupedum ouipararum, vt ranæ aliarumq; vulua, qualis auium eſt: vide in Lacerta *B.* Ventri echinorum (marinorum) ſubdita ſunt oua, & ranæ rubetæq; ſimiliter, &c. Ariſtot. de hiſtor. animal. lib. 4. circa finem cap. 5. Coëunt ranæ, vt & cæteræ quadrupedes ouiparæ, ſuperueniente mare. habent verò in quod meatus contingant, & quo per coitum adhæreant, Ariſtot. Ranæ crura poſterius longa, (vtapta ſint ad ſaltus,) anterius breuia ſunt, cum digitis longis, quibus intertexta eſt membrana vt commodius natent, Albertus.

Quædam rana coitu, quædã ex putredine naſcuntur.

Colore differunt.

Deſcriptio ranæ.

Rana pigra apud Ægyptios hominem impudentem ſignificabat.

C.

Rana paluſtris eſt, Ariſtot. In Piſanorum aquis calidis ranæ innaſcuntur, Plinius. Virides ranæ, in fluuijs atq; piſcinis verſantur: Subliuidæ & ſubcinereę in fluuijs, lacubus, paludibus, lacunis viuunt. Vtræq; hybernis menſibus conduntur in terra. Argumento eſt, quòd verno tempore non tantum earum fœtus conſpiciantur in lacunis, ſed ipſæ veteres etiam ranæ. Quare verum non eſt quod ſcribit Plinius, mirumq; ſemeſtri vita reſoluuntur in limum nullo cernente: & rurſus vernis aquis renaſcuntur, quæ fuêre natæ, perinde occulta ratione, cum omnibus annis id eueniat, Georg. Agricola. In paludibus illis quæ per hyemem non conglatiantur, omni tempore, præcipuè tamen vere, ranæ reperiuntur, Matthæolus: hoc non fieret, ſi in limũ reſoluerentur. Audio apud nos ranas hyeme aliquando in fontibus minus frigidis reperiri: & aliquando cum muſtelarum piſcium genere quod thryſcios noſtri vocant, ore eis adhærentes tanquam alimentum ab ipſis exugant, extrahi. Et rurſus Agricola, Latent (inquit) hyeme in terra ranæ omnes, exceptis temporarijs iſtis minimis (de quibus infra priuatim agemus.) Hyeme latet rana extra aquam in rimis calidis, & aliquando in aquis ſub terra, quæ hyeme ſunt calidæ: Vere procedit ad aquas. Aliquando etiam autumno quum frigore infeſtatur intrat in domos hominum, & aliquando reptat in ſinum ſuper inguen vel ventrem hominis, Albertus. Pariunt ac educant in ſicco. Humore vt non prorſus carere ſuſtinent, ita in ipſo intereunt, niſi interdum reſpiratio detur, Ariſtot. Theophraſtus commemorat piſces, qui ſic ex fluminibus in terram tanquam ranæ exeant, & rurſus in aquam redeant.

Vbi rana verſentur.

Vbi conditur hyeme.

Partus & educatio.

¶ Omnis rana terreſtris muta eſt, Io. Tzetzes. 8. 167. atqui ranunculos virides qui terreſtres ſunt, conſtat non eſſe mutos, vt & rubetas minores quaſdam. Aquaticæ ranæ, quas gerynos Aratus vocat, omnes vocales ſunt, præter Seriphias, Idẽ Tzetzes. aqui Aratus nõ ipſas ranas aquaticas, ſed ipſarũ fœtus gerynos vocauit. Ranis ſonus ſui generis, vt dictũ eſt. niſi ſi & in ijs ferẽda dubitatio eſt, (quaſi non

Vox.

vera ſit vox, vt in inſectis,) qui mox in ore concipitur, non in pectore. Multum tamen in ijs refert & locorum natura. Mutæ in Macedonia traduntur, Plinius. Ranæ vocales olim in Cyrenenſi agro deerant, Ariſtot. Et in Mirabilibus, Ranas in Cyrene aiunt planè mutas eſſe. Theophraſtus tradit inuectitias eſſe in Cyrenaica vocales ranas, Plinius. Et alibi, Cyrenis mutæ fuêre ranæ, illatis è continente vocalibus durat genus earum. Cyrenææ ranæ propter aquæ amaritudinem mutæ ſunt, Simocatus. Mutæ ſunt etiam nunc in Seripho inſula. Eædem aliò translatæ canunt: quod accidere & in lacu Theſſaliæ Sicendo tradunt, Plinius. Theophraſtus aquæ frigiditatem cauſatur, quòd mutæ ſint Seriphiæ ranæ, Ælianus: alij fabulam quandam adferunt: Vide infra in *b.* inter prouerbia. Seriphiæ ranæ in Scyrum allatæ vocẽ non ædebant, Suidas & Varinus. Ranæ coaxant, Spartianus. Quoaxare ranæ dicuntur cum vocem emittunt, Feſtus. Rana gracidat vel coaxat, Alunnus. Vtranq; vocem per onomatopœiam fictam eſſe conſtat. Apud Ariſtophanem in Ranis ſubinde repetuntur imitationes illæ ranarum vocis, βρεκεκεκὲξ, κοὰξ, κοάξ. Cæterum coaxatio etiam Latinè dicitur opus axibus conſtans (vertäfflung:) axes (laden/bretter) enim tranſuerſis tignis impoſiti contignationum ſola (tiſch) fulciunt, Budæus in Pandectis. Et alibi, Coaxatio, quæ & coaſſatio dicitur, tabulis, aſſes & axes vocant, id genus conſerta eſt quibus cupæ & lacus (väſſer vnd ſtanden vß tugen) conficiuntur. Τᾶς νύμφαισι δ' ἴδιον ἀεὶ τὸν βάτραχον ἄδειν· Τῷ δ' ἐγὼ ὑ φθονέω μὲ τὸ γλαφυρὸν μέλος ὑ χαλὸν ἄδει, Marcus Muſurus apud Theocritum. Plinius etiam ranas canere dixit. Rana cum lædit exilem dat vocem, ſicut mus in timore, Albertus. Ranis lingua ſui generis eſt. pars enim prima, quæ cæteris abſoluta eſt, ijs cohæret, modo quo tota ferè piſcium. intima verò abſoluta ad guttur applicatur, qua ſuam vocem ſolent emittere. Et quidem genus illud vlulatus, quam ololyginem nominant, mares intra aquam reddunt, vt cieant ad coitum fœminas, Ariſtot. Et alibi, Reddunt ranæ ſuam ololyginem illam, maxillæ inferioris labro demiſſo pari libra, cum aqua modice recepta in fauces, ſuperioreq; intenta. Flagrant tantiſper oculi modo lucernæ, cum ſinus buccarum maxillis diſtentis interluceat. Coitum enim noctu magna ex parte agere viſuntur. Ex his locis Ariſtotelis ſua transferens Plinius, Ranis (inquit) prima lingua cohæret, (quo modo infantium lingua cum hæret, id vitium vulgò *filum* à Gallis vocatur) intima abſoluta à gutture qua vocem mittunt. Mares tum vocantur ololygones, ſtato id tempore euenit, cientibus ad coitum fœminas. Tum ſiquidem inferiore labro demiſſo, ad libramentum modicæ aquæ receptæ in fauces, palpitante ibi lingua vlulatus elicitur. Tunc extenti buccarum ſinus perlucent, oculi flagrant labore perpulſi. Super hoc loco Plinij Hermolaus ſcribens, pro ololygones (inquit) legi poteſt ololyzontes. quandoquidem voces & vlulatus ipſi dicuntur ololygones, vt ex Ariſtotele patet, Hæc ille. Sed forſan ololygones rectè legetur, nec temerè aliquid mutandum vbi nulla veterum codicum lectio ſuffragatur. Quamuis enim ololygon propriè vocem ipſam per onomatopœian ſignificet, accipi tamen poteſt pro animali talem vocem ædente. Apud Aratum quidam ὀλολυγόνα interpretantur auis ſolitariæ genus, quam Cicero acredulam, id eſt luſciniam vocârit. Syluaticus autem localem, id eſt aluconem interpretatur. Varino ὀλολύγων (lege ὀλολυγών) animalculum eſt in aquis naſcens, ſimile inteſtino terræ. Et rurſus, Ὀλολυγών, ἀπὸ τῦ ὀλολύζειν. καὶ γὰρ Ἀριστοτέλει, παίειν λολύζειν τὸ ζῶον ἐν τοῖς ἑλώδεσι (βατράχοις, Theocriti Scholiaſtes) τόπους καὶ τιὼ τίκτειν. (Sed Ariſtot. de ſola rana hoc refert.) Et, Ὀλολυγών auis ſic dicta à ſono vocis, Idem. Γάγγρος, ὀλολυγών, Heſychius & Varinus. De ololygone inſecto ſimili lumbrico, inter inſecta dicemus. Vide in Acredula aue. Ranæ lingua palato adhæret, vnde vox æditur coax à gutture ad os reſonans: & quia ſpiritus lingua impediente non rectà procedit, duas tanquam veſicas inflat vtrinque ad os: tenet autem cum vocem emittit labrum inferius in ſuperficie aquæ, & ſuperius extra aquam, mas videlicet fœminam alliciens, Albertus. Ranæ mares ololygmo (ololygine) ſuo, tanquam amatorio & epithalamio carmine ad hoc compoſito fœminas ad Venerem irritant. quas vbi iam allexêre, noctem in commune expectant. coire quippe in aquis quidem non poſſunt, progredi verò in continentem interdiu ob metum nolunt. Noctu verò egreſſæ in magna ſecuritate complexibus indulgent liberè, Plutarchus in libro Vtra animalium, &c. & Gillius in Æliano. Ranæ ſuperueniunt, prioribus pedibus alas fœminæ mare apprehendente, poſterioribus clunes, Plinius. Ouiparæ quadrupedes etiam mare ſuperueniente coëunt. habent verò in quod meatus contingant, & quo per coitum adhæreant, vt ranæ, & reliqua generis eiuſdem, Ariſtot. Ranæ in coitu multum immorantur, multumq; ſeminis effundunt, Author lib. de nat. rerum. Ranarum ſemen noſtri vocant fröſchmalter/ alij fröſchrogen. Ranæ quædam naſcuntur per ſe, conſperſis tantum æſtiuo imbre littorum & itinerum puluerulentis arenis, quarum breuis vita & nullus vſus eſt: aliæ legitimo naturæ ordine, (ex coitu natæ,) in aquis ſuos natales habent, Marcellus Vergilius. In Ægypto mures ex terra & imbre naſcuntur, & in alijs locis ranæ, ſerpentesq; & ſimilia, Macrobius. Cum ex Italia Neapoli Puteolos iter facerem, ranas perſpexi, quarum pars quæ ad caput pertinet, repebat, & duobus pedibus agebatur. altera nondum conformata concretioni limoſi humoris ſimilis trahebatur, Ælianus. Et eodem corpore ſæpe, Altera pars viuit, rudis eſt pars altera tellus, Ouidius 1. Metam. de ranis. Idem lib. 15. Semina limus habet virides generantia ranas, Et generat truncas pedibus. Sed cum non omnes ranæ ex cœno limóve naſcantur, non omnes etiam in limum reſolui dicendum eſt: vt Plinius qui hoc ſcripſit,

Coaxare ranarum eſt.

Lingua.

Ololygo ranarum.

Coitus.

Procreatio & ortus diuerſus.

ſcripſit, quaſi omnes ranæ in limum quotannis reſoluantur, aut errârit, (vt ſupra etiam circa initium huius capitis monui,) aut ita excuſandus ſit, quaſi non de omnibus ranis ſed temporarijs tantum, hoc eſt ex putredine terræ & aquæ natis, hæc verba protulerit. Ranis aliquando pluiſſe author Phylarchus eſt apud Æthenæum lib. 8. Et vt ibidem legimus, Heraclides Lembus hiſtoria XXI. circa Dardaniam & Pæoniam, inquit, ranis pluiſſe, idq; tam copioſè vt domus & viæ replerentur. Itaq; primis diebus aliquot tum occiſis ranis, tum domibus occluſis, ſuſtinebant incolæ: cum verò nihil proficerent, ſed vaſa implerentur, & vnà cum edulijs coctæ ſimul aſſæve reperirentur ranæ, nec aquis vti liceret, nec pedes in terra ponere propter ranas coaceruatas: his accedebat grauis interfectarum odor, regionem deſeruerunt. Hoc & apud Cælium legimus 24. 3. qui authorem citat Euſtathium, qui in librum 1. Iliados ſcribens Phaniam citat authorem, & quartum Bibliothecæ Diodori. Autoritates (Autariâtæ Stephano, gens eſt Theſprotica: Autaridæ Plinio 6. 28. in Arabia, vt videtur) Indi ranis inchoatis & imperfectis, de cœlo lapſis, in alium locum demigrare coacti ſunt, Ælianus. Attariotas ranæ è nubibus delapſæ expulerunt in quam nunc quoq; habitant oram, Diodorus Sic. lib. 4. de fabuloſis antiquorum geſtis. Cardanus lib. 16. de ſubtilitate pluuiarum mirabilium cauſam in ventos referens: Fiunt (inquit) hæc omnia ventorum ira. ſæuiunt enim hi in iugis montium. ergo neque mirum pluere ranas, piſciculos, lapides. Nam ranæ ac piſces è montium iugis venti impetu transferuntur. transfertur & puluis qui vi ventorum cogitur in lapides. Et rurſus, Transferuntur & oua paruorum animalium, vt etiam ranarum & piſcium, quæ inter turbines ventorum & hymbrium procellas emittunt animalia quæ pluere videntur. De ranis quibus Ægyptij afflicti ſunt, Exodi cap. 8. ſic ferè legimus: Dixit Dominus ad Moſen: Ingredere ad Pharaonem & dic ad eum: Sic dicit Dominus: dimitte populum meum vt ſeruiant mihi. Quòd ſi recuſas, ecce infeſtabo omnes regiones tuas ranis. Et copioſè producet fluuius ranas, quæ aſcendent & intrabunt in domum tuam, & in conclaue cubilis tui, & ſuper lectum tuum, & in domum ſeruorum tuorum, & in populum tuum, denique in furnos & cibos tuos. Et rurſus: Dic Aharoni, Extende manum tuam cum virga tua, ſuper fluuios, ſuper riuos, & ſuper ſtagna, vt adducas ranas in Ægyptum. Cum igitur extendiſſet Aharon manum ſuam ſuper aquas Ægyptij, aſcenderunt ranæ, operueruntq; terram Ægypti. Tum magi quoq; incantationibus ſuis ranas ſimiliter induxerũt. Itaq; Pharao Moſe & Aharone vocatis ait: Orate ad Dominum vt auferat ranas à me, & à populo meo, & dimittam populũ, vt ſacrificent Domino. Moſes verò reſpondit Pharaoni: Gloriare de me, (& dic) quando orem pro te & tuis, vt exterminentur ranæ, & in fluuio remaneant. Tum Pharao, Cras. Et Moſes dixit, Fiat iuxta verbũ tuum, vt ſcias incomparabilem eſſe Dominũ Deum noſtrum. Egreſſi igitur ſunt à Pharaone: & Moſes inuocauit Dominum: fecitq; Dominus vt petierat ille, & mortuæ ſunt ranæ abolitæq; è domibus, atrijs, atq; agris. Et congregauerunt eas aceruatim, & cõputruit terra. Item Pſal. 77. Miſit Dominus in Ægyptios cynomyiam, (*arob*, mixtionem inſectorum, Munſterus,) & ranas quæ perdiderunt eos. Et Pſalmo 104. Et edidit terra Ægyptiorum ranas, in penetralibus regum. Et Sapientiæ 19. Pro piſcibus eructauit fluuius multitudinem ranarum (in Ægypto.) M. Varro author eſt ciuitatem ab ranis in Gallia pulſam, Plini. Quidam vbi ſpuiſſet, intra dimidium horæ ſpatium ranas pro ſputo exiguas oſtendit, Cardanus. Vide infra in Ranis temporarijs ſeorſim. Ranæ pariunt ac educant in ſicco, Ariſtot. Continentem emittunt ſuum fœtum, Idem de hiſt. 6. 14. Oua pariunt, non animal, etiamſi Plinius partus earum minimas carnes nigras, hoc eſt gyrinos vocauerit, Maſſarius. Pariunt minimas carnes nigras, quas gyrinos vocant, oculis tantum & cauda inſignes: mox pedes figurantur, cauda findente ſe in poſteriores, Plinius. Ægyptij hominem qui cum diu ſe mouere non potuerit, poſtea tandem pedibus moueatur, demonſtrantes, ranam pingunt poſteriores pedes habentem. hæc enim primum ſine pedibus naſcitur, (quod & Ælianus ſcribit,) ſed poſtea dum augetur, pedes aſſumit poſteriores, Orus. Rana vere coit, & parit multa oua in aqua ſequentis anni vere ex illo coitu: & in medio ouorum illorum rana latet abſcondita: & cum oua excluduntur, ranunculi ſunt magni capitis, cum ventre iuxta caput, & cauda poſterius cum pinnis ad natandũ: poſt Maium menſem deinde cauda delabente pedes quatuor formantur, Albert. Et alibi, Apud nos eſt animal illud quod in aquis primo generatur ex ouis ranarum magno capite & longa cauda cum pinnis (vt in piſcibus ferè, in aquis ſtantibus tepidis) cuius cauda decidit & ſubnaſcuntur pedes quatuor: & antequam habeat pedes ſi extrahatur de aqua, moritur. Ranarum aquaticarum (tum viridium, tum illarum quæ ſubliuidæ ſeu ſubcinereæ ſunt) fœtus (id eſt, enati recens ex ouis) ſunt primò carnes paruæ, rotundæ, nigræ, dein oculis tantum & cauda inſignes: quas Nicander quia caudam mouent, *μολγείδας*: Aratus quia rotundæ: *γυείνας*: alij Græci *βατραχίδας*, quaſi dicas ranunculos, nominant. quorum poſtea figurantur pedes, priores ex pectore, in poſteriores finditur cauda, Georg. Agricola. Idem hæc animalia interpretatur **faulfrotten**: (**Faul** rotundum eſt Saxonibus) quidam in Germania inferiore **fulpogen**: noſtri appellant **roßkópff**/ hoc eſt hippocephalos, (& **roßnágel**) quòd reliqui corporis proportione caput eius magnum ſit. Gyrini informes dicuntur ranarum partus, quod ſcribit Theon: id eſt, *ἀδιάπλαστα γεννήματα τῶν ἀπόδων*, quando vrſarum more pariant ranæ. Hinc in Prognoſticis Aratus, *Ἀντόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυείνων. Γύεινον, τὸ ἐκ τοῦ βατράχου σκωλήκιον*, Heſychius. *Γυεῖνοι* (penanflexum: in Etymologico

Ranarum pluuia, quæ διοπετὴς vocari poſſunt.

Partus.

Fœtus caudatus.

Gyrini informes ranarum fœtus.

proparoxytonum etiam reperio) paruæ ſunt ranæ, Varinus: quòd γυροί, id eſt rotundi ſint, Etymologus. Apud eundem γυῖνος, ſimpliciter pro rana exponitur. Γυροῖν, (malim γυίνοιν,) βατράχοιν. Γυροὶ τὸ χῆμα, παρ' Ἀττικοῖς, οἱ μὴ πόδας ἔχοντες. Ἴωνες δὲ καὶ Παυσανίας γυρίνους τοὺς τοιούτους φασί, Varinus. hinc & gyrinæ nimirum ranæ dictæ quandiu ſcilicet pedibus carent. Dicuntur autem non gyrini tantum, ſed & geryni, vt apud Nicandrum in Theriacis obſeruaui, cuius hæc verba ſunt: Ἀλλ' ἤτοι γερυόων κατὰ χοὶ πυέλλια τοκῆες Βάτραχοι ἐν χύτρῃσι καθεψιόωντες ἄεισι Βάμμαν. Rana gyrina ſapientior, adagium eſt (inquit Eraſmus) ſumptum ab informi partu ranarum, quem Græci γυέους vocant, à figura corporis in gyrum orbiculati, quo fit vt mira celeritate ſe quò velint voluant verſenq;, quemadmodum teſtatur Etymologici author. Meminit gyrinorum etiam Suidas, Ariſtophanis adducens teſtimonium, κατόρες βοώσι γυείνοι, (Arati hæc verba ſunt. vt rectè Suidas citat, non Ariſtophanis vt Varin.) Porrò cum ranæ tribuatur loquacitas, quæ ſtoliditatis ſolet eſſe comes, minimum mentis ineſſe oportet gyrinis, quos vix deprehendas animal eſſe niſi mouerentur. Plato in Theæteto, Ὅτι ἡμεῖς μὲν αὐτὸν ὥσπερ θεὸν ἐθαυμάζομεν ὅτι σοφίᾳ, ὃ δ' ἄρα οὐδὲν ἐτύγχανεν ὢν εἰς φρόνησιν γε δὴ βελτίων βατράχου γυείνου: Id eſt, Nos illum tanquam deum ob ſapientiam admirabamur. at ille nihilo magis antecellebat prudentia, quàm rana gyrina, Hæc Eraſmus. Sunt qui expuncta veteri lectione apud Platonem, *gryneam* ſubſtituunt: ſed vtrum magis quadret, doctorum fuerit perpenſio, Cælius. Βρύπυροι, ranæ paruæ caudatæ, Heſychius & Varinus. Μολγείδαι, βατραχίδαι, Heſychius & Varinus. Hydrus ſerpens in pratis capit μολγείδας ἢ βατραχίδας, Nicander: cuius interpres moluridas interpretatur animalia cicadis ſimilia. Vnde apparet grammaticos in Lexica tranſcripſiſſe has voces, ſed corruptè, niſi librarij corruperunt. eſt & alter error quòd ita coniungunt has voces, tanquam idem ſignificantes. Latinè nobis gyrini nomen deeſt, & circumlocutione vtendum, vnde Plinius: Aliqui & naſcentium ranarum in aqua quibus adhuc cauda eſt, &c. Rubetis etiam, inquit Hermolaus, aliquando cauda initio eſt, quam pòſt amittunt: ob id in ſtagnis cum adhuc puſilli ſunt mutili rutibus vocantur. ¶ Ranæ lutariæ apes vbi ad aquam acceſſerint, rapiunt, Ariſtot. Puto eas & herbis veſci, (vnde nomina illa in Batrachomyomachia impoſita ab herbis, Praſſophagus, Praſſæus, Seutleus, Calaminthius,) & terra quandoq; nam & rubetas terram edere aiunt. Tam ranæ quàm bufones comedunt mortuam talpam, vt obſeruatum ſibi Albertus ſcribit: nam talpæ ranarum genera viua captant & deuorant. Τῶν δὲ Συρακοσίων τύπτων ἀμέλησον, Οἳ πίνουσι μόνοι, βαθέαν χόνον, ἠδὲ ἔδουσι, Archeſtratus apud Athenæum lib. 3. Auguſto menſe nunquam poteſt os aperire pro vſu cibi, vel potus, vel vocis, quòd ſi manu, vel baculo tentaueris, difficulter aperire poteris, Liber de nat. rerum. Auguſto menſe dicitur adeò compreſſa habere labia, quòd etiam inſtrumento aperiri non poſſunt extra aquam, Albert. ¶ Soboles ranarum lutariarum, ſi quis in earum lacum verbaſci (tithymalli nimirum qui verbaſco ſimilia ferè folia) nuciſve folia inijciat, necatur, Ælianus: cuius verba Græca Suidas in Phlomo ſic recitat. ἐμβαλὼν δὲ εἰς τὴν λίμνην φλόμου φύλλα ἢ κάρυα (fortè *coccales* vulgò dictos quibus & piſces pereũt, vel nuces ſecũdæ ſpeciei tithymalli) ἀπόλεσε τοὺς γυείνους.

Rana gyrina ſapientior. Proverb.

Cibus.

D.

Ægyptiarum genus ranarum ſapientia excellit. nam ſi in natricem inciderit arundinis fruſtum obliquum mordicus tenet, & nihil de robore remittens, firmiſſimè retinet. Is igitur eam non poteſt deuorare, propter arundinem, quam ore complecti nequit, Gillius (ex Æliani Variorum primo.) Ranæ lutariæ (πλαταιῶν βάτραχοι, Rubetas paluſtres has dixerim,) apes vbi ad aquam acceſſerint, rapiunt. quamobrem eas apiarij per paludes & ſtagna, vnde apes aquantur, venari ſolent, Ariſtot. Apibus aquantibus ranæ inſidiantur: nec hæ tantum quæ ſtagna riuosq; obſident, verum & rubetæ veniunt vltro, adrepentesq; ſufflant, Plinius. ¶ Muſtelæ ruſticæ illæ, quas putorios appellant, noſtri iltiſſos, ranis inſidiantur: & ſæpe plures ab eis congeſtæ in caua aliqua arbore reperiuntur. Ranæ hoſtis eſt buteo: rapit enim eam exeditq;, Ariſtot. & Oppianus. Butorius etiam, qui ardea ſtellaris videtur, ranas vorat, & genera quædam miluorum, vt recentiores quidam obſcuri tradunt. item nocturnæ aues gimus & gimeta, Creſcentienſis. Hydri ranas deuorant, Aratus & Nicander. Anguis quidam (Cherſydrus) in Calabria, dum aquæ ſuppetunt, illas habitans, piſcibus atram *Improbus ingluiem, ranisq; loquacibus explet*, deficientibus verò aquis exilit in ſiccum, Vergilius in Georg. Quam Latini natricem, & Dioſcorides hydrum vocat, Nicander Cherſydrum appellare videtur. is in locis parum aquæ habentibus, aut paludibus verſans, ranis infeſtiſſimus exiſtit, Gillius. Quòd natricem rana male oderit, atq; incredibiliter pertimeſcat, ipſum ideo contrà ſumma vocis contentione exterrere conatur, Ælianus. Ranæ ex omnibus hydrum maximè odêre ac timent, quare appropinquante eo hoſtem prius clamitando aduerſus eunt, Volaterranus (ex Æliano, vt videtur, neſcio an rectè.) Obſeruatum ſibi Albertus ſcribit talpas libenter paſci bufonibus & ranis, eaſq; viuas à talpis aliquando comprehendi: ranas verò & bufones comedere talpam mortuam. Mardon Smyrnæus rumpi ſcolopendras marinas ſputo tradit: item rubetas aliaſq; ranas, Plinius. ¶ Ranæ obſtrepetæ conticeſcent, ſi in ripa expoſueris lucernam accenſam, Africanus in Geopon. Græcis.

Ranarum Ægyptiarum ſapientia.

Ranarum hoſtes, muſtela ruſtica. Buteo. Butorius. Nocturnæ aues. Hydri. Cherſydrus.

Talpa.

E.

Pueri apud nos rubicunda lana aut panno rubente ad hamum alligato ranas capiunt. ¶ Fel capræ

capræ in terra in vaſe aliquo repoſitum ad ſe dicitur ranas congregare, ac ſi gratum aliquid in eo reperiant, Albertus. Ex ranis eſca fit ad cancros capiendos, vt dicam in Cancris. Carnibus ranarum vel hamo additis, præcipuè purpuras certum eſt allici, Plinius. Fœtus ranarum (quos gyrinos vocari diximus) vrunt, & eo cinere felem exenteratum & pelle detracta toſtum, illitumq; melle, aſpergunt: & ita circa ſyluam aliquam, vbi vulpes aut lupi verſantur, trahunt, vt odore alliciant, vt ſcripſi in Lupo *E*. ¶ Aquarum notæ ſunt iuncus, & harundo, multumq; alicui loco pectore incubans rana, Plinius 31.3. ¶ Ranæ lutariæ apibus nocent, Ælianus. ¶ Ranæ vltra ſolitum vocales, tempeſtatis ſigna ſunt, Plinius: pluuiam denunciant, Ælianus. Altius vel clarius ſolito coaxantibus ranis pluuiam portendi obſeruatum eſt, Plutarchus in libro Vtra animal. Ingruentium aquarum certius præſagium exhibent ranæ præter ſolitum vocales: Quod Aratus, Plinius, Maro quoq; noſter prodidere, Cælius. Tempeſtatem (χειμῶνα) prædicunt, vt Aratus canit, cum magis & ſupra conſuetudinem clamant: Quoniam, vt Theon interpres ſcribit, aquam frigidiorem reddi ſentiunt: vel quia gaudent aquis, & maximè pluuijs vtpote dulcioribus, vnde & fœcundiores redduntur, vt plantæ etiam pluuijs rigatæ lætius germinant. Arati carmen Auienus ſic reddit: *Et veterem in limo rana cecinere querelam.* Et Cicero lib. 1. de Diuinatione. *Vos quoq; ſigna videtis aquai dulcis alumnæ, Cum clamore paratis inanes fundere voces, Abſurdoq; ſono fontes & ſtagna cietis.* Certum eſt autẽ eum hæc verba de ranis protuliſſe, quanquam interpoſitis quibuſdam, ordine forſan per librarios turbato, iterum de ranis ſic ſcribat: Quis eſt qui videre ranunculos hoc ſuſpicari poſſit? Sed ineſt mira & ranunculis quædam natura, ſignificans aliquid, per ſe ſatis certa, cognitioni autem hominum obſcurior. Ranæ coxantes veſperi pruinam poſtridie non futuram indicant, idq; certò vt aiunt. plerunq; etiam ſerenitatem ſequentis diei, ſed hoc non rarò fallit. ¶ M. Varro author eſt ab ranis ciuitatem in Gallia pulſam, Plinius. De pluuia ranarum in Pæonia & Dardania, &c. ſcripſi in *C*.

Ratio ranas capiendi.

Vſus ex ranis.

Prognoſtica tempeſtatis.

F.

Virides ranæ præcipuè in cibum admittuntur: ſed & ſubcinereæ quædam & ſubliuidæ, vt Georg. Agricola ſcribit, quæ ſimiliter in fluuijs, lacubus & piſcinis viuunt, partim vocales & edules ſunt, partim mutæ & non eduntur. In Anglia virides deeſſe audio, nec vllas edi. Apud veteres quidem ranas aut earum decoctum intra corpus ſumi ſolitum, medicamenti tantum, non cibi gratia legimus, vt ſequenti capite oſtendemus.

Vſus ranarum in cibo.

¶ Ranarum ius ranaſq; ipſas ſumptas ijs mirificè opitulari, qui à venenatis percuſſi eſſent reptilibus, (verba ſunt Aloiſij Mundellæ ex epiſtola numero octaua in Volumine epiſtolarum eius) legimus in ſecundo Aetij lib. cap. 162. & lib. 13. eiuſdem cap. 5. & ſeptimo Pauli Æginetæ libro: vbi ab illis aſſeritur, ſi cum ſale oleoq; ranarum ius hauriatur, mirificè prodeſſe percuſſis à reptilibus: Quorum teſtimonio fretus ranas interdum edere non dubitaui, alijſq; vt ederent permittere: quamuis illarum nutrimentum, quod in corpus hominis diſtribuitur, tale fore exiſtimauerim, quale à Galeno lib. 3. de aliment. fac. cartilagineis attribuitur, minus concoctioni difficile, & mediocriter in aluum exiens. Nuper verò cum ranas ſale oleoq; conditas in cœna ſumpſiſſem, partim ex iure albo coctas, partim frixas, adeò vehemens vomitus me inuaſit, aliaq; verenda ſymptomata tribus ferè diebus continuis me exagitarunt, vt aliquod venenum me ſumſiſſe proculdubio exiſtimauerim. erant enim ranæ illæ, vt poſtea mihi relatum fuit, ſtagnantis cuiuſdam loci & paluſtris incolæ, longoq; exitinere ad nos delatæ, continuo calore & agitatione ſemicorruptæ. ranarum enim ſubſtantia, quòd laxa ſit atq; humida, putredini parata eſt. Si verò recenter capiantur, & diligentiſſimè denudentur, & in puris aquis degerint, non limoſis, non tantum vt aliàs noxias eſſe dixerim, præſertim quæ carne ſolidiore conſtant, optimeq; conditæ ſunt. Verum huiuſmodi cibos non multum laudauerim, qui penuria vrgente, aut viuendi copia & luxu potius edi ſolent, quam vlla ratione, ſicuti fungi, legumina omnia ferè, cochleæ, carnes ferorum animalium, & pleraque id genus ęeliqua, vt ait Galenus in lib. de cibis boni & mali ſucci, & in lib. de morbis vulg. Cur autem Aetius lib. 13. cap. 55. paluſtres ranas inter venena connumeret, loco verò ſuperius à nobis citato dicat paluſtrium ranarum ius magnum præſidium ijs adferre qui à venenatis icti ſunt reptilibus, ſi illæ oleo & ſale conditæ aqua elixentur, equidem incertus ſum, &c. (Excuſatur Aetius quod lib. 2. βατράχους λιμναίους pro antidoto commendarit: lib. autem 13. ἑλείους, vt puto, [nam & Dioſcorides φρυῶν, ἢ βατράχων ἑλείων dicit] inter venena numerârit: Latini interpretes pro vtraq; voce paluſtres vertunt. Sed λίμναι, lacus ſunt maiores liberioriſq; aquæ: ἕλη, paludes minores & impuriores, plantis è cœno naſcentibus confertæ. (Cæterum longè laudabilius eſſe exiſtimo ac tutius, ranas omnino interdici, aut ſaltem dictis de cauſis parcius in cibis ſumendas eſſe, inprimis verò propter vendentium auaritiam & fraudem. rubetas enim & mutas ranas, indubitata venena, palàm in foro piſcario & publicis tabernis, magno ſalutis noſtræ periculo, quotidie nobis venundare non erubeſcunt aut timent. Illud quoq; non conticuerim quod piſcator quidam me nuperrimè admonuit, ranas ſcilicet quæ adempta cartilagine exteriore & cute, magis albo colore ſunt, alijs quidem longè nocentiores, & minus cibis idoneas eſſe, quòd veneni ſpeciem quandam præ ſe ferant, quibus de cauſis in poſterum, vt dixi, omnino ab illis abſtinere conſtitui: id quod vt cæteri quoq; faciant conſulo adhortorq;. Hactenus Mundella. Cæterum quæ ille ci-

tat ex Aetio & Ægineta, eadem prius Dioſcorides ſcripſerat de ranarum (ſimpliciter, non paluſtrium) facultate aduerſus venenatos morſus lib. 2. at ſexto libro rubetam inter venena numerans, ranam paluſtrem cognominat. eſt enim rubeta quædam paluſtris, alia terreſtris. ſed hæc nocentior eſt, ni fallor. Marcellus vel coniunctionem diſiunctiuam addit, tanquam de duobus ranarum generibus ſed vtriſq; venenatis Dioſcorides in eo loco agat: nam & Ægineta ſic legit. Vtut eſt, vis quæ ex ranis earumve iure contra ſerpentes petitur, ranis ſimpliciter, (edulibus nimirum & in puriore aqua degentibus) attribuitur: venenum vero rubetis & ranis paluſtribus, id eſt bufonibus ſiue in terra ſiue in aqua paluſtri & impuriore verſantibus. ¶ Rana figura eſt bufonis, ſed ſine veneno, Albert. Ranis aquaticis plurimi ſecure veſcuntur, (apud nos viridibus tantum,) & præcipuè Lombardi per quadrageſimam. Ranarum fluuiatilium poſteriores pedes gratiſſimi ſunt in cibo, & contra ſerpentes adiumento, Sipontinus. Ranæ bolo captæ meliores eſui putantur, quàm quæ fuſcina. à ſerpentum enim morſu attrectatæ ac læſæ bolum attingere non putantur. Captarum coxulas denudatas pelle, per noctem aut diem in recenti aqua natare ſinimus: inuolutas deinde farina in oleo frigimus. Frictas & in patinam translatas Palellus meus ſalſa viridi ſuffundit, ac fœniculi floribus aromatibusq; inſpergit, Platina.

Vltima, ſed noſtros non acceſſura lebetes, *Ni ſaliat, putris rana parabat iter.*
Noluimus, ſuccieſt plumbj & limoſa maligni. *Irata eſt, & adhuc rauca coaxat aquis,* Fiera.

Qui ranis frequenter vtuntur, colore plumbeo inficiuntur. quamobrem non cibi ſed medicamenti ratione ſumi debent. reddunt enim corpus putrefactioni aptum, Galeatius de S. Sophia. Scholiaſtes Nicandri docet rubetas in calidioribus locis magis venenoſas eſſe: ſimiliter ego ranas iudicarim in calidis regionibus in cibo ſumptas nonnihil veneni habere, in Germania verò & frigidis locis innocentiores eſſe. Refert etiam quo tempore capiantur. nam libidinis ſuæ tempore noxias eſſe non dubito. Plinius, Tuſſim (inquit) ſanare dicuntur piſcium modo è iure decoctæ ranæ. ſuſpenſæ autem pedibus, cum diſtillauerit in patinam ſaliua earum, exenterari iubentur, abiectiſq; interaneis condiri.

G.

Remedia ex ranis. In omni virulenti animalis morſu auxiliantur ranæ elixæ & comeſtæ. Verum ſi qui earum eſum auerſentur, ranas donec victæ (flaccidæ) reddantur coquito, & iuſculum ipſum ignaris abſorbendum præbeto, Aetius 13. 10. Caro ranæ reſiſtit punctura vermium venenoſorum, Auicenna 2. 146. 30 Contra omnium ſerpentium (ἑρπετῶν) venena pro antidoto ſunt ranæ, ſi ex ſale & oleo decoctæ edantur, iuſq; earum itidem ſorbeatur, Dioſcorides Ruellio interprete. Ego Marcelli translationem præfero, quæ habet: Sumitur eadem vtilitate & decoctarum ius: vt nihil referat ranæ elixæ per ſe edantur, an ius earum per ſe ſorbeatur: quem ſenſum Actius quoq; ſecutus eſt: vt ex eius verbis iam recitatis apparet. Quod ſi quis ipſas vnà cum iure ſumere voluerit, rectè & ille fecerit, & forte efficacius. Ægineta ſimpliciter habet ranas cum iure paratas, (βατράχους ζωμευθέντας. conſtat autem ius ſimpliciter dictum aqua, oleo, & ſale,) edi ab illis qui à venenatis animalibus morſi fuerint. Idem rurſus inter remedia ad viperæ morſum, Aliqui (inquit) ranas in iure coctas in cibo dederunt. Ranæ paluſtres in aqua elixatæ, ſaleq; & modico oleo conditæ venenoſorum reptilium ictibus, ſi ius earum bibatur, magnum præſidium afferunt, Aetius 2. 163. Fluuiatiles ranæ, ſi carnes edantur, iuſve decoctarum ſorbeatur, proſunt, & contra leporem marinum, & contra ſerpentes ſupradictas, (chalciden, ceraſten, ſepem, elapem, dipſadem, &c.) contra ſcorpiones ex vino, Plinius. In ſumma, contra omnia venena, vel potu, vel ictu vel morſu noxia, ſuccus earum ex iure decoctarum efficaciſſimus habetur. Plinius 32. 5. vt noſter codex habet: nec apparet, quo illud (*earum*) ſit referendum, niſi ad ſtellas (vt Wottonus facit) quæ tamen intra corpus à medicis non dantur. Ego omnino legerim (*ranarum*.) Marcellus Hermolaum reprehendit, qui ex Dioſcoride reddiderit ſuccum ranarum è ſale atq; oleo decoctarum contra ſerpentium venena ſumi: imitatus videlicet Plinium 32. 4. ſcribentem, Ranarum marinarum ex vino & aceto decoctarum ſuccus contra venena bibitur. ſed ranæ marinæ (vel piſcatrices potius, βάτραχοι ἁλιεῖς) ſui generis piſces ſunt inter planos: & ſuccus non idem quod ius: ille exprimitur, hoc coquendo fit. Plura de hoc Plinij errore circa ranas marinas, leges infra in Salamandra *G*. Nicander in Theriacis contra morſus venenoſos elixas è b[illegible]mmate commendat: Scholiaſtes cum vino vel aqua vel aceto coqui & bibi iubet. ego βάμμα acetum potius quàm alium liquorem interpretor: quod id præcipuè, vel per ſe, vel alijs condimentis adiectis adintinctus, quos & embammata Græci vocant, in vſu ſit. Auicenna & Serapio Dioſcoridis verba transferentes, non ſolum contra venena aut vermes venenoſos, ſed contra lepram quoq; ranas in iure coctas remedio eſſe ſcribunt, quod ab Auicenna 2. 596. bis ſcribitur, primum ſub titulo de decoratione, vbi remedia aduerſus ſcabiem quoq; & lepram collocare ſolet: & rurſus ad finem capitis, nec aliquid mutatur à Bellunenſi. Ego huius erroris occaſionem non video: hoc tantum ad eius excuſationem occurrit, ranas non intra corpus ſumptas, ſed foris illitas, (decoctas ſcilicet cum aqua vel ſimplici, vel ſalſa & marina,) proſ-

ræ & ſcabiei, cuius & lepra ſpecies eſt, remedium eſſe, vt infra ex Plinio docebimus. Ranæ coctæ comeſtæ, & iuſculum earum potum, efficaciſſimè proſunt contra viperæ morſum, Aetius. Iis qui ſalamandram intra corpus ſumpſerunt, præter opinionem prodeſt ranarum iuſculum, ſi eryngij radices in eo coquantur, Aetius. Iiſdem Auicenna prodeſſe ſcribit oua teſtudinis marinæ, & ranæ decoctæ cum calamintha. Teſtudinum marinarum carnes ammixtæ ranarum carnibus contra ſalamandras præclarè auxiliantur, Plinius. Et alibi, Ranarum marinarum (quæ piſcium planorum generis ſunt, vt ſupra dixi) ex vino & aceto decoctarum ſuccus contra venena bibitur, & contra ranæ rubetæ venenum, & contra ſalamandras. Ranæ coctæ (elixæ) vel aſſæ caro pro remedio datur contra rubetæ venenum, Nicander. Apollodorus eryngium aduerſus toxica cum rana decoquit, Plin. Falconibus malè affectis Albertus inter remedia ranam aliquando dari iubet. Idem ranunculum aridum tritum cum carne calida falconi faſcinato à quibuſdam dandum præſcribi meminit. Quidam ranam excoriatam impoſitam ſpicula & quicquid carni infixum hæret, extrahere putant, authorem citantes Auicennam. ¶ Contra ſpaſmum aliqui iuſcellum ranarum dant, experimentum eſſe dicentes. ſed hoc odioſum eſt, & nihil in ſe commodi habet quod ratio probet, Cælius Aurelian. ¶ Proſunt ranæ elixæ (cum oleo & ſale) contra veteres abſceſſus τενόντων, (id eſt tendinum in ceruice, vt Marcellus in Annotationibus ſuis pluribus aſtruit,) Dioſcorides. Ruellius vertit contra inueteratos tendinum rigores: Plinium, vt video, ſecutus, cuius hæc ſunt verba: Rigor ceruicis mollitur caſtoreo poto cum pipere ex mulſo mixto ranis decoctis ex oleo & ſale, vt ſorbeatur ſuccus: Sic & opiſthotono medentur, tetano, ſpaſticis verò piperè adiecto. Ex his verbis Plinius non tenontas, id eſt tendines, ſed tetanum legiſſe videtur, qui ipſi ac Celſo rigor ceruicis eſt: vt mireris, cur nominato ceruicis rigore mox rurſus tetanum tanquam diuerſum affectum nominet. Hoc etiam intereſt, quòd Plinius hoc remedium bibi vult, Aetius & Arabes foris adhiberi: Dioſcorides non exprimit. Rana in oleo elixata ſui decocti fomentatione (καταιονήσει) diuturnos chordarum (τενόντων ὀδύνας) dolores ſedat, morbum articularem leuat, ac durities mollit, Aetius. Sed hæc facultas fortaſſis ad ranas rubetas magis pertinet, è quibus acopum ad morbos omnes articulares celebratur, vt dicam infra in Rubetis. Ius ranarum in ſale & oleo coctarum confert apoſtematibus chordarum quum eis ſuperinfunditur, Auicenna: cum pulueriſatur ſuper ea, Serapio (quod non placet.) Tuſſim ſanare dicuntur piſcium modo è iure decoctæ in patinis ranæ. ſuſpenſæ autem pedibus, cum diſtillauerit in patinam ſaliua earum, exenterari iubentur, abiectiſq; interaneis condiri, Plinius. Dyſentericis medentur ranæ cum ſcilla decoctæ, ita vt paſtilli fiant, Idem. Ranæ aquaticæ in vino vetere & farre decoctæ, ac pro cibo ſumptæ, ita vt bibatur ex eodem vaſe, hydropicis medentur, Author cuius nomen excidit. Aquam educit per aluum rana fluuialis ex albo iure comeſta, Nic. Myrepſus. ¶ Pſoras tollit rana decocta in heminis quinq; aquæ marinæ: excoqui debet donec ſit craſſitudo mellis, Plinius. ¶ Equorum ſcabiem ranæ decoctæ in aqua extenuant, donec illini poſſit: aiuntq; ita curatos non repeti poſtea, Idem. Si equus aut aliud iumentum ſcabiem patiatur: ranas paluſtres (βαβάχους λιμναίας) cum aceto acerrimo, oleoq; & ſpuma nitri commiſcens pro certa portione, ſimul decoquito, & illinito, Tiberius in Hippiat. Græcis. Super tumores peſtilentes ranas aliqui recentiores ſuperilligant, & mortuis recentes ſubſtituere pergunt donec nulla amplius moriatur. Maximè autem quartanis liberant ablatis vnguibus ranæ adalligatæ & rubetæ, Plin. Ranas contritas aut ventres eorum ſciſſos pro malagmate articulis imponito, efficaciter quoſcunq; dolores eorum ſedabis, Marcellus. Emplaſtrum Ioannis de Vigo ad dolores articulorum, quod repetit Iac. Syluius in libro de delectu ſimplicium, &c. recepit inter cætera ranas viuentes ſex. Audio ſolicem eius vſum eſſe ad vlcera antiqua ſananda. Neruis vulneratis prodeſt, terræ lumbricos indere tritos, *Queis vetus & ranis ſociari axungia debet*, Serenus. Ignes ſacros reſtinguunt ranarum viuentium ventres impoſiti, pedibuſq; poſterioribus pronas adalligari iubent, vt crebriore anhelitu proſint, Plin. Siriaſeis infantium ſpongia frigida cerebro humefacto rana inuerſa adalligata efficaciſſimè ſanat, quam aridam inueniri affirmant, Idem. ¶ Decoctæ (probe coctæ, Archigen.) in aceto & aqua, dentium dolores collutione leniunt, Dioſcorid. & Archigenes apud Galenum de compoſ. med. ſec. locos, qui hoc decoctum diutius ore retinendum docet. Decoquuntur ranæ ſingulæ in aceti heminis, vt dentes dolentes ita colluantur, contineaturq; in ore ſuccus. Si faſtidium obſtaret, ſuſpendebat pedibus poſterioribus eas Saluſtius Dionyſius, vt ex ore virus deflueret in acetum feruens, idq; è pluribus ranis. Fortioribus ſtomachis ex iure edendas dabat. Maxillaresq; ita ſanari dentes præcipuè putant: mobiles verò ſupradicto aceto ſtabiliri. Ad hæc quidam ranarum corpora binarum præciſis pedibus in vini hemina macerant, & ita collui dentes labantes iubent. Aliqui totas adalligant maxillis. Alij denas in aceti ſextarijs tribus decoxêre ad tertias partes, vt mobiles dentium ſtabilirent. Nec non XXXVI. ranarum corda in olei veteris ſextario ſub ęreo teſto diſcoxêre, vt inſunderent per aurem dolentis maxillæ. Alij iecur ranæ decoctum & tritũ cum melle impoſuere dentibus. Omnia ſuprаſcripta ex marina rana efficatiora. Si carioſi & fœtidi ſunt, centum (ranam ſorte, vnam ſcilicet) in furno arefieri per noctem præcipiunt: poſtea tantundem ſalis addi atq; fricari, Hucuſq; Plinius. Anginas abolet ranarum decoctarum ex aceto ſuccus: hic & contra tonſillas prodeſt, Idem. Ranæ

De oleo ex ranis. viua ſi ventri torminoſi adponatur, in eam vitium confeſtim tranſire dicitur, Marcellus. ¶ Oleum de ranis Io. Meſuæus deſcribit cap. 449. his verbis: Recipe ranarum aquaticarum circiter libram ſemis: & funde ſuper eas in vaſe vitreo olei ſeſamini chiſt (ſextarium) ſemis: & obturato ore vaſis decoque ſicut dixi in oleo de ſerpentibus (cap. 447.) Confert hoc oleum (vt ex Meſuæo Syluaticus citat cap. 221. dolori arthritico & podagræ calidæ: & temporibus illitum in febribus ob inflammationem aliquam oris, ſomnum prouocat. (Vide infra in Rubetis *G.*) Hoc oleum (inquit Syluius) etiam hodie parant, ob id tantum quòd ſit neceſſarium ad emplaſtri de ranis compoſitionem à Io. Vigo deſcriptam. Podagræ calenti admouerunt quidam, ſed nullo fructu. neq; enim frigiditas in eo magna eſſe poteſt ab his capitibus (ranarum) coquendo coctione tam longa, & ea in oleo ſeſamino, alteratis. Rectius meo iudicio ranæ virides in ſyluis crebræ, vnguibus reptantes in altiſſimas quaſq; arbores, & ſub noctem brexantes (vox enim earum vnica eſt *brex*) oleo violato, vel omphacino ad hos vſus incoquerentur. Oleo de ranis (inquit Manardus in Meſuen) vidi quoſdam vtentes in podagra. Sed in ea nullum magis præſentaneum vidi auxilium & abſque periculo, quam vt eam homo æquo animo ferat expectans Hippocratis terminum. Olea ex animalibus facienda, viua ipſa recipiunt, vt in his moriantur ſcorpiones, ſerpentes, ranæ, &c. Syluius. Oleum de ranis, vtile eſt podagricis & arthriticis doloribus, & membris quæ malè nutriuntur aut contabeſcunt: fit autem hoc modo, In olei communis libram ranæ fluuiatiles quatuor iniectæ, cum ſuffocatæ fuerint coqui debent in olla noua incruſtata & obtecta, lento igne, donec carnes ab oſſibus diſſoluantur: tum extrahi, & in mortario tritæ rurſus injici: cumq; ſemel tantum in oleo efferbuerint, oleum ab igne remotum colatur ne quid feculentum remaneat. ſic addes, terebinthinæ lotæ & claræ vncias quatuor, & ad ignem miſcebis non amplius decoquendo. Hoc oleum miræ efficaciæ eſt, vt nos docuit Georgius Pictorius inſignis medicus Enſisheimij. *Sepe ita peruadit vis frigoris, ac tenet artus, Vt vix quæſito medicamine pulſa recedat. Si ranam ex oleo decoxeris, abijce carnem, Membra fone*, Serenus. Ranæ in triuio decoctæ oleo, abiectis carnibus, perunctos liberant quartanis. ſunt qui ſtrangulatas in oleo ipſas clam adalligent, oleoq; eo perungant. Cor earum adalligatum frigora febrium minuit: & oleum in quo inteſtina decocta ſint, Plinius. Vt pellatur quartana quidam iubent indulgere Veneri initio caloris: *Sed prius eſt oleo partus feruefcere rana Inq; trijs, illoq; artus perducere ſucco*, Serenus. Contra omnem mâlin, (peſtilentem in iumentis affectum:) crocodilum terreſtrem & ranam oleo injice & coque in olla, donec carnes eorum in oleum reſoluantur: tum cola, & infunde naribus iumenti, Agathotyches in Hippiatricis cap. 2. Podagris articularibusq; morbis vtile eſt oleum in quo decocta eſt rana & ipſius inteſtina, Plinius. Vtiliter in dolore perunguntur (artieuli & pedes) oleo in quo diu decocta ſint inteſtina ranarum, Marcellus. Si confirmata iam fuerit podagra, proderit nitido ranæ decoctum viſcus oliuo, Serenus. Oleum in quo diſcocta ſit rana, ad dolores (aliàs abſceſſus, aliàs rigores) tendinum fotu vtile eſt, Aetius lib. 2. Vide ſuperius inter facultates ranæ eiuſve decocti intra corpus ſumendi.

Vox ranarum brex. vnde brexare.

Rana arefacta. ¶ Ex recentioribus nonnulli ranam abiecto capite arefactam ſeſquidrachmæ pondere potam ex vino aut pulte, tædium Veneris adferre affirmant, Alex. Benedictus.

Aqua deſtillata ex ranis. ¶ Ex ranis viridibus quæ ad ripas aquarum degunt, vel ex ouis earum, liquor vi ignis inſtrumento chymiſtico elicitur: qui omnes præter naturam tumores calidos, vel abſq; tumore ſupercalfactos locos linteolis ex eo madentibus impoſitis mitigat & refrigerat: item articulares dolores calidos. Sanat etiam manus, quæ rimis & cutis duritie nimia humorum acrimonia & calore afficiuntur, ſi ſubinde lauentur eo, & linteolis ex ipſo madefactis humectentur, Rylius ex Hieron. Brunſuicenſi vt conijcio, cuius librum adeat cui vacat.

Cinis. ¶ Ranæ cuiuſcunq; cinis in potu datus ſuum morbis medetur, Plinius. Ranarum cinis illitus (ἔπιπαστὸς, inſperſus,) profluentis ſanguinis impetus ſiſtit, Dioſcorides: ſiſtere traditur, Galen. Cauſam addit Ægineta, quoniam maximè ſiccet. Sunt & recentiores qui hoc confirment. Ranæ crematæ cinis membranæ cerebri vulneratæ, aut ruptæ venæ inſperſus, ſanguinem reprimit, Aetius lib. 2. Ad fluxum ſanguinis è vulnere: Vſtæ ranæ cinerem vulneri inſpergito. ſed ſuperponi debet ſpongia ex oxycrato, & frequenter ſiccitatis ratione mutari, Galenus Emporiſt. 1. 129. Ad ſanguinem ſiſtendum & ranarum illinunt cinerem, vel ſanguinem inarefactum. Quidam ex rana calamite, id eſt minima & viridiſſima, cinerem fieri iubent. Aliqui & naſcentium ranarum in aqua quibus adhuc cauda eſt, in calice nouo combuſtarum cinerem, ſi ſanguis per nares fluat, injici, Plin. Ranæ cinis inſperſus ſanguinem vndecunq; profluentem, cohibet: & è naribus erumpentem, ſi inſtilletur, Raſis. Inſufflatio (in nares) de rana aduſta, vehementer reſtringit ſanguinem. quin puluis eius circa collum ſuſpenſus prohibet ſanguinem vndecunq; fluentem. Nuper quidam alligauit hunc puluerem circa collum gallinæ, & mox amputato eius capite nihil ſanguinis profluxit, Galearius de S. Sophia. Cinis ranæ cum aceto fluxum narium, vlcerum & ſexuum (genitalium) reſtringit. Venas etiam & arterias & combuſtionem ſanat, Kiranides. Theophraſtus Paracelſus in Chirurgia ſua Germanica ranæ cinerem numerat inter remedia quæ ſanguinem ſupprimant. Vide infra in Rubeta *G.* & in Ranunculo viridi. Vt pili totius corporis aboleantur: Pellem ranæ vſtam injice in aquam balnei, Kiranides.

Echinum

Echinum comburi cum viperinis pellibus raniſq;, & cinerem aſpergi potioni iubent magi, claritatem viſus promittentes, Plinius. Ranarum cinis cum pice liquida illitus alopecias ſanat, Dioſcorides & Kiranides, qui emplaſtri modo imponi iubet: ſanare perhibetur, Galenus. plurimum enim ſiccat, Ægineta. Auicenna liquidæ picis mentionem in hoc remedio omiſit. Alopecias replet, ranarum trium, ſi viuæ in olla concrementur, cinis cum melle, melius cum pice liquida, Plinius. Ranæ paruæ vruntur, & cinis cum pice liquida miſcetur: quo remedio ſi fricentur alopeciam expertæ partes donec rubeſcant, & mox eodem inungatur, prodeſt, Raſis. Ranam habentem longa crura combure, & terens aſſume cum pice liquida, & vnge locum præfricando ipſum, Galenus Euporiſt. 2. 86. Vide infra in Ranunculo viridi.

¶ Ranarum paruarum ſiue viridium, ſanguinem ſiue ſuccum pro pſilothro aliqui commendant, & ne euulſi in palpebris pili renaſcantur: Plinius etiam ranarum ſimpliciter: quæ nos omnia ad ranam viridem paruam priuatim referemus. Quoniam enim pſilothra vel cauſtica vel ſeptica ſunt, non ad virides maiores & edules ranas, ſed ad venenatas vis iſta referenda videtur. quanquam & paruæ virides parum veneni habere videntur, vt pſilothri vis ad rubetas forte magis pertineat. Si quis voluerit quòd pili titillarium pueri non naſcantur, depilentur & inungantur loca ſanguine ranarum, Elluchaſem. ¶ Ranarum carnes impoſitæ ſuggillationem rapiunt, Plinius. Ranarum carnem morſui ſalamandræ imponi iubet Auicenna. *Sanguis.*

¶ Ranarum adeps auribus inſtillatus ſtatim dolores tollit, Plin. Adeps ranarum paluſtrium liquefacta, ſi tepens in aurem infundatur, dolores nimios mitigabit, Marcellus. Auditus difficultatem emendari putant, infuſo ranarum pingui, dum coquuntur illæ, collecto, Incertus. *Adeps.*

¶ Oculis earum (ranarum: niſi eorum legas, id eſt cancrorum, de quibus propius dixerat) ante Solis ortum adalligatis ægro, ita vt cæcas dimittant in aquam, tertianas abigi promittunt. Eoſdemq; oculos cum carnibus luſciniæ in pelle ceruina adalligatos, præſtare vigiliam, ſomno fugato tradunt, Plin. Ranæ dexter oculus dextro, ſiniſtro lævus ſuſpenſi è collo natiui coloris panno, lippitudines ſanant. Quòd ſi per coitum ranæ eruantur, albuginem quoq; alligati ſimiliter in putamine oui. Cancri etiam oculos adalligatos collo, mederi lippitudini dicunt, Idem. Ranam de lacu prendes, & ſpina oculos ei ſubtiliter erues, atque in panno coccineo delicio ligato oculis interius cruentis ſuperpones, citò medeberis, Marcellus. *Oculi.*

¶ Affectus quidam fiſtula ſupra ſtomachum, quæ antea curari non potuerat, quotidie mane quinque ranarum aquaticarum corda, catapotiorum inſtar deglutiuit, vnde breui curatus eſt, Arnoldus lib. 4. Breuiarij. Dyſentericis medetur fel ſiue cor ranarum cum melle tritum, vt tradit Niceratus, Plin. Cor ranarum adalligatum frigora febrium minuit, Idem. Et rurſus, Iecur ranæ vel cor adalligatur in panno leucophæo contra febres. Aliqui 36. ranarum corda in olei veteris ſextario ſub æreo teſto diſcoxêre, vt infunderent per aurem dolentis maxillæ, Plinius inter remedia ad dolores dentium. Iecur ranæ geminum eſſe dicunt, objiciq; formicis oportere, eam partem quam appetunt contra omnia venena eſſe pro antidoto, Plinius. Contra morſus venenoſos iecur ranæ ex quolibet vino ſalubriter bibitur, Nicander in Theriacis. Si rana ſcindatur per dorſum, & capiatur iecur ranæ & ponatur in folio caulis, & exiccetur & detur epileptico, mirabiliter confert. Galeatius. Aliqui iecur ranæ decoctum & tritum cum melle impoſuêre dentibus dolentibus, Plin. *Cor & iecur.*

¶ Plinius cum docuiſſet phagedænę & cacoethe quomodo curentur, ſubdit: Vermes verò innati ranarum felle tolluntur. Obſcurus quidam tanquam ex Plinio, citat, vermes natos in homine hoc felle tolli. verum Plinius non quoſuis in homine vermes hoc loco, ſed vlcerum tantum intelligit. Vermes vlceribus capitis vel quibuſcunq; innati, ranarum felle tolluntur, Marcellus. Fel ranarum ſanandis oculis aptiſſimum eſſe alicubi legere vel audire memini. Dyſentericis medentur ranæ cum ſcilla decoctæ, ita vt paſtilli fiant: fel ſiue cor earum cum melle tritum, vt tradit Niceratus, Plin. Prodeſt & febri ranarum fellis cinis, Idem. *Fel.*

¶ Ranas contritas aut ventres earum ſciſſos pro malagmate articulis imponito, efficaciter quoſcunq; dolores eorum ſedabis, Marcellus. Vtiliter in dolore perunguntur (articuli & pedes) in quo diu decocta ſint inteſtina ranarum, Idem. Plinius idem oleum contra febres inungendum commendat. *Inteſtina.*

¶ Ranarum crura ab Alexandro Benedicto laudantur in phthiſicorum cibo. mirè enim (inquit) recolligentibus vires conueniunt. refrigerant ſanguinem, & choleram pariter ſedãt, conglutinant, bene nutriunt, non cuaneſcente facile nutrimento. Et ex ijs aqua ex ſublimato vapore collecta efficaciſſima perhibetur. *Crura.*

¶ Si quis Martio menſe cum genituram ſeu ſperma (vel oua potius) ranarũ primum inuenerit in aquis, manus inde abluerit, ſcabiem & impetiginem earum curari audio. Retulit hoc nobis expertus quidam in ſeipſo, cum poſt Gallicum morbum manus impetiginoſas habuiſſet longo tempore, legerat autem in libro quodam manuſcripto, eum qui manus puras & nitidas toto anno habere vellet oportere hoc ſpermate menſe Martio manus lauare: & ſic manus illas inſuper habituras eam vim vt impoſitæ morbos quoſdam curent, vt ventris tormina, & lactis grumos in mamillis. Sunt qui aſſerant, manum ſemel ſic lotam toto anno efficacem futuram vt vermem vulgò dictum, (cuius ſpecies eſt paronychia,) extinguat, ſi digitum aut partem affectam comprehendens aliquandiu teneat. Alij veriſimilius, non poſtea, ſed cum primum lota eſt manus hoc ſpermate ſiue recenti, ſiue ſeruato in olla, vim illam habere putant, vt ſi madida adhuc à lotione partem affectam *Sperma.*

vel hominis vel bruti aliquantiſper tenuerit, auxilietur. hoc vt quotieſcunque opus eſt fieri poſſit, ſperma collectum menſe Martio in ollam vitretam ponunt: quam linteo & operculo inſuper ligneo tectam terra defoſſam obruunt, & per duos vel tres menſes relinquunt in loco Soli expoſito. Sic ſperma in aquam reſoluitur, quæ primò obſcurior & turbulenta eſt, poſtea fit clarior. Hæc aqua ſeruatur: & cum vermis ſeu paronychia vrget, intinctum in eam linteum, digito applicatur, vnde vermis (dolor) eodem die extinguitur: quo facto digitum foueri oportet ſupra decoctum hibiſci & chamæmali. hæc ſcilicet apotherapia eſt propter ſperma nimium refrigerans. Videntur enim mihi ranæ aquaticæ & omnes earum partes, vel excipio, frigidæ humidæq; eſſe, & refrigerando dolorem auferre, vt narcotica ferè: maximè verò ſperma earum. Audiui & ab alijs, vno & altero, qui manus ſuas recenti ranarum ſpermate ablutas, à ſcabie liberatas aiebant. Ad vermes ſeu paronychias pulſantes propter inflammationem, quæ ſcilicet ſuppurari poſſunt: Sperma ranarum in vaſe vitreo ſine in aquam ſolui: in qua madefactum linteum parti affectæ circumpone: vel digitale ex cera virgine hoc liquore ſubacta factum impone. hoc ſuppurationem prohibet, Ex libro Germanico manuſcripto. Ranarum ſpermatis vſus eſt etiam vt purior & nitidior ſit facies, Mich. Herus.

H.

Etymologia.

a. Rana animal eſt amphibium, quòd in aqua & terra poſſit viuere, à ſua voce dictum, Varro. Rana à garrulitate vocata eſt, eò quòd circa genitales paludes ſtrepit, & ſonos vocis importunis clamoribus reddit, Iſidorus. Βάτραχος dictus eſt à vocis aſperitate, ὡς δὲ τὸ βοὴν βαχεῖαν ἔχων, βοάβαχός τις ὤν, Varinus. Sed fortè ab Hebræis potius deducta hæc dictio fuerit, quibus rana *zephardea* dicitur; per aphæreſin & metatheſin literarum. Βοβάχη pro βαβάχη apud Hippocratem legitur: ſi codices quidam βαβάχη habent, Galenus in Gloſſis. Βόβαχος, rana, Heſych. Βόρταχος, rana, Varinus. Eſt & βάρταχος ſecundum aliquos ἁπτικὴ καὶ σπάνις πόσις, Heſych. & Varinus. Βάβακοι poëtæ & Iones βόβακοι vocant, quod & apud Ariſtophanem & Xenophanem poëtas legitur, Hermolaus. Βρόταχος, rana, Ionicè: Cyprijs βρόχαπος, Varinus. Βύρταχος, rana, Idem. Βάθρακος pro βάβακος Ionicum eſſe apud eundem legimus in voce Κθάν. Βεκατάχης, βαβάχης, Heſychius & Varinus. Βρόαγγος, rana, Idem. Βεμαγγόν, rana Phocenſibus, Idem. Βάβακοι Elienſibus cicadæ, Ponticis ranæ ſunt, Heſych. & Varinus. Βλαχαὶ, rana, Varinus. Βλίκαρος, rana, Suidas. Βλίκαρος, βάβακος καὶ βλίχας, Heſychius & Varinus. Βεκοί, ranæ, Varinus. Βὰξ, rana, Idem: nimirum quaſi boax, quòd vocalis clamoſaq; ſit: nam & piſcis quidam qui vocalis creditur, eodem nomine appellatur. Παρφυσίδες, ranæ, Varinus: quòd buccas ſcilicet inter clamandum inflare ſoleant: vt & reliquum corpus aliquando, præſertim per iram. Καπρίας, rana, Idem. accedit autem hæc vox ad Germanicam Krott, qua bufonem ſignificamus. Κοάξ, rana, Varinus: (Κοάξ, paroxytonum apud Heſychium) per onomatopœan, ſi rectè legitur: nam hæc dictio propriè pertinet ad ipſam ranarum vocem, vt in *C.* ſcripſimus. Βαρακος rana, Heſych. Vulgò hodie Græcis βορδακάς.

¶ Epitheta. *Garrula limoſis rana coaxat aquis*, Author Philomenæ. *Hic piſcibus atram Improbus ingluviem, ranisq; loquacibus explet*, Verg. lib. 3. Georg. de cherſydro. *Turpes*, Horat. Epodo. *Paluſtres*, Idem 1. Serm. *Virides*, Ouidius 15. Metam. Sunt & alia apud Textorem: querula (ex Columella:) virens, obſtrepens, aquatica, blaterans, paludicola, paludigena, ſtagnicola, canora, coaxans, crepitans, rauca, coaxatrix, & lurida: quod poſtremum rubetæ proprium dixerim. quanquam Hermolaus ſcribat epitheton hoc ranarum omnium à poëtis exiſtimari. ¶ Βλαισοπόδης, βάβακος. Suid. Δειλαὶ γεναί, Aratus de ranis. Γερμῶν κεκαχηὶ τοκῆες βάβακοι, Nicander in Theriacis: item λαμφρὴς (impudentes ob multum clamorem) γερμῶν τοκῆας. Λιμναῖα κρηνῶν (pro λιμνάων καὶ κρηνάων) πίνει, Ariſtophanes in Ranis. Φιλῳδὸν γένος, Ibidem. ¶ Epithetis addemus etiam propria illa ranarum conficta ab Homero nomina in ſua Batrachomyomachia, quæ ſunt: Λιμνόχαρις, Πλαταμών, Ὑδρομέδουσα, Φυσίγναθος, Ὑψιβάτης, Σχεδίλιος, Πολύφωνος, Κερμοφάγος, Λιμνήσιος, Καλαμίνθιος, Ὑδρόχαρις, Βορβοροκοίτης, Πελασοφάγος, Πλατύστομος, Πλατάκτης, Κερμαγοίδης, Πελασγοί.

Ομώνυμα & derivata.

¶ A rana diminutiuum eſt ranula (vt Græcis βαβάκιον apud Pauſaniam) quo vtitur Apuleius: item ranunculus. Ennius cum dicit, Propter ſtagna vbi lanigerum genus piſcibus paſcitur, eſſe paludem demonſtrat, in qua naſcuntur piſces ſimiles ranunculis, (cordyli fortaſſis Ariſtoteli dicti,) Feſtus. Ranunculos per iocum vocat Cicero Velabrenſes, qui ſibi obloquerentur, eò quòd clamarent tanquam ranæ, quæ præſertim inſtante veſpere, totas paludes coaxationibus implent, Ad Trebatium lib. 7. Eſt & *bátrachus* Græcè, Latinè ranula, vngulæ pars equinæ: Vide in Equo *B.* ¶ Genus mali vbi tument ſub lingua venæ *bátrachos* vocatur, Cælius. Solent etiam faſtidia cibo afferre vitioſa incrementa linguæ, quas ranas veterinarij vocant. hæc ferro reciduntur, &c. Columella in remedijs boum. Ranæ vitium in boue (inquit quidam noſtri ſæculi) iacet velut latum vlcus ſupra linguam, nigricans, & nono die necat niſi curetur: (curandi ratio in Boue expoſita eſt.) Tumorem ſub lingua cum inflammatione, præcipuè in pueris, *bátrachon* Græci vocant, Auicenna ranulam, Manardus. Bátrochos morbi genus eſt tumentibus ſub lingua venis, cui ſimilem fortaſſe Plinius vigeſimiſexti voluminis initio monſtrauit, rubentis ſub lingua dutitiæ, Hermolaus. Amicus quidam medicus nobis retulit viſum ſibi tuberculum ſub lingua cuiuſdam latitudine duorum digitorum, quod,

Rana morbus ſub lingua.

ſermonem impedierit, cuti concolor reliquæ. id curatum transfixa acu per totum tuberculum, & cum ſcalpello poſtea auctum vulnus, vnde effluxerit materia lacti coagulato ſimilis (forte qualis atharomatis eſt) paulatim ea copia, vt duas ferè volas impleret. qua inanita iuſſus eſt aquam muſſam gargariſſare: quæ etiam per ſiphonem in tuberculum transfixum immiſſa eſt. deinde purgato corpore aſtringentibus vſum eſſe & conualuiſſe. Nicolaus Myrepſus inter emplaſtra capite 195. remedia præſcribit ad ranas quæ ſub lingua è deſtillatione fiunt. Petrus de Tuſignano medicus batrachion numerat inter abſceſſus peſtilentes, qui ex materia venenoſa oboriantur: id quod conuenit cum carbunculo peſtilente plerunq; ſub lingua naſcente, cuius meminit Plin. 26.1. ¶ Βαρραχίσκοι pars quædam citharæ, Varinus. ¶ Βάρραχος, εἶδος ἐχάρεος, Idem. ¶ Inter veſtes tragicas (ἀποβλήματα τραγικά) numerantur à Polluce, βαῤῥαχὶς, χλανὶς, χλαμὺς, &c. Βαρραχὶς veſtis virilis à colore nomen traxit, Pollux 7.13. Scholiaſtes Ariſtophanis in fine Equitum, batrachidem docet eſſe genus veſtis floridæ, à colore (nimirum viridi, qualis ranarum eſt) denominatæ, idem ex eo Varinus reperit. Βατάμιος βαῤῥαχίους, Ariſtoph. in Equitibus, vbi interpres βαῤῥάχιον docet eſſe coloris genus, à quo βαῤῥαχὶς veſtis appellata ſit. inungebant autem (inquit) hoc colore faciem ante inuentas perſonas (περὶ ἐνθάδε, lege ἐστεφθῶσαι ex Scholiaſte Ariſtoph. & Suida:) Varinus. Cuiuſmodi batrachis foret, indicat planè in Caligula Dion: Batrachida, inquit, inducenti, & inde ab colore praſino nuncupato, erat addictus adeò, vt vel nunc Caianum appellent locum, in quo is currus agitaret. Batrachium & Phœnicium fuiſſe Athenienſibus dicaſteria, auctor Pauſanias eſt, de coloribus appellatione ducta, Cælius. Et alibi, Apud chymiſtas batrachium ex latice diuino computreſcente prouenit, in auri confectione miraculi præcipuè memorati, ſpecie ranunculi, veneno vis tanta, vti halitu etiamnum ſolo (imprudèntes) perimat. Id ab effectu etiam chryſocollam nuncuparunt. Sed eadem prius in Corollario Hermolaus ſcripſerat. ¶ Βαρράχιος μοῦσα, Suidas, nec aliud addit. ¶ Βαρραχίζω, in morem ranæ nato, vt quidam in Lexicon Græcolat. retulit, ſit authore. *Batrachium chymiſtarũ.*

¶ Icon. Et vidi ex ore draconis & ex ore beſtiæ, & ex ore pſeudoprophetæ exire ſpiritus tres immundos in modum ranarum, Apocal. 16. De ranis expreſſis ad truncum palmæ, vide infra in *b.* Mecœnatis rana per collationem pecuniarum in magno terrore erat, Plinius 37.1. vbi de ſignis gemmarum loquitur, quibus veteres ad ſignandum vſi ſunt.

¶ Batrachites lapis ranæ viridi ſimilis colore atq; effigie, Plin. lib. 37. Vide in Rubeta.

¶ Batrachium, id eſt ranunculum Græci vocant herbam, quòd locis paluſtribus naſcatur vbi & ranæ, cuius genera plura faciunt veteres. Polyanthemon, quam quidam batrachion appellant, cauſtica vi exulcerat cicatrices & ad colorem reducit, Plinius. Nos genus vnum terreſtre, cui flos calycis inuerſus, (*gholdlete glysblümen*) radix verubulo ſimilis & cauſtica, quanquam repoſita vim vrendi ſtatim amitti, dulcis duntaxat deinceps, flammulam vocamus. Huic & alia ſimilia ſunt genera in pratis & locis ſiccis, quæ omnino non vrunt, & quædam vere etiam in cibum veniunt: in paluſtribus verò naſcitur quod apium riſus vel apium hæmorrhoidum vocant, (quòd folia ferè apij producat,) aliqui herbam ſardiniam, vnde riſus ſardinius in prouerbio dictus, barbari recentiores apium raninum, vel ranum, melius ranarum dicturi. Apium aquaticum ranum dicitur, quod in aquis naſcitur vbi ranæ morantur: vel quoniam renibus (ridicule hoc) opitulatur, Creſcentienſis. Apium hæmorrhoidum ſimile eſt ranino, niſi quia habet guttas magnas in folijs, Obſcurus. Batrachio herbæ idem eſt apiaſtrum, id eſt apium ſylueſtre, non autem meliſſophyllon, vt Hermolaus ſcribit Corollario 42. *Madaſon*, id eſt apium riſus, Syluaticus. ¶ Plantaginem aquaticam, in paludibus & ſtagnis naſcentem, noſtri nominant *fröſchlöffelkrut*, id eſt, cochlearium ranarum: ſunt qui alilma putant. Βαῤῥαχὶς inter ſpecies braſſicæ Nicandro in Georg. nominatur, vt citat Athenæus. *Batrachium herba.*

¶ Ranam marinam Cicero & Plinius vocant piſcem marinum è genere planorum: Græci βάτραχον ἁλιέα, ego piſcatricem potius quàm marinam reddiderim. Vocatur autem rana a ſimilitudine quadam oris vt puto: piſcatrix verò, quoniam eminẽtia ſub oculis cornicula turbato limo exerit, atq; ita aſſultanteis piſciculos pertrahit, donec eam prope accedant, vt aſſiliat, Siponinus. Piſcis quidam rana in mari appellatur, Plinius. Ariſtoteles quoq; ſimpliciter aliquando ranam nominat, ſed inter cæteros piſces marinos. ¶ Amatus Luſitanus Centuria 1. Curatione 37. refert mulierem quandam in Italia, quum omnium opinione prægnans diceretur, quatuor animalia ranis ſimillima peperiſſe, & optimè valuiſſe. Rurſus aliam inter ſecundas animal ranæ ſimillimum eieciſſe, nec ipſius nec pueri valetudine læſa. *Rana marina.* *Mulieres quædam ranas pepererunt.*

¶ Sauros & Batrachos ſtatuarij, natione Lacones, fecere templa Octauiæ porticibus incluſa, Plinius.

¶ *b.* Quorum latera turgidiora & veluti inflata ſunt, loquaces & ſtultiloqui habentur, boum aut ranarum argumento, Ariſtot. in Phyſiog. Limus ranas generat truncas pedibus, *mox aptanda Crura dat, vtq; eadem ſint longis ſaltibus apta Poſterior ſuperat partes menſura priores*, Ouidius 15. Metam. *Phyſiologia.*

¶ *c.* Ἀμφίβιον γὰρ ἴδιόν τι μᾶλλον βατράχου χρημάτων, Hofnerus in Batrachomyomachia. Nullus eſt hoc ſeculo nebulo ac rython, qui non dicat nihil ſua intereſſe, verum his piſcibus (equalis & mugi-

libus) ſtagnum habeat plenum an ranis, Varro 3. 3. & ex eo Columella. Ranæ diebus apricis in paludibus ſuis ſaliunt per cyperum & phleon gaudentes ὡδῖς πολυκολύμβοις μέλεσιν, Ariſtoph. in Ranis. Sole & calore gaudent: fugiunt autem imbrem, fortè quia auctis inde torrentibus abripiuntur, Interpres Ariſtophanis. Paraſitus quidam in Ariſtophôntis Pythagoriſta apud Athenæum lib. 6. dicitur eſſe, ſi aqua ſit bibenda, rana: ſi olera edenda, eruca, &c. ¶ *Et veterem in limo rana cecinêre querelam*, Vergilius 1. Geor. *Nam neq; ſicca placet, nec quæ ſtagnata palude Perpetitur querulæ ſemper conuitia ranæ*, Columella de natura ſoli. In maris Caſpij inſulis auem quandam naſci ferunt magnitudine ſupra anſerem, pedibus grui ſimilem, voce ranis, &c. Ælianus. ¶ *Ranæ pullos* Horatius dixit 2. Ser. *Inferos eſſe, & Stygio ranas in gurgite nigras, Nec pueri credunt*, Iuuenalis Sat. 2.

¶ *d.* Salpe negat canes latrare, quibus in offa rana viua data ſit, Plinius. Saſerna in agricultura præcepit, qui vellet ſe à cane ſectari, vti ranam obijciat coctam, Varro.

Superſtitioſa & magica.

¶ *e.* Dicunt quidam quòd ſi lingua ranæ aquaticæ natantis ſuperponatur capiti dormientis, in ſomno loquetur & reuelabit ſecreta, Albertus. Ranæ linguam ſi quis abſciderit, eamq; viuam dimiſerit: & ſuperſcripſerit linguæ certos characteres, (hi in codice manuſcripto corrupti erant,) & latenter dormientis mulieris pectori impoſuerit, efferet illa quicquid commiſit per omnem vitam, Kiranides. Democritus quidem tradit, ſi quis extrahat ranæ viuenti linguam nulla alia corporis parte adhærente, ipſaq; dimiſſa in aqua, imponat ſupra cordis palpitationem mulieri dormienti, quæcunq; interrogauerit, vera reſponſuram. addunt etiamnum alia magi, quæ ſi vera ſunt, multò vtiliores vitæ exiſtimentur ranæ quàm leges: Nanque harundine transfixa natura per os, ſi ſurculus in menſtruis defigatur à marito, adulteriorum tædium fieri, Plinius.

¶ *g.* Baculus quo angui rana excuſſa ſit, parturientes adiuuat, Plin. Qui abſciderit pedem ranæ ambulantis in aqua, deinde ſuſpenderit illos duos pedes ſuper podagricum ligatos in corio cerui, curabit ipſum, Raſis. Si quis viuentem ranam ceperit in nomine patientis, eo tempore quo neque Sol neq; Luna ſuper terram ſunt, & forcipe abſciderit eius poſteriores pedes, & in pelle ceruina dextrum dextro pedi, ſiniſtrum ſiniſtro alligauerit, podagricos ſanabit abſq; dubio, Kiranides. Quidam dicunt mulierem ranam accipientem, & os eius aperientem, terq; ibi ſpuentem non concipere vno anno, Conſtantinus in libro de incantatione.

¶ *h.* Bion dicebat pueros ranas, quoties colludunt, lapidibus petere: at illas iam non ioco, ſed ſeriò perire, Plutarchus. Ἐκπρὸς ὁ τῶ βατράχω παῖδες βίος, ἢ μελεδαίνει Τὸν τὸ πτῆν ἐκχεῶντα. πάρεστι γὰρ ἄφθονον αὐτῷ, Theocritus Idyl. 10. ad finem. ¶ Cum Darius inopia rerum laboraret, reges Scytharum id intelligentes, mittunt ad eum cum muneribus caduceatorem, aue, mure, rana, & quinque ſagittis, vt ex Herodoto retuli in mure *h*. Scythæ Dario regionem ipſorum inuadenti, authore Herodoto, miſerunt auem, ſagittam & ranam. Patroclus verò Ptolemæi imperator (vt tertio hiſtoriarum Phylarchus prodit) Antigono regi ficus virides & piſces magnos miſit; quibus rex acceptis in conuiuio cum omnes addubitarent quid hæc munera ſibi vellent, dixit videri ſibi Patroclum hoc monere, vt vel maris imperium ſibi pararet, vel ficos ederet, Athenæus lib. 8. ¶ Batrachomyomachia inſcribitur iocoſum Homeri poema, quo ille ranarum & murium pugnam deſcribit. Magnes poeta veteris comœdiæ inter cætera batrachos, id eſt ranas ſcripſit. Extat eiuſdem inſcriptionis comœdia Ariſtophanis, vbi Bacchus ad inferos deſcendere fingitur, vt Euripidem aut Æſchylum, alterutrum ſcilicet, qui in certamine apud inferos viciſſet,) ad ſuperos reduceret: & cum paludem Charontis traijceret, ranas coaxantes audire & colludere. In hac fabula Ariſtophanes (vt ſcribit Tzetzes in Varijs 8. 201.) illos irridet qui ſibi ſapientes videbantur, cum veteribus collati planè ſtolidi eſſent. ranas autem appellat, τῶ ἴχθυι παῖδας φιλητὰς, κράκτας, ἀχερροδόας, Ἐκείνους μεγαλυόντας ἡλογισμένῃ χρίσει, Ἀλλ' ἀλογίστους ταῖς φωναῖς, τρόπῳ βατράχω λίμνης. Οὕτω κἀγὼ τὰς φιλητὰς τῶν ἴχθυι βατραχίδας, Hæc ille ſub lemmate, Περὶ τῶν, Τὰς σὰς βατραχίδας φυσιγναθούσας. ¶ Latona puerpera cum à Lycijs ruſticis prohiberetur ne ſitiens ex lacu biberet, nec ſupplex etiam admitteretur, imprecata eis

Scytha Dario auem, murem, & ranam dono mittunt.

Poemata de ranis.

Fabula de Lycijs in ranas cõuerſis.

Æternum ſtagno (dixit) viuatis in iſto.
Et modo tota cana ſummergere membra palude,
Sæpe ſuper ripam ſtagni conſiſtere, ſæpe
Litibus exercent linguas, pulſoq; pudore
Vox quoq; iam rauca eſt, inflataq; colla tumeſcunt:
Terga caput tangunt, colla intercepta videntur.
Limoſoq; nouæ ſaliunt in gurgite ranæ,

Euenient optata dea, iuuat eſſe ſub vndis,
Nunc proferre caput ſummo modo gurgite nare,
In gelidos reſilire lacus. ſed nunc quoq; turpes
Quamuis ſint ſub aqua, ſub aqua maledicere tentant.
Ipſaq; dilatant patulos conuitia rictus.
Spina viret, venter, pars maxima corporis, albet,

Ouidius 6. Metam. ¶ Ranæ in comœdia Ariſtophanis gloriantur ſe propter cantum ſuum, & arundines quas in aquis alant, gratas eſſe Muſis, Pani, & Apollini. Ranarum cultores (inquit Philaſtrius in libro de hæreſibus) ranas illas coluerunt; quas ſub Pharaone per iram Dei tunc temporis Ægyptiorum terra emiſit, vt putore Ægyptios defatigarent: inq; eo ſcelere adhuc perſeuerant, putantes Dei iram ex hac vana obſeruantia poſſe placari. Cypſelus Periandri pater, infans adhuc ne occideretur à quibuſdam ad hoc facinus miſſis, à matre in ciſta (κυψέλῃ) occultatus & ſeruatus eſt: vnde poſtea Cypſelus Delphis domum quandam conſecrauit, in qua ad imum palmæ arboris truncum ranæ expreſſæ ſunt: eo quòd deus (Apollo) ploratum

Cur ranas coluerint Ægyptii.

Cypſelus ſeruatus ad palmæ truncum ranas expreſſit.

eius

eius in cista latentis inhibuisset, vt lateret, vt refert Cherſias apud Plutarchum in Conuiuio ſeptem ſapientum circa finem: quid verò ranæ ad Apollinem aut Cypſelum faciant, explicaturum ſe pollicitus, omittit. Cæterum in libro in quo quæritur cur Pythia non amplius carmine reſpondeat, ranas & hydros ſub palma ærea in Corinthiam domum allato anathemate è templo Apollinis Delphici, ſculptos conijcit, quia Sol ſecundum quoſdam vapore aquarum nutriri exiſtimetur: vel potius ad ortum Solis ſignificandum. fingunt enim poetæ ex aqua (Oceano) oriri Solem. Apud Magos talparum exta & ranarum euentus fortunatos, nonnunquam magnos caſus prædicere crediderunt, Alexander ab Alexandro lib. 5. cap. viceſimoquinto.

¶ Proverbia. Ranæ aquam, βατράχῳ ὕδωρ, ſubaudiendum miniſtras: Vbi quid exhibetur, quo vel præcipuè gaudet is qui accipit. Veluti ſi quem natura bibacem ad bibendi certamen prouoces, aut homini loquaculo narrandi materiam & occaſionem ſubminiſtres. Diuerſum ab illo, Βατράχῳ ὑποχεῖς. Rectè accommodabitur, vbi quid datur abundanti. nam ranis affatim eſt aquæ. Apud Athenæum refertur hoc carmen in Syracuſios: Οἱ πίνοντες μόνοι βατράχων δίκην ἀδιψοῦντες. id eſt, Qui abſq; cibo viuunt ranarum more bibentes, Eraſmus. Βατράχῳ ὕδωρ, ὡς γαλῇ κρέας, ὅπερ τῶν παροιμιῶν ἡδέστατον οἱ λαμβάνοντες, Suidas. Quidam Germanicum etiam prouerbium facit, Er gibt den fröſchen zu trincken/ Ranis propinat. *Proverbia.* *Rana aquam.*

¶ Rana gyrina ſapientior, Vide ſupra in C. Rana cum locuſta. Impar certamen expreſſit hac figura Theocritus in Thalyſijs, βάτραχος δ' ἅτ' ἀχείδας ὕσπις ἐείζει. addit Scholiaſtes Græcis ranam dici βάτραχον quaſi βοάτραχον, ob vocis aſperitatem, Eraſmus. *Ranacum locuſta.*

¶ Minus de iſtis laboro quàm de ranis paluſtribus, μέλει μοι τῶν τοιούτων ὀλίγον, ἧττον τῶν ἐν τοῖς πέλμασι βατράχων: prouerbialis hyperbole qua ſignificamus nihil omnino ad nos pertinere negotium. Rectè dicetur & in obtrectatores, quorum obloquutiones dicemus nos fortiter contemnere. Siquidem ranæ tametſi aſſiduè obganniant, & odioſam illam cantionem iterent ſine fine, Βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ, tamen nemo commouetur. Ad hoc facit quòd Origenes Ægyptias ranas dialecticorum & ſophiſtarum garrulitatem interpretatur in decretis pontificijs, Eraſmus. *Minus de iſtis laboro quam de ranis paluſtribus.*

¶ Rana Seriphia in homines mutos, & canendi dicendiq; prorſus imperitos dicebatur. inde natum, quòd Seriphiæ ranæ in Scyrum deportatæ non ædebant vocem. In hunc modum Collectanea Græcorum prouerbiorum decerpta è libris Didymi, Tarrhæi & aliorum. Totidem verbis Suidas. Et, Βάτραχος Σεριφίας id eſt, Rana Seriphia. proditum enim eſt in Seripho inſula ranas mutas haberi. Seriphus quidem vna eſt inſularum quas Græci Sporades vocant. Non videntur autem ſatis conuenire verba Plinij. nam hic ait mutas eſſe in Seripho, illi negant vocem ædere deportatas in Scyrum, quaſi in Seripho vocales, in Scyro obmutescerent. Verum attentius intuenti rem, nihil eſt abſurdi. Seriphus ranas habebat mutas. eas vt rem prodigioſam deportabant in Scyrum, quas cum Scyrij mirarentur eſſe mutas, præter ingenium ranarum indigenarum, dicebant Βάτραχος ἐν Σεριφῳ. ea vox abijt in prouerbium, Eraſmus. In Seripho (inquit Ælianus) ranæ prorſus mutæ ſunt. ſi verò has aliò importes, acre quiddam & tragicum ſonant. In Pierium lacum, qui non perennis eſt, ſed hyeme tantum exiſtit ex aquis in eum confluentibus, ranas ſi quis injiciat, ſilent: alibi tamen vocales. Seriphij de his ranis gloriantur, hoc videlicet fieri munere quodam Perſeo diuinitus dato: qui cum rediret cum capite Medulæ, & terram luſtraſſet permultam, cumq; vt par erat feſſus prope lacum illum ſomnum capere voluiſſet, ranas ſtrepentes interpellaſſe: itaque Perſeum moleſtia affectum, à patre Ioue deprecatum fuiſſe, vt ranas clamare prohiberet: Patrem verò eius precationem exaudiſſe, ac ranas illius loci perpetui ſilentij condemnaſſe. Theophraſtus tamen hanc explodens fabulam, (nimiam) aquæ frigiditatem affert cauſam eſſe, (vt Tzetzes etiam refert 8. 167.) cur hæ mutæ ſint, Ælianus. *Rana Seriphia.*

¶ Ranis vinum præminiſtras vel infundis, βατράχοις οἰνοχοεῖς: in eum dicebatur qui id miniſtraret, quo nihil eſſet opus ei cui exhiberetur: veluti ſi quis apud indoctos multa de philoſophia diſſerat. Ranis enim nihil opus vino, aqua paluſtri magis gaudentibus. Explicatur adagium à Zenodoto, Suida, Diogeniano. Pherecrates apud Athenæũ in Coriano, (ἐν Κοριανοῖ,) Ἐφ' ἑστίαν κόρακας, βατράχοις οἰνοχοεῖν σε δεῖ. id eſt, Abi in malam rem, ranis pocillari te oportuit. obiurgat enim pincernam, quòd quatuor vini cyathis duos infuderit aquæ. Vnde licet conijcere, prouerbium in hos quoque conuenire, qui vinum immodica diluunt aqua, ita vt aquam, non vinum bibere videantur ranarum ritu, Eraſmus. *Ranis vinum miniſtras.*

¶ Germanis peculiaria ex ranis prouerbia. Rana conculcata tandem coaxat. Man tryet oeck ein forſch wol ſo lange/ bat he quacket: vſitatum apud inferiores Germanos. ſenſus conuenit cum illo, Furor fit læſa ſæpius patientia. Rana in paludem reſilit, vel aurea ſede relicta: De vorſch huppet wider in den pol/ Wann he ock ſetthe vp een gulden ſtol.

¶ Scita fabella eſt, perrexiſſe olim peringentem taurum ad aquas reſtringendæ ſitis gratia. Dum verò auidius bellua ſe aquis injicit, ranunculos ibi attriuit aliquos. Vnus qui euaſerat, peruenit ad matrem, cui fratrum miſerabile exitium narrauit, vt à ſtaturoto neſcio quo immaniter fuerint exculcati. At illa nimis inſcita, nimiſq; exoculata, vt quæ filio aliqua volebat videri, tumeſcere amplius cœpit, ac flatu modo magnitudinem captare, rogans, ecquid tanta foret pernicialis bellua? Cui is, Multo maior, inquit: illa etiamnum inflari plus ac ſubinde cœpit, cupiens omnino magnitudinem viſam exhibere filio. At is fruſtra conari illam animaduertens: Non ſi te ruperis (inquit) *Apologus de rana que tumeſcendo bouis magnitudinẽ æquare conabatur.*

par vnquam futura es. Id prouerbij formam habet, (in eos qui ſui & domeſticæ humilitatis obliti, magna affectant nomina.) Meminit Theocritus in Bucoliaſtis, Οὐποτε τηλοσιῆς μ' ἰὼν ἐπὶ πάθος τόγ' ἀείδων: quod eſt, εἰ ἀλγηδόνας, Cælius. Eundem apologum ſecundo Sermonum Horatius Sat. 3. (vnde mutuatus eſt Cælius) his carminibus exprimit.

Abſentis ranæ pullis vitulꝰ pede preſſis,
Bellua cognatos eliſerit, illa rogare,
Maior dimidio? num tanto? Cum magis atq;
Par erit. hæc ætè non multum abludit imago.
Vnus vbi effugit, matri denarrat, vt ingens
Quantúne? num tandem, ſe inflans, ſic magna fuiſſet.
Se magis inflaret. non ſi te ruperis, inquit,

Fabula de rege ranis dato à Ioue.

¶ Fabula Æſopica de eiconica qui à Ioue rex ranis datus fingitur, elegantiſſimè deſcribitur à Gaſpare Heldelino in Encomio ciconiæ. Seruius in Georgicis explicans hoc carmen, *Et veterem in limo rana cecinere querelam:* Fabula (inquit) duplex eſt. nam, vt Ouidius dicit, Ceres quum Proſerpinam quæreret, ad releuandam ſitim acceſſit ad quendam fontem. tunc eam Lyeij ruſtici à potu prohibere cœperunt, & conturbantes pedibus fontem, quum contra eam mitterent turpem naribus ſonum, illa irata eos conuertit in ranas, quæ nunc quoq; ad illius ſoni imitationem coaxant. Sed hoc non eſt valde aptum. nam illud magis inſultatio fuerat quàm querela, & pœnam ſacrilegij iuſtè pertulerant. Vnde magis Æſopus ſequendus eſt, qui dicit: Quum Iupiter reges omnibus animalibus daret, & ranis dediſſet colendum breuiſſimum lignum, tunc illud aſpernatæ ſunt. Iupiter iratus, hydrum eis dedit, qui veſcitur ranis, Hæc illæ. Cæterum Probus idem carmen enarrans: In Lycia (inquit) Latona æſtu exhauſtis vberibus educans Apollinem & Dianam infantes, acceſſit ad Melam fontem: & quum vellet bibere, prohibuit eam Neocles paſtor. Quum autem illa pertinacior eſſet, prohibuerunt aqua. Itaque deæ numine mutati ſunt in ranas.

DE RANIS TEMPORARIIS, VEL ÆSTIVIS.

LATENT hybernis menſibus in terra ranæ omnes, exceptis temporarijs iſtis minimis, (Germani vocant Reinfröſchlin/) quæ pallent in cœno, & reptant in vijs & littoribus. Hæ enim quia non ex ſemine, quod effundunt mas & fœmina cùm complexu Venero iunguntur, ſed ex puluere æſtiuis imbribus madefacto oriri videntur, diu in vita eſſe non poſſunt, Georg. Agricola. Plura leges ſuperius in Rana ſimpliciter capite tertio.

DE RANVNCVLO VIRIDI, SIVE RANA calamite aut dryopete.

Quæ ſit rana viridis & calamites.

MINIMAM & viridiſſimam ranam Plinius calamiten (bátrachon) aut dryophyten à Græcis appellari nos docet: quare non ſunt audiendi qui calamiten bufonem vel *roſpum* vulgò Italicè dictum interpretantur, vt Aggregator: cuius ſententiæ Albertus quoque fuiſſe videtur, ranam rubetam dictam ſcribens, quòd frequenter in rubis & arundinetis degat: perinde ac ſi eandem calamiten eſſe innuat, cui à calamis hoc eſt arundinibus nomen. Varro luridam ranam dicendo pro calamite videtur accepiſſe, quoniam philothrum ſit, vt Plinius idemq; Varro affirmant, illud efficaciſſimum: quanquam & epitheton ranarum omnium putant id poetæ, Hermolaus. Ego verò cum calamites læti & viridiſſimi coloris ſit, luridam ranam non hanc, ſed aliam terreſtrem venenatam eſſe dixerim, ſiue rubetam, ſiue illam quam mutam dicunt: vtraq; enim luridi coloris & venenata eſt. Ranis autem venenatis omnibus philothri vim communem eſſe exiſtimo. Eſto igitur calamites parua vel minima rana viridis, vt Plinius interpretatur. Et de ore paſtoricij canis virens exiluit ranula, Apuleius lib. 9. Metam. Ranunculus viridis calamites ſuper arbores corylos frequenter reperitur, &c. Vincentius Belluacenſis. Nominat autem ranunculum viridem Marcellus Empiricus quoq;. Dioſcorides & alij (vt dicam in G.) ſimpliciter aliquando ranam viridem vocant, cum addere deberent paruam aut calamiten, diſtinguendi gratia à maiore illa viridi quæ edendo eſt: aut certè terreſtrem, quoniam maior aquatica vel amphibia eſt. Paruam quidem recentiores aliqui (Andreas Bellunenſis,) arboream appellant, quòd arbores ſcandat. Βάτραχοι χλωροὶ οἱ ὅλοι τὴν χελάμων γίγνονται, Archigenes apud Galenum de compoſitione ſecundum locos libro quarto capite vltimo. Blefaricon, id eſt ranunculus viridis, Syluaticus. Cuconiones, id eſt ranunculi virides, Idem. Et alius quidam obſcurus, Cucuriones, id eſt ranunculæ virides. Irici ſiue ranulæ, Nicolaus. Ranæ paruæ virides, βρίξαντες nominantur à quibuſdam, Galenus in opere de ſimplicibus, per onomatopœiam fortè: aut à præſagio pluuiæ. βρίχω enim Græcis pluere eſt: quaſi diceret, βρίξω, βρίξω, id eſt pluet, pluet. Βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ, Ariſtophani fictitia de Ranarum voce nomina ſunt. Vox quidem βρίξας, ad Germanicam Fröſch accedit, qua

Nomina diuerſa.



ranam

ranam in genere ſignificamus. Vbi manum iniicit benignè, ibi onerat aliquam zamiam, Plautus de diuite auaro blandiente pauperi. vbi Scholiaſtes, zamiam id eſt damnum. nam zamiæ dicuntur ranulæ in arbore, quæ niſi detrahantur alios lædunt. Ζημία quidem Græce damnum ſignificat, Ἕλληνες ζαμίαν proferunt. Rana viridis *racula* (vulgo ſcilicet apud Italos) dicta, Aggregator. *Ranocchio*, ranunculus, Alunnus, Italus. Scoppa grammaticus Italus rubetam interpretatur *lo ranauoto*, *ranocchia de rubetto*: quæ tamen voces diminutiuæ à rana videntur. Ranas virides paruas Galli *croiſſette* vulgò dicunt. Syluius. alij *graiſſet* ſcribunt: vide in Rubeta *A*. Alij in Gallia *verdier*, à colore. *Renogle*, Sabaudicè. Laubfröſch/ Germanicè, *Zaba trawna*, Polonis. ¶ Ad ſanguinem ſiſtendum, quidam ex ea rana, quam Græci calamiten vocant, quoniam inter harundines fruticeſq; viuat, minima omnium & viridiſſima, cinerem fieri iubent, Plinius. Et alibi, Venerem concitat iecur ranæ diopetis & calamitæ, &c. Vetus lectio in quodam codice erat, *dryophetes & calamites*: vbi Hermolaus, Scribendum fortè ſit *dryopetes* ſiue *dryophytes*, & calamitæ: quoniam in arboribus, frutetis, arundinetiſque verſentur. vt hoc illud ſit omnino, quod ſuperius *diphthites* mendosè legebatur. Et alibi, Minimam iſtam & viridiſſimam ranam mutam, dryopetem quoque vocari credimus à Plinio, quia inter frutices & arbores verſatur. Sipontinus apud Plinium *diphthitas* corruptè legit. Ipſe dryopetes legerim: vt ſit βάτραχος δρυοπέτης, paroxytonum, ſic dicta ranula quòd ab arbore in arborem quaſi volando tranſire videatur, vt dicam in *C*. vel δρυοπετὴς, oxytonum. quod ex arboribus aliquando decidat (vide in libro de aquatilibus ad finem tractationis de ranis.) aut, ſi quis malit, διοπετὴς, quòd non nata è terra ſed ex aere delapſa videatur quum in arbore reperitur. ſed διοπετῆς magis propriè dicentur ranæ quæ portentosè aliquando cum pluuia deferuntur. licebit & δρυοβάτλιον βάτραχον dicere, quod per arbores incedat, vel eaſdem ſcandat. δρυοφύτλιον verò quomodo rectè dicamus, & ex Græcæ linguæ proprietate, non video, & ſi Hermolaus ita dici poſſe coniecerit tanquam ab arboribus & fruticibus compoſito nomine. ſed φυτὰ quæuis plantæ ſunt. δρυόφυτον potius dixeris, (vt νόφυτον,) quæ tamen vox in arbore natum vel natam ſignificabit. Ranam hanc calamiten, in arundinetis ac herbis maximè viuere Plinius ſcribit, mutam ac ſine voce, viridem: à qua diſtinguit alteram paruam arbores ſcandentem, & ex ea vociferantem. Sequuntur Plinium Hermolaus & Sipontinus. Ego verò Georg. Agricolæ ſententiam ſequor, in hæc verba ſcribentis: Rana viridis illa parua, quam Græci calamiten vocant, quòd in arundinetis agere conſueuerit, arbores quoque ſcandit atque in herbis viuit: Græci etiam βρίξαντα vocant, quod ſono ſui generis pluuias futuras prænunciet. Nec enim, vt Plinius à nobis diſſentiat, eſt muta & ſine voce. Vide plura in *C*. Μάντις, rana in hortis eſt, Heſychius & Varinus: ſic dicta fortè quòd voce ſua pluuias præſagiat. ranæ quidem mutæ vatis nomen non conueniret.

B.

Minimum hoc ranæ genus & viridiſſimum eſt, vt ex Plinio iam retuli. Batrachites lapis ranæ viridi ſimilis colore atq; effigie, Plinius. vbi minimum hoc genus, an maiores & aquaticas virides ranas accipiat aliquis, nihil intereſt. Hæc quidem, qua de nunc agimus, vndique viridis eſt, præter pedes & digitos, quorum color ex luteo ruſſoque remiſſis mixtus videtur. vnguiculi extremi globulis terminantur. Ego in hac rana diſſecta ſanguinem reperi paſſim, ſed paucum: cor albicans, iecur nigricans cum felle diluto: item lienem & oua aliquot in fine Iunij. *Deſcriptio huius rana.*

C.

Ranula hæc viridis inter frutices & arundines: vnde & calamitæ nomen, vt diximus, reperitur. apparet & in hortis aliquando, ſed magis locis ſylueſtribus: quin & arbores ſcandit, præcipuè corylos, vt Vincent. Bell. ſcribit: Vnguibus reptant in altiſſimas quaſq; arbores, Syluius. Arborũ & vitium foliis inſident. ¶ Hyeme in terra conditur. verno tempore ſæpenumero videtur ex terra eminere media, media adhuc in ea latere, Geor. Agric. ¶ Vulgus eam volare putat, quoniã arbores & frutices aſcendat, vt inde forſan δρυοπετὴς appelletur. ¶ Eſt rana parua arborem ſcandens, & ex ea vociferans. Plin. Græci βρίξαντα vocant, quòd ſono ſui generis pluuias futuras prænunciet. nec enim, vt Plinius à nobis diſſentiat, eſt muta & ſine voce, Georg. Agric. Arbores aſcendit, & futuras pluuias cantando prædicit, aliis temporibus ſilet, Albert. Super corylis frequenter reperitur, vbi aſſiduè *carabdrion* voces emittit, Vincent. Belluac. Brexantes dicuntur à voce. nam ſub noctem vox earum vnica eſt *brex*, Syluius. *Ranæ garrula queſtu*, Serenus de parua rana. Nicander in Theriac. ranunculum viridem ſuadum & mutum cognominat. ¶ Rana calamites in arundinetis frutetiſq; roris linctu victitat, Hermolaus: ex Nicandro, qui ſcribit: ὅς τ' ἐνιβάμενος Εἴ ἀεὶ παρὸ φύεται μυρόεις λιχμώδυες ἕρσῃ. *Vbi reperiatur.* *Hyeme in terra conditur.* *Arbores ſcandit.* *Sero pluuias prænunciat.* *Victitat rore.*

E.

Arbores aſcendit, & futuras pluuias voce (cantando) prædicit, aliâs muta, Albertus vt pluribus retuli præcedenti capite. ¶ Hanc ferunt in os canis iniectam, mutum reddere: vnde in Eccleſiaſtico dicatur, Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quaſi mutus in ore canis auertit correctiones eorum, Vincentius Belluacenſis addens hanc ranam ab hoc effectu mutam dici, quòd voce canem priuet, non quòd ipſa nullam edat: ſed authore nullo ſe munit. Mihi quidem dubium non eſt, quam authores ranam mutam inter venena nominarunt, à calamite (quãquam & ipſa venenata, vt ferunt) differre. Cæterum in citato Eccleſiaſtici loco, circa finem capitis viceſimi, vulgata tranſlatio abſque canis mentione habet, & quaſi mutus ore auertit correctiones eorum. Græcè legimus, Ξένια καὶ δῶρα *Canem in os iniecta mutũ reddere dicitur.*

ἀποτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς σοφῶν, καὶ ὡς φιμὸς ἐν στόματι ἀπτῦστου ἐλεγμούς. Id est, *Xenia & munera excaecant oculos sapientum, & veluti frenum in ore auertunt correctiones.*

G.

Remedia ex rana viridi.

Est rana parua arborem scandens & ex ea vociferans. in huius os si quis expuat, ipsamq; dimittat, tussim liberare dicitur, Plinius. Iecur ranæ diopetis & calamitæ in pellicula gruis alligatum Venerem concitat, Idem. ¶ Ad oleum ex ranis, quod medici aduersus articulares dolores calidos laudant, vt copiosè scripsimus supra in Rana simpliciter, Iac. Syluius ranas virides syluaticas præfert. ¶ Ranas virides (paruas) *craiſſets* vulgò dictas, manibus viuas hodie ex more tenent ad refrigerium febre acuta aliqua ardentes, Syluius. Ad febres hecticas Gaynerius: Ranulas virides quæ in siccis locis super arboribus viuunt, quarum ventres lactei (albi) sunt, capitibus abscissis & visceribus eiectis, in aqua tandiu coques vt caro earum ab ossibus separetur: deinde admixta farina hordei, vel potius frumenti, cum iure illo & carnibus fac pastam, qua cibabis gallinas & pullos quibus alendus est æger. Vel loco ranarum accipe anguillas, aut quosuis pisces, & fac similiter. nam pulli ita nutriti mirificè conferunt hectycis, Gaynerius. ¶ Qui ex sanguine huius ranunculi remedia tradunt, aliqui sanguinem appellarunt, alij saniem, vel succum, vel humorem. Horus quidem ranam non alibi quàm in oculis sanguinem habere scribit. Viridium ranarum cruor auulsos genis pilos renasci prohibet, in vestigia euulsorum instillatus, Dioscorides: vbi ego non virides illas edules, maiores scilicet & aquaticas, sed paruas virides & terrestres intelligo, quæ veneno non vacant, ideoq; psilothri vim fortè habẽt, vt & reliquæ venenosæ ranæ, quamuis huic inter cæteras veneni minimum inesse putem. Nuper quidam cum ranunculum viridem aliquandiu in pollice manus gestasset, paulò pòst illum duriusculo tumore affectum mihi ostendit. Crito apud Galenum lib. 1. de cõpositione medic. sec. locos, inter remedia quæ pilos disperdant, numerat ranarum in viridibus arundinetis degentium cruorem siue mucum. Cum assereret quidam sanguinem viridium ranarũ (inquit Galenus de simplicium facultatibus 10. 5. paruarum scilicet, quas quidam *brexantes* nuncupant, si euulsis ex palpebra pilis inungeretur, vt in posterum non recrescerent prohibiturũ, falsum id comperi facto periculo. postea verò scriptum à quibusdam reperi illud ipsum: vt & de ricinorum sanguine, qui ne ipse quidem facto periculo promissa præstitit. Papias Laodicensis apud Galenum lib. 4. de comp. secundum locos, euulsis palpebrarum pilis, mox dropace locum irritabat, deinde chamæleonem album tritum cum ranarum sanguine permixtum illinebat. Plinius idem auxilium (lib. 32. cap. 7.) tradit, sed pro chamæleone albo lacrymam vitis habet, quod remedium etiam postea repetit. Hoc verò loco Papiæ apud Galenum chamæleo albus tritus ammiscendus, haud scio an rectè legatur, quum neq; Dioscorides, neq; Galenus, neq; Plinius hoc de chamæleone herba tradant. De chamæleonte certe animali Dioscorides tradit, quòd sanguis eius æquè vt viridium ranarum pilos palpebrarũ denudet. Sed Paulus lib. 3. idem remediũ scribens: Locum verò, inquit, statim sanguine ranæ per se illines, aut cum cinere chamæleõtis albi, Cornarius: Ad supercilia pilosa, Chamæleonis seu laureolæ radicẽ permisce cum sanguine ranæ & vnge locum, Galenus Parabilium 2. 109. Pungentes in palpebris pilos vbi euulseris, inuersas genas recẽti ranarum aut cimicũ sanguine illinito, finitoq; refrigerari, (exiccari.) vel chamæleõtem album vrito, ac cinerẽ ranarum sanguine excipito, atq; vsus tẽpore saliua diluito, & post euulsionẽ pilorum inungito, Aetius 7. 67. Et mox, Vel cochlearum carnes cum viridium ranarum harundineta incolentium, vel herinacei terrestris sanguine subigito, & adiecta atramenti sutorij commensurata quantitate exsiccari finito, & vtere, cauendo ne pupillam attingas. Sanguis ranarum viridium, & sanguis *albalem* (cimicum) prohibet ortum pilorum magis quàm vespertilionis, Auicenna. Ranunculum viridem comprehensum acu cuprea pũgito, & sanguine eius excepto palpebras de quibus pilos tuleris, (vulseris,) subinde contínge, nunquam renascentur, Marcellus. *Præterea quascunq; voles auertere setas,* (pilos palpeb.) *Atq; in perpetuum rediuiua occludere tela, Corporibus vulsis saniem perducito rana, Sed qua parua situ est, & rauco garrula questu,* Serenus: videtur autem omnino calamiten intelligere, eamq; minimè mutam facere. Ranas quindecim coniectas in fictili nouo iuncis configunt quidam: succum earum qui ita effluxerit, admiscent lachrymæ quæ ex alba vite emanat, atq; ita palpebras emendant inutilibus pilis exemptis acu instillantes hunc succum in vestigia euulsorum. Meges psilothrum palpebrarum faciebat in aceto enecans putrescentes, & huc vtebatur multis (fortè, mutis) variisq; per aquationes autumni nascentibus, Plinius. ¶ Et alibi, Ranæ paruæ, quam in oculorum curatione descripsimus, sanies efficacissime psilothrum est, si recens illinatur: & ipsa arefacta ac tusa, mox decocta tribus heminis ad tertias, ve. in oleo decocta æreis vasis. Eadem mẽsura alij ex quindecim ranis conficiunt psilothrum, sicut in oculis diximus. Varro luridam ranam dicendo pro calamite videtur accepisse, quoniam psilothrum sit, vt Plinius idemq; Varro affirmant, illud efficacissimum, Hermolaus: Ego quidem, vt in *A.* superius dixi, luridam ranam pro rubeta acceperim: omnis verò ranæ venenatæ saniem psilothrum esse coniicio. Si quis cum sanguine ranarum viridium confecerit *azaretch*, (auripigmentum, Arnoldus in libro de venenis, (trita, & inde aliquis aurei pondus biberit, retinebitur eius vrina, Rasis. Paruæ ranæ viridis, quæ in arundinetis viuit, humorem corporis derasum penicillis claritatem oculis inunctis narrant afferre, ipsasque carnes doloribus oculorum superponunt, Plinius.

Cor-

Corpus ranæ,& maximè pinguitudo eius,facilem facit dentium eradicationem. videtur autem hoc esse ex petrosa(arborea hortulana,vt Bellunensis habet,)& non domestica, Auicenna lib. 2.c. 596.& ex eo Syluaticus cap. 221. inter nocumenta ex rana rubeta. Sed de rana arborea, id est calamite, non de rubeta hæc accipi debere,tum Bellunensis testis est,tum Syluaticus eodem mox capite verba Mesuæi hæc citans: Adeps ranæ viridis quæ habitat in arboribus si linatur super ipsum(dentem)frangit ipsum. Auicenna tamen lib. 4. scribit,eius qui sumpto rubetæ veneno euaserit, dentes excidere.

¶ Est parua rana in arundinetis & herbis maximè viuens,muta ac sine voce,viridis,si fortè hauriatur,ventres boum distendens,Plinius & ex eo Albertus. Videntur autem boues facilius hoc ranæ genus deuorare propter paruitatem eius & colorem herbaceum. Venenatos autem hos ranunculos esse coniicimus,quoniam & aliæ terrestres ranæ venenum continent:& de his ipsis psilothrum esse,& dentes eradicare authores prodiderunt,quod absq; vehementi & venenosa vi non contingeret. Vide infra in rana gibbosa,vbi docemus veteres videri calamiten ranam cum rubeta terrestri muta confudisse. Remedia quidem omnis ranæ venenatæ in rubeta coniungemus. *Venenatum est animal.*

¶ Ad sanguinem sistendum & ranarum illinunt cinerem,vel sanguinem inarefactum. Quidam ex ea rana,quam Græci calamiten vocant,quoniã inter arundines fruticesq; viuat,minima omnium & viridissima,cinerem fieri iubent,Plinius. Produntur & ex rubeta rana ad sanguinem cohibendum remedia,vt in eius historia dicemus:nec non ex rana simpliciter. Ad alopeciam, Cinerem paruularum ranarum cum molli pice impone,Kiranides. Vide supra in Rana simpliciter. Ranunculos paruos exure,corumq; cinerem cum pice,sæpe,vsquequo crassa facta sit feruefacta,illine,loco neq; raso neq; prius confricto, Archigenes ad alopecias apud Galenum de compos.sec.locos. Vbi etiam ex Sorano idem remedium legimus,Ranas paruas vstas pici liquidæ tepidæ insperge, deinde neq; prærasis neque præfrictis illine.Et rursus ex eodem ad alopecias, Ranarum vstarum drachmas XVIII. pumicis vsti drachmas XII. (aliàs XV.)sinapis drachmas VIII. nitri drach.IIII. nucum vstarum drach. XXIIII.Item ex Archigene,Cineris ranarum minimarum in ollula vstarum partem vnam,muscerdæ,veratri albi,radicis calami vstæ,piperis albi, singulorũ æquales portiones aceto excipe,& ad præfrictum ac prærasum locum vtere. Vide supra in Rana aquatica G. *Excinere.*

H.

a. Nicandri Scholiastes ranam (viridem)quam mutam putat, κέγχρον dici ait. ¶ Epitheta. *Rauca garrula questu*, Serenus. Κωφὸς, ἄφθογγος, λαχειδὴς, ἐν δυσέχεσι θαμίζων, Nicander.

DE RANA SIVE RVBETA GIBBOSA, & aliis mutis ranis in genere.



RANÆ genus luridum & terrestre, ac vt ex ipso colore apparet, venenosum mutumq; in hortis & syluis inter frutices reperitur apud nos, magnitudine qua vulgares aquaticæ ranæ, dorso gibboso vtrinque ad latera eminentibus officulis. videtur autem rubetis ad numerandum. Germanicè appello Gartenfrösch, id est hortensem ranam: aliqui Grasfrösch, id est graminis ranam, quòd in gramine degat. sed eodem nomine alij virides aquaticas à colore nuncupant. Et quanquam Io. Tzetzes in Variis 8. 167. omnem ranam terrestrem mutam esse scribit, gibbosa tamen ista non omnino muta est. nam cum in horto nuper vnam ense persequerer, clamabat etiam antequam ferirem. mutas tamen appellare licet, quod vocem (opinor) nisi vis aliqua exprimat, non emittant. Μάντις, rana in hortis,& species locustæ, Hesychius & Varinus. quãquã oxytona apud eos dictio est. Ego ranunculum viridem *mantin*, id est vatem appellari coniecerim, quòd voce sua pluuias præsagiat:muta enim rana vatis nomine indigna videtur. Inuenio & palustrem mutam inter venena hoc est *heliobátrachon*, diuersam à phryno,quoniam & signa & medicinæ variant,præsertim Aetio, Hermolaus.Scribit autẽ Aetius de rana rubeta lib. 13.cap. 54.& mox sequenti capite de rana palustri,non rectè intellectis, vt mihi videtur,Nicãdri verbis,quẽ imitatus apparet.Facit enim Nicand. duas ranas venenatas,primũ rubetã æstiuam palustrẽ & vocalẽ,deinde ranam viridẽ inter arundines degentem

& mutam ſiue ſurdam: nam & κωφὸν & ἄφθογγον vocat. Aetius verò rubetæ duas ſpecies facit ſurdam & non ſurdam, & priorem tantum exitioſam. deinde tertiam addit ranam paluſtrem. Atqui Nicander, vt dixi, primum ſtatim phrynon, id eſt rubetam vocans, paluſtrem & vocalem eſſe ait, & veneni eius tum notas tum remedia deſcribit, quæ apud Dioſcoridem non leguntur. nam quæ Dioſcorides habet, à Nicandro ad alteram ranam nempe mutam referuntur. Videtur autem Nicander vtranque ex iſtis venenatis ranis appellare phrynon, τὸν μὲν θερεύμενον καὶ λιμναῖον: τὸν δὲ ἄφθογγον ἢ κωφὸν λαχευδῆ καὶ καλαμίτιν. etſi non calamiten dicit, ſed quod idem valet, ἐνδονάκεσι θαμίζων, id eſt arundineta frequentans. λαχευδῆ viridem interpretor, (Scholiaſtes eam vocem non attingit: ſed videtur legiſſe λασιώδη, pro λασίαν, propter hæc verba, τῇ φαίνῃ καὶ δασείᾳ: id eſt mutæ & hirſutæ. nos quidem rubetæ genus paruum, ſed lurido colore vt maiores, pedibus elunibuſq; hirſutum nouimus,) quaſi λαχανώδη, hoc eſt olitoris olerum & herbacei. Scholiaſtes tamen rubetæ nomen paluſtri tantum conuenire ait: mutam verò illam, ranam eſſe, non rubetam, hoc eſt ranæ ſpeciem à rubeta diuerſam. Itaque Hermolaus Aetium non intellexiſſe videtur, nec Aetius Nicandrum: Nicander verò in re ipſa erraſſe, niſi concedere velimus viridem illam paruam, quam calamiten vocant & mutam authores, vſq; adeò venenatam eſſe: quod tamen hodie vulgus non putat, nec medici ipſi, nec mihi veriſimile eſt: & reuera non eſt muta. Quòd ſi de hac ſentiebant authores, magnitudinis diſcrimen addere debuerant, vt alibi ſolent, ranas virides paruas dicẽdo. Sed vt ea quóq; ſit venenata, confudiſſe mihi veteres videntur ranulam hanc viridẽ terreſtrem, cum altera rana terreſtri venenata, nẽpe buſone ſeu rubeta terreſtri. ſin minus, oſtendi cupio vbi nam de terreſtri rubeta loquantur. Nam de paluſtri tantum rubeta ſcribunt, vt Dioſcorides, Φρυνος βάτραχος ἕλειος, &c. Omnino igitur in ea ſententia ſum, ranam terreſtrem mutam vel duplicem eſſe, vel etiam triplicem: nẽpe buſonem ſeu rubetam terreſtrem, rubetam gibboſam, & ranulam viridem, quæ tamen non omnino muta eſt, cum inſtantem pluuiam præſagiat. Tzetzes etiam, vt dixi, ranam omnem terreſtrem mutam eſſe ſcribit. Ad hæc, non virides ſolum inter frutices & harundines reperiuntur, ſed rubetæ etiam aliquando, & gibboſæ quidem ſæpius. Facile igitur confundere has differentias fuit parũ animaduertentibus. Vtcunq; eſt, nos remedia aduerſus omnes ranas venenoſas in Rubeta dicemus. Nicandri Scholiaſtes ranam mutam, hybernam quoq; dici ait, inde colligens quoniam poeta rubetam paluſtrẽ Φρυνον θερόμενον ἢ θερέοντα, id eſt æſtiuam cognominat. ſunt autem æſtiuæ (inquit Scholiaſtes) vocales & innocentiores, hybernæ verò mutæ & exitiales. Verum Nicander ipſe nullam vocat hybernã, & æſtiuam vere etiam apparere, ac vernũ tempus voce ſua inter algas prænunciare ſcribit. Alij æſtiuam dici coniiciunt, quòd per æſtatem venenum ex ea conficiatur: nimirum quòd tum temporis propter calorẽ venenum ſyncerius ſit. nam in calidioribus quoq; locis ranarum genus nocentius eſt, vt Scholiaſtes tradit.

Triplex rana terreſtris muta.

Deſcriptio ranæ gibboſæ.

¶ Ranæ gibboſæ, cuius hic effigiẽ dedimus, duo quaſi cornicula in dorſo medio vtrinq; eminent. color ei viridis ferè, ſed obſcurus & ſubfuſcus eſt. latera maculis ruffis ſcatent, ſunt & digiti pedum ruffi. Dorſum ſupra thoracẽ paucis maculis nigris diſtinguitur. Venenoſam eſſe ex ipſa ſpecie coloreq; apparet. Hoc genus à ſerpentibus in ſyluis deuorari aiunt. Conduntur hyeme & ranæ pallidæ in hortis agentes, quæ non comeduntur, & mutæ ſunt, Georg. Agricola.

DE RANIS RVBETIS TVM PALVSTRIBVS tum terreſtribus: Et de remediis contra omnes venenatas ranas.

A.

Diuerſa authorum ſententia de rubetis.

DE RVBETIS vel ranis rubetis non omnino conueniunt inter ſe authores tam antiqui quàm recentiores. nam & in aliis quibuſdam diſcrepant, & in locis in quibus degant aſſignandis. Nicander & alij medici Græci *phrynon* ſuum, (ſic enim rubetam vocant) paluſtrem tantum faciunt, (vide plura ſuperius in Rana gibboſa:) Plinius & alij in vtroque elemento rubetam ex æquo viuere ſcribunt. diſtinguunt alij, primum in aqua viuere, deinde in terram progredi affirmantes. alij in ſicco tantum. alij duplicem faciunt rubetam, vnam paluſtrem ſui generis, & diuerſam ab ea terreſtrem: vnde opinionum variarum differentias ſex colligimus. Ego, vt authores conciliem, quoſdã vnum tantũ genus cognouiſſe exiſtimo, ſiue paluſtre, ſiue terreſtre tantum: alios vtrunq;. Et inquirendum eſt, an paluſtris quædam rubeta ſemper in paludibus agat: alia verò paludes, ſiue coacta deficientibus aquis, ſiue etiã ſponte deſetat. Ranæ rubetæ in terra & in humore viuunt, Plin. Rubeta vel rubetũ (ſed poſterior hæc vox Latina non eſt: Aggregator ranam rubeti dicit ex Kiranide) frequenter inter rubos & arũdinera degit, & tam in aqua quàm in terra ex æquo viuit, Albert. Sunt (*ranæ*) quæ in vepribus tantum viuant, ob id rubetarum nomine, vt diximus, quas Græci *phrynos* vocant,



Duplex rubetæ genus, vnũ paluſtre aliud terreſtre.

vocant, grandiſſimæ cunctarum, geminis veluti cornibus, plenę veneficiorũ, Plinius, in hoc ſibi contrarius: cum alibi, vt iam recitaui, in terra & in humore rubetas viuere ſcripſerit. quod ego de minoribus rubetis verum eſſe puto; grandiſſimas verò quas bufones & boraces aliqui nominant, terreſtres tantum, quamuis non affirmo. Plinius verò grandiſſimas dicendo, non in rubetarum genere intellexit, quod non diſtinguit in ſpecies, ſed ſimpliciter inter ranas. Iam quòd geminis cornibus hoc genus inſigniri ait, id ego non rubetæ propriè dictæ aut bufoni, ſed ranæ mutæ illi tantũ quam ſuperius gibboſam nominaui conuenire puto, quæ quidem nunquam in humore degit, non tamen grandiſſima eſt, ſed communis aquaticæ ranæ magnitudine. Rubeta dicta eſt, quia in vepribus viuit, quanquam prius in aquis, poſtea ſit terreſtris, grandiſſima cunctarum, geminis quandoque veluti corniculis, vt inquit Plinius, dorſum exaſperat, Hermolaus; qui addendo verbum *quandoq*, fatetur non ſimpliciter aut omnibus rubetis id conuenire vt Plinius ſcripſerat. Sipontinus etiã in vepribus tãtum & inter rubos rubetam agere prodidit, Plinium ſecutus. Sic Marcellus Vergilius quoque, Sunt & quæ in ſicco agunt ranæ, vt rubetæ & calamitæ. Kiranides phrynon ranam in ſicco degentem eſſe ſcribit. Ranæ quædam terreſtres ſunt, quæ in humore etiam degunt, vt rubetæ aſperæ & venenoſę, lapidem in capite gerentes, Maſſarius. Is autem aſperas dicẽdo rubetas, ab Hermolao deceptus eſt, cuius in Corollario hæc ſunt verba: Miror quamobrem Dioſcorides φρῦνον, hoc eſt rubetam, λεῖον, quod eſt læuis, cognominari dixerit: niſi quis rubetæ duo genera conſtituat, lęuis & ſine cornibus, ex qua delibutorium venenum, ſicut ex paluſtri quoq; muta conditur, (hoc ſine authore ſcribit: & ego nullam paluſtrem mutam ſcio:) & aſpera cornutaq; propriè ſit buffo, cuius dorſum paulò ante ſcabrum eſſe diximus ex Aetij ſententia, Hæc ille. Impoſuit autem ei, vt video, codex Græcus manuſcriptus, in quo λεῖος pro ἕλειος, legit. quòd autem ἕλειος, id eſt paluſtris legendum ſit, tum ex Ægineta, tum ex Nicandri Alexipharmacis conſtat. & rectè codices impreſſi Dioſcoridis ἕλειος habent, vt & Vergilius interpres legit, ſed perperam tranſtulit, Rubeta vel muta paluſtris rana, cum Græcè nihil aliud legatur, quàm φρῦνος βάτραχος ἕλειος, hoc eſt, Rubeta rana paluſtris: Ægineta addit diſiunctiuam particulam φρῦνος ἢ βάτραχος ἕλειος, hæc lectio ex Nicandro etiam cõprobari poteſt, qui poſtquã de paluſtri hac rubeta vocali egit, mox peculiariter de altera rana muta docet. Cæterũ Aetius 13. 36. de rubeta ſcribens quæ è paluſtri terreſtris euadit, Exaſperat (inquit) & vibrat terga dum ſpiritu expletur, hoc eſt cum inflatur per iracundiã. Sed hinc nemo cõuicerit læuem quandam eſſe rubetam, ab aſpera diuerſam. φρύνη interdum ſolo afflatu interimit Ælian. de animal. 11. 11. Rubeta ranæ ſpecies eſt, quæ paluſtris vitæ conditionem in terreſtrem mutauit, vnde & rubeta appellatur, Aetius interprete Cornario. Græca mihi hæc ſcribenti ad manum non erant: ſed faciunt huc quæ apud Varinum legimus, Φρυνίσκος pro Φρῦνος, abundãte *c* vocali, εἶδος βατράχου, ᾧ δοκεῖ τὸ ἀμφιβίως εἶναι πρὸς τοὺς ἄλλους, ἢ ἀπὸ τοῦ φρίσσεσθαι ἀπὸ τῆς λιμνάδους φύσεως ὅτι τὸ χερσαῖον, Etymologus. Rubetã poeta bufonem vocat, duo eius genera ſunt: altera terrena, quæ in domibus & vepribus agit: altera paluſtris, quæ ſui generis vocem ædit, Georg. Agricola. Nos paluſtres quaſdam & paruas rubetas, (de quibus Agricolam quoque ſentire puto,) vocamus **Büllenfröſche**, id eſt rubetulas lacunarum (quòd in lacunis & circa ſterquilinia reperiantur:) & **Mönle**, quaſi paruas ſalamandras aquaticas, quòd ſimiliter & venenoſæ ſint & in aquis degant, colore etiam ventris ſimiles. Hæ ſemper paruæ ſunt, ventre pallido ſiue citrino, punctis quibuſdam diſcolore: & ſuo quodam ſono vocis vtuntur. nam cæteri bufones terreſtres continuatum quendam ſonum ædunt *grugrugru*. Hæ fortè RANÆ SCINCOIDES ſunt, (quòd ſcincos aquaticos, ſiue ſalamandras aquaticas, vt nunc ſcripſi, referant,) quas Alexander Benedictus ſcribit, numeroſius quàm par ſit enatas, peſtilentiæ futuræ aliquando præſagium eſſe putrificam materiam vberius indicante natura. niſi fortè phrynoides dicendæ ſint: Ariſtot. enim in proble. lib. 1. copiam τῶν μικρῶν βατράχων φρυνοειδῶν annum morboſum futurum ſignificare ait. Rana in paludibus degit: item genus quoddam ranunculi cœnulentũ in dorſo, croceis in ventre maculis, quod non clamat niſi poſt quartam horã diei feruente ſole, Albertus. Hoc idem nimirũ genus eſt bufonis, quod recentiores quidam barbari CORNVTVM vocant, non ab eminentibus (vt in rubeta Plinij) veluti cornibus, ſed a ſono vocis, quo cornu ſeu tubam imitatur quodammodo. In Galliis eſt bufonis genus, quod cornutũ dicitur, à voce qua cornicinẽ refert. colores habet duos, tetrum (luridum ſeu fuſcũ) & croceum. Verno tẽpore prodeunt hæ ranæ, & vocem inſtar tubarum binæ inuicem emittunt. In ſola Gallia vocales, clatæ voce amiſſa mutæ ſunt, Liber de nat. rer. Rana cornuta coloris eſt (inquit Albert.) cinerei fuſci, & crocei in ventre: & moratur in paludibus putridis, frequens clamore. extra Galliã, ſi quis efferat, vocẽ ædere aliqui negarunt: ſed id falſum eſſe expertũ ſe Albert. ait, quum per totã Germaniã altiſſimè clamẽt. Hæc ſcripſerã cum ex agri Tigurini loco iuxta arcem Kiburgam, rubetæ genus paruũ mihi allatũ eſt, duplo minus ferè cõmuni rubeta, cætera ſimile, quod iam ſub trunco vt illic per hyemem lateret ſe abdiderat. erat enim initium Septembris. tergo lurido, aſpero, ventre ex fuſco albicante, oculis aureolis: clunibus cruribuſq;, ſed præcipuè digitis poſterioribus, piloſis. Has ranas alibi nullas aut rariſſimas haberi aiunt: vocem eis argutiſſimam eſſe, quæ tubæ aut campanæ inſtar audiatur etiam ex longinquo: degere ipſas non in aquoſis ſed in aridis locis. Vêre vocem ſuã emittere & æſtate: cum veſperi clamant, noctẽ ſequentẽ ſine pruina futurã certò ſperari,

Cur dicta ſit rubeta.

Bufo cornutus a voce qua inſtar tubarum editur.

Rubeta minor Kiburgi.

autumno & hyeme non audiri. ¶ Rubeta, id eſt bufo, Niphus. Buffo à nonnullis *f.* duplici ſcribitur, quod non probo. Bufo rana terreſtris nimiæ magnitudinis, Grammaticus quidam. Inuentuſque cauis bufo, Vergilius 1. Georg. Borax (vox corrupta à Græca βάτραχος) ſpecies eſt bufonis, fuſci coloris & maxima, ita quòd cubitalis efficitur magnitudinis in terris calidis: & cõſueuit aliquando partum ſuum ſuper dorſum geſtare, lapidem in frõte habet, &c. Albertus. Rubetis aliquando cauda initio eſt, quam poſt amittunt: ob id in ſtagnis cum adhuc puſillæ ſunt, mutili ruribus vocantur, Hermolaus. Luridam ranam apud Varronem rubetam intelligo, non calamiten vt Hermolaus: cauſam dixi in ranunculo viridi *A.* ¶ *Zab* צב, Leuitici 11. R. Salomon interpretatur reptile ſimile ranæ: aliqui bufonem accipiunt, & nomen ab inflatione factum putant. ego crocodilum interpretor aut ſcincum, (vide in Crocodilo *A.*) Illyrij quidem hodie ranam omnem *zaba* vocitant, bufonem Hiſpani *ſapo eſcuérco*. *Koach*, כוח, quoque Leuitici 11. variè interpretantur, camæleontem, crocodilum, lacertam, rubetam: vide in Chamæleonte *A.* Triorches, phrynus & ophis (id eſt buteo, rubeta & ſerpens,) inter ſe pugnant, Ariſtot. hic Albertus habet, Pugnant *frichachys*, & *coronos*, id eſt coruus aquaticus: tyrus autem aquaticum animal vocatum *tribane*, deuorat vtrunque iſtorum: quibus verbis nihil ineptius dici poterat. Auicennæ interpres, vbi de nocumentis veneni rubetæ agitur: Corpus ranæ (inquit) & maximè pingue eius, facilem reddit dentium eradicationem. videtur autem hoc eſſe ex petroſa, (hic Bellunenſis pro petroſa arboream hortulanam reponit,) & non domeſtica, &c. Auicenna 4.6.2.8. ranas lacunales virides nominat, & marinas rubeas, pro rubetis ſimpliciter: & mox ſequenti capite ranas citrinas, pro ranis paluſtribus venenatis vt Aetius habet, 13.54. & 55. Et rurſus 4.6.5.25. de morſu ranæ marinæ rubeæ, pro rubeta ſimpliciter ex Aetio 13.36. Mare quidem Hebraica lingua de ſtagno etiam & palude dicit. rubeas verò interpres fortaſſis pro rubetis dixerit, vel à viridibus diſtinguendi cauſa. Græci rubetam φρῦνον appellant, vt ſupra ex Plinio & aliis oſtendimus. debet autem hæc vox ſemper penanflexa ſcribi, quoniam penultimam lõgam habet, non (vt à quibuſdam ſcribitur) paroxytona. *Miſoxus*, id eſt rana terreſtris venenoſa rubea, Syluaticus. eſt autem vox corrupta à Græca μύοξος, quæ non rubetam ſed glirem ſignificat, vt in Gliris hiſtoria oſtendi: & à Syluatico ipſo alibi *mioſos* glis exponitur. Quamobrem errauit etiam Gillius qui in Æliano ſuo μυοξὸς (ex Oppiano) bufones interpretatur. Ranam rubetam Nicander φρῦνον θερόεντα, hoc eſt æſtiuam cognominat: vide ſupra in rana gibboſa. Καυρίας Varino rana ſimpliciter exponitur: Gelenius noſter affinem putat hanc vocem Germanicæ **Krott**, qua rubetam ſignificamus. Rubeta Italicè nominatur *roſpo*, *botta*, *boffa*, teſte Lucio Scoppa. & à quibuſdam *chiatto*, (apud Rhætos qui Italicè loquuntur *chatt:*) vel *zatto*, vt in Longobardia. item *buffo*, *buffa*, *buffone*. ab aliis *ramarro*, qua voce Matthæolus Senenſis, magis propriè puto, pro lacerto minore vtitur. Ranæ quædam terreſtres ſunt, vt ſunt mutæ, & rubetæ: quæ & racanellæ quaſi raniculæ vocantur: & non comeduntur, quoniam ſæpius cum bufonibus coëunt, quam ob cauſam malignæ reputantur, Monachi in Meſuen. Scoppa rubetam etiã *ranaroſa*, & *ranonchia de rubetto* interpretatur: quæ voces diminutiuæ ſunt, & fortè ad ranunculũ viridem pertinent. nam & in Gallica lingua aliqui confundunt, craſſam vel craſſantium. vt ipſi ſcribunt, (*graiſſet, ou verdier*,) vulgò dictam ranam, rubetam interpretantes, quæ omnino ranunculus viridis eſt: rubeta verò Gallicè *crapaud* vocatur, circa Neocomum *boug*. Hiſpanicè *ſapo eſcuérco*. Germanicè **Krott**, nomen in Heluetia fœmininum, Argentinæ & alibi maſculinum: alij ſcribunt **Krote**. Terreſtrem priuatim vocamus **Gartenfrott**, id eſt hortenſem rubetam: (licet nonnulli ranam gibboſam ſupra deſcriptam ſic appellent,) Saxones **Quapp**. Flandris rana eſt **Puût**, rubeta **Padde**. Anglis *toade*. Illyrij omne genus ranæ *zaba* vocitant.

De bufone.

Nomina diuerſarũ linguarũ & nationum.

10

20

30

40

R.

De paruis paluſtribus ſeu lacunarum potius rubetis, quas & cornutas vocant à ſono vocis, præcedenti capite ſcripſi: vbi etiam cornibus exaſperari rubetarum dorſum, quod Plinius ſcripſit, hactenus mihi non viſum dixi: & vnum tantum rubetæ genus, quod ranam gibboſam appellaui, oſſibus cornuum ferè inſtar eminentibus in dorſo mihi cognitum eſſe. Rubeta quæ paluſtrem vitam in terreſtrem mutat, animal eſt magnitudine nihilo minus teſtudine parua, Aetius. Similis ranæ eſt, ſed pedibus breuioribus, inertioriq; & turgidiore corpore, Mich. Herus. Color bufoni cinereus pellis denſiſſima viſcoſaq;, ita vt magnis etiam ictibus non lædatur, Albertus: duriſſima, vt baculis etiam ægrè vulneretur, Matthæolus Senenſis. Bufo quem ipſe nuper inſpexi, menſe Iunio captum iuxta ſterquilinium, lurido & fuſco ſeu nigricante colore erat, craſſis & deformibus membris, cute maculis & veluti puſtulis quibuſdam exaſperata, torpido & ignauo corpore: maculis nigris, præſertim in lateribus: ventre turgido inflatoq;. cum baculo tangerem & ferirem, aridi ſculus ſonus ob aſperam duritiem cutis, & tanquam ex concauo reddebatur. capite craſſo latoq;: dorſo plano, non ita eminente vt in mutis illis ranis quas ſupra gibboſas nominaui. Sub capite circa collum parte prona (id eſt terram ſpectante) color pallidus vel ſubflauus erat. Apocynon appellant oſſiculum in rubetæ latere compertum ſiniſtro, quoniam canum impetus inhibeat: nam aliud ad ſuperſtitioſos ſimiliter vſus in dextro latere quæritur, vt in *G.* recitabitur. Ibidem dicam de lapide quem bufones quidam in capite geſtare falsò ereduntur. In Hiſpaniæ partibus illud præcipuè boracis genus reperitur, quod lapidem

Deſcriptio Rubetæ.

50

in

in fronte portat, Obſcurus. Borax ſpecies eſt bufonis, colore fuſco, maximi, &c. (vt in *A.* retuli,) quæ lapidem in fronte gerit, Albertus. ¶ Bufo animal aſpectu fœdiſſimo, ferunt habere cor in gutture, nec facilè interfici niſi per medium guttur transfigatur, Obſcurus. Rubetæ iecur omnino vitiatum eſt, vt corpus quoque eius totum prauo temperamento afficitur, Ariſtot. de part. 3. 12. Iecur ei duplex aſſignatur, vt capite ſeptimo recitabo. Rubeta perquam exiguum habet lienem, Ariſtot. Dicta eius oua ventri ſubdita ſunt, Idem. Pedeſtrium quadrupedes quæ oua pariunt, eodem coëunt modo quo ea quæ animal generant, mare ſuperueniente. habent verò in quod meatus (genitales) contingant, & quo per coitum adhæreant, vt rana & paſtinaca, & reliqua generis eiuſdem, Ariſtot. ego legendum coniicio, vt rana & rubeta, &c. quanquam Græcè πευχόνις legitur, id eſt paſtinacæ, pro quo φρυῶσι repono. Rubetis aliquando cauda initio eſt, quam poſt amittunt: ob id in ſtagnis cum adhuc puſillæ ſunt, mutili ruribus vocantur, Hermolaus.

Cer. *Iecur.* *Lien.* *Oua.* *Coitus.*

C.

Rubetæ dictæ ſunt quòd ferè in rubis & vepribus degant, quanquam & amphibiæ ſunt, quædam terreſtres, quædam paluſtres tantum, aut maiori ex parte, vt pluribus expoſui ſuperius capite primo. Humida loca & marcida incolit: Solis claritatem odit, nec facilè ſuſtinet. interdiu latet, noctu progreditur, præcipuè per vias tritas ab hominibus, Obſcurus & Albertus. Æſtate incolit ſubterranea & vmbroſa loca, Ponzettus. Interdiu non apparet niſi locis admodum ſolitariis: & non egreditur de terra niſi tempore pluuiæ, Albertus. In terra humida & opaca, & inter ſæpes verſari gaudet, Mich. Herus. Conditur hyeme, Georg. Agricola. ¶ Sub terra habitat, & humore terreno viuit. herbas & lumbricos aliquando comedit, Albertus. Bufo terra veſcitur, idq; pondere & menſura. quantum enim anteriore pede concludere poteſt, hoc illi pro cibo quotidiano eſt. timet enim ne ſibi terra pro cibo deficiat, Author de nat. rer. Dicitur de buffone quòd de terreſtri humido nõ edit, niſi quantum manu ſemel capere poteſt, timẽs quòd ei tota terra non ſufficiat. ſed hoc à vulgo acceptũ eſt, nec vllo experimẽto conſtat, Albert. Hinc eſt quod ſuperioris ſæculi (apud Germanos) pictores, auaritiam expreſſuri, mulierẽ bufoni inſidentẽ pinxerunt, Mich. Herus. Saluia libenter veſcitur, cuius radix tamen ei letalis eſt, Phyſiol. Rubeta etiã apes interimit. ſubiẽs enim aditus aluei, afflat, & obſeruans rapit euolantes. nullo hæc affici malo ab apibus poteſt, ſed ab apiario facilè interimitur, Ariſtot. vide mox in *D.* ¶ Animalia quæ habent ſpiritus ſubtiles & debiles, noctu vident non interdiu, ſicut bufones, Gordon. videtur autẽ bubones aues nocturnas intelligere, quæ ab Italis & Hiſpanis bufones dicuntur. Credi autem poteſt etiam bufo noctu cernere, quoniam noctu progreditur, interdiu latet, vt aues pleræq; omnes quæ idem faciunt. ¶ Ranæ terreſtres, vt mutæ & rubetæ, non comeduntur: quoniam ſæpius cum buffonibus coëunt, Monachi in Meſuen. Bufo ex putredine vel corruptione terræ naſci putatur, Obſcurus. Ex bufonis cremati relicto cinere bufo viuus regeneratur, nec tantum vnus, ſed etiam plures, Phyſiologus. In Dariene prouincia noui orbis aër inſaluberrimus eſt, vtpote cœnoſa & paludibus fœtidis ſepta: imo vicus ipſe palus eſt, vbi ex guttis mancipiorum dextra cadentibus, dum irrigant pauimenta domus, illico bufones gignuntur: vti alicubi ego ipſe in pulices guttas illas æſtate conuerti, Pet. Martyr. ¶ De voce quam ædant tũ paluſtres paruæ rubetæ, tum terreſtres maiores, ſatis dictum eſt ſupra cap. primo. ¶ Goſturdi aues (alaudæ criſtatæ) dicuntur oua in terra parere & rarò fouere: vnde vulgus mentitur hæc à bufonibus foueri, Albertus. Scribit autem author libri de nat. rer. vulgò ferri goſturdorum oua à bufone foueri, & pullos demum excluſos à parentibus curari. ¶ Non ſaliunt rubetæ vt cæteræ ranæ, ſed propter corpus ignauum, turgidum atque iners, & pedum quoq; breuitatem, tardè procedunt. Iratæ tamen aliquãdo manifeſtè inſurgunt, & lædendi animo, vt Aetius ſcribit, inſiliunt. ¶ Borax cum tangitur, inflatur, Obſcurus. Rana quæ rubet, deterior eſt. hæc menſe Auguſto os ita occludit, vt neq; cibi potúſue ſumendi cauſa, neq; vocis ædendæ aperiat. quòd ſi manu vel baculo vrgeas, ægrè tamen aperies, Author de nat. rerum. Itali *ramarro*, id eſt bufoni (ſecundum alios lacerto paruo) ſimilem vulgò dicunt eſſe hominem, qui conceptam iram non remittit antequam ſe vlciſcatur, obſtinatus potius moriturus. aiunt enim bufonem ſi quid in os ei inſeratur, vt ferrum aut aliud quidpiam, id non dimittere, ſed ſubinde mordicus tenere, vt moriatur potius quàm remittat. Itaque auarum etiam hominem & nimium tenacem bufoni comparant. ¶ Vtraq; rubeta (tum terrena tum paluſtris) ſi bacillo ſæpius verberetur, inflato corpore, virus primo è clunibus exprimit, deinde lacteis quibuſdam guttis ſudat, grauiter odoratis & putidis. occiditur autem difficulter, Georg. Agricola. Noſtri humorem illum venenoſum retro eiaculantes rubetas, meiere dicunt, ſed impropriè. nulla enim vetica neq; vrina ranis. Obſeruaui etiam ipſe nuper humorem quendam à rubeta capta excerni. ¶ Rubeta frigidiſſimum eſt animal, Obſcurus: perquam frigidum & humidum, nam niſi abundaret in eis humiditas, corpora earum non augerentur tam cito, Ponzettus. Tota prauo temperamento afficitur, Ariſtot. ¶ Peculiari quadam herba vtitur qua vitam (*viſum*, vt legit Io. Vrſinus) recuperat, ruta verò interficitur, Obſcurus. Saluia delectatur in cibo, cuius tamen radix ei letalis eſt, Idem. Bufo primo aqua perfuſus, & poſtea ſalſus, crepat, & tandem conſumitur vſque ad oſſa, Albertus.

Vbi degãt rubetæ. *Quibus veſcãtur.* *Auaritia per mulierem bufoni inſidẽtem expreſſa.* *Nocte vident.* *Vnde naſcantur.* *Inceſſus.* *Obſtinatio.* *Virus.* *Frigiditas.*

D.

Iracũdia. Rubeta animal eſt perquam iracundum, & ſi quid ei obtenſum mordicus arripuerit, mori potius quàm remittere velit, vt in *C.* dixi. Verberata ſæpe virus è clunibus emittit, & inficit verberantem.

Ladendi ſtudium. Exaſperat & vibrat terga dum ſpiritu expletur, atque ob id ipſum ardentior euadit. ad lędendum itaque & manifeſtè inſurgit, & ſaltibus interpoſitum ſpatium contrahit, raro quidem morſum infligens, verum anhelitum conſueuit vehementer virulentum inducere, adeò vt etiam ſi anhelitu contingat tantum, eos qui propè ſunt lædat, Aetius & Auicenna. Inflat ſe irata, tam proteruè audax, vt inſiliat quoque proximum, quanquam ſuſpirio ſe frequentius quàm morſu vindicans, buſo inde vt arbitror à Vergilio & vulgo dicta, Hermolaus. ¶ Rubeta apes interimit, vt ex Ariſtotele recitaui in *C.* Apibus aquantibus ranæ inſidiantur: nec hæ tantum quę ſtagna riuoſque obſident, verum etiam rubetæ veniunt vltro, adrepenteſq; ſufflant. ad hoc prouolant, confeſtimq; abripiuntur, nec ſentire ictus apum ranæ traduntur, Plinius. Apibus nocent rubetæ & ranæ lutariæ, Ælianus. Expertus ſum quòd talpa auidè paſcitur bufonibus & ranis. reperi enim talpam quæ ſub terra pede fortiter tenebat magnum bufonem: qui iam fugiens è terra totum corpus ſubduxerat & altam vocem propter morſum talpæ ædebat, ſed ranæ etiam ac bufones, (quod & ipſum experimento mihi conſtat,) mortuam talpam edunt, Albertus. ¶ Bufo nunc cum aranea, nunc cum lacerta, quandoque verò cum colubro, vel etiam cum ſerpente prælium ſubit. læſus autem veneno alterius animalis venenoſi à plantagine remedium accipit, Phyſiologus. Cum aranea pugnat & ab ea vincitur. nam cum illa frequenter pupugerit, nec bufo vlciſci ſe poſſit, vſq; adeò inflatus turget, vt medius crepet & moriatur, Obſcurus. Borax pugnat cum aranea, ſicut & ſerpens. aranea quidem ſuperne filo ſuſpenſa deſcendit, & cerebrum vtriuſuis eorum pungit. bufo autem iraſcens inflatur, & aliquando crepat ob venenum araneę, Albertus. Accepi ab iis qui ſpectarunt (inquit Eraſmus in Amicitia inter Colloquia) ſimile diſſidium araneo eſſe cum buffonibus, (quale cum ſerpẽte,) ſed buffonem ictum ſibi plantagine admorſa mederi. Audies (alloquitur ſuum congerronem) fabulam Britannicam. Scis illic cõclauium ſolum conſterni ſcirpis virentibus. Monachus quidam faſciculos aliquot ſcirporum in cubiculum congeſſerat, ſparſurus cum eſſet commodum. Is quum à prandio ſupinus dormiret, bufo ingens erepſit, & os dormientis obſedit, infixis ſuperno atque inferno labro quatuor pedibus. Detrahere buffonẽ certa mors erat, non amoueri quiddam erat morte crudelius. Quidam ſuaſerunt vt monachus ad feneſtram deferretur ſupinus, in qua ingens araneus habebat telam. Factum eſt. Mox araneus hoſte conſpecto filo ſe librat, & buffoni ſpiculum infigit, ac filo ſe recipit in telam. Intumuit buffo, ſed non eſt auulſus. Repetitur ab araneo, magis intumuit, ſed vixit. Tertio ictus, abduxit pedes, ac mortuus decidit. Hanc gratiam araneus retulit hoſpiti ſuo, Hęc ille. Catus cum bufonibus quoq; pugnare dicitur, Obſcurus. Catus ſerpentes & bufones interficit, ſed non edit: & læditur veneno, niſi aquam ſtatim ſuperbibat, Albertus. Rubetam rapit exeditq; buteo, Ariſtot. item accipiter rubetarius. Et alibi, Buteo, rubeta ac ſerpens pugnant. ¶ Martion Smyrnęus rumpi ſcolopendras marinas ſputo tradit: item rubetas aliaſq; ranas, Plinius. Borax herba peculiari vtitur qua vitam (alias *viſum*) recuperat, ruta verò interficitur: & odorem florentis vineæ fugit, Obſcurus & Albertus. Serpentes quoq; rutam & vineæ florentis odorem fugere legimus. Ciconia bufonem non niſi in magna fame comedit: vnde venenoſa bufonis natura intelligitur, Liber de nat. rerum.

Rubeta apes interimit. *Rubetæ hoſtes* *Talpa.* *Aranea.* *Lacerta.* *Coluber.* *Serpens.* *Fabula de Bufone ab aranea interfecto.* *Catus.* *Buteo.* *Spatum.* *Ruta.* *Odor vineæ florẽtis.*

E.

Vſus ex rubetis. Carnibus rubetarum in hamum poſitis, purpuras præcipuè allici certum eſt, Albertus & Iſidorus ex Plinio, qui hoc de ranis ſimpliciter non de rubetis ſcribit. Nicander rubetam paluſtrem in algis clamore ſuo veris aduentum prænunciare docet. Rubetæ paruæ terreſtres cum veſperi ſuum inſtar cornu aut tubæ ſonum ædunt, noctem ſequentem abſque pruina futuram certò pollicentur. Bufones cum veſperi è cauernis egrediuntur, magni præſertim & multi numero, pluuiam præmonſtrant, Gratarolus.

Prognoſtica tempeſtatis.

F.

Bufonum eſus. Hiſpani quidam cum in Beragua inſula noui Orbis ad extremam famem redacti eſſent, ægrotus quidam bufones duos coctos emit pro duabus lineis auro intexto ſubuculis, quæ aureis Caſtellanis ſex vendi poterant, vt ſcribit Petrus Martyr lib. 10. Oceaneæ Decadis 2. & rurſus circa finem lib. 2. tertiæ Decadis.

O.

Remedia ex rubetis. Rubeta frigidiſſimum eſt animal, Obſcurus. Saſerna in libris de agricultura, ſi quem glabrum facere velis, ranam luridam (rubetam intelligo, vt dixi in ranunculo viridi *A.*) conijcere in aquam iubet, vſquequo ad tertiam partem decoxeris, eaq; vngere corpus, Varro. Rubetæ ſanguis pſilothrum eſt, Kiranides. ¶ Sunt ex recentioribus qui rubeta arida buboni peſtilenti impoſita venenum mirè extrahi doceant. ¶ Acopon ex rubetis quod omnem affectionem tollit, deſcribitur apud Aetium lib. 12. cap. 44. his verbis, Radicis cucumeris agreſtis viridis libras ſex, olei dulcis libras ſex, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, ceræ, cuiuſque ſeſcuncem, ranas rubetas appellatas viuas numero ſex. rubetas traiecto per pedis planam filo in oleum demiſſas donec flacceſcant coquimus: deinde extractis per

Ad podagram ſanandam.

plan-

tas filo traiectis ranis, ſylueſtris cucumeris radicem viridem conciſam iniicimus, atque donec vires ſuas in oleum tranſmittat coquimus & excolamus. Poſtremum liquefacta, itidem percolata, ad oleũ addimus, & in vitro reponimus. Vtere mane & veſpere ad podagricos, arthriticos, iſchiadicos, & reſolutos. Per huius vſum nouimus homines à podagra & chiragra toto corpore diſtortos, poſt lauacrum, in tantum conualuiſſe, vt citra omnem offenſionem obambularent. Quandoq; apparauimus, inquit Aſclepiades, hoc pharmacum, additis ad hanc deſcriptionem ſamſuci libra vna, vnguenti crocini libra vna, opobalſami quadrante, ſanguine teſtudinum numero decem, Hæc Aetius. Simile autem paulò poſt ex Galeno adſcribam. Ab hoc differt quod legitur apud Galenum lib. 7. de compoſ. medic. ſec. genera: Hoc, inquit, vſus vir xyſticus, (athleta,) & acopi & malagmatis modo, à toto affectu conualuit. confectio ſic habet. Olei veteris Sabini, cucumeris agreſtis radicis, ceræ, apochymatis, adipis ſuillæ veteris, ſingulorum libras tres. ranarum rubetarum magnarum numero tres, vel ſi hæ non ſint paruarum (nimirũ viridium quas calamitas vocant,) quinque. medullę ceruinæ, aphronitri, ſulfuris viui, olei laurini, irini, ſingulorum vnc. tres. vnguenti malabathrini, ſampſuchi, vtriuſq; libram. Radices in craſſiora fruſta ſectas, ac in oleum ſimul cum ſampſucho coniectas, ſupra prunas incoquito. vbi radices inaruerint, humorem exprimito. radices quidem & ſampſuchum abiicito: ranas in ſportulam textam imponens, huiuſq; oras conſuens, & oleo expreſſo committens, rurſus vas coopertum igni ſupraponito, vbi iam ſatis magnum temporis ſpatium interceſſerit, vt ranæ colliqueſcant, (contabuerint,) ſportula depoſita humore expreſſo abiiciatur. Reliquo oleo liquabilia indito, mouens ſine requie. poſtremo medullam & galbanum (ſic etiam Actuarius habet. vnde apparet galbani mentionem & pondus ſuperius omiſſa) adiungito. Poſtquam ſoluta fuerint, ab igne tollito, ac modicè refrigerari permittens, arida tunſa, ac tenuiſſimo cribro ſecreta inſpergito, mouens aſſiduè. Tum in mortarium effuſis, iterumq; tunſis, malabathrini vnguenti pondo & ſemiſſem (pondo tantum, id eſt libram, vt ſupra. ſic & Actuarius habet) adiungito, & rurſus tundito. excepta vaſe plumbeo vndiq; obturato, vt nihil perſpiret, ſeruato. Vtêris medicamento interim vt malagmate, facta morbi inclinatione, interim vt collinitione. nam pharmaci quod ſatis eſt capientes. ſoluenteſq; vnguento, vt cerati liquidi ſpiſſitudinem habeat, vtimur, Hucuſq; Galenus: ex quo ad verbum eandem deſcriptionem mutuatus eſt Actuarius in libro de medicamentorum compoſitione. Rurſus eodem loco apud Galenum habetur & aliud acopum ex rubetis Flauij Clementis ſimile illi quod ſuperius ex Actio retulimus. & mox aliud pretioſum & ex multis medicamentis compoſitum, Pompeij Sabini, quæ breuitatis cauſa relinquimus. In priore quidem parando oleum diuiditur, ita vt in vna eius parte radices cucumeris agreſtis coquantur, in altera ranæ: deinde percolatis iis mixtiſq; liquabilia adduntur, vt galbanum, terebinthina, cera, medulla. Sunt etiam qui teſtudinum (terreſtrium) ſanguinem, & alia quædam adiiciant. Rubetæ quinque miſcentur acopo Piſcatoris alteri, apud Galenum de compoſ. medic. ſec. genera lib. 2. Rubetæ multæ decoctæ in oleo cum ſummis thymi ramulis, & preſſus & ſale (& expreſſæ & illitæ) per triduum continuè in camino balnei, podagricos ſanant, Kiranides. ¶ Ranam rubetam & adipis vrſinæ vncias tres cum olei veteris ſextariis tribus in olla rudi ad medias decoquito, deinde colato. hæc vnctio frequenter adhibita, non ſolum neruos confirmat (arthriticis,) ſed & paralyſin repellit & reprimit, Marcellus. Ad ſcabiem equorum: Rubetam occiſam cum vino & aqua in vaſe æneo coquito, & hoc decocto ſiue liquore (ὑγρῷ) inungito, Eumelus in Hippiat. Græcis. ¶ Rubeta decocta & in aqua potui data, ſuum morbis medetur, vel cuiuſcunque ranæ cinis, Plinius. Et ambi, Omnium quadrupedum morbis capram ſolidam cum corio, & ranam rubetam diſcoctas, mederi reperimus. Ranarum cor adalligatum frigora febrium minuit. maximè autem quartanis liberant ablatis vnguibus ranæ adalligatæ & rubetæ. Iecur eius (rubetæ) vel cor adalligatur in panno leucophæo, Plinius. ¶ Ranæ rubetæ occiſæ in fumo arefactæ particula, quanta videbitur, in linteolo inuoluta, & ex licio collo ſuſpenſa eius cui nares ſanguine fluunt, mirè prodeſt, Marcellus. Audio Fridericum Saxoniæ ducem noſtra memoria, ad ſanguinem ſiſtendum, bufonem veru ligneo trahsfixum & in vmbra diligenter arefactũ, inuolutum ſindone manu tenendũ dediſſe laborantibus, donec intra manum incaleſceret, ita ſanguinem mox repreſſum: cuius rei rationẽ non video, niſi quod horror & metus facit, ſanguine ad cogitationem de animali tam contrario naturæ hominis refugiente. ſed forſan illum qui tenet aut alligatum gerit, quid linteolo contineatur ignorare oportet, vt in pleriſque iſtis ſuperſtitioſis amuletis. Bufones hodie ſuſpenduntur aëre vt arefiant, & præſentiſſimo remedio ſiſtunt omnem fluxum ſanguinis, Chriſtophorus Saluelden ſis. Alij cinerem rubetæ, vt ſanguis ſiſtatur aſpergi volunt, cui remedio ratio non deeſt. Vide etiam in Rana G. *Buffo vſtus ſiſtit naturæ dote cruorẽ*, Io. Vrſinus: cui Iacobus Oliuarius ſcholiaſtes adiicit, nihil melius ſanguinẽ ſiſtere. Plin. tamen hanc vim non rubetæ, ſed aliarũ ranarũ cineri attribuit: Ad ſanguinẽ ſiſtendum (inquit) & ranarum illinunt cinerem, vel ſanguinem inarefactum. Quidam ex ea rana calamite, minima omnium & viridiſſima, cinerẽ fieri iubent. aliqui & naſcẽtium ranarum in aqua, quibus adhuc cauda eſt, in calice nouo combuſtarum, cinerem, ſi per nares fluat, iniiciendum. Corium bufonis & teſta teſtudinis ſicca tritaq;, vel etiam vſta, puluere aut cinere fiſtulis immiſſo, ſanant eam prius mortificatam, Arnoldus in Breuiario 3. 21. Et paulò poſt: Bufo, quantus haberi maximus poteſt, exentera-

Ad ſanguinem narium ſiſtẽdum.

Ad fiſtulas ſanandas.

tus, totus impleatur radice laureolæ trita & ſtercore gallinæ, & ſale cum vnguento ex althæa commixtis: & ſic in veru aſſetur donec combuſtus ſit, ita vt cum omnibus illis quibus farctus eſt conteri poſſit. Colligenda eſt etiam emanans pinguedo: & de ea quandoq; modicum in fiſtula & de puluere omnium prædictorum ponatur. hoc puluere ruſticus quidam, vt ipſe mihi retulit, omnes fiſtulas in quauis parte corporis abundantes curabat. Cum mulieris mamilla ob lactis abundantiã ſuppuratur, & cancroſa fit, ac perforatur, tum caro illa infecta & partes vicinas exedens, hoc modo breui tempore curatur: Bufonem craſſum occide quocunq; modo, & ligno infixum domum portes, & in bilance ponderes, addaſq; eiuſdem ponderis cancros viuos, & in olla rudi vitreata opertaq; & luto munita, ita vt in medio tantum foramen exiguum relinquatur, vrito ſuper pruna mediocri, calore non intermiſſo: & hoc cinere vtitor, Innominatus. Interdum hæmorrhoides tantum dolorem inferunt, & adeò largum ſanguinem profundunt, vt ſæpe totum hominem breui exhauriant. Huic malo Nicolaus Florentinus emplaſtrum ſuperimponit è cinere bufonis, cuius virus (vt & ſcorpionum) aduſtione conſumi ſcribit libro de curandis morbis capite de hæmorrhoidibus. Nam & ſanguinem (inquit) hæmorrhoidum ſiſtit, & dolorem ſedat, & ipſas delet. Hoc cinere ad eundem affectum tanquam ſecreto quodam remedio, vſum eſſe audio Lutetiæ quoq; inſignẽ quendam medicum. Contra venena marini leporis & rubetæ, cinis eorum remedio eſt in aqua potus, Obſcurus. Albertus ſimpliciter horum animalium cinerem remedium eſſe ſcribit contra venenum ipſorum. Podagris articularibuſq; morbis vtilis eſt rubetæ cinis cum adipe vetere. quidam & hordei cinerem adiiciunt, trium rerum æquo pondere, Plinius. Articulis & pedibus prodeſt ranæ rubetæ exuſtæ cinis, cum ſambuci coliculis tritis & ſeuo hircino vetere permixto & decocto, pariterq; impoſito, Marcel. Samonicus paruam ſambucum cum hircino ſeuo (abſque rubeta) ad podagram commendat. Sunt qui equis puluerem ex bufone (vſto nimirum) in oculos albugine aut ſimili vitio laborantes inflent. Puluis bufonis exenterati, combuſti in pignato, pannum oculi corrodit, Albertus de Villanoua. Falconi bufo vſtus in paſtu datur, ſi pennæ eius à tineis exedantur, Albertus. ¶ Ranam recentiores quidam vocant vlcus latum nigricans & peſtilens (carbunculum puto rectius vocaturi) quo boues interdum, niſi curentur, nono die pereunt. curatur autem cuſpide lignea, qua rana rubeta tranſfixa fuerit vel ſimpliciter, vel etiam in ea arefacta. ¶ Corpus ranæ, & præſertim pingue eius, facilem facit dentium eradicationem. videtur autem hoc eſſe ex petroſa, (arborea hortulana, Bellunenſis) & non domeſtica, Auicenna & Syluaticus inter nocumenta rubetæ: Vide ſupra in Ranunculo viridi G. Rubetæ ſanguis pſilothrum eſt, Kiran. Vide initium huius capitis. alij ranæ viridis paruæ ſanguini hanc vim adſcribunt. ¶ Ranæ terreſtris dictæ oculi recipiuntur in vnguentum contra lumbricos numero 59. apud Nic. Myrepſum. ¶ De rubetis ranis quæ in vepribus tantum viuunt, mira certatim tradunt authores. Illatis in populum ſilentium fieri. Oſſiculo quod ſit in dextro latere in aquam feruentem dejecto, refrigerari vas, nec poſtea feruere niſi exempto. Id inueniri obiecta rana formicis, carnibuſque eroſis, ſingula in ſolium addi. Et aliud eſſe in ſiniſtro latere, quo dejecto feruere videatur, apocynon vocari, (Chriſtoph. Saluelденſis Germanicè interpretatur die zacken in frotten:) canum impetus eo cohiberi, amorem concitari, & iurgia addito in potionem. Venerem adalligatum ſtimulare. rurſus à dextro latere refrigerari feruentia. Hoc & quartanas ſanari adalligato in pellicula agnina recenti, aliaſq; febres. amorem inhiberi eo. Sunt qui noſtro tempore, in Anglia præcipuè, non ex lateribus rubetæ os illud ſuperſtitioſum, ſed ex fronte requirant, hoc modo: Rubetam magnam & annoſam per medium ſcindunt, & in myrmecia formicis exponunt, quæ carnes erodunt. ſic oſſibus tantum relictis capitur os frontis, quod in vetulis buffonibus nigricat & prædurum eſt, oſſeæ tamen non lapideæ ſubſtantiæ. Sed quoniam multi falſò credunt verum lapidem in capite buffonis reperiri, quæ de lapide illo apud authores obſeruaui adſcribam.

Remedia ex cinere bufonum.

Ex ſanguine.

Ex oculis.

Mira & ſuperſtitioſa de rubetis.

De lapide quem in capite bufonis reperiri qui dam tradunt.

¶ Recentiores lapidem in capite rubetæ haberi tradunt, quem ad dolores ilium geſtatu probent, ſed qui viua ea ſit exemptus, quales vulgò magna etiam copia feruntur anulis. quanquam hunc elici potius quàm eximi viuentibus conſtat, puniceo in panno, cuius plurimum colore delectantur. ita dum ipſi feriando relaxant ſe, capitis onus deponunt, id mox in ſubiectam ciſtam è medio foramine collabitur. alioqui ea eſt aliis inuidiſſima natura, vt lapidẽ cum, niſi tolleretur, reſorbeat, Hermolaus & Maſſarius. Borax, ſunt qui cheloniten vocent lapidem, inuenitur vt aiunt in capite buffonis ſenis ac magni. Braſauolus refert ſe in capite illius animalis inueniſſe, eſſeq; os potius quàm lapidem, (quod ipſe è bufonis capite eduxerit colore ad nigrum inclinante.) Duplex eſt, cauus oſſiq; perſimilis, colore fuſco pallente, & alter qui in oſſe lapidem continet. Verùm os capitis eſt, vt Braſauolus refert, quod vetuſtate concreſcit, quia terra alitur. Sed vires non noui: aduerſus calculum valere putant, ego incertus ſum an prohibeat lapidis generationem. at omnino prohibere non poteſt, neq; omnis. an verò aliquis retardet, dignum dubitatione eſt, Cardanus lib. 7. de ſubtil. Et rurſus, Oriuntur lapides in animalibus duobus modis: altero quidem, frigore, vt in limace, perca, cancris, buffone, & (vt aiunt) Indicis teſtudinibus. Borax ſpecies eſt buffonis, fuſci coloris & maxima, ita quòd cubitalis efficitur magnitudinis in terris calidis: & ſolet aliquando partum ſuum in dorſo geſtare. In huius fronte lapis inuenitur, cuius gratia etiam occiditur. Eſt autem lapis interdum albus, qui præfertur: interdum fuſcus

fuſcus ſubniger, qui probatur quum in medio habet guttam citrinam: aliâs virulentus, & tempore meo inuentus eſt totus viridis. eſt quando buffonis figura in eo viſitur impreſſa, Albertus lib. 22. de animalibus. Sed paulò aliter citat Alberti verba Syluaticus in Pandectis cap. 435. ex Alberti libro de mineralibus vel lapidibus, ſunt autem hæc: Lapis borax (inquit Albertus) in capite generis cuiuſdam bufonis repertus, duorum eſt generum. Vnus albus aliqua[illegible]ulum fuſcus: & alter ſi viuo adhuc palpitante bufone extrahitur, in medio habet oculum cœruleum. Noſtra quidem ætate extractus fuit vnus è bufone paruus, viridis. Aliquos etiam vidimus in quibus effigies bufonis erat expreſſa, qui de hoc genere dicebantur. vulgo autem *crapodina* (*crapaudines* Gallicè) dicuntur. Sordes purgant inteſtinorum & ſuperfluitates, Hæc Syluaticus ex Alberto. Sed Albertus hanc vim expurgandi inteſtina illi tantum generi tribuit in cuius medio oculus quaſi cœruleus apparet, ſi deglutiatur. Et rurſus cap. 469. iterum ex Alberto, Lapis niſe (aliâs nuſe) vt quidam dicunt, è genere lapidum eſt, qui inuenitur in capite bufonis. Sunt autem duo genera: vnus ſubalbidus, tanquam ſi lac (multum) mixtum ſanguini (pauco) fuerit, ita vt lactis color ſuperet: & ideo ſanguinis obſcuras vias (venas) in eo dicunt apparere. Et alius eſt niger: & aliquando pingitur in eo bufo ſparſis pedibus & ante & poſt. Dicunt etiam quòd ſi ambo ſimul includantur preſente veneno, eos adurere manũ tangentis. probari autem hunc lapidem, ſi cum exhibetur (admouetur) bufoni viuo, bufo eleuetur contra eum, & ore ſi poteſt attingat. Dicitur etiam præſente veneno variũ effici illum qui ſubalbidus eſt. hoc ſimiliter Euax ſcribit, Hucuſq; Syluaticus. Lapis ex capite bufonis ab homine geſtatus veneni malitiam arcet, Phyſiol. Hic lapis cum bufoni viuo & palpitanti extractus fuerit, in medio ſui oculum habere dicitur: Cum autem bufo aliquandiu ante mortuus fuerit, tunc malitia veneni oculus extinguitur, & lapis viridatur, Liber de nat. rerum. Georg. Agricola libr. 5. de natura foſſilium de brontia, (quam interpretatur bufonis lapidem maiorem:) & de ceraunia, (quam interpretatur lapidem bufonis maiorem læuem) ita ſcribit: Habent etiam lineas eminentes & ſtrias lapides in agris nati, ex quibus eum qui cum tonitruis, vt nunc quoq; credit vulgus, cadit, brontiam vocant Græci, capitibus teſtudinum ſimilem: qui cum imbribus, ombriam. Noſtri ſunt modo ſublutei, modo ſubuirides, modo ſubrubri, modo ſubfuſci, nunc vero variant colore. politi tanquam ſpecula, imagines reddunt. figura ipſis ferè dimidiati globi, rarò oblonga: interdum oui magnitudine ſunt, ſed ſæpius minores. Aliquibus bini ſunt circuli quaſi quidam moduli, (modioli,) à quorum ſuperiori quinæ lineæ eminentes æqualibus inter ſe ſpaciis diuiſæ, procedunt ad inferiorem, quarum ſingulæ vtrinq; ſtriam habent, &c. (has lineas aut ſtrias aliæ aliter habent.) Ceraunia quoq; ex eo nomen inuenit, quòd cum fulmine, vt idem vulgus credit, cadit. nec tantum in Carmania nascitur, ſed etiam in noſtris agris. caret ſtriis & lineis, atq; in hoc differt à brontia. læuis verò eſt, & nunc rotunda, nunc oblonga: cuius genera coloribus diſtinguuntur. nam alia partim eſt candida & pellucens, partim fuſca, alia nigra eſt, alia rubet, Hæc Agricola. Idem in rerum metallicarum interpretatione, Chelonitidas Germanicè interpretatur minores lapides bufonum, Brontia, (vt inquit Plinius) cum tonitruis cadit, vt putant, & fulmine tacta reſtinguit, ſi credimus. De chelonitide vide plura inferius in Teſtudine *H. a.* Rubetæ ſpecies (inquit Chriſtophorus Saluelden ſis) in Gallia & [illegible]nia, cornuta, maculis croceis & nigris liuentibus, nomine borax, in capite gemmam fert eiuſd[illegible]ominis, quæ aliâs coloris in candido fuſci eſt, vt vidimus: aliâs nigra notulis liuentibus nigris, vt noſtri ſunt bufones, qualem habuimus: quæ magnitudine mediocris fabæ & rotundæ erat. Annulis principum includuntur. nam vbi venena ſunt præſens hic lapis colorem mutat, & quaſi ſudans guttas emittit. (Hoc & de gloſſopetra aliqui dicunt. Indica etiam gemma quæ ſubrufo colore eſt, in attritu ſudorem purpureum emanat, Georg. Agric.) & mirè, quod vidi, expetitur à noſtris bufonibus hic lapis, ita vt ſaltu eum rapere nitantur. congregantur etiam circa eum vbi apponitur in terram. Cæterum an gignatur in cerebro bufonis, vt draconites vel echites aliorum relinquo iudicio. Aliqui eum naſci volunt ex viſcoſa illa ſpuma, quam bufones verno congregatæ efflant in caput alicuius eximij quaſi regis bufonis. Et noſtri quoq; bufones tales lapides flare dicuntur, Hæc ille. Sed quòd in cornuta dicta rubeta naſcatur, aliorum nemo meminit, cum illa cæteris minor ſit: gemmam verò in maximis rubetis plerunq; reperiri traditur. quod & nuper amicus quidã Italus ad me ſcripſit, his verbis: Inueniuntur quos ipſe vidi, bufones quidam longitudine palmi, (dodrantis,) & ſuprà, qui nunquam ingrediuntur aquas, ſed ruinas veterum domorum, locaque humida & inter ſæpes habitant. ex iſtis extrahitur lapis contra multos morbos, maximè comitialem, commendatus, Hæc ille. Ego planè perſuaderi non poſſum tanta duritie ſoliditſimum lapidem in animante concreſcere. ſumma enim durities & ſoliditas abſq; ſummis efficientibus cauſis calore aut frigore fieri non poteſt. Tantam verò harum qualitatum vim animalium natura non admittit, intra corpus quidem; quod addo, ne quis ſiliceas marinorum quorundã teſtas obiiciat: itaq; molliores tantum & penè friabiles, hoc eſt qui dentibus non ægrè cõminuantur, in animantibus naſci gemmas verisimile eſt. Etſi oſſa quædã prædura & λίθοειδῆ, vt medici vocant à ſpecie lapidis, in animalium corporibus naſcãtur, in leone præſertim calidiſſima fera: ſed oſſiũ materia diuerſa eſt & flexilis. Batrachiten veteribus dictam gemmã, non aliam eſſe quàm boracẽ vel crapodinã coniicio, tum nominis ratione, nam à batrachoborax nomen corruptum eſt: & ſi non eſſet, vtraq; tamen à rana nomen habet, cum borax ſit *Batrachites gẽma.*

rana rubeta. tum colorum: de quibus Plinius, Batrachitas (inquit) gẽmas mittit & Coptos: vnam ranæ similem colore, alteram ebori, tertiam rubentem è nigro. Et alibi, Batrachites lapis ranæ viridi similis colore atque effigie. Atqui omnes isti colores, & ranæ etiam effigies, in diuersis hodie etiam boracum lapidum generibus reperiuntur. Kiranides batrachiten lapidem phrynon etiam vocat, si rectè legitur: & superstitiosos quosdam rursus indignosque recenseri ex eo memorat. Lapidem ranæ terrestris in capite eius repertum ligato cum diligentia, ac trito (sic habet codex impressus) & appendè ceruici ægrotantis hydropici. pertingat autem vsque ad stomachum. & ita æger gratia Dei sanabitur, Nicolaus Myrepsus interprete Fuchsio. Idem Nicolaus borachium (βοράχιον) lapidem nominat in vnguento de citriis ad liuores & lentigines faciei. sed chrysocollam intelligit, quæ hodie etiam vulgò vbiq; *borras* appellatur. Veneni bufonis bezoar (proprium remedium) est lapis inuentus in capite bufonis, qui apud gemmarios vocatur borax, vulgò crapaudina, Petrus Aponensis. Borace gemma tanquam plana & læui, aliqui oculos salubriter demulceri putant.

Ex iecore & liene.

¶ Iecur chamæleontis pilos detrahere cum ranæ rubetæ pulmone illitum Democritus prodidit, Plinius. ¶ Iecur eis duplex esse ferunt, alterum exitiale, alterum antipharmacum, vt infra dicetur. Item ex his ranis lien contra venena quæ fiant ex ipsis, auxiliatur, Plinius & Nicander: cor verò etiam efficacius est, Plinius.

De veneno rubetarum.

¶ Rubetæ ranæ in vepribus tantum viuunt, grandissimæ cunctarum, plenæ veneficiorum, Plinius. Et alibi, Ranæ quoque rubetæ, quarum & in terra & in humore vita, plurimis refertæ medicaminibus, deponere ea quotidie ac resumere à pastu dicuntur, venena tantum sibi reseruantes. Ex quibus verbis colligimus rubetas tum in aqua tum in terra venenatas esse: terrestres tamen (siue in terra nascantur quædam, siue potius semper in aquis primum degant, pòst illis relictis in sicco) multò nocentiores crediderim. Videntur enim humore venena dilui ac temperari. Quanquam rursus aquæ nonnullæ, in quibus rubetæ, minores præsertim, degunt, ita corruptæ sunt, vt venenum ab illis accipere potius, quàm suum in eis remittere videantur. sed venenum etiam veneno permixtum, quod genere differat, vim eius imminuit. Rubeta rana dicitur quæ palustris vitæ conditionem in terrestrem mutauit. hac autem mutatione, similiter vt chersydrus, ægrè curabilem afflictionem eis qui in eam inciderunt, inducit, Aetius. Matthæolus Senensis etiam rubetas terrestres aquaticis magis venenosas esse scribit, & terrestrium illas præcipuè quæ locis frigidis & opacis reperiuntur, vt in nemoribus vmbrosis vallium, & inter arundineta densa. Quanquam autem ille frigidis locis venenosiores esse scribat, non ideo tamen putandum est in frigidis quoque regionibus magis venenosas esse quàm in calidis, sed contra potius. non enim simpliciter in locis frigidis, sed simul opacis densisq; & humilibus versantes ranas deteriores esse scribit, nimirum propter aerem crassum inclusumq;, & transpirationem prohibitam: cuius contrarium ferè in regionibus frigidis accidit. Sed infra etiam ex Nicandro eiusque Scholiaste æstiuas ranas & in calidioribus locis (id est regionibus) veneni vehementioris esse docebo. Rubeta mulieres veneficæ quondam ad veneficia sunt vsæ, Georg. Agricola: (vt vim coeundi, ni fallor, in viris tollerent.) Aspidis morsus si ranam (nimirum rubetam) comederit, insanabilis omnino fit, Ælianus. Apros in Pamphylia & C[illegible]æ montuosis, salamandra ab his deuorata, qui edêre moriuntur, Plinius: idem fieri audio si rub[illegible]ederint. Sunt & ranis venena, rubetis maximè, vidimusque Phyllos in certamine patinis candefactas admittentes, ocyore etiam quàm aspidum pernicie, Plinius. *Occurrit matrona potens, quæ molle Calenum Porrectura, viro miscet fitiente rubetam*, Iuuenalis Sat. 1. *Fumum præmittere patris Nec volo, nec possum, ranarum viscera nunquam Inspexi*, Idem Sat. 3. Iecoris enim rubetarum fibra altera pernicioſa esse fertur, altera eius veneno resistere. Rubetæ iecur omnino vitiatum est, vt corpus quoque eius totum prauo temperamento afficitur, Aristot. Rubeta venena habet, sed pauca, Albertus. hoc fortassis in Germania verum fuerit, propter frigiditatẽ regionis, alibi non item. aut sic scripsit Albertus aliũ secutus authorem, qui ranunculũ viridem pro rubeta intellexit. sic enim quidam ineptè interpretati sunt. Α᾽σπίδα, φρυῶν, ὄφιν, καὶ λαδικίας πεφυκυῖαν, Καὶ κυύα λυσσητῆσα (λυσσητὰ potius propter carmen) καὶ πάλιν λαδικίας, Suidas in φρυῶνος ex Epigrammate. Sed apud eundem in litera Λ, legimus λαχιδίας, vbi tamen literarum ordo legi postulat λαχιδίας per χ. non per κ in antepenultima: Varinus suo ordine posuit λαχεδίας, quod non probo. Videtur autem deriuari à recto λαχιδὼς, & eunuchus aut cinædus significari, nefanda libidine attritus. nam & λαχίδες dicuntur attritæ aut laceræ vestes, σπαδόνες. Σπάδων eunuchus est: σπαδὼν vero oxytonum, vnde σπαδόνες in plurali, quanquam & σπαδῶνες apud Varinum in plurali legitur, idem quod λαχές. Δαδικίας quidem legi, vt Suidas in φρυῶνος habet, non placet. nam à δίκη λάδικον formari oporteret, vt φιλόδικον. Λαχὶς, τὸ χίσμα, Scholiastes Aristophanis in Nebulas: vbi poeta Ἀλεκτρυόνα pro Ἀλεκτρυαίνα posuit, & λα syllabam produxit. Et rursus in Acharnenses, Λαχίδας, τὰ διῳρυγμένα ἱμάτια, vbi poeta λα syllabam corripuit hoc versu: Πείσας ποτ' ἀνὴρ λαχίδας αἰπεῖταμπέπλων. Sed in Nebulis posset etiam Ἀλεκτρυόνα legi per duplex κ. à λάκκος. nam & λακκόπρωκτος dicitur, & eo in loco ἀπὸ τοῦ πρωκτοῦ fermo est. ¶ Bufone sale extincto magno, si sal in aqua (aquam) dissoluatur, interula verò seu camisia in ea aqua lauetur, illum qui eam induerit, scabie grauissima corripi affirmant, Cardan. Catus serpentes etiam & bufones interficit

ficit, ſed non comedit, (ciconia etiam rubetis abſtinet præterquam in magna eſurie) & lædituꝛ veneno, niſi aquam ſtatim ſuperbibat, Albert. ¶ Rubeta rarò morſum infligit, verum anhelitum conſueuit vehementer virulentum inducere, adeò vt etiam ſi anhelitu contingat tantum, eos qui propè ſunt lædat, Aetius & Auicenna. Apes etiam interimit. ſubiens enim aditus aluei, afflat, & obſeruans rapit euolantes, Ariſtot. Audio rubetas in hortis aliquando iuxta radices plantarũ quarundam, præcipuè ſaluiæ, latentes, veneno ſuo eas inficere. Atqui obſcurus quidam author ſcribit, rubetam ſaluia in cibo delectari, radicem verò eiuſdem letalem ei eſſe. fieri quidem poteſt, vt rubeta non radicem latitans iuxta eam, ſed folia exedendo afflandoq; venenata efficiat. Rubetæ vt inficiant plantã aliquam, aut animal quod caua earũ ingreſſum propius ipſas acceſſerit, inflant ſe, & contrahunt in ſeſe, & mox tenore illo remiſſo exprimunt eliduntq; humorem quendam, quo vicina quæq; leuiter aſpergunt & inficiunt, (vulgus eas aliquid pexmingere dicit,) Hoc modo emiſſione illius humoris, aut etiam ſaliuæ infectas herbas, fraga aut boletos, multos qui guſtarunt, malè affectos conſtat, quoſdam etiam mortuos. Nam ſaliua earũ non minus exitialis eſt quàm napellus, & ſimiliter ſanguis earũ, Matthæolus Senenſis. Fieri poteſt vt etiam perreptando per herbas, tardius enim procedunt, & incubãdo, humoris venenati aliquid relinquant. Huc pertinent Hippocratis verba in epiſtola ad Crateuam rhizotomum: Herbis (inquit) multa reptilia venenum immittunt, & hiatu ſuo internæ ipſarum teneritudini afflictionem pro auxilio inſpirant. Et huius rei ignorantia erit, niſi ſanè nota aliqua, aut macula, aut odor ferus & grauis, rei factæ indicationem fecerit, Hæc ille. Quidam rubetæ venenum inter primi ordinis venena numerant, hoc eſt deterrima & quæ intra tres horas interimant. ¶ Eſt rubetarum genus, cuius non modo potus pernicioſus, ſed illius etiam aſpectus aſpicientibus infeſtiſſimus exiſtit, Ælianus. Et mox, Eius aſpectus hanc improbitatem habet, vt eam aduerſam ſi quis acriter intueatur, & illa contra improbo obtutu ſuo reſpiciat, ac ſuam aſpirationem humano corpori hoſtilem anhelauerit, hominem eo pallore afficit, vt ægroranti ſimilis eſſe videatur: ac pallor per aliquot dies manet, deinde euaneſcit. Rubetam aſpiciens etiam optimè coloratus aliquis pallore tanquam ictericus afficitur, Philes. Bufo habet viſum peſtilentem, Liber de naturis rerum. Rubeta rana paluſtris aſſumpta tumores ciet, Dioſcor. (Φρυῶς βάτραχος ἕλειος,) eſt autem per appoſitionem adiectum, rana paluſtris: Æginera diſiunctiuam coniunctionem, *aut*, adiecit, quem & Ruellius in transferendo Dioſcoride imitatus eſt, cum ita obſcurior ſenſus ſit, & dubitandi occaſio diuerſùmne an idem animal rubeta & rana paluſtris ſit. Nicander eandẽ facit, cui maior apud me ãuthoritas quàm Aetij diſtinguentis non ſolum nomine, ſed etiam remediis, cum cæteri omnes ferè aut non diſtinguant in diuerſa animalia, aut ſaltem remedia eadẽ præſcribant. Marcel. Vergil. aliter conuertit, Hauſtæ rubeta vel muta paluſtris rana: quem reprehendi ſupra in rana gibboſa, quòd non ſolum à Dioſcoridis verbis recedat, ſed etiam falſa ſcribat, cum nulla paluſtrium muta ſit, nec eſſe tradatur ab authoribus. nam Matthæolus in Italica ſua tranſlatione, Potę ſiue terreſtres ſiue paluſtres rubetæ, interpretans, aliud quidem quàm Dioſcorides dicit, verum tamen, vt videtur, cum vtriſq; eadem remedia conuenire vero ſimile ſit. Et quanquam Dioſcorides eadem remedia hîc tradat, quę Nicander non ad rubetam paluſtrem, ſed ad mutam ranam: ſupra tamen (in Gibboſa) oſtendi, Nicandrum quoq; & alios veteres in ranis iſtis venenatis diſtinguendis erraſſe mihi videri.

Halitus bufonis venenatus.

Aſpectus etiam venenoſus.

¶ Vtcunq; eſt, nos hoc in loco ad quaſuis ranas venenatas veterum ac recentiorum ſcripta conferemus omnia. Primum igitur Dioſcorides: Rubera rana paluſtris (inquit) aſſumpta, tumores ciet, pallor corpus vehementer decolorat, (quod alij etiam ex ſolo aſpectu eius euenire dicunt,) vt planè buxeum ſpectetur. ſpirandi difficultas torquet, & grauis halitus (fœtor) oris, ſingultuſq;. inuita interdum genituræ profuſio conſequitur. ▲diuuantur autem facilè ſecundum vomitionem multo vini meraci potu, & arundinis radicis binis drachmis, aut cyperi totidem. Breuiter, cogendi ſunt vt vehementi ambulationi & curſui ſe credant, ob torporẽ quo corripiuntur. quinetiã quotidie lauandi ſunt, Hæc Dioſcorides & Æginera. Rurſus alibi Dioſcorides, Grauis (inquit) odor vomitu regeſtorum leporis marini aut rubetæ veneficia deprehendit. Ranæ rubetæ (inquit Aetius 13. ſ 4.) duæ ſunt ſpecies, altera ſurda (id eſt muta,) altera non. Surda autem exitioſa cenſetur. Paſcitur ea in arundinibus róris linctu viuens: & ex eadem venenũ apparatur: Quod qui acceperint, febris comitatur, extremæ partes incẽduntur, frequẽtiq; anhelatione ac difficili ſpiratione anguntur, &c. vt Dioſcor. Cęterũ facilè opẽ repetiunt, ſi poſt aquæ & olei vomitũ, vinum meracum multum ſumant, aut picem cum vino, (quod remediũ Nicander etiam contra ranã paluſtrẽ vocalem ſcripſit.) Radicem etiam harundinũ in quibus ranæ rubetæ paſcuntur contuſam ex vino bibendam dato, aut cyperum ibidem enatam pondere drachmarum duarũ ex vino. Aut marinę teſtudinis ſanguinem cum leporis coagulo & cumino ex vino præbeto. Porrò dolium inſuper aut furnum igne feruefacito, igneq; extracto laterem imponito, & ægrum immitti, multumq; ac diu exudare iubeto. Cogatur autẽ & ad continentem inambulationẽ, &c. vt Dioſcorides. Et mox cap. 55. Qui ranam paluſtrem acceperunt appetitione priuantur, ſequiturq; oris humectatio, nauſea, vomitus, & oris ſtomachi leuior morſus. Curãtur autẽ vini multi potu cum omnibus quæ calfactoriã vim habent: velut eſt Cyrenaicus ſuccus, laſer, ſilphium, cuminum, piper & ſimilia, Hæc Aetius. Apparet autem eum pleraq; omnia ex Nicandri Antipharmacis

Remedia aduerſus ranas venenatas in genere.

tranſcripſiſſe, aut certe ab alio qui à Nicandro mutuatus ſit, ſed ordine inuerſo. Nam quæ Nicander remedia præſcribit aduerſus ranæ mutæ venenum, Aetius, vt Dioſcorides quoq; aduerſus ranam paluſtrem, quæ vocalis Nicandro eſt, commendat: notas verò ſeu ſigna quæ Nicander in duobus iſtis ranarum venenis diſtinguit, ipſi ferè confundunt, vt & remedia quædam. Sed audiamus ipſum Nicandrum: Ranæ (inquit, vt nos cõuertimus) venenoſæ duorum ſunt generum. vna æſtiua, altera muta viridis, (λαχωδὴς,) quæ verno tempore inter frutices naſcitur, rorem lambens. Harum æſtiua colorem ceu thapſi inducit, membra accendit, (πίμπρησι:) frequentem ac difficilem reſpirationem mouet, odor oris fœtidus ſequitur. Huic ſubuenies ranæ elixæ aut aſſæ carne, aut pice ex vino propinata. Ipſius etiam rubetæ lien auxiliatur, rubetæ inquam paluſtris clamoſæ, quę inter algas primum ſua voce amœnum ver annunciat. Cęterum ſumpto ranæ mutæ illius, quæ inter harundines degit, veneno, plerunq; buxi color membra obſidet: ſæpe os bileo humore abundat, & ſingultus hominẽ cum oris ventriculi quadam eroſione frequentes concutiunt. Eſt quando genitale ſemen viris aut mulieribus (præter voluntatem) effluit. (Quidam interpretantur, vt in Scholiis legimus: Viros aut mulieres, genitura per corpus eorum diſperſa, ſteriles & infœcundos fieri. Raſis etiam ab hoc veneno in mulieribus conceptionẽ impediri tradit.) Sic affectis vĩnum merũ propinato copioſum, & vomitum quanquam non nauſeantibus excites. aut in dolio igne calefacto impoſitis ſudorẽ affatim elicias. Item procerarum harundinum paluſtrium radices ſecãs eodem in loco vbi ranæ verſantur, ex vino propines, aut viuacis cyperidis ſiue cyperi: atq; ipſum ſine cibo potuque aſſiduis ambulationibus exicca & defatiga, Hactenus Nicander. Rubetæ venenum collecturi, inquit Scholiaſtes Nicandri, pellem eius pungunt, & ſaniem emanantem collectã cibo aut potui illius quem occidere voluerint, ammiſcent. Et rurſus, Punctæ rubetæ in ſuperficie tãrum, vulnuſculis minimè profundis, in vas non picatum iniiciũtur, vbi aqua eis affunditur, quæ poſtea cibis aut potibus addita, letalis eſt. Si quis ex iis qui malas artes ingenioſè factitare ſciunt, rubetam primo contriuerit, deinde eius ſanguinem ſiue ad vinum ſiue ad aliam potionem admiſtum cuipiam per inſidias bibendum dederit, is ſanè ſine mora perit, Ælianus. Non autem omnis rubeta veneficiis apta eſt, ſed ea maximè quæ calidioribus in locis reperitur. itaq; per æſtatem venenum efficacius ab ea extrahitur, quod Apollodorus è vino propinari ait, Scholiaſtes Nicandri. hinc fortè ęſtiuam rubetam poeta dixit: & nos ſupra in calidioribus regionibus nocentius rubetarum genus haberi monuimus. Ei qui rubetas bibit (inquit Auicenna 4. 6. 2. 8. quanquam interpres eius non rubetas nominat, ſed ranas lacunales virides, & marinas rubeas) accidit obfuſcatio coloris ad citrinitatem tendens, & apoſtematio (tumor) corporis cum mollitie, & aduſtio in gutture ac ore, item difficultas anhelitus, tenebroſitas oculorum, vertigo & fœtor oris. Et quandoque accidit ſpaſmus aut tetanus, aut ſolutio vẽtris dyſenterica, nauſea, vomitus, permiſtio rationis, & ſyncope. Eſt quando genitura & excrementa inuoluntario profluunt. Quòd ſi quis euaſerit, dentes tamen excident, (& capilli, Arnoldus: pili, Raſis.) Curabitur autem, ſi euomuerit à potu olei & aquæ calidæ, aut vini copioſi: & plurimũ exercitatus fuerit, ac ſudauerit in balneo & ſolio calido, & oleis calidis inunctus fuerit. Salubre etiam ei eſt medicamentum diacurcuma, & *lacha*, (*dialacha*, Raſis 8. 31.) & quicquid hydropicos iuuat: item vinum plurimum, cum tribus drachmis radicum harũdinis, nec non cyperus, & calamus aromaticus cum vino. Et mox ſequẽti capite 9. quod de ranis citrinis inſcribitur, (ſumptum vt apparet ex Aetij capite de ranis paluſtribus ſupra recitato:) Per has inquit, tollitur appetitus cibi, & acidi fiunt ructus, color corrumpitur: ſuperuenit ſyncope, nauſea, vomitus, & dolor oris ſtomachi: & venter & crura apoſtemate (tumore nimirum) afficiuntur. Curandi autẽ ratio proxima eſt curationi præcedentium ranarum quas lacunales & marinas vocauimus, Hucuſq; Auicen. Borax dicta *rm.* (rubeta) genus ranæ venenoſæ, degit in aquis & in terra, redditq; membrum tactu inſenſibile ac ſtupidum, Arnoldus de Villanoua. Caro ranæ ſicca ſumpta & formicæ magnæ terantur, & conficiãtur cum ſucco ſquillæ: Si quis inde biberit *danich*, incurret pruritum, ſcabiem, & maculas peſſimas. Quòd ſi de rana decollata arida ſumpſerit ad pondus aurei in pulte vinóve longo tempore ab acceſſu mulierum prohibebitur. Et ſi mulier inde aliquid ederit biberitve, impedietur eius conceptio, Raſis. Si quis ſanguinem ranarum viridium ſumpſerit, & confecerit cum eo *azarech*, trita, & potauerit ex eo pondus aurei, retinebitur eius vrina, Idem. Atqui apud Arnoldum in libro de venenis ſic legimus: Eius qui biberit aureum de ſanguine ranæ viridis confecto cum auripigmento, obſtruitur vrina. Pota aqua in quam emiſerit bufo ſaliuam ſuam, vel in qua degit, inflatur corpus vehementer ſicut hydropici: color fit liuidus cum permixta citrinitate: dolor & anguſtia accidit in ſtomacho, œſophago & inteſtinis, &c. vomitus & emiſſio ſpermatis vna hora, demum ſyncope mortalis. Pauci euadunt, atq; ij dentes amittunt propter laxam gingiuis inductam mollitiem: quæ huius veneni proprietas eſt, Bertrutius. Ille cui in potu datus fuerit ſanguis bufonis, patietur difficultatem anhelitus, & cardiacæ accidentia. & ſi quis ſputum ipſius (ſaliuam bufonis) ſumpſerit, vicinus erit morti non minus quàm qui napellum biberit. Cura eſt, vt bibatur ſmaragdi ſcrupulus, deinde intrare corpus animalis quadrupedis magni, vt eſt bos, aſinus, vel mulus, vel equus, idq; repetere aliquoties: deinde theriacæ drachmas duas bibere. Et eius bezoar eſt lapis inuentus in capite bufonis, qui borax vocatur, Hæc Petrus Aponenſis, qui eiuſdem libri de venenis cap. 78. communia remedia contra leporem mari-

marinum & ranam marinam præſcribit, & infectorum quoq; eadem ſigna. ranam autem marinam in barbarorum & Arabum ſcriptis ſemper rubetam paluſtrem intelligo. Superioribus annis (inquit Ponzettus cardinalis) quidam cepit cānam, in cuius ſummitate infixus fuerat bufo: & expellens cum ea animalia ex ſuo agro, reuerſus domum, quàm primum incœpit comedere, euomuit cibum quem tangebat: nec ceſſauit donec cibus per manus alterius ei adminiſtratus eſt. Et ita intellectum eſt venenum à canna illa manibus eius inductum: quod cum eſſet craſſæ ſubſtantiæ nec aptum penetrare, cutem ſolum infecit nullo vitæ periculo. Sed neq; anhelando inficit bufo, niſi inflammetur ob iram, vnde fumoſus fit anhelitus: qui ſi craſſus & fœtidus eſſet, vitari poſſet. Saliua quoq; niſi inflammata non inficit: nec poteſt cito inflammari cum valde humida ſit. Quamobrem venefici hoc animal ſuſpendunt, & ſæpe percutiunt baculo. tunc enim ſpuma emanans venenum eſt peſtiferum, ictibus & ira acutum. Eſt autem aliter curādus qui ſpumam ſumpſit, vel ſaliuam (ſic enim lego) vel ſanguinem, aliter morſus. Nam qui ſpumam vel ſanguinem factum acutum ſumpſerit, poni debet in ventre animalis magni, vt mulæ recens occiſæ. calor enim huiuſmodi cum calore naturali animalium perfectorum conuenit, qui inde auctus fortius reſiſtit: & competit omnibus nimium frigidis venenis: & [illegible]etdum calidis, ſaltem quantum ad intentionem roborandi vires attinet. Pro antidoto tamen ſolent dari decem grana ſmaragdi triti cum vino, vel oleum balſami cum lacte. Et cum ſentiunt frigus, vtiliter dantur piſtacia, vel piper longum, Hæc Ponzet. Toxicum poteſt aliquando eſſe frigidum, vt ſpuma vel ſanguis botracis ſupercalefactæ, Idem ego verò hoc venenum tota ſubſtantia eiuſmodi eſſe puto, & natura ſepticum, nec vllum propriè dictum toxicum pro inficiendis ſagittis eſſe frigidum: Vide in Lupo *A.* in aconiti mentione. Quòd ſi venenum iſtud rubetæ ab ipſa inflammata ira verberibuſque ſumitur, & ſupercalefacta, vt Ponzettus loquitur, non debet frigidum videri.

¶ Bufones aridi poti, mortis periculum inferunt, Matthæolus.

¶ His ſubiiciam particularia quædam contra rubetæ venenum medicamenta, vt apud authores obſeruaui. Contra rubetarum venena auxiliatur phrynion in vino pota, aliqui Neurada appellant, à radicibus neruoſis, alij poterion, Plinius. (apparet autem ab hoc ipſo contra rubetas auxilio nomen *laria* ei factum. Phrynos enim rubeta eſt. Noſtro quidem ſeculo, quod ſciam, ignotum.) Item aliſma, quam alij *damaſonion*, alij *lyron* appellant, foliis plantaginis, anguſtioribus, & magis laciniоſis, conuexiſque in terram, aliàs etiam venoſis ſimiliter, caule ſimplici & tenui, cubitali, capite thyrſi, radicibus denſis, tenuibus, vt veratri nigri, acribus, odoratis, pinguibus, naſcitur in aquoſis. Alterum genus eiuſdem in ſyluis, nigrius, maioribus foliis. Vſus in radice vtriuſque aduerſus ranas & lepores marinos, drachmæ pondere in vino poti, Plinius. ¶ Cancri fluuiatiles triti potiq́, ex aqua recentes, ſeu cinere adſeruato, contra venena omnia proſunt, priuatim contra ſcorpionum ictus cum lacte. addi & vinum oportet. eadem vis contra venenatorum omnium morſus, priuatim contra leporem marinum ac ranam rubetam, Plinius. ¶ Cynogloſſus caninas imitatur linguas. Eſt alia ſimilis ei, & quæ ferat lappas minutas: eius radix pota ex aqua ranis & ſerpentibus aduerſatur, Plinius. Ego iſtam cynogloſſo ſimilem, ipſam eſſe cynogloſſon puto. lappas enim noſtra cynōgloſſus fert poſtquam defloruit, in ſummo caule & ramulis. diuerſam fortè iudicarunt, qui ſine caule ipſam primo anno toto viderunt, (ſecundo enim demum cauleſcit) vt ſcribit Dioſcorides. ſimilis error in bechio etiam commiſſus eſt. Plinius tamen caulem cynogloſſo attribuit, libr. 25. cap. 8. thyrſos eius ſemen gerentes memorans. Matthæolus Senenſis cynogloſſum vulgò dictam pharmacopolis, ſecundam hanc Plinij cynogloſſum eſſe putat, lappas ferentem. Dioſcoridis verò cynogloſſum Romæ ſibi viſam, nunquam cauleſcere, foliis craſſis, longis, piloſis, in terra radiatis rotæ aut Solis inſtar. ſed forſitan ea quoq; caulem profert, eo tempore non viſa Matthæolo: quod facilius coniicio, quoniam in petaſite etiam ſimiliter ab eo erratum eſt. Sed quod ad remedium ipſum pertinet, idem hoc præſtari puto ſimiliter à, quauis anchuſæ, echij aut cynogloſſi bugloſſíve radice, vtpote congenerum plantarum tum forma tum facultatibus, ſiccando nempe refrigerandoq́. quanquam cynogloſſus noſtra, mollibus & catulos redolentibus foliis, nonnihil à reliquarum genere diſceſſit, cum nec ita aculeata ſit, nec ſemen ſimile proferat: & vt ipſe iudico, refrigerando efficacior ſit. ¶ Ceruus dextrum cornu terra obruit, contra rubetarum venena neceſſarium, Plinius. ¶ Ex his ranis lien, contra venena quæ fiunt ex ipſis auxiliatur. cor verò etiam efficacius eſt, Plinius. Splenem quidem rubetæ paluſtris veneno eius obſiſtere Nicander etiam docuit: in Scholiis ἐπὸς pro ἀπλῶ malè legitur. Timæus & Neocles medicus rubetas dicunt duo iecora habere: & alterum quidem occidere, alterum alteri aduerſans ſalutem adferre, Ælianus, Philes. Ranarum ruberarum altera fibra à formicis non attingitur, propter venenum, vt arbitrantur, Plin. Rubetæ cinis, ſicut & cinis leporis marini, medicamen eſt contra venenum ipſorum, Albertus. Alius quidam obſcurus, horum animalium cinerem in aqua potum, venena ipſorum expugnare tradit. ¶ Ranarum marinarum ex vino & aceto decoctarum ſuccus contra venena bibitur, & contra ranæ rubetæ venenum, & contra ſalamandras, Plinius. Sunt autem ranæ marinæ Græcorum & Latinorum veterum non paluſtres rubetæ, vt Arabum interpretes transferunt, ſed piſces quidam plani. Vide in Salamandra G. ¶ Teſtudinis marinæ ſanguis cum vino & leporis coagulo cuminoq́ contra ſerpentium morſus, & hau-

aduerſus rubetæ venenū.

ſta rubetæ venena, conuenienter bibitur, Dioſcorid. Sanguis teſtudinum terreſtrium contra ſerpentium omnium & ranarũ venena auxiliatur, ſeruato ſanguine in farina pilulis factis & cum opus ſit in vino datis, Plinius. ¶ Mirè efficax eſt contra rubetas quinta eſſentia theriacalis noſtra, nec non oleum noſtrum de ſcorpionibus, quæ ſupra deſcripſimus in prologo in hunc ſextum Dioſcoridis libruṁ, Matthæolus Senenſis.

¶ Rubeta ſi conſpuerit hominem, mox pilos omnes amittet ille, Kiranides. Aduerſus venenum rubetarum (ſiue morſu nimirum ſiue aliter infecto corpore) terra ſigillata vera, quæ vulgò terra S. Pauli nominatur, ſaliua ſubacta vtiliſſimè imponitur, Theophraſtus Paracelſus.

De rubetæ morſu. ¶ Bufonis morſus venenoſus eſt, vt ſerpentis, Arnoldus: ſicut ſerpentis ſecundi ordinis, Albertus. Peſſimus eſt bufonis morſus, & inſanabilis efficitur, Obſcurus. Membra ſtupore afficit, Ponzettus. Catus cum bufonibus quoque pugnare dicitur: quorum licet venenatis aculeis (fortè dentes eorum ſic nominat) impugnetur, non tamen necatur, Obſcurus. Rubeta dum ſpiritu expletur exa[illegible]rat & vibrat terga, atq; ob id ipſum audentior euadit, (audentius inuadit.) ad lædendum itaq; & [illegible]ifeſtè inſurgit, & ſaltibus interpoſitum ſpatium contrahit, rarò quidem morſum infligens, ſed anhelitu (ſuſpirio, Hermolaus) virulento inficiens, Aetius 13.36. Dentes cum inflixerit, negant morſum remittere, vt & ſalamandram: & ſi auellatur, letale eſſe. itaq; relinquendam aiunt à morſu pendentem. Lege ſupra hiſtoriam in *D.* Qui à rubetis læſi (morſi) ſunt, his omne corpus intumeſcit & diffinditur, ac citò omnino pereunt. Porrò quæ opem auxiliatem his ferre poſſunt, ex vniuerſalibus & communibus antidotis ac epithematis huc transferantur, itemq; & reliquis quæ ad curationem pertinere videbuntur, Ibidem: ex quo loco Auicenna etiam tranſtulit 4. 6. 5. 25. Ex morſu (inquit) rubetæ apoſtema magnum accidit, & interitus velox. Curatio autem adhiberi debet per theriacam magnam, & huiuſmodi (communia remedia.) Lac muliebre contra morſum ranę bibitur ſtillaturq;, Plinius. Damaſonium morſis a rubeta prodeſt, Dioſcor. Eryngij radix illinitur plagis (venenatis,) peculiariter efficax contra cherſydros ac ranas, Idem. Bufones etiam morſu ſuo, quanquam non profundo, venenum immittunt, Matthæolus. Morſis a bufone ſufficit dari de oſſe quod etiam in latere dextro capitis eius reperitur, Ponzet. Atqui Plinius, qui ſolus huius oſſiculi mentionem fecit, non in dextra rubetæ capitis parte, ſed ſimpliciter in dextro latere contineri ſcribit, nec vllam vim contra huius animantis morſum ei attribuit. Decepit fortè Ponzettum quod Aponenſis ſcripſit, lapidem in capite bufonis repertum præcipuum contra eius venenum eſſe remedium: conſtat autem non lapidem, ſed oſſa tantum in eius capite reperiri, vt ſupra docuimus.

De humore rubetæ quem quidam vrinam eius vocant. ¶ Vulgus noſtrum humorem quem inflata iratáq; rubeta emittit, vrinam eius vocat: & permixtum illum dicit, qui eo aſperſus fuerit. De hoc veneno etſi iam ſuperius ſparſim egi, hic tamen priuatim quædam commemorabo. Cutim ſic infectam putreſcere aiunt, & difficulter ſanari. Rubeta tum terrena tum paluſtris, ſi bacillo ſæpius verberetur, inflato corpore virus primo è clunibus exprimit lõgius, deinde ſudat: cuius ſudoris lactei gutte admodum grauis & putidi ſunt odoris, ac cum occiditur ferè opij, Georg. Agricola. Lacteus quidem venen humor eſt in ſalamandra etiam & lacertis aquaticis, forſan & terreſtribus. Itaq; ob colorem ſpumam aliqui (vt Ponzettus) hoc venenum vocant, fortè & ſaliuam eandem: niſi ea oris propria videatur. Si rana ſaliua ſua oculum aſperſerit, præcipuum eſt remedium in lacte muliebri, Plinius.

De mulieribus quæ bufones & ſimilia animalia peperere-runt. ¶ Mulieres aliquando vnà cum fœtu humano pecus etiam concipiunt: ſic enim Cælius Aurelianus & Platearius nominant: & interdum ranas ſeu bufones, & lacertos, aut ſimilia eis animalia. cuius quidem monſtroſæ conceptionis cauſam aliis inquirendam relinquo. Notandum (inquit Plateārius in capite de retentione menſtruorum) quòd ea quæ valent ad menſtrua prouocanda educunt & ſecũdinam, & bufonem fratrem Salernitanorum, (ſic & lacertum Lombardorum fratrem aliqui nominarunt.) Notandum etiam quòd mulieres Salernitanæ in principio conceptionis, & maximè quando debent fœtus viuificari, prædictum animal nituntur occidere, bibentes ſuccum apij & porrorum, Hæc ille. Mulier quædam recens nupta, quum omnium opinione prægnans diceretur, loco fœtus, quatuor animalia ranis ſimillima peperit, & optimè valuit: ſed poſtea circa pectinem dolorem ſentiebat, quẽ paucis adhibitis remediis ſedauimus, & pulcherrimè viuit. Similiter mulier alia quum puerum optimè peperiſſet, inter ſecundas animal ranæ ſimillimum eiecit, & ipſa & puer pancratice habent. Mercatoris quoq; cuiuſdam vxor abortiuit, & altero poſt abortum die ſimile animal peperit, vt multis aliis euenſſe vidimus, præcipuè Anconitanis. Debet autem animal hoc inter molæ genera adnumerari, Amatus Luſitanus in Curationibus ſuis cap. 27. Idem in Heluetia euenſſe mulieribus quibuſdam audio, ſed rarius.

De bufonibus in quorundam inteſtinis repertis. ¶ Cæterum in ventriculis quorundam aut inteſtinis bufones reperiri, facilius reddi ratio poteſt. videtur enim fieri id aliquando poſſe genitura ipſorum, vno aut altero ouo ſcilicet à cõtinua illa ouorum ſerie ſeparato, cum potu aquæ hauſta. Quanquam enim in terra & aquis bufones ex putredine naſcantur, in corpore tamen humano id fieri poſſe non eſt veriſimile. nam lumbrici quidem intus ex putredine naſcuntur, ſed non tam corrupta & praua qualem generandis bufonibus ſubiici oporteret. & lumbrici nihil ferè quàm carnei ſunt, vt facile ex putredine quauis generentur, bufonis verò

vèrò corpus variis membris, organis, & ossibus cõstat, vt id nisi hausta genitura in homine nasci non credam. Ea verò cum hausta fuerit in potu facile ventriculi villis adhæret propter substantiam viscosam & tenacem. non concoquitur verò neq; vincitur à vẽtriculo, cum naturam nostræ prorsus contrariam habeat, à qua tamen venenum fortè in corpus non dispergitur, quoniam pellicula continetur tum ouum, tum multò magis cum ex eo animal nascitur, & in ventriculo manet, & meliore intus succo nutritur à prima statim origine. adde quod minus veneni in genitura quæ in aqua fuerit esse verisimile sit, vt in ipsis rubetis aquaticis minus quàm in terrestribus: & insuper vicinitatis paruitatione. quo grandius enim animal quodq; venenatũ sit, eò magis siccescit, & syncerius venenum habet. itaque in regionibus calidis & siccis, non tam caliditatis puto quàm siccitatis ratione, aut certe
10 vtriusq; pari, vehementiora animalium venena sunt. quod si minora tenetioraq; animalia, vtpote humidiora, minus noxia sunt, genituram ipsam quantum fieri in cuiusq; genere potest minimè noxiam esse oportet. Neq; hoc tamen prohibet quin animalium quorundam, (in genere serpentium, lacertorum & insectorum,) oua interimere possint: cum quorũdam adeò intẽsum sit venenum, vt quamuis per gradus aliquot imminutum adhuc interimat, tardius tamen. Bufonum verò venenum cum non sit vehemens, in nostris præsertim regionibus frigidis & humidis, minus mirum fuerit veneni illius quod genituræ ipsorum inest vim tam debilem esse vt multo tempore superstes homo durare possit. quod quidem etiam in aliis quibusdam venenis septicis ex plantis contingit, vt aconito: sic enim temperari possunt à maleficis, authore Theophrasto, vt lõgo post tempore interimant. Etiamsi verò quod genituræ inest venenum minus esse dixerim, grauida tamen animalia venenata, eo tem-
15 pore quo oua aut fœtum gestant nocentiora sunt: non quòd ab ouis fœtúve veneni aliquid accipiant matres, sed quoniã si quid boni & dulcioris succi habent alendo fœtui cõmunicant, vnde corpus eorum siccius manet, & deterior tantum succus eis relinquitur. Sed hæc fortè intẽpestiuius, cum in eo sermone qui in genere de animalibus venenatis instituitur, tractari deberent. ¶ Natos quidẽ in corpore bufones, hoc potius quàm ranarum nomine dici puto, quòd colore sint lurido: & verisimile est à sumpta etiam ranarum in potu genitura, ranas in corpore natas, & forma non nihil, & colore præcipuè, à ranis quæ in suis aquis nascuntur differre, propter alienam nutrimenti & quo continentur loci naturam, aeriq; & Solis priuationem: itaque ranas etiam intus natas bufones appellari. Interim tamen non negãrim verorum etiã bufonum genituram aliquãdo hauriri, & veros inde bufones nasci. non mirum autem posse eos ita inclusos viuere, cum alioqui etiam in cauis latere soleant, & hybernos menses abditi exigere: & aliquando saxis etiam inclusi viui reperiantur. Raro enim pulmone
30 genus omne ouiparum est, nec tantum respiratione indiget quantum viuiparæ animantes. ¶ Ad bufones in ventre natos: Serpentem exenterato, caput & caudam ad dũos digitos amputato. reliquum corpus in frusta aliquot secato, in aqua elixato, & pingue supernatans sorbeto, sic bufones vomitu reddes. hoc remedium repetes, donec omnes euomueris. Postea medicamentis restauranti-
bus & aromaticis vtitor, Liber quidam Germanicus manuscriptus.

H.

Synonyma.

a. Rubeta inflat se irata, tam proteruè audax vt insiliat quoque proximum, quanquam suspirio se frequentius quàm morsu vindicans, buffo inde, vt arbitror, a Vergilio & vulgo dicta, Hermolaus. ¶ Καμφίκτοι, rubetæ, φρυῶνι, apud Rhodios, Hesychius & Varinus. accedit nonnihil hæc vox ad
40 Gallicam *crapaude*. φρυῶος scribi debet, vt sit vox penanflexa, non paroxytona neq; oxytona, vt quidam ineptè scribunt. Nicander & alij penultimam rectè producunt: quare cum acuto scribi non potest. φρυίος etiam in Etymologico & apud Varinum legitur pro rubeta, ὡδὲ τὸ ἀμφὶς ἴσον τοῖς τὰς ἄλλας βαράχας, ἢ ἀπὸ τοῦ φέρεσθαι ἀπὸ τῆς λιμνάδος φύσιος ὅπερ ἐστὶ (fortè τόπον) χερσαῖον. Item φρυίνιον, & φρυὴ, τῦ φρυνὶς in Lexico Græcolatino nescio quàm rectè. φρυὴ in fœminino genere apud Nicandrum, poeticum tantũ videtur. vsurpat tamen Ælianus quoq; de animal. 11. 11. φρυίχος pro φρυῶος reperitur apud Galenum libro septimo de compos. medicaminum generalium, in mentione acopi ex rubetis. ipse quidem erratum suspicor, quum sæpius ibidem φρυῶνι non φρυίχοι (quod semel tantum scribitur) nominentur. Chrysippus philosophus tradidit phryganion adalligatum remedio esse quartanis. quod esset animal, nec ille descripsit, nec nos inuenimus qui nouisset. demonstrandum tamen fuit à tam graui authore dictum, si cuiusquam cura efficacior esset ad inquirẽdum, Plinius. Ego
50 non aliud animal à Chrysippo quàm rubetam indicatum puto, quoniã & nomina vicina sunt phrynion & phryganion: & fortè vt Latini rubetam dixêre, quod inter vepres & rubos dêgat, sic Græci quidam phryganion à phryganis id est virgultis minoribus, quæ aliqui suffrutices nominant, alij per syncopen phrynion & phrynon. Conuenit & remedium. Nam vt Plinius ipse alibi scribit, Rubetæ ablatis vnguibus adalligatæ quartanis liberãt. iecur etiã eius vel cor adalligatur ad quartanas, item osficulũ è dextro eius latere. Esto igitur phryganiõ Chrysippi rubeta, quoniã certius aliud adhuc nemo docuit. φρυῶος. βάραχες ἢ παχὺς, Hesychius: sed forsan ἢ coniunctio tolli debet, aut pro ea legi articulus ὁ. vt sensus sit, rubetam, crassam & turgidam ranam esse. φρυῶς ὁ ἀδιάπλαστος βάτραχος, Suidas. videtur autem error. adiaplastos enim informem significat, qualis rana, nondum scilicet in membra & pedes digesta, γύρινος vel γύϊνος non φρυῶς vocatur. Et sanè grammatici γυϊνὸς interpretantur βα-

πάχος ἀδρὸν πλάσεως, vt ſcripſi in Rana C. Si quis tamen adiaplaſton hic ſimpliciter pro craſſo & inarticulato accipiat, permittã illi, ſed ſic vt impropriè ita accipi moneam. φρῦνος quidem pro γάμφος facilè ſcribi ab imperito aliquo potuit: nec obſtat authoritas Lexicorum Græcorum, cum & alia ſimilia errata in eis deprehendantur. Petrus de Tuſignano barbarus ſcriptor, buffonem, quem & bubonem nominat, inter peſtilentiales abceſſus numerat, vt barrachion quoque. ſed hoc à materia venenoſa excitari ait, bubonem non item: quem ridiculè buffonem nominari putat, quoniam vt animal huius nominis continuò ſtet. ſic enim loquitur.

¶ Epitheta. Φρῦνος ἱερεύμενος, ἠρόεις, λιμνᾶος, πολυτρὸς, apud Nicandrum. Lurida rana apud Varronem, vt coniicio, rubeta eſt. Poſſunt quidem ranarum quædam epitheta etiam rubetis attribui, vt turpis, paluſtris, rauca.

Homonyma, & derivata.

¶ Phrynion frutex eſt, qui aliàs *poterion*, apud Plinium & Dioſcoridem, &c. ſic dictus quod aduerſus rubetarum venena auxilio ſit, vt ſuperius in *G.* ſcripſi. Idem nomen etiam paronychiæ apud Dioſcoridem attribuitur. Quidam Germanicè herbam quam vulgus medicorum cotulam fœtidam nominat, **Krottendyll**, id eſt anethum bufonum appellant, cui ego nihil cum bufonibus rei eſſe puto: & fictum Germanicum nomen à ſimili Latina voce cauta vel cotula: & ſimiliter ſimillimam ei, niſi ſuaui odore differret chamæmalum, **Krottenkraut**, id eſt herbam bufonum aliqui vocant. Harum ſimilitudinem in floribus parthenium repræſentat, quam Hetruſci olim cautam vocitabant, vt inter nomenclaturas Dioſcoridis legitur. Sed in quibuſdam Heluetiæ locis herbam botryn appellant **Krottenkraut**: nimirũ quod foliis circa radicẽ priuſquam cauleſcit ſeſſilibus terræ incumbat: niſi fortaſſis à rubetis etiã apperitur in hortis vbi ſeri aut ſponte naſci ſolet. Noſtri etiam lactariã quandã herbam, quæ tithymalis adnumerari poſſit, minimã in eo genere, denſam & fruticoſam, locis cultis prouenientem, **Krottenkrut** nominant: quæ veterũ chamæſyce videtur. Chamæbatum aliqui **Krottenbeere** vocitant, alij ſambucum aquaticam eodem nomine. Sunt qui linariam vulgò dictam, Germanicè **Krottenflachs**, id eſt linum rubetarum interpretantur. Ruellius de nat. ſtirpium 3. 112. tertium genus lideritidis à Gallis vulgo *herbam terrenam* vocari meminit, à nõnullis *crapodinam*, quòd bufonis modo ſemper ſeſſilis humi reſideat. Cicutam nonnulli **Krottenpeterle**, id eſt petroſelinum ſeu apium bufonum dicunt, vt Laur. Friſius annotauit. *Garab* eſt arbor ſuper quã generatur borax, Vetus gloſſograph. Auicennæ. intelligit autem per vocem borax lanam xylinam ſiue goſſipium, quæ à nonnullis vulgo *borra* nominatur.

¶ Φρυνολόχος ἰὸς ἕρπει, id eſt rubetarius accipiter vocatur, qui rubetis inſidiatur vt deuoret. ¶ In littoribus Oceani Gallici *crappam* quaſi *crappaudam*, id rubetam nominari audio piſcem quem accolæ Balthici littoris *torſch* vocitant, cuius corpus totum in capite & cauda eſt. (Hunc poſtea cognoui ranam piſcatricem eſſe.)

¶ Veteres (hoc eſt ſuperioris ſæculi apud nos pictores) ad denotandam auaritiam, mulierem bufoni inſidentem pingebant, (cæcam, cor manu comprehenſum rodentem,) quòd bufo licet totus in terra occultetur, non ſatis tamen terræ in cibo abſumere auſit, Mich. Herus.

De tribus bufonibus Gallorum regum inſigni.

Gallorum reges inuenio olim inſigne regni habuiſſe tres bufones nigros in ſpatio flaui coloris: poſtea verò Clothoueum tria lilia aurea in ſpatio cæruleo tanquam cœlitus tranſmiſſum inſigne vſurpaſſe. Troiani Ilio deſtructo traiecto mari circa Mœotin habitarunt: vbi cum à Gothis infeſtarentur, Marcomirus rex eorum cum reliquis populi præfectis, nouam & quietiorem ſedem quærere ſtatuit. Et cum oraculo moneretur vt locum illum adiret vbi Rhenus in mare illabitur, à maga etiam Alruna nomine ad profectionem illam ſuſcipiendam impulſus eſt. Effecit enim mulier illa arte ſua vt noctu appareret regi Marcomiro ſpectrum quoddam triceps, aquilæ, bufonis & leonis capitibus: ex quibus aquila his verbis eum allocuta eſt: Genus tuum ô Marcomire opprimet me, & conculcabit leonem & interficiet bufonem. Quibus verbis ſignificauit futurum, poſteros eius Gallis Romanis & Germanis imperaturos, Munſterus.

¶ Propria. Phrynis, cytharœdus Mitylenæus. Phrynichi duo Athenienſes tragici, tertius comicus, quartus ſophiſta Bithynus, quorum omnium Suidas meminit. Apud eundem Φρυνίων proprium viri nomen. Phryne, meretrix olim famoſa. Euſtathius Iliados χ. interpretans, Phrynẽ meretricem alteram Theſpicam fuiſſe ſcribit: alterã Seſtum cognomine σπὸν, ἀφ' ὃ τὸ ἐπονείδιον καὶ ὀνειδίων τὰς αὐτῆς συμφοράς. Alij verò, inquit, Phrynen alteram λευκόγαλον cognominatam ſcribunt, alterã Saperdion. Mneſarete aurea fuit Delphis, ea ſcilicet quæ Phryne cognominata fuit propter pallorẽ, Plutar. in libro Cur Pythia non amplius carmine reſpondeat. Phrynondas, Φρυνώνδας, vir Athenienſis fuit, notæ improbitatis, non minus Eurybate, vnde homines malos Phrynondas cognominãt, Etymologus. Euſtathius quoque Phrynondam hominem improbum & malignum fuiſſe refert. Φρῦροι populi ſunt Scythiæ Dionyſio in Periegeſi, aliàs Φρυῶν ὁμοιώμασι τῷ ζόῳ, id eſt ranis rubetis cognomines, Euſtathius in Dionyſium.

¶ *c.* Muſtelas fluuiatiles, quas noſtri thryſcias vocant, alij **quappen**, **alquappen**, cum ranis aquaticis maioribus coire putant aliqui: vel etiam cum rubetis aquaticis. nam & oris rictu ranas referunt, & ventriculus eorũ appendices quaſdã habet pedibus ſeu manibus raninis ſimiles. hinc Saxones dicunt

cunt prouerbio, Es ward ein quapp no nit so gůt, Sie heft inn sick eyn patten fůl, vt Christoph. Encel. annotauit. ¶ *Buffones gigno* (anas loquitur in poëmate Io. Vrsini) *putrida tellure sepulta, Humeres planij fortè quòd ambo sumus. Humet is & friget, mea sic vis humet & alget Cum perit in terra qui prius ignis erat.*

¶ *c.* Archibius ad Antiochum Syriæ regem scripsit: si fictili nouo obruatur rubeta rana in media segete, non esse noxias tempestates, Plinius. Multi ad milij remedia, rubetam noctu aruo circumferri iubent, (Democritus iubet, Ruellius) priusquam farriatur, defodiq; in medio inclusam vase fictili: ita nec passerem, nec vermem nocere: sed eruendam priusquam metatur, alioqui amarum fieri, Idem. Sunt qui rubeta rana in limine hordei pede è longioribus suspensa, grana inuehere iubeant, (contra gurguliones,) Idem. Venerem concitant nerui rubetæ dextro lacerto adalligati. Amorem finit in pecoris recenti corio rubeta alligata, Plinius. Sunt & aliæ quædam superstitiosæ huiusmodi nugæ ex rubeta aut partibus eius adalligatis, præsertim osticulorum quæ in lateribus eius reperiuntur, quas supra in *G.* recitauimus. *Superstitiosa quædam de rubetis.*

¶ *h.* Bufonem vndecunq; & quomodocunq; obuium veteres in auguriis felicissimum habuerunt: nam licet vel solo visu molestus sit, hominibus tamen nihil feliciores successus enunciat bufone. auguria enim cum vel nomina sint deorum, multoties per ea quæ primo aspectu molesta sunt, hominibus deferuntur, Aug. Niphus lib. 1. de auguriis. ¶ In hominem stolidum & nullius mentis vulgus nostrum prouerbialiter dicit, Su hast áben sinn/ wie ein frott haar: Tantum sensus tibi inest, quantum pilorum rubetæ. *Bufo obuium bonũ omen veteribus.*

DE RANA VENENATA FOSSILI.

RANA venenata, quam metallici nostri ex ignis colore qui insidet ei, πυρίφλεγες, (Feurfrott,) nominãt, in saxis perpetuo quasi cõdita & sepulta latet. Altius intra terrã gignitur, & reperitur modo in venis, fibris, saxorum commissuris, cum hæ excauantur: modo in saxis ita solidis, vt nulla foramina, quæ videri possint, appareant, cum cuneis diuiduntur. Quo sanè modo & Snebergi & Mannisfeldi fuit inuenta. Ea ex subterraneis cauernis elata in lucẽ primò turget ac inflatur, mox de vita decedit. talis etiã rana crebrius reperitur in Galliis Tolosæ in saxo arenario rubro candidis maculis distincto, ex quo molæ fiunt. quocirca id genus saxa omnia priusquam molas ex eis faciant, perfringunt. quod si fecerint, ranæ, vbi, cum molæ versantur, concaluerint, inflari solent, & disruptis molis frumenta veneno inficere, Georg. Agricola.

DE RANIS. RVRSVS EX BELLONIO.

RANA aquis innatat, saltando per terram graditur. Multorum quidem est generum, sed palustris ac marina tantum edulis est. Venenata est quæ cœnosis antris ac cloacis plantarumq; radicibus, & sub terra altè defossa reperitur, rospum & buffonem nominant. è cuius capite detracti calculi, oculis ac venenatis poculis mederi falsò circulatorum vulgus autumat. hi enim potius à rubetæ cerebro detrahuntur: vulgus nostrum crapodinas appellat: quas ab antiquis chelonites vocatas postea docebimus, cum de lapidibus nomen à piscibus habentibus à nobis differretur. *Rana venenata.*

Rana marina ad palustrem accedit, sed cartilagines habet ossium loco, estq; palustri procerior, atque æstuariis frequens, vt suo loco tractabitur. (Vide in rana piscatrice *G.*) *Marina.*

Rana palustris paucis antehac annis in cibis apud nos expetita, ore est prægrandi, nullis dentibus prædito, quod foras ex aqua, testudinis modo, emittit, vt auram excipiat: chamæleonem in cibo capiendo imitatur, vesciturq; muscis, locustis, millepedibus, erucis, culicibus: quibus dum insidiatur, linguam ternûm digitorum longitudinis foras exerit ac vibrat, in cuius extremo spongiosus quidam veluti mucus, visci modo, quicquid contingit, agglutinat, vt integrum scarabeum plerunq; in aluum demittere conspiciatur. Ad quod munus osticula vtrinq; duo in radice linguæ (vt & serpentes) habet, quibus ipsa miro naturę artificio confirmatur. Ranæ oua pariunt, coeunt, fœtusq; emittunt continuo veluti filo sibi cohærentes (carnes minutim consciſſas ac nigras esse dixeris) gyrinos vocant, oculis & cauda insignes, qui mox in posteriores pedes abeunt. Ranæ hepar in tres lobos distinctum est, sub quo vna vtrinque pulmonis pars apparet: lienem quoque rotundum & paruum habet: intestina nodulis intercepta, velicam, testes, ac cætera ferè interiora membra reliquis animalibus terrestribus similia, Bellonius. *Palustris.*

¶ Rana muta quam gibbosam cognominaui, ab Italis *scompisson*, id est permictrix appellatur. eam procul saltare aiunt, & interim permingere hominem. *Muta.*

DE CORDVLA SIVE CORDVLO.

Vide plura in libr. de piscib. in Cordylo. Itẽ infra in Appendice p. 26.

CORDVLA, κορδύλη, palustris est vel potius lutaria vt rana quoq;, Aristot. 1. 1. hist. anim. Et alibi, Cordulus (κορδύλος) non pulmonem, sed branchias habet, egressusq; cibum petit in terra solus aquatilium, & quadrupedes idem est vt ad ambulãdum idoneus. Et rursus, Cordula (aliàs crocodilus, quod non placet) natat pedibus & cauda, quam similem siluro habet, quoad paruum magno licet cõferre. Et lib. 4. cap. 13. de partib. anim. Corduli (κόρδυλοι) quamuis branchiis præditi, pedes habent, quoniam pinna carent, caudam etiam habent laxam & latam, μακρὰν καὶ πλατεῖαν. Alia est cordyla siue

ſcordyla vel cordylus ſcordylúſve piſcis, de qua in Thunni piſcis hiſtoria dicemus. Cordula quidem quadrupes mihi ignota eſt. apparet autem eam ambigere inter piſces & ouiparas quadrupedes, ac ſui omnino generis eſſe. Cauda & pedibus ſcinci etiam ſiue lacerti aquatici natant, & in terram egrediuntur: ſed ij pulmone non carent, vt puto: nam Bellonius, qui lacertos aquaticos cordylos facit, pulmonibus eos carere aſſerit. Cordyla, κορδύλη, animal eſt paluſtre, πλαναῖον, ſimile aſcalabotæ, id eſt ſtellioni, Heſychius. Albertus piſcem quendam diem appellat, qui eodem die quo natus eſt perficiatur moriaturq́; pedibus duobus & totidem pinnis præditum. Corruptus eſt locus ab ephemero animali, cui pedes quatuor & totidem pinnas tribuit Ariſtoteles.

DE CORDVLO. RVRSVS EX BELLONIO.

CORDVLVM Ariſtoteles, κορδύλον Numenius vocat, id ſalamandrini amphibij genus, quod pharmacopolarum officinæ falſò pro Scinco exponere ſolent. viuiparum animal eſſe comperimus, admodum alacre, in quo ſalamandram excedit: ſcinco multò minus, branchiis præditum, pinnis lateralibus carens, caudam laxam & latam habens, ſiluri modo (quoad paruum magno licet conferre) minimè ſquamoſum, tergore nigricante, ac glabro, tuberculis tamen horridulo, quodque facilè glubi poteſt, digitiſque attrectatum lacteum humorem vt ſalamandra emittit, qui naribus admotus virulentum quidpiam referat: roſtro obtuſo, dentibus aſperioribus communito, digitis anteriorum pedum in quaternos, poſteriorum in quinos articulos diuiſis: quod dum per aquam fertur, pinnam carnoſam erigit, quæ à vertice ſecundum dorſum vſque ad caudam protenſa, ipſam ambire conſpicitur. quamobrem ſinuoſo corporis impulſu, ſiluri, anguillæ ac murenæ modo natare ſolet. Proinde quòd ad eius interiores partes attinet, linguam ranæ fluuiatilis modo ſpongioſam habet, qua glutinis more facile ad os adducit hirudines fluuiales & terreſtres oniſcos & lumbricos, quibus præcipuè veſcitur: ob idq́; circa fauces fortaſſe id ipſi pulmo eſt. reſpirat enim eam partem mouendo, vt ranæ, vt obſeruaui in capta quam manu tenebam. quiddam veluti carnoſum ad linguæ radicem illi extuberat. Cæterum coſtis ac ſterno, vt & ſalamandra caret, oſſaq́; pro ſpinis gerit, cor ſpongioſum, dextro lateri incumbens, cuius auricula ſiniſtra maiorem pericardij partem occupat: pulmonibus caret, branchiis enim præditus eſt. hepate eſt nigerrimo, ad conuexam partem aliquantulum bifido, liene ſubrubro, ventriculi fundo adhærente: renibus ſpongioſis, cruribus ferè incumbentibus, qua in parte (& circa ſpinam) carnoſus tantum comperitur. alioqui ad pectus, & ſub ventre totus cutaneus eſt: ouagerit in bicorni vulua per ordinem, vt in viuiparis cartilagineis diſpoſita, quæ rufo quodam adipe fouentur, ex quibus poſtea viuos fœtus, eosque numeroſos, vt & ſalamandra excludit, Bellonius. ¶ Nos hoc animal non cordulum, ſed lacertum aquaticum nominauimus, & figuram eius hiſtoriamq́; inter quadrupeda ouipara poſuimus. Quòd ſi branchias habuerit (vt Bellonius ſcribit. neque dum enim id ſatis obſeruaui. in ſiccis quidem, quos hæc dum ſcriberem inſpexi, lacertus aquaticus quem vidi viuum, oculis aureolis, exiguum, ouis plenum ſubfuſcis, branchias nullas habebat. ſed neque pulmonem in eo reperire potui, nec lacteum vllum humorem emittebat. nullæ mihi apparuerunt) non dubitabo etiam ipſe cordulum eſſe fateri. Cordylum Ariſtoteles amphibium eſſe ſcribit, & perire illum Sole exiccatum (ἀναβάντα, lego αὐαβάντα.) Numenius eundem in Halieutico curylum (κύρυλον) vocat, his verſibus: Τοῖσί τε καὶ ἅρμενα πάντα παρηλίσκαρσι δὲ μῦες, Κύρυλοί τε πυρῆα ἐὸν λίθῳ ἔμπλαδες, Athenæus lib. 7. Ego de cordylo nihil tale apud Ariſtotelem legiſſe memini.

Vide ſupra in Quadr. Ouipar. pag. 78.

DE SALAMANDRA.



Figu-

Figura prior ad viuum expreſſa eſt. altera verò quæ ſtellas in dorſo gerit, in libris quibuſdam publicatis reperitur, conficta ab aliquo, qui ſalamandram & ſtellionem à ſtellis dictum, animal vnum putabat, vt coniicio. & cùm à ſtellis ſtellionem dictum legiſſet, dorſum eius ſtellis inſignire voluit.

A.

LACERTORVM genera plura ſunt, vt ſalamandra, ſaura, ſtellio, Iſidorus. Salamandra, non vermis vt inepti quidam literatores volunt, ſed lacerti genus, Σαλαμάνδρα Græcè vocatur. quod quidem nomen pleræq; omnes linguæ hactenus retinent: eò quod veram ſalamandram vbiq; opinor ſatis frequentem nemo ferè cognoſcendam ſibi curârit, & omnes neſcio quam peregrinam & portentoſam beſtiam ſibi finxerint. Videtur etiam Ariſtoteles tanquam de ignoto animali dubius de ea loqui, vno tantum in loco, cum inquit: Nonnulla corpora eſſe animalium, quæ igne non abſumantur, ſalamandra documento eſt: quæ vt aiunt, ignem inambulans per eum extinguit. Nam ſi nota ei fuiſſet, nec ex fama tantum de ea ſcribere, neque rem falſam, vt poſt dicemus, aſſerere debebat. Lacertum Arabes *ſamabras*, vel, vt Bellunenſis apud Auicennam legit, *ſaambras* vocant. vnde ſalamandræ Græcis Latiniſq; deductum vocabulum facilè coniicio. Accedit nonnihil etiam Hebraica vox *ſemamit*, quæ ſtellionem ſignificat, Prouer. 30. etſi alij araneam, alij ſimiam interpretentur, vt diximus in Simia *A*. Ridicula Iſidori opinio eſt, qui ſalamandram dictam ſuſpicatur quaſi *valincendram*, quòd contra incendia valeat. Idem & Albertus & alij quidam recentiores ſalamandram, ſtellionem & chamæleontem magno errore confundunt. Syluaticus dictionem *oac* ſalamandram interpretatur, & alio loco *odac*. *Koach* quidem alij chamæleonem, alij crocodili ſiue lacerti genus faciunt, vt pluribus docui in Chamæleone *A*. Salamandra, hoc eſt illud ipſum animal quod hic pictum damus, apud Italos & Rhætos qui Italicè loquũtur, vetus adhuc nomen retinet: alicubi tamen à Rhætis *roſada* dicitur. Ab Allobrogibus *pluuina*, à rore & pluuia. A Gallis *ſourd*, vt audio nominatur: non quidem puto quòd ſurda mutáve ſit, ſed à Græco ſaura fortaſſis. In Gallia Narbonenſi *blande*, à lento inceſſu, vt coniicio. blandum enim pro tardo & lento dicunt: & alibi in Gallia *alebrenne*, alibi *arraſſade*: quæ nomina fortè à ſalamandra interpolata ſunt. Neocomi *that*. Normannis, ni fallor, *muron*. Hiſpanis *ſalamantegua*. Germani appellant ein Maal, alij Moll vel Molch, vel Moldwurm vt in Carinthia: alij Olm. Euricius Cordus vlmam & mulcham Latina terminatione. Harum ſanè vocum etyma certa non habeo, ſed coniecturas meas afferã. aut enim Maal conciſo & tranſpoſito ſalamandræ vocabulo dicta eſt, aut à maculis, & punctis, quibus toto corpore pingitur atque diſtinguitur. maal enim maculam, & maalen pingere noſtri dicunt. quare etiam ſtellatum hoc animal Plinius dixit: & forſan inde moti ſunt aliqui, vt cum ſtellione confunderent: cui ſimiliter ſtellæ, id eſt maculæ nominis occaſio fuerunt: & ardea ſtellaris, & alia quædam eandem ob cauſam à ſtellis cognominata ſunt. Idcirco etiam Puntermaal, in quibuſdam Germaniæ locis appellatur, à punctis vt dixi, vt à lacertis aquaticis, quos Waſſermaalen, nominamus, diſcernatur. Aut fortè Molch rectius vocatur, quòd liquore lacteo turgeat, quod & Plinius teſtatur, & ipſe obſeruaui. Quanquam & aliud lacerti genus in alpibus reperi, figura & magnitudine ſalamandræ ſimile, cuius fortè ſpecies fuerit, quod in fine menſis Iulij virga a me percuſſum, lacteo humore copioſo manabat. Molchen noſtri & lac & omne opus lactarium indigetant. Et quoniam craſſo amploque capite lacertus hic eſt, homines ſimiliter capitatos Mollenkopff appellant. Salamandram Germani, quia propter crura breuia tardè graditur, Græco nomine μόλγλιν appellant, vt Georg. Agricolæ placet, nimirum ab aduerbio μόλις deriuanti, aut quia Varinus μολγὸν interpretatur, τὸν βραδύν. Sed cum etymologia Germanica non deſit, ſuperuacuum eſt externam quærere. & ſi dictio μόλγη Græcis in vſu eſſet, vt non eſt, facta videri poſſet à lacteo liquore, non minus quàm Germanica. μολγὸς enim & ἀμολγὸς à verbo ἀμέλγειν, quod eſt lac mulgere, deriuantur. Quidam in Heluetia Rhætis finitimi craſſo vocabulo, & per onomatopœiam, vt videtur, confícto, Quattertetſch hæc animalia vocant: quoniam plura ſimul aliquando, eaque craſſis corporibus, tanquam in vno cumulo circa vias cælo pluuio reperiantur. ¶ Anglicum eius nomen nullum adhuc reſciſcere potui. ¶ Albertus libro 26.

Salamandra pleris q; ignota.

Nomina varia ſalamãdræ.

hiſtor. anim. in dictione Stelle (ſtellio ſcribendum) eadẽ omnino ſcribit quæ Plinius de Salamandra. nam, vt ſupra quoq; monui, duo hæc animalia confundit. Rimatrix eſt ſerpens ordinis primi, (id eſt acutiſſimi veneni, (vt dicit Iorach, rimans aquas & cibos, & inficiens: & ſi quis ex infectis aliquid guſtauerit, ſtatim moritur, Albertus. Ego apud idoneos authores de ſalamandra hæc & ſimilia tradi inuenio: nec obſtat nobis quòd ſerpens nominatur, cum barbari authores eorumq; interpretes, ſerpentium, vermium, lacertorũq; nomina more ſuo confundant. Quin & Albertus ſalamandram ſerpentem nominat, vt ſtellionem quoq; & ſauram.

B.

Deſcriptio Salamandræ. Salamandra lacertæ ſpecies eſt, Dioſcorides & Iſidorus. Lacerti figura, Plinius. *Ramarro*, (id eſt paruo lacerto, vt Itali quidam vocant, quanquam & buſonem à quibuſdam ſic vocari audio) ſimilis corpore & magnitudine ferè, maior tamen tum corpore tum capite, cruribus altioribus caudaq́ue breuiore, Matthæolus. Auicenna etiam lib. 4. caudam breuem ei tribuit. Illæ quas vidi craſſiores erant lacerto vulgari, ventre pallido, craſſiuſculo, longæ circiter dodrantem: cutis pars nigerrima, pars flaua auripigmenti colore, vtraque ſplendens: linea (ſi bene memini) per dorſum nigra erat, punctis quibuſdam orbiculatis, ceu ocellis impreſſa. Dioſcorides animal varium, Plinius ſtellatum eſſe dicit. A coloris quidem varietate ſtellioni etiam & ardeæ ſtellari nomen impoſitum. Similis aſcalabotæ (id eſt ſtellioni, vt Nicandri Scholiaſtes quoque tradit) ſalamandra eſt Aetio, lacerta venenaria, hoc eſt phalmacitide velocior, Hermolaus in Corollario: Sed non rectè ταχύπους pro παχύπους legit. neq; enim velocior eſt ſalamandra vllo lacerti genere, ſed tardiſſima omnium: aſperior verò ei cutis & ſcabrior eſt, in dorſo præſertim propter puncta quæ dixi: & fortè Nicander hanc ob cauſam μελάνδερος ſalamandræ dixit, quòd cutis interrupta his velut oculis videatur. ex his in pelle eius rupturis, inquit Scholiaſtes, cum in igne fuerit, ſudor effluens, ignem extinguit. Præterea notandum quòd Aetius lacertam pharmacitidem à ſalamandra diuerſam facit, Nicander in Alexipharmacis eandem. Salamandra quadrupes eſt, ſimilis lacertæ aut crocodilo terreſtri: vel, vt alij, parua eſt vt lacerta, cauda breui, Scholia Nicandri. Maior lacerta viridi, Kiranides. ego craſſiorem reperiri puto, nunquam verò longiorem. Suidas ſimpliciter magnitudine lacertæ eſſe ſcribit: & Zoroaſtres in Geoponicis 15. 1. animal eſſe minimum. Subtile & paruum eſt animal, lumbricis aſſocium, flauo colore veſtitum, Hermolaus ex Caſſiodoro. Salamandræ toto corpore nigro flauoq; colore alternis diſtinguuntur, vtroque adeò ſplendente, ac ſi arte ſplendor ille inductus fuiſſet. ſed animal eſt ipſo aſpectu homini contrarium & abominabile, Matthæolus: hinc ſcilicet Nicandro cognominatur δέλτα δέρος αἰὲν ἀπεχθής. De maculis quibus quaſi depingitur, vnde nomen ei fortaſſis apud noſtros, dixi in A. Memini tamen aliquando in alpibus reperire vnam huius generis quæ tota erat fuſca, abſque ſplendore, corporis forma alioqui ſimili, cauda breui, & lacteo ſucco percuſſa ſimiliter manabat, vt etiam lacerti aquatici, quos noſtri Waſſermollen, id eſt ſalamandras aquaticas vocant, de quibus ſupra priuatim ſcripſi. Videntur ſalamandræ in valle Anania per ſyluas vbique, & alibi paſſim in Tridentina ditione, Matthæolus. Apud nos quoque non ſunt raræ, & plures aliquando ſimul quaſi conuolutæ reperiuntur, vt dictum eſt in A. & alibi paſſim in Germania. Salamandram nonnulli dicunt cute & ſquamis carere, Gillius. ego in ſolis Nicandri ſcholiis hoc dictũ reperio, quæ λιπόχρωτον epitheton quod poeta huic lacertæ attribuit ſic interpretantur, διότι δέρμα ὑπ' ἔχει, ὅτε λεπίδα. ἢ διότι λίπος ἀφίησιν ἀπὸ τοῦ δέρματος. γλίχρος (γλίχερα) γὰρ ἡ ὑγρότης λιπώδης. Sed alia quoq; multa ſæpe abſurda in iſtis Nicandri ſcholiis leguntur. Mihi ea interpretatio arridet, λιπόχρωτον cognominari, quod ſplendida & renitente tanquam pingui aliquo delibuta ſit pelle: & magis, quàm vt idem Scholiaſtes inquit, quoniam ſuccum pinguem è cute remittat, quo quidem manante ignem quoq; extinguat. nam ſi propriè pinguis eſſet hic humor, ignem aleret potius. Theophraſtus humorem ſalamandræ denſum, tenacem & frigidum eſſe docet. Salamandræ an ſexus differentia careant, quod Plinius ſcribit, vide circa finem capitis ſequentis. ¶ Caput eis magnum, venter lutei coloris, vt etiam ima caudæ pars. reliquum corpus totum alternis maculis nigris & luteis quaſi ſtellatum diſtinguitur, Georg. Agricola. In quibuſdam ſyluis paludoſis Germaniæ iuxta vias reperiuntur totæ nigræ in dorſo, & in ventre ruffæ, Matthæolus.

C.

Vbi degãt Salamãdræ. Salamandræ loca frigida & humida incolunt, qualia ſunt vmbroſa & opaca, & circa fontes, in pratis & circa ſemitas reperiuntur. Kiranides in vepribus & fruticibus eas degere ſcribit. ¶ Nunquam niſi magnis imbribus proueniunt, & ſerenitate deficiunt, Plinius. Idem noſtri homines teſtantur: nempe pluuioſa ſolum tempeſtate eas viſi, ſiue quòd tum naſcantur, ſiue potius quòd latibula ſua tum temporis deſerant, vt & inteſtina terræ. Vulgò etiam animal æſtiuum eſſe fertur, quòd primo vere apparens æſtatem aut ver potius prænunciet, vernum melius appellandum. Memini equidem videre hunc lacertum initio Februarij, & aliâs Aprilis, crepuſculo veſpertino in via inter riuum & ſæpem. Tempore pluuiali præcipuè verno & autumnali apparent, cum autem frigora verna ſunt, & æſtate calores intenſi, rariſſimè è terra prodeunt, Matthæ. ¶ Animal eſt iners, νωχελὲς, Dioſc. ingreſſu tardiſſimum, Matthæolus: quod nos quoq; obſeruauimus: hinc Galli Narbonenſes

Quando appareãt.

Iners eſt animal.

blan-

blandam nominant, vt videtur. ¶ Sunt qui ore hiante aërem ab ea captari dicant, quod ego in vna quam diebus multis domi in vase vitreo retinui, nunquam animaduerti. Vnde deceptos eos coniicio ab illis qui salamandram cum chamæleonte confuderunt. Sunt qui lac eam appetere mihi retulerint, & si fortè in sylua cubantis vaccæ vber suxerint, emori vbet, nec amplius lacte manare. Fauos exedit veluti promuscide quadam, Iod. Willichius in quartum Georgicorum. ego nullam in ea promuscidem obseruaui. *Lac appetit.*

¶ Salamandram aliqui illæsam per ignem transire scribunt, alij simpliciter nihil ab igne lædi, alij ignem ab ea extingui, alij viuere eam & nutriri ab igne, alij etiam generari in eo. quæ sententiæ ipsę inter sę pugnant. quomodo enim viuet in igne aut generabitur in eodem, si ignis ab ea extinguitur? Sed primum illorum qui hæc stultè affirmarunt verba recitabo, secundo loco aliorum qui tanquam falsa negarunt. Nonnulla corpora esse animalium quæ igne non absumantur, salamandra documento est: quæ, vt aiunt, ignem inambulans per eum extinguit, Aristot. 5. 19. historiæ anim. Apparet autem eum non suam sed aliorum sententiam retulisse, ex verbis, vt aiunt adiectis, quod philosophum hominem decebat. alij enim incautius simpliciter quod audiebant tantum, nec vnquam viderant, asseruerunt. Hominem igne combustum significantes Ægyptij, salamandram pingunt. hæc enim vtroque capite interimit, Horus in Hieroglyphicis 2. 60. vt interpretes verterunt, & Græcus etiam codex habet. mihi quidem locus obscurus aut potius deprauatus videtur. quis enim salamandram legit bicipitem? & si salamandra igne non vritur, absurdum & contrarium est salamandra picta hominem qui eodem vratur insinuare. Nicander in Alexipharmacis salamandræ per ignem transeunti nullum inferri damnum canit, nec pelle eam nec pedibus vri. Scholiastes addit, meatibus quibusdam patêre huius animantis cutem, (vnde poeta ῥαγάδα δέρος dixerit,) vnde humor destillans ignem exstinguat. Et rursus in Alexipharmacis idem poeta nihil eam ab igne pati scribit: vbi Scholiastes Andream quendam citat à quo proditum sit, manum aut vestem salamandræ sanguine illitam, nihil damni ab igne accepturam: & lipórrhinon à poeta cognominari hunc lacertum quòd pinguem quendam ac tenacem succum à cute remittat, quo destillante restinguatur ignis. Salamandra animal frigidissimæ est naturæ, adeò vt ignis quoque si in flammam irrepat, extinguatur ipso interim illæso, Suidas. Huic tantus rigor, vt ignem tactum extinguat, non alio modo quam glacies, Plinius. An verò frigidum huius animantis temperamentum sit, disquiremus infra. Salamandra quanquam ex igne non nascitur vt pyrigoni: contra tamen hunc ire audet, contraque illius flammam veniens, tanquam aduersus hostem quandam, sic eam expugnare aggreditur. Cuius rei testimonium fabri, quorum opera atque artificium igne nititur, afferunt: nam quandiu eis ex flammæ splendore ignis flagrate eorumque artem fabrilem adiuuare videtur, huiusmodi animal magna securitate ipsi negligunt. Cum autem ignis euanescit, ac restinguitur, frustraq; folles flant, hoc sibi tum animal aduersari præclarè intelligunt. Quare hoc ipsum peruestigant, arq; inuestigatũ vlciscuntur. ignis autem postea iterum succensus fabrile opus, modo vt ante erat solitus alatur, iuuare perseuerat, Ælianus. *Seu salamandra potens, nulliq; obnoxia flammis.* Serenus. Miramur animalia quædam, quæ per medios ignes, sine noxa corporũ transeunt: quanto hic mirabilior vir qui per ferrum & ruinas & ignes, illæsus & indemnis euasit? Seneca epist. 1. 9. de Stilbone loquens. Salamandra minimum animal, ex igne generatur, & in igne viuit non vrente eam flamma, Zoroastres in Geoponicis 15. 1. videntur autem hæc dicta potius ad pyrigonos muscas quàm ad salamandras pertinere. Sed vide quàm nullus est stultitiæ finis: non satis erat nugari salamandrã in igne viuere, addiderunt quidam ascendere eam ad ignem illum elementarem orbi Lunari finitimum. Quomodo potest salamandræ patêre accessus ad sphærã ignis? præsertim quum aues quæ altius iusto euolant, relabantur deorsum. aër enim illic nimiũ subtilis, ictus alarũ sustinere non potest, Ferdin. Ponzet. Salamãdra (inquit Aetius citante Hermolao) per ignem cadentibus flammis ambulat, eumq; non solum frigoris vi, sed etiam pondere corrumpit quasi obruens. Fertur in libro de proprietatibus rerũ, genus esse salamandręaliud cuius pellis villosa ac pilosa sit, cuius pili post longam vetustatem, vt comperitur, in ignem proiecti, igniti extrahantur illæsi, Arnoldus de Villanoua in libro de venenis. ¶ Recitaui verba illorum, qui salamandras ab igne non lædi scripserunt: nunc addam aliorum verba quibus hæc opinio improbatur, vt debet. exuri enim ipsam meo experimento noui, & cineris eius in re medica vsus est. Quæ magi ex salamandris tradunt contra incendia, quoniam ignes sola animalium extinguat, si forent vera, iam esset experta Roma, Plinius. Sextius negat ignem restingui abiis, Idem. Salamandra lacertæ genus frustra creditum est ignibus non vri, Dioscor. Aetius scribit salamandra ignem transeunte, diuisam flãmam ab ea discedere: si tamen immoretur, consumpto frigido eius humore exuri. hoc nos quoq; experti sumus. Salamandra ad certum vsq; terminum ab igni nihil patitur, vritur autem si longiore spatio igni sit admota, Galen. lib. 3. de temperamentis. Theophrastus etiam testatur salamandram igne comburi, si in eo diu manserit, Niphus. Prunæ imposita extinguit eam, quod experiri volui, vt cuiusuis animantis caro cruda: at si in ipsum ignem flãmis vigẽtem iecceris, ibi non exuri eam, aut igne eam viuere vt chamæleon aëre, nulla ratione credi potest, Matthæolus. quanquam sunt qui in Cypro muscas quasdam in igne nasci & inde nutriri putent: de quibus inter insecta loquemur. *Diuersæ authorũ sententiæ de Salamandra in igne viuente.*

Salamandræ aliqui(inquit Albertus)ineſſe dicunt lanam quandam quæ in igne non aduratur, quòd penetrare eam non poſſit. Sed ego expertus ſum id quod ad nos defertur pro huiuſmodi lana, non eſſe lanam animantis.quidam lanuginem cuiuſdam planete (vox videtur corrupta) quod etiam ego non ſum expertus.Hoc quidem expertus ſum,lanuginem eſſe ferri.vbi enim magnæ maſſæ ferri(vt pro incudibus)fabricantur,ſcinditur aliquando ferrum & euolat vapor ignis:qui cum panno vel manu colligitur, vel tecto fabricæ adhæret, lanam fuſcam & aliquando albam refert.hæc autem lanugo ignem non ſentit, & à nonnullis lana ſalamandræ vocatur. Multi autem ſequentes Iorach philoſophum dicunt quòd hoc animal viuit in igne, quod falſum eſt, (ſimpliciter dictum.) ad breue enim tempus,Galeno etiã teſte,in eo durare poteſt.Quòd ſi mediocris ſit ignis,vt inquit Iorach, extinguit eum:non ideo quòd vita eius in igne ſit,ſed quia frigidiſſimum eſt,vt placet Ariſtoteli,(ego hoc nuſquam apud Ariſtotelẽ inuenio:)& pelle tam denſa,vt poros eius ignis non penetret,niſi diutius in eo remanſerit. Ego aliquando araneam ſpiſſæ pellis & frigidi humoris poſui in ferro candenti, quæ diu iacuit antequam moueretur,& ſentiret calorem adurentem: & ad aliam magnã adhibui lumen paruum,quod ab aranea tanquam flatu quodam reſtinctum eſt,Hæc Albertus.Craſſitiem ſanè pellis in ſalamandra obſtare puto quo minus citò ab igne afficiatur. ſalamandris quidem aquaticis adeò duram tenacẽq; pellem eſſe deprehẽdi,vt cultro difficulter vulneretur. quod ſi etiam vi ignis rupta fuerit cutis,humor craſſus & copioſus erumpens,aliquandiu obſtare poteſt.multo enim humore abundare hoc animal,ipſa eius corporis craſſities ſignum eſt,& quòd humidis tantum pluuiiſq; temporibus apparet.idem humor an frigidus ſit,ad extinguendum ignem non multum refert. Iam corporis læuitas illa ſplendida,tanquam oleo aut vernice(vt vulgò vocant)delibuta,meatus omnes quàm maximè clauſos eſſe oſtendit,ideoq; difficiliorem igni vrenti aditum. Ex ſalamandræ pilis,quos nullos habet,inextinguibilem telam fieri falſum eſt.Nam huiuſmodi materia eſt vel ex amiãto : vel ex quodam apud Plinium lini genere,ſi non & id amianto lapidi idem fuerit,Euricius Cordus.Ipſe expertus ſum villos Salamandrę non conſumi igne,Ringelbergius.Salamandra propter frigus ignem non aliter ac glacies extinguit:quo modo etiam oua ſerpentium in ignem camini conieƈta flammam ſolent extinguere.attamen tam ipſa oua quàm ſalamandra comburuntur, Georg. Agricola. Lini asbeſtini Plinius meminit libro 19.quod ſi in ignem proiiciatur, non vritur. ego id arbitror ex lapide quodam eſſe,qui amiantus dicitur.is,vt Dioſcorid. libro 5.inquit, in Cypro naſcitur,ſimilis alumini ſchiſto,id eſt do pluma à nobis vocato.ex eo theatris vela texuntur.hæc autem in ignem conieƈta,inflammantur quidem omnino, ſed ſplendeſcunt magis exempta, & nihil igni deperdunt. Nos hunc lapidem habemus,& nẽdo in fila diduci certum eſt. Multi ex alumine ſchiſto,ſed fruſtra,conati ſunt lintea in hunc finem parare.Non defuêre qui ex ſalamandræ cortice ſimiles mappas,quæ comburi non poſſunt,factas putarent:ſed falſò.vidi enim ipſe ſalamandram comburi parumq; aberat, quin ſanies eius in os mihi proſiliret,Ant.Braſauolus.De Caryſtio lapide ex quo mantilia fiebãt,quæ igne purgabantur non vrebantur, lege Varinum in voce Caryſtos. In prouincia Chinchintalas Tartarorum regi ſubiecta (vt ſcribit Paulus Venetus 1.47.) mons eſt in quo inueniũtur mineræ chalybis & audanici: itemq; ſalamandræ,de quibus fit pannus,qui in ignem proiectus comburi non poteſt.Fit autem pannus ille de terra in hunc modum, vt quidam è ſociis meis vir ſingulari induſtria, Turchus religione me edocuit,qui in prouincia illa rebus metallicis præfuit. Inuenitur in monte illo foſſilis quædã terra,quæ fila producit lanæ haud diſſimilia,quæ ad Solem deſiccata in mortario æneo teruntur: deinde ſic purgata & attenuata vt reliquum lanificij genus nentur,atq; in pannum cõtexuntur. Hos cum dealbare volunt proiiciunt ad horæ ſpatium in ignem,& tunc ex flammis illæſi educuntur niue candidiores.Eoſdem ſimiliter purgant quũ maculas aliquas contraxerint. nam lotura alia præter ignem illis non adhibetur. De ſalamandra verò ſerpente qui in igne viuere dicitur, nihil explorare potui in orientalibus regionibus. Aiunt Romæ mappam quandam haberi ex ſalamandra contextam,in qua ſudarium Domini inuolutum retinetur, quam rex quidam Tartarorum Romano miſit Pontifici, Hæc ille.Alexander papa,vt fertur ex huius animalis lana veſtimentum habuit,quod non aliter purgabatur,quàm igni iniectum, vnde candeſcebat,Obſcurus.Contextæ ex hac lana pallida zonæ, non exuruntur,vt recentiores quidam tradunt. Alumen *Scaiola* vulgò dictum, eſt aſter Samius apud veteres,nec eſt ex ſuccorũ genere:vt nec alumen plumæ:ex quo ſi fiant licinia, non ardent,ſed perpetuo oleum conſumitur,ipſa manent.Commune eſt hoc omni fermè generi cruſtati lapidis. Nam & in Eiſleba ex pyritide,tum lapide alio ſciſſili pyræ impoſito,liquor viridis emanat,qui cum igne extincto cogitur,ignẽ amplius non ſentit.Sic & ex amianto lapide Romæ mappas,& in Verebergo Bohæmiæ mantilia eſſe affirmat Agricola,quæ non aqua ſed iguibus eluãtur. Et ex Magneſia lapide ſqammoſo argentei & plumbei coloris in Boldecrana menſæ fiunt,quæ igne purgantur,nec vitiantur:ex tenuiore autem thryalides pro lucernis,&c.Cardan.Et alibi,Aſterem Samium & calcem extinctam in maluæ ſucco aut mercurialis, efficere poſſe putant, ſi manus illinantur, ne ignis noceat, Georg. Agric.amiantum Germanicè interpretatur Fäderwyß/Salaamanderhaar.Albertus lapidis iſcultos (aliàs iſcuſtos, quæ vox corrupta videtur à Græca asbeſtos) mentionem facit, qui an idem ſit cum amianto, an eius ſpecies, aliorum reliquimus iudicio. Verba Alberti hæc ferè ſunt, Iſcuſtos lapis,

De pãnũ igne non comburãtur, ſed purgẽtur.

vt

vt Isidorus & Aaron tradunt, in vltimis Hispaniarum partibus iuxta Gades apud Herculis Columnas frequenter inuenitur: is propter viscosum humorem in eo exiccatum, in fila deduci potest: è quibus facta vestis non comburitur, sed igne purgatur & nitet. & fortè hoc est quod pennam (plumas) vocant salamandræ, quæ est lanugo quædam tanquam lapidis humidi. Ignis tum alijs modis extinguitur, (inquit Theophrastus in libro de igne, vt nos transtulimus,) tum infuso humore aliquo: qui si frigidus etiam fuerit, validius extinguet: id quod circa salamandram accidere aiunt. est enim hoc animal natura frigidum: & quæ effluit ab eo humiditas tenax, sed eius naturæ vt facilè possit procul penetrare. argumento sunt aquæ exitiales factæ, itemq; fructus quibus admixta fuerit, præsertim mortua. est etiam nonnihil cautæ in tarditate incessus eius. nam cum sic diutius immoretur igni, magis extinguit. Extinguitur autem ab illa non quantuscunq; ignis, sed mediocris si conferas ad naturam & potentiam eius: in quo si non diutius versetur, denuò excitatur (ignis.) Eiusdem rationis est quòd visco illita non vruntur, vtpote humore lento, densoq; & frigido: & quòd acetum præsertim cum albo oui liquore mixtum incendia validissimè extinguit, &c. Hæc ille. Ignis maximè extinguitur aceto & visco & ouo, Plinius 33.5. Cor negatur cremari posse in ijs qui cardiaco morbo obierunt, negatur & veneno interemptis. Certe extat oratio Vitellij, qua reum Pisonem eius sceleris coarguit, hoc vsus argumento: palamq; testatus, non potuisse ob venenum cor Germanici cæsaris cremari: contra genere morbi defensus est Piso, Plinius. In epistola Æsculapij cuiusdam ad Octauianum Augustum, legitur venenum quoddam esse tantæ frigiditatis quòd cor hominis interempti illo veneno conseruet ab igne. Etsi cor illud in igne ponatur tam diu donec assatione lapidescat, lapidem illum vocari profilis (vox videtur corrupta) ab igne, à materia verò humanum: & pretiosum esse eò quòd victores faciat & à veneno præseruet, &c. rubere aiunt candore admixto, Albertus de fossilibus 2.14. Hæc de salamandra, & alijs quæ igni resistere legimus.

De quibusdam aliis quæ igni resistunt.

¶ Frigidissimam esse salamandram apud Suidam legitur. Theophrastus & Nicandri Scholiastes simpliciter frigidam esse scribunt. Plinius tantum ei rigorem esse scribit, vt ignem tactu extinguat non alio modo quàm glacies. Quod si verum est, falsum fuerit animalia omnia calida & humida esse, nimirum si conferas inanimatis. atqui ex inanimatis corporibus mixtis nullum est quod ęquè ac glacies ignem extinguat. Ipse quidem agnosco salamandram frigidam esse actu tactuq; vt serpentes omnes: & hanc etiam magis, quòd & humoris plus habeat, & sub terra frequentius lateat, neq; calidis & siccis temporibus prorepat, sed vêre & autumno ferè tantum, idq; tempore pluuio. Habet tamen in visceribus ac venis calorem suum natiuum, eò fortassis efficaciorem per antiperistasin. Ad hominem quoq; calida est, sed calore humido putridoq;, quare inter septica venena ponitur, quæ corpus erodunt, non sic vt calida & sicca, sed ita vt simul tabe quadam afficiant. itaq; pilos detrahit, quod nullum ex frigidis facit. Dioscorides ei vim calefaciendi & vlcerandi adscribit. Sed alios quoque serpentes, eorumq; venena aliqui frigida crediderunt, quos reprehendit Albertus lib. 25. hist. anim. & Matthæolus in sextum Dioscoridis cap. 40. Videntur autem mihi omnino non serpentium tantum lacertorumq; omnium, sed quæcunq; ex animalibus venena sunt, septica esse, hoc est cum calore humido ac putrefaciente coniuncta.

Salamandræ frigiditas.

¶ Quædam gignuntur ex non genitis, & sine vlla simili origine: Ex ijs quædam nihil gignunt, vt salamandræ: neq; est ijs genus masculinum fœmineumve, sicut neq; in anguillis, omnibusq; quæ nec animal nec ouum ex sese generant, Plin. In hoc genere non est masculus neq; fœmina, sed omnes gignunt, Obscurus qui ex Plinio mutuatus videtur, & pro nihil, legisse omnes. Latet hybernis mensibus salamandra, (verba sunt Geor. Agricolæ: latitare autem eas Ælianus quoq; author est.) Etenim hoc anno in Februario Snebergi maxima vis salamandrarum ex vicinis locis collecta agglomerataque in vltima cuniculi cuiusdam parte fuit reperta. Et proximo anno in Nouembri salamandra viua ex fonte finitimæ syluæ per fistulas in hoc oppidum influxit. Pluuiæ autem & subsequens serenitas salamandras excitant ex venis, fibris commissuriśq; saxorum. Huic animali nec masculinum nec fœmininum genus falsò putant esse, Geor. Agricola. Salamandra catulos excludit iam perfectos, & protinus vt nati sunt incedentes, quadraginta aut quinquaginta numero, omnes sine vllo inuolucro, vt vipera quoq;, Petrus Bellonius. Quanquam autem viuos pariat, in vtero tamen primum oua concipit, sola in hoc genere quod sciam: vt sola inter serpentes vipera. Zoroastres salamandram ex igne generari scribit: Ælianus non nasci quidem ex igne vt pyrigoni, in igne tamen versari illæsam, vt superius recitaui ac reprehendi.

De salamandræ ortu & generatione.

D.

Salamandra irritata saniem euomit lacteam, Agricola. Audax est, neq; hominem fugit, sed etiam persequenti se opponit, vt quidam mihi retulit. Ego hoc in duabus quas domi per aliquot dies viuas retinui, non potui animaduertere. Et fortè cum propter tarditatem gressus effugere non possit, audacior videtur, ac si sponte non fugiat.

Salamandræ audax.

E.

Salamandra visa signum pluuiæ futuræ est.

Prognosticon pluuiæ.

G.

Remedia ex ſalamandra.

Remedia ex ſalamandra. Vim habet erodentem, calfactoriam, exulcerantem. additur, vt cantharis, in medicamenta, quorum vis eſt exeſſe, & lepras abolere, ſimiliq; modo reconditur, Dioſcor. Vide ſupra in *C.* vbi de temperamento eius docui. Raim. Lullius in libro de quinta eſſentia hoc animal adnumerat remedijs, aut venenis potius, illis quæ quarto gradu refrigerant. Galenus non ipſam, ſed vſtæ eius cinerem, medicamentis ſepticis, lepricis & pſoricis admiſceri ſcribit. Celſus inter ea quæ exedunt corpus & adurunt ſalamandram adnumerat. Pro ſalamandra ſubſtitui poteſt lacerta viridis, Author ſuccidaneorum. Liquefacta in oleo pilos euellis, Dioſcor. interprete Ruellio. Græcè legitur, παχεῖσα μετ' ἐλαίῳ, hoc eſt in oleo macerata aut tabefacta potius. Marcellus Vergilius κεκαυμένα legere mauult, id eſt vſta. quoniam Paulus Ægineta quoque crematæ ſalamandræ cinerem tantum ad hos vſus adhibeat, cuius hæc ſunt verba, Σαλαμάνδρας δὲ κεκαυμένης τὴν τέφραν ἔνιοι μίσγουσιν: Quod eſt, *Cremata autem ſalamandræ cinerem aliqui miſcent.* Ego ſalamandram non vſtam magis ſepticam eſſe puto quàm cum vſta eſt: quòd igne venenum illud ſepticum maiori ex parte conſumatur. Salamandræ cinis pilos in palpebris incommodos euulſos renaſci non patitur, Plinius. Salamandræ vſtæ cinerem terreſtrium herinaceorum felle excipito, ac pilis antea euulſis vtitor, Galenus de compoſ. medic. ſecundum locos 4. 7. ad pilos palpebrarum pungentes. Et rurſus lib. 1. inter ea quæ Crito ad pilos diſperdendos ſcribit: quin & fortiora iam dictis ex herinaceis & ſalamandra componunt in oleo coctis. Salamandræ cinis aſperſus myrmecias & clauos pedum breui extirpat, Kiranid. Inteſtina ſalamandræ pilos abolent, Nicandri Scholiaſtes. ſed apud Dioſcoridem aliter habetur, Exenterata detractis pedibus & capite in melle ſeruatur, ad eundem vſum, (ad euellendos pilos.) Verum Plinius hunc reponendi ſalamandras modum in alium vſum refert: Sextius (inquit) Venerem accendi cibo earum, ſi detractis interaneis & pedibus, in melle ſeruentur tradit. Mihi quidem Pliniana lectio magis probatur. nam ex ſcinco etiam & ſtellione, tum ſimpliciter tum tranſmarino, capite caudaq; reſciſſis, medicamenta fiunt intra corpus ſumenda ad Venerem ciendam, & alios quoſdam vſus. Hæc ſcribo vt veterum ſcripta explicem, non quod huiuſmodi quicquam intra corpus dari approbem. Sextium ſanè Plinius alibi etiam ſæpe citat, ita vt ſemper ferè eadem apud Dioſcoridem quoq; reperiantur. Salamandræ ſanie quæ lactea ore vomitur, quacunq; parte corporis humani contacta, toti (totius corporis) defluunt pili: idq; quod contactum eſt, colorem in vitiliginem mutat, Plinius.

Defluit expulſus morbo latitante capillus,
Seu ſalamandra potens, nulliſq; obnoxia flammis
Seu rarò lauitur, ſeu vis epota veneni,
Eximium capitis tactu deiecit honorem.

Q. Serenus. *Hoc ſalamandra caput, vel ſæua nouacula nudet, &c.* Martialis mulieri imprecans. Plura vide mox in veneno eius.

Salamandra cor.

¶ Salamandræ cor circa genua mulieris geſtatum, conceptum impedit & menſtrua, ita vt extinguantur. Quòd ſi pelle in nigra cubito alligetur, tertianam & hemitritæum & quartanam, & omnem typum febris aufert, Kiranides. Perſuaſio quidem illa circa ſterilitatem inducendam mulieri hoc cor iuxta genua geſtanti, inde orta videri poteſt quòd ſalamandræ etiam ſteriles creditæ fuerint. nam & alias ſimiles falſas credulitates (vt ſic dicam) recitauimus in Lepore *G.* Salamandræ cor collo febrientis appenſum, ſtatim extinguit febrim, Kiranides.

De Salamandræ veneno.

¶ Salamandram dicunt ſolo aſpectu nocere, & habere tot genera veneni quot colores. ¶ Contra ſalamandram aut aliquod ex ea venenum intra corpus ſumptum. Inter omnia venenata, ſalamandræ ſcelus maximum eſt. Cætera enim ſingulos feriunt, nec plures pariter interimunt, vt omittam, quod perire conſcientia dicuntur homine percuſſo, neq; amplius admitti ad terras. Salamandra populos pariter necare improuidos poteſt. Nam ſi arbori irrepſit, omnia poma inficit veneno, & eos qui ederint necat frigida vi, nihil aconito diſtans. Quinimo ſi contacto ab ea ligno vel pede cruſta panis incoquatur idem veneficium eſt, vel ſi in puteum cadat. Quippe cum ſaliua eius quacunq; parte corporis, vel in pede imo reſperſa, omnis in toto corpore defluat pilus. Tam enim alis & tanta vis veneni à quibuſdam animalium vt ſuibus manditur, domante eadem illa rerum diſſidentia. Venenum eius extingui primum omnium ab his quæ veſcantur illa veriſimile eſt. His verò ſimilia ſunt quæ prodantur (probantur à) cantharidum potu, aut lacerta in cibo ſumpta. Cætera aduerſantia diximus, dicemuſq; ſuis locis, Hæc omnia Plinius 29. 4. In quo non probo, quòd ſalamandræ venenum frigidum facit, & & aconito comparat. nam neq; illud frigidum eſſe ſupra in *C.* oſtendi, neq; aconitum in Lupo *a.* Deinde quod ſcribit venenum eius primum extingui ab his quæ veſcantur ea, veriſimile eſſe, de ſuibus tantum accipio, (Nicander quidem ſuillam carnem cum teſtudine elixam commẽdat,) vt præcipua alexipharmaca ex ſue petenda ſint, ijs verò ſimilia & proxima, nempe ſecundo loco, ea quæ aduerſus cantharides aut lacertas produntur vel probantur, id eſt laudantur. Multa enim, vt in ſequentibus patebit communem aduerſus ſalamandras & cantharides auxiliarẽ vim obtinent. quamobrem miror cum ſimile ſit cantharidum venenũ, & remedia ferè eadem contra vtraſq;, quomodo Plinius rurſus (eodem capite inferius) cantharides ſalamandris reſiſtere ſcribat, his verbis: Salamandris cantharides contrariæ ſunt, vt diximus. Atqui hoc nuſquam alibi ab eo dictum reperio: neq; ſi reperirem approbaturus eſſem. Itaq; deprauatum eſſe dixerim Plinij locum, aut mutilatum. Codex iam olim Baſiliæ excuſus ſic habet, Solipugis cor veſpertilionis contrarium, omnibuſq; formicis, ſalamandris reſiſtit.

Cantha-

Cantharides diximus: ſed & in ijs magna quæſtio, &c. Hermolaus nullam hic variæ lectionis mentionem facit, vt neq; Sigiſmundus Gelenius. Hîc reprehendendus eſt etiam Matthæolus, qui miratur quomodo Dioſcorides iubeat ijſdem auxilijs contra ſalamandram vti, quæ aduerſus cantharides adhibentur, cum hæ calidiſſimæ ſint, illa, vt inquit, frigida: itaque non de particularibus remedijs, ſed tantum de communi venenis medendi genere intelligenda Dioſcoridis verba putat. Sed longè errat, cum neq; frigidum ſit, vt ſæpe iam dixi, ſalamandræ venenum, & particularia auxilia, vt in ſequentibus apparebit, multa eadem ſint. Interim tamen remedia illa quæ contra cantharides præſcripta ſunt tanquam communia, non omittenda eſſe, & de ijs præcipuè intelligenda eſſe Dioſcoridis verba non negârim, ſi ita legas vt codices noſtri habent, & Marcellus tranſtulit, ἐφ' ὃν πάντα ποιούμενοι ὅσα καὶ ὅτι καντθαρίδων, ἰδιαίτερον αὐτοῖς προσφέρομεν, &c. Sin legas vt Ægineta, ἐφ' ὃν ἅπαντα ποιούμενοι ὅσα καὶ ὅτι τῶν καντθαρίδων, ἰδιαίτερον δὲ αὐτοῖς, &c. cui lectioni Plinius etiam aſtipulari videtur, de particularibus quoque medicamentis eum ſenſiſſe dici poteſt. Sed Aetius hac in parte cum Matthæolo facit, ſcribens, Danda verò & his quæ in cantharide ſunt relata, vt inde vomant. Ephemero ſumpto, quemadmodum & à ſalamandræ potu, remedio ſunt vomitiones & clyſteres, Dioſcorides. Qui biberit ſalamandram, patietur ſigna cantharidum, & cura eius & bezoar eſt vna, Aponenſis. Salamandra ab apris in Pamphylia & Ciliciæ montuoſis deuorata, qui edêre moriuntur, nec eſt intellectus vllus in odore vel ſapore, Plinius. Sus ſi quando ſalamandram comederit, ipſe extra periculum eſt: eos autem qui carnibus eius veſcantur, interimit, Ælianus. Et aqua vinumque interimit ſalamandra ibi immortua, vel ſi omnino biberit vnde potetur; Plinius. Aquas, quibus admixta fuerit, exitiales reddit, item fructus, præſertim mortua, Theophraſtus. Veriſimile eſt autem mortuæ venenum latius ſpargi propter accedentem putredinem, & emanantes inde vapores odore & flatu ſolo inficere. Noſtro etiam tempore venenoſa hæc eius vis non ignoratur. nam Galli quidam olim mihi narrarũt, vulgò apud eos ferri, ſi blanda (ſic ſalamandrã Narbonenſes vocant) in aceruo tritici reperiatur, totum infici, adeò vt vel gallinæ veſcentes inde pereant. Apud nos quidem non vſq; adeò male audit: & Antonius Braſauolus ſalamandram noſtram (inquit) non puto adeò venenoſam eſſe, vt vulgus & recentiores multi arbitrantur. Sed præſtat hac in re veterũ ſcriptis credere quàm experiri. Rimatrix eſt ſerpens ordinis primi, (id eſt peſsimi veneni,) rimans aquas & cibos, & inficiens eos: & ſi quis ex infectis aliquid guſtauerit, ſtatim moritur, vt dicit Iorach, Albertus. Hæc mihi omnino eadem quæ ſalamandra videtur, ex ſimili aut eadem potius vi veneni, eoq; magis quòd nec in ipſa ſalamandra & quem cum ea confundit ſtellione, nec alibi tale venenum Albertus ex Iorachо commemoret, cuius tamen verba in pleriſq; omnibus alijs ſerpentium generibus adducit. nec obſtat quòd ſerpens dicitur, cum his nominibus barbari abutantur vt monui in ℳ. In obſonia aliquando dum coquuntur incidere ſolent, ſerpens, ſalamandra, erucæ, Aetius 13. 9. In quibuſdam Heluetiæ locis lac à ſalamandris appeti aiunt, & ſi forte in ſylua cubantis vaccæ vber ſuxerint, emori id, nec amplius lacte manare. Saniem aut ſaliuam ore lacteã vomit, irritata præcipuè, vt Agricola tradit. Hæc vel calcata tantum, hominem inficit, Arnoldus. Ab huius in quacunq; corporis parte contactu toti (totius corporis) defluunt pili, idq; quod contactum eſt, colorem in vitiliginem mutat, Plinius. Quamobrem medici quidam vehementibus pſilothris ſalamandram aut cinerem eius admiſcẽt, vt ſupra ſcripſi. In herbis aut fructibus quos ore tetigerint, ſaliuam quandam relinquunt, venenum præſens, & eoſdem lacteo illo ſucco, quem toto corpore reſudant, tranſeundo inficiunt, Matthæolus.

¶ Signa eorum qui ſalamandram ſumpſerunt. Linguæ inflammatio conſequitur, Dioſcorid. Γλώσσης βάθος ἐμπρήσθη, Nicander. Eſt autem periphraſis, inquit Scholiaſtes, γλώσσης βάθος pro ipſa lingua, quæ huius veneni vi craſſeſcit. Lingua exaſperatur, Largus. Mens & ſermo præpeditur, vt ex Dioſcoride Ruellius & Matthæolus tranſtulerunt. Marcellus Vergilius non mentis, ſed ſermonis tantum impedimentum fieri tranſtulit, eam quæ in Æginetæ libris habetur lectionem ſecutus, λαλῆς ἐμποδισμός. Et quanquam veriſimile eſt inflammata lingua ſermonem impediri, omnes tamen quos ego vidi, præter Æginetam, qui de hoc veneno tractarunt ſcriptores, non λαλῆς ſed ἀλγηδόνας habent, Dioſcorides, Aetius, Nicander. & Auicenna 4. 6. 2. 7. idem tamen 4. 6. 5. 20. vbi de morſu ſalamandræ agit, & ſigna remediaq; ea repetit quæ ad venenum eius in corpus ſumptum pertinent, non ad morſum, Æginetæ lectionem ſequitur. nam vbi legitur & grauitas linguæ, & punctio eius, Bellunenſis reponit, & grauitas linguæ, & loquela difficilis in qua pronũciatur *mumu*. Verſus quidem Nicandri hi ſunt, Οἱ δὲ θεσφαλίοντες ἅτε βρίσφος ἐρπύζουσι Τετράποδες. νοεραὶ γὰρ ὑπὸ φρένες ἀμβλώσσουσι. Hoc eſt, Illi membris inualidi (aut titubantes) infantis inſtar reptant quadrupedes. mens enim eis obtuſa eſt. Tremor cum torpore (ſtupore) aut horrore quodam ac exolutione accedit, Dioſcor. Græcè legitur καὶ πόμος μετὰ νάρκης ἢ φείκης πιὸς καὶ ἰλλώσεως. apud Æginetam ἰλλύσεως, ſed video interpretes omnes, & rectè quidem meo iudicio, legiſſe ἐκλύσεως. eclyſis enim reſolutionem & imbecillitatem ſignificat. Cornarius etiam apud Aetium exolutionem vertit. Matthæolo neſcio quid in mentem venit vt pro tribus iſtis vocabulis, quæ ſunt, torpor, horror ac reſolutio, triſtitiam, pauorem ac debilitatem magnam reddiderit. Corpus inualidum fit, & torpet rigoribus quibuſdam, Largus. Ἀψὶ δ' ἐπὶ μᾶλλον δάμναται. ἰσθαρύων δὲ χροιὸς πόμος ἄψεα λύει, Nicander. hoc eſt, Mox

Signa eorum qui Salamandrã ſumpſerunt.

autem frigore corpus corripitur, & grauans malus tremor membra resoluit. Ad hæc partes nonnullæ corporis liuoribus circumquaque sugillantur: sæpeq; diutius immorante veneno putrescentes defluunt, Dioscorid. vt Ruellius, Marcellus, & Matthæolus vertunt. (hic quidem etiam clarius, corruptas in terram decidere:) item Auicenna, & ex Aetio Cornarius. Dioscoridis verba sunt ὡς πολλάκις σηπόμενα ἀπορρεῖν τὰ μέλη. Mihi quidem non videtur partes ipsas delabi integras, cum tantam putredinem oboriri in membris, vita & corde adhuc incolumi, vix sit verisimile: nec ab vllius alterius veneni vel intra corpus sumpti, vel per ictum morsum ve in ipsum translati, tale quid accidere legimus, quod meminerim. Et si enim Marcellus Vergilius à cenchro morsis carnes decidere transfert ex Dioscoride: Græcè tamen legitur καθιέναι, quod est humore diffluere. Itaque ἀπορρεῖν malim simpliciter interpretari fluere & manare, humore scilicet putrido, & saniem stillare, pro καθιέναι. In hanc sententiam induxerunt me Nicandri versus isti, Σαρκὸς δ' ὑπηροχόωσιν ἀολλέες ἄνθρα πελιδναὶ Σμώδιγγες φάζῃσι κεδαρμένης χροιότητος. quod est, Per summam autem cutim liuentes maculæ passim apparent, eousq; scilicet dispersa veneni malitia. Vbi interpres habet, Ἐπιπέμπει τῇ σαρκὶ πελιδνότητα, ἐξ ἧς ἐργασία, lego ὑγρασία. Et mox, Σμώδιγγες αὗται χθὶ σωτῆρι τῆς σαρκὸς φάζῃσι. Sed aliàs, inquit, scribitur φίζῃσιν, id est pungunt, vt sensus sit, liuores illos multos & dispersos in eis esse punctorum instar. Sed ego φάζῃσι malim, quod conuenit cum verbo ἀπορρεῖν. Corpus liuoribus quasi maculis variatur, Largus. Auicenna 4.6.2.7. alia etiam signa ex Aetio citat, sed corrupte, quare omitto. Habet enim Aetius omnia vt Dioscorides: nisi quod præterea addit hæc verba, Primum equidem maculæ albæ per corpus apparent, deinde rubræ, postea nigræ cum putrefactione & defluuio capillorum. quæ verba etiam ipsa cum Nicandri & nostra sententia faciunt. Sed hæc signa eueniunt etiam vbi pars aliqua corporis à saliua salamandræ contacta est, vnde toti defluunt pili, idq; quod contactum est colorem in vitiliginem mutat, vt Plinius scribit. Et à morsu eius probabile est eadem fieri. A potu salamandræ accidunt dolores vehementes in ano (aliàs in stomacho, Bellunensis) & apostema sicut hydrops, & in ventre spasmus, & retentio vrinæ, Auicenna: ex quo etiam Arnoldus repetit sed corruptissimè vt excusi codices habẽt, in libro de venenis. Video autem deceptum Auicennam, cum Dioscorides hæc signa de ijs scribat qui bupreſtin sumpserunt, de qua proximè ante salamandram agit.

De remedijs aduersus hausſtam salamandram, & eius venenum.

¶ De peculiaribus remedijs aduersus haustam salamandram, quæ scilicet post communia statim (vt sunt vomitiones & clysteres, de quibus supra nonnihil dixi,) adhiberi debent. ¶ Auicenna 4. 6. 2. 7. eadem quæ Dioscorides & Aetius remedia præscribit, sed deprauatius. Salamandræ cura communis, est vt cura opij: & dentur in potu theriacæ magnæ, vt theriaca alferuch, & Mithridatum & similia, Auicenna. Quanquam autem curam eius communem esse dixit vt opij curam, non iccirco oportet salamandræ venenum esse frigidum, vt Matthæolus ratiocinatur, oblitus se paulò ante negasse calidum esse venenum licet eadem cura communis, quæ aduersus cantharides, ei debeatur. nam & calidis & frigidis venenis vna eademq; cura communis ferè omnibus debetur. ¶ Nunc particularia remedia, vt ab authoribus tradita sunt, ordine alphabetico subiungam. Aqua mulsa, vide in Lino. Calamintha, vt Auicenna ponit, non rectè, vide in Rana. *Aunge* siue chamæpityos decoctum, in quo nuclei pinei (strobili, vel vt Ægineta habet strobilia, vnde Auicen. transtulit grana pini parua,) conterantur, Dioscorid. Chamæpityos folia coque cum conis, ὃς ἐψήσατο (ἕψεσατο, Scholiast.) πίτυν, Nicand. Vide in pino infra. Cupressi folia, Auicenna: vide infra in Pino. ¶ Eruum, vide in Vrtica. Eryngium, vide infra in Rana. ¶ Galbanum ex melle linctum, aut resina pinea ex melle, Aetius & Dioscorid. Auicenna (aut eius interpres) ex Aetio, quem citat hunc locum malè transtulit, his verbis: Priuatim conferunt, ammoniacum, (resina, Bellunensis.) & gluten albotin, & sumatur de eis, aut ambo cum styrace. Galbani radix, Nicand. ¶ Lac recens, præcipuè bubulum, contra salamandræ venenum efficax est, Dioscorid. Lac infunditur phthisicis, cantharidum, aut salamandræ venenis, Plinius. infundi intelligo per clysterem. nam poti remedia mox priuatim subiungit. Dioscorides autem lac in potu dari vult: nec aduersantur, sed vtrunq; fecisse profuerit. Lilium, vide in Vrtica. Lini seminis farina ex aqua mulsa sumpta, quàm plurimum bene adiuuat, Largus. ¶ Mel quàm plurimum per se, vel cum resina ex pinu, Largus. Galbanum ex melle linctum, Dioscorid. Mustum cantharidum naturæ aduersatur, & salamandræ, Plinius. à quo & sapa commendatur. ¶ Oleum prodest contra cantharides, salamandras, &c. per se potum redditumque vomitionibus, Plinius. Resina pinus, (ῥητίνη πιτυίνη,) aut galbanum cum melle, in eclegmate, Dioscorid. Aetius clarius, Resinam pinus cum melle delingendam præbe, aut etiam galbanum cum melle. Δάκρυα πίτυος, id est lachrymæ piceæ, (quanquam Gaza ex Theophrasto πίτυϊ pinum vertit, πίτυν piceam,) cum melle, Nicander: & paulò pòst, Resina (simpliciter) cum melle. sed hic mel apum, ἔργα μελίσσης, expressè nominat, supra verò mel πτηλώης, quod genus insecti ex apum genere vel api simile, vel ipsum alueare interpretatur Scholiastes. Resina ex pinu, cuius etiam tenera folia cum herba quam Græci chamæpityn appellant, decocta, ex aqua mulsa prosunt, Largus. Ἡὲ χαμαιπίτυος βλαφήμονος ἄμμιγα κόμοις Φύλλα καθεψήσας, ὅσσους ἐψήσατο πίτυς, Nican. vbi Scholiastes, Συνεψήσας δέ φησι τοῦτο (τὰς τροφίλους) τοῖς φύλλοις τῆς χαμαιπίτυος τῆς βλαφήμονος ἀναμε-

ἀναμεμιγμένους καθελόντας τὰ φύλλα καὶ τοὺς κλῶνας ὅσους εὕρεθ' ἁπλῶς, Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῶν ὁμωνύμως λεγομένων καρπῶν, ὁ στρόβιλος, καὶ ὁ κλών, Hæc ille. mihi quidem Nicander nullam ramulorum pinus, ſed fructuum tantum mentionem feciſſe videtur. neque enim vel ſtrobilum vel conum in alia quàm pro ipſo fructu ſignificatione legi dixerim. De re ipſa tamen non contendo, cum & Largus pini folia commender, & cupreſſi folia Auicenna. quanquam is ſuper hoc remedio Aetium citat, apud quem nihil tale reperio. A iugæ decoctum in quo nuclei pinei conterantur, Dioſcorides & alij. ¶ Ranarum (βατραχίων, Ægineta βατράχων habet, quod magis probo, ne quis virides ranunculos terreſtres intelligat) ius cum quibus eryngij radix incocta ſit, Dioſcorid. & Aetius, qui remedium hoc præter opinionem auxiliari ſcribit. Nicander præterea ſcammonium addi & ſimul decoqui iubet: in cuius Scholijs non ſcammonium, ſed ammoniacum legitur, quod minus probo non admittente carmine. quanquam vetus etiam Auicennæ translatio ammoniacum inter remedia habet, tanquam ex Aetio ſed perperam. Bellunenſis legit, reſina, Aetius galbanum habet. Scammoniæ quidem liquor etiam contra leporem marinum à Dioſcoride commendatur. Ranæ decoctæ cum calamintha, Auicenna tanquam ex Aetio: ſed ille cum eryngij radice decoquit, vt Dioſcorides, nulla prorſus calaminthæ facta mentione. De remedio ex ranis vide plura mox in Teſtudine. Reſina, vide ſupra in Pinu. Rutæ genera (vt ſatiua, & ſylueſtris) valent tum contra alia multa venena, tum contra cantharides ac ſalamandras, Plinius. ¶ Sapæ vſus contra cantharides, ſalamandras, & contra mordentia venenata, Plinius à quo & muſtum laudatur. Scammonium, vide paulò antè in Rana. Styrax, vt ab Auicenna ponitur, neſcio quàm rectè: vide ſupra in Galbano. Suis præpinguis carnes, (Γόντα, carnes, Thracibus, Euſtathio teſte, & Nicander alibi, Καὶ τὰ βοὸς τὰ γόντα) coctæ cum carnibus teſtudinis ſiue marinæ, ſiue terreſtris, Nicander. eſt & alia quædam lectio in Scholijs, vbi nulla ſuis mentio, quæ mihi nequaquam probatur. Sues quidem & apros ſalamandris deuoratis nihil pati, ſupra diximus: vnde Plinius etiam colligit primum ex præcipuum & ſuibus petendum eſſe remedium, vt ſupra expoſui. ¶ Oua teſtudinis marinæ aut terreſtris, cocta, Dioſcor. καὶ ὠὰ θερμὰ χελώνης Ἀλθαίνει, Nicander. Grammatici θερμὸν tum aliter, tum feruidum apud Nicandrum interpretantur. ego hic oua cocta intelligo, vt Dioſcor. quæ ab igne aquæ vel cineris vbi cocta ſunt adhuc caleant. Contra ſalamandras carnium decoctarum teſtudinis marinæ ſuccum bibiſſe ſatis eſt, Plinius. Teſtudinum marinarum carnes admixtæ ranarum carnibus contra ſalamandras præclarè auxiliantur: neque eſt teſtudine aliud ſalamandræ aduerſius, Plinius. Et alibi, (lib. 32. cap. 5.) Ranarum marinarum ex vino & aceto decoctarum ſuctus contra venena bibitur, & contra ranæ rubetæ venenum, & contra ſalamandras. Sed cum ranæ ouiparæ quadrupedes nullæ in mari ſint, quæ autem ranæ marinæ (βάτραχοι ἁλιεῖς) vocantur ex genere piſcium planorum habeantur, neq; vlla earum vis contra venena prædicetur, quod ſciam, ſuſpectus eſt mihi hic Plinij locus, ita vt dubitem an potius legendum ſit, Teſtudinum marinarum ex vino & aceto decoctarum ſuccus, &c. nam & alibi teſtudinis marinæ ſuecum ſimpliciter decoctum (nimirum in aqua) vt ſuperius recitaui, contra ſalamandras commendat. Fieri autem poteſt vt hoc erratum (ſi eſt) commiſerit Plinius ipſe memoria lapſus: etſi de ranis illic omnino eum agere, ex ijs quæ ſequuntur patet, nempe de fluuiatilibus ranis. alibi ſanè huſquam ranam marinam niſi pro piſce plano nominauit, longè diuerſi generis quàm ranæ fluuiatiles ſint, vt neq; remedia comparari debeant. Contra rubetæ quidem venenum nullum ab alio quoquam ex rana marina remedium præſcriptum inuenio, ſed neq; contra ſalamandram, ex teſtudine vero marina contra vtrunq;. Teſtudinis marinæ ſanguis cum vino, &c. contra rubetam bibitur, Dioſcor. Aut igitur omnino apud Plinium pro ranarum marinarum reponemus teſtudinum marinarum: aut ſaltem nullum periculum eſt ſi id fecerimus, cum Plinius ipſe teſtetur nihil teſtudine aduerſius eſſe ſalamandris. Suis præpinguis carnes cum teſtudine marina aut terreſtri coctæ, Nicander. Apollodorus vrticæ ſemen ſalamandris contrarium eſſe affirmat cum iure decoctæ teſtudinis, Plinius. Vrticæ folia cum lilijs & oleo decocta, Dioſcor. Nicander vrticam cum oleo & crimnis coquit, & in cibo dat ad ſaturitatem. eſt autem χρίμνος farina craſſiuſculè molita, χρίμνοι οἱ παχύτεροι τοῦ ἀλεύρου, καὶ χρίμνος ἡ ἐκ ἐλύμου. Scholiaſtes hic farinam erui exponit (cuius & proximè antè mentionem fecerat, cum ficea erui farina ſemen vrticæ miſcendum pro remedio monens,) aut hordeaceam. facilis autem tranſitus eſt à χρίμνοις in vocem χρίνος, id eſt lilijs, vt Ægineta, Aetius & Dioſcor. habent. Mihi Nicandri lectio placet. Vrticę ſemen etiam Auicenna inter remedia numerat, tanquam ex Aetio, apud quem hoc non legitur.

¶ De morſu ſalamandræ. Hanc lacertam in quibuſdam Galliæ locis, vt dixi, *arreſſadam* vocant, cuius morſum adeò exitialem eſſe putant, vt nulla vitæ ſpes relinquatur. itaque vulgò hæc metra celebrant: *Si mordu t' a vne arreſſade, Prens ton linceul & ta flaſſade.* hoc eſt, Si te ſalamandra momorderit, accipe linteum tuum ac tuam lodicem. Rhæti qui Italicè hodie loquuntur, aiunt à ſalamandra morſum tot medicis opus habere, quot diſtinguitur maculis. Sic & apud Arnoldum de venenis, affices quidam ſerpens multis & varijs diſtinctus maculis, tot habet ſpecies nocendi, quot colores diſtinctos. Dentes vbi ſemel inflixit ſalamandra, (vt quidam mihi retulerunt, neſcio an verè) nunquam remittit. & ſi auellatur, letale eſt. ita enim relinquitur venenum, (quod etiam de *De Salamandræ morſu.*

bufone fertur.) itaq; relinquenda eſt à morſu pendens, quòd homo interim viuere poſſit. Nicander in Theriacis ſalamandræ morſum doloſum & ſemper infeſtum eſſe ſcribit, Καὶ σαλαμάνδρειον δῆλον δάκος αἰὲν ἀπηχθές. Significat autem δάκος tum ſerpentem mordentem, tum morſum ipſum, vt Varinus docet. Salamandræ duæ, quas domi habui, cum ſæpe à me bacillis ligneis, herbarum caulibus aliterq; tentarentur, nunquam tamen ne os quidem tanquam morſuræ diduxerunt: morſum etiam ab eis apud nos nunquam audiui quenquam. ſed fieri poteſt vt non omni tempore aut non in quauis regione mordeant, vt ſtelliones quoq;. ¶ Quos ſalamandra percuſſit, eos dolor vehemens & cruſtæ productio conſequitur. adhibeatur autem eis communis cura iam prædicta, Aetius. Auicenna 4. 6. 5. 20. de ſalamandræ morſu ſcribens, (nam de alijs quoq; in eodem tractatu ictu morſuve relinquentibus venenum agit,) eadem tum ſigna tum remedia ponit quæ Græci ſalamandræ in corpus ſumptæ veneno adſcripſerunt, & ipſe etiam ſcripſerat ſupra 4. 6. 2. 7. niſi quòd illic quædam aliter habent, eò quòd è Græcis malè translata ſint. Vnicum eſt in hoc loco remedium quod morſui conuenit, quòd ranas decoctas edi iubet, & ius in potu dari, (quanquam hoc etiam inter alexipharmaca ponitur:) & inſuper carnem earum imponi, quod theriacum eſt, id eſt morſui conueniens. Cor veſpertilionis contra ſalamandras prodeſſe Aggregator citat ex Plinij lib. 29. vbi nos cap. 4. cor veſpertilionis non ſalamandris, ſed ſalpugis ſiue ſolifugis contrarium eſſe legimus. Idem Aggregator remedia tanquam contra morſum ſalamandræ ſcribit, quæ ab authoribus contra venenum eius intra corpus ſumptum prodita ſunt. Morſus quidem ſalamandræ ſolus Nicander, Aetius & Auicenna meminerunt: remedia verò ad eum particularia nemo ſcripſit, (nam Auicennam in hoc erraſſe oſtendi:) nimirum quod cura communis ſatis factura videretur. Nicander quidem in Theriacis, cum animalia aliquot venenoſa, & ictu morſuve ab eis læſorum ſigna deſcripſiſſet, vt phalangia, ſcorpios, apes, veſpas, ſcolopendram, ſalamandram, venenata marina, & alia: mox remedia ſubijcit, tanquam communia contra hæc omnia, nihil diſtinguens.

Salamandræ vſus apud chymiſtas.

¶ Curioſi quidam homines, in ſalamandris vim quandam ineſſe perſuaſi, qua argentum viuum in aurum mutetur, ipſas in olla ſuper carbonibus ignitis ponunt, & argentum viuum per tubum ferreum oblongum ſuperinfundunt: in quo opere interdum venenoſo vapore exhalante ita inficiuntur, vt corpore intumeſcant, vel alia noxa implicentur, vel etiam de vita periclitentur. His Theophraſtus Paracelſus remedio eſſe ſcribit neſcio quam axungiam Solis, (oleum auri fortaſſis,) quam inter arſenici & argenti viui alexipharmaca deſcripſerit. nos eam deſcriptionem in libris eius non reperimus.

H.

Homonymum. a. Ζωοφόρος, καὶ σαλαμάνδρα, καὶ ἀγγεῖον νεκρῶν, Heſychius & Varinus. videtur autem ſignificari vrna in qua crematorum funerum oſſa condebantur, aut ipſa cadauera integra: quam & ſarcophagum vocabant, quòd ex certo lapidis genere fieri ſoleret, qui carnes mortuorum conſumebat: quo ſenſu ζωοβόρον potius dixerim à conſumenda animalium carne, quæ vis ſeptica & exedens ſalamandris etiam in viua animalium corpora eſt.

¶ Epitheta. *Seu ſalamandra potens, nulliſq; obnoxia flammis*, Samonicus. Nicander cognominat λιπόρρινον, & φαρμακίδα σαῦρον πολυπνδία. Et rurſus, Καὶ σαλαμάνδρειον δῆλον δάκος αἰὲν ἀπηχθές, non de morſu, ſed de ipſa ſalamandra. ſequitur enim, Ἠ τε καὶ ἀσβέστοιο, &c.

¶ Lapis Eislebanus refert aliquando effigiem ſalamandræ, aliâs aliorum animalium, Georg. Agricola.

Superſtitioſa. ¶ e. Alchymiſtæ dicti ſalamandra neſcio quomodo in metallorum metamorphoſi & chryſopœia vtuntur, vt aiunt: Vide nonnihil ſupra in fine capitis ſeptimi. ¶ Salamandræ cor geſtatum, ſecuritatem ab igne præſtat, & audacem contra incendium & incremabilem reddit. Animal ipſum in caminum vel ignem immiſſum, omnem flammam extinguit, Kiranides.

DE STELLIONE.



A.

Diuerſæ opiniones de ſtellione, quæſit. GENERA lacertorum plura ſunt, vt ſalamandra, ſaura, ſtellio, Iſidorus. Hermolaus Barbarus conijcit ſtelliones eſſe quas Romanum vulgus *tarantulas* vocat, albas, innocuas, & puſillis lacertis ſimiles. Idem Perottus & Grapaldus aſſerunt, & Lucius Ioan. Scoppa. Stelliones nonnulli *tarantulas* eſſe putant, Niphus. Stellio multas maculas paruas in dorſo habet ſimiles ſtellis. non enim eſt illa

eſt illa lacerta quæ aſpicit homines. iſta enim eſt viridis, illa habet colorem æruginis æris: & forte eſt de genere earum, quæ verſantur in ædificijs & domibus antiquis, & rarò mordet. quia habet dentes tortuoſos, quos relinqueret in vulnere, Ponzettus cardinalis: videtur autem non de alia quàm tarantula ſentire. Circa Romam inuenitur genus quoddam parui lacerti, dorſo per totum ſtellato, quod terrantulam vocant, quoniam ſub terra degere ſoleat. id quia valde venenoſum eſt, ſæpe cogitaui Dioſcoridis ſêpa ſiue chalcidicam lacertam eſſe: aut ſi ea non ſit, veterum ſtellionem, Petrus Matthæolus Senenſis in Dioſcorid. 2. 58. Et rurſus 6. 4. Stelliones (inquit) in Italia venenatos eſſe & letales alicubi Ariſtoteles ſcribit, qui vero illi ſint, non facile dixerim, niſi fuerint tarantulæ quæ apud Thuſcos reperiuntur in domibus, præcipuè in cauis quibuſdam murorum prope terram. Paruis enim lacertis ſimile eſt hoc animal, & araneis viuit, vt Plinius & Ariſtoteles de ſtellione ſcribunt: & per dorſum totum ſtellis quibuſdam inſignitur, vnde forſan nomen inuenit: & in Thuſcia morſus eius peſtifer eſt, Hæc ille. Ponzettus tarantulas non à terra, ſed à Tarento ciuitate circa quam abundant, dictas ſuſpicatur. Stellio, id eſt lacerta viridis, Vetus gloſſographus Auicennæ, & Ant. Muſa Braſauolus de ſimplicib. cap. 524. Stellionem medici noſtri temporis magno errore putant lacertum eſſe, cum longè aliud animal ſit lacerta minus, Perottus & Grapaldus. Matthæolus in Dioſcor. 6. 4. reprehendit illos qui lacertum minorem pro ſtellione accipiunt, cum lacertus ille ſanguinem habeat, & inter ſæpes ac macerias verſetur, quorum neutrum ſtellioni conuenit, qui etiam rore & araneis viuit, ille bruchis, cicadis, gryllis, cochleis, &c. homini beneuolus, nec vt ſtellio noxius. Stellio, id eſt lacerta facetana, ſed ſecundum quoſdam eſt lacerta viridis, Syluaticus. Stellio, vulgò lacerta vermicularis ruſticè, inuenitur in foraminibus domorum antiquarum, in quibus aranei quoq; manere ſolent, Niphus. ¶ Stellionem Græci *coloton* (lego *coloten*) vocant, & aſcalaboten, & galeoten, Plinius. Lacerti ſiue ſtelliones qui per parietem repunt, curti ſunt, Græcè aſcalabotæ vocantur, Marcellus Empericus. Ariſtophanes in Nebulis fingit, dum Socrates ore hiante Lunæ motum noctu obſeruat, ἀσκαλαβάτῳ vel γαλεώτῃ (nam vtroq; nomine vocat) à tecto alui excrementum ei immittere. Nicandes in Theriacis ἀσκάλαβον vocat, nimirum carminis gratia. Aſcalabotes à Græcis dicitur, quòd apud eos ἄσκελος circulus eſt. ſtelliones autem circulis quibuſdam depicti ſunt, & veluti lucentibus guttis in modum ſtellarum, vnde nomen, Perottus. Ego hanc etymologiam apud nullum idoneum authorem inuenio, vt neq; aſcalon pro circulo vſquam. Hebræi quidem *agil*, עגיל, circulum & rotundum vocant. Grammatici ἄσκαλα interpretantur impura, quod ſanè etymon animali impuro & venenato congrueret. Sed aſcalabotes fortè quaſi καλοβάτης dictus fuerit, quod artuum ſuorum digitis & vnguiculis innixus per parietes repat, & fellum aut muſtelarum inſtar aſcendat. nam & colotes, vt iam ex Plinio dixi, vocatur, & καλαβάτης Suidæ: niſi quis malit à calis, id eſt lignis ſic dictum, vt & calopodion, pedem vel calceum ligneum dicimus. nam & xylobates & tœchobates a Kranide nominatur, quòd ligna (aſſeres ſcilicet ligneos) & parietes ſcandat. Ξυλοβάτης (inquit) vel Τοιχοβάτης eſt ſpecies parua crocodili (id eſt lacerti.) Καλεώτης, qui & γαλεώτης, δοκεῖ δὲ αὐτὸς αὐτόχθων ἄλλοθεν περὶ τὰς μῦς, Varinus. hoc eſt, Videtur autem ſcitè & argutè circa mures ſalire: quaſi hoc etymon ſtatuat, vt inde nomen habeat, tanquam αὐτοαλαβάτης. ſed hoc feli potius aut muſtelæ quàm ſtellioni conuenit, qui mures nihil curat. Sciendum itaq; veteres aſcalabotæ & colotæ nomine tum de fele ſeu muſtela potius, tum de ſtellione ex æquo vſos eſſe, vt Grammatici quidem in dictionarijs interpretantur, Varinus & Suidas. nam apud ipſos authores nuſquam inuenio his vocibus felem aut muſtelam ſignificari, quum illam ſemper αἴλουρον, hanc γαλῆ nominent. Recentiores tamen Græci γαλῆ etiam pro fele ſeu cato poſuerunt, vt in Cati hiſtoria docui. Videtur autem vulgus Græcorum hæc nomina de duobus ſeu tribus iſtis animalibus ideo confudiſſe, quòd ex æquo omnes in ſublime ſuis pedibus & vnguiculis reptando ſcandant, In picorum genere arborum cauatores ſunt, ſcandentes in ſubrectum felium modo, illi verò & ſupini, Plinius 10. 18. Tranſtulit autem hunc locum ex Ariſtotele de hiſtoria anim. 9. 9. vbi ille Gaza interprete, Picus martius (inquit) ſcandit per arborem omnibus modis. nam vel reſupinus more ſtellionum ingreditur. Græcè pro ſtellionibus hic aſcalabótas legimus, Hermolaus etiam ſtelliones vertit. Sed Græca integra apponam: Ὁ δρυοκολάπτης πορεύεται ὅτι τοῖς ὄπισθεν ταχέως πάντα τρόπον, καὶ ὕπτιος, καθάπερ οἱ ἀσκαλαβῶται: In Mirabilibus eadem leguntur, ſed iſta clarius, καὶ ὕπτιος, καὶ ὅτι τὸν γαλεῶτα. atqui feles aſcendunt quidem commodè, minus commodè verò deſcendunt, vt deſilire plerunque vel omnino vel ex parte malint. ſtelliones vtrunque pari facilitate præſtant. Quare miror cur Plinius non potius ſtelliones tranſtulerit, vt debebat, quibus per parietes ingreſſus ſeu repratio ſecundum omnes modos (ſurſum, deorſum, & in tranſuerſum obliquumque) conuenit, vt & picis & ſciuris. ὕπτιος etiam dixeris reptare animal, cum ſub aliquo tranſuerſo progreditur: vt ὅτι γαλεῶτα, cum ſuper eodem, hic dorſo ſurſum, illic deorſum ſpectante. Cæterum alibi vbique Plinius aſcalaboten & galeoten ex Græcis vel ſimpliciter ſtellionem, vel ſtellionem traſmarinum reddit, vti nos obſeruauimus. Καλεπίας ἀσκαλαβώτης, Heſychius & Varinus. Colotæ quidem nomen non aliter à colis, id eſt artubus & pedibus factum eſt Græcis, quàm ab iiſdem in hoc genere apud Latinos lacertus. Γαλεὼς & γαλεώτης, ἀσκαλαβώτης, Heſychius & Varinus. Galeotes igitur ſtellio vocatur, vel quòd vt galæ, id eſt muſtelæ & feles,

Nomina Græca.

pedibus in ſublime ſcandit: aut fortè quod corporis ductu ſit oblongiore, vnde & galeis piſcibus, id eſt muſtelis inditum nomen. ſed ſtellio tum longitudine tum humiditate etiam cruram muſtelas quodammodo refert. Aſcalabótes ſtellio eſt quem & χελαδόντιλω vocant, ſed frequentius galeoten. ἢ χαὶ ὁ ποντικὸς, χαὶ ἡ κοινῶς λεγομένη νυμφίτζα, Suidas, & partim Varinus. Eſt autem *nymphitza* recentioribus Græcis non alia quàm muſtela: ponticus verò, mus, cui aſcalabotæ nomen alius præter Suidam nemo quod ſciam attribuit. His tamen omnibus reptatio in ſublime conuenit. Aſcalabi etymon deduci poteſt etiam ἀπὸ τοῦ ἀχελὶς βαίνειν, à molli & tacito ingreſſu, (vt Etymologo & Varino placet) qui & felium & ſtellionum generi competit. Cæterum *aſcálaphos* per *ph*, dictus fuit Martis filius, ἀπὸ τοῦ ἀχαλὸν καὶ ἁφλὸν, ὁ τέρεν καὶ ὑγρόν. ἀχελὸν enim eſt lene, molle, quietum, Varinus. At Suidas contra, Ἀσκάλαφος ἀπὸ τοῦ ἀσκαλὴς (ἀσκελὴς) τῆς ἁφῆς, ὁ λίαν σκληρός. Ægineræ interpretes 5. 11. pro galeota, id eſt ſtellione felem non rectè tranſtulerunt, (vt in Fele oſtendimus: & quòd aſcalabotes ac galeotes vnum ſit animal, licet Ægineta ſeparaſſe videatur,) & Auicennæ 4. 6. 4. 13. Σοφῆς ἀραχνης ἐσθὶ θήρευτὴς, Καὶ λεπτὸν ἐσθὶ φᾶρος, ὃν τις μὴν τοιχῶ, Babrius apud Suidam. veſcitur autem ſtellio araneis, vt in *C.* dicam. Dormit colotes in præſepibus, & narem ſubiens aſini, ne comedat impedit, Ariſtot. Albertus neſcio quomodo coloten hîc rattum expo-nit, idq; ſine authore. Apud Græcos hodie vulgo ſtellionẽ λιακὸν vocari conijcio: quem enim ſic vocant, lacertum eſſe aiunt paruum, argenteo lucido colore, in ſiccis & apricis locis: & nomen ipſum quodammodo ad ſtellionem alludit, ſed per apharteſin. A nonnullis tamen ſtellio eſſe putatur, qui vulgo Græcis hodie ϑαμάμυθος aut ϑαμαμύθη vocatur, quo nomine lacertum paruum ſignificari puto, ſed certum nihil habeo. ¶ De ſtellionis nominibus Hebraicis vide quædam ſupra in Lacerto *A.* nam Septuaginta letaah transferunt in aſcalaboten, id eſt ſtellionem, &c. Munſterus שממית *ſemamith* ſtellionem vertit, alij araneam aut lumbricum: Vide in nomenclaturis ſalamandræ & ſimiæ. Ego omnino aut ſtellionem ipſum aut ſimile lacerti genus eſſe puto. proxima huic eſt vulgaris hodie vox Græca *pſamanythe* & *thamiamithes*, de quibus paulò antè dixi. Prouerb. 30. ſapientia animalia minuta quatuor numerantur, formicæ, cuniculi, locuſtæ, & ſemamith, quod manibus nititur & moratur in ædibus regijs, vt Hieronymus vertit: Munſterus araneam quæ manibus negotietur. ſed Hebraica vox *taphas* apprehendere & capere, non negotiari ſignificat. Manus quidem de ſtellione potius, qui manus digitatas habet vt lacerti, quàm de araneo dici poſſunt. *Semamith* Hebraicæ voci vicina eſt Arabica *ſamabras*, vel *ſaambras*, vt Bellunenſis legit, aliàs *ſenabras* vel *ſemabras*, vnde ſalamandræ nomen deductum videtur, non quòd idem ſed quòd ſimile & congener ſit animal. *Sarnabraus*, id eſt ſtellio, Vetus gloſſographus Auicennæ. *Senabras* idem eſt quod lacertus vel ſtellio qui in hortis reperitur, Bellunenſis. Videtur autem abuti ſtellionis nomine, vt & alij Arabum interpretes, idq; generis loco ſtatuere, ſub quo ſpecies aliquot contineantur, quod rectius & Latinius lacerti quàm ſtellionis nomine facere poterant. *Samabras* quidem Auicennæ lib. 2. cap. 646. lacertam ſimpliciter ſignificat, vt ex adſcriptis ei remedijs clariſſimè conſtat. *Guaril* ſeu *vrel* apud Auicennam lib. 2. in capite de *athab* ſeu *aldab*, id eſt lacerto, vetus interpres ſtellionem reddit, Bellunenſis Arabicas voces relinquit. *Aburel* eſt animal terrenum, ſimile lacerto, coloris cinerei, longum ad quantitatem trium palmorum, Bellunenſis. *Guaril* lacerto ſimilis eſt, ſed corporis forma differt, cauda longa, & paruo capite, Obſcurus. *Guaſemabras*, id eſt ſtellio, Vetus gloſſographus Auicennæ: qui fortè duas voces *guaril* & *ſemabras* in vnam confudit. *Guauſes* animal quoddam habens ſanguinem, & eſt ſtellio, Syluaticus. videtur & hæc vox corrupta. Verus quidem ſtellio, teſte Plinio, ſanguinem non habet. *Guaril* aquaticus, id eſt ſcincus, ſed verius ſtellio, Vetus gloſſographus Auicennæ. Sed ſtellionis aquatici ex bonis authoribus nemo meminit. *Epithetos*, id eſt ſtellio, Syluaticus. Aſcalabotes (id eſt ſtellio) & araneus pugnant, Ariſtot. vbi Albertus ineptiſſimè habet, Auis aſcalonitis aliquando comedit *abachiez*. Vasca Arabicè ſunt reptilia, vt ſtellio, ſubnigra, dicta in Catalonia dracones domorum, quæ cum mordent, inflatur locus, donec denticuli infixi extrahantur, ſicut etiam denticuli ſtellionis vel lacertorum, Arnoldus in libro de venenis. Videntur autem mihi nihil ferè à veris ſtellionibus differre, præterquam colore. ¶ Albertus Magnus chamæleontem interpretatur ſtellionem maiorem, quod minimè probo. Idem chamæleontem, ſalamandram & ſtellionem imperitiſſimè confundit: & pro colote alicubi *arcolam* habet, ex Auicennæ interprete nimirum. ¶ Germani, Galli & Angli, nullum quod ſciam huius lacerti nomen habent, cum ipſo etiam animante careant. Errat qui ſtellionem Germanicè interpretatur Puntermolch/ quod animal omnino ſalamandram eſſe ſupra docui. ¶ Eſt & Stellio tranſmarinus Plinio & Ægineræ, idem fortè qui ſcincus: de quo plura in *G.* & mox in *B.*

De nominibus Hebraicis & Arabicis.

B.

Vbi reperiatur. Reperiuntur ſtelliones in Italia, etiam venenati morſus, Ariſtotele teſte: item in Thracia, Nicandro. Nos ſupra circa Romam & in Thuſcia ſtelliones tarantularum nomine haberi docuimus. Plinius in Italia naſci negat ſtellionis illud genus ſcorpioni contrarium quod Græci aſcalaboten & coloten vocent: (quod forte alibi ſtellionem tranſmarinum dicit.) Eſt enim hic (Græcorum ſtellio, inquit) plenus lentigine, ſtridoris acerbi, & veſcitur: quæ omnia à noſtris ſtellionibus aliena ſunt.

Stelli-

Stelliones in Sicilia aiunt morſum habere letalem, non vt apud nos infirmum & leuem, Ariſtot. in Mirabilibus. ¶ Cortice integuntur, Ariſtot. Stellio terga depicta habet interlucentibus oculis in modum ſtellarum, vnde nomen, Albertus. Et alibi, Piger eſt, dorſo & cauda latior lacerto: & guttatus, cum lacerta ſit vnius coloris. ſed hæc coniuncta, ad ſalamandram magis referenda videntur, quam, vt dixi, cum ſtellione confundit, Circulis quibuſdam depicti ſunt & veluti lucentibus guttis in modum ſtellarum, vnde nomen, Perottus. Vide plura in *A. Aptum q, colori. Nomen habet varius ſtellatus corpora guttis*, Ouidius. Tarantulæ, vt Romæ vocant, albæ ſunt, innocuæ, & puſillis lacertis ſimiles, Hermolaus. Audiui etiam ex oculato quodam teſte, tarantulam illam corpore lucido eſſe & fragili. Sed λακόν etiam vulgo apud Græcos dictus lacertus, ſiue idem ſiue ſimilis, argenteo colore lucido eſſe fertur. Vidi ego noſtros etiam communes lacertos in littore prope Venetias, albo colore, innoxios, nec mordentes licet digito in os inſerto. Aſcalabotes animalculum eſt lacertæ ſimile, Suidas. Similis aſcalabotæ ſalamandra eſt, Aetius. Lacerti ſiue ſtelliones qui Græcè *aſcalabotæ* vocantur, curti ſunt, Marcellus Empiricus. ¶ Stelliones ſanguine carent, lacertarum figura, Plinius. hinc forte albo & lucido colore apparent. Sunt qui & ranam in quadrupedum ouiparorum genere ſanguinem præterquam in oculis habere negent. Chamæleontem Ariſtoteles ſcribit ſanguine carere exceptis oculis & corde, & quibuſdam ex eo naſcentibus venulis. Quamobrem erraſſe videtur Syluaticus (aut librarius, qui negationem omiſerit) apud quem legimus, *Guauſes* animal quoddam habens ſanguinem, & eſt ſtellio. ¶ Stellio vel lacerta cum mordet, dimittit in loco ſui morſus dentes paruos, ſubtiles, nigros, Auicenna & Albertus: plura leges ſupra in Lacerto *B.* & *G.* Stellio fortè eſt de genere lacertarum, quæ verſantur in ædificijs & domibus antiquis, & raro mordet: quia habet dentes tortuoſos, quos relinqueret in vulnere, Ponzettus. Lacertorum etiam, qui Arabicè *vaſga* dicuntur, ſtellioni ſimilium dentes in morſu infixi hærent, vt Arnoldus ſcribit. ¶ Polypo brachia à congruo abroſa, renaſci, ſicut colotis & lacertis caudam, haud falſum, Plinius. Stellio Græcorum plenus eſt lentigine, quod noſtro non conuenit. atqui alibi non ipſum lentigine plenum eſſe ſcribit, ſed faciem illorum qui medicamentum ex ipſo factum biberint, lentigine obduci, quod magis probo.

Figura corporis.

C.

Stellio eſt lacerta inhabitans domos, Elluchaſem. Stelliones in nouis domibus cernuntur, vt Marcellinus inquit, Hermolaus. In veteribus domibus, Ponzettus. Cubilia eorum in locis hoſtiorum feneſtrarumq; ſunt, aut cameris ſepulchriſve, Plinius. Aſcalabotæ aliquando ex ſuperioribus locis in cibos, dum præparantur, decidunt, Dioſcorid. Parietes ædificiorum rependo conſcendunt, Suidas & Marcellus Empiricus. In ſublime ſcandunt, felium modo: ſed & deorſum reptant & ad latera, vt in *A.* dixi Latebras petunt, Ouidius 5. Metam. *Senabras* idem eſt quod lacerta vel ſtellio, qui in hortis reperitur, Bellunenſis. Stelliones & aliæ quadrupedes ouiparæ quomodo ingrediantur, ex Ariſtotelis libro de communi animalium greſſu, in Crocodilo ſcripſi.

Vbi viuant.

¶ *Nam ſæpe fauos ignotus adedit Stellio*, Vergilius 4. Georg. Foramina alucarium anguſtiſſima eſſe debent, vt nec venenatus ſtellio, nec aliud animalculum noxium intrare & fauos populari poſſit, Columella. Chamæleontum ſtelliones quodammodo naturâ habent, rore tantum viuentes, præterq; araneis, Plinius. Et alibi, Græcorum galeotes, ſtridoris eſt acerbi, & veſcitur, quæ à noſtris ſtellionibus aliena ſunt. Puto autem eum ex Græcis hæc vertiſſe, & pro βρυγμὸς aut ſimili voce morſum ſignificante, ſtridorem reddidiſſe, homonymia deceptum. βρυγμὸς enim vtrunq; ſignificat, & ſtridorem qualis ex colliſione dentium fit, & morſum, vt apud Nicandrum de ipſo ſtellione, Ἔνθα γ' ὑπνώοντι περ ἀπηχέα βρύγματ' ἔασιν Ἀσκαλάβῳ. Inter ſtellionem & araneum bellum eſt. deuorantur enim aranei à ſtellione, Ariſtot. Σοφὸς ἀφύχης ἰχὼρ οὖρε καλάτης, Καὶ λιπὼν ἐνδὺ φᾶρος, ἐκπεμὼν τοῖχον, Babrius apud Suidam.

Quibus veſcantur.

¶ Stelliones menſibus quatuor frigidiſſimis latent, & nihil edunt interea, Ariſtot.

Hyeme latent.

¶ Senectutem vere & autumno exuunt, vt & reliqua cortice intecta quibus mollis eſt cutis, Ariſtot. Tuniculam eodem modo vt anguis exuunt, Plinius. Exuram mox deuorant, vide in *D.* Γῆρας γαλεώτου, pellis ſtellionis, quam vt ſerpens per ſenectam exuit, Varinus. ¶ Oua parit, quorum liquor, vt Plinius ſcribit, euulſos palpebrarum pilos renaſci non patitur. Animal eſt infirmum, Obſcurus. Hinc nimirum ὑπνώων ἀσκάλαβος Nicander dixit. ¶ Tarantulas in quibuſdam Italiæ locis dictas (id eſt ſtelliones) ſi deſuper alicubi cadant, caudam frangere aiunt: quod præ nimia corporis ſiccitate eis contingere videtur.

Pellem exuunt.

Oua.

Siccitas.

D.

Theophraſtus autor eſt, angues & ſtelliones ſenectutem exuere, eamq; protinus deuorare, præripientes comitiali morbo remedia, Plinius & Ælianus. Ego id in libris Theophraſti qui extant non reperio, ſed in Mirabilibus quæ Ariſtoteli tribuuntur. Aduerſus comitiales magnificè laudatur tunicula ſtellionis. Operæprecium eſt ſcire quomodo præripiatur, cum exuitur membrana byberna, aliâs deuoranti eam, quoniam nullum animal fraudulentius inuidêre homini tradunt. Inde ſtellionum nomen aiunt in maledictum translatum. Obſeruant cubile eius æſtatibus. Eſt autem

Quomodo præripiatur tunica ſtellionum quã hyeme exuunt.

Digitized by Google

in locis hoſtiorum feneſtrarumq; , aut cameris ſepulchriſve. Ibi vere incipiente fiſſis harundinibus contextas opponunt caſas, quarum anguſtijs etiam gaudet, eò facilius exuens circundatum torporem. Sed eo derelicto non poteſt remeare, Plin. Inuidentiſſimum hoc animal intelligitur, quoniam ſenectutem ſuam deuoret, &c. hinc ſtellare verbum pro inuidere, Hermolaus. Ab hoc animali (inquit Perottus) ſtellionatus crimen apud Iuriſconſultos nomen ſumpſit: cuius cognitio, vt Vlpianus ſentit, ad præſidem ſpectat, cum ſcilicet aliquid dolo factum eſt: vt ſi quis rem alij obligatam, diſſimulata obligatione, per calliditatem alij diſtraxerit, vel permutauerit, vel inſolutum dederit: aut ſi quis merces ſuppoſuerit, vel obligatas auerterit, vel corruperit: aut impoſturam fecerit, cuius nulla alia ordinaria pœna eſt, ſed extraordinariè plectitur, Hæc ex Vlpiano de crim. ſtell. Cauſa autem nominis ſecundum quoſdam hæc fuit, quòd qui huiuſmodi criminis rei ſunt, aſtu & dolo velut quodam ſtellionis medicamento homines fallunt. fit enim è ſtellione malum medicamentum. etenim cum mortuus eſt in vino, faciem eorum qui biberint, lentigine obducit. Nos autem cauſam nominis veriorem hanc eſſe exiſtimamus, quòd nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt. ideo nomen hoc verſum eſt in maledictum: & quoties inſidiatorem aliquem ſignificare volumus, ſtellionem nominamus. Scit ſtellio nihil tuniculæ ſuæ in comitialibus morbis præferri, &c. ex Plinio, Hæc Perottus. A ſtellione fraudulentiſſimo animali ſtellionatus crimen & ſtellatura dicitur, Hermolaus. Stellatura nomen erat annonæ militaris, Lampridius in Alex. Annonas, inquit, militum diligenter inſpexit: Tribunos qui per ſtellaturas militibus aliquid abſtuliſſent, capitali pœna affecit. Spartianus in Peſcennio Nigro: Nam & Imperator Tribunos duos, quos conſtitit ſtellaturas accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliaribus iuſſit, Budæus. Mihi non videtur nomen eſſe annonæ in priori exemplo, in poſteriori poteſt. Sunt inter recentiores Grammaticos qui ſtellaturam interpretentur extortionē ſiue fraudem qua capitanei ſeu duces ſubtrahebant militibus partem annonæ ab Imperatore eis deſignatæ. Stellaturam ſunt qui in fraudum vſurpent ratione. Illud grauius, quod eruditis obſeruatum ſcio, Stellaturam in militaris annonæ erogatione videri frumentarijs teſſeris perſimilem, quibus acceptis, plebi gratuitum diſtribuebatur frumentum. quippe hac contributa, vilius conſtabat militibus annona. Meminit in Alexandro Lampridius. Frumentaria perceptio in ratione hac nuncupatur Iulio Capitolino in Antonini Philoſophi vita: Ob hanc, inquit, coniunctionem pueros & puellas nouorum hominum frumentariæ perceptioni adſcribi præceperunt, Hæc ex Antiquis lectionibus Cælij. Stellionatus igitur eſt quaſi furtum quoddam callidum & doloſum, quod fit malè erogando aut diſtribuendo aliquid: aut contrahendo, emendo, vendendo, quod forſan etiam à Græco verbo στέλλειν aut ὑποστέλλειν, quod eſt ſubtrahere, deriuatum aliquis conijciat. Non ſolum autem circa ſenectam ſuam, vt diximus, deuorandam, calliditas ſtellionis notatur: ſed aliàs quoq; aſtutum eſt animal. nam & apibus doloſè inſidiatur. quamuis enim Columella 9. 7. lacerto hanc fraudem tribuit, videtur tamen de ſtellione accipi poſſe, quem paulò antè peculiariter nominauit. aut vterq; forſan apibus inſidiatur. Οὗτοι δὲ γαλεώτης γέρων, Menander, vt citat Suidas in Aſcalabote. vbi galeoten ſenem aſtutum fortè quis recte interpretetur.

Inuidum animal ſtellio.

Stellionatus crimē vnde dictum.

Stellatura nomen annonæ militaris.

Quid ſit ſtellionatus.

¶ Colotæ hoſtis aſinus eſt. dormit enim colotes in præſepibus, & narem ſubiens aſini, ne comedat impedit, Ariſtotel. Albertus hoc loco coloten ineptè rattum, id eſt murem maiorem exponit. ¶ Scorpionibus contrarius maximè inuicem ſtellio traditur, vt viſu quoq; pauorem ijs afferat, & torporem frigidi ſudoris. Itaq; in oleo putrefaciunt eum, & ita quæ ſcorpio pupugerit loca inungunt, Plinius. Scalaboten, id eſt ſtellionem, hoſtem exiſtimat ſcorpius, κάρφει δὲ τοῦτον, Philes. lego, καρφεῖ δὲ τοῦτον. hoc eſt, afficit autem illum torpore. quamuis non ſcorpio ſtellioni, ſed ſtellio ſcorpioni torporem inferat, vt iam ex Plinio diximus. Idem teſtatur Galenus in lib. de theriaca ad Piſonem. Stellio (inquit) viſus à ſcorpijs καταπήγνυσιν αὐτὸς, καὶ θνῆσκει ἀναιρεῖ: id eſt, torpore eos afficit, & ita interimit. Magnam aduerſitatem ſcorpionibus oleo merſis & ſtellionibus putant eſſe, innocuis duntaxat ijs, qui & ipſi carent ſanguine, lacertarum figura. atq; ſcorpiones in totum nulli nocere cui non ſit ſanguis, Plinius. Vetus lectio habebat, magnam aduerſitatem cum ſtellionibus putant eſſe, &c. ſine his verbis, oleo merſis, ijs ad præcedentia relatis. Quòd ſi ad ſequentia referas, ſenſus erit, ſcorpios oleo merſos, ſtellionibus aduerſari, eorum ſcilicet morſui. atqui ſuperius ex Plinio recitauimus, ſtellionem in oleo putrefieri contra ſcorpionum ictus. Sed vt idem refert, inuicē contrarij ſunt, vt vtrunq; aduerſus alterius venenum valere probabile ſit. Stellionem ſcorpius hoſtiliter odit: ſcorpionem torpedo admota comprimit, Ælianus interprete Gillio: ſed perperam, vt ſupra ex Philæ verbis per nos caſtigatis apparet. Crediderim autem Æliani codicem, quo vſus eſt Gillius corruptum fuiſſe: vt & illum quo vſus eſt Philes, qui ſua omnia ab Æliano mutuatus eſt. aut ſi ita ſcripſit Ælianus, illū ipſum erraſſe ex Plinij & Galeni verbis conuincemus. ¶ Inter ſtellionem etiam & araneum bellum eſt. deuorantur enim aranei à ſtellione, Ariſtot.

Stellionis hoſtes Aſinus. Scorpius.

Araneus.

E.

Fel ſtellionum tritum in aqua muſtelas congregare dicitur, Plinius.

F.

Stellio, præſertim tranſmarinus, editur etiam, ſed ad remedia tantum, vt proximè dicetur.

DE RE-

G.

DE REMEDIIS EX STELLIONE TVM SIMPLICITER VEL *Italico, tum transmarino vel Græcorum stellione.*

Stellio & lacerta in cibo faciunt vt accipitres citius mutent pennas, Crescentiensis. Aduersus comitiales stellionem aliqui harundine exenteratum inueteratumq; bibendum dedêre. alij in cibo in ligneis verubus inassatum, Plin. Hydrocelicis stelliones mirè prodesse tradunt. capite, pedibus, interaneisq; demptis, reliquum corpus inassatur. in cibo id sæpius datur, sicut ad vrinæ incontinentiam, Idem. Dysentericis stellio transmarinus medetur, ablatis intestinis & capite, pedibusq; ac cute, decoctusq; & in cibo sumptus, Plinius. Lumborum dolori medetur stellio transmarinus, capite ablato & intestinis, decoctus in vino (sic enim legendum) cum papaueris nigri denarij pondere dimidio eo succo bibitur, Idem. ego post dimidio distinxerim: & pro eo succo, legerim, & succus: id est, decoctum vel ius, bibitur. Idem remedium alibi sic describit, Ischiadicis stellionem potu prodesse dicunt, adiectis papaueris nigri obolis tribus. ¶ Ascalaboten aiunt ictibus scorpij vtiliter imponi, Galenus lib. 11. de simplic. Scorpionibus contrarius maximè inuicem stellio traditur, vt in *D.* retuli. Itaq; in oleo putrefaciunt eum, & ita ea (quæ scorpius inflixerit) vulnera perungunt. Quidam oleo illo spumam argenteam decoquunt ad emplastri genus, atq; ita illinunt, Plin. Oleo stellionis si quis locum à scorpio ictum inunxerit, dolorem compescet, vt Democritus docet, Diophanes in Geoponicis. Oleum stellionis, id est lacertæ inhabitantis domos, illitum axillis adolescentium, pilos euulsos enasci prohibet, Elluchasem. Ad scrophulas non fractas Recipe quatuor stelliones & octo vel decem lacertas & amputatis capitibus & caudis decoque eas in oleo oliuarum, quousq; spinas spernunt (forte separant) & carnes in oleo dissoluantur, postea cola per pannum & exprime oleum bene, & cum hoc oleo inunge scrofulas & glandulas, quas ad maturitatem peruenire non vis, quod absq; incisione vel fractura aliqua expellit & consumit eas optimè inungendo eas mane & sero. ¶ Magnificè laudatur contra comitiales stellionis transmarini cinis potus in aceto, Plin. Ad vuluæ morbos, Stellionem viteis lignis crematum imponito, & bene facit, Galenus Euporist. 2. 14. Crocodili (stelliones. de his enim tractat, tanquam crocodilorum, id est lacertorum specie) in cibo sumpti tanquam pisces, impudentes & inuerecundos (nimirum ad Venerem procliues) reddunt, Kiranides. Mirum & de stellionis cinere, si verũ est, linamento inuolutũ in sinistra manu Venerem stimulare: si transferatur in dextram, inhibere, Plin. Ad Venerem ciendam Oribasij apud Actium: Stellionem vstum quàm tenuissimè conterito, deinde oleum affundito: atq; ex eo magnum dextri pedis digitum inungito, & coito. vbi verò à coitu cessare velis, digitum ipsum abluito. ¶ Antidotus tentiginem excitans, dextro aut sinistro imposita pedi, renibus item & teneræ cuti, numero 69. apud Nicolaum Myrepsum, inter cætera medicamenta recipit stellionem, cantharides & scincum. Vnguentum entaticon, ad accendendam Venerem, quod Ægineta describit cap. 17. lib. 7. inter cætera tres ascalabotas accipit, qui viui macerari iubentur in aceto per dies quadraginta, vase defosso in fimo. Vt in Venerem cum volueris sis paratus, remedium tale facies. Lacerti appellantur siue stelliones qui per parietem repunt, curti sunt, quiq; Græcè *ascalabotæ* vocantur. hi quatuor infunduntur in acetum acre triduo vel quatriduo, quousq; putrescant. hoc teres in mortario, & adiunges galbani scrup. 1 x. Abrotoni, castorei, sulphuris viui, resinæ terebinthinæ, croci, singulorum scrup. x 11. Euzomi succi, mentæ viridis succi, staphisagriæ, iris Illyricæ, aluminis scissi, singul. scrup. v 1. Myrrhæ, seminis herbæ symphoniacæ siccæ, vtriusq; scrup. 111. Hæc omnia seorsim trita simul miscebis, & iterum simul teres. inde emplastrum facies vel pittacium, & pones in dextri pedis pollice cum vti volueris Venere: & cum cessare volueris, ad sinistri pedis pollicem transferes, Marcellus. Dextra xylobatæ molla (forte, in collo) gestata, arrectionẽ facit: sinistra verò mulieribus delectationem æqualẽ, Kiran. Vt ex stellione, sic ex salamandra etiam, veterũ aliqui remedia ad Venerem excitandam præscribunt, sed maximè ex scinco.

Medicamenta ex stellione ad Venerem excitandam.

¶ Theophrastus autor est stelliones senectutem exuere, eamq; protinus deuorare, præripientes comitiali morbo remedia, Plinius. Vide supra in *D.* Nos hoc legimus in Mirabilibus quæ Aristotelis nomine feruntur. Tunicula stellionis, quam eodem modo vt anguis exuit, pota, magnificè laudatur aduersus comitiales, Plinius. Et rursus, Nihil ei remedio in comitialibus morbis præfertur. ¶ *Guaril, vrel*, vel *alurel*, aliqui stellionem interpretantur. nos quæ ei Arabes tribuunt remedia, (carni, sanguini & fimo eius,) in Lacerto retulimus: quoniam lacerto Græci ferè eadem attribuunt.

Expelle.

¶ Stellionis caput combustum & tritum, & melli Attico admixtum, oculos lacrymosos inunctione adsidua siccat & sanat, Marcellus. Lachrymantibus sine fine oculis, cinis stellionis capitis cum stibio eximiè medetur, Plin. Ad sonitus & inflationes aurium, Viticem & stellionis caput pari pondere trita ammixto oleo instilla, Apollonius apud Galenum de compos. medic. sec. locos. Idem planè remedium Plinius memorat ad clauos pedum. ¶ *Mandecor, & tantus prosternet corpora somnus, Vt scindi possint absque dolore manus*, Io. Vt sinus de stellione ex Arnoldo vt Scholiastes annotauit. Nos hoc apud Arnoldum de corde lacertæ legimus. Veteres quidam crocodili corio hanc vim adscribunt: Vide supra in Crocodilo *G.* Xylobatæ frixura inunctus aliquis, sine dolore erit ad verbera,

Excapite.

Ex corde.

Ex oui. *Ex felle.* *Ex ſtercore.*

(vulnera, ſectiones,) Kiranides. Pilos in palpebris incommodos euulſos renaſci non patitur ouorum ſtellionis liquor, Plinius. In medicamentis ſuccidaneis, quæ cum Galeni & Æginetæ operibus habentur, pro felle cameli (malim chamæleontis) fel aſcalabotæ ſubſtituendum legimus. ¶ Stellionis ſtercus curat impetiginem, & ephelides faciei & alphos aufert, Serapionis interpres ex Galeno: quum Galenus de crocodili terreſtris ſtercore hæc ſcribat. Vide ſupra in Lacerti fimo. Stercus xylobatæ, vt & ſanguis, hebetudinem oculorum & albuginem ſanat, Kyranides.

DE VENENO STELLIONIS IN CIBO AVT POTV SVMPTI.

Sæpe ex ſuperioribus locis in cibos dum præparantur decidunt venenata quædam animalcula, vt phalangia, aſcalabotæ, & alia, Dioſcorid. Caro ſtellionis mortificat. & quandoq; cadit in vino, cui immoritur & diſſoluitur. hoc qui biberit, vomitu & dolore ſtomachi vehemente conflictatur. Siue cibus autem ſiue potus hoc veneno infectus & ingeſtus fuerit, cura communis & eadem quæ aduerſus cantharides adhiberi debet, Auicenna 4. 6. 2. 5. Aduerſus ſalamandræ etiam & lacerti venenum, eadem remedia valere, quæ contra cantharides, apud Plinium legimus. Curandi ratio adhiberi debet communis: hoc eſt per vomitus & clyſteres ab initio, & exhibitionem theriacæ vel alterius antidoti, Matthæolus. *Alharbe* (id eſt chamæleo) exitialis eſt, ſimiliter ſtellioni, Auicenna.

DE MORSV STELLIONIS ET REMEDIIS.

Stelliones fortè ſunt, quos Romanum vulgus *tarantulas* vocat, albas, innocuas, & puſillis lacertis ſimiles, Hermolaus. Venenatum ſtellionem Columella dixit, vbi aditus aluearium adeò anguſtos fieri iubet, vt hoc animal irrepere non poſſit. Theophraſtus author eſt ſtelliones peſtiferi in Græcia morſus, innoxios eſſe in Sicilia, Plin. 8. 31. Nos hæc in Ariſtotelis de Mirabilibus libro legimus, contrario ſenſu: nempe in Sicilia morſum ſtellionum letalem eſſe, in Græcia verò infirmum & leuem. Italiæ locis quibuſdam morſus etiam ſtellionum exitiales ſunt, Ariſtoteles. Nicander quoque in Theriacis, circa inſulas Thraciæ ſtellionis vtcunq; infirmi animalis morſus noxios eſſe ait, Ἔνθα καὶ ἀσπάλακος περ ἀπηνέος βρύγματ' ἔασιν Ἀσκαλάβου. Hinc Plinium tranſtuliſſe puto quod ſcribit ſtellionem tranſmarinum animal eſſe ſtridoris acerbi, vt ſupra dixi in *C.* Stellionis morſus eſt lethalis, Paracelſus. Selliones nonnulli tarantulas eſſe putant. horum morſus perrarò interimit hominem, tamen ſeniſtupidum efficit, vatieq; afficit, Niphus. loquitur autem de tarantulis lacertorum generis. Qui à ſtellione morſi ſunt, aſſiduè & contentè dolitant, morſuſq; locum liuidum habent. Iuuantur autem cueſtigio, ſi cæpe & allia cataplaſmatis modo eis imponantur. Auxiliantur eadem comeſta, vino meraco poſt eorum acceptionem abſorpto. Vtiliter etiam ſeſamum eis imponitur, aut melanthium aqua mulſa affatim affuſa, Aetius 13. 12. Eadem habet Ægineta 5. 11. Sed ille aut librarius in hoc peccauit, quòd primum aduerſus aſcalabotæ morſum, ſeſamum tritum imponi iubet. deinde reliqua, vt Actius, ſubiungit, ad galeotæ tanquam diuerſi animalis morſum. Errarunt etiam interpretes qui eo in loco pro galeota, id eſt ſtellione, felem reddiderunt. Qui error ab Auicenna quoq; aut eius interprete commiſſus eſt 4. 6. 4. 13. vbi eadem habet Auicenna, quæ Actius, eodemq; ordine. ſed addit, curari à ſtellione morſos cura communi. & pro allio calamintham montanam nominat, qui lapſus fortè interpretis eſt. Stellio & lacerta dimittunt in loco ſui morſus dentes paruos, ſubtiles, nigros: nec ceſſat locus pruritum & dolorem mouere donec extrahantur, &c. Vide ſupra in *B.* & in Lacerto in *B.* & *G.* *Vaſga* Arabicè ſunt reptilia vt ſtellio, ſubnigra, dicta in Catalonia dracones domorum, quæ cum mordent, inflatur locus, donec denticuli infixi extrahantur, ſicut etiam denticuli ſtellionis vel lacertorum, Arnoldus. Quum morſus ſtellionis manifeſtè apparet, dicunt quòd debet poni ſuper eo ſcorpio tritus, & pro antidoto dari modicum de ſtercore falconis, cum vino, Ponzettus qui ſtellionem & alia lacertorum genera confundit. Seſama ſtellionum morſibus reſiſtit, Plinius. Rhazæ Arabis verba de remedijs ad morſus ſtellionis & lacertæ, recitauimus in Lacerta *G.* Scorpio tritus ſtellionum veneno aduerſatur. Fit enim & è ſtellionibus malum medicamentum. Nam cum immortuus eſt vino, faciem eorum qui biberint, lentigine obducit. Ob hoc in vnguento necant eum inſidiantes pellicum formæ. Remedium eſt oui luteum, & mel ac nitrum, Plinius.

H.

Synonyma & homonyma.

4. Eſt & ſtellio araneorum generis, Perottus & Niphus. Ego Latinorum neminem noui, qui inter araneos ſtellionem nominârit. quare deceptum ſuſpicor Perottum, vel quia Græci *aſtérion* phalangijs adnumerant: vel quia tarantulam tum phalangij ſiue aranei genus vocitant, tum lacerti qui ſtellio exiſtimatur. ¶ Ἀσκάλαβος, γαλεός. ἀσκαλαβώτης, καὶ (ὁ) αὐτὸς, Heſychius & Varinus in Γαλεός. Nos γαλεὼν pro galeota & ſtellione apud authores non reperimus, præterquam Stephanum. Ἀσκόλαγα, ἀσκαλαβώτης, Heſych. & Varinus. Καλαβάς, καλαβώτης. Καλαβύσας, τὰς καλώπας, Ἀργεῖοι. Καλαβώτης, piſcis quidam, & lacertus, Iidem. Κάλαφος, ἀσκάλαφος, μαγήτης, Iidem. ſed Aſcalaphus per *ph.* proprium viri. Syluaticus ſcalabotas imperitè cantharides interpretatur. Γαλεῶται, ἀσκαλαβῶται, λάκωνες, Heſychius. Κολοιῶται, ἀσκαλαβώται, Heſychius & Varin. Αἰγύπιος, ἀσκαλαβώτης, ὄφις, Iidem.

Epithe-

Epitheta. Venenatus ſtellio, Columella. Οὐνδυκός, Nicander. Ignotus ſtellio apud Vergilium, à Seruio exponitur ignobilis, vel ex improuiſo veniens.

Icon. Thraſybuli ſtatua eſt in Olympia, cuius dextrum humerum ſtellio (γαλεώτης,) quamuis Loëſcherus interpres felem reddidit) aſcendit, & canis victima adiacet, Pauſanias Eliac. 2.

Stellare, ſtellatura, ſtellionatus: Vide ſupra in *D.* ¶ Γαλεώτης γέρων, apud Menandrum, de ſene, vt videtur, callido vel inuido.

Γαλεώτης, nomen proprium, Suidas. Galeotæ dicebantur vates quidam in Sicilia & Attica, vt ait Stephanus: à Galeote (Galeo, Steph. apud quem tamen mox rurſus Galeotes legitur) Apollinis filio & Themiſtûs, (qui in Sicilia oracula obtinuit, vnde Galeotæ ibidem dicti eius ſucceſſores, Gyraldus:) quæ Zabij regis Hyperboreorum filia fuerit. Hic autem Galeotes frater Thelmiſſi eius traditur, qui Telmiſſum vrbem in Caria condiderit, oraculo ex Dodone accepto, vt alter orientem Solem verſus, alter occidentem nauigaret: atq; vbi ea quæ ſacrificaſſent ab aquila rapi cernerent, in eo loco ſedem capeſſerent. Ælianus quoque Dionyſium tyrannum Galeotas ſolitum conſulere in Sicilia ſignificat. Cicero quoq; in primo Diuinationis lib. portentorum interpretes in Sicilia, Galicios appellat: vt fortaſſe non Galicios, ſed *Galeotas* ſcribere oporteat, Hermolaus. Stephanus etſi galeòn interpretatur aſcalabóten, id eſt ſtellionem in Galeotarum mentione: ipſos tamen dictos innuit à galeis, id eſt muſtelis piſcibus marinis longè callidiſſimis, aut obiter tantum hæc adfert propter vocis affinitatem, Galeotas verò ab eiuſdem nominis Apollinis filio tantum nominatos vult. aut potius dubitat ab illóne, tanquam vate, dicti ſint, an ab aſtutis animalibus, ſiue galeo terreſtri, ſiue galeis marinis, vt locus pro mutilo habeatur. Idem plura ſe de Galeotis in Telmiſſo dicturum pollicetur, vbi tamen nullam Galeotarum mentionem reperimus: mutilato nimirum codice vt aliâs ſæpe. Hyblæ vrbis minoris in Sicilia, incolæ Galæotæ vel Megarei dicuntur, Stephanus. Galeotæ vates Siculi, Galei quoq; dicti Pauſaniæ grammatico, qui in Hybla (inquit) habitarent, Hermolaus, Γαλεοί, μάντεις. ἦσαν δὲ οὗτοι περὶ τὴν Σικελίαν οἰκοῦντες. καὶ γένος τι, ὡς φησι Φανόδημος καὶ Ῥίνθων Ταραντῖνοι, Heſych. & Varin. *Galeotæ vates Siciliæ.*

¶ Κολώτης per *o* magnum in prima & ſecunda ſyllaba, ſtellio eſt & Bacchus, vt Venus κολῶτις. Κολότης verò per *o* breue in prima, nomen eſt Epicurei cuiuſdam philoſophi cuius meminit Macrobius: & ſtatuarij apud Plinium 35. 8. Colotes in Elidis Cyllene mira ſpecie fecit Æſculapium eburneum, Strabo lib. 8. Fuit etiam Teius quidam pictor hoc nomine, cuius meminit Quintilianus libr. 2. ¶ Aſcalabus per *b*, ſtellio eſt, Aſcalaphus per *ph*, Aſtyochæ & Martis filius: & alius Acherontis & Orphnes, in bubonem mutatus Ouidij Metam. 5.

b. Scordyle, animal quoddam paluſtre eſt, ſimile ſtellioni, Heſychius.

d. In fraudulentos Emblema Alciati.

Parua lacerta, atris ſtellatus corpora guttis
Inuidiæ praui q; doli fert ſymbola pictus:
Nam turpi obtegitur faciem lentigine, quiſquis,
Hinc vindicta frequens decepta pellice vino,
Stellio, qui latebras & cana buſta colit,
Heu nimium nuribus cognita zelotypis.
Sit quibus immerſus ſtellio, vina bibas.
Quam forma amiſſo flore relinquit amans.

Vide ſupra in fine capitis ſeptimi.

e. Io. Vrſinus in carminibus ſuis de animalibus ſcribit, ſi quis caudam ſtellionis amputatam manu contineat donec tota immoriatur, & eadem manu poſtea naturam mulieris attingat, neminem alium cum illa rem habere poſſe. Oliuarius Scholiaſtes addit, hoc tradere Marcellum in Empirica. ego nihil tale apud Marcellum Empiricum reperi. Xylobates inſigne philtrum eſt, Kiran. *Superſtitioſa & magica ex ſtellione.*

g. Contra quartanas, Magi ſtellionem incluſum capſulis ſubiiciunt capiti, & ſub deceſſu febris emittunt, Plinius.

h. Ceteram Metánira mulier hoſpitio ſuſcepit: & cum ſacrificaret ei, Abas filius Metaniræ indignatus eſt matri quòd hoſpitio deam ſuſcepiſſet, & ſacrificium eius per inuidiã irriſit, & contra deam locutus eſt: vnde illa irata, potum (χέρνιμα) in cratêre relictum ſuper eum effudit, & ſic in ſtellionem mutauit, Scholiaſtes Nicandri in Theriaca & Ouid. Metam. 5. paulò aliter. *Combibit os maculas, & quæ modo brachia geſſit, Crura gerit. cauda eſt mutatis addita membris. Inq; breuem formam, ne ſit vis magna nocendi, Contrahitur, paruaq; minor menſura lacerta eſt.* *Fabula de Abãte in ſtellionem mutato.*

DE TESTVDINIBVS IN GENERE.

A.

TESTVDO, quam Græci χελώνην vocant, quadrupes eſt ouipara, & ſanguine prædita. Recẽtiores quidã, vt Albertus & interpres Raſis, teſtudinẽ pro limace ineptiſſimè ponunt interdum. Anxiè ab eruditis id quæritũ, in piſcitij decuriam veniántne teſtudines. Et non venire forſan liquidò valet comprobari, ac primum ratione principij, quoniam vti gallinæ oua æduns, colore ac ſubſtantia & cortice ferè eadem. deinde nec generatio eſt diuerſa, quum perfricatione piſces naſcantur. Spirant quoq;, quod piſci non contribuit Ariſtoteles. ambulant item, ſquammas non habent, ſed oſſa, Cælius. ¶ Sed cum tria ſumma teſtudinum genera ſint, primum terreſtre, ſecundum quod in dulcibus *De nominibus variis diuerſarum.*

áquis,tertium quod in marinis degit,dicam prius deiis quæ apud authores in genere ſcripta repetio, ita vt cuiuis ex iſtis generibus accõmodari poſſint: deinde priuatim de ſingulis. ¶ שבלול, *ſchablul*, Hebraicè limacem ſignificat,vt mihi videtur, non teſtudinem vt quidam interpretatur,confundens fortè limacem cum teſtudine.Inſtar limacis defluentis(impij)abeant,(& fiant veluti)abortus mulieris, qui non videt ſolem,Pſalmo 58. Dauid Kimhi vocem *ſchablul* interpretatur לימצא id eſt limacem,cui conſentit R.Salomon in Pſalmum iam citatum ſcribens,& Abraham Eſra quoq;. Aliqui tamen ſpicam intellexerunt. Chaldaica tranſlatio habet תיבללא, *thiblela*. Arabica, לשמעת, *liſemat*,ſi rectè ſcribo. Septuaginta κηρὸς,id eſt cera, vt & Hieronymus, qui tamen in altera trãſlatione vermem reddit. Quidam impetum aquæ interpretantur,teſte Munſtero. Dauid Kimhi (vt idem ſcribit) reptile eſſe ait, quod contegit ſe in medio teſtæ qua veſtitur,& incedendo diſſoluitur, (ſoluti humoris ſui veſtigia poſt ſe relinquit.)hoc reptile ſi contuderis,& impoſueris viceri,præſentaneum dicitur eſſe remedium. Verbum quidē מס, *mas*, vel מסס, *maſas*, apud Hebræos, non ſimpliciter diſſolui,ſed liqueſcere ſeu liquefieri ſignificat:quod limaci magis quàm vlli animalium conuenit. nam & aliâs facilè liqueſcit: & ſale tacta, ferè tota in humorem ſoluitur. Auicenna tamen limacem vocat *halzun*, neſcio an Arabica an Perſica voce.teſtudinem verò *ſelhafe* lib.2.cap.698. חמט, *homet*, Leuitici vndecimo teſtudinem aliqui transferunt: ego lacertum videri hac voce ſignificari,pluribus aſſerui in *A.* Lacerto. סירפד, *kipod*, quoq; Hebraicam vocem, non teſtudinem, vt aliqui ineptè exponunt,ſed omnino erinaceum deſignare ſuo loco oſtendi. *Kanken* & *ſalabhafe* Arab. Teſtudo. Auicẽna. *Halachalie* apud Albertum,(vel Auicennam potius ex quo ille deſumpſit)vbi Ariſtotelis animalium hiſtoriæ caput ſextum libri noni interpretatur, teſtudo eſt, *ladach* ciconia: ipſe ſtultiſſimè equos & equiceruos interpretatur. ¶ Teſtudo Italicè vocatur *teſtuma*, *teſtudine* vel *teſtugine*, *tartuca*, *cufuruma*, vt Scoppa docet.alibi etiam *tartocha* & *coforona* lego. Teſtudines (inquit Braſſauolus Ferrarienſis) *gallana* à nobis,ab aliis *tartugelle*,à nonnullis *biſca ſcutellaria* vocantur,(id eſt ſerpentes ſcutati.) *Tortucam* vocant aliqui ſerpentem ſcutatum, Albertus. Taurini ſerpentem *cupparian* à *cuppa*: alij Itali ſerpentem *ſcutellariam* à ſcutella.nos Galanam,Græcæ vocis veſtigio, quaſi χελώνην. Iul. Scaliger. Teſtudo, *gágado* Luſitanis: *galápago* vel *tartúga*,reliquis Hiſpanis. *Tortue*,Gallicè,vel *tartue*. *Tortuca*,id eſt teſtudo,Sylvaticus. vſurpant enim hoc nomen tanquam Latinum recentiores quidam barbari ſcriptores, Albertus & alij. Neocomenſes circa Sabaudiam, qui lingua Gallica vtuntur, vocant *boug coupé*, id eſt rubetam truncatam.quoniam retracto in teſtam capite,truncata videtur. Germani Schiltkrott vel Tällerkrott,id eſt rubetam teſta ſcuti aut orbis effigie intectam. & Flãdri eodem ſenſu Schiltpadde. Angli *ſchelcrabb*, id eſt cancrum ſcutatum ſeu teſtaceum ſed nimis generali nomine, vel *torteyſe* ſiue *tortoys* & *a tortouſe*. Aliqui Germanicè Eſchertzenſider: nimirum quòd pedes earum quodammodo alas referant, præcipuè marinarum. Vox σκελάθη in Demetrij Conſtantinopolitani de accipitribus libro,niſi teſtudinem,vt coniicio,ſignificet,ignota mihi eſt.

B.

Teſtudinũ genera tria.

Teſtudinum genera, vt dixi, tria ſunt, edendo omnia: Chelonophagi tamen Indiæ gens,non à quibuſuis, ſed marinis tantum edendis hoc nomen inuenit. Quibus in regionibus hæc animantia abundent,vide in *E*.

De teſtudinis teſta.

¶ Teſtudo,quòd teſta tectum hoc animal, Varro. Quæ oua pariunt, pennas habent, aut ſquamas, aut corticem, aut teſtam, vt teſtudines, Plinius. Gaza ex Ariſtotele transferens, In teſtudine (inquit) apparet, quàm durus & rigidus cortex (φολὶς) ſit quo tegitur, & in crocodilo. firmior enim oſſe euadit. Memini audire tam firmam eſſe hanc teſtam, vt à plauſtri etiam ſuperinuecti rotis non comminuatur. Palladius corium teſtudinis dixit, Marcellus Empiricus tegumen, Plinius operimentum, putamen, & ſuperficiem. Teſtudo operculum habet teſtaceum, & inter cortice intecta (φολιδωτὰ) numeratur, Ariſtot. Græci chelonium vocitarit, & generali nomine *oſtraceum*, vt in *E*.dicam. Germani ſua lingua ſcutum, vnde & animal ipſum rubetam ſcuratam vocant, vt Nicander χελώνην ἀσπιδέσσας. Tortuca (inquit Albertus) ſcuta duo gerit, vnum in dorſo, alterum in ventre: quæ quatuor initiis coniunguntur. Arbores quæ corticem tenuem & ſiccum habent, intrinſecus autem carne ſicca conſtant, ſanæ diuturnæq; ſunt, nec facilè putreſcunt: ſic & animalia, vt teſtudines, & quidquid eiuſmodi eſt, Hippocrates in libro de humoribus. Aliqui γῆρας, id eſt ſenectutem vocant, vt Ælianus, negans teſtudinem exuere ſenectam: & Suidas in Φολιδωτὸν· Γῆρας οὐκ ἐκδύεται ὡς ὄφις ἡ χελώνη.

Deſcriptio teſtudinis.

¶ Teſtudini pellis(cutis)ſcabra vt lacertæ, Albertus. ¶ Tortuca caput habet & caudam ſerpentis: quòd ſi magna fuerit, habet etiam ſcutum in capite, Albertus. Pacuuius teſtudines cognominat domiferas,capite breui,ceruice anguinea, aſpectu truci.

Palpebra.

¶ Quadrupedes quæ oua pariunt,vt teſtudines,crocodili,inferiore tantũ palpebra cõniuent,ſine vlla nictatione,propter prẽduros oculos,Plin.

Pulmo.

¶ Teſtudo quamuis prægrandem pulmonẽ & ſub toto tegumento habeat,ſine ſanguine tamen habet,Plin.

Venter.

¶ Ventrem vnum & ſimplicẽ,vt & reliquæ ouiparæ quadrupedes, Ariſtot.

Iecur.

¶ Teſtudinis iecur vitiatum eſt,vt reliquum corpus eius praui tẽperamenti, Ariſtot.

Lien.

¶ Perexiguum habet lienem,Idem & Plin.

Renes.

¶ Teſtudo ſola ex corticatis renes habet.Genus tamen teſtudinis,quam lutariam vocant, & veſica & renibus caret. fit enim propter eius mollitudinem tegminis vt humor

Veſica.

facilè

facilè diffletur, Ariſtot. (Id tamen negat Rondeletius.) Oua parientium teſtudo ſola renes habet, quæ & alia omnia viſcera, Plin. Sola ouiparorum (vel corticatorum) veſicam habet, Idem, & Ariſtoteles: qui etiam cauſam huius rei adfert lib. 3. de partibus cap. 8. Teſtudinum fœminæ ſingularem habent vtriuſq; excrementi foras pertingentem meatum, quanquam veſicam obtineant, Ariſtoteles. ¶ Teſtudini teſtes intus adhærent lumbis, Idem. ¶ De vulua teſtudinis, vide ſupra in Lacerto *B.* *Teſtes.* ¶ Oua durioris teſtæ, & bicolora ædit, quale ouum auium eſt, Ariſtot. Oua eius dicta ventri ſubdita ſunt, vide in Echinis. *Oua.* ¶ Cauda ei infra duo (dorſi & ventris) ſcuta procedit, ſerpentinæ ſimilis, Albertius. *Cauda.* Et rurſus, Inter duo ſcuta exeunt quatuor pedes tortucæ, qui videntur pedes lacertarum, cum quinque digitis & vnguibus.

C.

Teſtudo amphibia eſt, Stephanus Aquæus. Geminus ſimiliter (vt fibrorum) victus in aquis terraq; & teſtudinum, Plinius 32. 4. Sed forſan diſtinctius agendum erat. nam caſtor vnus & idem amphibius eſt. teſtudo verò terreſtris, aquatica & marina, tria genera ſunt diuerſa: ex quibus terreſtres, non rectè amphibiæ dici poſſe videntur, cæteræ poſſunt. nam cum in humore degant, reſpiratione tamen indigent: & in terra dormiunt, & propter partum foris morantur. *Teſtudo amphibia.* ¶ Teſtudineum inceſſum de tardiſſimo dicimus. Pacuuius teſtudinem tardigradam dixit. Chamæleonti motus piger admodum vt teſtudinis eſt, Ariſt. *Greſſus tardus.* ¶ Senectutem teſtudo non exuit, Ælian. ¶ Abruptum & perexiguum ſibilum ædit, Ariſt. Oua parientibus ſibilus, ſerpentibus longus, teſtudini abruptus, Plin. Sibilat altius quàm ſerpens, Albert. *Sibilus abruptus.* ¶ Teſtudines ideo incredibiliter timent & oderunt maritos ſuos, quòd haudquaquam eis ſimiliter vt cæteris beſtiis iucundus coitus ſit, imò maximum dolorem eis affert. nam maris os & durum, & aculeatum, & inflexibile fœminam intolerabili doloris ſenſu afficit. Quamobrem dentibus inter ſe pugnant, quod hæc infeſtum coitum effugere contendat, ille inuitam tandiu conuellit, quoad robore victam ſubegerit, & tanquam longi belli præmium ceperit, & pulchram rapuerit in bello puellam. Earum coitus terrenorũ canum, & vitulorum marinorũ ſimilis eſt, Gillius. Quadrupedũ ouiparæ eodem coëunt modo quo ea quæ animal generant, mare ſuperueniente, vt teſtudo tam aquatilis quàm terreſtris, Ariſtot. *Coitus.* Teſtudines omnes ſalaces eſſe magnopere compertum eſt, Volaterranus ex Ælian. ¶ Teſtudo animal eſt ouiparum, Ariſtot. Oua gallinarum ouis ſimilia parit, & in terra effoſſa reponit, donec ad calorem Solis exeat pullus, Albertus. *Oua.* Teſtudines & crocodilos dicunt cum in terra partum ediderint, obruere oua, deinde diſcedere, ita & per ſe naſcuntur, & educantur, Ælianus. Idem de teſtudine marina fertur.

¶ Teſtudinis iecur vitiatum eſt, vt reliquum corpus eius praui temperamenti, Ariſtot. de partib. 3. 12.

D.

Sunt qui ſubtilitatem animi conſtare non tenuitate ſanguinis putent, ſed cute operimentisq; corporum magis aut minus bruta eſſe, vt oſtrea & teſtudines, Plin. *Teſtudo hoſtis perdici & ſimiæ.*

¶ Perdici hoſtis eſt teſtudo, Ælianus & Philes.

¶ Simia quantum oderit teſtudinem, aut potius limacem, ſcripſimus in Simia *D.*

E.

Vt olera animalia infeſta non generent, in corio teſtudinis omnia ſemina, quæ ſparſurus es, ſicca, Palladius. *Vſus ex teſtudine.*

¶ Teſtudinum teſtæ in laminas diſſectæ, operibus inteſtinis ornandis adhibebantur, ex quouis, ni fallor, earum genere, vt ex ſequentibus authorum locis apparebit. Teſtudinum putamina ſecare in laminas, lectoſq; & repoſitoria his veſtire, Carbilius (*Caruilius*, vetus lectio) Pollio inſtituit, prodigi & ſagacis ad luxuriæ inſtrumenta ingenij, Plinius, qui plura de hoc Caruilio ſcribit lib. 33. Nam fictili (olim) aut lignea, aut vitrea, aut ærea denique ſupellectili vtebantur: nunc ex ebore, atq; teſtudine, & argento, &c. Celſus ff. de ſupell. leg. Teſtudines terreſtres in operibus cherſinæ vocantur, Plinius. Et alibi, Luxuriæ placuit materiem & in mari quæri. Teſtudo in hoc ſecta: nuperq; portentoſis ingeniis principatu Neronis inuentum, vt pigmentis perderet ſe, pluriſq; veniret imitata lignum. Sic lectis pretia quæruntur, ſic terebinthum vinci iubent, ſic cedrum pretioſius fieri, ſic acer decipi. Modo luxuria non fuerat contenta ligno, iam lignum emi teſtudinem facit. Cum homines adhuc frugi eſſent, *nemo curabat Qualis in Oceani fluctu teſtudo natares, Clarum Troiugenis factura ac nobile fulcrum*, Iuuenalis Sat. 11. Quàm in teſtudineo lecto culcitra plumea in die dormire, Varro apud Nonium Marc. Teſtudineum hexaclinon, opere teſtudineato factum. nam id antiquis ſummo in pretio fuit, quod opus Carbilius Pollio primus inſtituit. *Et teſtudineum menſus quater hexaclinon, Ingemuit curo non ſatis eſſe ſuo*, Martialis lib. 9. Plato dixit χλίνην πεξίνην· οὐδ' ἂν τὴν ἐλεφαντίνην εἴ τινες, τὴν χελώνης, καὶ σφενδάμνου, Pollux. Chelonophagi orientales populi teſtudinibus (marinis) vitam agunt, vnde nomen. Earum quoq; teſta vaſorum vice & nauium vtuntur, domos eadem ſibi contegentes Chelonophagi in Carmaniæ angulo ſunt, teſtudinum ſuperficie caſas tegẽtes, carne veſcentes, Plin. 6. 25. Hæ adeò in Indico mari magnę ſunt, vt ſingularum ſuperficies habitabiles caſas integant, Plinius & Solinus. Strabo lib. 16. tantas alio in loco reperiri ſcribit, vt Chelonophagi in eis nauigent. Sed hæc de marinis tantum teſtudinibus, quarum inſignis eſt magnitudo, intelligi poſſunt. Vide infra in Teſtu-

dine marina *E*. In Rhaphtis emporio iuxta mare rubrum, plurimum eſt ebur: καὶ χελώνη μεγάλη μετὰ τοῦ ἐλέφαντος, Arrianus in Periplo. Inſula Oceani vltima ad ipſum orientem Solem, teſtudinem fert omnium circa rubrum mare locorum optimam, Idem. Et rurſus, Inſula Serapidis in eodem mari teſtudinem multam & eximiam habet. In mari rubro paruæ quædam inſulæ teſtudines proferunt quæ ad Emporium exportantur, Arrianus in Periplo. Moſyllon locus ad mare rubrum χελωνάρια pauca habet, Ibidem. Et alibi, Ptolemais ἡ τῶν θηρῶν, emporium eſt ad mare rubrum, quod habet χελώνας ἀληθινὰς καὶ χερσαίας ὀλίγας: καὶ λευκὰς μικροτέρας τῶν ὀστράκων, id eſt teſtudinem veram, & terreſtrem paucam: & candidam, teſtis (ὀστράκοις) minoribus. Et rurſus, Dioſcoridis inſula in mari rubro, teſtudinem fert veram, & terreſtrẽ & candidam. plurimam verò excellentem & maioribus teſtis. item montanam prægrandem, oſtraci, id eſt teſtæ craſſiſſimæ: ἃ τὰ μὲν ἄλλα τῶν κοιλιῶν μέρη μὲν τὰ ἐγχείζοντα, τοῖς δὲ ὄπισθεν οὐκ ὀπισθέχεται, ἡ περίοπλα ὄντα. ὀλοπελῶς δὲ τὰς εἰς γλωσσόκομα, καὶ πυξίδια, καὶ μαγίδια ἐγχείζοντα, καὶ τοιαύτην τινὰ χρῆσιν κατατίμησαι. In Lybiæ deſertis curruum magnitudine viſendas aiunt teſtudines. Noctu procedunt in paſtum, adeò lento greſſu, vix vt mutare locum videantur. Interdiu ſubductæ ſub ſua teſta non videntur. Narrant fabulam. Appetente nocte, viatori locum aliquem à feris tutum captanti oculis, viſam teſtudinem quam tumulum ratus (muſco enim obſita erat) conſcendit, atq; in excubiis aliquandiu fuit. Somno deinde oppreſſus, vbi noctis & quietis idem finis fuit, & ille ſeſe aliis in locis (proceſſerat enim illa) eſſe intellexit: percepta beſtiæ facie admirationem cum ſcientia nouæ naturæ commutauit. Iul. Scaliger.

F.

De cibo & alimẽto ex teſtudinibus.

Amazones lacertis ac teſtudinibus & id genus beſtiis veſcebantur, Cælius. Tortucæ caro eſt tardæ digeſtionis, & generat choleram nigram, Raſis. Caro teſtudinum inter carnem quadrupedum & piſcium ambigit, Stephanus Aquæus & Baptiſta Fiera. Teſtudines inſigniter nutriunt vt docuit Conciliator, Cælius. Qui citò obeſare voluerint equos, tortucas cum pabulo molli decoquũt, vnde equis magna ſed falſa pinguitudo accedit, Albertus. Aloyſius Cadamuſtus Nauigationũ ſuarum cap. 40. de inſula quadam Noui orbis ſcribens, Erant ibi (inquit) teſtudines innumeræ, quibus pro tegmento natura vaſtiſſimas teſtas dederat, magnitudinis tantæ, vt pro clypeo non ineptè ſufficerent. Noſtri itaq; eſculentis huiuſmodi oblectati plurimum, exenteratis teſtudinibus multijuga eduliorũ genera parabant, aſſerentes eis aliàs ſe ſolitos vbertim veſci, & cum primis in ſinu Argino, qui huiuſmodi teſtudinibus ſcatet: hortabãturq; vt ego eis veſci vellem. Eſitaui igitur cibum inibi inſuetum, vt cõplura experiret. viſus eſt non inſuauis. albicat enim caro hæc, nec multum eſt abſimilis vitulinis carnibus: ſi fragrantiam & ſaporem ſpectes, Hæc ille: Videntur autem de marinis tantum intelligenda hæc verba. Obſeruatum nobis de teſtudine illud quinto Halieuticôn ex Oppiani interprete: Teſtudine, inquit, ſi quis veſcatur deglutiat ve πλησμόνως, multum inde iuuari: Si verò μὴ κατὰ κόρον, læſionem fieri manifeſtam, enata inde paræmia, χελώνης κρέας ἢ φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν, teſtudinea carne aut veſcendum, aut non omnino veſcendum. Paucitas ſtrophos facere narratur, id eſt tormina: copia verò detergere atq; expurgare, Cælius. Ἡ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν, ſenarius prouerbialis à Demone quodam, vel (vt alij) Terpſione vſitatus: in eos qui negotium aliquod ſubeũt quidem, ſed nimis cunctanter. (ſic enim emẽdo vitioſam Suidæ & Apoſtolij lectionẽ, vt legã, ὅτι ἐπὶ τῶν ὀκνούντων μὲν τὸ πρᾶγμα, προσπεναιδόντων δέ.) quoniam hæ carnes ſi parcè ſumantur, ventrem torqueant: ſin copioſius, purgent. Conuenit hic trimeter (inquit Eraſmus) in eos, qui negotium ſuſceptum frigidè ducunt, neq; explicantes, neq; relinquentes. Sunt qui putent hoc dictum ab authore Terpſione profectum eſſe: quorum eſt Athenæus lib. 8. declarans hunc primum præcepiſſe de gaſtrologia: æditis regulis per quas liqueret à quibus eſſet abſtinendum, quibus contra veſcendum. Inter quas erat & hæc de teſtudine, Ἢ φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν. Addunt teſtudinis carnem ſi modicè edatur, ventris tormina facere: rurſum ſi copioſè, lenire. Nam pleræque res ſunt, quas ſi facias acriter, plurimum conducunt: ſin ignauiter, officiunt. Plinius teſtudinem deciſis pedibus, capite, cauda, & inteſtinis exemptis, reliqua carne ita condita vt citra faſtidium ſumi poſſit, inter hydropis remedia ponit. Simili modo decoctam, antidotum eſſe ſcribit, aduerſus faſtidium aut cruditatem ex melle obortam, authorem citans Pelopem. Eodem ſanè modo ſerpentes etiam edendi parabantur, vnde apparet veteribus niſi remediorum gratia, hunc cibum, vt ranarum quoq;, ferè inuſitatum fuiſſe. Ariſtoteles certè teſtudinis iecur vitiatum eſſe ſcribit, vt reliquum corpus eius praui temperamenti. Teſtudines in cibo ætate noſtra multum appetuntur, & inter delicias quidem: quod miretur aliquis, cum Apicius deliciarum omnium pater, nullam earum in ſcriptis ſuis mentionem fecerit. Videtur ſanè cibus ex eis inſalubris nec ſine periculo, à quo ferè ipſa natura nos abſterrere debebat, quæ adeò deforme & vel ipſo aſpectu aduerſum nobis hoc animal (capite & cauda, ſerpentibus ſimile: pedibus, lacertis) produxit. Hoc etiam illi qui his ſcilicet deliciis fruuntur, fateri videntur, multis illis & variis condimentis quæ adhibere ſolent, tanquam ſine illis vel non placeret hic cibus, vel noxius foret. Nam quod ad morbos quoſdam commendatur, hoc ipſo conuincitur, eam pro medicamento potius quàm alimento homini datam. Hoc intelligens Oppianus lib. 5. de piſcibus, modicum eius vſum nocere dixit inductis torminibus, copioſum iuuare ac ventrem ſubducere, Hæc ferè Steph. Aquæus in libello Gallicè æditio de teſtudinibus, ranis, &c.

Prouerb. χελώνης κρέας ἢ φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν.

Ait

Ait autem ſe non ſimpliciter hunc cibum damnare, ſed nimiam vel curioſam eius & in deliciis affectationem. Porrò locum quem citat ex quinto Oppiani de piſcibus, ego nuſquam reperio. nihil enim aliud eo in libro Oppianus, quàm de capiendis teſtudinibus marinis docet. quare vel interpretem in quintum de piſcibus Oppiani, ex quo etiam ſuprà quædã à Cælio deſcripta retuli: vel Athenæi octauum dicere debuit. Sed de cibo è ſingulis teſtudinum generibus, terreſtri, aquatico & marino, in ſingulorum hiſtoria dicetur.

G.

Remedia ex teſtudine tota. Leonellus Fauentinus remedio cuidam ad phthiſicos carnem teſtudinis admiſcet, aut eius loco pulpam phaſiani cancrorúmve. Hydropicis medetur teſtudo deciſis pedibus, capite, cauda, & inteſtinis exemptis, reliqua carne ita condita, vt citra faſtidium ſumi poſſit, Plin. Ciconiarum, echinorum, & teſtudinum carnes ceu proprietate quadam articulorum doloribus conuenientes, non damnarem, Manard. 18. 4. Vrticæ ſemen Apollodorus affirmat ſalamandris contrarium eſſe cum iure decoctæ teſtudinis: item aduerſari hyoſcyamo, & ſerpentibus & ſcorpionibus, Plini. Si ex melle ſyncero (non venenato) faſtidium cruditásve quæ ſit grauiſſima incidat, teſtudinem circunciſis pedibus, capite, cauda, decoctam, antidotum eſſe autor eſt Pelops, Idem. Teſtudo (terreſtris, Demetrius) & lacerta in cibo faciunt vt accipitres citius mutent pennas, Creſcentienſis. Falconibus malè affectis, ranam aut teſtudinem, &c. in cibo dari iubet Albertus. Puluis tortucæ in collyrio adhibitus cæcitatem inducit per albedinem quæ prouenit in oculis, Raſis. Quòd ſi in lebetem balnei tortuca proïciatur, quotquot illic balneantur, obcæcabuntur, Idem. ¶ Si pili iumentorum tardius creuerint, viuam teſtudinem ſupra ſarmenta combures, & cineres eius in nouum cacabum mittes, additis vnciis tribus aluminis crudi, medullæ ceruinæ quod ſufficit, & vino infuſo decoques, & diebus plurimis impones, reuocare pilos creditur, Vegetius artis veterinariæ 2. 63. & Pelagonius cum Hippiatris Græcis cap. 55. Tortuca cremata & trita cum albumine oui, aut lacte aſinæ, ſi ventri, vberibus, aut femoribus mulieris illinatur, fiſſuras abolet, Raſis. Vide in terreſtri infra.

Remedia ex teſtudine tota.

Ex cineribus.

¶ Sanguis teſtudinis ad remedia colligitur hunc in modum, vt docetur in libro vulgari Nicolai Præpoſiti, ex Bulcaſi de præparat. medicamentorum. Teſtudinem aquæ (non exprimit dulcísne an marinæ. ſed parum intereſſe puto, cum terreſtris etiam teſtudinis ſanguis in vſu ſit) ſupinam pone in paropſide, & abſcinde caput eius ſubito, & ſanguinem effluentem collige, & cum coagulabitur, tege paropſidem cum cribro ex ſeris vel ex panno lini, & expone Soli donec deſiccetur, & ſerua. Vide infra in Teſtudine marina. Plinius teſtudinis terreſtris ſanguinem farina excipi iubet, & pilulas inde fieri, quæ cum opus ſit in vino dentur contra venena ſerpentium. Teſtudinis tum marinæ tum terreſtris ſanguinem venenis reſiſtere legimus. Teſtudinis ſanguis cum aliis quibuſdam miſcetur pro medicamento aduerſus ſcorpiones & morſu noxias feras apud Galenum lib. 2. de antidotis. Teſtudinis ſanguis exiccatus cum ſylueſtri cumino potus, mirabiliter facit contra viperæ morſum, Aetius. Vide in Marina. Cimicem cum ſanguine teſtudinis vtiliter illini morſibus quos ſerpentes inflixerint, aliqui prodiderunt. Aduerſum malidem, ſic dictum morbum peſtilentem in bubus: Paribus caſiæ myrrhæq; & thuris ponderibus, tantundem ſanguinis marinæ teſtudinis miſcetur, cum vini veteris ſextariis tribus, & ita parua res (*per nares*, legendum) infunditur. Sed ipſum medicamentum pondere ſex vnciarum diuiſum, portione æqua per triduum cum vino deditſe ſat erit, Columella & Pelagonius in Hippiatricis Græcis cap. 4. vbi ſic legitur, *πότιζε τῷ βοσθήματος τὰς δύο ὀγγίας εἰς ζέα πότους, τρεῖς ἐναλλὰξ ἀπὸ ἡμέρας τρεῖς.* Sanguinem marinæ teſtudinis colliges, & cum vino per os dabis: quam quia inuenire difficile eſt, vulgarium teſtudinum prodeſſe æſtimant. quod vtrum bene opinentur vſus viderit. Nam authores de terreſtri (*marina*, legerim) teſtudine tractauerunt, Vegetius, &c. vt in Boue *C.* recitauimus. nam medicamentum cum caſia, myrrha & thure, hic abſque teſtudinis ſanguine infundit. Vide infra in terreſtri teſtudine *G.* Porrigini depellendæ, *Prodeſt & tarda demptus teſtudine ſanguis*, Serenus. Vide infra in Marina. Ad defluuium capillorum & ophiaſin, *Nonnunquam variant macula, paruiſq; parumper Orbibus aſperſum ducit nouus vulnera tempus, &c. Tu teſtudineo mala permulceto cruore*, Idem. Vide in Terreſtri. Ad achôras, Apollonius (citante Galeno lib. 1. de compoſ. ſec. loc.) teſtudinis ſanguine caput illini iubet. Sed hoc pharmacum, inquit Galenus, curioſum & ſuperuacaneum eſt, neq; vnquam tẽtaui eius periculum facere. Ignem ſacrum, cuiuſcunq; generis teſtudinum ſanguine illini quidam iubent: item capitis vlcera, & verrucas, Plin. Vt pili alarum adoleſcentium non naſcantur, euulſis illis, illinãtur loca ſanguine ranarum vel teſtudinum, mixto cum ouis formicarum, vel cum oleo ſtellionis, Elluchaſem. Collyrium cum ſanguine tortucæ factum excæcat, & ſimiliter ſternutationes cum eodem factæ, Raſis. Arnoldus de Villanoua ſanguinem teſtud. per ſe vel cum vino potũ, aduerſus epilepſiam commendat. Raſis non ſimpliciter, ſed agreſtis (id eſt terreſtris) teſtudinis ſanguinem in hoc morbo laudat. Vide infra in terreſtri & Marina quoque. Praxagoras in Epilepſia, cum acceſſionem viderit cõmoueri, deprimit partes quæ fuerint in querela, & ſanguine teſtudinis aut aliis quibuſdã defricat, quod ipſum facientem Cælius Aurelianus reprehendit. Aliqui ſanguinem teſtudinum lethargicis illinunt, Plin. Teſtudinis ſanguis diu ore contentus, dentes (motos) corroborat, Galenus Euporiſt. 2. 12. Vt vino non

Ex ſanguine.

ſæpius ſit vtendum: Teſtudinem viuam ablue vino bono iuſto tempore (aliquandiu:) & accipe de ſanguine, ac illum cum vino miſceto, daque eam bibendum menſura calicis dimidij mane ieiuno diebus tribus, & videbis diuinam vim, Nicolaus Myrepſus.

Ex teſta. ¶ Teſta teſtudinis ſicca & trita, veletiam cõbuſta, fiſtulis immiſſa, ſanat eam ptius mortificatam, Arnoldus de Villanoua in Breuiario 3.21. Teſtudinis tegumen concrematur, eiuſq; fauilla ex vino & oleo temperata, vlceribus pedum vtiliter inducitur, Marcel. Vt pili cicatricibus equorum renaſcantur, cinerem è teſtis auellanarum vel teſtudinũ cum vetere bombycino vſtarum, permiſce cum oleo & inunge, Raſis. Ad hæmorrhoides, Teſtudinis teſta ſuffita bene facit, Galenus Euporiſt. 3. 197. ¶ Cheloniæ lapides geſtati cum radice pæoniæ compote (epilepſiam fortè) ſummè ſanant, Kiranides, ſtatim poſt facultates teſtudinis paluſtris.

Ex felle. ¶ Fel teſtudinum anginis, & in ore infantium nomis prodeſt: naribus inditum, comitiales erigit, Dioſcor. & Raſis. Auribus (lego, *Naribus* ex Dioſcor. & Auicenna) inſtillatum, epilepticos iuuat, Arnold. de Villan. Valet ad cola (fortè collyria:) Illitum prodeſt ad præfocationem (nimirum anginam: Vetus interpres habet *ſcrophulas*,) Auicenna. Cum melle optimo mixtum & diu agitatum, mirè caliginem tollit, ſi oculi inde aſſiduè circumlinantur, aut ſubtiliter ſuffundantur, Marcellus. Vide in

Ex pede. Teſtudine terreſtri *G.* ¶ Pes tortucæ poſitus ſuper pedem podagrici, dexter ſuper dextrum, & ſiniſter ſuper ſiniſtrum, expellit podagram. Et ſimiliter manus eius, dextra dextræ hominis chiragrici, ſiniſtra ſiniſtræ impoſita, ſanat, Raſis & Conſtantinus in libro de incantatione. ¶ Teſtudinis vn-

Ex vngue. guis in maxillaris dentis exeſi foramen coniectus, multum proficit, Galenus Euporiſt. 2.12. ¶ Qui-

Ex ſimo. dam promittunt teſtudinum omnium ſimo panos diſcuti, Plinius. ¶ Ouum teſtudinis valet ad tuſ-

Ex ouo. ſim infantium, Auicenna. Eraſiſtratus non iniuſta reprehenſione eos inceſſit, qui incognitas ad hunc vſum (ad remedia morſuum venenatorum) facultates conſcripſerunt, vt elephanti fel, oua teſtudinis, &c. Dioſcorid.

H.

Etymologia teſtudinis & Synonyma. ¶ a. Teſtudo, animal dictum quòd teſta tegatur, vt ait Varro. *Candelabra*, id eſt teſtudo, Syluaticus. *Palmuſtrich*, id eſt teſtudo animalis, Idem. Celon, id eſt teſtudo, Idem: voce corrupta à Chelone. Χελῶνα aliqui vocant teſtudinem marinam, Heſychius & Varinus, nimirum à recto χελών. ¶ Χίλις, idem quod χελώνη animal, id eſt teſtudo (vt grammatici docent) vſurpatur ab Oppiano. Χιλεὺς, teſtudo, Heſychius & Varinus. Κλαμυὺς, & Σφραγὶς, pro teſtudine, apud eoſdem. Καλλίκριτα, χελώνια, οἱ δὲ φάκελοι, Idem. Χραμαδῖλαι, teſtudines, vel canes pigerrimi, vel cochleæ, Heſychius & Varinus. omnibus quidem iſtis tarditatis nota conuenit. Teſtudines paruas Arrianus χελωνάρια vocat.

Ænigma de teſtudine. ¶ Epitheta. Amphion apud Pacuuium ænigma hoc protulit: Quadrupes, Domiporta, tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera, Capite breui, ceruice anguinea, aſpectu truci, Euiſcerata, inanima, cum animali ſono. (Crinitus 11.7. hos verſus ſic citat: Sanguine caſſa, domiporta, terrigena traditur, Quadrupes, tardigrada, agreſtis, &c.) Quod, cum hoc obſcurius dixiſſet Amphion, reſponderunt Attici, Non intelligimus, niſi aperte dixeris. Tum ille vno verbo reſpondit, teſtudinem eſſe. Huius ænigmatis meminit M. Tullius, & Tertullianus Septimius. Hæc tria quidem, euiſcerata, inanima, cum animali ſono, ad teſtudinem citharam pertinent, quam primum ex exiccata teſtudine Mercurius inueniſſe dicitur. Quidam non rectè de cochlea hæc interpretati ſunt, (vt Crinitus,) Gyraldus in libro ænigmatum. Citatur autem hoc Pacuuij ænigma apud Ciceronem de diuinatione, & Tertullianum in libro de pallio. Idem me admonet alterius ſimilis, quod Moſchopulo tribuitur huiuſmodi:

Ζώης εἰμὶ φύσεως ζῶον, πνέω δίχα πνοῆς,
Οἷσιν ὑφ' ἡγεμόνεσσι τόδε πορίω τὰ τοσόνδε,
Λευκὸς ἔσω κεκαλυμμένος αἰχλὴ τε κλιτὴ τε.
Ἡμιόφιν, ἧσιν λευκὴ κοιλὴ ἔσθε ἔπεσσιν.
Ὀφθαλμοῖσιν ἀριστερὸς εἶδος ἴχνευσα τόδ' ἤδη
Ἄφθογγον δέτ' ἐόντα, πολυθρόοις ἐξεφάανθεν.
Δοιὰ μετόμματ' ὄπιθε τανὰ ἐγκεφάλῳ ἐπέεσσιν,
Κυανέῳ ὑπὸ γαστέρι βαίνω, ἧς ὑπὸ γαστὴρ
Ὄμματα δ' ἐς πάρος ὄψομαι αὐτόμβδ' ὁδὸν πορεύσας
Αὐλὴρ ἐστὶν αὖ τόγε χορεσαμένῃ φαάνσαι
Δέρκεσθ' ὄμματ', ἐπειγομένῳς δὲ μύσομ' ὁδοῖο,

Hoc eſt, *Animal peregrinæ naturæ, ſine ſpiritu ſpiro, geminis oculis retro inuerſa cerebrum, quibus ducibus antrorſum progredior. Super ventre cæruleo pergo, ſub quo venter latet albus, apertus & clauſus. Oculi non aperiuntur, neq; progredior, donec vẽter intus albus* (vacuus) *eſt. Hoc ſaturato, oculi apparent inſignes, & pergo ad iter: Et quanquam multum varias edo voces.* Sic de Mercurio inuentore teſtudinis Nicander, Αὐδήσασα ἔθηκε λιγὺ μετὰ δηρὸν ἀοιδόν. ¶ Sed redeo ad epitheta. Tarda teſtudo, Serenus. Sunt & apud Textorem teſtudinis epitheta, ſanguine caſſa, minax, tumida. Sed teſtudinem ſanguine carere falſum eſt, & apud Ciceronem lib. 2. de diuinatione cochlea ſanguine caſſa dicitur. ¶ Ὀχραχόωντος, apud Suidam. Κελαιένος, in oracvlo quod Crœſo datum Herodotus lib. 1. deſcribit. Ἀσπάθεσσα, κραναὴ, marinæ teſtudinis epitheta apud Oppianum, vt terreſtris Χαλκῖα, de quauis teſtudine vſurpari poſſunt. Φερέοικος, χελώνη, Etymologus & Varinus. Sunt qui φερέοικον interpretentur cochleam, alij inſectum maius veſpa: alij animal ſimile muſtelæ, glandiuorum, Heſychius & Etymol. Χελώνη ἡ ναὶ, Chercidas apud Stobæum.

¶ Teſtu-

¶ Teſtudines (inquit Nonius) loca dicuntur in ædificiis camerata, ad ſimilitudinem aquatilium teſtudinum, quæ duris tergoribus ſunt & incuruis. *Tum foribus diuæ, media teſtudine templi*, Vergil. 1. Æneid. Caius Titinnius primò ante teſtudinem conſtitit: deinde apud conſulem cauſam atque excuſationem præferre cœpit, Siſenna apud Nonium. Nunc hoc vel honeſtate teſtudinis, vel valde boni æſtiuum locum obtinebit, Cicer. ad Quint. fratr. lib. 3. *Nec varios inhiant pulchra teſtudine poſtes*, Vergilius Georg. 2. de agricolis. Teſtudo (vt periſtylum tectum tegulis, aut rete) fit magna, in qua millia aliquot turdorum ac merularum includere poſſint, Varro: Qui etiam teſtudinem & cameram pro eodem accepiſſe videtur. Teſtudo ex duobus arcubus conſtat in centro ſe ſecantibus. Quatuor enim arcuatæ pilæ inuicem tranſuerſæ & crucem configurantes teſtudinem abſoluunt, Budæus in Pandect. Teſtudo, machina bellica. erat autem materia tabulatis, & coriis cilicinis aut centonibus, & aliis quæ difficulter comburi poſſunt, contexta. Hæc intrinſecus habet trabem, quæ vnco præfigebatur ferreo, & falx vocabatur, ab eo quòd incuruata eſſet, & de muro extraheret lapides. Retro enim ducebatur trabs funiculis ſuſpenſa, vt reducta impetuoſius feriret. ideoque & teſtudo dicta à ſimilitudine reptilis, quòd caput nunc exerat, nunc reducat. Hoc etiam inſtrumentum arietem appellant, ab eo quòd aries fronte pugnet. Cæſar 5. belli Gallici, Reliquiſque diebus turres ad altitudinem valli, falces teſtudinesque quas iidem captiui docuerant, parare ac facere cœperunt. Vergilius 2. Æneidos, *Obſeſſumq; acta teſtudine limen.* Et libr. 9. *Cùm tamen omnes Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus.* Cum proximè ante dixiſſet, *Accelerant acta pariter teſtudine Volſci.* Aliqui hic teſtudinem, continuatam ſcutorum ſeriem, curuatam in formam teſtudinis, interpretantur, vt Gulielmus Budæus: qui & ſequentes Liuij & Cæſaris locos ſimiliter exponit. Galli teſtudine facta, conferti ſtabant, Liuius 10. ab Vrbe. At milites legionis ſeptimæ teſtudine facta, & aggere ad munitiones adiecto, locum ceperunt, Cæſar 5. belli Gall. Sed in iam citato Vergilij loco ſimiliter interpretari non placet, *cum acta teſtudo*, vt proximè dixerat, de ea quæ continuata ſcutorum ſerie fit, accipi non poſſit, ſed de inſtrumento tantum quod in parietes agitur & impellitur. Si quis tamen de alia atque alia teſtudine, quanquam in proximis verſibus, poëtam loqui contenderit, non admodum reluctabor. De teſtudine machina, quæ & teſtudo arietaria dicitur, plura attuli in Arſete *a.* & in Oryge *a.* Vide etiam mox inferius in χελώνη. ¶ Teſtudo quoque lyra dicitur. quoniam Mercurius Apollinis citharam de teſtudine ſicca meditatus eſt, vt Aratus & Higinus referunt. Hinc Horatius illum curuæ lyræ parentem nuncupauit, & per apoſtrophen ad citharam, inquit: *O decus Phœbi, & dapibus ſupremi Grata teſtudo Ioui, o laborum Dulce lenamen.* Lyram quæ poſtea in cœlum tranſlata eſt, vt Grammatici ſcribunt, Mercurius in Cyllene monte Arcadiæ ex reperta teſtudine effecit: inde Orpheo traditam dicunt. Alij putant conceſſam Orpheo ab Apolline, poſt repertam citharam. interfecto Orpheo Muſæ in cælo lyram collocauêre. Alij eſſe lyram Arionis Citharœdi omnium primi. Aliqui dicunt Mercurium (inquit Higinus) cum primum lyram feciſſet, ſeptem chordas inſtituiſſe, ex Atlantidum numero, quòd Maia vna ex illarum numero eſſet, quæ Mercurij eſt mater. Deinde poſtea cum Apollinis boues abegiſſet, deprehenſus eſt ab eo: & quò ſibi facilius ignoſceret, petenti Apollini vt dicere liceret ſe inueniſſe lyram, conceſſit, &c. *Ipſe cana ſolans ægrum teſtudine amorem*, Vergilius 4. Georg. de Orpheo: vbi Seruius, Periphraſis (inquit) eſt citharæ, cuius vſus repertus eſt hoc modo. Quum regrediens Nilus in ſuos meatus varia in terris reliquiſſet animalia, relicta etiam teſtudo eſt. quæ cum putrefacta eſſet, & nerui eius remanſiſſent extenti intra corium, percuſſa à Mercurio ſonitum dedit, ex cuius imitatione cithara eſt compoſita. Mercurius lyram fecit Apollini pro bubus. nam cum Apollo pro mercede ſeruiret Admeto, boues eius paſcebat: quos ſuffuratus eſt Mercurius, & deprehenſus dedit ei pro redemptione (ἀντὶ λύρας, lego ἀντὶ λύπης) citharam, quam & chélyn dicunt, ex chelona, id eſt teſtudine ab ipſo fabricatam. vnde lyra dicta eſt, quaſi lytra (redemptionis pretium pro bubus,) Scholiaſtes Nicandri. Dicitur & pars citharæ, teſtudo. Quocirca & in fidibus teſtudine reſonatur, aut cornu: & ex tortuoſis locis & incluſis ſoni referuntur ampliores, Cicero 2. de Nat. Teſtudinem organum, teſtudinis animalis formam habere docet idem Cicero de diuinatione, Budæus. Acuta teſtudo, Martialis lib. 13. Blanda, Claud. 8. Paneg. *Tuq; teſtudo reſonare ſeptem Callida nervis*, Horatius Carm. 3. 11. *O teſtudinis aurea Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas*, Idem Carm. 4. Et in libr. de Arte poët. *Saxa mouere ſono teſtudinis.* Cyllenæa, eburna, Apollinea, argura, querula, vocalis, epitheta teſtudinis muſici inſtrumenti apud Textorem. Pacuuius in ænigmate quod ſupra recenſuimus, teſtudinem cuiſceratam inanimam cum animali ſono, dicendo, non animal, ſed organum muſicum intellexit. Plura vide mox inferius in Chelona & Chely vocibus Græcis. Teſtudines maiores, aptæ ſunt ad compingendas lyras, Vide infra in Teſtudine terreſtri *E.* ¶ Teſtudo aliquando ſimpliciter pro teſta accipitur. *Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta, Cortice depoſito mollis echinus erit*, Martialis lib. 13. ¶ Teſtudo nomen eſt tumoris cuiuſdam caluariæ apud recentiores medicos, vt docuimus in Talpa *H. a.* Teſtudineus, adiectiuum, quod concauum & incuruum eſt, teſtudinis more. Et inter ſe accliues teſtudineato tecto, more tuguriorum, inareſcentem ficum à rore, & interdum à pluuia defendãt, Columel. lib. 12. Sed & teſtudineatum in vſum veniſſe, Plin. lib. 33. Apud Vitruuium teſtudinatum legitur

Homonyma.

Teſtudines loca camerata.

Teſtudo machina bellica

Teſtudo lyra.

Teſtudo pro teſta.

Teſtudo nomẽ tumoris cuiuſdã caluariæ.

Teſtudineatus.

quinq; ſyllabis, quod magis probo, lib. 6. cap. 3. Eſt autem id vnũ inter quinque genera canædiorum. Teſtudineus, adiectiuum, quod eſt teſtudinis. Teſtudineus gradus, greſſus, vel inceſſus, id eſt tardus, Plautus Amphitr. Teſtudineum, opere teſtudineato factum: vide in *E.* A teſtudine fit verbum teſtudinare, quo vtitur Politianus: *Qua canus exeſum pumex teſtudinat antrum.*

Teſtudinare.

Varia huius vocis (χελώνη) ſignificata.

¶ Χελώνη, cithara. fit enim ea ex teſtudinum putaminibus, Heſychius: ſed non ſuo loco. Authores quidem tum Græci tum Latini, chelyn potius quàm chelonem, muſicum inſtrumentum appellant, vt mox apparebit. Χελώνη, machina bellica, Heſychius & Varinus: malim χελώνη, cum & Latinè teſtudo dicatur, vt ſupra explicatum eſt. Χελῶναι & χοιροὶ inter machinas bellicas à Polluce numerantur. Suidas interpretatur χελώνιον, εἶδος πολεμικῆς ὁπλοθήκης: ἐξ ἧς αἱ χελῶναι καὶ χοιρίδες πολιορκητικὰ μηχάνημα καὶ χερσί. Idem & τῶν ἐν τάξει, id eſt aciei militaris quandam ſpeciem chelónem vocari ait. ea fortè fuerit, quam continuata ſcutorum ſerie fieri, & Latinè quoque teſtudinem dici, ſupra ſcripſi. ¶ Χελώνη, ſcabellum, Τὸ ὑποπόδιον, καὶ πλοῖον μικρὸν (addiderim, κόμισμα, de quo infra dicemus,) Heſych. & Varin. Ζηλοτυπῆσαι αἱ θεσπαλαὶ γυναῖκες, τὴν Λαΐδα τὴν ἑταίραν ξυλίναις χελώναις ἐφόνευσαν τύπτησαι ἐν τῷ ἱερῷ τῆς ἀφροδίτης παντόμου ὕστερον δὲ ἱερὸν ἱδρύσαντο Ἀποσίας ἀφροδίτης. ἐπειδὴ αἱ γυναῖκες ἐν τῷ ἱερῷ ἀπόσιον πολέμιόν φόνον, Suidas. qua verò ſignificatione χελώνη hîc accipi debeat, tacet. mihi quidem ὑποπόδια accipi poſſe videntur. Eandem hiſtoriã Athen. refert lib. 13. Χελώνη, trópis, id eſt carina nauis, propter figurã incuruã, Heſych. & Varin. Cauũ pedis in vngula equi, Græci χηλώνα vocant, vel χελωνίδα, quod Ioachimus Camerarius vir eruditus Latinè etiam teſtudinem nominare voluit. Καταυλαμβάνουσι τοὺς χελωνίδας πολυκρότου φόρου, Poſidonius apud Athenæum alicubi, vt nos obſeruauimus. Sed rurſus alibi (lib. 5.) eiuſdem Poſidonij verba ſic citat, καταυλοῦμενοι τοὺς χελωνίδας πολυκρότου φόρου: qui locus an de equinæ vngulæ parte intelligi debeat, dubito. Μαρμαρίνης δ' ἐλίκεσσι καταφύκεντο χελώναι, Tryphiodorus de vngulis equi Durij. Chelonia vtrinque ſuculam continent, à ſimilitudine teſtudinis dicta. Chelonium enim tegumentum eſt teſtudinis animalis, cuius ſimilitudinem habent chelonia, id eſt retinacula quibus intra tigna ſucula retinetur, Budæus in Pandect. Vtitur hac voce Vitruuius 10. 2. vbi Philander Scholiaſtes, Chelonia (inquit) ſunt veluti vmbilici aut anſæ quæ adpinguntur, id eſt affiguntur arrectariis, (den ſtöcken der ſpindlen,) in quas ceu in armillas, coniecti ſuculorum (axium) cardines verſantur, atque adeò ipſæ totæ (ſuculæ:) dicta ſunt chelonia, à ſimilitudine tegumenti chelonæ, id eſt teſtudinis quadrupedis, quod ſimiliter chelonion vocatur. Celonia autem (χηλάνια, Vide in Ciconia *H. a.*) apud Ariſtotelem Mechanicorum quæſtione 28. ſunt machinæ iuxta puteos ad hauriendam facilius aquam, alteram partem prægrauante pondere. Tollenones, niſi fallor, vocauit Plinius lib. 18. cap. 2. & Sex. Pompeius, Hæcille. Chelonia ſunt in ratione toilendorũm onerum, quæ in quadris tignorum, quo loci diuaricantur, figi ſolent, vt in ea coniiciantur ſucularum capita, vt verſentur facilius, proximè capita vectibus infixis, Cælius. Teſtudines in organis ad id collocatæ ſunt, vt corpora quæ reſtituuntur, paulatim & minimè concuſſa extendantur. quemadmodum enim teſtudines animalia lento gradu procedunt, ita machinæ quibus illa referuntur, Oribaſius in libro de machinis cap. 4. vbi & differentias teſtudinum inſtrumentorum indicat. Νότιον τοίνυν ὑπὲρ αὐχένα κεῖται, τὸ μὲν ἔγκυρτον χελώνιον ὀνομάζεται, τὰ δὲ ἐκατέρωθεν ὠμοπλατῶν πτερύγια, &c. Pollux lib. 2. Camerarius ſic vertit: Infra ceruicem eſt tergum: atque huius gibbera pars, chelonion, quaſi teſtuduncula dicas, vtrinq; iuxta omoplatas, pterygia nominantur, id eſt alæ, quæ fortaſſe ſcapulæ ſunt, inquit ille: ego pedes potius dixerim, quos in Teſtudine marina etiam Nicander pterygas nominat. Alius quidam ex Polluce vertit, chelonion ſummam partem dorſi eſſe iuxta ceruicem. Chelonium, tegumentum eſt teſtudinis animalis. Eius autem integumenti ſimilitudinem habent chelonia, id eſt retinacula, quibus intra tigna ſucula retinetur, Budæus. Χελωνίδος, ἠδὸς (τῆς ᾠδῆς, Suid.) τῆς ὕδρας τῆς σκιλλῆς, Heſych. & Varin. Chelichelone (inquit Pollux lib. 9.) ludus eſt puellaris, ſimilis illi quem *Chytran* vocant. Sedet enim puella aliqua in medio chelóne, id eſt teſtudo dicta. aliæ verò circa eam ſubinde currentes interrogant: Χελιχελώνη (Χίλια χελώνη, duabus dictionibus, quarum prior terminatur per ει diphthõgum, vt habet Euſtathius in Odyſſ. φ. Ἐπὶ δὲ ὁ τύπος τὸ χίλιαι παρεγκλιτικὸν δῶθεν, παρηχήσαντι τῇ χελώνῃ, Idẽ.) τί ποιεῖς ἐν τῷ μέσῳ; Chelichelone quid rei in medio facis? Reſpondet illa, Ἔρια μαρύομαι (ἤγουν κλώθω) καὶ κρόκῃσι μιλησίαις. Deduco lanas velleris Mileſij. Tum rurſus illæ, Ὁ δ' ἔχθρός (ἔγγονος, Euſtath.) σὸς τί ποιῶν ἀπώλετο; Sed filium tuum quæ cauſa perdidit? Hæc verò, Λευκὰς ἀφ' ἵππων εἰς θάλασσαν ἅλατο. Equis ab albis in mare ſe præceps dedit.

Chelichelone ludus.

Chelonia gemma.

¶ Chelonia gemma, oculus eſt Indicæ teſtudinis, vel portentoſiſſima magorum mendaciis. Melle enim colluto ore impoſitam linguæ, futurorum diuinationem præſtare promittunt, quintadecima Luna & ſilente tota die: decreſcente verò, ante Solis ortum, cæteris diebus à prima in ſextam horam. Sunt & chelonitides teſtudinum ſimiles, ex quibus ad tempeſtates ſedandas multa vaticinantur. Eam verò quæ ſit aureis guttis, cum ſcarabeo deiectam in aquam feruentem tempeſtates tueri, Plin. 37. 10. Cheloniæ lapides geſtati cum radice pæoniæ compoſe (fortè, epilepſiam (ſummè ſanant, Author Kœranidum. Chelonites gemma eſt purpurei coloris & varij, quæ dicitur in corde teſtudinis inueniri. Sunt enim quædam maximæ teſtudines, habentes domos, quæ ſunt vt veræ margaritæ, & nitentes, Albertus (lib. 2. de foſſilibus, vbi etiam addit negare aliquos hunc lapi-

lapidem ab igne corrumpi) apud Syluaticum. Georg. Agricola Chelonitidas gemmas interpretatur, ſicine frottenſtein, hoc paruos lapides boracis ſiue rubetæ. ¶ Brontia gemma capitibus teſtudinum ſimilis, & cum tonitruis cadit, vt putant: & fulmine tacta reſtinguit, ſi credimus, Plin. Fortè à figura foris curua conuexaque, intus caua: qualis chelonij, id eſt teſtudinis teſtæ eſt. Vide ſupra in Rubeta. Chelonitides (inquit Georg. Agricola) ex eo quòd teſtudinum ſimiles ſint, intus enim cauæ, nomen inuenerunt. eas Germani vocabulo cõpoſito ex rana rubeta & lapide nominarunt, quòd ipſis perſuaſum fuerit ipſas in capite huius animantis venenati naſci. ex his quædam nigræ ſunt, quædam fuſcæ, & aliqua ſui parte candidæ. nigris in caua conuexitate interdum ſanguineæ & candidæ guttæ, interdum aureæ. omnes oculi figura extuberant, ſed non omnes ſunt cauæ. cum tamen vtræq; ſint eiuſdem generis, rarò ſunt lupinis maiores, ſæpius minores, Sic ille. Nuper quidam, vir alioqui diligens, chelonitas vocauit lapides quoſdam cochleis & ſtrombis figura ſimiles, quod nõ probo. nihil enim teſtudo cum iſtis præter teſtæ duritiem commune habet. nos eos lapides conchitas potius aut ſtrombitas nominabimus. de quibus ſuo loco inter aquatilia dicetur. G. ¶ Χελωνίας, ἡ ποικίλη κανθαρίς, Heſych. & Varinus, id eſt cantharis varia. quanquam maſculini generis eſt, vt cantharus ſubintelligatur. *Chelonitides lapides.*

¶ Χέλυς, muſicum inſtrumentum Polluci. Leui canoram verberans plectro chelyn, Seneca Troa. *Pulſatur manibus Phœbea chelys*, Ouidius ad Piſonem 35. Chelyn Grammatici Græci partim lyram, partim citharam interpretantur, vt Heſych. & Suidas. Χελυσίστια· λύρας. χέλυς ἡ κιθάρα. ex teſta enim teſtudinis cithara fit, Heſych. Chelys, id eſt lyra organum, aliquando chordas habebat lineas. Dicta eſt autem lyra quaſi lytra, quòd Mercurius eam è teſtudinis teſta fabricârit, vt ſolueret iram Apollinis ei propter furtum irati, ὡς λύσιν μελῳδός, Varin. Χελῦς etiam & χελεῖς, haud ſcio quàm rectè, apud eundem & Heſychium pro cithara, vel organo muſico exponuntur. Quidam in Lexico Græcolat. chelyn propriè latiorem teſtudinis planitiem ſignificare ſcripſit. Χελωνῶν, labia, alij citharam interpretantur, & teſtudinem, & lyram, & machinam bellicam, Heſychius. Etymologus author eſt χελώνην & citharam hac voce apud Æoles ſignificari. Idem chelyn citharam dictam ſcribit, quoniam ex chelonæ pelle à Mercurio facta ſit. Ὡς χέλυν Ἑρμάων, κιθαρίνους ἀδοὺς Ἀπόλλων, Bion in Bucolicis. Sed de muſico inſtrumento huius nominis, vide plura ſuperius in Græca voce Χελώνη, & Latina teſtudo. Χέλυς etiam pro machina (bellica) accipitur, Heſychius. Quare apparet tria hæc vocabula χελώνη, χέλυς, & χελωνή, pleraſque ſignificationes habere communes. Ἡ λιγυρὴ φόρμιγξα χελυκλόνου Ἑρμάωνος, Orpheus in Argonauticis. Χέλεων, teſtæ inſtar induratum teſtudinis putamen, Heſychius & Varinus: apud quos ἀποτραχωμένον legi debet, per ε magnum in ſecunda ſyllaba, non per ε breue. Ἑρμείης. σαρκὸς γὰρ ἀπεσόφιον χέλυος Αἴολον. ἀγκῶνας δὲ δύω περιτείνατο πήχεος. Nicander in Alexipharmacis. Hermolaus Barb. etiam & Cælius χήλυος legerunt per ypſilon, in penult. ego per η malim. Χήλεος τῶτος, ὀστρακώδης, id eſt tergum teſtaceum, Heſych. & Varinus. Fiunt enim frequentia adiectiua in εος per ε, per υ non item. Χέλυς etiam pectus ſignificat, vnde verbum χελύσσεσθαι, ferè pollens idem quod apud nos expectorare, Hermolaus. Ἔνεκα δ' ὀπιλλίζων ὀλοῇ χελύσσεται ἄτῃ, Nicander: lambda propter carmen geminato. Heſych. interpretatur βήσσειν, id eſt tuſſire: Scholiaſtes Ἀφὸ χέλυος, τυπάσει τῇ φθόγγῃ τὴν ἀναφορὰν τοῦ ἐρυγμάτων ποιῶν, id eſt eructare. Ἀναχελύσσεται καὶ ἠρυγγάνει θαμινὰ πνεύματα, Hippocrates. Galenus in Gloſſis ἀναχελύσσεσθαι, ἀναξηραίνεσθαι interpretatur, id eſt reſiccari, etſi codices impreſſi ἀναξαίνεσθαι habent, qua voce præcedens etiam ἀναχαίνεσθαι exponitur ab eo. Cornarius vertit, reſoluitur, refricatur: & ἀναχελύσσεσθαι (ſic enim legendum, non ἀναχελίσσεσθαι vt codices excuſi habent) ſimiliter. Varin. Ἀναχελύεσθαι legit, (niſi librarij error ſit, ſi error eſt, poteſt enim hoc verbum formari à χελυέω, quæ vox idem quod χέλυς eſt) & rectè interpretatur ἀναξηραίνεσθαι. Videtur autẽ non ſimpliciter ſignificare reſiccari, ſed ſicca vel arida tuſſi laborare. Sic & χελύσκιον (melius per ypſilon in antepenult. vt Varinus habet) ξηρὸν, id eſt tuſſicula arida apud Hippocratem legitur, cum nihil humoris in os tuſſiendo aut ſcreando deriuatur. Χελύσσουσα, natãs, Ἀφ' ἁλίσουσα, πηχυαίων καὶ γὰρ οἱ πηχυαῖοι τοῖς χείλεσι τὸ ὕδωρ ἀφελκύσουσι. Χελύειν (Varinus non rectè Χελόειν habet,) βήσσειν, καὶ χελύσσειν (malim χελύσσειν) ὁμοίως, Heſych. Χέλυσμα, lignũ quod carinę (ξοπῇ, lego ξόπιδι) affigitur, ne atteratur aut labefactetur inter trahendum, Varin. Sed & ipſa carina chelóne dicitur, vt ſupra annotauimus. Quod ſub carina ſternitur, ne illa atteratur, chelyſma quaſi corium & tegumentum nomen habet, Cælius Calcagninus. Theophraſtus lib. 5. de hiſt. plant. cap. 8. nauium partes, & quæ quibus materia conueniat, deſcribens, χέλυσμα etiam nominat, quod ex ligno robuſto fieri oporteat, Gaza teſtudinem vertit. Labrum ſuperius inueni qui chelynen dici arbitrentur: quanquam alij in ambitu poſitam partẽ eo vocabulo intelligere malunt, vnde chelynidæ (apud Etymologũ) nuncupentur, quibus ea grandior portio eſt, Cælius. Labeones Latinè dixeris. Μύσαξ ῥωμαίοις τῆς ὑποδρύας χελυίνης κατάκοσμος, Etymologus. Ego labium ſimpliciter, ſiue ſuperius ſiue inferius, χελώνην vocari puto. nam ſi ſuperius tantũ ſignificaret, non opus foret ſuperioris vocabulũ adiici. Εἰς τὴν ὑποδρύαν χελωνῶν οἷος Μηδικὸς ἐπιβρύζοντο, Ariſtophanes citante Suida. Item in Veſpis, Πᾶς (aliâs Σπᾷς) ἀνὴρ παρ' ἀνδρ' ἰὼν ὀργῆς τὴν χελώνην ἐσθίων: vbi Scholiaſtes (& Varinus) ἀντὶ τῆς τὰ χείλη. οἱ γὰρ ῥιζόμυοι ἀπάσχουσι τὰ χείλη. Χελώνη, χεῖλος, ἢ μέρος τοῦ ἱματίου, Heſych. & Varinus.

Chelys muſicum inſtrumẽtum.

Χελωνῶν.

Χέλυσμα.

Χελωνίον, labellum, Etymologus: & idem quod χελώνιον, teste Hesychio. Ruellius ex Hippiatricis Græcis cap. 34. & 108. χελωνία, labra trāstulit. Χελωνίαν, χειλῶν, (fortè χειλῶν.) & Χελυῦαι, χῆλαι (fortè χήλαι, aut χηλαί, id est vngulæ. nam χηλὰν alioqui pars est ὁπλῆς, id est vngulæ solidæ. chela verò vngula bisulca est.) Hesych. Χελωνάζειν, χλωνάζειν, Hesychius & Varinus, id est irridere, subsannare. Χελὼν, piscis è mugilum genere apud Athenæum, nimirum à labiorum magnitudine. Nicander χελείας latibula serpentium vocauit, ὡς ἐξ τὸ χείλεσθαι αὐτὰς τὰς ὄφεις, vt Scholiastes annotauit.

Χελωνάζειν.

Χελών.

Testudo nummus Peloponnensium.

¶ Icon. Lego (apud Pollucem lib. 9.) Pelopōnensium nummum fuisse quendam ab incusa animalis forma chelónen, id est testudinem nuncupatum. Nam obolum Eupolis callichelonum appellauit, veluti testudinem dicas pulchram. Hinc emanauit illud, Τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικᾷ πολλῶν χελώνα. (Quod est, Virtutem ac sapientiam testudo superat, Cælius. Χελώνιον, τὸ Λακωνικὸν, καὶ Πελοποννησιακὸν, (addiderim νόμισμα,) Hesych. Varinus. Καλλιχέλωνος obolus insculptam habebat testudinem, Hesychius & Varinus. Erasmus carmen ex Polluce iam recitatum prouerbiale facit, quo velut ænigmate innuatur, pecuniam longè plus posse, quàm aut virtutem aut sapientiam. Consimili figura (inquit) dictum & illud multas noctuas sub tegulis latitare, & bos in lingua. ¶ Testudo apud veteres secreti ac silentij symbolum fuit. Hoc enim argumento Eliensibus Phidias Venerem fecit, quæ testudinem calcaret, opertius implicatiusq; commonstrans, esse muliebris decoris ædes custodire ac silentium, (silentium ac tardum & lentum sermonem, Step. Aquæus,) Cælius è Plutarchi nuptialibus præceptis, vnde & Stobæus citat. Iuxta forum Eleorum templum est Veneris Vraniæ, id est Cœlestis, cum simulachro deæ quod Phidias partim ex ebore partim ex auro fabricauit, cuius pes alter testudini insistit. Cæterum in crepidine nemoris ibidem, Venus est Pandemos, id est popularis, quæ capro æneo insidet, Pausanias in Eliacis. Τῷ τῆς ἀφροδίτης ἐν Ἠλίδι ἀγάλματι Φειδίας τὴν χελώνην παρέθηκεν, ὡς τὰς μὲν παρθένους φυλακῆς δεομένας, τὰς δὲ γαμετὰς οἰκουρείας καὶ σιωπὴν ἐρίπτοντι, Plutarchus in libro de Isidē. ¶ Chelonium inter cyclamini nomenclaturas apud Dioscoridem reperio.

Testudo secreti ac silētij symbolum.

Venus testudinem pede calcans.

Chelonitæ insula.

¶ Chelonitæ insula in rubro mari, gentile similiter, Stephanus. Chelonates promontorium Achaiæ, quod Ptolemæo Chelonita dicitur, Idem. Post Cyllenem Chelonates est promontorium, signum ex tota Peloponneso maximè in occasum protensum, Strabo lib. 8. Et rursus, In medio Chelonatæ à Cyllenæ spatio Penius effunditur.

Superstitiosa. Prouerbia ex testudine desumpta.

¶ *b.* Chorus Vesparum Aristophanis aculeos cuidam minitatur his verbis, Ἀλλ' ἀφίετον' αὐτὸν· εἰ δὲ μή, φήμ' ἐγὼ Τὰς χελώνας μαχεῖσθαι σοι τῇ δίκελλῃ. osseum enim testudinum tergus aculeis vesparum pungi non potest. Volaterranus testudinis conuexum dixit pro testa eius.

Aquilā testudo vincit.

Testudinē equus insequitur.

¶ *c.* Aliqui tradunt, incredibile dictu, tardius ire nauigia, testudinis pedem dextrum vehentia, Plinius. Si quis posuerit dorsum tortucæ euersum super ollam, non bullict olla, Rasis.

¶ *f.* Ὅσυν μ' ἐς φρέας ἅλῃς κρατερόφρονος χελώνης Ἐψομένῳ ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνειοισι κρέασιν, &c. Oraculum Crœso Delphis responsum, Suidas in Κροῖσος ex primo Herodoti.

Prius testudo leporem præuerterit.

Quàm curat testudo muscas.

Testudinē pegaso cōparas.

Testudines vincūt sapiētiam & virtutē.

Domus amica, domus optima.

¶ *h.* Troglodytæ testudines consecrarunt, Gyraldus. sed hoc de marinis intelligendum.

¶ Proverbia. Aquilam testudo vincit, Vide infra in terrestri. Testudinem equus insequitur: conueniet vti cum rem præposterè & absurdè geri significamus: finitimum illi, Testudinem pegaso comparas: &, Citius testudo leporem præuerterit, Erasmus. Vide in Equo inter prouerbia. Testudines edendæ aut non edendæ. Vide superius in *F.* Ipsi testudines edite qui cepistis: Αὐτοὶ χελώνας ἐσθίετ' ἀπερύκετε: In eos iacitur, qui posteaquam incōsultè quippiam adorti sunt, aliorum implorant auxilium, quos suo negotio admisceant. Parœmiam ex huiusmodi quodam apologo natam existimant. Piscatores aliquot iacto reti, testudines eduxerunt. Eas cum essent inter se partiti, neque sufficerent omnibus comedendis, Mercurium fortè accedentem inuitarunt ad conuiuium. At is intelligens se nequaquam humanitatis gratia vocari, sed vt eos falsidito cibo subleuaret, recusauit, iussitque vt ipsi suas testudines ederent, quas cepissent, Erasmus. ¶ Prius testudo leporem præuerterit, Πρότερον χελώνη δασύποδα, de re neutiquam verisimili, Erasmus. Æsopus fabulatur quòd testudo leporem cursu vicerit, vt pigros ad laborem impelleret, & veloces (ingeniosos) à torpore deterreret, Io. Tzetzes. ¶ Quàm curat testudo muscas, Ὅσον μέλει τῇ χελώνῃ μυιῶν. Suidas ex authore nescio quo refert hæc verba, Τῷ δὲ Ἀγαμέμνονι τῆς Θερσίτου παῤῥησίας οὐδὲν ἔμελεν· ἡ χελώνη μυιῶν τὸ τῆς παροιμίας. Testudini nihil nocere possunt muscæ propter testam qua munita est. Cōfine illi, Non curat culicem elephantus. Lepidius erit ad res animi detortum, Animus virtute ac philosophia munitus, nihil plus timet fortunæ incursum, quàm testudo muscas, Erasmus. Huc pertinet quod superius in *b.* recitaui ex Vespis Aristophanis. Refertur à Suida in Χελώνη. ¶ Testudinem Pegaso comparas, Χελώνην Πηγάσῳ συγκρίνεις: de rebus nequaquam inter se conferendis. Pegasus equus erat volucer, si fabulis credimus, testudine nihil tardius, Erasmus. ¶ Testudines vincunt sapientiam & virtutem, Vide supra in *a.* inter icones. ¶ Domus amica, domus optima: Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Nusquam commodius, nusquā liberius, nusquam lautius homini viuere contingit, quàm domi. Quidam per iocum detorquent ad testudinem, de qua fertur apologus huiusmodi. Iupiter cum animantium omne genus ad nuptias rogasset, venissentq; reliqua, præter vnam testu-

testudinem (nam hæc peracto conuiuio tum demum aduenit,) Iupiter admirans percunctatus est, quid nam illi fuisset in mora. Atq; illa respondit, Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Iratus ille, iussit vt quocunque iret, domum suam secum circũferret. Ad Apologum alluſit M. Tullius in Epist. quadam ad Dolobellã: Hæc loca venusta sunt, abdita certè, & si quid scribere velis ab arbitris libera, sed nescio quomodo οἶκος φίλος. Itaque me referunt pedes in Tusculanum. Huc adscribendum quod refert Plutarchus in vita T. Flaminij. Is dehortans Achaicos ne sibi vindicarent insulam Zacynthiorum, dicebat, κινδυνεύειν ὥσπερ αἱ χελῶναι παρῆκτέον τὴν κεφαλὴν τῆς Πελοποννήσου προτείνοντι. Id est, Periculũ ipsis fore, quemadmodum testudinibus, si longius à Peloponneso proferrent caput. His non dissimilia T. Liuius de bello Macedonico libr. 6. vbi sic loquitur Quintius: Si vtilem possessionem eius insulæ censerem Achæis esse, autor essem S.P.Q.R. vt eam vos habere sineret. Cæterũ sicut testudinem, vbi collecta in suum tegumen est, tutam ad omnes ictus video esse: vbi exerit partes aliquas, quodcũque nudauit, obnoxium atq; infirmum habere: Haud dissimiliter vobis Achæi clausis vndique maris, quod intra Peloponnesum est, termino, ea & iungere vobis, & iuncta tueri facile: si semel auiditate plura amplectẽdi hinc excedatis, nuda vobis omnia quæ extra sint, & exposita ad omnes ictus esse. Hæc omnia Erasmus. Τῆ τᾶς ῥαιᾶς χελώνας ἀμυάμονα, Οἶκος γὰρ ἄριστος ἀλαθέως καὶ φίλος, Cercidas in Hemiambis apud Stobæum in sermone de Tranquillitate.

¶ Mulieris famam, non formam vulgatam esse oportere, emblema Alciati.

Alma Venus quænam hæc facies, quid denotat illa
Me sic effinxit Phidias, sexúmq; referri
Quòdq; manere domi, & tacitas decet esse puellas,
Testudo, molli quam pede diua premit?
Fœmineum nostra iussit ab effigie.
Supposuit pedibus talia signa meis.

DE TESTVDINE TERRESRTI.

Testudinis terrestris putamen tantum hoc tempore habuimus.

A.

TESTVDO terrestris est, quæ nec in dulci nec in salso humore degit, nec in cœno & paludibus, sed locis siccis. Recentiores aliqui parum Latini vocauerũt etiã syluestrem, campestrem, agrestem & nemoralem. Græci χελώνην χερσαίαν. Sunt & terrestres, quæ ob id in operibus cherſinæ vocantur, Plinius. Nicander ὑρείην dixit, Oppianus ὑρεσίφορτον, id est montanam. Videntur autem montanæ cæteris terrestribus maiores fieri. Vide infra in *E.* Galli *tortue des boys*, id est testudinẽ syluarum appellant. Sed conuenient ei eadem nomina quæ supra in Testudine simpliciter retulimus.

B.

Vbi reperiantur. Testudines terrestres in Africæ desertis reperiuntur, Plin. In quadam Libyæ parte (in Mauritania) in campis testaceorum multitudinem esse dicunt, Strabo lib. 17. Terrenæ testudines apud Indos gignuntur magnitudine maximarum glebarum, quæ in altis arationibus terræ non difficilis excitãtur, bene penitus intrante aratro, & sulcum facillimè proscindente, & glebas in excelsum excitante. Eiusmodi testudinum genus aiũt testas exuere: ac sanè easdem ab agricolis sic ligonibus abstrahi, quemadmodum vermes ex verminosis locis, Ælianus de anim. 16. 4. Parthenius mons Arcadiæ testudines exhibet, Pausanias. Et rursus, Soron & alia querceta Arcadiæ, ingenti magnitudine testudines alunt. ¶ Terrestrium testudinũ tergus luteo & nigro colore pulchrè distinctis spatiis variare vidi, ferè instar pellis salamãdræ. Testudines quas nos marinas dicimus, albo cortice tectas, & nigris quibusdam signis vermiculatas, ex mari non sunt, sed maritimis nemoribus & fabulosis. nostra autẽ nemora & fouearum aquæ nigras faciunt, Brassauolus. Σαρκὸς γὰρ ἀστυόφιοι χέλυος Λιόλον, Nicander de testudine à Mercurio reperta. ¶ Terrestres quadrupedes ouiparæ, vt lacerti, testudines, &c. pulmonem habent exiguum & siccũ, sed aptũ ampliari ac extumescere cum inflatur, Aristot. Vrina earum ad remedia quædam commendatur. Hanc Plinius aliter quàm in vesica dissectarum inueniri posse non arbitratur. Testudo tam aquatilis quàm terrestris, habent in quod meatus contingant, & quo per coitum adhæreant, Aristot. Pulmonem ac ventrem habent ita, vt omne genus terrestre ouiparum, Idem.

In Africa.
In India.
In Arcadia.
Descriptio testudinis terrestris.

C.

Cibus. Testudines terrestres testæ elegantioris, amant agros in quibus fruges consitæ sunt, vt audio, nimirum quòd frugibus vescantur: nam & domi quidam eas cistis inclusas farina nutriunt. Cochleas quoq; & lumbricos ab eis edi aiunt. Sunt & montanæ. Arrianus in insula quadam maris rubri

Cunila. χελώνη ὁρμὴν haberi ſcribit. Nicander teſtudinem montanam κυπρινόμον cognominat, quòd cytiſum depaſcatur: non enim probo Scholiaſtæ interpretationem, non ad cytiſum ſed cytinos mali Punicæ flores, hanc dictionem referentis. Teſtudo cum viperam ederit, mox cunilam (origanum) edit: quod cum ita ſæpius factum animaduertiſſet quidam, cum guſtata cunila viperam teſtudo peteret, herbam euulſit, quo facto teſtudo interiit, Ariſtotel. in hiſtoria animalium, & in Mirabilibus: & Zoroaſtres in Geoponicis 15. Teſtudo cunilæ quam bubillam vocant paſtu, vires contra ſerpentes refouet, Plinius. Ælianus vel ipſe, vel deceptus eius interpres Gillius, origanum & cunilam tanquam diuerſa remedia teſtudini aduerſus viperæ eſum memorat. Teſtudo cum origanum ederit, viperam præclarè contemnit. Quòd ſi eius facultatem non aſſequatur, comeſa ruta contra hoſtem armatur. Iam ſi vtriuſq; facultate caruerit, à ſerpente exeditur planeq; conficitur, Ælianus. Cunila bubula ſe muniunt teſtudines cum ſerpentibus pugnaturæ, quidamq; in hunc vſum panacem vocant, Plinius. Teſtudines terreſtres ſunt in Africæ deſertis, qua parte maxime ſitientibus hatenis ſqualent, roſcido (vt creditur humore viuentes: neq; aliud ibi animal prouenit, Plinius.

Latitatio hyeme. ¶ Teſtudo tum marina tum terreſtris in dorſum inuerſa, ad priſtinum ſtatum redire non poteſt, Oppianus. ¶ Omne hybernum tempus teſtudo intra terram abdita manet immobilis: cuius naturam non ignorantes homines, eam ineunte hyeme terræ operimento obducunt: poſt vero hyemem ibi locatam ac ſitam, vbi terra obruerunt, reperiunt, ſine cibo totam hyemem traduxiſſe.

Coitus. ¶ Quadrupedes ouiparæ pedeſtres, eodem coëunt modo quo ea quæ animal generant, mare ſuperueniente: vt teſtudo tam aquatilis quàm terreſtris: habent verò in quod meatus cõtingant, & quo per coitum adhæreant, Ariſtot. Teſtudines montanæ ex ventis concipiunt, vt & coturnices, Scholiaſtes Nicandri vbi poëta κυπρινόμον teſtudinem cognominârat, quaſi ipſe legerit κυϊσσόμον, aut ſimilem quandam vocem, ἀπὸ τῆς κύσσης ἐκ τοῦ ἀνέμου. Ex terrenis teſtudinibus mas ad venerem inflammatiſſimus eſt. Demoſtratus fœminam humi ad coitum ſtratam ait ſupinam iacere, deinde expleto coitu, propter teſtæ magnitudinem cum ſe conuertere non queat, eſcam paratam à marito relinqui cum aliis animalibus, tum aquilæ: (Vide ſupra in Teſtudine in genere *D.*) vnde fit, vt mares eas ad coitum ideo illicere non poſſint, quòd fœminæ magna moderatione libidines contineant, & ſalutem voluptati anteponant. At enim mares mirabili quadam natura illecebram amatoriam, & omnis metus obliuionem afferẽtem fœminis iniiciunt: neq; tamen huiuſcemodi illecebræ ſunt cantiunculæ, quales Theocritus, paſtoritiæ luſionis compoſitor, nugatur: ſed occulta herba, cuius neq; ille nomen ſe ſcire dicit, neq; alium cognoſcere confitetur. itaq; mares eam ore continentes, ad libidinem fœminas alliciunt: & quæ antea fugiebant, nunc exardeſcunt ad coitum, & nullo de ſe timore

Oua. afficiuntur, Ælian. 15. 19. ¶ Oua non modo incubare ſolo aſpectu dicitur, ſed etiam ad excluſionem perducere, Gillius. Sed authores de marina tantum hoc ſcribunt, vt in eius hiſtoria dicetur. Aliqui è vulgo putant quòd oris ſpiritu afflando, ea maturet. ¶ Teſtudo latibulis tegitur, ſenectutem verò non exuit, Ælianus. Et alibi, Teſtudines terrenas apud Indos aiunt teſtas exuere.

D.

Teſtudinis hoſtes, Serpẽtes, Aquila. Qua ratione aquila teſtudines raptas frangant. Æſchylus à teſtudine ex alto deiecta interẽptus. Teſtudo contra viperas & ſerpentes pugnat. Vide in *C.* ¶ Aquilæ vt morbis quibuſdam occurrant, teſtudines comedunt, Oppianus in Ixeuticis. Teſtudines terreſtres fœminæ in coitu ſupinæ iacent, quo peracto cum ſe conuertere nequeant, præda cum aliis animantium, tum aquilæ relinquuntur, Ælianus. Χελωνοφάγοι ἀετοί τινες, Heſych. & Varinus. Tertium aquilarum genus anatariam vocant, &c. ingenium eſt ei teſtudines raptas frangere è ſublimi iaciendo: quæ ſors interemit poëtam Æſchylum, prædictam fatis (vt ferunt) eius diei ruinam, ſecura cœli fide cauentem, Plinius: & Suidas in Χελάνη, vbi Æſchylum, ſic oppreſſum annorum quinquaginta octo fuiſſe refert. Sotades apud Stobæum hoc ei ſcribenti accidiſſe ait. Terrenas Teſtudines à ſe comprehenſas ex alto deiicientes aquilæ ad ſaxa allidunt, & ex contrita Teſtudinum teſta extractam carnem exedunt, conficiuntq; Itaq; Eleuſinius Æſchylus tragicus poëta de vita migraſſe dicitur. Cum enim is in ſaxo ſedens (in agro aprico ſedens annos natus octo & quinquaginta, quòd tabulati ruinã metueret, quam ei oraculum prædixerat, Gyraldus) ex conſuetudine inſtitutoq; ſuo & philoſopharetur, & ſcriberet, eius caput à pilis nudum, aquila ſaxum eſſe arbitrata, teſtudinem, quam in ſublime extulerat, in idipſum deiecit, & ſine aberratione ictum dirigens, virum interfecit, Ælianus. De Æſchylo interempto ab aquila anataria, meminerunt Valerius Maximus lib. 9. & Gellius lib. 13. & lib. 7. Idem hoc verſiculo Sotades teſtatus eſt: Αἰχύλῳ γεράροι πιέσσατε χελάνη.

E.

Vſus ex teſtudine. Teſtudines aliqui in hortis alunt, vt purgent eos à cochleis & lumbricis. ¶ Parthenius mons Arcadiæ teſtudines exhibet, ad compingendas lyras aptiſſimas, Pauſanias. Arcadum querceta ingenti magnitudine teſtudines exhibent, ex quibus lyras conficeres, æquales illis quæ ex Indica teſtudine componuntur. Idem in Arcadicis. Et rurſus, Soron & alia querceta Arcadiæ, ingenti magnitudine teſtudines alunt, ex quibus lyras conficeres, æquales illis quæ ex Indica teſtudine componuntur. (Sed de teſtudine muſico inſtrumento diximus ſupra in Teſtudine in genere *H.a.*) Dioſcoridis inſula in mari rubro fert teſtudinem veram, & terreſtrem, & albam: & plurimam excellentem, ac teſtis maiotibus.

soribus montanam quoq; maximam, & testę crassissimæ, Arrianus. Vide supra in Testudine in genere cap. 5. Sunt & terrestres, quæ ob id in operibus cherſinæ vocantur, Plin. & 32. 4. Geminus, inquit, similiter (vt fibrorum) victus in aquis terraq;, & testudinum, effectus quoq; pari honore habendi, vel propter excellens in vsu pretium, naturæq; proprietatem. Vide mox in *G.* ab initio.

F.

Tortuca terrestris magis est tẽperatæ carnis quàm aquatica. neutra tamen est venenosa: sed vtraq; in cibo multum impinguat. Dicunt tamen quidam quòd si quis super renes mortuæ tortucæ calcauerit, veneno inficitur, Albert. Testudines aquaticæ meliores sunt quàm terrestres, pro equis qui cum satis pabuli absumant non proficiunt, Laur. Rusius. Terrenæ testudines in India maximæ gignuntur, eædemq; non amaræ vt marinæ sunt: sed & suaues & pingues habẽtur earũ carnes, Ælian. Amputato capite pedibusq;, ex iure in cibo sumuntur contra morbos quosdã, vt mox in *G.* referetur. *Esus testudinis terrestris.*

G.

Geminus similiter (vt fibrorum) victus in aquis terraq;, & testudinum, effectus quoq; pari honore habendi, vel propter excellens in vsu pretium, naturæq; proprietatem, Plinius: Videtur autem sentire, effectus in re medica siue ex terrestri, siue ex aquatica testudine eosdem haberi: & testudinem amphibium animal non minus celebre esse quàm fibri sint, cùm non ad remedia tantum diuersæ eius partes, sed etiam ad ornatissima opera tegumentum tum terrestris tum aquaticæ requiratur. Oua sanè testudinis vel marinæ, vel terrestris similiter, contra salamandræ venenum commendantur: & ius coctum ex suilla pingui cum testudine vtrauis, authore Nicand. Et pro sanguine marinæ testud. vulgarium sanguinem prodesse existimãt quidam, (vt ex Vegetio citauimus in testudine in genere.) Quare etiam cætera remedia ex eis ferè indifferentia esse aliquis suspicetur. Aquilæ testudines pro medicamento vorant, Oppianus Ixeuticis. Testudines aquaticæ meliores sunt quàm terrestres, pro pro equis qui ex pabulo satis copioso parum aut nihil proficiunt, Rusius cap. 156. Vide paulò ante in *F.* Idem Rusius cap. 165. testudines ad tussim siccam equorum laudans, sic scribit: Testudines abiectis capitibus, caudis, pedibus & intestinis in aqua coques donec carnes ab ossibus separẽtur, & aqua bene pinguis fiat. Hac aqua equum potabis, ita vt aliud nihil bibat antequam eam absumpserit. Carnes si quæ remanserint, mixtas cum annona equo in cibo dabis. hoc facies donec equum videas curatum. Et quamuis terrestres testudines bonæ sint, aquaticæ tamen præferuntur. Idem cum limacibus facere potes. Amatus Lusitanus pro puella quadam ventriculi erosione chronica cum destillatione capitis & tussi ingenti sicca, inter cætera tale remedium præscribit. Testudines nemorales duæ bulliant in aqua feruentissima, demptis corticibus: deinde lauentur vino, ac postea aqua hordei vel rosacea: tandem interanea pulpamenta dicta, cum infra scriptis rebus coquantur. Rec. florum boraginis, capillorum Veneris, sem. melonis, lactucæ ana vnc. semis. Radicum petroselini, boraginis, ana ʒj. tragacanthi, gummi Arabici, amyli. glycyrrhizæ ana drach. semis. Pinearum mundatarum, amygdalarum albarum, pistac[illegible]um mundatorum, ana drach. duas. Bulliant in libris sex æquæ ad consumptionem mediæ partis, & colentur. Huius decocti quinque vncias cum vna syrupi violacei quotidie ieiuna bibat. Syrupum quendã de testudinibus terrestribus cum aliis remediis parandũ Guaynerius describit in curatione febris hecticæ: Item liquorẽ ex capo gallóue, aut iisdem testudinibus aut limacibus destillandum. Testudo terrestris vsta tota, & cum melle sumpta, veterrimas leucomata continuò purgat, & dolores nubeculasq; illita sanat, Author Kœranidum. Testudinem captam ex aridis locis (alij testudinem simpliciter nominant) accipitri da in cibo. sic enim pennas citius mutabit, & pulcriores habebit, Demet. Constantinop. ¶ Terrestrium carnes suffusionibus propriè, magicisq; artibus refutandis, & contra venena salutares produntur. Plurimæ in Africa. Hæ ibi amputato capite pedibusq; pro antidoto dari dicuntur: & ex iure in cibo sumptę, strumas discutere, ac lienes tollere: Item comitiales morbos, Plin. ¶ Testæ crematæ cinis cum vino mixtus chimetla sanat: & cum butyro vetere solutus, carbunculos curat, Author Kœranid. Tegumenti cinis vino & oleo subactus, pedum rimas vlceraq; sanat, Plin. Rasis testudinis simpliciter cinerem cum albumine oui aut lacte asinino, fissuras in ventre, vberibus & femoribus mulierum sanare prodidit. Squamæ è summa parte rasæ, & in potu datæ venerem cohibent. Eò magis hoc mirum, quoniam totius tegumenti farina accendere traditur libidinem, Plin. ¶ Sanguis testudinis terrestris additur acopis quibusdam arthriticis Asclepiadæ apud Galenũ de compos. medic. sec. genera lib. 7. Et apud Aetium lib. 12. cap. 44. testudinum decem sanguis acopo ex rubetis adiicitur. Vide in Rubeta *G.* Testudinum terrestrium decem sanguis apud Galenum de compos. medic. sec. genera lib. 7. (vnde Actuarius etiam mutuatus est) miscetur Acopo Piscatoris primo: secundo verò simpliciter testudinum plurium sanguis cum rubetis quinque, &c. Testud. terrest. sanguinem epotum tradunt prodesse comitialibus, Dioscorid. Rasis, & author Kœranid. Auicenna in eundem vsum cum vino bibi iubet: & alibi caput purgium ex eo fieri. Vide supra in Testud. simpliciter. Sanguis earum claritatem visus facit, suffusionesq; oculorum tollit: (Non igitur verisimile est quod apud Rasim legitur, collyrium cum sanguine tortucæ factum excæcare. Et contra serpentium omnium, & araneorum & similium, & ranarum venena auxiliatur, seruato sanguine in farina pilulis factis, & cum opus sit in vino datis, Plin. Sed de seruando sanguine testu- *Excarnibus.* *Ex testarũ cinere.* *Ex sanguine.*

dinum ſimpliciter, diximus ſupra in Teſtudine in genere, initio cap. 7. Sanguis teſtud. terreſt. potus, ab echidna vel ſcorpione percuſſos, ſummè adiuuat, Author Kœranid. (Alij teſtudinis ſimpliciter, alij marinæ, ad eoſdem ferè vſus commendant.) Cum ſpolio ſerpentis & aceto ſolutus, dolores aurium & vſturas ſanat: Inunctus capiti alopeciam denſat, & furfures abſtergit, Idem. In teſtudine ſimpliciter, ſanguinem eius ad capillorum defluuium, ophiaſin & achôras, à quibuſdã prædicari ſcripſimus. Galeno curioſum & ſuperuacaneum hoc remedium non placet. Vide infra in Marina. ¶ Teſtud.
Ex iecore. terreſt. iecur tritum in peſſo naturalibus imponito, aduerſus vteri ſtrangulatum, Galenus Euporiſt. 2.
Ex felle. 72. ¶ Felle teſtudinum terreſt. cum Attico melle glaucomata inungi prodeſt: & ſcorpionum plagæ inſtillari, Plin. Cum melle cicatrices & leucomata ſummè ſanat, Author Kœranidum. Si miſceatur fel tortucæ agreſtis cum pari melle, & hoc collyrio illinatur aliquis triduo, mane ter, & nocte ter, conferet hoc aquæ in oculo coeunti, (ſuffuſioni,) Raſis. Vide ſupra in Teſtudine in genere. Fel agreſtis tortucæ permixtum lacti mulieris, ſi deſtilleur in nares vel aures à quibus fluit ſanguis, confert, Raſis.
Ex vrina. ¶ Vrinam earum aliter quàm in veſica diſſectarum, inueniri poſſe non arbitror: & inter ea quoque eſſe quæ portentoſa magi demonſtrent aduerſus aſpidum ictus ſingularem, efficaciorem tamen vt aiunt cimibus ammixtis, Plinius. Vide in Marina *G.* ad finem.
Ex ouis. ¶ Oua durata illinuntur ſtrumis & vlceribus frigore aut aduſtione factis. Sorbentur in ſtomachi doloribus, Plin. Oua teſtudinis marinæ aut terreſtris cocta, proſunt contra ſalamandram, Dioſcorid. Nicander in Alexipharm. ſimpliciter teſtudinis oua commendat. Καὶ ὠὰ ἠρὰ (ab igne adhuc feruida) χελώνης Ἀλβαίης. Oua teſtud. ſylueſtris aiunt prodeſſe comitialibus, & ad tuſſim infantium non ſine experimento laudantur, Auicenna. Author Kœranidum marinæ oua in cibo ſumpta lunaticos ſanare ſcribit.

H.

a. Epitheta. Οὐρείη & χυτολιώμης, Nicandro. Τραχεῖα & ὑρεοίφοιτος, Oppiano. Vide ſupra in Epithetis Teſtudinis in Genere.

c. Bœus ſcribit ex Gerano (muliere quondam inter Pygmæos inſigni in gruem mutata) & Nicodamante, teſtudinem terreſtrem natam eſſe, Athenæus.

e. Teſtudinem muſicum inſtrumentum Mercurius fabricaſſe dicitur reperta Teſtudine in Cyllene monte Arcadiæ, (nimirum terreſtri:) vel in litore decreſcente Nilo, (nimirum aquatica.) Vide ſupra in Teſtudine in genere *H. a.*

b. Teſtudines Parthenij Arcadiæ montis, accolæ tum ipſi verentur capere, tum peregrinos tollere non patiuntur: Pani enim ſacras eſſe arbitrantur, Pauſanias.

PROVERBIVM. Aquilam teſtudo vincit. Diogenes Laertius in vita Menedemi Philoſophi, ex Achæi poëtæ Satyra, cui titulus Omphale, refert hos ſenarios: Ἡλίσκετ' ἤδη καὶ ποθ' ἁδρῶν ἔγχελυς, Καὶ ποθ' ὑπὸ χελώνης ἀετὸς ἐν βραχεῖ χρόνῳ. Hoc eſt, *Captus aliquando eſt celer ab imbecillibus, Et aquila tempore in breui à teſtudine.* Eoſq; ait vſurpaſſe ſolitum Menedemum in illos, qui ſecum in ciuilibus honoribus contenderent. Accipi poteſt per ironiam: aut ſimpliciter, vbi quis [illegible]entiorem arte vincit, aut quod viribus non poteſt, aſſiduitate conficit, Eraſmus.

DE TESTVDINIBVS QVÆ IN AQVA dulci viuunt ſiue paluſtri ſiue fluente.

A.

TESTVDO aquatica nominatur à Marcello Empirico, quod nomen commune videri poteſt ad omnes teſtudines quæ in aquis degunt, vel marinis vel dulcibus: & his ſiue fluentibus ſiue ſtantibus: & fortè etiam lutarias, quæ non tam in aqua quàm in cœno paludum degunt. Plinius teſtudinum genera quatuor numerat. Sunt enim (inquit) terreſtres, marinæ, lutariæ, & quæ in dulci aqua viuunt. Has quidam è Græcis *emydas* appellant. Gaza Ariſtotelis de animalibus librorum interpres teſtudinem lutariam & murem aquatilem pro vno genere accipit, Ariſtotelis *emyde*, quod non probo: deceptus fortè, quòd codices quidam Plinij in loco iam recitato, ſic legant: lutariæ, quæ in dulci aqua viuunt, &c. Sed ſic tria tantum genera eſſent, cùm Plinius diſertè genera quatuor ſtatuat. Muris quidem nomen pro teſtudine, non quauis, ſed aquatili aut marina apud Plinium vſurpatur, imitatione vocis Græcæ vt coniicio, μῦς, cuius genitiuus eſt μῦδος, ſi rectè μῦδες in Lexico Græcolatino vulgari legitur. mihi quidem iſon placet, vt neq; ὠμὺς & ὠμύδης per *o* magnum, quas voces in Græcorum Lexicis non reperias. Author Kœranidũ tamen ὠμὺς legit & Ariſtoteles lib. 3. de partibus cap. 9. Ἐμὺς verò per epſilon ſcribi placet, quod à librariis fortè alicubi omiſſum eſt, aut in *o* mutatũ. Ἐμὺς, ζῶον ἐν λίμνῃ ἐν πηγῇ γενόμενον. οἱ δὲ χελώνιον τινὰ ἔχουσι γράφειν, Heſychius & Varinus. Apud Galenum de compoſitione ſec. locos, lib. 2. cap. 2. ἀμύδα per alpha legitur, in verbis Archigenis. interpretatur autem χελώνιον λιμναίαν, id eſt teſtudinem paluſtrem ſeu lacuſtrem. & ſimiliter Euporiſton 1. 9. Author Kœranidum de tribus duntaxat generibus ſcribit, terreſtri marina, & paluſtri quam vocat *emydam*. Mydæ de genere teſtudinum à colore luteo dictæ, quæ in aquis inueniuntur, vt inquit Plinius,

Quatuor teſtudinũ genera. De Emyde.

Niphus.

Niphus. Sed apparet illum myde pro *emydes* legiſſe apud Plinium 32. 4. vbi codices antiqui *emydas* habent, recentiores aliqui *emydas*, (minus rectè.) item Ariſtoteles ac Theophraſtus, teſte Hermolao Barbaro. Et rurſus in eiuſdem libri caput vndecimum: Tria (inquit) inuenio in mari quæ μῦς dicuntur: primum teſtudines ſunt, ideoq; non μῦες in plurali ſed μῦδες & ἐμύδες vocantur. (Atqui Oppianus dicit μυδῶν γένος in genere plurali de teſtud.) Genus hoc aquatilis mus, & lutaria teſtudo à Theodoro, marinus mus à Plinio quandoque lib. 9. vertitur. alterum inter piſces. tertium inter oſtrea pro mytulo, Hæc Hermolaus. Sed marinus mus Plinij marina teſtudo eſt, (diſtinctius hæc tradidimus in libro de piſcibus.) non ἐμύς, id eſt paluſtris aut dulcis aquæ. Et non in plurali tantum numero ἐμύδες, ſed in obliquis etiam ſingularibus ἐμύδος, ἐμύδι & ἐμύδα rectè dici aſſeruerim. Iam quòd Niphus ait mydas à luteo colore dictas, propter Græcæ linguæ imperitiam eum ſomniaſſe puto. Amphibia quædam propter victum aquas relinquunt, vt phoca ἡ ὁ μῦς, Theophraſtus in libello de piſcibus. Marinum genus μυδῶν, id eſt murium, pro teſtudinibus marinis, Oppianus lib. 1. de piſcatione nominat: niſi fortè ſpecies diuerſas eſſe vult, genus autem vnum: Χελώνην enim poſtea ſeorſim nominat. In Caſinate fluuius appellatur Scatebra, frigidus, in quo, vt in Arcadiæ Stymphali, enaſcuntur aquatiles muſculi, Plin. quæ verba de muribus viuiparis accipio, qui & alibi in Arcadia aquatici eſſe traduntur, vt in Quadrupedum viuiparorum hiſtoria in Mure aquatico ſcripſimus. Quod ſi quis teſtudinem lutariam ad verbum Græce reddere velit, χελώνην πλαμύδα dixerit: & per aphæreſin ἀμύδα. Vtcunq; eſt, ſiue *e* ſiue *a* ſiue *o* primam ſyllabam facias, id potius placet quàm monoſyllabum μῦς, homonymiæ vitandæ cauſa. Μῦς enim, id eſt mus aquatilis etiam viuiparus eſt, & mus ſiue muſculus piſcis: & genus oſtrei, Gaza mitilum vertit. Μῦες, id eſt mures dicuntur tum domeſtici mures, tum marini, Heſychius. per marinum verò an teſtudinem vel piſcem vel oſtreum intelligat, quærendum. Nemora noſtra & fouearum aquæ teſtudines nigras producunt, Braſſauolus Ferrarienſis. Teſtudinum tertium genus in cœno (vnde lutarias ſuperius appellauit) & paludibus viuentium. Latitudo his in dorſo pectori ſimilis, nec conuexo incurua calice, ingrata viſu, Plin. Et mox, Ex quarto genere teſtudinum quæ ſunt in amnibus, &c. ſanguis inſtillatus crebrò, capitis dolores ſedat. Has ſuperius ſimpliciter in aqua dulci degere dixerat. Nam in lacubus frequentius quam amnibus aut fluuiis reperiri puto, niſi qui fluuij admodum magni ſint, ita vt aqua circa ripas eorum ſtagnet. Idem remedium aduerſus capitis dolorem emydi ſiue lymnææ, id eſt lacuſtri teſtudini Archigenes attribuit. Itaq; teſtudinum genera quatuor eſſe apparet, & lutariam ab emyde diuerſam, quod Gaza & alij quidam non animaduerterunt. Marinæ etiam teſtudines, authore Plinio, circa Phœnicium mare ſtato tempore in amnem Eleutherum ſe recipiunt. Teſtudines India in Gange fluuio fert maximas. ¶ Teſtudinem fluuialem Luſitani *cagado* vel *gagado* vocant, cæteri Hiſpani *galapago*. Itali *gaiandre de aqua*. Sed nomina teſtudinis in genere, ſupra nobis enumerata, huic etiam attribui poſſunt.

B.

Teſtudines Heluetia etiam in lacubus quibuſdam habet: Tigurinus quidem ager in exiguo lacu iuxta Andelfingam pagum. In Gange fluuio Indiæ teſtudines naſcuntur, quarum teſta non minori magnitudine ſit, quàm dolium capax viginti amphorarum, Ælianus duobus in locis, interprete Gillio. Et rurſus, Teſtudinis Indicæ & fluuiatilis teſta, non minor eſt quam icapha iuſtæ magnitudinis. decem enim leguminum modios capit. Nicolaus Damaſcenus prodit, Antiochiæ ſibi viſos Indorum legatos, qui Cæſari Auguſto inter cætera munera teſtudinem fluuiatilem trium cubitorum attulerint, Gillius. Sunt & in Nilo teſtudines, Æliano teſte. ¶ Aquatilium tegumenta plura ſunt: alia corio & pilis teguntur, vt vituli: alia cortice, vt teſtudines, Plinius. Teſtudini quæ in cœno & paludibus viuit, latitudo in dorſo eſt pectori ſimilis, nec conuexo incurua calice, ingrata viſu, Idem. Mus aquatilis (*Emys*) tegmen habet teſtaceum, & inter operta cortice recenſetur, ſicut & teſtudo, Ariſtot. Lienem perexiguum habet, Idem. Teſtudo ſola ex corticatis renes habet. genus tamen teſtudinis quam vocant lutariam (emyda, id eſt in dulci aqua degentem) & veſica & renibus caret. negat hoc Rondeletius. fit enim propter eius mollitudinem tegminis, vt humor facilè diffletur, Ariſtot.

Vbi reperiuntur teſtudines aquaticæ. In Heluetia. In Gange. In Nilo. Deſcriptio.

C.

Mures aquatiles dicti parere educareq́, ſolent in ſicco, prorſus tamen ab aquæ natura diſcluſæ viuere nequeunt. In humore etiam intereunt, niſi interdum reſpirent. non ſecus & marinæ teſtudines, Ariſtot. In terra ſcrobe effoſſa dolij amplitudine pariunt oua, quæ deſerunt terra obruta, dieq; tricesimo repetunt, refoſſáq; aperiunt, fœtumq; continuò ducunt in aquam, Idem. Oua teſtudinum in ſicco maturãtur, Plinius. Teſtudo mas in coitu ſuperuenit: Vide in Terreſtri C. Aquatiles teſtudines ortæ extra aquam, ſimulac primum niti poſſunt, aquam perſequuntur, Gillius.

Partus. Ouorum excluſio. Coitus ratio.

D.

Teſtudines, cancri & crocodili, futuram Nili inundationem præſentientes, in loca Nilo inacceſſa oua transferunt, Ælianus.

F.

Ad cibum præferendæ videntur amnicæ aut lacuſtres iis quæ in cœno & paludibus diuerſantur.

Digitized by Google

Vide ſupra in Terreſtri.

G.

Remedia ex Teſtudine aquatica.

Accipiter nimium carnoſus & obeſus, attenuabitur cibo teſtudinis aquaticæ, Demetrius Conſtantinop. Teſtudines aquaticæ ad ruſſim ſiccam equorum commodant, Vide ſupra in Terreſtri *G.* ex Ruſio. ¶ Cinis huius teſtudinis cum ceroto roſaceo illitus, igne combuſta, eryſipelata, calidasq; podagras ſummè ſanat. Idem cinis inſperſus omnem ſanguinis eruptionem ſiſtit, & narium & plagarum, Author Kœranidum. ¶ Ad capitis dolorem, Teſtudinis lacuſtris, quam quidam amyda vocant, ſanguis ſincipiti inſtilletur, Archigenes apud Galenum ſecund. locos, 2. 2. inter amuleta. vbi Galenus, Hoc (inquit) ſi verum eſt, inter pharmaca & cum diſcrimine referri conueniebat: niſi ſanè hoc vult quòd omnem capitis dolorem iuuet, idq; omni temporis occaſione. Idem remedium inuenio in Euporiſtis Galeni 1. 9. non ad quemuis capitis dolorem, ſed ex ebrietate tantum ac Solis æſtu obortum. Teſtud. paluſtris, quæ dicitur emys, ſanguis hemicraneam & omnem capitis dolorem ſanat, illitus fronti, Author Kœranidum. Et rurſus, Capiti illitus veteres cephalalgias ſanat, & eos qui nocuum quid ſumpſerunt, (potus nimirum, vt terreſtris etiam & marinæ.) Teſtudinum quæ ſunt in amnibus ſanguis inſtillatus crebro, capitis dolores ſedat: item ſtrumas. Sunt qui teſtudinum ſanguinem cultro æreo ſupinarum capitibus præciſis, excipi nouo fictili iubeant, Plinius. Suffuſiones oculorum emendat teſtudinis marinæ fel cum fluuiatilis ſanguine, & lacte mulierum, Plinius. ¶ Ex eodem genere teſtudinum quæ ſunt in amnibus diuulſarum pingui cum aizoo herba tuſo, admixto vnguento & ſemine lilij, ante acceſſiones ſi perungantur ægri, præter caput, mox conuoluti calidam aquam bibant, quartanis liberari dicũtur. Hanc teſtudinem quintadecima Luna capi oportere, vt plus pinguium reperiatur: verum ægrum ſextadecima Luna perungi tradunt, Plin. ¶ Fel emydos illitum, omnem caliginem abolet. Hepar potum phthiſicos ſanat, Author Kœranid. ¶ Ad iſchiadem phyſicum remedium: Teſtudinis aquaticæ crus præcide, & phœnicio inuolutum ex ea parte qua quis iſchiadem patitur adpone, potenter remediabitur, Marcellus Empiricus. Vide ſupra in Teſtudine terreſtri ſimpliciter.

Ex cinere.

Ex ſanguine.

Ex pinguedine.

Ex Hepate & felle.

Ex teſtudine paluſtri.

¶ Ex hac quoq; teſtudine quæ in paludibus viuit, aliqua contingunt auxilia. Tres nanq; in ſuccenſa ſarmenta deiectæ, diuidentibus ſe tegumentis rapiuntur. Tum euulſæ carnes earum coquuntur in aquæ congio, ſale modicè addito. Ita decoctarum ad tertias partes ſuccus paralyſin & articularios morbos ſentientibus bibitur. Detrahit item fel pituitas, ſanguinemq; vitiarum. Siſtitur ab eo remedio aluus aquæ frigidæ potu, Plinius.

H.

Superſtitioſa quædam de teſtudine paluſtri.

a. Mydia inſula, quæ etiam Delos dicitur, Stephanus. Sed fortè hæc nihil ad mydes ſiue emydas teſtudines.

e. Grandini creditur obuiare, ſi paluſtrem teſtudinem dextra manu ſupinam ferens vineas perambulet, & reuerſus eodem modo ſic illam ponat in terra, & glebas dorſi eius obiiciat curuaturæ, ne poſſit inuerti, ſed ſupina permaneat. Hoc facto fertur ſpatium ſic defenſum nubes inimica tranſcurrere, Palladius. Teſtudinem muſicum inſtrumentum Mercurius primum fabricaſſe dicitur inuenta teſtudine in littore decreſcente Nilo: Vide ſupra in Teſtudine in genere *H.a.*

DE TESTVDINE MARINA.

A.

Nomina diuerſa.

Mus marinus.

Miles.

Zytyron.

TESTVDO matina, à Plinio etiam mus marinus appellatur: & Albertus quoq; murem marinum rectè teſtudinem interpretatur. Vide ſupra in Teſtud. aquæ dulcis *A. Aſſulhaſch*, id eſt teſtudo matina, Syluaticus. Luſitani *tartarugam* vocant. Cæteræ gentes nuncupare poſſunt generali teſtudinis nomine, adiecta tantum differentia marinæ, vt Germani **ein Meerſchiltfrott.** Tortuca maris eſt id quod vulgus militem vocat, nigerrima, Albertus. *Barchura* (vide ne corruptum ſit nomen ab oſtracodermo) animal eſt duræ teſtæ, ſub quo tortuca maris, cum aliis quibuſdam ſpeciebus continetur, Idem. Et mox, Hoc animal piſcatores Germaniæ & Flandriæ militem vocant, eò quòd gerit ſcutum & galeam. *Zytyron* animal maris eſſe dicunt, quod antiqui (fortè aliqui) militẽ vocauerunt. magnum eſt ac fortiſſimum. Anterius quaſi armati militis figuram præfert. Caput enim ceu caſſide galeatum eſt ex cute rugoſa & dura. & à collo eius veluti ſcutum dependet, longum, durum & firmum, valde cauum inferius. Venæ enim & nerui quaſi de collo eius & de ſpondylis procedunt, quibus hoc ſcutum alligatur, forma triangulum. Anteriora crura ei quaſi brachia longa ſunt, perquam valida & bifurcata, quibus validiſſimè pugnat. Captum vix niſi malleis opprimitur. Apparuit hoc animal in mari Britannico, & eſt de genere tortucarum, Albertus.

Teſtudines cornigeræ apud Troglodytas.

B.

Troglodytæ teſtudines cornigeras habent, vt in lyra, annexis cornibus latis, ſed mobilibus, quorum in natando remigio ſe adiuuant: Celtium genus id vocatur, eximiæ teſtudinis, ſed raræ. Nanq; ſcopuli præacuti Chelonophagos terrent. Troglodytæ autem ad quos adnatant, vt ſacras adorant, Plinius.

DE TESTVDINE MARINA.



Plinius. Codices quidam Plinij *Celtinum* habent. Hermolaus *celetum* non celtium ſcribi poſſe iudicat. Et rurſus in caſtigationibus capitis decimi lib. 9. Fuit (inquit) quando chelytium genus putauerim ſcribẽdum, ἀπὸ τῆς χέλυος, quę vox & teſtudinem ſignificat & peſtora, quaſi magnas & pectoroſas intelligi voluiſſent. Vtcũq; celetas credo teſtudines dicẽdas, hoc eſt χέλητας, quæ vox equitũ genus ſignificat apud Græcos. nam & cancrorum eſt genus quoddam ἱππάκη Ariſtoteli. itemq; formicarum alterum, quas Plinius pennatas vocat, à velocitate omnia, quoniam remigio, inquit, cornuum adiuuant ſe natando, ceu equites videri poſſint, non pedeſtres vt chorſinæ a terra nominatæ, Hæc ille. Et rurſus in Gloſſematis, Et nauigia quædam, inquit, celetes appellantur, authore Polluce: vti mirũ ne ſit teſtudinum quoque id genus celetes vocatũ fuiſſe. ¶ De alijs quibuſdam generibus, *barchora*, & *Zytyron*, vide in *A*. ¶ Tortuca maris ſimilis eſt terreſtri, niſi quod in magnitudinẽ excreſcit, ita vt aliquando octo cubitorum inueniatur, & & ſcutum dorſi eius quinque cubitorum, Albertus. Scutum eius octo vel nouem pedum inuenitur, Idem. Teſtudines tantæ magnitudinis Indicum mare emittit, vt ſingularum ſuperficies habitabiles caſas integant: atq; inter inſulas rubri præcipue maris nauigent his cymbis, Plinius. Nymphes author eſt, apud Troglodytas teſtudinum tegmẽta ea eſſe magnitudine, vt ſex modios Atticos ſingula capiant, Ælianus. Qui incolunt Taprobanam inſulam, (Thraciæ populi, obſcuri quidã hic legunt) marinas teſtudines capere gaudẽt; quarũ tanta eſt magnitudo, vt ſuperficies earum domum faciat, & numeroſam familiã non arcte receptet, Solinus. Taprobanę inſulę tecta aiunt non ex ligno facta, ſed ex integumentis maximarũ teſtudinũ, quę in eo mari procreantur. Vniuſcuiuſq; ſuperficies integrũ tectum pręſtare poteſt. Nam ſingulę teſtæ ad quindecim cubitorum magnitudinem procedũt, vt ſub eis nõ pauci habitare queant, ae nimirum vehementiſſimos ſolis ardores defendant, & prolixã vmbram efficiãt; ſicq; ad perferendos imbres reſiſtũt, vt melius quam omnes tegulę pluuiarũ vim repellãt. Neq; enim ſic eas habitatores, quemadmodũ tegulas fractas ſarcire habent neceſſe, nam totum tectum ex ſolida teſta conſtat, vt ſuffoſſo ſaxo & cauernoſo & natiuũ tectũ efficienti ſimilis eſſe videatur, Ælian. Incolę Sumatrę (id eſt Taprobanę) ędes humiles ex lapidib. conſtruũt, loco imbricum piſcis tartarucæ pelles ſuccedũt. mittit. n. eum piſcem (inepte & improprie piſcẽ vocat) pelagus Indicũ. Nam illic agẽs vidi adeo vaſtum belluæ cornum, vt pondo librarum centũ triumq; eſſet, Ludouicus Roma. Ad Taprobanã Teſtudines marinæ tam ſunt grandes vt vna centum tria pondo pependerit, Iul. Scaliger. De Chelonophagis & earum teſtudinibus vide in *F*.

De magnitudi. ne teſtudi nam marinarum.

ALTERA FIGVRA TESTVDINIS MARI-
næ a Valerio Cordo m.ſſa.



Deſcri-ptio teſtudinis marinæ.

¶ Marinæ teſtudines præter magnitudinem & pedes terreſtribus ſimiles ſunt, Pauſanias. Nigerrimæ, Albertus. Corium(corium) habent in capite ſicut tortuca agreſtis: & hoc circundat caput ad modũ galeæ, Idem. Scutum eius quodãmodo de quinq; aſſerib. cõpoſitũ videtur, Idem. Teſtudini marinæ lingua nulla, nec dẽtes, ſed roſtri acie cõminuit omnia. Poſtea arteria & ſtomachus denticulatus callo, in modũ rubi ad conficiendos cibos, decreſcẽtibus crenis quicquid appropinquat ventri. Nouiſſima aſperitas vt ſcobina fabri, (tã modicis ſcilicet eminẽtijs,) Plinius. Et rurſus, Dentes ei non ſunt, ſed roſtri margines acuti ſuperna parte inferiorẽ claudente pyxidũ modo. oris duritia tanta vt lapides cõminuant. Oppianus tamẽ libro primo De piſcatione mures marinos contra homines etiã certare ſcribit, duritia tergoris & crebris dẽtibus fretos, forte ipſos roſtri margines dentium nomine appellans. Oculi teſtudinis marinæ longè lateq; fulgorem iaculantur: quorum pupillæ candidiſſimæ ac ſplendidiſſimæ cũ exiſtant, eruuntur, vt vel auro includãtur vel monilibus imponantur, Ælianus. an lapides Chelonitę potius? ſed ij non ſunt albi. ¶ Teſtudo marina, Rondeletius, omnis teſtudo. ſola ex quadrupedibus ouiparis renes & veſicã habet, magnitudine ad cęteratum partiũ rationem. Similes bubulis renes ei omnino adhærent, quaſi ex multis exiguis conſtituti, Ariſtot. ¶ Pedes vt phocæ habent, Pauſanias. ad ambulandũ ineptos, quippe alæ videntur quibus pro remis vtũtur, Braſſauolus. ¶ Crura longa, & digitos & vngues fortiores habẽt quã leo, Albert. Pedes quatuor multorum digitorum, caudam inſtar ſerpentis, Idem.

C.

Teſtudines marinæ amphibia.

Mures marini in petris & arenis degunt, Oppianus. Teſtudines marinæ ne viuere quidem poſſunt diſcluſæ ab aquę natura. intereunt autẽ in humore, niſi aliquãdiu (per interualla) ſpirent: parere tamen educareq; ſolent in ſicco. ſic & lutariæ teſtudines, Ariſtot. Vituli marini ſpirant ac dormiunt in terra: itẽ teſtudines, Plinius. Paſtũ egrediũtur noctu, Idem. Et 9 19. Exeunt in terram & qui marini mures vocantur. ¶ Summa in aqua nonnunquam obdormiſcunt, & ſonum ſtertentes ædunt, Plinius. Conchulas petunt. habent enim os omniũ robuſtiſſimũ. quicquid nanq; in os ceperint, ſiue lapidem, ſiue quoduis aliud, perfringunt ac deuorant. exeunt etiam in terrã, & paſcunt herbam,

Digitized by Google

herbam, Aristot. In mari viuunt conchylijs, tãta oris duritia, vt lapides cõminuant, Plinius. Pisciculos paruos venãtur, & his aliquãdo ligatis filo deceptę capiũtur, Albertus. In Attica rupes sunt maritimæ quas Sceleſtas vocant. Accola enim ipsarũ Sciron, quoscunque cõprehendit, peregrinos in mare ibi præcipites dedit. Testudo autem ex scopulis vt pronatauit, abiectos eo dicitur rapuisse, Pausanias in Atticis. ¶ Fœminam aiunt coitum fugere, donec mas festucam aliquam imponat aduersæ, Plinius. Testudo marina diu in terra viuit, & illic coit, Oppianus. In terrã egressæ in herbis pariũt oua, auium (anserum, Albertus. auium cortaliũ, Solinus ni fallor) ouis similia. eaq; defossa extra aquas, & cooperta terra, ac pauita corpore (aliàs pectore, vt Albertus quoq; legit) & cõplanata, in cubãt noctib. Plinius & Aristoteles. Testudo oua durioris testæ & bicolora ædit, quale ouũ auium est: eaq; defossa & cooperta terra ac pauita & complanata (epicroto) incubat, crebrius repetens: fœtumq; sequente anno excludit, Aristot. Cælius Rhodiginus epicroton terrã interpretatur pauitam & cõplanatã vbi incubet testudo. sed quæuis plana & pauita terra instar areæ, rectè epicrotos dicetur, qualis etiã apta est equorũ curſibus. Mus marinus in terra scrobe effossa parit oua, & rursus obruit terra. tricesimo die refossa aperit, fœtumq; in aquã ducit, Plinius. Idem Ælianus scribit, & ita per se nasci ac educari. Alibi tamen, Testudinũ (inquit) amor circa curam fœtuũ suorũ ex eo perspicitur, cũ parturiunt, ex aqua egrediuntur, atq; in arido ex sese secundũ mare oua pariunt, quæ cum vel ad incubanda infirmæ sint, vel diu in terra versari nõ possint, ea primũ leui & molli arenarũ cumulo obruunt, deinde notã pedibus imprimunt, qua post reuersionẽ locũ recognoscunt. Alij vero dicunt fœminam triginta dies oua perseuerare custodire, eandemq; interea à mare nutriri: posteaq; libenter & promptè tic suos fœtus, tanquam aurũ defossum homines, refodere, Hæc ille in historia anim. In Varijs, verò lib. 1. cap. 6. Tantũ (inquit) habent rationis, vt quadraginta dies numerare possint intra quas fœtus compactis ouis in animalia iã euadit. Tunc redeuntes ad eundem locũ, terram foboli repositæ iectam effodiunt, & illam iam sequi valentẽ secũ abducunt. Testudo marina (inquit Plutarchus) mari egressa haud procul, sabulo primum deponit oua, mox harena tenuissima mollissimaq; obruit, ac vbi iã contumulauit probè, pedibus, vt alij putant, insculpit signatque locũ cognobilẽ sibi reddens: vt alij, ab ipso resupinata marito fœmina, testæ proprię characterẽ iphragidemq; inscribit. iam quod longe mirabilius est, præstituto die quadragesimo (nã hoc interuallũ ad maturitatem oua perducendi iustum est) redit, ac suum quæque thesaurũ agnitum lõge quàm illos auri argentive loculos homines, alacrius lætiusq; recludit. Ouorũ numerus maximus est. nã ad centena pariunt oua, Aristot. & Plinius. centũ vel amplius, Albertus. ad ducenta numero, Cicero 2. de Nat. Educant fœtus annuo spacio. Quidam oculis spectando quoq; oua foueri ab ijs putant, (quod falsum est, Albertus,) Plinius. Læuo Hispaniolę lateri ad meridiem portui Beatæ proxima inhæret insula, Altus bellus appellata. Mira ferunt de huius insulæ belluis marinis, sed de testudinibus præsertim. Magno ancili scuto inquiũt esse grãdiores. Quo tẽpore genitalis & improbus eas furor exagitat, è mari prodeunt. Egesta in profundam scrobẽ arena, ter & quater centũ oua dicitur in scrobem demittere. Genitali vulua iã exhausta, remittit arenæ tantũ, quantum ad oua cooperienda sufficiat, reditq; ad marina pascua, de sobole nil solicita. Ad statutos illi belluæ procreãdæ a natura dies, pullulat, vti è formicario, testudinũ multitudo, solo calore Solis sine parẽtum adminiculo generata. Anserina ferè oua inquiunt æquare magnitudinem, Petrus Martyr lib. 9. Oceaneæ Decadis 3. ¶ Testudo marina tres homines inuadere non dubitat. resupinata verò inualida redditur, quod surgere nequeat, Albert. Mus marinus etsi nõ ita magnus, præcipuè tamẽ animosus est, vt ausit etiã contra homines pugnare, & contra alios pisces, duritia tergoris & crebris dentibus fretus Oppianus. Et alibi, Testudini marinę non ausit aliquis temerè obuiare in vndis. ¶ Caput marinæ testudini abscissum non continuò moritur, sed & videt, & si ante oculos ei manus obuersetur, illos claudit: & paulò etiã propius si manũ admoueas, mordet, Ælianus. ¶ Laborant plerunq; & intereunt quoties innatantes siccantur Sole. deferri enim in gurgitẽ facilè nequeunt, Aristot. Vide mox in E. Si quandoq; egrediuntur ad Solem, scutũ dorsi exiccatur, quod postea nisi diu remolliatur, pro arbitrio flectere non possunt, Albertus.

Cibus earum.
Coitus.
Incubitus earum.
Partus.
Educationis cura.
De testudinibus insula Hispaniolæ.
Robur harum testudinum.
Vis vitalis.
Interitus.

D.

Mures marini adeò animosi sunt vt ausint etiã contra homines certare & alios pisces, Oppianus, vt in C. retuli. Verum hoc fortè non ad animum eorũ referri debet, sed potius ad naturã virium suarum robur sentientem, quæ quantumcunque potest ad corporis sui conseruationem experitur.

E.

Capiuntur multis quidẽ modis, sed maxime euectæ in summa pelagi ante meridiano tẽpore blandito eminẽte toto dorso per trãquilla fluitãtes: quę voluptas libere spirandi, in tantũ fallit oblita sui, vt solis vapore siccato cortice, nõ queãt mergi, inuitæq; fluitẽt opportunæ venantiũ prædæ. Fessum & pastũ egressas noctu, auideque saturatas lassari: atq; vt remearint matutino, summa in aqua obdormiscere: id prodi stertentiũ sonitu, tũq; leuiter capi. Adnatare enim singulis ternos, a duobus

De modo marinas capiendi.

in dorſũ verti, a tertio laqueũ inijci ſupinæ, atq; ita ad terrã à pluribus trahi. In Phœnicio mari haud vlla difficultate capiuntur, vltroque veniunt ſtato tempore anni in amnẽ Eleutherũ effuſa multitudine, Plinius. Teſtudines marinę ſæpe nocẽt piſcatorib. laniatis retibus, vnde & ipſæ & piſces alij euadunt. Capiuntur autẽ facilè, ſi quis natando aliquã ſubiens inuertat, vt ſupina ſit & pedibus erectis: neq; enim ad ſuũ ſtatum redire poteſt. itaq; à piſcatoribus aut percutitur ferreis telis, aut alligata funę attrahitur quò voluerint. Sępe etiã radijs Solis exiccata eius teſta, cũ mergere ſe amplius nequeat, facilè à piſcatoribus capitur, Oppianus. In inſula quadã maris rubri nauiculę paruę monoxylæ ſunt, quibus vtuntur πρὸς ἁλίαν καὶ ἄγραν χελώνης. Ἐν δὲ ταύτῃ τῇ νήσῳ καὶ χυτρόποδες αἱ τὰς ἰδίους λαμβάνουσι, καὶ διὰ τύπων καθάπερ αἱ τὰς πρὸ τῶν θυρῶν τῶν οἰκημάτων, Arrianus in Periplo. ¶ De marinis teſtudinibus quod ad ornatũ & caſas tegẽdas, vide ſupra in Teſtudine ſimpliciter *E*. Teſtudines tantæ magnitudinis Indicũ mare emittit, vt ſingularũ ſuperficies habitabiles caſas integãt, atq; inter inſulas rubri præcipuè maris nauigẽt his cymbis, Plinius: Vide etiã ſupra in *B*. ex Solino & Ælia-no & mox in *F*. in mentione Chelonophagorũ. Cũ exirem è Damiata (id eſt Peluſio) vt videre mare (inquit author innominatus, qui iter Hieroſolymitanũ Italicè perſcripſit) inueni mercatorẽ quę dã cũ plurimis teſtudinibus, inter quas erat teſta (*chera* Italicè ſcribitur) vna tres vlnas longa. Teſt ſuperiores perquam validę ſunt, quamobrem emuntur a Sarracenis in vſum ſcutorum: nullo enim ferro cõcedũt. nã cũ ex eis vni altus ſecuris ictus inflictus eſſet, (vt vidi,) nihil tamẽ reſoluebatur, ſed rũpebatur ſecuris, Hæc ille. Hiſtoria prodit, id in Cæſarũ familia peculiarius ſeruatũ, vti domus paruuli teſtudineis abluerẽtur alueis: & inde Clodio Albino factũ imperij præſagiũ. nã eo recens nato, teſtudo magnitudinis viſendæ ab piſcatore patri eſt allata. quã is homo impenſe litteratus, ad pueriles deſtinauit excaldationes, Cælius. Teſtudinis marinæ oculi longè lateq; fulgorem iaculantur: quorũ pupillæ candidiſſimæ ac ſplendidiſſimæ eũ exiſtant, eruuntur, vt vel auro includantur, vel monilibus imponantur: quamobrem mulierum admiratione plurimi æſtimantur, Ælianus.

De vſu ex his teſtudinibus percipiendo.

F.

De alimento ex teſtudine marina.

De alimento ex teſtudine marina vid e nonnihil ſupra in Teſtudine ſimpliciter. Teſtudinis marinæ carnem vitulinæ comparant ſapore, Petrus Martyr. India habet genus hominum, qui non alia quã teſtudinis carne viuũt, hirſuti omnia facie tenus, quæ ſola leuis eſt. Iidẽ corijs piſciũ veſtiũtur, Chelonophagi cognominati, Solinus. Chelonophagi teſtudinũ teſtis contegũtur, quę adeò magnæ ſunt vt vel in eis nauigent, Strabo. In Oceano inſulæ ſunt iuxta continentẽ numero plures, ſed paruæ humileſq;. Inter has magnus habetur teſtudinum numerus, quę eo confugiũt ob maris tranquillitatẽ. Noctu in profundo cõmorantur intentæ cibo. Die inter inſulas diuertẽtes iacẽt, reſpicientes ad Solẽ, inuerſiſq; nauiculis piſcatoriis aſpectu ſimiles excellunt a magnitudine præcipua inter marinas cõchas. Barbari inſulas incolẽtes, interdiu paulatim ne ſentiãtur, verſus teſtudines natãt. Eas adorti, quidam ab vno latere ad terrã premũt, quidã ab altero ſurſum leuãt, quo reddãt reſupinas, ne vertere ſe, neve effugere queant. Tũ lõga reſte per caudã ligatas, nãdo ad terrã deducũt. in inſula expoſitis, omnia interiora, paruo tẽpore ad Solẽ aduſta comedunt. Teſta, quæ cõcaua eſt, tũ veluti cymba ad continentẽ nauigant, tũ pro aquæ receptaculo, tũ pro tẽtoriis vtũtur, quib. natura admodũ opitulata eſt, vt vna res vario vſui accõmodaretur. Cibo enim, vaſe, domo, naui, vitã illorũ adiuuãt, Diodorus Siculus lib. 4. de fabuloſis antiquorũ geſtis. Teſtudines terrenę in India nõ amaræ vt marinæ ſunt, ſed & ſuaues & pingues habẽtur earũ carnes, Ælianus. Prouerbium, ipſe teſtudines edite qui cepiſtis, ſupra inter prouerbia ex teſtudine in genere explicatum eſt.

G.

Remedia ex Teſtudine marina.

Teſtudinũ marinarũ carnes ammixtæ ranarum carnibus contra ſalamandras præclarè auxiliãtur. neq; eſt teſtudine aliud ſalamãdræ aduerſius, Plinius. Nicander ad idẽ remediũ laudat ſuillã coctã cũ carne teſtudinis marinæ. Et rurſus, Contra ſalamandras vel ſuccũ decoctæ bibiſſe ſatis eſt. ¶ In alopeciis cutẽ replet muris marini cinis cũ oleo, Plin.

Ex cinere.

Teſtudinis marinæ ſanguinẽ antidotis quibuſdã cõtra morſus venenatos adiici obſeruaui, vt apud Scriboniũ Largũ cap. 177. in antidotũ Marciani.

Ex ſanguine.

Præparatur autẽ, vt docet Aetius lib. 13. cap. 24. hũc in modũ: Teſtudinẽ ſuper ligneũ aut fictile vas ſupinã reclinato, eiusq; caput ſtatim ãputato, & leuata ipſa ſanguinẽ ſuppoſito vaſe excipito, & cõgelatũ deinde per harũdinẽ in multas partes ſecato, atq; operculi vice cribrũ vaſi ſuperponito, & ad Solẽ locato: (Vide ſupra in Teſtudine ſimpliciter *G*.) ſiccatũ vero reponito, ac vtitor ad vi perę morſum drachmis duab. exhibitis, ex poſcę cyatho vno: ſequẽti deinde die ſicci ſanguinis drachmas quatuor cũ aceti cyathis duob. dato: & ; deinceps, ſanguinis drachmas octo, ex aceti cyathis trib. Eadẽ habet Ægineta lib. 5. cap. 24. ſed quędã paulò aliter: Sãguine (inquit) arido vtere ad morſos a vipera vt dictum eſt (nihil autẽ in mentione morſorũ a vipera dixerat, quã dandũ eis hunc ſanguinem cũ cymino ſylueſtri) drachmas duas ppinãdo cum aceti duobus cyathis: tertio vero die drachmas duas cum aceti cyathis tribus vt codex noſter impreſſus habet, ſed mutilus (vt apparet) & ex Aetio reſtituendus. Teſtudinis marinę ſanguis omnibus feris eſt remedium, & omnis ferę morſus & aſpidis magnificè ſanat, author Kœranidum. Et rurſus, Iuuat percuſſos ab echidna & potus & illitus vlceri. cum pultibus conditus & potus, ſanat eos qui nocuum aliquid ſumſerũt. Sanguis teſtudinis marinæ cum vino & leporis coagulo cuminoque contra ſerpentium

morſus & hauſta rubetæ venena conuenienter bibitur, Dioſcorides. Apud Aetium idem remedium contra ranam rubetam inuenio. Æginetæ teſtudinis marinæ ſanguinem aridum cum cymino ſylueſtri morſis à vipera dari iubet: aut coaguli leporis hinnulive tres obolos per ſe. Auicenna hunc ſanguinem cum coagulo, nulla cumini mentione facta, contra morſus venenoſos, & contra venenum ex herbis quibuſdam lactariis, celebrat. Nicander in Theriacis ad quoſuis ſerpentium morſus ſanguinis huius amputato capite excepti, defæcati & arefacti drachmas quatuor, cumini ſylueſtris drachmis duabus admiſcet, & coaguli leporis drachmæ dimidiæ. Inde drachmam ex vino propinat. Ad viperarum morſus Dorothei Heliæ remedia, deſcripta à Galeno lib. 2. de antidotis: Teſtudinis marinæ exiccati ſanguinis drachmæ (duæ) ex aceto potæ commendantur: Inter compoſita verò id quod ab Apollodoro compoſitum eſt, & à Soſtrato laudatum, ac omnibus qui ab eo acceperunt, quod ex ſanguine teſtudinis conſtat, ita habet: Cumini ſylueſtris ſeminis acetabulum, teſtud. marinæ ſanguinis aridi drachmas quatuor, ſtatêres duos coaguli hinnuli, ſin minus, leporini, tres: hœdini ſanguinis drachmas quatuor: omnia mixta vinoq; optimo excepta, reponito: in vſu magnitudinem oliuæ ſumens, conterito: ex vino quàm præſtantiſſimo cyathi dimidium potui dato: ſi medicamentum reuomat, rurſus oliuæ dimidium, ſicuti prædictum eſt, exhibeto: ac rurſus ſi eiicit, tertio fabæ Ægyptiæ inſtar porrigito, quemadmodum dictum eſt prius. Sed de remedio teſtudinis marinæ contra peſtilentem morbum in bobus, vide ſupra in Teſtudine ſimpliciter. Sanguine teſtud. marinæ alopeciarum inanitas & porrigo, omniaq; capitis vlcera curantur. Inareſcere autem eum oportet, lentéq; ablui, Plinius: & Serenus qui hanc vim teſtudini ſimpliciter adſcribit: alij terreſtri. Alopeciis teſtud. marinæ ſanguinem illine. ex laudatiſſimis enim hic eſt, Archigenes apud Galenum ſec. locos & Galenus Euporiſton 2.86. Atqui Crito apud eundem lib. 1. de compoſ. ſec. locos, marinæ teſtud. ſanguinem pharmacis pilos diſperdentibus addi ſcribit. Inſtillatur & dolori aurium cum lacte mulierum. Quòd ſi dentes per annum colluantur teſtudinum ſanguine, immunes à dolore fiunt, Plinius. Anhelitus diſcutit, quaſq; orthopnœas vocant: ad has in polenta datur, Idem & author Kœranidum. Aduerſus comitiales morbos manditur cum polline frumenti. Miſcetur autem ſanguis heminis tribus aceti hemina vini addita his, & cum hordeacea farina, aceto quoq; admixto, vt fit quod deuoretur fabæ magnitudine. Hæc ſingula & matutina & veſpertina dantur, dein poſt aliquot dies veſpera. Comitialibus inſtillatur ore diducto, his qui modicè corripiantur. Spaſmo cum caſtoreo clyſtere infunditur, Plinius. Serapion pro epilepticis ordinat quæ ſpecialiter paſſioni congrua medicamina nuncupauit, & inter cætera medicamento cuidam teſtudinis marinæ ſanguinem admiſcet, Cœlius Aurelianus, non probans hoc Serapionis remedium. Et rurſus, In Epilepſia bibendum dant aliqui lac aſininum cum ſale, vel ſanguine teſtudinis marinæ aut humano, Idem, hoc quoque improbans. Ad comitialem iumentorum conſulunt aliqui in nares infundi teſtudinis marinæ ſanguinis dimidiam cotylam cum pari aceto, & vino pari, admixta liquoris Cyrenaici drachma. Abſyrtus in Hippiatricis Græcis 109. Vide ſupra in Teſtudine ſimpliciter, & in Terreſtri quoq;. Hippocrates lib. 1. de morbis muliebribus glandem ſeu medicamentum ſubditicium deſcribit, quod recipit Teſtudinis marinæ cerebrum & crocum Ægyptium: & ſalem Ægyptium: nec exprimit eius vim. videtur tamen factum vt aperiat vterum, forteſſis & fœtum immortuum extrahat. ¶ Fel efficaciſſimum eſſe creditur ſcorpionis marini, & callionymi piſcis, marinæq; teſtudinis, & hyænæ, &c. *Ex felle.* Dioſcorid. Et paulò poſt, Teſtudinis fel anginis, & puerorum vlceribus quæ paſcendo ſerpunt, medetur. Comitialibus in nares vtiliter inditur. Caprino felli (inquit Galenus 10. 13. de medic. ſimplicib.) ſimile fermè eſt vrſinum & bubulum. taurinum verò validius eſt iſtis, ſed inferius felle hyænarum, vt hoc rurſus imbecillius eſt quàm fel callionymi, & ſcorpij mar. & teſtudinis marinæ. Fel teſtudinum (inquit Plinius) claritatem oculorum facit: cicatrices extenuat, tonſillas ſedat, & anginas, & omnia oris vitia: priuatim nomas ibi: item ardentium teſtium. Naribus illitum comitiales erigit, attollitq;. Idem cum vernatione anguium aceto ammixto, vnicè purulentis auribus prodeſt: Quidam bubulum fel admiſcẽt, decoctarumq; carnium teſtudinis ſuccum, addita æquè vernatione anguium: Sed diu in vino teſtudinem excoquunt. Oculorum quoque vitia omnia fel inunctum cum melle emendat. ſuffuſiones etiam marinæ fel cum fluuiatilis ſanguine & lacte mulierum. Capillus inficitur felle, Hæc Plinius. Ad ſuffuſos prima ferè omnium compoſitionum eſt, quæ ex fœniculi ſucco, & hyænæ felle ac melle Attico conſtat. quidam verò etiam caprinum fel addiderunt. Verum poſtea alius aliud fel ammiſcuit, alius galli, alius viperæ, alius teſtudinis marinæ, Galenus libr. 4. de compoſ. ſec. locos. Ælij Galli remedium ad ſuffuſiones: Fellis teſtudinis marinæ drachmas octo, mellis Attici tantundem, fellis taurini drachmæ duæ, &c. apud Galenum de compoſ. ſec. locos 4. 7. inter liquidas oculares compoſitiones Aſclepiadis. Et mox 4. 8. ex Archigene aliud ad ſuffuſiones præſcribit huiuſmodi, Fellis teſtud. marinæ partem vnam cum Attico melle quadruplo illine. Fel ipſum etiam per ſe ſufficit cum aqua illitum. Ad auditus grauitatem ex Apollonio apud Galenum de compoſ. ſec. locos: Senecta anguium cum felle bubulo, aut caprino, aut teſtudinis marinæ, aut callionymi diluta vtitor. Idem ferè locus à Plinio expreſſus eſt, his verbis: Senectus ſerpentium feruente teſta vſta inſtillatur auribus roſaceo admixto, contra omnia quidem vitia efficax, ſed

contra grauedolentiam præcipuè: aut si purulentæ sunt ex aceto, melius cum felle caprino, vel bubulo, aut testud. marinæ. ¶ Medicamentum quod puerperij purgamenta expurgat: Testudinis marinæ hepar viride adhuc viuentis, in lacte muliebri terito, & cum vnguento irino ac vino subigito & apponito, Hippocrates libr. 1. de morbis mulieb. ¶ Testes marinæ testud. sumpti multum prodesse traduntur morsis à Serpentibus, Dioscorides 6. 39. Item oua testudinis aliqui ad eundem vsum commendant, Ibidem. Et inter remedia aduersus salamandram, Prosunt etiam (inquit) oua testudinis marinæ aut terrestris, cocta. Vide in Terrestri supra. Oua eius assa (aliàs esa) lunaticos sanant. Author Kœranidum. ¶ Vrina quoq; eius sexus pota, morsos ab aspide vel echidna sanat, Idem. Vide in terrestri. ¶ Medicamentum quod infunditur vtero si non concipiat mulier: Lac mulieris masculum alentis, grana mali punici recentis terito, ac succum exprimito: & testudinis marinæ partem inter anum & pudendum comburito ac terito. & hæc in pudendum muliebre infundito, Hippocrates de morbis muliebr. lib. 1.

Ex hepate.
Ex testibus.
Ex ouis.
Ex vrina.

H.

χέλυδρος *testudo marina.* χελών. ὠμύς.

a. Χέλυδρός est testudo marina, ὡς Παχύδημον ἀφ' ὃ τὸ γῆρυς, Varinus. Etsi verò chelydros propriè colubrum significat, vt inter serpentes dicemus: fortassis tamen pro testudine aquatica accipi potest, vt sic dicatur quasi χέλυς ὕδρος: sed authorem non habemus. Χελώνα aliqui marinam testudinem vocant, Hesychius & Varinus. Omys (ὠμύς) marina quæ *hybenbras*: aliud autem est *hymbros*, tenue animal quod in cibum venit, mœnida vocant, Kiranides libr. 1. litera vltima. Ibidem ὠμίδα scribit à quibusdam sic vocati, quòd in humeris magnam vim habeat. nam ὦμος est humerus. Videtur autem mœnida piscem, & emyda siue omyda quadrupedẽ ouiparam confundere. nam quod animal tenue esse scribit ac spinas habere, pisci conuenit: cætera testudini.

¶ Epitheta. Χέλυς κραναὴ, de marina, Oppianus: sed cuiuis testudini conuenit vt κραναὴ, id est aspera dicatur. Βροτολοιγὸς, Nicander in Theriacis: fortè quòd contra homines pugnare audeat. Εἰναλία χέλυς, Eidem. Ποντιὰς χελώνη, Crates Comicus apud Athenæum. Ἁλιοδίκος, χελώνη θαλασσαία. Oppianus. Μυῶν χαλεπὸν γένος, ἀεὶ πάντων θαρσαλέοι ποτόδων, Oppianus. Reliqua epitheta communia testudinum generi supra retulimus.

¶ Apud Chelonophagos insulæ tres sunt deinceps, quarum vna testudinum appellatur, Strabo.

¶ *c.* Ἡ Παχεῖα (aliàs ἄκρησι) ἀφ' ἁλὸς πέρυγοσι, Nicander de marina testudine, id est, Quæ celeribus (aliàs *summis*) natat pedibus.

¶ *c.* Ἀθαλασσία λεπὰς, Callias Mitylenæus in Oda apud Alcæum. vbi Aristophanes pro λεπὰς legit χέλυς: & Dicæarchum ait non rectè λεπάδα legisse. addit etiam pueros his ori applicatis (interris) vti pro fistulis per ludum, vt etiam tellinis alibi, Athenæus. Kiranides lib. 1. litera vltima, de omyde, id est testudine marina, multa superstitiosa adfert, indigna relatu.

¶ *b.* Troglodytæ testudines cornigeras habent. Celtium genus id vocatur eximiæ testudinis, sed raræ. Nanq; scopuli præacuti Chelonophagos terrent: Troglodytę autem ad quos adnatant, vt sacras adorant, Plinius. Circa Trœzenem olim polypos & testudinem marinam attingere nefas erat, Athenæus ex Clearcho.

DE TESTVDINIBVS RVRSVS EX BELLONIO.

OVIPARORVM amphibiorum quadrupedum naturam habent omnes ferè testudines. Hæ verò etsi præter aliorum, quos descripsimus, aquatilium quadrupedum morem, concha longè durissima contegantur, quia tamen lacertosi generis esse nemo negauerit, post crocodilorum species iure describendas esse duximus. Marinæ testudines duorũ sunt discriminum, longæ ac rotundæ, ambæ litorales. Longæ tamen magis pelagiæ, quæ (vt & reliquæ omnes) dum paulum in aqua steterunt, per eius summũ tantisper caput exerunt, dum externo aëre (quod & vitulis marinis accidit) pulmones, quos carnosos & sanguineos habent, saturauerint. Testudines enim in mari per nares spiritum trahere necessarium fuit, cum branchiis careant, vesicam quoque vt & reliqua quadrupeda terrestria habent. Omnibus itẽ testudinibus hoc est peculiare, vt mortuæ sicut & delphini supinæ fluctuẽt. Mares planam subtus testam, fœminæ concauã habent. Oblongas testudines omnium maximas in portu Torræ rubri maris ciuitatis frequentes vidimus, quarũ testæ vanni bene magni longitudinem ac latitudinem exæquant. Caput habebant admodũ solidum, atq; os ita durum, vt vel crassissimos asseres eroderẽt. Proinde omnes edules sunt, atq; optimi gustus, (sed Græcis per religionem his non licet vti,) fluuiatilesq; præter magnitudinem omnino imitãtur, quemadmodũ & marinæ rotundæ ad terrestres ac nemorales ipsa forma accedunt. quarũ plurimas in foro Veneto me vidisse memini, calice conuexo, mukis tuberculis elato, inæquali tegmine, in gyrũ crenato, duro, rigidoq;, vtrinq; decliui, ac cataphracti clypei modo in rotunditatẽ definente: cauda breuiore, capite admodum duro, rostro aquilino, ferè osseo, dentibus & lingua carẽte, adunco, cuius margines cultelli in morẽ secare possent.

Marinarũ testudinum duæ species.
Testudines rubri maris.
Testudines fluuiales.

Fluuiales testudines, Aristoteles hæmydas (emydas) vocat, quas à cheloniis secernere videtur: ob id (ita enim puto) quod lato neq; ita cõuexo dorso appareant. Græci ποτάμια χελώνια vocauerunt.

Plinius

Plinius Lutarias teſtudines appellare maluit, quod luto ac cœnoſis paludibus oblectentur: à marinis teſtudinibus ipſa tantum teſtæ vaſtitate diſtant. Sunt enim harum, quemadmodum & marinarum, quædam longæ, aliæ etiam rotundæ, Bellonius. Atqui nos teſtudinem lutariam à fluuiatili diuerſam eſſe ſuo loco oſtendimus.

Montanas teſtudines Græci χερσὰς, noſtri nemorales, alij terreſtres appellauerunt, omnium longè delicatiſſimas, ac magis ſalubres: quamobrem à medicis in reſumptiuo victus genere, hecticis, & maraſmo ac tabe laborãtibus præcipi ſolent. offerunt autem eas capitibus ac pedibus ablatis, vel furno, vel teſta exaſſatas: vel cum pineis, piſtaciis & ſaccharo ſubactas, ex quibus alimenti genus confi- 10 ciunt quod tortugatum nominant. Multæ ſunt in Thracia, Macedonia, & apud noſtros Linguoſcythonicos, quarum forma ad marinas rotundas, ſola magnitudine dempta accedit. *Montane.*

Inauditum antiquis teſtudinis genus apud Turcas è longinquis regionibus allatum vidi: cuius teſta rara eſt ac pellucida, chryſolithi colorem mentiens, ex qua Turcæ cultellorum manubria efformant, tanti pretij, vt etiam clauis aureis exornare non dedignentur, Bellonius. *Inauditũ teſtudinis genus.*

DE TESTVDINE POLYPODE.

Insvla ab Iambolo reperta in Oceano verſus meridiem animalia producit, magnitudine quidem parua, ſed natura & ſanguinis virtute admirabilia. Corpore ſunt rotundo ac teſtudinibus ſimili, duabus lineis inuicem per medium tranſuerſis, in quarum cuiuſlibet extremo ſit auris & oculus, vt quatuor oculis videant, totidemq; audiant auribus. Vnicus venter atq; inteſtina, in quæ comeſta confluunt. pedes circumhabent plures, quibus in vtranque partem ambulant. Huius beluæ ſanguis mirabili aſſeritur virtute. Omne enim corpus conciſum dum ſpirat, hoc tinctum ſanguine cohæret, Io. Boëmus. 20

FINIS LIBRI DE QVADRVPEDIBVS OVIPARIS.

Afl 1405537

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

[redacted]

[redacted]
Google

Digitized by Google